image

not

available

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 K
23

M

13.22. K.23

Digitized by Google

13.22.K.23

FRANC.

HOTMANI

IVRISCONSVLTI

OPERVM

Tomus Primus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quorum quædam noua, pleraque renouata & aucta.

Adiecti ſunt Indices duo, vnus Titulorum, alter rerum verborúmque memorabilium.

Catalogum librorum qui editione hac exhibentur pagina XXIV. indicabit.

Bibliothecæ S. Pantaleonis Scholarum Piarum ex hered. franc. de ...

EXCVDEBANT

Hæredes Euſtathij Vignon, & Iacobus Stœr.

M. D. XCIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AMPLISSIMO VIRO

FRANCISCO HOTMANO D. DE MORTEFONTAINE REGIS CHRISTIANISSIMI IN SACRO CON-

ſiſtorio Conſiliario, eiuſdémque apud Heluetios & Rhætos Legato.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IAC. LECTIVS IC. S.

SATISFACIMVS publicis votis, atque adeò rem exequimur pacatiori iam ſeculo congruentem, Vir Ampliſſime, qui Franciſci Hotmani, præilluſtris memoriæ Iureconſulti opera vniuerſa vulgamus. Simul autem partes meas obeo ego, & priuatâ animi mei pietate defungor, quę ſupremũ munus iſtud viro noſtri, dum vixit, amantiſſimo debuit lubens. Ioannis Hotmani V. CL. ſuper hac curâ cura præcipua: nec procliue dictu mihi, quantum illi laboris & induſtriæ in paternis ſchedis conquirendis, digerendis, expurgandis. Ac tum cætera virtutum eius & meritorum, tum hoc quidem publicâ gratulatione digniſſimum exiſtimamus. Quod ſi in iſtius etiam gloriæ partem venio, næ mihi quidem in his talibus πλέον ἥμισυ παντός. Sanè conſilium huiuſcemodi valde ad communem vtilitatem pertinere credidi ſemper, & editionem, quâ pote fuit, hancce adiuui. Adiuuabo etiam porrò reliquæ partis, neque frugis ego bonæ ſi non faxo. Iureconſulti tanti genium commendare, pars iniuriæ: neque his libris alieni iudicij prærogatiuâ vel autoritate opus. Tantum bonum noſtri æui ſi qui ſpernunt, aut etiam ſi qui ignorant, *hoſtes, hoſtes*. Hactenus dico, ad inuidiam nemo vertat noſtri Semonis, quòd & ipſe à Prudentibus magni nominis & hi ab illo in quibuſdam diſ-

ſensêre. Aequè eâ re decedit nihil gloriæ illorum, nihil iſtius. Obſecro, num id nouum eſt, ire in varias repugnanteſque ſententias de obſcurioribus articulis viros magnos? etiam aliquâ cum labe concordiæ aut aliquo felle verborum? Cedò, quâ in arte non viſum hoc? aut quando non per hos diſceptationum tramites ad myſteria peruentum eſt veri & iuſti? Quin vtriſque gratia ſua, ſuum vtriſque decus conſtat,& per iſtam ſubtiliſſimorum argumentorum colliſionem tandem è difficilimarum quæſtionum venis lucem excudimus:

Vt Hymettia Sole
Cera remolleſcit,tractatáque pollice multas
Vertitur in facies,ipsóque fit vtilis vſu.

Quamobrem, vt dicere cœperam, viro omnibus modis excellenti & propriâ luce conſpicuo preferre facem adſtipulationis, vt laboris ſuperuacanei, ita nonnullius eſt iniquitatis: vt preteream quòd publicatæ aliis ampliter extant hæ laudes. Sed quemadmodum ebori auróue addunt etiam pretium gemmæ, & ad marmorearum ædium frontem Porphyretici inſuper lapidis honos apponitur, aut Bithyni, & externa purpuræ ipſi honeſtamenta quæruntur: ita etiam magno vt operi è claritudine tua lumen accreſceret, congruens viſum. Tuâ, inquam, vir Ampliſſime, qui & nominis cognominíſque κοινωνίᾳ, & propinquo ſanguinis nexu contingis húncce noſtrum, & antiquiſſimam ac nobiliſſimam Hotmanorum gentem cunctis humani animi bonis inluſtras. & naturæ, Sanctimoniam vitæ volo? an genuinam conſilij iudiciíque ſagacitatem, variis maximarum rerum experimentis confirmatam? Gratiámne apud Principes tuos exteróſue, & ſingulari cum laude dignitates tot decurſas? an per temporum ſuperiorum abrupta conſtantiã, & infractum animum rebus fractis? an egregiam grauiſſimi nunc quoque muneris adminiſtrationem,& in crepera ac nouella adhuc inſtauratione rerum,pro communi ſalute vigilantiã iugiter excubantem? an preferendus optimarum artiũ amor, & potiſſimùm noſtræ huius ad iuſtitię ſũmeque rei regimen pertinentis? Ea nos cũcta vero in te fœdere ſociata veneramur & ſuſpicimus: ac ſperãda rebus humanis ſolida quies, niſi ſi tales pauci nimis. Accedit gloriæ tuæ liberorum duodecim chorus amabilis,& hos inter Franciſci Hotmani filij tui in ſuprema apud Pariſiẽſes Curiâ Cõſiliarij eximia dignatio: precox fortean,ſi vocamus annos ad calculum, meritiſſima,maturrima, ſi virtutum opes ipſas, ſi doctrinæ, etſi calculum haut ferentes. Hæ præfandi & inſcribendi

cauſſæ

cauſſę nobis, vir Ampliſſime: quîs benignam aduersùm me animi tui voluntatem adnecto fidenter. Et præſtantiam quidem colo tuam proprio adfectu: & placebo magis magíſque mihi in eo ipſe, ſi,quod voueo, placuiſſe humanitati tuæ cognouero inſtituti noſtri rationem. Vale,Ampliſſime Domine,& Regi optimo ac Reipublicæ perenna. Dat. ex Muſ.Kal.Sextil.

CIↃ IↃ IIC.

ELOGIVM

FRANC. HOTMANI IC.

AD V.C. IACOBVM BONGARSIVM BODRIANVM, AVCTORE

P. Neuel. Doſchio I.C.

CLAROS armis togáve homines poſt exceſſum in litteras mitti vel viuẽtium intereſt: vt & nos præmij poſt prælium ſpes foueat, & habeant quod cum fructu æmulẽtur poſteri. Factitatum id priſcis illis probatiſque ſeculis cum laude & gratia. Multi quinimmò imperio, militiâ, doctrinâ illuſtres, ſuas ipſi res geſtas vitámq; ſuam ſcriptis ad memoriã commendauerunt poſteritatis, ſine offenſione, ſine inuidia. Nolo illos dicere qui viuẽtibus panegyricos, tamquam Imperatori in acie intérque tela adhuc verſanti cecinerunt epiniciũ, ſi nõ potiùs tamquam innuptis epithalamium. Ridiculum id malique exẽpli. Et in Olympicis poſt certamen demũ coronatus victor publicè præconis voce renunciabatur: neque Roſcius ipſe plauſum mihi niſi poſt actum expreſſerit. Nos igitur ei qui vitæ huius mimum cõmodè trãſegerit, plauſum manibus dare tum demũ fas eſt, cùm exẽtus mortalitati, cùm receptus cœlo eſt. Neque eorũ morari calumnias æquum, qui cùm ipſi *laudanda facere ſemper neglexerint, laudari quoque ineptum putant.* Qui enim meritæ laudis parcus eſt alieno in negocio, immeritæ prodigus eſt in ſuo. Conſtet modò laudis meritum modúſque, & rerum veritatẽ adulatione corrumpat. Hoc ſincerè præſtaturum me in iſto ſcripto profiteor: ex animi mei ſententia vti nec odio quidquam nec gratiæ dabo: contẽtus hominis ſeculorum memoriâ digniſſimi vitam breuiter & per ſumma rerũ faſtigia, ſed ex fide, noſtris hominib. ad imitationem proponere. Etſi vereor vt fruſtrà. ridentur enim in hac mũdi effœta ſterilique virtutum ſenecta, ne dicam, multantur boni moris honeſtique. niſi quòd apud paucos quoſdam adhuc in precio eſt virtus. Quorum inter primos eſſe te mihi cũ ſit compertiſſimum, Bongarſi, operæprecium facturus videor, ſi hanc meam qualemcumque opellam nomini tuo inſcripſero, qui Hotmanum viuẽtem probatum tibi amicúmque & doctorem officiis & amore proſecutus es, & mortui famã liberóſque cõſtanter diligis.

Otmanorum gens, quæ iam antè cẽtum & quod excurrit annos Lutetię Pariſiorum viget florétque, ac in multas diffuſa propagines, claras honeſtáſque familias pleraſque matrimoniis & adfinitate cõplectitur, orta eſt ex Sileſia Germaniæ prouincia, eiúſque metropoli Vvratiſlauia: vbi nomine hoc familię cõplures, patritiæ omnes, dignitate opibúsq; inter præcipuas: à quibus & aliæ in Luſatiam, Miſniam, Cliuiam, diuerſáſque regiones deductæ veluti coloniæ quædam. Lambertus ex ea gente Ludouici XI. regno militaturus in Galliam cùm veniſſet, haud ita multò poſt larẽ in ea primus fortunarúmque ſedem Lutetię Pariſiorũ conſtituit, ductâ in vxorẽ prædiuite & honeſtâ Iaquelina Via ciuis Pariſienſis filiâ. Ex ea plures illi liberi: quorum natu maior Ioannes honeſtis artibus tantas opes conſecutus eſt, vt redimẽdo Franciſco regi ad Ticinum capto ingẽtem pecuniæ vim ſol⁹ fide ſuâ cùrauerit, ſũmo Galliæ bono, ſummâ ſuâ cum laude. Ioannis iſtius nepos Franciſcus etiamnum Chriſtianiſſimo Principi gratus & in Conſiſtorio ſacro, pecuniarúmque fiſcaliũ adminiſtratione adſiduus. alter itẽ nepos Carolus regiis præfectus ratiociniis. Ex Lamberto etiam prognatus Lambertus alter cœnobij Sanmauriciani Prior apud Syluanectum: &, qui Frãciſci huius noſtri parens fuit, Petrus liberorũ duodeuiginti nouiſſimus. Natus hic Lutetię, & dignitatibus poſtmodum à Principe ob virtutem ornatus, primùm ſyluis fluminibúſque regiis, quæ in Gallia, Præfectus: vbi quàm innocẽter, quã ſapienter iſto functus ſit munere teſtatur inciſum in æs decretũ illuſtre publicè propoſitum apud Cõpendium Picardiæ oppidum nõ ignobile. Inde in ſupremi Senatus Pariſienſis collegium adlect⁹ Principi boníſq; omnibus amorẽ æqui boníq; probauit. Tali patre Franc. Hotman⁹ cui⁹ vitã ſcribere inſtituimus, fratrũ nouẽ, ſorori vnicæ maxim⁹ natu, anno M.D XXIV. natus eſt Auguſti die XXIII. & Frãciſci nomine appellat⁹ de Frãciſci Alegræi Comitis Iogniẽſis, qui eum

qui eum de ſacro fonte ſuſcepit, nomine. Mater illi ſpectatæ pudicitiæ virtutiſque Paulla Vedaſti filia ex Marleorum antiqua & nobili familia, quę ex Picardię prouincia oriunda nō procul Lutetia Vaugianum & Faleſiam dominio hodiéque tenet, & veteri cum Piennæ Marchionibus aliiſque in vicino illuſtrib. familiis adfinitate iuncta eſt. Fratres, Philippus Pariſienſis Prætoris adſeſſor, Ioannes Infendij dominus, regis ſecretarius, Antonius in Regni ſenatu primario doctrinâ ſcriptiſque quibuſdam clarus. nam octo alij apud regni proceres nonnullos gratiâ cùm valerent, ipſo ætatis in flore fato functi. Puer hic à parentibus maturè traditus eſt claris eo tempore bonarum litterarum doctoribus: quorum curæ ita reſpondit curâ ſuâ, vt iam tum ingentem de tali indole ſpem conciperent, futurúmque olim augurarentur inter ſummos, quem puerum cæteris quamuis ætate prouectioribus antiſtare perſpiciebant, vt ſunt *αὐτίκα κ᾽ φυτὰ δῆλα ἃ μέλλει κάρπιμ᾽ ἔσεσθαι.* Anno certè decimoquinto ætatis Aurelianam ad ſcholam miſſus eſt, quę tum iuris Ro. diſciplinâ & Anteceſſorum eruditione habebatur florentiſſima. In ea legitimæ ſcientię fundamenta iecit tam feliciter, vt triennio pòſt ſummo magiſtrorum conſenſu gratulantibus cunctis tam incredibilem profectum, publicè Prolytæ ornaretur inſignibus. Reuocatus inde ad parentē, & forenſi militię initiatus, cùm ſenatoriæ dignitatis ſuæ ſucceſſorem illū paternus amor ſibi deſtinaret, quamuis patronos in illo regni Senatu cauſſas magna cum accuratione & doctrina agentes, quamuis Curiæ auguſtam illam maieſtatem admiraretur, ſubinde tamen ad ſtudia humaniora iuriſque Ro. delicias reuertebat: ita à natura comparatus vt à forenſibus ſpinis ac iurgiis planè abhorreret, Plinianū illud in animo habens: *Nos qui in veris litibus terimur, multum malitiæ, quantumuis nolimus addiſcimus.* Legum igitur antiquitatúmque Rom. ſtudiis cùm ſe inuoluiſſet, abdicatâ forenſi exercitatione, tum temporis, &, vt ipſe alicubi ſcribit, penè puer libellum de gradibus cognationis adiuncto diagrammate publicauit, à doctiſſimis viris in precio habitū, & mox à quodā haud ignobili Iuriſconſulto probatū ita vt eum ſuis in Inſtitutiones commentariis vehementer commendatum inſereret. Erat tū tempus illud cùm regiis edictis tanquā diuinę maieſtatis hoſtes publicéq; tranquillitati aduerſi ignibus addicebantur qui in cultu ritúq; veteri religionis tantillum reprehendebant. Horum cauſſæ cùm faueret hic noſter, eique poſt iſta neq; in patria quæ homines illos exterminatos volebat, neq; apud patrē religionis patriæ tenacem, tutum eſſet ſubſiſtere, cōſilium capit profectionis, & anno M.D.XLVII. Lugdunum venit, vbi primùm nobilem illum ad titulum Inſtitutionum de actionibus commentariū edidit, Iuriſconſultis etiam magnis gratum ob Latini ſermonis elegantiā & Ro. antiquitatis exquiſitam ſcientiā. Grauiter ſanè & iniquo animo tulit pater filij iſtam ſeceſſionem quem ad opes & dignitates euehere cogitauerat, *cùm eò impēdi laborem à filio voluiſſet vnde emolumentum ac honos ſpectatur.* Igitur deſtitutū ſe fremens, ſpe etiam matrimonij honorati & prædiuitis, quod filio propediem videbatur conciliaturus, excidiſſe, & ipſe filium prębitis annuis fraudatum deſtituit. Huic tam acerbæ calamitati filius vocē illam animoſam oppoſuit: *Habeamus aquam, habeamus polentam; Ioui ipſi de felicitate controuerſiam faciemus:* & in vrbem Equeſtriū (vbi tum magni viri Hotmano & comuni exſulio & amicitię nexu cōiunctiſſimi docebant) ad humaniorum quæ dicuntur litterarum profeſſionem honorificè à Senatu Bernēſis Reipub. euocatus, cuius in ditione vrbs illa, ſe contulit. Ibi indefeſſo ſtudio, vigiliis continuatis, cùm curando corpori ægrè pauculas horas concederet, M. Tullij orationes cōmentariis luculentiſſimis, Platonis, Ariſtotelis, Plutarchi opera magna ex parte interpretatione Latinâ illuſtrauit: ita tamē vt omnia ad iuris illius Romani, cui ſe totum addixerat, diſciplinam referret, neque Ciceronis orationes ſine legum Ro. ſubſidio, neq; illas admodum ſine Ciceronis adminiculo perfectè intelligi poſſe dictitans. Poſt hos in illa ſchola exſudatos labores, Claudiā Gulielmo Aubelino Bruerio & Franciſca Bracheta genitam duxit in vxorem, raræ virtutis virginem. Patria huic Aurelianum Gallię vrbs: genus antiquitate, adfinitate, opibus notum, & illuſtrioribus quibuſque ea in regione familiis Briconetorum, Robertetorū, Albaſpineorū, Motuilleriorum, Ruzeorum, aliorúmq. innexum. Cùm verò paſſim inclareſceret ob inſignem eruditionem cum bonis moribus coniunctam, à Senatu Argentoratenſis inclytę vrbis (quam tum temporis illuſtrabant Sturmius, Sleidanus, alij, quibus ille ſtatim gratus) ad iuris ciuilis profeſſionem poſtulatus eſt, & ciuitatis ius oblatum. rarum id ea in vrbe & multis fruſtrà expetitum. Hoc docendi munere dum fungitur, illos in Iuſtiniani Inſtitutiones & de verborum quę ad ius pertinent ſignificatione commentarios emiſit.* gemināū opus tam emeritis laudatū quàm duponddiis neceſſarium: quorū in gratiam & alios libros vulgauit complures. Fama certè hominis tā latè peruagata eſt, vt nobiliſſimi quique è

remotiſſimis Germaniæ aliarúmque prouinciarum regionibus adoleſcentes ad tanti nominis Doctorem certatim aduolarent. In his referre iuuat Richardum Baronem Streinium, Cæſarei poſtmodùm conſilij Præſidem, ſtemmatum familiarúmq; Rom. deſcriptione clarum. Quidam etiam Principes hominem ad ſe allicere adniſi ſunt vehemẽter: intérque hos Albertus ſenior Pruſſiæ Dux, ex Illuſtriſsima Brãdeburgicorum Principũ gente, Conſiliarij in aula ſua dignitatem, menſæ Principalis honorem, iuris Ro. cathedram in Regiomontana Academia, amplúmq. & opimũ ſalariũ obtulit. Sed in primis Illuſtriſsimi fratres Landgrauij Haſſię, qui eum ſæpè ad Marpurgenſis Academię ſuggeſtum, ſemel etiam per Hubertum Giphanium virum eruditiſſimum, benignè & liberaliter inuitarunt. Audio & à Saxoniæ Principibus potentiſsimis Lipſiam vel Vvitebergam euocatum: & ab Elizabetha illa Britannię regina ad ſcholã Oxonienſem ornandam olim expetitum. Inciderunt interim ea tempora, quibus è cælo deſpiciens ſcelera noſtra Deus vltioni eorum ſe accinxit iratus, ac tum cœperunt

--omnia fatis
In peius ruere ac retrò ſublapſa referri.

Excidij huius noſtri auctores & artifices commemorare neq; loci huius eſt, neque inſtituti. Aliis dicta ſunt quę omnes ſenſimus, quorúmq. finẽ vereor (& omẽ quidem Deus auertat) ne niſi cũ imperij noſtri fine videamus. Turbato igitur mari hoc noſtro, qui ad clauum nauis ſedebant Principes regij ſanguinis quidam, cùm hoc ſibi curæ eſſe publicè priuatímque teſtarentur, ne

--ſubuerſa iaceret
Priſtina maieſtas ſoliorum & ſceptra ſuperba,

non militares tantùm gladios, ſed viros prudentiâ rerúmque vſu pręſtantes opus eſſe ſibi intellexerunt, neque improuidè: cùm ſit

Sæpè acri potior prudentia dextrâ.

ac inter ceteros iſtiuſmodi notæ, Fr. Hotmanum ad ſe pro imperio vocatum, admiſſionũ in regia Nauarrena magiſterio ornatũ, in conſilio rerúmque actu habuêre. Ab his paullo pôſt, immò & ab ea quę tum minorem annis regẽ regnúmq; adminiſtrabat, in Germaniam bis miſſus eſt de Regis Regníq. rebus legatus, & auxilium à Cæſ. Ferdinando ordinibúſque Germanię rebus ruẽtibus petere iuſſus. Exſtat dicta tũ ab eo in comitiis Imperij Francofordienſibus oratio, vt eloquentię & ciuilis prudentiæ teſtis, ita verum nimis nimiſq. malorum, quibus tamdiu oppreſſi iacuimus, vaticinium. Adiunctus deinceps eſt Franciſco Colinio Andelotio Illuſtri viro in Germaniã ad pecuniæ militúmque ſubſidium implorandũ profecturo, fœminâ illâ rem totam tũ procurante ad ſalutem filij Caroli IX. cuius Regis legati nomen cum emolumentis obtinuit hic noſter. Reuerſus inde Argentoratũ, cum magnis iteratíſque precibus à magno illo Ioan. Monlucio Valentino Epiſcopo rogaretur vt Valentinæ florentis quondam, tum verò occidentis Academiæ inſtaurationẽ in ſe ſuſciperet, adſenſus eſt libens homo pacis quàm belli artium, ac patrię bono natus: & quam lateritiam inuenerat, marmoream intra triennium reliquit. Illius ſanè conſilio factum eſſe cõſtat, vt quę in Gratianopolitana ciuitate inſtituta erat olim Academia Valentinę vniretur, ne duarum ſcholarum vicinia damnoſa magis eſſet quàm vtilis. Vſus eſt tũ amico & ſtudiorũ ſocio Enimundo Bonefidio probo doctóque viro & qui nunquam à labore ſtudiorum quieſceret. Notus ille eruditis, ſed notior multò futurus, ſi nõ illum immatura mors rapuiſſet, & fortè an Hotmani de ſe iudiciũ an vaticinium impleturus, qui eum ſummo inter æui huius Iuriſconſultos loco futurum ominabatur, ſi vita ſuppeteret. Triennio pòſt Biturigas profectus eſt comitante quę ſuum deſerere doctorem non ſuſtinebat iuuentute, & inuitante Margaretâ Francicâ Allobrogum & Biturigum Principe, ac palatium ſuum illi ad habitandũ vltrò offerente pręter annuum ſtipendiũ. Vetus eâ in vrbe Iuris ſchola & Antecesſorib. Alciato, Barone, Duareno, Cuiacio, Contio, aliiſque nobilitata. Inuidit huic ſcholę tantam felicitatem quod per totam Galliam mox recruduit ciuile latrocinium. Quinto enim pòſt aduentum eam in vrbem menſe, ecce ſubitò pacis aureæ

Occidente ſole, inhorreſcit mare:
Tenebræ conduplicantur, noctiſque ac nimbûm
occæcat nigror.

Aurelianum igitur, quò partium duces iam antè conuenerant, cùm Biturigis hærere tutũ nõ eſſet, profugit. Ab iis in conſiliũ grauiorib. in rebus adhibitus, fidẽ, prudentiam, moderationẽ ſuam omnibus cõprobauit, cùm & militarem licentiam aduersùm ædes ſacras priuatorúmq. bona, quantũ in ſe, cuperet repreſsã; & Bleſenſẽ vrbẽ iuris in ea dicundi cauſsâ, ſedandíq; qui vt in vrbe nuper capta metuebatur tumultus gratiâ miſſus, integrã & incolumem, quantũ licuit, conſeruauit, ſolam inde cõtinentię, æquitatis, induſtrię famã referens. Nimirũ ab adminiſtrata innocẽter prouincia

Semper pauperior redit poteſtas.

Menſe ſequẽti pace initâ an potiùs imagine pacis, cũ duces illi oppidis à ſe captis præſidia ex pacto deduxiſſent, ea ſtatim ab aduerſariis

occupata

occupata milite ſenſerunt. Senſit noſter tempeſtatem imminentem, & in Sacrocæſarienſe oppidum (quod in Bituricẽſi eſt prouincia ad Ligerim, diuturnâ obſidione & Saguntinâ fame notiſſimũ) ſe abdidit, ibique ad belli illius exitum ſubſtitit. Vix oppidũ iſtud intrauerat, cùm ecce à Martinengo quin per fraudem, occupatâ iam portarum vnâ, caperetur, minimùm abfuit. Accurrit & noſter cum armatis ciuibus mori inibi paratus quàm procerũ quorundam ſub oculis quibus ſe notabilem patriæ libertatis amore fecerat, poſt contumelias & ludibria per tormenta ſpiritum effundere. Liberatum tamẽ oppidum, & pulſis hoſtibus actę Deo ſeruatori gratię populariter. In ea ſede quantumuis lituis circumquaque perſtrepentibus, ad ſolita remedia & malorũ recurrit ſolatia. Sacros codices, cũque iis Auguſtini quædã quæ penè ſola ſecũ habebat, diligẽter & piè perlegit, excerpitque quæ vſui eſſent. Libellũ denique effingit verè ſacrum de ſacro. Conſolationis nomen illi, quã nuper à filio editã lecturi ſunt quicũque pietatẽ amãt & Latinæ linguæ nouũ ſatis iſtiuſmodi in re nitorẽ. Tandẽ Biturigas redit ab eadem Margareta reuocatus, cui charus fuit inter paucos. Ibi cum Donello collega ſuo, viro per doctrinã & pietatem clariſſimo, vixit ſummo conſenſu, & ad iuuentutis Germanicæ petitionem Feudorum ius interpretatus eſt. Vix dum annus vnus aut alter exierat, cũ dies ille cruentus nunquam ſine gemitu, ſemper cum horrore nominandus, innocentium per vniuerſam Galliam ſumma decuſſit capita, & per omnes ordines promiſcuè & impunè graſſantibus improbis vulnus iſtud lethale inflixit morituræ mox patriæ: inſtillantibus in aurem adoleſcentis Principis & à tam immani facinore abhorrentis quibuſdam voces has auctoribus ſuis digniſſimas:

Sceptrorum vis tota perit ſi pendere iuſtum
Incipit.

Eripuit tamen diuina benignitas Hotmanũ ſitientibus eius ſanguinem inimicis. Statim enim atque de Caſtellonij vulnere intellexit, homo prudens, & qui poſt fulgetram iſtiuſmodi exſpectandum eſſe tonitru horrendum dicebat, vrbe exceſſit, fruſtrà poſtea quæſitus ſicariis. Heic iterum cladem accepit res eius familiaris amiſsâ ſupellectili, & quod magis doluit quódque iam antea ſemel acciderat, direptâ bibliothecâ: quo ex naufragio pauculas vix tandem collegit tabulas. Neque vnquam poſtea induci potuit vt in patria conſiſtendum ſibi iudicaret: non Andegauenſis ipſius Ducis literis inflexus, non promiſſis, non denique cũ ab eo Magiſter ſupplicum apud ſe libellorum dictus eſſet: hoc ſæpè vſurpans, *Fruſtrà Neptunum accuſat, iterum qui naufragium facit.* Ad Allobroges igitur iterum tamquam in portum ſe refert, ſcriptiſque aliquot eruditis contra fidem immò per fidem ipſam cæſorum innocẽtiam conſtanter tuetur: & quidem adeò efficaciter, vt qui mollem putabant futurum eius in tanta calamitate animum, prolixis pollicitationibus hortarentur ab iſtiuſmodi ſcriptionis genere abſtineret: quibus ille hoc tantùm repoſuit, *Nunquam ſibi propugnatam cauſſã quæ iniqua eſſet: nunquam quæ iure & legibus niteretur, deſertam præmiorum ſpe vel metu periculi. opprimi enim in bona cauſſa melius quàm malæ cedere. non modò non excuſandum parricidium, vltrò etiam defendendam cauſſam innocentium.* Dignę voces eo homine qui probitati atque induſtrię non diuitiis neque ambitioni ſtuderet. Igitur cùm *inſtituta maiorum tueri, ſapientis,* & periclitanti patriæ non ſuccurrere impij eſſe intelligeret, ſanãdis patriæ chariſſimę vulneribus nobilem illum hominúmque ſermonibus iactatum de regni Galliæ ſtatu libellum & quibuſdam non impunè poſt paullò impugnatum emiſit, quo imperij illius initia, fundamẽta, progreſſum, diſciplinam, leges ſeruando & amplificando regno latas ex veterum auctorum ſcriptis in lucem reuocatas antè oculos poſuit omnium, vt quibus artibus regnum hoc è paruo maximum eſſet à maioribus noſtris factum, iiſdem iam in ruinæ confinio poſitum conſeruaretur. Eodem iſto tempore, cùm propter vrbis & Doctorum celebritatem vndique confluerent auditores, intérque eos è Germania aliquot adoleſcentes Principum filij, Senatui vrbis hoc à ſe poſtulanti conceſſit, vt ad docendi laborem reuerteretur: atque heic eas quæ propediem vulgabũtur in ius ciuile ſcholas & libros Epitomatorũ magna ex parte cõſcripſit, notiſque ornauit quos habuit ſemper in deliciis C. Iulij Cæſaris commentarios. Tandẽ cùm miſeræ Galliæ lux aliqua adfulſiſſe videretur, & in pleriſq; regni prouinciis miſcella illa quæ vocata ſunt tribunalia conſtituta eſſent, & eſſet ipſe in eorum breue relatus qui in Monpeſſulana ciuitate Iudicis partibus fungerentur, conſilij ſui tenax & qui mox rediuiua mala præſagiret, cùm primò adnuiſſe videretur, mox planè abnuit, ac Baſileam ſe Rauracorum cum familia contulit, ob loci amœnitatem, cœli ſalubritatem & doctorum hominum conſortium, Germaniæ verò Principum, quibus erat chariſſimus & à quibus frequenter accerſebatur, viciniam: neque inde ſe abſtrahi paſſus eſt, quamuis Illuſtriſſimæ memoriæ Princeps Arauſicenſis & Batauiæ Ordines Ampliſſimi ad

Lugdunenſem ſuam ſimul natam & florẽtem Academiam benigniſſimè per Ianum Douzam nobilitate & doctrinâ pręſtantem virum & per Iuſtum Lipſium Muſarũ delicium inuitarent, ętatis ingraueſcentis, vxoris morbi, liberorum numeri excuſatione vſus. Sed ne in hoc quidẽ Baſileenſi ſeceſſu data illi eſt à docendi munere vacatio: vnde tamen ſquiente peſte eiectus Mompelgardũ Sequanorum oppidum; ibíque vxorem amiſit liberorũ vndecim matrem, piam cordatámque mulierem, cum qua ſine animi læſione vixerat annos vndetriginta. Hoc vulnere ſauciatus, cùm & cœlibem ſe & filios abſentes cogitaret, ac quatuor filias ſecum haberet, reuerſus eſt ad vxoris ſuę ſorores vt in earum ſolatiis cõquieſceret. Iámque ſexagenarius & rudẽ fruſtrà ſperans, vexatam illam rebus ita poſtulantibus & magnis viris hortantibus tractauit controuerſiam de ſucceſſione inter patruum & fratris filium, atque in vniuerſum de iure ſucceſſionis regiæ in regno Gallię: magno totius Galliæ bono, vt probauit haud ita multò poſt euentus, gratulantibus patriæ bonis omnibus tam opportunè tantæ molis rem à tanto viro ita illuſtratam vt de ea in poſterum dubitari non poſſit. His meritis pręmium deberi cùm intelligeret Henricus tum Nauarrę Rex, vltrò codicillos ad eum miſit Senatorię in Conſiſtorio ſuo dignitatis; cuius tamen eum fructum non tulit quem beneficus Princeps voluerat: ac opinor in tantis rerum omnium anguſtiis factum vt ex annuo quod debebatur ſalario vix ad eum quidquam, ſicuti audio, peruenerit.

Horret animus quę iam dicenda ſunt attingere: & facere non poſſum quin cum lacrumis mortem illius ſcribam, quam ipſe libenter amplexus eſt. Cùm enim poſt ſexageſimum ætatis annum ſcribendi docendíque laborem indefatigatus continuaret, hydrope tentatus eſt. Species ea aquæ intercutis quam medici tympaniten vocant: cuius morbi eò fuit dolor grauior quia vitę maiorem partem inoffenſus à morbis tranſegerat, & ſenem factum ſenectutis incommoda non ſentientem lætabatur. Curandum igitur ſe medicis tradidit. Sed Allobrogico bello ingruente, ſenex otij cupidus & qui procul ab omni armorum ſtrepitu leuamen morbi ex cæli mutatione ſperaret, ſuum certè potiùs quàm amicorum ſecutus conſilium, Baſileam reuertitur, tantopere olim amatam ſibi. Ea in vrbe maiorem etiam tum ſtudiorũ quàm valetudinis habuit rationem. Opera enim ſua, tertiâ minimùm parte adaucta, mortis, opinor, propinquantis conſcius, certos in tomos claſſéſque diſtributa recognouit. Morti paratum hinc dixeris. Cùm optimus & doctiſſimus Aliboſius archiatros in aula Chriſtianiſſimi Regis Comes per litteras admonuiſſet non carere periculo morbum iſtum, reſpondit: nõ tamdiu inter viuos fuiſſe ſe quin & mori didiciſſet, ac repetenti quandocumque ſpiritum Deo redditurum ſe animo intrepido, immò & cupiẽte. Igitur quamuis omnia moliẽtibus Platero, Bauhino, Aragoſio, viris in re medica peritiſſimis & Hotmanum amantibus, *vt magnæ arbores diu creſcunt, vnâ horâ exſtirpantur*, fatorum mandata peragente morbo, viréſq; corporis euincente, Februarij die duodecimo, anno Chriſti M D X C. ætatis LXV. placidè voléńſq; Deo ſpiritũ reddidit, filij Dei opem, miſericordiam, & ab eo pérq; eum ſalutem implorans, audientib. & in lacrumas erumpentibus amicorum qui tũ adſtabant potiſſimis, Baſilio maximè Amerbachio eruditionis eximiæ Iuriſcõſulto. Corpus in Baſileenſi æde maxima depoſitũ conſpicuo loco, à Curatoribus ædis honoris ergò conceſſo: deducentibus funus omnium ordinum hominibus, magiſtratu, Academia, Gallis hoſpitibus, ereptum vrbi & orbi tantum virum gementibus: cùm inter Baſileenſes qui hoſpitij iure, & Gallos qui patrię prærogatiuâ Hotmani cadauer ſibi ad ſepulturam tradi debere conteſtabantur, quale quondam de Homeri patria inter ſeptem illas vrbes, certamen eſſet exortũ defuncti memorię per quàm honorificum. Funebrem de ciuitatis more concionẽ habuit Ioannes Iacobus Grynęus magni nominis Theologus & Paſtorum in ea republica primicerius. Ea eſt in hominum manibus Germanicè & Latinè ſcripta. Samuel Grynæus Simonis F. nobilis Iuriſconſultus & Academię tum Rector tumuli curam & inſcriptionis in ſe recepit qualis legitur illo loco. Filios reliquit Hotmanus ſuperſtites Ioannem & Danielem; filias quatuor. Liberos teſtamento inter eos ſcripto, ex ęquis portionibus heredes eſſe voluit; Villeriano tamen prædio & bibliothecâ Ioanni natu maximo prælegatis. Ioannem hunc pater præcipuo ſemper amore complexus eſt, ingenio eius & moribus delectatus. Abſentem certè in morbo ſæpè inclamabat, & quemcunque ad ſe ingredientem animaduertebat, filium aduenisſe imaginabatur: nouiſſima in luce deſiderantibus optimi parentis oculis filium quem pluſquàm oculos, aut ſi quid charius eſt oculis, diligebat. Huic igitur quæcumque viuus habuerat chariſſima teſtamenti tabulis commendauit, filias ſuas, ſcripta ſua. Et iſta quidẽ dignis demũ eo honore & præſtantibus doctrinâ & iudicio viris inſcribi à filio voluit, quandocúmque ederen-

ederentur; quæ, vt dixi, antè obitum recenſuerat omnia, ſed per notas & ſigna: ac periiſſent poſtremi iſti fœtus ni eos filij cura ſuſcepiſſet immani quidem cum labore, at immortali cum pietatis, diligentiæ, induſtriæ gloria. quæ ſi quãdo edentur (edentur autem vt ſpero & opto quamprimum) erunt opinor iuris noſtri intellegẽtibus ceteriſque litterarũ cultoribus non minus grata vtiliáve quàm quæ hactenus in lucem exiuerunt: ſi non erunt gratiora quæ poſt tot annorum curam & ſtudium conſcribſit morti proximus:

Vt eſſe Phœbi dulcius lumen ſolet
Iam iam cadentis.---

Ac mihi quidem quæ quótve ſcribſerit reputanti mirari ſubit tot eum legiſſe aliorũ ſcripta cùm tot ipſe ediderit, tot eũ edidiſſe cùm tot legerit. nimirum victu ſobrio (cùm diceret naturam ſi adſueſcas paruo contentam eſſe) indefeſſus laboris & ſcriptoris illius qui χαλκέντερος dictus nõ abſimilis, *ocium ſine litteris mortem & hominis viui ſepulcuram* exiſtimabat: glorioſum dictitans vt militari viro in acie occumbere, ſic libris immori eum qui famam è libris peteret: quam merito ſuo cõſecuturum ſe cùm minimè dubitaret, an quo alio conſilio, non amicis, non liberis flagitantibus indulſit, vt adhibito pictore effigiem illius apud ſe conſeruarent, quamuis toto corpore decorus, ſtatura excelſa, naſo oblongo, oculis cæſiis, vultu auguſto: relinquere ſe illis veram ſui imaginẽ moribus ſuis ſcriptiſq; effictam teſtatus. Hotmani tamen lineamenta morientis iam & veluti placidè ſopiti iuſſus ab amicis qui ægrotanti adfuère pictor expreſſit. Moribus fuit probis, grauibus & compoſitis; pietatis veræ amantiſſimus. Sæpè illũ liberi ſecretum captantem & in preces effuſum deprehendère, quarũ formulas pia mens & pura ſibi conſcribſerat, amotis illius diuini facem impuris ignoratam, qua expiati animi ſuccenduntur, præferentes: cùm ſupplicationem ſiue orationem diceret eſſe πάγχρηστον medicamentum & quod morbis omnib. ſalutariter ſubueniret. Sacros codices adſiduè legit, veteriſque eccleſiæ hiſtoriam & doctorum libros, diligenti curâ à ſe adnotatos. in iis maximè quæ ad Eccleſiæ pacem piorúmque hominum leniẽdas acerbitates pertinere videbantur. Et quæ ſacris de rebus ſcribſit piè prudentérque teſtimonio ſunt illum non inter eos *qui diſputare malunt quàm qui viuere*. Patriæ verò amor quantus in illo, dicere quid adtinet? cui certum erat *omnia licere pro patria*, qui periclitanti remedia ſalutaria, cadenti ſuſtentacula quibus vti poſſet miniſtrauit: qui lacrumis iacentem proſecutus eſt. ac ſicuti naturale eſt manum ſæpius ad id decurrere quod doleat, nunquam non voce & ſcriptis teſtatus eſt, quanto animi cum mœrore omnem hunc imperij Gallici contextũ in multas partes diſſilire multò antè proſpiceret. Animus illi in aperto: fucatum nihil fictúmve. ſimulationum falſa oderat. flagitiorum impatiens etiam eorũ quæ ſuperioribus admiſſa ſeculis. Aulicorum, qui per adulationem maláſve artes principibus obreperent, hoſtis: bonis grata illius in defenſione innocentium conſtantia, improbis ideò non probata, quia ſub exemplo metuendum ſibi iudicabant. rigor illi hac in re inde *quia plura ſæpe peccantur dum demeremur quàm dum offendimus*. Amicis tamen iucundus acceptúſque & qui ſales interdum neque obſcœnos, & ingenioſos vſurparet. Ingenium ſublime, viuidũ, promtum, efficaciſque induſtriæ. & in flexu ætatis demùm poſt tot tam longi temporis ærumnas, ſine cuiuſquam tamen damno, iniuria, aliquantum factus moroſior. Patris certè offenſam forti animo tulit atque Chriſtiano, vt & alia *tam multa dictu grauia, perpeſſu aſpera*, qualia fuère rei familiaris crebra nimis per tumultus bellicos damna: cùm ſeculum ingratum & alij experirentur & ipſe in lucro iacturam rerum ob pietatis nomen deputaret, *nihílque* duceret *infelicius eo cui nihil vnquam euenit aduerſi*. Amicis vſus eſt optimis & doctiſſimis quibúſque in Gallia, Germania, Heluetia, aliíſque regionibus viris: quorum heic recenſione accurata abſtinẽdum, ne in ambitionẽ compoſita ſeries tam immẽſa videatur. Sanè litteræ ad eum ſcriptæ & in ſcriniis repertæ fidem faciunt & à Principibus viris ſæpè cõſultum, & doctos vbique viros amicitiam eius expetiuiſſe. ſed illorum nemo ſcribſit amantius nemo crebrius quàm è Landgrauiis natu maior Gulielmus laudatiſſimæ memoriæ Princeps, qui eum ſæpè in conſilio, ſemper in precio habuit. Quid memorem alios principes, ciuitates, optimates quibus fuit ob prudẽtiam, fidem, eruditionẽ acceptiſſimus, & muneribus auctus atque ſalariis? In amicis obſeruauit pium illum moderatíque ingenij Melanthonem ſenem ipſe adoleſcens ab illo redamatus. Petrũ Montaureum regis Karoli bibliothecarium acerrimi iudicij & exquiſitæ doctrinæ hominem admiratus: vt & vtrũque Camerarium patrem & filium viros pietate & eruditione præſtantes. Doctrinam verò Hotmani in omni litterarũ genere fruſtrà dixero: neque prudens ſoli lumen de tenui foculo addiderim. Hiſtoriæ quidem vniuerſalis indicem à ſe conſcriptum teſtatur ipſe: (& eius fortè an portio quam conſolationem præſcribſit) nam cetera quidem vt & alia eiuſdẽ multa inter tam crebras conuaſa-

tiones & deprædationes periere litteratis. Sanè Gallicanæ hiſtoriæ tam accurata cognitio, vt Heros quondam ille Caſtellonius maris Gallici præfectus, & Michael Hoſpitalius regni Cancellarius Hiſtorici regij munus cum annuo octingētorum aureorū ſalario huic, quem vnicè diligebant, procurauerint, ſi per immanitatem temporū frui licuiſſet bellorúmque æſtus, vt regni huius hiſtoriam fœdatam multis, incorrupta rerū fide ad poſteritatem tranſmitteret ex archiuis publicis. Senex etiam ad naturalium arcanorum cognitionem adſpirauit, Plinij aliorúmque ductu & exemplo. *Nullum enim modum eſſe dicere ſolitus eſt inueſtigandi veri niſi inueneris; & quærendi defatigationem turpem cùm id quod quæritur ſit pulcerrimum.* amore ſolo ſcientiæ factum id crediderim ab eo qui curioſum & nunquā ſatiatum mentis oculum in omnia etiam abdita obſeptáque cuperet iniicere. Sed præcipuum illi in excolenda quam nanctus erat ſparta ſtudium. Iuris enim cognitionem ſemel ſuſceptam ad extremum vitæ ſpiritum perſecutus eſt, quam in republ. benè ac feliciter conſtituenda principem obtinere locum iudicabat. eò ſtudia ſua omnia, labores omnes contulit. & fidem fecit tandem huius ſuæ ſententiæ dictíque: *Noſtrum hoc ſtudium neque tam agreſte ac barbarum eſſe vt non arte tractari; neque tam aſperum atque horridum vt non aliquem ferre poſſit orationis cultum.* Tenebras igitur, quæ in iure ciuili multæ, commentariorum luce diſcuſſit, & Triboniani ſalebras, vt ipſe vocitare ſolitus eſt, pleraſque ſuſtulit. Quantum illius in hac opera meritum iudicabit non ingrata poſteritas. & ſciunt qui Digeſta illa, quæ indigeſta ipſe iudicabat, Cæſarúmque conſtitutiones non leui manu verſant illi quid debeatur. neque hęc nō inſignis laus. poſſunt enim nō boni tātùm Principes ſed Iuriſconſulti etiam vno in annulo perſcribi. Neque verò minus in Pragmaticorum libris & doctrina verſatus eſt; cùm ad vſum fori referenda cenſeret magiſtrorum in ſcholis dictata. teſtantur hoc editi ab eo Conſultationum libri grauiſſimis in negociis principum & priuatorum. Nam conſilij copiam præbebat volentibus licebátque conſulere quamuis non tranſuerſo foro ambulantem. Ac ſanè tanta illi in reſpondendo religio, tantus æqui amor, vt à Principe quodam in cauſa ſummi momenti conſultus & Principi reſcribſerit ne rem iniquam adgrederetur, & illius conſiliarios liberè per litteras increpuerit, *quod Principi ſuo pro more potentiæ ſuæ licere voluiſſent quod erat per leges illicitum:* quamuis illi certa ſpes ampliſſimæ mercedis præſens eſſet aliud reſpondēti. Et iudices plerique in iudicando ab eius ſententia non temerè receſſerunt. Vidit tamen perſpicaci vir ingenio quàm imperitè quámque impudenter eorum qui ſe Pragmaticorū & Canoniſtarum nominibus vēditant nonnulli, Romanas leges ad arbitrium ſuum inflecterent: ac fibulam iſtis impoſuerat diſputationibus quibuſdam ſuis cōtra ſectæ vtriuſque Patriarchas: quas furto ſibi periiſſe apud amicos ſæpe conqueſtus eſt: præter nonnulla earum capita Obſeruationum libris ab eo poſt inſerta. Quin & antè multo cùm optimo & ſapientiſſimo viro doleret tantum tēporis tam inutiliter à iuuentute in ſcholis iuris publicis impendi, videretque aliam planè eſſe Ro. legum, aliam regni huius rationem; & vtrumque tamen errore noxio cōfundi: ſcripto breui ſed valido erroris huius publici admonuit, ne deinceps iuuentutem noſtram pœniteret longi ſed infructuoſi in re non ita neceſſaria laboris. Libello nomen Tribonianiſmus. in eo πανουργίαν & imperitiam Triboniani, iuris Rom. varias in contrarium variis temporibus mutationes eiúſque in omnibus partibus ambages ex varietate ſcripturæ tēporúmque interpretum ſpinas tricáſque, & quæ aliæ labes, propoſuerat; ac euidentiſsimè non eſſe ius illud ad Galliæ mores valdè adcommodatum oſtenderat: & peritorum exemplo medicorum aliam longè breuiorem iuris docendi diſcendíque viam vſibus noſtris commōſtrauerat. Ac ſcriptum iſtud Soloni Galliarum Hoſpitalio lectum & probatum cur lucem hactenus non viderit in ambiguo eſt. niſi ſi per huius ſeculi mores, quo maximè ſalutaria quæque maximè diſplicēt, quo *nec vitia iam nec vitiorum remedia pati poſſumus*, factum eſt vt quæ boni publici quàm priuati in profeſſione ſua commodi amantior hic noſter cōſcribſerat, poſt mortem demum ſuam legi voluerit. Ceterùm in laborioſiſſima iſta interpretādi iuris exercitatione non caruit æmulis. *quemadmodum enim per frequentia vrbis loca properāti in multos incurſandū eſt, & alicubi labi neceſſe eſt, alicubi retineri, alicubi reſpergi*: ita in hoc actu vitæ & tā multis vſurpata legum profeſſione inciderunt querelæ quædā & certamina. rē tamen ita diſpenſante Deo vt ex magnorum virorum contentionibus dum ſua ſinguli curatius expendunt ad litteratos fructus non exigui redundarint. nam Balduinum quidem olim amicum, poſteà famæ nominíſque hoſtem expertus eſt, quòd hominem, quem nonnulli deſultorem eccleſiaſticorum certaminum vocitabant, amicè monuiſſet vt conſtanter famam tueretur: eiúſque libellis oppoſuit vnicum illum de officio pij Iuriſconſulti. deinceps iniurias

illius

illius atque offenſiones ſupernè deſpiciens cum eo certandum ſibi non iudicauit. Vbi autem cum magno illo Rom. iuris antiſtite Cuiacio res fuit, tum verò dignum ſe dignum fama oppoſitum aduerſarium intellexit. Nolo cauſſas contentionum, nolo ſcriptorum aculeos parte ab vtraque referre, ne illud mihi quis occinat: Ὁ λαὸς αὐτῷ συλλέγων τὰς συμφοράς. Vtrumque reueritus ſum dum viueret, & memoria vtriúſque ſancta mihi: illius vt huius ſcripturus vitam niſi ſi alij occupaſſent. atque vtinam res in neruum non erupiſſet. ita enim ſentio: ad litterarum iniuriam pertinere cùm ſe ipſi inuicem litterarum myſtæ inſectantur. initia certè iurgiorum fuere tolerabilia: cùm vterque æmulum mutuis laudibus quamuis diſſentientem ferret. Erat ſanè Hotmanus in amicis laudandis nō parcus, qui amicè reprehendētes amaret: ſed & qui acerbè tamquam erranti inſultantibus ac bilem mouentib. iuſti doloris aculeos vlturus oſtenderet magis quàm infigeret; ſemper vt vitia quàm homines inſectatus, & in rem potius quàm in perſonam egiſſe videretur. Illius enim animum Chriſtianis præceptis informatum imbutúmque caruiſſe odio hominum crediderim. *leues quoſdā tenuéſque motus, ſuſpiciones & adfectuum vmbras ſenſiſſe* non negauerim. & ſunt qui *honeſtius putent offendere quàm odiſſe*. Odio certè vacuum, animíque candorem hinc intelligas. Narrantem audiui Ioannem filium V.C. profecturo ſibi commendata à parente ſcripta Cuiacij, iuſſúmque cum Dauidis Pſalmis Paratitla illius perpetuò in itinere circumferre. lætatúmque parentem Danieli filio natu minori à tanto Doctore tributa doctoratus inſignia. Sed ſuum vtrique decus poſteritas repēdet. Nam mihi quidem de tātis viris iudicium ipſe non ſumo: & conferre inter ſe illos in iniuriam alterutrius nō eſt moris modeſtięque noſtræ: quantumuis ſua vterque certis in rebus propria laude floruerit. ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε ταυτήν, ἄλλῳ δ' ἀπένευσεν. dicam tantùm quę ambobus confeſſione omnium fuere communia. Illuſtrarunt puriſſima doctrinæ ſuæ luce duo hæc lumina Galliam noſtrā vno eodémque tempore, felici vterque eadem in profeſſione ſucceſſu, ad quam ſua ſtudia omnia referebant. ſuis exteriſque admirabiles, laboris patientiſſimi; doctiſſimorum vbique virorum verè dixerim patres informatoréſque; adeò vt rarus hodie in Galliæ Germaniæque tribunalibus qui non alterutro horum doctore glorietur. Iiſdem in Academiis anteceſſorum munere, diuerſo quamuis tempore, functi. honoribus non ambientes à Principibus aucti. iter illis ad immortalitatem nominis eundem per callem: eodémque anno atque eadem ferè ætate mortalitatem expleuerunt. Hactenus de vita & morte Franc. Hotmani quæ viſa dictu neceſſaria. omiſſa volenti compluria; ne adulationi proxima cenſeatur longior oratio. Tu nunc mihi ſalue & vale Hotmane, *non vitæ tantùm claritate ſed etiam mortis opportunitate felix. Tu quidem nunc viuis in ſinu Abrahæ. quidquid illud eſt quod illo ſignificatur ſinu, ibi viuis. nam quis alius tali animæ locus? & ſpiritale os tuum ad fontem Domini iam ponis, bibiſque quantum potes ſapientiam pro auiditate tua, ſine fine felix.* Nos in hoc cœno neque viuere, neque mori volentes valentéſve poſtremum illud tempus incurrimus, *quo non iam per interualla ac ſpiramenta tēporum*, ſed continuò & velut vno ictu rempub. hanc Chriſtiani nominis furor hoſtilis noſtérque exhauriet. κακῶν ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ Τοσοῦτον, ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν: Te igitur ſumme Deus, Deus criminum quæſitor & vindex, idémque miſericordiarum Deus adoro ſupplex; fauens propitiúſque tuis vti ſies. Eccleſiam illā tuam vbique diffuſam, Filij tui vnici ſponſam, aduerſus vim dolúmque defendas hoſtis externi & domeſtici. & ſi qui erunt qui tibi tuíſque ſcientes volentéſque bellum faciant, eorum in caput bellorum has quibus iamdiu opprimimur calamitates vertas. Ζεῦ μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν. Ignorantes veritatis tuæ luce; improbos pœnitentiæ auxilio: regni huius orbíſque vniuerſi incolas omnes pacis æternæ bono ſecuros & felices eſſe patiaris. Kalend. Septemb. CIƆ IƆ XCII.

¶¶

TVMVLI BASILEENSIS inſcriptio.

D. O. M. S.

HOSPES SISTE. FRANC. HOTMANI C. M. V. MONVMENT. VTI GNARVS SIES HEIC EST. HAVT OPVS VLTRA SISTI FOSTE AN DIXIS DVRANTE AETERNVM FAMA TALIVM QVI VITA MERVERE. ICCIRCO SVPERVACVVM MONVMENTI SVMT. QVOQ. DIXIS TAMEN VTI GNARVS MAGE SIES HOSPES SISTE. LVTETIA PARIS. ET SENATORIA DOM. OLLI MATER. DOMVS EA EX ANTIQ. ET NOB. OTMANNOR. FAMIL. APVD SILESIOS GERM. GENTEM ORTA. PIVS SANCT. INTEG. IVRIS IVSTITIAEQ. ANTISTES FVIT. IVS. CIV. ROM. SCRIPTIS SVIS EXCOL. INLVSTRAVIT. GRAVITER FACVNDEQ. IN PRIMORIB. GALL. ACAD. DOC. SEMINARIVM OPTIMOR. CIV. NON LITIGIOSOR. HOM. SCHOLA EIVS. HOC TAMQVAM AD FAN. THEMIDIS VNDECVMQ. VSQ. VENTVM. LEGATIONEM GERMAN. SVB. KAR. IX. GALL. REG. ALIQVANDIV PROSPEREQ. GESS. DE SVMMA REP. CONSVLTVS BENE AC SAPIENTER LINGVA STILOQ. RESPONDIT. GRAVISS. AVGVSTISS. Q. CAVSSAS ETIAM ADVERSVM PATRIAE TVRBATORES CONSTANTER ET CVM FRVCTV GENERIS HVM. DEFEND. SENIOR GALLICOS PROPT. MOTVS PROPRIAMQ. PIETATEM IN GERMANIAM CEV PATR. ALTERAM MIGRAT. ILLEIC PRINCIPVM VIROR. AMICITIAM VIRTVTE DOCTRINA CONSILIO PRAECIPVISQ. ALIS HVM. ANIMI BONIS MERVIT. DEMVM BAS. RAVR. AGENS COELO ADSERT. PVB. MAX. LVCTV DAMNOQ. HAR. CE RER. CAVSSA CVMQ. GLORIAE ISTI OMNEIS BONI DOCTIQ. CONSENTIANT SIETISQ. HAVT DVBIE VOS O POSTERI LARGITER CONSENSVRI INLATO CORPORI MONVMENT. CVM HAC SCRIPTVRA SCALPTVRAVE FACIVNDVM F. ET AMICI AMP. ORD. AEQ. ITA FIERI CENSENTE C. I. VIX. A. LXV. M. VI. D. XXI. OB. PR. EID. FEB. A. MESS. CIↃ IↃ XC. HAVETE ET ABITE HOSPITES SVLTIS ET EXEMP. TANTO FAVENTES PROPITIQ. RECTE ATQ. E REP. QVA POTE EST ERIT FACITOTE.

Iac. Lectius I. C.

FRANC.

FRANC. HOTMANI C.M.V. EPICEDIVM.

Ex hoc viator paucula
Dignare ſaxo diſcere,
Quem diuiti Lutetiæ,
Quem ditibus parentibus,
Honoribus quem maximis,
Chriſti crucis ludibria,
Et quidquid immanis iubet
Vis impiorum perpeti,
Decies quaternos quattuor
Fortem per annos vidimus
Perferre, tempeſtatibus
Nulliſque territum malis:
Quo ſenſa iuris intima,
Legúmque griphos omnium,
Mirabili facundia,
Veræ æquitatis ex penu,
Promente, tota Gallica
Et totius Germanica
Plauſere pubis pulpita,
HOTMANVS HIC MAGNVS IACET.

T. B. V.

ALIVD.

Huiccine vos tumulũ molitier? huiccine famam
Viro apparare, Rauraci?
Cui tumulũ tellus fama auſpice tota miniſtrat,
Thetis miniſtrat vtraque
Irritus ô, propriæ accẽdunt niſi præmia laudis,
Amor labórque, Rauraci.
Prona fides dicto: nam cui Virtusq́ Pudorq́
Vastum recluſit æthera,
Qui Themidis pius Antiſtes, qui grãde togato
Exemplar exſtat ordini,
Qui fera diſsidiis, longosq́ experta tumultus
Silentio plectit fora,
Qui carie & fœdis expurgat ſordibus artes,
Reparátque priſtinum decus,
Cui recti verique tenax facundia ſæuis
Stetit periclis fortior,
Qui iura aſſeruit patriæ, ſacróque profanum
Fulmen reuicit fulmine:
Credite, qui tumulũ, memoriſq́ encomia famæ
Viro apparatis, Rauraci,
Huic tumulũ tell⁹ fama auſpice tota miniſtrat,
Thetis miniſtrat vtraque.

IAC. LECTIVS.

MEMORIAE AETERNAE
FRANC. HOTMANI IC.
SACRVM.

Externâ ad Rheni ripam tumulatur arenâ,
Tam procul à patriâ, patriæ qui lumen & ingens
Splendor erat. meruit patria hanc ingrata repulſam,
Quæ decus ipſa ſuum patriis conſiſtere terris
Non tulit. ô facinus! Nam quis te doctior vnquam,
Quis potior pietate vnquam, patriæque, boniſque,
Æterno vouit victuras tempore chartas?
Sed te poſteritas, te noſtri, Hotmane, nepotes
Ereptum, veris lacrumis, veróque ſequentur
Mox gemitu, poſtquam (fruſtrà heu! fortaſſe) requiret
Téque tuíque ſimiles tua Gallia: poſtquam
Orbatam tali ſeſe doctore queretur
Barbaricos inter ſcopulos malè tuta iuuentus.
Nos has interea violas, hos ſpargere flores
Et iuuat, & iuſtum eſt: tumulóque inſcribere verſus,
Incomtos certè, ſed noſtri pignus amoris,
Officiíque: vt ne me ingratum fama loquatur.

Ocellus, iſte Galliæ fuit ſuæ;
Ocellus, iſte Iuris & Dices fuit;
Ocellus iſte cluſus eſt ſimul, Dice
Vagatur orba lumine, orba Gallia.

Hunc Pietas tumulum, tumulum hunc Aſtræa tuentur:
Aſtræa cultorem ſuum,
Cultorémque ſuum Pietas poſt fata tuentur,
Aduerſa fata huic ſeculo.
Et ſe deſertas gemebundâ voce queruntur,
Cultore priuatas ſuo:
Quin reditum ad ſuperos infeſtâ voce minantur,
Nî talis exemplum viri,
Huius tu inſpector tumuli, pietate ſequaris,
Nî nos ſequamur poſteri.
Hoc ipſe è tumulo clamat poſt fata ſuperſtes,
Hoc ipſe mandat poſtumis.

Petr. Neuel. Doſch.

INDEX TITVLORVM ET CAPITVM QVAE IN EPITOMATORVM, DISPVTATIONVM, & Quæſtionum Illuſtrium libris continentur.

PRIOR NVMERVS TITVLVM VEL CAPVT: POSTERIOR PAginam demonſtrat.

LIB. I.

De iuſtitia & iure tit. I. 1
De origine iuris, & omnium magiſtratuum & ſucceſſione Prudentum. II. 5
De legib. & Senatuſconſultis & longa conſuetudine. III. 9
De Conſtitutionib. Principum. IIII. 11
De ſtatu hominum. V. 14
De his qui ſui vel alieni iuris ſunt. VI. 17
De adoptionibus & emãcipationib. & aliis modis quib. poteſtas ſoluitur. VII. 21
De diuiſione rerum, & qualitate. VIII. 27
De Senatorib. IX. 30
De officio Conſulis. X. 31
De officio Præfecti prætorio. XI. 32
De officio Præfecti vrbi. XII. 32
De officio Quæſtoris. XIII. 33
De officio Prætorum. XIIII. 34
De officio Præfecti vigilum. XV. 35
De officio Proconſulis. XVI. 36
De officio præfecti Auguſtalis. XVII. 37
De officio Præſidis. XVIII. 37
De officio procuratoris Cæſaris, vel Rationalis. XIX. 39
De officio Iuridici. XX. 39
De officio eius cui mandata eſt Iuriſdictio. XXI. 40
De officio Adceſſorum. XXII. 41

LIB. II.

De Iuriſdictione. I. 41
Quod quiſquis iuris in alterum. II. 47
Si quis ius dicenti non obtemper. III. 48
De in ius vocando. IIII. 48
Si quis in ius vocatus non ierit. V. 49
In ius voc. vt eant vel &c. VI. 50
Ne quis eum qui in ius voc. VII. 50
Qui ſatiſdare cogantur. VIII. 51
Si ex noxali cauſſ. ag. IX. 51
De eo per quem fact. eſt quomin. X. 52
Si quis caution. in iudicio. II. 52
De feriis. XII. 77
De edendo. XIII. 77
De pactis. XIIII. 79
De Tranſactionibus. XV. 82

LIB. III.

De poſtulando. I. 83
De his qui not. infam. II. 85
De procuratoribus & defenſor. III. 87
Quod cuiuſcumque vniuerſit. IIII. 69
De negociis geſtis. V. 70
De Calumniatoribus. VI. 73

LIB. IIII.

De reſtit. in integ. I. 75
Quod metus cauſſa. II. 76
De dolo malo. III. 77
De minorib. viginti quinque annis. IIII. 79
De capitis minutione. V. 81
Ex quib. cauſſ. maior. VI. 83
De alienat. iud. mut. VII. 84
De receptis &c. VIII. 85
Nautæ, caupones, ſtabul. IX. 88

LIB. V.

De Iudiciis. I. 89
De inoff. teſt. II. 93
De hereditat. pet. III. 96
Si pars hered. pet. IIII. 98
De poſſ. hered. pet. V. 99
De fideic. hered. pet. VI. 100

LIB. VI.

De rei vind. I. 99
De Public. in rem act. II. 105
Si ager vect. III. 106

LIB. VII.

De vſufr. I. 107
De vſufr. adcreſc. II. 110
Quand. dies vſufr. leg. ced. III. 113
Quib. modis vſufr. vel vſ. amitt. IIII 114
De vſufr. ear. rer. V. 116
Si vſufr. petetur, vel ad alium pertin. VI. 117
De oper. ſeru. VII. 118
De vſu & habitat. VIII. 120
Vſufructuar. quem. cau. IX. 123

LIB. VIII.

De Seruitutibus. I. 123
De ſeruit. vrb. II. 132
De ſeruit. ruſt. III. 134
Commun. præd. IIII. 138
Si ſeruit. vind. V. 139
Quemad. ſeruit. amitt. VI. 141

LIB. IX.

Si quadr.paup.fec.dic. I 143
Ad leg.Aquil. II. 146
De his qui effud. III. 149
De noxal.act. IIII. 151

LIB. X.

Fin.regund. I. 155
Fam.erciſ. II. 156
Comm.diuid. III. 161
Ad exhib. IIII. 164

LIB. XI.

De interrogat.in iur.faciund. I. 167
De quib.reb.ad eund.iud. II. 170
De ſeru.corrupt. III. 170
De fugit. IIII. 172
De aleator. V. 173
Si menſ.falſ. VI. 177
De relig. VII. 179
De mort.inf. VIII. 183

LIB. XII.

De reb.cred.ſi cert.pet. I. 183
De iureiurando. II. 192
De in litem iurando. III. 200
De condictione cauſſa data. IIII. 203
De condictione ob turpem cauſſam vel iniuſtam. V. 207
De condictione indebiti. VI. 209
De condictione ſine cauſſa. VII. 214

LIB. XIII.

De condictione furtiua. I. 215
De condictione ex lege. II. 218
De condictione Triticaria. III. 219
De eo quod certo loco dari oportet. IIII. 222
De conſtituta pecunia. V. 225
Commodati vel contrà. VI. 229
De pigneratitia actione. VII. 234

LIB. XIIII.

De Exercitoria actione. I. 235
De Inſtitoria actione. II. 239
De lege Rhodia, de iactu. III. 240
De Tributoria actione. IIII. 241
Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicetur. V. 244
De Senatuſconſulto Macedoniano. VI. 246

LIB. XV.

De Peculio. I. 249
Quando de peculio actio annalis eſt. II. 255
De in rem verſo. III. 256
Quod iuſſu. IIII. 257

LIB. XVI.

Ad Senatuſconſultum Velleianum. I. 259
De compenſationib. II. 264
Depoſiti vel contrà. III. 268

LIB. XVII.

Mandati vel contra. I. 275
Pro ſocio. II. 289

LIB. XVIII.

De contrahenda emtione & venditione. I. 299
De in diem addictione. II. 315
De lege Commiſſoria. III. 317
De hereditate vel actione vendita. IIII. 318
De reſcindenda venditione. V. 321
De periculo & commodo rei vendita. VI. 323
De ſeruis exportandis. VII. 325

LIB. XIX.

De actionib.emti & venditi. I. 327
Locati. II. 331
De aſtimatoria. III. 342
De rerum permutatione. IIII. 343
De perſcriptis verbis,& in factum actionib. V. 346

LIB. XX.

De pignorib.& hypothecis: & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum. I. 345
In quibus cauſſis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur. II. 359
Quæ res pignori vel hypotheca datæ obligari non poſſunt. III. 363
Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur: & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. IIII. 373
De diſtractione pignorum & hypothecarum. V. 379
Quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur. VI. 385

LIB. XXI.

De Ædilitio edicto. I. 387
De euictionib.& dupla ſtipulatione. II. 393
De except.rei vend.& trad. III. 396

LIB. XXII.

De vſuris,fruct.cauſſ.acceſſion.& mora. I. 397
De nautico fœnore. II. 431

CAPITA DISPVTATIONVM.

De gradibus Cognationis.

De graduum cognationis enumeratione ex iure ciuili Rom. cap.I. pag.435
Eorumdem graduum cognationis enumeratio, ex Græcorum Theologorum ac Iuriſconſultorum legib. & inſtitutis. II. 445
Latinorum Theologorum & Canoniſtarum ratio in enumerandis gradib.cognationis. III. 447
Feudiſtarum ratio in gradib. cognationis enumerandis aliter expoſita. IIII. 456

De gradibus Adfinitatis.

Adfinitatis definitio & diuiſiones. I. 455
De tabula adfinitatis tam ſtantis quàm accedentis. II. 459
De triplici iure adfinitatis, ex iure ciuili Rom. III. 460
De quaſi adfinitate, ex Iure Ciuili Rom. IIII. 464
De quaſi adfinitate ex Iure Orientali. V. 466
De Adfinitate ex Iure Canonico. VI. 470

De ſponſalibus.

Notatio nominis, & definitio ſponſaliorum proponitur & explicatur. I. 469
De perſonis quæ ſponſalia contrahere poſſunt. II. 47
De ſeptuplici ſponſaliorum forma, ritu & ſollemnitate. III. 474

De multiplici iure ſpõſaliorum, eorúmque cum nuptiis differentia vel communione. IV. 477

De iure ſponſaliorum, ex lege Moſaica, & Chriſtianorum tam Græcorum quàm Latinorum inſtitutis. V. 480

An rectè ſponſalia inter impuberes contrahi poſſint: itémque inter abſentes, ex iure Chriſtiano. VI. 483

De formulis ſponſaliorum, quæ vulgò dicuntur verba de futuro & verba de præſenti, aduerſus Canoniſtas inſtituta diſputatio. VII. 485

Altera contra Canoniſtas diſputatio de ſponſalib. quæ vel purè vel ſub condicione & in diem cõtrahi dicũtur. VIII. 488

De ritu nuptiarum & iure matrimoniorum.

Matrimonium inter & nuptias differentia, & vtriuſque defin. propoſita. I. 489

De perſonis, quæ cõtrahere nuptias poſſunt: vbi de ætate, ſtatu, patria, & condicione earum diſſeritur. II. 490

De patria poteſtate, patrúmque in nuptiis conſenſu, & auctoritate tutorum: ſed primò de Rectorib. Prouinciarum. III. 492

De adoptione quæ nuptias vel impedit, vel non impedit. IIII. 497

De iure cognationis, quoad nuptias, ex iure ciuili Rom. V. 500

Intra quem cognationis gradum piè contrahi coniugia poſſint. VI. 504

Legis diuinæ capita, quæ ad nuptias cognatorum pertinent, expoſita. VII. 506

Decreta ex lege Dei ad nuptias adfinium pertinentia. VIII. 509

Index nominum cognationis, eorúmque expoſitio. IX. 511

Index nominum adfinitatis, eorúmque inter ſe relatio. X. 518

De ſpuriis & legitimatione.

Spuriorũ definitio, nominis notatio, & diuiſiones multiplices. I. 519

De concubinis & earũ iure. II. 521

De ſpuriorum & nothorum iure veteri & nouo. III. 523

De nothorum paternis & maternis hereditatib. IIII. 525

An nothi ex nobilib. nati, nobilitatem retineant. V. 526

De legitimatione: & quattuor tractatæ quæſtiones in hoc argumento. VI. 528

An Chriſtianis concubinas habere liceat. VII. 532

De veteri ritu nuptiarum.

De ſperata, pacta, & ſponſa. I. 533

De proxenetis, auſpicib. & pronubis. II. 534

De matrimoniis contrahendis liberorum cauſſa. III 535

De dote. IV. 535

Quid ſit dicere aut promittere dotem. V. 536

De donatione propter nuptias. VI. 536

De hypobolo. VII. 537

De bonis paraphernis & receptitiis: tum de Theoretro. VIII. 538

De ſponſalibus. IX. 538

De arris & ſponſalitiis largitatib. X. 539

De oſculo. XI. 540

De multa repudij. XII. 542

De die nuptiarum. XIII. 542

De trib. diebus nuptiarum. XIV. 543

De nuptiis, connubio, & matrimonio. XV. 543

De pompa nuptiali. XVI. 544

De coma tonſa. XVII. 545

De oleo, aqua & igne. XVIII. 547

De ingreſſu ſponſæ in domum mariti. XIX. 548

De nuptiis quæ farre contrahebantur. XX. 548

De coëmtione. XXI. 549

De vſu ac legis Miſcellæ interpretatione XXII. 550

An vxor ſit in poteſtate mariti. XXIII. 552

An coëmtione filia è patris poteſtate ſit emancipata XXIIII. 554

De communione ſacrorum inter virum & vxorem XXV. 555

De communione bonorum inter virum & vxorem. XXVI. 557

Qualis erat communio cum vxore vſu ducta. XXVII. 558

Quis vxoris vſuariæ tutor eſſet. XXVIII. 559

De ſacrificiis nuptialib. XXIX. 560

De ſacris nyctelius. XXX. 561

De deductione in cubiculum mariti. XXXI. 562

De Dotib.

Dotis contra Varronem definitio: eiúſque à re vxoria diſcrimen. Cicero explicatus. Adcretio, προσαύξησις, ὑπόβολον, triplex dotis incremẽtum. Doarium ſiue dotalitium. I. 565

Duplex dotis diuiſio. Antidos ſeu ἀντίφερνα, quæ eſt donatio propter nuptias. Tria in hoc genere dotis abſurdiora. Hypobolos inſtituta ad inſtar Antidotis. Pragmaticorum opinio contra expreſſam legem. II. 568

Partitio diſputationis. Connani fidentia. Explicata l. vlt. C. de dot. prom. Adoptiuæ dotandæ: non emancipatæ, non ſpuriæ. An teneantur ad dotem auus, mater, filius, frater, tutor. Quid in extraneo. Cui dos conſtituenda III. 570

Res dotales: earum quadruplex diuiſio è qualitate. Intellectus l. 1. C. ſol. matr. Quantitate quotuplices res dotales. Accurſii error. Duæ Pragmaticorum quæſtiones. IIII. 572

Dos iuris Quiritium, eiúſque tria tempora. Antę matrimonium quo iure. Quid Vlpiano Quaſi dos. Quid Receptitia: dos extra ſubſtantiam matrimonij: vbi explicata l. vlt. C. ad Velleian. & l. 22. §. ſin autem, D. ſol. matr. V. 576

Ius dotium conſtante matrimonio. Profectitia trium perſonarum. Duæ quæſtiones duabus diſtinctionib. explicitæ. Aduentitia dos duarum perſonarum. Interpretatio l. 1. §. & cum lex, C. de rei vx. act. VI. 578

Amplius quæſitum de rerum dotalium dominio: & ſolutæ ad hanc rem quattuor quæſtiones. Dos vtriuſque vtilitati, repetitur ex cauſſa matrimonio conſtante. VII. 581

Poſſeſſio dotis vtri tribuenda. De fideiuſſione dotis, atque etiam de ipſius collatione. VIII. 583

Rerum dotalium fructus ante nuptias & conſtante matrimonio. Fructus à marito quidni poſſint remitti: vbi interpretatio l. cùm poſt, 69. §. 1. D. de iur. dot. Fructus Præterdotalium & Antidotalium rerum. IX. 585

Ius profectitiæ dotis triplex ſoluto matrimonio. Correcta l. 4. C. ſol. matr. Martini & Ioannis illa veterum diſputatio: An profectitia dos, mulieris morte ad patrem, liberis etiã exſtãtib. reuertatur, pro Ioanne cõcluſa. X. 587

Ius aduentitiæ dotis bipartita diſtinctione: & cum iure profectitiæ ſimilitudines ſex. Priuilegia dotis antiqua,

& noua à Iuſtiniano. XI. 590

Fructus rerum dotalium ſoluto matrimonio. Explicatio obſcura l.7.§.Papinianus, D.ſol. matr. contra Duar. Connan.& alios. XII. 593

Tres iure veteri actiones quib.dos repetatur: Rei vxoriæ, ex Stipulatu, Perſcriptis verbis.nouo, duæ: Ex ſtipulatu & Vindicatio. Cauſſæ dotis retinendæ. XIII. 595

De Donationib. omnium generum.

Donatio, contractus, hodierno iure non veteri: quo definienda erat alienatio liberalis partium conſenſu tradendo accipiendóque confecta, contra vſitatam Azonis definitionem. I. 599

Quid directa donatio, quid negocialis: vbi de negocio quadruplici. Quid inter viuos donatio: quid cauſſâ mortis. explicatio l.Senatus,35.§.2.D.de mort.cauſſ.don. Specierum donationis cum legato & inter ſe comparatio: Denique controuerſa quæſtio Pragmaticorum, contra communem opinionem diſputata. II. 600

Gallorum duplex genus donationum: vnam in fauorem matrimonij, alterum ad ſuperuitam. III. 602

Partitio operis inſtituti. Donatio inter patrem & filiumfam. quo loco habenda. Reſtitutio l. donationes, 9.C. de reuoc.don. Pragmaticorum abſurditas inepiâ. Filius an donare cuíve poßit: & poſtremò de ſpuriis. IIII. 603

Sponſalitia donatio duplex, & quod cuiuſque ius de arris, earúmque à donatione ſponſalitia diſcrimen: vbi contra Accurſium interpretatio l.mulier,5.§.quæ cùm,C. de ſponſal.& arr.ſponſ. V. 606

Dotium ius alibi explicatum. Donatio inter virum & vxorem regulis quattuor comprehenſa: quib.interſeritur interpretatio l.3.§.3.eod.contra Budæi lectionem. SC.tempore Caracallæ ſuper hoc genere donationis factum: vbi interpretatio l. Papinianus, 23. D.h.tit. aliena quàm eſt illa Duareni. VI. 607

Concubinis donaréne liceat: an & meretricib. contra Connanum & Accurſium. Quid in abſentibus & procuratore. Poſſe donationem conferri in infantes: in nondum natos non poßе, contra comm.opin. Quid in pupillis & donationib.déque crimine capitali damnatis obtineat. VII. 611

Res donari poſſe qualeſcumque: aſſem bonorum, aßiſque partem. Futura in donationem non rectè deduci, contra opin.commun. Viuentíſue hereditas cadere in donationem poßit, nécne. VIII. 614

Donatio iuris ciuilis, & d.l. Cincia, olim tantùm per traditionem factam donationem, vel quaſi: hodie nudo etiam pacto: ex quo obligatio ciuilis. Donatarium omniũ bonorum non eſſe pro herede. Publicæ teſtationis in donatione donationíſque reuocandæ cauſſa. IX. 616

De Pactis.

Pacti definitio alibi explicata. Diuiſio Vlpiani illa, alia ſubſtituta, eadémque ſubdiuiſa: vbi de Cauſſariis conuentis. Pactum conuentũ dici ſtipulationem non poſſe. De nominatis innominatíſque conuentionibus; vbi interpretatio l.5.§. quod ſi faciam, D. de perſcrip.verbis. I. 622

Triplex conuenti nudi diuiſio, ſpecierúmque explicatio, & exempla Taciti pacti. II. 625

Furioſos, prodigos paciſci non poſſe: an pupilli, filiifam. ſerui poßint. Liceátne alteri paciſci: & an defunctorum pacta heredibus proſint. vbi de plurium pacto, pacto item procuratorum & tutorum. III. 628

Rerum partitio de quibus fieri poßint pacta. Coniectio d.l.verum eſt, 31. de reg.iur. item de § ſi paciſcar, l.7.D. de pact. contra quorumdam opinionem. Aliud eßе de iure publico paciſci: aliud contra ius publicum. Quæ pactio piratica ſit Quinctiliano. IIII. 632

Pacta ex forma Ciuilis aut Prætorij iuris. Obligationis Ciuilis diſſoluendæ certos modos fuiſſe: extra quos nudũ pactum: item Pignoris redditio. prius pactum per poſterius tolli ipſo iure: atque in pactis ius verſari: denique ambiguum pactum interpretandum, contra eum qui dixerit. V. 635

De Tranſactionibus.

Quadruplex communio pacti cum tranſactione: differentia multiplex. Tranſactio de re etiã interponitur quæ ſolùm in opinione: mediáque eſt inter totum & nihil. Fit litis contemplatione ſiue præſentis ſiue futuræ: nec tamen illa contractus (vt error antiquus) innominatus. Varia vocis Tranſigere ſignificata. I. 643

Duplex tranſactionum diuiſio. Tranſigere poſſe qui paciſci: tantùm autem de re familiari, de qua actum cogitatúmve: non de criminibus. Licere tamen & de præterito dolo: non verò de alimentis, niſi ſi inter viuos conſtituta. Ad extremum parem eſſe tranſactionum & rerum iudicatarum auctoritatem. II. 647

De perſcriptis verbis.

Contractus alij nominati, alij innominati, & de eorum cauſſa: vnde quattuor ordine deductiones. Fabij locus emendatus. Formulæ atque actiones Sollemnes & Legitimæ cur appellatæ: quæ earum vis olim: & cur verbis integrè non perſcriberentur. I. 651

Numerus actionum imperfectus: ideóque huic rei proviſum à Iureconſult. primò Vtilib. actionib. Deinde Prætoriis: tum in factum actionib. & vtilibus in factum ciuilib. perſcriptis verbis: denique Actione doli. II. 654

Ciuiles in factum perſcriptis verb. videri potiùs quàm præſcriptis appellandas. Locus è Cicerone, Paullo IC. item Suetonio emendatus. Duæ vtilium actionum, quæ ad exemplum ciuilium inſtitutæ, ſpecies. III. 658

Eg. Baronis & Duareni de appellatione Præſcript verb. coniectura examinata. Prætorem actionum verba præſcribere ſolitum numquam fuiſſe. Præſcriptis verbis quaſi ex antè ſcriptis verbis actionem dictam non videri: immò nec à præſcripto conuentionis: vbi ſimul reſtituta l. 1.§.ſi quis ſeruum, D.depoſ.& reſponſum ad Varronis locum. IIII. 660

Quamobrem iſtæ actiones modò ciuiles, modò in factum, modò incerti vel incertæ nominentur. Conuentionum cauſſariarum in vniuerſum genera quattuor: Do vt des, Do vt facias: Facio vt des, Facio vt facias; omnéſque perſcriptis verbis actiones eſſe Bonæfidei. Locus è Cicerone pro Cælio emendatus. V. 664

De Quarta Falcidiana.

Occaſio & origo legum Furiæ, Voconiæ, Falcidiæ: & notabilis correctio l.1.D.ad leg. Falcidiam. Legum verba plerumque ex ſententia ſoluta proferri. Falcidiæ quattuor capita: & ad exemplum eius variæ detractiones. tum partitio operis. I. 671

Quartæ Falcidianæ definitio. Loquitur de ſolis inſtitutis: pertinet tamen & ad alios: non legatarios, non fideicommiſſarios, & in ſingulis heredibus obtinet. II. 673

Falcidianæ propria ſedes in legatis, qualib. illis cumque, vbi correctio l. 61. D. ad l.Falcid. Producta tamen eadem

eadem etiam ad fideicommiſſaria ſingularia, donationes cauſſa mortis, etiam mortis cauſſa capiones. Quibuſdam autem de legatis nihil detrahitur. III. 674

Æs hereditatis æſtimandus, deducta funeris impenſa, ære alieno, preciis manumiſſorum: idque mortis tempore. Lectio & correctio l. in ratione, II. §. quod vulgò, D. ad l. Falc. itē l. I. §. ſi is qui quadraginta, D. ad Treb. Deberi quartæ Falcid. etiam fructus: cui res arbiter delegari ſolitus. IIII. 676

Quarta Falcidiana iure hereditario capitur: eámque heres retinendi vindicandíue poteſtatem habet: non teſtator, adimendi minuendíve. Imputantur in quartam quæcumque heres iure hereditario capit, non qua legati, fideicommiſſi, implendæ condicionis, mortíſue cauſſa: aut donationis dotíſve nomine. V. 679

De Quarta Legitimaria.

Legitimariam ad exemplum Falcidiæ introductam, ideóque & Falcidiæ nomine paſſim vſurpari. nec eſſe iuris naturæ, aut verbis Falcidiæ, aut denique l. Glicia inſtitutam. I. 681

Legitimariæ quartæ defin. & ratio nouæ appellationis: tum deferri eam & liberis & parētib. & Fratib. de quib. ſingulis ordine. II. 685

Legitimariam quartam ex inſtitutionib. detrahi: idque adita demum hereditate, arbitri iudicio, ſolida plenáque proprietate. III. 687

Legitimariam diu quadrantis fuiſſe, nunc ſemiſſis, etiam in fratrum perſona, deductis quæ in Falcidia ſolent: tempore nimirum aditæ hereditatis, non mortis obſeruato IIII. 688

Lædi ius quartæ Legitimariæ ante mortē teſtatoris nec à liberis poſſe, nec à parentib. facta nec immò donatione, in quoſcumque: vbi interpretatio l. Titia Seio, 87. §. Imperator, D. de leg. 2. contra comm. V. 690

Legitimaria portio inſtitutionis titulo relinquenda, idque ſine omni omninò onere. Et ſupplementum eius prohiberi à teſtatore non poteſt. VI. 692

Portio legitimaria ſcriptis heredib. ipſo iure adquiritur, impleda ab herede: filio quidem inſtituto partem ſuā vindicante, aut famil. ercíſc. iudicio conſequente. Creſcitque tergiuerſando, & quod amplius ſolutum, condictione repetitur. VII. 694

Triplex actio legitimariæ portionis nomine: petitio hereditatis, familiæ erciſc. iudicium, & interdictum vti poſſidetis. Querelā inofficioſi Legitimaria quarta penitus ſublatam. quartam a. vnam tantùm intelligi etiam inter plures, gradus ſcilicet inferiori. VIII. 695

Qui non admittitur ad partem, non facere partem: nec filiū inſtitutum in legitimaria facere. Exheredati pars vtrum ad hereditatem, an legitimariam portionem redeat. Inter Legitimarios locum eſſe iuri adcreſcendi. IX. 696

Quæ imputentur in quartam Legitimariam, quæ non. X. 700

De Quarta Pegaſiana.

Quartæ Pegaſianæ origo, cū ſuperiorib. quartis adfinitas, & pugna: tum definitio, & partitio tractationis. I. 701

Quartam Pegaſianam detrahere propriè fiduciarium heredem, & heredem eius: non legatarium, aut fideicommiſſarium, aut quaſi legatarium, cui tamen ius competat adcreſcēdi. Legitimarios olim tantùm Pegaſianam detraxiſſe: nunc portionem legitimariam. II. 703

Pegaſiana detrahitur ab hereditate fideicōmiſſa, qualicumque: non optione tamen heredis. A piis autem non detrahitur. III. 705

Fiduciarius heres cauſſa fideicommiſſi ſatiſdare & inuentarium conficere ſolet: cuius tamen omiſſi culpa fideicommiſſarij eſt, facti ab herede commodum, omnium quorū interſit. Conficere autem & fideicommiſſarius ipſe poteſt. IIII. 706

In Pegaſiana quarta ſpectandum mortis tempus, & onus hereditarium pro parte agnoſcere heredem & fideicommiſſarium, cōtra Pragmaticorum opinionem: cōtráque eandem, funeris impenſam ad ſolum heredem pertinere, de Pandectarum quidem iure. Sumtus autem in res hereditarias communes videri. V. 708

Pegaſiana iure heredis detrahitur, condicione deterior, quàm ſi precipi deducíque ſit iuſſa. datur a. eius nomine retentio heredi: quæ prohiberi à teſtatore in liberis non poteſt, poteſt in extraneis. Competit Pegaſianæ nomine fam. erciſc. iudicium: & retenta defenditur vi exceptionis. VI. 711

Imputantur in Pegaſianam quæ capiuntur hereditario iure, item fructus regulariter: non vſura: deinde & legata imputantur & fideicōmiſſa particularia, item mortis cauſſa capiones: tum donationes inter viuos Pegaſianæ cauſſa factæ, & ad extremum dos. VII. 714

De eo quod intereſt.

Quid ſit intereſſe: quibúſque in reb. dicatur: aliúdque in re principali, aliud in acceſſione conſiſtere. I. 723

Intereſſe aliud ex damno accepto; aliud ex vtilitate interuerſa: item aliud finitum & circumſcriptum, aliud incertum & indefinitum: & hoc rurſus ordinarium vel extraordinarium. II. 725

Cauſſa lucri impediti datíue damni neceſſaria, quanti illud, reus damnandus: ſecus in cauſſa tantùm iuuante. Ignorantia nocens culpæ, ideóque & pœnæ plerumque expers: niſi ignorantia artis eiuſdem profeſſoris. III. 727

Æſtimatio quomodo inſtituenda eius quod intereſt: vbi interpretatio l. vn. C. de ſent. quæ pro eo. & de extraordinario intereſſe. IIII. 729

De Mora.

Moræ definitio & genera duo: quid mora debiti non praſtandi, & quæ illius partes. In mora non eſſe qui omnino non debet, aut ibi tumque nō debet, aut iuſtè non debere exiſtimauit. Item qui nulla ſua culpa ſoluere nō poteſt: ſecus qui poteſt. I. 731

Ex perſona quomodo mora æſtimetur, quomodo ex re: & quomodo ipſo iure committatur. Prætermiſſionem ſoluendi honeſta & probabili factam de cauſſa, culpæ non imputari. 2. 733

Damnum aliud in re, aliud in acceſſione. Pœna moræ duplex, vt damnum morator omne ſuſtineat, vt amiſſam vtilitatem reſtituat. III. 736

Quid ſit mora debiti non recipiendi, & quæ eius partes. Quid purgare moram, quæ que partes purgationis. Quoties dies obligationi adiecta eſt, ea præterita, moræ purgandæ locum non ſupereſſe. Conuentionem vt mora non purgetur de iure validam. Oblata ſolutione moram purgari. 4. 737

De Vſuris.

Quæ ſit vſura & fœnoris notatio, tum præterea quæ inter vtrumque differentia ſit: ad extremum quæ ſit vſuræ propriè & ſpeciatim ſumtæ definitio, hoc primo capite breuiter & perſpicuè declaratur. I. 741

in ſtirpes, an in ca pita diuidenda ſit. XIV. 884

An alterius generis numos, quàm cuius crediti ſunt, vel exigere, vel ſoluere liceat. XV. 888

In lite frugum debitarum per iudicem æſtimanda, quæ ratio tenenda ſit, id eſt, cuius temporis, aut loci precium ſpectari oporteat. XVI. 891

An quæ à falſo megiſtratu per magiſtratus nomen geſta ſunt, rata eſſe debeant. XVII. 892

Quæ res diuiduæ aut indiuiduæ dicantur, & quænam vtrarumque natura ſit. XVIII. 897

Vtrum vehiculi & nauigij natura diuiduã vel indiuidua ſit: & qui pariter vtendum ſumſerunt, vtrum in ſolidum, an pro virilib. teneantur. XIX. 900

Vſusfructus vtrum diuiduus ſit, an, vt cæteræ ſeruitutes omnes, indiuiduus. XX. 903

Hereditas vtrum diuidua, an indiuidua ſit. XXI. 907

An debitor ſolutionis partem offerens, inuito creditore pro ea liberetur. XXII. 910

An de crimine paciſci, aut tranſigere liceat. XXIII 911

An ius vtendi fruendi re aliena, ſalua eius ſubſtantia, de nullo alio quàm de vſufructu dici poſſit. XXIIII. 917

An iuſtum coniugium ſolo partium conſenſu ſine publica teſtatione contrahatur. XXV. 919

An debitor qui ſoluendo non eſt, iure Rom. adfici pœna corporali poſſit. XXVI. 922

Iudex vtrum ex conſcientia, an ſecundum edita in lite inſtrumenta iudicare debeat. XXVII. 927

An iudicandi munus iuris & legum imperitis mãdari poſſit. XXVIII. 929

An & quib. caſib. plurib. concurrentib. actionib. vti liceat. XXIX. 931

Naturalis interitus rei poſt moram accidens, vtrũ ad actorem, an ad reum pertineat. XXX. 933

An pendente iudicio petitorio, agi poſſeſſorio liceat. XXXI. 936

An totius & partium idem ius ſit quod vniuerſitatis & rerum ſingularum: aut quib. inter ſe reb. differant. XXXII. 937

Re à plurib. furto ſublata, quam tollere ſinguli non potuiſſent, vtrum vniuerſi tantùm, an verò ſinguli furti teneantur. XXXIII. 941

An legis actionum & actuum legitimorum eadem ratio eſſet, aut quib. inter ſe reb. vel conuenirent, vel differrent. XXXIIII 944

An Imperator de Ducatu, quem ante adeptum imperium habuit, etiam poſt imperium adeptum fidelitatem præſtare debeat. XXXV. 950

Vtrum adiuncti pacti eadem tum in ſtrictis, tum in bonæ fidei contractibus vis ſit, aut verò quibus in rebus ſit diſſimilis. XXXVI. 952

Ecquænam eorum pactorum natura ſit, quæ vel contractum formare, vel per ſe vitiari dicuntur. XXXVII. 963

Quænam & quarum rerum fictiones in iure ciuili numerentur. XXXVIII. 966

An, vt quod ab initio ſtatum non cepit, recipere poſteà non poteſt, ita quod ſemel ſtatum cepit, amittere illum non poſſit. XXXIX. 969

An fœneratio in benè morata ciuitate toleranda ſit. XL. 973

Quæ res facti, aut iuris, aut animi eſſe dicãtur, & quænam illarum differentia ſit. XLI. 980

Qua ratione pœna in vindicando multitudinis delicto temperanda ſit. XLII. 988

Quemadmodum ex variis coniunctionum modis ius adcreſcendi cuique coniuncto competat. XLIII. 993

An filius fideicommiſſo grauatus detrahere duas quartas poſſit. XLIV. 1000

FINIS.

FRANCISCI

HOTMANI IVRISCONS.

OPERVM TOMVS PRIOR,

QVO CONTINENTVR

1 Epitomatorum in Pandectas Libri XII.
2 Diſputationum Iuris Ciuilis volumen vnum.
3 Quæſtionum Illuſtrium liber vnus.
4 Obſeruationum & Emendat. libri XIII.
5 Dialogus de Barba.
6 Commentarius de verbis Iuris.
7 Partitiones Iuris Ciuilis elementariæ.
8 Iuriſconſultus, ſeu de optimo genere Iuris interpret.
9 Inſtitutionis Dialecticæ ex fontibus Philoſophorum, lib. IIII.

TOMVS ALTER, quo continentur

1 Commentarius renouatus in Inſtitutiones Iuſtin.
2 Scholæ in quamplurimos titulos Digeſt. & Codicis, adhibita ad ſingulas leges interpretatione.
3 Commentatio tripertita ad libros Feudorum.
4 Conſiliorum volumen vnum, multis conſultationibus auctum.

TOMVS III. quo continentur

1 Antiquitatum Rom. earum maximè quę ad Ius Ciuile pertinent, libri VII.
2 Commentarij in quamplurimas M. T. Ciceronis orationes ſelectiores, eas maximè, in quibus alicuius momenti tractatur quæſtio.
3 Notæ in Aſconium Pædianum.
4 Notę & obſeruationes in C. Iulij Cæſaris comment. de bell. Gall. & ciuili.
5 De Iure regni Franciæ, libri III.

AD LECTOREM.

Monitum te paucis, beneuole Lector, volumus quiddam. Nempe cùm Franciſci Hotmani Iureconſulti præſtantiſſimi opera omnia quæ aut ad Ius Ciuile aut ad humaniores literas pertinent, tributa ſint in tomos tres, & catalogus ſingulorum operum præferat inſcriptionem: priorem tamen modò tomum potuimus his quidem nundinis Francofordienſibus exhibere. At poſteriores duos, ſi laboribus noſtris fauebit Deus, proximis ſanè nundinis accipies. Et iſtius moræ veniam ſuſcepti operis magnitudo, nobis, vt ſpero, facilè conciliabit.

FRANC. HOTMANI IVRISC. EPITOMATORVM IN PANDECTAS, LIBRI XXII.

DE JVSTITIA ET JVRE.

TITVLVS PRIMVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COMMENTAT. SEV EPITOMAT. LIBER I. TIT. I.

1 *Quadruplex iuſticia notatur apud Iuriſconſ.*
2 *Prima, Dice Dea Iouis & Themidis filia, cuius ſe I.C. Sacerdotes profitentur.*
3 *Altera, conſtans Iuriſconſulti voluntas ſuum cuique tribuendi.*
4 *Tertia, virtus omnium hominum communis, ius ſuum cuique tribuens.*
5 *Poſtrema, iuris ſcientiæ finis.*
6 *Diuerſæ iuris ſignificationes.*
7 *Plerumque ius ſcriptum opponitur Æquitati.*
8 *Ius aliud publicum, aliud priuatum.*
9 *Ius aliud Naturale, aliud gentium, aliud ciuile.*
10 *Cicer. locus in Lælio correctus.*
11 *An bruta ſint naturalis iuris capacia vel expertia.*
12 *Differentia inter ius generale & gentium.*
13 *Differentia inter ius gentium & ciuile.*

QVONIAM horum nominum confuſa vulgò vſurpatio eſt, adhibēda diſtinctio videtur. Quadruplex enim iuſticia notari in his libris poteſt. vnam Iuriſc. Deā fecerunt, Græcos poëtas imitati, qui Dicen Iouis filiā & Themidis finxerunt, vt eſt apud Heſiod. in Theogon. B

§ 2 Itaque intelligendum arbitror, quod Vlp. ait Iuriſconſultos eſſe iuſticiæ Sacerdotes l. 1. h. t. quo eodem modo Principes Symmachus appellat, ante Epiſt. 30. Ambroſij: Oro vos iuſticiæ Sacerdotes, vt vrbis veſtræ ſacris reddatur priuata ſucceſſio, & Agell. lib. 14. cap. 4. Iudex eſt (ait) iuſticiæ antiſtes. Nam vt Dice, præmiis aut ſuppliciis benè malé ve meritos adficit, ſic Vlp. eodem loco ſcribit, Iuriſconſultorum munus eſſe demonſtrare bonis prēmia, improbis pœnas eſſe decernēdas. Quibus duabus rebus, præmio C (inquam) & pœna Reſp. vt Solon dicebat, cōtinetur. Quare verba hæc Vlp. (NAM IVS EST ARS BONI ET ÆQVI) notâ parentheſis includenda ſunt. non enim artium ac diſciplinarum Sacerdotes dicuntur, ſed Deorum ac Dearum l. non diſtinguemus 32. §. 3. D. de recept. Præterea idem Vlp. in d. l. 1. ſic infert: iuſticiam nempe colimus, vtpote ipſius Sacerdotes atque antiſtites. Alterum argumentum eſt, quod ius definitur eſſe, ars iuſticiæ, ſiue boni & æqui: Omnis autem ars, eo cuius eſt ars, poſterior eſt: vt Muſica, mo- D dis, Arithmetica, numeris. Itáque & Cic. in lib. de Rep. 3. ius de iuſticiæ fonte manaſſe ſcribit: & Vlp. ius à iu- A ſticia, nominatum, nō quod iuſticiæ vocabulum antiquius ſit iure: nam ſiue à iure iuſtus, à iuſto iuſticia dicta eſt, ſiue iuſticia dicitur quaſi ius ſuum cuique ſiſtens, vetuſtius eſſe iuris nomen conſtat, ſicut in ſolſtitium & iuſticium, ſolis & iuris nomen eſt vetuſtius: ſed partim quia Dice iuris præcepta Iuriſconſultis tradidit, quod poſtea cæteris hominibus interpretarentur, partim quia Philoſophorum inſtituto non ex radicibus verborum denominationes fiunt, vt apud Grammaticos: ſed ab antiquitate rerum: veluti B quia prior eſt ſapientia quam ſapiens, iuſticia quàm iuſtus: vt Iſidorus initio lib. Etym. 10. teſtatur.

§ 3 Altera iuſticiæ ſpecies eſt Iuriſconſ. propria, quæ definitur in l. 10. D. h. t. & §. 1. Inſt. eodem; nam cùm iuſticiæ Sacerdotes ſint, conſtantē & perpetuam eorum eſſe voluntatem oportet, ſuum cuique tribuēdi: hoc eſt, præmia benemeritis, malè meritis pœnas: vt modò dictum eſt. Et quoniam ſolius Dei eſt hoc præſtare, propterea in Iuriſconſulto προαίρεσις, id eſt, conſtantia, & perpetuitas voluntatis tantùm eſſe di- C citur, quoniam vt eodem loco Vlp. ſcribit, quam maximè multos efficere bonos cupiūt, præmiis & pœnis proponendis. l. 1. §. 1. h. t.

§ 4 Tertia ſpecies eſt, quæ hominum omnium eſt communis, & vulgo definitur virtus, ius ſuum cuique tribuens. Nam etſi ſolius Dei eſt hoc efficere, tamen in quo ea virtus eſt & habitus, pro ſe quiſque, quantum in ipſo eſt, ſuum cuique tribuit: vt dicitur in l. 74. De reg. iur. non debet alteri per alterum iniqua condicio inferri. Itaque hæc ab illa ſuperiore hoc D differt, quod illa cum vniuerſa ciuitate rationem habet, & (vt ſic dicam) publica eſt. Iuriſconſultus enim qui Deæ iuſticiæ Sacerdos eſt, profitetur ſe in iure in-

interpretando, vniuerſæ ciuitati conſulere: vt beata & A florens efficiatur: hæc verò particularis eſt, & cum hominibus ſingulis rationem habet. Ea denique virtus eſt, qua qui eſt præditus, in libris noſtris vir bonus appellatur: velut in l.5.§.1.D.vt leg.nom.l.1.§.eligitur, 18.D.de vent.in poſſ.l.Thais,41.§.ſorore, D.de fideic. libert. vnde viri boni arbitrium paſſim vſurpatur.

§ 5 Poſtrema ſpecies eſt, quæ iuris ſcientiæ eſt finis: nã cum ars nulla in ſeſe verſetur, ſed aliud ſit ars, aliud quod propoſitum eſt arti: ſicuti Medicinæ vale- B tudo propoſita eſt; ſic iuris finis eſt iuſticia: id eſt, æquitas per quam ius ſuum cuique ſiſtitur, de qua eſt in l.bona fides, 31. D.depoſ. & l.1.in princip.D.de iniur. vnde illud Cicer.lib.de Nat.Deor.3. Hominum enim ſocietas & communitas (vt vos dicitis) iuſticiam procreauit. Atque hæc quidem ſpecies eo à ſuperioribus differt, quod illę artes ſunt, hæc artis finis: illę in hominibus, hęc in tranquillo ciuitatis ſtatu conſiſtit: illæ in actione, hæc in quiete: vt valetudo & opus.

§ 6 Deinceps de iure videamus, quod ipſum mul- C tiplex quoque & varium eſſe conſtat: nam interdum pro ipſa iuſticia & æquitate naturali ſumitur: vt in d.l.1.D.de iniur. quæ bonum æquũ ſempiternum appellatur, in l.penult.h.t.ac tum neque litteris contineri, neque certis præceptis definiri poteſt.l.10.& ſeq. D.de leg.& ſenat.l.de acceſſionibus,14.D.de diuerſ.& temp.præſcript. Interdum pro legibus ceteróque iure ſcripto, earúmque legum præceptis, arte, diſciplina & regulis: vt, cum Vlp.ſcribit, ius eſſe artem boni & æqui: quamquam verius dicerémus, Æquũ & bonum D eſſe partem iuris. Primum, quoniam æquitas naturalis (vt modò diximus) nullis definiri pręceptis poteſt, & debet.l.2.de iur.& fact.ignor.

§ 7 Deinde quoniam ars iuris magna ex parte in legibus & iure ſcripto verſatur: ac tum frequenter illi ſiue iuſticiæ ſiue Æquitati opponitur: velut in l.in his,16.D.de cond.& demonſt. vbi tamen (verè vt loquar) vocem IVRIS, adulterinam eſſe arbitror: potius ergo in l.1.C.de legib.l.proſpexit, 12.D.Qui & à quibus manum.l.2.§.quãquam, D. de aq.& aq.pluu.arc. E Sic Cicer.Philip.9. Non enim magis ille Iuriſconſultus quam iuſticiæ fuit. Et in Part. ita bipartitò ius diuidit, vt altera pars directi & veri & iuſti: altera æqui & boni ratione definiatur. Hinc vetus prouerbium, ſummum ius ſumma iniuria, propter minimas videlicet Iuriſperitorum argutias, de quibus in l.ſi ſeruum 91.§.ſequitur, D.de verbor.oblig.l.penult.D.Ad exhibend. Generatim autem pro vtraque parte vſurpatur in l.1.& 2.D.de ſtat.hom. vbi ius hominum cauſa cõſtitutum dicitur: interdum pro vi & poteſtate, quæ F cuique per leges tributa eſt, ſiue ad perſonas pertineat, vt in tit.De his qui ſunt ſui vel al.iur. ſiue ad res: vt l.vltima D.de leg. Interdum iuris nomen pro decretis magiſtratuum & eorum qui iuridicundo præſunt, vſurpatur. in quo ſingulariter illa notanda homonymia eſt, ius dici à magiſtratu, etiam cùm iniquè decernit, l.pen. vnde ius iniquum. in l.3.D.quod quiſque iur. quemadmodum iniquus modius, & falſum teſtamentũ in l.Paulus,221.De verb.ſign.l.2.D.queád. teſt.apet. interdum pro loco, vbi ius dicitur l.pen.h.t. G l.4.De interrog. vnde vocare in ius, ex iure manu cõſertum vocare.

§ 8 Prima autem diuiſio eſt, vt aliud ſit publicũ, quo præcipuè Reſp.continetur, & relligione atque imperio conſtat; ſiue (vt Vlp.loquitur) ſacris & magiſtratibus.d.l.1.§.1.ĵ.h.t. aliud priuatum; quod de priuatis rebus conſtitutũ eſt: veluti de alienando vel adquirendo rerum dominio, de contrahendis obligationibus, de teſtamentis: quamquam intelligendum eſt perſæpe, ius publicum dici, quodcumque lege publica ſancitum eſt, etiam de priuatis rebus vel perſonis, vt cùm teſtamenti factio dicitur eſſe iuris publici. l.3 D.de teſtam. item cautio de legatis præſtandis.l.12. D.vt legat. nom.cauear. Terentius in Phorm. Num iniquum poſtulo, númne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicum eſt?

§ 9 Altera diuiſio eſt, vt ius aliud ſit naturale, aliud gentiũ, aliud ciuile. Naturale ius noſtri Iuriſc. Stoicorũ diſciplina inſtituti interpretãtur quod diuina prouidẽtia cõſtitutũ eſt, §.vlt.Inſt.de iur.nat. Nam Stoici Naturam & Deum promiſcuè appellabant: vt Cic.in Paradox. ſiue Deus ſiue Mater omniũ rerum Natura. Itaque Naturæ ius interpretabimur, ſiue quo ſtare & conſeruari rerum natura non poteſt: ſicuti ciuile, ſine quo ſtare ciuitas non poteſt. Gentium, ſine quo generis humani ſtare ſocietas nõn poteſt. Iuris Naturalis eſt maris & fœminæ coniunctio, item educatio eorum quæ nata ſunt. Cicer. Naturæ vim appellat lib. de finib.3. In beſtiis (inquit) vis naturæ inſpici poteſt, quarum in fœtu & educatione laborem cùm cernimus, Naturæ ipſius vocem videmur audire. Quod ſi Natura etiam beſtias ius iſtud docuit, ſequitur, vt beſtiæ iuris iſtius peritia cenſeantur, id eſt peritiam habeant. Sic enim vſurpatur hoc verbum in l.vlt.De ſuis & leg. heredibus l. 7. C. De tranſactionibus. Poſſet obiici: Ergo aliqua inter homines & beſtias communio eſt.

§ 10 Nã eodẽ argumẽto Cic.in Lælio diſputat, eſſe cõmunionẽ inter viuos & mortuos. Plus apud me (inquit) antiquorum auctoritas valet, vel maiorum noſtrorum, qui mortuis tam religioſa iura tribuerunt: quod non feciſſent profectò, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vbi legendũ puto, SI NIHIL NOS AD EOS. Ideóque iuſta fieri mortuis dicebãtur. Atqui iidẽ Stoici contendebant *μηδὲν πρὸς τὰ ἄλογα ζῶα εἶναι δίκαιον ἡμῖν*. Nullum nobis eſſe ius cõmune cum brutis, vt ait Plutarch.in lib.de Eſu carnium.

§ 11 Deinde ſi ius cadit in beſtias, etiam iniuria: at iniuria nõ cadit l.1.§.1.D.Si quadrup. Animal (inquit) non poteſt dici iniuriam feciſſe, quod ſenſu caret, id eſt quod ratione caret: vt in l. quamuis, §.infans, D.de adquir.poſſ. Poſtremo ius ſine ratione non conſiſtit, ſoli ratione vtentes iure & lege viuunt: ait Cic. 2.de nat.Deor. Quare reſpondendum eſt, ius Naturæ à Iuriſconſultis appellari, quod cum ipſo genere humano rerũ natura prodidit §. ſingulorum,7. Inſt.de rer. diuiſion.l.2.l.vlt. D. de natal.reſt. Hoc eſt quod fuiſſe putant prima hominum ętate, cùm homines fuſi per agros, pecudum ritu vagarentur. Quis ignorat (inquit in Sextiana Cicero) ita naturam rerum tuliſſe, vt quodam tempore homines, nondum neque naturali, neque ciuili iure deſcripto, fuſi per agros, ac diſperſi vagarentur, tantúmque haberent, quantum manu ac viribus per cædem ac vulnera, aut eripere, aut retinere potuiſſent? Qui igitur primi virtute & iuſtitia præſtanti exſtiterunt, ij perſpecto genere humanæ docilitatis atque ingenij diſſipatos vnum in locum cõgregarunt, eóſque ex feritate illa ad iuſtitiam atque manſuetudinem traduxerunt. Naturale ergo ius appellatum eſt, quod fuit in illa hominum feritate, antè ius gentium deſcriptum, antè ciuitates conditas, & Imperia conſtituta, cùm homines non multũ à belluis differrent: neque aliud eſſet ius cõiunctionis, marium ac fœminarũ inter homines, quàm inter pecudes, quam

naturæ

naturę cæcitatẽ etiam nunc in Inſulis nouis cõſpicari licet: multarúmque veterum gentium exempla docuerunt: apud quas non modò fratrum & ſororum, verum etiam parentum & liberorum cõcubitus probro non fuerunt: Quod idem de ſtupris & adulteriis exiſtimare licet. nam quod adulterium natura turpe eſſe dicitur in l.probrum, 42.D. de verb. ſign. hoc ſine dubio ad ius gentium referendum eſt, vt poſtea docebimus. Itaque ſi quo naturæ iure atque imperio feri homines ad liberorum procreationem & natorum educationem incitabantur, quàm quo ceteræ animantes: vt non incommodè dicere poſſimus, Animantia omnia iſtius naturalis iuris perita, vel (vt concinniùs loquamur) non expertia cenſeri. Verùm poſteaquam ea vis Naturæ, à gẽtium iure ad honeſtatis regulam reuocata eſt, tum ius naturale inter homines dici cœpit, quod inter belluas propriè vis nomen retinuit.

¶ 12 Itaque locis innumeris Naturale ius à iure gentiũ ſeparatur, velut in l.32.De reg.iur. Libertas & rerũ æqualitas iuris naturalis eſſe dicũtur, d.l.2.& vlt.D.de natal.reſt. At ſeruitus iuris gẽtiũ l.64.D.de Cõd.indeb. l.4.de iuſticia & iure, qua de cauſſa iuri naturali cõtraria eſſe dicitur l.4.ʒ.de ſtat.hom.§.4. Inſt.de iure nat. Caritas hominum aduerſus omnes homines quaſi cognatione inter ſe iunctos, naturæ ius eſt, l.3.h.t.l.nam hoc,14. De Cond.indeb. At bellum & captiuitas iuri gentium attribuuntur l.5.h.t. Verum aliis locis ius naturale & gentium promiſcuè vſurpatur eæque appellationes confunduntur, vt cùm dicimus, is natura debet quem iure gentium dare oportet l.cum amplius 84.De reg.iuris. Item quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur, vocatúrque ius gentium l.9.h.t. Item Naturali iure communia ſunt Aër, mare: at Villæ, ædificia, monumenta non ſunt iuriſgentium, ſicut & mare.l.2.l.4.D.de rer.diuiſ. Item, Quarumdam rerum dominium nanciſcimur, iure gentium, quod ratione naturali, inter omnes homines peræque ſeruatur. Et mox: Ius gentium cum ipſo genere humano proditum eſt.l.1.D.de Adquir.rer.dom. Item, iure naturali ſuperficies ſolo cedit.l. qui domum, 50.D. Ad l. Aquil. item l.1.D.locat. Locatio & conductio cùm

A naturalis ſit &c. atque ita confunduntur in l.bona fides 31.D.depoſ. Itémque apud Tull. velut in ea dẽ Aruſp.reſponſ. Quãquam hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ, communi iure gentium ſancitum eſt, vt nihil mortales à Diis immortalibus vſucapere poſſint. Concludendum eſt igitur, ius naturale eſſe propriè, quod natura inſitum eſt ſine hominum conſilio & conuentione: at ius gentium, communi nationum conſilio, & conuentione conſtitutum fuiſſe: veluti maris & fœminæ coniunctio, B natorum educatio, iuris naturalis ſunt: cùm ad ea homines ſolius naturæ inſtinctu ſine vllo conſilio ferantur. Verùm vt à parentum & liberorum propinquorúmque coniugio abſtineant, gentium conſilium ac ius fuit.l.vlt. De rit.Nup. Naturæ ius eſt, vim vi repellere: verum vt bello capta in dominio victorum ſint, vt homines bello capti ſeruiant, vt induciarum tempore bellum interquieſcat, vt fides hoſti data ſeruetur, vt legatorum corpora etiam inter hoſtium tela ſacroſancta ſint, iuris gentium eſſe conſtat, l. vlt. C D.de legationib. Quare conuentio ſeparat ius gentiũ à iure naturali: nam ius naturale à Natura inſtitutum eſt, ius gentium à gentibus: ſed tamen duce natura: vt facile intelligatur hanc inter ius gentium & ciuile communionem eſſe, quod vtrumque conuentione inſtitutum eſt.

¶ 13 Differentiam verò hanc eſſe: quod illud gentium omnium conſenſu, hoc vnius ciuitatis conuentione conſtitutum eſt.l.ſed ea,35. D.de leg. qua de cauſa πόλεως συνθήκη κοινὴ dicitur in l.2. De legib. vel vt D ait Ariſt.polit.1. ὁμολογία. veluti, vt certo ritu matrimonia contrahantur, nimirum per coemtionem, per vſum, per confarreationẽ, item adhibito igne & aqua, deductione in viri domũ.l.pen.D. de rit.nupt. Item vt certo modo diuortium fiat.l.1.D. vnde vir & vx. vt certo ritu teſtamenta fiant: vt certis modis res alienentur: veluti mancipio & nexu & vſucapione. vt certo ritu ciues Romani obligẽtur aut liberentur, veluti nominibus, ſtipulatione, dotis dictione, acceptilatione. Sequuntur in hac Rubr. quædam de iure E Prætorio, quæ ſub Rub.de offic.Prætor.conferemus. De tertia quoque diuiſione, vt aliud ſit ſcriptũ, aliud non ſcriptum, dicemus ad tit.de legib.

DE ORIGINE IVRIS ET OMNIVM MAGISTRATVVM ET SVCCESSIONE PRVDENTVM.

TIT. II.

1 *Magiſtratus & Iuriſconſulti definitio.*
2 *Reges Rom. ab initio omnem poteſtatem non habuerunt, contra l.2. h.t.*
3 *Nouem iuris ciuilis gradus: & primò Leges Regiæ.*
4 II. *Ius incertum.*
5 III. *Lex XII. tab.*
6 IV. *Ius ciuile Iuriſconſultorum.*
7 V. *Legis actiones.*
8 VI. *Plebiſcita.*
9 VII. *Senatuſconſulta.*
10 VIII. *Edicta Prætorum.*
11 IX. *Conſtit.Principum.*
12 *Hiſtoria Magiſtratuum Rom.*
13 *Hiſtoria de Iuriſconſultis. l.2.D.h.t. plus quàm decem locis emendata eſt.*

POSTEAQVAM de iure generaliter & vniuerſè dictum eſt, nunc ad peculiarẽ Romani iuris tractationẽ tranſitur; quę cum Rubrica conſentiens tripartita eſt: nam primo loco de Romani iuris ortu ac progreſſu, tũ de magiſtratibus, ad extremũ de Iuriſcõſultis diſſeritur: ius ciuile iubet, magiſtratus cogit, rémque (vt infra Pompon. ſcribit) ad effectum perducit.

F ¶ 1 Itaque quod inſtrumentum eſt artifici, hoc magiſtratus eſt iuri: nam magiſtratus definitur, cui imperium poteſtáſue publico conſilio delata eſt, vt ciues iuri parere compellat: at Iuriſconſultus eſt, qui in quauis re quid iuris ſit, & ciuibus & magiſtratibus præſcribit. Itaque vterque iuris miniſter eſt: ſed hic in docendo, ille in cogendo. Cùm autem multa ſint in l.2. planè adulterina, & à Pomponij eruditio-

ne aliena, tum verò quæ à principio vſque ad §. poſt originem, continentur, neque cum hiſtoriæ veritate, neque cum Pomponij ſtilo conſentiunt: quemadmodum antè annos 30. docuimus.

¶ 2 Primùm quod dicitur initio ciuitatis Rom. omnia manu à Regibus gubernari ſolita, & in §. poſt originem, Reges omnē poteſtatē habuiſſe, vel falſum eſt. Teſtatur enim Liuius Romulū continuò poſt initum imperium, multitudine ad concionem aduocata, quæ coaleſcere in populi vnius corpus nulla re prę terquā legibus poterat, iura dediſſe: vel de Syluiis regibus, & Aboriginibus loca illa antè vrbem cōditam obtinentibus intelligendum eſt: de quibus Saluſtius: genus (inquit) hominū agreſte ſine legibus, ſine imperio liberū atque ſolutū. Neque mouet illud Taciti lib. 3. Nobis Romulus, vt lubitum, imperitauerat: prę cipuus Ser. Tullus ſanctor legū fuit, queis etiā Reges obtēperarēt. Significat enim nō à Romulo nullas leges eſſe cōſtitutas, quod dictu abſurdū eſt, ſed eū leges eas tuliſſe quibus nō ipſe, ſed ſolus populus teneretur.

¶ 3 Nouem igitur deinceps iuris ciuilis gradus notantur. Primò leges Regię ſiue ius Papyrianum, vbi pro DEMARATI FILIVS corrigēdum eſt PRONEPOS: auctoribus Liuio & Dionyſio.

¶ 4 Secundò, ius incertum, vbi pro lege TRIBVNICIA reſtituendum arbitror BRVTI IVNIA: quoniam à Iunio Bruto conſule latam illam legem Liuius teſtatur: deinde pro VIGINTI ANNIS, neceſſariò SEXAGINTA reponendum eſt: cùm ex Liuio, Dionyſio & aliis conſtet, tantum temporis inter conſulare imperium conſtitutum & 12. tab. leges interceſſiſſe. Poſtremò, pro CONSVETVDINE ALI, verius arbitrarer CONSVLVM LIBIDINE AGI: cùm ius conſuetudinis certum eſſe ſoleat. Omne ius certum (inquit Quinctil. li. 12.) aut ſcripto aut moribus cōſtat: Liuius autem teſtetur, tantas Reipubl. perturbationes & ſeditiones plebis non aliunde natas quam ex conſulum tyrannide. Poſtulabatur (inquit) vt deinceps cōſules, non quod ipſi ſibi arbitratu ſuo ſumſiſſent, ſed quod populus in ſe ius dediſſet, eo vterentur.

5 ¶ Tertiò, lex 12. tab. vbi ridiculè decem legati miſſi in Græciam dicuntur: cùm inter omnes conſtet tres tantum miſſos fuiſſe: ſtultè verò tabulæ dicūtur EBOREÆ fuiſſe pro ÆNEÆ: quam totam hiſtoriā in præfatione 14. tabul. accuratè perſecuti ſumus.

6 ¶ Quartò ius ciuile, quod ſtricto & anguſto vocabulo ſic appellatur, pro iure inter Iuriſcōſultos ita probato & conſtituto, vt poſteà in certas ſententias & regulas conferretur. Itaque modò receptū appellatur, vt in l. 8. D. de poſ. l. 2. D. de vſur. modò conſtitutum, l. ſi peculium 20. §. 2. D. de ſtatulib. l. 2. D. rer. annot. modò commentitium l. 20. D. de pœn. modò placitum ac probatum. l. 28. D. de pact. l. 32. De obligat. & act. modò per manus traditum l. 10. D. de iure codic. l. 10. D. de ſeruit. l. 3. D. Quemadmodum ſer. am. Quod verò ſine ſcripto conſiſtere ius dicitur, ſic accipiendum eſt, non quò non literis & ſcripturæ mandetur: præſertim à iuris ſtudioſis, ſed quia inciſum in tabulis æreis (vt leges) aut in album (vt edicta) aut in acta publica redactum (vt ſenatuſconſulta) non erat. Itaque Iuſtinianus inter ſcripti iuris partes illud numerat. §. conſtat, de iure natur. Pręterea quod mendoſè legitur ita corrigendum eſt: *His legibus latis, cœpit (vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideretur ex prudētium auctoritate) neceſſaria eſſe fori diſputatio.*

7 ¶ Quintò, legis actiones, id eſt formulæ rerum omnium certo & ſollemni ritu peragēdarum, de quibus lege 12. tabul. cautū fuerat. Nā apud Romanos [A] nihil nō certo ritu certiſque verborū formulis tranſigebatur: veluti Emancipatio, Adoptio, Sponſalia, Diuortia, &c.

¶ 8 Sextò, Plebiſcita, quod ab initio ius ſolius plebis propriū fuit: poſteà verò legibus Horatia & Hortenſia cōſtitutū eſt, vt eo Patritij tenerentur, teſte Floro Epit. 11. & Agell. lib. 15. cap. 27.

¶ 9 Septimò, Senatuſconſulta: vbi non ferenda Triboniani ſiue deliratio ſiue adſentatio eſt, cùm ait iu- [B] ris conſtituēdi curā idcircò ad Senatū delatā, quia difficile plebs, difficilius populus, propter nimiam multitudinē cogi poterat: quaſi verò in Comitiis legū ciues omnes intereſſe oporteret. Sed de Senatuſcōſultis ſub proximo tit. diſſeremus. Quamquā huic quoque ſententiæ cōcedi locus poſſit in iis S. C. quæ de legū interpretatione fieri ſolebāt, cùm aut producēdæ aut reſtringēdę viderentur: cuius rei exēpla paſſim extāt, ſed præſertim in l. 1. C. de cad. toll. & in titulis de legibus publicorū iudiciorū. Nā etiā ſtante Repub. eadem [C] hæc conſuetudo fuit. Cic. pro Muræn. Dixiſti S. C. me referēte eſſe factū, ſi mercede cōducti obuiā candidatis iſſent, ſi conducti ſectarentur, &c. contrà legem Corneliam factum videri.

¶ 10 Octauum locum edicta Prætorum: de quibus ſub tit. de Off. Præt. diſſeremus.

¶ 11 Nonum cōſtitutiones Principū obtinēt: in quo ſeruatus ordo non fuit. nam edicta hoc Senatuſcōſultorum genere, quæ in legum locum ſucceſſere, antiquiora fuiſſe ſatis conſtat.

[D] ¶ 12 Sequitur Magiſtratuū hiſtoria, vbi notāda Pōponij pręclara ſentētia eſt, per eos qui iuri dicūdo prę ſunt, iuris effectū accipi. nā (vt ſuprà dictū eſt) ius iubet, magiſtratus cogit. Ergò ſub Regibus Romani fuerunt annos 244. ſub cōſulibus, qui regū prope imperium obtinebāt, annos ſtante Repub. 460. quo tamen tēpore Decēuiri primùm, poſt Tribuni militum conſulari poteſtate, itēque Dictatores cū Regio imperio interiecti fuerunt. Euerſa Repub. ſucceſſerunt Imperatores; de quibus dicemus ad Rub. 4. Rurſum Ma- [E] giſtratuum alij maiores erant, alij minores, de quibus in libello de Magiſtratibus diſſeruimus. Quod verò Pōponius ait, Quæſtores à populo cōſtitutos qui rebus capitalibus præeſſent, planius dixiſſet *Prætores*, qui & quæſitores dicebantur. Rurſus quod ait, viginti interdum Tribunos militares fuiſſe, Liuio aduerſatur qui legitimū eorū numerū edit *Sex*: tametſi ſemel octo creatos ſcribat. Iam quod ait decē & octo Prætores creatos, qui ius in ciuitate dicerent, mendoſum arbitror pro *decem*: vt eſt apud Dionē lib. 42. Vbi [F] autē legitur: *qui Præfectus olim cōſtituebatur*, mēdoſum eſſe conſtat: quod puto ſic corrigēdū: *Cui regenda olim conſtituebatur*: nam vetuſtū tēpus poſteriori opponit.

¶ 13 Supereſt caput de Iuriſcōſultis: in quo qui Romæ iuris ciuilis ſcientia præter ceteros vſque ad Saluium Iulianum floruerunt, enumerantur. Iuriſconſultum autem Antonius apud Cic. lib. de Orat. 1. ſic definit: qui legū & cōſuetudinis eius qua priuati in ciuitate vtuntur & ad reſpōdendū, & ad agendū, & ad cauendū paratus eſt. Quæ definitio Pragmaticis potius [G] quàm Iuriſcōſultis conuenit. nā Iuriſconſultus eſt, q tū æqui & boni, tū iuris ciuilis peritus populo ſe ad reſpōdendū, interprętādū, cauendū, atq. agendū dedit. His enim quatuor partibus eius cōſtare munus iampridē in Iuriſcōſulto noſtro docuimus. Sed præcipuā partē in boni & ęqui interpretatione poſitā eſſe patet ex artis definitione in l. 1. ſ. tit. prox. Tria porrò in hoc capite notāda ſunt: Iuriſcōſultorū æquitas, quā Pōponius in

nius in 12.tab.tẽporibus repetit: tũ eorũdẽ auctoritas: primũ vt ſtante Repub. cuiuis qui doctrinæ ſuæ cõfideret, ius eſſet profitẽdæ Iuriſprudẽtiæ. Quod duobus modis fiebat: cũ aut trãſuerſo foro ambulãtes, aut domi in atrio ac ſolio cõſidẽtes omnibus ſui cõſulendi poteſtatẽ faciebãt, cũ hac præfatione: Licet conſulere? licet: vt in eodẽ libello demõſtrauimus. Deinde vt iudicibus recedere à reſpõſo eorum nõ liceret. §. reſpõſa, de iure nat. At euerſa Repub. Auguſtus cõſtituit, vt ex ipſius auctoritate reſpõderẽt, ex eóque tẽpore po- A teſtas profitendi iuris ab Imperatoribus peti cœpta eſt. Poſtremò notãdæ ſunt cõtentiones & ſectæ, quarum ſumma hæc eſt: Q. Tyberonis ſummi viri fuere diſcipuli: Capito & Labeo: ille magiſtri præceptis adhæſit, hic multa innouauit: Capitoni Maſſurius Sabinus ſucceſſit; Labeoni Nerua; Sabino Caſſius; Neruæ Proculus: vnde ſectarum diuortium, vt alij Caſſiani, alij Proculiani dicerentur. Poſt ſecuti ſunt Caſſium quidem Cælius Sabinus, Proculum Pegaſus, vnde Sa- B binianorum & Pegaſianorum nomina.

DE LEGIBVS ET SENATVSCONSVLTIS, ET LONGA CONSVETVDINE.

TITVLVS III.

1 *Legis definitio.*
2 *Senatuſconſulti defin.*
3 *Conſuetudinis & Morum defin.*
4 *Differentia & conuenientia inter ſupp.*
5 *L.pen.h.t.emendata.*
6 *Ius ciuile aut ſcripto, aut non ſcripto, aut vtroque conſtat.*
7 *Vt ius moribus receptum dicatur, opus eſt.*
8 I. *Iuriſconſultorum inſtituto.*
9 II. *Vſus longinquitate.*
10 III. *Rei iudicatæ auctoritate.*
11 *Ius ratiocinatiuum.*

POSTEAQVAM de iure Romano vniuerſè dixit, hoc tit. & ſequent. quinque ipſius partes ſubtilius explicat.

¶ 1 Lex fuit ſtante Rep. ius, quod Populus in Comitiis rogãte aliquo maiore magiſtratu conſtituebat.

¶ 2 Senatuſconſultum fuit euerſa Rep. ius quod Senatus auctore Principe cõſtituebat. l.3. C. de legib.

¶ 3 Conſuetudo vtroque tempore fuit ius, quod Populus tacita conuentione, vſúque diuturno comprobabat: quod ius paſſim moribus comparatum dicitur. Itaque morum & conſuetudinis vocabulis noſtri promiſcuè vtuntur. Quinetiam, Vlpian. tit.1. Mores ſunt (inquit) tacitus conſenſus populi longa conſuetudine inueteratus, illa ſcripto conſtabat, hæc ſine ſcripto, l.3.ↄ. hoc tit. Lex à populo, prius tamen auctore ſenatu iubebatur: vt Liuius lib.1. teſtatur.

¶ 4 Senatuſconſultum à Senatu, prius tamẽ auctore Principe fiebat: velut in l.1. & l.2. D. de feriis. Conſuetudo à populo, ſed Iuriſconſultis, non tamen prius, ſed poſterius auctoribus atque approbatoribus confirmabatur: teſte Theoph. tit. de adqu. per adrog. ex quo interpretandum arbitror, quod ait Vlpianus, Conſuetudinem tum demum pro lege valere, cùm aliquo contradicto iudicio confirmata eſt: hoc eſt, cum auditis & conſultis Iuriſperitis inualuit. l. cũ de conſuetudine, 34.ↄ. hoc tit. qua de cauſſa rei iudicatæ auctoritatem Harmenopulus ad confirmandam conſuetudinem requirit lib. 1. Legem facit expreſſa populi voluntas, Senatuſconſultum, parendi neceſſitas, l. penult. h. tit. Conſuetudinem tacita populi conuentio, l.35. & ſeq.ↄ.h.tit.

¶ 5 Itaque in d.l.pen. vel addenda eſt vox EXPRESSVS, vel certè ſubaudienda: nam conſuetudo conſenſu conſtat, imo conſenſu magis quàm ratione, l.39. l. ſiquis, d.l.1.h.tit. Sancta confeſtim per ſe ac vi ſua ius faciunt, l. 9. h. tit. Conſuetudo non ſine plurimorum annorum vſu, l.35. aut nõ ſine vſu lõgæuo. l.2. C. quę ſit long. conſ. Lex ſine iure & certa ratione nulla eſt, vnde vetus formula: Conſules iure rogauerunt, populúſque iure ſciuit. Philipp.1. Item ſi quid non fuit ius rogari, eius ea lege nihilum rogatum. epiſtol. Attic. 2. tametſi non ſemper in promtu legis ratio eſt. l.20. & l.ſeq.ↄ. eod. Conſuetudo etiam ſine iure & ratione, ſolo interdum errore inducitur. l.39. eod. Vſurpatum tamen eſt (ait Vlp.) tametſi nullo iure vt quis prohiberi poſſit antè meas ædes piſcari. l.13.§. vlt. D. de in- C iur. Labeonis & Offilij ſententia rationẽ quidẽ habet (inquit Iabolenus) ſed alio iure vtimur. l.39.§.pen. D. de ſtatulib. vnde Tollerabilia dicũtur quæ vetus conſuetudo cõprobat. l.13. D. de pollicit. Sed de moribus, de inſtitutis, de cõſuetudine, & recepto iure planius diſſerendum videtur.

¶ 6 Ergò ius noſtrũ aut ſcriptũ eſt, aut non ſcriptũ, aut mixtũ: ait Paulus ſent.5. tit.4. aliis locis dicitur ius noſtrũ partim legibus, partim moribus conſtare, par- D tim etiã vtriſque. Legibus vetitũ eſt ne tutor pupillã vxorẽ ducat: moribus, ne quis ſororẽ adoptiuã. l.35. D. de verb. obligat. lege permiſſum eſt Procõſuli dare iudicẽ: more Præfecto vrbi: lege prohibetur dari iudex qui Senatu motus eſt: moribus, fœmina & ſerui. l.12. D. de iud. Moribus nõ legibus inductũ eſſe dicitur, ne libertinus matrẽ aut ſororem libertinã vxorẽ ducat. l. 8. D. de ritu nup. Munus eſt quod obitur neceſſariò, vel lege, vel more: ait l.214. D. de verb. ſignif. legibus autẽ & morib. cõſtare dicitur poſtliminiũ. l.39. D. de capt. E & poſtlim. itẽ exiſtimationis illæſæ ſtatus. l.pen. D. de ext. cognit. Moribus inductũ dicitur ius patriæ poteſtatis: l.8. D. de iis qui ſunt ſui vel alien. quod tamen legibus Regiis & XII. tab cõprehẽſum conſtat. Moribus inducta dicitur ſubſtitutio pupillaris. l.2. D. de vulg. ſubſtit. itẽ interdictio bonorũ quæ fit prodigis, l.9. D. de curat. fur. Quinct.5. cap.10. Pleraque in iure, inquit, nõ legibus, ſed moribus cõſtãt. Itẽ lib. 12. cap.3. Omne ius quod certũ eſt, inquit, aut ſcripto aut moribus cõſtat. Liuius lib.1. ſecundi belli Punici: Tribuni plebis F negarũt ſe in mora eſſe, quominus quod ei more maiorum permiſſum eſſet ſeu legibus, ſeu moribus mallet, adquireret. Præterea intelligendum eſt illud: ius ſcriptum totum eſſe ciuile: non ſcriptum verò aliud eſſe gentium, aliud ciuile, quod ipſum proprio & ſpeciali nomine dicitur conſuetudo. De moribus gentiũ illud accipiendum eſt, quod diximus de inceſtu. l.8. l. 39. D. de ritu nupt. quod dicitur moribus noſtris non conuenire, vt quis filium temporalem habeat. l.34. D. de adopt. De moribus ciuitatis accipiendum eſt, quod G moribus dicitur apud nos receptum eſſe, ne inter virũ & vxorẽ donationes valeãt: ne liberis impuberibus teſtamentũ facere liceat; vt mulieres ciuilibus officiis nõ fungãtur. l.1. D. ad Velleia. l.12. D. de iud. more noſtræ ciuitatis neque pupillus neque pupilla ſine tutoris auctoritate obligari poteſt: ait l.8, D. de adquir. her. Vno loco Iuriſcõſ. bonos mores interpretatur bonos mores ciuitatis. l.5.§.4, D. de iniur.

§ 7 Porrò, vt ius moribus receptum dici poſſit, tria requiruntur: Iuriſcōſultorum inſtitutum, vſus lōginquitas, & rei iudicatæ auctoritas.

§ 8 De Iuriſcōſultorum inſtitutis exēplū eſt in adquiſitione per adrogationē, quā Imperator conſenſu populi tacito receptā in vſum fuiſſe ſcribit. Theophilus autē Iuriſcōſultorū auctoritate introductā. §. 1. D. de adq. per adrog. Sic videmus Trebatij auctoritate ius Codicillorū & fideicōmiſſorū introductū fuiſſe. §. 17. De codic. Q. Mutij auctoritate ius, vt cui mulieri vſus ædiū legatus eſſet, ei maritū in illas recipere liceret. l. 4. §. 1. D. de vſu & hab. Galli Aquilij auctoritate, vt nepotē filio antè teſtatorē mortuo inſtitui liceret. l. 29. D. de lib. & poſt. itē vt alienos poſtumos inſtitui heredes liceret, l. penult. D. de leg. 1. Iaboleni auctoritate, vt magiſtratus qui cōſiliū præberet, ſuū apud ſe ſeruum manumitteret. l. 5. D. de man. vind. Vlpiani, vt etiā in villa atque adeò ſine tutore manumitteret. l. 8. eod. Et hoc eſt, opinor, quod dicitur, ius cōſtitutum, l. 1. D. rer. amot. l. 20. §. 2. D. de ſtatulib. Cic. in Quinct. Aut hæc facta nō ſint neceſſe eſt, aut C. Aquilius, talis vir, iuratus hoc ius in ciuitate cōſtituat, cuius procurator, &c.

§ 9 Secundo loco requiri diximus vſus lōginquitatem, in quo quæſtio exoritur, quanti temporis diuturnitas exigatur. Nam vulgò inter Pragmaticos receptum eſt, decem annorum ſpatio conſuetudinē firmari: quæ ſententia cum aliis locis innumeris coargui poteſt, quibus inueterata cōſuetudo nominetur, vt in l. 32. diuturna conſuetudo, l. 33. primorum annorum obſeruatio, l. 35. lōgæuus vſus l. 2. C. quæ ſit long. conſ. antiquitùs probata & ſeruata cōſuetudo, l. 3. eod. Tum verò præcipuè illa MAIORVM adiectione conuincitur. Abſurdum enim eſſet, quod decem ab hinc annis vſurpari cœpit, id more maiorum conſtitutum dicere, l. 1. D. de offic. eius cui mād. iur. l. 5. D. de iuriſd. l. pen. D. de iuſt. & iure. l. 9. D. de parricid. Tullius pro Sex. Roſc. More maiorum comparatum eſt vt in minimis rebus homines ampliſſimi de ſua re teſtimoniū non dicerent. Hinc illud Plutarchi in lib. de lib. educ. ἢ γὰρ τ' ἦθος ἐςὶ πολυχρόνιον. Ne multa, Iuriſc. apertè oſtēdit tēpus requiri quod hominū ſuperſtitum ætatē & memoriā exſuperet. l. 1. §. vlt. & ſeq. D. de aq. & aq. plu. idq. illo inſuper argumēto cōfirmari poteſt, quia ius

A deſuetudinis nō poteſt ad decēnij intermiſſionē referri. cùm dicimus legē per deſuetudinē abrogari, l. 32. in fin. D. de legib. Quid enim aliud eſt deſuetudo, niſi cōtraria cōſuetudo? Itaque Liuius lib. 27. teſtatur, Prætorē idcircò cōtēdiſſe Flamines ius in Senatū introeundi amiſiſſe, quia neque patrū neque auorū memoria quiſquam id ius vſurpaſſet.

§ 10 Poſtremo requiri diximus, contradicti iudicij auctoritatē, l. 34. h. t. qua de cauſſa Conſt. Harmenop. ſcribit, Cōſuetudinē re iudicata cōfirmari: cùm
B videlicet res aliqua, veluti adquiſitio per adrogationē in controuerſiā adducta, Iudicis ſententia cōfirmatur. Supereſt, videamus quænam Cōſuetudinis vis ac poteſtas ſit. Quæri enim video, an cōſuetudo legem vincat, quod affirmare videtur Iulianus in l. 32. in fi. D. h. t. negare Conſtantinus in l. 2. C. quæ ſit long. conſ. itémque Papinianus, in l. 1. D. de vſur. Sed adhibenda hæc diſtinctio eſt. Nam ſi conſuetudo legi contraria palam ab omnibus non modò vſurpata verùm etiam Iuriſconſultorum inſtituto, & rei iudicatæ auctoritate
C comprobata eſt, certum eſt legem per eā abrogari. Sin autem quorumdā hominum corruptelis inducta ſit, vt illa fœneratorum, de qua in d. l. 1. de vſur. tū verò incunctanter ſtatuendū eſt, quæ malis moribus fiunt, ad eos mores quibus ius reducitur, referendum non eſſe: quia morum ciuitatis appellatione boni mores intelliguntur. l. 15. §. 4. D. de iniur. l. 6. C. de pact.

§ 11 Supereſt quarta ſpecies iuris: quod Ratiocinatiuum appellare poſſumus: propterea quod neque tacito, neque expreſſo cōſenſu inſtitutum eſt, ſed neceſſaria ratiocinatione inducitur: de quo tractatur in
D l. 10. & ſeq. ſ. h. t. veluti cùm propter paritatem cauſſarum idem ius conſtituitur, l. vlt. C. ad leg. Falc. l. illud quæſitum, 32. D. Ad leg. Aquil. aut propter contrariam rationem ius contrarium inducitur. l. ſi ex toto, 8. D. de leg. 1. aut alio denique argumenti genere concluditur. l. qui filium, 74. in fin. D. ad Treb. veluti cùm quæritur de producendo ſcripto ad non ſcriptum: vt in l. ſi cum dotem, 22. D. ſol. mat. l. 10. D. de lib. & poſt. l. ex facto, D. ad Trebell. l. vlt. §. vlt. D. mandati. l. mu-
E lier, 22. D. ad Trebell. l. vlt. C. de donat. quæ ſub mod. l. mater, C. de inſt. & reſt. ſub cond. fac. l. ſi quis dederit, §. vlt. D. de teſt. tut.

DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM. TITVLVS IIII.

1 *Euerſa Rep. populus in Cæſares, ius omne in ſe poteſtatémque contulit.*
2 *Sed hi nō ſtatim plena iſta poteſtate vſi ſunt. (cabāt.*
3 *Nā ſi quod ius nouū inducēdū erat, cū Senatu cōmuni-*
4 *Conſtitutiones generales fiunt per S. C. per Edictum, per Pragmaticam ſanctionem.*
5 *Conſtitutionum perſonalium tres ſunt ſpecies: Epiſtola, Subſcriptio, Decretum.*

SVB hac Rubrica dicendum eſt coniunctim de Principum conſtitutionibus, & Senatuſconſultis: neque illæ ab his ſeparandæ ſunt, vt mox intelligetur.

§ 1 Nam euerſa Repub. lata lex eſt Regia, vti quæcumque Imperator ex vſu Reipub. maieſtate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarúmque rerum eſſet, ei agere facere ius poteſtáſque eſſet: legibúſque omnibus ſolutus eſſet: vt ex fragmētis antiquitatis alio loco docuimus: & Dio lib. 53. demonſtrat. Ex quo interpretanda eſt l. Princeps, D. de leg. Simul intelligi poteſt Romanorum Imperatorū poteſtatem, non, vt Regum finitam, certiſque legibus circumſcriptam: ſed infinitam, immenſam, & (vt vulgus loquitur) abſolutam fuiſſe, propterea quod populus ea lege accepta, non tantùm omnem ei ſuam poteſtatem triplicem (de qua infrà dicemus) contu-

F lit, hoc eſt, communicauit (vt cùm dicimus fratres fratribus bona conferre) ſed etiam in eum contulit, hoc eſt, ab ſeſe depoſitam penitus in eum tranſtulit: vt qui ſtante Repub. gentium omnium atque orbis terrarum dominus dicebatur, deinceps teterrimam ſeruitutem quibuſuis Principibus, & quantumuis inſanis Tyrannis ac monſtroſis ſeruiret. quod ex Tacito præſertī & Suetonio & Dione cognoſci poteſt. Cùm antiqua lege, inquit Iuſt. quę Regia nuncupabatur, o-
G mne ius omniſque poteſtas populi Rom. in Imperatoriam tranſlata ſit poteſtatem, l. 1. §. ſed in hoc, C. de vet. iur. enucl. Verumtamen, vt varium eſt ius ciuile pro variis cuiúſque ciuitatis inſtitutis ac legibus, ita variæ ac diſſimiles ſunt Regnorum formæ & rationes: vt cùm olim ſub Romanis Regibus ſumma penes populi Comitia poteſtas erat, ad quē à Regib' prouocatio erat: vt Seneca teſtatur ſe ex lib. Cic. de Rep. didiciſſe:

didiciſſe: & apertè Cic. ſignificat Tuſc.1. Sic Francogal
li, Germani, Poloni, Sueui, Dani, Angli libertatẽ reti-
nuerunt, Regniq. & Reip. ſummam nõ Regũ libidi-
ni, ſed Comitiorũ libertati cõmiſerunt: quemadmodũ
alio loco perſpicuè docuimus. Triplex autẽ Populi
R. ſtante Rep. poteſtas fuerat: in legibus iubendis, ma
giſtratibus creandis, bello vel pace cõſtituenda. At il-
la lege Regia perlata, ſenſim Comitia deſierunt: totá-
que Populi poteſtas in Principẽ tranſlata eſt. vnde il-
lud Claudiani de bello Gildonico:

Poſtquam iura ferox in ſe communia Cæſar
Tranſtulit, elapſos mores, deſuetáque priſcis
Artibus in gremium pacis ſeruile receſſi.

Et Iuuenalis: -- *nam qui dabat olim*
Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe
Continet, atque duas tantùm res anxius optat,
Panem & Circenſes, &c. Itaq. cùm olim magiſtra-
tus omnes a Populo mandarentur, poſteà mandari ab
Imperatoribus cœperunt. l.1. D. de amb. Cùm olim ab
omnibus magiſtratib. ad populũ appellaretur, poſt ad
Cęſarẽ appellari cœpit. l.1. D. à qui. appel. nõ lic. & a-
pud Paul. Sent. 5. ti. 26. l. Æmil. Largianus, & l. vl. D. de
minor. cùm olim adrogationes apud populũ fierent,
poſt apud Principẽ fieri cœperunt. l.2. D. de adopt.

§ 2 Neque tamen repentè Principes ea lege per-
lata tantam ſibi poteſtatẽ ſumſerunt: ſed ſenſim po-
puli ius, vt ita dicã, diſſuerunt. Perquamdiu enim ma-
gnam eius iuris partem cum Senatu cõmunicarunt:
quinetiam iis Remp. obtinentibus leges aliquot latæ
ſunt, veluti lex Papia Popæa, Ælia Sentia, Fuſia Cani-
nia, vt Suet. teſtatur. Tacitus lib.1. vbi de Tiberio lo-
quitur: Tum primùm (inquit) è campo Comitia ad
Patres tranſlata ſunt: nam ad eam diem, & ſi potiſſi-
ma arbitrio Principis, quædam tamen ſtudiis tribuũ
fiebant: neque populus ademtum ius queſtus eſt, niſi
inani rumore. Suet. de Tiberio. Neque tam paruum
quidquam, neque tam magnum publici priuatique
negocij fuit, de quo non ad Patres Conſcriptos refer-
retur. Quinetiam in Caligulæ vita ſcribit, eum ten-
taſſe Comitiorũ more reuocato ſuffragia populo red-
dere. Sed & Tac. lib.14. Comitia Prætorum (inquit)
arbitrio Senatus haberi ſolita, quod acriore ambitu
exarſerant, Princeps compoſuit, multáque apud Spar
tianũ, Capitolinum, Lampridium, Vopiſcum, & Dio
nẽ eiuſdem modi teſtimonia & argumenta exſtant:
atque ob eam cauſſam frequenter à Senatu de bello &
pace conſtitutum fuiſſe, ex eorundem auctorum per-
multis locis intelligitur. Neronem à Senatu hoſtem
iudicatum, Suet. refert: Caſſium, Capitolinus: Seuerũ,
Spartianus. Itaque ſi quod ius nouum induci place-
ret, non iam per leges, ſed per S.C. id fiebat, Principe
auctore. l.3. C. de leg. qua de cauſſa Princeps pars Sena
tus apellatus eſt: viciſsímque Senatus, pars Principis.
l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt.

§ 3 Nam moris fuit, vt qua de re ius nouum in-
duci placeret, de ea re Princeps in Senatu orationem
haberet: & in eam Senatuſconſultum fieret. l.1. l. non
fit, D. de reb. eor. l. pe. D. ad Tertull. l.1. D. de feriis. l. ſi
quis tutor, 60. D. de rit. nupt. qua de cauſſa Senatuſ-
conſultum & Oratio Principis paſſim in libris no-
ſtris promiſcuè vſurpantur. Ad extremum Theodoſij
imperio conſtitutum eſt, vt ſi quid noui iuris induci
placeret, Senatus arbitrio, Pręfecto Pręt. legẽ dictaret:
ſcriptam ad Imperatorẽ mitteret: quæ in ipſius conſi
ſtorio recitata legis vim obtineret. l.8. C. de legib. Cõ
ſtitutionũ autem aliæ ſunt generales, aliæ perſonales.

§ 4 Generales fiunt aut per S.C. aut per Edictũ,
aut per Pragmaticam ſanctionem. De S.C. ſuprà di-
A ctum eſt. Edicta ſunt conſtitutiones de nouo aliquo
iure, ſed publico, id eſt infinitè, & generaliter ad o-
mnes pertinente: quæ propterea vbique promulgari
ac proſcribi iubebantur. l.3. C. de leg. Pragmatica ſan-
ctio eſt conſtitutio Principis non de priuatorum ne
gocio, ſed de corporum, collegiorum, ordinum iure
vniuerſo. l. vl. C. de diu. reſcrip. veluti ſub ti. De Cod.
Iuſtin. conſ. Si quæ verò Pragmaticæ ſanctiones, quæ
hoc nomine in eodẽ noſtro Codice repertæ ſunt, ciui
B tatibus fortè vel corporibus, vel ſcholis, vel ſcriniis,
vel officiis, vel alicui perſonæ impertitæ ſunt: eas, ſi
quidem priuilegium ſpeciali beneficio indulgent, o-
mnimodo manere præcipimus. Perſonales autẽ ſunt,
quæ de certarum perſonarum iure ſpecialiter factæ
ſunt, ac propterea transferri in alias nõ debent. Qua-
rum tres ſunt ſpecies: Epiſtola ſiue reſcriptum, cùm
Princeps à Magiſtratibus de re & lite dubia conſue-
tus per litteras reſpondet. l.3. D. de teſtib. aut ab aliquo
rogatus indulgentia in eum ſua vtitur: quę vulgò Pri
C uilegium appellatur, cùm lege aliqua ciuem ſoluit:
veluti cùm tutori permittit pupillam vxorem con-
tra S.C. ducere. l. ſi tutor, C. de mat. interd. aut ſcænicæ
nubere, quę ad bonã frugẽ redire velit. l. Imperialis, C.
de nup. aut Senatori libertinã vxorem, contrà legẽ Iu
liam ducere. l. ſi Senator, 31. D. de ri. nup. aut conſobri-
no conſobrinam, quo tẽpore talibus nuptiis erat in-
terdictum: vt eſt apud Caſſiod. in form. aut ſtatũ libe-
rorũ ex inceſtis nuptiis natorũ confirmat. l. ſi adulte-
rium. §.1. D. ad leg. Iul. de adul. & l. qui in prouincia, §.
D vl. de ri. nup. Subſcriptio eſt, cùm idẽ à priuato aditus
oblato libello reſpondet. l.1. C. quom. & quand. Iud.
Decretũ eſt, cùm idẽ inter litigatores cauſſa pro tribu
nali cognita pronunciat. l.4. D. de his quæ in teſt. del.

DE STATV HOMINVM.

Tit. V.

1 *Status perſonarum definitio.*
2 *Varietas ſtatus à iure ci. introducta eſt.*
3 *Qui liberi, qui ſerui.*
4 *Seruitutis duæ partes, Dominium & Opera.*
E 5 *Aliud ſeruire, aliud in ſeruitute eſſe.*
6 *De libertate, & manumiſſione.*
7 *De varia Libertorum condicione.*
8 *Iura & inſignia Libertorum.*
9 *Ius natalium quid ſit.*
10 *Seruorum & Libertorum nomina & cognomina.*

DEfinitionibus iuris, eiúſque partibus expoſi-
tis, nunc ad materiã, in qua ius verſatur, de-
ſcendit. Eſt autẽ triplex: Status perſonarũ: Re
rum qualitas, & Formulæ actionum. l.1. h.t. §.1. Inſtit.
F de iure perſ.

§ 1 Status perſonarum (qui & caput dicitur) eſt
modus iuris, liberis perſonis, pro varia cuiuſque con
dicione attributus. nam iure naturali cùm par omniũ
eſſet condicio, pari quoque & æquo iure omnes vte-
bantur. l.4. D. de iuſt. & iur. §.1. Inſt. de libert. l.32. D. de
reg. iur. At poſtquam Gentium & ciuili iure perſona
rum varietas inducta eſt, iuris quoq. varietas cõſecu-
ta neceſſariò eſt. Status porrò triplex eſt: Libertatis, ci
uitatis, & familiæ, l. vl. D. de cap. mi. Etſi autẽ perſona
G rũ varietas nõ minima ex parte à iure gentiũ introdu
cta eſt, veluti, liberorũ, ſeruorũ: libertorũ, patronorũ:
magiſtratuũ, priuatorũ. l.4. D. de iuſt. & iur. Itẽ cogna
torũ & extraneorũ. l. adoptiuus, 14. §.1. l. & nihil, 54.
D. de ri. nup. atq. adeò à naturali: veluti Iuniorũ, ſenũ:
puberũ, impuberũ: valentium, ægrotorum: marium,
fœminarum, Hermaphroditorũ: integrorũ, eunucho-
rum, Thlaſiarum, Thlibiarum: partuum aut monſtro
rum. l.14. D. h.t. Tamen ſtatus perſonarum Romano

vterentur: vt apud Papin.lib.3. Læuęque ignobile ferrum exuit. Hinc nota de Mena Auguſti medico hiſtoria, quam Sueton. Dio, & Zonaras, cùm libertinus eſſet anulo aureo ab Auguſto donatū ſcribunt. Hinc illud Taciti lib.18: Poſtulante exercitu, vt libertum ſuum Aſiaticum equeſtri dignitate donaret, honorauit anulis. Horū autem condicio hęc erat, vt quaſi ingenui viuerēt, quaſi liberti morerētur: hoc eſt, vt ſi in teſtamento patronos prętermiſiſſent, aduerſus eorum tabulas bonorum poſſeſſio hisdeferretur. l.3.D.de bonis lib.l.2.l.4.D.de iur.anul.aur.l.falſa, D.de cond.& demonſt.Tertull.de Reſurrect.carn. Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaueris, quia eadē caro & anima permanebunt, quę flagellis & compedibus, & ſtigmatibus obnoxiæ retrò fuerant, idcirco ne illū eadē pati oportuit: non opinor. Atqui & veſtis albæ nitore & aurei anuli honore, & patroni nomine ac tribu menſáque honoratur.

¶ 9 Ius natalium fuit cùm Princeps omne patronatus ius extinguebat, & libertum iis natalibus reſtituebat, quibus naturæ iure, antè ius gentium deſcriptū, omnes homines vtebantur: cui & ſeruitus & libertas fuit incognita. l.2. & l.vlt.D.de nat. reſt. qua de cauſſa planè pro ingenuis habebātur, nec patronū agnoſcebant, nec ei vel operas, vel obſequiū, vel honorem debebant, l.pen.& l.vlt. C.de bon.lib.l. Imperialis, C.de nup.l.quaſi,10.§.ſed etſi ius, D.de in ius voc. Itaque plerumq; patroni cōſenſu id fiebat, vel

A eius filij.l.2.in fin.l.pen.l.vlt. D.de nat.reſt. At nouo Iuſtiniani inſtituto libertis omnibus vltrò tria beneficia illa delata ſunt, ſaluo tamē patronatus iure. Nouel.74.& Nou.78.

¶ 10 Porrò ne illa quidem prętermittenda videtur differentia: quod cùm ingenui pręnomine, nomine & cognomine deſignarentur: ſerui nomen vnum habebant, cognomine vti iis non licebat, l.cùm precum,9.C.de lib.cauſſ. & nomine vtebantur plerum-
B que à dominis ad arbitrium impoſito: vt Eros Chryſogonus: tametſi interdum vt ab aliis internoſcerentur, duobus nominibus deſignabantur, vt Eros Pſyllus l.Lucius, 14.D.de fid.lib. Liberti autem patronorum pręnomen & nomen aſſumebāt, vetus ſeruile nomen pro cognomine retinebant: veluti, Lucius Cornelius Chryſogonus. M.Tullius Tiro. L.Titius Eros. l.quæro,32.§.2.D.de teſt.tut. quò pertinet l.liberas, 108.D. de cond.& demonſt.l.pater,38.§.1. D.de leg.3. Itaque Appianus auctor eſt, L. Cornelium Victorē proſcri-
C ptorū ſeruis amplius decē millibus libertatē & Corneliorum nomen dediſſe, vt eorum parata opera, ſi quando vſus veniret, vteretur. Iuuenalis Sat.5:

Et ponere foris, ſi quid tentaueris vnquam
Hiſcere, tanquam habeas tria nomina.

Perſius Satyr.5:

Verterit hunc dominus momento temporis exit
Marcus Dama.

DE HIIS QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT. TITVLVS VI.

1 *Pater iuſtus, filius iuſtus. Pater iniuſtus, filius iniuſtus ſiue naturalis.*
2 *Paterfa.& Filiusfa.quis.*
3 *Materfa.& Filiafa.quæ.*
4 *Patriæ poteſtatis ius prius, eſt vitæ & necis in filium.*
5 *Alterum eſt, vt quod filius adquirit, patri adquirat.*
6 *l.1.§.2.D.de rei vind.emend.*
7 *Communio & diff.inter Filiumf.& ſeruum.*
8 *Patria poteſtas ius priuatum familiæ eſt.*

PERSPICVA continuatio eſt: nam ſecunda perſonarū diuiſio ſequitur: nō .n.ſi qs liber eſt, cōtinuò ſui iuris eſt: vt filiusfa. aut pupillus, quin ne filius quidē familias, l.xij.tabul.ꝓpriè & vſquequaque fuiſſe liber videtur: quippe, qui eo iure in patris nō modò manu & poteſtate, ſed etiā dominio & mācipio erat: vt paulo poſt docebimus. Prius.n.illud ſcire oportet, Patrē & Filiū dupliciter in iure nominari: nam alius dicitur iuſtus ſiue legitimus, alius non iuſtus ſiue naturalis.

¶ 1 Iuſtus pater eſt, quē nuptiæ demonſtrant. Iuſtus filius eſt, qui ex iuſtis nuptiis ꝓcreatus eſt, l.6.D. h.t. qui iure quæſitus dicitur in l.patronæ, 18.D. de bon.lib. Rurſus naturalis filius dupliciter appellatur: nam generaliter quidē is dicitur qui extra iuſtas nuptias quoquo modo natus eſt, quia cognatio naturalis dicitur quæ extrà iuſtas nuptias quæſita eſt, qualis fuit prima hominū ætate, antè ius gentium aut ciuile deſcriptū, quaſi ſolo naturali iure nitatur, quo par eadémq. omniū hominū cōdicio fuit, l.4.§.1.D.de grad. Interdū tamen propriè & ſpecialiter naturalis filius dicitur, qui ex concubina, aut ancilla ſuſceptus eſt, & certū quidē habet patrē, ſed nō iuſtū, non legitimum, non qualē eſſe oportet, cui patria poteſtas ciuili iure cōceſſa eſt. l.5.D.de perſc.verb.l.1.& paſ.C.de nat.lib. l.Lucius, 78.§.2.D.adTrebell. qua de cauſſa legitimis filiis opponūtur, l.Lucius,45.D.de vulg.ſubſt.& iure quęſitis, d.l.18.D.de bonis libert. Interdū aut Naturaliū nomine cōtinentur etiam, qui paſſim, nō iuſti, aut

D ſpurij, aut vulgò quæſiti appellantur. i. qui vel nullum habēt patrē certū, vel eum habent qui iure ciuili pro iuſto nō habetur: veluti qui ex nuptiis ſine patris cōſenſu contractis nati ſunt. l. Paulus,11.D.de ſtat.hom. aut ex meretrice, vt in l.ſi verò,13.§.1. D.ad leg.Iul.de adult.§.vulgò, Inſt.de ſucceſſ.cognat.l.2.l.4.D.vnd. cognat.l.5.l. vulgò, 23. D.de ſtatu hom. aut ex ea quæ in hoſtiū erat poteſtate. l.Diui,25.D.de capt. aut quæ ex adulterio, ſtupro, vel inceſto cōcepit.l.3.§.1.l.6.D.
E de minor.

¶ 2 At pater quidem & filius inter ſe neceſſariò cōferūtur, neq; alter ſine altero dici poteſt, ſed diuerſa patriſf.& filijf.ratio eſt: neq.n.hi inter ſe cōferūtur: nā paterf.eſt qui familiæ ſuæ princeps eſt: vt ait Vlp. tit.Regul.5.& in domo dominus, etiāſi liberos nō habeat; atq.adeò quāuis impubes ſit.l.4.D.h.t.l.pronūciatio,195.De verb. ſig. Rationē Tertul.in Apolog.demōſtrat: Gratius eſt (inquit) nomē pietatis quàm poteſtatis: & iā familiæ magis patres quā domini vocā-
F tur: quod idē Senec.lib.Epiſt.6.cōfirmat. Ergo filiusf. eſt qui vel ex iuſtis nuptiis patre viuo natus eſt, vel in filij locū adoptatus. nā Poſtumus filiusf.nō eſt.d.l.195. Fiunt filijf.aut natura, aut iure, vt dicemus ad tit.ſeq. Et quāuis filius ex eadē notatione paterfa.dici poſſet, quoniā viuo patre quodammodò dominus eſt, tamē nota filij adiungitur, vt genitus à genitore diſtinguatur. l.in ſuis,11.D.de lib.& poſt.& verbo magis quā re diſtinguatur. nam alioqui pater.& filiusf.vna perſona
G cēſentur. Lact.lib.4.cap.29: Cùm quis habet filiū quē vnicè diligit, qui tamen ſit in domo & manu patris,

licet ei nomẽ domini poteſtatémq. cedat, ciuili tamẽ iure & domus vna,& vnus dominus nominatur.

§ 3 In Matref.&Filiaf. hoc amplius obſeruandũ eſt. Nã prӕterquã quod materfa.dicitur etiã quӕ ſuӕ poteſtatis eſt, ſiue vidua ſiue nupta ſit.l.nupta,30.§.1.D. ſol. mat.ſiue etiã virgo ſit,vt ait Tertull.in lib.de virg. veland.Primùm eadẽ mulier & materf.&filiaf.diuerſis rationibus dici poteſt: nam quӕ patris voluntate in viri manum conuenit, reſpectu viri, Materfa.nominatur. l.ſi is qui, 44. D. de adopt. & apud Cic. in Top.& Agell.lib.18.cap.6. reſpectu patris,quamdiu in poteſtate retinetur, filiafamilias: ſi emancipetur, materfa.d.l.30,D. ſol.mat & l.poſt matrem, 25. De adopt. Deinde materfa. in viri ſui manu, poteſtate ac mancipio erat l.4.D.hoc tit.ac proptereà ſua ei heres erat: auctore in Reg.Vlp.tit.22.& tit.27. Interdum tamen materfa.ſic dicitur, quaſi matrona: id eſt mulier honeſtӕ vitӕ.l. 46.§.1. De verb.ſign. l. 13. De adult.

4 § Porrò patria poteſtas duabus conſtat rebus: iure vitӕ & necis:& adquirendo rerum dominio. De priore ſic habendum eſt:etſi patria poteſtas non in atrocitate,ſed pietate conſiſtit: l.5.D.de parric. tamen & lege Romuli & moribus Populi R.ius vitӕ & necis patri tribuebat: vt Plutar. in Romul. teſtatur, & Dionyſ.lib.2. eiúſque rei veſtigia exſtant in l.11.D.de lib.& poſt.& l.vl.C.de pat.pot.Exempla verò in Bruto,Torquato, & Fuluio apud Liuium, Dionyſ.& Saluſt.ſed potiſſimùm apud Senec.lib.de clementia 1.Itaque in l.1.D. de parric. puniri dicitur mater quӕ filium interfecit: de patre ſiletur: de quo tamen aliud ius Conſtantini lege inductum eſt. l.vn.C.de his qui par.& lib.occid. Quinetiam ex eadem lege Regia liberi adeò in manu,poteſtate,ac mancipio patris erãt, vt Dionyſ.lib.2. ſcribat, maiorem patris in filiũ quàm domini in ſeruum poteſtatem fuiſſe. nam ſerui ſemel à domino venditi ſi ab emtore manumittebantur,liberi fiebant:at filij bis vendi poterant:neque niſi tertiùm venditi & manumiſſi libertatem conſequebantur:quod etiam Vlpia. tit. Reg.x. confirmat. Eiúſque ſummӕ poteſtatis patriӕ nõ mediocre argumentum eſt,noxӕ deditio:cùm pater non modò filium,qui noxam nocuerat, hoc eſt damnum cuipiam intulerat, verùm etiam filiã noxӕ dedebat: id eſt in ſeruitutem pro damni compenſatione tradebat. §.vlt.Inſt.de noxal.act.l.5.§.pen.D.de obl.& act.qua de re vberius ad tit.de nox.act.diſſeremus. Item nuptiarũ, etiam quӕ patris auctoritate contractӕ fuerant, diſſolutio; qua dẽ cauſſa interdictum de liberis exhibendis & abducendis patrifa. paratum erat. quod tamen Impp.conſtitutionibus ita temperatũ eſt,ſi grauis & iuſta cauſſa patrem moueat.l.5.C.de repud.l.cùm hic ſtatus 32. § ſi ſocer, D.de don.inter vir.l.2.C.de lib.exhib. l.vlt. C.eod.Verùm & illa infinita poteſtas partim deſuetudine,& moribus, partim Principum conſtitutionibus abrogata eſt.d.l.vlt.C.de pat.poteſt. & §.vlt.Inſt. de nox.act.& hoc ter vendendi ius conſuetudine Populi in imaginariam emancipationẽ conuerſum eſt: vt dicemus ad tit.ſeq.

§ 5 Secunda patriӕ poteſtatis pars eſt, dominij, rerum adquiſitio, quia quidquid filij filiӕquefam.vel ſuis operis vel aliorum liberalitate & beneficiis adquirunt, totum id ipſo momento, patri adquirunt.l. adquiritur,10.D.de adq.rer.dom. l.placet 79. de adq. her. eáque ſola ex parte furioſus patriam poteſtatem retinere dicitur,cùm alteram partem amiſerit. l.8.in fine,D.h.t. Et quoniam infinita illa parentum poteſtas,prӕſertim in necandis,vendendis, & quouis

A modo alienandis liberis ſublata eſt, proptereà liberi iam neque in patrimonio, neque in poſſeſſione noſtra cenſentur.l.14.D.de ſer. corrupt.l.1.§. 6. de adq.poſſ. & eadem de cauſſa peti per rei vindicationem non poſſunt, niſi adiecta clauſula ex iure Quiritium, id eſt,quatenus iure Quiritium filius meus eſt.

§ 6 L.1.§.2.D.de rei vind.vbi pro CAVSSA reſtituendum arbitror CLAVSVLA. Vendi etiam, donari,aut oppignerari non poſſunt, niſi famis & extremӕ neceſſitatis cauſſa. l.1.& 2. C.de pat.qui.ſu.diſt.l.
B vlt.D.quӕ res pign.obl.poſſ. & apud Paul.lib.ſent.5. tit.1. Sanè tamen alienandi liberos poteſtas in adoptionibus retenta eſt. Cùm enim pater filiumfa. alicui in adoptionem dat, pro vetere illa poteſtate id facit, cúmque in adoptionem emancipare dicitur. vt j. tit.ſeq.exponemus. Quod verò in dict.l.8.dicitur ius patriӕ poteſtatis moribus eſſe receptum, ſic accipiendum eſt, vt morem maiorum intelligamus ius vetus, quod ſtante Rep. vſurpatum eſt:quod nouis legibus, poſt Remp.in Cӕſares tranſlatam, ab ipſis latis,oppo
C nitur:vt dicemus j.ad tit.de off.eius. Verùm hęc quidẽ de patribus. Matres autem liberos in ſua poteſtate nõ habent.l.13.de ſuis & legi.§.fœminę,Inſt.de adop.

§ 7 Iam verò inter filiumf.& ſeruum hęc cõmunia ſunt. Vterque in aliena vitę & necis erat poteſtate: ſed Principum conſtitutionibus ea poteſtas in vtroque reſtricta eſt: nam & pater filium in quem ſuprà modum ſęuus eſt,emancipare cogitur. l.vlt. D. ſi à par. quis, & dominus ſeruum bonis condicionibus vendere.l.2.D.h.t.& Collectaneor.lit.3. vt filius Prę
D fecto vel Prӕſidi offerendus eſt ad coercitionem.l. 2.l. 3.C.de pat.poteſt.ita & ſeruus, auctore Gaio lib.Inſt. 1.& l.1.D.de off.Prӕf.vrb.l.circumcidere, 11.D.ad leg. Cornel.de ſicar.l.1. C.de emend.ſeru. vt ob leues noxas dominus in ſeruum, ſic pater in filium domeſtico iudicio poteſt animaduertere.l.ſeruis,17.D.de furt. qua de cauſſa parentes domeſtici iudices appellantur apud Senecam lib. de benef.2. Prӕtereà, vt dominus ſeruum qui damnum alicui fecerat, ita pater filiũ noxӕ dedebat.§.vlt.Inſt. de nox.act. vt ſeruus domino,
E ſic filius patri adquirit: vt ſeruo exercendӕ induſtriӕ cauſſa peculium cõceditur,ſic etiam filio:vt inter ſeruum & dominum, ſic inter filium & patrem iudiciũ nõ conſiſtit:vt ſeruus per manumiſſionem, ſic etiam filius liberatur, poſt tertiam videlicet emancipationem:vnde Rub.ſi à par.quis manumiſſus fuer. Atque in his quidem inter filiumfa.& ſeruum cõmunio eſt: in illis verò differentia. Seruus in domini dominio eſt,filius poſteriore iure in poteſtate tantùm. l. poteſtatis,D.de verb.ſignif.Seruus domini morte ad here-
F dẽ tranſit,& ſeruus manet:Filius patris morte ſui iuris eſt, & paterf. efficitur. l.5.D. quand.dies leg.ced. Seruus ex contractibus naturaliter tantũ & obligat, & obligatur. l.ſerui 14.D.de oblig.& act. at filius ciuiliter.l.filius,38.D.eo.Seruus iuris ciuilis nullã communionem habet.l.qui teſtamento,20.§.6.D.de teſt. Seruus omnis planè iuris,& ciuilis,& Prӕtorij,& extraordinarij expers eſt. l.7.D.de falſ. d.l.20.§.6.D.de teſt.l.quod attinet 32.D.de reg.iur.Itaque neque obligare neque obligari ciuiliter poteſt. l. nec ſeruus 41.
G l.64.D.de pecul.l.ſerui,14. D.de obl.& act. nec teſtis eſſe. d.l.qui teſtamẽto.& l.quoniã,C.de teſtib.nec in iudicio conſiſtere. l.cùm debitoris.C.de iud.nec iudiciũ aut arbitriũ recipere.l.cùm prӕter, 12.D.de iud.l. Pedius 7.§.1.D.de recep.neq. in integrũ reſtitui.l.6. D.de in integ.reſt. nec bonorum poſſeſſionem obtinere.l.1.§.per ſeruum,D.de ſucc.ed.nec deliberare de

adeunda

adeunda hereditate,l.1.D.de iure delib.At filiusf.non A modò &ciuilis & prætorij iuris cõmunionem habet: qua de cauſſa ciuiliter & obligat,& obligatur.l.filius 38.D.de obl.& act.verùm etiã publici: adeò vt in cauſſis publicis pro patrefa. cenſeatur. l.filius 9.D.h.t.ac proinde quamuis Reip.partẽ,ſummos etiã magiſtratus,veluti Cõſulatũ adminiſtret,l.1.D. de ſena.Maced. l.3.D.de adopt.

§ 8 Patria enim poteſtas eſt ius priuatum familiæ, hoc eſt,intra familiæ fines coërcetur: nec ad ea quę publici iuris ſunt, pertinet.l.nam quod,14.D.ad B Treb.l.5.l.6.D.de cap.mi.qua de cauſſa in iis quæ publici iuris ſunt, filiusf.auctoritatẽ habet, velut in teſtamenti factione, quæ publici iuris eſt.l.3.D.de teſta. quapropter non poteſt patri ſui antè pubertatem heredẽ adſignare,neque teſtamento.l.2.D.de vulg.ſubſt. neque per adoptionem nepotis, niſi ipſe auctor ſit.l. 6.l.ſi is qui,11.D.de adopt.quod Iuriſcõſ.ſic exprimit, ne illi inuito ſuus heres adgnaſcatur, §. & tam filiũ, Inſt.eo.eadémq.de cauſſa eius auctoritas in nuptiis requiritur,cùm materfa.ei ſua heres fieret. l. 2.D.de rit. nupt.

DE ADOPTIONIBVS ET EMANCIPATIONIBVS ET ALIIS MODIS QVIBVS POTESTAS SOLVITVR.

TIT. VII.

1 *Adoptionis & adrogationis definitio.*
2 *De perſonis, quæ vel adoptare vel adoptari poſſunt.*
3 *Agellij locus lib.5.c.19.emendatus.*
4 *A qua ætate adoptari vel adrogari quis poßit.*
5 *De perſonis quæ adoptare non poſſunt.*
6 *Fœminæ an adoptare vel adrogare poßint.*
7 *Adrogatio olim Comitiis Curiatis fiebat, deinde auctoritate Principis.*
8 *Teſtamento adoptiones fiebant.*
9 *De iure adoptionis.*
10 *Adoptionis & adrogationis communio & differentia.*
11 *Emancipationis definitio, & diuiſio: & primùm de legitima; ſecundò de Iuſtiniana: tertiò de Anaſtaſiana.*
12 *Qui poſſunt emancipari & emancipare, & apud quẽ fiat emancipatio.*
13 *De iure emancipationis, quæ primus modus eſt ſoluendæ patriæ poteſtatis.*
14 *Adoptionis & emancipationis differentia.*
15 II.*Modus ſol.pat.poteſtatis, Mors parentis.*
16 III.*Summa capitis deminutio.*
17 IV.*Media cap.deminutio.*
18 V.*Dignitas multiplex.*
19 VI.*Captiuitas.*

HÆc quoque perſpicua continuatio eſt. nam filiusfam.non tantùm natura, ſed etiam iure ciuili efficitur:vt ait l.1.D. h. t.natura autem, hoc eſt natiuitate: iure id eſt per adoptionem.l.2.§.2.D.eod.

1 § Eſt autem Adoptio legis actio, id eſt iuris ciuilis inſtitutum, quo quis alterius quàm patris ſui naturalis filiusfam.efficitur, perinde quaſi ex ipſo & vxore ipſius natus eſſet,l. 1. D. de off.iurid. l.3.de offic. proconſ.l.ſi is qui 44.D.h.t. Eius duæ ſunt ſpecies:a- C doptio,qui actus eſt legitimus,per quem vnius filiusfam.in iure patre ſuo auctore,eúmque ter emancipante,alterius filiusfa.efficitur. Adrogatio eſt actus legitimus,per quem paterf.apud populum,auctore Principe alterius filiusfa.efficitur.l.1.l.2.D.h.t. vnde intelligitur in filiisfam. adoptioni locum eſſe, in iis qui ſui iuris ſunt, adrogationi. Vtramque autem idcircò inſtitutam eſſe conſtat, vt quod alicui per naturam deeſſet,hoc commento & imitatione ſuppleretur.l.filio,23.D.de lib. & poſt.qua de cauſſa in adoptando ca D uebatur,ne quid alienum à natura cõmitteretur, velluti ne adoptio ad tempus fieret. l.34.D.eod. ne adoptaret qui vir integer non eſſet, hoc eſt, qui liberos procreare non poſſet.l.adoptio,16.D. eod. ne minus ætatis ſupra ætatem adoptati haberet adoptator, quã quantum eſt plenæ pubertatis tempus.l.adrogato,40. D.eod.

§ 2 Tripartita autem hæc tractatio eſt: Qui adoptari,& qui adoptare poſſint,quo modo & loco adoptio fiat, & quodnam ipſius ius ſit. Eritque hæc E vtriuſque ſpeciei communis tractatio. Ergò adoptari niſi qui ciuis R.eſt,nõ poteſt:quandoquidẽ peregrino actio legis nõ eſt:multò minùs igitur ſeruus,aut adoptari,aut in adoptionẽ dari poterat, ex Catonis auctoritate, ſecundũ quã Iuſtinianus cõſtituit, vt dominus ſeruum ſuũ adoptans, tantummodò eũ manumiſiſſe intelligatur: vt hoc modo legis actio ex parte valeat tantũ,non autem ex toto,§. vlt.Inſt.eo.l.1.§. ſimúlque C.de lat.lib.toll.Poteſt autẽ ciuis Ro.ſiue iuſtus ſit filius,ſiue ſpurius,vulgò quæſitus, naturalis l.6.& 7.C. de nat.lib. Item ſiue extraneus,ſiue cognatus, ſiue adfinis,veluti priuignus,gener,aut nurus,l.nonnumquã 32.D.h.t.dum tamen ſi gener,aut nurus adoptetur,filia vel filius emancipetur,ne frater ſororem habere in matrimonio videatur. l. per adopt.17.D. de rit.nupt. quinetiam filius,ſi quidem prius emancipatus fuerit, ac proinde quaſi extraneus, adoptari poteſt: ac non tantùm in filij locum, ſed etiam in nepotis:viciſſímque nepos vel emancipatus, vel ex emancipato filio, in locum filij.l.1. §.qui habebat.l.3.§ 1. D. cont.tab.l. 2.§.liberi,D.ad Tertull. Sed & qui filium non habet, tamen in nepotis locum adoptare poteſt: vt duæ fictiones ſimul concurrant.l.adoptare 37. l.adoptiones 43.D.h.t.Id autem variis fit modis.nam aut adoptatur nepos, quaſi ex certo filio, aut quaſi ex incerto: hoc eſt, nullo,& qui numquam in rerum natura fuit.Rurſus, ſi quaſi ex certo filio, tum aut ex illo viuo, aut ex illo præmortuo:ſi ex certo filio & viuo,tum nepos ille auo mortuo in patris ſui ſuperſtitis poteſtatem cadit, eíque ſuus heres fit, & ipſius filio (id eſt nepoti adoptatoris naturali) conſanguineus.l.5.D.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.l.ſi quis,10. l.ſi is qui,44.D.h.t. ſin autem ex incerto filio, extraneus fit filio. d.l.44. quod ſi præmortuo filio,ſuperſtite nepote, extraneus in nepotis locum adoptetur, tum ſimiliter ſiquidem tamquam ex certo filio, tum nepoti naturali fit conſanguineus, vt vna cum illo ſuus heres auo æquis ex partibus exſiſtat, ſin autem tamquam ex incerto filio adopteretur, vt nepotis tantùm iure ac loco ſit, tum hoc caſu conſanguinei ius non obtinet, ſed extranei. Eſt autem in nepotis locum adoptare,ius idem alicui tribuere,quod nepoti naturali iure ciuili & prætorio competit:veluti,vt cùm filius ter emancipatus ſui iuris fiat, nepos ſemel, filius præteritus teſtamentum

iniuſtum faciat:nepos ſcriptis heredibus adcreſcat:vt Vlp.in Regul.docuit. Præterea,qui in filij locum adoptatur, tribus emancipationibus adoptatur : qui in nepotis vna duntaxat.l.vlt.C.hoc tit. Porrò,quin fœminę adoptari poſſint, nullā dubitationem eſſe arbitror:an verò etiā adrogari poſſint, idcircò ambigi poteſt, quod Agellius lib. 5. cap. 19.apertè id negat : rationémque ſubiungit, quia fœminis nulla comitiorum communio eſt.

¶ 3 Sed & locum Agellii mendoſum eſſe non dubito,legēdúmque cum negatione. NEC MVLIER, quæ in patris poteſtate non eſt. Imperatorum autem legibus inſtitutum eſt, vt eorum reſcripto adrogari poſſint. l.nam & fœminæ 21.D.h.t.

¶ 4 A qua autem ætate adoptari quis poſſit,dubitari poteſt. Sed ſi quidem impubes quis ſit, ſolius patris voluntate adoptari poteſt: ſin autem pubes ſit, eius etiā conſenſus requiritur.l.5.D.h.t. quoniam, vt poſterius dicemus, nemo inuitus emancipari poteſt. De adrogatione maior dubitatio eſt.nam Agell.eod. loco ſcribit,pupillū idcircò adrogari non poſſe, quia tutoribus tanta poteſtas non eſt, vt caput liberum emancipare,& ſub alterius poteſtatem ſubiicere poſſint. Verùm hoc Imperatorum legibus immutatum eſt : vt ſcilicet cauſſa cognita & probata adrogari per Principis reſcriptum poſſint : dummodò ipſi ſuæ adrogationis auctores fiant,l.2. l.nec ei,17.& l.ſeq.D.h. t,cum eo præterea, vt qui adrogat,ſatiſdet,ſe bona iis ad quos peruentura erant,reſtituturum,§.3. Inſt.cod.

¶ 5 Sequitur de iis qui adoptare non poſſunt:quo in numero eſt primum, qui pater eſſe non poteſt, quoniam adoptio naturæ imitatio eſt, & veritatis imago, vt ait Papinianus in l. 25. D. de lib. & poſt. Ergo maior annis lx. adoptare non poteſt.l.15.§.vlt. D.h.t. Quinetiam Cicero in Orat.pro domo, hanc legem cōmemorat, vt is adoptet, qui neque iam procreare liberos poſſit, & cùm potuerit ſit expertus, id eſt fruſtrà vxorē habuerit : qua de cauſſa caſtrati adoptare non poſſunt: ſpadones autem poſſunt:quoniam vxorem quoque ducere, & vitio ſublato liberos procreare poſſunt.§.ſed & illud D.De adop.l.40.§.1.eod. l.6.D.de lib.& poſt.l.ſi ſerua, 39. D. De iure dotium. Requiritur præterea,vt adoptator plena pubertate,id eſt annis xviij. maior ſit adoptato. l.15.l.16.l.40.§.1. eod.item,vt ſui iuris ſit.& ſi fortè patrē habeat, ſit ab eo emancipatus. l. quem filius 26. D.h.t.l. ſed ſi hac, 10.§.parentes,D.de in ius voc. nam qui in ſua poteſtate ipſe non eſt, quomodo alium habere ſua in poteſtate poſſet? l.ſi pater,15.D.h.t.l. ſic eueniet,21.D.de adult.Requiritur præterea,vt qui adoptat præſens ſit, & verba formulæ pronunciet. l. 24. & ſeq.D.eodem. Item vt rationibus reddendis obnoxius non ſit.l.17. Denique ſi adrogator alios habeat liberos, æſtimatur an non iniuria illis fiat.l.17.§. penult. eod.

¶ 6 Fœminę aūt idcirco adoptare nō poſsūt,tū quia ne naturales quidē liberos in ſua poteſtate habēt.l.5. C.h.t.§.ſed & illud,Inſt.eod.§.cęteri, Inſt.de her.qualit.cùm hij qui naſcuntur patris non matris familiam ſequantur.l.familiæ,196.De verb.ſignif. tum quia iure antiquo in perpetua tutela erant : tùm etiam quia fœminis nulla Comitiorum communio eſt, vt Agellius teſtatur: Principis tamen indulgentia ob liberorum amiſſorum ſolatium adrogandi eis poteſtas permittitur. l.5.C.h.t.d.§.fœminæ,Inſt.eod. Deinceps de ritu & formulis videamus. Nam certo ritu fieri ſolitam adoptionem,Agellius eod.loco,&Gaius lib.inſt. 1.teſtantur. Quod cum ita ſit, videtur à muto fieri a-

A doptionem non poſſe,contra l.29.D.eod.ſed cùm iure non valeat, Principis reſcripto confirmatur: Iuſtiniani autem inſtituto, adoptio ſola teſtatione apud Magiſtratum conficitur.l.vlt.C.eod.dum tamen plenam legis actionem habeat.l.4.D.eod.l.1.&l.4.C.eo.

¶ 7 Adrogatio autem quæ olim apud populum in Comitiis Curiatis arbitris atque auctoribus Pōtificibus fiebat, poſtea Principis auctoritāte ac reſcripto apud populū fieri cœpta eſt.l.2. D.eod.l.2.l.6. C.eod.
B & apud Vlp.tit.regul.8.vbi adrogationes per populum tempore Antonini Imper.fieri ſolitas aliquoties teſtatur. itémque Gaius lib.inſt.2.tit.3. vt exiſtimare liceat vnum hoc in adrogationibus mutatum, quod cùm Pontifices adhiberi arbitros ſiue auctores oporteret, vt Agellius memoriæ prodidit,poſtea ſatis fuerit auctoritatem Principis per ipſum reſcriptum adhiberi:quem in Pontificum ius locúmque ſucceſſiſſe, aliis etiam ex locis conſtat: veluti l.vlt.D.vt in legar. poſſ.Tacitus lib.17. Igitur Galba apprehenſa Piſonis
C manu,in hunc modum locutus fertur : Si te priuatus lege Curiata apud Pontifices(vt moris eſt)adoptarem: & mihi egregium erat tunc Pompeij, & M. Craſſi ſobolem in penates meos adſciſcere : & tibi inſigne Sulpitiæ ac Lutatiæ decora,nobilitati tuæ adieciſſe.

¶ 8 Porrò teſtamento quoque fieri adoptiones ſolitas,multis ex auctorum locis intelligitur.Sueton. lib.3. Teſtamēto adoptatus,heredirate adita,mox nomine abſtinuit.Cor.Nepos in Attici vita:Q.Cęcilius moriens teſtamento adoptauit eum, heredémque fe-
D cit:qua de re exſtat Cicer.ad eundem epiſt.lib.2, Sed vt credi par eſt, mortuo teſtatore lex Curiata ferebatur,qua illa adoptio confirmabatur. quod etiam Dio lib.xlvj.non obſcurè oſtendit.Mirabilis quoque adoptionis fauor notandus eſt, vt cùm abſurdum videatur, vnum hominem duas contrarias perſonas ſuſtinere, aut quenquam ſibi ius dicere, tamen cùm olim adoptiones per in iure ceſſionem fierent,filiusfa.magiſtratus ſimul addicti & addicentis, aut verò cedentis & addicentis perſonam ſuſtinere poſſet : l.3. & l.
E 4.D.eodem opinor, quia ius publicum magiſtratus à priuata filijfa.perſona mente & cogitatione ſeparatur.l.2.D.de off.Præt.l.2.D.de off.Præſ.

¶ 9 Reſtat vt de iure adoptionis diſſeramus: quod eiuſmodi fuit, vt adoptatus in adoptatoris familiam migraret: quo verbo triplex illud ius continetur: vt adoptatus in adoptatoris ſacra, nomen, & hereditatēm tranſiret.l.1.l.13.l.15.D.eod.l.1.§. interdū, D.de ſuis & legit. & apud Cic. in ea pro domo: & Diō.lib.40.&46.Vopiſcus in Valeriano:Iube,
F vt lege agatur: ſitque Aurelianus heres ſacrorum,nominis, & bonorum, totiúſque iuris Vlpio Crinito. Itaque adoptatus & ſuitatis, & agnationis, non tantum ſanguinis & cognationis ius in familia noui patris adquirebat.l. 23. D.h.t.l.5. C. de ſuis & leg.quanquam à Iuriſconſultis agnatio illa interdum ciuilis cognatio appellatur.l.4.§.2. D. de grad. vnde dici ſolet, adoptatum iis demum fieri cognatum quibus ſit agnatus: atque ideò neminem per adoptionem fieri auunculum, aut materteram, aut ſororem vterinam,
G l.ſi qua mihi,12.§.vlt. D.de rit.nupt. Dari etiam ab adoptatore in adoptionem poterat. l. 37. D. eod.l.8. §. vbi autem, D.De bonor.poſſ.cont.tab. Iuſque ex noui patris vel municipio, vel ordine ac dignitate adipiſcebatur:ſuum autem non admittebat.l.1.D.ad municip.l.13.l.35.D.cod.adeò vt libertus à patrono adrogatus ingenui iura, ac proinde filijfa.conditionem in eius familia conſequeretur, l. ſciendum 32. D. de rit. nupt.

nupt. ex qua interpretanda eſt l.vltim.D.de ſta. hom. tametſi ſeruus ex domini adoptatione ſolam libertatem conſequatur.§.vlt.de adopt.Eodémque pertinet, quod adoptatis peculium concedebatur, l.in adrogatorem,42.D.de pecul.Sicuti ergo nouo patri ſuus heres efficitur,ita eiuſdem familię agnatis fit legitimus. l.1.in fi.& l.2.§.2.D.de ſuis & legit. in Fratris autẽ locum fieri adoptio non ſolet,vt quis adoptatoris frater efficiatur,l.7.C.de her.inſt.cùm adoptionis præcipua vis ſit, vt quis filiusfa.efficiatur. Quamuis frater fratrem in filium ſuum adoptare poſſit, l.filius,42.D.de bon.lib. Porrò ex illę agnationis iure illud ſequitur, vt in contrahendis nuptiis eadem ferè adoptionis ipſius,quę veræ & naturalis cognationis ratio habeatur,l.ſi qua mihi,12.§.vlt.& l.14.& l.17. D.de rit.nupt. Item vt adoptio capite minuat: hoc eſt, vt ius veteris familiæ adoptato adimat:nimirum ſtatũ, & ius quod in illa habebat.l.6.& l.7.D. de cap.minut.nam & adrogatus paterf.eſſe deſinit, iuréque antiquo non modò ipſe,verùm etiam ipſius liberi, ſeruique bonáque ipſius omnia in adrogatoris poteſtatem tranſibant, l.2.in fi.l.ſi pater,15.l.adrogato, 40. D.h.t.l.penult. D. de bon. poſſ.ſec. tab.l.3.D.de cap.min. §.penult. Inſt. h.t.ac planè quęcumque adrogatus vel adoptatus adquirebat, nouo patri adquirebat: item vt iuſtus filius iuſto patri:quemadmodum ſup.cap. dictum eſt. Verùm Iuſtin.inſtituto & adrogator & adoptator vſufr. tantùm earum rerum, quas adoptatus adquirit, obtinent.§.1.Inſt.De adq.per adrog.l.pen. C.h.t.Ipſe autẽ adoptatus nihil iuris nec in patris naturalis familia deperdit, nec in adoptiua præter ſucceſſionem ab inteſtato adquirit,niſi fortè nepos ex filia vel filio emãcipato ſit adoptatus: tum enim antiqua omnia adoptionis iura conſequitur. §.2.Inſt. h.t.d.l.pen.§.2. C. eod. §.ſed ea omnia.Inſt. de her.quæ ab inteſt. Poſtremò, ne illud quidem prætermittẽdum eſt,quod etiam Dio lib.46.memoriæ prodidit, adoptatos ita patris adoptiui prænomen,nomen, & cognomen vſurpaſſe, vt ſuum tantùm nomen vna ſyllaba productum retinerent.Itaque C.Octauius à C.Iulio Cæſare adoptatus dici cœpit,C.Iulius Cęſar Octauianus:& T.Pomponius ab auunculo Q.Cæcilio adoptatus,dictus eſt, Q. Cæcilius Pomponianus, vti patet ex epiſt. Ciceronis ad Attic.lib.2.

¶ 10 Supereſt vt quæ inter adoptionem,& adrogationem,vel cõmunio, vel differentia ſit,videamus: nam vtraque legis actio eſt, per vtramque adoptatus in adoptatum ius patriæ poteſtatis adquirit,viciſſimque adoptatus in adoptatoris familia ius agnationis: ac proinde fœmina neque adoptare, neque iure antiquo adrogare poterat:cùm habere in ſua poteſtate filiũ aut filiã ne per natiuitatẽ quidẽ poſſet. Differẽtiæ verò ſunt huiuſmodi: Adoptantur filiifa. adrogantur qui ſui iuris ſunt. adoptantur æquè feminæ vt mares: adrogantur ſoli maſculi. Adoptantur cuiuſuis ætatis homines,id eſt,tam puberes quàm impuberes: adrogabantur olim puberes ſoli,poſt etiam conſtitutione Antonini, puberes. In adoptione conſenſus adoptati non exquiritur,in adrogatione, requiritur vt auctor fiat. Adoptiones apud magiſtratum fiunt: adrogationes olim apud populũ.Illę tam in Prouinciis,quã Romæ:hæc verò Romæ dũtaxat,& in Comitiis Curiatis.

¶ 11 Sequitur altera Rubricæ pars de Emãcipationibus, aliiſque ſoluẽdæ patriæ poteſtatis modis. Ergò Emãcipatio,eſt actus legitimus,per quẽ pater filiumfa.è poteſtate ſua dimittit.Eſt autẽ triplex: Legitima, quæ lege 12.tab. vel potius ex eius ſententia hoc ritu

A inſtituta fuit, vt pater filium alteri cuipiã ſubornato (qui Fiduciarius dicebatur) ter dicis cauſſa venderet, eiúſque propterea patronus efficiebatur. Verùm vt ius illud patronatus patri ſeruaretur,inſtitutum fuit,vt ipſe pater filium ſibi à fiduciario reuenditum manumitteret,ac tum cõtracta fiducia dicebatur.l.2.§.obiicitur,D.ad Tertyll.quæ fabula tãtùm ad ſpeciem & vſurpationẽ vetuſtatis tranſigebatur:vti patet ex Gaio lib.Inſt.1.& Boetio in Top.Cic.Anaſtaſiana, quæ
B Anaſtaſij inſtituto,per Principis reſcriptum cõficitur,l.5.C.de emancip.Iuſtiniana,quæ ſine Principis reſcripto,per ſolã patris teſtationem apud magiſtratum expeditur.l.vlt.C.eod.

¶ 12 Hæc autẽ tractatio etiã quadripartita eſt.Nam emancipare is demùm poteſt, qui habet in poteſtate: quoniã emancipatio in extraneo res inepta dicitur.l. quidã,132.De verb.oblig.neque inuitus quiſquã emãcipat. l.31.h.t.l.ſi cui 92.De cond.& demonſt.niſi fortè propter nimiã ſæuitiã.l.vlt. Si à par.quis manum.
C vel quia legatum ſibi ſub emãcipationis cõdicione relictum agnouit,d.l.ſi cui.Secundò emãcipari poteſt is demũ, qui filiusfa.eſt d.l.quidã.& qui emãcipationi conſentit,vt ait Paul.lib.ſent.2.tit.25.in fin. & Iuſtin. Nouell.89.ſi tamẽ infans eſt, ex Principis reſcripto emãcipari poteſt.l.vlt.C.eod.Tertiò,cùm emancipatio legis actio ſit,& apud eũ fiat penes quẽ legis actio eſt, l.4.D.eod.cõſentaneum videtur,quod dicitur in l. 36. quocũque loco fieri poſſe, de eo intelligẽdum in quo magiſtratus ſalua imperij ſui maieſtate id poteſt facere.l.penult. D.de iuſt.& iure.Rurſus cùm olim ternis
D venditionibus imaginatiis fieret, nouo Iuſtiniani iure ſola teſtatione conficitur:vt modò dictum eſt.

¶ 13 Quartò,ius emãcipationis fuit,primùm,vt emãcipatus paterfa.fieret,& ſui iuris.d l.195.De verb.ſign. quódque deinceps adquireret,ſibi adquireret,eiúſque liberã vel inter viuos,vel per teſtamẽtũ alienãdi poteſtatẽ haberet.l.1.D.ſi à parent.quis man.fuer.& l.6.D. de teſtam.qua de cauſſa Beneficiũ Emãcipationis appellari ſolet. d.l.1.& l.vlt.D.vt legat.nom.l.pen. & l.
E vlt.C.de emãcip.lib.Cuius remunerandi cauſſa pater paciſci ſibi aliquid dari à filio poterat, quod præmiũ emãcipationis dicebatur.l.verũ,107.de verb.obl.Quin etiam pro remuneratione dimidia ei vſusfructus pars in aduẽtitio peculio cõcedebatur.l.6.§.cũ autẽ, C.de bon.quæ lib. Secundũ ius fuit, vt emancipatus capite minueretur,id eſt familiã amitteret.l.14. D.h.t.l.3. D. de cap.minut.adeò vt tũ pro extraneo numeraretur. §. 3. Inſt.de exher.lib.l. quinctiã,55.D. de rit.nupt.§.3.
F Inſt.de her.qualit.filiiq. nomẽ & dignitatẽ ex eo quęſitã amitteret.l.6.de Senat.ac proinde neque ſuitatis, neque agnationis ac legitimarũ hereditatũ ius haberet;& queadmodũ ſeruus per manumiſſionẽ, ita filius per emancipationẽ peculiũ amitteret.l.1.D.quand. de pecul.act.tametſi moris fuit,vt patres in emãcipando vel peculiũ,vel quidpiã aliud donarent.l. donationes, 31.§.2.D.de donat.l.17.C.de coll.l.vlt.C.de emãcip.Iure autẽ Prætorio inſtitutũ eſt,vt ꝓpter naturæ & ſanguinis rationẽ bonorũ eis poſſeſſio ab inteſtato cõcederetur.l.1.& paſſ.D.ſi tab.teſt.null.exſt.quod Nouel.
G 118.cõfirmatur, atque adeò contra tabulas, cum eo tamen,vt bona conferre fratribus cogerentur,id eſt,nouo iure bona profectitia & aduentitiorũ vſumfructũ. l.vlt.C.de coll.quod ſi contracta fiducia fuiſſet, tum pater emancipati filij, quaſi liberti tutelam, & legitimam inteſtati hereditatem obtinebat.l.10.D.de ſuis & legit.§.præterea, quib.mod.ius pot.ſol. Propterea autem ſub hac Rub.Emancipationis tractatus cum ado-

ptione coniunctus eſt, quoniam patria poteſtas tam per adoptionem quàm per naturam quæſita emanci- A patione diſſoluitur, l.13.D.h.t.

¶ 14 Inter ſe autem eo differunt, quod adoptio eſt patriæ poteſtatis adeptio, emancipatio, eiuſdem diſſolutio: hæc per ſe conſtat: illa, ſine hac præcedente fieri non poteſt. Atque hęc quidem de Emancipationibus hactenus. Sequitur vt de ſex aliis ſoluendæ patrię poteſtatis modis videamus.

¶ 15 Secundus ergò eſt, mors parentis, cuius quis B in poteſtate eſt: nam patrisfa. morte adeò liberi eius primi gradus ſui iuris fiunt, cuiuſcumque ætatis ſint, vt etiam poſtumus ipſius paterfa. naſcatur. l.4.D. de his qui ſunt ſui, l. pronunciatio, 195. de verb.ſig. Dixi, *primi gradus*: quoniam ſi & filius & nepos in familia extent, ſolus filius paterfa. efficitur, nepos in eius poteſtate fit: ſin autem ſolus extet nepos, quia filius vel morte, vel aliqua capitis minutione de familia exceſſit, tum quia nepos in filij locum ſucceſſit, l.ſi qua, 7. D.de iis qui ſunt ſui: aui morte paterfa. efficitur. l.ne- C potes, 5.D.eod. Hic autē modus à ſuperiore hoc differt, quod emancipatione liberati minima capitis deminutione adficiuntur, hoc eſt, ius agnationis in familia patris amittunt: vt ſup. dictum eſt. at morte patris liberati, capite non minuuntur, ſed in familia & agnatione naturali manent. l.3.§.vlt.D.ad Maced.

¶ 16 Tertius eſt, ſumma capitis deminutio, quæ per ſeruitutem pœnæ contingit: quoniam qui ad beſtias, aut metallum, aut gladium, aut ludum damnatus eſt, non modò agnationem, & ciuitatem, verùm etiam li- D bertatem amittit: vt dicemus ad tit.de cap.min.

¶ 17 Quartus eſt, media capitis deminutio, quæ olim per aquæ & ignis interdictionē cōtingebat, cuius in locum deportatio ſucceſſit. l.6.l.9.l.vlt.C.de ſent. paſſ.

¶ 18 Quintus modus nouo Iuſtiniani iure eſt multiplex dignitas, hoc eſt, Præfectura vrbi, Patriciatus, Conſulatus, Cōſularitas, Præfectura Prętorio, & Magiſterium militum. l.vlt.C.de Conſul.§.3.Inſt.quibus mod.poteſt. Nouella 81. quibus etiam addidit, Epiſco- E patū Nouella 123. at iure antiquo nulla dignitas, nullus magiſtratus, nullum Imperium neque domi neque militię ius patrię poteſtatis minuebat. l.3.D.h.t. l.nam quod, 14.D.ad Trebell. l.9.D.de his qui ſunt ſui vel al.iur. quippe quorū diuerſa & ſeparata cauſſa ſit. Magiſtratus enim iuris eſt publici. l.1.§.1.D.de iuſt.& iure: patria poteſtas iuris priuati, & quod intra familię fines coercetur. l.5.& l.6.D.de cap.minur. vt facilè vtrumque cadere in eandem perſonam poſſit, neque alterum alteri repugnet. l.nam quod, 14.D.ad Trebel. F l.in priuatis, 77.& l.ſeq.D.de iud.

¶ 19 Sextus modus eſt, Captiuitas, hoc eſt, ſeruitus hoſtium, ſi quidem in ea mors captiui conſequatur. §.4.Inſt.eod. l.12.§.1.D.de capt.

DE DIVISIONE RERVM ET QVALITATE.

TIT. VIII.

1 *Commercij definitio.*
2 *Rerum aliæ in patrimonio, aliæ non.*
3 *Quæ res diuini iuris dicuntur: in quibus ſacræ, ſanctæ religioſæ.*
4 *Quæ humani, in quibus publicæ, & priuatæ, illæ verò vel iure gent. vel ciuili.*
5 *In publicis ſunt, quæ in populi R. patrimonio ſunt, vel quæ vniuerſitatis.*
6 *Res nullius vel diuini vel humani iuris ſunt.*
7 *Priuatæ, quæ in priuatorum dominio.*
8 *Rerum altera diuiſio, vt aliæ ſint corporales, aliæ incorporales.*

EXPOSITO iure perſonarum, deinceps ius rerum adgreditur, quod ſuperius tripartitū eſſe dixit, & in adquirendo, conſeruando, & alienando conſiſtere, l. vlt.D.de legib. quod cū ita ſit, ad commercium tota hæc tractatio referenda eſt.

¶ 1 Commercium autem eſt, emendi, vendendique inuicem ius, auctore Vlp.tit.Regul.19. id eſt adquirendi, & alienandi: vetuſta Iuriſc. locutione, l. ſtatu liberi, 29. in fin. D.de ſtatulib.

¶ 2 Propinquior igitur hęc diuiſio fuiſſet: Rerum aliæ ſunt in patrimonio, aliæ non ſunt. §.1.Inſt.hoc t. & l.5.D.de verbor.ſig. In patrimonio ſunt, quę à priuatis adquiri, & alienari poſſunt, qua de cauſſa priuatę, & ſingulorum appellantur. l.1.& l.2.ĵ. hoc tit. Extra patrimonium verò dicuntur, quę neque adquiri, neque alienari poſſunt. Cuiuſmodi apud Romanos fuerunt res diuinę omnes, humanę autem publicę. Nam quę hîc in l.1. dicuntur Diuini, & humani iuris, eędem in l.1.D. de interdict. dicuntur Diuinę, & humanę: ſicuti quæ publicæ, & priuatæ, alio loco publici, & priuati iuris: velut in l.14.D.de ſeruit.

¶ 3 Diuini iuris dicebantur, quę Diis, vel ſuperis, vel inferis dicatæ, & conſecratæ fuerant: ſed ſuperis dicabantur tantùm ab iis, quibus ea poteſtas olim à populo, poſteriùs à Principe permiſſa fuerat. l.9.ĵ.h. tit. Priuati enim hominis conſecratio ius rei nō mutat. l.6.§.2.& l.9.ĵ.hoc tit. §.ſacræ, Inſtit. eodem. quo modo intelligenda eſt l.nemo, 6.1.ĵ.de pact. Cùm autem, lege Papiria inſtitutum eſſet, ne res vlla iniuſſu populi conſecraretur, vt eſt apud Cic.in Orat.pro domo: tranſlato in Principem populi imperio, eius auctoritas requiri cœpta eſt, l. vlt.D. vt in legat. poſſeſſ. Inferis autem dicabantur etiam priuati cuiuſque voluntate, nam mortuo inferendo ſoli, ius mutatur, & ex priuato religioſus efficitur. l. 6.§.3.ĵ.hoc tit. & l.2.& l.9.C.de relig. dummodò in ſuum quiſque locū mortuum inferat, non autem in alienum, niſi domini permiſſu. d.l.6.& l.2. C. de relig. alioqui quod intulerat tollere cogebatur, aut precium loci ſoluere l.7. D. de relig. eatenus autem ager religioſus fiebat, quatenus corpus humanum erat l.2.§.ſepulchrū, D. eod. iſque locus claudi maceria ſolebat. l.æde ſacra, 73.D. de cōtrah.emt. aut certo modo definiri, veluti in fronte pedes decem, in agro pedes viginti: hoc eſt, in longitudine, & latitudine, Horat, in Sat.

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrū
Hic dabat.

Inter res diuini iuris, etiam quæ ſanctæ ſunt numerantur, ſed quodammodo, vt ait l.1.h.t. nam portæ & muri vrbium, dicari non ſolebant: qua de cauſſa neque ſacri, neque profani erant, l.9.§.1.ĵ.h.t. Sed cùm ſancta dicantur propriè, quæ lædi & violari ſine capitali pœna non poſſunt, ſacra hæc non omninò, ſed G quodammodo ſiue quadamtenus appellata ſunt. l. 2, D.Ne quid in ſacr.loc. Itémque ſacroſancta, veluti legatorum corpora in media hoſtium armatorum acie. l.8.ĵ.h.t. l.vlt.D.de legation. Item ſanctæ leges, quòd ſanctione confirmatæ ſint, d. l.9. & l. ſanctio, 41. D. de pœn.& apud Macrob. lib.3. cap.3. Atque hæc quidem ſummatim de rebus diuinis, quarum cognitio iuriſprudētiæ pars numeratur. l.1.D.de iuſt.& iur.

§ 4 Rebus diuini iuris opponuntur hîc quæ ſunt humani iuris. at in l. locum, 9. C. de relig. eæ quæ ſunt profani iuris: quamquam Trebatius id propriè profanum definiebat, quod ex ſacro, vel religioſo, in hominum vſum conuerſum fuerat: teſte Macrobio eodē loco: veluti, ſi ſacra vel religioſa loca capta ab hoſtibus fuiſſent. Tantum enim belli ius eſt, vt etiam religionē tollat. l. cum loca, 36. D. de relig. Romani quidem ſacra ex iis locis euocabāt: auctoribus Liuio lib. 5. & Macrobio lib. 3. cap. 8. priuatæ autem euocationis mentio fit in l. 9. §. 1. hoc tit. ex quo de Triboniani religione exiſtimari poteſt. Publicæ res duobus modis dicuntur: nā aliæ ſunt publicæ iure gentium, quarum vſus omniū hominum cōmunis eſt, proprietas nullius: veluti aër, maria, littora, flumina. l. 2. l. 3. l. 5. J. hoc tit. l. 3. D. ne quid in loco public. l. quod in littore, 14. l. præſcriptio, 45. D. de vſurp. l. fluminum, 24. de dam. inf. De ripis placet ſubtilis Paulli diſtinctio, vt quà incipiūt eſſe accliues, publicæ ſint, quaſi aluei pars ſint: ſuperior pars ſit priuata, & eius qui vicini prædij dominus eſt. l. 3. D. de flumin. quæ diſtinctio non obſeruatur in Inſtit. neque in l. 5. J. h. t. neque in l. ergo, 30. §. 1. D. de adq. ter. dom.

§ 5 Publicæ iure ciuili ſunt, quatū rurſus duo genera ſunt: nā aliç ſic dicuntur, quod in populi totius patrimonio ſunt. d. l. 3. ne quid in loco public. & l. 1. §. hæ autē, J. h. t. aliæ quæ uſibus publicis in perpetuum relictæ ſunt, ſed in patrimonio non numerantur: veluti Campus Martius, forum, baſilicç, l. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram, de verbor. oblig. l. 6. D. de contrah. emt. Item viç publicç, & flumina. l. 1. D. de interdict. Vniuerſitatis ſunt, quç vel Ciuitatis alterius, quàm Romanç, vel corporis aut Collegij alicuius cōmunes ſūt: veluti Theatra, & ſtadia. l. 6. §. 1. J. h. t. nā verè propriéque publica ea demum dicuntur, quç populi Romani ſunt. l. 5. & l. 26. de verb. oblig.

6 § Nullius res multis dicuntur modis, nam & quæ diuini iuris ſunt, nullius dicuntur. l. 1. J. h. t. §. 3. Inſtit. eod. Item quæ publicæ ſunt iure gentium. l. 3. De adq. rerum dom. ſed hæ duorum ſunt generum: nā aliæ ita nullius ſunt, vt nullius vmquam eſſe poſſint, veluti maria, & littora: aliç primi occupantis eſſe poſſunt: veluti ferç beſtię, piſces, aues, gemmę, lapilli. d. l. 3. & l. 3. J. h. t. rurſus quędam res humani iuris nullius eſſe dicuntur: veluti, liberæ perſonę. l. 1. de interdict. res hereditariæ iacente hereditate. l. 1. J. h. t. quāquam adita hereditate ab initio heredis fuiſſe cēſentur. l. ſi ea re, 28. §. vlt. D. de ſtip. ſeruor. Item Theſaurus. l. numquam, 31. §. 3. de acq. rerum dom. Item res pro derelicto habita. l. 1. D. pro derel.

§ 7 Priuatæ autē res dicuntur, quæ in priuati alicuius iure, ac dominio ſunt. l. 1. §. hæc autem, J. h. t. eſt autem dominium, iūs, ac poteſtas ſumma, plena, libera, infinita in rem aliquam. l. 7. C. de relig.

§ 8 Sequitur ſecūda diuiſio, vt aliæ ſint corporales, quarum ſola corpora cōſiderantur: quatū duę ſpecies ſunt, mobiliū, & immobilium, aliç incorporales, quç ſolo intellectu cōſtant: veluti dominiū, obligatio, ſeruitus: quarū etſi ſubſtātia corporalis eſt, tamen nō tāquā corpora, ſed tāquā ius, vel vniuerſitas vel quantitas, cōſiderantur: veluti chirographū, quod remitti, legari, donari dicitur. l. 2. D. de pact. l. 3. §. 1. de libertat. legat. ſic hereditas, peculiū, dos, iuris nomina ſunt, l. hereditatis, 119. l. pecunia, 178. §. 1. D. de verb. ſignif. cùm res hereditariç, peculiares, dotales, ſint corpora: ſic numus non vt corpus, ſed vt quantitas cōſideratur, l. qui heredis, 46. D. de cond. indeb. l. ſi is cui, 94. de ſolut. l.

A Lucius, 24. D. depoſit. ſic Vniuerſitas, veluti grex, armentum, equitium, quoniam intellectu conſtat, incorporales res ſunt: cùm ſingula capita corporalia ſint. l. quid ergo, 70. D. de vſufr.

DE SENATORIBVS.
TIT. IX.

1 *Continuatio Rubricæ.*
2 *Senator quis: & quinam ſententiæ dicēdæ ius haberēt.*
B 3 *Dignitatum 4. gradus: Illuſtrium, Spectabiliū, Clariſſimorum & Perfectiſſimorum.*
4 *Senatoris definitio nouo iure: & qui Senatorum filij dicantur.*
5 *Fœminæ ex virorum & patrum dignitate prærogatiuam retinent.*

§ 1 POSTEAQVAM de perſonis & rebus ſummarim dixit, nunc ad Actiones progreditur, ordine ſuperiùs præſcripto in l. 1. de ſtat. homin. nam actionū nomine C quęcúmque ad iudicia pertinent, generaliter intelliguntur: in quibus qui iuridicūdo pręſunt, maximam partem obtinent: quoniam per eos iuris effectus accipitur. l. 2. §. poſt originem, de orig. Iur. Cùm autem ex ordine Senatorio pleríque magiſtratus crearentur, primùm de Senatoribus proponit.

§ 2 Senator eſt, qui ſententię in Senatu dicendę ius habet, quamuis olim alij Senatores eſſent, alij ſententiæ dicendę ius haberent, auctoribus Liuio, lib. 23. & Agellio lib. 3. cap. 18. & Feſto lib. 17. ſed quod ſcribitur D in l. vlt. J. hoc tit. oſtendimus annis ab hinc xxx. Emblema eſſe Triboniani, ſumtum ex Nouella 62. §. 2. vbi Præfecto vrbi prima ſeſſio cōceditur, ſecunda Patriciis, tertia Conſulibus, quarta Conſularibus, quinta Præfectis Prętorio, ſexta Magiſtris militū, vltima ceteris Illuſtribus, quibus omnibus ſententiæ dicendæ ius conceditur.

§ 3 Dignitatum enim illo tempore quattuor gradus fuerunt. Illuſtrium, Spectabilium, Clariſſimorum, & Perfectiſſimorum: & vnicuique certa iuris prærogā- E tiua ſic attributa, vt nō modò ipſi, verùm etiam ipſorum liberi, atque vxores eo fruerentur: qua in re magna huius Tituli pars conſumitur. Nam de Senatus auctoritate dictū eſt ſuperiùs ad Tit. de leg. & Senat.

§ 4 Ergò Senator nouo iure definitur, is qui à Principe Illuſtrem maioremue aliquam dignitatem adeptus, ſententiæ in Senatu dicendæ ius obtinet. Cùm olim Senatores priuati eſſent, neq. honores vllos gererent. l. 7. §. ſolet, in fin. D. de interd. & relegat. quod ius, F vbi propter turpitudinem Senatu moti ſunt, amittunt. l. 2. l. 3. J. h. t. Senatoris autem filius, benigna interpretatione accipitur, non modò naturalis, verùm etiam adoptiuus. l. 5. J. h. t. non modò in Senatoria dignitate, verùm etiam antè adoptatus, d. l. 5. non modò ex Senatore natus, verùm etiam conceptus. l. 7. eod. l. Senator, 11. C. de dignitat. non modò quādiu in familia eſt, verùm etiam emancipatus, dum tamen adoptiuus non fuerit. l. 6. l. 7. J. h. t. ſic Senatoris liberi, non modò filij, verùm etiam poſteri, non modò ex G filio, verùm etiam ex filia geniti: non modò ex naturali, verùm ex adoptiuis liberis prognati. l. 10. h. t. Item Senatoris nepos, non modò qui ex filio Senatore natus eſt, verùm etiam ex filio Senatu moto natus atque adeò conceptus eſt. l. 7. §. 1. h. t. Nam patris caſus patris dignitatem non adimit. l. 9. eodem: quod tamen intra legis Papiæ fines coercendum eſt. nam in pœnis, & quæſtionibus aliud iuris eſt. l. Diuo, 11. C. de Quæſt.

§ 5 Sic fœmina non modò ex patris, verùm etiam ex mariti dignitate prærogatiuam adipiſcitur. l.7.ꝫ.h.t.l.cùm te, 10.C. de Nupt. l.ſpecioſas,100. De verb. ſignific.quinetiam viduæ ius illud retinent.l.filij.22.§.1.D. ad Municip. quamquam inferiori nuptæ dignitatem amittunt.l. 8. & l. vlt.ꝫ.cod. ſed fœminis ea dignitate adſectis, viri etiam minore proxima dignitate prædici, præferuntur.d.l.1.ꝫ.h.t. quæ referenda eſt ad l.8.D.de pact.

DE OFFICIO CONSVLIS. TIT. X.

1 *Quis Conſul ſtante Repub.*
2 *Quid Conſulatus euerſa Rep. & qua de re cognoſcerent.*
3 *L.1.h.t. emendata.*
4 *Veteris & noui Conſulatus communio ac differentia.*

1 CONſules olim erant,qui cũ ſummo ac propè Regio imperio Reip. præerant.l.2.§.exact.D. de orig. iur. Honorum populi finis eſt Conſulatus, ait in Planciana Cicero : maximáque pars eorum muneris in Senatu verſabatur. Plinius in Panægyrico : Parum eſt vt Conſul in Curiam venias, niſi & conuocas, vt interſis Senatui, niſi,vt præſides, vt cenſentes audias ; niſi & perroges. Sed de vetuſto Conſulatu diſſeruimus in libello de Magiſtrat. nunc quę poſteriorum temporum Conſulatus ratio fuerit, accuratim ex libris noſtris colligemus.

§ 2 Ergò Conſulatus eſt Magiſtratus, cui Princeps certas, ac definitas Reipublicæ adminiſtrandæ partes adtribuit,quarum pleręque in iure priuato verſantur. nam qui olim à populo mandari ſolebat, poſt à Principibus decerni cœpit. l.2. D. ad leg. Iuliam de Ambit.l.quidam,52. D.de re iudic. qui olim non niſi anno XLIII. mandari poterat : Principis voluntate etiam annorum XX. minori deferri cœpit. d.l.quidam, & l.vnica,ꝫ.h.t. & l.ſi rogatus,20. D. de manumiſſ. vindict. qui olim ad Senatum non niſi de ſtatu Reip. Veluti de legibus, de Comitiis , de bello, pace prouinciis , ærario , vectigalibus referre ſolebat, poſt de iure priuato referre cœpit : veluti de hereditatibus,de fideicõmiſſis,de interceſſionibus. l. 20.§.præter hæc. D.de petit.hered.l.2. Ad Velleian.l.1.ad Trebel.Item in quibuſdam cauſſis iudices atque arbitros dabat.l.ſi cui.50. De condit. & demonſt. l.1.§.2. D.de appellat.Tutores decernebat.§.3. De Attill.tut.de tutelis,de libertatibus, fideicommiſſis & alimentis, ius dicebat, l.tutores 39. §.tutores,D. de adminiſtr.tut.d. l.ſi cui,& l.3.de aliment.legat. l.4.D.ſi ingen.eſſ.dic.

§ 3 Item de manumiſſionum cauſſis cognoſcebat.l.1.h.t. vbi tamen corrigendum arbitror, *cùm ipſe ſit qui cum ſuo conſilio cauſſam examinat.*nam Ælia Sentia lege inſtitutum fuerat , vt annis xx. minores non niſi cauſſa in conſilio probata manumittere poſſent. Abſurdum autem eſſet, eundem & poſtulare & ius reddere,l.ille à quo 13.§.pen.ad Trebell. Quare cauſſa in Collegæ ſui conſilio probata, manumittere apud ſe poterat.l.5.& l.20.§.vlt. De manumiſſ. vindict.l.apud,14.D.de manumiſſ.

§ 4 Quæ verò de antiquo Conſulum inſtituto ſuperſunt, hæc ferè ſunt : ſicut olim Magiſtratus erat annuus,& Calend.Ianuariis inibatur, ſic nouo iure.l. Publius, 36. de condict. & demonſtr. l.5.de feriis.ſicut olim duo fuerunt pari poteſtate , ſic nouo iure alter in alterum imperium non habet.d.l.13.§.vltim.ad Trebellian. ſicut olim filiofamilias deferebatur, ſic

A etiam nouo iure,l.3.D.de adoption.dict.l.13 §.vltim. ad Trebell. verùm nouiſsimo iure inſtitutum eſt , vt Conſulum alij eſſent ordinarij , quibus Magiſtratus adminiſtratio deferebatur : alij Honorarij.quibus dignitas tantùm & honos mandabatur. l. vltim.D.de Decurion.lib.10.l.3. C.vbi Senat.Nouella 62.& 81.

DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTORIO.

B

TIT. XI.

1 *Quid Prætorium & Præfectus prætorio:& quanta eius poteſtas.*
2 *Præfecti prætorio definitio.*

VETERES (inquit Pædianus) omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem
C appellabant:vnde Tabernaculum eius Prętorium dicebatur, & in Caſtris porta Prætoria, & hodie quoque Præfectus prætorio.

§ 1 Fuit igitur Præfectus prætorio ab initio is, qui tabernaculo Ducis , eiúſque cohorti prætoriæ præerat : pòſt, tranſlata in vnius dominatum Repub. Prætorium dici cœptum eſt, Principis aula, & qui ei cuſtodiendæ, ac præſidio Imperatorio præficiebatur, Præfectus prætorio, & præſidiarij milites prætoriani. Itaque eadem ſub Imperatoribus Præfecti
D prætorio poteſtas fuit , quæ ſub regibus Tribuni Celerum. l. 2. §. quod ad magiſtratus , de origine iur.& ſub Dictatoribus, Magiſtri equitum. l.1. hoc tit. Dio quidem lib.55. ſcribit , Auguſtum duos ſibi inſtituiſſe, neque vllus poſteà Imperator fuit , qui non eiuſmodi Maieſtatis ſuæ cuſtodes in comitatu ſuo haberet. l.præcipimus, 32.C. de appellat. Extremis autem temporibus in tantam potentiam excreuit, vt poſt Imperatorum ſummum rerum omnium arbitrium obtineret. l.quilibet, 40. C.de Decur. lib.10. ceteríſ-
E que dignitatibus anteſtare diceretur. l.1. C.de Officio Vicar. quoniam ceteri omnes minus imperium obtinent. Prouinciarum quoque Præſides eius cenſuræ ſubiecti ſunt. l. ne quis, 38. C. de Decur. atque ab eo ſolo prouocandi ius non erat, l. præfecti 17. D.de minorib. tametſi ſupplicandi aduerſus ipſius ſententiam poteſtas permittatur. l. 1. C. de ſentent. Præfect. prætor.

§ 2 Quare Pręfectus pretorio eſt Magiſtratus, qui ſummum poſt Principem imperium ſummámque
F rerúmque omnium poteſtatem obtinet, ſic vt ipſius præfectus, & quaſi Imperij Vicarius dici poſsit. Neque verò de ſumma tantùm Repub.& iure publico decernebat, verùm etiam in priuatis cauſsis ius dicebat : nam & in integrum reſtituebat. l.1.6.in fin. de mino.& de iniuriis cognoſcebat. l.Lucius 21.D.de his qui not.infam. Iudices inutiles aut inertes remouebat.l.3.C.h.t.

DE OFFICIO PRÆFECTI VRBI.

G

TIT. XII.

1 *Officium Præfecti vrbi annis multis [illegible]miſſum & ſub Impp.renouatum*
2 *Præfecti vrbi definitio,eiúſque poteſtas & iuriſdictio.*
3 *L.vlt.ꝫ.h.t.emend.*

PROFE-

§ 1 PROBECTIS domo Regibus, ac mox Magiſtratibus, ne vrbs ſine imperio foret, in tempus vrbi præfectus deligebatur, qui ius redderet, ac ſubitis mederetur: vt ait Tacitus lib. 5. & Pomponius l. 2. §. & hęc omnia, D. de orig. iur. poſteà tamen multis ſeculis intermiſſus Magiſtratus, & Latinarum tantùm feriarum cauſſa vſurpatus, tandem ab Auguſto renouatus eſt, vt Sueton. in eius vita & Dio lib. 52. & Euſebius in Chronic. teſtantur: tantàque illi poſteriorum Principum imperio poteſtas attributa eſt, vt omnibus vrbanis Magiſtratibus antecelleret, leg. 3. Cod. h. t. vrbiſque ſtatum fidei ſuæ commiſſum haberet. l. 1. §. 1. ȷ̄. eod. in ſenatu primus ſederet, primúſque ſententiam diceret. Nouella 62: patémque cum Præfecto prætorio poteſtatem haberet. l. 1. C. de Præfect. præt.

§ 2 Ergò Præfectus vrbi eſt Magiſtratus, cui Princeps vrbis, eiúſque terminorum cuſtodiam, cum ſummo imperio permiſit. Nam de criminibus, quæ intra centeſimum miliarium commiſſa erant, ius dicebat. l. 1. §. 4. ȷ̄. eod. nimirum extrà ordinem, vt ait l. 1. in fin. D. de pœn. Qua de cauſſa Magiſtratus extraordinarius eſt, cui merum imperium tribuitur: nam ius deportandi, & in metallū damnandi habebat, l. 1. §. 2. de legat. 3. l. 6. D. de interd. & releg. l. 2. §. 1. & l. 8. §. 3. de pœn. Eius autem imperij has ferè partes reperio, vt quietum & tranquillum Ciuitatis ſtatum tueretur. d. l. 1. §. quies, ȷ̄. eod. vt priuata iudicia conſtituendi, & iudicum dandorum ius haberet, l. cùm Prætor, 12. D. de iudic. & l. vlt. ȷ̄. h. t.

§ 3 (Vbi pro *extra* legendum *intra* facilè ex d. l. cùm Prætor, intelligitur) vt annonæ curam, pari cum annonæ præfecto, poteſtate ſuſciperet, l. 1. §. curam, ȷ̄. h. t. & l. 1. C. eod. Itaque Præfectus annonæ &c. Præf. vigilum quaſi adiutores & adminiſtri Magiſtratus ipſius erant, & ſub ipſius cura ac diſpoſitione. Nouell. 13. vt de Collegiis illicitis ius diceret, l. 1. in fin. eod. vt ſeruorum de dominis querelas, viciſſimque horum in illos criminationes audiret. l. 1. §. 1. ȷ̄. eod. mancipiúmque contra legem venditionis, proſtitutum addiceret. l. 1. C. ſi mācip. ita ven. l. 2. C. quand. Mulier. vt patronis de libertis ingratis querentibus ius diceret: vt in vrbe tutoribus dandis præeſſet, déque illorum & curatorum criminibus cognoſceret, l. 1. §. ſolent, ȷ̄. h. t. l. 4. C. de Adminiſt. tut. vt argentariorū fraudes coërceret, vt ſpectaculorum diſciplinæ præeſſet. l. 1. §. 3. & §. penult. ȷ̄. h. t. vt de dote, vel donatione propter nuptias furioſi filiæ vel filio conſtituenda cognoſceret, l. ſi furioſi, 25. C. de nupt. déque furioſorum tutelis & curatelis. l. 7. §. etſi quidem, C. de curat. furioſ. vt reſtituere in integrum aliis in cauſſis, quàm contrà ſententiam ſuam poſſet. l. in cauſſę, 16. §. vlt. D. de minorib. vt tum à priuatis iudicibus, tum à Prętoribus appellare ad illos liceret. l. Æmilius 38. D. de minorib. l. ſi apud, 17. C. de Appellat.

DE OFFICIO QVÆSTORIS.

TITVLVS XIII.

1 *Quæſtoris definitio: ac prima eius inſtitutio.*
2 *Quæſtorum alij vrbani, alij Prouinciales.*
3 *In Vrbanis fuerunt Candidati Principis.*
4 *L. vn. h. t. emendata.*

§ 1 QVÆSTOR eſt Magiſtratus, cui Princeps publicæ pecuniæ conquirendæ & adminiſtrandæ poteſtatem mandauit. A Huius autem officij gradus multi fuerunt. Vlpianus in hac l. & Pomp. l. 2. de origin. iur. Tacitus lib. 2. teſtantur, eos primùm à Regibus inſtitutos, conquirendæ, conſeruandæque pecunię cauſſa. Obſeruādum verò eſt quod hic traditur, Quæſturam etiam vt Regibus populi ſuffragiis non Regum imperio mandatam. deinde Quęſturam primordium gerendorū honorum fuiſſe: vt Cicero Verrin. III. principium magiſtratuum gerendorum & Reip. adminiſtrandę. Stante B Rep. auctóque maiorem in modum ærario Tribuni ærarij eis adiuncti ſunt, qui erogandæ pecuniæ publicè præerant.

§ 2 Quæſtorum autem alij fuerunt vrbani, alij prouinciales, qui cum Rectoribus prouinciarum proficiſcebantur, vt pecuniam ex præda, manubiis, vectigalibus collectam, Romam mitterent, ſtipendiúmque, & annonam militibus præberent. Cicero eadem Orat. Poſteaquam tibi pecuniam, rem frumētariam, rationes omnes ſuas exercitumque commi- C ſit. Et mox: Tu cùm Quęſtor ad exercitum miſſus ſis, cuſtos non ſolùm pecuniæ, ſed etiam Conſulis, particeps omnium, conſiliorumque fueris: habitus ſis in liberum loco, ſicut mos maiorum ferebat, &c. Augusti imperio, vt Præfecti ærarij, mox etiam Prætores ærarij creati ſunt, vt Tacitus lib. 13. & Suet. in Auguſt. ſcribunt, itemque Agell. lib. 13. cap. 22. Tandem Quæſtorem Claudius Imp. reſtituit, vt ille lib. 14. hic in Claudio teſtantur.

§ 3 In vrbanorum numero fuerunt Quæſtores D candidati Principis, qui (vt Vlp. hîc ſcribit) ſolis libris principalibus in Senatu legendis vacabant; nam Principes plerique, ſi quod ius nouum inducerent, id orationibus cōplectebantur, quas in Senatu per Quæſtores recitari iubebant, vt in eas Sen. Conſulta fierent: ſicuti ſup. dictum eſt ad Tit. de legib. & Sen. Suetonius in Auguſto: De filia abſens ac libello per Quæſtorem recitato notum Senatui fecit. Tacitus lib. 16. Ingreſſi curiam ſenatores, & oratio Principis per Quæſtores eius audita eſt.

E § 4 Quod autem in fine legis adſcribitur, Quæſtores tam patricios, quàm plebeios creari, non dubito mendoſum eſſe, & pro *Patricios* reſtituendum *Senatores*: errore (vt probabile eſt) Triboniani negligentia inducto.

DE OFFICIO PRÆTORVM.

TIT. XIIII.

1 *Pretoris definitio. Vrbani poteſtas & iuriſdictio.*
F 2 *Iuris dicendi poteſtas trib. verbis conſtabat: Do, dico, addico.*
3 *Alia genera Pretorum enumerantur.*

§ 1 PRÆTOR eſt Magiſtratus, cui Princeps in cauſſis priuatis iuris dicendi poteſtatem permiſit. Multi autem hoc nomine Magiſtratus fuerunt. l. 2. D. de orig. iur. ſed frequentior his in libris Vrbani mentio eſt. Hic iuridicundo præerat, partim Ciuili, hoc eſt, iuri legibus inſtituto, partim ſuo: nam ini- G to magiſtratu in Concionem adſcendebat, edicebátque quæ anno ſuo in iure dicundo eſſet obſeruaturus: vt ait Cic. lib. de Finib. 2. ideſt, quibus in rebus à Iure Ciuili diſceſſurus eſſet: hoc enim ipſius honori tribuebatur, vt anno ſuo ius arbitratu ſuo redderet. d. l. 2. De orig. iur. poteſtatémque haberet ius Ciuile adiuuandi, ſupplendi & corrigendi. l. 7. D. de iuſt. & iur. poſteà verò edictum illud publicè in albo propo-

nebat, vt cuiuis legendi, & cognoſcendi poteſtas fieret.l.7.D.de Iuriſdict.Ciuili autem iuri præerat, cum iis qui apud eum lege agebant, ius reddebat: qua de cauſſa ius Prætorium viua vox Iuris Ciuilis appellatur,l.8.D. de iuſt.& iur.quemadmodum Cic.lib.2. de legib.ſcribit, legem eſſe Magiſtratum mutum, Magiſtratum verò legem loquentem.

¶ 2 Iuris autem dicendi munus his tribus verbis continebatur:Do,Dico,Addico. Dabat iudices, dabat bonorum poſſeſſionem, dabat actiones, exceptiones, arbitros, tutores. Dicebat cùm interdicebat, cùm in cauſſis maioribus ſententiam pronunciabat. Addicebat cùm in iure ceſſio fiebat. Porrò ad præclaram l.3. quæſtionem, An quæ à falſo magiſtratu, per Magiſtratus nomen geſta ſunt, rata eſſe debeant, reſpondetur: directo iure rata nō eſſe, ſed propter vtilitatis publicæ rationem confirmari.quod ius ſingulare appellatur in l.16.D.de legib.

¶ 3 Fuit prætereà Prætor peregrinus, de quo diximus in libello de Magiſt. Fuere item Prætores Prouinciales, de quibus præclarè Iuſtin.init.Nouellæ 24, & 25. Fuerunt & Prætores rerum capitalium, qui propriè Quæſitores dicebantur, de quibus ad l.2.D. de orig.iur.ſummatim dictum eſt,copioſiùs autem in eod.libello de Magiſt.Illud ad extremum notandum eſt,Adriani imperio Saluium Iulianum I. C. edictum compoſuiſſe, quod Prætores deinceps omnes in iure dicendo ſequerentur:quod proptereà Perpetuum appellatum eſt.l.2.C.de vet.iur.enucl.l.2.D.de ſtatu homin.l.10.C.de condict.indeb.

DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILVM.

TIT. XV.

1 *Præfecti Vigilum defin.is extrà ordinem tantùm cognoſcebat & de delictis, non de criminibus capitalibus.*

2 *Vrbs Roma in XIV. diſtributa regiones.*

¶ 1 PRÆFECTVS vigilum, eſt Magiſtratus, cui Princeps nocturnam vrbis cuſtodiam, & delictorum noctu admiſſorum cognitionem commiſit.Propriè autem Magiſtratus non eſt,l.2.§.nam præfectus,de orig.iur.non magis, quàm Quæſtor, Ædilis, Cenſor, Tribunus plebis.neque enim ordinariam iuriſdictionem habebat;ſed& equeſtris ordinis erat,teſte Dione lib.55.ac tantùm extrà ordinem cognoſcebat, ſi quid fortè noctu admiſſum eſſet, aut incendium immiſſum. Verumtamen, cùm & in ſeptem cohortes ſibi ad excubias attributas, poteſtatem haberet, & de nocturnis delictis cognitionem, non incommodè Magiſtratus dici poteſt; præſertim cùm ius fuſtium, & flagellorū haberet.l.3. & l.vlt.ǰ.h.t.Itémque ius gladij in ſeruos.l.penul.D.de condict.cauſ.dat.Binas autē ſingulis cohortibus attributas vrbis regiones fuiſſe conſtat.

¶ 2 Etenim in XIV. vrbs Roma regiones diuiſa erat, quas P. Victor ſingulatim deſcribit in libello de Reg.Vrb.Rom.Suetonius in Auguſt.Aduerſus incēdia excubias nocturnas, vigileſque commentus eſt. ſed plura Dio.lib.55. Porrò delictorum tantùm cognitionem Præfectus hic habuit,nō etiam criminum capitalium:nam ad Præfectum vrbi ea remittebat.l.3. vlt.ǰ.h.t.& l.1.C.eod.

DE OFFICIO PROCONSVLIS.

TIT. XVI.

1 *Prouinciæ aliæ populi,in quas Proconſules:aliæ Senatus,in quas Præſides mittebantur.*

2 *L.19.D.de off.Præſ.correcta.*

3 *Proconſulum definitio.*

4 *Proconſulib. legati adtribuebantur:& horum definitio ac poteſtas.*

5 *Proconſulum dignitas & inſignia.*

6 *Proconſulum iuriſdictio voluntaria & contentioſa.*

DEINCEPS ad eos Magiſtratus pergit, qui in prouinciis imperium ac poteſtatem habebant.

¶ 1 Prouincias autem Auguſtus ita partitus eſt, vt aliæ Populi, aliæ Senatus dicerentur. in illas, Proconſules, in has, Præſides mittebantur: auctoribus Sueton.in Auguſt.& Dione lib.53. non tamen libero & infinito imperio, ſed certis Principum mandatis circumſcripto,l.1.C.de mandat.Princip.veluti ne donum, vel munus acciperent. l. 6. §. vlt. ǰ. hoc tit. Ne prouincialem mulierem vxorem ducant. l. 6. C. de Nupt.

¶ 2 Ne in interiorem familiaritatem (Sui legendum arbitror) Prouinciales admittant.l.17.D. de offic.Præſ.vt malis hominibus prouinciam purgent. l.3. De off.Præſ.hæc autem mandata, occulta eſſe vetantur, d.l.1. iubentúrque in ſacro laterculo inter cæteras notitias,& Reip.regendæ leges deponi. Nouell. 8. & Nouell. 17. Prætereà edictum proponebant, quemadmodum ius anno ſuo dicturi eſſent: quod edictum prouinciale appellabatur.l.1.D. de alienat. mutand.

¶ 3 Proconſules autem dicebantur Magiſtratus, quos Senatus in populi prouincias,cum mero imperio, earum adminiſtrandarum cauſſa, mittebat. His legatos Senatus adtribuebat,quorum conſilio, atque opera in adminiſtranda prouincia vtebantur:de quibus ſcitum eſt illud Cæſaris, lib. de bello Ciuil. 3. Aliæ ſunt legati partes, atque Imperatoris. alter omnia agere ad præſcriptum, alter liberè ad ſummam rerum conſulere debet. Item lib. 2. Neque ſe ignorare, quod eſſet officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret.

¶ 4 Itaque legatus eſt Senator, qui cum Proconſule in prouinciam, vt negociorum publicorum adiutor, atque adminiſter eſſet, mittebatur. Eorum autem officij hæc differentia eſt:Proconſul ſuum habet in ſua prouincia imperium, lege ſibi delatum, ac præſcriptum, propriè ac principaliter.l.6.D.de iuriſdict.l.7.D. de officio eius cui. Legatus nullum habet imperium, niſi quantum ei à Proconſule mandatum eſt.l. 13. D.h. t. Qua de cauſſa fiduciarium,vt oſtendimus, à Cæſare imperium eius appellatur. Dici etiam Precarium poteſt, quia iure antiquo, Proconſul adimendi imperium poteſtatem habebat: quam tamen ei Princeps eripuit.l.6.ǰ.hoc tit. Ille Tribunal habebat,& lictores ſex.l. 14.ǰ.hoc t. & Conſilium, ac proinde cauſſæ cognitionem, & ius gladij. l.6.§. qui vniuerſas, D.de officio eius. & maius imperium poſt Principem, l. 8. ǰ. eod. pleniſſimámque iuriſdictionem,quantam omnes in Vrbe Magiſtratus, l.7.ǰ.eod. Legatus neque tribunal habuit, l.9. D.de pœn.& l.7. de

de manumiſſ.vindict.neque conſilium,l.2.D.de offic. eius. Qua de cauſſa,quæcumque cauſſæ cognitionem requirebant,expediri apud eum non poterant.l.3.§.6. D.de bon.poſ.neque etiam merum imperium habere potuit,quod lege deferebatur.l.1.§.1.de offi.eius.l.6.ꝫ. l.11.quapropter quamuis rei capitalis reos audire poterat,ſtatuere tamen non poterat, l.1. C.h.t. l.1.ꝫ.eod. Quin ne legis quidem actionem habebat, l.2.& l.3.ꝫ. eodem.

§ 5 Porrò dignitatis cauſſa, hoc eſt, ad inſignia magiſtratus,Proconſuli dabantur ſex lictores cũ faſcibus:vt ait l.Proconſules,14.ꝫ.h.t.quod ab Imperatore aliquo inſtitutum oportet:quia ſtante Rep. XII. habebant.nam Cic.in Piſoniana: ipſe, inquit,cũ hominibus XII. malè veſtitis ad portam Cœlimontanam peruenit. Et Plutarch.in Paullo: Prætor miſſus eſt in Hiſpaniam,non cum ſex lictoribus, ſed totidem aliis adſumtis, vt imperij cõſularis dignitatem haberet. Ve-

A rùm de iuriſdictione mandata poſteriùs diſſerendi locus erit.

§ 6 Nunc illud addendum eſt, duplicẽ Proconſulis iuriſdictionẽ hîc notari:contentioſam, in qua ſunt actor & reus:& voluntariam, quæ vtriuſque voluntate ſine cõtentione exercetur,l. 2.ꝫ.eo.Illa in Tribunali exercetur,hęc de plano:in illa conſiliũ adhibetur,in hac non adhibetur: illa cauſſæ cognitionẽ & decretũ requirit,hæc per libellum expediri poteſt.l.9.§.1.& §.

B 3.ꝫ.eo.l.omnia,71.de reg.iur. Ad extremũ illuſtres aliquot ſententiæ notandę ſunt: Rectoribus prouincię, neq.donum,neque munus accipere licere.l.6.§. vlt.ꝫ. eo.l.vn.C.de contract.iudic.eiſdem negociari in prouincia non licere.l.principalib.33.D.ſi cert.pet. mulierem ex ſua prouincia ducere vxorẽ nõ licere,l.ſi quis, 38.D.de ri.nupt.eundem vxoris ſuæ, quam ſecum duxerit,delicta prę́ſtare, l.4.§.1.ꝫ.eod.

DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS.

TIT. XVII.

1 *Præfecti Auguſtalis ſiue Præfecti prat. Auguſt. definitio.*

PRÆFECTVS Auguſtalis fuit, Magiſtratus equeſtris ordinis ab Auguſto inſtitutus, vt Ægyptum quaſi proconſulari imperio adminiſtraret, auctore Tacito lib. 1.& lib.11. & lib.18. Dione lib.53. Strabone lib.17.vbi ſcribit eum Principis vi

C cem obtinere: ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν. Dicitur & Præfectus prætorio Auguſtalis, l.2. C. hoc tit.l.vlt.C.de legat. & Præfectus Ægypti, l.1.C.de poſtul.l.1.D.de tut.& curat.dat.ab his.

DE OFFICIO PRAESIDIS.

TIT. XVIII.

1 *Præſidis prouinciæ definitio: eiúſque iuriſdictio & poteſtas.*

2 *Præſidis & Proconſ.differentia.*

3 *L.1.D.h.t.emend.*

PRÆSES prouinciæ eſt, quem Princeps in aliquam è ſuis prouinciis cum ſummo imperio, eius adminiſtrandæ cauſſa mittit: nam (vt ſuperiùs dictum eſt) Auguſti imperio diuiſæ prouinciæ fuerunt inter populum & Principem: atque idcircò legatus quoque Cæſaris dicebatur, l. 1. & l. pen.ꝫ.eod. & l. 12. D. de accuſat. Vbi Legatus Imperatoris definitur, Præſes prouinciæ. Simillima autem huius, & Proconſulis ratio fuit: nam & ſummum in ſua prouincia imperium poſt Principem obtinebat. l. 4. infrà eod. & tribunal habebat,l.9. D. de pœnis. l.7. de manumiſſ. vind. tantámque iuriſdictionem, quantam omnes Romæ Magiſtratus, l. 10.11.12. infrà hoc tit. Itaque non modò legis actio, verumetiam imperium merum, hoc eſt ius gladij, & in metallum damnandi: l.6.§. penult. ei tribuitur,l 2. eodem: & motum cenſura, veluti ne contractus fraudulenti fiant: l. 6. eod. vt furioſis conſulat. l. 15. & l. ſeq. eod, vt parentes filiis, filiabúſque nubilibus proſpiciant: l. 19. D.de rit. nup. vt libertorum ergà patronos ingratitudinem coerceant, l. 1. D.de iur.patron.

§ 2 Illud verò interfuit: Proconſules imperium cum ſex lictoribus habebant.l.pen. De off. Proconſ. Præſides quinque tantùm lictores habebant:auctore Dione lib.53. Illi etſi ius gladij habebant, togati tamen eſſe iubebantur. Præſides habitu militari vtebantur, gladiúmque geſtabant, teſte Dione lib. 53. Proconſules è ſenatu mittebantur, & plerúmque cõ-

D ſulatu functi;Præſides etiam ex equeſtri ordine: ſicuti Dio & Strabo iiſdem locis teſtantur:

§ 3 Vt non dubitem veterem retinere opinionem, & in l. 1. hoc tit. negationem interponere, hoc modo: Licet ſenatores non ſint. De iure deportandi in inſulam, dubitatur; propter l. 6. D. de interd. & releg. l. 1. D. quand. appell. ſed videamus ne abſurdum ſit, gladij poteſtatem & ius in metallum damnandi, ei permittere: ius deportandi, quod

E minus eſt; denegare. Neque monet d. l. 6. quæ eſt (vt eius inſcriptio declarat) de officio Proconſulis: & generaliter de omnibus prouinciarum rectoribus definit, quamuis vrbi Præfecto ius deportandi concedatur, qui nullam in ſua iuriſdictione inſulam habet; tamen neque Proconſulibus, neque Præſidibus id concedi, niſi qui ſub imperio ſuo ſubiectam inſulam habeant: quod l. 7. eod. titul. ad Proconſulis quoque officium pertinens apertiſſimè declarat. Inſignibus autem ſententiis hic titulus

F illuſtratur: Non tam ſpectandum quid Romæ fiat, quàm quid fieri debeat. l.12. ꝫ. ex nimia familiaritate magiſtratus contemtionem naſci. l. 19. Animi motum iudicis vultu detegi. d. l. 19. veritatem rerum erroribus geſtorum non vitiari. l.6. §. 1. Furioſum delinquentem ſatis furore ipſo puniri. l. 14. Virtutem eſſe medium vitiorum vtrímque redactum. l. ſi bene, 33. D. De vſur. vbi Præſes retinere iubetur moderationem inter nimiam incuriam, & nimiam diligentiam.

DE OFFICIO PROCVRATORIS CÆSARIS VEL rationalis.

TIT. XIX.

1 *Procuratoris Cæſaris definitio: eiúſque variæ appellationes: itémque origo.*
2 *Munus & iuriſdictio.*
3 *Procurator rei priuatæ ſeu patrimonij Cæſaris.*

1 PRocurator Cæſaris eſt, cui Princeps quæ ad fiſcum ſuum pertinent exigendi, deque iis ius dicendi poteſtatem dedit: qua de cauſa Rationalis in hac Rubrica dicitur, & in l.5. & l.8. C. vbi cauſſæ fiſc. item Rationalis ſummæ rei, l.7.j.eodem.l.3.C.ſi propt.public.penſit. item procurator domus. l. 8. C. de iur.fiſc. item rei dominicæ.l. 9. C. de iure fiſc. interdum curator Cæſaris. l. vltim. j. hoc titul. l.5.22.30. C. de iure fiſc. Dio lib. 53. ſcribit, eum ab Auguſto primùm inſtitutum. Tacitus in Agricolæ vita equeſtrem eam nobilitatem appellat.

§ 2 Munus eorum erat, primùm in conquirendis, & exigendis iis, quę Cæſari eiúſque fiſco debebantur: veluti vectigalia, hereditates relictas, multas, & confiſcationes: l.2. C. vbi cauſſ. fiſc. l. 32. D. de iure fiſc. l.35.§.1.D. ex quibus cauſſ. maior. item vt Cęſaris prædia locarent. l. 3. §. Diui. & l. vltim. de iure fiſc. vt delatas Cæſari hereditates adirent, aut adeundas curarent. l. 1. j. hoc tit. l. ſi quis, §. 1. D. de adquirend. hereditat. Poſtea verò rerum illarum omnium iuriſdictio eis mandata eſt: vt Dio lib. 57. teſtatur. Itaque de rationibus fiſcalibus ius reddebant. l.9.§.1. D. de offic. Proconſul. l.1. C. de Iuriſdict. l.1. C. de pedan. iudic. ſolúſque Princeps aduerſus illorum ſententiam reſtituere poterat. l.1.C. vbi & apud quem in integr. Ceteris autem in rebus tamquam priuatus erat, præterquàm in cauſſis libertinitatis. l. iam dudum, C. vbi cauſſę ſtat. nam de ingenuitate ius dicere non poterat. l. 2. C. eodem. l. penultim. C. ne de ſtat. defunct. ſic nec de criminibus cognoſcere poterat. l.2.C. de pœnis. l.4. C. ad leg. Fab. de plag. neque deportandi, relegandi, pœnæ multæve ius habebat. l. vltim. j. eodem. l.2.C. de pœnis: niſi fortè Præſidis vice prouinciam adminiſtraret. Tum enim omne Præſidis imperium ac iuriſdictionem obtinebat, l.3. C. vbi cauſſæ fiſc. d.l.2. & l.4.j.h.t.

§ 3 Præter hunc erat procurator rei priuatæ, ſiue patrimonij Cęſaris: de quo in leg. cùm ſeruus, 39. §. vltim. D. de leg. 1. verùm ille (vt dixi) ſummę rei dicebatur: hic actor, vel comes rerum priuatarum. l.6. & l.9. C. vbi cauſſę fiſc. itémque Procurator priuatæ rationis. l.7. C. de edend.

DE OFFICIO IVRIDICI.

TIT. XX.

1 *Iuridici Alexandriæ definitio & officium.*

§ 1 IVridicus Alexandrię dicitur, cui ſub pręfecto Auguſtali, iuris dicendi poteſtas in vrbe Alexandria mandata eſt: vt Strabo lib. 17. & Spartianus in Seuero teſtantur. Trebellius in Æmiliano ſcribit, opinionem Alexandrinis inſitam fuiſſe, non fuiſſe fas Romanos faſces Alexandriam ingredi: quod etiam Cæſar lib. de Bello ciuili 3. extremo ſignificat. Vnus igitur ex ipſorum numero conſtituebatur, qui ius in vrbe diceret, cui Princeps legis actionem, & tutoris dationem permittebat. l.1. & l.2.j. hoc tit. itémque ius inſinuandarum donationum, l.1. C. eod.

DE OFFICIO EIVS CVI MANDATA EST IVRISDICTIO.

TITVLVS XXI.

1 *Mandare iuriſdictionem quid ſit, & quis & cui mandari poßit.*
2 *Imperij duæ ſpecies, Grauior & Lenior.*
3 *Quæritur, vtrum alterutra tantùm, an vtraque mandari poßit.*
4 *Tangitur quæſtio, An ei cui mandata iuriſdict. eſt, vi ipſa mandati generalis, de crimine ſuſpectis ius dicere liceat.*
5 *Item, An appellari à legato ad Proconſulem poßit, ſiquidem ille propriam iuriſd. non habet.*

MANDARE iuriſdictionem, eſt poteſtatem iuris inter Litigatores reddendi alicui committere. quæ poteſtas maioris imperij pars fuit. Nam neque quiſquam mandare iuriſdictionem poteſt, niſi qui imperium habet. l. vlt. j. eod. l.5. & l. 13. D. de iuriſdict. l. vltim. j. eod. & cui ea mandata eſt, eius illa non propria efficitur, ſed tantùm vicaria & fiduciaria: vt ſi quid ſtatuit, alieno id potius nomine, quàm ſuo, aliena potius auctoritate quàm ſua, alieni potius quàm ſui Imperij vi ac poteſtate id ſtatuat: l.1. § 2. j. hoc tit. l. ſolet, 15. D. de iuriſdict. quippe cùm etiam poteſtatem alieno beneficio habeat. l. 5. eod, quamuis mandatarius ipſe & Magiſtratus, & cum imperio ſit. l. 3. hoc tit. Ac propterea ſi quid ſtatuat, is cui mandata iuriſdictio eſt, non tam ipſe quàm is à quo mandata eſt, ſtatuere videatur.

§ 2 Cùm autem imperij duæ ſpecies ſint, quarum vna quæ grauior eſt, in criminibus vindicandis, altera quæ leuior, in priuatis cauſſis poſita eſt:

§ 3 Magnoperè quæſitum fuit, vtrúmne vtráque, an altera tantùm mandari poſſit. Nam ſi ius antiquum ſpectemus, non dubium eſt, quin Proconſul legato ſuo imperium, quantumuis merum, magnum, vehemens mandare poſſet: quippe, cui ſæpenumero etiam exercitum, bellíque adminiſtrationem mandaret: vt vel ex Cæſaris commentariorum locis innumeris intelligitur. Sic in l. excipiuntur, 14. D. ad Sen. Con. Syllan. Trebius Legatus memoratur, qui de impubere ſupplicium ſumſerat. Quinetiam C. Verri legato Dolabellæ, Ciliciæ Proconſulis, Lictorem attributum Cicero Verr. 3. teſtatur. Contrà tamen l. 6. & 11. D. de offic. conſul. & l. 1. hoc tit. dilucidè negant, gladij poteſtatem mandari poſſe. Quinimò l. 2. & l.3. eod. negant, Legis actionem in eum, cui mandata iuriſdictio eſt, transferri. Solutionem oſtendit l. 1. hoc tit. & l. 1. D. ad Turpill. vt ſi in eadem ciuita-

ciuitate legatus eſt, leuiores tantùm iuriſdictionis partes illi mandari poſſent: veluti vt bonorum poſſeſſionem det; vt poſſideri iubeat; vt in poſſeſſ. mittat. l. 4. D. de offic. eius. l. 12. D. de offic. Proconſ. Sin autem peregrè à Proconſule mittatur, vel ſi prouinciæ gubernator illo decedente relinquatur, tum ei mandari poſſe, quæ vetuſto iure, & more maiorum magiſtratui inſunt, l. 1. §. J. hoc tit. vnde illud Suetonij in C. Iulio: Cæſari Quæſtori Hiſpania vlterior obuenit: vbi cùm mandatu Prætoris iuridicundo conuentus circumiret, Gadibus ingemuit. Item illud Ciceronis, ad Quinct. fratrem, parui refert abs te ipſo ius dici æquabiliter, & diligenter, niſi idem ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem conceſſeris. Item illud eiuſdem, Ciliciam Proprætore obtinentis; Rectiſſimum videbatur, fratrem cum imperio relinquere: Nam Quinctum fratrem Legatum ſecum eduxerat. Ac ſimiliter Verrin. 1. videmus, Cæcilium Verris Quæſtorem, iudicium in Cauſſa ſtatus exercuiſſe, in poſſeſſionem miſiſſe, mulierem Veneri in ſeruitutem addixiſſe. Similiter ſuperiùs docuimus, Procuratorem Cæſaris prouinciæ, vel præfectum vel in Præſidis locum ſuffectum, eius poteſtatem omnem exercere. l. 2. Cod. de pœnis. l. ex conſenſu, 23. §. 1. D. de appellat. Quæ verò Repub. per Cæſares ſubacta, nouis Legibus, aut conſtitutionibus Magiſtratui attributa ſunt, ea mandari non poſſunt. l. 1. §. 1. infrà eod. vbi mos maiorum apertiſſimè legibus opponi- A tur, cùm tamen nullum fuiſſe populi Rom. magiſtratum conſtet, qui non lege aliqua inſtitutus fuiſſet, cuiſque certa iuriſdictionis forma præſcripta non fuiſſet. ſed leges intelligendæ ſunt nouæ, & poſt renouatam à Cæſaribus Remp. conſtitutæ, velut in l. cum Prætor, 12. D. de iudic. vbi lex, & mos maiorum opponuntur. quo verbo veteres leges ſtante Repub. latæ intelliguntur.

¶ 4 Quæ cùm ita ſint, facilem patere aditum arbitramur ad quæſtionem, l. 1. §. 1. D. de ſuſpect. l. B 4. J. hoc tit. & l. 1. §. ſuſpecti, D. ad Turpill. An ei cui mandata Iuriſdictio eſt, vi ipſa mandati generalis, de crimine ſuſpecti ius dicere liceat: ſimulque ad quæſtionem, l. 12. D. de offic. Proconſ. l. 1. §. 1. J. h. t. l. 2. D. quis & à quo appell.

¶ 5 An cùm legatus propriam iuriſdictionem non habeat, tamen appellari ab eo Proconſul poſſit. Nam à ſemetipſo ipſe appellari videretur. qua de cauſſa Prætor aduerſus eum, cui iuriſdictionem mandauit, C appellari non poteſt. l. 1. eod. Quare diſtinguendum arbitror, vtrùm abſenti data iuriſdictio fuerit, an præſenti. Nam ſi abſenti, propria eius iuriſdictio efficitur. d. l. 1. vbi, cùm propriam. Mandata enim iuriſdictione, vniuerſum ius dicentis officium transfert. d. l. 1. De ſuſpect. vt tùm appellari à mandatario ad mandatorem poſſit. At ſi præſenti pars aliqua iuriſdictionis mandata eſt, neque mandatum excedere poterit, neque appellari ab eo, ad eum qui mandauit. l. 1. & l. 4. §. 1. D. de damn. infect.

DE OFFICIO ADSESSORVM.

TITVLVS XXII.

1 *Adſeſſores qui dicantur; eorúmque munus.*
2 *Quæritur, an Præſide antè finitum adminiſtrationis tempus mortuo, ſalariũ integri tẽporis adſeſſori debeatur.*
3 *Tempus adſidendi in prouincia.*

ADSESSORES ſunt iuris ſtudioſi, vel periti, quos qui in vrbe aut prouinciis iuri dicundo præſunt, ſibi in conſilium adſciſcũt. Nam cùm plerique Magiſtratus viri militares, & iuris imperiti eſſent, peritos ſibi in conſilium adhibebant. l. 1. hoc tit. vt ſi quid per imperitiam peccatum eſſet, ne culpa hæc illis adſcriberetur, l. 2. D. Quod quiſque iur. Alij verò iuris profeſſores fuerunt, qui iuuentutem docebant, & genus aliquod iuriſiurandi à diſcipulis exigebant. l. 1. §. 1. D. de extraord. cognit. Alij iuris ſtudioſi, qui ſuam operam magiſtratibus nauabant: qua de cauſſa etiam cõſiliarij appellantur. l. pen. h. t. l. 3. C. eod. Dicuntur etiam Comites, quia prouinciales Magiſtratus comitabantur, cùm eos illi arbitratu ſuo delegerãt, l. οὐ μόνον, §. ὁ πριμιπιλος, D. de excuſat. tut. l. 12. §. 1. D. de vacat. l. 5. D. ad leg. Iul. repet. quamquam Domeſticum ducere non licebat. l. 8. C. eod. Lampridius ſcribit, Seuerum ſalaria de publico illis attribuiſſe.

¶ 2 Vnde nata quæſtio l. 4. J. h. t. An Præſide antè præfinitum adminiſtrationis tempus mortuo ſalariũ integri temporis adſeſſori debeatur: ad quam reſpõ- D detur, ei qui ſuas operas locauit, ſi per eum non ſtetit, quominus eas præſtaret, totius temporis mercedem deberi: niſi alteri ſuas operas nauarit. l. ſed addes, 19. §. vlt. l. qui operas, 38. D. Locat. ſed tamen petere iudicio ſalarium ſuum non poſſunt, neque magiſtratus ipſis petentibus ius dicit. l. 1. D. de extraord. cognit. non magis quàm iuris profeſſoribus, propter ineſtimabilem (vt ait Vlp.) Iuriſprudẽtiæ ſanctimoniam: tametſi quædam honeſtè accipiantur, quæ peti honeſtè non E poſſunt. d. l. 1. §. 1. ſed alia quæſtio eſt, de qua ſcribit Plin. ad Arrianum lib. epiſt. 4. An officiali antè legitimum ſalarij tempus mortui ſalarium heredibus eius debeatur. nam Plin. iudicatum ſcribit, non deberi: quod mihi durum videtur: cùm certè pro rata temporis deberi videatur ex l. ſi quis, 9. §. 1. & l. qui inſulam, 30. §. 1. D. locat. Quod autẽ filiusf. inde adquirebat, pro caſtrenſi peculio cenſebatur. l. 1. C. h. t. neque oneris quidquam imponi ei poterat. l. 11. C. eod.

F ¶ 3 Adſidendi autem tempus in ſua prouincia quattuor menſibus definitum fuit. l. 18. C. eod. & l. hi qui, 37. J. ex quibus cauſſ. maior.

LIBER II.

TITVL. I.

1 *Continuatio Rubricæ.*
2 *Magiſtratus vera & certa defin.*
3 *Magiſtratus alij cum imperio, alij cum poteſtate.*
4 *Imperium quid ſit.*
5 *Poteſtas quid ſit: & magiſtratum ſine poteſtate dici abſurdum.*
6 *Imperium merum & mixtum.*
7 *Iuriſdictionis defin. hac propriè ad priuatas & ciuiles cauſas pertinet.*
8 *Eius tres partes: 1. legis actio.*
9 *2. Notio.*
10 *3. Sententia: hac duplex, Decretum & Subſcriptio.*

11 *Huius iuriſdictionis alia contentioſa, alia voluntaria.*
12 *Meri imperij definitio. & quando horum nominum mentio fieri cœpit.*
13 *A quibus iuriſdictio exerceatur.*

A 14 *Quæritur, An non etiam litigatorum conſenſus iuriſdictionem tribuat.*
15 *Item, An pater filio vel hic illi ius dicere poſſit.*
16 *In quib. reb. iuriſdictio exercetur.*
17 *l. 7. D. h. t. emendata.*

1 DEINCEPS Tribonianus ad perpetui Edicti partes reliquas exponẽdas adgreditur, quemadmodũ cognoſci poteſt ex inſcriptionibus librorum Vlpiani & Paulli ad Edictũ ſcriptorum. Fuit autem generalis hic titulus, *De iuriſdictione*, à Prætore inſcriptus: & ſub illo in ſequentia capita eodem ferè ordine quem Tribonianus ſeruauit diſpoſita: cuius rei deinceps ratio diligenter habenda eſt. Huius autem argumenti quadripartita eſt tractatio: Quid ſit iuriſdictio, à quibus exerceatur, quibus in rebus verſetur, & de albo corrupto. Sed prima pars paullo altius repetenda eſt.

§ 2 Ergò Magiſtratus eſt cui procuratio aliqua Reip. cum imperio vel poteſtate mandata eſt. nam Magiſtratum noſtri deſcribunt, qui Reip. operam dat. l.5.l.6. D. ex quibus cauſſ. maio. l. ſi maritus 15. §.1. D. ad leg. Iul. de adult. Quod verò Magiſtratum nonnulli definiunt, Poteſtatem Populi Ro. ordinariam, primùm à libris noſtris alienum eſt, in quib. nullius Magiſtratus mentio fit, niſi qui à Principe mandetur. l.1. D. ad leg. Iul. de amb. Neque mouet quod multis locis Magiſtratus Populi R. nominantur: veluti l. vl. D. qui & à quo appell. l.4. §.1. ʒ. De interrog. nam eo nomine appellantur nõ qui poſt tranſlatum in Principem imperium inſtituti ſunt: ſed qui antiquitus ſtante Rep. à populo creabantur: nimirum Conſul, Prætor, Ædilis, Quæſtor: & in prouinciis, Proconſul. l. ſed etſi, 26. §. 2. Ex quibus cauſſ. maior. l. quidam, 57. de re iud. Ceteri autem, veluti Præfecti Prætorio, Præfecti vigilum, Præfecti ærarij, Præſides prouinciarum, Principum imperio creati & inſtituti ſunt, vt ex Sueton. Tacito & Dione intelligitur. qua de cauſſa diſtingui ab illis ſolent: veluti in l. ʒ. quod metus cauſſ. l.1. ad leg. Iuliam maieſtat. Quin ij quoque qui in prouincias cum imperio mittebantur, paſſim Magiſtratus dicebantur. Salluſt. in Bello Iugurthino pleraque ex Punicis oppida, & fines Carthaginenſium, quos nouiſſimè habuerant, populus Rom. per magiſtratus adminiſtrabat. Et de extraordinariis Cicero contra Rullum: Quod nulla alia in lege vnquam fuit, ne in iis quidem magiſtratibus, quorum certus ordo eſt. Et in antiqua ænea tabula Romæ: NEI. QVIS. MAGISTRATVS. PROVE. MAGISTRATV. LEGATVS. NEI. QVIS. ALIVS. MILITES. IN. OPPIDVM. HIEMANDI. CAVSSA. INTRODVCAT. & deinceps aliquoties. Liuius anno 580. Ideò Magiſtratus mulis tabernaculiſque & omni alio inſtrumẽto militari ornabantur. Et mox: Aliam impenſam ſocij in Magiſtratus Ro. non faciebant.

§ 3 Magiſtratuum autem alij dicuntur eſſe cum imperio, alij cum poteſtate, tametſi conſuetudo hęc ferè permiſceat: & poteſtatis nomine in perſona Magiſtratus, imperium ſignificetur. l. poteſtatis, 215. De verborum ſignificat. l. 3. ne vis fiat ei. Verùm Imperium propriè eſt ius grauioris animaduerſionis.

§ 4 Nam veteres Imperij nomen in eo demùm vſurpabant, cui lictores cum faſcibus ac ſecuribus adtributi fuerant: ſiue is magiſtratus eſſet ordinarius, B ſiue priuatus, cui extra ordinem belli adminiſtratio mandata eſſet. vt de Cn. Scipione, Cn. Pompeio, & C. Cæſare adoleſcente apud Cicer. multis locis demonſtratur. Cicero Philipp. xi. Demus igitur imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt. Item: Imperium belli neceſſitas, faſces Senatus dedit. Salluſtius: nomine modò imperij à vobis accepto diebus XL. exercitum paraui. Cicero pro leg. Manil. Quid tam nouum quàm adoleſcentulum priuatum, exercitum difficili Reip. tempore confice- C re? quid tam præter conſuetudinem, quàm homini peradoleſcenti, cuius à Senatorio gradu ætas longè abeſſet, imperium atque exercitum dari? Neque Cicero illo loco aliud Imperij nomine niſi faſces & ſecures ſignificat. qua metonymia etiam vtitur l. vlt. De off. Proconſ. cùm ait Procõſulem portam Romæ ingreſſum deponere imperium. nam eius imperium prouinciæ finibus concludebatur. l. 1. eod. Imperium igitur prò imperij inſignibus vſurpauit. Cæſ. ciuil. 2. Sacramento quidem vos tenere quî potuit? D cùm proiectis faſcibus & depoſito imperio priuatus in alienam veniſſet poteſtatem. Itaque cùm in vrbe eſſe cum inſignibus imperij nemini præter vrbanos magiſtratus liceret, quandiu ij quibus prouincialis poteſtas mandata erat, extra portam manebant, ad vrbem eſſe dicebantur. Sed cetera videamus.

§ 5 Poteſtas eſt vis minori magiſtratui ad ſuum munus fungendum adtributa; veluti vt mulcta vel pignoribus coerceat. Cic. Tuſc. 1. Sed tanquam à E magiſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic à Deo euocatus &c. Itaque cùm Magiſtratuum alij maiores ſint, alij minores, quod Vlp. minores definit, qui neque imperium neque poteſtatem habẽt, l. nec magiſtralib. 32. De iniur. videndum eſt vt cõſiderarè accipiatur, & poteſtatis nomen vel prouincialibus adtribuatur, velut in l. cum qui, 13. ʒ. h. tit. vel ad maiorem vim referatur, qualis eſt vel gladij, vel carceris, vel deportationis poteſtas, vt l. 3. ʒ. hoc tit. Nam magiſtratum dici vllum ſine poteſtate abſurdum eſt, F hoc eſt, ſine vi quam iure ſui honoris inferre poſſit. l. 3. Quod met. cauſ. Neque inter priuatum & magiſtratum quidquam aliud præter poteſtatem intereſt, l. 3. in fi. Ad legem Iuliam maieſtatis, l. iniuriarum, 13. §. quo iure, De iniur. Itaque ædilis qui inter minores Magiſtratus refertur, tamen pignoribus coërcendi mulctæque dicendæ ius habet; auctore Liuio multis locis & Tacito lib. 13. & Agellio lib. 10. c. 6. qua de cauſſa Ædilis vaſa & G menſuras iniquas confringere dicitur in l. 12. De pericul. & commod. l. qui inſulam, 13. §. ſi quis, locat. Denique proponebant Ædiles edictum, iuriſdictionémque ex eo exercebant. l. 5. De verbor. obligationibus, ac proinde aliquid imperij neceſſariò habebant, l. 1. & l. vltim. ſuprà, De off. eius. Quamuis ergò imperium & poteſtas interdum confunduntur, interdum tamen diſtinguuntur, velut in l. 1., Ad leg.

ad leg. Iul. maieſtatis, l. 32. de iniur. ſicuti Poteſtas à Magiſtratu ſeparatur. l.3.in fine, ad leg.Iuliam maieſtat.l.3.in fin.de recept. l. 1.Quod quiſq.iur.

¶ 6 Imperium autem noſtri aliud merum, aliud mixtum faciunt. Quod ſi mixtum eſt quod ineſt iuriſdictioni, l. 3. ꝟ. eodem. ſequitur vt merum ſit quod per ſe ac citra iuriſdictionem conſiſtit: vt olim in Quæſitoribus rerum capitalium: nam iure nouo neque merum neque mixtum imperium ſine iuriſdictione fuiſſe arbitror, tametſi merum plerumque per ſe conſideretur, ſed hæc intelligi ſine iuriſdictionis explicatione non poſſunt.

¶ 7 Ergò iuriſdictio generaliter definiri poteſt plena poteſtas iuris inter eos qui poſtulant, reddendi: vt non modò priuatas, verùm etiam publicas & populares cauſſas complectatur. l. 2. §.& quæ, de origin. iur. l. 6. §. quòd ſi quis, De iniuſt. rupt. l. 1. de officio eius cui mand. eaque pleniſſima iuriſdictio dicitur. l. 7. §.vltim. de offic. Proconſulis. Propriè verò & vſitatè iuriſdictio ad priuatas & ciuiles cauſſas reſtringitur, velut in hoc titulo, & in l. 7. & in illo Edicto apud Agellium lib. 10. cap. 15. Sacerdotem Veſtalem in omni mea iuriſdictione iurare nō cogam.

¶ 8 Eius tres plerumque partes ſiue gradus fuerunt: Legis actio, Notio, & Sententia. qua de cauſſa ſpecies hęc definiri ſic poteſt: Iuriſdictio eſt poteſtas inter eos qui lege aut iure quid agunt vel cognoſcendi, vel ſtatuendi. nam lege & iure agere diſtinguenda ſunt, vt in l. ſuprà, de offic. Prætor. Legis actio fuit formula rerum ciuilium apud magiſtratum peragendarum. l. 2. §. deinde, De orig. iur. l.2.l.3.De off.Proconſ.

¶ 9 Notio eſt propriè poteſtas de facto quopiam cognoſcendi vt alter de eo ius dicat. l. 5. De re iud. Vſitatè autem Iuriſdictionis pars eſt, vt qui de facto cognouit, idem eadem ex re ius dicat. l.notionem, 99. De verbor. ſignificat. l.1.§.1. De offic.Præf. vrb. l.3.§.1. De lib. exhib. Quod cùm ita ſit, malè Iuriſdictio definiretur, notio quæ magiſtratui competit.

¶ 10 Sententia fuit duplex, Decretum & Subſcriptio. illud è tribunali & cauſſa cum conſilio cognita pronunciabatur: hæc de plano & per libellum expediebatur. l. 9. §. De officio Proconſulis. Illius exempla ſunt, Bonorum poſſeſſio decretalis. l.3. §.6. De bonorum poſſeſſion. tranſactio de alimentis. l. 8. De tranſaction. Huius verò Bonorum poſſeſſio edictalis. l. 1. §. 1. Quis ord. in bon. poſſ. Iuſſus de liberorum aut libertorum obſequio. l. 9. §. 3. de off. Proconſ.

¶ 11 Rurſus hæc ſiue pars iuriſdictionis, ſiue iuriſdictio, eſt duplex: contentioſa, cùm contradicentibus: voluntaria, cùm in idem conſentientibus ius redditur: velut in adoptione vel emancipatione. l. 2. ꝟ. de officio Proconſ. l. inter ſtipulantem, 83. §. 1. de verborum obligat. Nunc ad imperium reuertamur.

¶ 12 Merum definiri poteſt, ius vitæ & necis, ius ſummum, ſumma poteſtas, ius grauioris animaduerſionis. Itaque quod Arcad. in l.vnic. de offic.Præfect. Prætor. ſic extulit, cùm apud veteres ſumma poteſtas Dictatoribus crederetur. Pomp.in l. 2.de origin. iur.ita expreſſit: Dictatores proditi ſunt quibus capitis animaduerſio data eſt. Et paulo ſupr. Cōſules cōſtituti ſunt penes quos ius ſummum vti eſſet lege roga-
A tum eſt. Sed quod in l.3.ꝟ.hoc tit. ſic definitur, habere gladij poteſtatem, ita ſupplendum eſt, vel cuius alterius coërcitionis, ex l. nec poteſt, 70. de regul. iur. l. 6. §. 2. de offic. Præſ. Porrò Mixti & Meri imperij definitiones expoſuimus lib. Obſeruat. 1. vbi docuimus, Merum in grauioribus animaduerſionibus verſari, veluti mortis, in metallum damnationis, deportandi. Mixtum, in multando, l.3. §.1. De damn.inf. pignoribus coërcendo, l.131. De verborum
B ſignificationib. Iubendo cauere ſtipulatione Prætoria, mittendo in poſſeſſionem, l.4. hoc titul. Alterum maiores magiſtratus habent: itaque niſi pro tribunali non exercetur. Mixtum ſiue iuriſdictionem etiam minores exercent, & ſine tribunali, l. 1. D. de iud. hoc eſt, vt Pædianus ſcribit, in ſubſelliis. Mirum eſt autem horum nominum ac differentiæ nullam apud veteres ſcriptores mentionem reperiri: ſed id ſummum imperium conſtan-
C ter appellari, quod noſtri Merum dixerunt, velut in Conſulibus Romæ, & Proconſulibus in prouinciis. Cic. Verr. 2. Erit tum Conſul Hortenſius cum ſummo imperio & poteſtate. Idem ad Quinct. fratr. Quoniam in iſtis vrbibus cum ſummo imperio ac poteſtate verſatis. Quare probabile eſt poſt tranſlatum in Cæſares imperium hæc ficta in Magiſtratibus nomina fuiſſe, vt ſummi imperij vocabulum ſolis Imperatoribus relinqueretur.

D ¶ 13 Sequitur caput ſecundum, A quibus iuriſdictio exerceatur. Primùm ab iis quos lex vel Princeps iuridicundo principaliter præeſſe voluit. l. 6. ꝟ. hoc titul. veluti Conſule, Prætore, ceteríſque de quib.ſup.lib.dictum eſt ad tit.de off.eius cui: vt iam bipartitò iuriſdictionem diuidere poſſimus: & alteram Principalem, alteram Fiduciariam, quæ alieno beneficio obtinetur; ſiue, vt quidam appellant, Ordinariam & Delegatam. l. more, 5. infrà
E hoc titul.

¶ 14 Hîc duæ quæſtiones occurrunt: prior, Annon etiam litigatorum conſenſus iuriſdictionem tribuat? velut in l. 1. D. de iud. l. ſi per errorem, 15. & l. ſi conuenerit, 18. ꝟ. hoc tit. Reſpondendum eſt, Conſenſum priuatorum non tribuere iuriſdictionem ſimpliciter & omnino, ſed ſecundum quid. nam ei qui priuatus eſt tribuere iuriſdictionem non poſſunt. l.3. C. de iuriſd. ei verò qui iu-
F riſdictionem habet, rei alterius tribuere iuriſdictionem poſſunt: veluti, ſi Prætor tutelaris adeatur pro fideicommiſſario cum de fideicommiſſo ageretur; vel ex contrario hic pro illo, l. 1. Codice eodem.

¶ 15 Altera quæſtio, An pater filio, viciſſimque hic illi vel ius dicere vel iudex eſſe poſſit. In qua pugnare videntur l.20.ꝟ.eod.l.6.De recept.l.in priuatis,77. De iud.l.ille à quo,13.§.vlt. Ad Trebel. Dice-
G múſne Africanum id quod licebat: Vlpianum id quod honeſtum erat ſpectaſſe? Satius videtur ſic diſtinguere: In voluntaria iuriſd. licere: in contentioſa tum demum licere, ſi in eum iudicem vtraque pars conſenſerit. nam ſi ſuſpectus iudex, magiſtratúſve videtur, recuſari poteſt. l. ſi pariter, 9. De lib.cauſſ. l. obſeruandum, 47. De iud. Vtcumque autem ſit, parciſſimè ius illis perſonis dici debet, l. 16. ꝟ. De off.Præſ.

H ¶ 16 Sequitur cap. tertium de reb. in quib. iuriſdictio exercetur; quas enumerat l.1.l.3.l. 4. ꝟ. hoc tit. & l. pen. ꝟ. De off. eius, & ſup.attigimus ſub tit.

De off.Prӕt. In reb.autem non tantùm qualitas, verumetiam quantitas ſpectatur. Nam certa interdum ſumma prӕſcribebatur, ſupra quam ius dicere non licebat. l.ſi idem,11. & l. penult.§.vlt. ℨ.hoc ti.& apud Quinctil.lib.3.cap.8.& l.ſiqui, 20.§.1. & l.2. D.de appellat.

§ 17 Sequitur caput vltimum,de albo corrupto, propter quod popularis datur in aureos quingentos. l.7.ℨ.eod. vbi tamen *Quinquaginta* legendum eſſe docuimus. Quod ſi plures corruperint, regula iuris eſt, vt quot delinquentium perſonӕ ſunt, tot delicta numerentur:& quӕ pœna delictis impoſita eſt,ſi plures deliquerunt, vt à ſingulis ſolida prӕſtetur.l.9.ℨ. eod. l.ſi plures,34. D.de iniur. à qua tamen propter benignitatem interdum receditur. dict.l.9.& l.1.D.ſi fam. furt.l.illud,34.D.ad leg.Aquil.

QVOD QVISQVE IVRIS IN ALTERVM.

TIT. II.

1 *Rubricӕ huius cauſſa,& continuatio,& defectus.*
2 *L.1.D.h.t. emendata.*
3 *Huius ӕquitas edicti.*

QVI iuridicundo prӕerant,ſæpè ius nouum ſuo arbitratu conſtituebant. l.3.de iuſt.& iu. id enim ipſorum honori in annum vnum permittebatur.l.2.§.& vt ſcirent, De orig.iur. tametſi ius illud interdum iniquum eſſet. l.3. in prin.hoc tit. Cùm autem eiuſdem ſit actionem aut exceptionem denegare, qui & dare poterat, plerumque accidebat, vt in ӕquiſſima poſtulatione vel actionem denegarent. vt in l.3.§.quod autem,ℨ.h.t.vel exceptionem,vt in d.l.3.§.ſi is pro quo, Cic.Academ.2. Poſtulat vt excipiantur hӕc inexplicabilia. Tribunum aliquem cenſeo adeant,à me iſtam exceptionē nunquam impetrabunt. Conſtituitur autem hoc Edicti capite, vt non modò qui ius nouum dixerunt,verùm etiam qui impetrarunt, poſteà cùm illorum res agetur, eodem vtantur, & par illis gratia reddatur. Nunc huius capitis duӕ partes ſunt, quarum prior ad ius dicentem, altera ad litigatorem pertinet: eáque parte manca noſtra Rubrica eſt.

§ 2 Quinetiam illa verba l.1.*Scilicet vt quod ipſe* &c.non Prӕtoris, ſed Vlpiani eſſe arbitror, vbi vel IPSE vel QVI delendum eſt:& paulo poſt IPSIVS pro SVA poſitum eſſe conſtat. Ex hoc autem Edicto popularis conſtituitur actio,l.3.§.2.h.t.ex quo diſputari poſſet planius in Edicto legi poſſe, *Quocumque poſtea aduerſario eius.*

§ 3 Notanda autem exceptio eſt: *Preterquam ſi quid eorum contra eum fecerit, qui ipſe eorum quid feciſſet.* in l.vl.h.t. nam ei qui iniuriam fecit, impunè hoc caſu iniuria redditur. notandum etiam dolum ius dicentis, aut impetrantis, aut adſeſſoris imperitiam requiri.l.2.eod. Rurſus in litigatoris perſona hӕc notantur, vt non modò qui poſtulauit, non modò qui iure iniquo vſus eſt,verùm etiam qui impetrauit tātum,puniatur. l.3.non modò dominus, verùm etiam procurator:niſi dominus mandarit, ratúmve habuerit.l.3.§.1.non modò principalis, ſed etiam fideiuſſor, non tamen ex contrario. d. l.3. §.3. non modò litigator, verùm etiam heres. §. quod autem. non tantùm in prӕſentibus, verùm etiam in futuris actionibus.l. 3.§.pen.Verùm hӕc quidem de ius dicente.Iudex autem qui dolo vel imperitia malè iudicauit, litē ſuam facit: quoniam in eum litis damnum transfertur,l.5. §.ſi iudex,D.de obli.& act.l.vlt.De extra.cog. l.filiusf. 15. D.de iud. Poſtremò prior Edicti pars vetus fuit: nam Cicero ad Q.fratrem ſcribens:Quӕ in magiſtratibus(inquit)iniurioſè decreuerint, eodē ipſis priuatis erit iure vtendum.

SI QVIS IVS DICENTI NON OBTEMPER.

TIT. III.

1 *Ius dicenti non obtemperare quid ſit.*

QVI ius Dicenti non obtemperat, pœnali actione aduerſario,quanti ea res eſt,tenetur. Ius autem dicenti non obtemperare, eſt aliquod aduerſus iuſſum vel vetitum quacumque iuriſdictionis parte contumacem eſſe,ſiue prima ſit, vt ſi in ius vocatus non ſequatur. l.2.D. Si quis in ius voc.ſi in iure interrogatus non reſpondeat.l.de ętate,11.§.3.D.De interrog.ſi exhibere iuſſus non pareat.l.3.§.2. D. Ad exhib.ſiue media, vt ſi qui cauit ſe iudicio ſiſtitum, non ſtiterit. l. 1. D. Si quis caut.ſiue extrema,vt ſi iudicio damnatus rem à ſe adduci aut auferri non patiatur; veluti cùm euicta res eſt.l.habere 57.D.De euict.

DE IN IVS VOCANDO.

TIT. IV.

1 *In ius vocare quid ſit:& quam neceßitatem imponat ex XII.tab.*
2 *Eius duӕ partes, Denunciatio & Prehenſio.*
3 *Quinam ſequantur & ducantur:quive neque ſequantur neque ducantur.*
4 *Domus tutum cuique receptaculum propter Deos penates.*

NVNC de lite ordinanda pręcipere inſtituit: cuius exordium eſt, In ius vocatio, §.vlt.D. De pœn.tem.lit.

§ 1 Eſt autem in ius vocare,ad eum,qui iuridicundo pręeſt iuris ſui experiundi cauſſa vocare. l.1.ℨ.h.t.d.l.vlt.& l.2.D. Si quis in ius voc.hoc eſt,experiundi vtrùm bonam an malam cauſſam habeat. nam iudicij euentus incertus eſt. l. quod debetur, 51. D.De pecul.Dicimus etiam in iudicium vocare.l.2.§. 2.D.qui ſat.cog.l. vlt. D. de eo per quem fact. Porrò intelligendum eſt,huic vocationi tantum iuris à lege xij. tributum fuiſſe, vt neceſſitatem adferret, his verbis:SI IN IVS VOCET ATQ. EAT:id eſt,confeſtim eat. Item:Manus iniectio eſto: in ius ducito: alioqui rapi trahíque vocatus poterat: etiam ſi iuriſdictioni eius, ad quem vocabatur,ſubiectus non eſſet.nam cognoſci hoc ipſum oportebat an iuriſdictio illius eſſet, l.2. D.ſiquis in ius voc. l. 5. D. De iud. Eóque pertinet quod dicitur in l.ſi is qui,66.§.2.D.de furt. Eum qui mulionem dolo malo in ius vocaſſet, ſi, dum mulio relictis mulis vocantem ſequitur, mulӕ perierint, furti teneri.

§ 2 Vocationis igitur partes duӕ ſunt: Denunciatio,quӕ verbis fit.l.21.h.t.quam verecundam Vlp.appellat.l.4.§.Prętor, De damn.inf. & Prehenſio, ſiue Manus iniectio, quӕ violenta eſt.

§ 3 Cùm

§ 3 Cùm autē eſſent, quos neq. denūciatione neque prehenſione vocare liceret: idcirco tripartitum hoc Prætoris edictum fuit: qui ſequātur, qui ducātur, & qui neque ſequantur neque ducantur: vt in inſcriptione l.ſolutū,48.de verb.ſig. Sequūtur volentes, vt in Quinctiliana: In ius vocas? ſequitur. Ducuntur volentes & inuiti. At neque ſequūtur, neque ducuntur, quib. ne denunciare quidem licet: quorum duo genera ſunt: nam ſunt quib. omnino non licet: ſunt, quibus ſine Prætoris venia non licet, eius permiſſu licet. In priore numero ſunt Pontifices, dum ſacra faciunt. l.2. h.t. Magiſtratus aut Poteſtates, dum munere ſuo funguntur. l. 8. D. de accuſ. l.21.h.t. l.ſed etſi,26.§.2. D. ex quib. cauſ.maio. Equites, dum publica in cauſſa tranſuehūtur. d.l.2.h.t. Iudices, dum iudicio alicui operam dant. l.2.eod. nam iudicare munus publicū eſt. l.quippe,78.D.de iud. Patroni, ſiue Aduocati, dum cauſſas agunt. l.2.eod. Item, qui iuſta mortuo facit, funúſve ducit. d.l.2. nā funeris cauſſa publica eſt. l. ſunt perſonæ, 43.D.de relig.& ſumtib. fun. eóque nomine cognitio ſuſtinetur, l.interdum,36.de iud. Item furioſi & infantes. l.4.& impuberes doli incapaces: nam doli capaces & vocare & ducere inuitos licet. l.impuberē,23.D.de furt. In altero numero ſunt generaliter omnes, quib. reuerentia debetur. l.13.h.t. nam hos volentes quidem vocari licuit, inuitos nō licuit. l.1.ex quib. cauſſ. maio. Primum autem locum obtinent Parentes, non tātùm qui in poteſtate habēt, ſed etiā qui emāciparūt, aut in adoptionē dederunt. l.liberto, 9. D. de obſeq. pręſt. ac proinde mater hoc numero habetur. l.3.C.h.t. nō modò qui ſui iuris ſunt, ſed & qui adrogādos ſe dederūt. l.8.§.1.eod.l.2. Qui ſat.cog. nō modò legitimi, ſed etiā naturales; neque tātùm naturales legitimi, verùm etiā adoptiui. l.4.& ſeqqq. ȷ. eod. Eodem in numero ſunt, ſocer, nurus, qui parentum locum obtinēt. l.quia,15. Sol.matrim. Ergò etiā vitricus & nouerca. §.adfinitatis, Inſt.de nupt. l.ariſto,40.D.de rit.nupt. Itē maritus, cui ab vxore debetur reuerentia, l.alia,14.in fi.eod. Itē patroni patronę, parentes liberíque eorum. l.4.8.11. Itē vxor patroni, ac proinde patronæ maritus. l.1.C.eod. itē ipſius heres quāuis extraneus. l.2.C.eod. Atque hęc quidē de parent.& patronis, ſiue ſuo ſiue alieno nomine interueniant. l.10.§.vlt.ȷ.eod.l.4.§. aduerſus, D. de dol.except. tametſi filij vel liberti alieno nomine agentes reuerētiā nō debēt. l.16.h.t. Quod ſi cōtrà edictū in ius vocentur, l.aureorū pœna eſt. l.pen.& l. vlt. ȷ.eod. Deinceps de reliquis videamus: tametſi qui ſequantur volentes, quíque ducantur nolentes, enumeratis iis qui nolentes non ducātur, facilè intelligitur. arg.l.1.D.de his qui ſunt ſui.

§ 4 Ergò cùm inuitū domo educere nō liceat, quia domus propter Deos penates tutū cuiuſque receptaculū dicebatur. l.18.ȷ.eod.l.nemo,105.de reg.iur.l. qui in domū,23.de iniur.& apud Cic. p dom.& in Vatin. & Quinct.l.1.7.c.8. ſequitur vt volētē & vltrò ſequētē in ius vocare liceat. l.21.ȷ.eod. Cùm inuitū parētē aut patronum vocare non liceat, l.1.D.Ex quib.cauſſ.mai. eúmque qui in magiſtratu eſt, l.ſi rem, 12. D.Iud.ſol. ſequitur, vt volentē liceat: niſi fortè hic Reip. operam det, ſuóque munere fungatur, l.8 D.de accuſ. Minores autē magiſtratus vocare in ius licuit, l.nec magiſtratibus 32.D.de iniur.& apud Agell.lib.13.c.12.

A B C D E F G

SIQVIS IN IVS VOCATVS NON IERIT.

TIT. V.

Quæ pœna in eum conſtituta erat qui vel latitat, vel non abduci ſe patitur.

2 *Pœnæ & multæ differentia.*

SI in ius vocatus nōn ierit, ſi quidem latitat, tribus Edictis euocatur: & in eius bonorum poſſeſſionem mittitur, l.ad peremtoriū, 68. D.de iud. l.ſatiſquè, 19.D. tit.prox. ſup. ſi non latitet, neque abduci ſe patiatur, ius dicentis arbitrio multatur. l.2.ȷ.h.t. quaſi ius dicentis auctoritatem contemſerit. l.5. De iud. quinetiam ſi in ſtipulatione iudicio ſiſti pœnam promiſerit, ea quoque inſuper actione tenebitur, l.1.l.3. D.de eo per quem. Idem puto ſiquis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit vt eſt in hac Rub. quam idcircò veriſſimam eſſe ſtatuo capútque illud deeſſe in l. 2. h. t. quia ſuperiore tit. non de multa, ſed tantùm de pœna dictum eſt, & de parentibus aut patronis tantùm, non etiam de aliis quos vocare non licere diximus.

§ 2 Pœna iure ſcripto definita eſt: multa ius dicentis arbitrio permittitur. l.aliud,131. De verb.ſig. Prima autem lex & vlt. ad hanc Rub. non pertinent. Et hoc eſt, quod dici ſolet, eſſe perſonas quę ſine fraude in ius vocari non poſſunt, l.32. De iniur. l. 8. De accuſ. l. ſed etſi,26.§.2.D.Ex quib.cauſ.maio. vbi apertiſſimè magiſtratus à patronis & parentib ſeparātur, dicitúrque illos more maiorum in ius vocari non licuiſſe: hoc, propter Edictum Prætoris, quod ſummè notandū eſt.

IN IVS VOC. VT EANT VEL ET C.

TIT. VI.

1 *Edicti huius origo: & fideiuſſoris definitio.*

LEx fuit in 12.tab. Adſiduo vindex adſiduus eſto. Hanc prætor edicto ſubſecutus ſtatuit, vt defenſor vocatum eximere poſſit. Quem enim lex vindicèm, hunc Prætor defenſorem appellat. l.neque,22. D. de in ius voc. Plerumque autem fideiuſſor dicitur, qui vocanti per ſtipulationem promittit vocatum iudicio ſiſti: quo promittente vocatus ſtatim dimittendus eſt, alioqui defenſori iniuriarum actio competebat, l.5.D.Qui ſatiſ.cog. Iterabitur autem hæc tractatio ȷ.tit.8.

NE QVIS EVM QVI IN IVS VOC.

TIT. VII.

1 *Contra edictum eximere quid ſit. & l.pen. §.1. D.h.t. emend.*

2 *Iniuſtæ vocationis definitio.*

QVi in ius ducebatur, ſi fideiuſſorem dabat, eximi poterat, non tamen per vim aut dolū malum: nam Pretor in violentum aut doloſum exemtorem pœnalem actionem inſtituit quanti res ea fuerit. l.pen.eod. quod ſi manum armatorū coëgerit, de vi priuata tenetur. l.4. Ad leg.Iul.de vi.priu.

§ 1 Sed contra edictum eximere, eſt facere, quominus is qui non iniuria ducebatur , in ius perducatur. nam hoc verbum cum effectu accipitur. d.l. pen. §.1. eod. vbi duobus locis perduceretur ſcribendum potius exiſtimarem.

§ 2 Iniuſta vocatio eſt, cùm is qui vel more maiorum, vel edicto vocari non debuit, vocatus eſt: veluti, magiſtratus aut parens patronúſve, l. 26. §. 2. D. ex quib. cauſſ. maio. l.1.h.t. quive aliò quàm quò debuerat contrà priuilegiū ſuum vocatus eſt. l.2.eod. quāuis ipſe quidem vocatus non ſequens multa afficiatur, l. 2.D.Siquis in ius voc. l.5.D.de iud. Etſi autem iniuſta

propriè pertinent. Quare vbi nihil intereſt, veluti ſi tranſactum fuerit, impunè promiſſio deſeritur.l.2.j. eod.aut ſi exigua mora fuerit.l.8. aut morte peremtum iudicium fuerit.l.vlt.eod.aut è duob.correis alter rem ſoluerit.l.5.j.eod.Intelligendũ eſt enim hunc tit.æquè ad vtrúmque pertinere,& reum & fideiuſſorem,qui deſerunt.l.6.10.11.vlt.eod.Iuſta autem deſertionis cauſſa vtrumque excuſat: veluti valetudinis, tempeſtatis, vis fluminis.l.2.§.2.& ſeq.j.h.t. iudicij capitalis.l.4.cuſtodiæ militaris, vel vinculorum, funeris domeſtici,ſeruitutis hoſtium.l.4.§.1.item abſentiæ cauſſa Reipub.l.6.

¶ 2 Differt autem hic titulus à titulo huius libri quinto, quod in illo multatur is,qui in ius ad Magiſtratum vocatus ire neglexit.l.2.ill.tit.in hoc, qui apud pedaneum iudicem ſe non ſtiterit:in illo, contumacia eſt antè cautionem: in hoc, poſt cautionem:in illo, ſolus vocatus, in hoc & reus & fideiuſſor coercentur.in illo, multa eſt pro iuriſdictione,l.2.eod.in hoc,eius quod intereſt æſtimatio.d.l.12.§.1.h.t.

DE FERIIS.

Tit. XII.

1 *Feriæ quid ſint,earum aliæ ſollemnes ſiue legitimæ, aliæ Repentinæ.*
2 *Dilationis defin.& quid diffindi dies dicatur.*
3 *Non omnib.de cauſſis dilationes dabantur.*

¶ 1 Feriæ ſunt vacationes à forenſibus negociis.l.pen.j.h.t.Earum autem aliæ ſollemnes dicũtur quæ legitimæ atque anniuerſariæ ſunt:veluti meſſiũ aut vindemiarum.l.1.j.eod.item religionis, ſiue potius ſuperſtitionis:de quib.l.2.6.7.C.h.t. aliæ Repentinæ, quæ extrà ordinem,veluti ob lætitiam publicam indicuntur.l.3.C.de dilat.l.ſed etſi, 26.§.ſi feriæ, D. ex quibus cauſ.maio.Legendus etiam Macrobius lib.1.c.16. His igitur dieb.ius niſi certis & grauib.de cauſſis non dicebatur, quas enumerat l.2.& l.3.j.h.t.qua de cauſſa nec vocatus in ius ſequi,nec condemnatus iudicatum facere cogitur.l.2.ſ.ſiquis in ius voc.l.6.h.t.

¶ 2 Dilatio eſt reiectio cognitionis in aliũ diem, quæ his verbis fiebat: Hic dies diffissvs esto, vt vetus Horatij interpres ſcribit: nã diffindi dies dicebatur cùm differebatur cognitio, l.2.§.2.ſ. ſiquis caut.l. quæſitum,60.de re iud. Dicebatur & ſuſtineri cognitio,l.interdum,36.D. de iud.& dies proferri cognitioni.l.diem,27.l.arbiter,33.D.de recept.

¶ 3 Dabantur autem dilationes non niſi ob graues & neceſſarias cauſſas, l.1.C.de dila. Itaque & tribunal & cauſſæ cognitionem requirebant.l.4.C.eod. veluti propter iudicis aut litigatoris valetudinẽ.d.l. quæſitum.Propter teſtium aut inſtrumentorũ aut aduocatorum abſentiam.l.pen. C.eod.mortẽ patris, aut filij, aut coniugis, d. l.interdum. & quod dicit in d.l. vlt.j.h.t.in pecuniariis cauſſis non niſi ſemel dilationem dari, interpretandum eſt ex eo, quod ſubiungitur, in ſingulis cauſsis,id eſt,excuſationibus: nam ſemel data dilatio iterum cauſſa cognita concedi poteſt,l.7.h.t.l.notionem,99.de verb.ſignif. Tempora autem dilationum exponuntur in l.1. l.3.l.vlt. C.eod. Feriis ergò & dilationibus conſtabat, quod veteres Iuſtitium appellabant, quod ius per id tempus ſiſteretur.

DE EDENDO.

Tit. XIII.

1 *Edere actionem quid ſit,& Edere iudicium.*
A 2 *Edere & exhibere differunt.*
3 *Edere rationes argentariorum proprium,& qui Argentarij, ſeu Numularij.*
4 *Differentia inter has duas Editiones.*
5 *Quæritur, An vt actor actionem, ſic reus exceptionem edere cogatur.*
6 *Item, An vt actor,ſic etiam reus ſua iuſta & inſtrumenta edere cogatur.*

B Hvivs Edicti duæ ſunt partes: quarum prior iubet eum qui litem intendere cogitat,ſuam actionem edere: poſterior,argentarium ſuas rationes exhibere.

¶ 1 Edere ſuam actionem dicitur, non modò qui genus ſiue formulam actionis, verùm etiam inſtrumenta litis quibus in iudicio vſurus eſt,demõſtrat,l.1. l.3.j. eod.l.non videtur, 33. D. de iud. nam nec ſine actione experiri quiſquam poteſt,l. quoties, 9.§.1. in fi. D. de admin.tut.l.6.§.vlt.De neg. geſt. nec niſi coC gnitis litis inſtrumentis ſtatuere, vtrum cedere,an cõtendere debeat, l.1. j. eod. Dicebatur etiam edi iudicium,l.accipientis,15.C.de auct. tut. l. 2. D. pro don. Cic. in Quinctiana: iudicium quin acciperet in ea ipſa verba quæ Næuius edebat, non recuſaſſe. Item: ſe iudicium id quod edat accipere.Idem Verr. V. Edixit vt quod Decumanus edidiſſet ſibi dari oportere,id ab aratore magiſtratus Siculus exigeret.Item: Quantum Apronius edidiſſet deberi,tantum ex edicto dandum erat. Itaque actionis editio ſpeciem futuræ liD tis demonſtrare dicitur.l.3. C. eod. nam edenda ſunt omnia quib. actor in iudicio vſurus eſt. d. l.1. §. edenda,hoc tit. etiam ipſius actoris rationes,l.5.& omnib. ſeqq.C.h.t.

¶ 2 Sed aliæ ſunt editiones quæ propriè exhibitiones dicuntur: nam propriè edimus vltrò & ſponte, vt cùm actor ſua iuſta & inſtrumenta oſtendit aduerſario.Exhibemus compulſi & coacti,vt cùm teſtamenti tabulas cogimur iis proferre qui aliquid in iis adſcriptum habent.l.1. D. de tab.exhib. aut rationes E noſtras,l.pen. D. ad exhib. In eodem numero ſunt, procurator, ſocius, tutor, qui quamuis exhibere magis propriè dicerentur, promiſcuè tamen edere dicuntur in l.9.hoc t. l.Lucius,46. §. tutelæ, De admin. tut. Sequitur altera pars de argentariorum editione, quam veriùs quoque exhibitionem dicere poſſemus.

¶ 3 Ergò edere rationes dicitur argentarius, qui tabulas accepti & expenſi poſtulatu actoris F profert: quod inſtrumentum argentariæ appellatur, l. 4. l. 6. j. eod. Magnus Romæ argentariorum vſus fuit: nam cùm rei pecuniariæ & monetalis periti eſſent, moris erat, vt apud eos pecuniæ collocarentur, interdum cuſtodiæ tantùm cauſſa, plerúmque autem exercendi & fœnerandi. l. 7. §. D. depoſ. l. ſi res, 50. D. de admin. tut. Itaque Tabernæ illorum iuris erant publici. l. qui tabernas, 32. D. de contrah. emt. principaliſſque illorum opera in ſingulorum ciuium rationibus diligenter conficiendis verſabatur, l. 10.infra,eodem. G nam diem & Conſules notabant, modúmque obligationis & ſolutionis, l.6. §. rationem,infra,eodem. qua de cauſſa Codices eorum fidem publicam habebant. l. ſi ventri, 24. §. 2. D. de rebus auct. iudi. poſſid. d.l. 10.infra,hoc titulo. A quo pecuniam acceperant, ei acceptum ferre: cui dederant, expenſum ferre dicebantur. Eáque litterarum ſiue nominum obligatio dicebatur,§. 1. Inſt. de litter.oblig. Non abſi-

miles erant Numularij, qui pecunias probabant, l. ſi ſoluturus, 39. D. de ſolut. eáſque apud ſe accuratim depoſitas per partes erogabant. l. 9. §. 2. j. h. t. Ergò ſi argentarius Titij nomine Mæuio pecuniam expenſam tulit, quam Titius velit repetere, per hoc edictum coget argentarium rationes ſuas ſibi exhibere, quarum teſtimonio aduerſus inficiantem vtatur.

§ 4 Sed inter illas Editiones duas hoc intereſt: illius nomine nulla comparata eſt actio, quia ſponte id facere actor debet, alioqui nihil ageret. huius nomine actio in argentarium inſtituta eſt in id quod actoris intereſt, ſi dolo malo non exhibeat. l. 6. §. 4. l. 8. l. 10. §. 2. j. eod. Itaque qui illam exigit, non iurat: qui hanc exigit, iurare de calumnia cogitur. l. 6. §. 2. j. eod. Illa antè vocationem in ius fiebat, vt dicemus ad tit. ſeq. hæc poſt litem conteſtatam cum argentario, l. 6. j. eod. Illam ſolus actor præſtat: hanc etiã reus, vtpote argentarius. l. 4. j. eod. Illa vni ei qui in ius vocatur, præſtanda eſt: hæc omnibus quorum intereſt, d. l. 6. §. 4. & l. 9. §. vlt. j. eod. Illa ſine die & Conſule fieri poteſt, vt ſatis ſit ſolum exemplum exhiberi: alioqui moliendi aliquid & corrumpendi facultas reo præberi poſſet, l. 1. §. 1. j. eod. l. 2. §. 4. D. teſt. quemad. aper. veluti, die prælato. d. l. 1. id eſt anticipato, quod vulgò dicimus, antidato. l. ſi debitore, 28. de falſ. hæc diem & Conſulem requirit, vt accepti & expenſi collatio fieri poſſit. l. 1. in fi. j. eod. Illa ſoli reo prodeſt, ne de improuiſo atque imparatus opprimatur. l. 1. j. eod. & vt bonam fidem agnoſcenti ſpatium ſoluendi detur. l. ſi debitori, 21. de iudic. hæc verò ſoli ei qui agit prodeſt, nimirum cuius intereſt. l. 6. §. 4. j. eod.

§ 5 Ad extremum duplex ſupereſt quæſtio; An vt actor actionem, ſic reus exceptionem edere cogatur, quoniam actionis verbo ſæpè continetur exceptio, ſed in hac ſola iuris parte actio non continetur. l. 8. §. 1. De verb. ſig. ſumta ex eodem Paulli lib. vnde l. 2. 5. 7. 9. huius tit. ſumtæ ſunt; & magis reo fauetur qui ex tempore capere conſilium cogitur, quam actori qui paratus meditatúſque ſua ſponte in certamen deſcendit. l. qui in alterius, 42. §. vlt. de reg. iur.

§ 6 Altera quæſtio eſt, an vt actor, ſic etiam reus ſua iuſta & inſtrumenta edere cogatur: nam tabulas teſtamenti Prætor exhiberi iubet. l. 2. D. teſt. quemad. aper. l. 1. de tab. exhib. ſed neque origo petitionis inſtrumentis eius, qui conuenitur, fundanda eſt. l. vlt. C. h. t. l. penul. D. ad exhib. & actoris editio fit antè litem conteſtatam, poſt conteſtatam reus vel ſolius iudicis inſtruendi cauſſa exhibere ſua inſtrumenta cogitur. l. 1. C. eod. l. penult. §. vlt. D. Ad leg. Falcid. l. 1. C. de contrah. ſtip.

DE PACTIS.

Tit. XIV.

1 *Continuatio, ſeu potius turbatus ordo Rubricæ.*
2 *Pacti ſeu conuentionis generalis defin.*
3 *Eius quattuor ſpecies:* I. *Pactum legitimum.*
4 II. *Contractus, quorum alij Nominati, alij Innominati.*
5 III. *Nudum Pactum: huius aliud eſt Diſſoluens, aliud Minuens, aliud Adijciens.*
6 IV. *Naturale, veluti Pactum de permutando.*
7 *Obiter aliæ Pactorum diuiſiones notantur.*
8 *De perſonis, quæ paciſci poſſunt.*
9 *De rebus, de quibus paciſci licet.*
10 *De iure Pactorum.*
11 *Differentia inter Contractus & Pacta.*

§ 1 ANTE litis exordium fieri conuentio ſolebat, id eſt compellatio debitoris aut poſſeſſoris, adhibitis teſtib. cum denunciatione vt petitori ſatiſfactum vellet, l. ſi quo tempore, 41. De petit. hered. l. ſi homo, 45. De rei vind. Plerumque autem ſi qua controuerſia ſubeſſet, ea conuentio intra priuatos parietes amicorum interuentu fiebat: eóque loco qui acturus erat genus actionis litiſque futuræ inſtrumenta edebat, vt modò dictum eſt; tum eorundem amicorum interuentu interdum tranſactio & compoſitio fiebat. l. tranſactionem, 35. C. de tranſact. ſi res conuenire non poterat, in ius vocatio ſequebatur: cúmque ordinem conuentionis, editionis, tranſactionis, in ius vocationis Prætor quidem in Edicto ſecutus eſt, vt ex Paulli & Vlp. librorum inſcriptione intelligitur. Nam ille libro 3. hic 4. de edendo & pactis: de in ius autem vocando ille libro 4. hic 5. tractarunt. Eiuſdemque ordinis teſtimonium & exemplum in Orat. pro Quinctio luculentum extat: ſed Tribonianus Rubricarum ordinem ad ſuum arbitrium commutauit. Cùm igitur tranſacto negocio mentio litis extincta eſſet, l. 2. D. ſi quis caut. l. neque, 22. De in ius voc. ac proinde de tranſactione hoc loco dicendum eſſet, è re nata de pactis quoque tractatum eſt.

§ 2 Conuentio, Conuentum, Pactio, Pactum, & pactum conuentum (quæ ſynonyma ſunt) ſummo genere dicuntur, conſenſio de quouis negocio, quòd ad rem paciſcentis familiarem pertineat. l. 1. j. eod. nã ad publicas pactiones Prætoris edictũ nõ pertinet.

§ 3 Eius quattuor ſunt ſpecies: Prima dicitur pactum legitimum, cuius cauſſa per legem aliquam cõſtituta eſt actio, veluti furti aut iniuriarum. l. 6. l. 7. §. ſi paciſcar, h. t.

§ 4 Secunda, contractus. Sed contractuum quorundam cauſſa certæ priſcis temporibus compoſitæ fuerunt actiones ab auctoribus iuris. l. 2. §. deinde, De orig. iur. Atque hi propterea Nominati dicebantur, quoniam eorum actiones ſollemne nomen habebãt. Alij verò Innominati, l. 7. h. t. Illi cauſſam & nomen habere dicuntur: hi cauſſam tantùm. d. l. 7. l. 2. D. de perſc. verb. Cauſſa eſt datio vel factum certa lege. l. 8. D. eod. Ex illis ſollemnes actiones dantur, ex his perſcriptis verbis.

§ 5 Tertia eſt eorum quæ neque nomen neque cauſſam habent, quæ paſſim Nuda nominantur. d. l. 7. §. ſed cùm nulla, j. eod. hæc per ſe non conſtant, ſed ad aliud principale negocium pertinent vel diſſoluendum, vel minuendum, vel amplificandum. Diſſoluẽs eſt, quod contractum negocium, vel ipſo iure, vel per exceptionem reſcindit. Ipſo iure, veluti cùm re integra cõuenit, vt ab emtione diſcederetur: d. l. 7. §. adeò. & l. 2. C. quand. lic. l. 5. §. 1. D. de reſcind. vend. Per exceptionem, cùm Prætor in iudicio conſtituendo exceptionem adiunxit, cuius vnicam ſpeciem eſſe arbitror: pactum de non petendo. quare ipſius hæc formula eſt: NISI DE NON PETENDO PACTVS SIT. l. ſiue apud, 28. C. de tranſact. Minuens ſiue detrahens pactum eſt, quod de contractus forma detrahit, veluti ſi poſt contractam togæ aut lancis emtionem conuenerit vt toga inemta ſit. l. 4. D. de reſc. vend. Amplificans ſiue adiiciens, quod ad ſuperioris contractus formam adiicit: veluti vt venditor de euictione ſatiſdet, l. pacta, 72. D. de contrah. emt. Nudorum pactorum hoc ius eſt, vt ſi contractui confeſtim adhibita ſint, quaſi in eo inſint, pars eius cenſeantur, actionémque ex eo contractu naſcentem informet:

forment: ſin ex interuallo, non inſint, ſed ex parte rei locum habeant, atque à Prætore per exceptionem adiuuentur, d.l.7.§.quinimò, h.t.

§ 6 Quarta ſpecies eorum eſt, quæ naturalia dicere cogimur, propterea quod etſi æquitate naturali conſtent, tamen neque ciuili neque prætorio iure comprobãtur, neque vlla eatum vis eſt, veluti Pactum de permutando, l.1. D. de rer.permut.de diuidenda hereditate, l.diuiſionis, 45.ĩ.h.t.l.ſi diuiſionem, 15.C.fam.erciſc.

§ 7 Sequuntur aliæ Pactorum diuiſiones, vt quædam ſint expreſſa, alia tacita, quorum exempla ſuppeditant l. 2.3.4.ĩ.eod. Alia ſint in perſonam, quibus certæ perſonæ definiuntur: alia in rem, quæ infinitè, & ſine perſonæ vllius notatione fiunt, l.7.§. pactoram, ĩ.eod.alia quibus melior, alia quibus deterior noſtra condicio fit, l.per quas, 59.ĩ.eod. Deinceps de perſonis, rebus & iure diſſeremus.

¶ 8 De perſonis regula conſtituatur: Paciſci poſſunt ſoli patresfam. qui ſuæ rei adminiſtrationem habent. Excipiuntur tamen pupilli, ſi ſuam condicionem; filijfam. & ſerui, ſi parentum aut dominorum meliorem condicionem fecerunt, l. 28. §. 1. l.21.l.59. ĩ. h. t. Præterea iidem de re peculiari cuius liberam adminiſtrationem habent, ita paciſci poſſunt, ſi meliorem ſuam condicionem fecerunt, l.19. l. 28. §. 1.eod.

§ 9 Sequitur regula de rebus: Paciſci de iis demum reb.licet, quarum, vt diximus, commercium & adminiſtrationem habemus. Itaque remouentur primùm quæ ſacri aut publici iuris ſunt, l.27.§.pacta. nam ius publicum priuatorum conuentionibus non immutatur, l. ius publicum, 39. ĩ.eod. Deinde quæ alieni iuris ſunt: nam alter de alterius negocio paciſcendo nihil agit; l.quo tutela, 73. de reg.iur. ſi modò planè extraneus eſt, l.3. l. vlt.C. de inutil.ſtipul.nam qui in noſtra poteſtate ſunt, dum meliorem noſtram condicionem faciant, nobis paciſci poſſunt, l. 59. l. 17.§. vlt.& ll.ſeqq.ĩ.eod.l.filius, 23. C. eod. item liber homo, ſeruúſve bona fide poſſeſſus, vſufructuarius, vſuarius.d.l.59.ſic tutor pupillo, curator adoleſcenti, prodigo, furioſo, rectè in eorum vtilitatem paciſcuntur, l.15.l.28.§.1.ĩ.eod, l.pactum, 22.C.eod. Procurator verò ita demum paciſcitur, ſi eius rei mandatum habuit, l.8.C.de trãſact. Quinetiam pacta in rem omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe intereſt eius qui paciſcitur, l.21.§.vlt.ĩ.eod. veluti fideiuſſori, ſi principalis pactus ſit; non ex contrario, d.§.vlt.& ll.ſeqq. Itaque vnius ex duobus argentariis aut correis conuentio ita demum alteri prodeſt, ſi ſocij ſunt, l.25.l.27.eod.

§ 10 Sequuntur regulæ de Pactorum iure. Perſonale pactum alteri perſonę neque prodeſt, neque nocet, l.25.§.1.l.27.§. pacta.eod.l.24.l.25.C. eod. Pactum de vna re factum valere in alia re non poteſt, d.§. pacta. Pactum contrà ius bonóſve mores dolóve malo factum à Prætore non ſeruatur, l.17.§.ait Prætor, §. ſi paciſcar, ĩ. eod.l.6.C.eod. Pacto nudo neque conſtituitur neque tollitur obligatio ciuilis, l.7.infrà, eod. nam ita ius ciuile comparatum erat, vt ciues R. nudis pactis non obligarentur, ait Paullus lib.Sent.2.tit. 14.l.27.C.locat. Naturalis autem obligatio eodem pacto & contrahitur & diſſoluitur. l.Stichum, 95.§. naturalis, de ſolut. Itaque pactis ſubiungi ſtipulationes ſolebant, vt paciſcentes obligari ciuiliter, id eſt efficaciter poſſent. l.7.§.quod ferè, ĩ.eod.l. pacto 15. D. de tranſact. Pactum nudum ſeruatur à Prætore per exceptionem, ſi qui de non petendo pactus eſt, contra fidem datam petere inſtituat, l.7.§.1.& §.ait Prætor, ĩ. eod. Doli exceptio ſubſidiaria eſt pacti exceptionis, l. 10.§.vlt.ĩ.eod. Omne pactum poſteriore pacto diſſoluitur, non tamen ipſo iure, ſed auxilio Prætoris, l.27. §.pactus, ĩ.eod.l.12.C.eod.

§ 11 Poſtremò notanda eſt differentia inter Contractus & Pacta. Contractus eſt conuentio iuris ciuilis, ex qua cùm obligatio ciuilis contrahitur, tum etiam efficax actio naſcitur. Pactum eſt conuentio iuris Prætorij, ex qua vel naturalis tantùm obligatio naſcitur; vel ciuilis augetur, aut tollitur, aut minuitur, ſed per exceptionem tantùm: quamquam ex pacto nõ naſcitur actio, l.ſoluit, 15.de perſcr. verb.l.5.C. de contr.ſtipul.

DE TRANSACTIONIBVS.

TITVLVS XV.

1 *Tranſactionis definitiò: quæ & Deciſio litis & διάλυσις vocatur.*

2 *Conuenientia inter Pactum & Tranſactionem.*

3 *Differentia inter eadem.*

4 *Tranſactio ſiue contractus innominatus: & de alimentis.*

§ 1 TRANSACTIO eſt conuentio de re ambigua, per quam vel vitandæ vel finiendæ litis cauſſa, eius rei pars auferrur, pars remittitur, l.38.C.h.t.nã quaſi quædam compoſitio eſt inter aduerſarios, vt è re controuerſa neque totum neque nihil actor auferat: quapropter Deciſio vulgò appellatur, quaſi litis partitio, l.3.D. ad l. Falc.l.cum eo, 44.D.de pact.non enim rei partitio tranſactio eſt, ſed litis, l.13.C.de furt.l 21. C.de ſolut. vnde litis deciſio dicitur, l.24.C.h.t.& à Græcis διάλυσις, quoniam litem diſſoluit ac dirimit, l.1.§.vlt. ad Sen. Tertyll. Tranſigere namque propriè eſt finem imponere, l.tranſacta, 229.D.de verb.ſig.

§ 2 Inter pactum & tranſactionem hæc conueniunt: Idem vniuſque genus eſt, nimirum conuentio, l.1.D.de pact. Inter quas perſonas pactum, inter eaſdem tranſactio fit, exceptis litigatoribus. nam lite inſtituta non iam pacto ſed tranſactioni locus eſt, l.1. ĩ.eod. Quibus de rebus pacta fiunt, de iiſdem & trãſactiones fiunt, auctore Paullo lib.Sent.1.tit.1. præterquàm de incertis, vt mox dicemus. Idem tranſactionis quod pacti nudi ius eſt, nimirum vt nõ actionem, ſed exceptionem pariat, l.17.l.28.C.h.t.

§ 3 Differentiæ ſunt huiuſmodi: Pactum fit de re certa; Tranſactio de incerta, l. 1.ĩ.eod.neque tantùm de litigioſa, id eſt poſt litem cõteſtatam ambigua, verùm etiã lite imminente, atque adeò de opinata dumtaxat, id eſt, de metu litis, l.2.C.eod.itémque de ſpe dubia, l.11.C.de pact.l.qui Romæ, 122.§.vlt.de verb.oblig.itémque de lite in qua error verſatur, l.23. C.h.t. Secundò in pactis quãtitas eius quod remittitur ſemper certa eſt, ſemperque aut totum aut pars certa remittitur, velut in l.ſi vnus, 27.§.ſi cum decem, l.intra, 41.l.ſiquis, 49.D.de pact.at in Tranſactionib.nõ modò quantitas, ſed etiã res ipſa ſemper incerta eſt: quod enim remittitur tantummodò in opinione, vt modò diximus. Tertiò, pactum ex mera liberalitate proficiſcitur, & fit animo donãdi.d.l.1.& l.9.D. de donat. Trãſactio ex metu periculi & propter incertum litis vel motę vel imminentis euentum.d.l.2. C.eod.quapropter pactum ſemper eſt gratuitũ, Tranſactio nunquã gratuita.d.l.38.& l.12.C.h.t.l.3.C.de repud.hered.

vt inſitam opinionem eximere non poſſim, pactum per ſe conſtans & abſolutū numquam niſi donationis cauſſa fieri. quapropter pactū donationis cauſſa & tranſactio inter ſe opponuntur, d.l.3.C.de repud.her. l.6.C.de ſolut. ſicut aliis locis donatio tranſactioni, l.34.C.h.t.l.13.§.Papin. D.locat. Quartò, pactum fit ſine metu, ſine vlla ſuſpicione cōtrouerſiæ; ac proinde ante vocationē in ius & litem conteſtatā. Tranſactio verò poſt metum controuerſiæ, & non modò antè, verùm etiam poſt litē conteſtatam, l.eleganter, 23.§.2.D.de cond.ind. Illud poſt rem iudicatā donationis cauſſa, ait Paul.Sent.1.t.1. hæc poſt rem iudicatam fieri nō poteſt, l.32.C.h.t.d.l.23 §.1.D.de cōd.ind. Quintò, tranſactio nulla eſt tacita, nulla in rem: nam & expreſsè & cum certa perſona fit. Sextò, nulla tranſactio cauſſam & nomen habet: omnes nudæ ſunt: & omnes ſub pacti nudi ſpecie continentur: tametſi docendi cauſſa tranſactio dici poſſit alia nuda, quæ ſola conuentione conſtat: alia, vt ſic dicam, Aquiliana, cui Aquiliana interrogatio ſubiuncta eſt, l.15.eod. quamquā hæc non iam tranſactio, ſed acceptilatio dicenda eſt.

§ 4 Cauendus eſt autē error cōmunis, ne dicamus, tranſactionem eſſe contractū innominatum: Do vt facias, id eſt, à lite diſcedas. Primùm quia conuentiones illæ pariunt obligationem, & perſcriptis verbis actionē, cùm vna ex parte datū aut factum eſt, l.1.D.de rer. permut. Tranſactiones autem neque obligationē, neque actionem pariunt, ſed tantùm exceptionē, d.l.28. ʒ.h.t. Denique hoc intereſt quod vis contractuū innominatorū in tempore præterito poſita eſt: vis pactorū & tranſactionū in futurum tempus cōfertur: nā A illa conuentio, Dabo decem vt furē indices, nuda pactio eſt, at ſi X. data ſint, aut fur indicatus, contractus innominatus eſt, l.ſolent, 15.D.de perſcr.verb. Ex quo intelligendum eſt pactū nudum de dando vel faciendo in poſterū, vbi altera ex parte impletū eſt, contractum innominatum euadere; l.6.C.h.t. vbi cōuentio vt res detur & à lite diſcedatur, tranſactio eſt. At ſi actor litem remiſerit, contractus eſſe incipit: neque.n. ampliùs nudū pactū dicitur, cùm quid certa lege datū eſt, l.6.in fi.de perſc.verb. Denique contractus B pertinent ad contrahendā obligationē, tranſactio ad diſtrahendā. De perſonis autem, rebus & iure eadē ferè quę de pactis diximus, etiam in tranſactione dici poſſunt. De alimentis tamen id ſummatim adiungendū eſt: cùm ij quib. alimenta legata erant, perſæpè minimo præſenti cōtenti, cum herede tranſigerent, atque ita defunctorum voluntates euaneſcerent, S.C. factū eſt, ne de alimentis, niſi auctore Prætore, & cauſſa cū conſilio cognita, tranſigerē liceret, l.8.ʒ.h.t. vbi tamē perſpicuè melior alimentarij condicio efficitur, tranſ C actio etiam ſine Prætore rata eſt, d.l.8. §.eam. Sed dè alimentis, quæ inter viuos conſtituta ſunt, etiā inconſulto Prætore licet tranſigere: primùm quia Senatus nominatim de iis quę teſtamento relicta eſſent, mentionem fecit. Deinde quod Senatus præter curam alimentariorum, etiam teſtatorum curam ſuſcepiſſe, intelligitur: cùm publicè expediat ſuprema hominū iudicia exitum habere, l.5.D.teſt.quemad.aper. Vide plura & de alimentis & de tota tranſactionum materia in Diſput.noſtra De tranſactionibus.

D

LIBER III.

DE POSTVLANDO.

TITVLVS I.

1 *Poſtulare quid ſit. idem ſignificat quod Agere.*
2 *Qui pro alio poſtulat, Patronus, Orator, Aduocatus, Cauſſidicus, Togatus, &c. dicitur.*
3 *Quibus neque pro ſe, neque pro alio poſtulare licet.*
4 *Quib. alieno nomine poſtulare non licet.*
5 *Qui pro certis perſonis poſtulare prohibentur.*

§ 1 POSTVLARE præciſè dicimus, pro Poſtulare ſibi ius ab eo reddi, qui ei reddendo cum poteſtate præfectus eſt: nā qui non poſtulauit, experiri & litigare nō poteſt, l.4.§. hoc autē D.de damn.inf. Olim autem pro ſe quemque poſtulare oportebat, pro alio nō licebat, §.1.Inſt. de iis per quos ag. poſteà iure agere pro alio permiſſum eſt: lege agere ſemper interdictum, l.nemo, 123. de reg.iu l. poſt mortē, 25.D.de adop. Itaque poſtulare definitur, ſuum vel amici deſiderium exponere, l.1.§.1.ʒ.h.t. id eſt, pro ſe vel alieno nomine cauſſam agere: vnde agere & poſtulare promiſcuè dicuntur, & tam de reis quàm de actoribus vſurpantur, l.1.§.poſteà, infrà, eodem.

§ 2 Qui verò alieno nomine agit aut poſtulat, Patronus dicitur & orator, aduocatus, cauſſidicus, & togatus, & procurator, & defenſor. Item adeſſe ſiue aduocationē præſtare, l.6.ʒ.h.t. Similiter olim tantùm poſtulare in iure pro tribunali & apud magiſtratum licebat, l.1.§.1.ʒ.h.t.d.l.4. De damn.inf. Poſt verò vbicumque cauſſa agebatur, poſtulari licuit, etiam apud iudicem pedaneum.

§ 3 Hoc autē Edictum quod totū prohibitoriū eſt, tripertitum eſt: quibus neque pro ſe neque pro alio poſtulare liceat: quibus alieno nomine non liceat: & quibus pro certis perſonis nō liceat, l.1.initio, h.t. In primo numero ſunt minores annis XVII. §.vl.Inſt. qui & quib. ex cauſſ. ſiue, vt loquitur Vlp. minores annis decem & ſeptem, qui eos nō in totum compleuerint. l.1.§.2.ʒ.hoc t. cui congruit quod dicitur in l.13. D.de man.vind. ſeruum procuratoris habendi cauſſa manumitti non minorem annis decem & octo. quod Populi R. inſtituto conſentaneū eſt, quo adoleſcētes E anno ætatis decimo ſexto exactō, prætexta toga depoſita, viriliſque ſumta, ſeſe nobilis alicuius Iuriſconſulti diſciplinæ dabant, forúmque ſectabantur: vt anno vno exacto poſtulare pro aliis poſſent: vt non dubium ſit, quin apud Iuſtinianum pro XVII. corrigendum ſit, XVIII. in §.pen.Inſt. qui & quib. ex cauſſ. quemadmodum ex antiquorū librorum auctoritate iampridem in Inſt.comment. admonuimus. Pro ſe verò minores annis XXV. niſi curatorem haberent, poſtulare non poterant, l.in vniuerſis, 11. C.qui dant.tut. l.2.C.qui legi. F perſ. Item Surdi. d.§.2. Muros non lex, ſed natura prohibet: nam vbi nutus ſufficit, admittuntur muti: vbi verbis opus eſt, excluduntur, l.1.De verb.obl. Item à Catholica religione alieni. l.vl.C.eod. Item quib. poſtulatione à magiſtratu interdictum eſt, l.6.l.8.ʒ.eod. l.1.C.eod. litteratum ignarus, l.2.C.eod.

§ 4 Secundum numerū obtinēt, primùm mulieres, quib. ne pro parentibus quidem, niſi cauſſa cognita, poſtulare licet, l.fœminas, 41.D.de procurat. neque omninò pro liberis, l.alienam 18. C.de procur. l.liber- G to, 31.§.pen.D.de neg.geſt. Cui edicto C.Afraniæ petulantia cauſſam dedit, l.2.ʒ.h.t. Sic.n. legendum eſt

auctore

auctore Valerio Max.lib.8.c.3.deinde Cæci, qui quáuis locum ſenatorium & magiſtratum retinere poſſint,pro aliis tamen poſtulare prohibentur, d.l.1.§.4. vnde intelligitur poſtulandi pro ſe neque mulieribus neque cæcis ius adimi, quod de mulieribus Paullus teſtatur, lib.1.ſent.tit.2.cùm tamen edicti rationes ab Vlp.ſubiectæ ad primum numerum pertineant,quod cæcus inſignia magiſtratus intueri non poteſt:mulier virilib.officiis fungi non debet: qua de cauſſa ſimpliciter poſtulare prohibetur in l.2.De reg.iur. Tertiò, qui muliebria paſſi ſunt, qui capitali aut alio famoſo crimine damnati ſunt,& harenarij & beſtiarij,d.l.1.§. 5. Quartò Illuſtres,clariſſimi, ſpectabiles, l.pen.& l. vlt. C.de procur. & Nou. 71. qui regendæ prouinciæ munus ſuſcepit,l.9. C.de aduocat.diuerſ.iud. Cohortales,qui patriæ functiones debent,l.2.l.17.C.eod.Itē iuris ſtudioſi,qui ſtatuto tempore non ſtuduerint, & à ſuis Doctoribus doctrinę teſtimonium non habuerint,l.nemini,11.C.eod.l.3.C.tit.ſeq.

§ 5 Ad tertium numerum pertinent,Infames,l.1. §.4.& §.7.j.eod.de quib.prox.tit.dicetur. Hi per aliū quidem agere & procuratorem dare non poſſunt, §. vlt. Inſt. de except. at per alium poſtulare & litem ſuam exercere non prohibetur.Item,qui in ipſa cauſſa iudex eſt,l.6.C.h.r.itémque aduocatus fiſci,& Decurio in ea cauſſa poſtulare non poteſt.l.pen.j.eod.l. 2.C.de aduo.iud.Pœna autem huic edicto non parentis eſt,vt neque pro aliis poſtulare poſſit,& iudicis arbitrio mulcretur,l.1.§.qui aduerſus,j.eod.

DE HIS QVI NOT. INFAM. TITVLVS II.

1 *Infamis quis dicatur:& vnde dicta ignominia.*
2 *Nota & infamia differunt:& vtriuſque exempla.*
3 *Infamia tribus modis inrogatur: Facto, Iudicio, Decreto.*
4 *Facto infames quomodo fiant.*
5 *Iudicio infames qui dicantur.*
6 *Qui Decreto fiant infames.*
7 *Vulgata diuiſio vt infamia ſit aut iuris aut facti, non ſatis probatur.*

§ 1 INFAMIS eſt,cui publici iuris auctoritate impoſita ignominia eſt,l.1.§.ait Prętor, D. de poſtul. l.1.in pr. j. eod. nam ex turpi notatione nominis, ignominia, ex ignominia infamia naſcitur. Ignominia, enim à nomine dicta eſt, vt ait Cicer. de republ. 4. Ignominia verò ex multorum fama & ſermone contrahitur: quapropter exiſtimationi opponitur, quæ eſt dignitatis illęſę ſtatus: l.pen.j. De extraord. cog. Inféméſque paſſim in libris noſtris Famoſi appellantur.

§ 2 Sed aliud eſt Infamia, aliud Nota. Nota eſt læſa exiſtimatio apud bonos & graues viros, ſed ſine effectu infamiæ. Infamia eſt læſa exiſtimatio cum effectu, id eſt, cum pœna infamib. iure publico inrogata. Notæ exempla ſunt, veluti ob damnationem furti, iniuriarum, aut alio famoſo iudicio, non ſuo nomine,l.2.D.De obſeq.parent.ob flagitiū in ancillā nuptam admiſſum.l.ſed etſi, 25. C. de adult. ob bona publicè propter æris alieni cauſſam diuendita.l.6. D. de interrog.l. primo gradu,23. D. quæ in fraud. cred. §.Quib. manum.non licet.ob patrem in ſeruitute relictum.l.1.D.de lib. cauſſ. ob petitam pecuniam non numeratam l.4 §. aduerſus, De dol. except. ob verbum aliquod grauius in teſtamento à patre interpoſitum.l. ea quæ,13. C. h. t. ob exheredationem notæ cauſſa factam, l.26. D.de bon.poſſ.contra l.1.§.2. De adſig.lib.ob remotionem à tutela culpæ nomine, l. vlt. D.vbi pup.educ.deb.ob ictum fuſtium,l.ictus,22. j.eod.& l. fuſtibus, 16. C. eod.ob ictum flagellorum ab Ædilib.impoſitum. l. eos qui, 12. D. de decur. Ob verbum atrocius à Iudice in ſentētia pronunciatum, l. verbum,17.C.eod.l.20.j.eod. ob adſiduam impudici alicuius adſectationem. l. item apud, 15. §. aliud. De iniur.

B § 3 Infamia autem tribus modis inrogatur:Facto, Iudicio & Decreto.

§ 4 Facto infames fiunt, qui artem iure publico infamem exercent, facinúſve ignominioſum palam admiſerunt, veluti qui lenocinium faciunt.l. 1.l.4. §. ait prętor.j.eod. qui artem ludicram quęſtus cauſa faciunt.d.l.1.&l.2. §. ait prætor. Item mulier quæ corpore quæſtum fecit: l.24.j.eod.non enim turpiter accipit cùm ſit meretrix, ſed turpiter facit quod ſit meretrix.l. 4.D. de cond. ob turp. Item quæ intra tempus, lugendo marito præſtitutum nupſit, aut pater qui eam collocauit, quíve eam duxit, filiúmve ſuum eam ducere paſſus eſt, l.1. l. 8. & ſeqquent.l.13. infrà, eod.l.15. C. eodem. nam propter ſanguinis turbationem nuptiæ intra certum tempus interdicuntur, l.11. j.eod.Item qui bina ſponſalia,bináſve nuptias eodem tempore habuerit, vel filium filiámve habere paſſus ſit,l.1.l.13.j.eod. Nam hæc omnia nihil neceſſe eſt iudicio damnata eſſe: ſatis eſt ſi palàm admiſſa ſint: veluti ſi mulier in adulterio deprehenſa ſit,quamuis nō damnata,l.palam,43.§.pen. De rit.nupt.nam (vt ibi Vlp.ſcribit)factum lex non damnationē notat. Quapropter idem iuris eſſe putarem,de eo,qui pretio pactus eſt ne ſecum turpi iudicio ageretur: ſiquidem eius pacti teſtatio exſtet,l.1.l.4.§.vlt.l.5 l.6.§.pactus,l. 7.eod.l.18.C.eod.qui fidem in tranſactione iuratam neglexit,l.ſiquis, 41.C.de tranſact.qui fœnus improbum exercere cōuictus eſt,l.20.C.h.r.qui appellatione omiſſa reſcriptum à Principe poſtulat, l.vlt.C. vt lit.pend. qui pupillam aut adultam ſibi filióve ſuo in matrimonium ſociat. l. 7. C.de interd.matrim.l.non eſt,68. De rit.nupt.qui Iudici,à quo appellauit, conuicium fecit, l.iudici, 42. D.de iniur.qui delationem ſuam non probauit,l.2.D.de iur.fiſc.

§ 5 Iudicio infames fiunt, qui facto quantumuis turpi admiſſo, ſine ſententia tamen & damnatione non infamantur, veluti, qui publico iudicio calumniatus eſt. l.4.§.2.j.eod.quæ per calumniam ventris nomine in bonorum poſſeſſionem miſſa eſt, l.nō alia,19.j.h.r. Item publicè criminis damnati,l.7.D.de pub.iud.Itémque furti,rapinæ,iniuriarum,doli mali, ſuo tamen non alieno nomine, d.l.7.& l.1.l.4.§.vlt. l.5.l.6.j. hoc tit.l.;. & 10. C. eod. Pro ſocio, tutelæ, mandati,depoſiti,ſuo nomine non contrario iudicio damnati,l.1.l.7.§.mandati,j.eod.l.vlt.C.eod.ad tempus in opus publicum damnati, l.6.C.eod.calumniæ præuaricationíſve in publico iudicio admiſſæ damnati, l.1.l.4.§.2.j.eod.l. 4. D. de accuſ. item expilatæ hereditatis, l.12. C. hoc tit. De ſtellionatu notanda Triobniani ſocordia eſt in l.13.§.vlt.j.eod.& l.2.D.de crim.ſtell.

§ 6 Decreto infames fiunt, qui ab exercitu ignominiæ cauſſa dimiſſi ſunt, etiam Duces ipſi ab Imperatore, l.1.l.2.j.eod.qui exauctorati ſunt, id eſt, quibus inſignia militaria detracta ſunt, l. 2. §. 2. qui Senatu vel maiore vel minore moti ſunt, l. 3. Cod. eod. l. 5. D. de decur. Porrò infamiæ effectus &

pœnæ ſunt huiuſmodi: infames ab omnibus honorib. & dignitatib. à Senatorio quoque ordine arcentur, l.1. D. ad leg. Iul. de vi pr. l.2. C. de dign. lib.12. atque etiam deiiciuntur, l.8. C. de Decur. itē à poſtulationib. l.1. ſ.t. prox. à teſtimoniis, l.3. §. pe. D. de teſtib. quamquā propter varias cauſſarū condiciones ea res prudentiæ iudicis permittitur, l. quęſitum, 13. l. ob carmen, 21. §. 2. j. eod. Item ab accuſationibus, l.8. D. de accuſ. niſi fortè in crimine maieſtatis, l.7. D. ad leg. Iul. maieſtat. in eo quòd ad publicam annonam pertinet, l. mulierē, 13. D. de accuſ. Item ab ordine militari, l.4 §.4. D. de re milit. Iure quoque & lege agere infamib. olim nō licuiſſe patet ex l.1. §.4. & 7. D. de poſtul. §. vlt. Inſtit. de except. & Quinctil. lib.3. c.6. & lib.7. c.5.

§ 7 Quæ cùm ita ſint, vehementer dubitare me fateor de recepta & peruulgata diuiſione infamiæ, vt alia ſit facti, alia iuris: facti eſſe, ſiquis publicum crimen commiſerat, cuius ſecuta damnatio fuerit: iuris, cùm etiam ſecuta damnatio eſt: nam ſuperius oſtendimus, infamiam iuris, id eſt, infamiam infamantem, efficacem & pœnis adficientem, ſolis factis etiam ſine vllo iudicio & damnatione inrogari.

DE PROCVRATORIBVS ET DEFENSOR. TIT. III.

1 *Procurator ſummo genere quis. eius duo genera, Specialis ad lites, & Generalis ad negocia omnia.*
2 *Item alius Verus ſiue Mandatarius, alius Voluntarius qui & Negociorum geſtor.*
3 *Rurſus alius Procurator rei alienæ, alius in rem ſuam, alius intermedius.*
4 *Procurator & defenſor inter ſe differunt. & hæc Rub. ad procuratores litium duntaxat pertinet.*
5 *Procuratoris ad lites vera & certa defin.*
6 *De perſonis quæ dare procuratores non poſſint.*
7 *Qui conſtitui procuratores poſſunt, & correctus §. 3. Inſt. qui & ex quib. cauſſ.*
8 *De rebus in quib. procuratores conſtitui poſſunt.*
9 *De iure tam procuratoris quàm domini.*
10 *Triplex ex hoc contractu naſcitur actio.*
11 *Prima, domini in procuratorem, quæ directa mandati dicitur.*
12 *Negligentia & culpa in procuratore lata & leuis coercetur.*
13 *Secunda, procuratoris in dominum, quæ contraria nominatur.*
14 *Tertia ex parte procuratoris in dominum, quæ & contraria mandati dici poteſt.*
15 *De ſatiſdationibus procuratorum tam actoris quàm rei.*
16 *Satiſdationis huius ratio & æquitas.*
17 *Satiſdatio iudicio defendi quid differat à ſatiſdatione iudicio ſiſti.*
18 *Transferre litem quid ſit: vbi de tranſlatione iudicij in quamuis perſonam copioſè diſſeritur.*
19 *Quib. modis reuocetur & inhibeatur procurator.*

PROCVRATOR, ſi genus ſummum ſpectemus, eſt is qui alienum negocium gerit, qui alteri in ipſius obeundis negociis variam operam præſtat, qui alieno nomine litē agit, negociáve adminiſtrat: nam eius duæ ſpecies ſunt: Procurator ad lites, per quem actionem adquirimus, exercemus, retinemus, l.8. ſiquis, D. mand. l. procuratorem, 72. infrà, h.t. Rurſus alius eſt procurator generalis ad res litéſve omnes, qui vniuerſorum bonorum procurator dicitur, l.7. D. de calum. l.12. D. de ſolut. alius ſpecialis, qui ad certas res aut lites datus eſt.

§ 2 Rurſus alius verus ſiue mandatarius, cui vel agendæ litis vel negociorum gerendorum mandatū delatum eſt, d.l.12. de ſolut l.40, §.1, j. eo. l 3, §.2. D. Iud. ſol. Alius voluntarius (ſic. n. à Cicer. in Bruto appellatur) qui ſua ſponte alienum negocium ſuſcipit: qui ſi litem ſuſcipiat, defenſor, ſi alia negocia, propriè Negociorum geſtor dicitur, l.1, & paſſ. D. de negoc. geſt. quamuis hic quoque frequenter generali Procuratoris nomine appelletur: vt in l. ſi ſine, 22. §. quod ſi, l. vl. D. rem rat. hab. l. ſi quis, 58, D. de ſolut. appellatur etiā falſus procurator, l.5. §. vl. l.1. in fi. D. Quod iuſſ. l. 43. l. 44. D. de fur. qui tamē per ratihabitionē domini etiā verus procurator habetur, l. licet, 56. D. de iud. Sed voluntarij nomine nō cōtinetur importunus. i. qui ſuā operā inuito & repugnāti obtrudit: nam hic ſuſpectus eſt, l. quæ omnia, 25. D. de procur.

§ 3. Rurſus alius eſt Procurator rei alienæ, alius in rem ſuā: alius particeps, ſiue intermedius, l.1. §. in propria, D. quand. appel. ſit. Ille propriè Procur. eſt, qui & litē alienā & alieno mādato agit: alius im ppriè quippe qui alieno quidē mādato, ſed tamē ſuā litē agit; qui vulgò procur. in rē ſuā appellatur, ppterea q̄ ceſſas & mādatas ſibi ab alio actiones exercet, verū in rē atque vtilitatē ſuam, l.4. C. h.t. l.6. §. vlt. D. mand. veluti, cùm quis alterius nomē aut hereditatē emit. l.1. C. de cont. iud. tut. l. ſiquis, 34. j. eod. iſq; domini loco habetur, l. ſed ſi tantū, 13. D. de pact. quippe ad quem euentus vel emolumēti vel dāni pertinet, l.1. §. in propria, D. quād. appell. ac proinde vtilē actionē habet, dominóq; cui directa cōpetit prefertur, l. procuratores, 55. j. eod. Particeps autem ſiue intermedius eſt, qui partim pprio, partim alieno nomine litigat. d.l.1. Quand. appell.

§ 4 Rurſus procurator dicitur tam actoris quàm rei, cùm ab alterutro mandatum habet, l.1. C. de ſatiſd. §. vlt. Inſt. de his per quos ag. Defenſor autē rei ſolius, cuius nomine ſua ſponte, ac ſine mandato iudicium ſuſcepit, ſeſéque liti alienæ obtulit, l. minor, 51. j. h.t. l. ſi cùm procurator, 23. D. de re iud. l. iuſiurādum, 34. §. 2. D. de iureiur. vnde Rubrica noſtra ita concepta eſt; De procuratoribus & defenſoribus. Rurſus alius procurator abſentis, alius præſentis, qui propriè Cognitor dicitur apud Cicer. Aſcon. & Feſtum. vnde Rub. de procuratoribus & cognit. lib. Sent. Paulli 1. & c. TH. lib.2. Verùm intelligendum eſt, cùm procurator, vt dixi, generaliter dicatur omnis, cui negociorum alienorum adminiſtratio mādata eſt, tamen hanc Rub. propriè ac ſpecialiter ad procuratores litium pertinere: de ceteris, propriam eſſe Rubricam ſub tit. Mandati; tametſi Tribonianus ſuo more multa permiſcuerit.

§ 5 Procurator ergò, de quo hîc agimus, id eſt, verus procurator, ita definiatur, qui mandatum ſibi litis exercendæ negocium gratis accepit. Dixi GRATIS: quoniam cùm omne mandatum gratuitū eſſe debeat, l.1, in fi. D. mand. tum verò pręcipuè procuratoris: alioqui nō procurator, ſed locator diceretur; vſque adeò vt ſi quid vel principaliter & directò, vel extrinſecus & per accidens ex lite ſit conſecutus, reſtituere teneatur, l. qui proprio, 46, §. procurator, j. h.t. Etſi autem merces conſtitui non ſoleret, tamen remuneratio ſolebat; quę ſalarium appellatur, vel Honorarium: quod ſi certum erat, peti per Præſidem poterat: ſi incertum, & ſimpliciter gratiæ relatio promiſſa, non poterat, l. 7, l. qui mutuam, 56, §. vlt. D. mand. l. ſalarium, 17, C. ill. tit. facit l.1, §. in honorarij, & §. ſeq. D. de ext. cog. l.1, D. ſi menſ. falſ. mod.

§ 6 Deinceps ad partitionē accedamus .i. de perſonis, reb. & iure. Hoc edictū phibitoriū eſt, qua ppter enume-

enumeratis iis qui dare procuratores non poſſunt, intelligetur qui dare poſſint, l. mutus, 43. §. 1. ȷ. h. t. Regula tamẽ eſt, vt omnib. qui ſuo nomine actionẽ habẽt, procuratorẽ dandi poteſtas ſit, l. ſed ſi, 17. §. idẽ ait, D. de iniur. qua de cauſſa filiusf. iis in cauſsis dare procuratorem poteſt, l. 8. ȷ. cod. viciſsímq. quod quis ſuo nomine facere prohibetur, regulariter id nec per aliũ poteſt, l. 1. §. 1. D. de admin. rer. l. non licet, 46. D. de contr. emt. Ergò ſeruus ad litẽ dare procuratorẽ non poteſt, l. ſeruũ, 33. ȷ. eo. neque qui in ſeruitute, hoſtiúmve poteſtatẽ eſt, l. 1. 14. 15. D. ex ex quib. cauſſ. maior. nec furioſus, ſuum enim curatorẽ habet, l. 2. ȷ. eo. neque pupillus aut minor, ſine tutoris aut curatoris auctoritate, l. neque 11. C. eo. neque tutor aut curator ante litem cõteſtatam, d. l. neque. neque procurator ſimiliter antè litem conteſtatam, l. 8. §. 2. D. mand. l. 8. 11. 23. C. h. t. neque infames, iure antiquo, l. 1. §. 4. & 7. D. de poſtul. §. vl. Inſt. de excep. Quinctil. lib. 3. c. 6. lib. 7. c. 5. Mutus & ſurdus nutu vel ſcriptura poſſunt, l. mutus, 43. ȷ. eod. cæcus verbis poteſt, auctore Paullo Sent. 4. tit. 12.

¶ 7 Conſtitui autẽ non poſſunt minores annis decẽ & octo, l. ſi collactaneus, 13. D. de manum. vind. quo ex loco, freti etiam codicũ auctoritate, correximus §. 3. Inſt. qui & ex quib. cauſſ. nam ad poſtulandum hæc ætas requiritur, vt Imp. §. ſeq. demonſtrat, l. 1. §. 2. D. de poſtul. Itaque intelligendam eſſe contendo, ætatem legitimam in l. exigendi, 12. C. h. t. nimirũ quæ in procuratore requiritur: nam legitimũ tempus paſſim in libris noſtris, ſecundum ea de quib. agitur, intelligendum eſt, vt cùm pubertas legitima ætas appellatur in l. 2. C. ſi mat. indem. promiſ. Neque ſerui procuratores eſſe poſſunt, l. 7. D. de falſ. neque fœminæ, l. 54. D. eo. l. 4. l. 18. C. eo. ac ne pro patre quidẽ aut marito, vel filio, l. 2. §. vlt. D. ad Vell. quamquã pro parentib. cauſſa cognita conceditur, l. fœminas, 41. ȷ. eo. neque qui Reip. cauſſa abfuturi ſunt, aut morbo perpetuo tenẽtur, aut magiſtratum inituri ſunt, aut inuiti iudiciũ pati non poſſunt, l. neque fœmina, 54. ȷ. eo. neque itẽ milites, l. 7. 9. 13. C. eo. l. 8 §. milites, ȷ. eo. neque furioſi, d. l. 2. neq. mutus aut ſurdus, d. l. mutus, 43. ȷ. eo. neque potentiores, l. 1. C. ne liceat potent. neque inuiti, l. 2. 8. §. inuitus, ȷ. eod. l. inuitus, 17. C. eodem, neque decuriones, l. curiales, 30. C. loc. olim infames non poterant, ſed nouo iure à procurationib. non arcentur, vt ſup. titul. dictum eſt.

¶ 8 Deinceps de reb. videamus. Conſtituitur procurator non tantùm vnius rei, ſed etiam omniũ bonorum, l. 1. ȷ. eo. non tamen in interdicto de liberis ducẽdis, l. Pomponius, 40. ȷ. eod. non in popularibus actionib. ſi monendæ ſunt. nam in defendendo cõſtitui poteſt, l. licet, 42. ȷ. eod. l. 5. D. de popul. act. non in legis actionib. l. nemo, 166. de reg. iur. l. poſt mortem, 25. §. 1. de adop. At in publicis iudiciis moleſta eſt Triboniani ſocordia propter l. accuſatore, 13. D. de pub. iud. l. 3. C. de accuſ. l. ſeruum, 33. ȷ. h. t. l. 1. D. an per alium cauſſ. appell. Dici tamen poteſt accuſationem inſtitui per procuratorem non poſſe: defenſionẽ, quæ ad ius pertineat, poſſe: quæ ad factum, non poſſe. Neque igitur in cauſſis exiſtimationis & famæ, l. non ſolum, 39. §. vlt. ȷ. hoc t. niſi principaliter de pecunia agatur, d. l. 1. §. 1. An per alium adire tamen exul in integrum reſtituẽdus Prętorem per procuratorem poteſt, l. Papinianus, 20. D. de minor.

¶ 9 Supereſt, vt de iure diſſeramus. Ergò inter dominum & procuratorem verum mandati contrahitur obligatio vltrò citróq. l. 8. §. 1. D. mãd. ſi modò ita tum procurator mandatum habuit, l. 2. h. t. niſi enim

A conſenſerit, non obligatur, quamuis non contradixerit, d. l. 8. §. 1. ȷ. eo. Obligatur autem vt rectè, id eſt, boni viri arbitratu cauſſam agat, l. ſeruum, 33. §. ait prætor, l. pen. & l. vlt. ȷ. eod. Quinetiam à Prętore iudiciũ accipere compellitur, ſi dominus pro eo ſatisdederit, etiam domino antè litem conteſtatam mortuo, l. 8. §. prætor, l. ſi defunctus, 15. infrà, eod. In eáque ſententia video eſſe Vlpianũ, auctorémque ab eo laudari Iulianum, l. ſed & hæ, 35. §. defendere, infrà, eo. Cùm

B tamen Paullus perpetuus ferè Vlpiani aduerſarius ſtatuat, ſatis eſſe ſi ex ſtipulatu ob rem non defenſam agatur: eiuſque ſentẽtię Sabinum auctorem laudat, l. non cogendum, 45. §. 1. ȷ. eod. Obligatur etiam procurator vt bona fide rationem reddat, l. qui proprio, 46. §. 4.

¶ 10 Triplex autem ex hoc procurationis contractu obligatio naſcitur:

¶ 11 Domini in procuratorem, quæ Directa mandati dicitur: Procuratoris in dominum, quę contraria,

C l. licet, 42. §. 2. ȷ. h. t. poſtrema eſt litigatoris in procuratorem. Directa eſt actio ciuilis perſonalis quæ datur ei, qui litis exercendæ negocium procuratori iniunxit, aduerſus illum vt quod eius vel non bona fide geſſerit, vel neglexerit, quanti domini intererit, dãnetur. Dixi, CIVILIS ET PERSONALIS: quoniam ex ciuili mandati contractu naſcitur. Dixi, LITIS exercendæ cauſſa, vt hanc ab altera mandati directa actione diſtinguerem: de qua ſub Rub. Mandati diſſeremus. Dixi, QVOD non bona fide geſſerit vel ne-

D glexerit: primùm quia bona fides à procuratore exigitur, l. qui proprio, 46. §. procurator. ȷ. h. t. Itaque ſi per colluſionem procuratoris abſolutus ſit aduerſarius, hac actione tenetur procurator, l. 8. §. 1. ȷ. hoc tit. l. 9. C. eod. Prætereà vt inſtrumenta litis reſtituat, eadem actione conuenitur. l. ſi procuratorem, D. mand. Negligentia autem primum in eo verſatur, ſi non id quod mandatum eſt, ſed aliud geſſerit, veluti ſi pecuniam petere iuſſus iuſiurandum detulerit, l. ſi itaque 19 D. de iureiur.

E ¶ 12 Negligentia autem & culpa in procuratore non modò lata ſed & leuis coercetur, l. procuratorem, 11. l. à procuratore, 13. l. in re mandata, 21. C. mand. nam etſi ſolius mandantis vtilitas verſetur, quo caſu regulariter lata dumtaxat præſtatur. l. 5. § 2. D. commod. l. ſi ſeruus, 108. §. cum quid, D. de leg. 1. tamen in mandati contractu ſingulari iure receptum eſt, vt etiam negligentia præſtetur, quemadmodum Cicer. multis verbis in ea pro Sex. Roſcio demonſtrat, cùm propter fidem & amicitiam quæ in hoc negocio do-

F minatur, tum verò propter aliquam profeſſionem artis cuius ratio habetur, ſi minor quàm ab eius ordinis hominibus vſitata eſt diligentia minúsve ſtudium adhiberetur, l. 9. §. Celſus, D. loc. l. 6. §. ſicuti, D. de off. præſ.

¶ 13 Contraria procuratoria actio eſt, quæ procuratori conceditur aduerſus eum, cuius litem exercuit, vt quod eo nomine illi abeſt, recuperet, l. qui proprio, 46. §. litis, ȷ. h. t. veluti, ſi quos probabili ratione ſumtus fecit, quamuis cauſſam perdiderit, l. 4.

G C. mand. quamuis litem ad exitum perducere non potuerit. l. qui mutuam, 56. §. vlt. D. mand. quod in defenſore, qui ſine mandato litem ſuſcepit contra eſt: niſi enim vicerit, ſumtus non recuperat, quaſi non viriliter geſſerit, l. 5. §. in hac, D. iud. ſol.

¶ 14 Altera obligatio quę ex ꝓcuratoris cõſtitutione naſcitur, eſt ex parte ꝓcur. in dominũ, cuius cauſſa ſumtus fecit: nam contraria mandati actione illos

repetit, l. ſi quis, 31. l. qui proprio, 46. §. item contra, infrà, eodem, l. qui mutuam, 56. §. vltimo, D. mandat. nam qui procuratorem conſtituit, mandare videtur, vt ſoluat, l. 6. D. de condict. indeb. Qui verò defenſor, id eſt, ſine mandato iudicium accepit, negociorum geſtorum actionem habet, quamuis iam mortuo debitore iudicium acceperit, l. de qua re, 74. §. 2. D. de iudic. De ſalario & mercede nulla actio eſt, dicto §. vltimo, quoniam ex amicitia & officio procuratio & mandatum naſcuntur, l. 1. §. vlt. D. mand.

§ 15 Deinceps de ſatiſdationibus dicendum eſt. Priſcis temporibus per alios agi cauſſa quàm per ipſos reos non poterat, §. 1. De his per quos ag. Poſteà vſu rerum exigente agi per alios cœptum eſt, dum tamen litis periculum in ſe reciperent, ac proinde quaſi litis domini conſtituerentur. ſuſcipiunt autem periculum ſatiſdando: nam actoris procurator ante litem conteſtatam ſatiſdare cogitur rem ratam dominum habiturum, ne dominus re quaſi inter alios iudicata, eadem de re iterum actionem petat, §. 1. de ſatiſdation. l. non ſolùm, 39. §. 1. l. Pomponius, 40. §. 3. infrà, eodem: niſi fortè dominus ipſe vel præſens apud acta eum procuratorem conſtituat, vel litteris ſuis ſignificet, ſe, ratum quod per eum agetur, habiturum, l. 1. C. de ſatiſdat. l. ſi procuratorem, 65. infrà, hoc titul. Interdum autem etiam vt iudicio defendat, exigitur: veluti, ſi duplex iudicium ſit, l. 15. §. vltimo, infrà, hoc t. aut cùm mutua petitio eſt, l. 34. infrà, eodem. vbi autem procurator vel ſatiſdedit, vel litem conteſtatus eſt, domini loco habetur, l. Titius, 76. l. minor, 51. eodem, l. procurator, 11. D. de dol. exception. Atque hæc quidem de actoris procuratore. Rei verò procurator etiam apud acta conſtitutus ante litem conteſtatam ſatiſdare cogitur iudicatum ſolui, l. 1. in fine, C. de ſatiſdation. ac multò magis defenſor propter regulam: Nemo alienæ rei defenſor idoneus, ſine ſatiſdatione intelligitur, l. qui proprio, 46. infrà, eodem, quantumuis opibus aut honoribus ſit præditus, l. minor, 51. & legib. ſequentibus, infrà, eodem; quia qui rem alienam defendit, nũquam locuples habetur, l. qui rem, 166. de regulis iuris.

§ 16 Idcircò autem hæc ab illis ſatiſdatio exigitur, ne irritum iudicium euadat: nam neque in dominum iudicati erat actio, cùm res inter alios iudicata nihil ad ipſos pertineret: neque in procuratorem, quia ſuo nomine damnatus non fuerat. quinetiam olim reus qui procuratorem dabat, pro eo iudicatum ſol. ſatiſdabat, l. 8. in fine, & l. ſi defunctus, 15. infra, hoc tit. Vnde duplex iudicati naſcebatur actio: vna in ipſum dominum, non autem in procuratorem, l. 4. D. de re iudicat. altera, ex ſtipulatu iudicatum ſolui, in ipſum defenſorem, qui ſe liti obtulerat, dicta l. 4. non in ipſum dominum, l. 1. C. de ſentent. & interlocut. vel in defenſoris fideiuſſores, l. in duabus, 28. §. igitur, D. de iureiurand.

§ 17 Notandum autem in hac ſatiſdatione iudicatum ſolui, contineri clauſulam iudicio defendi: quæ à ſatiſdatione iudicio ſiſti differt, quod illa ſignificat in iure ad Prætoris tribunal ſiſti, vt iudicium accipiatur & lis conteſtetur: hæc apud Iudicem pedaneum. illa ſemper ante litem conteſtatam adhibetur, l. amplius, 15. Digeſt. rem ratam hab. hæc & antè & poſt adhiberi poteſt, l. ſi defunctus 15. infrà, hoc t. l. 8. §. & poſt, D. de fideiuſſ. illi ſatiſfit lite conteſtanda: huic non ſatiſfit, niſi plena defenſione vſque ad terminum litis, §. 3. Inſt. de ſatiſd. illa fru-

A ſtrata, dicitur vadimonium deſertum, l. 4. §. quæſitum, D. qui ſat. cog. hac fruſtrata, dicitur Eremodicium, id eſt, lis deſerta, l. cum quærebatur, 13. D. de iud.

§ 18 Supereſt vt de tranſlatione litis dicamus. Transferri lis dicitur, cùm poſt conteſtationem perſecutio litis à perſona in perſonam traducitur: veluti, ab vno reo in alterum, à domino in procuratorem, ab hoc in illum, vel à procuratore in alium

B procuratorem, l. poſt litem, 17. infrà, eod. non antè litem conteſtatam re integra liberum eſt domino vel per ſe agere, vel procuratorem conſtituere, vel mutare, vel reuocare, l. antè, 16. infrà, eod. l. ſi antè, 7. D. iud. ſol. ſi quidem etiam ad litem futuram dari procurator poteſt, l. 3. infra, eod. poſt litem conteſtatam, niſi cauſſa cognita, transferri iudicium non poteſt, d. l. 17, l. 19, infrà, eodem, quamuis dominus antè litem conteſtatam præſens adfuerit, l. is cuius, 64 infrà, eod. à reo in reum tranſlatio fit, ve-

C luti, ſi filiusfa. quo cum ſuo nomine conteſtata lis fuerat, moriatur; nam in patrem iudicium transfertur, l. tam ex contractibus, 57. D. de iud. item ſi noxali actione inſtituta vel dominus mutetur, vel ſeruus manumittatur, §. 3. De nox. act. Ab actore in alium actorem tranſlatio fit, veluti in actione iniuriarum: ſi pater, qui eam propter filium inſtituerat, abeſſe aut negligentius agere cœperit: filius in ſe transferri iudicium poſtulabit, l. ſed ſi vnius, 17. §. ſed ſi pater, D. de iniur. à defuncto in here-

D dem, veluti, ſi reus ſeruum, quem ab eo petebam, heredem inſtituerit, l. ſi eum, 33. D. de fideiuſſor. & l. ſeruus, 14. D. de his qui not. inf. Si tranſlatio ab actore domino in procuratorem facta eſt, ſententia ſecundum procuratorem lata, ſtipulatio iud. ſolui à reo facta domino qui ſatis accepit committitur, l. in cauſſæ, 27. §. 1. infrà, eodem: actum nec fideiuſſores à reo dati iudicati ſoluendi cauſſa, nec pignora liberantur, l. 1. §. vltim. D. quibus mod. pign. ſin autem à reo domino in de-

E fenſorem facta eſt, dominus pro eo iudicatum ſolui cauere debet, d. l. qui proprio, 46. infrà, eod. tam enim quàm poſt litem conteſtatam conſtitui procurator poteſt, l. nihil, 20. C. eodem: ſi tranſlatio à procuratore in dominum actorem fiat (quod niſi cauſſa cognita impetrare procurator non poteſt, quia mandatum non perfecit. l. ſi mandatum, 45. D. mand.) ſtipulatio iudicatum ſolui à reo facta domino non procuratori qui ſatis accepit, committitur, d. l. 27. §. 1. Sin à defenſore, qui abſente do-

F mino iudicatum ſolui ſatiſdederat, in reum dominum tranſlatio fiat, ſtipulatio iudicatum ſolui non committitur, actióque ex ſtipulatu in dominum transfertur, d. l. ſi antè, 7. Iud. ſol. fideiuſſores quoque & pignora liberantur, d. l. 1. §. vltim. D. quib. mod. pign. vel hyp. & dict. l. 7. Iud. ſol. neque hæc quoque niſi cauſſa cognita fieri poteſt, argumento l. Titius, 76, infrà, eodem. Procuratore verò vel defenſore mortuo in dominum tranſlatio iudicij da-

G tur, l. tam ex contractibus, 57. (vbi ſic ex vulgata editione corrigendum eſt) D. de Iudic. Poſtremò ab vno procuratore in alium tranſlatio fit, cùm procurator probata Prætori cauſſa mutatur, veluti ob exortas inimicitias, l. quæ omnia, 25. in fin. l. in cauſſæ, 27, infrà, eodem: quo caſu partes iudicij vniuerſæ transferendæ ſunt, quaſdam enim tantùm non licet, dicta l. 27. actum iudicatum ſolui ſtipulatio ipſi domino commit-

committitur,d.l.27.§.1. quod autem cum priore procuratore iudicium acceptum eſt, ratum manet. l. ſi procuratorem, 65. D.eod. at antè litem conteſtatam ſola poſterioris procuratoris conſtitutione prior mutatur.l.ſi quis,31.§.2.infrà,eod. Fit autem etiam à Iudicis perſona tranſlatio. l. penult. D. de vac. & excuſ. item à loco, vt l.2.§.legatis.l.ſed etſi, 28.§.pen.D.de iud.Sed hæc nihil ad noſtrum inſtitutum. Differentiæ hæc ratio eſt; quia cùm à defenſore in verum dominum lis transfertur, æquum eſt defenſorem, qui iudicatum ſolui promiſit,liberari, & ipſius fideiuſſores & pignora,ſublata principali obligatione,liberari. At cùm ab actore lis in dominum tranſlata eſt, tamen rei obligatio ſemper manet: quod ex fideiuſſionis formula intelligi poteſt, in qua principalis debitoris nomen exprimitur. Quod iudicati cauſſa Mæuius mihi debet,debiturúſve eſt, id fide tua eſſe iubes? l. fideiuſſor, §. vltim. l. ſi ita ſtipulatus, de fideiuſſor. l. quædam, §. vltim. D. de verborum obligationibus.

¶ 19 Poſtremò intelligendum eſt, inhiberi procuratorem multis modis:ſi dominus re integra mandatum reuocauit. l. 7. Iud.ſol. §. vlt. Mand.idem ſi re integra & ante litem conteſtatam ſit mortuus.l.ſi defunctus,15.D.eod.l.nulla, 23.C.eod.ſi dominus alium procuratorem dederit.l.ſi quis,31. §.vlt.ĵ. eod. ſi capitales inter eos inimicitiæ exortæ ſint.l.8. §. vltim.l.ſi poſt,14.infrà,eod.aut adfinitas diremta, l.mutus,43. aut longinquo ſit abfuturus. l. ſeq. aut dignitatem ſit adeptus; aut Reipubl.cauſſa abfuturus;aut alia iuſta cauſſa impediet. l.8.9.10. ĵ.eod. quæ à Prętore cognoſcenda eſt,l.13.eod.

QVOD CVIVSCVMQVE VNIVERSIT.

TITVLVS IIII.

1 *Vniuerſitatis definitio,& explicatio.*
2 *Species vniuerſitatis enumerantur.*
3 *Præpoſiti vniuerſitatum ſiue magiſtri: & quod illarum ius.*
4 *Syndici ſiue procuratores vniuerſ.qui: & quæ inter Syndicos & procuratores differentia ſit.*

SICVTI Prætor ſingulis agere per procuratorem permiſit, ſic vniuerſitatibus per Syndicos, ſiue actores, vel defenſores, qui earum nomine vel conuenire vel conueniri poſſent. l. 1. §. 1. infrà,hoc tit. nam vniuerſitati homo ſingularis opponitur.l.metum, 9.§.1. infrà, quod met.cauſſ.

¶ 1 Vniuerſitas eſt communitas hominum præter vrbem Romam certo inter ſe iure conſociatorum, publica auctoritate comprobata: nam eæ demum vniuerſitates habentur,quæ publico iure comprobatæ ſunt, l. 1. infrà, eodem, l. 1. l. 3. D. de colleg. l. ſemper, §. quibuſdam, D. de iur. immun. Communitatem autem dicimus, quoniam vniuerſitas eſt nomen iuris, quod intellectu conſtat, & confuſione intelligitur; neque certis partibus diſtingui poteſt, vt quod ius ſit in vniuerſo, idem pro rata ſit in ſingulis: contrà quam de toto & partibus dici ſolet, l. 3. D.pro derel. l.ſi ideò, 51. in fi. D. de admin. tut. Itaque non ſi qua res vniuerſitatis eſt, idcircò pro rata parte eſt ſingulorum, vt theatrum, ſtadium, campus Martius.non ſi ſeruus vniuerſitatis

A communis eſt, idcirco ſingulorum pro parte ſeruus eſt. non ſi qui ab vniuerſitate manumiſſus eſt, idcircò ſingulorum libertus eſt.d.l.6.§.1.ſed vniuerſitatis, l.ſed ſi,10.§.1. D. de in ius voc. non ſi quid vniuerſitati debetur,ſingulis debetur:nec quod debet vniuerſitas,ſinguli debent,l.7.§.1.ĵ.h.t. quinetiam ſi omnes præter vnum mortui ſint, ius vniuerſitatis in illum recidit, & in eo ſolo vniuerſitatis nomen ſtat, vt & ille debeat,& illi debeatur, l.7.§.vlt.

¶ 2 Vniuerſitatis ſpecies ſunt,Coloniæ & Muni-
B cipia. l.7.§. 2.infrà,eod. Ciuitates,vici,l.ſi heres,73.§.1. De legat.1.l. 3. C.de nat.lib. Item collegia, ſodalitia,quæ religionis cauſſa inſtituta erant.l.1.D.de colleg.l.3.§.6.De legat.3. Item corpora, veluti decurionum,l.6.§.vlt. D. de decur. item Publicanorum, qui coire vectigalium ſocietatem ſolebant, d. l. 1. ĵ. hoc tit.& l.actione,65.§.pen.D.pro ſoc. item fabrorum,l.17.D.de excuſ. l.5. De iur.immun. Piſtorum & menſorum frumenti. l.2. C.de appar.præf.vrb.l.1.§.1.D.de vacat.& excuſ.

C ¶ 3 Harum autem vniuerſitatum omnium communio quædam iuris erat inter ipſas:nam & præpoſitos quoſdam habebant: vt in municipiis magiſtratus & adminiſtratores ſiue curatores,qui ex Decurionum ordine deligebantur, l. vlt. D. de admin.rer. ad ciu. pert.l.vlt.ĵ.h.tit. In publicanorum ſocietatibus, magiſtri. l.15. D.de pact. quinetiam generaliter vniuerſitatis Magiſtri dicuntur in l. 9. D. rem rat. hab. Habebant & ius publici conſilij,vt in municipiis curię,vnde Decuriones,l.1.&paſſ.D.decret.ab ord.acto-
D rum & tabularum publicarum,l.ſed etſi,31.D.de furt. & locorum communium, l.6. §.1. D. de rer. diuiſ. & arcæ communis,l.1,§.1,ĵ.eod.Itaque hereditates & legata iis relinquebantur, d.l.ſi heres, & l.cum ſenatus, 20,D.de reb.dub.Lamprid.in Alex.Corpora omnium conſtituit,vinariorum, lupinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium, hiſque ex ſeſe defenſores dedit.

¶ 4 Syndici autem ſiue actores vniuerſitatis ſunt procuratores delecti,vt per eos quod communiter a-
E gi fieríve oportet,agatur fiat,d.l.1,§.1,&l.6,§.vlt.ĵ.eo. vbi Syndicus procuratoris partibus fungi dicitur. Denique Syndici Græcè, Latinè defenſores appellantur in l.1, l.vlt.§. defenſores, D.de muner.quinetiam ad ſtipulationes interponendas & operis noui nunciationem conſtituebantur,l.vlt.ĵ.h.t. Hi vel lege vniuerſitatis vel ſuffragiis maioris partis deligebātur, l,3. & ſeqq eod.nam ad vniuerſos refertur, quod publicè fit per maiorem partem,l.160.De reg.iur.Creabantur etiam à magiſtris aut magiſtratibus, l.cum alicui, 26,
F D.de neg. geſt.ſcilicet cùm his negocium illud ab vniuerſitate delatum fuerit, l.6,§.1,ĵ h.t.Verùm in hoc à procuratoribus differunt, quod illi ſatiſdant,hi non ſatiſdant: decretum.n.proferunt quod mandati vim obtinet:de quo tamen ſi dubitetur,ſatiſdare cogentur D.l.6,§.vlt.ĵ.eod.Illi etiam ad lites futuras conſtituebantur,l.3, ſ.tit.prox. hi ad controuerſias quæ nondū natæ ſunt,fruſtrà conſtituuntur.d.l.6.§.1. Illi lite cōſtituta procuratores dare poſſunt: hi non poſſunt, l. nec ciuitatis,74, D.de procur.quoniā illi ad priuata,
G hi ad publica negocia obeunda conſtituuntur.d.l.74.

DE NEGOCIIS GEST.

TITVLVS V.

1 *Alterius gerere negocia quid ſit.*
2 *Directa neg.geſt.actionis definitio.*

3 *Contrariæ neg.geſt.actionis defin.*
4 *Comparatio & ſimilitudo veri procuratoris & Negociorum geſtoris:tam in*
5 *Reb.quæ à neg.geſtore adminiſtrantur:quàm in*
6 *Iure & actionibus, quæ ex iſta adminiſtratione naſcuntur.*

¶ 1 GErere negocium ſimpliciter nihil aliud eſt quàm cõtrahere,vt in Rub. Quod cum eo. & l.3.D. de reb.auct. iud.Sed hęc Rub.ſic exaudienda eſt, quaſi ſcriptum eſſet,de alterius negociis geſtis. Alterius autem negocia gerere eſt alterius negocia ſponte & ſine mandato vtiliter ipſius cauſſa procurare: qua de cauſſa Negociorum geſtor frequenter Procurator appellatur, vt dictum eſt ad Rub. de procurat. Dixi, ALTERIVS: primùm, vt eum qui ſuum negocium geſſit, & quatenus geſſit, excludamus. l.6.§. ſiquis ita.ĩ.eodem.deinde vt non modò viuum & incolumem, verùm etiam captum ab hoſtibus complectamur.l.atquin.19.§. vltim. & ll.ſeqq. ĩ.eodem. atque etiam mortuum aut potius ipſius heredem. l.3. §. 2.ĩ.eodem. Dixi VTILITER, vt in l.2. ĩ.hoc tit. ſed vtilitas ex euentu, non ex re ipſa æſtimanda eſt.l. ſed an vltrò,10. ĩ.h.t. vbi notanda præclara ſententia eſt:conſilium non ex euentu, ſed ex reipſa æſtimandum. Dixi, IPSIVS CAVSSA: quia qui ſui lucri cauſſa negocium geſſit,& hac tenetur actione, neque ea niſi quatenus locupletior eſt,vti poteſt.l.6.§.3.ĩ.eo.

¶ 2 Eadem autem propè Negociorum geſtionis, quæ procurationis tractatio eſt.quare directa negociorũ geſtorum actio eſt actio ciuilis perſonalis, quę datur ei,cuius quis ſua ſponte ac ſine mandato negocia geſsit, aduerſus eum qui geſsit, vt quod eius vel non bona fide vel negligenter geſsit, quantum illum eo nomine ex bono & æquo dare facere oportebit, id eſt, quanti eius intereſt,tanti damnetur. l. actio,47.ĩ. h.t.Dixi, CIVILIS: nam etſi in Prætoris edictum relata eſt.l.3.ĩ.h.t. tamen cùm vtilitatis, id eſt, æquitatis cauſſa inſtituta dicatur.l.5.D.de oblig. & act.l.2.ĩ. hoc t. probabile eſt eam legibus antiquis præteritam Iuriſconſultorum diſputationibus introductam fuiſſe:ſicuti complures alias Iuriſconſultorũ diſputationibus ex gentium iure inſtitutas videmus:in his conditiones naturales,de quib. ſuo loco diſſeremus.Cetera autẽ ex Procuratoris & Negociorũ geſtoris comparatione intelligentur.

¶ 3 Contraria autẽ negociorũ geſtorũ actio eſt,quę datur ei qui ſua ſponte alterius negocia geſsit aduerſus dominũ,vt quod illo nomine illi abeſt,abfuturúm ve eſt,recuperet.l.2.ĩ.hoc tit.

¶ 4 Deinceps ad comparationẽ accedamus. Ergò verus procurator, mandatarius eſt:Negociorũ geſtor, voluntarius:tametſi non tantùm ſi ſponte,ſed etiam ſi exigente neceſsitate geſſerit, obligatio naſcitur.l.3.§. 4.ĩ.eo.l.ob negociũ,18.C.h.t. Seruus procurator eſſe nõ poteſt:negociorũ geſtor poteſt. l.ſeruum, 33. D.de procur. pupillus & minor procurator eſſe nõ poteſt. l.12.C.de procur.negociorum geſtor poteſt.l.3.§.1.eo. l.quod ſi,24.D. de minor. Senator procurator eſſe nõ poteſt, negociorum geſtor poteſt.l.interdũ, 36.§.1.D. de iudic. Mutus & ſurdus ſimiliter. l.mutus,43. D.de procur. Cęcus procurator eſſe non poteſt, l.1.§.4.D. de poſtul.negociorum geſtor poteſt.nam & poſtulare pro ſe poteſt,l.1.§.4.de poſtul. veluti, bonorum poſſeſsionem, l. 2. D. de bonorum poſſeſ.furioſ. Fœminæ procuratrices eſſe non poſſunt: negociorum ge-

A ſtrices poſſunt. l.3. l.liberto,31. §.penult.ĩ.hoc titulo. Procurator de mandato ſemper certus eſt, ideóque mandati actionem habet: hic ex falſa mandati opinione gerens,non mãdati, ſed negociorum geſtorum actionem habet. l.5. ĩ. eod. adeò vt liber quaſi ſeruus gerens hanc adquirat actionem.l.6.§.ſi quis,l.ſi liber, 30. ĩ.eod. ille ſemper de domini perſona certus eſt, quæ in iudicio ſemper certa eſt:hic geſtis Sempronij negociis,quæ Titij eſſe putabat,Semproniũ hac obli-
B gat actione.l.5.l.6.§.ſi Titij ĩ.eod.viciſsimque ille nõ Titio obligatur.l.liberto, 31.§. 1. Ille ſcientis negocia gerit,hic plerumque ignorantis.l.2.ĩ.eod.ille pręſenti nauare ſuam operã poteſt.l.Paullus,69.D.de procur.hic non niſi abſenti.l.2.l.3 ĩ.eod. Ille & conuenire iudicio domini debitores, & à creditoribus conueniri poteſt:hic non poteſt.l.6.§.vlt.ĩ.eod.

¶ 5 Deinceps de rebus videamus: vterque res alienas adminiſtrat, etiamſi aliquo tempore dominũ non habeant,veluti, ſi apud hoſtes eſt dominus. l. at-
C quin,49.§.vlt.ĩ.eod.aut ſi mortuus eſt,neque dum eius adita hereditas.l.3.§.2.l.nam & ſeruius, 21.§.1.ĩ.h. t. ſuum autem,vt iam diximus,negocium gerens,aut quatenus ſuum eſt,non adquirit actionem, l. 6. §. ſi quis ita,ĩ.eod. Res autem aliena interdum per ratihabitionẽ propria fit:vt in l.6.§. item.ĩ. eod. Qui in alienam rem quaſi in propriam ſumtus facit, hanc actionem non habet: quoniam non obligandi cuiuſquam animo id fecit,l.in hoc iudicium,14.D.comm. diuid.l.Paullus,14. D.de dol.except. Non modò ex a-
D lienarum,verùm etiam ex communium rerum adminiſtratione hæc actio conceditur.l.ab vno, 19.C.eo.l. in familiæ,20.C.fam..erc. niſi vi naturáque communionis id exigente fecerit:tum enim communi diuidundo datur actio.l.ſi communes,40.ĩ.h.t.

¶ 6 Atque in his quidem conuenientia eſt:in his verò differentia: Procuratoris opera in litib.exercendis conſumitur. Negociorum geſtoris in aliarum rerum adminiſtratione,velut in alimentis præſtandis.l. neſenius,34 ĩ.eod.In rebus alteri donatis recipiendis.
E l.fideiuſſor, 32.§.vlt. atque adeò in rebus à ſe donatis adminiſtrandis.l.litis,37.§.vlt.ĩ.eod. In rebus mariti cuſtodiendis & adminiſtrandis.l.heres,33. ĩ. eod.in re vel pecunia perferenda, l. 6.§.2. In pecuniis adminiſtrandis.l.litis,36.§.1.ĩ.eod. In ſoluendo & dimittendis creditoribus.l.ſoluendo,37.l.cum pecuniam,43.ĩ. eod.In amico ad gradus honorum promouendo. l. quæ vtiliter,45.in dote pro ſoror.ſtipulanda.l.pen.In pupilli vel adulti rebus pro tutore aut curatore adminiſtrandis.l.curatoris,C.eod.l.4.C.qui dar.tut.vel
F cut.In iure autem hæc conueniunt: Vtrobíque bona fides exigitur.§.actionum,Inſt.de act.l.6.§.ſi quis ita, ĩ.eod.l.13. C.de vſur. ſicuti procurator bonam fidem & exactam diligentiam debet:ita negociorum geſtor dolum & latam & leuem culpam pręſtat l.6. §.vlt. ĩ. hoc tit.l.tutori,20.C.h.t.l.ſi mater, 24. C.de vſur.dolum tamen interdum præſtat tantùm, veluti ſi adflictis amici reb.ſuccurrerit.l.3.§.interdum, ĩ. eod. Caſum autem non præſtat,niſi quibuſdam caſibus,velu-
G ti ſi pacto id conuenerit,l.negocium,22. C. hoc tit. ſi mala fide vſus ſit.l.fideiuſſor,32.ĩ.hoc tit.aut in culpa ſit.l.debitor,13.ĩ.eod.l.ſiue hereditaria, 22. ĩ. eod. vt ſi cõdemnatus non prouocarit,l.liberto,31.§.2.ĩ. Si noui quid inſtituerit.l.ſi negocia,11.ĩ.eod. Itaque vterque ita demum dominum obligat,ſi vtiliter rem geſſerit,quamuis euentus inſtitutæ vtilitati non reſpondeat,l.ſed an vltro,10.l.ſucceſſori,12.ĩ.eod.quinetiam malè geſtum ſi dominus ratum habuerit,ipſum obligat,l.

gat.l.9.ȷ̃.eod.l.8. C.eod.ſumtus autem voluptuarios negociorum geſtor non recuperat.l.ex duobus, 27.ȷ̃.eod. Vtrobique directa domino, contraria geſtori cōceditur.§.1.Inſt.de oblig.quę quaſ.l.5.D.de obl.& act.l.37.D. de vſur. vt ille mortuo domino perſequi nihilominus inchoata negocia debet, ſic negociorum geſtor.l.21.§.2.ȷ̃.eod.vterq.prohibitione & inhibitione reuocatur.l.vlt.C.h.t.l. & ſi quis, 14.§.idē Labeo, D.de religioſ. Vterq.quaſi amici negociū adminiſtrat.l.ſi liber, 36.ȷ̃. eod. vt ille procuratoris à ſe dati culpā pręſtat, ſic qui vt aliena negocia gerātur, mādat, perinde ac ſi geſſiſſet, teneţur.l.nā & ſeruus, §.vlt.ȷ̃.eod. In his verò differunt: inter dominū & procuratorē contrahitur obligatio: hic quaſi cōtrahitur, l.5.D.de oblig. & act.adeò vt ſi procuratori tuo pecuniā credidetim, in illū, quocum cōtraxi, vel potius negociū geſſi, nulla cōpetat actio: in te quaſi cōtraxerim, naſcatur; quia nō ipſius, ſed tui cōtēplatione pecuniā dedi; neque ille ſibi ſed tibi mutuū accepit.l.6.§.1.ȷ̃.h.t. Inter illos mādati cōpetit actio: inter hos negociorū geſtorū vltro citroq. l.2.ȷ̃.eod.adeò vt qui ſolius mariti mādatū ſecutus, tā ipſius quàm vxoris negocia geſſit; illi mandati, huic neg. geſtorū obligetur & obliger.l. ſi mādatū, 14.C.eod. Idémque eſt ſi mandatu alterius geſſit negocia Tertij, l.ſi quis, ȷ̃.eod.aut ſi cùm alicuius negocia gerere propoſuiſſet, eius rei mandatū ab altero accepit, nā vtrámq. actionē habet.l.3.§.vlt.ȷ̃.eod. Denique actio hæc interdū ſubſidiaria eſt, veluti ſi tutor poſtumo datus eo nō nato, tutelā tamē adminiſtret.l. cum pater, 29.ȷ̃.eod.ſi curator teſtamento datus res adoleſcentis adminiſtret.l.6.C.h.t.quinetiā debitū antè negociorū geſtionē in hanc actionē conuertitur.l. diuortia, 35.ȷ̃.ſed & ex negocio alterius cōtemplatione geſto, tamen hæc in verum dominum actio conceditur.l.qui vtiliter, 45.ȷ̃.eod.l.in hoc iudicium, 14. D. comm.diuid. Ac ſingularis inter iſtas duas actiones differentia eſt, quod illa ex ſolo mandato, quāuis negocia geſta non ſint; hæc ex negociorū geſtione, quāuis mandatū non fuerit, naſcitur. Illa etiam ſi negocia geſta ſint, nihilominus datur: hæc, ſi mandatū fuerit, etiamſi negocia geſta ſint, non datur.l.6.§.1.D.mand. Procurator propter ſolum mandatū gerere pręſumitur: Hic etiam pietatis cauſſa, vnde obligatio nō naſcitur.l.alimētā, 11.C.h.t.l.ex duobus, 27.§.vlt.l. neſennius, 34.l.is qui, 44.ac ſicuti propinquitaris aut adfectionis domeſticæ.l.1.l.quod in vxorē, 13. C.eod.quia iſto animo gerens donare præſumitur: geſtum autem donationis cauſſa obligationem non parit.l.4.ȷ̃.eod.l.ſi filius, 12.C.eod.qua de cauſſa libertus officioſè Patroni negocia gerens hanc actionem non habet.l.5. C.h.t.ſed in his caſibus adfectio liberalitatis exigitur: nam ſi tamquam alicui negocia geſta ſunt, actio conceditur, d.l.alimenta. & l.ſi paterno, 15.D.eod.Ruſus procuratorem mandati regula & fines coërcent: hunc propria voluntas: ac ſatis abundéque ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur.l.tutores, 39.§.2.D. de admin.tut.l.labori, 20.C.h.t. l. quæ proprio, 46.ȷ̃.eod.Quæ tamen ſemel geri cœpta ſunt, nō debent inchoata relinqui, & peritura deſeri, etiamſi dominus moriatur.l.nam & ſeruius, 21.§.ſi viuo, ȷ̃.eod, l.in cōmodato, 17.§.3.D.commod.

DE CALVMNIATORIBVS.

TIT. VI.

1 *Calumniatores, qui. horum ſpecies duæ:*
2 *Criminales, Ciuiles.*
3 *Improbi litigatoris pœna.*
4 *Qui propriè litigatores ad hoc Edictum pertineant.*
5 *Actio in factum aduerſus hoc calumniatorum genus: ceteraq́; tam veteres quàm noua actiones.*

§ 1 CALVMNIATORES ſūmo genere ſunt, qui litibus alios per fraudem & fruſtrationem vexant. l. ſi caluitur, 233. D. de verb. ſig. quos B Vitilitigatores (vt ait Plinius) Cato appellabat.

§ 2 Earum duæ ſpecies ſunt: Criminales & Ciuiles. Criminales ſunt, qui falſa crimina ſcientes intendunt.l.1.§.1.D. ad Turpill.contra quos per legem Rhemniā iudicium cum pœna conſtitutū fuit.d.l.1.§.1. ad Turp.l.quæſitum, 13.D.de teſtib.atque ad eos pertinet totus tit. VI. de Calumniatoribus. Ciuilis calumniator eſt, qui ſciens prudensque per fraudem negocium alteri comparat, vt Paull.definit Sent.1.tit.5.quare Calumniator dicitur qui temerè controuerſiam mouit. C l.cui neceſſitas, 39.§.1.De lib. cauſſ.qui ſciens prudens non debitum poſtulat.l.pen.D.ne quis eum qui in ius voc.vnde per calumniam miſſa in poſſeſſionem ventris nomine dicitur, quæ ſe prægnantem mentita eſt. l.1.§.per calumniam, D.ſi mul.vent. nom. atque hi olim in decimam litis partem multabātur.§.3.De pœn.tem. litig. l. 3. C. Herm. de calumn. nam initio litis actor ſtipulanti reo promittebat ſe decimam partem litis ei præſtiturum ni cauſſam obtineret. poſteà in illius actionis locum Iuſiurandum de calumnia intro-D ductum eſt, cùm actor iuraret ſe non calumniæ cauſſa intendere; reus non calumniæ cauſſa aut inficias ire, l. inter, 44.§.qui familiæ, D.fam. erciſç.l.5. & l.7. D. de obſeq. parent. quas ad hoc Edictum pertinere, inſcriptio demonſtrat.

§ 3 Conſtitutum eſt etiam vt improbus litigator damnum & ſumtus litis perferat. l. properandum, 11.§.ſiue autem, C. de iud.l.4.C. de fruct. & lit. Videtur tamen ſemper licuiſſe initio reo initio litis proteſtari de calumnia, eiúſque rei ſollemnis quædam fuiſſe for-E mula.l.ſi tibi, 31.C.de lib.cauſſ. Sed illa calumniarum genera nihil ad hunc tit. pertinent. nam hoc Edicto comprehenditur is demum calumniator, qui vt negocium alicui faceret aut non faceret, pecuniam accepit, l.1.l.3.§.1.l.pen.ȷ̃.h.t.

§ 4 Duo igitur in hoc calumniatore requirūtur, Quæſtus & Negocium vel factum vel prohibitum. Quæſtus autem eſt non tantùm in pecunia, verùm etiam in quouis lucri, quæſtus, compendij, emolumenti genere, l.1.in fi.l.2.l.3.ȷ̃.eod.quapropter ſi ſine quæ-F ſtu & lucero ad calumniandum adductus eſſet, non puto ad hoc Edictum pertinere. Negocium verò eſt non modò in lite inſtituenda, verùm etiam in perſequenda: nam ſiue antè ſiue poſt litem conteſtatam accepta pecunia ſit, nihil intereſt.l.1.§.2.ȷ̃.eod.

§ 5 Porrò aduerſus hoc Calumniatorum genus inſtituta eſt hoc Edicto actio in factum, quę intra annum eſt in quadruplum, poſt annum in ſimplum, d. l.1.h.t. Fuit autem etiam calumniatorib. pœna extrà ordinem pro qualitate admiſſi cōſtituta, l.3.D.ad Tur-G pill.l.pen. ȷ̃.eod, ſed ſine infamia. nam Calumniatores ij demum infamia notantur, qui in iudicio publico calumniati ſunt, l.5. C.h.t. quinetiam fuit olim & ordinarium iudicium legis repetundarum, vt teſtatur l.1.§.1.ȷ̃.h.t.& l.6.§.2.D.ad leg.Iul. repet. ſed præcipuè legis Remniæ de calumniatoribus, l.1.§.1.D.ad. Sen.Turpill.l.quæſitum, 13.D.de teſtib. earúmque pœnarum mentio fit in d.l.4. C. de fruct. Præterea eſt ex

hoc edicto condictio ſiue repetitio pecuniæ calumniatori datæ: quæ tamen non ei qui ſciens, ſed ei qui imprudens dedit, conceditur. l. 3. §. 2. l. 5. §. 1. h. t. vbi quod dicitur ſufficere alterutram actionem, non de toto quadruplo, ſed tantùm de ſimplo & triplo interpretor: vt in actione vi bonorum raptorum.

LIBER IV.

DE RESTIT. IN INTEG.

TITVLVS I.

1 *Ordo Rubricæ.*

2 *In integrũ reſtitutionis generalis & ſpecialis defin.*

3 *Huius duæ partes: Reſciſſio, & Redintegratio.*

4 *Sex cauſſæ in integrum reſtitutionis: Metus, dolus, ætas, abſentia, cap. minutio, iuſtus error.*

5 *Regulæ aliquot de in integ. reſt.*

§ 1 VIDETVR hic generalis titulus in Edicto Prætoris fuiſſe, ſub quem capita quattuor inſequentia ſubiecta ſunt: quamquam hæc quoque Prætoriæ iuriſdictionis pars eſt non exigua.

§ 2 In integrum reſtitutio ſummo genere eſt redintegratio priſtini ſtatus, eo quod cõtrà geſtum fuerat, reſciſſo, ſiue ad criminales, ſiue ad ciuiles cauſſas pertineat. l. 1. §. pen. D. de poſtul. l. diui, 27. D. de pœn. Hoc libro ciuilis tantùm tractatur: oblata occaſione ex d. l. 1. §. pen. quam ſic definio: In integrum reſtitutio eſt, rei vel cauſſæ amiſſæ, eo quod geſtum erat, reſciſſo, redintegratio, l. 1. l. 2. C. ſi aduerſ. trãſ. Dixi, REI VEL CAVSSÆ: nàm ſi per metum puta tradita eſt, retradẽda eſt: ſi cauſſa læſa, veluti, ſi debitor per acceptilationẽ liberatus, obligatio redintegrãda, & in priſtinum ſtatum reſtituenda eſt, l. metum, 9. §. ex hoc, & l. ſeq. D. quod met. cauſſ. Interdum tamẽ pro actione ſumitur, qua reſtitutio poſtulatur: vt cùm Paullus lib. Sent. 1. ſic definit: Redintegrandæ rei vel cauſſæ actio, qua de cauſſa lis in integrum reſtitutionis dicitur, l. 6. C. h. t. interdũ decretũ ipsũ Prætoris. l. pen. §. 1. D. de poſtul.

§ 3 Reſtitutionis autẽ duæ partes ſunt: Reſciſſio & Redintegratio. Reſciſſio eſt eius, quod geſtum eſt, per quod aliquis vel per ſuum errorẽ, vel per alterius circumſcriptionẽ læſus eſt, abolitio. l. præfecti, 17. D. de minor. nam læſio eſt cauſſa ſine qua non. hæc actio (inquit Iul.) damnum exigit. l. ſed & partus, 12. §. vlt. D. quod met. cauſſ. veluti, ſi metu compulſus, rem meam tradidero. Redintegratio eſt, cùm eo quod geſtum eſt, reſciſſo, res in priſtinum ſtatum reſtituitur, quaſi integra nec læſa eſſet. d. l. 1. & l. 2. C. ſi aduerſ. tranſ. l. quod ſi minor, 24. §. pen. D. de minor.

§ 4 Sex autem cauſſæ ſunt, ob quas Prætor in integrum reſtituit. Metus, dolus, ætas, abſentia, capitis minutio, iuſtus error, l. 1. l. 2. ĵ. h. t. quarum de ſingulis deinceps tractabitur. ſed initio titulum generalẽ propoſuit: in quo fundamentum totius tractatus per has regulas iaciendum eſt.

§ 5 Omnis reſtitutio cauſſa cognita, id eſt vtraque parte audita, decernẽda eſt, l. 3. ĵ. eod. l. in cauſſæ, 13. §. 1. D. de minor. ac proinde plus quàm ſemel decerni non ſolet, l. vlt. C. ſi ſæp. in integ. reſt. poſt. & quoniã quod iuris ciuilis auctoritate geſtum eſt, reſcindit, proptereà magiſtratuum tantùm ea iuriſdictio eſſe dicitur, l. in cauſſæ, 16. §. vlt. & l. ſeq. D. de minor. l. 1. C. de off. Prætor. denique imperij magis quàm iuriſdictionis. qua de cauſſa neq. magiſtratibus municipalibus permittitur, l. ea quę, 26. D. ad municip. neque mãdata iuriſdictione transfertur, niſi nouo Iuſtiniani iure, l. vlt. C. vbi & apud quem. Item ob minimam rem vel ſummam non conceditur, l. 4. eod. Item Beneficium reſtitutionis, & eorum ad quos pertinebat, ſucceſſoribus conceditur, l. 6. Item; Reſtitutio eſt auxilium extraordinarium, neque vbi iuri ordinario locus eſt, conceditur, l. in cauſſæ, 16. D. de minor. Item, antiquo iure reſtitutio intra annum vtilem poſtulanda erat: nouo iure quadriennium præſcriptum eſt, l. vlt. C. de temp. in integ. reſtit. l. vlt. C. de repud. hered.

QVOD METVS CAVSSA.

TIT. II.

1 *Metus definitio: & quid inter vim & metum interſit.*

2 *Actio quod metus cauſſa definitur, & definitio explicatur.*

3 *Res amiſſa quid ſit.*

4 *Damnum paſſus aliam item habet actionem.*

5 *Exceptio de metu quando conceditur.*

PRIMAM reſtitutionis cauſſam diximus eſſe Metum.

§ 1 Metus eſt terror mentis, qui propter vim aut minas alterius, etiam in virum conſtantem cadit. l. 5. & 6. ĵ. h. t. nam atrocitatẽ ineſſe oportet, quę ſtatum mentis concutiat. l. 9. C. h. t. veluti, mortis, ſeruitutis, vinculorum cruciat⁹, verberum, l. 7. l. 9. ĵ. eod. Vis eſt atrox neceſſitas & contra bonos mores impoſita: qua clauſula vis ac poteſtas magiſtratuum excluditur, l. 3. ĵ. eod. & quamquam propriè vis eſt præſentis mali, metus futuri; in vi malum eſt, in metu periculum: vis certa eſt, metus incertus: in vi res eſt, in metu exſpectatio: tamen ſiue per vim ſiue per metum damnum inlatum eſt, hoc Edicto ſarcitur. l. 1. ĵ. h. t. Rubrica tamen Codicis vtrumque verbum retinuit. Hoc igitur capite Prætor ait, quod metus cauſſa geſtum erit, ſe ratum nõ habiturum, eiúſque rei tum actionem tum exceptionem daturum.

¶ 2 Actio quod metus cauſſa eſt perſonalis actio, in rem ſcripta, arbitraria, quæ ei, qui vi metúve adductus, aliquid, quod ſibi damnoſum eſt, geſſit. Cõceditur aduerſus eum qui ex eo geſto lucrum percepit, vt vel quod percepit, cum ſua cauſſa reſtituat, vel intra annum quadruplum perſoluat: nã poſt annum cauſſa cognita in ſimplum datur, l. item ſi, 14. §. 1. ĵ. h. t. *Perſonalis* in rẽ ſcripta dicitur, quia cum effectu in perſonam intenditur, tamen verbis in rem concepta eſt, id eſt, infinitè & generaliter: nam à quo metus inlatus ſit, nihil exprimi neceſſe eſt, dum ſimpliciter inlatus dicatur, d. l. 9. §. 1. & §. vltimo l. ſed ex dolo, 15. §. vltim. D. de dol. *Arbitraria* dicitur, quoniam iudex antè ſententiam pronunciat arbitrari ſe rem reſtituẽdam: eáque fuit arbitrariarum actionum proprietas. §. præterea, 27. de act. quod ſi reus arbitrio non pareat, in quadruplum damnatur, l. item ſi, 14. §.

hæc

hæc autem.vbi quod Vlp.dixit, vſque ad ſententiam,
idē in.§.vlt.dixit, antè ſententiā.Dixi, *Damnoſum eſſe*;
quoniam hæc reſtitutio non niſi læſo & dānum paſ-
ſo conceditur, l.ſed & partus, 12.§.vlt.j.eod. veluti ſi
debitor metu coactus creditori ſoluerit: eidéque ſoli
datur,cui quid per metū abeſt.d.l.item ſi.Dixi,*aduer-
ſus eum qui lucrum percepit*:neque enim hæc actio tan-
tùm aduerſus eum qui metum intulit, ſed etiā aduer-
ſus eum,qui lucrum ſenſit, cōceditur, d.l,item ſi,§.in
hac.& ex eo geſto locupletior factus eſt.l. ſi ipſa, 18.
eod.& l.5 C.h.t.veluti,qui ab eo,qui vim metúmve fe
cit,dono accepit,d.l.itē ſi, §.aliquādo. Denique & qui
metum intulit, quamuis ad alium res peruenit, & is
ad quem peruenit,quamuis metum non intulerit,re-
ſtituere iubetur.d.§.aliquando. Dixi, *Cum ſua cauſſa*:
quoniam non modò res vel obligatio reſtituenda eſt,
verùm etiā res illęſa & ſine dolo.d.l.9.§.ex hoc,j.eod.
Itē obligatio cum fideiuſſorib.aut pignorib.l.10.j.itē
cum acceſſionib.tum perceptis, tum quæ percipi po-
tuerunt.d.l.ſed & partus,12.Dixi,*Intra annum*:quoniā
intra annū ſi alia exſtet actio,hæc datur:poſt annū, nó
niſi ſi alia deficiat,cōceditur.l.item ſi,14.§.poſt annū,
j.eod.l.4.C.eod. Quadrupli autē nomine primū ſim-
plum, id eſt, res amiſſa continetur; deinde triplum
quod in pœna eſt.l.14.§.quatenus.

¶ 3 Res amiſſa eſt,vel id quod abeſt:vt l.ſi mulier,
21.§.1.vel eius æſtimatio:id eſt,quāti ea res eſt.d.l.itē ſi,
§.quadruplum:id eſt,cum fructibus & cauſſa,d.§.& l.
videamus,38.§.item ſi,D.de vſur.denique id quod in-
tereſt,§.vlt.ead.l.quod per iuſiurandum in litem æſti-
matur.l.arbitrio,18.j.tit.prox.

¶ 4 Atque hæc quidem de hac actione:quaſi dā-
num paſſus vti nolet,ſed ad veterem vel in rem vel in
perſonam reſtitui licebit.l,9.§.volenti: quoniam eo,
quod geſtum eſt, reſciſſo, & irrito per Prætorem eſſe
iuſſo, vetus reſtituitur actio,non tamen directa ſed v-
tilis durat: quoniam omnis actio reſtitutoria vtilis
eſt.l.ſi mulier,21.§.vlt.j.eod. Electionem igitur dam-
nū paſſus habebit,vt tamen vna electa altera cōſuma-
tur.d.l.9.§.licet.l.ſi mulier,21.§.vlt.j.eod.Supereſt,vt
de exceptione dicamus.

¶ 5 Exceptio de metu cōceditur, cùm metus qui-
dem adhibitus, ſed tamen negocium imperfectū fuit:
vt ſi qui,ſtipulanti per metum promiſerat,nondū nu-
merauit;nam ſi ſtipulator agat hac exceptione in rem
concepta, depellitur, ſi in ea re nihil metus cauſſa fa-
ctum eſt,l.4.§.metus D.de dol.except.l.9.§. ſed quod
Prætor,j.h.t.Negocij per metum geſti præclarum ex-
ſtat exemplum in l.3.D.de extraord.cognit.

DE DOLO MALO.

TIT. III.

1 *Doli mali definitio. cuius vindicandi cauſſa prodita
fuerunt actiones,aliæ lege,aliæ ſine lege.*
2 *Quomodo intellig.ſit, Doli exceptionem ineſſe contra-
ctibus bonæ fidei.*
3 *Alia item ab Aquilio actio inſtituta.*
4 *Doli actio non datur niſi cùm alia deeſt: & non niſi
cauſſa Prætori cognita.*
5 *Actionis de dolo defin.& explicatio.*
6 *Comparatio inter actionem hanc & actionem quod
metus cauſſa.*

SECVNDA reſtitutionis cauſſa eſt Dolus
malus.

¶ 1 Dolus malus eſt conſilium fraudu-
lentum, quo quis circumuentus & damno
A adfectus eſt.l.1.§.1.j.eod.l.7.§.dolo, D. de pact. Eius
vindicandi cauſſa proditæ olim fuerunt ciuiles actio-
nes: aliæ lege,aliæ ſine lege;vt ait Cic.lib.de off.3. le-
ge,veluti XII.tab.in actione ſuſpecti tutoris,& ratio-
num diſtrahendarum. Item lege Lætoria, de circum-
ſcriptione minoris.Sine lege,bonæ fidei iudiciis:nam
in iis, vi ipſius formulæ, tum actio, tum exceptio de
dolo ineſt.De actione teſtimonium exſtat in l. elegā-
ter,7.§.non ſolum,in fi.l.ſi quis adfirmauit,in pr.j.h.
B t.vbi ſi dolus in re vendita commiſſus eſt ,dicitur ni-
hil opus eſſe ad eum vindicandum hac ſpeciali actio-
ne: quoniam bonæ fidei iudicium vi ſua eam iudici
partem facit. De exceptione textus eſt in l.ſed et ſi, 21.
in fi.j. Sol.matrim.l. huiuſmodi, 84.§. qui ſeruum,
D.de legat.1.

¶ 2 Cùm autem dicitur, doli exceptionem ineſſe,
ſic interpretandum eſt ex l.3.D. de reſcind.vend.Do-
lum Prætori probatum bonæ fidei actionem impedi-
re,quippe qui ſi turpior videatur, etiam ex ſtipulatu
C actionem impediat,l.1.§.idem Pompon. j.h.t. quæ
tamen regulariter ob dolum non impeditur,l. ſiquis,
36.D.de verb. oblig. Denique dolus dans cauſſam cō-
tractui bonæ fidei, eum vitiat, nec actionem ex eo
naſci permittit.d.l.7.j.h.t.

¶ 3 Præter illas ciuiles, quæ certorum tantū ca-
ſuum erant propriæ, C. Aquillius Gallus generalem
formulam inſtituit: quam Cicero Euerriculum ma-
litiarum omnium appellat; vt quib. caſib. nulla ex-
ſtaret actio, per quam vindicari dolus poſſet, eorum
D caſuum nomine hæc in iudicium deduceretur for-
mula. Itaque in Edicto perpetuo caput hoc fuit, vt
quod dolo malo factum eſſe diceretur,ſi alia actio nō
eſſet, iuſtáque cauſſa videretur, Prætor iudicium da-
ret,l.1.§.1.j.h.t. ideſt,tum actionem, tum exceptio-
nem: nam vtraque ex eadem cauſſa proponitur. l. 2.
D.de doli except.

¶ 4 Primùm igitur aliam non exſtare actionem
oportet: nam cùm doli damnatio infamiam adferat,
l.1.D.de his qui not.infam. ſi qua alia mitior exſtet a-
E ctio, ſi quod aliud remedium ſuperſit, Prætor hanc
non concedit,l.1.§.3.§.vlt.& ll.ſeqq.j.eod.l.7.D.de in
integ. reſt.l.falſus,43.§.ſi quis nihil,D.de furt.Deni-
que,quod in criminib.eſt Stellionatus perſecutio, id
in priuatis iudiciis eſt, de dolo actio, l. 3.D. ſtellion.
Deinde cauſſæ cognitionem Prætor requirit,veluti,ſi
res qua de agitur, aut perſona quæ poſtulat,non tanti
eſſe videatur, vt rei perſona in exiſtimationis, &, vt
tum loquebantur, in capitis periculum adducatur, l.
9.in fi.& ll.ſeqq.j.h.t.nam ſine magna & euidenti cal
F liditate hæc non conceditur actio l.7. in fi.j.eod. Sed
actionis definitione propoſita totius tractationis ſū-
mam complectemur.

¶ 5 Actio de dolo eſt,actio in perſonam arbitra-
ria, per quam is qui ab alio captus, fraudatúſque eſt,
vel rē ſibi, ab eo qui fraudauit,reſtitui;vel eum,quan-
ti ea res eſt,ſibi condemnati poſtulat.Dixi, *Actio in per
ſonam*, quoniam non ſatis eſt infinitè dolum dici cō-
miſſum,niſi nominatim perſona eius qui dolum com
miſit, exprimatur,l.ſed & ex dolo,15.§.vlt.j.eod.quip
G pe cùm huius actionis infamis ſit exitus, vt ſup. di-
ctum eſt.Dixi, *Arbitraria*: quoniam hîc quoque vt in
ſuperiore iudex antè ſententiam arbitratur, æquum
eſſe rem reſtitui:quo facto pœna euitatur. l.arbitrio,
18.j.eod, Dixi, *Captus fraudatúſque*:quoniam non ſa-
tis eſt dolum,machinationē, inſidias adhibitas fuiſſe,
niſi effectus ſit cōſecutus,& dānum verè inlatum,l.8.
j.eod.Itaque ſi dolus effectū nullū habuerit,neq; dānū

vllum attulerit, hæc non conceditur actio, l.1.§.idem Pompo.ꝭ.eo. Dixi, *Rem reſtitui*, id eſt, quod propter dolum malum abeſt: quoniam propter arbitrium conditionalis hæc actio eſt: vt ſup. diximus ex l.arbitrio. Dixi, *Quanti ea res eſt*, ſiue, id quod intereſt: quoniam, vt in ſuperiori actione, reus propter contumaciā tanti damnatur, quanti actor in litem iurauerit: quamquā æquitate & officio iudicis æſtimatio illa coercetur, d. l.18.ꝭ.hoc t.

¶ 6 Similitudo igitur inter hanc & ſuperiorē actionem hæc eſt: vtraque arbitraria eſt, vtraque quanti res eſt per iuſiurandum in litem petit, l.arbitrio,18.ꝭ.eo. per vtramque reſcinditur id quod geſtum eſt, l.1.l.2.de reſt.in integ. vtraque in heredes & ceteros ſucceſſores datur, de eo quod ad eos peruenit, l. quod diximus, 16.§.vlt.ſ.t.prox. l.ſed & ex dolo,15.§.vlt.ꝭ.eo. Differentia autem hęc: Illa in rem ſcripta eſt, hæc merè perſonalis: in illa quod intereſt quadruplatur, in hac ſimplatur. Itaque illius cōdemnatio infamis non eſt, hæc infamis eſt, l.1.D.de his qui not.infa. illa, etiamſi alia exſtet actio, intra annum datur, l.item ſi,14.§.poſt annum,ſ.tit.prox. hæc, vt iam dictum eſt, niſi aliis omnibus deficientibus non datur.

DE MINORIBVS VIGINTI QVINQVE ANNIS.

TIT. IV.

1 *Minorum 25. annis infirmum conſilium: & ſupra eam ætatem, legitima & perfecta ætas appellatur.*
2 *Minorum reſtitutionis defini. & explicatio.*
3 *Cum minorib. geſtum videtur etiamſi cum tutorib. aut curatorib. geſtum ſit.*

TERTIA reſtitutionis cauſſa eſt ætas annorum xxv. minor: nam ante illam ætatem infirmum ad res adminiſtrandas hominum iudicium eſſe viſum eſt, l.1.ꝭ.h.t.l.vlt.D.de cond.& demonſt. qua de cauſſa Curatores vſque ad illam ætatē adoleſcentib. impoſiti ſunt, l.1.ꝭ.h.t. quinetiam antiqua lege Lætoria publicum iudicium conſtitutum fuit, ſi quis ea ætate minorē circumſcripſiſſet (vt Cic. lib.Off.3.& de nat.Deor.3.teſtatur) & ex ea lege ætas hæc legitima dicitur, l.2.C.TH. de dona. paſſim etiā perfecta ætas appellatur, quoniam in ea virilis vigor completur, d.l.1.ꝭ.h.t. Minor autem in hoc quidem Edicto dicitur, qui viceſimū quintum ętatis annum omninò nō expleuit: nam etiam qui extremū eius anni diem attigit, tamen ante eam horam, qua natus eſt, minor numeratur: à momento enim in momentum, id eſt, ab horis ad horas tempus cōputatur, l.3.§.minor,ꝭ.eo. quamquam ſi biſſexto natus eſt, duo dies pro vno numerantur, d.§.minor, & l.cū biſſextus, 98.de verborum ſignif.

¶ 2 Huius autem Edicti ſummam, expoſita reſtitutionis huius definitione, ſic cōplectemur: Reſtitutio minorū eſt, quā is qui iuri dicundo præeſt, adoleſcentibus, in eo quod cum iis geſtū eſt, vel circumſcriptis, vel cū damno lapſis cauſſa cognita, ſiue cuiuſquā detrimento cōcedit. Dixi, *Qui iuri dicundo præeſt*: propter eā quod huius reſtitutionis negocium Prętor iudicibus pedaneis nō mandat, ſed ipſe cognitionē ſuſcipit, l.ꝙ ſi,24.§.vl.ꝭ.eo. qua de cauſſa non dixit, Iudicium dabo, ſed animaduertam, l.1 ꝭ.eo. Dixi, *Circumſcriptis*: quoniā qua de cauſſa maior de dolo actionē habet, ea

A de cauſſa minori reſtitutio conceditur, l.38.ſupra titul.prox. Id autē vſque adeò verū eſt, vt etiamſi præſentib. tutorib. aut curatorib. circumſcripti fuerunt, tamen reſtituantur, l.2.C.ſi tut.vel cur.interue. Dixi, *vel cum damno lapſis*: quia non tantùm alterius dolo captis fraudatiſq. Prætor ſubuenit, ſicuti Lętoria lex ſubueniebat: ſed etiam leuitate aut imperitia ſua læſis, l.5.C.h.t. velut in iis quæ prætermiſerunt vel ignorauerunt, l.pe.C.eo. Dixi, *cum damno*: quia non ſi quid
B cum minore geſtū eſt, continuò reſcinditur, ne quaſi commercio interdictum illis videatur, ſed ita demùm ſi cum ipſorum damno geſtum eſt, l.quòd ſi,24.§.1.l. non omnia,44.ꝭ.eo. tametſi minor curatorem habēs, ſimilis ei dicatur, cui curatore dato bonis interdictū eſt, l.3.C.h.t. In mutuò tamen fœneratoris odio propter ſolam ętatem reſtitutio conceditur: niſi creditor probet pecuniam in rem eius verſam fuiſſe, l.1.& 2.C. ſi aduerſ.cred. Etſi autem damnum nominauimus, tamen damno accidenti in hac cauſſa lucrum amiſſum comparatur, veluti ſi legatum repudiauit, l.7.§.ho-
C die, & d.l.44.ꝭ.eod. l.cùm quidam,17.§.ſi pupillo, D. de vſur. Dixi, *In eo quod cum iis geſtum eſt*: primùm vt non modò contractus, verùm etiam qualitercumque geſtum quid ſit comprehendamus, veluti ſolutionē, l.17.ꝭ.eod.l.Labeo,19.de verb.ſignif. Itaque reſtitutio hæc conceditur aduerſus rem iudicatam, aduerſus vēditionem, donationem, tranſactionem, dotem, vſucapionem, omiſſam hereditatem, aut bonorū poſſeſſionē, & ceteras quæ lib.Cod.2. proponuntur. deinde vt delicta excludamus, in quib. minori ſuccurritur, ſiqui-
D dem atrociora ſunt, l.auxilium,37.§.in delictis. nam in leuioribus, veluti furto, damno iniuria dato, non omninò denegatur reſtitutio, l.1.C.ſi aduerſ.delict. l. 9.§.2.ꝭ.hoc tit.

¶ 3 Cum minoribus autē geſtum videtur, etiamſi cum tutorib. aut curatoribus ipſorum geſtum eſt. nā ob malè cum his geſtum illi reſtituuntur, l.3.l.vlt.C. ſi tutor.vel curat. id eſt, ſi mala fide geſtum quid fuit: nam bona fide à tutoribus aut curatoribus geſtum ratum eſt, l.cùm plures,12.§.1. D.de admin.& pericl.tut.
E Minorum tamen prædia ſine decreto alienari non poſſunt: cuius decreti vnica cauſſa eſt, æs alienum, l.5. §.ſi æs alienum, D.de reb.eor. qui ſub tut. l.ob æs,12. C.de præd.& aliis reb.min. Dixi, *Cauſſa cognita*; primùm quoniam hæc reſtitutio non niſi parte vtraque audita & præſentibus aduerſariis cōceditur, l.in cauſſa,13.§.1.ꝭ.eod. qua de cauſſa, lis in integrum reſtitutionis appellatur, l.ſi filius,30.ꝭ.deinde, quoniam non vtique qui minor eſt continuò pro circumſcripto habetur, l.9.§.3.D.de iureiur. nec vtique ſi minor læſus
F eſt, continuò reſtituitur, ſed ita demum ſi per ętatis facilitatem lęſus eſt, non ſi quo fatali euentu, l. verum,11.§.ſciendum,ꝭ.eod. Itaque ad boni & æqui rationē ea cognitio reuocatur, l.quòd ſi,24.§.1. Tertiò, quia vbi minor iure ordinario munitus eſt, iſto quod ſubſidiarium & extraordinarium eſt, vti non debet, l. in cauſſæ,16.ꝭ.hoc t. ſemper autē vel reſciſſo eo quod geſtum eſt, actio competit, l.in cauſſę,13.§.interdum, ꝭ.eodem, vel ætatis exceptio aut replicatio, d.l.9.§ ſi minor, D. de iureiur. Dixi, *ſiue cuiuſque detrimento*:
G quoniam omnis in integrum reſtitutio eſt reciproca & cōceditur, vt ius vtrique ſuum incolume ſeruętur, l.quod ſi minor,24.§. reſtitutio, eod. Itaque in venditione ſicuti fundus cum fructibus ei reſtituitur, ſic ipſe pecuniam cum vſuris reſtituit, l. tutor, 47.§.vlt. ꝭ.quod idem de emtione traditur in l.patri,27.§.prædium. itémque de ſolutione, l.minor,40.§.vlt.

DE CAPITIS MINVTIONE.

TITVLVS V.

1 *Caput quid ſit: item Capitis minutio.*
2 *Hac triplex: Summa, Media, Minima.*
3 *Reſtitutionis huius definitio.*
4 *Vis & effectus maxima & media:*
5 *Et minima.*
6 *Quanam obligationes per cap. minutionẽ exſtinguantur. ſimul de æquitate huius reſtitutionis.*
7 *Comparatio inter hanc reſtitut. & ſuperiorem, & poſteriorem; Quod cum eo qui in alien. pot.*
8 *Triboniani ſocordia notatur.*

QVARTA reſtitutionis cauſſa eſt, Capitis minutio.

§ 1 Caput eſt ſtatus, quem quis libertatis, ciuitatis, aut familiæ iure obtinet. l. 3. ȷ̄. h. t. Minutio eſt ademtio, amiſſio, alienatio, velut in l. vlt. D. de legib. quare, Capitis minutio eſt iuris illius amiſſio, l. 1. ȷ̄. h. t. l. 2. D. de in integ. reſt.

§ 2 Eáque triplex eſt: Summa, cùm quis illa tria vno tempore amittit, quod accidit in eo qui è libero ſeruus efficitur. Media, cùm duo poſteriora tantùm amittit; quod accidit in eo qui è ciue peregrinus efficitur. Minima, cùm poſtremum ſolùm amittit, quod in eo vſuuenit qui ex agnato fit extraneus, d. l. vlt. quare ſeruus cùm manumittitur, capite non minuitur; quippe qui caput nunquam habuit, l. 3. §. vlt. & l. ſeq. ȷ̄. h. t.

§ 3 Hæc autem reſtitutio ſic definitur: Obligationis, quæ propter minimam capitis minutionem debitoris amiſſa fuerat, redintegratio. Dixi, *Minimam*: quoniam quantum ad Maximam & Mediam attinet, ſatis conſtat Ciuilem obligationem neque in ſerui, neque in peregrini perſona conſiſtere. De ſeruo textus eſt in l. ſeruo, 14. *D.* de obl. & act. l. nec ſerui, 41. *D.* de pecul. de eo qui ciuitatem amiſit in l. quotiens, 14. in fi. *D.* de nouat. l. ſi debitori, 47. *D.* de fideiuſſ. l. vlt. *D.* de duobus reis, l. cum quis, 38. *D.* de ſolut. quippe cùm ſint iuris ciuilis expertes, l. quod attinet, de reg. iur. l. 4. §. vlt. *D.* de grad. l. 1. C. de hered. inſtit. qua de cauſſa neque ſeruus conueniri poteſt, l. quotiens, 13. *D.* ſi quis caut, neque peregrinus, l. 2. ȷ̄. h. t.

§ 4 Conſentaneum eſt igitur, maxima vel media capitis deminutione contingente, obligationem ſic extingui vt reſuſcitari ac reſtitui non poſſit, l. 2. in pr. & l. 7. §. vlt. ȷ̄. h. t. quippe cùm hæ duæ capitis minutiones non ciuilis ſed naturalis iuris ſint: ac propterea etiam ea quæ iuris naturalis ſunt, veluti cognationem perimant. §. vlt. Inſt. de legit. tut. nam neque bonorum habent poſſeſſionem contra tabulas parentum, nec eis legitima conſeruatur, adeò vt deportati mater deſinat eius eſſe mater. l. 1. §. 2. D. ad Tertyll. ſimiliter & naturalibus obligationibus eximit. l. ſi debitori deportato, D. de fideiuſſ. quippe cùm eius bonis fiſcus ſuccedat. qua de cauſſa morti ſimiles dicuntur, ac per illas æquè interire homines vt per mortẽ. l. verum eſt, 63. §. vlt. D. pro ſoc. l. ſed ſi, 13. D. de don. int. vir. l. 1. §. pen. D. de bon. poſſ. cont. tab. quinetiam per minimam obligatio mero ac ciuili iure ꝓpterea perimitur. d. l. cum quis, D. de ſolut. quoniam debitoris perſona per capitis deminutionem peremta eſt; quippe in ſeruilem cauſſam imaginariam deducta, l. 3. ȷ̄. h. t. nam in ſeruitutem redigi morti comparatur. l. 32. §. 4. D. de don. int. vir l. 59. D. de cond. & demonſt. adeò vt manumiſſus, nouus homo eſſe cenſeatur. l. ſeruus, A 27. D. de adim. leg. & libet in ſeruitutem redactus alius homo numeretur, l. qui res, 98. §. aream, D. de ſolut.

§ 5 Denique emancipatus deſinit eſſe in patris naturalis familia, ac iam extraneus eſſe incipit, l. 3. ȷ̄. h. t. §. 3. Inſt. de her. & qual. Cùm autem duplex obligatio ſit: vna, qua filius alterum obſtrictum tenet: altera, qua ipſe ab alio tenetur, l. filius, 9. & l. filius, 39. D. de obl. & act. quæritur an ad vtramque hoc Edi- B ctum pertineat: nam verba quidem Edicti ad ſolam obligationem qua tenetur pertinent, l. 2. §. 1. ȷ̄. h. t. Contrà tamen videmus l. 8. & l. 9. ȷ̄. eod. ad alterius obligationem pertinere. Maior quęſtio eſt de obligationibus. Sed cùm tam apertè Caius in d. l. 8. definiat eas obligationes quæ naturalem obligationem habent, quæ ex bono & æquo contractæ ſunt, capitis minutione non perimi, non dubitandum arbitror, quin omnes bonęfidei contractus in hunc numerum referendi ſint, omnes denique in quib. valet illa na- C turæ lex, vt quod alterius ſine cauſſa iuſta apud alterum eſt condicatur, l. 6. D. de cond. ob turp. cauſſ. vnde Condictiones eiuſmodi naturales appellantur, l. 14. l. 15. l. 66. D. de cond. indeb. Et naturales obligationes definiuntur, cùm ex æquitate naturali aliquid debetur, l. ſi noxali, 11. D. de pecul. l. Stichum, 95. §. naturalis, D. de ſolut. Cuius rei etiam illud argumẽtũ eſt ex ead. l. 8. quod quæ naturalis iuris & æquitatis ſunt, ciuilis iuris inſtitutis perimi non poſſunt.

§ 6 Quod cùm ita ſit, conſentaneum eſt, eas ſolas D obligationes per capitis minutionem exſtingui, quæ mero iure ciuili conſtant: quales ſunt quæ ex re malè per errorem aut ambitionem iudicata naſcuntur, l. ſeruo, 65. §. cum Pretor, D. ad Trebell. l. 1. C. de cond. in deb. l. ſi fideiuſſor, 29. §. cum in omnibus, D. mand. aut cùm ſtipulatio dolo metúve extorta vel ſine cauſſa facta eſt, l. pen. C. de inut. ſtip. l. 2. §. circa, D. de dol. except. Idémque videmus eſſe iuris in obligationibus filiisfa. quæſitis: veluti operarum officialium, quas per capitis minutionem interire conſtat ex §. 1. Inſt. de adquiſ. per adrog. Cùm autem ita ſe res haberent, Præ- E tor tamẽ exſtinctas actiones ciuiles hoc capite in integrum reſtituit: ita tamen vt reſtitutæ tantùm vtiles ſint, non directæ: ſicuti ſup. ſuo loco demonſtratum eſt. Sic eod. Inſt. tit. actiones antè adrogationem quæſitæ & per Capitis minutionem peremtæ reſtituũtur aduerſus ipſum adrogatum: ſed quia propter inopiam inanes futuræ eſſent aduerſus adrogatorem, ſi quaſi procurator non defendat, in bon. poſſ. mittitur.

§ 7 Ex quib. quantum inter hanc & ſupp. reſtitu- F tiones interſit, facilè intellectu eſt: illæ, quod geſtum fuerat, reſcindebant: hæc capitis minutionem non reſcindit, ſed perinde quaſi non interueniſſet, actionẽ reſtituit, l. 2. §. ait Prætor, ȷ̄. eod. illæ dolum vel metum paſſis conceduntur: hæc non capite minutis, ſed ipſorum creditoribus conceditur, d. l. 2. Reliquum eſt vt quæramus, quęnam inter hunc titulum & alterum poſteriorem, Quod cum eo qui in alien. vel communio vel differentia ſit. Nam communio quidem hæc videtur, quod actiones quæ illo Edicto inſtitui dicuntur aduerſus emancipatum, ſi quidem mero ciuili iu- G re conſtant, per hoc Edictum à Prætore cauſſa cognita reſtituendæ ſunt. Verùm hoc intereſt, quod illud Edictum æquè ad naturales vt ad ciuiles obligationis pertinet: hoc verò ad ciuiles tantùm. Illud ad obligationes tantùm aduerſus filiosſ quæſitas: hoc etiam filiisfamilias quæſitas. Per illud minuitur actio quatenus filius facere poteſt: per hoc integra

reſtituitur:illi locus eſt dumtaxat cùm is qui in poteſtate fuerat, ſui iuris fit: huic verò etiam cùm is qui ſui iuris erat, in alienam poteſtatem tranſit.l.2.§. hi qui.ʒ.h.t.

¶ 8 Poſtremò damnanda Triboniani ſocordia eſt, qui cùm ius iſtud non modò deductionis in ſeruitutem imaginariam, verùm etiam extinguendarum per illam obligationum ab Imperatore ſuo abrogatum eſſe ſciret.l.vlt.C.de emãcipat.§.1.Inſt.de adquiſ. per adrog.ac propterea Tit ſi aduerſus cap. minutionem ex ord.reſtit.in lib. Cod.2.ſuſtuliſſet, tamen ius iſtud obſoletum importunè hoc loco nobis, quaſi ocio abundantibus, obtruſit.

EX QVIB. CAVSS. MAIOR.
TITVLVS VI.

1 *Actionis reſciſſoriæ ſiue Reſtitutoriæ quæ pro abſentia detur, definitio:& quæ ſit iuſta abſentia.*
2 *Lædi quis dicatur per abſentiam.*
3 *Abſens & indefenſus æquipollent.*
4 *Etiam exceptio competit ex hoc Edicto.*

QVINTA reſtitutionis cauſſa eſt, Abſentia, cuius cauſſa Prætor actionem inſtituit, quæ modò Reſciſſoria dicitur. l. nec non, 28. §. vlt.ʒ.l.nullo, 24.de rei vindic.modò Reſtitutoria,l.vlt.D.de eo per quem.

¶ 1 Ea verò ſic definitur: actio per quam eius rei reſciſſio poſtulatur, qua quis propter vel ſuam iuſtã, vel quamlibet aduerſarij abſentiam læſus eſt.huius enim Edicti duo hæc capita ſunt, l.1.&.l.21.ʒ.h.t. neq; enim cuiuſquam abſentia vel illi vel alteri damnoſa eſſe debet.l.abſentia,149.de reg.iur. *Iuſtam abſentiam* dicimus, quę Prætori cauſſa cum cõſilio cognita probata eſt, ac plerumque quæ non dolo malo, ſed nõ bona fide ſuſcepta eſt.l.4.ʒ.eod.l.19.D.de damn.inf.item non voluntate nec data opera, ſed ex neceſſitate.l.5. l. ſed etſi, 26.ʒ. eod.l.34.D.de reb.auct.iud. poſſ.veluti, Reip.cauſſa,l.32.aut metus cauſſa.l.1.l.3.l.5.ʒ.eod.aut ſi qui in vinculis, aut hoſtium ſeruitute eſt:item ſtudiorum cauſſa.l.28.ʒ.

¶ 2 *Lædi* porrò aliquem dicimus, propter ſuam abſentiam, qui ſi adfuiſſet, eo damno adfectus nõ fuiſſet, l.is qui,44.ʒ.eod.veluti, ſi abſens propter rẽ non defenſam damnatus ſit, & in eius poſſeſſionem aduerſarius miſſus.l.cum miles,30.§.vlt.ʒ. eod.l.8.§.pen.C. de preſc.trig.ann.in dãno etiam amiſſum lucrum numeramus.l.& ſiue,27.ʒ.eo. Similiter lędi aliquem per abſentiã aduerſarij dicimus, qui ſi vel præſens vel defenſus aduerſarius fuiſſet, expers illius damni fuiſſet. l.ait Prętor,21.§.2.ʒ.veluti, ſi quis, dum Reip.cauſſa abeſt, neque defenditur, neque eſt qui eo nomine conueniri poſſit, rẽ alicuius vſucapit.l.nec non, 28.§. vlt. ʒ.eod.permittitur enim domino, ſi abſens eſſe deſierit, reſciſſa vſucapione eã petere, id eſt, ita petere quaſi vſucapta non fuiſſet.§.ruſus,Inſt.de act.

¶ 3 Dixi autem *Abſens aut indefenſus*: quoniam ita demum ex hoc capite reſtitutio conceditur, cùm quæſitum defenſorem nec repertum conſtat. l. ergo, 12.ʒ.eod. Et præſentib.igitur & abſentib.hæc actio comparata eſt. ſed hoc intereſt, quod ille non niſi ob iuſtam abſentiam reſtituitur:hic, ſiue iuſta ſiue iniuſta aduerſarius abfuerit.l.item, 21.ʒ. eod. Dixi autem, *Reſciſſionem poſtulari*, quoniam Prætor ex bono & æ-

A quo reſcindit id quod mero iure ciuili conſtabat; veluti venditionem.l. 6.C.de reſt.mil. Item vſucapionem. l. ſed etſi, 26.§.ſi feriæ, ʒ. actum quaſi vſucapta res non fuiſſet, priſtinam in rem actionem reſtituit, non tamen directam, ſed vtilem. l.nec vtilem, 20. ʒ. eod.eáque de cauſſa contra ius ciuile dari honoraria hæc actio dicitur. l. in honorariis, 35. D. de oblig. & act.

¶ 4 Poſtremò, notandum eſt ex hoc Edicto non B tantùm actionem reſciſſoriam, ſed etiam exceptionem dari, ſi fortè amiſſæ rei poſſeſſionem nacti ſint qui eam amiſerant,d.l. necnon,28.§. vltim.nam cui actionem, eidem multo magis exceptionem damus. Ergò abſenti ſic dabitur:extra quàm ſi abſente me rem meam vſucepiſti. Præſenti autem ſic: extra quàm ſi cùm abſens non defendebaris, rem meam vſucepiſti.

DE ALIENAT. IVD. MVT.
C TIT. VII.

1 *Turbatus ordo Rub.à Tribon.*
2 *Alienatio iudicij mut.cauſſa quid ſit.*
3 *Actionis huius defin.& explicatio:vbi litem transferre quid ſit exponitur.*
4 *Differentia inter hanc Reſtitutoriam & ceteras ſuperiores.*
5 *Etiam exceptio conceditur ex hoc Edicto.*

¶ 1 SEXTA reſtitutionis cauſſa eſt, Iuſtus D error.l.2.D.de in integ.reſt.cuius exemplum exſtat in §. ſi quis agens,28. Inſt. de act.ſi quis legatum integrum petierit, cùm id per codicillos imminutum ignoraret. Tribonianus autem huius rei oblitus hunc ſuperioribus titulum ſubiunxit, propter adfinitatem dumtaxat. nam cùm ſup.docuerimus, duas harum Prætoriarum reſtitutionum partes eſſe, Reſciſſionem & Redintegrationem: hoc Edicto Prætor neque alienationem reſcindit, ſed eam ratam eſſe ſinit, neque priſtinam E actionem amiſſam reſtituit, vt poſterius intelligetur.

¶ 2 Alienatio iudicij mutandi cauſſa fit, cùm is aduerſus quem actio de re quapiam futura eſt, eius vel dominium vel poſſeſſionem dolo malo in alium, vt deterior aduerſarij cauſſa fiat, transfert.

¶ 3 Eius autem rei actio ſic definitur: Actio in factum arbitraria, vt is qui re dolo malo alienata deteriorem aduerſarij condicionem fecit, tanti damnetur quanti aduerſarij intereſt alterum aduerſarium non F habuiſſe,l.1.& l.3. in fin.Dixi *actionem futuram*: quoniam futuri tantùm non etiam præſentis iudicij cauſſa factam alienationem oportet. l. 8. §. 1. ʒ.eod. id eſt, antè litem conteſtatam:nam per litis conteſtationem litigioſa res fit, cuius alienatio propter prætoriam exceptionem rata non eſt, l. 1. D. de litig. Dixi, *Rem vel poſſeſſionem*: quoniam ob ſolam poſſeſſionis tranſlationem, ſi deterior aduerſarij cauſſa futura eſt, hæc actio conceditur, l. 4. §. 2. ʒ. l. electio, 26. §. 2. D. de nox. act. Dixi, G *Dolo malo*: quia tria concurrere oportet: dolum, tranſlationem litis, & damnum aduerſarij. Dolus eſt, cùm eo conſilio res alienata eſt, vt deterior aduerſarij condicio fiat. l. 3. §.1.2.3.ʒ.eod. veluti, ſi in militem alienata ſit, aliúmve potentiorem & moleſtiorem aduerſariũ. l.cùm miles,11.l.3.ʒ.eod.nã ſi valetudinis, aut vitandarũ litiũ cauſſa, aut per teſtamentũ,

aut

aut redhibitionem aliáve probabili ratione alienatio facta eſt, locus huic Edicto non eſt, l.4.§.1. & 3.& l. 8.§.1.ꝟ.eod. Lis transfertur, cùm non tam res ipſa alienatur, quàm lis in moleſtiorem aduerſarium traducitur: veluti in dict. l.miles,11. infrà. Præterea deteriorem alterius fieri condicionem oportet, ita denique vt ipſius interſit, alioqui actio euaneſcit, l.nec vllam,13.§.pen.D.de hered.petit. qua de cauſſa ſi ſeruus alienatus ſine cauſſa deceſſit, ceſſat hoc iudiciũ, l 4.§.vltimo. Porrò in definitione actionis, dixi, *Arbitrariam eſſe actionem*: quoniam rei perſecutionem arbitrio iudicis continet, l.4.§.vltim.ꝟ.eodem, id eſt, iudex, ad quem hac de re Prætoris iuſſu aditum eſt pri⁹ arbitratur rem reſtituendã: cui ſi reus non pareat, tum iudex illum tanti condemnat, quanti actoris interfuit, translatam in alium litem non fuiſſe, dict.§. vlt.l.3.§.vlt.

§ 4 Duplex igitur inter ceteras reſtitutorias & hanc poſtremam differentia eſt: illæ, quod geſtum fuerat, reſcindunt; hæc non reſcindit. qua de cauſſa non modò directa contra poſſeſſorem actio in rem conceditur, l.vnic. C.hoc t.l.electio,26.§.2.ꝟ.de nox.act. verùm etiam ei directa competit actio, quamuis exceptione excludatur, l.vlt.ꝟ.eod. Illæ, veterem actionem reſtituunt: hæc, non actionem, ſed litis æſtimationem reſtituit, d.l.3.§.ex quibus. Quapropter reus veterem quidem actionem vtilem pati & recipere poteſt, ſi velit: at ſi nolit, cogi non poteſt, d.l.3.§.vlt.

§ 5 Quemadmodum autem ex ſuperioribus, ſic etiam ex hac nõ tantùm actio, verùm etiam exceptio conceditur. neque enim à reo tantùm, ſed ab actore alienari res & transferri lis prohibetur; quãuis in procuratorem transferatur, l.4.§.ceterum, & l.vlt. ꝟ.h.t. Quare ſi potentior agat, in quem dolo malo res translata eſt, exceptio dabitur, niſi iudicij mutandi cauſſa res alienata eſt. Etſi autem paſſim ſub hoc tit.de actionib.in rem agatur, videtur tamen etiam ad perſonales pertinere: ſi fortè creditor debitoris ſui nomen alteri potentiori ceſſerit, l.nomina,17.D.de hered. vel act.vend.l.1.C.de nouat.

DE RECEPTIS, &c.

TIT. VIII.

1 *Ordo Rubr.ex titulo generali in Edicto Prætoris De receptis.*
2 *Recepti vulg. definitio reprehenditur ad l.rem non nouam,§ 1.C.de iud.*
3 *Arbitrium aliud Conuentionale, aliud Iudiciale. Conuentionale aut eſt Electum, aut Compromiſſarium.*
4 *Rurſus conuentionale eſt aut perſonale, aut boni viri.*
5 *Iudiciale aut vniuerſale eſt, aut particulare.*
6 *Arbitri definitio. itémque Compromiſsi.*
7 *De perſonis, qui Arbitri eſſe, & qui compromittere poſſunt.*
8 *De rebus, de quibus arbitrium recipitur.*
9 *De iure: quod ius recepti ſit, primò quoad arbitrum.*
10 *Secundò quoad litigatores.*

EXpoſitis præparatoriis iudiciorũ, deinceps ad ipſorum tractationem accedit. Quoniam autẽ plerumq. antequã ad iudicem veniret, apud arbitros experiebatur, propterea de arbitris priore loco tractare inſtituit. Cùm autem & hic & inſequens tit. *de receptis* eſſet, propterea ſuſpicor generalẽ t.in Edicto Prętoris his duobus, fortaſſe etiã plurib.

A capitibus inſcriptum fuiſſe. Primum autem ſubiectũ De receptis caput his verbis fuiſſe: *Qui arbitrium receperunt*, &c.

§ 2 Receptum autem nequaquam definiendum eſt, compromiſſum pecuniæ certæ, quamuis eiuſmodi quædam gloſſa ſit in l.rem non nouam,12.§.1.C.de iudic.ſub verbo, *ex recepto*. nam ſiue illa Triboniani, ſiue alterius eſt, planè abſurda eſt. Conſtat enim Recipere idem eſſe, quod promittere. Itaque caupo

B qui ſaluas fore viatoris ſarcinas recepit, actione ex recepto teneri dicitur, l.3.§.vlt.ꝟ.tit.prox. Similiter qui delatum ſibi litigatorum conuentione arbitrium accepit, ſeſéque diſceptatorem fore promiſit, recepiſſe arbitrium dicitur, l. Pompon.18.§.recepiſſe, ꝟ.h.t. Interdum tamen accipitur, pro celandi & abſcondendi animo ſuſcipere: vt in actione ſerui recepti, l.1.D.de ſeru.corrupt.

§ 3 Primùm autem illud ſcire oportet, Arbitrium aliud eſſe conuentionale, quod partium conuentio-

C ne & conſenſu; alterum iudiciale, quod iudicis iuſſu conſtitutum eſt. Conuentionale rurſus dupliciter diuiditur: nam aliud eſt Electum, aliud Compromiſſarium. Electus arbiter dicitur, qui cõmuni partium conſenſu ſiue compromiſſo & Prætoris iuſſu electus eſt, vt in componenda cõtrouerſia honorariam amici operam interponat, l.pen.C.de recept.l.vlt.C.vbi & apud quem.l.pen. C.de pact. atque hunc puto eſſe quem Tullius Honorarium arbitrum appellat. Itaq. cùm ſimpliciter eius ſententiæ ſtari promiſſum ſit,

D incerti actio conceditur, l.diem proferre, 27. §. vlt.ꝟ. h.t.De compromiſſario poſtea dicemus.

§ 4 Altera diuiſio eſt, quod arbitrium conuentionale aliud eſt Perſonale, aliud Boni viri. Perſonale eſt, quod in perſonam certam ita confertur, vt liberæ ipſius ſolius voluntati committatur: qua de cauſſa liberum arbitrium & plenũ arbitrium dicitur in l.7.§.cũ quidã, D.de reb.dub.l.fideicõmiſſa, 11. §. quamquam miles, De legat.3.& mera volũtas, l.ſi ſic legatum, 75. D.de legat.1. Arbitrium boni viri eſt, quod ita nomi-

E natæ perſonæ committitur, vt tamen non tam ipſe in eo nomine quàm vir bonus ſpectetur: quaſi denique ipſe pro viro bono exempli cauſſa nominatus eſſet, l. ſocietatem,66.D.pro ſoc.l.vlt.D.Rem pup.ſalu.Itaq. in illo, perſona tanquam indiuiduum: in hoc, tanquã genus ſpectatur, quod ſolo intellectu conſtat. in illo, bonitas eſt in opinione: nam Arbiter tamquam vir bonus controuerſię diſceptator deligitur, l.3.§.1.ꝟ.h.t. Iudex boni & innocentis viri officio fungi debet, l.4. §.1.D.fam.erciſc. In hoc bonitas in veritate eſt, talem

F enim eſſe oportet qui deligitur, d.l.66.& ſi nõ eſt, alius quæritur. Illud ſeiungi à perſona non poteſt, l.in cõpromiſſis,45.ꝟ.h.t.hoc verò poteſt, l.vlt. C.de contr. emt.l.1. De legat.2. l.vlt.§.ſed & ſi quis, C.commun. de legat. Illi parendum eſt, ſiue æquum ſiue iniquum ſit: huic non item, d.l.66.& l.diem,27.§.2.ꝟ.h.t.

§ 5 Sequitur vt de Iudiciali dicamus, quod ſimiliter bipartitum eſt. nam aut vniuerſale eſt, quod ad vniuerſam controuerſiam diſceptandam pertinet; aut particulare, quod ad eius partem aliquam incidentem

G & aduentitiam adhibetur. Ad totam litem pertinent arbitria, quæ bonæ fidei iudicia vulgò dicuntur, propterea quod iudex datus non ad certam formulam adſtrict⁹ eſt, ſed liberè ex bonę fidei æquitatiſq. ratione rẽ diſceptat, l.Lucius,24.D.depoſ.iuncta l.7.D.de neg.geſt. Particularia aũt ſũt, veluti cũ ad fideiuſſores ꝓbãdos arbitri à ꝑtore datur, l.9. D.q ſatiſd.cog.l.7.§.

non

non ſolùm,D.de minor. ad determinandam viam,latitudinémque actus vel itineris ſtatuendã,l.13.§.ſi totus,& §.latitudo,D.de ſeruit.ruſt. vel cùm inter vicinos de ædificiorum altitudine controuerſia eſt,l.11.in fin. D.de ſeruit. vrban. Hoc autem capite de arbitrio libero ac ſoluto tantummodò tractatur.

¶ 6 Itaque hunc arbitrum definire ſic poſſumus: Arbiter eſt, cui ex compromiſſo partium controuerſiæ arbitrio ſuo diſceptandæ poteſtas permiſſa eſt. Cõpromiſſum eſt mutua ſtipulatio certæ pœnæ inter litigatores facta, ni arbitri ſententiæ pareant, vnde cõpromiſſarius iudex dicitur,arbiter,qui ex compromiſſo ſumtus eſt,l.41.ff.eo.l.vl.C.de teſtib.l.pe.C.de pact. Olim etiam iureiurando ſeſe inuicem adſtringebant. Iuſtinianus autem cùm in l.4. C.h.t.ſtatuiſſet, vt illi iurato compromiſſo pareretur, poſteà Nou.82.vetuit arbitros cum iureiurando deligi. Dixi, *Certæ pœnæ*: quoniam ſiue pecunia ſiue alia res in ſtipulationem deducta ſit,nihil intereſt, l.litigatores,11.§.2.non magis quàm vtrum maior an minor pœna ſit quam res, l.non diſtinguemus,32.Dixi, *Mutua ſtipulatio*:quia regulariter per ſtipulationem cõpromiſſum fit, l.Pompon.13.§.1.l.32.§.ſi domini.tametſi cùm litigatores inuicem debitores ſint,pacto nudo de non petendo facere compromiſſum poſſunt,indéque pacti exceptio naſcitur,d.l.litigatores,§.vlt.

¶ 7 Primùm autem de perſonis, tum de rebus, poſtremò de iure diſſeramus. Arbitri eſſe poſſunt etiam qui in ſummo magiſtratu ſunt,l.3.§.vlt.l.4.etiam qui filiifa.ſunt,l.5.etiam qui infames ſunt,l.7.eod. at non ſacerdotes niſi cùm ſacris eos vacare non oportet, l. nõ diſtinguemus,32.§.3.ff. neque pupilli, neque ſerui, furioſi,muti,ſurdi,l.7.l.9.ff.eod.neque minores annis xx.l.cum lege,41. ff. neque ij quorum res agitur,l.pe. neque ij qui eiuſdem rei addicti iudices fuerunt, l.9. §.2.neque mulieres, l.vlt.C.hoc t. niſi iure papiſtico, c.4.Extr.de arbitr. Compromittere autem neque ſerui poſſunt,l.32.§.ſi ſeruus. neque pupilli, ſine tutoris auctoritate,l.35. neque mulier alterius nomine,l.32. §.1.hoc tit.

¶ 9 Nunc de rebus videamus. De criminibus legitimis,aut famoſis delictis arbitria non recipiuntur,d. l.nõ diſtinguemus,§.Iulianus,ff.h.t.qua de cauſſa infamiam arbitri ſententia nõ irrogat, l.2.D.de his qui not.infam.neque de popularib.actionibus, aut cauſſis liberalibus, d.l.32.§.de liberali.

¶ 9 Supereſt vt de iure videamus,quæ tractatio bipartita eſt:primùm enim ad arbitri,tum ad litigatorũ perſonas pertinet.Ergò ius recepti eſt,vt arbiter quaſi iudex ac diſceptator ſua ſententia controuerſiæ finẽ imponat,l.Pompo.13.§.2.ídque coram vtriſque litigatorib. l.decẽ,21.§.ſi quis coram: quanquam eius ſententia neque ius neque rem iudicatam faciat: vt ait Paul.lib.ſent.5.tit.5. qua de cauſſa neque ex illa iudicati actio vel exceptio conceditur, l.2.ff.eod. l.1.C.eo. neque ab illa appellatur,l.1.C.h.tit. neque item infamiam irrogat, l.quid ergò,13. §.ex compromiſſo, D. de his qui not.infam. Præterea, quamuis liberum ab initio ſit arbitrium non recipere, tamẽ ſemel receptũ repudiari,ſine cauſſa Prætori cognita & probata,non poteſt, l.licet,15. veluti ſi litigatores ei cõtumeliam fecerint,l.9.§.vl.& l.11.nam à Prætore munus ſuum explere cogitur,l.3.§.1.adeò vt ſi latitet,ei multa irrogetur,d.l.non diſtinguendùm,§.ſi arbiter. Quod ſi plures dati ſint arbitri, tum aut omnes cogendi ſunt, aut nullus, l.item ſi,17.§.2. niſi de vno ſit cõpromiſſum. In plurium autem diſſenſione maioris partis arbitrio

A ſtandum eſt,ſi modò omnes adfuerint. l. item ſi,§.pe. & §.vlt. & l.ſeq& l.27.§.ſi plures, ff. eod. Porrò cognoſcendi & pronunciandæ arbitratu ſuo ſententiæ libera ei & ſolua poteſtas permittenda eſt, neque vllis vel Prætoris vel partium formulis adſtringenda.d. l.item ſi,§.2.l.qualem,19.In pronunciando tamen cõpromiſſi formulam ſequi debet: alioquin eius irrita ſententia eſt,l.Labeo,25.hoc eſt,vt qua de re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt, ſententiam pronunciet, l.32.§.de officio.nam extra compro-
B miſſum quod fecerit,ratum non eſt,d.l.82.§.vlt.

¶ 10 Quantum autem ad perſonas litigatorum attinet, arbitrij hæc vis eſt, primùm vt qui è litigatoribus ſine iuſta cauſſa ad diem non adfuerit,pœnam cõmittat,l.quid tamen 21.§.ſi quis, l.diem,27.§.ſiquis,l. 2.C.h.t. Item vt ſiue æqua ſiue iniqua ſententia ſit, propter pœnam compromiſſam parendum ſit. d. l. diem,§.2. neque victor iudicati actionem habeat, ſed tantùm pœnæ compromiſſæ petitionem, d.l.1.& l.2. D.eod.Item vt qui ab arbitrio rem in iudicium dedu-
C cit, pœnam committat,l.ſi quis, 30. eamque debeat, etiamſi aduerſarij nihil interſit.l.cum pœna, 38.ff.eo.

NAVTÆ, CAVPONES, STABVL.

TITVLVS IX.

1 *Ordo & continuatio rub.*
2 *Nautæ,caupones,ſtabularij qui ſint.*
D 3 *Actionis de recepto defin.*
4 *Recipere preciſe quid ſit.*
5 *Receptor quam culpam præſtet.*
6 *Quænam alia ex recepto detur actio.*
7 *Emend.inſcriptio l.vlt. D.h.t.*

¶ 1 POSTREMVS hic eſt titulus de præparatoriis iudiciorum. nam cùm litigatoribus iudicio ſiſtendi cauſſa ſæpè peregrinandum, atque adeò nauigandum eſſet.
E l.inſulæ,8.l.heres,19.§. nam vbi, l.ſi is qui, 34.ff.titul. prox. Prætor eorum ſarcinis cautum voluit,atque idcircò hunc in edicto titulum inſeruit:in quo tamen è re nata etiam de aliis rebus omnibus ſimiliter depoſitis ac receptis tractare inſtituit.nam adfirmare hunc tit.propter homonymiam verbi *Recipere*, in alienum locum temerè ac neſcio quo caſu coniectum fuiſſe, quid aliud eſt quàm extremæ amentiæ & Prætorem & Iuriſconſultos inſimulare? quos ex harum legum inſcriptionibus apparet, in hac quoque tractatione
F perpetui edicti ordinem ſecutos eſſe.

¶ 2 Nautæ igitur,caupones & ſtabularij ſunt,qui naues,cauponas & ſtabula exercent,l.1.§.1.& §.4.ff.h. t.l.vn. D. furt.aduerſ.naut. caup.id eſt, vſum eorum locant & mercedem exigunt,non vt res ſibi commiſſas cuſtodiãt,ſed nauta vt vectores traiiciat,caupo vt viatores; ſtabularius vt iumenta tecto recipiat, l.5. ff. eo.tametſi Nauta ꝓpriè eſt, q̃ nauis nauigãdæ cauſſa in naui eſt,l.1.§.1.ff.eo.l.1.§.1.D.de exercit. Sed in hoc edicto ꝓ ipſo exercitore nauis accipitur, l.5.§.1. D.de
G obl. & act. qui alibi Nauarchus, alibi Nauicularius appellatur. Porrò duplex à Prætore harum rerum cauſſa inſtituta actio eſt: vna in ſimplum ex recepto: ſic enim appellatur in l.3.§.vlt.ff.h.t.altera in duplum ex furto vel damno inlato.

¶ 3 Actio de recepto dicitur actio in factum aduerſus nautas,caupones,ſtabularios, ꝑ quã id qđ cuiuſq. ſaluum

ſaluum fore receperunt, ab iis, vt ſaluum reſtituant, poſtulatur. Dixi, *In factum*: vt in l.3. §.1. quoniam Prętor, apud quem factum proponitur, illud ęſtimare ſolet, vt dicitur in l.pen. §.1.ĵ. eod. dixi, *Poſtulari quod receptum eſt*: quoniam hæc actio rei perſecutionem ſolam continet, non etiam pœnam perſequitur, l.3.§. pen. eod.

§ 4 Recipere autem præcisè dicitur, pro earum in ſe rerum periculum ſuſcipere, dolúmque & culpam omnem tum ab ſe tum ab aliis pręſtare: indéque conuentio, quæ cum illis fit, receptum appellatur. Dixi, *Periculum in ſe recipere*: quoniam Recipiendi verbum non tam ad res commiſſas & receptas, quàm ad perſonas recipientium refertur, d.l.vn. Furt.aduerſ.naut. vbi Recipere Vlp. interpretatur, periculum cuſtodiæ ſubire. Itaq. Nauicularius recipere dicitur ſaluum fore, cùm tamen alteri plerumq. res ipſæ tradantur, veluti, magiſtro nauis, aut alicui ex nautis, l.1.§. aut cuſtodiæ præpoſitus. §.2. ſic Caupo recipit ſarcinas ſaluas fore, cùm tamen Inſtitori plerumque tradantur, l.1.§.4. quinetiam Recepta dicuntur, quæ tamen nondum in nauem immiſſa ſunt, ſed adhuc in littore poſita, l.3.ĵ.eod.

§ 5 Dixi, *Dolum & culpam omnem*, vt etiam leuiſſimam comprehendamus, propterea quod etiamſi ſine illorum culpa res periit, vel damnum datum eſt, hæc tamen in eos actio conceditur, l.3. §.1. nam qui ſaluum fore recipit, & à furto & à damno periculum

A recipit, l.5. in fi. Fatalia autem damna & caſus fortuitos vimque maiorem non præſtat, d.l.3.§.1. Dixi, *ab aliis*: quoniam non modò ſuum, ſed etiam ſuorum factum præſtare debet, l. vlt. i. etiam alienorum ſeruorum, l.vlt.§. ſeruorum, atque adeò vectorum & viatorum, l.1. in fi. & l.2.

§ 6 Deinceps illud notandum eſt, conuentionem, quæ Receptum dicitur, vnde prætoria hæc in factum actio cõſtituitur, neque pactum nudum eſſe, quia rei traditio interuenit, l.6.C. de tranſact. l.8. in fi. l. ſolent,

B 15.D. de perſc.verb. neq. contractum, quia tam ex innominatis quàm ex nominatis ciuilis actio perſcriptis verbis naſcitur, l.3.& paſſ. De perſc.verb. nam etſi conuentio ipſa per ſe ciuilis eſt; & ſi quidem gratuita ſit, depoſitum, ſin mercenaria, locatio dicitur, l.3.§.1.ĵ. h.t. tamen conuentio vnde prætoria cõſtituitur actio ciuilis dici non poteſt. Prætoria ergò nominabitur, cuius generis eſt, conſtitutum, §. in perſonam, 8. & §. ſeq. Inſt. de act. ac differt hæc à ciuilibus conuentio, quod in depoſito ſolus dolus, in locato, culpa leuis;

C in recepto etiam leuiſſima pręſtatur, d.l.3.§.1.

§ 7 Supereſt actio altera ex delicto, de qua cùm proprius dicendi locus ſit conſtitutus in lib. 47. tamẽ Tribonianus ex Paullo & Vlp. leges pen. & vlt. huc contulit, cuius tamẽ vltimæ legis inſcriptionem corrigendam arbitror, & legendum *Triceſimo octauo*, vt in l.vn.D. furt. aduerſ. naut. caup. ſtab.

LIBER V.

DE IVDICIIS.

TITVLVS I.

1 *Series & ordo Rubricarum, de Iudiciis.*
2 *Quænam hic iudicia dicantur, & iudicij definitio.*
3 *Huius tractatus partitio.*
4 *Iudex quis dicatur, & qui dare iudices poſſunt.*
5 *Qui dari iudices poſſint vel non poſſint.*
6 *De quibus rebus conſtitui iudicium poteſt.*
7 *De vi ac poteſtate Iudicis.*
8 *Qui conuenire & conueniri poſſunt: vbi de filiisfa. & ſeruis.*
9 *De foro competenti: vbi de ſex cauſſis forum competens efficientibus.*
10 *Priuilegia ad fori præſcriptionẽ quattuor enumerãtur.*
11 *Conuenientia & diſſimilitudo inter Arbitrum & Iudicem.*

SEQVITVR pars Digeſtorum ſecunda, quẽadmodum Imperator 2. præfat. §.2. his teſtatur verbis: Secundus autẽ articulus ſeptẽ libros habet, qui de iudiciis appellantur. Item in tertia, §.2. teſtatur, fuiſſe olim partẽ legum quæ de iudiciis nuncupabatur, quæ ſecundo anno in ſcholis tradebatur. Ipſe verò paulo poſt libros de iudiciis ſeptẽ à ſe cõponi iuſſos commemorans, iubet eos anno quoq. ſecundo in ſcholis explicari; ac mox ſeptẽ eos libros volumẽ vnum appellat. Itaq. in indice titulorum à Iuſtiniano Pãdectis præpoſito notatur, liber de iudiciis primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus & ſeptimus. Prætor igitur initio à ſui Tribunalis auctoritate facto, mox ad iudicia priuata deſcẽdit, in quib. primùm cẽtumuiralia, poſt minora & recuperatoria exſequitur, ac primùm ciuilia: poſt verò à titulo ad exhibendum ea quæ ſua ipſe iuriſdictione inſtituit, vſq. ad finem ſecundæ partis.

§ 2 Iudicia autẽ appellat nõ quæ ad officium iudicis pertinẽt, vt de iudiciis idẽ ſit quod de officio iudicis: qđ dictu abſurdum eſt, ſed iudiciorum nomine actiones intelligit, vt ſemper in edictis, in ſequẽtib. illis verbis oſtẽdit: *iudicium dabo*: Iudiciũ autẽ ſummo genere eſt cauſſę vel ciuilis vel criminalis diſceptatio: ſed hic tit. ad ciuilem tantummodò pertinet: cuius ſumma diuiſio tripertita eſt: de iudicibus, de litigatoribus, & de foro competenti.

§ 3 Pars de iudicib. rurſus tripertita eſt: Qui dare iu-

D dices poſſint, q. dari poſſint & quæ illorũ poteſtas ſit.

§ 4 Iudex autẽ dicitur cui de ciuili cauſſa cognoſcendi ſtatuendiq. poteſtas, litigatorũ conſenſu ab eo qui iuriſdictioni præeſt, permiſſa ęſt: Iudicem.n. ab eo qui iuriſdictioni præeſt dari oportet. l.pen.D.h.t. De litigatorum autẽ cõſenſu teſtimonium eſt in l. obſeruãdum, 47.D.h.t. l. ex cõſenſu, 23 D. De appellat. Dare ergò iudices poſſunt, quib. ea poteſtas auctoritate publica permiſſa eſt, l. cùm Prætor, 12.D.h.t. veluti magiſtratus ordinarius, l. cum qui, 13. De iuriſdict. l. vl.D.

E qui & à quib. Itẽ qui cum imperio in prouinciis ſunt, vt Præſides, l.5.D. de offic. Præſ. d.l. ex cõſenſu. 23.D. de appellat. Itẽ qui iuriſdictionẽ nõ tantùm propriã, ſed & mandatam habent, l.12.h.t. & l.12. de offic. proconſ. At iudex datus alterius dandi iudicis ius non habet, l. 5.C.h.t. l.4.C. de pedan. iudic. Cuius autẽ iudicis dãdi poteſtas eſt, eiuſdem vel mutandi vel inhibẽdi poteſtas eſt. l.12. & l. ſi longum, 18.D. eod.

§ 5 Porrò dari iudices non poſſunt ſerui, fœminæ,

F & infantes, l.12. §.2. muti præterea & ſurdi non põſſunt: at cæci poſſunt, l.6. l.12. hoc tit. & l.1.§. quamuis D. de poſtulat. furioſi non poſſunt, niſi dilucida interualla habeant, dict. l. 12. & l. cum furioſus, 39. l. iudex, 46. D. eodem. minores annis 20, cogi iudiciis operam dare non poſſunt: ex partium autem

conſenſu maiores XVIII. annis cõſtitui poſſunt, l. minor,57.D.de re iud.l.cũ lege,41. D.de recep.at filiusfam.poteſt,l.12.§.vlt. quoniã iudicari munus publicũ eſt,l.quippe,78.D.h.t.Iã verò illud ſcire oportet,tùm Romę tùm in Prouinciis certum fuiſſe iudicũ numerũ,ſiue decuriones,ex quib.ſumi ſolebant, quos iudiciis dare operã oportebat:indéque iudicandi neceſſitas appellatur in l.pe.§.qui autẽ,D.de vacat. l.cũ qui, 13.D.de iuriſd.quod ex Agell.lib.14.c.2.& Seneca lib. de benef.3.intelligi poteſt.Hi ſelecti dicebantur:vt dixi ad l.14.C.de iudi. Poſtremò nulli,vt antè diximus, niſi in quos litigatores cõſenſerint, dari iudices poſſunt,l.obſeruandum,47.l.ſi in iudiciis, 80.D.h.t.Neminem voluerunt maiores noſtri nõ modò de exiſtimatione cuiuſquam,ſed ne pecuniaria quidẽ de re minima eſſe iudicem,niſi qui inter aduerſarios cõueniſſet,ait in Cluent.Cicero.Itaque reiicere, id eſt recuſare datum à Prætore iudicẽ licebat, l.ſi pariter.9.D. de liber. cauſ.

¶ 6 Quantum autẽ ad res attinet, primùm de iis tãtùm rebus quę iam debentur,atq.in obligatione ſunt, cõſtitui iudicium poteſt, l. nã quemadmodum,35. D. h.t.Deinde tenenda regula eſt, vt qua de re iudex datus eſt,ea demum de re ſentẽtiam ferat, l.ſolemus,61. D.h.t.l.vt fundus,18.D.comm.diuid.alioqui iudex ad certam rem datus,ſi de alia pronunciat,nihil agit,l.1. l.3.C.ſi à nõ comp.iud.Quapropter quę antè vel poſt acceptũ iudicium euenerunt,ad eius officiũ non pertinent,l.ædiles,25.§.ſciemus, D.de ædil.ed. l.non poteſt,23.D.h.t.l.ſi reus,73.D.de procur. Ex partium tamen conſenſu etiam de maiore ſumma quàm ad quã datus eſt iudicari poteſt, l.de qua re, 74.§.1.D.h.t. vtrum autem de re patris vel filij iudicare liceat, diximus ſ.ad Rubr.de iuriſdict.

¶ 7 Supereſt vt de vi ac poteſtate iudicis videamus: quarum prima & ſumma explicatur in l.ad peremtorium,68.& ll.ſeqq.D.hoc.t. Verùm hæc quidẽ hactenus: nam de iure,officio, & poteſtate iudicis déque ſententiarum effectu plura hoc t. non traduntur.

¶ 8 Sequitur,vt de litigatorib.videamus, id eſt qui cõuenire & conueniri poſſunt. Quæ tota diſputatio in filiisfa.ferè & ſeruis cõſumitur. Primùm igitur ſeruus neque cõuenire neq. conueniri poteſt,l.quoties, 13.D.ſi quis caut. cum ſeruo enim nulla actio eſt, l.cũ ſeruo,107.De reg.iur.hoc eſt,lis nulla neque inter dominũ & ſeruum, neque inter ſeruum & extraneũ eſſe poteſt,l.6.C.h.t.l.ſerui,14.D.de obli.& act. Certis enim tantùm de cauſsis iiſque perpaucis ſeruo in dominũ experiri permittitur, quas enumerat l. vix certis,53.D.h.t.In filiof.alia ratio eſt:nam inter ipſum & patrẽ nulla quidem actio eſt,niſi ex caſtrenſi peculio, l.4.D.h.t.l.7.D.de obl.& act. Adeò vt patria poteſtas poſt litem conteſtatã quæſita iudiciũ diſſoluat, l. ſi à me,3.D.de iud. at poſt emancipationẽ filius litem inſtituere poteſt aduerſus patrẽ cauſſa cognita:pater aduerſus filiũ etiã cauſſa nõ cognita, vt dictũ eſt ad ti.de in ius voc.Idémq.dicimus ſi filius in poſseſsione poteſtatis ſuæ ſit,l.ſi putas,6.C.de pet.her. Inter filiosfa. autẽ & extraneos iudiciũ conſiſtit. Nã qui cũ filiofa. cõtrahit,duos habet debitores, ipſum in ſolidũ,& patrẽ duntaxat de peculio,l.ſi quis,45.D.de pecul.quinetiã ex cauſſa delicti,ſi nõ eſt qui eum defendat, in filiumf.iudiciũ datur,l. quoties,33. D.de nox.act. l.tam ex cõtractib.57.D.h.t. Deniq.filiusf.ex omnib.cauſsis tanquã paterfa.obligatur, & ob id agi cum eo tanquã cum paterf.poteſt,l.filius,39.D.de obl.& act.Quod ſi ſui iuris factus ſit, tum ex contractibus quidem cauſ-

A ſa cognita quatenus facere poſsit cõuenitur, l.tutorẽ,
37.& ſeq.D. de admin.tut.l.3.§.ſed vtrũ, D.de minor.
at ex delictis in ſolidũ actio cõceditur. l.4. §.interdũ,
D.q cũ eo qui.Pater autẽ tùm ex cõtractib.tũ ex delictis filij qui vel mortuus eſt,vel ſui iuris factus,actione de peculio intra annũ tenetur, d.l. Tutorẽ,§.vlt.&
l.1.D.quãdo de pec.act. Quantũ autẽ ad ipſum filium
attinet,patri ex iis quæ filio debẽtur actio cõpetit,directa videlicet,nã vtilis & in factum ipſi quoq.filio,ſi
pater nõ agat,cõceditur.l.ſi lõgius, 18.§.1.D.h.t.l.fili⁹,
B 9.l.in factum, 13. D.de obligat.& act. Supereſt vt de
foro competenti videamus.

¶ 9 Forũ cõpetens dicitur,quo quemq.in ius vocare inuitũ licet,neq.per vllũ priuilegium ac præſcriptionẽ declinari poteſt.Sex autẽ forũ cõpetens faciũt:
domiciliũ,delictũ,cõtractus,pactũ, locus & lis ab reo
inſtituta:quod ſi quis plurib.locis forũ ſortiatur,in electione actoris eſt, vbi agere velit .l. heres,19.§.vlt.
D.h.t. Domiciliũ eſt nõ habitatio, ſed vbi quis fortunarũ ſuarum ſummã cõſtitutã habet.l.7.C.de incol.li.
C x.l.5.§.domũ,18.D.de iniur.l.in lege,203.D.de ver.ſig.
Actor igitur rei forũ ita ſequitur, vt vbi reus domiciliũ habet,aut tẽpore cõtractus ſoluit,ibi tantùm eum
cõueniat,l.2.C.de iuriſd.Secũda fori cõpetentis cauſſa eſt Delictũ:nã locus vbi quis deliquit,forũ ei cõpetens reddit,etiã ſi actor ſit.l.1.C.vbi de crim.ag.oport.
l.7.§.pen.l.vlt.D.de accuſat.l.1.C.vbi Senat.vel clariſ.
Tertia eſt Cõtractus; nã vbi quis cõtraxit,vel tutelã,
curã,aliáve negocia geſſit,ibi cõueniri poteſt,etiam ſi
poſtea domiciliũ mutauerit,l.2.§.omnes,l.heres,20.§
D 1.& l.ſeq.D.h.t. Quarta eſt pactũ:nã litigatorũ pactũ
incõpetentẽ iudicẽ cõpetentẽ facit,l.1.C.de iuriſd.l.1.
l.quãuis,51.l.de qua re,74.§.1.D.hoc tit.pręſertim autem in l.2.vnde intelligitur pactũ hoc lege Iulia iudiciaria confirmatũ fuiſſe: quòd eo magis notandũ eſt,
quia valet ad exẽplum pactorũ legitimorũ,de quib.in
l.6.D.de pact.Quinta eſt locus in quo litigioſa res eſt:
nam quo in loco res eſt, ibi conueniri vel debitor vel
poſſeſſor poteſt, l.vlt.C.vbi in rem act.l.ſi fideicommiſſum,50.l.ſed & ſi,52.§.vlt.D.h.t.Sexta eſt Lis inſti-
E tuta: nam quo quiſque in loco litem aduerſus alterũ
inſtituit, in eodem conueniri poteſt, d.l.2. §. item ſi.
vbi enim mutua petitio eſt, vno eodémque iudicio
res expeditur,l.qui non cogitur,22.D.eod.

¶ 10 Priuilegia aũt ex quib.fori præſcriptiones naſcuntur,ſunt primùm Religio:nã cùm olim clerici &
monachi nõ niſi apud Præſidẽ in prouinciis aut apud
Præfectũ Prætorio in vrbe cõueniri poſſent, l.omnes
qui vbicumq.31.C.de Epiſc.& cler.volente aũt actore
apud Epiſcopũ cõuenirẽtur,l.decernimus,14.C.de Epiſ.aud.l.cum clericis,25.C.de Epiſ.& cler.nouo Iuſti-
F niani iure nõ poſſunt cõueniri niſi coram Epiſcopo.
Nou.79.& 83. Secundũ eſt dignitas:nã Senatores criminaliter quidẽ vbi deliquerunt cõueniũtur,ciuiliter
verò nõ niſi vel vbi cõtraxerũt,vel apud vrbi aũt prętorio Præfectũ, aut Magiſtrũ officiorũ, l.1.l.2.C.vbi Senat.vel clar.l.interdũ, 36.§.1.D.h.t.quinetiã eodẽ priuilegio eorũ & vxores & viduæ vtũtur,l.vlt.C.de incol.l.mulieres, 13.C.de dignit. nã mariti domiciliũ ac
pinde etiã forũ mulier ſequitur.l.pẽ.D.de iuriſd.Tertiũ eſt militia: nã milites non niſi apud Magiſtrũ mi-
G litum conueniri poſſunt,l.penul.C.de iuriſd.l.ſi quis
7.D.h.t. Quartum legatio:nã qui legationis vel teſtimonij vel alia iuſta de cauſſa peregrè pfectus eſt,ſi ibi
cõueniatur,domũ ſuã reuocãdi ius habet,l.2.§.legatis
D.h.t.quamquã vbi cõtraxit ibi cõueniri poteſt,itẽq.
vbi deliquit, l.non alias,24.l.8.D.eod.

¶ 11 Su-

§ 11 Supereſt, vt quæ inter iudicẽ & arbitrũ ſimili-
tudo quæve differentia ſit exponamus. Vterq. litigato
rũ conſenſu cõſtituendus eſt, l. litigatores, 11. §. 3. D. de
recep. l. 13 D. de appel. Vterque minor 18. annis eſſe nõ
poteſt, vt ſuperius dictũ eſt. vterque de re ſola de qua
cõteſtata lis eſt, cognoſcit, l. nõ diſtinguemus, 32. in fi.
l. de his rebus, 46. D. de arb. l. vt fundus, 18. D. com. diu.
vtriuſq. ſententiam Prætores exſequuntur, l. à Diuo
Pio, 15. D. de re iud. Ab vtrorumq. ſententia in integrũ
reſtitutiones cõceduntur, l. 34. D. de mino. Differẽtiæ
autẽ huiuſmodi ſunt ferè: arbiter conuentione & cõ-
promiſſo litigatorũ è quouis ordine deligitur. Iudex
à Prætore datur tantũ ex albo iudicum lege cõſtitu-
torũ, vt ſuperius dictum eſt. Itaq. arbitro ſola litigato
rum voluntas ſtatuendi ius tribuit: iudex ſine Præto-
ris permiſſu atque imperio ſumi nõ poteſt, l. pe. D. h.
t. Qua de cauſſa iudiciũ in inuitum reddi dicitur, l. in-
ter ſtipulantẽ, 83. §. 1. D. de verb. obl. Itaque arbiter co-
gi arbitrium recipere nõ poteſt, quamquã receptũ ex-
plicare cogitur, l. 3. §. 1. D. de recep. At iudex operã iu-
dicio dare cogitur: eáque iudicandi neceſſitas appella
tur, vt ſuperius dictum eſt. Qua de cauſſa par imperiũ
adeptus, ei, à quo iudicare fuerat iuſſus, iudex eſſe deſi
nit, l. iudicium, 58. D. h. t. Rurſus arbitri officium priua-
tum eſt, ac ferè domeſticum: iudicis officiũ eſt publi-
cum, l. quippe, 78. D. h. t. arbiter liberã habet arbitratu
ſuo ſtatuendi facultatẽ, l. qualem, 19. D. de recept. iudi
ci formula à Prętore præſcribitur. Itaque ſi ſit in arbi-
trum cõpromiſſum vt certã ſententiam ferat, nullum
eſt arbitrium, d. l. qualẽ. At iudex, ſi cõuenerit inter li-
tigatores quid pronunciet, ita pronunciare poteſt, l. ſi
cõuenerit, 20. D. de re iud. Arbiter quiuis magiſtratus
eſſe poteſt, l. 2. & 3. D. de recept. Iudex niſi priuatus &
pedaneus eſſe nõ poteſt, vt de albo ſuprà diximus. Ar-
biter etiã infamis eſſe poteſt, l. 7. D. de recep. iudex nõ
poteſt, l. cùm Prętor, 12. D. h. t. l. 2. D. de Senat. Arbiter
rem iudicatã non facit, ait Paul. lib. ſent. 5. t. 5. idcóque
neque infamiã inrogat, l. 13. D. qui not. inf. neq. ex ſen-
tẽtia rei iudicatæ actio vel exceptio cõceditur, l. 2. D.
de recep. l. 1. C. eo. neq. ab eo appellatur, quia propter
cõpromiſſum parẽre neceſſe eſt, vt ſuprà dictum eſt;
quæ omnia ſecus eſſe in iudice nemini ignotũ eſt. Ar-
biter malè iudicando litẽ ſuam non facit: quia ſibi im
putare litigatores debent quod talem elegerunt, l. diẽ,
27. §. ſtari, D. h. t. iudex facit, l. 15. D. h. t.

DE TEST. INOFF. TIT. II.

1 *Continuatio Rubr. & Teſtamenti inofficioſi definitio.*
2 *Querela inofficioſi quid ſit.*
3 *Partitio operis: & primum de perſonis quib. hæc actio conceditur.*
4 *De multiplici vi & effectu huius querelæ.*
5 *De exceptione inofficioſi.*
6 *Remedium aduerſus querelam inoff.*
7 *Quartæ legitimariæ definitio.*
8 *Regulæ* VIII. *ad legitimæ tractationem pertinentes.*

POſteaquam ſummatim de iudiciis dixit, nũc
ꝓpriè ad ea tranſit quæ vniuerſalia ſunt, ni-
mirũ ad hereditatis petitiones: l. 1. D. de re iu
dic. cuius, cùm multæ ſpecies ſint, ab ea exorditur, quę
ex inofficioſi cauſſa cõceditur. Teſtamentũ inofficio-
ſum eſt quod cõtra humanitatis officiũ, liberis, paren
tib. aut fratrib. debitũ factum eſt, i. cùm ij qui heredes
inſtituendi erant, iniuria exheredati ſunt, qua de cau-
ſa iniuria fieri per illiuſmodi teſtamenta dicitur, l. 4.
l. 8. D. h. t. Ipſaq. actio per quam ea iniuria vindicatur,
modò querela, modò accuſatio appellatur, l. 17. 27. 29.
§. 2. l. 31. h. t. Hui⁹ autẽ iniuriæ ſiue inhumanitatis vindi
cãdę, duplex à Præt. inſtituta rão eſt: Primũ, per actio-
A nẽ quę vulgò Querela dicitur, deinde per exceptionẽ.

§ 2 Querela inofficioſi eſt petitio hereditatis, quę
liberis, parẽtib. aut fratrib. exheredatis pręteritiſve ad-
uerſus poſſeſſorẽ cõceditur, vt eã reſciſſo teſtamento,
quaſi inoffic. recuperent. Dixi, *petitio hereditatis*, quia
cùm petitio hereditatis genus ſit omniũ actionũ per
quas hereditas quacũq. ex cauſſa petitur; hoc ꝓpriè,
vt diximus, ex inoff. cauſſa conceditur, l. pen. §. 1. D. de
bon. poſ. cõt. tab. l. qui de inoff. 20. D. h. t. Dixi, *exhere-*
B *datis aut præteritis*: quorũ prius ſi liberos ſpectem⁹, ad
patrẽ: poſterius verò ſi liberos ſpectemus, ad matrẽ a-
uúmq. maternũ: ſin parẽtes, ad liberos referẽdum eſt.
Nã à patre pręteritus teſtamẽtum nullius momẽti fa-
cit, l. 1. D. de iniuſt. rup. matris aũt auiue materni pręe-
teritio pro exhæredatione eſt, l. 7. C. h. t. l. 4. §. 2. D. de
bon. poſſ. cont. tab. d. fin. Inſt. de exher. lib. Itaq. aduer-
ſus illorũ teſtamẽt. olim hæc actio cõcedebatur, l. 3. l.
filiã, 15. C. h. t. ſimilitérq. matri, ac multo magis etiam
patri præterito hæc datur actio, l. cùm filiũ, 17. C. h. ti.
C Dixi, *reſciſſo teſtamento*: nã hæc actio teſtamẽti reſciſ-
ſoria eſt: neq. liberi aliã vllã paterni teſtamẽti reſcin-
dendi facultatem habent, l. filij, 16. C. fam. erc.

§ 3 Quadripartita autẽ hæc tractatio eſt, de pſo-
nis, rebus iure & remedio aduerſus querelã inſtituto.
Quantũ ad pſonas, cùm inoffic. nomẽ latiſſimũ ſit, ne-
mini qui inofficiosè ſecũ actũ cõtendit hæc actio de-
negatur: nemo ab ea repellitur, l. 6. §. 1 D. h. t. Sed tarò
is vincit qui extrà liberorũ aut parẽtũ aut fratrũ nu-
merũ eſt, l. j. D. h. t. quin ne fratrum quidẽ aut ſororũ
D filiis hæc cõceditur actio, l. fratris, 21. C. h. t. In liberis
autẽ nõ modò patris, ſed etiã matris liberos cõplecti-
mur, l. 5. D. h. t. nõ modò ſuos verumetiã emãcipatos,
l. ſi ponas, 23. D. eo. l. 4. C. de lib. pręt. Nõ modò primi,
verũetiã ſecundi grad⁹, & ſiue ex filio, ſiue ex filia ge-
nitos, l. 7. C. h. t. & Nou. 18. nõ modò naturales verũ-
etiã adoptiuos, §. 2. Inſt. h. t. quãquã adrogati quartã ha
bẽt ex D. Pij conſtitutione, l. ſi adrogator, D. de adop.
nõ modò iuſtos, verumetiã iniuſtos, veluti ſpurios, l. ſi
ſuſpecta, 29. D. h. t. nõ modò viuo patre natos verũetiã
E poſtumos, l. 6. D. h. t. l. 30. C. eo. Parẽtib. autẽ hęc idcir-
cò cõceditur actio, quoniã deficientib. liberis pietatis
cauſſa parẽtib. relinqui hereditas debet, l. nã & ſi, 15. D.
h. t. Parẽtũ aũt nomine nõ modò patres, verũetiã ma-
tres cõplectimur, l. 8. §. 3. l. mater, 19 nõ modò natura-
les, verũetiã adoptiuos, l. aduerſus, 30. D. h. tit. atq. adeò
auos & auias ſiue paterni ſiue materni ſint: ex Nou. 18.
Fratrũ aũt & ſororũ nomine cõſanguineos tãtùm cõ-
plectimur, nõ etiã vterinos, eóſq. hoc demũ caſu quo
perſonæ turpes inſtitutæ ſunt, l. fratres, 21. l. fratres, 27.
F C. eo. In omnib. aũt his pſonis hęc tenẽda regula eſt,
vt q ſemel teſtam. agnouit, arguere poſtea illud inoff.
nõ poſſit, l. ſi pars, 10. §. vl. & ll. ſeqq. l. ſi is qui, 31. §. di-
uerſum, videlic. ne defuncti iudiciũ ex parte ꝓbari, ex
parte improbari videatur, l. ſi ponas, 23. §. 1. l. vlt. D. eo.

§ 4 Supereſt vt de iure. i. de vi & effectu querelæ vi-
deamus. Primus ergò effectus eſt, vt ſi accuſator vin-
cat; teſtamentum reſcindatur: quod rectè quidẽ factũ
fuerat, (teſtamẽt. n. inoff. teſtamẽtũ tamẽ eſt, l. 2. D. h. t.
qua de cauſſa turbari iure ciuili nõ põt, l. 8. D. de bon.
G poſſ. cont. tab.) ſed quod non ab homine mentis inte-
græ; neq. tamen tanquam à planè furioſo (nam furioſi
teſtamentum nullum eſt) verùm à furioſo quadante-
nus, & (vt Dialectici loquuntur) κατά τι, l. 5. & l. mater,
19. Denique ita reſcinditur teſtamentum quaſi de-
functus teſtamenti factionem non habuerit, l. qui
repudiãtis, 17. §. 1. D. h. t. quã de cauſſa defunctus inte-
ſtati exitũ facere dicitur, l. 6. §. 1. d. l. 17. h. t. Neq. ex eius
teſtamẽto vel libertates vel legata debẽtur. l. Papiniã.

8.§.pen.D.h.t. Denique vbi teſtamentum inofficioſi A damnatum eſt,nihil ex eo teſtamento valet,l.cùm mater,28.D.h.t. In quo tamen ſingulariter animaduertendum eſt,quamuis regulariter nemo ex parte teſtatus, ex parte inteſtatus decedat, l. ius noſtrum, D. de reg.iur. tamen huius querelæ hanc eſſe vim, vt ex ea tantùm parte teſtamentum reſcindat,ex qua proponitur: veluti pater è duob.liberis alterũ heredem inſtituit,alterum exheredauit.ſi exheredatus per inofficioſi querelam vincat,dimidiam hereditatis partẽ aufert: B atque ita teſtator ex parte teſtatus,ex parte inteſtatus deceſſerit,l.6.D.de dot.coll.Legata autem quæ diuidi poſſunt,tantùm pro ea parte reſcinduntur qua teſtamentum reſciſsum eſt, l.cùm duob.13.C.h.t. l.mater, 20.D.h.t. Eiúſque rei alterum exemplum exſtat in l. circa,24.D.eo.Hactenus de actione diximus.

§ 5 Exceptio verò inofficioſi eſt,quæ exheredato poſseſsori in modum querelæ & contradictionis datur aduerſus heredẽ inſtitutum ex teſtamento agentẽ. l.8.§.ſi filius,13.D.h.t. opinor his verbis: extra quàm C ſi teſtamentum inofficioſum fuerit.Eadémque huius exceptionis quę actionis vis eſt,nimirum vt teſtamẽtum cauſsa cognita reſcindatur.

§ 6 Supereſt vt de remedio aduerſus hanc querelã inſtituto videamus. Intelligẽdum eſt igitur morib. inſtitutum fuiſse, ad Falcidiæ legis exemplum, vt cui quarta portionis ſuæ legitimę, id eſt,quæ ab inteſtato ei obuentura erat relicta eſset, ab illa inofficioſi querela excluderetur.nam vt iure ſcripto inſtituta querela nó fuit,l.8.D.de bo.poſ.cont,ſic ius ipſius excludẽ- D dę morib. introductum videtur:quippe cùm eodẽ tẽpore & actio & aduerſus eam exceptio inoleuerit his verbis:Extra quàm quadrans portionis tibi ab inteſtato contingentis ad te peruenerit.

§ 7 Quarta.g.legitimaria ſic definitur: certa pars eius portionis hereditariæ,quæ perſonis quibuſdã ab inteſtato deferebatur ad ſubmouendã inofficioſi querelam iis attributa. Nam etſi vulgò legitima dicitur, tamen cùm legitima non ſit, ſed potius quarta legitimæ.i.quarta debitæ portionis ab inteſtato,l.8.§.quo E niam,D.h.t.§.2.Inſt.h.t.idcircò tollendæ ambiguitatis cauſsa legitimaria hîc à nobis appellatur.

§ 8 Eius autẽ tractatio paucis hiſce regulis cócluditur: I. Legitimaria portio eis ſolis debetur, quib.inofficioſi querela vti licet,l.6. C.h.t. II. Antiquo iure legitimariæ quantitas erat quadrans debitæ ab inteſtato portionis,§.vl.D.de inof.teſt.vbi Imperator ait: ſiue vnus ſiue plures eſsent,vt ea pro rata iis diſtribueretur, III.Nouo iure ſi nó plures ſint quàm quattuor, triente habent,ſin plures,ſemiſsem,Nou.118. IV.Eius F quãtitas æſtimatur deducto ære alieno & funeris impenſa,l.8.§.quarta autẽ. D.h.t.l.6.ad l.Falc. V. Nouo iure legitimaria portio hereditatis atq. inſtitutionis titulo relinquenda eſt,adeò vt per donationis,aut legati,aut fideicómiſſi titulum relinqui nó poſſit.Nou. 115.§.3. qua regula nó modò magna iuris antiqui pars abrogata eſt, verumetiã No.87. quod ſummè notandum eſt. VI. Legitimaria ſine vllo onere & grauamine vel codicionis vel moræ relinquenda eſt,l.in prio- G ribus,32.C.h.t. VII. Eius nomine duplex conceditur actio:petitio hereditatis,familiæ erciſc.actio, d.Nou. 115.& l.2.C.de inof.dona.l.2.§.2.D.famil.erc.cùm antiquo iure cópeteret actio ex teſtamento & expletoria,vt quod minus relictum erat ſuppleretur,l.ſiquis, l.omnimodo, 30.C.h.t. VIII. In legitimaria iuri adcreſcendi locus eſt,l.ſi ponas,23.& l.vl.l.qui repudiantis,17.D.de inof.teſt. IX. In eam nihil imputatur,niſi de quo ſpecialiter legib.vt hoc fieret expreſſum eſt. l. pen.C.de collat. nimirum donationes eius contemplationis cauſſa factę,l.8.§.ſi quis mortis,l.ſi nó mortis,25. D. h. t. atque adeò dos & donationes propter nuptias nouo Zenonis iure,l.quoniam nouella, C.h. t.Sed hac tota de re copioſè diſſeruimus in noſtra Diſputatione,de tribus quartis.

DE HEREDITAT. PET.
TITVLVS III.

1 *Petitio hereditatis definitur.*
2 *De perſonis,quibus hæc datur actio,& aduerſus quos.*
3 *Pro herede gerere.pro poſſeſſore gerere.*
4 *De rebus quæ in hanc actionem veniunt: & rurſus in quem datur.*
5 *De iure & effectu huius actionis: & cur in rem mixta dicatur.*
6 *Diff.inter Petitionem hered.& Querelam inoff.*

§ 1 SEQVITVR altera ſpecies petitionis hereditatis ex quacumque cauſſa. Hæc duplex eſt: vna de aſſe,altera de parte dũtaxat.Priorem ita definiemus:Petitio hereditatis eſt actio in rem mixta,per quam is qui ſe ſolum hæredem eſſe contendit, ab eo qui poſſidet, vel quod poſſidet,aut quod per hereditatis occaſionem adeptus eſt, reſtitui ſibi poſtulat. Dixi,in rem mixta: propterea quod & ſi in rem eſt,vt l.ſin autem, 27.§.2. D.de rei vind.tamen perſonales præſtationes continet,l.ſed & ſi,25.§.pen.D.h.t. Qua de cauſſa perſonalis mixta dicitur in l.7.C.h.t. Reliqua ex partitione intelligetur,quæ eſt de perſonis,reb.& iure, ſiue effectu actionis.

§ 2 Datur autem his primùm qui vel ex teſtamento vel ab inteſtato heredes ſunt,l.1.& ſeqq.D.h.t. Nam epiſtola vel alia ſcriptura non teſtamẽtaria, per quam quis in coheredis locum admiſſus eſt,hanc non tribuit actionem,l.epiſtola,52.D.de pact. Deinde qui non hereditatis partem aliquam, ſed vniuerſam ſuam eſſe intendunt,l.4.l.9. D.eo.l.1.D.tit.prox.ſeq. Nam hæc actio vniuerſalis eſt,l.1. D.de rei vind. ſingularibúſque iudiciis opponitur, l.nec vllam, 13. §. quod ſi quis, D.h.t. Datur autẽ aduerſus eos qui iniuſtè poſſidet,nimirum vel pro herede vel pro poſſeſſore, l.regularũ,9.D.eo.l.7.C.h.t. Nam aduerſus eum qui iuſto titulo poſſidet, non datur,l.4. C.in quib.cau.ceſſ. long.temp.d.l.7.C.h.t. Itaque qui hac conuenitur actione,edicere cogitur, vtrum pro poſſeſſore an pro herede poſſideat,l.pen.C.h.t.

§ 3 Pro herede autem poſſidet, qui titulo & opinione heredis poſſidet, nimirùm quia ſe putat heredem eſſe,l.pro herede,11.D.h.tit. Pro poſſeſſore verò qui nullum alium poſſeſſionis ſuę titulũ habet,quàm ſuam poſſeſſionẽ: & interrogatus quo iure poſſideat? reſpondet,quia poſſideo,d.l.11.12.13.D.eo. Itaque qui iniuſto quopiam titulo poſſidet, veluti ſi à furioſo emerit,pro poſſeſſore poſſidere dicitur:nam malæfidei titulos omnes complectitur,d.l.13.§.1. Qua de cauſſa prædo (veluti violentus poſſeſſor,fur,ereptor) hac actione tenetur,l.quod ſi,16.§.Iulianus,l.ſed & ſi,25.§. quod autem, D.eo.l.item ſi, 14.§.in cauſſæ, D.quod met.cauſſa, atque etiam hereditatis expilator,l.3. D. expil.her. Datur præterea contra debitores hereditarios, quamuis coheredes ſint.l.fundus,51.in ſi.D.fam. erc.Nunc de reb.videamus.

§ 4 Non modò igitur vniuerſæ res hereditariæ in hanc

in hanc actionem veniunt.l.item videndum, 18.in fi.
verùm etiã res ſingulares, veluti res à defuncto oppi-
gneratæ.l.ei qui,54.§.1.& non modò res corporales,
verùm etiã iura & actiones.l.nec vllã, 13.§.vlt.nã he-
reditas etiã ſine vllo corpore,iuris intellectũ habet.l.
hereditas,50.D.h.t.Veniunt inſuper ea quę defunctus
mortis tẽpore reliquit,& quæ poſt eius mortẽ antè a-
ditã hereditatẽ ex ea adquiſita ſunt. nã quæ poſt aditã
hereditatẽ heres adquiſiit,ꝓpriis action.petuntur.l.&
nõ tãtum,19.§.quod ſi ꝓ emtore.l.quod ſi in diẽ,16.§.
non ſolũ.l.ſi à domino,16.§.ſi poſſeſſor.D.eo.acceſſio-
nes tamẽ p hãc actionẽ petũtur quãuis poſt aditã he-
reditatẽ acceſſerint.l.itẽ veniũt, 20.§.itẽ nõ ſolum,D.
eo.Secundò datur hęc actio aduerſus eũ q poſſidet nõ
modò totã hereditatẽ,ſed etiã eius partẽ, aut res ſingu
lares,quãuis minimas.d.l.9.aut verò ius aliquod ex he
reditate,d.l.13.§.vlt.& l.ſeq.deniq; q aliquid cõmodi
p hereditatis occaſionẽ adept⁹ eſt.l.quod ſi,§.2.§.3.l.fi-
lij,34.§.vlt. nã id demũ reſtituere iubetur quod poſſi-
det.l.10.eo.deniq; in hoc iudicio actor nõ ex eo quod
alter poſſidet,ſed ex ſuo iure quãtitatis petitionẽ me-
titur.l.1.§.1.D.tit.prox.Tertiò datur in eũ q deſiit poſ-
ſidere,vel dolo:vt in l.nec vllã,13.§.is autẽ,& §.item ſi
quis dolo.vel etiã ſola culpa,vt in d.l.18.& l.ſeq. §.ve-
niũt,d.l.ſed & ſi,25.§.1.nã q dolo fecit quominus poſſi
deret,vt poſſeſſor dãnatur.d.l.ſed etſi,§.perinde,D.eo.
l.q dolo.131.l.parẽ,150.*D*.de reg.iur.Quartò datur etiã
in eũ qui hereditatis aut hereditariæ rei emtor eſt:ſed
hoc caſu vtilis tãtùm cõceditur.l.nec vllã,13.§.quod ſi
quis,& §.ſi quis ſciẽs,*D*.eo.adeò vt ſi vẽditor q prædo
eſt, eã redemerit,electio ſit actoris,vtrùm rẽ an pretiũ
petat.l.ſi & rẽ 22.*D*.eo.quãuis enim rem pręd o nõ ha-
beat,tamẽ ſi exſtat,pręſtare rẽ ipsã debet,aut quanti in
litẽ actor iurauerit.l.itẽ veniũt,20.§.vlt.*D*.eo.ſin autẽ
deperiit, verum pretiũ pręſtabit.d.l.vlt.quod ſi bonæ
fidei poſſeſſor eſt,pretiũ tãtùm,quod accepit præſtare
cogitur.l.ſi & rẽ 22.D.eo.nã & ſi regulariter pretiũ nõ
ſuccedat loco rei,l.ſi vis,45.in fine,*D*.de ſeruit.tamen
in hoc iudicio ſuccedit,vt d.l.22.& l.Imperator, 70.l.
ſeq.D.de leg.2.& l.pen.D.t.prox Quintò in eũ q ſe li-
ti obtulit,quãuis nihil poſſideat ; dolo.n.id facere in-
telligitur.d.l.13.§.non ſolum,& l.qui ſe liti,45.

§ 5 Supereſt effectus huius actionis.Ergò vis peti-
tionis hereditatis eſt,vt iudex hereditatẽ actori reſti-
tui iubeat.l.7.D.t.prox.Deinde vt bonæ fidei poſſeſſo
rẽ in id dumtaxat cõdẽnet in quod locupletior factus
eſt.l.25.§.cõſuluit.*D*.eo.nã fructus cõſumtos reſtitue-
re nõ cogitur.l.1.C.eo. niſi poſt litẽ cõteſtatã eos per-
ceperit:nã litis cõteſtatio malę fidei poſſeſſorẽ efficit.
d.l.j.Pręttereà,vt dãnatus nõ modò hereditatẽ qualem
adeptus eſt reſtituat,verùm etiã quæcũq; vel heredita
ti acceſſerũt,vel ipſius cauſſã cõſecutus eſt,veluti fru-
ctus & partus.l.itẽ veniũt,20.§. itẽ nõ ſolum:veluti ſi
quid à debitor.hereditariis exegit.l.25.§.vlt.& ll.ſeqq.
Itẽ nõ tãtùm corporũ,verùm etiã fructuũ iura& actio
nes quas tãquam heres ex hereditariis rebus parauit.l.
vẽditor,21.D.de hered.vend.atq; ob eã cauſſam etiã ex
reb.hereditariis redactũ pręſtare debet:ſingularéq; (vt
dixi) in hoc iudicio illud eſt, vt pretiũ loco rei ſucce-
dat.d.l.22.D.eo.quinetiã res poſt litẽ cõteſtatã poſſide
ri cœptas reſtituere cogitur.l.ſi quo,41. Itẽ quod non
exegit cùm exigere potuiſſet.l.ſed & ſi,25.§.1.Itẽ non
modò res hereditarias,ſed etiam eas quarũ periculũ ad
heredẽ ptinet:veluti ſi res defuncto cõmodatæ vel a-
pud eũ depoſitę fuerãt.l.& nõ tãtum,19.D.h.t.Itẽ quo
rũ defunct⁹ retẽtionẽ habuit,nõ petitionẽ,veluti quas
petitoris nõ eſſe iurauerat.d.l.19.§.veniũt.Itẽ quæ pe-
cunia hereditaria cõparata ſunt.l.itẽ veniũt,20.Atque

A hæc nimirũ cauſſa eſt , quãobrẽ hæc actio in rẽ mixta
dicitur : omnes.n.illas perſonales præſtationes com-
plectitur,d.l.25.§.petitio,D.h.t.

§ 6 Reliquũ eſt,cùm per hãc & ſuperiorẽ actionẽ
hereditas petatur, vt quænã inter vtramque differẽtia
ſit videamus.Querela inofficioſi aduerſus eũ qui iuſtè
poſſidet inſtituta eſt,vt ſuperius diximus;hæc aduer-
ſus malæ fidei poſſeſſorẽ,d.l.9.D.eo.Illa nõ niſi ex in-
officioſi cauſa cõceditur:hæc nõ modò ex cauſſa iniu
B ſti,aut falſi,aut irriti,vt l.veluti,3.l.ſed etſi,25.h.t. verũ
etiã ex cauſſa inteſtati,vt d.l.veluti.Per illã teſtamẽtũ,
quod ipſo iure valebat reſcinditur, vt ſup.dictum eſt:
per hanc iniuſtum,falſum,aut irritum pronunciatur.

SI PARS HERED. PET.

TIT. IV.

1 *Petitio partis hereditatis definitur.*
2 *Hereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti : & dimidua non eſſe probatur.*
C 3 *Communionem tamen recipit.*

SEQVITVR altera hereditatis petendę a-
ctio,quę ad eius partem ſolam pertinet,quã
ita definiemus:

§ 1 Petitio partis hereditatis eſt actio perſonalis
mixta,per quã is qui ſe ex parte heredẽ eſſe cõtẽdit,
partẽ eã ab eo qui poſſidet,quódque partis illius occa
ſione conſecutus eſt,reſtitui ſibi poſtulat:nã quod ius
eſt in petitione totius,id eſt in partis petitione:vulg.
l. quę de tota,D.de rei vind. Dixi autem *partẽ ſibi reſti*
D *tui*:ſicut in l.7.D.h.t. quoniã etiãſi vel maiorẽ vel mi-
norẽ partẽ poſſideat,tamẽ petitionis quantitas nõ ex
eo quod poſſidet, ſed ex iure actionis definiendã eſt,l.
1.§.1.D.h.t. Denique hereditas eſt vniuerſitas quę iu-
ris intellectu conſtat,l.hereditas, 50.D.t. prox.& cõ-
fuſione nõ diuiſione intelligitur,nunquã.n.pro diui-
ſo poſſideri poteſt.l.Põponius,8.D.de rei vind.quip-
pe cùm iuris cõmunio ſeparatim intelligi nõ poſſit.l.
arbor,19.§.2.D.Com.diu.Nã ſi hereditas diuideretur,
duæ fierẽt hereditates:vnius autẽ eiuſdẽque hominis
E duæ intelligi hereditates non poſſunt.l.quod contrà,
141.D.de reg.iur.

§ 2 Itaque cùm hereditas definiatur ſucceſſió in ius
defuncti vniuerſũ,ſequitur vt quicũque ex quacũque
parte heres eſt,in ius vniuerſũ ſuccedat.Cui⁹ rei argu-
mentũ eſt lex 12.tab.quę cùm hãc hereditatis naturam
eſſe videret , vt ſinguli heredes in ſolidũ creditoribus
obligati eſſẽt ꝓpter vtilitatis& vitę cõmunis rationẽ,
nomina inter coheredes diuiſit.l.6.C.fam.erc.Eiuſdẽ
que rei argumẽtũ eſt ius adcreſcẽdi:nã quo iure is cui
F vncia relicta eſt,repudiãtib.ceteris, totũ aſſẽ haberet,
niſi quoniã hereditas eſt ſucceſſio in ius vniuerſũ? a-
deò vt etiã inuito ius ſit adcreſcẽdi. l.53. §.1.D.de adq.
her. Itaq; ſi hereditas plurib.relicta à plurib.poſſidea
tur,nõ ſinguli partẽ ſuam à ſingulis, ſed omnes ab o-
mnib.poſtulabũt,l.1.§.2.D.eo.Similiter coheres,quã-
uis ſuã partẽ poſſideat,cũ extraneus alterã teneat,tamẽ
coheredi ſuo petitione hereditatis tenebitur.d.l.1.D.
h.t.Deinde ſi tres ſint quorũ ſinguli triẽtẽ poſſideãt,is
ad quẽ ſemis pertinet,à ſingulis ſextantẽ petet,vt ipſe
G quoque poſteà ſextantẽ de ſuo triẽte reſtituat,d.l.1. §.
4.D.eo.d.l.8.D.de rei vind.

3 § 3 Ex quib.verè videm⁹ affirmari poſſe hereditatẽ
ex eorũ eſſe numero quæ cõmunionẽ recipiũt,diuiſio
nẽ nõ recipiunt:nã familię erc. iudiciũ nõ ad heredita
tis,ſed ad rerũ hereditariarũ diuiſionẽ pertinet, l.1. D.
fam.erc.l.nõ poſſumus,7.D.h.t.Itaque officiũ iudicis
in hac actione eſt tãtum, vt partẽ hereditatis petitori
reſtitui iubeat pro indiuiſo,d.l.7.D.h.t.

DE POSS. HERED. PET.

TIT. V.

1 *Poſſeſſoria petitio hereditatis cur prætoria dicitur, & qua æquitate nititur.*

PRoptiè hereditatis petitio nõ poteſt niſi veris & propriis heredib. competere. Veri autem heredes non niſi lege fiunt: à Prætore fieri non poſſunt, §.1.de bon.poſ.nam dominiũ rerũ Prætor nõ transfert, l.3.D.ſi vsusf.pet. Quare superior actio directa, iis quib. Prætor bonorũ poſſeſsionẽ dedit, non cõpetit: vtilitatis tamẽ cauſſa. i.propter vſum vitæ communem vtilis actio conceditur: quoniam ij quib. Prætor bonorum poſseſsionẽ dedit, quaſi heredes ſunt, l.1.D.eo.& l.1.l.2.D.de bon.poſſ.

B ¶ 1 Ideóque poſſeſſoria hereditatis petitio hæc appellatur, quæ Prętoria eſt, vtpote ex Prætoris edicto, l.1.D.de bon.poſ. Eodem quoque nomine dicitur Interdictũ quorũ bonorũ, hac ſola differentia, quod hæc actio eſt de iure & interdictum de poſſeſsione: hæc datur etiam de iure, velut in debitorẽ hereditarium: hoc

A tantummodò de reb.corporalib.l.1.D.quor.bon.

DE FIDEIC. HER. PET.

TIT. VI.

1 *Fiduciarius heres & quaſi heres relata.*

2 *Quare fideicõmiſſ.hered.petitio hæc appellatur.*

CVM hereditas per fideicõmiſſum reſtitui iubetur, vnus eſt heres verus, qui fiduciarius dicitur: alter autem cui reſtituitur, verè propriéque heres nõ eſt, ſed quaſi heres, l.1.D.ad Trebell. l.in pari, 170.D.de reg.iur. Deniq.eſt heres per interB poſitam perſonã, vt ait l.qui fundũ, 87. §.qui filios, D.ad l.Falci. Qua de cauſſa, cùm ſepulcrorum iura, tum etiam directæ actiones penes fiduciatum heredẽ remanent, l.quia perinde, 42. l.ſi heres, 70.eo. directa autem hereditatis petitio ei conuenire non poteſt, ſed vtilitatis cauſſa ei vtilis permittitur, l.1.D.h.t.

¶ 2 Indeque fideicõmiſſaria hereditatis petitio hæc appellatur, quæ ciuilis eſt, vtpote ex Senatuſc.d.l.1.ad Treb. Datur etiam aduerſus poſſeſſorem, vt l.ſi quando, 109.§.heres, D.de leg.1.

LIBER VI.

DE REI VIND.

TIT. I.

1 *Multiplex vindicatio proponitur.*

2 *Rei vindicatio definitur.*

3 *Quib.datur hac actio: & in quos.*

4 *Dubitatio exorta ex verbis antiquis vindicationis: H. R. E. I. Q. M. E. A.*

5 *Cautiones ad rei poſſeſſionem nanciſcendam, antequã hac actione vtare.*

6 *Vtra in rei.perſona requiratur poſſeßio, ciuilis an naturalis, iuſta an iniuſta.*

7 *Quid ſi poſſeſſor rẽ vendiderit, quenam diſtinctio adhibenda ſit.*

8 *Res non etiam actiones in hanc actionem veniunt: & an precium pro re peti poßit.*

9 *An res do nini pecunia comparata ipſius ſit: ſiue, an* C *res in precij locum ſuccedat.*

10 *De rebus, quæ per hanc actionem peti poſſunt.*

11 *De corporibus coniunctis quæ vel naturam ſuam retinent vel non retinent, copioſa diſputatio:*

12 *Et de his regulæ aliquot propoſitæ.*

13 *Quænam rerum vniuerſitatis vindicatio ſit, veluti, gregis, armenti.*

14 *De iure & effectu huius actionis.*

15 *De fructibus qui ſunt à bona vel mala fid.poſſeſſore reſtituendi: vbi Fructuum diuiſiones ſtrictim enumerantur; & locus Auguſtini perpenſus.* D

16 *Petitionis hereditatis & vindicationis differentia.*

17 *Et ſimilitudo.*

RATIONEM ordinis declarat l.1.h.t. vt expoſita vniuerſali actione in rem, deinceps ſpecialẽ in rem actionem, id eſt rerum ſingularum vindicationẽ proponat.

¶ 1 Multiplex autem vindicatio eſt: alia proprieE tatis, alia ſeruitutis perſonalis, alia pignoris ſiue hypothecæ, l.3.§.eſt autẽ, D.ad exhib. alia ſeruitutis realis, l.1.&.paſſim, D.ſi ſeru.vind. alia ſuperficiei, de qua in l.74.D.h.t. alia emphyteuſeως, l.1.D.ſi ag.vect. alia poſſeſsionis, nõ tamen per actionẽ, ſed per interdictũ Vti poſſidetis, vel Vtrubi, d.l.3.§.ſi mecum, & §.ſeq.D.ad exhib. Sed hic tit. propriè ad dominij vindicationẽ pertinet.

¶ 2 Ergo rei vindicatio eſt actio in rẽ arbitraria, per quam is qui ſe rei alicuius dominũ eſſe contendit, eã F ſibi à poſſeſſore reſtitui poſtulat, l.actionum, 25. D.de oblig.& act. Dixi, *actio arbitrar.* quoniam iudex antequã reum condemnet, pronunciat ſe arbitrari rẽ eſſe reſtituendã, quod ſi cui arbitrio reus nõ pareat, officio arbitrióq. iudicis cõdemnatio ſequitur, l.& ex diuerſo, 35.§.1.l.qui reſtituere, 68. D.h.ti. Dixi, *actio in rem*: quia nullæ perſonales præſtationes petuntur, ſed ipſa res dumtaxat: quæ propterea nõ modò ex ſpecie, verumetiã ex quantitate & qualitate deſignanda eſt, l.5. G §.vl.& l.6.D.eo. quamquã iuſta ex cauſſa incertæ partis vindicatio permittitur, l.quæ de tota, 76.§.1. Huius autem actionis natura & vis ex vſitata partitione intelligetur.

¶ 3 Datur ergo hæc actio iis qui ſe rei dominos adſerũt, ſiue ciuili, ſiue gentiũ iure dominiũ adepti ſint, l.in rẽ, 23. D.h.t. Porrò in eũ demum qui poſſidet hæc cõceditur actio, d.l.25. quapropter in rem actionem poſſeſſio parere dicitur, l.vn.C.de alien.mut.

¶ 4 Sed tamen occurrit hoc loco dubitatio: nã vindicationis formulã cõſtat hanc fuiſſe: hanc rem ex iuE re Quiritũ meam eſſe aio: teſtib. Cice.Verr.4. Caio in Inſt.apud Boet.& l.1.§.1.D.eo. quomodo igitur qui in bonis tantũ habet, veluti cui ſeruus venditus nec mancipatus, aut in iure ceſſus, aut vſucaptus eſt, (vt ait Vlp. tit.reg.2. vti vindicatione poterit? Reſpondendũ eſt igitur, antiquo iure nõ directam his caſib. vindicationẽ dari ſolitam, ſed vtilẽ dumtaxat, quæ ſub litis formulis vſum obtinuit, l.actio, 43.D.de neg.geſt. Idque intelligi ex eo poteſt, qđ marito dotaliũ rerũ nomine vindicatio dari dicitur, in l.dotẽ.5.C.h.t. qui tamen iuF re Quiritũ dominus nõ erat. vtilis igitur datur, vt caſu cõtrario, l.nec vllũ, 13.§.apud maritũ, D.de her.pet. nõ autem aduerſus eum à quo poſſeſſionem adeptus eſt, l.1.C.vbi in rem act.

¶ 5 Qua de cauſſa is qui hac actione experiri vult, primũ cautius faciet ſi aliquo interdicto nanciſci poſſeſſionẽ poſſit, l.is qui, 24.D.eo. Deinde ſi nõ poſſit, interrogare debet aduerſariũ an poſſideat? l.qui petitorio, 36.D.h.t. qui ſi negauerit & mẽdacij cõuictus fueG rit, poſſeſſio in actorẽ transfertur, quamuis ſuã eſſe rẽ nõ probauerit, l.vl.D.eo.l.qui ſeruũ, 20.§.1.D.de interrog.act. at ſi reus poſſeſsione cedat, ab hac actione immunis eſt, d.l.vlt.D.h.t. Similitérq. primum in hac actione iudicis officiũ eſt, vt videat vter poſſideat, d.l.

eſſiciū.nā qui quacūq; ex cauſ.rē poſſidet,nō prius hac A
actione vti poteſt q̄ poſſeſſionē reſtituerit.l.ſi quis,25.
C.locat.Quod ſi ambiguum eſt vter poſſideat,prius de
poſſeſſione iudicādū eſt,q̄ ad hāc actionē deſcēdendū.l.
ordinarij,13.C.h.t.l.exitus,35.D.de adquir.poſſ.§.reti-
nēdę.Inſt.de Interd.Cōſultū eſt, etiā actori,qui rē mo-
bilem petiturus eſt,vt prius ad exhibendū agat:nam a-
ctio ad exhibēdum eſt præparatoria vindicationis. l.1.
D.ad exhib.l.in rem,23.§.item,D.h.t.

§ 6 Sed quoniā poſſeſſio alia eſt ciuilis,alia naturalis; B
alia iuſta,alia iniuſta;quęſitū eſt vtra in rei perſona re-
quiratur?Et cōtra Pegaſum Vlpianus diſputat aduerſus
omnes etiā q̄ tenēt tātùm & habēt reſtituēdi facultatē,
hanc actionē pmitti: quāmuis alioqui pſonali actione
teneantur,veluti cōmodatarij aut depoſitarij.d.l.9.h.t.
Itē creditores q pignus tenent.l.ſerui,16.D.de vſurpat.
Poſſideri ergò rē oportet litis cōteſtatę tēpore,ſed mul-
to magis rei iudicatæ,quāuis reus anteà nō poſſederit.
l.ſin autē,27.§.1.D.h.t.l.quæſitū,30.D. de pecul. Quod
autē de poſſeſſore diximus, locū habet ſiue verè poſſeſ- C
ſor ſit,ſiue pro poſſeſſore habeatur:qualis eſt qui ſe te-
merè liti obtulit,cùm nō poſſideret,l.25.26.27.D.h.t.I-
tē p poſſeſſore habetur, q dolo malo vel poſſidere de-
ſiit vel fecit quomin⁹ poſſideret, quēadmodū ſupp.tit.
dictū eſt ex l.ſin autē,27.§.2.l.is qui,69.D.eo.nā qui do
lo deſiit poſſidere p poſſeſſore dānatur:dolus.n.p poſ-
ſeſſione eſt,l.qui dolo,131.C.parem,150.l.ad ea,157.§.1.
D.de reg.iur. § 7 Quid verò ſi poſſeſſor rē vēdiderit?
Tū diſtinguēdū erit,vtrū à bonę an à malę fidei poſſeſ-
ſore ſit vēdita:nā ſi ab illo,tū aut dominus vēditionem D
ratā habet:quo caſu negociorū geſtorū actione preciū
à vēditore recuperat.l.vlt.D.de neg.geſt. aut nō habet
ratā,ac tùm vindicare rē ab emtore poteſt,etiā nō reddi
to precio.l.3.l.ſi magnū,23.C.h.t.Vēditor autem pcij
nomine emtori de euictione tenebitur;domino vindi-
cāti nō tenebitur:quippe q neq; poſſidet,neq; dolo poſ
ſidere deſiit:nā in hac actione preciū ex re vendita re-
dactum,in rei locum non ſuccedit,cōtra quàm in he-
reditatis petitione dicebamus ex l. ſi & rem, 22. D. de
hered.pet. Nam in illa veniunt non modò res,ſed etiā E
iura & actiones ex reb.hereditariis paratæ.

§ 8 In hac res tātùm veniūt nō etiā actiones,ac pinde
nec æſtimationes,nec precia:neq. n.pecunia ex re mea
facta,mea eſt:cōtra q̄ in hac dicitur,ſpeciē ex mea ma-
teria factā,meā eſſe: nā pter negociationē pcepta eſt.
l.vēditor,§ 1.D.de hered.vēdit.Quod ſi à prædone ven-
dita res fuerit,electio eſt domini vtrùm ab emtore qui
poſſidet,an à vēditore qui dolo poſſidere deſiit, rē vindi
care velit. At ſi dominus ratā venditionē habeat,vtraq;
vindicatione amiſſa , vtilē negociorū geſtorū actionē
habebit de vero pcio aduerſus vēditorē.l.1. C.de iis q à F
nō domino man.ſunt.quę quāuis de manumiſſione lo
quatur,tamē parē cum vēditione rationē habet.Nō igi
tur pciū per hāc actionē petitur:quia nūquā,vt dixim⁹
in vindicat.pciū loco rei ſuccedit:ſed cùm æquū ſit, eā
mihi reſtitui,per cōdictionē ſine cauſſa cōdicere opor-
tet.l.ſi eum 23.D.de reb.cred.& d.l. vlt.D.de neg. geſt.

§ 9 Sed altera ſequitur quęſtio:An res domini pecu-
nia cōparata ipſius ſit?hoc eſt (vt vulgò dicitur) an res
in pcij locū ſuccedat?Regulariter qdē nō ſuccedit,neq.
vindicari poteſt.l.6.l.8.C.h.t.l.ad pbationē,21. C.de pG
bat.l.ex pecunia,12.C.de iur.dot. Interdū tamē quatū-
dā partiū fauore ſuccedit:nam res à tutore aut curatore
de pupilli nimirū pecunia cōparata, vindicari à pupil-
lo vel minore poteſt.l.2.D.quādo ex fact.tut. quod idē
de reb.ex pecunia militis emtis traditur in l.ſi vt ppo-
nis,8.C. de rei vind. Idēq; de iis quæ mulieris pecunia
marito donata cōparata ſunt:ſi modò maritus ſoluēdo

nō ſit.l.vxor marito,55.D.de don.int.vir.& vx. iuncta
l.ſi cui pecunia,12.C.de iur.dot.

§ 10 Deinceps de reb.videamus: nam eæ demum res
peti per hanc actionē poſſunt,quæ in actoris dominio
ſunt:Itaque neque res ſacræ & religioſæ vindicantur,
l.in rem,23.§.1.C.quæ religioſis,42.D.h.t.neque liberę
perſonæ quæ noſtri iuris ſūt:niſi adiecta clauſula, ex iu
re Quiritū,l.1.§.2.h.t.neq;.n.ita liberi in patrimonio no
ſtro ſunt vt ſerui aut cetera mancipia,l.vt tantū,14.§.1.
D.de ſeru.corrup. Rurſus plenū dominiū eſſe oportet:
nā emta res necdū tradita vindicari nō poteſt.l.penult.
C.h.t.l.ſi ager,50.D.eo.l.quintus,40.D. de act.emt. at
pręclarè dicere poſſumus neque ſuū quidquā eſſe quod
vindicari nō poſſit,C.quintus,27.§.2.l.viciſſimq;,7.D.
de aur. & arg.leg. neque viciſſim vindicari poſſe, niſi
quod ſuū ſit,d.l.Quint⁹ D.de act.emt. Vindicātur autē
res nō modò corporales verūetiā incorporales, .i.iura
& ſeruitutes tū perſonales tū reales, vt dicetur lib.ſeq.
quinetiā ſuperficies,id eſt,ædificatū in alieno ſolo,cui⁹
cauſſā pēſio pręſtatur,vindicari poteſt.d.l.73.& ll.ſeqq.
D.h.t. Præterea vindicātur,vt iā dictū eſt,nō modò res
ſingulæ,verūetiā vniuerſæ:nō modò res ſingulares,ve-
rumetiam coniunctæ: quarum incredibile dictu eſt
quàm implicata atque adeò inextricabilis doctrina ſit.

§ 11 Nā Corporū cōiūctorū alia eiuſdē generis,ma-
teriæ & naturæ ſunt,quæ fuerāt retrò ſingulorū;vt cùm
duorū pecora in eodē grege ſūt,aut duorū vina mixta,
vel argentū cōflatū,vel frumētū cōfuſū:alia diuerſi ge-
neris ac materiæ, veluti cùm ex vnius vino & alterius
melle mulſū factū eſt:ex auro & argento electrū, l.3.§.
vlt.&ll.ſeqq.D.h.t.l.7.§.cū quis.D.de adquir.rer.dom.
Rurſus corporū alia naturā,ſubſtantiā ſpeciēque ſuam
retinent & ſeparari atque ad ſuā priſtinā ſpeciē reuerti
poſſūt:veluti cùm duorū frumentū cōfuſū eſt, aut plū-
bū vnius cū argento alterius:æs vnius cū auro alterius
cōflatū:alia naturā & ſpeciē mutāt,neque ad priſtinam
materiā reuerti poſſunt, vt cùm mulſum factū eſt , aut
ex vuis vinū,aut ex oliuis oleum, aut ex herbis empla-
ſtrum,d.l.3.& d.l.7.& §.ſi duorum,20. Inſtit. de rer.di-
uiſ.& l.23.§.itē,D.h.t.Rurſus corporum alia ſunt cōti-
nua,vt lapis,ſtatua:alia cohærētia,vt nauis, taberna,a-
ceruus frumēti:alia deiuncta,vt grex, armētum, equi-
tium,d.l.23.§.itē,& l.rerum,30.D.de vſurpat.Rurſ⁹ in
corporib.partes aliæ pares ſunt,aliæ impares, quarum
ſcilicet quędā acceſſionis,quędā principalis locum ob-
tinent , vt de grege dicitur in l. 2.D.h.t.& de ſtatua &
brachio alieno in d.l.23.§.1. de fundo & arbore aliena,
l.5.§.3.de aliis permultis in l.ſed ſi,26. D.de adquiſ.rer.
dom.Rurſus corporū quædā indiuidua ſūt,vt in mulſo
mel & vinū ; in ſtatua brachiū ferruminatū;in pictura
& tabula colores;in ſcriptura,charta & lineamenta:a-
lia diuidua,vt in electro argentum & aurū,in maſſa ęs
& aurum,in ſtatua brachium applumbatum,l.5.§.1.&
d.l.23.§.1.D.eō.Rurſus eorum corporum quędā domi-
norum cōſēſu & voluntate,quædam nō vtriuſque vo-
luntate coniuncta ſunt,d.l.7.§.cum quis.

§ 12 Tentemus igitur an conflari hæc regula poſſit:
Corpora duorū voluntate cōiuncta cōmunia eorū fiūt:
neque vindicātur,ſed per cōmuni diuidundo iudicium
petuntur,d.l.7.§.cùm quis.At nō ipſorū voluntate cō-
iuncta,ſi nouā ſpeciē adepta ſunt,quę ad ſuā materiam
reuerti non poſſit, eius ſunt qui fecit atque ab eo ſolo
vindicantur,d.l.3.§.vlt.d.l.5.& d.§.cum quis,& l.ſed ſi,
26.D. de adq.rer.dom.Cui tamē apertè refragātur Mi-
nicius & Iulianus qui Sabiniani fuerūt in l. Minicius,
61.D.h.t.quēadmodū in quæſtione, vtrū pictura tabu-
læ,an hęc illi cedat,apertā videm⁹ diſcrepantiam inter

Paullũ in d.l.23.§.1.*D*.eo.& Caiũ in l.qua ratione,91.§. A 2.*D*.de adq.rer.dom.& §.ſi quis in aliena,25.Inſt.de rer. diuiſ. Quod ſi ad ſuã materiã reuerti poſſit, tũ dominũ nõ mutat,atq; ab eo ſolo vindicatur.l.in omnib.24. *D*. de adquir.rer.dom. At ſi ſpeciẽ ſuã retinent, ab vtroq; vindicatur. Itaq; ſi duorũ frumentũ vtriuſq; voluntate mixtũ eſt; ſingula grana cõmunia vtriuſq; fiunt.d.§.ſi duorũ, quẽadmodũ in cõmuni ſumma pecuniæ,ſingula nummorũ corpora cõmunia ſunt. l.nã & ſi,13.in fi.*D*. de reb.cred.l.ſi is cui,94.*D*.de ſolut.ſi nõ vtriuſq; volũ B tate mixtũ eſt,ſingula grana ſingulorũ dominorũ pmanent,& ab vtriſq; vindicãtur.l.4.*D*.h.t.arbitrio autem iudicis cõtinetur vt æſtimet quale cuiuſq; frumentum fuerit.d.§.ſi duorũ,de rer.diu.& d.§.cum quis:vbi Sabinianorũ & Proculianorũ cõtentiones repudiãtur:quorũ illi materiã,hi ſpeciẽ potiorẽ eſſe cõtendebãt. Similiſq; dicitur eſſe ratio pecorũ.quę cum alienis pecorib. mixta ſunt:quę ſingula vindicari poſſunt,vt grana ſingula.d.§.ſi duorũ,& l.3.*D*.h.t. Verùm ab hac regula excipiẽdũ eſt tignũ ędib⁹ vineiſve iunctum ,ppter l. XII. C tab.de qua in l.in rẽ,23.§ tig.*D*.eo.& l.1.*D*. de tig.iũct.

§ 13 Sed in hac tractatiõe dubitatio hęc occurrit:quęnã vindicatio gregis,armẽti, equitij ſub hũc tit.qui eſt de ſpeciali in rẽ actione,cõferatur, vt l.1.in fi.l.2.l.3. *D*. eo.cùm illas vniuerſitates eſſe cõſtet,itáq; appellẽtur in l.quid ergo,70.D.de vſufr. Reſpõdẽdũ eſt,aliã eſſe vniuerſitatẽ iuris, aliã rerũ corporaliũ: illã p hanc actionẽ nõ peti,vt de peculio dicitur,in l.vindicatio 56.D.h.t. quippe cũ eo non modò corpora verùm etiã iura & obligationes cõtineantur. l.quã Tuberonis,7.§.vlt.D.de D pecul. hãc verò peti,veluti gregis:quo nomine ſola corpora cõtinentur.§.ſi grex,Inſt.de legat. Vnde diſputari poſſet in noua vindicatione dotis à Iuſtiniano introducta,vt p eã nõ dotẽ vniuerſam,ſed res ſingulas vindicare liceret,l.in reb.30. C.de iur.dot. Iure etiam antiquo res dotales ſingulares vindicabantur. l.9.& l. 10.D.h.t.

§ 14 Supereſt vt de iure ſiue effectu huius actionis & officio iudicis videamus. Ergò effectus vindicationis eſt,primùm vt litis cõteſtatio bonę fidei poſſeſſorẽ prædonẽ efficiat.l.ſi homo,45.D.eo.Secũdus vt iudex ſentẽtia ſua ,pnũciet rẽ eſſe actoris aut nõ eſſe.l.ſi inter me, 15.D.de except.rei iud.l.ex diuerſo,35.D.h.t.qua poſteriore formula poſſeſſor abſoluitur. §.1.Inſt.de off.iud. Tertius, vt qui iudicis arbitrio nõ paret,definitiua ſentẽtia dãnetur:hoc eſt,ſi cõtra petitorẽ iudicetur,poſſeſſor abſoluatur:ſi cõtra poſſeſſorẽ,tũ vt rẽ cum ſua cauſſa reſtituere cogatur.§.1.Inſt.de off.iud.l.qui reſtituere, 68.*D*.h.t.i.nihilo deteriorẽ q̃ fuerat ab initio.l.non ſolùm,13.neq; .n.reddita res videtur quę deterior reddita eſt:l.3.§.1.*D*.cõmod.Itẽ cũ fructib.& fœtu & partu animaliũ & partuũ fructib.itémq; cum mercedib.rerũ quę F locari potuerũt:itémq; cum actionib.per eã occaſionẽ quæſitis.l.ſi nauis,62.& l. Iulianus, 17. deniq; omne ꝙ habiturus fuerat petitor ſi litis cõteſtatę tẽpore reſtituta illi res fuiſſet: l. prętereа, 20.ſiue (vt alibi dicitur) omne quod nõ eſſet habiturus poſſeſſor,ſi ſtatim poſſeſſionẽ reſtituiſſet.l.& ex diuerſo.35.§.1.D.eo.Quartus vt bonę fid.poſſeſſor rẽ vel vbi eſt,vel vbi petitur,petitoris ſumtib.reſtituat;malę fidei poſſeſſor vbi petitur, & ſuis ſumtib.l.ſi res.10.& ll.ſeqq.D.h.t. Quintus eſt, vt poſſeſſor rei quę ſua culpa periit nomine dãnetur,l.qui G petitorio,36.§.1.l.ſi homo,45.h.t.Sextus eſt, vt dãnatus ſi rẽ habeat,nec reſtituat,per manũ militarẽ eã reſtituere cogatur.l.q reſtituere,68.h.t.quod ſi dolo fecit quominus reſtituere poſſet,tãti dãnatur,quãtũ actor in litẽ iurauerit.l.à poſſidẽte ius,25.C.h.t.& ſine vlla taxatione iudicis in infinitũ.d.l.68.ſi ſine dolo, quanti res eſt: id eſt,quanti actoris intereſt.d.l.68.

§ 15 Sed de fructib.multiplex diuiſio eſt: de qua ſub rubr.de vſur.& fructib.idoneus eſt diſſerẽdi locus. Prima autẽ & ſumma differentia iuris in bonę fidei & malæ fid.diſcrimine poſita eſt. Ergò quãtum ad malæ fidei poſſeſſorẽ attinet,breue præceptũ eſt,vt fructus omnes cuiuſuis generis,ſiue pẽdẽtes,ſiue collectos,ſiue extantes,ſiue cõſumtos,ſiue pceptos,ſiue q pcipi honeſtè potuerunt,reſtituat,l.certũ,22.C.h.t.l.fructus,33.D.eo. & l.fructus,45.D.de vſur.§.ſi quis à nõ domino, Inſtit.de rer.diuiſ.quãquã in hoc poſtremo genere.i.in pcipiendorũ fructuũ æſtimatiõe cõſideratur,an petitor frui potuerit.d.l.ſi nauis,§.vlt. At quantũ ad bonę fidei poſſeſſorem varias Iuriſconſultorum video fuiſſe ſententias. Primùm in fruct.ſpõtaneis:nã Põponius in l.fruct⁹,45. D.de vſur.apertè ſcribit eos bonę fidei poſſeſſoris non fieri:quoniã,inquit,nõ ex facto eius hic fruct.naſcitur; quaſi ſignificet bonæ fidei cõſentaneũ non eſſe, vt quis ex alieno metat,in quo nihil ſeuerit. At Paullus in l.bonæ fid.48.D.de adq.rer.dom. ita perſpicuè cõtrariũ ſtatuit, vt ridiculũ ſit tã apertã pugnantiã vllis verborum præſtigijs inobſcurare. Quantũ autẽ ad fructus elaboratos, Iulianus in l.qui ſcit,25.§. vlt.D.de vſur. ſcribit bonę fidei poſſeſſorẽ, quantũ ad percipiẽdos fructus, intelligi debere quãdiu euictus fundus nõ fuerit.quod nunquã intelligẽdũ eſt vſq; ad exitũ iudicij:vt placere qbuſdam videtur,ſed vſq; ad litẽ conteſtatã, vt ipſe Iulianus oſtẽdit in l.quæſitũ,91.§.vlt.D.de leg.1.vbi vox (*interim*) perſpicuè ſignificat quãdiu lis durabit. At Vlpianus in l. qui bona,23.D.de adquir.rer.dom.bonã fidẽ nõ vſq; ad litis cõteſtationẽ producit, ſed tantũ vſq; ad ſcientiam rei alienæ:quod ſanè bonę fidei rationi cõſentaneũ videtur,& cõfirmatur in l.quęſitũ,40.eo.tit.l.ſi fundũ,17.h. t.l.ſed & ſi,25.§.ſi antè,D.de hered pet. Repugnãt enim bona fide poſſidere,& ſcire rẽ alienã eſſe:quãquã ſcientia rei alienę,ſi modò iuſta poſſeſſio ſit,vſucapionẽ non impedit:ſed ſciẽtia iniuſtæ poſſeſſionis,quæ quantũ ad vſucapionẽ verè mala fides eſt,l. 2.§.1.D.pro emt.l.5.D. pro derelict. Itaq; quod Auguſtin. lib.de fid. & operib. ita ſcribit: In iure prędiorũ, inquit,tãdiu quiſque bonę fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quãdiu ſe poſſidere ignorat alienũ:cũ verò ſciuerit nec ab aliena poſſeſſiõe receſſerit,tũc malæ fidei perhibetur:tunc iuſtè iniuſtus vocatur.quod,inquã,ita Auguſtin⁹ ſcribit,ad bonã fidẽ quæ in vſucapionib.requiritur,non pertinet. Supereſt quæſtio de pendẽtibus,itémque de perceptis,ſed extãtib. necdũ cõſũtis. Pendentes fructus pars fũdi ſunt, vt ſup. diximus,neq; illorũ corpus à fundo ſeparatũ eſt.l.quintus,40.D.de act. emt.l.ſi ſeruus,61.§. locaui,D. de furt. Quę de cauſſa rei vindicatiõne tacitè & vi ipſa cõtinentur. Percepti autẽ ſiue antè ſiue poſt litẽ cõteſtatam,ſed extãtes necdũ conſũti,vel in ipſã petitionẽ deducũtur, vel officio iudicis reſtituẽdi ſunt:d.l.Certũ,C.h.t.at nõ percepti etiã ſi petitor percepturus fuerat,nõ debẽtur à bonæ fid.poſſeſſore,à malæ fid.debẽtur.l.ſi nauis,62.§.1. D.eo.Ceterũ bonę fid.poſſeſſor reſtituit fructus quos pcepit,quãuis eos nõdum coegerit.l. ſi eius fundi,78.D. h.t.veluti ſi frumentũ ſecuit,ſed nõdũ triuit, aut oliuas excuſſit,nõdũ oleũ expreſſit. § 16 Reliquũ eſt,vt quid inter petitionem hereditatis & rei vindicationẽ interſit videamus. Ergo illa eſt actio vniuerſalis,hæc ſpecialis: l.1.l.ſin autẽ,27.§.2.D.h.t. Illa eſt Centumuiralis:omnes enim hereditatis petitiones apud Cẽtumuiros exercebãtur,auctore Cicerone Agrar.2.hæc apud Iudicem pedaneũ,vel Recuperatores tres exercebatur:illa nõquã niſi aduerſus iniuſtũ poſſeſſorẽ datur, vt ſuo loco dictũ eſt: hæc etiam aduerſus bonæ fid.poſſeſſorẽ.l.officium,9.D. h.t. Itaq; in illa poſſeſſor titulũ ſuæ poſſeſſionis edicere cogitur:in hac non cogitur.l.cogi,11. C. de pet.her. Illa

eſt mixta perſonalis:prȩſtationes.n.pſonales continet. l.7.C.illo tit.hęc merè realis eſt:in illā veniūt nō modò corpora, ſed etiā iura ex rebus hereditariis parata: in hanc nō niſi quȩ ſua ſunt veniunt;neq.n. vindicari poſſunt niſi quȩ ſua ſunt:ait l.Quint°,27.§.2.D.de aur. & arg.leg.In illa fructus prȩteriti veniunt:nā pars hereditatis ſunt, eáq; augent.l.itē veniunt,20.§.itē nō ſolum,D.de her.pet.In hac nō veniūt quȩ ſunt extrà rē: Itaq; nō actione ſed officio iudicis reſtituūtur.l.fortè, 28.l.ſumtus,48.D.h.t. hęc non datur niſi ei qui dominium traditione adeptus eſt:illa etiam ei qui ſola lege dominium adeptus eſt, quamuis poſſeſſionem adhuc nō habuerit.l.ſi ager, 50.D.eo. poſtremò illa bonæ fide i eſt ex Iuſtiniani conſtitutione, l.vlt.C.de pet.her. hæc arbitraria,vt ſup.diximus.

§ 17 Atq; in illis quidē actiones illȩ differunt : in his verò ſimiles ſunt:vtraq; in rē actio eſt:l.ſin autē,27.§. 2.D.h.t.in vtraq; q dolo poſſidere deſiit, tenetur. d.§. 2.In vtraq; neceſſarij & vtiles ſūtus ſeruātur,cùm à bonę fid.poſſeſſore,tū etiā à prȩdone:quāquā ille repetat, hic tātùm ea tollit quȩ ſine rei detrimēto poteſt tollere.l.36.§.vlt.& ll.ſeqq.D.de pet.her.& l.domū, 5.C.de rei vindicat.l.Iulianus, 37.D.eo. Sed hac de re ſpinoſior diſputatio eſt,quam in lib.Feudor.2.tractauimus.

DE PVBLIC. IN REM ACT. TIT. II.

1 *Origo,cauſſa & æquitas huius actionis,quæ à Publicio Publiciana.*
2 *Eius definitio,& l.1.D.h.t.correcta.*
3 *De perſonis quibus hæc datur actio:& cur datur.*
4 *In quos datur:vbi notātur caſus quibus exceptio huic actioni non nocet.*
5 *De rebus ob quas hæc datur.*
6 *De iure & effectu Publicianæ vindicationi directæ ſimil-(limo.*

§ 1 QVONIAM directa rei vindicatio ei ſoli q ciuile & plenum rei dominiū habet, cōpetit, l.quintus, 40.de act.emt.l.ſi ager, 50.D.t.prox. ſæpenumerò accidebat,vt q ex iuſta quidē adquirēdi dominij cauſſa rē acceperat, ſed tamē ab eo qui eius dominij trāsferendi ius nō habebat,neq; adhuc eā rē vſuceperat,ſi eius poſſeſſionem amitteret,eā recuperare nō poſſet:quod iniquū erat,vt malæ fid.poſſeſſor,aut qui nullo titulo poſſidebat,bonæ fidei poſſeſſori prȩferretur.l.vlt.D.h.t.Qua de cauſſa Prætor earū rerū nomine tū actionē tū exceptionē propoſuit,quæ (quod primùm à Publicio Prætore inſtituta eſt) Publicianȩ nomē obtinuit.§.4.Inſt.de act.

§ 2 Eſt igitur actio Publiciana,vtilis vindicatio,quā Prȩtor ei qui iuſta ex cauſſa rē ab eo qui transferendi dominij ius non habuit ſibi traditā & bona fide poſſeſſam nōdū vſuceperat,aduerſus prȩdonē,aut nullo titulo poſſidentē,eius recuperādȩ cauſſa cōcedit.l.1.D.h.t. vbi Prȩtoris verba ita corrigenda eſſe nō dubito:*Si quis id quod traditū ex iuſta cauſſa nō à domino & nōdū vſucaptū eſſet petat*,&c.Bene autē dixit, *Nō à domino*, melius q in quibuſdā, *A nō domino*:nam etiā rei à minore vēditȩ nomine,quē emtor minorē eſſe ignorabat,hæc actio cōceditur.l.7.§.1.D.eo. §3 Datur autē ex ȩquitate & ppter vtilitatē publicā:quoniā æquū eſt bonȩ fidei emtorē,qui p domino tātiſper habetur,dū res à domino euincatur, malȩ fidei poſſeſſoribus prȩferri.qua de cauſſa,vtilis hęc rei vindicatio appellatur, & ad vindicationis exēplū inſtituta,l.in honorariis,35. D.de obl. & act.Datur autem Publiciana iis ſolis qui vſucapere poſſūt.l.7.§.1.& §.vlt.l.13.§.1.D.eo.Quapropter tria cōcurrāt oportet:primò traditio ex iuſta dominij adquirendi cauſſa.d.l.1.& l.quȩcumq; 13. D.h.t.nā antè traditionē hęc nō cōceditur actio.l.7.§.pen.Secundò,bona fides accipiētis.l.7.§.Prætor.& §. Publiciana:nā in A eo demum cui traditur,bona fides requiritur,non etiā in eius ſucceſſore.§.ſeq. Poſtremò, vſucapionis initiū,quāuis momentaneū fuerit.l.cùm ſpōſus,12.§.vlt.

§ 4 Conceditur autē aduerſus eos qui vel mala fide, vel certè ſine titulo poſſident:nā aduerſus dominū aut nō cōceditur,aut ſi cōcedatur,cauſſà cognita iuſti dominij, exceptione repellitur,l.pen.l.vlt.D.h.t.l.ſi quis rē,24.D.de except.rei iud.nā hęc exceptio nō niſi cauſſa cognita cōcedi ſolet.l.mandatū,57.D.mand.Qua de cauſſa notantur caſus aliquot,quib. illa exceptio huic B actioni nō nocet:velut in l.ſi is cui°,31.D.ex quib.cau. mai.vbi is cuius res à milite abſēte,quòd ille nō defēdebatur,vſucapta eſt,ſi fortè illius rei poſſeſſionē nactus ſit,non modò exceptione illa tuebitur:l.nec nō, 28.§. pen.eo.verūetiā ſi eā fortè amiſerit,Publiciana experietur.Itē in l.& generaliter,28.D.de noxal. vbi aduerſus dominū,qui ſeruū noxȩ dedidit,Publiciana cōceditur. Itē in l.mandatū,57.D.mād. vbi māgo qui ſeruū vendi mādarat,mādatore mortuo,venditū tamē ab illius herede ſeruum,aduerſus emtorē qui eum vſuceperat,Pu- C bliciana nō inutiliter experiri dicitur:ſic enim ex vulgari editione legēdum eſt.Alios etiā videre caſus licet in l.ſi à Titio,72.D.t.prox.in l.damni, 18.§.pen.D.de dam.inf.in l.ſiquis rem,24.D.de except.rei iud.

§ 5 Quantū ad res attinet,locus huic actioni cōceditur,primùm (vt dixi) in iis reb.omnib. quæ iuſta ex cauſa quæſitȩ ſunt,d.l.1.2.& ſeqq.D.eo.Deinde nō modò in corporalib.verūetiā in quibuſuis ſeruitutib. l.ſi ego,11.§.1.ſed tamē in iis demū rebus quæ vſucapi poſſunt.Qua de cauſſa neque ad furtiuas res,neque ad eas D quarum alienatio iure prohibita eſt, pertinet, l.9.§.1. & §.2.D.h.t.neque itē ad eas quȩ nō opinione domini poſſidentur,l.quæcumque,13.§.1.D.eo.non tantùm autē ad rē integrā,ſed etiā ad ei° partē vindicādam valet, d.l.cū ſpōſus,12.§.vlt. § 6 Poſtremò ius ſiue effectus huius actionis idē omnino eſt qui directæ vindicationis,l.7.§.in public.D. eo. In his tamē differentia eſt,q illa ciuilis eſt & directa & ordinaria;hęc prȩtoria,vtilis,extraordinaria & auxiliaris.Illa datur domino,hęc quaſi domino.per illā rei dominiū petitur,per hāc poſ- E ſeſſionis amiſſæ dominiū, quod ſolū penes actorē erat. Illa datur etiā in eū qui bona fide iuſta cauſſa iuſtóque titulo poſſidet,l.9.D.t.prox.hęc nō niſi in eū qui mala fide aut ſine titulo poſſidet,l.vlt.D.h.t. Atque hæc quidē de directa Publiciana dicta ſint.nā vtilis etiam aliis q vſucapionis caſib. cōceditur:veluti ſi petitor poſſeſſorvé ſuam eſſe rem iurarit,l.7.§.ſi petenti,D.h.t.

SI AGER VECT. TIT. III.

1 *Vectigal ſeu Canon quid ſit.*
2 *Agri vectigalis dominium penes quem ſit.*
F 3 *Actionis vectigalis definitio.*

VECTIGAL eſt annua pēſio,quæ pro agro in perpetuum aut in plures annos cōducto, præſtatur : quæ canon in poſteriorib. libris Codicis paſſim appellatur.Hinc ager qui ea lege cōductus eſt,vt annua penſio præſtetur,vectigalis dicitur à noſtris:à Zenone autē emphyteuticarius:propterea q inculti agri plerūque locabātur vt meliores,cultioreſque redderētur,l.1.& paſſim.C. de iure emphyteut. & is cōtractus plerumq; in Ciuitatum & municipiorum agris frequentabatur,C. Cotem,11.§.1.D. de publicā.

G § 2 Horū autē agrorū vera proprietas,.i.,dominiū iuris Quiritiū,penes ciuitates manebat,neq; in poſſeſſorē transferebatur,l.1.D.h.t.qua de cauſſa patrimonij noſtri eſſe negantur,l.itē prædia,10.D.famil.erc.Sed ſi in perpetuū locati fuerāt, in bonis poſſeſſorū fiebant: qua de cauſſa domini interdum appellantur, vt in l.

poſſeſſores,12. C.de fund. patrim. ac idcircò agros & oppignerare & donare,& vẽdere & quouis modo alienare, nõ modò inter viuos, verumetiã per teſtamentũ poterant, l.tutor,26.§.vl.D.de pig.l.ſi domus,71.§.vlt. D.de leg.1.Sed tamẽ cùm directa ꝓprietas(vt dixi)penes locatorem permaneret, neceſſariò accidebat, vt ſi emphyteuta poſſeſſionẽ amitteret, vindicatione vti nõ poſſet: itaq.Publicianæ exẽplo inſtituta eſt hac in cauſſa vtilis vindicatio, nõ modò aduerſus extraneos verumetiã aduerſus ipſos dominos ac municipes,l.1.

A D.h.t. eáq.vindicatio præciſa locutione vectigalis actio appellatur in l.ſi finita,15.§. ſi de vectigalib.D.de damn.inf.cuius definitio tradi ſic poteſt: Actio vectigalis eſt, vtilis vindicatio, quã Prætor emphyteuticario poſſeſsionis recuperandæ cauſſa cõcedit. Ex quo differentia inter hanc & Publicianã intelligitur, quæ ad inſtar ꝓprietatis nõ poſſeſſionis reſpicere dicitur, l.7.§.2.D.t.prox.nã in hac, poſſeſsio verè propriéque vindicari dicitur, ſed nouo more, vt multis verbis expoſuimus in Diction.Feud.ex l.113.D.de.ver.ſign.

LIBER VII.

DE VSVFR. TIT. 1.

1 *Seruitus definitur, diuiditúrq.in perſonalẽ & prædialẽ.*
2 *Vſusfructus definitio.*
3 *De perſonis, quæ conſtituere vſumf.poſſunt.*
4 *Modus conſtituendi & adquirendi vſusf.*
5 *Quarum rerum conſtitui vſusf.poteſt.*
6 *An etiam ſeruitutũ conſtitui vſusf.poſſit. vbi emend. l.1.D.de vſufr.leg.*
7 *De iure conſtituti vſusfr. vbi differentia notatur inter mixtum & merum vſumf.*
8 *An & quatenus fructuarius vſumfr.cedere vel alienare poſſit.*
9 *Vſufructuarius vti debet arbitrio boni viri:*
10 *Et ſaluam rei ſubſtantiam tueri;*
11 *Et proprietatis cauſſam meliorem facere.*

EXPOSITIS vindicationib.rerum corporaliũ, deinceps ad ſeruitutum vindicationes progreditur. § 1 Seruitus autem eſt ius quod vel perſonæ vel prædio in aliena re vel debetur vel iã cõſtitutũ eſt. Seruitus.n.duplex eſt, perſonalis & prædialis. Perſonalis eſt quæ perſonæ in re aliena debetur, & cũ perſona cohæret: Prędialis eſt quæ vni prędio ab altero prędio debetur, & ſine prædio eſſe nõ poteſt: eſt.n.qualitas & cõdicio rei, l.ſi quis,32.D.h.t.cùm illa ſit ius perſonæ adtributũ, vt re certa vtatur.qua de cauſſa perſonæ nõ prædij eſſe dicitur in d.l.ſi quis. Rurſus illa locũ habet in rebus tám mobilib.quàm immobilib.tam animatis quàm inanimatis: hęc nõ niſi in immobilib. .i.prædiis. In vtraque res ſeruit, ſed in illa res directò perſonæ ſeruit, l.dominus,57. D.h.t. in hac prædium prędio ſeruit propter perſonam.In illa, perſona principaliter ſpectatur: qua de cauſa ſine perſona cõſiſtere poſſe negatur in l.vſusf.26. D.de ſtipul.ſer. In hac prædiũ principaliter ſpectatur: quapropter ſine prædio nec cõſtitui nec amitti poteſt, l.pe. D.de ſeru.leg. non.n.hominis eſt, ſed prædij, l.ſi mihi eodẽ,20.§.vlt. D.de ſeru.ruſt.quinetiã naturaliter prædiũ inferius ſuperiori ſeruire dicitur in l.1.§.vl.& l.2. D. de aqua & aq.pl. § 2 Primùm autẽ de vſufr.ſub hac rubrica diſſeritur, qui in l.1.definitur, ius vtendi fruendi re aliena ſalua eius ſubſtantia.i.quoad rei ſubſtantia ferre poteſt: quæ clauſula ad notandam Vſus differentiã adiecta eſt, l.4.D.de oper.ſeru.indéq.intelligitur tria in vſufructu notanda eſſe: ſubſtantiã rei.i.corpus ſiue hypoſtaſin, qua vſusfructus ſuſtinetur: item fructũ, qui ex ea re percipitur, & ius eius percipiendi, l.2.D.eo.l. veræ,43.D.de euict.l.7.§.2.D.de iur.dot.l.ſi à reo,70. §.1.D. de fideic. vbi vſusfructus neq.fundi corpus eſt, neq.fructus, ſed ius fruendi. § 3 Nunc ergo ad partitionẽ accedamus, quę ſub hoc t.quadripertita eſt: de perſonis à quib.& quib.cõſtituitur, de modo & forma conſtituendi, de reb.in quib.cõſtituitur, & de iure cõſtituti vſusfructus. Conſtituere ergo vſũfructũ poteſt nõ modò qui iuſtũ, plenum, ſolidũ rei dominium habet, verumetiã qui nudã tantùm proprietatem, vt ſi fortè in ipſius vita vſusfructus ad proprietatẽ redierit & cum ea cõſolidatus fuerit, effectum habeat, l.ſi dominus,72.D.h.t.at fructuarius vſumfructũ conſtituere non poteſt, quia non magis ſeruitus ſeruitutis quã accidẽs accidentis intelligi poteſt, l.videamus,19. D. de vſur.l.9.D.de vſufr.leg. Conſtitui autem vſusfructus ei demùm poteſt qui idoneam eius ſuſtinendi

B perſonam obtinet.qua de cauſſa ſeruo hereditario inutiliter ceditur, l.vſufr.26. D. de ſtipul.ſeru. l.hereditas,61.§.1.D.de adq.rer.dom. Non tantùm autem ſingulis conſtitui vſusfructus poteſt, verumetiam vniuerſitati: ac tum vtilitatis cauſſa, ne ſemper inutilis proprietas maneret, centum annorum ſpacium vſuſ. præſcriptum eſt: quia is longæui hominis vitæ finis eſſe ſolet, l.an vſusfr.56.D.hoc tit.l.ſi vſusf.8.D.de vſ. & vſufr.legat.

§ 4 Modi porrò conſtituendi vſusfructus ſunt, C inter viuos quidem pactiones & ſtipulationes, poſt mortem verò teſtamentum, l.1.l.3. §.& ſine teſtamento, l.ſi quis vuas,32.D.eod. quinetiam per famil.erciſcundę aut communi diuidundo iudicium conſtitui vſusfr. per arbitri adiudicationem poteſt, l.6.D.eod. forma autem eiuſdem conſtituendi eſt, vt non modò præſens, verumetiam in diem & ex die conſtituatur, l.4.D.h.t. Iam modus adquirendi eſt per Inductionẽ vel patientiam, l.3.D.eod. nam in ſeruitutibus vſus iuris per traditionem poſſeſsionis accipitur, l.quoties, D 20.D.de ſeruit.

§ 5 Conſtituitur autem earum tantùm rerũ quæ vſum & fructum aliquem vel per ſe, vel per accidens, vel in præſentia, vel in poſterum tempus præſtare poſſunt: adeò vt etiam voluptas & ornamentum pro fructu numeretur, velut in ſtatuis & imaginibus, l. ſtatuæ, 41. D.hoc tit.in numis antiquis, l.numiſmatum, 28. in infante, l.ſi infantis, 55. in ſeruo ægroto, vel ſenectute adfecto, vel agro ſterili & infructuoſo, vnde tamen aliquid voluptatis capitur, l.arboribus, E 12.§.de illo. Rurſus conſtituitur non modò in rebus ſoli, verumetiam in mobilibus, non tantùm in rebus animatis, verumetiam in inanimatis. l.3. §. 1.l.7. D.h. t.non modò partis bonorum, l.etiam,43.D.h.ti. verumetiã omniũ bonorũ, l omnium,29. nõ modò rerum ſingularũ, verumetiã vniuerſitatis, veluti gregis, armenti, equitij, l.quid ergo, 70.eo. Deniq.in reb.omnib. quę in cuiuſq.bonis & patrimonio eſſe poſsũt, l.vſufr.69.D.ad l.Falc. vbi dicitur nullã eſſe rẽ, quæ in vſumfr.nõ cadat.qua de re ſub t.de vſuf.ear.rer.propriꝰ F eſt differendi locus. § 6 Inde autẽ nata quæſtio eſt: an etiã ſeruitutũ conſtitui vſusf.poſſit? quod Vlp.negat in l.cũ eſſent,33.in fi. D.de ſeru.ruſt. itémq.Paul. in l.1.D. de vſuf.leg.quoniã(inquit) neq.ex bonis neq.extra bona ſunt: qđ ſanè obſcurũ videtur: cùm neceſſe videatur omnes res aut in bonis aut extrà bona eſſe: quia vel alienari poſſunt vel nõ poſſũt, l.Iulianꝰ,10.D.de cur.fur. Videndũ igitur an cõmodiùs ita legeretur, *neq.in bonis,*

A *neq.ex bonis*:nam in bonis ea numerantur quę directò ac principaliter nobis bona & vtilia ſunt, l.bonorum, 49.de verb.ſig.Reales autem ſeruitutes(de quib.Paull. loquitur)per accidens tantùm.i.per cõſequentiam prędiorũ noſtrorũ nobis bono& emolumento ſunt.Ex bonis autem noſtris ſeruitutes non ſunt,ſed ipſa corpora quib.ſuſtinentur. i.prædia,ſicuti pignus,depoſitum & cõmodatum,l.2.§.in hac actione,D.vi bo.rapt.& §.2. Inſt. eodem. § 7 Porrò ius conſtituti vſusfructus eſt,primùm vt à proprietate diſtractus& ſeparatus in-B telligatur, l.5. D.ſi vſusfruct. pet. & l. ſtipulatio iſta, 38. §. ſi quis, D. de verborum obligation. vbi diſtracti nomen non ad venditionem referendum eſt, ſed ad ſeparationem vſusfructus à proprietate: qua de cauſſa duplicem vſumfr.Iuriſcon.faciunt;vnum mixtum,qui in re noſtra eſt & cum proprietate confuſus, l.ſi ita ſtipulatus,126.§.1.D.de verb.obl.qui tamẽ magis dominio cõtinetur quàm per ſe intelligitur,l.4.& l.quod noſtrũ,63.D.h.t.l.cum qui ita,56.§.qui ꝓprietatem, D.de verb.obl.alium merum, qui in re aliena C eſt & à proprietate diſtractus ac ſeparatus: eáq.ſeruitus dicitur,quoniã aliena res perſonæ ſeruit ac fructũ non ſuo domino ſuppeditat. Secundũ ius eſt,vt vſusfructus fructuario quæſitus in ipſius bonis numeretur, l.8. D.de reb.auct. iud.qua de cauſſa dominiũ per ſe appellatur,l.3. D.ſi vſusf.pet. l.ſemper,11.§.hoc interdictum,D.quod vi aut clam. § 8 Quamquam intelligẽdum eſt,ne vſusfructus à proprietate perpetuò ſeparatus eam inutilẽ relinqueret,cum extraneo cedi non poſſe,l.ſi vſusfructus,66. D.de iur.dot.vtendi tamen & fruendi facultatẽ, vendi, locari,donari, oppi-D gnerari,& quouis modo,inter viuos tamen, alienari poſſe,l.arboribus,12.§.1.D.eo.l.ſi is qui,11.§.2.D.de pignor.ſed præcipuè in l.non vtitur, 38.& l.cum vſusf. 67.D.h.t.vbi diſertè ac nominatim dicitur,vſusfruct. à fructuario vẽditus. Sed hoc dupliciter interpretandum eſt.Primùm vt non ipſo iure cõſtitutus iſto modo vſusfructus intelligatur, ſed tuitione Prætoris.i. per exceptionem:vt diſertè traditur in l.ſi is qui,11.§. 2.D.de pignor.l.1.D.quib.mod.vſusf.amitt. Deinde vt E non propriè conſtitutus vſusfructus intelligatur, ſed potius cauſſa vtẽdi fruendi, perceptio fructuũ, facultas percipiendorum fructuum,quæ facti eſt, cùm ius ipſum perſonale transferri in alium non poſſit:ius.n. ex iure,vſusfructus ex vſufructu conſtitui nõ poteſt, l.videamus,19.D.de vſur.l.1.D.de vſuf.leg.

§ 9 Tertium ius eſt: vt vſufructuarius caueat ſe vſurũ boni viri arbitratu,& finito vſufr.poſſeſſionem domino reſtituturum:vt dicemus ad tit. Vſufr.quẽad. cau.Quidquid ergò ex re fructuaria vtilitatis, emolu-F mẽti,redituum, obuentionũ, voluptatis deniq.percipi poteſt,id totum ſit vſufructuarij,l.7.& l.9.D.eo.l. Mæuius, 66.§.pen.D.de leg.2.iis videlicet finib.quos diximus,quoad vir bon⁹ arbitrabitur,quoad ſalua rei ſubſtãtia ferre poterit.nã intra illos fines vſus dicitur: extra verò abuſus,l.ſi pendentes, 29.§.1. veluti ſi fructuarius ſeruis artificib.ad res alienas vtatur,quib.eorum artificiũ corrũperet, l.ſed ſi quid, 15.§.1.aut ſi ſua feritate aut ſæuitia eos deteriores faceret,d.l.15.

§ 10 Quartum eſt, vt fructuarius ſaluam rei ſubſtã-G tiam tueatur,velut in ędib.vt ſarta tecta pręſtet,l.7.§. 1.D.eod.in mancipiis, vt illa nutriat & ægrota curet, l.ſicut,25.l.ſicut,45.D.eo.itẽ vt inſtrumẽtũ fundi tueatur,l.9.§.ſeminarij; vt agrũ ꝓſcindat, vites ſubſerat; aquarum ductus corrumpi nõ patiatur,l.ſi cuius,13.§. 2.D.h.t.vt gregẽ & armẽtũ capitib.demortuis ex adgnatis ſuppleat, l.vetus, 68.& l.ſeq. Deniq.vt cauſſã ꝓprietatis deteriorem nõ faciat:meliorẽ tamen ſi ve-A lit faciat,d.l.13.§.4. § 11 Nam Quintum eſt, vt proprietatis cauſſam meliorem,ſi velit,efficere poſſit; dũ tamen ne rei qualitatem & formam mutet,d.l.13.§.5. 6.7.& l.7.poſt princ.& l.vſufructuarius, 44. D.h.tit. Itaq.ne inchoatum quidẽ opus perficere poteſt,l.vſufructuarius,61.quippe cum formæ mutatione ſpecies intereat,l.qui vſumfr.36.h.t.& l.Iulianus,9.§.2. D.ad exhib.Sextum,vt fructuarius fructus ſuos non faciat, niſi iam perceptos,nec tantùm à terra ſeparatos, l.arboribus,12.§.Iulianus, quo iure à bonæfidei poſſeſſo-B re differt,l.ſi fructuarius,13.l.6.D.eod. Septimum,vt fructuarius onera quæ à re debentur ſuſtineat, veluti tributa,l.vſuf.52.Item functiones ad collationem viæ vel ob formã aquæductus,l.ſi pendentes,27.§.ſi quid.

DE VSVFR. ADCRESC. TIT. II.

1 *Ius adcreſcendi varium & intricatum;eiúſque definitio generalis.* 2 *Iuris adcreſcendi definitio ſpecialis, quæ ad teſtamenta pertinet.* 3 *Coniunctionis formulæ tres.1. Re tantũ coniuncti.* 4 *Re & verbis cõiuncti.* 5 *Verbis tantùm coniuncti.* 6 *Cõcurrere qui dicantur.* C 7 *Ferre & facere partem quid differant.* 8 *Diff.inter ius adcreſcendi, ius decreſcendi, & ius nõ decreſcendi.* 9 *Regula& fundamentũ huius diſputationis.* 10 *Diff. antiqua inter legatũ per damnat.& per vindicationẽ.* 11 *Vlpiani locus in Reg.emendatus.* 12 *De iis qui verbis ſunt coniuncti,vberior tractatio.* 13 *De his qui variis modis coniuncti ſunt.* 14 *De iure adcreſcendi vſuff.& eius definitio.* 15 *Tres differentiæ inter ius adcreſc. dominij,& ius adcreſc.vſuff.notantur.* 16 *Ius hoc adcreſc.lege Papia Popæa abrogatum.*

D § 1 DE iure adcreſcendi ſpinoſa diſputatio eſt: nam alia in heredib.alia in legatariis ratio eſt:alia item in proprietate, alia in vſufructu. Rurſus aliud ſtante Repub.aliud lege Iulia caducaria;nunc etiam nouo Iuſtiniani iure aliud atque olim conſtitutum ius eſt,l.1.§.his ita definitis,C.de cad.toll. Summatim autem quantum inſtituti noſtri ratio feret, hanc tractationem perſtringemus. Ergò ius adcreſcendi eſt cùm pars vnius eorum qui vel lege vel teſtamento coniuncti ſunt,al-E teri accedit, Dixi autem, *lege*, propter heredes teſtamentarios, quib.etiam inuitis ius adcreſcendi competit, l.6.C.de impub.& aliis ſubſt.quibus bonorum poſſeſſores adiungo, l.2.§.vlt.& ll.ſeqq. D.de bonor. poſſ.l.vn.C.quan.non pet.part.TESTAMENTO verò, quoniam huic iuri tum in Inſtitutionibus tum in legatis locus eſt,l.qui ex duab.53. D.de adq.hered.l.codicillis,34. D.de vſuf.leg. Sed in teſtamentis propria hæc definitio eſt: § 2 Ius adcreſcẽdi eſt ius obtinendi partẽ eius qui vel cõiunctim vel diſiũctim cũ alio ad F eadẽ rem vocatus aut non concurrit aut concurrere deſiit: quorum hoc ad vſumfr. illud tùm ad dominium tum ad vſumfructum pertinet:nam ius adcreſcendi interdum præciſè dicimus, interdum plenè ius adcreſcendi dominij, vt l.quia retro, 35.D.ad leg.Aq. ius adcreſcendi vſusfr. vt in noſtra Rubr. Quoniam autem ius iſtud ex coniunctione & concurſu naſcitur,de vtroque diſſeremus.

§ 3 Coniunctionis tres ſunt formulæ: Re tantùm, verbis tantùm,Re & verbis ſimul,l.triplici,142. G D.de verbor.ſignifi.l.re coniuncti, 89.D.de leg.3. Re coniuncti dicuntur quibus eadem res diſiunctis enunciationibus legata eſt,d.l. Re coniuncti & l.3.§.1. D.quib.mod.vſusfr.am.l.1. §.interdum. D.h.t.veluti, Titio fundum Tuſculanum lego, eundem fundum Mæuio lego,Nam etſi enunciationib.diſiuncti ſunt, tamen nõ modò ad vnã eandemq.rem atq.adeo in ſolidũ vocati & coacti ſunt, vt ait d.l.Triplici, verũetiã

quaſi in vnum corpus redacti, d.l.vnic.§.hoc ita, & l. planè, 34.in princ.D.de leg.1. vbi plures coniuncti vnius perſonę parte fungi dicuntur.

¶ 4 Re & verbis coniuncti ſunt, quib.eadem res coniunctim. i.vna enunciatione legata eſt: veluti Titio & Seio fundum Tuſculanum lego, §.ſi eadem, Inſtit.de leg. vel Titio Seióq., vel Titio cum Seio. Harũ .n.cõiunctionum tres hæ notæ ſunt, d.l.triplici, & l. ſi ſeruo, 31.D.de ſtatulib.l.ſi quis, 7.D.h.tit.

¶ 5 Verbis coniuncti ſunt, quib.res eadem, ſed partib. definitis vna enunciatione legata eſt: veluti Titio & Seio fundum æquis partib. lego, d.l.Re coniuncti. nam cùm diuiſæ & certæ ac definitæ cuiq. partes deſcriptæ ſint, duæ res factæ intelliguntur, l.rectè, 25.D. de verb.ſign.l.ſi quis duas, 6.§.1.comm.præd. Qua de cauſsa Pompo. in l.ſi ita quis, 66. D.de hered.inſt.ait teſtatorem qui ſic ſcripſit, non tam coniunxiſſe quàm celerius dixiſse, quaſi ſi planius dicere voluiſset, dicturús hoc modo fuiſset: Titio dimidiam eius rei partem relinquo; Mæuio dimidiam eius rei partem relinquo.

¶ 6 Deinceps de concurſu videamus. Concurrere dicuntur qui ad eandem rem in ſolidum vocati ſimul ad eam veniunt, & ſinguli ſuam partem ferunt, l.7. C.de leg.l.ſi finita, 15.§.cùm autem, 7. ff.de damn.infe. Eius autem cõtrarium eſt Deficere. Qua de cauſsa ius adcreſcendi definitur ius excipiendi partem eius qui deficit, l.qui ex duab.53.§.1. D.de adquir.hered.

¶ 7 Porrò, idem eſt ferre partem & facere. nam ferre partem eſt ſuam ex re coniunctim legata portionẽ capere, atque auferre. Facere partem eſt cum coniuncto partiri, eúmque à ſolidi perceptione prohibere: quod vbi ſemel factum eſt, tum in proprietate omnis adcreſcendi ſpes ſublata eſt. nam eo qui partem ſuam abſtulit mortuo, eius portio ad ipſius heredem tranſit. Et hoc eſt quod vulgò dicitur ab initio ſolidum relictum: ſed concurſu partes fieri, l.coniunctim, 80.D. de leg.3.

¶ 8 Propriè aliud eſt ius adcreſcendi, aliud ius decreſcendi, aliud ius non decreſcendi: ius adcreſcendi & ius decreſcendi ſunt ἀντίστοιχα. Nam inter ſe contrariè referuntur. quib.enim ius adcreſcendi eſt, hoc eſt, concurrendi & ad aliorum numerum accedendi, eorum contrariis ius eſt decreſcendi: nam quorũ numerus augetur, eorũ partes decreſcant neceſse eſt. At ius nõ decreſcendi & ius adcreſcendi ſunt σύστοιχα: nam vtrumq.in perſonis capientium vſurpatur. Ius nõ decreſcendi eſt in perſona vnius tantùm capientis: ius adcreſcendi in perſonis plurium accedentium. Sequitur vt de iure cuiuſque formulæ videamus. Primùm ſimpliciter inter eos qui vno modo cõiuncti ſunt, deinde comparatè inter eos qui variis modis ſunt coniuncti. ¶ 9 Prius autem regula hæc pro fundamento ponenda eſt: inter eos demum ius eſse adcreſcendi, inter quos ius eſt concurrendi, l.3. D.h.t. l.2.D. quib. mo.vſuſf.am. Nã quoties coniunctus concurrere non poteſt, tum alter coniunctus propter ſolidum ab initio relictũ iure nõ decreſcendi potiùs quàm iure adcreſcendi rẽ ſolidam atq.integram retinet, l.1.§.ſi verò nemo, C.de cad.toll. Quantũ igitur ad eos qui eodem modo cõiuncti ſunt, inter re tantùm, aut re ſimul & verbis cõiunctos iuri adcreſcendi locus eſt, l.1.§.interdũ, h.t.l.ſi Titio, 34. & ſeqq. D.ad l.Aquil. quare vno deficiente, ſiue nõ concurrente, quia vel mortuus eſt vel repudiauit, pars eius alteri parti tamquã alluuio ripæ adiungitur, vt ait l.ſi Titio, 33 §.vlt.D.de vſuf. Eiúſq. rei exẽpla exſtant in §.ſi eadem, Inſt.de leg.& l. ſi duob.16.§.vlt.l.ſi plurib.33.D.de leg.1.

¶ 10 Fuit tamen iure antiquo quędam hac in re inter legatum per vindicationẽ & per damnationem differentia. nam in legato vindicationis locus erat ſuperiori regulę: vt ſiue coniunctim ſiue diſiunctim res eadem legata eſſet, ſolidum quidem ab initio legatum videretur: ſed concurſu partes fierent, teſte Paullo li. ſent.3.ti.de leg.§.interdũ: & Vlp.t.reg.28.§.ſi duobus.

¶ 11 Vbi quod ſic legitur, *ſingulis in ſolidum debẽtur*: neceſſariò ita corrigendum eſt: *ſingulis non ſolidum ſed partes debentur*: vt ex illo Paulli loco perſpicuè intelligitur, & Iuſtinianus apertè oſtẽdit in d.l.vn.§.ſin autem. At in dãnationis formula ſiquidẽ coniunctim legatum fuerat, ſingulis ex cõcurſu partes debebãtur: ſin autem diſiunctim ſingulis ita ſolidum debebatur, vt vni res alteri æſtimatio præſtaretur, auctore Vlpi. eodem illo tit.§.ſi per dãnationem. & Iuſtin.eodẽ illo loco. Ergo hæc quidẽ antiqui iuris ratio fuit, vt in legato per vindicationem iuri adcreſcẽdi locus eſſet, in legato per dãnationem nõ eſſet: quaſi partes ab initio definitæ fuiſſent: propterea quod heres ſingulis diuiſim dare damnatus fuerat. Eiúſq.differẽtiæ quæ abrogata eſt à Iuſtiniano in d.§.ſin autẽ: veſtigia tamen ſuperſunt in l.ſi Titio, 7. & l.vlt.§.Seio, D.de leg.2.l.ſi duob.16. d.l.planè, 34. §.ſi coniunctim, l.huiuſmodi, 84.§.ſi Titio, D.de leg.1.

¶ 12 Reſtat verborũ cõiunctio, in qua iuri adcreſcendi locus eſt nullus, l.pen.D.h.t.niſi fortè alia teſtatoris voluntas appareat, vt in caſu l. ſi duob.16. §.vlt. D.de leg.1. nã cùm partes ab initio per teſtatorẽ definitæ, & ſingulæ ſingulis adſcriptæ ſint, nihil ad concurrendũ loci relictũ eſt. quod tamen de legatis tantũ intelligendũ eſt. nam inter legatarios re & verbis diſiunctos, nullus eſt iuri adcreſcendi locus, d.l.pen.D. eod. inter coheredes verò quáuis & re & verbis diſiũcti ſint, ius eſt adcreſcẽdi, l.heredes, 63.D.de hered.inſtit. nã cùm hereditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius, ſinguli heredes ipſo iure ad aſſem vocantur: quaſi teſtator ab initio ſingulis aſſem reliquerit; ne videlicet ex parte teſtatus, ex parte inteſtatus deceſſerit, l.7. De reg.iur. nam ex illa reg.ius adcreſcendi fluxit. qua de cauſſa in militis teſtamento ea regula ius adcreſcendi non impedit, l.ſi duob.37.D.de teſtam.milit.

¶ 13 Itaq.proximũ eſt vt de iis dicamus qui variis modis coniuncti ſunt, quis cui præferatur. quo loco vnica tenenda regula eſt: Re & verbis coniunctim, ei qui re tantùm coniunctus eſt, præferri: quippe quem & nominum & rei cõplexus iungit, vt ait d.l.triplici, De verb.ſig. Itaq.qui ſine parte inſtituti ſunt, etſi cum ceteris omnib.ipſo iure cõiuncti ſunt; tamẽ cùm à teſtatore cõiuncti nõ ſint, ius inuicẽ adcreſcẽdi nõ habent. qua de cauſſa portio deficientis, omnib.æquabiliter adcreſcit, l.itẽ quod, 17.§.1.l.liber, 59.§.cùm quis l.heredes, 63.D.de hered.inſtit. At hîc lege Iuſtiniani, ſiquidem coheredes omnes vel cõiunctim vel diſiunctim ſcripti ſunt, adcreſcẽdi iis ius pmittitur: ſin autẽ alij cõiuncti, alij diſiuncti ſunt, vno ex cõiunctis deficiente, pars eius ceteris coniunctis adcreſcit: vno ex diſiunctis deficiente, pars eius ad vtróſq.pertinet, d.l. 1.§.in his. Verùm hęc quidẽ de iure adcreſcendi dominij dicta ſint: deinceps de iure adcreſcẽdi vſusfructus videamus. ¶ 14 Ergò ius adcreſcẽdi vſusfructus eſt, ius adipiſcendæ partis eius quæ vel non cõcurrit, vel cõcurrere deſiit. ¶ 15 Triplex autem inter proprietarij & vſufructuarij adcretionẽ differentia eſt. Prima, quòd illi tum demũ locus eſt cùm alter non cõcurrit: huic verò vtroq.caſu, ſiue alter non cõcurrit, ſiue cõcurrere deſijt, l.1.§.2.& paſſ. D.hoc titul. qua de cauſſa in hac ius adcreſcendi propriè dicitur, quoniam pars ſemel alteri quæſita tantùm ad alterum accedit:

in illa autem ius non decreſcendi magis propriè diceretur: hoc eſt, ſolidum atq. integrum cõſeruandi ac retinendi quod per ſocij concurſum deminutũ non eſt, l. ſin verò nemo, C. de cad. toll. nã in proprietate poſteaquam cõcurſum eſt, ſpes omnis adcreſcendi ſublata eſt. at in vſuf. etiam poſteaquã cõcurſum eſt, & ſocius partẽ tulit, tamen adcreſcendi ſpes eſt. Eius. n. morte vſusf. nõ vel ad teſtatoris vel ad iſtius mortui heredẽ, ſed ad alterum vſufructuarium accedit, l. 1. §. interdũ. D. h. t. & apud Paul. lib. ſent. 3. t. de leg. §. cùm coniunctim. Secunda differentia eſt, quod proprietarius ſuã partem non habens, ius adcreſcendi non habet, l. ſi totam, 83. D. de adq. her. vſufructuarius autem, quamuis ſuam partem non habeat, adcreſcendi tamen ius habet, l. interdum, 10. D. h. t. & l. ſi Titio, 33. §. vlt. D. de vſuf. vbi ratio hęc redditur, quoniã in proprietate portio adcreſcit portioni, ſicut alluuio accedit fundo. at cùm vſusf. ſit perſonalis, portio non portioni, ſed homini adcreſcit, l. & an eadem, 14. §. 1. D. de excep. rei iudic. Tertia differentia eſt, quod portio proprietatis ſemel adquiſita & poſt amiſſa, alteri non adcreſcit: portio vſusfructus adcreſcit, l. 1. §. interdum, D. h. t. vbi ratio hęc profertur, quia vſusfructus quotidie cõſtituitur & legatur: quippe qui in quotidiana perceptione conſiſtit, l. 1. D. quand. dies leg. vſ. ced. At ꝓprietas eo ſolo tempore conſtituitur quo vindicatur, d. §. interdũ. Itaq. ſi coniunctim duob. vſusf. legatus ſit, vno mortuo vſusfructus eius non ad proprietariũ redibit, ſed ad alterum in ſolidum pertinebit, ait Paul. lib. ſent. 3. t. de lega. §. cùm cõiunctim. quod idem Vlp. de vſufructu ſeruo communi legato ſtatuit in d. l. 1. D. h. tit.

§ 16 Reliquum eſt, vt illud intelligamus, cùm hoc ius adcreſcendi antiquo iure, hoc eſt Iuriſprudentiũ auctoritate propter illam iuris regulã inſtitutum, ac ſtante Rep. ſemper vſurpatum fuiſſet, tandem Auguſti imperio lege Papia Popęa lata, ius illud abrogatũ fuiſſe, inſtitutúmque vt deficientis pars tamquam caduca fiſco adtribueretur: quod tamen in teſtamentariis tantùm, non etiam in legitimis heredib. locũ habuit, l. ſi ex plurib. 9. D. de ſu. & legi. & apud Paullum lib. ſentent. 4. tit. de inteſtat. ſucc. §. vlt. Iraque Vlpian. Regul. t. 26. Si plures, inquit, eodẽ gradu ſint agnati, & quidem eorum hereditatem ad ſe pertinere noluerint, vel antequam adirent, deceſſerint, eorum pars adcreſcet iis, qui adierint. Idémque de bonor. poſſeſſione traditur in l. vnic. C. quando non pet. part.

QVAND. DIES VSVSF. LEG. CED.

TIT. III.

1 *Caduci ius vetus & varium.*
2 *Cedere propriè quid ſit: & cedere legati dies.*
3 *Cedere vſusf. quando dicatur.*

ANTIQVO iure, cùm mortis teſtatoris tempore deficiebat is cui legatum quid fuerat, caducum id fiebat, & fiſco adtribuebatur: qđ ſi poſt teſtatoris mortem capax erat, quamuis ante aditam hereditatem aut apertas tabulas deficeret, tamen ius ſuum ad heredem tranſmittebat, quemadmodum nos Obſeru. 4. c. 9. docuimus. Poſteà partim lege Iulia caducaria, partim S. C. ius illud caduci immutatum eſt, conſtitutúmque, vt ſi legatarius die apertarum tabularum capax eſſet, legatum ad ſuos heredes tranſmitteret, l. vnic. §. 1. C. de cad. toll. Id vſitato verbo dictum eſt, *Cedere*:

§ 2 Nam Cedere dicitur quod nondum præſens debetur, ſed ob cauſſam iuſtam: veluti teſtamentum deberi cœpit, peti tamen propter nondum aditam hereditatem non poteſt, l. Cedere, 213. D. de verb. ſign. l. huiuſmodi, 13. D. quan. di. leg. ced. Sic conſuetudine inductum eſt, vt Cedere legati dies dicatur cùm legatarius propter hereditatem nondum aditam, plenum legati dominium adeptus nõ eſt: quam tamen dominij cauſſam habet, eam ſi nunc moriatur, in ſuum heredem transfert. Denique cùm debendi quidem cauſſa ſubeſt, ſed eius dies nondum venit, l. ſi dies, 2. eod. tit. Atque hic præcipuus ceſſionis effectus eſt, qua de cauſſa Theophilus Ceſſionem interpretatur, legati nondum percepti tranſmiſſionem ad heredem: ſicut in l. 5. & l. heredis, 7. D. eod. tit. Tranſmitti autem intelligimus ius petendi, & actionem, neque illam directam, ſed vtilem dumtaxat, l. 3. §. eleganter, 19. D. de Senatuſc. Syllan. Iuſtinianus autem omne caduci ius ſtatim poſt teſtatoris mortem ſuſtulit, ſanxítque vt legata ex die mortis teſtatoris etiam antè apertas tabulas cederent, & tamquam planè debita, ad heredes tranſmitterentur, d. l. j. §. in nouiſſimo, C. de cad. toll. Atque hæc quidem de proprietate.

§ 3 In vſufructu autem differentia eſt. nam cedere dicitur vſusfr. qui tamen non tranſmittitur, l. 2. l. 3. D. quan. di. lega. Idem enim & debendi & cedendi vſusfructus dies eſt: nimirùm ab adita hereditate, l. 1. h. t. quippe cùm in eo nulla tranſmiſſio ſit: cùm enim ſit perſonalis, transferri ad heredem non poteſt: ac proptereà fruſtra dies eius vel à morte teſtatoris vel ab adita hereditate cedere diceretur, l. 2. l. 3. D. quan. di. leg. ced. Cedit ergo vſusfructus ipſi legatario tantùm, vt ex die aditæ hereditatis fructus ad eum pertineant: non autem vt poſſit tranſmittere, d. l. 1. §. excepto, C. de cad. toll.

QVIB. MOD. VSVSF. VEL VS. AMITT.

TITVLVS IV.

1 *Quinque modis amittitur vſusf. finitur duob.*
2 *Primus modus amittendi, Capitis minutio.*
3 *Secundus, rei mutatio: vbi de ſpeciei ſeu formæ mutatione.*
4 *Tertius, Non vtendo.*
5 *Quartus, Ceſſione in iure.*
6 *Quintus, Conſolidatione.*
7 *De finitione vſusf. Morte & tempore.*
8 *Ciuitas mortua quomodò dicatur: vbi obiter de Carthagine.*
9 *An vſusf. reſtitutio per fideicommiſſum iniuncta ſeruetur.*
10 *An morte prioris fructuarij finiatur vſusf. conſtitutus per delegationem in perſonam creditoris eius. vbi l. 4. D. de nouat. emendatur.*

§ 1 VSVSFRVCTVS quinque modis amittitur, capitis minutione, rei mutatione, nõ vtendo, in iure ceſſione, conſolidatione: finitur duobus modis, morte & tempore.

§ 2 Capitis minutione olim qualibet amittebatur, propterea quod vſusfructus qui perſonalis eſt, ferre perſonæ mutationem non poteſt, l. 15. D. fam. erciſc. Non tantùm autem in eo qui ex libero fit ſeruus, aut ex ciue peregrinus, perſonæ mutatio fit. nam maxima & media capitis minutione interire homines dicuntur, l. verum eſt, 63. §. vlt. D. pro ſoc.

vetumetiam cùm ex agnato fit extraneus per emancipationem, quæ minima capitis minutio eſt: proptereà quòd emancipatio in ſeruilem cauſſam imaginariam deducit, l.3.D. de cap.minut. Iuſtinianus tamen hunc poſtremum amittendi vſusfructus modum pro imperio abrogauit, l.pen.& vlt. C.de vſufr.

§ 3 Rei mutatione amitti vſusfructus dicitur, cùm ſpecies ſiue forma rei mutatur, proptereà quod ſalua rei ſubſtantia non manet, l.1.D.de vſufr. nam formæ mutatione ſpeciem ſiue ſubſtantiam perimi conſtat, ex l.Iulianus, 9.§.1.ad exhib. veluti ſi domus ruina vel incendio perierit, quamuis poſteà reſtituatur, tamen vſusfructus peremtus eſt, l.repeti, 5.§.2.dict.t. l.qui vſumfr.36.D.de vſufr. Quod idem de naui traditur in l.quis tamen, §.in nauis, D.h.t. & l.lana, 88.D.de lega.3. Itémque de monili alióve ornamento, dict.l.10.& l.Seia, 6.D.de aur.& argent.legar. De ſpeciebus autem quę ex metallis conſtant, veluti de ſcyphis, video diſſenſionem inter Iuriſconſultos fuiſſe in dict.l.10.hoc tit. & l.qui vſumfr. 36. D.de vſufr. & l. quęſitum, 78. §.illud fortaſſe, l.lana, 88. l.item legato, 49. §.penult. D.de leg.3. De ſeruo ſcitum eſt præceptum iuris, manumiſsione nouum hominem fieri, l. ſeruus, 27.D. de adim. leg. qua de cauſſa ſeruo manumiſſo, quaſi homine mortuo, vſusfructus amittatur, l.interdum, 15.D.hoc tit.

§ 4 Non vtendo amitti vſusfructus dicitur per modum & tempus, §.3. Inſtitut.de vſufr. per modum autem, id eſt, cùm fructuarius arbitrio boni viri non vtitur fructibus, vt ſup. dictum eſt. hic enim vnicus vtendi fruendi modus eſt legitimus, neque alius concedi aut conſtitui poteſt, l.iam ſi, 9.in fine, D.de vſuf. quod contra in prædialibus ſeruitutibus obſeruatur, l.ſi communem, §.1.l.ſi quis alia, D.quemadmod.ſer. am. Tempus autem intelligimus rei quidem mobilis, antiquo iure annum: rei verò immobilis, biennium: at Iuſtiniani inſtituto, illius triennium: huius decennium inter præſentes, vicennium inter abſentes, l.pen. C.de ſeru.& aq.

§ 5 Ceſsione in iure amitti dicitur vſusfructus, cùm fructuarius vel proprietario eum cedit: vel etiã extraneo: nam etiam illo caſu & fructuarius eum amittit & proprietario adquiritur: hoc autem fructuarius quidem eum amittit, at extraneo non adquiritur, ſed proprietati conſolidatur, §.3. Inſtit. de vſufruct. & l.ſi vſusfruct.66. D.de iur.dotium; in qua illud obſeruatu dignum eſt, non quidquid vendi poteſt, id continuò cedi poſſe. nam fructuarius, vt ſuprà docuimus, vendere vſumfructum poteſt, id eſt, commodum vſusfructus ſiue facultatem vtendi fruendi, vt in l.1. D.de vſufruct.legar. at cedere illud nõ poteſt efficaciter ad transferendum dominium, (opinor) quod ceſsio dominium iure Quiritum transfert: vſusfructus autem ceditur, auctore Vlpiano, titul. Regul. 19. venditio verò commodum illud vtendi fruendi tantùm in bonis emtoris facit: quippe qui iuris gentium eſt, ac proinde cedi non poteſt, l.1.D.loca.

§ 6 Conſolidatione amittitur vſusfructus per dominij comparationem: id eſt, cùm fructuarius ſibi proprietatem comparat: quia cum illa confuſus ſtatim eſſe deſinit, & nomen ſuum amittit, l.4. D.vſusfruct.quemadmod.cau. dict.§.3. Inſtitut. de vſusfruct.& l.ſi tibi, 17. l.ſi ſeruus, 27.D.hoc titul. proptereà quod res ſua nemini debere ſeruitutem poteſt, l.vtifrui, 5.D.ſi vſusfr.pet.

§ 7 Porrò finiri dicitur vſusfructus, primũ morte A fructuarij: quoniam quæ perſonalia ſunt, ad heredes non tranſmittuntur, l.3.§.vl.D.h.t.l.1.§.pen. D.de aq. quotid. alioqui proprietas inutilis futura eſſet ſemper abſcedente vſufr. l.3.D.de vſufr. Deinde tempore præterito, ſcilicet ad vtendum fruendum: nam & ex die & in diem vſusfr.conſtituitur: veluti ad decennium, l.7.D.h.t.l.& puto, 16.§.2.D.fam.erciſ.

§ 8 Ac memorabile eſt illud Modeſtini: vſumfr. Ciuitati legatũ, aratro in eam inducto, interire; quoniam illo caſu mortua ciuitas videtur, l.ſi vſusfr.21.D. B h.t. Sed quod de Carthagine ſcribit Liuius, Horatius, Plinius, Florus, Paterculus, Eutropius, funditus quidem eam incenſam, euerſam teſtantur: Cicero verò in Agraria lege & in orat. pro domo cõſeruatam ſcribit, ne cui in eius ſolo ædificare liceret, vt rectè Zonaras interpretatur.

§ 9 Illud ad extremum notandum eſt, quamuis vſusfructus ipſo iure perſonę mutationem non ferat: tamen reſtitutionem eius per fideicommiſſum iniunctam à Prætore ſeruari: vt à legatario in fideicommiſſarium transferatur, C l.4.& l.Pomponius, 29. in fi. D.h.t.l.3.D.ſi vſusfr.pet. vbi tamen regulariter obſeruandum eſt, ex cauſſa fideicommiſſi non dominium vſusfructus, ſed poſſeſsionem tantùm transferri: atque hoc eſt quod dicitur in l.1. D. hoc tit. & l. ſi quis vſumfr.29.D.de vſuf.leg. vſumfructum alium ipſo iure conſtitui, alium tuitione Prætoris.

§ 10 Difficilior illa quæſtio videtur, An morte prioris fructuarij finiatur vſusfructus conſtitutus per delegationem in perſonam creditoris eius, propter l. D 4.D.de nouat. Sed eius legis textum mendoſum eſſe ſtatuo, itáque reſtituendum: *Sed etiam poſt interitum eius hoc incommodum ſentit: etiam ſi poſt mortem meam non maneat rei vſufr.* nam creditoris, cui delegatus eſt, morte proptereà nõ perimi vſumf. adfirmo, ſed ipſius legatarij delegantis: quoniam textus l.4. D.h.t. & l.ſi quis vſumfr.29.D.de vſufr. leg. perſpicuè oſtẽdit mutationem quæ fit in fideicommiſſaria vſuf.reſtitutione, iure ciuili non conſiſtere, ſed Prætoria tantùm iuriſdictione ſuſtentari: vt facilis argumentatio ſit, cùm E in illa delegatione Prætor ſe non interponat, regulam iuris ciuilis tenendam eſſe, vt veri tantùm fructuarij morte exſtinguatur.

DE VSVFR. EAR. RER.

TIT. V.

1 *Olim vſuſf. earum rerum conſtitui non poterat quæ vtendo conſumuntur.*

F 2 *Sed S.C. omnium rerum, quæ in patrimonio & in bonis ſunt, conſtitui vſuſf. poteſt.*

§ 1 CVM vſusfructus ſit ius in re ſubiecta, ac proinde nihilo magis ſine illa poſſit conſiſtere quàm accidens ſine ſubiecto, l.1.D. de vſufr. conſentaneum erat, vt earum rerum conſtitui non poſſet, quarum ſubiectũ ſiue ſubſtantia vtendo interiret, quas vulgò dicere ſolemus in abuſu conſiſtere. vt l.5.§.1.D.h.t. quod etiam Ciceronis G tempore iuris fuiſſe ex ipſius Topicis intelligitur: vbi vſufructu bonorum omnium mulieri legato, negat cellæ vinariæ & oleariæ vſum contineri: quoniam inquit, vſus, non abuſus relictus eſt. Sic Vlpianus, in l.ſed ſi, 11. §.1. D.de iureiur. ſcribit harum rerum vſumfructum propter abuſum conſtitui non poſſe.

§ 2 Sed

§ 2 Sed poſteà vtilitatis cauſſa S.C. factum eſt, vt omnium rerum quæ in patrimonio, quæ in bonis eſſent conſtitui vſusfr. poſſet, l.1.D.h.t.l.vſusfr.69.D.ad l.Falc.adeò vt nõ modò veſtium, vini, olei, frumenti, atque adeò aromatum & odorum, verumetiam pecuniæ vſusfructus valeret, l.7.l.10.l.pen. h.t.cum eò tamen vt fructuarius caueret rem eiuſdem qualitatis, ſe vel mortuo vel capite minuto, reſtitutum iri, l.7.l.9.D.e.§.2.Inſtit.de vſufr.quaſi videlicet cautio ſubiecti & ſubſtantiæ locum obtineat. qua de cauſſa non ꝓpriè hic vſusfructus, ſed quaſi vſusfructus appellatur, cùm naturæ ratio tolli Senatus auctoritate non potuerit, l.2.D.h.t.& d.§.2.Inſtit.de vſufr. Atque hæc quidem de cautione ſpeciali earum rerum quæ vſu conſumuntur, hactenus. nam alia generalis eſt, de qua & ex eius cum hac vel ſimilitudine vel differentia ad poſtremam huius libri Rubricam diſſeremus. Illud prætermittendum nõ eſt, vſusfructus iſtius nomine condictionem ex lege competere, l.1.§. ſi decem, D.vt legar.nom.cau.

SI VSVSFR. PETETVR VEL AD ALIVM PERTIN.

TIT. VI.

1 *Duplex vſusfr.nomine actio: perſonalis & realis. Illa definitur & explicatur.*
2 *Realis diuiditur in Confeſſoriam & Negatoriam.*
3 *Vtriuſque definitio, & l.5. in fi. prin. D. h. tit. emendatur.*

§ 1 VSVSFRVCTVS nomine duplex competit actio, perſonalis & realis. Perſonalis actio fructuaria eſt, quæ vel ſtipulatori vel legatario vſusfructus debiti nomine, aduerſus promiſſorem, aut heredem conceditur, l.pe. C.de vſufr. Dixi, *vſusfructus debiti nomine*: quia huic actioni locus non eſt, niſi antè conſtitutum & traditum vſumfr. vt creditori per proprietarium vti frui liceat, l.ſtipulatio iſta, 38.§.ſi quis ita, D.de verb.oblig. Conſtituitur autem non per ſtipulationem, ſed per traditionem, l.ſi ſub vna, 136.§.1.De verb.oblig. Dixi, *ſtipulatori vel legatario.* nam ſi ex ſtipulatione debetur, tum vel actio ex ſtipulatu, vel condictio triticaria competit, l.1.D.de condict.tritic.ſin legatus eſt, actio ex teſtamento conceditur, l.1.§.1. D.h.tit. l.5.§.vlt.D. quib.mo.vſusf.amitt.iiſq.actionib.locus eſt non modò vt vſusfructus præſtetur, verumetiam ſi dolo vel culpa proprietarij vſusfructus peremtus fuerit, l.55.§. vlt.cum ll.ſeqq. D.quib.mo.vſusf.am.& l.ſi eo loco, 9.D.ſi ſeruit.vind. Quod ſi debitoris culpa vel res interierit, vel deterior facta ſit, in id quod intereſt actio cõceditur, l.2.D.h.t.l.quæſitum, l.ſi vſusfructus, l.qui vſumfr.aręq,§.vlt.D.de vſufruct. Amittũtur autẽ hę actiones decennio inter pręſentes, vicennio inter abſentes, vt Iuſtinianus conſtituiſſe videtur in l.pen.C. de vſufr.

§ 2 Realis actio fructuaria eſt duplex: Confeſſoria & Negatoria. Cõfeſſoria eſt actio in rem, quæ fructuario aduerſus eum, à quo vti frui prohibetur, vindicandi vſusfructus cauſſa cõceditur, vt ſecurã fruendi licentiam conſequatur, l.5.in princ.& §.vlt. D.h.t. inde dicta quod aientib.verbis concipiatur: Aio mihi eſſe ius vtendi fruendi prædio quod poſſides. Dixi *actio in rem*, vt in §.æq.de actiõn. nam hæc actio eius tantùm vſusfructus nomine conceditur, qui iam cõſtitutus & adquiſitus eſt, ac tum in fructuarij bonis
A numeratur, l.in venditionẽ, 8.D.de reb.auctor.iudic. Dixi *fructuario*: quia eius ſolius cauſſa comparata eſt, d.l.5.in princ. Proprietario verò idcircò non competit, quia dominus ſeparatum aliquod ius in rem ſuam habere nõ poteſt: qua de cauſſa nemini res ſua ſeruire poſſe dicitur, d.l.5.nõ magis quàm obligata eſſe, l.neque pignus, 45. D.de reg.iur.ac proinde vſusfr.qui & à domino ceditur, & viciſſim illi ceditur, tamen in domini perſona propriè nõ dicitur, l. quod noſtrum, 63. D.de vſufr.l.cum in fundo, 78.D.de iur.dot. Dixi,
B *aduerſus eum qui vti frui prohibuit.* vt in l.3.§. vnde vi. D.de vi & vi arm. vbi aduerſus eum qui ab initio vti frui prohibet, hęc concedi dicitur actio: aduerſus eum qui poſt vſumfr. aliquandiu poſſeſſum prohibet, interdictum. Non tantùm aũt aduerſus proprietarium, qui prohibendo poſſeſſor efficitur, verùm etiam aduerſus quemuis alium poſſeſſorem cõceditur: d.l.5.in princ.& §.1.h.t.& l.cuiuſcúmq.60.§.1.D.de vſufr.

§ 3 Negatoria autem eſt, actio in rem quæ volẽti prohibere aliquem vti frui, aduerſus vtentem fruentẽ
C conceditur, ne ab eo in pleno dominio inquietetur, d.l.5. in princ.& §.vlt.D.h.t. Hæc autem non modò proprietario prodeſt, verumetiam poſſeſſori, aduerſus eum, qui ius vtendi fruendi nõ habet: quamuis enim actor ius vtendi non habeat, tamẽ eo iure quo in pari cauſſa poſſeſſores potiores habẽtur, vincere debebit, d.l.5.in fi.prin. vnde macula turpis eluenda eſt, tollẽdúmq.verbũ (*fructuarius*) vt Obſeruat.1 v.docuimus. Illud ſingulariter notandũ eſt, quod bellè Vlpian.ait: de ſuo quemq.non de alieno iure agere oportere: atq.ob
D eam cauſſam & ſi negatoria negantib.verbis cõcipiatur, tamen nõ modò in effectu ius actoris aſſerere, verùm etiã aientib.verbis concipi poſſe: veluti, aio mihi ius eſſe prohibẽdi ne vtaris fruaris. Sed hac de re ſubtilius ſub tit.Si ſeru.pet.diſſeretur. Porrò effectus actionis cõfeſſoriæ eſt, vt actori cauſſa omnis cũ fruct. reſtituatur, ſi modò non poſſidet, d.l.5.§.in his, §.fructuario, & §.vlt.h.t. quapropter occupatæ res omnes per hãc actionẽ reſtituuntur. l.cuiuſmodi, 60.D.de vſufr.ita tamẽ vt fructuario liceat, quos ſumtus in rem
E neceſſariò fecerit, deducere, l.Titius, 50.D.de vſuf.l.generali, 32.§. Lucius, D.de vſuf.legat. Ad extremũ illud notandũ eſt, quod ait Paullus lib.ſentent.3.ti.de legat. §.vſusfr.olim ſi vſusfructus per vindicationẽ legatus fuiſſet, ipſo iure cõſtitutum dici: ſi per damnationem tantùm, per heredem: hoc eſt vt illo caſu realis, hoc verò perſonalis actio concederetur.

DE OPER. SERV.

TITVLVS VII.

F 1 *Operæ definitio, quæ & Miniſterium appellatur.*
2 *Differẽtia inter vſumf.animalis & vſum, ſiue operas.*
3 *Si quid ſeruo legatum ſit, cui obueniat, fructuario an proprietario.*
4 *Alia inter vſumf.& operas differentia.*
5 *An fructus in operis & viciſſim operæ in fructu conſiſtere rectè dicantur; ex l.4.D.h.t.*
6 *Ius operarum ſitne reale an perſonale: & quæ hoc nomine actio competat.*

G IN ſeruitute duæ conſiderantur tamquam partes, dominium & opera, l.4.§.Stichus.D. de ſtatulib.

§ 1 Opera eſt miniſterium diurnum, id eſt, quantum operarius præbere in dies ſingulos miniſterij poteſt: qua de cauſſa miniſterium appellatur in l.6. D.tit.proxim. & l. in vſufr. 9. C.de vſufruct.quod in

liberto officium nominatur, l.1. & paſſim, D. de oper. libert. Ius autem iſtud neque vſus neque vſusfructus eſt, l.1. §. ſi vſusfructus, D. ad leg. Falc. qua de cauſſa tit. hic ab iis quib. de vſu & vſufructu tractatur, ſeparatus eſt, legatúmque vſusfructus à legato miniſterij diſtinguitur in dict. l.9. C. de vſufr. quamuis non dubitetur, quin iiſdem modis conſtituatur, pactionibus ſcilicet, & teſtamentis. Sed ne ſeruitus quidem appellari poteſt: quia ſeruitus in iure conſiſtit, opera in facto, vt mox dicemus.

§ 2 Ergo intelligendum eſt, aliud eſſe vſumfr. animalis, aliud vſum, aliud operas, aliud vſumfructum operarum. Qui habet vſumfr. etiam partum habet, qui in fructu numeratur, l. vaccę, 43. D. de euict. qui vſum, operas dumtaxat, veluti vecturas: quamquam & ſtercus ei & modicum lactis conceſſum eſt, l. plenum, 12. §. 2. D. de vſ. & habit. At is qui operas habet, ſiquidē homo eſt, miniſteriū ſolùm: ſi aliud animal eſt, vecturas tantùm, non etiā partum: aliúdque vſumfructum, aliud operas animalis habere, l.5. §. vlt. D. vſufr. quemad. cau. Qua de cauſa, ſi recepta opinio fuiſſet, vt ancillæ partus in fructu numeraretur, l. vetus, 68. D. de vſuf. non obſcura fuiſſet differentia inter eū cui vſusfr. & inter eum cui vel opera vel vſus legatus fuiſſet: nam in lanificio & ſimili miniſterij genere, hæc ſine dubio conſtitiſſent, neque ad partum pertinuiſſent, d. l. plenum, §. 1. & vlt. Rurſus altera differentia inter vſumfru. hominis & vſum ſiue operas, hæc eſt; quòd qui ſerui vſumfr. habet, non modò eius operas habet, vt quidquid tum ex ſuis operis, tum ex re fructuarij adquiſierit, totum id fructuario adquirat, verumetiam operis eius locandis mercedes exigere poteſt, l.3. l.4. D. hoc t. At is qui tantū operas vel vſum habet, ſolus iis vti poteſt: locare alteri non poteſt, l. plenum, 12. §. operas, D. h. t.

§ 3 De iis quæ ſeruis aliundè obueniunt, magna fuit quæſtio: nam ſi quid ſeruis donatum aut legatū eſſet, Paullus, Caius & Tryphoninus indiſtinctè id proprietario tribuebant, l.10. §.3. l.49. l.63. §.3. D. de adquir. rer. dom. Vlpianus tamen diſtinguendum putabat, vt ſi proprietarij contemplatione id factum eſſet, proprietario cederet: ſin minùs, vſufructuario, l. ſi ſerui, 21. & l. ſeq. D. de vſuf. quam tamen ſubtilem diſtinctionem omiſit, tit. Regul. 19. Iuſtinianus autem ſuperiorum ſententiam comprobauit, §.3. Inſtit. per quas perſonas. Poſtremò, in operarum vſufructu diſſimilis ratio eſt: nam is qui earum vſumfruct. habet, vendere & locare poteſt, vt in l. veluti, 6. D. de ſeru. ruſt. atque hęc quidem præcipua differentia eſt:

§ 4 Sequitur tertia: vſusfructus etiam ad voluptatem producitur, & ad eas res, quę non modò non præſentem vtilitatem habent, veluti ſerui infantis, ſerui debilitati aut ſenis: verumetiam ad res infructuoſas atque oneroſas, quæ modò voluptatem habeant, l. arboribus, 12. §. de illo. l. ſtatuæ, 41. l. ſi infantis, 12. D. de vſufruct. At operæ in actu conſiſtunt, ait l.1. D. hoc tit. quapropter pueri quinque annis minoris aut ægri vel debilitati ſerui operæ non æſtimantur, l. vl. D. eod. Ille diuiduus eſt: hæ indiuiduæ: nam quidquid prębere operarū operarius poteſt, id debetur: neque operarū pars intelligi poteſt, d. l.1. §.5. D. ad l. Fal. Ille perſonalis eſt: qua de cauſſa fructuarij capitis minutione amittitur: hæ non amittuntur, l.2. D. eo. l.2. D. de vſufr. leg. Ille nō vtendo amittitur, hę manēt in obligatione, d. l.2. & l. quæſitū, 37. D. de vſuf. Ille vſucapione ſerui nō amittitur, hę amittuntur, d. l.2. quoniā operæ niſi præteritæ peti non poſſunt, l.1. h. t. nā

A quod futurum promittitur, antequam eſſe cœperit, non debetur, l. quod in rerum, D. de legat. 1. Præterire autem operæ non poſſunt niſi indictæ, arg. d. l.1. D. h. t. cùm autem ſeruus vſucaptus eſt, indici ei non poſſunt, quia ſeruum in ſua poteſtate non habet: ei qui vſucepit, multò minus: quia proprio iure habet. Deniq. vſusfructus eſt iuris; operæ, facti; quia in actu conſiſtunt: qua de cauſſa vindicari non poſſunt: nam cùm ſeruitus nō ſit, peti per confeſſoriā de ſeruitute actionem non poſſunt. Ille cedit ex die aditę hereditatis, vt
B paulò antè diximus: hæ ex die petitionis, l.1. D. h. tit. l.7. D. de vſuf leg.

§ 5 Magna tamen oritur dubitationis cauſſa propter l.4. D. h. t. vbi fructus in operis conſiſtere dicitur, viciſſimque in fructu hominis operę. Sed reſpondendum eſt, operas vſumfr. quidem imitari, ſed non per omnia, l.5. §. vlt. D. vſufr. quem. cau. nam vſumfr. ſerui directò conſiſtere in operis tantùm, ſed per conſequentiam etiam in mercede ex operis, d. l.6. D. de ſeruit. ruſt. Verius eſt ergò quod traditur in l.5. D. eo. o-
C peris ſerui legatis, vſum datum intelligi: ſcilicet quātum ad ſubſtantiam, quemadmodum dicitur inter vſum & habitationem, quantum ad effectum nihil intereſſe, l. ſi habitatio, 10. D. tit. prox. Sed quantum ad accidentia multum intereſt: nam, vt modò de vſufr. dictum eſt, vſus perſonæ cohæret, & cum ea extinguitur: operæ non extinguntur.

§ 6 Eſt etiam animaduertendum, ius iſtud neque perſonalem ſeruitutem propriè dici poſſe, neque realem. primùm quoniam in perſonali res perſonæ ſer-
D uit; in reali, res rei. At in hoc genere perſona ſerui alterius quā domini ipſius perſonæ ſeruit: deinde quia ſeruitutum nomine vindicatio comparata eſt, quippe quæ in domino ſunt: at operarum nomine perſonalis tantùm actio conceditur, quoniam in obligatione ſunt, vt operæ libertorum.

DE VSV ET HABITAT.

TIT. VIII.

E 1 *Vſus definitio: eiúſque cum vſuf. adfinitas.*
2 *Res propter plus aut minus naturam non mutat.*
3 *Differentia inter vſum & vſumfr. multiplex.*
4 *Tribomani ſocordia notatur.*
5 *Q. An partus ancillæ ſit in fructu, leuiter tacta.*
6 *Fructus interdum ſine vſu reperitur.*
7 *Reliquas inter vſum & vſumf. differētias perſequitur.*
8 *De vſu ædium: vbi dicitur, antiquitus marito cum vxore habitare non licuiſſe.*
9 *Habitationis definitio, huiúſque definitionis explicatio.*
F
10 *Inter vſum & habitationem quæ ſunt vel ſimilia vel diſsimilia.*

PRINCIPIO de vſu, pòſt de habitatione ſecundùm ordinem Rubricæ diſſeramus.

§ 1 Vſus eſt ius vtendi re aliena, quatenus ad explendam vſuarij neceſſitatem ſatis eſt, l. plenum, 12. §. 1. D. h. t. magna autem inter vſumfr. & vſum adfinitas eſt. nam vterque & ab iiſdem, &
G iiſdem perſonis conſtituitur: vterque & iiſdem modis tum conſtituitur, tum finitur, & earumdem ferè rerū: ſed & iiſdem actionibus petitur, l.1. D. eo. l.3. D. de vſufr. vterque perſonæ eſt, non prædij, l. ſi quis vuas, 32. D. de vſufr. In vtroq. eſt ius adcreſcendi, l.14. D. h. tit. Sicut fructuarius, ſic etiam vſuarius boni viri arbitratu vti debet, l. fundi, 15. D. eo. Cuiuſque rei nomine ab vtro-

ab vtroque ſatisdatio exigitur, l.5.§.ſed & ſi,D.vſufr. A
quemad.cau.l.5.§.vlt.D.de vſufr. ear.rer. Quinetiam
diſputari poteſt, vſum nihil aliud eſſe quàm exigu-
um vſumfr.id eſt, vſumfructum ad modum neceſſi-
tatis vſuarij redactum.l.ſi alij,42.D.de vſufr.

§ 2 Res autem propter plus aut minus,naturam
non mutat,& (vt vulgò dicitur) magis & minus non
conſtituunt differentiam ſpecificam.l.vlt.D.de inſtr.
vel inſtrum.leg.Denique certis caſib.vſus & vſusfr.
idem ſunt : veluti ſi pecuniæ vſusfructus legetur.l.5. B
§.pen.l.quoniam,10.D.de vſufr.ear.rer.ſi modicus v-
ſusfructus alimentorum vice ſit relictus.l.cùm hi, 8.
§.ſi in anno, D. de tranſact.aut exilis prædij vſusfr.l.
fundi,15.D.eo.Itē ſi vſus ſiluę cōſtituatur.l.pen.D.eo.

§ 3 Multiplex tamen differentia eſt:nam aliæ res
dicuntur eſſe vſui, aliæ fructui.l.cum in rem, 64. D.
de rei vindic.atque vt vſus ſine fructu, ſic etiam fru-
ctus ſine vſu conſtitui poteſt.l.per ſeruum, 14. §. vlt.
D.h.t. In fructu fruges computantur,tum aridæ, vt
frumentum;tum liquidæ,vt vinum,oleum.Item fru- C
ctus tū qui ſponte,tū qui cultura proueniunt:quorū
illi naturales,hi elaborati dici poſſunt.quorum poſte
riorum in numero partus animalium numerantur:i-
tem lac & lana.d.l.12.§.1.D.eo.§.3.Inſt.h.t.In vſu au-
tem neq; aridę,neq; liquidæ fruges numerantur,neq;
ex animalib. quidquam præter operas & ſtercus. d.l.
12.&d.§.3.adeo vt Nerua vſuarium ab omnib.frugib.
arceret:veluti vino,oleo,frumento : poma tantùm &
olera & flores & ligna concederet. quæ tamen eius
ſententia tùm à Sabino tùm à Proculo cōmuni con- D
ſenſu repudiata eſt, conſtitutúmque vt etiam frugib.
quæ ad neceſſitatem ſatis eſſent,vteretur.

§ 4 Vt ſatis mirari Triboniani ſocordiā nō poſſim;
qui in §.1.Inſt.h.t.iſtam Neruæ ſententiam tanto ve-
terum conſenſu exploſam ac repudiatā, nobis tamen
pro recepta & probata obtruſerit. Illud conſtat,quo-
niā animalium partus in fructu ſunt, & vitulus vac-
cæ fruct⁹ appellatur in l. vaccę,43.D.de euiction.cui
vaccæ vſus legatus eſt,ad eum ipſius partum non per
tineat, ac proinde non fuiſſe in vſuario locum illi E
nobili ac vexatæ quæſtioni.

§ 5 Vtrùm ancillæ partus ad illum,an ad proprieta-
rium pertineret:de qua eſt apud Ciceronē, lib.de fin.
2.& in l.vetus,68.D.de vſufr.l.in pecudum, 14.D. de
vſur.nā & ſi maximum ac pręcipuum munus fœmi-
narum eſſe dicitur,accipere ac tueri partū.l.quęritur,
14.D.de ædil.ed.tamen natura non patitur,vt ſcroſę,
ſic mulieris vſum in ſobole procreanda exerceri:po-
tius ergò in lanificio & eiuſdem generis miniſteriis
ancillę vſus cōſiſtere dicitur.d.l.12.§.vlt.D.h.t.Sed re F
liquas differentias videamus.Ergò inter vſumfr.& v-
ſum tantùm intereſt quātum inter totum & partem.
l.qui vſumfr.58.D.de verb.oblig.l.& per iuſiurandū,
13.§.3 *D*.de acceptilat.nam regulariter fructus ſine v-
ſu eſſe non poteſt.d.l.per ſeruum,*D*.h.t.

§ 6 Dixi,*Regulariter*,quoniam interdum fructus ſi-
ne vſu reperitur,veluti cū domin⁹ fundi vſum Titio
legauit,heres eius Męuio fructū vēdit.l. per ſeruū, §.
vlt.*D*.h.t. Nā in animali (vt facile exēplū ſumamus)
partus erunt Mæuij,operæ verò Titij : non .n.potuit G
heres vſum quē teſtator Titio legauerat,Mæuio ven-
dere:ſimiliterq; in l.& per iuſiurandum, 13.§.ſi quis,
D.de acceptil.videmus eum qui vſumfr.ſtipulatus e-
rat,vſum accepto ferre:ac proinde ſolum fructum ſi-
ne vſu in obligatione remanere.Sed hęc ſubtilitas de
fructu tantùm , non coniunctè de vſufr.intelligenda
eſt:quamuis regulariter inter vſumfr.& fructum ni-

A hil intereſſe dicatur.d.l.per ſeruum,14.§.1.D.h.t.

§ 7 Tertia differentia eſt quod legato vſufr.non
modò quantumcūque ex re fructuaria fructus,emo-
lumenti,compendij & vtilitatis vel principaliter vel
ſecundariò,ſed etiā quidquid percipi voluptatis po-
teſt,totum id fructuario debetur : adeò vt etiā rei in-
fructuoſæ vſusfructus conſiſtat,dummodò volupta-
ti ſit,quemadmodum paulo antè diximus ex l. arbo-
rib.12.§.de illo,l.ſtatuæ,41.D.de vſufr.at vſu legato,
B eatenus tantùm debetur, quatenus ad vſuarij neceſſi
tatē ſatis eſt.Denique vtendi fruendi modus ex ipſius
rei natura æſtimatur : id eſt,quatenus ſalua eius ſub-
ſtantia ferre poteſt,l.1.D.de vſufr. Vſus verò ex perſo
na & neceſſitate vſuarij.d.l.12. §.1.D.eo. Hinc vſufru
ctuarius commodum vſusfructus vēdere,locare,op-
pignerare poteſt,vt iam ſæpè dictū eſt ; Vſuarius ipſe
vti debet,vendere aut locare non poteſt,l.ſed neque,
8.l.inque eo,11.D.eo.l.item quāuis,10.§.1.D. Comm.
diuid.Merces enim in fructu & quæſtu computan-
C tur,l.quia qui,39.D.de vſufr.l.videam⁹, 19.D.de vſur.
Vſuarius autē vſum nō etiā quæſtū & cōpendium ha-
bet.d.l.plenū,12.§.1. Hinc vſusfructus dicitur eſſe di-
uiduus,vſus verò indiuiduus : quoniā neceſſitati ho-
minis ſatisfieri pro parte non poteſt.l.vſus,19.*D*. h.t.
l.1.§.ſi vſuſf.*D*.ad leg.Fal. Hinc vnius rei plures vſus
eſſe poſſunt , ſi tamen fructuoſa res eſt.l.ſi alij, 42.*D*.
de vſufr. veluti ſpacioſæ domus.l.4.in prin.l.pen.§.1.
D.h.t.plures vſusfructus non poſſunt.l.duos,14.D.de
vſufr.leg.Vſufructuarius ipſe fundum colit:vſuarius
D non colit,ſed proprietarius. qua de cauſſa & fructus
percipit proprietarius & per tempora fructuum col-
ligendorum etiam habitare poteſt,l.10.§.vlt.l.11.l. 12.
l.fundi,15.§.1.D.h.t.

§ 8 Sed de ædium vſu varij gradus fuerunt , nā an-
tiquitùs marito cùm vxore habitare non licebat:Pri-
mus Q.Mutius ꝑ auctoritate indixit,vt vxor recipe-
re maritū poſſet.Pomponius poſt adiecit, vt etiā ma-
ritum,cui poſtea nupſiſſet:alij deinde,& cum ſocero
& cum liberis & cum parentib. ſed & cum hoſpitib.
E honeſtis,l.6.l.7.D.eo.Sed de Inquilinis, à quib.mer-
ces recipitur, inter Caſſianos & Proculianos conten
tio fuit:quoniam (vt ſup.dictū eſt) merces in fructu
computantur.Sequitur vt de habitatione videamus.

§ 9 Ergò habitatio eſt,facultas gratis per ſe habi-
tandi in alieno ad certum tempus , & plerūque quā-
diu vita ſuppetet.Dixi,*Facultas*,quo verbo ius quod-
dā intelligimus,non tamen propriè, quoniā in facto
magis q̄ in iure conſiſtit.l.penul.D.de cap.minut.ſed
quadātenus: quoniā ab vſu & vſufructu ſeparatū eſt,
F vt ait Imperat.§.vlt.Inſt.de vſ.& habit.Cómodiſſimè
poteſt etiā definiri,locus habitandi cauſſæ conceſſus,
vt in l.9.D. cōmod.l.pen.D. de ſuppell.leg.l.6.D. de
alim.& cib.leg.l.Seius, 20.§. Caio.D.de inſtr.vel in-
ſtrū.leg.Diximus *gratis*:quoniā q facultatē illā ꝑmit-
tit,donare mercedē intelligitur.l.in ædib.9.D.de do-
nat.atq; hac nota habitatio à cōductione ſeparatur.l.
1.§.1.D.de his q deiec.l.ſi mercedē,53. in fi. *D*. de act.
emt. Dixi,*Per ſe*,quoniā adeò pſonalis eſt, vt & cum
perſona extinguatur,l.ſi habitatio,10.l.11. *D*. h.t.l.ſi
G habitatio,9.*D*.quā.di.leg.ced.alteri neq; donari,ne-
que vendi, neq; locari poſſit:quinetiā adeò per ſe in-
colere habitator debet : quod tamen cum ſua familia
intelligendum eſt.l.4.D.h.t.l.pen.D. de precar.vt de
marito dubitatum olim fuerit, an à muliere admitti
poſſet:vt ſuperius dictum eſt. Dixi, *ad tempus*, quia
hęc adiectio precarium ab habitatiōe diſtinguit.l.&
habet,15.§.1.D.de prec.nam qui precariò habitat,mi-

grare ad nutum cogitur: habitatori verò certum tẽpus, ac plerumque vitę ſpatium concedi ſolet, l. ſi habitatio, 10. D. eo. l. ſi quis vnas. 32. *D.* de vſufr.

§ 10 Porrò inter vſum & habitationem hoc ſimile eſt, quod vtrumque in effectu idem eſt, eaſdémque poteſt habitator quas vſuarius perſonas recipere, d. l. 10. D. h. t. vtrumque perſonale eſt, neq; in alium trãſferri poteſt: vtrumque indiuiduum eſt. l. vſus, 19. D. h. t. Illud verò diſſimile: Vſus eſt propriè ſeruitus & qualitas, quæ prædium adficit, & perſonæ ſeruum efficit: Habitatio eſt locus, vel ipſe habitandi actus. Per habitationem ſola facultas habitandi; per vſum verò etiam fructus ad victum cultúmq; vſuarij conceditur. d. l. 12. §. 1. D. h. t. atque vt ei plurimùm concedamus, tamen in effectu idẽ eſt, quod vſus. d. l. 10. D. eo. Poſtremò, habitatio, eſt facti: vſus verò, eſt iuris. l. pen. D. de cap. minut. ac proinde neque vindicari habitatio poteſt, quia non eſt in dominio, neque capitis minutione amittitur. d. l. pen. vſus verò & per confeſſoriam petitur & per capitis minutionem amittitur. l. 1. D. h. t. l. 3. D. de vſufr.

VSVFRVCT. QVEM. CAV.

TITVLVS IX.

1 *Æquitas huius edicti, quo proprietario cauetur.*
2 *Quæ ſint huiúſce cautionis clauſulæ.*
3 *Etiam fructuario cauetur: & vſuario.*
4 *Rubrica hæc mancà videtur.*
5 *An cautio fructuaria ſit de ſubſtantia vſusf. nécne.*
6 *Satiſdatio fructuarij duplex: Generalis & ſpecialis: & inter vtramque differentia.*

§ 1 SICVT æquum eſt conſtitutũ vſumfr. à proprietario præſtari, ſic æquum eſt eidem de proprietate caueri. l. ſi cuius, 13 D. de vſuf. Itaque ſub h. t. Prętor edixit, vt fructuarius proprietario ſtipulanti ſatiſdaret, ſe boni viri arbitrio vſurum, & cùm vſusfr. ad eum pertinere deſierit, reſtituturum quod inde exſtabit. l. 1. D. h. t. l. 4. C. de vſufr.

§ 2 Hæ nãque duæ fructuariæ ſtipulationis clauſulæ fuerunt, quarum illa proprietario cauet, ne fructuarius abutatur. l. ſi pendentes, 27. D. de vſufr. & vt eandem fidem pręſtet, quam bonus paterfam. in ſuis rebus adhibet. l. ſed cum, 65. D. eo. deniq; vt cauſſam proprietatis meliorem facere poſſit, deteriorem non poſſit, d. l. 1. §. 2. D. eo. & l. ſi cuius, 13. §. 4. D. de vſufr. Poſterior autem clauſula coniunctè & proprietario cauet & fructuario: illi, quia non ipſam rem ſtipulatur, ne rem ſuam inutiliter ſtipulari videatur. d. l. 1. §. pen. quamuis rem ſuã ſibi reſtitui rectè ſtipularetur, l. nemo 82. de verb. oblig. Itaq; appellatur ſtipulatio de re reſtituenda. l. inter, 20. D. de dam. infec. l. de die, 8. §. tutor, D. qui ſatiſd. cog. Stipulatur ergò quod inde exſtabit, d. l. 1. §. pen. i. poſſeſſionẽ rei quę vel reſtitui poſſit, vel dolo malo, culpáve reſtitui poſſe deſiit.

§ 3 Fructuario porrò cauet hæc clauſula, vt quotiens vir bonus arbitraretur vſumfr. non reſtitui, veluti adquiſita proprietate fructuario, vel inutiliter ipſo iure actio ex ſtipulatu ad repetendum vſumfructum inſtituatur; vel exceptione in factũ repellatur, l. 4. D. h. t. qui locus eſt notabilis, cùm ipſo iure agi dicitur inutiliter, quia cauſſa cognita Pretor actionẽ denegat. nam certè oppoſita defenſione de boni viri arbitrio Pętor cauſſam cognoſcet. Ex quo intelligitur poſteriorem clauſulam etiam boni viri arbitrium continere.

§ 4 Quod autem de fructuario diximus, id etiam in vſuario locum habet, eáque parte manca videtur Rubrica noſtra, l. 5. §. ſed & ſi, l. vſu, 11. D. h. tit. Vulgò tamen hęc fructuaria ſtipulatio appellatur, vt in l. 4. §. vltim. D. de verb. oblig. Remittebatur autem hæc cautio ſi proprietas omninò ad fructuariũ aut vſuarium reditura erat, l. ſi vſusfructus, 9. §. 2. *D.* h. t. Alioqui neceſſaria hæc cautio appellatur in l. de die, 8. §. tutor, D. qui ſatiſd. cog. adeò vt teſtamẽto remitti nõ poſſit, l. pen. C. vt in poſſeſſ. legat. Itaque nõ prius peti vſusfr. poteſt, quàm ea præſtita fuerit. d. l. ſi cuius, 13. D. de vſufr. Sed & vindicari res poteſt à proprietario, cautione non data, l. vlt. D. h. t. vt locus non ſit vulgatæ DD. quæſtioni.

§ 5 An hæc cautio ſit de ſubſtantia vſusfr. nécne. d. l. ſi cuius: pręſertim cùm ſtipulatio ſtatim committatur, amittatúrq; vſusfr. cùm fructuarius aliter vſus eſt, d. l. 1. §. 4. *D.* h. t. & diximus ad tit. ſ. quib. mod. vſusfr. amitt. ibi, non vtendo per modum.

§ 6 *D*uplex igitur ſatiſdatio fructuaria eſt: vna generalis de rebus omnib. altera ſpecialis de iis rebus quæ vtendo conſumuntur, l. 7 l. 9. *D.* de vſufr. ear. rer. Illa pętoria eſt; hęc ciuilis, vtpote Senatuſconſulto introducta, l. 1, l. 2. *D.* eo. In illa ſtipulatur reſtitutũ iri quod inde exſtabit, id eſt poſſeſſio: in hac, ipſa res. d. l. 7. In illa caſus omnes quib. vſusf. perimitur comprehenduntur, l. 3. *D*, h. t. In hac duo dumtaxat, mortis & capitis minutionis. d. l. 7. & l. 9. *D.* de vſufr. ear. rerum. Verùm in iis cõueniunt: primùm quod vtraque tam ad vſuarium quàm ad fructuarium pertinet, l. 5. §. vlt. *D.* de vſufr. ear. rer. l. 5. §. ſed & ſi, D. h. tit. deinde quod vtraque neceſſaria eſt; adeò vt neque peti vſusfr. pecuniæ poſſit, niſi offeratur ſatiſdatio, l. 2. & tot. tit. de vſufr. ear. rer. quæ vſu. & ſi fortè pręteremiſſa ſit, actione in factum repeti pecunia poſſit, l. partis, 10. D. de praeſcr. verb. Poſtremò, neutra teſtatoris volũtate remitti poteſt. l. 1. C. de vſuf. l. ſi pecuniæ, 6. *D.* vt in poſſ. legat. l. pen. C. vt in poſſeſſ. legat.

LIBER VIII.

DE SERVITVTIBVS.

TITVLVS I.

1 *Differentiæ inter Perſonales & Prædiales ſeruitutes accuratè exponuntur.*
2 *Et vtriuſque definitio.*
3 *Diuiſio ſeruitutum, vt aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtere dicantur, aliæ etiam mixtæ ſint.*
4 *Partitio huius tractationis, ac primùm De perſonis, quæ imponere ſeruitutem poſſunt.*
5 *Et quæ ſeruitutem adquirere.*
6 *De rebus, in quib. imponi ſeruitus poteſt.*
7 *Et quib. reb. adquiri.*
8 *Perpetua cauſſa quæ ſit: & cauſſæ definitio.*
9 *Indiuidua duob. dicuntur modis, aut corpore aut intellectu.*
10 *Seruitus an indiuidua ſit, & cur.* *(per ſe:*
11 *Seruitutis pars quomodo rectè conſtitui poſſit. primò*
12 *Deinde, relatè ad prædium.*

13 *Ser-*

13 *Seruitus tota in toto & in ſingulis partib. ſicut de Anima in corpore dicitur à Philoſophis.*

14 *In cõmuni prædio an imponi & adquiri ſeruit⁹ poſſit.*

15 *An ſeruitus ad certam partem imponi, adquiri, retineri poſſit.*

16 *Modus conſtituendæ ſeruitutis: pertinet primùm ad ius conſtituendæ ſeruitutis:*

17 *Deinde ad vſum iam conſtitutæ: vbi de quantitate, qualitate, loco & tempore vtendi diſſeritur.*

18 *An vt legari ex die vel ſub condicione, ita etiam conſtitui ſeruitus poſſit.*

19 *Actus quotuplices dicantur diem & condicionem recipere.*

20 *De iure ſeruitutis: quorum primum eſt, vt prædij melior condicio fiat.*

21 *Secundum ius, vt ſeruitutis dominium in prædij dominantis poſſeſſorem transferatur: & deinceps de Tertio & Quarto iure.*

§ 1 SERVITVTVM perſonalium tractationi prædialium tractatio ſubiicitur: inter quas prima & ſũma differẽtia eſt, quod illæ perſonarum ſunt, nõ prædiorum, id eſt, perſonis debentur, nõ prædiis. l. ſi quis, 32. D. de vſufr. hæ prædiorum, non hominis: id eſt prędijs debentur, non perſonis. l. 4. & l. ſi mihi, 20. §. vlt. D. de ſeruit. ruſtic. nam & ſi neutræ ſine perſonis conſtitui poſſunt, quarum vtilitati ſeruiant, tamen illę directò & principaliter perſonarum reſpectu conſtituuntur: hæ prædiorum, nõ etiam perſonarum cauſſa. d. l. 4. D. de ſeruit. ruſt. Itaq; illę perſonis conſtitui poſſunt, prædia non habentib. hæ non poſſunt. l. 1. §. ideo, D. Comm. pręd. §. 2. Inſt. de ſeruit. Illę enim perſonę cohęrent, ac proinde illa ſublata intereunt: vt ſupp. titt. ſępenumerò dictũ eſt: hę prædiis adhęreſcunt. qua de cauſſa mutato domino, nihilominus dominãtis prędij manẽt. l. ſi aquę, 47. D. de contrah. emt. l. qui fundũ, 12. D. quẽ. ſeruit. amitt. Deniq; ſeruitutes vſq; eo prædia quibus impoſitę ſunt, adficiunt, vt prędij forma & ſuperficie mutata, tamen integrę maneant. l. certo, 13. D. de ſeruit. ruſt.

§ 2 Perſonalis ergò ſeruitus eſt, ius certæ perſonæ in alieno fundo conceſſum, vt ex eo cõmodũ aliquod percipiat. Prædialis verò, ius prędio in vicina poſſeſſione quęſitum. vel ſic: condicio qua ex vicini prædij iure deminuto ius alterius augetur. l. 5. §. & bellè, *D.* de oper. nou. nunc. vel ſic: onus vicino prædio ad vicini prædij vtilitatem impoſitum. nã ſeruitus eſt condicio & qualitas qua prædium adficitur, l. quid aliud, 86. D. de verb. ſignif. l. qui fundum, 12. D. quem. ſeruit. am. Nam in hoc ſeruitutum genere illud caput eſt, earum demum rerum ſeruitutem prędialẽ conſtitui poſſe, quib. vicini prędij cõdicio melior efficitur. l. vt pomum, 8. l. quoties, 15. *D.* h. t. l. 5. l. 6. *D.* de ſeruit. ruſt. l. ſeruitutes, 20. §. Stillicidium. l. qui ædificium, 22. *D.* de ſeru. vrb. Eámq; ſummã eſſe inter pſonales & prędiales differentiã: quod illæ meliorẽ perſonæ condicionẽ efficiunt, ſine prędij reſpectu: hæ meliorẽ prædij condicionem ſine perſonę contẽplatione, vt cùm iter conceditur. l. 2. §. 2. *D.* ſi ſeruit. vindic. vel geſtandi ſeruitus. l. mela, 14. §. vlt. *D.* de alim. leg. vel ius transeundi, l. Pater. 61. *D.* de ſeruit. vel lapidis cædendi ei qui vicinum prædium non habet, l. cum ſeruis, 39. §. ſi quis, *D.* de leg. 1. Itaque altera notari differentia poteſt, quod ſeruitus perſonalis non poteſt fieri prædialis: hæc verò perſonalis fieri poteſt.

§ 3 Porrò prædialium ſeruitutum diuiſio duplex eſt: quarum vtraque ex loci genere nomen ſumit: ad vſus tamen genus potius quàm ad loci qualitatẽ refertur. Seruitutum ergo aliæ dicuntur in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtere; l. 3. D. h. t. cui tertia mixtorũ ſpecies adiungi poteſt. In ſolo cõſiſtunt pleræq; ruſticæ, veluti iter, actus, via, aquæductus: non tamen omnes: nã & iter & aquæductus per ædificium concedi poteſt, l. quemadmodũ, 29. §. 1. D. ad leg. Aquil. In ſuperficie conſiſtunt, quarum vſus in ædificiis poſitus eſt: veluti tigni aut ſtillicidij immittendi, altius non tollendi, quæ & ſi magna ex parte vrbanæ ſunt, tamen Neratius credidit officere luminib. Prætorij vicini ruſticam eſſe ſeruitutẽ, l. 2. D. de ſeruit. ruſt. Denique quæ in ſolo conſiſtunt, non continuam habent poſſeſſionem, quia nemo continenter ire aut agere poteſt: quæ verò in ſuperficie poſitæ ſunt, continuum vſum habent: vt cùm tignum immiſſum, aut aliquid proiectum eſt.

§ 4 Altera diuiſio eſt, quod quædam ruſticæ, quædam vrbanæ ſunt, de quib. paulò poſt ad tit. ſeq. diſſeremus. Quadripartita autem tractatio eſt, de perſonis à quib. & quib. conſtituitur, de rebus in quib. conſtituitur; de modo & forma conſtituendi, & iure conſtitutę ſeruitutis. Ergò quantum ad perſonas attinet, is demum imponere ſeruitutem poteſt, qui nõ modò prædij dominus eſt, atque in ſolidum dominus, verumetiam plenam ei⁹ adminiſtrationem habet. nam neque alieno fũdo imponi ſeruitus poteſt, neque cõmuni, l. 2. D. h. t. l. ſi cui duas, 8. D. Cõm. præd. l. per fũdũ, 11. D. de ſeruit. ruſtic. Ideóque neq; vſufructuarius ac ne ꝓprietarius quidẽ imponere fundo fructuario ſeruitutẽ poteſt, l. ſed ſi quid, 15. §. vlt. D. de vſufr. l. 4. C. eo. neque maritus in dotali prædio: l. 3. §. vlt. D. de reb. eor. qui ſub. tut. ſunt, l. 5. D. de fund. dot. neq. heres in fundo legato, l. is cui, 11. D. quem. ſer. amitt. l. ſi fundum, 105. D. de condit. & demonſtr. neque vaſſallus in prædio feudali. lib. feud. 2. tit. 8. §. 2. neque pater in prædo peculij caſtrenſis, l. ex caſtrenſi, 18. §. 1. D. de caſtr. pecul. neque is cui ſuarum rerum alienatio prohibita eſt, l. vlt. C. de reb. alien. neque tutor in fundis pupillarib. l. 3. §. pen. D. de reb. eor. qui ſub. Planè iudex familiæ erciſcundæ, quia rei arbitrium habet, in adiudicando fundo imponere ſeruitutem poteſt, l. itẽ Labeo, 22. §. 2. D. fam. erc.

§ 5 Adquirere autem ſeruitutem is demum poteſt, qui in ſolidum dominus eſt eius prædij, cui ea ſeruitus prodeſſe poteſt, l. 1. §. ideo, D. comm. pręd. l. 1. D. ſi ſeru. vindic. qua de cauſſa neque cõmuni prædio adquiri ſeruitus poteſt, niſi ſociorum conſenſu, l. ſi vnus, 19. D. de ſeruit. ruſt. l. 5. l. 6. l. vlt. D. Comm. pręd. neque alieno, l. 6. §. 1. l. 8. j. eo. tit. niſi in caſum quo proprius conſtituentis futurus eſt, l. exiſtimo, 98. D. de verb. oblig. aut cùm ſpes eſt eum ipſius fore, veluti cùm heres fundo ſub condicione legato ſeruitutem adquirit, l. is cui, 11. §. vlt. D. quemad. ſer. amitt. at quaſi non dominus poteſt etiam aliquis adquirere, veluti fructuarius & vaſſallus qui deteriorem prędij condicionem facere nõ poſſunt, meliorem poſſunt. d. l. ſed ſi quid, §. vlt. & d. lib. feud. 2. tit. 8. Sic maritus fundo dotali adquirere poteſt; ſed ſic & pater prædiis peculij caſtrenſis adquirere ſeruitutẽ poteſt. l. ex caſtrenſi, 18. §. 1. D. de caſtr. pec. quinetiam is cui bonis ſuis interdictum eſt, adquirere tamen ſeruitutem poteſt, d. §. 1. Dixi, *prodeſſe poteſt*, quoniam ei demum conſtitui ſeruitus poteſt cuius intereſt, l. quoties, 15. D. h. t. l. ne-

mo,39.D.de ſeruit.vrb.

§ 6 Nunc de reb. videamus. nam in iis demum reb.imponi ſeruitus poteſt, primùm, quæ ſunt ſoli: qua de cauſſa neq. ſeruitutis ſeruitus cōſtitui poteſt, l.1.D.de vſuf.leg.neq.ſuperficiei:quanquam cōſtituta ſuperficici iure prætorio per actionem vtilē conſeruatur,l.1.§.vl.D. de ſuperfi. Deinde in iis demum quæ priuati iuris ſunt.quapropter neq.in loco ſacro, ſancto,religioſo, neque in mari vel flumine publico cōſtitui poſſunt,l.ſi prius,17.§.1. D.de aq.& aqu.plu. l.2.l.4 l.venditor,13.C.com.præd. Prætereà iis quæ nō modò iure Quiritiū noſtra ſunt, verumetiā in bonis tantùm,velut in prædiis prouincialibus,l.3.C.de ſeru.& aqu.& vt modò diximus in ſuperficieb. Rurſus non modò præſenti,ſed etiam futuro ædificio cō ſtitui ſeruitus poteſt, l.ſi ſeruitus,23.§.vlt. D.de ſeru. vrb. non modò vt aquam fluentem ducere, verùm etiam latentem quærere,& repertam ducere liceat,l. Labeo,10.D.de ſeru.ruſt.Item non modò in prædio libero, verumetiam in ſeruo:plurib.n.conſtitui ſeruitus poteſt, l.4.D.de aq.quot. l.qui per certum,15.D. de ſeru.ruſt.

§ 7 Adquiri autē ſeruitus poteſt, nō modò vicinis prædiis, verumetiā remotiſſimis, dū tamen vſui ſit.i. dum eius cui conſtituitur interſit, l.inter ſeruitutes, 15.l.ſi ædes,38.& l.ſeq.D.de ſeru.vrb.l.6.D.cō.pręd.& nō modò præſentib.ſed etiā futuris ędificiis,d.l.23.de ſeru.vrb. l. Labeo,10.D.de ſeru.ruſt. nō modò fundo ꝓprio, verumetiā qui proprius futurus ſperatur,d.l. exiſtimo,98.D.de verb.obl. Prætereà,earū demū rerū cōſtitui ſeruitus poteſt, quarum perpetua cauſſa eſt, l.foramen,28.D.de ſeru.vrb.

§ 8 Perpetuam autem cauſſam interpretor,non vſum ipſum,ſed naturā,ſiue cōdicionē rei: cùm ea rei condicio eſt,vt conſumi vtendo non poſſit.Aliud eſt cauſſa,aliud vſus:Cauſſa eſt naturalis condicio rei:vſus eſt cōmodum,qđ facto percipitur:veluti ius vt ex fonte vel puteo iugi, vel lacu perenni aquā ducere liceat,ſeruitus eſt:perpetuam.n.cauſſam habet,quæ vtendo cōſumi non poteſt.Verùm vt ex ciſterna aquā ducere liceat, conſtitui ſeruitus nō poteſt:quoniam vtendo exhauriri poteſt,l.vn.§.2. D.de font. quod idem de lacu & ſtagno dici poteſt,quorū non viua & perennis aqua eſt,ſed collectiua & temporalis,d.l.foramen. Sic ius aquę ex capite ſciſſo ducendę ſeruitus eſt,cauſſamq.habet perpetuā:at ius ex caſtello ducendæ,& aquæductū ex aquęductu cōſtituendi, iure ciuili conſtitui non poteſt, quamuis tuitione Prætoris cōfirmetur,l.ſeruitus,9.l.ex meo,24.D.h.t. d.l.vn.de font.& l.vn.§.lac⁹. D.vt in flu.pub.& l.1.§.caput,D. de aq.cotid.Ergo vt ſtillicidium immittere in alienū liceat,ſeruitus eſt:quoniam cauſſam habet aquā pluuiam quæ naturalis & perpetua eſt,neq.vtendo conſumi poteſt.At ius,vt foramen in imo triclinij pariete ad proluendum pauimentum habere liceat,ſeruitus non eſt,d.l.foramen : quoniam aqua manu miſſa naturalem & perpetuam cauſſam non habet. Erit igitur ius perſonę conſtitutum,l.pe.D.h.t.l.1.§.prætereà Labeo, D.de aq.cotid. Sic enim aquęductum perſonalē conſtitui videmus in l.mela,14.in fi.D. de alim. leg.l.pe.D.de ſeru.leg. Idq.eodē modo de ruſticis ſeruitutibus iudicandum eſt, quæ quamuis vſus intermiſſionē habeant, perpetuam tamē cauſſam habent, l.ſeruitutes,14.D.h.t. Poſtremò earū demum rerum conſtitui ſeruitus poteſt,quæ indiuiduæ ſunt.Magna hæc quæſtio eſt:nam vulgò dicitur, ſeruitutem neq. ex parte conſtitui poſſe, neque pro parte, neque in

A partē:ad partem verò cōnſtitui poſſe,retineri aut remitti pro parte poſſe. Intelligendū eſt igitur partem aliam eſſe pro diuiſo,aliam pro indiuiſo. Illa eſt naturalis certa & finita, hæc ciuilis incerta & confuſa, l.placet,25.D.quib.mod.vſ.am. Illa corporalis eſt & ſenſib.percipitur:hæc ſolo intellectu conſtat, l.5.D. de ſtipul.ſeru.

§ 9 Secundò ſciendū eſt, indiuidua duobus modis dici,aut corpore ſcilicet aut intellectu. B Corporaliter indiuidua ſunt quę ſine interitu ſecari in partes non poſſunt, veluti res mobiles & ſeſe mouentes,l.8.in fi.D.de rei vindic.l.5.D.de ſtipul.ſeru.Intellectu indiuidua ſunt quorum vſus pro parte nullus eſt,l. viæ,17. D.h.t. veluti inſtrumentum fundi, l.quęſitū, 12.§.ſi quis eodem, D.de inſtr.vel inſtrum. leg. nam fons & puteus, cuius partes vſui eſſe poſſunt, diuidui ſunt,l.4.D.comm.diuid.

§ 10 Seruitus igitur idcircò indiuidua eſt, quia neq.corporalem diuiſionem recipit,quippe cùm C incorporalis ſit & in iure conſiſtat:neque intellectum, quoniam vſus eius pro parte intelligi non poteſt,d. l.17.D.h.t. Neque obſtat quod dicimus viam,iter,in ſe actum cōplecti:quaſi partes illæ ſint,ſicuti quinq. & tria,ſunt partes decem, l.qui vſumf.58.D.de verb. obl.l.ſi pupillus,9.§.2.D.de nouat. quoniam illæ nō ſunt vię partes. qua de cauſſa diuiſionem via non recipit,l.13.§.1. D.de acceptil. ſed aliæ atque aliæ ſeruitutes,l.9.D.de noua.l.ſi mater,11.§.ſiquis eſt,D.de excep.rei iud. § 11 Porrò de conſtituenda ſeruitutis D parte dupliciter diſputatur: primùm per ſe, cùm ipſius natura ſpectatur:deinde relatè ad prædium. De priore ſtatuatur hæc regula:Seruitus ex parte neque conſtitui, neque deberi poteſt: quoniam & ſeruitus & ſeruitutis obligatio indiuiduæ ſunt, l.2.§.ex his,l. ſtipulationes,72.D.de verb.obl.Itaque nemo iter aut aquæductum ex parte habere poteſt. nam niſi vſque ad ſuum prędium vel eat vel aquā ducat, nihil agit. quapropter cùm hereditariæ obligationes ipſo iure inter coheredes pro portionib. hereditariis per legē E XII.tab.diuidantur,tamen ſeruitutum obligationes, ne iuriſquidē intellectu diuiduntur,d.l.2.§.ex his.D. de verb.obl. Ac proinde non modò ſtipulatoris heredes ſinguli in ſolidum agent,verumetiā in promiſſoris heredes ſingulos in ſolidū agetur, quamquam in id quod intereſt condemnatio fiet, hoc eſt, in pecuniā,quæ diuiſionem recipit,d.l.viam,17.D.h.t.d.§.ex his, & l.heres,25. §.an ea,& §.contra, D.fam.erc.l.ea quæ,192.D.de reg.iur.l.ſi vnus,19.D.de ſeru.ruſt.

§ 12 Sequitur vt de poſteriore videamus:quo loco F duę regulæ ponendæ ſunt. Seruitus per partem indiuiſam neq.imponi,neque adquiri poteſt:retineri tamen poteſt. Seruitus ad partem diuiſam & imponi & adquiri & remitti poteſt.Prioris teſtimonia exſtāt in l.vt pomū,8.§.1.l.pro parte,11.D.h.t. l.3.D.de ſeru. leg.l.fundus,32.l.vnus,34.D.de ſer.ruſt.l.ſi quis duas, 6.§.1.D.com.pręd.Poſterioris in l.6.D.h.t.l.certo,13. §.1.D.de ſeru.ruſt.Prioris ſententia hęc eſt:Neq.proprio,neque communi prędio vel imponi vel adquiri vel remitti ſeruitus poteſt, l.2.l.pro parte,11.D.h.t.l. G proprium,5.D.com.præd.Proprio,hoc modo:Dominus fundi non poteſt ei ſeruitutem ita vel imponere vel adquirere,vt certa pars eius ſeruiat,certa non ſeruiat:aut certę parti eius ſeruiatur,certę nō ſeruiatur.

§ 13 Et ratio eſt huiuſmodi,ſicuti Philoſophi dicunt,animū eſſe in corpore toto,& in qualibet parte totum:ſic ſeruitus non modò per totum fundum,ſed etiam per ſingulas ipſius partes atque adeò glebas diſ-

bas diffuſa eſt, l.certo,13.§.1.l.via,22.§.vlt. D. de ſeru. ruſt.l.ſi cui,9.D.h.t. Quocircà ſicuti dicimus, neminem poſſe ſeruum ex parte, & ex parte liberũ,ſed eſſe totum aut ſeruum aut liberũ, l.pariter, 9.D.de liber. cauſ.ſimiliter dicimus, fundum aut totũ eſſe ſeruum aut totum liberum.

¶ 14 Deinceps dicamus de cõmuni.Socius in cõmuni prædio ſic imponere vel adquirere ſeruitutem non poteſt,vt ſua tantùm pars ſeruiat, aut ſuæ tãtùm parti ſeruiatur,neque rurſus partem remittere poteſt, B vt cùm in toto eſſet conſtituta, deinceps vna tantùm pars ſeruiat,altera non ſeruiat: quoniam non modò fundus totus cõmunis eſt,verumetiam ſingulæ ipſius glebæ ſunt cõmunes:ſicuti in aceruo frumẽti ſingula grana dominorum omnium cõmunia dicuntur. §. ſi duoru.Inſt.de rer.diuiſ. Quare vt ſuperius dicebam, ſeruitus non modò per fundum,ſed etiam per ſingulas glebas ſociorũ omniũ cõmunes diffuſa eſt.Intelligendum eſt tamen aliam eſſe rationẽ debitæ, aliã adquiſitæ ſeruitutis.Nam ſi viam ſtipulatus, partem ſui C fundi alienet, ſtipulationem corrumpit.l. pro parte, 11.D.h.t.l.ſi ſub vna,136.§.1.D.de verb.oblig. propter vulgarẽ regulam, Quod in eum caſum incidit à quo incipere non potuit,corrũpitur.l.pen.§.1.D.de verb. oblig. At ſi,qui viam adquiſierat, fundi partẽ alienet pro parte fundi retẽta, viam quoque retinebit.l.pen. §.2.D.de verb.oblig.Neq; obſtat ſuperior regula,quę multis caſibus falſa reperitur,vt ait d.l.penult.& l.in ambiguis,85.§.1.D.de reg.iur. Eiúſque rei exemplum eſt in illa differentia conſtitutæ & conſtituendæ ſer- D uitutis,quãquam multũ intereſt,vtrùm ſtipulator ſeruitutis totius prędij dominus fuerit, cui poſtea partem alienet;an verò partis dominus,cuius poſtea totum adquirat.Primo caſu,propter ſuperiorem regulã ſtipulatio euaneſcit. d.l.136.*D.*de verb.oblig. Altero caſu inutilis ſtipulatio eſt: quia ſocius cõmuni prędio adquirere ſeruitutem non poteſt, l.ſi vnus, 19.*D.* de ſeru.ruſt.

¶ 15 Reſtat illa pars,vt ſeruitus ad certam partem imponi adquiri,remitti,& retineri poſſit, d.l.6.*D.*h. E t.quod ſic accipiendũ eſt,vt certam partem intelligamus,non intellectam,ſed corporalem,non pro indiuiſo,ſed pro diuiſo, id eſt finitam & determinatam: id autem duob.modis contingit,nam vel arbiter certum ſeruitutis locum definit,per quem ire,agere vehere liceat,l.certo,13.§. 1. De ſeruit.ruſt.vel dominus ſeruitutis ipſe locum deſignat, vbi primùm viã cœpit dirigere: quoniam eius mutandi poteſtatem poſteà non habet.l.ſi cui, 9.D.h.t. Locum autem illum munitum & aptum ad eundum agendum præſtari F lex XII. tab.iubebat, vt ex orat.Ciceron.pro Cæcina intelligitur:verùm vtroque illo caſu ſeruitus natura ſua indiuidua manet & per omnes fundi glebas diffuſa:ſed per accidens,id eſt,vſu fit diuidua,vt ſola illa pars agri ſerua dicatur: ceteræ omnes liberæ. Quod non de iure,ſed de vſu ſeruitutis intelligendum eſt,d. l.13. nã ſeruitus iure indiuiſa & per omnes partes diffuſa manet:vel ex illa eadem XII. tabul.lege intelligitur:*Si via ſit immunita, quà volet iumẽtum agito.* Eodẽque modo ſeruitus & mẽſura & tẽpore diuidi dici- G tur,l.4.l.5 D.h.t.l.arbor,19.§.vlt.D.cõm.diuid.Quod tamẽ nõ de iure ſed de vſu; nõ de natura ſed de modo ſeruitutis ꝓpter vtilitatẽ impoſito, intelligẽdum eſt.

¶ 16 Sequitur vt de modo conſtituendæ ſeruitutis dicamus: qui locus primùm ad ius cõſtituẽdæ, tũ ad vſum ſeruitutis iam conſtitutæ pertinet.Nam harũ quidẽ ſeruitutum ius iiſdẽ cõſtituitur modis,quib. A ius perſonalium, pactionib.ſcilicet & teſtamẽtis.l.5. ⁋.h.t.§.2.Inſtit.eo.l.poteſt,16.D.Comm.præd.De vſucapione vel præſcriptione difficilior quæſtio eſt,quã in lib.Obſeruat.3.expoſuimus, & ſummatim ita concluſimus, vt quę ſeruitus continuã & perpetuã poſſeſſionẽ non habet,ea neque vſucapi neque pręſcribi poſſit:quę verò continuã poſſeſſionem habet,quãuis propter naturã quæ poſſideri non poteſt & propter legẽ Scriboniã vſucapi non poſſit,tamẽ longo tẽpore B adquiratur,.i.pręſcribatur,l.1.l.2. C.de ſeruit.l.aliena, 10.§.1.*D.*de vſucap.Neq; obſtat lex Scribonia,de qua in l.4.§.vlt.D. de vſurpat. quoniã illa de vſucapione lata eſt,per quã plenũ & iuſtum dominiũ adquiritur, l.Iulianus,17.in fi.D.de rei vindic.Nã per pręſcriptionẽ quaſi dominiũ tantũ adquiritur,eáq; vel exceptionẽ tantũ concedit,vnde nomẽ traxit,l.5.D. de diuerſ. & temp.vel certè vtilẽ tãtũ actionem.l. ſiquis emtionẽ,8.C.de pręſcrip.30.annor.l.2.C.de præſcr.lõg.tẽp.

C ¶ 17 Deinceps de vſu videamus.Modũ ergò ſeruitutes admittunt,cùm certus vel quantitatis vel qualitatis,vel loci,vel temporis modus iis imponitur:quãtitatis,veluti vt via latior octo pedib, nũc anguſtior ſit.l.via,23.*D.*de ſeruit.ruſt.qualitatis, veluti,vt certũ vehiculi genus duci liceat,l.4.§.1.*D.*h.t.Loci, veluti,vt per illum locũ ire, agere liceat,l.certo,13.§.1.D. de ſeruit.ruſt. Temporis,veluti, vt noctu vel interdiu ſeruitute vti liceat,vel certis horis aut temporib. d.l.4.§.1.& §.2.D.h.t.l.iter,14.D.comm.præd.Sed aliud eſt tempus in modo & forma vtendi ſeruitute D conſtituta, aliud in ipſa conſtituenda ſeruitute.Nam ſeruitus ipſo iure neque ex tempore, neque ad tempus conſtitui poteſt:nõ magis quàm ſub condicione vel ad condicionem,l.4.D.h.t. Quod vt intelligatur, illud ſcire oportet:Quæcumque præſentẽ vel perſonæ vel rei qualitatem imponũt,ea neque differri,neque tempore finiri,neque ſuſpendi poſſunt, ſed certa,pura & perpetua eſſe debent. Itaque qualitas filij negatur imponi ad tempus poſſe,l.quæſitum, 34.D. de adopt.& qualitas liberi in l.hereditas,34.D.de he- E red. inſtit.Item qualitas obligati:qua de cauſſa obligatio ad tempus conſtitui poſſe negatur in l. obligationum,44.*D.*de oblig.& act.Denique omnes legis actiones, quæ inter ciuiles actus numerantur, l. actus,77.*D.*de reg.iur.Quę verò non pręſentem qualitatem imponunt, ſed tantùm ſpem qualitatis afferunt,ea diem & condicionem recipiunt, veluti legatum libertatis,l.qui duas,18.§.1.D. de manum. vind. cùm tamen vindicta libertas dari in diem aut ſub cõdicione nõ poſſit.l.mortis cauſſa,15 *D.*de manumiſſ. F Item datio tutelę per teſtamentum,l.Tutor,7.§.1.l.ſi quis,11.D.de teſtam.tut.cùm tamen dari à magiſtratu niſi præſens & pura non poſſit,l.6.§.1.D. de tutel.

¶ 18 Hac de cauſſa legari quidem & promitti ſeruitus ex die vel ſub condicione poteſt,l. exiſtimo 98.D.de verb.oblig.conſtitui verò non poteſt, d.l.4. D.h.tit. quoniam per conſtitutionem qualitas prædiis imponitur,vnde qualiter ſe habentia prędia nominantur,in l.quid aliud,98 D. de verb.ſignif.l. qui fundum,12.D.quem.ſeru.am.Quid ergò eſt quod cõ- G ſtitui vſusfr.ex die,in diem,& ſub condicione poteſt? l.4.D.de vſuf.l.3 *D.*quib.mod.vſusf.l.& puto,16.§.2. D.fam.erc.quoniam,vt iam ſępe dictũ eſt,cùm perſonales ſeruitutes magis ad perſonã quàm ad prędium referãtur, non tam ſunt qualitates prędiorum quàm iura perſonarũ, eaque in actu cõſiſtũt, l.VII.in princ. *D.*quan.di.vſusfr.leg.ced. quocircà quotidie conſtitui vſusfr.dicitur,l.1.§.1.*D.*de vſufr.adcreſ. Itaq; cùm

idcirco negetur obligatio ad tempus conſtitui, quoniam certi modi eius ſoluendæ inſtituti ſunt, quorum in numero tempus non eſt, d.l.44.D.de oblig.& act.ex contrario vſusfructus præſtituto tempore finiri dicitur.l.fructus,33 D.de rei vindic.l.vti frui,§.ſi poſt litem, D.ſi vſusf.pet.& apud Paullum lib.ſent.3.t.6.§.finitur.quemadmodum videmus pignus ad tẽpus conſtitutum exacto tempore finiri.l.6.D.quibus mod.pig.

§ 19 Sed dupliciter dicuntur actus diem & condicionem non recipere; primùm, vt eorum adiectione vitientur, velut in omnib.legis actionib.d.l.actus, de reg.iur.deinde vt adiectio non vitiet, ſed ſuperuacua & inutilis ſit, velut in heredis inſtitutione.d.l. hereditas:ac ſimiliter etiam in noſtris ſeruitutib.prędialib. Qua de cauſſa iſtæ adiectiones quaſi conuentiones à Prætore per exceptionem ſeruantur.d.l.4.D. h.t.& l.cum qui, 56.§.3.D.de verb.obligat.

§ 20 Reſtat vt de iure videamus. Ergò primum ius conſtitutæ ſeruitutis eſt, vt non modò ſeruiens prædium oneret, eiúſque condicionem deteriorem faciat, atque adeò lædat.l.ſi mihi, 20.§.1. D. de ſeru.ruſt.verumetiam vt eius cui ſeruitur vtilitatem augeat, eiúſque condicionem meliorem efficiat.l.5.§.& bellè.D.de oper.no.nunc.Melior autem condicio efficitur, non modò vtilitate, verumetiam amœnitate, voluptate, ſalubritate: veluti cùm aquæductus non potandi aut irrigandi, ſed tantùm amœnitatis cauſſa conceditur.l.3.D. de aq.cott.& æſt.Quod etiã ex ſeruitute proſpectus intelligi poteſt. Quod cùm ita ſit, conſentaneum eſt, ius quo perſonæ non prædij condicio melior efficitur, ſeruitutem prædialem dici nõ poſſe, veluti vt in alieno ſpaciari, cœnare, aut flores, pomáve decerpere liceat.l.vt pomum,8.D.h.t. quam interpretatur (quod ad pomum attinet) l.qui fundũ, 205.D.de verb.ſign. Quid ergò eſt? nimirum perſonalis ſeruitus, ſicut apertè traditur in l.mela,14.§.vlt. D.de alim.leg.vbi de geſtãdi ſeruitute tractatur, hoc eſt de iure vt liceat in alieno per loca denſis arborib. opaca ſubcollantibus ſeruis geſtari.l.ſi cuius,13.§.fructuarius, D.de vſufr.l.plenum, 12.§.1.D. de vſ.& habit.Quod idem iudicandum eſt de legato, vt lapidem cædere liceat, cùm quis vicinum prędium non habet, l.cum ſeruus,39.§.ſi quis.D.de leg.1.& de legato trãſeundi, certę perſonę, nimirum filiæ, relicto.l.pen.D. de ſeru.leg.Denique quoties non prædij, ſed perſonæ reſpectu ius legatur, vt pecoris paſcendi, aut aquãdi. d.l.mela & l.4.D.de ſeru.ruſt.præd.

§ 21 Secundum ius eſt, vt ſeruitutis dominium in prædij dominantis poſſeſſorem transferatur: non tamẽ ipſum loci corpus.l.4.D.ſi ſeruit.vind.l. qui duo, 30.D.de ſeru.ruſt.ac proinde ſeruitutis vindicatio ei concedatur.l.1.& paſſim, D.ſi ſeru.vind.Tertium eſt, vt ſeruientis prædij dominum obliget ad patiendum aliquid quod iure communi pati non tenebatur, vel non faciendum quod iure cõmuni ei facere licebat. l.quoties.15.D.h.t.Quartum eſt, vt patientia pro traditione ſit, vſus verò pro poſſeſſione, l.quoties,20.D. h.t.l.ſi ego,11.§.1.D.de publ.in rem act.l.1.in fi. *D.* de ſeru.ruſt. repudiata Labeonis ſententia, qui hanc cautionem exigebat, per venditorem non fieri, quominus emtori ire, agere liceret.d.l. vlt. *D.* hoc tit.In quo notari Triboniani ſocordia poteſt, qui Pomponij ſententiam Labeonis conſentaneam nobis reliquit in l.3.§.2.*D.* de act.emt.Intelligitur ergò poſſeſſionem eorum habere qui prædium, cui debentur, poſſidet, l.ſi ædes, 32. §.vlt.*D.* de ſeru.vrb.

DE SERVIT. VRB.

TIT. II.

1 *Seruitutum altera diuiſio, vt aliæ ſint Ruſticæ, aliæ Urbanæ.*

2 *Vrbanæ quæ ſint: & I. de Seruitute luminum, quæ triplex eſt: Luminum immittendorum, Ne luminibus officiatur, Ne proſpectui officiatur.*

3 *Differentia inter has ſpecies ſeruitutis.*

4 *De ſeruitute altius non tollendi, & altius tollendi.*

5 *De ſeruitute oneris immittendi, proijciendi, ferendi.*

6 *De ſeruitute fluminis & ſtillicidij, & mendum ſublatum ex l.33.D.de cont.emt.*

7 *Vrbanarum ſeruitutum pars maxima ad ædificationẽ pertinet: vbi de ædificandi libertate diſſeritur.*

8 *De ædium ambitu. Inſula quid.*

9 *L.11.D.h.t.emendata.*

10 *De ſeruitute cloacæ immittendæ.*

§ 1 QVEMADMODVM prædiorum alia ſunt vrbana, alia ruſtica; ita ſeruitutum prædialium aliæ ruſticæ, aliæ vrbanæ appellantur. & quemadmodum illa non loco ſed materia, genere & qualitate diſtinguuntur: qua de cauſſa & vrbana extra vrbem (vt villæ) & ruſtica in vrbe (vt horti) eſſe poſſunt.l. vrbanæ,198.D. de verb.ſignif.l.4.§.vlt.D.huí. regũd. ſimiliter ſeruitutes eodem modo diſtinguuntur. §.2. Inſtit.de ſeruit.l.1.D.comm. præd. Itemque familia vrbana & ruſtica, l.vrbana,166.D.de verb.ſignif.l.ſeruus,99.D.de leg.3. A qua tamen ſententia nonnulli alij popularem conſuetudinem potius quàm ciuilem vſum ſecuti diſſenſerunt. In quib.fuiſſe Neratiũ conſtat ex l.2.D.t.prox.& l.4.§.1.D.in quibus cauſſ. pig.Ex quo altera Triboniani ſocordia notari poteſt, præſertim cùm illam priorum ſententiam Impp.ſecuti eſſent in l.ſi ſeruitutis prædium, 18.C.de præd. min.Vtcumque ſit, Vrbanæ ſeruitutes dicuntur, quæ ædificijs debentur: Ruſticæ quæ agris. Itaque ſingulorum prædiorum certæ ſunt ac proprię ſeruitutes: ſed ſi ad ædificia pertineant, vrbanæ: ſi ad agros, ruſticæ appellantur: veluti aquęductus vulgò ad ruſticarum numerum adſcribitur: qui tamen ſi per domum conſtituatur, inter vrbanas numeratur, l.ſi ego, 11.§. 1.D de public.Sic iter in agris, ruſtica eſt ſeruitus; in ędib.vrbana, l.198.D.de verb.ſignif.

§ 2 Priore loco de vrbanis dicendum eſt. In quibus primum locum tribuemus Seruituti luminum, quę triplex eſt: nam vna eſt lumina immittendi, ſiue recipiendi, hoc eſt aperiendi feneſtras in aream vicini, l.eos qui, 40.D.h.tit. Altera eſt ſeruitus ne luminib.officiatur, id eſt ius prohibendi vicinum id facere quo noſtrarum ædium lumina minuantur, l. 4. l. inter,15. *D.*h.tit.l.2.§.cum quidam & §.ſi quid, *D.* Ne quid in loc.pub. Tertia eſt ſeruitus ne proſpectui officiatur, hoc eſt ius prohibendi etiam non vicinum ne id faciat, quo gratiorem & amœniorem proſpectũ impediat.d.l.inter, & ll.ſeqq.*D.*h.t.

§ 3 Inter duas ſuperiores hæc differẽtia eſt, quod qui luminum ſeruitutem debet, ædificare non prohibet: qui debet, ſeruitutem ne luminibus officiatur, ædificare non poteſt.l.3. *D.*hoc tit.ac ſingulariter notandum eſt, aliud eſſe cœli conſpectum, aliud ſolem adimere: non enim arbor quæ ſolem aufert, continuò cœli cõſpectum aufert. Itaque ſi poſtrema hęc ſeruitus ei loco debeatur, vbi ſol neceſſarius eſt, arborẽ eo loco habere non licet.l.ſi arborẽ,17.*D.*h.t.

§ 4 Huic

¶ 4 Huic finitimę ſunt ſeruitutes, altiùs non tollendi & altiùs tollendi, l. ſi is qui, 30. D. de vſuf. Illa eſt propriè ſeruitus. nam communi iure vnicuique licet ędificium ſuum in immenſum attollere, l. cum eo, 9. l. cuius, 24 D. h. t. quare ſi ius illud remiſerit, ſeruitutẽ ſuis ędib. impoſuiſſe dicitur, l. 4. D. ſi ſer. vind. hæc propriè libertas eſt, cùm ſcilicet ſeruitus quæ prius fuerat vel amiſſa vel remiſſa eſt, l. 4. in fi. D. de vſurp. l. ſi domus, 21. D. h. t. l. ſi mihi, 20. D. t. prox. vnde apparet non tam ſeruitutẽ quàm libertatem his caſib. vindicari, l. 4. §. competit, D. ſi ſer. vind. l. ſi prius quàm, 15. de oper. nou. nunc. l. tecum, 26. D. de except. rei iudic.

¶ 5 Tertia eſt ſeruitus oneris immittendi aut proiiciendi, aut oneris ferendi. nam immittitur quod vicini ædificio ſuſtinetur: veluti tignum aut protectũ; proiicitur quod protenditur, non ſuſtinetur, l. malũ, 242. §. 1. D. de verb. ſig. l. ſi plures, 6. D. arb. furt. cęſ. At oneris ferendi ſeruitus ab illis ſeparatur in §. 2. Inſti. de ſer. hoc ab illa tigni immittendi diſtat, quòd in illa refectio eius eſt qui ſeruitutem debet, l. eum debere, 33. D. h. t. in hac regulariter eius eſt cui debetur: ſed tamen contraria conuentio ſeruatur, l. 6. §. etiam, D. ſi ſeru. vind.

¶ 6 Quarta eſt, ſeruitus fluminis & ſtillicidij, quarum illa eſt ius aquæ cum fluxu in alienum prædium per imam ædiũ partẽ effundendæ: hæc ius aquæ in alienum prędium per tectũ guttatim & ſtillatim eiiciendæ, l. ſeruitutes, 20. §. ſtillicidiũ, l. foramẽ, 28. D. h. t. Mendosè autẽ (flumina ſtillicidia) cōiuncta ſunt in l. cũ in lege, 33. D. de cōt. em. cùm (lumina) corrigendũ appareat ex l. ſi ſeruitus, 23. D. h. t. & interpretatione Harmenopuli lib. 1. c. 9. Ergò qui hanc ſeruitutem debet, opus in ſuo facere, quo ſeruitutis illius vſus impediatur, non poteſt, l. ſeruitutes, 20. §. ſi ſeruus, D. hoc tit.

¶ 7 Atque hęc quidem hactenus: ex quib. intelligitur, maximam vrbanarum ſeruitutum partẽ ad ædificandi rationem pertinere, de qua breuiter exponẽdũ eſt. Nam cùm naturalis ædificandi libertas infinita eſſet, l. altius, 8. C. de ſeru. quoniam (vt vulgò dicitur) cuius eſt ſolum, eiuſdem eſt cælũ, l. 1. D. h. t. l. vlt. §. pen. D. quod vi aut clam; ea libertas duob. modis repreſſa eſt, legib. publicis & priuatorũ voluntatib. Nã legib. pręfinitus eſt, inter ædificia priuata pes ſeſtertius. i. interuallum duorum pedum & ſemipedis, vt Sext. Pompeius & Vol. Metianus teſtantur, idq. proptereà legitimum ſpacium appellatur in l. Imperatores, 14. D. h. t.

¶ 8 Iſque (vt Varro teſtatur) ædium ambitus dicebatur, cùm inſulę non, vt domus, coniunctę, ſed ſeparatæ eſſent. Nam inſula dicitur ædificiũ quod proprio ambitu conſtat. Nouo autem iure inter priuatas ædes & publicas quindecim pedum ſpacium impoſitum eſt, l. ſi cui, C. de ædif. priu.

¶ 9 Deinde altitudinis ædificiorum modum quoque impoſitũ patet ex l. 1. §. 12. C. de ædif. priu. & l. 1. §. nũciatio, D. de op. no. nũc. & l. qui luminib. 11. D. h. t. cuius initium non dubito eſſe Triboniani, ſumtúmque ex d. l. 12. & pro (*antiquorum*) legendũ eſſe *antiquum*. neq. puto Vlp. dictũrum fuiſſe (*ſciet*) quod verbum eſt Imperatoris potiùs quàm Iuriſconſulti: vt in §. vlt. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel al. Sext. quidem Aurelius ſcribit impoſitum ædificiorum altitudinis fuiſſe à Traiano Imperatore modũ LX. pedum. Quãuis autem ædificare ſupra eum modum non liceret,

A viridaria tamen imponere licebat, l. ędificia, 12. D. h. t. Priuatorum autem voluntate, libertas ædificandi reprimitur, cùm ſeruitus imponitur, l. 1. & l. altius, 8. D. de ſeru. l. cum eo, 9. D. hoc t. Eóque ſuperiores ſeruitutes luminum pertinent.

¶ 10 Quinta ſeruitus eſt, ius cloacę immittendæ, l. 7. D. de ſeru. id eſt, ius habendi in alieno ſubſtructionem, per quam colluuies defluat, l. 1. D. de cloac. Priuatæ autem cloacę ad publicas perducebantur operum omnium, vt Plin. ſcribit, dictu maximum, ſuffoſſis montibus atque vrbe penſili, ſubtérque nauigata, lib. 36. cap. 15.

B

DE SERVIT. RVST.

TIT. III.

1 *Ruſticas ſeruitutes adgreditur: primò de Itinere, Actu, Via. hæ vel ſpacio loci differunt;*

C 2 *Vel genere vſus.*

3 *Quæritur an qui actum habeat, idem viam quoque habeat.*

4 *An qui actum, etiam iter habeat.*

5 *Ambulandi verbo quid propriè ſignificetur.*

6 *An iter & actus viæ partes ſint.*

7 *Aquaria ſeruitus quadruplex eſt.*

8 *Prima eſt, aquaductus: cuius definitio & ius explicatur.*

9 *Aquaductus alius prædialis, alius perſonalis.*

D 10 *Vnde aqua ducenda ſit, ex fonte an ex riuo.*

11 *Secunda eſt, aquæ iter, ſiue aquagium, vbi huius cum ſuperiore differentia oſtenditur.*

12 *Tertia eſt, aquæ hauſtus, vbi quæ inter aquæ hauſtũ & aquaductum differentia exponitur.*

13 *Quarta eſt, Pecoris ad aquam adpulſus.*

14 *De ſeruitute nauigandi in lacu qui perpetuò in vicini fundo eſt.*

15 *De ſeruitute piſcandi copioſa diſputatio: & primùm in fluminibus publicis;*

E 16 *Tum etiam in priuatis.*

17 *Quare piſcandi ſeruitus conſtitui non poſſit.*

INTER ruſticas ſeruitutes primo loco numerantur; iter, actus, via: quæ duabus rebus differunt, loci ſpacio, & genere vſus. Spacio loci hoc modo: via pedes octo lata eſt: ídque ſpacium lege XII. tabul. definitum eſt, l. vice 8. D. hoc t. Conuentione tamen partium aut teſtatoris voluntate vel latior vel anguſtior conſtitui poteſt, dum tamen vehiculum duci poſſit: alioquin F non via, ſed iter erit, l. via, 23. D. hoc t. l. ſi tam anguſti, 13. D. de ſeruit. Actus & iter non lege, ſed vel cõuentione vel per arbitrum definiuntur, l. certum, 13. §. 2. D. eodem. Plerumque tamen actus minimus erat pedum IV. vt Varro lib. de ling. Latina, & Feſtus & Boetius teſtantur: iter ſeſtertium pedum; id eſt, duos pedes & ſemipedem latum fuiſſe argumento eſt lex XII. tabul. quæ ſeſtertium pedem inter vicinas ędes ambitus cauſſa relinqui iubebat, auctore Vol. Metiano.

G ¶ 2 Porrò vſu ſeruitutes illę ſic verè propriéque differunt: Iter eſt propriũ hominis, qua quis vel pedes vel eques cõmeare poteſt, l. inter, 12. D. h. t. atque adeò ſella aut lectica vehi, l. 7. D. h. t. Actus eſt proprius pecudũ, quà pecudes vel ſingulæ vel gregatim agi poſſunt, d. l. 13. D. de ſeruit. l. inter, 12. hoc titulo.

Via propria eſt vehiculorum, qua vehes duci aut reduci poſſunt, l.1.l.7.l.23.D.h.t. Nam via quaſi veha dicta eſt, vt ait Varro. Itaque Iſidorus, via eſt, (inquit) quà vehiculum ire poteſt: atque hæc quidem propria (vt dixi) ſtrictáque harum ſeruitutum differentia eſt, quam Pomponius perſpicuè tuetur in l. ſi tam anguſti, 13.D.de ſeruit. vbi apertè ſtatuit actum eſſe, quia duci iumentum non etiam vehiculum poſſit. Poſt verò neſcio qua conſuetudine inductum eſt, vt qui actum haberet, etiam vehiculum ducendi ius haberet, l.1.7.& 12.D.h.t. atque hæc vna relinqueretur differentia, vt qui viam haberet, ius vehendi integrũ haberet. i. vehiculo deportandi & trahendi lapides puta, vel tigna: qui verò actum haberet, trahendi ius non haberet, d.l.7.§.1.§.2.D.h.t. Quod neque cũ illo Pomponij loco congruit, neque cum verbi proprietate ac notatione quam Varro demonſtrat, neq. meo iudicio, cum antiqua ratione iuris ciuilis. Quorſum enim quattuor pedum actus fuiſſet, via octo, ſi par idémq. vtriuſque vſus fuiſſet? Non igitur naturalem harum ſeruitutum proprietatem Vlp. expoſuit in l. 1.D.h.t. ſed vſum in mores receptum, vel potius vſitatas conuentiones de quib. in d.l.13.§.latitudo, D.h.t.

¶ 3 Vtcumque ſit, quæri video an qui actũ habeat, idem etiam iter habeat: quod affirmat Paull. in l.1.D. de adim.leg. negat Vlp. in l.4.§.1.D.ſi ſeru.vindic. Solutionem ſuperior diſtinctio demonſtrat: nam ſi ſpatium ſpectemus, certè, vt in via actus, ſic in actu iter cõtinetur, l.1.D.h.t. neque intelligi poteſt vt auriga, mulio, equiſo vehiculum aut iumentum ſarcinariũ, aliquà deducat, qui non ipſe quoque iter faciat. Similiterque de via dicitur in l. 13.§.1.D.de acceptil. quoniam eundi & agendi ius in ſe via continet, eum qui viam promiſit per itineris & actus acceptilationẽ liberari. Sin autem vſus genus ſpectemus, certè aliud eſſe conſtat ſeruitutis genus in itinere, aliud in actu, l.ſi pupillus, 9.§.2.D.de nouat. ac proinde is qui cùm iter petiiſſet, victus eſt, ſi idem actum petat, rei iudicatæ exceptione non excludetur, l. ſi mater, 11. §. ſi quis iter, D.de except.rei iudic.

¶ 4 Cùm ergo dicimus eum qui actum habet, iter quoque habere, non ſeruitutem ſignificamus, ſed acceſſionem ſeruitutis & cauſſam ſine qua non: veluti cùm is qui aquæ hauſtũ habet, etiam iter & ius adeundi ad puteũ habere dicitur .i. cauſſam ſine qua aquæ hauſtu frui non poteſt, l.3 §.1.D.h.t. Nam hauſtu legato, iter quoque ad hauriendũ præſtandũ eſt, l.Gaurus, 10.D.de ſeru.vrb. & loco ſepulcri conceſſo, iter ſepeliendi cauſſa conceſſum intelligitur, l.ſi venditor, 10.D.de relig. l.5.D.de ſtipul.viol. quoniam, vt vulgò dicitur, cõceſſo aliquo, etiam ea ſine quib. illo vti non poſſimus conceſſa intelliguntur, vulg. l 2.D. de iuriſd. Sed, vt dixi, hæc ſeruitus non eſt, quoniã aditus & tranſitus ius perſonale eſt, non ſeruitus, l.pater, 6.D.de ſeru.leg.

¶ 5 Hìc autem duo notanda ſunt: primum quod dicitur in l.1.D.h.t. iter eſſe ius eundi ambulandi homini: ambulandi verbo nõ deambulandi & ſpatiãdi ius ſignificari: cuius conſtitui ſeruitus prædialis nõ poteſt, l.vt pomum, 8.D.de ſeru. vt ambulare ſignificet animi & valetudinis cauſa ſæpè in eadem veſtigia reuerti, ſed potius ingrediẽdi & ad res proximo fundo neceſſarias obeundas tranſeundi: quoniam id demũ propriè iter eſt qđ ad proximi fundi vtilitatẽ & cõmodũ pertinet. ¶ 6 Alterũ etiã notandũ eſt, quoniã ſeruitutes omnes indiuiduę ſunt, quãuis iter in actu, iter & actꝰ in via cõtineantur, ſicuti quinq. in decẽ, l.

A qui vſumfructũ, 58.D.de verb.oblig. l.ſi pupillus, 9.§. 2.D.de nouat. tamen non illas viæ partes exiſtimandas, vt alterutrius acceptilatione viæ promiſſor liberetur, d.l.13.§.1.D.de acceptilation. quoniam, vt dixi, ſeruitutes diuiſionem non recipiunt, at ſimplices ſunt & vniuſmodi: neque pluribus partibus conſtant. Porrò cui via debetur, ſi locus neque in teſtamẽto, neque in contractu deſignatus eſt, vel heredis, vel, ſi non conuenerit, arbitri deſignatio eſt, l.ſi via, 26.l.certo, 13.§.1.D.h.t. l.ſi cui, 9.D.de ſeruit.

B ¶ 7 Secundum locum obtinet, Aquaria ſeruitus, quæ eſt quadruplex. Aquæductus, aquæ iter, & aquæ hauſtus, & pecoris ad aquam adpulſus. Nam vſus aquæ, qui perſonalis eſt, ad hoc prædialium ſeruitutum genus non pertinet, l.vſus, 21. D.de vſu & habit. & l.4.& l.2.§.2.D.de ſer.ruſt.

¶ 8 Aquæductus definitur ius aquæ per fundum alienum ducendæ, vt paulo poſt intelligetur. Dixi autem *per alienum*: quoniam per locum publicum duci ſine Principis permiſſu non poteſt, l.ſeruitutes,
C 14.D.de ſeruit. l.ſi in publico, 18.§.vlt. D.de aq.pluu. *Ius* autem idcirco appellatur, quoniam in hac ſeruitute conſtituenda domini voluntas adeò neceſſaria eſt, l.4.C.de ſeruit. vt aquæductus aliter conſtitutus ab agri domino interſcindi, atque interrumpi impunè poſſit. l.quemadmodum, 29. §.1. D. ad leg.Aquil. quinetiam non modò vnius tantùm domini, ſed etiam ſi plures fontis domini ſunt, omnium voluntas exquiritur, atque adeò eorum omnium conſenſus,
D ad quos aquę vſus pertinet, l.ſeruitus, 9.D.h.t. l.in cõcedendo, 8.l.ſi autem, 10. D.de aqua pluu. vbi tamen auctoritatem vetuſtas facit, ius aquæ conſeruatur, l. vlt.D.de aq.pluu. Nam ductus aquę, cuius origo memoriam exceſſit, iure conſtituti loco habetur, l.3.§. ductus. D. de aq.quot. Vetuſtas enim in hoc genere pro lege habetur, l.2.D. de aq.pluu. quamquam hæc non propriè ſeruitus, ſed potius quaſi ſeruitus appellatur, l.1.in fi.D.eo.tit.

E ¶ 9 Porro aquæductus, vt dixi, *prædialis ſeruitus eſt*: id eſt prędio non domino debetur: qua de cauſſà cum prędiis ambulat emtorémque ſequitur, l.ſi aquę, 47. D.de contrah.emt. Eſt autem alius aquæductus qui fundo non debetur, ſed perſonalis eſt, nimirum is qui quocumque emtori placet, deduci poteſt, l.1.§. præterea, D. de aq.quot. & cum perſona exſtinguitur, d.l.1.§.pen.eo.

¶ 10 Sed quæritur, vtrùm ex ipſo fonte ducenda ſit, an etiam ex riuo vel caſtello ſine receptaculo cõſtitui poſſit: nã ex caſtello per fiſtulas aqua ducebatur, l.fiſtulas, 78. D.de contr.emt. & reſpondetur ex
F ipſo capite ducendam, primùm vt perpetuam cauſſam habeat, l.foramen, 28. D.prox.tit. deinde ne ſeruitus ex ſeruitute conſtituatur, l.1.D.de vſufr.leg. ſed tamen ſi pactum interuenerit, exceptionem: ſi ſtipulatio, actionem parit, l.9.l.ex meo, 24. l.cum eſſet, 33.D.hoc tit.

¶ 11 Aquæ iter eſt ius aquæ ducendæ per prædium alienum, quod etiam aquagium appellatur, l. quintus, 15.D.h.tit. l.3.§.pen.D.de aq.quot. eáque
G ſeruitute vniuerſus fundus adficitur, l.ſi mihi, 21.D.h.ti. l.vlt. D.de aq.quot. Ea verò conſtituitur aut per riuum: nam riuus eſt iter aquæ, l. 1. & paſſ. D. de riu. aut per lapidem aut fiſtulas pro riuis, l. 3. §.is qui, & l.17. §. 1. D. de aq.quot. l. 15. hoc tit. Atque hoc à ſuperiore differt, quòd qui aquæductum habet, etiam aquæ iter habet, id eſt ius riui conſtituendi, l. damni, 30. D. de damno infect. at non

ſi quis

ſi quis iter aquę habet, continuò aquęductum habet, quoniam aquæductus ab ipſo capite conſtituitur, eſtque ius aquæ non modò per alueum, ſed etiam ex alueo ducendi, vt ſuperius dictum eſt. Poteſt autem aquæ iter aut fundi eſſe, aut ſeparatū à fundo, ac perſonæ tantùm debitum, ſicuti de aquæductu dictum eſt, l. arbor, 19. §. aquarum, D. Comm. diu.

¶ 12 Aquæ hauſtus eſt, ius aquæ in alieno hauriendæ, l. vn. §. 1 D. de font. quæ non hominis eſt ſeruitus, ſed prædij, l. ſi mihi, 20. §. vlt. D. de ſer. ruſt. nam ſicuti ex fonte aquæductus; ita ex puteo, aquæ hauſtus conſtituitur, id eſt, iis aquis quæ duci non poſſunt, l. 1. §. loquitur, D. de aq. quot. & d. l. vn. de font. Eaque prima differētia eſt. Altera eſt, quod cui aquæhauſtus debetur, etiam iter ſeu potius aditus, acceſſus, tranſitus ad puteum debetur, l. 1. D. h. t. l. Gaurus, 10. D. de ſer. vrb. At qui aquæductum habet, iter, niſi reficiendi cauſa, non habet, l. refectio, 11. D. Comm. præd. Tertia eſt, quod publico loco interueniente ille conſtitui poteſt, l. ſi prius, 17. §. via, D. de aq. plu. arc. l. ſeruitutes, 14. D. de ſeruit. Hauritur autem aqua non modò ſitulis, vrnis, vrceis, verumetiam organis & machinis, veluti tympanis & cochleis, vt apud Vitruu. lib. 10. c. 9. & cap. 11. ſed præſertim rotis, quarum mentio eſt in l. qui fundum, 40. §. vlt. D. de cōtr. emt. & l. 2. D. com. præd.

¶ 13 Pecoris ad aquam appulſus eſt, ius ſui pecoris in alieno prædio adaquandi: quod ius prędiale eſt, l. 1. D. h. t. ac niſi domini voluntate conſtitutum ſit, aut ſi maior numerus quàm conceſſum fuerit, appellatur, impunè arceri pecus poteſt, l. 1. §. Trebatius, D. de aq. quot.

¶ 14 Ad aquarias ſeruitutes referri etiam poteſt ſeruitus nauigandi, cùm lacus perpetuus in vicini fundo eſt, l. via, 23. §. 1. D. h. t.

¶ 15 Sed de piſcandi ſeruitute maior quæſtio eſt, an ea conſtitui in alieno flumine, vel lacu vel ſtagno poſſit. Piſcari quidem in publicis fluminibus Romano iure cuiuis licuiſſe ſatis conſtat. nam eorum vſus communis ac publicus fuit iuregentium, l. adeo, 7. §. quod ſi vno, D. de adq. rer. dom. l. fluminum, 24. D. de dam. inf. Itaque inutiliter ſeruitus in iis conſtituitur, l. 3. in fi. D. h. tit. quemadmodum etiam in mari quod natura omnib. patet, l. venditor, 13. D. Comm. præd. Sed naturalem fluminum libertatem iure Romano relictam gentium noſtrarum mores abrogarunt.

¶ 16 De priuatis ergo fluminib. maior, vt dixi, dubitatio eſt. nam ſi nauigare ſine conſtituta ſeruitute non licet, ne piſcari quidem permittendum videtur: non magis quàm lapidem è lapidicina cædere, aut cretam ex cretifodina, d. l. venditor, 13. §. 1. Præterea ſi cuiuis venari, piſcari & aucupari in alieno liceret, cur vſufructuario conceſſum diceretur in ſaltibus & montibus fructuariæ poſſeſſionis venari, ſuumque vel aprum vel ceruum captū facere? l. vſufructuariū, 62. D. de vſufr. Item aucupiorum, venationum, & piſcationum reditum ad eundem pertinere, l. item ſi, 9. §. aucupiorum, D. eo. Verior tamen contraria ſentētia eſt, vt non modò feræ & volucres in alieno captæ occupantis fiant, l. 3. D. de adq. rer. dom. verumetiam piſces, l. iniuriarum, 13. §. vlt. D. de iniur. Cuius rei hęc ratio eſt, quoniam feræ (quales ſunt præcipuè piſces qui nunquam manſuefiunt, neque cicurātur) quamdiu occupati non tenentur, quamdiu naturali libertate fruuntur, nullius in dominio ſunt, ac ne poſſidētur quidem, quamuis feræ ſint in ſyluis circumſeptis, aut piſces in ſtagno vel lacu priuato, non tamen in

A viuariis aut piſcinis incluſi, l. 3. §. item feras, D. de adq. poſſ. Itaque aper aut ceruus ne vulneratus quidem in vulneratoris dominio eſt, niſi cùm ceperit, l. 5. §. 1. D. de adq. poſſ. vt facilè intelligatur neq. dominum in ſuo ſaltu aprum, aut in ſuo ſtagno piſcē capientem, ſuum captum, piſcémve capere: non magis quàm auem quæ in arbore ſua conſederit, nidúmve fecerit, d. l. 3. l. 5. §. aprum, D. de adq. rer. dom. neque rurſus extraneum in alieno venantem, aut piſcātem, alienam feram capere, l. 1. §. in beſtiis, D. ſi quadr. ſed B id capere quod iuregentium nullius erat: ac tum demum in alicuius dominio eſſe cœpit, poſteaquam occupatum fuit, d. l. 3. D. de adq. rer. do. Quod cùm ita ſit, intelligendum eſt aditu tamen ſui fundi prohibere extraneum licere, d. l. 3. & d. l. iniuriarum, 13. §. vlt. D. de iniur. vbi etiam iniuriarum actio aduerſus eum qui domino inuito ingreſſus eſt, conceditur. Vnde venari in alieno inuito domino non licere traditur in l. diuus, 16. D. h. t.

¶ 17 Præterea alia ratio eſt quamobrem conſtitui C piſcandi ſeruitus non poſſit: nimirum quoniam earum demum rerum conſtitui ſeruitutes poſſunt, quæ vicinis prædiis vſui ſunt, quæ meliorem illorum cōdicionem faciunt, l. vt pomum, 8. l. quoties, 15. D. de ſeruit. Ius tamen perſonale conſtitui poſſe, vt in alieno piſcari, venari, aucupari liceat, eodem modo concedendum eſt, vt geſtandi, l. mela, 14. §. vl. D. de alim. leg. & lapidis cædendi cùm quis vicinum prædium non habet, l. cum ſeruus, 39. §. ſi quis, D. de leg. 1.

D

COMM. PRÆD.
TIT. IV.

1 *Continuatio rub. & prima inter ruſticas & vrbanas ſeruitutes ſimilitudo.*
2 *Aliæ deinceps ſimilitudines exponuntur.*

EXpoſitis ruſticarum & vrbanarum ſeruitutum differentiis, deinceps quę inter ipſas communia ſunt exponit.

¶ 1 Similitudo igitur hæc prima eſt, E quod pleræque certorum prædiorum propriæ non ſunt, ſed communes & promiſcuæ, veluti ſi aquæductus in agris eſt, ruſtica ſeruitus appellatur, l. ſi ſeruus, 27. §. ſi quis aquæd. D. ad leg. Aquil. ſi in ædib. vrbana: l. ſi ego, 11. §. 1. D. de public. quod idem de itinere traditur in l. 198. De verb. ſignif.

¶ 2 Secunda ſimilitudo eſt, quod neutra ſeruitus conſtitui, niſi prædium habenti, poteſt, l. 1. D. eo. neutra de reb. ſacris aut publicis conſtitui poteſt, l. 4. l. venditor, 13. D. h. t. Vtraq. meliorem prædij vicini cō- F dicionē facere debet, l. 8. l. 15. D. de ſeruit. l. 5. D. t. prox. vtraq. fundo cohæret, eúmq. alienatum ſequitur, l. cū fundus, 12. D. h. t. vtraque iiſdem modis conſtituitur. d. l. venditor, & l. poteſt, 16. D. h. tit. neutra vel alieno vel communi fundo vel imponi vel adquiri poteſt, l. 5. l. 6. l. 8. D. eo. l. 2. D. de ſeruitut. Si tamen ſocij omnes diuerſis temporib. ceſſerāt, nouiſſima ceſſione ſuperiores confirmantur, perinde quaſi omnes eodem tēpore ceſſiſſent, l. vlt. D. eo. vtraque indiuidua eſt, neq. parti prædij vel imponi, vel adquiri poteſt, l. 6. §. 1. v- G traq. plurib. ſeparatim cōſtitui poteſt, l. qui per certi, 15. vtraq. à plurium prædiorum domino imponi ſic poteſt, vt alterum alteri ſeruiat, l. 3. l. 5. l. 6. l. 7. l. 8. D. h. t. vtraque conceſſa, etiam id ſine quo illæ eſſent inutiles, conceſſum intelligitur, l. refectionis, 11. Vtriuſq. nomine in rem actiones comparatæ ſunt: de quibus prox. t. diſſeremus.

SI SERVIT. VIND.

TIT. V.

1 *Argumenti ſeries & continuatio.*
2 *Duplex ſeruitutum nomine competit vindicatio: confeſſoria & contraria, quia ſeruitutum natura duplex.*
3 *Vtraque hæc actio dupliciter etiam appellatur: propriè & impropriè.*
4 *Quid ſit confeſſoria & negatoria propriè.*
5 *Quid impropriè.*
6 *Propriæ & impropriæ confeſſ. comparatio.*
7 *Cuinam competant iſtæ actiones.*
8 *L. 6. D. h. t. expoſita, de prædio litigioſo & vicino litigioſi.*
9 *Aduerſus quem dantur hæ actiones: & earum effectus.*

SVB ti. Si vſusf. pet. docuimus ſeruitutum nomine duplicem actionem competere: perſonalem ex promiſsione vel legato: realem ex ceſsione & traditione: quia per ſeruitutis traditionem dominium transfertur, l.4.in princ.D.h.t. l.ſi ego,11.§.1.D.de publ. ſicuti rerum corporalium. vulg.l.traditionib.C.de pact. quaſi iam quodammodo, non in perſonę, ſed in prædij, vt ſic dicamus, bonis ſit: quippe cùm ſit prædij qualitas, vt bonitas, amplitudo, ſalubritas. l.qui aliud, 86. D.de verb.ſignif. Quare vindicantur non vt pars bonorum hominis, ſed quaſi qualitas prædiorum: ſic enim ex contrario ſeruitus debita, non eſt onus perſonæ, ſed ipſius prędij. Nam obſeruandum eſt Paullum in d. l.1. diſertè de prædialib. ſeruitutibus id reſpondiſſe.

§ 2 Duplex autem ſeruitutum nomine competit vindicatio, quarum vna Confeſſoria dicitur, altera contraria: interdum negatiua, ſæpè negatoria, l. ſicut, 8. D. eodem, l.5.D.ſi vſusf.pet. §.ęquè, Inſtit. de action. Quod vt intelligamus, primùm videndum eſt, vt in ſeruitutib. non tantùm duplicem naturam, id eſt, duas ſpecies, ſed etiam duplex accidens obſeruemus. Duplex natura eſt, cùm vicinus aut patitur id quod naturali iure pati nõ teneretur: veluti, alterum ire, agere, vehere, aquam ducere per ſuum prædium: aut nõ facit quod ei naturali iure facere licebat: veluti, vt ne altius ædes tollat, ne officiat luminibus, ne impediat proſpectum, l.quoties, 15.D.de ſeruit. Similiter autem duplex eſt accidens, cùm ſeruitus quidem conſtituta fuit, ſed non aut huic perſonæ debetur, aut hoc tempore, aut hoc modo, id quod tum in patiendo, tum etiam in non faciendo conſiſtit: veluti, ſi meus fundus Semproniano ſeruitutẽ altius nõ tollendi debet; Seiano non debet, l. 4.§.competit, D. h.t. cùm meus fundus, qui tibi ſeruitutẽ debuit, nunc vel quia eam mihi remiſiſti, vel quia eam amiſiſti, extincta eſt, l.ſi domus, 21. D.de ſeruit.vrb l.ſi mihi, 20.D.de ſeruit.ruſt.l.4.§.vlt.D.de vſurpat.

§ 3 Secundò illud ſcire oportet, confeſſoriam & negatoriam actionem dupliciter appellari: propriè & impropriè.

§ 4 Confeſſoria propriè eſt, quæ & re & verbis patiendi ſeruitutem vindicat: veluti, aio mihi ius eſſe eundi agendi per tuum fundum, & probandi onus actori attribuit, l.ſi tibi, 10. C.de ſeru.& aq.l.2.l.ſi à te.16, D.h.tit. Negatoria propriè eſt quæ & re ipſa & verbis, non faciendi ſeruitutem vindicat: veluti, nego tibi ius eſſe altius tollendi, l.ſi priuſquam, 13.D.de op.no.nunc.l.4.§.ſi cui.l.ſi quando, 17.D.h.t.& probandi onꝰ agẽti incũbit, l.ſi in ædib.9.C.de ſer.& aq.

§ 5 Impropriè verò confeſſoria eſt, quæ verbis quidem libertatem vindicat, reuerà autem ſeruitutẽ negat: veluti, aio mihi ius eſſe altius tollẽdi, d.l.ſi prius, & l.egi, 26.D.de excep.rei iud. §.æquè, Inſtit. de act. Quamuis.n. naturalem mihi libertatem adſeram, tamen in effectu nego ſeruitutem altius non tollendi tibi deberi, l.4.§.copetit, D.h.t. Impropriè negatoria dicitur, quæ verbis quidem ſeruitutem negat, reuerà autem libertatem vindicat: veluti, nego tibi ius eſſe eundi agendi per meum prędium, aut tignum immittendi, d.§.æquè, & l.quemadmodum, 29. §.1.D.ad le. Aqui. & l.ſi cùm meus.14.l.ſi eo loc.9.§.cõtra, D.h.t.

§ 6 Denique vt propriæ confeſſoriæ locus eſt in ſeruitute patiendi, ita impropriæ confeſſoriæ locus eſt in ſeru.non faciendi: viciſsimque, vt propria negatoria ad has: ita impropria negatoria ad illas accommodatur. Videamus nunc cui actiones illæ competant. Nam in rebus quidem corporalib. regula eſt, vt vindicatio ei demum concedatur qui non poſſidet: & aduerſus eum demum qui poſſidet, l. actionũ, 25. D.de obl.& act.

§ 7 At in ſeruitutib. diſſimilis ratio eſt: nam & confeſſoria & negatoria tam ei qui poſſidet, quàm qui non poſſidet, conceditur, l.pe.§.vlt. D.ſi vſusf.pet.l. 6.§.1.D.h.t. Poſſeſſor autẽ eſt in primo quidẽ ſeruitutẽ genere qui proximo anno fuit: cùm alter nec vi, nec clam, nec precario pateretur: veluti qui tignum immiſsum habuit. nam ſi non habuit, alter poſſeſſor eſt, l.ſicut, 8 ſed ſi, D.hoc t. In altero verò, is aduerſus quem factum non eſt. nam is qui non fecit petitoris partibus fungi debebit: atque intendere ſibi ius eſſe prohibendi quominus alter faciat, l.4. §.cõpetit, D. h.t. § 8 Porrò autem quod Vlp. in l.6.§.hæc autẽ, D.h.t. ſcribit, has actiones non alij competere quàm prædij domino, & aduerſus dominum, nimis obſcurè dictum iudico: nam aliud eſt prædiũ litigioſum, i. de cuius libertate vel ſeruitute ambigitur: aliud vicinum litigioſo. Ergò propria confeſſoria ſemper datur domino eius prædij, quod vicinum eſt litigioſo, cùm ſuo prædio deberi ſeruitutem ab altero contendit. Impropria verò competit domino fundi litigioſi, cùm ſibi naturalem libertatem adſerit, vt in caſu l. 4.§.competit, D.h.t. & l.ſicut, 8.in prin.D.eo. Rurſus propria negatoria competit domino fundi litigioſo vicini, cùm intendit aduerſario ius no eſſe altius tollendi, d.l.4.§.ſi cui, l.6 D.h.t. Impropriè verò domino fundi litigioſi, cùm intendit aduerſario non eſſe ius per ſuum fundum eundi, agendi, tigna immittendi, l.egi, 12.& l.ſeq.D.eo. Quod cùm ita ſit, cautio adhibenda eſt in illa lubrica definitione, l.2.§.1.D.h.t. vbi confeſſoria dicitur ſemper competere domino qui negat ſeruitutẽ aduerſario competere: nam certè propria negatoria ei non competit. Illud ad extremum notandum eſt, quod Vlp. ait in l.5.D.ſi vſusfr. pet. quoniam de ſuo quemque non de alieno agere oportet, ad eam autem cauſſam negatorię formula inutilis videtur, eam aientibus verbis concipi poſſe hoc modo: aio mihi ius eſſe prohibẽdi te, quominus vtaris fruaris.

§ 9 Porrò dantur iſtæ actiones non tantùm aduerſus dominum prædij, verumetiam aduerſus eos qui ſeruitutem impediunt, l.ſi quis diuturno, 10.§.1. D.h.t. Earúmque effectus eſt, vt aut res præſtetur, aut id quod actoris intereſt, l.4.§.vlt. l.6.§.vlt. l.7. D.h.t. Item cautio de iure actoris non imminuendo nec impediendo, d.l.7.& l.egi, 11.D.h.t.

QVEMAD. SERVIT. AMITT. TIT. VI.

1 *Quattuor modis ſeruitutes amittuntur. Primò, remiſſione, quæ fit per ceſſionem, aut pactum.*
2 *Secundò, confuſione, quæ in vſuf. Conſolidatio dicitur.*
3 *Tertiò, vſus intermiſſione, quæ trib. modis accidit.*
4 *Non vtendo ſimpliciter.*
5 *Non vtendo genere conſtituto.*
6 *Non vtendo conſtituta qualitate.*
7 *Strictim expoſita l.17.D.h.t.*
8 *Quartò, vſucapione libertatis, ſeruitus amittitur.*

QVATTVOR modis ſeruitutes amittuntur, quorum primus eſt, Remiſſio quæ fit vel per ceſſionem, vel per pactum, l.ſeruitutes, 14.§.ſeruitus, D. de ſeruit. l.ſi mihi, 20. l.vnus, 34.D. de ſeruit. ruſt. & non modò ſi ſeruitutem ipſam remiſero, verumetiam vi ipſa & tacitè: veluti, ſi qui ſtillicidij aut viæ ſeruitutem habebat, vicino permiſerit in ſuo ædificare, l.ſi ſtillicidij, 8.D.h.t.

§ 2 Secundus eſt, confuſio, cùm vnus vtriuſque fundi & ſeruientis & dominantis in ſolidum dominus eſſe cœpit, l.1.D.h.t. l.ſi quis ædes, 30. D.de ſeru. vrb. Hæc in vſufructu plerumque Conſolidatio appellatur: quoniam vſusfructus partis inſtar obtinet: ſeruitus prædialis non obtinet, l.4.D.t.prox. Interdum tamen confuſio quoque appellatur, vt in l.4. D.vſufr.quem.cau. Huius autem rei ratio triplex adfertur, cuius tamen vna eadémque vis eſt: quia nulli res ſua ſeruit, l.in re communi, 26. D.de ſer.vrb. quia prædia ipſa quæ in vnius dominio ſunt, ſibi ſeruire inuicem non poſſunt, l.tria prædia, 31. D.de ſeru.ruſt. quia nemo debere ſibi ipſi ſeruitutem poteſt, l.quidquid, 10.D.comm.præd. Itaque tum demum confuſione ſeruitus amittitur, cùm vti ea is ad quã ea pertinet, non poteſt, l.ſi cum ſeruitus, 15.D.h.t. Dixi autem, *confuſionem fieri per adquiſitionem dominij in ſolidum*: quoniam ſi pro parte tantùm dominus fiat, per partes ſeruitus retinebitur, l.vt pomum, 8.§.1. D.de ſeruit.d.l.ſi cùm ſeruitus.

§ 3 Tertius, eſt Vſus intermiſſio, cùm is cuius erat ſeruitus, per ſtatutum ad vſucapionẽ tempus ea vſus nõ eſt, l.pe.C.de ſer. & aq. ſed iam quæſitam & poſſeſſam ſeruitutem fuiſſe oportet: nam nondũ poſſeſſa non amittitur, l.ſi partem, 19.D.h.t. Hæc autem ruſticorum prædiorum propria eſt, vt ad eas amittendas ſola eius cui debetur ceſſatione opus ſit, aduerſarij vſucapione opus nõ ſit: quoniam vt præclarè ſcribit Paul.lib.ſent.1.t.17: quæ non vtendo amittuntur, vſucapi non poſſunt. Tribus autem modis accidit, vt aliquis non vtatur: primùm non vtendo ſimpliciter: deinde non vtendo conſtituta qualitate ſeruitutis: poſtremò non vtendo conſtituta quantitate.

§ 4 Non vtendo ſimpliciter: veluti, cùm quis aut vti neglexerit, aut non potuit fundo, putà inundatione fluminis occupato, l.ſi locus, 14. D.h.t. l.cum vſumfr. 24 D.quib.mo.vſ. aut, cùm fons vnde aquæductus debebatur, exaruit, l.vnus, 34.§.vlt. D.de ſeru. ruſt. aut cum quis ab aduerſario vi expulſus eſt, l.4. §.ſi viam.D.de vſurpat.

§ 5 Non vtendo genere cõſtituto, veluti cũ quis alia aqua vſus eſt quàm quæ cõſtituta eſt, l. ſi quis alia, 18.D.eo. aut cùm is cui certũ vehiculi genus conſtitutum fuerat, alio eſt vſus, l. is cui, 11.D.eo. aut via ſibi conſtituta pro publica, vel alia per errorem eſt vſus, l.vlt.h.t. aut cùm is cui nocturna conſtituta fuerat aqua, diurna eſt vſus, l.ſi communem, 10.D.h.t. l.ſi prius, 17. D.de aq.pluu. quanquam non ſi qui alternis horis aquam ducebant, horas inter ſe commutent, idcircò ſeruitutẽ amittunt, l.5.§.1.D.de aq.quot.

§ 6 Non vtendo quantitate, veluti, qui plus minúſve quàm quantum ei præſtitutum fuerat, vſus eſt; vt qui aquæ, qua vti debebat, aliã inſuper admiſcuit, l.ſi eo loco, 9.§.vl.D.ſi ſeruit.vind. aut qui latiore itinere, aut via eſt vſus: aut ſi plura iumẽta egerit quàm licuerit, l.is cui, 11.D.h.t. Verùm inter hunc & ſuperiores hoc intereſt, quòd illis duobus ſeruitus amittitur, quia is ad quem pertinebat, verè non vſus eſt: at hoc poſtremo non amittitur: quoniam aliud eſt non facere omninò, aut aliud facere. Plus autem & minus (vt vulgò dicitur) neque mutant ſubſtantiam, neque conſtituunt differentiam, l.vl.D.de inſtr.vel inſtr.leg. Quocircà ne is quidem cui iter actus debebatur, vtẽdo itinere ſolo, actum amittit, l.2.D.h.t. quoniam nõ aliud facit, ſed quod minus eſt, facit.

§ 7 Neque obſtat l.Labeo, 17.D.h.t. vbi qui hauſtum habebat, ſi ad fontem quidem ierit, ſed aquam non hauſerit, non modò hauſtũ amittit, verumetiam iter: nam iter quod propter hauſtum debetur, non tanquam ſeruitus debetur, ſed tanquam acceſſio ſeruitutis cauſſa & ſine qua non, vt ſuperius dictum eſt. ſic qui per partem itineris ambulat, totum iter retinere videtur, l.ſi ſtillicidij, 8.§.1. D.h.t. & cùm aqua non vſque ad aquagij finem peruenit, ſed in aquagij partem influxit, retinetur ſeruitus, l.aqua, 9.D.h.tit. ſic cui per duos fundos via debetur, per vnũ eundo, totam viam ſeruat, l.vna eſt via, 18. D.de ſeruit. vrb. quod eodem modo de vſufructu dicitur, ſi qui vſumfructum habebat, ſciens vſus ſit tantùm vt vſumfructum nihilominus retineat, l.is qui, 20. D.quib.mod. vſusfr.am.

§ 8 Quartus eſt libertatis vſucapio quæ vrbanarum ſeruitutum propria eſt. Seruitutis autem libertas vſucapi dicitur, cùm is qui eam debebat, per integrum ſtatutum tempus, factum aut poſitum aliquid habuit, quominus vſurpari ſeruitus poſſet. Natura enim libertatis & ſeruitutis ea eſt, vt poſſideri non poſſit: ac propterea qui factum illud, aut poſitum poſſidet, eas poſſidere, ac proinde vſucapere intelligitur, l.ſi ædes, 32.§.1.D.de ſeru.vrb. Ad vrbanæ ergò ſeruitutis libertatem vſucapiendam ceſſatio eius cui debetur non ſatis eſt: facto inſuper opus eſt eius qui debebat: non vtendo enim hæ ſeruitutes non amittuntur, ſed poſſidenda & vſucapienda libertate, l.6. D.illo tit. Itaque non ſi vicinus ædificatum non habuit, idcircò libertatem ſeruitutis tigni immittendi vicino debitæ vſucepit, l.ſi quis alia, 18.§.vlt.D.h.tit. Atque hæc quidem de modis amittendæ ſeruitutis prædiorum. Non enim vt perſonalis morte, capitis minutione, & tempore amittitur, l.3.D.h.t. quoniam quæ perſonalia ſunt cum perſonis extinguuntur, l.1.§. pen. D.de aq.quot. At in prædia neque mors neque capitis minutio cadit. Tempus autem has ſeruitutes non admittere ſuperius dictum eſt, ex l. 4. Dig.de ſeruitutibus.

LIBER IX.

SI QVADR. PAVP. FEC. DIC.

TITVLVS I.

1 *Continuatio Rubricarum.*
2 *Damnum vel generaliter dicitur, vel ſpecialiter.*
3 *Rurſus damnum datur aut in perſonam, aut in rem.*
4 *Sed hæc partitio aptior eſt, vt damnum dari dicatur: à feris: ab homine libero: à ſeruo: à re inanimata. De primo ſub hoc tit. diſſeritur.*
5 *Quadrupedum quattuor genera: quorum primum eſt, Quadrupedes pecudes.*
6 *Secundum, Beſtiæ: de quarum feritate & libertate copioſè diſſeritur.*
7 *Ferarum & Beſtiarum nomen promiſcuum.*
8 *Tertium, Feræ. Quartum, Canes.*
9 *Generalis doctrina de iſtis quattuor generibus animalium.*
10 *Damnum quadrupedis triplex: primum, Pauperies:*
11 *Secundum eſt Damnum propriè:*
12 *Tertium verò, Paſtus.*
13 *Actionis de pauperie definitio, atque explicatio.*
14 *l.1.D.h.t. ſtrictim exponitur. vbi dicitur in Beſtiis hãc actionem locum non habere.*
15 *Vtilis etiam pecudum nomine conceditur: licet Quadrupedis voce lex vſa ſit.*
16 *Quib. detur hæc actio.*

§ 1 POſt iudiciorum rationem ſummatim expoſitam, Prætor hunc actionum explicandarum ordinem inſtituit, vt primo loco vindicationes proponeret, quibus dominium rerum aſſeritur: mox de damno dato actiones, quas hoc nono libro Tribonianus exſequitur.

§ 2 Damni autem nomen generaliter ſumitur, vt cùm ad damnum datum hunc librum pertinere dicimus: interdum verò propriè & ſpecialiter. Generaliter damnum dicitur quodcumque patrimonium alicuius quocumque modo deminuit, l.3. D. de dam. inf. Id eſt ſiue iniuria inferentis, ſiue ſine iniuria, ſiue vſu rei corrumpendo, ſiue naturaliter conſumendo. Specialiter autem damnum propriè appellamus, quod iniuria inlatum eſt, vt cùm homo liber aut ſeruus damnum dedit. Quod verò ſine iniuria datum eſt, vt cùm aliquid à fera corruptum eſt, cùm equus alicui crus fregit: tum propriè pauperies dicitur: quoniam in eiuſmodi animantes iniuria non cadit, l.1.§.1.D.h.t. Rurſus damnum interdum generaliter pro quauis deminutione patrimonij ponitur: veluti ſi pecus vicini meum pratum depaſta ſit, l.vlt. C. ad leg. Aquil. aut aliquis meum vinum frumentúmve cõſumſerit, l.qui occidit, 30.§.ſi quis, D.t.prox. Interdum verò propriè pro corruptione dumtaxat: vt ſi capræ arbuſta aut vites adroſerint: ſi pecus fruges corruperit, l.ſi conuenerit, 23.D.comm.diuid. aut arenam aliquis in meum frumentum iniecerit, aut vinũ ſpurcauerit, vel effuderit, l.ſi ſeruus, 27.§.inquit, & §.ſeq.& §.ſi quis, D.ad leg.Aquil. Nam qui alienum vinum aut frumentum conſumſit, quoniam proprietate naturali eſt vſus, damnum dediſſe non intelligitur, d.l.qui occidit: non magis quàm ſi pecus alienam glandem conſumſerit, l. qui ſeruandarum, 14.§.vlt.D.de perſc.verb.

§ 3 Rurſus damnum datur aut in corpus liberum, quod propriè nocitum dicitur: aut in rem, cùm quid è bonis corruptum eſt, l.1. §. hæc autem, D.de his qui deiec. Cùm tamen generaliter damnum etiam in corpus liberum dicatur, l. 5. §. hæc autem actio, eod.tit. In rem autem damnum datur, cùm aut ſeruus aut quadrupes, aut quid è bonis læſum & corruptum eſt.

§ 4 Sed inſtituto noſtro aptior illa partitio videtur: Damnum datur aut à feris, aut ab homine libero, aut à ſeruo, aut à re inanimata. De primo igitur ſub hoc tit. diſſeritur: ſed præſertim de eo quod à quadrupede factum eſt: quoniam de iis nominatim lex xij.
A tab. concepta eſt.

§ 5 Quadrupedum autem Iuriſconſulti quattuor genera faciunt: Quadrupedes pecudes quę alio loco & alia ratione dicuntur quadrupedes, quę dorſo collóve domantur: Beſtias, Feras alligatas; & Canes, Pecudes ſunt, quæ gregatim paſcuntur, vt boues, equi, aſini, muli. l. 2.§.1.ĵ.tit.prox. quarum ratio hæc habetur cùm damnum paſſæ ſunt, vt in l.Aquilia: ſed cùm damnum ipſæ dederunt, commodius ita definiri poſſunt, quæ dorſo collóve domantur, vt apud Vlpian.
B Regul.tit.19.

§ 6 Beſtiæ, quæ à pecoribus ſeparantur in l.Pomponius, 8.§.vlt. D.fam.erciſc. ſunt quæ naturalem & feritatem & libertatem retinẽt: nam vtrumque ſimul requiritur. De feritate teſtimonium eſt in l.1.§.remouet, D.de poſtul. vbi leo manſuetus beſtiarum numero non continetur. De libertate in l.1. §.in beſtiis.ĵ.h.t. vbi ſi vrſus fugerit, & naturalem libertatẽ recuperarit, dicitur non poſſe quondam dominum conueniri, quia is demum poteſt noxæ dedere qui in ſua
C poteſtate habet. Quia igitur feræ, veluti vrſus, leo, aper minor domi, animi, & voluptatis cauſſa alligatę continentur, vt in d.l.1. & l.has enim, 41. D.de ædil. edict. neque beſtiæ nomine comprehenduntur, & ſi dum ita tenentur alicui nocuerint, huic actioni locũ faciunt, l.1.§.4.ĵ.h.t. Ex contrario elephantes & camelos qui collo dorſóve domantur, quamuis rerum nec mancipi, aut mancipi reſpectu, beſtiarum numero habeantur: tamen huius actionis reſpectu, ad quadrupedum noſtrarum numerum aggregandos puta-
D rem. Quod verò Vlpia. & Iuſtinia. ſcribunt huic actioni locum eſſe in iis demum quæ contra naturam mouentur: veluti ſi equus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus, petierit: ſic accipiendum eſt, motum in iis animantibus quæ manſuetæ ſunt, contra naturam dici, cùm ſua ſponte nulla extrinſecus oblata cauſſa mouentur: ſecundum naturam verò cùm oblata extrinſecus aliqua cauſſa commotæ ſunt: veluti ſi equus aut palpando demulcea-
E tur, aut crabrone, vt ferè fit, alióve dolore ſit concitatus, l.1.§.2.ĵ.h.t. Item ſi mula olfactu equi concitata calce feriit, l.vlt.eo. aut bos conſpecto panno rubro ſit irritatus: vt apud Senec. de ira, 3.& l.in furti, 50.§. vlt.D.de furt.

§ 7 Populari ergo conſuetudine ferarum & beſtiarum nomen promiſcuum eſt, vt in d.l.8. D.fam. erciſc.& apud Ciceron. pro Sext.Roſcio: Noluerunt feris corpus obiicere, ne beſtiis quoque quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vterentur. & Appion

pion apud Agell.lib.5.cap.14.multæ ibi ſæuientes fe-
ræ,magnitudine beſtiarum excellentes.

§ 8 Verùm ob ciuilis diſciplinæ ſubtilitatē Feras
appellamus propriè quę generalem feritatem ſine li-
bertate retinent:beſtias quæ & feritatem & libertatē
naturalem habent,quamuis ad breue tempus incluſę
ſunt,vt quæ ſeruantur,& cùm beſtiariis committun-
tur:& quamuis magnum perſæpe detrimentum vi-
cinis afferant,non tamen earum nomine hanc actio-
nem concedimus. Tertio generi Iuriſconſulti canes
aſſignant, qui neque inter pecudes, neque inter be-
ſtias numerantur.d.l.2.§.1.& l.quemadmodum,29.§.
hac actio.1.c,D.t.prox.§.1.Inſtit.de leg.Aquil.

§ 9 Generaliter autem illud de omnib.ſtatuen-
dum eſt,ſiue pecudes,ſiue beſtias,ſiue canes nomine-
mus, eas demū intelligi quę in certo alicuius domi-
nio ac poſſeſſione ſunt: veluti cùm quis vrſum, aut
lupum, aut minorē aprum animi & voluptatis cauſ-
ſa domi alit,vt in l.hi enim,40. & ll.ſeqq.D. de ędil.
ed.nō ſi naturali ſua libertate fruuntur:quo caſu nul-
lius in dominio eſſe intelliguntur.l.3,& ll.ſeqq.D.de
adq.rer.dom.adeò vt ne feræ quidē quę in ſiluis no-
ſtris circumſeptis vagatur,noſtræ ſint; aut piſces qui
in ſtagnis ſunt, aut in viuariis.l.3.§. item feras, D.de
adq.poſſ.Reliqua deinceps videamus.

§ 10 Damnum quadrupedis video eſſe triplex:
Pauperiem, Damnum, Paſtum: quæ totidem verbis
diſtinguntur in d.l.qui ſeruandarū:& à Paul.lib.ſen-
tent.1.t,15.Pauperiem interpretor cædem aut vulnus
alicui impoſitum,non modò ſeruo & bruto,verum-
etiam ex Iuriſconſultorum diſputatione, homini li-
bero.l.4.D.h.t.quamquam non vulnerari, ſed notari
propriè dicimus,vt ſuperius oſtendimus ex l.1.§.hęc
autē,D.de his qui deiecer.Sic Cicero pro Sex.Roſcio,
Alij veſtrum anſeres ſunt,qui tantummodò clamāt;
nocere non poſſunt:alij canes qui & latrare & mor-
dere poſſunt.

§ 11 Damnum appello cùm quid inanimatū cor-
ruptum eſt:veluti fruges:vt ſi equus indiligētius cu-
ſtodit⁹ ſegetē depaſtus ſit,aut capræ vites adroſerint.

§ 12 Paſtum autem,cùm pecudes paſtu naturali-
ter ſunt vſę:vt ſi ſus glādem depaſta ſit:aut equus vel
bos pratum alienum.d.l.vlt.C.ad leg.Aquil.quę ſin-
gula lex XII.tab ſingulis actionib.noxalibus vindi-
cabat:ſed Tribonianus inſtituti ſui oblitus,ſolam de
pauperie actionem ex Prætoris edicto propoſuit,quā
ita definiemus:

§ 13 Actio de pauperie,eſt actio noxalis arbitra-
ria quę propter cędem aut vulnus animalis ab alte-
rius quadrupede ſine cuiuſquam culpa impoſitum,
aduerſus quadrupedis dominum conceditur, vt vel
noxam ſarciat,vel pecudē noxę dedat.l.1.§. cum arie-
tes,D.h.t.Qua de cauſſa noxalis dicitur actio: nā no-
xæ dedere,eſt viuum animal pro damno tradere.l.1.§.
& cum,D.h.t. Pecudis enim morte actio hęc extin-
guitur.l.noxalis,7.D.de nox.act. Noxam ſarcire, eſt
litis æſtimationem præſtare.l.1.§.pen. D. h.t. l. liber,
37.in fi. D.tit.prox.ſiue,vt alibi loquuntur, damnum
præſtare.l.52.§.pen.j.t.prox.Dixi, *Propter vulnus ani-
mali alterius impoſitum*, quoniam pauperies non mo-
dò quadrupedibus, verumetiam ſeruis alienis infer-
tur,vt cùm equus calce, vel bos cornu alterius ſeruū
percuſſit, eique crus fregit.l.1.§.1.& §.2.& l.vlt.D.h.
t.atque adeò liberis perſonis. nam & ſi olim dubita-
tum eſt, an ob hominem liberum percuſſum hæc a-
ctio competeret, quoniam damnum corpori libero
inlatum æſtimationem nō recipit, l.vlt.D.de his qui

A deiec. tamen re à Iuriſcõſultis agitata,tandem pla-
cuit,vt operarum amiſſarum, ſumtuúmve in curatio
nem factorum nomine, hæc actio daretur, l.3. D.h.t
Dixi, *alterius*, quia non ſatis eſt à quadrupede paupe-
riem datam: ſed neceſſe eſt eam alterius dominio ac
poſſeſſione teneri,vt ſuperius docuimus ex l.3.§.item
feras,D.de adquir.poſſ.alioquin mures quæ membra
nam teſtamentariam, aut chirographariam, aliúdve
quid precioſum adroſiſſent,item quę muſtelę & vul-
pes in hunc numerum referrentur.Dixi, *quadrupede*,
B quoniam,vt Vlpia.teſtatur,hæc actio ad omnes qua-
drupedes pertinet,l.1.D.h.t.

§ 14 Neque obſtat quod dicitur in d.l.1. §.in be-
ſtiis,hanc actionem locum non habere in beſtiis pro
pter naturalem feritatem:nā obſcurius paulo id ſcri-
ptum eſt,pro,in beſtiis naturali libertate ac laxitate
fruentibus,vt mox declarat, cùm ait, ſi vrſus fugit &
ſic nocuit,non poſſe quondam dominum conueni-
ri: Quapropter notabile eſt quod Imperator ſcribit
in §.vlt.Inſt.h.t.quamuis ædilitia competat actio,ob
C vrſum, aut aprum, aut canem:tamen hanc quoque
nihilomin⁹ actionem competere, propter reg.Iuris,
vt nunquam actiones pœnales, eadem de re concur-
rentes, altera alteram conſumat,l.nunquā,D. de reg.
iur. Itaque ſi quis magiſtratui de via decedens in ta-
bernam ſe immiſiſſet, vbi à cane feroce & non deli-
gato læſus eſt,hæc conceditur actio,l.2.D.h.t.

§ 15 Ad extremum illud notandum eſt, quamuis
quadrupedis voce lex vſa ſit, eiuſque ſolius nomine
directa hæc actio competat, vtilem pecudum nomi-
D ne concedi,l.pen.D.h.t.Quid igitur ſi columbæ,quæ
tādiu noſtrę habentur, dum reuertendi conſuetudi-
nem retinuerint,ſegetem vicini depaſtæ ſunt? l.Pom
poni⁹,8.§.1.D.famil.erciſc. Dixi, *ſine cuiuſquā culpa*:
quoniam generaliter definitum eſt,vbi culpa cuiuſ-
piam interuenit,non huic actioni locum eſſe,ſed A-
quiliæ potius quæ damnum culpa datum vlciſcitur,
d.l.1.§.1.D,h.t.Sane tamen quod mox §.ſeq.ſubiun-
gitur, generaliter actionem hanc locum habere quo
ties contra naturam ſuam fera mota pauperiem de-
E dit, intelligendum propriè ſtatuo de pecudibus &
manſuetis animalibus; non autem de beſtiis, velut
vrſo,leone,lupo,quæ ſi quempiam mordeant, nihil
contra ſuam naturam faciunt:quinetiam, ſi canis vil
læ cuſtos noctu hominem ignotum momorderit,ni-
hil contra ſuam naturam feciſſe dici poteſt:ac proin-
de locum huic actioni nullam eſſe ſtatuo.

§ 16 Datur autem hæc actio non modò domi-
no, verumetiam ei cuius intereſt,l.2.D.eo. & aduer-
ſus dominum,non cum qui nūc eſt, ſed qui tum fuit
F cùm quadrupes damnum dedit: quoniam, vt vulgò
dici ſolet,Noxa caput ſequitur, l.1.§. & cum, D. h.t.
Quod ſi in iure interrogatus,mendacij conuictus ſit,
dominium amittit.d.l.1.§.interdum,D.hoc tit.& l.7.
D.de interrogat.action.

AD LEG. AQVIL.

TIT. II.

1 *Damnum iniuria quid ſit, Lex Aquilia vnde nomē habet: eiuſque bina capita.*
G 2 *Aquilia actio duplex: & prioris definitio & explicatio.*
3 *L.2.D.h.t.emendata.*
4 *Quando quis ſine iniuria interfici dicatur.*
5 *Culpa notatur,in ſæuitia,negligentia,imperitia,infirmitate.*

6 *Poſterioris Aquiliæ actionis definitio.*
7 *Notatio & explicatio verbi Corruptus: vbi ab Accurſij ſententia diſceditur.*
8 *Differentia inter hoc & ſuperius Edicti caput.*
9 *Quadrupliciter damnum datur, Corpore & corpori; Corpore non corpori.*
10 *Neque corpore neque corpori: & non corpore, ſed corpori, quod poſtremum fuſius explicatur.*
11 *Etiam ex lucro interuerſo in factum actio conceditur,*
12 *De Anthia piſce locus Plinij: & l.25.§.item Labeo, D.h.t.examinata.*
13 *Damnum oportet eſſe datum non rei, ſed perſonæ vitio.*
14 *De altero legis Aquiliæ capite: vbi Ciceronis locus in Bruto correctus.*

DAMNVM iniuria fit, quod nullo iure, ſed dolo culpáve hominis infertur, l.5.§.1.D.h.t.l.1.D.de iniur.§.2.Inſtit.h.t. l.nemo,151.D.de reg.iur. Cuius vindicandi cauſſa lex Aquilia lata eſt, ab Aquilio Tribuno plebis lata: cuius primum caput ad cædem ſerui & pecudis pertinet: tertium ad ſerui vel pecudis vulnerationem, ceterorum animalium cædem, & generaliter ad quoduis aliud dambum datum factúmve. Secundum, deſuetudine obliteratum eſt, l.2.l.ſi ſeruus,27.§.huius,D.h.t.

§ 2 Quare duplicem Aquiliam actionem conſtituemus: quarum prior definiri ſic poteſt: Prior actio Aquilia, eſt actio pœnalis, quę cōceditur ei, cui⁹ pecus ſeruúſve iniuria occiſus eſt, aduerſus eum vel qui, vel ipſe damnum illud dedit, vel quanti ea res eo anno plurimi fuit, tanti damnetur, vel cuius ſeruus damnum dedit, vt vel eum noxę dedat vel damnum prę́ſtet, l.2.l.3.D.h.t.l.7.& paſſim, D.de noxal.

§ 3 Sed in d.l.2.pro, *quadrupedem vel pecudem*, iam pridem docuimus eſſe legendum, *quadrupedémve pecudem*. Non enim ad omnium quadrupedum cædes hoc caput pertinet, veluti ad beſtias aut canes, ſed ad eas demùm quę pecudum numero ſunt, d.l.2.§.2. Dixi, *Actio pœnalis*, vt in l.inde Neratius,23.§.hanc actionem,D.h.t. Primùm quia non ſolùm tanti quiſque damnatur, quanti damnū eſt: veluti ſi claudum aut mancum interfecerit, ſed interdum multò pluris: quanti videlicet eo anno plurimi fuerit, §.4.Inſtit.h.t. Deinde, quoniam aduerſus inficiantem in duplum datur, l.2.§.1.l.23.§.pe.D. h.t. §.omnes autē,19. Inſt. de act. Dixi, *cuius pecus vel ſeruus*: quoniam de ſeruis nominatim ſcripta lex eſt: quapropter eorum nomine directa comparata eſt: ſed ex ſententia legis, etiam ob liberorum cædem vtilis actio conceditur, l.5.§.vlt.d.l.7.in prin.& §.3.l.liber,13.D.h.t.

§ 4 Dixi, *iniuria*: quoniam occidi ſeruus interdū ſine iniuria poteſt, veluti ſi inſidiator & adgreſſor fuerit, aut ſi furabatur: ſic tamen ſi comprehendi aliter non potuit; & teſtificandi cauſſa clamor ſit adhibitus, l.4.l.5. l.ſcientiam,45.§.quicum,D.h.t. Item ſi in adulterio deprehenſus eſt, l.qui occidit,30.D.eod. Item ſi caſu fortuito interfectus eſt qui prouideri nō potuit, veluti ramo, ſaxóve deiecto, l.ſi putator,31.D.h.t.l.7.D.ad leg.Cor.de ſic. Item ſi temerè per campū iaculatorium tranſibat, l.item ſi, 9.§.vlt. & l.ſeq.D. hoc t. Iniuriam autem in hac lege interpretamur nō modò dolum, verumetiam culpam, eámque leuiſſimam, l.in lege,44.D.h.t.

§ 5 Nam hîc culpa definitur, cùm id cautum nō eſt, quod caueri & debuit & potuit: adeò vt etiam is A qui nocere noluit, teneatur, l.5.§.1.D.hoc t. Itaque culpa notari ſolet in ſæuitia, negligentia, imperitia, infirmitate. In ſæuitia, veluti ſi magiſter diſcipulum vulnerarit, nam in magiſtro ſæuitia culpæ adſignatur, l.5.§.vltimo,l.6.D.h.t.l. item quæritur,13.§. item Iulianus,D.locat. In negligentia, veluti ſi medicus ſuſceptam ægri ſerui curationem deſeruerit, l.8.D.hoc t. In imperitia, veluti cùm artis profeſſor in ea peccat: vt ſi medicus ſeruum imperitè ſecuerit, d. B l.7.§.vltim. In infirmitate, veluti, ſi mulio impetum mularum retinere non potuit: cùm alius firmior id potuiſſet: aut ſi quis equum, quo vehebatur, regere non potuit, l.8.in princip.& §.vlt. D.eod. Nunc de tertio capite videamus, quod relatum eſt in d.l.27.§.huius, D.h.t. cuius emendationem vide Obſeruationum noſtrarum lib.4.c.11.

§ 6 Poſterior ergò actio Aquilia, eſt actio pœnalis, quæ conceditur ei cuius pecus, ſeruúſve ſine iuſta cauſſa in corpore corruptus eſt: aliúdve animal C occiſum aut corruptum, detrimentúmve alterius generis iniuria inlatum: vt ſi liber homo damnum dederit, tanti damnetur, quanti ea res triginta proximis diebus fuerit, ſi ſeruus, tum aut noxę dedatur, aut quanti ea res eſt prę́ſtetur, l.ſi ſeruus,27.§.huius, D.hoc t.d.l.1.& paſſim,D.de nox.act.

§ 7 Dixi autem, *corruptus*, ad corpus verbi notationem referens: vt l.ſi ſeruus,27.§. inquit lex, & paſſ. D.hoc t. non autem ad animum, vt D. de ſeru. corr. Itaque & ſtuprati ſerui & deuirginatæ ancillæ D damnū huc referendum eſt, l.ſi ſtuprum,25.D.de iniur. l.6. D. ad legem Iul. de adulter. quamuis ſerui corrupti actio in perſuaſis competat, l.6.D.illo tit. d.l.6.D. de adulter. & criminalis actio concedatur, l.vltim.D.de off.Præſ. Neque verò Accurſio adſentior, vt dict.l.ſi ſtuprum, locum habeat dumtaxat in immatura, propter l. ſi ſeruus,27.§. ſi oliuam,D.hoc t. primùm, quia deuirginata vilior fit, deinde quia flagitioſum eſt ſtatuere ancillas ſtupris non corrumpi, & hunc vſum clarum eſſe: quo tamen caſu da- E retur vtilis, l.qui occidit,30.§.2.D.h.t.

§ 8 Ex quo quadruplex inter hoc & ſuperi⁹ caput differētia intelligitur: nā ſuperius ad ſerui pecudíſvę cędē pertinet: hoc ad corruptionē tantùm, d.§.huius. Illud ad ſolas quadrupedes pecudes, hoc nō modò ad qualuis quadrupedes, vt beſtias & canes pertinet, verumetiam ad bipedes atquę ad aues, l. quemadmodum, 29.§.hac actione, l.ſi ſeruus,27.§.ſi cùm apes, D.h.t. Illud tantùm ad animalia, hoc etiam ad res inanimatas pertinet, veluti arbores, villam, ędes, ve- F ſtem, d.§.huius. Illius pœna, totius anni: huius verò 30. tantùm dierum æſtimationem complectitur, d.§. huius.

§ 9 Ex vtroque autem capite triplex conceditur actio: directa, vtilis, & in factum. nam quadrupliciter damnum datur, corpore & corpori; corpore nō corpori: hoc eſt, bonis & fortunis. quibus duobus caſibus directa conceditur: quoniam iis verbis lex concepta eſt, l.27.§.4.D. hoc titulo, §.vltim. Inſtitut.eodem.

G § 10 Item non corpore, ſed corpori: quo caſu datur, vtilis. Poſtremò neque corpore, neque corpori: quo caſu Prætoria in factum conceditur, dicto §. vltimo. Non corpore, ſed corpori damnum datur, quoties quis non occidit, ſed mortis cauſam præbuit: veluti, ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit in tectū adſcendere, vel in puteum deſcendere,

& ille

& ille vel perierit vel membrum ruperit.l.3.l.4.*D*.de ſeru.corr. Quod idem ſtatuendum putarem de caſib⁹. l.qui petitorio,36.§.1. *D*.de rei vindic. Itẽ ſi quis fu-rẽti gladium porrexit,quo quis interfectus eſt.d.l.7. §.4.ſi obſtetrix medicamẽtum præbuit, quod mulier ſumeret: nam ſi ipſa præbuit, directa tenetur.l.9.*D*. eo. Item ſi quis hominem fame necauerit. d. l.9.§.1. *D*.h.t.Si quis eum tenuit quem alter interfecit. l. itẽ mela,14.D.eo. At neque corpore neque corpori dã-num datur,veluti ſi quis aquam aliò deriuarit,l.2. C. h.t.ſi aquæductum interſciderit.d.l.29. §. aliud, eo. ſi quis teſtamentum aut chirographum deleuerit. l. in lege,40.& ll.ſeqq.D.eo.ſi quis miſericordia ductus, ſeruum compeditum ſoluerit,vt fugeret,§.vlt. Inſtit. h.t.l 7.§.item Labeo,D.de dol.

§ 11 Nam ſiue damnum reuera datum eſt,ſiue lucrum interuerſum,aut certa ſpes lucri,ex tertio capite in factum actio concedetur,quia in hac lege damnum eſt non lucrari quod ſine aduerſarij facto,lucrari licuit,vt apertè traditur in l.ſi ſeruum,33.§. penult. D.hoc tit.

§ 12 Vt non dubitari debeat, quin eo caſu quem Plin.commemorat lib.9.cap.59. in factum actio ex hoc tertio capite competeret:cùm ſocius piſcationis anthiam piſcem ceperat: quo duce alter ad magnas prædas & capturas vtebatur:atque ita inſtitutum lucrum interuerſum eſt:neque obſtat d.l.29.§. item Labeo, D.h.t. vbi dari dicitur actio retium cauſſa, non piſcium,ſi nauis nautarum culpa in retia impacta illa perfregerit:quoniam (inquit)incertum erat an caperentur:nam illo caſu certiſſima erat præda inſtituta,vt ex illa Plinij hiſtoria intelligitur, & argumentum habet in l.ſi pactum,12.D.de act.emt.

§ 13 Illud tamen in primis obſeruandum eſt, vt damnum datum factùmve ſit: hoc eſt,nõ rei ſed perſonæ vitio acciderit. Itaque fructuarius qui agrum non proſcindit,qui vites non ſubſerit,item aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur, ſed actione propria Prætoria.l.ſi cuius,13.§.2.D.de vſufr. Colonus igitur qui in cultura peccarit, aut inquilinus qui tectam domum nõ habuerit, nõ Aquilia lege, ſed locati ex bona fide tenetur, l.ſi quis domum,9.§.3.D.locat.

§ 14 Atque hæc quidem de primo & tertio legis Aquiliæ capite hactenus:Secundum autem cuiuſmodi fuerit,difficile dictu eſt, videtúrque ad multã pertinuiſſe, propter illum Ciceronis locum in Bruto: eodẽ tempore accuſator de plebe L. Cæſidenus fuit: quem egò audiui iam ſenem cùm ab L. Sabelio multam lege Aquilia de iuſticia petiuiſſet (ſic enim in quibuſdam legitur, cùm in aliis, de iniuria correctũ ſit.) probabilius autem mihi videatur vt, *damni iniuria*,corrigatur.vbi cogitandum an fortaſſe de ſententia dolo malo pronunciata ſignificet,cùm iudices litem ſuam faciebant.l.filius,15.D.de iudic.

DE HIS QVI EFFVD.

TITVLVS III.

1 *Series Rubricæ & argumenti:vt de damno ab re inanimata dato diſſeratur.*
2 *l.5.§.cum autem,D.h.t.emend.*
3 *Actionis deiecto vel effuſo definitio.*
4 *Quæ res hac actione coërceantur.*
5 *Actionis de periculosè poſito definitio.*
6 *Quid ſit ſubgrunda:& quid Proiectum.*

A § 1 QVIA primo titulo dictum eſt de damno dato à quadrupede: ſecundo de dato ab homine: nunc tertio loco dicit de dato à re inanimata: quam tamen legis Aquiliæ partem fuiſſe non quidem ex verbis, ſed ex ſentẽtia delibatam apparet, primùm ex l.5.§.cum autem,l.ſi ſeruus,27.§.pen. D. t.prox.vbi ſi ex ploſtro lapis malè à ploſtrario compoſitus ceciderit,& aliqd ruperit, dari dicitur in ploſtrarium actio Aquilia. Itẽ ſi nauis nautarum culpa in ſcapham impacta,eam labefecerit, l. quemadmodum,29.§.ſi nauis,eo. Deinde ex l.5.& ideò.*D*.eo. vbi,cùm ait, ſi tegula ſine cuiuſquam culpa ceciderit, non dari Aquiliam:apertè oſtendit,ſi culpa interuenerit eandem dari.

§ 2 Præterea ex l.5.§.cum autem, D.h.t.quẽ perſpicuè mendoſum, ita reſtituendum arbitror: *cùm autem legis Aquiliæ actione propter hoc quis condemnatus eſt, quod hoſpes vel quis alius de cœnaculo deiecit, meritò ei in factum dandam eſſe Labeo ait aduerſus deiectorem*.Poſtremò ex d.l.5.§.vlt. *D*.eo. vbi legitima Aquilia & honoraria hæc actio coniunguntur. Ad hãc autem legis Aquiliæ partem Prętor Edictum adcommodabit,quatenùs ad itineris publici ſecuritatẽ pertinebat: ſi quid aut lapſum damni dedit,aut ita poſitum eſt, vt eius lapſus ſit periculoſus. Earum rerum cauſſa duas inſtituit actiones, quarum prior ita definitur:

§ 3 Actio de deiecto vel effuſo,eſt actio pœnalis
D quæ ei in quem quid deiectum vel effuſum eſt, conceditur aduerſus eum qui ibi habitauerit, vt ſi quod damnum datũ eſt,in duplum: ſi liber homo interiit, in aureos quinquaginta:ſi nocitum ei eſt, quanti æquum Iudici videbitur,damnatur.Quod ſi ſeruus inſciẽte domino id fecit,noxale iudicium eſt,l.1.D.h.t. Dixi,*actio pœnalis*;quoniam ob damnum in rẽ datum ſemper in duplum eſt,d.l.1.§.hæc actio.Ex quo intelligitur hãc Prætoriam actionem ex Aquilia lege delibatam, tamen ipſa lege multo grauiorem eſſe.nam
E lex ſine culpa non dat actionem: neque duplum ſine inficiatione irrogat.l.2.*D*.t.prox. At hæc ob damnũ in rem datum indiſtinctè dupli eſt:cùm tamen vnus plerumque ob alterius culpam teneatur vel ſerui vel liberi,l.5.§.pen.D.de obligat. & act. *Dixi,in quem deiectum vel effuſum*, infinitè;nam & ſi nemo effuderit, ſi tamen pendens effuſum ſit,hæc actio competit,l.1. §.1.*D*.h.t.Dixi,*qui habitauerit*,quoniam non in dominum ædiũ, ſed in eum qui tum inhabitabat, cùm damnum datum eſt,hæc actio conceditur,l.1.§.2.

F § 4 Dixi, *ſi quod damnum.* nam tria hac actione coërcentur,damnum quod in rem eſt,vt ſi veſtimentum corruptum eſt,cædes hominis, & noxa corpori libero facta.d.l.1.§. hæc autem, D.h.t. nam & ſi liber homo ſui iuris eſt:non tamẽ eſt in ſuis bonis, nec eſt dominus membrorum ſuorum, l. liber, 13.D. ad leg. Aquil. ac proinde liberum corpus nullam recipit æſtimationem,l.vlt.D.h.t.ſicuti dicimus, neminẽ eſſe in ſuo peculio,neminẽ eſſe in ſuo patrimonio,l.Stichũ,16.*D*. de pecul.leg. Poſterior actio ſic definitur;

G § 5 Actio de periculosè poſito, eſt actio pœnalis quæ cuiuis de populo conceditur,aduerſus eum qui quid in ſubgrunda, proiectóve periculosè poſitũ habuerit,vt in decem ſolidos damnetur.Quod ſi ſeruus id fecerit,noxale iudiciũ eſt,l.ſi verò,5.§.Prętor,D.h. tit. Subgrunda autẽ eſt pars tecti vltrà parietẽ proiecta,qua ſtillicidium à pariete arcetur, vt in Rub.de dam.inf.&de ſubgr. & l.malũ,242.D.de verb.ſignif.

¶ 6 Protectũ autẽ interpretor, cùm tignis vltrà A parietem proiectis aliquid impoſitum eſt: cuiuſmodi vrbanę ſeruitutes erant pleręque. Cùm autẽ ſubgrũdarię ſeruitutis nuſquam vlla mẽtio fiat, pbabile eſt, ſubgrũdam eſſe partẽ recti adcliuẽ vltrà parietẽ proiectam, ſtillicidij cauſſa: vt meritò ſtillicidij potius q̃ ſubgrundę ſeruitus dicta ſit. Protectũ autem, nõn adcliuem, ſed aut faſtigiatã aut adrectam. Ex quo intelligitur viarum ſeruituti diligentius etiam hoc capite proſpectum quàm ſuperiore. nam etiamſi nondum B nocuit, ſed nocere poteſt, percetur. d. l. 5. §. Prętor ait, & D. h. t. Deinde, quia popularem hanc actionẽ facit, d. l. 5. §. vlt. ſicut & illa quę de liberi hominis interitu ex ſuperiore capite competit, vt cuiuis eam inſtituere volenti concedatur, is tamen cuius intereſt pręferatur. l. 5. §. hæc autem, D. eo. l. 3. D. de pop. act. & certam pœnalem, quippe quę ex quaſi maleficio naſcitur. l. 5. §. is quoque, D. de oblig. & act.

DE NOXAL. ACT. C

TIT. IV.

1 *Series tractationis de damno à ſeruis dato.*
2 *Noxalis actionis nomen eſt appellatiuum, ad imitationem directarũ: & ad ſeruos duntaxat pertinet.*
3 *Actionis noxalis definitio & explicatio.*
4 *Alienum ſeruum eſſe oportet, non proprium, non communem, vt hæc detur actio.*
5 *Noxię verbo omne delictum comprehenditur.*
6 *Aduerſus quem detur hæc actio.* D
7 *Regula expoſita, qua dicitur, Noxam caput ſequi.*
8 *Formula huius actionis qualis erat.*
9 *Quamdiu noxæ dedendæ facultatem condemnatus habeat.*
10 *Noxæ deditionis æquitas duplex.*
11 *Noxia & noxa idem ſunt: Item Noxæ & noxiæ dedere: contrà Tribonianum in § 1. Inſt. h. t.*
12 *Item in noxam & ad noxam dedere.*
13 *De familia quæ noxam admiſit, an tota dedenda ſit.*
14 *De familia quæ damnum dedit.* E
15 *An filij filiæ queſa. noxæ dedi ſoliti ſint, & locus Papin. in Collect. tit. 2. expoſitus.*
16 *An filiusfa. noxæ deditus dein manumiſſus ſui iuris efficiatur.*
17 *Effectus deditionis qualis ſit.*
18 *An iuſtum dominium per noxæ deditionem adquiratur.*

¶ 1 QVONIAM tractatio de damno ab homine dato bipartita eſt. (nam interdum à liberis datur, interdũ à ſeruis) poſt abſolutam eam partem, quæ F ad liberos pertinebat, ſubiungit eam quæ ad ſeruorũ perſonam adcõmodatur: quam & ſi ſuperiorib. duob. proximis titulis perſtrinxit, tamen hoc titulo copioſius exponit.

¶ 2 Intelligendũ eſt enim, noxalem actionẽ, non proprium & ſpeciale aliquod actionis nomẽ eſſe, ſed appellatiuum, vt quę actiones ob liberorum hominũ delicta, directę inſtitutę ſunt: ſi ſerui deliquerint, ad eorũ cauſſam adcõmodẽtur, & fiãt noxales. Sic enim G directę noxalibus opponuntur, §. 3. Inſtit. h. t. Veluti furti directa eſt ex XII. tabul. in liberos, noxalis in ſeruos: Damni iniuria directa eſt in liberos: noxalis in ſeruos: Iniuriarum directa in liberos ex Prętoris edicto; noxalis in ſeruos; §. 2. Inſtit. h. t. De dolo directa in liberos, noxalis in ſeruos. l. 9. §. penul. D. de dol. Sic noxalis de effuſo & deiecto, l. 1. D. t. prox. Noxalis arborum furtim cęſarum, l. 7. §. pen. D. arbor. furt. cæſ. Noxalis communi diuidundo, l. cum ſeruus, 41. D. h. tit. Noxalis familię erciſcun. dę. l. & puto, 16. §. vlt. D. fam. erciſc. Itaque damni à ſeruo dati actio noxalis, Aquilia nominatur in l. ſi in rem, 19. D. ad leg. Aquil.

¶ 3 Eſt autem noxalis actio, actio perſonalis, interdum ciuilis, interdum prętoria, quę conceditur ei cui alienus ſeruus non cõſentiente domino, noxiam B nocuit, aduerſus eum qui iam dominus eſt, vt vel quanti ea res eſt præſtet, vel ſeruum noxæ dedat. l. 1. D. h. t. l. 3. C. eo. Dixi, *actio perſonalis*: quoniam non res petitur, ſed intenditur propter ſeruum dari oportere, l. ſi ad libertatem, 42. §. 1. *D.* h. tit. Dixi, *interdum ciuilis, interdum prætoria*: quoniam furti nomine ex lege XII. tab. damni nomine ex lege Aquilia & cęterorum cauſſa ex Prætoris edicto prodita hæc actio eſt, §. 2. Inſt. h. t.

¶ 4 Dixi, *alienus ſeruus*, quoniam ex noxa domi- C no commiſſa non naſcitur actio: cùm inter dominũ & ſeruum obligatio non contrahatur, & dominus p ſuo iure ſtatuere in ſeruum poſſit, l. ſerui, 17. *D.* de furt. §. 2. Inſtit. hoc tit. l. 1. C. eo. Quinetiam, ſi ſeruus communis, vni ex dominis noxam commiſerit, non hæc datur actio: ne ſit in poteſtate ſerui vt vni ſoli ſeruiat, ſed communi diuidundo, vt ſocius vel damnum præſtet, vel partem ſuam pro noxa cedat. l. ſi ſeruus ſeruum, 27. §. 1. *D.* ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus, & l. cum ſeruus, 41. *D.* hoc tit.

D ¶ 5 Dixi, *noxiam nocuit*, quo verbo lex XII. omne delictum complexa eſt, l. plebs eſt, 238. *D.* de verb. ſigni. non tamen publicum, ſed priuatum dumtaxat. l. quid ſit, 17. §. quod aiunt, D. de ædil. edict. l. penult. D. ſi ex nox. cauſſ. nam ex criminibus ſeruorum in ipſos criminaliter agitur. l. hos accuſare, 12. §. omnibus, D. de accuſat. Dixi, *non conſentiente domino*, quoniam aut neſciſſe dominum oportet, aut conatum eſſe prohibere: alioqui ſi ſciuit & paſſus eſt, primùm in ſolidum ſuo nomine detracta noxæ dedi- E tione tenetur. l. 2. & ll. ſeqq. D. hoc tit. l. 4. C. eo. deinde ſiue ſeruus ſit mortuus, ſiue alienatus, ſiue manumiſſus, nihilominus tenetur. l. 2. §. 1. l. 5. § vlt.

¶ 6 Dixi, *aduerſus eum qui iam eſt dominus*, quia cùm noxalis actio ſit, neceſſe eſt eum qui conuenitur, dedendi facultatem habere: hoc eſt, ſeruum apud ſe & in ſua poteſtate habere. l. 7. l. quoties, 21. D. hoc tit. Itaque ſiue in hoſtium poteſtate ſit ſeruus, hæc actio non conceditur, l. ſi ſeruus, 16. D. de interrog. act. ſiue mortuus ſit, cum ipſo noxia exſtin- F cta eſt. Seruus enim cum ſua qualitate exſtinguitur: & cùm ſeruus mortuus eſt, ſeruus obnoxius mortuus eſt, l. electio, 26. §. ſi is quem, l. ſi plurium; 19. §. vltim. D. hoc tit. l. ſi antè, 15. §. 1. D. de interrog. Vnde, Noxæ dedere definitur animal tradere viuum, l. 1. §. 6. D. ſi quadrup.

¶ 7 Siue idem obnoxius ſeruus ſit manumiſſus, ſiue alienatus, Regula eſt, vt noxa caput ſequatur: id eſt obligatio propter noxam contracta, perſonam obnoxiam adſectetur, facti auctorem ſe- G quatur: vt ſi in alterius poteſtatem peruenerit, aduerſus nouum dominum actio ſit: ſi manumiſſus fuerit, aduerſus ipſum liberum factum actio directa & non noxalis concedatur. §. 3. Inſtit. hoc tit. l. 60. l. qui ex pluribus, 20. & l. vltim. hoc tit. Ob eámque cauſſam, quia ſeruus alienatus, qualis qualis eſt, alienatur: emtores plerumque cautionem adhibere ſolebant, vt noxiis ſolutus poſtularetur. l. 174.

D. de

D.de verb.ſignif.d.l.17.§.quod aiunt,D.de ędil.edict.

§ 8 Dixi, *vt vel quanti res eſt præſtetur, vel ſeruum noxæ dedat*; quoniam alternata erat huius actionis formula,& per diſiunctionem concepta:Aio te mihi propter ſeruum,damnum pręſtare oportere,aut eum noxæ dedere. l.1. in princ.ſup.tit.prox. §.1.Inſt.h.tit. quamquam iudicis in hac actione officium erat, vt litem æſtimaret.l.à quo,58.D.de rei vindic.deinde vt reum in illam ſummam condemnaret, ac poſtremò ſubiungeret,Aut noxæ dedere.Vnde illa formula: P. Mæuium L. Titio in x.aureos cōdemno,aut noxam dedere.§.1.Inſtit.de off.iud.Sed hæc poſterior ſententię pars,iudicati obligationem non pariebat:quoniã, lege xii.tab.non ex iudicis ſententia proficiſcebatur. l.6.§.1.*D*.de re iudic.Itaque vt iudex illam clauſulam non adderet,nihilominus tamen poteſtas arbitriúmque damnati hoc erat.l.1.*D*.h.t.

§ 9 Tamdiu autem noxæ dedendæ facultatem condemnatus habet, donec iudicati actione conueniatur.nam iudicati actio inſtituta,noxę deditionem adimit.l.Litē veniunt,20.§.idem rectè,D.de pet.hered.

§ 10 Huius autem noxæ deditionis duplicem licet æquitatem animaduertere: priorem,vt eo metu, ſerui à peccatis deterrerentur: quib.miſerum erat iis dedi quos iniuria & damno adfecerant:poſteriorem, quia non æquum erat eſſe in poteſtate vilis alicuius mancipij,pluris ſuum dominum obligare,quã quanti ipſe erat,§.1. Inſtit.h.t.l.2.*D*.eo. Quinetiã domino ſerui licebat,re indefenſa relicta, iudicium euitare,l. non ſolum,29.l.vlt.D.h.t. Ac tum Prætor actori ſeruum addicebat, eúmque duci iubebat.l.is qui,32. D. h.t.Iuſſu autem Prętoris ductus,in bonis & dominio fiebat eius qui duxerat, l. qui ex plurib.20.l. electio, 26.§.vlt. D.h.t.l.2.§.vlt.D.ſi ex nox. cauſ.quia dominus non defendens tradere vel potius cedere videtur, d.l.32.

§ 11 Porrò noxia & noxa idē ſunt,& pro maleficio vſurpãtur.l.1.D.h.t.ſiue ab homine,ſiue à quadrupede factũ ſit.l.1.D.ſi quadrup.Vnde noxã nocere,& noxiã nocere ꝓ eodē vſurpãtur.l. ſi à ſubſtituto, 45.§.1. D. de leg.1.l.2.§.vlt.l.4.D.h.t. Sic noxiis ſolutus, & noxis ſolutus,paſſim pro eodē dicuntur.Quare noxę dedere & noxiæ dedere confirmo idem eſſe: vt apud Papinianũ in Collectaneis tit.de atroci iniuria: Per hominem liberũ noxię deditum & cet.cùm vtrobiq; vox (*nomine*) ſubaudiatur:neque Triboniano adſentiri poſſũ, vt noxa ſit corpus quod nocuit:noxia maleficium. §.1.Inſt.h.t.nam cùm paſſim noxę deditionem dici videret, & in l.1.D.h.t. deditione corporis, quod deliquit, litis ęſtimationem vitari:noxam corpus ipſum eſſe putauit.

§ 12 Neque mouet quod interdum ſcriptũ videmus, noxam dedere,pro, noxę: vt in l.1.D.de his qui delec.& d.§.1.de offic.iud.nam & legimus,in noxam dedere.vt l.1.§.cum arietes, D.ſi quadr.& ad noxã dedere.l.ſi in re,19.§.vlt.D.h.t. Quare aut noxę pro noxa vbique corrigendũ eſt: cur enim Prætor in ſecundo cap.dixiſſet, Noxę dedere,in priore noxam?l.5.§. Prętor ait,D.t.prox.aut certè hãc inualuiſſe popularē conſuetudinē oportet,queãdmodũ apud Cæſarem videmus,ſectionē vendere,pro, ſectione:& apud Ciceronem,actionem vendere,pro,actione.Verùm hęc quidem hactenus de ſeruo ſingulari.

§ 13 Quod ſi familia noxam admiſerit, tum diſtinctio adhibetur.nam ſi furtum fecit, Prætoris edictum eſt,vt dominus aut omnes noxæ dedat, aut liberetur ea litis æſtimatione præſtanda, quam præſtaret,ſi vnus tantùm id feciſſet, l.1.D.ſi fam. furt. fec. l. quod ait,31.D.h.tit. At ſi aliud delictum ſit,veluti iniuriarum aut albi corrupti, tot facta numerantur, quot facti auctores ſunt;neque vna pœna pręſtanda, alter liberatur,l.ſi familia,9.D.de iuriſd.

§ 14 De damno dato quæritur? Nam cùm edictũ ſingulare ſit dę furto,reliqua ſub iuris ordinarij regulis relicta ſunt:arg.l.ex eo.D.de teſtib. In eáque ſententia puto Paullum fuiſſe in d.l. ſi familia. Vlpianũ autē adſiduum ferè Paulli aduerſarium,itémque Caium in contraria, propter parium rationem & fauorem æquitatis: ne dominus ob vnum delictum vniuerſa familia priuetur,d.l.1.§.2.D.ſi fam.furt.fec.dic. l.illud,32.D.ad leg.Aq.Atque hæc quidem de ſeruis.

§ 15 Filios autem & filiasfam. olim noxæ dedi ſolitos imperator teſtatur in §.vlt. Inſtit.hoc tit. noxaliſque actionis ob filij peccatum mentio fit in l.5. §.pen.D.de oblig.& act.& liberi hominis noxę dediti in l.3.§.proinde,D.de lib.hom.exh.eóque ille Papiniani locus pertinet in Collectaneis tit.2.Per hominem liberum noxiæ deditum, ſi tantum adquiſitum ſit,quantum damnum dedit,manumittere cogendus eſt à Prætore qui noxæ deditum accepit, ſed fiduciæ iudicio non tenetur.quod ſic interpretor,vt is qui filium à patre noxę deditum accepit,non teneatur ordinaria fiduciæ actione,quæ comparata eſt aduerſus fiduciarium,ſi rem non vt debet remancipet, nã ſiue naturalis pater eſt,qui emancipauit filium, hoc agere debet:(inquit Caius Inſtit.2.) vt ei à fiduciario patre remancipetur, vt à naturali manumittatur, vt ei naturalis ſit tutor & heres: ſiue alterius rei contracta fiducia eſt, detur quoque debitori actio fiduciæ aduerſus creditorem, cui, rei precium offertur, vt ſibi rem remancipet: auctore Paul. Senten.2. tit. 13.§.debitor.

§ 16 Sed quęri poteſt,vtrùm filiusfam.ita manumiſſus,ſui iuris efficiatur? De quo non dubitandum arbitror,quia certi & præſcripti ſunt patriæ poteſtatis ſoluendæ modi,quorum in numero noxæ deditio nō eſt, l.patre,8. D.de his qui ſunt ſui.Aliud eſt enim emancipatio, aliud noxæ deditio. Illa eſt legis actio: hęc non eſt,l.actus,D.de reg.iur. illa iure Quiritium dominium transfert:hęc non transfert,vt poſt docebimus.Supereſt,vt de deditionis effectu videamus.

§ 17 Effectus deditionis eſt, vt ſit iuſta dominij transferendi cauſſa, l.5.D.de public.l.ſi ſeruus,27.D. quib.mo.vſusfr. l.ſi noxali,27.§. vlt, D.h.t.quinimò cauſſa iuris quale quale eſt à poſſeſſore auferēdi:nã ſi fructuarius ſeruus eſt, non modò proprietario ſuam proprietatem,verumetiã fructuario ſuum vſumfructum ademit,l.locum, 17.§.2. D. de vſufruct. l. ſi ex duob.17.§.1.D.h.t.In mixtis quidem iudiciis ſerui ad iudicatio eſt,l.& puto, 16.§.vlt.D.fam.erciſcund.

§ 18 Sed tamen non puto iuſtum dominiũ,quod iure Quiritium dicebatur per noxę deditionē adquiri:ſed rem tantùm in bonis fieri; primùm quia quod per noxæ deditum adquiritur, ſi litis æſtimationem exęquet, in precium pro ipſius capite poſſeſſori imputatur: qui propterea per Prætorem eum manumittere cogitur, inuito domino, vt ait Imper. §. 2. Inſtit. h. t. vbi notandum eſt, quod eum qui dedidit, nihilominus dominum appellat, nimirum Quiritarium, vt Theoph. loquitur. Deinde quia ſeruus noxalis vſucapiebatur, l. & generaliter, 28. D. h. tit. denique quia vindicari nihilominus à domino poterat, qui tamen exceptione doli repellebatur,l. bonafide, 11.l. ſi noxali,27. §. vlt.D.h.t.

LIBER X.

FIN. REGVND.

TIT. I.

1 Ordo & ſeries Rubricæ.
2 Actionis finiũ regund. definitio, & cur mixta dicatur.
3 Confines in ruſticis prædiis dicuntur; vicini in vrbanis.
4 Primum iudicis officium circa fines regundos.
5 Altera iudicis vel arbitri poteſtas.
6 De quinque pedum veteri circa lapides finales circumſcriptione.

POST actiones in rem & de damno dato, ſubiunguntur actiones, quæ modò mixtę appellantur, quia partim in rem, partim in perſonam ſunt, §.quædam, 18. Inſtit. de act. modò duplices, quia vterque aduerſarius, actoris, & rei partes ſuſtinet, l.iudicium, 10.D.h.t. l.actionẽ,37.§.1. D. de obli. & act. & hunc Edicti perpetui ordinem fuiſſe ex Inſcriptionib.librorum Vlp.& Paulli exiſtimare licet: quorum ille lib.19. hic libro 25. familię erciſc. iudicium tractauit:putóque duos inſequentes vtriuſque libros ad duo reliqua duplicia iudicia pertinuiſſe. Prima autem eſt quæ modò finium regundorum, modò finib.regundis appellatur. Regi autem fines Boetius interpretatur, quotiens vnuſquiſque ager propriis finib.terminatur.

¶ 2 Ergò finium regund.actio, definitur actio ciuilis mixta, quæ inter confines redditur, vt & fines agrorum vicinorum dirigantur, & ſi quid alterum alteri ex bono & æquo præſtare oporteret, id arbiter conſtituat, §.vlt.Inſtit.de offic.iud.§.quædam,18.Inſtit.de action. Dixi, *ciuilis*: quoniam ex lege XII. tab.initium cœpit.l.fin.D.h.t. Dixi, *mixta*,quia qua ex parte fines dirigi poſtulat,eatenus in rem eſt;quia quantum cuiuſque agri ſit pronunciari poſtulat.qua de cauſſa proprietatis controuerſię hæc actio cohærere dicitur in l.3.C.h.t. Qua verò ex parte in perſonales quaſdam præſtationes condemnatio fit, ea ex parte eſt actio in perſonam, §.vlt.Inſtit.de offic.iud. vt à formula quidem vindicatio dici poſſit: à ſententia & effectu actionis,perſonalis.

¶ 3 Dixi, *inter confines*. nam confines propriè in ruſticis prędiis dicuntur; vicini in vrbanis. Hæc autem actio ad prędia ruſtica pertinet, l.2. l.4.§.vlt. D. hoc t.ac fines agrorum magis videntur eſſe, quàm vrbis, vt ait Cic. in Topic. Vrbana autem communib. parietibus definiebantur, d.l.4.§.vlt.aut ſuis ac propriis,vt inſulæ, quę ſeſtertij pedis ambitu concludebantur. Quod ſi flumen aut via publica interueniat; quia confinium non eſt, huic actioni locus non datur,d.§.vlt.Quod idem dicendum eſt, ſi vnum è prædiis vrbanum, alterum ruſticum eſt.ſemper enim vrbanum pariete terminatur.

¶ 4 Dixi, *vt fines agrorum dirigantur*, quia primum & ſummum iudicis officium eſt,requirere qui veteres cuiuſque agri termini ſint,l.in finalib.11.& l. ſeq.D.hoc t.Deinde modum cuiuſque agri æſtimare: quam ad rem menſores & finitores adhiberi ſolebant,l.ſi irruptione, 8.§.1.D. hoc tit. l.1.& paſſim,D. ſi menſ.falſ.mod. Quod ſi vel arbor vel ędificium fines conturbet, iubere vel illam ſuccindi,vel hoc deponi, l.4.§.2. D.eodem.

¶ 5 Atque hactenus quidẽ officium iudicis tamquam in rei vindicatione & declaranda cuiuſque proprietate verſatur: alterum officij genus, ad naturam perſonalium actionum pertinet, quoniam in

A condemnationibus & pręſtationibus perſonalibus verſatur. Primùm quia ſi commodius dirigi fines nõ poſſunt, arbitri poteſtas eſt, ex vnius agro partem alteri adiudicare, l.2. & 3. D.hoc tit. dict.§.vltim. Inſtitut.de offic. iudic. Qua in re magis fundo quàm perſonæ fines adiudicari dicuntur, l.4. §. ſi alter, D. hoc tit. ac per hanc adiudicationem rei dominium transfertur, §. vltim. de offic. iudic. & apud Vlpianum, tit.Regul.19. Deinde eiuſdem arbitri poteſtas eſt, cùm, cui partem illam adiudicauit, viciſſim in

B pecuniam alteri præſtandam condemnare, quanti pars ex confini agro attributa eſſe videbitur, dict.§. vltim. Quinetiam ſi quid malicioſè circa fines admiſſum eſt, vt ſi lapides finales interuerſi, termini moti, arbores finales exciſæ ſint, aut ſi alteruter iubente iudice agros metiri paſſus non eſt,eiuſdem iudicis poteſtas eſt eum in certam pecuniam condemnare,d.§.vlt.&.d.l.4.§.3.

¶ 6 Illud ad extremum adſcribendum videtur, lege XII. itémque Manilia, cautum fuiſſe, vt

C quinque pedum ſpacium quaquà verſus circum finales lapides, relinqueretur, qui gradus appellatur, in l.3.D.de term. mot. neque id vſucapi liceret:quod Impp.poſteà confirmarunt in l.5.C.hoc tit.

FAM. ERCISC.

TIT. II.

D 1 Hereditas diuiditur vel vltima voluntate defuncti, quæ magis inter liberos eſt:
2 Vel lege, veluti cùm hereditas nominibus conſtat.
3 Vel conuentione, id eſt,conſenſu coheredũ:non tamen nudo pacto:
4 Vel per actionem familiæ erciſcund. cuius definitio proponitur.
5 Erciſci quid ſit.
6 Vterque & actor & reus de calumnia iurare in hac act.cogitur.
E 7 Aduerſus quem & quas ob res detur hæc actio.
8 L.qui familiæ,37.D.h.t.obiter expoſita.
9 Impropriè diuidi hereditas dicitur, nam res hereditariæ diuiduntur.
10 Eæque vniuerſæ,non ſingulæ.
11 Quarum rerum nomine hæc detur actio:
12 Et quarum non detur.
13 Non omnia quæ in hereditate reperiuntur continuò diuidenda ſunt.
F 14 Aliarum rerum quæ in hanc actionem veniunt enumeratio.
15 L.item Labeo,22.§.pen.D.h.t.emend.
16 Perſonales præſtationes quænam hîc præſtentur.
17 Effectus huius actionis multiplex.
18 Conuenientia inter petitionem hereditatis & actio-

nem familiæ erciſc. ...

19 *Differentia inter vtramque.*

§ 1 QVATTVOR modis hereditas diuiditur: vltima voluntate, lege, conuentione & arbitrio. Vltima voluntate defuncti diuiſio hæreditatis facta, magis inter liberos quàm inter extraneos ſeruatur. nam inter liberos, nõ modò quacumque ſcriptura, hoc eſt, etiam quæ neq; teſtamenti, neque codicillorum iure conſtet, verumetiam ſola nuncupatione diuiſio facta valet: atque à iudice familiæ erciſ. ſeruanda eſt, l. ſi filia, 20. §. ſi pater, l. ex parte, 39. §. 1. D. h. t. l. quoties, 10. l. filij, 16. l. ſi cogitatione, 21. l. vlt. C. eo. Sed nouo iure ſcriptutam patris, vel ipſius, vel liberorum ipſius ſubſcriptione confirmari oportet. Nou. 18. §. pen. At inter extraneos teſtamentum iuſtum requiritur, d. l. vlt. eòque facto, non modò per aſſis partes facta diuiſio valet (quas vulgò, quotas appellant) verumetiam per certas res ac ſpecies facta ſeruatur, l. ex facto, 35. D. de hered. inſt.

§ 2 Lege diuiditur hereditas, aut quę tota nominibus conſtat, aut certè qua ex parte in nominibus conſiſtit, l. heredes, 25. §. 7. D. h. t. nam lege xij. tab. nomina inter coheredes ipſo iure diuiduntur, d. l. 25. §. idem iuris, & l. 6. C. h. t.

§ 3 Conuentione autem diuiditur hereditas, cùm ipſi coheredes inter ſe non modò conſenſu & pactione, ſed traditione & permutatione res diuidunt. quod nõ modò nullo iudice adhibito facere poſſunt, vt l. cum putarem, 36. §. 7. h. t. verumetiam omiſſo iudice, apud quem conteſtata lis fuerat, d. l. vlt. D. eod. Sed videndum eſt ne nudo pacto & conuentione diuiſionem fieri putemus: talis enim pacti nulla vis eſt, ne ad exceptionẽ quidem. nam ſi eſſet exceptio, eſſet actio: ſi actio vna ex parte, poſſeſſio ab altera: ſi poſſeſſio, non iam nudum pactum eſſet, ſed traditione confirmatum, ac dominium rei poſſeſſæ tranſlatum, l. ſi diuiſionem, 15. C. h. t. l. diuiſionis, 45. D. de pact. l. cum proponas, 21. C. eo. l. cum pater, 77. §. hereditatẽ D. de leg. 2.

§ 4 Poſtremò per actionem famil. erc. hereditas diuiditur, quam ita definiemus: Actio familiæ erciſ. eſt actio ciuilis, mixta, quæ inter coheredes redditur, vt res hereditariæ inter ipſos diuidantur, & quod alterum alteri ex bono & æquo dare facere oportet, detur, fiat. §. quædam, 18. Inſti. de act. nam familię nomine res hereditariæ intelliguntur, l. pronunciatio, 195. §. 1. D. de verb. ſignif.

§ 5 Erciſci autem vetus verbum eſt, xij. tab. pro, diuidere, & verbum ſimplex nõ compoſitum, vt lib. de orat. 1. Qui quibus verbis erciſci oporteat, neſciat, idem familiæ erciſcundæ cauſam agere non poſſit. Dixi, *actio ciuilis*, quoniam ex lege xij. tab. originem ſumſit, l. 1. D. h. t. Dixi, *mixta*, quoniam hoc iudicium rebus quæ diuidi petuntur & præſtationibus cõſtat. l. item Labeo, 22. §. 3. D. h. t. Duplex etiam eſt, quoniã vterque in eo, & actoris, & rei partes obtinet, l. 3. §. 3. D. eo. l. actionis, 5. D. de oblig. & act.

§ 6 Qua de cauſſa vterque iurare cogitur, neq. calumniæ cauſſa litem intendere, neque calumniæ cauſſa ad inficias ire, l. inter coheredes, 44. §. familiæ, D. eo. Itaque & ſemper ab eo qui poſſidet, & interdum in eum qui non poſſidet, intenditur, l. 1. & l. heredes, 25. §. 1. D. cod. quamquam qui ad iudicium prouocat & prior diuiſionem poſtulat, pro actore habetur, l. in trib. 13. D. de iudic.

A § 7 Dixi, *inter coheredes*; primùm quoniam inter eos demum qui heredes ſunt, directa hæc competit actio. Inter eos verò qui honorarij ſucceſſores ſunt, inter heredem fiduciarium & fideicommiſſariũ, vtilis tantùm conceditur, l. 2. §. 1. l. ſed & eius, 24. l. ſi ex aſſe, 40. D. h. t. l. ita tamen, 27. §. ſi ex Trebelliano, D. ad Trebell. Deinde, quoniam aduerſus titulo poſſidentem non datur hęc actio, veluti, pro emtore, pro donato, l. heredes, 25. §. quod pro emtore, D. h. t. Præ-

B tereà, quoniam cùm hoc iudicium non niſi ob res ex hereditatis cauſſa cõmunes comparatum ſit, l. ſi quid, 45. D. eo. certum eſt neque exerceri niſi inter heredes poſſe, l. cum putarem, 36. D. h. t. neque effectum niſi inter eoſdem habere poſſe, l. 1. in fi. D. h. tit. aut certè inter eos qui pro heredib. agnoſcũtur. neq. enim inter quos hereditatis cõtrouerſia eſt, inter eos hoc iudicium conſiſtit, l. 1. §. quinimo, D. ſi pars her. l. fundi, 18. D. de except. non magis quàm ſi ſtatus controuerſia exſtiterit, l. 1. C. de ordin. iud. Sed tamen inter eum

C qui prouocat & eum qui prouocatur hoc intereſt: quod is qui prouocat, cõfitetur aduerſarium ſibi coheredem eſſe: ſibíque præiudicium facit; vt ſi poſtea partẽ illam hereditatis vindicare velit, doli exceptione repellatur. Is verò qui iudicium accipit, poteſt quidem ſi velit eum negare ſibi coheredem eſſe: quã cognitionem iudex erciſcundæ famil. ſuſcipiet, l. 1. in fi. D. h. t. Sed tamen, non ſi quis familiæ erciſ. iudiciũ accipit, continuò petitorem heredem eſſe fatetur.

§ 8 Quo modo intelligendam arbitror l. qui fa-

D miliæ, 37. D. h. t. vt verbum (*agit*) ad reum pertineat, l. 1. D. de excep. quoniam vt ſuperius dictum eſt, Reus in his iudiciis actoris partes obtinet. nam ſi ad actorem is locus pertineret, ſine dubio hoc eis adſentirer, qui ſine negatione locum illum legiſſe dicũtur. Neq; verò inter ſingulares coheredes tantùm, ſed etiam inter municipes & ſingularem hoc iudicium redditur, l. pen. D. quod cuiuſque vniuerſ. neq. rurſus inter eos tantùm, qui vno teſtamento heredes ſunt, ſed etiam inter eũ qui per inofficioſi querelã teſtamentum

E euertit, & inter eum qui ex eo teſtamẽto heres mãſit, l. nam & ſi, 15. §. vlt. D. de inoff. teſt. Neq. verò tantùm inter omnes volẽtes hoc iudiciũ redditur, verumetiã vno poſtulante aduerſus inuitos & recuſantes, l. arbitrum, 43. D. eo. l. in tribus, 13. D. de iudic. § 9 Dixi, *vt res hereditariæ diuidantur*: ſicut in l. 1. D. h. t. nam & ſi interdum per hoc iudiciũ diuidi hereditas dicatur, vt in l. 2. D. eo. §. quædã, 18. Inſtit. de act. qua de cauſſa iudicium diuidẽdæ hereditatis paſſim appellatur: tamen intelligendum eſt id verbum impropriè & po-

F pulariter, pro rebus hereditariis vſurpari, quippe cùm hereditas indiuidua ſit, vt docuimus ſub tit. Si pars, her. pet.

§ 10 Res autem hereditariæ vniuerſæ, non ſingulæ, diuidendæ ſunt, l. Mæuius, 52. §. vlt. D. eo. omneſq. coheredes ad vnum iudicium conuocãdi ſunt, l. 1. D. de quibus rebus. qua de cauſſa vniuerſale iudicium hoc appellatur: quoniã nihil debet iudex indiuiſum relinquere, l. heredes, 25. §. pen. Quid ergò ſi vnica res in hereditate fuerit? domus puta aut ager vnus?

G Puto familiam dici non poſſe, ac propterea communi diuidundo agendum eſſe. Neque verò niſi ſemel agi poteſt, l. ſi filia, 20. §. familiæ, D. eod. l. 3. C. de neg. geſt. l. & ſi quis, 14. §. Labeo, D. de relig. Nam ſi quæ res indiuiſæ relictæ ſunt, communi diuidundo agi oportet, l. ſi filia, 20. §. familiæ, D. eo.

§ 11 Et earum tantùm rerum nomine quæ ex

hereditatis cauſſa communes ſunt, inſtituitur hęc actio. nam aliarum nomine quæ ex hereditate ſunt, ſed non hereditariç, communi diuidundo agi debet: veluti quarum periculum ad heredes pertinet, vt depoſiti, cōmodati, pignerati, l. inter coheredes, 44. l. ſi quid contendis, 45. D. eod. l. vt non tantùm, 19. D. de petit. her. Quinetiam variarum hereditatum nomine vno iudicio agi poteſt, l. heredes, 25. D. h. t. Sed quę res hereditariarum numero vel contineantur vel excludantur, paulliſper conſiderandum eſt. Nam res quidem corporales omnes, ſiue mobiles, ſiue immobiles continentur, atque etiam eæ quæ tantùm vectigales aut ſuperficiariæ ſunt, non noſtri patrimonij, l. item prædia, 10. D. h. t. quod ſic intelligendum eſt, quoniam in dominio iure Quiritium non erant, l. 1. D. ſi ag. vect. at non omnes incorporales. nam primū nominum diuiſio ad huius iudicis officium non pertinet, vt ſup. dictum eſt, tametſi ſingula nomina ſingulis ſeparatim in ſolidum adſignari poſſint, l. arbiter, 11. & l. vlt. D. de diſtr. pig.

¶ 12 Deinde ſeruitutes prædiales quæ natura indiuiduæ ſunt, in hanc actionem non veniunt: videlicet vt diuidantur: veniunt tamen, vt in pecuniam conuertantur, eáque pecunia inter coheredes diuidatur, d. l. heredes, §. an ea, D. h. t. aut certè, vt modo vtendi diuidantur, veluti menſura aut temporibus, l. arbor, 19. §. vlt. D. comm. diuid. At vſusfructus, qui diuiſionem recipit, in hanc actionem admittitur, l. & puto, 16. D. eo. Similiter autem quæ habere non licet, nec diuidi per iudicem licet; veluti venena & libri magici: eiuſmodi omnia iudex ex officio corrumpet, l. 4. §. 1. D. h. t. Item quoniam libertorum nulla diuiſio eſt, liberti ad hoc iudicium nō pertinent, l. quędam, 41. D. h. t. l. vlt. D. de iur. patro. Ac ne locus quidem religioſus, quamuis fundus religioſus diuiſionem recipiat, l. fundus, 30. D. eod.

¶ 13 Sed non omnia quæ in hereditate reperiuntur, continuò & hereditaria, & diuidenda ſunt. nam neque quæ à teſtatore viuo alienata ſunt, in hereditate numerantur, l. ſequens, 68. D. de legat. 2. qua de cauſſa ne dos quidē antiquo iure conferebatur, ſi modò inſtituta filia fuerat, l. 3. D. de dot. coll. l. 1. §. quo à nobis, C. de rei vxor. act. quippe quę iam à patris bonis & patrimonio abierat, l. pater filiam, 14. D. ad leg. Falc. Rurſus quę ad heredes aliunde quàm ex defuncti beneficio, pertinēt, in reb. hereditariis nō numerantur: veluti dos vxoris, aut nurus filij, l. 2. C. h. t. l. ſi filia, 20. l. ſi maritus, 46. D. h. t. neq. quæ ſingulari titulo poſſidentur, vt pro emtore & pro donato, l. heredes, 25. §. quod pro emtore: neque res cōmunis, è qua ſuam partem vnus è coheredib. alienauit, l. ex hereditate, 54. D. eo. Similiter nec quæ defunctus iniuſto titulo poſſedit, in hanc actionē veniunt, l. 4. §. 2. neque enim, quod iniuſtè quæſitum eſt, heredi relinquitur, l. cùm falſi, D. ad leg. Corn. de falſ.

¶ 14 Prętereà quæcumque vel ex hereditate vel ab hereditate debentur, in hanc actionē veniunt. Ex hereditate, veluti quæ legati, aut fideicōmiſſi nomine, vni alicui ex coheredib. relicta ſunt, l. qui filiab. 17. §. 1. D. de leg. 1. l. 4. l. ſi ita legatū, 42. *D.* h. t. l. 7. C. eodem. Item quæ quartæ nomine liberis aut adrogatis debentur, l. 2. C. de inoff. don. l. 2. §. 1. D. hoc tit. Item quę pater vni ex liberis emit, eíque tradidit, l. filiæ, 18. C. hoc tit. Ab hereditate, veluti quæ defunctus vni ex coheredibus debebat, l. ſi filio, 20. §. 1. l. fundus, 51. Item quæ filius pro patre condemnatus diſſoluit, l. heredes, 25. §. ſi filius: quos ſumtus in funus fecit, l. qui erat, 49. §. vlt. *D.* eod. aut in quam aliam

A rem & bona fide. l. filiæ, 18. C. h. t. Item peculium, tum profectitium, tum aduentitium, cum hereditate paterna permiſcetur, l. certum, 13. C. famil. erciſ. l. filiæ, 12. C. de collat. Itaque res in peculium conceſſa mortuo patre, manet hereditaria, l. emtor, 65. §. 1. D. de rei vindic. nam peculium non dicitur, niſi eorum qui in aliena poteſtate ſunt. Itaque patris morte peculium exſtinguitur, l. pater, 182. De verb. ſignif. Dixi, *Ex bona fide*: quoniam bonæ fidei hoc iudicium B eſt, l. non eſt ambiguum, C. h. t. Dixi, *quod alterum alteri* & cet.

¶ 15 Quib. verbis perſonales præſtationes ſignificamus, quæ ſunt perſonalis actionis, l. item Labeo, 22. §. pen. vbi ſic legendum arbitror. D. h. t. quaſi dixiſſet, qua ex parte perſonalis hæc actio eſt.

¶ 16 In præſtationib. autem hæ potiſſimùm numerantur; primùm, vt iudex poſſit non modò ſingulas res ſingulis heredibus adiudicare, §. ſi familię, Inſt. de off. Iud. verumetiam maiorem partem, atque adeò C res omnes vni adiudicare: viciſſimque alterum ei in pecuniam condemnare, l. ſi familiæ, 55. D. eod. & §. quædam, Inſt. de act. quinetiam iudex vni proprietatem, alteri vſumfructum adiudicare poteſt, l. 6. §. pen. D. Com. diuid. Eóque modo cōſtitui vſusfructus dicitur, l. 6. D. de vſufr. Deinde, vt eorum quæ poſt aditam hereditatem coheredibus in ea facta ſunt, rationem habeat: veluti, ſi quis ſumtus in rem communem fecerit, l. filiæ, 18. l. & puto, 16. §. 3. D. h. tit. ſi quis quid ex ea expilauit, l. 3. l. incerti, 19. C. h. t. ſi quid inof D ficioſè vni ex liberis non emancipatis donatum ſit, l. 2. C. de inoffic. don. Item ſi quis ſolus fructus hereditarij fundi perceperit. l. inter coheredes, 44. §. fructus, D. eod. §. ſi familiæ, de offic. iud. l. quibus caſibus, 34. D. pro ſoc. ſi quis pro coherede debitum hereditarium diſſoluit, l. 3. C. de negociis geſtis.

¶ 17 Porrò effectus huius actionis eſt, primùm vt arbitri adiudicatione, rerum dominium transferatur, §. ſi familiæ, Inſt. de offic. Iud. & apud Vlp. E tit. reg. 19. nam iure diuiſionis res propriæ ac ſingulorum fiunt, l. cum pater, 77. §. dulciſſimi, D. de leg. 2. Deinde, vt alter alteri euictionis nomine teneatur, etiam ſi res à patre inter liberos diuiſæ fuerint, l. cum pater, 77. §. euictis, D. de leg. 2. nam cùm ſingulæ res ſunt omnium communes, primùm qui ex adiudicatione rem adeptus eſt, partem à ſuis coheredibus accepit: deinde cùm coheredum diuiſio, quaſi quædam permutatio ſit, æquum eſt eos inter ſe euictionis periculum præſta F re, l. ſi familiæ, 14. C. hoc tit. Quamuis autem quibuſdam locis huius euictionis nomine requiri videatur, vt arbitri iuſſu cautio præſtetur, velut in l. heredes, 25. §. pen. D. hoc tit. l. Iulianus, 13. §. idem Celſus, D. de act. emt. l. ſi domus, 71. §. 1. D. de leg. 1. Veriorem tamen Azonis & Accurſij ſententiam eſſe arbitror: vt etiam ſine cautione, euictio debeatur, arg. d. l. 14. C. hoc tit. & l. 7. C. comm. vtr. iud.

¶ 18 Supereſt, vt videamus quibus in rebus petitio hæreditatis & hæc actio inter ſe vel conue G niant, vel differant. nam inter illas quidem hæc communia ſunt, quod vtrumque iudicium vniuerſale eſt: vtrumque in rem mixtum: vtrumque ex quauis hereditate conceditur: in vtroque fructus hereditatem augent. l. non eſt, 9. C. h. t. vtrumque bonæ fidei eſt, d. l. 9. & l. vlt. C. de pet. hered. Neutrum retractatur: nam & qui hereditatem petiit, ſi ſingulas res petat; & qui has petiit, ſi vniuerſitatem

petat, rei iudicatę exceptione depellitur, l.ſi quis,7. §.pen. D.de except.rei iud. Diuiſorium autem iudicium ſemel (vt ſup. diximus) agitur:niſi forrè vel teſtamenti virium poſteà patefactum fuerit, l.4.C.de iur. & fact.ign. ſi ſine iudicio dolus, fraus, aut error diuiſioni cauſſam dederit, l.3. C.comm.vtr.iud. vbi verba illa (ſine iudicio) ſuo momento ponderanda ſunt,quaſi ſi iudicis ſententia interueniſſet inter maiores,non retractaretur,arg.l.vlt.D.h.t.

§ 19 In his verò differunt, quod illa aduerſus eũ qui heres eſſe negatur, competit: hęc inter eos demum conceditur, qui ſe coheredes eſſe fatentur, l.1. §.quinimo. D. ſi pars hered. pet. Illa ſimplex actio eſt, conſtátque vter ſit actor, vter reus: hæc duplex eſt: quoniam vterque vtriuſque partibus fungitur. Illa ſemper non poſsidenti datur,ſaltem eam partem quam petit, & ſemper aduerſus poſsidentem, cúmque iuſtum: hæc ſemper datur poſsidenti, & interdum aduerſus non poſsidentem, l. 1. & l.heredes,25. §.1.D.hoc tit.ſemper autem aduerſus iuſto titulo, & ex ſola hereditatis cauſſa poſsidentẽ, l.heredes,25.§. quod pro emtore, D. eod. Illa nunquam aduerſus heredem datur: hæc non niſi inter cohedes locum habet,l.1.& l.cùm putarem,36.D.hoc t. Itaque ſi cõtrouerſia ſubſit, illa ſemper pręcedit:hæc ſemper ſubſequitur, d.l.1.§.quinimo;D.ſi pars hered. & l.fundi, 18. D.de except. Per illam non modò iuris vniuerſitas,verumetiam res ſingulares vindicari poſſunt:per hanc rerum vniuerſitatis diuiſio petitur; non rerum ſingularum, l.1. & l.Mæuius,52. §.vlt.D.eod. Per illam debitum hereditarium à coherede exigitur: per hanc non exigitur, l. fundus, 51. §.vltim. D.hoc tit. In illam res omnes incorporales, iura, nomina,actiones veniunt:in hanc neque nomina, neque prędiales ſeruitutes diuidendæ veniunt, vt ſup. dictum eſt. Illius effectus eſt, Reſtitutio pro indiuiſo: huius definitio partium pro diuiſo, l.7. D.ſi pars hered. pet. qua de cauſſa, ceſſante communione, huic iudicio locus eſſe deſinit, l. familia, 8. C. comm. vtr. iudic. Per illud iudicum dominium non adquiritur, ſed declaratur: per hoc adquiritur: quoniam adiudicatio dominium transfert, §.vltim. Inſt.de offic.iudic. Per illam, de iure teſtamenti pronunciatur; per hanc non pronunciatur:quia nullam de iure & qualitate litigatorum controuerſiam admittit, l.1.D.hoc tit.

COMM. DIVID.

TITVLVS III.

1 *Communia quedam dicuntur pro diuiſo, quedam pro indiuiſo.*
2 *Rurſus communia quedam ſunt ex conuentione, quedam ſine tractatu.*
3 *Actionis communi diuidundo definitio*
4 *Inter quos hæc actio conceditur.*
5 *Si communio non per diuiſionem, ſed alio modo ſublata ſit, etiam vtilis datur.*
6 *Quis ſit huius actionis effectus.*
7 *Que res in hanc actionem veniant.*
8 *Seruitutes prediales & cetera iura quomodo diuiſionem recipiant.*
9 *Quenam preſtationes in hanc actionem veniant.*
10 *Hoc iudicium eſt bone fidei, & quecumque bon.fid. ſunt in hoc iudicium veniunt.*
11 *Huius actionis & fam.erciſcunde communio:*
12 *Et differentia multiplex.*

A § 1 QVEMADMODVM ſub tit.de Seruit. Partium quaſdam eſſe diximus pro diuiſo, quaſdam pro indiuiſo: ſic communia quædam dicuntur pro diuiſo,quæ certis partibus definitæ ſunt,vt agri terminis diſtincti:quędam pro indiuiſo, quæ nullis partibus definitæ ſunt: ſed iuris intellectu in plurium dominio ſunt, veluti res omnes mobiles, item hereditas, ſeruitus, & alia generis eiuſdem.l.Pomponius,8.D.de rei vind.l.5.§.vlt.D.de reb.eor.qui ſub tut.ſu.l.ſi is cui,94.D.de ſo-
B lut.l.inter eos,29.D.de adq.rer.dom.

§ 2 Rurſus quædam communia ſunt ex conuentione & tractatu habito, veluti, cùm ſocietas contracta eſt: quædam ſine tractatu, veluti, cùm pluribus res eadem legata eſt, l. nam cùm, 32. & l. ſeq. D. pro ſoc. l. 2. D. hoc tit. Etſi autem omnes quos inter communis res eſt (vt ait Cicero) ſocij appellantur, velut in l ſi vnus, 19. l. vias, 34. D. de ſeruit. ruſt. tamen diſciplinæ cauſſa, communionis duæ ſpecies fiunt: ſocietas, quæ eſt communio per
C conuentionem contracta: & communio, cùm ſine conuentione & tractatu res communes ſunt, l.contractus, 23. D.de reg. iur. l. vt ſit, 31.D. Pro ſoc. Itaque illa contractus eſt, hæc verò quaſi contractus, §. 3. Inſtit. de oblig. quæ quaſ.ex cont. Atque hinc intelligitur, vbi ſocietas eſt, ibi ſocios appellari: at non ſi ſocij ſint, continuò ſocietatem dici. quod propter argumentum ex coniugatis obſeruandũ eſt.

§ 3 Ergò actio communi diuidundo, eſt actio mixta & duplex, quæ inter ſocios redditur, vt res
D communes diuidantur,& quod alterum alteri ex æquo & bono dare, facere oportet, detur, fiat. Dixi, *actio mixta*, quoniam non modò rerum diuiſionem poſtulat: qua in re quaſi incertæ partis vindicatio eſt, l.3. §.vlt. & l.4. D.de rei vind. verumetiam perſonales præſtationes, l.1. l. 4. §. 3. D.eo. Dixi, *duplex*, quoniam vterque litigator tam actoris quàm rei partes obtinet. quapropter in hac cauſſa procurator tam ad agendum quàm ad defendendum datus intelligitur, l. ſi defunctus, 15. D. de procur.
E Tametſi qui ad diuiſionem prouocat, potius actor numeratur, l. 2.§.vltimo, D.h.t. Eiúſque rei exemplum eſt in l.& ideo,12.D.de cond.furt.

§ 4 Dixi, *inter ſocios*, vt apud Vlpia.tit.regul.19. Formulæ communi diuidundo (inquit) locus eſt inter ſocios. Imperator tamen in §. quædam,de act.dixit, inter quos aliquid commune eſt: quoniam hæc actio, non modò inter ſocios, verumetiam inter eos, quorum communis res eſt conceditur. Illud conſtat, ſi communionis controuerſia fiat, id eſt,ſi
F quis ſocius eſſe negetur, huic iudicio locum non eſſe: ſed rei vindicationi, l. fundi, 18. D.de except. Ex quo intelligitur eandem huius actionis rationem eſſe cum rei vindicatione, quam ſuperius diximus eſſe familiæ erciſcundæ cum petitione hereditatis;videlicet vt hæc præcedat, illa ſubſequatur. l.8. D.de except.rei iud.

§ 5 In quo tamen notandũ eſt,quamuis ſublata cõmunione dari hæc actio nõ ſoleat,l.1.D.h.t.l.9.C.eo.
G tamen ſi non per diuiſionem,ſed alio modo rei communio ſublata ſit,vtilem actionem adcõmodari:quia ſufficit communionis cauſſa quæ præceſſit, l.ſed & eius,24.& l.ſi ſeruus,31.D.fam.ercisc.l.6.l.in ſumma, 11.D. h. t. Neque verò inter volentes tantùm hoc iudicium redditur, ſed vnico prouocante ceteri cogendi ſunt, l.& ſi,8. l. ſi quis cum, 29. D. hoc titul. l.5.C. eod. Vtrùm autem vnus tantùm poſſideat,

an neuter poſſideat, nihil intereſt, l. pen. hoc t.

§ 6 Dixi, *vt res communes diuidantur*, quoniam huius actionis effectus eſt diuiſio, l. 3. D. eod. Per diuiſionem autem res, quæ omnium communes erant, fiunt propriæ ſingulorum, l. cùm pater, 77. §. dulciſſimis, D. de leg. 2. qua nemo inuitus in communione retinetur, l. vlt. C. h. t. neque rata conuentio eſt, vt perpetua communio maneat, l. in hoc, 14. §. ſi conueniat, l. ſi conuenerit 14. D. hoc t. Iudicis ergò officium eſt, ſi res plures ſint, aut ſi commodè diuidi vna res poſſit, certam cuique partem adiudicare, §. pe. Inſt. de off. iud.

§ 7 Sed videndum eſt, quæ res in hanc actionem aut veniant, aut non veniant. Ac veniunt quidē propriè tantùm res corporales earúmque tantùm cauſſa hęc directa conceditur actio, l. 4. D. h. t. Res autem incorporales, hoc eſt, iura nō diuiduntur: nam quæ communio iuris ſeparatim intelligi poteſt, ait lex arbor, 19. §. 2. D. h. t. quædam tamen propter vtilitatem aut neceſſitatem, diuiſionem recipiunt, veluti vſusf. ſed eius nomine vtilis actio dabitur, l. communi, 7. §. cùm de vſufr. D. eo. l. ſi cuius, 13. §. ſed ſi inter, D. de vſufr. & l. 4. D. de aqua quot.

§ 8 Ac prædiales quidem ſeruitutes, non in iure, ſed in modo vtendi, diuiſionē recipiunt, veluti menſura aut temporibus, d. l. arbor, §. ſi per eundem, & §. vlt. D. h. t. l. 4. & l. 5. D. de aq. quot. Itaque aquæ hauſtus diuidi non poterit niſi vtendi modo: veluti vt certum ſitularum numerum haurire, aut alternis tātum dieb. haurire liceat: quamuis puteus cuius ſolū, id eſt, fundus communis eſt, diuiſionem recipiat, l. 4. §. 1. D. eo. Atque ita videmus aquę ductus vſum diuidi, agro cui debeatur, diuiſo, non ipſum aquæductū, l. ſi partem, 25. D. de ſeruit. ruſt. Sic vſus qui ſua natura indiuiduus eſt, l. vſus, 19. D. de vſ. & habitat. tamen propter neceſſitatem, hanc diuiſionis fictionem recipit, vt vni adiudicetur, ea lege, vt alteri mercedis partem præſtet, l. item quamuis, 10. §. 1. D. h. t. quod magnopere notandum eſt, vt quę natura ſua indiuidua ſunt, tamen propter neceſsitatem diuiſionem recipiant. In quo tamen Prætoris auctoritatem interuenire oportet, vt Paullus eo loco teſtatur. Similiter, ne ſuperficiei quidem nomine directa competit actio, ſed vtilis duntaxat, l. 1. §. pen. D. de ſuperfic. Dixi, *quod alterum alteri præſtare oportet*, qua ex parte perſonalis hęc actio eſt, l. 1. l. 4. § 3. D. hoc t. l. 1. C. eodem.

§ 9 Præſtationes autem hę potiſſimùm veniunt, vt ſi res commodè diuidi non poſſit, ea tota vni adiudicetur, aut eius maior pars: iſque viciſſim alteri certa pecunia condemnetur, §. penult. Inſtitut. de offic. iud. quinetiam vni proprietatem, alteri vſumfr. adiudicare poteſt, l. 6. §. penult. D. hoc tit. atque iſto modo vſusfructus conſtitui dicitur in l. 6. D. de vſuf. Venit præterea, ſi quis quid damni dedit, fecitve, ſi quid ex re communi percepit, l. 3. & l. 8. §. venit, D. h. tit. ſi quos ſumtus neceſſarios in rem communem fecerit, l. in hoc iudicium, 14. l. ſi meo, 22. D. hoc tit. ſi quid dolo, vel culpa ſocij admiſſum eſt, l. ſi is cum quo, 20. aut ſi ſolus fructus mercedéſve percepit, l. 4. §. ſicut, h. t. l. quibus, 34. D. pro ſoc. denique etiam euictionem inter ſe præſtare ſocij tenentur, l. quamuis, 10. §. vltim. D. hoc tit. l. 7. C. comm. vtr. iud. quoniam diuiſio vicem emtionis & permutationis obtinet, l. 1. C. eod. tit. l. cùm pater, 77. §. hereditatem, D. de leg. 2.

§ 10 Dixi, *ex equo & bono*, quoniam bonæ fi-

A fidei hoc iudiciū eſt: in eóque ęquitas dominatur, l. 4. §. 2. & l. in hoc, 14. §. 1. D. h. t. Itaque dolus aut error diuiſioni cauſſam præbens, eam vitiat, l. 3. l. 6. C. comm. vtr. iud. denique quæcumque bonæ fidei conſentanea ſunt, in hoc iudicium veniunt: veluti, vt quod ſeruus communis ex re vnius adquiſierit, id illius ſit præcipuum.

§ 11 Supereſt, vt quæ inter hanc & ſuperiorem actionem, communia aut differentia ſint, videamus. Vtraque ergò actio mixta eſt, vtraque duplex, vtraq. bonæ fidei, vtraque ad rerum communium diuiſio-
B nem pertinet, vtraque quaſi ex contractu naſcitur, §. 3. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contr. Per vtramque dominium adiudicatione transfertur, §. pen. Inſt. de off. iud. vtraq. iuſtam vſucapiendi cauſſam præbet, l. ſi per errorem, 17. D. de vſurpat. vtramque diuiſionem vitiat dolus & error qui ei cauſſam dedit, l. maiorib. C. comm. vtr. iud. In vtraque par idémque Iudicis officium eſt, l. 6. §. pen. D. eo.

§ 12 Differentiæ autem hæ ferè ſunt: Per illam
C hereditariæ, per hanc ceteræ res diuiduntur, l. 4. D. h. t. tametſi inter eos quoque quibus hæreditario iure communis res eſt, etiam communi diuidundo agi poteſt, l. quib. 34. D. Pro ſoc. l. inter, 44. D. h. tit. veluti cùm ab erciſcundæ familiæ arbitro quædam res indiuiſæ relictæ ſunt, l. ſi filia, 20. §. familiæ. Illa vniuerſalis eſt & ad vniuerſitatem diuidendam pertinet; hæc ad diuiſionem rerum ſingularium, d. l. 4. Illa ſemel tantùm agitur: hæc iterari poteſt, d. l. 4. §. 2. In il-
D lam veniunt res etiam non communes, veluti depoſitæ, commodatæ: in hanc non niſi communes, d. l. inter, 44. D. tit. prox. ſup. Differentias autem inter pro ſocio & hanc actionem, ĩ. ſub rubr. Pro ſocio, commodiùs exponemus.

AD EXHIB.

TITVLVS IIII.

E 1 *Ordo librorum & ſeries argumenti: vbi Tribonianus dicitur turbaſſe ordinem.*
2 *Actionis ad exhib. definitio. & quid ſit Exhibere.*
3 *Cur in rem ſcripta dicatur.*
4 *Pecuniariter intereſſe quid ſit. vbi l. 13. D. h. t. emend.*
5 *Eorum quorum pecuniariter intereſt, rem exhiberi, enumeratio.*
6 *Tres vindicationis ſpecies, & harum nomine hæc actio conceditur.*
7 *Quarta item.*
8 *Et quinta; vbi quorumdam notatur iactantia de expoſitione l. 3. § 3. D. h. t.*
F 9 *An vbi exhibitoriis interdictis locus eſt, huic etiam actioni locus ſit.*
10 *Reliqua eorum enumeratio, quorum pecuniariter intereſt.*
11 *l. qui tabulas, 27. D. de furt. perperā ab aliis emēdata.*
12 *Aduerſus quem detur hæc actio.*
13 *Effectus huius actionis.*

§ 1 QVO libro Vlpia. & Paullus hoc Edicti caput explicarint difficile dictu eſt.
G nam ex Indice videtur potius Vlp. Rub. 24. Paullus autem lib. 26. hanc actionem tractaſſe. Quod ſi verum eſt, Edicti ordinem Tribonianus non ſeruauit. Vtcumque ſit, exiſtimo Prętorē poſt duplicia iudicia, ꝓpoſita, quæ omnia ciuilia ſūt, ſuas quaſdam actiones ſubiūxiſſe: quoniā omnes quæ ſequuntur, vſq; ad exitū libri XI. ex Prætoris iuriſdictione ſunt. Inter illas autem hanc à Triboniano

primam

primam propoſitam: quam tamen poſt tit. de ſeruo corrup. & tit. ſi menſ. falſ. mod. à Iuriſconſultis expoſitam librorum inſcriptiones oſtendunt.

§ 2 Actio ad exhibēdum eſt actio prætoria perſonalis, in rem ſcripta & arbitraria, per quam is cuius pecuniariter intereſt, rem exhiberi ab eo qui eam habet, tenet, poſſidet, eam proferri poſtulat. Nam exhibere propriè eſt, ex priuato & ſecreto loco, in medium proferre, l. 3. §. ait Prætor, D. de lib. hom. exhib. Itaque rerum mobilium propria eſt, l. ad rem, 56. D. de procurat. l. quod legatur, 38. D. de iudic. l. 1. §. ſi fundus, 20. D. vnde vi, & de vi arm.

§ 3 Dixi, *perſonalis in rem ſcripta:* quoniam perſonalis quidem actio eſt, vt ait l. 3. §. 3. h. t. Verùm quoniam neque perſonam ſequitur, ſed rem & poſſeſſorē d. l. 3. §. vlt. neque perſonalem præſtationem petit: ſed realem, ac proinde non concipitur in perſonam, ſed generaliter vt rés exhibeatur: propterea in rem ſcripta nominatur: vt dictum eſt ad Rubr. Quod met. cau. ex l. metum, 9. §. cum autem, D. ill. tit. Denique verbis & formula in rem eſt, vi ipſa & effectu eſt in perſonam. Dixi, *arbitraria,* vt in §. præterea, 27. Inſtit. de action. quoniam ſi reus antè ſententiam arbitratu ac iuſſu Iudicis rem exhibeat, abſoluitur: ſin minus, in id quod intereſt, damnatur, §. 4. Inſtit. de off. Iud.

§ 4 Dixi, *cuius pecuniariter intereſt.* non enim omnibus quorum aliqua ex cauſſa intereſſe poteſt, hęc actio conceditur, veluti ſi exhibitis certis libris eruditior futurus eſt: aut ex aduerſarij rationibus aliquid cogniturus, l. pen. D. eo. aut ſi ad exhibendum ab alio prouocatus eſt, l. 3. §. ſi mecum, D. h. t.

§ 5 Pecuniariter ergò interſit oportet, l. ſi liberi, 3. h. tit. vbi vitioſè *(peculiariter)* legitur. Eóque in genere hi ferè numerantur: primùm qui vindicaturus eſt. nam vindicantis intereſt, rem exhiberi: quoniam plerumque certæ tantùm rei vindicatio conceditur: atque idcircò quantitas & qualitas deſignanda eſt, l. 6. D. de rei vindic. Qua de cauſſa propter vindicationes potiſſimum introducta hæc actio dicitur in l. 1. D. h. t. & ei potiſſimùm, qui rei dominus eſt: nam vbi dari oportet nunquam ad exhibendum agitur, l. pén. D. de cond. cau. dat. Ei namque præcipuè competit, qui in rem acturus eſt, l. 3. §. 3. D. h. t. & l. 1. C. eo. & re exhibita iudicatio exercetur, l. 1. D. de priuat. del. nam quæ alienis rebus iuncta vel confuſa ſunt, vindicari, niſi ſeparata, non poſſunt, veluti ſi argentum duorum confuſum ſit, aut gemma vnius alterius auro incluſa, l. in rem, 23. §. item, D. de rei vindic. l. 6. D. hoc tit. Vbi ergò res in medio eſt, vindicatio competit: vbi celatur aut ſupprimitur, ad exhibendùm, l. 1. C. de noxal. act.

§ 6 Triplex autem vindicatio eſt: proprietatis, ſeruitutis perſonalis, & pignoris, l. 3. §. 3. D. eo. Itaque illarum trium nomine hæc conceditur actio, veluti ad exhibendum ſeruum fructuarium, d. l. 3. §. Pomponius, D. eo. ad exhibendum pignus à debitore interuerſum, l. 3. D. de pignor. act.

§ 7 Poteſt etiam quarta vindicationis ſpecies adiungi, nimirum vindicatio in libertatem, quæ liberalis cauſſa eſt. nam eius cauſſa hæc quoque conceditur actio, l. de eo, 12. D. eo. ſi modò pecuniariter intereſt, veluti in liberto, qui operas debet: itemque in filiofam. qui patri adquirit. Nam adiecta cauſſa ex iure Quiritium, vindicari filijfam. poſſunt, l. 1. §. 1. D. de rei vindic. ſimiliterque libertus mei appellatione continetur, quaſi ius patronatus, quoddam proprietatis genus eſſet, ac proinde vindicari poſſet, l. talem, 51. §. 1. De hered. inſtituen.

§ 8 Poteſt addi & quinta, nam poſſeſſionem vindicat, qui eam ſuam eſſe contendit. qua de cauſſa hæc quoque ad exhibendum actio conceditur, l. 3. §. Pomponius, D. hoc tit. Vindicatur autem poſſeſſio per interdicta, l. 1. §. fin. D. de interd. Quare interdicturo hæc quoque actio conceditur. Quod verò ſcribitur in d. l. 3. §. 3. Sed & ſi quis interdicturus rem exhiberi deſideret, audietur: video eſſe qui ſe inſolentiùs efferant quod excogitarint, id ad interdictum Vtrubi, propriè pertinere: quaſi verò non etiam cum aliis interdictis commune ſit, veluti ſi quis interdicturus de tabulis exhibendis, omiſſo interdicto, vti hac actione malit, l. 3. D. Teſtam. quemad. aperi. l. hoc amplius, 29. D. de furt. ſi quis de homine libero exhibendo, aut de liberis exhibendis interdicturus, hac actione vti malit, d. l. de eo, 12. Item ſi quis de glande quæ in alienum fundum ex arbore ſua deciderit, l. Iulianus, 9. §. 1. D. h. t.

§ 9 Illud quæri poteſt, An vbi exhibitoriis interdictis locus eſt, huic etiam actioni locus ſit? quod negare videtur l. 3. §. ſi quis & l. liber, 13. D. eod. Sed meo iudicio, tum etiam locus eſt, cùm ei qui agit etiam vindicatio competit, velut in d. l. Iulianus, 9. §. 1. D. hoc tit. & l. 3. D. teſtam. quem. aper. Atque hæc quidem de primo, cuius intereſt rem ſibi exhiberi.

§ 10 Secundus numeratur is, cui ſerui optio legata eſt, quoniam aliter deligere ac vindicare, niſi tota producta familia non poteſt, d. l. 3. §. item ſi, l. de eo, 12. §. 1. D. eod. l. ſi tibi, 8. §. vlt. D. de opt. leg. l. 2. D. de trit. vin. leg. Tertius, qui noxali iudicio acturus eſt: quoniam certum deſignari noxium hominem oportet: quod non niſi producta familia fieri poteſt, d. l. 3. §. ſi quis noxali. Quartus qui ſeruum criminis alicuius poſtulare inſtituit, l. 2. C. hoc tit. aut eum in ius vocare, cùm alter eum exemerit, l. 3. D. ne quis eum qui in ius voc. Quintus, is qui de ſeruo quæſtionem haberi poſtulat, l. vlt. D. eo. Sextus qui chirographum per ſolutionem inane factum poſtulat. Neque verò debitor tantùm aduerſus creditorem hoc nomine ad exhibendum agere poterit, l. vlt. C. hoc tit. verumetiam creditor aduerſus alium, quàm debitorem, illud chirographum poſſidentem, l. ſolutione, 18. D. hoc tit. quippe cùm debitori condictione ex lege ſit obligatus ad illud reſtituendum, l. 2. C. de cond. ex leg.

§ 11 Ac præſertim cùm interdum debitores calumnientur, indebitum à ſe ſolutum fuiſſe, l. qui tabulas, 27. D. de furt. vt Accurſius accuratè annotauit: quo abſurdior eorum audacia eſt, qui in illa lege (*debitor*) pro (*creditor*) & (*creditore*) pro (*debitore*) reſtituendum putant, propter Baſilici libri metaphraſin; cuius auctores Latinæ linguæ imperitos fuiſſe, multis ex locis conſtat, ſed multo abſurdius fuit adfirmare propterea, creditori hanc actionem non dari: quoniam datur tantùm vindicaturo, interdicturo vtrubi, optaturo, & noxali iudicio acturo. quod longiore refutatione indignum eſſe Neratij definitio demonſtrat, in l. 3. §. ſi mecum, D. hoc tit. Intereſſe autem oportet vtroque tempore litis conteſtatæ, & rei iudicatæ, l. tigni, 7. §. vlt. Sed vtrum interſit necne, & an iuſta & probabili de cauſſa interſit, Iudicis cognitio eſt, l. 3. §. ſciendum, & §. ſi mecum.

§ 12 Dixi, *qui habet, tenet, poſſidet*, vt in Aquiliana formula hæc actio non modò aduerſus eum conceditur qui poſſidet; verumetiam aduerſus eum qui de ſuo loco tolli rem alienam non patitur: veluti, glandem quæ ex arbore mea in vicini fundum deciderit, l.9.§.1.D.h.t. Item vindemiam, quæ pendens vendita eſt, l.qui pendentem, 25.D.de act.emt. Item cretam domini voluntate exemtam, l. permiſiſti, 16.D.de verſ. verb. Item aduerſus eum qui quid fecit, quominus commodè tolli à domino ſuo res poſſit, l.ſed addes, 19.§.ſi inquilinus, D.loc. Excipitur tamen actio de tigno iniuncto propter leg. XII. tab. l.6.D.h.t. l.in rem, 23.§.tignum, D.de rei vindic. Rurſus non modò aduerſus poſſeſſorem conceditur, verumetiam aduerſus eum qui dolo poſſidere deſiit, l.5.C.h.tit. l.ſi heres, 63.D.de leg. 2. Denique aduerſus eum qui reſtituendi facultatem habet, l.5.§.3.h.t.

§ 13 Poſtremò notandum eſt, effectum huius actionis hunc eſſe, vt res reſtituatur. Nam etſi verbis exhibitoria eſt, tamen effectu eſt reſtitutoria, l.3.§.ſi mecum, l.5.§. idem Iulianus & §.vlt. l.7.§. item municipes, & §.ſeq. l.9.§.quantum, D.eo. Secundò, vt in eadem cauſſa exhibeatur in qua fuit cùm iudicium acceptum eſt, d.l.9.§.quantum & §.ſeq.D.eo. & §. 4. Inſt.de off.Iud.

LIBER XI.

DE INTERROGATION. IN IVR. FACIVND.

TITVLVS I.

1 *Continuatio Rub.ex edicto Pretoris.*
2 *Interrogatoria hæc actio quare nominetur.*
3 *Etiam hereditariarum rerum cauſſa interrogationes fiunt;*
4 *Et aliarum rerum quæ hic recenſentur.*
5 *Interrogatoriæ actionis definitio.*
6 *Quis interroget & interrogetur.*
7 *Mendacium hac actione punitur: & mendacium tam in negando quàm in confitendo conſiſtit.*
8 *Sed eam eſſe confeſſionem oportet quæ & iure & natura vera eſſe poſſit.*
9 *An taciturnitas æquè vt mendacium puniatur.*
10 *Interrogationis effectus triplex.*
11 *Quid inter hunc titulum & tit. De confeſſis vel conueniat vel interſit.*
12 *Tribonianum emblema indicatum, de §.1. l.1.D.h.t.*

§ 1 SEQVITVR altera ex Prætoris iuriſdictione nata actio. Prætor.n. hoc edicto pollicetur ſe quoties iuſta cauſſa eſſe videbitur, permiſſurum ei qui actionem aduerſus alterum comparat, non modò illum in ius ad ſe adductum interrogare, quæ ad actionem ſuam inſtituendam neceſſaria ſunt, & iuſta ex cauſſa ignotabit, l.2.§.h.tit. verumetiam ex aduerſarij reſponſione ius actionis ſumere: non modò eius informandæ quæ alioqui competebat, verumetiam nouæ inſtituendæ: quæ ob eam cauſſam quod ex ipſius interrogatione comparatur.

§ 2 Interrogatoria nominatur, ſicut alibi ex aduerſarij confeſſione confeſſoria, l.inde Neratius, 23. & l.proinde, 25.D.ad leg. Aquil. l. 4. D.de Confeſſ. Dixi, *quoties iuſta cauſſa eſſe videbitur*: vt in l.penult. D.h.t. quam cauſſam ſummatim ac de plano Prætor cognoſcit, l.ſi ſine, 9.§.pen.D.h.t.

§ 3 Itaque perabſurdum eſſet exiſtimare, duabus tribúſve tantùm ex cauſſis, quę exempli loco ſub hoc titulo connumerantur, has interrogationes fieri, & actiones parere: nam ob actiones hereditarias magna ex parte vſurpari ſolebant, l.1.l.2.l.4.& paſſ. D.h.tit. Nam cùm nomina ipſo iure inter heredes pro portionibus hereditariis diuiſa eſſent, videndum erat antiquo iure, ne creditores plus petendo cauſſa caderent, §.ſi quis agens, Inſt. De act. & apud Paull. lib. ſentent. 1.t.10. & lib.2. tit. 5. quamquam Iuſtiniani inſtituto, qui plus petiit, omne damnum in triplum præſtat, §. ſed hæc quidem, Inſt.de act.

§ 4 Vſurpabantur autem etiam ex noxali cauſſa; propter mendacij periculum, l.5.l.7.8.D.eo. Item ex cauſſa damni infecti, l.10.D.eo. Item ex cauſſa peculij, l.ſi ſine, 9.§.vlt.eo. Item ex cauſſa ætatis, vtrum maior aliquis an minor eſſet, l.de ætate, 11.eo. Item ex cauſſa hereditatis, vtrum ex lege an ex teſtamento, vtrum ſuo nomine quis, an per ſubiectam ſibi perſonam heres eſſet, l.9.§.illud, D.eo. Item an velit heres eſſe qui deliberat, l.ſi curatoris, 9.C.de iur.delib. Itē in cauſſa ventris, an mulier diuortio facto ſe prægnatem putet, l.1.§.1.D.de inſpic.vent. Item in cauſſa tutelæ, an ſit tutor qui pupilli negociis ſe interpoſuit, l.vlt.D.quod falſ.tut.auct. Sed an non etiam ex cauſſa vindicationis & iudiciorum in rem? Imò verò textus eſt apertiſſimus in l.qui petitorio, 36.& l.vlt.D.de rei vind. & l.qui ſeruum, 20.§.in iure, D.h.t. Neque aduerſatur l.in ſpeciali, 73.eod.tit. & l.cogi, 11.C.de pet. her. quoniam aliud eſt reſpondere, vtrum quis dominus ſit, necne: aliud, vtrum poſſideat, necne.

§ 5 Quare interrogatoria actio ſic definienda eſt; Actio prætoria perſonalis: ex eo quod ab aduerſario interrogato in iure reſpōſum eſt, adcommodata, vt ſi mentitus ſit, tanti damnetur, quanti illum, ſi actione directa teneretur, damnari oporteret. Dixi, *perſonalis*: quoniam reſponſio in iure, quaſi contractus eſt: vnde quaſi ex contractu naſci hæc actio dicitur, in l.de ætate, 11.§.qui interrogatus, D.h.t. Et hoc eſt quod dicitur in l. 4. eum qui interrogatur, ex ſua reſponſione adſtringi. Dixi, *adcommodata*, vt in l.qui ſeruum, 20.§.vlt.D. eo. quod verbum in actionibus vtilibus vſitatum eſt, vt l.22. D.de aq.pluu.arc. l. 24. D. de pignor. act. namque hoc proprium actionis nomen non eſt, ſed appellatiuum, vt noxalis, arbitraria, reſciſſoria, reſtitutoria. Dixi, *in iure*: quocumque loco id fiat, dum tamen ſalua maieſtate imperij, & more maiorum fiat, l.pen. D.de iuſt. & iur. l.4.§.1.D.h.t. Sed quod de iure ab initio inſtitutum eſt, etiam ad iudicium productum eſt, vti patet ex l.pen.D.h.t. Dixi, *interrogato*, vſum & conſuetudinem ſecutus: quamuis profeſſio ſpontanea, pro reſponſione valeat, l.ſi ſine, 9.D.h.t. Sed quis aut interroget aut reſpondeat, videndum eſt.

§ 6 Ergò is demum interrogat qui actionem inſtituit:

inſtituit: nam alterius interrogatio, alteri non prodeſt.l.vlt.*D*.h.t.quamquam Prætoris quoque interrogatio valet, ac litigaturo prodeſt.l.9.§.3. h.t.& l.ſi curatoris,9.C.de iur.delib. Interrogatur autem non modò is, qui litis dominus eſt, verumetiam eius defenſor.l.non ſolum, 39.*D*.de procur. Alioqui defenſor ad interrogata non reſpondens, non plenè defendere intelligitur.d.l.9.§.Celſus,*D*.h.t. Alterius autē reſponſio, alteri non præiudicat.d.l.9.§.1.D.eo.Dixi, *ex eo quod reſponſum eſt*, vt in l.ſi filius, 12. §.1.& l.vlt. D.h.t.Itaque cùm actor ex reſponſione ius ſuum cōparet, ei probandæ reſponſionis onus incūbit. l.quoties,18.§.vlt.D.de probat.

§ 7 Dixi, *ſi mentitus ſit*: nam hac actione mendacium punitur, vt quaſi ex delicto naſci hac ex parte actio iſta videatur. Mendacium autem tam in negādo, quàm in confitendo conſiſtit. Nam & ſi quis quadrupedem noxiam ſuam eſſe negarit, quæ ſua erat, in ſolidum, hoc eſt ſine noxæ deditione damnatur.l.1.§.interdum,D.ſi quadrup.& viciſſim qui ſuam eſſe dixerit, quæ nō erat, noxali tenetur.l.5.l.7.l.8.l. qui ſeruum,20.D.h.t.Similiter tam qui ſe heredem eſſe falsò negat, quàm qui falsò affirmat, ſibi præiudicat.l.6. l.12.D.h.t.quod etiam de muliere dicitur, in l. ſi mulier,25.l.ſi mulier,26.D.ad Velleia. Item ſi quis falsò ſe ex parte heredem dixerit, pro ea parte ab hereditariis creditoribus cōuenitur.l.de ætate,11.§.1.D.eo.Sic qui ſibi nihil deberi dicit, ſuam actionem amittit. l. donari,29.§.1.D.de donat.& qui ſe poſſidere falsò negat, poſſeſſionem amittit.l.vlt.D.de rei vind.

§ 8 Sed tamen confeſſionem eiuſmodi eſſe oportet, quæ & iure & natura vera eſſe poſſit: nam quæ à natura abhorret, veluti ſi alienum filium, meum eſſe dixero, cuius ætas id non patitur; aut meum eſſe ſeruum qui mortuus eſt, aut cuius dominiū adquirere non potui, nihil ea confeſſio præiudicat. l. confeſſionib.13.l.14.15.16.*D*.h.t.

§ 9 Illud notandum eſt, taciturnitatem æquè vt mendacium & contumaciam puniri, quia qui apud magiſtratum interrogatus non reſpondet, magiſtratū contemnere videtur.d.l.11.§.qui tacuit.Dixi, *ſi directa actione teneretur*: quoniam ſubeſſe directam actionē oportet, eámq; iure competere: ſed falſa reſponſio illā, in eum, aduerſus quem non competebat, cōfert, d. l.cōfeſſionib.13.& ſeqq. *D*.eo. Atque hinc quātus ſit huius interrogationis effectus intelligi poteſt.

§ 10 Eſt autem triplex: primus vt per eam probetur in quo actori probatio deficiebat, l. 2. 3. 4. *D*.eo. Deinde, vt ei à plus petendo caueatur. d.l.1.& l.3. Poſtremò, vt actionem ad id quod reſponſum eſt, adcōmodari pariat.d.l.4.& paſſ. *D*.eo.

§ 11 Supereſt, vt quid inter hūc tit.& titulū de confeſſis, vel conueniat, vel interſit, conſideremus. nā vtraque certè confeſſio in iure fit; neque alibi facta prodeſt, l.poſt rē,16.D.de re iud. Vtraque ſine interrogatione fieri nō poteſt.l.9.D.h.t. Vtraque nō modò ante litem conteſtatam, ſed etiam poſt acceptū iudiciū fieri poteſt.l.pen.D.h.t.vbi vox (*æquè*) ſic exaudienda eſt, vt apud Prætorem. Quod propter receptum errorem magnoperè notādum eſt. Verùm hæc actionem parit; illa nō parit, vt ait Paul.lib.ſentent.2.t.1. ſi quis debitum confeſſus eſt, ex ea re creditori actio nō datur, ſed ad ſolutionem compellitur, nimirum rei iudicatæ actione: quamquam confeſſoria dari videtur arg.d.l.inde Neratius.& l.4.D.de Confeſſ.

§ 12 Ad extremum illud notandum eſt, totum §. 1.l.1.*D*.h.t.nō Calliſtrato, ſed Triboniano acceptum

A ferendum eſſe. quod vel ex veterum locis innumeris, vel ex genere ſtili intelligi poteſt. Idque in Verrinarum cōmentariis antè annos xxx. primi demonſtrauimus; quam tamen laudem alij ſibi, noſtro ſuppreſſo nomine, adrogarunt.

DE QVIB. REB. AD EVND. IVD.

TIT. II.

B
1 *Non de omn.b.litib.ad eundem iudicem itur.*
2 *Enumeratio quarumdam rerum de quib. itur ad eundem iudicem.*
3 *Centumuirorum diuiſa tribunalia fuerunt.*

§ 1 SVB hoc tit. Tribonianus demonſtrat, non de omnibus litibus quæ cauſſam eandem habeant, ſed tātùm de quibuſdam ad eundem iudicem iri: veluti, ſi diuiſoria iudicia ſint, l.1.*D*.h.t.

C § 2 Neque enim conſortes plurium loco habēdi ſunt, l.ſi is qui,31.D. de excuſat. Item ſi aduerſus plures, tutelæ vnius nomine agatur, l.2.eo.& l.5.C. arbitr. tut. ſi plures eiuſdem ſerui dominium vindicent: vel vnus proprietatem, alter vſumfructum, l.cognitio,8.& l.ſeq.*D*.de lib.cauſ.ſi mutuæ ſint actiones & ſit reconuentio, l.qui non cogitur,22.*D*. de iud.l.ſi idem, 11.§. ſed & ſi,*D*.de iuriſdict. Item ſi plures ſint debendi correi, à quib. certum petetur, Nou.99.at nō ſi plures ſint correi credendi, quamuis vnius loco D numerentur, l.ſi plures,9.D.de pact. Sed in cauſſa inofficioſi teſtamenti, quamuis plures heredes ſint, & filius exheredatus querelam inſtituat, tamen ad idem tribunal non adibatur.

§ 3 Videmus enim diuiſa Centumuirorum tribunalia fuiſſe in l.cum filius,76.*D*.de leg.2.& exheredatum partē heredum apud vnum iudicē vincere, apud alium ab altera parte, vinci, l. cum duobus,13. C.de inoff.teſt. l. ſi pars, 10. l. nam & ſi,15.§.filius, l. circa,24.D.de inoff.teſt.

E

DE SERV. CORRVP.

TITVLVS III.

1 *Actionis de ſeruo corrupto Prætoriæ definitio, & explicatio.*
2 *In duplo rem contineri, quid ſit.*
3 *Corrumpere & Recipere quid ſit, & quid inter ſe differant.*
4 *Corrumpendi verbum in hoc Edicto ad animum pertinet: alibi ad corpus.* F
5 *Itaque in ancillam corruptam duplex datur actio: Aquilia, & hæc.*
6 *Flagitare, & Efflagitare quid ſit: & Budæus reprehenſus.*
7 *L.1.§.2.D.h.t.emēdata, itemq; l.1.§. 2. D.quod iuſſ.*
8 *Serui nomine inſtituta hæc actio eſt: in qua eius perſonæ deprauatio ſpectatur, & res, quam abſtulit.*
9 *Propter ſerui delictū notabile, etiam criminalis datur, & iniuriarum actio.*
G 10 *Quid inter Aquilianam actionem & hāc Pretoriam interſit.*
11 *Differentia inter Receptum, Furtum, Plagium.*
12 *l. pen. D. ad leg.Fab. emend.*

§ 1 SEQVITVR actio Prætoria ordine quatta, quæ eſt de ſeruo corrupto, quam ita definiemus: Actio Prætoria, pœnalis, quæ aduerſus

tum datur, qui ſeruum alienum recepit, aut corrupit, vt in duplum, quanti actoris intererit, damnetur. Dixi, *pœnalis*, vt in l. hæc actio, 13. D. h. tit. quoniam non ſimplum, ſed duplum eius quod intereſt etiam aduerſus ſatetem perſequitur, l. 5. §. 2. l. 9. §. 2. D. eo. §. omnes, 19. Inſt. de act.

§ 2 In duplo autem res continetur, id eſt, damnũ datum. l. vt tantùm, 14. §. in hac, D. h. tit. ac non tantùm pœnalis hæc actio eſt, ſed etiam infamis, l. nec quidquam, 56. D. Pro ſoc. l. 6. D. de obſeq. par. Dixi, *recepit vel corrupit*. Hæc enim ſeparanda ſunt, vt in l. 5. §. hæc actio, & l. 9. vbi ſocius qui corrumpere poſſe adfirmatur, an idem recipere poſſit dubitatur.

¶ 3 Denique corrumpitur qui nõdum peccauit: recipitur qui peccauit, & ob eam rem profugit, l. Neratius, 11. §. ſunt enim diuerſa, D. h. t. Porrò Recipere eſt ſeruum à domino fugientem dolo malo occultare, l. 1. §. 1. D. h. t. nam receptio, bona mente facta non coërcetur. l. 5. eo. Corrumpere autẽ eſt hominis animum perſuaſione mala deprauare: vt cùm quis meretricia oratione corrumpitur: de quo exemplum eſt in l. pen. D. eo. ſed præſertim in l. 1. C. TH. De rapt. virg. vbi Conſtantinus ſtatuit, vt lenæ, quæ virgines meretriciis ſermonibus deprauarint, liquẽte plumbo in os & fauces infuſo puniantur: vt qua parte deliquerint coërceantur.

§ 4 Ac in lege quidẽ Aquilia Corrumpendi verbum ad corpus pertinet. l. ſi ſeruus, 27. §. inquit lex, D. ad leg. Aquil. In hoc Edicto ad animum & mores, l. 1. §. vlt. l. vt tantùm, 14. §. 1. & l. ſeq. D. eo. Neque me Paulli ſententia mouet, lib. 1. t. 13. vbi deteriorẽ ſeruũ facere dicitur, qui fugam aut furtũ ſuaſit, & qui mores corpúſve corrupit, non magis quàm l. 3. D. h. t. vbi qui perſuaſit ſeruo in puteum deſcendere, quo facto ſeruus membrum rupit, Vlpianus hac actione teneri ſcribit: quoniã ea demùm corporis corruptio ſignificatur, quæ animi deprauationẽ, id eſt perſuaſionem ſequitur: qualis eſt illa flagitioſa, de qua in l. 2. D. hoc tit.

§ 5 Itaque ob ancillam corruptam, video duplicem actionem dari: Aquiliam, quà corpus corruptũ eſt, l. 6. *D.* ad leg. Iul. de adult. & hanc Prætoriam, quà corruptus eſt animus. l. 2. §. 3. D. de priu. del.

§ 6 Vbi non adſentior doctiſſimo Budæo interpretanti *flagitauerit*, pro, de ſtupro vehementius appellarit. Sed *Flagitare* Vlpian. dixit, antiqua cõſuetudine, pro flagitium committere. Apuleius lib. 8. de aſino aureo: Exſecrandis vredinibus flagitabant. nam qui flagitarit, ſi non efflagitarit, hac actione nõ tenetur. Corrumpendi enim verbum in hoc edicto cum effectu accipiẽdum eſt. nam is demum corruptus dicitur, qui deterior factus eſt: id eſt, ad committendum facinus perductus. l. 1. §. 2. D. h. t. & §. vnde illud, 8. Inſtit. de furt. vbi caſus ſingularis excipitur qui plenius exponitur in l. ſi quis ſeruo, 20. C. de furt.

§ 7 Et hoc eſt quod Vlpian. ſcripſit in l. 1. §. 2. D. h. t. qui cùm vulgo corruptiſſimè legatur, nõ dubito, quin hoc modo ſit reſtituendus: *Perſuadere eſt plus quàm ſuadere.* perſuaderi enim eſt cõpelli atque cogi ſibi parẽre, ſimillimúmq; mendum in libris Florentinis irrepſerat, in l. 1. §. 2. D. quod iuſſu; ibi aliud eſt iubere, aliud eſt fideiubere. Dixi, *ſeruum alienum*. nam domino ſerui directa conceditur: fructuario, tantùm vtilis. l. ſi quis, 9. §. 1. D. eo. & l. cum vſufructuario, 66. D. de vſufr.

§ 8 Et quamuis ſerui tantùm nomine inſtituta

A hæc actio ſit, vtilis tamen filij, filiæque famil. nomine conceditur. l. vt tantùm, 14. §. 1. *D.* eo. Dixi, *eius quod intereſt*: in quo duo continentur: Primum in perſona ſerui, quatenus propter eam deprauationem vilior, ac minoris precij factus eſt, l. 9. §. vlt. aut prorſus inutilis. l. vt tantùm, 14. §. æſtimatio. Deinde, in rebus, ſi quas abſtulit. nam harum quoque precium duplatur, l. in hoc, 10. l. vt tantùm, 14. §. his conſequenter.

B § 9 Illud notandum eſt, vbi ſerui corruptio, notabile aliquod damnum adfert, criminalem quoque & extraordinariam actionem concedi, l. vlt. *D.* de offic. præf. veluti ſi alterius perſuaſu ad infamandum dominum ad ſtatuam confugerit, l. 5. *D.* de extraordin. crim. Item actionem iniuriarum: ſi quis in domini patriſue contumeliam ſerui filiive alieni mores corrupit, l. ſi quis, 26. *D.* de iureiur.

§ 10 Poſtremò videndum eſt, quantum inter Aquilianam actionem & hanc prætoriam; itemque

C inter Receptum furtum & plagium interſit. Ergò, Aquilia pertinet ad corporis & membrorum corruptionem: hæc ad animi & morum deprauationem, vt iam dictum eſt. Illa in confitentem eſt ſimpli: hæc dupli, l. 5. §. 2. D. h. t. Sed illa quamplurimi æſtimationem habet, quæ interdum ſumma eſt: hæc non habet. Illa dolum & culpam coërcet: hæc culpam non coërcet: veluti ſi luſus gratia deteriorem fecerit. l. 3. l. 4. D. h. tit. Ex quibus intelligi debet, neque titulum hunc ad legem Aquiliam reſpicere, de qua Vlpian.

D lib. 18. ſcripſit: cùm hanc lib. 23. tractaret: neque hanc eſſe ſpeciem generalis actionis Aquiliæ: ſed ſpeciem ab illa ſpecie diuerſiſſimam; quandoquidem illa ad corporis ruptiones, hæc ad animi deprauationes pertinet, vt paulo antè diximus ex l. 6. de adult. & l. 2. §. 3. de priu. del.

§ 11 Inter Receptum autem & furtum & plagiũ differentia notanda eſt: quoniam in l. 1. D. t. prox. & l. 2. & l. eum qui, 9. l. ſi quis ſeruum, 12. C. ad leg. Fab. de plag. nihil intereſſe videtur: vulgóque creditur, cela-

E ti ſerui nomine tres illas actiones competere: ac præſertim propter l. Neratius, 11. §. 2. *D.* h. tit. Sed Recepti actio aduerſus eum eſt, qui fugitiuum ſeruũ apud ſe recipiẽdo eius animum corrupit, l. 2. C. ad leg. Fab. In quo etiam is qui erronem recepit, tenetur, l. 1. §. fugitiuum, D. t. prox. at furti actio aduerſus eum qui lucri faciendi animo id fecit & quærẽtem dominum celauit, l. 4. l. 6. C. de furt. d. l. 1. D. t. prox.

§ 12 Plagij verò qui eum contrà domini voluntatem ſupprimit, vendidit, aut exportauit vt vende-

F retur, l. ſi abducta, 20. C. de furt. l. 1. C. ad leg. Fab. l. pen. D. eo. t. vbi, pro, (*facit quæſtionem*) legẽdum arbitror, (*facti quæſtio eſt.*) Atque hoc quidem de plagiis propriè. Vlpianus tamen in Collectaneis de lege Fabia tractans: Eiuſdem (inquit) legis capite ſecundo tenetur, qui alieno ſeruo perſuaſerit, vt dominum fugiat: quia alienum ſeruum inuito domino celauerit, vendiderit, emerit dolo malo: volenti tamen domino aduerſus Plagiarium furti actio conceditur, l. 52. §. ſi fugitiuum, D. de furt.

G

DE FVGIT.

TIT. IV.

1 *Ordo turbatus à Triboniano.*
2 *Fugitiui definitio.*
3 *Æquitas*

3 *Æquitas, pœna & effectus huius S. C.*
4 *Serui dum in fuga ſunt, à dominis vendi non poſſunt.*

§ 1 NOTARI ordo non poteſt, niſi Tribonianicus, nam à libro Vlpiani, 23. ad primum regreditur: in quo Senatuſcõſultum de requirendis fugitiuis ſeruis expoſuerat, quod factum eſt Modeſto & Paullo Coſſ. Alexandro imperante; ſimúlque Principum quædam reſcripta ad fugitiuos pertinentia perſtringit. Itaque hęc Rubr. magis ad tit. De furtis quàm ad ſuperiorem rubricã de ſeruo corr. pertinet. Qua de cauſſa in Codice illi tituli coniunguntur.

§ 2 Verùm vt vt ſit, Fugitiuus definitur is, qui relinquendi domini animo aliò ſe contulit. l. quid ſit, 17. D. de æd. ed. l. fugitiuus, 225. D. de verbor. ſign. Sed fugitiui nomine etiam erro hoc S.C. continetur. l. 1. §. 4. D. h. t. hoc eſt, qui frequenter ſine cauſſa vagatur: & rebus nugatoriis occupatus tardiùs domum redit. d. l. 17. §. erronem. nam hic ſolo tempore à fugitiuo differt. l. aut facta, 16. §. 3. D. de pœn.

§ 3 Ergò S.C. & Principum reſcriptis cautũ fuit, ne quis fugitiuum reciperet: vt dominis inquirentibus Magiſtratus opem præberent: & ſi opus eſſet, apparitorem adiungerent, ne quis inquirẽti, aditum in ſuum locum denegaret: vt qui fugitiuum apprehendiſſet, eum in publicũ deduceret. Denique vt ne fugitiuis arena & pugna cum beſtiis, ad vitandã dominorum poteſtatem prodeſſet: ſed pœna centum ſolidorum illo S.C. impoſita, in 20. mutata eſt à Cõſtantino. l. 3. C. h. tit.

§ 4 Singulare autem illius caput etiam notandum eſt, ne liceat dominis ſeruos qui in fuga ſunt, vendere: ne ſcilicet ea res receptatorib. tegendi maleficij velamentum prætexeret. l. 2. *D.* de leg. Fab. l. quod ſæpe, 35. §. ſi quis, *D.* de contr. emt.

DE ALEATOR.

TIT. V.

1 *Ordo Rub. optimus.*
2 *Alea quid ſit. hæc non modò legib. antiquis & S.C. damnata, verumetiam Edicto Prætoris.*
3 *Suſceptorib. iudicium ſe non daturum edixit.*
4 *Mendum ſublatum ex verbis Edicti h. t.*
5 *Prius caput de aleatorib. expoſitum.*
6 *Alterum cap. de aleatorib.*
7 *Ludorum diuiſio, vt alij Publici, alij Priuati dicãtur.*
8 *Illorum alij ſunt Scenici: alij Venatorij, & Gladiatorij: vbi notatur,*
9 *Aliud eſſe damnari ad ludum gladiatorium, aliud ad gladium.*
10 *An Iuſtiniani iure ludi gladiatorij & pœnæ gladiatoriæ ſublata ſint.*
11 *Publicorum item ludorum alij ſunt Palæſtrici, qui ad athletas & pugiles & xyſticos pertinent.*
12 *Alij Deſultorij, qui ad deſultores & agitatores, & Saltatores: & horum alij Pyrrhicarij, alij Pantomimi, qui & Geſticulatores dicuntur.*
13 *Priuatorum ludorum definitio.*
14 *Item ludorũ alij ſunt Honeſti, gloriæ ſcilicet & virtutis cauſſa: alij infames, quæſtus cauſſa inſtituti.*
15 *Alij item virtutis cauſſa, alij voluptatis: vbi quid ſit Maiumæ ludus exponitur.*
16 *Aleæ varia genera: & Sponſionis verbum in ijs vſurpatum.*
17 *Alea quæſtus vetitus nõ tãtum legibus antiquis, verùm etiam à Iuſtiniano Imp. Chriſtiano.*
18 *Aleæ tamen emtio permittitur: veluti, captus piſciũ, auium, miſſilium.*
19 *Alea demum ludere permittitur ſi ſit pro eſculentis & poculentis: vbi l. vlt. D. h. t. correcta eſt.*
20 *De micatione digitorum apud veteres: & Nonij locus emend.*
21 *Ludorum, qui à Iuſtin. interdicti ſunt, enumeratio.*
22 *Iniurioſi ludi qui dicantur.*

§ 1 RECTISSIME ſubiectum eſt ſub illud, de ſeruo corrupto, quod tum ex argumento, tum ex inſcriptione librorum intelligitur, Paulli quidem in l. 2. D. h. t. & l. ſi quis ſeruum, 26. D. de iniur. Vlpiani autem in l. 1. D. h. t. & aliarum quæ ſunt ſub tit. de ſeru. corrup. hic eſt ex ipſius lib. ad Edict. 23. Tres autem Prætorias actiones complectitur: duas de aleatorib. & tertiam de ſuſceptorib.

§ 2 Alea eſt, ludus in fortuito lucri damníve euentu poſitus, qui non modò legibus antiquis Cornelia, Titia, Publicia, verumetiã S.C. dãnatus eſt, l. 2. & l. 3. D. h. t. Poſtremò etiam Prætoris edicto, in quo etiam de aleatorum ſuſceptoribus cautum fuit: ſed de aleatorib. primam partem non habemus: tantũ enim ſignificatur in l. vlt. D. h. t. quod ex aleæ luſu victor conſecutus eſt, eius rei condictionem victo concedi. Vnde certiſſima coniectura eſt, quod ex alea victus deberet, eius nullam victori actionem dari, arg. l. is qui, 15. D. de reg. iur.

§ 3 De ſuſceptoribus autem ſingulariter notandum eſt, Prætorem, non vt in pleriſque alijs, edixiſſe, actionẽ ſe vel iudicium daturũ: ſed hoc modo, iudicium non daturum: quaſi indignos ſuſceptores iudicet, quibus ius reddat; eoſque publici iuris expertes habeat, vt Verrina IV. ſi quis eum pulſaſſet, edixit ſeſe iudicium iniuriarum non daturum, quidquid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturum: ipſi autem nullius actionem rei ſeſe daturum.

§ 4 Tres autem prioris capitis partes ſunt: ſi ſuſceptor verberatus ſit, ſi damno adfectus ſit, ſi furtum ei factum fuerit. Similiter autem Prætor aliquoties iudicium ſe non daturum edicit, vt in l. ait Prætor, 25. D. de reb. auct. iud. poſſ. & l. ſi debitor, 30. D. de ſolut. Sed in edicto mendoſè legitur (*dolo eius*) reſtituendúmque eſt, vt in quibuſdam libris, (*domo eius.*)

§ 5 Primùm, quoniam Vlpian. in §. 2. id perſpicuè demonſtrat: deinde quoniam alioqui Prætor videretur ſuſceptori poteſtatem facere ſubtrahendi res colluſorum: his autem idem in illius rebus non permittere, cùm ex contrario Vlpian. ſcribat, ſolum ſuſceptorem non vindicari: hoc eſt, ius illis non reddi, furtum illi factum non vindicari: colluſorib. autem ius reddi, ſi quid alter alteri ſubtraxerit: Ergo multò magis ſi quid ſuſceptor ſubtraxerit. Quare notãdum eſt, Prætorem non dixiſſe (*domi*) ſed (*domo.*) Nam colluſor domi quidem ſubtrahit, ſed non domo: id eſt, ex rebus ſuſceptoris domeſticis.

§ 6 Alterum capitis ad aleatores pertinet: ſi vis ludendi cauſſa illata ſit. vbi notandum eſt eum non dixiſſe, *Actionem vel iudicium dabo*, ſed, *Animaduertam.* quod mirum eſt ab Vlpiano ſic explicari, quaſi dixiſſet, Puniam, vlciſcar, vindicabo: cùm alijs in locis verbum illud ſignificet, Cauſſa cognita ius dicã; l. 1. D. de minor. l. item apud, 15. §. ait Prætor, 20. D. de iniur. nimirum vt vel dem actionem vel denegem, vt in l. ſed & ſi, 26. §. ait Prætor, D. ex quib. cau. mai. & l. itẽ apud, 15. §. Prætor ait. l. ſi quid, 31. D. de minor. Deinceps de ludis videamus: nam cõmũ triplicem

diuiſionem facio.

§ 7 Alij namque ludi publici ſunt: alij priuati. Publici ſunt, qui & theatrales & ſpectacula dicũtur, qui palàm apud vniuerſum populum eduntur: quorum diſciplina ad officium Præfecti vrbi pertinet, l. 1. §. pen. D. de off. Præfect. vrb. atque interdum ab iis qui magiſtratum gerunt, eduntur, vt l. 5. §. interdum, D. commod. Interdum teſtamento legantur, memoriæ defuncti celebrandæ cauſſa. l. 6. l. liberto, 21. §. Lucius, D. de ann. legat. l. legatum, 16. & l. ſeq. D. de vſufr. leg.

§ 8 Eorum alij ſunt ſcenici, qui per hiſtriones aguntur, in l. ciuitatib. 122. D. de leg. 1. ad quos thymelici pertinent, qui in ſcena cytharis & tibiis canunt, l. 4. §. 1. D. de his qui not. infam. Alij venatorij: cùm homines cum feris in arena depugnant: ſic enim appelantur in l. aut damnum, 8. §. pen. D. de pœn. & l. qui dolo, 10. D. ad leg. Iul. de vi publ. Dicuntur etiam lacrymabilia ferarum ſpectacula, in l. vltim. C. de fer. proptereà quod à belluis homines laniantur. Venatoriorum mentio fit in d. l. ciuitatib. D. de leg. 1. l. 4. D. de adminiſt. rer. ad ciuit. pert. Hinc beſtiarij & harenarij dicuntur, qui cum beſtiis depugnant, l. ob carmen, 21. §. 2. D. de teſt. l. in arenam, 11. C. de inoffic. teſtam. qui operas ſuas vt cum beſtiis depugnent, locant, l. 1. §. qui operas, D. ad Terryll. Ac manè quidẽ hi ludi edebantur: meridie verò (vt ex multis Senecæ locis intelligitur) gladiatorij.

§ 9 Quo loco noua & preclara doctrina notanda eſt ex Collectan. Vlpiani tit. 11. aliud eſſe damnari ad ludum gladiatorium, aliud ad gladium. nam qui ad gladium damnantur, intra annum conſumendi ſunt. quod etiam Paull. ſcripſerat lib. ſentent. 5. tit. 17. At non qui in ludum damnantur, vtique conſumuntur, nam ad populi voluptatem conſeruantur. quinetiam pileari & rudem accipere poſſunt poſt interuallum. (ſic enim reſtituendum arbitror, pro, *inter palam*.)

§ 10 Sed exoritur quæſtio. nam cùm gladiatores Conſtantinus penitus ſuſtulerit, l. vnic. C. de gladiat. pœn. toll. quid eſt quod apud Iuſtinian. Vlpianus damnationes ad gladium commemorat, l. ſi quis mihi, 25. §. 2. D. de hered. inſtit. l. 6. §. irritum, D. de iniuſt. rupt. an dicemus ſublata eſſe gladiatorum ſpectacula, ſed ludum retentum atque ad eum Iuſtiniani locos referendos? quo nihil abſurdius dici poteſt, cùm, vt ſuperius dictum eſt, ludi ſint ſpectacula ad populi voluptatem inſtituta. Verius eſt ergò ludos ſublatos, pœnam retentam: vt l. 8. §. 1. D. de pœn. quę aliis locis damnatio ad ferrum appellatur, l. 8. D. de teſtament.

§ 11 Quartum ludorum publicorum genus eorum eſt, qui dicuntur Palæſtrici; in quib. athletæ aut pugiles, virtutis gratia decertabant, l. 4. D. de his qui not. infam. & ingenuorum ſunt proprij, l. 7. §. 3. D. ad leg. Aquil. cùm ſuperiores omnes infames eſſent; venatorij & gladiatorij ſeruorum proprij. Dantur tamen athletis victorię pręmia, l. periculi, 5. D. de naut. fœn. nimirum coronæ quæ illorum capiti imponuntur, & ſacrę appellantur in l. Comœdis, 40. D. de re iud. Qua de cauſſa oppignerari non poſſunt, l. 4. C. quæ res pig. obl. poſ. nam & ſacra eorũ certamina dicuntur, in l. 6. §. Vlpianus, D. de excuſ. Athletis autẽ etiã Xyſtici iungendi ſunt: de quib. in d. l. 4. Hoc etiam ij qui ſe in gymnaſiis & xyſtis exercent.

§ 12 Quintum genus deſultorum & agitatorum, qui bigas, trigas, aut quadrigas in circo agitant: de

A quib. in d. l. 4. & l. Titius, 43. in fi. D. de act. emt. quãquam deſultores propriè ſũt qui (vt Liuius teſtatur) binos trahentes equos in recentem equum ex feſſo tranſiliunt. de quib. in l. apud Labeonem, 20. *D.* de perſc. verb. Sextum genus eſt ſaltatorum, quorũ alij ſub armis ſaltant: à Pyrrho primo ludi inuentore Pyrrhicarij dicti, in d. 8. §. pen. D. de pœn. Alij in ſcena manib. & geſtu facta omnia imitantur, qui prætereà Pantomimi appellantur, in l. 3. §. inde Neratius, *D.* de cõd. cau. da. d. l. 43. *De* act. emt. Dicũtur etiã geſticu-

B latores in d. l. 8. §. pen. de pœn. Atque hęc quidem hactenus de ludis publicis.

§ 13 Priuati autem ſunt, qui in priuato loco, vbi amici ſoli conueniunt, exhibentur, l. ſi libertus, 27. D. de oper. libert. l. qui dolo, 10. D. ad leg. Iul. de vi publ.

§ 14 Secunda ludorum diuiſio eſt, quod alij ſunt honeſti, qui gloriæ & virtutis cauſſa fiunt: alij infames, qui quæſtus cauſſa ab his, qui artes ludicras faciunt, exercentur, & ignominiam pariunt, l. 2. §. vlt. l. 3. l. 4. D. de his qui not. infam. l. 1. §. remouet, D. de

C poſtul. quãquam harenę ludus, etiam virtutis oſtendendæ cauſſa & ſine mercede ſuſceptus, ignominioſus eſt, d. l. 1. §. remouet, de poſtul.

§ 15 Tertia diuiſio eſt, quod alij item virtutis & gloriæ cauſſa ſuſcipiuntur, vt curſus, ſaltus, luctatio, haſtæ aut pili iactus, l. 2. D. h. t. l. 1. C. de aleator. alij verò voluptatis cauſſa, qualis eſt pilę ludus, de quo in l. item mela, 11. l. ſi ex plagis, 52. §. vltim. D. ad leg. Aquil. Inter honeſtos autem referre Maiumam poſſumus, propter leg. vn. C. de maiu. Fuit enim armorum

D ludicra exercitatio, cùm aliquot adoleſcentes menſe Maio opidum in aqua poſitum, demiſſi in aquam ludibundi oppugnabant: à Syriaco verbo (*majim*) quod aquam ſignificat. Vanduſph. miſcell. hiſt. 23.

§ 16 Prętereà maiuma facta Imperator in Sophianis ſedit in ſolio cum filio ſuo, &c. ſed inter Famoſos, nullum fuit alea turpius, cuius varia genera fuerunt, cùm in tabula luſoria, talis, teſſeris, alueolis, latrunculis certæ pecunię, aut rei ſponſione luderetur. nam ſponſio hæc appellatur in l. 3. D. h. t. Res verò,

E pignus, vt apud Macrob. lib. 3. cap. 17. Nec Neratius (inquit) ſponſione cõtendit, pignus cuſtodiente Numatio Planco. ac plerumque annuli in ſponſionib. deponebantur, l. 19. §. vlt. D. de perſ. ver. & apud Plin. lib. 33. c. 1.

§ 17 Hic autem quæſtus non modò inter iuris gentium, aut iuris ciuilis adquirendi dominij modos non refertur: verumetiam antiquis legib. vetitus eſt, pœnáque quadrupli conſtituta, vt Aſconius in

F Diuinat. lib. teſtatur. Nam neque ſynallagma eſt, vt ex vnius re familiari aliquid decedat, viciſsímque aliquid aliunde accedat: neque donatio, quia liberalis non eſt: ſed totum eſt partim in fortuna poſitum, cuius euentu celeriter magnæ iacturæ per homines leues fiunt, partim etiam in fraudib. & calliditatibus. Quinetiam Chriſtianis Iuſtinianus hũc ludum propter blaſphemiarũ conſuetudinem interdixit: conſtituitque vt neque victori actio & victo repetitio eius, quod perdidiſſet, daretur, l. vn. C. de aleator. quin-

G etiam antiquo iure qui rem vt ludat, vendit, euictionem non præſtat, l. 2. D. quar. rer. act. non dat.

§ 18 Neque obſtat quod dicitur in l. nec emtio, 8. D. de contrah. emt. l. 7. l. nam hoc modo, 11. D. de her. vel act. vend. l. ſi iactum, 12. D. de act. emt. vbi aleæ emtio permittitur: veluti captus piſcium, vel auium, vel miſſilium: quoniam iis caſib. ſynallagma eſt. nam pro pecunia quæ datur, plerumque captus redditur.

Quod

Quod autem plerúque accidit, ſpectatur, l. 2. 3. 4. *D.* de legib.

¶ 19 Vnicum tamen aleæ video probari genus, l. vlt. *D.* h.t. Quod in cóuiuio veſcendi cauſſa ponitur, in eam rem alea ludere permittitur: ſic enim legendum arbitror pro (*famelitis ludere*) vt quemadmodũ Præſidib. permittitur eſculentum poculentúmve aliquid, quod intra dies proximos conſumatur, muneris loco accipere, l. plebiſcitum, 18. *D.* de off. præſ. ita permiſſum ſit alea ludere, non pecunia, ſed eſculentis aut poculentis quæ vno conuiuio conſumi poſſunt.

¶ 20 Veteres autem micationibus, id eſt digitorum ſortitione multa tranſigebant: velut in Edicto Turcij Apronij Præf. vrbi. Ratio docuit vtilitate ſuadente, conſuetudine micandi ſubmota, ſub exagio potius pecora vendere, quàm digitis colludentib. tradere, vt appenſo pecore, & cet. Varro Parmenione. apud Nonium, Micandum erit cum Græco, vtrũ ego illius numerum, an ille meum ſequatur. Cicer. off. 3. Quaſi ipſe aut ſorte aut micando victus alteri cedat alter. Sic. n. Nonij locus ex Cicerone & Ciceronis ex Nonio emendandus eſt, cùm in multis legatur (*dimicando*.)

¶ 21 Supereſt vt de ludis nobis à Iuſtiniano interdictis diſſeramus. hã in ſecun. Pand. Præfat. §. pen. vetat, inter Doctores & ſtudioſos eos ludos exerceri qui ſeruiles ſunt: quorum effectus iniurioſi ſunt, & cùm in Doctores, tum etiam in ipſos condiſcipulos criminoſi. Quib. verbis, vbi ſeruiles ludos prohibet, ptimũ ſcenicos omnes prohibet, & beſtiarios, & gladiatorios: tum in ſcenicis thymelicos damnat, id eſt, mimos, hiſtriões, ludiones, quos omnes famoſos eſſe conſtat ex l 4. *D.* de his qui not. infam. Itaque Synod. vi. in Trull. cap. 71. prohibitum eſt, ne ſtudioſi legum in theatrum deducantur: néve inuſitato veſtium genere vtantur: néve cyliſtras (quæ appellantur) exerceant: quod Cic. in Piſon. ſaltatorium orbem verſare Latinè (vt opinor) interpretatus eſt.

¶ 22 Iniurioſos autẽ & criminoſos ludos appellat Imperator eos (vt mea fert opinio) quos Gregorius Nazianzenus in oratione funebri Baſilij Magni teſtatur, inter adoleſcẽtes Philoſophiæ ſtudioſos Athenis ſuo tẽpore exerceri ſolitos: cùm eũ qui Philoſophiæ initiabatur, hoſpitio exceptũ vocibus laceſſerent plerũque contumelioſiſſimis ac turpiſſimis, vt eius patientiã tentarent, quod inſtitutum, Sorbonici noſtris tẽporib. vſurpant, & Veſperias vulgò appellãt. Plura ludorum genera commemorantur in l. vlt. C. h.t. De quibus videndũ cap. 71 Synod. in Trullo: & Phocion in Nomocan. tit. 13. c. 19.

SI MENS. FALS.

TIT. VI.

1 *Ordo rub. vbi oſtenditur, hoc Edictũ propriè nõ pertinere ad fines regũdos, ſed ad emtiones & vẽditiões.*
2 *Actionis huius definitio: quæ prætoria eſt, in menſorẽ, qui ciuiliter non obligabatur.*
3 *Et in factum, itẽmque perſonalis.*
4 *Solus dolus hac actione coërcetur.*
5 *Et quatenus intereſt tantùm hæc actio conceditur.*
6 *Frõtini locus expoſitus, de Fine, loco, & modo ad quæ Agrimenſores adhibentur.*

¶ 1 HOc caput non eſt propriè referẽdum ad Edictum de finib. regundis. Nam cùm tres (vt Frõtinus teſtatur) eſſe cõtrouerſię ſoleãt, de fine, loco, & modo, in quęſtionib⁹ de fine, adhiberi quidẽ interdũ mẽſor ſolebat, l. 8. §. 1. D. Fin. regun. l. 3. C. eo, Plerũq; autẽ de A terminorum declaratione, poſitione & reſtitutione arbitri dabantur, l. inter, 44. D. de recept. d. l. 8. *D.* Fin. regund. Præterea Vlpianus qui de finib. reg. lib. 19. diſſeruit, hoc caput lib. 24. tractauit. Denique mẽſorum alij ad agros adhibentur, qui propriè agrimenſores, interdũ finitores appellantur: alij ad ędificia, itinera, cæteráſque res omnes, in quas menſura cadit, l. 5. §. vlt. & ll. ſeqq. D. h.t. Præcipuè autem hoc edictũ ad emtiones & venditiones pertinet, vt apparet ex l. 3. §. 1. B & §. 2. *D.* h.t.

¶ 2 Quæ verò hoc capite actio conſtituta eſt, definiri ſic poteſt: Actio prætoria in factum & perſonalis, quę aduerſus menſorẽ qui dolo malo falſũ modũ renunciauerit, ei, cuius intereſt, cõceditur, vt menſor quanti huius intereſt dãnetur. Dixi, *prætoria*, eſtq; hæc ordine octaua nã ciuilis & ſollẽnis nulla exſtabat aduerſus agrimenſorẽ, qui ciuiliter obligatus nõ erat, l. 1. §. 1. *D.* h.t. quippe cùm locati & cõducti actio tũ demum competat cùm hinc opera eſt, illinc merC ces, l. 2. D. loc. l. 1. §. ſi quis, D. depoſ. Plerumque autem honeſtior menſoris perſona eſt, quàm vt aut operas locare, aut mercede conduci videatur. quapropter honorariũ non merces appellatur, d. l. 1. D. h.t. quod idẽ de Iuriſconſultis dicitur, & de Aduocatis, Medicis & liberaliũ artiũ profeſſorib. l. 1. D. de extraord. cognit. Vbi autẽ vilior mẽſoris pſona eſt (nã & ſeru⁹ interdũ adhibetur, l. 3. §. vlt. D. h.t.) atq; vbi de mercede cõuenit, ciuilis actio eſt, l. 1. §. 1. D. eo. l. 4. §. 1. D. Fin. regun.

¶ 3 In factum autẽ hęc actio appellatur, quoniam D menſoris factum dolo malo admiſſum, in actionis formula exponendum eſt, atque à Prætore æſtimandum, vt de alia actione dicitur. l. pen. §. 1. D. naut. caup. ſtab. neque enim hæc actio eſt perſcriptis verbis & ciuilis: ſed vt illa aduerſus nautas, caupones, ſtabularios tota prætoria eſt, l. 3. §. 1. D. ill. eod. tit. Dixi, *perſonalis*, nimirum quaſi ex contractu: quoniã & ſi dolus menſoris, ei cauſſã dedit: tamen initium à ſuſcepto negocio natũ eſt, l. 4. D. h.t. Initiũ autẽ ſuſcepti negocij ſemper ſpectandum eſt. l. 8. D. mandat.

E ¶ 4 *Dixi, dolo malo*, quoniã neque imperitia neq; negligẽtia, ſed ſolus dolus hac prætoria actione coërcetur, l. 1. §. 1. D. h.t. adeò vt vbi hæc actio defuit, de dolo generalis actio cõcedatur, l. 5. D. h.t. Atq; hinc intelligitur, cur ſerui nomine noxalis hoc caſu actio de peculio cõcedatur, l. 3. §. vlt. D. eo. quoniã ex ſerui dolo de peculio actio cõpetit, l. 9. §. pen. D. de dol. ma. *Dixi, ei cuius intereſt*, primùm quoniam generalis, vt iam diximus, hæc actio eſt, ſiue ob agrum venditũ. l. 3. §. 1. ſiue ob adiudicatũ, §. 3. ſiue ob cuius alterius rei F menſurã, vt vini, frumẽti, ædificij, itineris mẽſor adhibitus fuerit, l. 5. §. vlt. & l. 6. & l. 7. *D.* eo. l. mẽſores, 29. *D.* de excuſat. deinde quoniã vbi qui læſus eſt, aliunde ſuum ſeruare poteſt, ceſſat hæc actio, l. 3. §. 1. & §. 2. vel ſi eius nihil interſit, l. 5. §. 1.

¶ 5 Denique quatenus intererit, hæc cõceditur actio, d. l. 5. §. 1. Poſtremò, notãdũ eſt, quod ſuperius diximus, Agrimenſores in tribus cõtrouerſiis adhiberi, de fine, de loco, & de modo. De fine quęſtio eſt, intra quinq; pedes, circà terminũ agrorũ: quod ſpatiũ vſuG capi nõ poteſt: de loco, vltra id ſpacium, cùm de agri portione quadã interiore cõtrouerſia eſt: quod ſpatiũ vſucapi poteſt, l. pen. C. fin. reg. l. 4. D. eo. & l. locus, 60. in fi. *D.* de verb. ſignif. De modo cõtrouerſiæ generales ſunt: ac tũ ad longitudinẽ, tũ ad latitudinẽ agrorũ pertinent, l. 7. §. 1. D. de per. & comm. l. littora, 51. *D.* de contr. emt. & hæc à finium cõtrouerſia ſeparatur, in l. qui fundum, 45. *D.* de euiction.

DE RELIG.

TIT. VII.

1 *Explicatio Rubricæ: & quâ parte religio ad hoc edictum pertineat.*
2 *Quid ſit locus religioſus, & Monumentum: item quæ inter Sepulcrum & Cenotaphium differentia.*
3 *Religioſus locus quãdo fieri dicatur. & Cœlum ipſum quod eſt ſupra ſepulcrum, eiuſdem iuris eſt cuius ſepulcrum: item quidquid ſepulcro adhæret.*
4 *Locus purus & religioſus opponuntur.*
5 *Religioſi loci ius & effectus.*
6 *In ſuum locum non in alienum deferri oportet mortuum, vt locus religioſus fiat.*
7 *Sepulcrorum alia Familiaria, alia Hereditaria.*
8 *Ius religionis indiuiduum eſt, vt cetera qualitates.*
9 *Lex XII. tab. expoſita de homine mortuo in vrbe non ſepeliendo.*
10 *Prima actio religioſa eſt de mortuo in alienum locum inlato.*
11 *Secunda, de mortuo in alienam aream inlato.*
12 *Tertia, de eo qui religioſum locum pro puro vendidit.*
13 *Quarta, de eo qui intulit in locum publicis vſib. deſtinatum.*
14 *Quinta, de eo qui aliò, quàm quò ius erat inferendi, inferre coegit.*
15 *Sexta, de emtore qui nõ paſſus eſt ire ſepulturæ cauſſa per fundum à ſe venditum.*
16 *Septima, de ſumtib. funerum.*
17 *An ſumtuum iſtorum nomine neg. geſtorum actione agi cum herede poſſit.*
18 *Funeris & Monumenti differentia.*
19 *Octaua actio eſt, de eo qui pecuniam ad curandum funus accepit.*
20 *Præter 8. ſupp. actiones, quattuor aliæ enumerantur ad ſepulcrorum ius pertinentes.*

§ 1 SVB hac Rubr. octo prætoriæ proponuntur actiones, quæ religioſæ appellantur. nam titulum de Relig. ſic interpretor, de Religioſa actione, id eſt ad ius Religionis exſequendũ, l. fundus, 30. D. famil. erc. ſed ad eam dumtaxat religionis partem, de qua Prætor ius dicebat: cùm tamen non modò reliquæ partes, verumetiam hæc ipſa quadãtenus ad ius Pontificium pertineret. l. 8. D. h. t. l. hereditas, 50. §. 1. D. de petit. hered. l. vlt. D. tit. prox. ſic ſuprà interrogatoriæ actiones indictæ ſunt, quæ ad interrogationes in iure factas pertinebant: ſic interdicta quædam appellãtur de religione, quæ & religioſa dici poſſent, l. 2. in prin. D. de interd. Abſurdúmq; eſſet hãc Rubr. interpretari de religioſis locis, eámq; ad rei vindicationẽ referre, ꝓpter l. quæ religioſis, 43. D. de rei vindic. primùm quoniã hę actiones per ſe cõſtãt, neque cum illa quidquã ferè cõmune aut cõiunctũ habent, vt poſterius intelligetur: deniq; quoniã Vlpianus lib. 17. de rei vindic. tractauit: de his verò actionib. lib. 25. Paullus de illis lib. 21. de his li. 27. quin etiã illa ipſa l. quę religioſis, ex hoc Paulli libro ſumta eſt, & ex hoc noſtro Edicti capite ſub illius tit. de rei vind. trãſlata. Idémq; caput Edicti de ſepul. violato, huius eſſe loci atq; ordinis patet ex inſcriptione l. 3. D. de. ſep. viol.

§ 2 Porrò religioſa loca ſunt, quę ſepulcra ſunt: nã cùm monumẽtũ genus ſit, à monẽdo, & cõſeruanda memoria dictũ, ſi corpus, aut ſaltẽ ſi caput (quæ pars corporis ꝓpter vultũ potiſſima eſt) in illud inlatũ eſt,
A ſepulcrũ dicitur: ſi nihil, aut alia pars corporis, cenotaphiũ, l. 2. §. 2. l. 7. §. vlt. l. monumẽtũ, 42. D. h. t. Lãpridius in Alex. cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulcrum ampliſſimum meruit.

§ 3 Religioſus ergò locus fit, qui purus anteà dicebãtur, mortuo in eũ inferẽdo, etiã ſeruo, l. 2. D. h. t. l. 6. §. 13. D. de rer. diuiſ. ſiue quia cõditis relliquiis religio debetur, vt ait l. fundus, 30. D. fam. erc. ſiue quia locus ille relinquebatur, neque arari aut coli illum licebat,
B vt Cic. de legib. 3. teſtatur. Idémque Seruio & Sabino viſum Macrobius & Agellius ſignificãt. Etſi autẽ Cicero in ſolo ipſo ſepulcrorũ religionem eſſe dicat; & eatenus religioſus locus fiat, quatenus corpus humatũ eſt, l. 2. §. 2. D. eo. tamẽ etiã cœlũ ipſum quod ſuprà ſepulcrũ, eiuſdẽ iuris eſt cuius ſepulcrum, l. vlt. §. pen. D. quod vi aut clam. Quinetiã quę ſepulcris adhęrẽt, quibus ſepulcra inædificata ſunt, quæ ornamẽti cauſſa appoſita ſunt, religioſa ſunt, d. l. quæ religioſis, D. de rer. diu. l. is qui puteũ, §. 2. D. quod vi aut cl. Prius
C autẽ quàm mortuus inferatur, etiã monumẽtũ ad ſepulturã paratũ, profani iuris eſt, l. 4. §. non fuit, D. ad leg. Iul. pecul. l. 7. §. 1. D. eo.

§ 4 Qua de cauſſa cenotaphium nõ religioſum, ſed purũ & profanũ eſt, l. 6. in fi. D. h. t. l. 7. D. de rer. diu. l. 5. §. cõceſſa, D. de donat. int. vir. Itaq; claudi ſepulcra maceriis ſolebãt, vt ꝓfanũ à religioſo diſtingueretur. l. hæc ſacra, 73. D. de cõtr. emt. nã purus locus ſepulcro cohærẽs, profani iuris eſt, l. locum, 9. C. h. t.

§ 5 Vſque adeò autẽ quę religioſa ſunt, priuati iuris
D eſſe deſinũt, vt mortuo inlato, ſtatim is ꝗ poſſidebat, poſſidere deſinat. l. ꝗ vniuerſas, 30. §. 1. D. de adq. poſſ. is qui de ſua materia monumẽtũ edificauit, operis dominus eſſe deſinat. l. 4. D. de aq. pluu. arc. Pręterea neque priuati iuris cõdicionẽ aut pactionẽ, quæ ius religionis imminuat, recipiũt: veluti, vt ne altius monumẽtũ tollatur, vt certus hominũ numerus humetur. l. 4. D. comm. pręd. quãquã ſubtilitas excogitata eſt (pace Iuriſcõſ. dixerim) ab ęquo & bono aliena: vt ſtipulatio, ea de re facta, valeat. quod Irnerius acutè inter-
E pretatus eſt de ſtipulatiõe pœnali, cuius metu, pactioni per ſe infirmæ ſtetur. l. quod ſi, 11. D. h. t. neque huc pertinet l. pen. D. de pact. aut, quæ illã abrogat, l. vlt. C. de pact. conu. int. emt. quoniã vtraque de loci puri vẽditione loquitur. Similiter autẽ iter ad ſepulcrũ nõ vtẽdo nõ amittitur. l. 4. D. quem. ſeru. amitt. ſeruitus tamẽ itineris ad ſepulcrum, quia priuati iuris manet, pacto remitti poteſt. l. ſeruit⁹, 14. D. de ſeruit.

§ 6 Verùm in his omnibus illud notãdũ eſt, ita demũ locũ purũ inferẽdo mortuo religioſũ fieri, ſi in eũ
F inferatur quò inferri ius fuit, veluti in ſuũ locũ: adeò vt ſi teſtator iacẽte hereditate inlat⁹ ſit, tamẽ quia naturaliter locus ſuus eſt, id eſt, ad illum pertinet, locus religioſus efficiatur. l. 4. D. h. t. At ſi in alienũ, inuito domino inlatus eſt, religioſus nõ fit. l. 2. C. h. t. neq; ſi heres in locũ ſub cõdicione legatũ intulerit. l. ſi loc⁹, 34. D. h. t. l. ſi fundũ, 105. D. de cond. & demonſtr. aut ſi ꝓprietarius in fructuariũ intulerit, aut fructuarius in proprietariũ. l. 2. §. 3. l. 8. §. vlt. l. ſunt perſonæ, 44. eod. l. locum, 17. D. de vſufr. aut ſocius ſine ſocij conſenſu. l.
G 6. §. 4. D. comm. diui. l. ſi fundus, 39. D. pro ſoc. aut dominus ſine conſenſu eius cui ſeruitus debetur. l. 2. §. 4. D. h. t.

§ 7 Porrò ſepulcrorum quædam familiaria dicebantur, quædam hereditaria. Familiaria erant, quæ paterfamilias ſibi familiæque ſuæ inſtituerat. quo verbo, primũ intelliguntur liberi, poſteriq; ſiue filijfam. ſiue emancipati, & ſiue heredes eſſent, ſiue non,

l. 5. l.

l.5.l.6.D.h.t.& l.pen. C.eod. Deinde etiam cognati & adfines, atque adeò extranei, ſi modò illi omnes, heredes ſint, l.4.& l.pen.C.eod. Etſi autem in patroni familia liberti numerantur,l.vltim.D.de verb.ſig. tamen niſi heredes inſtituti ſint,ius familiaris ſepulcri non habent, l.6.D.h.t. Hereditaria autem ſepulcra ſunt, quæ paterfam.ſibi heredibúſque ſuis inſtituit, vel hereditario iure adquiſiuit:qua de cauſſa nō modò heredib.ſed etiam iis, qui heredū loco habentur,conceduntur,l.5.l.6.D.eo. l.4.§. is autem cui,D. de fideic.liber. Quinetiam ad eos,qui fideicommiſſariis hereditatem reſtituerunt, pertinet, l.quia perinde,42.D.ad Treb.atque adeò ad eum,cui vt indigno, poſt aditionē hereditas ademta eſt, l. ſi quis fuit,37. D.h.t. Denique etiam ad eū cui bona addicta ſunt, l.4.§.is autem,D.de fideic.libert.

¶ 8 Vt autem ceteræ qualitates indiuiduæ ſunt, ita ius religionis indiuiduum eſt,l.4.C.h.tit. fundus quidem in quo ſepulcrum eſt, diuiſionem recipit:at locus fundi religioſus nō recipit. Neq. vllus,quamuis exigua ex parte, heres non in ſolidum ius ſepulcri retinet,l.6.D.h.t.l.fundus,30.D.fam.erciſ.l.6.§.ſi quis,D.comm.diuid.

¶ 9 Poſtremò notandum eſt, lege XII. tab. vetitum fuiſſe,ne hominem mortuum in vrbe ſepelire liceret,vt Cic.lib.de legib.2.teſtatur, ne ſacra ciuitatis funeſtarentur, id eſt, funere polluerentur, l.mortuorum,12.C.h.t.& apud Paull.ſent.lib.1.tit.vlt.& l.3.§. diuus, D.de ſepul.viol. quinetiam in agris ad ædes alienas adiicere ſepulcrū propius ſexaginta pedes eadem lege XII. tab. non licebat, vt Cic.eo.lib. teſtatur.idque legitimum ſpacium appellatur in l.3. D.t.prox.in fin. & l.qui bona,13. §.ſi quis iuxta,D.de dam.infect. qua de re videndus eſt cōmentarius noſter in lege XII.tab. Sed iam tempus eſt ad religioſas actiones accedere.

¶ 10 Quarum prima eſt de mortuo in alienum locum illato,quę definiri ſic poteſt:Actio in factū aduerſus eum, qui mortuum in alienū locum intulit, vt quod inlatum eſt tollat, aut loci precium præſtet. l.7.& l.2.§.2.D.h.t. vbi totus poſtremus edicti verſus falsò Prętori adſcribitur,cùm illa nō Pręt oris,ſed Vlpiani verba eſſe vſitata, Edictorum conſuetudo demonſtret. ¶ 11 Secunda ſic definitur:Actio in factū vtilis quæ aduerſus eum datur, qui in alterius aream lapideam puram mortuum intulerit,vt vel quod intulit,tollat,vel areę precium perſoluat,quemadmodum Caius teſtatur in l.7.§.1. vbi hoc nō vrbani, ſed prouincialis edicti caput eſſe ſcribit,& quaſi vrbani ſupplementū:cùm Prætor de loco vel ſepulcro alieno cauiſſet.Area autē monumento parata, neque ſepulcrū eſt,neq.locus,cùm locus portio fundi definiatur,l.locus,60.D.de verb.ſig. ¶ 12 Tertia ſic definitur:Actio in factum, quæ aduerſus eum,qui religioſum locū pro puro vendidit, datur ei ad quem ea res pertinet, vt quanti intereſt conſequatur. nam ad ex emto actionis exemplum inſtituta eſt,l.8.§.1.D.eod.

¶ 13 Quarta extraordinaria eſt,quæ cōceditur aduerſus eum, qui dolo malo mortuū in locū publicis vſib.deſtinatū intulerit, vt modicè extra ordinē coërceatur,l.8.§.2,D.h.t. ¶ 14 Quinta eſt in factū,quæ datur ei qui prohibitus mortuū inferre,quò ei ius inferendi erat, aliò intulit, aduerſus eū qui prohibuit, vt quanti actoris intereſt,damnetur,l.8.§.vl.& l.ſeq. D.h.t.nā cùm ſepulcra in bonis noſtris nō ſint,vindicari nō poſſunt,qua de cauſſa ciuilis actio deficiebat, l.1.D.ſi ſeru.l.23. D.de rei vind. ſeruitus tamen itineris ad ſepulcrum ciuili actione vindicari poteſt, d.l.

A 1.& l.ſeruitutes,4.D.de ſeruit.

¶ 15 Sexta eſt, quæ datur venditori fundi qui in contractu ſibi & poſteris ſepulcri locum excepit,aduerſus emtorem qui per fundum emtum illum ſepulturæ cauſſa ire non patitur,l.ſi venditor,10.D.h.t. nam legibus prædiatoriis caueri ſolebat, vt ad ſepulcra quæ in fundis eſſent, iter, aditus, ambitus funeri faciundo eſſet,l.vltimur,5.D.de ſepul.viol.

¶ 16 Septima eſt funeraria, quæ datur ei, qui B funeris cauſſa ſumtus fecit, aduerſus eum ad quem ea res pertinet,vt ſumtum recuperet,l.ſi quis,12.§.2.l.& ſi quis,14.§.vlt.D.h.t. Et ad hanc actionem pertinet pars Rubr.poſterior, quæ eſt de ſumtibus funerum: de quibus fusè latéque iis locis tractatur.Summa autē huc redit,vt ad boni viri arbitriū reuocentur, hoc eſt,ne aut maiores aut minores ſint,quàm dignitatis aut facultatis defūcti ratio poſtulet,l.3.C.h.t. & l.12. & 14.D.eo.Hæc autē actio extraordinaria eſt,neq.vbi alteri actioni locus eſt,ea vti licet, d.l.14.§.Labeo.

C ¶ 17 Qua de cauſſa quæritur, an eo nomine negociorum geſtorum actione agi cum herede poſſit? Dubitandi cauſſa eſt, quod illa actione ex eodem demum negocio agi aduerſus heredem poteſt,quod cuiuſque cùm is moreretur fuit: id eſt, quod geri viuo teſtatore potuit, l.3.§.1. D.de neg. geſt. quod tempus vitæ adtribuitur, l.heres meus, 79. D.de cond.& demonſt.§.ita autem,Inſtit.de inutil.ſtip. Viuenti autē duci funus non poteſt. Vlpianus tamen eum qui ſua impenſa funus facit,cum defuncto contrahere adfirmat, D non cum herede, l.1.D. h. tit. quæ cùm ex lib. x. ſumta ſit,ad caput edicti de negociis geſtis referenda eſt, quaſi hanc quoque actionem tribuat:ſed(vt opinio mea fert)vndecimum dumtaxat.Sanè ſumtus funeris à Paullo & Marciano inter æs alienum primo loco numeratur, & omne creditum antecedit,l.pen. D.h.t. & lib.ſent.1.tit.vlt.idque funerariæ priuilegiū appellatur in l.quæſitum,17.D.de reb.auct.iud.

¶ 18 Verùm,aliud eſt funus,aliud monumētum: illud neceſſarium eſt,hoc non neceſſarium, l.1.§.vlt. E D.ad leg. Falc.Ad hoc heres tenetur omnimodò per hanc actionem funerariam,vt dictū eſt: ad illud ſtricta ratione non tenetur, neque ciuiliter obligatur, etiamſi teſtator mandarit,l.7.D.de ann.leg. Pontificali tamē auctoritate ad teſtatoris obſequium compelluntur,l.hereditas,50.§.1.D.de hered.pet.ſed ſi coheredes ſint,quoniā coheredū intereſt, quos ius monumēti ſequitur, vel famil. erc.vel perſcriptis verbis actio conceditur,l.his cōſequenter,18.§.2.D.fam.erc.

¶ 19 Octaua actio eſt,aduerſus eum, cui teſtator F funeris ſui curam mādauit, & ad eam rem pecuniam accepit,l.& ſi quis,14.§.2. Ac de his quidem octo religioſis actionib.ſub hac Rubrica tractatur.

¶ 20 Pręter illas autem, quattuor reperio: quarum prima eſt actio Pontificia, vt heres qui ſtricto iure nulla tenetur actione ad monumentum defuncto faciendum, tamen Pontificali auctoritate ad ſupremæ voluntatis obſequium cogatur, d.l.hereditas, 50.§.1. D.de hered.pet.Secunda eſt,familiæ erciſ.ob eandem ipſam cauſſam. Tertia eſt pſcriptis verbis inter ipſos G coheredes poſt diuiſionem hereditatis: quaſi diuiſio hereditatis,quędam quaſi permutatio eſſet,l.his conſequenter,18.§.2.D.fam.erciſ. Quarta eſt de ſepulcro violato,ex inſcriptione l.3.D.de ſepul.viol.eſt autem actio in factū, quæ aduerſus eum, qui dolo malo ſepulchrū violauit,ei ad quē ea res ptinet,cōceditur,vt illi,quāti æquū videatur,dānetur: ſed & popularis actio eſt,magiſq.pœnā & vindictā quàm rei pſecutionē cōtinet,l.pro herede,20.§.vlt. D.de adquir.hered.

DE MORT. INF.

TIT. VIII.

1 *Ordo Rubr. turbatus à Tribon. & pertinet hoc interdictum ad Quintam actionem ſup. tit. propoſitam.*

TRIBONIANVS ordinem conturbat. neque enim iam actionem, ſed interdictum de Religione proponit: quod pertinet ad lib. Digeſt. 43. Vlpiani autem 68. in quo interdicta A interpretatus eſt. Pertinet tamen hoc interdictum ad eã actionem religioſam quã quinto loco poſuimus; vt cùm quis ſuſpicatur ſibi cõtrouerſiam de mortuo inferendo futuram, hoc interdicto vtatur, l.1. D.h.t.

LIBER XII.

DE REB. CRED. SI CERT. PET.

TITVLVS I.

1 *Series argumenti: probatúrque titulum fuiſſe generalem in Edicto, De rebus.*
2 *Rerum diuiſio duplex. Prima, vt aliæ in ſpecie conſiſtere dicantur; aliæ in genere, aliæ in quantitate, aliæ in iure.*
3 *Altera, vt aliæ ſint certæ, aliæ incertæ.*
4 *Quid ſit Certum & Incertum.*
5 *Et quid ſit Credere, tam generaliter quàm ſpecialiter.*
6 *In creditum ire vel abire, de quib. reb. dicatur.*
7 *Pecuniæ nomen generale ad omnes res.*
8 *Ex certis rebus, certi condictio naſcitur; ex incerta, Incerti: vbi de alus certi & incerti actionib. ſtrictim diſſeritur.*
9 *Reditur ad explicationem Rubricæ, quæ tribus partib. conſtat.*
10 *Mutuum, inter res creditas primum locum obtinet: eiúſque definitio; & proprietates quattuor.*
11 *An mutuum ſit creditum.*
12 *Mutuum iis demum reb. conſiſtit, quæ pondere, numero, menſura conſtant.*
13 *An ſi ſpecies vendenda data ſit vt redacta ex eo pecunia credita ſit, mutuum contrahatur.*
14 *In mutuo duo requiruntur: vnum, vt dominus ſit qui dat: alterum, vt dominus fiat qui accipit.*
15 *Mutui natura eſt, vt obligationem pariat, & ſine vtriuſque conſenſu non contrahatur.*
16 *Mutui nullus vſus niſi res mutuò data conſumantur: & emend. l.2. §.2. D.h.t.*
17 *In genere ſuo functionem recipere res quomodo dicantur.*
18 *Verſuram fieri, quid ſit.*
19 *Paritas conſiſtit aut Genere:*
20 *Aut Quantitate:*
21 *Aut Bonitate.*
22 *De perſonis, quæ dare mutuum poſſunt.*
23 *Qui accipere mutuum poſſint.*
24 *Quod ſit ius & effectum Mutui.*
25 *Duplex ex ſtipul. mutui actio; vna certi, altera, incerti.*
26 *Quaſi mutui definitio, & explicatio.*
27 *Quattuor Mutui proprietates enumerantur, & conciliatus Africanus in l.34. D. mand. cum Vlp. in l. 15. h.t.*
28 *Promutuum, quid ſit: quæ & Prærogatiua dici poteſt.*
29 *An numos contractus tempore dantis eſſe oporteat. & Irnerij ſententia in diſquiſitionem vocata.*
30 *Tribus prioribus proprietatib. Mutui expoſitis, ad quartam deuenitur.*

§ 1 DEINCEPS tertiam Digeſtorum partem Iuſtinianus ingreditur, in quã libros VIII. contulit, quibus generalem titulum impoſuit, DE REBVS CREDITIS, vel (vt ipſe ſimpliciter loquitur) DE REBVS, in pręf. 2. §.2. & in l.2. C. de vet. iur. enucl. In tertia, (inquit) congrętione omnia quę de rebus nominantur, contulimus. Item in tertia præf. §.2. In tertio autem omne quod ex vtroque volumine, id eſt, de rebus & de iudiciis, &c. & rurſus §.3. & ſeq. quater libros de iudiciis & libros de rebus appellat. qua de cauſſa in illo ſuo indice ſingulis in libris notauit primum de rebus, 2.3.4.5.6.7.8 Eundem autem fuiſſe perpetui edicti titulũ generalem, facilè intellectũ eſt, ex l.1. ĩ. h.t. Quoniam (inquit Vlp.) multa ad contractus varios pertinentia iura ſub hoc tit. prætor inſeruit, ideò rerum creditarum titulum præmiſit. Et mox: Sub hoc titulo prætor & de commodato, & de pignore edixit. Videndum igitur primò, quę ſint Res creditæ: tum ad alteram Rub. partem accedemus.

§ 2 Rerũ duplex diuiſio eſt. Prior huiuſmodi: Rerum aliæ in ſpecie conſiſtere dicuntur, aliæ in genere, alię in quantitate, alię in iure. Speciem Iuriſconſulti Stoicorum inſtituto appellant, quod alij indiuiduũ, veluti Stichum, Pamphilum, fundũ Tuſculanum, l. talis, 30. l. cùm res, 47. §.1. de leg. 1. Genus verò quòd alij ſpeciem, veluti fundũ, ſeruum, hominem, B l. vbicumque, 75. l. in ſtipulationib. 54. D. de verb. ob. Quantitatem, eas res, quæ numero, pondere, menſura conſtant, l.2. §.1. ĩ. h.t. & d.l. vbicumque. Iura verò res incorporales nominant, veluti ſeruitutes, obligationes, poſſeſſionem, hereditatẽ, l.1. §.1. D. de rer. diuiſ. l. pecunię, 174. l. hereditas, D. de verb. ſign. quas aliis locis dicunt in iure conſiſtere, §.1. de reb. corp. l. vlt. in fin. C. de præſc. long. temp.

§ 3 Secunda diuiſio eſt, vt aliæ ſint certæ, aliæ incertæ. Certa res eſt, quæ vel ſpecie, vel quantitate cõ- C ſtat, cùm eius qualitas apparet, l.6. ĩ. h.t. ſpecie, veluti Stichus. nomen enim, qualis ſit ſpecies declarat. quãquam demonſtratio nominis vice fungitur, d.l.6. & l.6. de rei vind. Quantitate, veluti vini Campani optimi amphoræ centũ. Nam qualitas boni, quæ plus minúſve recipit, incerta eſt. at qualitas optimi neq. plus, neq. minus recipit, d.l.75. *D.* de verb. oblig.

§ 4 Et hoc eſt quod dicitur in d.l.74. Certũ eſſe, in quo apparet quid, quale, quantũ. Incertæ res ſunt, quę vel in genere, vel in iure conſiſtunt, d.l.74. & l. D ſeq. l.1. l.2. D. de cond. tritic. Itaque homo, fundus, vſusfructus, poſſeſſio incertæ res ſunt, d.l.75. §.1. & l.2. de verb. obl. Incertíq. condicitur poſſeſſio, l. heres, ad Treb. iuncta l. qui exceptione, §. ſi pars, & l. indebiti, §. ſed etſi, D. cond. indeb.

§ 5 Credere autem eſt fidem alterius ſequi, quem præſtare aliquid eo nomine oportet, l.1. & l. ſi tibi 20. ĩ. hoc tit. Nam credere & debere relata ſunt,

neque,

neque alterum ſine altero intelligi poteſt. l. quod ſi, 10 ǰ.h.t. Sed aliud eſt credere, aliud in creditum ire. Credere genus eſt, atque ad omnes res pertinet, ſiue quæ in ſpecie, ſiue quæ in quantite conſiſtũt. d.l.1. Propriè autem & ſpecialiter ad eas res contrahitur, quæ in ſpecie cõſiſtunt: veluti in quibus depoſitum, commodatum, pignus verſatur, d.l.1.ǰ.h.t.

¶ 6 At in creditum ire, ſiue in creditum abire, quamuis generaliter etiam de ſpeciebus vſurpetur, tamen ſpecies eſt earum rerum propria quę in quantitate conſiſtunt, l.2.§.2.ǰ.eod. Quòd ſi de ſpeciebus vſurpetur, tamen non ipſæ in obligatione ſpecies erunt, ſed potius earum æſtimatio, l.5.§.pen.D.de tributor. Rurſus creduntur res etiam quarum dominium non transfertur, vt in depoſito, commodato, pignore. In creditum itur, non niſi rebus iis quarum dominium transfertur, l.in nauem, 31.ǰ.loc.l.3.§.pen. D.de Sen.Maced.d.l.5.§.penult.D.de tributor. atque hoc ſenſu ex altera parte dicimus in creditum accipi, l.6.§.apud Iul.D.Mand. Poſtremò creditur etiam ſine rei traditione, vt verbis & ſtipulatione.l.2. §.vlt. ǰ.eod. l. 4. D.de Sen.Maced. & antiquo iure, nominibus: vt ex Ciceronis orat. pro Comœd. intelligitur. In creditum itur re dumtaxat, & dominij tráſlatione, vt iam dictum eſt. Qui aurum dat aurifici, vt annulum recipiat, in creditum ire dicitur. d.l.in nauem. Ergo qui molitori frumentum admetitur, vt farinam recipiat: qui fuſori metallum, vt nolam, aut tormentum recipiat: ſimiliter in creditum ire dicitur. Vſurpatur etiam in creditum ire, pro, in debitoris vicem, alterum pecuniæ creditæ reum recipere.l. tutor, 19. §. vlt. D.ad Velleia. His præmunitis, cùm prior tituli pars intelligitur: tum etiam, cur, cùm olim de pecunijs creditis diceretur, Prætor maluerit de rebus.

¶ 7 Nam generale nomen elegit, vt ait l.1,ǰ.h.t. cùm veteres Pecuniæ nomine, generaliter ad res omnes vterentur. Cicero de Prouincijs Conſ. Emiſti grádi pecunia, vt tibi de pecunijs creditis ius in liberos populos dicere liceret. Idem lib.off.2. Et maximè in pecunijs creditis occultat ſuum gaudium ne videatur non fuiſſe ſoluendo. Et aliquantò pòſt: Nulla res, inquit, vehementiùs Rempubl. continet, quàm fides, quæ nulla eſſe poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. Liuius lib. 2. Appius Conſul. quamaſperrimè ius de creditis pecunijs dicere, &c. Deinceps ad ſecundam Rub. partem accedendum eſt.

¶ 8 Nam, vbi certa res credita eſt, actio conceditur, quæ certi cõdictio appellatur: vbi incerta, incerti condictio, l.certi, 9.l.ſi quis certũ, 24.ǰ.h.t. Sic cõtractus alius certi, alius incerti appellatur, in l.1.§.pen. D.de conſt.pecun.l.& vno, 18. D.de acceptil.l.9.ǰ.h. tit. Sic ſtipulatio alia certa, alia incerta, d.l.74. de ver. obli. Qua de cauſſa actio ex ſtipulatu duplex eſt. Vna certi condictio: veluti cùm pœna in ſtipulationem deducta eſt. l.ſi pœnam, 68. de verb.oblig. Altera quæ generaliter ex ſtipulatu appellatur, l. ſi quis certum, 24.ǰ.h.t.l.4.D.de vſuris. Similiter actiones aliæ certi, aliæ incerti, l.tribus, 8. D.de vſufr. earum rerũ, l.diem proferre, 27. in fin.cum l.ſeq.D.de recept. Sic actio, qua ſeruitus petitur, actio incerti appellatur.l.1.D.de vſufruct.leg.l.ſed etſi, 22.D.de cond.indeb.l.ſi binarum, D.de ſeruit.vrb. Itémque actio ad exhibendum, l.pen. D.depoſ. Denique omnis actio per quam id quod intereſt petitur, quoniam id incertum eſt, l.

A vlt. D. de in ius voc. l. & ideò, 12. & §. vltim. D. de condict.furt.

¶ 9 Quod cùm ita ſit, perſpicuum eſt, ſecundam Rub. partem, SI CERTVM PETETVR, prima eſſe verba ex Prætorij edicti capite, quod hîc explicatur. ſicut in illis ſimilibus, Si pars hered. petatur; ſi ager vectigalis petatur, ſi vſuſfr. petatur; ſi ſeruitus vindicetur. Sed poſtrema illa pars, ET DE CONDICTIONE, tota videtur eſſe Iuſtiniani: qui cùm ſub hunc tit.
B multa conieciſſet, ad quaſvis condictiones pertinétia, & à mutui condictione alieniſſima, generalem Rub. inſcripſit. Cuius rei documenta hæc proferemus. Nam de condictione pecuniæ depoſitæ tractatur in l.4. & l.certi, 9.§.1.l.vlt. & l.ſeq. De condictione pecuniæ ex re vendenda tradita redactæ, in l. 4. & l. rogaſti, 11. De condictione pecuniæ à fugitiuo ſeruo creditæ, l.rogaſti, 11.§.vlt. Item à furioſo creditæ, l.ſeq. Item à fure. l.ſeq. Item à filiofam. l.ſeq. Item à pupillo ſine tutoris auctoritate, l.non omnis, 19.§.1. De con-
C dictione pecuniæ non eodem animo datæ & acceptæ in l.ſi ego, 18.l.ſi tibi, 20. De condictione cauſſa dati, cauſſa non ſecuta, l.non omnis, 19. De condictione ſine cauſſa, l.4.§.1.l.ſi eam, 23.l.qui pecuniam, 30.l.ſi & me, 32. De condictione ex iniuſta cauſſa, l.4. §.1. De condictione ex ſtipulatu, l.ſi quis, 24.l.ſi pecuniam, 26. De condictione fundi vel hominis, l.cum fundus, 31. apertè de condictionibus naturalibus, l.ſi & me, 32.l.ſi eum ſeruum, 23.

¶ 10 Sed iam tempus eſt, ad eum contractum qui
D inter res creditás primum ac ſummum locum obtinet, accedere. Mutuum, eſt contractus quo quantitas alicui ea lege creditur, vt ex eodem genere, aliquando tantumdem reddat, l.1.§.1. D.de oblig. & act. qua ex definitione notãdum eſt, quattuor eſſe veri mutui proprietates, ſine quibus conſiſtere non poteſt. Primam, vt quantitas detur: alteram, vt certa ſit contrahentium voluntas atque conſenſio: ac proinde, vt ab iis demum, qui certam & liberam voluntatem habent, contrahatur. Tertiam, vt quantitatis datæ dominium in accipientem transferatur.
E Quartam, vt de tantumdem reddendo obligatio contrahatur. Quod ſi qua iſtarum proprietatum deſit, tum non verum mutuum, ſed quaſi mutuum appellatur, de quo poſterius ſuo loco diſſeretur. Dixi in definitione, CONTRACTVS, generali vocabulo, quod pro quauis obligatione paſſim vſurpatur, d. l.1.& l.omnem, 20. D.de Iudiciis, l.1.ǰ.h.t.

¶ 11 Non dixi CREDITVM, quoniam mutuum non eſt creditum, ſed per mutuum itur in cre-
F ditum. Denique creditum eſt effectus mutui, d.l.2.ǰ.h. t. Abſurdius etiam eſt dicere, creditum idem eſſe quod contractum: aut crediti nomen eſſe propinquius nomine contractus. Nam contractus eſt conuentio, per quam vel creditur, vel in creditum itur. l.3.§. is autem, D.de Senat. Maced.l.Titius, 24. D. de conſt. pecun. & Vlp. in l. 1. dilucidè ſcribit, Credendi verbo contractus omnes contineri: quod etiam oſtendit l.ſi tibi, 20. ǰ.h. tit.& l. omnem, 20 D. de Iudic.

G ¶ 12 Dixi, QVANTITAS, quoniã mutuum in iis demum reb. verſatur, quæ quantitatis nomine continétur. i. quę numero, pódere, & mẽſura cõſtant, vt vinũ, oleũ, frumentũ, d.l.1. De obl.& d.l.2, §.1.ǰ.h.t.& l.7.§. mutui, D.de ſen.maced. ii ſq. ſpecies, vt ſup. diximus, ſiue corpora opponũtur, l.planè, 54.§.1.& 2.ǰ.l.1.§.nõ ſolũ, D.ad le.Fal.l.ſi is cui, 94.D.de ſolut.l.2.l.6.ǰ.h.t.

Cuius rei documento illud ſit, quod quamuis in aceruo frumenti ſingula grana communia ſint, §. ſi duorum, Inſtit. de rerum diuiſ. & in ſumma pecuniæ, ſinguli numi, ſingula, inquam, numorum corpora, l. nam etſi, 23. in fin. ǰ. h. tit. tamen earum rerum communitas, non corporibus, ſed numero, pondere, aut menſura diuiditur, l. cùm Stichus, 29. D. de ſolut. l. ſi pœnæ, 19. §. 1. D. de cond. indeb.

§ 13 Cùm autem quantitate danda mutuum cõtrahatur, quæſitum eſt, an ſi pro pecunia, ſpecies vendenda data ſit, vt redacta ex precio pecunia credita ſit, mutuum contrahatur? quod Vlpianus affirmat in l. rogaſti, 11. ǰ. hoc tit. & l. rogaſti, 19. D. de perſcript. verb. Africanus autẽ apertè negat, & quaſi mutuum potius hoc eſſe affirmat in l. qui negocia, 34 D. mandati. Dixi, DATVR, quo verbo dominium transferri intelligitur, §. ſic itaque, de act. ex quo in mutuo duo requiri intelliguntur: prius, vt dominus ſit qui dat: alterum, vt dominus fiat qui accipit: vnde illa feſtiua Iuriſconſultorum alluſio, vt mutuum dicatur, quaſi de meo tuum, d. l. 2. §. 3. cùm tamen & in emtione & in permutatione & in legato, de meo tuum fiat: quibus tamen mutuum non contrahitur. De priore videamus.

§ 14 Ergo in mutui datione, oportet dominum eſſe dantem, l. 2. §. penult. ǰ. Quapropter qui alienam pecuniam dat, (veluti fur pecuniam ſubreptam) mutuum non contrahit, l. nam etſi, 13. ǰ. hoc tit. l. 7. C. eod. quinetiam ſocius dans mutuam pecuniam communem, pro ſua tantùm parte mutuum contrahit, l. ſi ſocius, 16. ǰ. hoc ti. Deinceps poſterior pars ſequitur: vt numi accipientis fiant, d. l. 2. §. 2. ǰ. hoc tit. alioqui numi qui ſic dantur, vt iidem ipſi recipiantur, non alienantur, l. qui ſic, 55. D. de ſolut. Nã cætarum rerum omnium quæ quantitate conſiſtunt, ea natura eſt, vt niſi conſumantur, præſtare nullum vſum poſſint. qua de cauſſa in abuſu potius, quàm in vſu conſiſtere dicuntur, l. 5. D. de vſufr. ear. rer.

§ 15 Dixi, EA LEGE, quoniam hæc mutui & rerum omnium creditarum natura eſt, vt obligationem pariant, neque ſine vtriuſque in eam rem conſenſu & certa voluntate contrahi poſſint, l. ſi & me, 32. ǰ. hoc tit. Itaque ſi diuerſæ ſint contrahentium opiniones, veluti ſi pecunia, animo donandi data, mutuandi animo accepta ſit, vel contrà mutuandi animo data, commodari animo recepta, neutra contrahitur obligatio: ſed propter conſumtionem, cõdictio ſine cauſſa conceditur, l. ſi ego, 18. ǰ. hoc titulo. Dixi, VT TANTVNDEM ALIQVANDO REDDATVR. Primùm quoniam vbi conuenit, vt eadem corpora reddantur, mutuum non eſt, ſed vel commodatum, vel precarium.

§ 16 Deinde quoniam res quæ in mutuum cadunt, nullum, niſi conſumantur, ſui vſum præſtare poſſunt, l. 1. l. 5. §. 1. & vltim. D. de vſufr. ear. rer. quin etiam pecunia numerata vſu & adſidua permutatione quodammodo exſtinguitur: ait Imperator in §. 2. Inſt. de vſufr.

§ 17 Qua de cauſſa dicuntur illæ res in genere ſuo functionem, id eſt, ſolutionem (ſic enim legendum eſt) recipere, magis quàm ſpecie, l. 2. §. 2. ǰ. hoc tit. quamquam genus hoc communis ſpecies appellatur, in l. cùm Stichus, 29. D. de ſolut. Fungi autem propriè dicitur qui quod debet præſtat: vt noxæ deditione defungi, l. liber, 37. in fin. *D.* ad leg. Aquil. & functio ea præſtatio. Cicero Verr. 5. Ita decumas ſemper vendidiſti, vt illis iucundior eſſet muneris

A illius functio, &c.

§ 18 Qua diſputatione adductus ſum, vt credam, Verſuram fieri, dictum ab antiquis propriè in mutuo; quoniam res mutuo data cum alia generis eiuſdem conuertitur. Nunc enim receptam à doctis opinionem repudio, vt Verſura fieri dicatur tãtùm, cùm à nouo creditore pecunia ſumitur, vt veteri ſoluatur. Nam de ſimplici mutuo teſtimonia hæc ſunt: Cicero Tuſcul. 1. Ego verò, inquit, maximam ei gratiam

B habeo, qui me ea pœna multauerit, quam ſine mutuatione & ſine verſura poſſem diſſoluere. Item Verr. 11. Confectas tabulas ſocietatis, quæ ſignificabant multis nominibus eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. Pro Fonteio: Hoc prætore oppreſſam eſſe ære alieno Galliam. à quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe dicũt. Item ad Att. 5. Non modò magno, ſed iniquiſſimo fœnore, Aurelius coactus eſt verſuram facere. Idem pro Cœlio: Nam quod æs alienum obiectum

C Cœlio eſt, verſuram nunquam fecit vllam.

§ 19 Paritas autẽ tribus cõſiſtit rebus, Genere, quãtitate & bonitate. Genere hoc modo, vt numi pro numis, vinũ pro vino, frumentũ pro frumẽto reddatur. Deniq. qđ numero datũ eſt, numero reddatur: itémq. quod põdere & menſura similiter. Id quod adeò verũ eſt, vt quamuis volenti & conſentienti creditori aliud pro alio ſolui poſſit: l. eum à quo, 16. & l. ſeq. C. de ſolut. tamen pactum, vt pro pecunia fruges, pro frugibus pecunia reddatur, mutui contractum im-

D mutet, vt iam non mutuum ſit: l. 2. D. h. t. ſed permutatio, do vt des, l. pen. de perſc. verb. l. 8. §. pen. D. de tranſact.

§ 20 Porrò in quãtitate ita ſtatuendum eſt, Adeò quadrare & debiti & crediti quantitatem oportere, vt neque plus neque minus, quàm creditum eſt, deberi poſſit. vnde vetus, pariandi, & paria faciendi & pariationis verbum. Quapropter ſi decem ea lege dentur, vt vndecim reddantur, non naſcitur obligatio vltra decẽ. Primò quia re obligatio vltra id quod

E datum eſt non contrahitur. l. ſi ego, 18. ǰ. h. t. l. ſi tibi, 17. D. de pact. Deinde, quia hoc non mutuum eſt, ſed fœnus, quod non re, ſed verbis & ſtipulatione contrahitur, l. Titius, 24. D. de perſcr. verb. l. 3. C. de vſur. qua de cauſſa mutuum à fœnore perſpicuè diſtinguitur: l. principalibus, 33. & l. ſeq. ǰ. h. t. Ex contrario verò ſi decem data ſunt, vt nouem reddantur, non ſimplex hoc mutuum eſt, ſed partim mutuum, partim donatio. l. rogaſti, 11. §. 1. l. ſi tibi, 20. hoc tit. Nam cùm per pactum in cõtinenti appoſitum ipſo iure refor-

F metur, atque imminuatur actio, neceſſe eſt, vt decimus numus in donatione ſit, ſi modò vtriuſque voluntas concurrat, d. l. ſi ego, 18. ǰ. hoc tit. & arg. l. 5. C. de pactis. atque hæc nimirum cauſſa eſt, quamobrem pactum in mutuo, vt debitor quatenus facere poſſit, conueniatur, valeat, l. ſi quis crediderit, 42. D. de pact. Quod ſi pactum nullum eſt, adeò paritas in obligatione eſt, vt creditor oblatam partem recipere non teneatur ipſo iure. Nam cùm ad prætorem res delata eſt, humanitatis & litium minuendarum cauſſa, ipſius imperio permittitur creditorem iubere partem

G recipere, l. quidam, 21. ǰ. h. t.

§ 21 Poſtremò paritas in bonitate quoque requiritur: veluti ne nouum vinum pro veteri reddatur, l. 3. ǰ. hoc tit. Atque ad hunc locum pertinet quæſtio, an alterius generis numos, quàm cuius crediti ſunt, vel exigere, vel ſoluere liceat? de qua in libel. quæſtion. illuſtr. cap. 15. fuſè latéque diſputauimus.

§ 22 Dein-

¶ 22 Deinceps ad partitionem veniamus, hoc eſt, de perſonis, rebus, & iure huius contractus. Dare igitur mutuum nó poſſunt, niſi qui & domini ſunt, & alienandi ius habent. Non igitur pupillus, ſine tutoris auctoritate: l. 3. D. de Sen. Maced. l. non omnis, 19. §. 1. ǰ. l. obligari, 9. D. de auctor. tutor. Non furioſus. l. 11 à furioſo, 12. ǰ. eod. l. ſi à furioſo, 24. *D.* de obligat. & action. Non denique prodigus, cui bonis interdictum eſt: l. furioſi, 40. D. de regul. iur. In his tamen omnibus intelligendum eſt, conſumtionem pecuniæ bona fide factam reconciliare mutuum, id eſt, obligationem quæ nulla fuiſſet, excitare, atque ex ea condictionem parere, l. 11. l. 2. l. 19. §. vltim. ǰ. hoc tit. l. ſi numos, 56. §. 2. D. de fideiuſs. Similiter non filiusfam. aut ſeruus dare mutuam pecuniam poſſunt, niſi liberam peculij adminiſtrationem habeant. tum enim peculiares dando, patri & domino obligationem adquirunt, quaſi eorum voluntate dederint, l. 2. §. pen. l. rogaſti, 11. §. 2. ǰ. Poſtremò qui in prouinciis cũ imperio vel poteſtate ſunt. l. principalibus, 33. ǰ. h. t. l. 3. C. eod.

¶ 23 Accipere autem mutuum poſſunt, non modò ij quorum res agitur, verùm etiam alij qui alterius negocium gerunt, l. eum qui, 13. C. hoc ti. at neque hi, qui cum prouinciali poteſtate ſunt, accipere mutuum poſſunt: l. præſidis, 34. ǰ. l. quiſquis, 16. C. eod. Neque ij qui per ſe obligari non poſſunt: veluti pupilli, l. pupillus, 59. D. de verb. oblig. niſi locupletiores facti ſint, l. 4. §. 4. D. de doli except. Itémque furioſi & prodigi, l. 1. §. vlt. & l. ſi à furioſo, 24. de obligat. & action. Nam qui ſciens perdituro credidit, obligationem non adquirit, l. ſi verò, §. ſi adoleſſcens, D. Mand. l. quod ſi minor, 24. §. reſtitutio, D. de Minor. quinetiam qui minori pecuniam credidit, quam minor diſsipauit, ei denegatur actio, l. 27. §. 1. D. de Minor. præcipuè verò ex pecunia filiofam. credita non adquiritur efficax obligatio, propter S. C. Macedonianum. Qua de cauſſa filiofam. credere, eſt pecuniam perdere, vt ait l. 3. D. de S. C. Maced. Atque hæc quidem de perſonis.

¶ 24 De rebus autem ſuperius demonſtratum eſt, iis demum rebus quæ quantitate conſiſtunt, & quæ dantis propriè ſunt, mutuum contrahi. Quare ſupereſt, vt de iure videamus. Ius igitur & effectus mutui eſt, primùm, vt rei creditę periculum confeſtim in debitorem transferatur, quamuis ea vſus non ſit, quamuis eam loco non mouerit, l. 4. l. 9. §. vltim. l. 11. ǰ. hoc tit. Itaque ſiue caſu fortuito, ſiue vi aliqua maiore cui reſiſti non poteſt, res perierit, debitori perit, l. 1. §. 1. D. de obligat. & action. l. incendium, 11. C. hoc tit. Alter mutui effectus eſt, vt actionem pariat, quę modò Condictio ſimpliciter dicitur, l. 7. C. Mandati. modò Actio condictitia, §. 1. & §. 2. Inſtit. de obligat. quę re contrah. modò Actio ſi certum petetur, l. 1. D. de cond. tritici, l. 1. D. de interr. modò Actio pecuniæ creditæ, l. pen. in fin. *D.* de inſtit. act. l. reſcriptum, 12. §. 1. D. de diſtra. pign. omnimodo autem certi condictio eſt. Nam cùm ex omni cauſſa competat ex qua res certa petitur, l. certi, 9. ǰ. h. tit. dict. l. 1 D. de interrog. tum verò præcipuè ex mutuo, dict. l. 1. de tritic. vbi tamen mutuo ſubiuncta ſtipulatio eſt, ſola verborum obligatio naſcitur, l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. ſupereſt, de verbor. obligat. l. 6. & l. 7. D. de nouat. ex qua quæ competat actio, cautè & diligenter animaduertendum eſt.

¶ 25 Nam ex ſtipulatione (vt ſuprà diximus) A duplex oritur actio, vna certi, ſi certum in ſtipulationem deductum eſt, his verbis: Aio te mihi certum ex ſtipulatione dare oportere. l. ſi quis certum, 24. ǰ. hoc tit. at ſi incertum, actio incerti naſcitur. Quod te mihi ex hac ſtipulatione, dare facere oportet. l. 4. D. de vſur. quæ ipſa ex ſtipulatu quoque appellatur. d. l. 24. & §. 1. Inſtit. de verbor. obligat. qua de cauſſa etiam in depoſito, pignore, commodato, cùm aut poſſeſſio ſola, aut id quod intereſt petitur, datur condictio, ſed incerti dumtaxat: itaque intelligenda B eſt l. 4. §. 1. ǰ. h. tit. l. ſi quis, 13. §. 1. D. de poſſ. Supereſt, vt de quaſi mutuo, eiúſque cum mutuo, vel communione, vel differentia dicamus.

¶ 26 Quaſi mutuum eſt conuentio tacita, per quam is apud quem res alterius eſt, vel ad eandem rem, vel quanti ea eſt, reddendum ex bono & æquo obligatur. Nam vbi aliqua ex illis quattuor mutui proprietatibus, quas ſuprà enumerauimus, deficit, naturalis tamen ſubeſt æquitas, quæ obligationem pariat, tum quaſi mutuum appellatur. Dixi, CON-C VENTIO TACITA, quoniam etiamſi non exprimatur, tamen propter naturalem æquitatem interpoſita intelligitur, etiam ſine partium cogitatione: vt de indebiti ſolutione dicitur, in l. is qui, 13. §. vltim. D. commod. Neque verò, huc depoſiti, aut commodati, aut pignoris contractus pertinet; quorum actiones, vel rei reſtitutionem, vel quanti res eſt, exigunt. Nam hæc poſterior pars non ex conuentione, ſed ex iudicis officio deſcendit. Dixi, APVD QVEM RES, verbo generali, vt l. 1. in fin. h. t. quoniam in hanc conuen-D tionem non modò quãtitas, verùm etiam omnes res cadũt, ſiue corporales, ſiue incorporales, vt poſterius dicetur. Deniq. quoties ſine mutuo in creditũ abitur, cuiuſmodicũque res ſit, quaſi mutuum eſſe dicitur. veluti cùm venditum eſt non præſenti pecunia, aut locatum, atque adeò ſtipulatum, l. 3. §. pen. D. de S. C. Maced. Primam mutui proprietatem eſſe diximus, vt quantitas detur. quare ſi non quantitas, ſed ſpecies, vel pecunia tamquam corpus data ſit, quaſi mutuum contrahi dicemus, l. 4. l. certi, 9. §. vltim. l. roga-E ſti, 11. ǰ. h. t.

¶ 27 Quo modo conciliandus videtur Africanus in l. qui negocia, 34. D. Mand. vbi argẽtum quod traditum eſt vendendum, periculo eius eſſe dicit qui accepit. Vnde ſequitur, illud peremtum, aut amiſſum condici, non quidem mutui actione, ſed quaſi mutui. quod eodem modo de ceteris caſibus intelligendum eſt, de quibus Africanus eo loco, & Vlp. in l. ſingularia, 15. ǰ. hoc titul. diſſentire videtur. Veluti cùm conuenit, vt mandatarius, qui pecuniam exe-F gir, crediti nomine, illam retineat. Nam Vlp. mutui, Africanus quaſi mutui, actionem concedit, abſurdúmque eſſet hanc illorum contentionem voluntariam conari, verbis & commentitiis conciliationibus tegere. Secundam proprietatem eſſe diximus, vt certa ſit contrahentium voluntas: ac proinde perſonæ ſint eiuſmodi, quarum certa & libera voluntas ſit. Quare ſi partes de mutui obligatione contrahenda inter ſe non conſentiant, non mutuum, ſed quaſi mutuum eſt. quo in genere pri-G mum locum obtinet indebiti ſolutio: quæ quaſi mutuum appellatur in l. 5. §. is quoque, D. de obligat. & act. §. 2. Inſtit. de oblig. quæ re contr. §. 4. de obl. quaſ. ex cont.

¶ 28 Eôdem pertinet conuentio illa, quam veteres Promutuum appellarunt, veluti cùm merces locationis ſoluitur, antequam opus efficiatur:

vt cùm vectura nautæ prærogatur antequàm vehat, l.ex conducto,15. §.item cùm, D.locat. & l. nomen, 34.§.vlt.D.de leg.3. aut cùm pecunia repræſentatur, vt aliquot (verbi cauſſa) panes poſt aliquantum temporis præſtentur, l.cuicumque,5. §.2. D.de Inſtitor. act.aut cùm is qui annuam habitationem conduxit, confeſtim totius anni penſionem ſoluit, l.ſed addes, 19.§.ſi quis, D.locati. Cæſar de bell.ciuil.3. Item à publicanis, ſuę prouinciæ debitam biennij pecuniam exegerat & ab iiſdem inſequentis anni mutuam perceperat. & paulò poſt Publicanis, vti in ſorte fecerant, inſequentis anni vectigal promutuo. Poteſt etiam hæc Pręrogatiua dici, à prærorando, id eſt, quaſi prærogando, l. ſed addes, 19. §. ſi quis cum, D. locat. l.3. §.1. D.de cont tut.act. vbi tamen legitur Prorogare. Nam Pędianus in Verr. II. verbum illud quo Cicero vſus erat, ſic interpretatur; quod quaſi in anteceſſum datur. Eiuſmodi (inquit Cicero) voluntatis ſuæ pręrogatiuam dedit, vt pro prærogatiuis, (centuriis ſcilicet) eam reddidiſſe videatur. Item ſi pecunia non mutui, ſed deponendi, donandi, commodandi cauſſa, vel data vel accepta ſit, l.ſi ego, 18.ȷ̄. Item ſi mea voluntate ſtipulatus ſis à meo debitore, quem tu alterius debitorem putabas, quia mutuum non niſi inter conſentientes contrahitur: bonum autem & æquum eſt, mihi eam pecuniam à te reddi, l. ſi & me, 32. infr. hoc titulo. Similiter ſi pecuniam numeratam ita depoſuerim, vt non clauſam, ſed adnumeratam traderem, quoniam mutuum dandi animus non fuit, quaſi mutuum eſſe ſignificatur, l. in nauem, 31. D. locat. l.9. §. vltim.inf. hoc titul. ſi ſeruus fugitiuus pecuniam crediderit, eàque conſumta ſit: quaſi mutuum eſt: dicta l. rogare, §. 2. inf. hoc tit. aut ſi pupillus ſine tutoris auctoritate credendi ſoluendíve cauſſa dederit, l.non omnis, 19. inf. hoc titul. Item ſi furioſus, l. ſi à furioſo, 12. inf. eod. l. ſi à furioſo, 42. D. de obligat. & action. aut ſi fur, aut deniquè non dominus, l.nam etſi, 13. Tertiam eſſe diximus, vt quantitatis dominium in accipientem transferatur. Itaque ſi non meam, ſed alienam pecuniam, credendi cauſſa dedero, mutuum eſſe negatur, dicta l. nam etſi, 13. & l.non omnis, 19. §. vlt. inf. eodem. ſed quod numeratione mutuum non fit, id numorum conſumtione conciliatur, l.ſi quis pro eo,56.§.ſi numos, D.de fideiuſſ.

§ 29 Vnde mota inter veteres quæſtio, vtrum requiratur, vt numi contractus tempore ſint dantis, an ſatis ſit & alienos & per alium dari? veluti, ſi creditor iuſſerit debitorem alicui numos dare. Item ſi qui meam pecuniam meo mandatu exegerat, iuſſus ſit illam crediti nomine retinere. Prius ſingulari iure benignè receptum eſt, vt Vlpianus & Afric. conſentiunt. In poſteriore Vlpianus idem adprobat, l. ſingularia, 15. ȷ̄. hoc tit. l.rogaſti,19. D.de perſcript. verb. Afric. negat in d.l.qui negocia,34. D.Mand.ne mutuum quod re & numeratione contrahitur, nuda pactione contrahi videatur. neque poteſt Irnerij probari ſententia, qui apud Vlpianum paratam pecuniam fuiſſe dicebat, vt in l.pecuniam,79.D.de ſolut. Nam eo loco perſpicuè ſtatuitur, in conſpectu poſita pecunia:&,quoniam corporalis eius poſſeſſio deſierat, creditori acquiſita dicitur, quod in Vlpiani caſu locum habere non poteſt, vbi apertè ſcribit, Pecuniã creditoris non fuiſſe.nam vbi creditoris pecunia eſt, quamuis penes alium ſit, tamen iuſſu eius numerata,mutua efficitur:veluti ſi iuſſero,vt ab actoribus meis mutuam pecuniam accipias, l. idémque, 10.§.ſi quis,ȷ̄. Mand. Ariſto tamen, Iulianus, & Vlp. probant,mutuum contrahi,ſi quis pecuniam nõ habens, petat ab alio,vt ſuo nomine numeret, l.24. D. de neg.geſt.l.9.§.pen.ȷ̄.h.tit. vſque adeò autem mutuum non conſiſtit,niſi numi accipientis fiant, vt ſi quis ſuos numos mutuo acceperit,non obligetur,ac proinde qui ea lege donat pecuniam vt ea ſibi credatur,ſubtilitate verborum non obligatur: ſed benignitate & æquitate dumtaxat,id eſt, quaſi ex mutuo, l.ſi tibi, 20.ȷ̄.h.t.

§ 30 Poſtremam mutui proprietatem eſſe diximus, vt de tantundem in eodem genere fungendo obligatio contrahatur. Itaque ſi conuenerit, vt pro pecunia credita,vinũ ſolueretur, quaſi mutuum eſt,l. eo quod, 10. C.h.t. l.manifeſti, 17. C. de ſolut. quinetiam,ſi vt aurei pro argẽteis,aut argentei pro aureis ſoluantur,quaſi mutuum eſſe arbitror, arg.l.creditorem, 99. D.de ſolut. Idémque ſi conuenerit, vt pro frumento farinam,pro certo oliuarum pondere,certum olei pondus, pro pecunia numerata, rudis auri argentíve materia, arg.l. qui vſumfr.36.D.de vſufr.l. quæſitum,78.§.illud fortaſſe,l.lana, 88. D.de legat.3. eodémque pertinet, quod dicitur legato donatóve certo argenti aurive põdere, æſtimationem præſtari, l.1.§. vlt. l.cum certum,9.l.cum aurum,29.l.titiæ, 35. D.de aur.vel arg.l.ſi quis arg.25.C.de dona. Supereſt, vt, quæ ſint inter mutuum & quaſi mutuum differentiæ, videamus.Sed eas omnes poſterius ſub finem tractatus De indebiti condict.quæ prima eſt ex quaſi mutui ſpeciebus,commodiore loco exponemus.

DE IVREIVRANDO.

TITVLVS II.

1 *Ordo Rubricæ examinatus.*
2 *Diuiſio iuriſiurandi vt ſit vel Voluntarium, vel Neceſſarium, vel Iudiciale, non ſatis probata.*
3 *De his tribus ſpeciebus Balſamonis ſententia veriſimilior.*
4 *De Iudiciali propriè agitur ſub h.t. vbi Iuſiurandum dicitur obtinere vim rei iudicatæ.*
5 *Iudiciale iuſiurandum Rhadamantinum, à Numio primùm, dein à Paulo & Chriſtianis receptum.*
6 *Iuriſiurandi genus aliud, cùm heres legatariúſve iurat ſe aliquid facturum.*
7 *Aliorum item iuriſiur.generum enumeratio.*
8 *Iuriſiurandi generalis & ſpecialis definitio.*
9 *Quæ perſonæ iuſiur.deferre poſſint, & non poſſint.*
10 *Formula vetus ſi ſciens fallo: quia ex animi ſentẽtia iurare oportet.*
11 *An Ciuitas aut Municipium iurare poſſit.*
12 *Veſtales olim & Flamines iurare non cogebantur.*
13 *Veteres iuriſiurandi concipiendi formulæ exponũtur.*
14 *Iuſtinianæa formula, ex cuius verbis iurare debent qui Magiſtratum ineunt.*
15 *Corporaliter iurare quid ſit.*
16 *Quibus in rebus interponi iuſiurandum ſoleat.*
17 *Iuriſiurandi effectus multiplex:*
18 *Sed primus & præcipuus, vt per iuſiurandum rei intentio actoris excludatur.*
19 *Alter, vt nouam ei, qui iurauit, actionem pariat: cuius definitio proponitur.*
20 *Iuſiurandum inter quos vim habet.*
21 *Nemini ius eſt iuſiurandum aduerſario deferre, niſi qui prius de calumnia iurarit.*
22 *Exempla iuriſiur. de calumnia.*
23 *Remiſſio ſine gratia iuriſiurandi valet pro iureiurãdo.*

24 De

24 *De pœna periurij.*
25 *Huius cognitio ad Pontifices ſpectabat.*
26 *Sed & extraordinaria hac de re iudicia fuerunt.*
27 *Pœna periurij à Zenone conſtituta in perſonas illuſtres.*
28 *Periurij in Principis maieſtatem commiſſi pœna.*

§ 1 IVSIVRANDVM non frequentius datur de pecuniis creditis, quàm ex aliis cauſis, l. 3. §. 1. l. 34. ȷ̄. h. t. §. 4. Inſtitut. de except. Itaque capiti de interrog. in iurefac. coniuncta duo edicti de Iureiurando capita generalia fuerunt, vt videlicet, non modò ſimpliciter, reum qua vis de re interrogari: verùmetiam iureiurando interrogari liceret. Nam eod. lib. nimirum 22. Vlpian. vtrumque caput de interrog. & de iureiurando tractauit, vt oſtendit inſcriptio l. 3. & l. 7. ȷ̄. h. t. Fuiſſe tamen etiam caput, de iureiurando, appoſitū ad caput, ſi certum petatur, patet ex inſcript. l. iuſiurandum, 34. & ex §. ait Prætor, ȷ̄. h. t. Nam (vt apparet) Vlpian. lib. 26. vtrumque illud caput tractauit. qua de cauſſa videmus & in Cod. & in Sentent. Paulli hos duos tit. coniungi, de reb. cred. & de iureiur. Mihi autem permixtum videtur Paullum lib. 18. de Iureiurando ſcripſiſſe.

§ 2 Sequitur ſecunda pars Rub. de voluntario, neceſſario & iudiciali, quam à me non intelligi, ingenuè fateor. Nam voluntarium dicere ſolemus, quod fit ſponte & vltrò: vt emtio voluntaria dicitur in l. ſi pignori, 29. *D.* fam. erciſc. & voluntarius procurator, qui ſine mandato liti ſe obtulit: apud Ciceronem. Voluntarium autem iuſiurandum, hoc eſt, quod delatum non eſt, ſed ſponte ſuſceptum, nullius momenti eſt, l. 4. §. deferre, ȷ̄. tit. prox. at voluntarium eſſe volunt, idem quod delatum, quoniam in eius cui defertur arbitrio ſit, vtrum iurare velit, an referre. In quo magnum illorum iudicium deſidero. Primùm, quia quod extra iudicium delatū eſt, referri non poteſt, l. 17. ȷ̄. h. t. Quod autem in iudicio delatū eſt, vel præſtandum eſt, vel referēdum, l. manifeſtè, 38. ȷ̄. h. t. l. illud autē, 25. §. vlt. *D.* de conſtit. pec. Itaq; Prætor, Eum (inquit) à quo iuſiurandum petetur, ſoluere, aut iurare cogam, l. 34. §. ait Prætor, ȷ̄. eod. l. delata, 9. C. eod. Præterea non animaduerterūt, aliud eſſe delatum, aliud cōuentionale. Nā illud in iudicio interponitur, & eſt neceſſarium: aliud extra iudiciū, ex cōuentione & conſenſu partium: quod antequam deferatur voluntarium eſt: poſt delationem, neceſſarium, vt modò dicebamus. eaque differentia perſpicuè oſtenditur in l. 1. C. h. t. Neceſſarium eſſe volunt, idem quod relatum, quoniam per relationem iuriſiurandi neceſſitas imponitur, l. 34. §. datur autem, ȷ̄. h. t. quaſi verò, quod à Prætore defertur, vt cùm quæritur an ſeruus noxalis in poteſtate ſit, referri aut recuſari poſſit, l. quoties, 21. §. Prætor ait, *D.* de nox. act. aut quaſi iuſiurandum, quod à iudice defertur, recuſare liceat: quā de cauſſa neceſſarium appellatur in l. vlt. ȷ̄. tit. prox. Iudiciale autem interpretantur, quod à iudice defertur. Perinde, quaſi quod iudices in cauſ ſis tum criminalibus, tum ciuilibus & antiquo & Iuſtinianico iure præſtant, ſeſe ex legum præſcripto iudicaturos, non etiam iudiciale nominatim appelletur: in l. rem non nouam, 12. C. de Iud. aut iudiciale paſſim in libris noſtris non dicatur, quod vel in iudicio, vel de iudicio, vel propter iudicium interponitur: vt de iudicialibus ſtipulationibus dicitur in l. 1. ȷ̄. de Præt. ſtip. Sic iuramentum calumniæ, quod

A in lite conteſtanda non à iudice, ſed à Prætore deferri antiquo iure ſolebat, an non propter iudicium interponebatur? l. inter coheredes, 44. §. familiæ, D. fam. erciſc. quid? Iuſiurandum in litem an non à iudice defertur? aut ad ſummam iudicij non pertinet? l. 4. §. 2. D. de in lit. iur. Rurſus, iuſiurandum, quod ab aduerſario ex condicione defertur, an non plerumque in iudicio ipſo interponitur? l. 17. & l. 28. §. vlt. l. admonendi, 31. ȷ̄. Sic cùm Iudex ſibi non
B liquere iurat: & in iudicio & de iudicio & propter iudicium iuſiurandum præſtat, l. Pomponius, 36. D. de reb. iudic. aut cùm aduocati iurant, ſe bona fide, clientum ſuorum cauſſam acturos, d. l. 12. §. patroni, C. de iud. aut lite ab vno ex litigatoribus deſerta, alter iurat quantos ſumtus fecerit, l. properandum, 11. C. h. t. aut cùm antiquo iure litigatores iurabant ſe arbitrio ſtaturos, l. 4. C. de recept. arb. Nā hæc omnia propter iudiciū interponuntur, neque tamen ad hoc edicti caput pertinent.

§ 3 Veriſimilior ergo Balſamonis ſentētia eſt, qui
C eandem huius tituli inſcriptionem ſuo tempore fuiſſe teſtatur, vt voluntarium ſit, quod datur ex voluntate partium extra iudicium. Neceſſarium, quod datur ex delatione actoris & ſententia iudicis. Iudiciale, quod iudicis ſententia; etiam nolentibus iis qui litigant, controuerſiam decidit. Videamus tamen, ne probabilius ſit, iuſiurandum iſtud, de quo ſub h. t. tractatur, totum eſſe iudiciale.

§ 4 Nam cùm alia complura & varia iuriſiurandi genera ſint, tum verò ſub h. t. ſpecialiter agi-
D tur de eo ſolo, quod propriè iudiciale & δικαςικὸν dici poteſt: hoc eſt, quod inſtar iudicij controuerſias decidit, l. poſt rem, 56. D. de rebus iud. quod iudicij inſtar obtinet: vt ait l. qui iuraſſe, 26. in fin. ȷ̄. h. tit. neque iſto modo magis iudiciale eſt, quod à ſolo iudice, quàm quod à ſolo aduerſario defertur: cùm aduerſarius aduerſarium iudicem controuerſiæ conſtituit, vt ait l. 1. D. Quar. rer. excep. qua de cauſſa rei iudicatę vim atque auctoritatem obtinere dicitur. Et hoc eſt quod dicitur, per iuſiurandum ex conuentione præ-
E ſtitum, ab omni contentione diſcedi, l. ſi quis iuraſſet, 43. D. de condic. indeb. l. non damnato, 18. C. ex quib. cauſ. inf.

§ 5 Iudiciale igitur appellabimus iuſiurandum illud, de quo ſub hac Rub. & ſub illis tribus edicti capitibus tractatur, ſiue à iudice delatum ſit, ſiue ab aduerſario: quoniam inſtar iudicij cōtrouerſias dirimit. Atque hoc Rhadamantinum fuiſſe iudicium, Plato in libro de leg. 12. teſtatur. Quinetiam Dionyſ. li. 2. ſcribit, Regis Numæ idem apud Rom. inſtitutum
F fuiſſe, vt ſi quando ciues, ſine teſtib. inter ſe pepigiſſent, iureiurando ea controuerſia dirimeretur: ac iudices in cauſſis ambiguis ſecundùm eorum iuſiurandum ſententiam pronunciarent. quod etiam iure ciuili obſeruari ſolitum, patet ex l. 3. C. h. tit. l. admonendi, 31. ȷ̄. eod. Idque religioni Chriſtianæ conſentaneum eſſe, demonſtrat auctor epiſt. ad Heb. cap. 6. Omnis (inquit) controuerſiæ finis eſt iuſiurandum.

§ 6 Sed alia iuriſiurandi complura & varia ge-
G nera fuerunt, velut illa vſitata in condicionibus inſtitutionum & legatorum, ſi heres legatariúſve iurauerit, ſe aliquid facturum: veluti monumentum, l. Antiſtius, 62. de adqui. hered. l. hæc ſcriptura, 26. D. de cond. & dem. l. 8. D. de cōd. inſtit. vbi Vlpian. ait, tales condiciones à Prætore remitti propter quorumdam leuitatem in negligenda iuriſiurandi religione: alio-

rum autem ſuperſtitionem, qui repudiare legatum malebant, quàm iurare.

§ 7 Eiuſdem porrò generis illa ſunt, cùm minor iurat ſe venditionem ratam habiturum, l.1. C. ſi aduerſ. vend. aut maior iurat ſe tranſactionem ſeruaturum, l.ſi quis, 41. C. de tranſaction. aut ordini non interfuturum, l. Imperatores, 38. *D.* ad municip. aut cùm mulier iurat ſoluto matrimonio ſe prægnantem eſſe, l.3.§.2.ǯ.h.t.l.cùm mulier,10.D. de Carb.edict. aut cũ heres iurat poſtulatu alterius, nullum ſibi impoſitum fideicommiſſum fuiſſe,l.vlt. C. de fideic. aut cùm is qui manumittitur, iurat ſe patrono operas præſtiturum, l. 7. D.de op. lib. aut cùm tutor pupilli,aut curator furioſi iurat, ſe res eorum bona fide adminiſtraturũ. Nou.72. & l.de creationibus,20. C.de epiſ.aud. aut moriens iurat ſe aliquid reſtituturum, l. cùm quis, 37. §. codicillis,ǯ.de leg.3. aut quantum in bonis habeat. Nou.48.aut ſuperſtes morienti iurat, ſe fideicommiſſa præſtiturũ, l.cùm pater,77.§.filius,D. de leg.2. in quibus tamen omnib. præclara iuris ciuilis regula eſt, vt iuſiurandum contra bonos mores nullius momenti ſit,l.7. §.& generaliter, D.de pact.l.nõ dubium,C.de legib. l.ſi quis inquilinus,§.vlt. D.de leg.1. Poſitum igitur illud ſit, cùm iuriſiurandi multa & varia genera ſint, Prætorem his tribus edicti capitibus tantùm, de iudiciali edixiſſe: hoc eſt, de eo per quod controuerſię diiudicantur.

§ 8 Quare generaliter ita iuſiurandum definiri poterit, affirmatio religioſa cum obteſtatione numinis, & deuotione capitis, ſi in eo quod affirmat, ſciens fallit. Speciale autem hoc iuſiurandum eſt affirmatio religioſa, ſecundum quam iudex in diſceptanda controuerſia ſententiam pronunciat. Itaque ſi furti vel iniuriarum reus, deferente, vel prætore, vel iudice, vel aduerſario, iurauit ſe furtum aut iniuriam non feciſſe, abſoluitur, l.ſi duo, 13.§.2.ǯ.eod. l. 11. D. rer. amotar. l. 3. §. hac lege, & l.non ſolum, 11. §.1.D.de iniur. Si is cum quo depoſiti agitur,delata condicione iurauerit, apud ſe depoſitum non eſſe, abſoluitur, l.in actione, 10. C. eod. Deinceps ad partitionem accedamus. Quinquepartita autem hęc tractatio eſt, de perſonis, rebus, forma, & effectu iuriſiurandi, ac poſtremò de pœna periurij.

§ 9 Ergo deferre iuſiurandum poteſt, qui non modò rerum ſuarum, ſed etiam litis dominus eſt: l. 17.§.1. & §.vltim.ǯ.h.tit. qua de cauſſa iuſiurandum alterius alteri nec prodeſſe, nec obeſſe poteſt, l.3. §. vltim. ǯ.eod. l.1. D.ſi mul. vent. nom. nam ei ſolùm debet nocere iuſiurandum, qui detulit, l. ſed etſi, 7. §.3.D.de Publicia. quin etiam iniquum dicitur de alieno facto iurare, l. Marcellus, 11. §.2. D. rer.amot. Neque prodigus igitur, qui rerum ſuarum dominus non eſt, deferre iuſiurandum poteſt, l. tutor, 35.ǯ. eod. neque pupillus ſine tutoris auctoritate cuiquam alteri poteſt, dict.§.1.& l.1.§.1.D.quar.rer.exc. neque verò ipſi tutori tutelæ adminiſtratæ nomine, l.4. C.h.t. l.4. ǯ. de in litem iur. Minor ſi detulerit, cauſſa cognita reſtituitur, l. nam poſteà, 9. §. ſi minor, ǯ.eod. Filiusfamil. & ſeruus de re peculiari cuius adminiſtrationem habent deferre poſſunt, l. ſeruus, 20. & ſeq. ǯ.h.t. de aliis rebus deferre ſua ſponte non poſſunt, l.7.C.eod. Tutor & curator deferre poſſunt, l. iuſiurandum,17. §.2. l. tutor, 35.ǯ.codem. Procurator is demum poteſt qui aut generalis eſt, aut in eam rem ſpecialis, aut in rem ſuam procurator eſt, dict. l. 17. §. vltim. & ll. ſeqq. Similitérque

A defenſor municipij, ſi ſpeciale mandatum habeat, deferre iuſiurandum poteſt, l.34. §.1. ǯ.eod. In recipiendo verò, vel deferendo, diſſimilis ratio eſt. nam cuiuſcumque generis ætatiſve ſit, qui delatum iuſiurandum iurauit, pro iuſto habetur: non tam propter eum, qui iurauit, quàm propter eum qui ſua ſponte condicionem aduerſario detulit, l.qui iuraſſe, 26.ǯ.eod.

§ 10 Itaque pupilli & impuberis iuſiurandum
B valet aduerſus eum qui detulit: quoniam eò contentus fuit, l.vlt.ǯ.h.t.l.vlt. D.de lib.cauſ. quamuis peieraſſe dici non poſſit, ſi doli & fallaciæ capax nõ eſt,propter veterem formulam,SI SCIENS FALLO, quę notatur in d.l. 26.ǯ. h.t. atque ita intelligi oportet, quod dicitur in d.l.34. §.1.ǯ.eod. & l.4. ǯ.t. prox. pupillo non deferri iuſiurandum. Similiter furioſo fruſtra iuſiurandum deferretur, qui ſenſum non habere dicitur, in l.ſi cùm dotem, 22.§.ſi marit. D.ſolut. matrim. Sed in præſtando iureiurando te-
C nenda regula eſt, vt eius demum iuſiurandum recipiatur, qui ex animi ſui ſententia iurat, quę vetus fuit iuramenti formula,vt apud Cicer.3. offic.Quod ex animi tui ſententia iuraris, ſicut verbis concipitur more noſtro, & apud Agell.lib.4. cap.vlt. quod idem valet quaſi ex mentis tuæ conſcientia. Quapropter neque ne alieno facto alterius iuſiurandum recipitur, l.Marcellus, 11. §.2. *D.*rer.amot. neque de alienę mentis conſcientia, l.4.ǯ.tit.prox. Itaque neque procurator, aut defenſor iurare cogitur, qui de
D ſuo iure incertus eſt, l.34. in princ. & §.2 ǯ.h.tit. niſi fortè mandatum habeat, vt eius periculo qui mandauit iuret,aut in rem ſuam procurator ſit, l.non ſolùm,39. §.1. D.de procurat. quo modo intelligendæ ſunt l.9. §. penult.& l.vlt.§.vlt.ǯ.h.tit.Similiter nec tutor, nec mater pupilli, nec curator adoleſcentis, l.4.ǯ. tit.prox. Neque igitur filius de patris, aut ſeruus de domini iure, viciſsímque pater de filij iurare debebit: niſi qui ſciens & ſciente animo ſuo iurare poſſit: quo modo intelligendæ ſunt l.ſi ſeruus,23.&
E ll.ſeqq.ǯ.h.tit.l.2.D.quar.rer.except.

§ 11 An verò ciuitas,aut municipium iurare poſſit,quæſitum eſt.Sed placuit,per eos per quos municipij res geruntur, & ex animi municipum ſententia præſtari iuſiurandum poſſe, l. municipibus, 97. D.de cond.& demonſt.

§ 12 Poſtremum illud eſt,quod Agell.lib.10.cap. 15.ex edicto Prętoris perpetuo protulit, Sacerdotem Veſtalem & flaminem Dialem in omni mea iuriſdictione iurare non cogam:quo ex fonte fluxiſſe ſu-
F perſtitio videtur,vt clericis iureiurando interdiceretur, l.cum clericis,25. C. de epiſc. aud. Deinceps de concipiendis iuriſiurandi formulis videamus.

§ 13 Ac vetus quidem fuit per Iouem lapidem iurandi formula,nota iam omnibus, præſertim ex Polybio lib.3.Fuit & altera per Genium principis,de qua in l.ſi duo,13.§.vlt.ǯ.h.t. per ſalutem principis,l. ſi quis,41.C.de tranſact. & §. 1. inſtit. de fid.her. per venerationem principis,l.2.C.h.t.plerumque autem concipiebatur à deferente iurandi formula: &, vt verba concepta erant, ita iurandum erat, vt ex Plau-
G ti Rudente intelligitur.Itaque ſi is cui delatum erat, vt per *Deum* iuraret, vel per caput, vel per ſalutem ſuam iuret,quamuis diuini numinis reſpectu ſic iuret,tamẽ fruſtra iuraſſe videtur, ac de integro ſollemniter iurare cogitur, l.3.§.vl.& l.ſeq.l.quẽ per ſalutẽ, 33.ǯ.h.t.Cùm autẽ de formula conuenire inter litigatores nõ poteſt, iudicis arbitrio cõceptio ꝑmittitur,

Liuſ-

l.Iuſiur. 34. §. ſi de qualitate, & §.penult. ĵ.h.t. Illud notandum eſt; permitti cuique pro ſuæ religionis, ſiue ſuperſtitionis forma & ratione iurare: modò publicè damnata ea ſuperſtitio non ſit, l.5.ĵ.h.t.

§ 14 Iuſtinianus quidem eos, qui magiſtratus ineunt, iurare iubet, non modò per Deum, & ſacroſancta Euangelia: verùmetiam per Archangelos Michaëlem, & Gabrielem; poſt finem Nou.8. Item alio loco carmen horrendum (vt ipſe appellat) præſcribit: vt qui non bona fide magiſtratum geſſerint, Iudæ exitium, lepram Gieſi, & Caini terrorem participent. Nou.9. & Nou.102.25.26.29.

§ 15 Huc autem pertinet frequens mentio iuriſiurandi corporaliter præſtiti, quod apud profanos interpretandum eſt de ara, quam tenebat is qui iurabat; vt ex Symmachi & Ambroſij epiſtolis intelligitur. Itaque Diocletiani locus interpretandus eſt in l. 3. C. ſi min. ſe maio. apud Chriſtianos verò de ſacroſanctis Euangeliis, l. 1. C. de iureiuran. propter cal. l. rem non nouam, 12. C. de iud. quas inepriſſi nè terribiles Scripturas Iuſtin. appellat, l. properandum, 11. §. ſin autem, C. ill. tit. Illud notandum eſt, Iuſtiniani inſtituto, blaſphemos, qui per caput aut capillum Dei iurant, aut eiuſmodi exſecrationibus vtuntur, ſummo ſupplicio dãnari. Nou. 7. & Nou. 141.

§ 16 Nunc quibus in rebus iuſiurandum interponi ſoleat, videamus. In quo primùm tenenda hęc regula eſt, Nullum eſſe priuatæ controuerſiæ genus, ſiue in rem, ſiue in perſonam, ſiue in factum, quod iureiurando expediri non poſſit, l. 3. §. 1. & l. 34. ĵ. h. t. Adhibetur ergo in omnibus bonæfid. & ſtrictis iudiciis, l. in act. 10. C. h.t. etiam in petitionibus hereditatis, l. ſed etſi, 11. ĵ.h.tit. & in cauſſis ſtatus & conditionis perſonarum, d. l. 3. & l. ſi duo, 13. ĵ. eod. l.6. C. eod. etiam in cauſſis operarum, l.34. ĵ. h.t. atque etiam in actionibus popularibus, ac publicis, l. eum qui, 30. §. 3. ĵ. h. tit. adeò vt etiam de quantitate rei, de cuius ſpecie & materia conſtat, adhibeatur, l.1. §. ſi quis, 28. D. depoſ.

§ 17 Proximum eſt, vt de iuriſiurandi huius noſtri effectu videamus, quem Vlpian. prærogatiuam appellat, in l. in fin. ĵ. h. tit. Is autem eſt multiplex. Nam primùm omnium probationis loco cedit, l. ſed ſi, 11. §. vlt. ĵ h. tit. Deinde quaſi contractus vim obtinet, l. depoſiti, 5. D. de pecul. Itémque tranſactionis, l. quod ſi, 21. D. de dolo malo: immò verò maiorem vim habet, quàm tranſactio, & pactum conuentum: quippe, cùm maior religionis, quàm humanę fidei vis & auctoritas eſſe debeat. Itaque iuſiurandum loco ſolutionis cedit, l.27. ĵ.h.tit. pactum non cedit, l. 5. C. de pact. Iuſiurandum vnius ex reis promittendi, qui ſocius non ſit, alteri prodeſt, l. in duobus, 28. §. 3. ĵ. h.tit. pactum non prodeſt, l.3. §. 2. in fin. D. de liber. leg. Iuſiurandum patris filio ad exceptionem prodeſt, l. qui iuraſſe, 26. §. 1. ĵ.h.tit. pactum non prodeſt, l. & hered. 21. §. 1. D. de pact. Iuſiurandum fideiuſſoris in rem factum reo principali prodeſt, l. in duob. 28. §. 1. ĵ.h.tit. pactum non prodeſt, l. fideiuſſorem, 23. D. de pact. Ex iureiurando in factum actio naſcitur, vt mox dicemus: ex pacto nulla naſcitur. Illud acceptilationis vim obtinet, l.40. ĵ.h.tit. pactũ per ſe infirmum acceptilatione confirmatur, l. pacto, 15. D. de tranſact. Similiter in quibuſdam caſibus maiorem habet vim, quàm res iudicata, l. 2. D. h.tit. nam iuſiurandum naturalem obligationem tollit, l. Stichum, 95. §. naturalis, ĵ. de ſolut. l. ſi quis iuraſſet, 43.

A D. de cond. indeb. res iudicata non tollit, l. Iulia, 60. D. de cond. indeb.

§ 18 Sed iuriſiurandi ſummus & præcipuus effectus eſt duplex. Prior, vt per iuſiurandum à reo præſtitum, actoris intentio excludatur, non quidem ipſo iure, ſed per tuitionem Prætoris: quæ tuitio poſita eſt non tantùm in exceptione danda, verumetiam in actione deneganda, l. ait Prætor, 7. & l. ſeq. ĵ. h. tit. Et hæc exceptio iuriſiurandi appel-
B latur, ſiue debitor iurauerit ſe dare non oportere, ſiue poſſeſſor rem ſuam eſſe: §.4. Inſtit. de excep. appellatur etiam exceptio pacti, quoniam (vt mox dicemus) iuſiurandum loco tranſactionis, loco pacti conuenti cedit, l. ſed etſi, 25. l. tutor. 35. ĵ. h.tit. Multum autem intereſt, vtrum poſſeſſor iuret, rem ſuam eſſe, an petitoris non eſſe. nam illo caſu, etiam actionem habet: hoc verò, tantùm exceptionem, l. ſed etſi, 11. h. t. nam affirmatum in vno contrario, negatur quidem in altero: at non contrà, l. ſi inter,
C 15. D. de except. rei iud. quin etiam naturalis obligatio quæ ſola æquitate conſtat, iureiurando tollitur, l. Stichum, 95. §. naturalis, ĵ. de ſolut. l. vlt. ĵ.h.t. Ergo ſi debitor iurarit, ſe dare non oportere, pignus æquè liberatur, ac ſi iudicio abſolutus fuiſſet, l. iuſiurandum, 40. ĵ.h.t. l. ſi deferente, 19. ĵ. quib. mo. pig. ſol.

§ 19 Secundus iuriſiurandi præcipuus effectus eſt, vt nouam ei qui iurauit actionem pariat, quæ modò in factum appellatur, l. actori, 8. C. h.tit. mo-
D dò, vtilis, l. ſi duo. 13. §. 1. l. quod ſi, 29. ĵ. eod. quæ ſic definitur; Actio prætoria, per quam actor, qui delata ſibi condicione, vel ſibi dari oportere, vel rem ſuam eſſe iurauit, intendit, aduerſarium ſibi ob illud ſuum iuramentum damnandum eſſe. Nam in eâ quæritur tantùm, an iurauerit, §. item ſi quis, de act. l.5. & l.9. §.1. & §. vlt. ĵ. eod l. illud autem, 25. D. de con. pec. Eiuſque rei ratio eſt, primùm quoniam (vt modò dictum eſt) iuſiurandum probationis vim obtinet. Deinde, quoniam qui cum aduerſario con-
E uenit, vt res iuriiurando committatur, contrahere cum illo videtur, l. 5. D. de pecul. Sed videndum eſt, primùm, vt ex eadem cauſſa detur exceptio, ex qua iuſiurandum datum eſt: vt qui ſe non rapuiſſe iurauit, aduerſus furti actionem non adiuuetur: neque ex contrario, l. in duobus, 28. §. ſi quis, ĵ.h.t.

§ 20 Deinde videndum eſt, vt non diuerſæ, ſed eædem perſonæ ſint. nam iuſiurandum inter eos ſolos vim habet, qui de eo conuenerunt, l.3. §. pen. ĵ.h. t. l. 1. D. ſi mul. ven. nom. quamquam (vt de pacto
F diximus ſuo loco) iuſiurandum aliud eſt in rem, aliud in perſonam: hoc perſonam non egreditur, illud etiam ad alios valet. Veluti non modò rei iuſiurandum fideiuſſori, ſed etiam huius illi prodeſt, d. l. in duobus, 28. §. 1. ĵ. h. tit. Sic iuſiurandum vnius ex reis promittendi, quamuis ſocius non ſit, alteri prodeſt, d. l. 28. §. 3. Iuſiurandum patris filio, viciſſimque filij aut ſerui, patri aut domino prodeſt, l. ſeruus, 20. & ll. ſeqq. ĵ. h. t. Similiter quamuis petitor iurauerit ſuam rem eſſe, tamen aduerſus aliũ, quàm
G qui ſibi iuſiurandum detulit, prærogatiua iuriſiurandi non vtetur: ex quo idem de poſſeſſore dicendum arbitror, l. 9. §. vlt. & ll. ſeqq. ĵ. h. t. quinetiam, etſi diuerſæ ſint actiones, tamen ſi eadem cauſſa & quæſtio ſubſit, prærogatiua iuriſiurandi valet, d. l. 28. §. qui iurauit, ĵ. eod. Neque verò illud prætermittendum eſt, ex iureiurando non tantùm hanc in factum actionem dari, verumetiam Publicianam, l. 7. §. ſi pe-

ſendi, D. de public.

§ 21 Quin illud quoque notandum eſt, nemini ius eſſe, iuſiurãdum aduerſario deferre, niſi qui prius de calumnia iurarit, ſi modò id petitum ſit: hoc eſt, non calumniandi ſe animo id deferre, l. 9. C. h. t. l. 34. §. qui iuſiur. ȷ̃. h. t. alioqui qui de calumnia iniuratus iuſiurandũ defert, remittere intelligitur, l. 37. ȷ̃. h. t. d. l. 11. §. pen. *D.* rer. amot. l. delata, 9. C. h. t. Nam huius de calũnia iuriſiurãdi appellatio generalis eſt: quoties de eius fide, qui aliquid iure, aut iudicio poſtulat, ambigitur.

§ 22 Veluti ſi quis ſatiſdandi cauſſa in ſuum municipium dimitti poſtulat, l. de dic. §. iubetur; *D.* qui ſatiſd. cog. aut ſibi ab argentario rationes edi, l. 6. §. 2. l. 9. §. vlt. *D.* de edend. aut ſibi permitti theſaurum, qui in alieno eſt, effodere, l. theſaurus, 15. *D.* ad exhib. aut ſi nouum opus nunciat, l. 5. §. qui opus, ȷ̃. de op. noui nunc. aut damni infecti ſibi caueri poſtulat, l. 7. *D.* de dam. inf. aut ſibi debitoris ratiões edi, vt eas recognoſcere & diſpũgere liceat, l. cũ plures, 15. *D.* de reb. auct. iud. aut certa inſtrumenta probationis cauſſa poſtulat, l. 1. C. de iuram. prop. calũ. aut ſeruos in quęſtionẽ petit. d. l. 5. & l. vlt. C. de quæſt. aut ſibi copiã fieri deſcribendi tabulas teſtamẽti, l. 3. C. quem. teſtam. aper. aut vt ſibi literarum comparationem facere liceat, l. pen. C. de fid. inſt. aut falſi arguere, quod tamen ſemel iam antea prolatum fuerat, l. vl. C. eod.

§ 23 Ad extremum intelligendum eſt, Remiſſionẽ, ſiue gratiam iuriſiurãdi factã ei cui delatũ ab aduerſario fuerat, pro præſtito iureiurãdo valere, l. 6. ȷ̃. h. t. Reliquum eſt, vt de pœna periurij diſſeramus.

§ 24 Ordinarium quidem nullum de periurio iudiciũ neque ciuile, neque criminale, vel lege, vel edicto cõſtitutum fuiſſe reperio; quamuis Iuſtin. in fin. l. 2. C. de indict. vid. dilucidè ſcribat, per leges periuria puniri. Paullus etiam in l. quia ſufficit, 22. D. de dol. mal. aliquam periurij pœnam legitimã fuiſſe ſignificat. ignominiam quidem olim pœnam fuiſſe Agell. declarat, lib. 6. cap. 18. vbi ait, legibus multis oſtendi, iuſiurandum apud Romanos inuiolatè ſanctéque habitum: & Cicero in Offic. Cenſores (inquit) nulla de re diligentiùs, quàm de iureiurando, iudicabãt: cuius rei exemplum eſt in Oration. pro Cluent. vbi P. Africanus Cenſor, in equitum cenſu, dixit, cùm C. Licinius eques prodiiſſet, ſe ſcire illum verbis conceptis peieraſſe. Si quis accuſaré vellet, vſurum eſſe cum ſuo teſtimonio.

§ 25 Ne multis morer, cùm religionis cauſſæ pleręque ad Pontifices pertinerent, vt Dionyſ. lib. 2. demõſtrat, conſentaneum videtur, periurij quoque iudicia illorum notioni permiſſa fuiſſe. Vnde illud Plauti in Rudente: Libet iurare. tun' meo Põtifex periurio es? Atque hoc nimirum eſt, quód Alexan. ſcribit in l. 2. ȷ̃. h. t. Iuriſiurandi contemtam religionem ſatis Deum vltorem habere: hoc eſt, non ciuiliũ magiſtratuũ, ſed eorũ qui ſacris & religionibus præerant, totum illud eſſe iudicium. Qua de cauſſa Iuſtinianus ait, iniquum eſſe de periurio queri in priuato iudicio. §. 4. de except. vetatque Prætor apud iudices pedaneos de ea re controuerſiã moueri, l. aduerſus, 15. D. de except. opinor, ne maiori iudicio præiudicium fieret. nam hoc præiudicium appellatur in l. in duob. 28. §. vlt. ȷ̃. h. t.

§ 26 Præter Pontificum notionem arbitror extraordinaria quoque hac de re iudicia fuiſſe: atque inprimis ſtellionatus: nam quamuis qui dolo malo rem alienam oppignerauit, in ſtellionatus pœnam incidat: l. 2. C. de crim. ſtellion. tamen Modeſt. apertè oſtendit etiam de periurio eius qui rem alienam oppignerans, ſuam eſſe iurauit, Stellionatus crimen eſſe, l. vlt. D. de Stellion. quin etiam fuiſſe ciuilem de dolo actionem extraordinariam, patet ex l. quod ſi deferente, 21. ȷ̃. de dol. mal.

¶ 27 Huc accedit quòd Zeno illuſtrium perſonarum periuriis, qui iudicio ſiſtendi cauſſa repromiſerant, pœnam ſtatuit: vt in ciuili cauſſa, poſſeſſione: in criminali, dignitate ſpolientur, l. quoties, 17. C. de dignitat. Quamquam diſtinctio adhibenda eſt: vtrúmne aduerſus Dei, an aduerſus Principis maieſtatem commiſſum periurium fuiſſet.

§ 28 Nam periurij aduerſus Deum, illa, quam expoſui, ratio fuit. eius verò, quo læſa Principis maieſtas fuerat, talis fuit pœna, qualem Tyrannus arbitrio quiſque ſuo ſtatuerat. Citiùs apud vos (inquit Tertull. 19. Apolog.) per omnes Deos, quàm per vnum Genium principis peieratur. Et Minutius Felix in Octauio: Eſt eis tutius per Iouis Genium peierare, quàm regis. Itaque Tacitus lib. 1. Rubro (inquit) crimini dabatur, violatum nomen periurio Auguſti: fuiſſéque illud maieſtatis crimen apud ſuperiores, Imp. Alexander apertè oſtendit in l. 2. C. ad leg. Iul. maieſt. Vlpian. autem in l. ſi duo, 13. §. vlt. ȷ̃. h. tit. teſtatur Septimij Seueri & Caracallæ reſcriptum fuiſſe, vt qui per Genium principis peieraſſet, fuſtibus cæderetur. Alexand. autem in d. l. 2. C. h. t. ſi calore iracundiæ & quaſi alienata mente non conſultò improba mente peieratum eſſet, pœnam remittit.

DE IN LITEM IVRANDO.

TITVLVS III.

1 *Ordo turbatus à Triboniano.*
2 *Iuſiurandum in litem quid ſit.*
3 *Alia eſt rei, alia litis æſtimatio: & vtriuſque differentia.*
4 *Eius quod intereſt definitio.*
5 *Harum trium vocũm promiſcua vſurpatio.*
6 *Ob dolum magis quàm ob culpam iuſiurandum defertur.*
7 *In iudiciis contrariis in litem non iuratur.*
8 *Quæ perſonæ in litem iurare poſſint.*
9 *In quib. reb. iuſiurandum defertur.*
10 *Iuriſiurandi in litem effectus duplex.*

1 § TOTA hæc tituli ſuperioris appendicula è re nata, & argumenti ſimilitudine, alieno tamen loco (vt mihi quidem videtur) à Triboniano ſubiuncta eſt. Primùm, quia de rebus creditis rariùs multò, quàm de ceteris in litem iuratur, vt poſteriùs intelligetur; præſertim ex l. 6. ȷ̃. h. tit. Cùm autem ſententia nequaquam ad illud iuſiurandum adſtringatur, l. 4. §. penult. & l. 5. ȷ̃. eod. iudiciale dici non poteſt: vt illud de quo prox. ſuper. titul. dictum eſt.

§ 2 Portò iuſiurandum in litem eſt, quod actor deferente iudice præſtat, ſe ex animi ſui ſententia pronunciare, quanti litem æſtimet: id eſt, vtilitatem, quantum ex re, tum propter rem adipiſci potuit, ſi aduerſarius dolum aut contumaciam non admiſiſſet. Perperam enim iuſiurandum in litem definiretur, id quod eius rei quæ in iudicium deducta eſt, æſtimandæ cauſſa defertur: vel (vt Balſamon definit) quod æſtimationem controuerſæ rei ad certam quantitatem redigit.

§ 3 Nam longè longéque alia eſt rei, alia eius quod

quod intereſt, ſiue litis æſtimatio. Rei æſtimatio, eſt verum rei precium, ſiue quanti res eſt, quanti res valet, l. 8. ℣. eod. l. 1. D. de act. emt. at id quod intereſt latiùs accipitur. nam interdum eſt nō quidem ipſum rei precium, ſed quantum eſt ipſum rei precium, l. tutor, 8. h. tit. ac tum nihilo pluris eſt, quàm ipſa res: vt in l. ſi vendidero, 80. D. de furt. dicitúrque ſimiliter quanti res eſt, & id quod intereſt. quod diligenter animaduertendum eſt, vt quanti res eſt, & id quod intereſt ſeparemus. Sicut ſeparantur in l. furtiuam, 74. D. de furt. neque frequentius quidquam eſt, quàm vt quanti res eſt, ab eo quod intereſt distinguatur: in l. ex emto, 11. §. vlt. D. de act. emti, l. ſi plus, 74. D. de euict. l. in furti, 50. ℣. de furt. l. 1. §. conſiderandum, D. de tut. & rat. diſtrah. Interdum etiam minoris eſt, quàm ipſa res: vt l. Iul. 11. 9. §. vlt. D. ad exhib. Interdum ac plerumque pluris eſt, vt l. 1. D. de act. emt. l. ſciendum, 29. §. 1. D. de ædil. edict. l. ſi fundus, 33. D. locat. l. 6. D. de vi & vi arm. atque illa exſuperantia generali nomine dicitur litis æſtimatio, quæ actori à reo præſtanda eſt. Et ea æſtimatio quoniam officio iudicis fit, iudicialis computatio appellatur, l. liberū, 9. D. de religioſ. §. illud, 5. Inſt. de leg. Aquil. l. vn. C. de ſen. quę pro eo quod inter. Eius autem duę ſunt ſpecies: vna quæ fit à ſolo iudice, & ꝓpriè quāti intereſt appellatur. interdum ab ipſo actore & domino litis, ſed per iudicem taxatur, & propriè quanti in litem iuratum eſt appellatur: l. 2. & l. 4. §. vlt. l. tutor, 8. ℣. h. t. l. qui reſtituere, 68. D. de rei vind. l. non ab iudice, 64. D. de iud. l. ei qui, 9. D. de furt. l. ſemper, 15. §. hoc interdictum, D. quod vi aut clam.

§ 4 Quinetiam alia ſubtilis notanda differentia eſt, vt in eo quanti res eſt, ſiue in eo quod intereſt (nam hæc plerumque confunduntur) quantitatem à veritate ſeparemus: vt in l. 2. §. vlt. D. qui ſatiſd. cog. Veritas eſt, cùm reuera intereſt, cùm reuera vtilitas interuerſa eſt. Quantitas autem, etſi nihil reuera interſit: veluti qui vocatum in ius vi exemit, tanti actori damnatur quanti res eſt ab actore æſtimata, de qua controuerſia fuit, etiamſi reuera nihil debebatur, l. penult. D. ne quis eum qui in ius, l. vn. §. vlt. D. ſi q. ius dic. Contra verò qui vim ei fecit, qui in poſſeſſionem miſſus erat, ſi hic ob falſam cauſſam miſſus fuerat, damnatus quanti ea res eſt, nihil ſoluet, l. 1. §. hęc verba, D. Ne vis fiat ei, qui in. Itaque lis & res ſic diſtinguuntur, vt alterum ſine altero eſſe poſſit: poteſt enim lis eſſe, quamuis res nulla controuerſa ſit, & tranſactio de lite ſine re facta valet, l. in ſumma, 65. D. de cond. indeb. Porrò id quod intereſt ſic definitur, Æſtimatio dāni per aduerſarij culpam inlati, aut vtilitatis amiſſæ quę in re ſit, aut circa rem; quam definitionem infrà ſub. tit. de vſur. expoſuimus.

§ 5 Hæc cùm ita ſint, tamen intelligendum eſt, tria illa ſuperiora vocabula, interdū promiſcuè, cōmuniter, & impropriè vſurpari. nam interdum litis ęſtimatio tātùm ꝓ ipſa rei ęſtimatione ponitur: vt l. ſi pignori, 29. D. fam. erciſ. interdū ꝓ eo tātùm, qd intereſt, nimirū, vbi iurata nō eſt: vt l. ſi quis, 29. *D.* de neg. geſt. l. domin⁹, 36. *D.* de li. leg. l. ſi Calē. 11. *D.* de re iud. l. cùm ſtipulat⁹, 113. in fi. D. de ver. oblig. l. 5. §. 1. *D.* cōmod. l. ſi fideiuſſor, 30. *D.* depoſ. Et huc ptinet qd dicitur, litis ęſtimationē ſimilē eſſe vēditioni, l. 7. §. 1. *D.* de Public. l. 3. *D.* ꝓ emt. l. ſi ꝓpter, 22. *D.* rer. am. ſed vbi coacta venditio eſt, quoniā iniquū eſt res ſuas inuitū vēdere, ꝑ iuſiurandum in litem creſcit æſtimatio. l. 8. & l. 9. *D.* ill. tit. Deinceps reliqua videamus.

§ 6 *Dixi* in definitione, OB DOLVM VEL

A CONTVMACIAM, quoniam hoc iuſiurandum plerumque ob dolum tantùm & contumaciam puniendam defertur, l. 8. h. t. Vbi verò ſola culpa eſt, iudex per ſe ac ſine iuramento litem æſtimat, eáque æſtimatio id tantùm quod intereſt complectitur, l. 4. §. vlt. & l. 5. ℣. h. t. Atque hoc nimirum eſt, quod luculenter & præclarè dicitur in l. tutor. 7. D. de admin. tut. id quod intereſt per iuſiurandum in litem, fieri litis æſtimationem. nam vbi dolus admiſſus eſt, non propriè ex eo quod intereſt, ſed ex eo quod in

B litem iuratur, fit æſtimatio, l. 2. ℣. h. t. l. non ab iudice, 64. D. de iud. l. arbitrio, 18. D. de dol. mal. l. 7. de adminiſt. tut. l. ſemper, 15. §. hoc interdicto, D. quod vi aut clam. Cuius rei præclarum hoc exemplū ſubijciemus. Ponamus Titium vitioſum tignum vendidiſſe, cuius vitio ædes corruerint. Si vendidit ignorans, tigni ſolum precium præſtabit. Si ſciens, omne detrimentum ædium euerſarum: quod in pecude morboſa ſtatuitur, ſi eius contagione grex periit, l. Iulianus, 13. D. de act. emt.

C § 7 Itaque regula eſt, in iudiciis contrariis in litem non iurari: propterea quòd in iis de dolo malo, & fide rupta non agitur, l. 5. *D.* depoſ. Dixi in definitione, IVDICE DEFERENTE PRÆSTATVR, quoniam hoc iuriſiurandum non ex conuētiōe partiū, ſed ſolius iudicis auctoritate defertur, l. 4. §. 2. ℣. h. tit. vnde quæſitū eſt, an modū imponere iuriiurando poſſit, ne videlicet immēſa & infinita litis ęſtimatio fiat: quod in pleriſq; actionibus permittitur, l. 4. §. 3. & l. 5. ℣. h. t. l. 3. §. 2. D. ad exhib. l. arbitrio,

D 18. D. de dol. mal. Deinceps ad partitionē accedamus.

§ 8 Nam quantū ad perſonas attinet, hæc regula eſt, vt is ſolus in litem iuret, qui litis dominus eſt, l. 7. ℣. h. t. quamquam tutori & curatori, ſi modò ad domini vtilitatem, æſtimationem referant, iurare permittitur, l. 4. §. 1. ℣. h. tit. l. 1. C. eod. vbi notatu dignum eſt, in alieno negocio iuratores ob affectionē admitti, quod in iure feudali vſitatum eſt. Aduerſus heredem non iuratur, quia dolo caret, l. vlt. C. h. t. niſi lis iam cum defuncto conteſtata fuerit, l. 4. C. eod.

E § 9 De rebus autem ſic habendum eſt; hoc iuſiurādū deferri in iis demū cōtrouerſiis, quibus id nominatim permiſſum eſt. neque alia regula generalis tradi poteſt. Plerūq; autē in iis actionibus, quibus ad reſtituendum vel exhibendum agitur, ſiue in rē, ſiue in perſonam, & ſiue bonæ fidei iudicia ſint, ſiue ſtricti iuris, l. 4. §. 3. & l. 5. ℣. h. tit. Ac in reſtitutionibus quidem, primùm cùm quis aut reſtituere non vult, quod poſſidet (tū enim contumacia punitur) aut dolo fecit quo minus reſtituere poſſit, quo caſu dolus

F coërcetur. De priore exēplum eſt in iudicio commodati, l. 3. §. in hac, D. commod. Item in depoſiti, l. 1. §. hanc actionem, 17. in fi. D. depoſ. item in locati, l. ſi cui, 47. ℣. h. t. item ſi tutor rem pupilli poſſidens non reſtituat, l. 8. ℣. h. t. aut mulier ſoluto matrimonio res amouit, l. 8. §. vlt. & l. ſeq. D. rer. am. item in actione Fauiana, l. 5. *D.* ſi q. in frau. par. fact. item in actionibus arbitrariis, vt in ea de dolo, l. arbitrio, 18. D. de dol. mal. itémque in actione ſeruitutis de pariete præſtādo, l. 1. D. ſi ſer. vind. & in petitione hereditatis, l. ſed

G etſi lege, 25. §. hæc verba, D. de pet. hered. De exhibēdo verò, textus eſt in l. 3. §. 2. *D.* ad exhib. & de inſtrumētis exhibēdis, in l. 1. l. 2. l. 4. C. h. t. Porrò de dolo exēplū eſt in rei vindicatione, ſi reus dolo fecerit quo minus reſtituere poſſit, l. 68. D. de rei vind. l. ſi fūd⁹, 16. §. 3. *D.* de pign. atq; adeò ſi res donata ſit, & fortè ad donatorē reuerſa fuerit, l. Neſennius, 41. §. fūdū, D. de re. iud.

In iudicio rei vxoriæ ſoluto matrimonio, l. ſi filio, 25.§.maritũ,D.ſolut.matrim.vbi verò ad dandum agitur, aut tradendum, raro iuratur. De dando, velut in actionibus ex ſtipulatu, aut ex teſtamento, l.6.§. h.t.De tradendo,velut in actionibus emti & conducti. nam etſi diuiſę ſunt hac de re Doctorum ſententiæ, tamen cùm apertè videamus dolum & peruicaciam venditoris non niſi in id quod intereſt,damnari, l. qui tibi,C. de hered.vel act. vend. l.4. C.de act. emt. non dubitandum arbitror, in iis actionibus in litem non iurari. idque eo magis, quoniam eius quod intereſt æſtimatio incerta eſt, l. 3. D. de hered. vel act. l. ſi quis, 13. D. de iud. l. ſi pœnam, 68. D.de verb. oblig. attamen in tutelę actione, qua ad dandum agitur, in litem iuratur, l.1.l.2. l.4. & l.vltim. C.h.t. Quæ cùm ita ſe habeant, iterum confirmare audeo, quod ſuperiùs dictum eſt, alieno loco hunc titulum à Triboniano collocatum fuiſſe: eo magis, quòd neque ad certi condictiones hoc iuſiurandum pertinet: ad res autem creditas multò minus, quàm ad cęteras.

§ 10 Reliquũ eſt,vt de huius iuriſiurãdi effectu videamus. Is autẽ duplex eſt. Prior,vt niſi magna cauſſa obſit, iudex in pronuncianda ſententia modum eius ſequatur. quamquam iudici poteſtas eſt præfinire modum, intra quem actor iuret, ne in immenſum iuretur, l.4.§.iurare, & l.5.§.h.t.d.l.18.D.de dol. mal. l. 3. §.2. D. ad exhib. l. ſancimus,13. C.de iudic. Alter effectus eſt, vt rei dominium in poſſeſſorem transferatur, l.eius rei,46. D. de rei vind. quoniam (vt ſuprà dictum eſt) litis æſtimatio venditionis vim obtinet.

DE CONDICTIONE CAVSSA DATA.

TIT. IV.

1 *Series Rubricæ.*
2 *Eiúſque emendatio.*
3 *Ob rem dare & ob cauſſam dare differunt.*
4 *Condictionis cauſſa dati, cauſſa non ſecuta, definitio & explicatio.*
5 *Datio ob cauſſam quid ſit.*
6 *Modus per Vt & Ne concipitur: condicio per Si.*
7 *Tribus de cauſſis comparata hæc actio eſt, cùm ſc. nominatim aliquid datum eſt: primò, vt detur, fiat.*
8 *Secundò, ne detur, fiat.*
9 *Tertiò, ſi detur, fiat.*
10 *Ceteri contractus pœnitentia non reuocantur: hic reuocatur.*
11 *Cauſſa non ſecuta dicitur multis modis: primò, iure.*
12 *Secundò, culpa accipientis: tertiò, voluntate alterius.*
13 *Quartò, caſu fortuito. Vbi quæritur, an omnis caſus hic locum habeat.*
14 *An quod Aduocatis datum eſt, vt cauſſam agant, ſi morte aut alio caſu impediantur, condici poſſit.*
15 *Communio inter Condictionem mutui & Condictionem cauſſa dati.*
16 *Differentia inter vtramque.*

REDITVR ad enumerationem condictionũ certi: quarum principem eſſe diximus, mutui condictionem; deinceps quattuor aliæ ſubiiciuntur, Condictio ob rẽ dati re nõ ſecuta: Condictio ob turpẽ cauſſam dati: Condictio indebiti dati,& Condictio ſine cauſſa dati, quę omnes ex bono & ęquo introductæ ſunt: qua de cauſſa Naturales appellantur: vt ſuis locis demonſtrabimus. Nam cùm lege (vt credi par eſt) XII. tab. ex mutui contractu inſtituta eſſet cõdictio, vt qui ſuam quantitatẽ alteri

A credidiſſet, eam recuperaret: cõpluribus autẽ de cauſſis aliis,in quibus eadẽ æquitas valebat, inſtitutæ nõ fuiſſent: Prætores eadem æquitate moti,ex cauſſis cõſimilibus alias ad illius exemplum condictiones dederunt: propter hanc naturę vocem,quam Sabiniani primùm, tum etiam Proculiani cõprobarunt: quod alterius apud alterũ ſine cauſſa eſt,id ab eo cuius eſt, condici eſt ęquũ,l.6.D.de cond.ob turp.cauſ. Itaque videmus Vlp.eod.libro,nimirum XXVI.ad edictũ,has
B omnes quinque cõdictiones tractaſſe.De prima igitur primùm videamus. § 2 Quòd autem Rubrica vulgò ſic inſcribitur, *De cõdictione cauſſa data*,&c. perſpicuè mendoſum eſt.Nã & ſenſus communis,& Latinę linguę ratio flagitat,De cõdictione cauſſa dati: præterea cęterę omnes conſimiles iſto eodem modo appellantur,Condictio indebiti dati,l.bona fides, 31.in fi.D.depoſ.Condictio mutui,certi,incerti: Condictio ob turpem cauſſam dati,Condictio ſine cauſſa dati,Condictio per errorẽ dati.Quin etiam noſtra
C hæc plerumque dicitur,Condictio ob rẽ dati,re non ſecuta,l.ſi donationis,9. l.ſi procuratori,14.l.vlt.§.h.t.l.1.in fin.D.de rer.perm.l.5.D.de perſ.verb.l.hoc iure,19.§.vlt.D.de donat.veriúſq. & magis propriè ita diceretur,vt ait l.damus,52. D.de cond.ind.

§ 3 Nam ob cauſſam datur,quod propter cauſſam præteritã datur; ob rem verò,quæ ſecutura eſt, l.1.§.t. prox.Quid verbis opus eſt? Quam hoc tit.contendimus appellari Condictionẽ cauſſa dati, numero ſingulari,eadem in Rub. Codicis,plurali numero dici-
D tur,Condictio ob cauſſam datorũ.At enim (dicet aliquis)ex ipſis Edicti verbis, natũ hoc nomen videtur: vt tit.ſup. de cond.ſi cert.pet. pro eo cuius initiũ eſt, ſi cer.pet.eodémque modo,De cond.cauſſa data: pro cuius initiũ eſt,Cauſſa data,cauſſa non ſecuta,vt cõdicantur,iudiciũ dabo. Primùm abſurdũ eſt exiſtimare,non hanc quoque Condictionis ſpeciem illo genere cõtineri,ſi cert.pet.nã hæc,vt initiò dictũ eſt,ſecunda eſt cõdictionis certi ſpecies.Deinde Pompon. in d.l.damus, D.de cond.ind. perſpicuè demonſtrat,
E Prætorẽ illa verborum formula vſum non fuiſſe,potiúſq.ita concepturũ fuiſſe,Ob rem data,&c.Poſtremò multò probabilius eſt, atq.ad veterũ Edictorum conſuetudinẽ aptius,iſto potius modo conceptũ Edictum fuiſſe,Si certũ petetur,quod mutuũ datum eſſe dicitur,quódve cauſſa datũ erit,cauſſa non ſecuta eius rei condictionẽ dabo.Sed hæc,ad Latinæ quidem conſuetudinis peritos,plus ſatis.Deinceps ad definitionẽ accedamus. § 4 Condictio cauſſa dati,cauſſa non ſecuta, eſt actio naturalis, per quam id quod
F ob iuſtam cauſſam nominatim datũ eſt.i. vt aliquid detur, fiat: ne detur, fiat: ſi detur,fiat: vel ex pœnitentia datoris,vel cauſſa non ſecuta repetitur. Primùm autẽ illud ſcire oportet, his de cauſſis duplicẽ actionem comparatam eſſe: nimirum hanc noſtram condictionẽ, (quę Condictitia actio appellatur in l.7.§. h.t.& l.3.C.de donat. quę ſub mod.) & actionẽ perſcriptis verbis ciuilem, d. l.1.de rer.permut. & l.5.de perſcr.verb. quæ incerta condictio eſt, nimirum in id qđ intereſt, l.duo,19.§.1.D.de precar. l.ob eã,9.D.
G de perſcript.verb.Nam hæc noſtra condictio non eſt ex nominato aliquo contractu, ſed tantùm ex illis quattuor innominatis. Atq. hoc eſt, quod dicitur in l.9.D.de reb.cre. Certi condictionẽ dati non modò ex certis contractibus,verumetiam ex incertis. Sic enim innominati contractus appellantur, l.& vno, 18.D.de accept.

§ 5 Datio igitur ob cauſſam,conuentio eſt, vel expreſſa,vel tacita, per quam is qui accepit, vt det, fa-

ciat: ne det, faciat: ſi det, faciat, cauſſa non ſecuta, vel A
ad idem, vel ad tantumdem reddendum ex bono &
æquo obligatur. Dixi, CONVENTIO ETIAM TA-
CITA, quia quamuis expreſſa lex non ſit, exiſten-
te tamen caſu obligatio naſcitur, l. non omnis, 19.
D. de rebus creditis. Sed ad actionis definitio-
nem redeundum eſt, cum qua hæc quoque explica-
bitur. Dixi in definitione, *Actio naturalis*: quoniam
neque lege vlla, neque S. C. neque Prætoris Edicto
comparata hæc actio eſt, ſed Iuriſconſultorum inſti- B
tuto, propter naturalem æquitatem: vt teſtatur l. in
ſumma, 65. §. 3. & l. ſeq. D. de cond. ind. l. 8. §. ſi quis, 14.
D. de tranſ. Etſi autem inter ciuiles hæc quoque refe-
renda actio eſt, cùm Iuriſconſultorum inſtituta, pro-
prio iuris ciuilis nomine ſignentur: l. 2. §. his legibus,
D. de orig. iur. tamen ad aliarum ciuilium diſtinctio-
nem hoc nomine vtendum putauimus. Dixi, OB
IVSTAM CAVSSAM: vt condictionem ob turpem
cauſſam dati diſtingueremus: quæ ſimiliter ſpecies eſt
generalis condictionis, ſi certum petatur, l. 1. & paſſ. C
ĵ. prox. tit. Dixi, DATVM EST: quo verbo etiam do-
nationes complexi ſumus: quarum in ijs ſpeciebus
omnibus, quæ ſub modo vel condicione conficiun-
tur, hæc condictio locum habet, l. 2. l. 3. l. 6. & paſſ.
C. hoc tit. ac præſertim in ea quæ mortis cauſſa fieri
dicitur, l. cùm quis, 12. ĵ. hoc tit. l. ſenatus, 31. §. 1. D.
de mor. cauſ. don. quin etiam acceptilationem dona
tionis vim obtinere, patet ex l. 4. l. ſi mulier, 10. ĵ h. t.

§ 6 Dixi, VT DETVR, FIAT: ne detur, fiat: ſi
detur, fiat. quorum primis duobus, Modum: po- D
ſtremo, Condicionem complectimur. Nam mo-
dus per VT, & NE concipitur: condicio, per SI. vt in
Rubr. Cod. de donationibus quæ ſub modo vel con-
dicione conficiuntur: & in Rub. Dig. de cond. & de-
mon. & modo: itémq. in l. ſunt autẽ, 29. D. de legat. 1.

§ 7 His igitur tribus de cauſſis comparata hæc
actio eſt, vt detur, velut in permutatione, hoc eſt, in
ſpecie, Do, vt des: ſicut iam dictum eſt: vti fiat, ve-
luti vt ſeruus manumittatur: vt filius emancipetur,
l. 1. & paſſ. hoc tit. In quo magna cautio adhibenda E
eſt, ne quo errore labamur. nam à priore quidem
ſpecie, res quæ in emtionem cadunt remouendæ
ſunt. Veluti cùm pecunia datur, vt res accipiatur,
d. l. 5. de perſc. verb. neque obſtat l. vlt. ĵ. hoc tit. Si
pecuniam dem, vt mihi Stichum des, non emtio-
nem, ſed ob rem dati obligationem eſſe: ſiue quia
pecunia eo loco non tamquam precium, non tam-
quam Stichi æſtimatio datur (tum enim vera emtio
& venditio eſſet, l. 1. D. de cont. emt.) ſed tamquam
corpus, ſiue quia venalis Stichus non fuerat, vt in F
l. 1. C. de rer. perm. ſiue quoniam non emtionis, ſed
permutationis contrahendæ animus fuit, qui in eo
contractu præcipuè ſpectatur, l. ſi ſtipuler, 35. §. vlt.
D. De verb. oblig. Similiter autem à poſteriore ſpe-
cie remouenda ſunt facta quæ in locationem ca-
dunt: id eſt, mercenariæ operæ. Veluti vt tabulam
pingas, aut librum deſcribas, l. 5. §. 1. D. de perſc.
verb. nam quod in l. 5. & l. vlt. C. hoc tit. men-
tio fit dati vt negocia procurentur, aut aduocatio
præſtetur, ne hæc quidem facta mercenaria ſunt, ſed
honoraria, l. 1. D. de extr. cogn. l. 1. D. ſi menſ. falſ.

§ 8 Dixi, NE DETVR, FIAT. Veluti ne Sti- G
cho libertatem des, ne ad iudicem eas. nam vt pri-
mùm data Sticho libertas, aut ad iudicem itum fue-
rit, hæc condictio naſcetur, l. 3. ĵ. hoc tit. Similiter
cùm quid donatum eſt, ne alienetur, ſimulatque alie-
natum fuerit, condicitur, l. 3. C. h. tit.

§ 9 Dixi, SI DETVR, FIAT. nam cauſſæ no-
mine hoc loco non modò modus, ſed etiam condi-
cio continetur. Veluti, do tibi ſeruum in quæſtio-
nem, vt ſi nihil compertum fuerit, eum reddas:
quod in l. pen. ĵ. hoc ti. dicitur eſſe ſub cauſſa datum:
id eſt, ſub condicione, idque perſpicuè in donatione
cauſſa mortis licet animaduertere, quæ ſub condicio-
ne fit, ſi donator moriatur, l. cùm quis, 12. ĵ. hoc tit.
qua de cauſſa condictio hæc eo caſu competit, l. ſe-
natus, 35. §. 1. D. de mor. cauſ. donat. Dixi, NOMI-
NATIM: quia non ſatis eſt modum aut condicionem
à datore eſſe cogitatam, niſi verbis expreſſa ſit, l. 3. §.
ſed ſi ſeruus, ĵ. hoc ti. l. 7. C. eod. quamquam quæ ipſo
iure continetur, pro expreſſa habeatur. Veluti, quæ
matrimonij contemplatione donantur, l. ſtipula-
tionem, 21. D. de iur. dot. denique dotis cauſſa da-
tum, nuptijs non ſecutis condicitur, l. in poteſtate,
10. D. de ſponſal. l. 6. l. 8. l. 10. & paſſ. ĵ. hoc tit. mortis
cauſſa datum, morte non ſecuta condicitur, l. non
omnis, 19. D. de reb. cred.

§ 10 Dixi, EX POENITENTIA DATORIS: quo-
niam horum contractuum natura in eo differt à ce-
teris, quòd illi pœnitentia non reuocantur: vulg. l.
ſicut, C. de obligat. & act. hi reuocantur, l. 3. l. 5. &
paſſ. ĵ. h. t. quaſi res tantiſper integra maneat, dum ab
altero impleatur.

§ 11 Dixi, VEL CAVSSA NON SECVTA: quod
multis modis accidit: iure, culpa accipientis, volun-
tate alterius, & caſu fortuito. Iure, veluti ſi quid do-
natum ſit ſpe matrimonij, quod iure conſiſtere non
poteſt, l. 1. C. h. tit. ſi militi datum ſit, vt procuratoris
munere fungatur, quod iure non licet, l. 5. C. h. t. Itaq.
hoc loco illud notandum eſt, iure impeditam rei cõ-
ſecutionem videri etiam, quæ facto quidẽ ſecuta eſt,
ſed iure non conſtat. Veluti cùm pecunia data eſt ab
homine libero, vt manumitteretur, & manumiſſus
eſt, d. l. 3. §. ſi liber, D. h. t. cùm ob tranſactionẽ alimẽ-
torum teſtamento relictorũ aliquid datum eſt, quod
iure non valet, l. eleganter, 23. §. 1. D. de cond. indeb.

§ 12 Culpa, veluti omnibus caſibus, quibus is qui
rem accepit, fidem non præſtat, cùm id poſſit, l. 2. l.
dictam, 8. & l. vlt. C. h. t. Voluntate alterius, veluti ſi
quis parentibus puellæ dederit, vt eam vxorem duce-
ret: puella autem condicionem repudiet, l. 2. C. de do-
nat. ante nup. l. in poteſtate, 10. D. de ſponſal.

§ 13 Caſu verò, veluti ſi is cui mortis cauſſa datũ
eſt, prior deceſſerit, d. l. non omnis, 19. ſ. de reb. cred.
Sed an omnis caſus hîc quoq. locum habeat, dubitari
poteſt, propter l. pen. C. h. t. Ego ſic diſtinguendum
arbitror, vtrum culpa interuenerit, necne. Et rurſus
ſi culpa interuenerit, vtrum ex parte dantis, an acci-
pientis? Si ex parte dantis, non condicitur, arg. l. pen.
§. vl. D. loc. ſin ex parte accipientis, condicitur, l. pen.
C. eod. ſin autem neutrius culpa interuenerit, tum
rurſus diſtinguitur: vtrum implementum cõtractus,
caſui cauſſam præbuerit, an non. Si præbuit, veluti ſi
ſeruus, cuius manumittendi cauſſa pecunia data eſt,
cùm ad magiſtratum deduceretur, perierit, ceſſa-
bit condictio: ſin minus, concedetur, l. 5. §. 1. & §. 2.
& l. vlt. ĵ. hoc tit. idemque videmus in vendito ſer-
uo, nec dum tradito, vt venditoris periculum ma-
neat, l. ſi fundus, 33. D. locat. l. quod ſi neque, D.
de per. & commod. emptionem enim permutatio
imitatur, l. 2. ĵ. de rer. perm. In caſu etiam con-
ſideratur vtrum ſumtus iam aliquis, eius imple-
menti cauſſa factus ſit, an non. veluti, ſi is cui pecu-
niam dedero, vt profectionem aliquam ſuſciperet,

valetudine aut tempeſtate impediatur. nam re integra, competit quidem ex pœnitentia condictio: at ſi quos in apparatum ſumtus fecit, indemnis ſeruandus eſt, l.5. j.h.t.

§ 14 Et huc pertinere arbitror, quod de Aduocatis conſtitutum eſt, vt quod iis datum eſt, vt cauſſam agant, ſi morte, aut morbo, alióve fortuito impedimento impediantur, quominus agant, non tamen condicatur, l. qui operas, 38. D. locat. l. 1. §. Diuus, D. de extr.cog. quippe, cùm integra res non ſit, ſed iam in cauſſam cognoſcendam & meditandam operam conſumſerint. Illud tamen notandum eſt, tum demum ex cauſſa non ſecuta, hanc obligationem naſci, cùm omnino deſperata eſt. nam quamdiu in pendenti eſt, ceſſat obligatio. Veluti ſi decem dedero, vt aliquid fiat, quamdiu in mora debitor non erit, non naſcitur obligatio, l. non omnis, 19. D. de reb. credit. l. quod ſeruus, 8. j. hoc tit.

§ 15 Reliquum eſt, vt quidnam inter hanc & mutui condictionem, communio vel differentia ſit, videamus. Nam communia quidem hæc ferè ſunt: Per vtrumque in creditum itur: id eſt, rei dominium transfertur, l.1.C.de don. quæ ſub mod. l.4. C. de don. ant. nupt. Itaque ex vtroque certi condictio competit, quæ domino, niſi aduerſus furem, non conceditur, l. vltim. D. vſufruct.quem. cau. Per vtrumque certum in obligationem deducitur, ac proinde vtraque actio continetur ſub cap. Si certum petat. Ex neutro vſuræ, niſi ſtipulatæ ſint, debentur, l. Titius, 24. D. de perſ. verb. & arg. l.4. C. de cond. ob turp. fructus tamen & omnis cauſſa, vnà cum re principali condicitur, l.cùm quis, 12. j.h. t. l. videamus, 39. §. idémque eſt, D.de vſur.

§ 16 Differentiæ autem ſunt huiuſmodi: Mutuum eſt contractus nominatus: datum ob rem, eſt innominatus, l. 5. D. de perſcr. verb. In illum eæ res ſolæ cadunt, quæ ſunt quantitatis, l.2. D.de reb. credit. In hunc non modò quantitas, ſed etiam corpora, l. 1. D. de rer. perm. l.1. & paſſim, C.eod. Ille non recipit functionem, niſi in ſuo genere: nam pecunia pro pecunia, vinum pro vino reddendum eſt. idque tacitè, & vi ac natura contractus intelligitur. hic verò non niſi in alio genere functionem recipit, quod nominatim pronunciatum eſt. Veluti certum olei pondus, pro certo frumenti numero, l. penult. C.de rer. perm. vel certus denariorum numerus, pro certa aureorum quantitate, l. quæ extrinſecùs, 65. D.de verbor.obligat. ac proinde minuta pecunia pro grauioribus numis. Ex illo ſola certi condictio naſcitur: ex hoc, non modò hæc quæ certi eſt, verùm etiam alia incerti, quæ perſcriptis verbis dicitur in l.6. C.de rer. permutat. In illo pœnitentiæ locus non eſt, in hoc quamdiu contractus ab altera parte non implebitur, pœnitentiæ locus eſt, l.3. l.5. l.6. & paſſ. hoc tit. In illo, periculum confeſtim in debitorem tranſit: in hoc, ita demum, ſi implementum contractus caſui cauſſam præbuit: vt ſuperius dictum eſt.

DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSSAM vel iniuſtam.

TIT. V.

1 *Conuentionum alia natura turpes, alia ciuiliter.*

A 2 *Et vt turpiter aliquid fiat, dupliciter accidit, 1. vt ius violetur: 2. ne ius violetur.*

3 *Interdum ſolius dantis turpitudo eſt; interdum ſolius accipientis; interdum vtriuſque. vbi iſtarum trium ſpecierum ius demonſtratur.*

4 *Condictionis ob turpem cauſſam dati definitio.*

5 *Quod iniuſtè datur, aut ob cauſſam datur, aut ex cauſſa.*

6 *Ex cauſſa autem vel perfecta, vel imperfecta.*

B 7 *Ex perfecta, datur condictio ob iniuſtam cauſſam: cuius ſimilitudo & differentia cum priore condictione his quoque demonſtratur.*

SEQVITVR ſecunda condictio Naturalis: ſed priùs de conuentione, tum de actione dicendum eſt.

§ 1 Conuentionum aliæ natura, aliæ ciuiliter turpes habentur, l. probrum, 42. D.de verb. ſign. quæ eædem totidem modis impoſſibiles appellantur, l. continuus, 137. §. cùm quis, D.de verb.obl. C Natura turpes ſunt, quibus de eo quod natura probrum eſt, conuenit: veluti de adulterio, homicidio, furto. item de nouercæ, priuigni, nurus & ſoceri nuptiis, l. vlt. D. de con. ſin. cauſ. Ciuiliter turpes ſunt, quæ Rom. iuris inſtituto flagitioſæ habentur: cùm apud quaſdam gentes probroſæ non ſint. Veluti vt ſoror in matrimonio habeatur, l. ſi ſtipulor, 35. D. de verbor.oblig. Cimoni (inquit Æmil. Probus) non fuit turpe, Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam habere in matrimonio: quip- D pe cùm ciues eius eodem vterentur inſtituto. at id quidem noſtris moribus nefas habetur. Quod autem de ſororis, id etiam de amitæ, materteræ, auunculi, aut patrui nuptiis, dicendum eſt, l. vlt. D. de cond. ſin. cauſ. Similiter conuentio cum aliquo de certo herede inſtituendo, contra bonos mores eſſe dicitur, l. ſtipulatio, 61. D.de verb.oblig. l.4. C.de inutil.ſtip.

§ 2 Rurſus dupliciter accidit, vt turpiter aliquid fiat. Primùm, vt ius violetur, veluti vt furtum, E aut cædes fiat. Deinde ne ius violetur, veluti ne furtum fiat, vt depoſitum aut commodatum reddatur. l.4. l. vlt. j.h.t. Nam pudore, non pactione, deterreri à maleficiis oportet, l.2. in fin. h.tit. l. 7. in fin. pr. D.de pact.

§ 3 Sed in hac conuentione interdum ſolius dantis turpitudo verſatur: veluti cùm pecunia meretrici datur. nam huius turpitudo in vita meretricia, non in pactione mercenaria, verſatur: turpiter facit, quòd ſit meretrix: non turpiter accipit, F cùm ſit meretrix, l. 3. §. 2. j. h. tit. Interdum ſolius accipientis: veluti, vt quæ quis furatus eſt, reſtituat, l.1. & l.vlt. C.h.tit. vt commodatum, aut depoſitum reddat, l.5. D.de tut. & rat. Interdum vtriuſque: veluti, cùm quis vxoris ſuæ leno eſt, vt l. 5. C. eod. aut cùm pecunia datur, vt benè aut malè iudicetur, l. 3. j. eod. Ergo ſi turpis conuentio eſt, ita diſtinguendum eſt. nam aut nihil adhuc datum eſt, ſed promiſſum dumtaxat: aut iam datum eſt. Si tantùm promiſſum eſt, & de turpitu- G dine conſtet, Prætor actionem denegat, l. 5. C. h. tit. l. generaliter, 26. & l. ſeq. D.de verb.oblig. l. 1. §. idem Pomponius, D.de dol. mal. quin etiam ab initio nulla obligatio eſt; ſiue conuenit, vt flagitium fiat, ſiue vt ne fiat, d. l. 7. D. de pact. l. ſi flagitij, 123. D.de verb. oblig. Vbi verò de turpitudine non conſtat, tum Prætor actionem quidem concedit: ſed

ſed cum exceptione doli mali, l. penult. ꝭ.h.t.l.1.C. eod.& arg.l.nam poſteà, 9.D.de iureiurand. Sin autem aliquid iam datum eſt, rurſus tripartitò ſic diſtinguitur: nam ſi ſolius accipientis turpitudo verſetur, condictio ob turpem cauſſam dati conceditur:quæ ſic definitur:

§ 4 Actio naturalis, per quam id quod quis accepit, vt aliquid aduerſus bonos mores faceret, ſi eius ſolius turpitudo verſetur, ab eo repoſcitur: ſiue res ſecuta ſit, ſiue non ſit, l. 1. & l.vltim. ꝭ.eod. l.4. C.eod. Si verò, vel dantis ſolius, vel vtriuſque flagitium verſetur, tum qui flagitiosè dedit, punitur, eique condictio denegatur: quoniam in pari delicto melior eſt cauſſa poſſeſſoris, l.pen.ꝭ.h.t. l.2. C.eod.l. 5.D.de cond.ſine cauſſa, l.ſi procurator,9. D.de dol. except. Dixi autem, NATVRALIS, quoniam hęc actio (vt ſuperiùs dictum eſt) non vlla lege, aut Prętoris edicto, ſed ex iure gentium, ex æquo & bono à Iuriſconſultis inſtituta eſt, l.6. §. pen. l.rerum,25. D.rer.amot. Atque hæc quidem hactenus, ad priorem Rubr. partem dicta ſint. Quantum ad alteram attinet,ſic habendū eſt: § 5 Quod iniuſtè datur,aut ob cauſſam datur, id eſt,ob rem futurã, & ſperatam datur: veluti vt iniuria fiat, quæ nondum facta eſt: aut ex cauſſa, nimirum præterita, quam vulgus impulſiuam appellat: veluti, quia iniuſtè promiſſum eſt:vt cùm ex ſtipulatione, quæ per vim extorta eſt, pecunia ſoluitur, l.7.ꝭ.h.t.aut cùm extra legitimum modum aliquid donatum eſt, l. vt mihi,21. D.de donat. quamuis enim plerumque dicatur ob cauſſam, etiam quæ pręterita eſt:tamen planiùs, & dilucidiùs appellatur,Ex cauſſa: vt l.eleganter,23.in princip.& §.vlt.D.de cond.ind.l.1.C.h.t. l.6.D.de dona.int.vir.

§ 6 De priore ſuperiùs dictum eſt de poſteriore, ita ſtatuendum eſt:aut imperfectam rem eſſe: id eſt, numerationem non ſecutam, aut perfectam. Si imperfecta eſt, tum actionem nullam competere, aut certè inanem dumtaxat, propter doli exceptionem, l.pen. C.de inu.ſtip. l.metum,9.§.ſed quod, D.quod met.cauſſ. Sin autem ſecuta numeratio eſt, tum eo caſu comparatam eſſe condictionem dati ob iniuſtam cauſſam:quæ ſic definiri poteſt:

§ 7 Actio perſonalis, per quam id quod quis ex iniuſta cauſſa præterita accepit,repetitur, l.7.ꝭ.h.tit. Ex his autem quid inter ſuperiorem proximam, & hanc noſtram condictionem differentiæ ſit, facile intellectu eſt. Illa datur ob cauſſam honeſtam: hæc ob turpem, aut iniuſtam. illa tantùm ob rem,id eſt, cauſſam futuram, & ſperatam: hæc,tum ob cauſſam futuram,tum ex cauſſa pręterita,& præſenti,d.l.7.ꝭ. eod.illa tum demum datur,cùm cauſſa ſecuta nõ eſt: hæc, ſiue ſecuta eſt,ſiue non eſt, l.1.ꝭ.h.t.

DE CONDICTIONE INDEBITI.

TIT. VI.

1 *Indebitum aliud Naturale, aliud Ciuile:*
2 *Aliud iure Prætorio, dicitur.*
3 *Indebitum quid ſit, & indebiti ſolutio.*
4 *Indebitum rurſus aut à ſciente ſoluitur, aut per errorem.*
5 *Sed in errore diſtinguitur, vtrum Iuris ſit, an Facti.*
6 *Ex indebitè ſoluto duplex oritur actio, Si certum petatur ex indebito ſoluto, & Indebiti condictio:cuius definitio proponitur & explicatur.*
7 *De perſonis quibus hæc actio competit:*
8 *Et aduerſus quas competit.*
9 *De rebus, quæ in hanc actionem cadunt: quæ condicitur.*
10 *Aut Idipſum,aut Tantumdem:*
11 *Verùm nonniſi Quatenus indebitum ſolutum eſt.*
12 *De reb.quæ ab hac condictione excipiuntur.*
13 *De vi & effectu huius conuentionis:ſimul quæ ſit inter Mutui dationẽ & Indebiti ſolutionem communio:*
14 *Et diſſimilitudo.*

SEQVITVR tertia condictio Naturalis, quam Vlpian. eod. quo ceteras libro tractauit.

§ 1 Indebitum autem, ſi generaliter & vniuersè ſtatuere volumus, totidem modis dicitur, quot debitum:totidem denique quot obligatio:quarum vna dicitur naturalis, altera ciuilis, tertia prætoria. Naturale indebitum eſt, quod etſi mero iure ciuili debetur,gentium tamen iure & naturali æquitate non debetur,l.indebitum,47.ꝭ.h.tit. Veluti cùm ſtipulatio metu dolóve extorta, aut ſine cauſſa facta eſt, l.pen. C. de inutil.ſtip.l.2.§.circa, D.de dol.exc. aut cùm quis per errorem, aut ambitionem iudicis condemnatus eſt. nam res iudicata ciuilem obligationem parit, l. ſeruo, 65. §.cùm Prætor, D.ad Trebel.l.1.C.h.tit.l.ſi fideiuſſor,29.§.in omnib.D.mand. Ciuile indebitum eſt, quod quamuis naturali, aut prætorio iure debeatur, tamen inſtituto iuris Quiritium non debetur. Veluti ſi quid nudo pacto promiſſum eſt,l.5.§.1.l.Stichum, 95.§.naturalis, ꝭ.de ſolut. Item ſi filiofam. credita pecunia eſt, l.qui exceptionem,40.ꝭ.h.t.aut ſeruo,l.naturaliter, 13.ꝭ.h.t.l.1. §.vlt.D.de conſt.pec.aut pupillo,ſine tutoris auctoritate,l.hoc iure,19.§.vlt.D.de donat.aut cùm ij qui in eadẽ fam.ſunt, aliquid inter ſe cõtraxerunt, paterveſam.cum ipſis,l.frater à fratre,38.l.ſi quod, 64.ꝭ.eod.

§ 2 Indebitum prætorio iure eſt, quod etſi mero ciuili iure debetur, exigi tamen propter iuris honorarij impedimentum non poteſt. veluti cùm debitor dare ſe non oportere iurauit, l.ſiq.iuraſſet, 43.ꝭ.eod. aut alia perpetua, & æquitati naturali conſentanea exceptione munitus eſt, l.Mar.66.D.de reg.iur.l.3.§. 1.D.de pec.conſt.l.ſi non ſortem,26.§.3.ꝭ.h.t.

§ 3 Porrò indebitum ſic definitur,quod naturali iure non debetur, vel certè non ab eo qui ſoluit, aut non ei qui accepit. Indebiti autem ſolutio, eſt conuentio tacita, de diſſoluendo contractu opinato, per quam is qui indebitum accepit, ex bono & æquo ad idem aut tantumdem reddendum obligatur. Dixi, *Conuentio tacita*:vt in l. is qui,13.§.vlt.ꝭ.eod. Dixi,*De diſtrahendo negocio*:vt in l.5.§.is quoque, D.de oblig. & act. Verùm & hoc,& reliqua planiùs ſuis locis explicabuntur.

§ 4 Illud potiſſimum notandum eſt,indebitum aut à ſciente ſolui, aut per errorem: quod à ſciente ſoluitur, non repeti, l.1.l.ſi non ſortem,26.§.1. l.ſi is qui,24.ꝭ.h.t.etiam ſi ea mente ſoluerit,vt repeteret,l. quod quis,50.ꝭ.h.t. quoniam qui ſciens ſoluit donare præſumitur,l.qui fundum,7.§.2. D.pro emt. quin etiam qui ſciens indebitum promittit, condictioni renunciat,l. fideicom. 62.ꝭ.eod. quamquam qui dubio & incerto animo ſoluit, repetit, l.vlt.C.h.t. Sin autem per errorem ſolutum quid fuerit, repetitur. Itaque regula iuris reciprocatur: Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt,l.53.D.de reg.iur.l.ſi quis deleg.12.D.de nouat.

¶ 5 Verùm in errore diſtinctio adhibenda eſt, vtrum iuris error ſit, an facti: nam ex illo non repetitur, ex hoc repetitur, l.6. l.7.C.h.tit. l.regula, 9. §.ſi quis ius, in fin. *D.* de iur. & fact. ign. Error iuris eſt, veluti ſi quis Falcidiæ, aut Pegaſianæ beneficio vſus non eſt, l.1. l.error, 9. l.vlt.C.ad leg.Falcid. l.2.C.ſi aduer.ſol. Error facti eſt, veluti ſi cùm valere teſtamentum putaretur, ex eo ſolutum quid fuerit: poſteà verò non valere appareat, l.2.ȷ̃.h.t. aut ſi heres ex tranſactione, quam à defuncto factam falsò exiſtimet, ſoluerit, l.eleganter, 23.ȷ̃.eod. aut ſi quis ſe ex compromiſſo condemnatum putet, l. ſi non ſortem, 26. §.ſi quis quaſi, ȷ̃.eod. Atque hæc quidem de ſcientia vel ignorantia eius qui indebitũ dedit. Qui verò ſciens accepit, furti obligatur, l.falſus, 43. D.de furt. l.quoniam, 18. D.de cond. furt. Ex eo ergo quod indebitè per errorem facti ſolutum eſt, duplex oritur actio, Si certum petatur ex indebito ſoluto, &, Indebiti condictio, quæ Actio quoque indebiti appellatur, l.ſi fideiuſſor, 29.§ 2.D.mand. l.ſi ſeruus, 24 D.de act. emt. quæ ſic definitur:

¶ 6 Actio naturalis, per quam id quod naturali iure indebitum, per errorem facti ſolutum eſt, repetitur, vt aut idem, aut tantumdẽ ex bono & æquo præſtetur. Dixi, *Actio naturalis*, vt in l.indebiti, 15.ȷ̃.h.ti. quoniam (vt de ſuperioribus duabus dictum eſt) nõ ex lege, aut edicto, ſed ex gentium iure & naturali æquitate, à Iuriſconſultis hæc actio inſtituta eſt, l.indebitum, 47. l.hæc condictio, 66. ȷ̃.h.tit. Dixi, *Naturali iure indebitum*: quoniam in hac actione debiti vel indebiti ratio naturaliter intelligenda eſt, l.ſi quod, 64.ȷ̃.h.t. Itaque qui iudicio iniquo abſolutus ſoluit, quoniam naturalis durat obligatio, repetere non poteſt, l.iudex, 28. l.Iulianus, 60.ȷ̃.h.t. ſic neque filiusfam. ſolutam à ſe pecuniam ſibi creditam repetit, l.7.§.vlt. l.10, D. de Sen.Maced. l.ſi filius, 14. D.de reb. cred. neque pupillus eam qua locupletior factus erat, l.naturaliter, 13.§.vlt. & l.ſeq.ȷ̃.h.t. vnus tamen caſus excipitur, propter auctoritatem rei iudicatæ. nam qui iudicio iniquo damnatus ſoluit, nõ repetit. neque naturalis æquitas hoc caſu condictionem inducit, l. ſi fideiuſſor, 29.§.penult. D.mand. l.1.C.h.tit. l.cùm putarem, 36.fam. erciſc. accuſare tamen inſtrumenta falſi, & poſt reſciſſam ſententiam condicere quaſi ſine cauſſa data licebit, l.qui agnitis, 11.D. de except. Dixi, *Per errorem facti*, propter eas cauſſas, quas ſuprà expoſuimus. Dixi, *Aut idem aut tantumdem*: vt in l.7.ȷ̃.h.t. & in l.pen.§.vlt. D.de perſ. verb. & planiùs in partitione explicabitur, ad quam nunc accedendi tempus videtur.

¶ 7 In prima autem parte, quæ de perſonis eſt, prius de iis quibus competit hæc actio, tum de iis aduerſus quos competit, diſſeremus. Ergo ei condictio hæc permittitur, primùm (vt dictum eſt) qui facti non iuris errore ductus ſoluit: quamquam in mulieribus aliud ſit conſtitutum: in quibus iuris ignorantia toleratur, l.quamuis, 9. C. ad Vell. quin etiã pupillus, furioſus, prodigus, quoquo modo indebitum ſoluerint, ſolutum recipiunt, l.interdum, 29.ȷ̃.h.tit. Permittitur autem hæc actio non præciſè ei, qui ſoluit, ſed ad quem ea res pertinet. nam ſi opinatus heres ſoluit, verus heres, bonorúmve poſſeſſor cõdicet, l.2. & ll.ſeqq.ȷ̃.h.t. ſi procurator ſoluit, dominus cõdicet, l.6 §.vl.ȷ̃.eo. ſi ſeruus, dominus. l.dominus, 53. ſi fideiuſſor nomine rei ſoluerit, reus cõdicet, l.indebitam, 47. ſi tutor, impubes, l.6.§.vltim. l.indebitum, 57.ȷ̃.eod. ſi conductor prædoni ſoluerit, dominus condicet, l.ſi vrbana, 55. ſi duo rei duas ſpecies, quas ſub alternatione debebant, ſoluerint, vnus tantùm condicet, l.placuit, 21. at ſi duo nõ correi ſoluerint, poſterior condicet, l.vlt.§.2.ȷ̃. & pro ea parte qua plus debito ſolutum eſt, l.cùm duo, 25.ȷ̃. Poſtremò, ei datur hæc actio, cuius intereſt, etiamſi neque dominium, neque poſſeſſionem rei ſolutæ habuerit, l.ſi vendidero, 8.§.vlt.D.de furt.

¶ 8 Proximum eſt, vt de iis videamus, aduerſus quos hæc actio cõceditur: de quibus hæc regula traditur: Dari aduerſus eos, quibus quoquo modo ſolutum eſt, quamuis aliis proficiat, l.his ſolis, 49.ȷ̃.h.t. l.non aduerſus, 15. C.ſi cert.pet. Itaque indebitum procuratori ſolutum, ſi dominus aut non mandauit, aut ratum non habeat, condicitur, l.cùm indebitum, 57. §.1.ȷ̃.h.t. l.ſi indebitum, 16. D.rem rat.hab. aut ſi falſo procuratori ſolutum, dominus ratum habuerit, domino condicitur, l.ſi procuratori, 14. ȷ̃.eod. l.ſi vendidero, 80.§.ſi Titius, D.de furt. ſic quod alieno creditori ex delegatione ſolutum erit, ipſi deleganti condicitur, l.2.C.h.t. l.ſi donaturus, 9.§.1. D.de cond. cauſ. dati. ſimiliterque adiecto in ſtipulatione ſolutum principali condicetur, l.qui hominem, 34 l.ſi ita ſtipulatus, 39.D.de ſolut. Illud notandum eſt, quamuis ignoranti, æquè vt ſcienti condicatur, tamen ſi ignorans ſolutum ſibi ſeruum manumiſerit, liberatur, l. in ſumma, 65.§.pen.ȷ̃.h.tit. Denique ſicut heredi eius qui ſoluit hæc datur condictio, l.1.C.h.tit. ſic etiam aduerſus heredem eius qui accepit, l.ſi non ſortem, 26.§.heredem, ȷ̃.h.t.

¶ 9 Sequitur vt de rebus, quæ in hanc condictionem cadunt, videamus. Cadunt autem res omnes cuiuſcũque generis ſint, ſiue corporales, ſiue incorporales, & iura, veluti vſusfructus, l.ſi fundi, 12.ȷ̃.h.t. ſeruitus itineris, l.ſed etſi, 22.§.1. Item poſſeſſio, l.indebiti, 15.§.7. l.ſi in area, 33.ȷ̃.eod. item liberatio, l.ſi non ſortem, 26.§.adeò. item cautio, ſiue chirographum, l.is qui plus, 31.ȷ̃.eod. itémq. ſimplex promiſſum, quod incerti cõdictione repetitur, l.5. D.de act. emt. l.2. D.de donat.

¶ 10 Rurſus condicitur aut id ipſum, quod ſecutum eſt, aut tantumdem, l.7.ȷ̃.eod. Id ipſum, veluti ſpecies, ſi extlet. neque obſtat quod dici ſolet, neminem rem ſuam condicere: non enim corpus ipſum, ſed poſſeſſio condicitur. idque per condictionem incerti, d.l.indebiti, 15.§.1.ȷ̃. eod. quod ſi maioris precij ſpecies, pro minore ſumma debita ſoluta ſit, non pro ratá parte, ſed integra condicitur, l. ſi non ſortem, 26. §. ſi certum, ȷ̃. h.tit. l.cùm amplius, 84. D.de reg. iur. quòd ſi ſumtus bona fide in rem factus ſit, incerti condictione id, quanto plus datum eſt, repetitur, l. ſi in area, 33. l.qui exceptionem, 40. §.1. ȷ̃. h. tit. Tantumdem, veluti, ſi ſoluta ſpecies in eius qui accepit poteſtate non eſt: vt cùm is cui Stichus ſolutus eſt, eum ſine fraude vendidit, & minimo fortaſſe vendidit. Iuſtum enim precium ei condicitur, d.l.26. §. libertus, ȷ̃. eod. Rurſus tantumdem condicitur, ſi quantitas ſoluta fuerit. nam & alia eiuſdem generis & eiuſdem bonitatis condicitur, l.pen.§.vlt. D.de perſ.verb. l.in ſumma, 65.§.ei qui, ȷ̃.h.t.

¶ 11 Condicitur autem, ſi plus debito ſolutum eſt, quatenus indebitum ſolutum eſt, l.ſi is qui, 45.ȷ̃.h.ti. nam per pondus, menſuram, aut numerum, quod excedit, ſeparatur, d.l.ſi non ſortem, 26.§.ſi centum, ȷ̃.h.t. quapropter communibus numis ſolutis, non pars corporum, ſed pars ſummæ condicitur, l.ſi pœnæ, 19.§.ſi

19.§.ſi falsò,ↄ.h.tit.cui coniungi poteſt l.nam etſi,13. §.vlt.D.de reb.cred. Et quoniam paritas in hac condictione ſeruatur,etiam ſine vſuris repetitur,l.1.C.h. tit.ſimilitérq. chirographum, quatenus plus continet,quàm quod debetur,eatenus condicitur, l.is qui plus,31.ↄ.h.tit. Sic habitatione per errorem data, pecunia condicitur, quanti habitator cõducturus fuiſſet,d.l.65.§.ei qui,ↄ.h.tit.Deniq.ſub alternatione debitum,ſi vtrumque ſoluatur,vtrum dator volet,condicet,l.pen.C.h.tit.

B ¶ 12 Porrò,quę ab hac cõdicione excipiuntur,& in quibus naturalis æquitas cedit,hæc ferè ſunt. Primùm cauſſę ex quibus inficiando lis creſcit, l.4.C.h. t.§.vlt.Inſtit.de obl.quæ q.ex cont. Secundò,pœnæ iuſta ex cauſſa depenſæ,l.pœnæ, 42.ↄ.h.t.veluti legatum pœnæ cauſſa relictum,§.pœnæ,31. Inſt.de legat. item quod pœnæ nomine à debitore exactum eſt,l.id quod,74.D.de ſolut.nam pœnæ falſa ex cauſſa depẽſæ repetuntur,l.eleganter,23.§.vlt.ↄ. h.t. Tertiò,quæ pietatis cõtemplatione data ſunt, vt dos mulieri nubenti,l.cùm is qui,32.§.mulieri,ↄ.h.tit. aut legata religioſa,nouo Iuſtiniani iure, §.vlt. de oblig. quæ q. Quartò,quæ tranſactionis cauſſa data ſunt,l.in ſumma,65.ↄ.h.ti.l.2.C.eod. Quintò,quæ ex iuriſiurandi cauſſa ſoluta ſunt,§.item ſi quis,Inſt.de action.Quid ſi datũ ſit ex falſa cauſſa præterita?veluti quaſi aliquid ab aliquo factum ſit,quod factum non eſt? Et puto,ſi ratio dandi,dationi cohæreat,condici, l.cùm tale,72. §.falſum, D.de cond.& demonſt.ex qua intelligenda eſt l.demonſtratio,17.§.1.eod.ti.& quod de hac quęſtione traditur in l.damus, 52. l.in ſumma, 65.§.1.ↄ. h.tit.

C

D

¶ 13 Deinceps de vi & effectu huius conuentionis videamus.Verùm is ex mutui & indebiti dati cõparatione faciliùs intelligetur. Nam inter mutui & indebiti dationem cõmunia ferè hæc ſunt. Per vtrãque dominium rei traditæ, ac proinde etiam periculum in accipientem transfertur,l.dominus, 53.ↄ.h.ti. l.tenendum, C.ſi cert.pet.l.ſi filius, 14.D.de reb.cred. Ex vtraque naſcitur obligatio,quæ re contrahitur,§. 2.Inſtit.de oblig. Ex vtraq.pat eadémque naſcitur actio:nimirum condictitia,d.§.2.& l.5.§.is quoque,D. de obl.& act. Per vtriuſque actionẽ res eiuſdem bonitatis & æſtimationis exigitur,l.65.§.pen.ↄ.h.t. Per neutram pupillus ſine tutoris auctoritate obligatur, d.§.2.Inſt.de obl. Per vtramque,vbi quãtitas data eſt, tantumdem dumtaxat exigitur, vſuræ non exiguntur,l.Titius,de perſ.verb.l.1.C.h.t.

E

¶ 14 Diſſimilia autem hæc ferè ſunt. Mutui datio,eſt contractus:indebiti ſolutio,quaſi contractus, vel potius conuentio, de diſtrahendo negocio, §.4. de obli.quæ q. ex contr. d.l.5.§.is quoque, D.de oblig.& act. Illa conuentio eſt expreſſa: hæc verò tacita,l.13.§.vlt.D.commod.In illam conuentionem ſolæ res veniunt,quæ quantitate continentur,l.2.D.de reb.cred.in hanc res omnes cuiuſcumque generis,vt ſuprà demonſtratum eſt. Illa ex mero iure ciuili;hæc ex gentium iure,& æquo ac bono;vt iam ſæpè inculcatum eſt.Ex illa non niſi certi condictio naſcitur,ex hac modò certi,cùm quantitas data eſt, modò incerti,cùm alia res data eſt,aut corporalis,aut incorporalis.nam ſi corpus datum eſt,poſſeſſio condicitur,quę incerta eſt,vt ſuprà demonſtratum eſt.Illa ſemper eſt ſtricti iuris: hæc, ſi certi condictio eſt, ſtricti iudicij eſt:ſi incerti,bonæ fidei,quoniam non certam quantitatem petit: ſed quatenus is qui accepit locupletior factus eſt,l.cum hi,8.§.ſi quis,D.de tranſact. Per

F

G

A illam nunquam plus dato exigitur: per hanc vbi ſpecies data eſt, cauſſæ etiam & acceſſiones, vt fructus,& partus exiguntur,l.indebiti,15.ↄ.h.tit. & l.videamus,39.§.1.D.de vſuris.

DE CONDICTIONE SINE CAVSSA.

TITVLVS VII.

1 *Condictionis ſine cauſſa dati defin.*

2 *Vbi condictioni cauſſa dati locus eſt, huic etiam eſt locus:*

3 *Sed non reciprocè. & ſimul de vi ac poteſtate huius actionis.*

4 *Non tantùm vbi datum eſt,ſed etiam vbi permiſſum, datur hæc actio.*

RESTABAT hęc quarta Naturalis condictio, quam Vlpian.eod.quo ſuperiores libro tractauit.

¶ 1 Condictio ſine cauſſa dati eſt actio naturalis, per quam id quod ſine cauſſa apud alterũ alterius eſt, ex bono & æquo repetitur. Dixi, *Actio naturalis*,propter cauſſam iam ſæpe inculcatam: quia ex gentium iure,ex æquitatis naturalis ratione,denique ex bona fide à Iuriſconſultis comparata eſt, l.ſi eum ſeruũ,23.l.ſi & me, 32. D.de reb.cred.l.quæ fundum,50.D.de iur.dot. Dixi, *Id quod apud alterum alterius eſt.* verbis generalibus.quoniam hæc condictio non hoc tantùm caſu,quem eius nomen oſtendit, vtilis eſt;verùm etiam ceteris tribus de cauſſis competit,cum tribus denique ſuperioribus naturalibus cõdictionibus concurrit.

¶ 2 Etenim vbi condictioni cauſſa dati locus eſt, huic etiã eſt locus,l.4.ↄ.h.t.quippe,cùm,etſi ob cauſſam datum initiò fuerit, tamen nũc ſine cauſſa apud illum, repetitur. quin etiam vbi ob cauſſam datum eſt,& cauſſa finita eſt, datur hæc condictio. Veluti cùm pignus, aut chirographum ob creditam pecuniam datũ eſt,& ſoluta eſt pecunia, l.4.§.1. D.de reb. cred.l.2.C.de cond.ex leg.aut cùm arra venditori data eſt, & precium ſolutũ eſt, l.ex emto,11.§.is qui vina, D.de act.emt.ſimiliter ſi cauſſa, ob quam datum eſt,falſa reperta eſt: vt ſi ſeruus bona fide poſſeſſus, domino ſuo ſtipulatus ei adquiſierit. nam bonæ fidei poſſeſſor per hanc actionem id condicet, l.pen. D.de ſtipu.ſeru. Eodem modo, vbi locus eſt indebiti condictioni, huic etiam locus eſt, vnáque cum illa concurrit,l.1.ↄ.h.t.l.hæc condictio,66.D.de cond.indeb. quia cùm indebitum ſit, cauſſa retinendi nulla eſt. Poſtremò, vbi condictioni ob turpem aut iniuſtam cauſſam locus eſt,multò magis hæc concurret actio, l.1.§.vlt.ↄ.h.t.l.6.D.de don.int.vir.

¶ 3 Atque hæc quidem de huius actionis concurſu ita ſe habent: ſed ea regula non reciprocatur. non enim vbi hæc competit, etiam indebiti competit condictio,l.2.ↄ.eo.l.ſed addes,19.§.ſi quis cùm, D. loc.l.qui fundum,50.D.de iur.dot.Tanta autem huius actionis poteſtas eſt, vt non modò cum illis naturalibus actionibus, ſed etiam interdum cum ordinariis bonę fidei actionib.concurrat:veluti cũ actione emti, vt in caſu l. ex emto, 11.§.is qui vina, D.de act.emt.item cum actione locati & conducti,l.2.ↄ.h. tit.ac proinde etiam in caſu l.ex conducto, 15.§.item cùm,D.loc. Nam indebiti quoque condictio, etiam cum illa locati & conducti cõcurrit, l. ſi quis domũ, 9.§.Imperator,D.loc.quinetiam hęc noſtra cõdictio

in locati,venditi,mandati actione interdum ineſt:vt in l.vlt.D.de cond.ob turp.cauſ.

¶ 4 Poſtremò dixi, *Apud alterum eſt*, non autem, datum eſt: quoniam non tantùm vbi datum eſt, ve- A rùm etiam vbi permiſſum eſt, hæc actio conceditur, l.1.ȷ̄.h.t.quæ tum obligationis condictio appellatur: eóq.ab illa hæc differt, ꝙ cõdictio quantitatis, eſt cõdictio certi:obligationis verò, eſt incerti, l.3.ȷ̄.h.t.

LIBER XIII.

DE CONDICTIONE FVRTIVA.

TITVLVS I.

1 *Continuatio Rub.præponitur.*
2 *Condictio furtiua definitur & explicatur.*
3 *Prouerbium vetus, Neminem niſi furi rem ſuam condicere.*
4 *Inter rei vindicationem & condictionem furt. differentia.*
5 *Quomodo dominus à fure rem ſuam condicere poſſit. & ridentur Græcorum ineptiæ ad l.ſcire, 29. De verb.oblig.*
6 *Furtiuæ condictiones duæ:vna certi,altera incerti.*
7 *De perſonis,quibus hæc datur actio.*
8 *Et aduerſus quas datur.*
9 *Quid ſit, quod Heres in ſolidum hac actione teneatur: & non modò paterf.ſed etiam filiuſf.*
10 *Quæ res condici poſſint hac actione.*
11 *l.14.§.1.D.h.t.ſtrictim expoſita.*
12 *Quis ſit huius actionis effectus.*
13 *Obiter ad l.8.§.1.D.h.t.& l.2.§.1.D.de priuat.del.*

¶ 1 CVM hanc condictionem Vlpian. lib.XXVII. tractarit, veriſimile videtur, ſeparatum hac de re caput ab aliis ſuperioribus in edicto perpetuo fuiſſe, in hanc fortaſſe ſententiam: *Quod furtum factum eſſe dicetur, eius rei condictionem dabo.*

¶ 2 Ergo condictio furtiua eſt actio ſingularis, per quam is cui furtum factum eſt, ipſam rem vel eiùs æſtimationem ſibi dari oportere intendit. Dixi, *Actio ſingularis*, ſiue *abnormis*, id eſt, nouo & ſingulari iure contra communes iuris regulas inſtituta: quia cùm id quod cuiuſquam eſt, amplius eius fieri non poſſit: tamen odio furum & prædonum, quo pluribus actionibus tenerentur, inſtitutum fuit, vt dominus ab iis ſibi rem ſuam dari oportere intenderet, §.ſic itaque, Inſti.de act.

¶ 3 Vnde natum prouerbium, Neminem niſi furi rem ſuam poſſe condicere, l. vltim. D. vſuf. quem. cau. Ordinario quidem iure æquè proſpectum dominis videbatur, per rei vindicationem, & ad exhibendum actionem, l.7.ȷ̄.h.t. in quibus aduerſus non reſtituentem in litem iuratur, l.qui reſtituere, 68. D. de rei vind. cùm tamen in hac actione lis à iudice ſimpliciter, ac ſine actoris iureiurãdo æſtimetur, l.ei qui, 9.D.de furt.

¶ 4 Sed intelligendum eſt, in vindicatione dominij probationem requiri: in hac verò, ſatis eſſe probare, furtum ab aduerſario, vel eo cuius heres eſt, factum fuiſſe. qua de cauſſa qui vindicatione victus eſt, condicere nihilo minus poteſt, l.vlt.D.de except. rei iud. Deinde rei vindicationem, non niſi aduerſus poſſeſſorem dari: hanc verò etiam aduerſus eum qui non poſſidet, §.vlt. Inſt.de oblig.quæ ex del. Præterea rei vindicationem non inſtitui tanquam in furem, ſed ſimpliciter tanquam in poſſeſſorem: ac proinde infamem non eſſe. hanc autem in furis quidem perſona furtũ notare, & ignominiam adferre. Denique quamuis ad rei, hoc eſt, ad ipſius corporis recuperationem pertinere hæc actio dicatur, d.§.vlt.& l.ſi pignore, 54.§.vlt.D.de furt.ac propterea rei perſecutoria hæc appelletur actio, l.7.§.vlt.ȷ̄.h.tit.l.ancillæ, 12. C.de furt.& res à domino recuperata, poſſeſſio, inquam, à domino adepta, actionem hanc impedire dicatur, in l.ſiue manifeſtus, 10.h.t.l.ſi pignore, 54.§.vl. D.de furt.tamen magis ad litis æſtimationem, quàm ad ipſam rem perſequendam, valet, l.2.§.1.D.de priu. delict.l.ei qui furti, 9.D.de furt.qua de cauſſa vtrumque in definitione coniunximus, vt in l.tres tutores, 55.D.de admin.tut. atque hoc nimirum eſt, quod dicitur in l.ſcire debemus, 29.§.vlt.D.de verb.obli. dominum à fure rem ſuam ſtipulari non poſſe: vnde
B naſceretur certi condictio. at hoc modo poſſe:

¶ 5 Quod te mihi ex cauſſa condictionis dare facere oportet. quippe, cùm non res, ſed æſtimatio in ſtipulationem deducta ſit, quæ & incerti eſt, & per incerti actionem ex ſtipulatu petitur, l.4.D.de vſur. ridiculæque ſunt Thalelæi & Græculorum ineptiæ, in d.l.ſcire: vt alia ſit ſtipulatio vulgaris, Rem dari: alia ſpecialis, Quod mihi ex cauſſa condictionis, &c. Nam vtraque perſpicuè pertinet ad dandum, vt in illa formula, Quidquid furem dare facere oportet, in l.
C qui decem, 72.§.2.D.de ſolut. ſed vna certi eſt, altera incerti.

¶ 6 Præterea duæ ex hac cauſſa condictiones cõparatæ ſunt. nam ſiquidem res in furis poteſtate eſt, certi condictione petitur, l.7.§.1. & l.ſeq.h.t.& certi condictio ex cauſſa furtiua appellatur, in l.certi, 9.§. 1.D.de reb.cred. At ſi res non exſtet, ſi conſumta, peremta, exſtincta eſt, tum incerti condictione petitur: quia rei æſtimatio in obligatione eſt. atque ad petendum rei precium inſtituitur, l.in re furtiua, 8.ȷ̄.h.t.l.
D inter omnes, 46.D.de furt.l.eum qui, 30.§.1.D.de iureiur.& hoc eſt quod dicitur, rem furtiuam poſt interitum condici poſſe, l.inter ſtipulantem, 83.§. pen. D.de verbor.obligat. Deinceps ad partitionem accedamus.

¶ 7 Datur ergo hæc condictio ei demum, qui dominium habet, l.1.ȷ̄.h.t.l.cùm qui, 14.§.qualis, D.de furt. vnde nata illa ſuperior regula, neminẽ niſi rem ſuam condicere. Qua de cauſſa fructibus à fure ex re fructuaria decerptis, non fructuario, ſed proprietario
E hæc actio conceditur, l.arboribus, 12. §. Iulianus, D. de vſufr. & ob eandem cauſſam, non ſi quis ſibi factum furtum iurauit, idcirco hac condictione vtitur. Poteſt enim furtum, etiam ei qui dominus non eſt, fieri, l.in duobus, 28.§.pen.D.de iureiur. Simulatque autem dominus ſuo facto dominium amiſit, confeſtim hanc actionem amiſit, d.l.ſiue manifeſtus, 10.§. 1. atque vt proprietarius rem ſuam condicit, ſic poſſeſſor ſuam poſſeſſionem, l.2.D.de cõd.trit. Sed quod de domino diximus, etiam in iis qui domini vicem obti-

obtinent, locum habet. Veluti in tutore pupilli, aut curatore furioſi, l. interdum, 56. §. pen. D. de furt. Secundò non tantùm dominum eſſe oportet, cui hæc datur condictio: verùm etiam eum cui res ſubrepta eſt, l. ſed nec, 11. ǰ. h. t. quamquam ei cuius intereſt furtum factum non eſſe, veluti creditori, cui pignus ſubreptum eſt, incerti condictio conceditur, l. & ideo, 12. §. Neratius, ǰ. h. t. Cùm autem rei perſecutoria hæc actio ſit, conſentaneum eſt, etiam heredi dari, l. ſed nec, 11. ǰ. eod.

§ 8 Porrò aduerſus quos hæc concedatur actio, hæc regula demonſtrat: Nunquam furti condictione alius, quàm qui fecit, vel eius heres tenetur, l. 5. §. vlt. ǰ. eod. Itaque qui ſe furem non eſſe iurauit, hac condictione liberatus eſt, l. ſi duo, 13. §. 2. D. de iureiur. Vſque adeò autem hac actione non tenetur, niſi qui ipſe furtum fecit, & contrectauit, vt qui ſeruus furtum fecit, quamuis liber factus, furti teneatur, hac tamen actione, niſi liber factus contrectauerit, non teneatur. l. quod ab alio, 15. ǰ. h. tit. quippe, cùm per manumiſſionem nouus homo efficiatur, l. ſeruus, 27. D. de adim. leg. Quòd ſi plures furtum commiſerint, vnus ſolus condictione tenetur, l. 1. C. h. t. furis tamen, aut fugitiui ſocius tenetur, l. 4. §. vlt. D. de cond. ob turp. cauſ. itémque is cuius ope furtum factum eſt. at non is cuius ſolo conſilio factum eſt, l. ſæpè, 53. D. de verb. ſign. neque obſtat l. 6. ǰ. h. t. quia verba formulæ, *Ope, conſilio tuo, furtum factum eſſe aio*, diſiũctiua ſunt, & ſeparata: vt ait d. l. ſæpè. Quoniam autem rei perſecutoria hæc actio eſt, etiã heres tenetur, l. 5. l. 7. §. vlt. ǰ. eod. Sed ſi aduerſus heredem agatur, tum *[illegible]* dari debet actio: hoc eſt vniformis & ſimplex, *Si paret te mihi dare oportere*, vtpote furis heredem. non autem diſiunctiua, & alternatiua, tãquam furem, vel furis heredem, l. ſi duo, 13. §. 2. D. de iureiur.

§ 9 Sed quid ſit, quòd heres non quatenus ad ſe peruenit, ſed in ſolidum teneatur, dubitari poteſt, l. 9. ǰ. h. t. quia regulariter heres actione ex delicto, quãuis rei perſecutoria ſit, tamen nõ in ſolidum tenetur; veluti in actione rerum amotarum, l. vlt. C. rer. amot. & pater de peculio, actione, non niſi quatenus ad ipſum peruenit, teneatur, l. 4. ǰ. h. t. l. 3. §. pen. D. de pecul. Sed ſolutio ex ſuperioribus intelligitur. Primùm quia hæc actio ſingulariter in odium furum inſtituta eſt: deinde quia non tam rem ipſam & quatenus res peruenit ſpectat, quàm litis æſtimationem: quæ in vniuerſam hereditatẽ diffuſa, nihilo magis quàm ipſa hereditas, ſcindi poteſt. l. 8. D. de rei vind. l. 1. D. ſi pars hered. pet. Porrò non modò paterfa. ſed etiam filiusf. hac tenetur actione: quin etiam pater ex filij furto, quatenus ad eũ peruenit, ſicuti dominus ex ſerui furto, l. 4. ǰ. h. t. l. 38. §. pen. D. de pecul. l. vlt. C. de noxal. neque ſolùm pubes, verùm etiam impubes hac actione tenetur, qui modò doli capax ſit, l. nec minus, 24. D. de furt. Poſtremò etſi hæc actio directò aduerſus furem comparata eſt, tamen furis exemplo etiam aduerſus raptorem conceditur, l. ſiue manifeſtus, 10. §. 1. ǰ. h. t. l. 2. §. pen. D. de vi bon. rapt. item aduerſus coniugẽ, qui quæve res amouit, l. pen. D. rer. amot. l. pen. ǰ. h. t. l. 3. §. licet, D. de pecul. itémque aduerſus prædonem, l. 2. D. de cond. tritic.

§ 10 De rebus autem hæc regula traditur, eas demum res condici, quæ furto ablatæ ſunt, l. vulgaris, 21. §. vlt. D. de furt. & quæ in alterius dominio, vel poſſeſſione fuerunt. qua de cauſſa liberarum perſonarum nomine hæc non conceditur actio, l. mater, 38. D. de furt. Denique quæ in furtiuã cauſſam cadere poſſunt, & in rerum amotarum iudiciũ, l. pen. ǰ. h. t. l. 3. §. pen. D. de pecul. Non tantùm igitur res corporales, verùm etiam iura in hanc actionem veniant; veluti fundi poſſeſſio, l. verum eſt, 25. D. de furt. quin etiam rerum ipſarum nomine, etiam quæ ex iis factæ ſunt, continentur, quamuis furis ſumtibus factæ ſint: veluti pocula ex rudi argenti maſſa, vinum ex vuis, oleum ex oliuis, l. ſi ſeruus, 14. §. vlt. l. ſi quis vxori, 52. §. ſi quis maſſam, D. de furt. quamquam rerum cauſſa certi condictio, operum verò incerti dari ſoleat, propter æſtimationem litis. l. ex argento, 13. ǰ. h. t.

§ 11 Ac notatu dignum eſt, quod traditur in l. ſi ſeruus, 14. §. 1. ǰ. h. t. non ſi quis bouem contrectet, cõtinuò etiam carnem & corium, & cornua contrectare. quippe, cùm illę partes animalis non ſint: quę duę tantùm ſunt, anima & corpus, ſicut in domo, tigna, lapides, tegulæ partes non cenſentur: ſed area & ſuperficies. Similiter vſusfructus pecoris in animante conſiſtit: quo extincto, vſusfructus ſimul extinguitur, neque in carne & corio conſiſtit, l. pen. D. quib. mod. vſusfr. amit. eodémque modo legatum bouis cũ animante extinguitur, neque ad corium & carnem producitur, l. mortuo, 49. D. de leg. 2. l. quod ergo, 53. §. ſi heres, D. de leg. 1.

§ 12 Poſtremò huius actionis effectus eſt, vt ea damnatus non modò rei corpus, verùm etiam acceſſiones præſtet. Veluti fructus, & partus, l. 8. §. vlt. ǰ. h. tit. atque adeò id quod tum circa rem, tum extra rẽ, ſed tamen propter rem intereſt. Veluti, ſi ſeruus ſubreptus heres inſtitutus fuiſſet, l. 3. ǰ. h. t. l. ſi quis, 52. §. ſi ſeruus, D. de furt. Cuius autem temporis æſtimatio facienda ſit, videndum eſt: de quo ita ſtatuendum arbitror: Aduerſus eum qui in mora eſt, litis æſtimatio non modò non decreſcit, rei precio decreſcente: verùm etiam creſcit precio excreſcente, l. 3. D. de cond. tritic. l. fundum, 18. D. de nouat. Qui furtum cõmiſit, ſemper in mora eſt: atque à tempore furti commiſſi moræ initium fecit, l. 8. l. parui, 17. l. vlt. ǰ. h. tit. ergo tanti lis æſtimanda eſt, quanti plurimi res fuit. Poſt furtum admiſſum vllo tempore, hoc eſt, ſtatim poſt furtum, tempore litis conteſtatę, rei iudicatæ, & interitus, l. pen. D. rer. amot. Itaque ſi infans ſubreptus cura & ſumtibus furis adoleſcens factus ſit, adoleſcentis fiet æſtimatio, l. ex argento, 13. h. t.

§ 13 Quod autem dicitur in l. 8. §. 1. ǰ. h. t. tanti rẽ æſtimandam, quanti vnquam plurimi fuit: ſic intelligendum eſt, à tempore furti facti, ad rei iudicandæ tẽpus. Quod verò dicitur in l. 2. §. 1. D. de priu. delict. litis æſtimationem non egredi retrorſum iudicij accipiendi tempus, intelligendum eſt ex comparatione legis Aquilię: quæ retrorſum in annum integrum regreditur. Ceterùm in bonæ fidei & arbitrariis iudiciis, quattuor tempora ſpectãtur: moræ commiſſę, litis conteſtatæ, interitus rei, & rei iudicandæ. at in ſtrictis iudiciis, ſolùm accepti iudicij tempus ſpectatur, l. 3. §. 2. D. commod. l. vinum, 22. D. de reb. cred. l. 5. §. vlt. D. de act. emt.

DE CONDICTIONE EX LEGE.

TIT. II.

1 *Vtrum huius actionis nomen à Prætore ſit, an à Iuriſconſultis: & ſimul Condictionis ex lege definitio.*

2 *Vbi actio nulla ex noua lege conſtituta erat, tũ Condictio ex lege cõcipiebatur: cuius exẽpla proponũtur:*

§ 1 VTRVM hoc actionis nomen ex Prætoris edicto manarit, an potius à Iuriſconſultis fictum & inuentum fuerit, mihi non ſatis conſtat. Quòd ſi ex Prætoris edicto eſt, ſententia hæc fuit: *Quæ ex lege cõſtituta obligatio erit, neque tamen iudicium nominatim conſtitutum, ea ex lege condictionem dabo.* Nam Condictio ex lege eſt actio perſonalis, per quã id dari oportere intenditur, cuius obligatio lege noua ſine iudicio inſtituta eſt. Etenim moris fuit, cùm lex ſiue de ciuili, ſiue de criminali negocio ferretur (vnde naſci obligatio dicitur in l. obligamur, 52. D. de oblig. & act.) vt ſimul iudicium, ſiue actionẽ certam eius rei cauſſa inſtitueret, l. quoties, 41. D. de obl. & act. Cic. off. 3. vbi de Prætoribus & Tribunis plebis loquitur: Conſcripſerunt (inquit) communiter edictum cum pœna, atque iudicio. Horat. lib. 2. ſermo. *Si mala condiderit in quem quis carmina, ius eſt, Iudiciúmque.*

§ 2 Interdum tamen accidebat, vt actio nominatim non conſtitueretur: ac tum actionis formula in factum ex legis præſcripto concipiebatur, eáque cõdictio ex lege dicebatur. Velut in l. ſi poſtulauerit, 27. §. vlt. & l. ſeq. D. de adult. Item ſi quid ſupra modũ, lege Cincia de donis & muneribus præſtitutum, donatum eſt, eius quod excedit nomine, Cõdictio ex ea lege conceditur, l. vt mihi, 21. D. de donat. Sic inſtituto Conſtantini, qui à ciuitatis debitore bona mercatus eſt, condictione ex lege tenetur, l. 2. C. de debit. ciuil. Sic inſtituto Iuſtiniani, in arbitrio per iuſiurãdum recepto, condictio ex lege conceditur, l. 4. C. de recep. arb. Itémque in hereditariis actionibus, aduerſus hereditatis poſſeſſorem, l. vlt. §. ſin autẽ, C. de pet. hered. vel ad poſteriores creditores, l. vlt. §. ſin verò, C. de iur. delib. Itémque in maiore ſeruorum numero donato, l. ſi quis argentum, 25. §. ſin autem, C. de donat. Item in maiore ſumma libello actionis comprehenſa, aut per viatores exacta, §. Tripli, & ſeqq. de act. Exſtat etiam eius exemplum in Nou. 108. §. vlt. Neque verò huc pertinet, quod dicitur in l. quod ſi minor, 24. §. vlt. D. de minor. quoniam harum condictionum datio vel denegatio in Prætoris poteſtate non eſt.

DE CONDICTIONE TRITICARIA.

TIT. III.

1. *Origo Triticariæ condictionis: huiúſque verbi notatio, à Tritico;*
2. *Non à Triticio Prætore.*
3. *Eius definitio proponitur & explicatur.*
4. *Triticaria à condict. ſi certum pet. quid differat.*
5. *Vtrum certa res, an eius potius æſtimatio hac actione petatur.*
6. *Triticaria quot modis competat.*
7. *Differentia inter hanc & Condictionem ex mutuo planius explicatur.*
8. *Litis æſtimatio quo modo facienda ſit.*

NE hoc quidem nomen ex Edicto Prætoris ſumtum arbitror, ſed ex fori conſuetudine inter iuriſperitos & pragmaticos vſitata.

§ 1 Eius autem originem referendã arbitror ad veteres inſtitutum eorum, qui cum imperio vel poteſtate in Prouincias mittebantur: quibus S.C. & legibus poteſtas fiebat, certum tritici numerũ ciuitatibus aut aratoribus in cellã (id eſt, ad vſum domeſticum) certum aliquem in Prouinciæ locum imperare, aut pro tritico pecuniam, quanti ex S.C. æſtimatum fuerat, accipere; qua de cauſſa frumentum illud Æſtimatum dicebatur, vt ex Verrin. Orat. multis locis, & ex Aſconio intelligitur. Cúmque condictio, vetuſta conſuetudine, pro denunciatione vſurpetur; §. ſic itaque, de act. denũciatio illa ciuitatibus & aratoribus fieri ſolita, cõdictio triticaria dicebatur: quaſi denunciatio, vt pro tritico pecunia daretur: ſimúlq; loci, vbi reddendum triticum fuerat, ratio haberetur. Cicero Verr. 5. Nam cùm ex S. C. & ex legibus frumentum ei in cellam ſumere liceret, idque frumentum Senatus ita æſtimaſſet, quaternis H-S. tritici modium: binis hordei: iſte tritici modios ſingulos cum aratoribus denariis ternis æſtimauit. Et mox: Hæc æſtimatio nata eſt, iudices, non ex Prætorum, aut Conſulum, ſed ex aratorum atque ciuitatum commodo. nam cùm arator in eum locum, quo imperabatur frumentum portare nollet, petiuit in beneficij loco & gratiæ, vt ſibi pro frumento, quanti frumentum eſſet, dare liceret. Ex eiuſmodi principio, atque ex liberalitate atque adcommodatione magiſtratuum conſuetudo æſtimationis introducta eſt. Cùm igitur illa triticaria condictio in Prouinciis vſitata eſſet, ſenſim conſuetudine forenſi factum eſt, vt quæ actio non tam rem, quàm æſtimationem peteret, ea Triticaria diceretur. Præſertim vbi non modò rei æſtimandæ, verùm etiam loci ratio duceretur.

§ 2 Nam Stephani & aliorum Græcorum ineptiæ repudiandæ ſunt, qui caſu quodam fictum hoc nomen tradunt, cùm is qui primus hanc actionem poſtulaſſet, fortè de tritico æſtimando negocium haberet. quæ anilis deliratio potius, quàm docti hominis coniectura eſt: neque minus abſurdum eſſet, à Prætore Triticio nomen hoc deducere, vt Seruianam à Seruio, Paullianam à Paullo. quoniam hæc ciuilis, non prætoria actio eſt. Neque verò nos moueat, quod apud Cicer. & Aſcon. non triticum, ſed frumentum æſtimatum appellatur. nam & tritici in cellam paſſim mentio fit, & promiſcuè vtrumque vſurpatur, vt in formula Præfecti annonæ, apud Caſſiod. Triticas quidem copias, (legendum arbitror Triticarias) præfectura prætoriana procurat. ſed non minor laus eſt diſpenſationem probabilem facere, quàm frumenta colligere.

§ 3 Ergo condictio triticaria eſt, actio incerti, generalis, & arbitraria, per quam, pro re quam dari oportuit, litis æſtimatio petitur. Dixi, *Generalis:* quoniam (vt de noxalibus actionibus diximus) non hoc proprium actionis nomen eſt, ſed appellatiuum. Primùm quia de rebus omnibus conceditur, quę modò ęſtimationem recipiunt, ſiue res mobiles ſint, ſiue ſoli, ſiue corporales, ſiue iura, vt ſeruitus & poſſeſſio, ſiue certę, ſiue incertę, l. 1. l. 2. ꝟ. h. t. l. 25. D. de furt. de pecunia non conceditur, quoniam pecunia non recipit ęſtimationem, ſed res omnes per pecuniam ęſtimantur. l. 3. D. de in lit. iur. l. ſi ita, 42. D. de fideiuſſ. l. precia, 63. §. vlt. D. ad leg. Falc.

§ 4 Quare hoc differt à condictione ſi certum petetur, quoniam per illam ſolę res quę quantitate conſtant, petuntur: per hanc, res omnes, pręter pecuniam numeratam, l. 1. ꝟ. de interrog. vt noſtrę primę legis initium ſic interpretandum appareat, qui certam pecuniam petit, vti debet actione, Si certum petatur; hac enim triticaria, per quam res ęſtimabiles petuntur, vti non poteſt. Deinde actionis nomen idcirco appellatiuum eſſe diximus, quoniam innumeræ aliæ actiones hoc nomine appellari poſſunt:

A veluti furtiua condictio,l.1.§.1.J.h.t. itē ex quaſi mutuo complures:omnes denique per quas nō res certa petitur,ſed litis æſtimatio iudicis arbitrio & religioni committitur.Itaque condictio ob rem dati,re non ſecuta, ob turpem cauſſam dati, ſine cauſſa dati, quā ex parte incerti ſunt,ea ex parte triticariæ ſunt.Dixi, *Incerti & arbitraria*,propter inſequentem definitionis partem, quia non certa res deſtrictè & definitè, ſed eius æſtimatio iudicis arbitrio petitur.

§ 5 Itaque cùm certi condictionis hęc ſit formu-
B la,Si pateret,te mihi centum tritici modios, ex cauſſa mutui dare oportere,huius hæc erit: Quidquid te mihi ob centum tritici modios mutuo tibi datos, ex bono & æquo dare facere oportet. quarum illa certi eſt,hæc incerti,l.vbi autem,75.§.qui verò,D.de verb. oblig.Illa rem petit,hęc precium & æſtimationem,l. ſcire debemus,29.§.vlt.J.h.t.l.fundum, 28.D. de nouat.inter quæ multum intereſſe oſtendit l.ſi ita, 42. D.de fideiuſſ.Sed & aliæ inter certi condictionem & hanc triticariam differentiæ notandæ ſunt.Nam illa
C ſtricti iuris eſt,hoc eſt,& actor & iudex ad certā quātitatem adſtricti ſunt: l.1.D. de interrog.quapropter actor,qui plus petiit,vel re,vel tempore,vel loco,vel cauſſa,antiquo iure cauſſa cadebat:vt docet Paul. ſet. 1.tit.10.& iudex ſi grano vno plus petitum ſit, quàm dari oportere appareat,abſoluere in totum eum cum quo agitur debet. Hæc verò arbitraria eſt.neq; enim actor deſtrictè certam quantitatem petit: ſed etiamſi aliquam nominet,tamen eam iudicis æquitati arbitrióque committit,§.præterea,de act. In illa certa res
D in obligatione eſt:in hac interdum res in obligatione eſt.at æſtimatio in iudicis arbitrio:interdum verò ſola æſtimatio in obligatione eſt. Inter quæ multùm intereſſe, magni, inquam, referre, vtrùm aliquid in obligatione,an in iudicis officio ſit,apparet ex l. non quicquid,40.§.de iud.l.quæro, 14. D. locati. præclarúmq; illius rei exemplum exſtat in l. ſi domus, 71. §.qui confitetur,D.de leg.1.& l.nō dubium,14.§. vlt. D.de leg.3.

§ 6 Verùm vt de noſtra condictione diſſeramus,
E obſeruandum eſt, Triticariam actionem tribus modis competere: cùm dies in obligatione adiectus eſt: cùm locus adiectus eſt: aut cùm purè aliquid debetur,l.pen.& l.vlt.J.h.t. Si dies aut locus adiectus eſt, quoniam re vel ſuo die,vel ſuo loco nō præſtita,mora contrahitur,tum rei æſtimatio in obligatione eſt, l.quoties, 59. l.ſeq.l.continuus, 137.§. cùm ita, D. de verb.oblig.Sin autem pura obligatio eſt, tum ſi mutui condictio eſt, nulli litis æſtimationi locus eſt, quoniam & rem certam pro re certa, & pari quanti-
F tate ac bonitate dari oportet,l.3. D.de reb.cred.At ex aliis cauſſis, cùm ſpecies aut melior, aut deterior facta eſt,quoniam ſoluendi mora facta eſt, rei æſtimatio petitur, l.fundum,28.D.de nouat. Itaque cùm arbitraria inſint bonæ fidei iudiciis, l. 7. J. t. prox. perſpicuè videmus, locatorem oblatum à conductore frumentum,de quo ſoluendo conuenerat,repudiare, & eius æſtimationem exigere,l.ſed addes, 19.§. ſi dominus, D.loc.

§ 7 Sed differentiæ inter condictionem ex mu-
G tuo & hanc triticariam,planiùs demonſtrandæ ſunt. Ergo per illam nulla res,niſi quæ quantitate conſtat, petitur: ſed quæuis res,quæ quantitate conſtet petitur.per hanc omnis res, cuiuſcūque generis ſit petitur,præter pecuniam numeratam, vt ſuprà dictū eſt. Illa eſt certi condictio, & ſtricti iudicij: hæc incerti & arbitraria.illa locum habet tantùm in mutuo:hæc
A ex omni cauſſa,vt ſuprà demonſtratum eſt.

§ 8 Supereſt, vt quemadmodum litis æſtimatio facienda ſit, conſideremus: id eſt,cuius temporis ratio habenda ſit,ſi fortè res precioſior, aut vilior deteriórue facta ſit. Ergo vel ſpecies debetur (veluti animal) de qua agitur in l. pen.J.h.tit. vel merx, veluti vinum, frumentum, oleum. de qua in l. vlt. J. eod. Rurſus aut purè, aut adiecto die, locóue certo debetur. Ac ſi quidem ſpecies debetur, & purè debetur,tū ſiue precioſior,ſiue deterior facta ſit,tamen tanti ęſti-
B matur,quanti fuit litis conteſtatæ tempore, d.l. fundum, D.de nouat. Sin autem ſpecies die,locóue certo adiecto debeatur, tum iterum diſtinguendum eſt, vtrum exſtet, an peremta ſit. nam ſi exſtet,& precioſior facta ſit, rei iudicatæ tempus ſpectatur. l. pen.J. h.t.Quòd ſi res peremta eſt,mortis tempus ſpectatur. At ſi poſt moram deterior facta ſit,ex tempore moræ æſtimatio facienda eſt,d.l.pen. eod. Sin autem merx debetur, tum ſi purè debetur,ex litis conteſtatę tempore ęſtimatio fit.Si certo die,aut loco,quanti eo die
C locóue fuerit, d.l.vlt.J.eod.d.l. vinum,22. D. de reb. cred.d.l.quoties,59.& l.ſeq.D.de verb.obl. Poſtremū eſt,vt conſideremus, an huic actioni etiam locus ſit, vbi dies adiectus eſt:nimirum ſi tardiùs petatur.quod placere quibuſdam video,propter.l.4.J.h.t. ſed huic ſententiæ multa obſtāt. nam in ſtipulationibus mora nō committitur niſi ex interpellatione. quā de re, copioſè ſub tit.De vſuris & mora diſputatum eſt.

DE EO QVOD CERTO LO-
D
CO DARI OPORTET.

Tit. IV.

1 *Hac actio, eſt altera Triticariæ ſpecies.*
2 *Euiſque definitio proponitur: & obiter differentia, inter Condictiones certi & hanc quæ incerti eſt.*
3 *Id quod intereſt obiter definitur.*
4 *In hac actione iudici permittitur tam rei quàm actoris vtilitatem æſtimare.*
5 *Quæ ſit differentia inter hanc & ſuperiorem Triti-*
E *cariam.*
6 *An in eum qui antè Diem petit, hæc detur actio. vbi de Plus petitionib. ſatis copioſè diſſeritur.*
7 *L.4.J.h.t. emendata.*

§ 1 SEQVITVR altera Triticariæ actionis ſpecies, cùm id quod certo loco dari oportuit, vel poſt morā, vel ante moram alio loco petitur. Itaque Vlpian.eodem vtramque libro tractauit,cùm
F eam Prætor edicto ſuo inſtituiſſet, §.loco, in fin. de actionibus. in hanc fortaſſe ſententiam: *Quod certo loco dari oportebit, ſi id alio loco petetur, ſiquidem eius loci quo debebatur mentio fiat, eius rei in id quanti intereſt, iudicium dabo.* Quo ex capite cōdictio de eo quod certo loco nata eſt,quàm ita definiemus:

§ 2 Condictio de eo quod certo loco,eſt actio vtilis,arbitraria,incerti,triticaria,per quam is,cui rem aliquam certo loco dari oportebat, alio loco petit, facta commemoratione loci,in quo dari debuit.nam
G ſi pura intentione vteretur,plus peteret, d.§.loco, de action. Dixi. *Vtilis*, vt in l.1.J.h.t.quoniā cùm in obligatione locus præſtitutus fuiſſet,directa actio concedi, niſi præfinito loco, non poterat.Dixi, *Incerti & arbitraria, & triticaria:* quoniam in hac actione,nunquam certum petitur,ſed litis ęſtimatio iudicis arbitrio permittitur,vt ex bono & æquo ſtatuat, quanti

vel actoris, vel rei interſit, ſuo loco potius, quàm in eo loco, in quo petitur, ſolui, l.3.ʒ.h.tit. l. vnic. C. vbi conu.qui cert.loc. qua de cauſſa, vetus eius formula hęc fuit: quantum æquius & melius ſit dari, vt Cicero tribus locis oſtendit in orat. pro Comœdo. At in condictionibus certi, iudicia ſemper ſtricta ſunt: iudex quantitati contractus ſeruit, ad certã quantitatem adſtrictus eſt, quam arbitrio ſuo neque minuere, neque augere poteſt, l.2.§.nunc, de offic.& l.vltim.ʒ.h.tit. Itaque plus petitionis periculum in illis verſatur, l. 1. D. de interrog. Hic tu ſi amplius H-S. numo petiſti, quàm tibi debitum eſt, cauſſam perdidiſti: ait in ead.orat.Cicero. At in hac, æſtimationis ratio (ait Africanus) arbitrio iudicis committitur, l.8.ʒ.h.tit. id eſt, æſtimatio eius quod alterius intereſt, ſiue vtilitatis, quam habiturus eſſet reus vel actor, ſi eo loco quo dari conuenerat, data res debita fuiſſet.

¶ 3 Ex quibus obiter notandum eſt, id quod intereſt, definiri vtilitatem, quam actor aut reus habiturus fuiſſet, niſi rei culpa, vel damnum datum, vel lucrum interuerſum fuiſſet, dict. l. 2. in princip. & §.nunc de offic.ʒ.h.tit. de quo planiùs ſub tit. *De vſur.* diſſeruimus. Verùm tamen (quod in primis notatu dignum eſt) quæ ſua natura certę & ſtrictæ actiones erant, per commemorationem loci fiunt arbitrariæ. Stricta eſt actio ex ſtipulatu, certo loco: quę tamen hac adiectione fit arbitraria, l.2. §.1. l.7. ʒ. ſtricta eſt actio ex teſtamento: ſtricta ex mutuo, quæ tamen eadem adiectione arbitrariæ fiunt, l.5. l. 6.ʒ.eod. ſtricta eſt actio conſtitutoria, quæ tamen ſimiliter arbitraria fit, l. ſi duo, 16. §.1. D. de conſtitu. Quin etiam tanta in actionibus arbitrariis iudicis poteſtas eſt, vt non modò reum minoris condemnare poſſit, verùm etiam prorſus abſoluere, l.4. §.1.ʒ. Quid de bonę fidei actionibus? Sed in iis ſumma iudicis poteſtas hanc in ſe arbitrariarum poteſtatem continet. naturã, inquam, arbitrariarum bonæ fidei iudiciis ineſt, l.7.ʒ.h.tit. qua de cauſſa iudex iis addictus, & loci & temporis rationem habet, l.5. in prin. D. commod.

¶ 4 Ergo, vt ad rem redeamus, In hac actione iudici permittitur, tam rei, quàm actoris vtilitatem, id eſt, quod intereſt æſtimare. Nam interdum locus in ſtipulatoris, interdum in promiſſoris gratiam adiicitur. Prioris exemplum eſt in l.qui Romæ, 122. D. de verb.oblig. & l.fideiuſſor, 16. §.1. D. de fideiuſſor. vbi durior promiſſoris obligatio, per diei adiectionē fieri dicitur. Poſterioris in §.loco, 30. Inſt. de act. & l. pen. D.h.t. Rei, ſi pluris res ſit, vbi petitur, quàm quo debetur: aut pecunia ſub grauioribus vſuris inuenitur, l.3.ʒ.h.t. l.pecuniam, 15. D. de cõpenſ. item ſi per eum mora non fuerit, quo minus actor oblatam ſuo loco pecuniam acciperet. Actoris, ſi per reum mora fuerit, quo minus conſtituto loco pecuniam daret, l.centum, l.vlt.ʒ.h.t. l.continuus, 137. §.cùm ita, D. de verb.oblig. Vtriuſque ſimul non habebitur, ſed alterius tantùm, vt in d.l.vnic. Vtriuſque igitur, ſed diuerſis in cauſſis, l. 2.ʒ.prin.h.t.

¶ 5 Proximum eſt, vt quænam inter hanc & ſuperiorem condictionem differentia ſit, videamus. Ac primùm inter vtramque tantumdem ferè intereſt, quantum inter genus & ſpeciem. nam omnis actio de eo quod certo loco, eſt triticaria. Sed non omnis triticaria certum habet in obligatione definitum locum. Ex quo ſecunda differentia intelligitur. Quoniam illa obligatio puta eſſe poteſt, & ſine loci adiectione: hæc non poteſt. Dixi autem, *Ferè*,

A propter tertiam differentiam: quoniam in illam res omnes, tum mobiles, tum inmobiles, tum corporales, tum incorporales veniunt; præter vnicam pecuniam numeratam. in hanc verò, ſolæ res quæ in quantitate conſiſtunt, & certum in locum deportari poſſunt. Potiſſimùm autem pecunia, l.3.ʒ.cod. Quartò, in illa res æſtimatur, qua de cauſſa pecunia non venit. in hac id quod intereſt, qua de cauſſa pecunia venit. in quam id quod intereſt propter vſurarum rationem cadit, l. 3. ʒ. h.tit. ex quo notanda
B obiter eſt differentia inter, Quanti res eſt, & Quanti intereſt. Quintò, per illam res ſua peti poteſt, quippe, furtiua condictione. per hanc id tantùm quod dari oportet, id eſt, quod actoris non eſt. Vt verò illi locus eſt & ante moram, & poſt moram, ita huic poſt moram locus eſt, ſi reus ceſſauit: quo caſu actoris intereſt. ante moram verò, ſi nondum reus ceſſauit: quo caſu rei intereſt, vt diximus, ex l. 8.ʒ.h.t.

C ¶ 6 Supereſt quæſtio ſubdifficilis, An quæ de loco dicta ſunt, eadem etiam de die dici poſſint. De citeriore quidem die dici non poſſe, conſtat. Conſtat, inquam, nullam eſſe arbitrariam inſtitutam actionem, vt citeriore die peti poſſit: & plus petitionis vitium adhibita diei commemoratione purgetur. nam cùm quattuor ſint plus petitiones, re, tempore, cauſſa, & loco: ſolius loci nomine arbitraria prodita eſt, §.loco, & §.ſeq. de action. conſtanterque vbique traditur, eum qui ante diem petit, plus pete-
D re, malè agere, perperam agere, cauſſa cadere, l.1.§. vltim. D. de edend. l.1. in fin.ʒ. quando dies vſ.leg. l.2. §.qui ita, ʒ. h.tit. & apud Paullum lib. ſent. 1. tit.10. At de longinquiore die video eſſe qui diſputent, arbitrariam concedendam eſſe. quod ſi verum eſt, primùm, annon mirum videtur, nullam eius rei vel minimam mentionem à Iuriſconſultis illo loco interpoſitam fuiſse? quin etiam iis locis, vbi inſtituti ſermonis ratio eam mentionem poſtulabat, tamen Iuriſconſultos eam apertè refugiſse? velut in l. ſi duo,
E 16. §.1. D. de conſtit. pecun. Vbi ſi eadem temporis, quæ loci ratio fuiſſet, certè Vlpianus propoſita de vtroque diſputatione, non de loco tantùm, ſed de vtroq. reſpondiſset. Iam verò, quid eſt, quod creditor poſt tempus agens, amplius eo nomine petere aliquid poteſt? an quia per debitorem mora commiſsa eſt? at mora plerumque non fit ſine interpellatione, l.mora, 32. D. de vſur. Mora (inquit Paullus) fieri videtur cùm poſtulanti non datur, lib.ſent.3.tit.vlt. Sibi igitur creditorem imputare oportet, quòd tardius
F poſtularit, non debitori quòd tardius ſoluerit.

¶ 7 Sed obiicitur l.4.ʒ.h.t. vbi Vlpian. ait, Si temporis vtilitas interueniat, petere aliquid amplius licere. Mihi verò nõ dubitandũ videtur, VT PRO VEL, eo lo reſtituendum eſse: & hanc eſse loci ſententiã: Si eo loco ſumma petatur, qui in obligatione eſt, nihil amplius quàm ſummam peti. niſi fortè ſi creditor pœnam ſtipulatus eſt, vt ſi temporis vtilitas interuenit. velut in l. lecta, 40. D. de reb. cred. l. traiect. 23. D. de oblig. & act. l. Titius, 24. D. de conſt. pec. Rur-
G ſus obiicitur l.5. D. commod. vbi temporis æquè ac loci ratio in bonæfid. iudiciis haberi dicitur. Conſtat autem arbitrariarum naturam bonęfid. iudiciis ineſſe, l.7.h.t. Proinde quaſi locus ille ad domini petitionẽ, ac non potius ad cõmodatarij redditionẽ pertineat: qui alio loco & lõgiore die rẽ reddidit: aut proinde quaſi in bonæfid. iudiciis, vſuræ iudicis officio non veniant, quamuis nõ ſint in obligatione, l.quęro, 54. D. loc. l. qui per, 49. D. de act. emt. l. 4. C. depoſ.

DE CONSTITVTA PECVNIA.

TITVLVS V.

1 *Rubrica & argumenti ſeries.*
2 *Conſtitutum quid ſit: & cur potius definiatur, conuentio quàm contractus.*
3 *Actionis Conſtitutoriæ defin.*
4 *Ex quibus potiſſimùm cauſſis valeat Conſtitutum.*
5 *De perſonis, quib. conſtituere permiſſum eſt, & quibus conſtitui poteſt.*
6 *De reb. quæ conſtitui poſſunt.*
7 *De modo, quo conſtitutum fit.*
8 *An quod in diem vel ſub condicione debebatur, conſtitui purè poſſit.*
9 *Conſtituti multiplex effectus.*
10 *Huius & ſuperioris actionis definitio.*
11 *Argentarij olim qui fuerint, & quod eorum officium.*
12 *Receptum quid ſit; & Receptitiæ actionis definitio: & cum Conſtitutoria differentia.*

§ 1 SVPERIORI actioni finitima eſt Conſtitutoria: qua de cauſſa eodem vtrâque libro, hoc eſt XXVII. Vlpian. expoſuit: cùm Prætor capiti ſuperiori in hanc ferè ſententiam ſubieciſſet: Qui pecuniam debitam conſtituit ſe ſoluturum, ſi appareat eum neque ſoluere, neque feciſſe, neque per actorem ſtetiſſe, quo minus fieret, quod cõſtitutum eſt, eámque pecuniam cùm conſtitueret debitam fuiſſe, eius rei actionem dabo.

§ 2 Conſtitutum propriè eſt, conuentio, inter plures facta, vt certum in locum tempúſque conueniãt. Cic. Catil. 1. Sciam pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem. Varro de re ruſt. 2. Scrofam manè ſalutaui, cùm alius eum ſalutaſſet: alius conuitiatus eſſet, qui tam ſerò veniſſet ad conſtitutum. Hinc tranſlatum nomen ad ſolutiones rerum debitarum, vt conſtitutum ſit conuentio, de eo quod debebatur in diem locúmque certum ſoluendo. Nam hac potiſſimùm de cauſſa edictum hoc comparatum eſt, l. 3. in fin. h. t. tametſi nullum ea de re verbũ in edicto Prętoris interpoſitum ſit, ſed ſimpliciter & infinitè ſit compoſitum, l. eum qui, 5. §. 2. l. promiſſ. 21. ȷ̃. h. t. Dixi, *Conuentio*, ſimpliciter: non autem Contractus; quia neque in nomen tranſiit hęc conuentio, neque cauſſam habet: quam cauſſam interpretor dationem aut factum, certa lege, vt in l. 7. D. de pact. & l. ſi dominus, 8. D. de perſ. verb. neq; obſtat l. omnem, 20. D. de iud. ſiue quia de fictione loquitur, ſiue quia tũ demũ locũ habet, cùm quęritur, an certo loco cõuenire aliquẽ liceat. Minus obſtat quod Precariũ appellatur cõtractus, in l. contractus, 25. D. de reg. iur. quoniã precariũ cauſſam habet, id eſt, datur res certa lege, l. 1. & paſſ. D. de precar. Præterea aliud eſſe contrahere, aliud conſtituere, patet ex quęſtione de legatis, de quã eſt in l. 5. §. 1. ȷ̃. h. t. iũcta l. 2. §. legatis, & § ſeq. & l. ſi quis, 8. D. de iud. Ex hac autẽ cõuẽtione, Prętor actionem inſtituit, quę modò Conſtitutoria dicitur: vt in l. nec enim, 20. ȷ̃. eod. modò Actio de conſtitutę pecunia: vt in l. 5. §. 1. & l. quidẽ, 26. ȷ̃. h. t. l. ſi ita, 59. D. de ſol. plerũque autem Actio cõſtitutę pecunię, vt in l. ſi poſt, 22. §. pen. ȷ̃. h. t. l. 1. l. 2. C. eod. l. qui id quod, 33. D. de donat. cuius definitio non incommodè tradi ſic poteſt:

§ 3 Actio conſtitutoria eſt actio pretoria, perſonalis, per quã id quod vel naturali, vel prætorio iure debitum, conſtitutum eſt, petitur. Dixi, *Actio prætoria*, quia nulla ciuilis ex hac conuentione prodita e-

A rat actio, l. 2. C. h. tit. l. vlt. ȷ̃. eod. quippe, cùm ex nudo pacto actio in ciues Rom. non daretur. Pactum autẽ hoc duabus de cauſſis nudum videbatur: quia neque ſollemnibus verbis conſtabat, vt ſtipulatio, dotis dictio, doni muneris operarum promiſſio: & (vt opinio mea fert) etiam Receptum: neque cauſſam (vt diximus) habebat. Quænã igitur cauſſa Prætorẽ ad hoc nouum actionis genus induxit? non facilè expediri ratio poteſt. mihi tamen ſic videtur. Primùm, quia
B conſtitutum ex iis demum cauſſis ratum eſt, quibus quod debetur & quatenus debetur, conſtituitur, l. hactenus, 11. §. vlt. ȷ̃. h. tit. Itaque non ſimplex pactũ nudum eſt. nam ſiue ciuilis, ſiue prętoria ſuberat obligatio, per ſe firma erat. ſi naturalis ſola ſuberat, attamen nõ ſimplex pactum eſt, ſed duplex. Itaque quæ ſimplex & ſingularis æquitas, vincere iuris ciuilis regulas non poterat, eadem conduplicata deuicit.

§ 4 Præterea (quod caput eſſe arbitror) Labeo teſtatur, ex iis potiſſimùm cauſſis valuiſſe cõſtitutum,
C quibus id quod purè debebatur, in diem locúmque aut ſub condicione conſtituebatur, l. 3 in fin. ȷ̃. h. t. Cùm autem conſtitutum ſit conuentio, ac proinde non tantùm ex debitoris, verùm etiam ex creditoris parte, naturalis æquitas in eo valeat: dubitari non poteſt, quin pacti exceptionem illo caſu pareret, l. 3. D. de exception. Qua autem conuẽtione vti debitor aduerſus creditorem contendit, eadem viciſſim par eſt, creditorem aduerſus ipſum vti. Similiter autem Prætor æquitate naturali motus, ex nudis pactis ex-
D ceptiones concedit, l. 7. D. de pact. eadémque æquitate, ex nudis oppignerationum pactis, rerum obligationem permittit, & ob eam in rem actionẽ hypothecariam, l. ſi tibi, 17. §. 2. D. de pact. ſimilitérque etiam in delicto videmus, vt deficiente ciuili æquitate, ex iure gentium actionem concedat, l. 1. D. ſi qui teſt. lib. eſſe iuſſ. Dixi, *Vel naturali vel prætorio*: non autem ex æquitate naturali, quoniam etiam quod iure prætorio debetur, quamuis ex naturali æquitate non debeatur, conſtitui tamen poteſt: veluti ex iu-
E reiurando, in quo non naturalem ęquitatem, ſed ſolã religionẽ valere, dictũ eſt, ad tit. De iureiur. Sed reliquę definitionis partes ex iis quę poſtea dicentur, intelligẽtur. Nũc ad partitionẽ accedamus, quę quadripartita eſt: de perſonis, rebus, modo, & effectu.

§ 5 Primùm igitur conſtituere poteſt non modò qui debet, verùm etiam alius pro eo. l. 5. §. 2. ȷ̃. h. t. l. 2. C. eod. non modò vir, ſed etiam mulier, ſi modò non pro alio conſtituerit, l. 1. §. 1. ȷ̃. h. tit. nõ modò qui ſui iuris eſt, verùm etiã filiusfam. d. l. 1. §. 1. Pupillus autẽ
F ſine tutoris auctoritate fruſtra conſtituit, d. l. 1. §. 1. Ac non modò pro pręſente, ſed etiam pro abſente, atque adeò pro inuito, l. verum, 27. ȷ̃. eod. quin etiam pro eo qui nullus apparet, vt pro eo qui defunctus eſt, vel apud hoſtes eſt, l. hactenus, 11. ȷ̃. h. t. Conſtitui autem ei demum poteſt, qui petitionem habet, vt quidẽ hęc ei actio competat, l. 7. §. 1. ȷ̃. h. t. Vt autem creditori actio naſcatur, licet etiam ipſius filiofam. & procuratori, & tutori, & curatori conſtituere, atque adeò extraneo. Denique etiam ſeruo, & ei qui bona fide ſer-
G uit, l. 5. l. 6. l. 7. ȷ̃. h. t.

§ 6 Porrò in rebus primùm ipſam qualitatẽ, tũ deinde obligationum genus ſpectamus. nã antiquo iure eæ demũ conſtitui res poterãt, quæ pondere, numero, menſura, conſtabant. At nouo Iuſtiniani iure, conſtitui res omnes poſſunt, l. 2. C. h. tit. Quid igitur de factis? nam edicti verba nominatim, factorum quoque conſtitutum probant, l. ſi duo, 16

§. 2. & §. vlt. j. h.t. Aut igitur ex recepticio edicto ea
verba ſumta ſunt, aut recepticiæ explicatio ab Impe-
ratore facta manca & imperfecta eſt. De obligatio-
nibus illud & antiquo & nouo iure conſtat, ea de-
mum, quæ naturali vel honorario iure debentur, cō-
ſtitui poſſe. naturali, veluti cùm quid pacto nudo ꝓ-
miſſum eſt, l. 5. §. 1. & l. Stichus, 95. §. naturalis, D. de
ſolut. honorario tantùm, veluti cùm quis ſibi dari o-
portere iurauerit, l. illud aut illud, 25. §. 1. j. h. t. l. ſi
actor, 36. D. de iureiur. at iure tantùm ciuili debitum
fruſtra conſtituitur: veluti, ſi quis dolo ſtipulanti ꝓ-
miſerit, l. 3. §. 1. j. eod. quippe, cùm repugnent, exce-
ptionem ex æquitate naturali cōcedere, & actionem
æquitati naturali repugnantem confirmare. Præterea
conſtitui poterant non modò quæ ex quouis contra-
ctu debentur, l. 1. §. pen. j. eod. verùm etiā quæ ex deli-
cto, ac proinde ciuili iure debentur, l. qui iniuriarū,
29. j. h. t. Rurſus nō modò quod debetur, verùm etiā
aliud pro alio conſtitui poteſt: veluti precium pro re,
vel res pro pecunia, l. 1. §. 3. & l. promiſſor, 21. Quæ ve-
rò nullo iure debentur, conſtitui non poſſunt, l. 5. §.
2. l. item illa, 18. §. 1. etiamſi debere ſe falsò quis crede-
ret, l. vlt. j. h. t. Itaque hactenus conſtitutum valet,
quatenus debetur: vltra id non valet, l. hactenus, 11. §.
vlt. & l. ſeq. j. Sed quod cùm conſtitutum eſt debe-
batur, quamuis deberi deſierit, tamen debetur, d. l. 18.
§. 1. Porrò non modò ſolutum iri cōſtituitur, verùm
etiam pignus, aut fideiuſſorem datum iri, l. qui autē,
14. §. 1. & §. 2. Deinceps de modo videamus.

¶ 7 Nam conſtitutum nuda conuentione fit, id
eſt, ſine vlla ſtipulatione, l. 1. §. cum qui, j. h. t. §. de cō-
ſtituta, Inſtit. de action. & non modò quibuſcumque
verbis, l. qui autem, 14. §. vlt. verùm etiam per nunciū
& per epiſtolam, l. Titius, 24. l. quidem, 26. ex quo in-
telligitur, hanc obligationem, ex earum eſſe nume-
ro, quæ honorariæ appellantur in §. 2. Inſtit. de oblig.
& l. obligamur, 52. D. de oblig. & act. Iuſtiniani etiā
inſtituto formula hæc valet: conſtituo, vel ſatisfacio:
Satisfiet tibi à me. at non illa, Satisfaciam. Nou. 115. §.
vlt. Præterea conſtitutum fit plerumque quidem in
diem, aut in locū certum, l. 3. §. vlt. & l. 4. l. 5. l. ſi duo,
16. §. 1. j. h. t. Sed an, quemadmodum purè debitum
rectè vel in diem, vel ſub condicione conſtituebatur,
l. id quod, 19. j. h. t. quippe, cùm etiam pacti exceptio,
ex eo conſtituto naſci potuiſſet, l. 3. j. de except.

¶ 8 Eodem modo quod in diem, aut ſub condi-
cione debebatur conſtitui purè poſſet, non cōuenie-
bat inter veteres Iuriſconſultos, vt Iuſtin. in d. l. 2. te-
ſtatur. Dubitandi autem fuiſſe cauſſa videtur, ne ex
nudo pacto actio daretur, cū tamen ex naturali cauſ-
ſa, id eſt, pacto nudo debitum ſi conſtitueretur, prætо-
riam actionem pareret. quin etiam Paullus in l. pro-
miſſor, 21. §. 1. j. h. t. diſputari poſſe ſcribit, Purè cōſti-
tutum non valere: ſi tamen conſtituatur, decem dierū
ſpacium permittendum eſſe. Vtcumque ſit, excuſari
Triboniani ſocordia nō poteſt, qui locum Paulli re-
liquerit, quem ab eorū parte fuiſſe apparet, quorum
ſententiam Imperator abrogauit. nam in l. id quod,
19. j. h. t. dilucidè ſcriptum eſt, ſub cōdicione debitū,
quamuis purè conſtituatur, nihilominus eadem cō-
dicione ſuſpendi. Proximum eſt, vt de effectu Con-
ſtituti videamus.

¶ 9 Primus autem eſt, vt nouam prætoriam obli-
gationem inducat, non autem, vt priorem nouet, l. 3.
§. 2. D. de admin. rer. ad ciuit. Nam ne lite quidem cō-
teſtanda eam conſumit, l. item in illa, 18. §. vlt. j. h. tit.
Vbi duæ per conſtitutum obligationes eſſe dicūtur,

A quarum vetus appellatur obligatio ſortis: ſicuti peti-
tio ſortis dicitur in l. ſi poſt, 22. j. h. t. alibi vno nomi-
ne appellatur, ſors, l. ſi actor, 36. D. de iureiur. quippe,
cùm noua hæc obligatio, ſit acceſſio. Itaque quam-
uis quis pro alio conſtituerit, alter tamen obligatus
manet, l. vbi quis, 28. j. h. t. & l. ſi filiusfam. 15. D. de in
rem verſ. Adeò autem ex conſtituto naſcitur obliga-
tio, vt qui pro alio inuito conſtituit, non poſſit de-
bitoris denunciatione ne ſoluat prohiberi, ne à cre-
B ditore conueniatur, l. vtrum, 27. Altera vis conſtitu-
ti eſt, vt ad ſoluendum obliget: ac propterea ſatisfa-
ctio liberationem non pariat, l. promiſſor, 21. §. vlt.
Tertia vt veterem obligationem reformet: nam (vt
dictum eſt) & quod purè debetur in diem aut locum
conſtitui poteſt: & verò eorum quæ ſub alternatione
debentur, alterum ita conſtituitur, vt niſi eo præſtan-
do liberatio non contingat, l. illud, 25. j. h. t. Cauſſa ta-
men & origo conſtitutæ pecuniæ ſpectanda eſt: vel-
uti, in conſtituto donationis factæ, vt donator, qua-
C tenus facere poſſit conueniatur, l. qui id quod, 33. D.
de donat.

¶ 10 Reliquum eſt, vt quænam inter hanc & ſu-
periorem proximam actionem differentia ſit, videa-
mus. Illa genus eſt, hæc ſpecies, l. ſi duo, 16. §. 1. j. h. tit.
In illam ſolæ res mobiles, in hanc omnes res veniūt.
Per illam alibi petitur ſine noua promiſſione: in hac
noua promiſſio eſt, quæ Conſtitutum appellatur. Illa
non niſi in obligationibus firmis locum habet: hæc
verò, etiam ex infirmis firmas efficit. In illa ſolus lo-
D cus mutatur: in hac & dies & locus. Illa eſt arbitra-
ria, ac proinde condictio incerti: hæc ſtricti iuris, ac
proinde condictio certi. nam per illam litis æſtima-
tio petitur: per hanc res ipſa quæ debetur: niſi cùm
ſpecies, ſine mora perempta, conſtituta eſt. tum enim
precium officio iudicis debetur, l. promiſſor, 23. j.
hoc tit.

¶ 11 Supereſt, vt de actione Recepticia dicamus,
quæ huius Conſtitutoriæ finitima fuit: ſed prius de
Argentariis illud præmuniendum eſt, Argentarios
E è numero publicanorum fuiſſe, è quibus complures
in Prouinciis verſabantur, domiciliáque habebant:
quippe, cùm in iis vectigalia publica exercerent. Hi
ſocietates in ſua quiſque Prouincia coibant: certóſq;
ex ſuo numero argentarios Romæ habebant, cū qui-
bus res rationéſque iungebant: vt cùm vſus veniret,
alij aliorum nomine pecunias, vt mandatum erat, vel
in vrbe, vel in Prouinciis curarent. Romani autē ar-
gentarij tabernas in foro habebant, quæ publicæ, id
eſt, publici iuris erant, quamuis vſus earum priuatus
F eſſet, l. qui tabernas, 32. D. de cōtr. emt. Cicero in Ma-
nil. Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum, quæ Ro-
mæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cum illis pecu
niis Aſiaticis & cohæret. Porrò argentariorū officiū
publicam habere cauſſam dicitur in l. argentarius, 10.
D. de edend. propterea quòd rationibus illorū publi-
cè fides habebatur in iudiciis. qualis eſt hodie nota-
riorū auctoritas. Itaque qui apud argētarios pecunias
collocabant, nō tam ipſorum priuatam, quàm publi-
cam fidē ſequi videbantur, l. ſi ventri, 24. §. 1. D. de reb.
G auct. iud. qua de cauſſa cōplures ordinū omniū ciues,
ſuas pecunias apud eos collocabant, partim deponē-
di tantùm cauſſa, præſertim ſi quis peregrè proficiſ-
ceretur, partim etiam occupandi & fœnerandi, l. 7. §.
2. D. depoſ. l. emtor, 47. §. Lucius, D. de pact. l. ſi res, 50.
D. de adm. tut. l. ſi ventri, 24. §. 1. D. de reb. auct. iud.
idémque etiam in Prouinciis fiebat. Cicer. in ead.
orat. Deinde ceteris ex ordinibus homines naui &
induſtrij

induſtrij partim in Aſia negociantur,partim ſuas & A ſuorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habent. Cùm igitur ita hæc eſſent, antiquo iure inſtitutum eſt, vt quod quiſque argentarius ſeſe reciperet (id eſt conſtitueret) in certam prouinciam certum in locum ac diem curaturum, eius rei fides rata eſſet: hoc eſt, eius rei nomine, quanti alterius intererat,obligaretur.

§ 12 Eáque de cauſſa Recepticia comparata actio eſt, quam cùm Vlp.ſollemnibus verbis conceptam fuiſſe ſcribat, cauſſam exiſtimandi præbet,Re- B ceptum ſollemnibus quoque verbis fieri ſolitum: quemadmodum dotis dictio, & doni,muneris,operarum promiſſio certis verbis conſtabant, vt Caius lib.Inſt.2.teſtatur:quæ definiri ſic poteſt:Actio ciuilis,perſonalis,quæ dabatur aduerſus argentarios,qui receperant ſe rem quamlibet, etiam non debitam, certum in diem, locúmque ſoluturos. nam quod in aliis dicebatur Conſtituere, id olim in argentariis Recipere dicebatur. vnde Recepticię nomen,l.2.C. C h.tit. Ex qua intelligitur, has inter duas illas actiones differentias fuiſſe.Primùm,quod Recepticia,etiã nondum debitum competebat: Conſtitutoria verò tantùm ob id quod verè debebatur,ſiue ciuiliter,ſiue naturaliter, ſiue etiam honorario tantùm iure deberetur. Illa ſoli argentarij tenebantur: conſtitutoria, quilibet.In illam res omnes veniebant,etiam immobiles:in hanc ſolæ res, quę pondere, numero, menſura conſtabant. Receptum non modò in diem, ſed etiam purè fiebat, conſtitutum in diem tantùm,l. D ſed etſi,17.l.18.j̄.h.t. Illa ciuilis erat, & ſollemnibus verbis concepta:hæc verò prætoria, & ob eam cauſſam illa perpetua; hæc annalis erat. Iuſtinianus autem & illã & illius nomen abrogauit, atque in hanc ita transfudit,vt Conſtitutoria & aduerſus omnes,& de rebus omnib. daretur,dummodo quod conſtitueretur,debitũ eſſet: valerétque & in heredibus,& aduerſus heredes, vſque ad finẽ perſonalium actionũ, quæ xxx.annorum ſpacio terminantur.Ex quibus veriſimile eſt, cùm Vlp.in l.6.§.rationem, D.de edend. E ſcripſiſſet, *Quod ſolus recepit argentarius*, Tribonianum repoſuiſſe,*conſtituit*.

COMMODATI VEL CONTRA.

TITVLVS VI.

1 *Commodare generaliter & ſpecialiter quid ſit.*
2 *Commodati definitio.*
3 *Vſus in Commodato definitur Modo & Fine.*
4 *Qui commodare poſſunt,& quibus commodari poßit.* F
5 *Quæ res commodari poßint:& de effectu commodati.*
6 *Differentia inter Mutuum & Commodatum.*
7 *Commodatarius an teneatur ad leuißimam culpam & ad caſus fortuitos.*
8 *Actionis commodati definitio & explicatio: & cur Condictio vocetur.*
9 *Contraria commodati actio commodatario conceditur:& Rubricæ quattuor emendatæ, in quibus contra pro Contraria legebatur.*
10 *Inter Commodatum & Precarium communio & differentia.* G

DEINCEPS ſequuntur capita Edicti ad bonæfidei actiones pertinentia, quorum primum eſt de Commodato, quod Vlpianus lib. 28. Paullus 29.tractauit.

§ 1 Commodare generaliter eſt cõmodis alterius ſeruire. vnde Cõmodatus paſſiuè dicitur in l.ſi meo, 11.§.1.j̄.h.t.pro eo cui rei commodatæ vſus commodo eſt.Specialiter autẽ in iure ciuili Commodare eſt rem aliquam, certum ad vſum gratis vtendam dare. Nam Vtendum dare,genus eſt,l.1.§.1.j̄.h.t.quippe,& in locato res vtenda datur, ſed mercede, & in antichreſi,ſed non gratis:& in precario,ſed non ad vſum certum,vt poſteriùs dicemus. Sed & dominus veſtimenta ſeruo vtenda dat: interdum ad vſum certum, interdum in perpetuum, l.id veſtimentum, 25.D.de pecul.Itaque vtendum accipere & cõmodare inter ſe conferuntur, l.ſi pignore, 54.§.1. D.de furt.l.ad eos, 19.j̄.h.tit.

§ 2 Commodatum eſt contractus, quo res,gratis,certum ad vſum, ea lege cõceditur, vt eadem finito vſu,cũ exacta diligentia reſtituatur,§.3.quib.mod. re contr.l.1.§.1.D.de obl.& act. Dixi,*Contractus*,quoniam hæc cõuentio non modò cauſſam habet,verùm etiam ex nominatorum numero eſt, l.7. D.de pact.l. 25.D.de reg.iur. Dixi,*Res*,genereliter:quoniam omnium rerum cõmodatum contrahitur, vt paulò pòſt intelligetur.Dixi,*Gratis*,quoniam commodati natura eſt, vt ſit gratuitum, qua de cauſſa beneficium appellatur,l.in commodato,17.§.ſicut.pactúmq.contra hanc naturam de certa mercede interpoſitum,naturã eius immutat,& ex commodato, locationem efficit, d.§.is cui, quib.mod.re contr. l.5.§.nunc videndum, j̄.h.tit.

§ 3 Dixi, *Certum ad vſum*:quoniam vſus in commodato definitur modo & fine, d.l.in cõmodato, 17. §.ſicut,j̄.h.ti.Modo, veluti cùm equus geſtandi cauſſa commodatur,vt ad villam, aut ad bellum ducatur, l.5.§.ſed interdum, l.qui re, 76. D.de furt.§.furtum autem, 6.Inſt.de obl.ex del. Item vt ſeruus in plano loco opus faciat,nõ vt in machina operetur,l.5.§.ſed interdum. Fine,veluti cùm equus cõmodatur, vt vſq. ad certum locum ducatur, l. vlt.j̄.h.tit. vel cùm ſeruus ad certum tempus conceditur,l.2.C.h.t. Interdũ etiam cùm tempore locus reddendi præſcribitur, l.5. in pr.j̄.h.tit.Itaque,vt qui præſcripto modo vtitur,de rei deterioratione non tenetur, l.eum qui, 10.l.vlt.j̄. h.t.ſic qui re commodata abutitur, hoc eſt, vel aliter vel diutius, aut longius ea vtitur, quàm vt commodata eſt, furti tenetur,d.l.5.§.quinimò, j̄.l.qui iumẽta,40.& l.qui re, 76.D.de furt.l.qui furtum, 16.D.de cond.fur. & apud Agell. lib.7. cap. 15. qua de cauſſa etiam, qui quod vtendum accepit,alteri commodat, furti obligatur, l.ſi pignore, 54.§.1.D.de furt. Dixi, *Vt eadem reſtituatur*:ſicut in l.2.D.de rebus cred.& l. vlt.D.de perſc. verb. Sed reliqua ex partitione planius intelligentur.

§ 4 Commodare igitur poſſunt, vt ſibi actionẽ adquirant,non modò qui domini ſunt,aut iuſti poſſeſſores, verùm etiam qui poſſeſſionem, eámque iniuſtam & naturalem tantùm habent: veluti fures & prædones, l.ita vt,16.j̄.h.t.l.non ab iudice, 64. D.de iud.Commodari autem poteſt,vt commodati teneãtur,non modò patribusfam.verùm etiam filiisfam.& ſeruis.vnde de peculio actio naſcitur,l.3.§.ſi filio.Furioſi autem, impuberes & pupilli, niſi quatenus locupletiores facti ſunt, Commodati non obligantur, l.1.§.vlt. l.2.l.3. j̄. h.tit. Res autem in hunc contractum veniunt, non modò mobiles, verùm etiam ſoli,l.1.h.t.Itáque commodari ædes dixit Cornificius lib.ad Her.4.ac non modò corporales, verùm etiam incorporales: veluti habitatio, l. 1. §. pen. j̄. eod. l.

ſi gratuitam,17. D.de perſc.verb. ex quib. tamen intelligitur, plerumque res mobiles commodari: immobiles verò plerumque dari precario, l. 4. D. de. prec. aut certè donationem eſse, cùm res ſoli gratis vtenda conceditur,l.in ædibus,9.D.de donat. A

¶ 5 Verùm eæ demum commodantur res, quæ vſu non conſumuntur niſi fortè ad pompam, & oſtentationem,l.3.§.vltim.ĵ.ac non modò noſtræ,verumetiam alienæ commodari poſsunt, l.commodate, 15.ĵ.eo. l.non ab iudice, 64.D.de iud.Primus autem huius contractus effectus eſt, vt obligationem B vltrò citróque pariat, id eſt, ex parte accipientis & dantis, l.in commodato, 17. §. ſicut, ĵ. Ex parte autem accipientis potiſſima pars obligationis eſt, vt eam ipſam rem quam accepit reſtituat, l.2. §.1. D.de reb. cred. l. 1. §.1.D.de oblig.& act. §.3.quib. mod.re contrah.

¶ 6 Qua ex re omnibus illis locis differentia inter mutuum & commodatum notatur:vt magnopere cauendum ſit, ne communia & promiſcua illa nomina eſſe putemus. cùm in mutuo ex meo tuũ fiat: C in commodato verò, ne poſſeſſio quidem, nedum proprietas,transferatur, l.8 & l.9.ĵ.h.tit. tametſi interdum mutuandi verbum, abuſiuè ad res,quę vtendæ ſumuntur transferatur,pro vtendum accipere,vt in l.item legato,49. *D.*de leg.3. quippe, cùm etiam ad res inanimatas transfertur, vt in l.quæſitum, 12. §.ſi quis,D.de inſt.leg.vbi ager ab altero agro inſtrumenta mutuari dicitur:quæ feſtiuę translationes,nõ certæ vocabulorum proprietates exiſtimandæ ſunt. Potiſſima igitur huius obligationis pars eſt, vt com- D modatarius rem reſtituat,id eſt,poſſeſſionem naturalem,l.videamus,38.§.ſi poſſeſsionem, D.de vſur.ſi nõ reſtituat, nimirum dolo malo, tum quanti in litem iuratũ fuerit,damnetur,l.3.§.2.ĵ.h.t.ſi tamen qui commodauit, oblatam litis æſtimationem accepit, ei ſatisfactum eſt, l.5.§.1.ĵ.h.t. Obligatur præterea is qui accepit,vt non modò rem, ſed & ea quæ ſimul cõmodata ſunt reſtituat.Veluti,ſi ſeruus cùm lance cõmodatus eſt,l.5.§.ſi me rogaueris,ĵ.h.t. & quæ rem commodatam ſequuntur, veluti cùm pullus equam com- E modatã comitatur,etiamſi poſt cõmodatũ ſit adgnatus, l.5.§. vſque adeò,ĵ.eod. l.eum qui,14.§. non ſolùm,D.de furt.Obligatur inſuper ad fructus,l.videamus,38.§.ſi poſſeſsionem,D.de vſur.itémque ad quæſtum, ſi quem ex ea re percepit, l.is qui,13.§.1.ĵ.eod. vbi tamen quod à fure cõmodatarius actione furtiua percepit,id ſibi habet,l.vlt.§.ſed cùm,C.de furt.

¶ 7 Poſtremò commodatarius obligatur ad rei cuſtodiam,& culpam leuiſſimam,l.5.§.2.ĵ.h.tit.quoniam res periculo eius eſt, l.eum qui,14.§.pen. D.de F furt.qua de cauſſa ex bonis eius eſſe dicitur, quoniam intereſt eius eam ſaluam eſſe,l.2.§.in hac,17.D. vi bonor.rapt. quæ culpa è regione, ſummę, ſiue exactiſſimæ diligentiæ reſpondet: hoc eſt, non quam ſuis in rebus adhibet commodatarius, ſed quam diligentiſſimus quiſque paterfamil.adhibet, l.in rebus, 18. ĵ.hoc tit. l.1. §.1.*D.*de obligat. & action.l.3. D.de peric.& com. cuius rei ęquitas eſt, quoniam plerumque commodatum in ſolius accipientis gratiam contrahitur,l.5.§.commodatũ,ĵ.h.t.l.ſi ſeruus, G 61.§.circa,D.de furt.Itaque ſi quando,vtriuſque cauſſa fieret, leuis tantùm culpa præſtaretur, l.in rebus, 18.ĵ.h.tit. quod ſi ſolius commodantis, lata dumtaxat, l.5.§.interdũ, ĵ.eo. Fortuitus verò caſus,& damna fatalia cõmodatarius non præſtat:niſi ſi qui culpa ipſius acciderunt, l.2.§.2. in fi.ĵ. hoc tit.aut ſi fortè in ſe illas recepit, l. 1. C. hoc tit. Itaque furtum commodatarius præſtat, quia furtum diligenti patriſfamilias non fit. qua de cauſſa inter fortuitos caſus non numeratur, l. cum duobus,52. §. damna, D. pro ſocio.

¶ 8 Atque ex hoc latere naſcitur actio commodati, quæ directa dicitur: quam ita definire poſſumus: Actio ciuilis, perſonalis, bonæfidei, per quam is qui rem vtendam dedit, poſtulat, vt is qui accepit,vel eam reſtituat, ſi eam ſaluam in poteſtate habeat, vel tanti damnetur, quantum ex bona fide eum dare facere oportet. Dixi, *Bonæ fidei*: vt in l.3.§. in hoc,ĵ. h. tit. qua de cauſſa pactio ne dolus præſtetur, rata non eſt,l.17 ĵ.h.t. Dixi, *Vel eam reſtituat*: ſi eam ſaluam in poteſtate habeat: vt in l.in commod.17.§. rem commodatam,l.in rebus, 18.§.vlt.ĵ.eod. Ex quo inſigniter notandum eſt, cũ in commodatarij poteſtate res eſt,ad reſtituendũ hanc actionẽ intẽdi. cùm verò caſu intercidit,tũ in id quod intereſt agi, eiuſq. æſtimationẽ iudicis arbitrio p̃mitti: vt in ceteris bonęfidei iudicijs.idq.multo magis,cùm dolus accipiẽtis interuenit: quo caſu iuſiurandũ in litẽ defertur,d. l.3.§.in hoc, ĵ.h.t. & d.l.nõ ab iudice, 64.D.de iudic. Atq.hinc intelligi poteſt, quamobrẽ hęc actio,cõdictio appelletur: & per eam intẽdatur, dari fieri oportere: cùm tamẽ rei dominiũ penes eũ qui cõmodauit, p̃manſerit. Nã eius hæc fuit formula,Quod te mihi ex cauſſa commodati dare facere oportet,ex fide bona.

¶ 9 Alter effectus eſt, vt ex cõtraria quoq.parte, obligationẽ pariat in id quod commodantem, accipienti ex bono & æquo dare facere oportet: veluti,ſi res commodata importunè repetatur:vt ſi tignum ad fulciendã inſulam cõmodatum eſt,l.17.§.ſicut.Si quę maiores impenſæ,vltra cibaria factæ ſint. itẽ ſi vitioſa res commodata ſit,vnde damnum accipienti cõtigerit,l.in rebus,18.§.vlt.Atque hęc ex hoc latere naſcitur actio,quæ contraria dicitur,cùm altera directa, ſiue recta nominetur,d.l.18.§.vlt. Propterea quòd ad eam ipſam cauſſam,ad eum ipſum vſum, qui principalis eſt, adhibetur. vnde principalis illa dicitur actio,d.l. 17.§.1.ĵ.h.t.nam plerumque commodatum, eius cauſſa contrahitur,qui accipit, l.5.§.commod.ĵ. h.tit. Contraria igitur dicitur, quæ ex contrario,& tamquam oppoſito conceditur, d.l.17.§.1.& l.pen.ĵ. h.tit.vnde Rubrica, *De contraria tutelæ actione*:vt mihi non repudianda mea vetus coniectura videatur, quattuor Rubricas ita emendandas eſſe, Commodati vel contraria: De pigneraticia actione, vel contraria: Depoſiti, vel contraria: Mandati,vel contraria. Nam illæ actiones non contra, ſed contrariæ dicuntur.d.l.17.§.1.ĵ.h.tit. neque ad rem pertinet verſiculus,Contra quoque,§.æquè,Inſtit. de act. non magis quàm quod eodem loco & in l.5.De obl.& act. dicitur,inuicem proditas eſſe actiones:aut alijs locis, Ex contrario, vt in l.1.§.eſt autem, 8. D. de exercit. item Ex diuerſo, l. 2. D. de neg. geſt. nam illæ particulæ *contra* & *inuicem*, & *ex diuerſo*, ad orationem pertinent,non ad actionis nomen indicandum: vt perſpicuè oſtendit §. 1. Inſtit.de oblig. quæ quaſi ex contr. l.5.§.1.D.de oblig.& act.l.atquin, 19. §. non tantum, D.de neg.geſt.Quinetiam quòd Caius dixit,*contra* in l.5.§.1.De obl.& act.Imperator ſcripſit, *ex contrario*, §.2.Inſt.de obl.quæ ex contr. Ex contrario tutor habet contrariam tutelæ,inquit.

¶ 10 Reliquũ eſt, vt quęnam inter cõmodatum & precariũ,vel cõuenio, vel differẽtia ſit,videamus. Nam vtrumq; cõtractus appellatur, in l.contractus, 23.D.de

23.D. de reg. iur. & per vtrumque vtendum datur. Vtrumque inter eaſdem perſonas, atque etiam inter abſentes contrahitur, l.9.j.de prec. In vtrumque res cadunt tam mobiles, quàm immobiles, tam corporales, quàm incorporales, vt habitatio, l.1.§.1.j.h.t.l.4. D. de precar. ex quibus tamen intelligitur, commodatum plerumque ad mobiles, precarium plerumq; ad immobiles pertinere. Per vtrumque poſſeſſionis vſus conceditur, non proprietas. Itaque vtroque obligamur ad eandem ipſam rem reſtituendam, l.1. l.6. §. vlt. j. eod. Nam ex vtroque ad reſtituendum agitur, l.2. C.de prec. & vt hæc actio reſtitutoria, ita interdictum reſtitutorium eſt, l. 2. D. eod. vtrumque eius cui conceſſum eſt morte finitur, l.cùm precario, 11. D. de prec. l. cùm heres, 11. D. de diuerſ. tempor. Differentiæ verò ferè ſunt huiuſmodi: Commodatum iuris ciuilis contractus eſt, id eſt, à priſcis iuris conditoribus, in contractuum ciuilium numerum receptus, & certis iuris regulis conformatus, l.7.D. de pact. Precarium eſt iuris gentium conuentio, l.1. D. de prec. In commodato negocium inter vtrumque geritur, l.17.§. ſicut, j. h. t. Precarium magis ad donationes, quàm ad negocij contracti cauſſam pertinet, l. interdictum, 14. D. de prec. Commodatum ſine rogatu fieri poteſt, vt cùm vel ſua cauſſa quis commodat, vel vltrò gratificandi cauſſa, vt in l.5.§.interdum planè, j. h. t. Precarium non niſi precibus impetratur, vnde nomen ductum eſt, l.1.& paſſ. D.de prec. In commodato & modus & finis vtendi præſcribitur, neque reuocari poteſt, priuſquàm is qui accepit, vſum illum expleuerit. In precario neque modus, neque finis præſcribitur, quinetiam quamuis tempus addi poſſit, atque adeò longum tempus, l. 4. §.vlt.l.quæſitum, 8.§.pen.D.de precar. tamen hæc pactio dantem non obligat, neque vlla eius vis eſt, ſed quandocumque concedenti libuerit, repetet, l. cùm precario, 12. j. eod. Per illud, naturalis ſola poſſeſſio transfertur: per hoc, etiam ciuilis, l.4.§.1.l.& habet, 15.§.eum qui, j.eod.tit. quamquam hac de re contentio inter Proculianos & Sabinianos fuit, l. 2. §.4.D. de adquir.poſſ. Ex commodato ciuilis directa ſollẽnis ordinaria competit actio: ex precario non datur ciuilis, ne perſcriptis quidem verbis, ſi rem ad viuum reſecare volumus: quia ciuile negocium geſtum non eſt, ſed donatio potius, & liberalitas, l.interdictum, 14.D.de prec.l.eum qui, 14.§. is qui precar.D.de furt. ſed ex æquo & bono condictio incerti perſcriptis verbis illis adcommodabitur, l.2.l.duo, 19.§.1.l.& habet, 15.§.cùm quis, D.de prec. eaque eſt condictio ob rem dati quæ naturalis dicitur: quoniam ex bono & æquo præter priſcas & antiquas formulas inſtituta eſt, l. in ſumma, 65. §. 3. D. de cond. indeb. nimirum propter hanc naturalis iuris regulam, Quod alterius apud alterum ſine cauſſa eſt, id ab eo cuius eſt, condici eſt æquum, l.6. D.de cond.ob turp.cauſ. Quare quod Paullus ſcribit, lib.ſent.5. tit. 6. Nam & ciuilis actio precarij, ſicut commodati, competit, eo vel maximè, quòd ex beneficio ſuo vnuſquiſque iniuriam pati non debet: ſic intelligendum eſt: Datur ciuilis actio perſcriptis verbis, quaſi ex negocio quod commodato proximum eſt, l. 1. D. de prec. Commodatarius leuem culpam præſtat: qui precario rogauit, latam dumtaxar. nam etſi accipientis cauſſa contrahatur, ſicut commodatum, tamen ratio liberalitatis hoc poſtulat, ne ab eo in quem exercetur, tamquam alienæ rei cuſtodia exigatur, l.quæſitum, 8. §. 3. D. de precar. Ruſus ex eo intelligi-

A tur, quid ſit, quod precarium dicatur contractus: in l.23.D. de reg.iur. nam hoc non de nominato, ſed de innominato contractu intelligendum eſt, Do, vt facias, id eſt, vt rem, cùm mihi libuerit, reſtituas.

DE PIGNERATICIA ACTIONE, VEL CONTRA.

B

TIT. VII.

1 *De ordine Rubr. & Prætoris edicto, quod ad eam pertinet. vnde*
2 *Duplex actio pigneraticia: Directa, cuius definitio proponitur & explicatur.*
3 *Quib. detur hæc actio, & in quos.*
4 *Quæ res per eam petatur.*
5 *De effectu huius actionis.*
6 *Quam culpam & quos caſus creditor præſtet.*
7 *Actionis contrariæ pign. definitio.*

ROMA VITTORIO EMANUELE

C

§ 1 SVPERIORI actioni finitima hæc eſt: quoniam & Reſtitutoria eſt, & bonæ fidei; & ex obligatione naſcitur, quæ re contrahitur, & ex vna parte directa, & ex altera contraria eſt: qua de cauſſa eodem vtramque lib. & Vlp. & Paullus tractarunt: multa tamen ſub hanc Rubricam Tribonianus contulit, quæ propriè ad titulum de pignoribus, & ad hypothecariam actionem pertinent: ac de pignoris quidem & hypo- D thecæ, vel communione, vel differentia; commodiùs ſub tit. de pignoribus, diſſeremus. Quare illud potius dicendum eſt, hoc Prætoris edictum, in hanc ferè ſententiam compoſitum fuiſſe: Quod pignori datum eſſe dicetur, ſi vel ſoluta creditori pecunia eſt, vel per eum factum eſt quo minus ſolueretur, quod ex ea cauſſa alterum alteri ex bono & æquo dare facere oportebit, in id iudicium dabo. Nam vtrimque actio ex pignoris contractu naſcitur: Directa, quæ datur aduerſus eum, cuius præcipuè cauſſa E negocium contractum eſt: hoc eſt, creditorem: & Contraria, quæ aduerſus alterum conceditur. Vnde Rubricam ſic emendandam arbitror, De pigneraticia actione, vel contraria, ſicuti ſuperiore tit. demonſtratum eſt. Cùm autem pigneraticiæ nomen generale ſit, & non modò hanc perſonalem, quæ debitori ſoluto debito competit, verùm etiam interdum realem Seruianam, quæ creditori aduerſus poſſeſſores conceditur, complectatur: propterea Papinianus hanc noſtram ſic appellat, iudicium quod de F pignore dato proponitur, l.creditor, 42.j.hoc tit.l.2. D. de pignor. l. fideiuſſ. 35. D. de neg. geſt. opinor ex primis edicti verbis: qua de cauſſa ex iis initium edicti concepimus.

§ 2 Vtcumque ſit, Directa pigneraticia actio, eſt actio ciuilis, perſonalis, bonæ fidei quæ ei qui rem oppignerauit, ſi vel creditori ſoluta pecunia eſt, vel per eum factum eſt quò minus ſolueretur, conceditur, aduerſus creditorem, vt aut rem ipſam reſtituat, ſi eam in ſua poteſtate habet, aut quantum illum eo nomine ex bono & æquo G dare facere oportebit, tanti damnetur. Dixi, *Ciuilis*: primùm quoniam ex pignore naſcitur; quæ conuentio in ciuilis contractus nomen tranſiit, l. 1. in fin. Dig. de pact. deinde quia iuris ciuilis actio eſt, ac non tantùm naturalis, vt condictio ſine cauſſa: quæ hoc ipſo caſu ex bono & æquo conceditur, l. 4. §.1. De reb. cred. Dixi, *Perſonalis*,

vt in l.vlt. C. de diſtr. pign. quoniam etſi hoc quoque caſu, cùm res extat, in rem competit actio, l.9. D.de rei vindic. l.nec creditorem, 9. C.h.tit. tamen quia creditor ad faciendum, id eſt, reſtituendum obligatus eſt, aduerſus illum ſolum, non etiam aduerſus poſſeſſorem conceditur, l.petenti, 27.ȷ̄.h.tit. quam perſonalium propriam eſſe notam, patet ex l. actionum, 25.D.de oblig.& act. Dixi, *Bonæfidei*: vt in §.actionum, Inſt. de act. & l.5.C.h.t. Dixi, *Si pecunia creditori ſoluta eſt*: indefinitè & imperſonaliter: quia ſiue ab ipſo debetur, ſiue à quouis extraneo, etiã inuito debitore ſoluta ſit, pignus liberatur, l.ſi pro me, 40. D. de ſolut. Soluta autem pecunia dicitur, non tantùm naturaliter, verùm etiam, ſi eo nomine ſatisfactum eſt, l.6.D.quib. mod.pig. l.9.§.omnis, ȷ̄.h.tit. vel oblatum & conſignatum, l.3. C.de luit.pign. l.9. l.10.C.h.t. vel à creditore venditum, l.reſcriptum, 12. §.1.D.de diſtra.pign. quo caſu ſi pluris venditum ſit, quàm debebatur, actio hæc pigneraticia dari ſolet, vt quod debitum excedit, præſtetur, & ex mora cum vſuris, l.6.§.vlt. & l.ſeq.h.t. l.5.§.quæri, D.vt in poſs. leg. Dixi, *Vel per eum factum ſit quo minus ſoluatur*: quã clauſulam in Edicto fuiſſe patet ex l.3. C.de luit.pig. l.19.C.de vſur. l.potior, 11.§.vlt. D.qui potior.in pig. & rationem habet in l. in omnibus, 39. D.de reg.iur. Nunc ad partitionem accedamus.

§ 3 Datur igitur ei hæc actio, qui pignus dedit, ſiue dominus ſit, ſiue procurator, aut tutor, aut curator, l.ſolutum, 11.§.vlt.& l.ſeq.& l. tutor, 16.ȷ̄. ſiue alius: denique qui rem alienam pignori dedit, l.9.§. penult.ȷ̄.h.t. atque adeò etiam prædo & malæ fidei poſſeſſor, l.ſi pignore, 22. §.ſi prædo, ȷ̄. extraneo verò qui ſoluit, non datur, l.ſi pro me, 40. D.de ſolut. l.1. D.quib.mod.pign.vel hypothec. Non modò autem aduerſus eum datur, cuius pecunia fuit, verùm etiam aduerſus procuratorem, vel tutorem, qui pignus accepit, d.l. ſolutum, §. vlt. ſed aduerſus fideiuſſorem qui ſoluit, non conceditur, l.2.D.de pignor.

§ 4 Res autem per hanc actionem petitur, non modò quæ in pignus data eſt, verùm etiam quæ in antichreſim eſt data: id eſt, vt creditor fructus intereà percipiat, l. ſi pecuniam, 33.ȷ̄.h.tit. ſed ex effectu, quid in hanc actionem veniat, planiùs intelligetur.

§ 5 Effectus ergo huius actionis eſt: Primùm, ſi res in creditoris poteſtate eſt, vt creditor eam ipſam reſtituere damnetur, id eſt, poſſeſsionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuit, l. debitor, 40. §.vlt.ȷ̄. h.tit. Deinde talem, qualis fuit cùm obligaretur, l.6. C.h.t. l.1.§.creditor, D.de oblig.& act. proinde igitur fructus & partus rei pigneratæ reſtituet, l.1. l.2. l.3. l. vlt. C.eod. l.2.C. de part.pign. ſi dolo non reſtituat,

A tum quanti in litem iuratũ erit, damnetur, l.3.§.2.D. commod. Quòd ſi res dolo culpáve creditoris perierit, deteriórve facta ſit, tum quanti debitoris intererit, damnetur, l.2. l.4. C.h.tit. l.9. §.vlt. l.eleganter, 24.§.vltim.ȷ̄.eo. quo caſu actio hæc verè Condictio dicitur, l.4.§.1.D.de reb.cred. Sed condictio incerti. nam condictio certi aduerſus ſolos fures, dominis conceditur, l.vlt. D.vſurr.quem cau. Sed & eo caſu condictio erit, quo pluris venditum à creditore pignus fuerit, & ſuperfluum per pigneraticiam pete-

B tur, d.l.5.§.quæri, D.vt in poſs.leg. aut cùm plus debito à fure pignoris creditor exegit, l.creditor.is, 15.*D.* de furt. aut quod amplius creditor à poſſeſſore per hypothecariam conſecutus fuerit, l.ſi inter, 21. §.vlt. D.de pign.

§ 6 Culpam autem interpretamur, non modò latam, verùm etiam leuem: hoc eſt, vt creditor etiam cuſtodiam præſtet, l. ſi cùm, 13. §.vlt. & l.ſeq.ȷ̄.h.t. l. 5. l.ſicut vim, 19. C.de pign. Caſus autem & vim ma-

C iorem non præſtat, dict. l.ſicut, & §.vltim. Inſtitut. quib.mod.re contrah. Furtum igitur præſtabit, quod patriſam. diligenti non ſit, l. cùm duobus, 52. §. damna, D. pro ſoc. rapinam non præſtat: quoniam cõtra vim parum in cuſtodia præſidij eſt, l. ſi ea res, 31. D.de act.emt. Poſtremus huius actionis effectus eſt, vt præter rem etiam acceſſiones reſtituantur, veluti vſusfructus, aut alluuio, l.ſi conuenerit, 18.ȷ̄.h.t.

§ 7 Reliquum eſt, vt de contraria pigneratitia videamus: quam hoc modo definire poſſumus: vt ſit Actio ciuilis, perſonalis, bonæ fidei, quæ liberato

D pignore creditori aduerſus debitorem, ex omni iuſta cauſſa conceditur, vt quantum illum dare facere æquum videbitur, tanti damnetur. ac primùm rem ipſam, ſi fortè ipſius poſſeſsionem poſt contractum pignus, adeptus ſit, precario putà, aut ex conducto, l.3. l.ſi pignore, 22.§. ſi poſt diſtractum, vbi *Contractũ* reſtituo, ȷ̄ h.t. Interdum verò id quod intereſt: veluti, ſi debitor in pignore creditorem deceperit, vt ſi æs pro auro dederit, l.1.ȷ̄.h.t.& l.ſi in pignore, 54. *D.*de fideiuſ. item ſi rem alienam, aut alij obligatam, aut

E donatam oppignerauerit, l. 9. l. tutor, 16. §.1. l.cum deb. 32. l.ſi quis, 36.§.1.ȷ̄.h.tit. l.6.C.ſi alien. res pign. item ſi quos neceſſarios ſumtus creditor in res pigneratitias fecerit, l.6.C.h.t. Veluti ſi ſeruos artificiis imbutos, inſtructiores reddiderit, l. ſi ſeruos, 52.ȷ̄.h.tit. Si eos ægrotos curarit, ſi ruinoſam domum refecerit, l.8.ȷ̄.h.t. Si ſeruus oppigneratus, quem debitor furẽ ſciebat, creditori furtum fecerit, l. ſi ſeruus, 31.ȷ̄.h.t. l. ſi ſeruus, 61.§.1.D.de furt. Denique ſi pignus à creditore venditum, emtori euictum fuerit, l.in credito-

F re, 38.D.de euictionib.

LIBER XIIII.

DE EXERCITORIA ACTIONE.

TITVLVS I.

1 *Continuatio Rubricæ: & quis ſit Exercitor:*
2 *Et quis Magiſter nauis.*
3 *Actionis exercitoriæ definitio: & quis Promagiſter dicatur.*
4 *Huius actionis æquitas;*
5 *Et ſingularia quædam capita.*

§ 1 TRANSIT nunc ad actiones, quæ naſcútur ex iis negociis, quę plerumque à ſeruis dominorum nomine contrahuntur. Sed cùm alia in rębus dominicis, alia in peculiaribus contrahuntur, l. ſed ſi pupillus, 11. §. pen. D. de inſtit. priore loco de illis agere inſtituit. Primus autem huiuſmodi contractus exercitorius dici poteſt. Eſt autem exercitor is, ad quem quæſtus qui ęxercenda naue fit, pertinet, ſiue is dominus ſit, ſiuę à domino nauem per auerſionem (id eſt, vniuersè & ſimpliciter, non per partes) conduxerit, l. 1. §. exercitorem, j. h. tit. l. 1. D. furt. adu. naut. §. 1. Inſtit. quod cum eo. neque aliud quidquam in eius perſona, præter quæſtũ, ſpectatur: qua de cauſſa etiam pupillus & mulier exercitor eſſe poteſt, l. 1. §. exercit. h. t. l. 4. C. de inſtit. act. Alibi autem, veluti in edicto, naut. caup. ſtab. appellatur nauta: alibi nauicularius, l. 1. §. 2. h. t. l. 5. D. de mun. & hon. l. 13. §. 1. & §. 2. D. loc. alibi nauclerus, l. 1. l. 2. l. 3. C. de nauic. alibi nauarchus, l. vn. D. de bon. poſſ. ex teſt. mil.

§ 2 Porrò magiſter nauis eſt, qui ab exercitore, naui exercendæ præpoſitus eſt: hoc eſt, nauigationi adminiſtrandę, naui educẽdæ, adpellendę, ſubducendæ, ſed præſertim inſtruendæ, armandæ, picandæ, reficiendæ: mercedibus nautarum & remigum perſoluendis, naulis & vecturis exigendis, l. 1. §. 1. & §. non autem, j. h. t. l. 1. §. 1. D. naut. caup. Cæſar de bell. ciuili 2. cap. vlt. Magiſtris imperat nauium, vt primo veſpere, omnes ſcaphas ad littus adpulſas habeant. Interdum etiam mercibus emendis, aut vendendis pręponebantur, l. 1. §. 1. j. h. t. Tales autem plerumque ſerui Exercitorum erant, §. 2. Quod cum eo. & variis huius tit. locis. Sed quoniam interdum accidebat, vt etiam liberorum hominũ operis exercitores, in ſuis nauibus exercendis vterentur: propterea edictum Prætor ſcripſit, non modò ad ſeruos, aut filiosfam. verum etiam ad liberos homines adcommodatum. Vlp. l. item quæritur, 13. §. 2. D. loc. ſi magiſter nauis, ſiue gubernator nauim in flumen immiſerit, &c. vnde cõparata exercitoria actio eſt, quã ita definiemus:

§ 3 Actio perſonalis, prætoria, extraordinaria, quæ datur ei qui cum magiſtro, vel pro magiſtro nauis, de rebus ad ipſius curam & magiſterium pertinentibus contraxit, aduerſus exercitorem, vt quod magiſtrum illo nomine dare facere oporteret, ſi cum eo ciuiliter ageretur, tanti damnetur. Promagiſtrum autem appello, quem magiſter ſui magiſterij vicarium præfecit, l. 1. §. magiſtrum, j. h. t. Dixi, *Perſonalis*: quoniam etſi perſonalis actio propriè dicitur, quæ aduerſus eum qui contraxit, datur, §. 1. Inſt. de act. tamẽ quia q per ſerui alteriúſve miniſteriũ cõtrahit, etiam iure ciuili ipſemet cõtrahere intelligitur, Prętor ex hoc cõtractu quaſi cum ipſo exercitore geſto, adſtringi exercitorẽ voluit: qua de cauſſa honoraria hæc appellatur obligatio, l. 1. §. pe. j. h. t. Dixi, *Prætoria & extraordinaria*: vt in l. 1. §. quãquam, l. 5. §. pen. j. h. t. Intelligendum eſt enim, actionem hanc redundantem & acceſſoriam eſſe, ſicut illa ſuperior ad delicta pertinens, de qua dictum eſt, ad tit. naut. caup. ex l. 3. §. 1. ſ. illo tit. Nam iure ciuili ſi magiſter, liber ac ſui iuris erat, directa, principali & ciuili actione cum eo agi poterat. quippe, cum quo principaliter & directo contractum fuerat, l. ſi tibi, 8. C. Mand. l. procurator, 67. D. de procur. l. 1. §. idem Pomponius, 10. D. depoſ. quamquam inter procuratorem & magiſtrũ, ſiue inſtitorem, hoc intereſt: quòd ille expreſſum

A mandatum habet, hic tacitum & intellectum, l. 5. §. ſed cum fullo, D. de inſtit. act.

§. 4 Sed cùm ij qui contraxerant, eorum potius qui præpoſuerant, quàm qui præpoſiti fuerant, fidem ſecuti eſſent: præterea cùm æquum eſſet, vt ad quem ex alicuius operis commodum redibat, eius ipſe factum præſtaret: idcircò præter ciuiles actiones, quæ ex variis magiſtrorum negociis competebant, Prætor hanc inſuper inſtituit, vt iam iis qui contraxerint electio permiſſa ſit, vtrum aduerſus B magiſtros, an aduerſus exercitores experiri velint, l. 1. §. eſt autem, & l. 5. §. item ſi, j. h. tit. ſic tamen vt vnius ſolutione alter liberetur, d. l. 1. §. pen. j. h. tit. Rurſus ſi magiſter, vel ſeruus, vel filiusfam. erat, directo agi condictione ciuili, cum patre dominóve poterat, quippe, cuius iuſſu contractum intelligatur, l. ſi inſtitorem, 29. D. de reb. cred. §. vltim. Inſt. Quod cum eo, qui in alien. nam quod filius & ſeruus ita gerunt, voluntate patris & domini gerere intelliguntur, l. 4. D. de minor. & quod ita cum C filio, vel ſeruo contractum eſt, perinde habendum eſt, ac ſi cum ipſo patre dominóve contractum eſſet, l. heres, 19. §. pen. D. de iud. l. 7. §. interdum, D. de Sena. Maced. certiſſimaque regula iuris eſt, vt quod ſeruus voluntate domini contrahit, ex eo ipſe dominus, quaſi ipſemet contraxiſſet, obligetur, l. ſi ſeruus, 14. D. de adquir. poſſ. l. ſi quis hac lege, 41. §. 1. D. de rei vind. Denique ſiue liber, ſiue filius aut ſeruus, alterius nomine negocium gerant, qui cum illo contrahit, magis eius qui iuſſit quàm eius cum D quo contrahit perſonam ſpectare intelligitur, l. vlt. D. pro ſoc. verum tamen hoc quoque caſu nouam acceſſoriam actionem Prætor inſtituit, cuius hæc ferè ſingularia licet animaduertere:

§ 5 Primùm quòd qui contrahit, quamuis eius cum quo contrahit, cõdicionem ignoret, obligationem tamen in exercitorem adquirit, l. 1. in pr. j. h. tit. adeò, vt etiamſi cum minore contraxerit, eandem obligationem adquirat, d. l. 1. §. 2. Deinde quòd etiam cum eo contrahens, quem magiſter ignorante, E atque adeò inuito exercitore, & contra ipſius interdictum præpoſuit, tamen eandem obligationem adquirit, d. l. 1. §. 3. Tertiò quòd ſi cuius in poteſtate exercitor eſt, is ex iſtis negociis, non quatenus in peculio eſt, ſed in ſolidum obligatur, d. l. 1. §. licet autem. Quartò quòd non annua hæc actio eſt, vt illa de peculio, ſed perpetua, l. 4. §. vlt. Poſtremò quòd ſi magiſter alterius, quàm exercitoris ſeruus eſt, dominus cum eo contrahens ex ſerui contractu, obligaF tionem aduerſus exercitorem adquirit, l. ſi eum, 5. j. h. tit. Dixi, *Rebus ad magiſterium pertinentibus*, id eſt, ad vſum earum rerum, quibus eſt præpoſitus, veluti ad inſtruendam, aut reficiendam nauem aliáve negocia, quæ ſuperiùs enumerauimus. nam ceterarum rerum nomine exercitor nõ tenetur, l. 1. §. non autẽ, j. Dixi, *cum magiſtro*: vt nominatim in edicto perſcriptũ fuerat: quamquam vbi cum ipſo exercitore contractum eſt, qui in alterius poteſtate eſt, pater, dominúſve, hac quoque actione tenetur, l. 1. §. pen. j. Dixi, *Aduerſus exercitorem*: non autem aduerſus eum qui præG poſuit. nam etiamſi exercitoris procurator, tutor, curator, prępoſuit, tamen aduerſus exercitorem agi poteſt, l. 5. §. 1. j. de inſtit. Dixi, *Tanti damnetur*: nam hæc inter iſtas actiones & eas quæ naſcuntur ex negociis, de re peculiari contractis, differentia eſt: quòd ex iſtis in ſolidum condemnatio fit: ex illis verò quatenus in peculio eſt, l. 1. l. 2. C. de inſt. act. §. 2. cum ſeq.

Quòd cum eo. Ad extremum notandum eſt, nullā hoc caſu contrariam actionem eſſe, hoc eſt, excitari aduerſus eos, qui cum magiſtro contraxerunt: quoniam ei ciuili locati actione aduerſus magiſtrum, aut eos qui cum eo contraxerunt, ſatis cautum eſt, l. 1 §. eſt autem, j. h. t. quamquam eandem eſſe huius actionis rationem arbitror, quæ eſt inſtitoriæ, vt ſi qui præpoſuit, ſeruare aliter rem ſuam non potuit, contrariam habeat, l. 2. D. de inſtit. A

DE INSTITORIA ACTIONE. B

TIT. II.

1 *Ordo rubricarum expoſitus: & mendum indicatum in numero librorum Vlpiani.*
2 *Inſtitor quis ſit: & Actionis Inſtitoriæ definitio.*
3 *Communio & diff. inter hanc & exercitoriam.*
4 *An iſtæ duæ actiones, Condictiones ſint.*
5 *De quaſi inſtitoria actione.*

SEQVITVR ſecundus contractus, qui inſtitorius dici poteſt, quia cum inſtitore geſtus eſt, ex quo inſtitoria actio prodita eſt, ſuperiori ſimillima. C Quamuis autem octo locis liber Vlpiani XXVIII. proferatur, tamen cùm ipſe hanc actionem ad exemplum exercitoriæ inſtitutam ſcribat, l. 7. j. h. t. idemque Imperator ſignificet in §. 2. quod cum eo, & prima è tribus numeretur in l. 1. D. quod cum eo: exiſtimare cogimur, totidem locis mendum eſſe, pro XXIX. eodemque & ſuperiorē, & hanc libro Vlpianum, quo ceteras omnes eiuſ- D dem generis actiones, complexum fuiſſe: præſertim cùm ceteras omnes eiuſdem generis prætorias eodem libro, id eſt, XXIX. tractaric: idemque mendum perſpicuè irrepſerit in inſcriptionem l. 1. D. de exerc. act. præſertim cùm ſuperiores illæ actiones, Commodati & Pigneratitia, nihil cum his prætoriis cōmune habeant, vt eodem libro tractentur. nam illæ ciuiles ſunt, hæ prætoriæ: illæ ordinariæ, & principales, hæ extraordinariæ & acceſſoriæ. quid verbis opus eſt? nam ita geminæ & ſimiles actiones iſtæ E ſunt, vt interdum hæc ad illius exemplum, viciſſimque illa ad huius ſimilitudinem comparata dicatur, d. l. 7. & l. 4. C. h. t.

§ 2 Ergo Inſtitor eſt, qui negociationi alieno nomine exercendæ inſiſtit, id eſt incumbit, operam dat, elaborat, l. 3. l. 5. l. habebat, 13. §. vlt. l. inſtitor, 18. j. h. t. Itaque etiam diſpenſator menſæ ſiue Calendario, & fœnerandis pæcuniis præpoſitus, Inſtitor dicitur, l. 5. §. 1. l. pen. §. t. j. h. t. l. tutorem, 37. D. de adminiſt. tut. Dixi, *Negociationi*, non autem Mercaturę. Actio au- F tem inſtitoria, eſt actio perſonalis, prętoria, extraordinaria, quæ datur ei, qui cum inſtitore, dę rebus ad ipſius inſtitutionem ac negociationem pertinentibus, contraxit, aduerſus dominum, vel patrem, qui præpoſuit, vt quod inſtitorem illo nomine dare facere oporteret, ſi cum eo ciuiliter ageretur, tanti damnetur. Cùm autem ſuperior actio ex fori conſuetudine, ab exercitore nomen ſumſiſſet, huic contrà nomen ab inſtitore (vt denominandi commoditas tulit) impoſitum eſt. Dixi, *Perſonalis*: quoniam hæc quo- G que actio, item vt ſuperior, aduerſus dominum conceditur, quaſi ipſe contraxiſſet, & quaſi inſtitorem prepouendo tacitè mandaſſet, vt cum eo contraheretur, l. 7. §. interdum, D. de Sen. Macedon. qua de cauſſa ſi quis obligari nolit, maturè debet id per libellum proſcribere, ac profiteri, l. ſed pupillus,

A 11. §. 1. h. t. l. quoties, 47. D. de pecul.

§ 3 Dixi, *Prætoria*: vt in l. 1. in pr. h. t. nam huius inſtituendæ par eademque Prætori ratio fuit, quam in ſuperiore expoſuimus, ex l. 1 j. h. t. l. ex qua, 149. D. de reg. iur. §. 2. Inſtit. quod cum eo. Itaque hæc quoque acceſſoria eſt: quoniam & principaliter cum domino agi poteſt, §. vlt. Inſt. eod. & verò etiamſi liber inſtitor fuerit, cum ipſo. l. 7. §. interdum, D. de Sen. Maced. Verùm hoc inter illas intereſt, quod ſuperior ex negocio cum magiſtro geſto, hęc ex eo, quod cum B inſtitore geſtum eſt, naſcitur. Exercitor ex negocio magiſtri, qui pro magiſtrū præfecit, tenetur; hic verò non tenetur, l. 1. §. magiſtrum, D. de exerc. is cuius in poteſtate exercitor eſt, in ſolidum tenetur: cuius in poteſtate eſt inſtitor, de peculio duntaxat, d. l. 1. §. licet autem. Dixi, *Ad ipſam negociationem*: quoniam eius demum nomine, quod eius rei gratia, cui præpoſitus fuerat, cōtractum eſt, hæc datur actio, l. 5. §. non tamen, j. h. t. l. 1. l. 3. C. eod. Dixi, *Aduerſus dominum, vel patrem*: nam etiamſi filiusfam. pecunia mutuo accepta, C Macedoniani exceptione adiuuetur: tamen pater hac inſtitoria actione in ſolidum tenetur, l. 7. §. interdum, D. de Sen. Mac.

§ 4 Proximum eſt videre, an iſtæ actiones duæ condictiones ſint, & vtrùm certi an incerti? Sed hoc ex natura negocij, quod contractum eſt, dijudicari oportet. nam ſi eiuſmodi negocium eſt, ex quo certi condictio naſcatur, veluti Mutuum, certi erit condictio: ſin minus, incerti, l. vlt. Quod cum eo, l. ſi inſtitorem, 29. D. de reb. cred. Quòd ſi alterius generis D negocium eſt, vnde alia naſcatur actio, veluti commodati, pigneratitia, depoſiti, emti, venditi, ſui quoque generis actio competet: eoque caſu dicetur, Ex emto inſtitoria, ex vendito inſtitoria, l. 5. §. non tamen, j. h. t. vnde intelligitur, harum actionum nomen non proprium eſſe, ſed appellatiuum: qua de re ad tit. de noxal. ſatis expoſitum videtur.

§ 5 Supereſt, vt intelligamus, ad huius Inſtitoriæ exemplum Quaſi inſtitoriam actionem inductam fuiſſe: cùm quis mandatum alterius ſecutus, E cum altero contraxit, veluti, ſi pecuniam credidit, l. idemque, 10. §. 4. D. Mand. l. liberto, 31. D. de neg. geſt. ſi rem aliquam vendidit, l. Iulianus, 13. §. ſi procurator, 21. D. de act. emt.

DE LEGE RHODIA, DE IACTV.

TITVLVS III.

1 *In ordine Rub. Tribonianus notatus.*
F 2 *Vnum ex legis Rhodiæ capitibus tractatur h. tit. de contributione inter vectores ob damnum iacturæ factum.*
3 *Quadruplex ob hanc iacturam actio comparata eſt. Prima, iacturam paſſi aduerſus magiſtrum.*
4 *Secunda, Magiſtri aduerſus vectores.*
5 *Tertia, eorum qui contribuerunt aduerſus magiſtrum. Quarta, Magiſtri aduerſus eum cui iactura ſarcita eſt.*
6 *Etiam vtilis ad exemplum Directæ inſtituta eſt à Iuriſc. ad ſimiles caſus.*

G

§ 1 QVONIAM lege Rhodia comparata actio eſt in magiſtros nauium, contributionis faciendæ cauſſā cùm iactura facta eſt, l. 2. j. h. t. ſuperiore autem tit. de eorumdem magiſtrorum contractibus tractatum fuerat, idcircò

titulum hunc Tribonianus ad ſuperiorem adtexuit: cùm tamen hæc quoque actionis ex locato & conducto ſpecies ſit, vt apparet ex l.2.ȷ̅.h.t.ac propterea Paullus locum hunc ſub illo edicti capite tractauit: hoc eſt, libro ad edictum, 34. Ex Vlpiani autem ſcriptis, nullus profertur locus. Tantùm vna lex ex Voluſij Metiani lib. De lege Rhodia. vnde intelligitur, Romanos Impp. in maritimis controuerſiis legem illam Rhodiam ſeruaſſe. Præclara enim (vt in Maniliana Ciceró teſtatur) Rhodiorum diſciplina naualis & gloria fuit.

§ 2 Cùm autem illius legis complura eſſent capita, ex quibus multa etiam nunc circumferuntur, quæ tamen mihi magnoperè ſuſpecta ſunt, ac planè adulterina videntur: tum verò potiſſimum illud eſt, quod h.t.tractatur: vt ſi oborta tempeſtate, merces quædam leuandæ nauis cauſſa, iactæ ſint, damnum illud omnium, quorum ſaluam eſſe nauem pecuniariter interfuit, contributione ſarciatur: & detrimentum pro rata cuiuſque portione communicetur, l.1.l.2.ȷ̅.h.t. & apud Paul. ſent.2.cap.7. Sunt autem (vt dixi) alia quoque legis eiuſdẽ capita: quorum etiam vnum Cicero lib.2. de inuent. profert: vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur. Strabo quoque lib.14. illud profert, Vt qui naualium arcana quædam inſpexerit, morte multetur. Sed nullum ad noſtrum inſtitutum magis notandũ eſt, quàm illud, quod in legibus editis nono loco poſitum eſt: vt ſi tempeſtas poſtulare videatur, vt iactus fiat, tum nauclerus ea de re ad vectores referat, & eorum ſententias exquirat. vnde intelligitur, quod ait l.qui ſeruandarum, 14.D.de perſ.verb. cùm qui vt merces ſuas cõſeruet, alienas in mare proiicit, nulla teneri actione; ſic accipiendum eſſe, quaſi dixiſſet, poſt decretum communi ſententia factum. Porrò ab iis quæ ſuperuacua & minimi precij erant, iacturæ initium fiebat. Salluſt. de Rep. ordin. L. Poſtumius & M. Fauonius, mihi videntur quaſi magnæ nauis ſuperuacua onera eſſe: vbi ſalui peruenire viſi ſunt (addendum arbitror, Loco non mouentur, aut tale quidpiam) ſi quid aduerſi coortũ eſt, de illis potiſſimùm iactura fit: quia precij minimi ſunt.

§ 3 Atque hinc actio comparata eſt, quæ nihilo ineptius Rhodia, quàm lex ipſa, dici poteſt. Ea verò eſt quadruplex. Prima iacturam paſſi aduerſus magiſtrum: altera magiſtri aduerſus vectores: tertia eorum qui contribuerunt, aduerſus magiſtrum: quarta magiſtri, aduerſus eum cui iactura ſarcita eſt. Prima eſt actio ex locato, quæ datur iis quorum merces iactæ ſunt, aduerſus magiſtrum nauis, vt ex conducto actione ceteros quorum ſaluam eſſe nauim, pecuniariter interfuit ad damnum pro portione ſuſtinendum compellat, l.2.ȷ̅.h.t.

§ 4 Secunda actio, eſt actio ex conducto, quæ datur magiſtro nauis aduerſus eos, quorum ſaluam eſſe nauem pecuniariter interfuit, vt eos ad damnum pro portione ſuſtinendum compellat, l.2.ȷ̅.h.t. Dixi, *Pecuniariter*: quoniam hoc iudicio rerum quę ſalue ſunt, ęſtimatio fit: vt pro ea ęſtimatione proportio ſeruetur, d.l.2.§. ſi nauis: at ſalutis conſeruatę & liberorum corporum ęſtimatio nulla eſt, d. l. 2. §. iacturę, & l. vlt. D. de his qui deiecer. Quá de cauſſa vectores qui ſine mercaturis nauigant, hac actione nõ tenẽtur: niſi veſtimẽtorũ, atq; adeò annulorũ nomine, d.l.2.§.3. vbi notãda pręclara ſentẽtia eſt: Cibaria in hãc ęſtimationem non venire: propterea quòd vrgente fame cibaria communicantur: quod etiam in oppidis obſeſſis militari lege ſeruãdum, nuper ex Sancerrana calamitate condiſci potuit, Dixi, *Saluam eſſe nauem*: nam ſi nauis perierit, quod quiſque ex eo ſeruat, ſibi ſeruat, tamquam ex incendio, l.5.l.7.ȷ̅. Dixi, *Proportione*: de qua regula hæc traditur: Iacturæ ſumma pro rerum precio diſtribuenda eſt, l.2.§. 3. ȷ̅. eod. vel hoc modo: Portio pro æſtimatione rerum, quæ ſaluæ ſunt, & earum quæ amiſſæ ſunt, præſtanda eſt, d.l.2.§. ſi nauis. Quare proportio adhibenda eſt, vt quæ ratio eſt mercium ſaluarum ad proiectas, eadem ſit contributionis ad damni communionẽ. Veluti primus habuit merces 14. aureorum, quæ proiectæ ſunt. Secundus 28. Tertius 56. quæ ſaluæ ſunt. Primus ſuſtinebit damnum duorum aureorũ; ſecundus quattuor: tertius octo. Similiter ſi primi merces fuerint 28. ſecundi, 56. tertij, 112. primus ſuſtinebit damnum 4. ſecundus 8. tertius 16. Rurſus alio modo: ſi primi merces fuerint 100. ſecũdi item 100. tertij 200. quarti 400. primus ſuſtinebit damnum 12, & ſemiſſis: ſecundus tantumdem: tertius 25. quartus 50. Quæ cùm ita ſint, perabſurdè tradi hoc exemplum video: Primus 10. ſecundus 20. tertius 40. primus vnum: ſecundus 2. tertius 4. nam primo deſunt tres.

§ 5 Tertia eſt actio locati, quæ datur iis, qui damnum iacturam paſſi reſarcierunt, ſi res quæ iactæ ſunt appareant, aduerſus magiſtrum, vt illum per actionem ex conducto compellant, quod ab illis exegerit, reddere, d.l.2.§.pen. quam ex conducto actionẽ Quartam numerare poſſumus.

§ 6 Atque hęc quidem de lege & actione Rhodia directa dicta ſint: cuius exemplo vtilis (vt ita dicam) actio Rhodia à Iuriſconſultis ad ſimiles caſus producta eſt. Veluti, ſi nauis à piratis redempta ſit, d.l.2.§. ſi nauis. Si poſt iacturam factam, alio tempore naufragium factum ſit, l.4.§. ſed ſi nauis. Itẽ ſi quod nauis inſtrumentum vitandi periculi cauſſa, data opera cęſum, aut deiectum eſt. nam ſi ob tempeſtatem deiectum eſt, non conceditur, l.2. §. ſi conſeruatis, l.3.l.5.§.1.ȷ̅. eod. Si merces in ſcapham leuandæ nauis cauſſa poſitæ in portu perierint, l. 4. ſi quis propter iactum deteriores merces habere cœperit, aſpergine videlicet corruptas, d.l.4.§.vlt.ȷ̅.h.t.

DE TRIBVTORIA ACTIONE
TITVLVS IV.

1 *Ordo & ſeries argumenti: vbi origo & æquitas huius actionis exponitur.*
2 *Tùm verò eius definitio & explicatio.*
3 *Exercitoriæ, Inſtitoriæ & Tributoriæ differentia poſtremò demonſtratur.*

TRANSIT nunc ad negocia, in exercenda merce peculiari contracta: id eſt, in qua ſerui dominorum voluntate ita negociantur, vt quæſtus ad ipſos ſeruos redeat. Nam ſi ſeruus peculiaris aliquid extraneis ex illa negociatione debeat, domino verò vel ex eadem negociatione vel alia ex cauſa etiã aliquid debeat: Prætor domino permittit, eas merces, quodve ex iis receptum fuerit, pro rata eius, quod ſingulis debetur diſtribuere, ſine priuilegio deductionis, quod per edictũ de peculio dominis in ſolidum conceditur, l.1.ȷ̅.h.t. Veluti triginta ſunt in merce: domino xv. debentur. Primo item xv. & Secũdo totidem. Si de peculio ageretur, dominus integra xv. deduceret: quia regulariter peculium, deducto eo quod domino debetur, æſtimatur, l.5. in

fin. j. de pecul. Per hoc autem Edictum domino priuilegium illud adimitur, l. 5. §. in tributum, j. hoc tit. ac propterea decem tantùm ſibi deducet, vt reliquis dena diſtribuat, l. vlt. j. h. tit. atque ita in tributum tamquam vnus extraneus vocatur, d. l. 1. j. h. t. neque alterius iuris eſt, quàm ceteri creditores, §. is quoque, Quòd cum eo. Cuius rei æquitas hæc eſt, quòd actio de peculio competit, cùm ſeruus domino ignorante contraxit, quamuis ei liberam peculij adminiſtrationem conceſſerit: atque adeò quamuis cum ſeruo contrahi prohibuerit, l. ſi quis ſeruum, 29. D. de pecul. hæc verò tum demum cum ſciente & patiente domino contraxit, d. l. 1. §. ſcientiam, j. h. tit. Ergo ſi dolo malo dominus iniquã partitionem fecerit, plus videlicet ſibi tribuens, quàm porportionis ratio ferebat: Prætor hanc actionem pollicetur, quæ Tributoria, id eſt, quaſi diſtributoria dicitur: vt iniqua & doloſa partitio corrigatur, §. 3. Inſtit. quod cum eo. Itaque ſic illam definire poſſumus.

§ 2 Actio parſonalis, prętoria, quæ creditoribus ſerui in merce peculiari, ſciente domino negociantis conceditur, aduerſus ipſius dominum qui in illius merce pro rata cuiuſque debiti ex edicto diſtribuenda, dolo malo verſatus eſt, vt quanto minus tributum ſit, quàm debuerit, præſtet. Dixi, *Actio perſonalis*: quoniam ex contractu cum ſeruo geſto naſcitur. Sed quia non aduerſus eum qui contraxit, datur: propreteà ſubiunxi, *Prætoria*: præſertim cùm peculiarium negociationum nomine nulla iure ciuili comparata eſſet actio: qua de cauſſa omnes de peculio actiones prætoriæ appellantur, §. in perſonam, Inſtit. de action. Dixi, *In merce peculiari*: quoniam neque totius peculij, neque cuiuſuis negociationis, ſed ſolius mercis, atque adeò peculiaris, non dominicę, aut eius, quod ex peculiari merce receptum aut paratum eſt, diſtributio facienda eſt, l. 5. §. mercis, & §. non autem, j. h. tit. §. is quoque, Inſtit. quod cum eo, l. ſed pupillus, 16. §. penult. D. de inſtit. act. Dixi, *Sciente domino*: quoniam hîc non voluntas exquiritur, vt in ſuperiobus duabus, ſed ſola ſcientia ſufficit, l. 1. §. ſcientiam, j. h. tit. l. 1. §. licet autem, D. de inſtit. act. Dixi, *Pro rata debiti*, generaliter: quoniam quacumque ex cauſſa domino debeatur, id illi hoc edicto ſeruare permittitur, l. 5. §. in tributum, j. h. tit. Dixi, *Dolo malo*: quia quamuis hæc actio non de dolo ſit, ſed rei perſecutionem contineat, l. 8. j. h. tit. tamen non ſcientiam, ſed dolum malum domini coërcet, l. 3. §. vlt. & ll. ſeqq. l. 7. §. ſi cuius, & l. ſeq. j. h. tit. adeò vt ex dolo tutoris pupillus hac actionę conueniatur, l. 3. D. quand. ex fact. tut. Dixi, *Vt quanto minus*, &c. ſicut in l. 7. §. 1. j. h. t. nam per hanc actionem, reſciſſa ſuperiore partitione, alia de integro tributio fit: in quam dominus, ſine priuilęgio, tamquam alter extraneus habętur, d. l. 1. in prin. j. h. t.

§ 3 Reliquum eſt, vt proximarum actionum differentias videamus: nã in exercitoria dominus ex ſerui contractu in ſolidum tenetur: in hac pro rata debiti ſui partem aufert, l. 1. §. licet autem, D. de inſtit. act. In illa ita demum ſi voluntate domini ſeruus cõtrahat: in hac, tantùm, ſi ſciente, d. §. licet, & l. 6. eod. Ruſus Inſtitoria de rebus dominicis, locum habet: Tributoria de mercibus peculiaribus dumtaxat, l. ſed ſi pupillus, 11. §. penul. D. de inſtit. act. In inſtitoria, ſi cum eo contractum ſit, quem inſtitor præpoſuit, dominus non tenetur: in hac ſi contractum ſit cum eo quem ſeruus præpoſuit, tenetur. In illa domini voluntas requiritur: in hac, domini ſcientia ſufficit, d. §. licet. Illæ non modò ex ſeruorum noſtrorum, ſed etiam ex liberorum hominum contractibus competunt: itémque alienorum ſeruorum, qui nobis non bona fide ſeruiunt, l. 1. §. cuius, D. de exercit. l. 1. D. de inſtit. Hæc verò non niſi ſeruorum, aut noſtrorum, aut alienorum, qui nobis bona fide ſeruiunt, l. 1. §. vlt. j. h. tit. Illæ cùm is contraxit, quem negociationi præpoſuimus: hæc, cùm non prępoſuimus, ſed tantùm ſcientibus nobis negociatur, d. l. 1. §. ſcientiam, j. h. tit.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOCIUM GESTUM ESSE DICETUR.

TIT. V.

1 *Filiiſa. ex ſuis contractib. tenentur & conueniri poſſunt.*
2 *Filiiſa. emancipati peculium amittebant: & cùm poſteà ſoluendo non eſſent, corporalem pœnam ſubire cogebantur: vnde natum hoc edictum:*
3 *Quo iis ex æquo & bono proſpicitur: tribus tamen caſib. exceptis.*
4 *An hæc rubrica ad hoc Edicti caput pertineat.*
5 *Actionis de negocio, quod quis cum in poteſtate eſſet, geſſit; definitio, & explicatio.*
6 *L. 2. D. h. t. obiter expoſita.*

SATIS conſtat, filiosfamil. puberes ex ſuis contractibus in ſolidum teneri: & non modò dum in poteſtate manent, conueniri, & damnati poſſe, l. filiusfam. 39. D. de oblig. & act. l. tam ex contractib. 37. *D.* de iud. l. 3. §. idem ſcribit, l. ſi quis cum filio, 44. & l. ſeq. D. de pecul. l. 5. j. h. tit. l. ſi dubitet, 10. §. vlt. *D.* de fideiuſſ. verumetiam inuito patre ex condemnatione conueniri, l. 3. §. ſed vtrum, D. de minor. ac multò magis poſteaquam ſui iuris facti ſunt, l. ſi ex alio, 8. C. h. tit. neque obſtat, quod dictum eſt ad Rub. de cap. minut. obligationes à filiisfa. contractas, per capitis minutionem exſtingui: ſed à Prętore ex bono & æquo in integrum reſtitui, l. 2. D. de capit. minut. Primùm, quoniam de ciuilibus tantùm obligationibus id intelligendum eſſe docuimus: nõ autem de iis quæ naturales ſunt, l. 8. eod. tit. id eſt, in quibus ęquitas ineſt, & illa naturæ lex, quæ profertur in l. 6. D. de cond. ob turp. cauſ. Quod ſine cauſſa iuſta, apud alterum alterius eſt, condici poſſe. Cui congruit l. nam hoc, 14. & l. ſeq. l. hæc condictio, 66. D. de cond. indeb. Deinde vt ciuilis obligatio exſtincta ſit, tamen ponamus Prætoris beneficio reſtitutam, & filium ſtatim poſt emancipationem in ſolidum vel conueniri, vel iam fortaſſe condemnatum, iudicati actione compelli.

§ 2 Dura hæc & acerba nouorum patrumfa. condicio videtur, iure ciuili conſtituta: propterea quòd emancipati peculium amittebant, l. vltim. quand. de pec. & ſi quid illis à patribus concedebatur, modicũ erat, l. donationes, 31. §. 2. D. de don. l. vlt. C. de emanci lib. l. vt lubens, 17. C. de collat. Ex quo accidebat, vt filius damnatus, qui iudicatum facere non poſſet, corporalem pœnam ſubiret, atque iniuriam pateretur: vt ait l. penul. C. qui bon. ced. hoc eſt, congrua ſuppliciorũ acerbitate coërceretur, l. 1. C. TH. ill. r. Nou. 135. l. vl. D. quę in frau. cred. l. ob fœnus, 49. D. de adm. tut.

§ 3 Præ-

§ 3 Prætor igitur hanc iuris ciuilis aſperitatem ad bonum & æquum reuocans, edixit, ſe cauſſæ cognitionem ſuſcepturum: &, ſi iuſta eſſe cauſſa videbitur (veluti, ſi exiguo poſt emancipationem tempore agatur) in id tantùm actionem daturum, quod facere poterunt, id eſt, deducto ne egeant. Si poſt multos annos, in ſolidum, l.2.l.4.§.pen.ſ.h.tit.l.ſi filius,21. D. de tut. & rat.diſtr.l.8.C.h.tit. Nam neque nouus paterfam.adhuc quidquam adquirendi facultatem habuit: & hoc initio ſubleuādus potius quàm onerādus videtur. Ex quo intelligitur, edictum hoc, non in creditorum, (vt vulgò propter l. 1. exiſtimatur,) ſed in debitorum gratiam à Prætore conſtitutum fuiſſe: ac proinde præfationem eius à Triboniano in d.l.1.poſitam, alieniſſimam eſſe perabſurdéque ad hoc Edicti caput relatam fuiſſe; cùm ex d.l.1.appareat, illam ad tres inſequentes actiones pertinuiſſe. Vtcūque ſit, tribus caſibus video beneficium hoc denegari. Primus eſt apertus, ſi qui contrahebat, patremfa. ſeſe mentitus ſit, l.4.l.6.ſ.eod. l. qui cum ſe, 10.D.de reb.ind. Alter obſcurior eſt, ſi filiusfam.iudex litem ſuam fecerit. Tanti enim damnatur, quantum in peculio habuit, cùm iudicabat: atque ita interpretor l.filius,15.D.de iud. Tertius eſt, cùm quis à filiofam.ſtipulatus, tamē eidem non niſi poſt ſui iuris adeptionem pecuniam numerat, l. 3.§.vlt.l.4.l.5. D. de Sen. Maced. Sed de Rubrica deinceps dicendum eſt, de cuius veritate vehementer dubitare me fateor.

§ 4 Primùm, quia non ſpecialiter ad hoc caput, ſed potius ad triplex inſequens edictum pertinet: vt oſtendit l. 1. D. de pecul. & Rubrica Inſtitutionum totidem verbis inſcripta, ſed præſertim in Codice: vbi diſertè triplex edictum coniunctim euoluitur. Deinde quia caput illud: *Quod cum eo, &c.* complectitur actiones inſtitutas in fauorem creditorum: vt oſtendit l.1.ſ.h.t. quæ verò ex hoc capite competit, in ipſius debitoris fauorem inſtituta eſt. Præterea hæc actio non eſt de eo, quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, ſed qui fuit: & nunc vel per emancipationem, vel alio quouis modo liberatus eſt. Poſtremò conſtat, edicti verba magis ad negocia, quę filiusfam. geſſit, quàm ad ea, quæ alij cum ipſo geſſerunt, id eſt, magis ad ipſum filiumfam. quàm ad eius creditores pertinere: quæ eadem diſtinctio ſeruatur in l. ſi pro patre,10.§.in rem, D.de in rem verſ. vt omittam, quòd à Flor.lib.vox *Geſtum* abeſſe dicitur. Quæ cùm ita ſint, videamus, ne Rubrica multo aptiùs ad edicti verba ſic adcommodetur: *Quod quis cùm in poteſtate eſſet, negocium geſſiſſe dicetur.* Neque obſtat, quod in Cod. ſub Rubr. Quod cum eo; tres leges reperiuntur ad hanc actionem pertinentes: quia neque Triboniani facta præſtamus: & innumeras eiuſmodi legum tranſlationes paſſim reperiri cōſtat. Verùm hæc quidem de primo caſu, quem Prętor hoc edicto complexus eſt. Sequitur alter, ſi filius patre mortuo, vel ſua vel patris voluntate expers hereditatis ipſius ſit: vt in l.8.C.h.t. nam morte patris peculium filij, cum hereditate paterna confunditur, & ad heredes, cum reliqua hereditate, tranſit, l. certum, 13. C. fam. erciſc. l. filius, 12. C. de coll. Itaque huius actionis definitio hæc erit:

§ 5 Actio de negocio quod quis cùm in poteſtate eſſet, geſſit, eſt actio perſonalis, prætoria, quæ cauſſa cognita datur iis, qui cum filiofam. cōtraxerūt, aduerſus ipſum, vel emācipatum, vel exheredatum, vel abſtentum, vt in id tantùm, quod facere poſſit dam- A netur, l.2.ſ. l.2. C. eod. Dixi, *Prætoria*: quia nulla, ciuili iure aduerſus patrem de filij contractibus actio competebat. Addi autē etiam potuiſſet, *Acceſſoria*, vt in ſupp. actionibus: quoniam vbi naturalis obligatio ſubeſt, hoc eſt, æqui & boni ratione ſubnixa, etiam aduerſus ipſum filium durat actio: vt in l.pen.D. Mand. l. ſi id quod, 58.§.2. D. pro ſoc. Dixi; *Cum filiofam.* qua nota hæc actio à reliquis ſex ſeparatur: quæ etiam ex contractu ſeruorum naſcuntur, B aut noſtrorum, aut alienorum, aut in quibus tantùm vſum, aut vſumfr. habemus, aut quos bona fide poſſidemus. Dixi; *Emancipatum*, vt in edicti verbis: quoniam (vt modò dictum eſt) emancipatio peculium extinguit, l.paterfa. 182. D. de verb. ſign. quod tamen etiam Vlp. ad ſimilem caſum producit: ſi quo alio modo, quàm per emancipationem, filius ille, ſui iuris factus ſit, l. ſi dubitet, 10. §. vlt. D. de fideiuſſ. veluti patre deportato, vel ſeruo pœnæ effecto, l.7.D. de his qui ſunt ſui, l. 7. §. ſed et ſi, D. de Sen. Ma- C ced. Nam hoc quoque caſu peculium ipſius, vna cum patris bonis publicatur: ac propterea fiſcus tenetur, l. 1. §. alienatio, D. quand. de pec. act. Dixi; *Exheredatum, vel abſtentum*, vt in edicti verbis; & in l.2. l. 8. C. h.t. l. & exheredatum, 49. D. de re iudic. propter eamdem cauſſam, quam ſuperiùs expoſuimus. Hoc autem loco, animaduertendum, his caſibus eam ſui iuris adeptionem comprehendi quæ patris morte contingit, ſiue is naturalis, ſiue adoptiuus pater fuerit.

D § 6 Parem enim antiquo iure vtriuſque poteſtatis rationem fuiſſe conſtat, ex l.2. §. hi qui, D. de cap. min. l. ſi à domino, 36. §. ſed & à filio, D. de petit. hered. Sed quid eſt, quod eodem loco Vlpian. ſubiungit, *Vel in adoptionem datus: deinde pater naturalis deceſſerit?* Nam antiquo iure ad eum, qui in adoptionem emancipatus fuerat, patris naturalis neque vita, neque mors quidquam pertinebat: quippe, cùm illi, totique ipſius familiæ extraneus numeraretur, l.7.D. de cap. min. §.1. Inſtit. de exhered. lib. Itaque E video eſſe, qui pro *Naturalis* reponant *Adoptiui*. Sed iam ſup. dictum eſt, adeptionem ſui iuris, quæ patris morte contingit, comprehenſam illis edicti verbis fuiſſe, vbi de exheredatione, vel abſtentione loquitur; neque illo iure quidquam inter naturalis, aut adoptiui mortem, ad eius qui in poteſtate erat, liberationem intereſſe. Potius igitur dicendum eſt, cùm in adoptionem dati nihilominus ad bonorum poſſeſſionem vnde cognati vocarentur, §. admonendi, Inſt. de hered. quæ ab inteſt. l. 1. §. 3. D. vnde F cogn. filium hunc illam bonorum poſſeſſionem repudiaſſe; quinetiam priuſquam vocem *Adoptiuus* reponerem, potius iudicarem Triboniano iſtud adſcribendum, quaſi ex nouo Iuſtiniani iure caſum hunc addidiſſet: cùm in alienam familiam adoptatus nihil in patris naturalis familia deperderet, l. pen. C. de emanc. §. 2. De adopt. §. ſed ea, De hered. quæ ab inteſt. Ille autem à patre naturali vel exheredatus, vel minima ex parte inſtitutus eſſet, vel ſeſe ipſe abſtinuiſſet. Dixi, *In id quod facere poteſt*: quod G intelligitur nullo deducto ære alieno, l. & exheredatum, 49. D. de re iud. l. ſi filio, 53. D. ſolut. mat. niſi quod iis debetur, qui poſt cum eo ſui iuris effecto, contraxerunt, l.3. ſ. h.t.

DE SENATVSCONSVLTO MACEDONIANO.

TIT. VI.

1 *Superioris Edicti & huius S.C. comparatio.*

2 *Æquitas & occaſio huius S.C. & l. 1.D.h.t.emendata.*
3 *Auctor huius S.C.Veſpaſianus adſeritur.*
4 *Exceptionis S.C.Maced.definitio:& S.C.ſententia.*
5 *Tres præcipui caſus,quib.hoc S.C.ceſſat:quibus etiã alij addi poſſunt.*

§ 1 SVPERIVS edictum, generaliter ei qui cum filiofam.contraxit, ſi ſtatim poſt emancipationem agat, non dat actionem, niſi in id quod emancipatus facere poteſt. hoc Senatuſconſultum ſpecialiter ei, qui filiofamil.mutuam pecuniam dedit, nullam eius rei nomine actionem vnquam permittit, cuius rei æquitas non eſt naturalis: quia ſolutum non condicitur: ſed ciuilis, in odium fœneratorum, l.qui per except.40. D.de cond.indeb.l.ſi pater. 9. §. non ſolum, ꝫ. h. t.crebrò enim accidebat, vt filiifam. ære alieno fatigati quod in luxutiam conſumſerant, vitæ parentum inſidiarentur, §. penult.Inſt. quod cum eo. vnde illud M. Tullij in orat. pro Sex.Roſ. parricidij accuſato: Luxuries videlicet hominem, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates, ad hoc ſcelus impulerunt.

§ 2 Occaſionem autem S.C. dediſſe dicitur Macedo quidam, non diſſolutus adoleſcens (vt imperitiſſimè Theophilus tradidit) ſed corruptor iuuentutis, & fœnerator, qui inter ceteras ſceleris cauſſas, quas filiisfam.adminiſtrabat, etiam peccandi materiam illis ſuppeditanda pecunia præbebat, vt ait l. 1. ꝫ. h.tit. quam ita emendandam eſſe arbitramur. Primùm, quia verbum, *Crederet*, quò referatur non habet, deinde quia Romani ac præſertim Stoicæ diſciplinæ, quam Iuriſconſulti plerique ſectabantur, naturam non ſcelerum auctorem, ſed optimam benè ac beatè viuendi ducem ac magiſtram appellabant.

§ 3 Huius autem S. C. auctor videtur Veſpaſianus fuiſſe, quem Suetonius ſcribit auctorem Senatui fuiſſe decernendi, ne filiorumfamil.fœneratoribus exigendi crediti ius vnquam eſſet. Quamquam vetuſtam quoque Lætoriam legem fuiſſe conſtat, ne à minoribus 25. annis ſtipulati liceret, l.2. C. TH. de donat. Etſi autem, S. C. verbis actio petitióque denegari dicitur, tamen intelligendum eſt, id verum eſſe, cùm de filiifam.ſtatu Prætori conſtat.quòd ſi de eo ambigitur, tum actionem quidem creditori concedit, ſed cum exceptione: vt in l. 9. D. de iureiur. eáque exceptio Macedoniani vulgò appellatur: itáque definitur:

§ 4 Exceptio, quæ datur ei, qui, cùm filiusfam. eſſet, pecuniam mutuam neque ad paterna, neque ad peculiaria negocia accepit, vt creditorem petentem S. C. beneficio excludat: in hanc ferè ſententiam: Extra quam ſi tum filiusfamil.eram, cùm mihi pecunia neque ad paterna, neque ad peculiaria negocia credita eſt. nam illa omninò filiusfam. vti debet: & niſi eam opponat, damnatur: quia & naturaliter & ciuiliter obligatus eſt, l. 10. & l. ſeq. D.h.t. Nam S. C. ſumma fuit, Ne cui, qui filiofamil. mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem patris eius, cuius in poteſtate fuiſſet, actio petitióve daretur, d,l.1.ꝫ.h.tit.Dixi, *Filiofam.*in qua condicione æſtimanda, numerationis tempus ſpectatur. nam etiamſi

A à filiofam.ſtipulatum, poſt verò eidem patrifamiliâs facto, numeratum ſit, S. C. ceſſat, l. 3. §. vlt. ꝫ. eod. quamquam ex contrario, ſi à patrefam.ſtipulatum, poſtea eidem filiofam.facto creditum ſit, S. C. locus eſt, l.6.ꝫ.eod.Filiusfam.autem intelligitur non modò qui patris naturalis, ſed etiam qui in adoptiui aut adrogatoris poteſtate eſt, l.1.§.1.ꝫ. Rurſus non modò filius hoc S.C. adiuuatur, verùm etiam filia, l. 9.§.2. ꝫ.non modò primi, ſed etiam poſterioris gradus, vt nepos aut pronepos, l. filium, 14. ꝫ. l.6.C.h.t.neque B modò priuatus, ſed etiam qui in magiſtratu, atque adeò in ſummo magiſtratu eſt: veluti Conſul.l. 1. §. vlt. Sed tamen ſi filiifam.condicio dubia & ſuſpenſa eſt, patre videlicet apud hoſtes exiſtente, interim iudicium differtur, l.1.§.1.ꝫ.h. tit. Dixi, *Mutuam pecuniam:* quo verbo creditum omne præter pecuniam excluditur: ſiue quantitate conſtet, in qua propriè mutuum dicitur, velut, oleo, vino, frumento, l.7.§. mutui, ꝫ. h. t.ſiue aliis rebus & contractibus: veluti venditione & locatione, niſi tamen S. C. fraus facta C ſit, l.3.§.pen.ꝫ.l.3.C.eod.

§ 3 Hæc cùm ita ſint, tamen tres præcipuè caſus enumerantur in l.2.C.h.tit.quibus hoc S. C. ceſſat: veluti, ſi ſe pro patrefam.gerebat,& publicè pro eo habebatur, l.3.ꝫ.l.1.l.2. C.eod.l. qui cum ſe, 10.D. de re iud. Nam hoc caſu aduerſus exceptionem doli replicatio conceditur, l 4.§.Labeo,D.de dol.except, neque enim alij hæc obſtat exceptio, niſi qui ſciuit, aut ſcire potuit eum filiumfam.eſſe,l.penult.ꝫ.h. tit. Secundus eſt, ſi ſuæ poteſtatis factus, debitum agno- D uit, veluti ſi pignus dedit, vel obligationem nouauit, vel partem debiti ſoluit, l.item ſi, 7. §. vlt.& l.9, & l.vlt.ꝫ.h. t. Tertius eſt, ſi in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumbebat, veluti in filiæ, aut ſororis ſuæ dotem, l.5. §. ſi filius, D. de iur. dot.l.7.§.ſed etſi,l.filias,17.ꝫ.h.tit.denique quoties in neceſſarias cauſſas accepta pecunia eſt,quamuis eam poſtea filius perdiderit: tamen hoc S. C. ceſſat, l. in pupillo, 47. §. vlt.D.de ſolut. Itémque ſi legationis aut ſtudiorum cauſſa,tantum mutuatus ſit, quantum E ei pater ſubminiſtrabat, S.C. ceſſat, l.7.§. quod dicitur,ꝫ.atque vt ſummatim dicamus,ſi in eam cauſſam ſumſerit, quam patris pietas non recuſaret: vt ait l. 5.C.eod.Quartus etiã caſus eſt, ſi peculij cauſſa ſumta mutuo pecunia ſit: quoniam in caſtrenſi peculio filiusfam.patrisfam.ius obtinet,l.2.l.vlt.ꝫ.h.tit.Pagani verò peculij nomine actio aduerſus patrem de peculio, conceditur, l.1.C.ne filiusfam.pro patrefam.l. ſi verò,12.§. ſi quis mandauerit, D.mand. Quod verò quintus additur, ſi filiusfam.patris voluntate ac per- F miſſu, aut iuſſu contraxerit, ex d. l. 2.l.4.l.5.C.h.tit. nihil ad hoc S.C. pertinet. Nam quemadmodum illo caſu actio aduerſus patrem, Quod iuſſu, conceditur, vt infrà ſuo loco dicemus, ita filius ipſe directò in ſolidum illo caſu tenebitur, l.ſi ſeruum, 91.§.pen. D. de verb. oblig. Poſtremò notandum eſt, ſi filiusfam.iſtud iure ciuili indebitum ſoluerit, idcirco tamen non repetiturum, quia naturaliter debebat, l. 10.ꝫ.h.t.l.ſi filius, 14.D.de reb.cred.deinde quia in odium eius cui debetur, exceptio hæc comparata eſt, G l.qui exceptionem, 40.ꝫ.de cond.indeb. Quòd ſi patri ſuo heres effectus, vindicare numos velit, exceptione ſubmouebitur, l.ſi non ſortem,26.§.filius,D. de cond.indeb.

LIBER

LIBER XV.

DE PECVLIO.

TITVLVS I.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Peculij etymologia & definitio.*
3 *Tribus modis paratur peculium: Parſimonia, Liberalitate, & Negociatione.*
4 *Peculium etſi non nuda voluntate cõſtituitur, tamen nuda vol. perimitur.*
5 *Peculium concedens, ſolum eius vſum & adminiſtrationem concedere intelligitur.*
6 *Itaque filiusfam. res peculiares obligare non poteſt, niſi nominatim ſit conceſſum.*
7 *De deductione in peculio facienda à patre vel domino, vbi ſeruus domino Naturaliter tantùm debere dicitur.*
8 *De rebus, quæ cadunt in peculium.*
9 *Etiam ſeruus in ſerui peculio eſt: hic ordinarius dicitur, ille vicarius.*
10 *Peculium nomen eſt iuris & vniuerſitatis.*
11 *Filiorumfa. peculium extinguitur: Morte filiifam. Sui iuris adeptione: & Nuda voluntate patris.*
12 *Prima peculij diuiſio eſt, vt aliud ſit Paganum, aliud Caſtrenſe, aliud Quaſi caſtrenſe & Pagani rurſum ſpecies duæ: Profectitium & Aduentitium.*
13 *Altera diuiſio: peculium aliud eſt cũ adminiſtratione nuda, aliud cum libera, aliud cum infinita.*
14 *Verba huius Edicti quæ fuerint.*
15 *Actionis de peculio defin. & explicatio.*
16 *An hæc actio etiam ex delicto naſcatur vt ex negocio geſto.*
17 *Actionis iſtius nomen eſt appellatiuum.*
18 *Quibus hæc actio conceditur: & aduerſus quos.*
19 *De huius actionis effectu.*
20 *Differentia inter hanc actionem & tres ſuperiores.*

§ 1 A EXPOSITIS actionibus, quę ex negociis in re dominica geſtis naſcuntur, & in ſolidum conceduntur, deinceps eas exponit, quæ ex cauſſis peculij, & non in ſolidum competunt, l. 1. j. h. t. & l. 1. D. quod cum eo: quæ ad huius tituli continuationem demonſtrandam propriè pertinet. Primùm autem de ea tractat quæ de peculio appellatur.

B § 2 Eſt autem Peculium (ſicut ait Vlp.) quaſi puſilla pecunia; ſiue puſillum patrimonium. At veteribus, quibus omnes in pecoribus facultates erant, Peculium, puſillum pecus fuit: cuius in ſuis paſcuis paſcendi poteſtatem, domini ſeruis permittebant. Varr. de re ruſt. 1. Tu non ſolùm adimis domino pecus, ſed etiam ſeruis peculium, quibus domini dant, vt paſcant. Generaliter autem peculium ita definitur: Peculium eſt, quaſi puſillum patrimoniũ, quod C patres ſuis liberis, aut domini ſuis ſeruis, ſeparatim ab ſuis rationibus habere permittũt: deducto, ſi quid vel ipſis, vel iis, qui in ipſorum poteſtate & cura ſũt, debetur, l. 5. §. vlt. j. h. t. Dixi, *Quaſi patrimonium*: vt in l. peculium, 39. l. quoties, 47. §. vlt. j. h. t. l. ſi decem, 17. D. de ſtatulib. §. actiones, 10. Inſtit. de act. nam quod in iis qui ſui iuris ſunt, patrimonium dicitur, id in filiisfam. & ſeruis propriè peculium appellatur, l. paterfa. 182. D. de verb. ſign. l. 2. D. Quod cum eo. & quod in eo qui pro libero habebatur, paD trimonium dicebatur, patefacta ſeruitute, peculium eſſe incipit, l. ex facto, 52. §. pen. j. h. tit. viciſſimque quod in ſeruo peculium erat, id in eodem manumiſſo, & peculio donato, patrimonium appellatur; l. denique, 8. §. vlt. D. de pec. leg. Dixi, *Separatum ab ſuis rationibus*: nam illa ſeparatio à patre vel domino facta, peculium conſtituit, l. 4. in pr. & §. 1. j. h. ti. & l. per ſeruum, 37. §. 1. D. de adqu. rer. do.

§ 3 Tribus autẽ modis peculium paratur; parſimonia, liberalitate, & negociatione, l. peculiũ, 39. E j. h. t. Parſimonia: veluti, cùm de ſuo demenſo aliquid comparcit, vt eſt in Phorm. Teren. Liberalitate, cùm dominus non nuda voluntate, ſed re & traditione, aliquid è ſuo in ſeruum peculij nomine transfert: neque enim nuda voluntas, aut nuda ratio peculium conſtituit, l. 4. & l. 8. j. h. t. quamuis nuda voluntate & ratione remitti à domino, quod ei de-

A betur, poſſit, d. l. 4. & l. non ſolùm, 49. §. vlt. j. h. tit. l. 6. §. 1. D. de pecul. leg. Tum autem liberalitas intelligitur, cùm Prætor id quod dominus neceſſe habet ſeruo præſtare, aliquid erogat: veluti veſtimentum aliquod, præter tunicas: aut viaticum aliquod liberalius, l. peculium, 40. j. h. tit. Poſtremò negociatione peculium augetur, cùm ſeruus frugi gerendis negociis operam nauat: ac præſertim ſi liberam peculij adminiſtrationem habeat, l. 7. j. h. t. l. 4. §. ſi B ſeruus, D. de edend. quæ verò ex maleficiis parauit, in peculio non numerantur, l. quod ſeruus, 24. D. de adquir. poſſ. l. 4. §. Labeo, de vſucap. Dixi, *Patres ſuis filiis*: quod non modò de naturalibus, ſed etiam de adrogatoribus intelligendum eſt, l. in adrogatorem, 42. j. h. tit. l. ſi quis, 7. D. de pecul. leg. Dixi, *Domini*: quo tamen verbo, etiam dominas comprehendimus, quæ ſuis ſeruis peculium conſtituunt, l. 3. §. 1. j. h. t. quandoquidem & peculium & de peculio C actio dicuntur etiam filiarumfa. & ancillarum nomine, l. & ancillarum, 27. j. h. t. Præterea ſeruorum nomine, non modò priuatos, ſed etiam publicos intelligimus: quos peculium quoque habere ſolitos, patet ex l. debitor, 19. D. de cõpenſat. Dixi, *permittunt*: ſimpliciter. neq; enim expreſſus cõſenſus requiritur: ſi modò nõ cõtradicãt, l. 7. j. quin etiã præſumtus cõſenſus ꝓ expreſſo habetur, l. nõ ſolùm, 49. j. quãquam in donationibus naturalis, vt dixi, datio, id eſt, traditio requiritur, l. 8. h. t. vſque adeò autẽ ex permiſſu & D conſenſu domini peculiũ pendet, vt ſola immutatæ voluntatis declaratione, & nuda voluntate adimere illud poſſit, l. 4. j. h. tit.

§ 4 Nã (vt modò dictũ eſt) etſi peculiũ nõ nuda volũtate cõſtituitur, tamẽ nuda volũtate perimitur, l. 8. j. Deniq; illud notãdũ eſt, quãuis dominus ſeruo peculiũ donatione & liberalitate ſua cõſtituat; rerũ tamẽ donatarũ proprietatẽ & dominiũ retinere, tãtũmque abeſt, vt filiusfa. peculij ſui dominiũ habeat, vt ne ipſius quidẽ poſſeſſionẽ habere poſſit, l. filiusfam. 93. E D. de reg. iur. vnde rerum dominia originem duxiſſe dicuntur, in l. poſſeſſio, §. 1. D. de adquir. poſſ.

§ 5 Pater igitur filio, dominúſve ſeruo peculiũ concedẽs, ſolùm eius vſum & adminiſtrationẽ concedere intelligitur, l. per ſeruũ, 37. §. 1. D. de adquir. rer. dom. l. quis ergo, 16. j. h. t. l. ſi liberã, 10. C. quod cũ eo qui. Itaq; dominus ſeruũ alienãs, nõ ſimul peculiũ alie-

nat. l. quoties, 29. D. de contr. emt.& ſeruo propter vectigal commiſſo res peculiares non committun- A tur, l.vlt.§.1.D.de Public.& vectigal.eámque ob cauſſam parenti licere dicitur deteriorem filij ſui conditionem in rebus peculiarijs facere, l. 4. §. vlt., D. de dol. except. adeò vt pateat quod per vnum liberorum adquiſitum erat, alij filio vel extraneo donare, vel vendere, vel quocúmque modo applicare poſſet. §.1. per quas perſon. Sed & filiusfam. aut ſeruus furtum in re peculiari poſſe facere dicitur, cùm furandi con- B ſilio rem amouet, l. interdum, 56. §. ſi res, D. de furt. & d.l.10. C. quod cum eo.

¶ 6 Denique filiusfam. res peculiares obligare non poteſt, ne ſi liberam quidem earum adminiſtrationem habeat, l.1.§.1.D.quæ res pign.oblig. niſi per illam libertatem hoc ei conceſſum appareat, l.ſi conuenerit, 18.§.vlt. & l.ſeq. D.de pig. act. Dixi *Deducto eo, &c.* Primùm quia dominus in ſuas rationes referens aliquid, ſibi à ſeruo deberi, ſatis oſtendit id ſe illi non dare, l. 4. in pr. & l.9.§.præterea, ꝫ.eod. Deinde quia C dominus præueniſſe reliquos creditores, & hoc ſibi exegiſſe intelligitur, d.l.9.§ peculium, & §.ſeq. ꝫ.eod. vbi etiam ea deducere intelligitur, quæ his perſonis debentur, quę in ſua tutela vel cura ſunt, aut quarum negocia adminiſtrat. Singula igitur peculiaria corpora, pro rata diminuũtur, l.6.l.8.ꝫ.de pec. leg.l.ſeruus, 30. D.de act. emt. & ſi debitum peculij quantitatem aut exęquet, aut ſuperet, nihil eſſe in peculio, exhauriri peculium dicitur, l.4.§.ſi ære, ꝫ.h.t.l.ſi decem, 17. D.de ſtatulib.

¶ 7 Tanta autẽ huius deductionis vis eſt, vt do- D minus omnib. alijs priuilegiariis creditoribus præferatur, etiam ex cauſſa dotis & tutelę, l.ex facto, 52.ꝫ.h. tit.l.ſi cùm dote, 22.§.vlt.D.ſolut.matr. Quemadmodum autem quod domino ſeruus debet, eius peculiũ minuit, ita quod dominus ſeruo debet, eius peculium auget, l.6.§.ſicut, D.de pecul.le.l.7.§.3.ꝫ.h.t. Deducitur præterea quod iis qui in eiuſdem poteſtate ſunt, ſeruus debet, d.l.9.§.2. & ſeruatur in l.6. D.de pecul. leg.l.ſi filio, 53. D.ſol.mat.& §.cùm aũt, Inſtit. quod E cum eo. Vbi obiter obſeruandum eſt, quod ſerui dominis debere dicuntur, id naturaliter intelligendum eſſe, l.ſi noxali, 11. in fi. pr. ꝫ. quoniam ius ciuile, cuius proprium eſt debendi verbum, & ſeruos & ſeruorum negocia & actus & contractus prorſus ignorat, l.quod adtinet, D.de reg.iu. qua de cauſſa cùm aut ſeruum debere aut ei deberi dicimus, eo verbo non vti, ſed abuti dicimur, l.nec ſeruus, 41.ꝫ.eod.

¶ 8 Porrò intelligendum eſt, cadere in peculium non modò res mobiles, ſed etiam ſoli, non modò F corporales, ſed etiam iura, vt hereditates, nomina & debita, & actiones, l.7.§. in peculio, ꝫ.h.t.l.vlt.D.de nouat. l. ſi quis, 52.§. ſi ſeruus, D.de furt. atque adeò negociationes: veluti argentarias, vnde peculiaris argentaria in l. 4. §. ſi ſeruus, ſ.de edend. non modò pecudes, verùm etiam homines, qui etſi domini reſpectu conſerui ſunt, naturaliter tamen ipſorum ſerui dicuntur: quamuis iis quorum ſerui ſunt, precioſiores ſint, l.iuſtiſſi.44.D.de ædil.edict.

¶ 9 Qua de cauſſa ita diſtinguuntur: vt illi ordinarij, hi vicarij dicantur. nam ordinarius definitur, G qui vicarij quaſi dominus eſt, l. ſi ſeruus, 17. h.t. qua de cauſſa vicarius, ſeruus peculiaris appellatur, l. ſi vulgò, 21. D.de pecul. leg. qui interdũ (vt dixi) pluris eſt, quàm ipſe ordinarius. Tanta autem huius naturalis diſtinctionis vis eſt, vt etiam in ius ciuile, quodammodo valeat. nam ſi dominus Titio ſuos ſeruos leget, ordinario verò ſuum peculium cum libertate, vicarij ordinarium ſequuntur, non Titium, l.ſeruo, 15. D.de pecul.leg.l.ſuos, 37. in fin.de leg.3. Porrò ſicuti ordinarius non niſi domini voluntate & conceſſu, ita vicarius, non niſi ordinarij permiſſu, peculium habet, l.4. §.vlt. ſed vtriuſque permiſſus requiritur: hoc eſt, vt non modò dominus, ſed etiam ordinarius peculium vicarij à ſuis rationibus ſepararit, l.4. §.vltim. Sicut autem vicarius, ſic etiam vicarij peculium in ordinarij peculio eſt, d. l. ſeruus, 17. ꝫ. ſed tamen & quod ordinarius vicario debet, huius peculium auget: & viciſſim quod vicarius debet ordinario, huius peculium minuit, d.l. ſeruo, 17. & l.id quod, D.de pecul.leg. Non modò autem ordinarij vicarius erat, ſed etiam vicarij vicarius, l. 6. §. ſi ſeruus, l.penult. D.de pecul. legat. Porrò, vt ad res quæ in peculio cadunt, redeamus, earum tam multa genera ſunt, vt plerumque plus in peculio ſit, quàm in ipſo ſeruo, d.l.44. *D.* de ædil.edict.

¶ 10 Notandúmque eſt, Peculium nomen eſſe iuris & vniuerſitatis, vt dotem & hereditatem, l.ſi ex duobus, 32.ꝫ.h.tit. qua de cauſſa neque rei vindicatione (quæ ſpecialis eſt in rem actio) peti poteſt, l.vindicatio, 56. D. de rei vind. neque res peculiares, aut numi, aut merces peculiares, pars peculij cenſentur eſſe, l.ſi decem, 17. l.Sticho, 40. §. Pamphilus, D. de ſtatulib. l. 1. §. peculiarem, D. de tribut. l.4.§.ſi ære, ꝫ.hoc tit.

¶ 11 Proximum eſt, vt quot & quibus modis peculium exſtinguatur, videamus. Ac filiorum quidem filiarúmue fam. peculium tribus modis exſtingui video. Primùm, morte filiifam. quoniam (vt ſuprà dictum eſt) peculij proprietas penes patrem remanet, ſolus vſus & adminiſtratio in filiumfam. transfertur, l.quis ergo, 16.h.tit. eóque caſu pater, quaſi filij heres appellatur, l.3. §.pen. D.de minor. Secundò ſui iuris adeptione peculiũ deſinit, l.1.quand.de pec.act. quoniam (vt paulò antè dictum eſt) in patribusfam. non peculium, ſed patrimonium dicitur. Siue autem emancipatione, ſiue patris morte, vel deportatione, vel ſeruitute pœnę ſui iuris effectus ſit filius, nihil intereſt, l.1. §.3.quand.de pec. Plerumque tamen patres emancipantes donare peculium intelligebantur, ſi id non adimebant, l. donationes, 31.§.pater, D. de donat. qua de cauſſa profectitia dos per emancipationem filiæ propria fiebat, l.vltim. C. de rei vx. act. quod ſi peculium adimebant, moris fuit, vt aliquid emancipatis donarent, l.vt liberis, 17. in fin. C. de collat.l.donationes, 9.C.de reuocat.donat. Tertiò, nuda voluntate patris, ac multò magis ademtione, peculiũ deſinit: quoniam (vt ſuprà diximus) peculium filij ex patris ſolius voluntate pendet, l. 4. l. 7. §. 2. ꝫ. h.tit. Serui autem peculium quinque modis deſinit. Primùm, nuda voluntate, vt iam antè dictũ eſt: deinde morte ſerui, ſiue naturali, vt l.1. §.2. & l.vltim.D. quand.de pec.act. ſiue per damnationẽ, l.1.C.de bon. proſc. Tertiò, vſu vel vſufr. eiuſdem finito, l.1.§.pe.D. quand.de pec.act. Quartò, alienato eodem, l.1.§.2.ꝫ. h.t. quoniam in alienatione ſerui peculium ſemper exceptũ intelligitur, l.3.D.de euict.l.ſi legatus, 24.D. de pe.leg.l.1.§.1.D.de pig. Quintò, manumiſſo eodẽ, vel libero eſſe iuſſo, l.ſi ex duob.32.ꝫ.h.t. l.vlt.ꝫ.t.ſeq.

¶ 12 Deinceps ſequitur diuiſio, quæ duplex eſt: nã prior eſt huiuſmodi: Peculij quod filiisfam. conceditur, tres ſunt ſpecies: Paganũ, quod priuato: Caſtrenſe, quod militi: Quaſi caſtrenſe, quod forenſem militiam obeunti cõceditur, l.vlt. C. de inoff.teſt.l.4. C.fam.

C.fam.erciſ. Pagani rurſus duæ ſunt ſpecies: Profectitium, quod à patre datum, non induſtria quęſitum eſt, l.5.D.de iur.dot. & Aduentitium, quod cognatorum, aut extraneorum, vel donationibus, vel hereditatibus, vel legatis conceſſum eſt, l.6. C.de bon.quæ lib. Verùm ſub hac Rubrica de Pagano tantùm ius ſtatuitur: quoniam actio de peculio ad caſtrenſe peculium non pertinet, l.de caſtrenſi, 18.D.de caſtrenſ. pec.quippe, cùm in eo filiusfam.militari priuilegio pro patrefam.habetur, l.2. D.de Sen. Maced.adeò vt eius & inter viuos & per teſtamentum, alienãdi poteſtatem habeat, l.7.in fi.D.de donat.

¶ 13 Secunda diuiſio eſt huiuſmodi: Peculium aliud eſt cum adminiſtratione nuda, aliud cum adminiſtratione libera, aliud cum infinita. Cum adminiſtratione nuda eſt, quod ſimpliciter conceſſum eſt, ſine negociandi poteſtate, quo caſu peculiarium rerũ proprietas, penes dominum manet, vt ſuperiùs dictũ eſt, qua de cauſſa negociari in eo ſeruus non poteſt, id eſt, vendere, permutare, aut aliud, quod ad dominium transferẽdum pertineat, gerere, l.ſi liberã, 10.C. quod cum eo. Cũ adminiſtratione libera eſt, cuius exercendi libera ſeruo poteſtas, ſpeciali domini voluntate permiſſa eſt, l.7.ĵ.h.t. quo caſu dominium rerum, in ſeruum trãſlatum intelligitur. nam & pecuniã ſuam credendo nummos alienat, mutuumque cõtrahit, l.rogaſti, 11.§.vlt.D.de reb.cre.& res peculiares vendendo, plenum earum dominium trãsfert, l.ſi quis, 41.§.1.D.de rei vind.l.ſi ſeruus, 14.D.de adquir.poſſ. Cum adminiſtratione infinita eſt, cuius ſummum ius ac plena poteſtas nominatim ſeruo permiſſa eſt: quo caſu etiam donandi, ac proinde perdendi poteſtas ſeruo conceſſa intelligitur, l.1.§.1.D. quæ res pign.l.7.D.de don.quæ in libera adminiſtratione non permittitur, l.contra, 28.§.vlt.D.de pact. Huius autẽ diuiſionis vis & effectꝰ, vel ex eo intelligi poteſt, quod cùm & is cui ſimpliciter peculium conceſſum eſt, ſi res peculiares amouerit, & is qui ex eo ſciens emit, furtum committit, l.interdum, 56.§.ſi res, D.de furt. & d.l.10.C.quod cum eo: tamen is cui infinita adminiſtratio permiſſa eſt, ipſe domino ſuo donare res peculiares poteſt, l.7.D.de in rem verſ.quin etiam is cui libera adminiſtratio permiſſa eſt, vicarium habere cum domino communem poteſt, l.dominus, 22.§.1.D.de pec.leg. His poſitis deinceps edictum, quo ius de peculio conſtituitur, videndum eſt, quod in hanc ferè ſententiam conceptum fuiſſe conſtat, ex initio l.1.ĵ.h.tit.& Rub. C. & Inſt. quod cum eo, & l.1.D. ill.tit.

¶ 14 Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſſet, negocium geſtum eſſe dicetur, aduerſus eum, cuius in poteſtate fuerit, iudicium dabo: quatenus vel in peculio erit, vel in rem eius, cuius in poteſtate eſt, verſum eſſe, aut eius iuſſu negocium geſtum fuiſſe dicetur. Itaque triplex ſiue tripartitum hoc edictum appellatur in l.1.ĵ.h.tit. nam ex eo triplex conſtituitur actio: De peculio, de in rem verſo, & quod iuſſu.

¶ 15 Prima autem ſic definitur: Actio de peculio, eſt actio perſonalis, prætoria, quæ datur ei, qui cum filiofam. ſeruóve, ignorante patre dominóve contraxit, aduerſus patrem, aut dominum, vt quatenus in peculio eſt, damnetur. Dixi, *Perſonalis*: vt in §.in perſonam, 8.de act.& l.ſumma, 21.§.vlt.ĵ.h.tit. quoniam ex negociis cum filiisfamil. & ſeruis contractis naſcitur. Dixi, *Prætoria*: vt in l.2. ĵ.h.tit. Primùm, quoniam ciuili iure patres ex filiorum con-

A tractibus non tenentur, l.1.C.ne fil.pro pat.cum ſeruis autem actio nulla eſt, l.107.D.de reg.iur. Eſt autem, etiam aliqua ex parte acceſſoria, hæc actio; quoniam filiusfam. ex ſuo contractu nihilominus conueniri directò poteſt, l.3.§.ſi filio, D. commod. l.1.§.filium, D.depoſit. Dixi, *Ignorante patre, dominóve*: vt in l.quod autem, 6.§.ſimili, D.quæ in fraud.cred.l.ſi ſeruus, 13.D.de precar.l.6.D.de exerc.alibi dicitur, *Sine voluntate*: vt §.præterea; Inſt. quod cum eo, & l.1. §.licet autem, in fin. & §.ſeq. D. de exercit. Nam
B etiam aduerſus eum, qui contrahi vetuit, conceditur, l.quoties, 47.ĵ.h.t. Ex quo differentia inter ſuperiores actiones, & hanc de peculio intelligitur: cùm illæ comparatæ ſint ex negociis contractis vel volentibus, vel certè ſcientibus dominis: hæc verò, etiam ignorantibus. Dixi, *Contraxit de peculio*: quo verbo, etiam quaſi contractus intelligi volumus: vt ſi filiusfam. tutelam adminiſtrarit, l.1. C. quod cum eo. l.7. D. de tutel. ſi abſentis negocia geſſerit, l.ſi filius, 14.D.de neg.geſt. ſi ſeruus actori iuſiurandum
C detulerit, l.quidam, 22.D.de reb.cred.ſi filiusfa. iudicio condemnatus fuerit, l.3.§.idem ſcribit, ĵ.h.t.

¶ 16 Quamuis autem omnis obligatio pro contracta habeatur, tamen in his tribus actionibus, eas demum obligationes comprehendimus, quæ ex negocio geſto, non etiam ex delicto naſcuntur. nam ex delicti cauſſa, non de peculio, ſed noxalis datur, l.1.§.ſi filius, D. de his qui deiec. vel effud.l.4.§.pen.D.de alear. quamquam ſi in negocio gerendo dolus à filio, vel ſeruo commiſſus eſt, huic actioni locus eſt,
D l.ex contract.49.D.de oblig.& act.ſcilicet, vt ſollemnis illa clauſula ſubiungatur: *Et ſi quid dolo malo filij, aut ſerui captus defraudatúſve ſim*. l.9.§.pen. D.de dol. mal. iuncta l.in bonæ, 36. ĵ.h.t. quin etiam filiofam. noxali actione ſuo proprio nomine conuento, & damnato, in patrem de peculio actio conceditur, l.l.& ſi condemnatus, 35.D.de nox.act. Sic & ex filij furto condictio furtiua, & ex rebus per filium amotis rerum amotarum, de peculio datur actio, l.3.§.pen.ĵ.h.t.l.pen.D.de cond.furt. Dixi, *Quatenus in peculio eſt*:
E nam cùm ad eos contractus emolumentum redeat, quippe, quorum in poteſtate peculium ſit, æquum Prætori viſum eſt, eos peculio tenus condemnari, §.actiones, 10. de act.præſertim cùm (vt iam dictum eſt) ſi quid iis debeatur, deducant: quæ prærogatiua deductionis dicitur, in l.circa, 11. D.de adm.tut. Itaq. ſi nihil in peculio eſt, aut ſi ære alieno dominico exhauſtum eſt, nullus huic actioni eſt locus, l.ſeruus, 20.D.de dol.mal.niſi fortè rei iudicatæ tempore fuerit. nam id tempus ſpectatur, l.7.§.ſi quis actionem,
F D.quibus ex cauſ.l.cùm fideiubeat, 35.D.de fideiuſſ.

¶ 17 Poſtremò illud notandum eſt, actionis huius nomen non proprium, ſed appellatiuum eſſe: cuiuſmodi antehac complura notauimus. nam ex quo quæque actio contractu naſcitur, ad eam hoc nomen adcommodatur: veluti, Depoſiti de peculio, Commodati de peculio, l.5.l.& ancillarum, 27.l.depoſiti, 38.ĵ.hoc eſt, Actio de peculio ex cauſſa Commodati: vel ex cauſſa Depoſiti: vt in l.Lucius, 27.in fin. D.depoſ. Sic alibi, Condictio furtiua de peculio, l.3.§.idem
G ſcribit, ĵ.h.t.l.pen.D.de cond.furt. Actio iudicati de peculio: Negociorum geſtorum de peculio, l.ſi ſerui, 42.D.de negoc.geſt. Vnde Noxalis actio de peculio dicitur, in l.3.§.vlt.D.ſi menſ.falſ.mod. Deinceps expedienda partitio eſt.

¶ 18 Nam hæc actio creditoribus filiorumfam.& ſeruorum conceditur, inter quos meliore con-

dicione ſunt qui occuparunt, id eſt, qui primi ad ſententiam peruenerunt, l.ſi verò, 10.l.ex facto, 52.j.h.t. l.6.D.de tribut. Datur autem non præcisè aduerſus patrem, aut dominum, ſed aduerſus eum demum, penes quem peculiũ eſt, l.quia, 12.l.ſi ex duob.32.§.vlt. & ll.ſeqq.j. eod.l. ſi ſine, §. vlt. D. de interrog. nam de eo quiſque peculio, quod penes eum eſt, tenetur, l.ſi quis,29.j. Itaque ſiue proprietarius, ſiue fructuarius eſt, qui peculium habet, aduerſus eum hæc actio cõcedetur, l.hinc quæritur,19.§.vlt.j. atque adeò inuicem inter eos ipſos, l.ſi creditor.37.§.vlt.j.eod. Sed aduerſus fructuarium, aut vſuarium, ex iis demum cauſſis, ex quibus ſeruus iis adquirit, l. 2. j. Rurſus non modò aduerſus verum dominum, ſed etiam aduerſus eum, cui quis bona fide ſeruit, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus alienus, l.1. §.vlt.l.eo tempore, 50.§.vlt. j.eod. Quòd ſi plures domini ſunt, creditoribus poteſtas ſit, vel aduerſus ſingulos in partes agere, vel aduerſus quemlibet ex illis in ſolidum, l.& ancillarum, 27.§.& quoque, j.h.t. quoniam iniquum eſt, in plures deſtringi, qui cum vno contraxit, l.2.D.de exerc. Qui verò ſolidum ſoluerit, aduerſus ſocium regreſſum habebit, non actione de peculio: quoniam inter dominos hæc non competit actio, l.nam inter,20. j. h.t. ſed vel actione pro ſocio, vel communi diuidundo, vt partem peculij conſequatur, l. etſi,8. §. vlt.D. comm.diuid.

¶ 19 Effectus autem huius actionis eſt, vt qui ea conuenitur, eatenus damnetur, quatenus in peculio eſt: hoc eſt, ſi tantuindem in peculio eſt, quantum debebatur, in ſolidum; ſin minus, quatenus in eo reperitur. §.ſunt præterea, 24. Inſtit.de act. quamquam ſi poſtea peculium augeatur, renouatur hæc actio, l.quæſitum,13.§.is qui, j.ſed iudicis officium eſt, præſentem peculij ſtatum inſpicere, vt tanti condemnationem faciat, quantum in peculio eſſe conſtabit, l.ſi ex duobus,32.§.1.j.eod.

¶ 20 Reliquum eſt, vt quæ ſint inter tres ſuperiores & hanc noſtram actionem differentiæ, videamus. nam omnes illæ in ſolidum condemnationem habent: hæc non in ſolidum. Illarum vſus eſt ex negociis, vel volente, vel certè ſciente domino contractis, l.1.D.de tribut. huius verò cum ignorante dumtaxat, & ſine patris aut domini voluntate, l.3.§.ſi filijs, & l.vltim.§.vlt. D.naut.caup.ſtabul. Poſtremò exercitoriæ & inſtitoriæ locus eſt, cùm de rebus dominicis negocium geſtum eſt; Tributoriæ cùm in merce peculiari: huic verò cùm de peculio negociũ geſtum eſt, §.is quoque, 7.Inſt.quod cum eo.

QVANDO DE PECVLIO ACTIO ANNALIS EST.

TIT. II.

1 *Origo & æquitas huius edicti: vt*
2 *Creditoribus peculiarib. prorogetur in annum actio de peculio quæ ſummo iure exſtincta erat.*
3 *Poſt annum verò patri & domino annalis exceptio competit, hic autem Annus non continuus, ſed vtilis eſt.*

¶ 1 HOc capite Prætor nõ modò creditorib. actionem, verumetiam debitoribus exceptionem proponit: quam vt intelligamus, illud ſcire oportet, Cùm peculium ſit nomen iuris (vt ſup.dictum eſt) exſtinctum illud dici, non tantùm cùm aut ære alieno dominico exhauſtum eſt, aut res peculiares interierũt: ſed cùm ius ipſum habẽdi peculij, aliquo ex iis, quos diximus, modis, peremtum eſt, l.4.§.ſi ære,ſ.t.prox. Cùm autẽ exſtinctum peculium apud patrem dominúmve maneret, ſimúlque de peculio exſtincta eſſet actio, eueniebat, vt qui cum filio vel ſeruo bona fide contraxerat, ſuum amitteret. Pater autem, aut dominus eorúmve heredes, alienum contra naturalem æquitatẽ retinerent, l.ſi noxali, 11. D. de pec. l.vlt. D.de cond. ob turp.

¶ 2 Hac de cauſſa Prætor, vt creditoribus illis ſuccurreret, actionẽ de peculio, quæ ſummo iure exſtincta erat, vſque ad annum produxit. qua de cauſſa Annalis appellatur, l.1.j.h.t.l.ſi cum ſeruo, 15. D.ſi quid in frau.pat. quaſi adhuc peculium duraret. ob quam fictionem eleganter Pomp. in l.vlt.j.h.t. quaſi peculium hoc appellat, & deminutionem atque incremẽtum recipere adfirmat. Imperator autem actionẽ hãc de quondam peculio appellat, in l.7.C.quod cum eo.

¶ 3 Poſt annum igitur exceptio patri dominóve dabitur, quæ idcirco annua dicitur, d.l.1.§.vlt.j.eod. Annus autem hic non continuus intelligitur, ſed vtilis, hoc eſt, trecentorum ſexaginta quinque dierum, quibus experiundi poteſtas eſt, l.1.j.tit.prox.l.ſi filius 11.D.de tut.& rat. Sic enim annus hic vtilis appellatur, in d.l.1. §.annus, h.t.l.pater, 17. D.de caſt.pec.l.5. C.de Macedon. Quamdiu igitur filius, aut ſeruus in poteſtate eſt, tamdiu hæc durat actio. Qua de cauſſa perpetua illo caſu nominatur, in l.11.§.1.j.h.t. vbi verò peculium exſtinctum eſt, ſufficere Prætor exiſtimauit, ſi obligationem vſque ad annum produceret, d.l.1.§.merito. Quoniam autem eatenus de peculio datur actio, quatenus æqui bonique ratio patitur, l.1. D.quod cum eo; propterea ſi vel apud emancipatum, vel apud manumiſſum res ſit, aduerſus eos in ſolidũ annalis actio concedetur, l.ſi apud,21.D.depoſ.

DE IN REM VERSO.

TITVLVS III.

1 *Actionis de peculio tres ſpecies: de prima ſupp. tit. dictum eſt: altera ſequitur, De in rem verſo, eiúſq. definitio proponitur,*
2 *Atque explicatio definitionis. & ſtrictim exponitur §.4.Inſt.quod cum eo.*
3 *In rem verſum intelligitur; cùm vel vtilis res eſt, vel neceſſaria.*

¶ 1 ACtio de peculio generalis eſt, eiúſque tres ſunt ſpecies: ſi in rem ſerui, hoc eſt, in peculium verſum ſit: vt l.mora, 32.§. 1.D.de vſur. ſi in rem domini verſum ſit: & poſtremò ſi iuſſu domini geſtum ſit. Expoſita prima ſpecie, tranſit ad ſecundam, quam ita definiemus: Actio de in rem verſo, eſt actio perſonalis, prætoria, quæ conceditur ei, qui cum filio ſeruóve contraxit, aduerſus patrem dominúmve, cuius negocium principaliter filius ſeruúſve, non tamen eius voluntate, geſſit, vt quatenus in rem ipſius verſum eſſe apparebit, vel de peculio, vel ſi peculium non eſt, aut non ſufficit, de ſuo præſtare cogatur. Dixi, *Perſonalis*: quoniam ex negocio geſto competit, ſed cùm ciuilis deficeret actio (vt in ſup.actione dictum eſt) Prætor ſubſidiariam hanc actionem inſtituit, quaſi cum ipſo patre, dominóve contractum fuiſſet, l.1.in pr.j.h.t.l. 3.§.contractuum, D.quib.ex cauſ.

¶ 2 Dixi, *Cuius negociũ principaliter gerebat*: quoniam

niam in hac actione neceſſe eſt, eo animo datum factumve eſſe à ſeruo, vt domini negocium gereret, l. 7. §. pen. & §. vlt. Dixi, *Non eius voluntate*: quia tum demum huic actioni locus eſt, cùm neque iuſſu, neque voluntate domini, ſed eo inſcio & ignorante, negocium geſtum eſt, l. 5. §. quod ſeruus, ȷ̃. h. tit. l. 3. C. quod cum eo, l. ſi ſeruus, 13. D. de prec. l. ſi dubitet, 10. §. vlt. D. de fideiuſſ. Dixi, *Quatenus in rem eius verſum erit*: quoniam eatenus duntaxat, datur hęc actio, l. 1. D. quod cum eo. Itaque ſi pars verſa eſt, de parte tantùm erit actio: ſi totum, de toto, l. 5. l. ſi pro patre, 10. §. in rem autem, & §. ſi domini. idque adeò verum eſt, vt ſi in rem vnius tantùm ex ſociis verſum ſit, alter non teneatur: niſi fortè peculiũ ab altero ademptum fuerit, l. ſi in rem, 13. & l. ſeq. ȷ̃. Dixi, *Vel de peculio*: nam ſi peculium eſt, non eſt hæc actio per ſe, ſed tantùm actionis ſuperioris additamentũ, & adiectio, l. filius, 19. in fin. ȷ̃. h. tit. In quo etiam notandum eſt, ex peculio non deduci, quod in rem domini verſum eſt, ac potius peculium auget, atque in id imputatur, l. 1. in fin. l. ſi pro patre, 10. §. verſum, ȷ̃. h. tit. l. 7. D. de pecul. Atque hoc eſt, quod ait Imp. vnam eſſe actionem qua de peculio & in rem verſo agitur: ſed duas habere condemnationes. nam primùm iudicandum eſſe, an ſit in rem verſum, deinde an, & quantum ſit in peculio, §. 4. Inſtit. quod cum eo. Etſi autem in pronunciando prior ſit ſententia de in rẽ verſo, quàm de peculio: tamen in exequendo ordo mutatur. Priùs enim dominus de peculio diſſoluit, tum, ſi non ſatis eſt, de ſuo, l. 1. ȷ̃. h. tit. Ex quo intelligitur, hanc actionem non ſemper eſſe adiectionem: ſed, ſi nihil in peculio ſit, aut extinctum ſit, propriã & per ſe conſtantem actionem eſſe: ac propterea neceſſariam hanc fuiſſe actionem, d. l. 1. §. rectiſſimè. Supereſt, vt quando in rem domini verſum videatur, exponamus.

§ 3 Eſt autem in rem verſum, plerumque idem quod in patrimonium, vt in l. 2. D. quod cum eo. Sed interdum in rem verſum ſimpliciter nihil aliud eſt, quàm ad obeunda patris dominíve negocia: non modò ſi nulla inde vtilitas ad eos redeat, verùm etiã ſi ad corruptelam pertineant: veluti ad delicias, & turpes ſumtus, domini tamẽ voluntate factos, l. 3. §. necnon, ȷ̃. Plerumque autem, vt diximus, tum demũ in rem verſum videtur, cùm in rem vel neceſſariam, vel certè vtilem, conuerſum eſt, l. 5. §. 2. ȷ̃. h. tit. neceſſariam, veluti ſi cibaria egenti familiæ ſubminiſtrarit, ſi domini creditores abſoluerit, l. 3. §. 1. Vtilẽ, veluti ſi domino fundum emerit, §. 4. Inſtit. quod cum eo. Si pro ſorore ſua dotem dederit, l. filius, 17. D. de Maced. Poſtremò, in rem verſum dicitur, quamuis non directè in vtilitatẽ domini verſum ſit, ſed prius in peculium verſum, tamen in domini vtilitatem redundarit, l. 7. §. interdum, D. de Sen. Maced. l. 3. §. 1. l. 5. & vlt. l. 6. l. 7. ȷ̃. h. t.

QVOD IVSSV.

TIT. IV.

1 *Tertia ſpecies eſt, Quod iuſſu, eiúſque definitio & explicatio proponitur.*
2 *Iuſſum à Mandato ſeparatur.*
3 *Differentia inter has tres actiones.*

SVPERERAT tertia ſpecies actionis de peculio, quę modò Quod iuſſu appellatur: vt l. vltim. C. quod cum eo, & l. 1. de verbor. A oblig. modò, ex iuſſu: vt in l. 1. ȷ̃. h. tit. modò, de iuſſu: vt in l. vlt. eod. quam ita definire poſſumus: Actio quod iuſſu, eſt actio perſonalis, prætoria, acceſſoria, quæ datur ei, qui cum filio ſeruóve contraxit, aduerſus patrem dominúmve, cuius iuſſu contractum eſt, vt vel de peculio, vel, ſi peculium non eſt, aut non ſufficit, de ſuo ſolidum præſtare damnetur. Dixi, *Acceſſoria*: Primùm, quia cùm is qui contrahit, magis iubentis, quàm ſecum contrahentis fidem ſequatur, B §. 1. in fin. Inſt. quod cum eo, & l. 1. ȷ̃. h. tit. Iure ciuili actio aduerſus ipſum iubentem competebat, quaſi principaliter contractũ cum ipſo fuiſſet, §. vlt. quod cum eo, l. vlt. D. Pro ſoc. l. ſi inſtitorem, 29. D. de rebus cred. Deinde quia ſi filiusfam. contraxit, pater, qui iuſſit, quaſi acceſſio eſt: quia principaliter filius tenetur, l. ſi ſeruum, 91. §. pen. D. de verb. oblig. Dixi, *Cuius iuſſu*: quo verbo ſimplex voluntatis declaratio, etiam per epiſtolam, aut nuncium facta, intelligitur, C l. 1. ȷ̃. h. tit. quinetiam ſubſcriptio domini, ſerui chirographo adhibita, pro iuſſu valet: nam ratihabitio iuſſui comparatur, l. 1. §. 1. & §. 2.

§ 2 Animaduertendum eſt autem, iuſſum à mandato ſeparari, tum in l. 1. §. 1. ȷ̃. h. tit. tum etiam in l. 3. C. quod cum eo. vtrum quaſi iuſſus neceſſitatem imponat, mandatum verò liberum ſeruo arbitrium relinquat: vt Ioannes exiſtimauit: an potiùs, qui mandatu patris dominíve contrahit, tamquam procurator & extraneus contrahat? nam in mandato requiritur libera voluntas, non ſeruilis D neceſſitas, l. atqui, 19. §. 2. D. de neg. geſt. qui verò iuſſu, ex domini perſona contrahit, qua de cauſſa in reſtitutionibus in integrum diſtinguitur, vtrum iuſſu, an mandatu patris filiusf. negocium geſſerit. nam ſi mandatu, non reſtituitur: ſi iuſſu, reſtituitur, l. 3. §. vlt. eod. l. 4. l. cùm mandat, 23. l. patri, 27. D. de minor. Rurſus ex diuerſo pars quæ iuſſu domini cum ſeruo contrahit, ſuam rem gerit: qui mandatu, mandatoris negocium gerit, & periculo eius contrahit, mandatíque illum obligatum tenet: quod oſtendit l. 1. §. idem Pomp. D. depoſ. eaque differẽtia verborum ob- E ſeruatur etiam in l. ſi ſeruus, 13. D. de precar. l. ſi mãd. 9. C. quod cum eo. Dixi, *Vel de peculio, vel de ſuo*: nam cùm hæc actio ſpecies ſit actionis de peculio, vt patet ex Rub. C. quod cum eo, & l. 1. D. quod cum eo, & aliis locis innumeris, licebit domino ex eo quod in peculio reperiet, creditoribus ſatisfacere. Dixi, *Cum filiofa. ſeruóve*: quibus tamen verbis, etiam filiamfa. & ancillam complectimur, l. 2. ȷ̃. h. t. Dixi, *Contraxit*, generaliter, vt in l. ſi dubitet, 10. §. vlt. D. de fideiuſ. vbi F hæc actio dicitur ad omnes contractus referri. Dixi, *Patrem dominúmve*: cùm domini nomine is demum intelligatur, qui tum, cùm iuſſum interpoſuit, dominus fuit. nam contrahens cum ſeruo extranei iuſſu, extraneum non obligat, l. 2. ȷ̃. eod. non tantùm autem dominus, verùm etiam fructuarius, aut bonæ fidei poſſeſſor, qui contrahi iuſſit, hac actione tenetur, l. 1. §. pen. Similitérque domini appellatione dominam cõprehendi, patet ex l. ſi domina, 25. D. ad Velleia. Dixi, *Solidum præſtatur*: nam cùm is qui cõtrahit domi- G ni fidem ſequatur, eiúſque contemplatione contrahere intelligatur: æquiſſimum viſum eſt, in ſolidum hanc actionem concedi, §. 1. in fin. quod cum eo, l. 1. ȷ̃. h. tit. Solidum tamen accipiendum eſt, quatenus dominus patérve iuſſit. nam qui iuſſus fines migrauit, eatenus actionem non habet, l. 3. ȷ̃.

§ 3 Supereſt, vt harum trium actionum differẽtias videamus. Primùm ergo ſuperiores duæ dantur ex

negocio ſine domini voluntate & ipſo ignorante cō tracto: hæc verò iuſſu domini interpoſito, l.ſi ſeruus, 13.D.de precar. Secundò, illæ quatenus vel in peculio eſt, vel in rem domini verſum eſt: hęc in ſolidum conceditur, l.1.§.quod cum eo. l.5.§.quod ſeruus, D. de in rem verſ. Tertiò, qui hanc habet, etiam illas habet, at non ex contrario, §. ceterum, Inſtitut. Quod cum eo. qui tamen de peculio agit, cùm hac agere poſſet, niſi deceptus fuerit, ad illam reſtitui non poteſt, l.4.§.vlt.D.Quod cum eo. Quartò, cui quod iuſſu, vel de in rem verſo competit, etiam directò aduerſus dominum poteſt agere: at cui de peculio, nō poteſt, §.vlt.eod.tit. Quintò, hæ duæ actiones, etiam exſtincto peculio, perpetuæ ſunt. Prima verò annalis tantùm, l.1.§.vlt. D. quod cum eo. l.7. C.eod.tit. Rurſus de in rem verſo aduerſus dominum agitur, etiam qui contractus tempore dominus non erat: veluti iacente hereditate, l.3.§.1.D.de pecul. at quod iuſſu, non niſi cum eo, qui contractus tempore dominus eſt, l.2.§.3.ↄ.h.t.

LIBER XVI.

AD SENATVSCONSVLTVM VELLEIANVM.

TITVLVS I.

1 *Ordinis perquiſita ratio, & duo iura hîc proponuntur: Ciuile & Prætorium ex S.C. & Edicto.*
2 *Senatuſconſulti & Edicti ſententia quæ fuerit.*
3 *Interceßiones quid ſint: earúmque formula.*
4 *Intercedere mulier quando dicatur.*
5 *Æquitas S.C. Velleiani.*
6 *Interceßio mulieris vel in veteri, vel in noua obligatione interponitur.*
7 *In veteri duob. modis: participando & transferendo.*
8 *Expromiſſor quis dicatur.*
9 *L.2. in pr. D.h.t. emendata.*
10 *Huius Senatuſconſulti effectus multiplex demonſtratur.*
11 *Exceptionis Velleiani definitio.*
12 *Deinceps ad effectum Edicti tranſitur.*
13 *Actionis reſtitutoriæ defin.*
14 *Nouæ actionis definitio.*
15 *Quinque Corollarÿ loco notabilia ſubiunguntur.*
16 *Differentia inter S.C. Macedonianum & Velleianum.*

§ 1 ORDINIS ratio ſubobſcura eſt: quæ tamen eo magis exquirenda videtur, quod & Vlpia. & Paullus hoc S.C. eodem, quo ſex ſuperiores actiones libro tractarunt. neque verò cōiunctionis huius cauſſa in S.C. Macedoniano quærenda eſt. nam illius tituli, & huius, longè diuerſiſſima ratio eſt: quippe, cùm in illo pecunia debeatur, quæ tamen non exigitur: in hoc exigitur, quę tamen non debetur: vt mox docebimus: perabſurdúmque eſſet exiſtimare, ſiue Prętorem ſiue Iulianum non certum rerum & argumentorum ordinem in edicto conſcribendo ſecutum eſſe. Intelligendum eſt igitur, ſuperiorum trium titulorum, hunc idcirco adfinem eſſe, quia ſicut in illis dabatur actio aduerſus alterum ex negocio, quod tamen cum altero geſtum erat: ſimiliter hîc datur aduerſus alterum actio, de eo tamen negocio, quod mulier contraxit. Imprimis enim animaduertendum eſt, quamuis hæc Rub. inſcribatur, *Ad S.C.* tamen edicti perpetui caput hoc ordine propoſitum fuiſſe quod oſtendit l.cùm ad eas 19.C.h.t. neque quidquam in hac tit. continuatione diligentiùs obſeruandum eſt: nihil (inquam) attentiùs notandum eſt, quàm ſub hoc tit. duo iura coniungi: ciuile & prætorium: non tamen ad eundem finem: quoniam ciuile debitoribus ſubſidium adfert: prætorium verò creditoribus.

§ 2 Ac S.C. quidem ſententia hæc fuit: Ne in fœminas, quæ pro alio interceſſiſſent, actio petitióve daretur, l.2.ↄ.h.t. Edicti autem hæc; Quod cum muliere negocium geſtum eſſe dicetur, ſi eam non ſuū negocium geſſiſſe, ſed pro alio interceſſiſſe appareat, reſciſſa interceſsione, actionem aduerſus eum, pro quo interceſsit, dabo, l. 8. §. penult. l.16. in fin. ↄ.eod. Quibus ex verbis intelligendum eſt, multiplicem huius gemelli iuris effectum eſſe. nam per S.C. quod in mulierum gratiam factum eſt, primùm vetus in debitores actio conſeruatur, deinde exceptio mulieribus proponitur. Poſtremò ſi per errorem ſoluerit, iiſdem cōdictio conceditur. Ex edicto verò, quod in creditorū gratiam propoſitū eſt, duplex aduerſus eos actio cōceditur, quorū negocium mulier geſſit. Vna, quæ modò, Vtilis, modò Reſtitutoria, modò Reſciſſoria dicitur: altera verò, quæ Noua nominatur. Deinceps igitur de ſingulis videamus.

§ 3 Ac primùm quid ſint interceſſiones, ex quibus hoc S.C. denominari conſtat ex l.qui per except. 40.D.de cond.iud. & l.ſi mulieri, 15.ↄ.h.tit.l.2.l.10.C.eod. Intercedere igitur ſiue interuenire (nam vtrumque promiſcuè vſurpatur) dicitur mulier, quæ pro alio rea fit, l.2. in verbis Senatuſconſulti, ↄ.h.tit. vel ſic: Intercedere, eſt alienam in ſe obligationem vel nouam, vel veterem recipere, l.quamuis, 8.§.1.ↄ.h.tit.l. fœminas, 18.C.eo. vel hoc modo: Intercedere, eſt pro alio, vel fidem ſuam interponere, vel rem ſuam oppignerare, d.l.8.ↄ.h.tit.l.3.C.eod. Interceſſionis autem formula quædam hæc fuit: Periculo meo crede, bene credis, l.ſi verò, 12.§.ſeruis, D.Mand.

§ 4 Denique nunquam intercedere mulier dicitur, niſi cùm alieno ſe negocio interponit. nam vbi ſuum gerit, vbi ſuo proprio nomine contrahit, non intercedere, ſed contrahere: non obligationem recipere, ſed facere dicitur, l.8.§.1.ↄ. eod. & omnibus ferè ex cauſſis, æquè vt vir, obligatur, l.6.l.25.l.27. in fi. h. tit. l.2.l.4.C.eod.l.1.§.vlt.D.de pig. Itaque rectè mulieri ſuum negocium gerenti, mutuum datur, l.13.ↄ.h. tit. adeò, vt quæ ſibi nominatim mutuum accepit, quamuis alteri tacitè accipiat, quamuis pecunia in alterius vſus conſumatur, tamen obligetur, l.4.l.11.ↄ. h.tit.l.ſi fœnebris, 13.C.eod. Ac notanda eſt elegans Papiniani ſententia: Inconditum eſſe, ſubuenire ſexui mulieris, quæ ſuo nomine periclitatur, l.Stichū, 95.§.1.D. de ſolut. quinetiam quoties negocium in rem mulieris verſum eſt, aut ſi pecuniam pro interceſſione accepit, negocium ſuum geſſiſſe intelligitur, l.3.l.aliquando, 13.l.ſi pro aliquo, 21.& l.ſeq.ↄ. eod. l. antiquæ, 23.C.eod. adeò, vt ſi patris periclitantis cauſſa interceſſerit, ſuum negocium geſſiſſe videatur, d.l.21.ↄ.eod. ac multo magis ſi filiæ dotem conſtituerit, l. ſi dotare, 12. C.h.tit. nam etſi mater dotare filiam non tenetur, l.neque mater, 14.C.de

14.C.de iur.dot. tamen pietatis cauſſa ſuum negociũ gerere videtur. eóque modo,de matre aut auia interpretandum arbitror §.mulier, l.cùm is qui, 32. D.de cond.indeb. & l.promittendo, 41. D.de iur.dot. nam in extranea proprium mulieris negocium dici non poteſt. qua de cauſſa conſtitutio l.vlt.C.h.t.ad exceptiones,ab hoc S.C.referenda eſt.

¶ 5 Vetuit igitur Senatus,ne ex fœminarum interceſſionibus actio in eas daretur: cuius decreti æquitas naturalis eſt, propter imbecillitatem ſexus muliebris, l.2. §.1. ĵ.eod.id eſt conſilij infirmitatem: propter quam iure Rom.in perpetua tutela eas fuiſſe conſtat, ſummámque paſſim eodem iure curam rei familiaris mulierum ſuſceptam eſſe: cùm aut propter conſilij infirmitatem, aut propter ſexus imbecillitatem ad rem faciendam, aut adminiſtrandam, natura minus idoneæ viderentur, vt l.1.l.2.ĵ.h.tit.l.1. D.ſol.matr.l.1.C.de priuil.dot.l.[illegible],21.D.de tutor. & curat.l.pen.D.de eden.l.vlt.D.de tutel.Huius quoque iuris alia cauſſa profertur in l.8.C.h.ti. quoniam huiuſmodi obligationes pro aliis viriles ſunt:hoc eſt, viris, non mulieribus conueniunt, vt de tutela dicitur,in l.vlt.D.de tutel.

¶ 6 Nunc interceſſionis ſpecies videndæ ſunt: quãquam in S.C.verbis duæ tantùm proponuntur, Fideiuſſio & Mutuatio:ſed ad reliquas ſpecies interceſſionum omnes ſententia producitur,l.2.§.omnis, l.8.§.pen.ĵ.h.t.Ergò interceſſio mulieris vel in veteri,vel in noua obligatione interponitur.

¶ 7 In veteri,duobus modis:participãdo, & trãſferendo,l.4.C.h.tit. Participando mulier intercedit, cùm ad priſtinam obligationem,quæ in alterius perſona conſtiterat, accedit: veluti fideiubendo, fidem ſuam pro eo qui quid contraxit interponendo,l.3.C.h.t. vnde fideiuſſiones mulierum nullius momenti eſſe dicuntur,l.3.l.ſi Titius,48.D.de fideiuſſ.itẽ mandando,vt alicui pecunia credatur,l.6.l.7.ĵ.h.tit.item conſtituẽdo pro altero, l.1.§.1.ſ.de conſt.pecun. item res ſuas pro alio oppignerando,l.8.ĵ.eod.l.mulier,11. C.de diſtr.pign. item alieno nomine compromittendo in arbitrum, l. non diſtinguemus, 32. §.1. D. de recept. item in iure ad interrogatum, intercedendi animo, falſum per errorem reſpondendo, l.ſi mulier,23.l.ſi mulier, 26.ĵ.h.t. item promittendo tutori indemnitatem pro filio impubere,vel filio pro tutore,l.ſi mater,6.C.h.t.l.1.& l.vlt.C.ſi mat.indem.promiſſ. Porrò veterem in ſe obligationem, mulier intercedendo transfert, cùm per nouationem, eam in ſe transfundit:veluti,ſi pro debitore expromittat,l.8. §.ſi conuenerit,ĵ.h.t.

¶ 8 Expromiſſor dicitur,qui pro alio nouandi animo promiſit, l.22.ĵ.h.t. item ſi iudicio aliquem defendat, l.2.§.vlt. ĵ.eod. nam hoc quoque caſu quaſi nouatio fit, l.2. C.de pact.l.de leg.11.§.1.D.de nouat. Iam verò nouam in ſe obligationem mulier intercedendo ſuſcipit, cùm obligatio in ipſius primùm perſona cõſiſtere incipit, cùm ex ipſius perſona initium ſumit,cùm onus obligationis in ipſius perſonã principaliter incumbit, l.8.§.2.& §.ſi cùm eſſem, & l.vir vxori,17.ĵ.h.tit.l.2.l.4.l.cùm ad eas,19.C.eod.

¶ 9 Veluti mutuatione:quam ſpeciem nominatim Senatus expreſſit, eo loco,quem obtrectatorum inſcitiam aſpernati iampridem ſic emendandum, & legendum eſſe probauimus: *Quod ad fideiuſſiones & mutuationes quibus pro aliis interceſſerint, &c.* & in l. 3. C. eod. mulier fidem ſuam interponere dicitur, non pro eo, qui mutuum dat, ſed pro eo qui accipit. Veluti, ſi cùm Titius mutuum à me peteret, quia ſuſpectas ipſius facultates habebam, maluerim ipſius vxori; vel matri credere. Denique mulier non mutuum dando (vt iam dictum eſt) ſed mutuando, intercedit: vt in l.4. & l.quidam, 29. l. vir vxori,17.ĵ. h.t. Quod eodem modo de ſtipulatione intelligendum eſt: vt non ſtipulando, ſed ſtipulanti ſpondendo, intercedere dicatur, l.8.§.pen.ĵ.eod. Similiter igitur in omnibus contractibus; veluti locatione, aut venditione, ſi qui alteri locat, aut vendit, B perſonam mulieris vt idoneam ſequitur; nouam in ſe obligationem mulier ſuſcipere dicitur, l.ſi aduerſarium,10.C.eod.l.2.§.pen.D.h.t.

¶ 10 Sed iam tempus eſt ad multiplicem huius coniuncti iuris effectum accedere. Nam Senatuſconſulti quidem triplicem eſſe diximus: primùm conſeruationem veteris actionis, cùm ſcilicet mulier alienam participare obligationem voluit: ſubducta enim mulieris perſona, integra creditori in principalem debitorem actio ſua ſeruatur: cùm (vt C ait Vlpian.) magis ille, quàm creditor mulierem decipiat,l.1.h.tit. Alter effectus eſt, beneficium exceptionis. Sic enim appellatur in l. 10. C.h.tit.l.debitrix,24. §. 1.ĵ. eod.quæ modò Exceptio Velleiani dicitur: vt in d.l.2.l.3.l.8. C.h.tit. modò Exceptio interceſſionis: vt in l. 7.§.1.D.de except.quam ita definire poſſumus:

¶ 11 Exceptio Velleiani,eſt, quæ mulieri Senatus beneficio conceditur ad excludendam petitionem eius, qui cum ea contraxit; cùm illa non ſuum; ſed D alienum negocium gereret.l.ſi apud,12.D.de minor. Hoc loco quæſtio exoritur, cùm per S.C. neq.actio, neque petitio dari permittatur,quomodo, ſi non detur actio, exceptioni locus erit? nam Pomp.ſcribit, totum S.C.ſermonem ad petitionem contra mulieres non dandam pertinere,l.vl.§.ſi mulier,ĵ.eod.Qua de cauſſa Senatus totam obligationem improbare dicitur,in l.ſi mulier,16.in fi.ĵ.h.tit.& mandatum mulieris irritum conſtituere, l.7.ĵ.eod. Sed & omnis eiuſmodi muliebris obligatio, modò inanis, modò ſi- E ne effectu, vel inefficax appellatur, l.8.§.ſi conuenerit,& §.ſi mulieri,ĵ.h.t.l.quamuis, C.eod.eadémque de cauſſa nullum pignus eſſe dicitur, quod mulier pro alio intercedens dedit,l.redemptores, 37.D.de rei iu. Verùm intelligendum eſt, idem hîc ſtatuendum eſſe, quod in Macedoniano diximus:itémque in edicto de iureiurando,ex l.9.D.de iur.vt ſi ei ad quem in ius aditum eſt, appareat, non mulieris, ſed alienum negocium geſtum fuiſſe, actionem deneget. Si non appareat, actionem quidem concedat, ſed cum hac F exceptione,Extra quam ſi mulier alienum negocium geſſerit. quod cõiunctim de vtroque S.C.traditur, in l.tamẽ, 11.D.de Maced.& ſeparatim de hoc noſtro,in l.23.ĵ.h.t. Atque hoc loco duo notãda ſunt:Primum, non modò ex hoc S.C.exceptionem,ſed etiam interdum replicationem cõcedi: velut in ſpecie l.vir vxori, 17.§.1.& l.vltim. §.2.ĵ.eod.deinde hanc exceptionem non modò mulieri, verùm etiam eius fideiuſſori,& procuratori,& heredi prodeſſe, l.8.§.interdum, l.30.ĵ.h.t.l.14.l.20.C.eod.Sed & ei qui pro ea intercedente pignus dedit, l.2. D.quæ res pign. & qui eius G mãdato pro alio promiſit,vel fideiuſſit, l.6.ĵ.h.t.l.15. C.eo.Porrò, tertiũ S.C.effectũ eſſe diximus,vt ſi mulier omiſſa p errorẽ S.C.exceptione ſoluerit,indebiti condictionem habeat,l.9.C.h.t.l.qui exceptionẽ,40. D.de cond.indeb.l.debitrix,24.§.1.l.Paullus, 31.ĵ.h.t. ex quo intelligi debet mulierem ex ſua interceſſione

ne naturaliter quidē obligari: nimirum propter muliebris ſexus imbecillitatem.

§. 12 Deinceps ad duplicem Edicti effectū tranſeamus. Nam ſi per nouationem exſtincta creditoris actio eſt, Prętor interceſsione reſciſſa illam reſtituit. qua de cauſſa modò Reſciſſoria dicitur: vt in l. ſi mulier, 16. C. h. t. l. vltim. ȷ̄. eod. modò Reſtitutoria: quoniam Prætor priorem creditorē debitori reſtituit: vt ait l. 8. §. ſi conuenerit, & §. ſi mulier, ȷ̄. h. ti. l. 8. l. ſi mulier, 16. in fi. C. eo. l. 12. D. de minor. modò Vtilis, quoniam ad exemplum directæ, vtilitatis cauſſa conceditur: vt in dict. l. 8. §. ſi conuenerit. Sic igitur Reſtitutoria definiri poterit:

§ 13 Actio perſonalis, prætoria, quę datur creditori aduerſus debitorē cuius obligationem mulier ex promittendo nouarat & in ſe tranſtulerat. Sin autem obligatio in mulieris perſona initium ſumſit, tum actio à Prætore dabitur, quæ Noua nominatur in l. 8. §. 1. ȷ̄. h. t. l. 18. C. eod. quoniam nō exſtincta reſtituitur, ſed nunc primùm inſtituitur: vt ait l. 8. §. pe. ȷ̄. eod. Itaque definiri ſic poteſt:

§ 14 Noua actio, eſt actio perſonalis, prætoria, quæ datur ei qui cum muliere alienam in ſe nouam obligationem recipiente contraxit, aduerſus eum pro quo rea facta eſt, vt quantum illum dare facere oportuiſſet, ſi cum eo contractum fuiſſet, tanti damnetur. Atque hæc nimirum cauſa eſt, propter quā tit. hunc ſuperioribus ſubiunctum dicebamus: quoniam aduerſus eum actio conceditur, quo cum tamen geſtum negocium non fuit. nam creditor mulieris nomen ſequebatur: ſed commodum omne cōtractus ad alterum pertinebat:

§ 15 Poſtremò quinque, corollarij loco, notanda ſunt: Primum hæc Prætoris & Senatus auxilia non concedi, niſi cùm ij qui contraxerunt, conſcij fuerunt, mulierem non ſuum, ſed alterius negocium gerere, l. 1. l. 5. C. h. t. l. 6. l. aliquando, 13. l. ſi mulieri, 15. l. vir vxori, 17. h. tit. deinde cùm nullus mulieris dolus interceſsit. deceptis enim, non decipientibus, ſubuenitur, l. 2. §. penult. l. 30. ȷ̄. eod. infirmitati, non calliditati mulierum ſuccurritur, l. 5. C. eod. l. in eo, 110. de regul. iur. quod ſi dolus mulieris arguatur, replicatione exceptio hæc remouetur, l. 6. in fin. l. ſi mulier, 23. ȷ̄. eod. l. fœminis, 18. C. eod. Alterum notandum eſt, quod per hoc S. C. ſuccurritur mulieribus dumtaxat obligatis, non ſoluentibus ex alia quā interceſsionis cauſa: non donantibus, non diminuentibus, non alienantibus. nam etſi pro aliis obligari mulier non poteſt, ſoluere tamen pro aliis, & ſoluendo donare poteſt, l. 1. l. 4. C. h. t. l. 4. l. 8. §. planè, 9. ȷ̄. eod. Cuius rei ſubtilis hęc ratio exponitur: quia cùm mulieres tenaces, & ad rem attentiores eſſe ſoleant, l. ſi ſtipulata, 33. in fin. D. de donat. int. vir. & vxor. multò facilius pro aliis intercedunt, quàm donant. In quo verò facilius mulieres periclitantur, in eo diligentius iis ſubueniendum videtur, l. 4. ȷ̄. h. t. Tertiò, quamuis Senatus dixerit, *Pro aliis*: tamen idē iuris eſſe ſi mulier pro muliere interceſſerit: vt Paullus teſtatur lib. ſent. 2. tit. 11. Quartò, duobus caſib. beneficiū hoc mulieribus denegari. primū ſi poſt bienniū iterum interceſſerunt: ex quo non conſilij infirmitas, ſed conſtantia appareat; l. ſi mulier, 22. C. eod. & Nou. 134. §. illud quoq. Deinde ſi dotē extraneę cōſtituerint, l. vlt. C. h. t. Nam in dote filiæ, vel cognatæ, ſuprà dictum eſt, propter pietatis cauſſam, proprium ipſius mulieris geſtum negocium videri. quò etiam referendæ ſunt ceteræ, quę falsò exceptiones nu-

A merantur, de quibus tamen tenenda Iuſtiniani conſtitutio eſt, vt quibus caſibus interceſſiones mulierum admittuntur, in iis publicum inſtrumentum tribus teſtibus obſignatum adhibeatur, l. antiquæ, 23. §. vlt. C. h. t. Quintò & poſtremò notandum eſt, cum vna ex prætoriis actionibus, Reſciſſoria, ſiue Reſtitutoria dicatur, conſentaneum videri, in numerum reſtitutionum in integrum, hanc quoque obligationis reſtitutionem referre: ex capite, Si qua mihi B alia iuſta cauſſa videbitur, l. 1. l. ſed etſi, 26. §. item inquit, D. ex quib. cauſ. maio. cuius rei etiam argumento eſt, quod dicitur in l. vlt. in pr. ȷ̄. h. tit. mulierem non per omnia minori comparandam: quaſi in quibuſdam tantùm comparandam ſignificet. Item quod dicitur in l. ſi mulier, 14. ȷ̄. h. t. reſciſſa interceſſione, & perſona mulieris ſubtracta, integram priſtinam cauſſam creditori reſtitui. Itaque quod dicitur in l. debitrix, 24. §. 1. ȷ̄. h. t. cùm mulier interceſſit, ſtatim actionem in priorem debitorem competere, nequa- C quam ſic accipiendum eſt, quaſi ipſo iure competeret. nam cauſſæ cognitio requiritur, quæ in eo verſatur, vtrum mulier ſuum, an alienum negocium geſſerit: ſed vt vocem, *Statim*, opponamus tempori poſt ſolutionem ſecuto.

§ 16 Reliquum eſt, vt quę ſint inter Macedonianum & hoc S. C. differentiæ, videamus. Ergo Macedonianum in ſola pecunia numerata locum habet, l. 7. §. mutui, D. de Maced. Velleianum in rebus & contractibus omnibus, l. 2. §. vlt. ȷ̄. h. tit. Illud in cre- D ditorum odium, hoc in debitorum gratiam factum eſt, l. qui except. 40. D. de cond. indeb. l. ſed ſi pater, 9. §. vlt. D. de Maced. illius ciuilis æquitas eſt: huius verò naturalis. qua de cauſſa ex illo condictio ſoluti non competit, quia naturalis obligatio ſubeſt, l. 10. D. illo tit. Ex hoc, competit: vt ſuprà dictum eſt; ex quo intelligitur, mulierem naturaliter non obligari, quia contrà æquitatem naturalem videtur vt mulier infirmi conſilij & ſexus imbecilli pro altero obligetur. l. naturalis, 10. D. de oblig. & act. Filiusfam. illi S. C. re- E nunciare non poteſt, quia non ipſius gratia (vt diximus) ſed in odium fœnetatorum inductum eſt; mulier renunciare huic poteſt, quia in ſuam gratiam inductum eſt: l. vlt. §. vlt. ȷ̄. h. tit. neque me mouet contraria multorum Doctorum diſputatio, quaſi ea lege agatur de renunciatione facta in iudicio: cùm apertè agatur de cautione facta, antequam iudicium conſtituatur. Et verò muliebris renunciationis exemplum aperriſſimum exſtat in l. vl. C. quan. mul. tut. & Nou. 118. §. 4. Poſtremò Velleiani exceptio, mulieris F fideiuſſoribus prodeſt, ſiue per mandati actionem regreſſum aduerſus mulierem habeant, ſiue non habeant, l. ſi mulier, 16. §. ſi ab ea, ȷ̄. h. tit. quod in Macedoniano, contrà eſt, l. 9. §. non ſolùm, D. de Maced.

DE COMPENSATIONIBVS.

TITVLVS II.

1 *Continuationis ratio non conſtat.*
2 *Compenſationis definitio.*
G 3 *Eáque ex bono & æquo introducta eſt.*
4 *Quis vti compenſatione poſſit: & quis compenſare cogatur.*
5 *Quib. in reb. admittitur compenſatio.*
6 *Cauſſæ in quib. non admittitur.*
7 *De compenſationis effectu.*
8 *Quid ſit quod dicitur, Compenſationem ipſo iure debitum imminuere.*

9 *Nouo*

9 *Nouo iure etiam in ſtrictis omnibúſque alijs iudicijs compenſatio valet.*

§ 1 NE hoc quidem loco perſpicua eſt ordinis
& continuationis ratio. nam neque an
vllum in edicto caput, de compenſatio-
nibus fuerit, neque quoto ad edictum libro Vlpian.
hac de re ſcripſerit, ſatis conſtat. Generaliter autem
ad omnes contractus compenſationem pertinere, o-
ſtendit l. 2. ꝫ. h. tit. & Imper. §. in bonæfid. Inſtit.
de act.

§ 2 Eſt autem Compenſatio propriè, quod ſimul
tamquam vna in lance penditur. nam hoc verbum
ex antiqua graais æris appendendi conſuetudine
natum eſſe conſtat: quaſi cum ea ſumma, quæ ſolu-
tionis cauſſa pendebatur, altera quæ inuicẽ à credito-
re debebatur, coniuncta eſſet: vt par cum altera lance
momẽtum efficeretur. Hinc perceptio fructuum pi-
gnoris à creditore, Compenſatio vſus pecuniæ ſuæ
dicitur, tamquam æquilibritas, l. Gaius Seius, 39. D.
de pign. act. l. 1. §. pacto, D. de pignor. ſic in ſocietate
cùm in vna re lucrum, in altera damnum factum eſt,
Compenſatio dicitur, §. 2. Inſtit. de ſocietat. ſed foreſi
conſuetudine Compenſatio dicta eſt, æris alieni, per
id quod inuicem debetur, vſque ad cõcurrentẽ ſum-
mam imminutio, l. 1. ꝫ. h. t. l. 4. C. eod. l. deducta, 58. §.
acceptis, D. ad Trebel. l. Titia, 34. §. qui inuita, D. de
leg. 2. Nam ſi decem ei debebam, qui mihi quinque
hodie debere cœpit, nõ iam amplius, quàm quinque
illi debeo. Poteſt etiam ſic definiri: Compenſatio,
eſt mutui debiti reputatio. nam Reputatio, ſiue im-
putatio, itémque deductio & compenſatio promiſ-
cuè vſurpantur, l. 1. §. 3. D. de cont. tut. act. l. ſi quid, 31.
D. de here. pet. quamquam Compẽſatio veriùs repu-
tationis effectus dici poteſt. nã reputatio fit, vt quod
reputatum eſt compenſetur, l. minor, 40. §. 1. D. de
minor. l. Neſennius, 34. D. de neg. geſt. d. l. ſi quid, de
her. pet. l. ſi merces, 26. §. 2. D. locat. quod idem de im-
putatione dicitur in l. ſi pignora, 22. D. de pig. act. l. ſi
nõ ſortem, 26. D. de cond. inde. eodémque modo per
compenſationem fit deductio, l. ſi conſtante, 24. §. pe-
nul. D. ſol. mat. l. idémque, 10 §. Labeo. D. Mand. l. am-
plius, 15. D. rem ratam hab. & ſimiliter per compen-
ſationem fit retentio, l. 4. ꝫ. h. tit. qua de cauſſa retine-
re & compenſare promiſcuè vſurpantur, l. eleganter,
23. §. 1. D. de cond. ind.

§ 3 Hoc autem ius compenſationis ex bono &
æquo, id eſt, ex æquitate naturali introductum eſt, §.
pen. Inſt. de act. l. inter tutores, 36. D. de adm. tut. l. 5.
C. h. t. l. ſumtus, 48. D. de rei vind. l. in rem, 18. ꝫ. h. tit.
Primùm, quoniam intereſt noſtra potiùs non ſolue-
re, quàm ſolutum repetere, l. 3. ꝫ. h. t. deinde, quia Prę-
toris officiũ eſt, non modò lites, ſed etiam litiũ quan-
titatem imminuere, l. quidam, 21. D. de reb. cred.

§ 4 Porrò cõpenſatione vti poteſt, qui inuicem
creditor, idémque debitor eſt: vt ait l. qui inuicẽ, 30.
D. de con. indeb. non modò qui petitoris creditor eſt:
l. 2. ꝫ. eod. verùm etiam qui creditoris pater, aut filiuſ-
fam. eſt: quia & quod filio debetur, patri deberi, &
quod huic debetur, illi deberi intelligitur, l. 9. ꝫ. eod.
item qui creditoris fideiuſſor eſt: quia fideiuſſor non
modò ſuum, ſed etiam rei debitum compenſat, l. 5. ꝫ.
eod. item qui creditoris, ſed tamen in rem ſuam pro-
curator eſt, & litẽ cõteſtatus eſt, l. in rẽ, 18. ꝫ. itẽ q̃ cre-
ditoris correus eſt, & ſocius: niſi enim ſocius eſt, non
compenſat, l. ſi duo, 10. D. de duob. reis. Compenſare
autem cogitur is demùm, qui ei à quo petit debet:

A quamuis ſuus creditor compenſare cupiat, l. in rem,
18. §. 1. h. t. Itaque quod tutor debet, cum eo quod pu-
pillo debetur non compenſat, l. pen. ꝫ. Tutela tamen
inter tutores diuiſa compenſationem non impedit:
quia vnum idémque patrimonium eſt, l. inter tuto-
res, 36. D. de adm. tut. ſed caſtrenſium bonorũ heres,
quod ceterorum bonorum heres debet, compenſare
non cogitur: quia etſi vnius hominis duæ non ſint
hereditates; l. iuriſperiti, 30. §. vlt. D. de excuſ. tamen
B conſtitutiones duo militum patrimonia, duas here-
ditates fecerunt, l. heredes, 25. D. fam. erciſ. l. cùm mi-
liti, 16. ꝫ. h. t. Ceterùm æquitas compenſationis aduer-
ſus omnes valet. nam etiam pupillus compenſatio-
nem pati cogitur, l. 3. §. 1. D. de neg. geſt. atque adeò à
ſuo tutore, l. 1. §. præterea, D. de cont. tut. act.

§ 5 Porrò in iis demum rebus compenſatio ad-
mittitur, quæ in quantitate conſiſtunt, hoc eſt, quæ
pondere, numero, menſura conſtant, ac nõ modò ex
pari rerum debitarum genere, vt pecuniæ cum pecu-
C nia, verùm etiam ex diſpari, veluti pecuniæ cum fru-
mento, vini cum oleo. Generaliter enim rerum, quæ
quantitate conſiſtunt, inuicem compenſatio fit: vt
Paullus docet lib. 2. tit. 3. Quinetiam ex diſſimilibus
cauſſis atque contractibus compenſatio admittitur:
veluti quod ex mutuo debetur, cum eo quod ex ven-
dito: vt ibidem Paullus ſcribit. Sed videndum eſt, vt
par ſit obligationis forma. nam quod in diem debe-
tur cum purè debito, (niſi eius quod intereſt ratione
habita) non compenſatur, l. 7. l. cùm militi, 16. §. 1. ꝫ. h.
D t. quod ſi certò loco debitum, alibi in compenſatio-
nem vocetur, eius quod intereſt arbitrio iudicis ra-
tio habetur, l. pecuniam, 15. ꝫ. h. t. l. 2. l. 3. D. de eo quod
cer. at neque corporis cum quantitate compenſatio
admittitur, l. ſi non ſortem, 26. §. ſi centũ, D. de cond.
indeb. neque corporis cum corpore, l. ſi conuenerit,
18. D. de pig. act. l. 1. C. de crim. expil. l. 5. D. de impen.
in res dot. Primùm propter incertam & difficilem
corporum inter ſe æſtimationem: in quam plerúque
cadit adfectio, deinde ne creditor inuitus aliud pro
E alio recipere cogatur, l. 2. §. 1. D. de reb. cred. Com-
penſantur autem debita quacumque ex cauſſa: non
modò quæ ciuili, ſed etiam naturali tantùm aut prę-
torio iure debentur. Naturali, veluti ex nudo pacto,
l. 6. ꝫ. h. t. prętorio, veluti ex fideicommiſſo, l. 5. C.
eod. ſed verè debita eſſe oportet. nam quę propter ex-
ceptionem exigi non poſſunt, non compenſantur, l.
quæcumque, 14. ꝫ. quippe cùm deberi ea demum pro-
priè dicantur, quæ ab inuitis extorqueri poſſunt, l. 6.
§. fideiuſſor, D. de fideiuſſ. l. 108. D. de verb. ſignif. Cõ-
F penſantur præterea, non modò quę ex contractu, ſed
etiam quæ ex teſtamento, id eſt, ex quaſi contractu de-
bentur, l. 5. l. 8. C. h. tit. non modò quæ ex contrahen-
tis negociis, verùm etiam quæ culpæ aut negligentię
nomine debentur, l. ſi ambo, 10. ꝫ. h. t. non modò quæ
ex ciuili, ſed etiam quæ ex criminali cauſſa, ſed tan-
tùm pecuniariè debentur: velut ex condictione fur-
tiua, d. l. ſi ambo, §. quoties, ꝫ. h. t. aut rebus amotis, l. 1.
C. rer. amot. l. 7. §. ob donationes, D. ſol. matr. Itaq; in
diuortio vtriuſque coniugis culpa facto, paria deli-
cta mutua penſatione diſſoluuntur, l. viro, 39. D. ſol.
G matr. Sed & ob res inuicem amotas, inter coniuges
compenſatio eſt, l. 7. D. de act. rer. amot. Sic doli cum
dolo compenſatio eſt, l. ſi duo, 36. D. de dol. mal. l. 4.
§. quæſitum eſt, D. de dol. except. quinetiam in ſtipu-
lationibus prætoriis, quæ actionum vicem obtinent,
compenſatio apponitur: veluti ſi damni infecti ſatiſ-
datio petatur, d. l. 10. §. vltim. non modò principali

ctione,ſed etiam iudicati, l.2.C.h.tit. Mutui autem criminis capitalis compenſatio non admittitur, l. 2. §.qui hoc dicit,l.ſi vxor,13.§ iudex,D.de adul. Vtrum autem priuati hominis, an reipub.aut fiſci debitum ſit, ad compenſationem admittendam nihil intereſt, l.3.& l.vlt.C.h.tit. dummodò fiſci debitū, intra duos menſes probetur,l.aufertur,46.§.3.D.de iur.fiſci.

§ 6 Ceterùm hæ cauſſæ excipiuntur, in quibus compenſatio non admittitur. Prima Depoſiti, quod etſi Iuſtinianus inſtituto ſuo tribuat, l.vlt.C.h.tit.l.pen.C.depoſ.§.in bonæ,Inſtit.de act.tamen iuris antiqui fuiſſe, patet ex Paul.ſent.lib.2.tit.12. Cuius rei ratio eſt,ſumma fides:quæ cùm in omnibus bonæfidei contractibus, tum verò in depoſito potiſſimùm exigitur,l.bonafides,31.j.tit.prox.qua de cauſſa ſacer contractus dici poteſt, cùm totius rei cuſtodia depoſitario committatur,l.1.j.tit.prox.Secunda exceptio, eſt debiti non liquidi, confeſſi & pręſentis,l.7.& d.l.vlt.j.h.t. Tertia eſt cauſſa annonæ,tributi, ſtipendij,vectigalis, l.ideo, 17.l.ob negociū,20.j.h. tit.l.36.eod.l.aufertur,46.§.3.D.de iur.fiſci,l.2.§. ad frumēti, D.de adminiſt.rer.Quarta eſt Kalendarij publici:hoc eſt,pecuniæ, quæ ex frumenti oleive publici venditione debetur,l 3.C.h.t. Quinta eſt ex cauſſa alimentorum,quæ de publico præbētur,l.3. C.eod.nam moris fuit,vt ciuitatibus annuum aliquid in puerorum, aut ſeniorum alimēta relinqueretur,l.ſi quid relictū, 117.l.ciuitatibus,122.D.de leg.1.l.diui,89.D.ad l.Falc. Sexta cauſſa eſt,eius qui ſtatutis ſumtibus Reipublicæ ſeruit. Septima fideicommiſſi quod ciuitati relictum eſt,d.l.3.C.h.tit.Atque his quidem caſibus nullus compenſationi locus eſt: de quibus notandū eſt, quod ait l.qui inuicem, 30. D, de cond. indeb. ſi ſine compenſatione ſolutum ſit,non indebiti condictionem,ſed crediti petitionem dari.

§ 7 Reſtat, vt compenſationis effectum eſſe intelligamus,eius quod debetur liberationem,vſque ad concurrentem quantitatem,ipſo iure:& ipſo temporis momento, quo inuicem deberi cœptum eſt, l. 4. C.h.tit.nam cùm compenſatio ſolutionis vim obtineat;l.4.D.qui pot.in pigno.l. vel permutaui, 19. de lib.caus.l.dediſſe,76.D.de verb.ſig.l.ſi peculium, 20. §.1,D.de ſtatulib.ſequitur, vt quæ vis ſolutionis eſt, eadem compenſationis vis ſit;ac proinde, ſicut is cui decem debebantur,ſi quinque ſoluta ſint,petere amplius quinque non poteſt: &, ſi plus petat, antiquo iure cauſſa cadit: eodem modo qui inuicem aliquid debet,ſi totum petat,plus petere & malè agere intelligatur,& antiquo iure cauſſa cadat, l. 4. l.poſteaquā 21.j.h.tit.& apud Paul.lib.ſent.2.tit.5. Atque ex illo primo effectu, hi conſequuntur: Primùm, vt quod compenſari poterat, ſi ſolutum ſit,tamquam indebitum condicatur,l.ſi ambo,10.§.1.j.h.tit.d.l. 5. §. pen. D.de imp.in res dot.l.qui inuicem,30.D.de cond.indeb.itémque repeti pignus in eam cauſſam datū,quæ compenſationem admittebat,l.inuicem, 12. C. h.tit. Deinde,vt moram & eius effectum impediat:nimirū vt neque vſura quantitatis, quæ compenſari poteſt, neque pœna debeatur, l.4.& l.5. C.h.t.l.cum altero, j.eod.l.7.C.de ſolut.qua de cauſſa cùm alter gratuitam,alter ſub vſuris pecuniam debet, cōcurrentis vtrimque quantitatis vſura non præſtatur,d.l.cùm alter, 11.j.nec ſi vltro citróque vſuræ, ſed diuerſæ, debeantur,ſortis tamen,quæ inuicem debetur, compēſatio fit,l.idem,12.j.eod.

§ 8 Quod autem dici ſolet, compenſationem ipſo iure debitum imminuere, obſcurum gloſſis & Doctorib.videtur: quaſi iudex diuinare non poſſit, inuicem aliquid deberi, niſi compenſationis opponatur exceptio. Sed pleriſque aliis locis monuimus,verba hæc, IPSO IVRE,ad Prætorem pertinere. Quare is qui in ius vocatus eſt,ſi apud Prætorem cōpenſationem opponat, ſi quidem pars ſummæ ſunt, Prętor actionem denegabit:ſin autem minor ſumma eſt,quantitatem actionis deminuet, l. 7. C. de ſolut. Ratio compenſationis, inquit, excludet petitionem totius quātitatis. Item l.prędia,28.D.de act.emt. ipſo iure ex vendito agere nō poteris, niſi in id quod pluris eius interfuit id fieri. Sed ſi eius quod in compenſationē deducitur,obſcura ratio ſit, tū vel exceptionem reus petere poterit:&,vt non petat,tamen ſi bonæfidei iudicium eſt, opponenda ea in iudicio, officio iudicis continebitur, vt eius rationem habeat, §. pen.Inſt.de act.l.1.§.pen.D.ſi pars here.pet.l. ſumtus, 48.D.de rei vind.id eſt,cauſſa cognita ſtatuat, vtrùm eam admitti, an reiici oporteat, §. in bonæ, Inſtit.de act.l.1.§.præterea,D.de con.tut.act.l.8.§. ſi quocumque,D.de neg.geſt.l.7.j.h.t. atque hoc eſt, quod in l. ſeq.dicitur in compenſationem deduci etiam id, de quo lis conteſtata eſt:nimirum vt eius rationem iudex habeat: & ſi probatum & liquidum fuerit,admittat.

§ 9 Verùm hæc quidem (vt dixi) tantùm in bonæfidei iudiciis locum habebant. nam cùm ex bono & æquo introducta compenſatio ſit (vt ſuprà demōſtratum eſt) quibus in iudiciis ſtricti iuris ratio dominatur, in iis compenſatio non admittebatur: neque ipſo iure,neque per exceptionem,ſed mutua petitione & reconuentione opus erat.quāquam in quibuſuis iudiciis apud eundem iudicem res diſceptabatur.l.penul.C.de ſent.& re iud.l.1.C.rer.amot.l. actione, 23.D.depoſ.l.1. D.quæ ſent.ſin.appell.l. ſi idē, 11.§.1. D. de iuriſdict.l.qui non, 22. D. de iud. Poſtea verò *D.* Marci reſcriptum editum eſt, quo etiam in ſtrictis iudiciis permiſſum fuit,loco mutuæ actionis exceptionem compenſationis à Prætore petere, d.§. in bonæ Ad extremùm etiam Imp.Seueri & Iuſtiniani inſtituto,æquitas compenſationis ipſo iure in omnibus iudiciis vel in rem, vel in perſonam introducta eſt, l. 4. l. 6.& l.vlt.C.h.t.d.§.in bonæ, de act. Poſtremò notandum eſt, interdum plus per compēſationem retineri, quàm per actionem peti licuiſſet: vt ex negociis cum filiofam.vel ſeruo contractis, l. ſi cùm,9.j.h.tit.

DEPOSITI VEL CONTRA.

TITVLVS III.

1 *Ratio ordinis examinata.*
2 *Deponere,quid ſit.*
3 *Depoſiti ſpecies ſex:Voluntarium, Neceſſarium,Sequeſtropoſitum, Pignoripoſitum,Publicè depoſitum, & Apud menſam.*
4 *Depoſiti voluntarij definitio,& explicatio.*
5 *Qui contrahere depoſitum poſſunt.*
6 *Apud quem deponi poteſt.*
7 *Quarum rerum depoſitum ſuſcipitur.*
8 *Directa depoſiti actionis defin.*
9 *Rei nomine hic non proprietas,ſed naturalis tantùm poſſeſſio intelligitur.*
10 *Ob dolum in depoſito admiſſum Condictio cōceditur. & emend.l.quod Nerua,32.D.h.t.*
11 *Quam culpam præſtet depoſitarius.*
12 *Rei nomine non modò corpus, ſed etiam Acceſſiones intelliguntur.*

13 *Depoſiti*

13 *Depoſiti nomine an alia præter hanc actio competat.*
14 *Contraria depoſiti actionis defin.*
15 *Actionis depoſiti Neceſſarij defin.*
16 *Sequeſtro poſiti defin. & ſex inter hoc & vulgare depoſitum differentiæ.*
17 *Actionis ſequeſtrariæ defin.*
18 *Pignori poſitum quid ſit.*
19 *Publicè depoſitum quid ſit: vel in æde ſacra depoſitum.*
20 *Depoſitum apud menſam.*
21 *Depoſiti & Commodati differentiæ.*

§ 1 CREDO rationem huius ordinis hanc eſſe, quia hæc quoque actio, item vt proximæ ſuperiores, prætoria eſt: quãuis & obligatio & contractus ſint ciuiles. Nam Paullus in Collectan. tit. x. Ex cauſſa, inquit, depoſiti lege XII. tab. in duplũ actio datur: edicto Prętoris, in ſimplũ. Vetere igitur legitima actione abrogata, Prætoria ſucceſſit: vt ſuo loco poſteriùs exponemus.

§ 2 Deponere eſt, cuſtodiendum dare, ſiue Commendare: nam hæc etia promiſcuè vſurpantur, l. 1. l. Lucius, 24. j. h. t. l. commendare, 186. j. de verb. ſign. qua de cauſſa Vlpianus vim præpoſitionis DE notandam putat: quaſi non quidẽ tota res, ſed certè tota rei cuſtodia alterius fidei committatur: quod inſigniter ab Vlpiano dictum eſt in d. l. 1. j. h. tit.

§ 3 Porrò Depoſiti ſex video eſſe ſpecies: Vulgare ſiue voluntarium: Periculi cauſſa, ſiue neceſſariũ, Sequeſtro poſitum, Pignori poſitum, Depoſitum publicè: & Depoſitum apud menſam: de quibus eo, quẽ propoſuimus ordine diſſeremus. Voluntariũ depoſitum appellamus, ad differentiam Neceſſarij, quod repentinæ neceſſitatis & periculi imminentis cauſſa contrahitur: nimirum tumultus, incẽdij, ruinæ, naufragij. Quare voluntariũ eſt, quod ſponte contrahitur, l. 1. j. h. t. Atque hoc modo definiri poteſt:

§ 4 Depoſitum eſt conuentio, qua rés mobilis ea lege ſeruãda recipitur, vt & gratis ſeruetur, & qui cuſtodiam recipit, aut eam ipſam, cùm repoſcetur, bona fide reddat, aut quanti depoſitoris intereſt, præſtet. Dixi, RES MOBILIS: nam etſi deponere eſt cuſtodiendum alicui dare: tamen cùm domus, aut arx non cuſtodiatur, niſi aduerſus vim latronum aut hoſtium: contra vim autem cuſtodia parùm proficit: vt ait l. ſi ea res, 31. D. de act. emt. propterea rerum immobilium commendationem ad militarem cuſtodiam referimus, non ad ciuilem. Quod ſi *καταχρηστικῶς* domus commendari dicitur, cuius claues alicui traduntur: vt ſuppellectilis cuſtodiam ſuſcipiat, tum rerum mobilium potiùs, quàm immobilium depoſitũ videbitur: mandatum potius, quàm depoſitum. Dixi, GRATIS, vt in l. 3. §. 3. D. Naut. caup. ſtab. nã ſi merces interuenerit, nõ iam depoſitum eſt, ſed locatio, l. 1. §. ſi veſtimenta, & §. ſiquis ſeruum, j. h. t. §. vlt. Inſt. de Mand. Dixi, SERVANDA DATVR, ſiue RECIPITVR: quoniam principalis huius contractus cauſſa eſſe debet, cuſtodia. quòd ſi non tam cuſtodiendi quàm alterius rei cauſſa daretur, veluti cùm inſtrumenta procuratori litis perſequendæ cauſſa dantur, non depoſiti, ſed mandati actio conceditur, l. ſi procuratorem, 8. j. t. prox. Dixi, EA LEGE, VT, &c. quoniã hæc ꝓpria depoſiti natura eſt: adeò vt quãuis lex illa non exprimatur, tamen pro expreſſa habeatur. nam is horũ cõtrahentium animus eſſe intelligitur, l. 3. l. ſi ego, 18. §. ſi ego, D. de reb. cred. Deponere namque (vt iam di-

A ctum eſt) nihil aliud eſt, quàm cuſtodiendum dare. Itaque neque proprietas, neque poſſeſſio in accipiẽtem transfertur: vt poſteriùs in partitione dicemus. Dixi, CVM REPOSCETVR: quoniam Depoſitum hac in re precario ſimile eſt, vt tempus non recipiat: ſed ſimulatque repoſcetur, illico reſtituendum ſit. adeò, vt pactum de tempore ad reſtituendum interpoſitum nullius momenti ſit, l. 1. §. eſt autem, §. pen. j. h. tit. ſed nec compenſa-
B tio, nec deductio vel doli exceptio opponi poteſt, l. ſi quis, 11. C. eod. Deinceps ad partitionem accedamus.

§ 5 Contrahere igitur depoſitum poteſt, vt ei reddendum ſit, non modò liber, ſed etiam ſeruus. Nam bona fides quæ in hoc contractu præ ceteris exigitur, ei reſtitui depoſitum iubet, à quo acceptum eſt, l. bona fides, 31. §. vlt. j. h. tit. adeò, vt non modò ſeruo reddendum ſit, ſi modò id ſe depoſitarius nõ inuito domino facere putet, l. quod ſeruus, 11. j. h. tit.
C (quamquam domino nihilominus depoſiti competat actio, l. 1. §. ſi ſeruus, j. eod.) verùm etiam furi & prædoni, qui depoſuit; ſi modò dominus ipſe prius id nõ repetat, d. l. 31. §. vlt. l. 1. §. ſi prędo, j. h. t. Præterea depoſitum contrahit non modò paterfam. verùm etiam filiusfam. idque ſuo nomine, l. Iulianus, 19. j. h. t. l. filius, 9. D. de oblig. & act. quinetiam abſente patre vtili depoſiti actione experiri poteſt, l. ſi longius, 18. §. 1. D. de iudic. item nõ modò qui depoſuit, ſed etiam ſerui depoſitoris dominus, vel bona fide
D poſſeſſor, l. 1. §. ſi ſeruus, §. non ſolùm, j. h. t.

§ 6 Deponi autem poteſt non modò apud patrẽfam. ſed etiam apud filiumfam. ſic, vt non modò ipſe ciuili actione in ſolidum teneatur, l. 1. §. filium, 30. j. h. t. aut, ſi actor malit, ad exhibendum, aut rei vindicatione, l. 4. D. ad exhib. verùm etiam pater, ſi quid in peculio eſt, vel litis conteſtatæ, vel rei iudicatę tẽpore, l. 5. l. & ancillarum, 27. *D.* de pecul. at ſi nihil in peculio eſt, quãuis nihil filius patri debeat, tamẽ pater de peculio non tenetur: quia depoſitum non fit
E peculij, ſed depoſitoris manet, l. depoſiti, 38. D. ill. tit. quod eodem modo de ſeruo & domino intelligendũ eſt, l. 1. §. ſi apud. 14. & l. ſi apud, 21. j. h. t. nam etiam apud ſeruum deponi, eiúſque rei nomine accipi fideiuſſorem poſſe, patet ex l. 2. *D.* de fideiuſſ. ſed ſi filius emancipatus, aut ſeruus manumiſſus fuerit, ſiquidem manumiſſus adhuc teneat, ipſe conueniri poterit: ſin minus, non poterit, d. §. ſi apud, & d. l. 21. j. h. t. Rurſus depoſiti teneri poteſt, non modò maior, ſed etiã pupillus, ſiue doli capax dolum admiſerit, ſiue ſine dolo
F locupletior factus ſit, d. l. 1. §. an in pupillum. Nunc de rebus videamus.

§ 7 Ergo depoſitum ſuſcipitur rerum mobilium dũtaxat, vt ſuprà dictum eſt. item, rerum alienarum dumtaxat: nam rei ſuæ depoſitum non contrahitur: neque enim bona fides patitur, quẽquam alteri rem ſuam reddere compelli: ait l. 31. §. vlt. l. qui rem, 15. j. h. t. tametſi qui deponit, non modò ſuas, ſed etiam alienas res deponendo contrahere ſibi obligationem poſſit; vt ſuprà dictum eſt. *D*eponere poſſumus apud
G alium, tam id quod alieni, quàm quod noſtri iuris eſt: ait Paullus in Collectaneis tit. x. quin & qui rem apud ſe depoſitam apud alium deponit, directam habet, alter verò vtilem: vt ibidem ſcribit. Ex hoc igitur cõuẽtionis genere, vltro citroque, id eſt, tũ ex dantis, tũ ex accipientis parte & obligatio & actio naſcitur: quarum quæ principalis eſt, & cuius cauſſa pręcipuè hæc contrahitur conuentio, Directa dicitur, altera

Contraria: quarum appellationum cauſſam cum huius Rubricæ emendatione expoſuimus, ſuprà ſub ti. Commodat. Prior autem ſic definitur:

§ 8 Directa depoſiti actio, eſt actio perſonalis, prætoria, bonæfidei, per quam is qui rem cuſtodiendam dedit, poſtulat, vt is, qui accepit vel eam ipſam reſtituat, ſi eam ſaluam in poteſtate habet, vel tanti damnetur, quantum eum ex bona fide dare facere oportet, §. in bonę, Inſtit. de act. Dixi, PRÆTORIA, propter auctoritatem Paulli, qui in Collectan. tit. x. ita ſcribit: Ex cauſſa depoſiti, lege XII. tabul. in duplum actio datur: edicto Prætoris, in ſimplum. Quibus ex verbis, perſpicuum eſt, aliam veterem depoſiti actionem fuiſſe, in duplum lege XII. tabul. conſtitutam: aliam nouam, ex Prætoris edicto. nam quę ab Imp. per inficiationem duplicari dicitur in §. ſed furti, 22. Inſtitut. de act. non poſſum aliam ſuſpicari, quàm eam de qua paulò antè dixerat, nimirum depoſiti periculi cauſſa, §. omnes, 19. & §. ſequens, 16. eod. tit. Atque hoc eſſe arbitror, quòd Vlpianus notat in l. 1. §. meritò, & §. hæc autem, j̃. h. tit. meritò Prætorem in variis depoſiti cauſſis varium ius introduxiſſe, vt qui eligendi depoſitarij ſpacium habeat, ſimplo ſit contentus: qui vrgente neceſſitate depoſuit, duplum habeat, propter maiorē depoſitarij perfidiam, quam hac pœna coërceri, Reipubl. intereſt. Dixi, BONÆ FIDEI; vt in l. 1. §. hanc actionem, j̃. h. tit. qua de cauſſa pactum, vt dolus in hoc negocio nō præſtetur, nullius momenti eſt, d. l. 1. §. ſi conuenerit, j̃. eod. ſed cùm in omnibus contractibus vltrò citróque obligatoriis bona fides requiratur, tum verò pręcipuo quodam modo, ac præter ceteros, in hoc contractu: quoniam (vt ſuprà dictum eſt) totius rei cuſtodia fidei depoſitarij committitur. qua de cauſſa Tryphonini locum in d. l. bona fides, 31. j̃. h. tit. legendum ſic arbitror: BONA fides, quæ in hoc contractu requiritur æquitatem ſummam deſiderat. Nam de ſolo contractu depoſiti deinceps diſputat. Eadémque de cauſſa præcipuum hoc habet, primùm, vt depoſiti damnatus infamia notetur, l. 10. C. h. tit. l. 1. D. de his qui not. infa. deinde, vt cùm ceteri omnes compenſationem admittant, ſolus hic excludat: vt ſup. titul. dictum eſt. Dixi, VEL REM RESTITVAT: nam huius contractus obligatio & actionis finis eſt, eius ipſius rei quæ data eſt reſtitutio, l. 1. §. non tantùm, j̃. eod. l. 1. §. 2. D. de oblig. & act. qua de cauſsa rei perſecutoria eſse dicitur, l. 7. §. 1. j̃. eod.

§ 9 Rei autem nomine non proprietatem intelligimus, ac ne ciuilem quidē poſſeſsionem, ſed naturalem dumtaxat, l. videamus, 38. §. ſi poſseſsionem, j̃. de vſur. nam ciuilis poſseſsio penes depoſitorem manet, l. licet, 17. §. 1. j̃. h. tit. qua de cauſsa non tantumdem ex hac obligatione debetur, ſed idem corpus, eadémque ſpecies, l. 2. D. de reb. cred. vt ſi numi depoſiti ſint, eadem corpora reſtituenda ſunt, l. Lucius, 24. j̃. h. tit. quoniam ſola naturalis poſseſsio in accipientem transfertur, l. 7. §. neque, D. comm. diuid. Quinetiam depoſitarius potius dici poteſt eſse in naturali poſseſsione, quàm naturaliter poſſidere, l. officium, 9. D. de rei vind. Itaque dominus etiam rei vindicatione agere aduerſus depoſitarium poteſt, l. 9. & l. 1. j̃. h. tit. l. de peculio, 38. D. de pecul. deinde qui re depoſita vtitur, furti obligatur, l. ſi ſacculum, 29. j̃. h. t. l. 3. C. eod. l. qui re ſibi, 76. D. de furt. Dixi, VEL TANTI DAMNETVR, &c. quoniam ſi res ipſa reſtitui non poteſt, veluti, quia deteriorata eſt, vel interiit, quanti res eſt debetur. neque enim reddita res intelligitur, quæ deterior redditur, l. 1. §. ſi res depoſita, 12. j̃. h. tit. Itaque & depoſiti & legis Aquiliæ actio, ſed alterutra tantùm competit, l. qui tabulas, 42. D. ad leg. Aquil. l. in rebus, 18. §. ſiue autem, D. commod. quod ſi dolo fecit, quo minus poſſet, in litem iuratur, l. 1. §. hanc actionem, 17. j̃. h. tit. l. 3. §. 2. D. commod. l. qui reſtituere, 68. D. de rei vindic. l. non ab iudice, 66. D. de iudic.

§ 10 Itaque ob dolū in depoſito admiſſum Condictio conceditur, non certi (neque enim quiſquam, niſi furi, rem ſuam condicit) ſed incerti, & eius quod eo nomine dari fieri æquum iudici videbitur, l. ſi quis, 13. §. 1. j̃. h. ti. quamquam qui re depoſita vſus eſt, furtiua quoque condictione tenetur, in quo præter naturam depoſiti actionis etiam culpę interitū præſtat, l. qui furtum, 16. D. de cond. furt. l. qui re, 67. D. de furt. Culpæ autem nomine depoſitarius non tenetur niſi latæ, quę dolo comparatur, l. 1. §. ſæpè, 23. & §. vlt. & l. quòd nerua, 32. j̃. h. t. in qua lege docuimus lib. obſeruat. 3. pro LATIOREM corrigendum eſſe LEVIOREM, & negationem tertio verſu tollendam. Nam leuis culpa eſt, minorem quàm hominū natura deſiderat, diligentiam adhibere: id eſt, quàm vſitata hominū conſuetudo fert, quàm homines frugi, & diligentes ſuis in reb. adhibent. Lata autem eſt, minorem quàm in ſuis rebus diligentiam adhibere, l. 3. D. de peric. & commod. l. heres, 25. §. non tantùm, D. famil. erciſc. l. 1. §. 1. D. de oblig. & act. Eius autem iuris æquitas perſpicua eſt: quoniam in hoc contractu eius ſolius vtilitas verſatur, qui dedit, non qui accepit, l. contractus, 23. D. de regul. iur. l. 5. §. 2. j̃. commodat.

§ 11 Furtum ergo depoſitarius non præſtabit, §. 4. Inſtit. de oblig. quæ re. §. ſed is apud quem, 15. Inſt. de oblig. quæ ex del. l. ſi ſine, 20. j̃. h. tit. ſed nec caſus fortuitos, nec damna fatalia præſtare cogetur, l. 1. C. h. tit. Regulariter enim res non depoſitarij, ſed depoſitoris periculo deponuntur, l. illud certum, 13. D. de lib. cauſ. l. 1. C. h. tit. niſi fortè in accipientis gratiam depoſitum contrahatur: veluti ſi peregrè proficiſcens roganti mutuū vt aliquid emeret. pecuniam ei ſuam commiſerit: vt ſi emeret, creditæ pecunię obligatus eſſet, velut in l. 4. D. de reb. cred. Culpa etiam in depoſito præſtatur, ſi cuſtodiæ merces conſtituta ſit, vel ſi ita conuenerit, d. l. 5. §. 2. D. commod.

§ 12 Porrò Rei nomine non modò corpus ipſum intelligimus, verùm etiam acceſſiones, quę quidem rei quaſi partes ſunt, veluti fructus & omnem cauſſam, l. 2. l. 3. C. h. t. l. 1. § 1. & 2. §. hanc actionem, 17. l. Lucius, 24. l. ſeq. j̃. eod. itémque vſuras ex mora, ſicut in ceteris bonæfidei iudiciis, in quibus vſuræ ex mora, ſolo iudicis officio debentur, l. dic ſponſaliorum, 25. §. 1. l. ſi ſacculum, 29. §. 1. j̃. h. tit. l. 2. C. eod. quoniam tantumdem in iis valet officium iudicis, quantum in ſtrictis, ſtipulatio. d. l. 24. j̃. h. ti. & l. quia tantumdem, *D.* de neg. geſt. De reliquis acceſſionibus videndum eſt, veluti de veſte ſerui depoſiti, de capiſtro, vel ephippio equi depoſiti, pullo qui equam comitatur. nam mirum videtur, quod ait Vlpian. in l. 1. §. 4. j̃. h. t. quę depoſitis rebus accedunt, depoſita nō eſſe. Adhibenda igitur diſtinctio videtur, vtrū acceſſio ſit pars rei depoſitæ, an nō ſit. nā ſi pars eſt, veluti equuleus, depoſita res cenſetur: ſicut de Commodato dictum eſt in l. 5. §. vſque adeò, & §. ſi me, D. commod. at ſi pars non eſt, directa quidem actio non concedetur, ſed vtilis. Idémq. ſtatuendum arbitror de controuerſia Trebatij & Labeonis, an depoſita ciſta obſignata,

etiam

etiam de rebus incluſis depoſiti agi poſſit. nam Vlpian. ait, etiam de rebus non viſis agi poſſe. quod de vtili actione intelligendum arbitror, ex d. l. 1. §. ſi ciſta, ĵ. h. tit.

§ 13 Reſtat, vt illud intelligamus, depoſiti nomine non modo hanc directam competere, ſed etiam ad exhibendum, & vindicationem, l. 1. C. h. t. l. officiū, 9. D. de rei vind. l. depoſiti, 38. D. de pecul. quin & poſſeſſionis nomine Condictio incerti conceditur, l. indebiti, 15. §. 1. D. de con. indeb. & ſi quid dolo malo cōmiſſum eſt, vt ſuprà demonſtrauimus.

§ 14 Deinceps ad contrariam depoſiti actionem transeamus, quæ definiri ſic poteſt: Actio perſonalis, quæ datur ei apud quem depoſita res fuit, vt ſi quos in eius custodiam ſumtus fecerit, eos recuperet, l. 5. ĵ. h. tit. veluti ſi ſeruum depoſitum aluerit, l. actione, 23. ĵ. eod. ſi ſua impenſa rem certum in locum reſtituendam deportarit, l. ſi in Aſia, 12. ĵ. eod. ſi ſeruus depoſitus furtum ei fecerit. l. ſi ſeruus, 61. §. quod verò, §. hęc ita puto, ĵ. de furt. l. ſi ſeruus, 31. D. de pign. act. Cùm igitur tātùm de eius indemnitate qui depoſitum accepit, non de dolo agatur, in hac actione in litem nō iurabitur, l. 5. §. 1. ĵ. h. t.

§ 15 Sequitur, vt de ſecunda depoſiti ſpecie tractemus, quod vel periculi cauſſa, vel Neceſſariū appellari poſſe diximus: cùm quid propter tumultum, ruinam, naufragium, incendiū, vitandi periculi cauſſa deponitur: vnde prætoria comparata eſt actio, l. 1. §. 1. ĵ. h. t. quæ definiri ſic poteſt: Actio neceſſarij depoſiti eſt, actio prætoria, pœnalis, mixta, quę datur ei, qui vitandi imminentis periculi cauſſa depoſuit, aduerſus eum qui dolo inficiatus fuerit, vt & rei æſtimationem & inſuper alterum tantùm præſtare damnetur, l. de eo, 18. ĵ. h. t. §. ſequens, 16. Inſtit. de act. Nam cùm exſtante neceſſitate depoſuerit (inquit Vlpian.) creſcit perfidiæ crimen: primùm quia depoſitor ſpacium deliberandi, cui res ſuas commendaret, non habuit: deinde quia perfidia hęc maiore aliquo odio digna eſt: quòd vbi miſericordia opus fuit, ibi crudelitas adhibita eſt, l. 1. & paſſ. D. de incend. ruin. nauf. Dixi autem, ADVERSVS EVM QVI INFICIATVS EST: quoniam hæc actio inficiatione tantùm duplicatur: in confitentem, ſimpli eſt: vt ait Imp. §. ſed furti, 22. Inſtit. de act.

§ 16 Sequitur tertia Depoſiti ſpecies, quam A. gellius Sequeſtropoſitum appellatam ſcribit: quam ita definire poſſumus, vt ſit Conuentio plurium de re controuerſa ea lege apud aliquem pendēte lite deponenda, vt ei ſecundùm quem iudicatum fuerit, illā reſtituat. Sex enim inter hoc & vulgare depoſitum differentiæ ſunt. In hoc res litigioſa deponitur: in illo non litigioſa, l. licet, 17. h. t. l. ſequeſter, 110. D. de verb. ſignif. in hoc plures tantùm deponunt: in illo, vel vnus, vel plures, l. 6. l. licet, 17. h. t. in hoc etiā immobiles deponūtur, vt l. 1. C. de adſer. toll. l. 3. C. quib. ad liber. proclam. & de dote exēplū eſt in l. ſi cū dotē, 22. §. ſin autē, D. ſolut. matr. in illo mobiles tantùm, vt ſup. demōſtrauimus. In eodē qui cuſtodit nō poſſidet: vt iam antè dictum eſt, in hoc ſequeſter poſſidet, ſi tamen non cuſtodiæ tantùm, ſed etiam poſſeſſionis omittendę cauſſa ſit depoſitum, d. l. licet, ĵ. eod. iuncta l. intereſſe, 39. D. de adq. poſſ. in illo, ſi plures rem communem deponant, ſinguli pro parte deponunt: at hîc plures rem controuerſam in ſolidum deponunt, l. 1. §. ſed ſi duo, l. 6. d. l. licet, h. tit. Poſtremò ex illo directa depoſiti actio conceditur: ex hoc, depoſiti ſequeſtraria, l. ſi in Aſia, 12. §. 1. ĵ. h. tit. l. 9. §. 2. D. de dol. mal. quæ definiri ſic poteſt:

§ 17 Actio ſequeſtraria eſt actio quæ ex plurib. qui rem controuerſam depoſuerunt, ei qui cauſſam obtinuit datur aduerſus ſequeſtrum, vt eam ſecūdùm legem depoſitionis reddat, l. 5. §. 1. & d. l. ſi in Aſia, §. 2. ĵ. h. t. l. 5. C. eod. quamquam interdum apud ſequeſtrū non tantùm res litigioſa, ſed etiam aliæ res deponitur: veluti inſtrumenta litis, l. 5. & l. 6. C. h. ti. Itē ſeruus tantiſper dum de eo quæſtio habeatur, l. 7. ĵ. h. ti. item fructus pendente appellatione. l. Impp. 21. §. vlt. D. de appel. l. 5. §. 2. ad fin. D. vt legat. nom. itemq; quęuis alia res mobilis, cùm ab exſecutione definitiuæ ſententiæ in qua exſecutor modum exceſſit, appellatum eſt, l. 5. C. quor. appell. non recip. item dos mulieris furioſæ, ſi maritus eā diſſipare dicatur, l. ſi cùm dotem, 22. §. ſin autem, D. ſol. matr.

§ 18 Sequitur pignoripoſitum; quod depoſitum appellatur in l. ſeruus, 36. D. de cond. indeb. & apud Paul. libr. ſent. 2. tit. 5. §. 1. propterea quod pignus eſt contractus, quo res apud creditorem deponitur: hypotheca verò ſupponitur: qua de re copioſè diximus D. ſub tit. de pign.

§ 19 Sequitur publicè depoſitū, cuius duæ ſunt ſpecies: Apud officium, & in æde ſacra. Apud officiū eſt, quod cùm in controuerſia eſſet, tantiſper eo loco in quem officiales conueniunt, & magiſtratus acta ſeruantur, deponitur, dum controuerſia diſceptetur, l. 7. §. vltim. D. qui ſat. cog. l. ſed etſi, 11. D. ad exhib. At in ęde ſacra depoſitum dicebatur olim, quod ſacro in loco ſeponebatur: partim vt propter loci religionem tutius eſſet, minúſq; inſidiarum haberet; quaſi Deorum cuſtodię commēdaretur: partim etiā quia quāplurimi æditui & fanorum excubitores erant. Cic. de legibus 2: Sacrum ſacróve commēdatum qui clepſerit, rapſerítve, parricida eſto. Itē ſacrilego pœna eſt, neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei qui ſacro commendatum: quod & nunc multis fit in fanis. Cæſar Bell. ciu. 1. Arma imperantur: pecuniæ à municipiis exiguntur, & è fanis tolluntur. Plaut. Bacchid.

Nos ibi apud Theotinum omne aurum depoſuimus.
Qui illic ſacerdos eſt in Dianæ Epheſiæ.

Item aliquanto poſt:

Quin ipſa in æde Dianæ conditum eſt, ibi
Demum publicitus ſeruant.

De pecuniis in æde ſacra depoſitis, mentio fit in l. 1. §. ſi pecunia, 24. & §. ſeq. ĵ. h. t. l. acceptam, 19. C. de vſur. l. ſi reus, 73. C. de proc. Iuſtinianus Cimiliarchū Eccleſiæ aut ciuitatis appellat, in l. vlti. §. pen. C. de bon. auct. iud. poſſ. & l. litibus, 19. C. de agric. & cenſ. & κειμηλιοφυλάκιον, in Nouell. 74. de tabulis verò & ſcripturis, exemplum exſtat in l. 4. & l. 5. D. fam. erciſc. veluti de epiſtola donationis, cum literis ad Æditunm, l. cùm pater, 77. §. donationis, D. de legat. 2. & l. donationes, 31. §. pen. D. de donat. Ac de hoc depoſiti genere plerumque intelligendum eſt, quod publicè depoſitum appellatur, vt d. l. 19. C. de vſur. l. qui ſummam, 56. §. 1. D. Mand. l. fideiuſſor, 64. D. de fideiuſſ.

§ 20 Supereſt depoſitum apud menſam: cùm pecunia penes argentarios, numularios, menſularios fide publica collocabatur: nō exercendi & fœnerandi, ſed tantùm cuſtodiæ gratia, l. 7. §. pen. & l. ſeq. ĵ. h. ti. nam aliud eſt Credere, quod ij faciunt qui per argentarios ſuas pecunias exercent: aliud deponere: vt ait l. ſi ventri, 24. §. 1. D. de reb. auct. iud. Fidem autem

publicam argentarios habuiſſe, ſuperiùs multis verbis demonſtrauimus, partim ad Rubr. de edend. partim ad Rubr. de conſtit. pecun. Interdum autem apud illos pecuniæ deponebãtur, tantiſper, dum ab iis probarentur: vt in l. ſi ſoluturus, 39 D. de ſolut. Atque in hac poſtrema depoſiti ſpecie notatu dignũ eſt, quòd quamuis regulariter depoſitarij dicantur qui depoſitum acceperunt (ſicuti Commodatarij qui commodatum acceperunt) tamen hic Depoſitarij appellantur pro ipſis depoſitoribus; velut in d. l. 7. §. pen. ℑ. h. t. & d. l. ſi ventri, de reb. auct. iud. nam qui pecunias exercent, fœneratores potiùs, quàm depoſitores dicuntur. Huius autem depoſiti hoc priuilegium eſt, vt in bonis numularij vendendis non ſeruetur ordo temporis, ſed omnes ſimul admittãtur, & ſi numi exſtẽt, eos antè priuilegia vindicare poſſint, d. l. ſi ventri, §. 1. de reb. auct. iud.

§ 21 Reliquum eſt, vt quæ ſint inter Commodatum & Depoſitum differentiæ, videamus. nam illud plerumque in dantis, hoc in accipientis gratiam cõtrahitur. qua de cauſſa, in illo culpa leuis, in hoc lata dũtaxat præſtatur, d. l. 23. de reg. iur. Per illud vſus rei traditæ conceditur, per hoc non conceditur. nam qui depoſito vtitur, furti obligatur. Commodatarius ante vtendi finem cogi ad reſtituendum non poteſt: Depoſitarius ad depoſitoris nutum reſtituere cogitur: etiamſi tempus ſit præfinitum. Actio cõmodati ſemper eſt in ſimplum: Depoſiti verò, nonnunquam in duplum: ſcilicet ſi periculi cauſſa cõtractum ſit. Depoſiti damnatus infamia notatur: Commodati damnatus, non notatur. Depoſiti conuentus cibariorum nomine rectè experitur, l. 23. ℑ. h. tit. Commodatarius verò improbè cibaria repetit, l. 18. §. 1. D. cõmod. Poſtremò Depoſitum compenſationem non admittit: Cõmodatũ admittit, quorũ omniũ partẽ ſ. expoſuim⁹: partẽ apud Modeſtinũ videre licet in Collect. t. 10.

LIBER XVII.

MANDATI VEL CONTRA.

TITVLVS I.

1 *Continuationis ratio expoſita.*
2 *Mandati definitio & explicatio: vbi etiam Notatio nominis adiicitur.*
3 *Conuentio mandati, interdum Tacita, interdum Expreſſa.*
4 *Mandatum duobus modis ſoluitur, Pœnitentia mandatoris: Et*
5 *Morte alterutrius. Interdum etiam*
6 *Exorta capitales inimicitiæ ad mandatum renunciandum valent.*
7 *Vſitata in mandando formula.*
8 *Diff. inter Mandatum, Commendationem & Conſilium.*
9 *An Proxeneta quaſi Mandator teneatur.*
10 *Mandatum in tribus præcipuè perſonis verſatur: Procuratore negociorum, Fideiuſſore & Mandatore.*
11 *Qui mandatum dare poſſint:*
12 *Et qui recipiendo obligari poßint.*
13 *De reb. quæ mandari ſolent.*
14 *Mandatum aliud Generale, aliud Speciale: huius item duæ ſpecies: Ad lites & Ad quoduis negocium.*
15 *Rei turpis mandatum nullum.*
16 *De eo quod alieno nomine geritur: & an actione vni quæſita, alter vti ſine ceſſione poſſit.*
17 *Mandatum an per nuncium contrahi poßit.*
18 *Cuius nomine quæque res emitur, ei emi dicitur.*
19 *Quænam actio detur ex negocio alterius geſto.*
20 *Regula explicata, Paciſci alteri nemo poteſt.*
21 *Item illa: Alteri ſtipulari nemo poteſt.*
22 *An renunciari ſocietati per procuratorem poßit.*
23 *Triboniani emblema notatum.*
24 *Quæ geri per procur. poſſunt, & quæ non poſſunt, copioſe diſſeruntur.*
25 *L. per procuratorem, 80. D. de adq. her. emend.*
26 *De mandati iure & effectu.*
27 *Directæ mandati actionis definitio.*
28 *Quam culpam præſtet mandatarius.*
29 *Hæc actio directa non datur niſi cùm mandatoris intereſt.*
30 *Contrariæ mand. actionis definitio.*
31 *An mandatario qui mandati fines exceßit, contraria hæc detur actio.*
32 *Ex fideiuſſorio mandato triplex actio naſcitur.*
33 *Aliæ itẽ Mandati actiones exponuntur, quæ in Mãdatore propriè verſantur.*
34 *Mandati Procuratorij & Vulgaris communio & differentia.*
35 *Mandati & neg. geſtorum comparatio.*

§ 1 POST actiones, quæ naſcuntur ex obligationibus quæ re contrahũtur, deinceps eas ſubiungit, quæ naſcuntur ex obligationibus, quæ nudo conſenſu contrahuntur: id eſt, ſola fide data & accepta: ſine vlla traditione, aut ſcriptura, aut verbis, l. 2. D. de oblig. & act. §. 1. Inſtit. de oblig. quæ ex conſenſ. Earum autem quattuor ſunt ſpecies: Mandatum, Societas, Venditio, Emtio, Locatio, Conductio.

§ 2 Nam Mandatum eſt contractus, qui nuda conuentione conficitur, de negocio alieno, ſine mercede, periculo mandatoris, bona fide adminiſtrãdo. Dixi, NVDA: quia negociũ hoc neq; geſtionẽ & factum vllum, neque aut præſentiam, aut verba, aut ſcripturam requirit: ſola fide vtrimq; data perficitur, l. 1. ℑ. h. t. l. 2. §. 1. D. de oblig. & act. qua de cauſſa etiam inter mutos, atque adeò inter abſentes contrahitur, d. l. 1. & apud Paul. lib. ſent. 2. tit. 17. quinimò tacito conſenſu, ſolo iuris intellectu: veluti cùm quis pro tacente fideiubet: vt paulò poſt docebimus. Dixi autem, CONVENTIO: primùm, quia liberam mandatum recipientis voluntatem eſſe oportet: adeò vt bona fide ſeruiens, quia nõ libera voluntate, ſed quaſi ſeruili

ſi ſeruili neceſſitate mandatum obiit, mandati non obligetur, l.atquin,19.§.2.D.de neg.geſt. à qua tamen diſſentire videtur l. is qui,13.§.ſi libera, D.commod. & l. ſi liber,36. D.de neg. geſt. deinde quia quamuis mandatum, ex eius qui mandauit parte denominari videatur, tamen magis ex eius parte qui recepit, æſtimatur. nam etiamſi nihil geſſerit, tamen ex ſolo recepto, ex ſola conuentione obligatur, l. 6.§.1.j.h.t.quod cum ea notione conſentaneum eſt,quam Iſidorus prodidit, vt Mandatum dicatur, quòd alter alteri manum det, promittendo ſc. & mandatum in ſe recipiēdo. nam dexteram fidei ſymbolum apud omnes ferè gentes fuiſſe conſtat. Plaut. Capti. vbi Pyndarus Philocrati mandata dedit, Hæc per dexteram tuam te dextera retinens manu, obſecro, infidelior mihi ne fuas, quàm ego ſum tibi. Phil. Mandauiſti ſatis: Satin' habes mandata quæ ſunt facta, ſi refero?

§ 3 Porrò hęc conuentio interdum expreſſa eſt, quæ plerumque his verbis fit: Volo, Rogo, Mando, d.l.1.j. h.tit. interdum etiam tacita & intellecta, nimirum per patientiam: vt cùm quis patitur alterum pro ſe interuenire: cùm quis altero pro ſe interueniente tacet, nec contradicit: atque adeò quod pro ſe abſente ita geſtum eſt, ratum habet, l.ſemper, 60. D. de reg.iur. l.6.§.ſi paſſus, & l. qui patitur,18.l. qui fide,53.l.ſi pro te,40.l.ſi is qui,50.§.1.j.h.tit.Præterea quod Mandatum definiuimus eſſe conuentionem, eò magis notandum eſt,quia tantiſper mandatum conſiſtere intelligitur, quamdiu ea conuentio durat:ſimulatque autem reuocata eſt, mandatum eſſe deſinit.

§ 4 Itaque duobus modis Mandatum ſoluitur: primus eſt,Pœnitentia,cùm mandator re integra denunciat mandatario, ne mandatum ſuum exſequatur. nam finita voluntate ceſſat conuentio, ac proptereà Mandatum diſſoluitur, l. ſi verò,12. §.penult. l.ſi mandauero,22.§.vlt.j.h.t. ſiue autem dominus ipſe, ſiue procurator eius denunciet, nihil intereſt,l. ſi hominem, 30. j.h.tit. modò denunciatio facta ſit. nam cui denunciatum non fuit, qui mandatum reuocatum neſciens illud implet, mandatorem obligat,l.ſi mandaſſem,15.j.h.tit.l.ſi ſeruus,32.D.de ſolut. l.4. D.de manum. vind. & ex contrario qui mandatum reuocatum ignorans ſoluit, liberatur, l.ſi verò, 12.& l.ſi quis ſeruo,18.D.de ſolut. Mandatarij autem pœnitentia mandatum non ſoluitur.nam etſi ab initio liberum mandatum eſt, tamen poſt conuentionem eſt neceſſarium.quamquam ſi explere id ſe poſſe diffidat,maturè id denunciando,liberatur, l.ſi quis alicui,27.§.2.l.ſi mandauero,22.§.vlt.j.h.t. l.in commodato,17.§.ſicut,D.commod.

§ 5 Secundus Mandati ſoluendi modus eſt, mors mandatoris, vel mandatarij. nā cùm per mortē conuētio de mandato à certa perſona obeundo finiatur, conſentaneū eſt,re integra,hoc eſt, priuſquā mandatū obiri cœptū ſit, vt domini morte ſoluatur, l. mandatū, 15.C.h.t.l.inter cauſſas,26.j.h.t. etiam quod remunerationis cauſſa factum fuerat, l.8. C.h.tit. Itaque mandatum debitori vt poſt mortē meam ſoluat, nullius momenti eſt, l.vlt.D.de ſolut.ſed non vt morte mandatoris mandatum,ſic etiam mandati actio finitur. nam is quidem qui mandatoris mortem ſciēs, mandatum confecit, nullam mandati actionem habet,at qui ignorans,habet,ne iuſta ei ignorantia no-

A ceat:idque benignè & cōtra ſummi iuris regulas receptum eſſe, patet ex l.inter cauſſas, 26. j.h.t.§.rectè, Inſt.eod. Similiter autem mors mandatarij integro adhuc mandato interueniens mandatum ſoluit, l. mandat.57.j.h.tit.neque enim mandatum integrum exſequi mandatarij heres poteſt, l.ſi quis alicui, 27.§. morte, j.h.tit. Deinceps ad reliquas definitionis partes redeamus. Dixi, DE ALIENO NEGOCIO.nam alteri negocium geri oportet, ſiue ipſi mandatori, ſiue alteri, dummodò ſolius mandatarij negocium B non ſit: nam in eius ſolius negocijs non mandatum, ſed conſilium dicitur, l.2.in fi. j.h.tit.Quatenus igitur quis ſibi negocium gerit, neque obligat, neque obligatur, l.conſilij, 47. D.de reg.iur. Dixi, SINE MERCEDE: quoniam hoc conuentionis & recepti genus ex amicitia & officio natum eſt. Neque mandat quiſquam ferè, niſi amico, ait Cicero in ea pro Sex.Roſcio: neque credit, niſi ei quem fidelem putat. & paulò ſuprà: Quibus rebus ipſi intereſſe non C poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. Qua de cauſſa,procuratores & mādatarij plerumque Amici appellantur:vt in l.1.§.vlt. j.h.t.l.1.D.quib.mod.pig.l.ſi liber, 36.D.de neg.geſt. l.ſi negocium,23.D.de reb.auct.iud.l.tutori, 20.C.de neg.geſt.

§ 6 Eadémque de cauſſa exortæ capitales inimicitiæ ad mandatum renunciandum valent, l.ſanè,23. j.h.t.& ſi opera hæc gratuita non ſit, ſi quid de mercede conuenerit, non iam mandatum, ſed locatio & D conductio eſt,d.l.1.§.vlt.l.ex mandato,20.l.ita vt,36. §.1.j.h.tit.non modò ſi merces in pecunia,ſed etiam quauis alia in re poſita ſit,aut in futurum contrahentium arbitrium conſtituta,l.ſi tibi, 22.D.de perſcrip. verb. Etſi autem merces in mandato conſtitui non ſolet, remuneratio tamen poteſt, quæ vel ſalarium, vel honos,vel honorarium appellatur, l.6.l.idémq;, 10.§.idem Labeo, j.h.tit.& dicemus ad tit. D.Locat. Qui igitur rem certo precio ita vendendam recipit, vt quò pluris vendiderit, id ſibi habeat, non manda- E ti actionem habet,ſed in factum,l.ſi tibi,13.D.de perſcr.verb.

§ 7 Dixi, PERICVLO MANDATORIS: vnde illa vſitata in mandando formula, Periculo meo crede,bene credis,l.ſi verò, 12.§.ſiquis mandauerit, & §. ſeq.l.ſi mandauero, 22.§.2.j.h.tit. l.Lucius, 24.D.de fideiuſſ.l.1.§.idem Pomponius, D.commod.ſtultitię namque eſt (vt ait in Iugurth. Salluſtius) res alienas periculo ſuo gerere.

F § 8 Ex hoc autem quantum inter Mandatum, Commendationem,& Conſilium interſit, facilè intellectu eſt. Nam qui mandat, negocium imponit, eiúſque gerendi ſe auctorem præbet: quoniam (vt iam dictum eſt)eius in ſe periculum & euentum recipit. Qui commendat, magis perſonam, quàm negocium, commendat: ac ne illius quidem factum præſtat,l.ſi verò,12.§.cùm quidam,j.h.tit.l.fideicommiſſa,11.§.2.D.de legat.2. Itaque familiares epiſtolæ (inquit Imper.)quibus plerumque abſentes commēdantur,ad pecuniam iis credendam non pertinent,l. G vlt.C.quod cum eo qui in alien. Qui verò conſilium dat,non de ſuo ſtatuit,ſed de conſultoris negocio reſpondet: & qui conſilium accipit,non alteri,ſed ſibi negocium gerit, l.quintus, 48.§.1. j.h.tit.l.1.§. idem Pomponius,D.depoſ.ac neque qui conſilium dat,de periculo & euentu, neque conſultor de negligentia,

aut fraude obligatur,l.2.in fin.ʒ.h.tit.l.1.ʒ.idem Pomponius, D.depoſ.l.conſilij,47.de regul.iur. Itaque cùm procurator negocium alicuius interuentu, tutórve tutelam matris conſilio gerere iuſſus eſt,neque amicus ille mandati obligatur, aut obligat: neque tutor, ſi malè tutelam matris conſilio geſſerit, liberatur, l.idémque,10. §.ſi quis ea, ʒ.h.t.l.5.§.Papinianus,D.de adminiſt.tut.

¶ 9 Quin ne Proxeneta quidem,qui ſe mercaturis & nundinationibus interponit, quaſi mandator tenetur: quia magis monſtrat nomē (id eſt,apud quē pecunia collocetur) quàm mandat:quamuis interdū nomen laudet,l.2.D.de proxen.

¶ 10 Porrò genus hoc contractus, quod Mandatum appellatur, præcipuè ac plerumque in perſonis tribus verſatur:Procuratore negociorum, Fideiuſſore,& Mandatore.Negociorum procuratorē appellamus, qui cuiuſuis negocij præter lites gerendi mandatum recepit:vt docuimus ad Rubr.D.de Procur.In fideiuſſore verò, idcirco verſari mandatum dicimus, quia pro quo quis fideiubet, quamuis ſine mandatu expreſſo, tamen ſi eo patiente & non contradicente fideiubeat, tacito ipſius mandatu negociū ipſius geſſiſſe videtur:vt poſterius docebimus. qd idē de Mandatore iuris eſt, id eſt, de eo cuius mandatu & ſuaſu aliquis ad credendā alteri pecuniam inductus eſt,l. 28.l.60.ʒ.h.t. l.41.in fi.& l.71. D.de fideiuſ. & mand. quia nihil intereſt, verum quis præſens interrogatus fideiubeat,an abſens credi pecuniam mandet,l.ſi hereditatem,32.ʒ.h.t. Porrò Mandatum aliud eſt expreſſum,quod vel verbis,vel per nuncium aut epiſtolam contrahitur, aliud Tacitum, quod ſolo iuris intellectu cōſtituitur; vt cùm quis pro ſe fideiuberi patitur, l.6.C.h.t.l.6.§.2.l.qui patitur,18.D.eo. Deinceps ad partitionē accedamus.

¶ 11 Ergo is demum mandatum dare poteſt, qui per ſe ipſe negocium illud gerendo obligare poteſt: quia cùm is qui mandat auctor fiat,conſentaneū eſt, eum euentus in ſe periculū recipere, atque obligari. Furioſus igitur mandatum dare non poteſt,l.2.D.de procur.mutus,ſurdus, cæcus poſſunt: vt diximus ad Rub.D.de procur. non modò autem paterfa. ſed etiā filiusfam. quinetiam ſeruus, vel de rebus domini ſui gerendis,vel de ſuis peculiarib.mandans,mandati actionem vel domino,vel in dominum parit,l.1.C.de furt. l.ſeruum,33. D.de procur.l.3. §.Iulianus, D. de pecul.l.ſi ſeruus,66.D.de fideiuſs.Itē non modò præſens dare mandatū poteſt,ſed etiam abſens, l.1.ʒ.h.t. l.1.de procur. non tantùm negocij dominus, ſed etiā ipſe mandatarius, qui mandatū recepit, l.8. §.ſiquis, ʒ.h.t.l.ſiquis mandatu,28.D.de neg.geſt. De muliere propter S.C. Velleianum quæri poteſt:ſed ita diſtinguendum eſt.nam ſi ſuum negocium gerat, mandati obligari poteſt,vt l.idémque,10.§.& Papinianus,ʒ.h. tit. l.ſi mulieri,22. l.Paullus,31. D.ad Vell. at pro alio intercedendo,non poteſt:veluti,mandando alicui,vt alteri pecuniam credat.qua de cauſſa mandatum eius irritum appellatur in l.7.D.ad Vell. Pupillus autem mandando ſine tutoris auctoritate ita demùm obligatur,ſi eo mandato locupletior fiat: vt in ſpecie l. & ſi quis,14.§.pen.D.de religioſ.

¶ 12 Recipiendo autem mandato obligatur non modò paterfam. ſed etiam filiusfa. l.ſi verò,12.§.ſi filio,l.penul.ʒ.h.tit. l.mandaſti,46.D.de neg.geſt. In ſeruum verò mandatum nōn cadit, ac ne in eum quidem qui bona fide ſeruit, l. atquin,19. §.ſi libero, D. de neg.geſt. quamquam manumiſſus ex ante ge-
A ſto, ſi modò etiam manumiſſus geſſit,tenetur, l.cùm actum, 17. ill. tit. Verùm in dominorum mandato, non tam mandatum,quàm iuſſus aut præceptum dicitur,l.5 §.1.ʒ.h.tit. Quorum verborum differentiam notauimus ad Rub.D.quod iuſſ. Mulieres autē quin dominorum mandatu aliena negocia præter lites adminiſtrare poſſint,quæ modò ciuilia, aut virilia non ſint,nihil vetat d.l.10.§.&Papin.& l.3.D.de neg.geſt. & l.7.§.1. D.de inſtit.act. Quòd ſi plures mandatarij
B ſimul mandatum receperunt, ſinguli in ſolidum obligantur, ita tamen vt vnius ſolutione reliqui liberentur, l.creditor,60.§.duabus,ʒ.h.t.

¶ 13 Nunc de rebus videamus.In quo caput illud eſt, vt mandatarius non ſuum, ſed alienum, id eſt, non ſibi, ſed alteri negocium gerat, l. quintus, 48. §.2. ʒ. h. tit. Itaque vt commune negocium ſit, tamen eatenus ex mandato geri intelligitur, quatenus alienum negocium eſt. quatenus autem mandatarij negocium eſt,nō mandatū,ſed conſilium dicatur,l.2.
C in fin.ʒ.h.tit. Eius autem geri negocium intelligitur, cuius id fieri intereſt: id eſt, ad quem aut geſto negocio emolumentum, aut non geſto damnum pertinet, l. cum mandatu, 21. l.quintus, 48.§.1.ʒ.h. tit. Itaque ſiue ſolius mandatoris,ſiue ſolius tertij,ſiue communiter ipſorum, aut communiter mandatoris & mandatarij, aut tertij & mandatarij interſit, quatenus eius mandatarij vtilitas non verſatur, eatenus mandati obligatio contrahitur,l.2.& d.l.48.§. 1.ʒ.h.t.§.3. Inſtit.eod.

D ¶ 14 Atque hoc loco duplex Mandati diuiſio exponenda eſt, vt aliud ſit Generale de rebus negociiſque omnibus: aliud Speciale, de certo & ſpeciali negocio dumtaxat, l.1. D. de procur.l.ſolutum, 11.§. vlt.& l.ſeq.D.de pign.act.l.7.§.1.D.quibus mod.pig. ſol.l.ſiquis mihi, 25.§.3.D.de adquir.her. Rurſus eius mandati quod ſpeciale eſt,duæ ſunt ſpecies. nam aut ad litem perſequendam datur: qua in ſpecie propriè is Procurator appellatur: de quo ad Rub.de Procur. diximus: aut verò ad quoduis alterius generis nego-
E ciū:de quo ꝓpriè ſub hac Rub.diſſeritur,l.8.§.2.ʒ.h.t.

¶ 15 Porrò ſiue generale,ſiue ſpeciale mandatum eſt,honeſtum & legitimum eſſe oportet. nam mandatum rei turpis, id eſt, contra bonos mores, aut iniuſtæ, id eſt, contra ius ſcriptum, nullius momenti eſt,l.6.§.rei turpis,ʒ.h.tit. Rei turpis: veluti,ſi adoleſcens luxurioſus alicui mandarit, vt meretrici pecuniam crederet, aut pro ea fideiuberet: quamuis id alter fecerit, mandati tamen adoleſcens non obligatur,l.ſi verò,12.§.ſi adoleſcens, ʒ.h.t. item ſi cui man-
F daui,vt furtum faceret,quamuis furti damnatus pœnam ſoluerit,nullam tamen aduerſus me mandati actionem habet,§.3.Inſtit.h.tit. Contra ſcriptum ius eſt,veluti ſi quis alteri mandarit, vt homicidium,aut ſacrilegium faciat,l.ſi mandauero, 22.§.qui ædem, ʒ. h.t.vel vt fugitiuum ſeruum vendat:nam id S.C.prohibetur,l.quod ſæpè,35.§.ſiquis,D. de contr.emt.

¶ 16 Quæ verò per procuratorem & mandatarium alieno nomine vel geri,vel adquiri poſſint, magna quæſtio eſt.Nam regula hęc prouerbij vim obtinuit, Per extraneam perſonam nihil adquiri poſſe,§.
G pen. Inſt. per quas perſ. l.3. D. quod vi aut clam, l.ſiquis ſolutioni,24.§.2. D.de vſur.l.cùm vnus, 12. D.de reb.auct.iud. poſſ. Quinetiam Seueri Imp.inſtituto ab eadem regula excepta eſt poſſeſſio: vt Iuſtin. eodem loco teſtatur, & Vlp.in l.ſolutum,11.§. vlt.D.de pign.act.notatúrq. in l.1 C.per quas perſ. Iuſtinianus autem exceptionem illam etiam ad obligationem

ex cauſ-

ex cauſſa pignoris produxit, in l.2. C. per quas perſ. Itaque Paullus generalem regulam tradidit in l.quęcumque,11.D.de oblig.& act.geri negocium ab altero,vt alteri ex eo contractu competat actio,non poſſe. ideóque neque ſtipulari,neque emere,vendere,aliòve modo contrahere,vt alteri obligatio quæratur, licere.quod confirmatur in l.quo tutela,73. §. vlt. de reg.iur. Ac fuit hæc iuris ciuilis ſubtilitas, vt actione vni quæſita vti alter ſine ceſſione non poſſit. Ex contrario autem regula eſt, vt quæ obligationes nuda conuentione contrahuntur, eæ omnes etiam inter abſentes contrahi per nuncium poſſint, l.2.D.de oblig.& act.

¶ 17 Itaque mandatum per nuncium contrahitur,l.1.§.h.tit.ſocietas per nuncium contrahitur, l.4. D.pro ſoc.Locatio item & conductio,l.ſi inter,21.D. de pignor. Poſtremò emtio & venditio, l.1.§. vlt.D. de contr. emt. Rurſus in ſingulis varias auctorum ſententias reperio. nam Iauolenus ex illa formula, *Res hæc mihi & Titio emta ſit*,totius fundi emtionem, ad eum ſolum, qui contraxit, pertinere adfirmat, l. fundus,64.D.de contr.emt.Similitérque Imp. in l.6. & l.7. C.ſiq. alter. vel ſib. apertè ſtatuit, Maritum vxoris, aliúmve alterius negocia gerentem, ſiquid eius nomine mercatus eſt, emti actionem illi adquirere non poſſe. Marcianus autem in l. domini, 42. D. de contr.emt. ſcribens, dominos non poſſe per procuratores ſuos ſeruos ſaltem criminoſos vendere:non obſcurè ſignificat, alios non criminoſos vendi per procuratores poſſe.

¶ 18 Itaque cuius nomine quæque res emitur,ei emi dicitur,l.1.& paſſ.C.ſiquis alt.vel ſib. Fuit igitur hac de re inter veteres controuerſia:quam tamen video à quibuſdam ita diſceptari, primùm vt per procuratorem non directa, ſed vtilis emti adquiratur actio,l.Iulianus,13.§.ſi procurator, D.de act.emt. deinde,vt per procuratorem, aut eum cui libera adminiſtratio permiſſa eſt, emi vendíque poſſit. per negociorum geſtorem, aut per procuratorem alterius negocij ſpecialem, non poſſit, l.qua ratione, 9.§.hæ quoque res, D. de adquir.rer.dom.§.venditæ, Inſtit. de rer.diuiſ.l. communis, 42. D.de adquir. poſſ. Eodémque modo intelligendum arbitror, quod ait Vlp.in l.ſolutum, 11. §. vlt. D. de pign.act. Pignoris obligationem adquirere per procuratorem non poſſumus: quod tamen idem in contrarium adfirmat l.ſi inter,21.D.de pignor.

¶ 19 Denique ex omnibus contractibus etiam per inſtitorem liberum geſtis, Vlpia.teſtatur, nullam iure ciuili actionem dari. Marcellum primum induxiſſe vt daretur, cum eo tamen (inquit Caius) ſi alter rem ſuam ſeruare non poſſit, l.1.l.2. D.de inſtit. act. Similitérque in depoſiti actione Paullus ait,ex pacto depoſitoris,vt res alicui reſtituatur,competere illi actionem depoſiti, l. Publia, 26. D. depoſ.quod idem Papinianus tradit in l.donationes,31.§.pen. D.de donat. Imperator verò directam non competere: vtilem tamen ex bono & æquo adcommodari, l.8.C.ad exhib. Rurſus in dotis actione, pactum vt alicui dos reddatur, actionem ei non parere dicitur, in l.ſi genero, 26.C.de iur.dot. adeò vt nec mater ſuis liberis cauere poſſit,l.4.C.de pact. conuent. Contra tamen in l.7.C.eod.traditur,patris pactum de dote nepotibus reſtituenda ex bono & æquo vtilem illis actionem adquirere: ſimilitérque videmus vtilem actionem multis locis dari ex negocio alterius: veluti, ſi pater ſtipuletur dotem filiæ ſuæ poſt mor-

A tem ſuam reddi,l.quodcumque, 45.§.2. D.de verbor. oblig. Item ſi ſeruus publicus ſtipulatus ſit rem pupilli ſaluam fore, l.2. l.3. l.4. D.rem pup.ſal. Ex eodem fonte illa quoque de pacto controuerſia fluxit. Nam Vlpianus, Trebatius & Paullus, pactum procuratoris domino & obeſſe & prodeſſe adfirmant: ſed tamen non ad pacti, verùm ad doli exceptionem valere, l.reſcriptum, 10. §.vlt. D.de pact.l. mandato, 60. D.de procurat.l.qui autem, 14.§.vlt.D.de conſt.pec.

B ¶ 20 At Scæuola, in d.l.quo tutela, Paciſci, inquit, alteri nemo poteſt. quinetiam Paullus ex Labeone ſcribit, perſonale pactum ne ad heredem quidem pertinere, l.in duob. 25. D.de pact. adeò vt alio loco adfirmet, nos paciſcendo iis, qui in noſtra poteſtate ſunt, nihil iis prodeſſe,l.& heredi, 23.§.1. D. eod.tit. Quinetiam Iulianus in l.ſi tibi, 17. §. ſiquis, eod.tit.ſtatuit, patris pactum ne à ſe, néve à filio petatur, quamuis filius ei poſtea heres exſiſtat, tamen filio non prodeſſe, quemadmodum copioſius diſſe-
C ruimus ſub Rub.de pact. Eandémque video controuerſiam eſſe de ſtipulatione. nam Papinianus quidem: Quòd procurator, inquit, ex re domini ſtipulatur, dominus petere poteſt, l.quod procurator, 68. D. de procur. Vlpia. verò ex ſtipulatione procuratoris præſenti domino actionem adquiri, l.ſi procuratori, 79.D.de verb.obl.

¶ 21 Quòd ſi ad Papiniani verba ſupplere vocem PRÆSENTIS volumus,quemadmodum placere quibuſdam video: nulla certè tam pugnantia inter ſe
D proferri dicta poterunt, quæ non iſto ſupplementorum genere concilientur:apertéque,repugnabit vulgata Regula: Alteri ſtipulari neminem poſſe,l.inter ſtipulantem,83.§.alteri,D.de verb.oblig. l.3.& l.vlt. C.de inut. ſtip. Præterea patet, eandem fuiſſe controuerſiam de acceptilatione: nam Vlp. ſcribit, neque procuratorem accepto facere poſſe,neque ei accepto fieri, l. & per iuſiurandum, 13. §. pen. D. de acceptil. at Paullus in l.3. eod. Per procuratorem, inquit, nec liberare quiſquam acceptilatione ſine
E mandato poteſt. quæ ſi concilianda eſſent, verbum MANDATO cum verbo NOVATIONE commutandum eſſet.

¶ 22 Eadem quoque controuerſia fuit in quæſtione, An renunciari ſocietati per procuratorem poſſit: vt perſpicuè Paullus oſtendit in l.actione,65. §.renunciare, D. Pro ſoc.vbi veriorem eorum eſſe ſententiam ſtatuit,qui diſputabant,ita demùm renũciationem valere, ſi procuratori vel omnium bonorum adminiſtratio conceſſa eſſet, vel ſpeciale man-
F datum datum. Denique huc quoque referenda quæſtio eſt, An ſi numos meos tuo nomine, velut tuos, abſente te & ignorante credidero, tibi condictio adquiratur: quod Ariſto induxit, Iulianus comprobauit, l.9.§.pen. D.de reb.cred.opinor, propter ſingularia quædam in illo contractu recepta,l.ſingularia,15.eod.tit. Neque minus perplexa de donatione quæſtio eſt: non tam propter l.4. D.de donat. quæ ait, donationem, per interpoſitam perſonam conſummari poſſe. nam cõſummari quidem poteſt: hoc eſt,perfici per traditionem,etiam alteri factam: con-
G trahi verò donationis conuentio, niſi inter præſentes,non poterat: niſi fortè, vt ſup.diximus, per procuratorem, qui ſpeciale mandatum haberet. Quod verò Vlpianus ait, procuratorem eo animo accipientem, vt ſibi adquirat, cùm alter daret, vt mihi adquireretur, nihil agere: conſentaneum

eſt cum Iuliani præcepto in l. per ſeruum, 37. §.vlt. D.de adq.rer.dom.

§ 23 Sed quod ſubiungitur: In ſva perſona, sed mihi adqvirit: Triboniani emblema eſſe arbitror; quoniam congruere inter ſe donantis & donatarij voluntates oportet, l.ſi mihi, 18.D.de reb.cred. Atque in his quidem (vt diximus) Iuriſconſultorum præcepta non ſatis explorata ſunt. In illis autem certa & fixa ſunt.

§ 24 Primùm vt melior condicio noſtra fieri poſſit, non modò per procuratorē, ſed etiam per quemuis extraneum, etiam ignorantibus atque adeò inuitis nobis, l.ſoluendo,39.D.de neg.geſt.l.ſoluere,52. D.de ſolut.ſoluere igitur per procuratorem & exigere poſſumus, l. procurator,58. & l. ſeq. D.de procur. Quinetiam quędam certa ſunt, quamuis melior condicio noſtra non fiat: nam & aliud pro alio permutare per procuratorem poſſumus,l.procurator,58.D. de procur.conſtituere per procuratorem poſſumus, l.qui autem,14. §.vlt.& l. ſeq.D.de conſti.p.c. vbi cū negatione legendum eſſe, per liberam personam non adqvirimvs, facilè ex iis quæ ſup.dicta ſunt, intelligi poteſt: ac præſertim ex l.3. D.quod vi aut clam. Nouare per procuratorem poſſumus,l.nouare,20.D.de nouat.l.& per iuſiur.13.§.pen.D.de acceptil.Per procuratorem, prohibere ne nouum opus fiat,poſſumus,l.ſi procurator,17. D.de oper.nou.nūciat. Per procuratorem optare legatum poſſumus,l. pen.de op.legat. Per procuratorem deferre iuſiurandum poſſumus,l.iuſiurandum,17.§.vlt.& l. ſeq.D.de iureiur. at delatum alieno nomine pręſtare non poſſumus,l.qui iuraſſe,26.§.eod.l.Marcellus,11.§.iurare, D.rer.amot.l.4.D.de in lit.iur. opinor,propter veterem formulam, Si sciens fallo. Item, Ex animi mei sententia ivro. Itaque iuſiurandum inter alios præſtitum, alteri nec prodeſt, nec nocet, l.1.D.ſi mul.vent.nom. Quæ verò geri per procuratorem non poſſunt, huiuſmodi ferè ſunt. Primùm Regula eſt,vt legis actiones alieno nomine peragi non poſſint, l.nemo,123.de reg.iur. quo in numero antiquitus erant iudiciales.nam olim alieno nomine agi nō licuiſſe, Imp.teſtatur: ſed poſteà motibus introductum eſt, vt agi per procuratores liceret,§.1.Inſtit.de his per quos ag. poſſ. Adoptio igitur alieno nomine tranſigi non poteſt,l.neque abſentes,24.& l.ſeq.D.de adopt.neque item Emancipatio,quod ex ſollemni ritu & formulis & circumductionib.& colaphis adhiberi ſolitis,ſatis planè conſtat. neque item Manumiſſio per vindictā,l.3.C.de off.Procōſ.l.pen. C.de vind. lib. l.pen. C. qui manum. non poſſ. quamuis abſens manumiſſionis cauſſam probare per procuratorem poſſit,l.16.D.de manum.l.1.§.vlt.C.commun. de manumiſſ. eandémque in iure ceſſionis, manumiſſionis, mancipationis, teſtamenti, cretionis, aditionísque rationem fuiſſe, formularum in iis ſollemnitas oſtendit.

§ 25 Nam de hereditatis quidem aditione,teſtimonium exſtat in l. per procuratorem, 80. D.de adquir.hered.vbi tamen cvratorem mendoſè legitur: & cùm ſingulari iure Cæſari permiſſum ſit per procuratorem adire, l.1. §.vltim. C. de off.procurat. Cæſar. facile intellectu eſt, idem ceteris non licere. at bonorum poſſeſſio adquiri per procuratorem poteſt:quippe,quæ legis actio non eſt, ſed Prætoris inſtitutum, l.ſiquis alicui,48.de adquir.here. l.ſi maritus,5.C.h.tit. Verùm actus legitimi tranſigi per procuratorem poſſunt: veluti conuentio in manum, Repudium, Diuortium, l.5. D.de rit.nupt.l.2. D.de diuort. Poſtremò,per procuratorem induci emphyteuta in fundi poſſeſſionem non poteſt, l.vltim.§. pen.C.de iur.emphyt.

§ 26 Proximum eſt, vt de mandati iure & effectu videamus: quem ita definire poſſumus,vt quatenus mandatum eſt, par eademque in gerendo negocio mandatarij poteſtas ſit,quę ipſius mādatoris fuit. Itaque Procurator à Cicerone definitur, quaſi quidam dominus, & alieni iuris vicarius. Et profectò ita eſt. nam cùm quid alicui noſtro mandatu traditum eſt,nobis traditum videtur,l.ſi procurator,13.D. de adqu.rer.dom. qui per alium geſſit,ipſemet geſſiſſe videtur,l.5.§.1.D.de admin.tut. qui per procuratorem poſſidet, ipſemet poſſidere intelligitur, l.qui meo, 18. D.de adquir. poſſ. qui per alium damnum dedit,ipſe dediſſe intelligitur, l. is damnum,169. de reg.iur. qui per alium aliquid corrumpi mandauit, ipſe ſuis manibus corrupiſſe videtur, l. ſi quis id quod, 15. D. de iuriſd. cuius quis mandatu deiecit, ipſe deieciſſe videtur, l.1.§.ait Prætor, D.Vnd.vi.cuius procuratori mora fit,eidem ipſi mora facta intelligitur,l.ſi quis ſolutioni,24.§.2.D.de vſur.cui mandatu alterius rei cuſtodia traditur, is ipſe cuſtodire videtur, l.quarumdam,51.D.de adq.poſſ.ſi cui noſtro nomine ſolutum eſt,nobis ſolutum intelligitur,l.ſolutam,49.l. qui hominem, 34.§.ſi Titium, D.de ſolut.qui ſuas res à creditoribus auctione venditas per interpoſitum amicum emi mandat, mera ratione ipſemet emere videtur,l.ſi mandauero,22.§.ſi hi quorum,§. h. tit. qui per alium ſubſcribit, ipſemet ſubſcribere videtur, l.vice, 20.l.in donationibus,31.§. 1. C.de donat. qui per alium vendit, ipſemet vendere videtur, l.9.§.3. D.de adquir.rer.dom.§.traditæ, Inſt. de rer. diuiſ. Dixi autem in iure mandati definiendo: Qvatenvs mandatvm est: nam ipſius quidem domini ſumma & infinita ſuis in rebus benè aut malè gerendis, atque adeò perdendis, poteſtas eſt, l.in re mandata,21.C.h.tit.at procurator præſcriptis finibus coërcetur. Denique quod Cæſar de Imperatore & Legato dixit, transferri ad dominum & procuratorem poteſt. Hic omnia agere ad præſcriptum: alter liberè ad ſummam rerum conſulere debet. Itaque quamuis vniuerſorum negociorum procurator quis ſit, tamen alienandi, niſi libera ei adminiſtratio conceſſa ſit, poteſtatem non habet, l. qua ratione, 9. §. hæ quoque, D. de adquir. rer. dom. l. procurator totorum, 63.D. de procurat. l. procurator,16.C.ill.titu. quemadmodum ſub Rubr.de peculio diximus, aliud eſſe, ſimplicem habere peculij adminiſtrationem, aliud, liberam adminiſtrationem. Alter Mandati effectus eſt, qui ex ſuperiore conſequitur, vt ex hoc negocio naſcatur obligatio & actio,interdum vltro citróque, nimirum in procuratore & mandatore, vt, quod eum qui geſſit, viciſſimque cuius negocium geſtum eſt, ex bono & æquo præſtare oportet, inuicem præſtent, l. 2. l. 5.D.de obl.& act.interdū verò ex parte tātùm, nimirū in fideiuſſore.Primùm igitur de procuratore videamus. nam ex negocio ab eo geſto,vtrimque quidem naſcitur actio,ſed quæ principalis eſt,Directa nominatur:vt de Commodato diximus,ad Rubr.D.Commod.eámque hoc modo definire poſſumus:

§ 27 Directa mandati actio,eſt actio ciuilis,perſonalis, quæ datur ei, qui negocium aliquod recipienti amico iniunxit, aduerſus eum qui recepit, vt ſiquid vel non bona fide, vel negligenter geſſerit, quanti

quanti mandatoris intereſt, eo nomine damnetur, l. ſi quis alicui, 27. §. 2. j. h. tit. Dixi, QVÆ DATVR EI QVI NEGOCIVM INIVNXIT: nam Mandati actio, niſi mandatum anteceſſerit, nunquam datur, l. ex mãdato, 20. j. h. tit. etiamſi mandati opinione geſtum ſit, l. 5. D. de neg. geſt. ex negocio enim ſine mandatu geſto, propria competit actio, quæ negociorum geſtorum appellatur, quam ſup. ſuo loco tractauimus. Dixi, VEL NON BONA FIDE, VEL NEGLIGENTER: quibus verbis dolum & culpam pręſtari intelligitur, l. 8. §. vlt. j. h. tit. nam hunc contractum bonæfidei eſſe, bonámque fidem à mandatario requiri, conſtàt ex l. idémque, 10. j. h. t. Itaque, ſi quis rogatus rem emere, eam vel dolo, vel lata culpa non emerit, aut eam emptam nolit reſtituere, hac tenetur actione, d. l. 8. §. item ſi quis rogatus, hereditatis vires excutere, eam à ino quaſi tenuem & exilem emerit, aut in facultates eius, qui mutuum rogabat, inquirere, eum idoneum eſſe renunciarit, mandati actione tenetur, l. ſi mandauero, 42. j. eod. In culpa verò & negligentia ponitur: primùm ſi procurator non quod mandatum eſt, ſed aliud quid geſſerit: veluti ſi Seianam domum emere iuſſus, Titianam emerit, l. 5. j. h. tit. ſi præſcriptam mandati formam non ſeruarit. Nam illa prima & ſumma regula tenenda eſt: Diligenter fines mandati cuſtodiendos eſſe, l. 5. j. h. tit. & quoties certum mandatum eſt, id eſt, certis finibus circumſcritum, recedi à præſcripta forma non licere, l. ſiquis pro eo, 46. j. h. tit. cuius rei ſubtilis ratio exponitur, quia qui mandati fines egreditur, non quod ſibi mandatum eſt, ſed aliud quid gerit, l. 5. j. eod. Qua de cauſſa Caius ſcribit, eum qui mandati fines exceſſit, directa quidem actione mandatori obligatum eſſe: ipſum autem in illum nullam actionem habere, l. poteſt, 41. j. h. tit. Itaque P. Craſſi Iuriſcon. laudatur factum, qui cùm Proconſul Leucas oppidum oppugnare inſtituiſſet, mandaſſetque Architecto Athenienſium, vt ex malis duobus, quos ibi vidiſſet, maiorem ad ſe mitteret, quo arietem ad muros quatiendos faceret, Architectus autem minorem miſiſſet, quòd eũ magis idoneum arieti faciendo iudicaret, eum ad ſe vocatum nudari, ac virgis cædi iuſſit. auctor. Agell. lib. 1. cap. 13. Non ſolùm autem ſi præſcriptos mandati fines procurator migrarit, hac actione tenetur, verùm etiam ſi contra mandati reuocationẽ & denunciationẽ, vel à domino, vel ab ipſius procuratore factam, nihilominus mandatum confecerit, l. ſi hominum, 30. j. h. tit.

§ 28 Sed de culpa & negligentia, non exigua quæſtio eſt. nam mandatum plerumque ſolius mandatoris cauſſa contrahitur: in eo plerumque ſolius mandatoris vtilitas verſatur. qua de cauſſa Depoſito compararur, l. ſi ſeruus, 61. §. quod verò, D. de fur. quæ autem huiuſmodi negocia ſunt, in iis dolus rantùm & lata culpa præſtantur, l. 5. §. 2. D. commod. l. ſi ſeruus, 108. §. cùm quid, D. de legat. 1. Itaque in Depoſitario negligentia non coërcetur, l. 1. §. 2. D. de obl. & act. Eódem accedit quod (vt ibidem de depoſito dicitur) qui negligenti amico negociũ ſuum cómiſit, de ſe queri debet. Neque ad ré pertinet, quod dicitur in l. 5. §. vlt. D. de perſc. verb. licere in mandato per pactũ cõtractus naturá excedere: ſi cõuenerit, vt mandatarius cuſtodiá pręſtet. nam cuſtodiæ nomine illo loco periculũ & fortuiti caſus intelligũtur: ſicuti aliis permultis, velut in l. 2. in fi. D. de peric. & comm. l. ſi gratuitam, 17. §. pen. D. de perſcr. verb. ac de illa periculi pactione in mandato idem traditur in l. & Ariſtoni, 39. j. h. t. Contrà tamen videmus in l. procuratorem, 11. l. à procuratore, 13. l. in re mandata, 21. C. h. tit. hoc in iudicio omnem culpam præſtari & exactum officium, hoc eſt, exactam diligentiam, qualem frugi & diligentes patresfam. ſuis in rebus adhibent. quod veriſſimũ eſſe arbitror, atque hoc iſtius iudicij proprium ac præcipuum eſſe, & ab illa ſuperiore Regula diſiunctum. Nam Cicero in Orat. pro Sex. Roſcio ita ſcribit: Siqui rem mandatam non modò malitioſiùs geſſiſſet, verùm etiam negligentiùs, eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Item: In minimis priuatiſque rebus etiam negligentia in crimen mandati, iudiciúmque infame vocatur: propterea, quòd ſi rectè fiat, (id eſt, an rectè fiat) illum negligere oportet, qui mandarit, non illum, qui mandatum receperit: hoc eſt, qui mandauit, totius rei curàm depoſuit, eamque in amicum tranſtulit. Præterea videmus etiam in negociorum geſtorum actione leuem atque adeò leuiſſimam culpam damnari: hoc eſt, tantam diligentiam requiri, quantam alius diligens paterfam. adhibiturus fuiſſet, l. 6. §. vlt. D. de neg. geſt. §. 1. De oblig. quaſ. ex contr. Porrò ad culpam etiam referendum eſt, ſi cùm mandatarius videat ſe mandatum conficere non poſſe, non maturè id renunciet, vt mandator alterius opera vti poſſit, l. ſi quis alicui, 27. §. 2. j. h. tit. Diximus autem in actionis definitione: QVANTI MANDATORIS INTEREST: vt in l. ad comparandas, 16. C. h. tit.

§ 29 Neque enim recta mandati actio vnquam datur, niſi cùm actoris intereſt, & eatenus competit, quatenus intereſt, l. 8. §. mandati, l. ſeruum, 49. j. h. t. Sanè tamen in tutela & pupillorum negociis aliud iuris eſt. nam qui contutorum mandato aliquid non geſſit, quamuis neque pupilli, neque mandatorum interſit, mandati tamen tenetur, l. 8. §. ſi tutores, j. h. titul. Porrò, eius quod intereſt nomine, etiam vſuræ continentur: veluti, ſi procurator pecuniam exegerit, & apud ſe habuerit, l. idémque, 10. j. h. t. vel ſi pecuniam, quam tibi mandaui, vt creditori meo ſolueres, ſoluiſti, l. ſi verò, 12. §. deinde. nam (vt iam aliquoties dictum eſt) in bonæfidei iudiciis vſuræ ex ſola mora, iudicis officio debẽtur, l. Lucius, 24. D. depoſ. Summa autem huius actionis vis eſt, vt damnatum infamia conſequatur, l. 1. D. de his qui not. infam. l. in re, 21. C. eod.

§ 30 Sequitur, vt de Contraria mandati actione videamus: quam ita definire poſſumus: vt ſit Actio ciuilis, perſonalis, quæ datur ei, qui alterius mandatu negocium aliquod geſſit, aduerſus eum qui mandauit: vt, quod eo nomine illi abeſt, recuperet. d. l. ſi verò, 12. §. contrario, j. h. tit. l. ſi mandatum, 14. C. de neg. geſt. Veluti, ſi mandatu alterius rem aliquam emerit, quam ille nolit recipere. nam hac actione & precium & vſuras petet, d. l. ſi verò, §. ſi mihi, j. h. t. & apud Paul. lib. Sentent. 2. tit. 15. Item, ſi quos, vel in mandatum conficiendum, vel in itinera neceſſaria, ſumtus bona fide, vel ſua pecunia, vel mutuo alicundè ſumta, fecerit, l. 1. C. h. tit. l. idémque, 10. §. idem Labeo, j. h. tit. quamuis minus impendere mandator potuiſſet, l. ſiquis alicui, 27. §. pen. j. h. t. quamuis negocium conficere, atq. ad effectum dare procurator non potuerit, l. qui mutuam, 56. §. vlt. j. h. tit. l. ſed an vltrò, 10. D. de neg. geſt. quamuis denique pecuniam ſibi ad mandatum exequendum datam, aut ea de cauſſa mutuo ſumtam, ſine vitio culpáve ſua perdiderit, l. ſeruus, 17. D. de in rem verſ.

d.l.10. & l.ſiue hereditaria,22. D.de neg.geſt. veluti, naufragio,incendio,vel latrocinio pecuniam perdiderit, l.quæ fortuitis,5. C.de pign.act. l.à procuratore,13. C.h.tit.& apud Hermenop.lib.2.tit.3. Quin eo quoque nomine mandatarius vſuras conſequetur, quarum quantitas ex bono & æquo à iudice definietur, d.l.ſi verò, §. ſi mihi.ff.h.tit. Sed notandum eſt, quod diximus EO NOMINE: vt intelligamus, primùm eatenus hanc actionem competere, quatenus alienum negocium geſtum eſt: veluti, ſi quis in fundo ſuo, mandatu alterius, ædificauit: eatenus hanc actionē habebit, quatenus alterius cauſſa plus impendit, l. ſi quis mihi,16. ff.h.tit. deinde quod alia quàm ex mandati cauſſa mandatario abeſt, quamuis id in exequendo mandato acciderit, tamen in hanc actionem non venire: veluti, ſi morbo, vel latrocinio, vel naufragio damnum aliquod perceperit, l.inter cauſſas, 26.§. non omnia, ff.h.tit. quod tamen duriùs ſcriptum, ex bono & æquo, ac benigna interpretatione molliendum eſt, niſi ea damna directò propter mandati executionem perceperit, arg.l.ſi quis alicui,27. §.impendia,ff.h.tit. Poſtremò, vt intelligamus etiam in hanc actionem leuem culpam venire, eámque à mandatore hoc iudicio præſtari: veluti, ſi ſeruus alterius mandato emtus mandatario furtum fecerit: nam, ſiue id mandator ſcierit, ſiue ignorauerit, tamen detracta noxæ deditione in ſolidum damnum præſtat: hac æquitate, ne ſibi ſuum officium detrimento ſit, l. inter cauſſas, 26. §.ſed cùm ſeruus, ff.h.tit. l.ſi ſeruus,61.§.quod verò, D.de furt.

§ 31 Atque hoc loco inter Iuriſconſultos magna excitata quæſtio eſt: An mandatario,qui mandati fines exceſſit, contraria hæc detur actio: veluti,ſi fundum aureis centū emere iuſſus,eum aureis cxx.emerit. Nam Sabiniani non competere ex eo mandatori actionem diſputabant: quia, non quod mandatum fuerat, ſed aliud factum eſſet, §. 4.Inſtit. Mand. Qua de cauſſa ex contrario,qui minoris rem vendit,quàm præſtitutum eſt, nihil alienat. l.1.§. 2. D. de except. rei vend.l. 5. ff. h. tit. quo caſu, directa quidem mandatori competit actio, quòd mandatum neglectum fuerit, d. l. poteſt. 41. ff. h. tit. ſed non ad fundum petendum. Quare iniquum eſſe videbatur, mandatario quidem eſſe actionem in mandatorem, ſi velit, id eſt, ſi xx. numos velit remittere: non eſſe autem huic in illum, ſi nolit:id eſt,ſi dicat ſe ſibi negocium geſſiſſe, non, quod mandatum fuerat, egiſſe, l.3.ff.h.tit.atque hoc quidem ſummum ius eſt.Proculiani verò æquum & bonum ſecuti ſunt: vt quatenus mandati fines migrati non ſunt, eatenus actio ſit, l.4.ff.eod.& d.§.4.Inſt.eod. Itaque, qui in maiorem, quàm rogatus eſt, ſummam fideiubet, eatenus hanc actionem habet, quatenus rogatus eſt. Cuius ſententiæ auctor ac princeps Iulianus laudatur in l. rogatus,33.ff.h.tit. qua de cauſſa vtilis mandatori actio concedenda erit ad rem petendam, ſi quod exceſſit ratum habeat, & mandatario ſuperfluum offerat,eúmque indemnem præſtet,arg.l.5.ff.h.t.

§ 32 Proximum eſt, vt de fideiuſſorio mandato videamus:ex quo triplex naſcitur actio:vna Directa, quæ datur ei qui pro ſe diſertè mandari fideiuſſit, ſi is,qui ſe fideiuſſurum receperat, nihil egerit. Altera verò eſt Contraria,quę fideiuſsori datur aduerſus eū, cuius mandato vel expreſso, vel tacito fideiuſsit: vt, quod eius nomine etiam ſine iudicio ſoluerit, recuperet,l.6.C.h.t.l.idémque,10.§.fideiuſsores, l.qui fi-
A de,53.ff.h.tit.l.mandati, 14.C.de fideiuſſ. Tertia eſt, aduerſus fideiuſſorem: eadem videlicet, quæ principalis actio,l.3.l.5.C.de fideiuſſ.quamquam nouo iure reus principalis prius excutitur. Nou.4.

§ 33 Reſtat,vt de illo Mandati genere videamus, quod in eo verſatur,quem proprio & ſpeciali nomine Mandatorem appellari diximus. nam ex illo negocio triplex naſcitur actio:vna Mādati directa, quæ conceditur ei qui mandauit,aduerſus eum qui mandatum recepit,ſi mandatum neglexit,hoc eſt,vel non
B credidit pecuniam, vel non fideiuſſit, cùm id ſe facturum recepiſſet,l.6.§.ſi tibi,l.quintus,48.§.1.ff.h.t. ſed hæc cùm procuratoris,tum etiam huius communis eſt. Altera verò Mandati actio contraria eſt, quæ mandatario datur,ſi negocium cōfecerit, pecuniamque crediderit, aduerſus eum qui mandauit,vt,quod eius mandatu alteri credidit,repetat, d.l.6.§.ſi tibi,& l.ſi quis alicui, 27.ff.h.t.& §.2.in fin.Inſt.eod.& l.7.& l.ſeq. C.eod. quæ actio etiam illi conceditur, omiſſo principali reo,& pignoribus nō diſtractis, l.qui mu-
C tuam,56.ff.h.t. Tertia autem actio,quæ ex eodem negocio naſcitur, (ſiquidem fideiuſſerit mandatarius) ſimiliter contraria eſt, & eadem quæ ſuperior illa, quam concedi fideiuſſori diximus. ſin autem pecuniam credidit,non mandati,ſed certi condictio competit,aduerſus eum cui pecunia credita eſt,d.l.7.& l. 8.C.h.t.quamquam horum duorum poſteriorum ea coniunctio eſt, vt neque illa damnetur,niſi vel creditor hāc illi ſuam in reum actionem ceſſerit, vel eatenus damnetur, quatenus à reo ſeruare non potue-
D rit,l.ſi mandatu,13. D.de fideiuſſ.l.ſi quis alicui, 27.§. vlt.ff.h.tit.

§ 34 Supereſt,vt videamus,primùm,quænam inter Procuratorium & Vulgare mandatum: deinde, quę inter Mandatum & Negocium geſtum vel communio vel differentia notari poſſit. Ergo vtrumque illud ex officio & amicitia naſcitur: vtrumque gratuitum eſt, vtrobique ex nuda conuentione obligatio, vtraque ex parte, etiam inter abſentes, contrahi-
E tur:in qua bona fides & diligentia requiritur:ac proinde dolus,lata & leuis culpa præſtantur ex vtroque: vna ex parte, quæ principalis eſt, Directa: ex altera, Cōtraria mandati naſcitur actio. Vtrumque contraria denunciatione, & morte alterutrius, reuocatur. Filiusfa.ex vtroque tum obligare, tum obligari poteſt.Neutrum in ſeruilem cōdicionem cadit. Vtrūq. mandatoris periculo geritur. vt procuratio alia eſt omnium litium & controuerſiarum, alia certæ litis: ita Mandatum aliud eſt vniuerſale, totorum bono-
F rum: aliud ſpeciale,certi negocij duntaxat. In vtroque multum intereſt, vtrum ſimplex adminiſtratio, an libera rei gerendæ poteſtas permiſſa ſit. Vtraque actio directa,in id, quod actoris intereſt, intenditur. Ex vtroque damnatio notā & infamiam adfert. Differentię autem hæ ferè ſunt:Procuratori,litium perſecutio,alteri, ceterorum negociorum non forēſium adminiſtratio mandatur. Seruus mandatum litis exercendę dare non poteſt:aliarum rerum,poteſt.mulier dare ſuo nomine procuratorem poteſt: mandatum alterius cauſſa dare non poteſt: at ex contrario
G procuratrix eſſe non poteſt: aliorum negociorum, quę virilia non ſunt,recipere mandatum poteſt.Procurator ante litem conteſtatam dare procuratorem non poteſt. Qui mandatum recepit,quouis tempore mandare alij receptum abs ſe negocium poteſt,l.8.§. 2.ff.h.t. Minores annis XVIII. procuratores eſſe non poſſunt:ceterarum rerum,recipere mandatū poſſunt.

A pro-

A procuratoribus certis de cauſſis ſatiſdationes exiguntur: ab aliis nulla ex cauſſa exiguntur. Mutus & ſurdus procuratores eſſe non poſſunt: ceterorum negociorum geſtores, poſſunt. l. mutus, 43. de procurat.

§ 35 Deinceps de Mandati & Negociorum geſtorum comparatione videamus. nam in vtroque iudicio bona fides, lata & leuis culpa præſtantur, l. tutor, 20. C. de neg. geſt. neutrubi caſus fortuitus præſtatur. Vtrobique vna ex parte, principalis: ex altera, contraria naſcitur actio. Vterque per denunciationẽ ab adminiſtratione prohibetur: ex vtroque ciuilis actio naſcitur: ſed illa (opinor) ex legibus XII. tabularum: hæc verò ex æquitate, quæ vtilitas appellatur in l. 5. D. de oblig. & act. id eſt, forenſi Iuriſconſultorum diſputatione, quæ à Prætore recepta eſt, l. 3. D. de neg. geſt. Differentiæ verò ſunt huiuſmodi: Mandatum eſt contractus: negociorum geſtio, quaſi contractus, l. 1. §. 2. de oblig. & act. Illud nuda conuentione obligationem parit: hic, ex conuentione quidem (nimirum præſumpta: neque enim vlla ſine conuentione contrahitur obligatio, l. 1. D. de pact.) ſed tamen non nuda: quia ex mandato ſola conſenſione obligatio contrahitur, quamuis negocia geſta non ſint: hic ex negociorum geſtione, quamuis expreſſa nulla conuentio interuenerit, l. 6. j. h. t. In illo, negociorum geſtio, domini rogatu, recipitur: in hoc, ſponte & vltrò ſuſcipitur. ergo ille ſemper ſcientis, hic plerũque ignorantis, negocium adminiſtrat. In illo qui pecuniam procuratori alterius ad ipſius negocia credit, vtrumque obligatum habet: in hoc, ſolum illum, cuius negocia geruntur, l. 6. §. 1. D. de neg. geſt. In illo, qui gerit, non niſi omnibus mandati partibus expletis, liberatur: in hoc ſatis abundéque ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore conſulitur: ait Papinianus in l. tutores, 39. §. 2. D. de admin. tut. & l. tutor, 20. C. de negoc. geſt. Mandati actio damnato infamiam adfert: negociorum geſtorum non adfert, l. 1. D. de his qui not. infam. Mandatario cõtraria mandati datur actio, ſi modò bona fide, quamuis non vtiliter, geſſerit: vt ſup. dictum eſt. Negociorum verò geſtori, non niſi vtiliter geſſerit, l. 2. D. de negoc. geſt.

PRO SOCIO.

TIT. II.

1 *Societatis definitio.*
2 *L. 4. D. h. t. ſtrictim expoſita: quomodo ſc. re & verbis ſocietas contrahatur.*
3 *Leonina ſocietas ex apologo Æſopi.*
4 *Qui ſocietatem contrahunt.*
5 *Quarum rerum ſocietas contrahitur: vbi Maleficiorum ſocietas nulla eſſe dicitur.*
6 *De Publicanorũ ſocietate in vectigalib. conducẽdis.*
7 *Societas alia Voluntaria, alia Fortuita.*
8 *Item alia Publica, alia Priuata: Hæc verò aut Rerũ eſt, aut Negociationis.*
9 *Societas item alia fit Expreſſis partibus, alia Omiſſis, alia expreſſis & omiſſis.*
10 *De iure ſocietatis: ac primùm de ſocietatis diſtrahẽdæ modis: quorum tres præcipui enumerantur.*
11 *Primus eſt, Renunciatio.*
12 *Secundus, mors ſocij. vbi de vnius ſocij herede quæritur.*
13 *An in vectigalium ſocietatib. heres admittatur.*
14 *An ſocietas per cap. minutionem finiatur: & ibi, de bonorum publicatione.*
15 *Tertius eſt, Rei inter ſocios communis interitus.*
16 *De iure contractæ ſocietatis. vbi alius Socius, alius Particeps eſſe dicitur.*
17 *Vtrum ſortis euentus tantùm, an etiam ipſius ſortis communio per ſocietatem inducatur.*
18 *L. ſi id quod, 58. D. h. t. breuiter expoſita.*
19 *An inter ſortem & euẽtum ſemper proportio eſſe debeat; quæſtio luculenter diſputata.*
20 *Quam culpam præſtent ſocij & quæ lata culpa dicitur.*
21 *L. ſi ex reb. 17. D. de iur. dot. emendata.*
22 *Directæ actionis pro ſocio defin.*
23 *Quæ res in hanc actionem veniunt.*
24 *Quid commune ſit inter Communionẽ & Societatẽ.*
25 *Quæ item inter vtramque differentia.*

SEQVITVR ſecũda eorum contractuum ſpecies, qui nudo conſenſu obligationem pariunt.

§ 1 SOCIETAS enim eſt contractus, qui nuda conuentione conficitur, de re, vel negociatione honeſta, ciuſque fructu vel damno inter aliquos cõmunicando. Neque enim ſocietas eſt communio; ſed effectus ſocietatis, eſt communio, pro indiuiſo: quæ duplex eſt: vna, ſortis: altera, futuri euentus, id eſt, lucri aut dãni, vt poſterius copioſe docebimus. Ex quo intelligi poteſt, vitioſas omnes eas eſſe definitiones, quæ non vtramque illam communionem diſertè ac nominatim complectuntur. Dixi, NVDA: quoniã, cùm hic contractus ſit iuriſgentium, nudus partium cõſenſus ſine vlla formula & obligationem parit, & poſſeſſionem atque dominium rerum pro parte trãſfert, l. 2. D. de oblig. & act. l. 1. §. vltim. D. de contrah. emt. l. quod meo, 18. D. de adq. poſſ. quippe cùm pacto ſocietatis conuento tacitè facta traditio intelligatur, l. 2. j. h. tit.

§ 2 Quod verò Modeſtinus ait in l. 4. j. h. ti. ſocietatem poſſe & re & verbis coiri: ſic accipiendum eſt: Re id eſt, tacitè, rebus in commune collatis: vt cùm duorum vina voluntate ipſorum confuſa ſunt: aut auri & argenti maſſæ conflatæ, aut ex vino & melle mulſum factum, l. 7. §. voluntas, D. de adq. rer. dom. §. ſi duorum, 20. Inſt. de rer. diuiſ. Verbis autem, quod Modeſtinus dixit ſocietatem contrahi, ſic accipiendum eſt: conuentione quidẽ expreſſa, ſed verbis vulgaribus, non directis, non ſollemnibus, quibus olim concipi ſtipulationes ſolebant. l. omnes, 10. C. de contr. ſtip. Cùm autem ſocietas conuentione contrahatur, conſentaneum eſt, primùm, vt libera coeundæ ſocietatis voluntas ſit. qua de cauſſa, ſocietas libertatis cauſſa contracta, ipſo iure, nullius momenti eſt: cùm ſeruus promittit ſe, ſi dominus eum manumittat, vel niſi libertus ei obſequium præſtet, eum in bonorum ſuorum ſocietatem recepturũ, l. 1. §. ſi libertatis, D. quar. rer. except. l. Labeo, 36. D. de op. libert. l. 1. D. de bon. lib. Conſentaneum eſt præterea, vt in contrahendo idem omnes, ſine vlla varietate, ſentiãt: neque alij aliud cogitẽt, l. in omnibus, 57. D. de oblig. & act. item, vt tantiſper ſocietas duret, quamdiu ille conſenſus durat, l. 5. C. h. tit. ac proinde renunciatione (vt poſterius dicemus) diſſoluatur. deinde, vt ei demum quiſque ſocius ſit, à quo in ſocietatem admiſſus eſt: vnde vulgata ſententia: Socij mei ſocius, ſocius meus non eſt, l. qui admittitur, 19. cum l. ſeq. j. h. t. l. 47. D. de reg. iur. Dixi, DE RE VEL NEGOCIATIONE HONESTA: quoniam (vt poſterius intelligetur) rei flagitioſæ ſocietas iure ciuili rata non eſt. Dixi, EIVSQVE

FRVCTV VEL DAMNO: quoniam cùm ſocietas contrahitur, æquè damni vt lucri communio initur, l. ſi vnus, 67. ʒ.h.tit. neque admitti in ſocietatem hęc cõuentio poteſt, vt vnus lucrum: alter, ſolum damnũ ferat. alioqui Leonina ſocietas hæc appellatur, ex Æſopi apologo, l. ſi non fuerint, 29. & l. ſeq. ʒ.h.t.

§ 3 Nam cùm Leo, Aſinus & Vulpes prædæ ſocietatem iniiſſent: atque Aſinus, qui Leonis iuſſu diuidebat, æquales omnium partes feciſſet, confeſtim à Leone dilaniatus eſt: poſteà cùm Vulpes diuidere iuſſa eſſet, multò maximam ei partem attribuit, ſibi perexiguam reliquit. Interrogata, quis eam diuidere docuiſſet, reſpondit, exitium aſini. Sed quę ad definitionis explicationem ſuperſunt, commodiùs in iure ſocietatis explicando tractabuntur.

§ 4 Nunc igitur ad partitionem accedamus. Nã ſocietatem contrahunt, non modò patresfamil. ſed etiam filiifam. l. ſi id quod, 58. §. ſi filius, l. actione, 65. §. ſocietas, ʒ.h.tit. non modò liberi homines, verùm etiam ſerui; nimirum de ſuis rebus peculiaribus, l. ſi ſeruus, 18. ʒ.h.tit. non modò maiores, verùm etiam minores, atque adeò pupilli; ſi modò tutoris auctoritas interuenerit, l. vt in conductionibus, 33. ʒ.h.tit. Porrò in ſocietatem cuiuſque generis res cadunt, ſiue corporales, ſiue iura & nomina: quamquam nomina nondum exacta, id eſt, debita, non communicantur per ſe: quoniam certæ perſonæ quæſita actio (vt ſup. tit. dictum eſt) transferri in alteram non poteſt: præterquàm in heredem, qui defuncti perſonam ſuſtinet. cedi ergo & præſtari actiones debebũt, l.3. ʒ.h.tit, l.2. C. per quas perſ. Quinetiam de docendi labore ſocietas contrahitur: veluti, vt duo Grammaticam doceant, &, quod ex labore quæſtus facient, commune ſit, l. duo, 71. ʒ.h.t.

§ 5 Contrahitur denique ſocietas non modò earum rerum, quæ iam tum in contrahentium dominio ſunt, ſed etiam quæ futuræ ſunt, l. 4. D. de cond. inſt. quamquam earum dominium, non ipſo iure, ſed per ſocietatis iudicium communicatur, l. ſi quis ſocietatem, 74. ʒ.h.tit. In rebus tamen illud requiritur, vt honeſtæ ſint: nam turpium rerum nulla ſocietas eſt, l. nec prætermittendum, 57. ʒ.h.tit. l. quod ſæpè, 35. §. veneni, D. de contrah. empt. l. ſi à reo, 17. §. vlt. D. de fideiuſſor. Nulla (inquit Vlpianus) ſocietas maleficiorum, vel communicatio iuſta damni ex maleficio eſt, l.1. §. planè, D. de tut. & rat. diſt. Itaque ſi aduocatus pendente lite ſocietatẽ emolumenti, quod ex victoria naſcetur, paciſcatur, irrita conuentio eſt. l.1. §. ſi cui, D. de extraord. cog. eodémque modo coitio ſocietatis, quo annona carior fiat, improbatur, l. 2. D. de leg. Iul. de ann. vel quo innocens circumueniatur, l.1. l. falſi, 20. D. ad leg. Corn. de falſ.

§ 6 Rurſus ſocietas contrahitur non modò rerum priuatarum, verùm etiam publicarum: veluti, vectigalium, l.5. ʒ.h.tit. nam moris fuit, vt publicani complures vectigalia ſimul conducerent: iiſque corpus & conſilium habere permittebatur, in quo de rebus negociiſque ſocietatis deliberarent, l.1. D. quod cuiuſque vniuerſ. nom. cùm vnum è ſuo numero magiſtrum haberent, ſummæ rei præpoſitum, qui magiſter ſocietatis dicebatur, l.57. D. de verb. ſign. l.14. D. de pact. Cicero in Sextiana: Nulla erat Romæ ſocietas vectigalium, quæ non honeſtiſſimè decreuiſſet de mea ſalute. Et in Planciana: Maximarum ſocietatum auctor, plurimarum magiſter. Sed horum magiſtrorum, & ſocietatum frequentiſſima mentio fit Verrina V. Publicanorum autem alij Mancipes e-

A rant, qui à Cenſoribus, haſta in foro poſita, vectigalia conducebant: alij Socij: alij Prædes, qui pro conductoribus bona fortunáſque ſuas Reipubl. oppignerabant. Sic enim Publicanos Polybius lib. VI. diſtribuit. Contrahi etiam ab argentariis ſocietates ſolebant: vt alij, Romæ, alij, in Italia: alij, in prouinciis operas darent, communéſque rationes ac tabulas apud magiſtrum ſocietatis haberent, l. cum duobus, 52. §. cùm duo, ʒ.h.tit. Erant etiam Aurifodina-

B rum & Argentifodinarum ſocietates: de quibus in l.1. D. quod cuiuſq. vniuerſit. itémque Salinarum, l.3. C.h.tit. l. liber homo, 59. §.1. D. de hered. inſtit. His omnibus conuentum, & arcam communem, & actorem ac ſyndicum habere licebat, d.l.1.

§ 7 Hoc autem loco triplex ſocietatis diuiſio exponenda eſt. nam ſocietas alia eſt Voluntaria, alia Fortuita, l. verum eſt, 63. §. in heredem, ʒ.h.tit. Voluntaria eſt, quæ tractatu habito, id eſt, per conuentionem expreſſam contracta eſt. Fortuita eſt, quę ci-

C tra vllam expreſſam conuentionem, caſu plerumque, oblata rei communione, contigit, vt cùm duobus hereditas, aut res aliqua relicta, aut donata, aut legata eſt, l. vt ſit, 31. & l. ſeq. ʒ.h.tit. l. 2. D. commun. diuid. quamquam hæc non propriè ſocietas, ſed communio potius appellatur; vt poſteriùs dicemus. Similiter autem etiam inter fratres, aliud voluntarium conſortium eſt, ſi poſt patris mortem, hereditatis ſocietatem contraxerint: aliud fortuitum, ſi à patre indiuiſum matrimonium acceperunt, l. cum

D duobus, 52. §. Papinianus, ʒ.h.tit. Propriéque Conſortij nomen in fratres conuenit: vt apud Paul. in l. ſi is qui, 31. §.2. D. de excuſat. Cicero pro Flacco: Potuit dare Sextilius. nam fratres quidem Conſortes ſunt mendicitatis.

§ 8 Rurſus ſocietas dicitur alia Publica, alia Priuata, l. adeò, 59. ʒ.h.tit. Publica eſt, quæ de re aliqua publica contracta eſt: veluti, inter publicanos de vectigalibus; vt modò dicebamus. Priuata verò de rebus priuatis. Atque hæc ſpecies rurſus ita diuiditur,

E vt alia ſit Rerũ, veluti prædij alicuius, vt fructus ſint communes, d.l.52. §.2. ʒ.h.tit. aut Negociationis, veluti frumentariæ: cùm de emendo, vendendóque frumento, vino, oleo, aliiſve frugibus ſocietas coitur, l. 5. ʒ.h.tit. §.1. Inſtit. eod. Rurſus, Rerum initur ſocietas aut certarum dumtaxat, aut omnium bonorum: aut ſimpliciter atque indefinitè. Si bonorum omniũ contrahatur, tum vndecumque lucra obueniant, ſiue ex opera & labore bonorum, ſiue extrinſecus ex donationibus, legatis, hereditatibus, ea omnia com-

F municanda ſunt, l.3. §.1. l. ſi ſocietatem, 73. ʒ.h.tit. ſin autem ſimpliciter & indiſtinctè, tum ea ſola communicanda erunt, quæ ex quæſtu, id eſt, negociatione & mercaturis prouenient, l.7. & ſeqq. ʒ.h.t.

§ 9 Altera diuiſio eſt, vt ſocietas coëatur interdum expreſſis partibus, interdum omiſſis; interdum quibuſdam expreſſis, quibuſdam omiſſis. Si partes expreſſę ſunt, ſine controuerſia ſeruandæ ſunt: veluti, vt vnus duas lucri & damni partes ferat, alter vnam dumtaxat. Sin omnes omiſſæ ſunt, æquales

G eſſe partes intelliguntur: quod tamen ſecundum proportionem Geometricam intelligendum eſt, pro rata portione, quam quiſque in commune contulit. alioqui ſi inæqualibus æqualia tribuerentur, iniqua eſſet diſtributio; vt ait Ariſt. Eth. 5. Sin autem quędam expreſſæ, quędam omiſſę ſunt, omiſſæ tales intelliguntur, quales expreſſæ fuerunt, §.2. verſ. illud, Inſt. h.tit.

Nunc

§ 10 Nunc de iure videamus: quod primùm in contrahendi & diſtrahendi modo, deinde in effectu contractæ ſocietatis conſiſtit. Ergo contrahitur ſocietas nuda conuentione, eáque vel expreſſa, vel tacita; vt ſuprà dictum eſt. contrahitur præterea vel præſens, vel ex die. item, vel in perpetuum vitæ tempus, vel ad certum tempus dumtaxat, l.1.ĵ.h.t. vtrum autem non modò purè, verumetiã ſub condicione contrahi poſſet, Iuſtin. diſceptatũ fuiſſe ſcribit inter Iuriſc. l. pen. C.h.t. Dubitãdi cauſſa fuit: quia per ſocietatem dominium transfertur: quia tacitè traditio facta intelligitur, l.2.ĵ.h.tit. traditio verò, ac præſertim illa ciuilis, quæ Mancipatio dicebatur, condicionem non admittebat, l. actus, 77. D. de reg. iur. Iuſtinianus tamen pro ſuo iure ſtatuit, vt deinceps etiam ſub cõdicione contrahi poſſet: ex quo intelligitur in l.1.ĵ.h.t. vel Tribonianum ſuo more manum admouiſſe: vel Vlpianum in eorum numero fuiſſe, qui eorum ſententiam defendebant. quamquam animaduertẽdum eſt, dupliciter Cõdicionem accipi: primùm de initio ſocietatis, vt ſi Titius ſit Conſul, ex eo die contracta ſit ſocietas: qua de re, Imper. ſcribit diſputatum inter Iuriſc. fuiſſe: deinde de certis legib. ad exercẽdam ſocietatem pertinentib. de quibus ambigi poſſe, nõ arbitror: præſertim propter l. ſi conuenerit, 14.ĵ.h.t, vbi præclara ſententia traditur, quæ ad fœdera & publicas ſocietates produci poteſt: atque adeò ad conuentiones, quæ inter Reges & ſubiectos fieri ſolẽt: Si cõdicio, qua ſocietas contracta eſt, non ſeruatur, aut ſi ſocius ita iniurioſus eſt, vt non expediat cum pari, licere ſocietati renunciare. Quattuor autem modis ſocietas diſtrahitur.

§ 11 Primùm Renunciatione. Nam cùm ſocietas conuentione conſtet, conſentaneum eſt, mutata voluntate, ſocietatem extingui, l.4. & d.l. ſi conuenerit, ĵ.h.t. quamquam intempeſtiua aut fraudulenta renũciatio in æſtimationem venit: veluti, cùm lucrum captatum eſt, vt ſi fortè ſocius ab aliquo ſit heres inſtitutus. nam & quidquid ei obuenerit, communicare cogitur: & tamen ex contrario, ſi quid alteri obtigerit, cum eo non communicabitur, l. actione, 65.§.2.ĵ.h.t. & §.3. Inſt. eod. Ac non modò renunciatione ſoluitur ſocietas, ſed etiam pacto nudo, ne ſocius ſuã partẽ petat. nã ſi minus ipſo iure, attamen effectu ſocietas tollitur, l. in hoc iudiciũ, 14.§.vlt. D. cõ. diuid.

§ 12 Secũdus diſſoluẽdæ ſocietatis modus, eſt Mors ſocij: adeò vt etiã ſi plures ſuperſint, tamẽ vnius morte ſocietas diſſoluatur, l. adeò, 69.§. morte, ĵ.h.tit. primùm, quia perſonalis eſt: ſicut vſusfr. & Tutela, l.6.§. pen. D. de his q pot. infam. nã in cõtrahẽdo, perſonæ delectus habetur. §.4. Inſt.h.t. quippe, cùm interdum vnius ſolius arte, induſtria, & cõſilio tota ſocietas ſuſtineatur, d.l. adeò, ĵ.h.t. Quid igitur ſi in coeũda ſocietate pactũ interponatur, vt etiã ad heredes ſocietas producatur? nã id valere dicitur in d.l.65.§. morte. at in l. cũ duobus, 52.§. idẽ reſpõdit, eod. titul. Papinianus ſtatuit, ſocietatẽ nõ vltra mortẽ produci poſſe: & ideo nec libertatẽ de ſupremis iudiciis cõſtringi poſſe, vel cognatũ vlteriorẽ proximioribus præferri. quod idẽ traditur in d.l. adeò, 59. & l. nemo, 35.ĵ.h.t. Sed reſpondendum eſt, valere quidem pactum indefinitè & impersonaliter conceptum, vt heres meus ſit ſocius, ſed nõ valere pactũ, vt Titius heres meus futurus ſit ſocius: ſi fortè ſocius peteret, vt heredem meum nominarẽ, ne quem inuitus ſociũ habere cogeretur, vel ſi cùm ſocietatẽ vnà cũ fratre meo habere nollet, q mihi futurus erat heres legitimus, malit ſe Patruelem ſocium habere: cúmque hac de cauſſa paciſcar heredem meum futurum. quæ pactio teſtandi libertatem conſtringit. Neque verò huic ſententiæ aduerſatur, quòd in ſocietate certæ perſonæ electio eſt: vt diximus ex §.4. Inſtit. h. tit. heredis autem perſona, non nominata, incerta eſt: quia cùm ſocius tantùm remittere ſocio de ſuo iure poſſit, vt nulla pars damni ad eum pertineat, quidni hoc etiam remittere per pactũ poſſit, vt quicumque futurus heres eſt, ſibi ſit ſocius: cùm vnicuique per pactũ ſuo iuri renunciare, ſuã cõdicionẽ deteriorẽ facere liceat? l. pactũ, 46. D. de pact.

§ 13 Verùm hæc quidem in priuatis ſocietatibus ita ſe habent. nam in vectigalium ſocietatibus heres admittitur, ſi modò pars defuncti ad perſonam heredis eius adſcripta ſit, l. adeò, 59.ĵ.h.t. id eſt, ſi iam tum cùm vectigal cõducebatur in ipſa lege Cenſoria cõuenerit, vt Titij pars poſt ipſius mortem ei adſignata ſit, qui eius heres futurus ſit: nam per partes vectigalia exercebantur, l. locatio, 9.§. ſocij, D. de public. & vectig. Poteſt autem etiam heres ad ſocietatem admitti, modò ab aliis adſciſcatur: quo caſu noua videtur ſocietas contracta, l. verũ, 63.§. in heredem, ĵ.h.t.

§ 14 Ad mortem autem primùm pertinet capitis deminutio, ſed media & maxima dumtaxat: quoniã his modis interire homines dicuntur, d.l. verũ, §. vlt. ĵ.h.t. l. quoties, 14. D. de nouat. Minima verò capitis deminutione, hoc eſt, ſui iuris adeptione nõ dirimitur: ſiue illa, emancipatio ſit, ſiue mors patris, l. ſi id quod, 58.§.2.ĵ.h.t. l. Iulianus, 42.§.1. D. de adq. her. cuius rei ratio inueſtigãda eſt. Nam cùm ſocietas ius ſit perſonale: vt ſup. dictum eſt. quæ verò perſonalia ſũt, perſonæ mutationem non ferant: conſentaneum videbatur, ſocietatem æquè per hanc capitis deminutionem interire, vt vſusfructus interit: quem perſonalem ſeruitutem eſſe conſtat: ac ne ciuilem quidem illam & imaginariam perſonæ mutationem, antiquo iure, ferre potuiſſe, l.1. D. quib. mod. vſusf. l. pen. & l. vlt. C. de vſufr. Sed reſpondendum eſt, Vſumfructum iuris ciuilis Quiritium fuiſſe: ſocietatem verò eſſe iurisgentium, arg. l.1.§. vlt. D. de cõtr. emt. quæ verò iurisgentium ſunt, ciuilib. illis fictionib. non interire, l.8. D. de cap. min. Itaque ſiue filiusfam. emancipetur, ſiue paterfa. adrogetur, nihilominus tamẽ ſocius permanet, d.l.58.§.2. & l. actione, §. ſocietas, ĵ.h.t. Similiter videmus Precarium (quod iurisgentium eſſe dicitur in l.1.ĵ. de precar.) per adrogationem non interire: quamquam cùm adrogatus in adrogatoris poteſtate ſit, fieri non poteſt, quin & precarij vſus & ſocietatis emolumẽtũ ad eũ quoque pertineat, l. ſi adoptauero, 16. eod. tit. Ad mortẽ præterea refertur, Bonorũ publicatio. nã cùm in eius locũ alius ſuccedat, pro mortuo habetur. l. actione, 65.§. publicatione, ĵ.h.t.

§ 15 Tertius modus eſt, Rei, de qua contracta erat ſocietas, interitus: veluti, fundus ab hoſtibus captus, aut res conſecrata, publicatáve, d.l.63.§. vlt.

§ 16 Deinceps de iure contractæ ſocietatis videamus: Primus enim eius effectus eſt, vt inter ſocios communionẽ inducat, idque pro indiuiſo. Qua de cauſſa, Pædianus in illum Verr. 3. locũ: Socium ne admittito, neve partem dato: Aliud enim, inquit, Socius eſt, aliud Particeps: nam Particeps dicitur, qui certam habet partem, & non indiuiſè agit, vt ſocius. Inducitur autem communio non per ſocietatem, vt ſuprà dictum eſt, ſed per traditionem, quæ tacitè facta intelligitur, l.2.ĵ.h.t. ſed earum dumtaxat rerum, quæ iam in ipſorum dominio ſunt. Nam quæ poſt contractam ſocietatem adquiruntur, non ipſo iure,

ſed per actionem pro ſocio communicantur, l.ſiquis ſocietatem,74.ȷ.h.t. quod eſſe ſingulare in hoc contractu notandum eſt.nam ceteri qui conſenſu perficiuntur, non transferunt dominium, veluti venditio: hic ex tacita traditione transfert dominium, ipſo iure. Verumenimuerò cùm ſocietatis duæ partes ſint,ſors & ipſius ſortis euentus,id eſt,fructus aut damnũ,quæri video,vtrum euentus tantùm,an etiam ipſius ſortis cõmunio per ſocietatem inducatur? Nã conferri quidem certè à ſingulis aliquid oportere, ſiue rei,ſiue pecuniæ,ſiue operæ, ſatis conſtat: quoniã donationis cauſſa contrahi ſocietas non poteſt. l.5.ȷ. h.t.l.ſenat⁹,35.§.ſiquis,D.de mort.cauſſ.don.l.in cauſſæ,16.D.de minor.l.cùm hic ſtatus,32. §. ſi inter virũ, D.de don.int.vir.& vx. Ad hanc quæſtionem videõ Doctores omnes quos mihi legere licuit, vel dubitare,vel reſpondere, poſſe ſocietatem etiam ſine ſortis communione conſiſtere: dummodò lucri & damni ſocietas ineatur: præſertim eo caſu, quo vnus ſortem ſolus, alter ſolus operam confert: vt in l.1.C.h.t.§.2. Inſt.eod. In quo magnum equidem illorũ iudicium deſidero:qui non animaduerterunt ex l.ſi tibi, 13.§.1. D.de perſcr.verb.l.ſi merces,25.§.vis maior,D. locat. l.ſi paſcenda, 8.C.de pact.tum demũ pro ſocio actionem eſſe, cùm rei quidem dominium retinetur, ſed tamen cum ſocio communicatur:veluti,ſi vnus puerum alteri nutriendum aut docendum dederit, aut pecus paſcendum: vt,cùm poſtea vendetur, precium commune ſit. Itaque in Oratione Ciceronis pro Q. Roſcio,cõmunicatus dicitur Panurgus ſeruus à Fannio domino, cum Q.Roſcio actore ſummo, vt eum artem hiſtrionicam doceret:ea lege,vt quæſtus communis eſſet:cúmque is Panurgus interfectus fuiſſet, Roſcius damni ſui partem perſecutus eſſe, atque etiã exegiſſe dicitur. Quid igitur, ſi partiaria conuentio ſit? veluti,cũ ager politori (hoc eſt,perito alicui agricolæ) colendus datur, ea lege, vt fructus tantùm ſit communis? aut pecus paſcẽdum,ea lege,vt ſolus fœtus communicetur? Tum verò non ſocietas illa dicetur,quia ſolidum ſortis dominium retinetur: ſed diſertè appellatur Quaſi ſocietas,in d.l.ſi merces.ideóque hoc caſu pro ſocio negatur competere actio, ſed perſcriptis verbis concedi:in d.l.ſi paſcenda. Atque hoc nimirum illud eſt,quod dicitur in d.l.52.§.damna,pecora dari paſcenda interdum ſocietatis contrahendæ cauſſa, cùm æſtimata traduntur.quòd ſi non æſtimata tradantur, tum ſocietatem illam non eſſe: ac proinde perſcriptis verbis agendum. Similitérque cùm margarita certo precio vẽdenda datur, cum pacto, vt, ſi pluris vendatur, quod excedit, ſit venditoris,ſi quidem illius margaritę dominium communicetur, pro ſocio eſſe actio dicitur:ſin minus, perſcriptis verbis,l.ſi margarita,44.ȷ.h.t.quod idem dicendum eſt de ſpecie l.cum duobus, 52.§. item ex facto, ȷ.eod.vbi locus vnius pecunia emtus erat,in quo alter ſua opera monumentum fecerat,cum pacto,vt de precio ex venditione redacto, ille certam ſummam, hic ſuperfluũ ſibi haberet. Nam cùm Vlp.ait actioni pro ſocio locum eſſe,perſpicuè demonſtrat, loci dominium inter ipſos communicatum fuiſſe.

§ 18 Sed nuſquã ea res dilucidiùs traditur, quàm in l.ſi id quod,58.ȷ.h.t.vbi ſpecies profertur de duobus, quorum vnus, tres equos: alter, vnum habebat: conuenitque inter illos vt quadriga vẽderetur, & ex precio quarta huic redderetur.equus huius ante venditionem interierat. quærebatur, an nihilominus partem in illis tribus haberet. Reſpondetur, diſtinguendam eſſe, vtrum vendendæ, an habendæ tantùm quadrigæ pactum interpoſitum fuiſſet. nam ſi vendendæ tantùm,nullam eſſe ſocietatem, niſi quadriga vendita: ſin autem habendæ, manere ſocietatem. Poſitum igitur illud ſit,nullam eſſe veram, propriámque ſocietatem, niſi in qua & ſortis & prouentus communio ſit: etiamſi vnus ſortem ſolus, alter ſolus operam ſine pecunia contulerit.

§ 19 Hoc poſito, grauis illa quæſtio exoritur:An inter ſortem & euentum ſemper proportio eſſe debeat? veluti, vt qui æquales in ſortem partes contulerunt,æquales lucri & damni partes ferant:qui verò inæquales, pro rata quoque prouentum conſequantur: quod adfirmaſſe Q.Mutius dicitur: eámque ſtatuiſſe veram Societatis naturam eſſe: atque idcircò conuentionem, vt ſocius aliam damni, aliam lucri partem ferat, repudiandam eſſe, tamquam ſocietatis naturæ contrariam:veluti,vt vnus, duas lucri, vnam damni partem ferat:alter,duas damni,vnam lucri dũtaxat,§.2.Inſt.h.t.l.Mutius, 30.ȷ.eod. Et profectò ita eſt,vt Iulianus in l.qui ſcit,25.D.de vſur.ſtatuát,cum qui ex communi fundo fructus percepit,non maiore ex parte ſuos illos facere, quàm ex qua fundi dominus eſt. Contra tamen diſputaſſe Ser. Sulpicius dicitur,ac ſtatuiſſe,nõ modò hanc pactionem valere, verùm etiam illam,vt vnus lucri partem ferat, de dãno non teneatur,d.§.2.ȷ.h.t.propterea quod innumerabiles caſus occurrunt,quibus vnius ars, opera, induſtria multò pluris eſt, quã alterius pecunia: vt in illa Panurgi ſocietate vſuuenit;quem Cicero, ſi ex trunco corporis æſtimetur,vix x. aureorũ eſſe adfirmat: ſi ex artificio,amplius centum.Idémq; traditur in l.5.& l. 6.& l.cum duobus,52.§.1.l.ſi non fuerint,29.& l.ſeq. ȷ.h.t.Sed videamus, ecquid illorum Iuriſconſultorũ ſententiæ conciliari inter ſe poſſint.quod vt fiat,primum illud præmuniẽdũ eſt;Societatũ tria eſſe genera.nam interdũ vtraq; ex parte & res & opera cõfertur:interdum vna ex parte,res tãtùm:ex altera parte, opera tantùm:interdum vna ex parte, res & opera ſimul:altera ex parte,res tantũ,vel opera tãtùm. Et rurſus in prima ſpecie,interdũ operæ ſociorum æquales ſunt:interdum verò longè inæquales. Secũdò poſitum illud volumus, quod neminẽ negaturũ arbitramur,ſortem in ſocietate non tantùm ex re, ſed etiam ex arte,opera, induſtria æſtimandam,l.5. & l.6. ȷ.h.t. Nam in ſocietate duæ cauſſæ ſpectandæ ſunt:materia (ſiue illa in pecunia, ſiue in mercibus conſiſtat) & cauſſa efficiens:id eſt,negociatio, quæ in illa materia exercẽda,tãquã in ſubiecto verſatur. Itaq; ſi duo ſocietatẽ ita cõtraxerint,vt vn⁹ cẽtũ ſine opera:alter quinquaginta & operã,quæ quinquaginta ſit cõferat, cui dubiũ eſt,quin ſinguli cẽtena cõtuliſſe videãtur? cùm pauperior operis & laboribus ſuis ſuppleat, quod ei ad patrimonij comparationem deeſt: vt ait l.5.ȷ.h.t. Quid verò, ſi quid in ſocietate calamitatis acciderit? cui dubium eſt,quin non modò is qui pecuniã contulit, verùm etiam is qui operam & laborem perdidit, damno adfectus ſit: cùm ſolus nauigarit, ſolus ſit peregrinatus,ſolus pericula obierit? vt ait l.ſi nõ fuerint,25.ȷ.h.t.Quare, diſputari poſſe arbitror, quod Q. Mutius ſtatuebat,proportionem in ſocietate ſeruãdam eſſe,vt non aliæ lucri quàm damni partes ferrẽtur. d. l. 30. ȷ.h.t.rectiſſimè ſic accipi poſſe, ſi modò intelligatur,nõ tantũ de pecunia,verùm etiã de opera:veluti,ſi Titius & Mæuius cẽtenos aureos in ſocietatem contulerint: ſed Titius inſuper operam, quæ centum aureorum ſit,Mæuij verò nulla fuerit opera:

cui

cui dubium eſſe poteſt, quin conuentio valeat, vt Titius duas lucri partes ferat: vt ſi XII. lucrifacta ſint, VIII. ipſi adtribuantur: Mæuio verò IIII. dumtaxat. Quare, duas veteres meas regulas conſtanter arctéq; retinendas cenſeo: quarum prior hæc fuit: in ſocietate parem eſſe debere ſortis & prouentus rationẽ: hoc eſt, vt qui plus minúſve contulit, plus minúſve auferat. Poſterior hæc: in ſocietate parem eſſe oportere lucri & damni rationẽ: veluti, vt qui beſſem lucri percipit, idem beſſem damni conſequatur: viciſſimque qui lucri trientem, idem damni trientem percipiat. Simúlque illud adiungendum eſt, quod dicitur, Receptam eſſe pactionem, vt vnus lucri partẽ ferat, dãni ſit expers, d.§.2. & d.l. ſi non fuerint, 29. ʒ.h.t. nequaquam ſimpliciter intelligendũ eſſe: veluti, cùm quis otioſus in mercatorum ſocietatem ſummam aliquã contulit, ea lege, vt lucrum participet, damni ſit expers: (quæ pactio ſocietatis naturæ perſpicuè aduerſatur, quæ non modò ſortem, verùm etiam euentum omnem communem eſſe vult) ſed tũ demùm admittendum, cùm pluris eſt illius opera, qui ſolius lucri partem ſibi depactus eſt, quàm alterius otioſi pecunia. quod etſi Imp. diſertè non expreſſit, Vlpianus tamen apertiſſimè illis verbis declarat: SI MODO ALIQVID PLVS CONTVLIT: item, QVOD ITA DEMVM VALET, SI TANTI SIT OPERA, &c. d.l. ſi non fuerint, ʒ.h.t. quod vſque eò notãdum cenſeo, vt abſque illa condicione & interpretatione Vlpiani, pactum illud ſocietatis, ſimpliciter ab Imp. prolatum, probaturus non ſim. Præterea in hac ipſa ſpecie, Iuſtiniani interpretatio adhibẽda eſt, vt ſi in alia re damnum, in alia lucrum factum ſit, compenſatio fiat: & quod ſupereſt, lucrũ eſſe intelligatur: id eſt, vt is cui propter ſingularem induſtriam permiſſum eſt, vt mediã lucri partem ferat, damni ſit expers: non poſſit ex mercibus, in quibus lucrum factum eſt, partem petere: ex aliis verò, in quibus damnum factum eſt, damni partem repudiare, ſed facta lucri & damni cõpenſatione, quod lucri ſuperfuerit, eius partẽ auferat. Atque hæc quidem de communione dicta ſint, quẽ primũ ſocietatis effectũ eſſe demonſtrauimus. In quo etiam illud notandum eſt, cùm per ſocietatem communio inducitur, dominiũ ab vnoquoque ſocio pro parte indiuiſa retineri, l. merito, 51. ʒ.h.t. ac propterea ſus cuiq; illorum eſſe, partem ſuam, ſiue inter viuos, ſiue per teſtamentum alienare, l.2. & paſſ. C. de comm. rer. alien. l. nemo, 68. ʒ. h.t. l.1. C. qui teſt. fac. poſſ. ſed non amplius ſua parte, l. ſi ſocius, 16. D. de reb. cre. quãquã ſi de re cõmuni conteſtata lis eſt, ne ſuam quidem partem alienare poteſt, l.1. C. com. diuid. Alterum ſocietatis ius eſt, vt bonæfidei ſit: ac proinde, vt ſocij inter ſe dolum & culpam præſtent. De dolo exemplum eſt in l. cum duob. 52. §. ſi qui ſocietatem, h.t. cũ duo ſocietatem ad emendum coierunt, & vnius dolo factũ eſt, quo minus emeretur.

§ 20. Sed quæ culpa præſtanda ſit, non ſatis inter veteres Iuriſconſultos conuenit: vt teſtatur Imp. in §. vlt. Inſt. h.t. & Vlp. in d.l. cum duobus, 52. §.1. ʒ. eod. Erant qui ſolam latam culpam præſtandã exiſtimabãt: nam, ſiue eum qui arguitur, ſpectemus: ſicut ei licuit in ſuis rebus eſſe negligẽti, l. etiã, 18. §.1. D. ſol. matr. l. ſi quid poſſeſſor, 31. §. pen. D. de her. pet. l. in re, 21. C. mand: quidni etiam licuiſſet in cõmunibus, quæ pro parte ipſius ſunt? ſiue eũ, qui arguit, ſpectemus: de ſe ipſe queri debere videbatur, q negligẽtẽ ſociũ delegiſſet, d.§. vlt. quę cauſſa in depoſito valuit, vt in eo latã dũtaxat culpa præſtaretur, l.1. §.2. D. de obli. & act. ea-

A démque ex contrario in rerum communione valebat, vt leuis in ea culpa præſtaretur: quoniam in eam fortè incidimus, non iudicio venimus, l. heredes, 25. §. non tantum, D. famil. erciſc. Alij contrà diſputabant, primùm, quib. in negociis vtriuſque verſaretur vtilitas, in iis etiam leuem culpam præſtari, in quib. diſertè ſocietas numeratur, l.5. §.1. D. commo. l. cõtractus, 23. D. de reg. iur. l. ſi ſeruus, 108. §. cùm quid, D. de legat. 1. Itaque Vlp. in l. ſi ambo, 10. D. de compenſat. ſi
B vnus è ſociis, inquit, è communi fructum perceperit, alter eam negligentiã adhibuerit, quæ tãtum damni intulerit, quantum ille lucri perceperit, vtriuſque compenſatio admittitur. Vtra autem ſententia obtinuerit, non ſatis cõſtat. nam quod Imperator ſcribit, eam præualuiſſe, quæ tantam diligentiã exigit, quantam ſocius ſuis in rebus adhibet, quis non videt, ad latã dũtaxat culpã pertinere? cùm ex multis locis cõſtet, latam culpã dici, cùm minor in alienis quàm in ſuis diligẽtia præſtatur; vt l. quod Nerua, 32. D. depoſ.

C § 21 Itaque difficile dictu eſt, maritũ in reb. dotalib. aliam quàm latam culpam præſtare: hoc eſt, tantam ab eo diligentiam exigi, quantam in ſuis rebus adhibet: quippe quę, ſi vtilitatem ſpectemus, eius ſint cum vxore communes, l. etiam, 18. §.1. l. ſi conſtante, 29. §. ſi maritus, D. ſol. matr. l. in rebus, 17. D. de iur. dot. vbi pro ETIAM, non dubito reponendum eſſe, EAM. Reſtat, vt de caſibus fortuitis & damnis fatalibus dicamus, quos nullo bonæfidei iudicio præſtari docet d.l. cõtractus, D. de reg. iur. l.5. C. de pig. act. Sũt
D autẽ fatales caſus, qui à nullo quantũuis cauto & prudẽte patrefam. præcaueri poſſunt, d.l.5. C. de pignor. act. l.2. §. ſi eo tempore, D. de admin. rer. ad ciuit. l.4. C. de petic. tut. Poſtremũ ſocietatis ius eſt, vt ex mutuis illis obligationibus vtrimq; actionẽ pariat; quę modò pro ſocio, modò ſocietatis iudiciũ appellatur. Vtraq; autẽ ex parte Directa dicitur: propterea quod ęquè vtraque ex parte principalis eſt, quod accidit in iis negociis in quibus par vtriuſque contrahentis ratio eſt: veluti in emto, locato, & ſocietate. at in aliis
E cauſſis, velut in depoſito, commodato, tutela, pignore, certũ eſt, alterius cauſſam alterius cauſſa potiorem eſſe: quocirca contraria iis in negociis conceditur: vt diximus ad Rubr. D. commod. Eius autem hæc definitio eſt:

§ 22 Actio pro ſocio, eſt actio ciuilis, perſonalis, quæ ſociis inuicem conceditur, vt quod alterũ alteri ſocietatis nomine ex bono & æquo dare facere oportet, quatenus commodè facere poſſit, præſtetur. nam cùm bonæfidei hoc negocium ſit, d.l.52. §.2. ʒ.h.t. non
F præciſè certa res petitur, ſed eius æſtimatio iudicis arbitrio permittitur, l. in propoſito, 78. ʒ.h. tit. Dixi, QVOAD FACERE POSSVNT: quoniam hæc actio ex earum numero eſt, quibus reus nõ in ſolidum reſtrictè, ſed quatenus commodè facere poteſt, damnatur, ſi modò bonorum omnium ſocius ſit, l. ſunt qui, 16. D. de re iud. l.7. D. de except. vel niſi ſe ſociũ eſſe negarit, l. ſed hoc, 22. §.1. ʒ. de re iud. Neq; prætermittenda eſt ratio, quam Vlp. profert, quoniam ſocietas ius quoddam fraternitatis in ſe continet, l. verum eſt, 23. ʒ.h.t. hoc eſt, quemadmodum frater fratri eã cari-
G tatem debet, ne ſummo iure cum eo agat, ſed ei, vnde alatur, relinquat: ſic ſocius agens cum ſocio, benignè agere, & caritate vti debet, ne omnibus illum rebus nudũ ac ſpoliatum relinquat: quod in damnatis, qui ſoluendo nõ erant, fieri ſolitum, ſatis conſtat.

§ 23 In hanc igitur actionem veniunt perſonales præſtationes: veluti, ſi quis in rem cõmunẽ ſum-

tus fecerit, vt cùm quis in communem riuum reficiendum aliquid impendit, l.cum duobus, 52. §.item ſi quis, ȷ̄.h.tit. cùm quis propter ſocietatem ad nundinas profectus, aliquas in viaticum, & vecturas, & ſtabula impenſas fecit, d.l.52.§.ſi qui ex ſociis. Inter præſtationes perſonales numerantur prętereà, ſi quis damni quid propter ſocietatem ſenſerit: vt ſi ad mercatum ſocietatis cauſſa profectus in latrones inciderit, d.l.52.§.quidam. ſi eius pecunia ad merces emẽdas peregrè deportata perierit, l.ſi id quod, 58.§.1. ſimiliter ſi quis ſocietati damnum dederit, veluti ſi ſeruum communem corruperit, l.ſi quis ſeruum, 9.D.de ſer. corrup. l.ſed & eò, 10. D.de nox.act. aut ſi vulnerarit, vel cæciderit, l. ſed nihilominus, 48.& l.ſeq. ſi mortuũ in agrum cõmunem intulerit, l.ſi fundus, 39.ȷ̄.h.tit. Prętereà ſi quis fructus, mercedéſve ex re communi perceperit, l.pro ſocio, 38.§.1. ſi quis pecuniam communem in vſus ſuos conuerterit. qua de cauſſa, etiam ſine mora vſuras debet, l.1.§.1.D.de vſur.

§ 24 Supereſt, vt quę inter ſocietatẽ & communionem vel communio vel differentia ſit, videamus. Nam illæ perſpicuè inter ſe diſtinguuntur in l.contractus, 23.D.de reg.iur. quamquam, vt Cicero ſocios definit, inter quos communis res eſt, ſic etiam in libris noſtris interdum generaliter ſocij appellantur, qui communiter aliquid poſſident: veluti, communium prædiorum domini, l.19.l.34. D.de ſeruit. ruſt. Item, qui parietem intermedium communem habent, l.ex damni, 40. §.1.D.de don.int.vir. denique, qui communem in eodem cœnaculo habitationem habent, l. 4. D. de his qui deiec. Ergo in vtraque & ſortis, & euentus, id eſt, lucri damníque participatio eſt. Per vtramque dominium pro partibus indiuiſis adquiritur. ex vtraque naſcitur actio bonæfidei, per quam perſonales præſtationes petuntur. Itaque altera alteram tollit: niſi quid fortè minus ex illis cauſſis præſtitum eſt, l.pro ſocio, 38. §. 1. & l.ſi actum, 43.ȷ̄.h.t.

§ 25 Differentiæ autem ferè ſunt huiuſmodi: Societas voluntaria eſt, quæ per conuentionem, & tractatu habito contrahitur. Communio fortuita vel, vt alij appellant, neceſſaria eſt, quæ ſine tractatu cõtingit, l. 2.D.commun.diuid. l. vt ſit, 31.cum l.ſeq.ȷ̄.h.tit. Eadem etiam, communiter geſtum, appellatur, l. 31.& duab. ſeqq. & l.actione, §.ſi poſt, ȷ̄.h.tit. Itaque, ille contractus: hic quaſi contractus eſt, §.3. Inſtit. de oblig. quæ quaſ. ex contr. Illius nomine neque pupillus, neque furioſus, ſine tutoris, aut curatoris auctoritate obligatur: huius nomine obligatur, l.vt in conductionibus, 33.ȷ̄.h.tit. l.furioſus, 46. D.de oblig.& act. Illa negociationis cauſſa ſæpè cõtrahitur: in hanc non cadit negociatio. & ſi caderet, tum noua contracta ſocietas intelligeretur, argum. l.planè, 37. ȷ̄.h.tit. Ex illa, naſcitur obligatio pro ſocio, merè perſonalis: ex hac, formula communi diuidundo, in rem & in perſonam mixta. Itaque in illam ſolæ perſonales præſtationes veniunt: in hanc, præter perſonales pręſtationes, ineſt dominij vindicatio, pro parte indiuiſa, l.3.§.vlt.l.4.D.de rei vind.l. 1. l.4.§.3.D.commun.diuid. Per illam petitur, vt res non communes, efficiantur communes, l.ſi quis ſocietatem, 74.ȷ̄.h. tit. Per hanc, non modò perſonales pręſtationes petuntur: verùm etiam communiũ rerum diuiſio. Itaque diuiſorium hoc iudicium appellatur: illud diuiſorium non eſt. qua de cauſſa, etiã poſt diſtractam ſocietatem, tamen ad res communes diuidendas, ſociis, communi diuidundo iudicium neceſſarium eſt. non enim, ſi diſtracta ſocietas eſt, vtique diremta communio eſt, l.1.D.comm.diuid. Prætereà, per ſocietatis iudicium non fiunt adiudicationes: per hanc, fiunt, l.ſi actum, 43.ȷ̄.h.t. l.4.D.comm. diu. Denique, cõmuni diuidundo actio vim pro ſocio actionis in ſe cõplectitur: ita tamen, vt per illam hęc non impediatur: ſed tantùm in id, quod ex perſonalibus pręſtationibus supereſt, intendatur: nam pro ſocio actio nominũ rationem habet. In cõmuni diuidundo iudicium ſolæ res corporales veniunt: quoniã illę ſolæ diuiſionem recipiunt, l.4.D.commu.diuid.

LIBER XVIII.

DE CONTRAHENDA EMTIONE ET VENDIDIONE.

TITVLVS I.

1 *Emtionis & vend. definitio.*
2 *Finis principalis huius contractus quidem eſt vt rei dominiũ alienetur, ſed euentus aliquando alius eſt.*
3 *An emtio & vend. ſit adquirendi dominij modus.*
4 *Emtio alia Naturalis, alia Ciuilis: quæ poſtrema Mancipatio dicitur.*
5 *Item alia Vera, alia Imaginaria. & vt vera ſit, quattuor concurrant oportet.*
6 *Item alia Purè contrahitur, alia Sub condicione.*
7 *Inter quos contrahi emtio & vend. poßit. & Conſenſum omnino adhibendum eſſe.*
8 *Quib. rebus conſiſtit emtio & vend.*
9 *De commercio, & reb. quæ vel natura in commercio non ſunt;*
10 *Vel iure ciuili, cuius rei plurimæ ſpecies enumerãtur.*
11 *Certa res quid ſit. Vbi quæſtio tractatur, Vtrum ſatis ſit ſi de corpore conſtet, an etiam de qualitate conſtare oporteat. quæ pertinet ad l. ſi ſterilis, §. quamuis, D.de act.emt.*
12 *De rebus quæ vendi poſſunt.*
13 *De Precio & de Numo.*
14 *An precium numerata tantùm pecunia conſtet: quæ ad l.1.D.de rer.permut.pertinet.*
15 *Peregrini numi olim pro mercibus venditari ſoliti.*
16 *Certum precium quid ſit.*
17 *De iure & effectu huius Contractus:*
18 *Et primùm de Traditione.*
19 *Vtrum venditor cogendus ſit rem ipſam tradere, an eo quod intereſt præſtando liberetur.*
20 *Vniuerſaliter & ſingulatim vendere quid ſit, Et emend.l.3.D.de act.emt.*
21 *De reliquo huius conuentionis iure.*
22 *Ad quid emtor obligetur.*
23 *Arræ definitio, & eius ius expoſitum.*
24 *De antiqua venditione, quæ Mancipatio dicebatur, copioſa diſputatio: eiúſque cum vulgari venditione comparatio.*
25 *Paulli locus emend. Sent. 17.*
26 *De pactis inter emtorem & venditorem, quę ſecunda Rub. pars eſt, altera item copioſa diſputatio.*

SEQVITVR tertia ſpecies earum conuentionum, quæ ſine traditione, aut vlla verborum formula obligationem pariunt.

¶ 1 Nam emtio & venditio eſt cótractus, qui plerumque nuda conuentione conficitur, vt emtori certam rem certo precio habere liceat. neque enim id agitur, vt rei tradendæ dominium in accipientem transferatur, l. ſeruus, 30. §. vlt. D. de act. emt. l. ſi ita, 25. §. 1. j. h. tit. ſed tantùm vt venditor præſtet emtori habere licere, l. venditor, 8. D. de euict. Itaque priſcam in emtione ſtipulationis formulam Varro lib. de re ruſt. 2. hanc edit: Illáſce oues, qua de re agitur, ſanas eſſe rectè, haberéque rectè licere: hæc ſic rectè fieri ſpondes? Neque ad rem pertinet quod dicitur in l. pen. §. vlt. j. h. t. ſi id agatur, ne dominium transferatur, emtionem non eſſe. Non enim ſi emtio nulla eſt, cùm id agitur ne dominium transferatur, idcircò per emtionem ſemper id agitur, vt dominium transferatur: alioquin emtio venditio nūquam niſi tranſlato dominio contraheretur. quod abſurdum eſſe apparet, primùm ex rerum ſacrarum, religioſarum, publicarum, itémque liberorum hominū venditione, l. 4. l. qui officij, 62. §. 1. j. h. t. l. 4. D. quib. ad libert. proclam. deinde ex venditione rerum alienarum: quæ idcirco valet, obligationémque parit, vt ſi res euincatur, tum venditor quanti emtoris intereſt, præſtet: quamdiu non euincatur, nihil queri emtor poſſit, l. 1. D. de rer. permut. l. 3. C. de euict. l. ex emto, 11. D. de act. emt. dixi, *Plerumque nuda conuentione conficitur*: quoniam natura huius contractus eſt, vt ſolo côſenſu, ſola fide vtrimque data & accepta peragatur: vt ait l. 1. §. vlt. j. h. t. vel potius perficiatur, vt ait l. quod ſæpè, 35. §. in his, j. eod. ac proinde neque verba, neque ſcripturam requirat, l. cum res, 12. C. de probat. ſed nouo Iuſtiniani inſtituto inductum eſt, vt ſi eum per ſcripturam confici placuerit, tum demùm perfectus habeatur, cùm aut à contrahentibus ſcriptus ſubſcriptúſve, aut à Tabellione perſcriptus, partibúſque recitatus fuerit, l. vlt. C. h. tit. §. 2. Inſt. eod. l. contractus, 16. C. de fid. inſtr.

¶ 2 Finis quidem principalis huius contractus, & mens atque intentio contrahentium eſt, vt rei dominium alienetur. ſed euentus ſæpenumero longè alius eſt: quoniam pro rei dominio id præſtatur, quod emtoris intereſt, l. 1. D. de act. emt. qua de re poſtea plenius diſſeremus.

¶ 3 Nunc enim ſatis eſt intelligi, emtionem & venditionem non eſſe modum adquirendi dominij, ſed potius adquirendæ obligationis perſonalis, l. 3. D. de obl. & act. l. alienatum, 67. D. de verb. ſign. Neque obſtat quod dicitur, adquiri res vniuerſas per vetuſtam bonorum emtionem, §. 1. Inſt. de ſucceſſ. ſubl. primùm quoniam illud tamquam hereditatis, ſucceſſionis quidem certè quoddam genus erat. cuius enim in locum quis ſuccedit, is pro mortuo habetur. l. adeo, 65. §. publicatione, D. pro ſoc. deinde auctione conſtituta, & ſub haſta, ea venditio fiebat: qui fuit certiſſimus iure Quiritium adquirendi modus. alioqui etiam ſocietas inter adquirendi modos referretur: quoniam (vt ſup. tit. diximus) per ſocietatem pars dominij pro indiuiſo adquiritur. Finis quidem emtionis & ſocietatis eſt adquiſitio, ſed neutra eſt modus adquirendi: quod vel ex eo intelligi poteſt, quòd etiam earum rerum, quarum commercium non eſt, veluti rei ſacræ & religioſæ, hominis etiam liberi emtio conſiſtere dicitur: vt paulò antè dictum eſt. A non quantum ad dominium transferendum: id enim non poteſt: ſed tantùm ad venditorem, in id quod intereſt, obligandum, l. qui officij, 62. §. 1. h. t. Qua de cauſſa vbi emtoris intereſſe non poteſt: velut in veneni mali, vel in rei ꝓpriæ emtione, emtio non conſiſtit, l. ſuæ rei, 16. l. quod ſæpè, 35. §. 1. j. h. tit.

¶ 4 Deinceps ad diuiſiones accedamus: quarum illa prima eſt, vt emtio alia ſit naturalis ſiue iuris gentium, alia ciuilis: id eſt, ciuium R. propria, quæ peculiari nomine Mancipatio appellatur: quarum B ſpecierum differentias poſterius commodiore loco exponemus.

¶ 5 Secunda diuiſio eſt, vt emtio alia ſit vera, alia imaginaria, ficta, ſimulata, nuda: tot enim nominibus appellatur. Vera eſt, in quam quattuor concurrunt cauſſæ. nam efficiens eſt voluntas contrahentium inter ſe congruens, hoc eſt, ab vna parte ad trāſferendum dominium, ab altera ad accipiendum, l. ſi ſtipulet, 35. §. vlt. D. de verb. obl. Materia, merx & precium. Forma præſens traditio rei & numeratio preC cij: vt poſterius intelligetur. Finis autem, alienatio & adquiſitio, l. pen. §. vlt. j. eod. Imaginaria verò eſt, in qua earum cauſſarum aliqua deficit: veluti cùm vnus numus pro precio ſoluitur. nam vnus numus precium non eſt. quinetiam opponitur precio, l. ſiquis antè, 10. D. de adq. poſſ. Verùm expediendæ rei gratia id fit interdum: vt in ſpecie l. ſi vſusfr. §. vlt. D. de iur. dot. quo caſu imaginaria venditio dicitur, quoniam nō precium, ſed precij imago interpoſita eſt, l. imaginaria, 16. D. de reg. iur. Item cùm emD tor non verus, ſed ſuppoſitus interuenit: velut in ſpecie l. & qui ſub imagine, C. de diſt. pig. l. 4. in pr. & §. 1. D. de manum. Ex hac autem ſimulata emtione nulla naſcitur obligatio, niſi fortè imaginaria & inefficax, l. côtractus, 59. D. de obl. & act. l. cum ea, 21. C. de tranſact.

¶ 6 Tertia diuiſio pertinet ad contrahendi modum. nam emtio & venditio interdum purè contrahitur: quo caſu ſolo conſenſu perficitur, atque vtraque ex parte confeſtim obligationem parit: vt ſuprà E dictum eſt. Interdum ſub condicione: cuius vis eſt, primùm vt non antè condicionis euentum perfecta emtio intelligatur, l. 7. j. h. tit. ac proinde ſiue condicio defecerit, ſiue res pendente condicione interierit, nulla emtio ſit, & venditori res pereat. alterutro autem mortuo, heres eius nihilominus obligatus maneat, l. 8. D. de peric. & commod. l. ſi quis fundum, 57. j. h. tit. Neque verò prætermittenda eſt formularum diſtinctio, quæ notatur in §. emtio, 7. Inſt. h. tit. & l. 3. j. eod. vt ſi dictum ſit, Si tibi hæc res intra triF duum placuerit, eſto tibi emta: condicionalis venditio ſit: ſin autem hoc modo, Si tibi diſplicuerit, eſto inemta: pura ſit, quaſi condicio contingens emtionem reſoluat, l. ſi hominem, 19. D. de vſurp. & res inemta eſſe non poſſit, niſi quæ prius emta fuerit, l. 2. l. 6. D. de reſc. vend. qua de cauſſa quod dicitur in l. 4. C. de ædil. act. hanc venditionem ſub condicione contractam eſſe, & per redhibitoriam actionē reſolui, veriſſimè Accurſius interpretatus eſt, ſub cōdicione reſolutura, non autem quæ actum ſuſpenderit. Sed ſatius eſt ad partitionem accedere.

G ¶ 7 Cùm igitur conſenſum hic contractus requirat, conſentaneum eſt, primùm inter eos demum illum fieri, qui ſenſum habent: ac proinde furioſos ab illo excludi, niſi fortè intermiſſi furoris tempore, l. 2. C. hoc tit. deinde ab inuitis factum nullius eſſe momenti, l. nec quaſi, 70. D. de rei vind.

deniquе liberum eſſe tum emendi, tum vendendi arbitrium. Vendendi autem libertas eſt, primùm vt ne inuitus quiſquam vendere cogatur, l. inuitum, 11. C. h. tit. qua de cauſſa iis qui in prouinciis cùm imperio vel poteſtate erant, emere nihil præter ſeruum, eúmque in demortui locum licebat. Putarunt maiores noſtri (inquit Cic. Verr. vi.) ereptioné, non emtionem, eſſe, cùm venditori ſuo arbitratu vendere nõ liceret. quod idem traditur in l. non licet, 46. l. qui officij, 62. ĵ. h. tit. deinde vendendi libertas eſt, vt venditor cui volet vendere arbitratu ſuo poſſit. abrogata enim vetus quædam lex eſt, vt cognatus, conſors, ſocius extraneo præferretur, l. dudum, 14. C. h. tit. l. 3. C. de commun. rer. alien. Præterea cùm hic contractus ſine certa verborum formula fiat, conſentaneum eſt, non modò inter abſentes, ſed etiam à mutis & ſurdis nutu poſſe confici: auctore Paullo, Sentent. lib. 2. tit. 17. l. 1. §. vltim. ĵ. h. tit. Item cùm per eum de dominio transferendo & adquirendo agatur, inter eos demum valere, inter quos commercium eſt: id eſt, inter quos mutari dominium poteſt. qua de cauſſa, Peregrini quibus datum commercium nón erat, contrahere emtionem & venditionem non poterant: vt ait Vlpian. tit. Regul. 19. quod idem de patre & filiofamil. dicendum eſt, inter quos commercium non eſt, niſi de rebus peculij caſtrenſis, l. 2. ĵ. h. tit. nam in ceteris peculiis rerum proprietas & dominium penes patrem manet: ſolus vſus & adminiſtratio filiisfam. conceditur, l. per ſeruum, 37. §. 1. ĵ. de adquir. rer. dom. l. quis ergo, 16. D. de pecul. ceteris autem perſonis vendens filiusfam. obligatur, l. 6. §. ſi filius, D. de act. emt. In eodem numero ſunt pupillus & tutor: ne tutor ſimul emtoris & venditoris officio fungatur: ait l. 5. §. 1. D. de auct. tut. l. ſi emtione, 34. §. vlt. ĵ. h. tit. quamquam is qui tutelam non gerit, tamquam extraneus emere poteſt, l. 6. D. de auct. tut. Palam autem, id eſt, auctione conſtituta emere quiuis tutor poteſt, l. 5. C. h. tit. d. l. 5. §. vlt. D. de auct. tut. l. 2. §. tutor, D. pro emt. Inter pupillum autem & alios commercium eſt: ita tamen ſi tutoris eius, qui tutelam gerit, auctoritas acceſſerit, l. 4. D. de auct. tut. alioqui ex pupilli parte nulla obligatio eſt, l. Iulianus, 13. §. ſi quis à pupillo, D. de act. emt. l. 5. §. 1. D. de auct. tut. Poſtremò inter tutorem & alios contrahi quoque emtio & venditio poteſt: ſic vt tutor non tantùm res ab aliis emat, verùm etiam ſuas alienet, quamuis pupillo obligatas: ita tamen, vt cum ſua cauſſa & onere alienet, l. vnic. C. rem al. ger. Porrò in eorum numerum quib. commercium non eſt, referendi ſunt etiam prodigi, quib. bonis interdictum eſt, l. ſi ſciens, 26. ĵ. h. t. An verò emi & vendi per procuratorem poſſit, ſup. dictum eſt ad Rubr. D. mand.

§ 8 Nunc de rebus videamus. in quo regula hęc tenenda eſt: Emtionem ſine re certa, quę propriè merx dicitur, non conſiſtere, l. 8. ĵ. h. tit. Sed primùm de rebus, tum de rebus certis exponemus. Res igitur in hunc contractum cadunt eæ demum, vt dixi, quæ mercis nomine continentur: id eſt, quarum commercium eſt.

§ 9 Sed rerum commercium quarumdam naturæ, quarumdam iure ciuili nullum eſt. Natura commercium non eſt tribus modis: quędam enim in rerum natura eſſe negantur, quia ne intelligi quidem poſſunt: veluti hereditas viuentis, quà de cauſſa eius venditio nullius momenti eſt, l. 1. D. de hered. vel act. vend. quædam quia præſtari non poſſunt, ſed harum rurſus tria genera ſunt. nam aliæ in re quidẽ non ſunt, ſed in ſpe, id eſt, præſtari nondum poſſunt, ſed vt poſſint, ſperatur: veluti fructus fundi, partus ancillæ, fœtus pecorum: fruméta quæ in herbis ſunt: alea in venatione aut piſcatione. nam huius ſpei emtio valet, l. 8. ĵ. h. tit. l. 7. l. 11. D. de her. vel act. vend. adeò vt etiam captus piſcium, auium, miſſilium vendi poſſit, d. l. 8. h. t. & quamuis nihil capiatur, nihilominus precium debetur, l. ex emto, 11. §. qui autẽ, D. de act. emt. quædam neque nunc poſſunt, neque vnquam poterunt: veluti homo mortuus, domus combuſta, arbores tempeſtate deiectæ, partus ancillæ vel ſterilis, vel annis 50. maioris. l. ſi ſterilis, 21. D. de act. emt. In his ita diſtinguendum eſt. nam aut vterque peremtam eſſe rem ignorauit, aut vterque ſciuit, aut alteruter dumtaxat. ſi vterque ignorauit, venditio nulla eſt, quia ſine re venditio non conſiſtit, l. 8. l. etſi, 15. l. in lege, 77. ĵ. h. t. quod idem de maiore rei parte iudicandum eſt: quoniam vnaquæque res ex potiore ſui parte æſtimatur. at ſi dimidia tantùm, aut minor pars peremta ſit, venditio valet. qua de cauſſa emtor contractum implere, & precium ſoluere cogitur. quamquam quoniam contractus hic bonæfidei eſt, boni viri arbitratu, id eſt, iudicis officio precium diminuitur, l. domum, 57. cum l. ſeq. ĵ. h. t. Aut venditor ſciuit, emtor ignorauit: ac tum ſi tota res peremta eſt, venditio eſt nulla: ſin pars aliqua ſuperſit, ſiue minor, ſiue maior, venditor propter dolum, in id quod emtoris intereſt, tenetur, d. l. domum, & l. 9. D. de peric. & comm. Aut ex diuerſo, venditor ignorauit, emtor ſciuit: ac tum ſi tota res peremta erit, venditio nulla eſt; quòd ſi vel minima pars ſupereſt, valet venditio: cogiturque emtor, propter dolum, contractum implere, d. l. domum. Sibi enim imputare debet, quòd rem emerit, quam peremtã ſciebat. Aut vterque rem extinctam ſciuit. quo caſu, ſiue tota res, ſiue ex parte peremta ſit, nihil actũ eſt: quoniam cùm vtraque ex parte dolus interceſſerit, actio quæ bonæfidei eſt, neutra ex parte competit. quinetiã doli inter illos compenſatio fit. l. ſi ambo, 10. D. de compenſ. l. viro, 39. D. ſol. matr. Atque hæc quidẽ de iis rebus, quarum per naturam rerum commercium nullum eſt.

§ 10 Iure autem ciuili commercium prohibetur, primùm earum rerum, quæ ſunt ſacræ, ſanctæ, religioſę: quarum, vt ſup. dictum eſt, quantũ ad illas, nulla emtio eſt, quãuis profanæ fieri poſſint. l. 6. l. hãc legem, 22. l. ſi in emtione, 34. ĵ. h. t. Fuit tamen Deorum genus apud Romanos, qui Lares & Penates dicebantur, quos & vendi & oppignerari ius erat. Tertull. in Apologet. cap. 13. Domeſticos Deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignerando, vendẽdo, demutando. Præterea res quę in vſu publico ſunt, id eſt, vſibus publicis perpetuò adtributæ: vt fora, baſilicæ, theatra, viæ publicæ, l. 6. l. pacta cõuenta, 72. §. 1. l. libera, 51. ĵ. h. t. l. cõtinuus, 137. §. cum quis, de verb. oblig. Quæ verò in pecunia, ſiue in patrimonio populi ſunt. i. vnde populus pecuniam conficere ſolet, hæ vẽdi poſſunt, d. l. 6. & d. l. 72. veluti vectigalia, quę modò emi, modò conduci promiſcuè dicebantur, l. veteres, 19. & l. ſeq. D. de act. emt. In eodem numero ſunt Homines liberi: adeò vt nec adiectio, cùm ſeruierunt, (quæ abominanda eſt) venditionem confirmet, d. l. 34. ĵ. eod. Filij quidem fam. XII. tab. lege ter vendi poterant. poſtea extremæ tantùm neceſſitatis & inopiæ cauſſa eos vendi licuit: vt Paullus teſtatur lib. Sent. 5. tit. 1. Ad extremum Conſtantini

ſtantini lege inſtitutum eſt, vt ſolos ſanguinolen-
tos, id eſt, recens natos, propter patris inopiam,
vendere liceret, l.2. C. de pat. qui fil. diſtr. Quod ſi
quis ignorans eiuſmodi res, quarum commercium
non eſt, à ſciente emerit, eatenus valet emtio, vt
emtor actionem ex emto, in id quod ſua inter-
eſt, habeat, l.4.l.qui officij,62.§.1. l.liberi,70.j.h.tit.
§.vlt.Inſt.eod. Porrò ad eundem numerum eæ quo-
que merces pertinent, quę paſſim illicitæ appellan-
tur:non per ſe & ſimpliciter, ſed emtorum & vendi-
torum reſpectu. Emtorum,veluti,Fruges,arma,tela,
quę barbaris vendi non licet, l.1. l.2. C.quæ res exp.
Item cotes ſubigendo ferro neceſſariæ, l.cotem,11.D.
de public. l.1.C.de litt. & flum.cuſt. Venditorum,
veluti: Purpura, & Sericum, cuius commercium
priuatis interdicitur,l.1.l.2.C.quæ res vend.non poſ.
l.1. C. de veſt. holob. Item Sal, cuius commercium
ſolis ſalinarum conductoribus conceſſum eſt, l. ſi
quis, 11.C.de veſt.& commiſſ. Item equi agminales,
ſiue militares, quos extra prouinciam duci ius non
fuit, l.officium, 12.§.1. D. de re milit. Item Serui cri-
minoſi, quos ne ad depugnandum quidem cum be-
ſtiis vẽdere licuit.l.42.j. Item Serui qui in fuga ſunt.
l.quod ſæpe,35.§. ſi quis,j.h.t. Item res litigioſæ,qua-
rum ipſo quidem iure venditio valet:at per exceptio
nem, iure prætorio non valet, l. 17. cum l.ſeq. D. de
rei vind.l.1. D.de litigioſ. Quod ſi vterque ſciuit, fi-
ſco in rei æſtimationem tenetur, l.1.D. de iur.fiſc.l.2.
D.de litig. Sin autem emtor ignorauit, venditor te-
netur fiſco tantùm in ſimplum, emtori autem in
ſimplum & tertiam partem precij. l. vlt. C. de litig.
Item Venena, quibus nocendi vis adempta non fue-
rit,d.l.quod ſæpe, §. veneni, h. tit. Item canonis pu-
blici frumentum,ſiue annona popularis,id eſt, panes
ciuiles quos Princeps populo Rom. largiebatur, aut
obſonia quibus exercitum alebat. l. 3. & l. 4. C. quæ
res vend. l. pen. C. de nauic. Item furtiua res vel v-
troque vel emtore ſolo ſciente, vendi non poteſt:at
Venditor ſciens in id quod emtoris intereſt, damna-
tur.l.ſi in emtione,34.§. item ſi, j.h.t. Poſtremò rei
ſuæ emtio nulla eſt, ſiue ſciens, ſiue ignorans domi-
nus emerit.l.ſuæ rei. 16. h. tit. niſi fortè quatenus ab
eo euinci poteſt.l.4. l.ſi mater, 10. C. h. t. vel quate-
nus poſſeſſionem, quam venditor habebat, emit. d.
l.ſi in emtione, §.rei ſuæ,j. h.t.vel niſi ſub conditione
ematur; ſi ſua eſſe deſierit. l. exiſtimo, 61. h. tit. Ha-
ctenus de rebus.Deinceps de certis rebus videamus.

¶ 11 Ergò certa res dicitur, cùm apparet quid,
quale & quantum ſit, quod venit. l. 8. D.de peric.&
commod. quamquam magna fuit quæſtio: Vtrum
ſatis eſſet ſi de corpore conſtaret, an verò etiam de
qualitate conſtare oporteret. Qualitatem appella-
mus in animantibus naturalem, nimirum Sexum: V-
trum mas, an fœmina vendatur. non autem extrinſe-
cus accidentia: velut ætatem, Si Senex pro Iuuene
vendatur, aut aliud quidvis: veluti, Si mulier pro vir-
gine vendatur, l.alioqui, 11.j.h.tit. In agris verò, vel-
uti vt aliud ſit pratum, aliud aruum, aliud vineę, l. ſi
in qualitate, 22. D. de act. emt. At in operib. vt in va
ſis qualitatẽ appellamus materiam, veluti vtrum ſcy-
phus aureus ſit, an æneus, l. quid tamen, 14. j.h.t. l.ſi ſte-
rilis,21.§.quamuis,j.de act.emt. aliis tamẽ locis mo-
dò materia, modò ſubſtantia dicitur, l.9.j.h.tit. At de
corpore quidẽ ſatis conſtat conſenſum requiri, ne em-
tor ſibi Stichũ vendi putet, venditor de Pamphilo co-
gitet, d.l.9.h.tit. De ſubſtantia verò nunquam inter
Iuriſconſultos conuenit: veluti ſi venditor æneum

ſe putet vendere, emtor aureum emere, cùm tamen
æs eſſet: nam etſi optimè inter ſe, quantum ad cor-
pus, conſentiunt, in ſubſtantia tamen conſentire di-
ci non poſſunt, quandoquidem error conſenſui con-
trarius eſt, l.ſi id quod, 15.D.de Iuriſd. Ac Marcellus
quidem in ea ſententia fuit, quòd error in materia
non vitiat emtionem. Itaque ſi quis aurichalcum
pro auro vendidit ignorans, tenetur (inquit) vt au-
rum quod vendidit præſtet, l.9.& l.Labeo,45.j.h.tit.
At Vlpianus illam Marcelli ſententiam nominatim
reprehendit in d.l.9. Quid mirum igitur ſi etiam ab
Vlpiano Paullus diſſentit, qui tam multis aliis locis ei
aduerſatur? Itaque in d.l.ſi ſterilis,§.quamuis,De act.
emt. Diximus (inquit Paullus) cùm in corpore cõſen-
tiamus, de qualitate autem diſſentiamus, emtionem
eſſe. Neque me mouent, qui diſputant eum locum
vulgatis in libris cũ negatione legi, *Emtionem non eſ-
ſe.* nam ſubiecta ratio eam repudiat. Tamen (inquit)
venditor teneri debet, quanti intereſt emtoris non
eſſe deceptum. Ecqua, quęſo, actione alia niſi ex em-
to? Poteſtne igitur ex emto eſſe actio, vt emtio non
fuerit? Itaque idem ille Paullus in l.ſi id quod,22.D.
de verb. oblig. perſpicuè idem de ſtipulatione, quod
de emtione ſtatuit. Multò magis in quæſtione de re-
bus inauratis, quæ ſolidæ ex auro putabantur, ab aliis
diſſentio. quam quæſtionem Vlp. tractat in d.l.14. nã
ſi ſcyphus extrinſecus deauratus pro ſolido eſſet ven-
ditus, equidem ne Vlpiano quidem adfirmanti crede-
rem, emtionem conſiſtere. Quid enim (vt ipſe alibi
loquitur) conſenſui tam contrarium quàm error?
præſertim cùm Iulianus apertè ſtatuat, ſi menſa argẽ-
to coopertа, pro ſolida vendita ſit, nullam eſſe emtio-
nem.l.cum ab eo, 41. §.1. j.h.tit. vt mihi non dubium
ſit, quin idem de ſcypho deaurato reſponſurus fuerit.
Quæſtio verò, quam in d.l.14. tractat, longè alia eſt,
nimirum de auri mixtura cum ære: quam ille Inaura-
tionem eo loco appellat: qualis fuit in operib. Corin-
thiis. quod illis verbis apertè oſtendit, cùm ait, Viriо-
lam (ornamenti hoc genus eſt) magna ex parte reper-
tam eſſe æneam. Quare in quæſtione de vaſe Corin-
thio, quod pro ſolido venditum aureo eſt, Vlpianus
non modò ſcribit eſſe venditionem, ſed etiam id con-
ſtare; id eſt, inter omnes I. C. conuenire. nimirum
quia de materia conuenit, licet in quantitate erretur,
cùm pars ſit tantùm, vbi totum eſſe aurum putaba-
tur. quod idem etiam Paullo probatum videtur in l.
10.j.h. tit. vbi propter deteriorem auri ſubſtantiam,
emtionem non vitiari adfirmat. Hactenus dictum ſit
de reb. quæ in emtionem & venditionem non cadũt.
Deinceps de iis quæ vendi poſſunt videamus.

¶ 12 Ergo vendi poſſunt, non modò res corpora-
les, verùm etiam incorporales, & iura: vt ſeruitutes,
tam perſonales, quàm reales, l. vl. D. de ſeruit. l.ſi à re,
16. D. ſi ſeru. vind. Itẽ hereditates & actiones, de qui-
bus poſterius dicemus ad Rubricam, De hered. vel
act. vend. Rurſus vendi poſſunt non modò ſingula-
res (quamquam hic proprius eſt res ſingulas adqui-
rendi modus) verumetiam vniuerſales: vt cùm debi-
toris damnati bona auctione venduntur: quæ bono-
rum emtio dicebatur, §.1. Inſt. de ſucceſſ. ſubl. & qui
emebat, Bonorum emtor, in l.Fufidius, 29. D. de reb.
auct.iud. Item non modò præſentes, verùm etiam
abſentes, l.1.C.h.t. non modò propriæ, verumetiam
communes: nam pars pro indiuiſo venditur, l. Iu-
lianus, 13. §. idem Celſus, D. de act. emt. & l. 1. &
paſſ. C. de comm. rer. alien. Quinetiam Iure ciuili
receptum eſt, vt etiam alienæ rei emtio & venditio

conſiſtat, l. rem alienam, 28. ȷ.h.tit. cuius contractus vis non in dominio transferendo poſita eſt: neque enim rei cuiuſquam dominium ſine domini facto alienari poteſt, l.5. C. de reb. al. non al. Itaque dominus eam à poſſeſſore vindicare poterit, etiam precio non oblato, l. 3. C. de rei vind. Quid ergò eſt? Valet videlicet alienæ rei venditio ad hoc, vt euictionis nomine venditorem obliget: id eſt, vt ſi res euincatur, quanti emtoris intereſſerit, præſtet, l. ex emto, 11. D. de act. emt. tantiſper autem dum habere emtori licet, agere eo nomine aduerſus venditorem non poteſt, l.1. D. de rer. permut. l.3. C. de euict. quamquam ſi vel vterque rem eſſe alienam ſciat, neuter obligetur. l. ſi in emtione, 34. §. itē, 51. ȷ.h.t. vel emtor ſolus ſciat, venditorem non obligat, l. ſi fundi, 27. C. de euict.

§ 13 Proximum eſt, vt de precio diſſeramus, ſine quo Emtio non conſiſtit, vt ait l.2. h.tit. Itaque donationis cauſſa in totum venditio facta nulla eſt, l.3. C. h.t. l. cùm in venditione, 36. l. ſi quis donationis, 38. ȷ.h.tit. Sed quoniam certum quoque precium eſſe oportet: primùm quid precium, tum quid certū preciū ſit, aperiendum eſt. Ergò precium Paullus definit, materiam forma publica percuſſam, quæ cum merce, propter æqualitatem quantitatis, commutatur, l.1. ȷ. h.tit. ſiue illa materia ſit aurea, ſiue argentea, ſiue ærea, ſiue denique coriacea: qualem interdum cudi ſolitam tum ex Seneca, tū ex variis hiſtoricis ſatis conſtat. Ea porrò materia Numus dicta eſt à νόμῳ: vt Ariſt. Ethic. 5. teſtatur: propterea quod non ex materia, ſed ex poteſtate & valore publica lege illi impoſito æſtimatur. Dixi, *Propter æqualitatem quantitatis*: quoniā cùm per precium rei æſtimatio fiat: l. ſi inter, 21. C. de iur. dot. l. ſi fundus, 16. §. vlt. D. de pign. conſentaneum eſt, precium rei æſtimationem adæquare: Qua tamē de re plenius dicetur ſub t. de reſcin. vend.

§ 14 Vtrum autem precium pecunia numerata tantùm, an etiam aliis rebus conſtare poſſet, magna fuit inter veteres diſputatio. nam Sabiniani poſſe cōtendebant: primùm propterea quòd emtio numis antiquior eſt; deinde quia ſi res pro re, vt corpus pro corpore detur, ſi (inquam) in re venditori danda ſolum corpus ſpectetur, vera permutatio eſt. at ſi in re æſtimatio potius & valor ſpectetur, denique ſi res, non vt ſpecies, ſed, vt precio facto quantitas, venditori ſoluatur, & tamquam paritas æſtimationis, vt fit cùm res venalis fuerat, tum emtio potius videtur, l. 1. C. de rer. perm. l. vlt. D. de cond. cauſſ. dat. Vnde Precium fieri propriè dicitur in veris emtionibus: vt in auctionibus, l. vxorem, 41. §. agri, D. de lega. 3. l. arbor, 19. D. comm. diuid. Proculiani verò analogiæ rationem habendam eſſe contendebant: quoniam vt alius emtor, alius venditor, alius emere, alius vendere dicitur: ſic aliud precium, aliud mercem appellari volebant: cùm in permutatione vnum vltro citróque verbum vſurpetur. nam vterque contrahens Permutator, vterque actus Permutatio, vtraque ſubſtantia Res vocatur. Præterea cùm emtor teneatur precium facere venditoris, venditor non teneatur mercem facere emtoris: (vt poſterius docebimus) niſi mercem & preciū diſtingueremus, abſurdiſſimè conſequeretur, vt ſi vtrimque preciū eſſet, vtriuſque quidē fieret: ſin autem vtrimque merx eſſet, neutrius, l.1. D. de rer. permut. quod (vt ait Imp.) exitū non habet, expediri non poteſt: atque vt Dialectici loquuntur, eſt ἄπορον. §.4. Inſtit. h.t. Eáque ſententia præualuit, vt Paullus teſtatur in d. l.1. h. tit. Imp. in d. §. 4. & l. penult. C. de rer. permut. quamquam ſi verum fateri volumus, nonnulla tamen Sabinianorum ſententiæ in libris noſtris veſtigia ſuperſunt. nam Pomponij librorum ad Sabinum locus exſtat in l.6. §.1. D. de act. emt. vbi Neratij ſententiam apertè probat, vt ſi pro vna precij parte, pecunia; pro altera parte, opera præſtetur, emtio & venditio ſit: ſin autem ſola opera præſtetur, nulla ſit venditio. quod idem traditur in l.6. D. de praeſc. verb. Præterea pars eſſe precij dicitur, cùm venditor certa lege fundum vendit, l. fundi, 79. ȷ.h.tit. l. ſi ſterilis, 21. §. ſi tibi, D. de act. emt. & l.6. §. vlt. D. de ſer. export. Quinetiam Imp. reſcripſit, ſi inter emtorem & venditorem conuenerit, vt pro conſtituto precio certa pecorum capita ſoluantur, emtionem & venditionem conſtare, l.9. C. de reſcind. vend. Superius etiam Celſi ſententiam protulimus, quem Proculianum fuiſſe conſtat: vt cùm pecuniam do, vt mihi Stichus detur, non emtio hæc, ſed ob rem dati obligatio dicatur: quippe, cùm pecunia eo caſu non tamquam precium, ſed tamquam corpus detur, l. vl. D. de cond. cauſſ. dat. Quinetiam video Vlpianum argumento Paulli reſpondere in l. ſciendum, 19. §. pen. D. de ædil. edict. vt in permutatione vterque emtoris & venditoris locum obtineat; cùm de redhibitione agitur. Proculianorum autem ſententiam ab Imp. probatam fuiſſe, teſtimonio eſt l. pen. C. de rer. perm. & l.3. C. de contr. emt. Verùm hæc quidem ita ſe habent.

§ 15 Illud autem non prætereundum videtur, peregrinos numos olim vēditari pro mercibus ſolitos; vt Volus. Metianus teſtatur. Victoriatus numus priuſquam lege Clodia percuſſus eſſet, ex Illyrico aduectus mercis loco habebatur: inquit Plin. lib. 33. cap. 3. Sic Solidos veterum Imp. effigie formatos ſua ætate venditari ſolitos, Conſtantinus teſtatur in l. 1. C. de vet. num. pot. Quinetiam lege Cornelia de falſis vetitum fuit, nequis numos ſtanneos, plumbeos, emere vendere dolo malo vellet, l.9. §.1. D. ad leg. Corn. de falſ. Sed alia ratione vendi numi dicebantur à Numulariis: cùm permutationis nomine lucelli aliquid accipiebatur, quod lucellum Collybus à Græcis dicebatur, à Latinis Aſpratura, præſertim ſi aſperi, hoc eſt, recentes numi cum veteribus mutabantur. Sed iam tempus eſt de Certo precio diſſerere. nam in hoc contractu certum precium exquiri traditur, in §.3. Inſt. h.t. l.9. C. h.t.

§ 16 Eſt autem certum precium, cuius quantitas aut verbis, aut reipſa certa eſt. verbis cùm expreſſa eſt, veluti ſeſtertij numi centum. reipſa, cùm ad id quod certum eſt ſummæ quantitas refertur; veluti, quanti eam rem emi: quantum in arca mea eſt, l.7. §. pen. & §. vlt. ȷ.h.t. Quid igitur ſi de precio ſic conuenerit, quanti Titius arbitratus fuerit: quanti æſtimauerit? Iuriſconſulti hac de re inter ſe contenderunt: cùm alij certum precium eſſe diſputarent, propterea quod iis verbis boni viri arbitrium continetur, cuius certa, perpetua & ſtabilis ratio eſt, l.1. D. de legat. 2. nihil enim aliud eſt quàm ipſa æquitas. Iuſtinianus autem non definiente Titio precium, aut mortuo antequam definiat, irritam eſſe emtionem ſtatuit. l. vlt. C. h.t. §.3. Inſt. eod. & l. ſi merces, 25. D. Loc. cuius magnam partem Triboniani emblema eſſe conſtat. Porrò certitudo precij conſtat præterea ex poteſtate numorum, id eſt, non ex certa numorum qualitate, aut numero, ſed ex æqualitate quātitatis: vt ait Paullus in l.1. ȷ.h.t. id eſt, ex eo quem vulgus Valorem appellat. nam hac in re verbum Quantitatis vſurpari ſolitum, patet ex d. l.1. ȷ.h.t. & l. quæ extrinſecus, 65. D. de verb. obl. Ex qua intelligitur, eum qui in emēdo aureum

autem promiſit, dandis xxv. denariis, aut centum ſeſtertiis, liberari. Quando verò iuſtum & verum precium dicatur, aut iniuſtum & iniquum, vt propter illam iniquitatem reſcindatur venditio, dicemus ad Tit. D. de reſc. vend.

§ 17 Sequitur, vt de huius contractus iure & effectu videamus: quorum hic primus eſt, vt nudo cõſenſu confeſtim obligationem vltrò citróque pariat: nam emtio & venditio in alterutrius arbitrium collata, nullius momenti eſt, veluti in l. in vendentis, 13. C. h. t. Sed de venditoris obligatiõe, priore loco videamus. Ergò venditoris obligatio in eo conſiſtit, vt emtori præſtet habere licere rem quam vendidit, l. venditor, 8. D. de euict. l. ſeruus, 30. §. 1. de act. emt. Habere autem eſt fructus percipere, vt vbi primùm emtori fructus percipere licet, contentus eſſe debeat. l. Iulianus, 13. §. poſſeſſionem, 18. D. de act. emt. Hoc autẽ nomine venditor de euictione cauere emtori debet, vacuam poſſeſſionem tradere, & de dolo malo purgari, l. 1. D. de rer. perm. l. pen. §. vlt. D. de peric. & cõmod. Rei dominium trãsferre venditor non obligatur. ſatis eſt, ſi poſſeſſionem tradat, vt rem habere emtori liceat. d. l. ſeruus. Non enim obligatio fit ad dandum, vt in ſtipulationibus: ſed ſimpliciter, (vt ſuperius diximus) ad tradendum, l. ſi ita, 25. §. 1. j. h. t. l. ſi rem tradi, 28. D. de verb. oblig. Itaque quamuis res aliena vendita ſit, tamen quamdiu non euincetur, nihil habet emtor quod queratur, l. qui rem emit, 3. C. de euict. d. l. 1. de rer. perm. neque enim venditor ad transferendum dominium obligatur. quã in re differentia inter emtoris & venditoris obligationem notatur: quod ille numos venditoris facere cogitur: hic rem emtoris facere non cogitur, d. l. 1. de rer. perm. & l. ex emto, 11. D. de act. emt.

§ 18 Prius igitur de traditione videamus: quam eſſe præcipuam ex parte venditoris obligationem, conſtat ex d. l. ex emto, D. de act. emt. l. ſi duo, 13. §. ſi quis, D. de iureiur. proptereà quod ſi dominium penes venditorem eſt, per traditionem transfertur. quãquam enim contractus antè perfectus eſt, tamen vſque ad traditionem, dominium penes venditorẽ manet, l. ſi ager, 50. D. de rei vind. l. pen. C. eod. l. alienatum, 67. D. de verb. ſign. l. quintus, 40. D. de act. emt. adeò vt venditor ancillam venditam manumittens, liberam illam efficiat, l. ſi ancillam, 11. C. de act. emt. & qui duobus rem vendidit, vtri prius eam tradiderit, in eum dominium transfert. l. 6. C. de hered. vend. Vis igitur traditionis hæc eſt, vt ſi rei dominium penes venditorem erat, illud in emtorem transferat: ſi non erat, nihil transferat, l. traditionis, 20. D. de adq. rer. dom. Eſt autem Traditio, in hoc quidem genere, nõ naturalis datio, vt in l. 8. D. de pecul. vel (vt Theophil. dixit) de manu in manum tranſlatio: ſed ciuilis poſſeſſionis tranſlatio: id eſt, vt & qui tradit, domini animum deponat, & qui accipit, ſumat, l. vlt. D. vſufr. quemad. cau. l. ſerui, 16. j. de pet. & commod. vbi traditio, quæ fieri in locatione ſolet, alia eſſe oſtenditur, quàm quæ hic requiritur. nam Conductor naturaliter tantùm poſſidet, vel potius in poſſeſſione eſt magis, quàm poſſidet. at poſſeſſio quæ in cauſſa venditionis traditur, ciuilis eſſe debet. cui tamen aduerſari videtur l. Iulianus, 13. §. poſſeſſionem, 18. D. de act. emt. vbi traditio perfecta ex eo definitur, quod emtori licet fructus percipere.

§ 19 Magna autem inter veteres interpretes quæſtio fuit: Vtrum vẽditor cogendus ſit rem ipſam tradere, an eo quod intereſt præſtando, liberetur. Sed

A Paullus Sent. lib. 1. t. 13. Si id quod emtum eſt, inquit, non tradatur, venditor cogi poteſt, vt tradat. Ex quo probabile videtur, idem eſſe Ius traditionis, quod dicitur eſſe reſtitutionis: in l. qui reſtituere, 68. D. de rei vind. vt manu militari, officio Iudicis poſſeſſio auferatur. quod ſi dolo fecerit, quo minus tradere poſſit, tum in litem aduerſus eum iuretur. d. l. 68. & l. 3. §. 2. D. commod. quod tamen in rebus tantùm mobilibus iuris eſſe, argumento eſt l. ſi cui, 48. §. 1. D. Locat. Poſtremò ſi non fecit, quo minus poſſit, quanti res eſt, id eſt, quanti emtoris intereſt, præſtet, l. 1. l. ſi ſteri-

B lis, 21. §. cùm per venditorem, D. de act. emt. l. 4. l. cùm venditorem, 20. C. eod. Sed traditionis pro rerum varietate, varia ratio eſt: nam alia eſt rei mobilis, alia rei immobilis. & rerũ mobilium, alia earum quę pondere, numero, menſura conſtant: alia verò aliarum. Ergò ſiquidem mobilis res ſit, quę facile transferri poſſit, de manu in manum tradenda eſt, niſi fortè iam apud emtorem fuerit: tum enim pro tradita habetur, quia traditio retrotrahitur. l. ſi rem, 62. D. de euict. ſin

C autem grauior res ſit, veluti Columna, quæ difficile moueri poſſit, demonſtratio rei præſentis pro traditione valet, l. 1. §. pen. D. de adq. poſſ. Quinetiam obſignatio pro traditione eſt, in rebus eiuſmodi: velut in tignis & trabibus, l. quod ſi, 14. D. de peric. & cõmod. Quantum verò ad eas adtinet, quę pondere, numero, menſura conſtant: diſtinctio hæc adhibetur. nam aut per auerſionem venduntur, aut ſingulatim.

§ 20 Per auerſionem vendere Caius interpretatur, Vniuerſaliter, vno precio, l. quod ſæpè, 35. §.

D in his, j. h. t. Pomponius, Confuſè, l. ſi plura, 36. D. de ędil. ed. veluti, quantumcumque eſt frumenti in horreo, vini in cella. Singulatim vendere eſt, cùm in ſingulas menſuras, aut pondera, aut numerum precium imponitur, l. 2. C. de peric. & comm. veluti, vini in ſingulas amphoras, olei in ſingulas metretas, frumenti in ſingulos modios, argenti facti in ſingulas libras, armenti vel gregis, in ſingula capita, d. §. in his, l. 4. §. 1. D. de peric. & comm. Itaque I. C. hanc venditionem appellant ad numerum, ad menſuram, ad

E pondera, l. 1. §. 1. D. de peric. l. vlt. D. ad leg. Rhod. l. 36. D. Loc. Ergò eorum quæ vniuerſè venduntur, traditio fit modò per Deguſtationem, vt in vino, l. 1. l. 4. §. 1. D. de peric. modò per clauium, ſiue annuli obſignatorij traditionem, dum modò apud horreum, vel armarium tradantur, l. clauib. 74. j. h. tit. l. 2. C. de peric. l. 1. §. pen. D. de adquir. poſſ. Quæ verò ſingulatim venduntur, tum demum tradita intelliguntur, cùm admenſa, adpenſa, adnumerata ſunt, d. l. 2. C. de peric. l. quod ſæpè, 35. §. in his, j. h. tit.

F Quod ſi res immobiles ſunt, tum demum traditio facta intelligitur, cùm vacua, ac non occupata, certa ac non litigioſa, perpetua ac non temporaria eius poſſeſſio tradita eſt. De vacua teſtimonium exſtat, in l. qui prædium, 13. C. de diſt. pig. l. 8. C. de act. emt. l. 2. j. eod. tit. l. cum res, 12. C. de probat. de certa & non litigioſa, in l. 3. D. de act. emt. Vbi TRADITIO non RATIO legendum eſſe conſtat. de perpetua & non temporaria, in l. non videtur, 22. D. de adqu. poſſ. Neque obſtat l. quiſquis, 28. C. de donat. vbi rei donatæ vel venditæ dominium transferri dicitur ſine tradi-

G tione ſolo eius vſufructu retinendo. nam illa verba, VEL VENDITÆ, à Triboniano adiecta ſunt: vt patet ex collatione l. pen. C. TH. de donat. quod etiam in Quæſt. illuſt. notauimus. Hoc autem loco, ne illud quidem prætereundum eſt: Rei immobilis traditionem fieri non tantùm inductione emtoris

A in vacuam poſſeſſionem,& ſedis poſitione: vt in l.1. D.de adq.poſſeſs. verùm etiam ſola inſtrumentorum traditione,l.1.C.de donat. Sed de traditione & variis eius modis ſatis videtur dictum.

§ 21 Secundum huius conuentionis ius eſſe diximus,vt ſi rem habere emtori non liceret, tum venditor,quanti emtoris intereſſet, præſtet: id eſt, omnē vtilitatem quæ circa rem eſt, l. 1. l. ſi ſterilis,21. §.3.ff.h.tit.l.4.l.cùm venditorem,10.C.eo. Quamquam vis B traditionis atque effectus hic eſt: vt quodcumque iuris venditor in rem habuerit, id confeſtim in emtorem transferat: nimirum dominium,ſi habuit: ſin minus, poſſeſſionem, l.inciuile,12. C.de rei vindic.l. ex emto, 11. l.ſi ea res,31.§.1. D.de act.emt. l.ſi in emtione,34. §.rei ſuæ, ff.h.tit. Tertium ius quod ex illo conſequitur, eſt: vt emtæ rei periculum & commodum ad emtorem tranſeat. Sed hac de re nobis eſt alibi latior conſtitutus diſſerendi locus, ſub tit.de peric.& commod. Quartum ius eſt quod ex eodē conſequitur, C vt directa vtrimque actio competat, quæ ex parte quidem Emtoris, Emti,vel Ex emto dicitur: ex parte Venditoris, Venditi vel Vendito. de quibus lib.ſeq.tractabimus. Nunc enim ad emtoris obligationem tranſeundum videtur.

§ 22 Ergò emtor quidem obligatur ad precium ſoluendum, id eſt, numos venditoris faciendos, l.ex emto,11. D.de act.emt. l.1.D.de rer. permut. vbi notatur differentia præſtationum inter venditorem & emtorem. nam hic precium illius facere cogitur, il- D le rem emtoris facere non cogitur: vt ſuperius dictum eſt. Nam lege XII. tabul. ſancitum erat, ne rerum venditarum dominium niſi ſoluto precio transferretur,§. venditę,41. Inſtit.de rer. diuiſ. quod idem Plato de legib. XI. ſtatuerat: ne emtio & venditio rata eſſet, niſi mutua & reciproca traditio fieret. Hinc illud Cicer. Agrar. 1. Agros emi vult, qui diuidantur: quærit pecuniam. Et mox: Nunc præſens, certa, numerata pecunia quæritur. Sic Varro lib.de re Ruſtic.2. Emtor ſtipulatur priſca formula ſic: Il- E laſce oues habere rectè licere ſpondes? Nec cùm id factum eſt, tamen grex dominum non mutauit; niſi ſit æs adnumeratum. vbi duo abnutiua pro vno poſita ſunt, vt in verſu inſequenti. Neque obſtat l.quod vendidi, 19.ff.h.tit. l. 5.§. ſed ſi dedi, D. de tribut. l.ex emto,11. D.de act.emt.vbi ſi fideiuſſor datus, pignúſve acceptum, aut ſine vlla ſatisfactione fides emtori habita ſit, dominium rei tranſire dicitur. nam hæc ſubtilis iuris fictio eſt, quaſi non modò à venditore accepta, verùm etiam emtori credita fuerit, quod il- F la verba demonſtrant: Fidem habuerimus emtori: Fidem emtoris ſecutus. nam qui alienam fidem ſequitur, credere intelligitur,l.1.D.de reb.cred.

§ 23 Quoniam autem in hoc contractu plerumque Arra datur, idcirco non nihil de illa dicendum eſt. Ergo Arra eſt prærogatiua precij: quam emtor quaſi perfectæ emtionis argumento venditori præſtat.Dixi, *Prærogatiua*: quo verbo Latini ſignificant, quod præ erogatur, & quaſi in maioris ſummæ anteceſſum datur: vt notat Pædianus in illum Verr. 11. locum: Eiuſmodi prerogatiuam dedit, vt eam qua- G ſi pro prærogatiuis tribubus reddidiſſe videatur. Interdum autem non pecunia, ſed alia res datur, veluti annulus, l. ex emto, 11. §.is qui vina, D.de act. emt. l.5.§.item ſi inſtitor, D.de inſtitor. Item aureum aliquid,l.2.C.quand.lic. ab emt.diſced. Etſi autem plerumque aliqua ſumma, quæ precij particula eſt, conſtat, tamen illud notandum eſt, vtroque caſu Rem integram dici,ſiue res,ſiue precij pars data ſit,d.l.2.& d.l.ex emto,§.is qui vina, D.de act.emt.vbi Iulianus ait,cùm Arrę nomine certa ſumma data eſt,conuenire poſſe nihilominus,vt irrita fiat emtio. quod certè ſi integra res non eſſet, dici non poſſet, vt oſtendit l. 2.D.de reſc.vend.ob eámque cauſſam, data pecunia, quod ſupereſt Reliqua pecunia dicitur, & arra in precium imputatur.l.vl.D.de lege commiſſor. Quod ſi non impleatur contractus, ſi quidem emtoris culpa non impleatur, ipſe Arram amittit;ſin venditoris, eam reſtituit in duplum, idque condictione ex lege, propter l. contractus, 16.C.de fid.inſtr. At ſi non in pecunia conſiſtant, non quidem vindicantur: l.3. C. quand.lic.ab emt. ſed repetuntur condictione ſine cauſſa, vel actione ex emto,l.2.C.ill.tit.d.l.ex emto, §.is qui vina,de act.emt. Et hoc eſt quod dicitur in l. 3.C.de act.emt. Ex arrali pacto perſonalem tantùm actionem dari: id eſt, non vindicationem, ſed earum, quas diximus,alterutram. Ex quibus illud etiam notandum eſt, Arram pignus definiri non poſſe: propterea quod condictio ſine cauſſa,quæ ipſius repetēdæ gratia competit; d.l.ex emto, §. is qui vina: non propriæ, ſed alienæ rei condictio eſt. rei autem ſuæ pignus non conſiſtit, l.neque pignus, 45. D.de reg. iur. Poſtremò dixi, *Perfectæ emtionis* argumentum, ſiue teſtimonium: vt in l. quod ſæpè ,35.ff.h.tit.§. 1.Inſt.eod.

§ 24 Supereſt,vt intelligamus Iure antiquo duo fuiſſe emtionis & venditionis genera. Vnum Iuris ciuilis,quod proprium fuit Populi R. Quiritium, & per mancipationem fiebat: alterum Iuriſgentium, quod vnum nobis relictum eſt, & per traditionem conficitur. Fiebat autem Mancipatio certis verbis, adhibito libripende & quinque teſtibus præſentibus: vt Vlp.tit.regul.19. teſtatur. Qui mancipio accipiebat,æs tenens ita dicebat:Hanc ego rem ex iure Quiritium meam eſſe aio: eáque mihi emta eſt hoc ære æneaque libra:deinde ære percutiebat libram: idque æs dabat ei à quo mancipio accipiebat, quaſi precij loco: vt Boëtius in Top. Cic. ſcribit. Vnde illud Horatij:

Si proprium eſt,quod quis libra mercatur & ære.

Plin.lib.33. c.3. Qua conſuetudine in his emtionibus quæ mancipij ſunt, etiam nunc libra interponitur. Inter mancipationem igitur & vulgatam venditionem hæ differentiæ fuerunt. Mancipatio ciuilis erat, id eſt, ciuium R.propria: quamquam ſenſim etiam cum peregrinis, quibus commercium datum fuit, communicata eſt: vt ibidem Vlp.teſtatur. Emtio naturalis, id eſt, Iuriſgentium,l.1.§.vlt.ff.h.t. Illa certa verborum formula conficiebatur, ac proinde non niſi inter præſentes: hæc nuda conuentione obligationem parit,etiam inter mutos,ſurdos,abſentes: vt ſup.dictum eſt. Illa fiebat ritu & traditione ſollemni: hæc nudè & ſimpliciter. Illa erat rerum mancipi: hæc rerum nec mancipi; vt eodem loco Vlp.ſcribit. Illa legis actio erat; quæ neque diem neque condicionem recipiebat.l.actus,70.D.de reg.iur. hæc eſt contractus nominatus, qui & diem & condicionem recipit:vt ſup.diximus. Illa eſt ſpecies alienationis, vt ibidem Vlpianus ſcripſit, atque etiam obligationis, vt mox dicemus: hæc verò tantùm ſpecies obligationis,l.3. De obl.& act. Per illam venditor obligatur eatenus dumtaxat, quatenus nominatim & diſertè conuenerit,propter legem 12.tab. *Cùm nexum faciet mancipiúmque,vti lingua nuncupaſſit,ita ius eſto.* At in hac, potius id quod actum eſt, quàm quod dictū eſt, ſpecta-

ſpectatur. l. 6. §. 1. Ϳ. h. t. Sed illa præcipuè notanda differentia eſt, quod per mancipationem, rei dominium transfertur etiam alienæ: ſi modò bona fide & detur & accipiatur. per traditionem id demum ius trãsfertur, quod penes venditorem fuit, vt ſup. dictum eſt. Itaque per traditionem, res fit in emtoris bonis: at per mancipationem, in pleno dominio, & iure Quiritium. Vlp. tit. Regul. 2. In bonis (inquit) tantùm alicuius ſeruus eſt: velut hoc modo, ſi ciuis R. à ciue R. ſeruum emerit, iſque traditus ei ſit, neque tamen mãcipatus ei, neque in iure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit. nam quamdiu horum quid fiat, is ſeruus in bonis quidem emtoris eſt, ex iure autem Quiritiũ, venditoris. Quod autem nonnulli hanc differentiam adferunt: quod in vulgatis venditionibus res aliena venditur, in mancipationib. non venditur, perſpicuè falsũ eſſe patet, vel ex hoc Paulli loco lib. Sent. 17.

§ 25 Res emta, mancipatione & traditione perfecta, ſi euincatur, auctoritatis nomine venditor duplo tenus obligatur. Vbi tamen VEL pro ET corrigẽdum videtur. Neque verò illorũ ſententiam ille Plauti ex Curcul. locus adiuuat: Egóne vt à lenone quidquam mancipio accipiam, Quibus ſui nihil eſt, niſi vna lingua? *qui* abiurant, ſiquid creditum eſt. Alienos mancipatis, alienos manumittitis. Immò verò apertè oſtendit, multa à lenonib. aliena dari mancipio ſolita. denique perinde eſt, ac ſi dixiſſet: Egóne vt à lenone quidquam emam, qui alienas res vendere ſoleat? Sic igitur ſe res habet, vt quemadmodum res vſucapta, quia iure Quiritium eius dominium adquiſitum fuerat, euinci non poterat: l. qui alienã, 54. D. de euict. l. ſi obligata, 19. C. eod. ſimiliter res mancipio tradita euinci non poterat. Quid igitur fiet? dicet aliquis. an idcircò dominus rem ſuam amittet? At huius incommodi remedium inſtitutum eſt. nam in mancipationibus qui auctor erat, id eſt, venditor, euictionis nomine fideiuſſorẽ dabat, qui ſe nexu obligabat, & iudicij atque euictionis nomine periculum omne in ſe recipiebat: vt quanti domini intereſſet, tantum ei præſtaret: niſi fortè aliter conuenerat. nam Varro lib. de Ling. Lat. v. teſtatur, hoc pactum in lege mancipiorum adſcribi ſolitum; Vadem ne poſcat: nec dabitur. Is autem fideiuſſor, Secũdus auctor dicebatur. l. 4. D. de euict. Et quod dixi de fideiuſſore, confirmatur primùm ex eo Ciceronis loco in Orat. pro Murena, quem ſubſcribemus. Quod ſi in iis rebus repetendis quæ mancipi ſunt, is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit: profectò etiam rectius in iudicio Conſulis deſignati, is potiſſimùm Conſul, qui Conſulem declarauit, auctor beneficij Populi R. defenſórque periculi eſſe debebit. Nã ſimilitudo hæc eſt, quaſi Cicero ſecundus auctor eſſet Cõſulatus dati Murænæ à populo. Populus ipſe, primus auctor. atqui vt in mancipationibus nõ modò primus, verũ etiam ſecundus auctor euictionis periculũ præſtat, ſic ipſe iudicij illius quod de Conſulatu Murænæ abiudicando agitur, præſtare periculum debeat. Eodémque illud Cic. pertinet lib. de Finib. 2. Igitur ſemper auctorem habes, & eum qui magno ſuo periculo cauſſam agat. Itaque non dubito l. 7. C. de euict. eodem pertinere: vbi re euicta, fideiuſſor conueniri poſſe dicitur. Eodémque illud Plauti referendum eſt in Perſa.

Ac ſuo periculo emat, qui eam mercabitur. Mancipio neque promittet, neque quiſquam dabit.

Et paulo poſt:

Nihil opus eſt litibus: Niſi mancipio accipio, quid eo mihi opus?

A *Mercimonio? Tox. Nihil periculi videtur: ne metuas. Nequis verò ex Arabia penitiſſuma perſequatur eam.* Atque hæc quidem de Mancipationibus. In vulgatis autem venditionib. regulariter ſecundus auctor non dabatur. ſimpliciter enim & nudè dupla euictionis nomine repromittebatur. l. ſi duo, 13. §. 3. D. de iureiu. l. 1. §. ſtipulatio, De præt. ſtip. l. 4. l. emtori, 37. l. ſi dictum, 56. D. de euict. Quo loco Paullus ait, receptã in vulgus opinionem fuiſſe, de euictione ſatiſdari oportere, haud dubiè propter exemplum & ſimilitudinẽ B mancipationis, in qua ſatiſdari ſolebat. Itaque dati fideiuſſoris exempla exſtant in l. 8. & l. exceptione, 11. C. de euict.

§ 26 Sequitur ſecunda pars Rubricæ: De pactis in emtione & venditione interpoſitis: de quibus ſic habendum eſt: Quemadmodum in contractib. quædam ſubſtantialia ſunt, quædam accidentalia, & (vt Papinianus loquitur) adminicula: l. pacta, 72. Ϳ. h. t. ita pactorum quædam fiunt de contractuum ſubſtantia, quædam de adminiculis. Subſtantia contractus C emtionis & venditionis eſt cõſenſus, merx & preciũ, d. l. 72. & l. 8. l. 9. Ϳ. h. t. l. 3. C. eod. Adminicula dicũtur quæ ſunt extra contractus naturam, l. 7. §. 1. in fi. D. de pact. id eſt, quæ abeſſe aut adeſſe poſſunt ſine contractus interitu; veluti, Euictio, d. l. 72. h. t. nam etſi ſine euictione rem habere non licet, tamen emtio per ſe ſine euictione cõſiſtit: ſicuti vſusf. per ſe, ac ſine aditu per fundum conſiſtit, non tamen ſine aditu vti frui licet. l. 1. §. 1. D. ſi vſusf. pet. Ergò pactum re integra de ſubſtantia contractus factum, vel contractum, id D eſt, obligationem ſuſpẽdit, vel quod contractum eſt, diſſoluit, vel nouum contractum, id eſt, nouum negocium efficit, l. ſi vnus, 27. §. pactus, D. de pact. Veluti, ſi conuenerit, ne rei dominium ad emtorem transferatur, nulla emtio eſt, l. pen. §. vlt. Ϳ. h. t. ſi conuenerit, vt precium augeatur, aut deminuatur, noua emtio eſt, d. l. 72. Ϳ. h. t. l. 2. Ϳ. de reſcind. vend. ſi conuenerit, vt ſi res intra certum tempus diſplicuerit, inemta ſit, pura venditio eſt, quæ ſub condicione reſoluitur, l. 3. Ϳ. h. t. ſi conuenerit, ne precium detur, donatio E eſt, l. 3. C. h. t. l. 36. Ϳ. eod. ſi conuenerit, vt ex mea materia mihi opus certo precio fiat, locatio & cõductio eſt: ſi, vt ex alterius materia, emtio vẽditio. l. Sabinus, 20. l. conuenit, 65. Ϳ. h. tit. l. 2. §. 1. Locat. ſi conuenerit, vt, niſi precium intra certum tempus ſoluatur, res inemta ſit, venditio eſt, quæ ſub cõdicione reſoluitur, l. 1. D. de leg. commiſ. l. 1. C. de pact. int. emt. Similitérque, ſi ex contrario conuenerit, vt ſi venditor eiúſue heredes quandoque precium reddant, res ab emtore reſtituatur, l. 2. l. 7. C. ill. tit. ſi conuenerit re integra, vt F ab emtione abeatur, emtio irrita fit. l. ex emto, 11. §. 3. D. de act. emt. l. 7. §. adeo, l. ab emtione, D. de pact. ſi conuenerit, vt niſi impleatur id, propter quod viliori precio res vendita eſt, venditio reſoluatur, venditio eſt, quę ſub condicione reſoluitur. l. 6. C. de pact. int. emt. Atque hæc quidem de ſubſtantialibus. At pactũ de adminiculis vel ad actionem, vel ad exceptionem valet, l. in emtionib. 43. D. de pact. vbi, quæ vis pactorum ſit, & quantum interſit, vtrum in continenti, an ex interuallo apponantur, expoſuimus. Huiuſmodi G eſt pactum, vt emtor præſtet vſuras precij ex tempore venditionis. l. 5. C. de pact. int. emt. cùm regulariter non niſi ex mora præſtari ſoleant. l. vltra, 15. C. de act. emt. Item ſi conuenerit, vt de euictione, vel ſimpliciter, vel ſatiſdato caueatur. d. l. 72. h. t. & l. ſi duo, 13. §. 3. D. de iureiur. l. ſi dictum, 56. D. de euict. Itẽ vt præter rem principalem quædam accedant, veluti mer-

ces,quæ conductori debebatur.l.ſi cum fundum, 68. ȷ̃.h.t.l.ſi mercedē,63.D.de act.emt. Item iter ad fundum venditum.l.6.§.ſi tibi,D.de act.emt.Item ex cōtratio, vt de re principali aliquid excipiatur: veluti fructus.l.qui fundum,40.§.fundi,& §.ſeq. h.t. Item lapidicinæ,l.in lege,77.ȷ̃.eod.Item ruta cæſa.l.ſi fundi,17.§.ſi ruta, D.de act.emt. Illud ad extremum notandum eſt,Pactum ambiguum aduerſus eum interpretādum eſſe,qui illud adiecit, & eo ſibi cauere voluit:ſiue is venditor, ſiue emtor fuerit. ſic enim accipio l. Labeo,21.l.cum in lege,33.ȷ̃.h.t.l.veteribus, 39. D.de pact.l.in contrahenda, 172. D.de reg.iur.nā qui legem dixit,in culpa eſt,cùm quod apertè exprimere poterat,obſcuris verbis proferre maluit.

DE IN DIEM ADDICTIONE.

TITVLVS II.

1 *Series Rubricæ.*
2 *Addictio in diem,quid ſit:& quid Addicere.*
3 *An hæc pura vel condicionalis venditio ſit.*
4 *Melior condicio quæ dicatur.*
5 *Adiicere & Abiicere: verba duo in Pandectis ſæpè turbata.*

¶ 1 TITVLVS hic pertinet ad ſecundam ſuperioris Rubricæ partem, de pactis in emtione & venditione interpoſitis, & ad eius contrahendæ modū. Non enim purè & ſub condicione tantùm, vt ſup.diximus, ſed etiam ex die,& in diem emtio contrahitur.

¶ 2 Porrò Addictio in diem eſt collocatio rei vēditæ penes emtorem, cum pacto, vt niſi alius intra certam diem,meliorem condicionem,quæ venditori placeat,adtulerit,res penes illū maneat: ſi adtulerit, in hunc emtorem nouum transferatur.Etſi enim Addicendi verbum proprium eſt auctionum, cùm magiſter auctionis pluris licitanti rem adtribuit,tamen etiam ad priuatas venditiones, quæ hac lege fiunt, transfertur.Plaut in Captiu.

Age ſis:roga emtum,niſi quis meliorem adferat
Quæ tibi,atque amicis placeat condicio magis:
Quaſi fundum vendam,meis me addicam legibus.

Dixi,Addicere eſſe collocare penes emtorem: vt in l. quod autem, 11.ȷ̃.h.t.& l.4. C.de vectig.& commiſſ. atq; ita dicitur emtio collocata, melius in libris vulgatis quàm collata in Florent.in l. ſi in emtione, 35. D.de minor.ac veriſimile eſt moris fuiſſe, vt res tantiſper emtori traderetur.l. 3. D. quibus mod. pig.ſol. imò verò neceſſe eſt. quoniam tantiſper emtor eius dominus eſſe dicitur,eámque oppignerare poſſe. d. l. 3.& l.4.§.2.ȷ̃. h.t.conſtat autem non venditione, ſed traditione rerum dominia transferri.l. ſi ager, 50. D. de rei vind.Sanè interdum precariam traditionē fieri ſolitam,patet ex l.is qui in puteū,11.§.Ariſto,D.quod vi aut clam.l.3.D.quib.mod.pig.ſol.

¶ 3 Quamquam vtrum pura hæc emtio ſit, quæ ſub condicione reſoluatur,an verò cōdicionalis,magnæ quæſtionis fuit.Iulianus cenſebat puram omninò & perfectam emtionē eſſe.l.2.§.ſi in diem, D. pro emt.Alij,in quibus fuit Vlpianus,condicionalem eſſe dicebant.l.2.ȷ̃.h.t. Hos Paullus reprehendit, & Iulianum ſequitur,in d. §. ſi in diem. itémque in l. Lucius,21.§. vlt.D.ad municip. & l.1.ȷ̃.h. tit. vbi eam in diem addictionis formulam tradit,quæ tota pura eſt, neque vlla condicione ſuſpenſa. Eiúſque rei argu-
A menta hæc proferuntur: primùm Marcelli auctoritas, qui ſtatuit emtorem interea oppignerare rem ſibi addictam poſſe. quod tranſlati in ſe dominij certiſſimum argumentum eſt. d. l. 4. §.1.ȷ̃.h.tit. deinde quod omne periculum & commodum ad eundem ſpectat. d. §. 1. præterea quod fructus interea ſuos facit. d.l.2.in fin.& l.6.ȷ̃.h.tit.& l.vlt.D.de iur.fiſc. Sanè perplexa & perturbata eſt in libris noſtris huius Iuris tractatio.nam Vlpian.quoque cùm pura venditio eſt, vſque adeò dominium transferri fatetur, vt B emtor rem interea vindicare poſſit.l. ſiquis hac lege, 41. D. de rei vind.Contra tamen Hermogenianus in computatione legis Falcidiæ, illam in Venditoris bonis numerat. l. ſtatuliber, 38. §. 2. D. ad leg.Falc. Quinetiam quod Paullus in l. 1. dixit, QVO RES à domino abeat; Vlpian.in l.quod autem, 11.ȷ̃.h.tit.ſic expreſſit, A venditore diſcedat: quaſi venditor rem è ſuo dominio nondum prorſus dimiſerit, ſed tantiſper eam longa (vt dici ſolet) catena vinctā retineat. C Deinde fructus medio tempore percepti reſtituuntur venditori, cui eo nomine venditi actio conceditur.d. l. 4. §. 1. in fin.& l. 6. & l.imperator, 16.h. tit. & d.l.11.§.ſi fundus. non modò ſi alius meliorem cōdicionem ſolùs efferat, verùm etiam ſi emtor ipſe poſtea plus quàm alius ad precium adiecerit. d.l.6.§. 1.ȷ̃.h.tit.& l.vlt.D.de iur.fiſc.Præterea ſi emtor illam oppignerauit, pignus continuò ſoluitur.l.3. Quibus modis pig.vel hypoth.poſtremò ſi quid emtor neceſſariò in rē impēderit, reſtitui ei à venditore oportet.d.l.imperator,ȷ̃.eod. D

¶ 4 Supereſt vt videamus, quæ dicatur melior condicio: quod definiri ſic poteſt, vt ea melior eſſe videatur, quæ venditoris vtilitatem auget. l. 5.ȷ̃.h.t. Hæc autem vtilitas æſtimatur non modò ex quantitate precij maioris (quæ Adiectio dicitur) verùm etiam ex faciliore & celeriore aut commodiore ſolutione, itémque ex loci opportunitate, ex emtoris qualitate.l.4.in fin.h.tit. Videtur tamen ex illo Plauti loco,moris fuiſſe,vt clauſula interponeretur: *Quæ tibi atque amicis placeat.* nam de venditoris perſona E etiam veſtigium exſtat in l.ſi prædio, 15.ȷ̃.h.tit. ſed & Paullus in l.ſi venditor,14. Ea melior (inquit) intelligitur, quàm venditor comprobauit, cui licuit non addicere. Siue autem amicorum nomen adderetur, ſiue non adderetur,conſentaneum eſt,boni viri arbitrium contineri. Sic enim Amici perſona intelligitur in l. ſocietatem,76.& ll.ſeqq.D.pro ſoc. Vtcumq; ſit,ſi vēditor antè præſtitutam diem decedat, niſi heres ei intra diem exiſtat, rata prioris emtio eſt, quo- F niam dominus qui eā probet,aut improbet, non exiſtit.l.ſi prædio,15.ȷ̃.h.t. Neque verò illud prætermittendum eſt,meliorem condicionem non intelligi oblatam, quamuis prior emtor tantumdem,quantum poſterior offerat.l.7.& l.8.ȷ̃.h.t. deinde melioré condicionem adferri poſſe non modò ſemel, verùm etiā ſæpius:ac propterea ſæpius rem addici in diem poſſe: quod Iulianus contra Sabinum contēdit. l.quod autem,11.ȷ̃.h.t.

¶ 5 Ad extremum notanda ſunt alia duo verba, G quæ ſub hoc tit.crebrò vſurpantur,& ſuperiores horum librorū editiones mirificè conturbarunt, ADIICERE & ABIICERE. nam Adiicere præciſè dicitur, pro ad precium adiicere.l.7.l.8.l.18 ȷ̃.h.t.alibi dicitur Ad precium addere.l.17.ȷ̃.eod.vnde alibi dicitur Adiectio facta.l.ſi quis hac lege, 41. D.de rei vind.Abiicere verò eſt oblatam condicionem non admittere, ſed repudiare & priorem ſequi.l.9.ȷ̃.h.t.

DE

DE LEGE COMMISSORIA.

TIT. III.

1 *Lex Commiſſoria, & Committi quid ſit.*
2 *Vtrum hæc pura venditio ſit, an verò condicionalis.*
3 *Vis huius pactionis, vt pecunia ad diem non ſoluta, res inemta ſit.*
4 *De altero pacto huic planè contrario.*

AD SECVNDAM quoque Rubricæ primę partem hic tit. pertinet.

§ 1 Nam Lex cõmiſſoria eſt pactum in vẽditione factum, vt ſi emtor intra certum diem precium non ſoluerit, res inemta ſit, ac venditori committatur. l.2. l.3. l.5. j.h.t. Lex enim pro pacto paſſim vſurpatur, vt omnibus notum eſt: vnde illud peruulgatum, Contractus legem ex conuentione accipiunt. Pacta dant legem contractui. qua de cauſſa hæc lex venditionis appellatur in l. Æmilius, 38. D. de minor. & l. Iulianus, 13. §. ibidem, D. de act. emt. Committi autem vetus verbum eſt, pro committi aliquid propter quod res debeatur: vnde Capitis deuotio cõmiſſa, & votum commiſſum, & obligatio, ſtipulatio, condicio, pœna commiſſa dicitur apud Iuriſconſultos. Itémque Lex commiſſa, id eſt, condicio impleta, in l.4. §. eleganter, j.h.t.

§ 2 Nunc quæ huius pactionis vis ſit, videamus. quamquam quærendum prius videtur: vtrúmne pura & perfecta hæc venditio videatur, quæ ſub condicione reſoluatur: an verò ſub condicione potius contracta ſit, ac propterea non niſi exſiſtente cõdicione perficiatur. Nam Sabinus condicionalem eſſe diſputabat. l.2. §.2. D. pro emt. vbi ſententiam eius modeſtè Paullus reprehendit, cui Vlp. adſentitur, in l.1. j.h.t. Itaque huius ambiguitatis veſtigia in libris noſtris ſuperſunt. nam pro Sabinianis eſt l. ſtatuliber, 38. §.2. D. ad leg. Falc. vbi Hermogenianus ſtatuit, rem ſub lege commiſſoria diſtractam in computatione legis Falcidiæ, in venditoris bonis numerari: deinde l. vlt. j.h.t. & l.4. C. de pact. int. emt. & vend. vbi ſtatuitur, vt venditori rem etiam emtori traditam vindicare liceat. nam ſi pura eſſet venditio, non dubium eſt, quin per traditionem rei dominium transferretur, ac proinde vindicare rem non poſſet. l.1. C. de act. emt. Ex contrario Pompon. & Vlp. ſcribunt eſſe in poteſtate venditoris, non vti lege commiſſoria, & precium petere: quaſi in lege adſcriptum fuiſſet, Si vẽditor inemtum eſſe velit. l.2. l.3. l.4. §. eleganter, j.h.t. d.l.28. D. de minor. quæ tamen interdum adiiciebatur: velut in l. vlt. §. vlt. D. de reſc. vend. nam quo iure precium peteret, aut totum aut reliquum, niſi pura & perfecta emtio, & res tradita fuiſſet? l. Iulianus, 13. §. ex vẽdito, D. de act. emt. quinetiam ſi preciũ petierit, à lege cõmiſſoria receſſiſſe, id eſt, ei renunciaſſe videtur, neque ei variare permittitur. d.l.38. & l.6. §. vlt. & l.7. j.h.t. l.4. C. de pact. int. emt. Eò accedit, quod Africanus ſtatuit, hanc inemtionem ſimilem eſſe redhibitioni, in qua res venditori ab emtore reuendita videtur: propterea quod emtor redhibet rem, & precium recipit: ac propterea poſſeſſionẽ emtoris prodeſſe venditori, ad comparandam præſcriptionem longi temporis. l.6. §.1. D. de diuerſ. & tempor. præſc. quamquam Vlp. ſtatuere videtur, deciſam hanc controuerſiam fuiſſe Impp. reſcripto; qui ſtatuerũt, vẽditorẽ vti lege cõmiſſoria volẽtẽ habere actionẽ ex vẽdito ad reſoluẽdã vẽditionẽ. d.l.4. h.t. & l.3. C. de pact. int. emt. nam ſi reſoluitur venditio, eadem contracta fuerit neceſſe eſt.

A l.3. D. de contr. emt. Quòd niſi tam perſpicuam viderem inter veteres contentionem fuiſſe, crederem hac in re ſequendam vulgatam ſolutionẽ ac diſtinctionem d.l.3. & §. emtio, Inſt. de contr. emt. vt ſi dictum eſſet, Emta tibi res eſto, ſi intra triduum placuerit: conditionalis ſit: ſin autem hoc modo, Inemta eſto, ſi diſplicuerit: pura & perfecta. quoniam inemta eſſe non poteſt, niſi quæ prius emta eſt.

§ 3 Vtcumque ſit, vim huius pactionis eſſe conB ſtat, vt ſi pecunia ad diem ſoluta non fuerit, res inẽta ſit. d.l.1. j.h.t. (quamquam modicum ſpacium datum intelligitur, l. traiectitiæ, 23. D. de obl. & act.) ac proinde fictione iuris dominium eius penes venditorem remanſerit, & emtor quod precij, vel arrę nomine dederit, perdat: & fructus quos percepit, reſtituat: & damna quæ ſua culpa contigerunt, præſtet, l.4. l.5. l.6. l. vlt. j.h.t. quamquam interdum id quoque ad maiorem cautionem à contrahentibus adiiciebatur, l.6. §.1. D. de contr. emt. l.1. C. de pact. int. emt. vbi C tamen emtor precij partem quam ſoluerat, amittit, æquum viſum eſt, eum fructus cum illa precij parte compenſare, eóſque ſibi retinere, l.4. §.1. j.h.t. Regulariter autem quia precium aut arras venditor lucratur, legis commiſſoriæ lucrum hoc appellatur. l. ſed etſi, 25. D. de her. pet. & quamuis interdum vſuram legitimam excedat, non tamen fœnus illicitum dicitur, ſed pactio in ingreſſu contractus non improbata, l. Iulianus, 13. §. ibidem, 22. D. de act. emt.

§ 4 Porrò fit alterius pacti mentio huius prorD ſus contrarij in l.2. & l.7. C. de pact. int. emt. cùm venditor paciſcitur, vt reſtituto vel intra certum diẽ, vel quandocumque precio, res inemta ſit. quo caſu opus eſt, non modò oblatione, ſed etiam depoſitione & obſignatione. ſed hoc pactum nuſquam video legem commiſſoriam appellari. quinetiam alia omnia pacta, vt ſiquid eueniſſet, inemta res eſſet, video dilucidè à lege commiſſoria ſeparari, l. is qui, 11. §. pen. D. quod vi aut clam. Poſtremò ſciendum eſt, aliam eſſe ſpeciem legis commiſſorię in pignoribus: E de quá, ſub tit. de pignor. ſimúlque de antiquo Fiduciæ contractu diſſeruimus.

DE HEREDITATE VEL ACTIONE VENDITA.

TIT. IV.

1 *Continuatio Rubricæ.*
2 *Vtrum neceſſe ſit hereditatem eſſe quæ veniat, an ſatis ſit quaſi aleam vendi.*
F 3 *Vendita hereditate, ſi nulla fuit, ad quid venditor teneatur. Et l.50. D. de verb. obl. breuiter expoſita.*
4 *De iure & effectu iſtius venditionis.*
5 *An vtiles competant actiones creditorib. aduerſus emtorem.*
6 *De actione vendita, quæ eſt altera Rub. pars.*

DICTVM eſt primo huius libri titulo, non modò corporales, verùm etiam incorporales res vendi poſſe: quo in numero ſunt G hereditates & actiones: de quib⁹ ſeparatim hoc titulo tractatur. Prius autem de hereditate vendita dicemus: quo ex contractu, ſiquidẽ ſtipulatio nõ acceſſerit, Emti venditi cõpetit actio: ſi acceſſerit, actio quæ dicitur Ex ſtipulatu emtæ vẽditę hereditatis; quarum ſtipulationum formulæ exponuntur in l. in illa, 50. D. de verb. obl. & l. ſi ex pluribus, 18. j.h.t.

§ 2 Sed in huius tractatus initio occurrit quæ-

ſtio perdifficilis, Vtrum neceſſe ſit hereditatem eſſe A
quæ veniat, an ſatis ſit quaſi aleam vendi. hoc modo:
ſi qua eſt hereditas, tibi emta ſit. ſin minus, nulla em-
ta ſit. Ne multis moter: perſpicua eſt hac de re ve-
terum diſſenſio. nam Paullus ſubeſſe hereditatem re-
quirit: ac diſputat aleam vendi hoc caſu non poſſe, l.
7. ꝭ. h. t. At riualis eius Vlpianus, Hæc venditio, in-
quit, admittitur, ſi qua ſit hereditas, & quaſi ſpes he-
reditatis. Ipſum enim incertum rei venit, vt in reti-
bus, l. nam hoc, 11. ꝭ. eod. & hanc ſententiam vide- B
mus probatam Iauoleno, in l. 8. & l. 10. Quapropter
eam vt à maiore parte comprobatam ſequemur: pri-
mùm in illa ſpecie: Si quis heredem ſe putabat, cùm
non eſſet: & teſtamentum aut nullum erat, aut ru-
ptum, aut iniuſtum. deinde in illa, cùm falſus de mor-
te teſtatoris nuncius allatus fuiſſet: propter illa Vlp.
verba, *Si qua ſit hereditas*: quam ſententiam Pom-
ponius apertè repudiat in l. 1. ꝭ. h. titul. hac de cauſſa,
quoniam venditum eſt, quod in rerum natura non
eſt: cui Vlp. reſpondet, aleam eorum quæ in rerum C
natura non ſunt, rectè vendi. Ergò vendita heredita-
te, ſiquidem nulla hereditas fuerit, tenetur venditor
primùm ad precium reſtituendum, & impenſas, ſi
quas emtor fecit, tum etiam in id quod eiuſdem in-
tererit, l. 8. & l. 9. ꝭ. h. titul. Quod ſi ad venditorem he-
reditas non pertinebat, tanti emtori tenebitur, quan-
ti ea hereditas fuerit, quantíque æſtimabitur, l. 8. ꝭ. h.
t. ſin & ea hereditas eſt, & ad venditorem pertineat:
tum quid emtori venditor debeat, ſtipulationis
formula demonſtrat in d. l. 50. D. de verb. obl. *Quanta* D
pecunia ad te ex hereditate illa peruenerit, dolóve malo
tuo factum eſt, eritve, quominus perueniat, tantum
præſtari. Cuius formulæ ſingula verba exponuntur
in l. 2. ꝭ. h. t. Ac pecuniæ quidem nomine etiam res
corporales contineri, patet ex l. cùm ſtipulamur, 97.
l. pecuniæ verbum, 178. D. de verb. ſign. quas ad hanc
ſtipulationem pertinere, facilè intellectu eſt. Iam
verbum *Quanta* cum initio legis, tum §. 1. ſic expo-
nitur: primùm, vt quoniam Hereditas iuris nomen
eſt, d. l. pecuniæ, 178. l. hereditatis, 119. D. de verb. ſign. E
& ſine vllo corpore intelligi poteſt: l. hereditas, 50.
D. de pet. hered. qualecumque & quantumcumque
iuris venditor in eam habet, id emtori concedat: id
eſt, neque plus, neque minus. nam ſi de ſubſtantia ni-
hil adfirmauit, quanta ſit nõ quæritur, l. qui filij, 14.
& l. ſeq. ꝭ. h. t. quippe, cùm etiam damnoſa hereditas,
tamen hereditas ſit, d. l. hereditatis. Ergò res quidem
hereditarias ſingulas tradere venditor debebit: d. l.
14. ſed earum nomine de euictione non tenebitur:
quia vendidit id quale quale eſt, l. 1. C. de euict. & l. 2. F
init. ꝭ. h. t. vbi SATISDARE pro Nudè cauere vſurpa-
tum eſſe conſtat. nam ſi res non fuit hereditaria, non
eſt vendita. ſi fuit, iniuria facta eſt à iudice quam vẽ-
ditor non præſtat, l. 5. l. ſi per imprudentiam, 51. D. de
euict. Præterea vox QVANTA ſic exponitur, vt in e-
ius quantitate æſtimanda, non mortis aut aditionis
tempus ſpectetur, vt plerumque fit, ſed ipſius con-
tractus, d. l. 2. §. 1. ꝭ. h. t. vt venditum intelligatur, quod
ad venditorem peruenerat venditionis tempore: id
eſt, non tantùm quæ mortis aditioniſve tempore in
hereditate fuerunt, ſed etiam quæ poſtea acceſſerunt: G
quoniam hereditas acceſſionem & deceſſionem re-
cipit, d. l. pecuniæ, §. 1. D. de verb. ſignific. quinetiam
ſi poſt venditionem rem aliquam hereditariam ha-
bere cœperat, eam præſtare cogitur, d. l. 2. §. ſed etſi
rerum, & §. ſed & rerum, & l. venditor, 21. ꝭ. h. t. Porrò
verbum PERVENERIT explicatur in §. perueniſſe.

A Clauſula verò DOLO VE MALO TVO, in §. non tã-
tùm. Deinceps de iure & effectu iſtius vẽditionis vi-
deamus. Primus autem ac ſummus hic eſt, vt emtor
non quidem heres ſit, ſed heredis tantùm vicem ob-
tineat, d. l. 2. §. cùm quis, ꝭ. h. t. & l. 9. *D.* commun. præd.
ac proinde & commoda & onera omnia hereditatis
ad ipſum pertineant, l. 2. §. ſicut, ꝭ. h. t. veluti, vt fune-
ris impẽſam ſuſtineat, d. l. 2. §. quod ſi. & ſiquid tribu-
torum ac vectigalis venditor ſoluit, d. l. 2. §. ſi quid pu
B blici. quinetiam, ſi venditor quod ei defunctus debe-
bat, nõ retinuit, tãquã indebitũ condicere poterit, l. ſi
is qui, 45. D. de cõd. ind. Venditor aũt qui ſemel heres
exſtitit, heres eſſe nõ deſinit, l. ei qui ſoluẽdo, 88. D. de
her. inſt. ac propterea & legatarij, & fideicõmiſſarij,
& creditores hereditarij ſuas ſaluas aduerſus eum a-
ctiones habẽt, l. 2. C. h. t. l. 2. C. de leg. quippe, cũ vẽdi-
tor poſſidere nihilominus intelligatur, l. 4. §. vlt. D. ſi
quis omiſſ. cauſſ. poſtea verò regreſſũ vẽditor aduer-
ſus emtorẽ habet, d. l. 2. C. de leg. nã, vt dixi, in quẽ he-
C reditas trãsfertur, in eundẽ onera omnia trãsferũtur,
l. hereditatẽ, 28. D. de dona. Sed ab initio emtor credi-
torũ actionem inuitus excipere nõ cogitur, l. 2. C. h. t.
Creditores autẽ eam intendẽtes vidẽtur cũ venditore
tacitè paciſci de nõ petendo, l. 2. C. de pact. Vnus ca-
ſus excipitur, quo emtor creditorum actiones ex-
cipere cogitur, cùm fiſcus hereditatem vendidit. l. 1.
C. hoc titul.

§ 5 An verò vtiles competant actiones credito-
ribus aduerſus emtorem, quæri poteſt. nam hæc quo-
D rũdam opinio eſt, vt quemadmodum ipſe vtiles ha-
bet in debitores, ſic vtilibus teneatur. At ego eius rei
teſtimonium requiro, & tantiſper dum proferatur,
ſic argumentabor; Quemadmodum emtor non ha-
buiſſet vtiles actiones, niſi ei per D. Pij reſcriptum
nominatim conceſſæ fuiſſent, ita creditores, niſi ſi-
mile Imperatoris alicuius beneficium oſtendant, nõ
habituros. Itaque hac in re differt emtor hereditatis
à fideicommiſſario hereditatis, §. reſtituta, Inſt. de fid.
her. l. 1. D. ad Treb. quamquam huic vtilem heredita-
E tis petitionem aduerſus eum dari certis caſibus, tra-
ditur in l. nec vllam, 13. §. quid ſi quis, ſ. de her. pet. Ex
contrario verò cùm ad emtorem vniuerſum heredi-
tatis commodum pertineat, aduerſus debitores here-
ditarios actiones habebit; ex ceſſione venditoris, di-
rectas, ex D. Pij reſcripto, vtiles, l. 5. & l. 8. h. t. l. ſi cum
emtore, 16. D. de pact.

§ 6 Sequitur, vt de actione vendita diſſeramus.
In quo primum notandum eſt, Actionis verbo con-
tineri nomina, chirographa, obligationes, & actio-
F nes, quæ ex iis naſcũtur, l. qui chirographum, 59. D. de
legat. 3. ſiue quæ pura ſunt, ſiue quæ in diem, aut ſub
cõdicione, l. nomina, 17. ꝭ. h. t. & rurſus ſiue actiones
ſint reales, ſiue perſonales. Præterea notãdũ eſt, actio-
nes etiã ignorante, atque adeò inuito eo contra quẽ
mandãtur, vẽdi & donari poſſe, l. 3. C. h. t. l. 1. C. de no-
uat. l. 2. C. de donat. Ius autem huius venditionis eſt,
primũ vt venditor actionem tantũ præſtare cogatur,
non etiam vt exigi nomen poſſit, l. ſi plus, 74. §. vlt.
D. de euict. l. cùm is qui, 36. D. de fideiuſſ. deinde, vt
quod ex eo vẽditor quoquomodo conſecutus fuerit,
G emtori præſtet, l. venditor, 23. §. 1. ꝭ. h. t. tum vt emtor
ex ceſſione directas habeat, ſine ceſſione vtiles, l. 7. &
l. 8. C. h. t. quamquam de venditione actionũ in rem
dubitatum fuit: an emtor ſine ceſſione vtilem actio-
nem habeat, quoniam ſola venditio ſine traditione
rei dominium non transfert, l. ager, 50. D. de rei vind.
Sed eam dubitationem Iuſtinianus pro imperio
ſuſtulit,

ſuſtulit, in l. vlt. C. h. tit. Poſtremò meminiſſe oportet conſtitutionis Anaſtaſij, vt ne ei, cui ceditur actio, plus exigere liceat, quàm quantum precij ſoluerit. l. pen. C. mand. quod aduerſus redemtores litium inſtitutum eſſe conſtat; qui ex litis euentu certam ſibi quantitatem paciſcuntur. l. 9. §. 1. D. de off. Proconſ. l. 6. §. vlt. & l. ſeq. D. mandat.

DE RESCINDENDA VENDITIONE.

TIT. V.

1 *Quæ ſit differentia inter Contractum & Perfectam & Impletam venditionem: item quæ*
2 *Inter Nullam, Irritam, Reſciſſam, Reſolutam.*
3 *Quomodo venditio reſcinditur.*
4 *Vitia propter quæ reſcinditur.*
5 *Iniquum precium quando dicatur: &*
6 *Naturaliter licere contrahentibus ſeſe in precio circumuenire: quomodo intelligatur.*
7 *De fraudationib. citra vel vltra dimidium iuſti precij diſputatio.*
8 *Harmenopuli locus emendatus.*

§ 1 PRIMVM illa verba notanda ſunt: Cõtrahere, Perficere, Implere venditionem: & ex contrario, Nullam eſſe, Irritam vel infectam fieri, Reſcindi, Reſolui. Nam Contrahi quidem dicitur emtio nuda conuentione. eodémque modo Perfici: ſi modò pura venditio fuerit. l. 8. D. de peric. & comm. alioqui cõdicione interpoſita contracta quidem emtio dicitur, ſed tum demum Perfecta dicitur, cùm condicio impleta eſt. l. 7. D. de cont. emt. Atque huc vſque Res integra dicitur. l. 2. ȷ. h. t. l. ab emtione, 58. D. de pact. vbi verò vel precium datum, vel res tradita eſt, tum Impleta dicitur. l. ſiquis alienam, 46. D. de act. emt. l. 4. C. ill. tit.

§ 2 Porrò Nulla eſſe dicitur emtio, quæ propter inſitum aliquod vitium iure non conſiſtit, id eſt, obligationem non parit: veluti ſiquis rem ſuam emerit. nam rei ſuæ nulla emtio eſt, l. ſuæ rei, 16. D. de contr. emt. Item, ſiquis dolo malo vendiderit. l. 7. D. de dol. mal. l. 4. C. de her. vel act. vend. Item ſi ſub ea condicione contracta emtio ſit, quæ deficiat. l. 8. D. de peric. & comm. Item ſi veneni mali venditio facta ſit. l. quod ſæpè, 35. §. 1. D. de contr. emt. At Irrita fieri emtio dicitur, quæ cùm ipſo iure conſtaret, & perfecta eſſet, tamen vel per pactum, vel propter vitium aliquod reſcinditur, ſiue reſoluitur. nam hæc tria promiſcuè vſurpantur: velut in l. 1. & l. 5. C. h. tit. Dicitur etiam Res inemta, Res inuendita fieri. l. 2. l. vlt. ȷ. h. t. Dicitur item Abiri ab emtione; vt in l. 7. §. adeò, D. de pact. l. 1. ȷ. h. t. item Recedi ab emtione, & Diſcedi ab emtione. l. 2. l. 8. h. t. Prius autem de pactis videamus.

§ 3 Ergò reſcinditur venditio contraria conuentione de ſubſtantia contractus facta, ſi modò res integra eſt. l. 3. ȷ. h. t. l. 1. C. quand. lic. ab emt. diſc. d. l. 7. §. adeo, & d. l. ab emtione, D. de pact. Eſt autem Res integra, etiamſi fideiuſſor, euictionis nomine datus; vel ſtipulatio ſubiecta ſit. l. 2. l. 3. ȷ. h. t. atque adeò arra data: quę tamẽ (vt ſuo loco diximus) plerũq; pars precij eſt. l. 2. C. quand. lic. ab emt. l. ex emto, 11. §. 3. D. de act. emt. Sed in cõuentione, vtriuſq; cõſenſus requiritur. nam vnius voluntas altero inuito emtionem non reſcindit, l. 3. C. h. tit. l. 5. C. de obl. & act. Similiter ſi conuenerit, vt pluris aut minoris res emta ſit: quoniã de ſubſtantia conuẽtio eſt, prior reſcinditur, atque ita poſterior exſiſtit, quaſi nulla antea præceſſerit, d. l. 2. ȷ. h. t. Itémque ſi duabus rebus ſub alternatione venditis conuenit, vt altera inemta ſit, l. 4. ȷ. h. t. & ruſus ſi conuenerit, vt niſi reliquum precium intra certam diem ſolutum ſit, res inemta ſit, l. vlt. ȷ. eod.

§ 4 Vitia autem propter quæ venditio reſcinditur, tria potiſſimùm exponemus. Primum eſt, Vis & metus. Secundum, Dolus malus, quæ coniunguntur in l. 1. C. h. t. & propter alterutrum illorum reſcindi vẽditio dicitur. Itémque in l. 5. C. ill. tit. & l. vlt. C. de his quæ vi met. Mouet tamẽ quod ſup. diximus, Emtionẽ dolo malo vitiari vt nulla ſit, ſicuti reliqui omnes bonæfidei contractus dolo malo vitiantur, vt nullius momenti ſint, l. 3. §. vlt. D. pro ſoc. Sed reſpõdendum eſt, eam demum reſcindi factam dolo malo venditionem, quę non tãtùm perfecta, ſed etiam impleta fuerat; vt magis traditio reſcindatur, quã venditio, l. dolus, 10. C. h. t. Tertium vitiũ propter quod reſcindi venditio ſolet, eſt iniquitas precij. nam cùm precium ſit quantitatis æqualitas, vt ait Paullus in l. 1. D. de contr. emt. & per precium rerum æſtimationes fiant: l. 3. §. diui, D. de iur. fiſc. l. ſi inter, 21. C. de iur. dot. l. ſi fundus, 16. §. vlt. D. de pign. requiri videtur vt precium rei æſtimationem vſquequaque adæquet: quod modò appellatur iuſtum, cui opponitur iniquũ, vt in l. alieno, 31. §. ſi is cuius, D. de fideic. lib. qua de cauſſa iuſtum precium æſtimationi iuſtæ cõparatur, in l. ſi res, 12. §. 1. D. de iur. dot. Interdũ appellatur verum precium, vt l. communi, 7. §. inter, D. comm. diuid. l. ſed ſi vir, 31. §. ſi vir vxori, D. de don. int. vir. Ac mihi planè ante hac dubitãti Harmenopulus lib. 3. tit. 3. perſuaſit, nihil aliud eſſe iuſtum, quàm verum precium, & vtrumque eſſe Quanti res eſt, cõmuni hominum peritorum æſtimatione.

§ 5 Verùm hic magna exſiſtit quæſtio: Quando iniquum precium dicatur. nam primum omniũ ſatis conſtat in emtione & venditione interdum precium ex adfectu fingi, l. precia, 63. D. ad leg. Falc. l. ſi ſeruũ, 33. D. ad leg. Aq. veluti, ſi ſit filius aut frater naturalis, l. cum ſeruus, 54. D. mandati. ſi in illo agro ſint ſepulcra maiorum: denique tanti quæque res eſſe dicitur, quanti vendi poteſt, l. 1. §. ſi heres, D. ad Trebell. l. ſiquis vxori, 52. §. pen. D. de furt. l. 2. §. ſi nauis, D. ad leg. Rhod. Præterea rei precium interdũ ex neceſſitate creſcit. nam vt Cic. quodam loco ſcribit, Quanti quanti benè emitur, quod neceſſe eſt. Interdum etiã ex ſtudio & cupiditate: vt in gemmis, ſignis, & ſimulacris. Vnde illud eiuſdem Verr. vi. Qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idem eſt ęſtimationis. difficile eſt enim finem facere precio, niſi libidini feceris. Itaque receptum eſt, ne prætextu vilioris precij emtio reſcindatur. l. 4. l. quiſquis, 15. C. h. tit. l. 1. §. ſiquis, D. ſi quis in fraud. pat. Quinetiam venditio donationis cauſſa viliori precio facta, rata habetur, l. ſiquis donationis, 38. D. de cont. emt.

§ 6 Denique Pomponius ait, Naturaliter licere contrahentibus ſeſe in precio circũuenire, l. in cauſſæ, 16. §. 1. D. de minor. l. item ſi, 22. §. vlt. & l. ſeq. D. locat. Quod ſic interpretor, quaſi dixiſſet, Naturaliter vix poſſe aliter emtiones & venditiones contrahi, ſi precij proportio & æqualitas cum æſtimatione rei ad exactum iudicium reuocetur.

§ 7 Hæc cùm ita ſint, modum tamen ei fraudationi Impp. adiecerunt, ſi modò dimidium iuſti precij non excedat. Alioqui vt emtor vel iuſtum precium impleat, vel ſua pecunia recepta, rem reſtituat, l. 2. & l. 8. C. h. tit. Itaque ſi rem quæ decem

valet, quinque vendidero, rata vẽditio eſt: ſi quattuor, A
tum emtorẽ cogam aut quod iuſto precio deeſt, ſupplere, hoc eſt, ſex: aut recepta pecunia ſua rem reddere, l. 1. C. ſi maior. fact. alien. rat. hab. Ex contrario verò deceptus emtor videatur, ſi pro re digna decem, non ſexdecim præſtiterit: ſed viginti & vnum. Nã in ſingulis, quod à quoque profectũ eſt, ſpectatur: vt ſicuti venditor deceptus dicitur, ſi pecunia non eſt tanti, quanti rei ſuæ dimidiũ: ſic emtor deceptus videatur, ſi res nõ eſt tanti, quantum eſt pecuniæ ſuæ dimidiũ. B
Denique vt fraudario ſupra dimidiũ veri precij tum demum dicatur, cùm aut pecunia rei dimidium, aut res dimidium pecuniæ non exæquat. Quare venditor cogetur aut XI. reddere, aut recepta re ſua, pecuniam reſtituere: ſimiliter in re XX. digna deceptus venditor dicitur, ſi minus X. acceperit, emtor verò ſi plus XL. dederit. Item in re VI. aureis digna deceptus vẽditor dicetur, ſi minus III. acceperit, emtor ſi plus XII. dederit. Atque hæc quidem primùm de maiore dicta intelligenda ſunt. nam minor quoquomodo, C
etiam intra dimidium iuſti precij deceptus, reſtituitur, l. quiſqnis, 15. C. h. t. l. ſiquidem, 11. C. de præd. min. ac tum venditio in totum reſcinditur, l. 1. C. ſi aduerſ. fiſc. Deinde intelligenda ſunt, cũ in ſolo precio fraus verſatur. Nam ſi emtor venditorem dolo induxerit ad rem minoris vendendam, etiam intra dimidium iuſti precij ex vendito actio dabitur. l. ſi quis adfirmauit, 9. D. de dol. mal. Minori autem reſtitutio dabitur, l. 1. C. ſi aduerſ. fiſc. Vtcumque ſit, illud cõſtat, Reſciſſionem hanc fieri per actionem ex emto vendito: vt D
teſtatur l. 10. C. h. t. idque intra quadriennium: ſicuti aliæ omnes reſtitutiones: vt teſtatur Harmenop. d. lib. 3. tit. 3. Sed quæri poteſt, Si emtor malit rem reſtituere, quàm precium ſupplere, quid de fructib. ſtatuendum videatur? Et conſentaneũ videtur, fructus cum vſuris precij, quod venditor acceperat, compenſari, l. 2. C. de vſur. l. emtor, 65. D. de rei vind.

¶ 8 Ex quibus emendandum illum Harmenop. locum arbitror: *Εἰ δὲ μὴ βούλεται ὁ ἀγοραστὴς τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ τιμήματος ποιήσασθαι, ἵνα ἀπολάβῃ μὲν παρὰ τῶν ἐγκαλούντων, ὅπερ καταβάλλετο τίμημα, καὶ τὰς ἐξόδους αὐτοῦ, καὶ ἀναχωρῇ ἐκ τοῦ κτήματος; τὸ δὲ κτῆμα αὐτοῦ, ἀποδιδῶται τοῖς πωλήσασιν.* Nam illa verba *καὶ τὰς ἐξόδους αὐτοῦ* alieno E
loco poſita, atque ad extremum ſubiicienda eſſe arbitror, hoc ſenſu: Si nolit emtor quod ad iuſtũm preciũ deeſt, ſupplere, precium quod aduerſariis dedit, recipiat, de prędio decedat, venditoribúſque prædium reſtituat, vnáque illius fructus & prouentus. Idémque Scholiaſtes apertiſſimè paulo ſupra expoſuit: vbi etiam adſcribit, Si emtor ratam eſſe emtionem malit, F
reliquúmque precium addere, æquum eſſe, vt precij non ſoluti vſuras præſtet, id eſt, eius, quod deerat. arg. l. curabit, C. de act. emt. Porrò quod dictum eſt in vẽditione, idem in locatione iuris eſt: quæ venditioni finitima eſt; iiſdémque iuris regulis conſiſtit. l. 2. D. loc. item in communium rerum diuiſione, quæ emtioni finitima eſt. l. 1. C. com. vtr. iud. Quarta reſcindendæ venditionis cauſſa eſt, ſi procurator fiſci rem debitoris non ſoluentis per gratiã viliori precio emtori addixerit. l. fundus, 9. ꝟ. h. t. l. ſi quos, 16. C. eod. Si G
debitor poſtea integrum debitum fiſco perſoluat, l. 3. C. de iur. fiſc.

DE PERICVLO ET COMMODO REI VENDITÆ.

TIT. VI.

1 *Secundus perfectæ emtionis effectus.*

2 *Perfecta venditio cenſetur aliter in purè contracta, aliter in ea quæ ſub condicione.*

3 *In vini venditione quandoque periculum ad emtorem, quandoque ad venditorem ſpectat.*

4 *Si poſt precium ſolutum res peremta ſit, an precium emtori pereat.*

5 *Quomodo accipiendum ſit quod dicitur, emtione perfecta rei peremtæ periculum ad emtorem pertinere.*

RVBRICA hæc pertinet ad ius & effectum emtionis & venditionis: vt diximus ſub tit. de contrah. emt.

¶ 1 Secundus igitur emtionis & venditionis perfectæ effectus eſt, vt rei etiam nondum traditæ & periculum & commodum ad emtorem pertineat: ſi modò nulla venditoris in tradendo mora interponatur. l. 1. l. 4. C. h. t. l. 7. l. 8. ꝟ. eod. l. quod ſæpè, 35. §. ſi res, D. de cont. emt.

¶ 2 Superius autem aliquoties iam dictum eſt, Perfectam dici emtionem in ceteris rebus omnibus, ſiquidem purè contracta fuerit, poſt conuentionem: id eſt, poſt fidem vtrimque datam atque acceptam. at in iis quæ ad numerum, menſuram & pondus venduntur, tum demum cùm adnumeratæ, admenſæ, adpenſæ ſunt. l. 2. C. h. t. d. l. quod ſæpè, §. in his, D. de contr. emt. Sin autem ſub condicione contracta fuerit, tum demum perficitur, cùm condicio euenerit, l. 7. D. de contr. emt. ſi defecerit, nulla emtio eſt, l. 8. ꝟ. h. tit. In periculo verò ius hoc ſeruatur, vt ſiquidem ante condicionis euentum res interierit, venditoris periculo ſit; quoniam emtio perimitur. ſin deterior tantùm facta ſit, damnum ſit emtoris. l. penult. C. h. tit. l. 8. ꝟ. h. tit. at interitus poſt euentum condicionis contingens ad emtorem pertinet. l. 5. C. h. tit. quod ſi conuenerit, vt per ſcripturam venditio fiat, quoniam non ante ſcripturam perfecta habetur, & commodum & periculum interea contingens ad venditorem pertinet, l. 4. C. h. t.

¶ 3 Rurſus in vini venditione ius hoc ſeruatur, vt ſi auerſione venit, non ante deguſtationem perfecta venditio intelligatur: ac proinde commodum & damnum antea contingens ad venditorem ſpectet. ſin autem ad menſuram venit, poſt admenſionem tantùm periculum ad emtorem pertineat, l. 1. ꝟ. h. t. vbi verò purè facta venditio eſt, tum (vt diximus) & commodum & periculum ad emtorem ſpectat. Itaque vt fructus ad illum pertinent, ſic etiam functiones. l. fructus, 13. l. penult. C. de act. emt. Rurſus ſiue fundus inundatione aut chaſmate decreuerit, ſiue alluuione adcreuerit: totum hoc ad emtorem pertinet. d. l. 8. & l. 10. ꝟ. h. t. l. Iulianus, 13. §. ſi Titius, D. de act. emt. quod idem de grege poſt perfectam venditionem aucto vel deminuto traditur in l. penul. C. de act. emt. Item de ſeruo vel mortuo, vel depreciato, vel hereditate, aut legatis, aut aliis denique modis amplificato. d. l. Iulianus, §. ſi quid ſeruo, & l. 5. §. 1. D. de reſcind. vend.

¶ 4 Quæ cùm ita ſint, quæſtio exoritur, Si fortè poſt precium ſolutum res peremta ſit, an precium emtori pereat. nam Imp. in l. vlt. C. h. tit. & §. cum autem, Inſt. de contr. emt. apertè ſtatuit, vt re antè ſolutum precium peremta, nihilominus emtor ad precium cogatur. Contra tamen Afric. in l. ſi fundus, 33. ꝟ. loc. ſtatuit re poſt ſolutũ preciũ peremta venditorẽ cogi precium reſtituere: rémque peremtam in id ſolũ emtori periiſſe, vt qđ pluris ipſi⁹ intereſſe poterat, ſibi rem tradi,

rem tradi, non petat: quod alioqui petere potuiſſet. A
l. ſicut periculum, 12. C. de act. emt. Et profectò ita
eſt, vt ei demum perire res debeat, cuia res eſt. l. ſic-
ut, 8. §. ſi debitor, D. quib. mod. pig. vel hypoth.
l. eum qui emit, 14. l. ſi vendidero, 80. D. de furt. ac
planè iniquiſſimum videtur, emtori rem perire, quæ
in ipſius dominio non fuerit, l. pignus, 8. C. de pig.
act. In hac difficultate video eſſe qui ſcribant, tradi
in Inſtitutionibus, regulas ſummi Iuris: in Digeſtis
autem, æquitatem; quo nihil abſurdius dici poteſt.
quamobrem aut fatendum eſt, non ſatis hac de re in- B
ter Iuriſconſultos conueniſſe: aut ita diſtinguen-
dum eſt, vt ſi per venditorem non ſteterit, quo mi-
nus traderet, emtori res pereat. ſi qua in venditore
vel mora, vel culpa fuerit, ipſi pereat. cuius diſtin-
ctionis argumento eſt primum d. l. ſi fundus, D. loc.
deinde l. 4. & l. vlt. C. h. t. tum l. ſi rem, 14. cum l. ſeq.
D. de iur. dot. præterea l. ſi ſterilis, 21. §. cùm per ven-
ditorẽ, D. de act. emt. Eò accedit l. lectis, 12. ĵ. h. t. vbi
lecti venditi, ſed venditoris culpa in publico relicti,
atque idcirco ab Ædilib. conſciſſi, venditori periſſe C
dicuntur. quod ſi auferẽdi mora in emtore fuerit, ipſi
periſſe. Item l. ſi ſoluturus, 39. §. 1. D. de ſolut. vbi merx
& precium apud tertium depoſita emtoris periculo
eſſe dicuntur. Item l. vlt. D. de cond. cauſſ. dat. vbi Sti-
cho, qui cum data pecunia permutandus erat, ante
traditionem mortuo, pecunia repeti poſſe dicitur.
Item l. quod ſi neque, 14. §. 1. h. t. vbi furtum trabium
poſt eas obſignatas factũ emtoris periculo fieri dici
tur. Neque obſtat l. Lucius, 11. D. de euict. vbi fundo
vendito, & Principis iuſſu veteranis adſignato, nihi- D
lominus emtor precium ſoluere cogitur. nam cùm
venditor, precium petat, veriſimile eſt, factam antea
fundi traditionem fuiſſe. l. Iulianus, 13. §. ex vendito,
D. de act. emt. aut certè per venditorem non ſtetiſſe,
quominus traderet.

§ 5 Quare quod diximus Emtione perfecta rei
peremtæ periculum ad emtorem pertinere: ſic acci-
piendum eſt, non vt emtor rei dominium amittat,
quippe quod nondum adeptus fuerat: ſed (vt Afric.
interpretatur in d. l. ſi fundus, D. loc.) obligationem
in id quod ſua intererit ſibi rem tradi, quam per con- E
tractum adquiſierat. l. 3. D. de obl. & act. l. ſi ita, 25. §. 1.
D. de cont. emt. l. ex emto, 11. D. de act. emt. vt id de-
mum perdat, quod per contractum adquiſierat; ni-
mirum illam obligationem. Quod autem de vendi-
toris culpa diximus, intelligendum eſt de leui culpa,
id eſt, vt non tantùm eam diligentiam adhibeat, quã
ſuis in rebus adhibere conſueuit, ſed eam quam frugi
& diligentes patresfa. ſuis in rebus adhibent. l. 2. §. 1. l.
3. & l. ſi vendita, 11. ĵ. h. t. Itaque vini venditor cauebit F
ne dolia diffluant, ne vinum muceſcat, aut aceſcat:
quantum in frugi hominis cura & diligentia poſitũ
eſt. nam fatalem caſum, veluti acoris ex tonitru, ven-
ditor non præſtabit.

DE SERVIS EXPORTANDIS.
TIT. VII.

1 *Ordo turbatus à Triboniano.*
2 *Interdum dominus ſeruum vendens vel paciſcitur, vel ſtipulatur ab emtore, vt ſeruus vel aliò exportetur, vel non exportetur.* G
3 *Quænam actio hoc nomine competat.*
4 *De pacto, vt ſeruus venditus intra certum tempus manumittatur.*
5 *De pacto, Ne manumittatur.*
6 *De pacto, Ne ancilla proſtituatur.*

§ 1 HIc tit. præpoſterè collocatus eſt, nam
cùm ad pacta pertineat, quæ in emtione
& venditione mancipiorum interpo-
nuntur, coniungi debuit illis ſuperiori-
bus De lege commiſſoria & de in diem addictione.

§ 2 Tractat autem de quattuor pactis, quorum
primum eſt, vt ſeruus exportetur, vel nõ exportetur.
nam interdum moris fuit, cùm ſeruus vendebatur, vt
dominus vel inſidias ipſius veritus, vel odio incen-
ſus, cùm ipſius conſpectum ferre nõ poſſet, vel quòd
pœnam alioqui deberet, hanc legẽ adiiceret, Vt aliò
exportaretur, néve eo loci moraretur: quo caſu quæ
cõpetat actio, quęritur. Nam ſiquidẽ pœnę ſtipulatio
adiecta eſt, tum ſiue venditoris interſit, ſiue non in-
terſit, ex ſtipulatu actio conceditur, l. 6. §. pen. h. t. nã
in ſtipulatione non quæritur an interſit, l. ſtipulatio
iſta, 38. §. alteri, D. de ver. obl. Sin autẽ neq. ſtipulatio-
ne, neq. pacto de pœna cõuenerit, tum Papin. diſtin-
guit, vt ſiquidẽ pecuniariter venditoris interſit, velu-
ti ſi pœnam eo caſu debeat, ex vendito, in id quod ſua
intereſt, actionem habeat. Si pecuniariter non inter-
ſit, ſed tantũ adfectionis & beneuolentiæ ratione pa-
ctus eſt, ne exportetur, regulariter quidem actio nul-
la, præterquã ex ſtipulatu, vbi nihil intereſt, concedi-
tur, l. procuratorẽ, 8. §. mãdatu, D. mand. l. qui fundũ,
32. D. loc. Sed quoniam hominẽ beneficio adfici ho-
minis intereſt, ex vendito quoque actionem Papin.
concedit, cùm naturalis quædam inter omnes homi-
nes cognatio ſit, l. 5. D. de iuſt. & iur.

§ 3 Qua de cauſſa Papin. in alia ſpecie ratione ad-
fectus, mandati actionem concedit in l. cum ferè, 54.
D. mand. ſin autem pactum eſt, vt exportetur, & præ-
ter vindictã alia nulla cauſſa ſubeſt, hic Papin. varia-
uit, nam lib. Quæſt. x. ſtatuerat, actionem non eſſe
dandam, quia nihil mea intereſſe videtur, ſi odio &
vindictæ meę ſatisfactum non fuerit: vti patet ex l. 7.
ĵ. h. t. at idem lib. Quæſt. xxvii. Sabini ratione mo-
tus, ſententiam mutauit, ac ſtatuit, ob eam cauſſam
vẽditoris intereſſe, quòd eo minoris ſeruum vẽdidiſ-
ſet, l. 6. §. 1. ĵ. h. t. Itaq. aliis locis ſimiliter videmus, pa-
ctum precij partem appellari, l. fundi, 79. D. de cont.
emt. l. ſi ſterilis, 21. §. pen. D. de act. emt. Eiúſq. rei exẽ-
plum ſuppeditat l. vlt. ĵ. h. t. Ex quo de Triboniani ſo-
cordia exiſtimare licet, qui tam perſpicuam Papinia-
ni repugnantiam non viderit. Porrò interdum paciſ-
cebatur venditor, vt niſi ſeruus exportaretur, ſibi in
illum manus iniectio eſſet, l. pen. h. t. quæ tamen vi-
detur auctore magiſtratu facienda, l. 1. C. ſi mancip.
ita vend. ac tum in prehenſum mancipium vindica-
tio erat, l. 1. l. 2. C. h. t.

§ 4 Secundum pactum eſt, vt mancipium ven-
ditum intra certum tẽpus manumittatur: de quo va-
rium ius fuit. nã cùm ipſo iure liberũ eſſe non poſſet,
niſi manumitteretur, cuius rei arbitriũ penes emto-
rem eſſet, Adrianus ſtatuit, emtorẽ manumittere co-
gẽdũ: interea verò in ſeruitute manere. At Marcus &
Commodus ipſo iure liberũ eſſe iuſſerunt, l. 2. l. 3. C. ſi
mancip. ita fuer. & l. vlt. ĵ. h. t. ad quam obiter notan-
dũ eſt, quo tẽpore Scæuola Digeſtorũ ſuorum libros
edidit, nondum illam editam D. Marci conſtitutionẽ
fuiſſe: cùm Quæſtionum libros edidit, promulgatam
fuiſſe, l. verum eſt, 11. §. 1. D. de minor. alioqui nõ mo-
dò ridiculè Scæuola de iure interrogatus, ex abroga-
to Adriani iure reſpõdiſſet: ſed etiã Claudius quęſtio-
nem Scæuolæ propoſitam ex nouo D. Marci iure de-
cidiſſet. Vtcumque ſit, ſi mancipium iſta lege vendi-
tum manumiſſum fuerit, quamuis venditor volun-

tatem mutet, liberum tamen manet, l.8.ǰ.h.t.

§ 5 Tertium pactum eſt huic contrarium, Ne mancipium venditum manumittatur; cuius hæc vis eſt, vt ſi contra legem manumittatur, liberum tamen non ſit, l.pen.C.ſi manc.ita fuer.quamquam ſi pœnæ ſtipulatio ſubiecta ſit, eius petitio non conceditur, d. l.pen.& l.6.ǰ.h.t.

§ 6 Quartum pactum eſt, Ne ancilla proſtitua- A tur: quo caſu non modò pœnæ ſtipulatione interpoſita ex ſtipulatu datur actio, verùm etiam remota ſtipulatione ex vendito actio competit, l.6.ǰ.h.t. Quod ſi pactum eſt, vt ſi proſtituatur, abducendi eam poteſtas ſit, aut vt libera ſit ea proſtituta, conuentioni ſtatur, l.1.l.2.C.ſi mancip. ita ven. ne proſt. Quid ſit autem ancillam proſtituere, patet ex l.vlt.C.ill.tit.l.palam, 43.D.de rit.nupt.

LIBER XIX.

DE ACTIONIBVS EMTI ET VENDITI.

TITVLVS I.

1 *Ex obligatione emti & venditi vtrimque naſcitur actio directa.*
2 *Vna venditi ex parte venditoris, cuius hîc definitio traditur & explicatur.*
3 *Quænam ab emtore præſtanda ſint.*
4 *An in actionem venditi veniant vſuræ precij.*
5 *Altera actio eſt ex parte emtoris, & vocatur actio emti, atque hoc loco definitur.*
6 *Quænam in hanc actionem veniant.*
7 *De vitiis declarandis in venditione:*
8 *Et reſciſſio contractus, & redhibitio actione petitur.*
9 *Ob quas cauſſas redhibitio fiat: & de morbis ac vitiis latentibus.*
10 *Actiones item aliæ duæ competunt emtori aduerſus eum qui non bona fide vendidit: vna quanto minoris, altera quanto pluris.*
11 *Quam culpam præſtat venditor.*
12 *Varronis locus de re Ruſt.2.emend.*

TITVLVS hic pertinet ad ius & effectum contractæ emtionis & venditionis. nam ex illa obligatione vltro B citróque inter venditorem & emtorem contracta, vtrimque naſcitur actio directa, quæ ex parte venditoris dicitur Actio venditi, ſiue actio ex vendito: ex parte emtoris, Actio emti, ſiue ex emto.

§ 2 Prior ſic definitur: Actio venditi eſt actio ciuilis, perſonalis, quæ re tradita datur venditori aduerſus emtorem, in id quod illum eo nomine dare facere oportet ex fide bona, l.Iulianus, 13.§. ex vendito, 17.ǰ.h.t. nam cùm rei dominium per traditionem in C emtorem tranſtulerit, non ad vindicationem, ſed ad ſolas præſtationes poteſt agere, l.1.C.h.t.l.inciuile, 12. C.de rei vind. Dixi, *Re tradita.* quod ſic accipiendum eſt, tranſlata rei poſſeſſione in emtorem, vt ei frui re liceat. qua de cauſſa etiam precaria poſſeſſio ſufficit. d.l.Iulianus, 13.§.poſſeſſionem. Dixi, *Quod illum eo nomine* ex bona fide dare facere oportet. quod cùm infinitum ſit, ſumma quæque capita perſtringemus.

§ 3 Primùm igitur præſtare emtorem oportet, D quæ nominatim in contrahendo conuenerunt: nam id maximè bonæ fidei conuenit, quæ in his contractibus dominatur, l.ex emto, 11.ǰ.h.t.l.ſcimus, 43.D. de pact. tum ea quę naturaliter huic cõtractui inſunt: cuiuſmodi hæc ferè ſunt. primum vt emtor precium det, quanti res ei vendita eſt, d.l.Iulianus, §. ex vendito, l.6.C.eod. ac numos venditoris faciat, l.ex emto, 11.ǰ.h.t.l.1.D.de rer.permut. qua de cauſſa, ſolutio ex numis qui venditoris erant, liberationem non parit, l.7.C.h.t.l.vn.C.ſi ſer.extr.ſe emi mand. Precij autem E nomine nõ modò integrum, ſed etiam reſiduum intelligitur, l.2.C.h.tit. non modò pecunia numerata, verùm etiam debiti compenſatio, d.l.2.l.ſi ex venditione, 7.C.de compenſat. quoniam compenſatio ſolutionis vim obtinet: vt ſuo loco ſuprà dictum eſt. quamquam error facti venditorem excuſat, l.venditor, 11.C.de reſcind.vend.

§ 4 Secundò in actionem venditi veniunt Vſurę precij non modò ex pacto, vt in l.5.C.de pact.in emt. verùm etiam ex mora, id eſt, poſt diem traditionis: F quia cùm re emtor fruatur, æquum eſt fructum precij venditoris eſſe, d.l.13.§.ex vendito, l.curabit, 5.& l. fructus, 13.C.eod. quamquam vſuræ poſt moram non tam actione petuntur, quàm officio Iudicis debentur, l. Lucius, 47.l.qui per colluſionem, 49.§.1.ǰ.h.t. Sed intelligendum eſt, vſuras tantùm exigi, non etiã ſiquid amplius conſequi venditor ex negociatione potuerit, l.vl.D.de peric.& commod. Tertiò veniunt onera, quæ venditor bona fide poſt contractam emtionem in re vendita ſuſtinuit, l.pen. C.h.tit. veluti ſumtus in ægri mancipij curationem, aut in ædium reparationem, d.l.13.§.præterea, ǰ.h.tit. Item incommoda, vt ſi emtor lapides aliáve ſibi vendita tollere cunctetur, l.ſi is qui, 9.ǰ.h.t. Quartò veniunt fructus, quos emtor antè venditionem percepit, l.2. C. h.tit. Quintò, Dolus: ex quo actio vel potius adiectio huius actionis naſcitur, quæ dicitur *Quanto pluris*: vt ſi heres inductus ab emtore & perſuaſus, minimam eſſe hereditatem, illam ei minimo vendiderit. nam venditori datur actio ex vendito, Quanto pluris hereditas valeret, ſi dolus admiſſus non fuiſſet, d.l.13.§.per contrariam, & §.ſeq.ǰ.h.t. Itémq. ſi emtor iniquis ponderibus adhibitis venditorem deceperit, aget vẽditor eadem actione his verbis: Aio te mihi quod plus eſt, dare oportere, l.ſiquis à me, 32.ǰ.h.t. Poſtremò venit in hanc actionem Reſciſſio cõtractus, quę tamen nõ niſi certis iiſq. grauiſſimis & certiſſimis cauſſis fieri poteſt, l.6.C.h.t.l.res bona, 54.D.de contr.emt. veluti ſi fraudatio ſupra dimidium iuſti precij acciderit: vt diximus ad Tit.de reſcind.vend. tum enim reſciſſoria hæc actio eſt, l.2.l.8.C.de reſc.vend.

§ 5 Proximum eſt, vt de actione emti videamus, quæ ſic definitur: Actio ciuilis, perſonalis, quæ datur emtori ſoluto vel oblato precio, aduerſus venditorẽ, in id quod illum eo nomine dare facere oportet ex fide bona, l.ex emto, 11.l.Titius, 48.ǰ.h.t. nam Cicero quoque Offic.3. hanc huius actionis formulam commemorat. Quæ cùm immẽſa infinitáq. ſit, vt de venditi actione diximus, ſumma quęq. huius rei capita perſtringemus. nã præter ea quę nominatim cauta, & (vt Cic.in XII.tab. ſcriptũ teſtatur) lingua nũcupata ſunt, de quibus traditur in d.l.ex emto, & l.43.D. de pact.

§ 6 Regula eſt, vt quæcumque contra bonam fidem fiunt, in hanc actionem veniant, l.1.§.1.ǰ. h. tit. Primùm igitur Paullus ſcribit, venditorem obligatum eſſe de euictione cauere, vacuam poſſeſſionem tradere,

tradere, & de dolo purgari, l.1. D.de rer.permut.hoc
eſt,præſtare dolum malum à ſe abeſſe,abſuturumque
eſſe,l.ſeruus,30.in fi.ꝫ.h.t.l.ea quę,43.§.vlt.D.de cõtr.
emt. Proculus autem ex emto actionem competere
ſtatuit,non vt venditor vacuam poſſeſſionem tradat,
cùm multis modis contingat, vt tradere non poſſit:
ſed vt ſi quid dolo malo faciat,aut fecerit, quominus
emtori habere liceat, dolus eius æſtimetur, l.ſi eum
fundum,68.D.de contr.emt.ex quo ſuſpicari licet,ea
de re non ſatis inter Iuriſconſultos conueniſſe. quã-
quam vt per hanc actionem non petatur nominatim
rem tradi,tamen vi ipſa hoc peti intelligitur,l.2.l.3.l.
11.l.ſeruus,30.§.1.ꝫ.h.t.l.8. C.eod. Secundò petuntur
per hanc actionẽ acceſſiones,quæ quaſi pars rei ſunt,
veluti fœtus pecorum,partus ancillarum, l.pen.C.h.
t.item fructus pendentes venditionis tempore,l.fru-
ctus,13.C.eod.l.Iulianus,13.§.ſi fructib.ꝫ.eod.quippe,
cùm pendentes fructus pars fundi cenſeantur; atque
vna eadémq.res fundus & fructus eſſe intelligantur,
l.fruct°,44.D.de rei vind.l.vl.§.pen.D.quæ in fraud.
cred.quinetiã ſiquid ſeruorũ operis aut iumẽtorũ ve-
cturis quæſitum eſt:ſiquid ſeruorũ peculio acceſſit,id
hac actione exigitur, d.l. Iulianus,13. §. item ſiquid.
Quod ſi rem venditor non tradat, tùm id quod em-
toris intereſt,præſtare cogitur: id eſt,vtilitatem, quæ
circa rem eſt,l.1.l.ſi ſterilis, 21.§.1.ꝫ.h.t.l.4.l.cùm vẽ-
ditorem, 10. C.eod.quãquam hoc non actione peti-
tur,ſed officio Iudicis cõtinetur,l.ex emto, 11.§.idem
ait,ꝫ.h.t. Tertiò per hanc actionem exigitur, vt ven-
ditor vitia vel onera rei quæ ipſe nouit, declaret:nec
inſidioſè,obſcurè qdquã diſſimulet,l.ea quæ,43.§.vl.
D.de cõtr.emt.primũ in prædiis.vnde illud Cic.Off.3.

§ 7 Ac de iure quidem prædiorum ſanctum eſt
apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vitia etiam
dicerentur, quæ nota eſſent venditori. nam cùm ex
XII.tab.ſatis eſſet ea præſtari,quæ eſſent lingua nun-
cupata,quę qui inficiatus eſſet,dupli pœnam ſubiret:
à Iuriſconſultis etiam pœna eſt reticentiæ conſtitu-
ta. quidquid enim eſſet in prædio vitij,id ſtatuerunt,
ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præ-
ſtari oportere. Itaque ſiquam ſeruitutem fundus de-
bet,ſi eam venditor celauit, quanti id eſt,hac actione
præſtare cogitur,l.1.§.1.l.6.l.ſiquis fundum,35.l.quæ-
ro,39.ꝫ.h.t.l.in vendendo,66.§.1.D.de cõtr.emt.l.qui
libertatis, 69.§.vlt.D.de euict.itémq.ſi penſionẽ quã
fundus debebat, celauit, l.ſi ſterilis, 21.§.1.l.in vendi-
tione, 41.ꝫ.h.t. atq.adeò ſi vicinum celauit, quem ſi
emtor ſciſſet, emturus non fuiſſet: l.quod ſæpè,35.§.
vlt. D.de contr.emt.quod ſi religioſus locus pro pu-
ro venierit,in factum actio, quaſi ex emto, concedi-
tur,l.oſſa, 8.§.1. D.de relig.Idem quoque in mãcipiis
iuris fuit,vt in iis vendendis ea venditor caueret,quæ
caueri Ædiles iubent, veluti Iumenta rectè ſana eſſe,
hodie eſſe & bibere vt oportet. pecus non eſſe mor-
boſum,d.l.ex emto,§.animalium,ꝫ.h.t.ſeruos nõ eſſe
fugitiuos,non errones,eſſe noxa ſolutos,l.4.ꝫ.h.tit.l.
emtor,24.C.eod. Sed hoc ius Labeonis & Sabini au-
ctoritate inductũ Vlp.illo loco teſtatur.nam Cicero-
nis tẽpore hoc nõ fuiſſe iuris, patet ex his ipſius ver-
bis,eod.lib. Sed & in mancipiorũ venditione vendi-
torũ fraus omnis excluditur.qui enim ſcire debuit de
ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat edicto Ædilium.
Præterea idem iuris eſt in aliis rebus mobilibus,vel-
uti ſi tignum vitioſum ſit. d.l.13. Quartò in hanc a-
ctionem venit,vt ſi fortè aliena res vendita ſit,&cùm
duplæ ſtipulatio ædilitia omiſſa eſſet, res euicta fue-
rit,tum venditor vel duplam nihilominus, quaſi ſti-

A pulatam, præſtare cogatur, l.quod ſi nolit,31. §.quia
aſſidua,D.de ædil.edict.l.ex emto,11.§.Caſſius, ꝫ.h.t.
l.2.l.ſed etſi,19.D.de euict.& apud Paul. lib.Sent.2.t.
17.§.2. vel preciũ emtoris reddere,& inſuper id quod
ipſius intereſt,præſtare,l.ſi in vẽditione,60.l.euicta,
70.D.de euict.d.l.ex emto,11.§.Caſſius,ꝫ.h.t.d.l.qđ ſi
nolit,§.quia aſſidua,De ædil.ed.l.cùm ſucceſſores,23.
l.ſi tibi, 25.C.de euict. ac prætereà quos ſumtus em-
tor in rei meliorationem fecerit,pręſtare:l.ſi contro-
uerſia,9.l.ſuper emti,16.C.de euict. Quinetiam ſi in
B vendendo conuenerit,vt ſimplum,duplum, aut qua-
druplum promittatur,hac actione vt promittatur,a-
gi poterit,l.ſi dictum, 56.D.de euict. Prætereà ſi em-
tor ſimplam pro dupla per errorem ſtipulatus ſit,
quanto minus ſtipulatus eſt, per eandem actionem
recuperabit,l.emtori,37.§.1.D.de euict.

§ 8 Quintò per hanc actionem petitur reſciſſio
contractus: idque multis modis. primùm ex pacto:
veluti ſi conuenerit,vt ſi res diſpliceat,inemta ſit,l.3.
D.de cõtr.emt.l.6.D.de reſc.vend.deinde ob fraudem
C in emtione admiſſam, ſiue in duplo precij exſupera-
to,vt ſup.dictũ eſt:ſiue in re ipſa,ob celatum aliquod
vitium, morbúmve ſiue animi,ſiuę corporis. qua de
cauſſa etiam hæc competit actio,l.1.§.apud Viuianũ,
& l.4.§.in ſumma,D.de ædil.ed.Quinetiam redhibi-
tionem hac eadem actione contineri traditur,in l.ex
emto,11.§.1.ꝫ.h.t.quapropter emtori electio dabitur,
vtro iudicio experiri malit, ciuili an ædilitio: ſicuti
dicitur de pacto, vt ſi res diſpliceat,inemta ſit,l.quòd
ſi nolit,31.§.ſiquid ita,D.de ædil.ed.l.4.C.de ædil.act.
D & l.6.D.de reſc.vend. Quinetiam latior eſt ciuilis ex
emto, quàm ædilitia actio. nam ob quæ vitia, veluti
animi, redhibitio non eſt, tamen ex emto datur a-
ctio,l.4.init.& §.3.D.de ædil.ed. Item que ea quæ ne-
que morbi, neque vitij nomine intelliguntur: vt ſi
caſtratus ſeruus,vel equus ignoranti ſit venditus,l.ę-
diles,38.§.Celius,D.de ædil.ed. Sed in morbis & vi-
tiis latentibus diſtinctio adhibenda eſt:vtrum ſciens
venditor,an ignorans vitiũ,vendiderit.nam ſi ſciens,
quanti emtoris intereſt, præſtat. ſin minus, quanto
E minoris emtor emiſſet,ſi vitium ſciſſet, d.l.Iulianus.
Denique generaliter ſic definitur, vt cui ciuilis, ei-
dem ædilitia: viciſſimque cui hæc, etiam illa conce-
datur, l.ſciendum, 19.§.1. D.de ædil.ed. Poſtremò in
hanc actionem generaliter deducitur,quidquid con-
tra bonam fidem commiſſum eſt, l.1.§.1.l.6.§.vlt.ꝫ.h.
t.veluti ſi venditor de ſerui artificio mentitus eſt:vt ſi
ſeruum medicum,pictorem,coquum eſſe dixerit,aut
peculiatum, l.15.§.ſi venditor. Itémque ſi mentitus
eſt de agri qualitate, vel modo,l.2.§.1. l.ſi in qualita-
F te,22.l.ſi fundo,34.ꝫ.h.tit. Item ſi venditor vel emtor
iniquis ponderibus ſit vſus, l.ſiquis à me, 32. ꝫ.h.tit.
Item ſi de vaſis menſura, aut pondere mentitus eſt,l.
6.§.ſi vas, ꝫ.h.tit. Item ſi ſciens aliud pro alio emtori
vendidit:vt mulierem pro virgine,d.l.11.§.2.

§ 10 Quibus caſib.duæ comparatæ ſunt actiones,
vel potius actionis ex emto adiectiones. Vna,quę di-
citur Quanto minoris,id eſt,Quanto minoris emtor
emiſſet,ſi ꝙ celatum eſt,ſciſſet.altera,Quãto pluris.i.
Quanto pluris emiſſet,ſi eiuſmodi mãcipium fuiſſet,
quale venditor prædicabat,d.l.Iulianus,in prin.& §.
G 3.h.t.l.quoties,61.De ędil.ed.l.ſed ſi qd,15.D.de euict.

§ 11 Culpæ autem nomine etiam hanc actionem
competere,patet ex l.Iulianus, §.in his autem,l.ven-
ditor,36.l.ſi ſeruus,54.ꝫ.h.t. Culpã autem leuẽ intel-
ligi,cui reſpondet è regione talis diligẽtia, quam pa-
terf.frugi ſuis in reb.adhibet,patet ex l.ſi vẽdita,11.D.

de peric. & commod.l.quod ſæpè, 35.§. ſi res, D. de cont.emt. Atque id ſecundùm regulam peruulgatam: quoniam in hoc contractu vtriuſque vtilitas vertitur. l.5.§.1. D. commod. vbi tamen emtor moram in accipiendo admiſit, ſolum dolum venditor præſtat.l.illud,17. D. de peric.& commod. Præterea ſi imperfecta venditio eſt, veluti ante deguſtationem aut menſuram, tum etiam leuiſſimam culpam venditor præſtat,hoc eſt, diligentiam exactiſſimam. l.2.l.3.ſ.ill.tit. Ad extremum notandum eſt, quod dixi in definitione: Solvto vel oblato precio: quoniam hæc actio emtori,non niſi numerato precio,vel certè oblato,eóque integro,conceditur, d. l.11.& l.Iulianus,13.§.offerri,ſ.h.t.

§ 12 Itaque apud Varr.lib.de re Ruſt.2. Qvamdiv pro Qvamvis, reſtituendum eſt, in illo loco: Nécnon emtor pote ex emto vendito illum damnare,ſi non tradet, quamuis non ſoluerit numos: vt ille emtorem ſimili iudicio,ſi non reddet precium.

LOCATI.

Tit. II.

1 *Locationis & Conductionis definitio.*
2 *Quid ſit Locare, quid Conducere*
3 *Interdum res fruenda, interdum opera fruenda datur.*
4 *Interdum etiam ars fruenda.*
5 *Locandi & Collocandi verbum ex publicis auctionibus,& Conductores olim ijdem,qui Redemtores.*
6 *Redemtorum nomen & origo vnde.*
7 *In operibus faciendis cuiuſmodi contractus ſit,magna olim contentio.*
8 *In opere faciendo quadam materia mutatur,quadam non mutatur.que eſt diſputatio l. ſcribit, 34. D. de aur.& arg.leg.& l.conuenit,65.De contr.emt.*
9 *Definitionis ſuperioris explicatio.*
10 *An in ſola pecunia numerata conſiſtere merces debeat;preclara quæſtio.*
11 *Numis colere,& Partibus colere,vndè Partiarius.*
12 *Conductionis varia nomina expoſita: Penſio,reditus, vectigal, redactus,naulum,vectura, viaticum,honorarium,ſalarium,merces,& merces certa.*
13 *Locatio alia Temporalis,alia Perpetua,quæ & Emphyteuſis.*
14 *Rerum item locatarum duo genera ſunt:vnum,cùm idem reddi debet:alterum,cùm itur in creditum.*
15 *De perſonis,quæ locare poſſunt.*
16 *De rebus quæ vendi emíque poſſunt.*
17 *De iure Locatoris & Conductoris.*
18 *Conducti actionis definitio.*
19 *Locati actionis definitio.*
20 *Communia inter Locatoris & Conductoris obligationem.vbi de Dolo & Culpa: & de*
21 *Caſibus fortuitis diſputatur:veluti de ſterilitate,in colonis:de incendio,in inquilinis.*
22 *Communia inter hunc contractum & vſumfr.*
23 *Communia inter hunc contractum & habitationem.*
24 *Communia inter hunc cont. & emtionem venditionem.*
25 *Et differentia inter vtrumque.*
26 *Comparatio huius contractus cum Commodato.*

Postrema hæc ſpecies eſt earum obligationum quæ ſolo conſenſu contrahuntur.

§ 1 Nã Locatio & cõductio eſt contractus,qui nuda cõuẽtione cõficitur, de re vel A hominis opera certa mercede fruenda. nã huius cõtractus ſubſtantia his tribus cõſiſtit, re vel opera hominis,mercede certa & conſenſu,l.1.l.2.l.ex conducto, 11.ſ.h.t. Sed de Locandi & conducendi vocabulis atque differentiis hoc initio diſſerendum eſt.

§ 2 Locare eſt certa mercede fruendum aliquid aut faciendum dare. Conducere, certa mercede fruendum aliquid aut faciendum accipere. nam vulgaris error repudiandus eſt,quo locator definitur, qui mercedem accipit: conductor, qui dat. quod in re- B bus operiſve fruendis veriſſimè dicitur. nam dominus ædium locator eſt:inquilinus,conductor. At in operibus faciendis conductor eſt qui mercedem accipit: locator,qui dat. Ergò, vt qui dedit fruendum, mercedem accipit: ita qui accipit fruendum,mercedem ſoluit:ſimiliter qui dedit faciendum, mercedem ſoluit,qui accipit faciẽdum,mercedem accipit. Semper igitur, qui dat, Locator: qui accipit, Conductor dicitur. Dixi autem Frvendvm: quoniam hæc locationis & conductionis vis eſt,vt locator præſtet vti C frui licere,l.ex conducto,15.l.ſi in lege,24.§.colonus, l.ſi merces,25.§.1.l.ſi fundus, 33.ſ.h.t.quæ tamen verba, quaſi diuerſa ſeparantur in §.2. Inſt.h.t.quaſi fructus propriè ad res frugiferas, vt agrum aut fundum; vſus ad alias referatur, veluti ad domum. ſic in l.1.D. de loc.pub.fruend. Liuius lib.27.Hi Cenſores agrum Campanum fruendum locarunt. Dixi, *Aliquid fruendum generaliter*: quoniam interdum res fruenda datur,interdum ars,interdum opera.

§ 3 Res fruenda datur;veluti cùm colono fundus D locatur,aut inquilino,domus: aut mercatori, nauis: aut viatori, ſtabulum. Opera autem fruenda datur, cùm hominis vel ars,vel labor locatur. nam etſi propriè aliud eſt ars,aliud opera, l.textorib.61. D.de leg. 3.interdum tamen operę nomine generaliter vtrumque continetur, vt l.1.& paſſ. D.de op.lib.& l.3.D.de his qui not.inf. Propriè autem hominis opera fruenda datur, veluti cùm liber homo ſuas operas diurnas nocturnáſve certa mercede ad opus aliquod efficiendum locat.l.item ſi,22.§.2.ſ.h.t.vbi notanda hęc ver- E ba ſunt: Locat enim artifex ſuam operam, id eſt, faciendi neceſſitatem. Et de liberi hominis operis iſtó modo locatis,agitur in l.3.D.de vſuf.leg.l.4.D.de vſu & hab.l.liberos, 20.l.ſi tibi,23. C.de lib.cauſſ.& apud Paul. Sent.2.t.18.iiq. Operarij olim dicebantur. Locatur etiam opera ſeruorũ à dominis, vt in l.cum in plures,60.§.ſeruũ,ſ.h.t.l.ſi vrbana,55.D.de cõd.ĩdeb.

§ 4 Propriè autem ars fruenda data dicitur, cùm plus ingenij & ſolertiæ eſt, quàm laboris corporis: F veluti,cùm artifex puerum docendum & arte ſua inſtituendum certa mercede ſuſcepit, l.item quæritur, 13.§.3.& §.4.ſ.h.t.l.fortè,28.D.de rei vind.aut medicus ægrum curandũ,l.medicus,26.& l.ſeq.D.de oper. lib. Quinetiã interdũ vtrũq.locatur:veluti cũ medicus vulnus medendũ ſuſcepit, vel oculos curãdos; vt in l.3. De extraord.cog. vel architectus nauẽ aut domum ædificandã, quo in opere ipſe quoq.manus adhibet. Dixi, *Aut faciendum*. nã qui domũ ædificandã, merces vehendas,aliúdve opus faciendũ recepit,Cõductor, & Opus cõduxiſſe dicitur:dominus verò cui G opus fit,Locator:& Opus locaſſe:velut in l.3.D.naut. caup.vbi nauicularius qui nauem vtendam dederat, Locator:qui merces vehendas receperat, Conductor dicitur. Si tota (inquit) nauis locata ſit, qui conduxit, ex conducto etiam de rebus, quæ deſunt, agere poteſt. Si verò res perferendas nauta conduxit, ex locato conuenietur. ſimilitérque in l.2. D.de leg. Rhod.

Rhod. & l.1.D.de perſc. verb. dominus mercium vehendas merces locaſſe nauiculario dicitur:nauicularius verò,qui eas vehendas recepit, conduxiſſe,l.vlt. D.de leg. Rhod.l.item quæritur,13.§.1.l.ſed addes,19. §.ſi quis mulierem,ĵ.h.t.Sic in l.item ſi,22.§.2. ĵ. h.t. cùm inſulam ædificandam loco, vt conductor impẽſa ſua omnia faciat, & in l. opus,36.l.ea lege,51.§.locaui,ĵ.h.t.& l.2.§.conductor,D.de admin. rer. Cuius rei &conſuetudinis originem duplicem mihi videor animaduertiſſe:vnam,ex auctionibus,quibus opus faciendum ei qui minoris licetur,addicitur.

§ 5 Nam vt in publicis venditionibus collocari & locari dicitur res penes eum qui plurimi licitatus eſt:vt diximus ad Rub.de addict.in diem: ſimiliter in his conductoribus Collocari dicitur penes eum, qui opus faciendum recepit,l.ea lege, 51. §.vltim.ĵ.h.tit. Atque hinc locandi verbum in operibus faciendis vſurpari cœptum arbitror: indidémq; natam conſuetudinem, vt emendi vendendíque nominibus in eodem conuentionum genere vterentur:adeò vt etiam opera ipſa Bona conductorum dicerentur: Conductoreſque ipſi Redemtores.Cicero Verrin.3. Vbi illa conſuetudo in bonis (prædiis prædibúſque) vendendis,omnium Conſulum,Cenſorum,Quæſtorum denique, vt optima condicione ſit is, cuia res ſit, cuium periculum? id eſt, vbi vetus illa conſuetudo eſt in locandis operibus faciendis? datis à conductore prædiis pignori, atque inſuper etiam prædibus ſiue fideiuſſoribus. Sic enim locum illum eſſe interpretandum, vbi Pædianus mirandum in modum hallucinatus fuerat,iampridem docuimus. Iauolenus in l. ea lege,51.§.1.ĵ.h.t.Locaui opus faciendum,ita vt pro opere redemtori certam mercedem in dies ſingulos darem:ſimiliterque in l.redemtores,59. D.de rei vindic. Cicero Philipp. IX. extrema: Vt eam baſim,ſtatuámque faciendam, & in Roſtris ſtatuendam locent: quantíque locauerint, tantam pecuniam redemtori ſoluendam, adtribuendámque curent.Idem de diuin.Magis id munere Deorum factum eſt,quàm caſu & Redemtorum, qui calumniam illam de Torquato conduxerant faciendam. Ex illa igitur auctionum & addictionum ratione, conſuetudo fluxit, vt is, cui opus fieret, quamuis mercedem daret,locator diceretur:viciſſimq; is qui faciendum reciperet, quamuis mercedem acciperet, tamen Conductor appellaretur;non tantùm, verùm etiam Redemtor.

§ 6 Cuius tamen verbi origo partim ex eo fluxit, quod antiqui Emere generaliter vſurpabant, pro ſumere & accipere,vt Feſtus duob. locis ſcribit: partim etiam quod in illis auctionibus interdum vectigalia & fructus præſenti pecunia plus offerenti vendebantur. qua in re, qui locat, dici propriè venditor poteſt,& qui accipit, Redemtor: vt colonus Emtor fructuum in l.liberto,21.D.de ann.leg. vnde nata cõſuetudo eſt, vt publicani qui vectigalia de Cenſoribus præſenti pecunia(vt Aſcon.ſcribit)conducebant, Redemtores dicerentur, vt l.in honorib.8.§.1.D.de vac. mun. Alteram huius appellationis & originis conſuetudinem oſtendunt l.2.§.1.ĵ.h.titu. & §. item quæritur,4.Inſt.eod.

§ 7 Vnde intelligitur,magnam inter veteres cõtentionem fuiſſe, in operibus faciendis, cuiuſmodi contractus ſit dicendus: adeò vt Caſſius contenderit, ſi artifex non tantùm operam, ſed etiam materiam det, à materia emtionem eſſe: ab opera, locationem. Neque verò nobis blandiendum eſt, quaſi A Tribonianus contentiones illas ſuſtulerit: quoniam in illis locis ſtatuitur, cùm artifex ſolam operã præſtat, locationem eſſe: cùm & materiam & operam, eſſe venditionem. quamquam ab hac definitione Iauolenus domum excludit, quam in alieno ſolo architectus de ſua materia ædificat, quoniam ſolũ domus ſubſtantia eſt,l.Sabinus,20.D.de contr.emt.

§ 8 Sed alia ſupereſt diſputatio.nam materiæ nõ vna ratio eſt.quædam enim in opere faciendo mutatur,vt cùm ex auro meo, fit annulus,ex argento, ſcyphus. B Neque negari poteſt,quin aliud ſit materia,aliud ſpecies,l.ſi conuenerit,18.§.pen.De pign.act.l.6. D.de aur.& arg.leg. Quædam verò non mutatur:vt cùm onus deportandum conducitur, aut equus tractandus, aut æger curandus, aut veſtis polienda, l. item quæritur, 13. §.ſi fullo,ĵ.h.t. Atqui priore ſpecie Alfenus locationem & conductionem apertè contrahi adfirmat: quamuis non idem (inquit) ſed aliud detur, & in creditum abeatur, dominiúmque mutetur,l.in nauem, 31.ĵ.h.t. cui ſententiæ apertiſſimè C refragatur Pompon.in l.ſcribit, 34. D.de aur.& arg. leg. & Iauolenus in l.conuenit, 65. D.de contr. emt. Quoties (inquit) materia in qua opus aliquod fit, in eodem ſtatu & eiuſdem manet, ea conductio eſt. Cùm autem & immutatur & alienatur, emtio magis quàm locatio eſt: veluti ſi ex argilla mea lateres aut tegulas mihi feceris, emtio eſt: aut ex arbore, tabulas: aut ex herbis,emplaſtrum:ex lana,veſtem. ſimiliter ergò ſi ex auro meo, annulum, aut ex argento, ſcyphum; quod tamen Alfenus perſpicuè D negarat.Sed ecce rurſus Pomponij contraria ſententia,exiſtimantis hoc caſu quaſi permutationem contrahi: in d.l.ſcribit, 34.D.de aur.& arg.leg. Vtcumque ſit,ex his ita diſputatis,ex hac, inquam, tãta emtionis & conductionis ſimilitudine, vt vix ac ne vix quidem à Iuriſconſultis internoſci poſſit: facile eſt intelligere,quamobrem Caius ad Edictum de publicanis ſcribat,veteres in locatione & cõductione,emtionis venditioniſque appellationibus promiſcuè vſos fuiſſe,l.veteres,19.& l.ſeq.ſup.t.in qua pro IDEM EST legendum ID EST primi iam olim docuimus. E Sic autem interpolari leges illæ à Triboniano potuerunt: Veteres in locatione & conductione, venditionis & emtionis vocabulis promiſcuè vtebantur.

§ 9 Sed iam ad definitionem redeundum, eiúſque ſingulæ partes explicandæ ſunt. Dixi, *Nuda conuentione*: quoniam hic contractus ſolo conſenſu perficitur:vt primùm de re vel opera & mercede certa conuenit,l.2.C.h.t.ac neque ſermo,vel ſcriptura vlla F deſideratur,l.1.l.qui ad certum, 14.ĵ.h.t.l.cõtractus,24. C.eod.quod vſque eo verum eſt, vt exacto tempore locationi præſtituto,ſi vterque taceat,ea taciturnitate reconductio facta intelligatur:in colono quidem, in annum, in inquilino verò, pro rata temporis quo inhabitauit,d.l.item quæritur, §.vlt.& l.ſeq. ĵ. h.tit. l.legem, 16.C.eod. ac neceſſaria eſt conuentionis & conſenſus præſumtio: alioqui fructuum furtum colonus qui eos percepit,facere intelligeretur,furtíque teneretur,l.inficiando,67.§.vl.D.de furt. Dixi, G CERTA MERCEDE: quoniam vt emtio & venditio ſine precio, ſic locatio & conductio ſine mercede non conſiſtit, l.ſicut emtio, 20.ĵ.h.tit.l.ſi conuenerit, 23. D.comm.diuid. Qua de cauſſa conductio vno nummo facta, quaſi donationis cauſſa facta,nullius momenti eſt, l.ſiquis cõduxerit, 46.ĵ.h.t.d.l.ſiquis ante, 10.de adq.poſ.Sed vtrũ in pecunia numerata cõſiſtere

merces debeat, an etiam aliis in rebus ſolui poſſit: præclara quæſtio eſt. nam multis locis adfirmatur, vbi pecunia datur, locationem eſſe, vt l.1. §.vltim.D. Mand. vbi aliquid fit, vt aliud fiat, eſſe negocium ſine nomine: vnde perſcriptis verbis actio naſcitur, l. 5. §. at cum do, & l. gratuitam, 17. §. ſi cùm vnum, D. de perſc.verb. l. 1. §. ſiquis ſeruum, D. depoſ. adeò vt ſi locator pactus ſit, vt pro mercedis parte certum frumenti modum certo precio acciperet, recuſare tamen frumentum, & totam ſummam petere poſſit, l. ſed addes, 19. §. ſi dominus, j.h.t. Ex cõtrario verò videmus in l. ſi olei, 21. C. h. t. conuentionem, vt colonis pro mercede certam olei ponderationem præſtet, bonæ fidei appellari; hoc eſt, locationem & conductionẽ, vel certè innominatam conuentionem, locationi & conductioni proximam. Liuius lib. 27. Capuæ interim Flaccus, dum bonis Principum diuendendis, agro, qui publicatus fuerat, locando, (locauit autem omnem frumento) tempus terit, &c. Præterea ſi conuenerit inter duos, vt alter alterius fundum alternis annis ita cõductum haberet, vt fructus mercedis nomine penſaretur: Seruius & Africanus ex locato & conducto actionem concedunt, l. & hæc diſtinctio, 35. in fi. j.h.t. Iã verò quid de eo colono dicemus, qui non numis, ſed partibus colit?

¶ 11 Numis colere noſtri dixerunt in l. ſi merces, 19. §. vis maior, j.h.t. l. ſi apes, 26. D. de furt. Partibus colere, id eſt, parte fructuum, dixit Plin. epiſt. lib. 9. epiſt. Nec tuæ. iſque Partiarius à noſtris appellatur, d. §. vis maior. Ne multis morer, quemadmodum ſup. docuimus, non conueniſſe inter Iuriſconſultos, an ſine pecunia numerata conſiſtere precium emtionis poſſet, ita probabile eſt, ne id quidem in locatione & conductione conueniſſe. quamquam quod ad conductionem, quæ non numis, ſed partibus facta eſt, conſentaneum videtur, eam non veram conductionem eſſe, ſed potius quaſi ſocietatem: quo modo appellatur in l. ſi merces, 19. §. vis maior, j.h.t. eóque nomine perſcriptis verbis actionem competere. atque ita interpretor l. 8. C. de pact. fortaſsis etiam l. ſi ea pactione, 14. C. de vſuris; vbi pro mercede habitationis vſura reputatur: vt compenſatio locum habeat; quemadmodum in illam legem notauimus.

¶ 12 Vtcumque ſit, illud notandum eſt, quod cõductionis nomine datur, variis nominibus appellari. nam quod ab inquilinis habitationis fruendæ cauſſa datur, Penſio dicitur, l. 3. C. h. t. l. 9. §. vlt. j. eod. interdum etiam Reditus, l. pen. §. inſulam, j. de legat. 2. quod verò ab emphyteutis, interdum Vectigal. l. 11. §. 1. D. de public. interdum Canon. l. vlt. D. de iur. emphyteur. quod à colono datur, plerumque Reditus dicitur, l. fundi, 38. De vſuf. leg. l. liberto, 21. in princi. D. de annuis leg. interdum Redactus, quaſi pecunia ex fructuum vẽditione redacta, l. defuncta, 58. §. pen. D. de vſuf. Rurſus quod pro rebus deuehendis, veluti nauiculario datur, Naulum aut Vectura, l. ex conducto, 15. §. item cùm quidam, j.h. titu. l. vltim. D. de leg. Rhod. l. cùm ſeruus, 39. D. de legat. 1. quod pro meritoriis, ſtabulis & iumẽtis, Viaticum, l. cum duobus, 52. §. ſiquis ex ſociis, D. Pro ſoc. Notandum eſt, etiam in operis honeſtis, non mercedem, ſed honorem, vel honorarium, vel Salarium dici: veluti, cùm aduocato, Iuriſconſulto, procuratori, aut menſori aliquid datur; l. 1. D. de extr. cogn. l. 1. D. Si menſ. falſ. mod. aut ſi pro mandato vel depoſito aliquid detur, l. 6. l. idémque, 10. §. idem Labeo, l. qui mutuã, 56. §. vlt. D. Mand. Hactenus de mercede dictum ſit. nunc de certa videamus. nam Locatio ſine mercede certa non cõtrahitur: ait l. ſi vir vxori, 52. D. de don. int. vir. Certa autem merces dicitur, de cuius ſumma in re præſenti inter contrahentes conuenit. Dixi, *Conuenit*: quoniam vbi error eſt, veluti, ſi vnus de decem, alter de duodecim cogitet: neque certa merces eſt, neque quidquam actum intelligitur, l. ſi decem, 52. j.h. tit. Dixi, *In re præſenti*: quoniam cùm in futurum contrahentium arbitrium confertur, non propriè Locatio eſt, ſed contractus ſine nomine, vnde perſcriptis verb. actio naſcitur, l. ſi tibi, 22. D. de perſc. verb. Quod ſi in tertij arbitriũ eius æſtimatio collata ſit, tum demum locatio contracta intelligitur, cùm ille ſummã definiuerit, l. ſi merces, 25. j.h. tit. l. vlt. C. de contrah. emt. §. 3. Inſt. h. t. Deinceps ad diuiſiones accedamus: quarum prior hæc eſt:

¶ 13 Locatio alia eſt temporalis, alia perpetua, l. viam, 10. C. h. tit. Temporalis eſt, quæ in certum tempus facta eſt: veluti, in luſtrum, ſiue quinquennium: quod fuit ſollemne tempus tam in priuatis, quàm in publicis conductionibus, l. item quęritur, 13. §. vlt. l. ſi in lege, 24. §. ſi domus, & §. ſeq. j.h.t. l. ſi à colono, 89. D. de verb. oblig. Interdum etiam præſtitui tempus ſolebat, quoad locator vellet, ac tum ipſius morte locatio exſtinguebatur, l. 4. j.h.t. Perpetua verò eſt, quę in perpetuum facta eſt: quæ tamen propriè Emphyteuſis & ius perpetuarium appellatur, l. 1. C. de off. com. ſacr. l. 1. l. 2. l. 3. C. de loc. pręd. ciu. quamquam interdum in longinquum dumtaxat tempus conficitur: l. vlt. D. ſi ag. vectig. l. 1. §. quod autem, D. de ſuperfic. Verùm de hac perpetua locatione, commodior alibi diſſerendi dabitur locus. Nunc illud tantùm notabimus, eam non propriè locationem eſſe, ſed potius quoddã alienationis genus: denique mediam quamdam ſpeciem inter venditionem & locationem, §. 3. Inſt. h. t. Itaque emphyteuta dominus appellatur; & ſeruos ruſticos manumittit, l. poſſeſſores, 12. C. de fund. patrim. & ius ſuum etiam per teſtamẽtum alienare poteſt, l. ſi dominus, 71. §. 1. D. de legat. 1. l. in conuentionib. 219. D. de verb. ſig.

¶ 14 Altera diuiſio eſt; vt rerum locatarum duo ſint genera. Vnum, cùm idem reddi debet: alterum, cùm in creditum itur, dominiúmque transfertur: ac ſatis eſt, ſi tantumdem reddatur: vt diximus paulo ante ex l. in nauem, 31. j.h.t.

¶ 15 Deinceps ad partitionem tranſeamus: in qua illud intelligendum eſt, tantam eſſe huius contractus cum emtione & venditione communionem, vt non modò conſanguinei, ſed etiam gemini penè videantur. Itaque quod in illo explicando, de perſonis & rebus dictum eſt, idem ferè in hoc quoque locum habet. Illud ſeparatim notandum eſt, Creditorem cui res obligata eſt, ſiquidem mobilis res eſt, eam locare non poſſe; niſi pactum ſit, vt id poſſit: alioqui furtum committeret, qui pignore contra domini voluntatem vteretur, §. furtum, Inſt. de obl. quæ ex delict. At ſi res immobilis eſt, eam locare poteſt: ſic, vt ſi antichreſis contracta ſit, mercedes lucrifaciat: ſin minus, eas in ſortem computet, l. creditor, 23. D. de pignor. quin etiam debitori ipſi, hoc eſt domino creditor locare rem pigneratam poteſt: quia non tam rem ſuam debitor, quàm pignus quod alienum eſt, conducere intelligitur, l. cum & ſortis, 35. §. 1. & l. ſi pignus, 37. D. de pig. act.

¶ 16 Quantum autem ad res, illud etiam ſeparatim notandum eſt, res incorporales vendi quidem & emi poſſe: vt ſuo loco docuimus: locari autem & condu-

conduci non poſſe,demonſtrat l.locare, 44.j.h.t.vbi
nullam ſeruitutum locationem eſſe dicitur.cuius rei
ratio hæc eſt:nam ſi prædialis eſt ſeruitus, certo præ-
dio ab altero prædio debetur.l.4.l. ſi mihi, 20. §. vlt.
D.de ſeru.ruſt.ſi verò perſonalis eſt, tum aut eſt vſus,
qui propterea locari non poteſt, quia merces loca-
tionis in fructu eſt.l.item quamuis, 10.§.1.D. comm.
diu.aut vſusfr.qui cùm perſonalis ſit, ferre perſonæ
mutationem nó poteſt.l.3.D.quib.mod.vſusfr.amitt.
quæ ratio ſimiliter in vſu valet.quod enim vſusfr.lo-
cari poſſe dicitur in l.arboribus, 12.§.2. D. de vſufr.l.
1.de vſufr.leg.non de iure vtendi fruendi, non de ipſa
ſeruitute & proprio vſuf.intelligi poteſt.neque enim
ex vſuf alter vſusfr.conſtitui poteſt.l.videamus,19.D.
de vſufr.ſed de perceptione fructuum, cauſſa vtendi
fruendi,& facultate percipiendorum fructuum, quæ
facti eſt. l. ſi vſusfr.66. D. de iur. dot. l. vſusfr. 57. D.
ſol.matr. quam facultatem & vendi,& locari, & do-
nari, & oppignerari poſſe, multis locis demóſtratur:
ita tamen, & cum veri fructuarij perſona exſtingua-
tur.l.ſiquis domum, 9. §.1.j.h.t.Hæc cùm ita ſint,ta-
men intelligendum eſt, conſtitui vſumf.per locatio-
nem poſſe,l.ſi domina,10.C.de vſuf.l.ſi ſocrus, 18.C.
de iur.dot.cùm ſcilicet proprietarius ea lege vſumfr.
alteri conſtituit,vt is certam ſibi quotannis merce-
dem præſter.quo caſu,ſiquid poſt fructuarij mortem
temporis ad locationé ſuperſit, heres fructuarij frui
locatione poterit: non quo ipſe quoque fructuarius
ſit,quoniam verus vſusfr.exſtinctus eſt:ſed vt fruendi
cauſſam habeat: vt dicitur in d.l.ſi ſocrus,id eſt, fru-
ctuum percipiendorum facultatem,propter ius con-
ductionis, quod ad heredes tranſit.l.viam, 10. C. de
loc.§.vlt.Inſt.eod. An verò locari pecunia poſſit, di-
cetur ad tit.de vſuris.

¶ 17 Deinceps igitur ad huius contractus ius &
effectum tranſeamus: hoc eſt, de obligationibus &
actionib.quæ vltro citróque inter locatorem & con-
ductorem naſcuntur:de quibus tum ſeparatim, tum
communiter diſſerendum eſt.Ergò locatoris quidem
obligatio eſt, vt non modò vti, ſed etiam frui atque
etiam perfrui licere præſtet.l.9.l.ſi fundus,33.l.ex có-
ducto, 15.j.h.t.l.6.C.eod.l.vlt.D.de iur.fiſc. quo ver-
bo vſque adeò commodum & emolumentum omne
rei continetur,vt quamuis dominiú atque adeò poſ-
ſeſſio penes locatorem maneat, l.non ſolet, 39.j.h.t.
l.ſi pignus, 37.D. de pig.act.l.2. C.de præſc.trig.ann.
tamen ius conductori ſit,non modò conductam rem
tanti locare alteri, quanti conduxerat: verùm etiam
pluris,& ex illa locatione lucrum facere, l.6.C.h.t.l.
8.l.ſi in lege,24.§.ſi colonus,l.qui inſulam, 30. j.h.t.
nam hoc Fruendi verbo contineri conſtat, ex l.item
quamuis,10.§.1.D. comm.diu.Secundum conducto-
ris ius eſt,vt ius ſuum in heredem tráſferat, vſque ad
temporis præſtituti finem.l.viam,10.C.h.t.§.vlt.Inſt.
eod.l.ſed addes,19.§.penul.l.ſi in lege,24.§.vlt.j.eod.
quia plerúque tam heredib.noſtris,quàm nobiſmet-
ipſis cauemus.l.ſi pactú, 9.D.de probat. Quod cùm
ita ſit,conſentaneum eſt,fructus mortuo colono pé-
dentes ad ipſius heredem pertinere, l. ſi ſocrus, 18.C.
de iur.dot.fructus quidé nec coloni prius fiút, quàm
eos voluntate domini perceperit:quippe, cui vel ex-
preſſè vel tacitè oppignerati ſint,l.ſi ſeruus, 63.§. lo-
caui,D.de furt.l.7.D.in quib.cauſ.pig.quare mortuo
colono,nó poteſt ipſius heres fructus domino oppi-
gneratos,ſinę ipſius domini voluntate,percipere.Sed
domini taciturnitas,volútatis ſignificatio eſſe ſolet,l.
item quæritur,13.§.vlt.& l.ſeq.j.h.t. Tertiú ius eſt,vt

A locator euictionis nomine obligetur,ſi rem alienam
locauerit,qua frui conductori non liceat, l.7.l.8.l.9.
l. ex conducto,15.§. vbicumque,j.h.t.non quo Ædi-
litia duplæ ſtipulatio interponatur: quoniam ad lo-
cationes Ædilium edictum non pertinet, l. ſciendú,
61.D.de ædil.ed.ſed ex natura bonæfidei actionis, &
ad inſtar emtionis & venditionis, cuius regulis hic
quoque contractús continetur, l.2.j.h.t. diſſimiliter
tamen in his contractibus euictionis nomine agi ſo-
B let. nam venditor in duplam tenetur,ſiue ſciens,ſiue
ignorans rem alienam vendiderit: vt dicemus ad tit.
de euict.Locator autem ſi ignorans rem alienam lo-
carit,mercedem tantùm remittere cogitur:aut ſi iam
prærogatam acceperit,reddere:ſin autem ſciés,etiam
id quod conductoris intereſt præſtare cogitur, d.l 9.
& l.15.§. vbicumque. veluti,ſi centenis in annos ſin-
gulos aureis domum locarit,eáq. inquilino euinca-
tur, inquilinus aut mercedem nó ſoluet, aut ſi vnius
anni nomine centum prærogarit,ea recuperat,atque
C inſuper eius quod intereſt nomine tátumdé,l.ſi fun-
dus,33.& ll.ſeqq.j.h.t. Quantum autem ad quæſtio-
né quę huic loco ſuccedit,An redhibitionis nomine
locator obligetur,nos eam lib.Obſeruat.4. expoſui-
mus. Quare proximum eſt, vt Conducti actionem
exponamus: ex qua locatoris obligatio plenius in-
telligetur.

¶ 18 Ergò Conducti actio, eſt actio ciuilis, per-
ſonalis,quæ datur ei qui rem aliquam operámue có-
duxit,aduerſus locatorem, vt quod illum ſibi eo no-
D mine dare facere oportet ex fide bona,detur fiat.Qui
bus verbis continentur primùm ea quæ nominatim
conuenerunt,l.ex conducto,15.neque enim quidquá
magis bonæ fidei congruit, quàm vt quod conuenit,
fiat.l.cùm venderem, 21.j. h.t. deinde non tantùm ſi
tota re frui conductori non liceat, verùm etiá ſi par-
te dumtaxat, aut ſi res corrupta ſit: tum quanti con-
ductoris intereſt,locator tenetur. l.ex conducto,15.l.
ſed addes,19.§.2.h.t.pręterea ſi quos cóductor vel ne-
ceſſarios, vel vtiles in rei meliorationé ſútus fecerit,
E locator eos reſtituere tenetur,l.domin9,55. §.1.l.pen.
& arg.l.9.§.1.verſ.idem quærit,D.loc.& Nou.64. &
No.120. Deinceps de cóductoris obligatione videa-
mus: quæ ex actionis Locati definitione planiſſimè
intelligetur.

¶ 19 Ergò Locati actio,eſt actio ciuilis,perſona-
lis,quę datur ei qui rem hominíſue operá certa mer-
cede vtendam dedit,vt quod eo nomine ſibi ex bona
fide dati fieri oportet,detur fiat.In quo primùm quid
nominatim conuenerit,exquiritur,l.ſi merces, 25. §.
F conductor,j.h.t.veluti,vt pręſtitutis téporib.merce-
dem præſter,l.legem,17.C.h.t.In ceteris, quæ ex bo-
nęfidei natura,ex boni & ęqui ratione pręſtáda ſunt,
debentur,§. vlt.Inſt.h.t.l.2.l.præſes,17. C. eod. velu-
ti, vt ne ius rei, aut corpus deterius faciat, vel fieri
patiatur,l.videamus, 11.§.2.j.h.t. vt domum aut vil-
lam incorruptá habeat, vt opera ruſtica ſuo quæque
tempore faciat, d.l.ſi merces, §.conductor. Vt ſi per
biennium in ſoluenda mercede ceſſarit, locatori ius
ſit illum expellere, & pignoris obligationem exſe-
G qui,d.l.quæro,54.§.inter,l.cum domini, 56.j. h.t. vt
ſi conductum prædium antè tempus ſine cauſſa de-
ſeruerit,ad ſoluendas totius téporis penſiones tenea-
tur,l.dominus,55.§.2.j.h.t.ſimilitérque ſi nauē con-
duxerit,& eius culpa factum ſit, quominus ea nauis
curſum ſuum faceret,l.pen.§.1.h.t. Eodémque modo
in homine locato: vt conductor non modò præſtitis
operis mercedes ſoluat, verùm etiá nó præſtitis,ſi ta-

men per locatorem non ſteterit.l.ſed addes,19.§.cum quidam,l.qui operas,38.ȷ.h.t.

¶ 20 Proximum eſt,vt quæ inter locatoris & cõductoris obligationem communia ſint, videamus: in quibus eſt primùm Dolus: tum deinde Culpa. l.3.§. miratur,D. naut. caup.l.23.De reg.iur. veluti ex parte locatoris, ſi magiſter nauis, nauem ſine gubernaculo in flumen immiſerit,eáque perierit.l.item quæritur,13.§.2.ȷ.h.t.ſiquis vitioſa dolia locarit,& vinum effluxerit. d. l. ſed addes, §. 2. Sed quænam præſtetur culpa,obſcura diſquiſitio eſt.nam ſi regulam de contractibus in quibus vtilitas vtriuſque verſatur, ſequi volumus ex l.5.§.1. D. commod.l.108.§. cum quis,D. de legat.1. leuis tantùm culpa in hoc contractu præſtabitur:qua in ſententia fuiſſe Vlp. videtur in l.contractus,23.D.de reg.iur.Contra tamen videmus,in onere deportando eam culpam præſtari, quæ ſummæ diligentiæ opponitur:id eſt, leuiſſimam. l.ſi merces, 25.§.pen.ȷ.hoc tit. Item in opere faciendo: veluti,ſi fullo polienda curandáue, aut ſarcinator ſarcienda veſtimenta certa mercede acceperit, eáque furto amiſerit,tenetur:quoniam exactiſſimã diligentiam, atq; adeò cuſtodiam præſtat.l.itaque fullo,12.D.de furt.§. item ſi fullo, 13. Inſt.de obl. quæ ex del. Similitérque Imp.in l.in iudicio, 28. C. h. t. generaliter ſcribit, in hoc contractu non modò dolum, verùm etiam cuſtodiã venire. Qua de cauſſa Imp.in §. vlt.Inſt.eod. Qui pro vſu veſtimentorũ,inquit,aut argenti,aut iumenti mercedẽ dedit,ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualẽ diligentiſſimus paterfa. ſuis in rebus adhibet. Quib. verbis præciſa nobis facultas eſt diſtinguendi,vtrum cuſtodiam cõductor receperit, an vſum rei dumtaxat conduxerit.nam qui cuſtodiæ nomine mercedem accipit,non modò leuiſſimam culpam præſtat: l.1.§. ſi veſtimenta, D.depoſ. verũ etiam rei periculum.l.qui mercedem,40.ȷ.h.t.l.3.§.miratur, D.naut.caup.ſtab. Neque aliam iſtarum contentionũ vel ſolutionem, vel conciliationem ſine calumnia proferri poſſe,magno argumẽto ſit,quod Vlp.in l.5.§.vlt. D.commod. ſcribit, eos, quibus vehiculum ſimul locatum eſt, & dolum,& culpam,& diligẽtiam, & cuſtodiam in totum præſtare debere.

¶ 21 Poſtremum eſt,vt de caſibus fortuitis videamus:quos neque in hoc,neque in aliis bonæ fidei iudiciis præſtari conſtat ex l.in iudicio, 28.C.h.t.l.5.C. de pign.act. Qua de cauſſa receptum eſt,vt ſi qua calamitas inſignis, ſi quod fatale damnũ contigerit, id cum annorum aut ſuperiorum, aut poſteriorũ vbertate compenſetur.d.l.ex conducto,§.1.ȷ. h.t.l.licet,8. l. excepto, 18. C. eod. primùm quoniam æquum eſt, commoda cum incommodis compenſari.l.1.§.vlt.D. de aq.& aq.plu.deinde quoniã bonæ fidei,quę in hoc iudicio dominatur, conſentaneum eſt, ne colonus præter damnum ſeminis amiſſi,etiam mercedes exſoluere cogatur.d.l.ex conducto,§.vbicumque,ȷ.h.t. vbi negationem addendam eſſe lib. Obſeruat. 4. docuimus:legendúmque, *Supra damnum ſeminis ad colonum non pertinere.* Sed quæſtionis eſt, quantam calamitatem eſſe oporteat,vt hæc actio concedatur.Nam video eſſe,qui ſterilitatem definiant,cùm colonus aufert minus dimidia parte mercedis, quã præſtat, arg. l.2.C. de reſc. vend. Gaius quidem modicũ damnum ad colonum pertinere ait,intolerabile verò ad dominum. d.l.ſi.merces,§.vis maior.Sed calamitatis quantitatẽ definiiſſe Seruius videtur: cùm colonus etiã ſeminis & laboris ſui iacturam paſſus eſt.ex quo intelligitur,damnũ ſeminis à domino non pręſtari.Quod

A autem de colono dictum eſt, id etiam in inquilino locum habet, veluti,ſi fortuito incendio ædes exuſtæ ſint.l.9.§.1.ȷ.h.t.quoniã res ſua cuiq; perit. l. pignus, 8.C.de pig.act.& domo exſtincta, locatio exſtinguitur.l.9.§.1.ȷ.h.t.Quare conſentaneum eſt, vt ſi merces in anteceſſum data ſit, locator conducti actione illam reddere cogatur.

¶ 22 Supereſt, vt hũc contractũ cum aliis quibuſdam cõferamus, cũ quib. adfinitatẽ quandam habere B dicitur:nimirũ cum Vſufructu,cum Habitatione, cũ Emtione, Venditione, & ad extremũ cum Commodato. Ergò quantum ad vſumf. attinet, cõmunia hæc ſunt:Sicut in vſufructu,ius fruẽdi ſeparatur à corpore rei,ſiue à ſubſtantia,l.2.D.de vſufr. ſic in locatione aliud eſt corpus rei locatę,aliud Ius ea fruẽdi.l. videamus,11.§.2.ȷ.h.t.Sicuti vſufructuario ante conſtitutũ vſumfr. datur actio aduerſus proprietariũ, vt ſibi per illum vti frui liceat.l.ſtipulatio iſta,38.§.ſiquis ita.D. de verb.oblig. ita conducti actio aduerſus locatorem C datur,vt ſup.dictũ eſt.Sicuti per vſumf.neq. rei dominium,neq.ciuilis poſſeſſio trãſfertur: ita neq. per locationẽ,ſed naturalis tantũ.l.6.§.1. D.de precar.l. naturaliter,D.de adq.poſſ. Sicut fructuarius facultatem vtendi fruẽdi alteri locare poteſt:l.arborib.12.§.2.D. de vſufr.ſic Conductor ablocare alteri, rem quã conduxit,poteſt.l.6. C.h.t. Differentiæ aũt ferè ſunt huiuſmodi:Vſuſfr. eſt ius vtendi fruendi, adquiſitũ fructuario in re proprietarij. qua de cauſſa in dominio & bonis fructuarij numeratur.l.3.D.de vſufr. Condu- D ctio verò conductori locatorem obligat, vt ſibi frui licere pręſtet,neq.vllũ iuris dominiũ transfert.l.3.D. de obl.& act.ſimiliterq.dominium ab obligatione ſeparatur in l.2.D.de ſtip.ſeru. pręterea fructuarius mercedem nõ præſtat:colonus præſtat.qua de cauſſa, cui colono vſuſf. legatus eſt,ei ex cõducto actio,vt mercedes non præſtet,conceditur,l.quoties,34.§.ſi colono,D.de vſuf. Tertiò vſuſfr. perſonalis eſt, ac proinde ad heredem non tranſmittitur, ſed morte finitur. l.3.§.vlt.D. quib.mod. vſuſf.amitt.Conductio perſo- E nalis non eſt,quoniam non tam perſonæ quàm quæſtus & mercedis ratio habetur, ac proinde etiam ad heredem tranſmittitur,vt ſup.dictum eſt.quapropter fructus mortuo fructuario pendentes, non ad ipſius heredem,ſed ad proprietarium pertinent.§.is verò ad quem,27.Inſt.de rer.diuiſ.at qui mortuo colono pendent,ad ipſius heredem pertinent.l.ſi ſocrus,18. C.de iur.dot.A fructuario exigitur cautio vtendi boni viri arbitratu: à conductore non exigitur,ſed tantùm actione locati præſtare hoc cogitur,vt non malè in re F locata verſetur.l.videamus, 11.§.2.ȷ. h.t. Fructuarius onera, quæ à re debentur, ſuſtinet: veluti tributa & functiones. l.ſi pendentes, 27.§. ſiquid.l. vſufruct.52. D.de vſufr.l.quęro,28.D.de vſuf.leg.Conductor non ſuſtinet: nam etſi ſoluere cogatur, tamen à locatore recuperat.l.7.D.de publican. Ille ædes,quib. fruitur, ſartas tectas, ſuis ſumtibus, tueri debet.l.7.§.1. D. de vſuf.hic,locatorẽ vt id faciat,cogere poteſt.l.ex conducto,15.l.ſed addes,19.§.illud.ȷ.h.t.Ille tum demum fructus ſuos facit,cùm expreſſi ſunt:veluti, tritũ frumentum,coacta vindemia,oleũ factum. l.ſi fructua- G rius,13.D.quib.mod.vſuſfr.amitt. l.arborib.12. §. Iulianus, D. de vſuf. hic verò ſimul vt terra ſeparati ſunt.l.ſi apes,26.D.de furt.l.qui ſcit,25.§.in alieno,in fi.D.de vſur.Atque ita intelligendũ eſt, quod ait Imperator,d.§.is verò ed quem,27.Inſt.de rer.diuiſ. Eadem ferè & de colono dicuntur.

¶ 23. Sequitur,vt de Habitatione videamus. nam hæc

hæc quidem inter Habitationem & Conductionem
communia ſunt: quòd vterque Habitator appellatur,
l.27.ff.h.t. vtraque certo tempore terminatur. Vtra-
que facti eſt, ac iuriſgentium: & propterea neutra ca-
pitis minutione perimitur.l.8.& l.penult.D.de cap.
min. neutra iuris dominium transfert: qua de cauſſa,
ex neutra Rei vindicatio competit. Diſſimilitudo ve-
rò hæc eſt: Per illam ius vtendi dumtaxat, cõceditur;
l.ſi habitatio,10.in princ.& §.1.D.de vſu & habit.per
hanc, ius fruendi: vt ſup.probatum eſt. Habitatio eſt
gratuita: Conductio mercenaria, qua nota inter ſe
diſcernuntur. l.pr. §.1. D. de his qui deiec.vel effud.l.
ſi mercedem,55.in fi.D.de act.emt. Illa perſonalis eſt;
ac propterea perſonæ mutationem non recipit.l. ha-
bitatio,9.D.quand.dies leg.ced. & cum perſona ex-
ſtinguitur.l.10.& l.ſeq.D.de vſu & hab. quinetiã per
ſe habitator incolere debet, non per alium, l.4.l.8.D.
de vſu & hab. ac proinde alteri locare nõ poteſt.l.ne-
que eo, 11.D.eod. quãquam nodò Iuſtiniani iure po-
teſt.l.cum antiquitas, C.de vſuf. at conducta habita-
tio non modò alteri ablocari poteſt, ſed etiam ad he-
redem transferri: vt ſup.dictum eſt. Poſtremò ex ha-
bitatione, perſcriptis verbis actio conceditur.l.ſi gra-
tuitam, 17. D. de perſc.verb. ex conducto, directa, vt
ſup.dictum eſt.

§ 24 Deinceps de emtione & venditione videa-
mus. Nam inter hos contractus communio & ſimi-
litudo tanta eſt, vt penè conſanguinei & gemini vi-
deantur; neque interdum propter ſimilitudinem in-
ternoſci poſſint.l.2.§.1.ff.h.t. Quinetiam merces in-
terdum ſimpliciter precium appellatur; vt in l.vlt.§.
vlt.D.de leg.Rhod.l.ſiquis ante,10.D.de adq.poſſ. In-
terdum coniunctè preciũ conductionis: vt in l.quod
ſi domi,28.§.1.& l.inſulam,58.ff.h.t. vnde Manuſpre-
cium pro artis mercede in l.qui inſulam,30.§.pen.ff.
h.t.l.13.D.de verb.ſignif. Ergò vterque contractus iu-
riſgentiũ eſt, & nudo conſenſu perficitur: actionémque
que vtraque ex parte directam parit.l.2.D.de obl.&
act.l.2.ff.h.t. vterque & purè, & ſub condicione con-
ficitur.l.ſicut,20.ff.eod. In vtroque pro pecunia nu-
merata res vel opera ſubſtitui poteſt, vt ſup.dictũ eſt.
Vt in emtione, ſi non præſtetur habere licere: ita in
conductione, ſi non præſtetur frui licere, actio in id
quod intereſt, conceditur: vt ſup.dictum eſt. In vtro-
que dolus & leuis culpa præſtatur.l.contractus,23.de
reg.iur.l.5.§.1.D.commod. In vtroq; res integra, ſin-
cera, & non vitioſa præſtari debet.l.6.§.ſi vas, D.de
act.emt. Per vtrumque rei traditæ periculum, quod
non fatali caſu accidit, ad eum, qui accepit, tranſit.l.
eum qui,14.§.qualis, D.de furt.l.illud certum,13.D.
de lib.cauſſ. In vtroque licet contrahentibus ſeſe in-
uicem, quantum ad precium attinet, circumuenire,l.
item ſi,22.§.vlt.& l.ſeq.ff.h.t. Vt milites, agros emere
in iis locis vbi militant, prohibentur.l.milites,9.D.
de re milit. ſic prædia ruſtica conducere prohibentur,
l.milites,31.& l.vlt.C.h.t.

§ 25 Differentiæ verò ſunt huiuſmodi: Venditor
obligatur, præſtare habere licere: Locator, frui licere;
vt ſup.dictum eſt. Per traditionem quæ venditionis
cauſſa fit, dominium quod penes venditorẽ fuit, trãſ-
fertur: per hanc non transfertur; l.non ſolet, h.t. Peri-
culũ rei vẽditæ, ſiue ex furto, ſiue ex fatali caſu accide-
rit, ad emtorẽ pertinet: vt dictum eſt ad tit.de peric.&
cõmod. At rei locatæ faciendæ interitus, niſi poſt tra-
ditionẽ, ad locatorẽ ſpectat: d.l.eũ quẽ,§.qualis, D.de
furt. In emtionibus cautiones, ſtipulationes, actiones
Ædiliũ edicto inſtitutę ſũt: in cõductionib. nõ ſunt,
A l.ſciẽdum,63.D.de ædil.ed. ſed tamen euictionem, vt
in emtione & venditione, locum habere ſup.demõ-
ſtratum eſt.

§ 26 Reſtat comparatio Commodati & locati.
nam per vtrumque res vtẽda datur. In vtroque obli-
gamur ad idem reddendum. per vtrumque naturalis
tantùm poſſeſſio transfertur. ex vtroq; ad reſtituen-
dum agitur. Vtrumque eſt contractus Iuriſgentium,
ac proinde capitis minutione non exſtinguitur, l.8.l.
pen.D.de cap.min. Vt commodator, ſic etiam loca-
B tor, ſi ſeruum furem vtendum dederit, propter dolũ,
non vltra ſerui preciũ damnatur, l.ſi ſeruus,61.§.cir-
ca,D.de furt. Vt commodatarius cuſtodiã præſtat, ita
conductor,§.quæ de fullone,14.Inſt.de oblig.quę ex
delict.l.vlt.C.de furt.l. illud certũ,13.D. de lib.cauſſ.
Verùm hoc intereſt, quod Commodatum gratuitum
eſt: Locatum, mercenarium, §.3.Inſt. de obl. quæ re
cõtr. In illo ſolius accipiẽtis vtilitas verſatur: in hoc,
vtriuſque, d.l.ſi ſeruus, §.circa, Itaque Commodata-
rius leuiſſimam culpam pręſtat: conductor regulari-
C ter non niſi leuem, l.23. De reg.iur. Illud plerumque
rerum mobilium eſt; l.1.D.commod. hoc tam mobi-
lium, quàm immobilium. Illud commodatarij mor-
te finitur, l. cum heres, 11. D. de diuerſ. temp. hoc ad
heredem tranſit, vt ſup.dictum eſt.

DE ÆSTIMATORIA.

TIT. III.

1 *Rubrica an ſatis aptè hîc poſita.*
D 2 *Æſtimatio rei quæ vendenda recipitur, venditio eſt.*
3 *Hæc conuentio proxima eſt Emtioni, item proxima Locationi, item Mandato.*
4 *Quænam actio ex hac conuentione detur.*

POTVIT hæc rubrica & proxima inſe-
quens comprehendi ſub generali tit. De
perſcriptis verbis. Sed quoniam hæ duæ
conuentiones ſingulare aliquod nomen habent, id-
circò non abſurdum videtur, ſeparatim de iis diſ-
E ſerere. Similiterque videmus Imp. in fi. §. actio-
num, Inſt. de act. poſt generale nomen Perſcriptis
verbis, Æſtimatoriam actionem, & de Permutatio-
ne ſubiunxiſſe.

§ 2 Vtrumque ſit, conuentio, qua res æſtimata
vendenda recipitur, emtioni proxima eſt: quia æſti-
matio vera venditio eſt, l. plerumque, 10. §. ſi ante,
D.de iur.dot.l.3.D.locat. ſed quoniam is qui acce-
pit, non præciſè ad precium ſoluendum, ſed ſub al-
ternatione ad precium, aut rem reddendam obliga-
F tur: non propriè Emtio vẽditio contracta intelligitur.

§ 3 Rurſus cùm merces conſtituta eſt, vt in l.2.ff.
h.t. locationi proxima hæc conuentio videtur: quo-
niam Locare eſt certa mercede aliquid faciendum
dare, l.2.l.vlt.D.de leg.Rhod. Sed quoniam is qui ac-
cipit, non præciſè ad rem vendendam, & operam il-
lam dãdam obligatur, ſed ſub alternatione: propterea
non propriè Locati actio ex hoc contractu compe-
tere videtur. Quid de conductione? nam qui certã
mercede operas alicuius vtendas accepit, Cõductor
G intelligitur, l.2.D.de leg.Rhod. Sed vbi vna ex parte
locatio non eſt, dici ex altera parte conductio non
poteſt. Poſtremò Mandati proxima hæc conuentio
eſt: quia Mandatum eſt conuentio de negocio alte-
rius gerendo. l.2.§.vlt. D. mand. Sed, vt iam dictum
eſt, qui accepit, non præciſè ad mandatum obeũdum
obligatur: nam reſtituenda re liberatur, l.1.ff.h.tit.l.ſi

gratuitam,17.§.1.D.de perſc.verb. Vnde intelligitur, quod Vlp.hîc adfirmat, periculum, ad eum qui rem accepit,pertinere.quod idem ſcripſerat in l.5.§.commodatum,D.commod.& l.4.D.de reb.cred. nó adeò inter veteres Iuriſconſultos exploratū fuiſſe, ſed tum demum id verum fuiſſe,cùm is qui rem acceperat,ſibi negocium illud dari rogarat.quod ſi dantis rogatu id ageretur,ad eum pertinere: quod idē Paullus ſcribit lib.Sent.2.t.4.§.vlt.

§ 4 Vtcumque ſit,ne perperam agendo cauſſa periclitaretur,tutius viſum eſt, nulla ex illis directa vti formula, ſed quaſi ob rem datū fuiſſet, quaſi geſtum eſſet negociū Do vt des, ita perſcriptis verbis actione experiri.

DE RERVM PERMVTATIONE.

TIT. IV.

1 *Permutatio quid ſit:*
2 *Eáque reb. tantùm, non autem merce & precio conſtat.*
3 *Mutuum & Permutatio quid differant.*
4 *Comparatio emtionis & permutationis, quoad res & ius obligationis.*
5 *Quænam in hanc actionem præſtationes veniant.*
6 *Permutationis ius & effectus.*
7 *Communio & differentia inter Emtionem & Permutationem.*
8 *Obiter ad l.vlt. D.de cond.cauſ.dat.*
9 *Quænam actiones ex hoc contractu competant.*
10 *Emendata l. 1. j. h. t.*
11 *Quem in finē detur ex hoc contractu Perſcriptis verbis actio.*

§ 1 PERMVTATIO eſt contractus innominatus,per quem, is qui ex permutationis pacto rem dedit,alterū ſibi obligat,vt rē de qua conuenit, præſtet. Dixi,*Contractus innominatus*:vt in l.1.§.permutatio, j.h.t.vnde intelligitur, contractum hunc in numerū legitimorum receptum non fuiſſe:hoc eſt,nullam eius in legibus antiquis factam mentionem fuiſſe:ac propterea,nullam eius nomine legitimā ac directam cóſtitutam actionem fuiſſe.Dixi,*Qui rem* ex pacto permutationis dedit. Neq; enim nuda cóuentione obligatio hæc contrahitur; ſed rei traditione. d.l.1.& l.3. C.eod.

§ 2 Dixi, *Rem* pro re peti:quia Permutatio rebus tantùm conſtat,non autē merce & precio, ſicut Emtio & venditio. l.pen.C.eod.veluti, vt prædium pro prædio detur.l.1.C.eod.domus pro fundo.l.5. C. eod. frumentum pro oleo.d.l.pen.vel argentum factū pro infecto.l.vlt.j.h.t.vel numi pro aliis numis: vt cùm inter duos conuenit,vt pro certo denariorum numero certus aureorum numerus daretur.l.quæ extrinſecus,65.D.de verb.oblig.quæ permutatio inter Argētarios & Collybiſtas peruulgata eſt.

§ 3 Quid igitur,dicet aliquis,Mutuum à Permutatione differt? hoc nimirum, quòd Mutuū functionem recipit in pari genere.nam frumentum pro frumento, oleum pro oleo, vinum pro vino, numi pro numis reddendi ſunt. l. 2. D. ſi cert. petat. l.eū à quo, 16.& l.ſeq.C.de ſolut.at permutatio, non in pari, ſed in diſſimili genere functionem recipit:veluti, vt frumentum pro oleo,vinum pro frumento reddatur.d. l.pen. C.h.t.Quid igitur ſi conuenerit, vt contra pro re,pecunia numerata redderetur: veluti, pro ſcyphis

A precium? Conſtat quidem pactionem conſtante matrimonio valere: vt dos ex pecunia in rē, aut ex re in pecuniā permutetur.l.ita conſtante,26.D.de iur.dot. Quinetiam ſi conuenerit,: vt qui mutuum petebat, ſcyphos acceptos vendat,pecuniáque vtatur: tū precio vſus non ſit:nó hoc mutuum eſt,ſed permutatio, cogitúrque alter perſcriptis verbis actione, pecuniā reddere.l.rogaſti, 19.j.tit.prox. Similitérque ſi cóuenerit, vt alter pecuniā,alter Stichū daret, permutatio B eſt certiſſima,qua qui Stichum dedit, accipiētis eum facere cogitur. l.vlt.D. de cond.cauſſ.dat.ſed intelligēdū eſt illis caſibus neque rē ſuo precio æſtimatā, neque pecuniam tāquam precium, & quantitatem, ſed tāquam rem & corpus & ſpeciem datam eſſe.Dixi,*Rem de qua conuenit*:quoniā ex hoc contractu agitur,vt fides impleatur. l. 4. C.h.t. quamquam officio iudicis continetur, vt ſi non detur, id quod intereſt præſtetur.l.5.j.tit.prox.quod idem ſcripſiſſe Paullum arbitror in l.1.in fi.j.h.t.nam verſiculum *Igitur ex al-* C *tera parte,&c.* non ad proximam Paulli ſententiam referēdum arbitror, ſed ad totā ſuperiorē diſputationē, vbi nondū demonſtrarat,quæ ex hoc contractu actio competeret. Verùm hæc quidem de definitione hactenus.

§ 4 In partitione verò eadem eſt ratio de perſonis. Sed quòd ad res & ius obligationis attinet, non exigua differentia eſt.nā Emtio merce & precio conſtat.l.1.D.de contr.emt.permutatio verò neq; merce, neque precio, ſed rebus.l.penul.C.h.t.l.5.D.de perſc. D verb.& l.1.j.h.t. cuius rei rationē Paullus ſubtiliter ſic explicat in d.l.1.j.h.t. quoniā abſurdiſſimè ſequeretur,vt ſiquidē vtrúque eſſet precium,rem vtriuſque fieri oporteret, ſi vtrumq; eſſet merx, neutrius. quod emtionis venditionis ius eſſe conſtat.l.8.D.de euict. l.ex emto,11.l.ſeruus,§.1.D.de act.emt.quòd ſi vna ex parte precium, ex altera merx eſſet, abſurdiſſimè ſequeretur, vnum ad dominium transferendum obligari,alterum non obligari.

§ 5 Quòd autem ad ius permutationis attinet, E magna quæſtio eſt, quænam ſint in hac actione præſtationes:id eſt,quid à quoque debeatur. Nam quæri video,vtrúmne rei vtriuſque dominium transferri in permutatione debeat,an verò ſatis ſit,pręſtare aduerſario habere licere:denique an alienæ rei permutatio contrahatur: quod Pædius negaſſe dicitur in l.1.h.t. Dubitādi cauſſam adfert, quòd Emtio & permutatio ſimiles ſunt.l.2.j.h.t.Permutatio vicē emtionis obtinet.l.2.C.eod.is qui rem permutatam accepit,emtori ſimilis dicitur in l. vlt. j. quib. ex cauſſ.in poſſ.& in F caſu redhibitionis, vterq; permutator & vēditoris & emtoris ſimul vicē obtinet.l.ſciēdū,19.§.pen.D.de ædil.ed.Cóſtat autē,vēditorē non obligari vt dominiū trāsferat,ſed tātùm vt præſtet habere licere: vt modò dicebamus.Pręterea,ſi alienę rei permutatio nó conſtaret, quid eſt, quod Publiciana ex permutationum cauſſa cópetere dicitur in l.7.§.1. D. de Publician.Intelligendū eſt igitur, ſummā hanc inter illas eſſe differētiā, ꝙ illa nudo cóſenſu,hęc rei traditione cótrahitur.d.l.1.j.h.t. Qua de cauſſa emtor preciū dare cogitur,nó tā quia mercē accepit,quā quia nudo cóſen- G ſu obligatus eſt.nā etſi doli exceptio detur,tamen cùm actio aduerſus eum cócedatur,perſpicuū eſt, obligationem ſubeſſe.l.Iulianus, 13.§.offerri, D. de act.emt. At cui res ex pacto permutationis data eſt, quam poſtea cognouit eſſe alienam, nulla actione cogi poteſt, rem ſuam tradere: partim, quia nudo conſenſu obligatus non eſt:partim, quoniam illum rē ſuam

contra conuentionis placitum tradere, neque bonũ, num neque ęquum videtur. huiuſmodi autem actiones non niſi ex bono & æquo dantur, l. 1. ʃ. t. prox.

§ 6 Permutationis igitur ius atque effectus non idem eſt qui venditionis, vt præſtetur tantum habere, licere: ſed vt rei dominium vtrimque transferatur. l. vlt. D. de cond. cauſſ. dat. Qua de cauſſa, qui pro re donata viciſſim aliam donat, genus quoddam permutationis contraxiſſe dicitur in l. ſed etſi lege, 25. §. conſuluit. D. de hered. pet. Denique ius permutationis eſt, vt pariat obligationem, aut ad rem de qua conuenit præſtandam, aut in id quod intereſt, vt ſup. in defi nitione dictum eſt.

§ 7 Proximum eſt quoniam Permutatio dicitur eſſe vicina emtionis in l. 2. ʃ. h. t. (qua de cauſſa ſæpè inter ſe comparantur emtor & permutator, velut in l. 4. §. actionis, 27. de dol. except. l. 19. de lib. cauſſ. l. 3. D. Stellion. l. 4. D. de leg. Fab.) vt videamus, quænam inter illas tum communio, tum differentia ſit. Ergò communia quidem hæc ſunt. Vterque contractus eſt bonæfidei. l. 2. C. h. t. & §. actionum, Inſt. de act. Vtriuſque nomine euictio præſtatur. l. ſi permutationis, 29. C. de euict. l. 1. C. h. t. l. vlt. D. de cond. cauſſ. dat. Vterque vſucapiendi cauſſam præbet. l. 4. §. de illo, D. de vſurpat. In vtroque ex ædilitio edicto redhibitoriæ actioni locus eſt. l. 2. ʃ. h. t. l. ſciendum, 19. §. penult. D. de ædil. edict. Differentiæ verò ſunt huiuſmodi: Emtio nudo conſenſu contrahitur; itaque vltro citroque obligationem parit. l. 2. D. de obl. & act. at Permutatio ex rei traditione, obligationis initium ſumit: qua de cauſſa, ex eius ſolius parte qui accepit, obligationem parit. l. 1. ʃ. h. t. l. 3. C. eod. Illa, contractus eſt nominatus, ex quo legitimæ actiones directæ vtrimque dãtur: hæc, contractus eſt innominatus, ex quo perſcriptis verbis actio conceditur. l. 1. ʃ. h. t. l. 4. l. 6. l. vlt. C. eod. Cuius differentiæ hic effectus eſt: quòd in contractibus nominatis pœnitentiæ locus non eſt, niſi re integra. l. ſicut, C. de obl. & act. at in aliis, etiam re non integra, ſed contractu vna ex parte impleto, tamen pœnitentiæ locus eſt. l. 3. & l. 5. D. de cond. cauſſ. dat. Poſtrema hæc differentia eſt, quòd in emtione, rei nondum traditæ periculum cõfeſtim in emtorem tranſit, quamuis pecuniam non dederit. l. neceſſariò, 8. D. de peric. & commod. at in permutatione, ſi maximè rei nondum traditæ periculum in alterum tranſiret, non tamen prius tranſiret, quàm is in quem tranſiret, rem dediſſet. l. 5. in fin. prin. ʃ. t. prox.

§ 8 Dixi, Si TRANSIRET: quoniam aliter Celſus, aliter Paullus ſenſiſſe videntur in l. vlt. D. de cõd. cauſſ. dat. neque probanda eorum ſententia eſt, qui ſcribunt in illa lege, neque emtionem, neque permutationem contrahi; ſed tantùm obligationem ob rem dati. cur enim Celſus ſcriberet, alterum obligari, vt Stichum accipientis faciat? nam id Permutationis proprium eſt: & ſatis conſtat, debitorem ſpeciei, eius interitu liberari. l. ſi ex legati, 23. de verb. obl.

§ 9 Poſtremò illud notandum eſt, præter ſuperiorem actionem ad hoc idem negocium adcommo-

A dari quoque aliam actionem generalem, quę quia ex ęquitate naturali proficiſcitur, Naturalis appellatur, l. in ſumma, 65. §. 3. D. de cond. indeb. ea eſt Cõdictio ob rem dati, re nõ ſecuta, l. 5. ʃ. tit. prox. Id autẽ quinque caſibus accidit. quorum primus eſt, cùm is qui accepit, fidem nõ implet. tum enim ei qui dedit, hæc actio conceditur, l. 4. l. 5. l. pen. C. h. t. Secundus eſt, cùm eum qui dedit pœnitet, antequã alter impleat, l. ſi pecuniam, 5. D. de cõd. cauſſ. dat. Tertius, cùm res,

B cuius habendæ ſpe altera data eſt, peremta eſt, l. vlt. eod. tit. Quartus, cùm res aliena data euicta eſt, l. 1. C. h. t. d. l. vlt. de cond. cauſſ. dat. Quintus eſt, cùm is qui dedit, rem alienam dedit. nam ſi alter re comperta ſuã dare nolit, ex eadem æquitate, ob rem dati condictionem habebit, l. nam hoc, 14. D. de cond. indeb.

§ 10 Neque tamen huc pertinere arbitror finem l. 1. ʃ. h. t. ſed (vt ſup. dictum eſt) referendum eſſe ad ſuperiorem diſputationem, in qua tota, Paullus nõdum quæ ex hoc contractu naſceretur actio, expo-

C ſuerat: ac proinde ſine negatione legendum hoc modo; *Si alter rem nolit* tradere, in hoc agemus, quod intereſt noſtra, &c. quemadmodum idem Paullus ſcribit in l. 5. ʃ. tit. prox. alioqui ſi verſum hunc ad proximam Pædij ſententiam referamus, ita eum ſuppleri oportebit: Igitur ex altera parte traditione rei alienæ facta, ſi alter poſtea certior factus rem illam alienam eſſe, ſuam rem nolit tradere. Quam infinitã ſupplendi licentiam ſi admittamus, nulla erit tã certa & propria apud Dialecticos enunciatio, quæ non iſtiuſmo

D di ſupplementis diſtorqueri poſſit. Prętereà, in re tam perſpicua quid opus fuit Paullum docere, eum qui rem alienam dedit, nõ poſſe agere in id quod ſua intereſt? nam illam rem condictione naturali repetit; vt modò dictũ eſt ex l. nã hoc natura, de cond. indeb.

§ 11 Ad extremum notandum eſt, quod Paullus ſcribit in l. 5. ʃ. tit. prox. per hanc perſcriptis verbis actionem, quæ ex cauſſa permutationis naſcitur, non agi vt res reddatur, videri ab Impcratorib. nõ probari, in l. 4. in fi. C. h. tit. vbi ſcribunt, Perſcriptis verbis

E actionem dari, vt aut fides ſeruetur, aut id quod datũ eſt, reſtituatur.

DE PERSCRIPTIS VERBIS, ET IN FACTVM ACTIONIB.

TITVLVS V.

1 *Emendata Rubrica:*
2 *& huius emendationis coniectura inter Diſputationes noſtras relata.*

§ 1 SEQVITVR in ordine Digeſtorum titulus de *Præſcriptis verbis*: vt vulgò

F legitur. Verùm, quoniam antè aliquot annos Coniecturam noſtram de hac inſcriptione edidimus, atque eadem opera de hoc actionum genere toto copioſè diſſeruimus; nihil attinet ea hoc loco repetere, ne actũ agere videamur.

§ 2. Eſt autem Diſputatio hæc primùm edita cum commẽt. noſtro ad Tit. Cod. de Pact. & Tranſact. Nunc verò in Diſputationũ noſtrarum volumine locum ei aliquãto commodiorem adſignauimus.

LIBER XX.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS: ET QVALITER EA CONTRAHANTVR: ET DE PACTIS EORVM.

TITVLVS I.

1 *Series Rub. & argumenti, item quæ res Nexæ dicantur, & quid Nexus pignoris.*

2 *Pignoris notatio:& de quibus reb.vſurpetur.*
3 *Pignus aliud legitimum, aliud conuentionale;*
4 *Aliud Prætorium:aliud Iudiciale.*
5 *Pignoris conuentionalis definit. aliúdque propriè Pignus,aliud Hypotheca dicitur.*
6 *Pignoris & hypothecæ definitio & differentia.*
7 *Pignoris altera diuiſio,vt aliud ſit Verũ,aliud Quaſi pignus:quale fuit Fiducia.*
8 *Fiduciæ & Legis commiſſoriæ differentia.*
9 *Fiduciæ item,Legis commiſſ.venditionis, & Legis cõmiſſ.pignoris differentia.*
10 *Aliæ Quaſi pignoris ſpecies enumerantur:veluti Retentio rerum inquilini:item*
11 *Dotis ob neceſſarias impenſas in eam factas:*
12 *Item,arra;cuius comparatio cum pignore proponitur.*
13 *Hypotheca alia Specialis,alia Generalis.*
14 *De perſ.quæ pignoris obligationẽ contrahere poſſunt.*
15 *Quib. perſonis pignus conſtituitur, & l.ſolutum, 11.§.vlt.de pig.act.emend.*
16 *De rebus propter quas pignus contrahitur.*
17 *De iure pignoris reſpectu debitoris:*
18 *Et reſpectu creditoris.*
19 *Hunc librum ad interpretationem duorum Edicti capitum pertinere demonſtratur.*
20 *Seruianæ actionis nomen & origo: item Quaſi Seruianæ.*
21 *Seruianæ actionis definitio & explicatio.*
22 *Quaſi Seruianæ ſeu Hypothecariæ defi.& explicatio.*
23 *Directæ vindicationis & Hypothecariæ formulæ differentia.item Seruianæ & Quaſi Seruianæ.*
24 *Saluiani interdicti definitio: eiúſque cum Seruiana actione differentia.*
25 *L.5.in fin.h.t.emend.*
26 *Pigneratitiæ & Seruianæ differentia.*

¶ 1 SVPERIORE proxima Digeſtorum
parte quę libros octo complexa eſt,
tractatũ eſt de obligationibus perſo A
narũ, ex quib. perſonales actiones,
id eſt,certi & incerti condictiones,
naſcuntur. Deinceps hoc libro ſingulari, de obliga-
tionibus rerũ diſſeritur,& actionibus in rem,quæ ex
iis naſcuntur,hoc eſt, de Pignore & Hypotheca: qui
duo ſoli ſunt rerum obligandarũ modi.Qua de cauſ-
ſa, ſicut nexus obligationis perſonalis dicitur, in l.ſi
non ſortem,26.§.adeò,D.de cond.ind.ſic res pignori
obligatę,Nexę dicũtur, l.1.§.ſi quis ideò,D.ne vis fiat
ei qui in poſ.l.2.l.7.C.de diſt.pig. l.res quæ,22.§.1.D. B
de iur.fiſc.l.petenti,27.D.de pig.act. indéque Nexus
pignoris dicitur,in l.epiſtola,52.§.pactũ, D.de pact.l.
ſi paterf.33.D.fam.ercis. & Nexus fieri prædiorum,in
l.pen.C.ſi alien.res pig.

¶ 2 Etſi autem vehementer placet,quod Caius ſcri-
bit, pignus à pugno appellatũ eſſe, l. plebs,235. D.de
verb.ſig.vnde illud Philip.5. Mars fortiſſimũ quem-
que in prælio pignerarur: tamen conſuetudo vſitata
nomen hoc longiùs produxit. nam Pignus nõ modò
in mobilibus, & ſe mouentibus rebus, verùm etiam C
in immobilibus, atq.adeò in iuribus,actionibus,no-
minibus vſurpatur, l.2.C.de præt.pig. l.4.C.quæ res
pign. Rurſus pignus interdum pro re ipſa vſurpatur,
vt in Rub. de diſt.pig. interdum pro ipſo contractu,
vt in Rub.quib.mod.pig.ſol.l.1.in fi.D.de pact.Sed di
uiſio exponenda eſt.

¶ 3 Hæc autem quadripartita eſſe ſolet,vt aliud ſit
Pignus legitimũ, aliud Pignus conuentionale, aliud
prętorium,aliud iudiciale. Pignus legitimũ eſt quod
ex lege capitur, ab eo cui lex eius rei poteſtatẽ fecit: D
veluti, cùm ob multam pignus capitur:cùm quis pi-
gnorib.coërcetur,vt cùm ædiles pignora multæ cauſ
ſa capiebant,l.quemadmodũ,29.§.pe. *D.*ad le.Aquil.
vel cùm magiſtratus imperio cōtumaciæ coërcendæ
cauſſa pignus capitur:veluti cùm tutores iuſſi cautio
nẽ non præſtant, §.pe. Inſt.de ſatiſd.tutor. aut magi-
ſtratus municipalis iniuncto munere nõ fungitur,l.
ſi quis, 9.D.de munerib. cùm quis in ius vocatus ire
contẽnit,l.1.§.poſt edictũ,D.de ventr.inſp.Cùm quis
damni infecti nomine in poſſeſſionẽ miſſum nõ ad- E
mittit,l.4.§.1.D.de dam.inf.Cic.Phil.2. Quis vmquã
tanto damno ſenatorem coëgit? aut quid eſt vltra pi-
gnus & multã? Agell.lib.14.cap.1. Prætor hoc de pi-
gnore quoque capiendo diſſerer,déque multa dicen-
da ſenatori:qui cùm in ſenatũ venire deberet, nõ ad-
eſſet.Cic.de Ora.3.An tu cùm omnẽ auctoritatẽ vni-
uerſi ordinis pro pignore putares, me his pignorib.
putas poſſe terreri?Conuentionale eſt,cùm inter cre
ditorẽ & debitorẽ, vel expreſsè vel tacitè cõuenit, vt
A res aliqua,illi ad crediti ſui cautionẽ obligata ſit, l.2.
C.de pręt.pig. nã conuentio pigneratitia non ſolùm
expreſſa eſſe ſolet,verùm etiã tacita,& ipſo iure intel
lecta,l.1.& paſ.ĩ.in quib.cauſ.pig.tac.Quo ex gene-
re eſt etiam illud,quod ipſo iure,citra vllã expreſſam
conuentionẽ inſtitutum eſt:veluti, cùm mariti bona
dotis cauſſa ipſo iure obligata ſunt,aut tutoris bona,
pupillaris adminiſtrationis cauſſa, l. vnic. §. & vt
plenius, C. de rei vxor. act. l. pro officio, 20. C. de
adminiſt.tut.

B ¶ 4 Prætorium eſt,cùm Prætor,aliquẽ rei ſeruan-
dæ cauſſa, ex edicto ſuo, in eius poſſeſſionẽ mittit,l.
3.C.vt in poſſ.leg.veluti legatarium legati ſui ſeruã-
di cauſſa,l.1.C.de præt.pig.l.miſſo,12. D.pro emt.l.3.
§.1.D.de reb.cor.Iudiciale eſt,quod ex iudicati cauſſa
eius magiſtratus auctoritate ac decreto, qui ſenten-
tiam exſequitur, per ipſius officiales capi ſolet, l.1.&
paſſ.C.ſi in cauſ.iud. l.3.D. de reb.cor. nam etſi pro-
priè id pignus nõ eſt, tamẽ quaſi pignus cenſetur:cũ
pro conuentione partiũ, magiſtratus auctoritas va-
C leat,l.1.C.ſi in cauſſ.iud.l.ſi ob cauſſam,13.C.de euict.
Deinceps illud ſcire oportet, hoc libro multò maxi-
ma ex parte,id ſolum pignus tractari, quod conuen-
tionale diximus: tametſi nonnullis locis ſtrictim de
aliis mentio interponatur.

¶ 5 Eſt autẽ Pignus cõuentionale, per quod cre-
ditori pro ſui crediti ſecuritate,rei alicuius,quę in de
bitoris bonis ſit, obligatione, cauetur. nam finis ſiue
cõmodum pignoris,eſt cautio & ſecuritas,ſicut fide-
iuſſio,l.1.§.iubet,D.de coll.bon.l.1.§.adiici,D.de fid.
D lib.§.vl.Inſt.de obl.quæ re contr.l.9.in fi. D.de ſupp.
leg. Cùm autẽ duob. modis caueatur, traditione rei,
& nuda conuentione, l.1. D.de pig.act. Iuriſconſulti
diſciplinę cauſſa,ſuæ cuique ſpeciei ſuum ac propriũ
nomẽ attribuerunt.Illam enim Latino generali no-
mine Pignus, hanc Græco nomine Hypothecam ap-
pellarunt,l.ſi rem,9.§.2.D.de pig.act.Itaque nihil in-
ter illa præter ſonum intereſt:quippe cùm alterũ La
tinum ſit,alterum Græcũ,l.5.§.1.ĩ.h.t. Qua de cauſſa
pignus innumeris locis pro hypotheca, hoc eſt, pro
E nuda conuentione vſurpatur, velut in l.2.C.quæ res
pig.l.ſi tibi,17.§.2.D.de pact. l.1.D.de pig.act. Fuere
quidã,qui etiã anguſtius pignoris nomẽ ad eas res re
ſtringerent, quę mobiles eſſent,quaſi Pignus à pu-
gno deriuatum eſſet,l.plebs,§.2. D.de verb.ſig.ſed ra
rò ea proprietas ſeruatur, §.itẽ Seruiana, Inſt.de act.
De vtraque autem ſpecie hoc libro tractatur. Itaque
vtriuſque definitio videnda eſt.

¶ 6 Nam

¶ 6 Nã pignus quidẽ eſt cõtractus,per quem debitor rem ſuam creditori pro debito obligatam, apud eũ deponit,vt illi ſua pecunia ſit cautior. Hypotheca verò eſt, nuda conuentio, per quam debitor rei ſuæ obligatione creditori cauet,l.4.ĵ.h.t. Ex quibus,quæ inter vtramque vel communio,vel differentia ſit,cognoſci poteſt.nam vtrimq.cõuentio eſt.per vtrumq. creditori cauetur,l.9.in fin.D.de ſupp,leg. Qua de re pignus non contrahitur, nec hypotheca cõſtituitur, l.ſi is qui,11.§.vlt.ĵ.h.tit.Differentiæ verò ſunt huiuſmodi: Pignus eſt contractus nominatus,l.1.in fin.D. de pact. Hypotheca non eſt contractus, ſed nudũ pactum; quippe quia datio non interuenit, l.maior,23. C.de pig.l.ſi tibi, 17.§.2.D.de pact.itaq.pactũ conuẽtum appellatur,in l.4.l.grege,13.§.3.ĵ.h.t.Et nuda cõuentione contrahi dicitur, in l.non ſolùm, 33.§.qui pignori,D.de vſurpat.Pignus apud creditorẽ deponitur:naturaliſq.poſſeſſio in eum transfertur,d.l.grege, §.& in ſuperficie, ĵ.h.t.l.cum & ſortis, 35.§.vlt.D.de pig.act.qua de cauſſa Depoſitũ appellatur,l.ſeruus,36. D.de cond.ind.& apud Paul.lib.ſent.2.t.5. §.1. Hypotheca tantùm ſupponitur, eiúſq.à debitore poſſeſſio retinetur,l.4.ĵ.h.t.l.ſi rem,9.§.2.D.de pig.act. Indéq. ſupponẽdi verbũ,quod eſt ὑποτίθεσθαι, in Rub.de reb. cor.&c. non ſuppon.l.vlt. C.ſi maior fact.l.vlt. C.de remiſſ.pig.l.6.C.de pig.act.Et hac de cauſſa, videmus paſſim pignus ab hypotheca ſeparari,l.2.ĵ.h.tit.l.vlt. ſ.de contr.emt.l.ante omnia,23.D.de prob.l.3.& l.6. C.de pign.act.cùm pignoris nomine id quod traditũ eſt,intelligatur: hypothecæ verò,quod ſpeciali conuentione obligatum eſt,l.ſi is qui,66.D.de furt.

¶ 7 Sequitur ſecunda diuiſio:vt aliud ſit verũ ac proprium pignus,quod naturá propritatémq.pignoris retinet: aliud quaſi pignus, quod aliqua ex parte, ad illud accedit.quo in numero fuit olim Fiducia. nã Fiducia dicebatur,cùm res aliqua ſumendæ pecuniæ mutuæ gratia, vel mancipabatur, vel in iure cedebatur:vt ait Iſidorus lib.Etymol.5.cap.25.Sed addendum eſt,ea lege, vt ſi intra certum diem pecunia redderetur,res venditori remãciparetur:quemadmodũ Boëtius in Topic.Cic.teſtatur,& ex Paul.ſent.lib.2,tit.13. intelligitur.Cùm igitur emtor rem ſibi mancipatam non certo & perpetuo dominij iure haberet,ſed cautionis & ſecuritatis cauſſa poſſideret, propterea Fiducia ſpecies quædam pignoris numerabatur, vnde tit.lib.ſentent.Paul.2. De cõmodato,& depoſito pignore,fiduciáve.Eaq.à vero pignore hoc differt,ꝙ in pignore, dominium non transfertur:l.cum & ſortis, 35.§.vlt.D.de pig.act.In Fiducia verò transfertur,idq. purè & ſine condicione: quoniam actus ille mancipationis legitimus neq.diem neq.condicionem recipit,l.actus,de reg.iur. Qua de cauſſa Paullus eodem loco ſcribit, debitorem vendere creditori fiduciam non poſſe: quippe cùm iure Quiritium in ipſius dominio ſit: aliis verò poſſe,vt creditori oblato precio, eam rem ſibi remancipare cogat.

¶ 8 Sed aliud eſt Fiducia,aliud Lex commiſſoria pignoris: per illam, pura & præſens alienatio fit,ſed ſub condicione reſoluitur, l.2.C.de pact.int.emt. & vend. At lex cõmiſſoria eſt pactũ in oppigneratione adhibitum,vt ſi debitor pecuniam ante certum diem non ſoluerit,pignus creditori cõmittatur,id eſt, pleno iure adquiratur,l.3.C.de pact.pign.Quod ab alienatione pura multum abeſt. nam etiamſi emtio hæc eſſet,tamen condicionalis eſſet:ac proprerea ſuſpenſa eſſet emtio: ſicuti dicitur de pacto, vt non ſoluto debito, res iuſto precio æſtimanda, ſit creditoris, l.ſi

A fundus,16.§.vl.ĵ.h.t.Pręterea in Fiducia quamuis ſoluta pecunia ſit, tamen res non recuperatur, niſi remancipatione facta:velut in ſpecie l.1.C.de reſcind. vend.At in lege cõmiſſoria pignoris, ſoluta pecunia, ſtatim ipſo iure liberatur pignus, l.1.C.de diſtr.pign. Itaq.ſublata per Conſtantinũ lege pignoris cõmiſſoria, ꝓpter captiones innumeras, quæ facilè in eã cadunt: l.3.C.de pact.pign. Fiduciæ tamen contractus, etiam ad Arcadij & Honorij ætatem permanſit,l.valeat,9.C.The.de infir.his quæ ſub tyr.

B ¶ 9 Atque hinc intelligitur,quantum inter Fiduciam, & legem cõmiſſoriam venditionis, & legẽ cõmiſſoriam pignoris interſit. nã Fiducia eſt cõuentio, vt ſi vẽditor intra certum diem pecuniam reddat, res ei remancipetur.Lex cõmiſſoria venditionis eſt conuẽtio,vt ſi emtor intra certũ diem precium nõ ſoluat, res inemta ſit:quemadmodum ſub tit. De lege commiſſ.docuimus.Lex cõmiſſoria pignoris eſt conuentio, vt ſi debitor intra diem non ſoluat, res creditori emta ſit. quæ tamen diſtat à pacto,vt non ſoluto in-

C tra certum diem debito, res iuſto precio æſtimanda creditori emta ſit.de quo in d.§.vlt. Valdéq.mirũ eſt, pactum illud vulgò pro lege commiſſoria numerari. nam in lege commiſſoria precium definitur: in illo pacto eius æſtimatio in diem certum differtur. ex illa, obligatio ex parte ſolius creditoris naſcitur, vt ſi pecunia intra certum diem ei offeratur,pignus reſoluatur.&,meo iudicio,datur cõdictio cauſſa dati,cauſſa finita:vt in l.ex emto,11.§.is ꝗ vina, D.de act.emt. ex hoc pacto,quod in emto & vendito interpoſitum

D eſt, vltro citróq.emti & vẽditi obligatio & actio naſcitur. ex parte creditoris, vt ſi pluris res ſit, per venditi actionẽ ſuperfluum ſoluat. ex parte venditoris, vt ſi res non ſit tanti quantum ei creditum eſt,quod deeſt, ſuppleat. Præterea lex commiſſoria nõ poteſt locum habere, niſi in pignoribus, id eſt, cùm res creditori tradita eſt,neque enim rei dominium nuda conuentione committi poteſt. at pactum hoc, tum in pignore,tum in hypotheca locum habet.

¶ 10 Deinceps ad alias quaſi pignoris ſpecies ac-

E cedamus:quarum pleræq.nihil aliud ſunt,quàm iura retẽtionis. veluti,cùm locator inquilini res inuectas inlatas pro pẽſione retinet, l.vtiq.34.D.de damn.inf. Item cùm res vendita tantiſper à venditore retinetur, donec preciũ ſoluatur, l.quòd ſi nolit, 31. §.idem Marcellus,ĵ.de ędil.ed.l.hereditatis,22.D.de her.vẽd. quod ius quaſi pignus appellatur in l.Iulianus, 13.§. offerri, D.de act.emt. ſed à pignore hoc differt: primùm quòd pignus datur à debitore: res vendita retinetur à creditore. pignus eſt in bonis debitoris:l.pi-

F gnus, 8.C.de pig.act. illius dominium penes venditorẽ manſit,l.ex emto,11.D.de act.emt.item res commodata,donec impenſæ in eam à cõmodatario factæ reſtituantur,l.creditoris, 15.§.1.D.de furt.Item res depoſita, pari ratione,vt apud Modeſtin.in Collectan. tit.de Depoſ.

¶ 11 Eiuſdem generis eſt Dos, quæ ob neceſſarias impẽſas in eam factas,pignoris iure retineri dicitur, l.5.D.de dot.releg. item res aliena,à procuratore ſine domini voluntate obligata,cũ pecunia in rem domi-

G ni verſa eſt,l.1.C.ſi al.res pig. itẽ pignus à mãdatario, vel amico abſentis negocia gerente liberatum,l.cum ex cauſſa.9. C.de remiſſ.pig.l.1. D.quib.mod.pig.ſol. Item res oppigneratæ, quarũ partem creditor ita vẽdidit,vt earumdem euictionem pręſtaret:l.ſi neceſſarias,8.§.1.D.dę pign.act. Item quod pupillus ſine tutore emit,ſi petat,nec precium offerat, l.ſi id quod,7.

in ſin.D.de reſcind.vendit.
§ 12 Addi poteſt etiam Arra,ſi modò non in pecu-
nia conſiſtat : tū enim precij prȩrogatiua eſt, vt dixi-
mus ſub tit. de contr.emt. Sed ſi in alia re conſiſtat,
veluti annulo , d. l. ex emto, §.is qui vina, D. de act.
emt.l.5.§.item ſi inſtitor, D.de inſt.act. vel aliqua re
alia aurea,l.2.C.quand.lic.ab emt.diſc. cùm venditor
eiuſmodi Arram obtineat,dum integrū ei ſuum pre-
cium perſoluatur,pignoris ſpecies videtur. Itaq.Te-
rent.in Heaut.Reliquit filiam adoleſcentulam:ea re-
licta,huic Arraboni eſt pro illo argento. Sed inter ar
ram & pignus hoc intereſt , quòd pignoris dominiū
penes dantem manet;arrę dominiū, ſiquidem in pe-
cunia numerata conſiſtat , in accipientē transfertur:
illud non imputatur in ſolutionem , hȩc imputatur,
l.vl.D.de leg.cōmiſſ.Pignus cautio eſt debiti:ac pro-
inde plerumq. pluris eſt,quàm ipſum debitū:quam-
uis etiam in debiti partem accipi poſſit,l.5.j.h.t. Ar-
ra verò non tam cautionis cauſſa datur , quàm argu-
menti perfectæ emtionis,l.quod ſæpè,35.D.de contr.
emt.ac proinde,plerumque multò minoris eſt,quàm
ipſum debitum. Itaque longè diſſimillima eſt actio,
quȩ repetendi pignoris cauſſa datur, ab ea,quæ repe-
tendæ arræ gratia conceditur. nam illius nomine cer
ta & propria conſtituta eſt actionis formula,quæ pi-
gneratitia dicitur, & bonȩ fidei eſt,& indefinitè per-
ſequitur, quantum æquius melius:vel, quod te mihi
ex cauſſa pignoris dare facere oportet, §.actionū,In-
ſtit.de act.Arrȩ verò nomine non vlla certa actio cō-
ſtituta eſt, ſed vel emti actio adcommodatur, vel ge-
neralis,ob cauſſam dati cauſſa finita, condictio vſur-
patur,l.ex emto,11.§.is qui vina,D.de act.emt. quam
ſtricti iuris eſſe conſtat,& ſpeciem eius generis,quod
eſt,ſi certum petatur.
§ 13 Sequitur tertia diuiſio : vt Hypotheca alia ſit
ſpecialis,alia generalis.Specialis eſt,quȩ de re & par-
te aliqua bonorū nominatim contracta eſt , ſiue illa
res ſit ſingularis,vt Stichus & Pamphilus:ſiue vniuer
ſalis,vt grex,armentū,taberna mercatoria, l.grege,13.
l.cū tabernā,31.j.h.t.nā hȩc,reſpectu totorū debitoris
bonorū,rei ſpecialis locū obtinet. Generalis autē eſt,
quæ de bonis eius,quȩ quis habet,habiturúſve eſt,cō
trahitur, etiam hac ſola formula:Res meas obligo,l.
vl.C.quȩ res pig.l.1.l.Paullus,29.j.h.t. Sed de hac ſpe
cie cōmodius ſub t.quȩ res pig.dar.differemus.Quar
ta diuiſio eſt , vt hypotheca alia ſit expreſſa, alia taci-
ta:ſed huic diſputationi proprius eſt ſub tit.ſeq.con-
ſtitutus locus.
§.14 Deinceps igitur ad partitionē accedamus. cu
ius primus locus eſt De perſonis. in quo ſumma illa
regula tenenda eſt:vt pignoris obligatio niſi ab eo i-
pſo,cuius in bonis res cōuentionis tempore fuit,con
trahi non poſſit, l.6. l.vlt.C.ſi al.res pig. quamquā ei
quoque qui quaſi dominus eſt,pignus cōſtituere per
mittatur.nā emphyteuta vectigalē fundū rectè oppi-
gnerat,l.lex vectigali,31.j.h.tit.Itémq; ſuperficiarius
ædificiū,l.grege,13.§.3.j.eo.l.etiā,15. D.qui po.in pig.
l.tutor,16.§.vl.D.de pig.act.dum tamen ſaluū domi-
no ſoli ſuum ſolariū maneat.i.ſoli merces, d.l.etiā,&
l.ſanè,17.D.de pig.act.Similiter bonȩ fidei emtor,cui
Publiciana competit : quia tantiſper dum res non e-
uincitur, pro domino numeratur,rectè rem bonā fi-
de poſſeſſam oppignerat,l.ſi ab eo,18. l.ſi inter,21.§.1.
j.h.tit. Sic qui bona Reip.iure adminiſtrat, res eius
pro mutua pecunia in rem ipſius accepta, rectè oppi
gnerat , l.ſi is qui,11.j.eod. Item tutor, (qui in tutelæ
adminiſtratione, domini vice fungitur, l.tutor,D.de

A admin.tut.)res pupillares in rem quidē pupilli,at nō
in ſuā obligare poteſt , l.tutor, 16.D.de pig.act.quod
idem de curatore adoleſcentis & prodigi & furioſi
traditur in l.3. l. 7. C. ſi al.res pig.& l.pignus , 11. l.
vlt.D.de curat.fur.l.2.C.ill.tit. Olim tamen in oppi-
gnerando ruſtico pupilli prædio,decretū exigebatur,
ex oratione D.Seueri,l.1.C.de prȩd.& al.reb.min.l.2.
C.de cur.fur.At Conſtantinus etiā ad vrbana,oratio-
nem illā produxit,ceteraſq; res omnes,exceptis veſti-
bus detritis,& animalib.ſuperuacuis,l.vlt.§.vlt.C.de
B adm.tut. cuius pars eſt l.vlt. C.quand.decret.op.non
eſt. Pupillus aūt res ſuas obligare, ſine tutoris aucto-
ritate,nō poteſt.l.1.D.quæ res pig.obl. Porrò filiusfa.
aut ſeruus,neq; res patris aut domini,ſine ipſorū vo-
luntate,obligare poſſunt.l.4.C.ſi al.res pig.neq.adeò
res peculiares , niſi fortè liberam peculij adminiſtra-
tionem habeant. l.ſi conuenerit, 18.§. vlt.& l.ſeq.D.
de pig.act.l.1.§.1.D.quæ res pig.quoniam peculij do-
minium,penes patrem & dominū manet,vt ſuo loco
dictum eſt.pater verò res filij peculiares pro ſuo iure
C obligare poteſt: in eamq; rē filij conſenſus eſt ſuper-
uacaneus.l.fideiuſſor, 26.§.1.j.h.t.quamquā in aduen
titio peculio conſenſus eſſet neceſſarius: quoniā eius
proprietas ad filiumfa.pertinet,vſusfr.ad patrem,quē
ſolum obligare poteſt, duobus exceptis caſibus , in l.
vlt.C.de bon.quæ lib. De muliere hoc ius eſt,vt non
modò ipſa , ne pro alio res ſuas obligare poſſit , Vel-
leiano S.C.adiuuetur:l.mulier, 11.C.de diſt. pig.l.re-
demtores, 39. & l. ſeq. D.de rei vind.l. mulier,32.§.7.
D.ad Vell.l.ſi ſciens,7.C.eod.verumetiam is qui pro
D ea intercedente pignus dedit , l.2.D.quæ res pig. De
procuratore verò ita ſtatuendum eſt, vt ſi ſuam rem
pro domini obligatione oppigneret,valeat oppigne-
ratio:ſin rem ipſius domini citra ipſius voluntatē,nō
valeat:quia rei alienæ obligatio non conſiſtit.l.1.C.ſi
al.res pig.Quòd ſi domini volūtate id fecerit,ſiue illa
prȩcedat,ſiue per ratihabitionē ſequatur,valeat obli-
gatio,l.ſi inter,21.j.h.tit. aut niſi vniuerſorum nego-
ciorum mandatum habeat à domino,qui ſub pigno-
ribus pecunias mutuari ſoleat, l.ſolutum , 11.§.vlt.&
E l. ſeq. D. de pign. act. Quòd ſi procurator domini
res obligauit,ſiue teneat pignus,ſiue nō teneat, ſolu-
to debito, pigneratitiam aduerſus creditorem actio-
nem habebit:quam ipſe dominus nō habebit. Quòd
ſi domini voluntas acceſſerit:tum directa procurato-
ri,vtilis domino concedetur : ad exemplum actionis
emti & venditi. l. Iulianus, 13.§.ſi procurator, D.de
act. emt. propter regulā iuris, vt nemini per liberam
perſonam adquiri obligatio poſſit,d.§.vlt. Poſtremò
notandum eſt , pignus non tantùm inter viuos , ſed
F etiam à teſtatoribus in ſuo teſtamento conſtitui poſ-
ſe, l.1.C.comm. de legat.l.8.§.ſi vni, D.de tranſact. l.
Lucius , 12.D.de alim.leg.quod Vlp. ex Imperatoris
reſcripto introductum fuiſſe ait : l. non eſt mirum,
26.D.de pign. act. nimirum quia ſtricto iure , con-
tractus in teſtamento fieri non poteſt, l.5.C.de pact.
conuent.
§ 15 Nunc de iis videamus , quibus pignus con-
ſtituitur. ergò iis ſolis conſtitui pignus poteſt , qui
ſuo nomine , ius pignoris adquirunt , propter ean-
G dem regulam d.l.ſolutum, §.vlt.vbi vocē PLERVMQVE, & illas NON SEMPER, Triboniani emblema-
ta eſſe non dubito ; propter l.2, C.per quas perſ.vbi
Iuſtin.ſtatuit, vt hypotheca nobis per eum adquira-
tur, qui noſtro nomine pecuniam credidit:quemad-
modum per eum creditæ pecuniæ actio adquiritur.
Res igitur procuratori oppignerata , neque procu-
ratori,

ratori, neque domino oppignerata eſt, d. l. ſolutum, 11. §. vl. & l. ſeq. D. de pign. act. Neque obſtat D. Seueri conſtitutio, vt pignoris poſſeſſio adquiri per procuratorem poſſit. nam aliud eſt poſſeſſio, aliud obligatio, l. 1. C. per quas perſon. Similiter autem nec adiecto in ſtipulatione rectè pignus datur, l. is qui promiſit, 33. j. h. tit. quoniam nulla obligatio ſubeſt, cui pignus accedat, l. vltim. §. 2. D. de verb. obligat. Poſtremò, iis qui in prouincia, cum imperio vel poteſtate ſunt, conſtitui pignus non poteſt, l. in quarum, 34. j. hoc tit.

§ 16 Deinceps de rebus quæ pignori vel hypothecæ obligari poſſunt, aut non poſſunt, dicendum eſſet: ſed quoniam partem hanc Tribonianus ſub tertiam Rubr. contulit, commodius erit, in eum locum hanc quoque diſtributionis partem differre. Tantùm igitur de rebus propter quas pignus contrahitur, diſſeremus. Ergo pignus contrahitur propter quamuis & cuiuſuis generis obligationem, ſiue illa ciuilis ſit, ſiue prætoria, ſiue naturalis tantùm obligatio ſit, l. 5. j. hoc tit. Item non modò pro ſorte, ſed etiam pro vſuris, l. ſolutum, 11. §. ſi in ſortem, D. de pig. act. Quòd ſi nihil dictum ſit, intelligitur pro vtriſque obligatum, l. Lucius, 18. D. qui po. item ſiue re contracta obligatio ſit, vt mutuum; ſiue conſenſu, vt emtio, locatio, mandatum, ſocietas: ſiue verbis, vt cùm dos ſtipulatur, aut antiquo iure dicebatur, d. l. 5. quinetiam pro dote iam data & reſtituenda, maritus res ſuas obligat, l. quod autem, 7. §. ſi vxor, D. de don. int. vir. Itẽ ſiue obligatio pura ſit, ſiue in diem, ſiue ſub condicione, d. l. 5. Item ſiue præſens obligatio ſit, ſiue præterita, ſiue futura, d. l. 5. nã rei obligatio eodẽ modo tam præcedere quàm ſubſequi rei principalis obligationem poteſt, vt fideiuſſoris obligatio, l. 6. D. de fideiuſſ. quamquam ſi pro futura obligatione contrahatur, non priùs tenebit, quàm obligatio ſecuta ſit, ſed interim in ſuſpenſo manebit. qua in re diſcrepant hypotheca futuræ obligationis, & hypotheca condicionalis obligationis: nam ſi hypotheca pro cõdicionali obligatione etiam purè contracta fuerit, interim quidẽ dum pendet condicio, obligata non eſt, quia nihildum debetur. ſed ſi poſteà cõdicio exſtiterit, incipit res eſſe obligata ex die cõtractæ obligationis: adeò vt cõdicionalis obligatio ex præſenti vires ſumat, quaſi purè cõtracta ſtipulatio fuiſſet; quamuis ex die exſiſtentis cõdicionis incipiat deberi, l. 1. & l. potior, 11. §. 1. j. qui po. in pig. At cũ hypotheca futuræ obligationis cõtracta eſt, etiamſi poſteà principalis obligatio cõtrahatur, tamẽ obligatio pòſt cõtracta retrotrahi ad tempus conuentionis nõ poteſt, de pignore qđ nõ fuit, l. pe. D. quæ res pig. l. potior, 11. D. qui potior. Differentiæ ratio eſt, quòd in condicionali obligatione, quæ modò in promiſſoris poteſtate non ſit, is qui ſe obligauit, mutare formã obligationis nõ poteſt; & facere, vt aduerſario inuito, res ſit extra cauſſam pignoris. at in futura obligatione, ſecus eſt. nam in poteſtate promiſſoris eſt, nõ accipere mutuam pecuniã, ſine qua pignoris obligatio non conſiſtat: quamuis iam cautionẽ dederit, d. l. pe. Itaque quamuis condicionalis obligatio ſit, tamen ſi condicio eſt in poteſtate promiſſoris, non ante impletam condicionem cõtracta pignoris obligatio eſt. qua de cauſſa, cui ante impletã condicionẽ res obligata fuerit, quamuis ſit poſterior, tamen potior habebitur. Diuerſa cauſſa eſt obligationis in diem. nam cùm ex ſtipulatione in diem, obligatio ſtatim naſcatur, §. omnis, Inſtitut. de verb. oblig. ſtatim etiam ei pignus accedit.

§ 17 Proximum eſt, vt ad tertiam diſtributionis noſtræ partem accedamus, de iure pignoris & hypothecæ. Ergo ius pignoris dupliciter conſideratur, reſpectu debitoris & creditoris. nam reſpectu debitoris hoc ius eſt, primum, vt dominium pignoris penes ipſum maneat, l. cum & ſortis, 35. §. 1. ſ. de pign. act. l. reſcriptum, 12. j. tit. prox. neque in creditoris bonis numeretur, l. itaque, 12. D. de furt. l. ſtatuliber, 38. D. ad leg. Falc. eadémque de cauſſa ſeruus pignori datus, manumitti à debitore poteſt, dum tamen in fraudem creditoris non manumittatur. l. generaliter, 29. D. qui & à quib. manum. Atque idcircò fortuitum omne & commodum & incommodum, caſúſque fatales ad debitorem pertinent, l. pignus, 8. C. de pign. act. l. ſi inter, 22. j. h. tit. l. ſicut vim, 19. C. h. tit. & §. vlt. Inſt. quibus mod. obl. re contr. Alterum ius eſt, vt debitor poſſeſſionem ciuilem retineat, ac per eam ſimul etiam vſucapiendi cauſſam, l. 1. §. per ſeruum, l. qui pignoris, 36. D. de vſurp. Tertium eſt, vt ſoluto debito perſonalem aduerſus creditorem actionem habeat, rei repetendæ cauſſa, quæ Directa pigneraticia appellatur: de qua diximus ad rubr. ſuprà de pign. act.

§ 18 Reſpectu autem creditoris hoc ius eſt, primum, vt creditor corporalem, ſiue naturalem poſſeſſionem habeat, l. debitor, 40. §. vlt. D. de pig. act. adeò vt & ad exhibendum, & in rem actione teneatur, l. ſerui, 16. D. de vſurp. ciuilem (vt diximus) non habeat: quoniam non pro domino, id eſt non animo & opinione domini poſſidet. l. ſciendum, 15. §. creditor, D. qui ſatiſd. cog. l. pignori, 13. D. de vſurp. l. quæcumque, 13. D. de Public. l. ſi ſeruus depoſitus, 22. §. 1. D. de nox. act. ſed ſummum ac potiſſimum creditoris ius eſt, commodum cautionis & ſecuritatis, l. 9. in fin. D. de ſupel. legat. quod tantum eſt, vt cùm per pignus, rem ipſam; per creditum, perſonam debitoris obligatam teneat, tamen certior ei realis obligatio videatur: quia plus cautionis in rem eſt, quàm in perſonam, §. furti autem, Inſti. de oblig. ex delict. l. plus cautionis, 25. D. de reg. iur. denique vt ad extremum eius diſtrahendi poteſtatem habeat: qua de re certus nobis eſt ſub tit. de diſt. pig. latiùs diſſerendi conſtitutus locus. Quartum ius ex illo pendet, vt debitor pignus ſubripiens, quamuis rem ſuam ſubripiat, tamen propter illud creditoris commodum & poſſeſſionem, furti obligetur: & creditor non modò aduerſus extraneum, verùm etiam aduerſus ipſum furti actionem habeat, §. aliquando, Inſt. de obl. ex del. l. itaque, 12. l. in actione, 19. §. qui rem, l. ſi debitor, 79. l. creditori, 87. D. de furt. l. ſi pignore, 22. D. de pig. actio. l. ſi tibi, 26. C. h. tit. & debitor illud vendens, ſiue traditione, ſiue nudo pacto contractum ſit, furtum committat, l. ſi is qui, 66. D. de furt. l. à diuo Pio, 15. §. ſi rem pignori, D. de re iud. Quintum ius eſt, vt ſiquidem res mobilis ſit, & quæ vtendo conſumatur, ea creditor vti non poſſit. quòd ſi ea vtatur, furti obligetur, l. ſi pignore, 54. D. de furt. §. furtum autem, Inſt. de obl. ex del. Sin autem prædium eſt, frui quidem eo creditor poteſt: etiam qui gratuitam pecuniam dedit: ſed fructus in ſortem imputat, l. 1. l. 2. l. 3. C. de pig. act. l. ſi dominium, 9. C. de pig. l. 1. C. de diſt. pig. Cùm autẽ fructus ad creditorẽ pertineant, cõſentaneum eſt, etiam vt ad eundem onera & tributa pertineant, l. inter debitorem, 42. l. epiſtola, 52. §. pactum, D. de pact. ita tamen vt in ſortem intributiones illæ imputentur, l. 6. C. h. t. Sextum ius eſt, vt creditor nõ modò dolum, verùm etiam culpam leuem & leuiſſimam, id eſt exactam diligentiam, atque adeò cuſtodiam præſtet, l. ſi

cũm venderet, 13.§.vlt. & l. ſeq. D. de pig.act. l.ſicut A
vlin,19.C.h.t. §.vlt.Inſt.dę obl. quę re contr. Vlp.ta-
men,ex regula de iis contractibus in quib.vtriuſque
vtilitas verſatur, leuẽ tantũm culpam exigebat, l.5.§.
2.D.commod.periculũ autem à caſib. fortuitis (vt di-
ximus) ad ipſum debitorẽ ſpectat,l.5.6.7.8.C.de pig.
act. verũm à furto, id ipſum creditorẽ, l.eum qui,14.
§.qualis, D.de furt. quippe cum furtum diligenti pa-
trif.nõ accidat,l.cum duob.52. §.damna,D.pro ſocio.
quæ omnia de vero pignore,non de hypotheca, quæ
tradita non eſt,intelligenda eſſe conſtat. Septimũ cre- B
ditoris ius,quod tam debitoris, quàm extranei reſpe-
ctu ei competit,poſitum eſt in actione,quæ hoc edi-
cto propoſita eſt.nam creditor cui res aliqua obliga-
ta eſt, ſiquidem debitor eam poſſideat, electionẽ ha-
bet, vtrum principali obligatione experiri aduerſus
ipſum perſonali actione creditæ pecuniæ velit,an ve
rò reali actione rei ſibi obligatæ poſſeſsionem ab eo
vindicare. Nou.4.Sin autẽ alius eam rẽ poſſideat,iu-
rẽ quidẽ antiquo eandẽ optionẽ habuit, l.14. l.24.C.
h.t.ſed hodie per eand.Nou.4.conſtitutũ eſt,vt prius C
reus principalis excutiatur,quàm extraneus poſſeſſor
actiõe hypothecaria cõueniatur.de qua hypothecaria
actione,vt planiꝰ diſſeramus,illud præmuniẽdũ eſt.

§ 19 Totum hunc librum pertinere ad interpre-
tationem duorum Edicti prætorij capitum, quorum
priore,Seruiana actio: altero, Vtilis ad illius exemplũ
inſtituta eſt.nam antiquo quidem ciuili iure,ſi debi-
tor poſt contractum pignus, eius poſſeſſionẽ nactus
erat, creditori comparata erat contraria pigneratitia
actio,ad eam repetendã: l.3. l. ſi pignore,22.§,ſi poſt D
diſtractum. (vbi CONTRACTVM reſtituo) D.de pig.
act. ſed aduerſus extraneum poſſeſſorem, nulla erat
creditori actio. Ante cõſtitutũ autẽ Edictũ perpetuũ,
Seruius quidam Prætor, huiuſmodi in ſuo edicto ca-
put habuit: QVOD à colonis mercedis cauſſa oppi-
gneratum ad alterum peruenerit, eius rei creditori-
bus, ſi neque ea reſtituatur, neque pecunia ſoluatur,
aut per locatorẽ fiat,quò minꝰ ei ſoluatur,actionẽ da-
bo,l.acceptã,19.C.de vſur.l.potior,11.§.vl.D.qui pot. E

§ 20 Vnde Seruiana actio propriè appellata eſt,
l.vlt. ȷ.de Sal.interd.§. item Seruiana, de act.à quodã
(vt dixi) Seruio, Prætore vrbano, non autem à Ser,
Sulpitio: quẽ Cic.in Muræn.teſtatur in prætura quę-
ſtionem de peculatu ſortitum fuiſſe. Sic enim vide-
mus Octauianam formulam à Cicerone appellari,
quam Octauius Prætor vrbis,in edicto propoſuerat:
eodémque modo Publicianam à Publicio,Paullianã
à Paullo. Cùm autem in vulgus illud Seruij inſtitu-
tum placuiſſet,non modò in edictum perpetuum re- F
latum eſt, verùm etiam vtilis quoque actio ad illius
Seruianę exemplum inſtituta, atque in perpetuum
edictum relata eſt:in hanc ferè ſententiam: QVOD à
quoquam,cùm in eius bonis eſſet, ex cuiuſuis credi-
ti cauſſa,pignori obligatum eſſe dicetur,eius rei per-
ſequendę cauſſa creditori, cui neque ſoluta pecunia,
neque ſatisfactum fuerit,neque per eum fiat,quo mi
nus ei ſoluatur, iudicium dabo. Itaque modò vtilis
Seruiana hęc dicitur actio, vt in l.1.§.cũ prędiũ,ȷ.h.t.
l.1.C.de precar.l.1.C.comm.de lega.modò quaſi Ser-
uiana,vt in l.aliquando,13.§.1.D.ad Vell.modò hypo G
thecaria formula, quoniam non tantùm ad res apud
creditorẽ depoſitas, verùm etiã nuda cõuentione ob-
ligatas, pertinet. vnde Marciani & Gaij lib. ſingula-
res, ad formulam hypothecariam: de quibus crebra
in Pãdectis mẽtio eſt.quinetiã actiones iſtę duæ prę-
toriæ,Seruiana,inquam, & Quaſi Seruiana, generali
nomine Pigneratitiæ appellantur:quoniam (vt ſup.
dictum eſt) Pignoris nomen generale eſt,l.3.§.eſt au-
tem, D.ad exhib. l.ſi mater,ȷ.de except.rei iud.l.rem
alienã,41.D.de pig.act.l.naturaliter,13.D.de cõd.ind.
l.5.C.ſi alien.res pig.l.totius, 9.D,quib.mod.pig.ſed
tamen illa ciuilis perſonalis, quæ debitori datur ſo-
luto debito, vt pignus ſuũ à creditore recuperet, ge-
nerale hoc nomen ſuum fecit:de qua dictũ eſt ſub tit.
de pig.act.hęc verò pro rebus coloni,Seruiana,vt di-
xi:pro cęteris,Quaſi Seruiana,vel Hypothecaria no-
minatur: tametſi multis locis Seruianæ nomen pro-
miſcuè, etiam cuiuſvis pignoris perſequendi cauſſa,
vſurpetur,l.3.l.7.l.ſi debitor,10.l.ſi inter, 21. §. 1.ȷ. h.
tit.l.3.§.eſt autem, D.ad exhib.l.6, C.quæ res pig.l.ſi
creditor,28.D.de pign.act.Nunc vtriuſque definitio-
nes videamus.

§ 21 Ergo Seruiana eſt prætoria in rem actio,per
quam is qui prædium ruſticum locauit, res quas co-
lonus penſionis nomine obligatas in id prędiũ intu-
lerat, à quouis poſſeſſore quaſi vindicat. Dixi, PRÆ-
TORIA: quoniam ex Prętoris iuriſdictione ſubſtantiã
capit: vt ait §.item Seruiana, Inſt.de act.nam cũ nulla
creditori aduerſus poſſeſſorẽ extraneum cõparata iu-
rẽ ciuili actio fuiſſet: (vt ſup.dictum eſt) ſubſidiũ hoc
Prætoris fuit neceſſarium. Dixi, IN REM: vt in l.ſi pi-
gnoris,18.C.h.t.l.cum venditor,66.D.de euict. Dixi,
PRÆDIVM RVSTICVM: quoniam hæc actio dum-
taxat ob res coloni introducta eſt: vt ait Imp.d.§.item
Seruiana. Dixi, PENSIONIS nomine obligatas: quia
non tacita cõuentio ſufficit,vt in rebus inquilini: ſed
expreſſa conuentione opus eſt, l.4.l.7.§.1.ȷ.tit.prox.
Dixi, QVASI VINDICAT: quoniã vtilis hęc vindica-
tio eſt,itaq. appellatur in l.ei qui,16.D.de ſeruit.quip-
pe,cùm per directã vindicationẽ,dominiũ: per hanc,
nuda tantùm poſſeſſio euincatur, ſiue auocetur. his
enim duobus verbis auctores noſtri promiſcuè vtũ-
tur,l.ſi cum venditor, 66.ȷ.de euict.l.1.§.ſi heres,D.
ad Trebell.l.rem hereditariam,65.D.de euict.Eſt autẽ
nuda poſſeſſio,corporalis detentio,ſine titulo domi-
nij,cuiuſmodi eſt depoſitarij, commodatarij, coloni
& fructuarij.Dixi, A QVOVIS POSSESSORE: quoniã
non modò aduerſus tertium poſſeſſorem, ſed etiam
aduerſus ipſum colonum ac dominum inſtituitur,l.
ſi quis ſeruum,36.D.de nox.act.

§ 22 Quaſi Seruiana verò, ſiue hypothecaria, ſic
definitur: Prætoria in rem actio, per quam,is cui res
ex cuiuſuis crediti cauſſa cũ in bonis obligantis eſſet,
obligata eſt,ſibi poſſeſſionẽ vindicat, niſi ei pecunia
ſoluta ſit, aut eo nomine ſatisfactũ, aut per eum fiat
quo minus ſoluatur. Dixi, PRÆTORIA, vt in d.§.item
Seruiana, & l.maior,23.C.de pig.& cauſsã huius prę-
torij edicti ſup.expoſuimus. Dixi, IN REM ACTIO: vt
in l.pignoris, 17.D.h.t.quoniam nõ id quod debetur
petit,ſed nudam rei poſſeſſionem,l.2.C.ſi vn.de plur.
her.d.l.ſi cum vẽditor, 66.D.de euict.adeò,vt res per
eã vindicari dicatur, in l.Paullus,12.§.1.D.quib.mod.
pig.ſol. Dixi, *Cũ in eius bonis eſſet*: vt in l.6.C.quæ res
pig.& l.23.D.de probat. Dixi, *Ex cuiuſuis crediti cauſ-
ſa*: quoniam non modò pro rebus inquilini,verum-
etiam pro quibuſuis rebus, & ex quauis obligatione
cõceditur, l.5.l.quæſitũ, 14.§.1.ȷ.h.t.ſiue debitor ipſe
rem obligauerit,ſiue alius pro debitore: vt ſ.dictũ eſt.
Creditũm autẽ eſſe oportet reuerà, neq.ſatis eſt,cau-
tionẽ ſine numeratione datã: quia pignus ſine credi-
to non conſiſtit,l.1.& l.2.C.ſi pign.cõuent.num.pec.
Dixi, *Poſſeſſionem vindicari*: vt in Seruiana. nuda e-
nim poſſeſſio in petitione eſt: ſed debiti præſtatio
in ſo-

in ſolutione,l.2.C.ſi vn.è plur.her.Itaq.adieci: CVM ei neque pecunia ſoluta eſſet, neque per eum fieret, quo minus ſolueretur.alioqui per exceptionem inutilis fieret actio:l.acceptam,19.C.de vſur.l.potior, 11. §.vltim.D.qui pot.in pig.Addidi etiam, EO NOMINE ſatisfactum,vt in l.grege,13.§.etiam,j.h.t. Vtrum autem dominus ipſe poſſideat, an alius, nihil intereſt. nam etiam in dominum rei poſſeſſorem hæc actio conceditur,d.l.ſi quis ſeruum,& l.ſi inter,21.§.vltim. j.h.tit.Ex quo eius actionis natura planius intelligitur,quod non vindicandi dominij,ſed poſſeſſionis auocandæ cauſſa tantùm inſtituitur, in eáque ſpectatur tantùm,vtrum reus poſſideat,an non.nam ſi non poſſidet,omnimodo abſoluitur. ſi poſſidet,ita demũ abſoluitur, ſi modò paratus ſit rem actori reſtituere, vel id ſoluere,pro quo res obligata eſt,l.Paullus,12.§. vlt.D.quib.mod.pign.ſol.

§ 23 Ex quo, inter directam vindicationem, & hypothecariam formulam differentia perſpicitur.nã in illa,non abſoluitur poſſeſſor,quamuis preciũ præſtare paratus ſit:quoniam actori,ſine ipſius facto,dominium adimi nõ poteſt, vulg.l.id quod noſtrum,de reg.iur.in hac,abſoluitur, ſiue bonæ, ſiue malæ fidei poſſeſſor ſit,& ſiue debitor ſoluat,ſiue alius.nã etiam alteri' ſolutione pign' luitur:l.ſoluere,53.D.de ſolut. Simul differentia inter Seruianam & Quaſi Seruianam intelligitur. nam illa, non niſi ob res coloni in ruſticum prædium inductas, & nominatim obligatas,datur:hæc verò,non modò ob res inquilini tacitè obligatas, verùm etiam ob quaſuis alias conceditur. illa tantùm ob cauſſam locati & conducti: hæc ex quauis obligatione:lege quinta,j.h.tit.Poſtremò notandum eſt,antiquo iure (vt ſup.dictum eſt) licuiſſe creditori, non modò deligere, vtra actione vti mallet,perſonali aduerſus debitorem:an hac reali aduerſus extraneum poſſeſſorem , atque adeò aduerſus ipſum debitorem,d.l.26.De nox.act.verùm etiam vtraque actione vti licuiſſe, neque obſtitiſſe Regulam, Neminem pluribus actionibus de eadem re competentibus ſimul vti poſſe: quoniam iſtæ actiones de eadem re non ſunt: cùm in perſonali, agatur de pecunia debita:in Seruiana,de pignore. Quinetiam, ſi creditor condictione vſus,debitorem damnaſſet, niſi tamen ei ſatisfactum eſſet, trãſire ad hypothecariam poterat,l.grege,13.§.etiam, j.h.titul. Sed Iuſtinianus per Nouell.quartam hoc ius abrogauit:ſtatuítque,vt creditor perſonali actione prius debitorem excutiat, quàm hypothecaria contra extraneum poſſeſſorem vtatur. quòd ſi excuſſus debitor ſoluendo non ſit, tum demum ad hanc actionem deſcendet. Hoc loco deinceps de ſeptimo & poſtremo pignoris iure dicendum eſſet, quod in diſtrahendi facultate poſitum eſt: ſed quoniam ei iuri certus à Triboniano titulus adtributus eſt,D.de diſtr.pign.ſatius erit,hanc diſputationem in illum locum differre. Proximum eſt,vt de Saluiano interdicto,eiúſque & Seruianæ actionis tum communione,tum differentia,videamus.

§ 24 Ergò SALVIANVM INTERDICTVM eſt decretum Prætoris,quo poſſeſſionem rerum à colono in conductum fundum inductarum,domino, cui pro penſionibus illæ oppigneratæ ſunt,adtribuit,l.j. D.de Sal.interd.Ex quo quæ inter Saluianum & Seruianam communio ſit,intelligi poteſt.nam & hęc & illud ob eandem rem datur:hoc eſt,ob res coloni,qui res in fundum inductas, locatori pro penſionibus obligauit,l.j.D.de Sal.int. Sed in hoc differentia eſt, quòd Seruiana actio in iudicio, hoc eſt, apud peda-

A neum iudicem,exercetur:quemadmodum cæterę omnes priuatæ & pecuniarię actiones:Saluianum verò apud Prętorem,vt cætera omnia interdicta.Per illam,non modò de auocanda poſſeſſione,ſed etiam de iure pignoris agitur:per hoc,de poſſeſſione adipiſcẽda tantùm,l.2.§.vlt.D.de interd. Illa eſt actio in rem, l.pignoris,17,j.h.t.hoc verò (ſicut interdicta omnia) vi ipſa perſonale eſt, l.1.§.vlt. D.de interd. & ob eam cauſſam, illa nõ modò aduerſus debitorem datur, ſed quemlibet poſſeſſorem ſequitur: hoc verò, aduerſus
B colonum tantùm,d.l.j.C.de precar.quamquam vtiliter etiam aduerſus extraneos poſſeſſores datur: l.1.D. de Salu.interd. ac tum in rem ſcribendum eſt. Quòd ſi duobus ſimul res eadem obligata eſt, cùm ſcilicet in fundum plurium communem res inductę ſunt, & alter creditorũ rem coloni poſſidet,alter rem ab altero poſſeſſam auferre iudicio non poteſt, quoniã poſſidentis potior cõdicio eſt,l.5.j.h.t.l.1.§.1.D.de Salu. interd. Sed ſi conuenerit, vt pign.ſingulis pro parte ſit obligatum, Seruiana actio ſingulis pro ſua cu-
C iuſque parte cõcedetur;tam aduerſus ipſum colonũ, quàm aduerſus extraneos: Saluianum autem aduerſus colonum directum erit,pro parte:aduerſus extraneos vtile,pro parte. Quòd ſi inter ipſos creditores agatur, & alter rem poſſideat, tum Vlp.in l.2.de Salu. interd.ſcribit, Saluianum nõ ſufficere, ſed ad Seruianam deſcendendum:id eſt, regrediendum,aut reuertendum: quod ſine dubio de directo interdicto intelligendum eſt, quod aduerſus ſolum colonum eſt inſtitutum. nam Seruiana actio, quæ in rem eſt, ad-
D uerſus quemuis poſſeſſorẽ, ac proinde etiam aduerſus concreditorem conceditur,l.5.j.h.t.

§ 25 Quòd ſi in ſolidum ambobus ſimul obligata res fuerit,poſſeſſoris melior condicio futura eſt,eíque exceptio dabitur: ſi ꝑ parte,vtilis actio dabitur, per quam dimidiæ partis poſſeſſionem auocet, d.l.5. in fi.vbi pro DIMIDIAM non dubium eſt,quin reſtituendum ſit DIMIDIÆ:vt apud Iulianum in l.1.D.de Salu. quem imitatum illo loco Vlpianum, & ipſius verba ſubſecutum,apparet.

E § 26 Supereſt,vt quantum inter Pigneratitiam & Seruianam interſit, videamus. nam cùm vtraq.ſit de pignore, non dubium eſt, quin adfines ſint. Qua de cauſſa Imp.in ſecunda Pand.præfat.in §.3.Hypotecariam formulam pigneratitiæ actionis æmulam appellat. Pigneratitia igitur eſt ciuilis: Seruiana verò, prætoria. Illa naſcitur ex obligatione perſonæ: ac proinde perſonalis eſt,l.vlt.C.de diſt.pign.hęc ex obligatione rei:ac proinde realis,l.pignoris,17.j.h.t.Illa ex cõtractu, qui re perficitur, §.vlt.Inſtit.de oblig.
F quæ re:hæc ex nudo pacto, l.maior, 23.C.de pign.l.ſi tibi,17.§.de pignore,D.de pact. Illa ſi directa eſt, datur debitori aduerſus ſolum creditorem: ſi contraria eſt,ſoli creditori aduerſus ſolum debitorem,poſt cõtractum pignus poſſidentem, l.3.l.ſi pignore, 22.§.ſi poſt,j.h.t.hæc datur creditori tam aduerſus debitorẽ, quàm aduerſus quemuis alium poſſeſſorem, l.ſi quis ſeruum,36.D.de nox.act.l.ſi inter, 21.§.vlt.j.h.t. Per illam petitur incertum, quia bonæ fidei eſt, hoc modo:Quod te mihi pignoris nomine date facere oportet ex fide bona, §.actionum, de act. Per hanc,certæ
G rei poſſeſſio petitur, vt in vindicatione certæ rei dominium:cuius ad exemplum,eſt arbitraria, §.prætereà, de act.Illa cùm ſit perſonalis, XXX.annorum ſpacio præſcribitur,l.ſicut,C.de præſcr.30.ann.Seruiana verò interdum decem, aut viginti, aut triginta annis præſcribitur,l.j.C.ſi aduerſ.cred.

IN QVIBVS CAVSSIS PIGNVS, VEL HYPOTHECA TACITE CONTRAHATVR.

Tit. II.

1 *Rub. mendoſa: eiúſque continuatio.*
2 *Hypotheca expreſſa defin.*
3 *Hypotheca tacita defin. quæ inducta eſt, aut Conſtitutionibus:*
4 *Aut Senatuſ-conſultis:*
5 *Aut Populi R. morib. & conſuetudine.*
6 *Aliud ſunt, Inde nata: aliud Ibi nata.*
7 *Tacitæ hypothecæ exemplum ex I.C. interpretatione.*
8 *Antichreſis quid ſit.*
9 *Gratuitum quid propriè dicatur.*
10 *An creditor cui fundus pignori datus eſt, fructus ex eo perceptos ſuos faciat.*
11 *L.8. D.h.t. emendata.*

1 § SVb hoc titulo explicatur ea quarta diuiſio & differentia, quam ſup. tit. perſtrinximus, vt Hypotheca alia ſit expreſſa, alia tacita. Mendoſam autem & hanc & Cod. Rubricam eſſe arbitror: duasque illas voces tollendas, PIGNVS VEL: ſiue illæ à librario, ſiue à Triboniano poſitæ ſint, quod mihi veriſimilius videtur. nam cùm Pignus re & traditione contrahatur, l.1.§.creditor, D.de obl.& act. qua de cauſſa ſuum inter iuris ciuilis contractus nomen habet. l.1. in fin. D.de pact. nullus in eo tacitæ & præſumtæ cõuentioni relinqui locus poteſt.

§ 2 Expreſſa igitur hypotheca eſt, quæ & manifeſtaria dicitur, in l.9.ȷ̄.eod. quæ diſertè & nominatim contracta eſt: non modò verbis inter præſentes, ſed etiam litteris inter abſentes, l.creditor, 23.§.1.& l. penult.§.1.D.de pignor.

§ 3 Tacita verò eſt, quę ipſo iure, ſine vlla expreſſa partium cõuentione, inducitur: nimirum lege, aut conſtitutione, aut ſenatuſconſulto, aut populi Rom. moribus, l. 1. §. & vt plenius, C. de rei vx. act. l.1.C. com. de legat. l.6.§.vlt. C.de bon. quæ lib. De conſtitutionibus, exempla hæc ſunt. Primũ, id quod appellatur ius fiſcale, ſiue priuilegiũ fiſci, quod fiſcus ipſo iure obtinet in eorũ bona, qui cum ipſo contraxerũt etiam abſq; vlla pignoris cõuentione, l.2. C.h.t. l.aufertur, 46.§.fiſcus, D.de iur. fiſc. l. Ælianus, 10.D.de manũ. Alia eſt ratio Reip. quia nulla Reſp. ius habet tacitæ hypothecæ, niſi Principis beneficio cõceſſum. l.2.C.de iur. Reip. l.ſimile, 10.D.ad municip. l.Antiochienſiũ, D.de reb. auct. iud. Reſp. enim vel ciuitas priuati vicẽ obtinet, ac iure priuati cenſetur, l.eũ qui, 16. D.de verb. ſign. Eòdem pertinet hypotheca in eorum bonis, qui cenſi ſunt. nam pro tributis tacitè obligata ſunt, l.1.C.h.t. l.1. C.ſin. cenſ. vel reliq. Alterũ exemplum eſt, in bonis tutorũ, & curatorũ, quę pupillis & adoleſcentib. propter adminiſtrationẽ, tacitè obligata ſunt, l.pen. C.h.t. l. pro officio, 20.C.de adm. tut. Tertiũ eſt, in reb. pupilli pecunia cõparatis, quod ex cõſtitutionibus introductũ teſtatur l.3. D.de reb. eor. qui ſub tut. l.pen. C.de ſer. pig. dat. man. l.7.D.q. pot. in pig. Quod ſi ab ipſo tutore, vel curatore, de pupilli minoríſue pecunia, res emta ſit, ipſi pupillo aut minori emta eſſe intelligitur: atq; ab eo vĩdicari poteſt: vel, ſi malit, legitimas vſuras pecunię cum ipſa pecunia tutelæ actione cõſequetur, l.2.D.quãd. ex fact. tut. l.3.C. arb. tut. quod eodẽ modo de milite ſtatuitur, in l.ſi, vt ꝓponis, 8.C.de rei vind. Itemq; de fiſco, l.ſi qui mihi, 28. D. de iur. fiſc. Quartum eſt, in bonis mariti, A quæ mulieri pro reſtitutione dotalium rerum obligata ſunt, ſiue illæ æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ ſint, l.in rebus, 30.C.de iur. dot. Itémque præter dotalia, quæ παράφερνα dicũtur, viciſsimque in bonis mulieris quæ marito pro præſtanda dote tacitè obligata ſunt, l.vn. §.& vt plenius, C.de rei vx. act. l. vltim. C. de pact. conuen. Quintum eſt, in bonis patris pro peculio filiifam. aduentitio, l.cum oportet, 6.§.penult.& §.vlt. C.de bon. quæ lib. l.in rebus, 30.C.de iur. dot. Sextum eſt, in bonis matris iterum nubẽtis, quæ prioris matrimonij B liberis obligata ſunt, pro iis, quæ ex prioris mariti bonis ad eam peruenerunt, l.hac edictali, §.omnibus, C.de ſecund. nupt. ſimilitérque in bonis patris ſecundas nuptias contrahentis, pro iis, quæ ex prioris vxoris bonis ad eum peruenerunt, l.ſi quis, 8. §.vlt.C.de ſecund. nupt. quæ citatur in l.6.§.vltim.C. de bon. quæ lib. Septimum eſt, in bonis teſtatoris, pro legatis præſtandis, l.j.C.comm.de leg.

§ 4 Iam verò ius tacitę hypothecę per S.C. inducitur, C veluti in ædificio alterius pecunia reſtituto, l.1. ȷ̄.h.t. l.6.D.qui pot. in pign. Cùm autem S.C. illud vitandæ deformitatis oppidorum cauſſa inſtitutum ſit (qua de cauſſa priuilegium appellatur in l.cum duobus, 52.§.idem reſpondit, D.pro ſoc. l.creditor, 25.D. de reb. cred.) non idem concedetur ei, cuius pecunia, vel nouum ædificium exſtructum eſt, vel res aliqua comparata: fundus puta, aut nauis, l.idémque, 7.§.vlt. D.qui pot. in pig. l. 5. §. planè, D.de tribut. quoniam aliud eſt mutuum dare, aliud pignus contrahere, l. quamuis ea, 17.C.de pig. l.licet, 7. C.qui pot. in pig. D quamquam (vt prius diximus) hoc quoque priuilegium pupillis ex conſtitutionibus conceditur. Nec obſtat §.his conſequens, Nou.97. vbi qui ad emendũ agrum aut nauem, pecuniam credidit, præferri dicitur in pignore eius rei, etiam antiquioribus creditoribus: quod idem de naui vel emenda, vel inſtruenda, vel exſtruenda traditur, in l.qui in nauem, 26. l.quod quis, 34.D.de reb. auct. iud. poſſ. nam illud intelligendum eſt, cùm creditor expreſsè cauit, vt ea res ſibi hypothecæ eſſet. nam quod de refectis ædibus S.C. cautum E eſt, vtrum etiam ad alias res omnes, quę creditoris pecunia conſeruabantur, interpretatione produci poſſit, quæri poteſt: veluti, ſi quis ad nauem reficiendam, ad merces quæ in naui erant conſeruandas, crediderit. Sed cùm l.5. & l.6.D.qui potior. creditores iſtos priuilegiarios tantùm faciant, & aliis potiores in hypotheca eſſe iubeant: probabile eſt, tum demum iis hoc priuilegium concedi, cùm expreſſam hypothecam contraxerunt.

F § 5 Sequitur, vt eius hypothecæ tacitæ exempla proferamus, quæ populi Rom. moribus & conſuetudine inducta eſt. quorum Primum eſt in rebus ab inquilino in conductas ædes importatis. nam hæ ſine expreſſa conuentione obligatæ locatori pro mercedibus intelliguntur, l.4. l.5. l.6. ȷ̄.h.t. l.5. l.vlt. C.eod. l. 4.D.de pact. Alterum eſt in fructibus fundi colono elocati, qui ſimiliter pro penſionibus tacitè obligati intelliguntur, l.7. ȷ̄.h.tit. l.ſi in lege, 24.§.1. l. qui fideiuſſor, 53.D.locat. Res autem ipſius, neque ſola inductione, ſine expreſſa conuentione, obligantur, l.4. l.5. G l.6. ȷ̄.h.tit, neque ſola conuentione, quantumuis expreſſa, ſine inductione, l.potior, 11.§.1. D.qui pot. in pign. l.ſi non inducta, 5.C.h.t. Conſtat enim vocem VOLVNTATE (qua ſubobſcurè Imp. vſus eſt in l.5.C. de locat.) accipiendam eſſe, pro expreſſa conuentione, ex l.Pomponius, 5.ȷ̄.h.t. Differentiæ ratio, ex iure conſuetudine recepto, atque introducto, cognoſci poteſt.

poteſt. nam cùm olim vſitatũ ac ſollemne fuiſſet, in ædium locationibus nominatim cauere, vt res illatæ pignoris iure tenerentur: (quemadmodum ex interdicto de migrãdo intelligitur, quod hac vna de cauſſa comparatum eſt, & ex eo quòd res inquilini penſionis nomine præcludi ſolebant, ne efferrentur, l. eſt differentia, 9. ĵ. h. t.) tandem inueterata conſuetudo ius fecit, vt omiſſa cõuentio, pro interpoſita haberetur: quemadmodum videmus, duplæ cautionem, in venditionibus omiſſam, tamen propter receptam cõſuetudinem, pro interpoſita putari: quoniã quæ ſunt moris & conſuetudinis, in bonę fidei iudiciis veniũt. l. quod ſi nolit, 31. §. quia aſſidua, D. de ædil. ed. quòd eodem modo de fructibus agrorum dici poſſe, demõſtrat l. ſi ſeruus, 61. §. locaui, D. de furt. vnde intelligitur, antiqui moris fuiſſe, vt colonus fructus in fundo naſcituros, pro penſionibus obligaret. qua conſuetudine inueterata inductum eſt, vt etiam ſine expreſſa conuentione obligati cenſerentur.

§ 6 Sed aliud ſunt *Inde nata*, vel *Fructus ibi nati*: vt in l. 7. ĵ. h. t. aliud, *Ibi nata*. de quibus agitur in l. potior, 11. §. 1. D. qui pot. nam *Inde nata*, fructus ſunt fundi, qui tacita hypotheca tenentur. at *Ibi nata*, ſunt animalia, quæ non niſi expreſſa conuentione obligãtur, d. §. 1. Dixi autem, hæc eſſe tacitæ hypothecæ exẽpla. nam etſi quamplurimis locis pignus appelletur, tamen Latinum verbum pro Græco vſurpatum eſt: quemadmodum innumeris aliis locis factum cõſtat. & quod Ioh. Faber in Cod. ſcripſit, cõtrarias eſſe Doctorum ſentẽtias in quæſtione, vter inductas res poſſideat, locator, an inquilinus: nobis certum exploratúmque eſſe debet, ex eo, quod interdictum Saluianum de reb. coloni nominatim obligatis, tamen adipiſcendæ poſſeſſionis cauſſa inſtitutum eſſe dicitur, in l. 2. §. vlt. D. de interd. vnde intelligi poteſt, interdictum de migrando, retinendæ poſſeſſionis interdictum eſſe.

§ 7 Poſtremam tacitæ hypothecæ exemplum Iuriſconſultorum interpretatione inductum eſt: nimirũ, vt res coloni, ac multo magis inquilini, poſt impletum condicionis tempus, in conducto permanẽtis, pro eadem penſione obligatæ eſſe intelligantur. l. item quæritur, 13. §. vlt. D. locat. Item merces tabernariæ, in earum locum ſubſtitutæ, quæ nominatim oppigneratæ & diuenditæ fuerant. l. pen. D. de pign. Item oppigneratæ rei acceſſiones, & augmenta, velut quę illi adcreuerunt, vt vſusfr. aut alluuio, l. ſi cõuenerit, 18. §. 1. D. de pig. act. l. ſi fundus, 16. D. de pign. Item fructus qui ex ea naſcuntur, & fœtus, & partus, l. 1. l. 2. C. de part. pig. l. 3. C. h. t. l. grege, 13. l. Paullus, 29. §. ſi mancipia, D. de pign. quinetiam ſuperficies, velut inædificatio, aut vinearum poſitio. l. ſi fundus, 16. §. ſi res, D. de pign. Ad extremum, notanda eſt differẽtia inter expreſſam & tacitam hypothecam: quòd res expreſsè oppignerata, non niſi cum onere ſuo alienatur, l. debitorem, 15 C. de pign. l. mulier, 11. C. de diſtract. pign. quæ verò tacita obligatione tenetur, libera, & ſine onere alienatur: quia tacita hypotheca generalis eſt: deinde, res obligata, permiſſu creditoris vendi intelligitur, l. 3. C. de ſeru. pign. dat. manum. l. ſi is qui rem, 66. D. de furt. Deinceps de Antichreſi videamus.

§ 8 Eſt autem Antichreſis (ſi verbum pro verbo reddamus) mutuus pro credito pignoris vſus. Sed ab auctoribus noſtris ſic appellatur, pactum in pignore expreſſum, vt creditor tamdiu fructus rei traditæ percipiat, dum ei ſors oblata ſolutáue fuerit. Dixi, PA- A CTVM in pignore: quoniam Antichreſis per ſe non conſtat, ſed in contrahẽdo, tradendoque pignore interponitur: neq; in hypotheca locum habere poteſt, ſed in eo demum, quod traditum eſt, atque vnde percipere fructus licet, l. ſi is qui, 11. §. 1. D. de pignor. Neque obſtat, quòd Modeſtinus Antichreſin videtur appellare pignus, in l. ſi pecuniam, 33. D. de pig. act. non enim Antichreſin pignus propriè appellat: ſed hoc ſignificat, cùm de Antichreſi conuenit, quoniam pi- B gnus contractum eſt, quoniam illa pignoris contracti pars eſt, ad eam repetendam pigneratitiæ actionis formula vti licere: in qua vox Pignus vſurpata fuerat. Dixi, EXPRESSVM: quoniã Antichreſis, meo iudicio, nulla eſt tacita: ſed omnis Antichreſis, cõuentio eſt expreſſa, vt in l. ſi ea lege, 17. C. de vſur. Nec me mouet l. 8. ĵ. h. t. vbi vulgò ſic legitur, Cùm debitor gratuita pecunia vtatur, poteſt creditor de fructibus rei ſibi pigneratę ad modũ legitimũ vſuras retinere. Nam ſi creditum gratuitũ eſt, qua fronte creditor re- C tinere aliquid pro vſuris poterit? Non magis certè, quàm is qui habitationẽ gratuitam conceſſit, l. ſi gratuitam, 17. D. de perſc. verb. aut mandatarius ex mandato, quod gratuitum eſt, l. 1. §. vlt. D. mand. l. ſi tibi, 13. D. de perſc. verb. Vtrum autem merces in pecunia, an alia in re conſiſtat, veluti in fructibus, nihil intereſt, l. ſi olei, 21. C. de loc. & cond. l. cum non frumentum, 16. l. ſi ea lege, 17. C. de vſur. l. 6. C. quod cum eo qui in al.

§ 9 Gratuitum enim id demum dicitur, cuius D cauſſa nullum precii, nullum mercedis genus debetur. Itaq; precio beneficiũ opponitur, l. cũ in fundo, 78. §. quod ſi alienauerit, D. de iur. dot. Quinetiã plus eſt gratuitum, quàm beneficium, l. 3. D. de obſeq. par. Et cùm debitor domum ſuam creditori, viciſſimque creditor pecuniam ſuam debitori vtendam dat, neutrum gratuitum dicitur; ſed vſurarium, l. ſi ea pactione, 14. C. de vſur. d. l. 6. C. quod cum eo.

§ 10 Quare ſi quæratur, an creditor cui fundus pignori datus eſt, fructus ex eo perceptos ſuos faciat, E ſine dubio diſtinguendum eſt: vtrum gratuitum, an fœnebre creditum fuerit. Nam ſi fœnebre eſt, fructus in vicem vſurarum percepti intelliguntur: eóſque creditor primùm in vſuras, tum deinde in ſortem imputat, l. 2. C. de part. pig. d. l. 14. & d. l. 17. C. de vſur. Sin autem gratuitum eſt, eos in ſortem imputat: debitúmque fructus minuunt, extenuant, exonerant, l. 1. l. vltim. C. de pig. act. l. ex prædiis, 11. C. de vſur. ac nõ modò percepti, ſed etiam percipiendi, l. 2. C. de pig. act. idque non tantùm per exceptionem, ſed etiam i- F pſo iure, l. 1. C. de diſt. pig. vt non ſit dubitãdum, quin quod dicitur creditorem prædia ſibi obligata locare poſſe, l. creditor, 23. D. de pign. ſic accipiendum ſit, vt ſi fœnebre creditum eſt, mercedes exactas in vſuras: ſi gratuitum, in ſortem imputet: vt pro rata debitum extenuetur: quandoquidem merces locationis in fructu numeratur, l. itẽ quæuis, 10. §. 1. D. com. diu. l. mercedes, 29. D. de her. pet. l. prædiorum, 36. l. videamus, 38. §. antè, D. de vſur.

§ 11 Quæ cùm ita ſe habeant, credo equidẽ in il- G la Paulli ſententia negationem deeſſe: itáque locum emendandum: Cùm debitor gratuita pecunia NON vtatur: vt ſenſus ſit, cùm debitor pecuniã ſub fœnore mutuam acceperit, nihil vetat, quo minus creditor (cui fortaſſe de ſorte iam ſatisfactum eſt) poſſit de fructibus rei ſibi pigneratæ retinere vſuras: hoc eſt, tantum fructuum retinere, quanta ſumma eſt vſurarum ſibi debitarum: dum tamen intra modum le-

gitimum vſurarum illos retineat. Nam quantum ad A ius retentionis, certum eſt illud etiam in ipſo fundo permitti, l. 4. l. pignoribus, 22. C. de vſur. quantum ad legitimum vſurarum modum, antiquo iure non ſeruabatur, in antichreſi, l. ſi ea pactione, 14. l. ſi ea lege, 17. C. de vſur. ex quo intelligi neceſſe eſt, non antichreſin hanc fuiſſe, de qua Paullus ſtatuit; ſed veram fœnerationem. Neque ſatis intelligo, quo iure creditor qui gratuitò mutuauit, vel ex fructibus, vel ex fundo retinere vſuras poſſit. Nec B me mouet, quod quidam ratiocinantur: quia ſub h. tit. hæc Paulli ſententia poſita eſt, idcirco Antichreſin tacitam eſſe poſſe: primùm, quia ſexcentas cuiuis mediocriter in libris noſtris verſato proferre leges liceat, ad ſuam Rub. nihil prorſus pertinentes. deinde, quoniam repugnant, gratuitam pecuniam credere, & pro vſuris aliquid retinere. Nihilominus mouet me l. ex prædiis, 11. C. de vſur. vbi creditor poſt oblatam pecuniam fructus percipiens, debitum exonerare cogitur: quaſi ex contrario antè oblationem C percipiens, debitum non imminuat. Nam ea lex (vt rectiſſimè Accurſius admonuit) ad eam ſpeciem pertinet, qua nominatim conuenerat, vt creditor fructus vſurarum loco perciperet: vt in d. l. ſi ea lege, 17. C. de vſur. aut certè vt in ſuæ pecuniæ compenſationem certo tempore pignore frueretur, vt in l. Caius Seius, 39. D. de pig. act. Denique qui Latinæ linguæ conſuetudinem norunt, facilè intelligunt, Paullum alioqui ſuam ſententiam ita concepturum fuiſſe: Etſi debitor gratuita pecunia vtatur, tamen poteſt credi- D tor, &c. Sed hac de re diximus ad l. 1. C. de pign. act.

QVÆ RES PIGNORI VEL HYPOTHECÆ DATÆ OBLIGARI non poſſunt.

TIT. III.

1 *Series argumenti.*
2 *Rerum quæ in natura non ſunt, nec eſſe poſſunt, an hypotheca contrahatur.*
3 *Rerum quæ non ſunt, ſed eſſe ſperantur, an hypoth. cõtrahatur.*
4 *Differentia inter Proprietarium & Fructuarium de partu ancillæ: qua in quæſtione trium temporum ratio habetur: Conuentionis, Conceptionis & Partus.*
5 *Rerũ quæ in natura ſunt, aliæ in cõmercio, aliæ extra commercium. Harum verò obligationem nullã eſſe. vbi de præmiis athletarum & de hominib. liberis.*
6 *De iis præſertim, qui ſoluendo non ſunt, quorum corpora lege XII. tab. creditorib. addicebantur.*
7 *Rerum aliæ ipſo iure pignoris obligationem recipiũt, aliæ per tuitionem Prætoris.*
8 *Res corporales & incorporales pignoris obligationem recipiunt. vbi quæritur,*
9 *An vſusfr. appignerari poſſit.*
10 *Item ſeruitutes, vel ruſtica, vel vrbanæ.*
11 *An Nominum & Chirographorum pignus conſtitui poſſit.*
12 *An vniuerſitas, veluti grex, armentum, &c. in pignoris obligationem cadat: contra l. qui tres, 38. §. vlt. D. de ſolut.*
13 *Rerum ſingularum & vniuerſitatis differentia.*
14 *An taberna obligata, ſingulæ etiã res quæ paulatim ſufficiuntur, obligatæ intelligantur. ad l. cum tabernam, 34. D. de pign.*
15 *Mercib. venditis, vtrum illæ obligatæ maneant, an verò pignus taberna illa venditione minuatur.*
16 *An forma pigneratæ rei mutata, pignus extinguatur. quæ eſt quæſtio l. ſi fundus, 16. §. ſi res, D. de pignor.*
17 *An bonorum omnium conſtitui pignus vel hypotheca poſſit. ad l. 1. & l. 6. D. de pign.*
18 *Item præſentium vel futurorum. quæ eſt quæſtio l. 6. D. eod. tit. & l. vlt. D. qui pot. in pign.*
19 *An rei alienæ oppigneratio valeat; & diſtinguẽdum: an purè vel ſub condicione. ad l. tutor, 16. §. 1. D. de pign. act.*
20 *An hypotheca ſpecialis in ſpem alieni dominij conferatur.*
21 *Item an generalis.*
22 *An pignus pignori dari poſſit. ad l. grege, 13. §. 2. D. de pignor.*

¶ 1 ETsi Rubrica hæc de vna ſpecie concepta eſt, tamen quoniam par eademque contrariorum ratio eſt, de vtraque diſſeremus: hoc eſt, de iis quæ obligari poſſunt, aut non poſſunt: velut in l. 1. D. de his qui ſunt ſui vel al. l. 1. D. de accuſ. Hic autem locus varius eſt, ac multiplex. nam rerum aliæ in natura ſunt, alię non ſunt. aliæ in commercio ſunt, aliæ non ſunt. alię ipſo iure pignoris obligationem recipiunt, alię per tuitionem Prętoris. alię corporales ſunt, alię incorporales. aliæ in vniuerſitate conſiſtunt, aliæ ſunt ſingulares. De ſingulis igitur eo quem propoſuimus ordine, videamus. Nam de primis quidem generale hoc pręceptum eſt:

¶ 2 Rerum, quę in natura non ſunt, nec eſſe poſſunt, obligationem non tenere: veluti, domus combuſtæ.

¶ 3 Quæ verò adhuc quidem non ſunt, ſed futuræ ſperantur, rectè obligari poſſunt: veluti fructus fundi, partus ancillæ, fœtus pecorum. l. & quę nondum, 15. D. de pignor. non tamen vt ſtatim à tempore conuentionis obligatio teneat, quia per tacitam condicionem ſuſpenditur, ſi futurę ſint; ſed tum demum E cùm prouenerint, quemadmodum de vẽditione, & ſtipulatione, & legato eiuſmodi rerum traditur, in l. interdum, 73. D. de verb. oblig. l. 1. D. de cond. & dem. Quod autẽ de obligatione diximus, primùm de hypotheca tantùm intelligendum eſt: quoniam pignus (vt iam dictum eſt) rei traditione contrahitur: deinde ita demum verum eſt, ſiquidẽ is qui rem futuram obligat, eius rei ex qua naſcitura res ſpectatur, conuentionis tempore ſit dominus: nimirum fundi, aut pecoris, aut ancillę. l. potior, 11. §. pen. D. F qui pot. ne videlicet rem alienam obliget: quinetiam notandum eſt, non modò proprietarium, ſed etiam fructuarium, obligare futuros fructus poſſe. hoc tamẽ inter illos intereſſe, quòd proprietarium ſatis eſt eſſe dominum fundi, conuentionis, ſationíſve tempore: at fructuarium neceſſe eſt perceptionis tempore eſſe dominum: eiúſque vſumf. tamdiu permanere: quoniam moriente fructuario, pendẽtes fructus non ad ipſius hæredem, ſed ad proprietarium pertinent. §. is verò, Inſtit. de rer. diuiſ.

G ¶ 4 Rurſus alia quoque in partu ancillæ inter proprietarium & fructuarium differẽtia eſt. nam cùm partus ancillæ fructuarij non ſit: l. vetus, 68. D. de vſufr. ſequitur, vt ſolus ancillæ dominus eũ obligare poſſit. qua tamen in quęſtione, trium temporum ratio habetur: conuentionis, conceptionis & partus. nam conuentionis tempore, ancillæ dominum fuiſſe non ſatis eſt, ſi ea penes alterum & con-

& concipiat, & pariat: quoniam alteri partus ille naſcitur. l. Paullus, 29. §. 1. D. de pignor. Conceptionis verò tempore, dominum fuiſſe ſatis eſt. nam ſi iam prægnans ancilla obligetur: quoniam fœtus, qui in vtero eſt, pars viſcerum matris numeratur, ipſe quoque obligatus intelligatur: l. ſi conuenerit, 18. §. ſi fundus, D. de pignor. act. l. 1. in prin. D. de Salu. int. l. 1. C. de part. pignor. At ſi ſolus partus obligatus eſt, quamuis is qui obligat, editionis tempore ancillæ dominus non ſit, tamen, ſi modò conceptionis tempore dominus fuerit, partus obligatus eſſe intelligitur. Cùm enim partus obligatur, venditur, legatur, in ſtipulationem deducitur, retrò ex tempore, quo obligatus, venditus, legatus, in ſtipulatum deductus eſt, æſtimatur. atque id quod actum eſt, ex pòſt facto retrotrahitur. l. quædam, 15. D. de reb. dub. l. ſub condicione, 16. D. de ſolut. Partus igitur iam tum ex tempore conuentionis, atque conceptionis, obligatus erit: quia qui in vtero eſt, cùm de ipſius iure quæritur, pro iam nato numeratur. qua de cauſſa, partus ancillæ furtiuæ, furtiuus habetur, l. penult. D. de ſtat. hom. cùm autem de alieno iure quæritur, pro nato non numeratur: ne videlicet alteri proſit. l. quod dicimus, 231. D. de verb. ſign. Atq; hęc quidem de futuris rebus dicta ſint.

§ 5 Deinceps de iis quæ in rerum natura ſunt, videamus: quarum aliæ in commercio ſunt, aliæ extra commercium. Ergo quæ res extra commercium ſunt, earum contrahi obligatio non poteſt. l. 1. §. 2. ȷ̄. hoc titul. l. 6. C. eod. veluti rerum ſacrarum, & religioſarum, l. 3. C. ill. tit. quod Iuſtinianus ſui temporis rationem ſecutus, produxit ad prędia, & vaſa, & veſtes eccleſiæ: niſi fortè cauſſa redemtionis captiuorum obligentur. l. ſancimus, 18. C. de ſacroſ. eccleſ. & Nou. 7. itémque eæ, quæ aliqua ex parte ad Remp. pertinent: hoc eſt, quas non obligari Reip. intereſt: veluti inſtrumenta ad culturam agri pertinentia. l. pignorum, 8. C. hoc titul. Et ad eundem numerum referenda eſſe non dubito arma militis, quæ ſine ſcelere vendi non poſſe dicuntur. l. qui commeatus, 14. §. 1. D. de re milit. De præmiis athletarum quæri poteſt: nam in iudicati cauſſam pignori capi poſſe dicuntur, in l. commoda, 40. D. de re iudic. cōuentione obligari poſſe, negari videtur in l. 5. C. hoc titul. Ego ſpem præmiorum, quæ adhuc vel publica vel ſacra ſunt, nec vendi, nec pignerari poſſe arbitror: vbi verò tributa iam ſunt, & priuata facta, pignori & dari, & capi poſſe arbitror: arg. l. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram, D. de verb. oblig. In hoc eodem genere ſunt res publicæ, atque vniuerſitatis: quę cùm ſingulorum non ſint, obligari à ſingulis non poſſunt. l. 1. §. 1. l. vt tantum, §. 1. D. de rer. diu. De hominibus liberis, qui ſimiliter extra cōmercium ſunt, quæri poteſt. nam & fideiubendo, alios pro aliis obligari conſtat: & hodie gentium propè omnium vſu receptum eſt, vt debitorem capi, & cuſtodia publica detineri liceat. Præterea Paul. lib. Sent. 2. tit. 18. Homo liber (inquit) qui ſtatum ſuum in poteſtate habet, & peiorem eum, & meliorem facere poteſt: atque adeò operas ſuas diurnas nocturnáſque locare: quod idem traditur in l. 4. D. de vſu & hab. l. liberos, 20. l. ſi tibi, 23. C. de lib. cauſ. Ex contrario diſputari poſſet, non poſſe eundem hominem ſimul, & tāquam perſonam, & tamquam rem numerari, l. obligationum, 44. §. penult. D. de oblig. & act. non poſſe in debitorem ſimul & perſonalem & realem obligationem cadere: deinde, cū pignus ſit acceſſio ad principalem obligationem, non poſſe rem eandem ſimul & principalis & acceſſionis vicem obtinere, l. ſi duo, 93. D. de ſolut. Sed inanis tota hęc diſputatio eſt.

§ 6 Primùm, quia liberi hominis obligatio, ſiquidem ille tamquam perſona ſpectetur, hoc eſt, vt obligatio ſit perſonalis, valet, l. qui filios, 6. C. quę res pig. deinde, quia vis & effectus perſonalis obligationis eſt, vt etiam citra conuentionem, tamen ipſo iure debitoris perſona capi, & prehendi poſſit; atque adeò, antiquo iure, per præconem vendi, & addici: vt ex XII. tab. intelligitur: & nos cap. Illuſtr. quæſt. 24. demonſtrauimus. Sed nouiſſimo Iuſtiniani iure conſtitutum eſt, vt debitoribus, qui non ſua nequitia, ſed fortunæ culpa inopes, & non ſoluendo facti erunt, bonis ſuis cedere liceat: ita tamen, vt illa bonorum venditio ignominia non careat. Nouell. 135. De filiisfam. quæri poteſt, nam cùm legibus Regiis, ius vitæ & necis patribus eſſet in liberos, l. in ſuis, 11. D. de lib. & poſt. non dubium eſt, quin quos vendere, eoſdem multò magis oppignerare liceret. Cuius rei exemplum protuli tit. 1. ex Heautont. Terentij: alia item ex Ambroſio produxi, eo, quod modò dixi, cap. Quæſt. illuſtrium 24. Sed iis legibus ſublatis, vendendi verbum, quod in XII. tab. legibus retentum eſt, ad ſpeciem & vſurpationem vetuſtatis tranſlatum fuit: hoc eſt, ad emancipationem, quæ imaginaria in ſeruitutem deductio appellatur, in l. 3. D. de capit. minut. ceteróqui neque alienari, neque oppignerari liberos licuiſſe, patet ex lege prima, C. de patr. qui fil. diſtrax. adeò vt creditor, qui ſciens pignori acceperit, & ſuo debito multetur, & relegetur, pœnáque legis Iuliæ de vi priuata teneatur, l. vltim. ȷ̄. hoc tit. l. 6. C. eod. & Nouell. 134. Conſtantinus tamen propter egeſtatis extremæ neceſſitatem, ſanguinolentos, id eſt recèns natos, vendi, ac proinde etiam oppignerari permiſit: dum tamen venditoribus, & venditis, & quibuſuis aliis redimendi facultas ſit, l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. Singulari tamen caſu, liber homo pro pignore retineri poteſt, cùm ab hoſtibus redemtus eſt, vſque dum precium redemtionis exſoluat, l. ſenatus, 43. §. vltim. D. de leg. 1. l. 2. C. de poſtlim. reuerſ. l. qui teſtamento, 20. §. 1. D. de teſtamen. l. ſi patre, 15. D. de captiu. vbi naturale hoc pignus appellatur: partim, quòd tamdiu conſiſtit, dum naturaliter tenetur. nam amiſſa poſſeſſio nulla actione recuperari poteſt: partim, quòd iure poſtliminij & libertas & ciuitas recuperata eſt. Statuliberum autem, qui pendente condicione ſeruus eſt, ac vendi poteſt: l. ſtatuliberos, 23. D. de ſtatulib. tantiſper dum condicio exſiſtat, oppignerari poſſe conſtat: ſed exiſtente condicione, pignus euaneſcit, l. grege, 13. §. 1. D. de pignór.

§ 7 Sequitur tertia diſtinctio, vt res quædam, ipſo iure pignoris obligationem recipiant, quædam per tuitionem Prætoris: vſitata hæc diſtinctio eſt, vt quædam ipſo iure, quædam prætorio iure valere dicantur, l. 1. in prin. D. quib. mod. vſusfr. am. l. 1. §. vlt. D. de ſuperf. Ius autem, tuitióque Prætoris, non modò in exceptione, verùm etiam in actione poſita eſt. l. poſtquam, 7. C. de hered. vendit. Hîc autem exceptioni locus eſt. cuius rei exempla ex proxima diſtinctione cognoſcentur; vbi de corporalibus & incorporalibus rebus diſſeremus.

§ 8 Ergò non modò res corporales pignoris obligationem recipiunt, verùm etiam incorporales, & iura, veluti ſeruitutes, & nomina. In cor-

poralibus propriè hoc notandum eſt, non modò fun-
dum ipſum, verùm etiam ſuperficiem, & pignori, &
hypothecæ dari poſſe, l. grege, 13. §. & in ſuperfic. D.
de pignor. l. tutor, 16. §. vlt. D. de pign. act. ita tamen,
vt domini, cui ſolarium (id eſt, penſio pro ſolo) debe-
tur, potior cauſſa ſit, l. etiam, 15. D. qui potior. De ſer-
uitutibus autem ſic habendum eſt. nam perſonaliũ
quidem pignus ipſo iure non tenet: quod hoc modo
probari poteſt. aut. n. vſusfr. debetur tantùm, aut iam
cõſtitutus eſt: ſi debetur tantùm, conſtitui oppigne-
rando nõ poteſt: quoniam conſtitutio vſusf. dominiũ
eius in fructuarium transfert, l. in venditionem, 8. §.
1. D. de rebus auctor. iud. Pignus autem dominiũ non
transfert, ac ne poſſeſſionẽ quidẽ, l. ſciendũ, 15. D. qui
ſatiſd. co. Si iam cõſtitutus eſt, idcirco à proprietario
oppignerari nõ poteſt, quia res aliena oppignerare-
tur: neq. magis vſusf. à proprietario, quàm proprietas
à fructuario oppignerari poteſt: arg. l. 6. C. de vſufr. à
fructuario verò; quia ius perſonale eſt, quod transfer
ri in alterũ non poteſt, l. vel ſi ſeruo, 15. D. fam. erciſc.

§ 9 Ergò ipſo iure oppignerari vſusfr. neq; à pro-
prietario, neque à fructuario poteſt, ſed iure præto-
rio, tuitione Prætoris poteſt: ſi modò ab eo pignore-
tur, ad quem vſusfr. pertinet: hoc eſt, vel à fructuario,
vel à ſolido domino: quemadmodum & vendi & lo-
cari eodem iure poteſt, l. ſi is qui, 11. §. 2. D. de pig. quo
niam vt non propriè ſit vſusfr. & ius quod propriè
per ceſſionem transfertur: at eſt cauſſa vtendi fruen-
di, eſt facultas fructuum percipiendorum, quæ in fa-
cto conſiſtit, l. ſi vſusfr. 66. D. de iur. dot. l. videamus,
19. D. de vſur. quo eodem modo videmus conſtitui v-
ſumfr. à domino per locationem poſſe, l. ſi domina,
10. C. de vſufr. l. ſi ſocrus, 18. C. de iure dot. Dabit igi-
tur Prætor exceptionem, vel aduerſus proprietariũ, ſi
negatoriam intendat: vel aduerſus fructuarium, ſi cõ
feſſoria vti velit.

§ 10 Eadem quoque prædialium ſeruitutum ra-
tio eſt, quæ quidem ruſticorum prædiorum ſunt: vel-
uti viæ, itineris, actus. nam earum nec pignus, nec hy
potheca ipſo iure conſiſtit: hac de cauſſa, quia, ſi ru-
ſtica ſeruitus vicinum prædium non habenti oblige
tur, nihil agitur: ſi habenti, tamen ea conuentio inu-
tilis eſt. nam Pignoris effectus eſt, vt creditori liceat
illud aliquando vendere: quod hoc caſu fieri non po-
teſt: quoniam conſtitui ſeruitus in prędium, niſi ab
ipſius prædij domino, non poteſt. Hæc cùm ita ſint,
tamen ex bono & æquo, ex vtilitate contrahentium,
pactio hæc admittitur: ſi modò vicinum prædium
habenti oppigneretur, l. ſed an viæ, 12. D. de pig. Vr-
banarum autem ſeruitutum diuerſa cauſſa eſt. nam
earum pignus, aut hypotheca, neque ipſo iure con-
ſiſtit, neque Prætoris tuitione ſuſtinetur, l. ſi is qui,
11. §. vltim. D. de pign. quia cùm vrbanæ ſeruitutes ſu
perficiei cohęreant, per quam ſeruitutis poſſeſſio re-
tinetur: l. ſeruitutes, 20. D. de ſeruit. vrb. in nullum a-
lium transferri poſſunt, quàm qui ſuperficiem illam
poſſidet. cùm ex contrario, qui ſuperficiem obligat,
etiam ſeruitutem obligare intelligatur, l. ei qui pi-
gnori, 16. D. de ſeruit. at qui fundi dominus non eſt,
qualis eſt rei oppigneratę creditor, confeſſoriam a-
ctionem ſeruitutis nomine habere non poteſt. Qua-
re is, cui tigni immittendi ſeruitus debetur, non po-
teſt eã ſine ædificio, ex quo tignũ immiſſum eſt, alie-
nare. Seruientis autẽ prædij dominus, hoc eſt, is cuius
in ædes tignũ immiſſũ eſt, eã obligare nõ poteſt, quo
niam aliena res eſt. Diſſimilis ratio eſt ſeruitutũ ru-
ſticarum, quoniam hæ vicini prædio non cohærent:

A potius ſunt in prædio vicini. Itaque per poſſeſſio-
nem continuam ſeruari non poſſunt, l. ſeruitutes, 14.
ſ. de ſeruit. quocirca ex vtilitate contrahentium eſt,
& ſine prędij ſeruientis damno, vt creditor cui obli-
gatę fuerant, illas vicino vendere, & ius ſuum in il-
lum transferre poſſit.

§ 11 Deinceps de nominibus videamus: quorum
pignus ipſo iure hac de cauſſa non conſiſtit, quoniã
prodeſſe ad exactionem non poſſet, cùm perſona, cu-
ius nomen oppigneratum eſt, vindicari non poſſit:
B quæ hypothecarię formulæ vis eſt, l. pignoris, 17. ſ. h.
tit. deinde, quia id quod debetur, obligatum non eſt:
ſed tantùm ius agendi in perſonam, quod ipſum per-
ſonale eſt: quoniam vni quæſita actio, alteri niſi per
ceſſionẽ, non prodeſt, l. quæcumq. 11. D. de obl. & act.
l. quo tutela, 70. §. vlt. D. de reg. iur. Rurſus non pro-
deſt poſt exactionẽ. nã ſolutione facta, nominis ob-
ligatio exſtincta eſt, ac proinde etiam pignoris obli-
gatio, l. ſicut, 8. in princ. D. quib. mod. pig. ſol. minus
etiam, id quod exactum eſt, retineri poſſet: quoniam
C creditor, rei ſolutę dominus factus eſt: qua de cauſſa,
eius rei pignus habere non poteſt, ne res ſua ei pigno
ri ſit, l. neque pignus, 45. D. de reg. iur. Hæc cùm ita
ſint, tamen propter vtilitatem contrahentium eò de
curſum eſt (vt ait Imp. in l. 7. C. de her. vel act. vend.)
vt cautiones quoque debitorum pignori darentur,
ac per tuitionem Prætoris non modò in id valerent,
vt ipſi creditori, verumetiam emtori vtiles à Prętore
actiones adcommodarentur, d. l. 7. & l. 4. C. quę res
pig. Creditor ergò, cui nomen obligatum eſt, aget in
D debitorem, non quaſi in debitorem, (Seruiana enim
perſonalis non eſt) ſed quaſi in iuris poſſeſſorem, id
eſt, detentorem poſſeſſionis, ſiue dominij rei debitæ,
quam in creditorem transferre debet. nam etſi quod
nobis debetur, propriè noſtrum nõ eſt, tamen fictio-
ne iuris noſtrum eſſe intelligitur, l. id apud, 143. l. bo-
norũ, 49. D. de verb. ſig. denique, qui nomẽ dat pigno
ri, ius ſui crediti qualecumque eſt, pignori dare intel
ligitur: vt ſiquidem pecuniam debet is, cuius nomen
pignori datum eſt, exacta ea creditor compenſatio-
E ne vtatur, ſi corpus pignoris loco apud creditorem
erit, l. grege, 13. §. cùm pignoris, ſ. de pignor. l. ſi con-
uenerit, 18. ſ. de pign. act. atque ita intelligendum eſt,
quod dicitur, cautionem dari pignori, l. cùm conue-
nit, 20. D. de pignor. d. l. poſtquam, 7. C. de her. vel act.
Atque hæc quidem de nominibus & chirographis
debitorum. Ceterorum autem inſtrumentorum ob-
ligatione, quę titulum adquiſiti dominij continent,
obligari res ipſę adquiſitę intelliguntur, l. 2. C. quæ
res pign. & arg. l. 1. C. de donat.

F § 12 Sequitur, vt de iis rebus videamus, quæ v-
niuerſitatis nomine appellantur, veluti de grege, ar-
mento, equitio, familia, & taberna mercatoria. nam
res quidem ſingulas in pignoris & hypothecę obliga
tionem cadere, ſatis conſtat. Vtrum autem vniuer-
ſitas cadat, dubitari poteſt: veluti, an oppignerato
grege, capita quæ pòſt adgnata, aut in demortuorum
locum ſubſtituta ſunt, etiam pignori teneantur. Item
an oppignerata taberna, etiam merces quę in diſtra-
ctarum locum ſubſtitutæ ſunt, obligatæ intelligan-
G tur. Dubitandi cauſſa eſt, quia pignus & hypotheca
ſpeciei obligatæ mutationem ferre non poſſunt: ac
ſpecie exſtincta, ſimul exſtinguitur oppigneratio,
neque vnquam ſine noua obligatione reſuſcitatur,
l. qui res, 98. §. vltim. D. de ſolut. Neque obſtat l. Paul-
lus, 29. §. domus, D. de pignor. vbi pignus ædium, do-
mo combuſta & reædificata, tamen manere dicitur:
quoniam

quoniam cùm area maneat, quæ pars domus præcipua eſt, ſuperficies naturali iure ius ſoli ſequitur, l. eum qui, 23. D. de vſurp. Verùm intelligendum eſt, aliud eſſe vniuerſitatem oppignerare, aliud res ſingulares: diſſimillima, inquam, vniuerſitatis & rerum ſingularum cauſſa eſt, diſſimillimáque in vtriſque ratio iuris: vt in Illuſtrium quæſt. cap. 31. demonſtrauimus.

§ 13 Nam vniuerſitas vna ſpecies eſt, vnóque nomine continetur. Rerum ſingularum tot ſpecies ſunt, quot res numerantur. Itaque ſi grex legatus eſt, vnum legatum intelligitur: ſi capita, tot legata ſunt, quot capita numerantur, l. 6. D. de legat. 2. Præterea vniuerſitas non conſtat numero: qua de cauſſa & adcretionem & decretionem recipit: veluti hereditas, peculium, dos. At res ſingulares, numero conſtant: & ſi quid acceſſit, iam non ille, ſed alter numerus eſt: nõ eædem ſunt ſpecies, ſed diuerſæ, l. 1. in fin. l. 3. D. de rei vind. l. ſi quis argentum, 21. §. 1. D. de except. rei iudic. Cùm igitur grex obligatur, non certus capitum numerus obligatus intelligitur, ſed ipſa vniuerſitas, quę adcretionem recipit: & quod adcreuit, eiuſdem iuris eſt, cuius pars præcipua eſt: quã de cauſſa non modò adgnata, verùm etiã in demortuorum capitũ locum ſubſtituta, ea obligatione continentur: adeò vt ſi grex paulatim ita renouatus ſit, capitibus in demortuorũ locum ſubſtitutis, vt nullũ ex primis ſuperſit, ea tamen quę iã exſtant, oppignerata intelligantur, l. grege, 13. D. de pign. vna enim omnia ſpecie, vno & eodẽ gregis nomine continentur: vt de populo & legione dicitur, in l. proponebantur, 76. §. de iud. vbi regula hęc traditur: Cuius rei ſpecies eadem manet, res quoque eadẽ manere intelligitur: cui congruit, quod dicitur in l. quid ergo, 70. D. de vſufr. multum intereſſe, vtrùm vniuerſitatis, veluti equitij & gregis, an ſingulorum capitum vſuſf. conſtituatur. nam illo caſu, cogi fructuarium in demortuorum locum ſupplere: hoc caſu, non cogi. Denique ſimiliter videmus in legato vniuerſitatis, ea quę adcreuerunt, contineri. l. 6. & l. peculium, 65. D. de legat. 2. itémque in exceptione rei iudicatę, l. ſi quis argentum, 21. §. 1. D. de excep. rei iud. itémque in rei vindicatione, l. 1. §. vlt. & l. 3. D. de rei vind. Neq; verò mouere nos debet, quod dicitur in l. rerum, 32. D. de vſurp. in gregis vſucapione ſingula capita propriam habere vſucapionem: nec eum, cui ad vſucapiendum gregem decẽ dies deſunt, ſi gregi ouem alienam addiderit, eam illo decem dierum ſpacio, ſimul cum grege vſucapturũ. nouã enim & propriam ipſius nomine vſucapionẽ inchoandam eſſe. Intelligendum eſt enim, vſucapionis, & ceterarũ rerum, puta legati, vel vſuſf. diſſimilem eſſe rationẽ: quoniã vſucapio, eſt adeptio dominij per cõtinuationẽ poſſeſſionis. vſucapere, eſt poſſeſſione capere. poſſeſſio eſt vſus rei. at poſſeſſio eſt facti, & corporis, non autem iuris: vt dicitur in l. 1. § 3. D. de adq. poſſ. Quẽadmodum igitur poſſeſſio ſingulorum capitum gregis, ſingulorum capitum adprehenſionem requirit, quæ adprehenſio iuris intellectu expediri nõ poteſt: ſic nec vſucapio. Quare vt quæque capita gregis poſſidebuntur, ita vſucapio ſingulorum capitum procedet. ſingulæ namque ſingularum rerum vſucapiones ſunt, non totius gregis vna vſucapio.

§ 14 Et hãc eãdẽ rationẽ in tabernæ oppigneratione demonſtrat l. cum tabernam, 34. D. de pignor. vbi obligata taberna, non tantùm merces, quæ conuentionis tempore in ea cõtinebantur, verùm etiam quæ paulatim, minutatim, particulatim in diuen-

A ditarum locum à debitore ſubſtitutæ ſunt, obligatæ dicuntur: quoniam non res ſingulares, ſed vniuerſitas obligata fuerat. Dixi *Paulatim*, quoniã ſi ſimul omnes venderentur, quamuis alię reparatę in earum locum ſubſtituerentur, tamen non eadem eſſet vniuerſitas, ſed alia: l. quid tamen, 10. §. in nauis, D. quib. mod. vſuſf. am. l. ſi ita legatum, 65. §. vlt. D. de legat. 1. Qua de cauſſa videmus in ſpecie §. Callimachus, D. de verb. oblig. nominatim caueri, vt merces Beryti emtæ, nauigióque impoſitæ, itémque cũ illę Brũduſij
B venditæ eſſent, aliæ ibidem emtæ, & Berytum reportandæ, pignori obligatæ eſſent. Dixi autem, A DEBITORE SVBSTITVTÆ: nam eo defuncto ab herede ſubſtitutæ, quamuis in eadem taberna ſint, tamen obligatæ non cenſentur, d. l. Paullus, D. de pignor.

§ 15 Sed quæſtio exoritur, de venditis mercibus: vtrúmne illæ obligatæ maneant, an verò pignus tabernæ illa venditione minuatur. Ac debitoris quidẽ facto, deteriorẽ pignoris condicionẽ fieri non poſſe
C conſtat, l. debitorẽ, 15. C. de pign. Itaque res oppignerata cum ſua cauſſa ad emtorem tranſit, l. alienatio, 67. D. de contr. emt. l. 1. C. de precar. ſed ſi creditor vẽditioni conſenſerit, pignoris exſtinguitur obligatio, l. 7. D. quib. mod. pig. l. 2. C. de remiſſ. pig. Quare cùm publicè taberna proſtet, & merces palàm ſint venales, quæ venduntur merces, creditoris conſenſu vendi, ac proinde liberæ tradi intelliguntur, l. ſicut, 8. §. ſed ſi permiſerit, illo titul. De pecunia quæri poteſt, ſi fortè in taberna exſtet, neque adhuc in aliũ vſum cõ-
D uerſa ſit. Et verius videtur, pecuniam à tabernario ad alias merces coëmendas, ſubſtituendáſque ſeruatam, obligatam manere, quaſi merces per eam pecuniam adhuc in taberna eſſe intelligantur. quandoquidem argenti appellatione interdum etiam venales res cõtinentur: vt in ſpecie l. generali, 32. D. de vſufruct. leg.

§ 16 Huic diſputationi commodiſſimè ſubiungi poteſt quæſtio de ſpecie mutata: vtrùm forma pigneratæ rei mutata, pignus maneat, an verò exſtinguatur? veluti, Domo diruta, & horto facta: vel loco op-
E pignerato, qui iam inædificatus eſt. nã cùm mutatio formę propè rei ſubſtantiam interimat, l. Iulianus, 9. §. ſi quis rem, D. ad exhib. exſtingui pignus videtur: qua de cauſſa diruta domo, cuius alienus erat vſuſfructus, areæ quoque vſuſfructus exſtinguitur, l. quì vſumfructum, 36. *D.* de vſufruct. l. ſeruitutes, 20. §. ſi ſublatum, D. de ſeruit. vrb. ſimiliterque diruta domo legata, exſtinctum legatum intelligitur, l. lana, 88. de legat. 3. l. 6. D. de aur. & argen. Contrarium tamẽ reſpondetur in l. ſi fundus, 16. §. ſi res, D. de pign. vbi
F mutatione formæ, ius pignoris non perimitur: adeò vt inſula diruta, & reſtituta, tamen eodem pignoris nexu teneatur, l. vlt. D. illo titul. Differentiæ ratio hæc eſt: quoniam qui ſpeciem legat, non materiam, ſed ipſam ſpeciem legat. aliud eſt autem ſpecies, aliud materia, l. ſi conuenerit, 18. §. penul. D. de pign. act. Teſtator igitur ſpeciem exſtinguens, legatum ipſum exſtinguere videtur. Similiter qui vſumfructum cõſtituit, non materiæ, ſed ipſius ſpeciei vſumfructum conſtituit: quoniam vſuſfructus eſt ius v-
G tendi fruendi, ſalua ſubſtantia, id eſt, materia & forma, l. 1. D. de vſufruct. At qui rem oppignerat, non modò ſpeciem, verùm etiam ipſam materiam, & quidquid in re eſt, oppignerat, l. Paullus, 29. §. domus, D. de pignor. l. modo, 21. D. de pign. actio.

§ 17 Deinceps de vniuerſorũ bonorũ hypothecã videamus. Nã ſuperiùs ſub tit. 1. diximus, Hypothecã

aliam eſſe ſpecialem, aliã generalem. Ergò bonorum ómnium conſtitui quidem pignus non poteſt: at hypotheca poteſt, l.1.l.6.D.de pignor. quoniam (vt ſup. dictum eſt) pignus traditionem requirit. vniuerſitas autem bonorum tam immobilium ſcilicet, quàm mobilium, tradi non poteſt. Qua eadem de cauſſa, vniuerſorum bonorum donatiò, lege Cincia, non valebat: quia traditionem aut mancipationem exigebat.

¶ 18 Cùm autem hypotheca nudo pacto contrahatur, non modò ſpecialis eiuſmodi valet obligatio, verùm etiam generalis, l.1.& l.Paullus, 29.D.de pign. non modò præſentium bonorum, ſed etiam futurorum, hoc eſt, tam quæ debitor iam habet, quàm quæ poſthac habiturus eſt, l 6.eod.tit.l.vlt.D. qui potior. l.ſi qui mihi, 28.D. de iur.fiſc.adeò vt corpora pecuniæ, quam idem debitor ab alio mutuatus eſt, obligata intelligantur, l.penult.§.vlt.D. de pignor. Neq; obſtat, quod dici ſolet, debitori incumbere probationem, rem fuiſſe in bonis debitoris contractus tempore, l.ante omnia, 23.D.de probat. Primũ, quoniam id non de generali, ſed de ſpeciali hypotheca intelligitur, l. & quæ nondum, 15.§.1.D. de pignor. deinde, quoniam etiam aliena res ſpecialiter ſub condicione obligari poteſt, ſi debitoris eſſe cœperit, l. ſi fundus, 16.§.aliena, D.de pignor. Quinetiam Iuſtinianus ſtatuit, vt his verbis, *Res meas obligo*, ius hypothecæ generalis, etiam ad futuras res producatur, l.vlt.C.h.tit. Excipiuntur tamen ea, quæ veriſimile eſt, debitorem, ſi monitus fuiſſet, obligaturum non fuiſſe: veluti, cócubina, liberi naturales: item ea quæ in vſu quotidiano habet, d.l.6.D. de pignor.l.1.C.h.tit.& apud Paullum libro ſentent.5.tit.6.§.vlt. quoniam in his contractibus, mentem magis, quàm verba ſpectamus, d. l.vlt.C.h.tit.

¶ 19 Sed cùm res aliquando in debitoris bonis futura, nunc aliena ſit, quæſtio illa ſubſequitur: An rei alienæ oppigneratio valeat, quandoquidem rei alienæ venditionem valere conſtat, l. rem alienam, 28. D. de contr. emt. Sed intelligendum eſt, aliud in pignore, aliud in hypotheca, eáque generali, dicendum eſſe. nam purè quidem dari res aliena pignori non poteſt. l. 1. l. 2. l.6. C. ſi alien.res: quoniam qui ius nullum in re habet, ius in illam alteri conſtituere non poteſt. qua de cauſſa Seruianæ actionis formula ita conſtituta eſt, CVM ea res quæ pignerata dicitur, conuentionis tempore in debitoris bonis eſſet, d.l.6. C.ſi alien.res.l.& quę nondum, 15.§.quod dicitur, D. de pignorib. Quinetiam qui rem alienam ſciens dat pignori, ſtellionatus crimine tenetur. l.tutor, 16.§.1. l.ſi quis in pignore, 36.§.1.D.de pig.act. Sed & ignoranti creditori debitor contraria pigneratitia tenetur, ſiue ſciens, ſiue ignorãs rem alienam pignori dederit. d.l.tutor, 16.§.1.D.de pign.act.d.l. 6. C. ſi alien. res pign. Sub cõdicione autem dari pignori res aliena poteſt: nimirum ſi debitoris facta fuerit. l. ſi fundus, 16.§.aliena, D.de pignor. Neque obſtat, quod rei alienæ venditio valet, quia venditio perſonam adficit, oppigneratio rem ipſam: hoc eſt, per emtionem ius in re vendita non conſtituitur, ſed ſolius perſonæ obligatio contrahitur. Venditor enim tantùm in id quod intereſt, tenetur: l.1.l.ex emto, 11. D.de act.emt. l.8.D.de euict. At in oppigneratione, ius in rem conſtituitur, quod ſine domini mandato, aut voluntate fieri non poteſt, l.ſolutam, 11.§.vlt.D.de pigner.actio. Domini autem voluntate obligari res aliena poteſt, l.aliena, 20.D.de pigner.act. l.Lucius, 38.D.mand.ac

A ſtatim creditor, & ius illud, & actionem, eius vindicandæ cauſſà, adquirit: quippe cùm etiam inuito & ignoranti debitori, tamen ex alterius ſolutione, liberatio contingat, l. ſoluere, 53. D. de ſolut. quinetiam ratihabitio domini, rei alienæ obligationem confirmat: quia ratihabitio fictione iuris retrotrahitur, d. l. aliena, D. de pigner.actio. & l.ſi inter, 21. D. de pignorib. Quin imò, ſi pecunia in rem domini verſa eſt, ius retentionis creditori per exceptionem B conceditur. l.1.C.ſi alien.res.

¶ 20 Quod de pignore diximus, locum habet etiam in hypotheca ſpeciali. nam hypotheca ſpecialis in ſpem alieni dominij non confertur. Itaque hypothecariæ actionis formula hæc fuit: CVM ea res conuentionis tempore in obligantis bonis eſſet, l.6. C.ſi res alien. qua de cauſſa creditor ante omnia probare id cogitur, l.ante omnia, 23. D. de probat. Interdum tamen, etiam ipſo iure rei alienæ pignus valet: veluti, cùm quis rem ſibi debitam, ac proinde non- C dum ſuam, obligat. l.1.D.de pignor.l.3.§.1. D. qui potior. nam etſi naturaliter nondum noſtra ſit, ciuiliter tamen noſtra eſſe intelligitur: quoniam actionem ad eam petendam habemus, l. bonorum, 49. D. de verb.ſign. Similiter rem, quam bona fide poſſidemus, pignori dare poſſumus, quoniam in bonis noſtris eſt: vt ſup. dictũ eſt. neque mouet, quòd per pignus poſſeſſio in creditores trãsfertur, ac proinde ius poſſeſſionis amitti ab illo bonæ fidei poſſeſſore videtur: quoniam naturalis quidem poſſeſſio transfertur, ci- D uilis verò retinetur. neq; enim creditor poſſidet, ſed tantùm in poſſeſſione eſt. l. ſciendum, 15. D. qui ſat. cog. Quòd ſi à debitore poſtea rei alienæ oppigneratæ dominium adquiratur, quamuis regulariter quod ab initio non valuit, ex poſt facto non conualeſcat; tamen illa dominij adquiſitione conualeſcit: nó quidem ipſo iure, & directò (vt ait l.ſi Titio, 22.D.de pignor.) ſed vel per retentionem, & exceptionem doli mali, vel per vtilem actionem, quæ ex bono & æquo extra ordinem, Prætoris iuriſdictione conceditur: E quoniam verum eſt, debitorem & illam rem pigneraſſe, & eius iam eſſe dominum, l. 5. C. ſi res alien. Denique, quoniam quaſi ſub condicione obligaſſe videtur, ſi ea res poſtea ſua facta fuerit. l.rem alienã, 41.D.de pign.act. qua de cauſſa fideicómiſſarius, qui ante reſtitutionem ſibi factam rem pignerauit, poſt reſtitutionem pignus confirmare dicitur. l.filiam, 56. D.ad Trebell. Siue igitur debitor, qui dominiũ adeptus eſt, atque adeò domino ſucceſſit, rem poſſideat, patietur hypothecariam, ſine exceptionę doli: ſin au- F tem à creditore rẽ petat, exceptione doli repelletur, l. 7.§.ſed etſi, D.ad Maced. Quòd ſi ex contrario, dominus ei qui rem ipſius obligauit, heres exſtiterit, Modeſtinus quidem vtilem ſimiliter concedit: l.ſi Titio, 22.D.de pig. Paullus verò apertè perſpicuéque denegat, d.l.rem alienã. neque, meo iudicio, vllo ingenioſo commento, illa Iuriſconſultorũ diſſenſio tegi poteſt. Atque hæc quidem de ſpeciali hypotheca & pignore hactenus dicta ſint.

¶ 21 Diuerſa generalis hypothecę cauſſa eſt: quo- G niam, in illa ineſſe hæc condicio intelligitur, Si quæ res poſtea meæ factę fuerint, l.1.D.de pign. quia multa tacitè comprehenſa valent, quæ ſi nominatim exprimantur, actũ vitiant, l.nonnumquam, 52.ɉ.de cód. & demóſtr. Porrò quod de aliena re dictum eſt, idem quoque in re communi locum habet, quatenus alterius eſt, l.vn.C.ſi com.res pign.l.2.C.cõmun.diuid.l. ſi fratres, 7.C.comm.vtriuſque.

¶ 22 Ad

§ 22 Ad hunc eundem locum pertinet quæſtio, an pignus pignori dari poſſit: hoc eſt, an res pignori obligata creditori, obligari ab ipſo alteri creditori poſſit? Dubitandi cauſſa eſt, quoniam, vt modò dictũ eſt, aliena res pignori dari non poteſt. rei autem pignerarę dominium penes debitorem manet, l.cùm & ſortis, 35. §. vlt. D.de pigner.act. Sed intelligendũ eſt, creditorem, cùm pignus pignori dat, non rem alienã, ſed ius, quod in illam habet, id eſt, nexum pignoris, obligare, l.grege, 13. §. 2. D.de pignor. l.1. l.2. C.ſi pig. pig.dat. Dabitur ergo creditori creditoris, vel actio hypothecaria, vt poſſeſſionem perſequatur: vel exceptio, aduerſus eum qui pignus vindicabit: quippe, qui etiam diſtrahendi pignoris facultatem habeat, d. l.1. C.ſi pig.pign. ſic tamẽ, vt domino, id eſt, primo debitore, ſolidum ſuum debitum ſoluente, pignus euaneſcat, l.debitor, 40. §. vlt. D.de pign.act.

QVI POTIORES IN PIGNORE, VEL HYPOTHECA HABEANTVR: & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

TITVLVS IV.

1 *Ius dominij à iure pignoris longè differt.*
2 *Item res pluribus vendita à re pluribus oppignerata.*
3 *Potior in cauſſa pignoris quis dicatur. & creditorum tria genera: Chirographarij, Priuilegiarij, & Hypothecarij.*
4 *De his omnib. regula proponitur, vt qui numero in cauſſa pignoris prior eſt, ceteris præferatur.*
5 *Niſi vno caſu: ſi poſterior ita credidit vt res ſuâ pecuniâ emta pignoris loco ſit.*
6 *An priuatus hypothecario alteri priuato, vel etiam Reip. præferatur.*
7 *Vlp. & Scæuolæ diſſenſio de Fiſci prærogatiua, ad l. ſiquis mihi, 28. D.de iur.fiſc. & ead. l.emendata.*
8 *Altera reg. eſt, vt generalis prior generali poſteriori, & ſpecialis prior ſpeciali poſteriori præferatur.*
9 *Expoſitus caſus §. aliena, l.ſi fundus, 16. D.de pig.*
10 *An qui ita rem vendidit vt ea ſibi pignori ſit, quoad ei precium ſoluatur, potior ſit eo cui omnia bona oppignerata ſint.*
11 *Temporis priuilegium quomodo æſtimetur.*
12 *Cauſſa potiores qui dicantur: & emend. l.6. D.h.t.*
13 *De concurſu pignorum quæ ſunt diuerſi generis:*
14 *Veluti, iudicialium, ac prætoriorum. & breuiter expoſita l.vlt. C.de præt.pig.*
15 *De pignore rei ſeruandæ cauſſa: & pignore ventris nomine.*
16 *Redit ad concurſum pignorum quæ ſunt diuerſi generis.*
17 *L.his qui, 12. h.tit. & l.ſi finita, 12. §. ſi quæ ſunt, D.de damn.inf. obiter expoſita.*
18 *Tranſit ad alteram Rub. partem, De iis qui ex aliena perſona & per ſucceſſionem potiores efficiuntur.*

HVIVS Rubricæ, quæ eſt de concurſu creditorum in pignore, duę partes ſunt. Prior eſt de iis, qui ſuo iure, & ex perſona ſua: altera de iis, qui ex aliena perſona, & propter eius ſucceſſionem, ſunt potiores.

§ 1 Primùm autẽ illud ſcire oportet, ius pignoris à iure dominij multũ differre. nam eiuſdem rei corporalis dominium plurium in ſolidum ſingulorum eſſe non poteſt, l.5. §. vltim. D.commod. At eiuſdem A rei pignus pluribus in ſolidum conſtitui poteſt, l.diuerſis, 8. C.h.t. l.quoties, 15. C.de rei vind. quòd ſi pluribus eadem res eodem tempore obligetur, ſingulis pro rata debiti obligata eſſe intelligitur, l. ſi fundus, 16. §. pen. D.de pig. niſi fortè ſingulis in ſolidum obligata ſit. tum enim potior ex iis erit is, qui poſſidebit, l.ſi debitor, 10. D.de pign.

§ 2 Præterea inter rem pluribus venditã, & rem pluribus obligatam, multum intereſt. nam in venditione potior habetur, cui res priùs traditur: itaque ſi B duobus eadem res diuerſis temporibus vendita eſt, poſterior emtor, cui res priùs traditur, priori præfertur: quoniam rei emtæ dominium non conuentione adquiritur, l.3. D.de oblig. & act. ſed traditione, l.traditionibus, 20. C.de pact. Poſterior igitur ex traditione dominium, quod penes venditorem fuit, adipiſcitur. d.l.quoties, 15. C.de rei vindic. l.ſiue autem, 9. D. de Pub.in rem act. l.ſi duobus, 6. D.de diuerſ. & temp. præſc. At in hypotheca, diſſimilis ratio eſt. Nam vt cuiuſque cauſſa in pignore prior eſt, ita potior habe- C tur: quia ius hypothecæ non traditione adquiritur, ſed conuentione, ex edicto Seruiano, l.creditor, 12. §. vlt. D.hoc tit.

§ 3 Potior autem in cauſſa Pignoris dicitur quis concreditorum reſpectu: nimirum qui aliis creditoribus, quibus eadem res obligata eſt, præfertur: qui interdum Melior appellatur: vt in l.ſi non dominus, 14. j. h.tit. interdum Potentior, vt in l.6. eod. Duobus autem modis accidit, vt aliquis in pignore potior ſit: tempore, & cauſſa: tametſi interdum etiam poſſeſſio- D ne aliquis potior cenſeatur, l.ſi debitor, 10. D.de pignorib. l.ſi non dominus, 14. j. h.tit. Sed priuſquam lõgius procedamus, illud ſcire oportet, Creditorum tria eſſe genera. nam alij chirographarij dicuntur, quibus ſolo chirographo, non etiam pignore, cautum eſt. Horum rurſus alij priuatum habent chirographum, alij publicum, ſiue forenſe: qui ſuperiorib. præferuntur, niſi priuata ſcriptura trium idoneorum teſtium ſubſcriptione confirmata ſit, l.ſcripturas, 11. C.h.t. Alij ſunt priuilegiarij, quibus ob fauorabilem aliquam ſui crediti cauſſam, priuilegium aliquod cõ- E ceſſum eſt. l.reſcriptum, 10. D.de pact. veluti ſi quis in funeris impenſam crediderit, l.pen. D.de relig. Poſtremò alij ſunt hypothecarij, quibus vel pignore, vel hypotheca cautum eſt, l.1. §. ſciendum, D.de ſeparat. l.8. C.qui bon.ced.poſ. & à chirographariis ſeparantur, l.6. C.de bon.auct.iud.poſſid.

§ 4 De his omnibus regula hęc tenenda eſt: Qui è creditorum numero in pignoris cauſſa prior eſt, is ceteris omnibus potior habetur, l.2. l.8. C.eod. neque F enim ſimpliciter ita concipienda eſt, qui è creditoribus prior eſt, &c. propterea quòd non ex credendi, ſed ex pignoris adipiſcendi tempore, ius prælationis cenſetur: non enim qui pecuniam priore loco credidit, ſed qui prior ius pignoris adeptus eſt, potior numeratur, l.potior, 11. j. h.tit. Itaque ſi vnus, idémque bis crediderit, ſemel ante ſecundũ, iterum poſt ſecundũ, in priori credito præfertur ſecundo: in poſteriore, tertius erit, l.creditor, 12. §. ſi idẽ, h.t. Huius autem æquitas regulæ perſpicua eſt: quoniã ius pignoris ſe- G mel creditori quæſitum, facto debitoris deterius fieri non poteſt, l.debitorem, 15. C.de pign. Valet autẽ hæc regula, non modò ſi pignus, verùm etiã ſi hypotheca cõtracta ſit. Itémq. ſiue vni pignus, alteri hypotheca, aut vtrique pignus, vel vtrique hypotheca conſtituta ſit, l.creditor, 12. §. vlt. j. h.tit. Itaque hypothecarius creditor non modò priori chirographario præfertur,

l.cùm tibi,10.C.h.t.l.6.C.de bon.auct.iud.poſſid.verumetiam priuilegiario antiquiori,l.eos qui,9.C.eo. neque modò priuatus priuato,verumetiam priuatus Reip. l.3. C.eod. l.3. C.de remiſſ.pign.ſicuti viciſſim Reſp. hypothecaria priuato chirographario, quantumuis antiquiori,præfertur,l.4.C.eod.

§ 5 Vnus ab hac regula caſus excipitur, quo poſterior hypothecarius priori præfertur,ſi poſterior ea lege credidit, vt res, ſua pecunia emta, ſibi ſpecialiter obligata ſit. nam in ea ſpecie poſterior priori generalẽ hypothecã habenti prȩfertur, l.licet,7. C.h.t.

§ 6 Producitur etiam hæc regula, vt non modò priuatus hypothecarius prior priuato hypothecario poſteriori præferatur:verumetiam Reip. l.3.C.h.tit. &,quod magis eſt,etiam fiſco,l.8.J.h.tit. quemadmodum & fiſcus priuato, l.2. C.de priuil.fiſc. quamquã ſi quid debitor poſt contractum cum fiſco negociũ adquiſierit, fiſcus in iis rebus aliis omnibus creditoribus prȩferatur:quaſi videlicet ex fiſcali pecunia cõparatæ ſint,quod Principum conſtitutionibus inductũ eſt,l.ſi qui mihi,28.D.de iur.fiſc.ſed in reb.poſtea quæſitis,maior quȩſtio eſt. nam Vlp.in d.l.ſi qui mihi, fiſcum præferri ex Papiniani auctoritate reſpondet:idque ab Impp.conſtitutum fuiſſe.

§ 7 Scæuola verò in l.vlt.D.h.t.priuatum præfert. Vlpiani ſententia vera eſt. nam (vt dixi) hoc colore priuilegium iſtud fiſco tributum eſt, quaſi ex eius pecunia bona illa comparata ſint, vt de pupillo conſtitutum eſt,l.3.D.de reb.eor.qui ſub tut. l.7.J.h.tit.nec ab eo Scæuola diſſentit. non quia pupilli cauſſa illa eſt (vt vulgò Doctores tradunt)quaſi cùm duo priuilegiarij cõcurrunt,qui tempore prior eſt,iure potior eſſe debeat. nam priuilegium pupilli tutelæ actioni cohȩret,quæ perſonalis eſt:nec in hypothecariã,quæ realis eſt,valet,l.eos qui,9.C.h.t.& maximè Digeſtorum iure, quo pupillus tacitam hypothecam non habuit, ſed priuilegium dumtaxat. Prætereà Scæuola proponit nouationem voluntariam interueniſſe. at illa nouatione priuilegium nouatȩ actionis cum actione ipſa perimitur,l.aliam,29.D.de nouat. Quid igitur, ſi apud Vlpianum ſic legimus, CVM cum fiſco contraxerit? Sed hoc modo non ſatis, quæ dubitandi cauſſa ſubeſſe poſſet, intelligo: vt omittam, quòd *Contraxiſſet*, reponi oporteret. Videamus ergo, ne potius dicendum ſit, in Scȩuolæ quȩſtione bona poſt priorem hypothecam priuato conſtitutã adquiſita fuiſſe, antequam à fiſco pecunia mutua ſumeretur. quod illa Scȩuolæ verba demonſtrant: *In rebus, quas poſt priorẽ obligationem adquiſiit.* quaſi etiã adiecisſet, *ante poſteriorem.* nam in iis, quȩ poſt obligationẽ poſteriorem adquiſita ſunt, Impp. conſtitutionibus priuilegiũ fiſco tributum eſt. Quod dictum eſt de pignore conuentionali,idem etiam in prætorio & iudiciali locum habet.nam & qui conuentionale pignus prior adeptus eſt, ei qui poſteà prætorium pignus cõſecutus eſt,præfertur, l.ſi & iure,10.J.h.tit. viciſſimque cui prȩtorium, aut iudiciale pignus priùs conceſſum eſt, poſteriori cõuentionali antefertur, l.3.C. vt in poſ.leg. d.l.10. h.tit. Similiter quoque prætorium pignus antiquius iudiciali poſteriori prȩfertur, l.2.*D*.h.t.

§ 8 Poſtremò regula hæc tum in generali,tum in ſpeciali hypotheca locum habet:vt & generalis prior generali poſteriori prȩferatur, l. vltim. J. hoc tit.& ſpecialis prior ſpeciali poſteriori,l.diuerſis,9. C.eod. & generalis prior ſpeciali poſteriori, viciſſimq́. hæc illi, l.2.J.h.tit. l.6.C.eo. quamuis ergo prior creditor

A ex aliis rebus redigere ſuam pecuniam poſſit, tamen in arbitrio eius eſt,rem poſteriori ſpecialiter obligatam euincere,d.l.2.J.h.tit.niſi fortè primùm ſpecialiter quædam, pòſt generaliter omnia obligata ſint.tũ enim ſi ex ſpeciali pignore ſeruare ſuum poſſit, quia per ſpeciem generi derogatur, non præfertur, l.2.C. hoc tit.

§ 9 Hinc exoritur quæſtio,quid iuris ſit,de ea re, quæ tempore ſpecialis conuentionis in debitoris bo-
B nis non erat:quam tamẽ creditor ſpecialiter ſibi obligandam curauit,ſub condicione, ſi in debitoris dominium perueniſſet,vt in l.ſi fundus, 16.§.aliena,D. de pignor. nam hoc caſu videtur, priorem creditorẽ, qui generalem cõuentionem fecerat,præueniſſe. Sed hoc quoque caſu Regulæ locus eſt, quoniam vtriuſque iſtius creditoris hypotheca,in aliena re conuenta,non ex dominij adquiſiti,ſed ex cõuentionis tempore æſtimatur:quippe,cùm exſiſtente poſtea condicione retrò res obligata eſſe intelligatur, l. potiores,
C 11.J.h.tit.neque obſtat l.idémque, 7.§.vlt.J.h.tit. vbi creditores illi concurrere in pignore dicuntur:quoniam ibi agitur de creditoribus, quibus ſimul eodémque tempore res oppignerata eſt: vt ex initio legis intelligitur,

§ 10 Quod autem pertinet ad quȩſtionẽ peruulgatam, An is qui rem vẽdidit,& tradidit,cum pacto, vt ea res ſibi pignori eſſet,quoad ei preciũ ſolueretur, potior ſit illo, cui emtor prius omnia ſua & præſentia & futura bona oppignerarat: non dubitarem re-
D ſpondendum eſſe,potiorẽ haberi oportere:propterea quòd rei dominium non purè, ſed ſub hac condicione tranſlatum eſt, vt venditori tantiſper obligata eſſet:denique,cum ſua cauſſa rei dominium tranſiit, l. 1.§.vlt.& l.ſeq.D.de reb.eor.qui ſub tut.

§ 11 Poſtremò intelligendum eſt,priuilegium iſtud temporis ex dierum tantùm, aut menſium, non etiam ex horarum & momentorum ratione æſtimari. Itaque ſi pluribus eodem die res eadem oppignerata ſit, ſingulis in ſolidum oppignerata eſſe intelli-
E gitur: neque alter altero potior habetur, l.ſi fundus, 16.§.ſi duo, D.de pign. quod rectè Conſtantinus interpretatus eſt lib.3.t.5.

§ 12 Deinceps de cauſſa videamus.nam cauſſa potior creditor dicitur,qui propter debiti ſui titulũ aliis præfertur,quamuis tempore ſit poſterior.quo in numero primum fiſcus locum obtinet. nam eius hæc priuilegia numerantur, vt tacitæ hypothecæ ius habeat,l.2.C.in quibus cauſ.pign.ac proinde chirographariis omnibus creditoribus prȩferatur,etiam anti-
F quioribus, l.2. C.de priuileg.fiſc.vt hypothecariis omnibus præferatur,qui modò antiquiores non ſint,l. eos qui,9. C.h.t.adeò vt ſi creditores priores egerint, pecuniámque acceperint,eam fiſcus auferre illis poſſit,l.pecunia,5.C.de priuil.fiſc. Secundus in priuilegiis locus mulieri tribuitur. Nam in exactione,aut perſecutione dotis,eiúſve augmenti, creditoribus omnibus,quamuis antiquioribus,& tacitã hypothecã habentibus,præfertur,l.cùm tibi, 10.l.vlt.C.h.t.quãquam ſi fiſcus creditor prior ſit, prior eius tacita hy-
G potheca dotali poſteriori præfertur, l. 2. C.de priuil. fiſc. At in exigenda donatione propter nuptias, mulieris cauſſa potior non eſt:vbi de lucro nuptiali agitur,cùm in dote de rei ſuȩ damno euitando agatur,d. l.vlt.C.h.t.Secundò numeratur is,qui ad funus mortuo faciendum,pecuniam credidit, l.pen.D.de relig. l.4. C.de pet.her. Tertiò, qui ad redimendum ſeruum ab hoſtibus captum credidit, cùm is ſeruus

prius alicui obligatus eſſet, l. in bello, 12. §. ſi pignori, D. de captiu. Quartò is, cuius pecunia res conſeruata eſt: veluti domus refecta, l. 6. ff. h. t. l. creditor, 25. D. de reb. cred. l. 1. D. de poſſeſſ. bon. quod priuilegium probabile eſt ex eo S.C. natum eſſe, de quo in l. 1. D. in quib. cau. pign. Item is, cuius pecunia merces alij obligatæ, conſeruatæ ſunt: vtpote quòd naulum ſoluerit, ne committerentur. d. l. 6. vbi pro Sibi, corrigendum eſt Alii. Item qui ad nauem armandam, aut reficiendam, credidit, l. 5. eod. atque ad emendam, extruendam, reficiendã, l. quod quis, 34. D. de reb. auct. iud. poſſ. Denique, ad quamuis aliam rem emendam: ſi modò nominatim conuenerit, vt ea creditori obligata eſſet. nam hæc cauſſa tempore potior eſt, l. licet, 7. C. h. tit. Pupillis tamen, quorum pecunia res emta eſt, nõ modò priuilegium in expreſſa hypotheca, verumetiam ius tacitæ hypothecæ, conceditur: vt eodem loco diximus, ex l. idémque, 7. ff. h. tit. Poſtremò cauſſa inter creditores potior eſt, qui publico inſtrumento ſibi cauit, cùm alius priuatam tantùm cautionem habeat: niſi fortè hæc trium idoneorum teſtium ſubſcriptione confirmata ſit. l. ſcripturas, 11. C. qui por. Atque hæc quidem de concurſu pignorum, quæ generis eiuſdem ſunt.

§ 13 Proximum eſt, vt de concurſu pignorum, quæ ſunt diuerſi generis, diſſeramus: nimirum cùm aliud eſt conuentionale, aliud prætorium, aliud iudiciale. quibus caſibus, huic quoque priuilegio locum eſſe conſtat.

§ 14 Ergò, quemadmodum ſuprà diximus, in cõuentionali pignore, non eum qui prior credidit, ſed eum, qui pignus hypothecámve accepit, potiorẽ eſſe: ſimiliter in concurſu pignorum iudicialium, nõ qui prior ſententiam obtinuit, vtique potior eſt: ſed is, qui prior, ex iudicati cauſſa, pignus accepit, l. ſi & iure, 10. ff. h. tit. l. 1. & paſſ. C. ſi in cauſ. iud. l. inter, 19. l. in iudicati, 61. D. de re iudic. quoniam, vt ait textus, ſibi vigilauit, l. 6. §. ſciendum, l. pen. D. quæ in frau. cred. Alia eſt cauſſa pignoris prætorij: cui tamen hodie, ex Iuſtiniani inſtitutione, hypothecaria formula adcõmodata eſt, l. vlt. C. de præt. pign. Nam vbi plura pignora prætoria cõcurrunt, tum ea, vel ex eodem edicto, vel ex diuerſis cõcurrunt. Si ex eodem, qui prior in bonorum poſſeſſionẽ miſſus eſt, poſteriori nõ præfertur: quia nõ ſibi, ſed æquè omnibus poſſidet, l. cùm vnus, ff. de reb. auct. iud. poſſ. qua de cauſſa, miſſionis effectus omnib. prodeſſe dicitur, l. cuius effectus, 148. D. de reg. iur. veluti cùm plures legatarij, legatorũ ſeruãdorũ cauſſa, in poſſeſſionẽ miſſi ſunt, par omnium condicio eſt: quoniã qui mittitur, mittitur, nõ vt ius in rem adquirat, ſed vt bona cuſtodiat, vt quaſi quidẽ heredis cuſtos ſit, l. 5. in prin. & §. qui prior, D. vt in poſſ. leg. Eadémq. ratio eſt edicti de damn. inf. nam ſi vnus ex vicinis, ex primo decreto, miſſus ſit, is ſimul cum domino poſſidebit, l. 7. D. de dam. inf. Sin ex ſecũdo, quo caſu dominium adquirit, tũ in domini locum ſuccedit, ac proinde alteri vicino cauere cogitur. l. ſi finita, 15. §. Iulianus, cum §. ſeq. illo tit. Similiter, cùm multi creditores rei ſeruandæ cauſſa in poſſeſſionẽ mittuntur, par idémque ius eſt omniũ. Neq. enim ſibi ſoli, ſed æquè omnib. in poſſeſſione eſt: qđ & Prætoris verba demonſtrant, quæ in rem cõcepta ſunt: In poſſeſſionẽ iri, bona poſſideri vẽdiq. iubebo, l. 2. l. 7. D. quib. ex cau. in poſſ. Sed hæc quidem hactenus. nam huic diſputationi locus eſſe non poteſt in cauſſa pignoris, ventris nomine, quoniam vnus venter, vna prægnans eſt, vt concurſus in illo præto- A rio pignore eſſe non poſſit, l. 1. & paſſ. D. de vent. in poſſ. Sin autem de diuerſis agatur, vix eſt, vt hoc caſu pignorum concurſus fiat: præterquam in cauſſa damni infecti, in qua vicinus priorem quẽque miſſum in poſſeſſionem, expellere poteſt, ſi damni infecti non caueatur.

§ 15 Pignus rei ſeruandæ cauſſa, vix eſt, vt cum pignore legatorum cauſſa concurrat: tum enim huic locus eſt, cùm heres exſtitit, à quo legata & fideicommiſſa deberi poſſunt. quo caſu, hereditas ſuum B defenſorem habet: nec vllus pignori rei ſeruandæ locus relinquitur. Sin hereditas non adeatur, nullus ſeruandorum legatorum cauſſæ pignori locus eſſe poterit. Eadem ratio eſt pignoris rei ſeruandæ cauſſa, & pignoris ventris nomine. Nam miſſio in poſſeſſionem ventris nomine, vicem obtinet poſſeſſionis contra tabulas. Quare venter cui curator datur, vicem bonorum poſſeſſionis obtinet: ac proinde heredis. qua de cauſſa, defuncti hereditas defenſore non caret. Similis quoque ratio eſt pignoris ſeruando- C rum legatorum cauſſa, & pignoris ventris nomine. Nam cùm miſſio ventris vicem bonorum poſſeſſionis contra tabulas obtineat, legatorum petitioni locus eſt nullus. Nam iſta poſſeſſione, tabulæ teſtamenti euertuntur, & ſimul omnia, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, cõcidunt, neque quidquam ex eo debetur.

§ 16 Deinceps de diuerſi generis pignoribus, in quibus concurſus eſt, videamus. Nam ſi cõuentionale cum iudiciali concurrat, eadem iuris ratio eſt, quæ D in pluribus conuentionalib. aut iudicialibus: vt prior poſteriori præferatur. Itaque ſi res iam antea oppignerata, ex iudicati cauſſa capiatur, prius dimittendus eſt creditor: ac tum ex eo quod ſupererit, ei qui ſententiam obtinuit, ſatisfiet, l. à diuo Pio, 15. §. quòd ſi res, D. de re iud. Quod idem ex contrario traditur in l. ſi & iure, 10. ff. h. t. Similiter addendum eſt, ſi iudiciale pignus cum prætorio concurrat, excepta tamen damni infecti cauſſa. nam ſi cui res oppignerata eſſet, antequam creditores alij rei ſeruandæ cauſſa E in debitoris bona mitterentur, qui prior iudicatum pignus cepit, aliis præfertur, ſi quis, inquam, ceteris diligentior, priuſquam creditores mitterentur, pecuniam ſuam exegerit, res ei à ceteris poſtea miſſis auferri non poterit, quia nulla eis iniuria facta eſt, l. 3. §. ſciendum, l. ait Prætor, 10. §. ſi debitorem, D. quæ in fr. cred. Similiter ſi iudiciale pignus cum pignore prætorio legatorum ſeruandorum concurrat, qui prior eſt, poſteriori præfertur. Itémque ſi legatarius prior legatorum ſeruandorum cauſſa miſſus fuerit, F pòſt verò iudicati cauſſa creditor alius pignora velit capere: legatarius enim præfertur, l. 2. C. qui pot. Diuerſa cauſſa eſt, vbi vel iudiciale, vel conuentionale cum prætorio concurrit: quoniam ſi vni creditori prius oppignerata res fuerit, quàm alij in poſſeſſionem mitterentur, eodem iure eſt, quo eſſet, ſi ex iudicati cauſſa pignus cepiſſet: quippe qui etiam priuilegiariis omnib. præferatur, l. eos qui, 9. C. qui pot. &, ſi poſt miſſionem legatorum cauſſa heres creditori ſuo rem obligauerit, pignus prætorium legatorum cauſſa, pignori conuentionali poſtea contracto, po- G tius eſt, l. 3. C. vt in poſ. le. ſer.

§ 17 Excipitur etiã in hac cauſſa miſſio dãni infecti. nã ſi ædes ruinoſæ alicui oppigneratæ fuiſſent, ſi creditor damni infecti vicino cauere nolit, priuabitur ſuo pignore, vel ei actio hypothecaria denegabitur. l. his qui, 12. l. ſi finita, §. ſi qua ſunt, D. de damn. infect.

Nec obſtat l.cùm poſtulaſſem,44.§.1.eo.t. vbi creditor,cui ædes ruinoſæ oppigneratæ fuerant,vicino in poſſeſſionem miſſo refectionis ſumtus offerens,dicitur rectè pignus ædium perſequi.nam ædes ruinoſæ, per Seruianum edictum,nexu pignoris liberatæ non ſunt. cùm enim in poſſeſſionem miſſi in dominium tranſeunt,illud cum ſua cauſſa adipiſcuntur.ſed creditor ſumtus refectionis offerre debet:quià tanti intereſt vicini miſſi, non pluris. Sin ædes refectæ non ſint, creditori pignus perſequenti, Seruiana denegatur,ſi non ſatiſdet.

§ 18 Supereſt, vt ſecùndam Rubricæ partem exponamus, de iis, qui ex aliena perſona & per ſucceſſionem potiores efficiuntur, in quo diſtinctio hæc adhibenda eſt. Nam prior creditor dimittitur,aut ex debitoris ipſius pecunia,aut ex poſterioris creditoris, aut ex tertij alicuius extranei.Si debitoris pecunia dimittatur,pignus ipſo iure liberatur ab illo creditore:neque quiſquam alius in prærogatiuam ipſius ſuccedit,l.ſolutam,49.D.de ſolut.Sin autē poſterioris creditoris pecunia dimittatur, quod fit non modò ſolutione,verumetiam oblatione,obſignatione,& depoſitione:tum poſterior in ipſius prioris prærogatiuam ſuccedit : proptereà quòd non tam ipſam rem,quàm ius prioris emiſſe videtur,ac ſibi pignus confirmaſſe: vt iam non modò pecuniam quam credidit, verumetiam quam prior crediderat, petere à debitore cum vſuris poſſit, l.ſecundus,22.C.de pign. l.1.l.5.C.h.tit. l.potior,11.§.vlt. ꝑ.eod. Quòd ſi extranei pecunia dimiſſus eſt, tria requiruntur ad ſucceſſionē. primùm, vt ad pignus liberandum pecuniam credat : deinde, vt de ſuccedendo paciſcatur:poſtremò,vt ea pecunia ad illum creditorem perueniat, l.3.D.quę res pig.vel hyp.l.1.C.de his qui in prior.cre.l.creditor,12.§.à Titio,ꝑ.h.tit. Aut ſi extraneus ille ſoluens, impetret ab eo,cui ſoluit,vt ſibi ius pignoris cedat,l.mulier,19.ꝑ. h.t.Succeſsionis autē hęc vis eſt. primùm,vt qui ſuccedit, non tantùm in ea quantitate, quam debitori crediderat, prærogatiuam habeat, verumetiam in ea tota,quam priori perſoluit,l.creditor,§.ſciendum,h. t.d.l.ſecundus,22. C. de pignorib. deinde, vt ſi prior vendendi pignoris ius habuerit, ipſe quoque ius illud habeat:quamuis prius illud non habuerit, l.3.D. quæ res pign.

DE DISTRACTIONE PIGNORVM ET HYPOthecarum.

TITVLVS V.

1 *Diſtrahendi verbum auctionum proprium.*
2 *Non modò creditori,ſed & debitori ius vendendi pignoris competit.*
3 *Ordo Rub.in diſquiſitionem vocatus.*
4 *Ius diſtrahendi creditori competit, aut ex pacto:vbi agitatur quæſtio l.4.& l.8.§.pen.D.de pig.act.*
5 *Aut ex lege,aut ex neceſſitate.*
6 *Ius offerendi quid ſit:& quid à iure ſoluendi differat:*
7 *Quænam in pignorum diſtractione requirantur:primùm denunciare vt ſoluant debitores:*
8 *Deinde,vt pignora proſcribātur:vbi de programātis.*
9 *Antiquo iure annua proſcriptione pignoris opus erat: nouo,biennium,& item alterum biennium debitori conceditur.*
10 *Creditor autem aut iure communi vendit, aut iure proprio.*
11 *Si res euicta ſit, an debitor liberetur, ad l.9.& l.12.§. 1.D.h.t.*
A 12 *An etiam à debitore vendi pignus poſſit ; vbi diſtinguendum inter generalem & ſpecialem hypothecā.*
13 *Valedne pactio,ne debitori rem obligatam vendere liceat.vbi de ſcriptura l.7.§.vlt.D.h.t.ambigitur: & idem ille §.plenè expoſitus.*

POTISSIMVM ius pignoris, ſub Rubrica prima docuimus eſſe, creditoris cautionē: cui conſultum eſt, non modò retinēdi iure, (nam poſſeſſio in hypotheca non tranſ-B fertur) ſed multò magis iure diſtrahendi, ſi debitor fruſtretur, neque pignus luat : quod ius diſtrahendi, Commodum pignoris appellatur,l.8.ꝑ.h.t.

§ 1 Eſt autem Diſtrahendi verbum auctionum proprium, in quibus varij emtores, varias in partes, res venales diſtrahunt. vnde ſectionis verbum in auctionibus proprium. Pignora autem & hypothecæ, non niſi conſtituta & proſcripta auctione, venduntur,l.4. C.h.t. l.3.in prin. C.de iu.dom. imp.l.6.C.de remiſſ.pig.quamquam intelligendum eſt,pignus vē-C di non modò à creditore,verùm etiam à debitore:ſed de debitore poſterius ſuo loco diſſerendum erit.

§ 2 Nunc enim de creditore dicendum eſt:cui nō modò ius diſtrahendi rem pigneratam,ſed etiam poteſtas vendendi ius ſuum,hoc eſt, cauſſam pignoris, competit:inter quę multū intereſt.nam qui ius ſuum vendit, nihil niſi ius retentionis aut perſecutionis, quod ex contractu habebat, in emtorem transfert. qua de cauſſa, reuocari res ab alio multis caſibus poteſt.qui verò rectè atque ordine pignus diſtrahit, ius D omne reuocandi & recuperandi exſtinguit, l.2.C.ſi antiq.cred.l.7.§.1.ꝑ.h.t.l.qui à creditore,8.C.eod.Prętetea ius pignoris priuata pactione venditur : veluti, cùm poſterior priori ſoluit, & in ipſius ius ſuccedit: quod ſuperiore titulo dictum eſt. At res pignerata, non niſi publica auctione diuendi poteſt : vt modò diximus.

§ 3 Quod cùm ita ſit,cùm,inquam, ſub hoc titulo & de iuris, & de pignoris venditione agatur, dubitari poteſt:ſatiſne commodè Tribonianus ſimpli-E citer ita titulum hunc inſcripſerit : De diſtractione pignorum. Verùm vtvt ſit, iſta diſtrahendi poteſtas, quæ creditori competere dicitur, non tantùm de pignore, cuius apud illum poſſeſſio eſt, intelligi debet, verumetiam de hypotheca : ſi modò prius in ea obtinenda & occupanda, eius, qui iuriſdictioni præeſt, auctoritate vtatur:l.ſi in hoc,14.C.h.tit.l.3.C.de pig. ſed planius in l. pen. C. de pign. act. vbi ea de re tractauimus.

§ 4 Porrò ius iſtud diſtrahendi creditori compe-F tit aut ex pacto, aut ex lege, aut ex neceſſitate iuris. Ex pacto competere dicitur, cùm in contractu conuenit,vt ſi debitor fruſtretur, nec ſoluat, tum ei vendendo pignore ſibi conſulere,ac ſuum ſeruare liceat, l.& ſi is, 10.ꝑ.h.tit.quod idem ius conuentionis appellatur, in l.3. eod. Itémque ius proprium, ſiue ius creditoris, l. ſi mandatu, 59. §. creditor, D. mandat. Sed vtrùm illa pactio diſtrahendi, nominatim in cōtrahendo pignore exprimenda ſit,an tacitè ineſſe intelligatur,magna quęſtio eſt.nam Vlpianus in l.4.D. de pig.act.perſpicuè ſcribit, quamuis id non conue-G nerit, hoc tamen iure nos vti, vt diſtrahere liceat, ſi modò non conuenerit,ne liceat:in eamq́.ſententiam Alex.Imper.reſcripſit,idq́.ius cōmune appellat,l.1.C. de pact.pig. Cōtrà tamen apertè Iulianus ſcribit,creditorē,qui,cùm id nō cōueniſſet,vendidit,furti obligari,l.ſi is qui,73.D.de furt. Sed & Pōponius,pactionem de vendendo pignore in rem concipiendā eſſe, ſcribit,

ſcribit, quaſi neceſſariam, l.8.§.penult.D.de pig.act. Eámque ſententiam Paullus adſiduus ferè Vlpiani aduerſarius,amplexus eſt, l.3.D.quę res pig. vbi ſcribit,eos qui pactum illud omiſerunt, agere hoc videri,ne vendere liceat:itémque lib.ſent.2.t.5.vbi ait,creditorẽ,qui pignus ſibi ſimpliciter,id eſt,ſine illa vendendi conuentione, depoſitũ vendere vult,ter debere prius id debitori denunciare. Veriorem tamen Vlpiani ſententiam idcircò eſſe arbitror, quia pactum illud de vendendo vſitatum erat: qua de cauſſa, vulgare appellatur in l.3. C.de pign. act. Quę verò ſunt moris & conſuetudinis, in bonæ fidei iudiciis veniunt, l.quòd ſi nolit,31.§.quia adſidua,D.de ædil.ed. qua de re dictum eſt ſuperius ſub Rub.in quib.cauſ. pig. Itaque ius illud ab Imperatore confirmatum eſt in §.2.Inſt.quib.alien.lic.vel non.

§ 5 Ex lege verò,pignoris diſtrahendi ius competere dicitur, cùm aut nihil nominatim de eo cautum eſt, aut etiam cautum, ne liceat, l.4.D.de pig.act.l.3. D.quę res pign.Inter illa autem duo iura hoc intereſt,quòd cùm ex pacto pignus venditur, ſatis eſt debitori ſemel denunciare, niſi ſatisfaciat, fore vt pignus vendatur,idque,ſi licebit,teſtatò,l.4.C.de diſtr. pig. l.debitoribus,18. C.de adm.tut. Cùm autem aduerſus pactum venditur,tribus denunciationibus eſt opus, l.4.D.de pig.act. & apud Paul.lib.Sent.2.t.5.§. 1.Ex neceſſitate, ſiue ex auctoritate iuris venditio fit, cùm creditor non ſponte legem pignoris exercet,ſed officio iudicis,cogitur pignus in alium, qui ius offerendi habuit,transferre, l.2.D.h.tit. de quo iure offerendi,pauliſper differendum eſt.

§ 6 Ergò ius offerendi, eſt, propter quod oblata creditori pecunia, pignus vel domino reſtituitur,vel à potiore in poſteriorẽ transfertur,vel poſſeſſori non euincitur. Ac ius quidem offerendi à iure ſoluendi hoc differt:quòd ius pro alio etiam inuito,ſoluendi,cuilibet,etiam qui in re ius nullum habet,competit:ac proinde cuilibet debitori liberationem parit,l. ſoluere,53.D.de ſolut. At ius offerendi is demum habet, qui ius aliquod in rem habet:vel dominium ſcilicet, vel pignus, vel certè poſſeſſionem. Qui dominium habet,hoc eſt,vel debitor, vel alius, qui pro eo rẽ ſuam obligauit,ius offerendi habet, vt liberam rei adminiſtrationẽ conſequatur, eáq.oblatione, venditionẽ impedit,l.5.& l.8.C.h.tit.quia per oblationem pignus luitur,l.6.§.1.ȷ̃.t.prox.Qui pignoris vinculũ habet,hoc eſt, vnus aliquis è creditoribus, offerendi quoque potiori,ius habet, l.5.ȷ̃. h.t. l.ſecundus,22.C. de pig.quo caſu etſi emtionis titulo dominiũ adquirit,tamen quia non tam dominij adquirendi, quàm ſeruandi ſui pignoris cauſſa pecuniam dedit, debitor oblata ei pecunia recuperare ſuam rem poteſt, l.5.§. 1.& l.6.ȷ̃.h.t. Similiter ſi fideiuſſor à creditore cõuentus ſoluat, & à iudice impetret, vt emtionis titulo prædium poſſideat, nihilominus alter creditor poſterior ius offerendi, & recuperandi pignoris habet,l.2. ȷ̃.h.t.Poſtremò,qui pigneratam rem poſſidet, quantumuis extraneus ſit,tamen ſi Seruiana actione conueniatur, ius offerendi habet:non quidem vt pignus in ſe transferat,ſed ne ſibi poſſeſſio auocetur. l.Paullus, 12.§.1. ȷ̃.tit.proxim. l. ſi fundus, 16. §. in vindicatione,D.de pign. l.mulier.19.D.qui pot.in pig. Qui verò neque dominium, neque pignus, neque poſſeſſionem habet,is offerendi ius non habet:ſiue debitor ſit ipſe,pro quo alius rem obligauit: ſiue alius,vt fideiuſſor.Nam ſi debitor offerat,atque etiam ſoluat, tantùm parit domino liberam rei vindicationem,

A vel pigneratitiam actionem.denique,ſeſe tantùm,& rem obligatam liberat. Similiter fideiuſſor, ſi offerat & ſoluat,magis hypothecam liberat,quàm hypothecam in ſe transfert.quòd ſi fideiuſſor à creditore conueniatur, & ſoluendo,pignora ſibi reſtitui poſtulet, non quidem vltrò ius offerendi habet, ſed tamen iudicis officio conſequitur, vt in ſe res emtionis titulo, & ius pignoris transferatur,l.2.ȷ̃.h.t.l.2.C.de fideiuſ. quo tamen caſu, debitor & ius offerendi, & oblata pecunia reuocandæ rei facultatem retinet:propterea.

B quòd fideiuſſor non tam transferendi pignoris cauſſa id fecit, quàm vt emtionis titulo rem poſſideret, d.l.2.ȷ̃.h.tit. nam officium iudicis, auctoritatem iuris habet, l.non quidquid, 40.D. de iudic. Sicuti autem non cuiuis offerendi ius competit, ita nec cuiuis offerri poteſt. creditorem enim eſſe oportet, cui pecunia offertur: quia oblatio pro ſolutione eſt, l.9. C.de ſolut.

§ 7 Proximum eſt,vt quæ in pignorũ diſtractione requirũtur,videamus. Primum eſt,vt debitoribus

C denuncietur vt ſoluant,quemadmodum ſuperius dictum eſt. De ſolutione hoc ius eſt:primum,vt plena & perfecta præſtetur: quoniam ius pignoris indiuiduum eſt, l.6.C.h.t.l.in exſecutione, 85.§.pen.D.de verb.obl.l.2.C.debit.vend.pig. Itaq.nec debitor,nec vnus ex ipſius heredibus ſolutionis partẽ,etiam multò maximam,offerens,impedire venditionem poteſt, l.vnus,16.C.h.t.l.1.& l.2.C.de luit.pig.l.ſi neceſſarios, 8.§.ſi vnus,D.de pig.act.Quinetiam ſi plures res oppigneratæ ſint, tamen creditor, niſi toto accepto,

D quantum debetur, partem ex his liberare non cogitur,l.qui pignori,19.D.de pig. Solutio autem nõ tãtùm in pecunia numerata,verùm etiam in fructuum perceptorum compenſatione conſiſtit,l.1.C.h.tit.l.ſi dominium,9.C.de pig.l.2.& l.3.C.de pig.act. Sed & oblatio legitimè facta ſolutionis vim obtinet. l.9.C. de ſolut.eáque pignoris venditionem impedit.l.5. & l.8.C.h.t.

§ 8 Secundum eſt, vt ceſſantibus ac fruſtrantibus debitoribus, creditores non quidem addici ſibi bona

E debitoris poſtulent,l.pro debitore, 6.C.de bon.auct. iud.poſſ.ſed vt pignora proſcribãt, olim per annum, nouo iure per biennium,l.3.C.de iure dom.imp.nam proſcriptio neceſſaria eſt,l.4. C.h.t. eáque programmata nominantur in l.6.C.de remiſſ.pig. hoc eſt, libelli publicè propoſiti, quibus palàm denunciatur, Certarum rerum auctionem certo die futuram, vti patet ex orat.Ciceronis pro Quinctio.Eáque proſcriptio,apud creditores,pro denunciatione valet, l.6.&

F l.8.C.de remiſſ.pig. Notandum eſt etiam,in libellis & programmatis nomen debitoris,cuius res proſcribebantur,apponi ſolitum,l.item apud,15.§.ſi quis bona,25.D.de iniur. Cõſtituta auctione,requiritur primùm,vt bona fide & ſine dolo malo venditio fiat.l.1. l.3.C.ſi vendi.pig.ag. vt ne vẽditor viliori precio rem vendat per fraudem, alic qui quanti debitoris intereſt,præſtabit,l.7.C.h.t.l.1.l.3.l.4.C.ſi vend. pig.ag. Item vt neque creditor ſibi rem addicat: neque per ſuppoſitam perſonã emat:niſi fortè id ei debitor permittat: quia ſine ipſius permiſſu ſubeſſe fraus præſu-

G mitur.l.& qui,10.C.h.t.& apud Paul.lib.2.tit.13. §. ſi per ſuppoſitam. Quòd ſi dolus in diſtractione interceſſiſſe probetur,tum debitor,vel cum creditore agere pigneratitia poterit, vel ab emtore illud euincere, reſtituendo ei ſortem & vſuras,l.4.C.ſi vend. pig.ag. l.emtor.65. D. de rei vind. Ex contrario ius hoc creditori competit, vt ſi plures res ei obligatæ fuerint,

in arbitrio eius ſit, non modò quas volet, ſed etiam omnes, ſi volet, diſtrahere, dumtaxat vſque ad debiti ſui quantitatem, l.8.ꝫ.h.t. Quòd ſi conſtituta auctione, aut nullus, aut non idoneus emtor reperiatur, tum inſtitutum fuit, vt creditor à Principe poſtularet, vt eam rem ſibi dominij iure habere, poſſidere, liceret, l.3.C.ſi in cauſ.iud.pig.l.debitor,59.D.ad Treb.

§ 9 Sed hac in re multùm inter antiquum & nouum ius intereſt. Nam antiquo iure annua proſcriptione pignoris opus erat: vt ſi nemo accederet, tum ius dominij à Principe impetrabatur, l.eleganter,24. D.de pig.act.l.ſi is qui,63.§.vlt.ꝫ. de adq.rer.dom. At nouo Iuſtiniani iure, debitori poſt damnationē aut denunciationem non ſoluenti, biennium tamen ad luendum pignus conceditur, neque prius creditori pignus vendere permittitur. Poſt bienniū, quo proſcriptio durauit, ſi emtor non reperiatur, à Principe ius dominij poſtulat: quo tamen impetrato, alterum debitori biennium ad ſuum pignus liberandum conceditur, l.3.C.de iure dom.imp. Deinceps de iure venditionis videamus: in quo hęc diſtinctio adhibenda eſt.

§ 10 Nam creditor aut iure communi, aut iure proprio vendit, l.ſi mandata,59.§.creditor,D.mandati. Iure cōmuni vendere creditor dicitur, qui nō tamquam creditor rem pigneratam, ſed tamquā quilibet dominus rem ſuam vendit. quo caſu ea omnia emtori prȩſtare debet, quæ iure communi continentur: vt poſſeſſionem vacuam emtori tradat, l.pe.D.h.t.l.qui prædium,13.C.eod. vt dolum, & euictionem, & habere licere emtori præſtet, l.1.D.de rerum permutat. Iure autem proprio vendita res dicitur, cùm tamquā iure pignoris rem alienam, ſed ſibi oppigneratā vendit: quo caſu, quattuor hęc implere cogitur: rem ſibi obligatam, & ſe in cauſſa pignoris eſſe potiorem, l.1. C.credit.euict.pig. & dolum abeſſe, quia rem debitoris eſſe credat: poſtremò, ſibi licere rem vendere, vel ex pacto, vel ex lege: id eſt, ſine pacto, l.2.C.cred.euict. pig. neque euictionem præſtare cogitur, l.& ſi is,10. ꝫ.h.t.l.ex emto,11.§.ſententiam,D.de act.emt. l.1.C. cred.euict. Re tamen euicta, emtori eam actionem, quam aduerſus debitorem habet, pręſtare cogitur: id eſt, contrariam pigneratitiam, l.in creditore,38.D.de euict. Quòd ſi rectè atque ordine res diſtracta eſt, iuſtum plenúmque rei dominium in emtorem transfertur, l.qui à creditore,18.C.h.tit. l.4. D.de pig.act. adeò vt emtori etiam aduerſus debitorem poſſidentem, rei vindicatio competat, l.obligatis,15.eo. Sin autem iure pignus non valuit, veluti à muliere conſtitutum, alienatio nulla eſt, l.quia nullum,40.D.de rei vindicat.

§ 11 Quòd ſi euicta res ſit, quæſitū eſt, an debitor liberetur: quandoquidem, vt ſi rem alienā ſoluendo, nō liberaretur, ita quia rem alienam pignori dedit, liberari poſſe non videtur: ſed quoniam ea pecunia auferri creditori non poteſt, melius eſſe, vt reo proficiat ad liberationē, quàm vt creditori lucro cedat, l.quæſitum,9.l.reſcriptum,12.§.1.ꝫ.h.t. Atque hæc quidem de diſtractione pignorum à creditore facta.

§ 12 Nunc videndum eſt, an etiam à debitore vendi pignus hypothecáve poſſit, in quo primùm diſtinguendum eſt, vtrum generalis, an ſpecialis hypotheca ſit. Nam ſi generalis fuit, non modò ſine expreſſa creditoris voluntate vendere debitor pignus poteſt, verùm etiam liberam & ſolutā ab omni obligatione rem in emtorē transfert, quaſi tacitè id permiſerit, l.3.C.de ſer.dat.pig. Sin aūt ſpecialis hypotheca A ſit, tum ſciente quidem & conſentiente creditore ſimiliter & venditio valet, & libera res in emtorem transfertur: quoniā creditor venditioni conſentiens, pignus remittere intelligitur, l.4.C.de remiſſ.pig. At inſcio creditore facta venditio, rata quidem, & firma eſt, propterea quòd rei dominium penes debitorem manſit, l.pignus,8.C.de pign.act. ſed venditor furti obligatur, qui & rem alteri nexam inuito creditore contrectauit, & duriorem ipſius condicionem fecit, translata re in poſſeſſorem potentiorem, aut litigio- B ſum, l.ſi is qui rem,66.D.de furt.l.1.D.de alien.mut. iud. Præterea res cum ſua cauſſa & onere in emtorem tranſit, l.ſi debitor,12.C.h.t.l.ſi conuenerit,18.§. ſi fundus,D.de pign.act.l.debitorem,15.C.de pign.l. res pignoris,10.C.de remiſſ.pign. Quemadmodum autem ſup.diximus, creditorem ſine debitoris permiſſu emere rem oppigneratam non poſſe: ita nec debitor ſine creditoris voluntate retinere rem illam poteſt, l.ſicut,8.§.ſuperuacuum, D. quibus mod. pign.ſol.

C § 13 Hinc exoritur quæſtio, valeátne pactio, ne debitori rem obligatam vendere liceat. Nam iſto iure, non modò pactio, ne inuito vicino prædium alienare liceat, non valet: l.pen.D.de pact. verùm ne prohibitio quidem à teſtatore facta, niſi alicuius interſit, l.filiusfamilias,114.§.diui,11.D.de leg.1. quippe cùm iuri publico contraria ſit, quo ciui Rom. patrifam. qui ſui iuris eſt, plenum ius dominij ſuis in rebus permiſſum eſt, liberáque & infinita earum adminiſtratio, niſi nominatim ei lege interdicta ſit: vt in D prodigo, l.1.D.de cur.fur. quamquam nouo iure valere illa pactio iubetur, l.vlt.C.de reb.al.non alien.l. vlt.C.de pact.inter emt. Sed ante illam conſtitutionem, quaſi contra ius publicum poſita illa debitoris pactio videbatur: vt ait l.7.§.vlt.ꝫ.h.tit. vbi tamen Marcianus concludere dicitur, nullam eſſe venditionem, vt pactioni ſtetur. Sic enim Bartolus ſcriptum in Pandectis Floren. teſtatur: cùm ex facto de hac quæſtione conſultus, propter Baldi diſputationem, qui CONVENTIONEM legebat, ad libros Piſanos, tā- E quam ad Sybillinos, miſiſſe dicitur: & hanc quoque ſcripturæ varietatem Accurſius commemorat. Quātum ad ſcripturam Baldi, mihi non dubium eſt, quin repudianda ſit. neque enim tam ineptè Marcianus loquutus eſt, vt diceret, nullam eſſe conuentionem, vt pactioni ſtetur. Quantùm autem ad Bartoli & Florent.librorum ſcripturam, videamus, ne ſatis cōſtare non poſſit. Primùm, quia nulla venditio ea demum dicitur, per quam nihil agitur: id eſt, non modò, quæ ad transferendum dominium non valet, ſed F ne ad vllam quidem obligationem. Nam aliud eſt venditionem valere, aliud dominium transferri, l.4. D.de pign.act. veluti cùm dicitur venditio à prodigo facta, nulla eſſe, hoc ſignificatur, non modò dominium non transferri; ſed ne venditorem quidem obligari, l.6.D.de verb.obl. Aut cùm rei ſacrę, ſanctę, religioſæ nulla venditio eſſe dicitur, ſi emtor ſcierit, l.4.l.5.l.6.l.hanc legem,22.l.ſi in emtione,34.§.1.D. de contrah.emt. Aut rei, quæ in rerum natura non eſt, l.& ſi,15.eo. Aut cùm in materia erratur: vt ſi æs G pro auro venierit, l. in venditionibus,9.in fi.vel in ſexu, cùm mulier pro puero vendita eſt, l.alioquin,11. eod. Aut cùm liber homo ignoranti venditur, l.4.l. liberi,70.D.de contr.emt. Significatur enim neutra ex parte obligationem contrahi: hoc eſt, neque emtorem ad præſtandum precium teneri, neque venditorem, vt præſtet rem emtori habere licere: vt de rei

ſuæ em-

ſuæ emtione dicitur in l.ſuæ rei,16.j.eo.aut id, quod eius intereſt,l.qui officij,62.§.1.j.eo. Atqui tantum abeſt, ſi debitor contra pactionem, aut contra creditoris voluntatem pignus vendiderit, vt nihil agatur, vt non modò vtrimque obligatio contrahatur; verũ etiam rei dominium in emtorem (cum ſua tamen cauſſa) transferatur: quod apertiſſimè traditur in l.ſi debitor,12.C.de diſtr.pig.& l.pen.C. de remiſſ. pign. cùm nihilo minus tamen furti obligetur, vt ſuperius dictum eſt, ex l.ſi is qui rem, 66.D.de furt.de obligatione dubium nemini eſſe poteſt, cùm etiam rei alienæ venditio in id valeat, vt venditorem emtori in id, quod ſua intereſt, habere licere obliget, l. rem alienã, 28.D.de contr.emt. Itémq; rei ſacræ, ſanctæ, religioſæ, & hominis liberi, d.l.4.5.6.eod. De dominio verò probari ſic poteſt: quia cùm pignoris dominium penes debitorem manſerit, vt iam ſæpe dictum eſt: per traditionem rei venditę dominium, quod penes venditorem fuit, in emtorem transfertur, l.ex emto,11.D. de act.emt. Præterea textus eſt apertus in l.ſi ſciẽs,26. D.de contr.emt. vbi non modò valere venditio dicitur, ſi quis ſciens à debitore creditorẽ fraudari, emerit, verumetiam dominium transferri. Qua de cauſſa per Paullianam actionem vẽditio reſcinditur, vt creditoribus ſubueniatur, l.1.& paſſ.D.quæ in fr.cr. Huc accedit, quòd cùm Marcianus dixiſſet, pactionẽ illã contrariam eſſe iuri publico, & ciuium Romanorum libertati. (cuiuſmodi pactiones non valere conſtat, l. cum duob.52.§. idẽ reſpondit, D.pro ſoc.) abſurdiſſimè tamẽ idẽ cõtinuò cõcludat, certũ eſſe, illã pactionem valere. Poſtremò pactũ, quod ſeruari nihil paciſcentis intereſt, nullius momenti eſt, l.quoties, 15.D. de ſeruit.l.ſtipulatio iſta,38.§.alteri,D.de verb.obl. Id verò ꝙ intereſt, non ex opinione, aut adfectione, ſed ex rei familiaris ratione, æſtimatur, l.pen.D.ad exhiben. Qua de cauſſa pactio, nè quis in ſuo ignẽ faciat, aut lauet, iure improbatur, l. ſicut, 8.in fin. D. ſi ſer. vind. At pactio, ne ſibi ſuiſq; maris in parte certa piſcari liceat, quoniã eius intereſſe poteſt, qui prædium vicinũ habet, iure ciuili probatur, l.vẽditor, 13.D.cõ. præd. Conſtat autẽ, creditoris nihil intereſſe, pignus nõ vẽdi, ſi modò ei ſatisfiat, & ſuũ vndecũque ſeruet, adeò vt etiã à quolibet poſſeſſore, contra quem agere Seruiana inſtituit, ſi ei ſuã pecuniam offerat, dimitti poſſit, l.Paullus,12.§.1.t.ſeq. Quare vidẽdũ eſt, ne potius ita Marcianus ſcripſerit, *Nullam eſſe rationem, vt pactioni ſtetur:* quam veterem eſſe locutionem cõſtat: pro, Nulla ratione defendi pactionẽ illam poſſe, quippe iuri publico contrariã. Sic enim veteres auctores loquebantur: vt Cicero Verr.11. Minari deniq; diuiſorib. ratio non erat. Itẽ in orat. pro Cęcin. Nulla ratio eſt amittere occaſionẽ. Idẽ in Lucullo: Nec verò eſſe vllã rationẽ diſputare cũ iis, qui nihil probarent. Et alio loco: Ironiã enim alterius, perpetuam præſertim, nulla fuit ratio perſequi. Et noſter Tryphon. in l. pen.§.vlt.D.de pecul.caſt. Non eſt ergo ratio reſpondendi, competere libertatem, &c.

QVIBVS MODIS PIGNVS, VEL HYPOTHECA SOLVITVR.

TIT. VI.

1 *Promiſcua verba, ſolui, liberari, perimi, exſtingui pignus.*
2 *Liberatur autem vel debitoris facto: vel creditoris: vel vtriuſque ſimul, quæ ordine exponuntur.*
3 *Diſcedere à pignore quid ſit.*
A 4 *Remiſſio alia expreſſa, alia tacita.*
5 *Sed remiſſio inutilis ius pignoris non exſtinguit.*
6 *Liberatio ſeu ſolutio pignoris contingit interdũ ipſo iure, interdum per exceptionem:*
7 *Interdum etiam ſublata, interdum manente principali obligatione.*
8 *Quibus modis pignus amittitur. & quando Perire dicatur: vel Exſtingui.*
9 *Quib. modis finitur, ſiue deſinit.*

B §.1 PRIMVM notãda ſunt generalia vocabula: ſolui pignus, liberari, perimi, lui, exſtingui, intercidere: quæ promiſcua ſunt, ac generaliter vſurpantur: quibuſcumque modis actio hypothecaria cõpetere deſinat. Nam ſolui, perimi exſtinguíque pignus dicitur, cùm in eandem cauſſam redactum eſt, quaſi ab initio non fuiſſet. Sed aliud eſt finiri, ſeu deſinere pignus: aliud amitti, aliud perire pignus, aliud euaneſcere: de quibus ordine diſſerendum eſt.

§.2 Nam liberatur pignus, vel debitoris, vel creC ditoris, vel ſimul vtriúſque facto. Debitoris facto, primùm naturali ſolutione, l.ſolutam,49.D.de ſolut. ſiue illa à debitore, ſiue à quolibet alio facta ſit, etiam malæ fidei poſſeſſore, l.2.l.Paullus,12.§.1. j.h.t. l. mulier,19.D.qui potior.in pign. tum etiam oblatione, & depoſitione, l.6.§.1.j.h.t.l.9.C.de ſolut.l.acceptam, 19.C.de vſur. Item ſatisfactione, puta nouatione expromiſſoris, aut fideiuſſoris datione, acceptilatione: item iureiurando rem non eſſe obligatam, l.5.§.vlt. & l.6.l.ſi deferente,13.j.hoc t.l. ſi duo,13.§.pen.D.de D iureiur. itémque pignoris mutatione, l.qui fundũ,50. D.de iur.dot. Item ſi creditor aduerſus furẽ pignoris egerit: eũmque peregerit, l.ſi pignora,22. D.de pign. act.l.creditoris,15.D.de furt. Sed ſolutio fit inuito, ſatisfactio non niſi volenti creditori, d.l.6.& l.quod ſi non,10,D.de pign.act. Facto creditoris liberatur pignus, cùm ab eo diſcedit.

§.3 Nam hæc locutio notanda eſt, Diſcedere à pignore, Recedere à pignore, vſurpata in l.4.§.1.& l. 5.& 6.in fin.j.h.t. Diſcedit autem creditor à pignoE re, primùm venditione pignoris: nam perſoluta ei pecunia pignus diſſoluitur, l. ſi cùm venditor, 66. D.de euict. tum deindè remiſſione creditoris, quę vel expreſſa eſt, vel tacita.

§.4 Expreſſa remiſſio eſt, in pignore quidem, cùm creditor pignus debitori reddidit, l.3.D.de pact. In hypotheca verò, cùm expreſſè pactus eſt, ne ius pignoris perſequatur. nam vt conſenſu contrahitur, ita cõſenſu diſſoluitur, l.creditor,8.§.2.j.h.t.l.maior, 24.C.de pig.l.2.C.de remiſſ.pign. Tacita remiſſio eſt, F veluti cùm oppigneratę rei venditioni à debitore factæ cõſentit, l.creditor,158.D.de reg.iur.l.4.C. de remiſſ.pig. aut donationi, aut in dotẽ dationi, aut permutationi, l.4.§.1.l.8.§.ſed ſi permiſerit.l.Lucius Titius,11.j.h.t. nõ adiecto eo, vt ſalua ſibi pignoris cauſſa maneat, d.l.4.§.1. Atque his quoque caſibus exſtingui pignus dicitur, in d.l.8.§. ſi debitor: vbi notãdum eſt, vẽditoris quidẽ permiſſu donationẽ nõ cõtineri. quæri enim poſſe, an idcirco permiſerit, vt ſibi ex precio ſatisfiat: dationem autem in dotem cõtineri, G propter onera matrimonij. Cõtrà verò etiã donationis permiſſu venditionẽ cõtineri: niſi fortè amici cuiuſdã reſpectu donatio illa permiſſa ſit, l.8.§.ſed ſi pmiſerit, j.h.t. Propterea tacita remiſſio dicitur, cùm creditor manumiſſioni ſerui à debitore factæ cõſẽtit, l.4.C.de ſeru.pig.dat.man.l.1.C.de remiſſ.pig. Itẽ cũ rẽ eſſe proſcriptã admonitus, ius ſuũ pſequi noluit, l.

6.& l. 8. C.de remiſs.pign. aut cùm venditioni ſubſcripſit,l.8.§.non videtur,ȷ̃.h.t.

§ 5 Sed remiſſionem iure valere oportet.nam inutilis remiſſio ius pignoris nõ exſtinguit, l.5.C.ill.t. veluti ſi dolo, vel metu facta ſit: aut ſi remiſerit, qui ius deminuendi non habebat, veluti pupillus ſine tutoris auctoritate,l.7.ȷ̃.h.t. aut filiusf.ſeruúſve,cui nõ libera peculij adminiſtratio permiſſa erat,l.8.§.an paciſci:aut procurator,niſi cui ſpecialiter id mandatum eſt,d.l.7.§.1. aut qui in rem ſuam factus eſt, d.l.8.§.2. ȷ̃.h.tit. Prętereà & ſecuram & ratam eſſe alienationẽ oportet, alioqui pignoris obligatio permanet,l.4.§.vlt.eo.Item tacitè remiſſum pignus à creditore intelligitur,cùm primus cõſentit debitori, tertio illud obliganti,l.Paullus,12.ȷ̃.h.t. Facto quoq.creditoris liberatur pignus,veluti cùm ancillã pigneratã proſtituit:quo tamen caſu detrimentũ illud debitori præſtat,l.eleganter,24.§.vl. D.de pig.act.& hoc caſu indignus iure pignoris iudicatur, ſicuti traditur de redemta ab hoſtib.in l.fœdiſſimę,7.C.de poſt.reuer.cui rei cauſſam præbuit decretũ Traiani, de quo eſt in l. vlt.ȷ̃.ſi quis à parent.manumiſ. Facto quoq.creditoris pignus ſoluitur, cùm de non petenda pecunia paciſcitur, ſiue in rem pactus ſit, ſiue etiam in perſonã: quoniã ex hoc quoq; pacto perpetua exceptio naſcitur,quæ naturalẽ obligationẽ tollit, l.Stichũ,95.§.naturalis, D.de ſolut.ſublata autẽ naturali obligatione creditæ pecuniæ, nexus pignoris manere nõ poteſt, l.5.§.pe.& l.ſeq.ȷ̃.h.t.& l.debitor,59.D.ad Trebel.Sic reddendo cautionem,quia remiſiſſe principalem obligationem videtur,pignus quoq. remiſiſſe intelligitur,l.2.D.de pac.l.creditricẽ,7.C.de remiſ.pig. Poſtremò ſimul debitoris & creditoris facto pignus exſtinguitur, cũ creditor à debitore pignus emit, l.9.ȷ̃.h.t.

§ 6 Porrò cùm de liberatione, luitione, ſolutione pignoris agitur, notandũ eſt, eam contingere interdum ipſo iure, interdum per exceptionẽ:& rurſus interdum ſublata principali obligatione, interdũ eadem permanente. Ipſo iure liberatio contingit,cùm eius nomine cõpetere hypothecaria actio deſiit. Per exceptionem verò, cùm adhuc quidem cõpetit, ſed per exceptionem repellitur. Exempli cauſſa,ſi principalis obligatio ipſo iure per ſolutionẽ, puta, aut acceptilationem ſublata eſt, pignus quoque ipſo iure ſolutum intelligitur,l.debitor,59.D.ad Treb.at ſi per exceptionẽ tantùm,veluti per pactũ de non petendo, vel iuſiurandũ, ſublata eſt, pignus quoq.non niſi per exceptionẽ ſolutum intelligitur, l.5.§.vlt. & l. ſeq.& l.ſi referẽte,13.ȷ̃.h.t.l.6.D.de naut.fœn. l.ſi tibi,17.§.de pignore,D.de pact.Vno tamen caſu ſublata principali obligatione per exceptionem, non tamen pignoris obligatio per exceptionem diſſoluitur, nimirùm cùm per longi temporis pręſcriptionem ſublata perſonalis obligatio eſt:quoniam per præſcriptionẽ ciuilis tantùm obligatio perſonalis eliditur, naturalis non tollitur.

§ 7 Qua de cauſſa, naturali permanente obligatione,hypotheca ſuſtinetur,l.2.C.de luit.pig. neque obeſt,quod dicitur, principali obligatione per rẽ iudicatam ſublata, pignoris quoque obligationẽ tolli, d.l.13.ȷ̃.h.t.nam Seruianũ edictum has cõdiciones habet,ſi ſolutum,vel ſatisfactũ ſit,l.grege,11.§.etiam,D. de pign. At cùm verus debitor à creditore abſolutus eſt,quamuis verè ſolutũ non ſit, tamẽ verum eſt ei ſatisfactũ:quia cũ à re iudicata appellare poſſet, ea ſtetit,eiq.adquieuit. Rurſus manẽte principali obligatione,per tẽporis tamẽ exceptionẽ,ſeu pręſcriptionẽ x.vel xx.annorũ,nexus pignoris diſſoluitur,cùm extraneus obligatã rẽ poſſidet:nã inter pręſentes ſpacio x.ann.inter abſentes xx.tutus eſt aduerſus hypothecariã,l.creditor,12.D.de diuerſ.& temp.præſc. ꝙ ſi debitor ipſe,vel ipſius heres, vel poſterior creditor, viuo debitore poſſederit, nulla præſcriptio tẽporis aduerſus hypothecariã opponi poteſt,l.1.& l.2.C.ſi aduerſ. cred.pręſc.opp.Sed hodie finitur tantũ hypothecaria xl.annis,l.cum notiſſimi,7.C.de præſc.30.ann.

§ 8 Deinceps videamus,quib.modis pignus amittatur.quod tũ accidit,cũ creditoris culpa,& negligẽtiã ius ipſius euaneſcit, veluti ſi proſcriptã auctionẽ ſciens neglexerit, l.6.l.8.C.de remiſ.pig. Perire autẽ pignus dicitur,cũ res pignerata tota interiit, ſiue illa corporalis ſit,vt cũ domus exuſta eſt,aut ſeruus mortuus eſt,l.ſicut,8.ȷ̃.h.t.l.ſeruũ,27.D.de pig. ſiue incorporalis,veluti vſusfructus,d.l.8. Sed,vt dixi, totã rem conſumtã eſſe oportet. nã domo incenſa, aut euerſa, ſolũ nihilominus obligatũ manet,l.domum,21.D.de pig.act.l.Paullus,29.§.domus,D.de pig. Prętereà exſtingui pignus dicitur, dominio pigneratæ rei creditori adquiſito,l.pe.D.de excep.rei iud.&l.debitor,59. D.ad Trebel.quoniã res ſua nemini obligata eſſe poteſt,l.neque pignus,45.D.de reg.iur.

§ 9 Poſtremò videndũ eſt, quib.modis pignus finiatur, ſiue deſinat:quod tũ accidit, cùm ad certũ ſuũ finẽ,ac terminum peruenit:veluti,ſi ad certũ tempus ſit obligatũ,& tempus abierit, l.6.ȷ̃.h.t. tum enim ipſo iure finitur:ex quo intelligitur, quantũ inter perſonę & rei obligationẽ interſit. Nam perſonę obligatio tempore nõ finitur ipſo iure:quia ſicuti perſonæ obligatio ciuilis eſt,ita ciuiles ſunt tollendæ obligationis modi,quorũ in numero tempus nõ eſt, l.obligationẽ,44.D.de obl.& act.at rei obligatio Prætoria eſt,& in tempus cõtracta,finito tẽpore tollitur. Prætereà finitur pignus, cùm ius temporale, quod debitor in rẽ habuit,finitũ eſt:veluti cũ vſusfructus à fructuario pignori datus eſt. nã morte vſufructuarij finitur,l.6.ȷ̃.h.tit.Item cùm emtor, cui res in diem addicta eſt,ante meliorem condicionem allatam,eam pignerauit.Nam meliori illata cõdicione finiri pignus dicitur,l.3.ȷ̃.h.t.Dicitur etiam deſinere in l.4.§.ſed & Marcellus,D.de in diem addict.

LIBER XXI.

DE ÆDILITIO EDICTO.

TITVLVS I.

1 *Ædiles quoque habuerunt iuriſdictionem, & Edictum, ſed ad res venales magna ex parte pertinens.*

2 *Hoc ius etiam honorarium dicitur.*

3 *Cautiones Ædilitiæ duæ: prima, vt venditores vitium pronunciarent: ſecunda, vt ſi emtores vellent, ſtipularentur nihil eſſe vitij.*

4 *Fraus duob.modis committitur: Reticentia vitij aut morbi: & Dicto promiſſóve non præſtito.*

5 *Quæ ſit inter Morbum & Vitium diff.*

6 *Duæ ex reticentia actiones: Redhibitoria, cuius hic definitio proponitur.*

7 *Redhi-*

7 *Redhibere quid ſit:*
8 *Et actio æſtimatoria,cuius definitio adiicitur.*
9 *De dicto promiſſo non præſtito.*
10 *Aliud eſt Dicere promittere,aliud Commendare.*
11 *Communio & diff. inter Actionem ex emto & Ædilitiam.*

¶ 1 QVEMADMODVM Prætores, ſic etiam Ædiles ſuam certis de rebus iuriſdictionem habuerunt.l.5.D.de verb.obl.l.ſciendum,63.j̃.h. t. de quibus edictũ cum iudicio propoſuerunt.l.1.l.ædiles, 38. in princ.& §.vendendi, j̃.h.t. Res autem illæ magna ex parte ad forum rerum venalium pertinebant. qua de cauſſa ἀγορανόμοι à Gręcis appellati ſunt:vt Dionyſius & Zonaras teſtantur:ſed præcipuè ad mancipiorum & iumentorum venditionem. Iidem etiam de funeribus ius dicebant, edictúmque proponebant:vt patet ex Philipp. ix. extrema. Ius autem Ædilitium iuris honorarij portio dicitur.§.prætorum,8. Inſt.de iur.nat. nam Honorarium eſt quod redditur ab iis qui honores,id eſt, magiſtratus gerunt.Itaque edicta Conſulum,Cenſorum,Tribunorum, Prætorum, Ædilium,Iuris honorarij ſpecies ſunt.

¶ 2 Interdum tamen compendij gratia Iuris honorarij nomine ædilitium intelligitur;vt d.l.5. D. de verb.oblig. Pertinet autem hoc edictum primùm ad fraudes à venditionibus remouendas, ne emtores à venditoribus circumueniantur.l.1.§.cauſſa.l.pręcipiunt, 37.j̃.h.t. Sed & alterũ Ædilitij edicti caput profertur,cum iudicio in ſimplum,ſi quis quà vulgò iter fit, animal habuerit, quod nocere poſſit. Sed de eo quod ad vẽditiones pertinet, potius diſſeremus.nam duobus modis Ædiles illis fraudationibus proſpexerunt:primùm Cautionibus antequam acciderent: deinde remediis actionum,ſi iam accidiſſent.

¶ 3 Cautiones Ædilitiæ ſunt duæ:prior, vt Venditores quod vitij morbíve latentis ſcirent in vendẽdo pronunciarent.l.1.& l.ædiles,38.j̃.h.t. Altera,vt ſi emtores vellent, ſtipularentur in re vendita vitij nihil eſſe : veluti,ſeruum fugitiuum, aut erronem non eſſe.l.ſi ita quis,31.& l.ſeq.D.de euict. non infamatæ alicuius nationis eſſe.l.ſi venditor,28.l.quòd ſi nolit, 31.§.qui mancipia, j̃.h.t.Item,iumẽtum aut pecudem hodie eſſe & bibere,vt oportet.d.l.31. quibus ſtipulationibus id quod emtoris intererat,continebatur.d.l. ſi ita quis, D.de euict.quòd ſi neq; pronũciatũ vitiũ, neque ſtipulatio interpoſita fuerit:tum emtori datur intra duos mẽſes actio redhibitoria,vel intra ſex mẽſes,quanti emtoris intereſt.d.l.ſi venditor. ſed præcipua cautio ædilitia fuit, Habere licere:quæ ad vitãdũ Euictionis periculũ pertinebat,ſi fortè res aliena vẽderetur:quo nomine,ſi res precij alicuius eſſet,veluti ſeruus,equus,bos,duplã ſtipulari licebat.viliorũ rerũ nomine ſimpla tãtũ ſtipulabatur.l.emtori, 37.§.1.j̃.t.prox. Cùm autẽ Ædiliũ edicto inſtituta eſſet hęc ſtipulatio,propterea Ædilitia nominata eſt,d.l. 5.D. de verb.obl.tametſi pinguiꝰ & abuſiuè prætoria dicatur ꝓ honoraria in l.1.§.1.D.de pręt.ſtipul.Hęc autẽ Cautio regulariter nuda repromiſſione cõſtabat : neq; in ea fideiuſſor adhibebatur;niſi fortè aliud cõueniſſet.l.4.l.emtori,37.l.ſi dictũ,56.j̃.h.t.l.1.§.ſtipulatio,D.de pręt.ſtipul.l.ſi duo,13.§.3.*D*.de iureiur.quãquã Paulus ſcribit aliã in vulgꝰ receptã opinionẽ fuiſſe,vt fideiuſſor ob euictionẽ daretur.d.l.ſi dictũ:quẽ vulgus (vt ait Vlp.)ſecũdũ auctorẽ vocabat.d.l.4.eo. Cauſã autẽ illius opinionis fuiſſe arbitror, quoniã in mãcipationibꝰ regulariter Vas dabatur: vt ſ̃.docuimus ſub t.de cõtr.emt.Deinceps Ædilitia remedia .i. ædilitias
A actiones videamus:ſi fortè fraus cõmiſſa eſſe dicatur.

¶ 4 Fraus autem duob.modis committitur : Reticentia morbi, vitiíue latentis, & dicto promiſſóve non præſtito. Reticentia eſt,cùm venditor morbum vitiúmue rei latẽs,emtoríque ignotum reticuit. nam ſi ea vel emtori nota ſint,agenti opponetur exceptio l.ſi tamen,48.§.3.j̃.h. t. vel ita in promtu ſint, vt ſe ipſa oſtendant, veluti ſi cæcus aut claudus venierit; emtori imputatur, ſi nõ animaduerterit,l.1.§.ſi intel-
B ligatur,l.quæritur,14.§.vlt.j̃.h.t. vbi enim iudicium emtoris eſt, ibi fraus venditoris quæ poteſt eſſe ? vt ait Cic.lib.Offic.3. Quo loco non prætermittendum eſt, quod Agellius ex Sabini libris retulit lib. 7.cap.4. Eorum ſeruorum nomine, qui pileati venibant, nihil præſtari ſolitũ:propterea quòd inſignes eſſent, neque emtores errare aut capi poſſent.

¶ 5 Vtrum autem Morbus Vitiúmue idem ſint, an inter ſe differant,aut quantum differant,inter Iuriſconſultos non conuenit. Modeſtinus quidẽ Mor-
C bum definit, temporalem corporis imbecillitatem: Vitium verò, perpetuam,l.inter ſtuprum,101.§.pen. D.de verb. ſig. Contrà Agellius lib.4.cap.2. teſtatur, in veterum Iuriſconſultorum libris ſcriptum eſſe, Vitium eſſe perpetuum, Morbum eſſe cum acceſſu & diſceſſu. Ex diuerſo Sabinus definiebat,Morbum, habitum corporis contra naturam : Vitium autem, quod naturaliter accidit, vt ſiquis balbus ſit, aut luſcus, l.1.§.ſed ſciendum, j̃.h.t. At Vlp.ſuperiores illas omnes diſputationes repudians ſtatuit, nihil inter
D morbum & vitium intereſſe, & Ædiles perſpicuitatis cauſſa κατὰ τοῦ αὐτοῦ idem dixiſſe, pro eo quod naturalem hominis vſum impedit,d.l.1.§. ſed ſciẽdum. Vtcumque ſit, duo notanda ſunt. Primum Edictum hoc ad corporis tantùm, non etiam ad animi vitia pertinere. vt ſi ſeruus iracundus eſſet, aut mendax, aut auarus, niſi fortè à corpore ad animum ea vitia permanent, d. l.1.§. vlt. & l.4. in prin. §. in ſumma, j̃.h.t.Deinde vitia hæc intelligenda eſſe tantùm quę venditione vetuſtiora ſunt, non quæ recentiora. I-
E taque ſi ſeruus venditus apud emtorem fugerit, diſtinguendum eſt,vtrum ex vetere vitio fugerit,an ex recenti:nam ex hoc venditor nõ tenetur,niſi promiſerit fugitiuum non fore,l.3.C.de ædil.act.l.actionis, 54.j̃.h.t.qua de cauſſa emtori de fuga agenti incumbit probatio fugæ antiquioris,l. 4.D.de probat.

¶ 6 Porrò ex hac reticentia duæ ab Ædilibus inſtitutę ſunt actiones,quarum altera Redhibitoria,altera Æſtimatoria dicitur:de quibus diſſerendum eſt. Nam Redhibitoria definitur, actio ædilitia,perſona-
F lis, arbitraria,quæ emtori datur aduerſus venditorẽ, vt venditione in totum reſciſſa, rem quam tradidit, redhibeat,id eſt,recipiat,precióque reddito omnia in integrum reſtituantur.l.cum autem,23.§.Iulianus,& l.facta,60.j̃.h.t.nam Redhibere eſt efficere,vt venditor id habeat,qđ prius habuerat, l.redhibere,21.j̃.h.t. Vnde Redhibitio paſſim ſub h.t.quę definitur, Vẽditionis reſolutio in l.Põponius,13.§.1. D. de adq. poſſ.

¶ 7 Quamquam Redhibere ancipiti ſignificatione vſurpatur interdum ex parte venditoris, pro
G Recipere: vt apud Plaut.in Mercat.

Dixit ſe redhibere,ſi non placeat.

Qua de cauſſa interdũ Recipere pro Redhibere vſurpatur,vt l.quod ſi nolit,23.in prin.j̃.h.t.Interdũ verò

ex parte emtoris, pro reddere: vt d.l. Pomponius, §. cum quis: Siquis hominem venditori redhibuerit, itémque in l.ſi hominẽ,19.D.de vſurpat.l.6.in fin.D. de diu.& temp.act. Dixi *Actio ædilitia:* quoniam (vt ſup.demonſtratum eſt) hæc Ædilium edicto introducta eſt. Dixi PERSONALIS:quoniam & ex contractu naſcitur,& pœnalis eſt:vt ait l.cum autem,23.§.ſi ſeruus,ꝗ.h.t. Appellatur etiam in factum.nam qua in ſpecie competere Redhibitoria dicitur in l. 4. C.h.t. eadem in ſpecie In factum competere dicitur in l. ꝙ ſi nolit,31.§.ſiquid ita,ꝗ. h. tit. Dixi ARBITRARIA: quoniam venditor niſi iudicis arbitrio pareat,iubentis precium reddere,in duplum damnatur. l.redhibitoria,45.ꝗ.h.t. Dixi OB MORBVM VITIVM'VE:quia plerumque hæc actio propter illam cauſſam comparata eſt:tametſi interdum etiam ob pactum conceditur:veluti ſi ea lege res emta eſt, vt ſi diſplicuerit,redhibeatur.l.4.C.de ædil.action.& ſiue certum tempus redhibitioni præſtitutum ſit, ſiue in perpetuum permiſſa fuerit.d.l.quod ſi nolit,§.ſiquid ita,ꝗ.h.Dixi IN TOTVM RESCISSA: quoniam omnia in integrum reſtituuntur.nam hæc actio tum emtorem tum venditorem ſic in integrum reſtituit, quaſi neque emtio neque venditio vnquam interceſſerit.d.l.23.§.pen. & l.60.ꝗ.h.t.quamquam multum intereſt,vtrum ſciens an ignorans venditor vitium non pronũciauerit. nã ſi ſciens rem vitioſam ignoranti vendiderit, nõ tantùm precium reddit, ſed etiam omne damnũ præſtat: veluti ſiquid ſeruus fugiens ſecum abſtulerit, aut ſi alios ſeruos corruperit.l.quæro, 58.ꝗ.h.t.l.1.C.eod.& apud Paullum lib.Sent.2.t.17.§.ſeruus.Sin autẽ ignorans, tum precium ſolum reſtituit: ſicuti de actione emti diſtinguitur in l.Iulianus, 13. D. de act.emt. Ad extremum intelligendum eſt, tertiam quoque Redhibitoriam actionem eſſe: quæ tamen non ad redhibitionem faciendam datur, ſed re redhibita ad preciũ repetendum:& ſi tempus præſtitutum non fuerit,intra dies LX.l.quòd ſi nolit,31.§.in factũ,ꝗ.h.t. Sequitur,vt de actione æſtimatoria videamus.

¶ 8 Actio æſtimatoria,eſt actio ędilitia,perſonalis,arbitraria,quę emtori aduerſus venditorem datur: vt,quanti minoris res ob aliquod vitium eſt, vẽditio reſcindatur, & eatenus precium reſtituatur. Qua de cauſſa paſſim hęc actio Quanto minoris appellatur. velut in l.ſiquid vẽditor,18.l.quod ſi nolit,31.§.ſiquis egerit.l.bouẽ,43.§.aliquando,ꝗ.h.t.Dicitur & Quãti minoris:l.ſi is qui, 25.§.1.D.de except.rei iud.l. ſi hominem, 43.l.quoties,61.ꝗ. His autẽ nominib.appellatur,quoniam emtor per eam actionem quanto minoris res valet,recuperat:vt ſi x. ſeruum emit,fugitiuum & non ſanum, quem ſi fugitiuum ſciuiſſet, minoris duobus emiſſet,ſi morboſum, minoris itẽ duobus: priore actione duos,altera item duos recuperabit:quoniam quot res ſunt, tot ſtipulationes:ac proinde tot actiones ſunt,l.quia datur,32. D.de euict. Ex quo quantũ inter hanc & ſup.actionem interſit,facile intellectu eſt.nam illa in totũ,hęc ex parte tantùm vẽditionem reſcindit:quamquam hæc quoque Redhibitionem continet, ſi tale vitium in re eſt, vt ob id emtor emturus non fuerit.l.bouem, 43.§.aliquando. ꝗ.h.t.l.ſi is qui,25.§.1.D.de except.rei iud. qua de cauſſa in arbitrio emtoris eſt, vtra experiri velit, redhibitoria an æſtimatoria.l.ſiquid,18.& l.ſi venditor,28.ꝗ. h.t. Præterea ſex menſes vtiles durat:æſtimatoria annum vtilem dumtaxat.l.ſciendum, 19.§.vlt.ꝗ. h.t. ſed & excluſus ſex mẽſium ſpacio agere intra annũ ęſtimatoria poterit.l.ſi tamen, 48.§.2.ꝗ. Victus tamẽ illa

A ſuperiore, hac agere non poterit. quo modò accipiẽda eſt d.l.ſi is qui,25.§.1.de except.rei iud. Vtrum autem dicamus, Quanto minoris emtor emturus fuerit,an Quanto minoris res valuerit,nihil intereſt:vti patet ex l.Iulianus,13.§.ſi venditor,& §.ſeq.D.de act. emti.

¶ 9 Proximum eſt, vt de dicto promiſſo nõ præſtito videamus.quod tum dici ſolet,cùm venditor dixit adeſſe aliquid quod abeſt, vel abeſſe quod adeſt, B ſiue in mancipiis,ſiue in iumentis.l.ædiles, 38.§. non tantùm, ꝗ.h.t.veluti ſi artificem eſſe dixerit, qui non eſt:ſi furem non eſſe,qui fur eſt.l.quid ſit,17.in fi.ꝗ.h. t.peculiatum, qui non eſt.coquum, qui non eſt: aut optimum coquum,qui coquus quidem eſt, ſed optimus non eſt:l.ſiquid venditor,18.§.1.ꝗ.h.t. nullo animi vitio laborare, qui tamẽ laborat.l.4.§.3.ꝗ.h.t. qua de cauſſa actio quæ hac ex parte naſcitur, appellatur actio Quod aduerſus dictũ promiſſúmve. l. ſi hominem,47.ꝗ.h.t.ſimillimo modo vt actio Quod metus C cauſſa,vel Quod iuſſu.Pręcisè autẽ Aduerſus dictum promiſſúmve dicitur in l.quod vẽditor,37.D. de dol. l.quid ſit,17.in fi.& d.l.ædiles,38.§.non tantũ,ꝗ.h.t.

¶ 10 Sed notandũ eſt,aliud eſſe Dicere vel ꝓmittere, aliud Cõmendare.nam qui dicit, qui promittit, pręſtat:qui commendandi tantùm & laudandi cauſſa quid pronunciat,non pręſtat.l.ſciendum, 19.ꝗ.h.t. Vnde illud Cicer.Off.3. Quòd ſi qui proſcribunt villã bonã,benéque ædificatã,non exiſtimantur fefelliſſe,etiamſi illa nec bona eſt,nec ædificata ratione,&c. D ſed, vt dixi, in promtu ea vitia eſſe oportet. Qua de cauſſa mox ita ſubiungit: Vbi enim iudiciũ emtoris eſt,ibi fraus venditoris quę poteſt eſſe?Et eodem pertinet illud Horatij lib.Epiſt.2: *Multa fidem promiſſa leuant, vbi plenius æquo Laudat venales qui vult extrudere merces.* Poſtremò illud ſcire oportet,huic edicto locũ eſſe,non modò in mancipiis & iumẽtis, verùm etiam in rebus mobilib.atque adeò in rebus ſoli.l.1.in prin.h.t. Itaque ſi peſtilens fundus aut venenatas herbas efferens ſit venditus,hoc caſu etiã redhi-E bitoria competit.l.4.C.de ędil.act.l.etiam in fundo, 49.ꝗ.h.t.quod idem etiam de ſeruiẽte fundo dicitur, quẽ emtor liberũ eſſe putabat,in l.quoties, 61.ꝗ. h. t. Neq; Diogenis illa philoſophica diſputatio admittenda eſt,quã Cicero eodem loco his exponit verbis: Vendat ędes vir bonus propter aliqua vitia,quę ipſe norit:ceteri ignorent:peſtilentes ſint, & habeãtur ſalubres:ignoretur in omnibus cubiculis apparere ſerpentes,malè materiatę,ruinoſę:ſed hoc pręter dominũ ſciat nemo. quęro, ſi hęc emtorib.venditor nõ di-F xerit,ædéſque vendiderit pluris multo quàm ſe venditurũ putarit,nũ id improbè aut iniuſtè fecerit:Probanda igitur Antipatri diſputatio cõtraria,quę & ciuili & naturali ęquitati conſentanea eſt. Supereſt,vt illi quæſtioni ſatisfaciam*,Cùm his omnib* de cauſſis ciuilis ex emto competat actio,vt ſuo loco docuimus,quid opus fuerit ædilitiis? nã omnia quę contra bonam fidem cõmiſſa ſunt,Emti iudicio cõtinentur, ac proinde etiã Redhibitio:vt docuimus ex l. ex emto,11.§.1.D.de act.emt.ſiue ob pactũ,vt ſi cõuenit, vt G ſi res diſplicuerit, redhibeatur: ſiue ob vitium morbúmve, vt ſ.diximus. Atqui certũ eſt,eum qui ciuilẽ actionem habet, honorariam non deſiderare. l. 1. D. de public.potiorémque eſſe ciuilem honoraria. l. ſi creditor,28. D.de legar.1.

¶ 11 Ergò intelligẽdũ eſt, inter has actiones nõ tantùm cõmunionẽ,ſed etiã differentiam eſſe.nam communio quidem hæc eſt; vt emti actio ex contractu naſcitur,

naſcitur,ſic ædilitię actiones.l.cum autem,23.§.ſi ſer-
uus,j.h.t.vt per ædilitiam redhibitio petitur, ſic etiã
per emti actionem. l. ex emto,11.§.1.D.de contr.emt.
Vt in illa diſtinguitur, vtrum vẽditor vitium ſcierit,
an ignorarit:l.quæro,j.h.t.l.1.C.eod.ſic etiam in em-
ti iudicio. l. Iulianus, 13.D.de act.emt. Quid verbis
opus eſt? nam cui ciuilis, eidem ædilitia conceditur
actio,viciſſimque cui hæc,etiam illa competit.l.ſciẽ-
dum,19.§.1.j.h.t. tantaque inter vtramque adfinitas
eſt, vt ab actione ex emto ad ædilitias, tamquam ex
comparatione parium, concluſio valeat. l. proinde,
33.j.h.t. Differẽtias autem has reperio:primùm quòd
actio ex emto ciuilis eſt: Ædilitia eſt honoraria. Illa
bonæ fidei:hęc arbitraria.quinetiam pœnalis eſſe vi-
detur, vt diximus ex l.cum autem,§.ſi ſeruus;& l.red-
hibitori, 45.j.eod.& cùm illa bonæ fidei ſit, pœnam
ob contemtum Iudicis arbitrium non continet:quã-
uis duplam etiam non ſtipulatam petat: vt diximus
ad tit.de act.emt.cùm ædilitia duplam, niſi in ſtipu-
lationem deductã, petere nó poſſit. Eò accedit,quòd
ob quæ vitia nulla ab Ædilibus data actio eſt, nimi-
rum animi vitia, eorum nomine emti actio compe-
tit.l.1.§.pen.& §.vlt. & l.4.in prin.& §. in ſumma,j.
h.t.quinetiam quæ neque vitij neque morbi nomine
continentur, tamen emti iudicio præſtantur: veluti
ſi caſtratus homo vel equus,ignoranti ſit venditus. l.
ædiles,38.§.Cælius,j.h.t. Addatur & hæc differentia,
quòd actio ex emto eſt perpetua.l.ſi dictum, 56.D.de
euict. nec longi temporis præſcriptione ſubmoue-
tur.l.emti, 21. C. de euict. Ædilitiæ verò temporariæ
ſunt, vt ſup.dictum eſt.Poſtremò,emti actio non da-
tur vitij nomine aduerſus venditorem ignorantem,
ſi modò emtori habere liceat.l. Iulianus, 13. §.1. D.de
act.emt. Ædilitiæ verò etiam aduerſus ignorantem
dantur.l.1.§.cauſſa, j.h.t.

DE EVICTIONIBVS ET DVPLÆ STIPVLATIONE.

TIT. II.

1 *Series argumenti & Rub.*
2 *Euincere quid ſit.*
3 *Formula ſtipulationis duplæ, & expoſita l.ſtipulatio*
iſta,38.in prin. D.de verb.obl.
4 *Auctor & auctoritas in venditionib.quid ſit.*
5 *Quamdiu emtori habere licet hæc actio non competit.*
6 *Quib.de cauſſis Euictio præſtetur,& non præſtetur.*
7 *Non ſemper dupla, ſed etiam ſimpla quãdoque ſti-*
pulabatur.
8 *Actionis euictionis definitio; & explicatio.*

§ 1 SVPERIORE titulo dictum eſt, Æ-
diles proſpexiſſe emtoribus, primùm
Cautionibus ante quàm fraudarentur:
deinde, ſi fraudati eſſent, remediis &
actionibus. Et quoniam de actionib.priore loco di-
ctum eſt,deinceps de cautionibus, ὕστερον πρότερον, Tri-
bonianico more, videamus. Primùm autem quid ſit
Euictio demonſtrandum eſt.

§ 2 Ergò Euincere eſt per vindicationis iudiciũ
rem auferre.l. ſtipulatio iſta, 38. §. ſiquis fortè, D. de
verb.obl.neque priùs ſtipulatio committitur, quàm
iudicio res ablata & abducta ſit: quamuis condem-
natio ſecuta fuerit:veluti ſi victor, ſine ſucceſſore de-
ceſſerit.l.habere,57.j.h.t.

§ 3 Potiſſima emtorũ cautio fuit per ſtipulatio-
nem duplę, in hanc ferè ſententiam: Spondes hanc
A rem mihi habere licere:&,ſi quis eã per iudicẽ petie-
rit,te,vt primum te auctorem laudauero,iudicio ad-
futurum:ſi ita factum non erit, aut ſi mihi res euicta
fuerit,duplam præſtaturum,dolúmque tuum malum
abeſſe,abfuturúmque eſſe? l.ſtipulatio iſta, 38.D. de
verb.obl. qua in lege Vlp. copioſè & ſubtiliter hanc
ſtipulationem interpretatur.Eius autem capita ſum-
matim perſtringemus. nam Habere licere emtori,
potiſſimam eſſe venditoris obligationem, conſtat ex
l.8.j.h.t.l. ſi ſeruus,30.§.1.D. de act. emt. Etſi autem
B dictum ſit *Hanc rem*:tamẽ ſiue tota res,ſiue pars eius
dumtaxat euincatur, actio hæc competit, vt quanti
minoris ob eam partem euictam res fuerit, lis æſti-
metur,l.1.l.ſi dictum,12.§.in ſtipulatione, l. naue,36.
j.h.t.Quinetiam non modò ſi proprietas,verùm etiã
ſi poſſeſſio,ſi vſus,ſi vſusfructus,ſi pignus,ſi emphy-
teuſis,ſi ſuperficies euincatur, hæc ſtipulatio cõmit-
titur, d.l.ſtipulatio iſta,§. ſiquis fortè,& l.ſed ſi quid,
15.§.1.j.h.t. quoniam (inquit Vlp.) habere non licet,
id ex quo quid minuitur:vbi obiter notandum eſt, v-
C ſumfr. & vſum his caſib. dominij partem numerari.
Sed in dupla precij pro parte rei euicta reſtituendi,
ſubtilitas adhibenda eſt:ſi fortè (vt ſæpè vſuuenit)nõ
pares ſint omnes fũdi partes. nam interdum propter
vnam partem totus fundus emitur. Ergò ſiquidem
ſingularum partium precium dictum eſt, tum facilè
eſt precij cuiuſque duplum conficere,l.ſi fundo,53.j.
h.t. Sin autem fundus vniuerſus vno precio per a-
uerſionem ſit venditus, tum rurſus diſtinguendum
eſt,vtrùm euincatur pars pro diuiſo,an pro indiuiſo.
D nam ſi pro diuiſo, quamuis in venditione modus o-
mnium iugerum ſit dictus,tamen euictæ partis æſti-
matio non fiet pro portione ceterorum, ſed pro eius
partis qualitate:id eſt, bonitate,aut vilitate, l.1.l. bo-
nitatis,13.l.ex mille,64.§.pen.j.h.t.l.pen.ſ.tit. prox.
ſin autem pars pro indiuiſo euicta ſit,tum eius æſti-
matio pro portione ceterarum facienda eſt,id eſt, ex
quantitate & modo,l.1.j.eod. Dixi,*Vt primum te au-
ctorem laudauero.*

§ 4 Nam qui vendidit, etiam in vulgatis cõtra-
E ctibus, ad mancipationum exemplum, Auctor appel
latur,l.ſi per imprudentiam,51.l.vlt.j.h.t. Vnde illud
Paulli Sent.2.tit.17.Venditor ſi eius rei quam vendi-
dit,dominus nõ ſit,precio accepto, Auctoritatis ma-
nebit obnoxius, Et mox:Res emta mancipatione vel
traditione perfecta (ſic legendum puto pro ET) ſi e-
uincatur auctoritatis venditor duplo tenùs obliga-
tur. Laudare autem vetus verbum eſt,pro Nomina-
re,vt Agell.& Feſt.docent.Itaque vſurpatur l.Heren-
nius,63.§.1.j.h.t.l.6.§.ſi tibi,ſ. De act. emt.l.7.C. ill.
F tit.pro ſuũ auctorẽ profiteri,eique denunciare,vt liti
adeſſe velit:quod adeò neceſſe eſt,vt ſi emtor hãc de-
nũciationem omiſerit, neque ex ſtipulatu actionem
in duplum,neque ex vendito actionem habeat.l.8.C.
h.t.l.ſi fundo,53.§.1.j.eod.l.1.C.de peric.& commod.
Illa autem denunciatio non modò lite conteſtata fie-
ri poteſt:l.ſi rem,29.§.vlt.l.ſi pl⁹,74.§.1.j.eod.verùm
etiam cùm euictionis & controuerſiæ periculũ im-
minet,atque adeò in ipſius contractus limine,ſi mo-
dò preciũ vel totũ,vel ex parte ſolutũ non ſit.l.ſi poſt
G perfectam,24.C.h.t.l.pen.§.1.D. de peric. & cõmod.

§ 5 Nã alioqui quãdiu emtori habere licet, actio
hæc non conceditur,l.3.C.h.t.neque enim priùs hæc
ſtipulatio cõmittitur,quàm res emtori euicta ſit, vel
eius æſtimatio.l.ſi ſeruus,§.1.l.habere,l.euicta, §.1. j.
h.t.ſed maturè poſt litẽ conteſtatã denunciatio faciẽ-
da eſt,d.l.ſi fundo,§.1.j.h.t.& l.emtor,8.C.eod. Illud

notandum eſt, non ſatis eſſe, ſi per litteras, aut per nuncium denunciet: quia præſenti denunciandum eſt, l.ſi ideò, 55.§.vltim. ex quo ſuſpicari licet, certam denunciandi formulam fuiſſe.

§ 6 Poſtremò videndum eſt, quibus de cauſſis euictio pręſtetur, aut non præſtetur. Ergò non tantùm emtionis cauſſa euictio præſtatur, verùm etiam permutationis, l.ſi permutationis, 29.C.h.tit. l.1.C. de rer. permutat. Item diuiſæ hereditatis, l. ſi cùm venditor, 66.§.vltim. j.h.tit. l.ſi familiæ, 14. C.fam. erciſcund. & ſiquidem ſtipulatio interpoſita eſt, ex ſtipulatu agitur: ſin minus, perſcriptis verbis, quanti coheredis intereſt, præſtabitur, l. ſi fratres, 7. C. comm. vtr. iudic. Prætereà Locationis nomine euictio pręſtatur ſi res aliena locata, & euicta ſit, l. & hæc diſtinctio, 35. j. h. tit. Earum autem venditionum nomine non præſtatur euictio, quæ non voluntariæ, ſed coactę ſunt, l.qui erat, 49. D. famil. erciſcund. Item ſi nomen aut hereditas vendatur, l.2. s.de heredit.vendit. quoniam incertum rei venditur, vt illo tit. diximus. Item ex cauſſa tranſactionis, l.ſi pro fundo, 33. C. de tranſ. Item ex cauſſa legati aduerſus heredem, l.ſi domus, 71.§.1.D.de legat.1. Item ſi ſeruitus vindicata, & euicta ſit: quoniam non pars rei eſt, ſed tacitè ad rem accedit, l. penult. j.h.tit. & fundus non optimus maximúſque, ſed qualis qualis eſt, venditur, l. cùm venderes, 59. D. de contrahend. emt. Dixi, *Si ita factum non erit*, aut res eo iudicio euicta ſit: quoniam his duobus caſibus duplæ ſtipulatio committitur: cùm vel laudatus venditor auctoritatem defugit, id eſt, defenſionem detrectat, l. ſi rem quæ, 62. §. 1. j.h.tit. l. in exſecutione, 75.D.de verbor. obligat. vel ita res iudicio ademta eſt, vt eam emtori habere non liceat, l. ſi ſeruus, 21. l. euicta, 16. §.1.j.h.tit. Additur etiam tertius, ex æquitate, & interpretatione: cùm emtor damnatus litis æſtimationem pręſtitit, d.l.euicta, §. 1. quippe, cùm ęſtimatio pro ſecunda emtione ſit, vt iam emtor non ex prima, ſed ex ſecunda emtione rem habere intelligatur, l.ſi ſeruus, 21. §.1.j.h.tit. Item Quartus, cùm poſſeſſor ab emtore conuentus iudicio abſolutus eſt, d. l.16. §.1.

§ 7 Dixi, DVPLAM PRÆSTARE. nam vſitatum atque adeò adſiduum erat, duplam ſtipulari, l.quod ſi nolit, 31. §.quia adſidua, 18.D.de ædil.ed. Interdum tamen ſimpla dumtaxat ſtipulabatur, l.Lucius, 11. §.1.l.hoc iure, 27. j. h.tit. eáque cautio ſimpli dicitur in l. ſi donatę, 36.D. de donat.int. vir. Interdum etiam tripli, aut quadrupli cauebatur, l. ſi dictum, 56.l.ſi plus, 74.j.h.tit. l.5.D.de iur.fiſc. Earum quidem rerum nomine, quę precioſæ non ſunt, aut quæ acceſſionis locum obtinent, ſimpli tantùm cauetur, l.euicta, 16. l.emtori, 37. §.1.j.h.tit. eæque ſimplarię venditiones dicuntur: quarum nomine ſimpli actio ob euictionem competit, l. ſi tamen, 48.§.vltim. s.tit. proxim. quòd ſi nihil nominatim conuenerit, quantum venditor ob euictionem præſtet, ſimpla dumtaxat præſtabitur, l.ſi in venditione, 60. j.h.tit. regulariter autem non vltra duplum periculum euictionis venditor pręſtat, l. cùm & fortè, 14.D.de act.emt. Dixi, DOLVM MALVM ABESSE: vt in d. l. ſtipulatio, §. ſiquis dolum, & l. ſi cùm fundum, 68. §.1. D.de contrahend.emt. Sequitur, vt de actione, quæ ex illa ſtipulatione naſcitur, videamus: quæ modò actio euictionis appellatur, modò actio auctoritatis. Hæc autem ſic definitur:

§ 8 Actio ædilitia perſonalis, quæ aduerſus venditorem datur emtori bonæ fidei, cui propter euictionem rem habere non licet, vt duplam conſequatur. Dixi, EMTORI BONÆ FIDEI: quoniam, qui ſciens prudens alienam vel obligatam rem emit, neque hanc actionem habet, neque precium recuperat, l.ſi fundum, 27. C. hoc tit. l.ſi fratres, 7. C. commun. vtriuſque; quaſi conſultò numos illos donarit, l.cuius, 53. de regul. iur. ac generalis regula eſt, Malæ fidei emtorem, & qui quid contra leges emit, precio multari, l. penultim. C. de eo quod metus cauſ. l. vltim. C.de litig. l.penult. l.vltim. C.de reſcindend. vendit. l.vltim. C.de præd. decur. l. vltim. C. de fund. rei priu. Dixi, PROPTER EVICTIONEM: quoniam hæc Iuliani regula eſt in l. ſi ſeruus, 21. j. h. tit. quocumque actionis genere res euincatur, l. ſi mancipium, 34.§. 1.j.h.tit. Itaque non ſi emtori propter hominis venditi mortem eum habere non licet, idcircò hęc actio conceditur, dict. l. ſi ſeruus. adeò vt etiamſi alienus ſeruus fuerit, tamen quia euinci mortuus non poteſt, venditor liberetur, l. ſi quis tibi, 26. C. eodem. non ſi propter ſordes aut imprudentiam aut errorem iudicis, l. 5. l. ſi per imprudentiam, 51. j. hoc tit. l. 8. C. eod. non ſi propter ſerui fugam, dict. l. ſi ſeruus, §. idem Iulianus. non ſi propter vim & impreſſionem alterius, l.vltim. C. de actionib. emt. non ſi facto, vel dolo, vel culpa emtoris ei habere non licet: veluti quia ſeruum manumiſerit, d. l. ſi mancipium, 34. non ſi quia voluntate ſua compromiſerit, l. quod dictum, 56. §. 1. non ſi venditori non denunciauit, & ob eam cauſſam victus eſt, l. ſi fundo, 53. §. 1. non ſi propter abſentiam & μονομερῆ actionem condemnatus eſt, l. ſi ideò, 55. inf. hoc tit. l. 1. Cod. de peric. & commod. non ſi ſponte & ſine iudicis ſententia rem reſtituit, l. ſi cùm quæſtio, 17. Cod. de euictio. l. vtique, 16. D. de rei vindication. non ſi venditor, procurator ab emtore datus, iudicio victus litis ęſtimationem ſoluerit, dict. l.ſi ſeruus, non ſi locum venditum religioſum fecerit, fieríve permiſerit, l. ſi per imprudentiam, §. ſi quis, eod. non ſi rem pro derelicto habuerit, l. vltim. inf. eod. non ſi ſua culpa, aut ſponte poſſeſſam amiſerit: quam rei vindicatione recuperare non poſſit, l. ſi rem, 29. §. 1. j. h. tit.

DE EXCEPT. REI VEND. ET TRAD.

TITVLVS III.

1 *Exceptionis, quæ contrà ſup. actionem datur, formula, & æquitas.*

2 *Datur & quandoque doli exceptio aduerſus ſup. actionem.*

§ 1 POST euictionis tractationem commodè ſubiicitur exceptio, quæ contra euictionem datur: ſed vno caſu dumtaxat; nimirum cùm venditor, eiúſve heres, rem à ſe venditam ac traditam, ab emtore eiúſve herede vindicat, quod interdum colore aliquo facere videtur. veluti ſi rem alienam vendidit, quæ poſtmodum ipſius facta ſit: nam ſi emtor retinere poſſeſſionem ve-

nem velit, exceptio ei hac formula dabitur: Extra quam ſi eam rem mihi vendidiſti, ac tradidiſti. l.1.§. h.tit. quem enim de euictione tenet actio, eundem multo magis agentem repellit exceptio, l.vindicantem,17.§.t.prox.l.inuitus,156. De reg.iur. Quod autem de venditore,aut emtore dictum eſt,idem etiam de ipſorum ſucceſſorib. etiam ſingularibus intelligi oportet:quandoquidem ius prioris domini in ſecundum tranſit,l.qui in ius,177.De reg.iur. A

§ 2 Cum hac autem exceptione concurrit & doli exceptio,l.vindicantem,17. §.tit.prox.l.cum à matre,14.C.de rei vind.Electionem igitur emtor habet, vtrum retinere poſſeſſionem per alterutram exceptionem malit,an ea remiſſa in duplum per euictionis actionem experiri, d.l. vindicantem, §.tit.prox. quinetiam retinere interea poſſeſſionem propter impenſas in eam factas poterit, l. ídque & Iulianus, 45.D.de act.emt.

LIBER XXII.

DE VSVRIS, FRVCT. CAVSS. ACCESSION. ET MORA.

TITVLVS I.

1 *Rubricæ quinque partes demonſtrantur.*
2 *Vſuræ definitio & notatio.*
3 *Vſuræ diuiſio prior.*
4 *Vſuræ & eius quod intereſt communia.*
5 *Vſuræ & eius quod intereſt differentiæ.*
6 *Fœnus quid ſit:& Incrementum & Acceſſio.*
7 *Vſuræ & fœnoris differentia.*
8 *Compenſatoriæ vſuræ tractatio tripartita.*
9 *De perſonis.*
10 *De rebus.*
11 *Vſuræ & fructus communia,itémque differentiæ.*
12 *De iure vſurarum.*
13 *Vſuræ compenſatoriæ quomodo ex lege debeatur.*
14 *Vſuræ ex pacto quomodo debeantur.*
15 *Vſuræ quomodo iudicis officio debeantur.*
16 *Debitor ex bona fidei contractu ſi debitam alteri pecuniam retinuerit,quas vſuras præſtet.*
17 *Debitor ex bona fidei contractu ſi alienam pecuniam retinet,quas vſuras præſtet.*
18 *De modo & quantitate vſurarum.*
19 *De fœneratione ſeparata tractatio.*
20 *Fœnerationis & mutui differentiæ.*
21 *Fœnerationis diuiſio bipartita.*
22 *Fœnus inter & pœnam quid interſit.*
23 *Fœneratio quibus perſonis permiſſa ſit.*
24 *Quarum rerum fœneratio exerceatur.*
25 *An fructuum vſuras exigere liceat?*
26 *An vſuras vſurarum exigere liceat?*
27 *De anatociſmo ſiue renouatione fœnoris.*
28 *De modo fœnerationis,& centeſima vſuræ interpretatione ac partibus.*
29 *Cautiones iuris contra fœneratorum fraudes.*
30 *Noua definitio vſurarum à Iuſtiniano inducta.*
31 *Centeſima vſura tribus caſibus permiſſa.*
32 *Pœna fœnerationis illegitimæ.*
33 *Finis vſurarum eſt duplum ſortis.*
34 *De particularibus ſolutionibus vſurarum in duplum computandis.*
35 *De antichreſi vberior tractatio.*
36 *In antichreſi an legitimus vſurarum modus ſeruetur.*
37 *De emtione redituum.*
38 *Diſputatio contra Extrauag.de emt.& vend.*
39 *Precium prædiorum an ex fructuum & redituum quantitate taxetur.*
40 *De conuentione vt redimi nunquam poſſit.*
41 *Fructus ſumma diuiſio.*
42 *Fructuum alij naturales,alij ciuiles.*
43 *Fructuum naturalium alij ſpontanei, alij elaborati.*
44 *Fructuum ſecunda diuiſio.*
45 *Fructuum tertia diuiſio.*
46 *Fructuum quarta,quinta,& ſexta diuiſio.*
47 *De iure fructuum.*
48 *Fructuum quod ius ſit in bona fidei poſſeſſore.*
49 *Cuius periculo res eſt,ad eum fructus pertinent.*
50 *Fructuum in ſtrictis iudiciis quæ ratio ſit.*
51 *Cauſſa generaliter quid ſit.*
52 *Acceſſionis nomine quid intelligatur.*
53 *De eo quod intereſt.*
54 *De eo quod intereſt quando ratio lucri habetur.*
55 *Interpretatio l.1.C.de ſent.quæ pro eo quod inter.*
56 *Moræ definitio ex quibus modis fiat.*
57 *Mora quomodo per interpellationem fiat.*
58 *Mora perpetuat obligationem.*
59 *Mora vſurarum curſum vel excitat vel ſiſtit.*
60 *Mora quomodo purgetur.*
61 *Moræ purgatio an à pœna liberet.*

§ 1 TITVLVS hic non ex Edicto perpetuo ſumtus eſt, ſed à Triboniano hunc in locum coniectus propter ſuperiorum tractationum adfinitatem, in quibus plerumque de variis ad rem principalem acceſſionibus diſputatum eſt. Etſi autem Acceſſionis nomen generale eſt,tamen cùm Rubrica quinque partita ſit, quinque partitam quoque noſtram tractationem eſſe oportebit. De Vſuris, Fructibus,Cauſſa,Acceſſio- B nibus & Mora: de quib.ſingulis eo quem propoſuimus ordine diſſeremus.

§ 2 Ergo Vſura quidem,ſi res ad veriloquium reuocetur, propriè nihil aliud eſt quàm vſus:quemadmodum ex Cicer.in diſputat.de vſur.demonſtratum eſt. Poſtea verò conſuetudine forenſi ſenſim Vſuræ nomẽ vſurpari cœpit pro eo, quod vſuræ cauſſa pſtatur,quaſi quædã illius merces: ſicuti vectura propriè C ipſa vectio eſt:plerumq.tamẽ pro vectionis mercede vſurpatur, l.ſi nauis, 62.D.de rei vind.& pari ratione

apud Græcos ἐυαγγέλιον, pro bono nuncio & boni
nuncij præmio vſurpatur. vt non incommodè defi-
niri generaliter Vſura ſic poſſit: Vſura eſt quod pro-
pter vſum debitæ pecuniæ creditori præſtatur. Dixi,
Quodcumque præſtatur, propterea quòd non tantùm
in pecunia, verùm etiam in quouis alio incrementi,
acceſſionis, & additamenti genere conſiſtere Vſura
poteſt: vt paulò pòſt de fœneratione intelligetur.
Dixi, *Propter vſum debitæ pecuniæ*: quoniam etſi pro-
priè vſus pecuniæ non eſt, quippe quę vſu conſu-
mitur, & adſidua permutatione quodammodo ex-
ſtinguitur: vt ait §. 2. Inſtitut. de vſufr. potiúſque in
abuſu quàm in vſu conſiſtit: l.2. D. de vſufr. ear.rer.
tamen plerumque his verbis abutimur: velut in l.nec
enim,23.D.de pign.act. adeò, vt Paullus non ſit veri-
tus dicere, vtendam pecuniam dare: hoc eſt, quaſi
quodammodo locare, aut commodare, l.2.D.de ca-
lumn. cùm tamen pecunia & res eiuſmodi, quæ vſu
conſumuntur, neque in locatum, neque in commo-
datum cadant, l.3.§.vltim.D.commod. Sic Tranquil.
in Auguſt. vſum pecuniæ gratuitum iis, qui cauere
in duplum poſſent, ad certum tempus indulſit.
Plaut. Perſa. Oraui vt numos ſexcentos mihi dares
vtendos mutuos. Sed quæ ad hanc generis definitio-
nem pertinent, planius ex partibus, quę huic generi
ſubſunt, intelligentur.

¶ 3 Itaque Vſuræ diuiſio exponenda eſt, quam e-
go duplicem eſſe repetio. Prior eſt huiuſmodi: Vſu-
ra alia eſt Compenſatoria, quæ generis ſui nomen
ſemper retinet: alia Quæſtuoſa, quæ proprio & ſpe-
ciali nomine Fœnus dicitur. Compenſatoria eſt, quę
creditori conceditur ad compenſationem eius, quod
ipſius interfuit vſu debitæ ſibi pecunię caruiſſe, dum
eam debitor retinebat. nam hęc vſura non ob lu-
crum petentium, ſed propter ceſſationem & tardita-
tem non ſoluentium permittitur: vt ait l.cùm qui-
dam,17.§.ſi pupillo, j.h.tit. hoc eſt, propter id quod
creditoris intereſt, vſu debitæ ſibi pecuniæ caruiſſe:
quaſi Vſura nihil aliud ſit, quàm æſtimatio eius quod
propter illam ceſſationem & tarditatē intereſt: vel-
uti cùm pater dotem filiæ ſuę conſtituit, neque ta-
men genero matrimonij onera ſuſtinenti eam ſol-
uit. nam eius nomine quod generi intereſt, vſu do-
tis ſuæ caruiſſe, vſuras præſtat, l. pater,17. D. de dol.
except. quo æquius dici nihil poteſt: ne ceſſator ex
ſua mora lucrum faciat, & ſuum commodum ex al-
terius incommodo comparet, contra l. 6. & l. quo-
ties, 16.D.de iur.dot. Itē cùm is, qui in certam quan-
titatem à iudice condemnatus, poſt tempus iudicato
faciendo præſtitutum non ſoluit: quoniam debitam
victori pecuniam retinet, & veriſimiliter victoris
intereſt vſu ſuæ pecunię carere: rei iudicatæ vſuras,
tamquam eius quod intereſt, compenſationē debet,
l.1. & paſs. C.de vſur.rei iud. Item cùm teſtator cer-
tam alicui quantitatem legat, & quoad ei ab herede
præſtetur, ei in ſingulos annos certam præſtari pecu-
niam iubet: quaſi vſus quem heres retinet, merce-
dem, l.3.§.vlt.D.de ann.leg. Eiúſque rei præclarum &
euidens documentum videre licet in eo quod conſti-
tutum eſt, vt emtor poſt traditionem ſibi factam,
moram in ſoluendo precio interponens, eius vſu-
ras pręſtet; l. Iulianus,13.§.ex vendito, D. de action.
emt. l.curabit, 5.l.fructus,13 C.ill. tit. nimirum tam-
quam æſtimationem eius quod venditoris inter-
fuit, emtorem debitę ſibi pecuniæ vſum eripuiſ-
Ex contrario verò ſi emtori res euicta ſit, ſic vt &
fundū & fructus euictori reſtituat, vēditor nō modò

A ei precium acceptum reddere cogitur, verumetiam
(vt quibuſdam locis dicitur) precij vſuras, l.euictis,
18. D.de vſur. vt aliis locis dicitur, preciū & id quod
intereſt, l.euictis, 70.l.ſi in venditione, 60.D.de e-
uict. quaſi Vſura nihil aliud ſit, quàm æſtimatio eius
quod intereſt. Qua de cauſſa, Vlpianus eandem quæ-
ſtionem tractans in l.illud ſciendum, 29.§.1.D.de æ-
dil.ed. An & vſuras, inquit, precij conſequetur, quaſi,
quòd ſua interſit, debeat accipere? Eodémque perti-
net, quòd illa precij vſura, quam emtor præſtat, con-
B ductionis mercedi æquiparatur. nam cùm emtor
tantiſper prædium emtum conducit, dum precium
ſoluat: mercedem vſurarum loco præſtari ab eo in-
telligitur, l. ſicut, 20. & l. ſeq. D. locat. Similiter
in l. ſocium, 60. D.pro ſoc. Socius qui in lucro red-
dendo moram adhibuit, vſuras præſtare dicitur: ſed
non quaſi vſuras (id eſt quaſi fœnus, ſiue quaſi lu-
crum) ſed quòd ſocij interſit moram eum non adhi-
buiſſe.

¶ 4 Sed quæ inter id, quod Intereſt & Vſuram
C compenſatoriam communia, quæque diſcrepantia
ſint, conſiderandum eſt. nam ſicuti quod Intereſt ex
damno per aduerſarij culpam inlato, vel vtilitate in-
teruerſa æſtimatur, l. ſi commiſſa, 3. D.rem.rat.hab.
ita Vſura compenſatoria in bonæ fidei iudiciis ob
damnum inlatum, aut interuerſam vtilitatem in
condemnationem venit: & ſi nullam vtilitatem
amiſſam conſtet, non applicatur, etiamſi ſtipula-
tione & chirographo promiſſa ſit, l. pater, 17. D.
de dol. except. l.creditor, 60.§.ſi inter, D.mand. Sic-
D ut Vſura, ita etiam id quod Intereſt, tantùm in pe-
cunia numerata præſtatur, l.ſi quis ab alio,13.§.vlt.D.
de re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur, 72.D.de
verb.obl. Sicut id quod Intereſt iudicis officio æſti-
matur, l.3.C.de inut.ſtip. ſic Vſura compenſatoria per
iudicem æſtimari, taxari ac definiri ſolet, l.cùm ſer-
uus,39.§.1.D.de lega 1.l.7.D.de neg.geſt. qua de cauſ-
ſa æſtimatio vſurarum dicitur à Papiniano in l.3.§.
vlt.D.h.tit. Summè autem illa communio notanda
E eſt, quòd Vſura æquiparatur ei quod verè proprié-
que intereſt: hoc eſt, quod in re tantùm & circa
rem, non autem extra rem verſatur. Nam ſicuti
venditor moram in tradendo committens, in præ-
ſtando eo quod emtoris intereſt, vtilitatem tantùm,
quæ circa rem non extra rem eſt, reſtituit: veluti ſi
quid emtor negociando lucri facere potuiſſet, l. ſi
ſterilis, 21.§.cùm per venditorem, & l.Titius, 43.D.
de act. emt. eodem modo emtor moram in precio
ſoluendo committens, ac propterea id, quod ven-
F ditoris intereſt debens, vſuras tantùm precij, non
lucrum, quod venditor negociando facere potuiſ-
ſet, præſtabit, l. vlt. D. de peric. & commod. quod
ſimiliter conſtitutum eſt in tutore, qui merces, quas
cum defuncto communes habuit, venditas ſibique
redemtas ſolus exercet. neque enim partem ſui
quæſtus, ſed pecuniæ tantùm vſuras pupillo præ-
ſtat, l. Titium, 47.§.pen.D.de admin.tut. Idémque
præterea in legata pecunia obſeruatur, quam legata-
rius ex die certa reſtituere iuſſus eſt. nam vſuras tan-
tùm, non etiam lucra, quæ interea negociando
G percepit, præſtat, l. Imperator, 70. §. 1. D. de leg.
2. Quartò, quibus caſibus legitimus vſurarum mo-
dus non ſeruatur, vt in traiectitia pecunia: iis caſi-
bus etiam id, quod extra rem intereſt, præſtatur,
l. 2. §. vlt. D. de eo quod cer. loc. Quintò, inter
Vſuram hanc, & id quod Intereſt, hoc commune eſt,
quod vt illius modus pacto contrahentium definiri
poteſt,

poteſt, dum tamen intra legitimum vſurarum modum definiatur, l.Iulianus,13. §.ibidem Papin. D.de act.emt. ſimiliter id quod Intereſt, ſtipulatione definiri poteſt, ac tum Pœna nominatur, l.vltim. D.de præt.ſtipul.§.vlt.Inſt.de verb.obl.

§ 5 Differentia verò inter id quod Intereſt & Vſuram hæc eſt, quòd illud & in quamuis obligationem cadat, ſiue dandi, ſiue faciendi, & quarumuis rerum nomine præſtatur, ſiue corporalium, ſiue incorporalium, atque adeò ipſius pecuniæ, l. 3. D. de eo quod cert.loc. Vſura verò tantùm in obligationibus dandi locum habet, & earum tantùm rerum nomine præſtatur, quæ quantitate conſtant. Itaque cùm in aliis rebus ob moram cōdemnatio fiat in id quod intereſt: in pecunia condemnatio fit in vſuras, l.3. §.vltim.D.h.tit. Illud in facto, non in iure conſiſtit, qua de cauſſa nullus illius modus iure definitus eſt, l.quatenus, 24. D. de regul. iur. at vſurarum modus ſemper antiquis legib.definitus fuit: cuius excedendi poteſtas iudici permiſſa non eſt, l.1.& ſim.D.h.t.

§ 6 Porrò Fœnus eſt lucrum, quod propter cauſſam Mutui certis temporibus exigitur. Dixi, *Lucrum*, quoniam fœnus lucri tantùm, & quæſtus ex mutuo faciendi cauſſa inſtitutum eſt, quaſi pecuniæ vſus locaretur: non autem ob id quod creditoris intereſt compenſandum, neque ad debitoris moram puniendam. nam etiam ſine mora ex ipſo conuentionis die debetur, l. ſi ita quis, 195. D. de verb. obligat. quinetiam nonnunquam repræſentatur, atque ipſo contrahendi mutui tempore prærogatur: velut in l.4.§. vlt. l.qui in futurum,57. D.de pact. l. qui Romæ,122. D.de verb.oblig.l.2.§.non malè, D. de dol.except.l.ſi vſuras, 21. C. de vſur. Generale autem Lucri nomen vurpaui: quoniam omne vtilitatis, compendij aut commodi genus quod præter ſortem accipitur, Fœnus appellatur. non modò ſi in pecunia numerata, verumetiam ſi in oleo, vino, frumento, atque adeò vn habitatione domus conſiſtat, l.oleo,23. l.cùm non frumentum,16.l.ſi ea pactione,14.l.ſi ea lege,17.C.h. tit. Sed cùm eiuſdem generis fœnus eſt cuius eſt ipſa ſors; veluti cùm pro numis numi, pro vino vinum maiore numero & menſura ſoluitur: hoc propriè incrementum appellatur, vt in l. Lucius, 24. D.de poſ.l.9. D.de alimēt.leg.l.2.§.2. D.de adminiſt.rer.ad ciu. Generali autem nomine quidquid præter ſortem exigitur, Acceſſio appellatur, l.frumenti, 12.C. h.tit. Dixi, *Propter mutuum*: quoniam nulla alia niſi mutui & creditæ pecuniæ cauſſa fœnus exigitur: non tamen ex natura vel pacto mutui, ſed ex noua obligatione, id eſt, ſubiectæ ſtipulationis: vt poſterius docebimus. Dixi. *Certis temporibus*; quæ antiquitùs regulariter erant menſtrua. nam fœnus ſtipulabatur Kalendis dari, l.tutor, 41. §.vltim. ĵ.h.tit. ſed ſolutio in diem Iduum differebatur, l. ex pluribus, 89.§. vltim. D.de ſolut. Vnde illud Horatij: Omnem relegit Idibus pecuniam, Quærit Kalendis ponere. Cic. Catill. I. Prætermitto ruinas fortunarum tuarū, quas impendere tibi proximis Idibus ſenties. Neque obſtat quod in l. omnes,18. C.Theod.de luſt. collat. Fœnus interpretatur, creſcentis in dies ſingulos pecuniæ acceſſio. quoniam ſingulis quidem diebus augeſcit pecunia: ſed Idibus tantùm debebatur. deniq. pro rata menſtruæ penſionis quotidie ſenſim excreſcit, vt apud Ariſtophan. Τοῦ δ' ἐστὶ ὁ τόκος τί θηρίον: ΔΑ. τί δ' ἄλλο γ' ἢ κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν πλέον ὑποῤῥέοντος τοῦ χρόνου. Et hac de cauſſa videmus, Vſuram, quæ quotannis tantùm præſtatur, in libris noſtris dici quaſi

A vſuram: velut in l.3.§.vlt.D.de ann.leg. Propriè autem Reditum quaſi prædij alicuius: l.alumnæ,30.D. de alim.leg.l.qui quadraginta, 88.§. qui ducenta, D. ad leg.Falc.

§ 7 Porrò ex his definitionib. prima & ſumma inter Vſuram & Fœnus differētia notari poteſt: quòd illa reſpectu creditoris ad id quod intereſt, compenſandum: hoc lucri tantùm & quæſtus cauſſa inſtitutū eſt. Illa in pœnā moræ à debitore poſt interpellationē commiſſæ infligitur, l.cùm quidam, 17.§.ſi pupillo, ĵ.h.t.l.pater,17. D.de dol.except. hoc etiā ſine interpellatione & mora ex ipſo die commiſſæ ſtipulationis debetur, l.pecuniæ, 9.§.1.l.cùm quidam, 17.D.h. t. Interdum tamen quaſi in pœnam moræ fœnus ſtipulabatur, ac tum Pœna dicebatur: velut in l.cū ſtipulati,90.l.ſi ita ſtipulatus,126.§.Chryſogonus,D.de verb.obl.l.lecta,40.D.ſi cer.pet. Tertia differētia eſt, quòd Vſura ex nudo pacto peti poteſt: Fœnus regulariter non niſi ex ſtipulatu, l. Lucius, 24. D. de perſc. verb. Quarta eſt, quòd illius natura erat, vt non niſi ex bonæ fidei contractib. deberetur: ſed propter æquitatem etiam ad quædam ſtricti iuris iudicia producta eſt: veluti ad actionem ex teſtamento, l. vſuræ, 34. D. hoc titul. hoc verò ex vno tantùm mutui contractu, vel potius ſtipulatione mutuo ſubiuncta debetur.

§ 8 His expoſitis, deinceps ad ſeparatam Compenſatoriæ vſuræ tractationem accedamus: quæ inſtituto noſtro tripartita erit. Primùm enim de Perſonis, tum de Rebus, poſtremò de iure Compenſatoriæ vſuræ diſſeremus.

§ 9 Ergo quantum ad perſonas attinet, illa regula tenenda eſt: Nullam eſſe perſonam, cui non deberi, aut à qua non exigi Cōpenſatoria vſura poſſit, præterquā à fiſco: l.cùm quidam, 17.§.fiſcus, ĵ.h.t.niſi in priuati locum ſucceſſerit, l.2.C.de fiſc.vſur.l.6. ĵ.h.t.

§ 10 Earum autem demum rerum nomine Vſuræ præſtantur, quæ quantitate conſtare dicuntur, & paſſim corporib. opponuntur: velut in l.ſi is cui numos, 94.D.de ſolut.l.1.§.non ſolum, D.ad leg.Falc. Nam quod in corporeis reb. Fructus appellatur; id in pecunia Vſura dicitur, l.ſi nauis, 62. D. de rei vind.l. item veniunt, 20. §.ceterùm, D. de her.pet. quapropter Vſuræ vicem fructuum obtinere dicuntur, l.vſuræ, 34. ĵ.h.tit. Itaque cùm in legatis aureis argenteiſve vaſis præſtandis moram heres feciſſet, & quæreretur, an vſuras deberet? Papin. reſpondit: Si vaſa ita legata eſſent, vt venderentur, & pecunia ſolueretur, vſuras deberi: ſin ad vſum tantùm, & tamquam corpora legata eſſent, non deberi, l.3.§.vlt.ĵ.h.tit. eodémque pertinet l.deducta, 58. §. cùm autem, D.ad Trebel.l.eum qui, 18. D.de his quæ vt ind.& l.patronus,35.D.de leg.3.

§ 11 Sed operæprecium eſt, quænam inter Fructum & Vſuram communia, quæque item diſcrepātia ſit, cognoſcere. Ergo cùm & fructus & vſura rei principalis acceſſio ſit, vtrumque incrementum appellatur, l.1.§. belliſſimè, D. vt leg.nom. Quibus ex cauſſis fructus ob moram debentur, etiam vſuræ debentur, velut in bonæ fidei iudiciis: itémque in legatis & fideicommiſſis, l.3.§.2.& l.vſuræ, 34. D. h. tit. at in ſtrictis iudiciis neque ante neque poſt moram fructus vel vſuræ debentur, l. videamus, 38.§. ſi actionem, D. hoc tit.l.3.C.eodem. In legatis autem & fideicommiſſis poſt litem conteſtatam, tum vſuræ tum fructus etiam ab herede debentur, l.vlt.C. de vſur.& fruct.leg. ſicut vſuræ vicē fructuū obtinēt,

l.34. D. h.tit. ita viciſſim fructus vſurarum loco cedunt,l.ſi ea lege,17. h.tit. Diſſimilia verò hæc ferè notauimus. Vſurę ex iis ſolis rebus percipiuntur,quę quantitate conſtant,vt ſ.dictum eſt. Fructus ex ceteris rebus omnib. etiam incorporalibus:itaque quod in ceteris rebus Fructus,id in pecunia Vſura dicitur, l.1.& paſs. C.de vſur.& fruct.leg. l.item veniunt,20. §.ceterùm, in fin. D. de her. pet. l. poſtulante, 44.§. penult.D.ad Trebell.l.3.§.2.l.euictis, 18. l.ſeq. *D.*hoc tit. Secundò, Fructus propriè veréque dicitur, qui naturaliter aut ex corpore rei, puta procreatione,aut per cauſſam corporis, puta vehendo aut geſtando percipitur: at Vſura tantùm ex negociatione & contrahenda obligatione percipitur, l. ſi nauis,62. D.de rei vindic. Tertiò, Fructus in vicem vſurarũ cedunt, at non Vſuræ in vicem fructuum. nam fructus fundi ab eo percepti, cui vſuræ certæ pecuniæ debebantur, ei in vſuras imputantur, l.cùm non frumentum, 16.& l.ſeq.C.h.tit. l.ſi is qui,11. §.1. D.de pignor. l.5. §.quæri, D.vt in poſ.legat. Quartò, Fructuum modus, qui in iudicium deducitur, indefinitus eſt. neque enim perceptorum tantùm ratio habetur, verumetiam eorum qui percipi potuerunt: at Vſurarum modus iure ciuili & regionis more ſemper definitus fuit, l.1.cum ſimilibus,D.h.tit.quamquam vbi Fructus in vicem Vſurarum percipiuntur, ad legitimum earum modum, eorum quantitas reuocatur, l.8. D.in quib.cauſ.pign. Quintò, Vſurę vnius anni multæ & varię ſunt: quippe cùm ſint menſtruæ, vt ſuprà diximus. at Fructus totius anni vnus eſt, l.8.D.ſolut.matrim. Sextò, in bonę fidei iudiciis fructus omnino præſtantur, ſiue mora facta ſit, ſiue non, l. videamus,38. §.penult. D.h.tit. at Vſuræ non niſi ex mora debentur, l. mora,32.§.in bonæ,D.h.tit. Septimò, qui rem alterius locabilem quam poſſidet, non locat & exercet, eius tamen fructus præſtat. qui verò pecuniam alterius non exercet,vſuram nõ præſtat; quoniam illius periculum non pręſtat, huius verò præſtat, l.ſi nauis,62.D.de rei vind.

¶ 12 Sequitur, vt de iure videamus, cuius diſputationis hoc quaſi fundamentũ iaciendum eſt. Cùm Vſura compenſatoria non infligatur niſi propter moram, id eſt propter id quod creditoris intereſt, vſum debitæ ſibi pecuniæ à debitore ſibi ereptum eſſe, l. cum quidam,17. §.ex pupillo, j.h.tit. duplici ratione inſtituta eſt: debitoris reſpectu, in pœnam moræ & ceſſationis: creditoris verò reſpectu, ad eius quod intereſt compenſationem; ne debitor ex alterius incommodo ſuum compararet commodum, contra l.itaque,28. & alias ſimiles,D.de dol.mal. Itaque reſpectu debitoris, cùm moræ coërcendę cauſſa inſtituta ſit: veréque propriéque Pœna eſt:reſpectu verò creditoris, id quod intereſt. Hoc poſito fundamento,ſequitur, vt tripartitam eſſe huius iuris tractationem oſtendamus. Nam cùm Vſura compenſatoria nunquam niſi ob moram infligatur, tamen interdum ex lege deberi dicitur:interdum ex pacto: interdum ſolo iudicis officio applicatur.

¶ 13 Ex lege deberi dicitur,quę iure ſcripto debitori in ceſſationis pœnam infligitur: creditori verò ad eius, quod ſua intereſt,cõpenſationem attribuitur: cuiuſmodi eſt Vſura rei iudicatę. nam is qui in certam pecuniam condemnatus eſt, ſi poſt iuſtos iudicati faciendi dies ſoluere ceſſat, quamuis interpellatus non fuerit, tamen ipſo iure vſuras debet, niſi fortè prouocarit, tum enim poſt diem demum confirmatæ prioris ſententiæ vſuras debet, l.1.& l.
A 2.Cod.de vſur.rei iudic. Ac eius quidem temporis, quod iudicato faciendo præſtitutum eſt, vſuræ non debentur,l.3.§.1.j.h.tit.l.vlt.C.de vſu.rei iud. ſed eius quod inter priorem & poſteriorem ſententiam fluxit,ita demum vſuræ debentur, ſi modò fruſtratoria morandi cauſſa appellatio interpoſita eſt, l.tutor, 41. D.h.t.Sin bona fide interpoſita eſt,non debentur:niſi fortè ab eo, qui priore ſententia etiam in vſuras condemnatus fuerat, l.vlt.C.de re iud.l.negociorum,
B 24.D.de appel.l.in bonæ,13.C.h.t.

¶ 14 Ex pacto vſuræ debentur in omnibus bonę fidei contractibus: veluti in emtione & venditione, cùm in ipſo contractu conuenit,vt precij tardius ſoluti vſuras emtor præſtet,l.3.C.h.t.l.5.C.de pact.int. emt.l.5.de act.emt. Item in depoſito:cùm ita deponitur pecunia,vt tantumdem reddatur, & conuenit, vt, eius pecuniæ vſuræ præſtentur, l.Lucius, 24. l. Publia,26.§.1.D.depoſ.

¶ 15 Iudicis autem officio deberi vſurę dicuntur,
C quarum æſtimatio, id eſt, non modò applicatio, verumetiam taxatio iudicis, tamquam boni viri arbitrio permittitur, l.1.l.3.§.vlt.D.h.tit. quod in omnibus bonæ fidei iudiciis locum habet, in quibus iudex tamquam vir bonus, & æquus litigatorum iuris æſtimator conſtituitur: vt tantumdem in iis eius arbitrium poſſit, quantum in ſtrictis, ſtipulatio. d.l.Lucius,D.depoſ. l. quæro,54. D. loc.l.6.in fi. & l.7. D. de neg. geſt. Nam in eius arbitrio eſt, primùm, vtrum vſuras infligat, an non: deinde, ad
D quem modum infligat: adeò, vt ſi nullam earum in ferenda ſententia mentionem fecerit, amplius eas petere non liceat, niſi ab eius ſententia prouocatio interponatur, l. 4. C. depoſ. l. in bonæ, 13. C.h.tit. Quinetiam quamuis ſors poſt moram ſoluta ſit, tamen eius vſuræ peti iudicio non poſſunt: quippe, quæ non ſint in obligatione, ſed officio iudicis præſtentur: l. qui per colluſionem, 49. §.1. D. de act. emt. vnde illa vulgaris Vſurarum differentia, vt aliæ in obligatione, aliæ in officio
E iudicis eſſe dicantur, l. quæro,54. D.locat.l.deducta, D. ad Trebell.non enim quidquid iudicis poteſtati permittitur, vtique iuris neceſſitati ſubiicitur, l. non quidquid, 40. D.de iudic.qua de cauſſa ſuperioribus duobus caſibus verè propriéque deberi vſuræ dicuntur: at quæ officio iudicis permittuntur, impropriè deberi dicuntur:vt in l.mora, 32. §.in bonæ, D.h.tit. d.l.quæro, D. loc. Porrò ad ſimilitudinem iudiciorum bonæ fidei inſtitutum eſt, vt etiam in legatis & fideicommiſſis vſuræ ex mora deberentur. l. vſuræ,
F 34.j. h.tit. l.3.C. in quib. cauſſ. reſt.l.1. §. belliſſimè, D. vt leg. nom.cau.l.1. l.2. C.de vſur. legat.l.ſi cui legatum, 43.in fi.D. de cond. & dem. quæ argumento eſt, ius iſtud Impp. conſtitutionibus introductum fuiſſe, & confirmatur ex l. vxori, 24. D.de vſuf.leg. quinetiam eodem conſtitutionum iure inductum eſt, vt in gratiam & fauorem minorum, vſura pecuniæ ipſis legatæ etiam ſine mora & interpellatione re ipſa, & ex ſolo tempore tardæ præſtationis iis debeatur,l.3.C.in quib.cauſſ.reſt.l.Titia Seio,87.§.vſu-
G ras,D.de legat.2.

¶ 16 Porrò in bonæ fidei iudiciis ad vſurarum condemnationem plurimum intereſt, vtrum ſuam pecuniam debitor retinuerit, an alienam. Et rurſus ſi ſuam pecuniam, ſed alteri debitam retinuit, magnam video eſſe quęſtionem,vtrum ob eam cauſſam vſuræ ex mora in perſonam, an ex mora in rem facta infligantur. Mora in perſonam eſt, cùm debitor

teſtato interpellatus eſt. In rem verò, cùm ſine inter-
pellatione creditoris ipſo iure tacitè in mora conſti-
tuitur. Ne longum faciam, & inſignem Triboniа-
ni ſocordiam patefaciam, ita ſtatuo: Magnam in li-
bris noſtris eius iuris varietatem & repugnantiam
reperiri: vehementérque veteres tum Iuriſconſultos,
tum Imperatores de hác quæſtione inter ſe diſſenſiſ-
ſe. Nam Vlpianus apertè adfirmat, emtorem ſtatim
poſt rem traditam, etiam ſine mora, id eſt interpel-
latione, re ipſa, & ex ſolo tempore tardæ precij
ſolutionis vſuras debere. Et æquiſſimam rationem
adfert: quoniam cùm fructus perceperit, conſenta-
neum eſt, eum precij vſuras debere: quaſi fructuum
perceptio tacita interpellatio ſit, l. Iulianus, 13. §. ex
vendito, D. de act. emt. quam æquitatem Diocletia-
nus allegat in l. 5. C. illi. tit. Contrà verò Paullus, Vl-
piani æmulus, apertè ſcribit, conductorem qui
fructus percepit, tamen per actionem ex locato v-
ſuras non niſi ex mora, id eſt, poſt interpellatio-
nem debere, d. l. cùm quidam, §. ex locato, j. h. tit.
cui conſentit Diocletianus in l. præſes, 17. C. de loc.
& cond. & Paullus in l. quæro, 54. D. eod. Atque
idem de emtore Hermogenianus ſcribit in l. vlt.
D. de peric. & commod. itémque Diocletianus, to-
ties ſibi ipſi contrarius, in l. 3. C. in quib. cauſſ. re-
ſtitut. & rurſus in l. fructus, 13. C. de act. emt. itémque
Gordianus in l. initio, 5. C. de pact. int. emt. Quòd ſi
mei iudicij res eſſet, Vlpiani certè ſententiam am-
plecteret: eò magis, quia idem quoque Vlp. qui tu-
tori vſuras pecuniæ ſuæ in pupilli negocia inſumtæ
adtribuit, etiam ſine mora illas eidem adtribuit, l. 3. §.
vſuras, D. de cont. tut. act.

§ 17 Sequitur, vt de aliena pecunia videamus, de
qua ita definiri poſſe arbitror: In bonæ fidei iudiciis,
ſi debitor alienam pecuniam ſuos in vſus conuertit,
vſuras etiam ſine mora præſtare cogitur: veluti in a-
ctione mandati. nam ſi mandatarius pecuniam do-
mini, atque adeò etiam vſuras ipſi debitas ſuos in v-
ſus conuerterit, vſuras vtriuſque ſummę etiam ſine
mora præſtabit: l. idemque, 10. §. ſi procurator, &
præſertim in l. ſi verò, 12. §. ſi mihi. D. mand. vbi
Pomponius ait, vſuras non tantùm ex mora eſſe
admittendas, ſed earum rationem iudicis arbitrio
ex æquo & bono permitti: quod idem de negocio-
rum geſtorum iudicio ſtatuitur in l. ſi mater, 24.
C. hoc tit. l. 6. in fi. & l. ſeq. & l. qui ſine, 38. D. de neg.
geſt. Similiter cùm depoſitarius pecunia penes ſe
depoſita vtitur, etiam ſine vlla interpellatione vſu-
ras debet, l. 3. & l. 4. C. depoſ. Sic creditor pignore
pluris, quàm quantum debebatur, vendito, ſi ea
pecunia vſus ſit, eius vſuras debet, l. 6. §. vlt. D. de
pign. act. ídque ex mora in re, ſine interpellatione,
ſtatim pòſt diem ſolutionis, l. in eum diem, 40. D.
h. tit. Sic cùm ſocius communem pecuniam in vſus
ſuos conuertit, Papinianus etiam mora non inter-
ueniente deberi vſuras ſcribit: l. 4. §. 1. j. h. tit. à quo
tamen videtur diſſentire Labeo in l. ſeruum, 60. D.
pro ſoc. vbi apertè ſcribit vtrumque requiri: vt ſo-
cius & moram fecerit, nimirum interpellatus, & pe-
cunia vſus ſit. quòd ſi alterutrum deficiat, vſuras non
debiturum. At tutor ſingulari pupillorum priuile-
gio vſuras debet, non modò ſi pecuniam pupilli
ſuos in vſus conuerterit, verumetiam ſi eam otio-
ſam reliquerit, l. 1. §. vlt. j. h. tit. l. 1. C. de vſur. pupil. l. 3.
C. arb. tut. aut etiam poſt officium finitum, l. 7. §.
vlt. l. Lucius, 46. §. quæſitum, D. de admin. tut.
Sicuti autem propter vſum alienæ pecuniæ vſura

A debetur: ita deſinente vſu, deberi deſinit, ſi modò te-
ſtato pecunia creditori offeratur, ſimúlque depona-
tur. neque enim alterutrum ſufficit, l. 1. in fi. j. h. tit.
l. 2. C. eod.

§ 18 Proximum eſt, vt de modo harum vſurarum
videamus. Olim ergo, ſiquidem inter partes de ea re
ab initio contractus conuenerat, lex contractus ſer-
uanda erat, ídque vſque ad centeſimam: qui licitus
vſuræ modus appellatur, vt poſterius intelligetur:
ſi nihil nominatim conueniſſet, tum officio iu-
B dicis, ex more regionis, vbi contractum fuerat,
modus definiebatur, l. 1. in prin. j. h. tit. l. idémque,
10. §. ſi procurator, D. mand. l. cum ſeruus, 39. §. 1. D.
de legat. 1. Sed Iuſtinianus generaliter & vniuersè
huic generi vſurarum, quæ citra ſtipulationem
exiguntur, ſemiſſem præſtituit, l. eos qui, 16. §. ce-
teros, C. h. tit. Atque hæc quidem de vſura Com-
penſatoria hactenus dicta ſint: deinceps de Fœnera-
tione videamus.

§ 19 Nam etſi fœnus pro fœneratione vulgò
C vſurpatur, tamen perſpicuitatis cauſſa, fœnus pro
penſione ipſa, fœnerationem autem pro conuen-
tione nominabimus. Ergo Fœneratio eſt ſtipulatio
lucri alicuius, certis temporibus propter mutui
cauſſam præſtandi. Dixi, STIPVLATIO: quoniam
regulariter Fœnus non ex pacto incontinenti appo-
ſito, non ex mora, non iudicis officio, ſed tantùm
ex ſtipulatione debetur, l. Titius, 24. D. de perſc. verb.
l. 3. C. h. titul. Excipiuntur tamen pecuniæ reipubl.
quarum vſuras ex pacto nudo deberi conuenit, l.
D etiam, 30. D. h. tit, item menſæ argentariæ, Nouell.
136. & earum rerum quæ menſura conſtant, veluti
olei, frumenti, vini, l. frumenti, 12. C. h. tit. Excipitur
præterea traiectitia pecunia, de qua tit. ſequenti tra-
ctandum erit. Dixi, LVCRI ALICVIVS: primùm,
quoniam fœnus nulla alia, niſi lucri (vt ſuperius co-
pioſè dictum eſt) & quæſtus cauſſa inſtitutum eſt,
vt apud Cic. de Offic. 2. Pecuniæ non quærendæ ſo-
lùm ratio eſt, verumetiam collocandæ, quæ perpe-
tuos ſumtus ſuppeditet. Deinde generale nomen
E ideò vſurpaui, quoniam omnia emolumenti gene-
ra fœnoris nomen continet, vt ſuprà dictum eſt.
Itaque cum his omnibus emolumenti generibus
opponitur id, quod gratuitum eſt: l. qui ſine, 38. D.
de neg. geſt. Idcircò pecunia gratuita, fœnebri ſiue
vſurariæ opponi ſolet, l. idemque, 10. §. ſi mandauero,
D. mand. l. cùm alter, 11. & l. ſeq. D. de compenſ. l. cùm
debitor, 8. D. in quib. cauſſ. pign. tac. contr. Tranquill.
in Iul. omnibus verò gratuito, aut leui fœnore ob-
ſtrictis. Dixi, PROPTER MVTVI CAVSSAM: vt in-
F telligamus, aliud eſſe mutuum, aliud fœnerationem.
nam mutuo fœneratio ſubiungitur.

§ 20 Mutuum enim eſt conuentio, quæ re con-
trahitur, & eatenus tantùm obligat, quatenus res da-
ta eſt; l. ſi tibi, 17. §. 1. D. de pact. l. 1. l. 2. l. rogaſti, 11. §. 1.
D. ſi cert. pet. at Fœneratio contrahitur verbis & ſti-
pulatione, l. 1. l. 3. C. h. t. Itaque Mutuum eſt contra-
ctus iuriſgentium, qui naturalis appellatur in l. ſi
ita ſtipulatus, 126. §. Chryſogonus, D. de verb. oblig.
Fœneratio, iuris ciuilis: quippe, vt diximus, ſtipu-
G latio, l. quoties, 14. in fi. D. de nouat. Ex pecuniæ
numeratione actio mutui naſcitur: at ex illa fœno-
ris petitio non naſcitur, ſed ex noua obligatione, in-
quit Pomponius: id eſt, ex ſubiecta ſtipulatione, l. v-
ſura, 121. D. de verb. ſig. Vterq. autem cõtractus nomi-
natus eſt. nam de Fœneratione certum caput in xij.
tab. fuiſſe Tacitus lib. 5. teſtatur. Similitérque aliud

eſt Credere, aliud Fœnerari : vt apparet ex l.grauius, 71. §.vlt.D.de fideiuſ.vbi agitur de eo,cui mandatum erat, vt crederet pecuniam Titio, quã illi fœnerarat, id eſt, non ſolùm crediderat, verumetiam aliquã inſuper acceſſionem ſtipulatus erat. Creditũ igitur ſiue Mutuum gratuitum eſt: Fœneratio quæſtuoſa. Vnde Mutuam pecuniam dare, & Fœnerationem exercere, diſtinguuntur in l.præſidis,34.ſ.ſi cert.pet. Plaut.Aſinar. Nam ſi mutuo non potero, certum eſt, ſumam fœnore. Et hac de cauſſa, cùm alia ſit Crediti, alia Fœnoris obligatio, licet vno iudicio ſortem, altero fœnus petere, neque vnius petitio alteri præiudicat, l.ſi in iudicio,23. D.de except.rei iudic. l. cùm ſtipulati,90.D.de verb.oblig.l.1.C.de iud.quinetiam ſtipulatio ſortis certa eſt; vſurarum, incerta, l.centum,8. D.de eo quod cert.loc. l. vbi autem,75.§.penul.D.de verb.oblig.quapropter altera certi, altera incerti cõdictione petenda eſt.Nunc diuiſio videnda eſt.

¶ 21 Nam Fœnerationis duas ſpecies animaduerto: vnam, per quam de lucro & quæſtu ex die numerationis conuenit, quod propriè Fœnus dicitur, adeò vt etiam futuri temporis repræſentetur: quemadmodum ſ. dictum eſt. alteram, per quam lucrum illud non apertè tamquam queſtus exigitur, ſed compenſationis quodam colore & prætextu tegitur, quaſi in pœnam admiſſę morę ac ceſſationis : veluti, cùm creditor Kalend. Ianuar. ita ſtipulatur: Spondes, te centum mutua Kalend. Februar. ſoluturum? & ni ea die ſolueris, quoad pòſt ſoluas, in ſingulas Kalendas vnum ſoluturum? cuius conuentionis paſſim exempla exſtant, vbi Fœnus hoc idcircò Pœna nominatur: velut in l. lecta,40. D.ſi cert.petat.l. cùm ſtipulati,90.l.ſi ita ſtipulatus,126. §.Chryſogonus, D.de verbor. obligat. l.Titius,24. D.de conſtit. pecun. l. pignoribus,22. C.h.tit. alibi Pœna vſuræ, l. cùm allegas,15.C.h.tit. Fuit & alterum Pœnę, vt ita dicam, vſurariæ genus: cùm quis minores vſuras ſtipulatus, ni ex ſua die ſoluerentur, maiores pœnę nomine ſtipulabatur: vt nominatim dicitur in l. Caius Seius,11.& l.ſeq.in fin.D.h.t. & l.1.§.pacto,D.de pig. l.4.& l.quamuis,8.C.h.t.

¶ 22 Sed hoc loco intelligendum eſt, inter Fœnus & Pœnam propriè ac ſtrictè ſumtam quattuor eſſe differentias: quarũ prima & ſumma hæc eſt, quòd Fœnus regulariter, non propter id, quod aut verè aut veriſimiliter intereſt, ſed apertè propter lucrum exigitur. At Pœna nihil aliud eſt, quàm id quod veriſimiliter intereſt, partium cõuentione finitum ac circumſcriptum, l.vl.de ſtip.prætor.l.ſtipulatio iſta,38.D. de verb.obl.qua de cauſſa,cùm pœna in bonę fidei cõtractum deducta eſt,ſi per eius contractus actionẽ totum id quod intereſt,exactũ fuit,pœna, etiamſi in ſtipulatũ deducta ſit, tamen nõ exigitur: qui enim totũ, etiam partem adeptus eſt: at ſi ex ſtipulatu actum, & pœna ſola exacta eſt, in id quod pluris intererit, ex contractu actio competit, l.prædia,28. l.Lucius, 47. D. de action. emt. quibus coniungendæ ſunt l.ſi de fundo, 15.C.locat. & l. ſi quis à ſocio, 41. & l.ſeq.D. pro ſoc.Neque obſtat quod dici ſolet, Pœnę ſtipulationẽ cõmitti,quamuis nihil interſit,l.ſtipulatio iſta,38.§.alteri.D.de verb.obl.l.pen.D.ſi quis caution. quoniã etſi paucis quibuſdã & raris caſibus nihil interſit,tamẽ plerumq.& regulariter intereſt: atque adeò ſemper intereſſe præſumitur.Sed quoniã difficilis eſt probatio eius quod intereſt,cùm in facto cõſiſtat: l.quatenus, 34.D.de reg.iur.inſtitutũ eſt, præcauendarum ambiguitatum cauſſa, vt certa ſumma eius,

A quod veriſimiliter intereſſet, nomine in ſtipulatum deducta,non amplius quæreretur, quantũ aut vtrum intereſſet,nec ne: ſed an pœna commiſſa eſſet, §.alteri.Inſt.de inut.ſtipul. §.vlt.de verb.oblig.quæ omnia de Pœna(vt dixi) verè propriéque ſumta, non autem de pœna vſuraria intelligenda ſunt. Secunda differentia eſt, quod Fœnoris ſiue Vſuræ penſiones multæ & variæ ſunt, & ſingulis menſibus præſtantur. Pœnæ verò vnica & ſingularis, & ſemel fungitur. Tertia eſt, quòd præter fœnus ſtipulari pœna nõ po- B teſt: l.pecuniæ,9.§.1.l.cùm quidam,17.D.h.t.quia repugnant,pecuniam in quæſtum collocari, quod ſine pecuniæ retentione non poteſt, & retentionis ſiue moræ pœnam exigere. At præter pœnam fœnus ſtipulari licet,dum tamen intra legitimum modum vtriuſque coniuncta ſumma contineatur, l.4.§.1.D.de naut.fœn. Quarta eſt, quòd pœna,quamuis indebitè ſoluta, repeti non ſolet: veluti ſi cùm putarem me tibi promiſiſſe decem, niſi ad diem pecuniam ſoluerem: l.pœnæ, 42.D.de cond.indeb.at vſuræ indebitæ C per errorem ſolutæ condicuntur,l.ſi non ſortem, 26. D. ill. tit. quòd magnoperè notandum eſt. Fuiſſe & quintam antiquo iure differentiam arbitror: vt vſurarum ſtipulatio ſine interpellatione committeretur,l.9.§.1.D.h.tit. Pœnæ verò ſtipulatio interpellationem requireret, l.2.l.vlt.D.de naut.fœn.l.traiectitiæ,23.D.de oblig.& act. Sed Iuſtiniani conſtitutione differentia hæc ſublata eſt, l.magnam, 9. C. de cont.ſtipul.

¶ 23 Deinceps ad partitionem accedamus. Ergo D quantum ad perſonas attinet, non dubium eſt, quin iurę Romano fœnus exercere perſonis omnibus liceat, præterquam Præſidibus prouinciarum in ſua prouincia, l.3. C.ſi cert.pet. quia in contrahendis rebus libera eorum, qui alterius imperio ſubiecti ſunt, voluntas non videtur. qua de cauſſa iis,qui cum imperio ſunt,emere interdicitur,l.cùm in officio,46.D. de cont.emt. Perpetuis autem eorum officialibus,id eſt, apparitoribus in prouincia manentibus, fœnus exercere permittitur: l.præſides, 34.ſ.ſi cert.pet. Se- E natorum ſanè filiis fœnerationem conſtitutione aliqua interdictam fuiſſe, argumento eſt l.pen. C.Th. de vſur. Senatoribus tamen ipſis permiſſam fuiſſe conſtat; aliiſque,vt dixi, perſonis omnibus: ſed modus pro perſonarum qualitate impoſitus eſt,ex Iuſtiniani conſtitutione in l.eos,26.§.1.C.h.t. vt ſuo loco poſterius exponemus. Vtrum autem fœnebrem ſumere pecuniam Prouinciarum rectoribus liceret, an non, quęſtionis eſt: propter d.l.pręſides,D.ſi cert.pet. quæ id liberum eſſe affirmat: & l.quiſquis,16.C.ill. F tit. quæ id vetare videtur. Verùm intelligendum eſt, hac lege non omnibus interdici fœnerari pecuniam prouinciarum rectoribus: ſed iis demum, qui eo animo in prouincia verſantur, vt ſint quaſi mercatores legum,& nundinatores iuris.

¶ 24 Res autem,in quibus fœneratio exercetur, eædem ſunt, ex quibus deberi vſuras diximus: nimirum quæ non corpore,ſed quantitate,id eſt,ponderę, numero, & menſura conſtant: quippe, cùm fœnus appendix ſit contractus mutui; in quem contractum G ſolas eius generis res cadere, conſtat ex l.2. D.ſi cert. pet. Neque obſtat quod dicitur in l.pro auro,25.C.h. tit.pro auro,argento,veſte,facto chirographo licitas vſuras ſolui. hoc enim de precio, quanti ſpecies illæ æſtimatæ ſunt,intelligi oportet. quo caſu is,qui ſpecies æſtimatas dedit,in creditum abiiſſe dicitur,l.5.§. pen. D. de tribut. & ea æſtimatio pecuniæ vicem obtinet:

obtinet:l.rogaſti,1 D.ſi cert.pet.l.ſi pro mutuo, 8. C. ill.tit. Atque hinc illa mirabilis Iuriſconſultorũ conflictatio nata eſt, in quæſtione: An pecunia ea lege depoſita, vt tantumdem reddatur, vſuræ vel ex pacto nudo, vel ex mora debeantur? Nam ſi debentur, contractus ille bonæ fidei ſit oportet: cùm ex mutuo vſuræ niſi per ſtipulationem non debeantur: vt iam demonſtratum eſt: ſi nõ debentur, mutuum ſit oportet, qua in ſententia fuit Papin.lib.Quæſtion.9.id eſt, in l.Lucius,24.D. depoſ.vbi ait: Conuentionem illam egredi notiſſimos Depoſiti terminos. At idem lib. Reſponſ.3.diſertè adfirmat, depoſitum hoc eſſe, atque ideò vſuras, ex mora, depoſiti actione rectè peti.l.ſeq. §.1.D.ill.tit. Contrà verò Vlpianus, Quaſi mutuum illud eſſe ait, & ex eo certi actionem competere: in eáque ſententia Neruam, Proculum, & Marcellum eſſe adfirmat, l.9.§.vlt.& l.ſeq.D. ſi cert.pet. At ex aduerſo Paullus depoſiti actionem ex eo competere, & ex mora vſuras deberi.l.Publia, 26. §. 1. D. depoſ.vbi tamen ad verbũ Excedere negationem addendam eſſe, & Paullum Papiniano aduerſari docuimus, Obſeruation.quarto, capite primo: vbi latius hanc Iuriſconſultorum diſſenſionem expoſuimus. Quare, vt ad inſtitutum redeamus, ſatis conſtat, nec fœnus, nec vſuras aliis ex rebus, quàm quæ in mutuum cadunt, deberi: & ex iis omnibus deberi poſſe. Qua de cauſſa non modò numi, verumetiam ceteræ res, quæ menſura conſtant, fœnori dari poſſunt: veluti frumẽtum, vinum, oleum: l.cum non frumentum, 16.l.oleo, 23. C.h.tit.l.1.C.Th.eod. quinis fructus & emolumenti genus; veluti, ſiquis pecuniam credat, cum pacto vt pro vſuris certa ſibi frumenti modiatio præſtetur. d. l.cùm non frumentum, 16.C.h.t. aut vt ex fundo pignori dato fructus percipere liceat, l.ſi ea lege, 17.C. h.t. quæ propriè Antichreſis appellatur: vt poſterius docebimus. Quinetiam in fructibus domus, habitatio numeratur, quæ pro vſura creditę ſortis interdum conceditur.l.ſi ea pactione,14.C.h.t.l.6.C. quod cum eo qui in alien.

§ 25 Ad hunc locum duæ quæſtiones pertinent: quarum prior eſt: An fructuum vſuras: poſterior, An vſuras vſurarum exigere liceat? Quantum ad priorem, ita ſtatuendum eſt: fructuum quidem creditorum, & qui ſortis locum obtinent, ſtipulari vſuras licere: vt modò dictum eſt. quandoquidem ex eorum numero ſunt, ex quibus mutuum conſiſtit. Sed de fructuum vſuris diuerſa quęſtio eſt, quæ ita definienda eſt: Fructus in iudicium veniunt, vel officio iudicis, vel iure actionis. Officio iudicis, cùm poſt litem demum conteſtatam percepti ſunt: neque enim deduci in actionem potuerunt, ſed rem principalem in iudicium deductam poſt litem conteſtatã auxerunt. Actionis iure, cùm ante litem motã percepti fuerũt. Priore caſu idcirco eorum vſuræ non præſtãtur, quoniam acceſſionis vicem obtinent: acceſſionis autem acceſſio iure noſtro non conceditur, l.heres, 51.§.vlt. D.de her.pet. l.neque, 15.D.h.t. Poſteriore caſu, quoniam rei principalis in iudiciũ deductę pars ſunt: regulariter in bonę fidei iudiciis officio iudicis pręſtãtur. d.l.heres, §.vlt. At in ſtrictis iudiciis, vt cùm à malę fidei poſſeſſore condicuntur, non præſtãtur. d.l.neque. Quãquã in bonę fidei iudiciis vnus caſus benigna D. Seueri conſtitutione excipitur, cùm fiſcus petit hereditatem ex cauſſa fideicõmiſſi taciti: tũ enim hereditatem eorúmque fructus recipiet, fructuũ vſuras non recipiet, l.cum qui,18.D.de his quæ vt indig. Neque obſtat D. Pij conſtitutio in l.cùm quidam,17.

A §.in tacito, D.h.t. vbi ſtatuit, vt in tacito fideicõmiſſo etiam vſurarum emolumentũ heredi auferatur: quia non de vſuris fructuum agitur, ſed de vſuris à debitoribus hereditariis perceptis.

§ 26 Deinceps de vſuris vſurarum videamus. nã vt eas exigi licere videatur, ſic diſputari poteſt: quoniam penſitationes aliquãti temporis, anni puta, aut biennij, non ſolutæ, ſortem nouam efficere videntur. Nam cùm debitor non ſolueret, videbatur creditorẽ B vſu pecuniæ illi debitæ, per ſuam ceſſationem fraudare. Contrarium tamen etiam antiquo iure conſtitutum fuit: l.placuit, 29.D.h.t.l.ſi non ſortem, 26.§.2. D. de cond. indeb. cuius iuris æquitas hæc videtur. Primùm, odium vſurarum, ne tenues & inopes debitores multiplicandis vſuris obruerentur: deinde, ne acceſſio acceſſionis permitteretur: contra l. videamus, 19. D. hoc tit. vel commoda commodorum, quaſi duplex vnius rei merces, l. 2. §. ſi indemnitas, D. de admin. rer. ad ciu. qua de cauſſa C Imperatorum conſtitutionibus vetitum fuit, ne pœnarum vſuras exigi liceret: l. vlt. D. de magiſt. conuen.

§ 27 Hæc cùm ita eſſent: tamen à fœneratoribus excogitata fraus fuerat, vt aliquanti temporis vſuras, anni puta, vel biennij, per ſtipulationem in ſortem redigerent, atque ita principalem contractum nouarent: qui à Græcis ἀνατοκισμὸς, à Cicerone, Renouatio fœnoris appellatur, lib.4.epiſtol.ad Atticum. Et hæc renouatio antiquo iure in rei iudicatæ vſuris permit- D tebatur, l. 1 C.Th. de vſur.rei iudic. Sed cũ in illo caſu, tum etiam in ceteris omnibus Imperator vſurarum renouationem prohibuit, l.1. C. de vſur.rei iud. l.vlt.C. h.t. Supereſt, vt de iure fœnerationis videamus: vbi hæc prima occurrit quæſtio, An fœneratio in benè morata ciuitate tolleranda ſit: quam commodius viſum eſt, propter diſputationis vtilitatem in lib.Quæſt.illuſt.referre.

§ 28 Deinceps alter locus ſequitur, qui propriè ad ius ciuile pertinet, de vſurarum & fœnoris mo- E do, quod (vt diximus) iure illo probatum eſt. Modus autem duplex eſt. Prior pertinet ad menſtruam cuiuſque penſionis quantitatem: altera ad finem omniũ penſionum. Prior modus eſt centeſima: poſterior eſt dupla. Quantum ad priorem, certum eſt illum pro ſortis ſumma & proportione conſtitui. Sors verò, quantacumque ſit, ad numerum centenarium reducitur: Græcorum (vt opinor) inſtituto, qui, cùm in mina centum drachmæ eſſent, ſortem ad minæ, vſuras verò ad drachmarum rationem redegerunt. Ro- F mani autem hoc amplius adiecerunt: nam cùm totum, & cui nihil abeſſe poteſt, aſſem appellarent, l. ſeruum, 50.§.vlt.D.de hered.inſt. ſummam autem vſuram eſſe conſtituiſſent centeſimam, hoc eſt, cùm centeſima ſortis pars ſingulis menſibus ſoluitur, cẽteſimam vſuram aſſem nominarunt, minoréſque vſuras aſſis partium nominibus centeſimæ reſpectu appellarunt. Ac ſummam quidem vſuram eſſe centeſimam cõſtat, eámque maximæ & grauiſſimæ nomine deſignari: l.tutor, 7.§.idem ſolent, D.de admin. G tut.l.qui ſine, 38. D. de neg. geſt. Antiqua enim lege XII.tabulis multo poſteriore, cuius nomen nobis adhuc ignotum eſt, vetitum fuit, ne maiorem centeſima petere vſuram liceret: l.1.in prin.D.h.t. Vnde legitimæ vſuræ nomine Centeſima dilucidè appellatur in l.ſi pro mutuo,8.C.ſi cer.pet. & tacitè intelligitur ex l.Iulianus,13.§.idẽ Papin. D.de act. emt. l. §.pacto.D.de pign. quapropter legitimæ & maximæ

vſuræ promiſcuè adpellantur, l. 7. §. pecuniæ.l.non exiſtimo, D. de admin.tut.l.3.C.arb.tut.d.l. qui ſine, D.de neg.geſt.l.1.C.de vſur.pup. Nequaquam igitur As vſurarius ex 12. menſtruis penſionib.quæ anno vno præſtantur,nominatus eſt,ſed ex ſupremo modo, cui addi nihil liceret. Itaque cùm Trientẽ aut Semiſſem vſurarium veteres dicunt,centeſimæ reſpectu id dicunt:ac non annuæ,ſed menſtruæ penſionis reſpectu:vt in l.eos qui,26.§.2.C.h.t. Minimè licere vltra tertiam partẽ centeſimę vſuras ſtipulari, &c.& mox: Vſque ad beſſem centeſimæ. Item paulò poſt: Dimidiam tantummodò centeſimæ. & in l. vlt.C.de fiſ.vſur.vſque ad dimidiam centeſimæ vſuras ſtipulari.Itẽ in l.cum quidam,17.in fi.D.h.t. vſque ad tertiam cẽteſimæ.& in C.Th.l.vlt.h.t. Sub medietate cẽteſimæ. & mox:vltra medietatem centeſimæ. Atque hic quidem ſummus (vt dixi) vſuratũ modus lege antiqua conſtitutus fuit,intra quem tamen varia,pro cuiuſq; regionis conſuetudine,penſionum ratio fuit.nam in quibuſdã grauioribus, in aliis leuiorib.vſuris pecuniæ exercebantur:vti patet ex l.1.& l.& in contraria, 37.D.h.t.l.3.D.quod cer.loc.l.cũ ſeruus,39.dę legat.1. Sic igitur antiquis (vt dixi) legibus,& Principũ conſtitutionib.definitus vſurarum modus fuit.

§ 29 Verùm,vt plerũque accidit,complures à fœneratorib.aſtutiæ excogitatæ ſunt, quibus fraus illis legibus fieret.Primùm,vt pro vſuris pœnam ſtipularentur, cuius ſumma legitimum vſurarũ modũ excederet:quaſi lex,quę vſuris modũ impoſuit, ad pœnas non pertineret.cui fraudi poſteriorũ Principũ reſcriptis obuiã itum eſt,l.pecunię, 9.l.pœnã, 44. D.h.t.l. Iulian.13.§.ibid.Papin.D.de act.emt.l.cùm allegas,15 C.h.t. Secunda fœneratorũ fraus fuit,vt vſurã quidẽ intra modum ſtipularẽtur, ſed inſuper pœnę ſtipulationẽ adderẽt, in quo duplex vitiũ eſt:primùm, quia repugnãt collocare pecuniã in quæſtũ (quod ſine pecunię retẽtione fieri nõ poteſt) & retẽtionis ſiue morę pœnã exigere.qua de cauſſa hoc quoq; ꝓhibitum eſt,l.pecun.9.§.1.D.h.t.deinde ſi legitimus vſurarũ modus ſuperabatur,apertè fraudẽ legi fieri intelligebatur. Ex cõtrario verò pręter pœnã exigi vſura poteſt, dum tamẽ vtriuſq; ſumma cõiuncta legitimum modum nõ exſuperet:l.4.§.1.D.de naut.fœn.l.Lucius, 47.D.de act.emt.Tertia fraus fuit,vt ſi minores vſurę ſua die nõ præſtarentur, tum maiores pœnæ nomine inferrẽtur,q̃ legitimus modus patiebatur:quod ſimiliter ꝓhibitum fuit,cõſtitutúmq; vt fini legitimę vſurę,hoc eſt,intra finẽ & modum legitimum ea quãtitas redigeretur,l.Seia, 12.D.h.t.l.quamuis,8.C.eod. Quarta fraus fuit,vt fœneratores ꝓ vſuris fructus prędij ſibi pignerati quãticumq; eſſent,perciperẽt:quam cõuentionẽ etiã ad legitimum vſurarum modum reuocãdã eſſe,poſterius cùm de Antichreſi dicetur, oſtẽdemus.Atq; hęc quidem antiqui iuris ratio fuit.

§ 30 Iuſtinianus autẽ nouã definiẽdi vſurarum modi rationem inſtituit,pro perſonarum condicione & qualitate:illud,opinor,ſpectans,quòd cùm Chriſtianæ religioni non conueniret, vel vſuram,vel fœnus, niſi propter id quod intereſt, exigere: ſumma eius, quod intereſt, pro varia perſonarum ratione definiẽda videretur. Illuſtribus igitur & ſuperilluſtribus, Conſulibus puta, & Patriciis, & Senatoribus, qui ſuas pecunias aut otioſas relinquere, aut certè non admodum exercere, denique ſuam in illis exercendis operam coniungere non ſolent, trientes duntaxat vſuras permiſit: l.eos qui,26.§.1.C.h.t. cùm olim Alexandri conſtitutione Senatoribus ſemiſſes tan-

[A] tùm permitterentur; vt Lampridius teſtatur. idémque poſtea Arcadij, Honorij, & Theodoſij conſtitutionibus ſancitum fuit,l.4.C.Th.de vſur.atque hunc eundem trientis modum Iuſtinian.ſeruari etiam iubet in pecunia agricolis credita: Nou.32. & ſeq. Negociatoribus autem & mercatoribus qui plerumque ſuas pecunias exercere, & operam atque induſtriam in illis exercendis adhibere ſolent, beſſem permittit: quod in Nou.136.eò produxit,vt etiamſi nihil nominatim de eo modo conuenerat, tamen ipſo iure [B] beſſes vſuræ ipſis deberentur: quod in aliis contrà obſeruatur. Nam vſurarum pactio ſine certo & definito modo nullius momenti eſt: l. quod in ſtipulatione, 31.ͅ.h.tit.Ceteris autem omnibus perſonis ſemiſſes conſtituit, quæ fiſco etiam ipſo iure debentur, l. vlt.C.de fiſc. vſur. l. cum quidam, 17. §. ſi debitores, ͅ.h.tit. Itémque ciuitatibus,l.Septicia, ͅ. de pollicit. de pupillaribus vſuris aliud iuris eſt.Nam ſecundum morem regionis interdum ſemiſſes, interdum quin[C]cunces, interdum trientes eſſe ſolent.l. 2. C. de vſur. pup.l.7.§.pecuniæ,& §.quæ ſint autem,D.de admin. tut.l.ſi poſtea,D. rem pup. ſal. Certis autem caſibus vſuræ pupillares etiam antiquo iure vſque ad centeſimam excurrebant: veluti ſi tutor negauit Prætori, ſe pecuniam ad alendum pupillum habere; ſi pupillis ad onera ſua expedienda ſub iiſdem vſuris pecuniam accipiendi neceſſitatem impoſuit, cùm apud ſe pecuniam eſſe inficiatus eſſet: ſi pupilli pecuniam clam in vſus ſuos conuerterit, ſi à debitoribus pu[D]pillaribus eam vſuram exegerint, ſi deponere pecuniam in prædiorum comparationem iuſſi, id facere neglexerint.d.l.7.§.ſi deponi;& ſeqq.§§. & l. nõ exiſtimo,49.D.de admin.tut.

§ 31 Caſus autem, quibus Iuſtiniani inſtituto Centeſima permittitur, tres numerari poſſunt:quorum primus eſt in pecunia traiectitia, de qua prox. titul. diſſeremus. Alter eſt in frugibus mutuò datis: nam cùm precium frugum incertum ſit, & pro temporum ac locorum varietate plerumque variari ſo[E]leat, ac nonnunquam quæ contractus tempore ſunt vtiliſſimæ, ſolutionis tempore cariſſimæ ſunt: antiquo iure earum fœnerationi modus præſtitus fuerat: l.oleo,23.C.h.tit. Primus Imp.Conſtantinus quaternas ferè centeſimas definiit; veluti,vt ꝓ duobus frumenti modiis, tres redderentur: pro decem, quindecim: pro centum, centum & quinquaginta: l. 1. C. Th.h.tit. Iuſtinianus autem fœnerationi frugũ centeſimæ modum impoſuit: l. eos qui, 26. §. 2.C.h.tit. Quare probandum eſt cap.52.Synodi Pariſienſis, Lu[F]douici regis & Lotharij filij tempore habitæ, in quo ſcriptum ita eſt: Putant quidam, vſuram tantùm eſſe in pecunia, quod præuidens ſcriptura omnis rei aufert ſuperabundantiam,vt plus non recipias,quàm dediſti. Solet in agris frumenti,& milij, vini,& olei, ceterarúmq; ſpecierum vſura exigi ſine (vt adpellat Sermo diuinus) ſuperabũdãtia,verbi gratia:vt hiemis tẽpore demus decem modios, & in meſſe recipiamus 15. hoc eſt amplius quàm partẽ mediam, qui iuſtiſſimum ſe putauerit, quartã plus accipiet portionẽ. & [G] ſolent argumentari & dicere: Dedi vnum modium, qui ſatus fecit decem modios:nónne iuſtũ eſt,vt medium modium de meo plus accipiã, cùm ille mea liberalitate nouẽ& ſemis de meo habeat?Nolite errare (inquit Apoſtolus) Deus nõ irridetur. hęc illa Synodus.Quod verò aliquãto antè de pecuniæ mutuo ſcriptum eſt, ſanè abſurdum videtur. quo loco fœneratorem ita loquentem inducunt:Quot modò denariis

poſſum

poſſum modium frumenti mei vendere, aut tot denarios tẽpore fructus noui mihi redde: (qua pactione magis fœnerator læditur quàm debitor) aut certè eorum precium in frumento, vino, & cæteris quibuſlibet aliis frugibus ad plenũ ſupple (qua in pactione quid vituperandum ſit, non video) vnde euenire ſolet, vt pro vno frumenti modio taliter mutuato, tres aut certè quattuor modij à pauperibus tempore meſſis violenter exigantur. Tertius centeſimæ caſus eſt in vſuris rei iudicatæ. nam cùm olim poſt iuſtos dies, qui iudicatis dabantur, binæ centeſimæ ſoluerentur, Iuſtinian. vnam tantùm præſtituit, l.2.C.de vſur.rei iudicat. Ac de legitimo quidem vſurarũ modo à Iuſtiniano Imperatore inſtituto, dictum videtur ſatis. Deinceps Legis ſanctio videnda eſt.

§ 32 Nam antiquiſſimo iure, hoc eſt, XII. tab. ſi quis vltra legitimum modum fœneraretur, quadrupli dãnabatur: vt Cato lib.1.de re ruſt.teſtatur: ídque ius vſque ad Theodoſium Imp. durauit: l. 2.C.Th.de vſur. Vnde Quadruplatores Pædiano dicti, qui fœneratores ob fœnus illicitũ quadrupli damnabant. Poſtea conſtitutum eſt, ne vtile per inutile vitietur, & eo quod vltra legitimum modũ adiectum fuit, quaſi ſuperfluo detracto, legitimus modus ſeruetur. l.placuit, 29.l.vſuras, 20.l.pecuniæ, 9.D.h.t.l.ſi pro mutua, 8.C.ſi cert.pet. Infamiæ tamen, qui modũ excedunt, damnantur, l.improbum, 20.C.ex quib.cauſſ.infam. quod verò ſupra legitimam modum exactũ eſt, ſorti imputatur, non tantùm nouo iure, d.l.eos qui, §. vlt. C.h.t. verumetiam antiquo, l.ſi non ſortem, 26. D.de cond.indeb. Hactenus de priore vſurarum modo dictum eſt: deinceps de ſecundo videamus. Ergo alter vſurarum modus, vt iam antea diximus, ad earum finem pertinet.

§ 33 Finis autem eſt duplum ſortis, hoc eſt, alterum tantum, quantum eſt in ſorte. nã vbi vſuræ ſortem adæquarunt, conſtitutũ eſt, vt deſinant & conſiſtant, l.ſi non ſortem, 26.§.1.D.de cond.indeb.l.vſuræ, 10.C.h.t. Legis æquitas videtur eſſe, primùm, ne debitores multiplicandis vſuris obruerentur: deinde, quia cùm vſuræ etiam à fœneratoribus prætextu & colore eius quod Intereſt, exigantur, ad eius modum coërcendæ videbantur. Modus autem eius quod cõmuniter, non ſingulariter Intereſt, ferè ad duplũ reuocatur, l.cùm & fortè, 44.D.de act.emt.l.ſi tibi, 25. C.de euict.l.ex emto, 11.§.ſi quis rem, D.de act.emt.l. euicta, 16.D.de euict.l.1.D.de tig.iunct.l. ſi fratres, 7. C.com.vtr.iud. Et hoc ius vetus de duplo vſurarũ Iuſtinianus confirmans, addidit eo amplius, ne pignora vel hypothecas eo nomine retinere liceret: cùm id (inquit) legib.antiquis permitteretur. l.pen.C.h.t. qđ eo magis notandum eſt, quoniam in aliis vſuris illicitis nihil pignorum retentio proderat, l.4.ĩ.t.prox. l.precij, 19.C.man.

§ 34 Sed quẽadmodũ duplũ illud intelligẽdũ ſit, magnę quęſtionis eſt. Nã Imp. quidẽ Antoninus, opinor, Elagabalus in l.10.C.h.t. reſcribit, eas demũ vſuras ad dupli cõputationẽ ꝓdeſſe, quę ſimul cũ ſorte ſoluuntur, nõ autẽ quę ꝑ partes antea ſolutę ſunt. Quod eiuſmodi ſit, neq; olim adoleſcẽs, neq; nũc ſenior & exercitatior factus, ſatis aſſequi cõiectura potui. Primùm enim ſatis cõſtat, vſuras per illa tẽpora quotmẽſibus exigi ſolitas: vt ſuo loco ſ. expoſuimus: neque fœneratores niſi aut perrarò, aut anatociſmi cauſſa ea benignitate vſos, vt in longinquum tempus earum exactionẽ differrẽt. Deinde quàm abſurdũ eſſet, meliore condicione acerbum exactorem eſſe, quã benignũ di-

A larorem? & rurſus ex contrario, deteriore condicione eſſe diligentem in ſoluẽdo, quàm tardũ & moratorẽ? contra l.ſi bene, 33.D.h.t.l.in compenſationem, 8.D. de cõpẽſ. Præterea Paul.lib.Sent.2.tit.de vſur. ita ſcribit: Vſuræ ſupra centeſimã ſolutæ ſortem minuũt, & conſumta ſorte repeti poſſunt. Quẽ locum nõ de exſuperato legitimarum vſurarũ modo intelligẽdũ, ſed rectiſſimè ab Aniano de duplo interpretatũ fuiſſe, oſtẽdit: primùm alter §. his verbis: Vſurę, quæ cẽteſimã excedũt, per errorẽ ſolutæ repeti poſſunt. Neq; enim B veriſimile eſt, Paullũ ſub eo. tit. pręſertim tã anguſto, eandem ſententiam totidem propè verbis inculcare voluiſſe. Deinde quod Paullus ait, *Supra centeſimam*, ſic accipiẽdũ eſt, ſupra centeſimam penſionem: alioqui dixiſſet, ſupra centeſimas, vel maiores cẽteſimis; vt alibi perſæpè: quod tamen de vſura centeſima exẽpli tantùm cauſſa, dictũ eſt à Paullo, propterea quòd vſitata, & propè quotidiana vſura erat: vt ſup. demõſtratum eſt. Quare de ſemiſſe vſura dicendum fuiſſet, vltra ducenteſimam penſionẽ. Huc accedit, quòd æquiſſima legis antiquæ interpretatio illa eſt, vt cùm C in hanc ferè formulam concepta eſſet: Ne de vſuris vltra duplum exigẽdis, ius diceretur: ſi quid amplius ſolutũ eſſet, in ſortem imputaretur, aut ſi prius ſoluta ſors fuiſſet, repeteretur: quod Vlp. oſtẽdit in l. ſi non ſortem, 26.§.1.D. de cond.indeb. & Paullus illo eodẽ loco, his verbis: Et conſumta ſorte repeti poſſunt. vbi tamen *Completa* corrigendum arbitrarer, id eſt, perſoluta. Quinetiam magnum in hanc ſententiam argumẽtũ præbet l.1.C.de pig.act. quę nuper ex Grę- D cis libris reſtituta eſt: quæ iubet fructus à creditore gratuitæ pecuniæ perceptos in ſortem imputari: &, ſi ſortem æquarint, tam ſortis, quàm vſurarũ obligationẽ extinguere. Quid enim ſi fœnebris pecunia ſit, & *ἀντίχρησις* contracta? an non fructus, qui quotannis ſuis temporib. percipiuntur, vbi ſortem æquarũt, eodem modo in ſortẽ imputabũtur? Poſtremò cùm eadẽ illa lex de duplo etiã apud Ægyptios & Aſiaticos obſeruaretur: cui veriſimile eſt, locũ apud illas gentes illi abſurdæ Elagabali interpretationi relictũ fuiſſe? E Diod.lib. 2. *τοὺς μετὰ συγγραφῆς δανείσαντας ἐκώλυε διὰ τοῦ τόκου τὸ κεφάλαιον πλεῖον ποιεῖν ἢ διπλάσιον.* Plutarch. in Lucul. *τοὺς μακροτέρους τοῦ ἀρχαίου τόκους ἀπέκοψε.* Tãtum tamen Imp. Elagabali auctoritas valuit, poſteaquam in Codicẽ cõſtitutionũ relata eſt: vt eo iure paſſim vterẽtur. Sed eius iniquitatis Iuſtinian. admonitus, per Nouel.121. & 138. & 160. eã abrogauit. Adhuc de vtroque vſurarum modo ſatis diſputatum videtur: nunc cõſequens eſt, vt duos tractatus huic diſputationi cõſentaneos ſubiũgamus: quorũ prior eſt de Antichreſi: F alter de Redituum emtione.

§ 35 Eſt autem Antichreſis conuentio, vt creditor pecuniæ numeratæ pro vſuris fructus rei ſibi pigneratæ percipiat: l.ſi is qui, 11.§.1.D.de pignor. Dixi, *Creditor pecuniæ numeratæ*: vt frugũ creditorẽ remoueã: ſicut in l.cùm non frumentũ, 16.C.h.t. nam hic propter incertum & incõſtans frugum preciũ multo tollerabilior eſt: l. oleo, 23. C.eod. niſi fortè in legis fraudem creditæ fruges fuiſſent, vt his diſtractis debitor pecunia vteretur: velut in l.item ſi, 7.§.mutui, G D.ad Macedon. Vera igitur Antichreſis eſt, cùm propter mutuum pecuniæ creditor ex fundo pignerato fruges percipit: l.ſi ea lege, 17.C.h.t. aut in domo pignerata inhabitat: l. ſi ſeruus, 6.C. quod cum eo quĩ in alien. Hæc autẽ à fœneratione diſcrepat, primùm quòd fœneratio (vt ſup. dictũ eſt) ſtipulatione cõtrahitur, Antichreſis nudo pacto: d.l.ſi is qui, §.1. illa ſub

Mutui ſolius contractum ſubiungitur, hæc ſub contractum mutui & pignoris: qua de cauſſa pignus interdum impropriè adpellatur, vt in l.ſi pecuniam,33. De pig.act. illa nõ niſi oblatione ſimul & depoſitione perimitur,l.6.l.acceptam,19.C.h.t. hæc ſola ſortis oblatione, quaſi creditor per oblationem malæ fidei poſſeſſor conſtituatur,l.ex prędiis,11.C.h.t.

¶ 36 Sed in Antichreſi,an legitimus vſurarũ modus ſeruandus ſit, magna quæſtio eſt. Nam me quoque, propter receptam in ſcholis opinionem, fateor perquamdiu in ea opinione fuiſſe: vt Antichreſis legibus iis ſoluta eſſet, quæ certum vſuris modum impoſuerunt: propter l. ſi ea lege,17.C.h.t. vbi Imp.vetat reſcindi Antichreſin prætextu maioris emolumenti percepti, quàm legitimus vſurarum modus ferret,& rationem ſubiungit: Propter incertum fructuum prouentum. Sed poſteà re diutius quęſita & explorata, comperi cum illa opinione pugnare textum in l.8.D.in quib.cauſ.pig.vbi Paullus ait: Cùm debitor gratuita pecunia non vtitur (ſic enim cum negatione legendum eſſe iampridem docuimus) poteſt creditor de fructibus rei ſibi pigneratæ ad modum legitimum vſuras retinere: quod idem Papin. ſtatuit in l.1. §.pacto, D.de pign. Et profectò ita eſt, vt iniquiſſimum videatur, tantam in fructibus legum fraudem diſſimulare, quaſi lex de modo vſurarum ad fructus, qui vice vſurarum exiguntur, non pertineat; cùm in pœnis fraus illa tam diligẽter coërceatur, vt ſuprà abundè demonſtratum eſt. Quare, quod de prætextu maioris emolumenti dicitur in d. l.ſi ea lege, prorſus ita interpretandum arbitror: primùm,quaſi non immenſus exceſſus fuerit, ſed is,qui in locatione toleratur,l.& ideò,23.D.locat. deinde vt vnius anni vbertas cum alterius anni ſterilitate cõpenſetur,l.ex cõducto,15.§.2.& §.3.D.loc.Idque perſpicuè confirmatur in l.ſi ea pactione,14. C.de vſur. vbi creditori habitatio pro vſuris conceſſa erat:& diſtinctio adhibetur,vtrũ ipſe ex locatis ædibus mercedes in pecunia perceperat, an eas ipſe inhabitaſſet: quorũ in vtroque Antichreſin cõſiſtere declarat l.ſi is qui,11.§.1.D.de pig.neq.nouum eſt, vt locationum penſiones in fructibus numerentur, l.mercedes, 29. D.de her.petit.Ergo ſi ex locatione mercedes percepit, Imp.ſtatuit, legitimũ vſurarũ modũ ad amuſſim ſeruandum eſſe: ſi ipſe inhabitauit, parui exceſſus rationem habendã nõ eſſe,nõ magis quàm in locationib. d.l.& ideò,D.loc. Vtcumq.ſit,Imp.Iuſtin.ea cõuentione Antichreſis obligari agricolas vetuit,Nou. 32.& ſeqq. nimirũ propter ſummam fraudandæ legis opportunitatẽ. Itaq; in Synodo Pariſienſi habita,regnante Lothario,ſcriptum eſt: Sunt crudeliſſimi fœneratores, qui tempore neceſſitatis nihil cõmodare pauperib. volũt,niſi meſſellas ſuas & vineolas, & pratella ea ratione in pignus dederint, vt quidquid frugum in hiſce colligi potuerit, pro paruo, quod mutuum acceperint, ex aſſe amittant. hæc illi: Plutarch. autem in Luculli vita ſcribit,eum, cùm in Aſia Proprætor eſſet, edixiſſe, ne plus quàm quartã fructuum partẽ ex oppigneratis debitoris fundis exigere liceret. ἔταξε (inquit Plut.) τῶν τοῦ χρεωφειλέτου προσόδων τὸ τέταρτον μερίδα καρποῦσθαι τὸν δανειστήν. ¶ 37 Sequitur iã, vt de vſitata redituũ emtione diſſeramus, de qua duorũ Paparũ leges exſtãt in c.1.&2.Extrau.de emt.& vend. Eius autem cõuentionis variæ ſunt ſpecies. Ac noſtri quidem pragmatici bipartitã Redituum diuiſionem faciũt: vt alij ſint Fundiarij, alij Volatiles. Fundiarios adpellant, penſiones quantumuis exiguas iis fundis impoſitas,qui tenuibus hominibus ad colendum dati ſunt ea lege, vt illis penſiunculis beneficij ſui auctorem agnoſcant: qui Libellarius contractus in libris Feudorum adpellatur. Itaque interdum aliquot denarioli, interdum etiam par caponum,aut gallinarum,eius beneficij teſtificandi cauſſa pręſtatur. Volatiles autem adpellant, anniuerſarias penſiones certæ pecuniæ,quæ pro fructu ſortis vniuerſis debitoris bonis impoſitę ſunt: veluti, vt pro denis quinis aureis vnus quotannis pendatur. Et quamuis Reditus nomen à Canoniſtis in hac conuentione vſurpetur pro frugib.& prouentu pecuniæ, quæ redigitur ex locatione prædiorum, ſicut vſurpatur in l.liberto,21. D. de ann.leg.l.fundi,38.D.de vſuf.leg.tamen non incõmodè etiam de pecunia dici poteſt: vt in l. alumnæ, 30.D.de adim. leg.ac præſertim ex Nou. 160. ex qua ſuſpicari licet, Reditum pecuniæ propriè vſurpari ſolitum cum annua, (vt in prædiorũ mercede) præſtatio eſt: cùm vſura (vt iam ſępè dictũ eſt) menſtrua eſſe ſoleret. Sed huius cõuentionis diuiſio ſubtiliùs exponenda eſt. Interdum enim conuenit, vt redituum præſtatio ſit temporalis,& redimi quandocumq. poſſit. Rurſus interdum certo prædio imponitur, interdum vniuerſis bonis,interdum perſonæ: de quib. ſingulis breuiter diſſeremus. Nam eius quidem,quę frequentiſſimè vſurpatur,hęc condicio eſt: vt qui pecunia accipit, fundũ ei, à quo pecuniã accipit, fruendũ det ea lege,vt ſibi ſuíſq. perpetuò eundem fundũ,reddita pecunia,redimere liceat,& fundus eius periculo ſit. Quattuor.n.eius ſubſtantialia notantur: vt qui pecuniã accipit,de ea reddenda non obligetur: qui fundum accipit, ad eum recuperata pecunia, reddẽdum obligetur: vt reditus nõ excedat duodecimam ſortis partem annuã: poſtremò vt fundus emtoris periculo ſit, d.c.1.& c.2. Extrau.de emt.& vend.

¶ 38 Primùm igitur conſiderandum eſt, quódnam hoc ſit contractus genus. nam quod video inter Doctores & Pragmaticos omnes Germanos, Gallos, Italos conuenire, hanc eſſe venditionem cum pacto redimendi: nondum ſatis intelligere potui. Valere quidem illud pactum conſtat, preciòque reddito nihilominus penes emtorem fructum manere,l.2.C.de pact.int.emt. l.ſi vir vxori,13. D.de perſc.verb. l. qui fundum,75.D.de cont.emt. Sed non video, quemadmodum hæc conuentio,vel fundi, vel fructuum venditio dici poſſit. De fundo cauſſæ ſunt complures. quarum prima hæc eſt: quoniam ſapiens legislator ſtatuit,vt ea prædia,ex quibus annui cenſus præſtantur, pro ipſius cenſus annui ex ſolutione in perpetuum illi obligati eſſent. Hæc enim illius verba ſunt in d.c.1.Item in cap.2. Prædictorum ſolutione redituum & cenſuum efficaciter obligantes: at nemo rei ſuę pignus contrahere intelligitur,l.neq. pignus,45. D.de reg.iur. l.non ſolum, §.ſi rem tuam, ĩ.de vſurp. quare non eidem poteſt & emta & oppignerata res eſſe. Secunda hæc eſt: quoniã venditio & emtio ſine concurrente alienandi & adquirendi domini voluntate non contrahitur,l.ſerui,16.D.de peric.& comm. l.ſi ſtipuler,35.§.vlt.D.de verb.obliga. at in hac conuentione, & qui pecuniam accipit, id agit, ne fundi dominium ab ſe alienet, quę intentio emtionis contractum impedit,l.pen.§.vlt.D.de contr.emt. & cùm traditio,quę fit in emtione & venditione, rei dominiũ,quod penes venditorem fuit,in emtorẽ transferat, l.traditionis, 20.D.de adq.rer.dom. ea traditio, quæ in hoc contractu ſit,neq. dominium,neq.dominij cauſſam transfert, cùm (vt iam dixi) id agatur, ne transfera-

tranſferatur. Tertia cauſſa eſt, quia cùm emtio & venditio fundi contracta eſt, ſi numerato precio res non tradatur, ex emto actio in id quod intereſt, competit: ſi re tradita precium non ſoluatur, per actionem ex vendito vſuræ petuntur: l. 1. l. Iulianus, 13. §. ex vendito, D. de act. emt. at ex hac conuentione non competit actio niſi ab vna parte, vt pecunia, ab altera, vt fundus reddatur. Quarta eſt, quòd cùm emtio contracta eſt, ſi res iudicio euicta ſit, venditor aut duplam, aut precium cum eo quod emtoris intereſuit, præſtare cogitur: l. 6. l. ſi in venditione, 60. l. euicta, 70. D. de euict. at in actionem ex hoc contractu nihil horum venit. Quinta & potiſſima ratio eſt: quia cùm emtio & venditio ſine precio non contrahatur, in hac conuentione non ſoli, non prædij, non proprietatis, ſed ſolius acceſſionis, ac ne omnis quidem, ſed vnius tantùm, æſtimatio fit: nimirum fructuum, & prouentus annui.

§ 38 Etſi autem recepta in vulgus opinio eſt, prędiorum precium ex viginti, aut viginti quinque, aut ad ſummum, triginta annorum prouentu æſtimari; vt quantam ſummam tot annorum prouentus ſemel conficit, tanti prædium æſtimetur. tamen eam cùm Iuriſconſultis antiquis incognitam, tum ab æquitate alienam eſſe arbitror. Nam prędiorum precia non tántùm ex reditus ratione, ſed etiam ex iuribus & aliis qualitatibus æſtimátur: vt adpellátur in l. quid aliud, 86. D. de verb. ſig. Cùm enim eorum alia ſint libera, alia ſeruitutem debeant; quædam immunia ſint, quędam vectigalia, quis neſcit, multo maius illorum eſſe precium, quàm aliorum? Præterea cùm alia ſint vrbana, alia ruſtica, quis ignorat, illa ſumtuoſiora eſſe, & maioribus quàm hæc incommodis obnoxia? l. verùm, 11. §. ſed hęc res. D. de minor. Rurſus alia ſũt ſuburbana, quæ ſoli voluptati ſeruiunt: prędia, inquam, eiuſmodi ſunt quædam, vt plus in ea impendamus, quàm ex iis adquiramus. l. ſtatuæ, 41. D. de vſufr. alia longinquiora, quæ ſoli fructui & rei familiari parantur: l. vrbana, 198. D. de verb. ſign. alia præterea fontium, & riuorum, & circumluuionum opportunitatem habent: quædam ſuperiora ſunt, quædam inferiora, in quæ ex illis pinguedo terræ decurrit: l. 1. §. vlt. D. de aq. & aq. pluu. arc. alia fluminibus propinqua ſunt, quibus nauigare, & fruges in oppida deportari commodiſſimè poſſunt: quædam propter maiorum ſepulcra & alia monumenta magno æſtimátur, l. ſi in emtione, 35. D. de minor. l. libert, 36. D. de bon. libert. aut quòd aliis emtoris prædiis finitima ſunt, l. ſi cui fundus, 34. D. de leg. 2. aut quòd amœnitatẽ aut ſalubritatem habent, cùm alia ſint ſaxoſa, paluſtria, peſtilétia, l. competit, 16. D. quod vi aut cl. l. ſi fundus, 13. D. de reb. cor. qui ſub tut. aut quòd diligenter culta & ornata ſũt, l. 3. §. diui fratres, D. de iur. ſiſc. Adfectio, inquit Vlpianus, eſt vel opportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli, vel quòd quis ibi ſit educatus, vel parẽtes ſepulti. l. 1. §. ſed ſi rẽ, 10. D. ſi quid in fraud. patron. deniq; vt Imp. loquitur, nõ tãtùm ex virib. ſed etiam ex meritis prędia æſtimantur, l. quiſquis, 15. C. de reſc. vend. neque tantùm ex fructuum quantitate, ſed etiã ex prędiorum qualitate & condicione, l. ſeq. eod. tit. eáque de re pręclara exſtat Plinij epiſtola lib. 3. cuius initium eſt: Adſumo, &c. ſimillimáque mihi prædiorum & ſeruorum æſtimandorum ratio videtur. nam horum precia non ex ſolis operis & earum locatione, ſed interdum ex aliis cauſſis multò magis æſtimantur: veluti ex ingenio, doctrina, litteris, ex ætate, forma, artificio: l. 3. C. commun. de leg. l. 1.

A C. de com. ſeru. man. interdum etiã ex adfectione: vt ſi pater, filiúſue naturalis ſit, aut collactaneus: l. ſi domus, 71. §. qui confitetur, D. de leg. 1. l. precia, 63. ad leg. Falcid. d. l. ſi ſeruum, 33. ad leg. Aquil. l. cùm ſeruus 54. D. mand. Quæ cùm ita ſint, nihil me mouet, l. ſi fundum, 92. D. de leg. 1. vbi dicitur, heres quidam emiſſe fundum excuſſo precio ſecundùm reditũ eius fundi. primùm, quia ſpecies illa ſingularis eſt eius fundi, qui nullis aliis meritis, quàm ſolo prouentu B cenſebatur: deinde, quia cùm quattuor illa poſtrema verba nihil ad Iuliani propoſitum pertineant, ac planè ſuperuacanea ſint, probabile eſt eá ex gloſſa interpretis, & quidem imperiti, in contextum irrepſiſſe. Multò minus me mouet l. ſi fundus, 13. D. de reb. cor. vbi Imp. ſcribit, fundum pupilli pro fructuum modo precium inuenturum: imò verò nullus locus eſt ad noſtram ſententiam ac diſputationem adcommodatior: nam cùm tutores allegárent, fundum eſſe ſaxoſum & peſtilentem: Imp. iis C reſpondit: vt non aliis ex ſuis meritis & iuribus, at certè ex fructib. & prouentu precium reperturum. Id enim valere vocem Vtique, innumeris ex locis conſtat. Minus etiam huc pertinet, quod de vſura triente dicitur in l. 3. §. vlt. D. ad leg. Falc. vt de quindecim, viginti & triginta annorum reditu in l. in computatione, eod. tit. & l. ſi quis argẽtum, §. ſin autem, C. de donat. quoniam vt in prædiis æſtimandis potiſſimum prouentus momentũ eſſe concedamus, tamen non vnum & ſolum eſſe concedimus. Ex D quib. ita diſputatis, perſpicuum eſſe arbitror, nullam in hac conuentione prædiorum & proprietatis emtionem ac venditionem contrahi. Reſtat, vt de Reditibus videamus: quandoquidem conuentio hęc paſſim à Canoniſtis, & qui Canoniſtas imitati ſunt, Redituum emtio adpellatur, non minus imperitè, meo iudicio, quàm abſurdè. Nam etſi fructuum futurorum emtio rectè contrahitur: l. nec emtio, 8. D. de cont. emt. tamen cùm emtio contracta reſoluitur (vt in hac conuentione iuris eſt) & res E inemta fit, quod vtrimque datum acceptúmque eſt, vtrimque redditur: ſicut in lege commiſſoria. Nam vt emtor rem reddit, ita venditor ex aduerſo precium reſtituit, l. 5. D. de leg. commiſſ.

§ 40 At in hac conuentione cùm emtio contracta reſoluitur, precium quidem ab eo qui accipit, reſtituitur: fructus autem apud eum qui percepit, quanticumque fuerint, permanent. Atque hæc quidem de prima & vſitata huius conuentionis formu F la dicta ſint. Deinceps de ceteris videamus. ac primùm de ea quæ perpetua eſt, neque redimi vnquam ſine partium conſenſu poteſt: quæ, meo iudicio, à iuris noſtri ratione & ciuili æquitate abhorret. Nam ſi perſonæ, hoc eſt, ei qui pecuniam accepit, eiúſque heredibus impoſita eſt, libertati hominis contraria eſt, cuius cauſſa conſtitutum eſt: vt ſicuti certi ſunt contrahendarum obligationum modi, ita certi ſint earumdem diſſoluendarum modi. Nam, vt Paullus ait: quod certis modis alicui deberi cœpit, id G certis modis deſinitur deberi: l. obligationum, 44. D. de obl. & act. Sin autem annua illa præſtatio ex certo prædio promiſſa eſt: tamen aut perſonalis nihilominus manet obligatio, neque prædio impoſita eſt: l. vlt. §. 1. & l. qui fundum, 75. D. de cont. emt. l. 1. §. ſi heres, D. ad Treb. l. æris, 15. C. de donat. aut ſi prædio ipſi impoſita eſt, tamen certis caſibus exſtinguatur oportet, ne inutilis perpetuò

proprietas maneat:vt de vſu & vſufr.dicitur in l. 3.§. 2. D. de vſufr. Neque quidquam ad hunc locum canon emphyteuticarius pertinet, qui interdum perpetuò debetur, propterea quòd in emphyteuſi fundus datur ab eo,cui canon ſoluitur:at in his conuentionibus fundus ab eo ipſo datur, qui præſtatione fungitur. Nihilò magis huc pertinet Canon publicus ſiue Intributio, quæ prædiis imponi ſolet: l. Imperatores,7.D.de publ.l.ſi ſterilis, 21.§.9.l. in venditione, 41.D.de act.emt.quia neque propter datũ precium imponitur: & alia reipublicæ cauſſa eſt, alia priuatorum: l. 2. C. de Debit.ciuit. Concludendum igitur arbitror, Reditus iſtos ſiue fundiarios, ſiue volatiles, poſterioribus ſeculis, (quibus vſurarum nomen propter Chriſtianorum Conciliorum auctoritatem odio erat,) in veterum vſurarum locum excogitatos fuiſſe, neque inter ipſos & vſuras quidquam præter nomen intereſſe. Quid enim refert, vtrum dicamus, vnum pro viginti, an quinque pro centum, quæ dextans vſura eſt? Quamquam in hoc quidem differunt, quòd fœnus erat menſtruum,reditus præſtatio eſt annua.In fœnore ratio reuocatur ad numerum centum:& ex eo ſingulæ penſiones denominantur: in reditibus ratio reuocatur ad minores ſummas:veluti 10.12.15.20. Sed hæc ad ſummam rei, nullius momẽti ſunt:veriſſiméq; Pragmatici omnes, ac præter ceteros Molinæus, harum conuentionum verboſiſſimus defenſor, reditus iſtos adpellat veterum vſurarum ſuccedaneos:vt valde ridiculi ſint,qui vſuras improbant, cùm iſtas Redituales (vt ita dicam) conuentiones probant. Nam præter ſuperiora vitia etiam illud notandum eſt, quòd etſi nouis iſtis præſtationibus modus imponitur, veluti vt vnus tãtùm pro viginti,aut quindecim,aut ad ſummum,pro duodecim ſoluatur:finis tamen (quem in duplo ſortis eſſe docuimus) nullus imponitur: neque enim duplicatæ ſortis ratio vlla ducitur, atque ita contra naturalem & ciuilem æquitatem acceſſio, interdum infinitis partibus maior eſt principali. Expoſita prima Rubricę parte,deinceps ad ſecundam veniendum eſt:in quà de Fructibus tractatur.

¶ 41 Eſt autem Fructus generali nomine, quidquid vtilitatis ex quaque re & propter quamque rem percipitur, l.item ſi,9.& l.arbores,59.D.de vſufr.l.in frumenti,42.D.de vſuf.leg.

¶ 42 Fructus autem alius eſt Naturalis,alius Ciuilis.l.ſi nauis, 92.D.de rei vin.l.vſura, 21. D.de verb. ſig. Naturalis eſt, qui ex ipſo cuiuſque rei corpore prouenit: primùm, procreatione: veluti cùm ex pecudibus fœtus naſcitur: itémque lac, pilus & lana:l. in pecudum, 28. j̄.h.tit.l.bonę fidei, 48.§. vlt. D. de adq.rer.dom.§.in pecudum. Inſtit.de rer. diu. deinde operis, & labore corporis: veluti in iumentis, deportando, vehendo, triturando: in ſeruis, quolibet opere faciundo, qui proprio nomine Vſus adpellatur, l. plenum, 12. §.2. D. de vſu & hab. Ancillarum partus placuit in fructibus non numerari: ne homo, cuius gratia fructus natura peperit, ipſe in fructu numeretur, d. l. in pecudum, l. vetus, 68. D. de vſufr. Itaque à fructibus & partus,& partuum partus ſeparãtur,l.4.D.h.t.l.ſed & part⁹, 12. D.quod met.cauſſ.Fructus igitur ſerui aut ancillę in operis & miniſterio eſt dũtaxat,l.4.de oper.ſer. Fũdi autem naturales fructus numerantur, non modò qui in ſuperficie naſcuntur: veluti fruges; vt vinum frumentum,legumina,l. frugum, 77. D.de verb.ſig. item fœnum, & arũdo cædua, & ſylua: l. qui fun-

A dũ,40.§.cũ fũdũ,D.de cõtr.emt.l.ſi abſẽte,48.D.de vſuf. verũetiam qui intra fundum agnaſcuntur:veluti lapidicinæ, cretifodinæ, & metallifodinæ: itémque arena: ſi modò hæc omnia renaſcantur, l.ſi ex lapidicinis, 32. D. de iur. dot. l. item ſi, 9. §. 2. D. de vſuf. l. fructus, 7.§. ſi vir.& l. ſeq. D. ſol. matr. Ciuiles autem fructus dicuntur, qui non ex corpore veniunt, ſed iure percipiuntur: id eſt, negociatione, veluti vſura pecuniæ, d. l. 62. de rei vind. l. 121. de verb. ſig. Verùm hic verè propriéque Quæſtus po-
B tius quàm Fructus adpellatur: l. ſi cùm villico, 16. D.de inſt.act.l.7. & l.8.D. pro ſoc. Veluti cùm ſerui aut iumenti opera locatur, aut vſus nauis. nam merces habitationis, opera ſerui, vecturæ iumentorum, naula nauium, generali fructuum nomine adpellantur: l.mercedes, 29. D. de her. pet. l. prædiorum, 36.j̄.h. t. itémque ceteræ obuentiones non tam fructus dicuntur, quàm fructuum vicem obtinere:& ideò à fructib. ſeparantur, l. quod his verbis, 83. de leg.3.l.vſuræ,34.D.h.t.l.cùm ſeruus,39.§.1. de leg.1.l.
C cùm de modo,11.D. de donat.l. in venditionem, 8.§. 1.D.de reb.auct. iud. poſſ. In hunc numerum referre poſſumus etiam aucupia, piſcationes,& venationes: l. item ſi,9.§.aucupior.l.vſufructuarium, 62.D.de vſufr. Nam cùm feræ beſtię neque ex fundo naſcãtur, & iure gentium non natura,ſed occupatione adquirantur, tum demum venatio fructus fundi numeratur, cùm fundi fructus in venatione conſiſtit: quod iuris ciuilis inſtitutum eſt:l. venationem,26.D.h.tit. denique quæſtus aut reditus fundi verius hîc dicitur
D quàm fructus, l. fundo legato, 22. & l.quæſitum, 12. §. ſi in agro,& §. ſeq. D.de inſt. vel inſtr. leg. Multò magis in hoc genere ponemus ea commoda, quę aut ex reb. incorporalib. negociando, id eſt, contrahendo, vt emendo, locando percipiuntur: aut incorporalia ſunt: veluti cùm ſeruitutes fructuum nomine adpellamus:l.6.§.1.D.ſi ſer. vin. l. videamus,19.§. vlt.D. h. t. aut cùm vſuras vicem fructuum obtinere dicimus:l.vſuræ,34. D. h. t. aut cùm fructum numeramus,pignori dare licere:l.vlt.j̄.h.t.l.72. de reg.iur.
E Itaque quòd Africanus Vſuram adpellat fructũ pecuniæ,in l.qui quadringenta,88.§.vlt.D.ad leg.Falc. lepida tranſlatione potius vſus eſſe intelligendus eſt, quàm verè propriéque locutus: cùm vſura quęſtus ſit,ex negociatione & noua obligatione,non ex numorum corporib.perceptus.d.l. vſura,D. de ver. ſig. Atque hæc quidem de prima fructuum diuiſione dicta ſunt,cui ſubdiuiſio ſubiungenda eſt.

¶ 43 Naturalium enim fructuum alij ſua ſponte naſcuntur:veluti arborum baccæ, ſyluæ cæduæ: alij
F hominum opera:veluti vinum,frumentum,legumina,l.fructus,45.D.h.t.Paleam igitur ad hanc ſpeciem excultorum fructuum referemus,fœnum verò ad illam ſuperiorem:quoniam in illo percipiendo, falce tãtũ nõ cultura vlla opus eſt:l.pratũ,31.D.de ver. ſig.

¶ 44 Secũda diuiſio quadripartita eſt:vt alij ſint futuri,alij pendentes ſiue ſtantes,alij à terra ſeparati, alij percepti,alij conſumti,alij qui percipi potuerũt. Futuri ſunt,qui necdũ in rerũ natura ſũt,ſed naſcituri ſperãtur:veluti fruges autũni inſequẽtis. itẽ,fœtus
G qui in vtero eſt,l.quod in rerum, 23.D. de leg. 1. §.ea quoque,7.Inſt.de legat.Pẽdẽtes dicũtur,qui terrę cohęrent,qui terra adhuc cõtinentur,& quaſi pars fundi videntur: l.pendentes, 44. D. de rei vin. l. ſi pendentes,27.D.de vſufr. l.ſi fraudat,25. §.non ſolum,D. quę in fraud.cred. Separati dicuntur, qui vel deſecti, vel excuſſi, vel decerpti, vel collecti ſunt, nondum tamen

tamen naturalem formam ac ſpeciem mutarunt:vel-
uti vuæ & oliuæ, ex quibus nondum vinum aut o-
leum factum eſt; ſpicæ,ex quibus nondum frumen-
tum tritum eſt, l.ſi fructuarius,13. D.quib.mod.vſuſ-
fruct.amitt. l.arborib.12. §.Iulianus,D.de rei vindic.
quod in fructuarij perſona vſurpatur. Percepti verò
in domini quidem & coloni, & emphyteutæ,& bo-
nę fidei poſſeſſoris perſona dicuntur, ſimul atq. à ſo-
lo ſeparati ſunt:§.is verò,Inſtit.de rer.diuiſ.l.qui ſcit,
25.§.1.in fin.D.h.t.l.ſi eius,78.D.de rei vind. l.ſi apes,
26. D. de furt. at in fructuarij perſona tum demum
percepti dicuntur, ſi expreſſi ſunt, vt modò dictum
eſt. Fructus autem conſumti exſtantibus opponun-
tur in l. 4.§.2. D.fin.regundor. l.8. C.de donat.inter
vir. l. certum,22. D.de rei vindicat. l.3. C.de cond.ex
leg. Perceptis verò & ſeparatis, in l. 4. §.lana, D.de
vſurp. At Fructus qui percipi potuerunt, dicuntur,
quos diligentiſſimus quiſque paterfamil. bona fide
percepturus fuiſſet:ſed poſſeſſoris dolo vel culpa per
cepti non ſunt, l.ſine herede,32. §.2. D.de admin.tut.
l.quidquid,7. C.arbit.tut.l.ſi nauis,62. §.generaliter,
D.de rei vind.

§ 45 Tertia diuiſio eſt, vt Fructuum alij ſint a-
ridi, alij liquidi. Aridi dicuntur à noſtris, qui &
meſſes adpellantur, l.vltim.§.vltim. D.de iur.fiſc.l.1.
C.Theodoſ.de vſur. veluti frumentum, hordeum,ſi-
ligo, auena, & omnia legumina. Liquidi verò ſunt
qui humore ſunt ita liquido, vt per ſe eſſe ſine vaſis
non poſſint, l.4. D.de pen.leg. quale eſt vinum, o-
leum, mel, & ſimilia. atque hi propriè confundi, il-
li commiſceri dicuntur, l. adeò,§.voluntas, D.de ad-
quir.rer.domin.§.ſi duorum, & §.quod ſi frumentū,
de rer.diuiſ.

§ 46 Quarta eſt, vt alij ſint exſtantes, alij con-
ſumti: cuius differentiæ quanta vis ſit, poſterius do-
cebimus. Quinta eſt,vt alij ſint maturi, alij immatu-
ri:de qua notanda eſt l. vltim.§.pen. D.quæ in fraud.
cred.Sexta eſt,vt alij ſint veteres, alij noui ſiue recen-
tes. Veteres ſunt,qui pręterito anno percepti ſunt, l.
ex vſu,7.& ll.ſeqq. De trit.vin.& ol.leg. l.3.D.ſi cert.
pet. Noui ſunt, qui & hornotini adpellantur: qui
hoc anno nati ſunt.Porrò quoniam partitioni hac in
tractatione locus non eſt, idcircò de iure fructuum
tantummodò differemus.

§ 47 Primum ius de fructib.hac regula contine-
tur: Vt cuiuſque rei fructus ad eum pertineant, pri-
mùm, qui eius rei dominus eſt, & pro qua parte do-
minus eſt,vel certè pro domino habetur: deinde, ad
quem eius rei periculū pertinet, & pro qua parte per
tinet. Dixi,*Qui dominus eſt*:vt l.2.& l.6. D.de adq.rer.
dom.in quo ſoli potius ratio quàm ſeminis habetur.
nam fructus non iure ſeminis, ſed iure ſoli percipi-
tur,l.qui ſcit, 25.D.h.t.qua de cauſſa,qui alienum fru
mentum in ſuo ſeuit, meſſis dominus eſt,d.l.qui ſcit,
§.1. & qui alienam plantam in ſuo poſuit, eius do-
minus eſt,l.adeò,7.§.vlt. D.de adq.rer.dom. eodém-
que iure,cuius ex equa pullus natus eſt,is pullus eius
eſt cuius eſt equa, non eius cuius eſt equus, ex quo
prægnans facta eſt, l.5. §.idem ſcribit, D. de rei vin-
dicat. Quod idē de ſeruo & ancilla ſignificatur, in l.
plerumq.10.§.ſi ſeruo,D.de iur.dot. Dixi,*Pro qua par
te dominus eſt*.nam quorū res cōmunis eſt, eorū quo-
que fructus eſt cōmunis,& pro qua parte communis
res eſt:quod apparet primū in cōtracta ſocietate, l.vi
deam*,38.§.ſi actionē,D.h.t.l.pro ſocio,38.§.vl.D.pro
ſoc.Nā ſocius,qui ex cōmuni fūdo fructus percępit,
ea tantū ex parte ſuos illos facit,ex qua prędij domi-

A nus eſt:reliquas pręſtare ſocio cogitur,l.qui ſcit,25.D.
h.t.quod idem in aliis communitatibus iuris eſt.nam
rei plurib. donatæ aut legatæ, fructus ab vno perce-
pti pro dominij parte reſtituendi ſunt, l. quibus,
34. D. pro ſoc. l.6.§. 1.& l. in ſumma, 11. D. com.di-
uid. Idémque eſt in hereditate pluribus relicta, l.
item ex diuerſo, 19. D.fam.erciſc.l.coheredibus, 17.
C.eod. Itaque fructus ab vno ex coheredibus &
poſt & ante litem conteſtatam percepti, ſingulis
proportionibus hereditariis communicandi ſunt, l.
B & poſt, 12. & l.pen. D.fam.erciſ. In iudicio quoque
finium regundorum, fructus poſt litem conteſtatam
percepti, præſtandi ſunt: antè percepti, præſtan-
tur quidem à malæfidei poſſeſſore: à bonæ verò fidei
poſſeſſore, ſi modò conſumti ſunt, non præſtan-
tur: l.4. §. 2. D. fin. regund.deinceps ad regulam re-
deamus.

§ 48 Dixi,Vel pro domino habetur:quo-
niam bonæ fid. poſſeſſoris idem in percipiendo ius
eſt,quod domini:l.qui ſcit,25.§.1.D.h.tit. quæ tamen
C regula ſic accipienda eſt: primùm, vt fructus exculti
& elaborati ſint:hoc eſt,facto & opera ipſius proue-
nerint, §.ſi quis à non domino, 26. Inſtit.de rer.diu.
quem ita eſſe accipiendum verba illa oſtēdunt, Pro
cultura et cura: ídque naturali ratione, vt
ibidem dicitur: quoniam æquum eſt,eum, qui bona
fide impendium fecit, fructum percipere. At ſi fru-
ctus ſponte ſua prouenerint, ius controuerſum eſt.
nam Pompon.eos bonæ fidei poſſeſſoris eſſe negat,l.
fructus,45.D.h.t.Paullus autem apertè adfirmat in l.
D in bonæ, 48.D.de adq.rer.dom. Quinetiā in fructib.
elaboratis controuerſum ius eſt,quamdiu bonæ fidei
poſſeſſor iudicetur.Nam Iulia.bonā finem vſq.ad litē
conteſtatam producit,l.quæſitū,91.§.vlt.D.de leg.1.l.
qui ſcit,25.§.vlt.D.h.t.cui cōſentire Imp.videtur in l.
certum, 22.C.de rei vin. Vlpianus verò tantū vſq.ad
ſciētiam rei alienæ,l.qui bona, 23.D.de adq.rer.dom.
quo cum Africanus conſentit in l.quæſitum,40.eod.
t.& Imperator in l.ſi fundum,17.C.eod. Præterea re-
gula illa ſic intelligenda eſt, vt fructus illi non ſint
E ſtantes,ſed & percepti & iam cōſumti,d.l.4.§.2.Fin.
regund.alioqui vel rei vindicatione petentur, vel in
rei vindicationem venient officio iudicis,l.4.§.lana,
D.de vſurpat.l.quęſitum,40.in fi.D.de adq.rer.dom.
& d.§.ſi quis à non domino,de rer.diu. Neque obſtat
quod dicitur in l.in pecudū,28.D.h.tit.fructus ſtatim
atq.percepti ſunt, bonæ fidei poſſeſſoris fieri pleno
iure:idcircò.n.hoc additur,vt intelligatur,nō requiri
vſucapionē,quæ plenū ius tribuat,l.Iulian.17.in ſi.D.
de rei vind. Sed ſi & percepti & conſumti ſint, eius
F fiunt. nam perceptio fructuū adquiſitionē inchoat,
conſumtio perficit atque conciliat,d.l.4.§.lana.Atq.
hæc quidē de b.f.poſſeſſore. At malæ fidei poſſeſſor
fructus omnes,cuiuſcumq.generis ſint,reſtituere co-
gitur, & perceptos, & percipiendos, & exſtantes, &
conſumtos,& ſiue locupletior factus ſit,ſiue non: vt
de rei vindicatione dicitur,l.fructus,33.l.ſi nauis, 62.
§.generaliter, D. de rei vind.l.domum, 5. l. certum,
22. C. eod. & de hereditatis petitione, in l. illud,
40. §. prædo, l. cum hereditas, 56. l. ſed etſi, 25. §.
G quod autem, D. de her. pet. idque ſiue titulum ha-
beat, ſiue non, l.1. C.de fid.& iur. haſt. fiſc. lib. 10.
l.ait Prætor, 10. §. per hanc, D.quæ in fraud. cred.
Cùm autē bonæ fidei poſſeſſor poſt litem cōteſtatam
malæ fidei poſſeſſor fiat, d.l. ſed etſi, §. ſi ante litem,
D.de her. pet. ſequitur, vt quantum ad fructus poſt
litem conteſtatam natos, nulla inter bonæ & malæ

fid. poſſeſſorem differentia ſit : nam vterque illos re-
ſtituere cogitur, ſiue percepti ſunt, ſiue percipi po-
tuerunt, l.1.C.de here.pet. d.l.ſed etſi,§.ſi ante litem,
D.eod.ne lucrum faciat poſſeſſor ex ea re,quæ in lite
eſſe cœperat, vt ait l.Iulianus,17.§.vlt. D.de rei vind.
ſed ante litem conteſtatam differentia eſt. nã cõuen-
to malæ fidei poſſeſſore, fructus omnes, cuiuſcum-
que generis ſint, æſtimantur : vt paulò antè dictum
eſt : & confirmatur per l.fructus,45. D.h.tit.at bonæ
fidei poſſeſſor eatenus tantùm fructus ante litem cõ-
teſtatam perceptos, reſtituere cogitur, quatenus ex
iis locupletior factus eſt,l.illud,40.§.prædo,D.de he
red.pet. Percipiendi verò fructus non veniunt in æ-
ſtimationem : quia cùm bonæ fidei poſſeſſor eſſet, e-
xiſtimauit, licere ſibi in ſua re negligentem eſſe, l.1.
C.de petit.hered. l. item veniunt, 20. §. eos autem,
D.eodem.

§ 49 Deinceps ad regulam redeamus: in qua
diximus, *Cuiuſque res fructus ad eum pertinere, cuius
ea res periculo eſt* : quod ex bonæ fidei contractibus
primùm intelligitur. Generaliter enim fructus in bo
næ fidei iudiciis omnino pręſtandi ſunt : id eſt, ſiue
mora interuenerit, ſiue non:& ſiue lis conteſtata ſit,
ſiue non, l. videamus,38.§.penul.D.h.t. Ergo vt em-
tione & venditione perfecta, periculum confeſtim
ad emtorem tranſit : ita fructus ad eum pertinent,
quamuis nec res tradita, nec precium ſolutum ſit,
l.fructus,13. l.penul.C.de action.emt. l. Iulianus, 13.
§.ſi quid ſeruo, D.eod. l.1. C.de pericul.& commod.
Quòd ſi moram venditor in tradendo fecerit, etiam
eos præſtabit, qui percipi potuerunt, l. ſi ſterilis,21.
§.cùm per venditorem, l. ſi ea res, 31. D. de actionib.
emt. Quinetiam fructus contractus tempore pen-
dentes emtori præſtandi ſunt : quippe, qui fundi
pars ſunt, l.fructus, 44.D.de rei vindicat. l.qui pen-
dentem, 25. D. de action. emt. In permutatione i-
dem iuris eſt. nam quemadmodum periculum rei
nondum traditæ ad eum, qui ſuam tradidit, pertinet,
l.5. in fin. princip. D. de perſcrip.verb. ita fructus e-
ius ad eum quoque pertinere debet : vt eadem ſit pe-
riculi, quæ commodi ratio, l. ſecundum, 10. D.de
regul.iur. Idem præterea in locatione & conductio-
ne ius eſt:vt ad quem periculum, ad eundem fructus
pertineant. nam ſi prædia vrbana ſint, vt fortuiti in-
cendij caſus ad dominum ſpectat : ita mercedes ha-
bitationis lucratur, l.9.§.1. D.locat. ſi ruſtica ſunt, ſi-
quidem colonus partiarius eſt, pro rata parte & pe-
riculum, & emolumentum communicatur, l. 2. §.
vis maior, D.eod.ſin numis colit, tum omne pericu-
lum & emolumentum ad eum pertinet : niſi ſit im-
modicum & intolerabile. ſin mercenarius eſt, tum
ex contrario & periculum, & emolumentum omne
ad locatorem ſpectat, l. ex conducto,15. §.1.& §§.ſe-
quentib. D.eod.l.licet,8.l.damnum,12. l.excepto,18.
C.eod.Similiter in commodato, cùm rei commoda-
tæ periculum ſine commodatarij culpa contingens
ad dominum pertineat, l.1.D.commod.etiam eius &
fructus & quæſtus ei reſtituendi ſunt, l.videamus,38.
§. ſi poſſeſſionem, D. h. tit. l.is qui, 13. §.1. D. com-
mod.Item in depoſito:nam vt rei depoſitę damnum,
ſine depoſitarij culpa contingens ad dominum per-
tinet, l.1. C. depoſit. ſic fructus & partus cum re de-
poſita reſtituendi ſunt, l. 1. §. hanc actionem, 17. D.
depoſit. & d. l. videamus, §. ſi poſſeſſionem, D. hoc
tit. Idem iuris eſt in pignore. nam vt rei pignera-
tę periculũ fatale ad debitorẽ, qui eius dominus eſt,
pertinet, l.8.C.de pign.act. ita fructus ex ea percepti

A à creditore, qui gratuitam pecuniam credidit, ei in
ſolutum imputantur, & ſortis debitum exonerant,
minuunt, extenuant, l.1.l.2.l.3.l.vlt.C.de pign.act.l.1.
C.de diſt.pig.quòd ſi fœnebre fuit creditum, priùs in
vſuras, deinde in ſortem fructus imputantur, l.2. C.
de part.pign.l.2.C.de vſur. Idem quoque in Manda-
to iuris eſt. Nam vt mandatum negocium manda-
toris periculo geritur, l.ſi verò, 12. §. ſi quis man-
dauerit; & §.ſeq. D. mand. ita fructus quos ex eo
mandatarius percepit, ei reſtituendi ſunt: l. idém-
B que,10. §.1. & §. idem Labeo, D. eod. Eadem quo-
que negociorum geſtorum ratio eſt: l. 2. & l. 3. §.
hæc verba, D. de neg. geſt. Itémque tutelæ & cu-
ræ, l. ſine herede, 32. §. Modeſtinus, D. de admin.
tut. l. quidquid, 7. C. arbit. tut. atque hæc quidem
de bonæ fidei iudiciis.

§ 50 In ſtrictis verò, quæ certa & recepta ſit
iuris ratio, difficile dictu eſt. Nam à Pomp. &
Paullo apertiſſimè Papinianus diſſentit : idque
ingenui omnes tum veteres, tum recentiores inter-
C pretes fatentur. Nam qui ſtipulanti fundum dari,
vacuámque poſſeſſionem tradi promiſit, Pompon.
& Paul. negant eum fructus debere, l. 3. §. 1. D. de
act. emt. l. ſi filius, 78. §. vlt. D.de verb. oblig. Am-
plius adiungit Paullus, vt ne poſt moram quidem
ſimplicem debeantur : id eſt, ſine litis conteſtatio-
ne, l. videamus, 38. §. ſi actionem, D.h.tit. Et ratio
perſpicua eſt, propter ſtrictam ſtipulationis for-
mulam & quantitatem, cui iudex ſeruire debet, l.
2.§. nunc de officio, D. de eo quod cer. loc. l. quid-
D quid, D. de verb. oblig. qua de cauſſa nec vſuræ in
ſtipulatu ex mora debentur. At Papin. contrarium
apertiſſimè ſtatuit, & adfirmat poſſe dici etiam
fructus præſtari : l. 4. D. h.tit. cuius ſententiæ ratio-
nem, ſiquidem mora commiſſa non eſt, hanc fuiſſe
arbitror : quòd rei promiſſæ periculum ante moram
pertinet ad ſtipulatorem, l.ſi ex legato, 23. D.de ver.
oblig. Eſt autem regula iuris, vt cuius periculo res
eſt, ei fructuoſa ſit: l. is qui, 13. §. 1. D. commod.
Quid igitur ſi mora commiſſa ſit? quo caſu ſine du-
E bio periculum ad debitorem pertinet. Itaque hoc
caſu Paullus apertè negat fructus deberi, d. l. videa-
mus, §. ſi actionem. Quinetiam ſi per litis conte-
ſtationem mora contracta ſit, Proculiani deberi fru-
ctus negabant : ſummum videlicet ſtrictúmque ius
ſtipulationis ſequentes. At Sabiniani ex æquitate
(inquit Paul.) contrà diſputarunt: quorum ſententia
præualuit, vt Papin. quoque adfirmat in l.2. D.h.tit.
quaſi æquiſſimum ſit, actori præſtari id omne, quod
F litis conteſtatæ tempore habiturus fuiſſet : quod et-
iam ſecutus eſt Paullus in l. cùm fundus,31.D. de reb.
cred.l.ſi homo, 8. D. de re iudic. atque hæc quidem
de ſtipulatione. Actionis autem ex teſtamento diſ-
ſimilis ratio eſt. nam etſi ſtricti & ipſa iuris ſit, ta-
men quia legata bonæ fidei contractib. ferè cõparan-
tur, idcircò fructus poſt teſtatoris mortem obue-
nientes, poſt moram in præſtando ab herede com-
miſſam, legatario debetur, non modò quos percepit,
ſed & quos percipere potuit, l.cum ſeruus, 39.§.fru-
ctus,l.vlt.*D*.de leg.1.C.de vſ.& fruc.leg.l.qui vſumf.
G 36.§.vlt.D.de vſuf. Sequitur tertia pars Rubricæ, quæ
eſt de Cauſſa. quod verbum cùm varium ſit ac mul-
tiplex, tum in hac Rub. modò generaliter, modò ſpe-
cialiter vſurpatur.

§ 51 Nam generaliter Cauſſa eſt Ius: id eſt, condi-
cio & qualitas cuiúſq.rei, ſiue in cõmodo & vtilitate,
ſiue in incommodo, onere & vitio aliquo conſiſtat.
Cic.

Cic. Agrar.3. Prædia libera meliore iure ſunt, quàm ſerua: ſoluta in meliore cauſſa ſunt, quàm obligata: immunia commodiore condicione ſunt, quàm illa quæ penſitant. Itaque poſtquàm Caius ſcripſit, in rei vindicatione non tantùm corpus ipſius rei reſtitui, verumetiam eius rei cauſſam: hoc eſt (inquit) vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus illi homo fuiſſet: veluti partus ancillæ, l.præterea, 20.D.de rei vin.Item Paul.Cùm quid per condictionem petitur, cauſſa omnis reſtituenda eſt: hoc eſt, omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtatæ tempore reſtitutum fuiſſet: l.cùm fundus, 31.D.ſi cert.pet.& l.2.D. h.t.l.reſtituere,35.l.vlt.§.vlt.D.de verb.ſig.Ex quibus intelligitur, cauſſam cuiuſque rei ab auctoribus noſtris adpellari omne id, cuius res quæq. cauſſa eſt vel efficiens, vel ſine qua non: veluti fructu', & partus, & fœtus, & partuum partus: item fœtuum fœtus. Paul.l. proinde,22.D.ad leg.Aquil.ſi ſeruum occidiſti, cauſſę corpori cohærentes æſtimantur: ſiquis ex comœdis aut ſymphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut ex pari mularum vnum vel vnam occiderit. Ex contrario, cauſſa interdum pro onere, & incommodo vſurpatur, vt cùm dicimus: Quamque rem cum ſua cauſſa tranſire: id eſt, quo iure, quâque cōdicione eſt: veluti ſi fundus ſeruitutem debeat, vel pignori ſit obligatus, & alicui vendatur, cum illis qualitatib. in emtorem tranſit, l.alienatio, 67.D.de contr.emt.l.ſi debitor,12.C.de diſtr.pig. Specialiter autem Cauſſa ſub hoc titulo vſurpatur pro reliqua omni vtilitate præter fructus, quæ per cauſſam rei cuiuſque accedit: ac tum à fructu, & partu, & fœtu ſeparatur: velut in l. ſed & partus, l.item ſi, 14. §. quadruplatur, D.quod met.cauſſ.l.1.§.hanc actionem, D.depoſ.l.reſtituere, 35.D.de verb.ſig.l.qui reſtituere, 68. D.de rei vindic. cuiuſmodi eſt vſucapiendi condicio: d.l.reſtituere,35. & §.ſi ad exhibendum, 4.Inſt.de off.iud. Item fœtus ſecundus, aut partus ſecundus: l.equis,8.D.h.tit. De cauſſa igitur ſummatim vnica hæc regula tradenda eſt: Vt quod ius de fructibus, idem de cauſſa eſſe intelligatur: quandoquidem, vt antea diximus, Cauſſæ adpellatione plerumque fructus continentur.

§ 52 Quarta Rubricæ pars, quæ de Acceſſionibus, genere ſuo ſuperiores quidem omnes ſpecies complectitur. nam Acceſſionis nomine etiam Vſura comprehenditur: l. frumenti, 12. C. de vſur. ſed cùm ad extremum poſita ſit, ad eas ſolas reſtringenda eſt, quæ ſuperſunt: qua de cauſſa à fructibus & partu ſeparantur: l.quod ſi nolit, 31. §. penult.D. de ædil. ed. Itémque ab vſuris, l. illud ſciendum, 29.§. vltim. D.eod. quo in genere eſt Alluuio. nam cùm fundus aliquis reſtituendus eſt, etiam quæ pars per alluuionem fundo acceſſit, reſtituenda eſſe dicitur: l. idem eſt,34. D.de rei vind. Item Vſusfructus, qui fortè proprietati adcreuit: l. quòd ſi nolit, 31. §. 2. D. de ædil. ed. Item peculium, quod ſeruus adquiſiuit: §. ſi peculium. eadem l. In quo ne illud quidem prætermittendum eſt, Acceſſionis nomen propriè hoc loco ad eas reſtringi, quæ natura proueniunt, & quaſi ad rem principalem iam antè debitam adcreſcunt, non quæ in diſponendo acceſſionis locum obtinent: vt in venditione fundi, cùm ſeruus aliquis, aut eius peculium, aut aliquot dolia accedunt: l. 1.§. item ſi quis, D. de ædil. ed. l.ſi in emtione, 34. D.de contr.emt.l.ſi quis cum,26. D.de act.emt. aut aliquid ſacri religioſiúe, l.hanc legem, 22.& ll.ſequentib. D.de contrahenda emtione.

A aut aqua, iterve ad aquam: l.qui fundum, 40. §. 1. eod.In quibus & ſimilib.hoc ius ſeruatur: vt cùm acceſſiones illæ pars venditionis ſint, l.quod ſi nolit,31. §.vlt.D.de ædil.ed.& ob eam cauſſam integræ omnes præſtandæ ſint, d.l.ſi quis cum, & l.proinde, 33.D.de ædil.ed.tamen euictionis nomine nō duplū, ſed ſimplum debeatur, l.ex emto, 11.§.ſi quis rem, D.de act. emt.l.euicta,16.D.de euict. Sic in legatis partus ancillæ legatæ acceſſio adpellatur, l.ſi ancillas, 63. D.de B le.1.Itē legato vino vaſa minora, l.3.§.1.D.de trit.vin. & ol.leg.deniq.legatis liquidis frugib.vaſa quib.cōtinentur, l.4.D.de pen.leg.legato auro argentóve, aut gemmis, id, quod ornandi cauſſa adhibetur, l.cùm aurum,19.§.perueniamus, D.de aur.& arg.leg.

§ 53 Porrò Acceſſionis nomine potiſſimum Id, quod intereſt, ſiue Quanti intereſt, contineri videtur: præſertim cùm id plerumque pluris ſit, quàm ipſum rei corpus, l.1.D.de act. emt.l.ſicut,12.C.eod.l.ſi fundus,33.D.loc.l.ſciendum,29.§.1.D.de ędil.ed.l.ſi ven- C didero,80.D.de furt.l.euicta, 70.D.de euict.l.1.§.cōſiderandū,D.de tut.& rat.diſt.act. Eſt autem id quod Intereſt, ęſtimatio damni per aduerſarij culpam inlati, aut vtilitatis amiſſæ, quæ quidem in re aut circa rem fuerit. Dixi, Æstimatio: vt in l.qui autem, 12.§.1.D.ſi quis caut. quoniam Quanti intereſt, culpam ab aduerſario commiſſam non eſſe, iudex audiris partium allegationib. æſtimare, ſiue computare ſolet: l.3. C.de inut.ſtip.qua de cauſſa hæc Litis æſtimatio plerumque dicitur: vt l.5.§.1. D. commod.l.ſi D fideiuſſor,30. D.depoſ.l.ſi Kalendis,21.D.de re iud.interdum etiam Computatio, l.liberum, 9.D.de relig. §.illud,5.Inſt.ad leg.Aquil.l.vn.C.de ſent.quę pro eo quod int. Deinde cùm id quod intereſt duobus modis æſtimetur, interdum per Iuſiurandum actoris, interdum Officio iudicis: illa ſpecies propriè Iuſiurandum in litem adpellatur: de qua ſub tit.de in lit.iur. dictum eſt: hæc verò generis nomen ſuum efficit, l. ſemper,15.§.hoc interdictum, D.quod vi aut clam,l. ei qui furtſ, 9.D.de furt. vbi Litis æſtimatio hæc ad- E pellatur: nimirum, quæ iudicis fidei & æquitati permittitur: cùm id quod intereſt, interdum tanti ſit, quanti res eſt, neque rei æſtimationem excedat: ac tum rei precium, & id quod intereſt, idem ſunt: l. ſi vendidero, 80. D.de furt.l.1.C.de his qui à non dom.manum. Interdum pluris, vt ſup.diximus, interdum etiam minoris, l.Iulianus, 9.§.vlt.D.ad exhib.& l.6.D.de vi arm.Dixi, Damni inlati: veluti cùm res commodata deterior redditur.Nam quod intereſt, hoc adpellatur, l.3.§.1. D.commod.adpellatur F etiam Id quod abeſt, l.ſi commiſſa, 13.D.rem rat.hab. Neque ad rem ipſam æſtimandam hæc iudicis taxatio adhibetur, ſed ad litem, hoc eſt, damnum inlatum, aut vtilitatem interuerſam: quapropter etiam in pecunia, veluti in numis depoſitis, & per dolum non redditis, hæc æſtimatio adhibetur: non propter corpora numorum, quæ in æſtimationem non cadunt, ſed propter damnum, actori per aduerſarij dolum inlatum, l.3.D.de in lit.iur. Addidi autem, Et vtilitatis amissæ: quoniam detrimentum G allatum, & amiſſa vtilitas diſcrimen illud facit in re familiari, inter condicionem quæ nunc eſt, & eam quæ futura erat: ex quo Quanti intereſt, ficta locutio. Qua de cauſſa Id quod Intereſt, & Amiſſa vtilitas, pro eodem vſurpantur: vt l. pen. D. ſi quis caut. l. proinde, 22. iuncta l.ſeq. D.ad l. Aquil. l. 4. §. 1. D. fin. reg. ſed eius demum vtilitatis ratio habetur, quæ circa rem eſt, non eius quæ eſt extra rem:

vt in l.Iulianus,9.§.vlt.& l.pen.D.ad exhib.

§ 54 Lucri verò & compendij ceſſantis ratio, regulariter in eo quod intereſt, æſtimando non habetur, l.2.D.rem rat.hab.at in quibuſdam caſibus iíſque perpaucis & admodum raris habetur, veluti in pecunia traiectitia, cuius hoc ſingulare ius eſt, l.2.§.vlt.D. quod cert.loc. Sed harum rerũ exempla quędam proponenda ſunt. Ergo ſi res vendita poſt venditoris moram pluris eſſe cœperit, amiſſi quidem illius emolumenti ratio habebitur, quod in re eſt: at eius lucri, quod emtor ex negociatione facere potuiſſet: quoniam eſt extra rem, & partim in hominis induſtria, partim in fortuna poſitum eſt, ratio non habebitur, l.ſi ſterilis,21. §. cùm per venditorem, & l.Titius,43. D.de act.emt. quod idem in emtore locum habet, ſi per eum mora facta ſit, quominus venditor rei ab ſe venditæ & traditæ precium haberet, l.vlt.D.de peric. & comm. Eodémque modo in locatione & conductione colonus, cui frui aut perfrui ſua conductione nõ licet, vtilitatẽ, quam ex re & circa rem, id eſt, ex locatione fundi percepturus fuerat, conſequitur, l.7.l.8.l.in quo,18.l.ſi in lege,24.§.colonus, D.locat. Nam hoc cõpendium circa rem ipſam cõſiſtit: at quod negociando & vendendis fructibus facere potuit, quoniã extra rẽ eſt, non conſequetur. Similiter, occiſo ſeruo, in eo quod intereſt cõputando, hoc eſt, in lite æſtimanda, nõ modò ſerui preciũ veniet, verumetiã cauſſæ corpori cohærentes: veluti ſi Comœdus aut Symphoniacus fuit, quanti cęteri depreciati ſint, l.ait lex, 21.in fi.& l.ſeq. D.ad leg.Aquil. aut ſi ſeruus heres inſtitutus fuerat, necdũ iuſſu meo hereditatẽ adierat, & eã mihi adquiſierat. nam etiã hereditatis amiſſæ ratio habebitur. Itémq. ſi quęſtio habenda, aut res per eum probãda eſſet, l.6.D.de vi arm. l.inde Neratius,23.D. ad leg.Aq.§.illud, Inſt.eod. Eorũ verò, quæ poſteà per ſeruũ quęſiturus fuerat, quoniã extra rẽ ſunt, ratio nõ habebitur. quod eodẽ modo in legatis obſeruatur: ſi legatario fideicõmiſſum poſt certã diẽ iniunctũ eſt. Nam poſt diẽ & legatã pecuniã, & medij tẽporis vſuras præſtabit: lucrũ verò, quod negociando intereà ex illa pecunia fecerit, nõ præſtabit, l.Imperator,70. §.1.D.de lega.2. Neq. ſententiæ illi, quã ſuperius poſuimus, aduerſatur quod ait Imp. in l.1.C.de ſent.quę pro eo. Veteres etiã ex lucro ceſſante id, quod intereſt, ſtatuiſſe. Et Paull. in l.ſi cõmiſſa,13.D.rẽ rat.hab. Id qđ intereſt, nõ tantùm in eo quod mihi abeſt, verumetiam quod lucrari potui, cõſiſtere. Nã Lucri nomine eam demũ intelligunt vtilitatẽ, quæ circa rem eſt, nõ autẽ compendiũ, quod extrinſecus accidere potuit, l.2.D.ill.t. Dixi, *Per aduerſarij culpam*: nã vbi dolus aut cõtumacia interuenit, tum actoris iureiurando lis æſtimatur: qua de re ſub tit. de in lit.iur. copiosè dictũ eſt. ſin autẽ ſola culpa interuenit, tũ ſolius iudicis officio arbitrióq; lis æſtimatur: vt Baſil.lib.22.t.6. *ἀπὸ ῥᾳθυμίας οὐκ ἐπιδίδεται ὁ ἐν δίκῃ ὅρκος, ἀλλ᾽ ὁ δικαστὴς ποιεῖται τὴν ἀποτίμησιν.* Porrò cùm hæc aduerſarij culpa per iſtã iudicis æſtimationẽ coërceatur, idcircò hæc Pœna nominatur, l.vn.C.de ſent.quæ pro eo quod int.& l.vlt. D.de eo quod cer.loc.

§ 55 Proximũ eſt, vt quid noui iuris de eo, quod Intereſt, taxando Iuſtinianus conſtituerit, videamus: quod expoſuit in l.1. C.de ſent.quæ pro eo quod int. cuius duo ſunt capita: Prius eſt, vt in caſib.certis duplũ excedere nõ liceat. Caſus autẽ certos definit, quorũ certa quantitas & natura eſt: vt in omnib. (inquit) contractib. Quod ænigma, qui interpretari potuerit, vidi adhuc neminẽ. Nam quod certã naturã aut quãtitatẽ quidam definiunt, certam pecunię ſummã, cer-

A túmve corpus: vt in omnib.cõtractibus plerumq. intercedit certa pecunia, certáve res: valdè alienum eſt. quid enim? ſi vitioſo vaſe à victore vendito precioſa quædã infuſa materia corrumpatur, an nõ & de certo rei corpore agetur, & abſurdũ erit, victorẽ tantũmodò in duplũ, quãti vas fuerit, dãnari? Itaq. idẽ Iuſtinianus ius vetus in Pãdectis reliquit, vt in damnũ integrum victor teneatur, l.ſed addes,19.§.1.D.loc.l.tenetur, 6.§.ſi vas, D.de act.emt. Similiter cùm faber tignũ vitioſum vẽdidit quo ædes fulcirẽ, & ædes
B propterea corruerint, an nõ & certũ tigni corpꝰ certi precij in iudiciũ veniet; & abſurdũ erit fabrũ tantũmodò in duplũ, quãti tignum illud fuerit, dãnari? imò verò in totũ damnũ tenebitur: quod eodẽ modo de morboſa pecude, cuius contagione grex omnis perierit, traditur in l.Iulianus,13.D.de act.emt. Sequitur alterũ noui iuris caput, vt in caſibus incertis iudex id ſolum damnum, de quo re cognita cõſtiterit, cõpenſari iubeat: neq. vanis litigatorũ allegationib. aures præbeat: quaſi verò nõ hoc ius antiquũ, vulgare & trãſla-
C titium ſit, ex l.3.C.de inut.ſtip. vt examinatis partium allegationibus, quãti cõſtiterit intereſſe, iudex cõcludat. Nam quod de incertis caſibus quidam hoc interpretãtur, in quibus neq. certa ſumma, neq. certũ corpus petitur, ſed incertũ quiddã: veluti poſſeſſio, nihilo probabilius videtur. nã ſiue poſſeſſio, quæ incerta eſt, ſiue fundus ipſe, qui certus eſt, petatur: tamen non in duplũ, nõ deniq. pluris iudex reum dãnabit, quàm quanti actor ſua intereſſe ꝓbauerit. Incerti autẽ caſus exẽplum ſumẽdum eſſet potius ex l.argentarius,
D 10.§.2. D.de edend. vbi argẽtarius, qui rationes nõ edidit, quã ob cauſſam litigator dãnatus eſt, tãti teneri dicitur, quãti litigator dãnatus fuit. Quòd ſi vlla cõſtitutionis illius admittenda interpretatio eſt: nulla meo iudicio ꝓbabilior videtur, quã illa Martini Coſiæ in l.quatenus, 24.D.de reg.iur. vt æſtimatio eius, quod ſingulariter intereſt, duplũ eius qđ cõmuniter intereſt, nõ excedat: niſi caſus alius aliud inducat. qđ tamen multo ſubtilius & acutius à Martino excogitatum, ne dicam, diuinatũ, quàm ad Latinã Iuſtiniani
E cõſtitutionẽ adcõmodatum videtur. Singulariter autẽ intereſſe dicimus, veluti cùm fundus non traditur, qui maiorum emtoris fuerat, l.ſi in emtionẽ,35.D.de minorib. & in quæ maiorũ ſepulcra ſunt, l.libertus, 36. D.de bon.libert. aut ſi ſeruus filius naturalis fuit emtoris, aut denique ex ſimili quadam adfectione precium creſcat, d.l.libertus. quod tamen multis caſibus non admittitur, l.ſi ſeruum, D.ad l.Aquil.l.precia,63.D.ad leg.Falcid.

F § 56 Supereſt quinta Rubricæ pars, quę eſt de Mora. Eſt autẽ Mora culpa debitoris in nõ ſoluẽdo debito, vel creditoris in nõ recipiendo. Ea fit duobus modis: in perſonã, & in rem. In perſonã fit, per interpellationẽ: hoc eſt, cùm teſtato denunciatur debitori vt ſoluat, aut creditori vt accipiat. nã illius denũciationis cõtẽtus, Mora & fruſtratio adpellatur: l.mora,32. l.3.§.vl.D.h.t. adpellatur etiã Dilatio, l.ſciẽdũ,21.D.h.t. In re aũt vel in rẽ mora cõmittitur, cùm re ipſa ſine interpellatione ſola tarditate committitur, l.3.C.in quib.cauſſ.reſt.neceſſ.l.5.D.de minor.l.cùm verò,26.
G §.1.D.de fid.lib. veluti die ad ſoluendũ pręſtituta: quo caſu dies (vt vulgò dicitur) interpellat pro homine: vt cùm ad diẽ ſub pœna pecunia promiſſa eſt, l.ad diem, 76.D.de verb.obl.l.traiectitiæ, 23. D.de obl.& act.l. magnã,12.C.de cõt.ſtipul. Similiter etiã ſine diei adiectione mora cõmittitur, veluti cùm non exſtat qui cõueniatur, l.ſed etſi,23.in fi.D.h.t. aut cùm quis malę fidei poſſeſſor eſt, ſiue rei mobilis: vt l.vlt. C.de cond.

ob turp.cauſ.& l.8.§.1.D.de con.furt.l.1.§.deniq.& l.
pe.D.vnd.vi. ſiue immobilis: vt in l.ſed etſi,25.§.qđ
ait, D.de pet.her. l.ſin autẽ, §.ſi homo,D.de rei vind.
aut cùm libertas fidei commiſſa eſt, l.cùm verò,26.§.
1.D.de fid.lib.aut cùm ſtipulatio ita cõcepta eſt,Neq.
per te,neque per heredẽ tuũ fieri, l.cùm filiusf.49.§.
pe.D.de verb.obl.aut cùm minori legatũ aliquod aut
fideicommiſſũ relictum eſt,d.l.3.C.in quib.cauſ.reſt.
& l.Titia,87.§.1.D.de leg.2.

§ 57 Ceterùm quando mora facta ſit, non iuris,
ſed facti quæſtio eſſe dicitur,vt ad iudicẽ potius, quã
ad Iuriſconſultũ referatur,l.mora,32.D.h.t. Nam etſi
plerumq; mora in perſonã,quàm in rem fit: (vt apud
Paul.lib.Sent.3.Mora,inquit,fieri videtur,cùm poſtu
lanti nõ datur) tamen nõ quæuis interpellatio morã
facit:quin ne vnum quidẽ eius olim ius fuit. nã anti-
quitùs teſtato denunciationẽ fieri oportebat,cum in-
terminatione iudicij,l.7.D.de inof.teſta. l.debitores,
10.C.de pign. quinetiã præter interpellationẽ inſtan
tia & flagitatione opus erat,l.mora,32.D.h.t. deinde
conſtitutum fuit,vt eæ denunciationes actis publicis
cõſignarentur:néve vbi manifeſtũ erat debitũ,aut chi
rographariũ,neceſſariæ eſſent, l.2. l.3.C.Th.de nunc.
poſtea ex vſu & cõſuetudine forẽſi ſollemnes illæ te-
ſtificationes magna ex parte ſublatę fuerunt, §.adpel
lantur,de act.Retentæ tamen ad debitorẽ in mora cõ
ſtituendũ videntur,ex d.l.mora,& multis ſimil. Neq;
verò plurib.interpellationib.opus eſt.nam ſemel mo
ram factã ſatis eſt, hoc eſt,vnica interpellatione cum
inſtantia eſt opus,l.Titia,87.§.1.D.de lega.2.quamuis
interdũ ex abundanti plures teſtatò denunciationes
fiebant:vt in ſpecie l. qui Romæ,122. §.coheredes,D.
de verb.oblig.ſed quę ex abundanti fiunt,ius non fa-
ciunt,l.teſtamentum,17.C.de teſtam.

§ 58 Moræ autẽ effectus primus ac ſummus eſt,vt
producat ac perpetuet obligationẽ,l.ſi ſeruũ,91.§.ſe-
quitur, D.de verb.obl. cuius regulæ hæc vis eſt, vt cũ
rei peremtę neque petitio, neq.fideiuſſio, neq.acce-
ptilatio, neque nouatio valeat:tamẽ ſi res moratoris
facto peremta ſit, valeat. Itaque ſi ſeruus moratoris
facto interierit,nihilominus peti iudicio poterit: ſed
cõdemnatio fiet in æſtimationẽ,d.l.ſi ſeruum,§.vlt.l.
nemo,82.in fi.de verb.obl.l.5.D.de reb.cred.& l.pro-
miſſor hominis,23.D.de conſt.pec. ídq.nõ tantùm in
actionib.ex ſtipulatu, verumetiã ex legati cauſſa lo-
cũ habet,l.ſi ex legati,23.D.de verb.obl. At ſi res ſine
culpa & facto debitoris perierit, veluti ſi ſeruus ſua
morte interierit, aut fundus chaſmate abſumtus ſit,
eo caſu cõtrouerſum ius inter Sabinianos & Procu-
lianos fuit.Nam Sabiniani naturalẽ hunc interitũ ad
creditorẽ pertinere,atq.abſoluendũ eſſe debitorẽ cen
ſebant:hac de cauſſa (vt Caius ſcribit) quoniam non
mora,ſed natura interitũ illum attulit:neq.minus res
apud creditorẽ, quàm apud debitorẽ interitura fuiſ-
ſet,l.ſi plures,14.§.vl.D.depoſ.Proculiani verò diſtin
guebant,vtrũ creditor confeſtim rem venditurus fuiſ
ſet,veluti ſi venaliriarius fuiſſet,an nõ.Nam ſi vendi-
turus fuiſſet, interitũ illũ ad debitorẽ pertinere: pro-
ptereà quod apud creditorẽ interitura nõ fuerat:pre-
ciũ enim ipſius habiturꝰ fuiſſet:quod ne haberet per
debitoris culpã factũ eſt.Sin autem res etiã apud cre-
ditorẽ interitura fuerat,eius eſſe periculũ ſtatuebant.
Proculianorũ ſententia præualuit.nam & in ſtipula-
tionib.& in legatis rei interitũ ad debitorẽ pertinere
Vlp.ait in l.cùm ſeruus,39.§.1.& l.cùm res,47. §.vlt.
D.de leg.1.Quinetiam in ſtipulationibus indiſtinctè
Proculianorũ ſententiã probat in l.nemo,82.§.vlt.D.

A de verb.obl. Itémque Paul.in l.ſi is qui,45.D.de obl.&
act. & Pomp.in l. Stichus,33. D.de verb.obl.ſed & in
creditore,qui moram in accipiendo fecit,idẽ Paullus
ſtatuit in l.ſi is qui Stichum,56.D.de iur.dot.In peti-
toriis iudiciis eadẽ Sabinianorum & Proculianorum
diſſenſio verſata eſt, vt teſtatur Vlp.in l.illud quoq;,
40.D.de her.pet.nam etſi actor rem continuò diſtra-
cturus fuerat,tamen Sabiniaui poſſeſſorẽ abſoluebãt:
Proculiani dãnabant.Vlp.verò illorum ſentẽtiam in
bonæ fidei poſſeſſore probat:Proculianorum verò in
B perſona malæ fidei poſſeſſoris, non tantùm in here-
ditatis petitione:d.l.illud quoque, verumetiam in a-
ctione ad exhibẽdum: itémque in rei ſingularis vin-
dicatione:l.de eo,12. §.ſi poſt, D.ad exhib.l.item ſi,§.
vlt.D.de rei vin.Sed ab aliis malę fidei poſſeſſorib.di-
ſtinguendi ſunt fures, prædones, abactores, & ij qui
metum intulerunt. nam cùm hi non tantùm in mo-
ra, verumetiam in maleficio ſint, quocumque mo-
do res perierit, ſiue facto ipſorum, ſiue ſuo fato: &
ſiue diſtracturus eam dominus fuerat, ſiue non,om-
C nimodò damnantur: l.vlt. D.de cond.furt. l.1. §. re-
ctiſs.l.itẽ ſi cũ,14.§.quid ſi homo,D.quod met.cauſ.

§ 59 Secundus moræ effectus eſt,vt in bonę fidei
iudiciis vſurarũ curſũ vel excitet,vel ſiſtat.nã debitor
ex mora vſuras prę̨ſtare cogitur,l.mora 32.§.in bonæ,
D.h.t. Vtrũ aũt mora in rẽ ſufficiat,an verò in perſo-
nã eſſe oporteat, cõtrouerſum ius inter Iuriſcõſultos
fuit,vt ſ.demõſtrauimus.Creditor autẽ ſi morã in ac-
cipiẽdo fecerit, quãuis fœnerator ſit,ac ꝓinde ſtrictũ
iudiciũ ſit,tamẽ vſuras ex tẽpore morę amittit:l.7.D.
D h.tit. l.6.l.9.l.acceptam, 19.C.eod.l.vlt.C.de pig.act.
Tertius eſt, vt fructus rei principalis debeantur, l.e-
quis,8.& l.reſpondit,14.D.h.t. § 60 Poſtremò
ſciendũ eſt,morã ſemel admiſſã purgari,hoc eſt,dele-
ri,exſtingui, emẽdari ſummo iure nõ poſſe: ex æquo
& bono poſſe,d.l.ſi ſeruũ,§.ſequitur.de ver.obl.Pur-
gatur autẽ primũ oblatione;cùm debitor ante litem
cõteſtatam id præſtat,vel paratus eſt præſtare, in quo
præſtãdo morã admiſerat. creditor autẽ in recipiẽdò
moratur:ſed oblatio perſeuerantiã requirit:l.ſi ita qs,
E 135.§.Seia.l.qui Romæ,122.§.Seia.D.de ver.obl.l.3.§.
vlt.D.de act.emt.ſed (vt dixi)ante litẽ cõteſtatã offer-
ri oportet.nã cùm iam cœptũ eſt agi in id quod inter-
eſt,ſera tardáq.oblatio eſt:neq.res integra eſt: l.ſi in-
ſula,l.84.de ver.obl.l.ſed etſi,17.D.de pecun.conſtit.
quinimò ſi ex mora, etiã ante litẽ conteſtatã, aliquid
dãni creditor ꝑceperit,res integra nõ eſt: d.l.ſi ita qs,
§.Seia,l.quid tamẽ, 21.§.vlt.& l.ſeq.D.de recept.l.etſi
poſt, 8.D.ſi qs caut.eiúſq.oblationis primus effectus
hic eſt, vt mora reum liberet à dãnatione in id, quod
F intereſt:deinde à periculo,hoc eſt,vt ſi res poſtea pe-
rierit,debitor liberetur vel ipſo iure, ſi bonæ fidei iu-
diciũ eſt,vel ꝑ exceptionẽ, ſi ſtricti iuris eſt:l.qui de-
cẽ,72.D.de ſolut.l.ſed etſi, 17.D.de cõſt.pec.l.huiuſ-
modi,84.§.ſi cui homo,D.de leg.1.Sabinianorũ tamẽ
ſentẽtia etiam in ſtrictis iudiciis ipſo iure liberatur:l.
ſtipulatus,105.de ver.obl. Quòd ſi etiã poſt litẽ cõte-
ſtatam morator id,quod creditoris intereſt,offerat,li-
beratur;ꝓpter veterẽ regulã,qua dicitur: Omnia iu-
dicia eſſe abſolutoria,§.vlt.D.de perp.& tẽp.act.Atq.
G hæc quidẽ ſiue pura, ſiue in diẽ cõcepta obligatio ſit:
d.l.17.de cõſt.pec. § 61 Vtrùm autẽ à pœna libe-
ret,diſtinctio adhibẽda eſt.nã ſi pura obligatio eſt,li-
berat:d.l.qui Romæ,122.§.Flauius, D.de ver.obl.l.qđ
tamen, 21.§.vlt.D.de recep.ſin obligatio in diem cõ-
cepta eſt,ſtatim poſt diem ipſo iure pœna committi-
tur:l.4.§.vl.D.de leg.cõmiſ.l.traiectitiæ,23.D.de obl.

& act.l.Celſus,23.D.de recept.Secundus modus purgandæ moræ eſt per nouationem,l.ſi Stichũ,8.l.quoties,14.D.de nouat. Tertius eſt condicionalis ſtipulatio, l. qui decem,72.§.1.D.de ſolut. Quartus, ipſa dandi aut faciendi præſtatio, vt ex primo ſatis planè intelligitur.Porrò,ſiquid in hac de vſuris tractatione deeſſe videbitur, hoc ex vberiori Diſputatione peti poterit, quam duobus libris complexi ſumus, atque inter Diſputationes noſtras vigintiquinque ab hinc annis edidimus.

DE NAVTICO FOENORE.

TIT. II.

1 *Pecunia nautica ſiue traiectitia, quid.*
2 *Traiectitiæ pecuniæ duo genera.*
3 *Nauticum fœnus à quibus exerceri liceat.*
4 *Quarum rerum hoc fœnus exerceatur.*
5 *De quintuplici huius fœnoris iure.*
6 *Ex magno periculo magnum lucrum.*
7 *Terreſtris pecuniæ cauſſa.*
8 *De pœna ſtipulatione.*

SVPERIORE titulo dictum eſt de generibus omnibus vſurarum & fœnerationum, præter vnum, quod modò Nauticum, modò Maritimum appellatur: vt in l. 6. j.h.tit. & propter eam pecuniam præſtatur, quæ modò Nautica, modò Traiectitia nominatur:cuius quoniam ſingulare ius eſt, idcircò reliquas vſuras omnes Imperator Communes appellat,l.1.C.h.t.

§ 1 Eſt autem Traiectitia ſiue Nautica pecunia, quæ negociatori alicui mutuò datur, mare traiecturo: cum pacto, vt ſalua naui ſors cum fœnore reddatur: naufragio facto, tum & ſors, & ſpes lucri creditori pereat, l.1. D. h. tit. l.1.C.eod. l. traiectitiæ,32. D.de oblig.& act. Nam etſi Latinæ vocis proprietatem ſpectemus, quemadmodum Traiici vectores dicuntur, qui in aliud littus exponuntur, l. 3. D. naut.caup.ſtab. eodem modo Traiici pecunia dicitur, quæ trans mare exportatur, l. ſacrilegi,9. D.ad leg.Iul.pecul. l.tutores,39. §.patruus, D.de adminiſt. tut. tamen forenſi conſuetudine non omnis pecunia, quę trans mare vehitur,hoc nomine appellatur, ſed ea demum, quę creditoris periculo tranſmittitur, l.2.& l.vlt.C.h.tit. Qua ex definitione intelligitur, quantum inter alias fœnerationes & hanc maritimam interſit. nam in aliis ſors debitoris periculo eſt,l.incendium,11.C.ſi cert.petat.

§ 2 Huius autem traiectitiæ pecuniæ genera duo ſunt. nam alia creditoris periculo eſt à certo portu vſque ad certum portum dumtaxat: veluti à Beryto Brendiſium: ſiue ex die certa ad diem certam.alia in omne nauigationis tempus, ſiue ſub condicione, ſi ſalua nauis in eundem, vnde ſoluerat, portum reducta ſit. Genus illud Iulius Pollux ἑτερόπλουν, hoc ἀμφοτερόπλουν appellat. Illius exemplum eſt in l.6.j.h.tit. huius verò in l. qui Romę,122. §. Callimachus,D.de verb.obl.vtriuſque verò in l.4.j.h.t.

§ 3 Nunc partitionem videamus. Ac de perſonis quidem ſic habendum eſt:Fœnus hoc & à quibuſuis (quib.communes vſuras exercere permiſſum eſt) & aduerſus quoſuis exercere licuiſſe. nam etſi Nauticũ idcircò appellatum videri poteſt, quod à nauiculatorib.exercebatur, ſicuti apud Demoſt.in orat. πρὸς Φορμίωνα, Lamprides nauicularius Phormioni credidiſſe narratur, & cùm periti nauigationis eſſent, facilius periculum in ſe recipiebant:tamen etiam à quibuſuis exerceri poterat. Itaque Plutarch.ſcribit, Catonem Maiorem illud exercere, quæſtúmque ex eo facere ſolitum fuiſſe.In perſonis illud etiam animaduertendum eſt,moris fuiſſe, vt fœnerator ſeruum aliquem libertúmve vnà cum debitore mitteret, quem Gręci κερματακόλουθον appellant,propterea quòd lucrum illud ſectaretur, & ſortem ac fœnus ſua die exigeret, cuius rei exemplum extat in d. §. Callimachus, & l. 4.§.1. j. h.t. adeò vt eius nomina compromiſſum faceret,l.3.§.ſi ſeruus,D.de pecul.

§ 4 De rebus autem illud vnum notandum eſt, non modò pecuniam numeratam, verumetiam merces traiectitiæ pecuniæ nomine contineri, ſi ex creditoris pecunia comparatę ipſius periculo nauigant, d.l.1.D.h.t.l.qui Romæ,122.§.1.D.de verb.obl.

§ 5 Deinceps de Iure videamus: quod eſſe quintuplex animaduertimus.primum autem ac ſummum eſt,vt cùm ſors regulariter debitoris periculo eſſe ſoleat, d: l.interdum, C.ſi cert.pet.tamen pecuniæ traiectitiæ periculum fœnerator in ſe recipit, ex eo die, ex quo nauem nauigare conuenit:l.1.l.3.D.h.tit. Periculum autem id demum regulariter intelligitur, quod naufragio contingit. nam ſi à pyratis aut hoſtibus, incendióve acciderit, niſi nominatim aliter conuenerit,ad debitorem pertinet:ſicuti quod ex iactura, communi vectorum conſenſu facta, contigit. Eodémque modo,ſiquid damni debitoris culpa contigerit, veluti cùm merces illicitas exportaret, quas fiſcus occuparit, periculum illud ad creditorem non pertinet, l.3.C.h.t.nam eo caſu & merces fiſco committebantur, & nauis, ſi domino ſciente id factum eſſet: l.cotem,11.§.dominus,D.de Publican. Verùm hîc exoritur quæſtio: Si fœnerator pluribus nauigatoribus correis crediderit ea lege, vt in pluribus nauibus nauigent:& vna ſalua,ſuum ei fœnus & pecunia ſalua ſint. Quam conuentionem idcircò improbatam arbitror, quoniam in fraudem legis Nauticæ contrahitur, vt periculum minuatur:quod quia magnum atque ingens eſſe lex credebat,tantę magnitudinis cauſſa,fœnoris quoque magnitudinem permiſit: vt non ſit dubitandum,quin quò plures naues in eiuſmodi conuentionem adhibentur, quoniam tantò minus periculum efficitur, eò minus illa conuentio probetur. Eamque arbitror eſſe fœnerationem, quam Cato Maior ſumma cum ſua infamia exercuiſſe dicitur à Plutar.his verbis: ἐχρήσατο δὲ καὶ τῷ διαβεβλημένῳ μάλιστα τῶν δανεισμάτων ἐπὶ ναυτικοῖς, τὸν τρόπον τοῦτον· ἐκέλευε τοὺς δανειζομένους ἐπὶ κοινωνίᾳ πολλοὺς παρακαλεῖν. γενομένων δὲ πεντήκοντα, καὶ πλοίων τοσούτων, αὐτὸς εἶχε μίαν μερίδα διὰ Κουιντίωνος ἀπελευθέρου τοῖς δανειζομένοις συμπραγματευομένου καὶ συμπλέοντος. ἦν δ' οὖν οὐκ εἰς ἅπαν ὁ κίνδυνος, ἀλλ' εἰς μέρος μικρόν, ἐπὶ κέρδεσι μεγάλοις. Exercebat fœnus nauticum omnium maximè odioſum & infame,hoc modo: Iubebat eos,qui mutuam pecuniam accipiebant complures alios in ſocietatem recipere,cùm eſſent quinquaginta, totidémque naues, vnam ipſe partem habebat per Quintionem libertum, qui vnà cum debitoribus negociabatur,& nauigabat:ita cùm ingentia lucra faceret, periculum tamen non totius nauigationis, ſed exiguæ tantùm partis recipiebat. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, Catonis fœnerationem duab. de cauſſis odioſam atque inuiſam fuiſſe. primùm,quia tam multas naues adhiberi iubebat, vt difficile factu eſſet, quin aliqua ex iis adpelleret, qua conuentione nullum ferè periculum ſubibat. quamquam tantum numerũ à Plutarcho proditum, ſanè

ſanè miror. Altera odij & vituperationis cauſſa hæc A
erat,quòd cum illis mercatoribus ſocietatem coibat:
atq; ita duplex magnū lucrum percipiebat:vnum ex
ſocietate negociationis: alterum ex fœnore. pericu-
lū autē, quod fœnerationis nomine totum ad illum
ſpectare oportebat,ita minuebat,vt vix,ac ne vix qui
dem vllum ſentiret lucrum. Ex contrario, quod ſo-
cietatis iure pro quinquageſima tātùm parte cōſequi
debebat,infinitū ex nautici fœnoris iure percipiebat.

§ 6 Secundum ius & huius pecuniæ proprium B
eſt,vt propter ingens creditoris periculum,ingens ei
fœnus paciſci liceat: atque adeò iure antiquo im-
menſum & infinitum, vt ait Paul.lib.Sent. 2. tit. 14.
Iuſtiniani verò cōſtitutione illa fœnoris infinitas ad
modum centeſimæ redacta eſt:l.eos qui,26.§.pen.C.
h.t.& Nouell.106.& Nou.110.Neque id ab æquitate
naturali alienum eſt:cùm ob periculi præſtationem
æquiſſima maioris mercedis pactio videatur: l. qui
mercedem,40.l.ſi quis domum, 9.§. Iulianus.l.item
quæritur,13.§.ſi quemnam, D. locat. & pactum ple- C
rumque precij pars ſit:l.fundi,79.D.de cont.emt.l. ſi
ſterilis,21.§.pen.D.de act.emt.denique nōn eſt nouū,
vt cuius periculo pecunia credita eſt, eius vſuras fe-
rat:l.idémque,10.ſi mandauero,D. mandat.l. ſi vnus,
67.§.ſi vnus,D.pro ſoc.

§ 7 Tertium ius eſt, vt naue ad portum adpul-
ſa, diſcuſſoque periculo pecunia traiectitia eſſe deſi-
nat, & terreſtris eſſe incipiat: hoc eſt eius condi-
cionis, cuius terreſtris pecunia eſſe ſolet: primùm,
vt debitoris periculo ſit: deinde, ſi moram in ſol- D
uendo admittat, ne maiorem legitima vſuram præ-
ſtet, l. 4. l. 6. l. penult. D. h. tit. l. 1.C.eod.Quartum
eſt, vt propter illud idem periculum fœnus hoc ſo-

A lo nudo pacto promiſſum ciuiliter debeatur: l. in
quibuſdam, 7. D. h. tit. Quintum eſt, vt, ſi pecunia
ſua die non ſoluatur, ſtipulari liceat poſt diem diſ-
cuſſi periculi pœnę nomine certam ſummam in dies
ſingulos propter ſerui ſectatoris operas, quibus in-
terea creditor carebat: l. traiect, 23. D. de obl.& act.
aut etiam propter ſumtus, d. §. Callimachus, eáque
modò Pœnæ ſtipulatio dicitur, modò ſtipulatio O-
perarum: vt in l. 4. in fi.D.h.tit. modò coniunctim,
B ſtipulatio pœnæ ob operas: vt in d. l. traiectitiæ. Et
pœna dicitur pœna traiectitiæ pecuniæ:l.debitori,13.
D.de neg.geſt.l.pen.& l.vlt.D.h.t.

§ 8 Et quoniam Pœna illa poſt diem periculi
ſtipulabatur, modum legitimæ vſuræ excedere non
licebat: l. pecuniæ, 9. l. pœnam, 44. D. de vſur.ne-
que ſeparatim, ſi ſola pœna ſtipulabatur, neque con-
iunctim, ſi fortè vſuram, & inſuper pœnam: aut ex-
contrario pœnam, & inſuper vſuram præſtari con-
uenerat: l. 4. §. 1. D. hoc tit. Sextum eſt, vt ex hoc
C negocio competat actio, quæ dicitur actio Traie-
ctitiæ pecuniæ: non tantùm eorum nomine, quæ
creditor, verumetiam quæ ſeruus aut libertus aſſe-
cla geſſit: l. 3. §. ſi ſeruus, D. de pecul. Poſtremò no-
tandum eſt, ad traiectitiæ pecuniæ exemplum rece-
ptum fuiſſe, vt quibus ceteris in caſibus periculum
ſuſciperetur, cùm ad aleæ ſpeciem pertinerent, in
iis magnum lucrum quaſi periculi precium non
modò ſtipulari, verumetiam paciſci liceret: veluti
ſi quis piſcatori, aucupi, venatori pecuniam eroga-
D uit, vt ſi nihil ceperit, nihil recipiat: ſi ceperit, &
ſortem & inſuper lucrum habeat: l. periculi, 5. D.h.
tit.quæ tamen cum decem mendis contaminata eſ-
ſet,perpurgata eſt à nobis lib.Obſeruat.V.

FINIS EPITOMATORVM.

FRANC. HOTMANI IVRISC. DISPVTATIONVM IVRIS CIVILIS, VOLVMEN VNVM:

1 *De caſtis & inceſtis nuptiis : vbi de ſpuriis & legitimatione.*
2 *De dotibus.*
3 *De donationibus omnium generum.*
4 *De pactis.*
5 *De tranſactionibus.*
6 *De perſcriptis verbis.*
7 *De tribus quartis.*
8 *De eo quod intereſt.*
9 *De mora.*
10 *De vſuris.*
11 *De fœnore.*
12 *De gradibus cognationis.*
13 *De gradibus adfinitatis.*

QVARVM DISPVTATIONVM PARS ALIQVA POSTVMA:

EIQVE ADIECIMVS ANT. HOTMANI fratris de veteri nuptiarum ritu obſeruationem.

DISPVTATIO DE GRADIBVS COGNATIONIS.

DE GRADVVM COGNATIONIS enumeratione ex iure ciuili Rom.

CAPVT I.

De vniuerſo ſponſaliorũ
ac nuptiarum iure diligenter
accuratéq; ſcripturus,
operæpretiũ videtur
primùm omnium
graduũ cognationis rationem
exponere : veterémque
noſtram hac de
re tractationem hoc loco
renouare. Igitur Cognatio
generali nomine,
eſt ius quoddã inter certas perſonas, quæ vel natura,
vel adoptione cognatæ ſũt, legibus inſtitutũ. nã
ei⁹ tres ſũt ſpecies: Naturalis, Ciuilis, & Cõiũcta, quę
vtroque iure conſtat. Naturalis cognatio per ſe, eſt
communio ſanguinis extra nuptias quæſita, ſed iure
ciuili improbata. Ciuilis per ſe (quę etiã legitima dicitur)
eſt neceſſitudo, iure ciuili per adoptionẽ quęſita:
vtroq; autẽ iure cõſtat quę vera ſãguinis cõmunione
per iuſtas nuptias quęſita & iure ciuili cõprobata
eſt. Huius autẽ duę partes ſũt: Agnatio, quæ per
mares cõtingit, velut inter duorũ fratrũ filios: & Cognatio,
quę p fœminas cõnectitur, veluti inter fratris
& ſororis liberos, quę ferè omnia sũta ſunt ex l.4.§.1.
l.vlt.§.1.D.de gradib.& l.1.§.3.D.vnde cogn.l. qui in
adoptionẽ, 23.D.de adopt.l.vel ſi, 12.D.de manum.vin.
§. 1. Inſtit.de legit.agn.tut.§.1.de legit.agna.ſucc. ſed
verbi notatio, & veriloquiũ obſeruandũ eſt. Cognati,
inquit Modeſtin. ab eo dici putantur, quod quaſi vnà
cõmunitérve nati, vel ab eodẽ orti ꝓgenitíve ſint. d.
l.4.de gradib. & Paullus nomẽ cognationis, inquit, à
Gręca voce dictũ videtur. συγγενεῖς illi vocãt, quos nos
cognatos adpellamus. l.vlt.§.1.eod. Vnde Philo Iud. αἱ
καὶ ἐκ προγόνων, ἀφ' αἵματος αὐτὰς λεγομένας συγγενείας. Et Vlp.
Cognati, inquit, adpellati ſunt quaſi ex vno nati: aut,
A vt Lab. ait, quaſi cõmune naſcẽdi initiũ habuerint, l.1.
D.vnd.cogn. Quibus omnibus ex locis ꝓbabile atq;
adeò perſpicuum videtur, cognationẽ à Iuriſconſultis
ita ſpectari, quaſi Genealogiã, hoc eſt, deſcriptionem
generis, ſtirpis, familię, ſobolis: de qua Vlp. Familia,
inquit, interdũ dicitur plurium perſonarum, quæ
ab eiuſdẽ vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur:
ſicuti dicimus familiam Iuliã, quaſi à fonte quodam
memoriæ, l.pronunciatio, 193.§.vl.& l. liberorũ, 120.
B D.de verb.ſig. Quod ſi ita eſt, ſanè conſentanũ eſt, vt
in tabulis & deſcriptionibus cognationũ, ſemper ea
perſona prima & ſumma conſtituatur, quæ generis
& cognationis fons & caput fuit : quẽ Græci γενάρχην
adpellant, & ſub ea progenies, ſoboles, ſtirpes generis,
quaſi riuuli ex fonte & capite diducti, deſcribantur:
velut in ſpecie l.3.D.h.t.ſi nepotẽ ex filio, & neptem
ex altero filio in poteſtate habeam, nuptiæ inter
eos me ſolo auctore contrahi poterunt. Quod eo magis
confirmari poteſt, quia Paullus de tabula cogna-
C tionis loquens, eam adpellat Stemma in l. pen.D. de
grad. Certum autem eſt Stemmata olim ita deſcribi
ſolita fuiſſe, vt Genarchus ſemper primo & ſummo
loco conſtitueretur : quem Cornutus in Satyrã Perſ.
3. Genealogum adpellat, in illum verſum :

Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis.

Quod in aliquo, inquit Cornutus, nobili Tuſco ſtẽmate
milleſimus à magno auctore numereris, & ramum
aliquem ac lineam ſucceſſionis à Genealogo,
in ſtemmate numeratus, obtineas. Et in eadem ſigni-
D catione verbum hoc Stemmatum paſſim vſurpatur :
velut apud Plin. libr. 35. Stemmata verò lineis
diſcurrebant ad imagines pictas. Sic cùm Hippocrates
dicitur ad Herculem & Æſculapium generis
ſui originem retuliſſe, & ab altero viceſimus,
ab altero decimus nonus fuiſſe, mox ſubiungitur,

gitur, hanc ipſius genealogiam ita deſcriptam fuiſſe. Dicta autem ſtemmata Cornutus illo eodẽ loco ſcribit, ἀπὸ τὸ στέψαι, quod coronari eſt: propterea quòd imagines cognatorũ omnes ambitu coronæ è florib. contextæ cõcludebantur: cuius cõſuetudinis veſtigia etiã ad hęc tempora manſerunt, cùm familiarũ nobiliũ inſignia ambitu coronæ floreæ exornantur. Suet. Galba: Imperator verò etiam ſtemma in atrio propoſuerat, quo paternã originẽ ad Iouem, maternã ad Paſiphaen referret. Idem Claudio: Quod vetere gentilitio ſtemmate C. Caſſij imaginẽ retinuiſſet. Martial.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.

Quæ cùm ita ſint, admonendi ſumus, aliud eſſe ſtemma cognationis, vel potius familiæ: aliud verò thema cognationis, quo nihil hoc initio attentius, accuratius, diligentius animaduertendũ eſt. Nam ſtẽma familiæ perſonas ipſas cognatorũ propriis nominibus adpellatas complectitur: exempli cauſſa hoc modo:

THARE

Abraham — *Nachor*

Iſaac — *Bethuel*

Iacob — *Laban*

PELOPS

Pytheus — *Lyſidice*

Aethra — *Alcumena*

Theſeus — *Hercules.*

Thema verò cognationis non propria, ſed adpellatiua cognatorum nomina comprehendit, hoc modo:

PROAVVS

Auus — *Propatruus*

Pater — *Propior ſobrino*

Is de quo quæritur — *Sobrinus.*

Mihi enim poſt diuturnam harum rerum cognitionem, tandem viſum eſt, mendum eſſe apud Paullum, in l. pen. D. h. tit. vbi quibuſdam in libris ſcriptũ fuit SCHEMATA: in aliis STEMMATA, opinor, pro THEMATA. Simillimum eius quod apud Sueton. inueterauerat, in vita Octauij: vbi cùm vulgò ſic legeretur: Tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, vt ſtemma ſuum vulgauerit: Philippus Beroaldus vir doctiſſimus animaduertit, legendum eſſe THEMA: quod illo loco graduum in Aſtronomia poſitionẽ; apud Paull. autem graduum poſitionem in cognationis tabula ſignificat: quæ tabula in foro & ſcholis pro principiis & axiomatis huius diſciplinæ eſſe debet: eáque ſignificatione vſurpatum hoc verbũ eſt ab antiquis, velut apud Quintil. lib. 4. c. 2. Sed nos ducit, inquit, ſcholarum quædam conſuetudo, in quibus certa quædam ponuntur, quæ θέματα dicimus: præter quæ nihil eſt diluendum. ideóque narratio ſemper procemio ſubiungitur, & lib. 7. c. 2. Nam in ſchola certa ſunt & pauca, & ante declarationem exponuntur, quæ Themata Græci vocant, Cicero propoſita. Cùm hæc in cõſpectu quodammodo collocaueram, &c. Themata igitur cognationis Iuriſcõſulti adpellant, huius artis enumerandorum inter

A cognatos graduum, quaſi principia quædam & theoremata, hoc ferè modo: Pater à filio vno gradu diſtat: Auus à nepote duobus: Patruus à fratris filio tribus: Sobrinus à ſobrino ſex. Ex quo ſecunda inter Thema & Stemma differentia intelligitur: quòd Thema eſt tamquam theſis: Stemma verò tãquam ὑπόθεσις: hoc modo: Pater vno gradu diſtat à filio: Abrahamus ab Iſaco vno gradu diſtat. Sobrinus à Sobrino ſex diſtat gradibus: Iacobus à Labano ſex diſtat gradibus: quam B differentiam Iuſtinianus apertè deſignat in §. hactenus, Inſt. de gradib. his verbis: Vt longè facilius ſit reſpondere, quoto quiſq. gradu ſit, quàm ꝓpria cognatione quemquã denotare. Altera cauſſa, quamobrẽ ferri verbum STEMMATVM apud Paull. non poſſit, hęc eſt: quia Paullus eodem loco diſertè ſcribit, directũ limitem in duas lineas diſtingui, ſuperiorem & inferiorem, & earum illam tantùm ad adſcenſum pertinere, hanc verò ad deſcenſum dumtaxat: qua de cauſſa, qui in illa deſcribuntur, adſcendentes nomi- C nantur, ſiue ſurſum verſus tendentes, l. vlt. D. de rit. nup. l. vl. §. 3. & §. nunc ſingulos, D. de grad. At ſtemmatum linea ſiue (vt Tertullianus loquitur) ſeries ad adſcenſum, ęquè vt ad deſcenſum pertinet. De deſcenſu exemplum hoc eſto, ex Fab. lib. 9. A Ioue prognatus eſt, vt perhibent, Tantalus; ex Tantolo Pelops; ex Pelope autem ſatus Atreus, qui noſtrũ propagat genus. Item apud Papin. lib. 3.

Non tibi clara quidem ſenior placidiſſime gentis
Linea, nec proauis demiſſum ſtemma.

D De adſcenſu autem hoc exemplum ex Ouidio proferatur:

Principiúmque ſui generis, reuolutáque quærens
Secula, cognatos venit ad vſque Deos.

Iterum apud Capitolinum: M. Antonino, inquit, pater fuit Actius Verus, auus Annius Verus, patruus Annius Libo, amita Galeria, mater Domitia Catuella, proauus paternus Annius Verus, maternus Catullus Seuerus, eius familia in originẽ recurrens à Numa probatur ſanguinẽ trahere. Quinetiam de adſcen- E ſu & deſcenſu permixtim exempla licet apud eundẽ multa videre: quale illud eſt in Didio Iuliano: mater Clara Æmilia: pater, Petronius Didius: fratres Didiiis & Numius: auunculus Saluius Iulianus: auus paternus Inſubris Mediolanenſis. Iam verò cùm Iuriſconſulti toties illas voces vſurpent, SVPRA, INFRA, A LATERE: an nõ apertè oſtendunt, certam in media tabula perſonam collocandã eſſe, ſuprà quã, infrà quã & cuius à latere alię conſtituantur? quod in ſtemmate familiæ fieri non poſſe, quis non videt? cùm is de F quo quæritur, plerumque aut infimus ſit, aut ſupremus; ſæpè autem accidat, vt à latere perpaucos habeat propinquos.

Tertia differentia eſt, quòd in themate ij demum collocantur, qui verè cognati ſunt, & vera cognatorum nomina ferre poſſunt: hoc eſt, vſque ad ſextum gradum, vltra quẽ nulla in iure ciuili & lingua Latina cognatorum nomina reperiuntur, nec rerum natura patitur, vt longius cognatorum vita producatur, l. pe. D. de gradib. At in ſtemmate ſuboles & pro- G genies produci in infinitum poteſt, ſic, vt plerumque iuris ciuilis ſubtilitate, cognatio inter ſupremum & infimum nulla ſit, propterea quòd illius iuris ſubtilitate cum iis demum propriè cognatio intercedere dicitur, qui in rerum natura ſunt, l. Titius, 6. l. item prætor, 8. D de ſuis & legit. l. 1. §. ſi quis proximior, D. vnd. cogn. l. ſi quis filio, 6. §. 1. D. de iniuſt. rupt. teſtam.

Quarta differentia eſt, quòd in ſtemmate ſingulæ ſtirpes, ſinguláq; capita deſcribuntur, id eſt, perſonę omnes ex Genarcho prognatę: at in themate neque ſtirpes, neq; capita deſcribuntur, ſed appellatiua cognationis nomina dumtaxat: eáque numero ſingulari, quia quantumuis multi ſint, tamē omnes vno nomine cótinentur: veluti, quamuis ſint decem filij, aut nepotes, tamē vnicū filij aut nepotis nomē adſcribitur. Quod eodē modo de quātumuis multis patruis, auunculis, amitis, materteris, conſobrinis & ſobrinis ſentiendū eſt. Ex quo eorū ſtoliditas & amētia perſpicitur, qui ſcribere auſi ſunt, Iuriſconſultos cognationis tabulā tantùm ad hereditatū & ſucceſſionū iura, non autē ad nuptiarū rationē adcommodaſſe: cùm ex contrario, vbi de hereditate agitur, plerumq; ſtirpes capitáque omnia deſcribantur: velut in Nouell. 118. & apud Feudiſtas, lib. 2. tit. 31. Si vaſall. feud. priu.

Quinta differētia eſt, ꝙ in ſtēmate perſonę omnes, quocúq; loco atq; ordine collocatę ſint (ſiue ſuprà, ſiue infrà, ſiue dextrorſus, ſiue ſiniſtrorſus) ſeſe ſanguinis cōmunione contingunt, ac propterea inter ſe referuntur: at in themate, longè diuerſa ratio eſt: nam omnes perſonę ad eū ſolū referuntur, qui in medio poſitus eſt, hoc eſt, eū cuius de cognatione quęritur, neq; inter ſe reſpectum & rationem habent: neque enim qui Tritauus in ea dicitur, ei Tritauus eſt, qui in eadē Trinepos appellatur; ſed ei cuius imago in medio poſita eſt, vt aliquanto poſt intelligetur.

Sexta differentia eſt, quòd in themate plena cognatio deſcribitur, parētum, liberorum, propinquorúmque omnium, tum agnatorum, tum cognatorum: at in ſtemmatibus primum ſoli liberi deſcribi poſſunt: nam omnes qui ex eodem genere orti ſunt, liberorum appellatione comprehenduntur; ait l. liberorū, 220. de verb. ſign. deinde ſi maximè cognatorum nomina deſcriptis in tabula perſonis tribueremus, tamen vix vnum de multis millibus reperietur, in quo perſonę cognatorum omnes deſcribi poſſint. Nam aut patruus deerit, aut propatruus, aut patruelis, aut auunculus, aut conſobrinus, aut ſobrinus ſobrinóve propior; vt facilè intelligatur, nullius, quantumuis ampli Stemmatis explicationem à Iuriſconſulto in hac tradenda graduū cognationis arte adhiberi poſſe: ſed thema potius proponendum, id eſt, ponendas ac ſtatuendas eas eſſe perſonas, quarum ex pleno numero cognatio conſiſtat: eiúſque rei argumentum ex iis cognationibus ſumi poteſt, quas ſuperius vel merè naturales, vel merè ciuiles eſſe dicebamus. Naturalis enim cognationis, hoc eſt, quę extra nuptias quęſita eſt, prima origo à matre eſt; patrē enim vulgò quęſiti nō habent, l. 4. §. 1. D. de grad. l. eius qui, 19. D. ad munic. §. vulgò, de ſucc. cog. Ponam* hanc ſtirpem ad multas ętates ac perſonas propagatam fuiſſe: & iam eius ſtemmata, hoc eſt, genealogiam explicari, certè vt matris parētes ac proinde cognati deſcribātur, ſicut in l. 2. & l. 8. D. vnd. cognat. attamē Agnati deſcribi nulli poterūt, cùm vulgò quęſiti agnatos nullos habeant, l. 4. D. vnd. cognat. quod ex contrario de ciuili cognatione, hoc eſt, de agnatione per adoptionem quęſita ſimiliter dici poteſt: cùm per adoptionem ſoli agnati efficiantur, non autem cognati, d. l. 4. §. 1. D. de gradib. l. 3. D. vnd. cognat. l. qui in adoptionem, 23. D. de adopt. Quo loco eorum incogitantiam admirari licet, qui in tabula cognationis vna tantùm ex parte, tranſuerſum limitem edhibendum eſſe diſputant: non (vt in noſtro themate) ex vtroque latere: vt loquitur Imp. l. pen. §.

A vlt. de legit. hered. §. 3. Inſt. de legit. cognat. ſucceſſ. Nā cùm ad inteſtatorum hereditatęs, & edicti ſucceſſorij ordines ventū eſt, ecquonam modo quæſtiones eiuſmodi deſcribemus, qualis eſt in §. vlt. Inſt. de gradib. & l. 5. & ſeq. C. de legit. her. vbi patrui pronepos, qui ſexto agnationis gradu eſt, præferri dicitur auūculo, q tertiū cognationis gradū obtinet? aut in d. l. pen. vbi de patrui ſimul & auūculi, ſororis cōſāguineę ſimul & vterinę ſucceſſione diſputatur: vbi ſtatuitur, vt ſi quis
B fratris & ſororis liberos ſuperſtites reliquerit, ei⁹ inteſtati hereditas æqualiter inter eos diuidatur. Itaq; Imp. Nouell. 118. cū tres cognationis eſſe ordines dixiſſet, τρεῖς εἰσι, inquit, τῇ τε τῶν ἀνιόντων, καὶ τῇ τῶν κατιόντων, καὶ τῇ τῶν ἐκ πλαγίου, ἥτις εἰς ἀγνάτους καὶ κογνάτους διαιρεῖται. Et paulo poſt: ἥτις ἐκ πλαγίου καλεῖται, καὶ εἰς ἀγνάτους καὶ κογνάτους διαιρεῖται. & Nouell. 89. φασὶ δὲ τῶν τε ἐξ ὧν ἐκεῖνος γέγονας τῶν τέρμονων, τῶν δὲ ἐξ αὐτοῦ προελθόντων. Verùm hæc ex Thematis partium explicatione plenius ac dilucidius intelligentur. Quare illud ſcire oportet, thema-
C tis partes tres à Iuriſconſultis cōſtitui: limites, lineas ſiue ordines, & gradus. Limites ſunt, qui ſāguinis viam curſúmque inter cognatos oſtendunt, ducta ſimilitudine ex limitibus agrorum, qui, vt Flaccus & Aggenus & Hygenus ſcribunt, agros ita definiunt, vt per eos tramites & quaſi vię ducātur. Itaque quēadmodum Hygenus ſcribit, limites alios prorſos eſſe, alios tranſuerſos, ita Iuriſconſulti, limitem alium directum faciunt, parentum ſcilicet & liberorum; alium tranſuerſum ſiue obliquum, l. pen. D. de grad.
D Linea verò in limite dicitur, quaſi vena cōmunis inter cognatos ſanguinis. Itaque vt limitē, ſic lineā duplicē Iuriſcōſulti faciunt, rectā & tranſuerſā. Paullus lib. Sent. 4. Septimo gradu, inquit, recta linea, qui ſūt cognati, propriis nominibus non appellantur, ſed ex tranſuerſa linea, &c. Subtilius autē triplicem lineam conſtituunt: ſuperiorem, inferiorē, & trāſuerſam ſiue à latere, d. l. pen. D. de gradib. Paullus eod. lib. tit. de gradib. Secundo gradu, inquit, cōtinentur, ſuperiore auus auia, inferiore nepos neptis, trāſuerſa, frater, ſo-
E ror. Eas verò lineas quidā ordines appellant, vt Caius in l. 1. D. eod. Gradus cognationis, inquit, alij ſuperioris ordinis ſunt, alij inferioris, alij ex trāſuerſo, ſiue à latere: gradus ſūt cuiuſque cognati ſedes, ordine per limites diſtinctæ, & lineis deſignatæ. Nā, vt iam antè dictū eſt, gradus ſunt in lineis, gradus & lineæ in limitibus: limites, lineæ, & gradus in themate. tranſlatúmque verbū Paullus docet à ſcalarum & cliuorum ſimilitudine. l. vlt. §. gradus, D. de grad. quēadmodum enim in iis, alij aliis ſuperiores & inferiores ſunt, per
F quos adſcendere & deſcēdere liceat: ſic in themate & cognationis tabula, perſonæ cognatorum aliæ aliis ſuperiores, aut inferiores ſunt. l. appellatione 31. D. de verb. ſign. eatúmque partim adſcendentes, partim deſcendentes adpellantur. l. vlt. D. de rit. nupt. Atque hac eadem tranſlatione Iuriſconſultis in ciuitatis ordinibus vtuntur, cùm eos dicunt eſſe ſuperioris gradus, qui altioris dignitatis ſunt, alios inferioris, qui minorem in ciuitate locum obtinent, l. obſeruandum, 49. D. de rit. nupt. l. pen. D. ad leg. Cor. de ſicar.
G Animaduertendum tamen eſt, Iuriſconſultos interdum gradus nomine abuti, pro limite, linea, & ordine, velut apud Iuſt. in §. inter eas, de nupt. Inter eas quoque perſonas, inquit, quæ ex tranſuerſo gradu agnationis iunguntur. Item apud Vlp. tit. Regul. 6. Inter cognatos autem ex tranſuerſo gradu olim quidem, &c. Ac de thematis quidem partitione ſatis videtur dictū, quamquā ne hoc quidē quaſi corollarij loco

loco prætereūdum videtur: Liberorum, propinquo-
rúmque omnium fratres germanos, vno eodémque
cum illis nomine adpellari; ſolos parētū fratres ger-
manos diuerſum ab ipſis nomen obtinere: nā qui filij
mei frater eſt, mihi filius eſt; & qui nepotis mei frater
eſt, nepos meus eſt: Et patrui, auunculíve, patruelis,
conſobrini frater germanus, patruus, auunculus, pa-
truelis, conſobrinus meus eſt. At in parentum ordine
diſſimilis ratio eſt: neq; enim patris mei frater pater
meus eſt, ſed patruus: neq; aui frater mihi auus eſt, ſed
propatruus. Ex quo illud ſequitur in themate cogna
tionis, vnā tantùm perſonā ſuo Cognationis nomine
adpellādam eſſe, quātūuis multæ ſint, veluti, Priamus
quinquaginta filios, Danaus totidem filias habuiſſe
dicitur, in Stemmate ſingula capita deſcribentur: in
themate verò vnus filius, vna filia ꝓ omnibus, quo-
niam qui filij Priami frater eſt, idē Priamo eſt filius.
Proximum eſt, vt artem ac rationem enumerādorum
graduum exponamus, cuius quattuor præcepta ſiue
regulas reperio, earum prima hæc eſt: *In themate co-
gnationis nomen eius, cuius de cognatione quæritur, medio
loco ponendum eſt, vt in omni quæſtione duæ tantum per-
ſonæ conſtituantur, quarum alterutram nomen illud ſuſti-
neat. l. vlt. §. 3. D. de grad.* vbi Paullus hanc regulā pro-
ponit. Quoties quæritur quoto gradu quæque perſo-
na ſit, ab eo incipiendū eſt, cuius de cognatione quę-
ritur. Videmúſque tum in l. 2. tum in d. l. vlt. decē lo-
cis Eum adpellari, de cuius cognatione quæritur.
Quod cùm ita eſſe animaduerterē, accuratè operam
dedi, vt in noſtra cognationis tabula imagūcula me-
dio illo loco pingeretur, ad quam voces illæ SVPRA,
INFRA, à LATERE, (quas Iuriſconſulti identidē vſur-
pant) referrentur. Ex quo ſeptima inter thema cogna
tionis, & Stemma familiæ differētia perſpicitur: quo-
niam in Stemmate, ſiue à capite, vt oportet, nume-
randorum graduum initiū faciamus, nihil neque SV-
PRA, neq; à LATERE dici poteſt, ſiue ab infimo ſur-
ſum verſus progrediamur, nihil neque INFRA neque
à LATERE reperietur. At in cognatione, qui medio
loco poſitus eſt, habet ſuperius ad quos adſcēdat, infe
rius ad quos deſcendat: à latere verò ad quos partim
adſcēſu, partim deſcēſu ꝓgrediatur: quod ex hac ſecū-
da regula planius cognoſcetur. *In themate cognationis
tres ſunt lineæ: ſuperior quæ ad adſcenſum pertinet; infe-
rior, quæ ad deſcenſum; & obliqua, quæ partim adſcēſum,
partim deſcenſum præbet, l. pen. D. de grad.* Eſt enim li-
nea ſuperior, quę indirecto limite ab eo de cuius co-
gnatione quęritur ſurſum verſus, ad eius parētes du-
citur; ꝗ parētes, ob eā cauſſam à Lat. Adſcēdētes, à Gr.
ἀνιόντες adpellātur, & eadē de cauſſa in parētū ordine
numerabitur, primus pater; ſecūdus pater, id eſt auus;
tertius, id eſt proauus; quartus, id eſt abauus; & ſic de-
inceps: velut apud Perſ. Satyr. 6.

*—— Quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haud promtè dicam:
Tamen adde etiam vnum. vnum etiam, &c.*

Inferior eſt, quę in eodē limite, ab eo, de cuius co-
gnatione quęritur, deorſum versū ad eius liberos du-
citur, qui liberi ꝓpterea deſcēdentes ſiue *κατιόντες* ad-
pellantur. Nou. 89. & Nouell. 118. Paullus l. vlt. §. 3. de
grad. Recta linea ſurſum vel deorſum tēdētium facilè
inueniemus gradus. Item in §. nunc ſingulos. Primo
gradu cognationis ſunt ſursū verſum pater & mater,
deorsū versū filius & filia. Itē ſi perſona, de qua quæ-
ritur, ex ſuperioribus aut inferioribus gradibus eſt,
recta linea ſurſum verſum vel deorſum tendēdo, fa-
cilè inueniemus gradus. Item in l. vlt. D. de rit. nupr.

A Inceſtum committit, qui ex gradu adſcēdentium vel
deſcendentium vxorem ducit. Linea verò tranſuerſa
eſt, quę à parentibus eius de cuius cognatione quęri-
tur, quaſi per cliuum ad eiuſdē propinquos ducitur:
qua de cauſſa, modò ex latere, modò obliqua, modò
pēdens nominatur. Paullus lib. ſent. 4. Tertio loco ex
obliquo fratris ſororiſque filius. & mox: Ex obliquo
fratris & ſororis nepos. At in l. vlt. D. de rit. nupt. ab
eodē Paullo adpellatur, ex latere. Itémque à Caio in l.
B 1. D. de grad. Denique Paullus in d. l. pen. nō ſimplici-
ter tranſuerſam illam adpellat, ſed ex tranſuerſo pen-
dentem: hoc eſt, pronam & faſtigiatam; quod non in-
diligenter notandū eſt, propter eorum errorem, qui
arborem cognationis ſic effingūt, vt in ramis ſurſum
verſum palmæ inſtar ſurgentibus fratres & patruos,
eorúmque liberos deſcribant, eóſque parallelos cum
ſuperioribus faciant: proinde quaſi propēdere, idem
ſit, quod ſurſum niti. Sed iam vtriuſque regulæ vſus
coniūctim explicandus eſt. Cùm igitur cognatio no-
C men ſit (vt Dialectici loquuntur) ἐκ τ͂ πρός τι, id eſt,
Relatiuum, & quod cum altero confertur; admonē-
di ſumus, perſonas omnes, quæ in themate deſcriptæ
ſunt, ad vnam illam imagunculam in medio propo-
ſitam referendas eſſe: atque ita referēdas, vt & illę no-
men ſuum ab illa mutuentur, & hæc viciſſim ſuum
ab illis accipiat. Qua de cauſſa veterū quorumdā in-
terpretum inſtitutum probo, vt nomen Prothei, qui
ſe in ſpecies innumeras vertebat, in illa imaguncula
conſtituamus. Exempli cauſſa: Patris nomē quod ſu-
D pra eſt, ad filij nomen quod infrà ſubiectum eſt, non
refertur, ſed ad Protheū, ſiue mauis Vertumnū: qualē
Propertius notis verſibus deſcribit. Intelligendum
eſt enim, atque adeò diligenter animaduertendum,
primùm nominum cognationis alia eſſe expreſſa ſi-
ue patentia, alia verò tacita, ſiue occulta: deinde ex-
preſſa cum occultis, viciſſimque occulta cum expreſ
ſis conferri. Expreſſa ſunt quæ ſuprà, infrà, & à late-
ribus Prothei deſcripta ſunt. Occulta verò, quæ ſub
ipſius perſona latent. Ergò qui in hac tabella dicūtur
E Pater, Auus, Proauus, nō iis ſic dicuntur qui infrà no-
minātur, filius, nepos, pronepos; ſed ſoli Protheo: eo-
démq; modo qui filius, nepos, pronepos appellantur,
non ad ſuperiores referuntur, ſed ſolius Prothei re-
ſpectu ſic dicuntur. quod eodem modo de adgnatis
cognatíſque omnibus intelligendum eſt. quæ cùm
ita ſint, licet eorum admirari inſcitiam, qui eiuſmodi
graduum confuſionem fecerunt, vt quærerent, quo-
to gradu quæuis perſona in hoc themate deſcripta
diſcreparet ab alia quauis perſona, in eodem thema-
F te, quouis alio loco poſita; veluti quoto gradu Trita-
uus diſtaret à fratris filio, ꝓnepos ab Auunculo ma-
ximo, patruus à Trinepote; quæ me penè puero Lo-
riotti cuiuſdam deliri hominis ſtoliditas fuit, cuius
hac de re volumen magnum, & perridiculum, cum
ſexcentis nugatoriis arboribus, arbuſtis, ramis, orbi-
bus & ſchematibus promulgatum eſt. Quare ad hāc
cautionem aptiſſimum erit, omnes de gradibus quæ-
ſtiones hac formula concipere: Pater quoto gradu
diſtat à Protheo? Filius quoto gradu diſtat à Protheo?
G Tritauus à Protheo? Trinepos à Protheo? Nā ꝗ quæ-
ſtionē ita ꝓponet, quoto gradu Tritauꝰ diſtat à Trine
pote? facilè incauto adoleſcēti hūc errorē obiiciet, vt
Tritauū (quē sūmo loco deſcriptū videmus) ad Tri-
nepotē (qui infimo loco deſcriptus eſt) referēdū pu-
tet. Sed iā tēpus eſt ad tertiā regulam accedere. Ergo,
*Vnaquaque generatio gradum vnū efficit: vt quot gene-
rationes ſunt, tot numerentur gradus. §. 6. inſt. de grad.*

vbi Imperator ait, ſemper generatã perſonã gradum adiĳcere: ex quo licet eorũ imperitiã animaduertere, qui hãc regulã tradiderunt: In linea directa quot ſunt perſonę, tot ſunt gradus, vna demta; neq; enim vnaquæque perſona gradũ facit: nã neq; perſona gradus eſt, neque gradus perſona; ſed perſona eſt in gradu: & quẽadmodũ generatio duabus perſonis conſtat, quarũ altera (vt ſic dicã) generans eſt, altera generata: ita gradus duabus perſonis conſtat, alioqui pater & filius duobus gradibus diſtarẽt; quod eſt abſurdiſſimũ, quia cùm pater filium genuerit, vna generatio vnicũ tantùm conſtituit gradum. Neque illorum deliratione̅ excuſat, quod adſcripſerunt VNA DEMTA. Nam ſi de patris ad filiũ interuallo quæratur, quomodo vna demi perſona poterit? Sic igitur gradus in directa linea ineundi ſunt, vt ſi (verbi gratia) quęratur quoto gradu Iudas diſcrepet à Thareo?

Thareus
Abrahamus 1
Iſaacus 2
Iacobus 3
Iudas 4

Tum vel Thareus vel Iudas neceſſariò in Prothei ſede atque imaguncula collocetur: ac ſi quidem Iudas ponatur, ita gradus ſurſum verſum ineamus: Iudas genitus eſt à Iacobo, ecce vnam generationem, ac proinde vnum gradum: Iacob natus eſt ex Iſaaco, ecce duas generationes, ac proinde duos gradus. Iſaacus natus eſt ex Abrahamo, tres ſunt generationes, ac proinde tres gradus: Abrahamus ex Thareo, quattuor ſunt generationes, quæ Thareum Iuda quattuor gradibus ſuperiorem conſtituunt: quippe Iudæ proauũ. Quòd ſi è conuerſo Thareum in Prothei ſede collocemus, tum ita gradus deorſum verſum inibimus. Thareus Abrahamum genuit, ecce vna generatio, ac proinde vnus gradus: Abrahamus Iſaacum; Iſaacus Iacobum; Iacobus Iudam: ecce quattuor generationes, quæ Iudam Thareo quattuor gradibus inferiorem conſtituunt: quippe Tharei pronepotem. ſed operæprecium videtur, aliquem huius quoque regulæ vſum demonſtrare; Fingatur igitur lex huiuſmodi: Proximus adgnat[9] inteſtati adgnati heres eſto.

Thareus
Abrahamus 1. — *Nachor*
Iſaacus 2. — *Bethuel*
Iacobus 3. — *Laban*
Ioſephus 4.

Thareus ſolis Labano & Ioſepho ſuperſtitibus inteſtato deceſſit. Vtri eius hereditas defertur? Sine dubio ex illa ficta lege, ſoli Labano cùm à Thareo tribus tantùm gradibus diſcrepet, quippe ipſius nepos; Ioſephus autem quarto, vtpote ipſius pronepos. Quæ cùm ita ſint, facile intellectu eſt, quemadmodum illum Arnobĳ locum accipi oporteat, qui prima ſpecie videri poſſet regulæ illi Canoniſticæ conſentaneus, in ipſius libro aduerſus gentes: Quis Picum, inquit, Fauni patrem, atque auum Latini genuit? Saturnus. Ergò Picus & Iupiter germanitatis ſociati ſunt iure: ab Ioue & Pico quot ſunt generis vſque ad Latinum gradus? vt indicat ſeries. Hæc Arnobius.

A

Saturnus
Iupiter — *Picus*
Faunus
Latinus

Atqui vera ratione Latinus à Pico, duobus tãtùm; à Ioue quattuor diſtat gradibus. Quid ergo eſt? Cùm Genealogiam ſcilicet Arnobius deſcriberet, primum B gradum vt, inquit, in prima generatione, hoc eſt, in Iouis & Pici perſonis collocauit; ſecundum in Fauni: tertium in Latini: vt graduum numero a Saturno (qui Iouis & Pici reſpectu Genarchus eſt) ineundo, primoque gradu in ipſius filiis collocando, tertius in Latini perſonam incurreret. Sequitur quarta regula: *Limes obliquus, per quem ad propinquos proceditur, primùm adſcenſu, deinde deſcenſu conſtat, l. vlt. §.5. l. gradu, 9. de grad.* vbi Paullus docet, non aliter ad eum perueniri, qui à latere eſt, quàm per eos fuerit C tranſitum, ex quibus natus eſt. Nati ſunt autem omnes qui ex latere ſunt, ex his qui ſuperiorem lineam obtinent, veluti frater à patre, patruus ab auo, pro patruus à proauo: Vt ſi quis cogitatione & animo lineam ſanguinis à Protheo ad fratrem eius vel patruum, vel propatruum inſtitueret, eam primùm ſurſum verſum dirigere, tum deinde in cliuum inflectere cogeretur; quod etiam generationum ratio demonſtrat, quam in numerandis gradibus ſequendam eſſe, docuimus. Nam ſi quæratur, quoto gradu frater D diſtet à Protheo, ratio ita ineunda eſt: Protheus à patre genitus eſt, ecce vnam generationem, ac proinde vnum gradum: pater eiuſdem fratrem genuit, ecce duas generationes: vnde intelligitur duobus gradibus fratrem à Protheo diſtare. Atque hæc nimirum cauſſa eſt, quamobrem Philo in lib. de præm. & pœn. cùm obiter & pingui Minerua de Cognatis mẽtionem feciſſet, parentes, patruos, auunculos ſupernè collocauit, non fratres, fratrum filios, cõſobrinos inferius ſubiungit, quoniam videlicet ij, qui ſunt à E latere, ex iis, qui ſunt ſuperius, prognati ſunt. καὶ πρὸς τοὺς ἄνω γονεῖς, θείους, πάππους, καὶ πρὸς τοὺς κάτω πάλιν ὁμοίως ἀδελφοὺς, ἀδελφιδοῦς, υἱωνοὺς, θυγατριδοῦς, ἀνεψιοὺς, ἀνεψιαδοῦς, τοὺς ἐξ αἵματος πάντας. Neque ferri poteſt eorum amentia, delirium, inſania, qui fratrem primo gradu collocant: proinde quaſi frater fratrem genuerit. Eadémque ratio eſt de patruo: nam Protheus à patre genitus eſt, pater ab auo. hic autem patruum genuit, ac proinde patruus à Protheo tribus diſtat ſiue generationibus, ſiue gradibus. Pergatur ad pa-F trui filium, qui Prothei frater patruelis eſt, quattuor reperientur gradus. ſic Protheus fratris ſui filium tertio gradu reperiet. Nam ab ipſo ad patrem prima generatio eſt ſurſum verſum, à patre ad fratrem ſecunda deorſum verſum, à fratre ad ipſius filium tertia tertium gradum efficiet, neque alia, ſenſu quidem communi, præditis hominibus, & naturam ſequi ducem volentibus, ineundorum cognationis graduum ratio venire in mentem poteſt. Itaque hũc ipſum ad propinquos progrediendi ordinem Per-G ſius vſurpauit Satyr. 6. vbi antequam ad maiorem auunculum perueniat, qui abaui filius eſt, rectà ad quartum patrem adſcendit, ac tum ad illum ſe inflectit.

——Praſtò eſt mihi Mannius heres,
Progenies terræ: quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater:

Sit pater: haud promtè dicam: tamen adde etiam vnum,
Vnum etiam, terræ eſt iam filius: & mihi ritu
Maximus hic generis, propè maior auunculus exit.

Vbi ritum generis adpellat ordinem progrediendi in tabula cognationis ad eum de quo quęritur. Quæ cùm ita ſe habeant, perſpicuum eſſe arbitror, Limitem, qui tranſuerſus ſiue à latere adpellatur, pronum & faſtigiatum fingi oportere, proptereà quòd, vt Paullus ſcribit, ex directi limitis ſuperiori ordine pendet. Sed de inferiore directi limitis ordine quid dicemus? nullum ſcilicet ei limitem proprium poſſe adtribui, proptereà quòd omnes vnum idémque liberorum nomen obtinent. Nam quàmtumuis multi Prothei filij ſint, omnes illi filij ſunt; & frater filij Prothei, Protheo filius eſt; frater nepotis Prothei, Protheo nepos eſt; frater pronepotis Prothei, eiuſdem eſt pronepos. Omnes denique filij quantumuis multi ſint, tamen cùm vna generatione à patre diſtent, vno ab eodem gradu remoti intelliguntur. Similiter nepotes quantumuis multi, tamen vnum eundémque gradum faciunt.

EORVMDEM GRADVVM COGNATIONIS ENVMERATIO: EX GRÆcorum Theologorum ac Iuriſconſultorum legibus & inſtitutis.

CAPVT II.

ATQVE hæc quidem in dinumerandis cognationis gradibus Romanorum Iuriſconſultorum ratio & diſciplina fuit; quam cùm Orientales Theologi & Iuriſconſulti ſecuti ſunt, tum etiam alij, vt credi par eſt, omnes Theologi; vſque ad Septentrionalium exundationes in Italiam: vt mox demonſtrabimus. Nam lib. Baſilic. 28. tit. de gradib. cognat. hæc eadem inſtitutio diſciplináque ita concinnè diſtincta atque eleganter ab eo Iuriſconſul. cuius à Græcis locus ille conuerſus eſt, traditur: vt quin illud caput integrum Latinè à me redditum hunc in locum tranſcribam, temperare mihi non poſſim: Cognatio, inquit, generale nomen eſt, tréſque in partes diuiditur, nimirum in adſcendentes, deſcendentes, & eos qui ſunt in ordine obliquo. Adſcendentes ſunt qui nos genuerunt, pater ſcilicet & mater, auus & auia, proauus & proauia, & qui ſupra eos ſunt. Deſcendentes ſunt, qui ex nobis geniti ſunt, filius ſcilicet, filia; nepos, neptis; pronepos, proneptis; & qui infra eos ſunt. In obliquo ſunt, qui neque nos genuerunt, neque à nobis geniti ſunt, ſed communem nobiſcum ſtirpem & progeniem habent: veluti frater, ſoror; patruus, amita; conſobrinus, conſobrina; & qui quæve ex iis deſcendunt. Porrò hęc quæ ex obliquo cognatio eſt, duas in partes diſtinguitur, nimirũ in adgnatos, qui per virilem; & cognatos qui per muliebrem ſexum nos contingunt. Varij autem ac diſpares in quoque cognationis ordine ſunt gradus. Ac in adſcendentibus quidem ac deſcendentibus ſimplex ac facilis graduum cognitio eſt: nam vnaquæque perſona gradum adiicit: atque vt breuiter ſimpliciterque dicamus: Quot in ea generationes ſunt, tot ſunt gradus. At in iis qui in obliquo ſunt ordine, difficilior minúſque expedita graduum diſciplina eſt. neque enim rectà deſiliendum eſt ad eam perſonam, quæ à latere eſt, ſed prius ad ſuperiores adſcendendum: nimirum ad eum vſque, qui perſonæ, quę à latere eſt, naſcendi cauſſam dedit. Vbi hunc adepti erimus, tum ad eum qui eſt à latere, & de quo propoſita quæſtio fuerat, deſcendendum erit: atque ita omnes, quæ tum in adſcenſu, tum in deſcenſu generationes numeratæ ſunt, in ſummam quandam colligendæ: nam vnaquaque generatione ſuo in gradu collocanda, numerus iniundus eſt; quod in deſcendentibus quidem perfacile eſt cognitu, hoc modo: Filius meus quoto gradu eſt? Ego illum genui, ecce vna generatio vnum gradum efficit: primo igitur mihi gradu filius eſt. Quid? nepos quoto? ego filium genui, filius nepotem: ecce duæ generationes duos efficiunt gradus; ſecundo igitur mihi gradu eſt nepos. quod eodem modo deinceps in pronepote, & abnepote obſeruandum eſt. Eadémque ratio in adſcendentibus etiam tenenda erit. Pater quoto mihi gradu eſt? Pater me genuit, ecce vna generatio vnum gradum efficit: primo igitur mihi gradu pater eſt. Quid? auus quoto? pater me genuit, patrem auus: ecce duæ generationes duos efficiunt gradus; ac proinde auus ſecundo mihi gradu eſt. Quod ſimiliter in matre & auia reliquiſque omnibus adſcendentibus tum maribus tum fœminis, obſeruandum eſt. In iis autem qui ſunt à latere, quemadmodum iam ante diximus, prius adſcendendum eſt ad eum, qui cognationis auctor eſt; computandǽque generationes: tum rurſum deſcendendum, numerandǽque ordine generationes, donec ad eam perſonam peruenerimus, de qua quæſitum eſt. Etenim ſi quis te roget, Frater quoto gradu eſt? Secundo, inquies. quid ita? conſcende ad patrem, ecce vna generatio à patre ad te, vnum efficit gradum. vbi generis auctorem inueneris, tum deſcende ad fratrem, & alteram generationem computato: ecce duæ generationes duos effecerunt gradus: vt facilè intelligatur, rectè dictum, fratrem ſecundo eſſe gradu. Rurſus ſi quis te roget, patruus quoto tibi gradu eſt? reſponde tertio. Tibi enim adſcendendum ad patrem, atque ita dicendum; Pater me genuit, patrem auus, ecce duæ generationes: idem auus meum patruum genuit; ecce tres generationes tres effecerunt gradus; vt non dubium ſit, quin patruus tertio ſit gradu. Atque hoc eodem modo cuiuis, qui hanc regulam obſeruarit, facilis & expedita graduum cognitio futura eſt. Hactenus auctor Baſilicῶn, præclarè ac luculenter, vt cuiuis licet animaduertere. Itaque Balſamon in Photij Nomocan. tit. 13. diſciplinam hanc ſecutus: Cognatio, inquit, in tria diuiditur (ſic autem vulgò Latinè legitur, neque Græcorum mihi adhuc copia fuit) in eos qui ſunt ſuperioris ordinis, quo in numero ſunt pater, auus, proauus: in eos qui ſunt inferioris, in quibus ſunt filius, nepos, pronepos; & eos qui ſunt ex tranſuerſo, ſiue à latere, in quibus ſunt, fratres, conſobrini, patrui, auunculi. Mox autem ita ſubſcribit: A latere autem cognatorum ab octauo gradu coniugium admittunt. Tempore autem Domini Alexij Comneni exorta eſt dubitatio de ſeptimo gradu: quidam enim dicebant non poſſe abpatruelem accipere in vxorem filiam ſui abpatruelis, &c. Quibus ex verbis apparet, Abpatruelem ſeptimo gradu diſtare à ſui patruelis filia, hoc eſt, vt ex Iuriſconſultorum conſuetudine Latinè conuertendum fuit; Vertumnum diſtare à ſobrini ſui filia ſeptem gradibus, hoc modo:

THAREVS 3.

4 *Nachor* — *Abrahamus* 2

5 *Bethuel* — *Iſaacus* 1

6 *Laban* — *Iacobus*

7 *Labani filia.*

Sed in epiſtola Baſilij ad Amphil. credo Heruetum interpretem non ſatis ad illum locum attendiſſe, vbi Can. 67. Balſamon ſecundos fratres patrueles ait ſextum gradum exceſſiſſe, niſi fortè de ſponſa Irene loquatur, & adfinem vno gradu remotiorem ſtatuat. Nam ſobrini, de quibus Balſamon ſine dubio loquitur, ſexto tantùm gradu inter ſe diſtant, quod etiam in iure Orientali noſtri Bonefidij in ſanctionib. Pontificiis apertè oſtenditur, vbi Theodote à Baſilio ſeptem gradibus diſtare dicitur in hac tabula:

N

Georgius — *Nicolaus*

Theodote — *Helena*

Demetrius — *Baſilius*

Theodote.

Nuſquam autem hæc dilucidius exponuntur, quã cod. lib. in Epiſt. Demetrij Chomateni; vbi apertè ſcribit, cognationis vinculum tribus ordinibus coniungi, adſcendentium, deſcendentium, & eorum qui ſunt à latere: ſingulas autem generationes vnum gradum facere, ac proinde fratres duobus inter ſe gradibus diſtare; conſobrinos quattuor; ſobrinos ſex; ſobrinis natos, octo.

LATINORVM THEOLOGORVM ET CANONISTARVM RATIO in enumerandis gradibus cognationis.

CAPVT III.

HANC eandem diſciplinam à Latinis quoque Theologis antiquis retentam vſurpatamque fuiſſe, demonſtrat epiſtola Ambroſij 66. lib. Epiſt. 8. vbi à Paterno conſultus, an inter auunculum & ſororis filiam eſſet connubium; ita reſpondet: Quid enim quod dubitari queat, cùm lex diuina etiam patrueles fratres prohibeat conuenire in coniugalem copulam, qui ſibi quarto ſociantur gradu? Hic autem gradus tertius eſt, qui etiam ciuili iure à conſortio coniugij exceptus videtur. Sic Saluianus lib. 3. ad Eccleſ. Cathol. Non ſolùm, inquit, ex directo, ſed etiam ex obliquo, & ex tranſuerſo venientibus res propriæ facultatis addicunt. Neque verò illud aduerſatur, quod Gregorius primus de conſobrinorum nuptiis ab Auguſtino Angliæ Epiſcopo conſultus ita reſcripſit: Sacra lex prohibet, cognationis turpitudinem reuelare. Vnde neceſſe eſt, vt iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter ſibi iungi debeat: nam à ſecunda, quam prædiximus, omnino debet abſtinere: proinde quaſi Gregorius, cùm ait conſobrinos eſſe in ſecunda generatione, illos inter ſe conferret, ac duas tantùm à conſobrino ad conſobrinam generationes numeraret: quo nihil abſurdius dici poteſt. Quid ergo eſt? Ad Genarchum videlicet, hoc eſt, ad ſanguinis au-

A ctorem (vt in ſtemmate cognationis fieri ſolet) reſpexit: quem cùm primo ac ſummo loco conſtituiſſet, tum infrà duos ipſius filios, quæ prima generatio eſt, collocauit: inferius duos eiuſdem nepotes: ac tum relatione ad Genarchum facta, hos duabus ab illo generationibus diſiunctos eſſe dixit, hoc modo:

THARE

B *Abraham* 1. — *Nachor*

Iſaac 2. — *Bethuel.*

credidítque ſanguinis communionem ꝓpter quam lege Dei cognatorum nuptiæ prohibentur, eò magis dirimi, quò longius perſonæ, de quibus agitur, à Genarcho ſeiunguntur. quod veriſſimè dicitur, dummodò ex vtroque latere linea perſonarum ducatur, non autem vno ex latere duntaxat, vt ſuo loco commodius demõſtrabitur. Idque ſe ſentire Gregorius oſtendit, cùm ait, in tertia vel quarta generatione inter Chriſtianos eſſe connubium: hoc eſt, inter propiores ſobrinos, qui tertio gradu, vel ſobrinos, qui quarto gradu diſiuncti ſunt, non inter ſe, ſed à Genarcho, cuius ſunt deſcendentes. Sic enim ſe res habet, quod certè ad hanc graduum diſciplinam cognitu perneceſſarium eſt: quãtumuis multi filij ſint, tamen omnes vnius filij nomine contineri, quemadmodum primo cap. dictum eſt, neque fratres appellari poſſe: quia filij mei frater, filius meus eſt; quantumuis multi nepotes ſint, tamen omnes vnius nepotis nomine contineri: neque conſobrinos appellari poſſe, quia frater nepotis mei nepos meus eſt. Vtcumque ſit, ex illis Gregorij verbis perperam intellectis noua quædam & abſurda & ſtolida diſciplina in Scholas & vſum vitæ inducta eſt, ab iis qui Decretiſtæ & Canoniſtæ vocantur, vt pro graduum cognationis tabula, Genealogiæ deſcribantur; quemadmodum Alexander Papa apertiſſimè oſtendit in c. ad ſedem, 35. q. 5. §. hanc computationem, vbi & illud ſuperius Gregorij primi reſcriptum profert, & nominatim ac dilucidè teſtatur inueteratam in Eccleſia Rom. graduum computandorum conſuetudinem ex eo reſcripto natam eſſe.

Pater,	*Mater.*
I	I
Frater, Soror	*Frater, Soror*
II	II
Fratris, Sororis filius, filia	*Fratris, Sororis filius, filia*
III	III
Eorumdem nepos neptis	*Eorumdem nepos neptis*
IIII	IIII
Eorumdem pronepos, proneptis.	*Eorumdem pronepos, proneptis.*

Fratres itaque, inquit Papa, qui ſecundum ſeculares leges dicuntur in ſecundo gradu iuxta canones numerantur in primo gradu: Filij fratrum qui numerantur in quarto, hîc computantur in ſecundo: Nepotes verò qui in ſexto ibi, iſtic numerantur in tertio. Quibus ex verbis intelligi poteſt, fratres conſobrinos & ſobrinos ad patrem & matrem referri. quo nihil ineptius dici poſſe, facilè ex iis quæ ſuperius docuimus, cognoſci poteſt: nã ſiue naturam

turam inferioris lineæ ſpectemus, quam ſolam Canoniſtæ deſcribunt, & quę ſolos liberos complectitur, ſatis conſtat, neque fratribus, neque patruis, aut auunculis, neque conſobrinis aut ſobrinis locum in illa eſſe poſſe: ſiue nominum comparationem conſideremus, neque fratres, neque conſobrini vel ſobrini ad patrem referri poſſunt. Sed operæprecium eſt, illorum Magiſtrorum præcepta, quæ in hac noua diſciplina tradiderunt, cognoſcere. Nam primum illud eſt: In lineis rectis adſcendentium & deſcendentium ſunt tot gradus, quot ſunt perſonę vna demta. Primùm quęro, vbi tandem in hoc deſcriptionis genere adſcendentium linea ſit? cùm enim à Genarcho (quem vulgò ſtipitem & planè ſuo nomine adpellant) ſtirpes deſcribuntur, ſemper deorſumuerſum linea ducitur; deinde quàm abſurdum eſt dicere, tot eſſe gradus, quot perſonę numerantur? quaſi verò gradus & perſona idem ſint, ac non potius perſona ſit in gradu, quemadmodum ſuperius demonſtrauimus, vbi etiam ridiculam vnius perſonæ ademtionem notauimus. Sequitur altera regula: Quoto gradu quis diſtat à ſtipite, & à quolibet per aliam lineã deſcendentium ab eodem diſtabit, cap. 3. & c. tua nos, Extr. de conſanguin. veluti, vt noui cuiuſdam Canoniſtarum patroni exemplum proferamus.

IANVS

Anna	*Paullus*
Berta	*Andreas*
Marcus	*Robertus*
Lucas	*Ionas*
Probus	*Chriſtiernus.*

Quoniam Chriſtiernus à Iano quinque diſtat gradibus, idcircò totidem gradibus diſtat ab Anna, Berta, Marco, Luca, Probo. Berta & Chriſtiernus, inquit ille, ſunt in quinto gradu: ac mira confidentia ſubiungit, non eſſe adſentiendum iis, qui damnant Canoniſtas; eos enim vtiliſſimo cõſilio ita ſuas arbores inſtituiſſe: ſimúlque adiungit, vbi de nuptiis agitur, Iuriſconſultorum diſciplinam de gradibus planè ocioſam eſſe. His enim ipſis verbis homo confidens vtitur, qui Iuriſconſultorum libros (vt ex ipſius ſcriptis apparet) ne per ſomnium quidem vnquam vidit: tanta, vt Anacharſis dicere ſolebat, ſurdi hominis in ſententia de Muſicis pronuncianda confidentia eſt. Sed ſatius eſt cum ipſis Canoniſtis agere, quibus hàs quæſtiones propono: Primùm cùm ſanguinis linea, quę à cognato ad cognatum ducit, & mente ac cognatione fingitur, vna & ſimplex ſit, cur duplex & biſulca, quaſi in ſtirpibus demonſtrandis, ab ipſis confingitur? vt gloſſa præcipit in cap. vltim. Extrauag. de cognat. Deſcende, inquit, æqualiter computando per ambas lineas. neque quiſquam eſt ex ſcriptoribus Decretaliſticis, ſiue Tancredum, ſiue Iohannem Andream, ſiue Felicem Malleolum, ſiue Iohannem Lupum, ſiue Iohannem Brunellum, ſiue Antonium de Butrio ſpectemus, qui non duarum in deſcendendo linearum mentionem faciat, quæ proprio nomine ſtirpes ab Auctoribus adpellantur. Secundò, ſi vnaquæque generatio facit gradum (vt inter omnes conſtat) cur cùm inter Chriſtier-

A num & Probum decem generationes ſint, quinque tantùm numerabuntur gradus? cur, cùm inter Chriſtiernum & Bertam ſint ſeptem generationes, quinque tantùm inter ſe gradibus diſſidere dicentur, vt nouus ille Canoniſtarum patronus confidenter adfirmat? Tertiò, cùm Anna Chriſtierno ſit amita maxima, hic verò illi fratris abnepos, atque hæc nomina relatiua ſint, & inter ſe comparentur, quomodo illis nominibus appellati ad Ianum, qui huic atauus eſt, B illi verò pater, referri poterunt? nam frater, ſoror, amita, propatruus, conſobrinus, non Genarchi reſpectu ſic dicuntur, ſed frater fratri ſororíue frater eſt, amita fratris filio amita eſt; conſobrinus conſobrino. Quartò, cùm Genealogiæ deſcriptio limitem tantùm inferiorem, & ad ſtirpes demonſtrandas, ac proinde ad deſcenſum tantùm adcommodatum, ferre poſſit: ecquis locus quæſtionibus de patruis, amitis, auunculis, materteris, patruelib. conſobrinis, aut ſobrinis apud Canoniſtas relinquatur? C ecquęnam ex illorum diſciplina proponi figura poſſit, ad eam ſpeciem adcommodata, quæ traditur in §. repetitis, 8. Inſt. de gradib. cognat. & l. pen. C. de ſuis & legit. nam ex iure quidem ciuili expedita hæc erit:

Pater
Frater TITIVS
Filius
Nepos
Pronepos.

D


Titio mortuo pronepos, qui tertio gradu eſt, ſolus hereditatem obtinebit, & patri quamuis primo gradu ſit, itémque fratri quamuis ſecundo gradu ſit, pręferetur; quia ſuorum ordo & patri & ceteris agnatis anteponitur. Similiter quænam aptari figura poterit ad ſpeciem l. 8. D. de legit. tut. vbi patruus Titij & eiuſdem fratris filius ſimul Titij tutelam habent; quia eodem, hoc eſt, tertio gradu illi ſunt.

Auus
E *Patruus.* *Pater*
Frater mortuus. TITIVS
Fratris filius.


Quod multo magis dicendum eſt de ſpecie l. pen. D. eod. Quintò cùm iidem dicant, omnes eos qui in F dextra linea ſunt, totidem gradibus diſtare ab eo, qui in altera linea eſt remotiſſimus, quot iſte gradibus diſtat à ſtipite? quid attinet poſt fratris gradum in dextra vllas inferiores perſonas ſubiungere? nam hoc, vt antè dixi, præceptum alterum eſt: In linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi parente, toto diſtant inter ſe: vt facilè appareat, non aliam à Canoniſtis cognationis tabulam depingi poſſe quàm hanc mutilam & contaminatam:

Pater
G *Frater* *Frater*
Fratris filius
Fratris nepos
Fratris pronepos.

Sextò quęro, cùm ij qui à communi parente deorſum verſum primi occurrunt, filius & filia nominantur, quo iure à Canoniſtis fratres adpellentur? Neque enim reſponderi poteſt, filios inter ſe fratres eſſe. nam cùm pater primo loco conſtituatur, filius autem illi ſubiiciatur, neceſſe eſt, eum qui filij ipſius frater eſt, ipſi quoque filium eſſe & adpellari. quod enim ille ſcriptor audaculus, non dicam temerarius, duabus ſui libri paginis conatus eſt illam Canoniſtarum regulam propugnare, mirum etiam ab ipſis Canoniſtis riſum captaſſe videtur, vt cùm de haruſpicibus dicebatur, mirum eſſe, ſi non rideret haruſpex, cùm haruſpicem adſpexerat. cùm enim hanc figuram propoſuit:



cum illorum regulam veriſſimam, & ex omni parte conſtantem & firmam adſeuerat: Quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, eodem etiam à quolibet, per aliam lineam deſcendentium diſtat. Et cùm antè annos penè xl. in libello meo De gradib. cogn. & adfin. itémque in Commentar. ad Inſtit. Iuſtin. ſumma omnium eruditorum adprobatione, docuiſſem, ex ea regula ſequi, vt Ianus, quem Canoniſtæ ſexto gradu collocant, auiam poſſit vxorem ducere, quæ tamen amita eſt ipſius maxima; ſic homo acutus argumentatur: Si Anna deſcendit per lineam alterius lateris: rectè concludunt, qui regulam impugnant. at ſi non deſcẽdit, nulla eſt illorum concluſio: vt quæ cum regula, qua nituntur, pugnet. quis enim, obſecro, verè dixerit, Annam ab altero latere à ſtipite deſcendere? Hæc ille. Itémque multa alia in eandem ſententiam, quæ ſi cuiquam eorum, qui in ius Decretaliſticum ſcripſerunt, vnquam vt literis proderet, in mentem venit, aut niſi Canoniſtis ipſis abſurda, inepta & ridicula videantur, nihil cauſſæ dico, quin huic Canoniſtarum patrono palmarium inter Archicanoniſtas deferatur. Cui namque dubium eſſe poteſt, quin Anna, quæ Paulli filia eſt, deſcendentium ex alio latere primum locum obtineat, aut Iani ſit amita maxima? Itaque Gloſſ. in c. vlt. Ext. de conſang. Mulier (inquit) quæ in vna linea diſtat à quolibet alio deſcendente per aliam lineam, & ſic diſtat quinto gradu à Martino. Sed hæc non tam ad damnandum iſtiuſmodi amitæ maximæ matrimonium pertinent, quàm ad improbandam Canoniſtarum in gradibus enumerandis rationem: etſi Gloſſa & Ioh. Andreas illud matrimonium nuſquam iure Canonico damnari fateantur: neque enim rerum natura tamdiu illius vitam producit: quando etiam Paullus in Collectaneis tit. 6. de pronepote ſororis loquens: Pronepotem, inquit, ætatis ratio prohibet. Itaque Anton. Debutrio in c. tua nos, ext. de conſang. ingenuè fatetur, per illam Canoniſtarum regulam, eſſe connubium inter amitam maximam, & fratris abnepotem. Per hanc decretalem, inquit, arguit Hoſtienſis, quòd non poſſunt contrahere deſcendentes, etiam in quinto vel ſexto gradu,
A cum liberis primi gradus. quia ſi non poteſt, ergò nec cum ſtipite, ergò nec cum primo gradu propinquo. ſed hæc eſt vna truffa: quod etiam dicit Ioannes Andreas in arbore. idémque totidem verbis inculcat in c. vlt. eod. Quinetiam video Guliel. Benedicti Archicanoniſtam in c. Rainutius, in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num. 86. apertè Canoniſticam graduum computandorum rationem damnare, & ei Iuriſconſultorum diſciplinam anteferre. Quia de iure ciuili, inquit, fit graduum compu-
B tatio ad ſimilitudinem ſcalarum, adſcendendo de gradu in gradum, vſque ad ſtipitem, & poſteà deſcendendo; quæ computatio eſt propria: ſed de iure Canonico non fit computatio per gradus, ſed per ſaltus: ſcilicet ſaltando de vna linea ad aliam: quæ dicitur impropria computatio. Illa autem quæ fit de iure ciuili, eſt, vt dixi, naturalis & propria, & arti Arithmeticæ ſuppoſita: quæ eſt ſcientia naturalis. Hæc Gulielm. Bened. quæ tamen ferè ad verbum deſcripſit ex Bald. in l. 2. C. de ſucceſſ. edict.
C num. 4. vbi probat, & ſequitur dictum Iacobi But. quod ius Canonicum non potuit immutare naturalem graduum computationem, arg. l. 2. D. de vſuf. earum rerum. quia talis dinumeratio ſupponitur Arithmeticæ, quæ eſt ſcientia naturalis. quaſi diceret, computationem Canoniſticam naturali ſcientiæ, & communi ſenſui eſſe contrariam. Quæ cùm ita ſe habeant, nihil me optimi & eruditiſſimi cuiuſdam viri mouet auctoritas, qui in ſuo libello de coniu-
D gio patruum & fratris filiam ſecundo gradu collocat, hoc exemplo:



Sara, inquit, ſecundo gradu diſtat à ſtipite, ergo & Abrahæ iuncta eſt ſecundo gradu. Nemini Germanorum concedo, in pietate ſanctiſſimi viri memo-
E riæ præſtanda; ſed non, ſi cui ſanctimoniæ & ſummæ in Theologia doctrinæ laudem concedimus, eidem continuò ſummam iuris ciuilis cognitionem tribuimus: neque dubium eſt, quin vir optimus receptam & inueteratam apud ſuos ſpeculi Saxon. doctrinam ſit conſecutus lib. 1. art. 3. vbi, pro themate cognationis ineptiſſimè humani corporis figura deſcribitur, cuius in capite vir & vxor adfinguntur, tum in ceruice filius & filia; tertiò in humeris nepotes & neptes; quartò in lacertis, pronepotes; quintò in
F manibus abnepotes; ſextò in extremis digitis adnepotes collocantur. Nuſquam autem vir ille optimus modeſtiæ ſuæ oblitus eſt, vt iuris ciuilis diſciplinam hoc in genere damnaret, & eam otioſam (vt alter ille confidens) adpellaret; eique Canoniſticam anteferret. Quod ſi Theologorum auctoritate pugnandum eſſet, nihilo minoris momenti futuram apud multos Ambroſij, quàm illius optimi viri auctoritatem arbitramur. Sed omiſſa & Theologorum & Iuriſconſultorum auctoritate; quæro primũ, ſi generatio facit gradum, ac proinde quot ſunt
G generationes, tot ſunt gradus; cur, cùm inter Saram & Abraham tres ſint generationes, duo tantùm numerabuntur gradus? Deinde, ſi vera eſt regula: Quot gradibus diſtat vna perſona à communi ſtipite, totidem gradibus diſtat ab altera; an non hac ratione, Aram & Abraham vno tantùm inter ſe diſtabunt gradu? cùm tamen ab vno ad alterum, niſi per commu-

communem ſtipitem, perueniri non poſſit. Quid verbis opus eſt? Cùm ſcriptura Sacra legem hanc ſanxit, vt qui genere proximus eſt, eum qui facultatibus lapſus, ſeſe vendiderit, anno Iubilæo redimat, primumque fratrem nominet: tum ſi frater non exſtat, patruum; ſi neque hic exſtat, patrui filium. Leuit. 25. 48. quæro, ecquo tandem modo ad huius legis explanationem Canoniſtica genealogiæ deſcriptio adcõmodari poterit? vbi neque patruus, neque patrui filius, ſed tantùm Genarchi ſtirpes, ac proinde ſoli liberi, & deſcendentes, deſcribuntur? quod eodẽ modo de ea lege dicendum eſt, in qua hereditatum, & ſucceſſionum iura conſtituuntur, vt defuncti hereditas primùm ad filium; tum ſi is non exſtet, ad fratrem; tertiò ad patruum; quartò ad proximũ quemque deferatur. Numer. 27. 8. itémque de lege altera, quæ vetat ſacerdotem funeſtari morte præterquàm ſex propinquorum, Patris, matris, filij, filiæ, fratris, ſororis. Leuit. 21. cuius legis tabula commodiſſimè deſcribi iuris ciuilis inſtituto, ſic poterit:

Pater
Mater
Soror SACERDOS *Frater*
Filius
Filia.

At genealogię ratione, in qua ſtirpium tantùm ſeries deſcribuntur, non poterit. Sed de re perſpicua iam ſatis ſuperque diſputatum eſt. Supereſt, vt alterius cuiuſdam Canoniſtæ ſententiam videamus, qui nuper gloriatus eſt, ſe myſticam quandam inter Ciuiliſtas, & Canoniſtas diſſenſionis cauſſam reperiſſe: nimirum quòd Pontifices ſpectarint eam cognationem, quæ inter virum & vxorem poſt nuptias futura eſt, non eam quæ priùs fuit. Verbi gratia, inquit, vult Conſobrinus ducere Conſobrinam. nunc quarto quidem gradu ſunt: ſed ſi duxerit, erunt ſecundo, quia iam erunt vna caro & perſona. Hoc nimirum illud myſterium eſt, quod etiam adſcribit; neque Iuriſconſultis Romanis, neque recentibus Chriſtianis Pontificibus reuelatum fuiſſe; quòd videlicet poſt contractas nuptias, alter coniugum ſub alterius perſona ſic latitet, vt alter ſolus appareat. Quod cùm ita ſit, quæro primùm, cùm vir & vxor poſt nuptias vna caro, eadémque perſona ſint, ecquonam fingi poſſint gradu & interuallo aliquo diſſidere? Secundò quæro, cùm conſobrini ante nuptias quattuor inuicem gradibus diſtarint, contractis nuptiis vna perſona ſint, & quaſi altera ſub altera latitet; cur iam duobus potius, quàm tribus gradibus diſcrepare fingentur? Tertiò quæro, cùm ante nuptias vtrique à communi parente, duobus gradibus diſcreparint, poſt eas contractas totidem gradibus diſtare dicantur, écqua propter nuptias mutatio acciderit? Quartò quæro, in linea inæquali, velut in patruo & fratris filia, ſiquidem hæc illi nuberet, écquot tandem gradus numerarentur? Nam ex regulæ Canonicæ præſcripto, Quoto gradu remotior diſtat à communi parente, toto gradu diſtant inter ſe: ſecundo gradui adſcribi eos oportebit. at ex huius myſterij reuelatione primo gradui adtribuentur. Neque ex diſſimili genere illud eſt, quod adſcribunt, in iure Canonico potius generationes numerandas eſſe, quàm gradus; ac propterea Gregoriũ non in ſecundo gradu, ſed in ſecũda generatione cõſobrinos collocaſſe: quaſi verò alius graduũ, alius generationis numerus eſſe poſſit: cùm, vt veriſſimè Iuſtin.

A ſcribit, ſingulæ generationes ſingulos gradus efficiant. Qua de cauſſa rectiſſimè Gregorius, ſed nunquam tamen ab Alexandro Papa, & ceteris Canoniſtis intellectus, conſobrinos non inter ſe comparauit, neque dixit illos quattuor inter ſe gradibus diſtare, ſed in ſtemmate genealogiæ duas à communi parente generationes ad illos reperiri. Sed operæprecium eſt duplicem eius erroris, qui multis bonis viris obiectus eſt, cauſſam exponere. Nam cùm initio legis Diuinæ de cognatorum connubio ſcri-
B ptum ita generaliter fuiſſet: Ne inter conſanguineos connubium eſto (Nemo homo ad vllam carnis ſuæ propinquam accedat. Leuit. 18.) confeſtim ſibi quærendum exiſtimarunt, quatenus illa ſe conſanguinitas, & propinquitas extenderet: deinde cùm in Iuriſconſultorum libris hæc Vlpiani, aut alterius cuiuſdam ſimillima verba reperiſſent: Inter cognatos & ex tranſuerſo gradu olim quidem vſque ad quartum gradum contrahi matrimonia non poterant. nunc verò ex tertio gradu licet vxo-
C rem ducere: ſtatuerunt in genealogiæ figura graduum numerum à Genarcho ineundum eſſe; vt inter eos demum connubium eſſet, qui ab illo tertio vel quarto gradu remoti eſſent, hoc eſt, inter ſobrinos vel ſobrinorum natos. In quo dupliciter peccarunt, primùm quòd legis Diuinæ exordium indefinitè ſcriptum generaliter acceperunt, & ſuo arbitratu vel produxerunt, vel contraxerunt: nam (vt eruditi complures Theologi monuerunt) generalia illa verba, *inter cognatos connubium ſit*, Deus
D ipſe continuò pòſt interpretatur: & ſingulas perſonas, inter quas connubium interdicit, vel expreſſè ac nominatim recenſet, vel tacita comparatione & analogia demonſtrat: quaſi exordium ita conceptum eſſet: Ne inter cognatos, quorum infrà nomina perſcribentur, cõnubium eſto. Ne quis ad propinquum carnis ſuæ accedat, ex iis ſcilicet, qui mox enumerabuntur. Conſtat autem ſpecialem enumerationem ſub generalibus verbis ſubiunctam eã reſtringere, & quaſi exceptionis vim obtinere, l.
E ſi peculium, 20. D. de manum. teſt. l. ſanctio, 41. D. de pœn. l. ſtipulationes, 53. D. de verb. oblig. In illis autem enumerandis, non à communi parente ducuntur ſtirpes, ſiue binæ lineæ inferiores; ſed vbi liberorum & parentum ordo expoſitus eſt, tum ad obliquum & tranſuerſum fratrum, ſororum, patruorum, auunculorum, fratriſque & ſororis liberorum ordinem proceditur. Alter eorum error ex eo coarguitur, quòd Iuriſconſultorum verba de graduum numero ſic acceperunt, quaſi ad Genarchum refer-
F rentur: cùm apertiſſimè perſonarum, de quarum matrimonio quæritur, inuicem collatio & comparatio fiat: vt in eodem illo Vlpiani loco perſpicuè demonſtratur: quod etiam Greci Theologi viderunt, vt ex Orientali iure intelligitur. Nam ex Alexio Patriarcha hæc figura proponitur:

	Genarchus	
Georgius	FRATRES	*Nicolaus*
Theodote	CONSOBRINI	*Helene*
G *Demetrius*	SOBRINI	*Baſilius*
Theodote.		

Et cùm quæſitum eſſet, an licitæ viderentur nuptiæ inter Baſilium & Theodotem? reſpondetur, idcircò eſſe licitas, quoniam ſeptem inter ſe gradibus diſcrepant: illarum autem Eccleſiarum inſtituto intra ſextum gradum connubium non erat: at Canoni-

ſtarum inſtituto Theodote quarto tantùm diſtaret gradu: quemadmodum ſuperius expoſitum eſt. A Simul eorum arguitur imperitia, qui vulgò ſcriptitant, Iuriſconſultos graduum deſcriptionem ad tutelarum & hereditatum rationem adcommodaſſe: Canoniſtas verò ad matrimoniorum. Ius Canonicum (inquiunt) hoc potiſſimum ſpectat, quæ perſonæ coniugio legitimè iungi poſſint. Itaque Papa in c. ad ſedem, 35. q. 3. ob aliam (inquit) atque aliam cauſſam altera legum, altera cononum fit computatio. In legibus enim ob nihil aliud ipſa graduum mentio facta eſt, niſi propter hereditates, & ſucceſſiones: in B canonibus verò vt apertè monſtretur, vſque ad quotam generationem à conſanguineorum nuptiis ſit abſtinendum. Hac ergo de cauſſa, quia hereditates non poſſunt deferri, niſi de vna ad alteram perſonam; idcircò curauit ſecularis Imperator in ſingulis perſonis, ſingulos perficere gradus: quia verò nuptiæ ſine duabus non valent fieri perſonis, ideò ſacri Canones duas in vno gradu cõſtituêre perſonas. Primùm iam antè demonſtratum eſt, iuris antiqui re- C gulam hanc fuiſſe, vt intra quartum gradum connubium non eſſet, apud Vlp. tit. 6. & Caium, l. 17. §. vlt. D. de rit. nup. & §. fratris, Inſt. de nupt. quinetiam Papia lege ab eodem gradu vſque ad ſextum præmio cognati ad contrahendas nuptias inuitati ſunt: eodem auctore Vlp. tit. 16. Deinde, cui dubium eſſe poteſt, ex iis, quæ de Canoniſtis Orientalibus dicta ſunt, quin ſuas de connubio cognatorum conſtitutiones ad rationem & diſciplinam graduum adcommodarint?

FEVDISTARVM RATIO IN GRADIBVS COGNATIONIS ENVMERANDIS OBITER EXPOSITA.

CAPVT IV.

ALTERAM erroris Canoniſtici cauſſam ex Longobardico feudali inſtituto natam eſſe arbitror. Nam cùm illorum legibus inſtitutum eſſet, vt feuda à primo inueſtito in ipſius liberos ſiue deſcendentes ordine delaberentur, atque ex vna ſtirpe deficiente ad alteram transferrentur: neceſſarium fuit in cognatione & ſtirpibus demonſtrandis, Primum inueſtitum primo & ſummo loco conſtituere, & ſub illo ſtirpes ipſius deſcribere: ac proinde fratres primo collocare gradu, conſobrinos ſecundo: non mutuo inter ipſos reſpectu, ſed ſolius communis parentis, hoc eſt, primi inueſtiti, ad cuius perſonam graduum numerus refertur. Quod cùm ex aliis locis cognoſci poteſt, tum præſertim ex illo loco lib. 2. tit. 31. ſi Vaſſal. feud. priuet. Ad feudi petitionem admittuntur, qui in quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui id adquiſiuit. Quare cùm hoc ius paſſim in Italia vſurparetur, Decretiſtæ, qui hãc vnam & verã computandorũ graduum rationẽ eſſe credebant, eã ad cauſſas matrimoniales contorſerunt, abſurdiſſimo errore, vt ex ſuperiorib. exiſtimari facilè poteſt.

Verùm de hac Feudiſtica graduum enumerandorum ratione, quia copioſè in Diſputatione noſtra Feudali cap. 19. diſſeruimus; atque probauimus Feudiſtas non Tabulam cognationis, ſed genealogiam duntaxat ſibi deſcribendam propoſuiſſe: ex illo loco peti poterunt, quæ ad hunc pertinere videbuntur.

DISPVTATIO DE GRADIBVS ADFINITATIS.

ADFINITATIS DEFINITIO, ET DIVISIONES.

CAPVT I.

ADFINES ſunt (vt Paullus ait) viri & vxoris cognati, l. 4. §. 7. D. de grad. quod ſanè perquàm præciſè & obſcurè ſcriptum videtur. nam cùm adfines ex eo dici ſubiungat, quòd vnus aliquis ex diuerſa cognatione ad fines alterius acceſſit per nuptias, quemadmodum adfines in agris dicuntur ij demum, qui confines agros poſſident, l. pen. D. fin. reg. vicinorum autem vicini inter ſe vicini non ſunt; eodem modo ij demum adfines ſunt, qui per nuptias inter ſe propinqui facti ſunt, vt apud Paullũ ita potius legendum eſſe videatur: Adfines ſunt viro vxoris cognati; viciſſimque adfines ſunt vxori viri cognati. cuius mendi quamplurima quoque apud Paullum irrepſiſſe conſimilia ſuperius demonſtratum eſt. Nam vnius quidem coniugis cognati, alteri adfines ſunt: ac ſicut confinium confines inter ſe cõfines non ſunt, ita neque vtriuſque coniugis cognati inter ſe adfines ſunt: qua de cauſſa mariti filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, licet habeant fratrem ſororémve ex matrimonio inſequenti natos, rectè tamen tamquam nulla inter ſe adfinitate coniuncti matrimonium contrahunt, l. generali, 34. D. de rit. nupt. §. mariti, Inſt. de nupt. multóque magis rectè inter duos fratres ex vna cognatione & duas ex altera cognatione ſorores connubium eſſe intelligitur. Atque hæc quidem de propria nominis ſignificatione dicta ſint: nam interdum Adfinis nomen impropriè & abuſiuè vxori tribuitur, l. non ideo, 5. C. de

D hered. inſt. itémque ſponſo vel ſponſę, l. 8. D. de cond. cauſſ. dat. Nunc adfinitatis definitio videnda eſt. Ergò Adfinitas eſt ius quoddam inter vnum coniugem & alterius cognatos, propter illius coniugij rationem inſtitutum, vel hoc modo: Eſt ius quoddam inter eas perſonas inſtitutum, quarum cognati, cognatę iuſtas inter ſe nuptias contraxerunt. Græci hoc modo: Ἀγχιστεία ἐστὶ οἰκειότης προσώπων ἐκ γάμων ἡμῖν συνημμένων, συγγενείας ἐκτός. id eſt: Neceſſitudo perſonarum nobis E per nuptias ſine cognatione coniunctarum. Dixi, IVSTAS NVPTIAS: quoniam adfinitas per nuptias quidem contrahitur, atque (vt Modeſtinus ait) coniungendę adfinitatis cauſſa eſt ex nuptiis, l. 4. §. 3. D. de grad. ſed quoniam nuptiarum, quæ contra leges contractæ ſunt, ius nullum eſt: aliquanto pòſt idem ſcribit, adfinitatem per nuptias non iuſtas non contrahi, d. l. 4. §. ſciendum. Per adoptionem autem verè propriéque non contrahitur: qua de cauſſa neque patris adoptiui vxor, adoptato, matris; neque hic, illi fi- F lij loco eſt. Filiæ tamen patris adoptiui fit frater, ſed agnationis iure, non adfinitatis; quia in eiuſdem patris familia ſunt, l. 4. §. pen. D. de grad. l. qui in adoptionem, 23. D. de adopt. Et eadem cauſſa per minimã capitis deminutionem adfinitas non tollitur, d. l. 4. §. pen. quo nullum certius proferri ad hoc argumentũ poteſt. nam cùm adoptio iuris ſit ciuilis, ac proinde ius per eam quæſitum per capitis deminutionẽ, quæ ipſa iuris quoque ciuilis eſt, tollatur: ſi per adoptionem adfinitas contraheretur, eadem per capitis deminu-

minutionem vna cum adoptione tolleretur. Itaque A
notandum eſt, Paullum in l.adoptionis, 14.D.de rit.
nup.vbi ſcribit, Neque filium adoptiuum, patris ad-
optiui vxorem,neque patrem adoptiuũ,filij adoptiui
vxorem poſſe ducere: non hanc cauſſam adſcribere,
quia nouerca & nurus ſunt: ſed hoc modo:quia no-
uercæ & nurus locum obtinent. tametſi §. ſequent.
nouercę nomen abuſiuè & impropriè patris adopti-
ui vxori tribuatur.

Porrò diuiſio adfinitatis triplex eſt. Nam diſcipli-
næ cauſſa,&, vt dici ſolet,pingui Minerua,prima ita B
conſtituenda eſt,vt adfinitas alia Accedens,alia Stans
adpelleretur:& Accedens dicatur eorũ,qui per nuptias
ad alienę cognationis fines acceſſerunt:quo in nume
ro ſunt gener,nurus,vitricus,nouerca. Stãs verò eo-
rum,quorũ ad cognationẽ aliquis per nuptias acceſ-
ſit:quoniam ſtare propriè dicuntur ea (vt docet Ma-
crob.) ad quæ fit acceſſio: veluti ſocer,ſocrus; priui-
gnus, priuigna; glos, leuir. Altera diuiſio tripartita
eſt:vt Adfinitas alia ſit deſtinata, alia præſens, alia diſ
ſoluta.Deſtinata eſt, quę nondum quidem contracta C
eſt, ſed mox futura conſiditur:quippe ſponſalibus cõ
tractis. itaque ſponſa patris mei;nouercæ mihi loco
eſt;ſponſa filij mei,nurus,l.ſi qua mihi,12.§.1.D.de ri.
nup. Præſens eſt,quæ vel propter conſtans matrimo-
niu,vel propter ſuperſtites ex eo liberos conſiſtit,l 3.
D.de poſtul.Diſſoluta eſt,quę quondã fuit,ſed eius cõ
iugis,per quem contracta fuerat,atque adeò liberorũ
morte diremta eſt,l.vltim.D.de verb.ſig.§.adfinitatis
Inſt.de nupt. vbi Iuſtinianus diſertè hanc diſſolutam
adpellat.Hinc illud Ciceronis pro Sextio:Ademit Al D
bino ſoceri nomen mors filiæ. Philo de legatione ad
Caium: πενθερὸς ἐγεγένητο αὐτῷ Μάρκος Σιλανὸς, οὗτος τῆς θυ
γατρὸς ἀποθανούσης, ἔτι σώζεσθαι τὴν Γαΐου εὔνοιαν προσφερόμενος,
οὐ πενθεροῦ μᾶλλον, ἢ γνησίου πατρὸς, ᾤετ' ἐνόμιζεν ἀντιλήψεσθαι τῶν
τιμῶν ἰσότητος, μεθαρμοσάμενος τὸν γαμβρὸν εἰς υἱὸν, καὶ γὰρ ἡ θυ-
γατὴρ οὐ πρὸ πολλῶν ἐτεθνήκει χρόνων, ὡς ἀμαιρωθῆναι τὰ δίκαια
τῆς κηδεστίας.id eſt,fuerat ei ſocer M.Silanus:hic poſt ob-
itum filiæ, tamen nõ deſiit generum colere paternis
officiis,ſperans,vt par erat,mutuam beneuolentiam,
tamquã à filio, ignarus quàm inanes fallacéſque ſpes E
foueret:nec enim ita dudum filia defuncta fuerat, vt
adfinitatis iura euaneſcere debuerint,&c.Itẽ aliquan
to pòſt: οὐδὲ ἠλίθιος, οὐδὲ πενθερὸς ὢν ἔτι, τὰ μὴ καθ' ἑαυτὸν περι-
επεριεργάζετο· μὴ συνιεὶς ὅτι τῷ θανάτῳ τῆς θυγατρὸς συναπετεθνήκει,
καὶ ἡ ἐπιγαμίας οἰκειότης. Δεσμοὶ γὰρ οἴκων ὀθνείων αἱ ἐπιγα-
μίαι, τὰ ἀλλότρια εἰς οἰκειότητα συνάγων, οὗ λυθέντος, λέλυται
καὶ τὰ τῆς κοινωνίας, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνεπανορθώτῳ πράγματι, λυ-
θῇ, τελευτῇ τῆς εἰς ἀλλότριον οἶκον, δεδομένης ἐπὶ γάμῳ. hoc eſt:
Hic verò nimis ſimplex, iam ne ſocer quidem, plus
ſatis curioſus fuerat in rebus nihil ad ſe pertinenti- F
bus, non intelligens adfinitatem exſtinſtam cum fi-
lia. Nam connubia externis familiis ſunt pro vincu-
lo:quo ſoluto,ſoluitur & adfinitas,pręſertim quoties
caſus incidit, cui mederi nequeas, interitus elocatæ
in alienam familiam.Hęc Philo Iudæus, in lib.de le-
gat.ad Caium. Verùm Iuriſconſulti etiam adfinitate
diſſoluta, nomen tamen retinuêre,nõ modò quam-
diu ſuperſtites ex matrimonio liberi ſunt,vt apud Ci
ceronem in oratione pro Quinctio:Adfinitas liberis
iſtius viuis diuelli nullo modo poterat, verumetiam G
ſi nulli ex eo matrimonio liberi ſuperſint. itaq.cùm
ſoceri ſocrus, generi nurus, nuptiis interdicunt, aut
vitrici nouercæ, priuigni priuignæ, clauſulam hanc
adſcribunt: Quod ita ſcilicet accipi debet,ſi fuit nu-
rus aut priuigna tua, d. §.adfinitatis, Iuſtit. de nupt.
& aliis locis, non ſimpliciter traditur, ſoceri ſo-
ctus nuptiis interdici, ſed adiecta nota QVON-
DAM: hoc modo, quondam ſoceri, quondam ſo-
crus, &c. l. vxorem,15. D de rit.nupt. Tertia diuiſio
eſt: vt Adfinitas alia verè propriéque dicatur, alia
quodammodo & impropriè atque abuſiuè nomine-
tur. Vera eſt (vt iam ſuperius dictum eſt) quæ inter
vnius coniugis cognatos & alteram coniugem con-
tracta eſt, eáque per cognatorum nuptias conci-
liatur. At Quaſi adfinitas ſiue ficta adfinitas eſt,
quæ vel per ſponſalia vel per adoptiuorum, aut re-
pudiatorum aut adfinium nuptias quæritur. Per
ſponſalia contrahi non veram adfinitatem, ſed
quaſi adfinitatem, patet ex l. ſi qua mihi, 12. l. ad-
optiuus, 14.D.de ritu nuptiar. l.6.l.8.D.de gradibus,
§. ſed ſi vxor,9. Inſtitut.de nupt. Adoptiuorum, vel-
uti cùm adoptiui filij vxor,nurus;patris adoptiui v-
xor, nouerca nominatur, l.adoptiuus,14. in princip.
& 5. videamus, de rit. nupt. Repudiatorum, veluti
cùm dimiſſa vxor ex altero matrimonio liberos ſuſ-
cipit, d.l.ſi qua mihi,§.1.& §.ſed ſi vxor,Inſt.de nupt.
Adfinium, veluti cùm Papinianus ait, vxorem quõ-
dam priuigni, aut nouercam eius, qui priuignæ ma
ritus fuit, duci non licere, d. l.vxorem,15. D.de ritu
nupt.cui etiam addendi ſunt, maritus quondam pri-
uignæ, aut quondam ſocrus,aut qnondam nurus. i-
témque vxor quondam vitrici,aut quondam generi,
aut quondam ſoceri. Ex quo ſequitur hæc obſerua-
tio:vt coniugis meæ cognatus mihi propriè adfinis
ſit; at adfinis mei coniux mihi quaſi adfinis,ſiue quo
dãmodò impropriè & abuſiuè adfinis ſit:ſicuti Ter-
tullianus ait inter VERE & QVODAMMO-
DO multum intereſſe. Quemadmodum autem vi-
cinus mei vicini, vicinus meus non eſt; ſocius mei
ſocij, ſocius meus non eſt; eodem modo adfinis
mei adfinis,meus adfinis non eſt; quippe cùm etiam
adfinis mei cognati, adfinis meus non ſit: veluti ſo-
ror eius quæ fratri meo nupſit, fratri meo adfinis eſt,
mihi adfinis non eſt: viciſsímque cognatus mei ad-
finis,mihi adfinis non eſt: vt ex eodem exemplo cõ-
gnoſci licet. atque ita interdum accidit, vt cognatus
mei cognati mihi cognatus non ſit. nam qui fratri
meo conſanguineo frater vterinus eſt, mihi cogna-
tus non eſt, l. vltim. §. ſecundo gradu, D. de gradib.
Sequitur regula: Per eas demum perſonas adfinita-
tem contrahi, per quas iuſtæ nuptiæ contrahuntur,
d.l.4.§.ſciendum,D.de grad. Nuptiarum enim effe-
ctus, & quaſi fructus quidam eſt adfinitas.Quare ad
ea quæ de iure nuptiarum ſuperius tractata ſunt, to-
ta hæc diſputatio referenda eſt. Tantùm videamus,
écquęnam inter cognationem & adfinitatem vel cõ
munio,vel differentia ſit. Ergo vtraque definitur Ne
ceſſitudo,ſiue, vt Græci dicunt, οἰκειότης & perſonarũ
quædam vna in domo familiáque communio: pro-
pter quam certæ perſonę tum à nuptiis, tum à teſti-
moniis arceantur, vt ſuo loco docuimus;& eędem ad
ſollemne familiæ conuiuium, atque oſculum adhi-
beantur.Vtraque,ſi modò cognatio ficta per adoptio-
nem non ſit, iuris naturalis eſt,neque per capitis de-
minutionem amittitur,vt ſuperius dictum eſt. Diffe
rentia verò eſt huiuſmodi: Cognatio eſt neceſſitudo
per ſanguinis communionẽ contracta: adfinitas ve-
rò per iuſtas nuptias & ſponſalia.Itaque cognati na-
ſcuntur,adfines verò fiunt.Cognatio ciuilis per ado-
ptionẽ conciliatur: adfinitas niſi ficta & adumbrata
non adquiritur. propter cognationẽ hereditates de-
feruntur lege:propter adfinitatem non deferuntur,
l.2.l.adfinitatis,7.C.commun.de ſucceſſ.

DE TABVLA ADFINITATIS TAM STANTIS QVAM ACCEDENTIS.

CAPVT II.

HOc loco deinceps illa ſequitur conſideratio: An vt cognationis, ſic etiam adfinitatis thema quoddam & tabula deſcribi poſſit. Gradus quidē adfinitatis nullos eſſe Modeſtinus adfirmat in l.4.§.grad',D.de grad.partim quia gradus à Iuſtiniano definiuntur,quos vnaquęque efficit generatio.§.hactenus.de gradib. Adfines autem alij ex aliis non generantur:partim quoniam eorum demum gradus eſſe dicuntur,inter quos ordinis prærogatiua quędā eſt.Inter adfines autē nulla eiuſmodi prærogatiua eſſe intelligitur; nā adfinitatis iure nullam ſucceſſionem deferri cōſtat.l.3.l.adfinitatis, 7.C. commun.de ſucceſſ.niſi fortè fideicōmiſſum familiæ relictum fuerit:nam eo nomine gener & nurus, filia filióque mortuo,continentur.l.vlt.D. de verb.ſignif. Itaque cùm tā accuratè Iuriſconſulti ſingulos cognationis gradus, eorúmq; perſonas enumerarint: nuſquam tamen adfinitatis tabulæ, aut deſcriptionis vllius mentionem in eorū libris animaduertimus. Sed videamus ne probabilior contraria ſententia ſit: primùm, quia Iuriſconſulti non modò adfines alios parentum, alios liberorum, alios fratrum, ſororúmque numerum obtinere dicunt.l.4.§.his itaq; D. de grad. verumetiā adfines alios adſcendētes faciunt,alios deſcendentes,alios à latere: quod ſummopere notandū eſt.l.vlt.D.de rit.nupt. Deinde,quia quamuis adfines alij ex aliis nō generātur, tamen generari finguntur, vt ex quaſi parentū, & quaſi liberorū nominibus intelligitur.Itaque quāuis ordinis prærogatiua in hereditatum ſucceſſionibus nulla ſit,tamē in limite directo gradus apertè obſeruātur,vt cùm ſurſum verſum patris vxor prima,tum aui,tum proaui numeratur & deorſum verſum vxor filij,tum nepotis,itémq; pronepotis.l.adoptiuus,14.§.pen.& vlt.D.de rit.nupt.Itaq; Paullus in l.vlt.D.de grad.Iuriſcōſultus, inquit, cognatorum gradus & adfiniū noſſe debet;vt mihi quidem minimè dubitandum videatur, quin etiā adfinitatis tabula cōmodè deſcribi ad exēplum tabulæ cognationis poſſit,qualem in veteri noſtra Diſputatione de grad.adfinitatis videre licet. Ad eā autē intelligendā pauca hæc præcepta neceſſaria ſunt. Primùm huiuſmodi: Ad cognitionē tabulę adfinitatis,tabula cognationis ſemper adhibenda eſt,vt qui quęúe cum Titio Titiáve matrimoniū contraxit,adfinis reliquorū omnium dicatur:viciſſimq; hi,adfines illi: veluti, ponatur Titia (cuius imagunculā in themate adfinximus) eſſe Terentia,ſupráq; ipſam & infra,& à lateribus ponantur Terentiæ cognati.ſi M.Tullius matrimonium cum illa contrahat,adfinis accedēs Terētiis illis dicetur, viciſſimq; hi, adfines ſtantes M. Tullij. Sequitur ſecundum: In adfinitatis tabula neceſſariò duo ſunt nominum genera, quædam expreſſa & ſuis locis deſcripta:quædā intellecta,quæ ſub Caij & Caiæ perſona latent,& cum illis expreſſis reſpectum ac rationem habent.Nam Caius & Caia,quorum in tabula adfinitatis imaginem deſcripſimus, ſuſtinēt occulta nomina eorum, qui tùm ad ſuperiores, tùm ad inferiores referūtur.reſpectu enim ſoceri,ſocrus, vocantur gener,nurus:reſpectu priuigni, priuignæ; vocantur vitricus,nouerca:ſocer,ſocrus,proſocer, proſocrus expreſſa ſunt in hac tabula nomina ſuprà Caij & Caiæ imaginem. At qui infrà expreſſi ſunt: priuignus priuigna nequaquam ad eos referendi ſunt: (A) quoniam inter ſocerum & priuignum relatio nulla eſt. Caius igitur ſoceri ſocrúſve reſpectu dicetur gener, Caia verò nurus. Eodem modo priuignus priuigna, expreſſa quidem ſunt infrà Caiam & Caium nomina, ſed nequaquam ad ſocerum, vel ſocrū, qui ſup.expreſſi ſunt,referuntur:verùm ad Caium & Caiam dumtaxat, qui inferiorum reſpectu vitricus & nouerca nominantur.

(B) DE TRIPLICI IVRE ADFINITATIS, EX IVRE CIVILI Roman.

CAPVT III.

SEquitur vt de adfinitatis iure videamus, quod triplex eſſe animaduerto: nam primum & ſummum eſt, vt per adfinitatem quaſi cognatio quædam concilietur, atque vt qui vni coniugi verè cognati ſunt, alteri coniugi quodammodo cognati eſſe videantur; veluti, vt (C) qui vxoris verè pater eſt,nimirum ſocer,is viro quaſi pater ſit,ſiue parentis loco,l.quia parētis, D.ſol. matr. item, qui vxori verè filius eſt, nimirū priuignus, viro quaſi filius ſit: viciſſimque hic illi parētis.quod eodem modo de ceteris intelligitur, vt parentum locum obtineant, ſocer, ſocrus, proſocer, proſocrus: itē vitricus,nouerca, prouitricus, pronouerca. Liberorum autem gener,nurus,progener,pronurus:item priuignus, priuigna, propriuignus, propriuigna. §. adfinitatis,§.ſocrum,Inſt. de nupt. l.ariſto, D. de rit. (D) nupt. Hinc Vitricus priuignæ marito, apud Ouid. lib. de Pont.

Nam tibi quæ coniunx, eadem mihi filia penè eſt:
Et quæ te generum, me vocat illa virum.

Spartianus in Seuero: Qui nouercam, matrem quinimò,in cuius ſinu Getam filium eius occiderat, vxorē duxit.Et in Caracalla:Matrem enim (non alio dicenda erat nomine) duxit vxorem: ad parricidium iūxit inceſtum, ſiquidem eam matrimonio ſociauit, cuius filium nuper occiderat. Capitolinus in Anto- (E) nin. Pio: Pius cognominatus eſt à ſenatu: vel quòd ſocerum feſſa iam ætate manu præſente ſocero leuauerit: quod quidem non ſatis magnæ pietatis eſt argumentum,cùm impius ſit magis, qui iſta nō faciat, quàm pius qui debitum reddat.Plin.lib.7.c.13.Nurus generóſq; & omnes qui ſe patris adpellatione ſalutarent.Similitérq; à latere, qui vni coniugi frater eſt, alteri quaſi frater dicitur;& quæ vni ſoror,apud alterum quaſi ſororis locum obtinet.Ex quo vſuuenit,vt adfinium æquè ferè vt cognatorū vna domus & qua- (F) ſi familia eſſe videatur.Tacit.lib.1.Exemplo D.Auguſti,qui ſororis filium Marcellum,dein generū Agrippam,mox nepotes ſuos,poſtremò Tiberium Neronē priuignum in proximo ſibi faſtigio collocauit. Sed Auguſtus in domo ſibi ſucceſſorem quæſiuit, ego in Repub.Hinc vetus inſtitutum de oſculo cognatis ferendo,etiam ad adfines productū eſt. Arnob.aduerſ. gent.Adfinibus & propinquis oſculari eas ius eſt, vt ſobrias comprobent atq; abſtemias eſſe.Hinc ad ſollēne propinquorum conuiuiū adhiberi ſolitos adfi- (G) nes Val.lib.3.teſtatur.Cōuiuium,inquit, ſollēne maiores inſtituerunt,idque Chariſtia vocarunt:cui pręter cognatos & adfines, nemo interponebatur; qua de cauſſa teſtium qui de domo educuntur, nomine non dubitarem adfines contineri, l. pen. D.de teſtib. neque modò qui in directo limite ſunt, quos recēſet Paullus in l.4.D.eod.& Vlp.in Collect.c. 9. verūetiā eos,quos adfinitatis nomine demonſtrauimus, comprehen-

prchendi. Iuſtinianus autẽ certis in caſibus, nimirum in fideicõmiſſaria ſubſtitutione, pro ſuo iure, id eſt, pro imperio ſtatuit, vt familiæ adpellatione gener tãtùm & nurus contineantur, idque poſt filij & filiæ mortem dumtaxat. l. vlt. C. de verb. ſignif. Secundum adfinitatis ius eſt in teſtimoniis. nam lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur; ne inuito genero teſtimonium denuncietur aduerſus ſocerum, ſoceróve aduerſus generũ: néve vitrico aduerſus priuignũ, aut priuigno aduerſus vitricũ. l. 4. D. de teſt. l. vlt. in prin. D. de grad. Tertiũ eſt in nuptiis, vt quemadmodũ ꝓpter cognationem, ita propter adfinitatẽ nuptię quędã interdicantur; ac duobus quidẽ præceptis, totũ illud ius continetur: quorũ prius eſt huiuſmodi: Inter eas perſonas quę propter adfinitatem, parẽtum liberorúmve locum obtinent, nuptię in infinitum interdictæ ſunt. nam, vt ait Paullus, inter adſcendentes & deſcendentes adfines, non modò iure ciuili cõnubiũ non eſt, verumetiam inceſtũ cõmittitur. l. adoptiuus, 14. §. pen. & §. vlt. & l. vlt. D. de rit. nup. Adſcendentiũ autẽ & deſcendẽtium adfinitatem intelligimus non præſentem, conſtanti ſcilicet matrimonio, ſed deſtinatam tantùm, aut diſſolutam: nam præſentis adfinitatis, veluti nouercæ & priuigni, ſocrus & generi cõnubium iure communi impeditur, quo binæ nuptiæ prohibentur. §. adfinitatis, Inſt. de nupt. Inſtantis ergo & deſtinatæ adfinitatis matrimonium idcircò prohiberi dicimus, quia neque patris neque filij ſponſam diſſolutis ſponſalibus licet vxorem ducere: quamuis enim propriè nouerca vel nurus non ſit, tamen quia iam per ſponſalia ſperatum matris filiæque nomẽ vſurparunt, honeſtatis cauſſa eæ nuptiæ prohibentur. l. ſi qua mihi, 12. §. 1. D. de rit. nupt. adeò vt ne eius quidem mulieris matrẽ, quam ſponſam habui, diremtis ſponſalibus ducere mihi vxorẽ liceat: quippe, inquit Paullus, quæ iam ſocrus fuerit, hoc eſt, ſperatum ſocrus nomen anticiparit, d. l. adoptiuus, in fi. D. de rit. nupt. quod eodẽ modo ſtatuendum eſſe, de mulieris eius filia, quæ mihi deſpõſa fuerat, analogiæ ratio demonſtrat: quia videlicet priuigna mihi quodãmodo eſſe cœperit. Diſſolutæ autẽ adfinitatis matrimoniũ idcircò prohibetur, quia vetus parentum liberorúmque nominis reuerẽtia etiam adfinitate diremta manet. quapropter eius, qui ſocer, aut vitricus, quęúe ſocrus aut nouerca fuit, matrimonium iure ciuili inceſtũ perhibetur. §. adfinitatis, Inſt. de nupt. l. adoptiuus 14. in fi. & l. vlt. D. de rit. nupt. Quinetiã huius veteris reuerẽtiæ tanta ratio habetur, vt etiã in fictam adfinitatẽ valeat, hoc eſt, eã quæ non per cognatorum, ſed per adoptiuorum, vel adfinium nuptias cõtracta eſt. Adoptiuorũ, veluti, cùm patris adoptiui vxor, quaſi nouerca; filij adoptiui vxor, tãquam nurus duci vxores prohibentur. d. l. 14. de rit. nupt. de quibus ſup. ſuo loco diximus. Adfiniũ, veluti cùm neq; vxorẽ quondam priuigni vitrico ducere permittitur, neque nouercam ei, qui priuignę maritus fuit, l. vxorem, 15. D. de rit. nupt. ac proinde pari eádémque ratione, neque quondam generi vxorem ſocero ducere licebit, neq; genero vxorem quondam ſoceri. viciſsímque, neque quondam ſocrus marito nubere, quõdam nurus poterit; neque quondam nurus marito, nouerca. Atque hoc quidem in limite directo ius fuit, etiam in infinitum; quemadmodum ſuperius demonſtratum eſt. Itaque neque cum priuignæ filia vel nepte connubium eſſe poteſt. l. ariſto, 40. D. de rit. nupt. neque eodem argumẽto & analogia, cum vitrici aut nouercæ matre vel auia, l. adoptiuus, 14. §. vlt. D. eod. l. 4. §.

A hoc itaque, D. de grad. l. nemini, 17. C. de nupt. Deinceps de iis perſonis, quæ à latere, ſunt videamus: hoc eſt, de iis, qui quæúe fratrũ ſororum, patruorũ, auunculorum, amitarum & materterarũ locum obtinent: qui locus ſanè obſcurus, & difficultate nõ exigua implicatꝰ eſt. Nã cùm Dionyſ. Halic. Tarquinij Superbi matrimoniũ cũ defuncti fratris Aruntis vxore ἀνόσιον γάμον adpellet, Cõſtantinus tamẽ & Conſtãs in l. 2. C. TH. de inceſt. nupt. ita ſcribũt: Etſi licitũ veteres crediderunt nuptiis B fratris ſolutis ducere fratris vxorẽ, licitum etiam poſt mortẽ mulieris aut diuortiũ, cõtrahere cum eiuſdẽ ſorore cõiugium, &c. Quinetiam Plutarchus vitam M. Craſſi ſcribere exorſus, adfirmat eum fratris defuncti vxorẽ in matrimonio habuiſſe. Præterèa cùm apud veteres Iuriſc. iis in locis, quibus interdicta propter adfinitatẽ matrimonia recenſentur, nullius omninò perſonę mẽtio fiat, niſi nouercę, ſocrus, priuignæ & nurus: tamẽ in d. l. memini, C. de nupt. (quæ delibata eſt ex longiore cõſtitutione, nuper C in Collectaneis reperta) ita ſcriptũ exſtat: Itémq; ex adfinibus priuigna, nouerca, nuru, ſocru, ceteríſque quæ iure antiquo prohibentur. Quare probabile eſt, variam & incertam illius iuris rationẽ antè Conſtantij & Conſtantis legem fuiſſe; quam ſi ad certam normam ac formulam reuocare volumus, commodiſſimam hanc viã eſſe arbitror, & ad æquitatis ciuilis normam adcommodatiſſimam, vt generaliter de adfinibus ita ſtatuamus: Quia quo quiſque cognationis nomine, ab vno coniuge verè adpellatur, eodẽ ab D altero coniuge impropriè vocatur: quod in cognatorum, idem etiam adfinium cõnubiis videri ius debet. Ac de directo quidem ordine iam expeditũ eſt. Quia ſocer meus ab vxore mea verè pater adpellatur, quaſi pater à me nominabitur; parẽtis enim mihi loco eſt. l. quia parentis, D. ſol. mat. viciſſimque gener meus, quoniam ipſius vxor verè mihi filia eſt, mihi quaſi filius dicetur: quod eodẽ modo de ſocru & nuru per ſe facilè intellectu eſt. Vitricus meus, quia vxor ipſius mihi verè mater eſt, mihi quaſi pater dicetur. Nouer- E ca mea, quia maritus ipſius mihi verè pater eſt, mihi quaſi mater vocabitur. Priuignus meus, quia vxori meæ verè filius eſt, mihi filij erit loco. nam mulier etiam ita loquitur: Priuignus meus quia marito meo verè filius eſt, mihi filij loco eſt: quod eodem modo de priuigna per ſe intelligitur. Pergamus iam ad eos qui à latere ſunt. Nam cùm Conſtantius & Conſtans fratris defuncti vxorẽ, itémque ſororis defunctæ maritum accipi in matrimoniũ nominatim prohibeãt, l. 5. l. pen. & l. vlt. C. de inceſt. nupt. non dubitandum F arbitror, quin cùm eadem in aliis omnibus ratio ſit, idem quoque de iis ius ſtatui oporteat: præſertim cũ Imp. Zeno in d. l. vlt. hæc verba ſubiunxerit: AVT VT ALIA EIVSMODI COMMITTERENTVR. Poſita igitur receptáque ſuperiore regula, ita per ſingulas perſonas progrediemur. Leuir meus (inquiet mulier de ſui mariti fratre) quia marito meo verè frater eſt, mihi quoque quaſi frater eſt: ac proinde ab ipſius matrimonio abſtinebo. Glori meæ (dicet aliquis de fratris vxore) quia marito ipſius verè frater ſum, quaſi G frater nominabor; atque idcirco à meis illa tamquã à fratris nuptiis abſtinebit: nam qua lege vir ab vxoris ſorore abſtinere iubetur, eadem propter analogiæ rationem, ſoror à ſororis marito arceri intelligitur: & qua lege frater à fratris vxore prohibetur, eadem lege vi ipſa comparationis vxor à viri fratre prohiberi intelligitur: vt iam hæc fingi, deſcribíque tabula poſſe videatur.

Matrimonia interdicta ſunt cum { *Viri fratre.* *Fratris vxore.* / *Vxoris ſorore.* *Sororis viro.*

Eſt enim regula iuris, æquitati naturali conſentanea, vt in pari cognationis & neceſſitudinis gradu, par idémque ius ſtatuatur, quaſi quæ perſonæ in verbis legis omiſſæ ſunt, eæ legis ſententia tacitè cõprehendi intelligantur. l.3. & l.4. D. de parricid. Eò accedit, quòd cùm per adoptioné multo minor, quàm per adfinitatem neceſſitudo cõtrahatur, quoniã illa ciuilis & ficta, hęc naturalis & vera eſt, tamen, fraternitas per illã quæſita, nuptias impedit. l. qui in adoptioné, 23. in fi. D. de adopt. l. per adoptioné, 17. D. de rit. nupt. l. ſi ſtipuler, 35. D. de verb. obl. §. 4. Inſt. de nupt. Nunc conſequẽs eſt, vt de patrui, auunculi vxore; amitæ, materteræ, marito; viciſsímque de fratris ſororíſue filij vxore, aut eorumdé filiæ marito diſſeramus. Quãquã eorum certè nullã ne minimã quidẽ in libris noſtris mentioné reperio. quinimò inuenio ab aliis obſeruatũ Ciceronis locũ in lib. de Diuinat. 1. vbi ſcribit, Cæciliam quandã materterę quondã ſuæ marito nupſiſſe: quod etiam Val. Maximus lib. 1. cap. 5. cõmemorat. Sed videamus ne ſatis tutum non ſit, ius nuptiarũ ex ciuium Romanorum exẽplis ęſtimare, velut ex illo quod Strabo lib. 11. Plutarch⁹ in Catone Vtic. & Tertull. in Apologet. teſtantur, Catoné Hortenſio vxoré ſuã ad liberos procreandos cõmodaſſe. Primùm, quoniã iuris analogia ex minorum cõparatione huic ſententię aduerſatur. Nam cùm per adoptioné ficta tantùm & ciuilis & adũbrata neceſſitudo quęratur; per adfinitaté auté vera, ſolida, & naturalis: tamen videmus inceſtas dici nuptias, ſi quis patris adoptiui ſororé conſanguineam, id eſt, amitam adoptiuã duxerit. l. per adoptioné, 17. l. ſi qua mihi, 12. in fi. D. de rit. nupt. atque adeò ſi patris adoptiui amitã. d. l. per adoptionem, §. vlt. Viciſsímque ex contrario, ſi quis fratris adoptiui filiam duxerit. d. l. quinetiam, §. 1. & d. l. per adoptionem, §. vlt. D. de rit. nupt. Sed ne aliunde quàm ex fundamento ſuperius à nobis poſito argumenta conquiramus, quẽadmodum patris mei vxor (id eſt nouerca) mihi quaſi mater eſt: atq; idcircò ab eius matrimonio prohibeor: ita, quia patrui mei vxor mihi quaſi amita eſt, conſentaneũ eſt ab eius me nuptiis abſtinere: itémque ab auunculi mei vxore, quia mihi quaſi matertera eſt: viciſsímq; mulier ſic dicet, quoniam amitę meæ maritus, mihi quaſi patruus eſt, ab eius coniugio prohibeor: Itẽ, quoniam materteræ meę maritus mihi quaſi auũculus eſt, ab eius nuptiis abſtinebo: qua naturalis honeſtatis regula illa virgo, Cęcilię ſororis filia (de qua ſuperius dicebamus) à Metelli nuptiis arcebatur: vt iam hanc ad ſuperioris exemplum tabulam deſcribere liceat:

Matrimonia interdicta ſunt cum
- *Patrui* / *Auunculi* } *vxore*
- *Amitæ* / *Materteræ* } *marito*
- *Fratris* / *Filij vel nepotis* } *vxore*
- *Fratris* / *Filia vel nepotis* } *marito*
- *Sororis filij* / *vel nepotis* } *vxore*
- *Sororis filia* / *vel neptis* } *marito*

totúmque hunc de adfinitate locum ita concludere, A vt quibus in cognationis gradibus connubium non eſt, in iiſdem etiam adfinitatis gradibus non eſſe intelligatur; quaſi vir & vxor vna eadémque perſona, & (vt Scriptura loquitur) vna, eadémque caro cẽſeantur, ac proinde vno, eodémque gradu ſint: & quibus in locis Conſobrinorũ nuptiæ ex Theodoſij lege interdictæ ſunt, in iis etiã vxoris quondã cõſobrini, aut mariti quondam conſobrinę interdictæ intelligãtur. ídque ius video quoque legibus Frãcicis antiquis inſtitutũ his verbis: De inceſtis cõiũctionibus hoc pręcipitur, vt nullus deinceps B propinquã, nec quã propinquus habuerit vxorem ducat in cõiugio: & vxoris parẽtela ita ſit viro ſicut propria parẽtela. quod caput inter Pipini leges reperitur. Inter Hérici, verò, caput hoc exſtat: vt quicũque ſeu in legitima ætate ſiue infra legitimã ætaté vxoré duxerit, vel deſponſauerit, ſi morte præuẽt⁹ fuerit, nulli propinquorũ ſuorũ liceat viduã vel deſpõſatã ipſius vxoré ducere. Atq; hoc ius videmus ab Oriẽtalibus Canoniſtis nõ modò obſeruatũ eſſe, verùm etiã amplificatũ, tantũ quod nuptiarum C prohibitioné inter cognatos vſque ad ſeptimũ gradũ produxerunt, inter adfines verò & quaſi adfines, vſque ad ſextũ duntaxat: vt ex libris iuris Orientalis in Siſinnij, & Michaëlis, & Baſilij Actideni, & Nicolai, & Demetrij Chomateni ſcriptis licet cognoſci, ceteróqui tã ineptis & abſurdis, vt cordato lectori nauſeam moueãt. Ὅτι δὲ λόγος (inquit Siſinnius lib. 1.) γέγονέ ποτε παρὰ τῷ βασιλικῷ βήματι περὶ τοῦ εἰ δύναται ὁ αὐτὸς καὶ εἰς δύο δευτέρας ἐξαδέλφας λαμβάνειν κατὰ λόγον γάμου, ὡς δῆθεν εἰς ἕβδομον ἐξ ἀγχιστείας βαθμὸν ἀναγομένου τοῦ D συναλλάγματος, ἀπελύθη πρόσταγμα τοῦ κράτους καὶ ἄνωθεν ἡμῶν βασιλέως μὴ γίνεσθαι πότε τοῦτο διοριζόμενον. διὰ τὸ εἰς ἕνα βαθμὸν λογίζεσθαι τὸν ἄνδρα κατὰ τῆς γυναικὸς, καὶ κατάγειν τὸ συνάλλαγμα εἰς ἕκτον βαθμὸν ἐξ ἀγχιστείας. Id eſt, quod aliquando verba facta ſũt apud Imperatoris tribunal, quęſitúmque an vnus idémque poſſet duas ſecundas cõſobrinas (id eſt, vxoris ſuę ſobrinam) ritè in matrimonium accipere, quaſi ad ſeptimũ vſque adfinitatis gradũ ea conuentio producatur: edita eſt Imperatoris noſtri cõſtitutio, ſanciens ne id fieri liceret, quoniam vir & E vxor vno eodémque gradu cenſentur, hæc auté conuentio in ſextum adfinitatis gradum incurrit. Item Nicolaus lib. 2. κεκώλυκεν ἡ ἐκκλησία, inquit Nicolaus, τὸν αὐτὸν καὶ ἵνα δευτέρας ἐξαδέλφας λαμβάνειν. οὐ γὰρ ἕβδομος ἐξ ἀγχιστείας, ὡς οἴονταί τινες, συνάγεται βαθμὸς, ἀλλ᾽ ἕκτος. διὰ τὸ εἰς ἕνα βαθμὸν λογίζεσθαι τὸν ἄνδρα κατὰ τῆς γυναικός. id eſt: Prohibuit Eccleſia ne vnus idémque ſecũdas cõſobrinas (hoc eſt ſobrinas, vel potius vxoris ſuæ ſobrinam) in vxoré accipiat: neque enim ille ſeptimus eſt, vt quidam putant, adfinitatis gradus, ſed ſextus, quippe cũ F vir & vxor vno eodémque gradu cenſeantur.

DE QVASI ADFINITATE: EX IVRE CIVILI ROM.

CAPVT IIII.

SVPEREST alter locus, de quaſi adfinitate: quæ duplex eſt: prior per nouas quondã adfinium nuptias contrahitur: vt ſuperius diximus, adfinis quondã mei coniugem mihi G quaſi & abuſiuè adfinem dici. quamquam diſputari contrà hoc modo poſſet: cùm in iure noſtro abſurdum ſit, acceſſionem ex acceſſione producere, ſicut apud Philoſophos accidens ex accidente, l. heres, 51. §. vlt. D. de hered. petit. l. videmus, 13. D. de vſur. qua de cauſſa neque ſeruitus ſeruitutis conſtitui poteſt. l.

teſt,l.1.D.de vſufr. neque vſuræ vſurarum, l.placuit, 13.D.de vſur. neque commoda commodorum, l.2.§. ſi indemnitas, D.de admin. ad ciuit. abſurdum quoque videri, adfinitatem ex adfinitate conſtitui, vt prior adfinitas per cognati, ſecunda per adfinis nuptias contrahatur, pręſertim cùm iſta ratione produci res in infinitum poſſet; quod etiam apud Canoniſtas vſuuenit, qui tertium adfinitatis genus, ſeu potius ordinem abſurdiſſimè commenti ſunt, per nouas nuptias veteris coniugis, vt poſterius ſuo loco demonſtrabimus. Mouet me tamen Papiniani auctoritas, qui in l. vxorem, 15. D.de rit. nupt. ſcribit, Connubium non eſſe cum quondam priuignæ marito; ex quo, vt ſuperius diximus, pari ratione per analogiam ſequitur, vt nec connubium ſit cum noua quondam vitrici vxore, aut nouo quondam nouercæ marito, ſimiliterque cum noua quondam generi ſocerìve vxore, aut cum nouo quondam nurus ſocrúſve marito. Cuius iuris æquitas & ratio hęc videtur, quaſi cùm vir & vxor vna perſona cenſeantur, coniunx mei adfinis mihi adfinis eſſe videatur: ac proinde à cuius nuptiis vnus coniugum propter veram adfinitatem arceatur, etiam alter propter fictam arceatur: vtpote cùm non modò verè adfines quaſi parentum, aut quaſi liberorum nomen obtineant, verùm etiam quaſi adfines; ob eámque cauſſam à cuius adfinis nuptiis abſtinendum eſt, etiam ab eiuſdem adfinis coniugis matrimonio ſit abſtinendum: quod ſi admittatur, grauis exoritur quæſtio de gradibus obliquis; veluti, an vt quondam fratris vxorem ducere non licet, ſic nec vxoris fratris quondam ſororem ducere liceat? vel planius hoc modo: An vxore mea defuncta, mihi liceat fratris ipſius defuncti vxorem ducere? Item, an vt à fratris mei mortui vxore mihi abſtinendum eſt, ſic huius marito nouo à mea ſorore, aut reliquis cognatis meis abſtinendum ſit? Item, an vt quondam mariti fratri nubere non licet; ſic nec quondam mariti ſororis quondam marito nubere liceat? id eſt, an me defuncto, liceret meæ vxori, ſororis meæ defunctæ marito nubere? Exemplum hoc eſto: Auguſtus Cæſar filiã ſuam Iuliam Marcello adoleſcenti Octauiæ ſororis ſuæ filio, id eſt Iuliæ conſobrino collocauit: mortuo Marcello quæritur, an fas ſit eandem collocare Agrippę, quondam Marcellæ marito, illius Marcelli ſororis. Nam Suetonius & Plutarchus id ab illis factũ memoriæ prodiderunt. Mouet me ſanè Papiniani auctoritas, quæ propter pudoris & honeſtatis rationẽ etiam in obliquis caſib. valere, atque ad eos ꝑduci poſſe videtur. Eò accedit peruulgata regula, vt vir & vxor eadẽ perſona cenſeantur. quod ſi admittatur, tum ita definiendũ erit, vt vir quidẽ ita loquatur:

Matrimonium mihi interdictũ eſt cum quondam
- *Sororij vxore, hoc eſt, cum ſecunda vxore mariti meæ ſororis.*
- *Profratris vxore, hoc eſt, vxore quõdam fratris defunctæ meæ vxoris.*
- *Amitæ vel materteræ mariti vxore.*
- *Fratris filiæ vel neptis mariti vxore.*
- *Sororis filiæ vel neptis mariti vxore.*

Mulier autem hoc modo:

Mihi matrimonium interdictũ eſt cum quondam
- *Fratriæ marito: hoc eſt, ſecundo marito vxoris defunctæ mei fratris.*
- *Gloris marito, hoc eſt, marito quondam ſororis defunctæ mei mariti.*
- *Patrui vel auunculi vxoris viro.*
- *Fratris filij vel nepotis vxoris viro.*
- *Sororis filij vel nepotis vxoris viro.*


A Sed quoniam ius iſtud communis vita repudiauit, atque adeò Canoniſtæ quondam amplexi poſteà reiecerunt, probabilius videtur ita ſtatuere, quemadmodum vulgò dicimus, in contractu mutui, quædam eſſe ſingularia, l.ſingularia, D.ſi cert.pet. eodem modo propter pudoris & honeſtatis rationem, quæ in nuptiis dominatur, ius iſtud ſingulare in directo tramite, ſecundùm Papiniani ſententiam, obſeruandum eſſe: in obliquis verò regulam illam retinendã, B vt neque acceſſio ex acceſſione, neq. adfinitas ex adfinitate producatur. Proximum eſt, vt de altero quaſi adfinitatis genere videamus: cùm propter viri & xoris coniugium, ipſorum cognati adfines adpellantur: velut apud Ciceronem in Bruto, vbi conſoceros adfines facit. Nam de P. Craſſo loquens, Cum ſummo, inquit, oratore illo Ser. Galba, cuius Caio filio filiam ſuam collocauerat, adfinitate ſeſe deuinxerat. Sed & multo alienius in Orat. poſt reditum: Tu me adfinem tuum conſtrictum inimicis Reip. tradidiſti. C Cauſſæ autem huius adfinitatis videntur eſſe liberi ex illo matrimonio ſuſcepti, qui alteris cognati, alteris adgnati ſunt: veluti, Q. Ciceronis filio ex T. Pomponij ſorore ſuſcepto Marcus erat patruus, Pomponius auunculus. Vnde illud feſtiuũ lib.epiſt.5. Quod ſcribis, libenter repulſam tuliſſe eum qui cum ſororis tuæ filij patruo certaret, magni amoris ſignum.

DE QVASI ADFINITATE EX IVRE ORIENTALI.

D


CAPVT V.

VErum hęc quidem, vt dixi, vulgaris conſuetudo fuit, à Iuriſconſultorum inſtitutis alieniſſima; vt ſuperius dicebamus: quemadmodum vicinus mei vicini, vicinus meus non eſt; eodem modo, neque cognatus adfinis mei mihi adfinis eſt, neque adfinis mei cognatus, non magis quã adfinis mei adfinis. Itaque Iuriſconſulti ſine controuerſia inter compriuignos connubium eſſe adfir- E mant, etiamſi communem fratrem ex nouo parentũ matrimonio habeant, l. generali, 34. §. 2. D. de rit. nuptiar. l.Titia.134. D.de verb.oblig. §.mariti, Inſtit. de nupt. eadémque & pari ratione ex contrario inter conſoceros: vt ſcilicet eam mulierem poſſim vxorem ducere, cuius filia cum meo filio, cuiúſve filius cum mea filia matrimonium contraxit. Gręci autem Canoniſtę mirandum in modum genus hoc adfinitatis amplexi ſunt, quemadmodum ex lib.Iur.Oriental.1.2.3. multis locis cognoſci licet. Itaque exſtat lib. F 2. Siſinnij cuiuſdam Archiepiſcopi Conſtantinopolitani imperitiſſimi nugatoris ſcriptum, in quo ſtatuit, ne inter vtriuſque coniugis cognatos vſque ad ſeptimum gradum connubium ſit: eiúſque noui iuris hanc cauſſam adfert, Vt vir & vxor vna perſona & vna caro ſunt, ita vtriuſque cognati, ad vnam ſanguinis propinquitatem adfinitatémq. conueniunt. Qua de cauſſa cùm ipſe Siſinnius, tum alij complures ex eodem imperitorum genere ſtatuunt, ne connubium ſit inter duos fratres & duas conſobrinas: inter duos G conſobrinos & duas ſorores: vel ex contrario inter duos fratres & amitam materterámve, vel fratris ſororíſve filias. Quinetiam operæprecium eſt, nouum illorũ acumen obſeruare: nam in eiuſmodi queſtionibus non modò vnius, verumetiam vtriuſque cognationis gradus coniungunt, hoc modo: Lex apud illos fuit, ne inter adfines connubium eſſet, niſi vltra ſextum gradum.



Iulianus quidam Sophiam vxorem duxit; quærebatur, an ſoror Iuliani Ioanna Simeoni poſſit nube- B re. Baſilius Acridemus idcirco poſſe reſpondit, quia Simeõ à Sophia quinque diſtat gradibus; Ioanna verò à Iuliano duob. qui ſimul iuncti, ſeptem efficiunt. Sic Michael Patriarcha lib. 2. Duo cõſobrini, inquit, ita contrahere nuptias poſſunt, vt alter amitam, materterámve, alter eiuſdem fratris ſororíſue filiam accipiat: quia conſobrini quarto inter ſe gradu diſcrepant; amita autem vel matertera tres à fratris ſororíſue filia gradus diſtant: atque ita ſubtili & acuta conſideratione ſeptem conficiuntur gradus. Demetrius C autem Chomatenus eodem libro: Non licet, inquit, duobus fratribus ducere duas conſobrinas: nam conſobrinę quarto ſunt gradu, fratres autem ſecundo: atque ita ſex tantùm inter illos colliguntur gradus. Itẽ patruus, vel auunculus, & fratris ſororíſue filius cum duabus alterius cognationis ſororibus cõiungi matrimonio nõ poſſunt, quoniã ex illis perſonis quinque tantùm colliguntur gradus: nã patruus vel auũculus à fratris ſororíſue filio tribus diſtat gradibus; duæ autem ſorores duobus: qua ratione quinque tan D tùm conficiuntur gradus. Hęc, vt dixi, Canoniſtarũ Orientalium deliramenta fuerunt: quæ vno hoc verbulo refutari poſſunt, quòd quamuis duo coniuges vna perſona cenſeantur: tamen eorum cognati plures perſonę ſunt: & quamuis propter coniugum vnionem adfinis eodem gradu cenſeatur, quo cognatus, qui ei matrimonio iunctus eſt, tamen cognati cognatum non poſſe eodem gradu numerari. exẽpli cauſſa: Marcus frater Ælij fratris quondam ſui vxorẽ Caiam idcircò accipere vxorem vetatur, quia cùm E Caia, per nuptias cum Ælio fratre contractas, vna cũ ipſo perſona facta ſit, ſoror Marci facta fingitur: ac proinde ſecundo tantùm ab eo diſcrepare gradu. at Lucia Caię ſoror, quonam argumento vna fingi cum Ælio perſona poterit, vt à Marci matrimonio arceatur? Verè igitur & prudenter Iuriſconſulti ſtatuerũt, nihil prohibere, quo minus (vt iam antè dictum eſt) inter priuignos nuptiæ contrahantur, quo argumẽto analogiam ſecuti, pari eadémque ratione ſtatuemus, patrem & filium ex alia vxore, matrẽ & filiam ex al- F tero marito poſſe vxorem ducere: item duas ſorores poſſe duobus alterius cognationis fratribus nubere: patruum & fratris filium poſſe amitam & fratris filiã ex altera cognatione ducere: itémque auunculo & ſororis filio connubium eſſe cum matertera & ſororis filia ex altera cognatione: quoniam, vt iam ſępè dictum eſt, & ſępius tamen eſt inculcandum; quemadmodum confines confinium inter ſe confines non ſunt, ita neque cognati adfinium, neque adfines cognatorum inter ſe ſunt adfines. Proximũ iam eſſe ar- G bitror, vt eam Baſilij Magni regulam conſideremus, quam illi Theologaſtri Orientales identidem inculcant, ac ſe in hoc argumento ſecutos profitẽtur, vt in quibus perſonis generis nomina cõfunduntur, in iis nefarię nuptię cenſeantur, ἐν οἷς, inquit, τὰ τοῦ γένους συγχέονται ὀνόματα, ἐν τούτοις ὁ γάμος ἀθέμιτος. veluti ſi priuignus priuignam vxorẽ duceret, qui vitricus erat, ſocer etiam fiet; & quę nouerca, ſocrus: viciſſímque,

A ſi conſocer conſocrũ vxorẽ ducat (contractis ſcilicet inter ipſorũ filiũ & filiam nuptiis) qui ſocer erat, idẽ etiam vitricus, & quę ſocrus, eadẽ etiam nouerca efficietur. Si duo fratres duas ſorores aut duas cõſobrinas ducant, fratres, inquit Siſinnius, pariter & fratres & congeneri dicuntur; iis verò nuptię, & cõſobrinæ & cõnurus: ſi patruus & fratris filius duas ſorores ducant, pręter cognationis nomen ſimiliter & cõgeneri & connurus efficiẽtur. ſed multo commodius Si- B ſinnius ita dixiſſet: ſi duo fratres duas ſorores ducant, qui leuir erat, etiam ſororius efficietur, id eſt qui mariti frater erat, ſororis etiam maritus dicetur: & viciſſim quæ Glos (id eſt fratris vxor) erat, eadem proſoror (id eſt vxoris ſoror) dicetur. Sed videamus ne vel ſuperſtitio hęc ſit, vel potius vitę communis ignoratio: cùm in contrahendis matrimoniis perſæpè vſuueniat, vt non modò adfinitatis, verumetiam cognationis nomina cõmiſceantur, confundantur, perturbentur: cuius confuſionis cùm alia permulta exẽpla C ſunt, tùm verò illud inſigne, quod Paullus cõmemorat in l. vlt. §. tertio gradu, D. de grad. quo loco primũ illud notãdum eſt, non omnem patruum adgnatum eſſe, ſed quemadmodũ frater alius eſt adgnatus, nimirum conſanguineus; alius cognatus, nimirum vterinus; eodem modo patruum dici nõ modò patris mei fratrem conſanguineum, ſed etiam vterinũ. Sed verba Paulli ita pręciſa & obſcura ſunt, vt ea meritò mendoſa eſſe ſuſpicemur. Auia paterna mea, inquit, nupſit patri tuo, peperit te: auia paterna tua nupſit patri D meo, peperit me; ego tibi patruus ſum, & tu mihi. quaſi verò iſto caſu accidere poſſit, vt alter alteri patruus ſit, quemadmodum quibuſdam caſibus vſuuenit, vt duo inuicem patrui ſint, vt mox dicemus. Videamus igitur ne Paullus ita potius ſcripſerit: Auia paterna mea nupſit patri tuo, peperit te; tu mihi ex matre patruus es. Auia paterna tua nupſit patri meo, peperit me; & ego tibi ex matre ſum patruus. Nam ſi auia mea paterna nouo marito nubat, qui ex hoc nouo matrimonio naſcetur, mihi erit patruus: non qui- E dem adgnatus, ſed cognatus tãtùm: quia patris quidẽ mei frater eſt, ſed vterinus tantùm: ac viciſſim, ſi auia paterna tua Titio nubat, egóque ex illo matrimonio naſcar, ero tibi fratris filius, ſed vterini tãtùm: tu mihi patruus, quippe patris mei frater, ſed vterinus, ac proinde cognatus tantùm. Eodémq; modo videmus in §. ſeq. verſ. patruus magnus, eum dici patruum magnum, qui aui paterni, vel materni frater eſt, ſiue qui patri meo, vel matri meæ patruus eſt. Sequitur alterũ notabile: ſed ex mendoſiſſimo eiuſdẽ Paulli loco vix F vi expreſſum. Nam quæ ſequũtur, ita reſtituo: QVIN ETIAM INTERDVM accidit, vt ego tibi patru' ſim, & tu mihi: id euenit, ſi mulier altera alterius filio nupſerit: nam qui ex his maſculi nati fuerint, inuicem patrui ſunt. Eſto igitur exemplum huiuſmodi:



G Iulia Marci mater nupſit Caio Põpeię filio, & peperit Lucium: Pompeia Caij mater nupſit Marco Iuliæ filio, & peperit Publium. Publius & Lucius inuicem patrui ſunt, ſed ex matre, & cognati tãtùm: nam Caius quidẽ Marci frater eſt, ſed vterinus: Marcus Caij frater eſt, ſed vterinus. Quod verò in quibuſdam impreſſis legebatur apud Paullũ: IDEM EVENIT, perſpicuè

cuè mendoſum eſt. nam hoc verſu caſus proponitur, quo duo ſunt inuicem patrui: at ſuperiore verſu inuicem patrui eſſe non poterant. Ex his autem proximi inſequentis verſus facilis intelligentia eſt: poſterioris verò non æquè, nam ad finem deeſſe hæc videntur: Qui ex matre puellæ nati erunt, ex parte adoleſcentis natos ſororis filios, filias, illi eos auunculos, materteras adpellabunt. Exemplum enim eſt huiuſmodi:

Publius	X	*Tullia*
|		|
Marcus adoleſcens		*Titia puella*
|		|
Caius natus ex Marco & Tullia.		*Cneus natus ex Publio & Titia.*

Cneus Marco frater eſt conſanguineus, Caio verò patruus adgnatus. itaque Caium fratris filium adpellabit, viciſſim autem à Caio patruus adpellabitur. Ex aduerſo Caius Titiæ frater eſt vterinus, Cneo verò auunculus. itaque Caium ſororis filium vocabit: viciſſim autem à Caio auunculus dicetur. Atque hæc quidem de patruo dicta ſint. Similiter autem interdum vſuuenit, vt duo ſibi inuicem auunculi, & ſororis filij ſint. Si duo viri, inquit Paullus, alter alterius filiam duxerit, qui ex his maſculi nati fuerint, inuicem auunculi dicentur. Exemplum ſit huiuſmodi:

Titius	X	*Meuius*
|		|
Cnea filia Titij		*Caia filia Meuij*
|		|
Publius ex Meuio & Cnea.		*Marcus ex Titio & Caia.*

Marcus eſt Gneæ frater conſanguineus, Publio auunculus: itaque Publium ſororis filium adpellabit; viciſſimque ab illo auunculus vocabitur. ex aduerſo Publius Caiæ frater eſt conſanguineus, Marco auunculus: itaque Caium ſororis filium adpellabit: viciſ-
A ſimque ab illo auunculus dicetur; atque hoc modo Publius & Marcus inuicē & auunculi & ſororis filij adpellabuntur. Quæ cùm ita ſint, patere cuiuis arbitror, nequaquam admittendam eſſe illam Baſilij ſententiam: vt per quas nuptias cognationis aut adfinitatis nomina confunduntur, eæ nuptiæ nefariæ habeantur. Nam cùm cōnſobrinus conſobrinam ducit, numquid idem patruus & ſocer efficitur? vt apud Ioſep. lib. Antiq. 14 ἐλήφθη δὲ αἰχμάλωτος καὶ ἀψάλωμος, θεῖος ἅμα καὶ πενθερὸς ἀριστοβόλου. Cùm ſobrinus ſo-
B brino natam ducit, an non idem & ſobrinus & ſocer efficitur?

DE ADFINITATE EX IVRE CANONICO.

CAPVT VI.

ATQVE hęc quidem de Iuriſconſultorum Romanorum & Canoniſtarum Orientaliū inſtitutis hactenus: deinceps quæ Occidentalium Canoniſtarū diſciplina fuerit, conſiderandū eſt. Tria namque video ab illis adfinitatis genera cō-
C ſtitui: Primum eſt eius, quam paulò antè veram propriámque nominauimus, atque inter vnius coniugis cognatos & alterum coniugem contrahitur, de quo nulla dubitandi cauſſa eſt. Alterum genus eſt eius, quam fictā adpellamus, quæ per adfinis coniugiū quæritur: quaſi coniux mei adfinis meus ſit adfinis: qua de re exſtat Papiniani auctoritas: de qua ſup. ſuo loco diſſeruimus. Atq. olim quidem propter hanc fictæ adfinitatis rationē, vſq. ad quintum gradum nuptiæ iure Decretaliſtico prohibebātur, 35. q. 3. c. de ꝓ-
D pinquis. Tertium genus, cùm adfinis coniunx poſt prioris mortem nouas nuptias contrahit: veluti, ſi ſecūdus maritus vxoris fratris mei defuncti, ea mortua alteram vxorē ducat, 35. q. 3. c. pen. in fin. & c. vlt. quaſi coniunx coniugis mei adfinis mihi adfinis ſit, quod totum propter infinitatem planè abſurdum eſt: nam ſi per tertias nuptias adfinitas contrahatur, quidni etiam per quartas aut quintas contrahetur? Sed hac de re ſup. aduerſus Orientales Canoniſtas ſatis copioſè diſſeruimus: nunc ordine ad Sponſalia, tum
E verò ad Nuptias accedamus.

DISPVTATIO DE SPONSALIBVS.

NOTATIO NOMINIS ET DEFINITIO SPONSALIORVM PROPONITVR ET EXPLICATVR.

CAPVT I.

SPONSALIA à ſpondendo dicta eſſe, video inter omnes conuenire: propterea quòd veteribus plerúmq. moris fuit, ſtipulari & ſpondere ſibi vxores futuras. Vnde Sponſorum & Sponſarum nomina: vt ait l. 1. l. 2. l. 3. D. h. t. quod idem Ser. Sulpicius tradit apud Agell. lib. 4. c. 4. eiúſque conſuetudinis exſtant exempla in l. ſi ſtipuler, 35. D. de verb. obl. & apud Plautum in Pœnulo:

A. Audi tu patrue, dico ne dictum neges:
Tuam mihi maiorem filiam deſpondeas.
P. pactam rem habeto. A. ſpondéſne igitur?
P. Spondeo. A. mi patrue ſalue, nam nunc
Es planè meus. Item in Trinumo:
Lys. *Sponden' ergò*
Tuam gnatam vxorem mihi? Char. *Spondeo, & mille auri*
Philippūm dotis. Lys. *Iſtac lege filiam tuam ſponderi mihi*
Vxorem dari? Char. *Spondeo.* Lys. *Et ego ſpondeo idem hoc.*

Dixi autē, *plerúmque interponi ſtipulationes ſolitas*: nam interdū etiā antiquiſſimis tēporib. ſola pactione & cōſenſu nudo ea cōuentio fiebat: vnde Pactæ puellæ dicebantur, vt l. 2. l. 4. C. h. t. l. 4. l. 5. l. vlt. D. eod. l. 7. C. de donat. ant. nupt. tametſi nulla ſtipulatio ſine
F præcedente pacto contrahatur, l. 1. §. pen. D. de pact. qua de re poſterius, vbi de Sponſaliorum forma diſſeremus, planius exponetur. Definiuntur autē à Modeſtino Sponſalia hoc modo: Mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, l. 1. D. eod. vbi iampridem docuimus, Græcum hominem MENTIONEM dixiſſe pro eo quod Grȩci dicunt μνήστην vel μνηστείαν. Quod cū Orientales vel non viderent, vel fortaſsè ne idem

per idem explicarent, locum illum ſic conuerterunt: Μνηστεία ἐστὶ μνήμη καὶ ἐπαγγελία τῶν μελλόντων γάμων. quod aduerſatur cõſtitutioni Iuſtiniani, qua ſanxit, ne mẽtio, id eſt, commemoratio nuptiarum, ſine matrimonio ſubſecuto vllius momenti habeatur, l.ſancimus, 24.C.de nupt. non magis ſcilicet, quàm mentio & collocutio de vendendo, vel locando, vel ſocietate contrahenda. quare cùm iſtarum collocutionum & (ſi loqui ſic volumus) mentionum ius nullum ſit, abſurdum eſſet, quidquam illis obligationis tribuere. Definiri etiam poſſunt, Mutua repromiſſio: item Pactio vel conuentio futurarum nuptiarum. Vlpianus ſpem matrimonij adpellat in l.ſi vxor, 13.§.1.D.ad leg. Iul.de adult.l.6.D.h.tit. vetuſtiſſimo iure definiri potuerunt, Contractus: atque ita nominatim adpellantur à Ser. Sulpicio, eo quem diximus loco: propterea quòd ciuilis obligatio ex ſponſione mutua contrahebatur: ex eáque actio ex Sponſu antiqua lege (opinor x i i. tabul.) comparata erat. Poſteriore iure definiri contractus non poſſunt, quoniam efficax nulla ex iis contrahitur obligatio; tantáque perditis Reip. temporibus repudiorum libertas inducta eſt, vt ne ex ſubiecta quidem pœnæ ſtipulatione actio concederetur: quemadmodum poſterius ſuo loco demonſtrabimus. Feſtus conuentam condicionem adpellat. Cùm primus ſermo, inquit, de nuptiis & earum condicione habetur. quod de mentione intelligi non poteſt, cuius nullum, vt dixi, ius fuit: ſed potius de pacto Sponſaliorum. Nam in Sponſalibus nuptiarum pactiones fiebant, & de dote, donationibus, & promiſſionibus, & condicionib. quibuſdam conueniebat. qua de cauſſa paſſim Condiciones vocantur, velut in l.capite, 19.D.de rit.nupt.l.vlt. D.h.tit.l.3. D.de proxenet.l.2.D.de repud. Arnob.aduerſ.gent. Vxores dij habent, atque in coniugalia fœdera condicionib. veniunt antè quæſitis. Ea denique de cauſſa Sponſaliorũ nomine interdum donationes propter nuptias ſignificantur, vt in l.2.C.de ſecund.nup. interdũ arræ ſponſalitiæ de quibus poſterius ſuo loco diſſeretur, vt in Rub.C.ſi rect.prouinc.vel ad eum pertin.ſponſalia dederint. Itémque in l.6. C. Th. De ſponſal.l.1. C.Th. ſi nupt.ex reſcrip.pet.

DE PERSONIS QVÆ SPONSALIA CONTRAHERE poſſunt.

Capvt II.

Porro cùm vnica ſit ſpõſaliorum ſpecies, atque idcircò eorum nulla diuiſio ſit, nunc iam ad partitionem, inſtituto noſtro, accedemus: quam tripertitam eſſe oportet, vt primo loco de perſonis, inter quas ſponſalia iure cõtrahuntur: ſecundò, de forma ſponſaliorum: ad extremum de eorumdem iure diſſeramus. De perſonis regula hæc traditur: vt cum qua nuptiæ contrahi non poſſunt, plerumque nec eam deſponderi liceat, l.ſi quid tutor, 6.§.pen.D.de rit.nupt. Cur autem plervmqve dictum ſit, ſub finem huius capitis exponemus. Nam illi regulæ hæc ſubiicienda eſt: Cùm ſponſalia conſenſu conſtent, remoueri ab illis eas perſonas, quarum conſenſus, voluntas, intellectus nullus eſt. quo in numero primi referuntur Infantes, hoc eſt, ſeptem annis minores, qui quod agitur non intelligunt, l.in ſponſal. 14. D.h.tit. quod etiam Leo Philoſophus confirmauit Nouell.109. Poſt eam ætatem rectè ſponſalia, parentibus auctoribus, con-

A trahuntur: ita tamen vt puberum factorum voluntas in cõtrahendis nuptiis accedat, l.12. D.de rit.nupt. ex quo intelligitur, non ſeruatum ius ab Auguſto Imperat. inſtitutum. nam cùm lege Papia Poppæa maritis præmia conſtituta eſſent, nonnulli (vt Dio lib.54.ſcribit) infantes ſibi puellas deſpondebant, vt illius legis præmiis fruerentur. Itaque Auguſtus cùm immaturitate ſponſarum & matrimoniorum crebra mutatione, vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coartauit. Vetuit enim ne quam habere ſpõ-
B ſam liceret, niſi quam biennio poſt vxorẽ habere per ætatẽ liceret; vt Sueton. teſtatur: hoc eſt, non niſi iam annos x. natam: quam Auguſti legem etiam Zonaras commemorat. Ad eandem numerũ referendi quoq. ſunt Furioſi & mẽte capti, qui plerumq. propter eandem conſenſus & voluntatis penuriã, infantibus cõparantur, l.1.§.vlt.D.de obl.& act.l.furor, 8. D. h.tit. vbi cùm Paullus ait, furorẽ poſt ſpõſalia ſuperueniẽtem non infirmare ſponſalia, ſignificare videtur, ius ſponſaliorum durare: quaſi pœna repudiis ſine cauſſa
C factis impoſita, ſponſalia propter furoris cauſſam repudianti, infligatur: dum tamen dilucida interualla furor habeat: quo tẽpore contrahi etiam ſponſalia atque alia negocia licere, ſatis conſtat ex l.2.C.de cõtr. emt. Nunc de liberis, qui in poteſtate parentũ ſunt, videamus. Ergò filij filiæque fa. neq. ſine ſuo, neq. ſine parentum conſenſu obligari ſponſalibus poſſunt. De ſuo hæc ratio eſt, quoniã etſi antiquo iure vẽdi emãcipariq. patris arbitratu poterant: tamen quoniam ius matrimoniorum non merè ciuile, ſed magna ex par-
D te Pontificium erat, & ſanctũ habebatur (vt ſuo loco docebimus) propter ſanctitatem matrimonij, etiam filiorum filiarumque fa. conſenſus requiſitus eſt, adeò vt conſponſiones parentum ſine liberorum adſtipulatione, quãuis adiecta pœna fuiſſet, nullius momenti haberentur, l.filia, 34. D.de verb.obl.l.ſponſalia, 11.& l.filiof.13.ȷ̃.h.t.l.2.D.de rit.nupt. quamquam non tam requiritur, vt conſentiant, quàm ne iuſta ex cauſſa contradicant, veluti ſi turpem aut alioqui in-
E dignam adfinem pater elegerit, l.ſed quæ, 12. ȷ̃. h. tit. qua de cauſſa etiam liberorum taciturnitas hoc caſu pro conſenſu numeratur, d.l. ſed quæ. contrà quàm in procuratore conſtituendo: quod ſummè notandum eſt, l.filius, 8.§.inuitus, D.de procur. De parentibus ciuilis; ciuilis, inquam, non naturalis hæc cauſſa eſt, ne cui inuito ſuus heres adgnaſcatur, l. ſi vt proponis, 5.C.de nupt. pontificalis illa, ne ſacrorum ſocia patrifa. inuito adſciſceretur: nam propria & priuata cuiúſque familiæ ſacra fuerunt, vxor autem
F in ſacrorum viri communionem admittebatur. Mixta igitur hæc cauſſa fuit, ne qua patrefa. inuito in diuini atque humani iuris communionem admitteretur, arg.l.1.D.de rit.nupt. Parentis igitur, cuius in poteſtate is eáue, cuius de ſponſalibus agitur, conſenſus requiritur, vel potius adprobatio ſiue expreſſa, ſiue tacita: nam & ratihabitio, & taciturnitas parentis pro conſenſu habetur, l.7.ȷ̃.h.t. Atque hæc quidẽ de liberis, qui ſub parentum manu ac poteſtate ſunt. nã emancipati iure ciuili parentum auctoritatẽ non deſiderant, l.in poteſtate, 10.ȷ̃.h.t. qua de cauſſa, ne ma-
G tris quidem, aut eius parentis, cuius in poteſtate non ſunt, auctoritatẽ filij filiæue exſpectant, l.2.l.25. D.de rit.nupt. quãquam honeſtas, quæ in conciliandis nuptiis maximè ſpectatur, matris & propinquorum arbitrium deſiderat: quod ſi inter illos non cõueniat, Præſidis arbitrium deſideratur, l.1.C.de nupt. Deinceps de iis qui ſub tutela ſunt, videamus. de pupillis igitur

igitur hoc ius eſt, vt eorum conſenſus omninò requiratur, neque à tutoribus, niſi conſentientes obligari promiſſione nuptiarum futurarum poſſint, l. 6.in fin.h.tit. non magis quàm ipſi ſeſe inter ſe ſine tutorum auctoritate obligare, vt paulò poſt intelligetur. Iam verò tutorum auctoritatem in pupillorum ſponſalibus requiri, vel hinc exiſtimari poteſt, quòd pupillus ſine tutore auctore non modò ciuiliter obligari non poteſt, ſed ne naturaliter quidem, l.pupillus,59.D.de oblig.& act. l. quod pupillus,41 D.de condict.indeb. præſertim ſi locupletior ea obligatione non fiat, l. naturaliter,13.§.vltim.& l. ſeq. D.ill.tit. Cùm autem tutor aut curator auctor in rem ſuam eſſe non poſſit, ſequitur vt neque tutori neque curatori liceat ſponſalia cum ea vel ſibi vel filio ſuo contrahere, cuius tutelam curationémve gerit geſſitve, ne rationum reddendarum obligatio côturbetur, l. tutor,15.ĵ.h.tit. l. ſi quis tutor,60.§.pen. D.de rit nuptiar. l.5. C.de int.mat. Cùm autem bonis non perſonæ curatores dentur, conſentaneum eſt, ne illorum in ſponſalibus aut nuptiis contrahendis auctoritas requiratur, non magis quàm propinquorum aut adfinium, l.in copulandis, 8. C. de nupt. l.ſciendum,20. D.de rit.nupt. Ad hunc locum pertinet earum perſonarum condicio, quæ in prouinciis domicilium habent, & eorum poteſtati, qui officium aliquod in iis adminiſtrant, quodammodo ſubiectæ ſunt. Ergo iis qui officium gerunt, ita ſibi deſpondere mulierem licet, ne tamen in ea prouincia vxorem ducant, ſed vt depoſito officio, cùm poteſtate priuati erunt, nouus mulieris conſenſus requiratur, l.ſi quis,30.D.de rit.nupt.quin ne filio quidem ſuo vxorem ducenti conſentire poteſt, l. qui in prouincia,57.D.eod. quod etiam ad ipſorum propinquos & domeſticos productum eſt, l.1.C.ſi rect.prouinc.l.1. C.ſi nupt. ex reſ.pet. Quid? de filia quid iuris? Sanè illo iure collocare filias ſuas in matrimonium poterant, d.l.ſi quis, in fin. At Leo Philoſophus etiam filiabus Præſidum prouinciæ à ſponſalibus interdixit, Nouel.23. Ad eundem hunc de perſonis locum illud pertinet edicti caput, quo vetitum eſt, ne quis ſuo eiúſve nomine quem quámue in poteſtate habet, bina eodé tépore ſponſalia habeat; aut qui filiú filiámve conſtituere patitur, etiamſi nuptiæ iniuſtæ aut nefariç, ac proinde nullæ futurç eſſent, qui cótrà fecerit infamia notetur, l. 1.in fi.l.quid ergo,13.§.1.& l.ſeq.D.de his qui not.inf. Supereſt tractatio de perſonis abſentibus, mutis & ſurdis. Ergo ſi quidé ſtipulatio in ſponſalibus adhibeatur, certú eſt, & præſentiam & ſermonem requiri, l. 1. D.de verb. obl. ſin minus, æquè per internunciú, aut per epiſtolam, aut nutum ac ſignificationé conſtitui ſponſalia, vt alij omnes contractus poſſunt, l 4.l.5.l.vlt.D.h.ti. l.mutus,73.D.de iur.dot. Ex quibus ita diſputatis, cócludi poteſt, veriſſimam eſſe Paulli regulam, quá ſupra tradidimus, tantam eſſe inter ſpóſalia & nuptias communioné, vt cum qua perſona conſtitui nuptiæ poſſunt, etiam cum ea conſtitui ſponſalia liceat: viciſſímque cum qua contrahere nuptias non licet, cú eadé contrahere ſponſalia plerumque non liceat, l.ſi quis tutor,60.§.pe.D.h.t. PLERVMQVE autem idcircò additú eſt, quia contrahi ſponſalia inter impuberes poſſunt, nuptiæ non poſſunt, l.in ſponſalibus,14. ĵ.h.tit. qui officium in prouincia gerit, contrahere ſponſalia poteſt, nuptias non poteſt: vt ſuprà dictum eſt. quæ virum eluget, nubere non poteſt, deſpondere poteſt, l.ſolet,10.D.de his qui not.infam.

A

DE SEPTVPLICI SPONSALIORVM FORMA, RITV ET ſollemnitate.

CAPVT III.

SEQVITVR nunc vt de ſponſaliorum forma videamus: nam prima & potiſſima hæc videtur, vt ea côuentio non clàm, non furtim, & remotis arbitris, ſed teſtatione adhibita fieret, arg. l.7.D.h.t.l.3. D.de concub.& l.vxor,7. C.de repud.l.inſtrumenta, 5.C.de probat. etſi autem B legitimus teſtium numerus nuſquá in libris noſtris prodatur, tamen probabile eſt, non minus decem adhiberi ſolitos, cùm etiam in diuortiis ſeptem adhiberentur, l.nullam,9.D.de diuort. Idque video D.Ambroſium nó obſcurè ſignificaſſe, ad virg.lapſ.ca.5. Ná ſi inter decé teſtes, inquit, confectis ſpóſalitiis & nuptiis conſummatis, quæuis viro fœmina coniuncta mortali, non ſine magno periculo adulterium perpetrat: quid putas fore &c? Quin etiá Romano more conuiuio amicorum hæc conuentio celebrabatur, C quod idcircò ſponſalia dicebatur. Tull.ad Q.Frat.lib. ep.2. Ad VIII.Idus April. ſponſalia Craſſipedi præbui. Huic conuiuio puer optimus Quinctus tuus, meúſq. quòd perleuiter commotus erat, defuit. Quod eo magis notandum eſt; quia Decretaliſtæ concubitum poſt verba de præſenti furtim pronunciata ſecutum, matrimonij iure cenſendú putant, c.15.c.30.de ſpóſ. & matr.c.3.c.5.& ſeq.de condit. appoſ. Atque antiquiſſimo quidem more ſcriptura plerúmque adhiberi ſolebat, vt ex illo Iuuenalis verſu, qué modò protulimus, cognoſci poteſt. Itémque ex illo Tertull.loco D in lib.de virgi.veland. Hę ſunt tabellæ priores naturalium ſponſaliorum & nuptiarum, eæque à teſtibus obſignari ſolebant: vt apud Iuuenal.

---Veniet cum ſignatoribus auſpex.

Dixi autem plerúmque, quoniam interdum nullum ea de re inſtrumentum conficiebatur: & nuda teſtatio ſufficiebat, l.7.D.h.t.quippe cùm ne in nuptiis quidem ſcriptura deſideretur, l.4.D.de fid.inſtr. Secundum in forma ſponſaliorum locum obtinet E ſtipulationis & ſponſionis formula: quod vt intelligatur, illud ſciri oportet, moris apud Rom. fuiſſe, vt pactis conuentíſque ſtipulationem plerumque adhiberent, l.7.§. quod ferè, D.de pact. l. Titia, 134. §.vlt.D.de verb.obl.eáque verborum formula, quaſi ritu aut certo aliquo carmine ſuas conuentiones ſtiparent, id eſt, munirent, & confirmarent, l.1. D.de præt.ſtip.§.1.Inſt.de verb.obl. Primùm igitur inter eos, de quorum nuptiis agebatur, de nuptiarum có-F dicionibus & legibus conueniebat, hoc eſt, de dote, de donatione propter nuptias, & de arris ſponſalitiis. Hæc conuentio ſi ſine ſtipulatione fiebat, modò Pacta, modò Deſtinata mulier dicebatur; ſin eo amplius ſtipulatio addebatur, Sponſa: quemadmodum ex illo Arnobij loco ſup. à nobis citato videre licet. Iuuenal. Sat.6.

Sit tibi legitimis pactam iunctámque tabellis
Non es amaturus.

Cicero ad Att.5. Nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta eſt Arthanaſdis filia, quin Euphratem tranſiturus G ſit. Quapropter haud ſcio, an verè Ser. Honoratus in illú Virg.locú, *Et gremiis abducere pactas*, ita ſcripſerit, id eſt ſponſas. melius dixiſſet, deſtinatas: quod verbú fuit in his conuentionibus vſitatiſſimú. Sueton.Iulio: Sibíque filiam eius in matrimonium petiit Fauſto Syllæ deſtinatam: quod apud eundem & Vopiſcum, Capitolinum, Spartianum innumeris

locis animaduerti. Plin.epiſt.3. Iam deſtinata erat egregio iuueni, iam electus nuptiarum dies. Arno.aduerſ.gent. Rex Midas matrimonio eius ſuam filiam deſtinat. Item: alienas virgines iam deſtinatas, iã deſponſatas rapuit. Neque mihi abſurdum videtur, exiſtimare, verbum hoc ex coëmtionum conſuetudine manaſſe, cùm arræ ſponſalitiæ dabantur. nam deſtinare video veteres dixiſſe, pro arrã dare. Plautus Rudente:

Mimi triginta ſibi puellam deſtinat;
Dátque arrabonem.

Idem in Perſa:

Dij Deæque te agitant irati, ſcelus,
Qui hanc non properes deſtinare.

Sed vt in aliis compluribus, re ſublata, nomen tamen retinetur, l. inſula,56.in fin. D.de adq.rer.dom. ſic coëmtionum formulis ſublatis, Deſtinandi tamen verbum retentum eſt, in iis potiſſimùm, quæ iam pactæ fuerant: quámquam Iuriſconſulti ſubtilius etiam Pactas à Deſtinatis diſtinxerunt. Nam deſtinatarum verbum propriè ad eas quæ non inter viuos pactæ, ſed teſtamento patris deſignatę & nominatæ fuerant, reſtrinxerunt; veluti in l.non eſt,66.D. de rit.nupt. non deſponſam à patre, nec teſtamento deſtinatã: cuius cõſuetudinis exemplum exſtat in l. ſi patris,6.C.de interd.matr. & l.pater,101. D.de cond. & demonſt. qua de cauſſa credo equidem Gloſſematario accepto ferendum verbum, DENOMINATAM. in l.qui pupillam,7.D.ad l.Iul.de adulr.& l.tutor,36. D.de rit.nupt. cuius in fine non dubito, quin CONDICIONEM NVPTIARVM ſit reſtituendum. Quemadmodum autem Deſtinatarum nomẽ, etiam poſt ſublatam coëmtionum conſuetudinem in vſu manſit; eodẽ modo Deſponſæ dici ſolitæ ſunt, etiam quæ non nuda tantùm conuentione pactæ fuerant; poſtquam videlicet inſtitutum fuit, vt ſponſalia etiã ſine ſtipulatione, ac proinde etiam per internuncium aut epiſtolam inter abſentes cõtraherentur, l.4. l.5.l.vl.D.h.tit. Itaque Imp. in l.2.C.eo. Qui puellam, inquit, ſuis nuptiis pactus eſt, & l.4. ſi pater pactum de filiæ nuptiis, iniecit. Quòd ſi præter pactum addi ſtipulationem placeret, vtrumque adhibebatur, vt Ser. Sulpicius apud Agell. demonſtrat, lib. 4. cap.4. Terentius:

Sponden' tuam gnatam filio vxorem meo?

Et alio loco:

Vltrò ad me venit, vnicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret.
Placuit, deſpondi. his nuptiis dictus eſt dies.

Vbi Donatus, propriè, inquit, deſpondi; nam de ſponſo dicitur, quia ſpondet puellę pater: deſpondet adoleſcentis. Et ſic in Adelph.

Quin iam virginem deſpondi.

Vbi Mitio ſponſi pater loquitur. Item Seruius lib. Æneid.x. Veteres ſpondebant ſe conſentire in iura matrimonij, & fideiuſſores dabant: vnde vir à ſpondendo ſponſus. Ceterùm propriè ſponderi puellæ eſt. Ergo ſponſus, nõ quia promittitur, ſed quia ſpondet, & ſponſores dat. ſed hæc futilis Grammaticorum obſeruatio eſt: nam Deſpondendi verbum videmus paſſim promiſcuè tum in adoleſcentis, tum in puellæ patre, tũ etiam matre & fratre, atque ipſo adoleſcente vſurpari. Cic.ad Att.2. Tulliolam C. Piſoni Frugi deſpondimus. Pro Cluent. Tum illa deſpondit ei filiam ſuam, Paullus l.Titia,135.D.de verb.obligat. tempore matrimonij conſenſerunt, vt filia C.Seij filio Titię deſponderetur. Cicer.de Oratore: cùm Ser-

A Galba Craſſi filiam Caio filio ſuo deſpondiſſet. Plaut. Trinumo:

---Noſtrum herilem filium
Leſbonicum ſuam ſororem deſpondiſſe?
Cui homini deſpondit?

Vlp.in l.cum hic ſtatus,35.§. vlt.D.de donat.int. vir.ſi ſenator libertinam deſponderit, vel tutor pupillam. atque ita Paul. in l. ſi quis inter,60.§.pen.D.de rit. nupt.l.4. D.de ſponſal. Supereſt, vt de ſperatæ, pactæ, & ſponſæ nominibus huc addamus ex Arnobij lib. aduerſus gent. 4. Habẽt ſperatas, B habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas. vt ſperata eſſe videatur, quæ iam petita, ſed nondum promiſſa eſt: pacta, quæ nuda conuentione promiſſa eſt: ſponſa quæ interpoſita ſtipulatione. Sed Nonius hanc differentiam abſurdiſſimè ſic explanat: Inter ſperatam, dictam, & pactam, & ſponſam hoc intereſt: quòd virgo priuſquàm petatur, ſperata dicitur. Plaut. Amph. Amphitruo vxorem ſalutat lætus ſperatam ſuam. Ineptè Nonius & ridiculè, vxorem iam grauidam, & ad pariendum vicinam, C ſponſam ſperatam dici putat. nam ſperatam ſuam Amphitruo dicit, pro, eam quam totam ex animo ſuam eſſe ſperat. Tum illud Virgilij abſurdè huc retorquet:

Cui pater & coniunx quondam tua dicta relinquor?

quaſi Dictam, pro Sponſam Pub. Virgilius vſurpaſſet, cùm ordo & ſenſus hic ſit; dicta quondam tua vxor. Tertio loco ad ritum & formam ſponſaliorum pertinent verba, quibus ſponſalia concipiebantur. Nam in filiabus quidem fam. docuimus ex Plauti Comœdiis D vſitatam hanc formulam fuiſſe: Sponden' Caiam filiam tuam vxorem mihi dari? Cùm autem mulieres innuptæ in perpetua tutela eſſent, probabile eſt, hanc in illis deſpondendis formulam adhibitam: Sponden' Caiam quæ in tua poteſtatę eſt, vxorem mihi dari? quod ex orat. pro Flacco exiſtimare licet. Quinetiam cùm plerúmque certis legibus ac condicionibus ſponſalia contraherentur, probabile eſt condiciones pronunciari ſolitas, vt in illa Plauti: *Iſtac lege Sponden' mihi filiam tuam vxorem E dari?* Quòd verò diſputari à nonnullis video, multum intereſſe, vtrum ſponſalia verbis in futurum aut in præſens tempus conceptis conſtituerentur; de eo commodius, vbi de ſponſaliorum iure diſſeremus, tractaturi videmur. Quarto loco in ſponſalibus Annulus pronubus plerúmque adhiberi ſolebat. Nam moris fuit, vt ſponſus ſponſæ annulum, quaſi pignoris loco donaret, qui pronubus dicebatur: cuius moris etiam veſtigium exſtat in noſtris libris, apud Paul.in l.ſi donatę,36.§.vlt.D.de donat.int.vir.& vx. F Iuuenal.Satyr.6.

Conuentum tamen & pactum, & ſponſalia noſtra
Tempeſtate paras, iámque à tonſore magiſtro
Pecteris, & digito pignus fortaſſe dediſti.

Plin.autem lib.36. ſcribit ætate ſua annulum illum fuiſſe ferreum: pòſt verò aureus donari cœptus eſt. Tertul.in apologet.adu.gen. Aurum nulla mulier norat, præter vno digito, quem ſponſus oppigneraſſet pronubo annulo. vbi tamen conſidera Iſidor.de diuin.off. Quòd in primis nuptiis annulus à ſponſo G ſponſæ datur, fit nimirum vel propter mutuæ dilectionis ſignum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur, vnde & quarto annulus ingeritur, quia in eo vena quædam ſanguinis ad COR peruenit. Idem Etymol.20. Fœminæ non vſæ ſunt annulis niſi quos virgini ſponſus miſerat: neque amplius quã binos aureos in digitis habere ſolebant.

Sic

Sic Nicolaus Papa ad conſultationem Bulgarorum, 30.quæſt.5.c.3. Et poſtquam arris ſponſam ſibi ſponſus per digitum fidei annulo inſignitam deſponderit. Quintam ritus & ſollemnitatis partem plerumque oſculum obtinebat, quod tamen arbitrariũ fuiſſe, patet ex l.cùm veterum,15.C.de don.ant.nup. Ad ſextum locum munera ſponſalitia referenda ſunt, de quibus mentio fit l.1.D.de donat.l.die ſponſaliorum, 25.D.de poſ.l.cùm ſponſus,12. D.de Publ. l.1.C.ſi aduerſ.donat.l.ſi ſponſus,5.l.inter eos,27.l.cùm hic ſtatus, 32.§.ſi quis ſponſam,D.de donat.int.vir. quæ tamen interdum ea lege fiebant, vt nuptiis non ſecutis reuocarentur,l.2.l.ſi cum ante,7.C.de don.ant.nupt. l.2. C.GR.ſi aduerſ.don.ſponſ. quod ſi nil nominatim conuenerat, ratæ donationes manebant,l.ſi tibi, 11. & d. l.cùm veterum, 15. C.eod. Poſteà verò Conſtantinus ius earum eſſe hoc voluit,vt ſi per donatorem ſtetiſſet, quo minus nuptię ſequerentur,donum penes donatarium maneret: ſi per eum qui acceperat, reſtitueretur. Quòd ſi mors nuptias impediſſet, tum ſi quidem oſculum interueniſſet, quod ſponſus donaſſet, dimidia tantùm ex parte repeteretur:quod autem ſponſa donaſſet, ſiue cum oſculo, ſiue ſine oſculo, totum reſtitueretur, d.l.cùm veterum,& l.ſeq. C.eod. Septimum ſponſalitij ritus locum obtinent, Arræ ſponſalitiæ, quas videlicet ſponſus, quaſi pignoris & arræ loco dat, fore, vt eam vxorem ducat: nam illæ tantùm à ſponſo eiúſve nomine dabantur: à ſponſa verò non dabantur, l.3.&.l.5. C.de ſponſ.& arr.ſponſ.l.vlt.C.de Epiſc. & cler. l. ſi quis officium, 38.D.de rit.nupt. Itaque triplex inter arras & donationes ſponſalitias differentia perſpicitur: prima, quòd illæ tantùm à ſponſi parte conferuntur: hæ verò vtrimque. Illæ, ſi per ſponſum fiat quo minus nuptiæ ſequantur, amittuntur:ſi per ſponſam, tunc ſi minor 25.annis ceperit, ſimplum reddit; ſin maior,duplum, d.l.5.C. de ſponſal. at in donationibus nulla dupli ratio habetur. Poſtremò arræ morte alterutrius repetũtur,l.3.C.de ſponſal.donationes ſpõſalitiæ non repetuntur.

DE MVLTIPLICI IVRE SPONSALIORVM, EORVMQVE CVM NVPTIIS DIFFERENTIA VEL COMMVNIONE.

CAPVT IV.

SVPEREST vt de iure ſponſaliorum diſſeramus: ac primùm illud videamus,cuius iuris ſponſalia ſint, quod vno verbo ita definiendum eſt: vt ſi ſtipulatione & ſponſione contrahuntur,iuris ciuilis ſint, ſicuti ceteræ omnes obligationes,quæ certis verborum formulis & contrahuntur & diſſoluuntur,l.quoties,14.D.de nouat.l.2.D.de diuort. ſin nudo conſenſu & conuentione, ſint iuris gentium,arg.l.1.in fin.D.de cont.emt.l.1.D.locat. Secundò videndũ eſt, an & qualis obligatio per ſponſalia cõtrahatur. Ergo antiquiſſimo iure,ex ſponſalib. ciuilis naſcebatur obligatio, ex eáque dabatur actio, quæ ex ſponſu dicebatur,aduerſus eũ eámve,per quẽ quámve factũ eſſet, quo minus nuptiæ ſequerentur. ſiebátque condẽnatio in id quod alterius intererat; quemadmodũ ſup. ex Ser. Sulpitio demonſtratũ eſt. Video etiam moris fuiſſe, vt certa ſumma pœnæ nomine in ſtipulationẽ deduceretur, ſicuti paullò antè ex Varrone docuimus. Nam cùm eius quod intereſt, æſtimatio in cauſſis omnibus difficilis eſt, tũ verò in coniugali adfectione difficillima, quam ipſam ob cauſſam pœnæ ſtipulationes interponi ſolitas, conA ſtat ex l.vltim.D.de præt.ſtip. poſt verò corruptis ac perditis ciuitatis Romanæ moribus, cùm flagitioſa & deteſtanda repudiorum libertas increbuiſſet,inſtitutum fuit, ne vlla ex ſponſalibus ciuilis obligatio naſceretur; ſed libera renunciatio eſſet: neque vlla eo nomine actio, petitio daretur, l.1.C.h.t.l.2. C.de repud.adeò vt ſi pœna deducta in ſtipulationem fuiſſet, ne ipſius quidem nomine actio daretur, l.Titio, 71.§.1. D.de cond.& dem.l.2.C. de inutil.ſtip.l.Titia, 134. D.de verb. obl. idque etiam Imp. Leo Philoſo- B phus teſtatur Nouell.74. Hæc fuit temporum illorum ratio,perditis, vt dixi, ciuitatis morib. cùm Populus R. non modò promiſcuos concubitus pecudum ritu ſectaretur,verùm etiam à coniugiis abhorreret,qua de cauſſa legem illam omnium celeberrimam ferri oportuit, Papiam Popæiam de maritandis ordinib. qua lege & maritis præmia,& cœlibib.pœnæ impoſitæ fuere. His igitur profligatis ciuitatis moribus, ſenſim contra iuris directi regulas inductũ fuit, vt libera eſſet ſponſaliorum renunciatio: quæ C renunciatio propriè repudium dicebatur: cùm eo verbo promiſcuè etiam in diuortiis vterentur,l.inter ſtuprum, 101.§.1. D.de verb. ſign. quinetiam Repudij formula vetuſtis, vt credi par eſt, temporibus inſtituta, ſublata, obligationis vi tamen retenta eſt: CONDICIONE TVA NON VTOR. l.2. D. de diuort. eiuſque perditæ & flagitioſæ repudiorum libertatis teſtimonio eſt, quod Papinianus eum ſponſum irridet, qui mulierem ſibi à patre deſponſam idcircò adulterij accuſare volebat, quòd alteri à patre in ma- D trimonium deſponſa fuiſſet,l.miles,11.§.quærebatur, D.ad leg.Iul.de adult.Quę cùm ita ſint,perſpicuũ eſt, primùm ſponſalia iſto Digeſtorum iure non fuiſſe in contractuum numero: quoniam nulla ex iis efficax naſcebatur obligatio: deinde, iſtius ſtipulationis, (quod ius ſingulare ac nouum eſt) non maiorem hoc caſu quàm pacti nudi vim eſſe, quo, vt ait Paul. ciues R.non obligantur, lib.ſent.2.tit.14. Sed quæri poteſt, an non ex illo ſponſaliorum pacto naturalis tamen contraheretur obligatio, quæ quoties na- E turalis ſubeſt æquitas, contrahi dicitur. l. Stichum 95.§.naturalis,D.de ſolut. quod certè probabilius videtur:primùm quia in ſtipulationis formula vitium nullum fuit, ſicut accidit in ſpecie l. 1. §. ſi ita quis, D.de verb.obl.l.1.§.eum qui,D.de conſt.pec. Deinde quia ne liquidò quidem adfirmari poteſt,nullam naſci ciuilem ex ſponſalibus obligationem, cùm in iis diſſoluendis præſcripta repudij formula vtendum eſſet,d.l.2. D.de diuort. Ex quo, vt iam dixi, intelligitur,quamuis propter perditos ciuitatis mores nul- F la efficax ex ſponſalibus naſceretur obligatio, tamen in rei veritate, & directo iure aliquam contrahi, præſertim cùm alioqui ſtipulatio, vt iam dictum eſt, in qua vitij nihil eſt, ne pacti quidem vim haberet; quod valdè abſurdum eſſet. Secundum ſponſaliorum ius eſt, vt per ea æquè ferè, vt per nuptias adfinitas contrahatur. Nã & generi & nurus adpellatione ſpõſus & ſpõſa; itẽ ſoceri & ſocrus adpellatione ſponſorũ parẽtes cõtinentur,l.6.& l.8.D.de grad. qua de cauſſa quæ lex vetat genero vel ſocero inuito G teſtimoniũ denũciari, ea & ad ſpõſum & ſpõſæ patrẽ producitur,l.4.& l.5.D.de teſt. Sic lex quæ nouercæ & nurus nuptias prohibet,etiã ad patris & filij ſpõſã ꝑducitur,l.ſi qua mihi,12.§.1.D.de rit.nupt.& quę ſocerorũ ac generorũ necẽ parricidij crimine cõprehẽdit,eadẽ etiã ad ſpõſos ſpõſaſq.porrigitur,l.4.D.de parricid.Quod verò Neratius ait,inter ſpõſũ & ſpõſã

adfinitatem contrahi, non quaſi propriè dictum accipiendum eſt,ſed impropriè: quaſi dixiſſet, neceſſitudinem,l.quod Seruius,8.D.de cond.cauſſ.dat.Tertium ius ex eo intelligitur,quòd ſponſalia multis caſibus nuptiarum ferè vim obtinent. Qua de cauſſa Imp.teſtatur, multas ea de re controuerſias exſtitiſſe, l.5.C.de bon.quæ liber. Itaque quemadmodum qui binas vxores,ſic etiam qui binas eodem tēpore ſponſas habet,ignominia notatur,l.1.D.de his qui not.infam.quod lege Iulia cautum eſt, ne marito vxoris fundum alienare vel obligare liceat, idem etiam in ſponſæ fundo valere reſponſum eſt, l. 4. D. de fund. dot.Sicut pro illata vxori iniuria,marito iniuriarum conceditur actio, l.1.in fi. D. de iniur. ita ſponſo pro iniuria ſponſæ illata,l.item apud Labeonē,15.§.ſponſam,D.eod. Et quod lege cauetur,ne dotalem vxoris fundum alienare liceat, etiam ad ſponſæ fundum productum eſt, l.4. D.de fund.dot. Quod conſtitutum eſt, ne quaſdam vxores Senatoribus ducere liceat,id ad ſponſalia productum eſt,l.oratio,16.D.h.t. l.cum hic ſtatus,32.§.vlt.D.de do.int.vir.Sicuti à marito quæſita vxor non adquirit,niſi quoad vſum fructum,ita nec à ſponſo quæſita patri ſponſæ aliter adquiruntur,l.5.C.de bon.quæ li. Eò accedit,quòd priuilegium vxori competens etiam ſponſæ conceditur:veluti ſi dotem dederit, & ſponſalibus renunciatum fuerit,in exigenda dote ceteris creditoribus præferatur,l.quæſitum,17.§.ſi ſponſa, D.de reb.auct.iud. poſſ.l.ſi ſponſa,74.D.de iur.dot. Item quod dicitur, parricidij teneri eum qui vxorem occiderit, etiã aduerſus eum valeat, qui ſponſam interfecerit, l. ſed ſciendum,D.ad leg.Pomp.de parricid. Quod conſtitutum eſt,ne tutor pupillam ſuam ſibi,filióve ſuo vxorem adſciſcat,id etiam ad ſponſalia productum eſt. l.tutor,15.D.h.t.l.ſi quis tutor,60.§.pe.D.de rit.nup. Poſtremò, ius accuſandæ vxoris adulterij, quod lex Iulia marito iure quodam præcipuo & antè extraneos conceſſerat,Impp. Seueri & Antonini reſcripto etiam ad ſponſum productum eſt, vt ſponſus intra dies 60.extraneis præferatur,l.ſi vxor,13.§.diui,& §.ſi minor,l.miles,11.§.quærebatur, D.ad l.Iul.de adult.l. propter,9.C.eod.Ac mihi non alienum videtur,inſignem Philonis locum,& ad hoc inſtitutum magnoperè pertinentem adſcribere, eſt autem in illius lib. de certis legib.ad Decal.pertinent. *μεθόριον ὑπολαμβάνουσι τινὲς ἀδίκημ' εἶναι φθορᾶς καὶ μοιχείας, ὑπογάμιον, ὅταν ὁμολογίας μὲν ὑπογράψωσι, μήπω δὲ τῶν γάμων ἐπιτελεσθέντων ἕτερος ἀπαντήσας, ἢ καὶ βιασάμενος, εἰς ὁμιλίαν ἔλθῃ· παρ' ἐμοὶ δὲ κρίσει μοιχείας καὶ τοῦτ' ἐστιν εἶδος. αἱ γὰρ ὁμολογίαι γάμοις ἰσοδυναμοῦσιν, αἷς ἀνδρὸς ὄνομα καὶ γυναικὸς, καὶ τἄλλα τὰ ἐπὶ συνόδοις ἐγγράφεται.* id eſt: Sunt qui medium quoddam crimen eſſe cenſent,inter ſtuprum & adulterium,interceptum concubitum, cùm poſt contracta ſponſalia, nondum celebratis nuptiis, alter interuenit, qui vi, aut dolo, puellam comprimit: at me iudice hæc quoque adulterij ſpecies eſt: ſponſaliorum enim eadem quę nuptiarum vis eſt:cùm viri & vxoris nomina,atque alia quædã in conuentu & frequentia propinquorum perſcripta ſunt. Et in eãdem ſententiam Tertullianus lib. de virg. veland. Deſponſata enim quodammodo nupta. Tamen inter QVODAMMODO & VERE ſatis intereſt,dumtaxat in hoc loco. Atque his quidem caſibus magna inter ſponſalia & nuptias communio eſt. In aliis autem quibuſdam hæ notari differentiæ poſſunt. nam inter impuberes cōtrahi ſponſalia poſſunt,nuptiæ non poſſunt, l.7. l.9. D.h.t. Sponſalia promiſſione conſtant, ac proinde,

A nec præſenti traditione, & acceptione, nec niſi verbis futuri temporis contrahuntur, l.1.l.quæſitum, 9. D.eod.Nuptiæ verò verbis præſentis tēporis & præſenti puráque traditione & acceptione conſtituuntur,l.pen.D.de don.inr.vir.Itaque in ſponſalibus deductio in domum nullius momenti eſt: in nuptiis neceſſaria eſt,d.l.pen. Præterea vxor in mariti familia eſſe dicitur,l.quicumque,10.C.de iur.mil.l.pen.§. Iulianus, D.quod falſ.tut. auct. & in eius domo domicilium habere,l.exigere,65.D.de iud. Sponſa antè B nuptias contractas non habet,l.ea quæ,32. D.ad munic. Donatio inter virum & vxorem non valet;inter ſponſum & ſponſam valet,l.cum hic ſtatus,32.§.pen. D.de don.int.vir. Vxor virum lugere iubetur:ſponſa ſponſum non iubetur, l.vxores, 9 D. de his qui not. infam. Quæ luget, nubere ſine infamia non poteſt: ſponſalia verò,quia futuri temporis ſunt,contrahere poteſt,l.ſeq.eod. Quod lex vetat, ne liberta patrono nupta ei inuito nuncium mittat,ad ſpōſam non porC rigitur,l.in eo iure,45.§.2.D.de rit.nupt.Supereſt poſtremum ius ſponſaliorum,vt certis caſib. impunè ac ſine fraude repudium mittere liceret,quod etiam argumento illo confirmatur, quod ſuperius dicebamus, Ius ne pœnæ metu ſponſalia adſtringere liceret, perditis Reip.temporib.inductum fuiſſe. Nam contrarij iuris veſtigia hæc remanſere: quorum tamen quædam ad pœnam arrarum ſponſalitiarum pertinere conſtat.Si ſponſus,qui in eadem eſſet prouincia,nuptiis moram biennio longiorem faceret, l. 2.C.h.t. Si ſponſus extra prouinciam triennio amD plius cunctetur, atque illa ſua cunctatione ſponſam ſua ſpe fruſtretur, l. 2. C.de repud. ſi qua turpitudo ſponſi ſponſæúe detecta eſſet: ſi noua ipſius religio vel ſuperſtitio potius detecta vel ſuſcepta fuiſſet: ſi quod in ſponſo vitium appareat virilis impotentiæ, quod liberorum ſpem adimat,l.5.§.his illud, C.h.tit. Atque hæc de ſponſalibus iuris ciuilis & Iuſtinianici ratio fuit.

E

DE IVRE SPONSALIORVM, EX LEGE MOSAICA, ET CHRISTIANORUM tam Græcorum quàm Latinorum inſtitutis.

CAPVT V.

PORRO quid de ſponſalibus piè & ad noſtram religionem adcommodatè dici poſſit,conſiderandum eſt. Primùm autem ex lege DEI totius diſputationis fundamenF tum hoc conſtituendum eſt.Deut.22. Si quis cum ea puella quæ viro alicui deſponſa eſt, concubuerit, producitote & illum & illam ad portam vrbis:eóſq. lapidib.obruitote: puellam quia in vrbe vociferata non eſt,virum quia cum vxore propinqui ſui concubuit. Quibus ex verbis, multa quæ ad ſponſaliorum ius pertinent,notari poſſunt: primùm quòd ſponſalia nō humana,ſed diuina lege inſtituta, atque à nuptiis diſtincta ſunt, tempúſque aliquod inter ſponſionem & traditionem, inter ſponſaliorum & nuptiarum diem interpoſitum: quod etiam Ioſephi & G Mariæ exemplo, itémque Deut. cap. 20. apertè confirmatur, vbi Moſes vetat eos, qui ſponſalia contraxerint, prælium inire:& cùm omnes in procinctu eſſent,ſic pronunciari iubet: Quis eſt qui vxorem deſponſauit,nec dum eam duxit?reuertatur domum,ne in hoc prælio moriatur, & alius illam ducat. Item cap.ſeq.vbi Moſes certis in cauſſis ſpacium illud interme-

termedium luctus fœminarum adſignat. Quod cùm ita ſit, conſentaneum eſt, Nuptias inter Chriſtianos non ſatis piè, ſine præcedêtibus ſponſalibus copulari. Alterum eſt, quod eodem diuino inſtituto ſuũ cuique eorum ius proprium ac peculiare adtributũ fuit: vt videlicet aliud ſponſi & ſponſæ, aliud mariti & vxoris ius eſſet: velut in concubitu quem inter coniuges Apoſtolus honeſtum adpellat, 1. Cor. 7. v. 3. inter ſponſum & ſponſam diuina lege improbatur. Deut. 20. 7. Hinc illud Ambroſij lib. epiſt. ep. 66. Si quis deſponſata ſibi & tradita vtatur, coniugium vocat: qui alienæ expugnat pudorem, adulterium facit. vbi ſine dubio ad illud Virg. alludit:

Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

Tertium eſt, vt, quantum ad perpetuam vitæ ſocietatem, par eadémque ſponſi & ſponſæ, quæ coniugum ratio haberetur, niſi quid ante nuptias vitij detectum eſſet, quod iuſtum nuptiis impedimentum adferret. Nam mulier ſponſa ita propriè ſponſo deuota, deſtinata ac decreta eſt, vt iam pro deſignata vxore numeretur: quod etiam locus ille Matth. demonſtrat cap. 1. Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Ne metue Mariam vxorem tuam capere, id eſt, adſciſcere & abducere: quãquam haud ſcio an non æquè cõmodè ita conuerti poſſet: Ne metue Mariam tibi vxorẽ adſciſcere: quaſi σου pro σοὶ vſurpatum eſſet. Sic ex contrario ſponſus filiæ diſertè nominatur Gener, Geneſ. 19. vbi adoleſcentes, qui Lothi filias propediem vxores ducturi erant, ipſius generi vocantur. Itaque priſcis eccleſiæ Chriſtianæ temporib. Synodus ſexta in Trullo habita c. 98. in eandem ſententiam ita decreuit: ὁ τὴν ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν, ἔτι τοῦ ἀνδρὸς ζῶντος εἰς γάμου κοινωνίαν ἀγόμενος, τῷ τῆς μοιχείας ὑποκείσθω ἐγκλήματι. id eſt: Qui deſponſam alteri mulierem, viuo ipſius ſponſo, in ſocietatem nuptiarum adſciuerit, criminis adulterij reus eſto. quod decretum Imp. Leo Philoſophus, religionis, vt apparet, ſtudioſiſſimus, ratum in ſuo Imperio iuſſit eſſe: Nouell. 18. & Nouell. 74. vbi etiam ius Romanorum antiquiſſimũ reſtituit, vt pœnæ adiectione ſponſaliorum vinculum adſtringere liceret. Eius autem decreti rationẽ Imp. Alexius Comnenus hanc profert, quam Leo quoq; prius indicarat: quia Chriſtianorum inſtituto, ab Iſraëliis, vt credi par eſt, ſumto, ſponſalia certa precationis formula, quam εὐλογίαν adpellant, ita conſecrabãtur, vt Deus illorum auctor, arbiter & cõciliator adgnoſceretur. Nefas igitur piis illius ætatis hominib videbatur, quod DEO auctore conſtitutum erat, leuium hominum arbitrio diſſoluere, vt Chriſtus dixit, Quos Deus coniunxit, homo ne diſiungat. Verba Comneni propter illorũ auctoritatem adſcribemus: οὐκ ὀλίγον ἐνταῦθα τὸ ἄτοπον ἐπαίρεται, τὰς προσῳδίους τῷ γάμῳ εὐχὰς ἐπὶ μνηστείᾳ συντελεσθείσας ὥς τι τῶν εἰκαίων καὶ συμπεφορημένων λογίσασθαι, καὶ διαφόρως ἐκλαβέσθαι τὸ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ θεὸς μέσον τῶν συναπτομένων προσώπων διὰ τῆς μνηστείας εἰσήγετο. id eſt, Non exiguum hîc incommodum atque abſurdum conſequetur, precationem in nuptiis fieri ſolitam, in ſponſalibus pronunciatam, pro vano quodã & inani additamento cenſeri, & pro ſupernacanea numerari: quaſi Deus inter perſonas per ſponſalia coniũgendas Mediator ſiue arbiter adhibitus non fuiſſet. Et hac de cauſſa Leo Philoſophus, vt ius ciuile cũ illo ſextę Synodi decreto cõciliaret, ac violandæ religionis occaſionem præcideret, ſuperſtitioſè conſtituerat, ne vſitata in ſponſalibus precatio ſiue benedictio deinceps pronũciaretur, ſed in diem & ad tẽpus nuptiarũ differretur: quoniã, inquit, tũ demũ verè diſſoluta ſpon-

A ſalia videntur, cùm poſt eam conſecrationem pronunciatam repudium mittitur: Nouell. Leon. 74. Commodius igitur Alexius, & ad Synodi ſentẽtiam aptius conſtituit, vt ea conſecratio ſponſalibus reſtitueretur: & ea demũ ſponſalia iuſta, id eſt, legitima, perfecta & abſoluta haberentur, quæ inter puberes contracta, DEI precatione conſecrata eſſent, atque ita non minus indiſſolubilia quàm ipſæ nuptiæ haberentur. τὰς τοιαύτας μνηστείας ἀμεταχειρίστους τε διαμένειν καὶ

B ἀδιασπάστους, καὶ τὸ ὅλον ἀλύτους, ἅτε θεοῦ μέσον τῶν συναπτομένων εἰσαγομένου, καὶ τὴν πρώτην προσομιλοῦντος τε καὶ κρατύνοντος τοῦ βίου συναρμογὴν, διὰ τῶν ἱεροτελουμένων εὐχῶν: id eſt: Talia ſponſalia firma, inconcuſſa, indiſſolubilia maneãt, quippe cùm Deus arbitrum ſe atque auctorem, ſiue mediatorem inter eos qui coniunguntur, interponat, & primam hanc vitæ cõiunctionem per ſacrarum precum initiationem confirmet. Ac magnoperè notãdum eſt, cũ illis Orientalibus Impp. etiam Occidentales in ſummo ſponſaliorũ iure con-

C ſenſiſſe. Nam Carolus Magnus lib. Franc. leg. 1. c. 163. De coniugali, inquit, velatione requiſiſti: ſi deſponſatam alij puellam, alter in matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat, modis omnib. inhibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles ſacrilegij cuiuſdam inſtar eſt, ſi vlla tranſgreſſione violetur. Quattuor igitur hęc ſpõſaliorum iura à Chriſtianis Impp. conſtituta ſunt. Primùm, ne nuptiæ ſine præcedentibus ſponſalibus conſtituerẽtur: quod iuri quidem diuino conſentaneum eſt, Ro-

D manorum autem iuri contrarium, l. quæſitum, 9. & ſimil. D. h. t. Alterum: Ne iuſta ſponſalia antè pubertatem contraherentur: contra l. ſponſalia, 14. D. h. t. quæ verò antè pubertatem, poſt annum tamen ſeptimum contractæ eſſent, nihil ad religionem pertinerent, ſed eodem loco haberentur, quo ceteri contractus omnes; & ex iuris ciuilis diſpoſitione permitterentur, vt quidquid de arris ſponſalitiis, & aliis rebus conuenerat, ſeruaretur. Tertium ius eſt, vt ſponſalia non minus rata, fixa, firma eſſent, quàm nuptiæ, quæ

E indiuiduæ nominantur, l. 1. D. de rit. nupt. ac proinde ſecundùm Synodi ſextæ ſanctionem, qui quæ cum alia perſona conſtitutas nuptias habuerit, adulterij reus haberetur, contra l. 1. & alias cõſimil. C. h. t. Atque hoc quidem & Orientalium & Occidentalium eccleſiarum inſtitutum fuit, quod non modò cum antiquiſſima Synodo, verùm etiam cũ Scriptura ſacra congruere apparet, vt, meo iudicio, non incommodè dicere poſſimus, in Chriſtianorum nuptiis três quaſi gradus cõſtitui. Primùm, vt antè ſponſalia, de nuptia-

F rum condicionib. de parentum, propinquorum amicorúmque ſententia intra priuatos parietes conueniat: hoc eſt, de dote, de donatione propter nuptias, de dotis incremento, & arris ſponſalitiis: quemadmodum Romanorũ inſtituto videmus antè ſpõſalia dotis cõuentiones fieri ſolitas, l. ſi ſponſalib. 58. D. de iur. dot. Secundus gradus eſt, vt iiſdem præſentibus, certè nõ paucioríb. quàm ſeptem teſtib. conuocatis, iiſque marib. & præterea paſtore Eccleſiæ, ſponſus vel ſpõ-

G ſa, vel eorum nomine octauus aliquis palàm pronunciet, ac Deum teſtetur, vtrumque ab omni aliarũ nuptiarũ obligatiõe liberũ eſſe, neq; ſibi eſſe cõſciũ, quã ob cauſſã eius rei cõtrouerſia ſibi moueri poſſit: habere autẽ in animo, Titiũ quidẽ Caiã in vxorẽ ducere: Caiã verò Titio nubere; ac tũ Titi⁹ ita mulierẽ roget: Spõdes te mihi vxorẽ fore? viciſſimque mulier virũ: Spõdes te mihi maritũ fore? neque per te futurũ, quo minus primo quoque tẽpore nuptię in Eccleſia DEI

celebrentur, vt eo auctore perpetuã vitæ ſocietatẽ ineamus. Cùm vterque reſponderit, SPONDEO, tum vt paſtor Eccleſiæ totius cœtus nomine precationẽ ꝓnunciet, & quaſi conſecrationis formula DEO ſponſalia cõmendet, eúmque oret, vt ea res vtrique fauſtè, feliciter, proſperéque eueniat. Quib. peractis, paſtor illa ſponſalia in eccleſia promulget, palámque pronunciet, vt ſi quid fortè legitimi impedimenti adferre aliquis poſſit, cum fide id faciat, & ſenatui eccleſiaſtico denũciet, vt omnia, quemadmodum Paullus ſtatuit, rectè atque ordine in eccleſia DEI gerantur. Nam hoc inſtitutum nõ ab aliquo Papa manaſſe, ſed ex vetuſtiſſima eccleſiæ Chriſtianæ cõſuetudine fluxiſſe Papa ipſe Innocentius III. fatetur, in c. vlt. ext. de clandeſt. deſp. vbi ſic loquitur: Quare ſecundùm ſpecialem quorumdam locorum conſuetudinem ſtatuimus, vt cùm matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſiis per presbyteros publicè proponantur competenti termino præfinito; vt intra illum terminum qui valuerit & voluerit, legitimum impedimentum opponat, &c. Eáque promulgatio Bannum Langobardico vocabulo vocatur, in c. cum in tua, 26. ext. de ſponſal. & ex veteri conſuetudine fluxiſſe dicitur, in c. cum de tua, 6. ext. qui matrim. accuſ. poſſ. Neque verò abſurdum cuiquam videri oportet, quòd tum demum ſponſalia promulgantur, & eorum impedimenta exquiruntur, cùm iam conſecrata precatione, ex Chriſtianorum Impp. inſtituto, indiuidua & indiſſolubilia ſunt: quæ cauſſa Imp. Leonem Philoſophum impulerat, vt adhiberi precationem vetaret: nam cùm vir & mulier in contrahendis ſpõſalibus adfirmarint, nullius ſe iuſti impedimenti ſibi eſſe conſcios, ſi quid poſtea compertum ſit, eadem illis pœna quæ nuptiarum contractarum violatoribus à magiſtratu impendebat. Poſtremus nuptiarum gradus erit, vt præſtituta die nuptiæ eo ritu celebrentur, qua de re ſuo loco diſſerendum erit.

AN RECTE SPONSALIA INTER IMPVBERES CONTRAHI poſſint: itémque inter abſentes; ex iure Chriſtiano.

CAPVT VI.

NVNC etiam ſupereſt, vt quæſtiones aliquot ad ſponſalia piè contrahenda pertinentes proponamus, quarum prima hæc eſt: An ſponſalia inter impuberes piè contrahi liceat. Nam iure ciuili poſt annos ſeptem (intra quam ætatem infantes adpellantur) contrahi ſponſalia licuiſſe patet ex l. in ſponſal. 14. D. hoc titul. & Paul. lib. Sent. 2. titul. de nupt. eorúmque hæc vis erat, vt parentes tutoréſve, qui ſpoponderant, ſi repudium mitterent, pœnis ſponſalitiis tenerentur, quas ſup. expoſuimus. Sed videamus, ne ſatis ad normam religionis adcommodatum hoc ius ſit: primùm, quia durum eſt, ætatem illam improuidam tam graui obligatione in perpetuum vitæ ſuæ tempus adſtringi: cùm iure ciuili nulla obligatione, ac ne naturali quidem, niſi quatenus locupletiores ſunt, adſtringantur. Vtrùm autem melior an deterior ipſorum condicio per illud im-

A maturum matrimonium fiat, valdè incertum eſt: deinde, quia ne iure quidem ciuili impuberes parentũ ſponſalibus obligantur, niſi puberes facti condicionẽ ratam habeant. Itaque conſultius facturi parentes videntur, ſi grauem illam ſponſaliorum obligationem in id tempus diſſerant: præſertim cùm Iure diuino ſpõſalia deſignati matrimonij vim habeãt: Iure autem ciuili, mulier impubes, ſi in domum quaſi mariti deducta ſit, non tamen prius nupta cenB ſeatur, quàm apud eundem pubertatem adepta ſit, l. 2. in fi. D. de priuil. cred. l. ſi. vxor, §. ſi minor, D. ad leg. Iul. de adult. l. minorem, D. de rit. nupt. l. pen. D. quando dies leg. ced. l. quod vir, D. de donat. int. vir. Eò accedit, quòd ſi impubes parentis morte ſui iuris eſſe cœperit, impunè patris ſponſalibus renunciare poterit: certè quidem poſt adeptam pubertatem, qua ætate liberum arbitrium conſecutus erit: atque ita ſponſaliorum paternorum obligatio inanis erit. Itaque Imp. Alexius Comnenus leC ge lata ſanxit, ne ſponſalia antè duodecimum aut decimum quartum annum contracta, iuſta & perfecta haberentur. Leo Philoſophus, quamuis ſponſalia poſt annum ſeptimum permiſerat, tamen ea conſecrari ante illam ætatem vetuerat, Nouell. 174. & Nouell. 109. adductus illa Sapientis ſententia Eccleſ. 3. ſuam cuique rei maturitatem eſſe; cui nulla in re, inquit, tam commodè locus eſt, quàm in nuptiis contrahendis, quæ perpetuam vitæ obligationem inducunt. Sequitur ſecunda quæſtio: An ſponD ſalia iure Chriſtiano conſtitui inter abſentes poſſint? Dubitandi cauſſam adfert Alexij conſtitutio, quę iubet ſponſalia, non niſi adhibito paſtore Eccleſiæ, & verba precationis præeunte, interpoſitáque conſecratione celebrari. Et profectò ita eſt, vritè conſecrari ſponſalia, niſi vtroque præſente, non videantur. Iure quidem ciuili non modò ſponſalia, ſi modò ſine ſtipulatione fuerant, verùm etiam nuptias inter abſentes contrahi ſatis conſtat, l. 4. l. 5. l. vlt. D. h. t. l. mulierem, D. de rit. nupt. Sed cùm iuE re diuino conſecratio in vtriſque requiratur, ea non ritè, niſi vtroque præſente fieri poſſe videbatur. Quòd ſi eccleſiaſtico iure certa verborum formula, hoc eſt, interrogatio reſponſióque exigitur, non dubium eſt, quin præſentia etiam requiratur, l. 1. D. de verb. oblig. Ex contrario pugnat, quod iure diuino quantumuis grauium & magnarum confœderationum pactiones, etiam per legatos & internuncios fiunt. Item iure ciuili præter legis actiones nullum negocium eſt, quin per internuncios expediri F poſſit, adeò vt etiam repudium & diuortium per internuncios, non modò iure ciuili, verùm etiam diuino fieri ſoleat: vnde vſitata locutio, Nuncium mittere. Et apud Hebræos, libellum repudij mittere. Quare probabilius videtur, ſponſalia etiam inter abſentes contrahi; dum tamen vtraque pars ſeparatim precatione & conſecratione fungatur; hoc eſt, vt ſinguli teſtibus non minus ſeptem conuocatis, adhibito præterea eccleſiæ paſtore, pronuncient, ſibi eſſe in animo matrimonij ſocietatem cum abſente, quo de agitur, contrahere, voluntatémG que abſentis cum ſua congruentis, non modò ipſius, verùm etiam parentum atque idoneorum auctorum manibus ſubſcriptam edant: atque ad extremum paſtor ei conuentioni benè in nomine IESV Chriſti precetur.

DE FORMVLIS SPONSALIORVM QVÆ VVLGO DICVNTVR VERBA de futuro & verba de præſenti, aduerſus Canoniſtas inſtituta diſputatio.

CAPVT VII.

SEQVITVR altera quæſtio, quibus verbis
ſponſalia contrahenda ſint: hoc eſt, vtrum
verbis in futurum, an in præſens tempus
conceptis; quæ Decretaliſtarum diſputa-
tio eſt, non modò in Scholis, verumetiam in vſum
vitæ recepta. cùm illam formulam, Ego te in meam
accipio, & ego te in meum, adpellant verba de præ-
ſenti: at illam, Ego te recipiam in meam, & ego te in
meum, verba de futuro. per illa, matrimonij obliga-
tionem contrahi: per hæc nudam fieri pactionem, &
quaſi quamdam de nuptiis deliberationem; c. com-
miſſum, 16. c. tuæ, 25. c. pen. & c. vlt. ext. de ſponſal. c.
licet, 3. ext. de ſponſ. duor. Primùm, quia verba ſpon-
dendi, promittendi, repromittendi, vi ac natura ſua
futuri temporis demonſtrationem continent; repu-
gnántque, deſponſam eſſe alicui aliquam, & eandem
illi traditam in manum fuiſſe, atque (vt more Roma-
no loquamur) in manum ipſius conueniſſe. Quapro-
pter, ſponſalia definiuntur Repromiſſio futurarum
nuptiarum, quemadmodum ſup. diximus ex l. 1. D. h.
t. & alio loco ſpes futurarum nuptiarum, l. ſi vxor, 13.
§. 1. D. ad l. Iul. de adult. Sponſus item definitur, qui
nuptias quidem promiſit, ſed nondum maritus eſt, l.
1. §. 1. D. pro dot. Prętereà ſatis conſtat, inter ſponſa-
lia & nuptias non modò in re diſcrimen, verùm
etiam in tempore interuallum eſſe: nam ſponſalia
verbis tantùm & promiſſione conſtant, d. l. 1. h. tit.
neque ſola in mariti domum deductione conſtitui
intelliguntur, l. quæſitum, 9. D. h. t. l. cùm hic ſtatus,
32. §. pen. D. de donat. int. vir. l. dotis, 68. D. de iur. dot.
At nuptię traditione & acceptione conſtant, hoc eſt,
datione in manum, & ductione in mariti domum, vt
ſup. dictum eſt ex l. pe. D de don. int. vir. l. 6. C. de do.
ant. nupt. Per ſponſalia contrahitur adfinitas, l. 8. D.
de cond. cauſſ. dat. per nuptias iuſtum coniugium.
Per ſponſalia contrahitur obligatio, ſiue naturalis,
ſiue etiam ex parte ciuilis, vt ſup. demonſtrauimus:
at per nuptias diſſoluitur. Per ſponſalia vir & mu-
lier, ſponſi & ſponſæ nomine adpellãtur: per nuptias
mariti & vxoris nomen adſequuntur, d. l. 6. C. de do.
ant. nupt. l. 5. C. de bon. quæ lib. Quæ deſponſa eſt, in
patris & adgnatorum familia eſt, verúſque domici-
lium retinet, l. ea quæ, 32. D. ad municip. quæ iam v-
xor eſt, in domicilium & familiam viri tranſlata eſt,
l. quęcumque, 10. C. de inc. milit. l. pen. §. Iul. D. quod
falſ. tut. auct. l. 1. §. 8. D. de Senat. Sillanian. Itaque ſpon
deri & deſponderi dicitur mulier, quæ promittitur
fore vt in manum detur: Datur verò, cùm in viri ma-
num ducenda traditur. Denique quemadmodũ pro-
mittere & dare, vendere & tradere diuerſa ſunt, ne-
que in idem momentum cadunt; ita ſponſalia & ma-
trimonium cadere in vnum idémque temporis pun
ctum non poſſunt. Ex quibus intelligi poteſt, ſpon-
ſalia per illa quæ dicuntur verba de præſenti conſti-
tui non poſſe, ne in vnum idémque temporis pun-
ctum & promiſſio & datio, hoc eſt, obligatio & ſolu-
tio cadere dicantur: alioqui donatio inter ſponſos ni-
hilo magis quàm inter coniuges valeret, contra l. 6.
C. de donat. ant. nupt. l. cum hic ſtatus, 32. §. penult.

A D. de donat. int. vir. Sponſa ſponſum lugere cogere-
tur, neque ante legitimum tempus luctus nubere,
propter infamiæ pœnam auderet, cont. l. 10. D. de his
qui not. infam. Concludendum eſt igitur, cùm ſpon
ſalia ſint promiſſio futuræ præſtationis, cùm per ea
futurarum nuptiarum obligatio contrahatur, ea non
niſi per verba futuri temporis rectè conſtitui: Spon-
deo me tibi maritum fore, ſpondeo me tibi vxorem
fore. Quòd ſi verba pręſentis temporis vſurpantur,
Accipio te in vxorem, accipio te in maritum: tum
B per ea verba neque ſponſalia contrahi (quia datur &
accipitur, non promittitur, vt cùm Pontifex Virgi-
ni Veſtali dicebat, Te Amata capio, apud Agel-
lium) neque matrimonium: quia iure ciuili matri-
monium non verbis, ſed ſollemni in domum dedu-
ctione contrahitur, d. l. 6. C. de donat. ant. nupt. Iu-
re autem diuino matrimonium ſine præcedentibus
ſponſalibus contrahi non poteſt, vt ſuperius docui-
mus; quamuis Romano iure nonnunquam nuptiæ
ſine ſponſalibus contrahebantur: vt ex Plauti, & Te
C rentij & pleriſque Iuriſconſultorum locis intelligi-
tur, quippe cùm perditis Republic. temporibus &
profligatis ciuitatis moribus, etiam tacitè & reipſa
matrimonia ſine vllo ritu, ſolo vſu & conſuetudi-
ne annua contraherentur, fœdo certè & turpi at-
que improbato more, vt inter omnes bonos conſtat.
Nequaquam igitur probanda eſt illa Petri Lombar-
di argutia, qui cùm iuris ciuilis minus quàm Theo-
logiæ peritus eſſet, lib. 4. diſt. 28. ita loquitur: Aliud
eſt promittere, aliud facere: qui promittit, nondum
D facit: qui ergo promittit ſe aliquam in vxorem du-
cturum, nondum eam in vxorem duxit: & quæ ſpo-
pondit ſe nupturam, nondum nupſit. Quid tum po-
ſtea Iuriſconſulte noſter? Ergo, inquit, aliud eſt per
verba de futuro, aliud per verba de præſenti ſponſa-
lia contrahere. Quippini. nam per illa, vera & iuſta
ſponſalia contrahuntur; per hæc neque ſponſalia cõ
trahuntur, quæ ſua natura in futurum tempus confe
runtur: neque nuptiæ, quę nudis verbis ſine ſollemni
ritu & deductione non contrahuntur. Sed tamen nõ
E idcircò dicendum eſt, quemadmodum aliud eſt pro-
miſſio de vendendo, aliud venditio; ſic aliud eſt pro
miſſio matrimonij, aliud matrimonium. Multo
etiam minus hoc modo: Quantum intereſt inter pa-
ctionem de futuro contractu & ipſum contractum,
tantum ferè diſtant ſponſalia de futuro à ſponſalibus
de præſenti, quę ſunt ipſe contractus coniugij. Hæc
atque huiuſmodi multa dici video à bonis Theolo-
gis, ſed non bonis Iuriſconſultis. Nã iure ciuili pro-
miſſio de vendendo aut locando nullius momenti
F eſt; nudi enim pacti nulla obligatio eſt, l. ſi tibi, 27. C.
de loc. & cond. l. nuda, 5. C. de contr. ſtip. nudæ polli-
citationis, ait Paullus, obligatio nulla eſt, lib. ſent. 2.
tit. 14. & lib. 5. t. 12. Sic promiſſio de donando, iure Di
geſtorum non erat obligatoria, & perſpicuè à dona-
tione ſeparatur, l. 1. D. de tranſaction. l. cùm dona-
tioni, 34. C. eod. l. in ædibus, 9. D. de donation. l. ex
conducto, 13. §. Papinian. D. locat. l. 3. C. de repud.
hered. Conuentio de redhibendo non eſt redhibi-
tio, l. quod ſi nolit, 31. §. illud planè, D. de ædil. edict.
G At promiſſio de contrahendo matrimonio certam
obligationem, ſi minus iure Digeſtorum efficacem,
at certè naturalem & iure diuino firmiſſimam pa-
rit. Sic igitur aptè & cum iure ciuili congruenter
dictum fuit: Quantum intereſt inter contractum
emtionis, venditionis, & traditionem rei venditæ;
tantum ferè intereſt inter ſponſalia & nuptias. nam

per illam obligatio contrahitur, cuius vis non ea eſt, vt rem emtoris faciat; ſed vt venditorem ad rem tradendam obliget, aut id quod intereſt præſtandum. l. 3. D. de obl. & act. l. 1. & paſſ. D. de act. emt. per hãc verò rei vẽditæ dominium, quod penes venditorẽ fuit, in emtorem trãsfertur. Quòd ſi quis roget, qualis per ſponſalia obligatio contrahatur, ita reſpondendum eſt: Siquidem dies nuptiis dictus eſt, eſſe obligationẽ in diem; ſin autem dictus non eſt, purã eſſe. Dies autem aut certa eſt, veluti Kal. Maij; aut incerta, veluti, cùm vtrique noſtrum erit commodum. Hoc caſu, Sicuti ex ſtipulationibus in diem, ita ex ſponſalib. præſens obligatio contrahitur, ſed pręſtatio in diem differtur: ac peti res prius quàm dies venerit, nõ poteſt. l. obligationum, 44. D. de obl. & act. l. centeſimos, 46. D. de verb. obl. Sin autem diei mentio facta nulla eſt, pręſens quidẽ obligatio naſcitur; ac ſtatim ſpõſa ſpõſo debetur. l. ei qui Kalẽdis, 41. D. de verb. obl. peti tamen prius non poteſt, quàm tãtùm temporis pręterierit, quo & cõmodè & honeſtè fieri pręſtatio poſſit. l. quod dicitur, 105. l. liber homo, 118. D. de verb. obl. §. vlt. Inſt. de inut. ſtipul. Addidi autẽ HONESTE; partim propter regulam iuris ciuilis antiquã, Vt in matrimoniis non tantùm quod liceat cõſideretur, ſed etiam quod honeſtũ eſt. l. ſemper, D. de reg. iur. partim propter Apoſtoli pręceptum, qui iubet omnia in eccleſia rectè atque ordine adminiſtrari. Sed quę tandẽ iſtius noui & antea inauditi iuris in vſum Chriſtianorum inducendi cauſſa fuerit, paulisper cõſiderandum eſt. Nam mihi quidem ſic videtur: Cùm animaduerſum eſſet nonnullos è Chriſtianorum numero libertatem illam in repudiis mittendis amplecti, & ſponſalia de futuro contracta pro nihilo ducere; commodius viſum eſt, ea per verba de præſenti conſtituere, vt eo modo pura & præſens obligatio cõtraheretur. Verùm intelligere debebant, primùm iſto modo, Dei inſtitutum in eccleſia & morib. Chriſtianorum abrogari. Nam cùm Deus ſponſalia nuptiis antecedere, primúmque illum ad nuptias gradũ eſſe voluerit, ſi ſponſalia eodem quo nuptias modo contrahimus, an non ſponſaliorum vſum ex eccleſia tollimus, & res inter ſe diſiunctas confundimus? Deinde illi leuitatis & repudiorum malo Deus ſatis pro ſua ſapientia occurrerat: cùm ei qui ſine cauſſa repudium mitteret, adulterij crimen impoſuerat. Atque hæc quidem de ſponſalitiorum verborum formulis & conceptionib. à Decretaliſtis inſtitutis dicta ſint. Proximum eſt, vt quod ius illarum formularum eſſe voluerint, conſideremus. Primum autem hoc fuit, vt ſponſalib. de futuro impunè ac ſine fraude renunciare liceret: quemadmodũ ſocietati negociationis cauſſa contractę, liberè ab vno ex ſociis renunciatur. c. 2. & c. requiſiuit, 17. ext. de ſponſal. quod apertiſſimè cũ iure diuino pugnare ſup. multis locis demonſtratum eſt. Secundum hoc fuit, vt qui cum muliere ſponſalia per verba de futuro contraxit, idem cũ altera per verba de præſenti contrahere ſponſalia, atque adeò matrimonium poſſit. c. commiſſum, 16. c. pen. ext. eod. quod cùm idem iuri diuino perſpicuè aduerſatur, tũ etiam ciuili æquitati, vt quemadmodũ qui binas vxores habet, ſic & qui binas eodem tempore ſpõſas habet, infamia notetur. l. 1. D. de his qui not. infam. l. eum qui, 18. C. ad leg. Iul. de adult. Quin etiam mulier quę ipſi nubet, ex ciuili æquitate, ſtupri tenebitur. l. pen. D. ad leg. Iul. de adult. Tertium eſt, vt ſpõſalia de futuro facta, per inſequentia verba de pręſenti cõtracta, ipſo iure euaneſcant, c. ſicut ex literis, 22. ext. eod.

A contrà naturalẽ & ciuilẽ ęquitatẽ, qua conſtitutũ eſt, vt quo quidque modo cõtractum eſt, contrario modo diſſoluatur: ac propterea certa in repudiis verborũ ſollemnitas vſurparetur: Condicione tua non vtor, l. 2. D. de diuort. quippe cùm æquitas, honeſtas, humanitas denique poſtulet, vt mulieri honeſtæ vir fidem dedit, ſi eam fallat, maturè & teſtato, vt ſibi conſiliũ capiat, denunciet, neúe minor ſanctiſſimæ ſocietatis inter virum & mulierem initæ, quàm eius quæ ne- B gociationis cauſſa contracta eſt, religio eſſe videatur, quæ ſine renunciatione tacitè pro ſocij libidine atque arbitrio diſſolui non poteſt. Quid multa? cùm eodem ciuili iure, qui ſciens non ritè atque vt oportet, repudiatam à marito vxorem ducit, adulterij teneatur, l. pen. D. ad leg. Iul. de adult. tantúmque in obſeruanda repudiorum forma momentum poſitũ eſt, vt repudium non ritè, &, vt Vlp. ait, non ſecundùm legitimam obſeruationem factũ, pro infecto habeatur, d. l. pen. & l. ſi non ſecũdum, 35. D. de don. int. vir. C & vx. l. vn. in fi. D. vnd. vir. & vx. l. nullum, 9. D. de diuort. Quartum ius eſt, vt concubitus ſponſalia per verba de futuro ſecutus, pro iuſto & connubiali habeatur, c. veniens, 15. c. cum is qui fidẽ, 31. ext. de ſponſal. c. de illis, 3. & c. per tuas, 6. ext. de cond. appoſ. quod non modò diuino & humano, verùm etiã huic ipſi Decretalitio repugnat. Diuino iuri, quoniam nullus eo iure concubitus, niſi inter maritum & vxorem iuſtus & legitimus habetur. Maritus autem & vxor, ãntè nuptias & deductionem in domum, non D dicuntur. l. 6. C. de don. ant. nupt. l. pen. D. eod. Ciuili iuri; quia nuptiæ contra leges contractę, hoc eſt, cõcubitus falſarum nuptiarum nomine admiſſus, pro ſtupro numeratur, l. qui pupillam, 7. D. ad leg. Iul. de adult. l. præfectus, D. de rit. nupt. l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. l. 4. C. de nupt. Quintũ eſt, vt concubitus ſpõſalia per verba de præſenti contracta ſecutus, pro legitimo & matrimoniali concubitu cẽſeatur. c. ſicut, 22. ext. eod. quod à ſanctiſſimo DEI inſtituto planè alienum eſt: qui cùm à nuptiis ſponſalia diſtinxerint, E ſine dubio diuerſa illarum & horum iura inſtituit: quæ ſceleratè ac nefariè ab iſtis ſacrilegis confunduntur.

ALTERA CONTRA' CANONISTAS DISPVTATIO DE SPONSALIBUS, quæ vel purè vel ſub condicione & in diem contrahi dicuntur.

F

CAPVT VIII.

ALIA quæſtio eſt, vtrum purè, an ſub condicione & in diem contrahi ſpõſalia poſſint? Nam eodem Decretaliſtico iure receptum eſt, vt ſponſalia quandóque purè, quandóque ſub condicione contrahantur. c. 1. & c. per tuas, & paſſ. ext. de cond. appoſ. In eandémque ſententiam & Petrus Lõbardus, & plerique alij Sorboniſtę multa diſputant: ſed haud ſatis peritè, meo quidem iudicio. Sponſalia enim neque purè neque ſub condicio- G ne contrahi poſſunt. Purè idcircò non poſſunt, quia purè promiſſum ſtatim peti poteſt. Sponſa autem peti iure diuino, vt ſuperius demonſtratum eſt, niſi poſt tempus aliquod non poteſt. Sub cõdicione non contrahuntur; quia promiſſio condicionalis obligationem ſuſpendit, incertúmque relinquit, vtrum res debeatur, an non: quoniam in incerti caſus euentum obligatio collata eſt. l. condicionales, 64. D. de verb.

verb. obl. §. 4. Inſtit. eod. At ſponſalia iure diuino obligationem pariunt: vt ſine adulterij crimine, ſponſus alteram ducere, ſponſa alteri nubere non poſſit: quemadmodum ſuperius expoſitum eſt. Quid ergo eſt? dicendum ſcilicet fuerat, ſponſalia in diem contrahi, vel certam; veluti, Kal. Maiis proximis: vel incertam, veluti, cùm vtriſque commodum videbitur, vt in manum conueniant, & nuptias celebrent. nam ſicut ex ſtipulationibus in diem præſens naſcitur obligatio, ſed ſolutio in diem differtur: ac peti res prius quàm dies venerit, non poteſt. l. obligationum, 44. D. de obl. & act. l. centeſimis, 46. de verb. oblig. ita ex ſponſalibus quidem cōfeſtim obligatio naſcitur; ſponſúſque & ſponſa debentur: ſed petere alter alterum antè diem conſtitutum non poteſt: quemadmodum paulo antè dictum eſt.

DISPVTATIO

DE RITV NVPTIARVM ET IVRE MATRIMONIORVM.

MATRIMONIVM INTER ET NVPTIAS DIFFERENTIA, ET VTRIVSQVE DEFINITIO PROPOSITA.

CAPVT I.

PRIMVM illud obſeruandum eſt, quāuis matrimonij & nuptiarum nomina interdum promiſcuè vſurpentur: velut in §. 1. Inſtit. de pat. poteſt. & l. ſi ita, 10. l. eos qui, 65. D. h. tit. hanc inter illa differentiam obſeruari poſſe, quòd Matrimonium eſt conuentio inter virum & vxorem, de perpetua vitæ ſocietate: Nuptiæ verò, celebratio Matrimonij, quæ certo ritu pro variis cuiúſque ciuitatis legibus inſtituta eſt. l. pen. D. de don. int. vir. & vx. Similitérque Matrimonium à Nuptiis diſtinguitur, in d. l. ſi ita, & l. ſeq. D. h. tit. §. ſi aduerſus, de nuptiis. l. inter eos, 27. D. de don. int. vir. & vx. l. neque, 13. C. de nupt. Sed facilioris diſciplinæ cauſſa Coniugium pro generis nomine ſtatui poterit, eiúſque duæ ſpecies ſubſtitui: Matrimonium & Nuptiæ. Matrimonium autem ita definiemus, vt ſit iuſta viri & mulieris conuentio de indiuidua vitæ ſocietate liberorum quærendorum cauſſa inſtituta. Dixi IVSTAM, quoniam cōuentio quæ contra legum præcepta contracta eſt, neque nuptiarum, neque matrimonij iure cenſetur. §. ſi adu. Inſtit. de nupt. l. 4. §. 6. D. de grad. l. 3. D. de iur. dot. l. 6. C. de inceſt. nupt. Dixi DE PERPETVA VITÆ SOCIETATE, vt apud Iuſtin. tit. de patr. pot. l. 1. D. rer. amot. l. ſi rerum, 52. D. de re iud. nam etſi quodam tempore libera diuortia fuerunt, tamen Dionyſius Halic. lib. 2. teſtatur, eam libertatē primis & antiquis Reip. R. temporibus non fuiſſe, ac propterea diuortium Romę per annos DXX. nullum fuiſſe: quod Agellius confirmat lib. 4. c. 5. & Plinius lib. 7. c. 9. & Tertull. in Apologet. Quinetiam quamuis Romano iure libertas illa retenta ſit, tamen vel ominis cauſſa non fuit hæc adiectio in definitione prætermittenda: cùm eo animo matrimonia contraherentur, vt perpetua manerent, l. ſi cum dotem, 22. §. maritus, D. ſol. mat. Dixi LIBERORVM QVÆRENDORVM CAVSSA: quoniam id demum iure noſtro legitimum matrimonium eſt, quod ea cauſſa eſt inſtitutum. Vlp. tit. Reg. 4. Si vxorem duxerit teſtatione interpoſita, quòd liberorum quærendorum cauſſa vxorem duxerit. Quapropter inter eos qui vel naturæ vel ætatis vitio generare liberos non poſſunt, contrahi legitimum matrimonium nō poteſt, vt alibi iam dictum eſt.

A

DE PERSONIS, QVÆ CONTRAHERE NVPTIAS POSSVNT: vbi de ætate, ſtatu, patria, & condicione earum diſſeritur.

CAP. II.

DEINCEPS ad partitionem accedamus: ac de perſonis primùm videdūm eſt: quarum ius in his octo verſatur: ætate, ſtatu, patria,
B condicione, poteſtate, cognatione, adfinitate & adoptione. Ergò de ætate ſic habendum eſt; Quantum ætatis tempus ad procreādos liberos idoneum fuit, tantum ad contrahendas nuptias legitimum fuiſſe: itaque vt primùm idoneum eſſe cœpit, legitimum eſſe cœpiſſe; ſimulátque deſiit, ſimul etiā deſiiſſe. Idoneum autem eſſe incipit à pubertate. Sed cùm de pubertate lex vetus (opinor XII. tab.) ſcripta eſſet, quæſitum eſt inter Iuriſconſultos quoto ex an-
C no pubertas æſtimaretur. Caſſiani ex habitu corporis æſtimabāt: quod Iuſtinianus interpretatur de pube à Iudicibus inſpecta: ſed in maribus dumtaxat: cùm in fœminis anni 12. exitus ſpectaretur, §. 1. Inſt. quib. mod. tut. l. vlt. C. quando tut. vel cur. Proculiani verò decimiquarti anni finem tantummodò requirebant. Priſcus Iauolenus vtrúmque; hoc eſt, & corporis habitum & annorum numerū: vt Vlp. Reg. tit. 11. teſtatur. Proculianorum ſententia recepta eſt, qui quod ἐπὶ τὸ πλεῖον, accidit, ſpectabant. nam Ma-
D crob. Satur. lib. 7. c. 7. Secundùm iura publica, inquit, duodecimus annus in fœmina, & quartus decimus in puero definit pubertatis ætatem. Tertull. de virg. vel. Tempus etiam Ethnici obſeruant, vt ex lege naturæ iura ſua ętatibus reddant: nam fœminas quidem à duodecim annis, maſculos verò à duobus amplius ad negocia mittunt: pubertatē in annis, non in ſponſalibus aut nuptiis decernentes, hoc eſt, non quo tempore contrahere nuptias poſſunt. quod idem Plutarchus in Numa, & Dio. lib. 54. teſtantur. Legis au-
E tem huius ſanctio hæc fuit, vt ſi nuptiæ antè id tempus celebratæ eſſent, hoc eſt, ſi puella antè id tempus in viri domum ſollemniter, adhibita pompa nuptiali, deducta fuiſſet, non antè iuſta legitimáque vxor haberetur; hoc eſt, non antè vxorium ei ius com-

peteret, quàm apud virum 12. annum impleſſet, l. minorē,D.h.t.veluti, vt dos ei deberetur.l. dotis promiſſio, D.de iur.dot. Fuit autē inter veteres quęſtio, Si nuptiæ antè mulieris pubertatem celebratę eſſent, id eſt, ſi mulier impubes in viri domū deducta eſſet, cùm verè propriéque nuptiæ non eſſent, an hæc tamen ſponſalia dici poſſent? qua in ſententia Iulianus fuit, opinor, vt quod actum erat, aliquatenus valeret potius quàm periret, ſicuti acceptilatio p ſe inutilis, tamē ꝑ pactione valet.l.ſi vnus,27.§.pen. D. de pact. Contrariam tamen ſententiam Labeo,Papin.& Vlp. amplexi ſunt; propterea quòd ſponſalia, non in domum deductio facit.l.quæſitum,D.h.t.l.cum hic ſtatus,32.§.pen.D.de don.int.vir.& vxor.l. dotis, 68. D. de iur.dot.ſed expreſſa promiſſio futurarum nuptiarum.l.1.D.h.t.quod etiam valet ad refutandum inueteratum errorem ex colluuie Canoniſtarum in vſum vitæ importatum, vt verba præſentis temporis in accipienda vxore pronunciata ſpōſaliorū nuptiarúmq; vim habeant.nam neque ſponſalia hæc dici poſſunt, cùm futurarum nuptiarū promiſſio nominatim facta nulla ſit: neque nuptiæ, quia in pubere deductio fuit: in impubere præter deductionē,eadem promiſſio. Atque hæc quidem de ætate dicta ſint: deinceps de ſtatu videamus.Ergò de ſtatu perſonarum hoc ius fuit, vt inter liberos & ſeruos connubium non eſſet. l.Procul᷑,67.D.de iur.dot.l.ſi neget,7.D.de adgnoſc. lib.vbi contractum inter liberum & ancillam matrimonium pro nullo haberi traditur.Itaque ex eo concubitu cōcepti ſerui naſcuntur.l.3. C.de inceſt.nupt. & apud Vlp.in Regulis.Quòd ſi mulier libera, ſeruo ſe alieno iunxerat,iure antiquo ex S.C.Claudiano, ſi denunciante domino non deſiſtebat,ei domino cum ſuis bonis omnibus in ſeruitutem addicebatur:quod tamē à Iuſtiniano abrogatū eſt.l.1.C.de ſenat. Claud. & apud eund.Vlp.Reg.tit.11. Præterea nec adſcriptitio cum libera muliere connubium eſt,quamuis dominus conſenſerit:qui tamen ex eo concepti ſunt,liberi naſcuntur,ex Iuſtiniani conſtitutione,l.vlt.C.de agric.& cēſit.& Nouell.22.& Nouell.54.Adſcriptitię tamen cum homine libero connubium eſt, ex eóque concepti Adſcriptitij naſcuntur.l.mulier, & d. l. vlt. C. de agric. & cenſ.De patria ius hoc cōſtitutum eſt, vt qui ciues R.non ſunt,niſi ciuitate impetrata, connubij ius nō habeant.§.1.Inſt.de nupt.adeò vt ex peregrino & ciue R.natus,peregrinus eſſet,ex lege Mēſia,de qua Vlpian.tit.Regul.5.Seneca lib.de Benef.4. Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſteà peregrinus apparuiſti: non eſt mihi cum extraneo connubium. Itaque Liuius lib.37.ſcribit, Campanos non niſi ciuitate impetrata ius connubij cum Romanis mulieribus habuiſſe. Pòſt cùm Antonini cōſtitutione,Omnes qui in orbe Romano erant, ciues Romani effecti eſſent,l.in orbe, 17.D.de ſtat.hom.barbaris tantùm ius connubij denegatum eſt.l.vn. C. TH. de nupt.gent. Porrò cōdicio perſonarum partim in dignitatis gradu,partim in familiæ iure conſiſtit.In dignitate, veluti vtrum quis patricius ſit, an plebeius. nam lege XII. ſancitum fuerat, vt ne inter patricios & plebeios connubij ius eſſet, quam abrogatā fuiſſe Liuius lib.4.& Dionyſ.lib.11.teſtantur. Itē,vtrū quis ingenuus ſit, an libertinus. Nam antiquo iure inter eos connubium non fuiſſe, patet ex l. lege Papia,23. D.h.t.vbi Celſus ait, lege Papia nominatim cautum fuiſſe,vt id deinceps extrà Senatorū ordinē liceret.ſed & Dio lib.54.ſcribit cùm maior eſſet ingenuorū marium numerus quàm mulierum,Auguſtum illa lege

A permiſiſſe omnibus præter Senatores ex libertino genere vxores ducere; iuſtóſque ex eo matrimonio liberos naſci ſtatuit. Eadem tamen lege interdicta ingenuis matrimonia fuerūt cum infamibus fœminis, veluti lena; item a lenone lenáue manumiſſa; item ea quæ palam corpore quæſtum faceret,feciſſetúe; item quæ in adulterio deprehenſa, iudicióue publico damnata, vel quæ artem ludicram exercuiſſet, vt ait Vlp. Reg. tit. 13. Eóque varij Iuriſconſultorum loci B referendi ſunt, ex eorum in leg. Iuliam & Papiam commentariis ſub hoc Digeſt. tit. deſcripti, veluti,l. palam,43.l.generali,34.§.ream,l. reas,26.eod. Ad dignitatem præterea pertinet Senatorij ordinis gradus: de quo lege Iulia ſancitum eſt,ne quis Senator Senatoriſue filius,nepos,pronepos libertinam aut infamē vxorem duceret:néue Senatoris filia, neptis, proneptiſúe ex filio libertino infamiúe viro nuberet,l.oratione, 16.D. h. t.

C

DE PATRIA POTESTATE, PATRVMQVE IN NVPTIIS CONſenſu, & auctoritate tutorum: ſed primò de Rectoribus prouinciarum.

CAPVT III.

SEQVITVR poteſtatis conſideratio,quę tripartita eſt. nam prima in prouinciarū Rectoribus, altera in Parētibus,tertia in Tutoribus & curatoribus verſatur.nā prouin- D ciarū rectorib᷑,eorúmque officialibus, itémque filiis interdictum eſt, ne inde oriundam vel ibi domiciliū habentem vxorem ducat,l.ſi quis officium, 38.D.h.t. quod propter potentatus rationem inſtitutum Papinianus ſcribit,ne videlicet nō ducere, ſed potius trahere,extorquere, eripere vxores viderentur, l. præfectus,63.D.eod.Idq́ue ius mandatis Principum introductum fuiſſe patet ex l.eos qui, 65.D.eod.l. 6.C. de nupt. quibus ſtatuitur, vt ſi poſt depoſitum officium E ambo in eadem voluntate maneant, nuptiæ conualeſcant,liberíque poſtea ſuſcepti iuſti habeātur. Hoc autem etiam ad illorum propinquos,comites,& domeſticos poſterius productum eſt,l.1.C.ſi rect.prou. De filiabus diuerſa ratio eſt: nam eas in matrimoniū collocare ſuo arbitratu poſſunt,d.l. ſi quis officium, §.vlt. D.h.t. Cuius diuerſitatis ratio ſummo labore à multis inueſtigata eſt. Ego hanc expeditiſſimam & certiſſimam arbitror, quia filia depoſito officio ſic relinquitur in prouincia,vt eam maritus ſuo arbitrio F vel malè vel ob patris iniuriam mulctare poſſit, vel repudiare, & ad ſuos remittere. Vtcúmque ſit, Leonis Philoſophi conſtitutione, etiam hæc familiarium matrimonia interdicta ſunt; Nouell.23.Sequitur parentum poteſtatis conſideratio: de qua ita ſtatuendum eſt: Nuptias à filiis filiabuſúe fa. non iuſſu eius cuius in poteſtate ſunt contractas, iniuſtas eſſe, l.2. D. h.t.§.1. Inſt.de nupt. adeò vt nec diſtractæ reconciliari,ſine eorumdem conſenſu,poſſint.l.nuptiæ,18. D.h.t.l. ſi vt proponis, 7. C. de nupt. Legis æquita- G tem Iuſtinianus partim ciuilem eſſe ſcribit, hoc eſt, patriam poteſtatem, partim naturalem, quam Iuriſconſulti æquè propemodum vt illam obſeruant:nimirum honorem & reuerentiam, quæ naturæ iure parentibus æquè omnibus debetur, l.3. D. de iuſt. & iur.l. 6. D. de in ius voc. Itaque Plutarchus cùm in vita Numę ſcribit,eū Romuli legi,de patria liberorū vendendorum poteſtate derogaſſe, ſi modò vxorem auctori-

auctoritate & iuſſu patrum duxiſſent: ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἐ-
πιτατοῦντος καὶ κελεύοντος ὁ γάμος γένοιτο: perſpicuè ſigni-
ficat, ſi contra ipſorum voluntatem duxiſſent, inte-
gram legem reliquiſſe. Verùm ex illa regula multi-
plex naſcitur diſputatio. prima eſt de perſonis pa-
rentum. quid enim ſi de nuptiis nepotis aut neptis
ex filio in poteſtate retento quæratur: vtrum & aui
& filij conſenſus requiratur, an aui ſolius ſufficiat?
De qua quæſtione, vt ingenuè fatear, non puto ſatis
inter Iuriſconſultos conueniſſe. Nam Paullus in l.3.
D.h.t. ſolius aui conſenſum ſufficere adfirmat: at idē
in l.oratione, 16.§.1. etiam filij conſenſum requirit.
Vlpianus autem cùm in l.ſi nepos, 9. eod.tit. ſcribit,
vbi pater furit, auus ſapit; ſi nepos velit vxorem du-
cere, ſolius aui voluntatem ſufficere: an non apertè
oſtendit, ſi vterque ſapiat, vtriuſque voluntatem ex-
quiri? Neque me recepta & vſitata ſolutio mouet,
quòd in priore loco nepos ex vno filio neptē; ex alte
ro, id eſt, frater patruelis ſororē patruelē ducebat: in
altero verò nepos extraneā ducebat: ac proinde inui-
to ſuus heres adgnaſcebatur, contra iuris regulā in l.
6.D. de adopt.§.& tam filium, Inſt.eo. nam cùm inter
omnes conſtet, ſuum heredem eum demum dici, qui
primum in teſtatoris familia heredis locum obtinet:
pronepos ex illis nuptiis viuo filio naſciturus, filio
ſuus heres adgnaturus non erat; nepos autem qui vo
lens nuptias contrahebat, dici inuitus nō poterat. Mi
hi autem probabilior Paulli ſententia poſterior ideò
videtur: quia videmus etiam in nuptiis nepotis ex fi-
lio emancipato, aui, qui in poteſtate non habet, con-
ſenſum, ſi minus ciuili, at certè naturali iure, hoc eſt,
honeſtatis ratione, requiri, l.3. §. ſi emancipatus, D.
cont.tab. Vtcumque ſit, illud cōſtat, per illa regulę ſu
perioris verba, QVORVM IN POTESTATE SVNT, ex-
cludi primùm matrem & auum maternū, deinde pa-
trem emancipati filij, filiæve: verùm id ciuili tantùm
ratione. nam honeſtatis cauſſa, quę in coniunctioni-
bus dominatur, l.ſemper, 42. D.h.tit. non modò ma-
tris, ſed etiam propinquorū cōſenſus requiritur: quip
pe cùm iure naturæ omnibus æquè parentibus ho-
nos & reuerentia debeatur, l.3.D.de iuſt.& iur.l.1.&
2.D.de obſeq.parent.l.6. D. de in ius voc. pietas pa-
rentibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua ta-
men debetur, l.4.D.de curat.furioſ. Eademq; ratione
patris etiam, aut aui, qui filiā emancipauit, conſen-
ſus requiritur, d.l.3.D.cont.tab. Quamquam iure ci-
uili, quo per emancipationem patria poteſtas diſſo-
luta eſt, natus ex eo matrimonio vſque adeò iuſtus fi
lius habetur, vt nepos natus ex eo filio emancipato,
qui nō iuſſu patris vxorē duxerat, patri ſuus heres ad-
gnaſcatur, l.filius, 25.D.h.t. Atq; hæc quidē de filiis ita
ſe habēt: Filiarum.n. diuerſa cauſſa eſt. nā filia, quam-
uis vel emancipatione, vel patris morte ſui iuris ſit,
tamen ſi minor ſit ann.XXV. non modò primas, ſed nè
ſecundas quidē nuptias, ſine parentū & propinquo-
rū curatorūmve ſuorū cōſenſu contrahere poteſt: in-
ter quos ſi de marito eligendo minus cōueniat, eius
rei arbitriū iudici tribuitur, d.l.1.l.viduæ, 18.l.in con-
iunctione, 20.C.de nupt. Cuius rei exemplū exſtat a-
pud Liuiū lib.XIV. vbi ſcribit, magiſtratum ſecundū
matris arbitrium nuptiarū ius dediſſe. Maior autē ea
ætate filia ſine patris conſenſu nubens exheredari nō
poteſt: ſed minor poteſt, arg.l.cum te, 18. & l.filia, 20.
C.de inoff. teſtam. & Nouell.115. Sequitur altera de
parentum perſona diſputatio: Quid enim ſi pater
aut abſit, aut furioſus exſiſtat? De abſente hoc ius
eſt, vt ſi vel apud hoſtes ſit, vel vbi ſit ignoretur, triē-

A nium ei exſpectando præfinitum ſit; cum eo tamen,
vt ſi filius eas nuptias contraxerit, quas improbatu-
rus non eſſet, ratæ nuptiæ haberentur, l.ſi nepos, 9.§.
1.& ll.ſeq.D.h.t. De furioſo verò Iuſtinianus ſcribit,
antiquo iure in filia patris conſenſum non deſidera-
rum fuiſſe: de filio dubitatum, neque dubitandi cauſ-
ſam exponit. Parem tamen ex Paullo vtriuſque ra-
tionē habitam fuiſſe, patet ex l.quoties, 8. D.de pact.
dotal. quippe cùm à furioſo exſpectari conſenſus
non poſſit: qua de cauſſa contrahere matrimonium
B non poteſt, l.oratione, in fin. D.h.t. neque opinor il-
la fingi poteſt ratio, ne illi inuito ſuus heres adgna-
ſcatur: cùm ſi ad ſanitatem reuertatur, idem quod de
abſente domum reuerſo dici poſſit: nimirū, vt ſi ho-
neſtæ nuptiæ ſint, & quales ſanus pater non impro-
baturus fuiſſet, pro legitimis habeantur. Itaque Iuſti-
nianus idem in filio, quod in filia, ius cōſtituit, l.ſi fu-
rioſi, 25.C.de nupt.§.2.Inſt.eod. Vbi autem de nepotis
nuptiis agitur, & vel auus vel pater ſolus fuerit, eius
ſolius, vt iam diximus, qui ſapit, auctoritas ſufficit, l.
C ſi nepos, 9.D.h.t. Sequitur ſecunda diſputatio, quæ ex
verbo IVSSVS oritur: Vtrum ſcilicet conſenſus & ad-
probatio ſufficit: an verò Iuſſus ex antefacto ſit ne-
ceſſarius: cùm illo verbo & Prætor & ceteri vtātur in
l.1.D.de his qui not.infam.§.1.Inſt.de nupt. Sed intel-
ligendum eſt IVSSVS verbum in patrefam. vſitatum
eſſe pro voluntate, conſenſu, adprobatione, l.2.D.ſol.
matrim. Itaque non modò cōſenſus poſt nuptias ex-
preſſus, non iuſtas nuptias iuſtas efficit, l.dotis pro-
miſſio, 68.D.de iur.dot. ſed etiam tacitus conſenſus
D ſufficit, qui vel ex eo ſolo æſtimatur, quòd pater non
apertè factum improbat, l.in ſponſalib.7.D.de ſpon-
ſalib.l.ſi vt proponis, 5. C.de nupt. Supereſt illa ex fine
regulæ diſputatio: ecqua illius ſiue regulæ ſiue legis
ſanctio ſit.i. vtrū nuptiæ iniuſſu patris factæ ipſo iu-
re non cōſiſtant, an cōſiſtant quidē, ſed vel à patre, vel
à magiſtratu reſcindi poſſint; aut qui cōtraxerunt, a-
liqua pœna, veluti exheredationis, multari poſſint?
quam etiam quæſtionē retulimus Illuſtr.quæſt.cap.
9. nā quòd nuptiæ omninò nullæ ſint, videtur ex illis
E verbis diſputari poſſe, nuptias huiuſmodi non conſi-
ſtere, l.2.D.h.tit. iure contractas non eſſe. Paullus lib.
ſent.2. Iuſtos ex iis liberos non naſci, l.11. D. de ſtat.
hom. Denique, vt Papin. ait, nuptias non eſſe: ſic enim
Florentiæ ſcriptum eſt, in l.dotis, 68. D. de iur. dot.
Quid verbis opus eſt? Nam Apuleius lib.6. ita ſcri-
bit: Nuptiæ in villa & patre non conſentiente factæ,
legitimæ non poſſunt videri, ac per hoc ſpurius iſte
naſcetur. Quod ſi verum eſt, ſanè difficile dictu eſt,
magiſtratum filiis ex iſtiuſmodi ſiue iniuſtis, ſiue
F nullis nuptiis ſuſceptis ius redditurum, ſiue bono-
rum poſſeſſionem poſtulent, l.1.D.vnd.vir.& vx. ſiue
inofficioſi agere inſtituant. Ne multis morer, credo
in hac quæſtione idem dici poſſe, quod de falſo te-
ſtamento, & falſo modio dicitur in l.Paullus, 221.D.
de ver.ſig.l.2. D.teſt.quemad. aper. nimirum eſſe qui-
dem teſtamentum & modium, ſed ὁμωνύμως tantùm,
vt de magiſtratu Varro ſcribit: Magiſtratus vitio
creatus nihilo ſecius magiſtratus eſt. Et ſeruus nefa-
ſto die à Prætore liberatus, liber eſt, ſed vitio liber.
G Atque has eſſe nuptias, quæ Iniuſtæ adpellantur in
l.ſi vxor, 13.§.planè, D.ad leg.Iul. de adult. totámque
hanc quæſtionem Iudicis prudentiæ committen-
dam, qui filij merita expendat: vt dicitur in l.capite,
19.D.de rit.nupt. nam etſi iuſtæ nuptiæ non dicātur,
quantum ad patrem aut auum; tamen videntur,
quantum ad coniuges ex perſeuerantia eorum in

matrimonio nuptiæ conualeſcere, argum.l.ſi quis in A
ſenatorio,27.& l.eos qui,65. D.h.tit. l.ſi contra,C.de
nup.d.l.dotis,D.de ri.nupt. Verùm vt ſingulas iſtius
quæſtionis partes accuratius explicemus : quantũ ad
primam attinet,qua quæritur,An pater filiam,quę ſi
ne ipſius conſenſu nupſerat , abducere à marito poſ-
ſit:ita ſtatuendum arbitror,legẽ illam Numæ,de qua
paulò antè diximus, non videri ad filias productam;
ſed ciuili iure multis poſt Numam ætatibus licuiſſe
patriſa.filiam,etiam quam nuptum collocauerat, vi
patriæ poteſtatis abducere. Verùm eius iuris acerbi- B
tatem Imperatorũ cõſtitutionib.mitigatam fuiſſe, &
nõ modò matrimoniũ conſeruatũ, verumetiam, niſi
grauis & magna repudij à patre mittendi cauſſa in-
terueniſſet, concedi ſolitam, marito nõ modò exce-
ptionẽ aduerſus patrem interdicto de liberis exhibẽ-
dis vtentẽ:verumetiam interdictũ de vxore exhiben-
da & ducenda ad illius exemplum inſtitutum,l.cùm
hic ſtatus,32.§.ſi ſocer,15. D.de don.int.vir. l.1.in fin.
l.2.D.de lib.exhib. l.vlt.C.eod. l.diſſentientis,5.C.de
repud.Nou.22.& l.11.C.de nup.Et ſecundùm hoc ius C
poſtremum Impp.conſtitutionib. inductũ illud ac-
cipiendum eſt,quod ait Paullus,lib.ſent.2.ti.19.filió-
rumfa.matrimonia ſine parentum voluntate contra-
cta, iniuſta quidem eſſe, ſed tamen vi patrię poteſtà-
tis non diſſolui:propterea quòd publicæ vtilitatis ra
tio priuatorum commodis præfertur. nam illas ſen-
tentias Paullus ad ius quo tum vtebatur plerumque
adcommodauit.Non igitur iuſta erat vxor, non iuſti
liberi,neque iis de inofficioſo patris teſtamento que-
rentibus ius dicebatur. Præterea cùm dicit, PRIVA- D
TORVM COMMODIS, non obſcurè oſtendit grauio-
rem eius dirimendi matrimonij cauſſam non fuiſſe;
ſed patri tantùm ita fuiſſe commodum , & ſine alia
grauiore cauſſa ita placuiſſe : ſicuti de matre dicitur
in d.l.filia,20. C.de inoff.teſt. Eóque illi Enniani ver-
ſus pertinent , ex lib. ad Heren.2.

Iniuria abs te adficior indigna pater:
Nam ſi improbum eſſe Creſphontem exiſtimaueras,
Cur me huic locabas nuptui ? ſin eſt probus:
Cur talem inuitum inuitam cogis linquere? E

At quæ filia emancipata nupſit , abduci à patre nõ
poteſt, nec eius matrimonium dirimi, d.l.5.C.de re-
pud. & d.l.cùm hic ſtatus,§.ſi ſocer, D.de donation.
inter vir. & vxor. Sequitur altera quæſtionis pars:
An liberi qui contrà parentum voluntatem matri-
monium contraxerunt , exheredari poſſint? Sanè
nouo Iuſtiniani iure non eſſe iuſtam exheredationis
cauſſam, patet ex Nouell.115. vbi vnam hanc ob cauſ
ſam , nuptias contra parentis voluntatem contra-
ctas recenſet , cùm filia oblatam ſibi à patre condi- F
cionem repudiauit , & aliam turpem delegit. At iu-
re antiquo non dubito, quin illa cauſſa probata Cen
tumuiris fuiſſet , quorum de inofficioſis teſtamentis
& exheredati meritis notionem fuiſſe , nemo igno-
rat, l.3.§.ſi emanc. C.de bonor.poſſeſſ.contr.tabul. l.
filius, D.de inoff.teſtam. l.ſi filia,19.C.eod. primùm
propter vim patriæ poteſtatis , de qua ſup. diximus,
vt nõ modò ex iuris ciuilis regulis , verùm etiam ex
Principum conſtitutionibus liceret patri , ſi qua iu-
ſta cauſſa eſſe videretur, filiam à genero abducere,& G
matrimonium diſſoluere. Deinde , quoniam edicto
Prætoris infamia notabatur filius , qui nõ iuſſu eius,
cuius in poteſtate eſt, vxorẽ duxerat, l.1.D.de his qui
not.infa. Tertiò, quia Vlp.teſtatur,iuſtam irarũ cauſ-
ſam videri etiam contra emancipatũ filiũ,atque adeò
contra nepotẽ ex eo ſuſceptum,ſi filius iniuſſu patris

vxorẽ duxerit,&ſi eum in ſuo teſtamento prętererit,
ac velit nepos contra tabulas agere, Iudices eius me-
rita expẽſuros;nimirũ,vt ſi iuſta irarum cauſſa videa-
tur,eum excludant,d.l.4.D.cont.tab.Neque obſtat l.
cum te,18,C.de inoff.teſt.vbi dicitur, non fuiſſe iuſtã
cauſſam exheredandi filiam, quòd patri diuortiũ im-
peranti parẽre noluiſſet.Primùm,quoniam ex verbis
legis intelligi non poteſt, neq.vtrũ ea filiafa.an emã-
cipata fuerat;neq.ſi filiaf.fuit,vtrum conſentiente an
diſſentiente patre,nuptias contraxiſſet.Atq.hæc qui-
dem de filiisfa. nam quòd ad filias attinet,cùm etiam
in emancipatis & matris & propinquorum conſen-
ſus requiratur,nequaquam dubium eſt ; quin filiafa.
minor annis XXV. quæ non iuſſu patris nupſerit,iu-
ſtam patri exheredationis cauſſam præbuerit , non
tantùm nouiſſimo iure , d. Nouell. 115. verùm etiam
antiquo,arg.l.filia,20.C.de inoff.teſt. Sequitur tuto-
rum & curatorum conſideratio. Nam ſenatus cõſul-
to cautum fuit,vt qui tutor curatórve pupillã adul-
támve intrà viceſimum & ſextũ annum ſuam duxit,
filióve ſuo iũxit,infamia notetur,& dotẽ datam reſti-
tuat,l.non eſt matrimonium,66.D.h.t.l.ſi tutor,7.C.
de interd. matrim. l. 4. C.de excuſ.vbi iuris iſtius æ-
quitas hæc profertur , quoniã iſtis artibus tutelæ ad-
miniſtratæ rationes cõturbantur,& fraudes malę ad-
miniſtrationis teguntur. quod idẽ traditur in l.liber-
tum,64.& l.non ſolũ, 67.§.2.D.h.t. Eius autem S.C.
ſententia,quatenus produci aut artari debeat,cõſide-
randũ eſt. Producitur ergo hoc modo : Primũ,vt etiã
ad eos pertineat,qui tutores quidem non ſunt,tutelę
tamen periculo ſuo nomine obſtricti ſunt;veluti qui
ſe falſis adlegationibus à tutela excuſarunt , l.ſi quis
tutor,eod. Item, qui tutores honorarij fuerunt : nam
ad hos quoque tutelæ periculum pertinet.l.quod ſi
fortè,§.1.D.de ſolut.Continentur etiam tutorum he-
redes,quamuis extranei : quippe,qui reddendis tute-
læ rationibus obſtricti ſunt,l.libertum , §.1.D.h.t.at-
que adeò eius qui tutor curatórue datus , non iuſtè
adpellauerit : quoniam prętoriti temporis damnum,
ſi quod pupilla ſuſtinuit , debet adgnoſcere, l.ſi quis
tutor , §. vltim.D. eod. Item ad filios , ſiue in pote-
ſtate ſint,ſiue emancipati,l.non eſt, D.h.t.& ſiue na-
turales,ſiue adoptiui,quamdiu ſcilicet durat adoptio,
l.quinetiam,in fi.eod. Item,ſiue naturales,ſiue in ad-
optionem dati, atque in alienam familiam tranſlati
ſint,l.ſi quis tutor,§.quamuis,& §.naturales. Item ad
eorum nepotes,l.ſenatus conſ.59. h.t. Præterea non
modò tutore viuo filius ab iſtis nuptiis arcetur , verũ
etiam poſt mortem eius qui tutelæ rationes non red-
didit. Item, ſiue ille heres exſtiterit,ſiue abſtinuerit,
ſiue etiam exheredatus fuerit ; quoniam fieri poteſt,
vt patris bona in eum collata propter tutelę rationes
reuocanda ſint,l.non ſolum,§.1.D.eod. Similiter au-
tem vice verſa filiusf.tutor non modò patri ſuam pu-
pillam nuptum dare prohibetur,verùm etiam fratri,
qui in eiuſdem poteſtate eſt,l.non ſolum,67.§.2.D.h.
t. Nam cùm fratres,qui in eiuſdẽ poteſtate ſunt, quã-
tum ad bonorum rationem, pro eadem perſona cen-
ſeantur,l.frater à fratre, D.de cond.indeb. frater, qui
pupillæ ſuæ fratri ſuo nubenti auctoritatem ſuam
adcommodaret , in rem ſuam auctor eſſe videretur
contra l.7.D.de auct.tut.Nunc quatenus S.C.ſenten-
tia coërceri debeat , videamus. nam cùm diſertè ob
tutelarum rationes factum ſit, l.non ſolum , 67.§.2.
D.h.t.conſentaneum eſt, primùm, vt ad eos qui aliis
de cauſſis debitores ſunt, non producantur ; veluti
ad eum qui pro tutore curatoréve negocia geſſit,
cùm

cùm reuera tutor curatórve non eſſet, l.vlt.C.de inter.matr. Item ad fideiuſſores nominatoréſve tutorum, magiſtratúſve qui eos dederunt, quamuis tutoribus deficientibus, eorum periculum ſubeant, l. etiam,3.D.de fideiuſſor.& nomin.Item ad filiam pupillæ etiam antè rationes redditas defunctæ: quoniam non tutelaris, ſed hereditaria ratio eſt, d.l.non ſolum, §.penult. Similiter cùm hoc S.C.factum ſit, ne res pupillorum familiaris interuertatur, d. l. non ſolum,§.2.conſentaneum eſt, ne tutores pupillis curatoréſve adultis filias ſuas nuptum dare prohibeantur, quia nullum poteſt ex eiuſmodi matrimoniis periculum pupillaribus rationibus accidere, l.libertum, in fin.D.h.tit. l.curatorem,5.C.de interdict.ma trim. item ne mater pupillæ cum filiæ ſuæ tutore, ipſiúſve liberis filio, l.2. C.eod. Huius autem S.C.exceptiones tres reperio. Prima eſt: Si puella à patre ſuo vel deſponſata vel teſtamento deſtinata ſit ſuo tutori eiúſve filio, l.ſi patris,C.de interd.matr. l.nõ eſt, 66.D.h.t.l.qui pupillam,7.D.de adult. Secunda eſt,ſi tutor rationes reddiderit,& puella annũ ætatis XXV. atque inſuper annum vtilem exceſſerit, intra quem petere in integrùm reſtitutionem poterat, l. quamquam,D.h.tit.d.l.qui pupillam,de adult.l.ſi patris,C. de nupt. quem annum vtilem Iuſtinianus in continuum quadrienniũ mutauit, l.vlt. C.de temp.in int. reſtitut. Tertia exceptio eſt, vt qui ſuæ vxori curator abſens & ignorans conſtitutus eſt, retinere vxorem poſſit; ita tamen vt alium ſubſtituendum curet, l.4. C. de excuſ. nam etſi eiuſmodi curatoris datio non valet, l.maritus, C.qui dar.tutor. tamen qui non iure tutores curatoréſve dantur, curare debent, vt alij ſufficiantur; aut pupillorum propinquos, vt id faciant admonere, l.1.§.vltim.D.de eo qui pro tut.l.tutores, §. qui ſine, D.de adminiſtr. tut. ſimilitérque is qui ſuę nutui curator datus eſt, excuſare ſe debet, daréque operam, vt alius curator conſtituatur, l.licet, 17. C.de excuſat.l.3.C.de interdict.matrim. Sequitur vt de Cognatione & Affinitate ex partitione noſtra diſſeramus. Verùm quia iuris huius vtriuſque diſputationi commodior alibi locus eſt: ſtatim poſtremũ caput, quod de adoptione eſt,adgrediemur.

DE ADOPTIONE QVÆ NVPTIAS VEL IMPEDIT, VEL NON impedit.

CAPVT IV.

ADOPTIO adgnationis ſiue (vt Iuriſconſ. loquuntur) ciuilis cognationis ſpecies eſt, l.4. §.1. D. de grad. à iure tamen & ratione ſanguinis planè aliena, l.qui in adop.23.D. de adop. hoc eſt,ab omni veræ cognationis iure, d.l. 4.§.1.& l.ſi qua mihi,12. §.vlt.D.de rit.nupt. Affinitatem autem per adoptionem iure contrahi alio loco ex eo probauimus, quòd adfinitas iuris naturalis eſt; adoptio verò ciuilis: qua de cauſſa per minimã capitis minutionem adfinitas non tollitur, l.4.§.pe. D.de grad. Abuſiuè tamen adfinitatis nomina etiam in adoptione tribui, eodem loco demonſtrauimus. Itaque de nuptiarum iure hanc regulam proponemus,vt in linea directa nuptiæ in infinitũ interdictę ſint,nõ modò inter eas perſonas, quæ adgnatorũ iure ſunt,ſed etiam quę cognatorum & adfinium nomen obtinent. Adgnatorũ hoc modo:nã quæ per adoptionẽ filia neptíſve eſſe cœpit,duci vxor nõ poteſt,etiãſi adoptio diſſoluta ſit, l.quinetiam,§. 1.D.de rit.nupt.

A & §.ergò nõ omnes,Inſt.de nupt.Prioris iuris æquitas orta ex nominum & adpellationum ſanctitate videtur,ne qui pater auúſve dicitur,filiam,neptémve in matrimonio habeat.Alterius verò hæc,pudoris & honeſtatis publicæ ratio, ne qua ſuſpicio naſcatur, adoptatorẽ idcirco puellam emãcipaſſe, vt quæ clàm placuerat,ea palàm atque apertè frueretur.De adfinitate autem hoc ius eſt, vt patri adoptiuo filij ſui adoptiui vxorem habere in matrimonio non liceat, ne poſt emancipationem quidem:quoniam,ait Paullus, B aliquando nurus ei fuit,vel potius quaſi nurus,in d.l. adoptiuus.quod eodem modo cõtrà in reciprocatione ſeruatur,vt filius adoptiuus patris adoptiui vxorẽ, ne poſt emancipationem quidẽ,habere poſſit:quoniã etſi nec matris loco ei eſt,nec cognata, d.l.qui in adoptionem,D.de adoption.tamen quaſi nouercę locũ apud eum obtinet, d.l.adoptiuus, in prin.& §. nunc videamus,D.de rit.nupt.Cognationis autẽ nullã haberi rationem ex eo conſtat, quòd etiam vterinã patris adoptiui ſororẽ ducere permittitur,l.ſi qua mihi, C 12.§.vlt.D.de rit.nupt. Videamus an idem eodemque modo etiam de ipſius matre dici poſſit; quippe quæ omninò extranea eſt:nã neq; illi adgnata eſt, cùm ne patri quidem ipſius adoptiuo adgnata ſit,(mater inquam filio adgnata non eſt,l.7. D.de cap.min.qua de cauſſa dilucidè Paullus ſcribit,eam auię loco filio adoptiuo non eſſe,d.l.23.D.de adopt.) neq.verò cognata,& multo minus adfinis. Nam cùm per adoptionẽ cognatio non contrahatur,ſequitur vt neq.patris adoptiui mater, neq.ipſius cognati adoptiuo filio co- D gnati ſint, d.l.4.§.1. D.de grad.quib.enim adoptatus adgnatus nõ fit,his nec cognatus fit, l.qui in adoptione,23.D.de adopt.quid verbis opus eſt? Nam etiam patris adoptiui pater adoptato extraneus eſt, viciſſimque nepos à filio adoptatus,patri adoptatori alienus eſt, l.patris, 7.l.ſed ſi hoc, 10.§.parentes, D. de in ius voc.l.quẽ filius,26.D.de adopt.quippè cũ adoptare filiusf.non poſſit, ſed is ſolus qui emancipatus eſt. Nam qui in ſua ipſe poteſtate nõ eſt, quomodo alios haberet?l.ſi adrogatus,22.D.de adopt.Aduerſari tamẽ E grauiter videtur Caïus in d.l.quinetiam, §.1.vbi diſertè ſcribit:Patris adoptiui matrem duci vxorem nõ licere.quinetiam adſcribit,tantiſper eas nuptias prohiberi, dum adoptio permanet:nam hac diſſoluta illam fieri extraneam,quod ſanè(pace Caij Iuriſcõſulti dixerim) per abſurdum videtur,cùm, vt antea docuimus, ne conſtante quidem adoptione, vllum vel adgnationis, vel cognationis, vel adfinitatis ius haberet. Ne multis morer,potius quàm Caïum tantæ incogitantiæ arguamus,exiſtimarem dicendum eſſe, F cùm ipſe AMITAM ſcripſiſſet, primùm oſcitantem librarium ſcripſiſſe MATREM,mox alterum ſemidoctum ad gloſſam adiecíſſe AVT MATERTERAM:errore cõſimili,quẽ nunc omnes agnoſcunt apud eundem Caïum & eod.ad edictum lib.l.per adoptionẽ, 17.in fi.D.eod. tit. vbi pro AMITAM abſurdiſſimè in vulgatis libris omnibus legebatur MATERTERAM: quod mendum primus Haloander animaduertit:pòſt Florentini Codicis auctoritate ſine cõtrouerſia ſublatum eſt. Huius autem emendationis noſtræ cauſſa hæc eſt; quoniam vtraque illi extranea ſemper fuit: G nam neque mater, neque matertera patris adoptiui vllo vel adgnationis vel cognationis vel adfinitatis iure adoptato tenetur: quippè, cùm (quantum ad materteram attinet) ne vterina quidem adoptiui patris ſoror, quæ adoptiuo filio matertera eſſe deberet, ſi qua inter illos cognatio contracta fuiſſet,

Vlla neceſſitudine illi deuincta ſit,l.ſi qua mihi, 12.§. vlt.D.eod. Similitérque in reciprocatione Vlpianus eodem loco ſcribit, adoptiuæ ſororis filiam mihi eſſe extraneam, vxorémque duci etiam conſtante adoptione licere: quoniam,inquit, per adoptionem fieri auunculus non poteſt: non igitur matertera, nec matertera magna, nec maior,nec maxima: viciſſimque pari eadémque reciprocatione ſororis filius, nepos,pronepos, filia, neptis, proneptis pro extraneis habentur. Longè verò diuerſa ratio eſt & filiæ & B ſororis conſanguineæ, & amitæ patris adoptiui, itémque neptis ex ipſius filio; de quo Caïus eodem loco ſcribit: nam inter adoptatum & illas perſonas adgnatio contracta eſt.de filia patris adoptiui teſtimonium eſt in l.qui adoptionem,23.in fi.D.de adop. l.ſi ſtipuler,35.D.de verb.obl.l.per adoptionem,17.D. de rit.nupr.& §.4.Inſt. de nupt. vbi propterea ſuaderi dicitur iis, qui generum adoptare volunt, vt prius filiam emancipent; qui nurum, vt filium; ne videlicet ſoror fratri nupta videatur. alioqui generi nurúſve adoptione matrimonium perimitur, l.nõ C ſolum,67.§.ſed etſi,D.de rit.nupt.ac Dio lib.60. memoriæ prodidit, Claudium,cùm filiam ſuam Neroni à ſe in filij locum adoptato collocare vellet, filiam prius emancipaſſe, ne fratri,inquit, ſororem dare vxorem videretur. De ſorore conſanguinea patris adoptiui,quæ filio adoptiuo amita eſt, teſtimonium eſt in d.l.per adoptionem, in fi.argumentum verò apertiſſimũ in d.l.ſi qua mihi,12.in fi.D.eod. Duobus autem modis amita mihi eſſe adoptiua poteſt:primũ, D ſi meus auus filiam adoptarit,deinde,ſi qui me in nepotis locũ adoptarit,filiam habeat. Iam de amita patris adoptiui teſtimonium exſtat in d.l.per adopt. §. vlt. vbi adoptatus vetatur amitam magnam vxorem ducere;quod tamen de eo adoptatore intelligendum eſt, qui patris morte, non autem emancipatione ſui iuris factus eſt:quia non modò patris amita, verumetiam ſoror conſanguinea per ipſius adoptionem illi fit extranea; quo caſu illam ſine dubio ducere adoptatus vxorem poterit, vt modò intellectum eſt ex l. E 7.& l.ſed ſi hac,10.§.paretes,D.de in ius voc. De nepte ex filio,cui cum adoptato connubium nõ eſt, teſtimonium eſt in d.l.quinetiam, §.1. argumẽtum verò ex reciprocatione in d.l.per adoptionẽ,§.vlt.quoniam par eadẽmq.ratio eſt patrui adoptiui, & amitæ adoptiuæ, & filij filiæq.fratris adoptiui. Quod cùm ita ſit,ingenuè fateor,à me nõ intelligi,quo iure Maximianus in Panægyrico ipſi & Conſtantino dicto laudetur, quòd filiam ſuam Conſtantino in nepotis locum adoptato in matrimonium collocauit:niſi di- F camus, eam prius à Maximiano emancipatam fuiſſe: O diuinum,inquit, tuum Maximiane iudicium, qui hunc tibi iure adoptionis nepotem, maieſtatis ordine filium,etiam generũ eſſe voluiſti. Atque hoc quidem conſtantis adoptionis ius eſt, in tranſuerſis gradibus & adgnatis perſonis, idem quod in directis gradibus: & eius diſſolutæ ius planè diuerſum eſt: nam in directa linea prohibitio nuptiarum etiam poſt diſſolutam adoptionem durat, in tranſuerſa remittitur,l.ſi quis,9.§.vlt.D.de lib.& poſt.l. per adoptionem,17.D.h.t.§.4.Inſt.de nupt. Cuius rei ratio G prima ſpecie eſſe hæc videtur, quoniam adoptatus per emancipationem efficitur extraneus, d.l.quinetiam, & d.l.ſi ſtipuler, D.de verb.obl.& quia, vt ait Vlp. poſt emancipationem in totum familiæ adoptiuæ obliuiſcuntur,l.ſi quis tutor,60.§.pen.D.eod. l.3.§.liberos, D.ſi tab.teſt.null. Sed videamus ne hoc

A idem etiam de patre & adoptata filia,& poſtea emancipata dici poſſit, commodiórque & certior ratio hinc ſumenda ſit;quia cùm matrimonium cum filia iure gentium inceſtum ſit, conſentaneum videtur, propter illius nominis ſanctitatem etiam ab emancipatæ nuptiis abſtinere: at cùm ſororis nuptiæ ſolo ciuili iure inceſtæ habeantur,vt ſuo loco demonſtrauimus,nihil abſurdi ſit, inſtitutum iuris ciuilis, contrario eiuſdem iuris inſtituto,abrogari,l.8. D. de cap.minut.

DE IVRE COGNATIONIS, QVOAD NVPTIAS, EX IVRE ciuili Rom.

CAPVT V.

PROXIMVM eſt, vt de cognationis iure videamus: qui locus aliquanto mihi, quàm vulgo creditur,difficilior videtur. nam vtrum lege aliqua Populi R. certa ius iſtud definitum fuerit,an moribus tantùm, & veteri conſuetudine, difficile dictu eſt. De ſororis nuptiis leges fuiſſe dicuntur in l.ſi ſtipuler,35.D.de verb.obl.cuius tamen in extremo MORES nominantur, itémque in l.8.& l.ſororis,39.D.h.t. Quinetiam ſi quis,inquit,ex his quas morib.prohibemur vxores ducere, duxerit, inceſtum committit. At Corn. Tacitus lib.12. Claudium Imp.ita loquentem facit: Atenim noua nobis in fratrum filias coniugia, ſed aliis gentibus ſollemnia,nec lege vlla prohibita.& ſobrinorum diu ignorata tempore addito percrebuiſſe.morem adcommodari prout conducat, & fore hoc quoque in his quæ mox vſurpantur.Credibilius igitur eſt ius antiquum de caſtis inceſtiſve nuptiis totum Pontificium fuiſſe. Itaque Tacitus lib.1.Conſulti per ludibrium Pontifices,inquit, an cõcepto, nec dum edito partu ritè nuberet.quod idem pluribus verbis exponit Dio lib.48. conſultos à Cæſare Pontifices, an Liuiam Neronis vxorem grauidam ſibi in matrimonium accipere liceret.Neque obſtat,quod Paullus in d.l.35.de ver.ob. leges adpellat. nam probabile eſt, nonnullas leges, quæ ad ius Pontificium adcommodatæ eſſent, latas de nuptiarum iure fuiſſe. quod etiam paulo pòſt ex Plutarchi lib.de Ro.quæſtionibus cognoſcetur.Age, cetera videamus. Nam ius R.trib.regulis comprehẽdi poteſt,quarum prima hæc eſt: Inter eas perſonas, quæ parentum liberorúmque locum obtinent,in infinitum nuptiæ iure gentium inceſtæ ac nefariæ ſunt. §.ergò,de nup.l.vlt.l.nuptiæ,53.D.h.t. Dixi,*iure gentium*: quoniam etſi veteres hiſtoriæ memorant, eiuſmodi nuptias apud Aſſyrios,Perſas, Medos, Parthos, Æthyopas, Indos, aliaſq. præterea nonnullas gentes probatas atque vſurpatas fuiſſe:tamen cùm eas gẽtes Romani pro barbaris & humanitatis expertibus haberent,iuris gentiũ nomen ad eas non produxerunt. Sequitur ſecunda regula:Inter eas perſonas,quæ à latere ſunt, fratris & ſororis nuptiæ iure gentium inceſtæ ſunt: patrui verò & amitæ,auunculi & materteræ iure ciuili tantùm; idque in infinitum. De fratribus & ſororibus teſtimonium exſtat in l. libertinus, & iuncta l.ſororis,39.D.h.t. & certum eſt apud complures exteras gentes & barbaras huiuſmodi fratrum ſororúmque permiſſas nuptias fuiſſe.Quod autem de fratrum ſororúmque nuptiis conſtitutum eſt Romano iure, intelligendum eſt, non modò de germanis,id eſt,ex vtroq.parẽte ſuſceptis, verumetiã de cõſanguineis,hoc eſt, eodẽ patre natis, atq.etiã de vterinis.i.ex eadẽ matre ſuſceptis,§.inter eas,de nup.

adeò

adeò vt ne vulgò quidem quæſitas ſorores ducere liceat, l.& nihil, 54. D.h.tit. Porrò de patruis, auunculis, amitis, materteris, impeditior aliquanto diſputatio eſt: magnum enim video nuper inueteratum errorem patefactum fuiſſe, de patrui & fratris filiæ nuptiis: cùm par idémque antehac putarimus ius eſſe de iis, quod eſt de auunculi & ſororis filiæ coniunctione, quam iure ciuili non gentium Papin. inceſtam nominat in l. vlt. D.de cond.ſin. cauſſ. & l.ſi adulterium, 38.§.1.D.ad leg.Iul.de adult.l.etiam.96.D. h.t. qua de cauſſa non matrimonium, ſed contubernium adpellatur in l.miles, 11.§.1.D.ill.tit.& l.qui in prouincia, 57.§.1.D.h.tit. Sed ex fragmentis veterum Iuriſconſultorum nuper editis, intellectum atque animaduerſum eſt, leges illas omnes propriè & præciſè ad ſororis filiam pertinere. nam qui locus in Vlpian.regulis mendoſiſſimè legebatur, nunc illorum Collectaneorum beneficio ſic reſtitutus eſt: Inter cognatos autem ex tranſuerſo gradu olim quidem vſque ad quartum gradum (ſic enim illo loco reſtituendum eſt) matrimonia contrahi non poterant; nunc licet vxorem ducere, ſed tantùm fratris filiam, non etiam ſororis; nec amitam, nec materteram: quamuis eodem gradu ſint. Itaque continenter ex Paullo locus hic profertur: Inter parentes & liberos matrimonia contrahi non poſſunt: nec filiam ſororis aut neptem ducere poſſumus. Itémque ex Papiniano ille: Qui ſororis filiam vxorem duxerat per errorem, antequàm præueniretur à delatore, diremit certum, &c. Quinetiam Impp.Maximiani & Diocletiani reſcriptum ſubiicitur, quo, ex latere amitæ tantùm & materteræ, ſororíſque filiæ, & ex ea neptis nuptiæ nominatim prohibentur: nulla de patruo, vel fratris filia mentione interpoſita. Quibus ex locis perſpicitur, quod etiam à doctiſſ.I.C. Pitheo animaduerſum eſt, eorumdem Impp.reſcriptum, quod à Triboniano relatum eſt in l.nemini, 17.C.de nupt. interpolatum ab eodem fuiſſe, aque his verbis ex nouo Conſtantini iure amplificatum: PRÆTEREA A FRATRIS FILIA, ET EX EA NEPTE. Quid ergo eſt? dicet aliquis: Cùm Iuriſconſulti ſcribunt, auunculi, amitę, & materteræ nuptias idcircò inceſtas eſſe, quòd illæ perſonę parentum locū ac numerum obtinent, l.ſororis, D.h.t. §. item amitam, de nup. an patruū ex eo numero excludunt? Sanè illud ſcire oportet, antiquo iure ac moribus, non minus patruū quàm auunculum, parentis loco numeratū: eiúſque nuptias pro inceſtis habitas fuiſſe: cuius rei argumento eſt illud Catulli Epigramma ad Aufilenam:

Aufilena viro contentam viuere ſolo
Nuptarum laus eſt è laudibus eximiis:
Sed cuiuis quamuis potius ſuccumbere fas eſt,
Quàm matrem fratres efficere ex patruo.

Nam liberi ex eo concubitu ſuſcepti, ſuæ matri & filii & fratres patrueles efficiuntur. Sed cùm Claudius Imperator Agrippinam Germanici fratris ſui filiam deperiret, eámque ſibi iuſto matrimonio ſociare cuperet, à Senatu decretum efflagitauit, quo eiuſmodi matrimonia iuſta pronunciata ſunt, vt Sueton. in illius vita, & Tacit.lib.12.& Zonaras tom.2.teſtantur: vnde intelligitur, ea matrimonia vſque ad illud tēpus inceſta nefariáque habita fuiſſe. Pactū, inquit Tacitus, inter Claudium & Agrippinam matrimonium iam fama, iam amore illicito firmabatur; necdum celebrare ſollemnia nuptiarum audebant, nullo exemplo deducta in domum patrui fratris filia: quin & inceſtū: ac, ſi ſperneretur, ne in malum erumperet publicum metuebatur. Suetonius autem, Verum, inquit, illecebris Agrippinæ, Germanici fratris ſui filiæ per eius oſculi & blanditiarum occaſionē pellectus in amorem ſubornauit proximo ſenatu, qui cēſerent, cogendum ſe ad ducendam eam vxorem, quaſi Reip.maximè intereſſet, dandámq.ceteris veniam talium coniugiorum, quæ ad id tempus inceſta habebantur. & aliquanto poſt: Ducturus contra fas Agrippinam vxorē, &c. qua de cauſſa Seneca in Octauia his verſibus illas nuptias exſecratur: *Genitámque fratris coniugem captus ſibi thoris nefandis flebili iunxit face.* Hoc autem S.C. ius annos circiter ducentos quinquaginta durauit, hoc eſt vſque ad Conſtantini & Conſtantis imperium. Nam Capitolinus in Anton. Philoſ. Filiam ſuam Lucillam, inquit, fratri deſpondit. Ergò Impp.illi primi nefarium illud ius abrogarunt, & capitis pœnam ei inceſto impoſuerunt, l.1.C. TH. de inceſt.nupt. eámque illorum conſtitutionem à conſuetudine (vt credi par eſt) neglectam renouauit Imp.Zeno, l. vlt. C. de inceſt. nupt. itémque l. vlt. C. ſi nupt.ex reſcrip.pet. Ex quibus quantam labem vnius Tyranni inſania, quantúmq. vitium in ius ciuile importarit, facile intellectu eſt. Quod eo etiam abſurdius fuit, quia cùm patrui & fratris filiæ nuptiæ permitterentur, amitæ tamen & fratris filii matrimonium interdictum erat, l.per adoptionem, 17.§.1.D. h. t. §.item amitam, Inſt.de nupt. vbi hæc ratio adſcribitur, quia parentis loco eſt, proinde quaſi patruus illo S.C. ex parentū numero ſublatus eſſet, contra l.2. D.de vſufr. ear. rer. ſed & Tacitus lib.16.teſtatur, amitæ conſortium pro inceſto habitum fuiſſe: vbi ſcribit, Neronem Syllano accuſatores ſubmiſiſſe, qui eum inceſti poſtularent, quod cum amita ſua Lepida rem habuiſſet. Quid ergò eſt, dicet aliquis, quod Xiphilinus in Nerua ita ſcribit? ἐνομοθέτησε δὲ μὴ ἀδελφιδῆν γαμεῖν. Sanè ἀδελφιδῆς nomen tum in fratris, tum in ſororis filiam conuenire, & Pollux & Heſychius teſtantur. Quare cùm de fratris filiæ interdictis nuptiis mentionem Iuriſconſulti nullam faciunt, ſed de ſororis filia præciſè tot locis commemorent, credibile eſt, ἀδελφιδῆς nomen ad ſororis filiam referendum eſſe: quam corruptè Ambroſius Neptem, Æl. Spartianus Neptem per ſororem adpellat: nam cùm Xiphilinus de Adriano dixiſſet, τραϊανοῦ ἀδελφιδῆν ἐγεγαμήκει: ille Traiani, inquit, per ſororem neptem vxorem accepit. Vtcumque ſit, tantum apud Romanos etiam perditiſſimis moribus, & ſeculo corruptiſſimo, ſanguinis reuerentia valuit, vt iidem auctores teſtentur, peradmodum paucos fuiſſe, qui Claudii exemplum imitarentur. Quin etiam de Domitiano Tranquillus ſcribens: Fratris filiam, adhuc virginem oblatam in matrimonium ſibi pertinaciſſimè recuſauit. Supereſt illa quæſtio, quid ſit, quòd cùm antiquo iure fratris filiam ducere liceret, Caius tamen ita ſcribat: Patris adoptiui mei neptem ex filio vxorem ducere non poſſum, l.quinetiam, 55.§.1.D.h.t. nam ſi naturalis fratris filiam ducere licuit, quanto magis adoptiui? Quid igitur ſi legeremus neptem ex filia? ſed perſpicuè refragatur l.ſi qua mihi, 12. §. vlt.eod. Verius igitur eſt, quod contra iuris rationem, & pudorem & antiquum morem, receptum fuerat, reſtringendum potius, quàm producendum fuiſſe, l. quod verò, 14.D.de legib.l.quæ propter, 162.D.de reg.iur. atque id exemplum, vt inſigne, & eximium, ac ſingulare notandum puto; ſimúlque deridendam Siſinnii cuiuſdam Orientalis Patriarchæ ſtultitiam, qui

cùm de gradibus cognationis & adfinitatis, interdi-ctiſque nuptiis non minus verboſè quàm confidenter in libro iuris Orientalis ſecundo garriat: tamen auſus eſt adfirmare, nulla ſcripta lege nominatim interdictum, ne fratres fratrum filias in matrimonium accipiant: cùm tamen libro Baſilic. 28. multis locis non modò tertius ille gradus, verumetiam quartus, qui conſobrinorum eſt, itémque ſextus, quo ſobrini continentur, diſertè prohibeatur. Sequitur tertia Regula: Inter patrueles, amitinos, conſobrinos nuptiæ nouiſſimo ciuili iure permiſſæ ſunt, §. duorũ, de nuptiis, l. celebrandis, 19. C. de nupt. Varia autẽ & multiplex huiuſce iuris ratio obſeruanda eſt. nã antiquiſſimis temporibus ea coniugia iniuſta inceſtáque habita ſunt, vt ex Cor. Taciti lib. 12. paulò antè demonſtratum eſt: Et ſobrinarum, inquit, diu ignorata coniugia tempore addito percrebuerunt. Itaque Plutarchus in Romanis quæſtionibus, πρότερον, inquit, οὐκ ἐγάμουν τὰς ἀφ' αἵματος, ὥσπερ οὐδὲ νῦν τηθίδας οὐδ' ἀδελφάς γαμοῦσιν, ἀλλ' ὀψὲ συνεχώρησαν ἀνεψιαῖς συνοικεῖν. Prius, inquit, non accipiebant in matrimonium quæ ſanguinis eiuſdem erant, vt ne nunc quidem amitas, aut materteras, aut ſorores accipiunt; ſed verò conſobrinarum nuptias permiſerunt: deinde adſcribit, cùm quidam ad populi iudicium ob conſobrinæ matrimonium vocatus fuiſſet, abſolutum, legémque latam, vt cum conſobrinis connubium eſſet: propiore gradu non eſſet. ψηφισάμενος, inquit, πᾶσι ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰ δὲ ἀνωτέρω κωλύεσθαι. Quamquam reperio eorum coniugiorum conſuetudinem etiam ante Plutarchi tẽpora percrebuiſſe: atque hoc ius nequaquam tum fuiſſe, ſed in eorum, qui abſtinebant, continentia potius quàm in certa lege poſitum fuiſſe. Nam & Cicero pro Cluentio ait, eius ſororem Melino conſobrino ſuo nupſiſſe. Idémque Plutarchus ſcribit, Brutum Catonis auunculi ſui filiam in matrimonio habuiſſe. Sed & Sueton. in Auguſt. & Dio lib. 53. memoriæ prodiderunt, Auguſtum filiam ſuam Iuliam Marcello Octauiæ ſororis ſuæ filio nuptum collocaſſe. Et Quinctil. lib. 6. Filium ſuum immatura morte ſibi ereptum lugens, auunculo eum deſtinatum generum fuiſſe oſtendit. Capitolinus de Antonino Philoſopho: Habuit vxorem, inquit, Anniam Fauſtinam conſobrinam ſuam. Atque hinc videlicet illa Vlpiani regula nata eſt, vulgò in iure tamquam per manus tradita: Inter cognatos vſque ad quartum gradum connubium non eſſe: quemadmodũ ſup. demonſtratũ eſt. Quartum autem gradum Iuriſconſulti poſita ſumtáque ſuperiore regula intelligebant, quæ inter eas perſonas, quæ parentum liberorúmque locum obtinent, coniugia prohibuit; ſicuti ſuperius docuimus: quaſi hanc regulam ita concepiſſent: Extra eas perſonas, quæ parentum liberorúmque locum obtinent, connubium quarto gradu permittitur. Itaque cùm amitæ materteræque magnarum, itémque ſororis neptis coniugium prohibent, clauſulam hanc ſubiungunt: Quamuis quarto gradu ſint, l. per adoptionem, 17. D. h. tit. eiúſque conſobrinorum matrimonij crebra in libris noſtris mentio fit, veluti in l. 3. l. non ſolùm, 67. §. 1. D. h. tit. l. vter, 23. & l. ſequent. D. de condic. inſt. l. Lucius, 78. §. filiam, D. ad Trebell. ac præſertim in l. 2. C. de inſt. & ſubſt. vbi Antoninus ſcribit, Caſſiam quamdam probabili conſilio ſub hac conditione inſtitutam, Si conſobrino nupſiſſet. Primus, vt opinor, Theodoſius maior eas nuptias prohibuit, vt ipſius filiis teſtatur in l. vn. C. TH. ſi nupt.

A ex reſc. pet. Itémque Sex. Aurelius Victor: Tantum, inquit, pudori & continentiæ tribuens, vt conſobrinarum nuptias vetuerit, tamquam ſororum. Eandem autem conſtitutionem eiuſdem filij Arcadius & Honorius, primo imperij ſui anno confirmarunt, vti patet ex l. 3. C. TH. de inceſt. nupt. quæ tamen à Triboniano conciſa & mutilata in Codicem Iuſtinianeum relata eſt, l. ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt. Verùm iidem aliquot annis interiectis & ſua & patris conſtitutione abrogata, nuptias illas comprobarunt. Celebrandis, inquiunt, inter conſobrinos matrimoniis licentia, legis huius ſalubritate indulta eſt: vt reuocata priſci iuris auctoritate, reſtinctíſque calumniarum fomentis matrimonium inter conſobrinos habeatur legitimum, ſiue ex duobus fratribus, ſiue ex duabus ſororibus, ſiue ex fratre & ſorore nati ſunt, vt ex eo matrimonio editi, legitimi & ſuis patribus ſucceſſores habeantur, l. celebrandis, 19. C. de nupt. Verùm ecce rurſus aliam mutationem, cùm qui illis ſucceſſerunt Impp. Honorius & Theodoſius eas nuptias quaſi communi iure damnatas ex reſcripto petendi poteſtatem fecerunt, patris, vt aiunt, exemplum imitati, l. 1. C. TH. ſi nupt. ex reſcr. pet. cuius reſcripti formulam videre licet apud Caſſiod. Variar. lib. 7. Vtrũ autem ius Imp. Iuſtinianus in Inſtit. ſuis ſit ſecutus, liquidò adfirmare non poſſumus: nam cùm illam conſtitutionem in ſuum codicem inſeruit: in Inſt. tum etiam, Duorum autem, inquit, fratrum vel ſororum liberi vel fratris & ſororis coniungi poſſunt: qui tamen locus cùm in optimo Tigurino libro, tum etiam apud Theophil. adiecta negatione legitur. Quinetiam lib. βασιλικ. 28. vbi prohibitæ nuptiæ cõmemorantur, ita ſcriptum eſt: ὁμοίως οὐδὲ τὴν θυγατέρα τοῦ θείου, ἢ τῆς θείας, τουτέστι τὴν ἐξαδέλφην μου. ἀλλ' οὐδὲ ὁ υἱός μου τὴν ἐκγόνην αὐτῶν, οἵτινες λέγονται ἀνεψιαδελφοι. Similiter, inquit, neque patrui vel amitæ filiam, hoc eſt, conſobrinam meam: quin nec filius meus neptem ipſorum, qui inter ſe ſobrini dicuntur.

INTRA QVEM COGNATIONIS GRADVM PIE CONTRAHI coniugia poſſint.

CAPVT VI.

SED iam conſiderandum eſt, quæ leges piè in eccleſia Chriſtiana de cognatorum cõiugiis inſtituendæ ſint. Nam & Orientales & Occidentales in eo conueniſſe video, vt quò longius perſonæ, de quarum coniugio quæritur, à Genarcho diſtant, eò minus inter ſe cognatæ & cõſanguineæ videantur. Itaq. paſſim in illo iure Orientali & Baſilicis libris videre licet Patriarcharum & Epiſcoporum reſponſa, quibus nuptiæ intra ſeptimum gradum prohibentur, vt in decreto Demetrij Chomateni: ὁ δὲ ἐκ πλαγίου δὲ, μέχρι καὶ ἑβδόμου βαθμοῦ τὴν κώλυσιν ἔχουσα, ἔκτοτε τοῖς βουλομένοις συνάπτεσθαι τὸ ἄνετον παρὰ τοῦ νόμου λαμβάνει καὶ ἀνεμπόδιστον. Ordo eorum qui ex obliquo ſunt, vſque ad ſeptimum gradum prohibitionem habens, poſtea copulari matrimonio volentibus facultatem à lege ſumit. Apud Romaniſtas autem antè Innocentij tertij Protopapatum connubium intra ſeptimum gradum non fuit. De adfinitate cõſanguinitatis, inquit Gregorius, per gradus cognationis placuit vſque ad ſeptimam generationem obſeruare: nam & hereditates rerum per legales definitiones ſancitæ vſque ad ſeptimum gradum protendunt heredum ſucceſſionem: non enim ſuccederent,

rent, niſi de propagine ſanguinis eis deberetur, c.de adfinitate,35. q.2.& q.3. idémque pluribus verbis cõmemoratur in c.nullum, c.progeniem, c.de conſanguinitate,& quattuor ſeq. Sed multò verboſius,35.q. c.ad ſedem:vbi Alexander Protopapa ſecundus diris deuouet,ac perpetui gladio anathematis eos iugulat, ſi quis eam legem abrogarit; cauſſámque duobus locis apertè deſcribit,Quoniam,inquit,ſecundùm Canones conſanguinitas ſeptimo gradu terminatur. At Innocentius III. Alexandri fulmen & minas nihil veritus, eam legem ad quartũ gradum reſtrinxit. Non debet,inquit,reprehenſibile iudicari,ſi ſecundũ veritatem temporum, ſtatuta quandoque varientur humana, præſertim cùm vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit; quoniam ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nõnulla mutauit in nouo.Cùm ergo prohibitiones de coniugio in ſecundo & tertio adfinitatis genere minimè cõtrahendo,& de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptiis, cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatẽ frequenter inducãt, & aliquandò periculũ pariant animarum, cùm ceſſante prohibitione ceſſet effectus: conſtitutiones ſuper hoc editas, Sacri adprobatione concilij reuocantes, præſenti conſtitutione decernimus,vt ſic contrahentes de cetero liberè copulentur: prohibitio quoque copulæ coniugalis quartum conſanguinitatis & adfinitatis gradum de cetero nõ excedat. Quaternarius verò numerus benè congruit prohibitioni coniugij corporalis:quia quattuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quattuor elementis,c.pen.ext. de conſangui. Eius autem erroris, quòd videlicet cognatio ſeptimo gradu terminetur, cauſſa hæc fuit, quemadmodum ſuperius demonſtratum eſt: quoniam apud Iuriſconſultos legerant, vbi de naturali cognatione quæritur, non facilè ſeptimum gradum excedi: partim quia vix vltra eum gradum cognatorum vita conſiſtit, l.4.D.de gradib. partim quia in ſexto gradu cognatorum nomina deficiunt. Vltimi enim cognatorum gradus ſobrinorum ſunt, vt ait Paullus in l.vltim.§.vltim.D.eod.& lib.ſentent.4.tit.11.Verùm intelligere debebant,cùm cognatio ſit ſanguinis communio, vt initio dictum eſt, inter quaſcumque perſonas ſanguinis communio eſt, quantũuis longinqua ſit, tamẽ inter eos cognationem intercedere. Itaque nihilo minor inter ſobrinos cognatio eſt, qui ſex inuicem gradibus diſcrepant; aut ſobrinis natos, qui octo, quàm inter fratres, qui duobus dumtaxat. vt in riuulis vno ex capite accerſitis, & quantumuis longè diductis, non minor, vt ita dicam, aquæ cognatio eſt, quàm vbi inter ſe proximi ſunt; & in arbore rami quantumuis diſiuncti, non minus inter ſe ſucci communionem habent, quàm qui trunco ſunt proximi. Quod verò de ſexto gradu à Iuriſconſultis ſcriptum eſt, non eò pertinet, quaſi cognatio, id eſt, ſanguinis communio, eo gradu deſinat. Nam etiam ad decimum gradum adgnationis, ac proinde cognationis nomine hereditates iure ciuili deferuntur:ſed quia cùm ius ciuile ſolis adgnatis hereditates detuliſſet, cognatos nullo numero habuiſſet, Prætor autem ius ciuile corrigens ad ſucceſſionem eos vocaſſet, non vltra ſextum gradum eos edicto ſuo comprehendit, §.vltim. Inſtitut. de ſucceſ.cognat. l.pen. D.vnd.cogn. Verumtamen,dixerit quiſpiam,cùm in lege diuina coniugium inter certas perſonas prohibeatur, ceteris permittatur, an non ibi deſinere cognationem oſtenditur, vbi prohibitio deſinit? Re-

A ſponſio in promtu eſt: aliud videlicet eſſe propinquitatem, aliud cognationem. Matrimonium inter propinquos lex diuina vetat; inter cognatos non propinquos vetat. Itaque Moſes non ſcripſit, Ne quis ad cognatum, ſed hoc modo, Ne quis ad propinquum ſuæ carnis accedat, cùm videlicet Iſraëlij inceſta apud Ægyptios coniugia vidiſſent; vt in proœmio legis oſtenditur:cuiuſmodi etiam illud Athenienſium inſtitutum fuit, de quo eſt apud Teren.
B in Phorm. Lex eſt, vt orbę, qui ſunt genere proximi his nubant, & illos ducere eadẽ hæc lex iubet. Itémque in Adelph. Hæc virgo orba eſt patre, hic meus amicus illi genere eſt proximus, huic leges cogunt nubere hanc. Propinquorum igitur matrimonia lex diuina prohibet, non cognatorum. Itaque Gen.23. videmus Abrahamum Iſaaco filio vxorem ſummo ſtudio petere ex gente & cognatione ſua, Rebeccam ſcilicet Labanis ſororem, qui Abrahamo erat ex fratre nepos; Rebeccæ conſobrini filius. Item eiuſdem
C lib.cap.28. Iſaacus Iacobum in Meſopotamiam mittit; vt inde vxorem ex ſua cognatione adducat, ducítque Rachelẽ Labanis auunculi ſui filiã: & Num. vlt.cap. lex fertur,vt puella heres in paterna tribu,& cognatione nubat:ſimúlque puellæ aliquot patruorum ſuorum filiis matrimonio iunguntur. Quinetiam ius hoc fuit, vt adgnato ſine liberis mortuo, proximus quiſque prolem ei ex vxore ſuperſtite excitaret,Ruth cap.3. Qui verò propinquorum numero ſint, non cuiuſquam homine nati, ſed ſolius Dei
D iudiciũ eſt: qua de cauſſa Deus eadẽ lege illos ordine nominatim enumerat,vt facilè intelligatur,quos nõ enumerat, propinquorum numero habendos non eſſe;quoniam, vt dici ſolet, quod lege prohibitoria vetitum non eſt,permiſſum intelligitur, l.mutus,43. D. de procur. l. qui accuſare, 8. D.de accuſat. Sed locus poſtulat, vt ſingula diuinę legis capita exponamus.

LEGIS DIVINÆ CAPITA, QVÆ AD
E
NVPTIAS COGNATORVM PERTINENT, EXPOSITA.

Cap. VII.

1 *Patris tui matriſve tuæ nuditatem ne detegito: Mater tua eſt, ne detegito nuditatem eius.*Leuit.18.Leuit.20.

Hoc primo capite duo animaduertenda ſunt:primum, quia propinquorum nomina relatiua ſunt,neque alterum ſine altero intelligitur,cùm Lex
F patris matris coniugia prohibet, ſimul filij filiæque matrimonia interdicere:quod etſi hoc principio facile intellectu fuit,tamen ad reliqua huius legis capita via nobis hoc præcepto munienda viſa eſt.Pater igitur hoc capite filiam ducere vxorem vetatur; mater filio nubere: viciſſimque filia patri nubere,filius matrem ducere. Alterum autem obſeruatu dignum eſt, quòd quamuis ceteris inſequentibus capitibus nuſquam virile genus vſurpetur, quaſi apud ſolos viros hæc lex promulgetur: tamen cùm hoc primo capite
G pater nominetur,in ceteris ex relationis natura virile quoque genus ſubaudiendum eſſe: vt cùm ita dicitur: Ne quis amitam aut materteram vxorem ducat, ſic accipiatur, quaſi etiam dictum eſſet, Ne qua patruo aut auunculo ſuo nubat. Poſtremo legis clauſula notanda eſt. Nam illis verbis, Mater tua eſt, legis ratio & æquitas demonſtratur, quaſi ſcriptum ita eſſet:Cùm natura ipſa doceat,patri & matri reue-

rentiam deberi,cótra naturam eſſe,ſi quis eorum pudorem violaret, ſi quis eorum fœditatem nudaret; quod accidit Chamo Noachi filio, quē ob eam cauſſam,pater cùm progenie ſua deteſtatus eſt:Gen.9. 22. itémque duabus Lothi filiabus, quarum idcircò ſuboles deteſtabilis fuit.Gen.19.31.

II. *Nuditatem neptis tuæ ex filio, vel ex filia,ne detegito; nuditas enim tua ſunt.*

Cùm auus prohibetur neptem ex filio filiáve vxorē ducere, B vi relationis aut pos auiam paternam, maternámve ducere prohibetur. Legis autem æquitas his indicatur verbis: Nuditas enim tua ſunt.: quod non modò ad hoc, verùm etiam ad ſuperius caput referendum eſt: vt pater filiæ, auus neptis fœditatem nudans,ſuam ipſius fœditatem nudare, ſuum ipſius pudorem,id eſt,quem æquè carum vt ſuum ipſius habere debuerat,abiicere videatur. Ceterùm quod de auo & nepte ſtatuitur, idem de proauo & pronepte ſine dubio intelligendum eſt;quod cùm æquitatis paritas C demonſtrat,tum etiam ætatum ratio: vt nihil ad hāc rem demonſtrandam adiectione opus fuerit.

III. *Sororis tuæ nuditatem, ſiue illa ex vtroque parente tuo, ſiue ex alterutro tantùm nata ſit, ne detegito*,Leuit. 18.9.Item 20.17.Deut.27.22.

Tres ſororum ſpecies ſignificat. Nam aliæ ex eodem patre & matre, aliæ ex eodem patre tantùm, aliæ ex eadem matre tantùm gignuntur,vt ſuperius ſuo loco docuimus.duobúſque recentib.doctiſſimis Interpretib.adſentior,vt quod Hebraicè ſcriptum eſt,ſiue do- D meſticæ cognationis,ſiue extraneæ ſit, ſic accipiatur, vt domeſticæ cognationis nomine, paterna; extraneæ,materna intelligatur;quoniam liberi patrem ſequuntur,mater autē familiæ ſuæ & caput & finis eſt, vt ait l.pronunciatio,195.in fi. D.de verb.ſignif.

IV. *Amitæ tuæ nuditatem ne detegito, patris enim tui propinqua eſt. Materteræ tuæ nuditatē ne detegito,matris enim tuæ propinqua eſt*,Leuit.18.12.13.14.Leuit.20.19.

Cùm fratris filius amitā,ſororis filius matertera̅ ducere vxorē ꝓhibetur,vi ipſa relationis & analogię,viciſ- E ſim patruus fratris,auunculus ſororis filiā ducere ꝓhibetur.primùm,quoniā,vt ſuperiꝰ diximꝰ,breuitatis cauſſa ſolius virilis ſexus mentio fit;deinde quia ſubiecta legis ratio æquè in illis valet,quòd videlicet, vt amita & matertera,ſic etiā patruus & auunculus parentis locum obtinent. Huc accedit nominū cognationis & adfinitatis (quæ ſancta quodammodo habenda ſunt) confuſio:nam,vt ſi quis amitam duceret, patrem adfinis &, vt ita dicam, ſororij haberet loco, ſoror autem fratri nurus efficeretur; frater ſorori ſo- F cer.Eodem modo,ſi qua patruo ſuo nuberet, patrem adfinis,& (vt ita dicā) leuiri haberet loco:vnus frater alteri fratri gener efficeretur, alter verò alteri ſocer. Præterea ſi nuptiæ cum patrui vxore duob.locis prohibentur, Leuit.18.11. & Leuit.20.20. quanto magis ipſius patrui prohibendæ ſunt?Quod autē de Patruo, Auunculo, Amita, Matertera hoc loco ſancitum eſt, etiam ad propatruum, proauunculum, proamitam, promatertera̅ producendū eſſe rationis paritas oſtendit:nimirum, quoniā ſecundi patris, ſecundæ matris propinqui ſunt:atque (vt Iuriſconſulti dixerunt) pa- G rentum locum ac numerum obtinent. Atque hactenus quidē Moſes eos omnes,qui Propinquorum numero habendi ſunt,enumerauit:ex quo intelligi poteſt,cùm cōſobrinos omiſerit, eos in illū numerū referendos non eſſe.Itaque videmus cap.Gen.28. Iacobum Rachelem auunculi ſui Labani filiam vxorem duxiſſe:Item Num.vlt. Moſem Dei imperio auctorē

A fuiſſe quattuor Tzelophchadi filiabus, vt patruorū ſuorum filiis nuberent.Sed & cap.Iehos.15.Othoniel Axam Calebi patrui ſui filiam vxorē duxiſſe memoratur.Et in hanc ſententiam Auguſt.lib.de ciuit. Dei 15.cap.16.Experti ſumus,inquit,in connubiis conſobrinorum,quàm rarò per morē fiebat, quod fieri per leges licebat,quia id nec diuina prohibuit, & nondū ꝓhibuerat lex humana. Hęc Auguſtinus,diligentior, vt apparet,legis diuinę obſeruator,quàm Ambroſius, B qui epiſt.66. ad Paternum de his nuptiis illum cōſulentem, ita reſcribit: Quid eſt quod dubitari queat, cùm lex diuina etiā fratres patrueles, prohibeat conuenire in coniugalem copulam, qui ſibi quarto ſociantur gradu? Vtcumque ſit,memorabile eſt,quod eodem loco Auguſtinus ſcribit:Fuit, inquit,antiquis patribus religioſæ curæ,ne ipſa propinquitas ſe paulatim propaginum ordinibus dirimens, longius abiret, & propinquitas eſſe deſiſteret, eam nondum lōgè poſitam, rurſus matrimonij vinculo colligare, & C quodam modo reuocare fugientem. Hæc Auguſtin. Primus autem Theodoſius Imp.Chriſtianus ea conſobrinorum matrimonia prohibuit: quam ipſius cōſtitutionem & Ambroſius & Auguſt. vehementer probant. Theodoſius Imp. (inquit eodem loco Ambroſius) etiam patrueles fratres & conſobrinos vetuit inter ſe coniugij conuenire nomine. Et Auguſt. eodem loco: Verumtamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti, & quod fiebat cum conſobrina, penè fieri cum ſorore videba- D tur, quia & ipſi propter tam propinquam conſanguinitatem fratres vocantur, & penè germani ſunt. Et aliquanto poſt: Verumtamen quis dubitet, honeſtius hoc tempore etiam conſobrinorum coniugia prohibita eſſe? quia neſcio quo modo ineſt humanæ verecundiæ quiddam naturale atque laudabile, vt cui quis debet, cauſſa propinquitatis, verecundum honorem, ab ea contineat. Hæc Ille. Extátque apud Caſſio.lib.Variar.7. formula veniæ ab Imperatore petendæ, vt matrimonium cum con- E ſobrina contrahere liceret, vbi dilucidè ſcribitur, idcircò eam veniam ab Imperatoribus cauſſa cognita fieri, quia lex, qua matrimonium illud interdictum fuerat; non Dei, ſed hominum erat, qui longius quàm lex Dei ferebat, pudicam obſeruantiam (vt eius formulæ verba vſurpemus) poſteris tranſmiſerant. Poſt Theodoſium tamen, quæ varietas iuris iſtius acciderit, ſuprà cùm de ciuili iure ageremus, expoſitum eſt. nam etiam in Baſil.lib.28. titul.de iniuſt. nupt. interdicuntur nuptiæ non mo- F dò inter conſobrinos, qui ἐξάδελφοι dicuntur, verùm etiam inter ſobrinos, qui δισεξάδελφοι eodem loco adpellantur. Quinetiam Demetrius Chomatenus in iure Orientali ſcribit, Synodalibus quibuſdam decretis interdictas fuiſſe nuptias vſque ad ſeptimum gradum: vt non liceat, inquit, ſobrino ſobrini ſui filiam accipere, cùm ſit eius ἀνεψιά: quod idem Alexius Patriarcha teſtatur, legem fuiſſe quæ connubium iis permittebat, qui octo inter ſe gradibus diſtarent; qui verò ſex, prohiberet. Sed præ- G terquam quòd ſuperius docuimus hanc ſeptimi gradus prohibitionem ex manifeſto eorum errore natam eſſe, qui cognationem eo gradu deſinere exiſtimabant; videmus D.Auguſtinum, eo quem paulo antè citauimus loco, iſtam Græcorum ſuperſtitionem repudiaſſe, & ſobrinorum ſobrinarúmque matrimonia probaſſe. Antiquos enim patres religioſos laudat, quibus curæ fuerat, propinquitatem

tem (hæc illius verba ſunt) nondum longè poſitam curſus matrimonij vinculo adligare, & quodammodo reuocare fugientem. Ex quibus de Canoniſtarum & qui Canoniſtas ſecuti ſunt, imperitia exiſtimare licet, qui in genealogia nuptiarum prohibitionem vſque ad quartum à Genarcho gradum produxerunt; hoc eſt, vſque ad ſobrinis natos nataſque, qui iure ciuili octauo inter ſe gradu diſiuncti ſunt.

DECRETA EX LEGE DEI AD NVPTIAS ADFINIVM pertinentia.

CAPVT VIII.

I. *Nuditatem vxoris patris tui ne detegito, nuditas patris tui eſt.*

II. *Nuditatem mulieris & filiæ ipſius (id eſt priuignæ tuæ) ne detegito: filiam filij ipſius, aut filiam filiæ ipſius, ne vxorem ducito: propinqui ſunt patris tui, flagitium eſſet.* Leuit. 18.8.

III. *Is qui cum vxore patris ſui concubuerit, nuditatem patris ſui detexerit, ambo necantor.* Leuit. 20.

IV. *Exſecrabilis, qui cum vxore patris ſui concubuerit; quia detexit oram veſtimenti patris ſui.* Deut. 27.

De directo adfinium ordine, qui parentum & liberorum locum obtinent, duæ ſunt leges; quarū priore connubium interdicitur inter priuignum & nouercam, prouitricum & propriuignā, cauſſáque hæc profertur, quia vitricus matris propinquus; nouerca patris propinqua facti ſunt; hoc eſt, per coniugium quaſi alteri parentes effecti ſunt. quapropter nudando ipſorum pudore, ſimul nudari parentum pudor, hoc eſt, violari parentum verecūdia intelligitur; quā rationem Philo in eius legis ratione expoſuit: τοσαύτην δὲ ὁ ἡμέτερος νόμος φυλακὴν πεποίηται τοῦ πράγματος, ὥστε οὐδὲ προγόνῳ τελευτήσαντος πατρὸς ἄγεσθαι μητρυιὰν ἐφίησι, διά τε τὴν εἰς τὸν πατέρα τιμήν, καὶ διότι μητρυιᾶς καὶ μητρὸς ὀνόματα συγγενῆ, εἰ καὶ μὴ τὰ τῆς ψυχῆς εὐνοῦν πάθος. ὁ γὰρ ἀλλοτρίας ἀπέχεσθαι διδαχθεὶς ὅτι μητρυιὰ προσερρήθη, πολὺ μᾶλλον ἀφέξεται τῆς φύσει μητρός. Id eſt, Ac tantam hac in re lex cautionem adhibuit, vt ne priuigno quidem permiſerit patre mortuo nouercam in matrimonium accipere: cùm ob patris reuerentiam, tùm quia μητρυιᾶς & μητρὸς nomina cognata ſunt. nā qui ab aliena ſibi temperare didicerit, quoniam ei μητρυιὰ dicebatur, multo magis ab ea quæ mater naturalis eſt, ſe continebit. Item aliquanto pòſt: μηδ' αὖ προγονὴν, χήραν, ἢ παρθένον, ζώσης μὲν τῆς γυναικὸς ἐνάγεσθαι, ἀλλὰ μηδ' ἀποθανούσης, συνδ... ἐπεὶ γὰρ ὁ ἐπίτροπος πατήρ, ὀφείλει τὴν ἐκ τῆς γυναικὸς ἐν τάξει θυγατρὸς τίθεσθαι. Priuignam, inquit, ducere non licet, neque viduam neque virginem, non modò vxore viuente, ſed ne illa quidem mortua. Cùm vitricus patris locum obtinuerit, æquum eſt, vt vxore ſua natam filiæ loco habeat. Hæc Philo: atque hanc legem ſecutus Paulus 1. Cor. 5. coniugium nouercæ vt inceſtum & nefarium deteſtatur.

I. *Nuditatem nurus tuæ ne detegito, vxor filij tui eſt, ne detegito nuditatem eius.* Leuit. 18.15.

II. *Qui mulierem & matrem ipſius vxorem duxerit, ſcelus admiſerit, ambo igni cremantor, ne inter vos flagitium maneat.* Item Leuit. 20.14.

III. *Exſecrabilis, qui cum ſocru ſua concubuerit.* Deut. 27.28.

A Sequitur alterū cap. legis de directo adfiniū ordine, quo connubiū diſertè interdicitur inter ſocerum & nurum, generum & ſocrum. Ex legis autē ſententia, etiā ſuperiorum & inferiorum, vt ex priore legis capite cognoſci licet: ex quo eadē legis huius ratio perſpicitur, nimirum, quia cùm hi parētum liberorumque loco ſint, nudari eorum pudor non poteſt, vt nō ſimul reuerentia, quæ parentibus debetur, lædatur. γαμβροὶ γὰρ ἀνθ' υἱῶν πενθεροῖς, καὶ ἀντὶ πατέρων γαμβροῖς πενθεροί.

B inquit Philo, lib. de Monarch. 2. id eſt, generi ſuis ſoceris filiorum loco ſunt, viciſſimque ſoceri ſuis generis, loco parentum.

I. *Nuditatem vxoris fratris tui ne detegito, nuditas fratris tui eſt.* Leuit. 18.15.

II. *Qui acceperit vxorem fratris ſui, facinus exterminatione dignum admiſerit, nuditatem fratris ſui detexerit, ſine liberis ſunto.* Leuit. 20.21.

III. *Nuditatem filiæ vxoris fratris tui, cognationis patris tui, ſoror tua eſt: ne detegito nuditatem eius.*

C Leuit. 18.11.

Quod iam ſuperiorib. legis capitibus demonſtratum eſt, non tantùm verba legis, ſed etiam ſententia ſpectanda eſt. Itaque cùm vxoris fratris nuptiæ nominatim prohibeantur, quia quaſi ſoror eſt, ex ſententia legis & paritate rationis earum quoque omniū perſonarum interdictæ nuptiæ intelliguntur, quæ ſororum fratrúmue locum obtinent. Itaque intelligendum eſt.

D

Connubium non eſſe cum	*quondam fratris vxore,*
	quondam ſororis marito,
	quondam mariti fratre,
	quondam vxoris ſorore.

quæ perſonæ omnes verè propriéque adfines ſunt, eandémque in numerum referendam arbitror filiam vxoris patris, de qua Leuit. 18. verſ. 11. cautum eſt, vt ſuperioribus verſibus prohibitæ intelligantur ſorores natæ ex priore matrimonio, cùm frater ex poſte-

E riore ſit natus: hoc autem verſu natæ ex poſtriore. Atque ita video locum à quibuſdam cōuerſum. Neque enim iis adſentior, qui nuper ſic verterunt: Nuditatē filiæ vxoris patris tui, cognationis patris tui, hoc eſt, quæ per matris ſuæ nuptias patris tui cognata facta eſt, ne detegito: vt ſcilicet compriuigna intelligatur: quod comprobare idcircò non poſſum; quia, vt iam ſuperiùs aliquoties demonſtratum eſt, cùm cognatus adfinis mei mihi adfinis non ſit, ſequitur vt compriuigni adfines dici non poſſint, l. generali, 34. §. 2. D. de

F rit. nupt. Neque vllus (vt opinor) in lege Dei alius oſtendi locus poteſt, quo iſta quaſi adfinitas nominetur, & ad leges nuptiales referatur. Vtcumque ſit, Philo de duarum ſororum nuptiis ita ſcribit: πάλιν δύο ἀδελφὰς ἄγεσθαι τὸν αὐτὸν οὐκ ἐπιτρέπει κατὰ τὸν αὐτὸν, οὐδ' ἐν διαφέρουσι χρόνοις, κἂν τύχῃ τις ἣν προηγάγετο ἀποπεμψάμενος. ζώσης γὰρ ἔτι τῆς συνοικούσης εἴτε καὶ ἀπηλλαγμένης, ἐάν τε χηρεύουσα, ἐάν τε καὶ ἑτέρῳ γαμηθῇ, τὴν ἀδελφὴν οὐχ ὅσιον ὑπέλαβεν ἐπὶ τὰ τῆς ἠτυχηκυίας παρέρχεσθαι, προσεδιδάσκων τοῦτας τὰ συγγενικὰ δίκαια μὴ λύειν, μηδ' ἐπεμβαίνειν πτώμασι τῆς κατὰ γένος, μηδ' ἀναβρύνεσθαι καὶ ἐντρυφᾶν θεραπευομένην ὑπὸ

G τῶν ἐχθρῶν ἐκείνης καὶ ἀντιθεραπεύουσαν αὐτούς. Id eſt, quemadmodum nos quidem conuertimus: Præterea non permittit lex, vnum duas ſorores habere in matrimonio, neque eodem tempore, neque diuerſis: ac ne tum quidē cùm priori miſſum eſt repudiū. Nā dū prior vel in matrimonio eſt, vel repudiata eſt, ſiue vidua maneat, ſiue alteri nubat, Legiſlator non pium putauit hanc

in illius infortunatæ bona venire, docuitque illas cognationis iura ſeruare, neque in earum miſerias, quæ ſanguine ipſas contingunt inſultare, atque inſolenter cum eorum inimicis oblectari. Hæc Philo. Porrò ne hoc quidem prætereundum videtur, quòd Deut. 25. verſ.5. alia lex profertur, qua huic noſtræ abrogatur, vt ſi vnus è duobus fratribus indiuiſam adhuc paternam hereditatem ſimul poſſidentibus alter ſine liberis moriatur, ſuperſtes eius viduam vel ducat, vel dotet: vt qui primus ex eo matrimonio naſcetur, demortui fratris nomen ferat eiúſque filius cenſeatur. qui ſpecialis caſus eſt propriè peculiariter & reſtrictè ad ciuitatis Iſraëliæ rationem adcommodatus, neque ad gentem aliam vllam producendus, atque propter cuiuſque familiæ & heredioli rationem à Legiſlatore exceptus: vt Ioſephus lib. Antiquit. 4. teſtatur. Vbi verò frater liberos reliquerat, nefariæ cum ipſius vidua nuptiæ cenſeantur. Itaque idem lib. 17. de Archelao loquens: τοῦ πατρίου, inquit, παραβάσιν ποιησάμενος γλαφύραν μὲν τὴν Ἀρχελάου θυγατέρα, ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ γαμετὴν γενομένην ἐξ οὗ καὶ τέκνα ἦν αὐτῇ, ἀπώμοτον ἐν Ἰουδαίοις γαμετὰς ἀδελφῶν ἄγεσθαι.

I. *Nuditatem fratris patris tui ne detegito, ad vxorem ipſius ne accedito; amita tua eſt.* Leuit. 18.14.

II. *Qui cum amita ſua concubuerit, nuditatem patrui ſui detexerit, ſine liberis moriuntor.* Leuit. 20.20.

Cum patrui vxoris nuptiæ ob eam cauſſam interdicuntur, quoniam amitæ locum ac nomen obtinent, ex legis ſententia & rationis paritate ſequitur, vt etiam cum amitæ marito interdictæ intelligantur; quia quaſi patruus eſt: itémque ex altero latere, vt connubium non ſit cum auunculi vxore & materteræ marito; quoniam illa matertere, hic auunculi locum & nomen obtinet; viciſſim autem etiam in lineis inferioribus, ne connubium ſit cum fratris ſororiſve filij vxore, fratris ſororiſve filię marito, vel cum filia fratris aut ſororis meę vxoris. Denique, vt ſummatim complectamur, vt quibus in cognationis gradibus nuptię interdictę ſunt, iiſdem in adfinitatis gradibus prohibitę intelligantur: hoc eſt, vt cõiunx à cõiugis cognatis ęquè vt à ſuis abſtineat, propter rationem ab ipſo Deo multis locis deſignatam; quia vir & vxor p matrimoniũ vna perſona cẽſentur.

INDEX NOMINVM COGNATIONIS, EORVMQVE expoſitio.

CAPVT IX.

HOc loco peropportunum videtur, Cognatorum omniũ nomina & adpellationes exponere, tam eorum qui ad directam lineam, quàm qui ad tranſuerſam pertinent. Ac primum omniũ, Pater dicitur, ex quo quis natus eſt, & cum filio confertur, ac primo gradu numeratur, l. 1. §. 1. & l. vlt. §. primo gradu, D. de grad. ſed Perſius primũ, ſecundum, tertiũ patrem facit, ex quo quis prima, ſecunda, tertia generatione natus eſt, hoc eſt, auum & proauum: vt Cornutus in illis verſibus interpretatur, quos ſup. protulimus:

Quare ex me, quis mihi quartus Sit pater, &c.

Mater à noſtris ea ſola dicitur, quę genitrix eſt, non etiam nutrix, vt apud alios auctores, quemadmodum Nonius teſtatur: & cum filio filiáve cõfertur, ac primo gradu numeratur. d. §. 1. de grad. Plaut. Menęch.

Ita forma ſimili pueri, vt mater ſua

A *Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat,*
Neque adeò mater ipſa, quæ pepererat.

Auus dicitur patris vel matris pater, & cũ nepote cõfertur, ac ſecundo gradu numeratur, d. l. vlt. §. ſecũdo gradu. ſed alius eſt paternus, alius eſt maternus. Ille cõfertur cũ nepote nato ex filio; hic cum nepote nato ex filia.

Proauus aui vel auiæ pater, patris, vel matris auus, & cũ Pronepote cõfertur, ac tertio gradu numeratur, d. B l. vlt. §. tertio, ſed alius eſt paternus, alius matern⁹: ille cõfertur cũ pronepote ex nepote nato ex filio vel filia; hic cũ pronepote ex nepte nata ex filio vel filia.

Abauus proaui vel proauiæ pater, aui vel auiæ auus, patris vel matris proauus: confertur autem cũ abnepote, & quarto gradu numeratur, d. l. vlt. §. quarto.

Atauus & Adauus, abaui vel abauiæ pater, proaui & proauiæ auus, patris vel matris abauus: cõfertur cum atnepote, & quarto gradu numeratur, l. vlt. §. quinto gradu, D. de grad.

C *Tritauus* ataui ę vel ataui pater, & cũ trinepote cõfertur, ac ſexto gradu numeratur. d. l. vlt. §. ſexto gradu.

Parentes generali nomine dicuntur pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus: & cũ liberis cõferuntur.

Maiores reſtricto nomine dicũtur, qui ſupra parẽtes ſunt, & cum poſteris conferuntur: neque propriũ in Latina lingua nomen habent. l. 4. §. parẽtem, D. de in ius voc. l. vlt. §. parentes, D. de grad. Generaliter autẽ Maiorũ nomine parentes continentur. Plaut. in Milit. glor. Ibi mei maiores ſũt ſiti, pater, auus, proauus, D abauus. Itẽ in Perſa: Nam numquã quiſquã maiorum meorum fuit, quin paraſitãdo pauerit ventrem ſuum pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus: Vnde hunc ego quæſtum obtineo, & maiorum locum.

Parentes autem adpellãtur generali nomine, nõ modò qui per patrem auum paternũ, proauumúe paterni aui patrem, verùm etiam qui per matrem, auiam, proauiam, Titium cõtingunt, l. adpellatione, 51. D. de verb. ſign. niſi fortè illa differẽtia adiungatur; Parẽtes virilis ſexus: velut in l. ſi quis, 5. §. 1. D. de adgnoſc. lib.

E *Filius* cuique dicitur, qui ex eo genitus eſt, & cum patre confertur, ac primo gradu numeratur. d. l. 1. §. primo gradu.

Nepos verè proprieq; dicitur, qui ex filio filiaúe natus eſt, & cum auo cõfertur, ac ſecundo gradu numeratur, d. l. vlt. §. ſecundo gradu. ſed ille vſitatè his verbis deſignatur, Nepos ex filio, hic verò Nepos ex filia. Deprauata autem cõſuetudine Nepos vulgò dicitur, fratris ſororiſúe filius, vt in gloſſ. l. 7. C. de ſucceſſ. edict. cõtrà Latini ſermonis rationẽ. nam hic nullum F in Latina lingua nomẽ habet, ſed hoc modo deſignatur, fratris ſororiſue filius, vt Paullus teſtatur, in l. vlt. §. tertio gradu, D. de grad. & illam deprauatã conſuetudinem video non modò D. Ambroſij temporibus vſurpatam fuiſſe, à quo lib. epiſt. 8. ep. 66. Neptis perſpicuè ad auunculum refertur; verùm etiam Spartiani, qui in Hadriani vita ſic ſcribit: Ad amicitiam Traiani pleniorem rediit, nepte per ſororem Traiani vxore accepta, quod Xiphilinus ſic expreſſit: τραϊανοῦ ἀδελφιδῆν ἐγεγαμήκει.

G *Nepos* ex fratre pmiſcuè dicitur, idẽ q̃ nepos fratris.

Nepos ex ſorore, idẽ qui ſororis nepos, l. 7. D. de legit. tut. §. 1. Inſt. de leg. agn. tut. l. nemini, 17. C. de nupt. Nepos mei fratris neptiſúe me patruũ magnũ adpellãt, inquit Paullus d. l. vlt. §. quarto gradu, D. de grad.

Pronepos eſt qui ex nepote ex filio filiaúe natus eſt, & ad proauum refertur, ac tertio gradu numeratur, d. l. vlt. §. tertio gradu, D. de grad.

Abnepos

Abnepos,pronepotis proneptíſve filius : nepotis,ne-
ptíſve nepos : filij filiæve pronepos : confertur cum
abauo, & gradu quarto numeratur, d. l.vlt. §.quarto
gradu.

Atnepos ſiue adnepos, abnepotis vel abneptis filius,
confertur cum atauo, & quinto numeratur gradu, d.
l.vltim.

Trinepos filij filiæve adnepos confertur cum tritauo,
& ſexto numeratur gradu, d.l.vlt.

Poſteri propriè & ſtrictè dicuntur, qui infrà trinepo
tem ſunt, l.vlt.§.parentes, D.de grad.& cum Maiori-
bus conferuntur.Generaliter autem eo nomine libe-
ri omnes continentur, l.quod his, 81.§.vlt.D.de lega.
3.Itaque Tyrannicum illud Caligulę fuit, de quo Sue
ton. Negabat, inquit, iure ciuitatem Romanam v-
ſurpare eos, quorum maiores ſibi poſteríſque eam
impetraſſent, niſi filij eſſent:neque enim intelligi de
bere poſteros vltra hunc gradum.

Frater tribus modis dicitur ; nam aut per eundem pa
trem tantùm, aut per eandem matrem tantùm, aut
per vtrumque eundē accipitur, l. vlt.§. ſecundò gra-
du, D.de grad. Qui ex eodem patre & eadem matre
natus eſt, Germanus adpellatur: vt Corn. Fronto te-
ſtatur, Plaut. Menæh.

Hi ſunt gemini germani duo:
Nam & patrem & matrem commemorant pariter, qui
fuerint ſibi:

& paulò pòſt:

Spes mihi eſt vos inuenturos fratres germanos duos
Geminos, vna matre natos, & patre vno, vna die.

Qui verò ex eodem patre tantùm natus eſt, con-
ſanguineus dicitur, qui ex eadem matre tantùm, vte-
rinus, l.fratres, 27.C.de inoff.teſtam. l.3.C.de legit.ru.
l.pen.& l.vlt.C.de legit.hered.§.1.§.ceterùm, Inſt.de
leg.adgnat.ſucceſſ. Cæſar comment. Gall.1 ſororē ex
matre, & propinquas ſuas nuptum in alias ciuitates
collocaſſe. Illi adgnati ſunt, hic cognatus tantùm, l.
vlt.C.ad ſenat.Tertyll. Conferuntur autē promiſcuè
omnes inter ſe germani, conſanguinei & vterini, &
ſecundo numerantur gradu, l.vl.§.ſecundo gradu, D.
de grad. Sanè animaduerti antiqua lege Pōpeia, quos
germanos & conſanguineos adpellauimus, patrueles
ex patris perſona dici : quos verò vterinos, ex matris
perſona, matrueles, l.1.D.ad l.Pomp.de parric. qua de
re in obſer.v.diſputauimus. Cōſanguinitas apud au-
ctores noſtros non generaliter pro cognatione, & cō
munione ſanguinis vſurpatur, ſed ſpecialiter pro ad-
gnatione, quæ eſt inter fratres & ſorores ex eodē pa-
tre natos:& ſpecies adgnationis dicitur in §. pe.Inſt.
de ſucc.cognat.videtúrque id non legis XII.tab.ſed le
gis Voconiæ verbum fuiſſe.Nam cùm in l.XII.ſimpli
citer ita ſcriptum eſſet : Si inteſtato moritur, cui ſuus
nec exſtabit heres, adgnatus proximus familiam ha-
beto: Voconia lex ei abrogauit : ſtatuítque vt adgna-
ta, niſi conſanguinea ſuccederet, eo verbo fraternita-
tem ex patre ſignificans, l.1.§.pe.D.de ſuis & legit.nō
tantū naturali, verumetiam adoptiuo, §.1. D.de legit.
adgn.tut.l.2.§.ſed etſi ipſa, l.3.D.ad Tertyl.Sanguinis
autē nomine propriè in libris noſtris cōmunio ſan-
guinis.i.naturalis cognatio deſignatur, l.2.D.vnd.co
gnat.l.8.D.de regul.iur.l.23.D.de adopt. l.13.De man.
vind. Conſanguinei autē frequentiſſimè ab adgnatis
ſeparantur, velut in l. 2.§.1.D.vnd.legit. l.2.D.de ſuis
& legit.

Fratris nomen etiam patrui filio tribuitur, ſed cum
patruelis adiectione. Itaque duorum fratrū filij, quia
ſecundi patris filij ſunt, fratres inter ſe adpellantur.

A Cic.de Fin.5.Cicero frater noſter cognatione patrue
lis, amore germanus. Plaut.in Pœnulo : *Carthaginien-*
ſes fratres patrueles duo fuere: Et multò poſt: Agoraſto
cles patruelis alterius filius, Pœnum ſibi propiorem
ſobrino, qui patris ſui frater patruelis fuerat, idcircò
Patruum adpellat: *O patrue mi patruiſſime*. Pœn. *Quid*
eſt fratris mei gnate? hoc eſt fratris mei patruelis. Nam
paulò poſt vna ex filiabus ſic loquitur : Hic ſuos co-
gnouit modò, & hunc ſui fratris filium, nimirū pa-
truelis. Itaque non multò poſt in eadem ſcæna, men-
B dum eſſe oportet in illo loco: *Vos eſtis ambæ meæ filiæ,*
& hic eſt cognatus veſter, Huiuſce fratris filius Agora-
ſtocles: Nam pro HVIVSCE legendū adfirmo IACHO
NIS; quem fratrem ipſius patruelē fuiſſe, ex ſuperio-
ribus ſcænis intelligitur.

Sororis eadem quæ fratris adpellatio eſt.

Fatris filius is dicitur, qui cum patruo & amita con-
fertur, l.fratris, 21. C.de inoff.teſt. & tertio gradu nu-
meratur, l.3.C.de legit.her. & d. l.vlt.§.tertio gradu.
qui tamen, vt ſup.diximus, deprauata conſuetudine,
C Nepos nominatur.

Sororis filius is dicitur, qui cum auunculo vel mater-
tera confertur, d.l.fratris, & tertio numeratur gradu,
qui tamen eadem corrupta conſuetudine, Nepos ad-
pellatur.

Fratris nepos dicitur, qui cū propatruo confertur, &
quarto numeratur gradu, d.l.vlt.§.quarto gradu ; qui
interdum nepos ex fratre dicitur, vt ſup.docuimus.

Sororis nepos dicitur, qui ad auunculū magnum refer-
tur, qui & ex ſorore nepos interdum adpellatur, &
D quarto numeratur gradu, d.§.quarto gradu.

Fratris ſororis pronepos dicitur, qui ad patruū auuncu-
lúmve maiorem refertur, & quinto numeratur gra-
du, d.§.quinto gradu.

Patruus dicitur frater patris, & cum fratris filio con-
fertur, ac tertio numeratur gradu, d.l.vl.§.3.D.de gra.
l.2.§.1.D.de ſuis & legit.l.patruo, 7.C.de legit.here.l.
pe.D.de legit.tutor.Interdū autem patruū vocari fra-
trē patris patruelem, à fratris patruelis filio, paulò an
tè ex Plauti Pœnulo demonſtrauimus ; quippe cùm
E Patruelis filius fratris filius adpelletur.

Propatruus dicitur, qui & patruus magnus, aui fra-
ter, & cum fratris nepote confertur, quartóque re-
peritur gradu, l.vlt.§.quarto gradu, D.de grad. l.pen.
D.de leg.tut.

Patruus maior eſt proaui frater, patris & matris pa-
truus magnus, & cum fratris pronepote confertur,
quintóque reperitur gradu, d.l.vlt.§. patruus maior.

Patruus maximus eſt abaui frater, qui & Abpatruus
dicitur, & ad fratris abnepotem refertur, ſextóque re-
F peritur gradu, d.l.vlt.§.patruus maximus.

Amita eſt patris ſoror, & cum fratris filio confertur,
ac tertio gradu ab illa eſt, l.vlt. §.tertio gradu, l.5.C.
qui pet.tut.

Amita magna, vel proamita, aui paterni ſoror, & cum
fratris nepote confertur, à quo quarto gradu eſt, l.1.§.
quarto, l.vlt.§.quarto, D.de grad. l.per adoptionē, 17.
§.vlt.D.de rit.nupt.l.pen.C.qui pet.tut.

Amita maior eſt proaui paterni ſoror, & cum fratris
pronepote confertur, quintóque reperitur gradu, d.l.
G vlt.§.quinto gradu.

Amita maxima, eſt abaui paterni ſoror, & cum fratris
pronepote confertur, & ſexto numeratur gradu, d.l.
vlt.§.ſexto gradu.

Auunculus dicitur frater matris, & cū ſororis filio cō-
fertur, l.fratris, 21.C.de inoff.teſt.ac tertio numeratur
gradu, l.penult. D.vnd.legit. l.vltim. §.tertio gradu,

nomen non habeat, demonſtratiuo nomine adpellabitur, l.vlt.§.vlt.D.de gradib.§.vlt.Inſt.de ſucc.cogn. l.1.§.2.D.vnd.cogn. & apud Paull. d.lib.ſent.4.tit.11. §.vlt.& §.pen.vbi tamen mendoſè legi CONSOBRINI FILII FILIÆ, reſtituendúmque SOBRINI ſup.demonſtrauimus.

Propior ſobrino (qui & propius ſobrino, & propior ſobrinus adpellatur) is demũ dicitur, qui propatrui, proamitę, proauunculi, promaterteræ filius eſt, quaſi qui vno gradu citerior eſt, quàm ſobrinus; atque idẽ ipſe patri eius, de cuius cognatione quæritur, conſobrinus eſt, quintóque numeratur gradu, l.1.in fi.l.2.l. vlt.§.quinto gradu, D.de grad. & apud Paull. ſent.4. tit.11.& Iuſtin.§.quinto gradu, Inſt.de grad. Ex quo intelligitur propiorem ſobrino cum eo tantùm conferri, qui patruelis, amitini, ac generaliter conſobrini filius eſt, vt quem ego ſobrino propiorem nomino, is me conſobrini ſui filium adpellet. ſimilitérque Paullus in d.l.vlt.§.ſexto gradu, dilucidè ſcribit: patrui maioris filium, patri eius, de cuius cognatione quæritur, eſſe propiorem ſobrino. & paucis verſibus interiectis: patrem eius de quo quæritur pronepoti proaui eſſe propiorem ſobrino. Item in §.ſeq. patrui maximi filium, qui ſeptimo gradu eſt auo eius, de cuius cognatione quæritur, propiorem ſobrino adpellat: & paulò poſt, patrui maioris nepotem, auo eius, de cuius cognatione quæritur, propius ſobrino. Itaque in hac tabula:

Thare

Nachor — *Abraham*

Bethuel — *Iſaac*

Laban — *Iacob.*

in qua Laban Iacobo ſobrinus eſt, Bethuel erit Iacobo propius ſobrino: viciſſimque cùm Iacobus Labano ſobrinus ſit, Iſaacus Labano dicetur propior ſobrino: vtpote qui vno gradu, quàm ſobrinus citerior ſit. Et cùm Geneſ.24. dicatur Iſaacus Rebeccam Labani ſororem in vxorem duxiſſe: Latinè ſic efferemus: Rebecca propiori ſobrino nupſit, Iſaacus conſobrini filiam duxit. Atque ita videmus propiorem ſobrino vocari in l.2.C.commun.de ſucc. Quod cùm ita ſit, idque perſpicuè à Paullo Maſſurij auctoritate confirmetur, ac tam multis locis conſtanter à Iuriſconſultis tradatur, neminem dubitaturum arbitror, cùm apud Feſtum mendoſè ſic legatur: Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius: proinde quaſi nomẽ hoc reciprocetur, ſicut ſobrini aut conſobrini adpellatio: vt quemadmodum propatrui filius Titio eſt propior ſobrino, ita viciſſim Titius illi propior ſobrino ſit. In quo vitium eſt apertiſſimum: Nã cùm propior ſobrino ſic dicatur, qui ſobrino citerior eſt, vt iam diximus, ſatis conſtat conſobrini nepotem ſobrinum non eſſe. Prætereà Caius, Paullus, Imperator, iterúmq. Paullus cõſobrini filiũ à propiore ſobrino ſẽper accuratè diſtinguunt, eóſq; in cõputandis quinti gradus pſonis ſeparatim enumerant, vt ea nomina confundi ſine temeritate nõ poſſint: quo probabilior mihi eorũ ſentẽtia videtur, qui in l.2.C. vnd.legi. verba illa, id eſt, A CONSOBRINA NATVM, gloſſema vel indocti, vel ſemidocti interpretis fuiſſe arbitrãtur, ſub illis Imp. verbis ſubiecta: Cùm propiorẽ ſobrinũ, &c. præſertim cùm de iure propioris ſobrino conſulenti, nihil opus illo gloſſematę fuerit, non magis quàm in l.2.C.cõm. de ſucc. De propiore A ſobrino mentio fit in l.5. D.de iniur.l.1. D.ad leg.Iul. repet.l.3.D.ad leg. Pomp.de parricid.& in Collectaneis tit.9.

INDEX NOMINVM ADFINITATIS, EORVMQVE INTER SE RELATIO.

CAPVT X.

B SOCER eſt viri aut vxoris pater, l.4.§. gradus, D.de grad.& ad generum, nurúmque refertur.

Socrus eſt viri aut vxoris mater, & ad generum nurúmque refertur. latè tamen etiam ad vxoris auiam & proauiam producitur, d.l.4.§.gradus, D.de grad.l.14.§.vlt.D.de rit.nupt.

Proſocer (qui & ſocer magnus dicitur) eſt vxoris aut mariti auus; & ad progenerum & pronurum refertur, d.l.4.§.gradus, & l.3.§.vlt.D.de poſtul.

C *Proſocrus* (quæ & ſocrus magna dicitur) vxoris aut mariti auia eſt, & ad progenerum pronurúmque refertur, d.l.4.§.gradus.

Gener, filię maritus, & cum ſocero ſocrúve confertur, d.l.4.§. gradus. Capitolin.in Anton. Pio: Gener per maiorem filiam Lamia Syllanus: per minorem, Marcus Antoninus fuêre.

Nurus, filij vxor: & cum ſocero ſocrúve rationẽ habet, d.l.4.§. gradus. Latè tamen etiam ad nepotis ex filio filiáve mea nati vxorem hoc nomẽ producitur, D l.6.D.eod.l.adoptiuus,14.§.2.D.de rit.nupt.

Vitricus, maritus alter matris, & cum priuigno priuigna confertur, d.l.4.§.gradus, & l.3. C. commun. de ſucceſſ.

Nouerca, altera patris vxor, & cum priuigno priuigna confertur, d.l.4.§.gradus, D.de grad. Latè tamen etiam ad aui & proaui vxorem hoc nomen producitur, l.adoptiuus,14.§.2.D.de rit.nupt.

Priuignus, vxoris filius ex alio marito, itémq. mariti filius ex alia vxore natus, & cum vitrico vel nouerca E confertur, d.l.4.§.gradus, D. de grad. Latè tamen etiam ad vxoris nepotem & pronepotem hoc nomẽ producitur, l.14.§.2.D.de rit.nupt. Transfertur etiam hoc nomen ad eum, qui ex non nupta, quæ pòſt alteri nupſit, natus eſt, l.priuignus, 7.D.eod. ſed in eo qui ex vxore mea, quæ poſt diuortium alteri nupſit, & filium ſuſceperit, propriè non vſurpatur, l. ſi qua mihi,12.§.2.D.de rit.nupt.

Priuigna, vxoris filia ex alio marito, itémque mariti filia ex alia vxore nata, & cum vitrico vel nouerca F confertur, d.l.4.§.gradus.

Conſoceri dicũtur inter ſe, quorũ vnius filius alterius filiam vxorẽ duxit. Tranquill. Claudio: Appium & Syllanum cõſocerum ſuum occidit. Superius autem dixerat Claudiũ filiam ſuam Octauiam Syllano adoleſcenti Appij filio deſpõſaſſe. Credo eadem ratione, *Comprivignos* dici poſſe, quorum vnus Nouercę filius alteram vitrici filiam, aut ex cõtrario vxorem duxit. velut in §.mariti, Inſt.de nupt.l.cum hic ſtatus, 32.§. ſi ſocer.& paſſ.D.de don.int.vir. Atque hæc quidem G eorum nomina ſunt, qui parentum liberorúmve locum obtinent, §.adfin.Inſt.de nupt.l.vltim. D. de rit. nupt. Sequitur eorum recenſio, qui fratrum & propinquorum numerum obtinent, quorum nomina in Latina lingua perpauca exſtant, ſed diſciplinæ cauſſa nobis fingenda, & ſupponenda erunt.

Fratria, fratris vxor, quamquam Nonius, Fratriæ, inquit, adpellantur fratrum inter ſe vxores. Quod ſi

veriùs eſt, mendum eſſe apud Modeſtinum videtur, [A] vbi ſic legitur: Duorum fratrum vxores Ianitrices dicuntur, apud Græcos *εἰνάτερες*, corrigendúmque FRATRIÆ, l.4.§.gradus, D.eod. Fratrillam autem fratris vxorem Canoniſtæ adpellant, 35.q.5.c. quod autem. Cicero pro Cluentio: Nam cùm eſſet grauida Auria fratris vxor.

Sororius ſororis maritus: nouum & commentitium. Nam (vt Iſidorus teſtatur lib. Etym.10.c.7.) nullum in Latina lingua nomen habet. Cicero prò C.Rabi- [B] rio, Cariorem huic ſororis maritum quàm ſororis filium fuiſſe. Idem Philipp.2. Dixit in ſororis ſuæ virum, vitricum tuum.

Leuir, frater mariti, vetus eſt, l.4.§.grad. Leuir, inquit Nonius, dicitur frater mariti, quaſi læuus vir.

Profrater frater vxoris; nouum & à nobis fictũ, quoniam ei Latinum (vt eodem loco Iſid.teſtatur) nomẽ deeſt. Cicero pro Domo: Quis ergò adfuit? Frater, inquit, vxoris meæ. Tranquill. in Iul. L. Cinnæ vxoris [C] fratri reditum in ciuitatem confecit.

Glos, ſoror mariti, vetus eſt, l.4.§.gradus, D.de grad. & apud Feſtum: Glos, inquit, viri ſoror, à Græco *γάλως*. [A] Nonius etiam fratris vxori hoc nomen tribuit: Glos, inquit, adpellatur mariti ſoror, atque eadem fratris vxor.

Proſoror, ſoror vxoris, nouum eſt, & à nobis excogitatum, quoniam (vt eodem loco Iſid.ſcribit) Latinum nomen non habet. Porrò in patrui & amitæ, auunculi & materteræ gradibus Latina nulla exſtant adfinitatis nomina. Itaque efferre illa ſic cogemur: Patrui vel auunculi vxor. Amitæ vel materteræ maritus. Ca- [B] pitolinus in Anton.Philoſ. Alexandria filia Caſſij & Drũcianus gener commendati amitæ marito. Item, Amitę Matrij virum Antoninum Pium Adrianus ea lege in adoptionem legit. Item in Anton. Pio: Ita ſibi ille adoptaret M.Antoninum fratris vxoris ſuæ filium. Quod idem de propatruis, proauunculis, proamitis, promaterteris, ceteriſque ſuperioribus intelligendum eſt. Conferuntur autem inter ſe hoc modo:

Leuir, frater mariti	*Fratria, fratris vxor*
[C] *Fratria, fratris vxor*	*Glos, ſoror mariti*
Sororius, ſororis maritus	*Profrater, frater vxoris*
Sororius, ſororis maritus	*Proſoror, vxor ſororis.*

DISPVTATIO DE SPVRIIS, ET LEGITIMATIONE.

SPVRIORVM DEFINITIO, NOMINIS NOTATIO, ET DIVISIONES MVLTIPLICES.

CAPVT I.

SPVRIVS, generale nomen eſt, quod iis omnibus conuenit, qui ſine patre iuſto nati ſunt. cuius adpellationis originem, haud ſcio an ſatis commodè Iuriſconſulti ad Græcam notationem retulerint: quaſi qui *σποράδην* concepti ſint. nam ſi ita eſſet, hoc quoque nomen vſurpatum à Gręcis fuiſſet. Quare videamus, nę probabilius ſit, quod Plutarchus [D] ſcribit, cùm ij qui ſine patre iuſto nati eſſent, iiſdem literis deſignarentur, quibus prænomen Romanum Spurius ſcribitur, hoc eſt, S.P. tandem eò rem conſuetudine lapſam eſſe, vt Spurij adpellarentur. Quàm multi autem eiuſmodi primis vrbis Romæ incunabulis fuerint, cùm ex Dionyſij lib.4. intelligi poteſt, tum etiam ex eo, quod Liuius lib.10. teſtatur reliquos ſanè non multos Patricios eſſe nominatos: quaſi qui patrem ciere poſſent: itémque Ingenuos. An vnquam [E] fando audiſtis, inquit, Patricios primo eſſe factos, nõ de cælo delapſos, ſed qui patrem ciere poſſent, id eſt, nihil aliud quàm ingenuos? Spurius ergo eſt, qui ſine iuſto patre natus eſt: hoc eſt, qui patrem demonſtrare non poteſt: vel qui poteſt quidem, ſed nõ eum, qui iure Quiritium probatus eſt. Hinc illud ſiue Valerij Max. ſiue alterius: Spurij dicuntur, patre incerto nati: quaſi *ἀπάτορες*. Et Vlpianus tit. Regul.4. Qui matre, inquit, certa, patre autẽ incerto nati ſunt, Spurij adpellantur. Itaq. quoniam vbi legitimæ nuptiæ ſunt, [F] patrẽ liberi ſequuntur, l.cum legitimæ, 19. D.de ſtat. hom. ac proinde ius poſtliminij patri competens etiã ei qui apud hoſtes ex eo & vxore ipſius natus eſt, cõpetit: reſcriptũ eſt, eum qui cum ſola matre in ciuitatem reuertiſſet, ſpurium habendũ eſſe: quippe, qui tũ demũ cùm in ciuitatẽ adfertur, naſci videatur, l.diui, 25.D.de captiu. Nam vt patrẽ definimus eum, quem nuptiæ demonſtrant, l.5.D.de ſtat.hom. eodem modo filiũ nominamus eum, qui ex viro & vxore ipſius naſcitur, l.filiũ, 6.D.de his qui ſunt ſui vel alien. Deniq. Spurij in libris noſtris paſſim opponũtur iuſtis liberis, vt l.4.in fi.D.de in ius voc.l.vlt.C.quãd.mult.tut. offic.l.vlt.C.qui petant.tut. quemadmodũ apud Gręcos *νόθοι* opponuntur *γνησίοις*: vt Nouell.89. & apud Euripidem in Andromacha: *νόθοι τε πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες*. De hoc autem nothorum vocabulo Quinctilianus lib.3.c.6. ita ſcribit: Nothũ qui nõ eſt legitimus, [D] Græci vocant. Latinum rei nomen (vt Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt) non habemus, ideóque vtimur peregrino. Iam verò Spurij paſſim in iiſdem libris noſtris vulgò quæſiti adpellãtur, vt l.vulgò quæſiti, 23.D.de ſtat.homin. próque iiſdem nomẽ hoc vſurpatur: vti patet ex collatione l.2.& l.4. D. vnd.cognat. cum Vlpiani tit. Reg.5. Vnde quemadmodum Spurij Iuſtis liberis, ſic etiam Vulgò quæſiti Iure quæſitis opponuntur, l.patronus, 18. D.de bon. libert.l.ſi qs liberis, 5.§.2. D.de adgnoſc.lib. & iuſtus [E] pater opponitur matri, quæ vulgò cõcepit, l.lege Iulia, 44.§.1.D.de rit.nupt. Rurſus adpellantur & filij naturales, vt in Rub.C.de nat.lib. & l.vl.D.de his qui ſunt ſui vel alie.l.omnes, 17.§.1.D.quæ in fraud.cred. l.naturalis, 5.D.de perſcrip.verb.l.vlt. C.de cõfir.tut. l.vlt.C.qui pet.tut. qua de cauſſa, pater naturalis cõfertur cum filia vulgò quæſita in l.adoptiuus, 14.§.1. D.de rit.nupt.& l.3.D.de lib.cauſſ. Spuriorum autem diuiſio eſt multiplex. Nam alij ex cõcubinatu naſcũtur, alij ex ſcortatione, alij ex ſtupro, alij ex adulterio, [F] alij ex inceſtu. vel hoc modo planius: Ex cõcubina, ex meretrice, ex virgine, vel vidua honeſtæ exiſtimationis, ex adultera, ex cognata, ex ſerua nõ cõcubina, aut ex peregrina, l. 25. D. de captiu. ex vxore iniuſta; vt ea quæ ſine patris iuſſu ducta eſt. Apul. VI. Impares nuptiæ, & prætereà in villa, & patre nõ cõſentiẽte factæ, legitimæ nõ poſſunt videri, ac per hoc Spurius iſte naſcetur. De quibus omnibus eo quem propoſuimus ordine diſſerendũ eſt. ac primũ de iis qui ex concubinis naſcũtur: de quibus ipſis nonnihil prius explican-

plicandum eſt. Nam earum genera duo in libris noſtris reperio. vnū; quod ante Iuſtinianum in vſu fuit: alterum, quod à Iuſtiniano nouè inductum eſt, & ſuis legibus atque condicionibus definitum.

DE CONCVBINIS ET EARVM IVRE.

CAPVT II.

ERGO quòd ad antiquum ius attinet, Concubina dicebatur mulier, ſiue ſerua, ſiue libera, innupta, quam quis non vxoris loco, ſed concubinatus tantùm cauſſa, ſine ſtupri crimine, habebat. Nam ſeruas quoque pro concubinis haberi ſolitas, patet ex l. denique, 8. D. de pignor. l. pe. D. de reb. auct. iud poſſid. l. vlt. C. comm. de manu. & qui ex iis naſcebantur, ſerui erant; filiiq; naturales dicebantur, l. vlt. de his qui ſui vel. l. naturalis, D. de perſcr. verb. l. vl. C. de confir. tut. l. naturali, 7. D. eod. l. vlt. C. quand. mul. tut. offic. neque aliud iuris quàm alij ſerui habebant, l. 3. C. de inceſt. nup. Rurſus harum Concubinarum duo erant genera. nam aliæ, honeſtæ, matronæ, matresf. adpellabantur: veluti ingenuæ, quæ teſtatione interpoſita, ſeſe alicui in concubinatū dabant, l. 3. D. de cōcub. aut libertę, quę ſuis ſe patronis iungebant, l. probrum, 41. D. de ri. nup. l. 3. §. 1. D. de do. int. vir. & vxo. l. ſi vxor, 13. D. de adult. vbi matronę & matresf. adpellantur: atque adeò traditur, eas, ſi ſeſe alteri proſtituerint, adulterij accuſari poſſe: non tamen iure mariti, ſed iure extranei. Aliæ verò, probroſæ & turpes habebantur, veluti quæ libertæ ſe ſe alteri quàm patrono in concubinatū tradebāt, d. l. probrū, & l. cū tabulis, 16. §. 1. D. de his quæ vt indig. de quo, §. idcircò, paulò copioſius explicandū eſt, quoniam ex eo maximè tota pendet illa diſputatio: An ex concubina nati, ſpurij, & vulgò quæſiti dici antiquo iure poſſent. Cùm n. viri vnius cū vna muliere concubinaria conſuetudo eſt, neq; ſine patre certo natus ex ea filius videtur, neque vulgò quæſitus. Huic hominū nonnullorū diſputationi obiicimus primū auctoritatē, l. 2. & 4. D. vnd. cog. itémq; §. vulgò, de ſucc. cogn. vbi traditur, bonorū poſſeſſiones vnde cognati iis concedi, qui ſpurij & vulgò quæſiti ſunt. de quib. enim potius illud accipiendū eſt, quàm de iis qui ex honeſto cōcubinatu nati, & iure ciuili probati ſunt? qui ſi ſpuriorū nomine non intelliguntur, écquonā, quæſo, alio nomine illa bonorum poſſeſſio iis deferetur? Prætereà Vlpianus in d. l. cum tabulis, rem omnem perſpicuè demonſtrat. cuius hanc eſſe ſententiam arbitror longè ab aliorum opinione diſſidentem. Caſſianus Senator Rufinam ingenuam, pleno & maritali honore dilexerat, ex eáque puellam ſuſceperat. Honos autem ille non concubinas, ſed vxores facit: extra quam, ſi corpore quæſtum fecerint, l. in liberæ, D. de rit. nupt. l. 3. §. 1. D. de don. int. vir. & vxor. l. 3. D. de concub. l. donationes, 31. D. de donat. Cùm Caſſianus teſtamentū faceret, filiam illam ex ea coniunctione natam heredem inſtituit. mortuo Caſſiano, legitimi heredes inſtitutionem oppugnabant: hac de cauſſa, quòd dicerent, Rufinam, imprudente Caſſiano, vulgò corpore quæſtum feciſſe: tametſi non palàm, vt in d. l. probrum, de rit. nupt. ac proinde tantum abeſſe, vt illa vxor fuerit; vt ne concubinæ quidem loco habenda ſit. ſtuprum enim cum ea commiſſum fuiſſe, d. l. in liberæ, & l. 3. D. de concub. Imperatores tamē reſcripſerunt, inſtitutionē valere: quia cōcubinæ ſine dubio hereditatum capaces ſunt: ſiue illæ honeſtæ, ſiue probroſæ ſint. quòd ſi cum cōcubinis teſtamenti factio eſt, multò magis cum iis qui ex ipſis nati ſunt. Poſtremum argumentum ſumi poteſt ex l. Imperatores, 29. §. 1. D. de proba. vbi natus ex adulterio vxoris Spurius adpellatur. nam ſi ex vxoris adulterio natus Spurius eſt, quanto magis qui ex concubinæ ſcortatione ſuſceptus erit? Atque hoc nimirum illud eſt, quod Papinianus ſcribit, apparuiſſe poſt Caſſiani mortem, filiam illam vulgò quæſitam fuiſſe: hoc eſt, Rufinam, imprudente Caſſiano, vulgò corpore quæſtum feciſſe. Neque mouet, quòd hæc non Caſſiani, ſed Rufinæ filia nominatur: quia cùm apparuerit eas nuptias non fuiſſe, Caſſiani filia dici non potuit. Quare vt rem in pauca conferam, non puto Rufinam veram vxorem fuiſſe; poſt eius autem è vita exceſſum, filiam eius in concubinatum à ſuo vitrico adſcitam eſſe: & in fine, vt nonnulli putant, corrigendū VVLGO QVÆSTVM FECISSE APPARVIT. Primùm, quia nulla exſtat litera, vnde ſignificetur, puellam iſtam in concubinatum habitam fuiſſe: deinde, arbitror ex l. 1. §. 2. D. de concub. priuignæ concubinatū, pro nefario & flagitioſo numerari. quandoquidē vtrum mulier patri ſe, & filio proſtituerit, an verò vir cū matre & filia rem habuerit, nihil interſit, l. ſi qua mihi, 12. §. 1. D. de rit. nupt. Præterea quorſum, quæſo, ad propoſitū illa adiectio pertineret, puellā vulgò quæſtum feciſſe? Atq. hęc quidē & de veteris iuris cōcubinatu & de primo ſpuriorū genere dicta ſint. Secunda ſpecies ſpuriorū, eſt eorum propria, qui ex meretrice nati ſunt. Tertia verò eorum, qui ex virgine, vel vidua honeſtæ exiſtimationis, quæſiti ſunt. de quib. teſtatur l. ſi qua illuſtris, 5. C. ad Orphi. & l. priuignus, 7. D. de grad. l. ex libera, 6. C. de ſuis & legit. Quarta, eorū eſt, qui ex adultera nati ſunt: de quib. apertiſſimè loquitur l. Imp. D. de probat. & Gaius lib. Inſt. 1. c. 4. Quinta eorū, qui ex cognata per inceſtum ſuſcepti ſunt: de quib. l. ſpurij, 6. D. de decurionib. & l. 2. C. TH. de inceſt. nupt. & Gaius lib. Inſt. 1. c. 4. vnde Vlp. reg. tit. 5. ſi quis, ait, eā quā non licet, vxorē duxerit, inceſtum matrimoniū contrahit: ideóq. liberi non fiunt, ſed quaſi vulgò concepti, ſpurij ſunt. Hæc cùm ita ſint, tamen, vt in pleriſq. aliis iuris noſtri quæſtionibus, diſciplinæ cauſſa, ſingulæ res ſingulis nominibus diſtinguuntur: ſimiliter in hoc tractatu, interdum vulgò quæſiti nomen ei propriè & peculiariter tribuitur, qui ex ea quæ corpore quæſtum fecit natus eſt; & ab eo ſeparatur, qui ex honeſta concubina ſuſceptus eſt: velut in l. priuignus, 7. D. de gradibus & adfin. Similiter ſpurius ab eo qui ex inceſtu natus eſt, l. ſpurij, 6. D. de Decurionibus. Sed hæc hactenus. nunc conſequens eſt, vt de nouo concubinatum genere, quod ſolum à Iuſtiniano probatum eſt, diſſeramus. Ergò ex Iuſtiniani iure, concubina eſt mulier libera, innupta, quam vir cælebs domi concubinatus cauſſa ſolam habet. Liberam enim concubinam eſſe oportere, ſatis ex eo intelligitur, quòd inteſtato ſuccedit, l. ſi qua illuſtris, §. 1. C. ad Orphic. itémq. Nouel. 89. §. εἴ τις τοίνυν προῖκα, vbi Iulianus, Concubinam, inquit, dicimus talem, quæ libera conſtituta, in domo defuncti erat: itémq. Nouell. 18. §. ἀλλὰ φαμὲν, his verbis: ἣν δ' αὐτῷ κατὰ τὸν οἶκον, ἕως ἐτελεύτα, ἐλευθέρα τις γυνὴ, ἐκ παλλακῆς σχήματι συνοῦσα. Quinetiam Iuſtin. in l. vlt. C. commun. de manum. ſtatuit, vt ſi quis fortè ancillam ſuam pro concubina habuerit, neque de ipſa, natiſve ex ea, quidquam in teſtamento ſtatuerit: tum & ea, & ex illo concubinatu nati, poſt domini mortem liberi ſint. Innuptam

autem eſſe eam oportere, non modò Iuſtinianico, ſed etiam vetere iure propter adulterij crimen, ſuperius dictum eſt, ex l. ſi vxor, 13. D. de adulter. Addidimus autẽ Concubinam à viro cælibe tantùm haberi poſſe, propter Conſtantini conſtitutionem in l. 1. C. de concub. & l. vlt. C. commun. de manumiſſ. qua ex re differentia inter veteres concubinas & has recentes intelligitur. nam vt in commentario de verbis iuris docuimus, iure vetere etiam maritis habere concubinas licuit. Solam autem addidimus, propter hæc Iuſtiniani verba, quæ in vtraque illa Nouella poſuit. εἰ δὲ ἐκκεχυμένα τὰ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῷ γένοιτο, καὶ ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ἐπεισαγάγοι τῇ προτέρᾳ παλλακάς, καὶ πλῆθος ἔχοι γυναικῶν πορνευομένων (οὕτω γὰρ εἰπεῖν κάλλιον) μισητὸς μὲν ἡμῖν ὁ τοιοῦτος, &c. id eſt: Quòd ſi profuſa ipſius libido fuerit, & præter primam concubinam, alias ſuper alias inducat, pluréſque habeat meretrices (ſic enim verius adpellandæ ſunt) odio is nobis erit: neque huius legis beneficio fruetur. Hæc cùm ita ſint, illud intelligi debet, è quinque Spuriorum generibus, quę antiquo iure probabantur, quattuor a Iuſtiniano ſublata fuiſſe: vnúmque id ſolum eorum comprobatum, qui ex concubinis nati eſſent: quos Græco nomine νόθους, interdum etiam ex Romana conſuetudine φυσικοὺς adpellat, quorum tamen, duo hæc genera obſeruauimus. Vnum eorum, qui ex certis concubinis; alterum eorum, qui ex non iuſtis vxoribus ſuſcepti erant: id eſt, ex iis mulieribus, quæ vxorum quidem animo habebantur, ſed contra leges & præſcripta Iuſtiniani ductæ, vxorum iure non cenſebantur. Quod Iuſtinianus in fin. Nouellæ 74. his demonſtrat verbis: εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένοιτο, μὴ μέντοι ἐκ κατὰ διατυπωμένης προικῴων συναφείας, ἔσονται νόθοι· καὶ τῶν παρ' ἡμῶν φιλοτιμηθέντων τοῖς νόθοις, εἴτε ἐκ διαθήκης, εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου, τεύξονται.

DE SPVRIORVM ET NOTHORVM IVRE VETERI ET NOVO.

CAP. III.

NVnc proximum eſt, vt de ſpuriorum iure conſideremus. hæc autem conſideratio duplex eſt. primùm ex veteris iuris ratione: tum deinde ex noui, quod à Iuſtiniano introductum eſt. Ac veteris quidẽ iuris ratio hæc fuit, vt Spurij omnes, gentilitatum & adgnationum iuris expertes eſſent: quippe, cùm adgnatio à patre ſit: patrem autem ſpurij non habeant, l. 2. & l. 4. D. vnd. cognat. Sed cùm vulgò concepti matrem ſequuntur, vt ait l. cùm legitimę, 19. D. de ſtat. hom. ac proinde cognationem per matrem adepti ſint: quod caput Prætor in edicto de cognatis poſuit, id caput etiam ad ſpurios productum eſt. d. l. 4. & §. vulgò quæſitos, de ſucc. cogn. Quod cùm ita ſit, facile intellectu eſt, quã ineptè à nonnullis dubitetur, vtrùm ſpurij ciues R. an verò peregrini eſſent. quamquam eius rei dubitationem Iuſtinianus initio Nouell. 89. adtuliſſe videtur; vbi ſic ſcribit: τὸ τῶν νόθων ὄνομα τῇ Ῥωμαίων νομοθεσίᾳ προϊὸν οὐ διεσπούδαστο· οὐδὲ ἦν ἡ περὶ αὐτὸ φιλανθρωπία, ἀλλ' ὡς ἔκφυλόν τι καὶ παντελῶς ἀλλότριον τοῦ πολιτεύματος ἐνομίζετο. nã ſi nothi pro exteris, & planè à ciuitate alienis numerabãtur: quomodo Rom. ciues haberi potuiſſent? quod etiã video Alciatũ adfirmaſſe lib. parerg. 4. c. 6. Sed cùm in l. 1. §. 2. D. ad Tertyl. & §. 2. ad Orphic. legitima matris hereditas iis ex Orphiciano S. C. deferatur: itẽ in l. 2. & 4. & l. Modeſtinus, D. vnd. cogn. & §. 3. de ſucc. cog. bon. poſſeſſ. vnde cognati iis, & inter ſe,

A & inter matrem & ipſos conceditur, quid ſultitius eſt, quàm dubitare an ciues R. fuerint? Præterea cùm in l. 4. D. de in ius voc. in ius vocatio iis aduerſus matrem denegetur; perſpicuum eſt, eam aduerſus alios omnes iis dari, l. ex eo, 18. D. de teſtib. Item videmus eos heredes inſtitui, & cum iis teſtamenti factionem eſſe, in l. cum tabulis, 16. §. quoniam, D. de his quæ vt indign. & l. Lucius, 45. D. de vulg. ſubſt. l. Lucius, 88. §. Damæ, D. de leg. ſec. l. vlt. D. de iur. delib. l. omnes, 17.

B §. 1. D. quæ in fraud. cred. neque id tantùm, verùm etiã de inofficioſo matris teſtamento quæri poſſe, l. ſi ſuſpecta, 29. §. 1. D. de inoff. teſt. item in l. 3. §. 1. & l. 6. D. de decur. ſpurios in decurionũ ordinem adlegi: atq; adeò etiam eos, qui ex inceſtu nati ſunt. Ad illa ergo Iuſtiniani verba, quæ ſane nimium effuſè concepta ſunt, ita reſpondendum eſt: ſpurios omnis ciuilis iuris expertes fuiſſe, dumtaxat quod ex adgnatione cõparatur. quoniam, vt ait Vlp. in l. 4. D. vnd. cog. adgnatio per patrem quæritur: ſpurij autem patrem

C non habent. Itaque nihil nos moueat, quod eodem loco Alciatus obiicit ex l. 1. & l. nec apud, C. de inſt. hered. & l. 1. §. 2. D. leg. ſec. nã ibi nulla omnino ſpuriorum mentio eſt: ſed deportatorum aut peregrinorum dumtaxat. Denique ἀλλότριον Iuſtinianus eadem immoderatione dicendi vſurpauit, qua vſum eundem videmus in Nouella 153. de infantib. expoſit. & Conſtantinus, in l. 1. C. de natur. lib. Atque hæc quidem iuris antiqui ratio fuit. Iuſtiniani autem Nouellis conſtitutionibus omnes (vt ſuperius dictum

D eſt) ſpuriorum ſpecies, præter vnam nothorum, ſublatæ ſunt. Nothos autem definit, qui ex concubinis nati ſunt: hoc eſt, ex muliere innupta, quam vir cælebs domi concubinatus cauſſa ſolam habuit. Huius autem iuris origo prima, ad Conſtantinum Imp. referenda eſt; quemadmodùm teſtatur Iuſtinianus initio Nouell. 89. & Zeno, in l. diui, 5. C. de natur. lib. ſed ea ratio ſemel ab illo inchoata, poſtea à conſequentibus Imperatoribus mirificè amplificata eſt; vſque ad tempora Iuſtiniani: hoc eſt, per ſpatium an-

E norum ducentorum. Ergo de Iuſtinianico iure videamus. Id autẽ duplex eſt. nam prius eſt de ſpuriorum condicione: alterum de legitimatione. Spuriorum ergo condicio hæc à Iuſtiniano definita eſt, vt ex inteſtati cauſſa, ſi quidem iuſti liberi exſtent, boni viri arbitratu alantur: ſi non exſtent, ſextans eis debeatur. Ex cauſſa verò teſtamenti, ſi iuſti exſtent, ſola eis vncia relinqui poſſit. ſi teſtatoris parentis exſtent, bes: ſi ſoli, quantùmuis; Nouell. 89. at in matris bonis, vt pro iuſtis liberis habeantur, l. ſi qua

F illuſtris, C. ad ſenat. Orfic. Hoc autem loco aliquot Pragmaticorum quæſtiones neceſſariò tractandæ ſunt. quarum prima hæc eſt: An nothis aliqua legitima debeatur. qua quæſtione nihil abſurdius fingi poteſt. nam cùm legitima in locum querelæ inofficioſi introducta ſit; quomodo pater in illos inofficioſus dici poterit, cùm iuſtis liberis exſiſtentibus non liceat ei amplius vncia illis relinquere? vt modò ex Nouella 89. dictum eſt. Etſi autem ex cauſſa quidem inteſtati ſi iuſti liberi non exſtent, ſextans iis debeatur: qua de cauſſa tertia ſextantis pars

G eorum legitima eſſe videretur: tamen cùm legitima non niſi ex teſtati cauſſa debeatur: quomodo inofficioſus dici poterit, qui etiamſi inofficioſiſſimus eſſe cupiat, tamen non niſi in vncia eſſe poſſit? Quare concludendum arbitror, nihil iis legitimæ nomine deberi: ſed eius nomine alimenta boni viri arbitratu adtribuenda eſſe. Altera quæſtio eſt: An filiæ

An filiæ nothæ dos à patre debeatur. nam extſtat Vlpiani teſtimonium in l. vxórem, 41. §. pater naturalis, D. de legat. 3. vbi apertè ſcribitur, patrem non teneri dotem ſpuriæ filiæ conſtituere. Indéque vulgaris nata opinio eſt, patrem nothis puellis dotem non debere. Sed videamus, ne lex illa nihil ad ius nouum, hoc eſt, à Iuſtiniano inductum, pertineat. nam iure antiquo pater naturalis filiam alere non cogebatur, l. 5. §. 2. D. de adgnoſcéd. lib. tantum abeſt, vt dotare teneretur. Sed cùm iure nouo boni viri arbitratu alimenta debeantur, ſtatuendum putarem ex boni quoque viri arbitratu pro facultatum paternarum modo, ei dotem, quæ quodammodo alimentorum locum obtinet, conſtituendam eſſe. Tertia quæſtio eſt: Ad quem dos, ſi qua nothæ conſtituta eſt, ſoluto matrimonio reuertatur. De quo quia nihil toto iure conſtitutum eſt, non dubitarem ad eum modum nobis reſpondendum eſſe, quem de ceteris dotibus in lib. de Dotib. explicauimus.

DE NOTHORVM PATERNIS ET MATERNIS HEREDITATIBVS.

CAPVT IV.

NVNC conſequens eſt, vt de nothorum hereditatibus diſſeramus. Nam Iuſtinianus Nouella 89. §. 13. ſtatuit, vt quod ius nothis in parentum hereditatibus tribuitur; idem parentibus in illorum ſucceſſionibus concedatur. quod non ita facile ad explicandum videtur. nam ſiquidem nothus liberos habeat, verùm eſt, patrem ipſius egentem, arbitratu viri boni de ipſius facultatibus alendum eſſe. quod ad alterum caput adtinet, quo conſtitutum eſt, vt ſi pater iuſtos liberos non habeat, ſextans notho; deunx legitimis patris heredibus adtribuatur: non video quemadmodum in nothi perſona reciprocari poſſit. nam ſi nothus liberis careat, non ſextans, ſed as integer patri debebitur. ex cauſſa autem teſtati, ius hoc manifeſtum eſt; vt nothus liberos habẽs, patri ſuo vnciã relinquere debeat. ſed ſi pater liberos non habeat, patrẽ habeat, dictum eſt, eum poſſe beſſem notho relinquere; trientẽm patri debere. quod quemadmodum contrariam in partem verti poſſit, obſcurum eſt. pater enim patri ſuo trientẽ tantùm debet: cùm notho beſſem relinquat. at nothus liberos non habens, poterit extraneis beſſem relinquere: ſuo verò patri, trientem. Poſtremus autem articulus, in quo dictum eſt, ſi pater neque patrem, neque liberos habeat; totum aſſem poſſe notho relinquere: reciprocationem non admittit. Quæ quidem omnia de patrum hereditatibus vltrò citróque deferendis dicta ſunt. Nunc de maternis videamus. nã antiquo iure multiplex ſpuriorũ ius in maternis hereditatibus fuit. Septuplex autem obſeruauimus. Primum, vt ex Orphiciano S. C. matris inteſtatæ heredes eſſent legitimi, l. 1. §. 2. C. ad Tertyl. §. 2. de Orphic. Secundũ, vt iis legitima in bonis maternis deberetur: alio qui inofficioſi querela vterẽtur, l. ſi ſuſpecta, 29. D. de inof. teſt. Tertiũ, vt bonorũ poſſeſſio vnde cognati iis deferretur, l. 2. l. 4. D. vnd. cogn. §. vulgò quæſitus, de ſucc. cognat. Quartũ, vt mater illos alere cogeretur, l. 4. l. ſi quis à liberis, 5. §. 1. D. de adgnoſ. lib. Quintũ, ex Iuſtiniani cõſtitutione, vt vnà cum iuſtis liberis æquis ex partib. ſuccederet, l. ſi qua illuſtris, 5. C. ad Orfi. Sextũ, vt patronę liberti vulgò quæſiti, materni liberti bonorũ poſſeſſionẽ acciperẽt, l. patronæ, 18. D. de bon. libert. Septimum, vt mater iis tutorem petere cogeretur, l. vlt. C. qui pet. tut. Verùm exoritur quæſtio, vtrum ius illud omne per Iuſtiniani Nouellam confirmatum, an verò abtogatum ſit? Quod potius videtur: cùm §. 1. ita ſcribat: καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν, καὶ μιᾷ διατάξει τὸ πᾶν συναγαγεῖν ἥτις ἀντὶ πάντων ἀρκέσει τὰ περὶ τούτων διορθῶσαί τε καὶ νομοθετῆσαι. id eſt, Optimum factu putauimus, ius omne de nothis vnam in conſtitutionem conferre, quæ pro omnibus ſufficiat, ad ea quæ ad nothos pertinent, & emendanda, & conſtituenda. Cùm enim dicat ſe ius nothorum omne in eam Nouellam contuliſſe, omne quod reliquum eſt abrogaſſe intelligitur. Alterum argumentum ſumi poteſt ex §. 4. vbi Iuſtinianus ſcribit, cum nothum qui legitimatur, ſoli patri legitimum fieri: reliquis omnibus patris adgnatis cognatiſve, non fieri; neque vllam cum eius cognatione patrem aut communionem habiturum. Tertium, quòd cùm in Nouellam 118. omne ius legitimatum hereditatũ contulerit, in Nouellam autem 18. omne id quod eſt de falcidia liberorum: nullam tamen in vtraque ſpuriorum mentionem faciat. Atque hæc quidem ita diſputari poſſunt: ſed cùm Iuſtinianus nihil de maternis nothorum hereditatib. ſtatuerit, probabilius arbitror, vbi de iuris antiqui abrogatione non conſtat, eò ſtandum eſſe. arg. l. ſancimus, C. de leg. pręſt. & l. præcipimus, C. de adpell.

AN NOTHI EX NOBILIBVS NATI, NOBILITATEM retineant.

CAPVT V.

DEINCEPS illa tractanda quæſtio eſt, de qua paſſim à Pragmaticis diſputatur: An nothi ex nobilibus parentibus nati, nobilitatem retineant? Videndũ eſt autem, quid vtramq. in partem adferri poſſit. Cùm enim maternam cognationem retineant, qua de cauſſa bonorum poſſeſſio vnde cognati inter ipſos defertur, l. 2. l. 4. l. Modeſtinus, D. vnde cognat. difficile dictu eſt, eos poſſe cognationem ſine nobilitate retinere. quippe, cùm matris condicionem ſequi dicantur in l. 1. in fi. D. ad municip. l. cum legitimæ, 19. l. lex naturæ, D. de ſtat. hom. Præterea quòd ad nouum ius attinet, hodie nothi ſine patre dici non poſſunt. Nam ex Nouellis Iuſtiniani tam certum habent patrem, certámque matrem, quàm qui ex iuſtiſſimis nuptiis procreati ſunt. Itaq. etiam ab inteſtato patri heredes deſignantur. Quòd ſi legitimati ſunt, quia tunc in patrum poteſtatem redacti ſunt; vt poſterius intelligetur ex l. vlt. D. de adopt. & ex l. vlt. D. de his qui ſunt ſui vel alie. probabiliter diſputari poſſet, eos ſuitatem vſquequaque adeptos eſſe; quaſi ius Suitatis indiuiduum ſit: quemadmodũ videmus in l. qui in prouincia, 57. §. 1. D. de rit. nupt. ſtatum eorum qui ex inceſtu nati fuerant, ab Imp. ita confirmari, vt planè pro legitimis habeantur. Sic videmus in l. diui, 5. C. de nat. lib. legitimatos duobus locis adpellari SVOS, & poteſtati patri ſubiectos: item in l. 6. & l. 7. eod. tit. Contrà tamẽ, quòd ad matris familiam attinet, illa pugnãt. Primũ, quòd Nobilitas iure noſtro definitur, claritas generis: ac proinde ex maiorum origine defertur, l. 1. C. de dignit. Spuriorum autem origo ex eo tantùm die, quo nati ſunt, numeratur, l. eius qui, 9. D. ad municip. Eius, inquit, qui iuſtum patrem non habet, prima origo à matre, eóque die quo ex ea editus eſt,

numerari debet. prætereà mulier familiæ ſuæ & caput & finis eſt,l.pronunciatio, 195.in fi.de verb.ſign. fœminarum autem liberi in familia earum non cenſentur,l.ſeq.eod.denique Iuſtinianus in l.ſi qua illuſtris,C.ad Orphit.ſi benè lex attendatur,concubinatus & ſpuriorum nomen à nobilibus fœminis apertiſſimè remouet. Etſi autem nouo iure certum patrem habeant,tamen non filij ius adipiſcuntur: quia ſuitas,filiatio,adgnatio,cognatio ſũt,vti ſuperius diximus,indiuidua,l.quæſitum, 34.D.de adopt. Quod autem ad legitimatos attinet,ius antiquum, quo per Principis reſcriptum ſuitatem adipiſcebantur, apertè per Nouellam abrogatum eſt:vbi Iuſtinianus ſanxit,vt legitimati ſoli patri legitimati ſint, non etiam generi:idque certæ dumtaxat portionis cauſſa. Vnde adparet, legitimationem eſſe ius quoddam definitum, & certis tãquam terminis ita circumſcriptum, vt longius produci non poſſit. Cùm autem claritas generis per totam familiam diffuſa & planè indiuidua ſit,atque in adgnatione & gẽtilitate poſita:quomodo ex ea ſola parte nobilitatem adſequerentur? Prætereà nobilitas eſt ius familiæ: cuiuſmodi eſt ius ſacrorum,l.familiaria,5.D. de relig.l.ius familiarum, & l.pen.C.eod. Atque hæc quidem ex noſtris libris, & Iuſtinianici iuris ratione ſic diſputantur. Sed cùm nobilitas omnibus ætatibus ex variis cuiuſque gentis inſtitutis æſtimata ſit, conſentaneum eſt, receptã conſuetudinem ſequendam eſſe:quemadmodum videmus apud Germanos, Venetos, aliáſque gentes nonnullas,ſpurios poſtremorum hominum numero haberi:apud Delphinates autem,quod Guido Papius teſtatur,eos qui ex nobili patre nati, & ab eo adgniti ſunt,nobiles cenſeri.Iure verò ciuili,quod libris noſtris continetur, abſurdum eſt exiſtimare, nobilitatem iis etiam per legitimationem concedi. Legitimatio enim, vt conſtat ex Nouel. 89. ius ex ſola patris perſona tribuit. nobilitas autem totius generis & familiæ communis eſt. Ea verò iura eſſe inter ſe diuerſiſſima, perſpicuè traditur in l. 3. D. de interd. & relegat. Atque hæc quidem de primo nothorum gradu ita ſe habent. Antè verò quàm ad legitimationem accedamus, pauca de ſecundo dicenda ſunt. nam Iuſtinianus d.Nou.89. §.12.in fin.ſtatuit;vt quæ in Codice de iſtiuſmodi nepotibus dicta ſunt, teneantur. Conſtitutum autem fuerat in l. vlt. C. de natur.lib.vt ſiue ex iuſto filio nepos naturalis ſuſceptus eſſet, ſiue ex naturali filio iuſtus nepos: ſi iuſti liberi exſtent, vnciam ei relinqui liceat: ſin minus,quantumuis. Ab inteſtato verò, vt huiuſmodi nepotib. ſucceſſionis ius nullum eſſet. Quid ergo, ſi auus, quo de agitur, patrem habeat, an beſſem relinquere nepoti poterit? vt patri ſuo trientem legitimarium relinquere cogatur. quod certè prima ſpecie videtur: ſed conſtitutionis illius verba repugnant. In nepotibus, inquit,non eadem obſeruatio eſt, vbi legitima ſoboles minimè facit impedimentum. Item: Ea enim ſubſiſtente, veterum conſtitutionum tenorem, &c. Quod cùm ita ſit, nulla ſobole ſubſiſtente ſequi videtur, vt veterum conſtitutionum tenor non obſeruetur: ac proinde nepos ab auo inſtitui in beſſe non poſſit. quod ſanè concoquere non poſſum. Et, verè vt dicam, nimium perplexè ac tenebricosè lex illa concepta eſt. Nam ſi pater ſuo notho tantumdem poteſt relinquere,quidni auus legitimo nothi filio perinde vt cuiuis extraneo poterit?

DE LEGITIMATIONE: ET QVATTVOR TRACTATÆ QVÆSTIONES in hoc argumento.

CAPVT VI.

HACTENVS de ſpuriorum iure & condicione ſatis dictum eſſe arbitramur. nunc tempus eſt, ad eorũdem legitimationem accedere. Sed prius quid ſit legitimatio conſiderandum eſt. Quod enim vulgo natalium reſtitutio definitur ex Nouell. 74. ex parte quidem verum eſt, ſed non ex toto. Natalium enim reſtitutio, ius omne quod quis integris natalibus adipiſci poteſt, adtribuit,l.2.de natal. reſt. Legitimatio verò tantum abeſt, vt ius adgnationis integrum alicui præſtet, vt ſoli patri legitimum faciat: ab aliis verò omnibus trium generum adgnatis, prorſus eum alienum relinquat. Nouel.89.§.4. Quin ne integrum quidem adgnationis ius ei in parentis perſona tribuit: hoc eſt, vt ſuitatem obtineat. quemadmodum olim factum fuiſſe argumento eſt l. vlt. D. de adopt. nam legitimationis ius omne hoc eſt, primùm, vt iuſtis liberis extantibus legitimari nothus, niſi per coniugium & decurionatum, non poſſit. deinde, vt legitimatus ſoli patri ab inteſtato heres ſit: ceteris non ſit.inſtitui tamen ab omnibus heres poſſit: ſed à patre non maiore ex parte, quàm quæ minima alicui adtributa eſt. Quod cùm ita ſit, videndum, an legitimationis definitio commodè tradi hæc poſſit: Legitimatio eſt, cùm ex concubina ſuſceptus, ita patri ſuo heres ab inteſtato deſignatur, vt etiam inſtitui ab eo heres poſſit: dum tamen ne maiorem, quàm quiuis ex iuſtis liberis, hereditatis partem capiat. Quibus verbis omne, vt opinor, legitimatorum ius,quod quidem ad ſucceſſiones pertinet, continetur. Probatúrque definitio hæc ex Nouell. 74. & Nouell.117.§.2.vbi γνησίους ποιῆσαι Iuſtinianus eos dicit, quos recepta in Scholis conſuetudine legitimari dicimus. Tribus autem modis legitimatio contingit: per decurionatum, concubinæ matrimonium, & Principis reſcriptum. Primum autem à Theodoſio poſteriore inſtitutum fuiſſe, Iuſtinianus teſtatur in Nouel.89.eiuſque conſtitutio exſtat in l. 3.C.de natur.lib.ſed ea tota ratio à Iuſtiniano emendata,formam hanc habet: vt liberi ſiue ex concubina, ſiue ex ancilla ſuſcepti, atque hi quidem manumiſſi, per cooptationem in curiam, & ſuitatis, & gentilitatis, & adgnationis ius adipiſcantur: aut, ſi fœminæ ſunt,per decurionis matrimonium. Secunda legitimationis ratio, à Conſtantino primùm inſtituta, poſtmodum à Iuſtiniano ita confirmata eſt, vt matrimonium cum concubina contractum, ſiue ea ingenua, ſiue libertina, ſiue ſerua & poſtea manumiſſa fuerit, liberos & ante & poſt matrimonium conceptos,legitimos faciat,l.diui,5.l.cum quis,19.& l.ſeq.C.de natur.lib.& Nouell. 89. Tertiam fieri diximus per Principis reſcriptum: vt ſi pater, aut ipſi nothi,ex patris teſtamento Imperatori preces obtulerint,ius legitimorum adſequantur; ſi modò legitimi non exſtent. Nam ſi legitimi exſtent, nothi non poterunt niſi per decurionatum & conſequens parentum matrimonium, legitimari. Eadem Nouel. §.κανῶτο,9.& §.11. Ex his igitur patere arbitror, quidnam ad illam quæſtionem reſpondendum ſit: an per legitimationem integrum filiifa. ius, hoc eſt, Suitas adquiratur. quod proptereà videri poſſet,quia Iuſtinianus

nianus in §. 2. de hered. quæ ab inteſt. his vtitur verbis: Heredum ſuorum iura nanciſcuntur. item, Iuſtos & in poteſtate patris fieri. Quibus conſentanea ſunt quæ ab eodem ſcribuntur in §. vlt. de nupt. & in l. 5. l. 6. l. 7. & l. 11. C. de nat. lib. itē in Nouell. 74. ὑπεξουσίους ἔχειν. item, μηδὲ ἐν τῷ νομίμων παίδων διαλλάττοντας. Sed verius eſt, legitimatione non integram Suitatem adquiri: verùm ex parte tantùm: hoc eſt, quatenus ad ſolam patris perſonam pertinet. quippe, cùm legitimati, vt ſuperius ex Nouell. 89. dictum eſt, ab omnibus aliis patris propinquis & cognatis, ab omni, inquam, ipſius cognatione & familia, planè alieni ſint. Quoniam de nothorum iure & legitimatione diximus, ſupereſt, vt de ceteris ſpuriis, quorum quattuor genera ſuperius protulimus, breuiter explicemus. Summa autem eorum quæ Iuſtinianus de iis ſtatuit, hæc eſt: vt ſpurius aliunde quàm ex concubinatu ſuſceptus, neque nothus, neque naturalis adpelletur: neque vllum in patris hereditate, vel ex teſtati, vel ex inteſtati cauſſa, ius habeat: ac ne à ſuis quidem parentibus ei alimenta debeantur. Nouel. 74. & 89. in fi. verba autem illius hæc ſunt, τοῖς γὰρ ἀπὸ τῆς καθάπαξ παρ' ἡμῶν μεμισημένης τι καὶ διὰ τοῦτο κεκωλυμένων γάμων προϊόντας, οὐδὲ νόθους καλεῖν, οὐδὲ μεταδοτέον αὐτοῖς οὐδεμιᾶς φιλανθρωπίας. ἀλλ' ἔστω καὶ τοῦτο τιμωρία τῶν πατρώων, τὸ γνώσκειν ὡς οὐδ' ὁτιοῦν οἱ τῆς ἁμαρτανούσης ἐπιθυμίας αὐτῶν ἕξουσι παῖδες. Huius autem hæc: δεύτερον μὲν γὰρ πᾶς ὁ ἐκ συμπλοκῆς (οὐ γὰρ καλέσαιμεν γάμων) ἢ νεφαρίων, ἢ ἠκίστων, ἢ δαμνάτων φανεὶς, οὗτος οὐδὲ φυσικὸς ὀνομασθήσεται, οὐδὲ ἀποτραφήσεται παρὰ τῶν γονέων, οὐδὲ ἕξει τινὰ πρὸς τὸν παρόντα νόμον μετουσίαν. Sed quæri video, vtrum natus ex viro marito, & muliere ſoluta in nothorum, an verò in ſpuriorum numero cenſeatur. qua quæſtione vix vlla abſurdior eſt. & tamen Pragmatici, vt opinor, omnes, nothorum iis ius ſine controuerſia concedunt. in his Alexander, Salycetus, Paullus Caſtrenſis, Socinus, &, qui argutiſſimè hanc ſententiam defendit, Philippus Decius, conſil. 306. Primum autem & ſummum illorum argumentum ducitur ex l. 1. C. de adulter. quaſi ea lege tradatur, mariti ſcortationem lege nulla vindicari. Itaque ſic argumentantur: Soli ex damnato concubitu procreati ab hereditatib. repellūtur. Scortatio mariti, lege non damnatur. Ex ea igitur ſcortatione nati, ab hereditate repellendi non ſunt. Sed adſumtio falſa eſt. non enim ſi vxor agere lege Iulia non poteſt, vt ibi traditur, cōtinuò verum eſt, mariti ſcortationem legib. non damnari. Præterea ſi nati ex concubina, quā vir maritus habeat, repelluntur: l. 1. C. de concub. & Nouell. 89. atque adeò ex ſecunda cōcubina ſuſcepti: vt Nouell. 18. & 89. quāto magis, qui ex ea in qua ſtuprū, aut ſcortatio cōmittitur, repudiādi ſunt? Denique, quo nomine inteſtati hereditatē peterēt, cùm neque nothi, neque naturales adpellētur, vt Iuſtinianus in fin. Nouell. 89. apertiſſimè teſtatur? Sed de matris hereditate Socinus vrget vehemētius. nam olim ſpurios omnes matri ſucceſſiſſe ſuperius dictum eſt. quod ſi abrogatum non fuit, quidni etiam nunc valeat? Quæ fuit mens aut Socini, aut aliorum, cùm illa tam dilucida verba l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic. non animaduerterunt? Si concubina procreauerit liberos ex licita conſuetudine, ab homine libero habita, &c. Quid enim planius dici poteſt, vt intelligatur, ſi non licita conſuetudo fuerit, matri liberos non ſucceſſuros? Altera eorumdem quæſtio, aliquanto obſcurior, hæc eſt: An ex meretrice natis relinqui teſtamento poſſit. quod illi ſumma contentione defendūt, hanc vnā ob cauſſam; quia meretricius cōcubitus

A extra legis pœnam eſt. l. ſi ea quæ, & l. quæ adulterij, C. de adulter. ac proinde ex meretricio cōcubitu nati, inter eos, qui ex damnato concubitu nati ſunt, cenſendi non ſint. Quid ergo eſt? Qui in Nouell. 18. & rurſus Nouell. 89. tam acriter eos repellit, qui ex ſecunda concubina procreati ſunt: cóſne admittet, qui ex meretrice, quę lōgè terrior eſt, ſuſcepti erūt? quorſum igitur Nouell. 69. tam apertè exquirit, vt qui ad legis beneficiū admittētur, nati ſint ex cōcubina, do-

B mi retenta, nomine & titulo concubinæ? τοῖς γὰρ τοιούτοις μόνοις ταῦτα νομοθετοῦμεν, ἔνθα παντελῶς ἀναμφισβήτητος ἐστιν ἥ τε τῆς παλλακῆς χάριν τῆς οἰκίας σχέσις, ἥ τε τῶν παίδων ἐκεῖθεν γονὴ καὶ τροφή. Neq; mihi ſophiſta neſcio quis cauilletur, ibi de cauſſa inteſtati Iuſtinianum loqui: cū ſatis conſtet, omnem illā cōcubinarum & nothorū definitionem non ad illius loci anguſtias reſtringendā, ſed fuſè ad integrum Nouellæ diſcurſum producendā eſſe; vt verba illa modò prolata demonſtrant. denique, ne multis morer, contēdo ſcortationem omnē ex nouo

C iure Nouellæ 14. quæ eſt de lenonibus, inter damnatos concubitus numerandā eſſe: cùm apertè Iuſtinianus ibi ſanxerit, ne meretrices vel palàm in fornicibus & lupanaribus, vel clàm in ędib' priuatis habeātur: ſed omnes è Chriſtianorum ciuitatibus tāquam peſtes exterminentur. Ad hunc ipſum locū illa quoque vulgaris Pragmaticorum quæſtio pertinet: An parentes natis ex damnato cōcubitu alimēta debeāt; quippe, cùm Imp. Nouella 89. in fin. his vtatur verbis: οὐδὲ ἀποτραφήσεται παρὰ τῶν γονέων, οὐδὲ ἕξει τινὰ πρὸς τὸν πα-

D ρόντα νόμον μετουσίαν. Et Nouell. 74. ἀλλ' ἔστω καὶ τοῦτο τιμωρία τῶν πατέρων, τὸ γινώσκειν ὡς οὐδ' ὁτιοῦν οἱ τῆς ἁμαρτανούσης ἐπιθυμίας αὐτῶν ἕξουσι παῖδες. quò eodem illud Vlpiani pertinet in l. 1. §. 2. D. de adgnoſc. lib. vbi ait, patrē cogi alere filiam, dū tamen iuſtè quæſita ſit. Denique, ſi iis alimēta legare liceat, fraudis facultas dabitur: cùm id legatum in totam vitam pertineat, l. Mela ait, D. de alim. legat. Contra tamen illud pugnat quod dici ſolet: acerbum eſſe, parentum delicta liberorum pœnis lui, l. crimen, D. de pœn. l. ſpuriis, 6. D. de decurio-

E nib. item naturæ legem, & ſanguinis vim ciuili ratione nō exſtingui. §. vlt. de legit. adgnat. tut. & l. eas obligationes, 8. D. de capit. minut. qui verò alimenta denegat, necare videtur, l. necare, 4. D. de lib. adgnoſ. Vt in pauca cōferam, cùm eos alere mater iure ciuili iubeatur, d. l. 5. §. 1. D. de adgnoſc. lib. ex æquo & bono ſtatuendum putarem, ſi mater vnde ipſos alat nō habeat, & fortunæ tenuis ſit, non modò patri licere iis alimēta relinquere: ſed etiā magiſtratus imperio cogendum eſſe; vſquedum ſeſe ſpurij exhibere poſſint,

F arg. d. l. 5. §. ſed ſi filius, eod. legare autem iis tamquam extraneis, nullo modo permittēdum eſt: ne quod vna ratione prohibitum eſt, altera concedi videatur, contra l. ſcire oportet, §. 1. D. de tut. & cur. & quod in eorum odiū inductū eſt, vt ἀλλότριοι cenſeantur, in eorū fauorem contorqueatur, contra l. ſi quis ſolidum, D. de hered. inſt. Quod enim Pragmatici quidā obiiciūt ex l. extraneum, C. de hered. inſtit. planè abſurdū eſt. non enim quia extranei ſunt, propterea illis legare non licet. ſed quia Iuſtiniani lege, vt indigni & inca-

G paces, repudiati ſūt, quemadmodum deportatis, non propterea legare non licet, quia extranei ſūt, ſed quia peregrini, & ciuitatis iure multati ſunt. Nunc de nepote, qui ex ſpurio natus eſt, videamus. nam Bartholus conſil. 118. quem alij ſecuti ſunt, reſpondit, eum inſtitui heredem poſſe, propter l. emancipatū, 7. D. de ſenat. l. 3. D. de interdict. & releg. l. 1. §. pen. D. cōt. tab. Verùm animaduertere debuerat, leges illas agere

de nepote,cui ius adgnationis vnà cũ hac luce quęſitum eſt. quod in his nepotibus locum non habet. Præterea, illo Bartholi inſtituto, magna fraudandæ legis facultas aperitur:quia vſusfructus ſaltem ad patrem ſpuriũ reuerteretur.l.cum oportet, 6.C.de bon. quæ lib.& cùm aui in nepotem beneuolentia per filij perſonam tranſeat:l.dotem,6.D.de collat.bon.hoc caſu, aui in filium beneuolentiæ locus, iure quidem ciuili,nullus eſt.Sequitur illa diſputatio: An Spurij, ſiue,vt Prągmatici loquuntur,Baſtardi nomen, con uiciandi animo in quempiam coniectũ, iniuriarum actionem ei pariat:cuius quæſtionis argumentũ noſtri ſumſerũt ex l.3.D.de lib. & poſt. cùm pater in ſuo teſtamento ita locutus eſt:Ex mea vxore natus exheres eſto.quod non arbitror;cùm iniuriarum actio,nõ ex adfectu tantùm conuiciantis,ſed ex euentu,id eſt, læſa alterius exiſtimatione naſcatur.l.eum qui,18 D. de iniur.Si tamen legitimatus ſpurius fuiſſet,quoniã per legitimationem illa macula eluitur:dandã actionem exiſtimarem.cùm etiam ei qui vt debitor adpellatus eſt,cùm debitor non eſſet, ea actio concedatur. l.item apud,15.§.ſi quis, D.eod.tit. Antequam autem finem huic libro imponamus,operæpreciuin eſt, veteris & noui iuris comparationem breuiter ſtrictimque percurrere.nam illo iure, quinque ſpuriorũ genera,æquéque omnia probabantur:nouo iure,vnum dumtaxat,nothorum ſcilicet. Illo,ſpurij ius cognationis habebant:hoc,non habent: illo, legitimi matris heredes erant:hoc,ſunt etiam matris heredes, atque adeò iuſtis exſtantibus liberis: l. ſi qua illuſtris, C.ad Orphic.illo,legitimã in matris bonis habebant: hoc,neque in patris,neque in matris habere póſſunt: illo,patris inteſtati,nulla ex parte heredes erant:hoc, patris inteſtati ex ſextante tãtùm heredes ſunt:ſi modò iuſti liberi non exſtent. nam ſi exſtent, boni viri arbitratu alendi ſunt. Illo, à patre inſtitui quauis ex parte poterant: hoc,à patre, ſi iuſti exſtent,non plus vncia:ſi parentes,beſſe:ſi neutri,aſſe integro locupletari poſſunt. Illo,per ſolum Principis reſcriptum legitimari poterant: hoc, duobus amplius modis, per decurionatum,& inſequens matrimonium. Illo,iuſtis exſtantibus, legitimari non poterant. primùm, quia per ſolum Principem legitimabantur: deinde, quia non tam bona erant condicione,quàm adoptati.Conſtat autem eum, qui iuſtos habet liberos, adoptare non poſſe.l.nec ei,17.§.3.D.de adopt. Hoc verò iure, iuſtis exſtantibus, per matrimoniũ, & decurionatum legitimari poſſunt; per Principem non poſſunt.Nouell. 74. & aliis ſuprà prolatis locis. Quod autem ad veteris & nouæ legitimationis comparationem attinet,ſic habendum eſt. Nã ſimilitudo quidem hæc eſt: quòd, ſicut antiquo iure legitimatus etiam ab inteſtato planè legitimus heres erat: ita & nouo iure.ſicuti,cum aliis ab inteſtato pariter æquabiliterq; ſuccedebat,ita hoc iure,iuſtis exſtantibus ab inteſtato ęquabiliter ſuccedit. ſicut olim legitima ei debebatur: ita,hoc iure, cũ ab inteſtato ſuccedat,debetur. Differẽtia autẽ triplex eſt:nam olim legitimatio vno modo fiebat:nũc tribus.Olim ius ſuitatis integrũ tribuebat; nunc mutilum, & reſpectu patris dumtaxat. Olim legitimatus inſtitui à patre quauis

A ex parte poterat: nunc non maiore ex parte, quàm quiuis ex iuſtis liberis.

AN CHRISTIANIS CONCVBINAS HABERE LICEAT.

CAP. VLT.

ATQVE hæc quidem ita concluſa ſunto: tametſi quaſi coronidis loco non alienũ fo-
B re arbitror,vulgatam illam quęſtionem explicare,An Chriſtiano iure,concubinas habere liceat: cùm Iuſtinianus, qui florentiſſimis Eccleſiæ temporibus vixiſſe creditur,earum habendarũ poteſtatem faciat; dum tamen vna dumtaxat,& à viro cęlibe habeatur:quod ipſius ætate à Chriſtianis vſurpatum fuiſſe, nemo opinor negauerit. Eò accedit, quòd in antiquis religionis noſtræ monimentis aliquot concubinarum mentio fit eiuſmodi, vt non apertè damnentur:veluti de Agar, Bala, Zilpa, & illa
C Gedeonis,quæ non nominatur.Poſtremò,quòd vulgò dictitatur,concubinatum iure Canonico interdictum eſſe,propter c.dicat aliquis,32.q.4. bona venia dictum ſit:pugnare apertiſſimè arbitror cum c.is qui non habet,& ſeq.diſtinct. 34. vbi ex Concilio Toletano,verba hæc proferuntur:Is qui non habet vxorẽ, & pro vxore concubinam habet, à communione nõ repellatur: tamen vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ ſit coniunctione contentus. Quòd enim magnus quidam ſeculi noſtri Theologus in lib. Iud.
D cap. 8. verba illa interpretatur de iis, quæ verè concubinæ non erant,ſed vxorum animo,domi habebãtur,quamuis ſollemniter ductæ non fuiſſent, nemo ex Iuſtiniani Nouellis non videt, quàm alienum ſit: cùm perſpicuè appareat,concubinas domi habere licuiſſe,neque animo,neque dignitate vxoris. Alioqui enim liberæ mulieris conſuetudinem,non pro cõcubinatu, ſed pro matrimonio iure ciuili haberi, ſatis conſtat ex l.in liberæ,24.D.de rit.nupt.l.donationes, 31.D.de donat.Hæc cùm ita ſint,tamen veriorem cõ-
E trariam eſſe ſententiam, vel hinc licet intelligatur: quia D. Paulus leges Eccleſiis deſcribens, ſtatuit, vt quiſque vitandæ ſcortationis cauſſa vxorem ducat: & quoties de maris & fœminæ coniunctione præcepta dat, diſertè maritos & vxores nominat: vt facilè intelligatur, illam Iuſtinianici ſeculi maculam fuiſſe:quemadmodum de patrum veteris teſtamenti vitiis in concubinarum & plurium vxorum habendarum cõſuetudine, ſatis iam inter noſtros Theologos conuenit.Eodẽ accedit,quòd Leo Philoſophus Imp.
F Conſtantinopolitanus illam ætatis Iuſtiniani licentiam repreſſit:& Nouell. 91. conſtituit, ne Chriſtianis concubinas habere liceat,pręclaram illam ex Solomonis prouerbiis rationem ſubiungẽs: indignum eſſe, cùm è fonte ipſo puram aquam haurire poſſis, lutulentam quærere:neque cuiquam difficile ſit,vitę ſociam & cõſortem inuenire.Cuius exemplum imitatus Conſtantinus Porphyrogenneta conſtituit, vt apud Chriſtianos nullum diſcrimen inter concubinatum & ſcortationem putaretur: neque cuiquam
G Chriſtiani nominis habere cõcubinas liceret:quemadmodum Harmenopulus teſtatur lib.4.cap.7.

LECTO-

LECTORI S.

ET propter argumenti ſimilitudinem, & ob fratrum iſtorum coniunctionem, libellum hunc de ritu Nuptiarum veteri ſubiecimus, ſcriptum olim & editum ab Antonio Hotmano Franciſci fratre, viro docto, & in parlamento Pariſino regiarum cauſſarum patrono celebri: cuius & altera exſtat Obſeruatio de Coma elegans ſimul & erudita: quam vtramque tibi, Lector humaniſſ. gratam fore confidimus, & ad huius familiæ laudem pertinere arbitramur. Vale.

ANTONII HOTMANI I.C. DE VETERI RITV NVPTIARVM OBSERVATIO.

DE SPERATA, PACTA, ET SPONSA.

CAPVT I.

IN Matrimoniis contrahendis, Iuriſconſultos duo præcipuè, ad ritus pertinentia, vocabula vſurpaſſe conſtat: Sponſalia & Nuptias. Sponſaliorum nomine non tantùm ſtipulationum ſponſionúmque contractum intelligi, ſignificat Florent. in l.1. D. de Sponſal. Nã & Spõſalia futurarum nuptiarum mentionẽ fuiſſe ſcribit, vt nimirum ad ſponſaliorum ritus pertinerent etiam præcedentes apparatus, quibus condiciones expediũtur, vt eſt in l. vlt. eiuſd. tit. At hoc propriè non Sponſalia, ſed ſpes nuptiarum dicitur, cuius rei meminit Vlp. in l.6. eod. t. non ſuffecturum, inquit, putarem ad diſſoluendam ſponſaliorum ſpem hunc nunciũ: ſic in l. ſi vxor, D. ad l. Iul. de adulter. l.11. C. de repud. Philo Iudæus adpellat τὰ προτέλεια τῶν γάμων, ἐλπίδα καὶ τὸ θύειν τοῖς γάμοις προάρχουσα. lib. Περὶ τῆς εἰς τὰ προπ. συνόδου. D. Dionyſius Areop. hoc vocabulo vſus eſt epiſt. 7. vbi Maximus Scholiaſtes ſic adnotauit: προτελείας μὲν ἐκάλουν Ἀθηναῖοι τὰς τῶν γάμων μετὰ τῶν θυσιῶν εὐχάς. τὸν γὰρ γάμον τέλος ἐκάλουν, ὡς τελειοῦν τὰ περὶ τὸν βίον τὸν ἄνθρωπον μυστήριον γοῦν εἶχον τὸν γάμον. ἔλεγον δὲ προτελίζεσθαι καὶ τὸ προμυεῖσθαι καὶ ὅσιον προκαλεῖσθαι εἰς ἐπιτιμοσίαν μυστηρίων. Itaque *ſperatæ nuptiæ* dicebantur, l. mulier, C. de ſponſal. & l. ſi legibus, C. de epiſc. aud. & puella *ſperata* dicebatur, quod hoc verſu ſignificaſſe Plautum retulit Varr. lib.5. de ling. Lat. Sequor hercle quidẽ: nã libenter te mea ſperata conſequor: & Afranius, in fratriis ſperatam non odi tuam. Is etiam dicebatur ſperatus, vt eodem loco Afranius indicat: Cutre & nunc cia venire, & mecum ſperatam adducere videat puellam. hi verſus apud Nonium exſtãt. inter hos autem diſceptabatur, cuius quis eſſet iuris, condicionis, gentis, & potiſſimùm de bonis erat quæſtio. Quum verò cõuenta eſſet condicio, vt eſt apud Feſtũ, id eſt, inter ſe cõueniſſent, pacta quędam nuda interuenire ſolebant, puelláque non iam ſeparata, ſed *pacta* dicebatur, l.2. C. de ſponſal. l. ſi cùm ante, C. de donat. ant. nup. Virgil. *Et gremiis abducere pactas*. Inde etiam Lauinia pacta Turno dicebatur à Liuio lib.1. pactæque nuptiæ. Tacit. lib.12. pactũ inter Claudium & Agrippinam matrimonium. Symach. epiſt. 40. lib.9. Nolo exiſtimes culpabiliter ad me delatũ quòd pactas filiæ tuę nuptias ſuſpendas. Tum demum ſponſalia fiebant, incipiebátque *ſponſa* nuncupari, l.3. de ſponſal. quod Nonius his verbis adfirmat: Inter ſperatam, dictam, & pactam hoc intereſt, quòd virgo priuſquam petitur, Sperata dicitur, dehinc promiſſa, vel pacta, vel ſponſa dici poteſt. Quapropter alludit hoc modo Arnobius lib.4. contra gentes. habent ſperatas, habẽt pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas.

DE PROXENETIS, AVSPICIBVS ET PRONVBIS.

CAP. II.

AD hanc rem perſonas interponi ſolitũ fuiſſe apparet ex Vlpiano in l. vlt. D. de ſponſ. qui *proxenetæ* dicebantur, id eſt, cõciliatores, interpretes & internuncij: non quòd ſponſores aut fideiuſſores eſſent. Ait. n. idem Iuriſc. ſi proxeneta interuenerit faciendi nominis cauſſa, vt multi ſolent, videamus an poſſit quaſi mandator teneri, & non puto teneri, quia hic magis monſtrat nomen quàm mandat, l.2. D. de proxen. Hos etiam *auſpices* dictos fuiſſe puto: quum enim auſpices adeundi mos deſiiſſet qui auſpicia peterẽt, hi proxenetę veteris cõſuetudinis veſtigia ipſo nomine vſurparũt, quẽadmodũ licet colligere ex Valer. lib.2. c.1. hinc etiam ſcribit Cic. lib.2. de diuin. Nihil ferè quondã maioris rei, niſi auſpicato, nec priuatim quidẽ gerebatur, qđ etiã nũc auſpices nuptiarũ declarãt, qui re omiſſa nomẽ tantũ tenent: notũ eſt iſtud Ciceronis pro Cluen. nubit genero ſocrus, nullis auſpicib. nullis auctorib. Qui igitur ad hanc rem adhibebãtur, proxenetæ, Latinè *pronubi*, & καταρχηστικῶς auſpices dicebantur, incipientes & felici omine inchoantes. Qua de cauſſa in veteri gloſſario nuper in publicum edito, auſpices *pronubi* Παρανύμφοι adpellantur. & hi quod conuentũ erat, vt ritè fieret, tabuliſq; mandaretur, curabant: Iuuenal. *Veniet cum ſignatoribus auſpex*. Lucan. de Nuptiis Catonis & Martiæ: *Iunguntur taciti contentique auſpice Bruto*. Tum vnus horũ quod erat conuentum profetebat ceteris audientib. & vt ita fieret poſtulantibus: cuius conſuetudinis hoc Martian. Capella lib.2. in fin. reliquit veſtigiũ. Tunc exurgens, inquit, virginis mater poſcit de Ioue, ſuperiſq; cunctis, vti ſub

adſpectu omnium,quidquid ſpôſaliûm nomine prę-
parauerat Maiugena traderetur,ac demum dos à vir-
gine non deeſſet, tuncque tabulas ac Papiã Popæam
legem ſinerent recitari. ideò Tacitus de Meſſallina
ſcribit,atque illam audiiſſe auſpicũ verba.quod con-
firmat Seruius lib.4. Æneid. Siquæ verò fœminæ ad
nuptias conciliandas adhibebantur,nõ auſpices qui-
dem, cùm hoc ſit muneris virilis, ſed pronubæ tan-
tùm dicebantur.Ouidius epiſt.6.

Non ego ſum furtim tibi cognita:pronuba Juno
*Adfuit.*hæcque pronuba vniuira eſſe debebat, vt ait
Tertullianus in exhortatione ad caſtitatem. Ca-
tullus:

Vos vnis ſenibus bona cognita.

DE MATRIMONIIS CONTRAHEN- DIS LIBERORVM CAVSSA.

CAPVT III.

AVSPICVM etiam curę erat,nubentes profi-
teri ſe liberorum procreandorũ cauſſa con-
uenire: quem morẽ notat Tacitus his ver-
bis:Cum vxore Principis,prædicta die, ad-
hibitis qui obſignarent ſe velut ſuſcipiẽdorum libe-
rorum cauſſa conuenire.Idque confirmat Vlpianus,
tit.4. regul.dicens Latinum libertum ius conſequi
liberis, cùm lege Iunia vxorẽ ducebat teſtatione in-
terpoſita,quòd liberorum quærendorum cauſſa vxo-
rem duxerit. Nam matrimonia cõtraxiſſe Romanos
quærendorum liberorum cauſſa vulgare eſt.l.ſi vici-
nis, C. de nupt, adeò vt id eſſet in ore muliercula-
rum, vt ait Ennius hoc verſu, quem prodidit Feſtus
in verbo Quęſo:Ducit me vxorem ſibi liberûm quę-
rendûm gratia.Huc etiam pertinet, quod ex Varrone
retulit Macrob.lib.1.Sat. cap.16. mundus cùm patet,
deorum triſtium atque inferûm quaſi Ianua patet:
propterea vxorem liberorum quęrendorũ cauſſa du-
cere religioſum eſt.& Plautus in Capt.liberorũ quæ-
rendorum cauſſa ei,credo,vxor data eſt. atque id no-
tat D.Auguſtinus lib.3.cõtra Iulianũ,& ſerm.324. &
lib.1.de Nuptiis ad Valerium Comitem.Legimúſque
Auguſtũ ideò teſtamẽtũ improbaſſe cuiuſdam, cuius
non procreandorum liberorum cauſſa coniugiũ in-
terceſſerat.Valer.Max.li.7.c.7. Eſt enim,inquit Quin
ctilianus declam.2.vxor quam iũgit,quã diducit vti-
litas:cuius hæc reuerentia eſt, quòd videtur inuenta
cauſſa liberorum, ὁ ἐν κωμικοῖς Μένανδρος, inquit Clem.
Alex.lib. 2. Strom. παίδων φασὶ σπόρῳ τῷ γνησίων δίδωμι
σοί γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα. His intelligitur quod ait
Calliſtratus, l. liberorum D.de verbor.ſignificat. pa-
rentes pios liberorum quærendorum cauſſa vxores
ducere.

DE DOTE.

CAP. IV.

APVD Auſpices etiam de Dote conuentio-
nes fiebant, vt maritus aliquid haberet ab
vxore ad ſuſtinenda onera matrimonij,l.7.
D. de iur. dot. quamuis (vt apud Martia-
num Capellam li.9. priſci iuris adſertor Arcanus re-
ſpondit) regulariter etiam matrimonio copulato,
dotem dicere fœmina nullis legibus prohibeatur, l.
cum multæ, C. de donat. ante nupt. Eáque dos, ait
Vlp.tit.7.regular.aut dabatur,aut dicebatur,aut pro-
mittebatur.Dabatur cùm præſens erat dos,non quòd
ea ſtatim traderetur viro, quamuis & hoc fieri po-
A tuiſſe conſtet, l. 1. D.pro dote: ſed pridie nuptiarum
aut circiter, apud auſpices deponebatur, vt in craſti-
num nuptiarum viro ſolueretur: quod in Meſſalinæ
cum filio nuptiis Suetonius,Tacitus & Iuuenalis fa-
ctum fuiſſe commemorant:at ſi dos præſens nõ fuiſ-
ſet,ea,vt eodem loco ſcribit Vlpianus, aut dicebatur,
aut promittebatur.

QVID SIT DICERE, AVT PRO- MITTERE DOTEM.

B

CAPVT V.

DICERE eſt vltrò aliquid polliceri: Plautus
in Pſeudolo, Quin tibi hanc operam dico,
id eſt vltrò polliceor. Dictum enim acipi-
mus quod verbo tenus pronunciatum eſt,
l.ſciendum, D.de ædil.edict. Inde dicimus *dicere do-
tem* eum qui nulla ſtipulatione pollicetur. Cicero
pro Flacco,Doti omnem ſuam pecuniam dixerat. &
C Affranius in fratriis,vt refert Nonius,Dat ruſtico neſ
cio cui vicino ſuo ppauperi, cui dicat dotis paululũ.
Ius autem erat vt mulier eiúſque debitor aut parens
dicerent dotem,eodémque modo obligaretur acſi cõ-
ceptis verbis promiſiſſet. Hæ tres perſonæ, inquit
Caius lib.2.Inſtit. tit. 9. nulla interrogatione præce-
dente poſſunt dictione dotis legitimè obligari: Pro-
mittere verò dotem omnes poſſunt, & ex ſtipulatu
ab eis peti poteſt, l. promittendo, D.de iur. dot. licet
enim promiſſio & pollicitatio eandem plerúmque
D vim habeant,tamen pollicitatio maioris eſt adſeuera
tionis,inquit Donatus in Andriam Terentij:pollice-
ri enim ſignificat vltrò promittere, deducto vocabu-
lo à verbo liceor,quo vtuntur qui in auctione facien
da vltrò precium ſuum deferunt. l. 3. D.de pollic. At
promittere ſæpius ad ſtipulationem,quod notat Do-
nat.in heauton.Terẽt.Pollicemur,inquit,magis ſpõ-
te,promittimus rogati.Ideo,ſcribit Vlpianus,promiſ
ſum poteſt referri, & ad nudã promiſſionẽ ſiue pol-
licitationem,vel ad ſponſionem,ſecundum quod in-
E cipiet is,qui de huiuſmodi cauſſa ſtipulari ſpopõdit,
ex ſtipulatu poſſe conueniri, l. ſciendum, D.de ædil.
edict.

DE DONATIONE PROPTER NVPTIAS.

CAPVT VI.

HVIC verò doti ſolebat antiquitùs pignus
vel hypotheca ſubiungi. l. 1. D. qui pot. in
F pign.hab.hoc Græci ὑποτίμημα vocabant, vt
eſt apud Heſichium & Pollucem:αἱ πρὸς τὰς
φερνὰς ὑποθῆκαι, nam vt Harpocration ſcribit,εἰώθεσαν
καὶ οἱ τότε, εἰ γυναιξὶ γαμουμέναις προῖκα διδοῖεν οἱ προσήκοντες αἰ-
τεῖν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ ἐνέχυρόν τι τῆς προικὸς, οἷον οἰκίαν ἢ
χωρίον. & quia ſucceſſu temporis pacta ſæpe interue-
niebant,vt mulier ex illo pignore aliquid lucraretur,
factum eſt vt illud pignus nomen donationis adſu-
meret, diceretúrque donatio propter nuptias, quæ
à viro dabatur ad proſpiciendum vxori de dote con-
G ſequenda, ſi fortè matrimonium dirimeretur, l. ex
morte, C. de pact. con. indéque ἀντιφέρνη dicta eſt, à
Latinis autem priùs antenuptialis donatio (quod
ante efficiebatur, & nunquam poſt nuptias) ſed
poſtea quia conſtitutum eſt, vt etiam poſt nuptias
fierent tales donationes, voluit Iuſtinianus eas do-
nationes propter nuptias adpellari, l. cum multæ,
C.de donation. ante nupt. vt facilè appareat hanc
donatio-

donationem propter nuptias præter illam hypothecam quæ iam Iuſtiniani conſtitutione in omnibus mariti bonis tacitè ineſt, nihil aliud eſſe, quàm cautionem diuturni coniugij, vel donationem ſub condicione, ſi vel dos à marito conſumta ſit, vel ſine cauſſa matrimonium diremtum fuerit. Eius enim hic eſt tantùm vſus, vt dos mulieris ſit tutior, & vt quemadmodum mulier ſine cauſſa diuertens, dote, ſic etiam maritus rebus donatis mulctetur: aut vt pactis conuentis morte viri mulier aliquid lucretur, aliter nimirum nec proprietas, nec B vſusfructus ad vxorem pertinet. Itaque (vt ex Synopſi Baſilikῶν didicimus) erat quaſi dotis compenſatio ἀντισήκωσις, quam Scholiaſtes tacitè ſemper contrahi aſſerit φησὶ γὰρ ὁ κλύων τῇ προικὶ συντρέχων ἡ πρὸ γάμου δωρεὰ ἕπεται. Cæſ. lib. 6. de bell. Gall. Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis æſtimatione facta cum dotibus communicant. huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur, fructúſque ſeruantur, vter C eorum vita ſuperarit, ad eum pars vtriúſque cum fructibus ſuperiorum temporum peruenit.

DE HYPOBOLO.

Cap. VII.

DONATIONEM verò propter nuptias hypobolum à Græcis adpellatum fuiſſe vt exiſtimé, moueor auctoritate Harmenopuli, qui lib. 4. tit. 4. ita ſcriptum reliquit: ὅτι τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν ἤτοι τὸ ὑπόβολον. nimirū videlicet quia do- D ti ſubiūgitur ac ſupponitur. nec me mouet quod ait eiuſdem libri capite 10. aliquid eſſe minus ipſa dote. Nam ſolùm Iuſtiniani tempore obſeruatum eſt vt æquales eſſent donationes propter nuptias & dotes, quod nec Accurſium latuit in Auth. Æqualitas, C. de pact. conuent. Exſtátque hac de re expreſſa conſtitutio Leonis Imperat. qui dictus eſt Philoſophus, Nouell. 20. qua ſanciuit vt maior donatione propter nuptias dos eſſet. Sicque interpretatus eſt Theodorus Balſamo, Græci Iuris non ignarus. titul. 13. E Nomoc. Photij. cap. 6. & ad illa verba Nouellæ Iuſtiniani 117. καὶ ὑπὲρ τοιαύτης ὕβρεως τρίτον μέρος τῆς διατιμήσεως ἣν ἡ προγαμιαία ποιεῖ δωρεά. Scholiaſtes in Synop. Baſil. lib. 39. titul. 2. addit σημείωσαι ὅτι λαμβάνει ἡ γυνὴ καὶ τὸ τρίτον τοῦ ὑποβόλου ἀπὸ ὕβρεως ἰδίας, id eſt, vt interpretatur Iulianus patricius, Maritus tertiam partem æſtimationis quam propter nuptias donatio facit ex alia mariti ſubſtantia capere poteſt. Et paulo antè ſic ſcribit: ἀντικαταστᾶται ἡ πρὸ γάμου δωρεὰ τὸ γυναικὸς ὑπόβολον, καὶ οἶμαι αἰνίσσεται. Sanè enim id quod F modò dicebam à Græcis ὑποτίμημα vocari, id videmus etiam ὑπόβολον nuncupari. vnde apud Pollucem ὑπόχρεον χωρίον & ὑπόβολον pro eodem ponuntur libro tertio, capite 10. Euſtat. ὀδ. α. citat Pherecratis verſ. οὐκ ἐρᾷς τὴν οἰκίαν τὴν πρυλυκτίονος κειμένην ὑπόβολον. Multa tamen de iure hypoboli fuiſſe à Græcis Impp. immutata in confeſſo eſt, veluti vt ex bonis mariti quæ hypoboli nomine doti ſubiecta ſunt, tantum retineatur, quantum pacto conuentum fuerit: aut, ſi nulla de eo pactio facta ſit, triens re- G tineatur: imò ſæpiſſimè συνεκδοχικῶς trientem illum adpellari hypobolum ſatis conſtat ex Harmenopulo, ceteriſque ſimilibus probatis auctoribus: quod etiam teſtatur Balſamo. deinde hypoboli nomine nihil retentum fuiſſe, ſi nihil conuentum eſſet. videtúrque fuiſſe portio dotis, quę additamēti cauſſa data

dicebatur, in l. inter ſocerum, §. cum inter, D. de pact. dot. l. etiamſi non dotem, C. de iur. dot. ſicque hodie in Gallia Lugdunenſi vulgò loquūtur, hoc à Longobardis & Neapolitanis, doarium, dotarium, & dotalitiū nuncupatur lib. 2. de feud. tit. 8. §. vlt. lib. 3. Conſt. Neapol. tit. 13. 16. & 17. cap. plerúmque de donat. inter vir. & vxo. Hęc ſunt quę de dote eiúſq; cautione dicenda videbantur.

DE BONIS PARAPHERNIS ET RECEPTITIIS: TVM de Theoretro.

Cap. VIII.

CETERA bona mulieris dicebantur παράφερνα, l. ſi ego, D. de iu. dot. Latinè receptitia, id eſt, extra dotem, l. maritus, D. ad leg. falcid. Græci poſteriores adpellarūt ἐξώπροικα, quòd extra dotem eſſent vſibus puellæ tradita. l. donationes, §. ſpecies, D. de donat. ad ſuſtentationē mulieris inſtrumento dotali recepta quaſíque peculiū. l. vlt. C. de pact. conuen. l. 3. C. ne vxor pro mar. d. l. ſi ego. In his bonis, inuita muliere nullum ius erat marito ſe immiſcendi, quia quæ præter ius dotis excipiebantur, ea *receptitia* adpellabant. Vnde ſeruus receptitius apud Nonium Marcellum & Agellium libro 17. cap. 6. & receptitia dos apud Vlpianum tit. de dote, quam ſibi ſoluto matrimonio extraneus contra communis iuris regulam reddi ſtipulatur. l. mortis cauſſa, §. ſed & dos, D. de mort. cauſſa donat. erāt & alia quædam munera quæ nouæ nuptæ à parentibus & amicis offerebantur die ſponſaliorum, aut poſtea, vt eſt in l. die ſponſaliorum, D. depoſiti: l. ſi cum antè nuptias munera darentur, C. de donat. ante nupt. tum etiam craſtino die nuptiarum cùm primùm depoſito flammeo viſendam ſe præbebat, vt ait Harmenopul. quæ ideo θεώρητρα vocat Harpocration: Suid. verò ἀνακαλυπτήρια & ἐπαύλια. Iul. Pollux. ὀπτήρια καὶ προσφθεγκτήρια. veteres adpellaſſe ait. dicuntur in iure munera nuptialia, l. tutor ſecundum, §. vlt. D. de adminiſt. tut. l. 1. §. prætetea, D. de tutel. & rat. diſtr. Sed hæc munera nō ſunt ſollemnia vt ibidem dicitur, nam ea tantùm ſollemnia ſunt quæ ad ritus pertinent.

DE SPONSALIBVS.

Cap. IX.

SPONSALIA autem fiebāt aut inter præſentes aut inter abſentes. Nam vt ait Vlpianus l. fin. D. de ſponſal. Patui refert an per ſe, an coràm, an per internuncium vel per epiſtolam, an per alium hoc factum ſit. Hic autem erat ſponſaliorum ritus. Adoleſcens (aut eius nomine pater) Filiam pactam ſtipulabatur à patre vel ab eo in cuius erat tutela: vel ſi illa ſui iuris fuiſſet: à quocūque alio. Eiúſque ſtipulationis hæc erat formula, quā tradit Plautus in Aulularia. M. Quin nunc etiam mihi deſpondes filiam? Et: illis legibus, cum illa dote quam ego tibi dixi. M. ſponden, ergo? E. ſpondeo. Indéque ſponſa dicebatur, non quòd ſponderet, ſed quòd vt ait Seruius lib. 10. Æneidos, ſponderetur, à patre videlicet, vel à quocumque alio. veluti tutore, & ſi tutor furioſus eſſet aut abſens, alter dabatur in eius locum tutor, non curator ad nuptias contrahendas, dotémque dicendam. Vlp. tit. regul. 11. lege enim cautum fuerat, nequis vxorem duceret priuſquam aliquis eam ſibi deſpondiſſet, quod ex Dione li-

cet probare, qui lib. 58. ita ſcribit: ἔγημε λολλίαν παυλίναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς μέμμιον ῥήγουλον ἐγγυῆσαι οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας μὴ καὶ ἀνέγκλητον αὐτὴν παρὰ τοὺς νόμους λαβεῖν. Ex eodémque auctore refert Xiphilinus, Neronem Sporum, quem exſecari iuſſerat, veluti vxorem duxiſſe ἐκδόντος αὐτὸν τοῦ τιγελλίνου ὥσπερ ὁ νόμος ἐκέλευε. Vnde Agellius lib. 4. cap. 4. ex Seruij Sulpitij verbis ait obſeruatum fuiſſe, vt qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat ſtipularetur, eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, item ſpondebat, íſque contractus ſtipulationum, ſponſionúmque dicebatur *ſponſalia*: & quæ promiſſa erat, *ſponſa* adpellabatur: qui ſpoponderat ducturam, *ſponſus*. Hactenus ille: quibus conſentiunt Iuriſconſulti in l. 1. 2. & 3. D. de ſponſal. Indéque apparet non ſatis verum eſſe quod Donatus & Seruius aſſerunt, ſponſum non ſpondere, ſed à patre deſponderi: quorum ſententiæ conſcriptæ ſunt in Andria Terent. act. 1. ſcæn. 1. Heaut. act. 4. ſc. 5. add. act. 4. ſc. 7. In Verg. lib. 10. Æneid. vbi Seruius addit ante vſum tabularum cautiones ſibi inuicem emiſiſſe, in quibus ſpondebant, ſe conſentire in iura matrimonij & fideiuſſores dediſſe. Tabularum verò, quas Seruius ait interueniſſe, mentio fit in Apuleij metamorph. lib. 4. Tabulis inquit maritus nuncupatus ad nuptias & in apolog. 2. Habes Æmiliana cauſſam totam cur tabulæ nuptiales inter me & Pudentillam non in oppido ſint, ſed in villa vrbana conſignatæ, nam eæ conſignabantur. Suetonis, Illud omnem fidem excedit, quòd nuptiis, quas Meſſalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis & ipſe conſignauerat. tamen nihil oberat quominus iuſtum matrimonium eſſet, ſi ſignatæ tabulæ non eſſent, l. 4. de fid. inſtrum. quod & auctoritate Quinctiliani lib. 5. cap. 11. & Iuriſconſultorum patet, l. donationes, D. de donat. l. 1. l. 7. D. de ſponſal.

DE ARRIS ET SPONSALITIIS LARGITATIBVS.

CAPVT X.

HIs ita peractis ſolebant arræ quædam interuenire, quæ à ſponſo ſponſæ dabantur, in teſtimonium & quaſi pignus de futuris inter eos nuptiis, factæ ſponſionis, eáque aut ſponſæ dabantur, aut apud proxenetas deponebantur, quo fiebat vt hoc modo *proxenetica*, illo verò *ſponſalitia* nuncuparentur. C. de ſponſal. & arris ſponſal. & proxenet. fiebant etiam donationes quædam à ſponſo, vel etiam ratò à ſponſa ſponſo; quæ ideò *largitates* adpellabantur, quia gratuitò cõferebantur, l. cum veterum, & ſeq. C. de donat. ante nupt. & ſponſ. l. 1. C. ſi aduerſ. donat. arrę autem nomine ſæpius non numi, ſed pronubus annulus dabatur. Iuuen. ſatyr. 6. *Et digito pignus fortaſſe dediſti.* Eum verò annulum ferreum fuiſſe refert Plin. lib. 33. capite 1. qui legationem acceperant, inquit, aureo annulo tantùm vtebantur, intra domos, ferreis: quo argumento etiam nunc ſponſæ annulus ferreus mittitur, íſque ſine gemma. aureos tamen annulos etiam dediſſe fœmináſque domi geſtaſſe ſatis conſtat ex Tertulliani apologet. ſic enim ſcriptum eſt: Circa fœminas, illa maiorum inſtituta ceciderunt, quæ modeſtiæ, quæ ſocietati patrocinabantur: quum aurum nulla membra norant præter vnicum digitum quem ſponſus oppigneraſſet pronubo annulo. Clem. Alex. lib. 3. pedag. cap. 11. δίδωσιν

A ὁ ἀνὴρ δακτύλιον ἐκ χρυσίου δ' ἢ τοῦτον εἰς κόσμον, ἀλλ' εἰς τὸ ἀποσημαίνεσθαι τὰ οἴκοι φυλακῆς ἄξια διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς οἰκουρίας. Atque Iſidorus lib. 20. etym. mulieres binos aureos annulos in digitis habuiſſe, ac præſertim in quarto digito, quòd in eo vena quædam ſanguinis ad cor vſque proueniat, vt idem auctor ſcribit libro 2. de diu. offic. ex Agellij lib. 10. cap. 10. & Macrobij lib. 7. cap. 13. ſolere & alia multa arræ nomine dari, indicat hic locus Capitolini de Maximino Iuniore. Deſponſa illi erat Iunia Fadilla proneptis Antonini,
B quam poſtea accepit Toxotius eiuſdem familiæ ſenator. manſerunt autem apud eam arræ regiæ quæ tales fuerunt, monolium de albis nouem, reticulum de praſinis decem, dextrocherium cũ coſtula de hyacinthis quattuor, præter veſtes auratas & omnes regias ceteráque inſignia ſponſaliorum. Sed & claues domus vxori tradi ſollẽne fuiſſe Feſtus ait ad ſignificandam partus facilitatem. licet veriſimilius ſit has communionem denotaſſe. ſcribit enim Tertul. lib. de exhort. ad caſtit. ad claues cuſtodiẽdas vxores pleróſ-
C que domum duxiſſe. & has in diuortiis adimi Ciceronis Philip. 2. & B. Ambroſij epiſt. 65. ad Syagrium auctoritates vulgares ſunt. Solinus cap. 16. de Thracũ morib. Nupturas, quę præ aliis ſpecie valẽt, ſubarrari volunt. alij, ſubhaſtari: vbi M. Ant. ſcribit, ſubarrandi verbum apud antiquos auctores ſe non legiſſe. Iulianus Pontifex: Siquis deſpõſauerit vxorem vel ſubarrauerit. Innoc. 3. in c. 16. de deſponſ. impub. ſubarrauit eandem. & cap. 14. & 34. leg. Burgund. Xenophon lib. 3. ἀναβ. ait Thraces ſolitos vxores futuras
D emere.

DE OSCVLO.

CAP. XI.

ACcedebat & plerúmque oſculum, quod religionis erat, l. ſi à ſponſa, C. de donat. ant. nupt. Oſculum, inquit Seruius Æneid. religionis erat, ſuauium voluptatis. & Donatus in Eunuchũ Ter. ſic ſcribit: Oſcula officio-
E rum ſunt, baſia pudicorum adfectuum, ſuauia libidinum vel amorum. Neque verò tam frequens erat apud antiquos, quàm eſt apud nos oſculum. Nam vt apud Perſas teſtantur Xenophon lib. 1. pæd. & Herodot. lib. 1. ſic apud Romanos nulli ius erat præter cognatos cognatáſque oſculari, vt eſt in problemate Plutarchi: cuius rei erga fœminas rationem reddit Plinius ex Catone lib. 14. cap. 13. vt ſcirent an temetum bibiſſent: aliam recitat Plutarchus in Romulo. Eucher. Lugd. epiſt. lib. 3. in Geneſ. c. 29. Oſculatus eſt
F Iacob Rachel. conſuetudinis fuit in illa ſimplicitate antiquorum, vt propinqui propinquas ſuas oſcularentur, & hoc hodie fit in multis locis. adeóque rata erat ea communicatio, vt & Cato cenſor Manlium Senatu eiecerit, quòd coram filia ſua impensè vxorem ſuam oſculatus eſſet, vt refert Plutarchus in eius vita. Scribit etiam Valerius lib. 6. c. 1. P. Mæuium in libertum (quamuis gratum admodum ſibi) animaduertiſſe, quia cum nubilis iam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſe cognouerat, præſer-
G tim cùm non libidine, ſed errore lapſus videri poſſet. Ceterùm amaritudine pœnæ teneris adhuc puellæ ſenſibus, caſtitatis diſciplinam ingenerari magni æſtimauit eíque tam triſti exemplo præcepit vt non ſolùm virginitatem illibatam, ſed etiam oſcula ad virum perferret. Qua de cauſſa non ſine ratione quæſitum eſt à noſtris doctoribus, vtrum

vtrum ea quæ oſculum præbuit, dotem amittat. Bald. A in cap. tuæ, de procurat.

Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις,

vt ait Theocritus ιδ. κ. Vnde illud Plauti in Curculione, Qui è nuce nucleum eſſe vult, frangit nucem, qui vult cubare, pangit ſaltem ſuauium. Ouid. lib. I. amor.

Oſcula qui ſumſit, ſi non & cetera ſumſit,
Hoc quoque quod ſumſit perdere dignus erat.

Erant tamen quædam venuſtatis blanditię, quæ qui- B dem fiebant oſculo, ſed non eo modo. Nam alij dextram ad oſculum referebant, totúmque corpus circumagebant, vt ſcribit Plinius lib. 28. cap. 2. vel caput ſubmittebant: quod in adorando frequentiſſimum fuiſſe probat Petrus Pitheus, vir ſingularis doctrinæ ac præſtantiſſimi ingenij. Labiorum etenim ad ſolis ortum proiectionem cum manus deoſculatione fieri hic locus Luciani περὶ ὀρχήσεως confirmat: Καίτοι γε Ἰνδοὶ ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχωνται τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν C εὐχὴν, ἀλλ' ἐκεῖνοι. &c. Eodémque modo alludit Apuleius, lib. 4. μεταμορφ. & admouentes oribus ſuis dextram priorem digito in erectum pollicem reſidente, vt ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur. Alij non ſuam, ſed eius quem ſalutabant manum deoſculabantur, quod Priamum feciſſe Achillem ſalutando, ait Homerus, ιλιαδ. ω.

Τοὺς δ' ἔλαθ' εἰσελθὼν Πρίαμος μέγας, ἄγχι δ' ἄρα
χέρσιν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα καὶ κύσε χεῖρας D
δεινὰς ἀνδροφόνους αἵ οἱ πολέας κτάνον υἷας

Plutarchus in Catone Vticenſi: ὑποτιθέντων τὰ ἱμάτια καὶ καταφιλούντων τὰς χεῖρας. Cornelius Tacitus lib. 15. Et dextram oſculis fatigare, item lib. 17. exoſculari Othonis manum. ad illáque pertinent hæc verba Macrobij Saturnial. I. Inuenies dominum ſpe lucri oſcula alienorum ſeruorum manibus infigentem. Seneca epiſt. 47. hos ego eoſdem deprehendam alienorum ſeruorum oſculantes manum. & Apul. apol. 2. Pontianus ante pedes noſtros aduolutus flens & E manus noſtras oſculabundus. Suetonius in Tiberio: Chariclem medicum quòd è conuiuio egrediens manum ſibi oſculandi cauſſa adprehendiſſet, &c. alij, vt eſt apud Arrianum de Epicteto, lib. I. cap. 19. oculos deoſculabantur, alij collum ceteráſque corporis partes, quas Phyſici cõſecratas numinibus prædicabant, vt aurem memoriæ, frontem genio, dextram fidei, genua miſericordiæ, quemadmodum notat Seru. lib. 3. Æneidos. Plautus in Pſeudol. ſine te exorem, ſine te prendam auriculis, ſine te dem F ſauium. Mentum etiam miſericordiæ gratia oſculari aſſerit Plinius lib. II. cap. 45. & hæc ſolita oſcula & quotidiana, vt vocat Suetonius in Octauio, profunctorias ſalutationes adpellauit Optatus Milleuitanus, libro 4. contra Donatiſtas. Quinetiam genua ac interdum pedes exoſculari moris erat. quod de Caio Cæſare notat Seneca lib. 2. de benefic. cap. 12. inuenit, inquit, aliquid infra genua, quo libertatem detruderet. Et hoc edictis vetuiſſe C. Calligulam & Diocletianum teſtatur Pomp. Lætus, Iulius G Capitolin. de Maximino Iuniore ita ſcribit, in ſalutationibus ſuperbiſſimus, adeò vt manum porrigeret, & genua ſibi pateretur oſculari, nonnumetiam pedes; quod nunquam paſſus eſt ſenior Maximinus, qui dicebat, Dij prohibeant, vt quiſquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat. hæ ſalutationes erant quotidianæ. labellis verò labella iungere φιλεῖν τῷ στόματι aut impudicum erat, aut ſanè religioſum. nec omittenda ſunt verba epiſtolæ Saluiani Trapio conſcriptę. Oſculare ſaltem obſecratione pedes parentum tuorum quaſi ancilla, manus quaſi alumna, ora quaſi filia. Tũc itáque aliquid neceſſitatis interueniſſe putabant, cùm ſponſi non contenti ſtrictiſſima ſtipulationis formula, vtrímque oſculo delibato ad omnem comitatem amicitiámque procliuiores ſe reddebant: & ideo ſponſas velari dixit Tertullianus lib. de veland. Virgin. Atquin, inquit, apud ethnicos velatæ ad virum ducuntur, ſi autem ad deſponſationem velantur, quia & corpore & ſpiritu maſculo mixtę ſunt, per oſculum & dexteras per quę primum reſignarunt pudorem ſpiritu, per commune conſcientiæ pignus, quo totam condixerunt confuſionẽ. Quinctil. declamat. 279. nec ſatis eſt maritum tantùm oſculo putari.

DE MVLTA REPVDII.

Capvt XII.

QVod ſi à pactione ſponſus & ſponſa diſcederent, repudiúmque fieret (eſt enim hoc verbum huic rei proprium, l. inter diuortium, l. inter ſtuprum, D. de verb. ſignif.) multabatur is qui cauſſam præbuerat: ſi ſponſa, arras in duplum reddere debebat: ſi ſponſus, non repetebat, l. vlt. C. de ſponſ. Antiquitus in id quod intererat condemnationem fieri retulit Agell. lib. 4. cap. 4. quòd ſi neuter præbuiſſet cauſſam diſſoluendorum ſponſaliorum, ceſſabat huiuſmodi pœna, vt ſi mors interueniſſet, l. 3. C. de ſponſal. aut aliud impedimentum, l. fin. eod. tit. niſi oſculum interueniſſet: ſponſalitias enim largitates in partem tunc tantùm ſponſus reperebat, l. ſi à ſpõſo, C. de donat. ant. nupt. cuius iuris ratio eſt, ſingularis mulierum fauor, quæ ſæpiſſimè ſpe futuri coniugij ſolitæ ſuæ verecundiæ tantillum terminos egreſſæ, aliquid de ſua pudicitia delibaſſe videntur.

DE DIE NVPTIARVM.

Capvt XIII.

SI verò promiſſis ſtaretur, dies nuptiis dici ſolebat. Pacuuius apud Nonium cap. de doct. indag. Gnatam deſpondit, nuptiis hãc dicit diem. & Terent. in Andria, Hic nuptiis dictus eſt dies. Προθεσμίαν τῶν γάμων adpellat Baſilius ὁμιλ. ἐν λιμῷ καὶ αὐχμῷ. Erátq. diligentiſſimè obſeruandum, quis is futurus eſſet dies: neque enim menſe Maio fiebant, quemadmodum teſtatur Ouid. lib. 6. faſt. & Plutarch. in probl. nec menſis Februarij iis diebus quibus parentalia celebrabantur, vt idem Ouid. refert. lib. 2. faſt. Ac ex eiuſdem auctoris lib. 3. Martij triduum quo Saliorum feſta celebrabãtur infauſtum fuiſſe conſtat, donec nimirum eſſent recondita arma in templo Martis. Ex omnibus autem menſibus Iunium aptiſſimum fuiſſe ex eiuſdem lib. 7. monemur. Macrobius etiam lib. I. Saturn. cap. 15. ait Calendas, Nonas, Idus omnéſque ferias, prętерquam viduis, religioſas fuiſſe, cuius rei diuerſas rationes reddit Plutarch. in probl. Eóque pertinet illud Varronis à Macrobio ex Augurum libris relatum lib. I. Satur. cap. 16. Viros vocare feriis non oportet. Denique cauebatur ne vllus eſſet motus cœli,

aut terræ, néve turbatiore cœlo fœdus inirent, quam ad rem antiqui auſpices adhib[eb]ant.

DE TRIBVS DIEBVS NVPTIARVM.

CAPVT XIV.

AT non vnum tantùm, ſed tres dies in nuptiis peragendis rituales fuiſſe ſciendū eſt, vt rectè intelligatur Scæuolæ reſponſum, in l.pen.D.de dona.int.vir.& vxor.dum ait vxori, cùm in ſeparata dieta ab eo eſſet, die nuptiarum priuſquam ad eam tranſiret, &c. Nā primo die ſponſus viſitabat ſponſam apud eius patrē,& hic dies προαύλια dicebatur: Diem intelligo non naturalem, ſed Ciuilem, vt is incipiat à media nocte, l.more,D. de feriis. Seru. 6. lib. Æneid. nocte verò ſequente apud ſocerum manebat ſponſus: quo fit vt dies ſecundus ἀπαύλια dictus ſit: quia eo die pnoctauerat ſponſus apud ſocerum, non tamen ſponſæ condicione vſus erat, ſed in ſeparata dieta fuerat. Luce itaque oriente circiter primam aut ſecundam horam diei (hæ enim horę, inquit Feſtus, ſponſalibus dedicatę erant) ſponſa domo patris egrediebatur, & hic propriè nuptiarum dies dictus eſt. Tertius verò dies, quia vir maritus factus erat, ἐπαύλια nuncupabatur, & poſtridie nuptiarum dicebatur. Sic Nonnus interpretari videtur c.2.D.Iohan. Et die tertia nuptiæ factæ ſunt. Τριτάτη θαλαμηπόλος ἔγρετο ἠώς.i.tertia nuptiarum aurora.Iul.Pollux προαύλιον ἡ πρὸ τῶν γάμων ἡμέρα: ἐπαύλια δὲ ἡ μετ' αὐτήν, intelligo, τὴν γάμων ἡμέραν ἀπαύλια δὲ ἐν ᾗ ὁ νυμφίος εἰς τὸ πενθεροῦ ἀπὸ τῆς νύμφης ἀπαυλίζεται. Et eſt quod Heſichius notat ἀνακαλυπτήριον ἡμέραν vocari ἡ δευτέρα μετὰ τοὺς γάμους. Craſtinus dies nuptiarum: quo teſte Feſto repotia fiebant. Erat enim dies ille in quo primùm ſponſa in ædibus ſponſi pernoctauerat. Euſtath.ιλ.ω. ſic refert ex Pauſania: καθ' ἣν ἐν τῇ τοῦ νυμφίου οἰκίᾳ ἡ νύμφη πρῶτον ἐπαυλίσατο. neque verò prætereundum eſt tertio die, qui poſtridie nuptiarum ſiue craſtinus erat, nouam nuptam ad patris domum redire, vbi repotia fiebant, & dona ab amicis offerebantur, quæ ἀνακαλυπτήρια, ὀπτήρια, καὶ θεώρετρα, diximus adpellari. Suidas, καλεῖται δ' ἐπαύλια καὶ μετὰ τὴν ἐχομένην ἡμέραν τῶν γάμων παρὰ τοῦ τῆς νύμφης πατρὸς δῶρα φερόμενα τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐν πομπῆς σχήματι. Παῖς ἄρ' ἡγεῖται χλανίδα λευκὴν ἔχων καὶ λαμπάδα καιομένην, ἔπειτα μετὰ τοῦτον κανηφόρος· ἡ δ' αἱ λοιπαὶ ἀκολουθοῦσι ἑξῆς τῷ νυμφίῳ φέρουσαι χρυσία, λευκανίδας, σμήγματα &c. καὶ τὴν προῖκα ἅμα τῷ νυμφίῳ φέρουσι: quæ verba Pauſaniæ ſunt, vt ea protulit eadem Euſtach.ιλ.ω. & Apoſtolius in Parœm.

DE NVPTIIS, CONNVBIO, ET MATRIMONIO.

CAP. XV.

HIs igitur dieb.nuptiæ celebrabantur. Dicendum autem eſt, quid ſint nuptiæ. Nam plerumque matrimonij & nuptiarum vocabula confunduntur, vt in l.heres, D.de negociis geſt. Itaque, inquit Iuſtinianus, *Nuptiæ* ſiue matrimonium eſt viri & mulieris coniunctio. longè tamen aliud eſt matrimonium, aliud nuptiæ, aliud connubium, *Connubium* enim, vt definit Vlpianus, tit.6. regul. eſt vxoris iure ducendæ facultas: & Seruius ait lib.1.Æneid. Connubium eſt ius legitimi matrimonij. Matrimonium verò eſt indiuidua illa conſuetudo viuendi, quæ, vt ait Columella lib.12.c.1.

A ita à natura inſtituta eſt, vt non ſolùm iucundiſſima, verùm etiam vtiliſſima vitæ ſocietas iniretur. At nuptiæ propriè ſunt illæ celebritates, quæ in copulandis nuptiis obſeruantur. Clemens Alex.lib. 2.ſtrom. γάμος οὖν ἐστὶ σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ πρώτη κατὰ νόμον ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. Quinctil. declam.3. Vis, inquit, ſcire quid ſint nuptiæ? Aſpice illam virginem quam pater tradidit euntem die celebri, comitante populo. quòd verò Modeſtinus definit nuptias maris B & fœminæ communicationem, l. 1. D. de rit. nupt. magis ad matrimonium pertinet. Sed vt ſolent Iuriſconſulti, non proprietatem verborum ſecutus animi deſtinationem ſignificare voluit. Ex eo autem quòd cooperta & velata ſponſa erat flammeo, nuptiæ dicuntur adpellatæ. nubere enim apud priſcos, operire & tegere ſignificat. Vnde & nubes dictas Varro aſſerit, quòd cælum tegant, ſic etiam nuptias, quòd ſponſa flammeo operiatur. Eiuſdem fuit ſententiæ Feſtus, quamuis etiam putet nuptias dictas eſſe à verbo νύμ-C φη, contrario nimirum ſenſu: ait enim Cornutus in Neptuno, τὰς γαμουμένας νύμφας καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ νῦν πρῶτον φαίνεσθαι κρυπτομένας τέως.

DE POMPA NVPTIALI.

CAPVT XVI.

QVis verò fuerit ſponſæ ornatus obiter quędam adnotabo: quia de eo fit mentio in l.5. D §.interdum, D. commodat. Vbi dicitur vxori maritum commodare, quo honeſtius culta ad ſe deduceretur. Igitur ſparſis capillis, ſeniſq. crinibus ornabatur. tum corona de floribus herbiſq. vt ait Feſtus, & gemmis flammeóque, teſte Plinio lib.21, cap.8. tegebatur, veſte lanea induebatur, vt idē Plinius teſtatur, lib. 8. cap. 48. cingulóque præcingebatur, quod erat factum ex lana ouis, Herculeanóque nodo vinciebatur, quemadmodum ſcribit Feſtus, quem ſoluere maritus debebat: quo fiebat, vt E Zonam dicerentur virgines ſoluiſſe, quæ virorum coitum admiſerant, vt ex Homero, Catullo, Pauſania & Suida, ceteriſque patet. tum etiam ex quæ primùm pepererant, quod explicat Commentarius Græcus, lib.1. Argon. nec intereſſe puto in his celebritatibus an Græcorum an Latinorum nitar auctoritate. Hæc enim ab omnibus etiam aliis gentibus obſeruabantur. *velatam* item fuiſſe ſatis notum eſt, maximè Tertulliani teſtimoniis lib.de veland. virginib. domóque patris egrediebatur ducente eam ma-F tre ac ceteris parentibus & amicis. Et quædam vehebatur, cuius conductor πάροχος dicebatur: quædam pedibus iter peragebat, & qui eam comitabatur χαμαίπους adpellabatur. vtróſque communi nomine νυμφαγωγοὺς Iul. Pollux.lib.3.nominat. οἱ τὴν νύμφην ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οἰκίας ἄγον. Eam verò frequenti adfinium & amicorum officio ſtipatam præcedebant Tibicines, & alius qui Thalaſſium inuocabat, cuius nominis varias recenſet cauſſas Plutarch. in probl. Inter eos celebres pueri erant *patrimi & matrimi*, vt refert G Feſtus, qui ſponſam ducebant, tum & tertius qui anteibat facem præferens ex ſpina vel ſpinu alba cōfectam, de qua Feſtus & plerique auctores meminerunt. Puer enim ingenuus eam ferebat, quod Nonius ex Varrone probat. Quinque & aliis facibus quæ omnino cereæ erant vtebantur, teſte Plutarcho in probl. atque has præferre faces ominoſum fuiſſe ex Plauti Caſſina doctiſſimus Muretus putat, vbi Chali-

Chalino conſeruo ſuo olympioni minitatur his verbis:

Primum omnium huic lucebis nouæ Nuptæ facem
Poſt illa, vt ſemper improbus nihilique ſis.

Seruis itaq; has faces præferendas dari ſuſpicari quis poterit ex Ennij verſu, quem obiter citat Feſtus in verbo Prodinunt.

Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

Præferebat & alius puer vas quoddam opertũ, quod Cumeram Feſtus nominat, in quo erant nubentis vtenſilia, tum colum onuſtum lana, quemadmodum refert Plutarchus in Romulo, vt ſignificarent vxoris officium eſſe nere: qua ratione etiam vinculum laneum debebat eſſe ad vtrumque poſtem ianuæ per quem ſponſa colum geſtans tranſiret, vt ſcriptum reliquit Donatus in Hecyram Terentij, atque ideò die nuptiarum in pelle lanata ſedere nuptam debere teſtatur Feſtus. Cùm verò noua nupta domum viri accederet, maritus aut alius eius nomine (vir enim abſens, inquit Paullus, vxorem ducere poteſt, lib. 2. ſentent. tit. 19.) in limine domus ſtabat eam ad ſe vocans. Catullus, Ac domum dominam voca. quę verò virgines comitabantur, more Græcorum canere ſolebant, Hymen ô hymenee. Catul. Vóſque item ſimul integræ virgines quibus aduenit par dies, agite in modum, Dicite ô hymenee, Hymen: hymen ô hymenee: quod etiam deſcribit Homerus ιλ. 6. & Statius in epith. ſtellæ, lib. 1. Sylu. Propius verò accedens (inquit ille qui relliquias decimi libri Valerij Maximi collegit) ante ianuam mariti interrogata quænam eſſet, Caiam ſe dicebat, ac vt teſtis eſt Plutarchus in Prob. clamare alta voce ſolebat, Cai Cæcili: viro interim clamante, Caia Cæcilia. quia cum viro ita paciſcitur, vt omnia communia ſint, & pariter imperent, ac ſi dicerent, vbi tu dominus ac familiæ princeps, ego quoque domina & hera: ſi tu pauper, ego quoque: ſi tu diues, ego diues: omnis denique tuæ fortunæ particeps. Nihil, inquit Vlp. tam humanum eſt quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, & vxorem viri participem eſſe, l. ſi cùm dotem, §. ſi maritus, D. ſolut. matrim. Idque fiebat in memoriam Caiæ Cæciliæ honeſtæ fœminæ, quæ vni ex Tarquinij liberis collata erat, vt teſtantur Plinius lib. 8. cap. 48. & Feſtus: cuius rei etiam meminit Cicero in orat. pro Muræna; & Velius Longus. Ideóque aſſem Caianum dictum exiſtimauit doctiſſimus Adria. Turneb. in aduerſ. quem ſic notatum ƆC fuiſſe argumento eſt hic Quinctiliani locus lib. 1. Inſt. cap. 12. nam & Caius C. litera notatur, quæ inuerſa mulierem declarat, quia tam Caios eſſe vocitatos quàm Caias etiam ex nuptialibus ſacris apparet. Quum verò proximi eſſent more Sabinorum, ridicula quædã dicteria depromi ſolebant à circumſtantibus. Lucanus, *Non ſolitis luſere ſales, nec more Sabino Excepit triſtis conuitia feſta maritus.* Ad hanc rem feſcenninos verſus proprios fuiſſe Feſtus narrat. Idque à pueris fieri argumento eſt locus Varronis, quem citat Nonius; Pueri obſcœnis verbis nouę nuptæ aures redurant: quod quia depoſitis prætextis fiebat, ideò prætextatus ſermo dicebatur, vt inquit Feſtus. Indéque factum eſt vt pretextatus ſermo pro obſcœnis verbis acciperetur. Suet. in Veſp. erat, inquit, dicacitatis plurimæ & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, vt nec prætextatis verbis abſtineret.

DE COMA TONSA.
Cap. XVII.

A ORNATVS autem ſponſi in eo pręcipuè notabatur quòd tonderetur. Iuuenal. Satyr. 6. Iam à tonſore magiſtro pecteris: quod etiã à ceteris adſtantibus obſeruatum fuiſſe ſuſpicor, pręſertim ab iis qui ad celebrationem nuptiarum adhibebantur. Auſonius.

Et iuuenes quattuor, totidem innuptæque puellæ
Omnibus in morem tonſa coma: pectine ſummo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

B Nam id fiebat ornatus cauſſa, non quòd capilli omnino amouerentur, ſed comebantur potius, ac qui ſuperflui erant tondebantur. Quid, inquit Seneca, lib. de breu. vitæ, illos ocioſos vocas quibus apud tonſorem multæ horæ tranſmittuntur dum decerpitur, ſi quid proxima nocte ſuccreuerit, dum de ſingulis capillis in conſilium itur &c? Ac liberorum hominum erat eſſe comatos, id eſt, comam adornare, & his ſolis cæſariem habere licebat: cæſaries enim dicta eſt à cædendo, vt notat Seruius

C lib. 1. Æneid. Id eſt, ferro ſæpius adornando. quia coma vulgò ferro colitur, & lib. 10. admonet antiquo more viros, ſicut mulieres, compoſuiſſe capillos, quod verum eſſe, & ſtatuæ antiquorum docent, & perſonæ, quas tragœdiis videmus eſſe ſimiles in vtroque ſexu, quantum ad ornatum pertinet. Græci βόστρυχον & πλόκαμον huiuſmodi cæſariem adpellabant, qualem Euforbum geſtaſſe cecinit Homerus, auro videlicet religatam ιλ. ρ. Πλόχμοι θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. Et ita liber

D habere dicebatur cæſariem, τὴν κεφαλὴν κεκοσμημένος τῇ συνθέσει τῆς κόμης. Vt ait Ioſeph. lib. 14. antiq. cap. 17. ſerui verò non tondebantur. horum enim dicebatur Græcè ἀνδραποδώδης θρίξ. teſte Suida: ſeruilis & abiectiſſimus pilus ſiue tonſura. Quo fit vt apud Ariſtophanem in auibus obiiciatur Poëtæ qui ſe θεράποντα dixerat, δοῦλος ἂν κόμην ἔχεις. & hic procul dubio eſt ſenſus huius loci, quem pleríque adſecuti non ſunt. Cùm verò ſerui manumitterentur, hunc vilem capillum abiiciebant, &

E non modò tondebantur, ſed etiam radebantur: cuius moris hanc fuiſſe rationem ſcribit Nonius, quòd tempeſtatem ſeruitutis tunc ſerui effugiſſe viderentur, quaſi naufragio liberati. Sanè enim teſtis eſt Petronius Arbiter non licuiſſe cuiquam mortalium in naue, neque vngues neque capillos deponere, niſi cùm pelago ventus iraſcitur: cuius conſuetudinis meminit etiam Artemidorus, lib. 1. cap. 13. ναυαγήσαντες μὲν γὰρ ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου, ξύρωνται οἱ ἄνθρωποι. Alludit itáque Lucianus hoc mo-

F do in fine Ermotini; Δοκῶ δέ μοι οὐκ ἀλόγως ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ναυαγίων ἀποσωθέντες ἐλεύθεροι, ἅτε καὶ σωτήρια τήμερον ἄξων. Sidonius Apollinaris, illius antiqui ritus memor ſic ſcribit ad Fauſtum lib. 9. ep. 9. Philoſophia quæ violenter è numero ſacrilegarum artium exemta raſo capillo ſuperfluæ religionis ac ſupercilio ſcientiæ ſecularis, amputatíſque peruenuſtarum veſtium rugis myſtico amplexu iam defæcata tecum coniunxit. Sed hæc alterius erunt ocij: redeo vnde diuerteram,

G modò tamen hoc addidero: his quibus aliquid acciderat, quo triſtiores fierent, aut radi ſolitum fuiſſe, vt notat Plutarch. de ſuperſt. & Senec. lib. 5. de benef. cap. 6. dicebatúrque tonſura lugubris; quaſi ἐν χρῷ κουρίαι. aut verò crinem ſubmittere ſordidóque capillo & promiſſo ſiue demiſſo prodire, vt narrat Plinius lib. 7. cap. 27. Vnde Seneca in Troa. act. 1. ſoluite crinem, per colla fluant mœſta capilli.

Hoc pluribus exemplis,quæ paſſim leguntur,probare facile eſt. Maritus itaque & qui cum eo erant, ornatus cauſſa tondebantur: quò pertinet illud Martialis lib.11.

Tondebis pueros iam noua nupta tuos.

Quod à Catone neglectum fuiſſe notauit Lucanus his verſibus:

Intonſas rigidam in frontem deſcendere comas
Paſſus erat,mœſtámque genis increſcere barbam.

DE OLEO, AQVA ET IGNE.

CAPVT XVIII.

CVM verò in mariti domum peruenerant, poſtes domus inueniebant ornatas laneis vittis,& oleo vnctas; & ideò *vxores*, inquit Seruius lib.4. Æneid. dictæ ſunt quaſi vnxores.Huius rei meminit Donat.in Terēt. Hecyram, vxor vel ab vngendis poſtibus & figenda lana, id eſt, quòd cùm puellæ nuberent,maritorum poſtes vngebant, ibíque lanam figebant, vel quòd maritos ipſæ vngebant.Cuius rei teſtem adfert Ennium:Exin Tarquinium bona fœmina lauit & vnxit, quamuis Seruius lib. 6. Æneid. hunc verſum ad funus referat. Quem imitatus eſt Virgilius dicens, corpúſque lauant frigentis & vngunt. Aquam item & ignem in limine adpoſitum vtrimque tangebant,quaſi eo fœdere inexplicabili & mutuo nexu forent copulati. *His noua fit coniunx, hac duo magna putant*, inquit Ouid.lib.4. Faſt. hæc enim duæ res, aiunt Feſtus in verbo aqua, & Lactantius lib. 2. cap.18. Humanam maximè vitam continent. Alterum enim quaſi maſculinum elementum eſt, alterum quaſi fœmininum. Alterum actiuum, alterum patibile. Ideóque ab ipſis inſtitutum erat vt ſacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdere ſancirentur,quòd fœtus animantium calore & humore corporentur, atque animentur ad vitam, ſiue,vt deinde ait Feſtus in verbo facem, vt caſta putáque ad virum perueniret. Neuius apud Nonium in verbo puriter, Sequere me, puriter volo facias: id eſt ſacrifices, igni & aqua volo hunc accipere. Ignis enim, quemadmodum ait Plutarchus in probl. purgat, aqua verò luſtrat. τὸ πῦρ καθαίρει, καὶ τὸ ὕδωρ ἁγνίζει. Et refert Seruius lib.4. Æneid. Hac aqua nubentium pedes lauari ſolitum fuiſſe. Quod & in Græcia ſignificauit Euripides in Phœniſſis.

Ἐγὼ δ᾽ οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς.
Νόμιμον ἐν γάμοις,ὡς πρέπει ματρὶ μακαρίᾳ.
Ἀν ὑμέναια δ᾽ Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς.

Hoc Harpocration explicat in verbo λουτροφόρος. ἔθος ἦν τοῖς γαμοῦσι, λουτρὰ μεταπέμπεσθαι ἑαυταῖς κατὰ τὴν τοῦ γάμου ἡμέραν ἔπεμπον δ᾽ ἐπὶ ταῦτα, τὸν ἐγγυτάτω γένους παῖδα ἄῤῥενα καὶ οὗτοι ἐλουτροφόρουν.Hiſque poſſunt intelligi verba Scæuol.in l.pen.D.de donat.inter vir. & vx. & priuſquam, inquit, igni & aqua acciperetur, id eſt, nuptiæ celebrarentur: qui mos fuit loquendi omnium rerum communicationem ſignificare volentibus.Dionyſ.Halycar.lib.11.de Romulo erga Sabinas ſic ſcribit: ἐπὶ κοινωνίᾳ πυρὸς καὶ ὕδατος ἐγγυῶν τοὺς γάμους, ſanè enim ſæpiſſimè ignem pro domo ſicut & hodie moris eſt accipi notat Porphyrius.lib. ζητημάτων ὁμηρικῶν ὅσσαι μὲν τρώων πυρὸς ἐσχάραι δῆλοι. ὅσσαι μὲν τρώων ἐσχάραι, δηλοῖ ὅσσαι ἑστίαι, ὅσσοι τρώων ἐφέστιοι καὶ πολῖται. Eurip.in Oreſt. ἔδοξε δ᾽ ἄργει τῷδε μήτε ἡμᾶς στέγαις μήτε πυρὶ δέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τινα.

A
DE INGRESSV SPONSÆ IN DOMVM MARITI.

CAPVT XIX.

SPONSA ſolebat in limine domus quaſi obſtinata ſtare, vt ſignificaret ſe inuitam duci in eum locum vbi virginitatem perditura eſſet.Catullus:

Tardat Ingenuus pudor
Quod tamen magis audiens
Flet,quòd ire neceſſe ſit.

B Alia etiam additur ratio,quod hoc modo ſponſam ſuperſtitem fore putabant,ſic.n.ſcribit Plaut.in Caſina ſenſim,ſuper attolle pedē noua nupta, ſoſpes iter incipe hoc,ac viro tuo ſemper ſis ſuperſtes.Itaq.ſpōſi amici eam in altū ferebant in memoriā Sabinarū quæ raptæ ſunt,vt ſcribit Plutarch. in Romulo:Cuius rei meminit Optatus lib.7.nō in altū tollitur &c.Hocq. fieri dicunt nonnulli,ne ſponſæ tererent limen pedibus: Id enim prohibebant matronæ,quia illud cōtra Maieſtatem Veſtæ eſſe exiſtimabatur.Lucanus:

C *Turritáque premens frontem matrona corona,*
Tranſlata vetuit contingere limina planta.

Deinde rapi ſolebat fax nuptialis, qua prælucente noua nupta deducta fuerat ab vtríſq.amicis,vt ait Feſtus,ne aut vxor ſub lecto viri,aut vir in ſepulcro cōburendam curaret.quo vtróq. mors propinqua alterius captari putabatur.Poſtea matri ſpōſam tradebāt, aut alicui ex proxima neceſſitudine, à qua Feſtus ait, vi maritū debere euellere in memoriam Sabinarum: quia hic raptus ſummi boni cauſſa fuerat, vt refert

D Plutarch.in probl.vnde Virg.lib.10.Æneid.

Qui ſocios legere & gremiis abducere pactas.

Illicò autem quo ſponſa ingreſſa ſic eſſet, domum ſponſi,vxor dicebatur,& vir, maritus, l.cum te, C.de donat.ant.nupt.l.genera,D.de rit.nupt.& ex eo dicitur vxor duci, l. cum fuerit, D. de condicion. & demonſtrat.& is dicitur vxorem habere qui eam duxerit in domū,l.aufertur, D.de his qui vt indign. l. hæc condicio,D.de condic.& demonſtr.Plaut.in Aulularia.Poſt mediam ętatē qui vxorē duxit domū.hoc ex-

E plicatiùs declarat Sid. Apoll.epiſt. quinta,lib.1. Iam quidē,inquit,Virgo tradita eſt,& nondū tamen cuncta thalamorū pompa defremuit,quia nondū ad mariti domū noua nupta migrauit.Aliud verò erat ſi vir deductus fuiſſet in domū mulieris, quia,vt ait Pomponius,deductione opus erat in mariti nō vxoris domū,quaſi domiciliū matrimonij,l.mulierem. De rit. nupt.ſi tamen in villa fierent nuptiæ,nihil intererat. Apul.apol.2.lex Iulia de maritād.ordinib.inquit,nū-

F quam ſcilicet ad hunc modū interdixit,vxorē in villa ne ducito. quod ita intelligendū eſt, ſi ibi dicis cauſſa maritus domicilium figat; domiciliū enim etiam in villa eſſe poteſt,l.1.D.de lib.adgnoſc.non vt clam & contra ius duceret. quo fit vt Apuleius ſic finxerit li. 6.Metam.Venerē conquerentē impuberes nuptias & præterea in villa ſine teſtibus & patre non conſentiente factas,legitimæ non poſſunt videri.

DE NVPTIIS QVÆ FARRE CONTRAHEBANTVR.

G
CAPVT XX.

IAM verò ſic ducta vxore diſcrimē erat,quo iure eam maritus acciperet. Nā tribus modis Romani vxores habebant;farre, coëmtione & vſu, quemadmodū poſt Arnobiū libro 4. contra gentes meminit Boëtius in topicis. Confar-

Confarreatio fiebat cum certis verbis & decem teſtibus præſentibus ſollemniſque ſacrificio facto, in quo panis farreus adhibebatur, mulier in manum viri conueniebat, vt aſſerit Vlp.tit.9. regul. profertur hac de re Seruij auctoritas ex libro manuſcripto lib. 1.Georg.His verbis farre nuptiæ fiebant per Pontificem maximum & Dialem flaminem per fruges & molam ſalſam coniungebantur, vnde confarreatio adpellatur, ex quibus patrimi & matrimi naſcebantur. Et hic modus in ſponſalibus religioſiſſimus fuit, in cuius ſignum præferebatur farroſtum, quod ſacrificiis ſæpè adhibebatur, inde enim panis farreus prohibebatur ſceleratis. Indéque nefarios dictos fuiſſe aſſerit Nonius. & ait Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 3.priſcos legitima ſacráque matrimonia Romana adpellatione, farreacea dixiſſe, à communione farris, quod Græci ζέαν vocant. Plinius tamen lib.18.cap.8. far, quod à farina deducit, aliud eſſe vult quàm ζέαν. Ex eo autem confarreandi modo, confarreati matrimonium dicebant. Apul.lib.10.Metam. talis mulieris matrimonium confarreaturus. Inde etiam in veteri gloſſario, Confarreatus dicitur συμβιώσιος χάριν ζεύχθεις. & quæ hoc modo nubebant, ſtatim è patris poteſtate in viri manum tranſibant: quod his verbis indicat Tacitus libro 4. Et quando exiret è patrio iure, qui in flaminium aſpiceretur, quæque in manum flaminis conueniret. Sed hic modus confarreationis in deſuetudinem abiit. Tiberius enim Cæſar apud Tacitum lib. 4. de flamine Diali, & in loco Seruij Maluginenſis defuncti legendo, ita diſſeruit. Nam patricios confarreatis parentibus genitos, tres ſimul numerari ex quibus vnus legeretur vetuſto more, neque adeſſe, vt olim eam copiam, omiſſa confarreandi aſſuetudine, aut inter paucos retenta: pluréſque eius cauſſas adferebat potiſſimùm penes incuriam virorum fœminarúmque accedere ipſius ceremoniæ difficultates, quæ conſultò vitarentur. & infrà. Sed lata lex qua Flaminica Dialis ſacrorum cauſſa in poteſtate viri, cetera promiſcuo fœminarum iure ageret.

DE COEMTIONE.

Cap. XXI.

QVOD ad alios modos attinet, ſcribit Cic. in Topicis: Vxoris duę ſunt formæ: vna matrumfamilias, altera earúmque tantùm vxores habentur. Matresfamil, inquit Boëtius, erant, quæ ducebantur per coëmtionem: quæ verò vſu, minimè. Coëmtio fiebat cùm ſeſe in communicando, vel ſi mauis, coëmendo inuicē interrogabant. Vir, an ſibi materfamilias eſſe vellet: illa reſpondebat velle. item mulier, an vir ſibi paterfam. eſſe vellet, ille reſpondebat velle. Itaq; ſic mulier viri cōueniebat in manum: & vocabantur hæ nuptiæ per coëmtionem. quod, vt Varro ſcriptum reliquit, (eius verba Nonio referente cap. de doct.ind.) nubens mulier tres ad virum aſſes ferebat, atque vnum quidem quem in manu tenebat, tamquam emendi cauſſa marito dare ſolebat, alium quem in pede habebat, in foco larium familiarium ponere, tertium in ſacciperio, cùm condidiſſet reſignare ſolebat, & ita dicebatur matrimoniū per æs & libram contractum. Sed abs re nō eſt hîc addere, coëmtionem non in nuptiis tantū celebrari, ſed in omnib. legis actionib. in quibus mancipatio interueniebat: Videlicet, vt præter ius naturale, ius Quiritium accederet, vt cùm Vlp. ait

A quoſdam præponi frumento coëmendo, l. cuicumque, de Inſt.act.& Pomponius venales nouitios coëmendo, l.ſi negocia, D. de negoc.geſt. Symmachus epiſt.80.lib.5.ad Equorum coëmtionem cum preciis commeabunt. Theodoſius, l.2.C.de frum.vrb.Conſt. Auri ſtatuta quantitas ad coëmtionem frumenti. Cic. in quadam Verrina, non modò non vendebant, ſed etiam coëmebant. Horat.Od.29.lib.1.

Quin tu coëmtos vndique nobiles
Libros Panæti Socraticam & domum &c.

B Et poſtea lib.2.Od.3.

Cedes coëmtis ſaltibus & domo.

DE VSV, AC LEGIS MISCELLÆ INTERPRETATIONE.

Capvt XXII.

VSV vxor habebatur, cū mulier ita collocabatur viro, vt is nullum ius præter vſum in eam haberet. Quemadmodum ſeruus iure C Quiritiū domini non erat, ſed tātùm in eius bonis, id eſt, in vſu ſi is neque mancipatus eſſet neq. in iure ceſſus neq. ipſo anno poſſeſſus, vt Theoph.tit. de libert.poſt. Vlp.ti.2.de regul.interpretatur. Sic etiā ſi nulla mancipatio in nuptiarum celebratione interueniſſet, mulier ſanè iure Quiritium vxor nō erat, nec materfamilias, ſed tantùm iure naturali vxor. Et ideò Boëtius ait, eas quæ vſu ducebantur non fuiſſe matresfam. nulla etenim in re ius Quiritium inerat D niſi fictitia venditio, quæ mancipatio dicebatur acceſſiſſet. aliter verò vſus tantùm in re haberi dicebatur. Cic.lib. 7. epiſt. cuius quando proprium te eſſe dicis mancipio & nexu, meum autem vſu. & Lucretius, Lib.3. *Vitáque mancipio nullis datur, omnibus vſu.* Et is qui rem iure gentium tantùm habebat, non propriè dominus dici poterat, ſed poſſeſſor: & res ipſa, non dominium, ſed vſus vel poſſeſſio nuncupabatur, vt quando ait Feſtus, Poſſeſſiones adpellantur agri latè patentes publici priuatíque, qui non mancipatione ſed vſu tenentur: quò pertinent & illa E Iaboleni. l.quæſtio, D. de verb. ſig. quod ad nos non pertinet, aut non poteſt pertinere, hoc poſſeſſionem adpellamus; poſſeſſio igitur vſus eſt &c. loquitur ibi de fundis qui extra Italicum ſolum erant, & ideò mancipari non poterant. Sic etiam mulier in vſu tantùm eſſe dicebatur ſi nulla mancipatio facta fuiſſet. non quòd pellex eſſet aut concubina, vt quidam voluerunt ex l. Maſurius, D. de verb. ſign. Intererat enim quo animo eam apud ſe vir haberet, F vxoris an concubinæ loco: ſolo enim delectu concubina ab vxore ſeparatur, inquit Paullus, lib. 2. ſent. & Vlpianus ait, concubinam ſola animi deſtinatione æſtimari, l.pen.D.de concub.cum teſtatione tamen non vxoris ſed concubinæ loco eſſe, l.in concubinatum, eo tit.aliter enim vxor dicebatur, præſertim ſi eſſet ingenua mulier & honeſtæ vitæ, pleno ac maritali honore dilecta, l.cum tabulis, §. quoniam, de his quib.vt indign.cum dignitate, l.item legato, §. parui, de legat.3. vicinis aut aliis ſcientibus eam libe- G rorum procreandorum cauſſa domi habitam fuiſſe, l. ſi vicinis, C.de nuptiis, & ſine mendacio, l.Titiæ, de aur.& arg.legat.non conſortio ſororiæ adpellationis decolorata, l.eum qui, C. de Epiſcop. & Cler. Nam vt Hieronymus ad Ruſticum Monachum teſtis eſt, plerique ſub nominibus pietatis quærunt ſuſpecta conſortia, ac ficto matrum nomine erumpunt

in licentiam maritalem. Ideò Papinianus inſpiciendum ait an maritalis honor & adfectio pridem præceſſerit, perſonis comparatis, vitæ coniunctione cõſiderata, l. donationes, De donat. Concubina igitur nunquam vſucapiebatur, vxor ſæpiſſimè. illa pellex dicebatur, hæc vxor: in illis concubinatus, in his nuptiæ eſſe dicebantur, l. in liberæ, D. de rit. nupt. Itaque vxor quę vſu tantùm habebatur, differebat ab ea quæ materfamilias erat, quòd hæc in mariti poteſtatem & familiam tranſibat, erátq. illi loco filiæ, hæc verò ad vſum & liberorum tantùm quærendorum cauſſa ducebatur, vt quando viduæ, cui maritus viduitatem indixerat, per legem Iuliam Miſcellam licebat nihilominus nubere, modò ſobolis tantùm gratia ad ſecundas nuptias migrare ſe adfirmaret, & cautionem Mutianam præſtaret, non etiam coëmtionem faceret. Hoc enim modo minus videbatur defunctus lædi, cùm mulier nec confarreatione nec coëmtione in alterius familiam non tranſiens bona quæ tamquam ſua heres ab primo marito acceperat, in ſecundum non transferret, nec ſuis liberis ſpem ſuccedendi auferret. Atque hanc legis Miſcellæ veram exiſtimo interpretationem. Nam vt priùs dictum eſt, ſollemne quidem erat, in omnibus nuptiis adiicere ſe liberorum quærendorum cauſſa nuptias contrahere. Sed hoc in his nuptiis erat ſingulare, quando mulier vſu tantùm ducebatur, vt adiecta particula, tantùm, deſignaret ſe non nubere vt eſſet ſecundo marito loco filiæ, ne videretur domum primi mariti in partes diſtrahere; quod Agrippinam in Liuiæ ſecundo matrimonio metuiſſe ſcribit Tacitus libro 4. Quorſum enim hoc iuſſiſſet lex Miſcella, cùm idem fuiſſet ſi mulieri ſimpliciter nubere permiſiſſet? Et hoc modo quę nupſerat, non tam firmo vinculo haberi dicebatur. Itaque Iulius Cæſar, inquit Suetonius, paratam legem habebat, vt vxores liberorum quærendorum cauſſa & quas & quot ducere vellet liceret. & moris fuiſſe refert Strab. lib. 11. Romanos vxores ſuas aliis viris elocare, cùm duo tréſve filios ex eis ſuſcepiſſent, cuius rei vulgatiſſimum eſt Catonis minoris exemplum (quod malè vulgò intelligi ſuſpicor) à Plutarcho relatum. non enim vt adultera eſſet, ſed vt vxor haberetur Martiam deſpondit Hortenſio Philippus pater præſente Catone & ſponſalia comprobante. Ideò tamen hoc improbatum eſt à Chriſtianis, quòd viuente marito non poſſit vxor alteri nubere. Auguſt. lib. de bon. coniug. & Saluſt. lib. 8. de iudic. Dei. De hoc genere vxorum mihi videor non abſurdè hunc locum interpretari, ac de Romanorum connubio verecundius iudicandum exiſtimo quàm à pleriſque audio Strabonis, Appiani & Plutarchi auctoritate fieri. Athenienſes huiuſmodi vxoribus vtebantur, cùm, vt ait Laërt. in Socrate, licebat eis γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας. Hanc enim Philoſtr. in Sclopiano ἡμίγαμον καὶ κατὰ νόμους nuncupat. De vtraque Socratis & Catonis vxore, ſic meminit Tertullianus in Apologet. Ex illa credo maiorum & ſapientiſſimorum diſciplina Græci Socratis & Romani Catonis qui vxores ſuas amicis concedebant, quas in matrimonium duxerant liberorum cauſſa. Sed plerumque eodem modo quo ſeruus qui in bonis tantùm erat, ſi per annum poſſeſſus eſſet, in dominio eſſe dicebatur; ſic mulier quæ vſu tantùm habebatur, materfamilias fiebat, ſi vſu illo per annum ſine vſurpatione continuato, vſucapta eſſet: quod & in omnibus poſſeſſionibus quæ vſu tenebatur eueniebat, in quorum adquiſitione nullus nexus interuenerat. Nam vt cum Horatio iuris noſtri regulas complectar, lib. 2. Epiſt. 2.

Si proprium eſt quod quis libra mercatur & ære
Quædam ſi credis conſultis mancipat vſus.

Illóque vſu in manum conuenire dicebatur, matérque familias fiebat, nimirum vſucapta. Cic. pro Flacco. In manum, inquit, conuenerat, nunc audio: ſed quæro vtrum vſu, an coëmtione, valdéque mihi ſuſpectus eſt locus Seruij, qui nuper ex libro manuſcripto prodiit, vbi nuptiæ heri dicuntur vſu, ſi mulier anno vno cum viro, licèt ſine legibus, fuiſſet: nã & ante annum vxor & nuptiæ fuerant. ſed vxor fiebat vſu materfamilias, ſi mulier anno vno cum viro fuiſſet tamquam vſucapta. Quòd ſi vſus ille ab vxore intra annum trinoctio interrumperetur, illa vſucapi non poterat. erátque hac de re lex XII. tab. lata, quam refert Agellius lib. 3. cap. 2. vt mulier quæ ſui iuris eſſet, ſi annum vnum apud virum matrimonij cauſſa fuiſſet, ni trinoctium vſurpatum iſſet, pro vſu capta haberetur.

AN VXOR SIT IN POTESTATE MARITI.

CAPVT XXIII.

EST autem exagitanda quæſtio, an vxor ſit in poteſtate mariti: & non erit inconueniens hîc conſcribere verba Philonis lib. 2. aleg. de Adamo qui vxorẽ accuſãs dicebat, mulier, quã mecũ eſſe cõceſſiſti, nõ quã mihi dediſti, οὔτο μὲ γὰρ αἱ γυνὴ ἣν ἔδωκας ἐμοί, ἀλλὰ μετ' ἐμοῦ, οὐ γὰρ ἐμοί, ὡς κτῆμα τὴν αἴσθησιν ἔδωκας, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἀφῆκας ἄνετον καὶ ἐλευθέραν. Conſtat tamen receptæ reuerentiæ eſſe, quemadmodum ait Vlpianus, ſi mulier viro ſubſit. l. alia, D. ſolut. matri. Mart. lib. 8.

Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito,
Non aliter fiunt fœmina virque pares.

Eleganter itaque Plaut. in Sticho, Pudicitia eſt, pater eos magnificare qui nos ſocias ſumſerunt ſibi: & Sophocles in Antigone:

Ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μὲν γυναῖχ' ὅτι
Ἔφυμεν ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχόμενα
Ἔπειτα δ' οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ χρεισσόνων.

Quam ob cauſſam Medea Euripidis ſic conquerebatur:

Πάντων δ' ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα καὶ γνώμην ἔχει
Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν
Ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
Πόσιν πρίασθαι, δεσπότην τε σώματος λαβεῖν.

quod Latinè ſic expreſſit Ambroſius, in exhortatione ad virgines: quoniam, inquit, quæ nupſerit ad ſeruitutem pecunia ſua venditur, meliori cõdicione mancipia quàm coniugia comparantur, in illis meritum ſeruitutis emitur, in iſtis precium ad ſeruitutem additur. Apud Romanos tamẽ aliter. Et quidem de confarreati matrimonij iure hactenus dictum ſit: de duobus verò reliquis hæc erat differentia. Nam ſi vxor eſſet tantùm vſu ducta, omnes conſentiunt non fuiſſe in dominio mariti: ſi verò coëmtione, aiunt fuiſſe in dominio viri, quia in eius manum conuenit. Quid ergo? Si mancipatione ius dominij ſibi adquirebat maritus, cur non etiam mulieri idem ius erat in virum, quem eadem mancipatione ſibi patrem fam. coëmebat? cui in limine domus dicere ſolebat, ſi tu Caïus, ego Caïa, id eſt, ſi tu dominus, ego domi-

na, ſi ideò putamus vxores viros ſuos adpellaſſe dominos, quòd hę in eorum dominio eſſent, vt videtur aſſeruiſſe Seruius, lib. 4. Æneid. & pleriſque in iure locis confirmatur, l. eáque, D. de donat. int. vir. & vxor. l. Lucius, §. quę marito, D. de legat. 2. Cur non idem coniicimus de marito, quem videmus etiam aliquando vxorẽ ſuam dominam adpellaſſe? l. vxorem, D. de legat. 2. l. Titia, §. marito, D. de ann. leg. l. final. §. vxori, D. de aur. & argent. leg. cùm & ipſemet Virgilius lib. 6. Æneidos dicat,

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Catullus, *ac domum dominam voca.* Saluianus lib. 7. habuiſſe ait Romæ matresfamilias ius ſuum & dominatum honorem poteſtatémque habuiſſe: Verum eſt, habuerunt quidem multæ integrum ius dominij, ſed nulla fertur impollutum ius matrimonij. Quid etiam voluit Verrius Flaccus Iuris Pontificij peritiſſimus, quem Macrobius lib. 1. Sat. cap. 16. refert dixiſſe, mulierem poſtera die nuptiarum libertatẽ auſpicari vxoriam, & ad hanc rem ſacra celebrare? Hoc Seruius lib. 6. Æneid. ait, Græcorum more fieri, qui vxorem δέσποιναν dicunt. Epictetus verò mitiori vocabulo κυρίαν dicit adpellari mulierem quæ duodecim annos adepta erat. Ariſtotel. lib. 2. Rhetor. c. 24. οἷον ὅτι δίκαιος Ἀλέξανδρος ἔλαβε τὴν Ἑλένην, αἵρεσις γὰρ αὐτῇ ἐδόθη παρὰ τοῦ πατρός. οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσως ἀλλὰ τὸ πρῶτον. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ μέχρι τούτου κύριος. Hanc hiſtoriam accuratè narrat Euripid. in Iphigen. Aulide. Catullus: *Quis genero ſua iura ſimul cum dote dederunt.* Rectius tamen dicemus mulierem, quæ propter ſexus imbecillitatem antiquitus erat in perpetua tutela (ideò quod coëmtione recedebat à tutoris poteſtate) in viri poteſtatem recedere, & ei eſſe loco filię, auctore Boëtio, qui ideo aſſerit priorem ſtatum mutari, & eſſe capite deminutam; cuius etiam iuris teſtimonium exſtat apud Vlpianum tit. 11. regul. ſic enim ſcriptum eſt: Minima capitis deminutio eſt, per quam, libertate & ciuitate ſalua, ſtatus dumtaxat hominis ſeruatur, quod fit adoptione & in manum conuentione: non tamen ea erat poteſtas qualis apud Barbaros, inquit Sparti. in Carac. apud quos fœminæ & ſerui eodem gradu habentur. Neque enim in eam maritus ius vitę & necis habebat, quamuis ex priſco inſtituto referat Cornelius Tacitus lib. 13. Pomponiam Gręcinam ſuperſtitionis externæ ream, Plautij mariti iudicio permiſſam, vt coram propinquis de capite famáque coniugis cognoſceret, cuius veteris inſtituti his verbis meminit Dionyſ. Halicar. in Romulo: ἁμαρτάνουσα δέ τι, δικαστὴν τὸν ἀδικούμενον ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον. Ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον. Idque perſpicuum eſt indicare voluiſſe Valerium, de Sacello Deæ Viriplacæ ſcribens, lib. 2. cap. 1. non tamen habebat ius vitę & necis maritus, ſed nihilominus dominus dicebatur: Cicero lib. 4. de Rep. Nec verò mulieribus præfectus reponatur, qui apud Græcos creari ſolet, ſed ſit Cenſor, qui viros doceat moderari vxorib. Nonius. Nec enim ſemper dominij vocabulum ad eam rem, quæ pleno iure ad nos pertinet, refertur. at etiam domini adpellantur qui cuicumque rei quomodocumque præſunt, vt & δεσπότην & κύριον ſignificet. Inter quæ nomina hâc differentiam refert Philo Iud. lib. Τίς ὁ τῶν θείων κληρονόμος. Καὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα λέγεται, κύριος καὶ δεσπότης. ἀλλ' εἰ καὶ τὸ ὑποκείμενον ἓν καὶ τὸ αὐτό ἐστιν, ἐπινοίαις αἱ κλήσεις διαφέρουσι. κύριος μὲν γὰρ παρὰ τὸ κῦρος ὃ δὴ βέβαιόν ἐστιν εἴρηται, κατ' ἐναντιότητα ἀβεβαίου καὶ ἀκύρου. δεσπότης δὲ παρὰ τὸν δεσμὸν ἀφ' οὗ δέος οἶμαι, ὥστε τὸν δεσπότην κύριον εἶναι. Maritus itaque

A decentiori ac mitiori vocabulo κύριος adpellabitur, quã δεσπότης. Sanè enim, vt eſt in Liuio à Valerio dictum, Et vos in manu & tutela non in ſeruitio debetis habere eas, & malle patres vos & viros quàm dominos dici: Bruti verba ex libro de officiis citat Priſcianus lib. 6. quę ſunt huiuſmodi: Itaque patres familiæ domini ſumus. Seneca epiſt. 47. Ne illud quidem videtis quàm omnem inuidiam maiores noſtri dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxe-

B rint, dominum patremfamilias adpellauerint, ſeruos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares: de qua differentia ampliſſimè diſputat Lactantius lib. 4. diu. iuſt. atque, vt eſt in prædicto Seruij loco manuſcripto, lib. 4. Æneid. Mulier ſuſtinet condicionem liberę ſeruitutis, quòd videlicet tantùm iure Quiritium in dominio mariti eſſet, iure verò gentium dominium non transferebatur; & ſic (vt vrar Theophili ſupradicta diſtinctione) non erat maritus pleno iure dominus, ſed tantùm iure Quiritium.

C Quemadmodum enim priùs dictum eſt, hæc mancipatio eò tantùm interueniebat, vt eſſet matrimonium iure Quiritium contractum, atque ideò ſtabilior & ſanctior ſocietas: tam enim vir in mulieris, quàm mulier in viri manum conuenerat, ſed receptę reuerentię eſt mulierem eſſe in viri poteſtate, aut eius in cuius eſſet poteſtate maritus, vt docet Agellius lib. 18. nam, vt ait Feſtus, ea quę in manum viri conuenerat, materfamilias non erat propriè antè quàm maritus ſui iuris factus fuiſſet.

D

AN COEMTIONE FILIA E PATRIS POTESTATE SIT emancipata.

CAPVT XXIV.

SED quæritur, an hoc modo filia patris poteſtate ſoluta eſſet, ſi illa antequam nupſiſſet in poteſtate patris erat: & ſanè Labeo aſſerit vxorem in mariti familiam tranſgre-

E di, vt tradit Agellius lib. 13. cap. 10. & Vlpianus ſcribit viri & vxoris commixtam familiam eſſe & vnam domum, l. 1. §. ſi vir, D. ad Senatuſc. Syllan. & Quinctil. declam. 239. ait; vt virgo pertinebat ad patrem, ita nupta pertinet ad maritum. Sed hoc primum obiicio: Cur non idem ius putatur in vxore quæ vſu tantùm habetur, cùm hi auctores indefinitè de omnibus vxoribus mentionem faciant? tum etiã mirum eſt quid ſibi velint apud Plautum filiæ Antiphonis, quarum altera in Sticho ita ſororem allo-

F quitur: Neque eſt cur nunc ſtudeam has nuptias mutarier; Verùm poſtremò in patris poteſtate eſt ſitum, faciendum id nobis quod parentes imperant, & poſteà pati nos oportet quod ille faciat cuius poteſtas plus poteſt. Eas enim in manũ virorum coëmtione conueniſſe, hæc verba ſtatim ſubiecta argumento ſunt: Numquam enim nimis curare poſſunt parentes filiæ, Cùm æquius eſt nos potiorem habere te, poſteà viros noſtros quibus voluiſti nos eſſe Matresfamiliàs. Deinde nullo auctore, qui qui-

G dem exſtet, aut ſaltem in publicum exierit, poteſt aliquis probare patriam poteſtatem matrimonio ſolui: cùm etiam Hermogenianus, l. 2. D. de liber. exh. det viro interdictum de vxore deducenda & exhibenda, non etiam dominium, quod patris eſſe fatetur, & infinitis auctoritatibus probari poſſit mulierem, quæ alteri nupſit, eſſe in poteſtate patris, l. 1. C. de bon. quæ liber. l. 4. C. ſolut. matrimon. ita vt

eam occidere poſſit, ſi in adulterio deprehenderit. l. patris, D. ad L. Iul. de adult. modò moderata eſſet ea patris poteſtas, ne, inquit Vlp. benè concordâtia matrimonia iure poteſtatis turbentur. l. 1. D. de lib. exhib. quod conſtitutum fuiſſe à Numa refert Dionyſ. Halicar. lib. 2. His dum ab alio meliora adferentur, reſponderi poſſe puto, tarò nuptias fuiſſe coëmtione contractas; & ideo Iuriſconſultos generaliter de vxoribus reſpondentes, ad eas tantùm proſpexiſſe quæ iure gentium, id eſt, vſu tantùm erãt vxores. quod videtur notatum à Tacito lib. 4. an. dicens Flammicam Dialem ſacrorum cauſſa in poteſtate viri tãtùm fuiſſe, cetera promiſcuo fœminarum iure agere. Cùm & verum ſit pleráque Iuriſconſultorum reſponſa aliquid ſæpe addendo, ſæpe etiam detrahẽdo Tribonianum ſuo tempori adcommodaſſe. Nam & illo fragmento nuper à doctiſſimo P. Pithoeo edito ſub titulo de adulteriis apparet diſtinctius Papinianum & Paullum reſpondiſſe occidẽdi facultatem legem patri tribuiſſe, eam quam in poteſtate haberet, & eam quæ eo auctore in manum conuenerat: qua diſtinctione planè conſtat eam quæ patre auctore in manum viri conuenerat, non fuiſſe in patris poteſtate. Quòd verò ad Plauti verba pertinet, longa virorum abſentia, qui triennio iam aberant, diuortij legitimã cauſſam præſtitiſſe videbatur. Et ſanè veriſimile eſt ante Conſtantinum non quadrienniũ mulieres expectaſſe. l. vel ſenectutem, D. de donat. int. vir. & vx. & l. vlt. C. de diuort. At quid moror? Non eſt tanta Comicis fides habenda, vt eos putemus Iuris ciuilis regulas ἀκριβῶς obſeruaſſe. Sed ad rem: Fieri non poterat, vt quæ per æs & libram in viri manum patris conſenſu conuenerat, in eius eſſet poteſtate. Conſequeretur enim vt vna eadémque mulier eſſet materf. & filiafamilias: & ita fieret vt eſſet duarum familiarũ mulier, quod iuris regulis aduerſari nemo dubitat. §. at hi, Inſt. de hered. quæ ab inteſt.

DE COMMVNIONE SACRORVM INTER VIRVM ET VXOREM.

CAPVT XXV.

VIR & vxor diuini & humani iuris communicationem habere dicebantur. l. 1. D. de rit. nupt. l. aduerſus, C. de crim. expil. hered. ob eámque cauſſam tradi annulos & claues vxoribus ſollemne fuiſſe ſuperius dictum eſt, & igni & aqua illam accipere: communicatio ſacrorũ, inquam, non quidem publicorum, ſed priuatorum erat, quę, vt ait Feſtus, pro ſingulis familiis gentibúſque fiebant, quę iura (inquit Cicero lib. 2. de leg.) Pôtificum auctoritatem conſecuta ſunt, vt ne morte patrisf. ſacrorum memoria occideret, & iis eſſent ea adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia venerit. Itaque ait non tantùm heredes ſacris adſtringi, ſed & legatarios qui tantumdem caperent, quantum omnes heredes, aut iis deficientibus omnes quicumque ex bonis defuncti locupletiores erant: Iuriſcõſultos verò inueniſſe rationem cur pecunia ſacrorum moleſtia liberaretur. Primò, ſi is cui tantum legatum erat, quantum vni ex heredibus, minus centum cepiſſet quàm legatum erat. Secundò, ſi ſtipularetur is cui teſtamento relictum erat, idipſum quod relictum eſt, vt nòn ex teſtamento, ſed ex ſtipulatione deberetur: & hunc modum putarem Ciceronem intellexiſſe in oratione pro Murena; cùm ait, Iuriſconſultorum ingenio ſenes ad coëmtiones faciendas, interimendo-

A rum ſacrorum cauſſa, repertos fuiſſe. Nam antiquiori Iuriſprudentia, cùm teſtamentum per æs & librã fiebat, is tantùm heres erat, qui familiæ emtor adhibebatur, vt teſtatur Theophilus Inſtit. de teſt. & dicebatur heres teſtamenti per æs & libram à Cicerone eodem loco, licèt ſæpiſſimè id fieret νόμου χάριν, vel dicis cauſſa: cùm plerúmque nihil aut parum apud eum de bonis defuncti remaneret; ceteris enim quod relinquebatur, non inſtituendi, ſed aut dandi

B aut legandi modo relinquebatur. Ait enim Vlpian. titul. 20. reg. his teſtamentis duas res tantùm agi, familiæ mancipationem & nuncupationem: nuncupationem verò in hunc modum fieri: ita hæc vti in his tabulis ceríſve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, vos Quirites teſtimonium præbitote. Itaque quod Plutarchus de ſera numinis vindicta ait: Ῥωμαῖοι ὅταν, διαθήκας γράφωσι, ἑτέρους μὲν ἀπολείπουσιν κληρονόμους, ἑτέροι δ' ἀπεμπολῶσι τὰς οὐσίας: aut ex media Iuriſprudentia intelligendũ eſt, quam explicat Theoph.

C aut diuerſa teſtamentorum genera notat: quandóque enim heredes inſtituebant, quandóque verò tantùm familiæ emtores: aut etiam impropriè κληρονόμους adpellauit etiam ad eos ad quos morte alicuius pecunia iure peruenerat, licèt legata eſſet. Teſtator itaque, cùm nollet eum ad quem eius pecunia perueniebat, ſacris alligari, capularem ſenem, id eſt, inquit Seruius Æneid. 6. qui capulo eſt vicinus, & proximus morti, hominem nihili capite cenſum, nedum proletarium, ſed nullius ob æta-

D tem ſenilem ſpei, adhibebat familiæ emtorem, à quo is cui relicta pecunia erat poſt teſtatoris mortem ſtipularetur, vt hæc pecunia non ex teſtamento, ſed ex ſtipulatione deberetur. nam nec reſtituta hereditate iura ſepulcrorum apud heredem remanſiſſe Paullus refert. l. quia perinde, Ad SC. Tertull. ſunt enim hæc iura in heredibus perpetua, adeò vt ſi ab eo bona tãquam indigno auferantur, tamen iura ſepulcrorum retineret. l. ſi quis fuit, de Relig. excepto crimine perduellionis, l. 1. §. interdum, de ſuis & legit. Et ita fie-

E bat vt herede illo ſene coëmtiali mortuo, etiam ſacra interirent. Qua de cauſſa, qui viliſſimæ condicionis erant, vſurpata loquendi formula dicebantur ſenes coëmtiales. Plaut. in Bacch. Nunc Priamo noſtro, ſi eſt quis emtor, coëmtionalem ſenem vendam ego, venalem quem habeo: & quia fortaſſe illi otioſi & inertiæ dediti ſolebant in illo adſtare lapide, vbi res mancipi venire ſolebant, ſi fortè quem inuenirent, cui nomen ſuum adcommodarent, quaſi in prouerbium abiit, vt diceretur inter ſenes coëmtionales

F mancipationem fieri, vt Curius ad Ciceronẽ, Quod quidem ſi inter ſenes coëmtionales venale proſcripſerit, egerit non multum. Conſules etiam Scaptium plebeium coëmtionalem ſenem ad contumeliæ notam adpellaſſe Liuius, vt eſt nuper reſtiturus, indicat, lib. 3. licèt & in prædictis locis, bona venia virorum doctorum dixerim, non malè fortaſſis ſenes comitiales legeretur, quales ſunt illi de quibus ſic Plautus in Pœnulo, Non potuiſti adducere homines magis ad hanc rem idoneos. Nam iſtorum nullus nefaſtu'ſt,

G Comitiales ſunt meri. Ibi habitant, ibi eos conſpicias, quàm Prætorem ſæpius. Quemadmodum itaque qui adoptabatur, particeps ſacrorum & bonorum fiebat: ſic etiam mulier in familiam mariti trãſiens, fiebat ſacrorum particeps: quod à Romulo inſtitutum fuiſſe, his verbis teſtatur Dionyſ. Hal. lib. 2. γυναῖκα γαμετὴν τὴν κατὰ νόμους ἱεροὺς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ, κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν.

DE

DE COMMVNIONE BONORVM INTER VIRVM ET VXOREM.

Cap. XXVI.

SED humani Iuris communicatio non facilè perſpicua eſt, cùm mulier ſeparata à marito bona haberet, quæ rei vxoriæ nomine continebantur; cùm plerúmque nō omnia, ſed ea tantùm, quæ doti dicta erant, ad maritum tranſirent, cetera eſſent παράφερνα, quorum ne quidem adminiſtrationem haberet maritus, l. hac lege, C. de pact. con. cùm quæ debebantur mulieri, maritus exigere non poſſet. l. cum maritum, C. de ſolut. Earum etiam rerum quæ dotis nomine præſtabantur, maritus plenum dominium non haberet, ſed ea in bonis eius tantùm eſſe dicerentur. l. quamuis, C. de iur. dot. in dominio verò mulieris, l. in reb. eod. titul. cùm etiam ſuos homines familiámque domeſticam haberet mulier. l. ſed ſi vir, 31. ℱ. de donat. int. vir. & vxor. Denique, quare mulier dicebat bona ſua in dotem viro, ſi ad eum ſolo matrimonij iure tranſirent? Solet ſic diſtingui, Aut coëmtione, aut farre ducta eſt mulier, & tunc, teſte Cicerone in Topicis, omnia quæ mulieris fuerant, viri fiebant dotis nomine. Adluditque ad hoc ius Lucianus in dialogo, qui Ῥητόρων διδάσκαλος inſcribitur, his berbis: Πρόσει δὲ σὺ ὁ ἐραστὴς ἐπιθυμῶν δηλαδὴ, ὅτι τάχιστα γενέσθαι, ἐπὶ τῆς ἄκρας. ὡς γαμήσειάς τε αὐτὴν ἀπελθών. καὶ ἵνα καὶ πάντα ἐκεῖνα ἔχοις, τὸν πλοῦτον, τὴν δόξαν, τοὺς ἐπαίνους. νόμῳ γὰρ ἅπαντα γίγνεται τοῦ γεγαμηκότος. Macarius homil. 32. ὥσπερ γὰρ γυνὴ μεμνηστευμένη ἀνδρὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς, καὶ ὅλην τὴν προῖκα ὑποφέρει ἐκ πολλῆς ἀγάπης εἰς τὰς χεῖρας ῥίψασα τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τοῦτο λέγει, ἐμὸν οὐδὲν ἔχω, τὰ ἐμοὶ ὑπάρχοντα σά ἐστι, καὶ ἡ προὶξ σή ἐστι, καὶ ἡ ἐμὴ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα τὸ ἐμὸν, σόν ἐστι. οὕτω, &c. Cic. lib. 1. Offic. Prima ſocietas in ipſo coniugio eſt, proxima in liberis, deinde vna domus communia omnia. Aut erat vſu tantùm ducta, & tunc eorum fiebat tātùm dominus bonitarius maritus, quæ doti dicta erant: ceterorum minimè: nec rerum quidem vxoris vſum habebat niſi promiſcuus eſſet vſus, veluti habitationis cauſſa. l. ſi mulieri: D. quemadmod. vſuſfruct. amitt. ne ei carendum matrimonio aliter foret. l. 4. D. de vſu & habit. l. ſed neque, eod. titul. vt & ceterarum rerum, quarum vſus promiſcuus eſſe debet. l. ceterarum, eod. tit. Columell. lib. 12. Nihil conſpiciebatur in domo diuiduum, nihil quod aut maritus aut fœmina proprium eſſe diceret, ſed in commune conſecrabatur ab vtroque, vt cum forenſib. negociis matronalis ſedulitas induſtriæ rationem parem faceret. At ſi non eſſet promiſcuus vſus, nulla fit communicatio marito, l. Lucius Titius: §. filiam, D. ad Senat. Trebell. Materfamilias itaque ſola, non etiam vxor ſimplex erat humani Iuris particeps. Sanè enim huic legi quæ à Romulo lata eſt, de huiuſmodi ſocietate additum eſt, cùm fuit in duodecim tabulas relata, ſi in manum viri conueniſſet, vt refert Dionyſ. Halicarn. lib. 2. At num ea ſocietas leonina dicetur, quæ maritum coëmtione facta, non etiam mulierem dominam facit? Ego verò etiam mulierem dominam bonorum mariti fuiſſe dico. Ait enim Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 15. ex Verrio Flacco, poſtera die nuptiarum mulierem dominiū rerum mariti incipere adipiſci; & exiſtimauit Plutarchus libro de præceptis connubialibus, ideo donationes inter virum & vxorē prohibitas fuiſſe à Romanis, quòd omnia communia iudicarēt: ob eámque cauſſam annulos & claues domus ab initio tradi ex ſupradictis notum eſt: ſed in eo hęc erat differentia, quòd maritus tamquam pater adminiſtrationem habebat: mulier verò, quæ loco filiæ erat, non niſi κατὰ ἐλπίδα dominium adipiſcebatur; vt poſt mortem viri in eius familia ius bonorum haberet, & in ſui heredis locum veniret, vt aſſerit Agellius lib. 18. cap. 6. quod Paullus in l. 1. D. rer. amotar. ſic notat, quia ſocietas vitæ quodāmodò dominā eā faceret: ideo furtū tātum facere, ſicuti filia patri faciat. quia, inquit Gaius lib. 3. Inſt. marito filiæ, filio verò ſororis loco erat, & eſt illis in cōſanguineorū numero: adgnaſcitur enim heres ſuus in manū cōueniēdo, vt ait Vlp. tit. 22. & 23. reg. ita vt in illis euidentiùs appareat continuatio dominij. l. in ſuis, D. de lib. & poſt. Et id elegāter ex Romulo retulit Dion. Hal. σωφρονοῦσα μὲν γὰρ καὶ πάντα τῷ γεγαμηκότι πειθομένη γυνὴ, κυρία τοῦ οἴκου τὸν αὐτὸν τρόπον ἦν, ὅνπερ καὶ ὁ ἀνὴρ, καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς κληρονόμος ἐγίνετο τῶν χρημάτων, ὡς θυγάτηρ πατρὸς εἰ ἄπαις τε καὶ μηδὲν μηδενὸς διαθέμενος ἀποθάνοι, πάντων οὖσα κυρία τῶν ἀπολειφθέντων εἰ δὲ γενεὰν ἔχοι τοῖς παισὶν ἰσόμοιρος γινομένη. Sic è contrario, ſi prior decederet mulier, habebat maritus tāquam pater ius ſucceſſionis, quemadmodum innuit Cicero pro Flacco. argumēto ſumto à contrario ſenſu: cùm ait iure Flaccum hereditatē Valeriæ petere, quamuis in manum Sextilij conueniſſet; quia ea conuentio & dotis dictio ſine eius qui tutor erat auctoritate facta erat. Itaque non eſt Boëtius reprehendendus cùm aſſerit, vxore, quę in manum viri conuenerat, defuncta, bona ad virū pertinere. Verum eſt tamen ſucceſſu temporis patres ſibi cauiſſe, ac filias ſpondendo contraxiſſe fiduciam. §. vlt. Inſt. de leg. agn. ſucceſſ. vt ſi ſine liberis eæ morerentur, ad eos rediret hereditas, l. 3. C. Th. de leg. hered. aliter enim maritus erat heres, vt notat Seruius lib. 7. Æneid. ad hæc verba; *Externúſque in regnum quæritur heres.* De Iure, inquit, traxit, vt non generū, ſed heredem diceret. nam per coëmtionem facto matrimonio ſibi inuicem ſuccedebant: ſed non puto ex l. nulla, D. de ſuis & legit. induci poſſe poſteriori iuriſprudentia hoc ius ſucceſſionis mutatum fuiſſe, imò ſucceſſiones quæ ex S. C. Tertulliano & Orficiano deferebantur, ad eas tantùm quæ vſu ductæ erant pertinuiſſe exiſtimo.

QVALIS ERAT COMMVNIO CVM VXORE VSU DVCTA.

Cap. XXVII.

QVOD ſi vſu tātùm eſſet ducta vxor, nullam fuiſſe inter eos ſocietatē veriſimile eſt, niſi in quantum inter eos conuentum erat. Itaque mulier doti dicebat, vel omnia ſua bona, vel eorum tantùm partem, prout libitum erat: l. nulla lege, C. de iur. dot. l. mulier bona, D. eo. tit. Dotis verò hæc erat natura qualis pacto conuenta eſſet. Pacta enim dotalia, quæ dotis condicionem deteriorem non reddunt, ſeruanda conſtituerunt. l. 1. D. de pact. dot. quòd ſi pacto nihil conuentum fuiſſet, iura dotium conſtituta erant, quæ, vt in pauca conferam, talia erant, vt nimirùm dos proprium patrimonium ſit vxoris. l. 3. §. ego etiam, D. de minorib. & ea dote maritus vtatur ad onera matrimonij ſuſtinenda: aliter enim dote non præſtita, inter virum & vxorem de alimentis pactio fiebat. l. fin. D. de in rem verſ. l. creditor, §. ſi inter, D. mandat. Idque conſtante

matrimonio:quamuis enim dotis cauſſa perpetua eſſet,& cùm voto eius qui dabat, ita contraheretur, vt ſemper apud maritũ eſſet.l.1. D.de iur. dot. tamen vt ait Cic.in Topicis,maritus ea bona dotis nomine, id eſt,in bonis ſuis ea tantùm habebat, l.quamuis,D.de iur.dot. Nam licèt dos à veteribus inter donationum ſpecies adnumeretur.l.vlt.C. de donat. tamen verius eſt eſſe contractum, l. contractus, D. de regul. iur.& ideò ſeruum dotalem heredem inſtitutũ poteſt quidem maritus iubere vt is vel adeat vel repudiet, modò nihil deminuat ex dote: eáque in re conſultũ erat vxorem coram teſtibus interrogari, l. ſeruus dotalis, ſol.matrim. Soluto itaque matrimonio intererat an mulier eſſet ſui iuris,an in patris poteſtate, ſi diuortio ſolueretur matrimonium: quia mulier niſi cauſſam diuortio præbuiſſet, ea quæ ſui iuris erat repetebat dotẽ,ſiue aduentitia eſſet dos ſiue profectitia.Vlp. tit.6.regul.l.qui hominem,§.ſi gener, D.de ſolut.l. ſi alienam,C.ſolut.matrim. ſi verò in patris eſſet poteſtate, pater agere poterat, adiuncta tamen filiæ perſona.l.2.3.& 4.D.ſol.matr. idémque ius erat ſi morte mariti diſſolueretur matrimoniũ. l.vlt.C. de iur.dot. l.vlt.C.ſolut.matr.Si verò vxor prior mortua fuiſſet, nihil intererat an filiaf. vxor, an ſui iuris deceſſiſſet, quamuis aliter poſſet colligi ex reſcripto Alexandri Imp.in l.4.C.ſolut.matr.ſed differentia erat an eſſet dos profectitia, an aduentitia: profectitia ad patrem redibat, vel ad eius heredes: l. 4. C. de fal.ca.adiect. quintis in ſingulos filios in infinitum penes virum relictis; Vlp.tit.6.poſteriori tamen iure aliter liberis proſpectum fuiſſe conſtat ex l.vnica,§.accedit, C. de rei vxor.act.Dos verò aduentitia ſemper,inquit prędicto titul.Vlp.apud maritum remanebat, niſi is qui eam dederat,ſtipulatus fuiſſet eam ſibi reddi.l.mortis cauſſa, §.ſed & dos, D.de donat.mort.cauſ. liberis tamen deinde etiam aliter proſpectum eſt.C.de bon. quæ lib.

QVIS VXORIS VSVARIÆ TVTOR ESSET.

CAP. XXVIII.

SED cùm mulier ſui iuris in perpetua tutela eſſet,dubitatur quis ei mulieri vſu ductæ tutor eſſet,an extraneus, an maritus:loquimur de Ceſſico tutore, nam de pupillæ tutore,quæ nubere non poterat, nulla poteſt eſſe dubitatio. Et cùm ille Ceſſicus tutor idẽ ac curator eſſet, maritum tutorem nõ fuiſſe veriſimile eſt, cùm curator eſſe non poſſet.l.2.C.qui dari tutor.l.virum,D.de curat.fur.l.4.C.de excuſat.tut. ſed & nec mariti pater,ne labem pudoris contrahat, l. licet, C.de excuſ. tut.Nam & Vlp.tit.12.regul.ait ex l.Iulia de maritandis ordinibus, ei mulieri, quam ex hac lege nubere oportet,tutorem dari,ſi legitimum tutorem non habeat ad dotem dandam, dicendam,promittendámve, ſed & non tantùm ad dotem dandam nupturæ, verùm etiam ei quoque quę iam nupta eſt:ſed & ad dotem augendam datur,& mutandæ quoque dotis gratia curator dari poteſt.l.non tantum, de tut.& curat. dat.& hic dicebatur ſpecialis curator,l. mulier, C.de iur.dot.vt & in l.ſiue generali, D.de iur.dot. Imò & furioſę vxori nõ maritus,ſed alter datur.l. ſi cùm dotem,§.ſin autem,ſol.matrim.l.2. C.ſi ſęp.in integr.& tutor eius quę nupſit admonetur vt ei curatorem petat, quò maturius poſſit rationẽ reddere adminiſtrationis.l.admone, C. qui pet.tut.vel curat. At poſſet

A obiici his verbis Vlpiani,tutorem dari ad dotis cõſtitutionem, ne maritus in rem ſuã auctoritatem præberet,nõ etiã ad cetera bona adminiſtranda,cùm nupſerit;quo fit vt cùm mulier ſui iuris ſine tutore eſſe nõ poſſet,maritus videatur ei tutoris, vel poſterioribus tẽporib.curatoris loco fuiſſe,cũ etiã Iuſt.in §.vlt. Inſt.de excuſat.tut.dicat maritũ vxori ſuę curatorem datum excuſari poſſe,licèt ſe immiſceat.Ego puto tutorem quidẽ ceſſicum,ſiue curatorẽ maritũ nõ fuiſſe, nihilomin⁹ tamen res vxoris adminiſtraſſe,niſi aliter B cõueniſſet:quod ſignificare mihi videntur hæc verba Iuſtiniani,Licèt ſe immiſceat:cũ prçſertim qui tutor erat ceſſicus,ſiue curator,non negocia gerere,ſed auctoritatem tantùm mulieri iã adultæ prçſtare debeat. Cic.in Top.Nõ quemadmodũ quod mulieri debeas, rectè ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas:ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas,rectè poſſis eodẽ modo ſoluere. quibus verbis conſtat longè alia ratione mulierem eſſe in tutoris poteſtate quàm pupillum; vt ait. Vlp.tit.11.hi, inquit Cicero pro Mur. inuene-C runt genera tutorum, qui poteſtate mulierũ cõtinerentur:& ſanè niſi in rebus quę παράφερνα dicebantur, tutoris nulla poterat eſſe auctoritas. At hæc vel viro ſic dabantur,vt eius eſſent quãdiu matrimonium duraret,vel horum cuſtodia per libellum ei tradebatur, vt vxor ad ſuſtentationem ſui,quaſique peculium eo vteretur,l.ſi ego Seiæ,D.de iur. dot.l. 3.C. ne vx. pro mar. quo caſu & ſi prohibente muliere nullũ ſit ius marito in his ſe immiſcere.l.hac lege,C.de pact cõu. tamen veriſimile eſt non prohibente adminiſtraſſe,l. D vlt.C.de pact.conu. l.maritus,C. de procurat. l.pen. D. ad l. Falci. aut ſaltem auctoritatẽm adminiſtranti mulieri præſtitiſſe. Itaq; videmus apud maritum duplicis iuris peculium plerúmque fuiſſe;vt puta ſi ſeruus eſt dotalis, poteſt habere peculium, quod ad virum reſpicit,& quod ad mulierẽ,l.hinc quæritur,*De* pecul.& hoc eò cautius obſeruandum erat,ne ſi quid ad eam ex huiuſmodi cõtractibus inſcio marito perueniſſet,turpis quæſtus ęſtimaretur.l.Quinctus Mutius,D.de donat.int.vir.& vxor.quod eſt eleganter à Plauto dictum in Caſina; his verbis:

E *Nam peculi probam nihil habere addecet*
Clam viro, & quod habet partum, ei haud commodi eſt,
Quin viro aut ſubſtrahat,aut ſtupro inuenerit.

Et eſt quod Dion.Hal. in prooemio Περὶ τῆς ἀρχαίων ῥητόρων Πραγματείας ait. ἐν οἰκίαις ἡ μὲν ἐλευθέρα καὶ σώφρων γαμετὴ κάθηται μηδενὸς οὖσα τῶν αὐτῆς κυρία. ἑτέρα δέ τις ἄφρων, ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ βίου παροῦσα πάσης ἀξιοῖ τῆς οὐσίας ἄρχειν. Et tamen apertiſſimi iuris eſt vxorem inſcio marito, F & donare & hypothecam conſtituere potuiſſe.l.velles,C.de reuoc.don.l.ſi vxor,C.de pign.

DE SACRIFICIIS NVPTIALIBVS.

CAP. XXIX.

NE quid verò eorum,quæ ad ritus nuptiales pertinẽt, prætermiſiſſe cõqueri quis poſſit, G pauca hîc addere operęprecium viſum eſt, quæ ad ius noſtrum minùs pertinere videntur; quę ſi etiam eruditioni, iudicio ac doctrinæ B. Briſſonij omnes accepta referant, non inuidebo. Nam & in iſtis, vt in ceteris, ſi quæ ſunt à nobis fortaſſis ſuperaddita, manum lucémque præbuiſſe profiteor. Sponſa igitur domum viri ingreſſa,to-

ſa,tota dies nuptiarum in ſacrificiis,conuiuiis & ſaltationibus tranſigebatur.Quapropter ea die vir & ea quæ nubebat in ius vocari nõ poterat, l.2.D.de in ius voc. debebant enim hac die litib. ac moleſtiis ſuperſedere.Sacrificia autem ſilentio prætermittenda non ſunt. Haud enim aliter fauſtum felixque matrimoniũ putabant Romani,niſi more ſollemni antea libaſſent. Sed quia multa ſunt & varia,pręcipua ſi enumerauerimus, huic nos operi ſatisfeciſſe exiſtimabimus.Primùm itaq;,teſte Varr.lib.2.de re ruſtic.porca immolabatur, quaſi eo ſacrificio diis teſtibus fœdus matrimonij, bene ceſſurum & inuiolabile futurum promitterent coniuges.Nã & mulieres,inquit Varr. maximè nutrices,naturam qua fœminę ſunt in virginibus adpellant Porcam,& Græci χοῖρον; ſignificantes eſſe dignum nuptiarum. Ariſtoph.itaque in Acharn. ſic ludit in ambiguo χοῖρε vocabulo : cùm pro porcis iuuencis Magareus ſublatis puellæ veſtibus oſtenſo pudendo ait, νὴ χοῖρας ἐσθ' ἅδε Ἑλλάνων νόμῳ.Nam porca δελφὰξ dicebatur,inquit Athen.lib.9. αἱ θήλειαι οὕτω λεχθεῖεν ἄν, αἱ δελφύας ἔχουσαι, οὕτως δὲ αἱ μῆτραι καλοῦνται, καὶ οἱ ἀδελφοὶ ἐνθένδ' ἐτυμολογοῦνται.Inde etiam Hæſich. δελφάκιον pudendum muliebre eſſe ait, quod cùm nondum penè adoleuit, ſed eſt adhuc tenerum & delicatum,eſt tamen ὡραῖον γάμου, χοῖρον adpellant,ſignificantes puellas dignas eſſe nuptiarum. nondum δελφύας ἤγουν μήτρας ἐχούσας.μήδε συμπεπηγυίας τοῖς σώμασι. quod Euſtat.in hom.ὀδ.ξ.latius explicat.Ideò autem porca immolabatur quòd nullum ſit animal adeò libidini deditum.Euſtath.in Hom.Iliad.τ. καὶ γὰρ ὁ χοῖρος καταφερὴς εἰς ἀφροδίσια. ὅθεν καὶ κάπραινα γυνὴ ἡ ὀργῶσα πρὸς μίξεις, καὶ καπρᾶν κυρίως, τὸ ὀρέγεσθαι κάπρου τὴν ὗν.Sic in Il.λ. ait: ἔθεν ἡ γυνὴ καπρῶσα ἡ ἀσελγὴς δηλοῦσα οἱ παλαιοί. διὸ καὶ τῇ ἀφροδίτῃ ὗς ἐθύετο καὶ μάλιστα παρ' ἀργείοις, παρ' οἷς καὶ ἑορτὴ ἀφροδίτης τὰ ὑστήρια. Ea item ratione fieri id ſacrificium Varr.paulò antè declarat:ab ſuillo,inquit,pecoris genere immolandi initium primum ſumtum videtur. quòd initiis Cereris porci immolarentur: & quòd initiis pacis, fœdus cùm feritur, pecus occiditur, & ꝙ nuptiarum initio antiquì reges ac ſublimes viri in Hetruria in cõiunctione nuptiali noua nupta & nouus maritus primũ porcam immolabant: Priſci quoque Latini & etiam Græci.in Italia idem factitatum videtur, &c. His ego lubens addidero fortaſſe porcã immolari initio nuptiarũ, vt in ſuſcipiendis liberis adeò fœcunda eſſet nupta,vt ſcropha quę porcos triginta pepererat.Virgil.Æneid.8.

Ingens inuenta ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa.

Hinc enim grundiles lares dictos eſſe teſtantur, apud Diomedẽ Claudius,Annal.lib.15.& Caſſius in ſecundo hiſtoriarum.Iunoni etiam ſacrificabatur,cùm cingulo noua nupta præcingebatur. Vnde Iuno dicta Cinxia, Vergil.lib.4.Æneid. *Iunoni ante omnes cui vincla iugalia curæ.* & Statius, *Dat Iuno verecunda vincula.* Dianæ etiam ſacrificaſſe virgines eique Zonam dedicaſſe refert Suidas,quod primùm parturientibus adtribuit Græcus commentarius lib.1. Argon. Deo item Futino,aut,ſi mauis, Mutino, ſacrificabãt, de quo facit mentionem Lactant.lib.1. c.20.fertúrq; eam quæ nuptura erat in eius ſinu ſedere debuiſſe.

DE SACRIS NYCTELIIS.

CAPVT XXX.

Erant etiam antiquitus ſacra nyctelia, quæ nocte celebrabantur; quæ tamen pop.Ro. inquit Seru.lib.4.Ænei. excluſit cauſſa turpitudinis. Ea fortaſſis erant quæ ab Auguſti

A no enumerantur, lib.6.de Ciu.Dei,c.9. quorũ quattuor extra cubiculum omnibus adſtantib. peragi ſolebant,ſc.Deo Iugatino, vt mas & fœmina coniungerentur:Domiduco, vt ſponſa domum ſine læſione duceretur: Domicio,vt ſponſus in domo libenter eſſet:Deæ Maturnæ, vt cum viro libenter ſponſa maneret.In cubiculo autẽ ſex dij ſecreto, ne paranymphis quidem præſentib. colebantur. Vna erat Virginenſis Dea,vt libenter ſupponeretur.tũ Præma Dea,vt ſub-
B acta ſe non malè moueret, & rectè comprimeretur: quarta Dea Partunda, vt ſponſus cõcuteret, & penetraret: quinta Dea Venus, vt vtrique creandæ prolis feruor adeſſet. Poſtremus erat Priapus, vt viri vena virilius inſurgeret,ſupra cuius ingens ſimulacrum in ſublimi loco poſitum, ſponſa priuſquam cubitum iret ſedere iubebatur,vt illius virtutem iam tũ in ſe reciperet. & hi iugales dij dicebantur. Symmach.epiſt. 24.lib.3.cùm tibi comperi Iugales Deos matremfam. copulaſſe.Ergo iis & aliis modis dies nuptiarũ tranſ-
C igebatur, adhibitis etiam ſaltationibus,compotationibus & ceteris, quæ ex more, inquit Apul. Apol.2. maritis obeunda erant. Sponſus enim cum quibuſdam amicis, quos Fulgentius de priſ.ſerm. ait Simplones vel Simpulones adpellatos fuiſſe à ſympulo, id eſt vaſe quo vinum porrigebatur,quemadmodum retulit Feſtus,per conuiuia ambulabant vt conuiuis vinum porrigerent, venientes ſalutarent, ad cœnam inuitarent, aduentum gratularentur:ſanè enim licèt multę leges ſumtuarię Romæ latæ fuerint, conſtat
D tamen ex Agellio aliquid vltrò his diebus cõceſſum fuiſſe,lib.2.cap.24.

DE DEDVCTIONE IN CVBICVLVM MARITI.

CAP. XXXI.

Cvm igitur nox aduemiſſet, in cubiculũ mariti deducebatur, quemadmodum ex Varr. refert Seruius in 8.egl. Virg. & huius rei fit mentio in l.cùm fuerit, D.de cond.& dem.
E Et hoc patrimorum munus fuiſſe declarat Plutarch. in Romulo,vbi maritus eius comam haſtę cuſpide diſtinguebat. Cuius rei cauſſas varias idem auctor, in probl.& Feſt.referunt. Vnde Ouid.in faſt. *Comat virgineas haſta recurua comas.* Tum prætextati patrimi & matrimi,eam dimittebant,& pronubæ in loco collocabant; quod notat ſic Catull.

Mitte brachiolum teres
Prætextate puellulæ, Iam cubile adeat viri.
Vos vnis ſenibus bonæ Cognitæ bene fœminæ Collo-
F *cate puellulam.*

Lectus autem roſis contextus, genialiſq; adpellabatur,à generandis liberis,inquit Seruius lib.6. Æneid. & nuptiis ſternebatur in honorem Genij,vt eſt apud Feſtum & Arnob.lib.4.contra gentes.Eiúſque meminit Cicer.pro Cluentio,& Iuuen.Satyr.10.Cùm verò noua nupta in lecto collocata eſſet, ac ad eam maritus acceſſiſſet,vt clamor qui nõnunquam à virginibus in primo conflictu edi ſolet,exaudiri nõ poſſet, epithalamia à ſuis ſociis virginibus canebãtur:quo-
G rum quidem duo erant genera; alterum enim accinere ſolebant veſpere, quod κατακοιμητικὸν Græci vocabant; alterum verò ſub aurora, quod ideò διεγερτικὸν dicebatur,vt explicat σχολιαστὴς θεοκρ.εἰδ.3.In eúmq; vſum etiam nuces pueris ſpargi ſolitum fuiſſe teſtatur Feſtus,vt illis intenti tumultu ac ſtrepitu omnia implerent. Varr.tamen lib.1.de lin.Lat.ait ſpargendarũ nucum hanc fuiſſe rationem,vt Iouis omine matrimo-

nium celebraretur, vt noua nupta matrona ſit ſicut Iuno (quæ nũc ſorore dulcior eſt, inquit Capella lib. 9.) nam nuces ſunt in tutela Iouis. Vnde iuglãtes vocantur, quaſi Iouis glãdes, inquit Seru. egl. 8. Sed hæc mihi videtur probabilior ratio, quòd videbatur maritus puerilia omnia relinquere. Virg. egl. 8. *Sparge marite nuces.* & Catullus,

Da nuces pueris iners
Concubine: ſatis diu
Luſiſti nucibus: lubet
Iam ſeruire Thalaßio.
Concubine, nuces da.

A

Hæc ſunt quæ putaui non omittenda in deſcribendis nuptiarum ritibus. Si quis plura ex Auſonij Feſcenninis verſibus aut aliorum Poëtarum iocis adiecerit, non inuidebo. Interim liceat mihi cum Statio dicere,

Hic fuit ille dies, noctem canat ipſe maritus
Quantum noſce licet.

FINIS.

FRANC. HOTMANI
DISPVTATIO
DE DOTIBVS.

1 *Definitio dotis, eiúſque per partes explicatio.*
2 *Varronis definitio anguſtior.*
3 *An dos & res vxoria idem ſint: aut verò aliquid inter ſe differant.*
4 *Rei vxoriæ nomine quid veniat propriè, quid abuſiuè.*
5 *Locus Ciceronis è Topicis explicatus.*
6 *Triplex dotis incrementum: adcretio, παράφερνα, ὑπόβολον. definitiones ſingulorum.*
7 *Dotalitium ſiue Doarium quid.*
8 *Diuiſio dotis prima, ex iuris antiqui ratione.*
9 *Secunda dotium diuiſio: & quid Profectitia.*
10 *Aduentitia dos.*
11 *Donatio propter nuptias, Græcè ἀντίφερνα, ſiue Antidos.*
12 *Maritus vxori non eſt oneri.*
13 *Donationes inter virum & vxorem in vſum reuocatæ.*
14 *Iniquum maritis onus à Iuſtiniano impoſitum.*
15 *Hypobolos cur inſtituta.*
16 *An quoties data dos eſt, Antidos neceſſariò conſtituenda ſit.*
17 *Partitio totius diſputationis: & quæ ratio dotis inter patrem & filiamfam.*
18 *Pater an cogatur filiam dotare, contra Connan.*
19 *Explicata l. vlt. C. de dot. prom.*
20 *De filia adoptiua.*
21 *De mancipata.*
22 *De ſpuria.*
23 *An auus: mater: filius: frater, ad dotem teneatur.*
24 *Tutor an pupillam dotet: & vtrum opus decreto.*
25 *Quid in extraneo.*
26 *Quibus dos conſtitui promittíve poſſit.*
27 *De rebus quæ in dotem dantur, conſideratione qualitatis diuiſio prima.*
28 *Secunda diuiſio.*
29 *Tertia diuiſio.*
30 *Quarta diuiſio.*
31 *Explicata l. 1. C. ſol. matr.*
32 *De rerum dotalium quantitate: & Accurtij error.*
33 *De dote congrua.*
34 *Cùm mulier dimidiam ſuorum bonor. partẽ doti promiſit, cuius ſit electio.*
35 *An mulier nulla dotis mentione facta ſinens maritum omnibus bonis frui, tacitè ſua illi bona omnia doti dediſſe intelligatur.*
36 *De iure dotium: & primò cuius iuris dos videatur.*
37 *Dos antè matrimonium.*
38 *Explicata l. nec vllam, 13. D. de her. petit.*
39 *Pacta dotalia, quo tempore, quibus requiſitis, facienda.*
40 *Receptitia dos.*
41 *Dotis ius conſtante matrimonio; &, An dos de matrimonij ſubſtantia.*
42 *Explicata l. vlt. C. ad Velleian. item l. ſi dotem, 22. §. ſin autem in ſæuiß. D. ſolut. matr.*
43 *Apud Rom. indotatæ ducebantur.*
44 *Profectitiæ dotis ius, conſtante matrimonio: & cuius ea in dominio.*
45 *An pater filiam poſſit in dote heredem inſtituere.*
46 *An pater de dote reſtituenda fidei committere filiæ poſſit.*
47 *Profectitiæ dotis ius: & cuius ea in dominio.*
48 *Maritus dotem quomodo vindicat.*
49 *Explicata l. 1. §. & cum lex, C. de rei vxor. act.*
50 *Vxor quomodo dotales res conſtante matrimonio alienare non poſſit.*
51 *An maritus conſtante matrimonio teſtari de dote poſſit.*
52 *An maritus vxori heredi inſtitutæ onus fideicõmiſſi in dote poßit imponere.*
53 *An vniuerſali fideicommiſſo quo maritus grauatus eſt, dos contineatur.*
54 *An ipſa mulier teſtari de dote ſua poſſit: ius vetus & nouum.*
55 *Vtrum ex lucratiua, an oneroſa cauſſa dotis dominium marito quaratur.*

56 *An mulier nullo caſu dotem conſtante matrimonio repetere poſſit.*
57 *Poſſeſsio dotis cui concedenda.*
58 *An maritus dotis nomine dare fideiuſſorem vtiliter poſſit.*
59 *De dotis collatione.*
60 *De fructibus dotis: & primùm qui ante nuptias percepti ſint.*
61 *Fructus dotis conſtante matrimonio.*
62 *Cur fructus à marito remitti non poſsint.*
63 *Explicata l.cum poſt, 69.§.1. D. de iur. dot.*
64 *Fructus Præterdotalium rerum ad quem pertineant.*
65 *Antidotalium rerum fructus ad quem pertineant.*
66 *Fructus dotis ſoluto matrimonio; & primùm Profectitiæ.*
67 *Si morte vxoris matrimonium ſolutum ſit.*
68 *Si morte mariti.*
69 *Si matrimonium diuortio ſolutum.*
70 *An profectitia dos mulieris morte ad patrem etiam liberis exſtantibus reuertatur.*
71 *Explicata l.3.D.de minor.*
72 *Explicata lex ſi is qui,65.§.1.D.de iur.dot.*
73 *L.vlt.§.1.D.vt leg.nom.cau.*
74 *L.illam,19.C.de coll.*
75 *L.poſt dotem,40.D.ſol.matr.*
76 *Ius dotis Aduentitiæ.*
77 *Si morte vxoris matrimonium ſit ſolutum.*
78 *Si morte mariti.*
79 *Si diuortio.*
80 *Similitudines Aduentitiæ & Profectitiæ inter ſe dotis.*
81 *Iura dotis ſingularia, quæ vulgò Priuilegia nominantur.*
82 *Ex iure antiquo Decem.*
83 *Ex iure nouo Iuſtiniani Sex.*
84 *Ius fructuum ſoluto matrimonio naſcentium.*
85 *Si locatio inter perceptionem fructuum & diuortium interueniat quid ſequendum.*
86 *Explicata difficillima l.7.§. Papinianus, D.ſolut. matrim.*
87 *Diſputatio contra Duareni ſententiam de hac lege.*
88 *Contra Connanum.*
89 *Contra nouam quorumdam pro recepta Doctorum interpretationem.*
90 *Actiones doti repetendæ.*
91 *Reſtituta verba Vlpian.Regul.tit.6.*
92 *Rei vxoriæ actionis formula ex Cicerone.*
93 *Actio perſcriptis verbis.*
94 *Actiones dotis ex iure Iuſtinianeo.*
95 *Reſtituta l.vbi adhuc,29.C.de iur.dot.*
96 *Tres cauſſæ, quas propter à marito dos retinetur, nec reſtituitur.*

Dotis contra Varronem definitio: eiúſque à de vxoria diſcrimen. Cicero explicatus. Adcretio, παράφερνα, ὑπόβολον. triplex dotis incrementum. Doarium ſiue Dotalitium.

CAPVT I

§ 1 DOs EST donatio, quæ vxoris nomine in virum propter matrimonij onera cōfertur. Dotis enim genus eſſe donationē, cùm per ſe intelligitur, tum etiam teſtatur Iuſtinianus in l.vlt.C.de donat.ant.nupt. vbi ſcribit, dotē à veterib. inter donationū ſpecies adnumeratā fuiſſe. Eſt autē donatio nō mera & directa, ſed negocialis, & quæ ſub condicione reſoluitur. qua de cauſſa crebro contractus adpellatur: velut in l.cōtractus, D.de reg. iur. l.1.§.debitū, D.de cōſt.pecu. l.exigere, 65.D.de iudic. Vxoris autē nomine dari dotē diximus, quia non ab illa tātùm, verumetiā ab ipſius parētib. aut cognatis, aut quibuſuis aliis eius cauſſa cōſtituitur: quēadmodum poſterius intelligetur. Sed præcipua differētiæ nota eſt, in onerib. matrimonij: quam dotis proprietatem eſſe, conſtat ex l. dotem, 16.D.de caſt.pecul. & l.actione, 65.§.vltim.D.pro ſoc. l.ſi is qui, 56. §.1.D.de iure dot.

§ 2 Varronis autem definitio hæc fuit: Pecunia nuptiarum cauſſa data. quam ego propter hominis auctoritatem diu ſum ſecutus: ſed poſtea animaduerti, neque ſola pecunia, rebúſque corporeis dotē conſtare, ſed interdum in iure conſiſtere: neque ſub categoriam ſubſtantiæ, ſed potius ſub illam actionis ſubiiciendam eſſe: hoc eſt, ſub eam ipſam, cui donatio ceteríque contractus omnes ſubiecti ſunt. quod vel ex ea quæſtione, quæ nobis hoc loco neceſſariò tractanda eſt, intelligi poterit:

§ 3 An dos, & res vxoria idem ſint, aut verò aliquid inter ſe differant. Cùm enim dotis repetendæ cauſſa rei vxoriæ actio comparata ſit: nihil ſanè inter vtramque intereſſe videtur. Itaque Boëtius in Topica Ciceronis: Actio rei vxoriæ eſt, inquit, quoties poſt diuortium de dote actio eſt. denique paſſim in libris

A noſtris actio dotis prò actione rei vxoriæ nominatur. Sed profectò ita eſt, vt dos propriè veréque ſumta, à re vxoria eodem modo differat, quo contractus à re de qua contrahitur. quod vt intelligatur, illud ſcire oportet:

§ 4 Rei vxoriæ nomine tria rerum genera comprehendi: quarum aliæ dotales, aliæ præterdotales, aliæ recepticiæ adpellantur. Dotales ſunt, quarum & dominium & poſſeſſio in maritum transfertur. Præ-

B terdotales, (ſic enim quæ παράφερνα Græci vocant, non incommodè adpellare poſſe videmur) quæ in poſſeſſione tantùm mariti erant. vſitatum enim morem ſpectamus: & quod plerumque fieri ſolebat: de quo teſtatur l.ſi ego, 9.§.dotis, D.de iur.dot. l.donationes, §.ſpecies, D. de donat. Recepticiæ verò, quas extra mariti dominium, & poſſeſſionem, etiam naturalem, mulier ſibi reſeruabat. de quibus Agell.lib.17.cap.6. ita ſcribit: Quando mulier dotem marito dabat, tum quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum tranſ-

C mittebat, ea recipere dicebatur. Hinc Cato: Mulier, inquit, & magnam dotem dat, & magnam pecuniam recipit. Et de his ipſis intelligenda eſt l.maritus, 21. C. de procurat. vbi agitur de rebus vxoris, quæ omnino extra dotem ſunt: quarum tamen nomine maritus, etiam ſine vxoris mandatu, agere poſſe dicitur. Dotis igitur nomine propriè veréque rerum illarum donatio intelligitur; quæ in mariti dominium & poſſeſſionem transferebantur. Et quamuis Latini ſer-

D monis conſuetudo ſenſim eò rem perduxerit, vt dotis verbum pro rebus ipſis dotalibus vſurparemus: hoc eſt, pro vna Rei vxoriæ ſpecie: tamen id impropriè & abuſiuè fieri intelligendum eſt: quemadmodum Pignus propriè pro ipſo contractu, interdum etiam abuſiuè pro re oppignerata vſurpatur.

§ 5 Sed occurrit dubitatio: nam ſi tres Rei vxoriæ ſpecies ſunt, quid eſt, quod Cicero in Topic. ſcribit, cùm mulier viro in manũ cõuenit, omnia quæ ipſius fuerant, viri fieri dotis nomine? Sed videamus, ne dotis nomine Cicero liberius eo loco ſit abuſus, cùm dotem pacto cõuento habitóq. tractatu cõſtitui oportuerit. & quia vis illius matrimonij, quod per coëmtionẽ fiebat, hæc erat, vt mulier in viri manum & poteſtatẽ tranſiret, filiæq. familias loco illi eſſet: liberius Cicero dixiſſe videatur, bona mulieris omnia viri fieri dotis nomine: pro, æquè viri fieri, ac ſi mulier doti nominatim ea omnia dixiſſet. quod tamen de ſolo cõſtantis matrimonij tẽpore intelligendum, neq. ad hereditatem producẽdum arbitror. Denique verius illud dici potuiſſet, iis annis quingentis, quib. diuortia Romæ facta nulla ſunt: ac proinde nullæ (vt Ser. Sulpicius ſcripſit) rei vxoriæ cautiones erãt. Boëtius tamen de ſucceſſione & hereditate locum interpretatur: & apertè adfirmat vxore quæ in viri manũ cõuenerat, defuncta, eius bona omnia ad virum pertinere. Cui Ciceronis ipſius ex Orat. pro Flacco teſtimonium obiicio: in qua cùm dixiſſet Valeriam quãdam Sextilio in manum conueniſſe, inteſtatámque eſſe mortuam: accuſatores autem eam hereditatem Sextilio vindicarent: hanc eo amplius illorũ rationem ſubiũgit: doti Valeria pecuniam omnẽ ſuam dixerat. nam ſi iure matrimonij, omnia Sextilij fiebant, quid ita dotis dictio fuit neceſſaria?

§ 6 Nunc antequam ad diuiſionem accedamus, quædam de triplici dotis incremẽto diſſerenda ſunt: vt quænam ipſius propria, quæ item cum aliis cõmunia ſint, planius intelligatur: neq. ea cum aliis cõfundatur. Triplex igitur dotis acceſſio eſt: quatũ prima, pars eſt totius: nimirum, ipſius adcretio: altera, quædam ipſius appẽdicula: quæ (vt iam ante dixi) παράφερνα à noſtris dicitur: tertia etiam remotior, quam Græci ὑπόβολον adpellarunt: de quarum ſingulis ordine diſputandum eſt. Nam adcretio dotis eſt, cùm dotis cõſtitutę quantitas augetur: id quod interdum partium conuentione fit: vt cùm ea quæ dotis nomine centũ dederat, poſtea viginti inſuper adiecit. Nouel. 22. §. τὰ δὲ περὶ αὐξήσεων: l. nõ tantum, 7. D. de tut. & cur. l. 3. D. de lega. 3. adeò, vt etiã nuda voluntate fieri poſſit: veluti ſi maritus qui centum acceperat, cẽtũ quinquaginta ſe accepiſſe ſcripſerit, l. 2. C. de dot. caut. nõ nũ. Interdum etiam per ſe atq. ipſo iure adcretio illa cõtingit: veluti, cùm vſusfructus ꝓprietati nudæ in dotem datę adcreſcit, l. 4. D. de iur. dot. Quoniam autem acceſſio hæc pars eſt, vt dixi, totius, veréq. & propriè dos adpellatur: ꝓpterea eiuſdẽ planè iuris eſt, cuius ipſa dos, l. etiã ſi, 8. C. de iure dot. l. inter ſocerũ, 26. §. cũ inter, D. de pact. dotal. l. ſi conſtante, 17. §. pacti, C. de don. ant. nupt. Secundũ acceſſionis genus, nõ eſt illud quidẽ pars totius, ſed potius additamẽtũ. παράφερνα (vt dixi) noſtri adpellant: quaſi, qđ ꝑter dotẽ à muliere in viri domũ & poſſeſſionem inductũ ſit. nã moris erat (quemadmodũ Vlp. ſcribit) vt mulier eas res in libello perſcriptas haberet, cui maritus ſubſcriberet: ne ſi quando ſeparatio fieret, inficiaretur, plerumq. tamen maritus earũ cuſtodiã ꝓmittebat, d. l. ſi ego, 9. §. 2. D. de iure dot. & Nou. 97. §. 5. vbi quod Iuſtin. ſcribit, omnia quæ mulier habet ſua, extra ſuã dotẽ, παράφερνον verbo contineri: ſic accipiendũ eſt, quaſi dixiſſet, quæ intra mariti domũ habet: vt Receptitia excludãtur: de quib. in d. l. maritus, 21. C. de ꝓcur. Neq. verò exiſtimãdũ eſt, inſtitutũ hoc Præterdotis, nouũ, & poſtremis tẽporib. inductũ fuiſſe. Nã & Cicer. Philip. 2. ita ſcribit: His quaſi præter dotẽ, quã in ciuilib. malis acce-

A perãt, agrũ Cãpanum eſt largitus Antonius, vt haberẽt aliquorũ nutriculas prædiorũ: quib. vtinã cõtenti eſſent; ferremus, etſi tolerabile nõ erat. Et Liuius lib. XXVI. Super dotẽ, quam accepturus à ſocero es; hæc tibi à me dotalia dona accedẽt, aurúmq. tollere, ac ſibi habere iuſſit. De Scipione & Allucio loquitur. Eorũ aũt in libris noſtris frequẽtiſſima mẽtio eſt: veluti in l. maritus, 95. D. ad leg. falcid. vbi agitur de marito, q vxoris res extra dotẽ cõſtitutas adminiſtrabat, l. Titia, 34. §. Titia, D. de leg. 2. vbi verba hęc teſtatricis profe- B runtur: *ἃν ἔφθασα δεδωκυῖα εἰς προῖκα σὺν σώμασι τοῖς ἐμφερομένοις τῇ προικί.* Itẽ l. pe. D. de dot. collat. l. 3. C. ne vx. pro marit. l. 8. C. de iur. dot. l. hac lege, & l. vltim. C. de pact. conuent. Tertia dotis acceſſio eſt, ambabus illis etiã remotior: quã Græci, vt iã ante diximus, ὑπόβολον adpellãt: quaſi ſub id quod in dote primũ & pręcipuũ erat, ſubiunctũ. Sed illa nõ à iure ciuili Romanorum, verũ à Græcis hominib. cõtra omnem iuris Romani rationẽ, inſtituta eſt. ſic autẽ à nobis definietur: additamentũ, quod poſt viri mortẽ de ipſius bonis vxori C ſuperſtiti, quaſi dotis fœnus, adtribuitur. § 7 Quale illud eſt, quod morib. noſtris ad illius ſimilitudinem inſtitutũ videtur, & à nõnullis Dotalitiũ, ab aliis Doarium adpellatur. quod interdũ vſufructu certæ partis bonorũ mariti cõſtat, qui vxori ſuperſtiti cõceditur: interdũ etiã pecunia numerata: vt cùm dos triẽte aut ſemiſſe amplior vxori ſuꝑſtiti reſtituitur. De quo rũ omniũ iure poſterius cõmodiore loco diſſeremus.

Duplex dotis diuiſio. Antidos ſeu ἀντίφερνα quæ eſt Do- D *natio propter nuptias. Tria in hoc genere dotis abſurdiora. Hypoboles inſtituta ad inſtar Antidotis. Pragmaticorum opinio contra expreſſam legem.*

Capvt II.

§ 8 NVnc tẽpus eſt, ad dotium diuiſionẽ accedere: quæ, quatũ exiſtimare poſſum, duplex eſt. Prima autẽ ex iuris antiqui ratione ſumitur, & tripartita eſt. Dos. n. (vt ait Vlpianus) aut datur, aut dicitur, aut promittitur. Dari dos dicitur, cùm aut mulier ipſa, aut alius E quiuis ipſius cauſſa eam adtribuit. quod vel traditione fit, vt l. de his, C. de iure dot. l. doce ancillã, C. de rei vind. vel acceptilatiõe, l. mulier, 10. D. de cõdict. cauſ. dat. l. ꝓmittẽdo, 41. D. de iur. dot. vel debiti remiſſiõe, l. ſpõſalib. D. eo. vel delegatione, l. 4. §. itẽ q̃ritur, D. de dol. excep. Dicitur aũt dos verbis qbuſdã certis & ſollẽnib. nulla interrogatiõe præcedẽte: quod ab ipſa tãtùm muliere, & ipſius patre, & debitore fieri ſolitum, Vlp. & Caïus in Inſtit. teſtãtur: eiúſq. veſtigia exſtãt in l. 3. C. TH. de inceſt. nupt. l. vlt. C. TH. de dot. Promit- F titur aũt aut per ſtipulationẽ: q̃ peruulgata fuit ratio: aut, nouo iure, per pactũ, vel pollicitationẽ, l. 6. C. de dot. ꝓmiſ. & l. vlt. C. TH. de dotib. idq. ab omnib. fieri licuiſſe, patet ex l. ꝓmittẽdo, 41. D. de iur. dot. § 9 Secunda dotiũ diuiſio eſt: vt alia Profectitia dicatur, alia verò Aduẽtitia. Profectitia dicitur, quę à patre auóve mulieris paterno cõſtituitur, l. 5. D. de iur. dot. adeò vt ſi filiuſf. pecuniã mutuatus, pro filia ſua, patris tamẽ negociũ gerens, dotẽ dederit, profectitia dos adpelletur, l. & ideo, 7. in fi. D. de in rẽ verſ. l. filiuſf. 17. D. ad G Macedõ. l. pater filiæ, 81. D. de iur. dot. neq. verò reqritur, vt in poteſtate filia ſit. nã etiã à patre manumiſſore data dos, Profectitia dicitur. qa nõ ius patriæ poteſtatis, inquit Vlp. ſed parẽtis nomẽ dotẽ profectitiam facit, d. l. 5. §. ſi pater, D. eod. Vnde orta illa Celſi diſputatio in l. dotẽ, 6. D. de collat. bon. aduerſus Seruij & Labeonis ſententiam, in l. auus, 79. D. de iur. dot. An dos ab auo paterno nepti data, mortuo auo profecti-

tia cenſenda ſit,& patri, quaſi ab eo profecta,reſtituẽda. qua in quæſtione Celſum à Seruio diſſenſiſſe, eãque nobis à Triboniano relictam in libris noſtris repugnantiã fuiſſe, quis neget? ¶ 10 Aduentitia autem dos dicitur, quæ vel ab ipſa muliere, vel à quouis alio ipſius cauſſa datur:adeò, vt ſi patrem ſuum debitorem mulier iuſſerit promittere, aduentitia dos ſit,d.l.5.§.ſi pater, D.eo. quemadmodum & ea,quæ à muliere filiafa de ſuo peculio conſtituitur,l.ſi filiafa. 24.D.de iur.dot. Nunc tempus eſſet, ad partitionem accedere:ſed quoniam à Iuſtiniano nouum quoddam dotis genus inuentum eſt, quod Latinè donationem propter nuptias, Græcè ἀντίφερνον adpellat: neque illius quidquã in libro de Donationib.attigimus: poſtulat hic locus,vt cuiuſmodi totum illud ſit, cõſideremus.præſertim cùm idẽ in l.vlt.C.de don.ant.nup. diſertè ſcribat, eam neque nomine, neque ſubſtantia quidquam à dote differre. ¶ 11 Eſt igitur ἀντίφερνον, ſiue (vt ſemilatinum rei fingamus nomen) Antidos, quæ vxori,mariti nomine,tribuitur.Quòd ſi ad contrariorum regulam hanc definitionem exigamus, illud quoque,item vt in dotis explicatione,addendum eſſet,Propter onera matrimonij. Vtcumq; ſit, quemadmodum de dote diximus, ſic etiam Antidos alia profectitia, alia verò aduentitia eſt,l.2.C.de bon.quę lib.l.vlt.C.comm.vtriuſq.iud.Quid multa? Iuſtinianus ſcribit,Dotẽ,& Antidotẽ ęquis paſſib.ambulare, in d.l.vlt.§.2.C.de don.ant.nup.quas enim pactiones Dos, eaſdem Antidos recipit: quæ pactiones vni ſua natura inſunt, eædem ipſo iure inſunt alteri:quę vnius quantitas eſt,eadem alterius eſſe debet. Nouell. 47. & Nouell.22. quemadmodum mulier ſua culpa diuertens,dote:ſic maritus,antidote multatur,l.conſenſu,8.C.de repud. quemadmodum dotem maritus nec alienare,nec oppignerare poteſt, ne vxore quidẽ conſentiente:ſic nec antidotem poteſt,Nou.61.

¶ 12 Verumtamen in hoc nouo dotis virilis genere nonnulla videri abſurdiora poſſunt. Primùm, quòd dos propter onera matrimonij inſtituta eſt:itaque apud eũ eſſe debet,qui illa ſuſtinet, l.actione, 65. §.vlt.D. pro ſoc. turpe eſt autẽ, dici maritũ vxori ſuæ eſſe oneri,aut vxorẽ onera matrimonij ſuſtinere.

¶ 13 Alterum abſurdũ eſt,quòd iſto inſtituto videtur donationes inter virum & vxorem (quæ matrimoniis pernicioſę iudicatæ ſunt) in vſum reuocatæ; quippe, cũ antidos cõſtante matrimonio, dari ſoleat. ante enim data,aut Ante nuptias,aut Sponſalitia largitio adpellatur.neq; vitium hoc illo Iuſtinianico cõmento tegi poteſt:cùm in d.l.vl.callidus artifex,cautionis cauſſa monet, vt in inſtrumento perſcribatur, largitionem iſtam non fieri quaſi ſimplicem donationẽ,cùm coniugalis donatio prohibita ſit::ſed propter nuptiarum adfectionem.quaſi verò nõ iſtud artificioſum cõmentum venire in mentem veterib. potuerit: aut vnius iſtius verbuli additione, tam aperta fraus obſcurari poſſit:cùm tamẽ in l.1. D.de don.int. vir. diſertè ſancitum ſit, ne coniuges mutuo ſe amore ſpolient.Quibus verbis non modò auaras & eblanditas donationes prohibitas eſſe conſtat, verùmetiã honeſtiſſimas quaſque, & ex nimio amoris ardore profectas. Patet igitur donationes coniugales in vſũ reuocari:& tamen vna ex parte dumtaxat:nimirũ,ex parte mariti, in vxorẽ.nam ſi vxor conſtante matrimonio iſta ex cauſſa donaret, Dotis, vt ſup.diximus, incremẽtũ hoc eſſet.Quòd ſinullus eſt antidotis effectus,niſi poſt viri mortẽ:cũ eius fructus maritus percipiat(extra caſum l.vbi adhuc,29.C.de iu.do.)neque mulieri actio de antidote,niſi ſoluto matrim.cõceda

A tur,Nou.61.ecquid tandem noui à Iuſtinian.inductũ eſt?cũ etiam olim coniugales donationes poſt mortẽ valerent,l.cum hic ſtatus,32.D.de don.inter vir.& ux. tamen abſurdum videatur,dotem eiuſve fructũ in tempus ſoluti matrimonij cõferri.l.Iulianus,20.D.de iur. dot.adeò,vt pactum ne fructus dotis cõſtante matrimonio vllus ſit,non valeat,l.28.D.de pact.dotal.

¶ 14 Accedit illa quoq.abſurditas:ꝙ iniquiſſimũ & planè intolerabile maritis onus imponitur: cùm Iuſtinianus ſtatuat,vt ſoluto matrimonio nõ modò do-
B tem reddant, ſed etiã ſi liberi non exſtent, alterũ tantum antidotis nomine:aut ſi exſtent,alterius tanti vſumfructũ. Nou.97.& Nou.2.in fi.vbi etiã adſcribit, ſi vir nõ integrã dotem acceperit,mulierẽ eo mortuo non maiorẽ antidotis nomine quãtitatẽ ablaturam, quàm quantã dotis nomine maritus acceperat. Neq. verò diſputari poteſt, Antidotẽ à Iuſtiniano propter dotis ſecuritatem inſtitutam fuiſſe:cùm etiã antiquo iure mulieri liceret,dotẽ conſtante matrimonio exigere,ſi modò animaduerteret,ita mariti facultates dif
C fluere,vt ſeruare dotẽ non poſſet,l.ſi conſtante,24.D. ſol.mat. Vt non magnopere opus fuerit remedio d.l. vbi adhuc,29.C.de iur.dot.vbi ſtatuitur, vt ſi viri facultates lapſæ ſint,tum mulieri liceat,res antidotales vindicare: ita tamen,vt eas nõ alienet,ſed fructus ex iis percipiat:vnde (vt ſcribitur in Nouell.97.§.6.) & ſe,& maritũ,& liberos,ſi qui ſunt,tueatur. Verũ hæc quidẽ hactenus. ¶ 15 Quamquã ne illud quidẽ prętermittendũ videtur, quod mihi attentius de Hypobolo cogitãti in mentẽ venit:inſtitutũ videlicet illud
D fuiſſe,ad inſtar Antidotis.quia cùm immodicũ & intolerabile onus Antidotis videretur,detractũ aliquid eſt,& inſtitutũ, vt vel dimidiã dotis partẽ Hypobolõ æquaret:vel (quemadmodũ in Frãcia noſtra fit)vt dimidiæ partis bonorum mariti vſusfructus ſuperſtiti mulieri cõcederetur,qua de re in eadẽ quoq.Nouella Iuſtinianus ſtatuerat. ¶ 16 Neq.verò illa ſilẽtio prętereũda quæſtio eſt, An quoties data dos eſt, Antidos neceſſariò cõſtituẽda ſit: quod video Pragmaticos omnes ſummo conſenſu adfirmare:propter Auth.dos
E data,C.de donat.ant.nupt.vbi ſcriptũ ita eſt:Dos data donationẽ ꝑpter nuptias meretur. Quid indignius eruditis viris dici potuit?cũ Græcę Nouellę 91.(cuius ex fine locus ille ſumtus eſt)ſententia hæc ſit apertiſſima:& ab illa lõgè remotiſſima. Si dos cõſtante matrimonio data fuerit,promiſſam & cõſtitutã antidotẽ ſoluto matrimonio dandam eſſe:ſed ſi data nõ fuerit, quamuis antidos promiſſa ſit,tamen non deberi.

Partitio diſputationis.Connani fidentia.Explicata l. vlt.C.de dot.prom. Adoptiuæ dotandæ:non emancipatæ:
F *non ſpuriæ.An teneantur ad dotem Auus,Mater,Filius, Frater, Tutor. Quid in extraneo. Cui dos conſtituenda.*

CAPVT III.

QVONIAM de variis dotium generibus ſatis videtur dictum,inſtituti noſtri ratio poſtulat,vt deinceps ad partitionem accedamus.

¶ 17 Eſt autẽ huius diſputationis noſtræ tripartita diſtributio:vt primũ de pſonis, tũ de rebus, ad extremũ de iure dotiũ diſſeramus. Primũ aũt inter
G pſonas locũ paterf.obtinet: quẽ cũ quadruplici filiarũ genere cõferemus:nimirũ cũ filiaf. cũ adoptiua,cũ emãcipata,& cum ſpuria.Ergo patet filiæf.nõ modò dotẽ dat,ſed etiã,ſi ætas & pudor puellæ flagitat,dare p magiſtratũ cogitur,l.capit,19. D.de ri.nup.paternũ enim officium hoc adpellatur in l.vlt. C.de dot.promiſſ.adeò vt ſi filiusfa.mutuam pecuniã acceperit, vt

eam pro ſororis ſuæ dote daret, pater de in rem verſo teneatur, l. filiusf. 17. D. ad Maced. quòd ſi furioſus ꝓdigúſve ſit, curator dotē conſtituit: ſin à latronib. aut ab hoſtib. captus, dotem magiſtratus decernit, l. 5. §. 1. D. de iur. dot. ¶ 18 Quod autem Connanus ſanè confidenter adfirmat, patrem cogi quidem poſſe, vt ſiliæ condicionē quærat: ſed nuſquam in iure dici (verba hæc ſunt illius) cogi eundē, vt illi dotem det: multos enim patres poſſe, locupletes ſibi generos etiam ſine dote parare: videamus, ne non ſatis conſentaneū ſit cum illa l. cap. 19. D. de rit. nupt. vbi Marcianus his ipſis verbis vtitur: Eos qui dotem dare nō volunt, cogi per Proconſules filias in matrimoniū collocare, & dotare. quippe, cùm alioqui viro mortuo mulier egeſtate laboratura ſit: dos denique illi, vel legitimæ nomine, debeatur: vt in libello De quarta legitimaria demonſtratum eſt. ¶ 19 Hoc autem loco conſideranda illa Iuſtiniani mirifica conſtitutio eſt, in l. vl. C. de dot. promiſ. vbi de filia cuius aduentitia quędam bona ſunt, dotanda ſcribens, ſtatuit, vt ſiue ſimpliciter pater ſe dotare dixerit, ſiue illud addiderit: Tam de meis, quàm de ipſius bonis: tamen de ſuis ſolius bonis dotaſſe intelligatur. Quid obtuſius, aut Bœotico ingenio conuenientius fingi potuit? Et tamen Connanus aliíq. nonnulli acumen in illo luteo inuento quęritant: cùm, ſi cōmodè ſcribi lex illa potuit, in hanc ſententiā cōcipienda fuerit: Vt pater dotem filię nō aliunde, quàm ex ſuis propriis bonis cōſtitueret: aduentitia filię bona integra ei relinqueret. Quòd ſi qua in ſtupore quæri ſubtilitas potuit, illa certè exquiri debuit: cùm dos ſit donatio: rei autē alienæ donatio non valeat: patrem dotem iſtis verbis conſtituentem, de integra pręſtanda ſumma teneri. Sed hoc quoq; acumen Triboniani oratio repudiat: quemadmodum à lectoribus diſſimili ingenio præditis facilè animaduertetur. ¶ 20 Nunc de adoptiuis videamus: de quibus teſtimoniū eſt in d. l. 5. §. Iulianus, D. de iur. dot. neque dubito, partim ex paritate rationis, hoc eſt, propter pudorem virginum, partim ex verbis generalib. d. l. capite, quin pater adoptiuus dotare filiam cogendus ſit: cùm ita ſcriptū ſit, QVI IN poteſtate filias habent. ¶ 21 Sed de emancipatis obſcurior aliquanto quæſtio eſt. nam ſi cogendi dicuntur, qui in poteſtate filias habent: manumiſſores patres certè liberi & ſoluti videntur. Denique teſtimonium in eam ſententiā exſtat apertè in l. profectitia, 5. §. ſi pater, & §. Papinianus, & l. ſi pater, 44. itémq; in l. ſi res quas, 51. D. de iur. do. ¶ 22 Reſtat de ſpuriis: quibus dotem à patre non deberi, teſtatur l. vxorē, 41. §. pater naturalis, D. de leg. 3. quippe, cùm eas ne alere quidē cogantur, l. 5. §. 2. D. de agnoſc. lib. ſed in iis quę Nothæ, id eſt ex cōcubina legitima ſuſceptæ ſunt, dixi in libello de Spuriis, propter Nou. 89. ex æquo & bono cogendum eſſe patrē, boni viri arbitratu, iis dotem conſtituere. Hactenus de patre dictū eſt.

¶ 23 Auum autē, ſi modò in poteſtate neptē habeat, ſimiliter ad dotē teneri, conſtat ex verbis d. l. capite, D. de ri. nu p. exſtátque teſtimoniū in l. dotē, 6. D. de coll. bo. vbi Celſ. ſcribit, auum propter patrē id facere: officiúmq; aui circa neptē ex officio patris erga filiā pendere: facit l. & ideo, 7. §. vl. D. de in rē verſ. l. 5. §. ſi filiusf. & l. auus, 79. D. de iu. do. quæ omnia de auo paterno intelligēda ſunt. quia ſi matern⁹ dotē dederit, tāquā extraneus dediſſe intelligitur, l. C. Seius, 45. D. ſol. mat. De matre autē hoc iuris eſt, vt nec ipſa dotē filiæ dare teneatur: nec pater ex bonis materni dotē adſignare poſſit, l. neq; mater, 14. C. de iur. dot. ſi

A tamen heretica mater ſit, filia orthodoxa: cogi illam licere, patet ex l. cognouimus, C. de heret. Sed de filio, quid iuris? tenetúrne dotē matri cōſtituere? quod noſtri omnes cōfirmant propter l. tutor ſecundū, 13. §. 2. D. de admin. tut. & l. 1. §. 1. & §. 3. D. de tut. & rat. diſtra. quib. tamē omnibus in locis agitur de tutore, qui negatur poſſe in rationes tutelæ munera quędam inducere. Quare ſumendū potius argumentū fuit ex l. cùm plures, 12. §. cū tutor, D. de admin. tut. & meo iudicio B cōcludendū, cùm frater ſorori egenti dotē dare cogatur, filiū quoq. pro ſua pietate cogendū, matris adhuc iuuenis pudori & exiſtimationi cōſulere: ſecundum æquitatē l. 1. C. de alend. lib. Quod autē ad fratrē attinet, vulgò quidē traditur, dotē ab illo conſanguineæ deberi: non autem vterinæ; propter d. l. 12. §. cum tutor, D. de admin. tut. cùm Vlpianus eo loco apertè de cōſanguinea egente loquatur: cui vterinam opponit. quaſi vterinæ, etiam ſi egeat, dos non debeatur: alteri, ita demū, ſi modò egeat. ¶ 24 Difficilior aliquāto C quæſtio eſt de pupillis, quib. cōſtat tutorē pro dignitate & modo facultatum dotem debere, l. cum poſt, 69. §. nuptiis, D. de iure dot. l. ſi filiæ, 45. D. de legat. 3. Sed vtrum decreto opus ſit, an nō ſit, dubitari poteſt. nam decretum exigi videtur in l. 4. & l. prædia, 8. C. de pręd. minor. cōtrà decreti mentio nulla fit in l. Titia, 61. D. de iur. dot. l. 1. C. ſi aduerſ. dot. l. ſi ex cauſſa, 9. §. 1. D. de minorib. Sed melius eſt ſequi diſtinctionē l. ſiue generalis, 61. D. de iure dot. vbi Terent. ſcribit, ſi rerum ipſarū corpora maritus in dotem velit accipe- D re, nihil amplius quærendum eſſe: ſin autem ea velit vendi, & pecuniam habere malit: adeundum eſſe iudicē, vt tutori cauſſa cognita pecuniā ex rerū alienatione cōficere liceat. Quod eodē modo de adultæ curatore iudicandū eſt: qui pro ipſius dignitate dotē cōſtituere, & nuptiarum ſumtus facere cogitur, l. curator, 52. D. de admin. tut. l. ſi curatores, 9. C. eo. l. quęro, 60. D. de iure dot. l. 28. C. eo. Itémq. de mētis & furioſi, l. ſi furioſi, C. de nupt. l. tā demētis, C. de epiſc. & cleri.

¶ 25 Poſtremum locum obtinet quiuis extraneus: E adeò, vt etiam mulier quę dotem promiſit, Velleiano S. C. nō adiuuetur. l. vlt. C. ad Velleian. ¶ 26 Hactenus, qui dotem conſtituere, & à quib. ea conſtitui debeat, ſatis explicatū arbitror. nunc quibus ea cōſtitui promittíve poſſit, videamus. neq. n. ſoli marito, verū etiam cuiuis alteri, ipſius tamen iuſſu, cōſtitui poteſt, l. etiam ſi, 19. De iure dot. l. ſi cum dotem, 22. §. tranſgrediamur, D. ſolu. mat. & l. ſi mulier, D. de iure dot. vbi dos adiecto ſoluta, ſolum tamē maritum obligat, l. ſi nuptura, D. de fund. dotal. quinetiam filiof. ſeruóve mariti dari dotem poſſe, conſtat: ita tamen vt neq. F periculum, neq. culpā pater maritúſve præſtet, l. quēadmodū, 46. D. de iure dot. l. ſi cum dotem, 22. §. trāſgrediamur, D. ſolu. mat. At ſi maritus filiusfa. ſit, rectè ipſius patri conſtituitur, l. nuptura, 57. D. de iure dot. l. ſi ſocer, 10. C. ſol. mat.

Res dotales: earum quadruplex diuiſio è qualitate. Intellectus l. 1. C. ſol. matr. Quantitate quotuplices res dotales. Accurſij error. Duæ Pragmaticorum quæſtiones.

G

CAPVT IV.

¶ 27 QVONIAM de perſonis diſſeruimus, ꝓximum eſt, vt de rebus videamus: quarum cōſideratio bipartita eſt. primū. n. de qualitate, tum deinde de quantitate dicendum eſt. In qualitate autem quadruplicem reperio diuiſionem: quarū prima hæc eſt, vt earū rerum quæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rum quæ in doté conſtituuntur,aliæ corporales ſint,
veluti quę pondere, numero, menſura conſtant : de
quibus in l.res in dotem,42.D.de iure dot.l.vn.§.ex-
actio,C.de rei vx. act. aliæ verò incorporales. ná in-
corporales dari quoque in dotem poſſe,conſtat : có-
que in genere eſt hereditas,l.nec vllá,13.§.apud Mar-
cellũ,D.de pet.her. item vſusfructus. nam vſufructu
in dotem conſtituto,nó ipſi fructus, ſed ius ipſum in
dotem datur : ídque ipſum ſoluto matrimonio reſti-
ſtituendũ eſt, l.dotis fructũ,7.§.2. D.de iur.dot. l.in-
tereſt,6.C.de vſuf.adeò vt ab vno proprietas, ab alte-
ro vſusfructus in dotem detur , l.ſi ſocrus, 18.C.eod.
quòd ſi vxor in dotem vſumfructũ dedit, deinde ma-
nente matrimonio proprietatẽ vendidit:diſtinguen-
dũ eſt,vt ſi nudæ proprietatis æſtimatio facta eſt,pre-
ciũ ſolius vſusfructus reſtituatur:ſi totius fundi,quá-
ti debet venire,non detracto vſufructu:quaſi mulier
intelligatur dotẽ conſtante matrimonio recepiſſe.At
ſi nuda proprietas in dotẽ data ſit, & vſusfructus ac-
ceſſerit, incrementũ videtur dotis:nó alia dos, l.4.D.
eo.fructus autem illius proprietatis in dotẽ datæ,po
ſitus eſt partim in ſpe vſusfructus accedendi : partim
in eo,quod ſi æſtimatio data eſt,oppignerari poteſt,l.
6.C.de vſuf.quòd ſi vſusfructus ab extraneo datus ſit,
ſoluto matrim. maritus nó vſumfructũ reddet:ſed v-
no numo eum vxori vẽdet, l.ſi vſusfructus,65.D.de
iur.dot. Inter res incorporales etiá nomina referẽda
ſunt:quibus in dotẽ conſtitutis maritus vtili actione
perſequi debitorẽ poterit:quamuis mulier eum mari
to nó delegarit,l.2.C.de obl.& act. l.cùm dotẽ,71.D.
de iur.do.vbi adſcribitur,nomen illud periculo mu-
lieris eſſe,niſi maritus nomẽ ſecutus vſuras exegerit.

§ 28 Secunda rerũ dotaliũ diuiſio tripartita eſt : vt
earũ partim ipſius conſtituentis,propriæ ſint,partim
alienæ,partim cómunes.Ac de propriis quidẽ dubita
tio nulla eſt. Alienę verò,dari nécne poſſint, ambi-
guũ videtur.nam in l.pater filiæ,81.l.iure ſuccurſum,
6.§.1. D.de iur.do. l.ſi alienũ,2.D.ſol.matr. ſcribitur,
rem alienam quæ à patre doti data ſit,ipſi reſtituendá
eſſe per actionẽ dotis : ſin à muliere,ipſi mulieri. Sed
nó ſi per dotis actionẽ reſtituenda eſt,continuò tamẽ
dotalis eſt.Totum.n.illud ad iuris regulam pertinet,
vt à quo quæq; res tradita eſt,ei reſtituenda ſit:etamſi
fur,aut prædo ſit,l.1.§.ſi prædo,D.depoſ.l.cómodare,
D.cómod. Denique teſtimonium exſtat apertiſſimũ
in l.ſi à matre,13. C.de iure dot.l.mater,34.l.Procul⁹,
67.D.eo. vnde intelligitur, alienas res doti traditas,
dotales non fieri. § 29 Sequitur tertia rerum dota-
lium diuiſio : vt aliæ æſtimatæ ſint,aliæ inæſtimatæ:
quas tamẽ verè propriéque dotales adpellari, Iuſtin.
teſtatur in l.vn.§.& cùm lex,C.de rei vx.act. Cùm i-
gitur æſtimatio emtionis vim obtineat, l.3.D. locat.
ſequitur vt ęſtimatio rei in dotem traditę pleniſſimũ
dominij ius in maritũ transferat:ſic, vt & cómodum
& periculũ ad illũ pertineat, l.1.§.cúmq. C.de rei vx.
act.l.quoties,5.l.cùm dotẽ,10.C.de iur.dot.l.cùm ma
ritus,29.D.de pact.dota.l.intereſt,6.C.de vſuf.qua de
cauſſa,ſi veſtes vxor æſtimatas dederit,eáſque atterat,
maritus ei nouas reddere debebit,l.plerumquè,10.D.
de iur.dot.l.mortis ſuæ,55.§.1. D.de don.int.vir.l.æſti
matę,51.D.ſol.mat. l.cùm poſt diuortiũ, 69.§.pen.D.
de iur.do.Inæſtimatæ autẽ res ea condicione ſunt, vt
earũ & cómodũ & periculũ ad vxorẽ pertineat,l.ple-
rumq; 10.§.1.D.de iur.do. exſtátq; explũ in l. quáuis,
75.D.eo. l.pater filiæ,71. D. de euict.& in l. 1. §. 1.D.
de dot.releg. § 30 Quarta diuiſio ſupereſt, vt rerũ do
taliũ alię ſint principales,aliæ ſubſtitutę,alię verò v-
trarumq.acceſſoriæ.Principales adpellamus,res ipſas

A doti à principio traditas.i.rerũ ipſarũ quæ in dotem
traditæ ſunt corpora.Subſtitutas autem,quę permu-
tatione de vtriuſque conſenſu facta , in aliarum lo-
cum ſuffectæ ſunt. Receptum enim eſt, vt hæc quo-
que dotales efficiantur:ſiue eiuſdem,cuius & princi-
pales ,generis ſint:ſiue diuerſi, l.ſi ei nuptura,25.& ll.
ſeqq.l.res quæ,54.l.ſi ex lapidicinis,34.l.Titia, 62.D.
de iure dot.l. ſi mulier,21.D.de pact.dotal. Verũ vt ea
permutatio valeat, & iure cóſiſtat, duo requiruntur:
primùm,vt in rẽ vxoris ſit,l.ita cóſtantẽ,26.D.de iur.
B dot.deinde,vt ipſius vxoris cóſenſu facta ſit:idq.inter
cóiuges actũ in permutando ſit,d.l.ſi mulier,& l.1.&
paſſ.D.de fund.dotal. ná alioqui fundus à marito de
pecunia dotali emt⁹,vxori nó adquritur, l.ex pecunia,
12.C.de iur.dot.l.vlt.C.de ſer.pig.dat.manũ. Sin autẽ
res mobilis ſit,etiá ſine vxoris cóſẽſu alienari poteſt:
vt ex iiſdẽ locis intelligitur.Nũc de acceſſoriis videa-
mus : cuiuſmodi ſunt partus, fructus,fœtus,vſuræ,&
ſi qua ſunt in eodẽ genere.In partubus igitur hæc di-
ſtinctio adhibẽda eſt,vt ſi quidẽ inæſtimata dos ſit,tũ
C vſq.adeò eius pars ſint, vt ne paciſci quidẽ cóiugibus
liceat,vt partus inter ipſos cómunes ſint,l.cum poſt,
69.§.vlt.l.plerũq.10. §.2. D. de iur.dot.l.1.§.cúmq.D.
de rei vx.act.ſin aũt æſtimata eſt,tũ mariti partus ſiũt,
quaſi pars totius,l.1.& l.pen.§.3.D.de ſol.mat.l.ſi má
cipia, 18.D.de iur.dot.vbi hęc ratio ſubiicitur:cũ an-
cillæ mariti periculo ſint,earũ interit⁹ ad illũ ptinet.

§ 31 Sed obſtare videtur l.1.C. ſol.mat.vbi Imp.ſcri-
bit,ſi,cũ ancilla ęſtimata fuiſſet,poſtea cóiuges paci-
ſcantur,vt ſi ea diuortij tẽpore ſuperſtes ſit,reddatur,
D etiá partũ reddendũ eſſe.quo tamẽ caſu ancilla in pe-
riculo mariti erat. Ergo illud intelligendum eſt,quo
quæq.modo ancilla in alicui⁹ dominio eſt,eodẽ mo-
do eius quoq.partũ eſſe. quare cũ maritus iſte nó pu-
rè,ſed ſub modo ancillæ dominus eſſet, conſentaneũ
eſt,vt qui modus in ancillæ dominio fuit,idẽ ſit in il-
lo partus. Itaq.diſceptatio ex cótrariis ſcriptis naſce-
batur. ná ſcriptũ ius vrgebat maritus:alij,pactũ con-
uentũ. videmúſq.non abſimili ratione,fructũ à fundi
emtore reſtitui,in l.cũ te fundũ,6.C.de pact.int.emt.
E Iam verò fructuũ dotaliũ varia ſunt genera. nó enim
terræ fruges,& arborũ baccæ,agrorũ deniq.prouẽtus
eo nomine tantúmodo cótinentur:verùm etiá peco-
rum fœtus,arbores cæduæ & gremiales : itẽ lapidici-
næ,operæ ſeruorum,& ancillarũ,itémq.pecuniarum
vſuræ.de quorum omnium iure,cùm ad extremá hu-
ius diſputationis partẽ vẽtũ erit, copiosè diſſeremus.

§ 32 Nunc enim quoniam de rerũ dotalium quali-
tate ſatis multa diximus,cóſequens eſt,vt de earumdẽ
quantitate conſideremus.Ergo rerum dotalium quá-
F titas,aut definita,aut indefinita eſt. Definita eſt,cùm
quantum dotis nomine cóſtituatur, partium cóuen-
tione expreſſum eſt. veluti,cùm mulier omnia bona
ſua doti eſſe vult. cuius pacti exẽplum eſt in l.4.C.de
iure dot.l.mulieri, 72.D.eo.l.1.D.pro dot. vnde illud
Ciceronis in Top.cùm mulier viro in manũ cóuenit,
omnia quæ mulieris fuerunt,viri ſunt dotis nomine,
quẽ locum quoniá Accurtius in Ariſtotelis Topicis
eſſe putauit,vix dici poteſt,quá ſæpe Doctores noſtri
& in lecturis & in cóſiliis ſuis Ariſtoteli eá ob cauſsá
G iraſcantur.Sed ad inſtitutũ reuertamur.Definiri ergo
dotis quátitas poteſt.ſed ſi in ea definiẽda mulier cir-
cũſcripta ſit,ſiquidẽ minor eſt,in integrũ reſtituitur,
l.1.C.ſi aduerſ.dot. l.ſi ex cauſſa, 9.§.1. D.de minorib.
neq.obſtat l.ſiue generalis, 61.D.de iur.dot.vbi ſi cu-
rator maiorẽ dotẽ cóſtituerit, dũtaxat id qđ ſupat,re-
ſcinditur:reliquũ autẽ remanet.nó.n.eo loco marit⁹,
ſed curator ipſe dolum admiſerat:dolóq.malo dotem

immodicam conſtituerat,l.cum poſt mortem,43.§.1. D.de admin.tut.vbi hoc amplius adſcribitur:ſi curator imprudens dotem pupillæ maiorem, quàm pro ipſius facultatibus promiſerit:in eo quod facultatem ſuperabit, exceptionem contra petentem maritum habebit. mulier tamen cauebit,ſe,ſi locupletior conſtante matrimonio fiat, reliquum perſoluturam. Denique etiam maiori 25.annis circumſcripto marito, vxoríve in dote vel accipienda vel danda ſuccurritur. quoniam(vt Pomponius ſcribit)bono & æquo non conuenit,aut lucrari alterum cum damno alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum, l. iure ſuccurſum, 6.D. de iur.dot. quòd ſi mulier omnibus ſuis bonis in dotem dandis liberorum ſuorum legitimam læſerit,querela inofficioſæ dotis ipſis dabitur, l.vn.C.de inoff.dotib.

¶ 33 Ad hunc autem locum quæſtio de dote cõgrua pertinet:quam Pragmatici omnes definiunt eã, quæ legitimæ quantitatem impleat: quaſi dos in legitimæ locum ſuccedat: propter Auth. res quæ, C. comm.de leg.ſumtum ex Nou. 37. vbi tamen contrà ſtatuitur, ſi puella heres fiduciaria ſit, neque ad dotẽ falcidia ſufficiat, vt alienari aliquid de rebus fideicõmiſſis liceat. quod cùm ita ſit, fatendum certè eſt, in aliis caſibus dotem congruam ex legitimæ modo æſtimari.Sed quid ſi ſua bona omnia mulier doti ſe dare dixerit? numquid etiam futura, id eſt,poſtea quæſita continentur?qua in ſententia non paucos eſſe video: ſed eorum errorem in libello de donationibus confutauimus.

¶ 34 Cùm autem mulier dimidiam ſuorum bonorum partem doti promiſit, dubitari video, vtrius electió ſit:maritíne, an ipſius: concludique à noſtris eandem dotis quæ legati rationem eſſe,ex l.non amplius,26.§.vlt.D.de legat.1.Ego diſſimilem eſſe rationem arbitror: totámq. eam rem ad illam auream regulam rei vxoriæ actionis eſſe reuocãdam:vt QVOD ÆQVIVS MELIVS SIT dari retinerive,boni viri arbitrio permittatur.

¶ 35 Sed quid reſpondebimus ad illam alteram Pragmaticorum quæſtionem: An mulier nulla dotis mentione facta ſinens maritum omnibus ſuis bonis frui,tacitè ſua illi bona omnia doti dediſſe intelligatur?Hæc enim inter celebres Bartholi quæſtiones ſeptimo loco refertur: vbi propter illum Topicorum Ciceronis locum, quem identidem Ariſtoteli tribuit, concludit, videri mulierem tacitè ſua bona omnia doti dediſſe. Itáne verò?an cùm inter omnes conſtet, dotem eſſe contractum (ex l.contractus, D.de regul. iur.) tacitè contractum aliquem, & non habito (vt Iuriſconſulti loquuntur)tractatu,fieri dicemus? nam antiquo iure, ſiue diceretur dos verbis ſollemnibus, ſiue per ſtipulationem promitteretur:verborum erat obligatio: ſin autem daretur, re contrahi dicebatur. At nouo iure,cùm ex pacto nudo concipitur, tamen innominatus contractus eſt, qui perſcriptis verbis actionem parit,l.auia,6.C.de iure dot.Tacitè autem, & non habito tractatu fieri per ſe contractum nuſquam, opinor, ne Bartholus quidem animaduertit. Concludendum eſt igitur, vbi nominatim de dote nihil actum eſt, ſine dote eſſe nuptias: neque tamen eas propterea minus aut iuſtas aut firmas eſſe:quemadmodum poſterius intelligitur ex l.vlt.C.de repud. Nam quod ad Ciceronis locum attinet, ſuperius dictum eſt, præterquam quòd illud ad ea ſola matrimonia referendum eſt, quæ per coëmtionem fiebãt: videri paulo liberius à Cicerone ſcriptum fuiſſe:cùm

A neque dos niſi pacto conuento contrahatur: neque verum ſit, genus iſtud dotis tacitũ (ſi quod fingi poteſt) vxoris morte penes maritum,quaſi aduentitiam dotem,permanere.

Dos iuris Quiritium,eiúſque tria tempora. Ante matrimonium quo iure.Quid Vlpiano Quaſi dos.Quid Receptitia: Dos extra ſubſtantiam matrimonij:vbi explicata l.vlt.C.ad Velleian.& l.22.§.ſin autem,D.ſol.matr.

B

CAPVT V.

¶ 36 QVæ de perſonis & rebus dicenda putauimus, hactenus dicta ſunt. reliquũ eſt,vt de iure dotium explicemus. quo loco prima illa occurrit quæſtio: cuius iuris dos eſſe videatur. noſtri enim auctore Bartholo iuri gentium eam adtribuunt:propter l.obligationes,8.D. de cap.minut.vbi Vlp.ait, dotis obligationem, naturalem habere præſtationem. Quid ineptius dici potuit? quaſi verò quæcumque naturalem C æquitatem habere paſſim dicuntur,iuris ſint naturalis: ac non eo loco præſtatio naturalis ea dicatur,quę in æquo & bono poſita eſt. quemadmodum ibidem Vlpianus oſtendit: Fuit quidem dotis conſtituendæ ratio ſemper à vetuſtiſſimis gẽtibus vſurpata:quemadmodum ex Religionis noſtræ monimentis conſtat. neque dubium eſſe debet, quin materia iuris gentium ſit:forma autem,veluti vt aliud profectitię, aliud aduentitiæ, aliud æſtimatæ, aliud inæſtimatæ dotis ius ſit, tota ex iure Quiritium eſt. Quare cùm D ex forma quæque res denominetur, perſpicuum eſt, eam iuri ciuili adtribuendam eſſe: quemadmodum tutela,& teſtamentum,& matrimonium,& quę ſunt in eodem genere.

¶ 37 Vt autem de iure dotium via & ratione diſputemus, triplicis temporis ratio habenda eſt: ante matrimonium,conſtante matrimonio, & poſt ſolutum matrimonium.De quibus ſingulis ordine videamus.Dos,inquit Paullus,nuptias interdum ante- E cedit: ſed ante nuptias data,earum exſpectat euentũ, lib.ſent.2.cap.21. ineſt enim tacitè pactum, ſi nuptiæ ſequantur,l.4. D.de pact.l.in rebus, 17.§.1. l. ſtipulationum,21.l.licet, 43.l.promittendo, 41.l. dotis promiſſio, 68. D.de iure dot. vbi omnis dotis promiſſio futuri matrimonij tacitam in ſe condicionem continet:&,ſi fortè data ſit,nuncio remiſſo, vnà cum fructibus,per condictionem cauſſa dati repetitur, l.qui ſe debere,7.§.1.D.de cond.cauſſ.dat. Interea autem eius & commodum & periculum ad mulierem ſpe- F ctat, l.videamus,39. in princip. & §. ante matrimonium,D.de vſur.l.in rebus,17.§.1.D.de iure dot. Nuptiæ autem intelliguntur,ſi modò in mariti domum mulier ducta ſit: quamuis non in cubiculum. nam etiam virginis dos dicitur:naſcitúrque de dote actio, ſi per nuncium aut epiſtolam ducta ſit, l.6.l.7. D. de rit.nupt.l.cui fuerit,15.D.de condic.& demonſt. Sic enim Seruius reſpondit, dotem dici, quæ data eſſet puellæ,cum qua nondum nubili, nuptiæ factæ ſunt, l.quod Seruius,8.D.de condict.cauſ.dat. Itaque quod ante matrimonium dotis cauſſa datur,quamdiu ma- G net integra contrahendi matrimonij facultas, repeti non poteſt: vt ibidem traditur. eóque pertinet l.pen. §.2.D.quod falſ.tut.

¶ 38 Obſeruandum tamen eſt, Vlpianum in l. nec vllam, 13. D.de heredit.petit. adpellare dotem à minore 12.annis datam, Quaſi dotem: eámque pro poſſeſſore poſſideri.

¶ 39 Iam

¶ 39 Iam verò iuris huiuſce pars non exigua in pactis dotalibus poſita eſt:quæ pacta initio nuptiarum fieri,teſtis eſt Vlp.in l.cum dotem, 22. §. ſin autem in nouiſſimo,D.ſol.mat. Nam pacta quæ in dote conſtituenda facta ſunt, ſeruanda eſſe conſtat ex l. vn.§.vlt.C.de rei vx.act.l.vlt.in fin.C. de donat. ante nupt.l.in traditionibus, 48.D.de pact.verumtamen in illis tria exquiruntur:primum, ne dotis cōdicionē deteriorem efficiant: alterū,vt ne bonis moribus aut iuri ciuili aduerſentur;tertium,ne dotis naturæ contraria ſint.Dotis condicio deterior efficitur,cùm mulieris ius in dote recipienda læditur:veluti ſi pactum fiat, ne mulieri dos reddatur. l. 2.D.de pact.dotal. vt mortuo marito aliquid pro liberis maneat. l. 3. C. de pact.dotal.vt lōgiore die dos reddatur,quàm,qui lege præfinitus eſt.l de die,14.D.eod. quòd ſi minor mulier ſit,pactio qua dotis eius condicio deterior fit, reſcinditur.l.minor,48.§.2.D.de minorib.Bonis autem moribus & iuri ciuili aduerſatur pactum: veluti, ſi cōueniat,ne ob res donatas aut amotas agatur. quod inflexiſſe Tribonianus videtur, cùm ſcriptū eſſet, NE retentiones fierēt.l.illud,5.D.de pact.dotalib.Naturę autem dotis pactum repugnat:veluti,ſi cōuenerit,ne maritus fructus dotis lucretur.l.4.D.eod.

¶ 40 Quin & de dote reſtituenda pacta lege Iulia fieri poſſunt:veluti,cùm extraneus dotē dans,eam ſibi reddi paciſcitur.quę dos (vt Vlp.in Inſtit.ſcribit) Recepticia dicitur:idemque Caius teſtatur in l. mortis,31.§.1.D.de mort.cauſ.don. indéq; perſcriptis verbis actio naſcebatur.l.auia,6.l.ſi dotem,24.C.de iure dot.item,poteſt,quicumque dotem conſtituit,donādi cauſſa permittere alteri, vt dotem à marito ſibi ſoluto matrimonio reddi ſtipuletur.l.Seia, 2.D.de dot. releg.l.vxorē,41.§.teſtamento,D.de legat.3.l.2. C. de mort.cauſſ.donat.alteri verò paciſci dotem reddi,qui conſtituit,non poteſt:neq; adeò ſtipulari.l.4.l.pater, 7.C.de pact.conuent.l.cum patrem,19.C.de iure dot. l.debitor,59.§.vlt.D.ad Trebell.l.inter ſocerum,26.§. filia, D. de pact.dotal. tametſi in auo materno benignè permiſſum eſt,vt nepotibus & paciſci & ſtipulari poſſit.l.pater,7.C.de pact.l.Caius Seius, 45. D.ſol. matri. Mulier autem ſtipulans partē dotis, cùm morietur,ei dari,cui volet relinquere; videtur ſtipulata eā ſibi reddi,cùm morietur.l.4.C.de cont.ſtipul.

¶ 41 Sequitur ſecundi temporis conſideratio: vt quale dotium ius cōſtante matrimonio ſit, intelligamus.ſed in primis illa Pragmaticorū occurrit quæſtio: An dos de matrimonij ſubſtantia ſit: hoc eſt,an ſine dote cōſtare matrimonium nō poſſit. quod vſq; eò noſtris probatum eſt,vt etiā ſtatuant, vxorē ob promiſſam dotem non pręſtitam repudiari licere: arg.l. vlt.C.ad Velleia.& l.vlt.§.1. D.quæ in fraud.cred.vbi dicitur,non preſumi quemquam indotatam vxorem ducturum fuiſſe.cui ſuffragatur l.purè,5.§.pen. D.de dol.except.l.ſi donaturus,9.in fi.D.de condict. cauſſ. dat.l.cum pater,11.D.de pact.dotal. vbi dicitur, indigniſſimum eſſe, mulierē indotatam duci, & fructum dotis ab oneribus matrimonij ſeparari.Cōtrà videmus multis locis probari matrimoniū quod ſine vlla dote cōtractū eſt:vt l.vlt.C.de repud.l.vlt.C.de don.ant.nup. l.quę ſi nulla,28.D.de relig.l.Titio,§. Titio genero,D. de cōdic.& demōſt.eò deniq; pertinēt Nouell.22.§.καὶ γάρ τις ἀγάγοιτο,7.& Nouel.53.§.καὶ ὥσπερ ἐγράψαμεν.Nouel.74.§.ἐπεὶ μὲν ἦν.3.& Nouell.117.§.ἐπειδὴ δὲ, 4. quibus in locis, vetantur quidem illuſtres & ſuper illuſtres perſonæ nuptias ſine dotalibus inſtrumentis conficere: quod ſi ſecus fecerint, iubentur eo-

A rum liberi pro non legitimis haberi. ceteris autem omnibus non modò id permittitur;verumetiam interdicitur, nę vxores ea de cauſſa repudient: alioqui quarta bonorum ſuorum parte multentur.

¶ 42 Quare nihil obſtat d.l.vlt.C.ad Velleian.vbi ſignificatur, maritū cui promiſſa dos præſtita nō eſt, impunè poſſe ſuam vxorem repudiare:partim, quia per illas Nouellas abrogata eſt:partim,quia imputare ſibi maritus debet,quòd dotem ſibi promiſſam nō B exegerit: cùm eius exigendę ſolus actionē habuerit; nō etiam vxor,l.ſi pater,5. C.de dot.promiſſ.& mora ſua cuique,nō etiā alteri damnoſa ſit.l.mora, in fi.D, de vſur.Nihilo magis obſtat l.ſi dotē,22.§.ſin autē in ſæuiſſimo,D.ſol.mat.vbi maritus furioſā vxorem repudiare nō poteſt:ſed cogitur ei medicinā adhibere, ſecundū quantitatem dotis. Vnde Pragmatici ex cōtrario ratiocinātur, ſi nulla dos eſſet,curationē illam nō debiturū,quo nihil inhumanius dici poteſt. Nā ſi matrimoniū humanę vitę cōſortiū eſt,& ſocietas vi- C tæ quodāmodo vxorē dominā facit rerū mariti:l.1.D, rer.amo.quid æquius eſt, quàm vxorem ægrotantē à marito curari?l. quod in vxorē,13.C.de negoc.geſt.

¶ 43 Ne multa:moris quoque in populo Ro.fuiſſe, vt indotatæ ducerentur, vel hic vnus Plauti locus argumento eſt,ex Aulularia: Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri. Dotatæ mactant & malo & damno viros.

Ius dotium conſtante matrimonio. Profectitia trium D *perſonarum. Duæ quæſtiones duabus diſtinctionibus explicitæ. Aduentitia dos duarum perſonarum. Interpretatio l.1. §. & cum lex,C.de rei vx.act.*

CAP. VI.

SED nunc tēpus eſt,quale dotiū cōſtāte matrimonio ius ſit,exponere.Primū autem de profectitia, tum deinde de aduentitia diſputabimus:&, vt opinor,ita diſputabimus, vt nihil quod ad totam hanc quæſtionem enucleandam pertineat,prætermiſiſſe videamur.

E ¶ 44 Ergo profectitia dos,vt primū à patre data eſt,triū in dominio perſonarū eſſe incipit. Nā manet quidē iure Quiritiū,patris:puellę autem,fit,aliquatenus,vt iam commune illorum dominiū dicatur:mariti autē in bonis fit.Ac pro filia quidē hęc iura ſunt. primùm,l.3.§.ergo etiam, D.de minor. vbi dos viuo patre ipſius filiæfam.proprium patrimonium adpellatur:déque eo cum patre litigare poſſe dicitur:quaſi quodāmodo caſtrenſe filiæfa.peculiū ſit.Deinde l.in eum,16.D.de relig. vbi mulieres dicuntur de ſuis do- F tibus,quaſi de ſuis patrimoniis funerādę:patrē autem earum morte dotem lucrantem in funus conferre debere.Item in l.4.D.de colla.bon.vbi dos à patre profecta in patris bonis non amplius numeratur, ſed in bonis mulieris. itémque in l. pater filiæ,71.de euict. adeò,vt publicatis bonis patris,quę dotis vſuras genero pēdebat,dos promiſſa fiſci nō ſit.l.cū de in rē,6.D. de vſur. deniq; pater rem quā filiæ in dotem dedit,alienare nō poteſt.l. rem quam,22.C. de iur. dot. neque adeò dotis condicionē cōſtante matrimonio deterio- G rē efficere,l.quoties,29.D.ſol.mat. Perſpicuū eſt igitur, ſimulátque profectitia dos data eſt, dominiū aliquod puellę adquiri:ſic,vt iam cōmunis ipſius & patris eſſe dicatur,in l.3.l.ſi cū dotem,22.§.1.D.ſol.mat. & l.qui hominē,24.§.ſi gener,6.D. de ſolut.vbi filia dicitur eſſe, in cauſſa dotis, particeps & quaſi ſocia obligationis patris.Indéque accidebat, vt ſoluto matrimonio pater eā nec exigere nec accipere,ſine filię

cõſẽſu poſſet quod mirũ eſt, vt filia quę in patris poteſtate eſt,volũtatẽ habeat,& pater ipſius cõſenſu indigeat.l.2.& l.filię,7.C.ſol.mat.l.2,l.quoties, 29. & l. poſt dotẽ,40.D.eod.l.poſt nuptias, 28.D. de iur.dot. adeò,vt ſi abſente filia dotẽ petat,cauere cogatur filiã ratã rẽ habiturã.l.vlt.D.rẽ rat.hab.l.nõ ſolũ,39.§.ſi de dote,D.de procurat.& ſine ipſius volũtate dare procuratorẽ ad eã exigendã nõ poſſit.l.filiusfa.8.D.de ꝓcur.Quòd ſi pater vel abſit,vel ſuſpectę vitę ſit,ſola filia de dote agit.l.filiusfa.8. D.de procurat. Iã verò qđ ad mariti perſonã attinet,conſtat eũ ſolũ actionẽ habere,qua dos à patre promiſſa petatur:vxorẽ non habere.l.ſi pater,5.C. de dot.promiſſ.deniq; ſolum eum fructus percipere,ſolũ vindicare,ſolũ defendere,ſolũ deniq; omnia quę domini ſuis in rebus agere ſolẽt,in rebus dotalibus agere:hactenus tamen,ne abutatur.

¶ 45 Ad hunc autẽ locum illa quęſtio pertinet:An pater filiã in dote poſſit heredẽ inſtituere.quippe, cũ ei iã donata ſit,& quæ inter viuos alienata ſunt,in hereditate nõ numerentur.l.ſequens,D. de legat. 2. Sed cũ dos nouo iure & ex teſtamẽto & ab inteſtato conferenda ſit:Nouell.97.eadẽmq; in quartã legitimariã imputetur.l.quoniã.Nouel.28. C.de inoff.teſt.legitimaria autẽ inſtitutionis iure ac titulo,nouo iure debeatur:Nouel.18.apparet,diſtinguẽdũ eſſe:vtrũ dotis quãtitas par ſit legitimę:an verò minor & exilior.Nã ſi par ſit legitimę,filia cõtẽta eſſe debet.ſi minor,certè illam in legitima nominatim inſtitui oportet, in quã dos imputabitur.Et huc pertinet l.Titia,34.§.qui inuitã,D.de legat.2.vbi pater filię cuius ignorãtis dotẽ exegerit,legãs,cõpẽſandi animũ habuiſſe intelligitur. ꝙ ſi ſumma dotis nomine legata,vera quantitate dotali minor ſit, quod ſupereſt exigere poterit.

¶ 46 Sed exoritur altera dubitatio:An pater de dote reſtituẽda fideicommittere filię poſſit. Ego diſtinguẽdũ arbitror. Nam ſi fideicõmiſſum vniuerſale eſt, veluti,QVOD de bonis meis ad te peruenerit, nõ cõtinebitur.l.à filia, 62.D. ad Trebel.quia cùm nihil de eo nominatim cauerit,ſoluiſſe intelligitur.Patris autẽ morientis ſilentio donationẽ in filiãfa.confirmari, cõſtat ex l.2.D.de inoff.donat.& aliis ſimilib.Quòd ſi nominatim de ea cauerit,debebitur.l.vlt.§.filiæ,D.de legat. 2. opinor, quia reuocare donationem videtur. Quod tamen intelligi arbitror,ſi ſine liberis decedat: ne aui paterni diſpoſitio ſit inhumana. Sed ſi filia iã ante patris mortẽ diuertiſſet, neq; pater dotem ꝓ ſuo iure (adiuncta tamen filię perſona) repetiſſet,tũc certè, meo iudicio, pater moriens non videtur poſſe de dote filiam grauare:cùm neq; in ipſius hereditate ea reperiatur.l.pater filiã,14.D.ad.l.falcid. & nõ repetẽs poſt diuortium,filiæ cõdonare videatur: pręſertim ſi filia ipſo tacente dotem à viro repetiſſet. Sin autẽ ſit emancipata, quoniam donatio in emancipatam firma eſt,non poteſt pater eam fideicommiſſo grauare.

¶ 47 Hactenus de iure profectitię dotis ſatis explicatum eſt.deinceps de aduentitię iure videamus.Dos aduentitia conſtante matrimonio duorum tantũ videtur eſſe.nam iure gentium remanet vxoris : in mariti autem bonis efficitur. quamquam neceſſariò diſtinguendum eſt:vtrum æſtimatę, an inæſtimatæ res ſint. nam æſtimatarum dominium vſquequaque in maritum transfertur : adeò,vt omne tum cõmodum, tum incommodum,& interitus periculum ad ipſum tãquam ad plenum perfectúmque dominium pertineat.l. 1.§. cumque, C. de rei vx.act. Inæſtimatarum autem dominiũ quod maritus habuit, adumbratum, & temporale eſt.l.plerũque, 10.§.1.D. de iur.dot. Sed quæ ab vtraque parte proferri poſſint,pauliſper cõſiderandum eſt.Nã pro marito hæc pugnant.Primùm, quòd dotis datione dominium mutatur:l.3.D.de Publician,l.quoties.47.§.vlt.D.de pecul.nã ſi res in dotem conſtante matrimonio dentur , ſtatim mariti fiunt. l. dotis, 7.§.ſi res , *D.* de iur. dot. Ita tamen, vt conſtante matrimonio dos deberi intelligatur,l.ſeruum dotalem,21.D.de manumiſſ. Præterea,ſi mulieri dos legata ſit,maritus ipſe legatarius intelligitur:& actionem ex teſtamento ad petendum legatum habet, l. Titio, 71. §. Titio genero, D. de cond. & demonſt. Iam verò maritus res dotales ab aliis poſſeſſas vindicat:non autem vxor.l.dotis,9. C.de rei vindic.nam vxor, aut ſocer nõ poteſt de proprietate rei dotalis agere : defendere tamen permiſſu mariti poſſunt.l.ſæpe conſtitutum,63.D.de re iudic.

¶ 48 Sed quomodo maritus vindicare poteſt,cũ formula hęc fuerit:Hanc rem ex iure Quiritiu meam eſſe aio?Vtilis ergo ei danda eſt,non directa.vt ex cõtrario concluditur in l.nec vllam,13.§. apud Marcellũ, D. de hered.petit. Sic agit maritus publiciana aduerſ° poſſeſſorem.l.3.D.de public.Huc accedit, quòd maritus rei inæſtimatæ nomine furto ſubreptæ,furti actionem habet.l.interdum,49.D.de furt. l.de his,11. C.de iur.dot.Item,quòd conſtante matrimonio dotẽ vxori reſtituere nõ poteſt,ne ſit donatio.l.1. C.ſi cõſt. mat. Itẽ,quòd poteſt,ſi modò ſoluendo eſt,ſeruũ dotalem & inter viuos, & in teſtamento,manumittere. l.3.C.de iur.dot.l.ſeruum,21.D.de manumiſſ.l.vlt.C. de ſer.pign. ſic tamen (opinor) vt Latinus efficiatur, quaſi ab eo manumiſſus, qui in bonis tãtum habuit: auctore Vlp.cap.Inſtit.1. Itẽ,maritus iubet ſeruũ dotalem heredem inſtitutum,aut adire,aut repudiare.l. ſeruus dotalis,58.D.ſol.mat. denique ſi maritus fundum dotali ſeruientem adquirat, aut fũdum cui ſuus ſeruiebat,accipiat:ſeruitus confunditur. l.ſi maritus, 7.D.de fund.dot. Atque hæc quidem pro marito pugnant.Illa verò contra maritum faciunt:primũ,quòd quamuis in bonis mariti dos ſit,paſſim tamen mulieris eſſe dicitur. Itaq; fundo dotali euicto,non vir,ſed vxor in ſuum auctorem agit.l.quamuis,75.D. de iur. dot.nam quãuis apud maritũ dominiũ ſit,tamẽ emolumentũ ad vxorem redit. Præterea maritus in rebus dotalibus dolũ & culpam præſtat,l.in rebus,17.D.de iur.dot.l.Põponius,6.D.de pact.dotalib.quin & eandẽ debet adhibere lenitatẽ in alienos,hoc eſt dotales ſeruos,quam adhibet in proprios.l.ſi conſtante,24.§. maritus,D.ſol. mat. Itẽ quamuis dos in bonis mariti ſit,tamen ſi cenſus eius æſtimetur, dos non cõprehẽditur, l.Lucius,21.§.4. D.ad municip. Quid multa? Dotales res , inquit Iuſtinianus , & ab initio vxoris fuerunt , & naturaliter in eius permanent dominio, non enim quòd legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimoniũ mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta vel confuſa eſt,l. in rebus,30.C.de iur.dot.Itaque maritus theſaurum in fundo dotali repertum , quaſi in alieno repertum reſtituit.l.fructus,7.§.ſi fundum, D.ſol.mat.denique maritus res dotales alienare non poteſt : ſi modò immobiles ſint. id enim lege Iulia de adulteriis cauetur : vt Paullus teſtatur lib.Sent.2. cap. 22. & l.1. D. de fund. dot.l.1. §.& cum lex, C. de rei vx. act.

¶ 49 Sed de hac lege locus hic poſtulat, vt obiter diſſeramus.ac ſentẽtiã quidẽ illius hanc fuiſſe cõſtat: Ne maritus prędiũ dotale ſine vxoris cõſenſu alienare poſſet:oppignerare verò,ne ipſa quidẽ cõſentiẽte. Cuius rei æquitas hæc videtur,quoniam vxor dominium, vt

nium,vt Theophilus loquitur,Quiritiarium ſemper
retinet:quòd ſi profectitia dos ſit,tunc ſi quidem pa-
ter ſtipulatus eſt fundum ſibi reddi, ne conſentiente
quidem vxore maritus alienare poterit: patris enim
auctoritas requiritur. Sin autem aduentitia, tamen
ne hæc quidem alienari poterit, ſi quidem extraneus
qui eam dedit,pactus aut ſtipulatus ſit,eam ſibi ſolu-
to matrimonio reſtitui.Quod enim lex de prædio no
minatim cauit, ſic intelligendum eſt,primùm,vt ne-
que prędium ab ipſa muliere datum ſit, neq; extra-
neus id ſibi reddi ſtipulatus:deinde,vt ad res mobiles
lex non pertineat: quas conſtat maritũ, ſi quidẽ ſol-
uendo ſit,etiã inuita muliere alienare poſſe,l.ſeruum
dotalem,D.de manumiſ. l.1.C.de ſer.pig.dat. poſtre-
mò, vt æſtimatus fundus nõ ſit. nam alioqui alienari
eũ licere,cõſtat:niſi fortè in tradendo cõuenerit,vt ſo
luto matrim.mulieris electio ſit,vtrũ rem,an reſtitu-
tionẽ malit,l.1.C.de fund.dot.l.cùm vir,D.de vſucap.
Quod autẽ de alienatione lex loquitur, ad volunta-
riã referendũ eſt,non autẽ ad neceſſariã.nam ſi cõmu
nis fundus ſit, & ſocius cõmuni diuidundo arbitriũ
petierit, propter Prætoris imperiũ diuiditur fundus,
l.vlt.C.de fund.dot. l.ex caſtrenſi,18.D.de caſt.pecul.
adeò,vt ſi totus ſit ſocio adiudicatus,pecunia marito
attributa dotalis efficiatur,l. cùm in fundo, §.ſi fun-
dus,D.de iur.do.Alterâ legis parte oppigneratio pro-
hibetur:in qua ne mulieris quidẽ conſenſus admitti-
tur. Cuius rei ratio vulgò hæc profertur, quaſi quod
facilius mulier conceſſura erat, arctius prohibeatur.
Videndũ autem,an hæc quoque addi poſſit:quia cùm
fructus ſit, vel pignori dari licere,l.vl.D.de vſur.fru-
ctus autẽ dotis,mariti ſint:totũ eius rei commodũ ad
ſolũ maritũ rediret:mulier autẽ ſoluto matrim. fun-
dum à creditore fortè poſſeſſum luere cogeretur.Sed
cùm alienatio fundi dotalis per legem Iuliam prohi-
bita dicatur,quæri poteſt, ecquid ante eam legem la-
tam permiſſa eſſet.niſi fortè dicamus,maritum tranſ-
ferre dominium iure Quiritiũ non potuiſſe: ac pro-
inde vxorem euicturam fundum fuiſſe.

*Amplius quæſitum de rerum dotalium dominio:& ſo
lutæ ad hanc rem quattuor quæſtiones. Dos vtriuſque v-
tilitati:repetitur ex cauſſa matrimonio conſtante.*

CAP. VII.

§ 50 NVNC vt ab hoc diuerticulo in viam
redeamus: & de rerum dotalium do-
minio ſubtilius diſputare pergamus:
multa quoque video cõtra mulierem
pugnare:atque illud in primis, quòd res ſuas dotales
conſtante matrimonio,neque donare, neque vende-
re, neq; alio vllo modo alienare poteſt, ne,vt ait lex,
quæſitum marito dominiũ adimat, l. ſi prædium,23.
C.de iur.dot.l.ſi conſtante,21.C.de don. Neq; obſtat
l.cùm pater,77.§.2.& l.vlt.§.filiæ,D.de leg.2. vbi mu
lier conſtante matrimonio facit ſuam dotem ab ex-
traneo mortis donandi cauſſa ſtipulari.Nam eo caſu
ſtipulatio quæ iam anteà facta in alterius perſona
fuerat,renouatur tantùm; mutaturq; perſona.atq; ad
hunc quidem locũ aliquot pertinent quæſtiones, de
quib. officij noſtri ratio poſtulat, vt pauca dicamus.

§ 51 Earum autem prima illa eſt: an maritus con-
ſtante matrimonio teſtari de dote poſſit.Inſtitui qui-
dem heredẽ ab eo neq; vxorem, neque alium in dote
poſſe,proptereà conſtat,quia ſua res mortis tempore
nõ erat. ſed tamẽ legare vxori poterat, l.pactus,13.D.
de dot.releg. quo legato id demum continebatur, qđ
actio de dote continet, & commodum repræſenta-
A tionis,l.1.D.eod.itaque verius relegari dicitur, quàm
legari:quia reddi potius videtur,quàm dari,l.cùm pa
ter,77.§.fidei tuæ,D.de leg.2.l.ſed vſusfructus,81.§.1.
D.ad leg.Falc. § 52 Altera quæſtio eſt,An maritus
vxori heredi inſtitutæ onus fideicõmmiſſi in dote poſ
ſit imponere. Et ſi quidem vniuerſale fideicommiſſũ
ſit,dotem nõ contineri traditur in d.l.cùm pater,§.fi-
dei.ſin autem de dote reſtituenda nominatim rogata
vxor eſt, heres inſtituta, ita fideicommiſſum valebit,
B dum tamen Pegaſianæ nomine tantum retineat,quã-
tum in dotis quantitate eſt, l. Lucius,78. §.maritus,
D. ad Trebell. § 53 Tertia quæſtio eſt, An mulier
virum heredem inſtitutum nominatim de dote reſti
tuenda grauare poſſit:aut verò, An vniuerſali fidei-
commiſſo, quo maritus grauatus eſt, dos contineа-
tur.Quod proptereà non arbitror: quia cùm dos ex-
tra vxoris hereditatem ſit,ſatis conſtat, ea quę aliun-
de quàm ex hereditatis titulo obuenerunt, in fidei-
commiſſum vniuerſale non cadere,l.ſi Titius,86.D.
C de leg.3.l.mulier,22.§.cùm proponeretur,D.ad Treb.
Quòd ſi iam mulier diuertiſſet,generali fideicõmiſſo
dos non modò iam recepta, ſed etiam adhuc debita
continetur, l.Lucius Titius,78. §.filiam, D.ad Treb.

§ 54 Quarta quæſtio eſt: An ipſa mulier teſtari
de ſua dote poſſit. Nam,vt ius antiquum ſpectemus,
ſi quidem in mariti manum conuenerat,quia tum ei
tamquam filiafa.erat,vt Vlp.loquitur: difficile dictu
eſt,eam teſtari potuiſſe. Eòque pertinet quod Cicer.
ſcribit in Topic.mulierem, quæ ſe capite non demi-
D nuit,id eſt,nupta non eſt,tamen teſtamentum facere
nõ poſſe: opinor,quoniã in tutorũ poteſtate tũ erat.
quãto igitur minus poterat,quæ in viri manu & mã-
cipio erat?Prętereà Vlp.ti.reg.6.ſcribit,dotẽ aduenti-
tiã,atq; etiam profectitiã (ſi modò pater mortuus ſit)
defũcta in matrimonio muliere penes maritũ rema-
nere.vnde intelligi debet, dotẽ cõſtante matrimonio
ita marito deſtinatã atq; addictã eſſe, vt mortua mu-
liere tota ipſius fiat:quaſi maritus in dote ſuus heres
vxori ſit.Deniq. ſummum argumentũ ſuppeditat l.ſi
E mulier,25.C.de iu.dot. vbi mulier ſtipulatur ſibi do-
tẽ dari cõſtante matrim.vt de ea teſtari poſſit:nã ſi te-
ſtari pro ſuo iure potuiſſet,quamobrẽ illã ſtipulatio-
nẽ adhibuiſſet? eodémq. pertinet l.4. C.de cont.ſtip.
ſi mulier ſtipuletur dotem, cùm morietur ei dari cui
volet relinquere: videtur ſtipulari eam ſibi dari cùm
morietur:nimirũ,vt de ea teſtari poſſit.Sed tamẽ in l.
3.in fi.C.de ſecund. nup.idem Iuſtinia.ſtatuit, vt mu-
lier ſecundo nupta poſſit de reb. ex priore matrimo-
nio quæſitis arbitratu ſuo teſtari.Ne diutius teneam,
F arbitror ita concludendũ eſſe: vt mulier nupta anti-
quo iure teſtari de dote non potuerit:ſiue quia ipſius
dos non erat,ſiue quia ipſa in viri poteſtate & manu
erat.ſed de reb.præterdotalibus & recepticiis potue-
rit.At nouo iure aliud dicendum eſt. nam Iuſtinian.
in l.1. §.maneat,& §. illo proculdubio, C.de rei vxo.
act.ſtatuit, vt muliere in matrimonio mortua dos ad
ipſius heredes reuertatur:poſſintq; illi dotẽ non mo-
dò à marito,ſed etiam ab ipſius heredib.petere per a-
ctionem ex ſtipulatu,vel vero,vel ficto.Quæ cùm ita
G ſint,haud ſcio an incõmodè concludi poſſit, maritũ,
vt modò dicebamus,antiquo iure ſuum heredẽ vxori
fuiſſe:quantũ quidẽ ad dominij continuationẽ atti-
nebat,quia quęcumq.in l.in ſuis,11.D.de lib.& poſt.
de filiof.dicuntur; eadem in marito dici poſſunt:vxo
rem autem marito ſuam heredem fuiſſe, & iure po-
teſtatis & iure dominij,ſatis in Commentat. xii.tab.
à nobis demonſtratum eſt. § 55 Age verò.nam ad

hunc quoq; locũ illa quęſtio referẽda eſt: Vtrũ ex lu-
cratiua, an oneroſa cauſſa, dotis dominium marito
quęratur. Et, vt verbo rẽ abſoluamus, reſpectu mariti
oneroſa cauſſa eſt: quippe, cùm dos matrimonij one-
ra ſecum in maritum transferat. l. ex promiſſione, 15.
D. de oblig. & act. l. vn, C. de impon. lucrat. l. ſi quis ꝓ
dote, 24. §. 1. D. de donat. int. vir. Ideóque debitor cui
creditor pignus vendere permiſit, ſi doti det, vendere
videtur ꝓpter onera matrimonij. l. ſicut re, 8. §. ſed ſi
permiſerit, D. quib. mod. pign. At reſpectu mulieris,
lucratiuã cauſſam eſſe conſtat. l. apud Celſum, §. apud
Iulianũ, D. de dol. except. l. Iulianus ait, 47. D. mand. l.
ſi donaturus, 9. D. de condict. cauſſ. dat. Ideóq; ſi quam
rem pater filię in teſtamẽto legarat, poſtea viuus ei in
dotẽ dedit, filia legatum nõ petet. l. filia, 11. C. de legat.
ſcilicet, ne duę cauſſæ lucratiuę in eandẽ & rẽ & per-
ſonam concurrant. Deniq; vtriuſq; vtilitatem verſa-
ri in dote, cõſtat ex l. ſi vt certo, 5. §. 2. l. in rebus, 18. D.
cõmod. ſed magis intereſt mulieris dotem eſſe, quàm
mariti. l. ſeruo legato, 69. §. 2. D. de legat. 1. Vſqueadeo
autem verũ eſt, reſpectu mariti oneroſam dotis cauſ-
ſam eſſe, vt ſi pactum in ea conſtituenda factũ eſſet,
vt filiã ſocer aleret (cuiuſmodi pactum valere cõſtat
ex l. pen. & l. vlt. D. de in rem verſ.) tũ fructus ad ma-
ritum nõ pertinerent, d. l. pater pro filia, 17. D. de dol.
except. & l. in inſulam, 42. §. vſuras, D. ſol. mat. vbi v-
ſuræ dotis ad maritum non pertinere dicuntur, ſi ſo-
cer filiam aluit. adeò, vt ſi ſocer qui ſe illam aliturum
receperat, genero poſtea mandet, vt ex certis fructi-
bus eam alat, & fructus illis impenſis ampliores ſint,
gener eorum fructuum rationem reddere cogatur, &
& reliqua reſtituere. l. creditor, 60. §. ſi inter, D. mand.
Et eodem modo, ſi conuenerit, vt mulier ſe ſuóſque
homines paſceret, & idcirco eam dote ſuà frui paſſus
eſt, non poſſit ab ea quaſi donatũ petere, quod cõpẽſa-
tũ eſt. l. ſi quis pro vxore, 21. in fi. D. de donat. int. vir.

§ 56 Nunc altera quęſtio ſuccedit, ad hunc eundem
locum pertinens: An mulier nullo caſu dotem con-
ſtãte matrimonio repetere poſſit. Et profectò ita do-
tis dominium mariti eſſe conſtat, vt regulariter eam
mulier repetere non poſſit. l. dotis, 5. C. de collat. & l.
1. §. Celſus, D. de dot. relegat. alioqui maritus eam re-
ſtituens donare videatur. l. vn. C. ſi dos conſt. mat. quę
totidem verbis trãſcripta eſt in Nouell. 22. de ſecund.
nupt. §. conſtante, 26. vbi Imp. ſtatuit, vt muliere mor
tua heredes eius dotem marito vnà cum fructib⁹ re-
ſtituant. eóq; pertinet textus vulgò perperam intelle-
ctus in l. vlt. §. 1. D. quę in fraud. cred. vbi ſi vir dotem
reſtituerit, intelligitur ex donatione aliquid ad eam
peruenisse. Hęc cùm ita ſint, tamẽ vnus caſus eſt, quo
mulieri repetẽdę dotis poteſtas permittitur: nimirũ,
vbi mariti facultates ita dilabi conſtat, vt dotis exa-
ctioni ſuffecturę non ſint: tùm enim mulieri vindica-
re dotem licet: ita tamen, ne eam alienet, verùm vt ex
ipſius fructibus, & ſe, & virum, & communes liberos
tueatur. l. ſi conſtante, 24. D. ſol. mat. l. vbi adhuc, 29.
C. de iur. dot. & Nouel. 97. de æqualit. dot. §. κἀκεῖνο δὲ,
6. vbi Iuſtinianus ſanxit, vt ſi mulier materfa. ſit, ipſa-
met agere poſſit: ſin filiafa. pater ipſius agat. Denique
omnibus ex honeſtis & iuſtis cauſſis reſtitui dos po-
teſt: veluti vt mulier parẽtibus, aut ſuperioris matri-
monij liberis conſulat, vt eos ab hoſtibus redimat, vt
æs alienum perſoluat, vt fundum idoneum emat. l.
quamuis, 20. & l. ſeq. D. ſol. mat. l. mutus, 73. §. ma-
nente, & l. vlt. D. de iur. dot.

*Poſſeſſio dotis viri tribuenda. De fideiuſſione dotis, at-
que etiam de ipſius collatione.*

A Cap. VIII.

§ 57 SED de dominio dotis ſatis ſupérque di-
ctũ videtur. nunc de poſſeſſione videa-
mus: vtrum eam marito, an verò vxori
concedendam putemus. Et quidẽ fundi
in dotẽ traditi poſſeſſio tã penes vxorẽ, q̃ penes mari
tum eſſe traditur in l. ſciendum, 15. D. q ſatiſd. cogant.
ſed locus ille ad ſatiſdationẽ de qua ibi agebatur, eui-
tandã pertinet. Verius enim eſt, dotis poſſeſſionẽ pe-
B nes maritum eſſe: ſi modò traditę illi res ſint. §. p tra-
ditionem, de rer. diuiſ. & l. 1. §. ſi vir vxori, D. de adq.
poſſ. itaq; pro dote poſſidere dicitur, in l. 3. §. genero,
& l. Põponius, 13. §. in dote, D. ill. tit. ſed ſi mulieri fun
dus ſit traditus, vt eius reditus annuos marito reddat
vnde alatur, tunc naturaliter poſſidere dicitur in l.
Pomponi⁹, 35. D. fam. erciſc. verumtamẽ, ſi verè loqui
volumus, ambigi de iure poſſeſſionis videtur in l. nec
vllã, 13. §. apud Marcellũ, D. de hered. petit. vbi ſi mu-
lier hereditatẽ doti dederit, maritus pro dote quidem
C poſſidere dicitur hereditatẽ: ſed petitione hereditatis
vtili teneri: vxorem verò, directa. ideóq; additur: MA-
XIME ſi iã factũ diuortiũ eſt. Itaq;, vt rẽ in pauca con
feramus, ciuiliter vxor poſſidere videtur: cùm alienã
rẽ doti datã ipſa vſucapiat, non maritus: l. 3. D. de pu-
blician. quippe, q non ſuo, ſed vxoris nomine poſſi-
deat. Deinceps tẽpus eſſet, vt de dotium fructibus cõ-
ſtante matrimonio ꝑcipiendis diſpiceremus: ſed pau-
ca prius de dotis fideiuſſione, atq; etiã de ipſius colla-
tione dicẽda ſunt. § 58 Exoritur enim dubitatio, An
D maritus dotis nomine dare vtiliter fideiuſſorẽ poſſit:
hoc eſt, an fideiuſſor datus obligetur. quod ſanè alicui
videatur: cũ etiã eo nomine rectè pignus detur. l. qđ
autẽ, 7. §. ſi vxor, D. de don. aut. nupt. l. 1. D. qui pot. in
pign. hab. l. res hypothecę, 5. D. de pign. Sed aduerſa-
tur Rubrica Codicis, Ne fideiuſ. dot. dentur. ſub qua
tamen duę primę leges nõ niſi de marito loquuntur,
à quo ſtatuunt exigendum fideiuſſorẽ non eſſe. quod
tamen de tẽpore poſt ſponſalia intelligendũ puto; vt
ſi ſponſus dare fideiuſſorẽ nollet, antiquo iure licue-
E rit ſpõſę nunciũ illi mittere. Itáq; videtur Harmeno-
pul⁹ lib. 4. c. 1. locum illũ interpretari. Pugnat tamen
acerrimè l. vn. C. TH. de fideiuſ. dot. quæ auctores ha-
bet Impp. poſteriores, dd. ll. 1. & 2. C. ne fideiuſſ. Om-
niũ, inquit, fideiuſſorũ deinceps in cauẽda dotis ſpon
ſione promiſſiones abſoluimus. Quid planius expri-
mi potuit, vt intelligeretur fideiuſſores nõ obligari?
Quamuis autẽ ratio d. l. 2. prima ſpecie probabilis ſit:
Si mulier, inquit, ſeſe ipſam mariti fideicõmittit, mul
to magis dotẽ debet cõmittere: tamen ea ratio in pa-
F rente, aut extraneo dotẽ conſtituẽte locũ non habet.
Præterea locus Harmenopuli vehementer vrget, cùm
ita loquitur: Maritus dotẽ accipiens dare fideiuſſores
non cogitur, quia pro mulieris dote nunquã fideiuſ-
ſor datur, niſi prius q̃ ſponſalia fierent, id conuenerit.
Et hanc partẽ illud adiuuat, ꝙ nouo iure Iuſtinianus
ſtatuit, vt omnia mariti bona tacitè vxori dotis nomi
ne obligata ſint. Sanè perobſcura quæſtio eſt. nam ſi
fideiuſſio non valet (quẽadmodũ inueterata in ſcho-
lis opinio eſt) quid rationis adferri poteſt, cur pigno-
G ris obligatio valeat? Verùm ex parte mulieris fideiuſ-
ſores adhiberi poſſe, conſtat ex l. cum dotis, D. de iure
dot. & l. creditæ, 60. §. 1. D. mandat.

§ 59 Deinceps de dotis collatione videamus: quæ
dominiũ in mulierẽ trãſlatũ fuiſſe, magno argumen-
to eſt: cùm videlicet mulier ea quæ in dotẽ à patre ac-
cepit, illo mortuo vnà cũ fratribus cõmunicare cogi-
tur, vt ex vniuerſo & cõmuni aceruo partes diſtribuã

tur.

tur. Sed antiquo iure, ſiquidē liberi ſui heredes erant, & profectitiā & aduentitiā dotē conferre cogebātur: ſin autē emancipati, pfectitiā dūtaxat. Hoc enim Iuriſconſultis veteribus poſt varias concertationes placuiſſe, Gordian⁹ teſtatur in l.4.C.de collat. cùm enim profectitia de paternis bonis detracta eſſet, æquum erat, vt cum omnibus liberis cōmunicaretur, quaſi ex aceruo ipſis deſignato ſumta. aduētitia verò cùm inde ſumta non eſſet, emancipatis conferri non debuit. Suis autē ideo cōfertur, quia patri iure patriæ poteſtatis quæſita erat. l.1.D. ſi à par. quis: & d.l.4.C. de coll. vbi etiam peculium profectitium ſuis cōfertur. itaq; diuortio facto, pater adiuncta filię perſona actionem in maritū habebit, etiam aduētitiæ dotis nomine: teſte Vlp.tit.regul.6. Nouo autē Iuſtiniani iure aduentitia dos non confertur. l.vlt.C.illo tit. Porro non aliter olim conferebatur dos, niſi vel ab inteſtato ſuccedere filia, vel contra tabulas petere bonorū poſſeſſionem vellet. d.l.4. Nam inſtituta nō cogebatur. l.3.D. de dot.collat. l.1.§.quo à nobis, C.de rei vx.act. cuius rei ratio inueſtiganda eſt. An igitur hāc eſſe dicemus, quia pater eam inſtituens, de ea demū hereditate diſponere videtur, quæ mortis ſuæ tempore reperitur: non de iis, quæ inter viuos alienata ſunt? vulg. l.ſequens quęſtio, D.de lega.2. dos autem è patris hereditate abiit. l.vlt.D.illo t.l.pater filiam,14.D.ad leg.falcid. Neq; obſtat l.Pōponius,35.D.fam.ercīſc. vbi cùm fundus dotis cauſſa filiæ eſſet traditus, vt eius reditus viro pręſtaretur, ſi pater liberos omnes inſtituit, filia eum fundum pręcipuum retinere dicitur. nā ibi inſtituta cum aliis fuerat: qua de cauſſa non conferebat. Nihilomagis obſtat, ꝙ cùm filiafam. eſſet, videbatur alienata dos non fuiſſe: neq; ipſius dominium in illā tranſiſſe. quoniā (vt ſuo loco dictum eſt,) patris morientis ſilentio confirmata dos videbatur. l.2. cum ſimilib.C.de inoff.donat. At nouiſſimo Iuſtiniani iure, ſiue teſtatus ſiue inteſtatus pater deceſſerit, & dos & antidos cōferenda eſt, niſi nominatim id pater in ſuo teſtamento vetuerit. Nouel.18.§.καὶ ἐπειδὴ,6. Ad hunc quoq. locum pertinet, ꝙ profectitia dos ex noua Zenonis conſtitutione filiæ in legitimam imputatur, l. quoniā Nouell.33.C. de inoffic.teſt. cùm ante Zenonem propterea non imputaretur, quia (vt modò dictum eſt) inter viuos donata in hereditate nō numerantur. Ergo ſi quidem ad quartam ſufficiebat, querelam excludebat: l.1. §. quo à nobis, C. de rei vxo. act. quod de aduentitia ſecus eſt.

Rerum dotalium fructus ante nuptias & cōſtante matrimonio. Fructus à marito quidni poßint remitti: vbi interpretatio l. cū poſt, 69.§.1. D.de iure dot. Fructus Præterdotalium & Antidotalium rerum.

Cap. IX.

§ 60 EXpoſitis omnibus quæſtionibus, quas ad dotiū proprietatē & poſſeſſionem pertinere putauimus, cōſequens eſt, vt de earūdem fructibus explicemus. Eorum autem conſideratio tripartita eſt. nā primo loco de fructibus rerum dotalium ante contractas nuptias, ſecundo de fructibus conſtante matrimonio naſcentibus, poſtremo de iis qui ſoluto matrimonio percipiuntur, diſſeremus: ſimul etiam de Præterdotalium & Antidotalium rerum fructibus, quantum ſatis videbitur, diſpiciemus. Quod igitur ad primum tempus attinet, ſic habendum eſt, fructus ante nuptias perceptos, ſiue illæ ſecutæ ſint,

A ſiue non ſint, mulieri reſtituēdos eſſe. l.videamus,39. in princip.& §.antè matrimoniū, D.de vſur. l.ſi antè, 6.D.ſol.mat. l.ſi ſeruo,47.D.de iure dot. repetantúrq; cōdictione cauſſa dati, cauſſa nō ſecuta. l.qui ſe debere,7.§.1. D.de cōdict.cauſ.dat. niſi fortè cōuenerit, vt ſpōſus ſuos fruct⁹ faciat. Tū enim verā eſſe donationē, intelligitur ex l.dotis fructū,7.§.1. D.de iure dot.

§ 61 Conſtante autē matrimonio rerū dotaliū fructus ſunt mariti: ſi modò traditio facta ſit. tum enim
B demū dotalis res dicitur, cū tradita poſſeſſio eſt. l.dotale prædium,13.D.de fund.dotal. itaq; in fructibus à viro retinendis, neque dies dotis conſtitutæ, neq; nuptiarum obſeruatur: ſed quo primum dotale prædiū cōſtitutum eſt, id eſt, tradita poſſeſſione. l.de diuiſione,5.D.ſol.matr. quod tamen ſic accipiendum eſt, niſi mulier in biennij mora ſit, vel interpellata ſit. l.vlt.§. vlt.C. de iure dot. Poſt traditionē igitur, fructus mariti efficiuntur: idque æquiſſima ratione: cùm onera matrimonij ſuſtineat. l. dotis,7. D. de iure dot. l. pro
C oneribus,20. C. eod. l.cùm pater.11.D.de pact.dotal. itaq; ſi vſusfructus in dotem datus ſit, ius ſolū (vt ſuperius diximus) dotale eſt: idémque ſolum reſtituendum eſt. fructus enim mariti manent. d.l.7.§.2. Et eadem de cauſſa, ſi viro dotem vxor promiſerit, & dotis vſuras, non eſt iſta donatio: cùm pro oneribus matrimonij petatur. l.ſi quis pro vxore,21.§.1.D.de donat. inter vir.& vx. Quinetiā ſi pactum fiat, vt fructus in rem mulieris conuertātur, veluti vt ipſius creditoribus ex illis ſatisfiat, vel ipſius ædificia inſtaurentur, ꝓ
D nihilo habebitur. l.4.& l.quæris,28.D.de pact.dotal.

§ 62 Quæret aliquis, cùm ſine dote nuptiæ eſſe poſſint, quemadmodum ſuperius demōſtratū eſt: quidni fructus remitti à marito poterūt? Reſpōdendum eſt, quia tum donatio inter virum & vxorē exiſteret. qua de cauſſa cùm ea demum prohibita donatio ſit, quæ cōiugem locupletiorē reddit: ſi mulier eos viro tacente perceperit, atq; conſumſerit: maritus nihil repetet: ſin exſtēt, repetit. l. fructus,8.C. de donat.inter vir.& vxo. Neq; verò quod de fructibus dictum eſt, præciſè
E de agrorum prouentu accipiendum eſt. nā & operæ ſeruorum, & ancillarum dotalium, ſunt mariti. l.1.§. cúmque, C.de rei vx.act. l.hinc quæritur, 19.§.1.D.de pecul.& quę ex illorum operis adquiruntur. l.aditio, 42.D.de adq.her. quamquam quæ per ſeruos dotales non ex ſuis operis quęſita ſunt, dotis fiūt: veluti legata aut hereditates iis relictæ. l.3.D.de fund. dotal. d.l. aditio, de adqui.hered. niſi fortè mariti reſpectu legatum quid ſit. l.hinc quęritur,19.§.1.D.de pecul.& l.ſi legati,65.D.de iure dot. Inter fructuū genera etiā pe-
F corū fœtus numerantur: quos tamen ita demū mariti fieri conſtat, ſi in demortuorū capitum locū alia ſubſtituat, l.plerumq;,10.§.2.D.de iure dot. itémque arbores cæduæ & gremiales, l.fructus eos,7,§.ſi fundū, D.ſol.mat. itē lapidicinæ, & omniū denique metallorū fodinæ. d.l.fructus, §.ſi vir, l.ſi fundus,8.& l.vlt.D. ſolu.mat. Item vſuræ pecuniarum. l.ſi mulier debitori,77.D.de iure dot. § 63 Neq; obſtat. l. cum poſt, 69.§.1.D. eod. quia verba illa POST NVPTIAS ex ſuperiore & ſequenti §. ſic interpretor, quaſi adſcri-
G ptum eſſet; Poſt nuptias ſecutas. Nā alioqui reſponſum illud eſſet abſurdiſſimum. & quod Accurtius ibi cōminiſcitur, mulierē eo caſu matrimonij onera ſuſtinuiſſe, planè diuinatorium eſt, & à verbis legis alieniſſimum. Neque verò pętermittendum eſt, quod traditur in l.creditor,60.§.ſi inter, D. mand. ſi vir, vt vir, vxorem alat, vſuras dotis conſequetur integras: at ſi ſoceri mandatu, pro rata parte alimentorum. itaq;

ſi maiores ſunt, quàm ſumtus alimẽtorum, pater ſuperfluum repetet.

§ 64 Nunc de fructibus Præterdotalium rerum, quæ παράφερνα Græci vocant, dicẽdum eſt. Ac eos quidem ad maritum non pertinere, patet ex l. pen. D. ad leg. falcid. vnde intelligitur, maritum eorum adminiſtratorum rationem reddere. Neque ad rem pertinet l. de his, 17. C. de donat. int. vir. & vxor. cùm ibi agatur tantùm de rebus ipſis pręterdotalibus, nõ autem de ipſarum fructibus. Sed tamen ſi nomina ſunt, maritus illa exigit, & vſuras in ſuam vxoríſque rem impendit. l. vlt. C. de pact. dotal. Rurſus ſi fructus induſtriales ſunt, & maritus ſuam in iis operam conſumat, æquiſſimum videtur, vt eos etiam communiter percipiat. argu. l. fructus, 41. D. de vſur. & ne abſurdũ ſit, maritum rerum illarum adminiſtrationem inutiliter ſuſcepiſſe.

§ 65 Quod autẽ ad tertũ Antidotaliũ fructus attinet, contrariorũ ſanè diſciplina poſtularet, vt ij ad vxorẽ pertinerẽt. ſed pręterquàm ꝙ non eadẽ ſubeſt cauſſa: cùm onera matrimonij mulier non ſuſtineat: tũ verò iſta ratione omnis dotis fruct⁹ exinaniretur. vt omittam, quòd earũ dominium penes maritum remanet: quemadmodum ex Nouel. 61. demonſtrauimus. quãquam ſi maritus ad inopiam vergere probetur, vxori fructus iſtos attribui teſtimonio eſt l. vbi adhuc, 29. C. de iure dot. & Nouell. 97.

Ius profectitiæ dotis triplex ſoluto matrimonio. Correcta l. 4. C. ſol. matr. Martini & Ioannis illa veterum diſputatio: An profectitia dos, mulieris morte ad patrem, liberis etiam exſtantibus reuertatur, pro Ioanne concluſa.

CAP. X.

§ 66 RESTAT, vt de fructibus ſoluto matrimonio naſcentibus, videamus. Sed quoniam tota hæc iuris dotium pars nobis ſupereſt, & antehac de tempore nondum contracti matrimonij, déq; conſtantis tempore dictum eſt: melius erit, priore loco de rerũ principaliũ iure diſſerere: vt ad extremum etiã de earum fructibus explicemus. Prius autẽ de iure profectitiæ, mox de aduentitię dicemus. Ius profectitiæ dotis ſoluto matrimonio dupliciter cõſiderandũ eſt. nam aut morte vxoris ſolutum eſt, aut diuortio. & rurſus vtraque ſpecies duplicem recipit diſquiſitionem. nam aut de filiafam. agitur, aut de emancipata.

§ 67 Ergo ſi morte mulieris matrimoniũ diſſolutũ eſt, & ea filiafa. fuerit, pater dotẽ repoſcit. l. 2. D. ſol. mat. l. filiusfa. 17. D. ad maced. l. quod in vxorẽ, 3. C. de negoc. geſt. l. 2. C. de bon. quę lib. l. vlt. D. rem rat. hab. quintis tamẽ in ſingulos liberos antiquo iure manẽtibus: queãdmodũ Vlp. ca. Inſt. 6. teſtatur. neq; ad rem pertinet, quòd in maritũ facta donatio videtur. cùm ſuperius dictũ ſit, donationẽ hanc eſſe negocialẽ, quę ſub cõdicione reſoluitur. l. 1. in fi. D. de donat. Sin autẽ emãcipata fuerit, tunc ex ſummi iuris ratione pertinere ad mulieris ipſius heredes deberet: cùm donatio in emancipatos ſuo iure cõſtet. ſed ex ęquo & bono patri ſuccurſum eſt, ne vno eodémq; tẽpore & filię & dotis iacturã faciat. l. iure ſuccurſum, 6. D. de iure dot. l. ſi ab hoſtibus, 10. l. filię meæ, 59. D. ſol. mat. l. ſi filia, 5. D. de diuort. l. contra quoq;, 30. §. 1. D. de relig. vt non dubium ſit, quin ex l 4. C. ſol. mat. vel verbum FILIAFA. vt quidã putarunt, vel potius verbum MVLIER, tollendum ſit. eóq; pertinet Iuliani reſponſum in l. filiæ ſuæ, 59. D. ſol matr. vbi narratur de marito,

A qui vxori emancipatæ & ęgrę propterea nunciũ miſerat, vt mortua ea dotẽ potius ipſius heredibus, quã patri redderet. & ſubiicitur, vtile iudiciũ nihilomin⁹ patri dandum eſſe. Neque obſtat l. inter generũ, 26. §. cùm inter, D. de pact. dot. vbi dicitur, valere pactum, vt filia in matrimonio ſine liberis mortua, dos ad patrem reuertatur. Illa enim ſupervacanea fuit clauſula, quę verò dubitationis tollẽdæ cauſſa contractibus adduntur, ius cõmune non lædunt. l. qui mutuam, 56.
B D. mandat. ſed tamen hanc vim reciprocam pactum illud habuit, vt dos ſuperſtitibus liberis retineretur: cõtra dotis profectitię condicionẽ. denique pactum quo ius mulieris nõ læditur, in traditione factũ probatur. veluti, vt dos penes maritum maneat. l. ſi cõuenit, 6. C. de pact. dotal. aut verò penes liberos. l. 7. eod. pacta deniq; de lucranda dote, nõ improbantur: dum tamen iiſdem etiam de lucranda antidote ſit cautum: inter ſéque illa reſpõdeãt. Nouell. 97 de ęqualit. dot. §. τὸ δὲ ἰσχύειν, 9. Neque obſtat l. 3. D. de pact. dotal. qa
C dotis condicio, quo caſu dos ad mulierem reuertitur, poſt cõtractas nuptias deterior fieri nõ poteſt. l. 6. eo.

§ 68 Quid verò ſi mariti morte matrimonium diſſolutũ ſit? Tunc ſi pater ſuperſtes eſt, ipſe adiuncta filiæ perſona ab heredibus repetit, ſin minus, ipſa mulier integram recuperat: etiam ſi cõuenerit, vt pro liberis aliquid maneat. l. 3. C. de pact. dotal. Quòd ſi pater ſuperſtes non ſit, profectitia dos mortua in matrimonio muliere penes maritum manet: teſte Vlpiano cap. Inſt. 6. & l. 2. in fin. princ. D. de dot. releg. Quæret
D autẽ aliquis: quid ergo ſi cauta, ſed non numerata dos fuerit? Reſpondendum eſt, ſi quidem maritus ſuperſtes eſt, ipſum acturum: quemadmodum poſterius ex Nouell. C. docebimus. ſin autem mortuus ſit, tũ ſanè communis opinio eſt, mulierem aduerſus patris heredes actũrã ex l. 1. §. videamus, C. de rei vx. act. quemadmodum Accurſius teſtatur in l. ſi ſoceri, 44. §. 1. D. ſol. mat. niſi fortè cõmodius ſit, d. §. videamus, interpretari de dote numerata: cùm in eo hæc verba ſint: DOTE PRO FILIA PRÆSTITA. Vtcumq; ſit, dein-
E ceps de altero caſu conſiderandũ eſt. § 69 Ergo ſi matrimoniũ diuortio ſolutũ ſit, tũ rurſus diſtinguendũ eſt: vtrũ puella in poteſtate patris, an emancipata fuerit. nam ſi filiafa. ſit, quoniam dos patris & ipſius communis eſt, pater ea conſentiente dotis actionem habebit: l. 2. §. voluntatem, & l. 3. l. filiæ, 7. l. ſi cùm dotem, 22. §. 1. D. ſolu. mat. l. 2. C. eod. l. in eum, 36. D. de relig. l. vn. §. & hoc ex rei, C. de rei vx. act. vbi etiã hoc adſcribitur, ſi pater ante decedat, quàm dotẽ exegerit, quamuis litem conteſtatus fuerit, tamẽ ad mulierem
F dotem redituram: non autem ad patris heredes. Deniq; pater ex filiæ voluntate procuratorẽ ad dotis exactionem conſtituit: l. filiusfa. 8. D. de procurat. &, ſi de dote ipſe agat, cauere debet, rem ratã filiam habiturã. l. non ſolum, 39. §. ſi de dote, D. eod. & l. vlt. D. rat. rem hab. quin &, ſi filia furioſi à viro diuerterit, vel adgnato curatori, voluntate filiæ, vel filię, cõſẽtiẽte adgnato, dos ſoluenda eſt. l. ſi filia, 65. D. de ſolut. Sin autem emancipata filia ſit, tũ ad ſolam filiam pertinet. l. pater filiæ, 71. D. de euict. l. in eũ, 16. D. de relig. l. ſi cum
G dotem, 22. §. eo autem tempore, & l. Titio, 44. & l. in inſulam, 42. D. ſol. mat. adeò vt etiam ſi maritus moriẽs patrem vxoris heredem inſtituerit, illa aduerſus ſuum patrem rei vxoriæ actionem habeat. l. ſi ſocer, C. eod. & l. 1. §. videamus, C. de rei vxo. act. vbi Iuſtinianus adſcribit, idẽ eſſe ſi filiæfa. dederit, & eã poſtea emãciparit. Quòd ſi patrẽ mulier nõ habeat, tũ multo magis dotẽ retinet: etiã ſi exheredata, pręterita, aut pater-

pater-

paternis bonis abſtenta ſit, l. vlt. D. de dot. coll. l. vn. §. & hoc ex rei, C. de rei vx. act.

§ 70 Supereſt vetus illa veterum interpretũ Martini & Ioannis diſputatio: An profectitia dos mulieris morte ad patrem, etiam liberis exſtantib. reuertatur. Nã Martinus, & qui ſectam eius ſecuti ſunt, Placentinus, Bellouiſius, omnéſq; ferè Pragmatici, defendunt, dotem apud maritũ relinqui oportere: teſtatúrque Accurt. illam ſententiam, vt liberis magis fauorabilem, in vſu forenſi receptam fuiſſe. Contrà verò Ioannes, Bulgarius, Azo, Accurſ. & Bartholus pro patre pugnant: quorũ ſumma & potiſſima hæc argumẽta ſunt. Primùm, quòd alioqui non valeret pactũ mariti, de dote ſuperſtitib. liberis retinenda. quod tamẽ valere conſtat ex l. ſi pater dotem, 12. l. inter ſocerum, 26. §. cùm inter, D. de pact. dotal. l. ſi dotali, 48. D. ſol. ma. quemadmodum & pactũ, vt nepotes eam dotem habeant, vtiliſque iis detur actio, l. pater, 7. C. de pact. dotal. Alterum eſt hujuſmodi: quòd actio de dote cõmunis eſt patris & filię. quare ſicut mortuo patre tota ad filiam pertinet, ſic mortua filia tota patri concedenda eſt. Sed præter illa duo, exſtat documentum certiſſimũ, quod omnẽ planè dubitandi cauſſam pręcidit. nam Vlp. cap. Inſt. 6. Mortua, inquit, in matrimonio muliere, dos à patre profecta, ad patrem reuertitur; quintis in ſingulos liberos in infinitũ relictis penes virum. quòd ſi pater non ſit, apud maritũ remanet. Has autem retentiones puto portionem illam eſſe dotis, quam pater recipere dicitur in l. cõtra quoque, 50. D. de religioſ. De his denique Iuſtinian. in l. 1. §. ſileat, C. de rei vx. act. ita ſcribit: Sileat ob liberos retentio, cùm ipſe naturalis ſtimulus parentes ad liberorũ ſuorum educationẽ hortetur, quæ tamen conſtitutio, quàm æquitati conſentanea ſit, alterius conſiderationis eſt. Nunc Martini argumenta profe[r]enda, & ſimul, ſi poſſimus, refutanda ſunt.

§ 71 Primum autem hoc fuit: Dos eſt patrimoniũ mulieris, l. 3. D. de minorib. In ſucceſſione ab inteſtato prima eſt cauſſa liberorum. Nou. 118. quare liberos in mulieris dote patri anteponi oportet. Reſpondendum autem fuit, dotem profectitiam non eſſe verè patrimonium mulieris, niſi poſt patris mortem. nam ſoluto matrimonio pater, etiam illa viua, dotis actionem habet, l. 2. D. ſol. matr. Prætereà cùm liberi patri præferri dicuntur, de perſonæ interiectæ ſucceſſione intelligendum eſt: vt puta, de Titio: cuius ad hereditatem pater liberis exſtantibus non admittitur. At hoc loco de vxoris ſucceſſione quærebatur.

§ 72 Alterum argumentũ longè probabilius fuit: Dos propter onera matrimonij conſtituitur: ibique eſſe debet, vbi illa ſunt: ait Paullus in l. ſi is qui, 56. §. 1. D. de iur. do. onus autem liberorum penes maritũ manet. eáq; ratio proponitur in caſu l. ſi maritus, 46. D. fam. erc. Huic argumento, quod ſummã continet æquitatẽ, reſponderi nihil poteſt: niſi profectitię dotis hanc cõdicionẽ fuiſſe, iure ciuili propterea illi attributã, vt patres facilius ad filias dotandas inuitarẽtur.

§ 73 Tertium argumentum Martinus acerrimum propoſuit ex l. vl. §. 1. D. vt leg. nom. cau. vbi dos vxore mortua, quę filiũ reliquerat, penes maritũ remanſiſſe dicitur, neq; aliter ei reſpõderi poteſt, reiectis aliorum commentis, quàm eum locum neceſſariò de dote aduentitia intelligendum eſſe. § 74 Quartũ idẽ ſumebat ex l. illã, 19. C. de coll. vbi nepotes ex filia ſuis auis pro rata parte hac cõdicione ſuccedunt, qua & matres ſi viuerent, hereditatem patrum ſibi cum fratrib. vindicarent. ſcilicet, vt mixtis matrũ ſuarum dotibus hereditatem aui cum patruis aut auunculis partiantur. quod idem traditur in l. 4. C. TH. de legit. here. quónam igitur modo nepotes ex filia mortua dotem ſuæ matris conferrent, ſi ea ad auum reuertiſſet? Sed nimirum hoc cauſſæ eſt, quoniam auus nondum illam exegerat. Patres autẽ nihil in dotem profectitiam iuris habuiſſe, antequã eam exegerint, conſtat ex l. 1. §. & hoc ex rei, C. de rei vx. act.

§ 75 Quintum argumentum idem proferebat ex l. poſt dotem, 40. D. ſol. mat. vbi pater, qui poſt contractas filiæ nuptias ſtipulatus erat dotem ſibi reddi, ſi diuortium interueniret: dicitur, facto diuortio & filia mortua dotem exacturus: ſi modò hæc ſine liberis deceſſerit. Quo in loco, niſi quid à Triboniano turbatum eſt, dicendum videtur, patrem integram dotem ſine quintarum detractione ſtipulatum fuiſſe: neque puto aliter ei legi poſſe ſatisfieri. Quod autem ad ſuperiora omnia argumenta, vno verbo noſtri cõmuni conſenſu reſpondebant, diſtinguendum eſſe, vtrum filiafa. an emancipata mulier fuiſſet, & l. 4. C. ſol. mat. planè abſurdum eſt. Cur enim potius pater, ſi filiafa. erat, dotem repetiſſet, quàm ſi emancipata fuiſſet? præſertim cùm in emancipatam collata donatio valeat.

Ius aduentitiæ dotis bipartita diſtinctione: & cum iure profectitiæ ſimilitudines ſex. Priuilegia dotis antiqua, & noua à Iuſtiniano.

CAPVT XI.

§ 76 HACTENVS de iure dotis profectitiæ ſoluto matrimonio, ſatis videtur dictum, nunc de iure aduentitiæ videamus: in qua conſideratione ſimiliter diſtinguendum eſt, vtrum morte, an diuortio matrimoniũ ſolutũ ſit: & rurſus ſi morte diremtum eſt, vtrũ filiaf. an emãcipata ſit. § 77 Ergo ſi filiaf. mortua eſt, cõmuni iure. i. cũ is qui dotẽ dedit, nihil in traditione pactus eſt, maritus illam ſoluto matrimonio retinet: auctore Vlp. regul. t. 6. & Iuſtin. l. 1. §. accedit, C. de rei vx. act. Poterat aũt pater, antiquo quidẽ iure, contendere, quæſitũ ſibi aduẽtitiæ dotis dominium eſſe: qua de cauſſa ſoluto per diuortium matrimonio illã adiuncta filiæ perſona repetebat: vt eodem loco Vlpianus tradit. quin & propter mœrorem ſolatium hoc ei tribuendum videbatur: ne ſimul, & filiæ & dotis iacturam faceret, arg. l. iure ſuccurſum, 6. D. de iure dot. Sed contrà maritus multa opponit, dominium in bonis, poſſeſſionem, mœrorem patre maiorem: rationem liberorum, propter quos etiam de profectitia detractiones fiebant. fauorem pręterea damni vitandi: cùm pater de lucro aduentitio contendat. de quo fauore teſtimonium eſt in l. vlt. §. ſin verò creditores, C. de iure delib. l. non debet, 41. D. de reg. iur. l. vlt. C. de codicill. Nam dotator quidem extraneus obiicere poterat, donationem illam non ſimplicem, ſed ob cauſſam factam fuiſſe: ac proinde ſub condicione reſolui, l. 1. D. de donat. Sed maritus contrà defenſionem hanc habet, quòd donatio erga ſe quidem, ob cauſſam erat: erga vxorem verò, ſimplex & abſoluta. denique ita communiter vtrique donari, quaſi, alterutro mortuo, relinqui ſuperſtiti debeat. mulieris autem heredes, cùm ea filiafam. eſſet, nulli exſtabant. Atque hęc quidem ita, vt dixi, vera ſunt: niſi fortè dotator extraneus in tradenda dote ſtipulatus pactuſve fuiſſet, ſibi dotem reddi. tunc enim ſi ſtipulatus erat, ex ſtipulatu: ſi pactus, perſcriptis verbis agere poterat, l. 1. §. accedit, C. de rei vx. act. l. ob res,

ob res, §. 1. D. de pact.dotal.l.in traditionibus, D.de pact.l.auia,6.C.de iur.dor.

¶ 78 Quòd ſi mariti ipſius morte diſſolutum erat matrimonium,tunc ſi filiaf.erat,pater adiuncta filiæ perſona actioné aduerſus heredes habebat. cuius rei illud argumentum eſt, quòd ſi diuortio facto contra maritum datur: ſequitur, vt ſi morte diſſolutum ſit, contrà heredes detur.Quid igitur ſi emancipata puella fuerat?Tunc nimirum ipſamet actionem habebat, l.vlt.C.ſol.ma. d.§.accedit, C.de rei vx.act.& l.vlt.in prin.C.de iur.dot. adeò, vt etiam ſi non mortuus,ſed deportatus maritus ſit, tamé vtili actione dotem repetat,l.1.C.de repud.Quòd ſi emácipata mulier mortua ſit,tum certamen inter ipſius heredes & maritum exoritur. nam heredes quidem contendent, marito dotem ob cauſſam datam:quæ cauſſa iam ſublata eſt. mulieri verò,abſolutè. Itaque vt ceterarum rerũ heredes ſunt, ſic etiam dotis eſſe debere. Contrà maritus hæc obiiciet: dominium in bonis, poſſeſſionem, mœrorem, & fauorem retentionis maiorem, quàm aduentitij lucri, pro quo heredes pugnant. vt modò dicebamus ex l. non debet,41.de reg.iur. Iuſtinia.tamen, ea æquitate, quam nondum ſatis exputare potui, mulieris heredes marito præponendos putauit: ſtatuítq; vt actioné ex ſtipulatu habeant, non modò cõtra maritũ,ſed etiã contra ipſius heredes.§.illo proculdubio,C.de rei vx.act.Et tamen idé innumeros in Pandectis locos reliquit,in quib.apertè traditur,Aduentitiam dotem mortua vxore remanere penes maritum.veluti in l. cùm vir,42.D.de vſurp.l.5.D.de bo. damn. l.dotale,15. & l.pen. D.de fund.dot. l.in eũ,16. D.de relig. & ſumt. l. cùm mortem,27.D.de iur.fiſc. l.ab hoſtib.10.§.1.D.ſol.matr.l.vlt.§.1. D.vt leg.nom. cauſſ.l.2.C.fam.erc. Itaque Hermog.in l.ei qui mortem,20. D.de his quæ vt indig. ſcribit, ei qui mortem vxoris non defendit,vt indigno dotem auferri, l.debitor,59.§.vlt.D.ad Treb.

¶ 79 Sed iam de diuortio dicendũ eſt; Ergo cùm diuortio matrimonium diremtum eſt,ſiquidé filiafa. erat mulier,antiquo iure pater ipſius adiuncta perſona actionem habebat:teſte Vlp.cap.Inſt.6.quippe,cũ ipſi patri dos aduentitia quęſita eſſet: qua de cauſſa eam conferendam fuiſſe, ſup.dictum eſt ex l.4. C.de colla. ſed nouo Iuſtiniani iure, cùm filia proprietaté habeat:ipſa, conſentiente patre,aget:cogetúrque pater conſentire,l.cùm oporteat,6.& l.vlt.C.de bo.quę lib.ſin autem ſui iuris mulier ſit,ipſa actionem habebit,l.1.§.accedit,C.de rei vx.act.quamuis ipſius culpa ſolutum matrimonium fuerit, l. ſi dotem, 24. C. de iur.dot.

¶ 80 Ex iis igitur quæ hactenus dicta ſunt,quantum inter Profectitiæ & Aduentitiæ dotis ius interſit,facilè quiuis poteſt intelligere.nunc quibus rebus inter ſe ſimiles ſint,conſiderandum eſt. Nam prima ſimilitudo hæc videtur:quòd ſi res pondere,numero, & menſura conſtarent,ſiue profectitiæ,ſiue aduentitiæ dotis eſſent, annua,bima,trima die reddebantur: ceteræ,pręſentes:auct.Vlp.tit.reg.6. quod tamen Iuſtinian.ſic immutauit, vt illę intra annum,ceteræ ſtatim redderentur,l.1.§.cùm autem,C.de rei vx.act. Secunda hæc eſt,quòd facto diuortio,ſi mulier ſui iuris erat, ſola actionem habebat:ſi filiafa. pater adiuncta ipſius perſona experiebatur:eodé auctore Vlp. Tertia, quòd maritus non in ſolidum, ſed in quantũ facere poterat, conueniebatur. ita tamen, vt perſonale beneficium eſſet,neq; ad heredem tranſiret,l.marito, 12.& l.ſeq.D.ſol.ma. Quarta,quòd quinq; de cauſſis

A retentiones ex vtriſque fiebant: Liberorum,morum, impenſarum, rerum donatarum, & rerum amotarũ. quod idem Vlp.teſtatur:& à Iuſtiniano ſublatum eſt. §.taceat,C.de rei vx.act. Quinta, quòd maritus dolũ & culpam in vtriſque pręſtabat:eámque diligentiam quam ſuis ipſius in rebus adhibebat, l. in rebus, 17.l. mulier bona, 72.§.1.D.de iure dot.l.etiam filio, 18.§. 1.D.ſol.mat. Sexta autem à Iuſtiniano inducta eſt, vt ſi cauta, neque tamen numerata dos fuerit, maritus B dotis petitionem habeat, ſi quidem matrimonium minus biennio durarit, intra annum: ſi ſupra biennium, minus decennio tamen, intra tres menſes: vt ex Nouell.100.intelligitur.

¶ 81 Deinceps de rerum dotalium fructibus ſoluto matrimonio naſcentibus dicendũ eſſet:ſed quoniam hic locus eſt de iure dotiũ diſſerendi,prius iura quædam dotis ſingularia, quæ vulgò Priuilegia nominantur,enumeranda ſunt. Dotium cauſſa, inquit Pomponius,ſemper & vbique præcipua eſt: hoc eſt, C iura quædam habet præcipua & ſingularia.quoniam publicè intereſt, dotes mulieribus conſeruari, vt iis matrimonij contrahendi facultas ne deſit, l.1.D.ſol. mat. Iura autem illa ſingularia complures arbitratu ſuo enumerarunt.

¶ 82 Ego hæc ex iure antiquo proferã:& quæ à Iuſtiniano inſtituta ſunt,ab iis ſeiungã.nã primũ & antiquiſſimum ex lege Iulia de adulteriis fuit,vt fundus dotalis,neq.ſine mulieris cõſenſu alienari, neq. cum ipſius cõſenſu oppignerari poſſit.l.1. & l.4. D.de fũd. D dot.cui Iuſtinianus addidit, vt nec alienari conſenſu mulieris poſſit,l.vn.§.cum lex,C.de rei vx.act. Alterũ eſt,vt par dotis & fiſci ratio ſit.nam vter eorũ prior eſt tempore,is iure eſt potior,l.dotis tuæ,9. C.de iure dot.l.2.C.de priuileg.fiſc. excipitur cauſſa Primipili, ꝓpter rei militaris rationé:cuius maximũ momẽtum in Primipilo erat poſitum. Itaq.ſi maritus vtriſq.debitor eſt,prius Primipilo, quàm doti ſatisfit, l.3.C.de Primip.quin & res quas in dotem Primipili debitor habet,ſi ſoluẽdo nõ ſit, ad extremũ occupãtur, l.4.C. E in quib.cauſſ.pig.tac.poſtremò,res dotis nomine obligata & donata, etſi Primipili morte donatio cõfirmata videatur,tamen vindicatur,l.ſi non virũ,9.C.de don.int.vir.& vx. Tertiũ eſt,vt in ambiguis pro dote iudicetur, l.in ambiguis,D.ſol.mat.&, de reg.iur. cum tamen in ambiguis contra fiſcũ reſpondeatur,l. nõ puto,D.de iur.fiſc.Quartum eſt,vt auus maternus nepti doté cõſtituens,ſibi & nepti ſtipulari doté,atq. ita actiones ex ſtipulatu nepti parare poſſit, l. Caïus Scius,45.D.ſol.mat.Quintũ eſt,vt res marito ab vxo- F re donata,rectè filiæ cõmuni dari in doté ab ipſo marito poſſit:quãuis donatio non valuiſſet, l.ſi ne vxor, 34.D.de don.int.vir.Sextũ eſt, vt ex nudo pacto dotis promiſſæ actio naſcatur, l.ad exactioné, 6.C.de dot. promiſſ. Septimũ eſt,vt mulier doté promittés,iuuari S.C.Velleiano nõ poſſit, l.ſi dotare,12.& l.vlt.C.ad Velleian. Octauum eſt,vt ſi mulier ſeruo,quẽ liberũ credebat, nupſerit, eiq.doté dederit, quaſi priuilegiũ ei in peculio detur, & ceteris creditoribus præferatur,l.ſi cum doté,22.§.vlt.D.ſol.mat. Nonum eſt, vt G mulier heres inſtituta,& fideicõmiſſo grauata,dotem ſuo marito ex reb⁹ fideicõmiſſariis dare poſſit, l.mulier, 22.§.pen.D.ad Trebell. ídq.cõfirmatum eſt à Iuſtiniano Nouell.39. Decimũ eſt,vt ibi repetatur dos, nõ vbi cõtractus factus eſt, ſed vbi mariti domiciliũ eſt,l.exigere,65.D.de iudic.adeò,vt etiã ibi petatur,vbi cum legato diuortium fit,l.ſi vxor,42.D.eod.

¶ 83 Reliqua auté priuilegia omnia à Iuſtiniano,

vt an

vt antè dixi, conceſſa ſunt. quorum hoc primum eſt,
vt tacitam in mariti bonis hypothecã habeat, l.1. C.
de rei vx. act. Alterum eſt, vt in ea hypotheca ceteris,
etiam antiquioribus creditorib. prçferatur, l.vl.C.qui
po.in pig. Tertium eſt, vt ſi quas impenſas maritus
fecerit, res ve donatæ aut amotæ fuerint, cõpenſatio-
nem tamen per retentionem non habeat, §.taceat, C.
de rei vx.act. Quartum, vt pater bona filiç aduentitia
poſſidens, & adminiſtrans, dotẽ tamen de ſuis bonis
ei conſtituiſſe intelligatur, l.vltim.C.de dot.promiſſ.
Quintum eſt, vt dotis nomine actio ex ſtipulatu ſem
per detur, quamuis ſtipulatio non interuenerit: eáq;
actio bonæ fidei naturam habeat, d.l.vn. C.de rei vx.
act.§.fuerat, de actionib. Sextum, vt dos præferatur
ei, qui marito pecuniam dedit ad aliquam rẽ compa-
randam, reuocandam, aut faciendam. Nou.97.de ex-
æquat.dot.§.3. In omnibus autem iſtiuſmodi priuile-
giis hoc notandũ eſt, quòd & perſonalia ſunt omnia,
neque ad heredes mulieris tranſmittuntur, l.vn.C.de
priuil.dot. & locum olim habebant, ſiue rei vxoriæ,
ſiue ex ſtipulatu ageretur: niſi poſt diuortium dos in
ſtipulationem deducatur. tũ enim nouatio dotis pri-
uilegium exſtinguit, l.aliam cauſſam, 29.D.de noua.

*Fructus rerum dotalium ſoluto matrimonio. Explica-
tio obſcura l.7.§.Papinianus, D.ſolut.matr.contra Dua-
ren.Connan.& alios.*

CAP. XII.

§84 QVONIAM de iure dotalium rerum ex-
poſuimus, conſequens eſt, vt de iure
fructuum ſoluto matrimonio naſcen-
tium ex inſtituti noſtri ratione diſſe-
ramus. Ergo dotalium rerum fructus diremto matri-
monio ſoli mulieri naſcuntur: quòd ſi eos vir perce-
perit, reſtituere cogitur, l.vn.§.ſin autem, C.de rei vx.
act. l.ſi marito, 31.§.vlt.D.ſol.ma. etiam ſi mora à mu
liere cõmiſſa ſit, l. ſi mora, 9.D.ſol.ma. at ſi morã ma-
ritus cõmiſerit, non modò perceptos fructus, ſed &
qui percipi debuerunt, reſtituit, l.ſi filiof. §.ſi poſt di-
uortium, D.ſol.mat. quinetiam conſtitutũ eſt, vt no-
uiſſimi anni fructus pro rata temporis, quo matrimo
nium conſtitit, inter virum & vx. diuidantur, l.fru-
ctus, 7.§.Papin. l.ſi alienam, 11. l.ſi marito, 31.§.vlt.D.
ſol.mat. l.1.§.ſed & nouiſſimi, C.de rei vx.act. l.cum
in fundo, 78.§.diuortio, D.de iur.dot.

§ 85 Et cùm exorta eſſet dubitatio, ſi locatio inter
perceptionem fructuum & diuortium interueniſſet,
quidnam ſequendũ eſſet: acutiſſimè Papin. diſputa-
uit, in fructuum diuiſione vtriuſq; temporis quo ma
trimonium conſtitit, rationem habendã eſſe: vt fru-
ctus pro rata tẽporis diuiderentur. Sed de ea quæſtio-
ne, quæ prçter ceteras obſcura eſſe creditur, & erudi-
tiſſimos quoſque çtatis noſtræ Iuriſconſultos exer-
cuit, paucis explicandum eſt §86 Argumentum
igitur illius §.Papi.in l.7.D.ſol.mat. hoc erit: Si inter
fructuum perceptionẽ & diuortium dotalis fundus
locatus ſit, vtriuſq; illius temporis, quo matrimoniũ
cõſtitit, habenda ratio eſt; vt pro rata eius temporis
marito fructus adtribuantur. Cauſſa autẽ fuit huiuſ-
modi: Mulier Kal.Octob. nupſerat, eóq; ipſo die vi-
neam ſuam marito doti dederat; Maritus vindemiam
facit: vini dolia duodecim colligit. Kal.Nouem. idem
maritus colono vineam illam elocat. Poſtremo Ia-
nuarij die diuortium facit. Quæritur, quantum ex
illis fructibus habere maritus debeat. Nam imperi-
ritus iuris, bonus alioqui ſiue pragmaticus, ſiue po-
liticus, pingui mineruа reſponderet; quoniam pro-

A portio fructuum dotis eſſe debet cum onerib. ma-
trimonij, & quattuor menſes matrimonium durauit:
quattuor vini dolia marito deberi, vt octo tãtùm re-
liqua reſtituat; nõ animaduertẽs videlicet, ſolã anno-
næ & fructuũ ſuperiorũ rationẽ habendam non eſſe:
verùm etiam annonæ inſequẽtis. quoniã (vt in vetere
prouerbio eſt) annus producit, nõ ager; nam anno in-
ſequenti, ſi maior vini prouẽtus eſſet, iniuria marito
fieret: aut verò ſi pluris fundũ elocaret, quàm quanti
merces anni ſuperioris fuerat. æquum eſt igitur, vt ex
B ea mercede, triũ menſium partẽ accipiat: ac proinde
vtriuſq. temporis, ratio, & ante locationem ſcilicet, &
poſt locationẽ habeatur. Papinianus autẽ ſignificat,
fuiſſe quoſdã, qui marito fructus omnes XII. doliorũ
adtribuerent, & præterea quartã mercedis partẽ: hoc
eſt, trium menſium penſionẽ. opinor, hoc argumẽto:
quòd cùm eo menſe percepti fuiſſent, quo menſe matri-
moniũ duraſſet, locũ lex haberet, vt quibus menſibus
matrimonium cõſiſteret, eorũ menſiũ fructus ad ma-
ritum pertineant. Sed hanc illorũ rationẽ idcirco ab-
C ſurdam eſſe oſtendit, quoniã iſto modo ſequeretur, vt
ſi poſtridie quàm maritus vindemiaſſet, diuerteret,
omnes illos fructus ſibi haberet. Ergo, inquit, vinde-
miæ fructus & quarta portio mercedis inſtãtis anni,
confundi debent: vt ex ea pecunia, tertia portio viro
relinquatur. Quæ verba non aliter interpretari com-
modè poſſumus, quàm vt inter veteres Doctores re-
ceptum eſt; nimirũ, vt omnes vindemiæ fructus cum
trium menſium mercede confundantur: veluti, ſi par
vtriuſq. anni ratio eſt, XII. dolia anni ſuperioris cum
D tribus inſtantis: & ex illa pecunia, ita cõfuſa, quinque
marito adtribuantur. nã vindemiæ fructus illos eoſdẽ
intelligit, qui fuerant in quçſtione poſiti. quod à po-
ſterioribus interpretibus animaduerſum nõ eſt. atq.
ita quoque Dorotheus in Baſilicis Papiniani verba
planiſſimè interpretatur. Sed cùm hãc Papiniani ſen-
tentiam fuiſſe, Latina ipſius oratio demõſtret, iis qui-
dem qui in ea lingua exercitati ſunt, tamen diſputari
poſſet, non ſatis eam æquitati conſentaneam videri.
Cur enim qui quattuor tantùm menſium onus ſuſti-
E nuit, quinque dolia auferet? Nam etſi cùm maior eſt
merces, quã quantus anni ſuperioris prouentus fue-
rat: æquiſſima iſta diſtributio eſt: tamen ſi vel par ſit,
vel minor, perſpicuè iniqua eſt. Res autem omnes ex
potiore parte cenſendæ ſunt.

§ 87 Quare exortus eſt Duarenus, qui æquitatẽ
ſecutus, acerrimè defendit, doliorũ numerũ pro men-
ſium numero marito adtribuendũ eſſe: vt pro menſe
Octobri, vnũ: pro tribus inſequẽtibus, tria relinque-
rẽtur. Verẽq. vt dicã, mihi ſentẽtia hçc naturali æqui-
F tati cõſentanea videtur: ſed tamen à Latinis Papinia-
ni verbis planè abhorrẽs. nam verba hçc VINDEMIÆ
FRVCTVS, interpretatur, Vnius tantùm menſis: cùm
ad anni totius fructus qui poſiti in quæſtione fuerãt,
referenda ſint. Tum illa, VT EX EA PECVNIA, ſic
accipit: quaſi Papinianus dixiſſet, illa pecunia perſol-
uenda: quod peccatum eſt in Latinæ quidem linguæ
conſuetudine ſanè maximũ. neq. dubiũ eſt, quin Gal-
lici ſermonis vſus, cui locutio illa reſpondet, Duare-
num in iſtam fraudem induxerit. Iam illud, TERTIA
G PORTIO, de vnius anni reditu, contra rationem om-
nem interpretatus eſt. nam quòd peruulgatã Docto-
rum interpretationem quaſi minus ad Latini ſermo-
nis vſum adcommodatam arguit, neq. TERTIAM EX
EA PECVNIA Papinianus dicere potuerit, pro EIVS
PECVNIÆ: pace doctiſſimi viri dixerim, planè ab-
ſurdum eſt; cùm vtrumque commodè dican

Tertiam partem ex illa re, & Tertiam illius rei.

§ 88 Itaque Connanus aliam iſtius computationis rationem inſtituit. nam vindemiæ fructus integros cũ integra locationis mercede permiſcet: deinde confuſam vtramque ſummam in annos duos diſtribuit: vt ex vno tertiam marito partem adtribuat. quæ ratio in paribus quidem vtriuſque anni fructibus, eodem cum recepta Doctorum ſententia relabitur: ſed à Latinis Papiniani verbis longè abhorret: qui planiſſimè ſcribit, non integram mercedem, ſed quartam illius partem marito adtribui. Quòd ſi vindemia eſſet, 24. locatio, 12. Connanus coniungit, 36. quorum dimidia pars ſunt, 18. vt marito 6. adtribuat: & eadem ſemper ratio ſit, ſiue vindemia, ſiue merces maior ſit. quæ ſanè ratio æquitati naturali, magis quàm Papiniani verbis adcommodata eſt.

§ 89 Ecce autem alij, qui amborum illorum ſententiam aſpernati, diſputant, tertiam ex vindemia A partem detrahendam, & alteram tertiam ex quarta mercedis parte: vt, verbi gratia, ex duodecim vindemiæ doliis, 4. ex tertia autẽ parte quartæ partis mercedis, 1. quibus ſimul confuſis efficiuntur 5. Quæ cõputatio in effectu, cum recepta & peruulgata Doctorum ratiocinatione congruit, atque in idem cum illa recidit. ſed Latinis Papiniani verbis vim adfert: qui diſertè & nominatim de integris vindemiæ fructibus, non de tertia illorum parte loquitur. præterea quid argumenti res habitura eſt: vt vir tertiam vindemiæ B partem auferat, id eſt, quattuor dolia pro quattuor menſibus: & inſuper tertiam partem quartę portionis mercedis? Receptã igitur Doctorũ interpretationem, Papiniani verbis & orationi planè conſentaneam, retineamus. quamquam non alienum videtur, totã hãc diſputationẽ in tabula deſcribere, & ſtudioſis ob oculos ponere: vt quantũ varietatis in illa multiplici ratiocinatione inſit, facilius intelligatur.

Menſes.	Vindemia	Merces	Papinianica confuſio, &	adtributio.	Connanica adtributio	Duarenica adtributio.
II.	XII.	XII.	XIII.	Sexta: id eſt $2\frac{1}{6}$	2	2
	XXIIII.	XII.	XXV.	Sexta. $4\frac{1}{6}$	3	3
	XII.	XXIIII.	XIIII.	Sexta. $2\frac{1}{3}$	3	3
III.	XII.	XII.	XIIII.	Quarta. $6\frac{1}{2}$	3	3
	XXIIII.	XII.	XXVI.	Quarta. $6\frac{1}{2}$	$4\frac{1}{2}$	4
	XII.	XXIIII.	XVI.	Quarta. 4.	$4\frac{1}{2}$	5
IIII.	XII.	XII.	XV.	Tertia. 5.	4	4.
	XXIIII.	XII.	XXVII.	Tertia. 9.	6	5
	XII.	XXIIII.	XVIII.	Tertia. 6.	6	7.

Tres iure veteri actiones quibus dos repetatur: Rei vxoriæ, ex Stipulatu, Perſcriptis verbis. nouo, duæ: Ex ſtipulatu & Vindicatio. Cauſſa dotis retinendæ.

CAPVT XIII.

§ 90 ACTVE hæc quidem de rerum dotaliũ fructibus hactenus. Reliquum eſt, vt quę de earumdẽ iure ſuperſunt, exponamus, atque in primis de actionibus quibus ſoluto matrimonio dos repetitur. Earum autem antiquo iure tres reperio fuiſſe: quarum in locũ duæ nouæ à Iuſtiniano ſubſtitutę ſunt. Nàm olim rei vxoriæ fuit actio, fuit & ex ſtipulatu, itémque perſcriptis verbis. de quarum ſingulis ordine diſſeremus: ſi prius illud monuerimus, quod Agellius lib. 4. cap. 3. teſtatur, Ser. Sulpitium in libro de dotibus ſcripſiſſe, nullas rei vxoriæ cautiones aut actiones, Romæ per annos quingentos, fuiſſe: quia C nullum vnquam per tot annos diuortium acciderat. Poſteà verò quàm celebrari diuortia cœperunt; Rei vxoriæ actio inſtituta eſt: hoc eſt, actio in perſonam, quæ ſoluto matrimonio mulieri eiúſve patri aduerſus maritum dotis repetendæ cauſſa conceditur.

§ 91 Non enim mulieri tantùm, verumetiam eius patri concedi, cùm ex iis quæ ſuperius dicta ſunt intellectum eſt, tum etiam Vlpianus Reg. tit. 6. his docet verbis: Quòd ſi in poteſtate patris D ſit, pater adiuncta filiæ perſona habet actionem reuera, nec intereſt aduentitia ſit dos, an profectitia. vbi pro REVERA, nõ dubito, quin reſtituendum ſit,

ſit, REI VXORIÆ: errorémq; ex notis R.V. natum arbitror. Aduerſus autem maritum eam dari conſtat, ſiue ipſi dos data ſit, ſiue alij ex mariti voluntate. ſed ſi filiusf. ſit & dos ſocero data ſit, filióve iuſſu ſoceri, ſocer tenebitur, l. ſi cùm dotem, 22. §. tranſgrediamur, D. ſol. matr. quin & aduerſus mariti heredes dari, patet ex l. dotis actione, 9. C. ſol. matr.

¶ 92 Huius autem actionis formulam Cicero in libro de Offic. III. ſcribit hanc fuiſſe: QVANTVM ÆQVIVS MELIVS ſit dari. eiúſque veſtigia exſtant in l. pe. D. ſol. ma. & l. ſi cùm Cornelius, 82. D. de ſolut. Itaque Caius in l. eas obligationes, 8. D de cap. min. ſcribit, eam in bonum & æquum conceptam eſſe, & naturalē pręſtationem habere: ob eámq; cauſſam etiam poſt capitis deminutionem durare, vt quandoque emancipata agat. Iam verò quod ad actionem ex ſtipulatu pertinet, ſic habendū eſt: vt ſi quidem profectitia dos ſit, & pater ſtipulatus fuerit eam ſibi reddi, filiæ cōmunitatem excludat: vt ſibi ſoli dotem recuperet, eámque actionem ad heredes tranſmittat, l. 1. §. & hoc ex rei, C. de rei vx. act. ſi modò ex continenti, nō autem ex interuallo ſtipuletur, l. quoties, 29. l. poſt dotem. 40. D. ſol. mat. Sin autem dos aduentitia ſit, tum extraneus, ſi modò eam ſibi reddi ſtipulatus eſt, agere ex ſtipulatu poterit, l. ſi dotem, 24. C. de iu. dot. Vtriuſque autem dotis cōmune hoc ęſt, vt ſiue profectitia, ſiue aduentitia ſit, per actionem ex ſtipulatu ſtatim & in ſolidum exigatur, l. 1. §. cùm autem, C. de rei vx. act. &, ſi mulier in matrimonio deceſſerit, ad ſuos heredes actionem tranſmittat, d. l. 1. §. maneat, & §. illo proculdubio, C. eo.

¶ 93 Supereſt actio perſcriptis verbis, quę tū dari ſolebat, cùm extraneus dotē ſibi reddi pactus fuerat, d. l. 1. §. accedit, & l. auia, & l. ſi dotem, 24. C. de iu. dot.

¶ 94 Tres igitur hæ vetuſto iure actiones dotis fuerunt: quas omnes Iuſtinian. ſuſtulit, vel potius ſic interpolauit, vt duas nouas inſtitueret. quarum prior

A eſt, Ex ſtipulatu. cuius hanc eſſe naturam voluit: vt in dote conſtituenda ſemper dotis ſtipulatio interpoſita fingatur: ac proinde, vt ſoluto matrimonio mulier, eiúſve heredes, aduerſus maritum, eiúſve heredes actionem ex ſtipulatu dotis haberent: quę tamen bonæ fidei natura & condicione dignetur, l. 1. C. de rei vx. act. Altera eſt, vindicatio: quæ mulieri conceditur in rebus dotalibus, ſiue mobilibus, ſiue immobilib. ſiue æſtimatis (ſi tamen exſtent) ſiue inæſtimatis, l. in rebus, 39. C. de iur. dot. nam illā aduerſus maritos dari (qua tamen de re veteres dubitarunt) ex fine legis

B illius intelligitur. vbi Imp. ait, ſi maritus ſit locuples, poſt ſolutum matrimonium: ſin minus, etiam conſtante matrimonio vindicationē illam concedi. quod idem de conſtante matrimonio ſancitū fuerat in ſuperiore l. vbi adhuc, 29. C. eod. neque eſt, quod noſtri propter res æſtimatas addubitent. ¶ 95 Nam illa verba SI TAMEN EXSTENT, patet non ſuo loco poſita fuiſſe: ſed ita, vt modò expoſui, locum illum reſtituendum eſſe. ¶ 96 Atque hæc quidem de dotalibus actionibus dicta ſint: qua in diſputatione, ne il-

C lud quidem prætermittēdū eſt: tribus tamen de cauſſis dotem à marito retineri, neque reſtitui: Prima eſt, propter repudium vel legitima ex cauſſa mulieri à marito, vel ſine legitima cauſſa marito à muliere miſſum. nam legitimas repudij cauſſas exponit lex conſenſu, 8. C. de repud. vbi inter alias traditur dotem ob adulterium amitti: de quo etiam textus eſt in l. vlt. C. de adult. cùm tamen antiquo iure ſexta tantùm dotis pars amitteretur: vt Vlp. Reg. tit. 6. teſtatur. Secunda

D cauſſa eſt, cùm vir pactus eſt de dote mortua muliere retinenda, l. ſi pater, 12. l. inter ſocerum, 26. §. cùm ſocer, D. de pact. dot. l. ſi dotali, 48. D. ſol. matr. Tertia eſt, cùm vir vnde ſe tueatur, habiturus non eſſet, l. maritum, 12. & ſeqq. D. ſolut. matrim. vnde actionis formula fuiſſe hæc videtur: QVANTVM facere maritus poterit, l. diuortio, 35. D. de neg. geſt.

DISPVTATIO
DE DONATIONIBVS OMNIVM GENERVM.

1 *Donatio, iure antiquo non erat conuentio, ſiue contractus: quia traditione perficiebatur.*
2 *Donatio, nouo iure eſt cōuentio, quæ donationē obligat.*
3 *Azonis definitio in diſquiſitionem vocata.*
4 *Donatio, cōtractui, obligationi, negocij geſtiōi opponitur.*
5 *Donationis diuiſio in abſolutam, & negocialem, ſiue conuentionalem.*
6 *Donationis mortis cauſſa & legati differentia.*
7 *Donationis vtriuſque differentia.*
8 *Donatio inter viuos an fieri teſtamento poſſit.*
9 *Donatio in fauorem matrimonij qualis ſit.*
10 *Donatio coniugi ſuperuicturo, qualis.*
11 *Donatio inter quas perſonas facta valeat.*
12 *Donatio in filiumfa. emancipationis tempore facta an ei in legitimam imputetur.*
13 *Donatio filiiſa. in parentes an rectè fiat.*
14 *Donatio facta patri per filiūſ. ipſo auctore an valeat.*
15 *Donare ſpuriis an liceat.*
16 *Donatio ſponſalitia quo iure cenſeatur.*
17 *Donationis ſponſalitia & arrarum differentiæ.*
18 *Donationum inter coniuges explicatio.*
19 *Figura de donationibus vbi 14. comparationes proponuntur earum perſonarum quæ inuicem donare poſſunt vel non poſſunt.*
20 *Budæi iudicium deſideratur in emendatione l. 3. §. 3. D. de donat.*
21 *Eiuſdem Budæi emendatio altera.*
22 *Donatio inter coniuges ſilentio confirmatur.*
23 *Donationis in concubinas & meretrices quod ius ſit.*
24 *Donatio in abſentes an rectè confirmetur.*
25 *Donari infanti rectè quemadmodum poſſit.*
26 *Donari nondum nato non poſſe.*
27 *Donari pupillo & minori quemadmodum poſſit.*
28 *De muto & ſurdo.*
29 *De iis qui capitale crimen admiſerunt.*
30 *Quarum rerum donationes fiant.*
31 *Donatio bonorum omnium an valeat.*
32 *An bona omnia tum futura tum præſentia donari poſſint.*
33 *De futurarum rerum donatione.*
34 *De viuentis hereditate donata.*
35 *De iure donationum.*
36 *Pura donationis ius quale, & quāta vis traditionis.*
37 *De donatione per quam negocium geritur.*
38 *Interpretatio l. Seia, 42. De mortis cauſ.*
39 *Donatarius bonorum omniū an habeatur pro herede.*
40 *De inſinuatione donationum.*
41 *Donatio quibus ex cauſſis reuocetur.*

Donatio contractus hodierno iure non veteri: quo definienda erat alienatio liberalis partium conſenſu tradendo accipiendóque confecta, contra vſitatam Azonis definitionem.

CAPVT I.

§ 1 DONATIONIS genus quod ſit, non ita facilè cuius intellectu eſt. Ego multorum auctoritatem ſecutus, diu exiſtimaui, Donationem, conuentionem definiri poſſe: poſteà autem animaduerti, iuris antiqui, hoc eſt, eius quod ante nouam Iuſtiniani conſtitutionem obſeruabatur, rationem hanc fuiſſe: vt præcipua donationis vis in traditione ſita eſſet; ſiue illa donandi conuentionem antecederet, ſiue ſequeretur: nam ſi ſequeretur, certè nõ antè donatio dicebatur, quã traditio facta eſſet. Ita enim lege Cincia de donis & muneribus comparatũ erat, vt donatio mancipatione vel traditione cõſtaret, l. iuxta, 4. C. TH. de don. antè autem quàm facta traditio fuiſſet, donatio dici non poterat. Deniq; pactum nudũ, quod donationis cauſſa fit, apertè à donatione remouetur, in l. 1. D. de tranſact. & l. in ædib. 9. D. de don. l. cùm donationis, 34. C. de tranſact. l. ex conducto, 13. §. Papinianus, D. locat. l. 3. C. de repud. hered. § 2 Ex nouo tamen Iuſtiniani iure, quo per pactum donationis, negocium geritur, concipitúrque obligatio, Donatio rectè conuentio definietur, l. ſi quis argentum, 38. §. ſin autem, C. de don. Sed ex iure antiquo donationẽ ita deſcribemus: vt ſit liberalis alienatio, quæ cõmuni partium conſenſu tradendo accipiendóque conficitur. Genus enim eſt alienatio, ſiue dominij translatio, l. traditionib. C. de pact. §. per traditionem, de rer. diuiſ. donari enim nõ poteſt, niſi quod eius ſit, cui datur, d. l. in ædib. §. vlt. D. de don. l. ſi tibi, D. de reb. cred. adeò, vt etiã pecuniæ dono datæ transferri dominiũ dicatur, l. qui id quod, 33. §. ea lege, D. de don. ſed prima differentiæ nota, eſt in liberalitate: altera in tradẽdi accipiendiq; cõſenſu, quæ vera donationis proprietas eſt: quandoquidẽ vtriuſque animum ſine vllo interiecto impedimento concurrere oportet, l. ſi tibi, 25. l. nuda ratio, 26. D. de don. l. ſi ego, 18. D. de reb. cre. adeò vt alterutri' mors interueniens donationẽ impediat, l. 2. §. 2. & §. ſi quis donaturus, l. hoc iure, 19. §. 3. l. abſenti, 10. D. de donat. & l. ſi ego, 9. §. 1. D. de iur. dot. § 3 Recepta autem in ſcholis definitio ex Azonis cõmentariis hæc fuit: Mera liberalitas quę nullo iure cogente conceditur. quæ definitio etiam in legatum conuenit, atq; adeò in mutuum, cõmodatum, & precarium, ſi vſus liberalitatem ſpectamus. Verùm inter donationẽ, & legatum hoc intereſt, quòd illa genus eſt; hoc ſpecies, l. legatum, D. de leg. 2. in illa, duorum voluntates concurrunt; hoc ex ſolius teſtatoris voluntate adpellatur. Sed antequam longius progrediamur, illa explicanda quæſtio eſt: An donatio contractus eſſe videatur. Nam etiam in ſcholis diſputari ſolet, vtrùm antiquo iure nominatus, an innominatus cõtractus eſſet: auctore Bartholo in l. iuriſgentium, D. de pact. qua diſputatione haud ſcio an quidquã ſtolidius fingi poſſit. Nam ſi contractus erat, quęro vtrùm re an verbis, an verò litteris, aut cõſenſu obligabat? Præterea iure antiquo ex donatione non naſcebatur obligatio: at nullus contractus eſt, vnde obligatio non naſcatur.

§ 4 Qua de cauſſa Donationem videmus obligationi opponi, in l. quę liberti, 8. l. Ariſto, 18. D. de don. l. 3. §. 1. D. de oblig. & act. Huc accedit, quod in omni contractu negocium geritur, d. l. iuriſgentium, 7. D. de pact. Donatio verò negocij geſtioni tamquã contraria opponitur, in l. ſi remunerãdi, 6. §. 6. D. mandat. l. ſi prędia, 58. D. de donat. inter vir. & vxor. l. cum poſt mortem, 43. §. 1. D. de admin. tut. l. interdictum, 14. D. de precar. l. ſenatus, §. 1. D. de mort. cauſ. donat. Quid verbis opus eſt? Exſtant in libris noſtris loca innumera, quibus apertiſſimè contractus donationi opponitur, l. ſicut, 20. l. ſi quis, 46. D. locat. l. ſi res æſtimata, 12. D. de iur. dot. l. 5. §. 4. D. de donat. inter vir. & vxor. l. interdictum, D. de prec. l. cum qui, §. is qui precario, D. de furt. Neque obſtat l. cum qui, 22. D. de donat. Ibi enim conſtat, adhibitam ſtipulationem fuiſſe; ac proinde donationis nomen exſtingui: ſtipulationis verò, quod præſtantius eſt, manere. ſtipulationem enim donationis pacto adhiberi ſolitam, cùm aliis ex locis conſtat, tum etiam ex l. qui id quod, 33. in prin. l. 2. §. cum verò, D. de donat. Nihilo magis aduerſatur l. ſi donationis, 7. C. de his quę vi met. cauſſ. nam illa verba, *cuiuſcumque alterius*, ad proximum ſtipulationis verbum referenda ſunt: cùm nę Tranſactio quidem contractus ſit, vt ſuo loco docuimus. Atque hæc quidem de ea donationis ſpecie dicta ſint, quæ propriè verè ſic adpellatur: hoc eſt, quæ nullum negocium continet. Aliam enim quæ negocialis à nobis adpellabitur, cõtractum eſſe conſtat. quemadmodum negari non poteſt, quin ex nouo Iuſtiniani iure, quo ex pacto donationis obligatio concipitur, donatio ſit contractus. itaque ab ipſo dilucidè adpellatur in l. 8. C. de præſ. triginta annor.

Quid directa donatio, quid negocialis: vbi de negocio quadruplici. Quid inter viuos donatio: quid cauſſa mortis. Explicatio l. ſenatus, 35. §. 2. D. de mort. cauſ. don. Specierum donationis cum legato & inter ſe comparatio. denique controuerſa quæſtio Pragmaticorum, contra communem opin. diſputata.

CAPVT II.

§ 5 NVNC tempus eſt, vt ad diuiſionẽ accedamus. Eſt autem donationum diuiſio duplex: quarũ prima bipartita eſt: vt alia ſit directa ſiue ſimplex, mera & abſoluta: alia verò negocialis, ſiue cõdicionalis. Directa eſt, quæ ſolius liberalitatis cauſſa, & ſine vlla negocij geſtione conficitur. qua de cauſſa Theodoſius in l. vnica, C. de impon. lucrat. deſcript. ſcribit donationem inter viuos ſimplici liberalitate confectam, inter lucratiuas cauſſas annumerari. Negocialis autem dicitur, quę non ſolius liberalitatis, ſed etiam negocij gerendi cauſſa conficitur. Negocium autem quadrupliciter geri in donatione dicitur: cùm aut dies, aut condicio, aut cauſſa, aut modus adiectus eſt. Dies, veluti cùm vſque ad certum tempus, aut incertum, póſtve id tempus aliquid donatur, l. vlt. C. de legat. vbi Imperator ſcribit, receptum eſſe, vt temporalis donatio valeat. itémque l. 1. l. 2. l. 3. C. de donat. quæ ſub mod. de condicione autem Iulianus ita ſcribit in l. 1. D. de donat. Dat aliquis vt tum demum accipientis fiat, cùm aliquid ſecutum fuerit: non propriè donatio adpellabitur, ſed totum hoc donatio ſub condicione eſt. Itémque cùm quis ea mente dat, vt ſtatim quidem faciat accipientis: ſi tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velit ad ſe reuerti, non propriè donatio dicatur, ſed totum donatio eſt, quæ ſub condicione ſoluatur: qualis eſt mortis cauſſa donatio. Sed cùm condi-

condicionum alia, vt Iuſtinianus loquitur, poteſtatiua ſit, alia caſualis: illius quidem exemplum exſtat in l.Ariſto,18.§.1.D.de dona.dono vt manumittas:& in l.2.in fi. & l. 3.eo. dono decem ſi inde Stichum emas. Caſualis autem, in d. l.2. §.2. Si Titius Conſul fiat. Nunc de cauſſa videamus, quam à condicione multum differre, intelligitur ex d.l.3.§.eo.ea verò aut præterita eſt, aut futura. Præterita, velut in l.ſi pater, 34. §.1.eod.cùm merces eximij laboris datur: vt quia quis à latrunculis aut hoſtibus ereptus eſt.nam eo loco impropriè donatio nominatur:cùm in l.hoc iure, 19.§.1.dicantur talium officiorũ mercedes extra cauſſam donationum eſſe. Futuræ autem exemplum eſt in d.l.hoc iure,in fin.vt nomen meum feras:vbi cùm adſcribitur, non eſſe hanc donationem, intelligendum eſt verè & propriè: vt cùm in l. Ariſto, 18. eod. donatio Stichi, vt eum continuò manumittas, negatur eſſe donatio. Et ideò, inquit, obligatio eſt. Reſtat modus de quo ſub tit.C.de donat. quæ ſub mod. veluti, Bona mea tibi dedi, vt certa mihi alimenta præbeas. item, in l.vlt. C.de rer.permutat. Dono tibi tres fundos, vt Mæuiæ menſtrui tantum præſtes. Vnde etiam intelligitur, quod diligenter animaduertendum eſt, non has verè & propriè donationes eſſe, ſed verum contractum innominatum, Do vt facias. ciuilem enim perſcriptis verbis actionem inde naſci. Altera donationum diuiſio hæc eſt: vt alia inter viuos: alia mortis cauſſa fieri dicatur. Illa eſt quæ à viuente in viuentem ita confertur, vt donator donatariũ quàm ſe habere malit. Hęc verò, quam quis poſt mortem demũ ſuam habere vult: ſeſéque quàm donatarium habere mauult. Mirum eſt autem, quod Paullus in l.Senatus,35.§.2. D.de mort.cauſ.don.ſcribit, ita quoque mortis cauſſa donari poſſe, vt nullo caſu ſit repetitio: id eſt, ne ſi conualuerit quidem donator. quod etiam iteratur in l.ſed interim,11. §.1.D. de donat. int. vir. cùm tamen Papinianus in l. Seia, 42. in fi.ſcribat, eum qui abſolutè donaret, non tam mortis cauſſa, quàm morientem donare. Quare Martiani pręceptũ teneatur, vbi ita donatur mortis cauſſa, vt nullo caſu reuocetur, cauſſam donandi magis eſſe, quàm mortis cauſſa donationem, l. vbi ita, 27. D.de mort.cauſ.donat. Cui conſentaneum eſt, quod Iulianus ſcribit in l. non omnis,19.D.de reb.cred. nõ dici habere obligationem ex mortis cauſſa donatione, niſi qui negocium geſſit.

¶ 6 Cùm autem mortis cauſſa donationis & legati ſimilitudo perſpicua ſit, quia vtrumq; poſt mortem confertur, tum verò ita inter ſe differunt, quòd hoc in teſtamento relinquitur, illa extra teſtamentum, l.tam is,25.D.eod. Hoc, ex hereditatis aditione pendet, l. ſi tibi homo,86.§.2. D.de leg.1. illa ab ipſo teſtatore accipitur, l. poſt legatum,5.§.pen. D.de his quæ vt ind. Res legata donari inter viuos alteri poteſt, l.rem legatam,18. D.de adim.leg. l. cùm hic ſtatus,§. qui quaſdam, D.de donat.inter vir. l.ſi ex toto, 8.D.de leg.1. Res verò inter viuos donata, teſtamento reuocari non poteſt, l.verba,6.C.de teſt.l.ſi antè,8. C.de donat.ant.nupt.

¶ 7 Poſtulat enim hic locus, vt quæ ſit inter illas duas donationis ſpecies differentia, planiùs exquiramus. Ergo in donatione inter viuos dominium à viuente in viuentem ita transfertur, vt etiam viuo donatore donatarius dominus efficiatur, l.1. D.de don. At donatio mortis cauſſa morte demum perficitur, l.non videtur, D.de mort.cauſſ.donat.quippe cùm ita plerumque detur, vt poſt donatoris demum mortem

A alter dominus efficiatur, l.ſi eum, 9.in fine, & l.ſeq. D.de donat.int.vir. & vxor. Rurſus in illa donator mauult donatarium habere, quàm ſe: in hac, ſe, quàm donatarium. Illa, cauſſam habet ſolam liberalitatem: hæc mortalitatis cogitationem. Illa, ex conuentione firma & irreuocabilis eſt, l.Seia, 42.§.vltim. D.de mort.cauſſ.donat. hæc verò ex ipſa conuentione, vel tacita tribus caſibus reuocatur, mutata voluntate, periculo ſublato, & donatario præmoriente, l. 3.& ſequent. D. de mort. cauſſ. donat. Illa, duorum teB ſtium præſentia contenta eſt: hæc, quinque teſtes requirit, l.vlt.C.de mort.cauſſ. Illa, inſinuanda, id eſt, in acta publica redigenda eſt, ſi quingentos aureos excedat: hęc verò, non inſinuatur, d. l. vltim.C.eod. Ex illa Falcidia non detrahitur: ex hac detrahitur, l.in donationibus,12.C. ad leg.Falc. Vulgò autem exiſtimatur addi poſſe octaua differentia, ex l. inter mortis,38.D.de mort.cauſſ. vt illa, inter abſentes fieri poſſit: hęc, vt vulgò exiſtimatur, non niſi inter præſentes. ſed poſterius, cùm de perſonis agetur, illum erC rorẽ confutabimus. ¶ 8 Nunc illa Pragmaticorum quæſtio explicanda eſt, An donatio inter viuos fieri teſtamento poſſit. quod communi omnium conſenſu receptum eſſe teſtatur Matthæus de Afflictis, & qui longè omnibus antecellit, Oldradus: cuius non probabilius video argumentum eſſe, quàm ex coniunctione l.1.§.adſignare, cum l. adſignare, 7. D. de adſign. lib. vbi dicitur adſignari poſſe libertum, & in teſtamento, & inter viuos. Quaſi verò non ibi perſpicuè oſtendatur, illud in libertorum adſignatione D ſingulari & ſpeciali iure receptum eſſe. Ne multa. Etſi repugnantia ſunt, teſtamentum & donatio: cùm illius vis poſt mortem conferatur: hæc inter viuos vim ſuam exerat: tamen, vt actus magis valeat, quàm pereat, puto donationem illam in fideicommiſſum conuerti, l.miles ad ſororem,75.l.cùm pater,77.§.donationis, D.de legat.2. ſic enim donatio inter virum & vxorem, quia non niſi poſt mortem valet, fideicommiſſi partibus fungi dicitur in l. in donationibus,12.C.ad leg.Falcid. Neque obſtat l.ex hac ſcriptura,16.D.de donat.vbi tamquam repugnantia ponunE tur, Habuiſſe vſque ad mortem, &, Viuum donaſſe: quia lex apertè fatetur, ex ſtricto iure non valere: ſed ex benignitate dumtaxat, contra ſtricti iuris rationem: nimirùm tamquam fideicommiſſum. nihilò magis obſtat l.Seia,42.§.vlt. D.de mort. cauſſ.donat. vbi pater in extremis conſtitutus, donat filio emancipato, ſine vlla redhibendi condicione: id eſt, vt poſteà loquitur, abſolutè. Nam verbum *In extremis*, non ſignificat, in teſtamento: ſed ſiue teſtaF mentum ſcripſerat, licuit tamen illi poſteà donare: vt ſuperiùs diximus ex l. rem legatam, D. de adim. leg. ſiue non ſcripſerat, moriens & in extremis conſtitutus donabat. Hactenus de definitione, & diuiſione donationis ſatis videtur dictum.

Gallorum duplex genus donationum: vnum in fauorem matrimonij: alterum ad ſuperſtitem.

Cap. III.

G NVNC conſequens eſt, vt ad partitionem accedamus: modò pauca prius, de duobus donationum generibus, quæ ad coniugij rationem pertinent, & in Gallia noſtra magnoperè vſurpantur, diſſeruerimus.

¶ 9 Eorum autẽ alterũ vulgò à noſtris Pragmaticis, Donatio in fauorẽ matrimonij: alterũ, Donatio ad

ſuperuitam, id eſt, ſuperuicturo coniugi, adpellatur. Ergò donatio in fauorem matrimonij, ſic ab iis adpellatur, quæ à patrefam. aut extraneo in alterutrum è coniugibus, conciliandi coniugij cauſſa confertur. nuptias enim cauſſam illius donationis finalem eſſe, Boëtius teſtatur, deciſ. 350. num. 10. quaſi ſcilicet abſque illa futuræ nuptiæ non fuiſſent. Quid ergò eſt? nam ſi quidem à patre in filiumfam. fiat, quo iure conſiſtet? cùm poſterius demonſtraturi ſumus, donationem à patre in filiumfam. factam, propter ius patriæ poteſtatis nullam eſſe. l. 2. C. de inoff. donat. An propter nuptiarum fauorem ius illud exſtinguetur? Proferant igitur textum aliquem in quo vel minima eius rei mentio vel ſuſpicio ſit. Verùm erroris cauſſa demonſtranda eſt. Crediderunt ſcilicet matrimonio contrahendo patriam poteſtatem diſſolui: ac proinde donationem hanc quaſi in emancipatione fieri: quo nihil, in iure quidem noſtro, vel ineptius vel abſurdius fingi poteſt: quemadmodum alio loco demonſtrauimus. De variis autem gentium inſtitutis ac moribus, quibus hoc ius receptum eſt, nihil agimus. Quid ſi ab extraneo donatio iſta fiat, quid iuris? nimirum ſi qua alia firma, & rata erit, hęc quoque valebit: ſed non propter clauſulam & qualitatem fauoris matrimonij: quia nihilominus illa non adita tamquam quæuis alia donatio ſuo iure conſtabit: quemadmodum videmus in l. creditor, §. 1. D. mand. Nuptias autem cauſſam eius donationis finalem facere, videamus ne contra bonos mores ſit; qui venalia matrimonia repudiant: vt l. 2. D. de don. int. vir. & l. 5. C. de inſt. & ſubſt.

¶ 10 Age verò; de donatione coniugi ſuperuicturo facta videamus. nam eius exemplum quoddam in veteribus Gallorum moribus reperio: de quibus Cæſar Commentario VI. ſic ſcribit: Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis, æſtimatione facta, cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur, fructúſque ſeruatur. Vter eorum vita ſuperarit, ad eum pars vtriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum peruenit. Quid iniquius iſta pactione fingi potuit, ſi ſuperſtes mulier maneret, & alteri nuberet, ad quem bona omnia transferret? Neceſſe eſt igitur, cautionem aliquam fuiſſe, qua liberis proſpiceretur: cuius mentionem Cæſar eo loco, quo res alias agebat, prætermiſerit. Vtcumque ſit, illud conſtat, ſi clauſula hæc ita eſſet adhibita, quaſi heres in contractu matrimonij inſtitueretur is, qui ſuperuicturus eſſet, nihil actum eſſe: l. hereditas, 5. C. de pact. conu. ſin autem, vt mutua donatio in mortis caſum conferretur, tum legem quidem dotis contractui adhibitam ſeruandam eſſe: l. legem, C. de pact. Ceterùm conuentionem duorum de mutua ſucceſſione iure veteri reprobatam fuiſſe, l. licet, 19. C. de pact.

Partitio operis inſtituti. Donatio inter patrem & filiumfam. quo loco habenda. Reſtitutio l. donationes, 9. C. de reuoc. don. Pragmaticorum abſurditas inepta. Filius an donare cuive poſſit: & poſtremò de Spuriis.

CAP. IV.

¶ 11 DEINCEPS igitur tempus eſt, vt ad partitionem accedamus. Erit autem tripartita diſtributio. nam primo loco de perſonis, altero de rebus, po-

A ſtremò de iure donationum diſputabimus. Inter perſonas, primum locum obtinet diſputatio de patre & filiofam. inter quos ipſo iure donationem non valere, nimirum propter ius patriæ poteſtatis, conſtat ex l. cum de bonis, C. de donat. l. 1. §. 1. D. pro donat. tria tamen donationum genera excipiuntur: quorum primum eſt, dotis & donationis propter nuptias. l. vltim. D. de coll. dot. alterum cùm filiuſfam. in caſtra proficiſcitur. l. ſi filius, D. fam. erciſc.
B tertium, cùm vſusfructus in rebus aduentitiis remittitur; aut ei alimentorum nomine donatur. l. antep. C. de bon. quæ lib. Tribus tamen modis confirmari patris in filiumfam. donatio traditur: emancipatione, ratihabitione, & morte. nam de emancipatione teſtimonium eſt in l. 2. C. ſi quis alt. eam. l. 2. C. de inoff. don. l. ſiue emancipatus, 17. C. de donat. neque obſtat quòd ea quæ ab initio non valent, ex poſt facto non conualeſcunt. quia pater liberos emancipans, donat. quinetiam moris fuiſſe vt patres libe-
C ros emancipantes iis aliquid largirentur, argumento eſt l. vt liberis, 17. in fin. C. de coll. l. donationes, 9. C. de reuoc. donat. vbi tamen pro EMANCIPATOS ex Codice Theodoſ. reſtituendum eſt, EMANCIPATIONIS TEMPORE. Et huic iuri conſentaneum eſt, quod profectitia dos, per emancipationem, filiæ propria fiebat. l. vn. C. de rei vxor. act. De ratihabitione autem heredum, teſtimonium eſt in l. ſi pater, 4. D. pro dona. l. 4. §. 2. D. pro ſuo. Vtrùm autem ſilentio patris morientis donatio con-
D firmaretur, obſcuriſſima, &, meo iudicio, planè inexplicabilis quæſtio eſt. Varia namque hac de re iura reperio. nam in l. 1. §. 1. D. pro don. l. 2. D. pro hered. l. ſi pater, 4. D. eod. l. 4. D. pro ſuo, perſpicuè traditur, patris donationem tum demum confirmari, cùm à coheredibus rata habita eſt. denique nihil apertius proferri poteſt, quàm ex l. ſi donatione, 13. C. de coll. Et, ſi argumenta quærenda ſint, conſtat ea quæ filiofam. donantur, in profectitio peculio numerari. Profectitium autem morte patris cum he-
E reditate confundi, nemo neſcit, ex l. certum eſt, C. fam. erciſc. Contrà tamen apertiſſimè pugnant l. filiæ cuius, C. fam. erciſc. l. penult. C. de dot. coll. l. Pōponius, 35. D. familiæ erciſc. item Paullus lib. ſent. 5. titul. 11. denique reſcriptum Valeriani & Gallieni omnem tergiuerſandi facultatē tollit, in l. 2. C. GREG. de fam. erciſc. cum qua concilianda eſt d. l. 2. C. de inoff. don. quæ eorumdem eſt Imperatorum: & in qua neceſſe eſt fateri, donationem morte confirmatam eſſe: quod idem Iuſtinian. ſtatuit de donationib.
F inter virum & vxorem. l. donationes, 25. C. de don. int. vir. ſed quia D. Seueri conſtitutione cautum anteà fuerat, vt de mortis cauſſa donationibus Falcidia detraheretur: propterea dicit arbitrum familiæ erciſcundæ curaturum, vt frater donatarius alteri fratri quartam partem debitæ ab inteſtato portionis præſtet incolumem. Cùm enim tales donationes morte confirmentur, ſatis intelligitur, eas inter mortis cauſſa donationes numerandas eſſe. Eodem etiam quaſi corollarij loco, accedit Papiani neſcio cuius
G reſponſorum quæ nuper edita ſunt illa ex titul. 2. ſententia, Donationem quam pater in filium filiámue conſcripſerit, ſi geſtis fuerit allegata, & ſi eam pater apud iudicem locorum non reuocauerit, aut ipſa donatio dodrantem non excedit, firmiſſimam permanere. Quæ cùm ita ſe habeant, perſpicuum eſſe arbitror, neque Iuſtinianum primum conſtituiſſe, vt ratæ tales donationes eſſent: in l. donationes, 25.

nes,25. C. de donat. int. vir. & vxor. neque adeò vt
eædem inſinuarentur:cùm id antea Conſtantini lege
inductum eſſet. l. 5. C. TH. de donat. ſed tantum-
modò, vt quæ certam quantitatem excederent, in
acta referrentur.

§ 12 Nunc altera quæſtio exoritur: An donatio
à patre in filium, emancipationis tempore collata,
filio in ſuam legitimam imputetur. Quod Pragma-
tici noſtri dicere ſolent, In præmium emancipatio-
nis: conſuetudine ſanè inepta & abſurda. Nam ſi
quod emancipationis præmium eſſet, numquid po-
tius à filio in patrem conferretur? vt §. 2. Per quas
perſ. l. cum oportet, 6. §. cùm autem, C. de bon. quę
lib. l. 3. C. de bon. matern. l. 1. §. ſi parens, D. ſi à par.
quis manu. l. 1. & l. 2. C. TH. de bon. mat. Neque
verò conſuetudinis illius ſtultitiam adiuuat, quod
proferre ſolent ex l. iubemus, 5. C. de emancipat. lib.
vbi dicitur, filium non poſſe inuitum emancipari,
ac proinde vt patri ſuam voluntatem adcommodet,
aliquid ei in præmium illius conſenſus dari: quaſi
verò antiquo iure non licuerit patribus liberos quã-
tumuis inuitos, emancipare: quos etiam interfice-
re licebat. l. in ſuis, D. de lib. & poſt. ſed quid opus
eſt plura? nam Anaſtaſiana illa conſtitutio diſertè
de abſentium emancipatione loquitur: & iubet, vt
cùm hoc per Principis reſcriptum impetratum erit,
poſtmodùm liberi teſtificentur, ſuam voluntatem
propoſito conſentire: vt textus loquitur: id eſt, ſe
parentum factum ratum habere. Vt in pauca confe-
ram, quoniam emancipati liberi per emancipatio-
nem peculij ius amittebant; (caſtrenſi enim exce-
pto, patres eis peculium adimere ſolebant. l. pater,
12. D. de caſtren. pec. l. 4. in fin. D. de doli except.)
moris erat, vt patres iis aut peculium, aut aliquid
aliud nominatim darent: l. vt liberis, 17. C. de coll.
l. vltim. C. de eman. lib. Eſt autem iuris explorati,
donationem patris inter viuos factam, ſi modò legi-
timæ contemplatione facta ſit, filio in legitimam
imputari. l. ſi non mortis, 25. D. de inoff. teſtam. cùm
mortis cauſſa facta donatio non imputetur. l. Papi-
nianus, 8. §. ſi quis mortis, D. eod. Hactenus de pa-
tris in filium donatione dictum eſt. De matris au-
tem, hoc iuris eſt, vt mater filio in patris poteſtate
conſtituto donare nihil poſſit: vt pote, ne legi, quæ
donationem inter virum & vxorem prohibet, fraus
fiat. l. 3. §. 2. D. de don. inter vir. & vxor. emancipa-
to verò, aut patre orbato, donare poteſt. l. ſi conſtan-
te, 19. D. eod.

§ 13 Nunc de filiifam. donatione videamus. Er-
go filiusfam. cùm nihil præter peculium habeat, pe-
culium autem in patris ditione ac poteſtate ſit, vt
modò diximus: conſentaneum eſt, vt filius nihil
de eo ſine patris permiſſu donare poſſit. l. filius, 7. D.
de donat. l. tam, 26. §. 1. D. de mort. cauſſ. l. cùm non
ſolum, §. filiis autem, C. de bonis quæ lib. etiam ſi
peculij adminiſtratio ei conceſſa ſit: niſi fortè vel
iuſta de cauſſa, vel patris permiſſu vel expreſſo, vel
præſumto. d. l. filiusfam. 7. D. de donat. Sed cùm in
aduentitio filius proprietatem, pater vſumfructum
habeat: l. cum oportet, 6. C. de bon. quæ lib. inde
quæſtio exorta eſt; An donatio facta patri per fi-
liumfam. ipſo patre auctore valeat: nam olim filij
pro præmio emancipationis aliquid donabant pa-
tribus, trientem aduentitij, nunc ſemiſſem. l. 6. §.
cùm autem, C. de bon. quæ lib. §. 2. Inſtit. per quas
perſ. Ac Baldus quidem conſil. 62. volum. 4. eam
valere defendit: à quo diſſentit Archipragmaticus

A Guido Papius deceſ. Delphin. 223. Baldi autem argu-
mentum eſt, ne quod in fauorem inſtitutum eſt, in
damnum conuertatur, contrà l. quod fauore, 5. C. de
legib. & l. generaliter, 5. §. vlt. C. de ſecund. nupt. qua-
ſi verò certo iure hoc inductum ſit, ac non potius
patriæ poteſtatis effectus hic ſit, & natura condició-
que peculij. Alij autem nituntur argumento l. 1. §. 2.
D. de auct. tut. ſed longè probabilius ſumere pote-
rant ex eo, quia iſtiuſmodi auctoritatis nullus poteſt
B effectus eſſe, quin commune parentum & naturæ
votum lædatur: quo liberis parentum hereditas de-
betur. l. ſi ſcripto, 7. D. ſi tab. teſt. null. l. nam etſi, 15. D.
de inoff. teſt. quam enim aliam ob cauſſam pater ſibi
donari vellet, niſi vt filij bonitate abutens, quod eius
proprium eſt, alteri extraneo largiretur? An autem
matri filiusfa. donare poſſit, ita diſtinguendum eſt: vt
ſi caſtrenſe peculium eſt, poſſit. l. 3. §. 2. D. de donat. in-
ter vir. & vxor. ſin autem alterius generis vnde do-
nandi poteſtas ei permiſſa ſit, puto, ex illa ipſa lege,
C non licere: ne fraudulenter vir ipſe vxori donare vi-
deatur. Iam verò de emancipatis hoc ius eſt, vt & pa-
tres & matres liberis emancipatis, viciſſimque hi
parentibus donare poſſint. l. ſiue emancipatis, 17. C.
de donat. l. ſi pater, 34. D. eod. l. Seia, 42. §. 1. D. de mor.
cauſſ. donat.

§ 15 Sed de ſpuriis obſcurior quæſtio eſt: nam
iure quidẽ antiquo donare ſuis ſpuriis patribus per-
mittebatur. l. omnes, 17. §. Lucius, D. quæ in frau. cred.
l. Lucius, 38. D. mand. quippe, cùm etiam concubinis
D dari liceret. l. donationes in concubinam, D. de do-
nat. Neque obſtat l. 1. C. de nat. lib. nam præterquàm
quòd propriè ſcripta eſt de Senatoribus, qui liberos
ex infamibus mulieribus ſuſceptos in legitimorum
numero habere volebant: conſtat illam nominatim
à Iuſtiniano abrogatam eſſe, per Nouell. 89. & 117.
Opinor igitur ita diſtinguendum eſſe: Nam ſi nothi,
ſint, id eſt ex legitima concubina ſuſcepti, puto ean-
dem eſſe debere donationum rationem, quę eſt inſti-
tutionum & legatorum: de quibus in libello de ſpu-
E riis diſſeruimus. hoc eſt, vt ſi iuſti liberi exſtent, non
plus vncia eis donari liceat: ſi non exſtent, ſed pater
exſtet, tum bes donari poſſit: ſi neutri exſtent, quan-
tumuis. At ſi ex damnato concubitu ſuſcepti ſint, du-
bium eſſe nõ poteſt, quin iis donari nihil liceat: cùm
Imperator in Nouell. 74. & Nouell. 89. hanc velit eſ-
ſe parentum pœnam, vt eiuſmodi liberi penuria la-
borent.

Spõſalitia donatio duplex, & quod cuiuſque ius. De ar-
F *ris, earũmque à donatione ſponſalitia diſcrimen: vbi con-*
tra Accurſium interpretatio l. mulier, 5. §. quæ cum, C. de
ſponſal. & arr. ſponſal.

CAP. V.

§ 16 PROXIMVM eſt, vt de ſponſa-
litiis donationibus videamus. Eſt
autem ſponſalitia donatio, quæ à
ſponſi parte in ſponſam, aut con-
trà ab huius parte in illum confertur. De qua exem-
G plum eſt in l. ſi ſponſus, 5. l. inter eos, 27. & l. cum hic
ſtatus, 32. §. ſi quis ſponſam, D. de donat. inter vir. &
vxor. l. cùm ſponſus, 12. D. de publ. l. 1. D. de donat. Ea
autem antiquo iure duplex fuit: Liberalis, & Nego-
cialis: quemadmodum intelligitur ex l. 1. D. de do-
nat. Liberalis erat, cùm ea mente tradebatur, vt con-
feſtim accipientis fieret, nec donator eam vllo caſu
ad ſe reuerti vellet. Negocialis, cùm ea lege daba-

tur, vt nuptiis non ſecutis res auferretur. quo caſu A
(inquit Vlp.) fit donatio ea quæ ſub condicione ſoluatur: ac proinde negocium geritur: l. 2. l. ſi cum ante, 7. C. de donat. ante nupt. & l. vn. C. Greg. ſi aduerſ.don.ſponſ. Indefinitè autem puto eam pro liberali habitam ac numeratam fuiſſe. l. 10. l. ſi tibi, 11. C. eod. ſed præſertim ex l. cum veterum, 15. vbi Conſtantinus ſcribit, veterum ſententiam hanc fuiſſe, vt donationes in ſponſam, nuptiis quoque non ſecutis, valerent. Neque obſtat, quod Iuſtinianus ait B
in §. 3. de don. donationem ante nuptias tacitam in ſe condicionem habuiſſe, vt tunc rata eſſet, cùm matrimonium eſſet inſecutum. quia hoc ad ius à Conſtantino inductum referendum eſt: qui conſtituit, vt omnes eiuſmodi donationes negociales eſſent. Nihilomagis obſtat, quod dotis promiſſio tacitam continet condicionem, ſi nuptiæ ſequantur, l. ſtipulationem, 21. D. de iure dot. quia ſatis conſtat, dotem ſine nuptiis intelligi non poſſe. Denique Conſtantinus eas ad extremum negociales om- C
nes fecit, iiſque ius hoc tribuit: vt ſi donatoris culpa nuptiæ impedirentur, donum apud donatarium maneret: ſi donatarij, reſtitueretur. ſin autem morte impedirentur, tunc ſi oſculum interueniſſet, quod ſponſus donaſſet, dimidia tantùm ex parte repeteretur: quod autem ſponſa donaſſet, ſiue cum oſculo ſiue ſine oſculo, totum redderetur. d. l. cum veterum, 15. & l. ſi à ſponſo, 16. C. eod. Indéque rectè à noſtris notatum eſt, virginem per oſculum dare dumtaxat, nihil accipere. Opinor, quaſi quodam- D
modò delibata virginis pudicitia per oſculum videatur. quod certè in Gallia noſtra parum obſeruatur. Poſtulat autem hic locus, vt de arris ſponſalitiis diſſeramus: quas nimirum ſponſus, quaſi pignoris loco, ſponſæ dat, fore vt eam vxorem ducat. nam illæ à ſponſo tantùm, eiúſque nomine dabantur: à ſponſa verò non dabantur: vti patet ex l. 3. & l. mulier, 5. C. de ſponſalib. & arr. ſponſ. l. ſi quis officium, 38. D. de rit. nupt. l. vlt. C. de epiſc. & cler. E
Neque obſtat §. quæ cum, d. l. mulier: quem cùm malè Accurſius intellexiſſet, alios in errorem induxit. Nam illa verba *QVÆ omnia ſimili modo etiam de ſponſis ſuper recipiendis necne arris præſtitis cuſtodiri cenſemus:* ſic accipienda ſunt: id eſt de ſponſis, qui arras à ſe datas & præſtitas recuperare debent.


§ 17 Triplex igitur inter Arras & donationes ſponſalitias differentia notanda eſt. Prima, quòd illæ tantùm à ſponſ. parte adferuntur: hæ verò, vtrimque. illæ, ſi ſponſi culpa nuptiæ impediantur, F
amittuntur: ſi ſponſæ, tunc ſi minor annis 25. ceperit, ſimplum reddit: ſi maior, alterum tantùm. d. l. mulier, 5. C. de ſponſ. At in donationibus nulla dupli ratio habetur. Poſtremò arrę morte alterutrius repetuntur. l. 3. C. de ſponſ. ac donationes ſponſalitiæ, nequaquam.

Dotium ius alibi explicatum. Donatio inter virum & vxorem regulis quattuor comprehenſa: quibus interſeritur interpretatio l. 3. §. 3. eod. contra Budæi lectionem. SC. tempore Caracallæ ſuper hoc genere donationis factum. vbi interpretatio l. Papinianus, 23. D. h. tit. aliena quàm eſt illa Duareni.

Cap. VI.

Nvnc commodiſſimum eſſet, de dotibus explicare; cùm eas inter Donationes etiam ab antiquis habitas ac numeratas fuiſſe Iuſtinianus teſtetur: l. vlt. C. de donat. ant. nupt. Sed quoniam locus ille vberior eſt, & copioſam diſputationem continet, propterea eam in aliam diſputationem contulimus.

§ 18 Nunc igitur de donationibus inter virum & vxorem, videamus. Quattuor autem regulis tota hæc à nobis doctrina comprehenſa eſt: quarum prima Sabini eſt ex l. 1. D. de don. inter vir. Moribus, inquit, apud nos receptum eſt, ne inter virum & vxorem donationes valerent, l. 1. D. eod. Cuius iuris Paullus & Vlpian. duplicem rationem adferunt: ne cóiuges ſeſe inter ſe ſpolient: id eſt, ne alter alterius fortunas exhauriat: item ne, ſi ei qui cuperet non daretur, facilè matrimonium diſſolueretur. Poteſt addi tertia: ne qui alterius fortunas exhauſiſſet, tum expletus nuncium donatrici remitteret. Poteſt & quarta, ne ſi ei qui liberalior fuiſſet, gratia non referretur, concordia & beneuolentia minueretur. Sed nulla probabilior quàm illa Plutarchi, vt coniuges omnia inter ſe communia ducerent: quemadmodum lex Romuli iubebat: γυναῖκα κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν: quemadmodum Dionyſius lib. 3. teſtatur: inde illud Ciceronis in Topicis: Cùm mulier viro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. Indéque inſtitutum fuit, vt ſi quid mulier è viri bonis ſubripuiſſet, in eam ſoluto matrimonio rerum amotarum formula, non autem furti actio daretur. l. 1. D. rer. amot. Quoniam autem fraudes illi legi fiebant, idcircò altera regula conſtituta eſt: vt quod coniunx iis qui in coniugis poteſtate ſunt, iiſúe quorum coniux in poteſtate eſt, donarit, non valeat. quippe cùm earum donationum vel lucrum vel damnum in alterutrum redundet. Totam verò hanc rationem, quæ variè & confuſè ac ſine vllo ordine in libris noſtris tradita eſt, vt adoleſcẽtium ſtudiis conſuleremus, hac figura complexi ſumus:



In hac figura perſonæ ſeptem deſcriptę ſunt, quas inter ſe ita referri oportebit. nam prima comparatio eſt viri & vxoris, viciſſimque vxoris & viri: inter quas perſonas donationẽ eſſe prohibitã, ſuperius diximus. Secũda eſt generi cũ ſocero: quia gener per ſocerum donare vxori videtur: propter ſuitatem, quæ id quod re patris eſt, ſpe vxoris facit. vnde Vlp. in l. 3. §. 3. eod. Sed & iis, inquit, quorũ in poteſtate ſunt, ſi fuerit donatũ, non valebit donatio. quod idẽ inculcatur in l. ſi eũ qui, 26. in fin. D. eod. Tertia eſt ſoceri cũ genero: in G
quibus eadẽ ſubeſſe ratio intelligitur. Nã vxor dare marito per patrem videtur. l. 3. §. 3. eod. Ab vxoris, inquit, nuruſúe parte, prohibitũ eſt, donari viro, vel genero. Vbi tamẽ obſcurè & perplexè loquitur, cũ planius ita potuiſſet: Prohibitũ eſt, ne vel vxor viro det, vel ſocer genero. quod idẽ explicatur in d. l. 26. in fin. D. eod. & in l. ſi vt proponis, 5. C. eod. Quarta eſt, nurus cum ſocero: quia

ro: quia quod ſocero nurus dat, filio propter ſuitatem dare videtur, l. cùm hic ſtatus, §. oratio non ſolum,12.& §.ſi nurus ſocero,14.eod. adeò vt in l.3.§.3. agatur etiam de proſocero. Sic enim ſcriptum eſt: *Sed & iis quorum in poteſtate ſunt, non valebit donatio, veluti auo aut patri mariti, ſi modò vir & ſocer in eiuſdem ſunt poteſtate: vel vir in ſoceri.*

§ 20 Quod enim Budæus eo loco, pro SI MODO, reponit, SI NON: planè abſurdum eſt, demirórque tam multos fuiſſe, qui eius ſententiam adprobarent. Quinta eſt, ſoceri cum nuru, quia quod ſocer nurui dat, maritus ipſe propter ſuitatem donare intelligitur, l.cùm hic ſtatus, 32. §. oratio non ſolum, & §.ſi ſocer,15. eod. Sexta eſt vxoris cum mariti filio: quia quod ei vxor dat, marito dare per filij manum videtur. vnde illud Vlpiani: Secundum hæc, ſi mater filio qui in patris poteſtate eſſet, daret, nullius momenti eſſet donatio: quia patri quæritur. Item: Sed & his qui ſunt in eorum poteſtate ſi fuerit donatum, non valebit donatio. Septimò, conferendi inter ſe ſunt, mariti filius & vxor. ſed is filius intelligendus eſt, cui pater donandi poteſtatem permiſit, l.filiusfam.7.D.de donat. quia pater ipſe per interpoſitam filij ſui perſonam donare intelligitur. quid enim ſi pater magnam partem ſuorum bonorum filio in peculium dederit: deinde ei donandi poteſtatem fecerit? Et hoc de caſu, cùm pater filio donandi poteſtatem fecit, diſputatum eſſe, patet ex l. 3. §. qui in eiuſdem, D.illo tit. Octaua comparatio eſt, Nouercę cum priuigno: dummodò is intelligatur, qui in mariti poteſtate eſt. Ratio autem eadem eſt, quæ de filio ex vtroque ſuſcepto. Eóque pertinet illud quod ex Vlpiano paulò antè protulimus: Secundum hæc &c. Nam filij adpellatione vterque continetur. Nona eſt, Priuigni cum nouerca: Priuigni, inquam, qui in patris poteſtate eſt, & cui pater ſuus donandi poteſtatem fecit. Vnde Vlpianus: Quare, inquit, & ſi filius vel priuignus mariti poteſtati ſubiectus de caſtrenſi ſuo peculio donauit, non erit inrita donatio: nam ex contrario argumentatio ducenda eſt. Decima eſt, fratris mariti cum ea quę vxor eſt. huic enim propterea donare ille non poteſt, quia maritus ipſe dare per duas interpoſitas perſonas videtur: patris nimirum, & fratris. Cùm enim quod ipſius eſt, propter ſuitatem dimidia ex parte fratris ſit, ſpe nimirum: ſi quid ipſe donet, tantumdem marito de ſua ſpe deceſſiſſe intelligitur. Ita maritus ipſe donare dimidium videtur. Quò pertinet illud Vlpiani: Qui in eiuſdem poteſtate ſunt, prohibentur ſibi donare: vt puta frater mariti, qui eſt in ſoceri poteſtate.

§ 21 Vbi Budæus rectiſſimè animaduertit, vocem, SIBI, perperam poſitam, & IPSI, in recto caſu plurali reponendum. Sed multò probabilius eſt, vt nihil reponatur: & vox illa tamquam ex gloſſa imperiti hominis ſumta inducatur. Patet autem hoc ex loco, agi de eo, cui pater donandi poteſtatem fecit: vt ſuperiùs dictum eſt. Huc autem illud Vlp. referendum eſt, ex fine d.§.2. Prohibetur igitur & vxori & nurui donare etiam is, qui eſt in ſoceri poteſtate: ſi modò maritus ſit in patris poteſtate. Vbi tamen quorſum verba hæc, ET VXORI, pertineant, ſatis exputare non poſſum. Vndecima comparatio eſt, vxoris cum fratre mariti: vt tamen frater intelligatur, qui in ſoceri poteſtate eſt: quia propter ſuitatem, id quod fratris eſt, mariti quoque eſſe videtur: cùm peculia morte patris, vt ſuperiùs dictum eſt, confundantur. Ergò per duas perſonas interpoſi-

A tas, fratris nimirū & patris, donare videretur. Duodecima eſt, fratris vxoris cum marito: quia quod ipſius eſt, re patris ſui eſt: proinde ſpe vxoris. qua de cauſſa vxor per duas interpoſitas perſonas patris & fratris, donare intelligitur. Decimatertia eſt, mariti fratris cum vxore: quia propter ſuitatem, quod fratri donat, donare vxori intelligitur. Nam per interpoſitas fratris & patris perſonas donari vxori videtur. Decimaquarta eſt, conſoceri cum conſocero. Sunt autem hi qui ambos coniuges in poteſtate ha-
B bent: de quibus teſtimonium eſt in l.cùm hic ſtatus, §.oratio,12. & §.ſi ſocer,15. eod. ſubéſtque ſimillima ratio: quia propter ſuitatis ius vni detrahi, & alteri addi videtur. Atque hæc quidem hactenus de perſonis, inter quas propter adfinitatem donatio non conſiſtit. Non enim inter omnes donatio prohibita eſt. Nam inter ſocerum & nurum, vitricum & priuigū, & præſertim inter cōpriuignos, nulla ratio eſt, quamobrem donatio non conſiſtat, l.3.§.ſocrus, l.vitricus,60. D. eod. Deinceps ad tertiam regulam ac-
C cedamus: quę ab Vlpiano his traditur verbis: Eam demùm prohiberi donationem, quæ & donatorem pauperiorem, & donatarium locupletiorem facit, l. ſi ſponſus, 5.§.conceſſa,7. & §.cùm igitur,11. D.eod. Aliarum autem exempla hæc proferuntur: veluti ſerui manumittendi cauſſa: quia tum demum ſeruus donatarij fit, cùm manumitti cœpit, l. quod autem, §.vlt. item ſepulturæ cauſſa; quia ſepulcrum in donatarij bonis non eſt, vtpote religioſum. item conſecrandi cauſſa, d. l. ſi ſponſus, §.conceſſa. item adi-
D piſcendæ dignitatis, l. quod adipiſcendę, 40. & ll. ſeqq. item, reficiendarum ædium incenſarum cauſſa, l.quod ſi vir,14. eod. Quarta autem regula hęc eſt: Donatio coniugum in id tempus collata, quo coniuges non erunt, valet. quippe, quæ tum demùm vim habeat, cùm amplius coniuges non ſunt: veluti, mortis cauſſa, l.ſi eum, §.vlt.& ll.ſeqq. Item diuortij cauſſa, l. ſed interim,11. in fin. l.vitricus,61. Item deportationis, exſiliíve cauſſa, l. ſed etſi mors,13. l.inter virum,43.D.eod.tit. Atque hęc quidem de iſto dona-
E tionum genere dicta ſint.

§ 22 Nunc illud ſcire oportet, Senatuſconſultū Cæſaris Caracallę imperio factum fuiſſe, vt donationes inter virum & vxorem factę, morte & ſilentio donatoris confirmarentur. quippe, cùm ſpecies quędam ſit donationis mortis cauſſa: vt pote quæ dominium verè, non niſi poſt donatoris mortem transferat, l.cùm hic ſtatus,32. D.de donat.inter vir. & vxor. Vnde etiam inductum eſt: vt ex iis Falcidia detrahatur, l.5. C.ad leg. Falcid. l.2. C. de donat. mort.cauſſ.
F nam etiam in l.in donationibus,C.ad leg.Falcid.ſpecies fideicommiſſi adpellatur. Et quemadmodū inter coniuges donatio mortis cauſſa facta, ſpeciale hoc habet, vt retrotrahatur, l. ſi mortis, 40. D. de mort.cauſſ. donat. l.ſi is ſeruus,20. D. de donat.inter vir. eodem modo hęc quoque retrotrahi dicitur, in d.l.donationes,12. C. eod. neque obſtat l. vbi ita,27. D.de mort.cauſſ.donat. nam illa verba, IDEÓQVE VT INTER VIROS ET VXORES NON VALET, parentheſi includenda ſunt. Sed quæri
G video quid illud ſit, quod Vlpianus ſcribit in d.l. cùm hic ſtatus: Poſt S. C. eam donationis vim eſſe, vt ipſo iure res fiant eius cui donatæ ſunt, & obligatio ſit ciuilis. Antè S. C. igitur, ipſo iure donatio non valebat. Itáque intelligo l.3.§.ſciendum, D.eod. nunc autem ideò ipſo iure valere dicitur, quia morte confirmata retroagitur: ſic vt in donatione mor-

tis cauſſa vſuuenit, cuius effectus poſt tẽpus mortis confertur, & ita diſtingui videmus, donationem ab eius effectu.d.l.cum hic ſtatus, §. ſiue autem, 18.eod. neque hoc primum à Iuſtiniano introductum eſt. d. l.donationes,12.C.eod. Quod autem ſequitur, Obligationem ciuilem eſſe:neceſſariò de ſtipulatione adhibita intelligendum eſt.repugnant enim rem alicuius fieri,& obligationem naſci.l. obligationum ſubſtantia, D.de oblig.& act. Olim ergò ex ſtipulatione inter coniuges donationis cauſſa facta ciuilis & efficax obligatio non naſcebatur: poſt S.C.autem naſci cœpit. Sed ecce, graue certamen exoritur ex l.Papinianus,23.D.eod. cui certè ſuffragari verba illa orationis videntur: HEREDEM ERIPERE DVRVM ET AVARVM EST. Quomodo enim heres, quæ tradita non erant,eriperet? Duarenus exiſtimauit aliam Seueri,aliam Antonini orationem fuiſſe. quod probari non poteſt. Nam etiam in l.ſi maritus, 11.C.de don. inter. vir. oratio D.Seueri adpellatur, quin & Caracalla ipſe in l.4.C.eod.Ex oratione, inquit,D.Seueri patris mei,& mea.Mihi ſanè (vt verè dicam) hoc loco aqua hæret: neque probabilior vlla ſententia videtur, quàm quæ ab Azone & Accurſio tradita eſt: vt Papiniani ſententia improbata ab Vlpiano fuerit: & illo loco,& rurſus in l.ſi ſtipulata, 33. eod. tametſi ſcrupulus ex verbo RECTE ſupereſt: à quo ſatis me commodè nondum expedire potui.

Concubinis donarène liceat: an & meretricibus contra Connanum & Accurſium. Quid in abſentibus: & procuratore.Poſſe donationẽ conferri in infantes:in nondũ natos non poſſe, contra comm. opin. Quid in pupillis & minoribus,déque crimine capitali damnatis obtineat.

CAP. VII.

§ 23 SED de donationibus inter virum & vxorẽ, ſatis videtur dictum: deinceps de aliis videamus.ac primùm de Concubinis.nam olim quidem iis donare & infinitè donare licuiſſe,conſtat ex l.donationis,31. D. de donat.l.3.§.1. D. de donat.inter vir. quæ tamen licentia in militibus poſteà ſublata eſt.l. 3. C.eod.ſed nouo iure, quod à Pragmaticis animaduerſum non fuiſſe, facilè ipſorum Conſilia & Reſponſa demonſtrant,longè aliud inductũ eſt. Iuſtinianus enim Nouella 89. ſtatuit, vt ſi iuſti exſtent liberi, non plus ſemuncia concubinæ dare liceat: ſi quis ex parentibus non amplius beſſe:ſi neutri,tum vt quantumuis dari poſſit. De meretricibus autem quid iuris? nam olim iis donare,& quãtumuis donare licuiſſe,nemo neſcit ex l.adfectionis, D.de donat.quod tamen Accurſius ſic interpretatur: vt ſi quidem traditæ res ſint, repeti non poſſint.ſi non ſint,tum magis ex donationis cõuentione,puta ex ſtipulatu,poſſint. Eámque ſententiam Connanus mirificè comprobauit: propter l.4. D.de condict.ob turp.cauſſ.Vbi Vlpianus ſcribit,cõdictionem non dari: Vnde tamen quid argumenti, commoda ratione,ſumere Connanus potuerit, non diſpicio.nam etiam videmus in d.l.adfectionis, indefinitè ſcriptum eſſe, licere meretricibus donare:neq; diſtinctionem adhiberi, vtrùm traditæ an ſtipulatæ res ſint. Vtcumque ſit,nullam iſtorum omnium rationem habendam eſſe arbitror: ſed cùm Imp. Iuſtinianus Nouell.14.non modò quæſtum omnem meretricium ſuſtulerit, verùm etiam meretrices ipſas è Chriſtianorum ciuitatibus exterminarit; puto ſatis intelligi poſſe, illas tamquam indignas, incapaces, & iuris omnis expertes, cùm ab iſto, tum etiam à

A quouis legitimo adquirendi modo remotas eſſe.

§ 24 Deinceps de abſentibus videamus. nam in eos conferri donationes poſſe, conſtat ex l. velles, 6. C.de r.eu. don.l. nec ambigi, 6. C. de donat. quippè, cùm per interpoſitam perſonam confici donatio poſſit.l. 4. D. eod. veluti per ſeruum, aut procuratorem, aut etiam extraneum. nam ſi donator ſeruo donatarij tradiderit, valet quod actum eſt. l. abſenti, 10. D. de donat.quamuis ſeruo communi tradide-

B rix, & is ſeruus ea mente acceperit, vt alteri domino propriè aut vtrique communiter adquireret. l. qui mihi, 13. D. de donat. l. per ſeruum, 37. §. vltim. D. de adq. rer. dom. Quid? de procuratore quid dicemus? nam meo quidem animo difficile dictu eſt, non contrariam in hac quæſtione Iuliani & Vlpiani ſententiam fuiſſe: An ſi procurator ea mente acceperit, vt ſibi adquireret, nihil agi videatur: Iulianus enim in d. l. per ſeruum, apertè adfirmat, nihil acti eſſe. Vlpian. autem in d. l. qui mihi, totidem

C verbis Iuliani quæſtionem tractans, ita ſubiungit: NIHIL AGIT (*in ſua perſona, ſed mihi adquirit*) Vt, meo iudicio, diſputatio illa Vlpiani aduerſus Iulianum fuerit: nam etiam locus ille ex ipſius ſexto diſputationum libro ſumtus eſt. Quod autem ad extraneum attinet, diſtinctio adhibenda eſt. nam ſi mobilis res eſt, & quæ ferri poſſit: non modò mitti per extraneum poteſt.l. abſenti, 10. eod. verumetiam,ſi quis iam illam tenebat, iuberi poteſt donationis titulo ſibi habere, quemadmodum ex Paullo & Vl-

D piano in Baſilicis traditum eſt. Sed in re abſenti miſſa duo requiruntur: prius eſt, vt viuo donatore res tradatur: quia mors donatoris interueniens donationem impedit, quia poſt eius mortem non poteſt dominium ab illo abire incipere. l. ſi ego, 9. D. de iur. dot. & in l. hoc iure, 19. §. 3. D. de donat. vbi hæc quoq; ratio ſubiungitur: quia mandatoris morte mãdatum exſtinguitur. Deinde,vt donatarius rem ſibi miſſam accipiat,vti Paullus ſcribit in d.l. abſenti.

§ 25 Sequitur vt de infantibus diſſeramus: qui-

E bus vt rectè detur tutoris auctoritas requiritur. l. quamuis, 33. in fin. D. de adq. poſ. quamquam Decius Imp. fatetur ad ſuam vſque ætatem controuerſum fuiſſe, an etiam ſine tutoris auctoritate rectè illis dari poſſit.l.3. C. de adq. poſſ.eiúſque controuerſiæ puto veſtigium exſtare in l. 1. §. adipiſcimur, D. de adq.poſſ. Itaque ius nouum introduxit, vt etiam ſine tutoris auctoritate rerum donatarum poſſeſsionem nanciſcantur.Poſtea verò interiectis annis circiter CL. Conſtantinus Imp. nouum aliud ius inue-

F xit, vt ſeruus infantis adhibeatur, qui eius nomine poſſeſsionem adquirat. Atque hac quidem ratione leges inter ſe conciliandas arbitror.

§ 26 Quid enim de nondum natis, quibus donari rectè poſſe, noſtri ſummo conſenſu adfirmant? propter l. 3. C. de don. quæ ſub mod. & l. ſi inter virum, 24. D. de pactis dotalibus. Ego contrà omnium ſententiam arbitror, donari nondum natis non poſſe: argumentóque vtor certiſsimo ex l. Seia, 42.D.de mort.cauſ.donat.vbi apertiſsimè ſcribitur,in

G donatione requiri extremũ aliquod, in quo ea conſiſtat.quid enim? cùm ex lege Cincia donatio per emãcipationem fiebat,vbi manceps erat? aut ſi per in iure ceſsionem fieret,vbi qui vindicaret? In illis autem legibus non donatio dicitur facta directò à donatore in nondum natum:ſed pactio in donatione adpoſita,vt is in cuius perſona donatio conſiſtebat, poſtea naſcituro reſtitueret.

§ 27 Nunc

§ 27 Nunc de pupillis & minoribus videamus. nam tutori quidem pupillum donare non poſſe, vel hinc licet intelligatur, quòd tutor in rem ſuam auctor eſſe non poteſt, l.1.D.de auct.tut.l.1.§.fuit quęſitum, D.ad Treb.at contrà, donare tutor pupillo poteſt, arg.§.1.de auct.tut. item vt cuiuis alteri, l.de acceſſione, 17.C.de adminiſt.tut. dummodò res pupilli non donet, l. non omni, 16. eod. l.vlt. D.de curat. furioſ.De ceteris verò perſonis ſic habendum eſt: donationem à minoribus ne cum decreto quidem poſſe fieri, l.vlt.§.vlt.C.ſi maior fact.certos tamen caſus eſſe, quibus donationem fieri ab ipſis liceat:ſed in iis decretum requiri, l.4.& l.prædia, 8.C.de præd.mino. veluti, cùm ſponſæ propter nuptias donandum eſt, l.vlt. §. vlt. & l.1.C. ſi aduerſ.donat. item cùm præceptoribus merces præſtanda eſt, l. cùm plures, 12. §. cùm tutor, D.de adminiſt.tut. Pupilli autem regulariter donare non poſſunt, neque tutores eis in donando auctores eſſe; niſi certis caſibus & decreto interueniente: veluti, ſi matri aut ſorori, quæ aliter ſe tueri non poſſunt, tutor alimenta præſtiterit. Sicuti autem puplli teſtamenti factionem non habent, ita nec mortis cauſſa donandi poteſtatem, l.1. D.eod.

§ 28 De muto & ſurdo videamus, quē Hermogenianus in l.qui id quod, 33.§.2.D.de do.ſcribit, donare non prohiberi.Connanus autē, contra receptā opinionem, ita locū interpretatur, quaſi etiam qui ſimul & mutus & ſurdus eſt, donare poſſit: dummodò nutu ſuam voluntatē oſtendat.Sed videamus, ne ex l.mutus, 73. D.de iur.dot. probabilius ſit, de muto intelligendum, qui ſurdus non ſit:& item de ſurdo, qui mutus non ſit.quod certè magis æquitati & fauori, quo pſonæ illo iure ciuili dignatur, conſentaneū videtur.

§ 29 Poſtremum eſt, vt de iis qui capitale crimen admiſerunt, videamus. Marciani enim locū in l.poſt contractū, 15.D.de don. ita legendū arbitror: Poſt cōtractū capitale crimen, donationes factæ non valent, ſi condemnatio ſecuta ſit. Sic enim cōuerſum video in lib.Baſil. 47.& huic lectioni ſuffragari, l.donationes, 31.§.vlt.D.eo. & l.quod autem, 6.§. ſimili modo, D.quæ in frau.cred. Neque obſtat l.aufertur, 46.§.4. D.de iu.fiſc. & l.reo, 41.D.de ſolut. vbi adminiſtratio ſuorum bonorū ei non auferri dicitur; cùm ſatis conſtet aliud eſſe adminiſtrare, aliud donare, vulg.l.fili9, 7.D.de do. Verùm quid reſpōdebimus ad l.ſi aliquis, 7.D.de mort.cauſ.don. vbi Vlp.ait mortis cauſſa donationes ſecuto ſupplicio remoueri, vt imperfectas: ceteras verò.i.inter viuos, ſine ſuſpicione pœnæ factas valere? nam illarū quidem hæc cauſſa eſt, quia legatis cōparantur: teſtamentū autem per damnationē inſequentē reſcinditur, l.eius qui, 8.D.de teſt. Conn. hanc quæſtionē acriter exagitat:& ad extremū de iis interpretatur, qui crimē admiſſū vocari in pœnā non putarūt: vbi etiā falſæ monetę, & fœdæ libidinis exēplum profert.quaſi verò non hæc natura probroſa & turpia ſint, vul.l.probrū, 42.D.de verb.ſig.vt Platonis tā multa omittā. Quare videamus, ne locus ille Vlp. integer nō ſit:ſed cùm ius quod ante Seueri & Antonini reſcriptū obſeruabatur, expoſuiſſet; poſteáq; huius mentionē ſubieciſſet: puer Triboniani ſuperiora dumtaxat deſcripſerit, reliqua autē omiſerit. Nā hoc idem reſcriptū cōmemorari video in l. ex iudiciorū, 20.D.de accuſ.& l.quæſitum, 15. D.qui & à quib.& l. qui pœnę, 8.D.de manumiſſ.quamquā haud ita multū operæ in ea quæſtione ponendū fuit: cùm Iuſtin. Nou. 17.& 134. ſtatuerit, vt damnatorum bona eorū liberis, aut parentibus, aut adgnatis relinquerentur.

Res donari poſſe qualeſcumque: aſſem bonorum aſſiſq. partē. Futura in donationē nō rectè deduci, cōtra op.cōm. Viuentiſne hereditas cadere in donationem poſſit, necne.

Capvt viii.

§ 30 QVæ de perſonis dici breuiter potuerunt, hactenus dicta ſunt. proximum eſt, vt ad caput partitionis ſecundum, in quo de rebus nos dicturos pollicebamur, tandem accedamus. Earum igitur rerum quæ in hominum commercium cadūt, nulla eſt, in quam donatio non conueniat.itaque etiam incorporalium rerum, & iurium donatio conſiſtit: veluti habitationis, l.in ædibus, 9.l.Aquilius, 27.l.Lucius, 32.D.de donat. item, hereditatis, l.hereditatem, 23. D.eod. item nominum: veluti vt debitor alteri alicui quàm creditori obligetur, l.ſi pater, 34.l.vlt.§.vlt.D.eod.prætereà etiam factorum: veluti, vt quis alienūagrum colat, l.qui alienum, 14.D.eod.

§ 31 Sed hæc omnia difficultatem nullam habēt. quare melius eſt, vt Pragmaticorum quæſtiones explicemus; quarum illa prima eſt: An bonorum omnium, certæúe illorum partis donatio valeat? Nam antiquo quidem iure, valuiſſe talis donatio non videtur: ex l.1.& l.2.C. herm.de donat. vbi cauſſa hæc ſubiungitur: quia in donatione, ceſſione, & emancipatione res ſingulæ enumerandæ ſunt: eóque pertinet l.donatio, 25.C.de donat. vbi Conſtātinus ſtatuit, vt in conſcribendis donationibus nomen donatoris, ius, ac res ſingulæ notentur. Prætereà cùm ſex modi rerum per vniuerſitatem adquirendarum à Iuſtiniano proferantur, lib. Inſtit.2.& 3. nonne remoueri tacitè donatio intelligitur? Contra tamen pugnare videtur, primùm l.nulla, C.de iure dot.l.mulier, D.eod. l.1.D.pro dote.vbi dicitur, mulierem omnia ſua bona doti donare poſſe.Itē l.omnes, 17.§.1.D.quę in fraud. credit.& l.Seïa, 42.D.de mort.cauſſ.donat. Sed intelligendum eſt, in his poſtremis locis non res omnes per auerſionē donatas fuiſſe, verùm ſingulas & enumeratas donationis cauſſa fuiſſe traditas: quēadmodū ex verbis legum quiuis poteſt animaduertere. Quod autem ad dotem attinet, præterquā quòd ea nō propria & directa donatio eſt, ſatis intelligitur, id propter tantam rerum omnium communionem, atque adeò diuini, & humani iuris communicationem, totiuſq.vitæ ſocietatem ſingulari iure conceſſum fuiſſe. Verùm vtcumq.ſe res habeat, totam hanc diſputationem Iuſtinianus ſuſtulit, in l.ſi quis argentum, 35. §.ſed & ſi quis, C.de donat. vbi primus omnium ſtatuit, iúſq.iſtud nouum induxit: vt vel aſſem bonorū, vel certam aſſis partem donare liceret. Quare abſurda eſt Pragmaticorum obiectio, qui diſputant, liberam teſtandi facultatem iſto modo ſublatum iri: contra l.ſtipulatio iſto modo, D.de verb.oblig.l.cum duobus, 52.§.idem reſpondit, D.pro ſocio: quaſi verò Iuſtinianus teſtādi libertatem imminuere non potuerit. Sed aliter reſpondendum eſt, donatori ſcilicet ſemper aliquid relinqui, vnde & ſe tueri & teſtari poſſit. veluti, inquit Vlp. mancipia, & miniſteria neceſſaria, l. obligatione, 6.D.de pignorib. Poſtremò quia non ſi quis bona ſua omnia donet, etiā futura donare intelligitur, l.ſi ita, 7.D.de aur.& arg.leg.nā bona quidem præſentia augmentū nō recipiunt: ſed poteſt perſona donec viuit adquirere, l.ſi creditoris, 5.D.de ſepar.

§ 32 Quod enim iidē quærunt, An bona omnia tū preſentia, tum futura, donari poſſint: æquè abſurdum eſt. quid enim ex lege Cincia factum fuiſſet, cùm res vel mancipandæ vel tradendæ intra certum

tempus eſſent? Præterea, quomodo earum rerum ſtipulatio adhiberi potuiſſet? cùm de hiis tantùm rebus negocium rectè geramus, quæ ſubiici vſibus dominióque noſtro ſtatim poſſunt, l. inter ſtipulantes, 83. §. ſacram, D. de verb. obligat. niſi fortè ſint eiuſmodi, vt noſtrarum rerum pars quodammodo eſſe videatur: quales ſunt fructus, partus, fœtus & ſimilia, l. interdum, 37. D. eo. Itaque in l. donari, 29. §. donationis, D. de donat. improbatur donatio hereditatis fratris viuentis, eiúſve partis alicuius. Quamquam ſi verè ratiocinari volumus, in eiuſmodi bonorum omnium tam præſentium quam futurorum donationibus, ita diſtinguendum arbitror, vt quatenus ad præſentia pertinent, probentur: de futuris autem nihil actum videatur. quam ſententiam etiam Guidoni Papio in conſil. 114. contra receptam opinionem, placere video. ſed quæ illi argumenta deſunt, proferemus. quorum primum illud eſt ex Vlpian. Regul. tit. 1. vbi ſcribit legem Cinciam imperfectam eſſe: quippe, quæ nō reſcindit donationem vltra legitimum modum factam. quod ſecutum arbitror Iuſtinianum in l. ſi quis argētum, §. ſed in omnibus, C. de donat. vbi ſtatuit, vt donatio vltrà quingentos aureos ſine inſinuatione facta, vſque ad illam tamen ſummam valeat. Alterum argumentum adfero ex Nouell. 162. cuius hæc verba ſunt: *καὶ μὴ διὰ τὴν προσθήκην τῆς ποσότητος διασπᾶσθαι καὶ τὸ ὀρθῶς ἔχειν δυνάμενον. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν καθόλου δωρεῶν ἤδη νόμος ἡμέτερος λέγει.* Quare nihil ad rem pertinet l. vlt. C. quę res pign. oblig. vbi etiam res futuræ oppignerari poſſe dicuntur. neque enim valet argumentum ab eo qui de lucro captando, ad eum qui de damno vitando contendit. § 33 Sed melius erit de rerū futuratum donatione ꝓpriè diſtinctéq. diſſerere. quid enim? dicet aliquis: an nō ſpes futuræ actionis donari poteſt? l. 3. C. de donat. itémq. fructuum futurorū perceptio? l. in ędibus, 9. §. 1. D. eod. quemadmodum vendi quoq. res videmus, quæ nondū in rerum natura ſunt, l. nec emtio, D. de contr. emt. itémq. oppignerari, l. quę nōdum, D. de pignor. & in ſtipulationē deduci, l. interdum, 37. D. de verb. obl. Deniq. etiam legari, l. quod in rerum, 24. D. de legat. 1. Hoc ita eſt. Verumtamen legi Cinciæ, quæ mancipationem aut traditionē exquirebat, quomodo ſatisfieri poterit? Ego ita reſpondendū arbitror: Rerum futurarū donationē, vſq. ad traditionem ſuſpenſam, imperfectámq. fuiſſe. argu. l. Seia, 42. D. de mort. cauſſ. don. atq. intereà locū fuiſſe pœnitētiæ: vt in l. qui ſaxum, 6. D. de donat. & l. tradita, 5. C. de his qui nō à dom. ſed tamē paratū remedium fuiſſe, vt eę res in ſtipulationē deducerentur, l. qui ex donatione, 12. l. eum qui ita, 22. l. qui id quod, 33. D. de donat. l. ſi ſtipulata, 33. D. de donat. inter vir. cū enim res promiſſæ in rerū natura extitiſſent, tum ex ſtipulatu actione peti poterant: vt ſæpe aliàs diximus, ſtipulationem ex cauſſa lucratiua, fieri licuiſſe, l. inter ſtipulantē, 83. §. ſi rem quā, D. de ver. obl. § 34 Deinceps igitur ad illā alterā quæſtionē accedamus: An viuētis hereditas cadere in donationē poſſit, quippe, cū Imperat. in d. l. ſi quis argentū, §. ſed & ſi quis, apertè ſtatuat, aſſem bonorū rectè donari poſſe. Vlpianus autē reſpōdeat, rectè his verbis inſtitutionem fieri; Titius hereditatis meæ dominus eſto, l. his verbis, 28. D. de her. inſt. Verùm ego cōtrariā ſententiā veriorē eſſe arbitror: nā de aliena hereditate, teſtimoniū eſt in l. donari, 29. §. donationis, D. de don. vbi apertè ſcribitur, eam donationē eſſe cōtrà ius gentiū & bonos mores. De ꝓpria autē, hoc argumentū adfero, quia nō pactis ſed teſtamentis hereditates trāsferri, cōparatum eſt, l.

A hereditas, 5. C. de pact. conu. Repugnāt. n. ſuperſtitem eſſe, & heredē habere, quippe cū hereditas nō niſi defūcti intelligatur, l. 1. D. de her. vel act. vēd. deniq. hereditates pactis adſtringi nō poſſe, cōſtat ex l. ſtipulatio iſto modo, 61. D. de ver. obl. l. 4. C. de inut. ſtipul. l. cùm donationis, 34. C. de tranſ. l. vlt. C. de pact. qua de cauſſa improbus adpellatur, qui de viuentis hereditate cogitat, l. 2. §. interd. D. de vulg. & pup. l. ita tamē, 2. §. à patre, D. ad Trebel. Neq. ad rē ꝑtinet l. hereditatē, 28. D. de donat. nā ibi pater donat quidē emācipatę
B filiæ alienā hereditatē ſibi relictā: ſed defuncti hominis hereditatē: quę & vēdi & cedi, & alio quouis modo alienari poteſt. Quare nō obſtat d. l. ſi quis argētū: vbi nō de hereditate viuētis, ſed de bonis omnib. iam alicuius ꝓpriis agitur, & multo minus d. l. his verbis: quia nō donationis & pacti, ſed teſtamenti verba illa ſunt. Nūc de rebus alienis videamus. nā eas & legari, & promitti, & vendi poſſe, nemini ignotū eſt. Verùm tamē ita eſt, vt donari alienæ res nō poſſint, etiā ſi qs ſciens prudens dolo malo donauit, doli in eum actio
C cōceditur: ſin imprudēs, euictionē nō præſtat, l. Ariſto, 18. §. vlt. D. de donat. & apud Paul. lib. Sent. 5. c. 11. ſi tamen ſtipulanti donator euictionem promiſerit, tenetur, l. 2. C. de euict. Atque hæc de perſonis & rebus hactenus dicta ſint.

Donatio iuris ciuilis, & d. l. Cincia, olim tantū per traditionē factā donationē, vel quaſi: hodie nudo etiā pacto. ex quo obligatio ciuilis. Donatariū omnium bonorum non eſſe pro herede: Publicæ teſtationis in donatione, donatio-
D *nīſque reuocandæ cauſſæ.*

Capvt ix.

§ 35 RESTAT vt de donationum iure videamus: quē poſtremū huius tractationis eſſe locū, ſuperius dicebamus. Primùm igitur quærendū eſt, eccuius videatur iuris eſſe donatio: quod ſic habendū eſt, vt ſi materiā ſpectemus. i. ipſam dominij tranſlationē, iurigētium eam adtribuamus: ſin autē formā, nimirū vt mācipa-
E tione, aut ceſſione, aut traditione cōficiatur, quod legis Cinciæ inſtitutū fuit, ſine dubio iuri ciuili vindicāda eſt: ſed de ea lege paucis diſſerendū eſt. Latā quidē à M. Cincio Tribuno pl. Cornelio, Sēpronio Coſſ. anno ab vrbe cōdita, 549. iampridē in libello de Legibus oſtendimus. Eius autē capita, quæ quidē adhuc obſeruare licuit, & ad inſtitutū noſtrū pertinent, duo hæc reperio. primùm, vt ne plus dodrāte ſuorū bonorū donare liceret: extra quàm, ſi cōiunctis ꝑſonis do-
F naretur: quod eo amplius donatū eſſet, ratū ne eſſet. Alterū, vt in donatione quibuſcumq. perſonis facta mancipario traditione adhiberetur. Nam de modo ex eo cōiecturā facio, quod eundē obſeruari video in teſtamētis, itémq. in donationib. inofficioſis: eúmq. eſſe arbitror qui paſſim in libris noſtris legitimus donationū modus adpellatur, l. 21. l. 24. D. de donat. l. purè, 5. §. ſi donaui, & §. ſi eum qui, D. de dol. except. de ceteris autem Vlpianus tit. Reg. 1. ita teſtatur: imperfecta lex eſt, veluti Cincia: quæ ſuprà certū modū donare prohibet: exceptis quibuſdā cognatis: &, ſi plus
G donatū ſit, nō reſcindat. De coniunctis autē perſonis, exſtat teſtimoniū, in l. 4. C. TH. eod. itémq. Paulli Sēt. lib. 4. cap. 1. quibus ex locis hoc etiam intelligitur, D. Pium ei legi derogantē ſtatuiſſe, vt inter parentes & liberos facta ſine mācipatione aut traditione donatio valeret. Diximus autē ſuperius coniecturā duci poſſe ex l. vl. §. Lucius, D. de donat. cautū eadē lege fuiſſe, vt

intrà

intrà diem à conuentione trigeſimum traditio fieret. de quo tamen nihil, vt antè diximus, præter coniecturam habemus. Atque hæc quidem de lege Cinciâ dicta ſint. nunc ad ius donationum redeamus. Id autem dupliciter, pro duplici ſcilicet donationum ratione, conſiderandum eſt.

§ 36 Nam purę quidem donationis hoc ius eſt, vt per traditionem, aut quaſi traditionem, ſtatim dominium transferat, l. 1. & l. vlt. §. Lucius, D. eod. vbi Iuriſc. ſcribit, tum demum donationem perfectam dici, cùm traditio facta eſt. quò pertinet l. 4. C. de contr. emt. & d. l. purè, §. l. ſi domini, D. de except. Quaſi verò traditionem his ferè ex modis intelligimus: per clauium traditionem, l. clauibus, 74. D. de contr. emt. l. 1. §. ſi iuſſerim, D. de adq. poſſ. §. interdum, 32. Inſtit. de rer. diuiſ. aut verò etiam per inſtrumenti traditionem, id eſt, eius ſcripti, quo dominij auctoritas teſtata eſt, l. 1. C. de donat. item per nudam voluntatem, cùm iam poſſeſſionem donatarius adeptus eſſet: vel potius per confirmationem adeptæ iam anteà poſſeſſionis, d. §. interdum, & l. quædam, 77. D. de rei vind. l. ſi ſeruus, 21. §. 1. D. de adq. rer. dom. denique per retentionem vſusfructus, l. quiſquis, 28. l. ſi quis argentum, §. ſed ſi quidem, C. de don. l. vlt. C. TH. eod. Tanta autem vis traditionis eſt, tantúmque in ea momẽtum, vt antè eam facta donatio, ſola pœnitentia, ſiue alia teſtatione, reuocari poſſit. Itaque ſi cùm duobus donata res fuiſſet, ei prius tradatur, cui poſterius donata fuerit, huius rem fieri conſtat ex l. quoties, 15. C. de rei vind. & apud Paullum lib. Sent. 5. cap. 11. Item, ſi ſaxum tibi donationis cauſſa eximere permiſero, & antequam exemeris, voluntatem mutaro, pœnitẽtia donatio reuocatur, l. qui ſaxum, 6. D. de don. quinetiam donatum ſeruum ante traditionem manumitti à donatore poſſe, liberúmque fieri, conſtat ex l. tradita, 5. C. de his qui à non dom. Poſt traditionẽ autem factam, poſſeſſionémque adeptam, nullum pœnitentiæ locum eſſe, patet ex l. 3. C. de reuoc. don. Atq; hæc quidem iuris antiqui & legis Cinciæ ratio fuit. Poſteà verò nouo Iuſtiniani iure inductum eſt, vt donationes, etiam ſine traditione, nudo pacto fierent; cùm donator, inquit, ſuam voluntatem, aut ſcriptis, aut ſine ſcriptis manifeſtauerit, §. 2. de donat. & d. l. ſi quis argentum, §. ſin autem, C. eod.

§ 37 Nunc de Negociali videamus, per quam ſcilicet donatarius certis de cauſſis obligatur. Eius autem hoc ius eſt, vt leges & condiciones in ea conficienda poſitæ, ſeruentur, l. legem, 9. l. cùm res, 22. l. donatio, 25. C. de donat. alioqui donatio reuocetur, l. vlt. C. de reuoc. do. Poſt perfectam autẽ donationem nullæ cõdiciones admittuntur, l. 4. C. de don. quę ſub mod. Pactiones autẽ ſemper eiuſmodi intelligendæ ſunt, quę negocij naturã nõ vitient, l. cõtractus, verſ. excepto, D. de reg. iur. l. cũ precario, 12. D. de prec. Itaque nõ immeritò quæri à Pragmaticis video, An donatio cum pacto, vt donator, quam volet è re donata partem, alienare poſſit, valeat. ſed puto ab iis abſurdiſſimè reſponderi, valere: cùm ſatis conſtet, Donare & Alienandi poteſtatẽ retinere, eſſe repugnantia, l. 3. C. de reuoc. don. De iure autẽ mortis cauſſa donationũ, cùm earũ ab aliis differentiam expoſuimus, ſatis dictũ arbitramur. Deinceps igitur quænã ex donatione actiones naſcantur, conſideremus. nã antiquo quidẽ iure, hoc eſt, ex leg. Cincia actionẽ ex donationis pacto nullam fuiſſe, vel hinc licet intelligatur, quòd omnẽ donationis vim in mancipatione, aut traditione ponebat, quemadmodũ ſuperius expoſitũ eſt, quòd ſi

A adhibita ſtipulatio fuiſſet, non tamen ex donato, ſed ex ſtipulatu actio competebat: vt l. cum qui, 32. D. de donat. Ex diui tamen Pij conſtitutione inductum eſt: vt ex nudo donationis pacto inter coniunctas perſonas ciuilis obligatio naſceretur, l. 4. l. 5. C. TH. de donat.

§ 38 Sed exoritur dubitatio ſanè vehemens, & propè inexplicabilis: propter l. Seia, 42. D. de mort. cauſſ. vbi Papinianus ſcribit, bonæ fidei iudicium eius heredibus concedi, cui aliquid donatum fuerat B ea lege, vt ſi antè donatorem moreretur, ad illos donata res rediret. Vix quidquam magis conciſè, & abruptè, & obſcurè ſcribi potuit. Sed tamen ſummam eius loci quæſtionem hanc eſſe arbitror: Vtrum illa conuentione duplex videatur facta eſſe donatio: vna in Titium, altera in ipſius liberos. nam vnica idcircò facta videbatur, primùm, quia donatio, vt ſuperius diximus, duo debet extrema ſimul habere. vnum, à quo abeat: alterũ, in quo incurrat, & vbi conſiſtat. In Titij autem liberis non incur- C rerat, neque ab iis initium cœperat: deinde quia donatio per traditionem conficitur. liberis autem Titij traditum nihil fuerat. Pactio verò illa, vt Titio & Seïa præmortuis, res ad Titij liberos rediret: non pro donatione, ſed pro lege & condicione donationi adpoſita numeranda erat. Ad extremum tamen Papinianus concludit, idcircò duas eſſe donationes, quia cùm illa prior, quæ in Titium mortis cauſſa facta eſt, eius morte reſoluta eſſet: Seïa ſua ſponte & voluntate promittens, ſe cùm moreretur res Titij liberis re- D ſtituturam, nouam quãdam donationem inſtituerat: cuius traditio intelligebatur ex ea poſſeſſione, quam Titius pater anteà per ceſſionẽ adeptus fuerat: vt ſuperius de quaſi traditionibus expoſitum eſt. Sed niſi Seïa cautionem illam adhibuiſſet, dici certè ſecunda donatio non potuiſſet. Nunc ad inſtitutum reuertamur. quæro qđ ſit quod Papinianus ſcribit, poſt vindicationem à Titij liberis inſtitutã, & doli exceptionem oppoſitam, bonæ fidei iudicium conſtitutum intelligi? Quæro, inquam: & adhuc non video quid E aliud reſponderi poſſit, niſi quòd Græcus interpres Dorotheus in Baſilicis tradidit, vindicationẽ oppoſita doli exceptione bonę fidei iudicium euadere. quaſi quemadmodũ doli exceptio tacitè bonæ fidei actionibus ineſt, ſimiliter eadem expreſſa eiuſmodi iudicium faciat. Cuius tamen doctrinæ teſtimonium nõdum me vllũ obſeruare fateor. Sed ſi ita eſt, facilè ex l. in omnibus, 41. D. de iud. intelligitur, qđ Papinianus ſignificaret: videtúrq; ſatis omnia quadrare, dummodò illud maneat, quod ſuperius poſuimus: Seïam ſua F ſponte & voluntate cautionem illã interpoſuiſſe: cogi autem ad eam interponendã, nõ potuiſſe: (id quod in fine legis ſignificari videtur) & ſi nõ interpoſuiſſet, extorqueri nouam donationẽ nequiuiſſe. Vtcũq; ſit, longè alia nouo Iuſtiniani iure actionum ratio inſtituta eſt: quemadmodum ex Nouel. 162. intelligitur: vbi ſtatuit, vt ſi conuentio de donando tantùm facta eſt, condictio ex lege aduerſus donatorem concedatur: ſi verò etiam ſtipulatio ſit adhibita: tum ex ſtipulatu actio poſtuletur: ſi traditio, vindicatio. G Quarũ omnium actionum hæc vis eſt, vt non ſolidũ, ſed quantum facere poſſit à donatore exigant: quod à D. Pio idcircò ſumma ratione conſtitutum eſt, ne quis ob ſuam liberalitatem in egeſtatem perducatur, l. ſi extraneus, 33. D. de iur. dot. l. qui id quod, 33. D. de donat. l. inter eos, 19. §. 1. l. Neſennius, 41. l. cum ex cauſſa, 30. D. de re iud.

Iam verò quòd ad bonorum omnium donationem adtinet, illa à Pragmaticis quæſtio propoſita eſt: An bonorum omnium donatarius pro herede habeatur: id eſt, ære alieno teneatur. quod illi ſumma conſenſione adfirmãt. Sed videamus, ne iuri noſtro planè aduerſetur: in quo pſpicuè traditur, bonorũ nomine ea demum contineri, quæ extrà æs alienum ſunt, l. mulier, 72. D. de iur. dot. l. ſubſignatum, 39. §. bonorum, D. de verb. ſig. l. non poſſunt, 11. D. de iur. fiſc. quippe; cùm regula iuris ſit, vt æs alienum nõ donationis titulum, ſed totius iuris ſucceſſionem ſequatur, l. æris alicui, 15. C. de donat. l. 1. §. ſi heres, D. ad Trebell. denique creditorib. duplex actio relinquitur, vna perſonalis, in ipſum donatorem: cui quantùm æri alieno ſatis erat, relictum fuit: altera Paulliana; in factũ; quæ quaſi vindicatio quędam eſt, & huic rei maximè adcõmodata, l. omnes, 17. §. 1. D. quę in frau. cred.

¶ 40 Supereſt, vt de inſinuationis, & reuocandæ donationis iure diſſeramus. Ergo vt rem à ſummo repetamus, illud ſcire oportet, antiquo iure, nimirũ ex leg. Cincia, non aliam in donationib. teſtationẽ quęſitam fuiſſe, quàm vſitatã, & ordinariam. nam ſi quidem mancipatio fieret, quinq; ciues R. puberes, præter libripendẽ, adhibebantur. ſin ſola traditio, duo teſtes, etiam ſine ſcriptura, ſatis erãt, l. in extraneos, 29. C. de donat. At primus omnium Conſtantinus, vt & donatoribus & donatariis conſuleret, & ne fraus in donationibus admitteretur, conſtituit, vt donationes in acta publica referrentur. quod illi inſinuari dixerunt, l. donatio, 25. l. lata, 27. C. de donat. l. 1. l. 3. C. TH. eod. poſteà verò Iuſtinianus id ad eas ſolas reſtrinxit, quæ quingentos aureos excederent, l. penult. §. vlt. C. eod. §. 2. de donat. Verùm dubitabit aliquis, quòd ita teſtatio publica in donationibus requiritur: cùm in hereditatibus, legatis, & fideicommiſſis, quæ ple-

A rumque maioris pecuniæ ſunt, non adhibeatur: nimirum, quia teſtamentorum nullus niſi poſt mortem effectus eſt: qua de cauſſa in donationibus quæ mortis cauſſa fiunt, inſinuationes non requiruntur: ſed quinque tantùm teſtibus contenti ſumus, l. vlt. C. de mort. cauſſ. donat. Excipiuntur etiam donationes dotis cauſſà, itémque propter nuptias, l. vlt. §. 1. C. de iur. dot. l. vlt. C. de donat. ant. nupr. item mutuæ inter virum & vxorem donationes: quoniam, vt ſuperiùs diximus, mortis cauſſa donationum inſtar B obtinent, l. cùm hic ſtatus, 32. D. de don. int. vir. Quod autem idem Pragmatici de rerum mobilium donationibus exiſtimant, falſum apparet ex l. donatio, in fin. C. TH. de donat. ſimiléǹque puto illorum errórem eſſe in eo, quod ſtatuunt, inſinuationi per iuſiurandum renunciari poſſe. quaſi verò priuatorum pactis ſollemnitas iure publico introducta lædi poſſit, l. nec ex prętorio, D. de reg. iur. vt omittam quòd neque pacta, quæ fraudandi occaſionem præbent, iure probantur, l. illud, 5. D. de pact. dot. neque Dei nomine ad rerum politicarum formam euertendam abutendum eſt: vt præclarè traditur Nouella 51. & l. ſi quis inquilinus, 112. D. de leg. 1.

¶ 41 Iam verò quòd ad reuocandarum donationum ius adtinet, illud vnum adſcribemus, ſex conſtitutas eſſe cauſſas, propter quas reuocatio permittatur: quarum enumerantur quinque, in l. vlt. C. de reuoc. donat. atrox iniuria, manus impiæ, ingens damnum inlatum, capitis periculum oblatum, & condicio non expleta. de ſexta autem quæ ob ſuperue-D nientiam liberorum adpellatur in l. ſi totas, 5. C. de inoff. don. & l. ſi vnquam, C. de reuoc. don. quoniam abundè in libro de quarta legitimaria dictum eſt, nihil adtinet hoc loco commemorare: ne, quod vetero prouerbio vetamur, actum agamus.

DISPVTATIO

DE PACTIS.

1 *Pacti definitio vbi inquirenda.*
2 *Diuiſio pactorum in Publica & Priuata.*
3 *Duplex in Vlpian. vitium.*
4 *Pactorum in Legitima & Conuenta diuiſio.*
5 *Correctus in Cicer. locus, libr. 2. de Inuent.*
6 *Conuentorum alia Nuda, alia Cauſſaria.*
7 *Vulgata lectio l. 7. D. de pact. prapoſita Florentina.*
8 *Cauſſaria conuenta cur adpellata.*
9 *Pactum nudum ſtipulationi oppoſitum, quomodo accipiendum.*
10 *Pacti nudi adpellatio ab Vlp. impropriè & abuſiuè vſurpata.*
11 *Cauſſaria pacta, aut nominata ſunt, aut innominata.*
12 *Innominatorum pactorum quattuor genera.*
13 *Noua & veriſſima interpretatio l. naturalis, 5. §. quod ſi faciam, D. de perſcr. verb.*
14 *Diſſenſio inter Iulianum & Vlpianum.*
15 *Conuenta innominata, an quattuor illis generibus omnia comprehendantur.*
16 *Conuentum nudum aliud Simplex ſeu Abſolutum: aliud Subiunctum ſeu Relatum.*
17 *Aliáne Pacti nudi exempla, præter de non petendo, proferri poſſint.*
18 *Relatum conuentum aliud Detrahens, aliud Adiiciens.*
19 *Cautio in Relatis conuentis.*
20 *Secunda nudorum Pactorum diuiſio.*
21 *Tertia diuiſio.*
22 *Explicata l. 2. D. de pact.*
23 *Taciti pacti exempla.*
24 *Perdifficilis quæſtio explicata l. 4. D. de pact.*
25 *Condicio adhibita contractui qui certis verbis non concipitur, habenda pro expreſſa.*
26 *Dies pura ſtipulationi tacitè adhibita intelligitur.*
27 *Pactorum partitio.*
28 *Qui paciſci non poſſint, qui poſſint.*
29 *Propinquitas infantiæ quouſque perducenda.*
30 *An alter alteri paciſci poſſit.*
31 *Partes noſtri, qui in poteſtate noſtra.*
32 *Pacta defunctorum an heredibus proſint.*
33 *Legis xij. tab. inter coheredes diuiſio.*
34 *Pactum eadem obligatione coniunctarum perſonarum.*
35 *An reus pactus ne petatur, ſi poſtea paciſcatur vt peti liceat, exceptionem fideiuſſoribus ex priore pacto quæſitam adimat.*

36 *Explicata verba Paulli in l.ſi vnus, 27. D.de pact.*
37 *Tutorúmne pacta pupillis proſint.*
38 *Res de quibus paciſci licet, vel minus.*
39 *Emendata l.verum eſt, 31. D.de reg.iur.*
40 *Pactio de rebus alienis an valeat.*
41 *An de publicis.*
42 *Correcta l.7.§.ſi paciſcar, D.de pact.*
43 *Exempla de iure publico à priuatis pactorum.*
44 *De iure publico, & contra ius publicum paciſci quid differant.*
45 *Exempla pactorum de re priuata, quibus Reſpub. læditur.*
46 *Ius pactorum: & primò, cuius ea iuris.*
47 *Pacta Prætoria.*
48 *Quomodo pacta quædam actionem pariant, quædam exceptionem: rurſus quædam actionem ipſo iure tollant, quædam non tollant.*
49 *Redditione chirographi num obligatio tollatur.*
50 *An redditio pignoris pacti de non petendo taciti vim obtineat.*
51 *Pactum contrariè illatum: & an pactum prius per poſterius tollatur.*
52 *In pactis ius verſatur.*
53 *Cùm ambiguum pactum eſt, aduerſus quem interpretandum ſit.*
54 *Explicata l. ſi in emtione, 34. D.de contr.emt.*

Pacti definitio alibi explicata. diuiſio pro Vlpiani illa, alia ſubſtituta, eadémque ſubdiuiſa: vbi de Cauſſariis conuentis. Pactum conuentum dici ſtipulationem non poſſe. De nominatis innominatiſque conuentionibus: vbi interpretatio noua l.naturalis, 5.§.quod ſi faciam, D.de perſcr.verb.

CAPVT. I.

¶ 1 QVÆNAM eſſet Pacti definitio ac notatio nominis multis locis copioſè diximus, ac potiſſimùm in Commentation. ſub Rub. de Pactis, in Cõmentario de verb. iuris, & in XII.tabul.ad Fragmentum illud, NI CVM EO PACIT, &c.

¶ 2 Itaque ſtatim ad diuiſiones accedamus: quarum primam ac ſummam Vlp. hanc eſſe ſtatuit in l. 5.D.h.t. vt aliæ conuentiones ſint publicæ, aliæ priuatæ. Publicæ, quæ per pacem à belli ducibus fieri ſolent:

¶ 3 Quaſi verò Prætoris edictum, cuius interpretationem Vlpianus ſuſceperat, vlla ex parte ad ius Fecialium, aut Populorum fœdera, ac non potius ad rerũ priuatarum pactiones, negociiſq; familiaris geſtiones pertineant. Ex eodem genere illud eſt, quod eodem loco ſubdiuiſionis partem in diuiſione; hoc eſt, vt Dialectici loquuntur, partem in genere numerat: cùm ait, Pactionum tres eſſe ſpecies, publicas, priuatas; & ex priuatis legitimas aut iuriſgentium. quod vitium etſi eſt in diuidendo vel maximũ, tamen ſuos excuſatores reperit: cùm ad Vlpiani exiſtimationem ſatius fuiſſet dicere, numerorum notas eo loco vitioſè, vt ſæpè accidit, poſitas fuiſſe.

¶ 4 Verùm vtvt ſit, arbitror primam & ſummam Pactorum diuiſionem eam eſſe, quam ex antiquis Iuriſconſultis auctor Rhetoricorum ad Herennium prodidit: vt alia ſint Legitima, alia Conuenta. Pacta, inquit, ſunt, quæ legibus obſeruanda ſunt. Sunt item pacta, quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu, quæ iure præſtare dicuntur. Sic enim legendum arbitror. Legitima ergo Vlpianus ea definit, quæ lege aliqua confirmantur, l.6.eod. veluti, cùm in lege XII. tab. ita eſt: Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio eſto. Eiuſdem modi eſt illud pactum ex eadem lege, quam Cornificius eo loco protulit. qui etſi corruptus eſt, tamen non obſcurè ſignificat, hanc legis ſententiam fuiſſe: VTI rei inter ſe pacti eſſent, antequam in forum aut comitium venirent, vt ita ius eſſet. Conuenta autem dicuntur, quæ ſolo conuentu valent: neque vlla lege confirmata ſunt. De quibus Cicero lib.de Inuent.II. Quædam, inquit, genera iuris iam certa, conſuetudine facta ſunt: quod genus Pactum, Par, Iudicatum. Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit: quod iam ita iuſtum putatur, vt iure præſtare dicatur.

¶ 5 Sic enim hoc quoque loco legendum, iampridem diſputauimus: non vt in vulgatis libris, IVRI: vt Præſtare iure dictum ſit, pro iure conſtare, valere, iure firmum & ſtabilitum eſſe. Quemadmodum Præſtare conſilio, ſapientia, iudicio; Latina conſuetudine dicimus, pro valere, pollere, præditum eſſe. Significat igitur pacta conuenta, non lege aliqua, ſed conſuetudine populi R. propter fidei & ſocietatis humanæ rationem ita probata eſſe, quaſi iure aliquo ſcripto conſtent. quod autem conſuetudine ſola valebat, poſtea Prætores aliquot in edicta ſua tranſtulerunt: vnde ad extremum in perpetuum edictum, iis quæ videmus verbis, tranſcriptum eſt. Eodémque illud Senecæ pertinet, ex lib.de Benefic.5. Multa legem non habent, nec actionem. atqui conſuetudo vitæ humanæ, lege omni valentior, dat aditum. quæ lex ad id præſtandum nos, quod alicui promiſimus, alligat? nulla. querar tamen cum eo, & fidem datam nec ſeruatam indignabor. Atque hæc quidem cauſſa eſt, quamobrem iuriſgentium has eſſe conuentiones Vlpianus ſcribit.

¶ 6 Conuentorum igitur ſumma & prima diuiſio bipartita ſit: vt alia nuda ſint, alia cauſſaria. Nuda autem præciſa locutione ſic adpellantur, quæ nuda partium voluntate & conuentione conſtant, neque cauſſam aliam ſubiectam habent. quaſi quis dicat Voluntaria, vt Nuda voluntas dicitur in l.3. D.de reſcind.vend. pro Nuda conuentione.

¶ 7 Vnde illud Vlpiani ex l.7. D. eod. Sed cùm nulla ſubeſt cauſſa præter conuentionem (hanc enim vulgatam lectionem, vt multo planiorem, quis Florentinæ non anteponat?) hîc conſtat, non poſſe conſtitui obligationem. Igitur nuda pactio actionem non parit, &c. Sed ab exemplis res intelligetur. nã cõuentio creditoris cum debitore, ne ab eo petat, aut ne amplius pignori res ſit: quidnam aliud habet cauſſæ, præter nudã & meram & ſimplicẽ voluntatẽ ac liberalitatẽ? Planiꝰ etiã ex oppoſita ſpecie cõtrarias res perſpicietur. Ergo Pacta conuenta cauſſaria ſunt,

quæ præter voluntatem cauſſam ſubiectam habent, aut dationem aut factum certa lege:velut in l.ſolent, 15.D.de perſc.verb.

¶ 8 Cauſſaria autẽ breuitatis & diſciplinæ cauſſa hæc adpellauimus, inuſitato in ſcholis verbo magis,opinor,quàm inepto: cùm etiam Cauſſarios milites,& Cauſſarias miſſiones eadem loquendi præciſióne nominemus. Sed vbi de re conuenit, minus de nomine laborandum eſt. Nuda enim pactio quæ adpellatur in d.l.7.in fine princip.eadem Nuda conuẽtio dicitur in l.cum emtor,5.§.1.D.de reſcind.vend.& Nuda voluntas in l. 3. D.eod. & Conuentio ſimplex in l.6.C.de iur.dot.opponitúrque modò Cauſſæ, generaliter:in d.l.7.in fin.princip.& in d.l.ſolent,15.D. de perſcript.verb.modò negocio, vt in hac ipſa l.ſolent. Qui vt ſibi fur indicaretur, inquit,aliquid promiſit,obligatur. nam illa conuentio non eſt nuda,vt quis dicat ex pacto actionem non oriri: ſed habet in ſe negocium. Vbi tamen Negocium pro contrahenda obligatione poſuit: quod propter ea quæ in pacti definitione poſuimus, notandum fuit. Opponitur etiam aliis in locis traditioni rei (quam vnam cauſſæ ſpeciem eſſe diximus)velut in l.legem, 10.l.traditionibus,20.C.de pact.§.itẽ Seruiana, 7.de actionib.l.1. D.de pign. act.l.diuiſionis, 45. D.de pact.l.vlt. C.de rer.permut.l.1.C.de pact.conuent.l.non ſolum, 33.§. qui pignori,& §.ſeq.D.de vſurpat.l.ſi dominus,8.D. de perſcript.verb.

¶ 9 Sed hoc loco magna ſtudioſis adhibẽda cautio eſt, propter compluresl ocos, in quibus pactum nudum ſtipulationi, quaſi quæ ex aduerſa parte illi reſpondeat,opponi videtur.velut in l.ſi tibi,27.C.locat.l.litigatores, 11.§.3. D.de arbit.l.diuiſionis, 45.D. de pact.l.3.& l.4.C.de rer.permut.Quare intelligendum eſt,iis in locis non ſtipulationi pactum nudum opponi: ſed hoc oſtẽdi,non ita ex pacto nudo actionem naſci,vt ſi adhibita ſtipulatio fuiſſet. Qua de re paulo fuſius explicandum eſt.Cùm enim ſuperius in definitione dictum ſit, pactum eſſe duorum de gerendo negocio conſenſionem: non abſurdè quæri poſſet, an vt omnes contractus, ſic etiam ſtipulatio pactum conuẽtum dici poſſit. Ergo illud ſcire oportet,tantum inter pactum & ſtipulationem intereſſe, quantum inter materiam & formam.Cùm enim ſtipulatio certa verborum formula & conceptione cõſtet, ex forma autem quæque res denominetur: quãuis in ſtipulatione pactum inſit, tamen propter formæ præſtantiam pacti nomen extinguitur,& ſolùm formæ nomen remanet:qua de cauſſa diſtingui vtrũque à Cicerone videmus:vt lib.de Orat.11. At verò in foro tabulæ,teſtimonia, pacta conuenta, ſtipulationes,cognationes,&c.Itémque in Partit. Scriptorum aliud publicum,aliud priuatum. Priuatum,tabulæ, pactum conuentum,ſtipulatio. Item in ea pro Cæcina: Quæ iudicia,aut ſtipulationes, aut pacti & conuenti formula nõ infirmari, aut conuelli poteſt, &c. Itaque cùm dubium nemini ſit, quin ſtipulatio iuris ſit ciuilis,id eſt, Quiritium, l.quotiens, 14. D.de nouat.noſtri apertè pacta conuenta iurigentium adtribuunt,l.7.D.de pact.l.ex hoc iure,D.de iuſt.& iur.

¶ 10 Alterius quoque cautionis mihi iam in mẽtem venit ex l.1.D.de rer.permutat. vbi Vlpianus pacti nudi nomine bonæ fidei contractum adpellat: impropriè & abuſiuè:conſenſus videlicet nuditatem rei & verborum,ac nominum actioni opponens.

¶ 11 Nunc de vtraque Pactorum conuentorum ſpecie vberius explicandum eſt. Cauſſaria ergo bifa-

A riam diuidenda ſunt: vt alia nominata, alia innominata ſint. Nominata dicimus,quæ iam inde à primis Vrbis temporibus certam & ſollemnem actionem habuerunt:vnde in vſu forenſi denominata ſunt.Cõſtat enim priſcis temporibus eos,qui iuri ciuili præerant, ex certis tantùm negociis actiones concepiſſe: quæ ſollemnes & vſitatæ nominantur in l.1.& ſeqq. D.de perſcript.verb.velut ex mutuo,depoſito,emto, locato & ſimilibus. quod ex l.2. §.2. De orig.iur.nemini ignotum eſt. Hæc pacta conuenta quæ olim in B Faſtis, poſtea in Prætoris albo certa ſuarum actionũ nomina habuerunt, generale illud & primæuum Pactorum nomen amiſerunt: ſpecialique & peculiari nomine ex ſuarum actionum formula denominata ſunt. Atque hoc nimirum eſt, quod Vlpianus ait:Pacta conuenta quæ pariunt actiones,in ſuo nomine non ſtant, ſed tranſeunt in proprium nomen contractus: vt emtio, venditio, &c. Innominata verò dicimus, quorum cauſſa priſcis illis temporibus actiones nullæ compoſitæ ſunt: nimirum,quòd C minus vſitata eſſent. qua de re copioſè noſtri in l.1.l.2.l. 3.& l.4.D.de perſcript.verb. Itaque in alium contractum non tranſire dicuntur ab Vlpiano,d. l. 7. D. de pact.hoc eſt, vetus illud generale Pactorum conuentorum nomen retinere: quoniam in Prætoris edicto nulla eorum mẽtio fit, neque actio vlla eorum cauſſa prodita ac perſcripta eſt. Cuius rei ſi ratio quæratur,hanc fuiſſe arbitror, quoniam ad aliorum nominatorum inſtar & ſimilitudinem ita proximè accedunt,vt eadem eſſe videantur: qua de cauſſa non du- D bium eſt, quin antiquis temporibus quæ actiones horum cauſſa inſtitutæ fuerant, eæ ad hæc quoque adcommodarentur. ſed poſterioribus ætatibus, quibus multo ſubtilius ad exactum iudicium reuocata res eſt,notata & animaduerſa differentia eſt: certæq́. formulæ data opera ad factum, hoc eſt, ad id negocij quod geſtum fuerit adcommodatæ ſunt: quæ propterea in Factum, & Perſcriptis verbis, & Vtiles adpellatæ ſunt.

¶ 12 Huiuſmodi ſunt quattuor illa vulgò cele- E brata: Do vt des,Do vt facias, Facio vt facias, Facio vt des. quorum primum emtioni & venditioni finitimum eſt: alterum locationi: tertium, mandato: quartum,conductioni.Ac de tribus quidem ſuperioribus dubitare video neminem.

¶ 13 De poſtremo verò magna dubitatio eſt,propter illa Paulli verba in l. naturalis,5. §. quod ſi faciã, D.de perſcript.verb.Quod ſi faciam vt des,& poſteaquam feci ceſſes dare,nulla erit ciuilis actio: & ideo F de dolo dabitur. Ne multa: nouam nos quidem,ſed, vt arbitramur, veriſſimam eius loci interpretationem hanc adferemus: locum illum,non generaliter intelligendum eſſe de negociis omnibus, in quibus fit aliquid,vt detur: ſed potius ad propoſitam quæſtionem reſtringendum ac reuocandum: de qua in ſuperioris §.extremo Paullus egerat: nimirum de eo facto, quod in locationem non cadit:vtpote,de manumittendo. Cùm ego,verbi gratia, Stichum manumiſi, vt tu mihi annulum aureum dares. nam hoc negocium neque propriè conductio eſt, neque ad G conductionis ſimilitudinem accedit:cùm vtrumque conductionis extremum deſit. nam neque pecunia datur, neque eiuſmodi factum eſt, vt locari poſſit. qua de cauſſa non perſcriptis verbis, ſed ſubſidiaria de dolo actio debebitur. Idémque, opinor, in illa ſuperiore ſpecie intelligendum eſt: Stichum do, vt Pãphilum manumittas. Dedi Stichum: neque manumittis.

mittis. non puto ciuilem dari, quaſi locati. ſed ſi alterum extremum adeſſet, veluti ſi pecuniam darem, vt Pamphilum manumitteres: quaſi locati actio dabitur, perſcriptis verbis. l. ſi tibi, 7. eod. eodémque modo traditur in l. ſolent, 15. eod. ſi fugitiuum ſeruum indicaui, vt mihi decem dares: non quidem eſſe factum, quod in locationẽ cadat: ſed quia pecunia data eſt, quaſi locati ciuilem dari: vbi tamen dolus adfuiſſet, de dolo deberi. Quod niſi §. illum ſic intelligamus, ecquænam erit illa differentia, quam eo loco Paullus tam diligenter notat inter caſum facti, quod in locationem cadit, & eius, quod non cadit? Atque huc pertinet exemplũ l. ſi paſcenda, 8. C. de pact. vbi alter paſcebat domini pecora, vt dominus ei partem fœtuu daret: vnde perſcriptis verbis natã actionem arbitror.

§ 14 Hæc cùm ita ſe habeant, difficile profectò dictu eſt, non veram illam Iuliani ſententiam fuiſſe, de qua Paullus in d. l. naturalis: dedi tibi Stichum, vt Pamphilum manumittas: manumiſiſti: euictus eſt Stichus: vt ſcilicet non perſcriptis verbis quaſi locati, aut quaſi conducti, detur actio. Nam ſecundùm ea quæ modò dicebamus, in hoc negocio neq; quaſi locatio, neque quaſi conductio dici hæc poteſt. quænã igitur actio dabitur? Iulianus in factũ à Prætore dandam exiſtimabat: cuius ſententię Paullus adſtipulatur. At Vlpianus, qui (vt conſentaneum eſt) totam illam Paulli doctrinam & diſtinctionẽ improbabat, Mauriciano, qui Iuliani ſententiam reprehendebat, ſuffragatur, in d. l. 7. D. de pact. eámq, nobis Tribonian⁹ in ſuis libris diſſenſionem reliquit: cuius nos lutei hominis ſtercoreas iſtas reliquias tam religiosè tractamus: ne dicam veneramur. nam etiam illud nũquid indignum videtur, quòd apud Paullum in FACTVM CIVILEM dari ſcriptum eſt: apud Vlpianum autem, IN FACTVM A PRÆTORE DANDAM, non autem ciuilem?

§ 15 Omiſſis igitur tricis iſtis, quæ ad ingeniorũ carnificinã potius, q̃ ad vſum vitę pertinẽt: illud ſcire oportet, nõ omnia conuẽta innominata quattuor illis generibus contineri: ſed quæcumq; ad nominati alicuius contractus naturam & ſimilitudinem accedunt, in hunc ordinem referenda eſſe. veluti, ſi qua ſunt depoſito finitima: vt in l. ſi gratuitam, 17. §. 2. & l. ſi apud te, 18. D. de perſcript. verb. item ſi qua commodato, vt d. l. ſi gratuitam, in princip. & §. 3. & l. duo ſecundum, 23. l. vlt. D. eod. & l. 2. D. de precar. item ſi qua ad mutuum accedunt, l. rogaſti, 19. l. Titius, 24. D. de perſc. verb. Quinetiam pactiones, leges, & condiciones traditionibus rerum adpoſitæ, de quibus l. in traditionibus, 48. D. de pact. in eum numerũ adſcribendæ ſunt. Quod diligenter notandum atque animaduertendum eſt, vt intelligatur cauſſaria pacta & obligationem, & actionem parere: l. legem, 10. C. de pact. vbi nominatim ſcribitur, non nudam pactionẽ, hanc eſſe, ſed legem in traditione rei dictam: & l. 1. C. de pact. conuent. & l. vlt. C. de rer. permut. quibus in locis traditur, perſcriptis verbis actionem ex iſtiuſmodi pactionibus naſci: vnde apertiſſimè illarum à nudis differentia perſpicitur. vt & in l. debitori, 7. C. de pact. l. 1. §. accedit, C. de rei vx. act. l. 6. C. de iure dot. l. ſi vir, 12. D. de perſcript. verb. l. licet, 25. C. fam. erciſc. l. cum res, 22. C. de donat.

Triplex conuenti nudi diuiſio, ſpecierúmque explicatio, & exempla Taciti pacti.

A CAP. II.

§ 16 AGE, nũc tempus eſt ad conuenti nudi
explicationem accedere. eius enim
duas in iure noſtro ſpecies animad-
uerto: quatũ altera Simplex, ſiue Ab-
ſoluta: altera Subiuncta, ſiue Relata dici poteſt. Sim-
plicem ſiue abſolutam adpello, quæ per ſe conſtat,
neque alterius principalis appendix, aut acceſſio eſt.
cuiuſmodi eſt pactũ creditoris cũ debitore, ne quid
B ab eo petat. l. 2. D. de pact. Hoc enim per ſe, & ſine a-
liena ope conſtat: neque aliunde pendet. item, vt cùm
idem eidem chirographum, debiti cõdonandi cauſ-
ſa, reddit, de quo in d. l. 2.
§ 17 Et quamquã antehac inueterato in ſcholis er-
rore ductus exiſtimarim alia Pacti nudi exempla præ-
ter illud de non petendo proferri poſſe, tamen victus
auctoritate l. 1. D. de tranſ. ſtatui, pactũ nullũ eſſe nu-
dũ & abſolutum, niſi quod donationis cauſſa factum
eſſet. Pactum autem Relatũ adpello, quod ad alterum
C principale negocium relatum eſt: ab eóque depẽdet,
cuius exempla proferemus, ſi prius duas illius ſpecies
expoſuerimus.
§ 18 Relatum enim aliud Detrahens, aliud Ad-
iiciens facit apertè Vlpianus, in l. pacta conuenta,
72. D. de cont. emt. Detrahens autem adpellat,
quod principalis cõtractus obligationem imminuit,
& eleuat: quaſi quod ipſius oneri aliquid ſubtrahat:
debitoriſq; cauſſã ſubleuet. Adiiciẽs verò adpellatur,
quod naturali cõtractus formæ aliquid adiicit, vt de-
D bitoris cõdicio grauior efficiatur. Sed vtriúſq; exẽpla
quędã proferenda ſunt. Nã detrahens pactũ eſt, veluti
in mutuo, vt per partes ſoluere liceat. l. tutor, 41. §. 1.
D. de vſur. In commodato, ne culpa pręſtetur. l. 7. §. 2.
2. D. de pact. in emtione, ne de euictione caueatur, d.
l. pacta, 72. D. de cont. emt. Adiicientis autẽ exempla
hæc ſunt: velut in depoſito, vt qui recipit, culpã præ-
ſtet. l. 1. §. ſi cõuenit, D. depoſit. In emtione, vt euictio
cũ fideiuſſore præſtetur. d. l. pacta. vt niſi preciũ intra
certũ tempus ſoluatur, emtor arras perdat, & rem re-
E cuperet. l. 1. & paſſ. de pact. int. emt. § 19 Hoc autẽ
loco magna cautio adhibenda eſt, ne quo errore du-
camur. Cùm enim Relata dicamus pacta, quæ ad ali-
quod principale negociũ referuntur: quis non facilè
exiſtimet, eas pactiones & leges, quæ traditionibus
rerum adhibentur, in hunc ordinẽ referendas eſſe? I-
taq; perſæpe videmus, Imperatores in ſuis reſcriptis
admonere litigatores, ne illa ſimilitudine decepti, ea
quæ cauſſam habent, nimirum rei traditionem, (quæ
nos cauſſaria ſuperius adpellauimus) pro nudis ac-
F cipiant. vt in l. legem, 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. cõ-
uent. & aliis, quas ſuperius protulimus. Nã, exempli
cauſſa, ſi in dote tradenda pactum adhibeatur, vt pro-
piore, quàm legibus conſtitutum eſt, die dos redda-
tur: pactum cauſſarium eſt: rei namque traditionem,
cauſſam habet. itaque ex eo actio naſcetur: l. Atilici-
nus, 17. & ſeqq. D. de pact. dotal. At ſi poſt diuortium
id conuenit, hoc non valebit, inquit Vlpianus: ne ex
pacto actio naſcatur. l. 7. §. 1. D. de pact. Item ſi in ac-
cipienda tutela conuenerit, vt maiores quàm ſtatu-
G tæ ſunt, vſuræ præſtentur, valebit: at ſi finita tutela,
non valebit, ne ex pacto actio naſcatur, d. l. 7.
de pact.
§ 20 Hactenus primã Pactorum nudorũ diuiſio-
nẽ explicauimus. deinceps ad ſecũdã accedamus. Hãc
autẽ bipartitã Vlpianus facit in d. l. 7. §. pactorũ: vt a-
lia in rẽ ſint, alia in perſonã. In rẽ autẽ dicũtur, pecu-
liari Iuriſcõſulti locutione, de qua in Cõmẽtario ver-

borũ iuris expoſuim⁹:cũ ſine ꝑſonę vllius notatione A
paciſcimur.In ꝑſonã,cũ alicui⁹ ꝑſona nominatim de-
ſignata eſt.Sed videam⁹,ne tertia ſpecies mixtorũ prę
termiſſa ſit.cùm ſatis cõſtet,pactorũ alia vna ex parte
tãtùm in rẽ eſſe,ex altera verò in ꝑſonã.veluti ne ego
petã, vel ne à te petatur.l.qui in futurum,57.D.eod.
§ 21 Tertia pactorũ diuiſio ſine dubio bipartita eſt:
vt alia expreſſa,alia tacita dicantur.l.2.D.eo. Expreſ-
ſa ſunt,quæ inter pręſentes,tractatu habito, & verbis
fiunt:inter abſentes autem,per nuncium aut per epi- B
ſtolam.d.l.2.& l.qui autem,14.& l.ſeq.D.de cõſt.pe-
cun.vbi etſi paciſci alteri nemo poſſit, tamẽ nuncius
miniſterium tantummodo pręſtare intelligitur. Ta-
cita autem ſunt,quę re ipſa ſine verbis fiunt,quę ipſa
quoque & inter pręſentes & inter abſentes fieri poſ-
ſunt.tametſi nulla eius in d.l.2.mentio fiat. § 22 In
qua lege, q̃d Paull⁹ ſcribit:CONVENIRE POSSE RE:
nõ dubitãdũ eſt,quin rectiſſimè ab Accurſio & ſimili
bus accipiatur: ꝓ Tacitè,& ſine verbis. nã RE.tracta-
tu nõ habito cõtrahi,& Verbis tractatu habito cõtra- C
hi,inter ſe opponũtur.vt l.4.& l.nã cũ, 32. D.pro ſoc.
quẽadmodũ Verbis & Actu,in l.nõ tãtùm.5.D.rẽ rat.
hab.At enim iſto modo expreſſę ſpecies à Paullo præ
termitteretur. quaſi verò integer Paulli aut Labeonis
loc⁹ exſtet:aut verò nõ ſatis ab hominib⁹ bene de mẽ-
te cõſtitutis,intelligatur, pacta ſermone & verbis fie-
ri:vt id, ꝑcurrẽti & ſũmã tãtùm attingẽti,nihil neceſ
ſe fuerit exponere.Nihilomagis obſtat, q̃d Paull⁹ ad-
ſcripſit,SED ETIAM:quaſi ſuperius aliã ſpeciẽ tracta-
rit.primùm,quia integrũ (vt dixi) Paulli locũ nõ ha- D
bem⁹.deinde quia,infinita quotidie in ipſius & ſui ſi-
miliũ ſcriptis occurrũt,in quib. Latini ſermonis ſub-
tilitas fruſtra requiratur.Deniq; Re & Verbis paſſim
inter ſe opponi,quis ignorat?vt in illo Ciceronis,qui
iã occurrit.In qua me leniſsimis & amãtiſsimis ver-
bis vtẽs,re grauiter accuſas. § 23 Sed Taciti pacti e-
xẽpla ꝓferẽda ſũt:in quib⁹ primùm chirographi red
ditio ꝓfertur.l.3.D.eo.quaſi vim hãc habeat,vt remiſ
ſũ nomẽ intelligatur,nõ minus q̃ ſi diſertè & nomi-
natim cõueniſſet,ne creditor à debitore peteret.quod E
idem de legato chirographo traditur , vt legata libe-
ratio intelligatur.l.qui chirographũ,59.D.de legat.3.
& l.3.§.1.D.de lib.legat.eóq; ꝑtinet nobilis illa The-
banorũ & Theſſalorũ cõtrouerſia,apud Amphictyo-
nas agitata:de qua eſt apud Quinctil.lib.5.capite 10.
§ 24 Secũdũ exẽplũ ꝓfertur in l.4.D.de pact.de iis,
quę ab inquilinis in pręedia vrbana inuecta illata taci
tè locatori oppignerata intelliguntur. In quo tamen
ſcrupulus exiſtit,q me nõ leuiter aliquãdiu pupugit.
nã ſi inuehẽdis rebus pign⁹ cõtrahitur, nõne contra- F
ctus hic poti⁹ verus & legitimus,dicẽdus eſt,q̃ pactũ
cõuẽtũ?prętcrea nõne ſi expreſsũ verbis fuiſſet, quod
re intelligitur,verus pignoris cõtract⁹ fuiſſet?deniq;
ſi tacitus iſte cõtractus nõ eſſet,quamobrem ſub Ru-
bricam de pignoribus relatus fuiſſet? l.4.& l.6.D. in
quib.cauſſ.pign.l.5.& l.vlt.C. eod.nam eiuſdẽ modi
alterum quoque illud conuentum Tacitum eſt, de
quo in l.qui ad certum,14.D.locat.& l.4.§.vlt. D. de
precar. cùm dominus eum cui rem ad certum tem-
pus locauit,aut precario conceſſit,tacitè poſt id tem- G
pus vti permittit.illum enim iterum conduxiſſe,aut
precario accepiſſe,traditur.Sanè perdifficilis quæſtio
eſt: cui haud ſcio an aliter reſponderi poſſit, quàm
hoc modo: Pactum iſtud Tacitum dupliciter à Iu-
riſconſultis conſiderari: coniunctè & ſimpliciter.
Coniunctè, cùm principalis negocij, hoc eſt con-
tractus locationis acceſſio eſt: quo caſu verè ac pro-
priè pactum adpellatur.vt in d.l.4.D.de pact.Simpli-

citer verò, cũ remoto locationis contractu per ſe ac
ſolũ attenditur.quo caſu difficile dictu eſt, non eum
propriè Pignoris contractum adpellandũ eſſe. vt d.l.
6.D.in quib. cauſſ. nam ſimile quoq; exemplũ vide-
mus,in eo,quòd nata in prædiis ruſticis tacitè domi-
nis oppignerata ſũt.l.3.C.in quib.cauſſ.pign.l.in prę-
diis,7.D.eod.l.ſi ſeruus,61.§.locaui,D.de furt.ex qui-
bus intelligitur, condicionẽ illam in prædiis locãdis
adponi ſolitã fuiſſe:ſic,vt ſiue illa exprimeretur, ſiue
non,tamẽ pro addita putaretur.Alteriuſmodi autem
exemplũ pacti taciti longè planius cõmemoratur in
l.4.D. de pact. vt ſtipulationi dotis,tacita pactio in-
ſit,ſi nuptiæ ſubſequantur. & l.ſtipulationẽ, 21. D.de
iure dot. Verũ in altero exẽplo quod Paullus in fine
d.l.4.profert,nõ leuis difficultas eſt:vt ſi creditor cõ-
uenerit,ſe tamdiu non petiturũ,dum vſuræ ſoluẽtur:
quãuis purè ſtipulatus ſit,tacitè tamẽ ſub ea cõdicio-
ne ſtipulatus intelligatur.nã ſi verbis expreſſa illa cõ-
uentio eſt,quãmobrẽ tacita nominabitur? § 25 Ex
profectò ita eſt,vt alteri alicui cõtractui præter ſtipu
lationẽ adhibita,cõtractui,inquam, qui certis verbis
nõ concipiatur:habenda ſit pro expreſſa.ſed ſtipula-
tioni adhibita,formulam & conceptionem eius,ver-
bis purã,ſententia condicionalẽ efficiat:quaſi adiectũ
hoc eſſet:NISI MIHI menſtruas vſuras præſtes.quia
quę in pręfationibus cõuenerunt,in ſtipulatione re-
petita intelliguntur.l.Titia,134.§.1. D.de verb.oblig.
quare vſqueadeo cõdicio illa toti ſtipulationi ineſt,
vt nõ modò actionẽ eius reformet,ſed etiã planè im-
pediat.quod Paullus ſignificat,cũ ait,IPSO iure eua-
neſcit ſtipulatio.hoc eſt,Prætor actionẽ ex ſtipulatu
nõ dabit:q̃a ſtipulationis cõdicionalis hæc vis eſt, vt
deficiẽte cõdicione actionẽ nõ pariat.l.cõdicionales,
D.de verb.ſignificat. § 26 Neq; abſimilis eſt illius
exẽpli ratio,quod ꝓfertur in l.qui in futurũ,57.D. de
pact.& l.2.§.nõ malæ,D.de dol.excep.de eo,qui quia
in futurũ vſuras à debitore acceperat,tacitè pactus vi-
detur,ne intra id tẽpus ſortẽ petat.nã,vt in ſuperiore,
cõdicio:ſic in hoc,dies puræ ſtipulationi tacitè adhi-
bita intelligitur.Itaq; non dubium eſt,quin ipſo iure
actionẽ ex ſtipulatu antè illã diẽ impediat. Sed exem
plorũ plena ſunt omnia:inſignia autẽ hi ſuppedita-
bũt loci in l.2.& l.ſi creditores,18.C.de pact.l.cũ qui-
dã,17.§.1.D.de vſur.l.cũ poſt,69.D.de iure dot.l.nihil
intereſt,50.D.de bon.libert.l.ſi præcedente,17.§.1.D.
mandat.l.eum qui,56.§.1.D.de verb.oblig.

*Furioſos,prodigos paciſci nõ poſſe:an pupilli,filiifami-
lias, ſerui poſsint. Liceatne alteri paciſci:& an defũcto-
rũ pacta heredib. proſint.it de plurium pacto:pacto item
procuratorum & tutorum.*

Cap. III.

§ 27 QVONIAM de triplici Pactorũ diuiſione
diximus,inſtituti noſtri ratio poſtulat,
vt deinceps ad partitionẽ accedamus:
cuius primus locus in ꝑſonis quæ paciſci poſſũt, aut
nõ poſſũt:alter in reb⁹,de q̃bus paciſci licet:tertius in
iure pactorũ exponẽdo cõſumitur. § 28 Sed in per-
ſonis,illud peruulgatũ retinẽdũ eſt:facilè quę paciſci
poſſunt intellectũ iri,ſi modò eas,quę nõ poſſint,ex-
poſuerimus.nã & præſentes & abſentes,& loquẽtes,
& tacẽtes,atq; adeò mutos paciſci poſſe,traditur in l.
2.& l.3.D.de pact.l.qui autẽ,14.in fi.D. de conſt. pe-
cun.Primi ergo remouentur furioſi,vt neq; in rẽ ſuã,
neq; ab re ſua paciſci poſſint:ꝓpterea q in paciſcẽdo
volũtas exquiritur,quæ in illis nulla eſt.l.furioſi,40.
D.de reg.iur.l.6.D.de verb.oblig.Prodigi verò,quib⁹
bonis interdictũ eſt,paciſci in rẽ ſuã,hoc eſt, vt alios
ſibi obligẽt,poſſũt:vt ipſi aliis obligẽtur, nõ poſſunt.

quamuis enim furioſi exitum in bonis dilapidandis faciant, l. his qui,12. in fin. D. de tut. & curat. qua de cauſſa furioſis comparantur, in d.l. furioſi, de reg. iur. tamen benignè receptum eſt, vt idem illis quod pupillis concedatur, l.3.D. de adq. hered. l.certi, §.idem quæro, D. de reb.cred. notatúrq; hæc differentia in d. l.6.D.de verb.oblig.

§ 29 Sed in pupillis tria tempora diſtinguenda ſunt: infantia, propinquitas infantiæ, quam ad decennium & ſex menſes perduco: & propinquitas pubertatis. nam infans pupillus, quia neque quod dicitur, neque quod agitur, intelligit, l.3.C.de adq.poſſ. neutram in partem, hoc eſt, neque in rem ſuam, neque ab re ſua paciſci poteſt: ne tutore quidem auctore, l.5.D.de reg.iur. Infantiæ autem proximus, qui omnia tutore auctore agere poſſe dicitur in d.l.5.& l.1.§.vlt. D.de verb.oblig. idem eodem auctore paciſci poterit: at ſine eo, paciſci quidem in rem ſuam poterit: ab re verò ſua, non poterit: quia meliorem ſuam condicionem facere ſine tutore poteſt: deteriorem, non poteſt, l.contra,28.D.de pact. l.1.D.de reſcind. vend. proximus autem pubertati adfectu non caret, l. 1. §. hoc edicto, D.ne vis fiat ei, quare in rem ſuam paciſci ſine tutore auctore poterit. ab re ſua non poterit, d.l.contra. Sequitur filiusf. qui de re quidem ſua, id eſt, de peculio paciſci vtramque in partem poteſt: & ne petat, & ne ab eo petatur. ne petat. quia in factũ actionẽ habet. l.in factũ,13.D.de obliga.& act. cui propterea renunciare videtur. l.in perſonã,30.D.de pact. ſed tamẽ patri obſtare pactum illud non poteſt, quin ſua actione vtatur. qua de cauſſa pactum filij ne petat, inutile adpellatur in l.cõtra.28.§.1 & l.& heredi,21.l.adquirent,19. D.de pact. Paciſci verò ne à ſe petatur, propterea poteſt, quia conueniri actione poteſt, l.filiusf. D.de obl. & act. itaq; exceptionem ſibi ex eo pacto adquiret, d.l.adquirent. In rem autem, id eſt, indefinitè paciſci nullo modo poteſt, ne petatur. niſi fortè liberam peculij adminiſtrationem habeat, nec donandi cauſſa paciſcatur, d.l.contra, in fin. non enim ſi libera peculij adminiſtratio ei conceſſa eſt, idcircò donandi ei poteſtas facta eſt, l.filiusf.7. D.de do. quamquam in id tempus, quo ſui iuris futurus eſt, paciſci poteſt: veluti ne filiaſ. dotem petat: aut quod ſibi ſub condicione legatum eſt, ſoluatur, l.& heredi,21.§.pe. D.de pact. Seruus autem de peculio paciſci in perſonam non poteſt: neque vt ne petat, neque vt ne ab eo petatur. quia peti ab eo actione & iudicio ciuili nõ poteſt. Doli tamen actionem domino adquiret, d.l & heredi. quòd ſi in rem paciſcatur, proderit domino & heredi eius pacti conuenti exceptio, d.l.& heredi. qua de cauſſa etiam cum fure qui rem eius peculiarem ſubripuerat, poteſt tranſigere, l.ſi quis vxori,52.§.ſi ſeruus, D.de furt.

§ 30 Deinceps ſequitur diſputatio de pactis alienis: cùm quæritur, An alter alteri paciſci poſſit. nam, vt iam intellectũ eſt, ſibi quiſque paciſci poteſt, dummodò ne furioſus, aut prodigus, aut pupillus ſit. Alter autem alteri paciſcendo cauere non poteſt, l.quo tutela,73.D.de reg.iur. l.ſi actionem,24. & ll.ſeqq.C. de pact. itémque l.3.D.de tranſact. vbi Impp. reſcripſiſſe dicuntur, priuatis pactionibus non lędi ius ceterorum. Sed cùm de alterius pacto loquimur, ſic accipiendum eſt, ſi modò extraneus ſit, l.3.& l.vlt.C.de inutil.ſtipul. adeò, vt filia paciſci matri non poſſit, l. inter ſocerum,§.Titia, D.de pact.dot. Cuius rei ratio hæc eſt: quia cuius geri negocium intereſt, gerere ipſe illud debet, nõ autem alius, l.ſtipulatio iſta,§. al-

A teri, D.de verb.obl.l. quęcumq; gerimus, D.de obl.& act. vnde intelligitur, idcircò negocia inſtituta eſſe, vt quod ſua cuiuſque intereſt, agat quiſque.

§ 31 Cùm autem ij qui in poteſtate noſtra ſunt, quaſi partes quodãmodo noſtri eſſe videantur, & viuã inſtrumenta: vt Ariſtot. in Politicis ſcribit: idcircò receptum eſt, vt paciſci nobis poſſint: dummodò meliorem noſtrã condicionem faciant, l.per quas,59.D. de pact. veluti de filio & ſeruo traditur in l.ſi tibi,17. §.vlt.& ll.ſeqq.D.de pact. l.filius,& l.3.C.eo.l.nec filius, C.de reb.cred. itemque de libero homine, ſeruó- B ve bona fide poſſeſſo, vſufructuario, vſurario, d.l. per quas, D.de pact. iunct.t.Per quas perſ.lib.Inſt.2. Sed non quemadmodum filius patri, eodem modo pater filio paciſci poteſt. cùm patrem miniſterium prębere filio, ratio nulla ſit. Itaque ſi ei qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſtipulatus ſis, tibi adquiris: non illi, §.quod ſi quis. 4. de inutil.ſtip. Pacti ergo exceptionem pater filio non adquirit: ſed propter æquitatem doli ſubſidiaria conceditur ex auctoritate Iuliani, de qua in l.ſi tibi, C 17.§.ſi pactus, l.& heredi,21. §.nos autem, & §.Iulianus, D.de pact.

§ 32 Age, nunc de pactis defunctorum videamus: an illa heredib. prodeſſe poſſint. quod quidem ita certum eſt, vt etiam ſi defunctus heredis perſonã nõ nominarit, eũ tamen mente & cogitatione comprehendiſſe intelligatur, l.ſi pactũ,9.D.de probat. l.ſi neceſſarias,8.§.pen.D.de pig.act. quin &, ſi vnius in perſonã qui heres futurus ſperabatur, pactum collatum ſit, alijs tamen heredib. prodit, l.tale pactum,40. §.vlt.D. D de pact. quemadmodũ autem defuncti pactũ heredi prodeſt, ſic etiã eidem nocere dicitur in l. epiſtola,52. §.1.D.eo. Verùm hęc ita intelligẽda ſunt, ſi modò defunctus ei tamquam heredi paciſcebatur. nã ſi poſtea heredem eum fecerit, quoniam paciſcendi tempore alienus ab eo & extraneus erat, quod ab initio nõ valuit, ex poſt facto confirmari negatur. adeò, vt ne filio quidem poſteà heredi facto, patris pactum prodit: niſi quòd ei doli exceptio in ſubſidiũ conceditur, l.ſi tibi decem,17. §.ſi pactus, l.& heredi,21.§.Iulian. E & l.tale pactum,40.§.vlt.D.eod.

§ 33 Cùm autem plures heredes ſunt, tum cautio adhibenda eſt, vt ne in paciſcendo lex XII. tab. violetur, quę obligationẽ defuncti inter coheredes ipſo iure diuidit. Itaq; paciſci quidem licebit, ne vnus ex heredib. ſuam partem ſoluat. i. ne ab vno ſua pars petatur. tunc enim diuiſio legis XII. nõ læditur: atq; adeò potius ſeruatur. At paciſci vt ab vno totum petatur, nõ licet. legis enim diuiſio lęderetur. Et hanc puto eſ- F ſe ſententiã l.auus,33.D.de pact.& l.auus,10.D.de pact. dot. vbi pater filio pepegerat, ne ab eo peteretur: ſubauditur enim, ſua pars. Vis autem eius pacti nõ erat, vt à coherede totum peteretur: quemadmodũ nonnulli exiſtimãt: quia legis XII. diuiſio læderetur. Eámque ſententiam eſſe arbitror l. eum qui ita,56.§.1. de verb.obl. vbi defunctus pepigerat, vnum heredẽ Titium totum ſoluturum, & ne ab alio quàm ipſo ſolo peteretur. Inutile, inquit Vlp. pactum coheredib. erit: quippe, quòd diuiſionem à leg.XII. factã violat. Itaq; in hac lege diſceptatio erat ex cõtrariè ſcriptis. Cùm G enim coheredes ſeſe ex pacto defenderent, firmamẽtum obiecit Titius, diuiſionẽ à lege XII. tab. factam: & pacta contra leges facta non ſeruari. Atque huc quoque pertinet l. ſeruo legato, 69. §. ſi teſtator, de legat.1. vbi teſtatoris iuſſus, vt vnus heres totum æs alienum ſoluat, non impedit creditores, quominus cum reliquis agant.

§ 34 Sequitur diſputatio aliquanto abſtruſior: de pacto eorum, qui eadem obligatione coniuncti ſunt. Ac pactum quidem in perſonam, cóprehenſam perſonam nó egreditur. In rem verò cum altero factum, ita demum alteri prodeſt, ſi eius qui pactus eſt, interfuit: l. & heredi, 21. §. vlt. & l. fideiuſſoris, 23. §. 1. D. de pact. Exemplũ autem in debitore & fideiuſſore ſuppeditat. nam pactum debitoris ne petatur, propterea fideiuſſori prodeſt, quia ſi ab eo exigeretur, mandati debitor teneretur. l. quod dictũ eſt, 32. D. eod. & §. 2. de replicat. Itaq; ſi fideiuſſor aut donãdi cauſſa, aut in rẽ ſuam fideiuſſiſſet, quia tum nihil rei intereſſet, non proderit. l. ſed ſi, 24. C. de fideiuſſ. at fideiuſſor paciſcens petitum non iri, propterea non prodeſt, quia nihil ipſius intereſt, à reo exigi. d. l. fideiuſſoris, 23. eod. Verùm, hoc quidquid eſt quæſtionis, nouo iure, quo fideiuſſor non niſi excuſſo reo cóuenitur, ſublatũ eſt.

§ 35 Hoc autem loco illa occurrit quęſtio, de qua in l. vlt. D. de pact. An reus pactus ne petatur, ſi poſtea paciſcatur vt peti liceat, exceptionem fideiuſſoribus ex priore pacto quæſitam adimat. quod prima ſpecie videtur. quia vt illud pactum in rem proderat eadem obligatione coniunctis, ſic hoc quoque in rem conceptum nocere debet, ſi contrariorum eadem ratio & diſciplina ſit. Idque videtur Paullus ſecutus in l. ſi vnus, 27. §. pactus, D. eod. Sed Furius hoc improbat in d. l. vlt. opinor, quia contrariorum diſciplina hoc loco non admittitur. non enim vt meliorem fideiuſſoris cõdicionem pacto reus poteſt efficere, ſic etiam deteriorem. Neque aliam illorum locorum cõciliationem quærendam arbitror. Iam verò, ſi duo correi debendi ſint, aut duo argentarij ſocij, eiuſdem ſummę debitores: vnius pactum propterea prodeſt alteri, quoniam illius intereſt ab hoc non exigi. l. idem in duobus, 25. D. eod. Contrà, ſi duo ſint correi credendi, duóve argentarij ſocij: & vnus pactus ſit petitum nõ iri, pacti exceptionem alteri non obfuturam Paullus ſcribit, in l. ſi vnus, 27. D. de pact. nimirum, quia eius qui pactus eſt nihil intereſt alterũ non petere. Dicet aliquis: Quid igitur eſt, quod Cicero in ea pro Q. Roſcio his ſcribit verbis? Quemadmodum ſuam partem Roſcius ſuo nomine condonare potuit Flauio, vt eam tu non peteres: ſic cùm exegit ſuam partem, & tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet. Ergo intelligendum eſt, ſocium, quicũque ſit, ſiue argentarius, ſiue correus (non enim omnes correi ſocij ſunt) paciſcentem non petitum iri, non nocere ſocio partem ſuam peteti: ſed nocere, ſi ſolidum petat. nõ tamen pacti exceptione, quia pactũ vnius alteri nihil obeſt: verùm illa, quę doli eſt. arg. l. reſcriptum, 10. D. de pact. quia vix eſt, vt dolo non faciat, qui ſolidum poſtulat.

§ 36 Neque hanc ſententiam ab illis Paulli verbis alienam eſſe arbitror: TANTVM ENIM CONSTITVTVM, vt ſolidũ alter petere poſſit. Subauditur enim, Non etiam, vt de ſolido paciſci poſsit. Paciſci enim de ſolido quidem non poterit: ſed (vt opinor) de parte: Et tametſi partem non nominet, tamen de ſolido paciſcentem, intelligi de parte pepigiſſe. Denique alter ſtipulari debebit, Amplius non peti. l. vel paciſcitur, 9. D. rat. rem hab. Neque verò ad rem pertinet, quod obiicitur ex l. ſi duo rei, 34. D. de arbit. quia ibi nihil in rem actum erat: ſed nominatim in perſoná. Vetitus enim vnus fuerat petere: nimirum is qui cõpromiſſum fecerat. Minus etiam obiicienda eſt l. ſi duo, 5. Si quis cautionibus. vbi apertiſsimè ſocij dolus interuenerat. Sequitur vt de procuratoris pacto videamus. Procurator igitur, ſiquidem negociorum ſit, paciſcendo pacti exceptionem domino non adquirit. quoniam (vt ſuperius dictum eſt) paciſci extraneus extraneo non poteſt. veruntamen quia procurator domini perſonam quodammodo ſuſtinet, doli exceptio dabitur. l. reſcriptum, 10. §. vlt. D. eod. Quòd ſi procurator litis eſt, ſi quidem in rem ſuam, tùm quoniam litis dominus eſt, proderit. ſi in rem mandatoris, non proderit: quia tantùm ad litigãdum datus eſt. l. ſed ſi tantum, 13. D. eod.

¶ 37 Supereſt tutorum conſideratio: quorum pacta pupillis quidem proſunt, quemadmodum curatorum quoque pacta adultis: obeſſe autem non poſſunt: quia meliorem quidem eorum condicionẽ poſſunt efficere, deteriorem non poſſunt, l. tutoris, 15. D. de pact. l. pacto curatoris, 22. C. eod. & l. contra, 28. §. 1. D. eo. l. Lucius Titius, 46. §. vlt. D. de admin. tut. Atque hæc quidem de perſonis ita dicta ſint: ex quibus ad ſummam intelligitur, Paciſci quidem quemque ſibi & in rem, & ab re ſua poſſe: ſi modò neq; furioſus, neque prodigus, neque pupillus ſit. alteri autem neminem poſſe: niſi aut ipſius poteſtati ſubiectus ſit, aut ipſius paciſcentis interſit, aut quaſi ipſe ſuam rem agat.

Rerum partitio de quibus fieri poßint pacta. Coniectio de l. verum eſt, 31. de regul. iur. item de §. ſi paciſcar, l. 7. D. de pact. contra quorumdam opinionem. Aliud eſſe de iure publico paciſci: aliud contra ius publicum. Quæ pactio piratica ſit Quinctiliano.

CAP. IV.

§ 38 DEINCEPS ad ſecundum partitionis locum, qui eſt de rebus, accedamus. Ac rerum quidem aliæ publicæ, alię priuatæ ſunt. Priuatarum autem alię corporales, aliæ incorporales: de quibus vtriſque pacta conuẽta fieri, conſtat. vt de hereditatibus, & omni ſeruitutum genere exempla ſuppetunt in l. 3. D. de vſuf. l. 3. D. de ſeruit. l. diuiſionis, 45. D. de pact. l. qui habebat, 54. D. de manu. teſt. Rurſus priuatarum aliæ iam exſtant, aliæ verò ſperantur: de quibus ipſis pacta quoque valere, conſtat ex l. pactum, 46. D. de pact. vbi Vlpia. ait, ſpem futuræ perceptionis pacto remitti poſſe. item ex l. cum proponas, 16. C. eod. & l. de fidei commiſſo, 11. C. de trãſact. vbi fideicommiſſarius paciſcitur cũ herede fiduciario, & accepta pecunia ſpẽ ei ſuam remittit. Sed de rebus impoſſibilibus pactiones non valere, Vlpianus ſcribit in l. verum eſt, 31. D. de reg. iur. Verum eſt, inquit, neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere. quod enim impoſsibile eſt, neque pacto neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilẽ actionem aut factũ efficere poſsit.

§ 39 Quo tamẽ loco arbitror verba illa duo, AVT FACTVM, tollenda eſſe: & ex interpretis gloſſa in cõtextum irrepſiſſe. nam ACTIONEM eo loco Vlpianũ vſurpaſſe arbitror, antiquo more: pro eo quod Actum poſtea dixerunt. item, vt in l. 3. §. vlt. D. de donat. int. vir. qua de cauſſa ſubieciſſe aliquem opinor ſic: aliàs, actum. Vnde ad extremum vox FACTVM, nata ſit. Quis enim conceſſerit, aut de actione vtili eo loco mentionem Vlpianum feciſſe, quæ ad ſtipulationes nihil pertinet: aut verò PACTVM eo loco reponendum? quaſi Vlpianus dixiſſet, Ex pacto pactum non effici. Vtcumque ſit, iſtiuſmodi pacti exemplum eſt apud Vlpianum in l. ſi ita quis, 31. D. de euict. vbi cùm Sabinus tradidiſſet, pactionẽ de promittendo ſeruum furem

furem non eſſe: haberi oportere aut pro impoſsibili,
ſiquidem ille fur eſſet: aut pro ſuperuacanea, ſi non
eſſet: Vlpianus contra diſputat, ea ſtipulatione conti-
neri id quod intereſt. eodémq; pertinet, l. non impoſ-
ſibile, 50. D. de pact. vbi pactũ, ne ſerui depoſitarius cũ
furẽ faciat, Vlpianus ſic interpretandũ eſſe ait, ne ſol-
liciter, vt fur efficiatur. Vnde perſpicuũ eſt, diſcepta-
tionem illam ex verbis & ſententia fuiſſe: cùm Sabi-
nus ſtipulationis verba & formulam: alter mentem
& voluntatẽ ſtipulantium ſpectandã eſſe contẽderet.

¶ 40 Ad hunc de rebus priuatis locum diſputa-
tio quoque de rebus alienis pertinet: de quibus pa-
ctionem non valere, traditur in l. conuentio, 37. D. de
lib. cauſſ. & in l. licet, 19. C. de pact. vbi de hereditate
viuentis agitur: & in l. debitorem, 25. & l. ſeq. C. eod.
itémq. in l. 2. & l. 3. C. inter al. act. vbi de iure alterius
exemplum profertur.

¶ 41 Deinceps de publicis reb⁹ videamus: in quo
illud ad ſummam tenendum eſt, Priuatorum pacta
neque de publica re, neque de eo quod Reip. intereſt
facta, valere. Nam de publica re ratio hæc profertur,
quòd de iis tantùm rebus negocium rectè gerimus,
quæ in commercio noſtro ſunt. l. inter ſtipulantem,
83. §. ſacram, D. de verb. oblig. Atque hoc nimirum
illud eſt, quod Paullus ſcribit in l. ſi vnus, 27. §. pacta,
D. de pact. Si pactum conuentum à re priuata remo-
tum ſit, non eſſe ſeruandum. quo dici nihil neq; com
modius, neque Latinius potuit. nam A re priuata re-
motum, ei disertè opponitur, quod publicã cauſſam
attingit. neque quidquam eo loco turbandum, aut
mutandum eſt. Sed longè aliud eſt, quod Vlp. ſcribit,
in l. 7. §. ſi paciſcar, D. eod. pactum à iure cõmuni re-
motum ſeruandum non eſſe: nã remotum à iure com
muni idem, illud adpellat, quod modò paulo ante di-
xerat, Contra iuris formam factum. item vt in l. con-
tra, 28. D. eod. Remotum enim, pro Alienum & ab-
horrens, & contrarium vſurpauit: cùm Paullus ali-
quãto aptius pro eo quod diſiunctũ erat, & aliò perti
nebat. Vt in pauca conferã, Pacta remota eſſe non de-
bent, neq; à re priuata & familiari, vt rẽ publicam at-
tingant: neque à iure cõmuni, vt eius regulis & præ-
ceptis aduerſẽtur. nam fieri de re priuata poſſe, & ta-
mẽ communis iuris regulis aduerſari, quis nõ videt?

¶ 42 Quod autẽ in d. §. ſi ſi paciſcar, ſubiungitur,
NEC LEGARI: doctis viris ita difficile atq; arduũ vi-
deri, planè abſurdũ eſt: & (vt in prouerbio eſt) turpe
eſt difficiles habere nugas. nam quod alij reponunt,
NEC LIGAT CVM NEC iuſiurãdum: primũ abhorret à
conſuetudine Iuriſconſultorum: qui Ligare pactum
nuſquam dicunt: &, ſi maximè dicerent, tamen quid
aliud eſſet, Pactum non ſeruari, quàm pactum nõ li-
gare? Pactum, inquit, à iure communi remotum, ſer-
uari non oportet, nec ligat. quid abſurdius? Quod ve-
rò Florentina ſcriptura defenditur, vereor, vt ſatis cũ
Grammatica ratione congruat: cùm vnde verba il-
la duo NEC LEGARI, pendeant, litera in tota il-
la Vlpiani oratione nulla ſit. ſed ſi perexigua mu-
tatione VT NEC LEGATVM reponatur, nihil neq;
concinnius, neque ad Latinæ linguæ conſuetudinẽ
apti⁹ fingi poterit. in qua quãtũ operæ poſuerim, cur
me nõdũ pœnitere debeat, aliorũ exẽpla commonẽt.

¶ 43 Verùm, vt ad inſtitutũ reuertamur, operæpre-
ciũ eſt, exẽpla quædã eorũ pactorũ quę de iure publi-
co à priuatis facta ſunt, exponere: vt intelligatur, ea
demum iſtius generis pacta repudiari, quibus ius cõ-
mune lęditur. ad hũc ſanè locũ diſputatio illa nobilis
pertinet, An de crimine paciſci liceat: ſed nos eam in
lib. Quæſtionum illuſtr. retulimus. Exempla igitur

A hæc ſunt: Ne furti aut iniuriarum, quæ nondum ad-
miſſæ ſunt, agatur. expedit enim publicè pœnam le-
gitimam timere. l. ſi vnus, 27. §. pacta, D. de pact. Ne
interdicto vnde vi, agatur: ſi vis publica facta ſit. ibid.
Ne operis noui in publico facti nunciationem exe-
quar, cùm tamen, ſi in priuato factum eſſet, liceret. l.
7. §. ſi paciſcar, D. eod. Vt quis ſuitati aut adgnationi
renunciet: ſic enim intelligo l. ius adgnationis, 34. D.
de pact. id eſt, ne quis ſuus heres aut adgnatus alicui
B ſit. quod & de ſuitate traditur in l. vlt. D. de ſuis & le-
git. Vt emtor cenſum & reliqua non ſoluat, ſed ipſe
venditor. l. 2. & l. 3. C. ſine cenſ. & reliq. Ne cui ſuum
locum dedicare, aut ſuum mortuum in eum inferre
liceat. l. nemo, 61. D. de pact. quod tamen à Iuſtiniano
immutatum eſt, in l. vlt. C. de pact. int. emt. Sed ad ex-
empla redeamus: veluti, ne maritus ſuam vxorẽ fune-
rari cogatur. l. Neratius, 20. D. de relig. Ne heres Falci-
diã detrahat, l. quod bonis, 15. §. 1. D. ad leg. Falcid. Ne
creditor cui fũdus pignori datus eſt, tributa pendat,
C cùm id poſſeſſorum munus ſit. l. inter debitorẽ, 42. D.
de pact. Vt teſtandi libertas imminuatur. l. pactum
quod dotali, 15. C. de pact. l. cũ duob⁹, 52. §. idẽ reſpon-
dit, D. p ſoc. Ne querela inofficioſi agatur: l. ſi quan-
do, §. illud, C. de inoff. teſt. Vt ſeruus manumitti teſta
mento iuſſus heredi operas det. l. 42. D. de op. libert.

¶ 44 Nunc illud toto hoc de genere ſummatim
percipiendum eſt: Aliud eſſe, de iure publico paciſci,
aliud, contra ius publicum. Interdũ enim de iure pu-
blico paciſci licere, vt ius publicum non lædatur: in-
D terdum de re priuata pactum fieri, quo tamen Reſ-
pub. lædatur. quid ergo eſt? aut quænã ea de re norma
tradenda eſt? Ego nullam eſſe aliam arbitror, niſi quã
in publicorum iudiciorum ratione explicanda quõ-
dam expoſui, & nunc video à magiſtellis neſcio qui-
bus paſſim pro ſua vẽditari: nimirum, vt iis demum
pactis de iure publico conuentis lædi Reſpub. dica-
tur, quibus ipſa ſe lædi ſtatuit: hoc eſt, quæ in libris
noſtris repudiari videmus. Sed ab exẽplo res intelli-
getur. Numquid enim iure publico conſtitutum eſt,
E vt legatario heres ſatiſdet? & tamen valere pactum
ne ſatiſdet, traditur in l. pactum, 46. D. de pact. quod
tamen contrà de fructuarij cautione traditur in l. 1.
C. de vſufr. nónne publici iuris eſt, vt nautæ ſaluas
vectorum res præſtent? & tamen paciſci poſſe, vt ſuã
quiſque rem ſeruet, neque periculum ad ipſos perti-
neat, traditur in l. vlt. D. naut. caupon. Similiter iure
publico conſtitutum eſt, vt ne mulieres ob interceſ-
ſiones obligentur. Et tamen receptũ eſt, vt ei priuile-
gio renũciare per pactũ poſſint, l. vlt. §. pen. D. ad Vel
F leian. Itẽ ius publicũ eſt, vt depoſitarius periculũ non
præſtet. valere tamen pactũ, vt etiam periculum in ſe
recipiat, teſtatur d. l. 7. §. ſi paciſcar, D. de pact. quod
eodẽ modo de ceteris cõtractibus traditur in l. cõtra-
ctus, 15. D. de reg. iur. Atq; hæc quidẽ de iure publico.

¶ 45 Nũc exempla proferemus de iis pactis quæ
de re quidem priuata facta ſunt, & tamen iis Reſpub.
læditur. quid? alimẽta cuipiam legata nónne ad rem
ipſius priuatam & familiarem, & domeſticam perti-
nent? & tamen ſi pactum de iis factum ſit, contra iu-
G ris publici regulas factum dicitur in l. cum hi, 8. D.
de trãſact. quid ita? nimirum, quia nominatim id iu-
re publico cautum eſt. Similiter dotem priuatũ mu-
lieris patrimonium eſſe cõſtat. Et tamen deteriorem
eius condicionẽ pactione fieri non poſſe, traditur in
l. de die, 14. D. de pact. dot. Eadẽ ratio eſt fũdi dotalis,
de quo alienãdo aut oppignerãdo paciſci non licere,
conſtat ex l. 1. D. de fund. dot. Similiter pactum, ne ob

res inter virũ & vxorẽ donatas agatur, iure improba- A
tur: ne, inquit Paullus, ius ciuile impugnetur. l. illud,
5. D. de pact. dotal. item vt illud alterũ, ne ob impen-
ſas in res dotales neceſſariò factas agatur. l. illud, 5. D.
de pact. dotal. Ac de iis quidẽ rebus, de quibus paciſci
liceat, aut non liceat, ſit, vt opinor, dictum ſatis. niſi
fortè ſummatim illud adiungi opus ſit, quòd pacta
turpis rei cauſſa cõuenta, iure improbantur. l. ſi vnus,
27. §. pacta, D. de pact. veluti, cũ ꝓcurator de litis par-
te vnà cũ litigatore paciſcitur. l. ſumtus, D. de pact. l. B
6. l. 7. D. mãd. quã pactionẽ Quinctilianus piraticam
adpellat lib. 12. c. 7. Aliud profertur exemplum in l. il-
lud, 5. D. be pact. dotal. & l. ſi vnus, 27. §. pacta, & §. il-
lud, D. de pact.

*Pacta ex formâ Ciuilis aut Prætorij iuris. Obligationis
Ciuilis diſſoluẽdæ certos modos fuiſſe: extra quos Nudum
pactum: item Pignoris redditio. Prius pactum per poſte-
rius tolli ipſo iure: atque etiam in pactis ius verſari: deni-
que ambiguum pactum interpretandum, cõtra eum qui di-* C
xerit.

Cap. V.

§ 46 QVÆ de perſonis & rebus dicẽda pu-
tauimus, hacten⁹ dicta ſunt. ſupereſt,
vt de pactorum iure videamus: quo
loco primùm quærendum eſt, cuiuſ-
nam iuris Pacta eſſe videantur. nã qui ꝓpterea natu-
ralis eſſe adfirmant, quoniã Vlpian. in l. 1. ſcribit, eius
edicti naturalẽ eſſe æquitatẽ: primùm nó animaduer-
tunt, Æquitatẽ eo loco vſurpari ꝓ ratione: vt cùm à D
Cicerone perſæpe Legis æquitas adpellatur, quã nos
rationem nominamus. Edicti ergo æquitas naturalis
eſt: id eſt, ratio edicti conſentanea eſt naturę, ſiue hu-
manæ ſocietati, & ad eã cõſeruandã adcõmodata. De-
inde, quid de iis pactis reſpõdebũt, quæ legitima no-
minari ſuperius dicebamus? veluti, quæ lege XII.
Tab. de furtis aut iniuriis, aut litigatorũ tranſactione
inſtituta ſunt? quę iuris eſſe Quiritium, quis dubitet?
Quare ita diſtingui rem oportet, vt ſi materiã ſpecte-
mus, eorum omniũ originẽ iuri naturali tribuamus: E
ſi verò formã, tum alia ciuilis, alia prætorij iuris eſſe
dicamus. Omnia autẽ pacta, cùm materiã ſpectamus,
propterea dico eſſe naturalia, quoniã omnia natura-
lem obligationẽ & pariunt & exſtinguunt. l. in his, 5.
§. Imperator, & l. Stichũ, 95. §. naturalis, D. de ſolut. l. ſi
nõ ſortẽ, 25. §. libertus, l. qui exceptionẽ, 40. D. de cõ-
dict. indeb. Ciuilia verò ea dico, quæ ciuilẽ obligatio-
nẽ & pariunt & exſtinguũt. quorũ tria video eſſe ge-
nera. nimirũ ea quæ ſuperius Legitima, Cauſſaria, &
Continuò ſubiuncta nominauimus. Ac de legitimis F
quidẽ, nemo dubitat; vt qui de furto aut iniuria pa-
ctus fuerit, non poſſit ex eo pacto actionem ciuilem
habere: aut ſi furti, iniuriarúmve actionem poſtulet,
ipſo iure ſubmoueatur. l. 6. l. 7. §. ſi paciſcar, l. ſi tibi
decem, 17. §. 1. D. de pact. Cauſſaria verò iuriſgẽtium
eſſe dicuntur ab Vlpiano in d. l. 7. tamen propter ci-
uilis obligationis & actionis procreationem, ciuilia
dicenda ſunt: quippe, ita iure ciuili recepta & com-
probata, vt eandem planè vim habeãt, ac ſi ab eo pri-
mùm inſtituta fuiſſent. Iam verò continuò ſubiun- G
cta, ciuilia quoque idcircò adpellamus, quia in-
ſita & infuſa in contractum principalem, fiunt pars
totius: ac proinde iuris eiuſdem cuius principalis. Il-
lud notandum eſt, quod cùm Pacto inſita in eo cum
ſurculis inſitis conueniant, quòd vt hi ſucco arboris,
in quẽ inſiti ſunt, alũtur, ita illa ex principalis cõtra-
ctus iure vim habent: tamen in eo differũt, quòd ſur-

A culi ſui generis baccas ferunt: pacta verò nõ propriã
aliquam actionem pariũt, ſed principalis contractus
actionem informant, id eſt, refingunt, immutant, in-
terpolant. l. 7. §. quinimò, D. de pact.

§ 47 Sequitur vt de Prætoriis videamus. Prętoria
autẽ adpello, quę per ſe ac ſua ſpõte vim habẽt nullã:
ſed Prętoris iuriſdictione adiuuãtur: vt aut exceptio-
nẽ, aut replicationem, impetrent. nam antequam ad
Prætoris tribunal ventum erat, vim habebãt nullam:
B ne Prætoris quidem beneficio, quẽadmodum Conſti
tutum, & ſi ſiqua ſũt in eodem genere: quæ quia ſuũ
habent & nomen & actionem, nihil ad hãc diſputa-
tionẽ pertinẽt. Prætorij ergo iuris hęc dicuntur, quia
cùm iure ciuili deſtituta eſſent, Prętor ea ſe ſeruaturũ
edixit: ſi modò neq; contra ius publicũ, neq; contra
bonos mores, neq; contra bonam fidẽ facta eſſent. l.
7. §. ait Prætor, D. eod. nã de iure publico exemplũ eſt
in l. neq; pignus, 45. & l. nec ex prætorio, 27. D. de reg.
iur. lociſque aliis cõpluribus, quos ſuperius comme-
C morauimus. De bonis moribus in l. vlt. C. de pact. l. a-
lia cauſſa, 14. D. ſolu. matri. & l. illud, 5. D. de pact. dot.
De bona autẽ fide, in l. 1. §. illud non probabis, D. de-
poſit. l. 7. §. dolo malo, l. ſi vnus, 27. §. illud, D. de pact.
Horum autẽ duæ ſunt ſpecies: nã Simplex, & Relatũ,
ſiue ſubiunctum huius generis eſſe animaduerto. Ac
ſimplicis quidẽ exemplũ eſt, in l. ſi vnus, 27. §. pactus,
D. de pact. aliiſq; locis innumeris: vbi traditur, pactũ
ne petatur, parere exceptionem: atq; adeò pactũ po-
ſterius factũ, vt peti liceat, replicationẽ. Similiter pla-
D citum diuiſionis, inter coheredes, (quod nudũ pactũ
adpellatur in l. diuiſionis, 45. D. de pact. & l. diuiſio-
nẽ, 15. C. famil. erciſ.) poſſeſſori exceptionẽ adfert. l. cũ
proponas, 21. C. de pact. Poſtea verò ſubiuncti exem-
plum eſt in l. pacta, 72. D. de cont. emt. vbi venditor
pactus ne de euictione teneatur, ſi emtor agat, pacti
ſe exceptione tueri poſſe dicitur. item in l. ſi quis cre-
diderit, 49. D. de pact. vbi debitor ex interuallo pact⁹,
vt quatenus facere poſſit, conueniatur: exceptionem
pacti habere dicitur. § 48 Sed quid ſit illud quod
E dici ſolet, Pacta quędã actionẽ parere, quędã exceptio
nẽ: quædã rurſus actionẽ ipſo iure tollere, quędã non
tollere, planius & vberius explicandũ eſt. Ergo illud
ſcire oportet, quẽadmodum certi modi contrahendæ
ciuilis obligationis fuerunt: extra quos obligari ciuis
R. non poterat: eodẽ modo certos eiuſdẽ diſſoluendæ
modos fuiſſe, præter quos diſſolui nõ poterat. Exẽpla
autem horum modorũ hæc ſunt: Acceptilatio in ſti-
pulatione. Reſcriptio, in nominibus. Numeratio, in
pecunia credita. Redditio in depoſito, commodato, &
F ſimilibus. Iſtis ergo modis propterea dicitur ipſo iu-
re obligatio tolli, diſſolui, perimi, reſtingui: qa ſi cre-
ditor cui ita ſatisfactum eſt, nihilominus à Prætore
actionẽ eius rei poſtularet, Prætor audita rei defẽſio-
ne recuſaret, eúmque ſubmoueri iuberet. quia ciuili
modo inducta obligato, ciuili cõtrario modo diſſo-
luta eſt. Similiter ſi is qui cum fure, aut cõtumelioſo
tranſegit, pactúſve eſt, vt XX. aureis cõtẽtus eſſet: mu-
tato poſtea cõſilio furti, aut iniuriarũ actionẽ à Præ-
tore poſtulet, ſubmouebitur. qa vt actiones illæ lege
G XII. Tab. introductæ ſunt, ſic etiam Pactum illarum
exſtinguẽdarũ. Pręter iſtos modos alij quidã ſunt, na-
turali quidẽ ęquitati maximè cõſentanei, ſed iure ci-
uili nõ ꝓbati. veluti, Res iudicata, iuſiurandũ nõ de-
beri, ceſſio bonorũ, & id, de quo nunc ſermo eſt, Pa-
ctum ne petatur: quæ omnia exponuntur à Iuſtinia-
no ſub tit. *De* except. lib. Inſt. 4. Itaq; ſi creditor actio
ne ei⁹ rei à Prætore poſtulet, denegare Prętor nõ po-
terit:

terit:ſed cùm iudicium dabit,tum exceptionem hanc ſubiunget:Si NON pactus ſit, ſe non amplius petiturum.Atq; hoc nimirum illud eſt,qđ traditur in l.creditori,5.C.de pact.debitorē qui partem ſoluit,de parte autem nō petenda pactus eſt,pro illa parte,iure ciuili liberatum eſſe, pro hac,iure prætorio. Qua de re quia diligentiſſimè & copioſiſſimè in illud Inſt. caput expoſuimus, nihil attinet hoc loco plurib.diſſerere.Tantùm ſatis eſt intelligi,pacto nudo propterea ciuilem obligationem nō exſtingui, quia ciuili iure modus hic exſtinguendæ obligationis inſtitutus nō eſt.

¶ 49 Quod eodē modo de pacto tacito redditi chirographi intelligendū eſt,l.3.D.de pact. quinimò tātum abeſt,vt redditione chirographi obligatio tollatur,vt ne ipſius quidem cancellatione & inductione aut interitu tollatur,l.ſi chirographum,24.D.de probat.atq; adeò ne apocha quidem, l.ſi acceptolatū,19, §.1.D.de accepti.cuius tamen multò maiorē eſſe vim quàm redditi chirographi, cōſtat ex l.pecuniæ,14. C. de ſol. Quamquam de apocha ꝓptereà dubitari poterit,quia nihil tam naturale eſſe dicitur, quàm vt quoquidque modo contractum eſt, contrario modo diſſoluatur,l.nihil,D.de reg.iu.quare cùm chirographo ea obligatio conſtaret,apocha reſtingui videtur. Verùm intelligendum eſt,non chirographo illam obligationē conſtitiſſe : ſed illud acceſſionem cautionémque obligationis fuiſſe.

¶ 50 Poſtulat autem hic locus,vt illam Modeſtini quæſtionem tractemus, quam in l.3.D.de pact. huic diſputationi ſubiungit: An redditio pignoris, pacti de non petendo taciti vim obtineat.quod ab illis negatur. Sed quæ ſit inter chirographi & pignoris redditionem diuerſitatis ratio,diligenter ab antiquis interpretib.Martino & Ioanne quæſitum, nec dum tamen repertū eſt.nam quòd ille cauſſam hanc adferebat, quoniam illa obligatio chirographo cōtinebatur: quis nō improbet? cùm obligatio non ſcriptura, ſed re cōtracta ſit. ſcriptura autē,vt antè dixi,tantùm acceſſio ſit.Quòd verò Ioan. nullū eſſe dicebat vſum chirographi apud debitorem , præter liberationē,pignoris autem alias vtilitates eſſe: verum quidē illud eſt:ſed accidens negocij tantū adtingit, non rei ſubſtantiā.Vera igitur & ſubſtantialis ratio hæc eſt, quia cùm principalis obligatio re,& numeratione contracta ſit,non autē pignore:abſurdùm eſt dici, eam reddendo pignore diſſolui. quoniam contraria, vt ſæpè dictū eſt, contrariis diſſoluuntur . neq; ad rem pertinet,quod obiicitur ex l.creditricē,7. C.de remiſ.pig. vbi qui pignoris chirographū reddit, ius pignoris remiſiſſe intelligitur.quia principalis pignoris obligatio iſto eodem modo contracta fuerat, l.1.D.de pign. act.quemadmodū ſi pignus traditione contractū fuiſſet,nō eſſet dubitandū, quin contraria traditione, id eſt redditione liberaretur. Deniq; chirographaria obligatio pſonalis eſt; pigneratitia, realis. illa,principalis,hæc acceſſoria. Nunc conſequens eſſet,vt ad alias Pactorū ſpecies ſup. in diuiſione poſitas accederemus, & cuius quæque illarū iuris ſit, conſideraremus.ſed quoniam copioſè & ſubtiliter hac de re tota.i.de pactis adiicientib. & detrahentibus , de bonæ fidei & ſtrictis contractib. c.Illuſt.quæſt.36. diſſeruimus, Lectorem in eum locum reiiciemus.

¶ 51 Deinceps igitur de pacto non ſimplici , ſed contrariè illato dicamus: de quo à Paullo diſputatur in §. pactus ne peteret. Eius autem ſumma quæſtionis hæc eſt : An prius pactum per poſterius tollatur ? Ac Paullus quidem lib. Sentent. 1. ſic ſcribit:

A Omne pactum poſteriore pacto diſſoluitur.Nā ſi cōſentaneū eſt , vt queadmodū ciuilia ciuilibus, ſic etiā naturalia naturalibus tollātur:quidni pactū quod naturalis iuris eſt,per alterū contrariū quod eiuſdē iuris ſit,tollatur? deniq.naturalē obligationē per pactū cōtractā per poſterius pactū de nō petēdo ipſo iure tolli,cōſtat ex l.Stichū,95.§.naturalis, D.de ſolu. Idē tamen Paullus in d.§.pactū,apertè ſcribit:nō queadmodum ſtipulatio per contrariam ſtipulationem tollitur, ita etiam pactum per poſterius ipſo iure tolli. &
B rationem ſubiungit:quoniam in ſtipulationibus ius verſatur,in pactis factum.Replicationem igitur addi ait oportere:vt elidi ſuperius pactum poſſit. .

¶ 52 Atq.etiam in pactis ius verſari,naturale quidem,vel ex eo conſtat,quia pacta naturalē obligationem pariunt,l.in his,5.§.Imperator, D.de ſolu.quòd ſi naturalis obligatio per naturalē liberationē tollitur , vt modò dictum eſt: quidni liberatio illa per prius pactum inducta , per poſterius pactum obliterabitur ? Iam verò quòd Paullus ſcribit, Repli-
C cationē ex poſteriore pacto datum iri : abſurdum videtur.nā ſi poſterius pactū actionē per illud antiqui' impeditā,reſtituit:cur nō Prætor & exceptionē & replicationē omittit:purámq.actionē qualis antea fuerat decernit? Intelligendū eſt igitur,ſi Prætor purum iudicium cōſtitueret, neq.aut exceptionis aut replicationis mētionē faceret:hoc incōmodi euenturū, ꝙ iuberet ea de re iudicē quærere, quā reus cōfiteretur. Iudiciū.n.in hæc verba daret:SI PARET Mæuiū Titio dediſſe centū. At id Titius quidē fatetur:ſed cum hac
D adiectione, NISI pactū poſtea factū ſit,ne peteret. Fatendū eſt igitur,prius pactū per poſterius euerti, atq. exſtingui:niſi antiquior iudicij cauſſa ſubſit. quæ cū ciuilis ſit,ab iis quæ naturalia ſunt,deleri non poteſt. At vbi ſtipulatio noua ſuperiori cōtraria.i.nouatio, adhibita eſt:tum verò nō mirū eſt, ſi ciuilis obligatio per ciuilē liberationē tollatur:ac ꝓinde actio ipſa ex obligatione nata ſimul exſtinguatur. Quod.n. Paullus ſcribit in ſtipulationibus ius verſari in pactis factū:ſic intelligendū eſt;ita ius ciuile cōparatum eſſe,
E vt ſolēni ſtipulationis formula ciues Romani & obligētur,&liberētur:pactis,neq.obligētur,neq.liberētur. quoniā in pactis ſolum factum.i.ſolus paciſcēdi actus verſatur : cùm in ſtipulationibus & factum, id eſt , actus interrogandi reſpondendique : & vis à iure ciuili ei tributa , verſetur. Hactenus de pactorum iure ſatis videtur dictum : niſi fortè quæſtio illa ſupereſt.

¶ 53 Cùm ambiguum pactū eſt,aduerſus vtrum in-
F terpretandū ſit,eum qui pacti auctor eſt,an eum quo cum paciſcitur. Veterū ſententia eſſe dicitur,aduerſus venditorē & locatorē interpretandū,l.veterib.39. D.de pact.l.Labeo,21.l.cum in lege, 33.D.de cōt.emt. l.in cōtrahenda,175.De reg.iur.vbi ratio hæc ſubiungitur:quia potuit legē apertius dicere. ¶ 54 Contra tamen pugnare creditur l.ſi in emtione , 34.D.de cōt.emt. qua de cauſſa ſunt qui *emtor* pro *venditor* eo loco reponendū putēt. Sed animaduertere debemus, veterē illā ſentētiā, nō ex verbis, ſed ex mēte accipiēdam eſſe.Nec.n.ſimpliciter Labeo dixit,ſemper vēdi-
G tori nocere : ſed addidit,*qui pactū dixerit*. vnde ex cōtrario argumētari licebit, ſi nō vēditor Pactū dixerit, ſed emtor : contra emtorem interpretandum eſſe : vt generalis regula teneatur , Ambiguum pactum aduerſus eum qui eius auctor fuit,interpretandum:ſiue is venditor, ſiue emtor, ſiue locator , ſiue conductor fuerit,d.l.in contrahenda,de reg.iur.

Prima diviſio.

Conuentionũ quędam ſunt
- Expreſſæ inter præſentes, verbis, interprete, nutu; inter abſentes per nuncium, aut per epiſtolam, l. 2. D. h. tit.
- Tacitæ, quæ vel iuris intellectu tacitè inducuntur, vel etiam à mutis aut ſurdis fiunt, l. 2. l. 4. D. h. t.

Secunda diviſio.

Conuentionum aliæ ſunt
- Publicæ, veluti fœdera, ſocietates, induciæ, pax, l. 5. D. h. t. l. 12. D. de cap. & poſtlim.
- Priuatæ, quarum aliæ ſunt
  - Legitimæ, legibus antiquis confirmatæ: vt de furto & iniuria ex XII. tab. l. 17. §. ſi paciſcar. l. 27. §. pactus, l. 17. §. 1. D. h. tit.
  - Honorariæ, vt Conſtitutum l. 1. De conſt. pecun. Item hypotheca, l. 1. De pign. act.
  - Iuriſgentium: de quibus in tertia diuiſione dicetur.

Iuriſ-

Iuriſgentium quæ ſola naturali æquitate conſtant, neque ciuili iure comprobatę ſunt. Hæ neque nomen, neque cauſſam habent, quia ſolo conſenſu conſtant, & Nudæ dicuntur: id eſt, nudæ à cauſſa & nomine, l.7.in princ. verſ.ſed cùm nulla ſubeſt, D.h.t. veluti pactum de rebus permutandis, l.1.De rer. permut. l.3.C.eod. Pactum de vſuris, l.17.D.h.t. Pactum de nõ petendo, l.7.& paſſ.h.tit. vt coheredes certo modo hereditatem diuidant, cùm eorum nullus poſſideret, l.21.C.h.t.

Tertia diviſio. Conuentionum aliæ ſunt

Ciuiles, quæ iure ciuili comprobatæ ſunt: veluti nexus dotis, dictio, acceptilatio, nouatio, ſtipulatio, l.14. in fin. D. de nouat. l.126.§.pen. de verb.obl.

Nomen tantùm, quæ legibus inductæ ſunt, & ſuam certã naturam & formulam atque actionem antiquitus ab iis qui iure ciuili præfuerunt, cõſtitutam habent. Hinc forma antiquitus cõſtituta in l.5.§.Iulianus, D.de adm.tut. l.27.§.quod & in ſpecie, D.h.t. tales ſunt emtio, venditio, locatio, conductio, mandatum, ſocietas: quæ ſine datione & ſine facto, nuda voluntate, nudo conſenſu obligationem patiunt, l.1.D.de rer.perm. l.2.De oblig.& act. atque idcircò dicuntur tranſire in proprium nomen contractus, l.1.in fin. l.7.in princ.D.h.t. habere nomen ſuum, l.1.De rer.permut.

Qvarta diviſio.

Cauſſam tantùm, id eſt, dationem aut factum certa lege, l.8.l.15.De perſ. verb. Sed nulla antiquius earũ cauſſa cõſtituta fuit actio. itaque ſuum nomen non habent, ſed in generali & vniuerſo nomine permanſerunt: Do vt des, Do vt facias, Facio vt des, Facio vt facias; qui vulgò innominati contractus adpellantur, l.2.3.4.& ſeq.De perſcr.verb. Eius generis eſt permutatio, poſtquàm res ab alterutra parte tradita eſt, d.l.1.De rer.perm. item pactum coheredum de diuidenda hereditate, quando iam vnus aliquis poſſidet, l.15.C.fa.erc. l.21.C.h.tit. Hæc ſunt quæ dicuntur Negocia ciuilia, Negocia proprij contractus, Negocia noua, l.1.D.de æſtimat. l.15.& l.22.De perſc.verb. quorum nomine cùm inſtitutæ antiquitus actiones non eſſent, moribus inductum eſt, vt componantur actiones perſcriptis verbis, vtiles in factum, l.1.2.3.11.& paſſ.D.de perſc.verb.

Mixtæ: quæ cum iuriſgentium communes ſint, tum etiã iure ciuili comprobatæ ſunt, l.7.D.h.t. Harũ porrò quę mixtæ ſunt aliæ habent

Vtrumque: hoc eſt, quę præter dationem aut factum, nõ modò certam formam ab antiquis conſtitutam habent, ſed etiam certam & ſollemnem actionis formulam: veluti mutuum, commodatum, depoſitum, pignus, l.7.D.h.t. Ergo hæ quoque habere nomen dicentur, quia certa illis formula antiquitus impoſita eſt, d.l.5.De adm.tut.

Neutrum: hæ iuriſgentium ſunt, & Nudę adpellantur, quoniam, vt ſuprà dictum eſt, neque nomen, neque cauſſam habent, ſed ſimplici promiſſione conſtant. veluti ſi inter aliquos conuenerit de ſuis rebus inuicẽ commutandis, l.1.De rer.permut. nam poſt alterutrius traditionem exſiſtit contractus innominatus: Do vt des; qui permutatio eſt, d.l.1.

DISPVTATIO

DE TRANSACTIONIBVS.

1 *Pacti ſignificatio & ſpecies.*
2 *Pacti & Tranſactionis communio quadruplex.*
3 *Pacti & Tranſactionis inter ſe differentia.*
4 *Tranſactio de re in metu & opinione tantùm poſita interponitur.*
5 *Tranſactio cur Deciſio vocetur.*
6 *Ceſſio ſiue Confeſſio ex parte rei: Omiſſio ſiue Remiſſio ex actoris: item Renunciatio litis.*
7 *Contra inueteratum errorem; Tranſactionem non eſſe contractum innominatum.*
8 *Tranſactio quando contractus fiat innominatus.*
9 *Tranſactio quibus modis fiat.*
10 *Quid ſit Tranſigere: & quotupliciter accipiatur.*
11 *Tranſactiones aliæ Legitimæ, aliæ Conuentæ.*
12 *Secundæ, tertiæ & quartæ Pactorum diuiſionis, cum Tranſactione collatio.*
13 *Tranſactiones aut ante motam controuerſiam inſtituuntur, aut poſt litem inchoatam.*
14 *Contra peruulgatam ſententiam: Tranſactionis eſſe proprium, de re litigioſa fieri.*
15 *Perſonæ quæ in tranſactione intercedant.*
16 *Notandus Papiniani ex bono & æquo contra Iuris rationem locus.*
17 *Res in quibus tranſactio conceſſa.*
18 *Trãſactio tãtũ in rebus actis aut cogitatis intelligitur.*
19 *Vtri Tranſactionis probatio incumbat.*
20 *An de criminibus paciſci aut tranſigere liceat.*
21 *An de dolo.*
22 *Valeátne pactum: Ne depoſiti aut commodati agatur.*
23 *De alimentis tranſactio an valeat.*
24 *An quod de tranſactione ſuper alimentis cautum eſt, idem de pacto intelligatur.*
25 *Ratio diuerſitatis alimentorum inter viuos & cauſſa mortis conſtitutorum.*
26 *Ius tranſactionum & effectus.*

Quadruplex communio pacti cum tranſactione: differentia multiplex. Tranſactio de re etiam interponitur quæ ſolum in opinione: mediáque eſt inter totum & nihil. fit litis contemplatione ſiue præſentis ſiue futuræ: nec tamen illa contractus (vt error antiquus) innominatus. Varia vocis Tranſigere ſignificata.

CAPVT I.

§ 1 PActi nomen plerúmque generis locum & gradum obtinet. Itáq. Pactum, Placitum, Tranſactio promiſcuè vſurpantur, l. cum proponas, 21. C. de pact. Ei nomini diſciplinę cauſſa duæ ſpecies ſubiectæ ſunt: vna quę generis nomen ſuum facit, nempe Pactum: altera Tranſactio adpellatur. Harum autem ſpecierum quę communio, quęque item differentia ſit, conſiderandum eſt.

§ 2 Nam earum quidem quadruplex communio eſſe videtur. primùm, quòd idem vtriúſque genus eſt: vt modò diximus: nimirum Conuẽtio ſiue Pactum, l. 1. D. de pact. l. interpoſitas, 13. l. non mirum, 20. C. h. t. ſecundò, quòd inter eaſdem perſonas & pactio & tranſactio fit: exceptis litigatoribus. nam lite ſemel inſtituta, non amplius pacto, ſed tranſactioni locus eſt, l. 1. D. h. t. tertiò, quòd vtráq. iiſdem de rebus interponitur: auctore Paullo Senten. 1. t. 1. quæ tamen definitio periculoſa eſt, niſi ſubaudiatur, Præterquam de incertis, d. l. 1. h. t. poſtremò idẽ vtriuſq. ius eſt; vt ſcilicet naturalem obligationem & pariant, & tollant: ciuilem neq. pariant neq. tollant: ſed tantùm ad exceptionem proſint, l. cùm proponas, 17. l. ſiue, 28. C. h. t. itaque vt pactis, ſic etiam trãſactionibus ſubiici plerúmq. ſtipulatio ſolebat, l. pacto, 15. & ſeq. D. h. t.

§ 3 Differentia autem varia eſt & multiplex. primùm, quòd pactio fit de re certa & liquida: trãſactio de incerta & obſcura, l. 1. D. h. t. itaq. pactum plerúmque ex liberalitate proficiſcitur, & donationis cauſſa fit: veluti cùm id quod ſine dubio, atque adeò ipſius partis confeſſione debetur, remittitur, d. l. 1. D. h. ti. & l. 9. D. de donat. Tranſactio fit ex metu periculi & propter incertum litis vel motæ vel imminentis euentum, l. 2. C. h. t. atque idcirco poſt rem iudicatam, vbi debitum in confeſſo eſt, tranſactioni locus non A eſt, l. ſi cauſſa, 32. C. h. tit. l. & eleganter, 23. §. 1. D. de cond. indeb. at pactioni locus eſt: vt ait Paullus Sentent. 1. tit. 1. Pari ratione creditorum cum herede conuentio, per quam pars debiti certi remittitur, non tranſactio, ſed pactum adpellatur, l. 8. l. 9. l. 10. D. de pact. Conuentio verò heredum cum alimentariis, quia in certum vitæ illorum tempus incertam quantitatem facit, non pactum, ſed Tranſactio vocatur, l. cum hi, 8. D. h. tit. atque idcircò Pactum donatioB nis & Tranſactio inter ſe opponuntur, l. 3. C. de repud. her. l. ſi pater, 6. C. de ſolut. l. ſi quis vxori, 52. §. ſi ſeruus, 19. D. de furt. ſicut aliis in locis Donatio Tranſactioni opponitur, l. cum donationis, 34. C. h. tit. l. ex conducto, 13. §. Papinianus, D. locat. l. tutores, 39. §. ab eo, D. de admin. tut. l. Lucius, 46. §. vltim. eod. l. donari, 29. §. 1. D. de donat.

§ 4 Vſque adeò autem verum eſt, tranſactionem fieri de re incertâ, vt non modò de re quæ in litem deducta, & iam in medio poſita eſt, verùm etiam C de re in metu & opinione tantùm poſita ſæpè interponatur. quapropter Paullus, quod Tranſactionis nomine datur, inquit, licet res nulla media fuerit, non repetitur. nam ſi lis fuit, hoc ipſum quod à lite diſceditur, cauſſa videtur eſſe, l. in ſumma, 65. D. de cond. indeb. vbi Rem mediam adpellat, quam modò Controuerſam, modò in medio poſitam dicimus: velut apud Tullium in Cluentiana: Rem in medium vocare cœperunt, & cauſſam illam totam D depoſcere. Tranſactio igitur etiam in ſolo metu controuerſiæ locum habet, l. 2. C. h. tit. atque adeò in lite, in qua error verſatur, l. nec intentio, 23. C. h. tit. denique etiam ſi indebitum ſolutum fuerit, vt eodem loco traditur: & in l. ſi non, 6. C. de iur. ignor. dum tamen metus litis ſit probabilis. nam vbi nulla omninò litigãdi cauſſa ſubeſt, ſed merum calũniandi ſtudium,

ſtudium, tranſactioni locus eſſe non poteſt, l. in ſumma, 65. D. de condict. indeb. l. & poſt rem, 7. D. h. tit. velut inter verum & opinatum heredem, l. cùm putarem, 36. in fine, D. fam. ercisc. aut ſi de bonis eius, de cuius morte dubitatur, conuentio fiat, l. 4. C. de poſtlim. reuerſ. Secunda differentia eſt, quòd pactum fieri poteſt & de toto & de parte. Veluti, ſi cum eo qui mihi decem debet, paciſcar, ne ab eo quinque petam; nam in reliqua quinque obligatus manet, l. 5. C. de pact. l. 27. §. ſi cùm decem, & l. 41. & l. 49. D. de pact. l. ſi pater, 12. §. ſi mulier, D. de pact. dotal. At tranſactio nunquam de toto fieri poteſt; ſemper fit de parte. quia neque totum remittitur neque totũ præſtatur. nam ſi reus totum præſtaret, ea ſolutio eſſet, nõ tranſactio: ſi actor totum remitteret, non tranſactio eſſet, ſed donatio: liti enim renunciaret, l. 3. C. de repud. her. qua de cauſſa liti renunciare & tranſigere inter ſe opponuntur, l. 4. §. non omnis, D. de re milit. Tranſactio igitur media eſt inter totum & nihil.

§ 5 Quapropter Deciſio paſſim adpellatur. quia neque totum neque nihil aufertur, ſed vtrimque aliquid, vel vitandæ vel finiendæ litis cauſſa remittitur: quare quaſi litis quædam partitio eſt, l. 3. D. ad leg. Falcid. l. cùm in eo, 44. D. de pact. l. ſi ſuſpectum, 9. §. quamuis, D. de inoff. teſtam. Plinius epiſt. lib. 5. Adpetebat iudicij dies. Coheredes mei componere & tranſigere volebant. Neque verò temerè litis deciſio ſiue partitio adpellatur: quia non rei, ſed litis partitio Tranſactio eſt, l. poſt deciſionem, 13. C. de furt. l. intereſt, 21. C. de ſolut. Vnde litis deciſio dicitur in d. l. poſt deciſionem, & l. ſiquidem, 24. C. de tranſact. Quamuis ergo pars accipi ſine tranſactione poſſit; tamen tranſigi niſi parte accepta non poteſt, d. l. poſt deciſionem, 13. C. de furt. l. intereſt, 21. C. de ſolu. Tertia differentia eſt, quod pactum numquam fit poſt motam controuerſiam, l. 1. D. h. t.

§ 6 Quia ſi poſt motam controuerſiam fieret, non pactum diceretur: ſed ex parte rei diceretur Ceſſio, ſiue Confeſſio, quæ rei iudicatæ vim obtineret. quia Reus, ante rem iudicatam Actori ſatisfaciens, officio iudicis abſoluitur. vnde natum prouerbium, Omnia iudicia abſolutoria eſſe, §. vltim. Inſtitut. de perpet. & temp. act. l. vltim. D. de interdict. l. 73. D. de procur. Pactum, inquam, de non petendo dici nõ poſſet. nam ſi præteritum tempus ſpectemus, impoſſibile eſt: quia iam petitum eſt. ſi futurum, inutile eſt: quia bis de eadem re actio non eſt, l. 2. D. de except. rei iudic. Ex parte verò Actoris diceretur Omiſſio, ſiue Remiſſio actionis, l. ſi donationis, 18. C. de donat. item renunciatio litis, l. 4. C. de pact. per quam lis finiretur, l. 16. C. de tranſactio. eiúſque rei apud acta profeſſio fieret, l. donari, 29. §. 1. D. de donation. l. 7. §. vlt. D. de lib. legat. l. quamuis, 11. D. de in ius voc. qua de cauſſa tranſactioni opponitur, l. 4. §. non omnis, D. de re militar. ſimilitérque rei iudicatę vim obtineret: quia reus poſt illam profeſſionem abſolui ſe peteret, l. fullo, 9. D. de furt. l. ſi in re, 19. D. de nox. act. l. ſi ex duobus, 14. §. 1. D. indic. ſolu. Tranſactio verò fit contemplatione litis vel præſentis vel imminentis: vt ſuperiùs dictum eſt.

§ 7 Quo loco prætermittẽdum non videtur, ſubiungere refutationem veteris erroris, qui patrum & auorũ memoria in ſcholis inueterauerat, quòd tranſactio erat contractus innominatus, Do vt facias: hoc eſt, Do partem rei controuerſæ, vt à lite diſcedas, vel ne ad iudicem eas. Nam tale negocium eſſe con-

A tractum innominatum patet ex l. 3. D. de cond. cauſſ.
dat. Sed inter contractus innominatos & Tranſactiones lata eſt differentia: primùm quòd illi pertinent ad contrahendam obligationem: Tranſactio ad diſtrahendam. itaque non actionem parit, ſed exceptionem, l. ſi ſuper, 9. l. ſiue apud, 28. C. h. tit. deinde quod in illis datum eſt, certum eſt fuiſſe dantis: at quod in tranſactione datur, incertum eſt vtrius fuerit, dantis an accipientis, cùm per litis conteſtationem res controuerſa facta ſit, id eſt ambigui iu-
B ris & incerti eſſe cœperit. Tertiò, quia in illis nuda promiſſio inutilis eſt: datio enim aut factum requiritur, l. 5. D. de rer. perm. at in tranſactionibus ſufficit nuda promiſſio, l. tranſactio, 38. C. h. tit. non quòd ex illa nuda promiſſione actio naſcatur: ſed quia quamdiu promiſſio non impletur, tamdiu actori ſua durat actio, l. ſiue apud, 28. C. h. tit. at ſi actor litem remiſiſſet, tum verò geſtum negocium diceretur: neque res notiſſimos pacti nudi, ſiue tranſactionis terminos excederet: euaderétque contractus inno-
C minatus, & actio perſcriptis verbis naſceretur, l. cùm mota, 6. l. 7. l. ſi profundo, 33. C. h. tit. l. 6. C. de iur. dot. l. licet, 23. C. fam. erciſc. denique textus eſt apertiſſimus in l. contractus, 16. C. de fid. inſtrument. vbi Tranſactio à contractu diſertè in libris quidem emendatis ſeparatur. quod etiam planius hoc modo intelligitur: In tranſactione aut nuda promiſſio interuenit, aut datio vel factum, d. l. 38. hoc tit. ſi nuda promiſſio interuenit, in eo diſſimilis eſt ab innominato contractu, quòd in hoc nuda pro-
D miſſio inutilis eſt vtráque ex parte, & inefficax: in illa, ex parte defenſoris exceptionem parit, l. 9. l. 28. C. h. t. l. pen. D. eod.

8 § Si datio vel factum interuenit, tum ſicuti de nudo pacto ſæpius dictum eſt, repente Tranſactio eſſe deſinit, & euadit contractus innominatus: ex quo perſcriptis verbis actio naſcitur: propter veterem noſtram regulam, qua dicimus pactum de dando aut faciendo per alterius dationem aut factum confeſtim euadere contractum. l. 1. D. de rer. perm. l.
E 3. D. de cond. cauſſ. dat. l. legem, 9. C. de don. Sed exemplo res fiet illuſtrior. Fingamus conueniſſe inter Titium petitorem & Mæuium reum, à quo centum petebantur, vt Mæuius quinquaginta illi propediem daret, ille à lite diſcederet. hoc nudum pactum eſt, nuda tranſactio, nuda promiſſio; quæ ipſo quidem iure actionem Titij non perimit, ſed Mæuio aduerſus eum parit exceptionem, ſi cùm paratus eſſet quinquaginta numerare, Titius nihilominus perſequi iudicium perſeueret. l. pen. D. h. tit. Ponamus
F promiſſionem ex parte Mæuij impletã, & quinquaginta data: per hanc dationem repentè quæ Tranſactio erat, deſiit eſſe trãſactio, & Contractus innominatus eſſe cœpit, Dedi vt facias. ex quo Mæuio competet vel actio perſcriptis verbis, in id quod ſua intereſt, l. 5. l. 9. in fin. D. de perſcr. verb. l. 1. D. de rer. permut. vel condictio cauſſa dati cauſſa non ſecuta: per quam illa quinquaginta repetet, l. 3. D. de cond. cauſſ. dat. Ponamus ex parte Titij impletam promiſſionem. Quoniam actionem remiſit,
G liti renunciauit: idque apud acta profeſſus eſt. quo facto actionem amiſit, l. 29. §. 1. D. de donat. per hoc factum ea quæ Tranſactio dicebatur, Tranſactio eſſe deſiit, & euaſit contractus innominatus, Feci vt des. ex quo Titio competet actio perſcriptis verbis, in id quod ſua intereſt, l. 6. C. hoc titulo. litem verò tranſactione finitam non

reſtaurabit, l.4. C.de pact.& l.6.C.h.t. quamquam ſi
fraus aduerſarij appareret, reſtitutio in integrum à
Prætore concederetur, l. pen. §.1. D.de reſt.in integr.

§ 9 Porrò iſtud quidem omittendum non eſt,
tranſactionem pluribus modis fieri: pacto, iureiu-
rando, donatione, renunciatione litis, & re iudica-
ta. quod vt commodius demonſtretur, vberius pau-
lò de Transigendi verbo diſſerendum eſt.

§ 10 Transigere igitur eſt finire, terminare, ad e-
xitum perducere. ſed interdum generaliter vſurpa-
tur de quibuſuis negociis: velut apud Plautum: *Ne
hanc inchoatam tranſigam Comœdiam.* & apud Cicer.
Tuſc.4. Quid? cùm iam rebus tranſactis & præteri-
tis orationes ſcribuntur, & ita tranſactum tempus
dicitur, pro exacto & præterito, l.7.D.quib. mod. v-
ſusfuct. Item apud Terentium, *Intus tranſigetur quod
reſtat.* vnde vetus prouerbium: *Facta tranſacta omnia,*
inquit Donatus, de eo negocio de quo nihil ſupereſt
agendum. Cicero Fam.14.epiſt.4. Si eſt ſpes, eam cō-
firmes: ſi tranſactum eſt, fac ad me venias. Atque ita
Paullus tranſacta finitáve, etiam de iis dici ſolere ſcri-
bit, quæ extrà controuerſiam fuerunt, l.229. & l.ſeq.
D.de verb.ſign. quod eodem modo accipiendum eſt
in l.6.D.h.t.& l.1.D.teſta.quem.aper. Interdum ſpe-
cialiter vſurpatur de negociis tantùm controuerſis
& litigioſis, quæ alio quàm per veram tranſactioné
modo terminantur, velut in l.2. & l.admonendi,31.
D.de iureiur. vbi iuſiurandum ſpecies dicitur tranſa-
ctionis. neque enim iuſiurandum verè & propriè di-
ci tranſactio poteſt, cùm per illud non aliquid de-
tur, aliquid retineatur: quod in tranſactione requi-
ritur, d.l.38.C.h.tit.ac pari modo, lis tranſigi dicitur
per iuſiurandum in litē, l. eius rei,46.D. de rei vind.
Interdum autem Tranſigendi verbum propriè ſtri-
ctéque vſurpatur, de dubiis & incertis negociis, quæ
non alio modo finiuntur, quàm aliquo dato vel pro-
miſſo, aliquo retento, l.38.C.h.t. l.3. C.de repud.her.
& ſic propriè accipiendum eſt in illis S.C.Tertullia-
ni verbis: Iudicata, tranſacta, finita, l.1.§.vlt.D.ad S.C.
Tertull. Neque etiam illud omittendum eſt, verbum
Tranſigere interdum vſurpari pro Compenſare: vel-
ut in l. quid ergo,13. §. pœna grauior, D.de his qui
not.inf. l.ordine,15.D.ad municip. l.5.D. de decurio.
vbi cùm is qui mitiore quidem pœna dignus erat, ſed
tamen cum infamia: grauius & durius, ſed tamen ſi-
ne infamia punitur, dicitur negocium tranſactum,
tranſlatione non inlepida, quaſi aliquid ad eius pœ-
nam additum, aliquid detractum eſſet.

*Duplex tranſactionum diuiſio. Tranſigere poſſe qui
paciſci. tantùm autem de re familiari, de qua actum co-
gitatúmve: non de criminibus. Licere tamen & de præ-
terito dolo: non verò de alimentis, niſi ſi inter viuos con-
ſtituta. Ad extremum parem eſſe tranſactionum & re-
rum iudicatarum auctoritatem.*

CAP. II.

DEINCEPS ad diuiſiones accedendum eſt; vt
autem pactorum alia legitima ſunt, quę le-
ge aliqua confirmantur, alia conuenta, quæ
ſola priuatorū cōuentione valent: ſic tranſ-
actionum, vt ſi de lite furti aut iniuriarum iam inſti-
tutarū conuenerit. Tùm enim verè propriéque tranſ-
actio eſt, quamuis pactum generali nomine adpelle-
tur, in l.7.§.ſi paciſcar, l.ſi vn°,27.§.pact°, D.de pact.

§ 12 Secunda pactorum diuiſio, vt alia ſint nuda,
alia cauſſaria, proptereà in tranſactiones non conue-

A nit, quoniam tranſactiones omnes pacti nudi ſpecie
continentur. Tertia verò & quarta, vt aliæ dicantur
in perſonam, aliæ in rem; aliæ expreſſæ ſint, aliæ taci-
tæ: idcircò huc conferri non poſſunt: quia ſemper &
diſertè & cum aliqua perſona certa trāſactiones fiūt.

§ 13 Propria igitur tranſactionum diuiſio hæc
eſt, quòd aliæ ante motam controuerſiam interpo-
nantur: interdum etiam ſine vlla ſuſpicione litis, vt
cùm de alimentis tranſactio fit, de quorum legato &
debito controuerſia nulla eſt, l.cùm hi,8.§.ſi cum his,
B D.de tranſact. aut cùm ſola controuerſiæ opinio eſt,
neque tamen vlla res verè controuerſa, l.in ſumma,
65.D.de cond. indeb. aut cùm fideicommiſſarius de
ſua ſpe cum herede fiduciario tranſigit, l.1.C.de pact,
l.de fideicommiſſo,11.C.de tranſact. aut cum cohere-
des ſine arbitro de diuidenda hereditate tranſigunt, l.
2.C.de tranſ. aliæ poſt motam controuerſiam, id eſt,
denunciationem & conuentionem extraiudicialem,
l.qua cum, l.ſed etſi lege,25.§.ſi antè litem, D.de peti.
her. aut poſt vocationem in ius, vt l.neque,20. D.de
C in ius voc. l.1.D.ſi q.caut. aut poſt litem inſtitutam: vt
in l.eleganter,23.§.2.D.de cond.indeb.& l.ſi inſtitu-
ta,27. & l.ſi ſuſpecta,29. §. quamuis, D. de inoffic.
teſtam.

§ 14 Quod cùm ita ſit, perſpicuum eſt falſam eſ-
ſe peruulgatam ſententiam; qua traditur, proprium
tranſactionis eſſe, vt de re litigioſa fiat. Quamuis Vl-
pianus Rem & Litem promiſcuè vſurpauit, vt alio
loco docuimus.

§ 15 Nunc ad partitionem accedendum eſt, vt
D primùm de perſonis, mox de rebus, poſtremò de iure
videamus. Quantum igitur ad perſonas attinet, quæ-
cumque in libello de pactis dicta ſunt, eadem omni-
nò in tranſactionibus locum habent: vt trāſigere ſibi
quiſque & de re ſua poſſit; ſi modò neque minor, ne-
que prodigus, neque pupillus, neque furioſus: ſit al-
teri autem nemo poſſit, niſi aut ipſius poteſtati ſub-
iectus, aut ipſius paciſcentis interſit, aut quaſi ſuam
rem agat. Itaque ne patris quidem tranſactio filio e-
mancipato nocet, l.de re,10.D.de tranſact. Tranſa-
E ctio igitur cum vno ex duobus tutoribus, quamuis
de dolo communi, alteri nihil prodeſt, l.ſi ex duobus,
15. D.de tut. & rat. Tranſactio debitoris fideiuſſori
quidem proderit, quoniam eius intereſt; huius autem
illi non proderit, l.fideiuſſores,68.§.vlt.D.de fideiuſ.
l.idémque,10.§.vlt.& ll.ſeqq. D.mand.l.& poſt,7.§.
2.D.de tranſ. Tranſactio ab adulto cum duobus tu-
toribus facta ei aduerſus tertium agenti nocere non
poteſt, l.1.C.de tranſ. Tranſactio à procuratore ad li-
tigandum dato facta, domino non nocet, l.trāſactio-
F nis,8.eod.

§ 16 Notanda eſt tamen Papiniani æquitas, qui
contra hanc Regulam ex bono & ęquo ſtatuit, tranſ-
actionem venditoris hereditatis factam cum heredi-
tario debitore venditionem ignorante, emtori, etiam
cui mandatæ actiones fuerant, nocere: propter igno-
rantiam & bonā debitoris fidem, l.vlt.D.de trāſ. quod
magnoperè notandum eſt: primùm, quia ex eadem
æquitate neceſſe eſt, quod venditor fraudulenter à
debitore exegit, emtori per actionem ex ſtipulatu
G emtæ hereditatis reddi, l.2.§.non tantum, D.de he-
red.vend. l.in illa,50. D.de verb.oblig. Deinde quia ſi
venditor minimo tranſegiſſet, Papiniani ęquitas mi-
nus cauta videri poſſet. Denique Scæuola in l.3.§.2.
eod. ex contrario ſtatuit, tranſactionem à falſo herede
cum debitore factam, vero heredi non prodeſſe. De-
bitori autem ſatis cautum erat per condictionem in-
debiti:

debiti:vt ex illo Scæuolæ reſponſo neceſſariò conſe-
quitur,& ex l.hęc condicio,66.D.de cond.ind.
¶17 Deinceps de rebus videamus. primum præ-
ceptum eſt, vt iis demum in rebus tranſigere liceat,
quæ ad rem cuiuſque familiarem pertinent, l.7.§.ſi
paciſcat,D.de pact. Quoniam de iis tantũ rebus ne-
gociũ rectè gerimus, quæ in cõmercio noſtro ſunt,l.
inter ſtipulantẽ,85.§.ſacram:D.de verb.obl.quo loco
primũ meminiſſe oportet, propriã tranſactionis ma-
teriã,in qua tamquam in ſubiecto verſatur, eſſe rem
incertã & ambiguam, ſiue ob litẽ iam inſtitutã, ſiue
ob aliud incertitudinis genus:veluti de adiũctis, quę
quamuis ex teſtamento deberi cõſtat, tamen quoniã
vitæ alimentaris ſpaciũ incertũ eſt,tranſactionẽ reci-
piunt,d.l.cùm hi,8,§.ſi cùm lis,D.eo. ¶18 Secun-
dò illud notandum eſt, tranſactionẽ de iis demũ reb.
factam intelligi,de quib.inter tranſigentes actum,ſi-
ue cogitatum eſt. Itáq; tranſactio generalis de teſta-
mento facta,tamen ad Codicillos,qui poſteà patefa-
cti ſunt nõ pertinet,l.3.§.cùm tranſactio,& l.non eſt
ferendus,D.de tranſ. Tranſactio de lite ad alias lites,
de quib.cogitatum non eſt,quamuis Aquiliana gene
ralis formula ſubiuncta ſit, non producitur, l.cũ A-
quiliana,5.D.eo. Tranſactio certa de re facta, quam-
uis in clauſula generali, *Nihil amplius peti*, nõ ſit ad-
ditũ, *Eo nomine*:tamen ad aliam rẽ de qua inter ipſos
actũ nõ eſt,nõ porrigitur,l.ſi de certa,31.C.eo.Tranſ-
actio adulti cum ſuo tutore, de ſuæ tutelæ portione
facta,ad fratris,cui poſteà ſucceſſit, tutelã non perti-
net,l.qui cum tutorib.9.D.eod.Tranſactio de inoffi-
cioſo ad falſi accuſationẽ nõ pertinet,l.ſi ita quis,135.
§.vl.D.de verb.obl.Tranſactio quamuis à maiore an.
25.de patris hereditate facta, ei in iure inofficioſi, qđ
poſteà apparuit,nõ nocet, l.qui cũ,9.§.ei qui,D.eod.
¶19 Verùm hîc quæſtio exoritur:Vtri eius rei pro
batio incumbat:quoniã,vt Celſ.dicebât,periculoſum
eſt ex perſona eius cui hoc ꝓdeſt, id metiri:qui ſem-
per hoc dicet,nõ conueniſſe, l.ſolemus,61. D.de iud.
Sed regula iuris eſt, in exceptionib. & replicationib.
ei probationẽ incumbere, qui exceptione, vel repli-
catione vtitur,l.in exceptionib.19.D.de proba.Nunc
illa quęſtio ſequitur, ¶20 An de criminibus pa-
ciſci aut tranſigere liceat: de qua quoniam in libello
quæſtionũ illuſtriũ copioſè expoſuimus, actũ, quod
vetere prouerb. vetamur,non agemus.
¶21 Tantùm illam adfinẽ quæſtionem attinge-
mus:An de dolo paciſci ac tranſigere liceat. De futu-
ro quidẽ paciſci,ne agatur,nõ licet, l. ſi vnus,27.§.il-
lud,D.de pact.nam illa conuentio cõtra bonam fidẽ,
contráq; bonos mores eſt,l.1.§.ſi cõuentum,D.depo-
ſiti,l.cõtractus,23. D.de reg.iur. Pacta autẽ æquitate
naturali ſola ſubſtinentur,l.1.D.de pact.Deniq; pro-
poſita impunitas inuitare ad delinquendum videre-
tur,l.5.D.de pact.dot. De præterito verò dolo maior
quæſtio eſt:primũ,quia Prętor ea demũm ſeruat, quæ
dolo malo facta nõ ſunt, l.7.§.ait Prętor, D.de pact.
ſed facilis reſponſio eſt:aliud eſſe dolo paciſci, aliud
de dolo. Dolo autẽ factam pactionẽ doli replicatiõe
remoueri, ſup.dictũ eſt. De dolo verò paciſci licere,
vt de pact⁹ infamis ſit,patet ex l.1.D.de his qui no.inf.
¶22 Vnde illa veterũ diſputatio eſt, an valeret pa-
ctũ ne depoſiti,aut cõmodati,qui bonæ fidei contra-
ctus ſunt,agatur. Dubitandi cauſſa hæc fuit,quia qui
paciſcitur ne depoſiti aut cõmodati ſecum agatur, in
quib.dolũ iam cõmiſit,de dolo paciſci,ac proinde in-
famis fieri videtur. Pompo.tamen auctor fuit, vt pa-
ciſci ſine infamia liceret, l.7.§.ſi paciſcar,D.eo. quo-

A niã etſi vi ipſa de dolo pactus videatur,l.ſi vnus,§.il-
lud,D.eo.tamẽ in pactis æquitatẽ potius,quàm iuris
ſubtilitatẽ ſpectamus,l.vl.D.de tranſ. Et in iis quę o-
dioſa ſunt ſtrictiorem interpretationẽ admittimus,l.
cùm quid,19.D.de lib.& poſt.
¶23 Deinceps quoniã in tractatu Dig. de tranſa-
ctionib. magna pars diſputationis in alimentorum
cauſſa cõſumitur, de ea quoq; ſtrictim explicandum
eſt. Nã cùm teſtatores multi cognatis aut amicis te-
nuib. neq; ſatis ad rem ſuam attentis benignè facere
B volebant,non certam illis ſummã ſemel relinquebãt,
ſed alimentorũ nomine plerumq; annuum aliquid
legabant. Verùm,cùm iidem modicam aliquam prę-
ſentẽ pecuniam,quàm illas prętationes annuas prę-
optarent,ſæpenumerò cum heredib.tranſigebant.Ita
teſtatorũ voluntates euaneſcebant. Hac de cauſſa Se-
natus auctore D. Marco conſtituit, ne tranſactiones
de alimentis ratæ eſſent,niſi cauſſa cũ conſilio à Præ-
tore cognita probatáq;: qua in cognitione ratio &
cõſilium tranſactionis exquiri ſolet; tũ pecuniæ mo-
C dus.i.ſummæ quantitas:poſtremò perſona alimenta-
rij, in quo ætas potiſſimùm ſpectatur, d.l.8.§.vult i-
gitur. quamquã vbi perſpicuè alimentarij condicio
melior efficitur, tranſactio etiam ſine Prætore rata
eſt, d.l.8. §.eam. ¶24 Quo loco video litigioſè à
noſtris diſputari, primùm, an quod de tranſactione
cautũ eſt,etiã de pactis intelligi debeat.qđ abſurdiſſi-
mum eſſe arbitror,cùm toties iam dictũ ſit,pacta de
reb.tantùm certis & exploratis fieri:tranſactiones de
incertis & ambiguis,l.1.D.de tranſ.Legatum autẽ ali
D mentorum idcircò ſemper incertum ſit, quoniã eius
qualitas ex ſpacio vitę alimentarij pendet, qua nihil
eſt incertius.Alimenta autẽ finiri cõſtat ex d.l.8.§.mo
dus. Quòd ſi pacta intelliguntur, quib.totũ remitti-
tur,vt cùm alimentari⁹ cõuenit ne peteret,longè ob-
tuſior quęſtio eſt, dubitare, an totũ remittere liceat,
vbi remitti partẽ non licet. At.n.quę nominatim nõ
prohibentur,permitti intelliguntur: quaſi verò ſi qđ
minus lædit,prohibetur,non multò magis,id qđ ma-
gis lędit,ꝓhibitum intelligatur. ¶25 Altera quę-
E ſtio eſt,quamobrem de alimentis teſtamento relictis
tranſigi inconſulto Præt. non liceat; de iis quæ inter
viuos cõſtituta ſunt,liceat. Planè, inquit Vlp.de ali-
mentis,quæ non mortis cauſſa donata ſunt,licebit;&
ſine Prætore auctore tranſigi,d.l.8.§.1.Quod ſanè ad-
miratione dignũ eſt,vt ſi inteſtamẽto donẽ alicui cen
tenos annuos, alimentorũ nomine; poſt mortẽ meã
tranſigere cũ herede meo nõ poſſit:ſi inter viuos do-
nẽ,poſſit.Nam ſi Senatus conſiliũ fuit pręuidere, ne
alimenta per tranſactionẽ incipiantur, d.l.8.§.eam,
F numquid ęquè vtroq; caſu illud accidet?An igitur di
cemus cauſſam hanc eſſe,quia ꝓmiſſor ſibi potius cõ
ſulit,diuiſis ſc.penſionib.quàm alimentariis:teſtator
potius alimentariis quàm ſibi?At iſta penſionũ diui-
ſio non in heredis,ſed alimentarij gratiã facta eſt, l.ſi
ita relictum,43.§.Pegaſus, l.cùm pater,77. §.curato-
res,D.de leg.2.l.Iauolen⁹,15.D.de an.leg.Prętereà le-
gatũ in annos ſingulos legatarij morte finitur:ſtipu-
latio verò perpetua eſt,l.ſi Stichum,16.§.1.D.de verb.
obl.Rationẽ igitur illius differentię hãc eſſe arbitror,
G primùm quia Senatus nominatim de teſtamento reli
ctis mentionẽ fecit: quo verbo actus viuentium ex-
cluſit.Deinde quod Senatus præter curam alimenta-
riorum, etiã teſtatorũ curam ſuſcepiſſe intelligitur:
cùm publicè expediat ſuprema hominum iudicia e-
xitum habere,l.5.D.teſt.quemad.ape. neq; ferendum
ſit teſtatorum voluntates circumueniri, l.4.D.ſi q.

omiſſ. Propterea autē de alimētis inter viuos donatis Senatus nihil cauit: quia rariſſimè vſuuenit, vt q alimenta erogare alicui vult dum viuit, ſeſe obliget.

¶ 26 Reſtat vt de iure tranſactionum diſſeramus: in quo primum illud notādū eſt, quod traditur in l. non minorem, 20. C. eo. parem tranſactionū & rerum iudicatarum auctoritatem eſſe. Itaque vt res iudicata ipſo iure actionem nō perimit, §. item ſi, 5. de excep. l. 2. C. de indic. ita nec tranſactio, l. ſiue apud, 28. C. de tranſact. niſi Aquiliana acceptilatio ſecuta ſit. l. 2. & l. 3. C. de acceptil. l. 4. l. vt reſponſum, 15. l. ſi cauſſa, 32. C. de tranſact. Vt ex iudicato actio non naſcitur: (nam quę iudicati actio dicitur, ea non ex ſententia, ſed ex A ſtipulatu iudicatum ſolui naſcitur. l. in duobus, 28. §. igitur, D. de iureiur.) Ita ex trāſactione actio nō naſcitur. d. l. ſiue apud. niſi fortè ſtipulatione confirmata fuerit. l. ſcire, 6. C. de cōt. ſtip. Vt ex iudicato exceptio conceditur. l. 1. & paſſ. D. de rei iud. excep. ita ex tranſactione. l. ſi ſuper, 9. l. cum proponas, 17. l. ſi quid, 24. C. de tranſact. Hoc tamen intereſt, quòd ex re iudicata in factū actio cōceditur. l. actori, 8. C. de reb. cred. ex tranſactione non conceditur. Denique tranſa- B ctionis tāta vis eſt, vt nullo maioris vel minoris quātitatis prætextu reſcindi poſſit: adeò vt non ob quadrupli quidem damnum improbetur, l. Lucius, 78. §. vlt. D. ad Trebell.

FR. HOT. DISPVTATIO SEV CONIECTVRA DE PERSCRIPTIS VERBIS.

VBI DE OMNIBVS IN FACTVM actionibus copioſè diſſeritur.

1 *Contractus nominati qui ſint.*
2 *Contractus innominati.*
3 *Cauſſæ definitio.*
4 *Nomen quid ſit.*
5 *Fabij locus emendatus.*
6 *Cur contractuum alij certi, alij incerti.*
7 *Formulæ & actiones ſollēnes & legitimæ cur dicātur.*
8 *Olim qui formula cadebat, lite cadebat.*
9 *Actionum formulæ notis conſcribebantur, quòd tritæ & vulgares eſſent.*
10 *Directæ & vtilis actionis differentia.*
11 *Vtilium actionum definitio.*
12 *Quamobrem vtiles adpellatæ ſint.*
13 *Actiones prætoriæ.*
14 *Actiones vtiles in factum prætoriæ.*
15 *Actiones vtiles in factum ciuiles perſcriptis verbis.*
16 *Actio de dolo.*
17 *Rectè emendata l. 5. D. de perſc. verb.*
18 *Cur perſcriptis verbis non præſcriptis ſcribendum.*
19 *Suetonij locus correctus.*
20 *Prima ſpecies vtilium actionum.*
21 *Secunda ſpecies vtil. actionum.*
22 *Examinata Baronis & Duareni ſententia de hac Perſcriptis verbis adpellatione.*
23 *Prima coniecturæ noſtræ ratio. Cur ſcilicet Perſcriptis verbis ſcribendum ſit.*
24 *Altera ratio.*
25 *Tertia ratio.*
26 *Tertiæ rationis obiectiones.*
27 *Cur Perſcrip. verbis actiones dicantur Ciuiles.*
28 *Cur in factum.*
29 *Cur incerti, vel incertæ.*
30 *Contractus do vt des.*
31 *Contractus Do vt facias.*
32 *Cont. Facio vt des.*
33 *Cont. Facio vt facias.*
34 *Quattuor iſtos contractus innominatos eſſe bonæ fidei adſeueratur.*
35 *Summa totius diſputationis.*
36 *Ciceronis locus emendatus in ea pro M. Cælio.*

Contractus alij nominati, alij innominati, & de eorum cauſſa: vnde quattuor ordine deductiones. Fabij locus emendatus. Formulæ atque actiones Sollemnes & Legitimæ cur adpellatæ: quæ earum vis olim: & cur verbis integrè non perſcriberentur.

CAPVT I.

ETsi noua hæc diſputatio eſt, & paradoxō ſimillima, tamen dum modeſtè, pudenter, & verecundè proponatur: non vt quidquam adfirmetur, ſed vt eruditiorum iudiciū exquiratur: neminem, qui æquo animo ad eam cognoſcendam accedet, offenſum iri arbitramur. Conſtat inter omnes, cōtractuum ſiue negociorum duas eſſe ſpecies. Nam alij ſuum nomen habent, alij non habent.

¶ 1 Nominati dicuntur, quorum ius legibus vel inſtitutis antiquis cōformatum ac definitum eſt: velut Emtio, venditio; locatio, conductio; depoſitum, cōmodatum, &c. l. 1. D. de rer. perm. & l. 7. D. de pact. qua eadem ratione Vlpianus dixit, Concubinatum per leges nomen adſumſiſſe, l. 3. D. de concub. eáque Naturalis contractuum forma dicitur in l. ex emto, 11. D. de act. emt. l. 7. §. ſi paciſcar. l. ſi vnus, 27. §. pactus, & l. in emtionib. 47. D. de pact. dicitur etiā Forma antiquitus conſtituta, l. 5. §. Iulian. D. de adm. tut.

¶ 2 Innominati ſunt, de quibus mentio nec in le- C gibus antiquis, nec vllo iure ciuili eſt, l. 3. D. de perſc. verb. ſed tamē cauſā, id eſt ciuile negociū, συνάλλαγμα & naturalem æquitatem continent, l. 7. D. de pact.

¶ 3 Cauſſam autem definio: Dationē vel factū certa lege, d. l. 7. §. ſed cum nulla. & l. 8. D. de perſcr. ver. l. 6. C. de iur. dot. l. 6. C. de rer. perm. l. 6. l. ſi pro fundo, 33. C. de trāſact. nā vbi cauſſa non eſt, vbi negociū nullū geſtum eſt, néq; obligatio néque actio naſcitur, l. ſi in area, 33. D. de cond. ind. Ex quibus intelligimus, pri- D mùm quid ſit, quòd Caius ſcribit, obligationes naſci nō tātùm ex cōtractu & maleficio, verū etiā ex variis cauſſarum figuris, l. 1. D. de obl. & act. deinde quāobrē cōtractuū alij dicātur habere nomē, alij cauſſam, alij vtrúmq; d. l. 7. nā cùm pauci tātùm cōtractus iure ciuili antiquo cōformati fuiſſent, poſtea ex vſu forenſi facilè animaduerſum eſt, innumerabiles eſſe ſpecies, quę iure illo antiquo prętermiſſæ fuerant: quod Vlp. dixit in l. 4. D. de perſcr. ver. plura eſſe negocia quàm E vocabula: id eſt, quàm nomina contractuum in ius antiquum receptorum.

¶ 4 Et

¶ 4 Et hoc eodẽ modo crimina,quę lege aliqua publicorũ iudiciorũ nominatim vindicabãtur,nomẽ habere dicebãtur.Cic.ꝑ Cælio:Horũ duorũ criminũ video fontẽ,video auctorẽ, video certũ nomẽ & caput. Cetera verò inſcripta à Gręcis ἄγραφα dicebãtur.Nam Heſychius: ἄγραφα inquit, ἀδικήματα περὶ ὧν νόμ⊕ οὐ γέγραπται.Senec.lib.Declam.3.Poſtulaui, vt Prætor nomen eius reciperet inſcripti maleficij.

¶ 5 Fab.lib.7.c.4.Pręter hæc finguntur in ſcholis & ſcripti maleficij(puto legẽdũ inſcripti) in quib⁹ quęritur,an ſcriptũ ſit, an maleficium ſit. Sic inſcriptum pecus dixit Varro,ꝑ Nõ ſcriptum,nõ relatũ in tabulas publicanorum, lib.de re ruſt.2. Itàq; greges ouiũ lõgè abiguntur ex Apulia in Sardiniam, atq; ad publicanum profitẽtur, ne ſi inſcriptum pecus pauerit, lege Cenſoria committant. Noſtri crimina inſcripta Extraordinaria adpellant, & Stellionatum,cum titulus criminis deficit,vt ait l.3.in pr.& in fi.D.ſtellion.

¶ 6 Tertiò intelligimus,quamobrẽ quidã cõtractus dicantur certi,quidã incerti:quia ſcilicet alij & ius & nomen certum habent,alij non habẽt,l.certi,9. D.de reb.cred.l.& vno,18. D. de acceptil. l. 1. §. pen. D. dę cõſt.pec.quo eodem modo certum maleficij nomen olim dicebatur, cui⁹ cauſſa publicum iudicium lege aliqua cõſtitutum fuerat.Cic.de art.Rhet.2. Sin autẽ certo maleficij genere vocabitur in iudicium. Quartò intelligimus, quãobrem quædã negocia Noua dicantur in l.ſi tibi.22. D. de perſcr.verb.item Negocia quędã proprij cõtractus:id eſt,quaſi abnormis cõtractus,l.rogaſti,19.D.eo. Porro propoſitis XII.tab.legibus Iuriſcõſulti veteres certas ſollemnéſque actionum formulas certis cõceptas verbis compoſuerunt, quibus ciues inter ſediſceptarent: ne populus arbitratu ſuo,imperitè ſcilicet & inſcienter eas conciperet. l.2.§.2.D.de orig.iur. ¶ 7 Hę formulę atq; actiones modò certæ & ſollemnes adpellantur:vt in d.§.2. modò Directæ,modò Legitimę,vel legibus proditæ, l.quia actionum,11.l.qui ſeruandarum, 14.§. ſi glans, D.de perſcr.verb. opinor, quòd illæ formulæ forenſi cõſuetudine cõprobatę legum auctoritate cenſebantur;quamquam quę leges pòſt illas XII.tab.latę ſunt, pleręq; genus etiam actionis proprium nominatim inſtituiſſe videntur. l. 1. D.de cond.ex leg.l. quoties, 41.D.de obl.& act.neq; abſurdum eſt credere, etiam aliarum rerum formulas, veluti quę ad SC.pertinebant,legib⁹ inſtitutas fuiſſe:vt ex Plin. epiſt.lib.8.ep. 14.exiſtimari poteſt. Eædem autem legitimę actionũ formulę in edictum Prętoris qui iuridicundo præerat,relatę exſtabant.Cic.ꝑ Q. Roſcio:Sunt iura, ſunt formulę, de omnibus rebus conſtitutę;nequis aut in genere iniurię, aut in ratione actionis errare poſſet. expreſſę ſunt enim ex cuiúſq; damno,dolore,incommodo,calamitate,iniuria publicę à Pętore formulę, ad quas priuata lis adcommodetur.Itáq; paſſim in libris noſtris videre licet ex Edicto perpetuo prodi actiones,non modò pętorias, id eſt ex Pętoris iuriſdictione introductas, verúmetiam ciuiles: vt l.1.D.ſi pars her.l.1.D.de poſſ.hered.petit.l.1.D. ſi quadr. l. 1. D.commod.l.1. ſi ſeru. vind. Porrò adeò neceſſaria fuit earũ formularũ obſeruatio,vt iis q̃ actionẽ mouebant,non aliis,q̃ quib⁹ conceptę fuerant verbis vti liceret,§.ſic itáq; 14.& §.huic autẽ,31.verſic.qua de cauſſa,de action.l.actio,47.D.de neq; geſt.l.ſi pecuniam, 23.D.de pign.act.Cic.de arte Rhet.2. Ita ius ciuile habem⁹ conſtitutum,vt cauſſa cadat is,qui non vt oportet,egerit. Idem in Partit. Atq; etiam ante iudiciũ de cõſtituendo ipſo iudicio ſolet eſſe cõtentio:cùm aut

A ſitne actio illi qui agit, aut illáne lege, hiſne verbis ſit actio,quæritur.Et mox:Nã hac lege,nõ his verbis, non hoc iudicio. ¶ 8 Hinc illud dici ſolitũ, Qui formula cadit,cauſſa cadit.Quinctil.lib.3.cap.8.In omnibus ferè cauſſis in quibus cecidiſſe aliquis formula dicitur, hæ ſunt quæſtiones,an huic, an cũ hoc, an hoc tẽpore liceat agere. Idem lib.7.cap.3. Eſt etiã periculoſum, cùm ſi vno verbo ſit erratum, tota cauſſa cecidiſſe videamur. Idẽ etiam animaduerti poteſt in

B l.1.D.ſi men.ſ.fals.vbi nõ tenere dicitur intentio, niſi actor idonea formula ſit vſus.Itémque ex l. 1. §. 2. D. quod legat.vbi Vlp.ait, cùm in certũ eſt quæ potius actio teneat,duas eſſe dictãdas,cum proteſtatione ex alterutra ſe ſuum ius obtinere velle. ac plerúmq; Iuriſcõſultos videmus attingere,qua formula & actione vti conueniat. Cùm autem nimia hæc directi & ſummi iuris acerbitas videretur,exceptiones,quæ de formula non obſeruata,ſerebantur,Infames à Seneca nominantur,lib.ep.6.Per iſtud, inquit, philoſophiæ

C ſunt nigræ & turpes,infaméſq; etiã ad album ſedentibus exceptiones.Quid enim aliud agitis, cùm eum quem interrogatis,ſcienter in fraudem inducitis,quã vt formula cecidiſſe videatur? ſed quẽadmodum illũ Prætor,ſic hos philoſophia in integrum reſtituit.Pręterea eędẽ illæ formulæ vulgares & vſitatæ dicuntur, in l.1.l.2.D.de perſcr.ver.l.quidã cum,46. D. de her. inſt.l.ſi ſeruus,42.D.de furt.

¶ 9 Et quoniam adeò peruulgatæ, tritæ,& notę in vulgus erant,ac præſertim iis qui in foro verſaban

D tur, tandem factum eſt,vt non perſcriptis, id eſt,plenè & litteris omnibus cõſcriptis verbis proferrentur,ſed notis & ſyllabis dumtaxat.quod Cic.in Muræniana iocularitet & ridiculè calumnians,& Iuriſconſultos exagitans:Veriti,inquit, ne ſine ſua opera lege poſſet agi,notas quaſdam cõpoſuerunt,vt omnibus in rebus ipſi intereſſent,vnde illud Cõſtantini in l.1.C.de form.ſubl.Iuris formulæ aucupatione Syllabarum inſidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur.Et illud Manilij in Aſtronomicis:

E *Hic etiam legum tabulas & condita iura*
Nouerit,atque notis leuibus pendentia verba.

Earúmque notarum reliquiæ aliquot exſtant in libellis Paulli,Diaconi,& Valerij Probi, de notis antiqs: apud quẽ inter ceteras,hęc pſonalis actionis formula ꝑfertur: A.T.M.D.O.Aio te mihi dare oportere.ſed & de notis iuridicis caput eſt 22. Iſidori lib. Etym. 1. rerum denique mentio fit in fine Nouell.47.

F *Numerus actionum imperfectus:ideóque huic rei prouiſum à Iurecõſ. primò Vtilibus actionibus:deinde Prætoriis:tum in factum actionibus:& vtilibus in factũ ciuilibus perſcriptis verbis:denique Actione Doli.*

Cap. II.

¶ 10 HÆC cùm ita eſſent,procedente tempore à Iuriſconſ.&Pragmaticis animaduerſum eſt,innumeras eſſe cauſſas, in quas conuenire Directæ illæ formulæ non poterant. l.2. D. de perſ. ver. & (vt ait Pomponius) non plenũ fuiſſe actionum numerum,

G l.quia actionum,11.D.eod. Itaq; huic incõmodo ſex ſubſidia comparata ſunt.Primum fuit vtilium actionum,quę ad exemplum illarũ Legitimarum introductæ ſunt,quoties non oratio, ſed ſententia legis conueniebat. nam vbi verba conueniunt, Directa : vbi ſola ſententia vtilis conceditur, l. 7.D. de iuriſd.velutí ſi quadrupes pauperiem fecerit, directa competit:ſi bipes,vtilis,l.1.l.pen.D.ſi quadr.ſi ſeruus corru-

ptus fuerit, directa datur actio de ſeruo corrupto: ſi A
filius, vtilis. l.14.§.1.D.de ſeru.corr.l.26.D. de iniur.
quod ſi néq; ſententia neque oratio conuenit,neutra
conceditur.l.ſi verò,64.§.penul.D.ſol.matr.l.1.D. de
diſtr.pign.

¶ 11 Eas autem ſic definiemus: Vtiles actiones ſunt,
quę directis deficientibus,vtilitate ſuadente,ad cauſ-
ſam aliquam proximam ſic adcommodantur,vt non
notis aut cōpendioſa aliqua formula,ſed verbis plenè
perſcriptis factum, id eſt rem geſtam demonſtrent, l. B
6. C.de trāſ.Qua de cauſſa modò Vtiles,modò In fa-
ctum, modò Fictitiæ adpellantur.velut in reg.Vlp.
tit.26.nam quæ Mandati vtilis dicitur in l. mandati.
46.in fin.D.de negoc.geſt. eadem Mandati in factum
adpellatur,in l.ſi mādauero,22.§.ſi curator,D. ſi mād.
quarum tenor, inquit Iuſtin in multis & variis iu-
ris articulis ſæpè eſt admiſſus,l.ſancimus,18.C.de ſa-
croſ.Eccleſ.ac ſimiliter,quę actio in factum adpella-
tur in l.1.§.& generaliter.D.ſi quadr. ea in l.pen.dici
tur vtilis.Id autē tum demum fiebat,cùm (vt in defi- C
nitione dictum eſt) directę & ordinarię actiones de-
ficiebant,l.4.§.ſi communem.D.fin.regund.l. 7. §. ſi
duo.D.comm.diuid.l.quamuis,8.§.ſi conuenerit. D.
ad Velleian.ac pinde in extraordinariis iudiciis dū-
taxat.d.l.actio.47.D.de neg.geſt.l.qui mutuam,56.§.
penul.D.mand.§.vlt.Inſt.de interd.l.5.C. ſi alien.res
pign.nam qui iuridicundo præerant, deficiētibus ci-
uilibus actionibus ex bono & æquo ſuccurrere ex-
traordinariis actionibus ſolebant, l.1.§.eſt autem. D.
de exerc.act.l.mandati.14. C. de fideiuſſ. Seneca lib. D
epiſt. Itáque dubitaui vtrum differrē te,donec ſuus
iſti ei veniret locus,an ius tibi extra ordinem dice-
rem. Et hac de cauſſa cùm filiifam. agere ordinario
iudicio non poſſent,vtiles eis in factum concedeban
tur,l.filiusfam.9.l.in factum, 13. D. de obl. & act. l. ſi
longius,18.§.1.D.de iudic.ſeruis autem ne extraordi-
nariæ quidem concedebantur,l.7.D. ad leg. Corn.de
falſ.Hinc factum eſt vt actiones vtiles ordinariis op-
ponantur in l.ſi quis.12.D.de relig. opponuntur etiā
directis,l.ex legato,18.C.de legat.l.3.D.de ſent. paſſ.l. E
liber,13.D.ad l. Aquil. itémque legitimis, l. ſi vſusfr.
22.§.1.D.de aq.pluu.arc. Et quoniam non ex Edicto,
vt formulæ,ſed cauſſa à Prætore cognita, decretóque
interpoſito,concedebantur,l.ſi finita.15. §. eleganter.
14.& l.damni,18.§.vlt.D.de damn.infect. l. vt tātum,
14.§.1.D.de ſeru.corr.l.5.D.de præt.ſtip.l.ait Prætor,
12. D.quæ in fra.cred.propterea haud ſcio an non in-
commodè fortaſſe Decretales dici poſſint: præſertim
cùm Decernendi verbum in iis vſurpari ſoleat. l. ſi
poſt conſtitutam.22.D.de conſt.pec. l. 2. §. ius Reip. F
D.ad adm.rer.ad ciu.l.pen.D.de adq.her.l.Lucius.46.
D.de adm.tut.l.2.§.interdum. D. de vulg.ſubſt. Quæ
verò actiones edicto Prætoris continebantur,eæ ſine
cauſſæ cognitione dabantur,quoniam ipſo iure com
petebant,l.item apud,15.§.Prętor ait ſi quid, D.de in-
iur.l.quod ſi minor.24.§.vlt.D.de minor. Quāquam
intelligendum eſt, quaſdam eſſe vtiles actiones quæ
iure ciuili nominatim inſtitutæ ſunt: ac propterea,
meo iudicio, ſine decreto, quaſi que ex edicto dan-
tur: quales ſunt quæ fideicommiſſario & in fidei- G
commiſſarium competunt, l. 1. D. ad Trebell. & §.
3. Inſtit. de fideic. her. vbi Prætor vtiles ex SC. Tre-
bell.actiones dare dicitur: ſed quæ ipſo SC. iure &
fideicommiſſario & in fideicommiſſarium compe-
tunt: non modò quæ ciuili, verumetiam quæ ho-
norario iure comparatæ fuerant, l. quamuis. 40. D.
ad Trebell.

¶ 12 Vtiles autem propterea illæ actiones adpel-
lantur, quòd eas vtilitas publica flagitet,l.cum qui.5.
§.pen.D.de cōſt.pec.quòd eas ęquitatis ratio ſuadeat.
l.alterius,20.D.de tut.& rat. quæ, vt dixi, Prætori e-
iúſque conſilio probanda eſt. Et eandem ob cauſſam
dicitur Prætor, cùm hanc actionem concedit,actori
ſuccurrere:quippe à iure ciuili deſtituto, l.ſi mulier,
21.§.vlt.D.quod met.cauſ.Itémq; actionem adcōmo-
dare:quaſi non directum & ſummū ius,ſed facilitatē
& benignitatem ſequatur,vt §.item ſi quis,11.Inſt.de
act.l.1.C.de inoff.l.vxor,55.in fin.D.de don.int.vir.&
vx.l.eleganter,24.D.de pign.act.l.pater,7.C.de pact.
com.ac pari ratione dicebātur actionem indulgere,
l.ſi ſeruus.23.D.de iureiur. Ac ne illud quidē præter-
mittendū eſt,tantā harum vtiliū actionū vim eſſe, vt
interdū is qui vtilem habeat,pręferatur ei,cui directa
cōpetit:vt in ſpecie l.in cauſſæ.27.§.vlt.& l.procura-
tore,55.D.de procur. Neq; verò prætermittendū hoc
videtur,Directas actiones interdū adpellari quę prin
cipales ſunt,& præparatoriis opponi, velut in l. 3.§.
ibidem. D. ad exhib. opponi etiam prætoriis, l. ele-
ctio,§.2.D.de nox.act.

¶ 13 Secundum ſubſidium fuit Actionum præto-
riarū,id eſt,quæ præter legitimas vſu rerū poſtulāte à
Prætoribus inſtituebātur:& ab iis quę ipſo iure cōpe
petunt,diſtinguuntur, l.4.D.rem pup.ſalu. for.§. nō
autem,Inſt.de perp.& temp.veluti Cōſtitutoria,Exer
citoria,Inſtitoria,Tributoria,Seruiana:quæ propter-
ea modò prætoriæ, modò honorariæ dicebātur:& ex
Prętoris iuriſdictione introductę,l.actionū,25.§.vlt.
D.de obl.& act.§.itē Seruian.& §.ſeq. Inſt.de act. §.
introduxit, Quod cum eo qui:atq; ob eā cauſſam le-
gitimis & directis opponuntur,vt l.5.§.vlt. D.de his
qui deiec.l.electio.26.§.2.D.de nox. nā directæ ex il-
lis legum verbis,quę imperandi modo concipieban-
tur,ipſo iure ciui Rom.cōpetebāt: DVPLVM PRÆ-
STATO: SOLVITO: DARE DAMNAS ESTO. atque
idcircò denegari à Prætore nō poterant,ſed ſi iniquæ
videbantur,adhibita exceptione illas emendabat,§.1.
& paſſ.De except. Prætor autē plerúmq; ius ab ſe in-
troductū his deſignabat verbis: ANIMADVERTAM:
DE EO INTERDICAM: DE EO IVDICIVM DABO.

¶ 14 Tertiū ſubſidiū fuit Vtilium,itémq; in Factū
actionū, quæ ad iſtarū Honorariarū exēplū inſtitutæ
ſunt:ſicuti priores vtiles ad exēplū Legitimarū.Eiuſ-
modi eſt actio vtilis quæ ad exēplum Inſtitorię dari
dicitur in l.pen.D. de inſt.act. Itē vtilis Cōſtitutoria
quæ vtilitatis gratia dari dicitur in d.l. 5.§. pen. D.de
cōſt.pec.Itē vtilis Publiciana.l.ſed etſi,7.§.ſed ſi petē-
ti.D.de publ.Itē vtilis Seruiana:l.1.C.de prec.l.1.§. cū
prædium,D.de pign.l.1.C. comm.de leg. & ad huius
exēplū vtilis hypothecaria,l.1.C.ſi pig.pign.dat.Earū
autē in factū actionū,quæ ad Prętoriarū exēplum in-
ſtitutæ sūt,exēplo eſt,ea quæ cauſſa iuriſiurādi datur,
l.actori.8.C.de reb.cred.& l. ſed ſi poſſeſſori.11.D. de
iureiur.quæ eadē Vtilis adpellatur, in l.ſi duo.13. §.1.
& l.quod ſi.29.D. eod. eodémque modo ad exēplum
actionis Ad exhibendū,in factum actio conceditur,
l.3.§.interdum.l.9.§.ſi tibi decem.D. ad exhib.l.7.C.
eod.l.in rem actio.23.§.itē quæcūq;.D.de rei vind.l.ſi
heres,63.De leg.2. ¶ 15 Quartū ſubſidiū fuit earum
actionū,quę Vtiles in factum ciuiles perſcriptis ver-
bis incertæ & incerti adpellantur: & ex iis negociis
cocedūtur,quæ bonæfidei cōtractibus finitima ſunt:
quorū negociorum cauſſa nullę neq; ciuili,neq; prę-
torio iure cōſtitutę actiones fuerāt,l.1.D.de ęſtim.l.1.
&paſſ.D.de perſc.ver.Sed de his aliquāto poſt,vbi in-
ſtitu-

inſtitutam enumerationem tranſegerimus, commodior erit diſſerendi locus.

§16 Nam quintum & poſtremũ ſubſidium, quaſique perfugium fuit, Actio de dolo: cùm ceterarum omnium actionum nomina dificiebant, ac Prætori dolum interceſſiſſe adparebat, l.1. §. 3. & §. vlt.D. de dol.l.2. C.eod. quinetiam cùm famoſa illa eſſet actio, inſtitutum eſt, vt quàm rariſſimè concederetur: ac plerumque ita facti narratio verbis temperaretur, ne doli mentio fieret: atque in factum actio inſtitueretur: velut in l. rei quam, 33. D.de dol.mal. &, ſi quando aduerſus parentem, aut patronum, aut coniugem ageretur, l. non debet, 11. D.de dol. l.5.C. eod. l.1. C. de iur. dot. Quo loco intelligendum eſt, cùm genera quædam delictorum eſſent, propter quæ vel nullę iure ciuili proditæ actiones fuerant, vel proditę quidem fuerant, ſed Prætor eas ſibi quoque res curæ eſſe demonſtrare vellet: nouas eum illarum nomine actiones comparaſſe: quarum alię in edicto propoſitæ ſunt, & nominatim In factum adpellarę: velut in l. 9. D.de reb.auct.iud. l. 10. D.quæ in fraud.cred. l. 7. D. quod falſ. tut. aliæ verò cauſſa cognita decernuntur, l.qui nomine, 25.D.de falſ.quæ ſcilicet factum notant & puniunt, l.huius actionis, 9.§.1.D.quod falſ.tut.cùm eæ quę ex maleficiis competunt, ex facto naſci dicantur.quod notatu dignum eſt, l.actionum, 25. D. de obligat. & act. veluti In factum ex l.Aquill. cùm nec oratio nec ſententia conueniebat, hoc eſt cùm damnum neque corpore, neque corpori datum eſſet, §.vltim. Inſtit. ad l. Aquill. l.ſi ſeruum, 33. l. boues, 53. D. ad leg. Aquill. l.quia actionum, 11. D. de perſcript.verb. Similitérque ad exemplum directæ furti actionis: vt ſi quis oſtenſo panno rubro pecus fugauit, l. in furti, 50. §.vlt. D.de furt. ſi quis alienis equis aut aſinis ſuas equas ſubiecit, l.ſi quis vxori, 52.§.ſi quis aſinum, D.eod.l.ſi heredis, D.de leg.1. Item in ſpecie l. ſi is qui, 66. §.ſi te, D. eod. Eiuſdem generis eſt actio aduerſus menſorem, qui falſum modum dixit, l.1.D.ſi menſ.falſ. Item aduerſus nautas, caupones, ſtabularios, l.3.§.1.D.de nau.caup. aduerſus eum qui mortuum in alienum locum intulit, l.1. D. de relig. aduerſus eum qui ſepulcrum violauit, l.3.D.de ſepul.viol. aduerſus eum qui parentem aut patronum ſine venia in ius vocauit, l.4.D.de in ius voc. qui Prætoris album corrupit, l.7.D.de iuriſd. qui in ius vocatum vi exemit, l.7.D.ne quis eum qui in ius. Quin etiam cùm ne illæ quidem prętoriæ ſufficerent, inſtitutum fuit, vt ad earum exemplum vtiles actiones darentur, velut ad exemplum actionis de ſeruo corrupto, cùm filiusfamilias corruptus eſt, l.vt tantum, 14.§.1.D.de ſeru.corr. Item ad exemplum actionis, Si menſor, l.ſi menſor, 5.D.ill.tit. Item ad illius Religioſæ exemplum, ſi quis mortuum in alienum locum intulerit, l. is qui intulit, 7. §.1.D.de relig. quæ omnes actiones, ſicuti ſuperiores illæ Vtiles, quas ad exemplum ciuilium comparatas eſſe diximus, cauſſa cognita decernebantur, l.item apud, 15. §.Prætor ait ſi quid, 31.D.de iniur. qua de cauſſa cùm illæ quæ ex edicto competebant, Honorariæ dicerentur, hę quę Decretales erant ab honorariis ſeparabantur, l.is cui, 42.§.1. D.de obl.& act. eandémq; ob cauſſam Extraordinariæ adpellantur, l.quę religioſ. 43.D.de rei vind. Atque ad hoc In factum genus extremi omnium ſubſidij quaſique perfugij referenda eſt illa In factum actio, de qua concertatum eſt inter Mauritianum & Iulianum, l.7.D.de pact. Nam ex conuentione, Do Stichum, vt Pamphilum manumittas: manumiſiſti: euictus eſt Stichus: quęrebatur, quęnam actio daretur? Iulianus in factum actionem à Prætore dandam exiſtimabat, quaſi ciuile illud negocium non fuiſſet: neque ſynallagma cõtractum: quia factùm illud manumittendi non erat eius generis, cuius ſunt facta quæ locari ſolent. Mauritianus contra ciuile negocium geſtum eſſe diſputabat, & ſynallagma contractum: quia de re familiari geſtum erat, & ei qui ſuum ſeruum manumiſerat, alia via aberat: ob eámque cauſſam perſcriptis verbis actionem ſufficere: neque ad illud extremum ſubſidium deſcendendum eſſe.

§17 Ex quo intelligitur, veriſſimè ac rectiſſimè ſiue à Duareno, ſiue à Barone, doctiſſ. viris animaduerſum eſſe, verbum CIVILE tollendum eſſe ex fine §.at cùm do, l.5.D.de perſc.verb. quandóquidem Vlpian. hoc loco diſertè illã prætoriam adpellat. Quod verò nouum nemini videri debet, in eadem iſta quęſtione Vlp. & Paull. inter ſe diſſenſerunt. nam Iuliano Paullus adſtipulatus eſt in d.l.5.§.ſed ſi dedi. Mauritiano verò Vlpianus in d.l.7.D.de pact. tantúmne? imò verò etiam in l.3.in fin. princ.D. de cond. cauſſ. dat. vbi conuentionem illam diſertè Contractũ adpellat: Si nihil tibi dedi, inquit, vt manumitteres, placuit tamen vt darem, vltrò competere actionem, quę ex hoc contractu oritur, id eſt condictionem defuncto quoque eo. Quo loco cùm dubium non ſit, quin certi condictionem generalem intelligat, perſpicuũ eſt, ex illo contractu duas actiones competere: Condictionem certi, & ex Mauritiani ſententia Condictionem incerti perſcriptis verbis, vt adpellatur in l. duo, 19.§.1.D.de prec.

Ciuiles in factũ perſcriptis verbis videri potius quàm præſcriptis adpellandas. Locus è Cicerone, Paullo I.C. item Suetonio emendatus. Duæ vtilium actionum quæ ad exemplum ciuilium institutæ, ſpecies.

CAP. III.

§18 SED nunc tempus eſt, ad illas Ciuiles in factum perſcriptis verbis accedere. nam quæ Pręſcriptis verbis vulgò adpellantur (nihil temerè adfirmare volumus, ſed modeſtè coniecturam noſtram erudiditiorib. exponere) non abſurdè opinor, neq; ineptè diſputari poteſt, eas *Perſcriptis verbis* adpellatas fuiſſe: quia cùm veteres illæ peruulgatæ, ſollemnes, vſitatæ, legitimæ, notis tantùm, vt ſup. dictum eſt, deſignarentur, hæ plenis & integris verbis perſcribebantur: atque, vt Iuſtin. loquitur, per conſequentiam litterarum ſcribebantur. nam in l. 1. §. eandem autẽ, C.de vet.iur.enucl. Omnia, inquit, per conſequentiã litterarum volumus, non per ſigna manifeſtari. Item l.1.§.vl. Iubemus non per ſignorum captiones & cõpendioſa ænigmata conſuli, ſed per litterarum conſequentiam explanari. Varro autem oppoſuit Sermonibus. nam Seruius in illud Virgilij, *Foliis tantum ne carmina manda*: vt Varro dicit, inquit, in foliis palmæ interdum notis, interdum ſcribebant ſermonibus. Non, inquam, certa & compendioſa formula concipiebantur, vt illę antiquæ: ſed diſertè, planè, ac dilucidè, &, vt Theoph. dicere ſolet, *δηγματικῶς* factum, id eſt, conuentionem, negocium, rem geſtam exponebãt. quales ſunt, quib. hodie gentes, opinor, vtuntur omnes; quarũq; formulas videre licet apud Specul. & Petr. de Ferrar. & alios eiuſmodi Pragmaticos: cui coniecturæ valdè conſentaneũ illud eſt in fin. l.6. C. de tranſ. VTILIS ACTIO QVÆ PERSCRIPTIS

VERBIS REM GESTAM DEMONSTRAT, DANDA A EST. nam *Perſcribendi* verbum vſitatè cum hac voce *Verba* coniungitur. vt Philipp. V. SC. his verbis cenſeo perſcribẽdum. Præterea (quod in hac diſputatione caput eſt) veteres notis ſcribere, & perſcriptis verbis ſcribere comparare & opponere ſolebãt. Paullus in l. Lucius. 40. D. de teſt. mil. Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit: & antequam litteris perſcriberetur, vita functus eſt. Nam quod in quibuſdam libris eſt ſcriptum, *Præſcriberetur*, B perſpicuè abſurdum eſt. Suet. in Galba: Obſeruauit ante omnes Liuiam Auguſtam, cuius mortuæ teſtamento penè ditatus eſt. H-S námque quingenties cùm præcipuum inter legatarios habuiſſet; quia verò notata *Quingent.* non erat perſcripta ſumma, herede Tiberio legatum ad quinquaginta reuocante, ne hæc quidem accepit.

¶ 19 Vbi tamen reponendum cenſeo *Quingenta*: quod etiam in libello, De re numaria, probauimus. Cicero pro Sylla: Itáque introductis in Senatum iu- C dicibus, conſtitui Senatores, qui omnia iudicum dicta, interrogata, reſponſa perſcriberent: id eſt, nõ notis, vt notarij & actuarij, ſed plenè perſcriberent. ſic enim infert: At quos viros? non ſolùm ſumma virtute & fide, cuius generis in Senatu facultas eſt maxima: ſed etiam quos ſciebam memoria, ſciẽtia & celeritate ſcribendi, facillimè quæ dicerent, perſequi poſſe. C. Coſcenium, qui tunc erat Prætor: M. Meſſulam, qui tunc præturam petebat: P. Nigidiũ: Appium Claudium: credo eſſe neminem, qui his omnibus aut D verè referendis, aut etiam ſcribendis putet ingenium defuiſſe. Hæc ille. quáquam cùm moris eſſet, vt SC. celeriter in curia ſcriberétur, pòſt verò plenè deſcriberentur, factum eſt, vt tum demum propriè Perſcripta dicerentur. Cic. Catil. 3. Et quoniam nondum eſt perſcriptum SC. ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus cenſuerit, exponam. Idem lib. ad Lentul. ep. 1. De his rebus Senatus auctoritas grauiſſima interceſſerat. Cùm Cato & Caninius interceſſiſſent, tamẽ eſt perſcripta. Et de Orat. 3. Et eundem (id quod in au- E ctoritatibꝰ perſcriptis exſtat) ſcribẽdo adfuiſſe. Quin ne illa quidem reſpuenda coniectura videtur, cùm inſcripta maleficia dicerentur (vt ſuperius demonſtratum eſt) de quibus nulla publicorũ iudiciorum lege cautum fuerat: cõſtet autem has actiones ex inſcriptis, id eſt, innominatis contractibus cõcedi, quoniam actiones ex nominatis contractibus inſtitutæ Perſcriptæ dici non poterant, quia notatæ tantùm erant, ac proinde inſcriptæ: factum, vt iſtæ, quæ plenis verbis exaratę apud Prætorem ederentur, Perſcri- F ptæ, ſiue Perſcriptis verbis adpellarentur. Quo loco prętermittendum non videtur longè alio ſenſu dici Perſcriptas litteras, pro Transfixa linea notatis: vt in libro De re numaria docuimus. Ac moueri quidem vehementer me fateor tanto & tam conſtanti librorum omnium conſenſu, néq; alia vlla re meam adſenſionem inhiberi. Sed viciſſim illud cogito: primùm, nulla eſſe apud veteres auctores verba tã crebrò inter ſe cõmutata, quàm Præſcribere & Perſcribere. quod vel vnius Cic. libri documento eſſe poſſunt. deinde, G probabile videri, Gręcos homines, Latinę linguę imperitiſſimos, cuiuſmodi Tribonianum eiúſque adſeclas fuiſſe conſtat, huius erroris auctores fuiſſe; in iis pręſertim locis, in quibus iam inde ab Imperio Cõſtantini Magni, Romanum ius à Græcis pragmaticis Græcè tractari cœperat, eo more quem apud Theophilum licet animaduertere; quem & Romanæ conſuetudinis, & earum antiquitatum, quæ ad has formulas pertinebant, imperitiſſimum fuiſſe, nemo, vt opinor, mediocriter in iis exercitatus, negauerit. Néque verò mouere nos illud debet, quòd nomen iſtud *Perſcriptis verbis* in iis tantùm actionibus propriè vſurpatur, quæ ex innominatis contractibus competunt. cùm tamen alię præterea innumerabiles plenis verbis perſcriberentur. átque idcircò in factum & vtiles adpellarentur. nam cùm reliquę omnes ſuum haberent nomen, aut proprium, aut mutuò acceptum, factum eſt, vt hæ quibus ſpeciale deerat nomen, generali nomine deſignarentur. quemadmodum videmus Subſidiariam actionem propriè adpellatam eſſe, quæ pupillo aduerſus magiſtratus, qui tutores dederunt, datur, l. 1. in pr. & §. non tantum. D. de mag. conu. cùm tamen innumerabiles aliæ actiones ſint, quæ deficientibus directis ſubſidio concedi ſolent. Itémque Pacti conuenti nomen, quod apud veteres generis nomen erat, & contractus omnes tum nominatos, tum innominatos complectebatur: ſicuti de conuentione dicitur in l. 1. D. de pact. tamen à Iuriſconſultis ad eas ſolas conuentiones reſtrictum ac reuocatum fuiſſe, quæ néque nomen, néque cauſſam habent. l. 7. D. ill. tit.

¶ 20 Verùm hoc planius explicandum & exemplis illuſtrandum eſt. Ergo quantum ad primam vtilium ſpeciem, quæ ad Ciuilium exemplum inſtitutæ ſunt, ſatis conſtat, eas Directarum ſuarum nomẽ mutuari. cuiuſmodi eſt *Ex empto vtilis*, in l. eleganter. 24. D. de pign. act. l. Iulianus. 13. §. ſi procurator, 21. D. de act. emt. Item mandati vtilis in l. ſi verò, 12. §. ſi filio. D. mandati. l. quidam. 46. in fin. D. de her. inſp. quæ eadem alibi *In factum mandati* adpellatur, l. ſi mandauero. 22. §. ſi curator. D. mandat. & l. quæſitum. 8. D. de prec. & Extraordinaria dicitur. qua de cauſſa mandati actioni ordinarię opponitur in l. qui mutuam. 56. §. vltim. D. ill. titul. Atque hoc eodem modo reſponſum volumus ad illam obiectionem, ſi quis diſputaret, quattuor Condictiones naturales, Cauſſa dati cauſſa non ſecuta, Indebiti, Ob turpem cauſſam, & Sine cauſſa dati, quę ex bono & ęquo inſtitutę ſunt, nuſquam *Perſcriptis verbis* adpellari. Nam cùm omnes ſint condictiones certi, quatenus data res condicitur, generale principalis actionis nomẽ retinent, quod eſt, *Si certum petatur*. l. 1. D. de tritic. l. 1. D. de interrog. quamquam quatenus id quod intereſt per eas petitur, Incerti etiã adpellantur: vt poſterius oſtendemus.

¶ 21 Quantum ad ſecundam Vtilium ſpeciem, quę ad pretoriarum exemplum inſtitutę ſunt, ſimiliter reſpondendum eſt, eas principalium nomen retinere: vt ſuperius de Conſtitutoria vtili, & Publiciana vtili, & Seruiana vtili dictum eſt. Poſtrema autem ſpecies proximę De dolo actionis nomen retinet: ſed verbis temperatur, ne doli mentio fiat: inquit l. 7. §. 3. D. de dol. l. 7. §. 1. De in integr. reſt. Alterum autem illud in factum actionum genus, quod ex delictis naſcitur, etſi plenis quoque verbis perſcribebatur, tamen idcircò Perſcriptis verbis non adpellatur: quia nomen hoc propriè ac ſpecialiter retentum eſt in iis, quę ex contractibus deſcendunt, vt omittam, quod pleręque illarum, nomen ſuum habent: veluti, Albi corrupti, Sepulcri violati, &c.

Eg. Baronis & Duareni de adpellatione Præſcript. ver. coniectura

coniectura examinata. Prætorem actionum verba præſcribere ſolutum numquam fuiſſe. Præſcriptis verbis quaſi ex antè ſcriptis verbis actionem dictam non videri: immò nec à præſcripto Conuentionis; vbi ſimul reſtituta l.1. §. ſi quis ſeruum, D. depoſit. & reſponſum ad Varronis locum.

CAP. IV.

DEINCEPS operæprecium eſſe arbitror, aliorum doctorum hominum de hac adpellatione coniecturas conſiderare.

§ 22 Nam Eg. quidem Baro vir doctiſſimus hanc attulit, quod actio In factum à Prætore concipiebatur præſcriptis in factum, hoc eſt pro modo facti expoſiti à litigatore verbis. Hunc autem Fr. Duatenus Iuriſconſ. eruditiſſ. ſubſecutus; De quibus, inquit, negociis certa agendi forma conſcripta non fuerat, actio verbis in factum præſcriptis & conceptis inſtituebatur; quaſi præſcriptis verbis agere, & conceptis verbis, idem eſſent. Hæc enim vtriuſque illorum verba ſunt. Et hanc illorum ſententiam olim adoleſcens ſecutus, hoc argumento confirmabam: quòd cùm inter aduerſarios in edenda actione conueniſſet, quibus inter ſe verbis diſceptarent, Prætor qui ab iis aditus in ea verba iudiciũ dabat, verba iis præſcriberet, quibus apud Iudicem, Recuperatoréſve litigarent. nam poſt litem conteſtatam regulariter mutare actionis formulam non licebat, l.2. C. de edend. l.1. C. de lit. conteſtat. Addidi autem *regulariter*: quia cùm grauior erat formula, mutare illam, etiam poſt litem conteſtatam, in leuiorem licebat, l.4. §. ſi detracta, De noxal. Eique coniecturæ conſentaneum videbatur, quòd Præſcribendi verbum & Iuriſconſultis & formulis adcommodatum erat: vt apud Cicer. in Caton. Nihil Sex. Ælius tale, nihil multis annis ante T. Coruncanius, nihil modò P. Craſſus: à quibus iura ciuibus præſcribebantur. Et in Orato. Quid eſt quod præſcriptum aut formulam exprimas? Eò accedebat quod de conſtituendo certis verbis iudicio Cic. in Partit. ita ſcribit: Ante iudicium de conſtituendo ipſo iudicio ſolet eſſe contentio, cùm aut ſitne actio illi qui agit, aut illáne lege, aut híſne verbis quæritur. quæ etiamſi antequàm res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata aut confecta ſit re. Et mox: Quare de conſtituendis actionib. accipiendis ſubeundíſqu iudiciis, de excipienda iniquitate actionis, quod ferè generis eius ſunt, vt quamquam in ipſum iudicium ſæpè dilabantur, tamen ante iudicium tractanda videantur, paululum ea ſeparo à iudiciis &c. eiúſque rei etiam veſtigium exſtat in l. qui ſeruum, 34. De obligat. & action. Atque hæc quidem vetus, vt dixi, noſtra fuit coniectura: quæ duorum doctiſſimorum hominum, qui tum iuriſprudentiæ laude imprimis florebant, auctoritate nitebatur. Sed animaduerti poſteà, complura ei aduerſari. primùm, quòd Prætor nunquam actionum verba præſcribebat: quemadmodum Cicero in ea pro Cæcin. his demonſtrat verbis: Etenim ſi Prætor is qui iudicia dat, nunquam petitori præſtituit: qua actione illum vti velit: videte, &c.

§ 23 Quamuis enim idem lib. de Rhet. 2. ſcribat, in iure certo quodam modo agendi poteſtatem dari, & omnem conceptionem priuatorum iudiciorum

A conſtitui ſolitam, tamen non id tam ad actiones in factum pertinet, quàm ad directas & ſollemnes, cùm reus interdum nullam competere actori formulam contendebat: qua de re Prætor ſummatim cognoſcebat, l. poſtquam, 43. in fin. D. de her. petit. l. ſi cum dotem, 22. §. nec non, D. ſolut. matr. Interdum actor purum iudicium poſtulabat, reus exceptionem addi oportere contendebat. vt in iiſdem illis & Part. & arte Rhet. locis perſpicuè traditur. adeò vt propter denegatam exceptionem Tribuni interdum B adpellarentur, vt Cic. lib. de fin. v. ſignificat. Et hanc interpretationem adiuuat, quod Paullus in libro ſingulari De conceptione formularum tractauit, De exceptionibus: vti patet ex l. exceptiones, 20. D. de except. Iam verò ſi quoties priuatorum iudiciorum conceptio (vt Cic. ſcribit) conſtituitur, toties præſcriptis verbis actio daretur, nullum ferè iudicium eſſet, quin præſcriptis verbis diceretur. idémque eſſet præſcriptis verbis agere, quod con- C ceptis verbis agere; vnde conceptio verborum in l. 5. §. 1. De verb. oblig. l. pen. ſi quis caut. idque eò magis, quoniam in directis actionibus certis verbis, quibus olim actiones illæ expoſitæ fuerant, vtendum erat: vt patet ex l. ſi pecuniam, 33. D. de pign. act. Quinetiam ſtricta iudicia, à quibus longiſſimè omnium natura iſtarum actionum abhorret, præcipuè omnium hoc nomine adpellanda eſſent: cùm ſatis conſtet, Prætorem in iis conſtituendis anguſtiſſimam verborum formulam iudici ab ſe dato cir- D cumſcribere, à qua ne latum quidem vnguem diſcedere liceat, §. ſi quis agens, 28. Inſt. de action. l. in act. 5. D. de in lit. iur. Quare probabilior illa ſuperior coniectura noſtra videtur, de verborum perſcriptione, qualis hodie in iudiciis vſurpatur: primùm, vt iis quæ notis conſtabant, opponantur: deinde vt ſingulare hoc nomen vni alicui certo contractuum generi propriè ac præcipuè adtributum ei ſoli cui adtributum eſt, relinquamus, neque nomen quod generale, & omnium omnino conuentionum commune E eſſe conſtat, ad hanc vnicam ſpeciem reſtringamus.

§ 24 Sequitur altera coniectura. nam video eſſe qui Harmenopuli Græci hominis auctoritate adducti, Præſcriptis verbis idcirco has adpellari actiones tradunt, quòd ex ante ſcripta conuentione concedantur: quoniam Græcè has adpellat, *ἀγωγὰς τῶν προσγεγραμμένων συμφώνων*. Sed videamus, primúmne ſi hoc verum eſſet, nullo ex contractu hæc actio daretur, niſi qui ſcriptus ac litteris mandatus fuiſſet. quod mihi non fit veriſimile; credere, in- F quam, non poſſum, ceteros omnes contractus, negocia, conuentiones, nuptias denique ſine ſcriptura fieri poſſe: ſolos iſtos innominatos non poſſe, l.4. D. de pign. l. 4. D. de fid. inſtr. Quinetiam harum actionum ſpecies profertur in l. ſi dominus, 8. D. de perſc. verb. vbi ſcriptum nihil fuerat. Præterea vt PRÆSCRIBERE interdum ac perratò vſurpetur pro ANTESCRIBERE: & PRÆSCRIPTIS VERBIS actio dicatur, quoniam ex ante ſcripto contractu innominato conceditur: tamen ex PRÆ- G SCRIPTIS VERBIS potius dicenda fuiſſet, quàm PRÆSCRIPTIS VERBIS: ſicut actio EX SYNGRAPHA apud Cicer. in ea pro Muren. Item EX PACTO, l. 6. D. de pact. Actio EX CONTRACTV, Actio EX STIPVLATV, Actio EX TESTAMENTO, l. ſi is qui, 18. l. actionum, 25. l. in honorariis. 35. §. 1. D. de obl. & act. §. 1. Inſt. de verbor. oblig. l. inter ſtipulantem,

83.§.ſi rem quam, D. de verb.oblig. item Actio EX SPONSO apud Cicer.in ea pro Quinctio,& Actio EX SPONSV apud Agel.lib.4.cap.4.Item Actio EX FACTO,l.actionum,25.D.de obl.& act.item Actio EX RECEPTO,l.3.§.vlt.D.naut.caup.ſtab.item Actio EX ANTE GESTO,l.vlt.§.vlt.D.quæ in fraud. cred. Sic paſſim Actio EX EMTO, EX LOCATO, EX CONDVCTO: quæ quãquam præciſè EMTI, LOCATI, CONDVCTI adpellantur, tamen illa præciſio in hoc genus non conuenit. Tertiò ſi Præſcriptis verbis actio nominaretur, quæ ex ante ſcripta conuentione datur, non horum innominatorum propria hæc eſſet adpellatio: ſed communis aliorum omnium, quicúmque ſcriptis comprehenſi eſſent.

§ 25 Sequitur tertia coniectura, quę nihilo mihi probatur magis, vt PRÆSCRIPTIS VERBIS dicatur, non quæ ex ante ſcripto, ſed (vt ait Melchior Klingius) per quam agimus ex pręſcripto verborum, quibus contrahentes vſi ſunt; vel, vt alij dicunt, quod ex præſcripto conuentionis datur: quod ſecundum pręſcripta conuentionis verba datur, ſecundum quod conuentione præſcriptum eſt: propter l. 1. §. ſi quis ſeruum, D. depoſiti, vbi ita ſcriptum eſt: SEQVEMVR TAMEN ET QVOD HABVERINT PRÆSCRIPTVM, AVT QVOD CONVENERIT. Iuuari etiam illa coniectura potuiſſet eo loco, qui apud Varr.lib.de re ruſt.2.ita ſcriptus eſt: IN EMTIONIBVS IVRE VTIMVR EO QVOD PRÆSCRIPTVM EST. quo verbo conuentionẽ intelligi ſiue ſcriptam ſiue nuncupatam, nemo inficiabitur. Verùm intelligendum eſt quantum ad §.ſi quis ſeruum: primùm Florent.libros vtróque loco PROSCRIPTVM habere, vt nihilo magis illis liceat PRÆSCRIPTVM, quàm mihi PERSCRIPTVM reſtituere. quod multo & aptius & cõmodius eſſe, nemo qui Latinæ linguæ conſuetudinem norit, non videbit. ac pari ratione PROSCRIPSERVNT legimus apud Paullum in l. 71. D. pro ſoc. vbi conſtat legendum eſſe PERSCRIPSERVNT. Deinde cùm Pręſcriptum ab Eo quod conuenit ſeparet, àn non apertè oſtendit, illo verbo conuentionem litteris mãdatam deſignari: hoc verò eam quæ ſcripta non eſt? Quod cùm ita ſit PRÆSCRIPTVM CONVEXTIONIS illo loco intelligi generaliter non poteſt, pro lege conuentionis, vt Varro locutus eſt: ſed ſpecialiter intelligendum eſt de legis conuentione ſcripta, & litteris conſignata: vt facilè appareat locum illum Pomponij qui ſcriptas conuentiones à nuncupatis diſtinguit, nihil prorſus ad hanc diſputationem pertinere. Acrius multò vrget Varronis locus, quaſi Præſcriptis verbis actio dicatur, quæ ex præſcriptis & conceptis conuentionis verbis informatur, ſicuti dicimus Actionem informari pactis in continenti adpoſitis. nam PRÆSCRIPTVM apud Varronem idem eſſe, quod apud noſtros PACTVM CONVENTVM nemo negauerit: ſicuti Præſcriptum legum publicarum dicimus, pro præcepto & iuſſu, l.eos qui, 27.D.de falſ. Quinctil. 4. cap. 1. Demoſthenis pro Cteſiphonte, vt ſibi dicere ſuo potius arbitrio liceat rogantis, quàm eo modo quem accuſator actione præſcripſerat. Suet. in Claudio: Nec ſemper præſcripta legum ſecutus, duritiem multarum ex bono & æquo moderatus eſt. nam & iis qui apud priuatos iudices formula excidiſſent, reſtituit actiones. Quod enim illo loco interiectum eſt, PLVS PETENDO, nihil adfirmo, ſed ſuſpicari aliquis poſſet, ex gloſſa ſumtum eſſe.

A § 26 Vtcúmque ſit, huic quoque coniecturæ, multa obſtant. primùm illa coniugati abſurditas, quam modò commemoraui. nam ACTIO EX PRÆSCRIPTO vel EX PRÆSCRIPTIS VERBIS dicenda fuiſſet, non autem ACTIO PRÆSCRIPTIS VERBIS: vt ACTIO EX FACTO, EX STIPVLATV, EX RECEPTO, EX CONSTITVTO. deinde iſta ratione omnes actiones quæcúmque ex pactis conuentis in continenti adpoſitis informarentur, atque ex præſcripto legis,
B & pactorum conciperentur, PRÆSCRIPTIS VERBIS dicendę eſſent. quo nihil alienius dici poſſe, documento eſt l.2.§.nunc de officio, D.de eo quod cert.loc. vbi Vlp.ait, iudicem in actionibus ſtrictis (à quibus harum actionum natura longiſſimè abhorret) præſcripto contractus adſtrictum eſſe, cogíque illi ſeruire, neque ab ea diſcedere illi licere. Huc accedit l.1.§.igitur, D.de exerc. ſed præſertim l.in commodato, 17.§.1.D.commod. vbi dicitur, in commodato præſcribi ſolitum vtendi modum: & ſecundum
C illud præſcriptum actionem inſtitui. An igitur præſcriptis verbis? nihil profectò minus: ſed directam commodati: nam quæcumque in bonæ fidei contractibus nominatim conuenerunt, ea directa contractus actione petuntur, l.ex emto, 11.D.de act.emt.l.ſcimus, 43. De pact. veluti, ſi in emtione conuenerit, vt preciũ augeatur aut deminuatur, directa emti venditi actio eſt, l.pacta, 72.D.de cõtr.emt.l.2.D.de reſc.vend. ſi conuenerit, vt niſi precium intra certum tẽpus ſoluatur, res inemta ſit, eadem datur actio, l.4.D.
D de lege commiſſ.l.3. C. de pact.int.emt. quinetiam ſi pactum fuerit de reſoluenda venditione, veluti vt ſi res intra certum tempus diſplicuerit, inemta ſit, tamen ex emto competit actio, l.3. D.de contr.emt.l.6. D.de reſcin.vend. Neque obſtat quod Paullus ad Sabinum adiecit, etiam eo nomine proximam emti in factum actionem dari: quod idem traditur in l.2.C. de pact.int.emt. quia tum non quaſi emtio ſpectatur, ſed quaſi ob cauſſam datum: nimirum quaſi Do vt facias: Vendo tibi vt ſi diſplicuerit, reſtituas.
E Atque ita videmus alio loco Præſcriptis verbis actionem cum Directa concurrere: in l.Labeo, 50.D. dę contr.emt. Emo abs te Bibliothecam, ſi Decuriones mihi locum ad habitandum dederint. per me ſtetit, quominus dent. Si conuentio hæc vt emtio venditio conſideretur, ex emto competit actio: ſin vt ob cauſſam datum, perſcriptis verbis. Similem huius actionis concurſum videmus cum actione ex locato, conducto, l. 5. §. nunc vidend. D.commod. Item cum communi diuidundo, l.ſi conuenerit 25.
F D.comm.diu. Perſpicuum eſt igitur, perſcriptis verbis actionem non idcircò adpellatam eſſe, quod ex quouis præſcripto & pacto conuento concipiatur: ſed certas eſſe conuentiones & abnormes contractus, ex quibus ſolis detur.

Quamobrem iſta actiones modò ciuiles, modò in factũ, modò incerti vel incertæ nominentur. Cõuentionum cauſſariarum in vniuerſum genera quattuor: Do vt des, Do vt facias: Facio vt des, Facio vt facias. omnéſque per-
G *ſcriptis verbis actiones eſſe Bonæ fidei. Locus è Cic. pro Cælio emendatus.*

CAPVT V.

§ 27 NVNC proximum eſſe arbitror, vt oſtendamus, quamobrem iſtæ perſcriptis verbis actiones modò Ciuiles, modò In factum, modò Incerti, aut Incertæ

Incertæ adpellantur, velut in l.7. in princ. D. de pact. nam Ciuiles quidem idcircò dici arbitror, non tam quia iuris ciuilis ſunt, l. permiſiſti, 16. D. de perſcrip. verb. quàm quia ciuile negocium, id eſt ciuitatis moribus comprobatum geſtum fuerat, l.1. D. de æſtim. quod Vlpianus Synallagma & ciuilem obligationem vocat, d.l.7. D. de pact. Paullus verò in l.5. D. de perſc. verb.

¶ 28 In factum autem idcircò adpellantur, quòd factum, id eſt res inter agentes ſeu contrahentes geſta ab actore perſcribitur, l.6. C. de tranſaction. Incertæ autem ideò dicuntur, vt in l.6. C. de rer. permutat. l.3. C. de inut. ſtipul. quoniam cùm ex incerto contractu naſcantur, vt ſup. dictum eſt, proprium actionis nomen non habent: vt ait Papinianus, l.1. D. h. tit. nullæ illarum adpellationes iure ciuile proditæ ſunt: ait Iulianus, in l.3. eod. quia nonnumquam conuentionis eiuſmodi ſpecies occurrit, & tam multorum contractuum adfinis, ſed tamen, vt ſæpè iam diximus, abnormis, vt vix ac ne vix quidem ab illis internoſci poſſit. cuiuſmodi eſt Æſtimatoria, vt patet ex l.1. D. de æſtimat. Itaque ne qui perperam ageret, & non idonea formula vteretur, amittendæ litis periculum adiret: Iuriſconſulti ad maiorem cautionem iſtas perſcriptis verbis actiones inſtituerunt: quod his peruulgatis verbis ſignificāt: TVTIVS EST, vel MELIVS EST, l.5. §. pen. l. ſi gratuitam, 17. l. rogaſti, 19. l. Titius, 24. D. hoc tit.

¶ 29 Cur autem Incerti condictiones adpellentur, vt in l. duo, 19. §.1. D. de prec. hæc cauſſa eſt, quoniam per eas id quod intereſt exigitur, quod incertum eſſe conſtat, l. vltim. D. ſi quis in ius voc. l. & ideò, 12. §. vltim. D. de cond. furt. Deinceps etſi inſtitutæ diſputationi ſatisfactum arbitror, tamen non alienum videtur, aliquot harum actionum exempla proponere. Primùm autem illud præmuniendum eſt, Conuentionum omnium quibus cauſſa ſubeſt, quibus συνάλλαγμα contrahitur, ſiue illę nomen habeant, ſiue non habeant, ſumma genera eſſe quattuor: Do vt des: Do vt facias: Facio vt des: Facio vt facias, l.5. §.1. D. de perſc. verb. de quibus ſingulis eo quem propoſuimus ordine diſſeremus.

¶ 30 Ac primū de DO VT DES: ex quo cùm quædam negocia recepta in leges antiquas, atque ab iis certo iure publico conformata fuiſſent, veluti emtio, & venditio, depoſitum, commodatum: tum verò alia, vt ſup. diximus, innumera prætermiſſa fuerunt: è quibus Permutatio eſt, quæ emtioni & venditioni proxima dicitur: id eſt quaſi abnormis emtio & venditio: quoniam illa merce & precio, hæc rebus conſtat, l. penult. C. de rer. permut. Itémque Precarium quod Commodato proximum dicitur: id eſt, quaſi abnorme commodatum, in l.1. D. de precar. qua de cauſſa nulla illorum nomine prodita antiquitus actio eſt, l.1. D. de rer. permutat. l. interdictum, 14. D. de prec. Licebit igitur actori rem vti geſta eſt planè perſcribere, atque illis perſcriptis verbis actionem intendere, d.l.1. & l.2. l. duo in ſolidum, 19. §. vltim. D. de prec. Ex eodem genere illa conuentio eſt, vt ſi vendita res intra certum tempus diſplicuerit, reddatur. nam proxima Emti in factum dabitur: ait l.6. D. de reſcindend. vendition. Ad Commodati quoque ſimilitudinem accedit conuentio, vt in alieno habitetur, l. ſi gratuitam, 17. D. hoc tit. l.1. D. commodat. Item vt duo alternis diebus alter alterius boue ad ſuum fundum a-

A randum vtantur, d.l.17. §. ſi cum vnum. item cùm res inſpectori datur, l. eum qui, 10. §.1. D. eod. vnde ſequitur, contractum innominatum ſequi naturam nominati, cui ſimilis ac finitimus eſt. Societati autem gemina eſt conuentio partiaria: veluti Coloni, qui partibus colit, l. ſi merces, 25. §. vis maior. D. locat. vel paſtoris quocum fœtus communicatur, l.8. C. de pact. Item conuentio, vt is, cui rem vendendam certo precio dedi, quo pluris vendiderit, ſibi habeat, l. ſi tibi rem. 13. D. h. t. l. ſi margarita, 44. D. pro ſoc.

B ¶ 31 Sequitur genus, DO VT FACIAS, ſub quo receptum Legibus antiquis negocium eſt Locationis & Conductionis: cùm & opera eiuſmodi eſt, quæ mercede conducatur, & merces in pecunia numerata conſtitit. quo caſu directæ Locati & Conducti actiones conſtitutę ſunt. quòd ſi vel factum mercenarium non eſt, vel merces non in pecunia conſiſtat, tum perſcriptis verbis agendum eſt: veluti cùm quid datum eſt, vt ſeruus manumittatur, vel vt filius emancipetur, l.5. §.1. l.7. D. de perſcr. verb. l.1. D. de cond. C cauſ. dat. aut cùm menſor agrum admenſus eſt, & modum renunciauit. nam eius opera magis honoraria quàm mercenaria eſt, l.1. D. ſi menſ. falſ. vel piſtrinarius, cui cuſtodiendus ſeruus datur pro cuſtodia ſerui operis vtitur, l.1. §. ſi quis ſeruum, D. depoſiti. Sub hoc autem eodem articulo alij quoque illi continentur, de quibus eſt in l. Senatus, 35. §.1. D. de mort. cauſſ. don. DO VT FACIAM: hoc eſt, vt mihi per te facere liceat. DO VT L. TITIVS FACIAT: veluti, do virgini, vt eam L. Titius vxorem D ducat, l.7. §.1. & ll. ſeqq. D. de cond. cauſ. dat. Poteſt etiam addi NE FACIAS: veluti ne ad iudicem eas: ne ſeruum alienes, l.3. D. de cond. cauſ. dat. l.3. C. eod. At illud tertium, VT ALIQVID CONTINGAT, id eſt, ſi quid contingat, ſi tibi filius naſcatur, ſub hoc articulo non continetur: quia condicio hæc eſt, non modus. Modus eſt per VT vel NE: condicio per SI, vt in Rubr. Cod. de don. quæ ſub mod. & in Rubr. D. de cond. & demon. itémque in l. ſin autem, 29. D. de leg. 1. Propterea autem condi- E cionem non recipimus, quia condicio dationem ſuſpendit, vt patet ex donationibus cauſſa mortis, l. non videtur, 32. D. de mort. cauſ. don. at hîc dationem aut factum perfectum requirimus, l.1. D. de rer. perm. nam pactum de dando aut faciendo, per alterutrius dationem aut factum euadit contractus, l.3. D. de cond. cauſ. dat. l. legem, 9. C. de donat.

¶ 32 Sequitur illud genus FACIO VT DES: ſub F quo legibus antiquis recepta locatio & conductio fuit. Pingo tabulam aut veho merces, vt tantum ſoluas. neque meo iudicio dubitari poteſt, quin FACIO VT DES cum illo ſuperiore DO VT FACIAS conuertatur. Nam etſi locatio & conductio magis ex datione, id eſt, pactione mercedis, quàm ex facto initium ſumat: qua de cauſſa merces Auctoramentum dicebatur: tamen poſt conuentionem ſæpius opera præcedit, merces ſequitur. vnde Merces quæ ante opus effectum datur, prærogari dicitur, id eſt, vt Seneca loquitur, in anteceſſum dari, l. G ſed addes, 19. §. ſi quis cum. D. locat. Nonnulli tamen caſus ſunt, quibus dici propriè locatio & conductio non poteſt. velut in illa ſuperiore ſpecie, ſi quis ſeruum manumiſerit: ex qua an nulla, aut verò quænam competat actio, magna quæſtio eſt: de qua puto ne inter veteres quidem Iuriſconſultos conſtitiſſe. Nam Paullus

in d.l.5.§. at cùm dot.in fin.D. de perſcr.verb. Iuliani ſententiam probat, vt vel de dolo, vel eius ſubſidiaria in factum detur, quaſi geſtum ciuile negocium non fuiſſet:propterea quòd eius generis factum erat, quod in locationem non cadebat. Mauricianus verò contractum ſynallagma diſputabat: cui, vt ſuperius dictum eſt, Vlpianus adſtipulatur, non modò in l.7.D. de pact. verumetiam in l.3. in fine princip. D. de cond.cauſſ.dat. cui ſiquid mei iudicij eſt, adſentior; propter regulam, vt quotieſcumque aliquid certa lege datur, aut fit, toties contractum ſynallagma, id eſt geſtum negocium dicatur, l.2. D.de condict. indeb.l.Senatus,35. verſ. Ergo qui mortis, D.de mort.cauſſ.donat. quamuis id factum nihil ei qui fecit obſit. veluti cùm quis furem qui in fuga eſt, indicauit, l.ſolent,15.D.de perſcrip.verb.Præterea cùm Papinianus ciuile negocium eſſe adfirmet, ſi quid datum eſt, vt ſeruus manumittatur:quidni ex aduerſo ciuile quoque negocium diceretur, ſi ſeruus manumiſſus eſt vt aliquid detur? l.7.D.h.tit.Paulli tamen, id eſt Sabinianorũ, vt opinor, ſententiam ſecutus eſt Imper.in l.4. C.de dol. mal. quæ ad illud manumiſſionis factum ſpecialiter pertinet: neque aliorſum diſtorquenda eſt. nam Proculianos Vlpianus auctores laudat, in d.l.3. D.de cond. cauſ.dat. Et has contentiones Paullus quoque Caſtrenſ.animaduertit in d.l.5.D.de perſcrip.verb. vbi non irridiculè ſcribit, ſi Paullus Iuriſc.reuiuiſceret, eum ſatis in illis ænigmatis diſſoluendis negocij habiturum. Quantum autem ad ceteras omnes factorum ſpecies, id eſt quæ in locationem & conductionem cadunt, ingenuè fateor, me à communi receptáque ſententia vehementer diſſidere, ſempérque diſſediſſe: vt iampridem in Inſtit. Comment. ſum teſtatus. Quod enim Paullus ſcribit, Si faciam vt des, & poſteaquàm feci, ceſſes dare, nullam eſſe ciuilem actionem, ſed de dolo: nunquam mihi dubium fuit, quin ad proximam ſuperiorem ſpeciem, de ſerui manumiſſione, reuocandum ac reſtringendum eſſet, in quo, vt dixi, Paullus Sabinianos ſecutus eſt. Nam ecqua tandem fingi cauſſa poteſt, quamobrem ciuile negocium ſit, ſi nauta onus vnum accipiat, vt decem vehat: non ſit autem ſi decem vexerit, vt vnum accipiat? cur contractum ſynallagma ſit, ſi dem tibi vnã ex meis inſulis, vt alteram reficias: non ſit autem, ſi vnam ex tuis refecero, vt mihi alteram des? l.6.D.de act.emt. l.6. D. de perſcr.verb. cur ciuile negocium geſtum dicatur, ſi ex pacto prius conuento maritus vxori pecuniam det, vt ſe in prouinciam ſequatur: non ſit autem ſi mulier profecta ſit, vt ei maritus ex eodem conuento viaticum ſoluat? l. inter ſocerum, 26. §.conuenit, D. de pact.dot. cur contractum negocium ſit, ſi decem accepero, vt tibi ſeruum qui in fuga eſt,indicem: non ſit ex contrario, ſi ſeruũ indicaro, vt decẽ accipiam? l.ſolent,15. D.h. tit. vbi perſpicuè Vlp.ex hac quoque parte geſtum ciuile negocium adfirmat,ex eóque perſc.verb. actionẽ competere,tametſi ad extremũ non corrigendi, ſed amplificandi cauſſa ſubiungat, Si tamen dolus adpareat, de dolo agi poſſe.quamquam quid verbis opus eſt? nam Vlp.negocium cõtractũ etiam in illo facto numerat, cùm quis ſeruum,vt aliquid ſibi daretur,manumiſit. Quæſtuoſi quidẽ ſunt omnes cõtractus,nã lucricauſſa fieri ſolẽt,vt ait l.actionum,25.§.1.D.de obl.& act. Non videbatur autẽ Iuliano,nõ Paull.nõ,opinor,Sabinianis,cõferri in queſtũ poſſe manumiſſio.At Vlp. &,vt opinor,Proculiani omnes cõferri quidẽ in queſtũ & nundinationẽ manumiſſionis beneficium non debere fatebantur: Sed non improbandã pactionem pauperis hominis, cui vt ſeruum ſibi vtilem manumittat,pecunia promittitur. eóque pertinet imaginaria emtio ſerui, qui ſuis numis emitur, l.4. D.de man.vind. nam iſto eodem modo videmus nuptias, quarum dignitas à lucro & quæſtu abhorret, l.ſi is qui,13. C.de poſtl.reuerſ.l.4.C.de don.ant.nupt.pecuniariam tamen conuentionem admittere, l.ſi ita ſtipulatus,97.§.vlt.D.de verb.obl.l.4. C.de cond.in ſer. l.turpia,54.D.de leg.1.

§ 33 Quare vt ad poſtremum genus accedamus, *Facio vt facias*, Paullus eodem illo loco demonſtrat, ſub hoc capite mandatum receptum fuiſſe: quippe cùm hoc mutuum mandatũ eſſe intelligatur, vbi alter alteri aliquid ſui negocij viciſſim mandat. Sed qa mandatum gratuitum eſſe oportet, l.1. D.mand.hæc autem conuentio merè gratuita non eſt: propterea non mandati dabitur actio, ſed in factum ciuilis, in id quod intereſt, d.l.5.§.ſi faciam, D.eod. Quo loco notandum eſt,quod Paullus ſcribit,Si inter nos conuenerit,vt tu tuum, ego meum ſeruum manumittã, ciuile negocium eſſe:& ſi meum manumiſero.tu tuũ manumittere nolis, perſcriptis verbis mihi actionẽ dari, in id quod mea interfuit ſeruum habere quem manumiſi. Quod ſi ita eſt,quæri poſſet,quamobrem conuentio,vt ſi manumiſero,decem des,ciuile negocium non ſit:at ſi manumiſero vt manumittas,ciuile negocium ſit. nam ſi quis diceret moribus ciuitatis receptum non eſſe,vt manumiſſio locetur,quæ liberale officium eſt: at moribus ciuitatis receptum eſſe, vt naturalis obligatio naſcatur ex illa conuentione, vt pro liberalitate liberalitas reddatur,l.ſed etſi lege, 25.§.conſuluit, D.de her.pet.referri ex aduerſo poterit,quia moribus ciuitatis receptum eſt, vt ciuile negocium ſit,cùm do ſcyphos vt manumittas:non alienum ab iiſdem moribus videri, vt ciuile negocium viciſſim dicatur, cùm manumitto vt des: ſiquidem relatorum par eadémque ratio eſt: quẽadmodum olim in Scholis diſputari ſolebat, Si portorium Rhodiis locare honeſtum eſt, etiam Hermacreonti conducere honeſtum eſt. Niſi fortè quis in locato & cõducto conſiſtere ab vna parte obligationem diceret: quod in bonæ fidei contractibus abſurdum eſſe, cõſtat ex l.2.D.de obl.& act.l.1.D.de reſcin.vend.

§ 34. Ad extremum ne illud quidem omittendum videtur,hac eadem diſputatione veterem meam ſententiam confirmari, omnes perſcriptis verbis actiones,quę his quattuor innominatis articulis cõprehẽduntur,bonæ fidei eſſe. propterea quòd conuẽtiones iſtæ nominatorum cõtractuum, qui bonæ fidei ſunt, adeò ſimiles,adfines,ac propinquæ ſunt,vt interdum ab illis non internoſcantur. itáque vt permutatio propriè emtio non ſit, at quaſi emtio habetur, ſiue abnormis emtio, l. ſciendum, 19.§. pen. D.de ædil. edict. vt precarium propriè commodatum non ſit, aut habitatio gratuita, tamen quaſi commodatum habetur,l.1.D.de precar. l.1. D.commod. Quæ verò eiuſmodi ſunt,vt ſint quaſi contractus bonæ fidei, in bonæ fidei contractuum numerum referuntur. veluti negociorum geſtio & tutela, §. actionum,De actionib.Iuſtinian.igitur in d.§.actionum,Æſtimatoriam & permutationem non ad reſtringendum, ſed potius ad explicandum ac dilatandum genus ſubiunxit. Quòd ſi Imperat.duos illos ſolos bonæ fidei eſſe ſtatuiſſet, quid de precario diceremus, quod bonæ fidei eſſe conſtat & perſcriptis verbis actionem

nem parere, l.2.D.de precar.quid de conuentione, vt colonus pro mercede annua certum olei pondus præſtet.quæ bonæ fidei eſſe dicitur in l. ſi olei, 21. C. de loc.& conduct. neque me verbum *Locaſti* mouet, quo Imp.in illa lege vtitur.Nam eodem modo verbũ *Vendendi* vſurpatur in l.6.D.de pſcr.ver.in ea ſpecie, quæ etſi propriè venditio eſſe negatur, tamen, quia quaſi venditio eſt,bonæ quoq; fidei haberi debet.Præterea quid dicemus de quauis ália partiaria conuentione,quę quaſi ſocietas eſſe dicitur?in l.ſi merces,25. §.vis maior,D.loc.& non obſcurè demonſtratur per ſcriptis verbis actionem parere, in l.ſi paſcenda,8. C. de pact. Quid de cõuentione vt gratuita concedatur habitatio,quæ quaſi commodatum eſſe dicitur? in l. 1.D.de precar.l.ſi gratuitam,17.D.de perſc.ver.vel de conuentione, Do vt facias? Vendo tibi meam inſulã, vt aliam reficias.quæ proxima emtioni.i.quaſi emtio eſſe dicitur,in l.6.D.de perſc.ver. l.6.D.de reſc.vend. Nam ferè quæ per vocem *Quaſi* nunciantur,eiuſdem iuris ſunt, cuius ea ſunt, quorum reſpectu ſic enunciantur, l.ſi pater,15. §.1. D.de adop. veluti Quaſi pignus eiuſdem iuris eſt,vt pignus,l.Iulian.13.§.offerri, D.de act.emt. & fideicommiſſarius quaſi heres habetur,§.3.De fideic.her. l.mulier,22.§.vlt.D.ad Trebell. eodémque modo vſusfructus pecuniæ,quaſi vſusfructus,§.2.De vſufr. l.2.D.de vſufr. ear.rer. & quaſi caſtrenſe peculium, l.vlt.C.de inoff.teſta. & quaſi Seruiana,eodem iure quo Seruiana, §.item Seruiana,De action. Denique,vt Vlp.ait, natura rerum plura ſunt negocia,quàm vocabula. Plures, inquit Senec.lib.de benef.2.ſunt res quàm verba. ingens copia eſt rerum ſine nomine:quas non propriis adpellationibus notamus,ſed aliunde commodatis.

§ 35 Quemadmodum igitur ſuperius diximus, cùm priſcis illis temporibus directæ ac ſollemnes actionum formulæ paucæ, & certæ, & notis deſignatæ eſſent,ſi qua eiuſmodi cauſſa incidebat,de qua neque nominatim legibus cautum, neque vlla conſtituta ſollemnis formula fuerat, manifeſta tamen æquitas, publicáq; vtilitas poſtulabat, vt qui iuridicundo præerat,eius rei iudicium daret : moris fuit, vt in libello factum & res quemadmodum geſta fuerat exponeretur:in eáque verba magiſtratus iudicium conſtitueret, actionémque daret:quæ quoniam non notis,vt directæ & ſollemnis, ſed plenis exaratæ verbis ac litteris edebantur, perſcriptis verbis dicebantur: cuiuſmodi negocium fuiſſet, de quo diſceptabatur:ſi modò nominatum in legibus nõ fuiſſet : promiſcuáque hæc erant actionum illaram nomina, Vtilis,In factum,Perſcriptis verbis.Poſt verò progreſſu temporis, quemadmodum innumeris aliis in rebus factum eſt, ambiguitatis tollendæ cauſſa inſtitutum fuit, vt quæ propius ad directas accederent, Vtiles præciſè dicerentur:& tamen Directarum ſuarum nomẽ mutuarentur : quæ verò ad delictorum ſpeciem accederent, In factum prætoriæ : at quæ ex innominatis ciuilibus negociis darentur, proprium hoc ac præcipuum nomen retinerent, vt ſolæ perſcriptis verbis dicerentur.

§ 36 Et quoniam ſuperius crimina quæ publicorum iudiciorũ legib. notata erant,docuimus ex Cic. oratione pro M. Cælio dici ſolita nomen habere:nõ prætermittendum ne illud quidem videtur,in eadẽ oratione pro *Hominem* videri reponendũ eſſe *Nomen*, in illo loco:Aliud eſt maledicere, aliud accuſare.Accuſatio crimẽ deſiderat, rẽ vt definiat, *Hominẽ* vt notet,argumẽto probet, teſte cõfirmet. maledictio autẽ nihil habet propoſiti præter contumeliam.Neque.n. vlla,quantum ad perſonam notandã inter Accuſationem & Maledictionem differẽtia eſt.In vtráque perſona notatur. Verùm in illo differentia eſt,quòd Accuſatio certum criminis nomen notat,& legẽ quæ de illo iudiciũ cõſtituit,deſignat : veluti maieſtatis,ambitus,peculatus,repetundarũ,inter ſicarios,&c. Atq. hoc eodẽ modo Demoſth. pro Cteſiph.in illo loco, quem imitatus Cicero videtur:*Τὴν μὲν κατηγορίαν ἀδικήματ᾽ ἔχειν ὧν ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ τιμωρίαι.* Quare & veterem illam ſententiam,& hanc de perſcriptis verbis coniecturam noſtram tantiſper retinebimus, dum eruditioris alicuius contraria, & , vt ſpero, modeſta diſputatione melius ac certius aliquid in hoc genere didicerimus. Nobis enim præclarũ illud Corn.Celſi videtur,qui li.8.c.4.ita ſcribit: Aliquoties ſe deceptũ eſſe Hippocrates memoriæ ꝓdidit:more ſcilicet magnorũ virorum,& fiduciã magnarũ rerum habẽtium. nã leuia ingenia,quia nihil habẽt,nihil ſibi detrahũt. Magno ingenio,multáq.nihilominus habituro,conuenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio.

DISPVTATIO

DE QVARTA FALCIDIANA.

1 *Ratio & occaſio ſanctiæ legis Falcidiæ.*
2 *Incommoda legum Furiæ & Voconiæ.*
3 *Verba l.Falcidiæ.*
4 *Inſigne mendum ſublatum ex l.1.D.ad l.Falcid.*
5 *Mos antiquorum ſcriptorum in proferendis legibus.*
6 *Baldi proba correctio.*
7 *Quattuor l.Falc.capita.*
8 *Detractiones ad exemplum Falcidiæ inſtitutæ.*
9 *Propoſitio inſtitutæ commentationis.*
10 *Definitio Falcidianæ quartæ.*
11 *Perſonæ,quibus ea conueniat.*
12 *Productio l.Falcidiæ.*
13 *Verba l.quomodo accipienda.*
14 *Res,quæ Falcidiana continentur.*
15 *Legatum quid intelligatur.*
16 *Correcta l.alienus,61.D.ad l.Falc.*
17 *Quid in quartam heredi imputandum.*
18 *Fideicommiſſa ſingularia an ad Falcid.reuocanda.*
19 *An mortis cauſſa donationes.*
20 *An mortis cauſſa capiones.*
21 *Nouáne Iuſtiniani ſit,ſupra mortis cauſſa capionibus, Conſtitutio.*
22 *Falcidianæ ad donationes à ſe irritas productio.*
23 *Quibus legatis Falcidia non detrahatur.*
24 *Ante detractionem, quid ex hereditate deducendum.*
25 *As hereditatis à quo tempore æſtimetur.*
26 *Legatis duplici inſtrumento relictis vna tantùm Falcidia detrahenda.*
27 *Vera l.in ratione, 11. §.quod vulgò, D.ad l.Falcid. lectio.*
28 *Explicatus §.quod vulgò,D.eod.*
29 *Legatorum contributio,ſeu coniunctio.*
32 *Mendum in §.quod vulgò,l.11. D.ad l.Falc.*

31 *Reſtituta l.1.§.ſi is qui,D.ad Trebell.*
32 *Vltra patrimonij vires neminem onerandum,quomodo accipiatur.*
33 *Fructus quartæ ad quem pertineant.*
34 *Arbiter Falcidiæ quis & qua fini inſtitutus.*
35 *Ius Falcidiæ triplex.*
36 *Quæſtio l.quod bonis,15.§.1.D.ad l.Falc.*
37 *De imputationibus.*
38 *Ratio generalis, ad omnes communis imputationes.*
39 *Donationes an inter hereditates numeranda.*
40 *An dos.*

Occaſio & origo legum Furiæ,Voconiæ,Falcidiæ:& notabilis correctio l.1.D.ad l.Falcid.Legum verba plerúmque ex ſententia ſolita proferri. Falcidiæ quattuor capita:& ad exemplum eius variæ detractiones. tum partitio operis.

Capvt I.

§ 1 Cvm infinita teſtatoribus poteſtas de ſuis rebus ſtatuendi vetere illa XII.tab. Lege permiſſa eſſet, VTI. QVISQVE SVÆ REI LEGASSIT, ITA IVS ESTO:ſæpenumerò accidebat, vt teſtatores qui maximam ſui patrimonij partem in legatis conſumſerant, herede deſtituerentur. quippe, qui eorum hereditatem adire ob nullum aut minimum aliquod lucrum recuſaret.Ex quo eueniebat, vt nulla deſerti teſtamenti pars exitum haberet: legatáque ipſa interciderent,l.1.§.1.D.cont.tab.l.1.D. de ſuis & legit.l.1.D.de iniuſt.rup.

§ 2 Itaque duæ vetuſtis temporibus leges latæ ſunt, Furia nimirum & Voconia:quæ illi incommodo mederentur. Certam enim legandi ſummã vtraque definiuit, quam excedere in vnius legatarij perſona non liceret: ne plus ſcilicet vni legatario quàm heredi attribueretur. §.1. ad leg.Falc.& apud Vlp.tit. regul.1. Verumtamen illud incommodi relinquebatur,quòd ſi plures eſſent legatarij, quamuis nihil eorum cuique amplius quàm heredi attributum eſſet, tamen multæ coniunctæ partes totam propè hereditatem abſumebant. Cùm igitur lex XII. tab.neque modum neque finem legatis præſtituiſſet; Furia verò & Voconia modum iis, non autem finem impoſuiſſent, tandem aliquando lex Falcidia lata eſt,quam L. Falcidius Trib.pleb.Cn.Domitio,L.Aſinio Coſſ.anno ab vrbe condita DCCXIII. Triumuiris Rempub. obtinentibus, rogauit plebemque ſciuit: ne plus dodrante in legatis conſumeretur:hoc eſt,ne triplo amplius in legatis,quàm in heredis inſtituti parte.

§ 3 Verba autem legis Paullus in l.1.D.ad leg.Fal. hæc edidit:Quicumque ciuis Rom.poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, is quartam cuique ciui Ro.pecuniam iure publico dare legare volet,ius poteſtaſque eſto:dum ita detur legetur, ne minus quàm partem quartam hereditatis eo teſtamento heredes capiant. Iis quibus quid ita datum legatum erit, eam pecuniam ſine fraude ſua capere liceto. Iſque heres qui eam pecuniam dare iuſſus, damnatus erit, eam pecuniam debeto dare,quam damnatus eſt.

§ 4 Priuſquam autem in eius legis interpretationem ingrediamur, operæprecium eſt mendum quoddam ex illo Pandectarum loco, in quem illa relata eſt,tollere. Septem enim verſus totos ab imperito aliquo ſcriptore in Paulli verborum contextum inductos eſſe arbitror: eos videlicet omnes,qui præter ea, quæ modò ſubſcribemus, leguntur. Sic enim Paulli locum reſtituẽdum eſſe arbitramur:*Lex Falcidia lata eſt,quæ primo capite liberam legandi facultatem dedit:* ſecundo capite modum legatorum conſtituit,his verbis,*Quicumque ciuis Romanus poſt hanc legem &c.* Eius autem opinionis noſtræ hæ ferè cauſſæ ſunt. Primùm,quia verba illa, *Liberam legandi facultatem dedit,vſque ad dodrantem:* nihil aliud ſignificãt, quàm illa, *Modum legatorum conſtituit.* Deinde quia illi quattuor verſus,qui quaſi ex legis verbis ſubiuncti ſunt,nihil ab inſequentibus diuerſum continent. Vnde igitur, dicet aliquis, mendum illud fluxiſſe exiſtimabimus?nimirùm cùm Paullus prima legis Falcidiæ verba,nõ plenè & fuſè,ſed præcisè, &, vt moris eſt, de memoria poſuiſſet: Irnerius autem aut quiuis alius verba ipſa & litteras integras primi capitis alio quodam in loco reperiſſet, ea hunc in locum referenda putauit.Quod ei tamen infeliciter cecidit.nam vitiosè quoque ipſa & mendosè deſcripta ſunt.

§ 5 Moris autem fuiſſe ſcriptoribus antiquis, vt legum verba non totidem litteris, ſed plerumque ex ſententia proferrent, vel ex illo ſuperius commemorato XII.tab.capite intelligi poteſt,quod quadrupliciter ab antiquis editum eſt. nam Vlpianus quidem in Regul.ſic illud edidit: *Paterf.vti legaſſit ſuper re ſua,ita ius eſto.* At in l.verbis,De verb.ſign.& §.1.ad leg.Falcid.ita profertur: *Vti legaſſit ſuæ rei,ita ius eſto.* A Cicerone autem lib.de Inuent.2.hoc modo: *Vti ſuper familia pecuniáque ſua legauerit.* A Iuſtiniano verò Nouell.22.alio item modo: *Vti legaſſit quiſque de re ſua &c.* Similiter alterum eiuſdem legis caput: *Si paterf.inteſtato moritur, adgnatus proximus familiã habeto:* alibi ſic prolatum eſt: *Familia pecuniáque eius adgnatorum gentiliúmque eſto.* Quod idem etiam in eo edicto accidiſſe,quod eſt de coniungendis cum emãcipato liberis, facile intellectu eſt ex collatione l.1. D.de coniung.& l.5.D.ſi tab.teſt.null.exſt.

§ 6 Atque hæc quidem ita ſcripſeram: cùm aliquanto poſt animaduerti Baldum in l. filius quem, C.famil.erciſc.Falcidiæ legis noſtræ verba hæc ſola, quæ iam commemorauimus,edidiſſe:& pro *detur legatum,* (quod in vulgatis libris legitur) repoſuiſſe, *Detur legetur.*

§ 7 Huius autem Falcidiæ legis capita quattuor eſſe animaduerto: quorũ primum, quod quaſi procœmium eſſe conſtat, teſtandi libertatem lege XII.tab. inſtitutam, confirmat. Alterum legatis modum imponit. Tertium legatariis cauet, vt impunè, (hoc eſt ſine periculo legis Furiæ & Voconiæ) maiorem deinceps quàm heres ſcriptus partem accipere poſſint. Quartum & poſtremum heredibus ſoluendi neceſſitatem, quam eædem illæ leges ſuſtulerant, imponit: tametſi alia quoque nonnulla prætereà eiuſdem legis capita fuiſſe, argumento eſt l.ſed vſusfructus, 81. D.eod.tit. Nos autem hoc libello potiſſimum eius caput, quod eſt de quartæ detractione explicare conabimur,ſi modò pauca prius de multiplici Falcidiæ genere dixerimus.

§ 8 Intelligendum eſt enim, poſteaquam Falcidia hæc lex obſeruari cœpta eſt, ita probatam illius æquitatem fuiſſe, vt ſenſim ad ipſius inſtar & exemplum

plum complures alię detractiones inſtitutę ſint: quę omnes, adſumto hoc illius nomine, crebrius quàm proprio & peculiari ſunt adpellatę. Nam primùm omnium ad eius ſimilitudinem moribus Iuriſconſultorum auctoritate comprobatis, comparatum eſt, vt de inofficioſis inſtitutionibus quartam detrahere liceret. Poſteà Veſpaſiano imperante, hoc eſt, annis poſt Falcidiam rogatam circiter centum, SC. Pegaſiano cautum fuit, vt idem in fideicommiſſis & vniuerſalibus & particularibus teſtaméto relictis obſeruaretur. Tum deinde D. Pius annis circiter ſeptuaginta interpoſitis conſtituit, vt idem quoque in fideicommiſſis ab inteſtato relictis admitteretur. l. filiusfa. 18. D. ad leg. Falcid. Poſtremò D. Seuerus annis pòſt octoginta ſtatuit, vt idem in mortis cauſſa donationibus valeret. l. ſi mortis, 5. C. ad leg. Falcid. & l. 2. C. de mort. cauſ. donat.

¶ 9 De ſingulis igitur conſiderandum eſt: quamquam cùm mortis cauſſa donationes ad ius legatorũ redactę ſint, & fideicommiſſorum quę ab inteſtato relicta ſunt, eadem planè quę aliorum ſit ratio: ſatius videtur, tripartitam dumtaxat huius tractationis diſtributionem facere: & primùm de ea quę de legatis detrahitur, tum ad ea quę de inſtitutionibus: ad extremum de ea quę ad fideicommiſſa pertinet, ordine & via quadam explicare. nam primo loco de perſonis, quibus Falcidiana quarta conuenit, tum de rebus quę in illam cadunt, poſtremò de ipſius iure diſſeremus. Ergo & via & ratione progrediamur.

Quartæ Falcid. definitio. Loquitur de ſolis inſtitutis: pertinet tamen & ad alios: non legatarios, non fideicommiſſarios, & in ſingulis heredib. abtinet.

Cap. II.

§ 10 QVARTA Falcidiana eſt, quadrans hereditatis quem inſtitutus heres legis Falcidię beneficio legatis dodrantem exſuperãtibus ſibi retinet. Cùm enim aliæ quartæ ſint, quæ ſimiliter ab inſtitutis heredibus retinentur: tùm vero illud ab omnibus diſſimile, & huius noſtræ proprium eſt, vt de legatis detrahatur.

§ 11 Ac de perſonis quidem generatim hoc tenẽdum eſt: Quartam Falcidianam ſolis heredibus inſtitutis lege delatam, atque adtributam eſſe: quẽadmodũ ſecundo capite ſcriptum eſt: *Dum ne minus quarta heredes capiant*. Siue autem primo gradu, ſiue ſecundo inſtituti, hoc eſt ſubſtituti ſint, ſi quidem ad hos hereditas perueniat, nihil intereſt: vt neq; inter ſubſtitutos quidquam intereſt, vtrùm vulgari an pupillari modo ſubſtituti ſint. nam de vulgariter ſubſtitutis exemplum eſt in l. 1. §. id quod, D. hoc tit. De pupillari autem ſubſtitutione in l. in ratione, 11. §. quod vulgo, & ſeq. D. eod.

§ 12 Cùm igitur ſolis inſtitutis quartã lex deferat, ac proinde nihil ad eos qui omiſſa teſtaméti cauſſa hereditatem poſſident, pertineat: tamen cùm ex æquitate, tùm etiam per Prętoris edictum nominatim poteſtas legis inducta eſt, vt ad eos quoque producatur. l. 1. §. ad eos, D. ad leg. Falc. l. 1. D. ſi quis omiſ. cauſ. teſt. Ad legatarios autẽ & fideicõmiſſarios nullo modo producitur: ſiue ſingularum rerum, ſiue vniuerſæ hereditatis fideicõmiſſarij ſint. l. lex Falcidia, 47. §. 1. D. ad leg. Falc. Itaque Vlpia. in l. 1. §. vlt. D. ad Trebell. cùm is qui quadraginta in bonis habebat, trecéta legaſſet, & deductis centũ rogaſſet heredem, vt ſuã hereditatẽ Sẽpronio reſtitueret: reſpondit, Sẽpronium hereditate ſibi deductis centum reſtituta, integra trecenta legatariis præſtiturum. Quamquam autem & Falcidia lex heredis cauſſa lata ſit, nec fideicõmiſſarius eius beneficio vti poſſit, tamẽ ad hereditatis emtorem id pertinere, Paullus apertè oſtẽdit in l. poteſt heres, 71. D. ad leg. Falc. cùm ait, heredem in vẽdenda hereditate cauere poſſe, vt etiã ſi fortè Falcidia locum habeat, ſolida legata præſtentur. quippe, cùm inter ementem & vendentem id agatur, vt neque amplius, neque minus iuris emtor habeat, quã apud heredem futurum eſſet, l. 2. D. de her. vel act. vend.

§ 13 Illud poſtremo loco notandum eſt, quod dicitur, Falcidianę quartæ detractionẽ heredibus adtributam eſſe, nõ de iis tantùm eſſe, intelligendum, qui ſoli heredes ſunt, verumetiã de omnibus, quãtumuis multi ſint, qui modò legatis onerati ſint. ſinguli enim de ſua grauata parte ita quadrantem detrahẽt, vt cùm vniuſcuiuſque portio ad aſſem reuocata erit, quadrãtem ipſi ſibi retineant, dodrantem autem legatariis relinquant. l. in ſingulis, 77. D. ad legem Falc.

Falcidianæ propria ſedes in legatis, qualibus illis cùmque vbi correctio l. 61. D. ad l. Falc. Producta tamẽ eadem etiã ad fideicommiſſa ſingularia, donationes cauſſa mortis, etiam mortis cauſſa capiones. Quibuſdam autem de legatis nihil detrahitur.

Cap. III.

§ 14 PROXIMVM eſt, vt de rebus quæ in Falcidianã cõueniunt, explicemus. prius enim de qualitate, tum poſtea de quãtitate rerũ illarũ diſſeremus. De qualitate igitur ſic habendũ eſt: Falcidianã quartã de legatis detrahi: in iiſq; eam tãquam impropria ſibi & peculiari materia verſari. § 15 Legatum autem intelligitur, ſiue rerũ corporaliũ ſiue incorporalium ſit: & ſiue res diuiduæ ſiue indiuiduæ ſint. Nam cùm indiuiduę res ſunt, ad æſtimationem decurritur, vt in ea, quaſi in re ipſa, dodrantis & quadrantis partitio fiat. l. 1. §. ſi vſusfructus, l. ſi is qui quadringenta, 80. §. vlt. l. lege Falcidia, 7. D. eod. Prętereà legatũ intelligitur, ſiue res in teſtatoris patrimonio fuerint, ſiue non fuerint. De teſtatoris tamen patrimonio ſic accipi oportet, ſi modò res illa teſtatoris voluntate heres præſtet. nã ſi quidẽ ſua culpa plus erogarit, id ſibi imputet. l. 1. §. itẽ ſi, & l. cum pater, 60. §. vlt. & l. ſeq. D. eod.

§ 16 Qua tamen in poſtrema lege negationẽ deeſſe arbitror, vt ſic legatur: *Quod non ex voluntate, &c.* Quin & ſi res cõmunes fuerint, Falcidiæ locus eſt: ita tamẽ vt eam dũtaxat partem quæ teſtatoris fuit, heres præſtare cogatur: alterius nõ cogatur, l. ſerui electione, 5. D. de leg. 1. Prętereà Falcidiæ quoq; locus eſt, quãuis heredis res ſint: quaſi vna teſtatoris & heredis perſona ſit. §. non ſolum, de leg. 1. l. vnum ex familia, 67. §. ſi rem, D. de leg. 2. Et ſi enim fieri cõfuſio videatur, (veluti ſi qui octoginta in bonis habebat, non modò illa omnia, verũ etiam fundum heredis dignũ viginti leget: nam ſi illa confundantur, videtur heres viginti quinq; tantùm detracturus) tamen arbiter adhibebitur, qui patrimonij quantitatẽ æſtimet: l. 1. §. cùm dicitur, D. ſi cui pl⁹ quàm. ſic, vt heres & ſua viginti recipiat, & præterea viginti de octoginta detrahat. *D*e alienis autẽ rebus hoc tenendũ eſt, vt ſi eas vẽdere recuſet dominus, æſtimatio præſtetur. l. non dubiũ, 14. §. vlt. De leg. 3. l. ſi domus, 71. §. qui cõfitetur, De leg. 1.

§ 17 Ruſus ſiue legata purè, ſiue in diem, aut ſub cõdicione relicta ſint: quarta detrahitur: ita tamen, vt ſi qua in diem aut ſub condicione relicta ſint, medij tẽporis fruct⁹ heredi in quadrãtẽ imputẽtur. l. q qua-

dringẽta, 88. §. vlt.l.quod bonis, §.fructus,l.in quãtitate,73.§.in diẽ,l.in lege Falcidia,45.D.eo.veluti,qui ducẽta in bonis habebat,cẽtũ Titio purè,cẽtũ Mæuio ſub cõdiciõe leget.ſi heres purè legato Titio prȩſtito, de reb⁹ Mȩuij fruct⁹ pcipiat vigintiquinq; aureorũ: Titius exſiſtẽte cõdicione prȩſtabit ei dũtaxat viginti quinq;: vt quinquaginta, q hereditatis quadrans eſt, Falcidiȩ nomine percipiat.l.1.§.ſi legata,D.ſi cui plus. & d.l.qui quadringenta. Atq; hȩc quidẽ de legatis.

¶ 18 De fideicõmiſſis autẽ ſingularibus quid iuris? neq; enim aut oratio, aut ſententia Falcidiæ legis ad fideicommiſſa pertinet. Sed quemadmodũ ſuperius dictum eſt, D.Pius, circiter ducẽtis pòſt legem rogatam annis, eius poteſtatam etiam ad fideicommiſſa ſingularia produxit.l.filiusfam.18.D.ad leg.Falc.

¶ 19 Quod idem in donationibus mortis cauſſa circiter octoginta pòſt annis Diuus Seuerus fecit. l. 5. C.ad leg.Falc.l.2.C.de don.cauſſ.mort.

¶ 20 De mortis autem cauſſa capionibus,obſcurior aliquanto quæſtio eſt.quæ tamẽ in aliis mortis cauſſa capionum generibus, quàm quibus heres grauatur, locum non habet. Nam in iis quibus quid heres accipit, nulla ratio eſt.Ergo de mortis cauſſa capionibus,ita diſtinguendũ eſt:vt ſi quidẽ heres teſtatoris iudicio iis grauetur, quartã detrahat:ſin min⁹ nõ detrahat. Teſtatoris autẽ volũtate grauatur,cùm ita demũ iubetur eſſe heres,ſi cui pecuniã dederit: velut in l.pen.C.ad leg.Falc.qui patrimoniũ cẽtũ aureorũ habebat,Titiũ heredẽ inſtituit:ſi modò Mȩuio nonaginta det,Iuſtinianus cõſtituit,vt Falcidia imputetur. cuius rei ȩquitas duplex eſt:primùm quia fraudẽ legi à teſtatore factã cõſtat:deinde quia vtrùm de ſuo,an de teſtatoris patrimonio heres ſoluat,in effectu nihil intereſt.ſemper enim lacuna in eius bonis facta eſt.

¶ 21 Quãuis autẽ ius iſtud nouũ Iuſtiniani cõſtitutione inductũ videri poſſit,vt iã de Iuſtiniano in mortis cauſſa capionibus idẽ ferè dicere poſſimus, quod ſuperius de D.Pio,in fideicommiſsis:& D.Seuero,in mortis cauſſa donationibus:tamen non puto veteres Iuriſcõſultos,nihil de tã perſpicua ȩquitate cõſtituiſſe. Nã huius quoq; caſus mẽtionẽ fieri video in l. inter mortis,38.D.de mort.cauſſ.donat.l.ſi quis, 8.D. ſi quis omiſſ.cauſ.teſt. Sin autem nõ volũtate teſtatoris heres grauatus ſit,ſed potius heredis culpa interuenerit,Falcidiã nõ imputari cõſtat ex l.1.§.itẽ ſi,D.ad leg. Falc.vbi penũ dare,&ſi non dederit,decẽ prȩſtare iuſſus, ſi morã interpoſuerit, ac propterea decẽ dare cogatur, Falcidiam nõ imputabit.quippe cùm eam pecuniam,non tam teſtatoris voluntate, quàm ſua culpa præſtare cogatur.

¶ 22 Poſtremũ in his verbis vnde Falcidiana detrahitur,locũ habẽt donationes,quæ per ſe irritæ,donatoris morte cõfirmãtur,quales ſunt quȩ inter virũ & vxorẽ fiunt,quoniã, vt ait lex,fideicommiſſi inſtar obtinent.l.in donationibus, 12.C.ad leg.Falc.l.cùm hic ſtatus, 32.§.1.D.de don.inter vir.& vxor. Atque hæc quidem ita ſe habent.

¶ 23 Illud autẽ poſtremo loco tenẽdũ eſt,de legatis ex quibus detrahi Falcidiana dicitur,excipi ea primũ quȩ piis & religioſis negociis adtributa ſunt.Nouel. 131. De eccleſ.canonib. §. ſi verò heres, & l.ſi quis ad declinandũ, C.de Epiſc.& cler. itẽ legata libertatũ. l. Papinianus,8.§.quarta,D.de inoff.teſt. Tertiò legata earũ rerũ quas alienari teſtator vetuit.Nouell.119. Vt don.propt.nupt.§.ſi quis vmquã. Quartò, legata inſtrumentorũ prædij domino relictorũ. l. ſi prædiorũ, C.ad leg.Falc.Poſtremò legata eorũ,quæ vxoris cauſ-

A ſa emta parataq; ſunt.l.ſed vſusfruct⁹, 81.in fi.D.eo.t.

As hereditatis æſtimãdus,deducta funeris impẽſa,ære alieno,preciis manumiſſorũ:idque mortis tempore. Lectio & correctio l.in ratione , 11. §. quod vulgò, D.ad l. Falc.item l.1.§.ſi is qui quadraginta, D. ad Treb.deberi quarta Falcid.etiã fructus:cui rei arbiter delegari ſolitus.

CAP. IV.

B NVNC conſequens eſt vt de earũ rerum quãtitate,quæ in Falcidianam cadunt, diſſeramus.Sic enim Iuſtinianus in Nouell.18.Falcidianæ res in ποιότητα & ποσότητα diuiſit.

¶ 24 Antequã igitur ſumma conſtituatur de quã detrahenda Falcidiana eſt,id eſt antequam As conſtituatur in qua dodrantis & quadrantis fiat partitio: primo loco funeris impenſa deducenda eſt,l. pen.D. de rel.& ſumt.fun.rum deinde æs alienum;etiã quod heredi ipſi debetur,l.in imponenda, 6.l.irritum,8.C.
C ad leg.Falc.l.ſi debitor,12.D.eod.l.1.§.in quibuſdã,D. ſi cui plus quàm.Tertiò,precia ſeruorum manumiſſorũ,l.1.§.in qbuſdã,l.ſi ſeru⁹,33.cũ ſeq.D.ad leg. Falc. Poſtremò,ſi quid ad Inuentarij cõfectionẽ impẽſum fuit.l.ſancimus,§.in cõputatione,C.de iure delib.

¶ 25 Secunda autem obſeruatio eſt hæc,vt as hereditatis æſtimetur ex eo demũ, quod mortis tẽpore in eo patrimonio fuit:nõ autẽ ſi quid poſtea extrinſecus acceſſerit:ſiue id ex heredis induſtria,ſiue aliorũ errore obuenerit:veluti ſi hereditatẽ inopẽ vendiderit.l.ſi
D heres,3.l.in quãtitate,73.l.in ratione,30.D.eod quidquid enim poſt teſtatoris mortem damni lucrîue cõtingit,id totum heredi contingit. quippe cùm heres quandocúmque adit, iam tũc à morte ſucceſſiſſe intelligatur. l. heres quandóque,54.D.de adq.her.l. omnia,153.D.de reg.iur. ¶ 26 Deniq; quantitas patrimonij,quæ mortis fuit tẽpore,vſq; adeò ſpectatur, vt ſi duplices tabulæ ſinr.hoc eſt, ſi teſtator nõ tãtùm ſibi,ſed etiã filio impuberi heredẽ inſtituerit,ſiue primis,ſiue ſecũdis,ſiue vtriſq; tabulis legata det,eorum
E ratio ineatur ex quãtitate patrimonij mortis tẽpore, & vna tãtùm Falcidiana detrahatur.Qua de re paulo accuratius conſiderandũ eſt. Ponamus enim ducenta in bonis eſſe,patrem à filio centum,ab eius ſubſtituto cẽtũ itidẽ legaſſe: ſi filius nihil detrahat,quoniam ſcilicet integrũ quadrantẽ & multo amplius obtinet, ſolus autẽ ſubſtitutus detrahat,hic detrahet tantũ viginti quinq;:vt pote quartam hereditatis ad ſe delatȩ partẽ:at iſto modo neq; legi ſatisfiet, quæ vetat min⁹ quarta parte ex teſtamento heredi relinqui:& multo
F plus dodrantem in legata conſumtũ erit. nam dodrãs fuit aureorũ 60.nunc autem 175.legata erunt. Cõſtitutum eſt igitur, vt ex patris filiíq; tabulis, quamuis duplex ſit hereditas,tamen quia vnum teſtamentum, vnúmq; patrimonium eſt,l.patris,2.D.de vulg.ſubſt. vnus dodrãs ſolius patrimonij paterni, quaſi vna hereditas fuiſſet,detrahatur:hoc eſt, quinquaginta,l.in ratione,11.§.quod vulgò,D.eod. & hic modus teneatur,vt ſi prior heres totum legatum perſoluat,legatarius ſatiſdet, ſi amplius quàm ei per legem liceat ceperit,reſtituturum.l.1. D. ſi plus quàm per leg.quaſi
G propter ſecundarũ tabularum legata minus in prioribus legatum intelligatur.Ratio ergo eius patrimonij ducitur, quod fuit mortis tempore: vt in eo dodrantis quadrantiſque partitio fiat. Itaque ſiue illud poſtea decreuerit, ſiue adcreuerit, neque deceſſionis neque acceſſionis ratio habebitur, vt ex illis verbis intelligitur:

27 Se-

§ 27 Secundùm quæ poterit euenire, ne ſubſtitutus quidquam retineat, vel vt (ſic enim legendum eſt diſiunctè, *vel vt*: non vt vulgò coniunctè) longè plus habeat quarta paternę hereditatis: hoc eſt, ſi pater qui ducenta in bonis habuit, à filio nihil legarit, ſed à ſubſtituto, centum quinquaginta legarit; filius autē heres factus quinquaginta conſumat, & ad ſubſtitutum centum quinquaginta duntaxat tranſmittat, ſubſtitutus nihil retinebit: dodrans enim & quadrans ex morte teſtatoris ęſtimandus eſt: & quoniam contrariorum eadem diſciplina eſt, ſi filius heres factus patrimonium auxerit, veluti ad trecenta, tametſi longè plus quarta paternę hereditatis ſubſtitutus habiturus eſt, tamen id ei conceditur: quia quadrans & dodrans ex patrimonij primi quantitate æſtimatur.

§ 28 Sed melius erit totam illam §. quod vulgò, diſputationem, quæ cùm per ſe arguta eſt, tum etiam cognitione digniſſima, paulo ſubtiliùs explicare. Quinquepartita enim tractatio illa eſt, tametſi quatuor duntaxat partes Papinianus attingat. Eius autem argumentum poni hoc debet: Dodrantē & quadrantem, ex ea quantitate, quæ fuit mortis tempore, definiri. Itaque ſiue poſteà creuerit hereditas, ſiue decreuerit, ad heredem hoc pertinet, l. in quantitate, 73. D. eod. Adcretio autem & decretio poteſt contingere: primùm, hereditate iacente; deinde, cùm quidem duplices tabulę ſunt, dum in pupilli gradu verſatur: l. in duplicibus, 79. eod.

§ 29 Huius autem duplicium tabularum caſus perplexa ratio eſt, vbi legata in vtriſque relicta ſunt. Itaque regula hæc tradenda eſt, vt legatorum contributio, id eſt coniunctio fiat: & ex ea ſumma conſtituatur, vtrum dodrans legatorum ſuperatus à patre fuerit, an non. quod enim hereditati poſt patris mortem vel adcreuerit vel decreuerit, id totum ad ſubſtitutum pertinet. Ita reperitur interdum totum ei quadrantem relinqui, interdum partem, interdum nihil, interdum plus quàm totum, interdum verò minus quàm nihil. de quibus eo quo propoſuimus ordine diſſerendum eſt. Ergò, ſi is qui quadringenta in bonis habebat, legauit à pupillo ducenta, à ſubſtituto verò altera ducenta: quoniam ex contributione ſuperatum dodrantem apparet, ſubſtitutus à primo quinquaginta, ab altero item quinquaginta detrahet. quod ſi nondum pupillus ſoluit, retinebit quinquaginta: ſi ſoluit, per indebiti condictionem repetet: quia propter ſecundum tabularum legata, tanto minus in primis legatum intelligitur. Pars autē hoc modo relinquitur: Qui quadringenta in bonis habebat, à pupillo ducenta, à ſubſtituo centum legauit: perierunt ex hereditate pupillari quinquaginta, qua de cauſſa centum duntaxat & quinquaginta ad ſubſtitutum peruenerunt: ſoluet ergo ſuo legatario centum, ſibi verò quinquaginta tantùm retinebit. Sequitus is caſus, quo nihil relinquitur. Qui eandem illam ſummam in bonis habebat, à pupillo ducenta legauit, à ſubſtituto centum: perierunt centum. ita ex cõtributione dodrantem non fuiſſe ſuperatum apparet. Cùm legata ſubſtitutus ſoluerit, nihil prorſus ei ſupererit. Plus autem quàm totum ſubſtituto relinquitur hoc modo: Nam ſi legata dicamus à pupillo ducenta, à ſubſtituto item ducenta, & hereditati centum adcreuerint: quoniam ex contributione quadrās læditur, ſubſtitutus à pupilli legatario quinquaginta repetet, à ſuo item quinquaginta retinebit: & tamen inſuper incrementum habebit. qua de cauſſa longè plus quarta paternę hereditatis habiturus eſt. Super-

A eſt poſtremus caſus, quo minus quàm nihil ad ſubſtitutum redit. Nam ſi à pupillo ducenta, à ſubſtituto item ducenta legata ſint, ex hereditate autem ducenta perierunt, primùm nihil ad ſubſtitutum redit: quinquaginta tamen à primo repetit: ſed quia de ſuo addere legatariis centum quinquaginta debebit, minus certè quàm nihil ei relinquitur.

§ 30 Atque hoc nimirum eſt, quod Papinian. his verbis ſignificat: DE SVO NIMIRVM DEBEBIT SVBSTITVTVS: vbi tamen vitioſiſſimè legitur: DE SVO B QVADRANTE NIMIRVM DABIT SVBSTITVTVS: quod etiam ab aliis obſeruatum, ab aliis etiam reprehenſum fuiſſe animaduertimus. Sed negocium ita breuiter confici poterit. Primum enim ex Azonis ſumma video verbum illud, QVADRANTE, apertiſſimè in hunc locum irrepſiſſe: in quo ſic legitur: Et hoc eſt quod dicit: DE SVO NIMIRVM: ſine dubio, Quadrante. Quibus ex Azonis verbis perſpicuum eſt, vocem *Quadrante* in ipſius Pandectis non fuiſſe. DEBEBIT autem, non DABIT, eſſe legendum, veritas ipſa C conuincit. Nam debere quidem ſubſtitutum, etiam aliis locis traditur: ſed non daturum tamen certum eſt. quin potius à legatariis quibus ſuum eo nomine decidet, aliquid accepturus eſt. ſic Paullus l. in quantitate, 73. D. ad leg. Falc. Si teſtator, inquit, ex centum ſeptuaginta quinque legauerit, & ante aditionem bona decreuerint, ſic vt minus ſeptuaginta quinque relinquatur, ſolida legata debentur: nec ea res damnoſa eſt heredi: qui cum legatariis paciſcetur.

§ 31 Et hac de cauſſa non dubito, quin apud Vl- D pianum in l. 1. §. ſi is qui quadringenta, D. ad Trebell. pro ACTIONEM, legendum ſit EXACTIONEM, eo loco: Iulianus ait aduerſus eum trecentorum petitionem, non autem amplius quàm in ducentis exactionem aduerſus fideicommiſſum daturum. Idq; perſpicuè confirmatur ex l. 1. §. Marcellus, D. ſi cui plus. Vbi idem ſcribit; trecenta nullo modo ſubſtitutum præſtaturum, neque amplius parte ſua erogare compellendum. Ergo de ſuo nimirum debebit ſubſtitutus ſupplere, quod ad patrimonij dodrantem deerit, quo- E niam pater legauit de ſuo: id eſt, quoniam pater legauit non de hereditate pupillari, ſed de ſuo patrimonio. Itaque non voluit dodrantis & quadrantis rationem æſtimari ex pupillaris hereditatis, ſed ex ſui patrimonij quantitate.

§ 32 Quod cùm ita ſit, nihil planè ad rem pertinet, neque huic ſententiæ aduerſatur, quod vulgò traditur, neminem vltra patrimonij vires onerandum eſſe, d. l. 1. §. ſi quis, D. ad Trebell. l. 1. §. in quibuſdam, F D. ſi cui plus. quia onus iſtud nō ad pupillarē hereditatem, ſed ad teſtatoris patrimonium referendum eſt. nam etſi vltrà pupillarem hereditatem oneratus ſit, at non vltrà patrimonium id, quod fuit mortis teſtatoris tempore. Et hoc eſt quod ait, CVM IN hac parte iuris legata quæ tabulis ſecundis relinquuntur, quaſi primis ſub condicione relicta intelligantur: nimirum ſub hac condicione, *ſi ſubſtitutus heres erit*. Qui verò locum hunc de ſuo quadrante intelligebant, neque illam obiectionem adtendebant, quæ iſto modo nihil ad rem pertineret: neque animad- G uertebant ſe partem huius quinquepartitæ diſputationis ſecundam iterare, quæ iam ſuperiùs explicata erat: nimirum, cùm nihil ſubſtitutus retinet.

§ 33 Tertia obſeruatio eſt de fructibus. vt heres Falcidianus non tantùm quartam, ſed etiam quartæ fructus habere debeat, l. quod bonis, 15. §. fructus, D. ad leg. Falcid. l. filiusfam. 18. §. vltim. eod. Eius ta-

men legati fructus quod in diem aut ſub condicione A relictum eſt,ab herede medio tempore percepti,ei in quartam & quartæ fructus imputantur.d.§.fructus.l. qui quadringenta,88.§.vlt.eo.vbi de vſuris idem traditur.at puri legati fructus non imputantur. Nam ſi poſt aditam hereditatem percepti ſint, legatarij ſunt. l.Herennius,42.D.de vſur.ſin antè, lucro heredis cedunt.l.in quātitate,73.D.ad leg.Falc.niſi fortè maturi mortis tempore fuerint:nam & ſi poſtea percipiātur, tamē eius æſtimationē augent fundi nomine, qui ꝓ- B pterea videtur eo tēpore eſſe precioſior.l. in Falcidia, 9.D.ad leg.Falc. Excipiūtur tamen liberi primi gradus ex cōſtitutione Zenonis,l.iubemus,6.C.ad Treb. vbi ſtatuit,vt ſi ab iis legata vltrà dodrāte relicta ſint, quarta iis detrahatur de ipſis rebus, & non imputentur iis fructus in quartam.

¶ 34 Atq; hæc quidem de earum rerū quātitate,quæ in quartā Falcidianā cadent, hactenus dicta ſint. qua in oratione quoniā nō facilè inter partes conuenire ſolet,propterea moris fuiſſe legimus vt arbiter deli- C geretur,qui aſſi cōſtituendo & dodrantis quadrātiſq; partitioni præeſſet.l.1.§.cum dicitur, D.ſi cui plus q̄. non vt de principali controuerſia,ſed de illo tantùm negocio cōſtitueret. nā abſoluendi aut cōdemnandi poteſtatē eiuſmodi arbitri non habebāt. l. cùm fideicōmiſſum,7.D.de cōfeſſ. Atq; hic nimirū ille eſt, qui Arbiter Falcidiæ dicitur in l.ſi debitor,12. Ad legem Falc.Idq; veterum inſtitutum puto Iuſtinianum vel obliuione prætermiſiſſe,vel,ſi meminerat,abrogaſſe. Nouel.1.de her.& Falc.vbi ſtatuit, vt cōſtituendi pa- D trimonij cauſſa heres inuētarium omnium defuncti bonorum conficiat:atq; ita inter heredem & legatarios de quadrantis & dodrantis partitione cōueniat.

Quarta Falcidiana iure hereditario capitur:eāq; heres retinēdi vindicādive poteſtatē habet:nō teſtator,adimēdi minuēdive. Imputātur in quartā quæcūq; heres iure hereditario capit; nō quæ legati, fideicōmiſſi,implendæ cōdicionis, mortiſue cauſſa:aut donationis dotiſue nomine.

CAP. V.

¶ 35 SVPEREST,vt de iure quartę Falcidianę diſſeramus:quod partitionis noſtrę caput extremum fuit.Eſt autē triplex.Primum autē & ſummū eſt, vt ea iure hereditario capiatur; ac proinde ipſo iure heredis fiat.l. pater filiā,14.D.ad leg.Falc.l.qui duos,42.in fin.D.de vulg.ſubſt.Deniq; quarta Falcidiana vſq; eò heredis efficitur, vt ſtatim ab adita hereditate ſingularū rerum legatarum ipſo iure ꝓ quarta parte deminuatur ac decreſcat.l.lineam,26.l.in quantitate,73.§.vlt.D.ad leg. Falc.l.in imponenda,16.C.eo.qua de cauſſa legata res in qua locum habet Falcidia,heredis & legatarij communis eſſe dicitur in l.Plautius,49.D.eo. Secundum ius eſt,quod ex illo primo naſcitur, vt heres eius vel retentionē vel vindicationem habeat,l.pater, 14.§.1. l.ſeq.§.1.d.l.lineā,D.eod.& l.pen.C.eod.vel, ſi legatarius poſſeſſionem eius occuparit, per interdictum, Quod legatorum, adipiſci eius poſſeſſionem poſſit.l. 1.C.quod legator.nā,vt ait Vlpianus,portio legis Falcidiæ apud heredem ipſo iure remanet,etſi corporaliter res in ſolidum tranſlatæ ſunt.l.1.§.2.D.quod leg.l. pen.C.ad leg. Falc.denique, vt ſi heres legatum integrum per errorem ſoluerit,indebiti condictionem ꝓ rata quadrantis habeat.l.1.§.ſi legatarius,D.eod. Tertium ius eſt, vt volunrate teſtatoris neq; adimi, neq; minui poſſit.l.quod bonis,15.in fi. D.eod.l.nemo,55. D.de legat.1.quippe quæ iure publico cōſtituta ſit:

¶ 36.Satis autem cōſtet priuatorum cautionibꝰ iuri publico derogari nō poſſe.l.quod bonis,§.1.vbi quęſtionem hāc proponi arbitror:Frater cùm heredē ſororem ſcriberet,nec directo Falcidiæ detractionē vetare poſſet,alium cui donatum nolebat, hoc eſt legatarium,curauit ſtipulari ab ea certā pœnā, ſi quadrantem detraheret.Poſt eius fratris mortem,quęrebatur, an,ſi ſoror detrahere quartā vellet,ex ſtipulatu teneretur.Papinianus reſpōdit,priuatorum pactione ius publicum euerti nō poſſe. Atq; hęc quidem de ſtipulatione quę antè teſtatoris mortē facta eſt.Poſt eius autem mortem an eiuſmodi ſtipulatio fieri poſſit,veteribus legibus in ambiguitatem deductum Iuſtinianꝰ teſtatur in l.vlt.C.eo.Vlpian.autem in ea ſecta fuiſſe quæ valere putabat,nō obſcurè ſignificatur in l.q qd, 46. D. eod. ſed Imp.Iuſtinianus finem quæſtionibus iſtis omnibus impoſuit.Nā in d.Nouell.1.cōſtituit,vt teſtator,ſi modò ſui patrimonij quantitatem cognitā habeat,Falcidię detractionem prohibere poſsit.quòd ſi heres adire hereditatē recuſet,eiꝰ loco vel legatarij, vel fideicōmiſſarij,vel ab inteſtato veniētes,vel denique fiſcus ipſe adeat,itáq; teſtamentum confirmetur.

¶ 37 Reliquum eſt vt de imputationibus dicamus: qui locus eſt multiplex. Primùm autē de iis quę iure hereditario heres capit,diſſeremus:quo in genere fructus cōtineri cōſtat.tùm præterea de legatis, de mortis cauſſa capionibus,de iis quę implendæ cōdicionis cauſſa dāturad extremum de donationibꝰ &dotibus. Regula igitur illa generalis tenenda eſt, quā Marcianus tradit in l.in quartā,D.ad leg.Falc.quęcumq;iure hereditario heres capit, ea illi omnia in Falcidianam quartā imputari.quod idē cōfirmatur in l.quod autē, 74.D.eod.Iure autem hereditario capi dicuntur,veluti ſi qua ex aſsis parte aut re quapiā heres inſtitutus eſt.Cùm enim illa omnia hereditatis pars ſint, nō mirum eſt,ſi in eius quartā verè & propriè imputentur: cuiuſmodi ſunt fructus, quos heres percipit. L quod bonis,13.§.fructus, D.eod.quippe cū fructus hereditatis partē facere,eámq; augere dicātur.l.itē veniunt, D.de petit.heredit.Diſſimilis reliquorū ratio eſt.nam E quę legati,fideicōmiſſi,implendęue cōdicionis,mortiſue cauſſa heres capit,in Falcidianam ei non imputantur.d.l.in quartam.& l.quod autem,24.cū duabus ſeqq.& l.ſi pupillus,21.D.eod.

¶ 38 Cuius rei ratio,quę generaliter omnibus cōueniat,inueſtiganda eſt.Ergò hanc eſſe arbitror:quoniā omnis quartę detractio intelligitur de eo aſſe,de quo alteri prȩſtando heres grauatus eſt. Quarta enim ſiue Falcidiana,ſiue Pegaſiana,ex relatorū numero eſt; & F cū eo aſſe cōferrur,q vel legatis, vel fideicōmiſſis abſumitur, l. 1. D. ad leg. Falc. §. ſed quia, D.de fid.her. Quod verò heres Falcidicus legati, aut illorū quę ſuperiùs enumerauimus,nomine percipit,id nō ex aſſe, de quo prȩſtando grauatus eſt,accipit: aliunde enim q̄ ex hereditatis corpore adtribuuntur. Quare quod heresFalcidicus iis nominibus accipit,in ea detractione numerari nō debet:quippè cùm ea demum in rem aliquam imputentur,quæ de ea percepta ſunt.

¶ 39 Quid igitur de donationibus dicemus? nā quæ antè alienata ſunt,in defuncti hereditate non numerantur.l.ſequens quæſtio, 68. D. de leg.2. ac proindè G aliundè quàm ex aſſe grauato percipi videntur.quod quidem veriſſimum eſt:præſertim cùm mortis cauſſa donationes ad legatorū inſtar reuocatæ ſint. l. vlt. C. de mort.cauſ.donat.idq; multo magis de iis quę inter viuos contractæ ſunt,iudicandum eſt:niſi quid fortè Falcidianę cauſſa & contēplatione donatum dicatur: vti ſcribit Vlp.in l.cum quo,56.§.vlt.D.ad leg.Falc.

¶ 40 In

¶ 40 In dotibus etiam eadẽ valet ratio: vt quia inter viuos alienatæ ſunt, nullo modo in hereditatis parte numerentur. l. pater filiam, 14. D. ad leg. Falc. qua de cauſſa ſingulari iure & extra ordinem à Zenone conſtitutum eſt, vt in legitimariam portionẽ imputetur. l. quoniam, Nouell. 29. C. de inoff. teſt.

DISPVTATIO
DE QVARTA LEGITIMARIA.

1 *Legitimaria quarta ad exemplum Falcidiæ introducta: eiúſque ratio.*
2 *Inofficioſi querela vnde.*
3 *Legitimaria quarta aliàs Falcidiæ nomine adpellata.*
4 *Iuréne ſit naturæ legitimaria quarta introducta; contra errorem vulgarem.*
5 *An quarta Falcidia verbis hæc legitimar. inſtituta.*
6 *Legíne Gliciæ legitimar. quarta adtribuenda, & de tota l. dubitatio.*
7 *Quartæ legitimariæ nominis ratio, & definitio.*
8 *Finis legitimariæ quartæ proprius.*
9 *Propoſitio tractandorum.*
10 *Liberorum quinque ſpecies; & legitimar. quar. quibus debeatur.*
11 *An nepotibus detractio hæc adcommodata.*
12 *Parentes quibus legitimaria quarta conueniat.*
13 *Fratres & ſorores.*
14 *Quibus de rebus detrahatur quarta.*
15 *An filius patre ſuperſtite aliquid iuris in legitima habeat.*
16 *Quarta legitimaria vtrum in corporibus, an verò in æſtimatione præſtari debeat.*
17 *Quarta legitimaria in proprietate ſolida & plena ponenda.*
18 *Quantitatis ratio vetus, & à Iuſtiniano noua.*
19 *Statutum à Iuſtin. de liberis & parentibus, an ad fratres extendendum.*
20 *Quid detrahi ab hac quarta oporteat.*
21 *Tempus æſtimandæ legitimariæ quartæ.*
22 *Legitimaria quarta extraordinaria & ſingularia iura: & refutatus Pragmatic. error.*
23 *Explicata l. ſi patronum, C. de bon. libert. & SC. Neapolitanum.*
24 *De iure quartæ legitimariæ.*
25 *Spes huius quartæ lædi non poteſt.*
26 *Quomodo donatio ſpẽ lædẽs quartæ legit. reſcindatur.*
27 *Conſtitutionis obſcura ratio & abſtruſa.*
28 *Alienandi animus donatori adfuiſſe quando intelligatur.*
29 *Durior eſt iam natorũ, quàm pòſt naſcentiũ cõdicio.*
30 *Donatione facta in liberos partim, partim in extraneos; naſcentibus poſtea liberis, quid obtineat.*
31 *Explicata l. Titia Seio, 87. §. Imperator, D. de leg. 2.*
32 *Refutatæ aliorum vanæ huius l. interpretationes.*
33 *Legitimaria portio inſtitutionis nomine relinquenda.*
34 *Noua & ex parte mira Iuſtin. conſtitutio.*
35 *Legitimaria quarta omni onere vacua relinquenda.*
36 *Supplementũ legitimæ à teſtatore prohiberi nequit.*
37 *Portio legitimaria ſcriptis heredibus ipſo iure relinquitur.*
38 *Vtrùm legitima ab heredibus, an à legatariis; an verò ab vtríſque petenda ſit.*
39 *Poſtquam heres adita hereditate legata diſſoluit; à quibus legitimam ſuam filius petat.*
40 *Actio legitimaria tergiuerſando duplicatur.*
41 *Vtrum heres poſtea recuperare à legatariis poſſit, quod amplius ſolutum eſt.*
42 *Triplex legitim. port. nomine actio.*
43 *Francorum & antiquo Pop. Rom. iure, pater moriens filiofam. ſuperſtiti poſſeſſionem tradit.*
44 *Legitimaria quarta Inofficioſi querelam ſuſtulit.*
45 *Liberis quantumuis multis legitimaria vna debetur.*
46 *Vtrùm illa quarta ſit quarta ſubſtantiæ defuncti, an portionis cuique ab inteſtato venientis.*
47 *Idem quod ad quartam in nepotibus quod in liberis iuris.*
48 *An qui non admittitur ad partem, nihilominus faciat partem.*
49 *An filius inſtitutus partem in legitima faciat.*
50 *Vtrum exheredati pars redeat ad heredem inſtitutum, an ad legitimarios.*
51 *Exheredatus eſt pro mortuo.*
52 *In legitimaria quarta ius eſt adcreſcendi.*
53 *Explicata l. Papinianus, 8. §. quoniam, D. inofficioſ.*
54 *De imputationibus.*
55 *Expletoria actio.*
56 *Mortis cauſſa capiones an imputentur; an donationes; an dos & propter nuptias donationes.*

Legitimariam ad exemplum Falcidiæ introductam, ideóque & Falcidiæ nomine paſſim vſurpari. nec eſſe iuris natura, aut verbis Falcidiæ, aut denique l. Glicia inſtitutam.

CAPVT. I.

¶ 1 SVPERIORE parte quemadmodum & quibus de cauſſis Falcidiana quarta inducta eſſet, ſatis demóſtratum eſſe arbitror. nunc conſequens eſt, vt de ea quę vulgò Legitima, à nobis autem iis de cauſſis, quæ paulo poſt intelligentur, Legitimaria dicitur, explicemus. Hanc enim ad illius inſtar, exemplum & imitationem inſtitutam fuiſſe, probabile eſt: vt quæ cautio generaliter inducta fuerat, ne teſtamenta ab heredibus inſtitutis propter legatorum onus deſtituerentur: eadem ad eum finem vſurparetur, ne parentum teſtamenta, à liberis propter aliarum inſtitutionum iniuriam reſcinderentur. Eundem enim vtriuſque finem eſſe conſtat, vt teſtamentis conſulatur: quæ rata vt ſint, publicè intereſt. l. 5.

D. quemadmod. teſt. aper. Cùm enim veteri Iuriſconſultorum inſtituto, ita ius filiorumfamil. comparatum eſſet, vt parentes ſuo ergà illos officio abundè perfuncti viderentur, ſi vel nominatim eos exheredaſſent, vel aliqua ex particula quamtumuis exigua inſtituiſſenr: ſummum autem ius illud ſumma ſæpe injuria videretur: moribus populi Romani ex Iuriſconſultorum auctoritate inſtitutum eſt, vt de teſtamentis parentum inofficioſis queri apud Centumuiros liceret: Vtique ij Centumuiri, quorum de iuſtis, iniuſtis, ratis aut irritis teſtamentis erat notio, cauſſa cognita, teſtamenta illa reſcinderent.

¶ 2 Querelam autem inofficioſi nullo iure ſcripto inductam fuiſſe, cùm ex eo intelligitur, quod ſcribitur in l. non putauit, 8. D. cont. tab. tùm verò præſertim ex l. 1. D. de inoff. vbi Vlpianus ait, nullas certas & definitas perſonas fuiſſe, quibus ea querela concederetur: ſed promiſcuè cuiuis ea vti licuiſſe: rarò tamen quemquam præter liberos, parentes, & fratres obtinuiſſe. quò eodem pertinet l. poſtumus, 6. §. 1. D. eod. vbi idem ſcribit, neminem ab ea querela repelli, ne de iis quidem qui ad ſucceſſionem ab inteſtato non admittũtur. Cùm igitur poſt inductam iſtam querelam teſtamenta frequenter apud Centumuiros oppugnarentur, & oppugnarentur, quaſi à furioſis & mente captis facta: qua ratione parenrum pudor & naturæ verecundiæ lædebatur: ſenſim ad Falcidiæ legis exemplum inſtitutum eſt, vt quibus quarta portionis hereditariæ legitima teſtamento relicta fuiſſet, ij ab illa turpi & inuerecunda oppugnatione remouerentur.

¶ 3 Ex quo factum eſt, vt hæc detractio paſſim ab auctoribus noſtris Falcidiæ nomine adpellata ſit: veluti ab Vlpiano in l. Papinianus, 8. §. quarta autem, & §. meminiſſe, D. de inoff. teſt. ab Arcadio in l. quiſquis, 5. §. ad filias, C. ad leg. Iul. maieſt. à Iuſtiniano in l. quæ nuper, C. de inoff. & Nouell. 66. τὸν φαλκίδιον, ἐν τοῖς παισὶν οἱ γονεῖς καταλιμπάνουσιν. à Iuliano Anteceſſore, Nouell. 34 Omnes, inquit, qui non plures quattuor liberis habebunt, tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ eis relinquanr, Falcidiæ nomine: ſi plures quattuor, hoc caſu Falcidia lex dimidiam partem contineat. quod idem Nouell. 37. vſurpat.

¶ 4 Atque hunc quidem huius legitimariæ quartæ ortum & progreſſum fuiſſe arbitror: tametſi aliter aliis videatur. quorum, vt opinor, triplex ſententia eſt. nam in ſcholis quidem ac iudiciis vulgò receptum eſt, eam à iure naturæ inſtitutam fuiſſe. Cui ſententiæ ſuffragari videtur, præter l. vlt D. de bon. dam. quam iſti adſiduè noſtris auribus inculcant, l. 1. C. de impon. luc. deſc. vbi parenrum & liberorum hereditas debitum naturale duobus locis nominatur. & l. ſcimus, §. illud præterea, C. de inoff. teſt. vbi filij legitima diſertè eodem nomine adpellatur. & rurſus Nouell. 50. §. πρῶτον μὲν, vbi Iuſtinian. ſcribit, lege conſtitutum eſſe, vt teſtatores certam portionem quibuſdam perſonis relinquant, ὡς διὰ τοῦτο κατὰ τὴν φύσιν ὀφειλομένοις. Item Nouell. 18. vbi ſic ſcribit: καὶ τῆς φύσεως πρότερον θεραπευθείσας, &c. Verùm huic ſententiæ aduerſatur, primùm quod nullo exemplo, atque adeò contra Iuriſconſultorum inſtitutum, Legitima nominantur ea, quæ iure naturæ introducta ſunt. quod verbum in iis demum vſurpari, quæ legis verbis vel ſententia ſunt inducta, ſatis plane conſtat: veluti cùm legi-

A timam hereditatem dicimus, l. 1. & ſequent. D. de heredit. pet. Legitimam tutelam, leg. 1. D. de leg. tutel. Legitimam ætatem, l. vltim. D. de publici. Præterea ſi naturæ lege parentum hereditas liberis debetur, d. l. vlt D. de bon. dam. quid ita potius quarta eius aut tertia, quàm as totus & ſolidus eis debetur? Huc accedit, quòd parentibus, quibus hæc quoque adtributa legirima eſt, liberorum hereditas deberi dicitur, non naturæ iure, ſed

B pietatis & miſerationis. l. ſcripto, 7. D. ſi tabul. teſt. null. l. nam & parentibus, 15. D. de inoffic. Denique ſi à natura introducta hæc portio fuiſſet, quomodo eam non modò liberis, ſed etiam parentibus adoptiuis deberi diceremus? l. aduerſus, 30. D. de inof. teſtam. §. 2. Inſt. eod.

¶ 5 Altera ſententia eorum eſt, qui exiſtimant hanc quartam verbis ipſius Falcidiæ legis inſtitutam fuiſſe. quod mihi nullo modo probari poteſt. Primùm quia veriſimile non eſt, cùm tam multa

C veterum Iuriſconſultorum de hac legitimaria portione ſcripta exſtent, nullum planè in libris noſtris veſtigium ſuperfuturum fuiſſe, ſi caput quoddam in ea lege nominatim de ea re ſcriptum fuiſſet. deinde quoniam Vlpianus in l. 1. D. de inofficioſ. teſtament. perſpicuè oſtendit nullas eſſe certas ac definitas perſonas, quibus ea deferatur: ſed cuiuis ex teſtatoris familia licuiſſe eam petere: extrà parentes autem, liberos, & fratres adiudicari non ſolere. nam ſi ſcripta de ea nominatim lex aliqua fuiſ-

D ſet, non dubium eſt, quin certus ea lege perſonarum numerus conſtitutus ac definitus fuiſſet, quibus eam relinqui oportuiſſet. Præterea cùm Vlpianus in l. Papinianus, 8. §. quarta autem, D. eodem titul. ex Falcidiæ quartæ ſimilitudine ad hanc argumentetur, an non perſpicuè oſtendit, non eadem ex lege inſtituram vtramque fuiſſe? Denique cùm Falcidiana & heredi adtributa ſit, & hereditario iure percipiatur, l. poteſt heres, 71. & l. pater, 14. D. ad legem Falcid. hæc autem antè recentem Iuſtin.

E Nouell. 115. quoquo titulo & nomine caperetur: perſpicuum eſſe arbitror, non eadem lege introductam vtramque fuiſſe.

¶ 6 Tertia eorum eſt, qui legi cuidam, quam Gliciam nominant, eam acceptam ferunt: quoniam in Florentinis libris inſcriptio l. 4. D. de inofficioſ. teſtament. ita edita eſt: GAIVS AD LEGEM GLICIAM. Sed videamus primùm ne ex incerta ſcriptura ſatis firmum argumentum duci poſſit: cùm ſatis conſtet, aliis in libris omnibus

F FALCIDIAM pro GLICIAM ſcriptum eſſe: deinde Gliciæ gentis memoriam edi aliquam oporteret. quòd enim à Cornelio Tacito Claudius quidã Glicia Dictator nominatur, magis etiam hanc oppugnat ſententiam. Cùm iſto pacto Claudia lex dicenda potius fuiſſet: quemadmodum Seruilia dicitur, quæ à Seruilio Glaucia lata eſt. Denique, vt modò dicebamus, Vlpianus in l. 1. de inofficioſ. teſtament. perſpicuè oſtendit, neque inofficioſi querelam, neque quartam legitimariam vlla certa lege

G inſtitutam fuiſſe: tametſi quoniam hæc ad legis Falcidiæ inſtar introducta eſt, propterea ſæpè Falcidiæ nomine adpelletur: quod etiam in Pegaſiana vſu veniſſe poſteriùs intelligtiur. Itaque Iuſtinian. d. Nouell. 66. de hac legitimaria portione commemorans, νόμιμον φαλκίδιον eam adpellat. Et Nouell. 1. §. πρῶτον. τὴν διατιθεμένων τοῖς μὲν ἀνάγκην ἐπιτίθεισιν ὁ νόμος ὑπομίμνων

ἀπονέμειν τινὰ μοῖραν προστάττει τισιν. Item Nouella 18. ταῦτα ἡμᾶς ἐκίνησεν ἐπανορθῶσαι τὸν νόμον. Item Nouella 115. §. ἀλλὰ πρὸς τούτοις. τὴν ἐκ τῶν νόμων αὐτοῖς ὀφειλομένην μοῖραν παρέχοιεν.

Legitimariæ quartæ definitio, & ratio nouæ adpellationis: tum deferri eam & liberis & parentibus & fratribus. de quibus ſingulis ordine.

Capvt II.

¶ 7 ATQVE hæc quidem de quartæ legitimariæ ortu dicta ſint: cuius nunc tempus eſt definitionem exponere. Nam etſi huius detractionis quantitas à Iuſtiniano mutata ſit, & ex quadrante vel triens vel ſemis factus, tamen veterem etiam nunc in ſcholis conſuetudinem retinemus, vt re mutata, tamen diſciplinæ cauſſa nomen antiquum maneat, atque vſurpetur: cuius rei exemplum exſtat in l. inſula, 56. in fine, D. de adquirend. rer. domin. Quarta ergo legitimaria eſt, certa pars eius portionis hereditariæ, quæ perſonis quibuſdam ab inteſtato deferebatur, ad ſubmouendam inofficioſi querelam iis adtributa. Partem enim portionis ab inteſtato contingentis potius diximus, quàm, vt in Falcidiana, aut in Pegaſiana, Aſſis hereditarij: quia etſi eadem vtrobique proportio ſit, & ea quarta ſit tam aſſis hereditarij, quàm portionis ab inteſtato contingentis: tamen plenius iſto modo eius, à reliquis quartis differentia notatur, quæ non niſi ex teſtati cauſſa debentur: eáque ipſa verba in hac demonſtranda vſitata ſunt, l. 2. C. de inofficioſ. donat. l. Papinianus, 8. §. ſi quis mortis, D. de inoffic. l. parentibus, 8. l. quæ nuper, 31. C. eod. l. penult. C. de coll. Simul etiam intelligitur, quamobrem Legitimaria hæc à nobis adpelletur. quod enim vulgò Legitima dicitur, ambiguum eſt. neque enim propriè legitima eſt, ſed potius quarta legitimæ, hoc eſt, vt modò dicebamus, portionis ab inteſtato contingentis. veluti, ſi duo ſint filij, quia ſemis legitima cuiuſque portio eſt, idcircò ſeſcuncia legitimæ quarta eſt. Et ſi autem quia ex legis Falcidiæ ſententia inducta eſt, eodem modo Legitima dici videtur poſſe, quemadmodum tutela patronorum legitima, l. 3. D. de legit. tut. tamen obſcuritatem ea locutio adferret: cùm ne vera quidem Falcidia, cui magis propriè nomen illud conueniebat, hoc nomine vnquam, quod ſciam, adpelletur. Quare cùm ex legitimæ portionis ab inteſtato contingentis ratione & proportione denominata ſit, qua de cauſſa propriè quarta legitima dicenda eſſet, idcircò notandæ illius rationis cauſſa eam Legitimariam adpellandam putauimus. ſed vbi de re conuenit, non admodùm de nomine litigandum eſt.

¶ 8 Finem autem in definitione propterea notauimus, partim vt Falcidianam quæ liberis conueniret (eam enim liberis quoque conuenire certum eſt) excluderemus: partim vt hanc ab ea diſtingueremus, quæ D. Pij conſtitutione adrogatis defertur: quæ ad excludendam inofficioſi querelam introducta non eſt. Et verò hanc ei quoque notam plerumque adſcribi, patet ex l. ſi totas, 5. & l. ſi mater, C. de inofficioſ. donation. l. Papinianus, A 8. §. quoniam, D. de inoff. l. quoniam, Nouell. 22. C. eod.

¶ 9 Legitimariæ autem tractationis diuiſio tripartita eſt, vt primùm de perſonis quibus hæc detractio conceditur diſſeramus: deinde de iis rebus in quibus conceditur: poſtremò de multiplici iure quod ei adtributum eſt.

¶ 10 De perſonis autem triplex quoque conſideratio eſt. nam & liberis defertur, & parentibus & fratribus, l. 1. D. de inofficioſ. teſtament. & Nouell. B 1. ὁ ποιῶν δ᾽ ὅτι παισὶ καὶ ἐκγόνοις καὶ πατράσι καὶ μητράσιν ἴσως, ὅτε καὶ ἀδελφοῖς. Item Nouell. 18. vbi generaliter ſtatuit, legitimam iis omnibus deberi, quibus olim inofficioſi querela deferebatur. De ſingulis igitur ordine conſiderandum eſt: nam liberorum quidem quinque ſunt ſpecies. Quarum prima & potiſſima eſt eorum, qui naturales & legitimi ſunt: de quibus quoniam dubitatio nulla eſt, eos verbo indicaſſe, ſatis fuit. Secunda eorum eſt, qui legitimi tantùm dicuntur: de quibus ita diſtinguendum C arbitror: vtrùm adoptati, an adrogati ſint. nam ſi adoptati ſunt, cùm ab inteſtato ſuccedendi ius habeant, l. cum adoptiuis, C. de adoptionib. ſine dubio aut querelam aut legitimam habebunt, §. 2. Inſtitut. de inofficioſ. teſtament. argument. l. aduerſus, 30. D. eod. ſin autem adrogati ſunt, impuberes quidem non hanc legitimam, ſed Diui Pij quartam habebunt, l. ſi adrogator, D. de adoption. alij verò legitimam ex d. §. Inſtit. de inofficioſ. Tertia ſpecies eſt eorum, qui naturales, ſiue ſpu- D rij adpellantur: quibus legitimam in matris hereditate deberi, patet ex l. ſi ſuſpecta, 29. §. 1. D. de inofficioſ. teſtament. In patris autem hereditate nihil deberi conſtat: niſi fortè, ſi iuſti liberi exſtent, vt boni viri arbitratu alantur: ſi non exſtent, vt ſextans eis erogetur. Nouell. 18. & Nouell. 89. Quod autem ad eos attinet, qui natalibus reſtituti, & (vt nunc loquimur) legitimati ſunt, propterea legitimam iis quoque deberi arbitror, quia iis defertur legitima, qui ad hereditatem ab inteſtato vocantur: E quippe, quæ pars ſit portionis ab inteſtato competentis, vt ſuperius dictum eſt. Legitimatos autem patri ab inteſtato heredes eſſe, nemo neſcit ex Nouel. 74. & d. Nouel. 89. Quarta ſpecies eſt poſtumorum, quibus æquè vt natis & querelam & legitimam deferri conſtat, ex l. 6. D. de inofficioſ. l. omnimodo, 30. C. eod. & §. 2. Inſtitut. eod. quod enim hoc profertur ex l. ſi quis ſuo, 32. §. 1. C. de inoffic. abſurdum eſt. nam illic non de poſtumo, ſed de infante F dumtaxat agitur. Superſunt emancipati: quibus antiquo iure, ſi præteriti eſſent, contra tabulas: ſin exheredati, querela deferebatur, l. ſi ponas, 23. D. eod. ſed nouis Iuſtiniani conſtitutionibus differentia illa inter ſuos & emancipatos ſublata eſt, l. maximum, 4. C. de lib. præter. & §. vltim. De exh. lib. Vt omnes, inquit, ſiue ſui, ſiue emancipati ſint, vel heredes inſtituantur, vel nominatim exheredentur; & eundem habeant effectum circa teſtamenta parentum ſuorum infir- G manda.

¶ 11 Ad liberorum caput Nepotes pertinent, de quibus Iuſtin. Nouel. 15. ſtatuit, vt & nepotes & neptes, ſiue ex filio ſiue ex filia nati natæúe ſint, legitimam habeant. item ſiue ex filio emancipato, ſiue ex ſuo, l. neptem, 7. C. de inoffi. Quid autem ſi filius emancipatus, nepos in poteſtate retentus eſt, & ille

exheredatus, hic inſtitutus ſit? olim vna coniungebantur, d.l.ſi ponas,23. D.eo. l.1.& paſſim,D.de coniũg.cum emanc. Nunc autem neque præteritionis, neque exheredationis locus à Iuſtiniano relictus eſt: Nouell. 115. Sed ſi filius quidem ex legitima, nepos ex aſſe ſit inſtitutus, pro rata ſuccedent: iuxta diſputationem veterem l. ex facto, D. de her.inſt. Atque hæc quidem de liberis.

§ 12 Secundum perſonarum ordinem parentes faciunt, l.1. l.nam & ſi,15. D.de inoffic. l.cùm filium, 17. C.eod. ita tamen vt liberorum cauſſa prior ſit, l. paterfamilias,4. D.de inoffic. & Nouell. 118. Parentes autem exaudiendi ſunt, non tantùm naturales, ſed etiam adoptiui, l.aduerſus,30. D.eod. Aui autem & auiæ, ſiue paterni ſiue materni ſint, ex Nou. 18. promiſcuè admittuntur.

§ 13 Tertium perſonarum ordinem fratres obtinent,& ſorores; dumtaxat conſanguinei: non etiam vterini: & ita demùm, ſi perſonæ turpes inſtitutæ ſint, l.fratris,21. l.fratres, 27. C.eod. ſed cùm Inſt. Nouell.118. eam differentiam vterinorum in ſucceſſionibus ab inteſtato ſuſtulerit,probabilius eſt,eam hoc quoque caſu ſublatam eſſe.

Legitimariã quartam ex inſtitutionibus detrahi: idque adita demum hereditate, arbitri iudicio, ſolida plenáque proprietate.

Cap. III.

§ 14 NVnc quibus de rebus quarta Legitimaria detrahatur, conſiderandum eſt. Ergo illud ſcite oportet, quemadmodum Falcidiana de Legatis dodrantem exſuperantibus detrahitur: ſimiliter legitimariam de inſtitutionibus dodrantem exſupetantibus detrahi. Vt enim illa in legatis, tamquam in ſubiecta ſibi materia; ſic hæc in inſtitutionibus verſatur.

§ 15 Secundò illud obſeruandum eſt, cùm hæc portio hereditatis ſit, hereditas autem viuentis non dicatur, l.1. D.de hered. & act. vend. conſentaneum eſſe, vt huic detractioni nullus antè eius,cuius de bonis agitur, mortem & aditam ipſius hereditatem locus ſit,l.1.§.ſi impubere, D.de coll.bon. vt facilè appareat abſurdam eſſe peruagatam illam Pragmaticorum quæſtionem: An filius patre ſuperſtite aliquid in legitima iuris habeat.

§ 16 Neque verò quod ab illis quæri hoc loco ſolet,multò acutius videtur: Vtrùm quarta legitimaria in corporib. an verò in æſtimatione pręſtari debeat. nam inueterata opinio eſt; quartam legitimariam in corporibus ſoluendam eſſe,propter l.ſcimus,§.repletionem,C.de inof.teſt.vbi Iuſtinianus ait, de ſubſtantia patris, aut de rebus ſubſtantiæ patris legitimam ſoluendam.Sed videamus ne Iuſtinian.hoc loco ſubſtantiæ paternæ nomine nõ res corporales intelligat: ſed cùm eam aduentitiis filij lucris opponat, perſpicuè oſtendat,ſe res eas omnes complecti,quę in ſubſtantia,id eſt patrimonio,bonis & facultatibus patris ſunt,non autẽ filij. quaſi ſtatuiſſet,vt legitima ex bonis patris & ſubſtantia patrimonij repleatur:non autem ex lucris filij aduentitiis. Et profectò ita eſt, vt idẽ hac de re dubitandi cauſſam ſuſtulerit:cùm Nou. 115.ſtatuit, vt legitima inſtitutionis & hereditatis titulo ac nomine relinquatur. Cùm enim iſto modo qui legitimam capiunt heredes ſint,ſequitur vt inter eos familiæ erciſcundæ arbitrium debeatur: ac proinde quæſtio quib. in rebus legitima perſoluenda

A ſit, ſolius eius arbitri iudicio ac prudentiæ committenda eſt.

§ 17 Poſtremò illud tenendum eſt,quartam hanc legitimariam non in proptietate nuda, ſed in plena & ſolida,hoc eſt cum vſufructu coniuncta,conſiſtere: quemadmodum Iuſtinianus ſtatuit Nouell.18.§. prohibemus. Itaque & ſi pater ſuorum bonorum omnium vſumfructum alteri legarit, liberos tamen proprietatis vſumfructum vſque ad legitimæ modũ habituros eſſe. Vnde intelligi poteſt, legatum vſusfructus omnium bonorum, vxori relictum, de quo

B ſcribitur in l.vxori,37. D.de vſuf.leg.ea Iuſtiniani cõſtitutione ſublatum eſſe.

Legitimariam diu quadrantis fuiſſe, nunc ſemiſſis, etiam in fratrum perſona: deductis quæ in Falcidia ſolent: tempore nihilominus aditæ hereditatis, non mortis obſeruato.

Caput IV.

C §18 PRoximum eſt vt de earum rerum quantitate, quæ in legitimariã detractionem cadunt, diſſeramus. In quo illud primum tenẽdum eſt, cùm ad legis Falcidię formam & exemplum adcommodata eſſet, olim quadrantem fuiſſe: non quidem ſimpliciter hereditatis totius,ſed, vt antè dictum eſt, eius portionis quæ ab inteſtato contingebat: vt ſiue vnus fuerit, inquit Iuſtinianus, ſiue plures, quibus agere de inofficioſo teſtamẽto permittitur,vna quar-

D ta eis dari poſſit:vt ea pro rata eis diſtribuatur, id eſt, pro virili portione quarta.§. vlt.de inoff.teſt. Verùm idem Iuſtinianus Nouell.18.quantitatis rationem ſic immutauit,vt ſi non plures ſint quattuor, trientem habeant: ſin plures,ſemiſſem.

§ 19 Quod vtrùm de ſolis liberis & parentibus, an etiam de fratribus accipiendum ſit, vulgò à Pragmaticis diſputatur. Videóque receptum iam inter ipſos,vt fratrum & ſororum portiones auctæ à Iuſtiniano non ſint:propter auctoritatem S.C.Neapolita-

E ni,de quo in Deciſionib.Neapolit.cap.204.Sed videamus,ne non ſatis cõſideratè hoc dictum ſit:cùm Imperator in d.Nouell.18.diſertè ita locutus ſit: τοῦτο κατὰ ταὐτὸν, ἐφ' ἁπάντων τῶν προσώπων, ἐφ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦ πάλαι τετάρτου τῆς de inofficioſo νενομοθέτηται λόγος. id eſt: Quod in omnibus perſonis valet,in quibus olim veteris quadrãtis, qui per inofficioſi querelam obtinebatur,ratio conſtituta eſt.

§ 20 Secunda obſeruatio eſt, vt quemadmodum

F de Falcidiana ſuperius dictum eſt, ita huius quoque quantitas æſtimetur deducto ære alieno, funeris impenſa,& precio ſeruorum manumiſſorum.l.Papinianus,8.§.quarta autem,D.de inoff.teſt.l. in imponenda,6. C.ad leg.Falc.l.penul.D.de relig.

§ 21 Tertia autem haud paulo plus obſcuritatis continet, de tempore nimirum, ex quo legitimariæ detractionis quantitas æſtimanda eſt: vtrùm ſcilicet ex tempore mortis,an aditæ hereditatis.nam inueterata Pragmaticorum ſententia eſt, eam ex tempore mortis æſtimandam eſſe, primùm propter Fal-

G cidiæ exemplum, de qua in l. Falcidiæ, 24. §. 1. & l. cum quo de peculio, 66. & l. in quantitate, 73. D. ad legem Falcid. deinde propter verba l. cum quæritur, 6. C. de inoff. teſt. vbi Imper. ait, inſpiciendum eſſe, an quartam bonorum partem mortis tempore teſtator reliquerit. Poſtremò propter l. ſi patronum, 43. §. ſi ex bonis, D. de bon. lib.

vbi pars

vbi pars portionis ex liberti bonis debita, non ex adceſſione, quæ poſt mortem contigit, ſed ex mortis tempore æſtimatur.

¶ 22 Sed videamus, ne Legitimariæ detractionis tam extraordinaria & ſingularia iura ſint, vt ad ordinarij iuris rationem reuocari non poſſit. Primùm enim cùm ex Nou. 115. legitimaria portio heredes faciat: hereditas autē fructib. & aliis aduentitiis lucris augeatur, l. non eſt ambiguū, 9. C. fa. erc. an non conſentaneum eſt, quidquid aditionis tēpore reperitur, id inter heredem legatariū, & reliquos pro rata quadrantis & dodrantis diuidi? nam hoc quoque nomine familię erc. arbitrium competere planè conſtat ex l. 2. §. 2. D. fam. erc. & nos paulo poſt oſtendemus. Prętereà Iuſtinianus in Nouell. 92. conſtituit, vt ſi qua inter viuos donatio facta ſit, legitimaria portio ex eo tempore quo illa facta eſt, æſtimetur. Cùm autem ex iure ordinario ſatis conſtet, ea quæ inter viuos alienata ſunt, in defuncti hereditate non numerari, l. ſequens quæſtio, 68. D. de leg. 2. Ex quo & ſuperiore argumento mihi quidem probabilius videtur, portionem hanc neque ex mortis, neque ex aditionis tēpore æſtimandā, ſed potius ex eo quod hereditas fuit quamplurimi. Neque enim Falcidianæ exemplū obſtat, de qua ſuperiùs diximus: partim quia horum heredum, qui domeſtici ſunt, longè fauorabilior cauſſa eſt, qui ſunt extranei, argument. l. non debet, 41. §. 1. De reg. iur. partim quia ratio quæ in Falcidiana valet, in hac locum nōn habet. Vlpianus enim in d. l. in quantitate, 73. vbi contrariorum eandem eſſe diſciplinam admonet, hoc eſt, quemadmodum adceſſionis emolumentum ad heredem pertinet, ſic etiam decretionis periculum pertinere cauſſam hanc ſubiungit. Ne alioqui heres teſtamentum deſtituat. At hæc ratio admitti ad caſum noſtrum non poteſt: vbi à teſtamenti deſtitutione nihil eſſe poteſt periculi. Similiter quod idem ibidem ſcribit, ſolere legatarios cum herede paciſci, nullo modo ad caſum hunc noſtrum produci poteſt. Nihilo magis nos mouet l. cùm quæritur, 6. C. de inoff. teſtam. ſiue quia poſt Antoninum illius conſtitutionis auctorem, ius nouum à Iuſtiniano introductum eſt, vt Legitimaria portio heredes faceret: ac proinde omnium emolumentorum, quæ ex inſtitutionis cauſſa quæri ſolent, participes: ſiue quia d. Nouell. 92. eam legem abrogat: vt modò diximus. Itaque reciprocatio illa, qua modò dicebamus vſum eſſe Vlpianum, vt quemadmodum lucri, ſic etiam damni ratio ad heredem ſpectaret: locum hoc caſu habere non poteſt. Cùm enim in legitimariorum fauorem inſtitutum ſit, vt heredum ius ac nomen habeant: non æquum eſt, vt id in eorum damnum contorqueatur, l. nulla, 25. D. de leg. l. quod in fauorem, C. eod.

¶ 23 Supereſt argumentum ex d. l. ſi patronum, C. de bon. liber. quod tanti à Pragmaticis factum eſt, vt propter id Senatuſconſ. Neapolitano ſancitum ſit, legitimæ portionem ex mortis tempore æſtimandam eſſe: quemadmodum teſtatur Matthæ. de Adflict. Deciſ. 382. Sed, vt modò diximus, tota illa iuris veteris ratio ita duabus Iuſtiniani Nouellis immutata eſt, vt hæc legitimaria detractio in iuris vſitati ordinem redigi non poſſit: præſertim cùm patroni & legitimariorum longè diſſimillima ratio ſit. Patronus enim de lucro captando ſatagit. qua de cauſſa non mirum eſt, ſi parcè cum eo & ſtrictè agatur. Legitimarij autem de debita ſibi iure naturæ hereditate, & contrà officiūm ademta ſatagunt: vt multo ipſorum quàm aliorum fauorabilior cauſſa eſſe debeat, l. vlt. §. ſi verò creditores, C. de iure delib.

Lædi ius quartæ Legitimariæ ante mortem teſtatoris nec à liberis poſſe, nec à parentibus: facta nec immò donatione, in quoſcùmque, vbi interpretatio l. Titia Seio, 87. §. Imperator, D. de leg. 2. contra comm.

CAPVT V.

¶ 24 NVnc conſequens eſt, vt de iure quartę legitimariæ diſſeramus, quod tripartitum eſt. Ius enim quoddam eius eſſe animaduerti antè teſtatoris mortem, alterum in morte, tertium poſt mortem.

¶ 25 Ante mortem teſtatoris hoc ius quartæ legitimariæ eſt, vt eius ſpes lædi non poſſit, neque à liberis, neque à parentibus. A liberis hoc modo: Quia pactum inter liberos & parentes conuentum, vt ipſi certa re aliqua contenti legitimę renuncient, ipſo iure nullum eſt, l. ſi quando, 35. §. 1. C. de inoff. & apud Paul. lib. ſent. 4. cap. 5. vbi Papiniani ſententiam illam vſurpat; Meritis liberos, ad paterna obſequia prouocandos potius, quàm pactionibus adſtringendos. Atque hoc quidem de liberis dictum ſit. nam id in parentum perſona non reciprocatur. parentes enim de ſuæ legitimæ portione paciſci cum illis poſſe, ſcribit Vlpia. in l. 1. §. ſi parens, D. ſi à parente quis manumiſ. cuius differentiæ ratio perſpicua eſt ex l. nam vt, 15. D. de inoff. teſt. A parentibus autem legitimariæ liberorum ſpei præiudicium fieri non poteſt: quia neque ſi ſuam hereditatem inter liberos diuidant, minorem quibuſdam legitimaria portione poſſunt relinquere, l. parentibus, 8. C. eod. l. quoties, 10. l. ſi cogitatione, 21. C. famil. erciſ. neque ruſus ſua bona ita inter viuos donare, vt liberis minus legitimaria portione relinquant, l. 1. & paſſ. C. de inoff. donat. ſed de hac parentum donatione, in qua multiplex doctrina & ad vſum propè quotidiana continetur, paulo ſubtilius explicandum eſt.

¶ 26 In primis autem axioma illud quaſi totius diſputationis fundamentum poſitum ſit: Donationē, per quam liberorum, vel antè, vel pòſt natorum, legitimaria ſpes læditur, non vſquequaque, ſed pro modo tantùm ipſius legitimariæ portionis reſcindi. Donationem autem intelligimus, ſiue ea in reliquos liberos, ſiue etiam in extraneos collata ſit, l. 1. & l. 2. eod. Ac de liberis quidem antè donationem ſuſceptis teſtimonia paſſim exſtant. de iis verò qui poſtea nati ſunt, exſtat ſola auctoritas l. ſi totas, 15. C. eod. tit. Vbi donatio in liberos collata, ab aliis poſtea ſuſceptis, pro modo legitimariæ ipſorum portionis reuocatur. Quo tamen loco turbat vehementer l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. propterea quòd in ea donatio in extraneum collata, liberis poſtea ſuſceptis, non ex parte, ſed vſquequaque reſcinditur.

¶ 27 Cuius rei ratio & æquitas ſanè abſtruſa eſt: ſed eam attentione adhibita ſic eruemus. Primùm enim illud ſcite oportet, alienationem ſiue certo animo & conſilio alienandi factam, pro nulla numerari, l. in venditionibus, 9. D. de contr. emt. Secundò, benignè & humaniter de parentum ergà ſuos liberos animo ſentiendum eſſe, l. vlt. C. comm. vtr. iud. vnde illa præclara Iuriſconſultorum diſciplina,

vt exheredationes interpretatione non adiuuentur, A ſed potius repudientur: l. cum quidam, 15. D. de lib. & poſt. Vnde etiam illa ducta ſunt, vt præteritio filiæ iam natæ teſtamentum non reſcindat; ſed ea ceteris heredibus adereſcat: poſtumæ verò reſcindat. Item vt præteritio nepotis iam nati non reſcindat; poſtumi reſcindat. quarum hanc eſſe æquitatem alio loco eſſe oſtendimus. quia vbi de parentum erga liberos animo apertè conſtat, ei adquieſcẽdum eſt: vbi non conſtat, benigna interpretatione quodammodo adiuuã- B dum eſt; ac proinde iudicandum, ſi parentes naſcituros ſibi liberos putaſſent, eos non prętcrituros fuiſſe.

§ 28 Hæc cùm ita ſint, ſimillimam noſtrarum donationum æquitatem eſſe facile licet animaduertere: nam vbi iam liberi exſtant, & pater vel in extraneum, vel in aliquos eorum donationes confert, ibi apertè de ipſius animo & alienandi voluntate conſtat: neq. aliunde interpretatio quærenda eſt. Alienandi enim voluntatem adfuiſſe, certum & exploratum eſt. qua de cauſſa rata donatio eſt, deque ea pars tantùm de- C trahitur. At ſi liberos non habebat, extraneo donat, benigna interpretatione præſumitur alienandi animum non habuiſſe; &, ſi naſcituros ſibi liberos putaſſet, donaturus non fuiſſe. Neque aduerſatur d.l. ſi totas: vbi donatio exſtantibus liberis facta propter liberos poſtea ſuſceptos non omnino reuocatur. quia cùm liberi exſtarent, de parentis animo & alienandi voluntate conſtabat: & conſtabat dupliciter. primùm de animo alienandi, tum autẽ de animo in illos ſuos liberos alienandi. Æquum autem eſt, liberos exſtãtes D potiore iure eſſe quàm extraneum; iiſq. magis quàm extraneo faueri. § 29 Neq. mirũ videri debet, quòd donatio, liberis quantumuis multis exſtãtibus, in extraneum collata, ex parte tantùm reſcindatur: at quæ liberis nõ exſtantibus facta eſt, propter vnũ ſuperuenientẽ vſquequaq. reuocetur: quia (quemadmodũ de poſtumis modò dicebamus) durior eſt iam natorum, quàm poſteà naſcentium cõdicio; cùm pater nihil de iis cogitaſſe iudicetur. § 30 Verùm his poſitis exoritur quæſtio de caſu mixto, partim ex d.l. ſi totas, par E tim ex d.l. ſi vnquã. i. de donatione facta partim in liberos, partim in extraneum, ſi poſteà liberi naſcãtur. Sed cùm ęquitas illa retinenda ſit, benignè nimirũ de parentis animo ſentiendũ eſſe, ac iudicandũ, ſi liberos ſibi poſteà naſcituros ſperaſſet, nihil cũ extraneo daturũ fuiſſe: cõſentaneum videtur, alienãdi cauſſam in hac donatione nõ adfuiſſe. ita tamen, vt non ex parte tãtũ extranei donatio reſcindatur: ne ex parte valeat, ex parte non valeat; ſed propter hanc ęquitatẽ, tota & omni ex parte reuocetur. Hæc cùm ita ſint, tamen, re F attentius cõſiderata, cenſeo Accurſij potius & cõplurium Doctorũ ſententiam probandã eſſe, vt illa Cõſtantij conſtitutio in l. ſi vnquam, C. de reuoc. don. non generatim & vniuersè ad omnes donationes pertineat, ſed ſpeciatim ac propriè ad eas dumtaxat quas patroni in ſuos libertos contulerunt: vt ſcilicet Conſtantius non vſitatum & receptum ius in illo reſcripto ſit ſecutus, ſed nouum, inuſitatum, ſingulare introduxerit: quemadmodum accuratè & copioſè diſputauimus in Scholis ad illum Codicis titulum, G itemque in obſeruationum libris. § 31 Quare ſupereſt vt illi obiectioni reſpondeamus, quę vulgò proffertur ex l. Titia Seio, 87. §. Imperator, D. de legat. 2. cuius hãc eſſe ſpeciem arbitror: Auia filium, & ex eo nepotem habebat: nepos ille à patre emancipatus erat. Cùm illa filium ab omni ſuo patrimonio remotum eſſe vellet, nepoti omnes ſuas fortunas dono dedit. Imperator reſcripſit, filium hunc nepoti quadrãtem detracturum: quæ illius legitimaria portio futura erat. ſolus enim auię iſtius futurus erat ab inteſtato heres, & nepotem excluſurus. Itaque verba illa interpretor, QVOD DONATVM EST, (nimirum præter æquum & bonum, hoc eſt, præter ſemiſſem) PRO DIMIDIA PARTE REVOCATVM IRI. Non enim totum omnino quod donatum eſt reuocabitur, ſed quatenus non rectè donatum eſt. Nam cùm æquitas naturalis, tum etiam auiæ animus, quem æquum erga vtrumque eſſe par erat, poſtulabat, vt cùm vtrique benignè faceret, ſingulis ſemiſſem adtribueret. Quod igitur præter æquum & bonum donatum eſt, nimirum ſemiſſem, filius reuocabit: non tamen totum, ſed pro modo iuris de inofficioſis donationibus recepti: hoc eſt, pro parte dimidia, qui quadrans eſt liberis debitus.

§ 32 Vix autem credibile dictu eſt, quàm variæ huius loci interpretationes excogitatæ ſint. verùm eam ſolam commemorabo, quam omninò maximè probari arbitror: vt duo nepotes ponantur: eorũ autẽ alteri permittatur donatorum pro dimidia parte reuocatio: & dimidia hæc ſic intelligatur, dimidia quartæ partis, nimirum ſeſcuncia. Sed videamus, primùm ſatiſne commodè donatorum reuocationem præciſè interpretemur donata pro quadrante: numquid enim aliud nihil donatũ præter quadrantẽ fuit? nam ſi quis diceret, donata tantùm ea præciſè reuocari, quæ ſuprà ius de inofficioſis donationibus conſtitutũ erogata ſunt: certum eſt, niſi ſupra eum modum præter ſeſcunciam erogatum fuiſſe. Atqui reuocari ſeſcunciam, pro dimidia tantùm parte, abſurdum eſt. Præterea Latinę orationis conſuetudinem attendi oportuit. nam illa verba, AVIA VT inofficioſi teſtamenti querelam eluderet, nepoti omnia donauit: quomodo ferre poſſunt, vt duo nepotes intelligantur? an non potius ita concepta oratio fuiſſet: *Nepoti alteri*: vel *Alteri ex nepotibus*? Præterea verba illa, VT ELVDERET QVERELAM, ad vtrum potius pertinere videtur? filium an nepotem? Opinor enim cùm ita quis indefinitè & imperſonaliter loquitur: Querela inofficioſi teſtamenti competit, querela defertur, querela arte quadã eluſa & interuerſa eſt; potius de filio ſuam orationem intelligi velle, quàm de nepote.

Legitimaria portio inſtitutionis titulo relinquenda: idque ſine omni omninò onere. Et ſupplementum eius prohiberi à teſtatore non poteſt.

CAPVT VI.

VERVM hæc quidem hactenus: ex quibus de legitimariæ portionis iure, quod antè teſtatoris mortẽ eius proprium eſt, ſatis explicatum videtur: nunc conſequens eſt, vt illud exponamus, quod mortis ac teſtamenti tempore proprium illius eſt.

§ 33 Eſt autem triplex. nam primum quidem ac ſummum eſt, quod ei à Iuſtiniano in Nouell. 115. §. 3. tributum fuit: vt Legitimaria portio hereditatis atq. inſtitutionis titulo relinquatur. *Ne parentes*, inquit, *liberos ſuos præteritos vel exheredatos in ſuo teſtamento faciant: quamuis per donationem vel per legatum, aut fideicommiſſum, vel alium quemuis relinquendi modum, legitimam iis portionem reliquerint.* Quibus verbis tota illa iuris veteris ratio immutata eſt, de qua Iuſtin. in §. igitur, de inof. teſt. quo iure nõ modò legati nomine relinqui legitima poterat: ſed etiã donatio inter viuos,

viuos, ſi modò dictum id fuerat, in legitimam imputabatur, l. ſi non mortis, 25. D. de inoff. teſt. l. ſi quis in ſuo, 33. & l. ſi quando, 35. §. 2. D. eod. & donatio propter nuptias, l. quoniam, Nouell. 29. C. eod. & donatio mortis cauſſa, l. Papinianus, §. ſi quis mortis, D. eod. vt etiam ſatis eſſet, ſi filium non inſtitueret, ſed iuberet ei hereditatem reſtitui, l. ſcimus, 36. §. cùm autem, C. de inoff. teſt.

¶ 34 Ex illa autem noua Iuſtiniani conſtitutione, doctrina hæc præclara & memorabilis ſumitur: Legitimariam portionem hereditatis & inſtitutionis titulo vſque adeò relinquendam eſſe, vt, quod mirabile dictu eſt, teſtamentum in quo filius in vncia inſtitutus, extraneo verò deunx legatus eſt, probetur: cótra verò id quo extraneus in vncia inſtitutus eſt, filio deunx legatus, non valeat. Quod verùm ſatis certo conſilio an proiecto quodam in legitimarios fauore à Iuſtiniano conſtitutum ſit, nondum exploratum arbitror. illud conſtat, in eo ipſo Nouellarum volumine alteram eiuſdem exſtare conſtitutionem, nimirum Nouell. 18. in qua contrarium his verbis perſpicuè traditur. Nulla, inquit, differentia eſt, vtrùm inſtitutionis titulo, an legati, aut fideicommiſſi datione, aut quouis alio modo legitima portio liberis attributa ſit. *Εἴτε τις αὐτὸ κατὰ τρόπον ἐνστάσεως, εἴτε κατὰ πρεσβεῖον, ἢ φιδεικομμισσου καταλιμπάνει προφάσει.* Et hoc eſt, quod in vulgata Auth. Nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. illis verbis ſignificatur: QVOVIS RELICTI TITVLO. Verùm hæc 18. conſtitutio diem adſcriptum habet, Kal. Mart. BELIS. V.C. CONS. altera autem poſterior: KAL. FEB. DO. IVSTINIANO P.P. AVG. BASIL. V.C. CONS. vt facilè appareat, hanc illa ſex annis poſteriorem fuiſſe.

¶ 35 Secundum legitimariæ portionis teſtamenti tempore hoc ius eſt, vt ſine vllo onere & grauamine vel condicionis vel moræ relinquatur. &, ſi quod forte onus adpoſitum ſit, pro non ſcripto habeatur, l. in prioribus, 32. C. de inoff. teſtam. Indéque conſequitur, vt Legitimaria portio grauari fideicommiſſo non poſſit: hoc eſt, vt ij quibus ea relinquitur, iuberi non poſſint, eam alteri fideicommiſſi nomine reſtituere. quod etiam in Nouell. 39. Iuſtinianus, multò verò apertiùs Iulianus anteceſſor ſcripſit.

¶ 36 Tertium ius eſſe arbitror, vt legitimæ ſupplementum prohiberi à teſtatore non poſſit. Nam ſi qui heredes certis ex rebus ſcripti prohibiti ſint amplius petere, pro non ſcripta hæc prohibitio habebitur. vt Iuſtinianus diſertè ſtatuit d. Nouell. 115. §. *εἰ δέ τινες*, vbi ſic ſcribit: *εἰ δέ τινες κληρονόμοι ὀνομασθεῖεν, κἂν εἰ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀρκεσθῆναι προσεταχθεῖεν, ἐν τούτῳ τὴν μὲν διαθήκην μὴ ἀνατρέπεσθαι προστάττομεν, ὅπερ δ᾽ ἂν ἔλαττον αὐτοῖς τῆς ἐκ τῶν νόμων μοίρας καταλειφθῇ, τοῦτο κατὰ τοὺς ἄλλους ἡμῶν νόμους παρὰ τῶν κληρονόμων ἀποπληροῦσθαι· μία γὰρ ἐστι τῆς ἡμετέρας γαληνότητος φροντὶς, τὸ τὴν ὕβριν τῆς* præteritiόνος *καὶ* exheredatiόνος *τῶν γονέων καὶ τῶν παίδων ἀνελεῖν.* Sed & eius rei argumentum ſatis idoneum reliquerat in d. l. quoniam in prioribus. præſertim autem in l. ſi quando, §. 2. C. de inoff. teſtam. vbi ſtatuerat, liberos accipientes id quod ſibi legitimæ nomine relictum eſt, non idcircò videri ſupplemento renunciaſſe: niſi nominatim eius rei pactum fecerint.

Portio legitimaria ſcriptis heredibus ipſo iure adquiritur, implenda ab herede: filio quidem inſtituto partē ſuā vindicante, aut famil. erciſcund. iudicio conſequente, creſcítque tergiuerſando, & quod amplius ſolutum condictione repetitur.

CAPVT VII.

¶ 37 RELIQVVM eſt, vt de iure quod poſt teſtatoris mortē legitimariæ portionis propriū eſt, conſideremus. Id autē quadruplex eſſe animaduerto. Nam primum quidem illud eſt, quòd hæc portio ſcriptis heredibus ipſo iure adquiritur: partim quia hereditatis titulo defertur, vt modò ex Nouell. 115. expoſuimus. lege autem adquiri hereditatem nemo neſcit ex l. verbis legis, De ver. ſignif. partim quia Iuſtinianus Nouell. 1. & 18. ſtatim ab initio dilucidè teſtatur, legitimam nō teſtatoris, ſed legis beneficio deferri. vbi ait, debitum liberorum ſubſidium neceſſariò relinquendum eſſe: reliqua in teſtatoris poteſtate & arbitrio manere. Neque aduerſatur quod noſtri obiiciunt ex l. ſi quis, 33. C. de inoff. teſt. vbi legitima liberis ab herede reſtitui dicitur. Id enim ex iuris antiqui ratione dictum eſt, cū quouis alio quàm hereditatis titulo legitimaria portio relinquebatur. Huius autē iuris magna vis, magnúſq. omnino effectus eſt. nam ſi legitimaria portio ipſo iure quæritur, conſentaneum eſt eam retineri poſſe: quemadmodum de Falcidiana dictum eſt, ex l. lineam, 26. D. ad leg. Falc. & l. ſeruus, 30. D. de act. emt.

¶ 38 Indéq. ſatis conſtare, quàm ſuperuacanea illa ſit vulgaris Pragmaticorum diſputatio, vtrùm legitima ab heredibus, an à legatariis, an verò ab vtriſque petenda ſit. Veluti qui centum in bonis habebat, primo, ſecundo, & tertio vicenos quinos aureos legauit. Sempronium heredem vniuerſalem inſtituit. Filiumque ex portione legitimaria. Conſtat autem legitimarium quadrantem eſſe aureorum vigintiquinque: qui ſi ab herede ſolo petatur, nihil ei ſupererit. ita deſtituetur teſtamētum. ſin autē inter ipſum filium & heredē & legatarios partitio fieret, decreſceret filij portio ad viginti, vt ſinguli vicenos auferrent. Hæc diſputatio doctis viris indigna fuit: hoc eſt iis, qui ex Nouell. 115. §. *εἰ δέ τινες*, intelligere potuerūt legitimam debere *παρὰ τῶν κληρονόμων ἀποπληροῦσθαι*: at ipſe inquit: hoc eſt, ab ipſis heredibus impleri. Deinde ex §. *ἄλλο παρὰ τούτοις*, eandem ipſo iure filio quæſitam eſſe: ac proinde illum pro ſuo iure antè omnia ſibi vigintiquinque retenturum: reliqua heredi & legatariis relicturum. Alioqui ſi legata quartam legitimariam minuerent, quorſum res euaderet? cùm ſuperius dictum ſit, legitimariæ portionis ius etiam viuis parentibus hoc eſſe, vt ne alienationibus quidem inter viuos factis lædi poſſit. Præterea, ſine adiectione quidem aliqua oneroſa lædi poteſt, vt diximus ex l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſt. quanto minùs legatis vulnerari poterit?

¶ 39 Maior aliquanto, atque haud ſcio an paulo alienior eorum diſputatio fuit, poſtquam heres inſtitutus adiit, & legata ſingulis diſſoluit, à quibus ſuā legitimam exigere & recuperare filius debeat. qua de re Boërius S.C. Burdegalenſe commemorat, Deciſ. 145. Nam primùm omnium qui heres inſtitutus eſt, non poteſt ignorari legitimam deberi. eius enim diſertam in teſtamento mentionem fieri oportere, iam dictum eſt, ex qua intelligitur filium non modò heredem eſſe: ſed etiam primarium & principalem heredem. Ecquónam igitur ore

poterit inſtitutus, cùm ſe coheredem habere ſciat, ſolum ſe pro herede gerere, & legata diſſoluere? Ne multa, eò redeundum eſt denique, quod ſcribit Vlpianus in l. & puto, 16. §. 3. & l. inter coheredes, 44. §. 2. D. famil. erc. omnia quę quis in hereditate, & tamquam heres fecerit, in familiæ erciſc. iudicium venire: tametſi res à coherede alienatæ, quia hereditariæ eſſe deſinunt, in id iudicium non veniant, l. ex hereditate, 54. D. eod. Itaque non eſſe dubitandum, quin filius & per hereditatis petitionem partem ſuam vindicare poſſit, l. in familiæ, 20. C. fam. erciſc. & verè etiam per familiæ erciſcundæ iudicium, l. coheredibus, 17. C. eod.

§ 40 Quin illud quoq; conſiderandum eſt, quod Iuſtinianus in l. ſi quis ſuo, 33. C. de inoff. teſt. primus inſtituit, vt actio legitimaria tergiuerſando creſcat, & duplicetur. Vnde rectè ratiocinari poſſumus, ſi etiam eo tempore, quo legitima hereditatis titulo non debebatur, tamen tam grauiter ſola heredis tergiuerſatio & cunctatio multabatur: quanto acerbiùs multandus erit is qui ſciens eam & lege & teſtamento & hereditatis titulo relictam, tamen de ea quæ & quibus voluit, pro ſuo arbitrio & voluntate, diſtribuit?

§ 41 Vtrùm autem heres poſteà recuperare à legatariis per condictionem indebiti poſſit, id quod amplius ſolutum eſt, video ab iiſdem Pragmaticis dubitari. Sed cùm ignorantiæ cauſſam nullam habuerit, an non ſciens & prudens ſoluiſſe videbitur? Fortaſſe tamen propter neceſſitatem, quæ inter coheredes eſt, quę exigit vt benignè cum iis agatur, l. 3. C. famil. erciſc. ſatius erit indebiti condictionem ei cōcedi, ex l. 2. & l. 3. D. de condict. indeb. Atque ex iis quidem exiſtimari poterit, cuiuſmodi Senatuſconſultū illud Burdegalenſe fuerit, quod adhiberi diſtinctionem iubet: vtrùm heredi pro Falcidia ſatis ſuperfuturum ſit, an non. quia ſi ſatis ſit, ſolum teneri; ſin minus, etiam legatarios.

Triplex actio legitimariæ portionis nomine: petitio hereditatis, familiæ erciſc. iudicium, & interdictum Vti poſſidetis. Querelam inofficioſi Legitimaria quarta penitus ſublatam. quartam autem vnam tantùm intelligi etiam inter plures, gradu licet inferiori.

CAP. VIII.

§ 42 SED ſatius eſt ad inſtitutum noſtrum reuerti, & ſecundum legitimariæ portionis ius, quod poſt teſtatoris mortem eius proprium eſt, exponere. Secundum igitur ius eſt, vt poſt Nouell. 115. triplex eius nomine actio concedatur: petitio hereditatis, familiæ erciſcundæ actio, &, in liberorum quidem perſona, interdictum Vti poſſidetis. cùm antè illam Nouellam duæ aliæ competerent: vna iure antiquo, Ex teſtamento, quę in perſonam eſt: & Iuſtiniani inſtituto, Expletoria: quæ eſt condictio ex lege: vt quod minus relictum eſt, ſuppleatur, l. omnimodo, 30. C. eod. Nunc autem triplex illa actio comparata eſt. nam de petitione hereditatis ideò dubitari non poteſt, quia cùm hereditatis pars eſt, tum verò hereditario atque inſtitutionis iure debetur: vt iam ſępius dictū eſt. De familiæ autem erciſcundæ actione præclarum agumentum eſt in l. 2. C. de inoff. donat. & in l. 2. §. 2. D. fam. erciſc.

§ 43 Vti autem poſſidetis interdictum in liberorum quidem perſona competere, vel hinc intelligi
A poteſt, quòd nō modò Fraurorū inſtitutis, verū etiam antiquo Pop. R. iure, Pater moriens filiofa. ſuperſtiti poſſeſſionē tradit. qđ in extraneis quidē heredib. locū nō habet, l. Pompon. 13. §. quæſitū, & l. cū heres, 23. D. de adq. poſſ. ſed in ſuis heredib. vt opinio mea fert, animaduertendum eſt. Primùm quia ſui heredes non hereditatem percipere videntur, ſed liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem conſequi, l. in ſuis, 11. D. de ſuis & legit. Deinde quia ſui ipſo iure heredes ſunt: & non adire, ſed retinere dicuntur, l. in ſuis,
B 14. D. de ſuis & legit. & ſtatim ex teſtamento ſunt heredes, l. 1. §. prætermittere, D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. Poſtremò quia ſuis exſtantibus nihil poteſt pro herede vſucapi, l. 2. C. pro hered. quoniam nimirum ſui poſſident. Quæ cùm ita ſint, liberi ſuam legitimam non ab aliis petere debebunt, ſed pro ſuo iure ſibi ſumere, capere, habere, poſſidere.

§ 44 Tertium ius eſt, quod inuerecundam illam inofficioſi querelam, per quam teſtamenta tam crebrò euertebantur, plane ſuſtulit: quæ ſingularis legi-
C timæ noſtræ vis ac præſtantia eſt, ex Iuſtin. conſtit. in d. l. omnimodò, C. de inoff. teſt. nam antè illam editam, quamuis maxima legitimæ pars filio relicta fuiſſet, ſi quidem tamen deerat, euerti per querelam teſtamentum poterat. Qua ex re duplex conſequebatur incommodum: Primum, quia parentes furoris arguebantur: quod verecundis liberis pudorem ſuffundebat: vt de Afrania Valerius Maximus commemorat. Atque hoc nimirum eſt, quod notat Imperator in §. 2. de inoff. cùm ait, ad naturæ verecundiam
D conſtitutionem iſtam ab ſe inductam eſſe. Alterum erat, quòd crebrò teſtamenta euertebantur, vt idem ipſe in d. l. omnimodò teſtatur: & Vlpianus in l. 1. D. eod.

§ 45 Quartum legitimariæ detractionis ius eſt, vt vna tantùm legitima liberis quantumuis multis debeatur. §. vlt. Inſt. de Inoff. teſt. Quod autem ait, *de quarta diximus*: ita intelligendum eſt, vt ſiue vnus fuerit, ſiue plures, quibus agere de inofficioſo permittitur, vna eis quarta dari poſſit, vt ea pro rata iis
E diſtribuatur.

§ 46 Quod autem Pragmatici quidam quęrunt, vtrum illa quarta ſit quarta ſubſtantiæ defuncti, an portionis cuique ab inteſtato contingentis, abſurdū eſt. perinde quaſi quis quæreret, cùm in bonis eſſent quadringenta, liberi autem quattuor, vtrum centum vniuerſis pro quarta debeantur: an ſingulis viceni quini. quia quarta hæc certiſſimam habet proportionem ad vtrumque aſſem: hoc eſt, & ad aſſem integrum hereditarium, & ad aſſem portionis ab inteſta-
F to contingentis.

§ 47 Quod autem dictum eſt de liberis primi gradus, idem de ſequentibus intelligendum eſt. Proinde ſi ſint ex duobus filiis nepotes (ait Vlp.) ex vno tres, ex altero vnus: iure antiquo pro quarta debebatur, vnicum ſeſcuncia: vnum ex aliis tribus ſemuncia querela excludebat, d. l. Pap. §. quoniam, D. de inoffic.

Qui non admittitur ad partem, non facere partem: nec filium inſtitutum in legitimaria facere. Exheredati pars vtrum ad hereditatem, an Legitimariam portionem redeat. Inter Legitimarios locum eſſe iuri adcreſcendi.

CAPVT IX.

HOC autem loco nonnullæ Pragmaticorum quæſtiones occurrunt, quas non eſt alienum breuiter exponere.

§ 48 Pri-

¶ 48 Prima eſt, An qui non admittitur ad partẽ, nihilominus faciat partem. de qua Guid.Papius Deciſ. CCXCV. & DXCIX. teſtatur duobus ſenatus ſui conſultis ita decretum fuiſſe:vt qui ex liberis ad partem non admitteretur, tamen partem faceret,veluti, vt ſi quinque liberi ſint, vnus autem illorum deportatus: ſemis illis adtribuatur. qua ſanè ratione melior reliquorum fieri condicio videtur:quia ſi in bonis quadraginta ſunt, viginti illis adtribuentur, vt ſinguli quinos habeant. Quid igitur ſi duo tantùm liberi ſint, quorum alter deportatus ſit? nam ſi hic non recipiatur in numerum, & ſexaginta in bonis eſſe ponamus, alter vicenos totos auferet: ſi admittatur, denos dumtaxat, vt alteri deni heredi extraneo adquirātur. qua ratione multò deterior filij cōdicio efficitur.In quo vis diſciplinæ noſtrę facta magna eſt.Primùm quia Iuſtinianus diſertè ac nominatim ſcribit d.§.vltim.de inoff.teſtam. legitimam non deferri,ſiue vnus ſiue plures ſint, niſi iis ſolis, quibus agere de inofficioſo permittitur. Deinde legitima, eſt tertia pars portionis ab inteſtato contingentis. deportato autem ab inteſtato nulla defertur. Poſtremò legitimaria actio iure iſto ad ſupplementum datur, d.l.omnimodò,C.eod.ea autem petitio deportato non conceditur.

¶ 49 Secunda Pragmaticorum quæſtio eſt,An filius inſtitutus partem in legitima faciat, id eſt quaſi in legitimariorum numero ſit, partem pro virili ſua detrahat. At Iuſtinianus apertè ſcribit, filium qui alio iure quàm per querelam ad hereditatem totam vel partem eius venit, de inofficioſo agere non poſſe, §.2. de inoffic.teſtam. Sed exemplum fallax erit hoc modo: Si ſexaginta ſint in bonis, quinque autem liberi; vnus ex aſſe inſtitutus; reliqui quattuor ex legitima. nam ſi inſtitutus partem faciat, melior fieri aliorum condicio videbitur: triens enim omnibus adtribuetur. Ita ſinguli ſenos auferent, inſtitutus autem triginta ſex. cùm alioquin inſtitutus quadraginta quinque eſſet habiturus; reliqui verò ſinguli quinos dumtaxat. Sed intelligendum eſt,dupliciter hîc peccari. primùm,quia non conſideratur, tantò magis de heredis vniuerſalis parte detrahi: deinde quia conuerſa ſpecies reciprocari non poteſt. nam ſi duo tantùm liberi ſint, quorum vnus vniuerſaliter inſtitutus ſit: alter ex legitima dumtaxat:ſexaginta autem ſint in bonis: huic legitimario debebuntur viginti, quòd ſi ille quoque inſtitutus in numerum recipiatur, decem dumtaxat. alteros enim decem inſtitutus auferet. Ita inſtitutus habiturus eſt quinquaginta; legitimarius autem,decem. quod abſurdum & iniquum eſſe nemo non videt. Simillima ratio erit, ſi ad aſſis rationem res reuocetur. nam ſi ſint ſex liberi, inſtitutus ſolus ſeptuncem auferet,reliqui ſinguli vnciam. ſi quinque ſint liberi, magnoperè iuuari ceteri videbuntur, admittendo inſtituto ad partem. nam ſi non admitteretur, trientem ſolum haberent: hoc eſt, ſinguli ſuam vnciam. nunc ſi admittatur, quoniam quinque ſunt, ſemis illis adtribuendus eſt: ita ſinguli prӕter vnciam quintam, vnciæ ſextæ partem obtinebunt. at iniquitas in conuerſa ratione patefiet. nam ſi duo tantùm liberi ſunt, inſtitutus decem vncias auferet: alter verò duas dumtaxat: cùm ſi inſtitutus partem non faceret,beſſem tantùm haberet: alter ſuum trientem integrum obtineret. Atque ſic ſe res habet, vt inſtituti & legitimarij diuerſo ex iure ſuccedant: illi ex teſtamento, hi ex lege. Itaque quam partem lex certis libe-

A ris adtribuit, eius condictionem ex lege iis detulit, l. omnimodò, C. eod. qua condictione agere inſtituti non poſſunt. Conſtat autem eum, qui teſtamentum quoquo modo adprobarit, ad querelam non admitti, l.penult.& l.vltim. D.eod. l.poſt legatum, 5. D. de iis quibus vt ind. nam actiones per ſe repugnantes ſimul intendi non poſſunt, l. Papinianus,8. §.ſi quis irritum,D.de inoffic.teſtam.viciſſim autem qui teſtamentum per querelam oppugnauit, quod ei relictum erat, amittit, d.l.Papinianus,§.memi- B niſſe. Præterea legitima iis ſolis propriè hoc beneficium adtribuit, quibus teſtamento iniuria facta eſt, ad ſupplendum defectum. nam quarta ad excludendam querelam inſtituta eſt, & iis ſolis conceſſa, quibus agere de inofficioſo permittitur, d. §. vltim.de inoffic.teſtam. Vniuerſali autem heredi, qualis tandem iniuria facta eſt? præſertim cùm illo §. vlt.Iuſtinianus ſcribat ei cui quarta quocumque titulo relicta eſt, querelam non dari; ac proinde ſci- C licet nec quartam. Deinde quomodo ad ſupplementum agere poterit? Pragmatici autem argumentantur ex l. ab omnibus, 164. §.ſi Attio, D.de legat. 1. & l.qui heredi,44. §. vltim. D. de condic. & demonſtr. quarum me ineptiarum diſpudet. nam primùm omnium ſatis conſtat, ibi agi de legato. abſurdum eſt autem à legato ad legitimam, quæ inſtitutionis titulo defertur, argumentari. deinde quod heres ibi deducit, ſibi deducit, non alteri. Contrariam tamen ſententiam Harmenopulus defendit lib.5.tit. D 9. vbi ſcribit, ſi extraneus heres inſtitutus ſit, legitimarium ſuam quartam integram habiturum. ſin filius, cum illo participaturum: & rationem ſubiungit: quoniam pater potuit extraneum heredem inſtituere. Primùm Harmenopuli me auctoritas nō multùm mouet; cuius aliis in rebus peccata videmus grauiſſima: deinde illius auctoritati ſuperiorum argumentorum ac rationum momenta præponderant: poſtremò ſubiecta ratio planè inepta eſt: nam ſi extraneum pater inſtituiſſet, filio præte- E rito iniuriam feciſſet: nunc autem eum heredem, atque adeò vniuerſalem inſtituens, omnem ei querendi occaſionem præcidit. Et hanc noſtram diſputationem non mediocriter adiuuat Iuſtiniani conſtitutio, Nouell. 92. vt ſi pater duos filios pluréſve haberet, & vni ex iis donare ſuas res voluerit, vltrà beſſem non donet:vel vltrà dimidiam,vt ceteri ſuam legitimam integram ſibi habeant.

¶ 50 Tertia quæſtio eſt: Vtrùm exheredati pars redeat ad heredem inſtitutum, an ad legitimarios. F Quam quæſtionem Paullus Caſtrenſis ſublimem eſſe ait, & mirificè à Doctoribus exagitatam. Ego poſt Nouellam Iuſtiniani 115. ſtultam & ſtolidam eſſe ſtatuo, & à communi ſenſu alienam: nihilo minus quàm ſi quis quæreret, ad quem pars eius qui expers eſt, redire debeat. Quod ſi animo & cogitatione fingi poſſet, tamen dubium non eſſet, quin ad totam hereditatis maſſam rediret: de qua poſteà legitima detrahenda eſt. Fallax tamen ſpecies fingi conſimilis ſuperiorum ita poterit: quia ſi ex quinque libe- G ris vnus exheredatus eſſet,ciúſque pars ad extraneum inſtitutum pertineret; tamen melior reliquorū condicio futura eſſet, quàm ſi quattuor ſoli illo obliterato numerarentur. nimirum propter trientis aut ſemiſſis rationem. Verùm, quid ſi duo tantùm libeberi ſint, quorum vnus exheredatus ſit? nam cùm viginti habiturus eſſet legitimarius, nunc decem tantùm habiturus eſt: extraneus autem inſtitutus

quinquaginta. Sed melius eſt rem omnem ad aſſis A rationem reuocare. Ergò ſi duo tantùm liberi ſint, quorum alter ſit exheredatus: annon iniquum eſſet, duas vncias quæ ad exheredatum pertinuiſſent, extraneo inſtituto adtribuere; vt dextantem conferat; filius autem ſextantem ſolum habeat? Fingamus iam quattuor eſſe filios: vnum ex his exheredatum. Pari ratione iniquum eſſet ſtatuere, ſatisfactum iis eſſe, ſi ſingulis vnciæ ſingulæ adtributæ eſſent: vt quarta inſtituto adtribueretur. Meminiſſe autem oportet, id B quod ſæpius iam inculcatum & commemoratum eſt, agi in hiſce diſputationibus de Iuſtinianico iure, quo legitimaria portio ſolo hereditatis, & inſtitutionis titulo relinquenda eſt: eóque ſolo iure obtinetur, neque exheredati amplius ad illam admittuntur: ſed eorum pars (ſi qua fingi animo & cogitatione poteſt) in hereditatis maſſa relinquitur, perinde vt antiquo iure exheredati repudiantis. l. filio, 16. & l. ſeq. & l. ſi ponas, 23. §. vlt. D. de inoffic. teſt. quamquam alia non repudiantis cautio fuerit. l. Papinianus, 8. §. quo- C niam, D. eod.

¶ 51 Denique exheredatus, modò adeatur hereditas, pro mortuo numeratur. l. 1. §. ſi pater, D. de coniūg. cum emanc. & l. 1. §. poſt ſuos, D. de ſuis & legit. vbi exheredatio, æquè vt mors, ſuitatem exſtinguit. quare pars quę illius futura erat, in hereditario aſſe remanſit: eúmque ſic auxit, vt poſteà in hereditate diuidenda maior omnium portio futura ſit tam inſtitutorum, quàm legitimariorum. non enim reliquis legitimariis ſolis adcreſcet: quia tametſi ſtatim poſt D teſtatoris mortem certa pars pro numero liberorum à lege deſtinata videatur, tamen lex iuſtè exheredatos non adiuuat. Prĕtereà lex moriente teſtatore continuò legatariam quantitatem liberis, pro eorum numero diſtribuit. Certum eſt autem exheredatum, numerum non facere: quia cùm dicimus *Pro numero*: non dubium eſt, quin numerum recipientium intelligamus, velut eorum, qui alioqui inofficioſi agere potuiſſent. §. vlt. de inoff. teſt. exheredatos autem lex non iuuat; itaque lex iis nihil adtribuit. Neq; ad rem E pertinet, quod ſcribitur in l. filium, 20. D. cont. tab. exheredationem, non adita ex teſtamento hereditate, nullius eſſe momenti. quia verum eſt illius vim tātiſper tectam & occultam eſſe: ſed adita hereditate ſtatim patefit, atque illuſtratur: non quæ noua iam eſt, ſed quæ cùm prius eſſet, tantiſper latebat.

¶ 52 Quintum legitimariæ quartæ ius eſſe animaduerti, quod in ea iuri adcreſcendi locus eſt: quémadmodum apertè conſtat ex l. ſi ponas, 23. §. vlt. l. qui F repudiantis, 17. D. de inoff. teſt. facit l. ſi duobus, 12. D. cont. tab. l. vn. C. quand. non pet. part. l. 1. §. ſi nemo, D. ad Trebell. Itaque ſi quinque ſint liberi, quibus legitimaria portio, id eſt, ſemis hereditatis debeatur, vnus autem illorum repudiet: reliqui quattuor ſemiſſem nihilominus retinebunt: quippe cùm ſemis ille ſtatim poſt teſtatoris mortē liberis deſtinatus & lege adtributus ſit: eóque pertinet l. qui quartam, 15. §. vlt. D. de leg. 1.

¶ 53 Neque huic ſententiæ aduerſatur quod ſcribitur in l. Papinianus, 8. §. quoniā, D. de inoff. vbi ſi G pater duobus exheredatis filiis quadrantem reliquerit, & alter ſuam ſeſcunciam non petat, alter quadrātem integrum petere non poteſt: ſed ſolam ſeſcūciā: nam ille exheredatus non repudiauit, ſed poſtea admitti poterit ad ſuam ſeſcunciam petendam. d. l. qui repudiantis, D. eod. Verùm hæc ita intelligenda eſſe arbitror, ſi modò de adcretione inter ipſos legitimarios cōtendatur. nā ſi inter inſtitutos & legitimarios cōtrouerſia ſit, an ſcilicet legitimarij in parte ab vno ex inſtitutis repudiata adcreſcendi ius habeāt, an inſtituti, in ea, quam vnus ex legitimariis contemſit: tū aliud iuris reſponderem. Primùm, quia inter diſiunctos re & verbis ius adcreſcēdi non cōceditur, l. 1. D. de vſuf. adcreſ. l. huiuſmodi, 84. §. quibus, D. de leg. 1. Conſtat autē illos eſſe & re & verbis diſiunctiſſimos. Deinde quia inter eos qui diuerſis ex cauſſis veniunt, ius adcreſcendi non competit, l. ſed cum patrono, 6. D. de bonor. poſſeſſ.

Quæ imputentur in quartam legitimariam, quæ non.

CAP. X.

¶ 54 SED de legitimariæ detractionis iure hactenus dictū eſt. Reſtat, vt de imputationibus videamus. quo loco eundē ordinem, quem in Falcidiana tractatione ſecuti ſumus, ſeruabimus. In quo illud primùm animaduertendum eſt: In quartam legitimariā nihil imputari, niſi de quo ſpecialiter legibus, vt hoc fieret, expreſſum eſt. l. penul. C. de collat. veluti, ſi qua ex aſſis particula, réue aliqua ſingulari, quæ minor quarta ſit, filius ſit inſtitutus.

¶ 55 Vnde etiam Expletoriam actionē naſci conſtat, l. omnimodò, 30. C. de inoff. teſt. quo in eodē genere fructus quoque numerandi ſunt, l. Papinianus, 8. §. vnde ſi quis, D. de inoff. extra quàm ſi primi grad[9] liberi eos fructus perceperint. quod iure ſingulari à Zenone cōſtitutum eſt, l. iubemus, 6. C. ad Treb. quin & legata quoque in quartam legitimariā imputari, patet ex d. l. omnimodò, 30. §. imputari, & l. ſcimus, 36. C. de inoff. teſt. neq; Falcidianæ ſimilitudo quidquam obſtat: in quā ſuperius diximus legata non imputari. Falcidiana enim ab herede & iure hereditario ſemper detracta eſt: vti ſuo loco docuimus ex l. pater, 14. & l. poteſt heres, 71. D. ad leg. Falc. legitimaria autem neque vt ab herede, neque iuri hereditario detrahitur: tametſi nouo Iuſtiniani iure, quod omni antiquo contrarium eſt, aut ipſam totam, aut ipſius partem aliquam, inſtitutionis titulo relinqui neceſſe ſit. Nouel. 115. §. 5. ſed nos de iuris antiqui ratione nunc agimus.

¶ 56 Quæſtioni autem de mortis cauſſa capionibus, & iis quæ condicionis implendæ cauſſa dantur, locus in hac tractatione nullus eſt: cùm illa in eum ſolū qui grauatus eſt, conueniat: in legitimariam autem portionem grauamen nullū conueniat. d. l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſt. Quod autem ad donationes attinet, certum eſt, eas quidem quæ mortis cauſſa factæ ſunt, imputari. l. Papinianus, §. ſi quis mortis, D. de inoff. teſt. quæ verò inter viuos factæ ſunt, ita imputari, ſi modò legitimariæ quartæ contemplatione factæ ſunt. l. ſi non mortis, 25. D. de inoff. teſt. Dotem verò & donationem propter nuptas Zeno ſingulari iure imputari iuſſit. d. l. quoniam Nouell. C. eod.

DISPV-

DISPVTATIO
DE QVARTA PEGASIANA.

1 *Quarta Pegaſiana imitatrix Falcidiæ.*
2 *Pegaſus quis, & quando conſul.*
3 *Quarta huius cum ceteris ſimilitudo.*
4 *Quarta huius à ceteris differentia.*
5 *Pegaſiana aliàs Falcidia adpellatur.*
6 *Definitio quartæ Pegaſianæ duplex.*
7 *Propoſitio tractandorum.*
8 *Perſonæ quibus Pegaſ. conueniat.*
9 *In Pegaſ. quaſi heres rogatur.*
10 *Heres in re incerta, Pegaſ. non retinet.*
11 *Iúſne adcreſcendi in re certa inſtituto competat.*
12 *Emendata l. ſi legatus, 30. §. multum intereſt, D. ad Trebell.*
13 *An legitimariis, quibus reſtituenda hereditas commiſſa eſt, liceat portionem legitimariam, an Pegaſianam, an vtrámque deducere.*
14 *Contra Pragmaticor. opinionem.*
15 *Quibus de rebus Pegaſiana detrahatur.*
16 *An cui detrahendi poteſtas conceſſa eſt, eidem ex re qualibet eam ius ſit detrahere.*
17 *Fideicommiſſa alienari non poſſunt.*
18 *An de fideicommiſſis piis Pegaſiana quarta detrahi poſſit.*
19 *Quadrans diuerſimodè accipitur.*
20 *Pragmaticorum error.*
21 *An heres fiduciarius propter inuentarij omiſſionem Pegaſ. multetur.*
22 *Diſcrimen inuentariorum.*
23 *An inuentarium ab herede factum proſit fideicommiſſario.*
24 *An fideicommiſſarius omiſſum ab herede inuentarium conficere poſſit.*
25 *Simile in quadrante Pegaſ. & Falcid. & diſſimile.*
26 *An onus legatorum ad heredem pertineat.*
27 *Accurſij error in l. 2. C. ad l. Falcid.*
28 *Explicatus §. penult. l. 30. D. ad Treb. & l. vlt. C. ad Trebell.*
29 *Fideicommiſſarius omne æs alienum ſoluit.*
30 *Impenſa funeris priúſne Pegaſ. deducatur.*
31 *Iura ſepulcrorum quando introducta.*
32 *Mulieres de dote ſua funerandæ.*
33 *Nouum ius ſepulcrorum hodie.*
34 *Ad quem ſumtus rerum hereditariarum pertineant.*
35 *Ius quartæ Pegaſianæ.*
36 *Præceptionum bipartita ratio.*
37 *Pegaſianæ quartæ nomine retentio heredi permiſſa.*
38 *An portio ea ab teſtatore prohiberi poſſit.*
39 *Contra Bartoli opinionem.*
40 *L. Falcid. plus dodrante legatum ipſo iure amputat.*
41 *Heres recuſans adire quartam amittit.*
42 *Correcta & explicata l. Titia, 86. D. ad Treb.*
43 *Iúſne publico priuati arbitrio mutetur.*
44 *Quibus actionibus hæc quarta obtineatur.*
45 *Quæ imputentur in Pegaſianam.*
46 *Réſne percepta deductæue imputandæ.*
47 *An fructus imputentur; copioſè diſputatum.*
48 *An vſuræ ab herede perceptæ reſtituantur.*
49 *Legatáne imputanda; & mortis capiones.*
50 *An dos & donationes imputentur.*
51 *Tabula trium quartarum.*

Quartæ Pegaſianæ origo, cum ſuperioribus quartis adfinitas, & pugna: tum definitio, & partitio tractationis.

CAPVT. I.

§ 1 QVONIAM ſuperiore libro de quarta legitimaria, quę ad Falcidianæ inſtar inſtituta eſt, ſatis videtur dictũ: ſupereſt vt de Pegaſiana, quę altera eiuſdem imitatrix eſt, diſſeramus. Iuſtinianus enim cùm eius ortũ in Inſtitutionibus exponeret, ſcribit Veſpaſiano imperante Pegaſo & Puſione Coſſ. ſenatuſcõſultum factum eſſe, vt ei qui rogat⁹ eſſet hereditatem ex fideicommiſſo reſtituere, perinde liceret quartam partem B retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis conceditur, §. 4. de fid. hered.

§ 2 Etſi autem horum conſulum, quos Iuſtinianus nominat, veſtigium in iis quidem qui exſtant faſtis nullum reperiatur: tamen probabile eſt, eos ad breue aliquod tempus ſuffectos fuiſſe: & eum eſſe Pegaſum Iuriſconſultum, quem Pomponius in Origine iuris ſcribit Veſpaſiano imperante Vrbis pręfectũ fuiſſe. Vtcúmque ſit, Iuſtinianus eodem loco teſtatur cauſſam huius Pegaſianę detractionis eandem planè, C quæ Falcidianæ fuerat, exſtitiſſe: nimirum, vt heredes qui totam, aut penè totam hereditatem reſtituere ro- A gati, adire hereditatem, ob nullum vel minimum lucrum recuſarent, illo quaſi auctoramento, ad hereditatem adeundam inuitarentur.

§ 3 Ex quo huius noſtræ quartæ cum duabus ſuperiorib⁹ ſimilitudo illa ſingularis intelligitur: quòd omnes ad eundem finem, & eiuſdem incommodi vitandi cauſſa comparatæ ſunt: nimirum, vt teſtamentis, quæ propter heredis repudiationem ruitura erát, conſuleretur.

B § 4 Differentia autem in iiſdem duplex oſtenditur. nam Falcidiana quidem, lege ſcripta: Legitimaria, more, & inſtituto; Pegaſiana verò, ſenatuſcõſulto inducta eſt. Rurſus Falcidiana de legatis; Legitimaria de inſtitutione; noſtra autem hæc de fideicommiſſis vniuerſalibus detrahitur: in iiſq; tamquam in ſubiecta ſibi materia verſatur.

§ 5 Cùm igitur ad Falcidiæ legis exemplum & imitationem inſtituta eſſet, factum eſt, vt ipſius nomine plerúmque adpelletur: neque verò antiqua il- C la & verè Falcidia ſæpius in libris noſtris ſuo ac proprio, quàm hæc ipſius adſumto & tranſlato nomine vſurpetur. Cuius rei ſtudioſi adoleſcentes admonẽdi

neceſſariò fuerunt : ne quando nominis illius ambiguitate fallantur.

¶ 6 Quoniam igitur de quartæ Pegaſianæ ortu inter omnes conſtat, deinceps quemadmodum definiri poſſit, conſiderandum eſt. Quarta Pegaſiana eſt, quam heres fiduciarius de fideicommiſſo, quo ſupra dodrantem hereditatis grauatus eſt, Pegaſiani SC. beneficio detrahit. Vel hoc modo, planiùs aliquanto, & ad ſtudioſorum captum adcommodatius: Quam heres inſtitutus de fideicommiſſaria hereditate, cuius maiorem dodrante partem alteri reſtituere rogatus eſt, Pegaſiani Senatuſconſulti beneficio ſibi retinet. Qua in definitione cùm per ſe perſpicuum genus eſt, tum etiam differentia inſigniter nota eſt: quippe cùm ex omnibus quartis nulla præter hanc de fideicommiſſariis hereditatibus detrahatur. Atque hæc quidem de ipſius definitione dicta ſint.

¶ 7 Eius autem tractatio, quemadmodum item ſuperiorum, tripartita eſt; vt quem in illis explicandis ordinem ſecuti ſumus, eundem in hac quoque teneamus : & primo loco de perſonis, in quas hæc tractatio conuenit: tum deinde de rebus quæ in eam incidunt: poſtremò de ipſius iure diſputemus.

Quartam Pegaſianam detrahere propriè fiduciarium heredem, & heredem eius : non legatarium, aut fideicommiſſarium, aut quaſi legatarium, cui tamen ius competat adcreſcendi. Legitimarios olim tantùm Pegaſianam detraxiſſe : nunc portionem legitimariam.

Cap. II.

¶ 8 ERgo in perſonarum tractatione illud primum tenendum eſt : Quartam Pegaſianam heredum fiduciariorum cauſſa propriè & præcipuè inſtitutam fuiſſe : ſiue heredes teſtamentarij ſint, ſiue ab inteſtato ſucceſſerint : & rurſus ſiue legitimi, ſiue honorarij ſint ſucceſſores. l. recuſare, 6. §. 1. D. ad Treb. & l. filiusfa. 18. D. ad leg. Falc. l. & ſine ſcriptura, 5. C. ad Trebell. Ab inteſtato autem, ſiue teſtamentum factum non fuerit; ſiue factum quidem fuerit, ſed omiſſa teſtamenti cauſſa inſtitutus ab inteſtato ſucceſſerit: aut eius formulæ beneficio, quæ quoquomodo teſtamentum valere iubet. l. vlt. C. quand. dies leg. ced. Neque verò ſoli heredi fiduciario Pegaſianæ detrahendæ ius competit: verumetiam ipſius heredi: ſi quidē ille antè reſtitutionem deceſſerit. l. quamquam, 10. C. ad leg. Falc. & l. an heredi, 41. §. 1. D. de vulg. Ad legatarios autem & fideicommiſſarios, ſiue particulares ſint, ſiue vniuerſales, quarta hæc nō pertinet. Nam etſi cùm legatarij, tum etiam fideicommiſſarij, vel particulares, vel vniuerſales, de reſtituendo rogari poſſint. §. præterea, 9. de fideicom. hered. & §. 1. de ſing. reb. per fideic. tamen ſi rogati ſint, detrahere Pegaſianam nullo modo poſſunt. l. Falcidia lex, 47. §. nunquam, D. ad leg. Falc. l. 1. §. denique, l. debitor, 56. §. vlt. in illis verbis : Non quaſi heres, ſed quaſi mater, D. ad Treb. cui ſimillimus textus eſt in l. cum filiofam. 11. in illis verbis: Non vt heres, ſed vt pater: D. de leg. 1. ſed planiſſimè omnium in l. ſi patroni, 55. §. 1. D. ad Treb. vbi ratio hæc profertur : Quia cùm ſemel adita hereditas eſt, omnis defuncti voluntas rata cōſtituitur, hoc eſt, cùm Pegaſianum SC. hoc vnum ſpectet, vt teſtamētum aditione ſuſtineatur, ſi qua ratione id iam factū eſt, ei ſatisfactum eſt : neque amplius eius obtinendi cauſſa præmium proponitur, quod iam ſemel obtentum eſt.

A ¶ 9 Hoc autem vſque adeò verum eſt, vt ad hanc quartam obtinendam non ſatis ſit de reſtituenda hereditate rogatum eſſe: ſed quaſi heredem rogari oporteat. Itaque ſi cui hereditatis portio legata eſt, rogatúſque eſt eam partem reſtituere, is quartam retinere non poteſt: l. mulier, 22. §. vlt. D. ad Treb.

¶ 10 Quemadmodum nec is qui heres quidem ſcriptus, ſed in re certa inſtitutus, reſtituendi onere grauatus eſt. arg. l. quoties, C. de her. inſtit. & l. 1. C. ſi B cert. petat. vbi dicitur, legatarij loco eiuſmodi heredem habendum eſſe: ac propterea nullis hereditariis oneribus fore obnoxium. Quod cùm ita ſit, conſentaneum eſſe videtur, vt neque eam quartam retinere poſſit, quæ illorum cauſſa comparata eſt, qui onera hereditaria pro ſua virili parte ſuſtinent. quamquam diſtinctione neceſſaria mihi vtendum videtur: vtrùm ſolus inſtitutus ſit, an coheredes habeat. Nam ſi ſolus inſtitutus eſt, quia ex aſſe inſtitutus intelligitur, detracta rei mentione, l. 1. §. qui ex fundo, D. de her. in- C ſtit. non dubium eſt, quin quartam detrahat, l. ſi quis priore, D. ad Trebell. At ſi coheredes habeat, tum vſqueadeo legatarij loco habendus eſt, vt qui heres vniuerſalis eodem teſtamento inſtitutus erit, & rerum illis adtributarum onere ſupra dodrantem grauatus, Falcidiam de illis, quaſi de legatis, detrahat. l. ex facto, 35. §. vnde ſcio, D. de hered. inſtit. neque cogi poſſit hereditatem adire : niſi de vniuerſitate ſenſiſſe teſtatorem appareat. l. cogi, 16. §. 1. D. ad Treb.

¶ 11 Quod autem à noſtris quæſitum eſt, an huic D in re certa inſtituto heredi adcreſcendi ius competat: reſpondendum arbitror; propterea competere, quia ſi ſolus eſſet, pro vniuerſali herede haberetur; d. l. 1. §. ſi quis ex fūdo, & d. l. ſi quis priore: Nihil autem intereſſe, vtrum teſtatoris conſilio an euentu ſolus heres ſuperſit, l. vnica, §. cùm autem, C. de cad. toll. l. id autem, 76. in fin. D. ad leg. Falc. Quodcùm ita ſit perſpicuum eſt, multum omninò intereſſe, vtrùm quis in tot vnciis, an verò in re certa, quæ tot vnciis æſtime- tur, inſtitutus ſit. Illum enim Pegaſianam detracturum: hunc non detracturum. Illum oneribus heredi- E tariis obnoxium fore : hunc verò, planè liberum ac ſolutum. quod etiam perſpicuè oſtenditur in l. ſi legatus, 30. §. multum intereſt, D. ad Treb.

¶ 12 Vbi Vlpianus, ait, multum intereſſe, vtrùm qua pars (ſic legendum eſt, vt in Florentinis Codicibus, non QVARTA : maior enim quarta & minor eſſe poteſt) iure hereditario retineatur, an verò in re vel pecunia. nam ſuperiore caſu actiones diuiduntur inter heredem & fideicommiſſarium: poſteriore ve- F rè apud fideicommiſſorem ſunt actiones. Ad hunc autem locum vetus illa pertinet diſputatio, de qua in diſputatione Biturigica ad cap. Raynutius vtrámque in partem copioſè explicauimus :

¶ 13 An legitimariis quibus reſtituenda hereditas commiſſa eſt, liceat portionem legitimariā, an Pegaſianam, an verò vtrámque detrahere. Ergò remotis opinionibus Canoniſticis, de quibus eo loco diſſeruimus, illud ſcire oportet, filium patremúe heredem inſtitutum, & de reſtituendo grauatum G ex veteris iuris inſtituto ſolam ſuam Pegaſianam detraxiſſe. l. iubemus, 6. C. ad Treb. vbi Zeno perſpicuè ſcribit, filium aut patrem retenta ex S.C. beneficio quarta, dodrantem reſtituturum. cui conſentanea eſt l. quamquam, 10. & l. ſi vt allegas, 11. C. ad legem Falcidiam. Sed poſteaquam Iuſtinianus legitimariam portionem auxit, iam verò cœptum eſt, hanc ſolam, vt pote vberiorem &

magis

magis opimam, retineri. eiúſque rei documentum exſtat in Nouell. 39. vbi Iuſtinianus apertè ſtatuit, filium legitimaria portione retenta, reliquam omnem hereditatem, iis quibus iuſſus eſt, reſtituere. Vtramq; autem retineri, nulla ratio eſt: tametſi in ſcholis quidem & iudiciis contraria opinio recepta eſt: ex fæce Canoniſtarum ſumta, in c. Raynutius, de teſt. quamuis Bald. Angelus, Corneus, Decius, ceteriq; ex eodē ordine Pragmatici vbiq; gentiū obſeruari teſtantur.

§ 14 Sed ei primùm aduerſatur ſenſus communis, quo quadrantis detractio aduerſus eum ſolum intelligitur, cui dodrās relinquitur. Deinde certiſſima Senatuſconſulti ſententia, vt is demùm quadrantē retineat, qui ſupra dodrantem grauatus eſt, §. ſed quia, de fid. her. Præterea ceterarum quartarum omnium inductio: quarum hoc perpetuum eſt, vt vnius adeptio alias omnes excludat, l. Papinianus, 8. § quarta autē, & §. vnde ſi quis, & §. ſi quis impubes, D. de inof. teſt. l. 1. §. pen. D. ſi cui plus quàm. Eodem pertinet, quod cùm ita Falcidiarum ratio comparata ſit, ne libera teſtandi poteſtas quę lege XII. tab. inducta eſt, vltra dodrantem imminuatur. ſi duplex iſta detractio permittatur, non modò in ſemiſſe teſtatoris voluntas lædetur, verùm etiam, propter legitimariæ portionis incrementum à Iuſtiniano inductū, ſi quidem pauciores quattuor liberis ſint, in ſeptunce: ſin autem plures, in dodrante. vt iam inuerſa tota Falcidię ratione, dodrans in retentione futurus ſit: quadrans verò in reſtitutione. Sed hac de re ſatis in præſentia dictum ſit. Nam alibi multò vberius diſputata hæc ſunt. Simul etiam tractationi de perſonis, quibus Pegaſiana detractio adtributa eſt, finis ſit impoſitus.

Pegaſiana detrahitur ab hereditate fideicommiſſa, qualicumque: non optione tamen heredis. A piis autem non detrahitur.

CAP. III.

§ 15 PROXIMVM eſt, vt quibus de rebus ea quarta detrahatur, cōſideremus. Cùm enim ſuperiùs dictum ſit, eam ab herede fiduciario de fideicommiſſa ſibi hereditate retineri, illud intelligendum eſt, nihil intereſſe, vtrùm ille ex aſſe heres inſtitutus, totam hereditatem, eiúſve partem aliquam reſtituere rogatus ſit. His enim omnibus caſibus detractionem quartæ heredi reſtituenti concedi, Iuſtinianus tradit in §. nihil autem, 7. de fidei. hered. neque tantùm his caſibus, quibus certa hereditatis pars reſtitui iuſſa eſt, verùm etiam cùm heredis fidei mandatum eſt, vt res quaſdam ſingulares, veluti domum, aut fundum alicui alteri reſtitueret, §. ſed quia, 4. eod. tit. Vtrùm autem heres fiduciarius rogatus ſit hereditatem, eiúſve partem reſtituere, ſiue bona teſtatoris, ſiue familiam, pecuniam, vniuerſam eius rem, vel omnia illius, ſiue etiam patrimonium, facultates, cenſum, fortunas, ſubſtantiam, nihil intereſt, l. cogi, 16. D. eod.

§ 16 Quo loco quæſtio à Pragmaticis profertur, de qua paulisper conſiderandum eſt: An cui detrahendi poteſtas conceditur, eidem ius ſit eam ſuo arbitratu ex re qualibet detrahere. Qua quæſtione, ſi quidem purum fideicommiſſum eſt, nihil abſurdius fingi poteſt. Cùm ſatis conſtet totius eius negocij cauſſa, hoc eſt dodrantis & quadrantis definiendi gratia, familiæ erciſcundæ arbitrium inter heredem & fideicommiſſarium conſtitutum eſſe, l. non am-

A plius, 26. §. vltim. & l. ſeq. D. de legat. 1. & l. ita tamen, 27. §. ex Trebelliano, D. ad Trebell. l. ſi ex aſſe, 40. D. famil. erciſcund. ac proinde, neque heredis, neque fideicommiſſarij optionem eſſe, ecquanam in re ſeruari Pegaſiana debeat: ſed omnem eius rei rationem iudicis poteſtati committendam eſſe. Quod ſi in diem aut ſub condicione fideicommiſſum eſſet, tum verò propterea naſci dubitatio poſſet, quia eorum quæ nondum debentur, nomine, peti iudicium non poteſt, l. non quemadmodum, D. de iud.

B § 17 Sed cùm Iuſtinianus facultatem alienandi res fideicommiſſarias planè ſuſtulerit, l. vltim. §. ſed quia, C. communia de leg. dotis tamen & donationis nuptialis cauſſam iure ſingulari exceperit, Nouell. 39. de reſt. & ea quę par. quid eſt, quod dubitemus heredem iis duabus exceptis cauſſis nullam rem hereditariam alienare poſſe? & ſi fortè hęc alienandi cauſſa ſubſit, tamen in ea ipſi mediocritatem adhibendam eſſe: ne arbitratu ſuo eximiam & C præſtantiſſimam quamque rem alienet? argum. l. legato, 37. D. de leg. 1. l. ſi quis argentum, 35. §. 2. C. de donat. l. vlt. §. ſed & ſi quis, C. comm. de leg.

§ 18 An autem de piis fideicommiſſis detrahi Pegaſiana poſſit, non iniuria quæri video: cùm etiam Paulli & Vlpiani contrariæ hac de re, item vt aliis de rebus non paucis, ſententiæ reperiantur. Nam Vlpianus quidem in l. 1. §. ad municipum, D. ad leg. Falcid. etiam ad ea quæ Deo relinquuntur, Falcidiam pertinere adfirmat. Paullus autem lib. ſentent. D 4. cap. de Pegaſ. ſent. neque Falcidiam legem, neque Pegaſianum Senatuſconſultum in Deorum donis locum habere ſtatuit. Sed cùm Imperator Iuſtinianus Nouell. 131. de eccleſ. cau. §. ſi verò heres conſtituerit, ne Falcidia in piis legatis locum habeat (qua lege perſpicuè oſtendit, aut aliud antiquo iure obſeruatum, aut certè ambigui iuris eam quæſtionem fuiſſe) conſentaneum eſſe arbitror, vt ea conſtitutio etiam ad Pegaſianam quartam producatur: quippe, cùm in eo herede id conſtitutum ſit, quem eſſe E fauorabilem ſuo loco docuimus, & planè teſtatur Vlpianus in l. poteſt heres, 71. D. ad leg. Falcid. fiduciarium autem heredem nullo fauore dignari: quin quod detrahit, contra certam teſtatoris voluntatem detrahete, ſatis indicatur in l. Titia, 86. in fine, D. eo. Verùm hæc quidem hactenus.

Fiduciarius heres cauſſa fideicommiſſi ſatiſdare & inuentarium conficere ſolet: cuius tamen omiſſi culpa fideicommiſſarij eſt, facti ab herede commodum, omnium F *quorum intereſt. Conficere autem & fideicommiſſarius ipſe poteſt.*

CAP. IV.

§ 19 DE quantitate autem ſic habendum eſt: ſemper antiquo iure hereditatis fideicommiſſarię quadrantem Pegaſianæ detractioni adtributum fuiſſe. Nouella autem Iuſtiniani conſtit. 108. mirabiliter eam G rationem inuerſam eſſe. nam ſi quidem heredis fidei mandatum eſt, vt hereditatem reſtituat, Iuſtinianus ſanxit, vt ex iure antiquo dodrantem reſtituere cogatur; quadrantem ſibi retinere poſſit: ſin verò rogatus ſit, id quod ſibi mortis tempore de illa hereditate ſupererit, reſtituere: tum, ex contrario, dodrantem eſſe in retentione, quadrantem autem in reſtitutione: quaſi teſtator illis verbis permiſerit heredi;

res omnes hereditarias vſque ad quadrantem alienare. Vtcumque ſit, cùm fideicommiſſi adminiſtratio lubrica res & ei cui reſtituenda hereditas eſſet, periculoſa videretur: iure antiquo, id eſt edicto perpetuo prouiſum eſt, vt heres fiduciarius fideicommiſſario ſeruandi fideicommiſſi cauſſa caueret: id eſt caueret ſe portionem hereditariam ei rectè & fideliter reſtituturum. l. 1. & paſſ. D. vt leg. & fideic. cauſſ. l. 4. C. vt in poſſ. leg. l. mulier, 22. §. mulier. l. Titius, 54. ad fin. D. ad Trebel. l. cum tale, 72. §. 1. D. de cond. & demonſt. quibus ex locis intelligitur, licuiſſe deſignato fideicommiſſario, exigere ab herede cautionem de ſingulis rebus rectè reſtituendis: ac proinde moris fuiſſe, vt deſcriptio & inuentarium earum rerum omnium conficeretur, ne qua heredis fraus interuenire poſſet.

¶ 20 Quæ doctrina, eò magis notanda & obſeruāda eſt, quòd eam planè à Pragmaticis noſtris ignoratam eſſe animaduerto: qui non aliud putant ab heredibus fiduciariis inuentariū confici, quàm id quod nouo iure à Iuſtiniano prima Nouell. inductum eſt. in quo magnum certè illorum iudiciū deſidero. quaſi verò vlla toto illo Nouellæ primæ contextu de fideicommiſſo vniuerſali vel minima mentio facta ſit: ac nō potius de iis ſolis heredibus præciſè ſcripta ſit, qui legatis aut fideicommiſſis ſingularibus onerati ſunt: quod vel ex pœna omiſſioni inuentarij propoſita licebit intelligi: cùm Imperator ſtatuit, vt heres qui intrà annum inuentarium non confecerit, legatariis & fideicommiſſariis omnibus de ſuo ſatiſfacere cogatur; quaſi quæ ad legatorum & fideicommiſſorum ſummam implendam deſunt, interuenerit. nam cùm in fideicommiſſis vniuerſalibus quātitas nulla definita ſit, ecquónam modo ab herede repletio exigeretur?

¶ 21 Itaque abſurda illa vulgaris quæſtio illorum eſt: An heres fiduciarius propter inuentarij omiſſionem ſua Pegaſiana multetur. Cùm enim edictū perpetuum fideicommiſſario cautionē illam propoſuerit, non heredis culpa eſt, ſi cautionē ſua ſponte non obtulit: ſed fideicommiſſarij ſtultitia, qui ſibi à iure delatam non exegit: vt ſi quid propterea damni ſenſerit, tamen ex regula iuris damnum ſenſiſſe non videatur. l. quod quis, 203. D. de reg. iur. l. 3. D. de trāſact. Nam quod ad illud alterum inuentarij genus pertinet, quod heredum gratia ab eodem Imperatore inductū eſt, in l. vlt. C. de iur. delib. illud intelligi oportet, prodeſſe quidem huic negocio poſſe.

¶ 22 Sed tamen diſcrimen inter iſta tria inuentarij genera hoc eſſe: primùm, quia poſtremum iſtud quod pro deliberandi iure inductum eſt, cauet heredi à creditoribus: alterum, quod Nouell. 1. introductū fuit, cauet legatariis & particularibus fideicommiſſariis ab herede. Illud autem edictale, fideicommiſſariis vniuerſalibus ab herede proſpicit. Rurſus deliberatorium fieri ſolet ab herede, qui de lucro incertus, eſt: duo verò altera fiunt ab eo, qui de lucro aliquo ſaltē ex legatis & fideicōmiſsis detrahendo certus eſt.

¶ 23 Quod autem ab iiſdem quæritur, An inuentarium ab herede factum prodeſſe fideicommiſſario poſsit, planè abſurdum eſt: cùm ſatis conſtet, inuentaria eiuſmodi quæ adhibitis tabulariis fiunt, publicam fidem & auctoritatem obtinere. l. 1. & paſſ. C. de tabul. l. vlt. C. arb. tut. & generaliter iis omnibus & aduerſus eos omnes prodeſſe, quorum intereſt. l. 2. D. teſt. quem. aper. vbi ait, eiuſmodi inſtrumenta etiam publica cenſeri.

A ¶ 24 Ex eodem genere altera illa quæſtio eſt: An fideicommiſſarius omiſſum ab herede inuentarium conficere ipſe poſſit. quaſi verò beneficium illud heredibus generaliter à Iuſtiniano tributum, non etiam ad fideicommiſſarios, pro ea parte qua heredes ſunt, pertineat. Nam, vt Marcellus ſcribit, Senatus quodāmodò in partem hereditatis recipi voluit fideicommiſſarium, & haberi heredis loco, pro qua parte ei hereditas reſtituta eſt, l. poſtulante, 44. in fi. D. ad
B Treb. l. ſi filium, 5. §. 1. D. quod cum eo. Sed de inuentario quidem hactenus.

In Pegaſiana quarta ſpectandum mortis tempus, & onus hereditarium pro parte agnoſcere heredē & fideicōmiſſarium, contra Pragmaticorum opinionem: contráque eandem, funeris impenſam ad ſolum heredem pertinere; de Pandectarum quidem iure. Sumtus autem in res hereditarias communes videri.

Cap. V.

¶ 25 NVNC illud admonere oportet, in Fal-
C cidiano & Pegaſiano quadrante æſtimando, illud eſſe ſimile, quòd vt in illo, ſic etiam in hoc mortis teſtatoris tempus ſpectatur, l. mulier, 22 §. ſi heres, D. ad Treb. vbi Vlp. ait, fructus non iudicio teſtatoris, ſed negligentia fideicommiſſarij perceptos heredis fieri: neque in eius quartam imputari. Verùm in vtroque hoc diſſimile eſt, quòd Falcidianus dicitur exemto iam ære alieno, ceteríſque hereditariis oneribus, l. in quantitate, 73. §. vlt. D. ad leg. Falc. Pegaſianus verò
D cùm hereditariis oneribus pro rata portione confuſus, iiſque obnoxius eſt, qua de re eò accuratius explicandum eſt.

¶ 26 Quia ſumma mihi hoc loco cum Pragmaticis contentio exoritur, quorum in ſcholis & iudiciis, inueterata opinio eſt, legatorum onus nulla ex parte ad heredem pertinere, ſed à ſolo fideicommiſſario ſuſtineri: vt teſtatur Guido Papius quæſt. 296. & conſ. 8. vbi adſcribit, ſemper ita decerni à Senatu Gratianopolitano ſolere, eóque iure paſſim omnes
E vti. Sed videamus, ne veriſſimè contrà diſputari poſſit: legatorum onera inter heredem & fideicommiſſarium pro rata portione diuidi. Primùm enim quod ad æs alienum attinet, ſatis conſtat, illud inter ipſos pro rata quadrantis & dodrantis diſpertiri, l. 1. C. ad Trebell. §. ſed quia, de fideic. her. atque legatarios creditorum numero haberi nemo neſcit, ex l. is cui, 4. D. de oblig. & act. l. in quantitate, 73. §. 1. D. ad leg. Falc. Præterea video reſcriptum apertiſſimum in l. 2. C. eo. t. vbi planiſſimè ſtatuitur, & ſucceſſionis
F onera, & legatorum præſtationem pro competenti tantùm portione ad fideicommiſſarium pertinere.

¶ 27 Quod enim Accurſius & reliqui omnes verba illa, PRO COMPETENTI PORTIONE, ad ſucceſſionis onera reſtringunt, impudentiſſimè Latinam orationem corrumpunt. Iam verò ſi legata ipſi heredi facta, & à teſtatore ipſius locupletandi cauſſa relicta, eius quadrantem minuunt: quia tantumdem de ipſius quadrante detrahitur, l. in quartam, D. ad leg. Falc. quanto magis ea quæ non
G ipſius locupletādi, ſed onerādi cauſſa facta ſunt? Neq; nobis aduerſatur quod Paullus ſcribit in §. vlt. l. 1. D. ad Treb. nam ibi nō quadrans, & hereditario iure detrahebatur: ſed res, aut ſumma, quaſi ex legati cauſſa, deducebatur, §. ſi quis vna, 8. Inſt. de fideic. her. & l. ſi legatus, 30. §. multum, D. ad Treb.

¶ 28 Minus obſtat §. penult. eiuſdem legis: qui tamen propter acumen cautionis Iuliani obſcurior videri

deri poſſet,& totam hanc rationem noſtram conturbare. Nam ſi ſolus fideicommiſſarius legata deberet, heres quinquaginta tantùm in fideicommiſſo reſtituendo detraheret.Ergo intelligendum eſt, heredem primùm de legatis ducentorum quartam, id eſt, quinquaginta detracturum Falcidiæ nomine: deinde de fideicommiſſo tantumdem: vt in l.2.in fin.cod. Ita centum, qui integer aſſis hereditarij quadrans eſt, obtinebit. Fideicommiſſarius enim de legatis Falcidiam non detrahit, l. lex Falcidia, 46. §. numquam, D. ad leg. Falcid. Obſtare tamen videtur lex vltim. C. ad Trebell. vbi ſolus fideicommiſſarius vniuerſalis onus fideicommiſſi particularis ſuſtinet. Sed in ea lege, heres rogatus erat de tota hereditate ſine vlla diminutione reſtituenda. quod illa verba oſtendunt: OMNEM HEREDITATEM RESTITVERE. item: Vt poſt reſtitutionem eius alias res vniuerſalis fideicommiſſarius accipiat. item: Totam quidem ſubſtantiam. Rogari autem heredes poſſe, de vniuerſa hereditate reſtituenda, conſtat ex l.1.§.inde Neratius, D.ad Trebell.Et hoc ipſum conſentaneum eſt cum eo quod idem Imperator ſcribit in §. ſed quia,6. De fideicom. hered. ſi totam hereditatem ſponte reſtituerit, omnes hereditarias actiones fideicommiſſario & aduerſus eum competere. Mirum eſt autem, errorem iſtum tam diu in Pragmaticorum noſtrorum mentibus inſediſſe: cuius cùm originem inueſtigarem, hunc videor reperiſſe: quòd paſſim in Pandectis legebant, eum qui hereditatẽ receperat, heredis loco eſſe, & legata diſſoluere:vt in l.1.§.ſi is qui quadringenta, D.ad Treb.

¶ 29 Sed animaduertere debuerunt,ita fideicommiſſariũ poſt reſtitutionẽ heredẽ fieri, vt non modò legata, verumetiã æs omne alienũ perſoluat:vt apud Iuſtin.§.3.& 5.de fideic.her.l.cogi,§.inde quæritur,D. ad Treb. nam hæc regula tum à Iuſtinian.tum etiam ab Vlp.traditur tit.Reg.24. cùm heres vltra dodrantẽ grauatus non eſt, fideicommiſſarium ex S.C.Trebellianico heredis loco haberi: cùm grauatus eſt,ex Pegaſiano legatarij partiarij loco eſſe. Noſtra autem quæſtio & diſputatio quæ materiam ſubiectam habet in l.2.C. ad Treb.ad veterem Pegaſiani cauſſam pertinet. ex quo Pegaſiano peruulgata illa doctrina eſt, quæ regulariter a noſtris profertur, æris alieni onus pro rata portione inter heredem & fideicommiſſariũ diuidi. Atq; hæc quidẽ de legatorũ onere dicta ſint.

¶ 30 Nunc altera eiuſdem generis quæſtio exoritur, de impenſa funeris, quam ante Falcidianæ rationem deduci diximus:numquid idem in Pegaſiana iuris ſit. Recepta enim Pragmaticorum opinio eſt, onus illius inter heredem & fideicommiſſarium pro rata portione diuidi:quemadmodum Guido Papius, Apollo ille noſter non Delphicus,ſed Delphinas,eodem loco teſtatur. Ac illius quidem opinionis ratio ab illis nulla exponitur. Ergo argumenta hæc duo proferri poſſe arbitror. Primum ex genere: Cùm enim funeris impenſa æs ſit alienum,l.1.§.vl.D.ad leg. Falc. imò ante æs alienum deducatur, l. impenſa,45. D.de relig. & ſumt.fun. ſequitur, vt eodem, quo æs alienũ,iure eſſe debeat.Alterũ ex ſimilibus:quia quoties mulier decedit, ex dote quæ penes virum remanet, & ceteris mulieris bonis pro portione funerãda eſt,l.Celſus,22.& ſeq.D.eod.cui ſuffragatur illud ius Pontificũ,de quo Cic.lib.de legib.2.teſtatur: vt ad eũ & ſacrorũ & ſepulcrorũ onera pertineant,ad quẽ patrisf.morte pecunia venerit: ſiue ſit heres,ſiue is qui morte teſtamentóve tantumdem capiat, quantũ heres. Præterea heres qui teſtatorem ſepeliuit, familiæ A erciſ.iudicio ſumtuũ partẽ à coherede recuperat,l.qui erat,49.in fi.D.fam.erc.hoc autẽ iudiciũ inter heredẽ & fideicommiſſariũ locum habere, ſuperius dictum eſt ex l.ſi ex aſſe,40.eo.Contra illud pugnat,primùm quod ſumtus funeris propriè ad heredem pertinere dicitur,in l.ſi quis, 12.§.2.D.de reb.& ſumt.& ſepulcrorum iura vſque adeò ad heredes pertinent, vt etiã familiarium iura cognatis proximis, qui heredes nõ ſunt, auferantur; & in heredes quamuis extraneos tranſeant,l.ius familiarium, 8.& l.penult.C.de relig. B & ſumt.Præterea video tradi in l.vlt. §. vlt. D. eod.ei cui funebria veſtimenta legantur in heredem actionem dari: deinde in l.quia perinde, 42. l. ſi patroni, 55.§.nec ignoro,D.ad Treb.reſtituta hereditate, iura ſepulcrorum apud heredem remanere: ac proinde religioſa loca ad fideicommiſſarium nulla ex parte pertinere:cùm ne inter heredes quidem diuidantur, l.fundus,30.D.fam.erciſc.iura autem ſepulcrorum in ſolo quæſtu, veluti profanorum locorum, quæ circa ea ſunt, ac non potius in exſequiarum ac ſumtibus C funeris poſita fuiſſe,nemo,vt opinor,dixerit,l.3.§.locum,91.C.eod.d.l.fundus,D.fam.erciſ.

¶ 31 Huc accedit, quòd iura illa ſepulcrorum multo antè fideicommiſſorum ius, quod admodùm recens eſt, Pontificio iure conſtituta erant. Ius autem fideicommiſſorum totum in priuatæ & pecuniariæ rei iure impoſitum fuiſſe, neque vlla ex parte ad religionem pertinuiſſe, aut quidquam de illorum ſacrorum ritu immutaſſe, probabile eſt: vt facilè intelligatur, ius iſtud ſepulcrorum ſingulare D fuiſſe: neque ex ceteri æris alieni ratione æſtimandum eſſe.

¶ 32 Nam quod ad dotes pertinet, expedita reſponſio eſt. Primùm dotem vſque adeò eſſe mulierum patrimonium, vt plerumque aliud nullum habeant. Itaque non modò æquum eſſe vt de ſua dote funerentur: ſed etiam iniquum niſi funerentur, & lucrum illud purum ad maritum perueniat. Deinde cùm dos ad patrem aut maritum non teſtamento, ſed morte mulieris ipſo iure redeat, heredes E mulieris legitimi videntur eſſe. quid verbis opus eſt? Cùm tam perſpicua iſta eſſet æquitas, à maioribus animaduerſa, tamen Vlpianus teſtatur, eam non tantoperè apud Iuriſconſultos valuiſſe, vt maritum patrémve funeris ſumtibus obligandum putarent: niſi certum à Prætore caput in Edicto poſitum fuiſſet, vt eius rei actio in illos conſtitueretur, l.in eum,16.D.illo tit. oſtendat igitur aliquis oportet, actionem funerariam à Prætore in fideicom- F miſſarium conſtitutam, priuſquàm fateri cogamur, eum propter acceptam hereditatis portionem obligari. Atqui probabile eſt, totum fideicommiſſorum ius in duorũ Senatuſconſ.verbis,& Iuriſconſultorum interpretationib.poſitũ fuiſſe: nihil ad ea Prætorũ edictũ pertinuiſſe: vt veriſimilius videatur,quæ de ſepulcris iura antiquitus,antè fideicõmiſſorũ ius,cõſtituta fuerant,eadẽ etiã poſtea permãſiſſe. Quæ tamen cùm de Pandectarũ noſtrarũ iure quæritur,reſpõdenda putarem.

¶ 33 Nam quod ad noſtrorum temporum ra- G tionem attinet, quibus Romana ſepulcrorum iura, quæ apud heredem permanere diximus,ſublata ſunt: multæ tamen ſumtuoſæ ſuperſtitiones introductæ ſunt: aliud ex æquitate naturali ſtatuendum putarem. Inter Chriſtianos autem, propter modeſtam corporis humationem, nullus eiuſmodi controuerſiis locus eſſe poterit: præſertim cùm etiam à profanis hominibus ſuperſtitioſos & ſuperuacaneos

eiuſmodi ſumtus improbari videamus, l.ſeruo alie- A
no,113.§.vlt. De leg.1.l.Mæuia, 44. D.de manu.reſt.l.
vlt.§.vlt.D.de aur.& arg.leg.l.non oportet,5.C.de iis
quib.vt ind.Denique ſumma hæc funeris expenſę lex
eſt, vt ea demùm probetur, ſine qua duci funus non
potuit, l.14.§.3. D.de relig. Sed de funeris impenſa
ſatis ſupérque dictum arbitror.

¶ 34 Nūc ad tertiam Pragmaticorum quęſtionē
accedamus, quæ ad hunc propriè locum pertinet: &
de qua Guido Papius eod.loco diſputat: Vtrùm ſum- B
tus in conſeruādis & meliorandis rebus hereditariis
facti,ad heredem,an ad fideicōmiſſarium pertineant?
Nam Guido noſter, quaſi Pragmaticorū procurator
voluntarius,fidenter ac liberè reſpondet, ad vtrumq.
pro rata pertinere.In quo tamen difficultas non par-
ua ſubeſt:cū meliorationes ex fructibus fieri ſoleāt,l.
3.D.fam.erciſ. fructus autem in quartam heredi im-
putentur,l.filiusf.18.§.1.D.ad leg.Falc.l.in fideicom-
miſſaria,18.& l.deducta,58.§.ante diem,D.ad Trebel.
præter quàm liberis primi gradus, l.iubemus, C.ad C
Trebell.vt probabilius videatur,ſi quidem fructuum
ſatis ſit, cùm augmentū heres ſentiat, periculū etiam
ad eum pertinere,l.ſcribit,33.l.vbi purè,19.in fi.D.ad
Treb.at ſi plus impendij fecerit, quàm ex fructibus
perceperit,ita à fideicommiſſario recuperabit, vt pro
ſuo quadrante partem eorum ſuſtineat, l. mulier, 22.
§.ſed enim, l. cùm hereditas, 36. l. Titius,54.D.eod.
quod idem etiam in caſibus,& damnis locum habet,
l.deducta,58. §. cùm autē,eod. Sed de tribus illis Pra-
gmaticorum quæſtionibus ſatis videtur dictum: ex D
quibus exiſtimari poteſt, quantum illorum inuete-
ratis opinionibus tribuendum ſit, præſertim cùm ij
qui Gallica Senatuſconſulta ediderūt, teſtentur paſ-
ſim in Gallia noſtra ex Guidonis Papij iudicari:& ſe-
natum Grationopolitanū totos quadraginta annos,
quibus ille iudex in eo & ſenator ſedit,ita decreuiſſe.

*Pegaſiana iure heredis detrahitur; condicione dete-
riori,quàm ſi præcipi deducique ſit iuſſa.datur autem eius
nomine retentio heredi; quæ prohiberi à teſtatore in libe- E
ris non poteſt, poteſt in extraneis. Competit Pegaſianæ
nomine Fam. erciſc. iudicium: & retenta defenditur vi
exceptionis.*

Capvt VI.

¶ 35 Vperest vt de iure Pegaſianæ
quartæ dicamus, in quo caput illud
eſt,quod Pegaſiana quarta,item vt a-
liæ ſuperiores, heredis iure detrahi-
tur,l.mulier,22.§.vlt.& l.ſi legat. 30.§.multum, D.ad F
Trebel.vbi Marcianus ſcribit,multum intereſſe,vtrū
quæ pars(veram hanc ſcripturam eſſe,ſuperius etiam
teſtati ſumus) iure hereditario retineatur, an verò in
re,vel in pecunia. nam ſuperiore caſu actiones diui-
duntur inter heredem & fideicommiſſarium: poſte-
riore verò,apud fideicōmiſſariū ſunt actiones. Qui-
bus verbis doctrina cōtinetur ſanè ſingularis, & no-
bis in hac tota tractatione ſummè animaduertenda:
de qua etiam pluribus verbis explicatur à Iuſtiniano
in §.ſi quis vna,de fideic.hered.vbi ſcribit,eas res quę G
pręcipi deducíve ab herede iubentur, quaſi ex legato
ei adquiri,atq.ab omnibus hereditariis oneribus im-
munes eſſe. Quod cùm ita ſit, perſpicuum eſt,longè
meliorem eius condicionē eſſe,qui teſtatoris iudicio
rem aliquā quę quartā impleat, præcipit, deducítve,
quàm eius qui pro ſuo iure,hoc eſt cōtra præſumtam
teſtatoris voluntatem, vi & auctoritate Senatuſcon-
ſulti quartam detrahit. nam ille quoniam ex teſtato-
ris liberalitate percipit, onerum omninò expers eſt:
hic,quia contrà teſtatoris voluntatem aliquid adipi-
ſcitur,onera pro parte ſuſtinet.

¶ 36 In quo tamen animaduertendum eſt,bipar-
titam iſtarum pręceptionum ac deductionum ratio-
nem eſſe. Cùm enim heres numquam præcipere de-
ducerévе iubeatur,niſi coheredem habeat,propterea
quod inutiliter ei à ſemetipſo legabatur,l.cùm pater,
77.D.de leg.2. tū verò illo caſu partē à ſemetipſo ac-
cipit,quaſi heres;partem verò à coherede,quaſi ex le-
gati cauſſà,l.1.§.ſi quis,D.quod leg. In quo rurſus a-
lia diſtinctionis ſubtilitas traditur: multùm inter-
eſſe,vtrùm pecunia,an certa res pręcipi deducíve iuſ-
ſa ſit.Nam ſi pecunia eſt,heredem totam eam heredi-
tatio iure à ſe accepturum: ſin res eſt,dimidiam eius
portionem non poſſe,niſi à coherede,qui dominium
non habet,accipi,l.deducta.58.§.acceptis,D.ad Treb.
Quod cùm ita ſit,conſentaneum eſſe, vt quam partē
quaſi heres & iure hereditario accipit, pro ea parte
onera hereditaria ſuſtineat pro rata, cùm ex reliqua
non ſuſtineat.Quarta enim hęc,cùm pro ſua quanti-
tate fideicommiſſarios heredes facit,vt pręclarè ſcri-
bit Marcellus in l.poſtulante,44.circa fin. D.ad Tre-
bel.& l.nam &,6.D.quod cum eo: tum verò quod
cōſequens eſt,hereditaria onera ſecū ꝓ rata trāsfert.
l.1.C.ad Treb.§.ergò ſi quidem,D.de fideic.hered.

¶ 37 Secundum Pegaſianæ detractionis ius hoc
eſt,vt eius nomine retentio heredi detur, l.heres, 21.
D.ad Treb.§.ſed quia,de fideic. hęc eiúſq.iuris vis,vt
opinor,illa eſt, vt fideicommiſſariæ res ipſo iure mi-
nuantur,arg.l.ſeruus,30.D.de act.emt.

¶ 38 Tertium autem huius quartæ ius adhuc in-
ter noſtros ambiguum eſt: An ea res prohiberi à te-
ſtatore poſſit. Quamquam in liberis primi gradus
ꝓhiberi nō poſſe,facile intelligitur ex l.ſi vt allegas,
11.C.ad leg.Falc.quippe,quia Pegaſiana in illorū per-
ſona legitimariæ portionis locū obtinet: quam por-
tionē neq.minui, neq.tolli teſtatoris volūtate poſſe,
ſuperius ſuo loco demōſtratū eſt ex l.quoniā in prio-
ribus,C.de inof. ¶ 39 De extraneis verò pleriq. Pra-
gmatici Bartholi auctoritatem ſecuti, ſtatuerūt, eam
à teſtatore nullo modo ꝓhiberi poſſe:quorū operæ-
preciū eſt argumēta cognoſcere. nā primùm omniū
ita diſputant, cùm hæc Falcidia ad illius antiquæ &
primę inſtar inſtituta ſit,prima aūt illa neq.tolli poſ-
ſit,neq.minui,l.quod bonis,15.in fin.D.ad leg.Falc.l.
nemo,55.D.de leg.1.cōſentaneum eſſe, vt eadē quoq.
in hac quarta iuris ratio cōſeruetur.Alterū eorum ar-
gumentum ex eo ſumitur,quaſi,ſi heres eo præmio à
teſtatore ſpolietur,teſtamentum deſerturus ſit: cuius
periculi vitādi cauſſa Pegaſianū quadrantē inſtitutū
fuiſſe,ſuperius diximus ex §.2.de fid.her.Tertiā & ꝓ-
pè inexplicabilem quæſtionē vrget Bartholus in l.1.
§.inde Neratius,D.ad Treb.vbi Vlpianus ſcribit,he-
redē prohibitū à teſtatore quartā detrahere; ſi nō de-
trahat,nō tamē hoc illū ꝓpter teſtatoris interdictum
facere,ſed pro ſua ſpōte & liberalitate:quippe qui te-
ſtatoris voluntatē impunè poſſit in ea re contēnere.
Arq.hęc quidē ab illa parte ſic diſputātur.Ex cōtraria
verò pugnat primū,qa qđ lege nō ꝓhibetur, permiſ-
ſum ab ea intelligitur,l.nec nō,18.§.1.D.ex quib.cauſ.
maior,l.1.§.1. D.de reſtib. Atqui S.C. numquā vetat,
teſtatorē iubere plus dodrantē fideicōmiſſario reſti-
tui.Ex quo cōſequi videtur,vt id teſtatori per S.C.li-
ceat. Præterea quod lex nō diſertè iubet, ſed permit-
tit tantùm, conſtat prohiberi poſſe: veluti cùm edi-
ctum

edictum permittit fideicommiſſario cautionem fideicommiſſi cauſſa ab herede exigere, id poteſt per teſtatorem prohiberi, l.4.C.vt in poſſ.leg. Itaque videmus in l.vlt. C.ad Treb.teſtatorem iuſſiſſe vniuerſam fideicommiſſario hereditatẽ reſtitui. Quod autẽ primo argumentò ex Falcidianæ ſimilitudine obiectũ eſt,ita nullo negocio diluitur. Diſſimilis autẽ huius & Falcidianę ratio eſt:nã Falcidia lex dilucidè verbis prohibitis ita concepta eſt: DVM NE MINVS QVARTA PARTE HERES CAPIAT.ſed & Vlp.Regul.ti.24. Lex Falcidia iubet,inquit,non plus quàm dodrantem totius patrimonij legari, vt omnimodò quadrans integer apud heredẽ remaneat. Verba enim illa, *Iubet non plus legari*, ſic conuertuntur, quaſi dixerit,legari vetat.

§ 40 Vſque adeò autẽ vetat Falcidiana lex plus dodrantem legari,vt quod plus legatũ eſt,ipſo iure amputet,atque imminuat, l.in quantitate,73. circa fi.& l.lineam,26.D.ad leg.Fal.Itaq; cùm illa lex primùm de teſtatore caueat, quem vetat amplius dodrante in legatis conſumere:poſt verò de herede, cui quadrantem capere permittit:tamen S.C. Pegaſianũ de ſolo herede mentionẽ facit:vt ei perinde ac Falcidiano heredi,capere quadrantem permittatur. Et profectò ita eſt,vt nuſquam in libris noſtris tradatur,res ex fideicommiſſo reſtituendas ipſo iure pro quarta parte minui,& amputari : quẽadmodũ ob Falcidianã eas minui demonſtrauimus. Ad ſecundam autem obiectionem ita reſpondendum eſt:

§ 41 Heredes adire recuſantes, & à Prætore compelli,& quartam amittere, l.4. & paſſ.D.ad Treb. ita tamen,vt hoc caſu,ab omnibus hereditariis oneribus immmunes ſint,§.ſed quia,in fin.De fideic.her. Eodẽ modo intelligenda eſt l.ſi heres,68.§.vlt. & l.qui totam,45.D.ad Treb.. vbi Modeſtinus ait,cum qui totam hereditatem reſtituere rogatus,quartam retinere non vult,fidúmque obſequium defuncti precib.præbere deſiderat, cautiùs facturum ſi coactus, quàm ſi ſpontè adeat. Et eôdem pertinet l.qui quod,46. D.ad Treb.l.ſi patronus,20.§.1.D.de don.l.3.§.ſi quis rogatus,D.de don.int.vir.& vx. Reſtat vltimum Bartholi argumentũ, quod omniũ acerrimè ſententiam hanc noſtrã oppugnat, ex l.1.§. inde Neratius, D.ad Treb.

§ 42 Quod enim idem obiicit ex l.Titia,86.D.eo. planè alienum eſt.non enim ibi dicitur, Pegaſianam contra teſtatoris ſententiam detrahi,quia teſtatrix id vetuiſſet:ſed quia numquam ex Pegaſiano quadrans detrahitur, quin contra mentẽ teſtatoris detrahatur. Ergo vt Neratij verba intelligamus: *Si heres*, inquit, *rogatus reſtituere totam hereditatem, non deducta Falcidia rogato & ipſi vt alij reſtituat, non vtique debere eum detrahere fideicommiſſario ſecundo quartam:niſi liberalitatem tantùm ad priorem fideicommiſſarium heres voluit pertinere*. Sed videamus, ne verbũ *heres* ab imperito aliquo gloſſatore hoc loco interpoſitũ totã eã ſententiã côturbet, cùm attentè locũ illũ legentib. facile eſt animaduertere, mentionẽ liberalitatis ad nomen teſtatoris non expreſſum quidem,ſed intellectũ referendam eſſe:vt ſenſus ſit,Niſi teſtator voluerit,illã liberalitatem totius hereditatis reſtituendæ, quã teſtator heredi impoſuit,pertinere tantùm ad priorẽ fideicommiſſarium,non etiam ad ſecundũ. Papinianus.n. rem omnem iſtam alio loco explicans, hoc eſt, in l.ſi patroni,55.§.2.D.eo. dilucidè oſtendit,quamuis heres quartã non retineat, tamẽ priorem fideicõmiſſarium quartam Falcidiæ iure retinere non poſſe, quia cùm ſemel adita eſt hereditas, omnis defuncti voluntas rata conſtituitur. cùm etiam ſuperius demonſtratum ſit, numquam à fideicommiſſario quartam detrahi, l. lex Falcidia, 47. D. ad leg. Falc. Iam verò ſi vulgatam ſcripturam reciperemus, quis non videt, illud incommodi conſecuturum, quod in heredis poteſtate futurum eſſet, quartæ detrahendæ ius alicui concedere? Cùm tamen ſatis conſtet, illam iure publico introductam eſſe, ac proinde priuatorum voluntate, ius publicum immutari non poſſe, l. ita autem, 5. §. Iulianus, D. de adminiſt. tut. præterea, ſi quartæ detractio concedi fideicommiſſariis poſſet, quarta autem cum onere ſuo transferatur; alterum illud incommodum ſequeretur, quòd plures ordine fideicommiſſarij onerum hereditariorum partem ſinguli pro rata ſuſtinere cogerentur: ac proinde creditorum actiones contra iuris rationem in tam multos diſtraherentur: cùm tamen iure ciuili, creditoribus non in plures quàm in heredem, & vnicum fideicommiſſarium actiones comparatę ſint, l.ſi legatus,30.§.vlt.Ad Treb.

§ 43 Verùm hoc loco grauis tamen illa dubitatio permanet, quòd ſi in teſtatoris arbitrio fuiſſe dicamus, ius quartæ detrahendæ ab herede in fideicommiſſarium transferre: ius publicum priuatorum arbitrio mutari videbitur. Sed huic incommodo ſic occurremus: teſtatorem ſcilicet non quartæ detrahendæ ius illi fideicommiſſario conceſſiſſe: ſed eum potius aliquid ſibi præcipere, aut præmij cauſſa quod quartam exæquet deducere iuſſiſſe: Vt verba illa, *Niſi teſtator voluerit liberalitatem ad priorem tantùm pertinere*, ſic interpretemur, niſi teſtator iuſſerit priorem fideicommiſſarium re quapiam, quæ quartã exæquet, præcepta aut deducta, hereditatem ſecundo reſtituere. quod etiam Papinianus non obſcurè confirmat in d.l.ſi patroni,§.2. vbi ſcribit, priorem fideicommiſſarium quartam Falcidiæ iure retinere non poſſe: quaſi ſignificet eam Falcidiæ quidem iure retineri non poſſe, præceptionis autem aut deductionis iure poſſe: vt l.ſi legatus, 30.§.vlt. D.ad Trebell. Atque hæc quidem de tertio Pegaſianæ detractionis iure dicta ſint.

§ 44 Quartum autem in earum actionum ratione poſitum eſt: quibus actionibus hæc quarta peti atque obtineri poteſt. Cuius rei perbreuis admodum doctrina eſt, vt non modò familiæ erciſcundæ iudicium eius petendi cauſſa heredi detur, quemadmodum ſuperius diximus ex l.ſed & eius,24.& l.ſi ex aſſe,40.D.famil.erſc.& l.ita tamen, 27.§.ſi ex Treb.D. ad Treb. verùm etiam eius retẽtio per vim exceptionis concedatur, l.heres, 21.D.ad Treb.l.poſt mortem, 12.C.de fideic.l.qui ſolidum, 78.D.de leg. 2. l.3.D.de vſur. quas leges quoniam à noſtris pugnare inter ſe creduntur, in lib.Obſeruat.3.explicauimus.

Imputantur in Pegaſianam quæ capiuntur hereditario iure, item fructus regulariter: non vſuræ: deinde & legata imputantur & fideicõmiſſa particularia, itẽ mortis cauſſa capiones: tum donationes inter viuos Pegaſianæ cauſſa facta, & ad extremum dos.

CAPVT VII.

§ 45 RESTAT vt de iis quæ in Pegaſianam imputantur, conſideremus. qua in diſputatione primũ de iis dicemus, quæ hereditario iure capiuntur: qui locus etiam ad fructus pertinet: tum præterea de legatis, de mortis cauſſa capionibus, de iis quæ condicionis implendæ cauſſa dantur, item de

donationibus, & poſtremò de dotibus. Quod ad primum attinet, ſic habendum eſt:ea quæ iure hereditario capiuntur, heredi in ſuam quartam imputari. Cuiuſmodi ſunt, ſi qua in aſſis parte, aut quibuſdam rebus heredes inſtituti ſunt.veluti in ſextula, aut vncia, aut re qualibet.imputari enim ea verè & propriè dicuntur, quæ illius quo de agitur pars ſunt. Quare cùm Pegaſiana hæc,qua de agimus,ſit quarta hereditatis defuncti:partes autem illæ aſſis aut res ſingulares, in quibus heres inſtitutus eſt, eius hereditatis pars ſint:perſpicuum eſt, rectè & propriè dici eas in quartam illam imputari.

¶ 46 Difficilior aliquanto conſideratio eſt earum, quas præcipere, deducere, retinere heres iuſſus eſt. Superiùs enim docuimus, horum partem, eam ſcilicet quam heres à ſemetipſo accipit, iure hereditario capi: alteram verò, quam à coherede adipiſcitur, iure legati capi, l.1.§.ſi quis, D.quod leg.& l.deductis, §. accipientis, D. ad Trebell. vbi Martianus ſcribit,hanc alteram partem in coheredis dominio fuiſſe, & ab hoc in illum migrare. Quod cùm ita ſit, conſentaneum eſt, diſtinctionem in hac quæſtione adhibendam eſſe:vt quam quidem partem heres à ſe accipit, quia de ſua hereditatis portione eam accipit, ea propriè & verè in ſuam Pegaſianam imputetur: quam verò à coherede, ea verè & propriè non imputetur: ſed extra quartam,id eſt,extra quartæ naturam ſit: vt hereditariorum onerũ pro ea parte ſit expers. Ac nimirum hoc illud eſt,quod Marcianus ſcribit in l.in quartam,D.ad leg.Falcid. PRO EA verò parte,quam à coherede accipit, extra quartam, id eſt, quod à coherede accipitur. Non quo fiduciarius heres ſuprà quartam illud obtineat: ſed quia extra quartę naturam & onus illud conſequetur. Itaque actionem quidem habebit ad petendum quartæ ſuæ ſupplementũ: ſed quoniam in familię erciſcundæ iudicio, prius quod ita ſibi legatum eſt, auferet, quo poſſit quartam ex fideicommiſſo petere; exceptione doli repelletur, quaſi qui iam habeat quod petit, l. qui non militabat,77. D. de hered.inſt. qua de cauſſa pars illa cum quadrante ſuo compenſabitur.

¶ 47 Nunc de fructibus dicendum eſt: quos heredi fiduciario (ſolis exceptis primi gradus liberis, l. iubemus,6.C.ad Trebel.) in quartam imputari conſtat, ex l.filiusfam.18. §.1. D.ad leg.Falcid. tametſi enim neque peti poſſint, neque reſtitui debeant, quia qui rogatur hereditatem reſtituere, videtur rogatus reſtituere quod fuit hereditatis: fructus autem non hereditati, ſed ipſis rebus accepto feruntur: tamen conſtitutum eſt, vt in quartam imputentur, l.in fideicommiſſariam,18. l.deducta,58.§.ante diem, D.ad Trebell. vbi idem ſtatuitur de fructibus, vſuris & mercedibus prædiorum. Et hoc vſque adeò verum eſt, vt fructus teſtatoris voluntate percepti cum omni ſumma, quæ heredi à teſtatore quauis ex cauſſa debetur,compenſetur; veluti ex fideicommiſſo reſtitutioni obnoxio,l.cùm pater,77.§.Titio,D.de leg. 2.Item ex dote,d.l.mulier,§.cùm proponebatur:item ex ratione tutelæ,l.quod bonis,15. §.quod autẽ, D.ad l.Falc.Verùm paulò ſubtiliùs hęc diſputatio explicãda eſt:& primùm de iis conſiderandum, qui ex hereditate per fideicommiſſum purum relicta percipiuntur:tũ deinde de iis, qui ex fideicõmiſſo in diem aut ſub condicione relicto percepti ſunt.Fructus igitur, qui ex hereditate per fideicõmiſſum purũ relicta, aut ante aditionem percepti ſunt,fideicõmiſſario debentur,l.ita tamẽ,27.§.1.l.deducta,58.D.ad Treb.qui ve-

A rò poſt aditionem, heredis fiunt, l. mulier,22.§.ſi heres,l.poſtulante, 44. §. ſanè, & §.vlt. d. l. ita tamen, §.ſi ſeruum,eod. Differentiæ autem ratio eſt duplex: Prima, quia antè aditionem fructus ſunt pars hereditatis, l. item veniunt, D.de petit. hered. poſt aditionem verò,hereditas ſuum nomen amiſit,& eius qui adiit patrimonium efficitur: qua de cauſſa ſua de re illos percipere intelligitur, l. in fideicommiſſariam,18. D.ad Treb. Altera ratio eſt,quia heres negligentia fideicommiſſarij fructus percipit: vt ait d. B l.mulier, 22.§.ſi heres, ad Trebell. Quod autem ad fideicommiſſum in diem, aut ſub condicione relictum attinet, primùm eadem, quæ ſuperius diſtinctio adhibenda ex.Fructus enim antè aditionem perceptos,partem hereditatis eſſe conſtat.at in perceptis poſt aditionem, aurea eſt Pegaſi doctrina in l. ſi ita relictum,43.§. Pegaſus, D.de leg.2.vt ſi heredis cauſſa dies adiecta ſit, fructus intereà percepti, ipſius fiant: ſin fideicommiſſarij, ei reſtituendi ſint. cui ſuffragatur l.Iulianus, 15.l.liberto, 21.§. filium, D.de C ann. leg.l.3.§. cùm Pollidius,D. de vſur.In dubio autem, id eſt, ſi ſimpliciter teſtator locutus ſit, heredi eos reliquiſſe, & condonaſſe præſumitur, l.ex aſſe, 28. ad Treb. l.poſtulante,44.§.1.eod.vbi hæc ratio redditur: quia in colendo fundo & fructibus cogendis, non fideicommiſſario, cuius procurator non erat, ſed ſibi operam nauauit. Altera ratio eſt, quia non tamquam ex hereditate, ſed tamquam ex ſuis rebus accipit, d.l.in fideicommiſſariam, 18.§.1. eod.adeò, vt ne ea quidem quæ per ſeruum heredita- D rium adquiſita ſunt, reſtitui debeant, l.facta, 63. §. ſi heres,l.ita tamen,27.§.1.eod.

¶ 48 Similiter nec vſuræ ab herede perceptę, reſtituẽdæ ſunt,l.deducta,58.§.qui poſt,eo. Sed operæprecium eſt varias veterum hac de re Iuriſconſultorum noſtrorum voces atque ſententias pauliſper attendere: quas non diffido facilè ab aliquo ingenioſo in harmoniam & concentum reuocari poſſe. primæ autem illæ enunciationes duæ occurrunt:Quidquid E ex hereditate mea ad te peruenit:&,Quicquid ex hereditate boniſque meis ad te peruenit.Nam Papinianus quidẽ in l.heredes mei,57.D.ad Treb.&Modeſtinus in l.quod his verbis, 83.de leg.3.ſtatuunt his formulis fructus nõ cõtineri,ſed heredis fieri. Vlpianus autem in l.2.§.mulier,D.de dot.præl.fructus cũ hereditate reſtitui;per has formulas iuberi.Sequũtur alteræ duæ: Quãta pecunia ex hereditate mea ad te peruenerit:&,Quantacumq.pecunia ex hereditate & de bonis meis ad te peruenerit, eã pecuniã omnẽ redde. F Nam Celſus in l.baliſta,32.& l.ſeq.ſtatuit,ex illa fructus non deberi; ex hac deberi.Poſtremò hæ quoque proferendæ ſunt:Quidquid ex bonis meis tibi ſupererit: Quod ex hereditate mea ſupererit. Nã Papinianus ex hac formula fructus non deberi ſtatuit, in l. deducta, 58.§.penul.D.ad Treb.ex illa verò Vlpianus deberi putat, l.3.§.nonnumquam, D.de vſur.vt illud omittam quod Papinianus eodem illo loco, & §.vlt. nihil inter illas formulas differentiæ eſſe ſtatuit.Atq. hæc quidem de fructibus dicta ſint.

¶ 49 Nunc de legatis videamus.Nam ea quidem, G & ſi qua fortè particularia fideicommiſſa ſunt,in Pegaſianam imputari, nemini dubium eſt, ex d. l. in quartam, D.ad leg.Falcid. quod tamen eodem modo intelligendum eſt, vt illud quod de præceptionibus, deductionibúſve diximus: nimirum, vt quam partem à ſe accipit,quoniam vt hereditatis partẽ accipit, ei in quartam imputetur. Quod autem à coherede adipiſci-

adipiſcitur, extra quartam ſit: non quo ſupra quartam ea ille adceſſionis loco percipiat: ſed quia extra quartæ naturam ſunt: vt pote quæ ab hereditatis oneribus libera, & immunia ſunt, l. deducta, 58. §. acceptis, D. ad Trebell. §. ſi vna res, De fideicom. hered. Sequuntur mortis cauſſa capiones, & ſimul ea quæ condicionis implendæ cauſſa dantur. quæ omnia in Pegaſianam imputari perſpicuè Marcianus tradit in d. l. in quartam, & l. acceptis, 93. D. ad leg. Falc. quamquam grauis dimicatio exoritur propter l. in ratione, 30. §. tametſi, D. eod. vbi Marcianus apertè ſcribit, ea quæ condicionis implendæ cauſſa fideicommiſſarius dedit, in Pegaſianam non imputari. Sed totum hoc certamen perſpicuè dirimi video ab Vlpiano in l. 3. §. vltim. D. de bon. lib. vbi ſic oſtendit diſtinguendum eſſe, vtrùm illa de patrimonio teſtatoris ſumta ſint, an non. nam quæ ſumta ſunt, quia hereditatis partem faciunt, veriſſimè imputari; quæ non ſunt, non imputari.

§ 50 Reliquum eſt, vt de donationibus & dotibus videamus. nam donationes quidem inter viuos, ſi modò Pegaſianæ cauſſa & contemplatione factæ ſint, imputandas eſſe, argumentũ præbet l. cum quo,

A 56. §. vlt. D. ad leg. Falc. cùm ſi in Falcidiana, quæ tantoperè fauorabilis eſt, id admittatur: multo magis in hanc admittendũ ſit. de donationibus autẽ, quę mortis cauſſa fiunt, minus dubitari poteſt. cùm eas legatorum iure cenſeri conſtet: & argumentum habet ex d. l. 3. §. penult. D. de bon. libert. Supereſt dotium conſideratio: de quibus non obſcura diſputatio eſſe poteſt: ſi modò doctrinam illam ſuperius traditam retineamus, duarum quartarum detractionem, neque iure ciuili, neque naturali æquitate admitti poſſe.

B Quare cùm dos in legitimariam portionem imputetur, l. quoniam nouella, 29. C. de inoff. teſt. & legitimaria portio propter eius incrementum à Iuſtiniano inductum, iſto iure detrahatur: nihil ſupereſt quod Pegaſianæ nomine quæri poſſit. Quamquam ſi Pragmaticis noſtris aliquid operæ dandum eſt, ita duarum detractionum ratio ineunda erit, vt ſi dos trientem legitimarium ſuperet, quod ſuperat cum Pegaſianæ parte compenſetur: ita tamen ſi nominatim filia de reſtituenda dote rogata eſt, l. vlt. §. filię, De

C leg. 2. l. Lucius Titius, 38. §. maritus, D. ad Trebel. nam alioqui vniuerſali fideicõmiſſo dotẽ nõ cõtineri, cõſtat ex l. pater filiã, 4. l. à filia, 62. l. debitor, 59. §. 1. D. eo.

TABVLA DE TRIBVS QVARTIS.

	Falcidia.		Legitima.		Pegaſiana.
Definitio. 1	Quarta Falcidia eſt, quam inſtitutus heres legis Falcidiæ beneficio de legatis dodrantem exſuperantibus ſibi retinet, l. 1. D. ad leg. Falc.	1	Quarta legitima fuit olim, pars eius portionis hereditariæ, quæ perſonis quibuſdam ab inteſtato deferebatur, l. 6. C. de inof. teſtam. l. 8. D. eod.	1	Quarta Pegaſiana eſt quã heres fiduciarius de fideicõmiſſo, quo ſuprà dodrantem hereditatis grauatus eſt, Pegaſiani S.C. beneficio cõſequitur, §. 4. De fideic. hered.
Ortus. 2	Ex Plebiſcito, l. 1. D. eod.	2	Ex moribus, Iuriſconſ. auctoritate comprobatis. arg. l. 1. D. de inof. teſt. l. non putauit, 8. D. cont. tab.	2	Ex Senatuſconſulto. d. §. 4.
Tẽpus. 3	Anno vrbis DXOXIII. Cn. Domitio, L. Aſinio Coſſ. Euſeb. in Chron. Dio. lib. 48.	3	Senſim poſt inductam Falcidiam, l. 8. §. quoniam, De inoff. teſt.	3	Veſpaſiano Imp. anno vrbis circiter DCCCXXX. Pegaſo, Puſione Coſſ. d. §. 4.
Cauſſa inducendi. 4	Vt hoc præmio ſcripti heredes ad hereditatem adeundam inuitarentur, ne teſtamenta deſtituerentur, §. 1. Inſt. ad leg. Falc. l. poteſt, 71. C. eod.	4	Vt querelæ occaſione ſublata & teſtatorum exiſtimationi & liberorum verecundiæ conſuleretur, §. pen. Inſt. eod. l. 30. C. eod. ac proinde ne teſtamenta quaſi furioſorum reſcinderentur, l. 5. D. de inoff. teſt. l. 6. C. eod.	4	Vt illo præmio heredes ad adeũdã hereditatem inuitarentur. Ne deſtituerentur teſtamenta. Sic enim & heredib. & fideicommiſſariis conſulendum eſt, d. §. 4.
Perſonæ. 5	Heredes inſtituti detrahunt, l. 1. & l. lex Falcidia, 47. in fin. D. eod. itaque hereditario iure obtinetur, l. pater, 14. eod.	5	Liberi & parentes detrahunt, l. 1. D. eod. & fratres conſanguinei; ſi modò infames heredes ſcripti ſunt, l. fratres, 27. C. eod. Iure autem hereditario obtinetur. Nouell. 115.	5	Heredes fiduciarij, iique directò inſtituti, l. 1. §. denique, l. mulier, 22. §. vlt. D. ad Trebell. itaque iure hereditario, obtinetur, l. ſi legatus, 30. §. multum intereſt, l. deducta, 58. §. acceptis, D. eod.
Res. 6	Detrahitur de legatis dodrantem exſuperantibus, l. 1. D. ad leg. Falc.	6	De inſtitutionibus dodrantem exſuperantibus, l. ſi quando, 35. C. eod. & donationibus inofficioſis, l. 1. & paſſ. C. de inoff. donat.	6	De fideicommiſſis dodrantem exſuperantibus, d. §. 4.
Quãtitas. 7	Quarta cuiuſque portionis hereditariæ legatis oneratur, & pro rata cuiuſque, l. is qui ſola, 80. D. de leg. 1. l. 2. C. ad leg. Falcid.	7	Iure antiquo fuit quadrans, ſed Iuſtiniani lege, ſi non plures quattuor liberi ſint, triens: ſin plures ſexcuns, Nouell. 18.	7	Quadrans hereditatis reſtituendæ, d. §. 4.
Æſtimatio quãtitatis. 8	Quantitas eius æſtimatur ex tempore mortis teſtatoris, l. in quantitate 73. l. in ratione, 30. D. eod. deductis tamen funeris ſumtibus, pretio manumiſſorum, ære alieno, l. 6. & l. 8. C. eod. l. 1. §. in quibuſdam, l. ſi ſeruus, 33. D. eod.	8	Quantitas huius æſtimatur, ex eo tempore quo plurimi hereditas fuit: ſi quidem fraus interuenerit. Nouell, 92. l. penult. C. de inoff. donat. & onus omne deducitur, l. 8. §. quarta, D. eod. l. 6. C. eod.	8	Ex tempore mortis, l. mulier, 22. §. ſi heres, D. ad Trebell. nec deducuntur onera, quia pro rata inter heredem & fideicommiſſarium diuiduntur, l. 1. & l. 2. C. ad Trebell.
Ius detractionis. 9	Primum Falcidiæ ius eſt, vt legata dodrantem exſuperantia ipſo iure diminuantur & quarta eodem ipſo iure apud heredes remaneant, l. lineam, 26. l. in quantitate, 73. §. vlt. D. ad leg. Falc. II. Ius vt antiquo iure prohiberi à teſtatore non poſſet, l. quod bonis, 15. in fin. D. eod. nouo Iuſtiniani, poſſit. Nouell. 1. §. 2. III. Vt eius nomine competat interdictum, quod legatorum, l. 1. §. 2. D. quod legat. aut rei vindicatio contra omnes, d. l. lineam.	9	I. Ante patris mortem, vt neque pactum de minore ſumma cum patre factum valeat, l. ſi quando, 31. §. vlt. C. de inof. teſtam. neque partitio patris, qua legitima læditur, rata ſit, l. parentibus, 8. C. eod. l. ſi cogitatione, 21. C. famil. ercisc. neque donatio qua ſuperuenientium liberorum portio imminuitur, l. 1. & paſſ. C. de inoff. donat. l. ſi vnquam, 8. C. de reuoc. donat. II. Mortis tempore: vt legitima hereditatis & inſtitutionis titulo relinquatur. Nouell. 115. & §. 3. expers omnis oneris; velut æris alieni, fideicommiſſi, moræ, condicionis, l. quoniam, 32. C. de inoff. teſt. III. Poſt mortem: vt ipſo iure adquiratur liberis. Nouell. 1. & 18. eiúſque nomine competat hereditatis petitio: ex d. Nouell. 115. & fam. erciſcund. vnde actio, l. 2. C. de inof. donat. l. 2. D. famil. erciſcund.	9	I. Vt heres eius nomine habeat aut familiæ erciſcundæ actionem aduerſus fideicommiſſarium, l. ſi ex aſſe, 40. D. famil. erciſc. aut retentionem per vim exceptionis, l. qui ſolidum, 78. D. de legat. 2. l. 3. D. de vſur. II. Vt heres detrahens & onera hereditaria & legata pro rata ſua quarta retineat, l. 1. & l. 2. C. ad Trebell. §. 2. & §. 3. De fideic. hered. III. Vt prohiberi à teſtatore in liberis primi gradus non poſſit, l. ſi vt allegas, 11. C. ad leg. Falc. in extraneis poſſit, l. 32. §. vlt. D. ad leg. Falc. tum heres adire coactus omnium onerum hereditariorum eſt expers, l. ſi heres, 68. §. vlt. l. qui totam, 45. l. 1. §. inde, D. ad Trebell.

DE IM-

DE IMPVTATIONIBVS IN QVARTIS FACIENDIS.

	In Falcidiam.		In Legitimam.		In Pegaſianam.
1	Imputantur res quas iure hereditario heres accipit:veluti ſi qua ex particula aſsis aut in re certa vel minima ſit inſtitutus.l. quod autem, 74. D. ad leg.Falc.	1	In hanc non imputantur niſi ea pro quibus ſpecialiter legibus vt hoc fieret expreſſum eſt,ait l. pen.C.de coll. veluti res quas iure hereditario filius accipit:vnde actio expletoria.l.omnimodo,30.C.de inoff.teſtam.	1	In hanc imputantur quæ iure hereditario heres capit:vt ſi quid precipere,deducere, retinere iuſſus eſt, l.in quartam, 91.D.ad leg.Falcid.aut ſi quid alienarit. l.3.§. res quæ,D.ad Trebel.
2	Item fructus,l. quod bonis, 15. §. fructus,D.eod.	2	Imputantur fructus.l Papinianus,8. §.vnde ſi quis,D. eod. non tamen in liberis primi gradus.l.iubemus, 6.C.ad Trebel.	2	Et fructus & mercedes prædiorum l.iubemus,6.C.ad Trebel.l.deducta, 58.§.ante,D.eod.
3	Donationes in Falcidiæ locum & eius contemplatione factæ.l.cum quo, 56.§.vlt.D.eod.	3	Et donationes factæ contemplatione legitimæ.l. ſi non mortis, 25. D. de inoff.teſt.& §.vlt.Inſt.eod.l.ſi quando, 35.§.& generaliter,6.eod.	3	Et donationes inter viuos huius quadrantis contēplatione factæ:arg. l.cum quo,56.§.vlt.D.ad leg.Falc.
4	Non imputantur legata & fideicommiſſa ſingularia. l. ſed ſi ideo, 75. D. eod.	4	Item legata & fideicommiſſa, l. omnimodo,30.§.imputari:l.ſcimus,36. C.eod.	4	Et legata & fideicommiſſa. d. l.in quartam.
5	Non mortis cauſſa capiones.l.id autem quod,76.D.eod.	5	Non eſt locus quæſtioni de mort. cauſ. cap. quia cùm legitima grauari non poſsit, l. quoniam,32. C. de inoff. teſt.dari grauato nihil poteſt.	5	Et mortis cauſſa capiones. d. l. in quartam & l.acceptis, 93.in fin.D.ad leg.Falcid.
6	Non quod implendę cōdicionis cauſſa accipitur.l. in quartam, 91.l.id autem,76.l.ſi pupillus,21.l.in ratione, §. tam is,D.eod.	6	Nec condicionis implendæ cauſſa data:propter eandem rationem.	6	Et condicionis implendæ cauſſa data.d.l.in quartam,& d.l.acceptis,
	Nec dos: quia non vt hereditatis pars accipitur.l.pater filiam, 14.D.eo. Itaque primus Zeno inſtituit vt in legitimam imputetur.l.quoniam,29.C. de inoff.teſt.		Imputatur dos & donatio propter nuptias.l.quoniam,29.C.de inoff.teſt. l. qui volebat, 61. D. de heredibus inſtituend.		Dos non antiquo iure: cùm ne fideic. quidem vniuerſali contineretur.l.pater,14.l.à filia,62.D.ad Trebell. ſed cùm in legitimam imputetur, non æquum eſt vt inſuper Pegaſianam filia conſequatur.
	Nec donationes cauſſa mortis:quia legatorum vicem obtinent.l.vlt. C. de mort.cauſſ.donat.		Et donationes cauſſa mortis:l.Papinianus,8.§.ſi quis mortis,D.de inoff.		Imputantur mortis cauſſa donationes: argum. ex comparatione legatorum: itemque arg.l.3.§. penult. D.de bon.libert.

DISPVTATIO
DE EO QVOD INTEREST.

1 *Intereſſe quid ſit.*
2 *Id quod intereſt quibus de rebus dicatur.*
3 *Eius quod intereſt partes duæ: interdum in re principali, interdum in acceſſione.*
4 *Id quod intereſt diſtinguitur à rei æſtimatione.*
5 *Huius intereſſe duo ſunt genera: aliud ex damno accepto æſtimatur, aliud ex vtilitate interuerſa.*
6 *Item vnum eſt finitum, alterum incertum atque indefinitum.*
7 *Infinitum rurſus aut commune eſt, aut extraordinarium.*
8 *Intereſſe ſiue à dolo ſiue à culpa in ſolidum reſarciendum.*
9 *Minus peccat qui culpa, quàm qui dolo.*
10 *Fortuna ad intereſſe non computatur.*
11 *Ignorantiâ damnum dans abſoluitur.*
12 *Explicata l. ſed addes, 19. §. 1. D. locati.*
13 *Ratio æſtimandi quod intereſt.*
14 *Interpretatio l. vn. C. de ſenten. quæ pro.*
15 *Extraordinarium intereſſe quomodo accipiendum.*
16 *Culpa dupli quantitate plectitur.*
17 *Lucrum impeditum qua pœna puniatur.*

Quid ſit intereſſe; quibúſque in rebus dicatur: aliúdque in re principali, aliud in acceſſione conſiſtere.

CAPVT I.

¶ 1 INTERESSE Latinè dicimus, cùm aliquod interuallum interpoſitum eſſe ſignificamus: veluti cùm inter æs & aurum plurimum intereſſe dicimus. Multum enim inter vtriúſque naturam, vim & precium interpoſitum eſſe ſignificamus. Itaque cùm quid factum eſt, quod cōdicionē rei familiaris alicuius patrisfa. deteriorem effecit, veluti cùm ſeruus eius heres ab aliquo inſtitutus, interfect⁹ eſt: præcisè dicere ſolem⁹, permagni illi⁹ intereſſe: cū plena locutione ſic explicetur, multum inter hanc illius & ſuperiorem rei familiaris condicionem intereſſe. vt fortaſſe nō omnino incōmodè id quod intereſt, definiri hoc modo poſſit: Diſcrimen quod inter eam condicionem quæ in re familiari alicuius vel antea fuit, vel omnino futura erat, & eam quæ nunc eſt, per alterius culpam contigit. Propterea autem addidimus VEL OMNINO FVTVRA ERAT, vt intelligatur Intereſſe dici, non tantùm, vbi damnum acceptum eſt, ſed etiam vbi lucrum auerſum impeditúmque eſt. quippe cùm Paullus in l. ſi commiſſa, 13. D. rem rat. hab. ita ſcribat: Si commiſſa ſtipulatio eſt, in tantum competit actio, in quantum interfuit: id eſt, quantum mihi abeſt, quantúmque lucrari potui. Cui loco ſententiæ ſunt in iure ciuili conſentaneæ innumerabiles.

¶ 2 Intelligendum eſt autem id quod intereſt dici communiter omnibus in rebus, ſiue corporalibus, ſiue incorporalibus, præter pecuniam numeratam, & ſpecies quæ pondere, numero, menſura conſtant. Quoniam in pecunia quidem numerata propriè Vſura dicitur: quæ quamuis nihil aliud ſit, quàm id quod intereſt lege definitum ac circumſcriptum, tamen ſiue quia ſuum & proprium nomen habet, idcirco docendi cauſſa ad ſolam pecuniam numeratam adcommodatur: ſiue quia facilis eſt vbique terrarum paratio numorum, ſaltem ſub vſuris legitimis & apud argentarios, l. non exiſtimo, D. de admin. tutel. In ſpeciebus autem non eius quod intereſt, ſed quanti plurimi æſtimatio dici ſolet: propterea quòd nihil poteſt in iis ſingulariter

A intereſſe, quæ non ex ſpecie & corpore ſuo æſtimantur, ſed ex genere, quod vulgare eſt, & paſſim facilè atque vndecumque parari poteſt.

¶ 3 Atque hæc quidem ita ſe habent. Nunc illud ſcire oportet, Ei⁹ quod intereſt duas eſſe partes. Nam interdū in ſola re principali conſiſtit: interdū, & quidē multò frequētius, in eius acceſſione. quod Vlpian⁹ his demonſtrat verbis: Si res vēdita nō tradatur, in id quod intereſt agitur: hoc eſt, quod rem habere intereſt emtoris. Hoc autem interdum precium egredi-

B tur, ſi pluris intereſt quàm res valet, vel emta eſt, l. 1. D. de act. emt. Nam cùm adſcribat INTERDVM PRECIVM EGREDITVR, perſpicuè demonſtrat, interdum etiam non egredi. quod ab exemplo facilius erit intelligi. Nam finge mihi ſeruum à Titio viginti aureis venditum, quem Aurelio ſub pœna decem aureorum dare promiſi. Si Titius ſeruum non tradiderit, & propterea pœnam commiſerim: intereſt inter meam condicionem quæ nunc eſt, & quæ olim fuit: primùm quantitate viginti aureorum, quanti res principalis fuit: deinde quātitate au-

C reorum decem: quanta fuit pœna commiſſa: vt diſcrimen inter ſuperiorem & præſentem condicionem inita ratione, ad ſummam aureorum ſit triginta. Rurſus finge non pluris interfuiſſe, quàm quanti res principalis fuit: id eſt xx. aureis. Tamen actionis Ex emto formula non ſic præcisè concipietur, vt rem, aut rei quantitatem, id eſt, æſtimationem petat: ſed abſolutè & ſimpliciter, quanti quanti emtoris interfuit. quod Impp. in l. ſicuti, 12. C. de act. emti,

D perſpicuè demonſtrant: vbi aiunt, actionem competere, non precij quantitatis, ſed quanti intereſt emtoris. Itaque eius actionis formulam hanc Cicero in libro de Officiis 3. prodit: Quidquid te mihi eo nomine dare facere oportet. Id eſt, ſolam æſtimationē rei, ſi quidem mea nihil interſit: ſi verò interſit, quantum mihi eo nomine abeſt. Quinetiā video Vlpianum in l. vlti. D. ſi quis in ius voc. perſpicuè id quod intereſt dixiſſe, pro Quāti ea res eſt, vt patet ex l. 2. in fi. D. qui ſat. cog. Et omnino ſic vſurpatur pro rei principalis æſti-

E matione, in l. cū qui, 14. §. vlt. l. ſi vendidero, 80. §. 1. D. de furt. Quapropter emti actio etiam ſi nihil interſit, veluti

veluti ſi mihi ſeruitutem per tuum fundúm eundi agendi ad eum quem meum falsò exiſtimabam, vendidiſſes, & poſteà conſtiterit meum illum fundum non eſſe:tamen ſuam illam formulam, vt quanti intereſt præſtetur,retinebit.

§ 4 Hæc cùm ita ſint, tamẽ illud intelligendũ eſt, Iuriſconſultos hoc locó, vt ſæpè aliàs, diſciplinę & perſpicuitatis cauſſa,differentia vocabulorũ vti,& veram rei principalis æſtimationẽ ab eo damno quod extrinſecus acceſſit, plerumq; diſtinguere. Veluti cũ Paullus in l.euicta,70. D. de euict.ſic ſcribit: Euicta re,ex emto actio nõ ad precium dumtaxat recipiendũ,ſed ad id qđ intereſt cõpetit.Item Vlp.in l.1.§.conſiderandum,D.de tut.& rat.diſt.Et magis,inquit,eſſe arbitror, in hac actione quod intereſt nõ venire, ſed rei tantùm æſtimationem.Item in l.hęc verba,193.D. de verb.ſig.Hæc verba,Quanti eam rem paret eſſe,nõ ad id quod intereſt, ſed ad rei ęſtimationem referuntur. Quod etiã licet animaduertere in l. ſi fundus,33. D.loc.l.vn.in fi.D.ſi quis in ius dic. l.Stichũ,55. D.ad leg.Aq. l.4.§.in eum,D.de dam.inf. l.Titius,43.D.de act.emt. l.2.§.in hac act. D. vi bo.rapt. Quamquam illud etiam obſeruandũ eſt, hæc verba, Quanti ea res eſt,nonnunquam etiam id quod extrinſecus intereſt cõtinere.Itaq; cùm lex Aquilia ſcripta ſic eſſet,QVANTI EA RES PLVRIMI FVERIT:Iuriſc. in l. ait lex,21. & l.ſeq.ſcribunt,nõ ſolùm corpus æſtimandum eſſe, quanti fuerit,ſed etiã quanti noſtra interfuit: ac proinde ſi ſeruum occidiſti, quem ſub pœna tradendum promiſeram, vtilitatem in hoc iudicium venire. ſimiliter Vlpianus in l.4.§.in eum,D.de damn.infect. In eum,inquit,quanti ea res eſt iudicium datur:quod non ad quantitatem refertur, ſed ad id quod intereſt. Quod eodem modo licet perſpicere in l. 9. & l. 10.& l.11.D.de ſeru.corrupt.& l.3.in fin. D.vti poſſid. l.in bonæ fidei,36.D.de pecul.l.quoties quis,81.D.de verb.oblig. l.pen.D.ne quis eum qui in ius, l.pen.D. ſi quis caut.l.arbitror,18.D.de dolo malo, l.vltim.de pręt.ſtipul.

Intereſſe aliud ex damno accepto, aliud ex vtilitate interuerſa: item aliud finitum & circumſcriptum, aliud incertum & indefinitum: & hoc rurſus ordinarium vel extraordinarium.

Cap. II.

§ 5 VERVM hæc quidem hactenus. Deinceps illud planius conſiderandùm eſt, quod ſtrictim ſuperiùs adtigimus. Huius intereſſe (hoc enim vti verbo nihil eſt incommodi, quod & in ſcholis noſtris tritum eſt, & exempla apud veteres habet non aſpernanda.) Huius igitur intereſſe duo ſunt genera. Aliud enim ex damno accepto, aliud ex vtilitate interuerſa & impedita æſtimatur:quod ſuperiùs probauimus ex l. ſi cõmiſſa,13. D. rem rat. hab. & auctoritatem habet perſpicuam,in l.vn.C.de ſenten.quę pro eo quod inter. l.pe.D.ſi quis caut.l.4.§.1.D.fin.regun. l.eum qui,14. §.vlt.l.ſi vẽdidero,80.D.de furt.l.2.& 3.D.de eo quod cert.loc.Itaque Iuriſconſulti paſſim Vtilitatis verbo, & Eo quod intereſt promiſcuè & communiter vtuntur:veluti in l.proinde,22.ad leg.Aquil. vbi cùm Vlpianus dixiſſet, æſtimationem eius quod intereſt deberi, Paullus ſic intulit: Proinde ſi ſeruum occidiſti, quem ſub pœna tradendum promiſeram,vtilitas venit in hoc iudicium. Hinc Vlpianus in l. ſeq.ſcribit, Si ſeruus heres inſtitutus occiſus ſit, etiam heredi-

A tis æſtimationem præſtandam eſſe. Quod autem de vtilitate dicimus, id de ea demùm vtilitate quę vera, & certa, & explorata eſt, intelligi oportet: non autem de incerta vtilitatis opinione, qualis eſt ea quæ in fortuna, & incerto rerum futurarum euentu poſita eſt. veluti ſi venditor vinum aut triticum non tradidit,de quo negociari emtor potuit, & magnum mercator quęſtum ex ea negociatione facere: l.ſi ſterilis,13.§.3.D.de act.emt. aut ea quæ ex cuiuſque hoB minis ſtudio atque adfectione naſci videtur: veluti ſi ſeruus qui filius meus naturalis erat, occiſus ſit, l. precia rerum, D. ad leg.Falcid. l.ſi ſeruum, D.ad leg. Aquil. aut ſi fundum amiſi qui maiorum meorum fuerat, vicinúmve amicum quemdam meum habebat, l.ſi cui, in fin. D.de legat.2. l.ſi in emtionem,35. D.de minoribus, l. libertus, 36. D.de bonis lib. primùm, quia intereſſe de quo diſputamus, in re familiari conſiſtit: quemadmodum in definitione ſignificauimus. deinde quia æſtimari hominum ſtudia & C adfectiones non poſſunt. Nos autem eius quod intereſt æſtimandi rationem inquirimus.Pręterea quia perrara & minuta illa ſunt, quorum ratio à Iuriſconſultis nõ magnoperè habetur. Poſtremò quia quemadmodum quiſque animo adfectus ſit, & quod quiſque ſibi ſtudium ac deſiderium fingat, ad Ius ciuile non pertinet.

§ 6 Nunc proximum eſt, vt quot ſint eius quod intereſt genera conſideremus. Ego quidem duo ſumma reperio: vnum finitum, & circumſcriptum: alD terum incertum atque indefinitum. Finitum eſt, cuius ſumma, conuentione certa definita & circumſcripta eſt: quę quia pœnæ vim obtinet,idcircò pœna vulgò nominatur in l. ſtipulatio iſta, §.alteri,D. de verb.oblig. vbi Vlp.In pœna,inquit,non amplius quid interſit quæritur, ſed quantum conuentum ſit. Id autem propterea fieri conſueuit, quia cùm quanti cuiuſque interſit,in facto,non in iure cõſiſtat, l.quatenus,D.de reg.iur. difficillima autem eius probatio ſit,l.vlt.D.de prætor.ſtip. §. vlt.de verb.obl. ſatius & E expeditius fuit, eius ſummam certa aliqua & pacta conuentione ita definire, vt etiam ſi nihil intereſſet, ea tamen præſtaretur:nimirũ quia quod plerumq; & vt noſtri loquuntur, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidit, ſpectamus:plerumq; autem accidit, vt interſit.Deinde quia quod futurum videbatur, in ſtipulationem deductũ eſt:vt ridiculè quidam arguti videri velint, qui ex eo loco diſputant, pœnam conuentam, & intereſſe idcircò diuerſa eſſe, quia illa etiam vbi nihil intereſt, petitur. Non enim Iuriſconſultus præcisè hoc intelF ligi voluit, etiam ſi nihil interſit: ſed non vocari in quæſtionẽ vtrùm interſit,nécne:verùm id ſumi,&,vt loquimur,præſupponi,quoniã nunquam ferè accidit quin interſit. Cùm igitur certa & definita ſit huius intereſſe quantitas, & quantum in ſtipulationẽ deductum eſt, tantum omnino ſolui debeat: nihil eſt, quod de ea diſputari à Iuriſconſultis poſſit.

§ 7 Infinitũ autẽ Intereſſe illud adpellatur, cuius quantitas incerta & obſcura eſt:quoniã (vt paulò antè poſuimus) eius omnis quæſtio in facto, hoc eſt,in G cõiecturis & fallacibus argumentis poſita eſt.de quo nobis in pręſẽtia diſputare propoſitũ eſt.nã eius quidẽ quantũ exiſtimare poſſumus, bipartita diuiſio videtur:vt aliud ſit Cõmune,ordinariũ,vſitatũ,frequẽs, quotidianum, vulgare: aliud verò Inuſitatum, inſolens, inopinatum, improuiſum. Commune eſt,quod ſine aliquo inſigni & inuſitato damno, mediocri aliquo cum incõmodo vſuuenit. Veluti cùm res cõmo-

data deterior eſt reddita, quàm accepta. l. 3. §. 1. A D.commod.vel cùm rem alienam ſciens quis ignoranti vendidit.l.ſeruus, 30.§. ſi ſciens, D. de act.emt. vel cùm menſam non citream quis vendidit pro citrea.l. ſi ſterilis, 21.§.2.D. eod. Extraordinarium eſt, cùm inſigne aliquod damnum præter opinionem & cõſuetudinem acceptũ eſt, inſigniſve vtilitas amiſſa. veluti ſi pecus morboſa vendita eſt, cuius cõtagione grex totus interiit:aut tignum vitioſum vẽditum, cuius vitio domus in illud incũbẽs corruit: aut dolium B vitioſum venditum, cuius vitio vinum oleúmve inſuſum corruptũ eſt:aut ſeruus occiſus qui heres opulẽtæ alicuius hereditatis inſtitutus fuerat:aut vinum triticúmve emtori non traditum, cuius ex negociatione magnum venditor qui mercaturam exercebat, quæſtum facturus erat.

Cauſſa lucri impediti datíve damni neceſſaria, quanti illud, reus damnandus: ſecus in cauſſa tantùm iuuante. Ignorantia nocens culpæ, ideóque & pœnæ plerúmque expers: niſi ignorantia artis eiuſdem profeſſoris. C

Cap. III.

§ 8 Hæc cùm ita ſint, proximũ eſt, vt viam aliquam inueſtigemus, qua infinitum iſtud intereſſe, ſi minus verè ac γεωμετρικῶς, veriſimiliter ſaltem & probabiliter æſtimare ac definire poſſimus. Quod, mea quidem ſententia, commodius fieri non poterit, quàm ſi dãni accepti cauſſas conſideremus. Cauſſa namque alia eſt D vi ſua, & (vt vulgus loquitur) immediatè efficiens, veluti cùm quis manu ſua & gladio immittendo ſeruum occidit. alia eſt adiuuans, & (vt Dialectici loquuntur) ſine qua non: veluti ſi venditor triticum non tradiderit, cuius penuria ſerui mortui ſint. l.ſi ſterilis, §.3.D. de act.emt. Ergo ſi mei iudicij quid eſſet, ſtatuendum hoc modo exiſtimarem: vt quibus caſibus ſubeſſet cauſſa damni accepti lucríve impediti neceſſariò & vi ſua conficiens, iis caſibus quanti illud eſſe conſtaret, ſiue dolus, ſiue culpa interceſſiſſe E diceretur, tanti reus damnaretur. Æquitati enim naturali conſentaneum eſt, vt is qui damnum intulit, illud in ſolidum reſarciat. Cuius rei aliquot exempla diſciplinæ cauſſa proponenda ſunt. Ponamus igitur Stichum ſeruum meum à Titio interfectum, quem ſub pœna dare promiſeram. Paullus in l.proinde, 22. D.ad legem Aquil. ſtatuit, quia Titius cauſſa huius damni fuit, eum pœnam quoque quam præſtare coactus ſum, eo iudicio luiturum.

§ 9 Verùm, vtrùm de dolo tantùm, an etiam de F culpa hoc intelligendum eſt? Nam in iure ciuili magna inter dolum & culpam differentia ſeruatur: neque enim tantopere is qui in culpa eſt, quàm qui dolum admiſit, punitur. l.cùm autem, §.excipitur, D. de ædil.edict. Sed & lex Aquilia & qui ad eam ſcripſerunt Iuriſconſulti, nobis de ea re dubitandi occaſionem omnem præciderunt: cùm toties in eo tractatu inculcetur, Iniuriam in ea lege etiam pro culpa intelligendam eſſe: eámq; rem copioſè in Inſtitutionum commentariis explicauimus. vt adfirmare non dubi- G temus, etiam eum qui imprudens ſeruum heredem inſtitutum occidit, ſolidum id quod intereſt debere: ex d.l.proinde, & ſeq. Cauſſa enim illius damni fuit certa & neceſſariò cõficiens. Exemplum porrò aliud ſuppeditat l.argentarius, 10.§.2.D.de edend. vbi ſi argentarius rationes non edidit, & ego propterea condemnatus ſim, vel quod petebam non obtinui, eo quòd non habuerim rationes: Vlpianus ſtatuit, illum in eam quantitatem condemnãdum eſſe. Item ſi quid amiſi ob eam rem; quia per te factum eſt, quominus in ius vocatus ſe ſiſteret: veluti ſi tempore rei dominium ſibi adquiſierit, aut actione liberatus fuerit: Iulianus in l.3. D. de eo per quem fact. reſpondit, hæc damna in iudicium venire. Item ſi vietor vitioſa vaſa vendiderit, aut locarit, & oleum infuſum corruptum ſit, aut effluxerit, l.ſed addes, 19.§.1.D.locat.l.tenetur, 6.§.ſi vas, D. de act.emt. Item ſi faber materiarius tigna vitioſa mihi vendiderit, quibus ædes meas fulcirem, & ædes propterea corruerint: aut aliquis morboſum pecus ſciens vendiderit, & pecora contagione perierint: hæc omnia damna præſtanda erunt. l.Iulianus, 13.D.de act.emt.

§ 10 Ac de vera quidem efficiente vel damni, vel vtilitatis cauſſa, hactenus. Deinceps de adiuuante & lõgè petita cauſſa cõſiderandũ eſt. Nam Paullus quidẽ in l.ſi ſterilis, 21.§.3.D. eod. ita ſcribit: Si venditor vinũ ſua die non tradiderit, & propterea emtor quæſtũ illũ amiſerit quẽ ex negociatione illius vini facturus erat, nõ tamen illud damnũ præſtãdum eſſe. Quid ita? nimirũ quia culpa venditoris nõ fuit cauſſa illius damni efficiens: quippe cùm traditio non habuiſſet certam & neceſſariam vim illius vtilitatis efficiẽdæ: vt pote quæ in fortuna & incerto euentu poſita erat. Nos autẽ in definitione diximus, id quod intereſt eſſe diſcrimen inter eã cõdicionẽ quæ olim fuit, vel omnino & certè futura fuerat, &c. Quod eodẽ modo iudicandũ eſt, ſi triticũ emero, & ob eã rẽ quòd ſit traditũ, familia mea fame laborauerit. neq; enim preciũ ſeruorũ fame necatorũ conſequar: quippe cùm culpa nõ tradendi, ſola per ſe ac vi ſua damnum illud non effecerit. debui enim aliũde cibaria meis ſeruis quærere: & ſi pluris ea cõparaſſem, quãti mea interfuiſſet, petere. Culpa igitur & negligentia mea cauſſam illius interitus, nõ vẽditoris mora præcipuè ſuſtinet. Ideq; de equo ſtatuendũ eſt, quẽ propter eius qui fœnum vendiderat, moram ac negligentiã, fame necari ſiuerã. Debui enim aliunde illi cibum ſaltem ad diẽ vnũ parare: & poſtridie aliò illũ abducere, & quanti mea interfuiſſet petere. Mortis autem cauſſa efficiens non tam venditoris culpa, quàm mea ignauia fuit.

§ 11 Sed hoc loco duæ ſubobſcurę quæſtiones occurrunt, de quibus neceſſariò nobis explicandum eſt. Nam Vlpianus in d.l.Iulianus, D.de act.emt. vbi agit de eo qui vitioſum tignũ morboſámve pecudẽ vendiderat, diſtinguendũ eſſe ſcribit, inter eum qui ſciẽs, & eum qui ignorans vendiderat. vt ſi ſciens vendiderit, id quod intereſt præſtare debeat: ſin minus, nõ debeat. quod eodẽ modo ſtatuitur de eo qui ſaltum paſcuũ locarat, in quo herba mala naſcebatur, l. ſed addes, 19.§.1.D.locat. & l.tenetur, §.ſi vas, D.de act. emt. Itẽ de eo qui interpolata veſtimenta pro nouis, aut vas aurichalcum pro aureo vendiderat, l. Labeo, 45. D.de contr.emt. Non iniuria igitur queri poſſet, cùm ſcientia & ignorantia nihil ad damni efficiendi differentiã valeant: id eſt, cùm non minus ignorans venditor damnum det, quàm ſciens & prudens: quáobrem eum qui ſciens fuerit, damnemus; qui ignorans, abſoluamus? cùm ſuperius illam regulam abſolutè & ſimpliciter tradiderimus, Eum qui damni cauſſa efficiens fuerit, damnandum eſſe. Sed reſpondemus, ob eam cauſſam id conſtitutum eſſe, quia multæ ob dolum tantũ culpámve cõmiſſam irrogantur. Condemnatio autẽ in id quod intereſt, pœna eſt: itáque nominatim adpellatur in l.vn.C.de ſent.quæ pro eo quod

int.&

int. & l. vlt.D.de eo quod cert.loc.Ignorantia autem plerumque culpæ expers eſt. Cur autem Plerumque dixerimus,mox exponendi locus erit.

§ 12 Nam altera dubitatio exoritur ex eo, quòd cùm Vlpianus & Iulianus ſtatuant, diſtinguendum eſſe inter venditorem tigni vitioſi, aut pecudis morboſæ,ſcientem, & ignorantem: tamen in d.l.ſed addes, nihil diſcriminis ſtatuatur inter eum qui ſciens, & eum qui imprudens vaſa vitioſa vẽdiderit. Verùm parata quoque reſponſio eſt: ſi modò illud intelligatur, ignorantiam artis in iis culpari, qui eam artem profitentur.l.ſi quis domum,9.§.Celſus,D.locat.l.illicitas,6.§.ſicuti,D.de offic.Præſ. Itaq; ſi ponatur vitioſa res ab eo vendita,qui eius artis ſcientiam profitebatur: veluti ſi vietor dolia vitioſa vendiderit, aut faber tignarius tignum vitioſum, ſiue prudens, ſiue imprudens id fecerit, nihil intereſt: propterea quòd in profeſſore alicuius artis imperitia culpæ annumeratur. At ſi quis alius (vt ſæpenumero vſuuenit) eas res vendiderit, ignorantia culpæ eſt expers. vt facilè appareat legem, Iulianus, vbi de tigni venditore loquitur,non de fabro materiario,ſed de alio intelligẽdam eſſe.Contrà verò legem, Sed addes,de vietore & artis doliariæ profeſſore accipiendam eſſe. Eique diſputationi conſentaneum eſt quod iiſdem in locis additur: Ignorantiam in locatore ſaltus paſcui, in quo herba mala naſcebatur, itémque in venditore morboſę pecudis excuſari:quia rerum illarum ars profeſſióque nulla eſt.

Æſtimatio quomodo inſtituenda eius quod intereſt: vbi interpretatio l. vn.C. de ſent.quæ pro eo. & de extraordinario intereſſe.

Cap. IV.

§ 13 VErum vt ad inſtitutum reuertamur, & iam viam quamdam eius quod intereſt æſtimandi reperire poſſimus,nõ omnino incommodè,meo quidem iudicio, conſtitui hæc diſputatio hoc modo poterit: ſi dicamus, iis caſibus quibus communi quadã & quotidiana ratione,id eſt, ſine inuſitato & inſigni aliquo detrimento intereſt:primùm,ſi damni quantitas certa & explorata eſt, eam eſſe ſeruandam: ſin verò obſcura & ambigua eſt,tum ita condemnationẽ faciendam eſſe,vt nunquam alterum tantùm ſuperetur:ſed dupli modus perpetuò ſeruetur.quoniam ęquum videtur,quamque rem domino ſuo non amplius damni,quàm quantum alterum tãtùm complectitur, adferre.quemadmodum Iuriſcõſulti in illa duplæ mulcta quam in euictionibus conſtituerunt,non obſcurè ſignificant. Idque etiam argumẽtari licet ex l.Titius, 43.cum l.ſeq.44.D.de act.emt.& ex l.ſi tibi, 25.C. de euict.l.ſi fratres, 7.C.commun.vtriuſ.iud.vbi Imperatores rationem Duplæ cum ratione eius quod intereſt, planiſſimè comparant:optionem faciẽtes emtori vel duplum petendi,vel id quod intereſt.Præterea aliud argumentum ſuppeditat cõſideratio ſtipulationis pœnæ,quam ſuperius docuimus nihil aliud eſſe,quàm definitionem eius quod intereſt.l.vlt.D.de ſtipul.præt. Atqui nemo eſt,ſenſus quidem communis compos, qui non abſurdum eſſe fateatur,amplius quàm alterum tantùm in illam pœnæ ſtipulationem concludi. Quid enim iniquius eſſet, quàm eum qui equum triginta aureorum ſibi dari ſtipulatus eſt, poſtea ſubiicere,Et,ſi illum nõ dederis,dabis pœnæ nomine ſeptuaginta,aut centũ?Quare moderatã & iuſta ratio eius quod intereſt ęſtimandi videbitur,in caſibus quidem quotidianis & communibus, ſi dupli modus & quantitas obſeruetur.

§ 14 Neq; dubito quin illud ipſum Imperator Iuſtinianus ſpectarit in illa nobili,& vexata l.vn. C. de ſentẽt.quę pro eo.vbi Tribonianus,quantũ homo in Latina lingua hoſpes & peregrinus potuit,ſenſũ ſuũ exprimens,ait,iis caſibus qui certã naturã vel quantitatẽ habẽt,duplũ excedi nõ oportere.Caſus enim certæ naturæ vel quantitatis, caſibus incertis poſterius opponens,perſpicuè,meo iudicio,demonſtrat, cùm incerti caſus intereſſe ij ſint,quibus pręter opinionẽ, & quotidianũ rerũ humanarũ curſũ intereſſe aliquod inſigne contigit:eos certę naturę vel quãtitatis ab eo dici,quotũ vſitata & frequens & ex cõmuni rerũ curſu atq; ordine propemodũ certa natura vel quantitas eſt.veluti,ſi is cui equus aureorum triginta cõmodatus eſſet,ſic eo abuſus ſit,vt eum decem aureis deteriorem fecerit:vel ſi qui citreã menſam vendere ſe dicebat,non citream tradiderit:quis eſt, rerũ quidẽ humanarũ nõ omnino imperitus,qui ex quotidiano & cõmuni vitæ humanæ curſu nõ poſſit naturã & quantitatẽ illius damni æſtimare? Qua de cauſſa,certã illã eius quod intereſt quantitatem Iuſtinianus adpellat: id eſt,non inſolentem, neque extraordinariam, neq; opinionem & cõmunem rerum humanarum curſum ſuperantem. Quod eodem modo dici poteſt de eo, qui rem alienam ſciens ignoranti vendiderit: quem Paullus ſcribit, etiam antè quã euincatur in id quod intereſt teneri,l. ſeruus,30.§.ſi ſciens, D. de act.emt. Et generaliter in omnibus ſtipulationibus faciendi aut præſtandi: ex quibus multò dilucidius intelligitur,quamobrem Iuſtinianus iſtos caſus certæ naturæ vel quantitatis adpellet. Nam obligatio faciendi diſiunctiua eſt, & alternationem in ſe continet: vt aut factum pręſtetur,aut pecunia quanti ea res eſt,detur, l.ſtipulationes non diuidũtur,72.& l.ſi fundum, 114. D.de verb.oblig.l. ſi quis ab alio, 13. D. de re iudic.l. vlt.D.ſi quis in ius voc.l.ſtipulatus es, D. de fideiuſſ. Itaque poſt moram commiſſam obligatio faciendi in obligationem pecuniæ transfunditur. arg. l. obligationum ferè,43 §.vlt. De oblig. & act. Quæ cùm ita ſint,quis non videt,eum caſum quo promiſſus in diẽ fundus non præſtatur, certæ quantitatis rectè adpellari poſſe? quippe cùm certa ſit eius æſtimatio, quæ in ipſius locum ſuccedit. Quare cùm Vlpianus in d. l.114.de verb.oblig.ſic loquitur: Si fundum certo die pręſtari ſtipuler,& per promiſſorem ſteterit,quominus ea die præſtetur: conſecuturum me quanti mea interſit,moram factam non eſſe,cùm,inquam,ita loquitur Vlpianus,nemo non iudicabit & hoc ſimplũ, dummodo nullũ extrinſecus detrimentũ inſigne acciderit,facilè ac certò ex fundi æſtimatiõe ſtatui poſſe,neque eius ꝙ intereſt alterũ tãtũ ſuperare debere.

§ 15 Atque hæc quidem de æſtimatione eius quod cõmuniter & certo modo intereſt,ſatis.Quod autem ad extraordinarium attinet,diſtinguendum arbitror, vt (quemadmodum ſuperius diximus) ſiquidem cauſſa efficiens ſubſit,quanti quanti fuerit,in ſolidũ præſtetur. Sin verò cauſſa ſine qua nõ,tum etiam diſtinguendum omnino putarem, vtrùm dolus malus, an culpa tantùm interuenerit.neque enim ius ęquè eum qui in culpa eſt,vt eum qui dolum admiſit, coercendum cenſet. l. cùm autem, §. excipitur, D. de ædil. edict.l. reſcriptum, D. de his quibus vt ind. l. ex facto, ad fin. D. de vulg. & pup. Ergo ſi culpa tantùm interuenerit,tum ad dupli quoque rationem

reuocandam æſtimationẽ arbitror: præſertim iis caſibus, quibus culpa rei ſola æſtimanda non eſt:quippe quæ ſola cauſſam damni non dederit, ſed cum extranea cauſſa ſiue ab actore, ſiue aliunde proficiſcatur, coniungenda eſt. Veluti, ſi meum equum perire ſiuero, quòd venditum fœnum nõ traderes, mea etiã culpa ſimul cum tua coniungenda eſt. Item ſi triticũ vinúmve venditũ non tradideris, qua de cauſſa quæſtus iis quem ego mercator ex frumentaria vel vinaria negociatione facere potuiſſem, impeditus ſit: nam & te culpæ illius pœnam aliquam ſuſtinere, rectum eſt: neque tamen æquè multari, vt ſi ſolam & proximam & (vt vulgus loquitur) immediatam cauſſam præbuiſſes. Placet igitur his caſibus illam de qua diximus Iuriſconſultorum conſuetudinem obſeruari,

¶ 16 Vt culpa non grauius, quàm dupli quantitate plectatur. At ſi dolus cõmiſſus probetur, iterum conſiderandum exiſtimo, vtrùm damnum acceptum ſit, an verò lucrum impeditum. quarum rerum magnam Ius ciuile differẽtiam ſtatuit, vti patet ex l.vlt. §.ſin verò creditores, C.de iur.delib. Nã ſi dolus malus, id eſt, malitia conſultò ad inferendum alicui dãnum adhibita fuiſſe probabitur, & damnum illud reuera acceptum ſit, veluti ſi venditor fœni data opera illud non tradiderit, vt equus emtoris fame periret: quoniam Dolus malus in iure pro delicto numeratur: puto venditorem in ſolidum cõdemnandum eſſe: non tantùm propter id quod intereſt, (cuius cauſſam A non ſolus ſuſtinet, vt modò dicebamus) verumetiam vt delictum illud atque iniuria dolo malo illata plectatur. Neque enim beneficia legum ad indulgẽdum improbitati hominum inſtituta ſunt. l. in fundo, D. de rei vind. l. auxilium, D. de minorib. l. verum hoc quoque, D. pro ſocio.

¶ 17 Sin autem lucrum dumtaxat impeditũ eſt, tum iterum conſiderandum erit, vtrùm lucrum certum & exploratum fuerit: veluti cùm ſeruus heres B inſtitutus interfectus eſt: tum enim ſolidum quoque præſtandum arbitror. ſin autem in incerto dumtaxat rerum euentu & fortuna poſitũ fuerit, veluti ſi equos venditos non tradideris, quos in caſtra mercator ducere, & plurimi vendere potui, tum & difficile profectò dictu eſt ſolidum præſtandum eſſe: quoniam ne dici quidẽ poteſt, id ademtum eſſe: neque tamen non improbitas doli mali coërcenda eſt. Sed quia ex facto res pendet, ea neceſſariò prudentiæ & æquitati iudicis committenda eſt: vt ſimilibus in cauſſis traditur à C Paullo in l. 13. §. 1. D. de ann.leg. & l.14. D. de temp. præſcript. Quod cùm ita ſit, patere cuiuis arbitror, quanta Tribonianus ſolertia, & ſubtilitate in illa ſua nobili cõſtitutione, De ſenten. quæ pro eo quod int. vſus ſit. qui cùm Iuriſconſultorum omnium veterũ, quotquot hanc artem per annos amplius ſeptingentos profeſſi erant, acumen ac prudentiã ſuperare voluerit, ſuam ipſe ſtultitiam ac temeritatem poſteris prodendam putauit.

DISPVTATIO
DE MORA.

1 *Moræ definitio.*
2 *Genera moræ.*
3 *Quid ſit mora non præſtandi debiti: & quæ illius partes.*
4 *Culpa moræ quis vacet.*
5 *Iuſtam habens ignorantiæ cauſſam, moræ non tenetur.*
6 *Soluendi facultas quando excuſat.*
7 *Quomodo ex re mora, quomodo ex perſona æſtimetur.*
8 *Quando ipſo iure committatur mora.*
9 *Quomodo mora fiat in contractu.*
10 *Quomodo in facti obligatione.*
11 *Prætermiſſio iuſtâ & probabili cauſſâ, culpæ non imputatur.*
12 *Damnum ex mora quomodo æſtimetur.*
13 *Pœna moræ.*
14 *Amiſſa rei vtilitas quomodo exigatur.*
15 *Quid mora non recipiẽdi debiti: & quæ illius partes.*
16 *Interpretatio l. interdum, 73. §. 1. D. de verb. obl.*
17 *Purgare moram quid ſignificet.*
18 *Quando moræ purgandæ locus non ſit: contra comm. opinionem.*
19 *Conuentio inter contrahentes, ne purgandi ſit locus, valet.*
20 *Oblatione mora ſolutionis purgatur.*
21 *Concluſio diſputationis, & Analyſeos methodicæ veriſſima commendatio.*

Moræ definitio & genera duo: quid mora debiti non præſtandi, & quæ illius partes. In mora non eſſe qui omnino non debet, aut ibi túmque non debet, aut iuſtè non debere exiſtimauit.
Item qui nulla ſua culpa ſoluere non poteſt:
ſecus qui poteſt.

CAPVT I.

¶ 1 MORA in iure ciuili non tantùm eſt tarditas, ſed ea tarditas, quæ cum alterius culpa coniuncta, alteri damnoſa eſt: & in ſolutionibus pręſtandis recipiendíſve, tãquam in ſubiecta materia, verſatur. Itaque nõ omnino ineptè, meo iudicio, definiri ſic poterit: Mora eſt culpa prætermittendi officij in ſoluendo, recipiendóve debito, quæ alteri damnoſa eſt. Quamquã enim mora propriè in debitoribus dicitur, qui creditoribus exſpectantibus in mora ſunt, nec eos abſoluunt: tamẽ quoniam creditores quoque qui tarditatem in oblata ſolutione recipienda interponunt, damnum D debitoribus adferunt:

¶ 2 Propterea Moræ duo genera conſtituimus: vnum in debito non præſtando, alterum in non recipiendo, quod oblatum eſt: qua de cauſſa in definitione verbum, RECIPIENDOVE, adiecimus. Vtriuſque autem generis quadripartita diſputatio eſt. Nam primo loco quemadmodum mora cõmittatur, tum quod ex ea damnum naſcatur, deinde quã pœna mora multetur, poſtremò quemadmodum purgetur, id E eſt, quemadmodum pœna ei impoſita euitetur, diſſerendum eſt.

¶ 3 Ac mora quidem non pręſtandi debiti, ſic à nobis deſcribetur: culpa debitoris prætermittẽtis, ſoluere,

uere, quod ſoluere & debuit & potuit, cum aliquo creditoris incommodo coniuncta. Quattuor namq; illius partes obſeruandæ ſunt: Debitio, Facultas ſoluendi, Prætermiſſio ſolutionis, & Damnũ ex ea profectum. Quæ niſi omnia ſimul concurrant, mora cõmiſſa non dicitur.

§ 4 De ſingulis igitur ordine videamus. Ac primus quidem locus triplex eſt. Primùm enim à culpa moræ remouetur is, qui omnino nõ debet: tum is qui debet quidem, verùm non eo loco vel tempore, quo poſtulatur: poſtremò is qui ſe nõ debere, iuſta de cauſſa exiſtimauit. neq; enim is tantùm qui omnino non debuit, moræ expers eſt, verũetiam is qui debuit quidem, ſed non illo, quo adpellatur loco, l. mora, 32. D. de vſur. l. ſi fideicommiſſum, 50. D. de iudic. l. cùm res, 47. D. de legat. 1. Item ſi quis Kalend. Maiis dari ſpoponderat, Aprili menſe à creditore adpelletur: quia reuera nondum debebat, etiam ſi res interierit, quæ ſi data fuiſſet, ſeruari potuiſſet: tamen in mora fuiſſe non dicetur, l. cùm filiusfa. 49. §. vlt. D. de verb. oblig. Atq; hoc nimirum illud eſt, quod ſcribit Scæuola in l. ſi pupillus, 127. D. de verb. obl. & in l. nulla, 89. D. de reg. iur. nullam intelligi moram ibi fieri, vbi nulla petitio eſt: id eſt, vbi petendi ius non fuit: ſiue quia nulla eſt actio, ſiue quia exceptione repelli poteſt: qua de cauſſa Paullus in l. lecta, 40. D. ſi cert. pet. ſcribit, in mora non eſſe eum à quo pecunia propter exceptionem peti non poteſt.

§ 5 Deinceps videamus de eo, qui cùm deberet, tamen vel nullam iuſtam cauſſam habuit intelligendi cur deberet: vel iuſtam cauſſam habuit ignorandi ſe debere: de quo ſcribit Paullus in l. quod te, 5. D. ſi cert. pet. veluti, cùm heres ſoluere quod defunctus debuit, cunctatus eſt, l. 3. D. de vſur. quoniam qui in rem alterius ſuccedit, iuſtam ignorantiæ cauſſam habet: vt ait Vlpianus in l. qui in alterius, 42. D. de reg. iur. Eòque illa peruulgata pertinent, eum qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, moram facere non videri, l. qui ſine, 63. de reg. iur.. item, eum qui iudicium accipere paratus eſt, moram non facere, ſi iuſtè ad iudicium prouocauit, l. ſi quis, 24. l. paratum, 47. D. de vſur. neque nobis aduerſatur quod ſcribit Vlpianus in l. nemo, 82. §. vlt. D. de verb. obl. moram feciſſe videri eum, qui litigare maluit, quàm reſtituere. Aliud eſt enim malle litigare, quàm ſoluere. veluti cũ quis fruſtrandi ac tergiuerſandi cauſſa adpellationem interpoſuit, de quo in l. tutore, 41. D. de vſur. aliud non malle ſoluere, quàm litigare: de quo iſtis in locis agitur: vbi de eo diſputatur, qui ſe debere ignorans iudicio experiri mauult, quàm temere rem ſuam cuiuis petenti concedere.

Ex perſona quomodo mora æſtimetur, quomodo ex re: & quomodo ipſo iure committatur. Prætermiſſionem ſoluendi honeſta & probabili factam de cauſſa, culpæ non imputari. CAP. II.

§ 6 ATQVE hæc quidem de debitione, quã primam moræ partem fecimus, explicata ſint. Proximum eſt, vt de ſoluendi facultate pauca dicamus: de qua Pomponius in l. 3. §. 3. D. de actio. emt. ſic loquitur: Mora autem, inquit, videtur eſſe, ſi nulla difficultas venditorem impediat, quominus traderet. Hic autem locus etiã dupliciter tractatur: nam primùm de eo diſſeritur, qui nulla ſua culpa ſoluere nõ poteſt: tũ de eo cuius culpa factum eſt, quo minus poſſet. Ergo ſi quis repentina aliqua legatione impeditus, vel

A in vinculis hoſtiúmve poteſtate poſitus, ſoluere non potuit: moram facere non videtur, l. ſed etſi, 23. D. de vſur. vel ſi promiſſus ſeruus ſine debitoris culpa interierit, manumiſſúſve ſit, in hoſtiúmve poteſtate eſſe cœperit: aut fundus religioſus factus ſit, l. ſi ſeruum, 91. D. de verb. obli. At ſi per eum factum eſt, quo minus poſſet, veluti cùm debitum hominẽ occidit, aut manumiſit, Regula iuris eum qui fecit quo minus poſſet, æquè ac ſi poſſet, teneri ſtatuit, l. ſi ex legati, 23. l. ſi ſeruum, 91. D. de verb. obligat. l. quid ergo, §. ſi he- B res, de legat. 1. quod vſque eò verum eſt, vt etiam ſi alius in debitoris odium ſeruum interfecerit, ſi quidem debitoris aliqua culpa ſubſit, æquè teneatur: l. ſi merces, §. culpæ, D. locat. l. pen. D. ſolut. matrim. Apparet igitur, ſiue quis ſoluere potuerit, ſiue per eum ſteterit quo minus ſoluere poſſet, moram committi, l. quod te, 5. D. ſi cert. pet. Quod igitur ad duas iſtius moræ partes attinet, ſatis dictum ſit.

§ 7 Deinceps de tertia videamus: quam diximus eſſe prætermiſſionem officij in ſoluendo. Huius au- C tem duæ ſunt ſpecies: quarum altera ex perſona æſtimari dicitur, altera ex re, ſiue in rem. Ex perſona mora æſtimatur, cùm debitor opportuno loco ac tẽpore à creditore adpellatus, ſoluere tamen prætermiſit, l. mora, 32. D. de vſur. vbi Marcianus ait, difficilem huius rei definitionem ac præceptionem eſſe: id eſt, difficulter certam aliquam ea de re præceptionem ac regulam tradi poſſe: quippe quæ magis ſit facti, quàm iuris. Ex re verò fieri mora dicitur, cùm ipſo iure ac ſolo tẽporis decurſu ſine vlla creditoris adpellatione D prætermiſſio illius officij reprehenditur. velut l. ſed etſi, 23. D. de vſur. vbi Vlpianus ait, aliquando etiam in re moram committi, veluti ſi non exſtet qui cõueniatur. Itaq. Impp. l. 3. C. in quib. cauſſ. reſt. In minorũ, inquiunt, perſona re ipſa, & ex ſolo tẽpore tardæ pretij ſolutionis recepto iure moram fieri creditum eſt.

§ 8 Quibus autẽ caſibus ipſo iure mora cõmittatur, quibus item interpellatio neceſſaria ſit, magnæ quæſtionis res eſt. Itaq. diſtinctione vtẽdum eſt obligationum. nam cùm aliæ ex contractu ſint, aliæ verò E ex delicto: ſi quidẽ ex delicto res debeatur, ſemper ipſo iure mora cõmittitur. quoniam (vti ſcribitur in l. vl. & l. 8. §. 1. D. de cõd. furt.) qui ſemel inuito domino rem cõtrectauit, videtur in ea reſtituẽda, quã nec auferre debuit, morã facere. Quod etiam confirmatur l. 1. §. denique, 22. & l. pen. D. vnde vi. vbi idem Tryphoninus ſcribit, ex ipſo tempore delicti pluſquam fruſtrator debitor conſtitutus eſt. Qua de cauſſa idem etiam dicendum eſſe intelligitur de omnibus malę fi- F dei poſſeſſorib. quippe cùm etiam ſine vlla interpellatione fruſtratores ſint. Idque etiam animaduerti poteſt ex l. ſed & ſi lege, §. quod ait, D. de petit. hered. & l. ſin autem, §. ſi homo, D. de rei vindic.

§ 9 Sin verò ex contractu res debeatur, tum ruſus diſtinguendũ & conſiderandum eſt, vtrúmne datio in obligatione ſit, an factũ: & rurſus ſi datio in obligatione eſt, vtrúmne purè, an in diem, an ſub cõditione cõcepta obligatio ſit. nam ſi quidem purè promiſſum eſt dari, quamuis confeſtim obligatio nata G ſit, l. eum qui, 41. §. 1. de verbor. oblig. tamen ex æquo & bono, non antè mora committi dicitur, quàm creditor petierit; neque adeò delicatum creditorem eſſe oportet (vt quodam loco Vlpianus loquitur) quin illud Alfij meminerit, Bona nomina non adpellando fieri nonnunquam mala. Sin autem in diem contracta obligatio eſt, quoniam diei adiectio in gratiam rei facta dicitur, l. ſtipulatio, 38. §. inter, D. eod. ac

propterea ſpacium illud datum promiſſori videtur, vt intereà ſolutionem paret: iure ciuili receptum eſt, vt præteritio diei vim interpellationis habeat: &, vt vulgò dicitur, dies pro homine interpellat, l. promiſſor, 21. D. de pecu. conſt. l. pecuniæ, 9. §. 1. & l. euictis, 18. D. de vſur. l. 2. C. de iur. emphyt. quod eodem modo de obligationib. quæ ſub condicione conceptæ ſunt, dicendum arbitror: vt ſiue pecunia, ſiue corpus promiſſum ſit, euentus condicionis pro interpellatione valeat: quippe qui officij ſui debitorē admonere videatur.

¶ 10 Deinceps de factorum obligationibus videamus, quorū duo ſunt genera: nam alia repentina ſunt, vt ſeruum manumitti, fundū præſtari: alia tractū temporis habere dicuntur: vt inſulam fieri, vel fulciri, foſſam fodiri, tabulam pingi, l. quoties, D. de oper. lib. Ergo ſi factū eſt eiuſmodi, vt ſtatim abſolui poſſit, idem prorſus quod de Dandi obligationibus ſtatuendum putarem, ex l. ſi fundum, 114. de verb. oblig. ſin autem factum eſt quod tractum temporis habeat: tū diſtinguendum putarem, vtrúmne dies operi præſtituta ſit, an non ſit. nam ſi dies præſtituta eſt, præteritionem diei pro interpellatione valere: Si verò dies præſtituta non eſt: tum præteritionem huius temporis quo commodè opus perfici potuit, pro interpellatione habendam eſſe: & illo tempore decurſo moram committi: primùm quia dies tacita non minus quàm expreſſa interpellare dicitur in l. 2. C. de iure emph. deinde quia poſt illud tempus ſtipulatoris intereſt, aut certè intereſſe iudicatur. mora autē ex damno vel vero vel præſumto æſtimatur. Itaque Paullus in l. ſi inſulam, 84. & in l. cōtinuus, 137. §. qui inſulam, D. de verb. obl. non obſcurè ſignificat, tranſacto tempore purgari moram poſſe: cùm ita ſcribit: Tranſacto tempore poſſe te facientē liberari placet. Ex quo intelligitur, ſi mora purgatur, eam commiſſam fuiſſe.

¶ 11 Hæc cùm ita ſint, illud tamē intelligi oportet, ſiue ex perſona, ſiue ex re mora æſtimetur, eam tamē prætermiſſionē ſoluendi, quæ honeſta aliqua & probabili de cauſſa facta eſt, culpæ non imputari. veluti cùm modicum aliquod ſpacium ad ſoluendum à debitore ſumtum eſt. neque enim ſi non eodem temporis puncto ac momento quo adpellatus eſt, perſoluit, continuò prætermiſiſſe officium, & moram commiſiſſe dicendus eſt. non enim cum ſacco, vt ait Iuriſconſultus, creditor adire debet, l. quod dicimus, 115. D. de ſolut. temperamentum autem non minus decē dierum accipitur, atq. l. promiſſor, 21. D. de conſt. pec. Probabilis etiam & honeſta cunctatio eſt, de qua ſcribit Vlpianus in l. ſciendum, 21. D. de vſur. ſciendum eſt, inquit, non omne quod differendi cauſſa optima ratione fiat, moræ adnumerandum. quid enim ſi amicos adhibendos debitor requirat, vel expediendi debiti, vel fideiuſſoribus rogandis? Eodem etiam pertinet illa dilatio de qua ſcribit Paullus in l. cùm quidam, 17. §. ſi pupillo, D. eod. vt ſi heres à quo fideicommiſſum pupillo relictum eſt, ideò ei non ſoluat, quia tutorem non habeat, non propterea in mora eſſe videatur: quippe cùm pupillo non rectè ſine tutore auctore ſoluatur, §. vlt. quib. alien. non licet. In eodem prætereà genere eſt quod Papinianus tradit in l. pecuniæ, 9. D. de vſur. ſi poſt mortem creditoris nemo fuit, cui pecunia ſolueretur, eius temporis inculpatā eſſe moram. quid enim (vt alibi Paullus in eandem ſententiam ſcribit) poteſt imputari ei qui ſoluere, etiam ſi vellet, non potuit?

Damnum aliud in re, aliud in acceſſione. Pœna moræ duplex, vt damnum morator omne ſuſtineat, vt amiſſam vtilitatem reſtituat.

CAPVT III.

¶ 12 HACTENVS de tribus moræ partibus dictū eſt. reliquum eſt, vt de quarta videamus: hoc eſt, de diſpēdio quod ex ea naſcitur. nam eius moræ ex qua damnum nullum naſcitur, ratio habetur nulla, l. ſi poſt tres, 8. D. ſi quis caut. Atque hic ſcilicet tertius eſt noſtræ huiuſce diſputationis locus: in quo de damno quod ex mora proficiſcitur, nos dicturos eſſe pollicebamur. Damnum autem duplex eſt. Nam aliud in re ipſa verſatur, aliud in eius acceſſione. in re, cùm poſt moram res periit, deteriórve facta eſt. qua in re acceſſionis Quanti plurimi ratio habetur: quippe quæ rei pars eſſe iudicatur. Itaque Pomponius in l. 3. §. 3. D. de actio. emt. Si per venditorem vini mora fuerit, inquit, quo minus traderet, condemnari eum oportet, vtro tempore pluris vinum fuit: vel quo venit, vel quo lis in condemnationem deducitur. item quo loco pluris fuit: vel quo venit, vel vbi agitur. Acceſſio verò triplex eſt: Eius quod intereſt, deinde vſurarum, poſtremò fructuum: in quibus partus & fœtus continentur. Itaque ſi quidem pecunia numerata in obligatione fuerit, de vſuris agitur, l. vlt. D. de peric. & com. rei vend. & l. 3. & paſſ. D. de vſur. ſin corpus dandum, opúſve faciendum fuit, eius quod intereſt ratio ducitur, l. 1. D. de act. emt. l. ſtipulationes non diuiduntur, 72. D. de verbor. oblig. ſin autem prædia aut animalia, aut etiam quæuis aliæ res quæ locari poſſunt, tum ex fructib. partub. fœtub. ac mercede æſtimari lis ſolet, l. reſpondit, 14. D. de vſur. cum aliis innumeris.

¶ 13 Quæ quidem à nobis idcirco ſtrictim ac breuiter decurſa ſunt, quoniam ex eo loco qui proximè nobis explicandus eſt, quéque tertium in partitione fecimus, planius intelligentur. nam proximum eſt, vt quemadmodum mora multetur, & quæ pœna ei iure ciuili conſtituta ſit, videamus. Pœna autem duplex eſt: quarum prior eſt hæc, vt damnum omne quod ex ea natum eſt, ad moratorem ſolum pertineat: altera, vt amiſſam vtilitatem reſtituat. Atque hoc nimirum illud eſt, quod vulgò à Iuriſconſultis traditur, & iam ferè in prouerbio eſt, Obligationem poſt moram commiſſam perpetuari, l. ſi ex legati, 23. l. ſi ſeruum, 91. §. ſequitur, & l. nemo, 82 D. de verb. oblig. vbi Vlpianus ait, Si poſt moram promiſſoris homo deceſſerit, tenetur nihilominus æquè, ac ſi homo viueret. item l. ſi vſusfr. 6. D. de vſufr. legat. l. cùm ſeruus, 39. §. 1. D. de leg. 1. item l. quod te, 5. D. ſi cert. pet. vbi Vlpianus ait, Quod te mihi dare oporteat, ſi id poſtea perierit, quàm per te factum erit, quominus id mihi dares, tuum fore id detrimentum conſtat. Quod eodem modo intelligendum eſt, ſi res deterior facta ſit, l. ſi filio, 25. §. 2. D. ſolut. matr. Id autem vſque adeò verum eſt, vt etiam ſi res apud creditorem peritura fuiſſet, nihilominus eius æſtimatio præſtetur, l. cùm res, 47. §. vl. D. de leg. 1. vbi Vlpianus & Labeo ſcribunt, Si fundus chaſmate perierit, æſtimationem eius deberi: ſi quidem poſt moram factam id euenerit. quippe cùm potuerit legatarius eum acceptum vendere. In quam ſententiā illud eſt Vlpiani, in l. item ſi, 15. D. de rei vindic. Si ſeruus petitus vel aliud animal demortuum ſit ſine dolo malo & culpa poſſeſſoris, ſi fortè diſtracturus erat petitor, ſi accepiſ-

ceperiſſe, moram paſſo precium præſtari debet. nam A ſi ei reſtituiſſet, diſtraxiſſet, & precium eſſet lucratus. Quibus ex locis intelligitur, æquitatem eius legis ex hac æquitate pendere, quia creditor rem traditã vendere potuit. Placet igitur, vt ceſſatio plectatur, quia damnoſa fuit. ob eámque cauſſam ex contrario ſi damnoſa non fuit, id eſt, ſi vendi res à creditore non potuiſſet, magis placeret vt benignitate & humanitate vteremur. in eámque ſententiam opinor à Sabino & Caſſio traditum fuiſſe, in l.ſi plures, 14. §.1. D. depoſ. ſi homo ſine debitoris culpa mortuus fuerit, B abſoluendum eſſe debitorem, quia æquum eſſet, naturalem interitum ad actorem pertinere. vtique cùm interitura eſſet res, etſi reſtituta eſſet actori. cui conuenit quod ſcribit Vlpianus in l.item ſi, 14. §.pro eo, D.quod met. cauſ. Porrò autem quod dicimus obligationem perpetuari, id non tantùm aduerſus reum principalem valet, verùm etiam & ad heredem, & ad fideiuſſores, l. cùm patri iam. 27. l.ſi quis, 24. D.de vſur. l. cùm filiusfam. 49. l.mora, 88. l. ſi ſeruum, 91. §. C nunc videamus, D.de verb. oblig. ex quibus intelligitur, & heredes & fideiuſſores re poſt principalis debitoris moram peremta ad æſtimationem teneri. cùm contra fideiuſſoris mora reo non noceat, l. mora, 32. in fin. D.de vſur. l.cùm filiusf. 49. D.de verbor. obligat.

§ 14 Atque hæc quidem de damno accepto dicta ſint. deinceps de amiſſa rei vtilitate videamus. quam dicebamus eſſe quadruplicem. nam ſi ſpecies ſiue fruges debebantur, veluti vinum, triticum, oleum, D æſtimatio quanti plurimi fieri ſolet; vti ſuperiùs dicebamus ex l.ſi ſterilis, 21. §.3. D.de act.emt. altera vtilitas in pecunia verſatur: propter quam amiſſam vſuræ deberi dicuntur: in l.vlt. D.de peric.& comm. rei venditæ. ídque generaliter in omnibus bonæ fidei iudiciis, l.mora, 32. §.1. & l. cùm quidam, 17. §.ex locato, D.de vſur. itémque in legatis & fideicommiſſis, d.l.2. C.de vſur. & fruct. l.Titia, 87. §.1. D.de leg. 2. Iam verò ſiue dandi corporis obligatio fuit, poſt moram id quod intereſt præſtatur, l.1. D.de act.emt. E ſiue faciendi operis: nota eſt regula, Obligationem faciendi operis, poſt moram in pecuniæ, id eſt, eius quod intereſt obligationem commutari, l. ſtipulationes, 72. D.de verb.oblig. l.obligationum, 43. §.vlt. D.de oblig. & act. l.ſi quis ab alio, 13. D. de re iudic. Porrò autem ſi prædia debebantur, Paullus lib. Sent. 3. in fin. ſcribit ex mora præſtandorum fideicommiſſorum vel legatorum fructus deberi. quod idem traditur in l.2. & vlt. C. de vſur. & fruct.legat. & alter F caſus profertur à Paullo in l. videamus, 38. D.de vſur. Simillimáque partuum & fœtuum ratio eſt. nam, vt ait Paullus in l.reſpondit, 14. D.de vſur. mora in ſoluendo fideicommiſſo facta, partus quoque ancillarum reſtituendos. Item equis per fideicommiſſum legatis, poſt moram heredis fœtus quoque deberi traditur in l.equis, 8. & l.39. D.eod.

Quid ſit mora debiti nõ recipiendi, & quæ eius partes. Quid Purgare moram, quæque partes purgationis. Quoties dies obligationi adiecta eſt, ea præterita, moræ purgandæ locum non supereſſe. Conuentionem vt mora non purgetur de iure validam. Oblata ſolutione moram purgari.

CAP. IV.

§ 15 NVNC conſequens eſſet, vt quartũ partitionis noſtræ locum, qui eſt de purgãda mora explicaremus. ſed prius de A ſecundo moræ genere, hoc eſt, de mora creditorum & ceſſatione recipiendi quod oblatum eſt, breuiter diſſerendum videtur. A definitione autem incipiendum eſt. Ergo Mora non recipiendi debiti eſt culpa creditoris non recipientis ſolutionem quæ à debitore idoneè oblata eſt, vnde aliquid incommodi ad debitorem peruenit. Huius enim item vt ſuperioris quattuor ſunt partes: oblatio idonea, facultas recipiendi, ceſſatio, & damnum ex ea profectum. Idonea autem oblatio eſt, quæ idoneo & loco & B tempore facta eſt, l. ſed & ſi alia, 17. D. de conſtit. pecuni. l. ſi ſolutus, 39. D.de ſolut. l.qui Romæ, 122. D.de verb.oblig. l.obſignatione, 9. C.de ſolut. Quibus in locis traditur periculum oblatæ ſolutionis quæ modo, loco, & tempore facta ſit, ad creditorem pertinere. Itaque Marcellus in l. qui decem, 72. D. de ſolu. Qui decem debet, inquit, ſi ea obtulerit creditori, & ille ſine iuſta cauſſa ea accipere recuſarit, deinde debitor ea ſine ſua culpa perdiderit, non eſt æquum eum teneri, quia non teneretur, ſi creditor C accipere voluiſſet. quare pro ſoluto, id in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet eſſe. Ac de facultate quidem & ceſſatione recipiendi, eadem ferè quæ ſuperius dicta ſunt, ad hunc quoque locum pertinent. Quod autem ad damnum attinet, eodem quoque modo mora in creditore multatur: vt rei interitus ad creditorem ſpectet, d.l. ſi ſoluturus, & l.qui decem, D. de ſolut. Prætereà debitor de perceptis tantùm fructibus tenetur, non etiam de percipiendis: itémque de dolo dumtaxat, l.ſi mo- D ra, 9. D. ſolut. matrim. vbi Pomponius ait, Si mora per mulierem fuit, quominus dotem reciperet, dolum malum dumtaxat in ea re, non etiam culpam maritum præſtare: quod etiam confirmatur à Pomponio in l.illud, 17. D. de peric. & commo. Eò accedit quòd creditor actione ſua multatur, vti traditur in l. ſi debitor, 30. D. de ſolut. vbi Vlpianus ait, Si debitor offerret pecuniam, quæ peteretur, & creditor nollet accipere, Prætorem ei denegaturum actionem.

E § 16 Niſi fortè verior ſit Paulli ſententia, qui in l. interdum, 73. §.1. D.de verb. oblig. ſcribit, debitori qui poſt moram obtulerit, ſi creditor iterum agat, doli exceptionem concedendam eſſe. Locum enim illum de debitore moroſo intelligendum arbitror.

§ 17 Supereſt vt ad quartum & poſtremum Analyticæ diſputationis noſtræ locum accedamus: & videamus, quẽadmodum & quibus caſibus mora purgetur. Initium autem more noſtro à definitione fa- F ciemus. Ergo purgare moram, eſt re integra contractam ex mora culpam ſic eluere, vt eius omnis pœna vitetur. Ejus enim tres ſunt partes. Integritas rei, idonea oblatio ſolutionis, & periculi tranſlatio: quòd niſi vtrumque ſuperius adſit, locus purgandæ moræ nullus eſt. Res autem integra dicitur, cùm ius creditoris nondum propter moram deterius factum eſt. Itaque ſiue parata tigna tempore corrumpi cœperint, ſiue aliquot operarum mercedes perierint: ſiue cùm iudicio ſiſti promiſſum eſt, actio tempore perierit, l.etſi poſt tres, 8. D.ſi quis caut. ſiue ſeruus promiſſus manumiſſus ſit, l.mancipiorum, 6. D.de opt.leg. tum neque res integra eſſe dicitur, neque moræ purgandæ locus vllus eſt. Denique quoties creditoris intereſſe cœperit, res non amplius in integro eſſe iudicatur, l.vtique, 22. D.de arbit. & l.ſi ita quis, 35. §.1. D. de verb.obl. illis verbis, Nec mulieris quidquam propter eam moram intereſſet.

§ 18 Quod cùm ita ſit, haud ſcio, an non multo probabilius ſit repudiata communi & recepta opinione ſtatuere, quoties aut dies ſola, aut dies ſimul cum pœna obligationi faciendi adiecta eſt, die præterita moræ purgandæ locum non eſſe. Cuius noſtrę ſententiæ hæc ratio eſt: quoniam dies data opera adiici videtur in ſtipulationibus, primùm vt lapſus temporis & propinquitas præſtitutæ diei debitorem officij ſui adſiduè admoneant ſic, vt officium negligere propemodum ſine lata culpa non poſſit, l. magnam, C. de cont. ſtipul. Deinde vt creditores debitoribus quodammodo denuncient fore, vt poſt eam diem ſua interſit. qua de cauſſa vulgò traditur, obligationi faciendi, (vt ſuperius docuimus) pecuniæ obligationem, id eſt, eius quod intereſt, mora commiſſa ſuccedere, &c. Itaque Vlpianus in l. ſi fundum, 114. D. eo. Si fundum, inquit, certa die dari ſtipuler, & per promiſſorem ſteterit, quominus ea die præſtetur, conſecuturum me quanti mea interfuerit moram factam non eſſe. Quibus ex verbis intelligi poteſt, cùm die præterita interſit, vbi autem creditoris interfuit, moræ purgandæ locus non ſit: nequaquam mirum eſſe, ſi in iſto obligationum genere hoc ſtatuamus. Sed nihil æquè noſtram ſententiam confirmat, vt id quod Scæuola ſcribit in l. 41. §. intra certa, 12. D. de fideicom. lib. Qui iuſſi erant eſſe liberi ſi intra certa tempora rationem redderent, condicioni non paruerunt: poſtea, inquit, parati erant. quæſitum eſt, an perueniant ad libertatem ſi per ipſos ſtetiſſet, quominus intra tempora præſcripta condicioni parerent, non idcirco liberos fore, quòd poſtea rationes velint reddere. Quod propterea inſtitutum arbitror, quoniam, vt ſuperius dicebamus, lapſus temporis adſiduè debitorem interpellans, & (vt veteres in hoc negocio loquebantur) flagitans, eum in lata culpa quodammodo conſtituit. Quod etiam apertiſſimè confirmatur in l. Celſus, 23. D. de arbit. Vbi Vlpianus & Celſus aiunt, Si arbiter intra Kalendas dari iuſſerit, nec datum erit, licet poſtea offeratur: attamen ſemel commiſſam pœnam compromiſſi non euaneſcere: quoniam ſemper verum eſt inter Kalend. datum non eſſe.

§ 19 Atque hæc quidem de rei integritate dicta ſint: ſi modò illud addiderimus, ad hunc quoque locum pertinere illam regulam qua traditur, ſi conuenit inter contrahentes, vt moræ purgandæ locus non ſit, ſeruandam eſſe conuentionem, l. ſancimus, §. ſin autem, D. de fideiuſſo. quoniam beneficio legis per pactum renunciari poteſt, l. pacta quæ contra, C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo, & l. vltim. C. eod. Ad hunc autem locum idcirco illud pertinet, quoniam actio creditori quæſita eſt, quam nulla ratio eſt ei auferri, l. penult. D. de pact. l. habere, D. de euict. Hoc autem vbi pœna vnà cum die adiecta eſt, multò probabilius recipitur. quippe cùm pœna eius quod intereſt complectendi, & definiendi cauſſa, ſubiiciatur, l. vlt. D. de ſtip. prætor. quare cùm pœna commiſſa intereſſe ſtatuatur, & ſuperius dictum ſit, vbi actoris intereſt, rem integram non eſſe: non mirum eſt, ſi Africanus in l. traiectitiæ, 23. D. de obligat. & actionib. ſcribat, eum qui traiectitiam pecuniam ad diem non ſoluit, quamuis pecuniam poſtea offerat, nihilominus pœnam committere. Idonea autem ſolutionis oblatio variè pro variis obligationum generibus æſtimatur. nam in pleriſque obligationibus dandi ea idonea dici-A tur, quam Iudex ſatis tempori factam arbitratus eſt: quippe cùm ea res ex bono & æquo tota pendeat, vti ſcribit Celſus adoleſcens in l. ſi ſeruum, 91. §. ſequitur, D. de verbor. obligat. Ait enim eum qui moram fecit in ſoluendo Sticho quem promiſerat, poſſe emendare eam moram poſtea offerendo. Eſſe enim hanc quæſtionem de bono & æquo, in quo genere plerumque ſub auctoritate Iuris ſcientiæ perniciosè erratur. Itaque Scæuola in d. l. ſi ita quis, §. 1. totum hoc arbitrio prudentiæque B Iudicis committendum putat. Quod omne, inquit, ad Iudicis cognitionem remittendum eſt. Eiúſque rei ſumma eſt æquitas: quoniam (vt Imp. ſcribit in §. vltim. de perpe. & temp. act.) olim omnia iudicia erant abſolutoria. At in obligationibus operis faciendi litis conteſtatæ tempus præſcriptum eſt, vt conſtat ex l. ſi inſulam, 84. D. de verb. obligat. vbi Paullus ſic ſcribit, Si inſulam fieri ſtipulatus ſum, & tranſierit tempus quo potuerit fa-C cere, quamdiu litem conteſtatus non ſim, poſſe te facientem liberari placet. quòd ſi litem iam conteſtatus ſim, nihil prodeſſe tibi ſi ædifices. Itaque intelligenda eſt l. continuus, 137. §. 3. D. eodem. vbi Venuleius ait, Tranſacto tempore quo inſulam conſummari oportuerit, ſi poſtea ædificetur, liberari reum. Quod eodem modo iudicandum eſt de iis obligationibus dandi, in quibus aliud in petitione, aliud in pręſtatione eſt. veluti cùm penus legata eſt, & pecunia petitur, l. 1. D. de penu legata, l. cùm ſine, 19. D & l. ſi penum, 24. D. quando dies legat. aut cùm decem in melle ſtipulata ſunt, l. ſi quis ſtipulatus, 57. D. de ſolut.

§ 20 His ita conſtitutis, tertia pars ſequitur, vt oblatione ſolutionis mora purgetur, & omne periculum futurorum caſuum à debitore abeat, atque in creditorem transferatur. Itaque Paullus in l. interdum, 73. §. 1. D. de verborum obligationibus: Stichi promiſſor, inquit, poſt moram offerendo purgat moram. Et Celſus in l. cùm decem, 72. §. 1. D. E de ſolut. Verum eſt, inquit, eum qui interpellatus dare noluit, offerentem poſtea periculo liberari. pro ſoluto enim id eſſe oportet, in quo creditor accipiendo moram fecit. Item Paullus in l. ſemel mora, 26. D. ſolut. matr. Semel mora facta, inquit, ſi ſeruum dotalem poſtea offerente marito mulier accipere noluerit, & ita is deceſſerit, non debebit precium eius, maritus vel heres eius: ne ob id damnum ſentiat, quod poſtea offerente eo mulier accipere noluit. Eóque illud vulgatum pertinet ex d. l. F illud, de peric. & comm. moram poſteriorem nocere, l. ſi per emtorem, D. de action. emt. Quæ quidem de purgatione moræ, quæ à debitore facta eſt, dicta videntur ſatis: nunc quod ad creditorem attinet, intelligendum eſt, idem ei quoque conceſſum eſſe, quemadmodum intelligitur ex l. ſi ita quis, 135. §. 1. D. de verbor. obligat. vbi L. Titio creditori qui moram fecerat, moræ purgandæ facultas permittitur, vt agere poſſit.

§ 21 Atque hæc quidem de Mora & eius parti-G bus ea methodo explicata ſint, quam Græci Analyſin adpellant: quam in docendo artem idcirco tam accuratè ſequimur, quia ſæpe experti ſumus eam nobis in iuris noſtri labyrinthis tamquam Theſei filum diuinitus datam eſſe: eos verò qui ſine arte illa ſeſe ad ius tractandum conferunt, & quaſi in vaſtum illum huius doctrinæ Oceanum committunt; quaſi ſine gubernaculo nauigantes vel perpetuo atque in-

que incerto errore vagari: vel, id quod plerumque
accidit, vbi ad ſcopulum aliquem venerunt, miſerè
naufragium facere, ſeſéque & vectores ſuos malè
perdere.

DISPVTATIO DE VSVRIS,

Edita primùm anno 1551.

Quæ ſit vſuræ & fœnoris notatio, tum prætereà quæ inter vtrumque differentia ſit: ad extremum quæ ſit vſuræ propriè & ſpeciatim ſumtæ definitio, hoc primo capite breuiter, & perſpicuè declaratur.

Capvt I.

Vsvra ab vtendo dicta eſt: quæ ſi ad ve-
riloquium reuocetur, aliud nihil eſt
quàm vſus. Vnde lucis, vitę, pecuniæ
vſura ei concedi dicitur, cui vti luce,
vita, pecunia conceditur. Cicero libro
Tuſcul. I. Natura dedit vſuram vitæ tamquam pecu-
niæ, nulla prętituta die. Quid eſt igitur quòd quera-
re, ſi repetit cùm vult? ea enim condicione accepe-
ras. Idem Verrina 5. Quis enim hoc fecit vnquam, vt
cùm Senatus publicanos vſura ſæpè iuuiſſet, magi-
ſtratus à publicanis pecuniam pro vſuris audeat au-
ferre? De mutuo Cicero loquitur, quam vſuram pe-
cuniæ nominat, quoniam vſum pecuniæ continet.
Sed factum eſt, vt vulgò vſura pro vſuræ mercede, à
Latinis vſurparetur: ſimili forma figuráque loquen-
di, qua locationem & conductionem pro locationis
& conductionis mercede poſuerunt. Paullus in l. lo-
catio, 9. D. de publ. & vect. Locatio vectigalium quæ
calore licitantis vltra modum inflatur, & l. fideiuſ-
ſores, 68. §. 1. D. de fideiuſſ. Quoniam in ſola centum
annua ſe obligauerat, non in omnem conductio-
nem. Itaque multis locis incrementum illud, quod
cum eo quod accepit debitor reddit, quaſi propter
ſortis vſum, vſuram Cicero adpellat. Idque ipſum
loquendi genus imitati Iuriſconſulti noſtri ſunt,
vſuram adpellantes id quod propter ſortis vſum ſi-
mul cum ipſa ſorte redditur. Eámque ſignificatio-
nem cùm in omnibus, vt arbitror, iuris ciuilis lo-
cis, tum verò in eo tractatu perpetuò tenuerunt, qui
De vſuris inſcribitur libro Pandectarum vigeſimo-
ſecundo. De quibus ipſis quoniam in animo eſt di-
ligenter & adcuratè, breuiter tamen, ſtrictímque
diſſerere, quo quidem inſtituto difficilem ac peri-
culoſam nauigationem noſtra profectò ingreditur
oratio, operæprecium me facturum arbitror, ſi priùs
quàm vela pandamus diſputationis, eam ante pau-
lulum tamquam è portu, difinitione, diuiſionéque
quaſi quibuſdam remis propellamus. Etſi enim vſu-
ram pro vſus mercede vulgò accipimus: ſcire tamen
nos oportet duas eius ſpecies, ſi quis ſubtiliter & e-
nucleatè rem perpendat, inueniri poſſe, alteram quę
nomen à ſuo genere diſtinctum habeat, quæ vocatur
Fœnus: alteram verò quæ in generis ſui adpellatio-
ne conſiſtat, & vſura nominatur. Sic enim tenuiter
vnamquamq; rem Iuriſc. ſolent exigere, &, vt ita di-
cam, ad viuum reſecare. Nam & cognationem ab ad-
gnatione ſimili modo ſecernũt, & ab adrogatione a-
doptionẽ, & conuentionẽ ab obligatione. Ac fœnus
quidem eſt (vt Feſtus, Pompeius & Agellius ſcribunt)

A ab eo dictum, quòd quaſi fœtura quædam pecuniæ
ſit. Ex quo idipſum quod Græci τόκον adpellant, ap-
paret à Latinis fœnus nominari. Nam ab eo, vt Ari-
ſtoteles libro de Republica primo tradit, nomen in-
uenit, quòd vt ſimilia generantur à ſimilibus, ita nu-
mus numum parit. Itaque παρὰ τὸ τίκτειν illud deri-
uant, quod Parere Latinè ſignificat. Eóque pecu-
niam fœnerare vulgò dicimur, cùm eam ita collo-
camus, vt quaſi à re fœcunda, ita ab ea aliquam inſu-
per pecuniam, quaſi fœtum eius exigamus, & fœne-
B rationem, ipſam pecuniæ locationem: perinde ac ſi
armenta quis ita locet, vt eorum fœtus repoſcat.
Vnde illud intelligi volumus, fœnus eſſe, propriè
ac ſpeciatim accepto nomine, lucrum illud, quod
quis captat ex nuda pecunia, veluti cùm Menſarij,
pecuniam mutuo dant, non vt accipienti commo-
dent, ſed vt inde lucrum aucupentur, ex quo etiam
illorum quæſtus Latinè fœnus dicitur. Sed vſura
cùm ab vſu adpellata ſit, aliam vim atque ſignifica-
tionem ab hac notatione retinuit. Vſuram enim qui
C petit, ipſum quodammodo vſum petere videtur,
quippe qui eius perpetuò remanſit, nec vnquam
cuiquam ab eo datus, aut conceſſus eſt. Quem qui-
dem vſum quia repetere non poteſt, vtpote conſum-
tum, eius petit æſtimationem ac fructum, vt cùm
emtor rem traditam poſſidet, neque tamen precium
exſoluit, itáque contra venditoris voluntatem vti-
tur pecunia, poterit venditor ex emto actione non
dico vſum conſequi, quia conſumtus eſt, ſed certè
illius æſtimationem, l. vltim. D. de peric. & commod.
D rei vend. l. Iulianus, 13. §. ex vendito, D. de act. emt.
Et hæc quidem vſus æſtimatio, vt diximus, vſura
nominatur, quæ quoniam vſum quodammodo repe-
tit, fœnus dici nullo modo poteſt: eò quòd & is, qui
fœnerat, vſum dat in mutuo neceſſariò, cúmque id-
eo petere non poteſt: & cùm venditor damni acce-
pti compenſationem dumtaxat poſtulet ob id quòd
vſu ſuæ pecuniæ caruit, fœnerator ex ipſis quaſi nu-
mûm corporibus tamquam ex re fœcunda conatur
numos exprimere. id quod ne ipſe quidem, ſi numos
E habuiſſet, potuiſſet efficere. Alter autem vſus eſſet
proculdubio ſua re, & ex ea coniuncta cum opera in-
duſtriáque ſua quæſtum negociando & parando fe-
ciſſet: cùm ille ſine opera ex nudis numûm corpo-
ribus lucrum captet, atque aucupetur, &, vt vno ver-
bo abſoluam, alter de lucro captando, alter verò de
damno vitando contendit. Nam, vt Paullus inquit,
vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter
moram non ſoluentium infliguntur, l. cùm quidam,

17.§.ſi pupillo,D.de vſur.Vnde apparet non tam horum vim atque notationem verborum cogitaſſe Senecam, cùm ſcripſit fœnus & vſuram contra naturam inuenta eſſe nomina, quàm vſum loquendi popularem atque peruulgatum. Nam fœnus quidem contra naturam inuentū eſt:quoniam, vt paulò pòſt idoneo loco probabimus,ex re ſterili fœtū captat.Vſura verò id petit,quod eius interfuit,qui vſu ſuæ pecuniæ caruit:& vſus eius æſtimationem.Sed quemadmodum iam antè dictum à nobis eſt,plerumq; etiam pro fœnore vſurpatur,ac nomen generis obtinet.Cuius quidem generis quoniam certa aliqua ſpecies eſt, quæ numquam cum genere ſuo confunditur, & fœnus adpellatur, aliam quoque ſpeciem ab ipſius generis nomine expreſſimus: quam vſuram nominamus. De cuius definitione nobis breuiter explicandum eſt, quò faciliùs id quod docere volumus intelligi poſſit. Eſt igitur Vſura ſtrictè ac ſpecialim ſumta nihil aliud, quàm merces vſus ſortis conſumtæ cum damno creditoris. Hæc definitio, vt mihi quidem videtur, & clara eſt, & rectè quæcumque ad eam ſpeciem ab omnibus aliis diſtinguendam pertinent, complectitur. Nam cùm Merces generale nomen ſit ad multa pertinens, mercedem vſus poſuimus. & quia etiam in Locatione Conductionéque vſus mercedem dicimus, verbum Sortis adiunximus, quoniam ſiue docendi cauſſa, vt fit in omni diſciplina, ſiue conſuetudine quadam loquendi factum eſt, vt ad eas res hæc adpellatio reſtringeretur, quas vulgò Sortis nomine complectimur. Id quod clariùs etiam explicauimus, cùm addidimus Conſumtæ. proptereà quòd earum rerum, quarum vſura conſtat,non tam vſus,quàm abuſus eſt: quippe cùm ſine conſumtione præſtare nullū vſum poſſint. Quo magis à locatione ſeparatur hæc ſpecies, in qua ipſa locatione res conducta exſtingui, conſumíque non debet. Quamquam quoniam illa acceſſio quam & in fœneratione & in ſocietate ex noſtræ pecuniæ & vſu & conſumtione præter ſortem exigimus, aut cùm athletæ vt ſe exerceret, piſcatoríve erogaturo in apparatum pecuniam dedimus, & præter id quod dedimus aliquid inſuper ob vſum noſtræ pecuniæ conſequimur, vt docet Scæuola in l. periculi,5. D.de naut.fœn. quoniam,inquam,hoc incrementum precium quoddam eſt vſus ſortis conſumtæ, eóque noſtra definitio non ſatis ab eo genere ſegregata ſeiunctáque videretur, addendum prætereà putauimus, Cum damno creditoris, quo verbo caſus illos ab hac noſtra ſpecie diſtinximus: proptereà quòd neque fœnerator, neque ſocius, aut qui athletæ piſcatoríve ſortem dedit, conſumtam ſuam pecuniam, aut damnum ſibi illatum ob id quòd vſu ſuæ pecuniæ caruit, queri poteſt. quippe cùm vt ab alio pecunia conſumeretur ob ſuum ipſe commodum procurarit, ac nulla volenti atque cupienti fiat iniuria. Ex quibus perſpicuum eſſe arbitror, veram eſſe à nobis traditam vſuræ definitionē:cùm quidem, vt clarè conſtat,aliud nihil ſit merces vſus ſortis conſumtæ cum damno creditoris, quàm vſura: & rurſus vſura nihil aliud, quàm hoc ipſū, quod ea definitione explicauimus:vt quaſi eo vno verbo includeretur,quod poſteà pluribus verbis explicatum à nobis atque patefactū eſt.Simul illud etiam intelligitur, neq; ſatis abſolutā illorum eſſe definitionem, qui ſcribunt, vſuram eſſe id quod ſupra ſortē redditur: proptereà quòd & fœnus ſupra ſortem redditur,& ſocietatis commodum & fructus,& pœna,& id quòd intereſt, vt poſteà do-
A cebimus:quæ tamen vſuræ adpellatione minimè cōtinentur:neque huic de vſuris tractationi magnopere illam conuenire, quæ quibuſdam ab aliis tradita eſt, exiſtimantibus vſuram eſſe lucrum ſupra ſortem exactum,tātùm propter officium mutuationis,quippe cùm ad fœnoris adpellationem potiùs pertineat: & ad vnam tantùm ſimplicem ac ſolitariam mutuationis cauſſam reſtricta ſit. Nam ad omnes omnino vſurarum formas in hac tractatione reſpicimus,qui- B bus alterius pecunia cum creditoris detrimento quis vtitur:quæ ipſæ quàm ſint innumerabiles nemo non videt. quippe & heres,ſi fideicommiſſario pecuniam à teſtatore relictam non ſoluit,ſed ea fruitur: & emtor,ſi precium retineat, & ſocer dotem, & tutor pupilli pecuniam:cum creditoris damno alterius ſorte fruuntur: ob eam cauſſam vſuras debent, quemadmodum nos quidem copioſè deinceps explicabimus: ſi modò quarum rerum vſura conſiſtat, expoſuerimus antè breuiter, vt aditum ad ea quæ pòſt ſe- C quentur clariorem,illuſtrioremque reddamus.

Quarum rerum vſura conſiſtat,& de earum rerum natura latè diſſeritur hoc ſequenti capite,in quo etiam ex re nata declaratur nobile reſponſum Pauli in l.2. D.ſi cert. petat. Explanatur prætereà quid ſit apud Ciceronem, Certare cum vſuris fructib.prædiorum.

Capvt II.

ETsi autem, vt modò diximus, vſuræ ver- D bum ad omnes eas res, quarum quidam vſus eſt,pertineat:quemadmodum tamen in omnibus artibus docendi cauſſa permulta nomina latè patentia reuocantur ad quoſdam caſus, eóſque perpaucos, ita certè factum eſt vt ad earum tantùm vſum rerum hæc adpellatio reſtringeretur, quæ vſu ipſo pereunt atque conſumuntur: quarum naturam non alienum eſt hoc inſtituto copioſiùs exponere. Eiuſmodi verò ſunt, quas noſtri pondere, numero,& menſura conſtare ſcribunt:veluti oleum, E frumentum,pecunia numerata,l.2.D.ſi cert.pet.prætereà etiam in abuſu conſiſtere, l.hoc ſenatuſc.5.§.1. & l.ſi vini,7.D.de vſuf.ear.rer.quæ vſu. Vnde Cicero Topicorum libro, Non debet, ait, mulier ea, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere.Vſus enim nō abuſus relictus eſt. Id quod ob eam cauſſam dictum eſt, quoniam earum, vt dixi, rerum vſus planè nullus eſt,niſi ſi conſumantur: itáque qui his vtitur abutatur. Ob has cauſſas dicuntur præter- F eà res eiuſmodi functionem in genere ſuo, potiùs quàm in ſpecie recipere, d.l.2.D.ſi cert.pet. id eſt, vt ego quidem interpretor,penſionem, ſiue ſatisfactionem: quaſi quis dicat,ſolutionem & ſatisfactionem, quæ fit harum rerum debitarum, non ipſius ſpeciei fieri,ſed generis: proptereà quòd non eadem corpora redduntur,quippe quæ conſumta ſunt,ſed tantùm eiuſdem generis. In hac ſignificatione functionis verbum accipitur, in l.omnium, l. vectigalium, 6. C.de vectigal.nimirum pro præſtatione.Et apud Cic. G libro accuſationis tertio: Ita decumas lege Hieronica ſemper vendendas cenſuerunt,vt iis iucundior eſſet muneris illius functio,&c. Item:Quis non maximo ſe adfectum beneficio putauit, cùm tribus decumis pro vna defungeretur? Idem eodem lib. Tamen hoc vobis eſt ſtatuendum,quid aratorem,ipſum orationis nomine muneris in Rempub.fungi ac ſuſtinere velitis. Vlpianus prætereà, l.3. D. de dot. coll. fungi

fungi dotis collatione dixit, & l. prætoriæ, 7. D. de prętor. ſtipul. fungi pignoribus & auri depoſitione. Quod verò dictum hoc alij arbitrantur ea re: quia in harum rerum ſolutione altera res alterius vice fungeretur, equidem, quod eorum pace dixerim, non arbitror eſſe probabile. Conſtat enim eo loco Paullum alias res, id eſt, quæ in ſpecie ſua functionem ac ſolutionem accipiunt, his rebus tamquam contrarias opponere. Nam & commodatum functionem recipit eadem ipſa ſpecie, quæ cõmodata eſt reddita, ipſúmque etiam depoſitũ, & pignus, & quędam prætereà eiuſmodi. Atqui ſi quis ita Paulli verba interpretetur, vt illæ res in ſuo genere alterius vice fungerentur: non poterit ea fieri aliarum rerum comparatio, quam hîc Paullum explicare perſpicuũ eſt. Alioqui dicendum eſſet alias res, veluti commodatas, & depoſitas, in ſpecie ſua fungi vice alterius. Quo nihil di di poteſt obtuſius. Nam quę res commodata aut depoſita redditur, nullo modo fungitur vice aut ſua, aut alterius, neque in ſpecie, neque in genere. Omnino autem certum eſt comparationẽ vtratumq; rerũ hic fieri: quemadmodum his verbis Paullus indicat cùm ait: In aliis rebus aliud pro alio ſolui nõ poteſt. Quoniam in ceteris ſolui poterat, modò eiuſdem generis, vt clarè ſignificat cũ ait, eas in genere ſuo functionem recipere per ſolutionem, id eſt, aliud pro alio ſolui poſſe: non autem in ſpecie, quam ne habere quidem dici poſſunt, ſicuti Vlp. apertè docet in l. cùm Stichus, 29. D. de ſolut. cùm ait, res eiuſmodi in communi ſpecie contineri: quaſi dicat, eas nõ habere ſpeciem quãdam ſibi propriam, ac peculiarem, & ab aliis eiuſdem generis diſtinctam, ſed cum aliis communem. Atqui ſi fit comparatio, & aliæ res in ſuo genere functionem, id eſt, pręſtationem recipiunt, alias res oppoſitas in ſua ſpecie recipere conſentaneũ eſt. Atque hoc ſcilicet ipſum eſt quod vulgò dici ſolet, in hiſce rebus magis quantitatem, id eſt, vim ac momẽtum cogitari, quàm corpora, l. Titia, 87. D. de lega. 2. l. ſi is cui, 94. D. de ſolut. ſiquidem cùm has res verbi cauſſa mutuamur, nõ tam earum corpora, id eſt, ſpecies ipſas, quàm quantitatem, hoc eſt, vim ac momẽtum, &, vt ita dicam, valorem mutuamur, veluti cùm aureos, vt nunc loquimur, ſcutatos mutuo accipimus, quantitatem potius quadragintaquinque aſſiũ, & valorem quàm ipſa aureorum corpora accipimus, contrà quàm in depoſito, & ſimilibus, vbi corpora deponuntur, & non quantitas, l. Lucius, 33. D. depoſ. denique hoc ipſum Paullus etiam apertè ſignificat in l. 1. §. non ſolùm, D. ad leg. Falc. vbi ea quæ corpore cõſtant, ab iis, quæ pondere, numero, & menſura cõſtant, manifeſtiſſimè diſtinguit. Quòd autem nonnulli Paulli verba ita accipiunt, vt quod ait, Quàm ſpecie; referri ad id putent, quod antecedit, Per ſolutionem, quaſi functionẽ hæ res recipiant potius per ſolutionem, quàm per ſpeciem: in qua etiam fuiſſe Budæũ ſententia quidam adfirmant, hos & pueriliter hallucinari, & tãti viri auctoritate falsò abuti exiſtimo. Etenim nemo non videt verbum, In ſpecie, cum verbo, In genere apertiſſimè comparari. Sed quoniã quæ ſit harum natura rerum ſatis ſupérque oſtendimus, nunc tempus eſt ad id quod inſtituimus reuertere. Cùm igitur aliarum quidem rerum omnium vſura dici poſſit, ad eas tamen omnino reſtricta hæc adpellatio eſt, quæ vulgò abuſu potius quàm vſu cõtineri, & propriè in creditum dari, & functionem in ſuo genere quàm ſpecie recipere, denique quarum corpora nõ tam ſpectari, quàm quantitas dicuntur.

A Id quod vel ex hoc vno Papiniani reſponſo intelligi poteſt in l. 3. §. vlt. D. de vſur. vbi, ſi auro vel argento facto per fideicõmiſſum relicto mora interuenerit, reſpondit, ſi vaſa quaſi corpus relicta eſſent, nẽpe vt iis fideicõmiſſarius vteretur, vſuras non deberi: ſi verò quaſi quantitas, nempe vt iis diſtractis pecunia vteretur, aut alimenta pręſtarẽtur, vſuras deberi; quod ipſum idem in ſpecie nõ omnino diſſimili tetigit in l. deducta, 58. §. ante diem, D. ad S.C. Treb. Quòd autem B quidam exiſtimant dubitari poſſe propter l. cùm quidam, in fin. D. eod. vbi Paullus eum à quo ſtatuæ ponendæ legatæ ſunt, ſi non poſuerit, vſuras debere ſcribit: quaſi ſtatuarum vſuras exigi ſignificet, planè ridiculum eſt. non enim ſtatuarum, ſed pecuniæ hereditariæ, qua emi ſtatuas oportebat, vſurę exigũtur. Vt is Heraclius, de quo Cicero lib. Accuſationis ſecundo commemorat, qui non inuentas in hereditate ſtatuas in palæſtra ponere debebat: ſed, eas comparare ex hereditaria pecunia. C Denique Vlpiani verba pluſquam manifeſta ſunt in l. ſi legatum publicum, D. de oper. legat. vbi heredes pecuniam intra certum diem deponere iubet, qua ſtatuæ comparari poſſint. Itaque quòd alibi, hoc eſt in l. heres 51. in fin. §. vlt. D. de pet. hered. Papinianus ait fructuum vſuras deberi, de precio, quo fructus æſtimati ſunt, intelligendũ eſt: quemadmodum ex aliis locis colligitur. vbi quòd rerum mobiliũ vſuras deberi dicitur, de precio quo taxatæ ſunt, Imperator interpretatur l. hac edictali, 6. §. his illud, 1. C. de ſecund. nupt. & l. vn. §. ſin autem, D 8. C. de rei vxor. act. vt iam vſuræ non ipſorum corporũ, ſed quantitatis & æſtimationis debeantur. Quod ipſum ſimiliter intelligendum eſt in ſpecie l. 1. D. de naut. fœn. vbi Vlpianus non modò pecuniæ traiectitię, ſed etiam mercium ex ea comparatarum vſuras perſolui ſcribit, ſed non tamquã corporum, ſed quaſi quantitatis & æſtimationis. Vnde etiam conſtitutum eſt, vt quemadmodum in mutuum, & ſi ſola quantitas cadat: tamen ſi corpus æſtimatum detur, mutuũ contractum ſit, l. rogaſti, 11. D. ſi cert. petat. ita in hoc E genere ex corpore æſtimato vſuræ exigantur: quia neque mutuum, neq; vſurę quaſi corporis, ſed quaſi quantitatis exiſtimantur, l. pro auro, 25. C. de vſur. l. ſi pro mutua, 8. C. ſi cert. pet. Denique Papinianus rem omnem vno verbo conficit in l. eum qui, 18. D. de his quæ vt indig. vbi eum qui tacitum fideicommiſſum ſuſceperat, reſpondit, ſi fructus vendidiſſet, eorũ precij vſuras debere: ſi fructus in vſu habuiſſet, nõ debere. Porrò autem quemadmodũ vſuræ nõ tantùm pecunię numeratæ, verumetiam aliarum prætereà rerũ F omnium conſiſtunt, quas noſtri Species adpellant, veluti vini, olei, ac frumenti, ex iis quæ dicta ſunt, notum omnibus eſſe arbitror. Id apparet prætereà ex l. cùm non frumentũ, 16. & l. oleo, 23. cum ſimilib. C. de vſur. ſed & cap. Leuitici vigeſimoquinto, & Deuter. vigeſimotertio. in quibus Moſes fœnerari prohibet, non tantùm pecuniam, verùm etiam fruges & eſculenta, aliáſque prætereà res conſimiles enumerat. Illud potiùs videndum eſt, quoniam ſcribit Ariſtoteles, fœnus ex numis numos parere, ſicuti ſimilia ge- G nerantur à ſimilibus, an ſemper eiuſdem generis cuius eſt ipſa ſors & fœnus & vſura conſiſtant. Id quod frequentiùs accidere non dubium eſt. Quippe cùm fœnus, vt ita dicam, nihil aliud quàm ſortem ipſam foueat, fomentóque ſuo adaugeat, aut, quòd adcommodatius videri poteſt: quemadmodum terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo poſteà fuſius atque vberius reddit, ita ſortem conſumtam poſteà

maioré vberiorémq; regeneret. Ná in Catone Maiore incrementú illud quod cum eo,quod accepit,terra reddit, Cicero vſurá & fœn⁹ adpellat. Et profectò ita eſt,vt niſi nominatim aliud inter cótrahendú conuenerit,cuius generis ſors ipſa eſt,eius quoq; generis vſurá reddi oporteat. Quod quidé in ſolo mutuo locú habet,quo nulla adhuc mora cómiſſa eſt. Ná in legato vini & ſpecierú, aliiſq; ſimilibus negociis, quibus vſuræ poſt morá debentur, non ipſæ ſpecies, ſed earú æſtimatio,eóq; etiá æſtimationis,id eſt, pecuniæ vſuræ exiguntur.Sin adiecta lex fuit cóuétioni,eius prorſus generis vſuræ debebútur, de quo cóuentú eſt. vnde & prædiorú fructus vſurarú nomine poſſe percipi ſatis cóſtat ex l.ſi ea lege,17.C.de vſur.itáque hęc Vlpiani verba intelligútur,in l.magis puto,5.§.ité Prætor,6.D.de reb.eor.qui ſub. Prętor illud obſeruabit, ne plus accipiatur ſub obligatione pręediorú fœnoris, &c.præterea ſpecies quædá refertur in l.cùm non frumentú,16.C.de vſur.vbi nó frumentú,ſed pecunia accepta erat fœnori , vt certa modiatio tritici præſtaretur,quinetiá in l.ſi ea pactione,14.eod.pactionis cuiuſdá mentio fit,qua cùm ſors quidé eſſet in pecunia: vſurarú tamé cauſſa, ædium habitatio permitteretur, eámq; vſuræ ſpecié Martianus in l.ſi is qui,11.§. 1. D. de pignor.& l.ſi pecuniá,33.D.de pign.act. ἀντίχρησιν adpellat,Si quando in vſuras, inquit,creditor fructus percipiat. Ex quo ipſo breuiter explicari poſſe arbitror ſubtile dictú Ciceronis & elegans , Oratione II. Catilinaria , cuius multi antehac interpretationem quæſiuerunt : cùm ait,Catilinæ ſocios quod ſtultiſſimú eſt facere:certare ſcilicet cú vſuris fructibus prædiorum.Conuenerant enim cú fœneratoribus,vt eorú pędiorú,quæ pignori ꝓ ſorte & vſuris acceperát, fructus pro vſuris colligerent.Cuiuſmodi pacti mentio fit in l.1.§.pacto,3.D.de pign.& l. Caius Seius,39. D.de pign.act. Eueniebat autem vt quoniá vſuræ ſiue ſimplices ſiue in ſorté redactæ, longè maiores eſſent , quàm vt eas prædiorú fructus æquare poſſent, Catilinarij ſemper in annú elapſum debitores manerét.Ob eámq; cauſſam è ſequentis anni fructibus ſumendum eſſet, vnde fructus vſuris pares eſſe poſſent, quaſíque cum iis comparari atque cótendere. Quod ideo ſtultiſſimum eſſe adfirmat,quoniam ad extremú omnes ſequentium annorú fructus prioribus annis debebantur:itáque proprietas ipſa ære alieno onuſta creditoribus addicebatur.Vendi igitur pędia & poſſeſſiones oportebat,vt in ſpecie illa nobili,de qua Vlpianus ſcribit in l.magis puto,5.de reb.eor.qui ſub.vbi vſurarum modus carendum eſſe ære alieno ſuadet, ideóq; vendere,quàm obligare ſatius erat. Quod tamen Catilinarij,quoniam amore poſſeſſionum tenebantur,facere nolebant. Quòd ſi, ait, maturiùs vendere voluiſſent,neque (id quod ſtultiſſimum eſt) certare cum vſuris fructibus pędiorum , locupletioribus his & melioribus ciuibus vteremur.Sed hęc quidem hactenus. Nunc ad propoſitum ſermonem reuertamur.

Vſuras neque vſurarum neque fructuū deberi;ſed ſortis tantum.Anatociſmū apud Ciceronē nō id ſignificare quod eruditiſſimi plerique exiſtimant:neque vnquā vſurarum vſuras ciuili Romanorum iure permiſſas eſſe.

Cap. III.

QVÆ res igitur vſuræ petitionem recipiunt prorſus ſunt eiuſmodi.Ob eámque cauſſam diſertè in definitione dictum eſt , vſuras ob vſum conſumtæ ſortis deberi.Cóſumtæ videlicet , neceſſariò : quoniam ſine conſumtione vſus nullus exſtitiſſet.Sortis autem,primùm vt oſtéderem earum tantú rerum vſuras cóſiſtere,quæ ſortis adpéllationem recipiunt : tum verò ob aliud quiddá nihilominus neceſſarium,de quo nunc dicere adgredior, nempe quoniam non ſemper harum vſuræ permittuntur:ſed ita ſi modò ſint ſumma principalis, quam ſummá Latini ſortem,Græci tum κεφάλαιον, tum verò ἀρχαῖον etiam adpellant,vt ſcribit Iulius Pollux,καλεῖται δὲ κεφάλαιον,ἀρχαῖον·τὸ δὲ ἔργον,τόκος. Nam ſi exempli cauſſa Mæuius mea pecunia fruitur, quæ centum aureorú eſt,vſuras illius ſortis & ſummæ principalis debebit.quòd ſi vſuris quoque ſimiliter fruatur, non tamé earum nomine alias pręterea vſuras perſoluere cogitur. Cuius diſcriminis quæ tandem ratio reddi poſſit,deinceps conſiderandum eſt.Cùm enim ſortis vſura ideo permittatur , quia meo incómodo ex mea pecunia tuas auges copias, fortaſſe dixerit aliquis,ſimiliter in vſuræ pecunia ſtatuédum eſſe;vt quoniam ea frueris , fructus eius nomine penſionem aliquam perſoluas.Quis enim te vti cogit?cur me vſu meę rei ſpolias? Quamobrem vulgò adhuc ab omnibus exiſtimatum eſt, fuiſſe hanc ipſam quam Cicero adpellat Vſuræ renouationem.Scribit enim Cicero quadá ad Atticum epiſtola,habuiſſe ſe in edicto tranſlatitio de Centeſimis cum anatociſmo anniuerſario obſeruandis. Sic enim vſurarum in ſingulos annos regenerationem,aut,vt ibidem ſcribit,renouationem adpellat. Verumtamen lege aliqua poſteà factum eſſe contendunt,vt omnis vſuræ renouatio penitus abrogaretur.Cuius verò conſtitutione id cautú ſit,ne ipſi quidé,vt arbitror,cópertum habent. Exiſtimo autem equidé,rem omnem accurato iudicio perpendens,tá magnas exſtare cauſſas propter quas huiuſmodi renouatio iniqua iniuſtáque videretur, vt neque Ciceronis imperio , neque vllo vnquam Ciuili iure permiſſa ſit. Nam primum omnium cùm vel maximè Reip. interſit , certum ac definitum vſurarú modum conſtitui : quemadmodú omnibus téporibus factum eſſe apparet:ſi vſuræ vſurarú permittantur , quàm ſit ea de re lex omnino inutilis ac fruſtra cóſtituta quis non videt ? Nam cùm beſſem tantum vſurarum nomine mercatori liceat exigere , ſi eius beſſis renouatio concedatur,in infinitum res creſcet : & vſura illa legitima excedetur,nec vllus modus ſeruari in vſuris poterit. Secundò perſpicuum eſt multis caſibus ac ferè ſemper contingere,vt vſura pœna ſit. Atqui nihil abſurdi⁹ fingi poteſt, quàm pœnæ pœná exigere. id quod ex pœna corporali, cuius natura pecuniariæ ſimilis eſt,intelligi poteſt. Nam ſi latroni pœna conſtituta ſit exſilium, & ſi eam nó dederit,damnatio in metallum,aut vltimum ſupplicium,ineptú eſſet vltimum ſupplicium putare eſſe pœnam non perſolutæ prioris:ac non potius ratione ac reſpectu ſolius latrocinij grauiorem ſubinde pœnam conſtitui.quemadmodú in hac pœna pecuniaria etiam permittitur grauiorem pœná exigere,ſicuti refertur ſpecies in l.quáuis,8.C.de vſur.& l.Caius Seius,11.& l.Seia,12.l.cùm quidam,17.& l.pecuniæ,9. §.1. D. eo. veluti ſi quincunces mercator ſtipuletur:&, niſi ſoluatur,beſſem: non enim bes quincuncis non perſoluti pœna eſt, ſed ſortis tátú. ſicuti ex his Papiniani verbis intelligi poteſt in d.l.pecuniæ,9.Vſurarum ſtipulatio,inquit, quáuis debitor nó conueniatur, cómittitur:nec inutilis legitimæ vſuræ ſtipulatio videtur ſub ea condicione cócepta,Si minores ad dié ſolutæ non fuerint. nó enim pœna,ſed fœnus vberius ratione ſortis promittitur.

mittitur. Quid dici potuit euidentius? Quamobrem quod Paullus ſcribit in l.Caius Seius,11.D.eod. conſuetudinē eſſe,vt non illatis minoribus grauiores infligerentur pœnæ nomine:ad ſortē omnino referendum eſt.vt pœna grauior,ſiue, vt Papinianus eo loco adpellat,fœnus vberiꝰ, ratione ſortis exſoluatur:quia Pœnæ verbum,ibi pro vſura ponitur:vt poſteà latiùs explicabimus: & clarè conſtat ex l. qui ſine,38.D.de negoc.geſt.vbi ſcribit Tryphoninus, tutorē, qui pupilli pecuniam in vſus ſuos conuertit,propter licentiam qua abutitur, maximis vſuris vice cuiuſdā pœnæ ſubiici. non enim vſuræ ſimplices in pœnam infliguntur,ſed tantùm maximę, & grauiores cōmunibus.Vt ad rem redeam,ſi vſurę permitterentur vſurarū,pœnę quoque pœna ſimiliter permitteretur.quod perquàm abſurdum eſt.Tertiò,cùm vſura nihil aliud ſit,quàm vſus merces, ſi qua lex hanc mercedē renouari permiſiſſet, vnius quoquę rei precium cōtra naturę æquitatem permiſiſſet bis exigi.Atqui nihil tam iniquū eſt,q̃ eiuſdē rei ęſtimationē bis cōſequi: quēadmodū Vlpianus docet in l.quod ſi nolit,31.§.ſi quis egerit,14.D.de ędil.& l.quia dicitur, 32. D. de euict. eoq; idē Vlpian.in l.2.§.ſi indēnatus, 5. D. de admin. rer.ad ciuit.immodicā & illicitā cōputationē adpellat,cùm quis cōmodorū cōmoda audet exigere. Quā de cauſſa perpetuò iure ciuili ſancitū eſt, ne fructuū vſurę peti poſſint.l.neque eorum, 5. D.de vſur.nimirum quoniam cùm agri vna tãtùm acceſſio ſit, ipſorum videlicet fructuum: nec eo plus quidquam ipſe dominus percipere potuiſſet: iniquum eſſet, duas vnius rei acceſſiones exigere. Quam ob rem etſi Papinianus ab eo qui tacitum fideicommiſſum in fraudem legis ſuſceperat, reſpondiſſet, fructuum venditorum vſuras deberi, quoniam malę fidei poſſeſſor eſſet: eóque nomine etiam D. Pius ante conſtituiſſet, vt etiam vſurarum emolumenta, id eſt, vſurę vſurarum deberentur: vt ſcribit Paullus in l.cum quidam,17.§.in tantum,21.D.de vſur.tamen eodem loco ſubiungit D. Seuerum benignè decreuiſſe, fructus dumtaxat deberi, non etiam vſuras: eóque iure vti omnes ſolere.l. cum qui, 18. D. de his quib.vt indig. ex quo exiſtimari poteſt, & illam D. Pij conſtitutionē emendatam eſſe, & ita duos illos locos conciliari poſſe. Hoc autem adeò verum eſt, vt ſi venditor fundum fructus ferentem tradiderit non ſoluto precio, itáque & fundi & precij vſum emtor habeat: tamen quoniam alterutrum dumtaxat venditoris eſt, alterius tantùm commodum poſſit exigere. ità tamen vt ſi fructuum æſtimationem elegerit,liceat ei vſque ad vſurarum ſummam eam æſtimationem extendere: veluti ſi plus vſuræ precij quàm fructus prædij valeant: quemadmodum plerumque valere non dubiū eſt, & refertur ſpecies in l.liberto,D.de lega.3. Nam hoc caſu licebit vltra fructuum precium vſque ad ratam vſurarum portionem exigere, nimirum fructibus in vſuras imputatis: quemadmodum Vlpianus apertè expoſuit in l. vſurę, 34. D. de vſur. Vſurę, inquit, vicem fructuum obtinent, & meritò non debent à fructibus ſeparari: id eſt,in vſurarum ſolutione fructus imputantur, & loco fructuum vſurę ſuccedunt. quid ita? quoniam vnius rei duas acceſſiones petere iniuria eſt. Ob eámque cauſſam, ſicuti eo loco Vlpianus dixit, Vſurę vicem fructuum obtinēt: ſimiliter etiam de fructibus alibi reſpondit: hoc eſt in l. is cui, 5.§. quęri poterit,15.D.vt in poſſeſſ. legat. eat. quòd ſcilicet in vicem vſurarum fructus cedant. quin etiam in l.minor 25.ann.cui fideicōmiſſum,40.

A §.1.D.de minor. ſpeciē refert in qua & vſuras vicem fructuum,& cōtrà fructus vicem vſurarum obtinere reſpōdit. Quocirca ne nos moueat quod Papinianus in l.heres,51.D.de petit.hered.ſcribit, fructuum ante actionem hereditatis illatā perceptorum vſuras deberi.Certum eſt enim ex l.item veniunt,20.§.item non ſolùm,3.in fin.D.eod.fructus tum perceptos hereditatem augere,eóſque in ſortem tranſire. vnde cùm iā non ſint in acceſſione, ſed in ſummā principalē imputentur:non mirum eſt ſi eorum vſurę peti poſſint. Id enim perſpicuè demōſtrat,cùm infert,eorum fructuum, qui poſt hereditatem petitam percepti ſunt, peti vſuras non poſſe. nimirum quòd ſint vltra ſortem,quæ iam in actione comprehēſa eſt. Et cùm ait; Diuerſa ratio eſt eorū qui ante actionem hereditatis illatā percepti hereditatem auxerunt,id eſt,in ſortem tranſierunt,ideóque vſuras pariunt:quippe,quę non tamquam acceſſionis petantur,ſed tamquā ſortis.Sed fortaſſe dixerit aliquis,cùm domus pēſio,acceſſio, vt C eſt adpelletur. in l.vlt.C.de petit.hered. vbi & vſuræ pecuniæ,& agri fructus,& ędiū penſio legitima augmenta nominantur,inter ſéque comparãtur:cur eius penſionis vſuræ permittuntur? Nam ex mora deberi eas conſtat,ex l.præſes,17.C.locat.l. cū quidam,17. §. ex locato,4. D.de vſur. Sed ſolutio ex prima reſponſione eſt facilis. Nam aut domus penſio ſors principalis eſt,veluti cū quis domum locauit (ſiquidem, vt in venditione precium ſors eſt,ita in locatione merces) eóque vſuræ vtpote ipſius ſortis iuſtiſſimè exiguntur. D Aut ſunt acceſſio:vt cū verus heres ab eo,qui pro herede geſſit,& domum,quæ ſumma principalis eſt,& eius inſuper locationem,quę quidem in acceſſione eſt,repetit:quo caſu vſuræ peti non poſſunt,nō magis quàm agri fructuū:quia domus penſio in fructu numeratur.l.videamus,19.D.de vſur. itaque legitimū augmentū nominatur in d.l.vlti.C.de petit.hered.vbi de petitione hereditatis fit mentio,per quam domus vt principalis petitur:eius verò penſio, tamquā acceſſio. Verùm vt ad ea vnde digreſſa eſt redeat E oratio,cùm vſuræ fructuū adeò iure ciuili prohibitæ ſint, quis exiſtimet eodē iure iiſdémque legibus vſurarum vſuras permiſſas eſſe? præſertim cùm eadem ratio plus etiam quiddā in his ipſis prohibendis valeat:nimirū quia eiuſdem rei duplex acceſſio peti nō poteſt. Ac mihi quidem ea videtur eſſe ratio,propter quam Vlpianus generaliter conſtitutum eſſe ſcribit, vt ſolutio ei facta cui ſors & vſuræ debebantur,priùs in vſuras accepto ferenda ſit,quàm in ſortē.l.in his,§. Imperator,5.§.2.& §.vlt.l.Titia,48.in fi.D.de ſolu.& F l.fideiuſſores,68.§.1.D. de fideiuſſ. ſed & Florentinus vt pecunia redacta ex venditione pignoris prius in vſuras,deinde in ſortem computetur,l.cum & ſortis, 35.D.de pignor. act. Nam cū æquum ſit ob vſum pecuniæ debitæ cōmodū aliquod rependere,ſi ſors eſſet ſoluta,& vſurarum pecunia remaneret:earum commodum, itáque vſuras vſurarum ſoluerę oporteret, quod ita iure ciuili vitatum eſt. Quid? quòd ſortis vſus quaſi radix quædam eſt, vnde vſuræ tamquā rami propagantur.quocirca ſimulátque ſortis vſus deſinit, G vſuras quoque conſiſtere non dubium eſt:quāuis ne ipſæ quidem vſuræ perſolutæ ſint. l. 4. C. de poſ.Certum eſt enim quod ſcribit Caius in l. 2.D.de pecul. legat. quæ acceſſionum locum obtinent, extinguuntur, cùm principales res peremtæ fuerint. aut quod Iuſtinianus ait in l.eos,26.C. de vſur. principali actione,non ſubſiſtente,ſatis ſuperuacaneū eſt ſuper vſuris adhuc iudicem cognoſcere. Finge igi-

tur ſortem eſſe perſolutam: omnem certè vſurarum penſionem ceſſare neceſſe eſt. l. ſi per te non ſtetit, 9. C. de vſur. At ſi vſurarum quæ debentur, nec adhuc ſolutæ ſunt, vſuræ poſtulentur, ecce tibi euulſa radice ramos abſurdiſſimè renaſcentes. Quare ne plura de re minimè loquar dubia, ſequitur vt concluſa mihi iam hęc ſit omnis ratio, nō potuiſſe legē ſine graui Reipublicę incōmodo & iniquitate ſumma cōſtitui, quæ ſolui vſuras vſurarū imperaret. Ex quo quidem exiſtimari volumus, nūquàm id ciuili Romanorū iure, quod æquitate legibus aliis omnibus lōgè latéque pręſtitit, cōſtitutū eſſe. Et certè vno ore Iuriſconſulti veteres quoties earū mētionē faciunt, eas & illicitas, & immodicas, & iniquas adpellāt. vt Martianus in l. placuit, 29. D. de vſur. l. 2. §. indemnatus, 5. D. de adminiſt. rer. ad ciuit. quinetiā Vlpianus ait in l. ſi non ſortem, 26. D. de cond. indeb. eas nec in ſtipulatum deduci, nec ſi deductæ ſint exigi poſſe, adeóq; ſi ſolutæ ſint repetitionem earum concedi. Modeſtinus autem, ſi iudex in vſuras vſurarum condemnauerit, contra leges & ſacras conſtitutiones facere reſpondit: eóque non neceſſariam eſſe adpellationem. l. præſes, 27. D. de re iudic. Diocletianus autem improbum fœnus id adpellat, quod qui exercet, infamia notari ſcribit. l. improbum, 20. C. ex quibus cauſ. infam. Sanè tamen illud ſcire oportet, inuentā fœneratorum aſtutia fuiſſe rationem, qua fraus huic æquitati legis, quę ab hac vſurarum renouatione tantopere abhorrebat, fieret. Nam cùm ob id pręſertim iniqua videretur, quòd acceſſionis acceſſio, aut duplex vnius rei acceſſio improbaretur: artem quamdam commenti ſunt, qua vſuram ipſam, ſortem ac ſummā principalē efficerent. nimirum eam in ſortem redigendo, itáque totius vſuras ſummæ repetendo. Nam ipſo ciuili iure ſæpenumero conſtitutum eſt, vt quibus caſibus ſortem vſuræ efficerent, earum quoque vſuræ deberentur. veluti cùm tutor aut procurator vſuras quę pupillo vel domino deberentur exegit, eáſque vſibus ſuis retinuit. Sanè, inquit Vlpianus, parui refert, vtrum ſortem pupillarem, an vſuras in vſus ſuos conuerterint. l. tutor qui repertorium, 7. §. ſi quas, 11. l. qui negociationem, 18. §. ex duobus, 1. & §. quæſitum, 4. D. de adminiſtr. tutor. & l. idémque, 10. §. 1. D. mand. vnde factum eſt, vt quamuis vſurarū vſuræ ab omnibus iniquiſſimæ iudicarentur: tamen hęc imputatio tāquam ęqua & legitima iure ciuili toleraretur. Idque ipſum equidem eſſe arbitror, quod Cicero Anatociſmum adpellat, ea ad Atticum epiſtola, de qua ſuprà mētionem fecimus: id eſt, vt verbum è verbo exprimamus, regenerationem. quoniā, vt mihi quidem videtur, vſurę vſura regeneratio propriè adpellari non poteſt: vtpote quę ipſa non regeneretur, ſed generetur tantùm. ſed cùm ea ſumma quę ſemel generata eſt, id eſt, vſura rurſus in ſortem reuocatur ac reponitur vt ſecundò generetur, tum verò ἀνατόκισμος ſiue regeneratio rectè dicetur. Non igitur vſurarum quidē vſuras & acceſſionis acceſſionem apertè diſertéque permiſſum fuit exigere: quemadmodum ab eruditiſſimis hominibus ſemper vſque adhuc exiſtimatum eſt: ſed illud tantùm quod modò diximus, nimirū vſuras in ſortē reponere, quaſique vt coaleſcerent facere. quod eo etiam coniici, (ſi modò in re tā aperta argumentatio etiam aut coniectura quærenda eſt) atque exiſtimari poteſt, quòd Aſiani fœneratores, etſi Luculli tempore quàm maximis poterant fraudibus vſuras cumulabant, non tamen vſuras eos vſurarum exegiſſe Plutarchus ſcribit, ſed in ſortē dumtaxat redegiſſe.

A De Lucullo enim ſcribens, Fœneratorū, ait, auaritiam repreſſit, ac iuſsit vt qui vſuras ſorti miſcuiſſet, & ſorte & vſuris priuaretur. ὁ δὲ τόκον κεφαλαίῳ συνάψας, ἐστέρητο τοῦ παντός. eſt enim συνάπτειν non quod interpres vitioſiſsimè conuertit, æquare, ſed coniungere, & quaſi vt coaleſcat facere. quod etſi verbo non eſt vſurarum vſuras petere, re tamen ipſa atq; in effectu nihil aliud eſt. Si enim (vt Iuſtinianus ait) vſuras in ſortem redigere, fuerat conceſſum, & totius ſummæ vſuras ſti-
B pulari, quæ differentia erat debitoribus qui re vera ad vſurarum vſuras exigebantur? Hoc enim erat non rebus, ſed verbis leges imponere. Ex quo etiam apparet & Ariſtophanem in Nebulis, & Lucianum in dialogo qui Βίων πρᾶσις, inſcribitur, diſertè fœnoris fœnus eam adpellaſſe vſuræ renouationem. ἦ γὰρ ἀγνοεῖς ὅτι τῶν τόκων οἱ μέν εἰσι πρῶτοί τινες, οἱ δὲ δεύτεροι, καθάπερ αὐτῶν ἐκείνων ἀπόγονοι: cùm tamen Baſilius qui omnes diligenter fœneratorū fraudes perſequitur concione in Pſalmum decimumquartum ſecunda, de renouatio-
C ne tantùm mentionem faciat, τὰ ζῶα ἐπιδιδόντα τοῖς ἐκγόνοις τὸ τίκτειν, λυτὰ τῆς κυήσεως παύεται. τὰ δὲ τῶν δανειστῶν ἀργύρια καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τίκτει, καὶ τὰ ἀρχαῖα νεάζει. Sortis ergo renouationem apertiſsimè condemnat, vtpote quæ reipſa fœnus fœnoris permitteret: vnde etiam Marcianus l. creditor, 12. §. ſciendū, 6. D. qui pot. in pign. cui perſimile eſt Imp. reſcriptum l. 2. C. de pign. & hypoth. cùm ſecundus creditor primo creditori & ſortem & vſuras ei debitas ſoluit, quo caſu vſuræ illæ in ſortem redactæ videntur: apertè ſtatuit,
D vt pignus tam in ſuum debitum, quàm in primi creditoris, & vſuras ſuas, & quas primo creditori ſoluit habeat: ſed tamē vſurarū quas creditori primo ſoluit, vſuras non habiturū. Pręclarè igitur & meritò Iuſtinianus, cùm hanc fœneratorū fraudē improbādā eſſe iudicaret, omnē huiuſmodi anatociſmū vſuræq; renouationē tollēdā eſſe exiſtimauit, ac ſtatuit, vt nullo modo cuiquā permitteretur, vſuras pręteriti tēporis vel futuri, in ſortē redigere: itáq; earū vſuras ſtipulari: quēadmodū lati⁹ intelligi poteſt ex l. vlt. C. de vſur.
E Quinetiā cùm vſurę vſurarū rei iudicatę eius tēpore pmitterētur, lege lata cōſtituit, vt eadē regula in hac quoq; ſpecie ſimiliter obſeruaretur. l. vlt. C. de vſur.

Ob quam cauſſam vſuræ debentur: explicantur præterea treis illæ nobiles & vexatæ quæſtiones, vtrum ex mora an litis conteſtatione vſuræ deberi incipiant: item, vtrum oblatione ſola vſurarum curſus interrumpatur: poſtremò an is, qui vſuras in futurum ſoluit, ſeruare tamen eas poſſit, ſummam ſortis reliquam offerendo ex Scæuolæ reſponſo in l. qui Romæ, 122. de verbor. obligationib.

F

Cap. IV.

QVARVM rerū vſura cōſiſteret, & quāobrē in definitione dixerimus, Sortis conſūtæ ſatis explicatum eſſe arbitror ſuperiore tractatu. Nūc vidēdū eſt, ob quā cauſsā & à quib⁹ deberi vſurę ſoleāt: & quēadmodū ex cauſſa ceſsāte ipſę quoq; deberi deſināt. Id autē vno verbo in definitione perſtrinxim⁹, cùm vſurā vſus mercedē adpellauimus. Nā eo verbo intelligi volumus, vſuras percipi dūtaxat ob vſū, q tamē, vt modò diximus, poti⁹ abu-
G ſus adpellari ſolet. Id adeò ex his Vlpiani verbis intelligi poteſt in l. tutor q repert. 7. D. ad adminiſt. tutor. Et apparet, ait, hāc eſſe formā vſurarū, vt eius quidē pecunię, quā quis in vſus ſuos cōuertit, legitimā vſurā præſtet. Et paulò ſuprà, Pecuniæ quā in vſus ſuos vertērūt tutores, legitimas vſuras pręſtāt. ſed hoc ita demū, ſi euidēter doceātur pecuniā in vſus ſuos vertiſſe. Vnde Papinia. ſi poſſeſſor hereditatis pecuniā in heredi-

hereditate inuenerit,non tamen aliter eum vſuras debere reſpondit,quàm ſi eam in vſus ſuos conuerterit. alioqui, ait,ſi non attingat, non debebit,l.ſi poſſeſſor in princ.D.de pet.her. Pomponius verò,etſi creditor pluris pignus vendiderit, tamen tum demum ab eo vſuras deberi ſcribit, cùm ſuperfluo vſus erit. Nam ſi depoſitum habuerit, contrà reſpondit l.quamuis,6. in fin.D.de pign.act. denique quoties vſuræ deberi dicuntur, ſimul etiam adiicitur propter vſum eas deberi,vt l.ſocium,60.D.pro ſoc. Sociū qui in eo quod ex ſocietate lucrifaceret reddendo moram adhibuit, cùm ea pecunia ipſe vſus ſit,vſuras quoque præſtabit: ſed ſi vſus eâ pecunia non ſit,contra eſt.Atq; idipſum intelligi voluit Paull.in l.cùm quidam,§. ſi pupillo, 3.D.de vſur.cùm ait vſuras propter moram nō ſoluētiū deberi. Moram.n. debitor ob eam ſolam cauſſam facere intelligitur, vt pecunia vtatur. cōtrà,quamuis in mora non ſit, tamen ſi pecuniam alienam in vſus ſuos conuertit,eo ipſo in mora eſſe videtur,vt Papin. docet in l.1. §.1.D.de vſur. Ex quo vulgaris illa quæſtio explicari poteſt, vtrū vſuræ ex mora,an litis cōteſtatione debeantur:propterea quòd in l.1.& 2.C.de vſur.legar. legatorum vſuræ non niſi ex eo tempore, quo lis conteſtata eſt, deberi dicuntur: Sed Vlpianus in l.1.§.belliſſime,6.D.vt legat.ſeru.cauſ.cau. rem omnem vno verbo expedit. Diſertè enim ſcribit, ex mora incrementum vſurarum & fructuum in fideicommiſſo venire: quod ipſum alibi quoque confirmat in l.ſi cui legatum,92.D.de condic.& demonſtr. & l.Titia,54. §.1. D.de legat.2. vnde adparet quod in d.l.1.& 2.C.de vſur.leg.ſcribitur, eo caſu accipiendū eſſe,quo ante litis conteſtationem nullam heres moram interpoſuit. itáque hunc locum interpretes ferè omnes vno conſenſu explicarunt. Verùm vt ad prima illa redeamus,cùm vſura ob ſolum pecuniæ vſum debeatur: ſimulatq; vſus deſinit,quaſi ea cauſſa,propter quam debeantur ceſſet,deberi quoque deſinunt. Vnde Papinianus:Si,inquit, debitor vſurarius creditori pecuniam obtulit, & cùm eam accipere noluiſſet obſignauit ac depoſuit,quoniam vti deſinit, ex eo die ratio non habebitur vſurarum, l. debitor,7.D.de vſur.l.ſi creditori,6.l.acceptam,19.l.ſi per te non ſtat, 9.C.eod. quinimò debitor minoris quamuis non ei ſortem offerat(metu ſcilicet reſtitutionis in integrū) tamen ſi modò vti deſinat,eámque deponat,ab vſuris liberabitur, l. ait Prætor,7. §.& ideò,1. D. de minor. quod ipſum etiam in tutore reſpondit Papinianus in l.1.in fin.D.de vſur.Quamquam illud diligenter notandum eſt, iſtam vſus intermiſſionem ordine, & vt vulgò dicunt, ſollemniter fieri oportere. quippe etſi pecuniam obſignatam in depoſiti cauſſam habueris, itáque vti deſieris:tamen ſi teſtato id non factum eſt, & cum oblatione,vſuræ nō ceſſant, l.2.C.eod.l.ſi autem tardius,7.D.de pig.act. Ex quo cōſtat,poſt vſum ſemel commiſſum retentionem tantummodò requiri:& quemadmodum ſcribit Paullus, ſufficere ſemel moram interueniſſe, vt perpetuò vſuræ debeantur,l. Titia,84.§.vſuras,1.D.de leg.2. ob eámque cauſſam ſi venditor re tradita ſit defunctus, cùm emtor in mora eſſe cœpiſſet,precióque vteretur, quamuis poſteà incertus eſſet ſucceſſor,ideóque offerre non poſſit:quia tamen ſemel vſus eſt,etſi nunc quidem vti deſinat,vſuras debebit,l.euictis,18.§.1. D.de vſur. quod ipſum in perſona debitoris Iulianus tradit in l.cùm patriſa. 27.D.eod. Cùm patriſa.mora facta ſit, inquit,iam in eius herede mora nō quæritur.Nam tunc heredi proximo,iure hereditario,ea cōpetit. In quo ixiſtit pro-

A fectò quæſtio quædā ſubobſcura & ſubdifficilis.Vtrū ſola oblatio ſortis & vſurarum ſine ſollemni depoſitione,quoniam per eā vſus intermittitur,qui ſolus vſurarū cauſſa erat,vſuras impediat.Nam,vt modò diximus, non ſufficit quomodocumque vſum ceſſare, ſed, vt Imperator ſcribit in l.acceptam,19. C.de vſur. ſollemniter id faciendū eſt. Arbitror autē equidē diſtinctionē adhiberi in ea re oportere. Aut enim mora iam cōmiſſa & vſuris fluentibus oblatio fit,aut ante morā.Nam ſi quidē ante moram,veluti cùm heres, B à quo pecunia legata eſt, legatario ante vllam morā pecuniā offert, teſtibus præſentibus, eámque in vſus ſuos non conuertit, tametſi eā non deponat, quis eū vſuras debere adfirmabit? Rectè namque Paullus ait, vſuras non propter lucrū petentiū, ſed propter morā non ſoluentium irrogari, l.cùm quidā,17. §.ſi pupillo,3.D.de vſur. eóque cùm pupillo tutorē non haben ti vel Reipub. cauſſa abſenti fideicōmiſſum relictum eſſet:ibidē clarè reſpondit, Quoniā heres ſoluere voluit,vſuras non debere.non ait, Qui ſoluere vult,de- C bet etiā deponere, & conſignare:quod proculdubio dixiſſet,ſi neceſſaria eſſet conſignatio.ſimiliter Papinianus in l. pecuniæ,9.in fi. D.eo.ſi poſt mortē creditoris,cùm tamen nondum currere vſuræ cœpiſſent, nemo fuit cui pecunia ſolueretur, ait vſuras non deberi.non enim requirit vt conſignetur,ſed tantùm vt per eum non ſtet quin ſoluatur.Eámq;ob rē in ſpecie perſimili, nēpe cùm tutoris heres tranſactione cum herede pupillæ facta non recuſaſſet ſoluere, perſpicuè Scæuola reſpondit, ſi heres non ceſſaſſet pecuniā D offerre, iure & meritò vſuras non deberi, l. qui Romæ,122.§.Seia,5.D.de verb.oblig. Denique Papiniani reſponſum manifeſtum eſt, ex quo adparet eū qui depoſuit & conſignauit, ſi pecuniam recepiſſet (quo caſu videlicet ei planè ſimilis eſt qui dumtaxat obtulit) non tamen vſuras antè debere, quàm à creditore conuentus morā feciſſet.Sic enim hæc eius verba intelligenda ſunt, Quòd ſi poſteà conuentus vt ſolueret,morā fecerit: nimirum cùm ſortem recepiſſet, vt l.acceptam,19. in fin. C. de vſur. Si verò ſemel mora E cōmiſſa eſt, veluti cùm emtor rē traditam poſſidens arbitratu ſuo precio abutitur, omnino neceſſe habet illud deponere: quoniam ob id quod vti ſolebat, ſemper vti præſumitur. Itaque Paullus in hac ſpecie non idem reſpondit,quod in d.§.ſi pupillo,3. l.17.vbi nulla erat mora:quod ſcilicet ſufficit velle ſoluere. diſertè enim ſcribit,quamuis nemo ſit cui emtor poſſit ſoluere, veluti cùm venditor defunctus eſt, cui ſucceſſor eſt incertus, niſi tamen depoſuerit & obſigna- F uerit,vſuras deberi,l.euictis,18.§.1.D.de vſur.nec obſtat quod in d.l.2.C.eod.de oblatione tantùm fit mētio: quia id ex hac lege ſuppleri debet: quin etiā expreſſè de obſignatione loquitur. ad eúmq; modū inuertenda ſpecies eſt in d.l.pecunia,9.in fin. vt quemadmodū ante morā defuncto creditore, ſi nemo fuit cui ſolui poſſit, depoſitio non eſt neceſſaria:ita è conuerſo, ſi poſt moram creditor defunctus eſt, & vſuræ ſerpere ac progredi cœpiſſent, depoſitio neceſſaria ſit: omnino enim ita Philippi verba manifeſta ſunt, G vt ea nemo cauillari poſſit,in l.acceptā,19.C.de vſur. Acceptam, inquit, mutuo ſortem, cum vſuris creditoribus poſt conteſtationem offeras. at ſi non ſuſcipiant, cōſignatam in publico depone, vt curſus vſurarum inhibeatur. Non tantùm ſpectat quo modo etiā ipſo iure ab omni periculo & obligatione debitor liberetur,ſed diſertè,inquit,vt vſuræ inhibeantur, obſignationē eſſe neceſſariā:ex quo cōſtat niſi ea fiat,

illas non inhiberi. quid ita? quoniam vel in ſoluenda ſorte mora commiſſa eſt, veluti cùm ad tempus aliquod mutuò dedimus, intra quod, niſi ſoluatur pecunia, vſuræ debeantur: vt l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. Chryſogonus, 5. D. de verb. oblig. & l. ſecta, 40. D. ſi cert. pet. vel cùm ipſæ quoque vſuræ non ſolutæ ſunt ſuis temporibus: qualis eſt ea ſpecies, de qua Cicero commemorat libro ad Atticum epiſtolarum quinto, & ſexto: de Salaminiis, qui & ſortem & vſuras multorum temporum offerebant, & vrgebant vt creditor acciperet, quærebant etiam vt in fano deponerent. itaque ſic ſcribit: Addo etiam illud, quod vereor tibi vt probem: conſiſtere vſura debuit, quæ erat in edicto meo: deponere volebant, &c. Ita reſpondit Papinianus in l. debitor, 7. D. de vſur. & Antoninus in l. ſuper te, C. eod. Neque verò quemquam moueat quod idem ſcribit in l. ſi creditrici, 6. paulò ſuprà; quòd is qui obtulit, & cùm creditor nollet accipere, depoſuit & conſignauit, ex eo tempore quo vſuras obtulit, non debeat, quaſi ſola oblatio vſuras inhibeat. Apparet enim de oblatione mentionem fieri, quæ poſteà ad effectum perducta eſt. Non obſtat prætereà quod Imperator in l. 2. C. de pact. int. emr. reſcripſit ex oblatione actionem generari: quaſi tanto magis exceptionem pariat. ex l. cui damus, 156. §. 1. D. de reg. iur. quia non propter oblationem actio ibi conceditur, ſed propter legem contractus, quæ talis erat, vt ſi venditor reſtituiſſet precium, emtor ad rem reſtituendam teneretur. Nam niſi ea lex interponeretur, fruſtra fieret oblatio. Quamquam autem in mutuo ineſſe fatear condicionem, niſi ſors cum vſuris exſoluatur: id tamen cum effectu accipiendum eſſe ſatis conſtat. nam & ſimplici mutuo ſine vſuris ea ineſt condicio, & tamen obſignationem eſſe neceſſariam nemo neſcit ex l. obſignatione, 9. C. de ſolut. Illud tamen ad extremum admonendi ſumus, excipi ab hac regula eam ſpeciem de qua Marcellus agit in l. tutor, 28. §. 1. De adm. tutor. nẽpe qua quattuor poſt pubertatẽ pupilli negociorũ eius adminiſtratiõe abſtinuit. Cùm enim Marcellus eã regulã ſecutus, quæ vetat oblatione ante morã facta vſuras exigere, tutorem ex quo pecuniã obtulit vſuras nõ debere reſpõdiſſet: Vlpianus notauit nõ ſufficere obtuliſſe, niſi & depoſuit obſignatam, tuto in loco, nimirum ꝙ nondũ rationes eſſent redditæ: quo caſu ſolui pupillo non poteſt. deinde quòd propter metum reſtitutionis in integrũ ſolui tutò non poterat: eóq;, vt Vlpianus ait, in ædem ſacram pupillares pecuniæ deponi ſoleant. l. ait Prętor, 7. D. de minor. & l. ſi reus paratus, 73. in fin. & alibi ſæpe, D. de procur. Neque verò illud aduerſatur quod in l. vlt. C. de vſur. pupill. Imperatores aiunt impediri vſurarũ curſum quoties denunciationibus frequenter interpoſitis ad iudiciũ tutores pupillum prouocauerunt, & in actis voluntatis ſuæ rationem declarauerunt, quãuis nulla obſignationis fiat mentio. Non enim de pupillo iuuene illic agitur, ſed vel omnino iam adulto, vel certè adultæ ætati proximo, & eo qui rei gerẽdæ capax eſt: quemadmodum ex eo cõſtat, quòd idem ipſum à curatoribus fieri poſſe declarant. itémque ex his verbis: Si rem diſſimulatione proferat. denique quòd ne de oblatione quidẽ loquitur, quæ tamen omnino neceſſaria eſt. Alioqui ſi de pupillo puero loqueretur, nulla dubitatio ſupereſſet, ex his præſertim Papiniani verbis in l. prima, in fin. D. de vſur. Si tutelæ, inquit, iudicio nolentem experiri tutor vltro conuenerit, & pecuniam obtulerit, eáq; obſignatã depoſuerit, ex eo tẽpore non prę̃ſtabit vſuras. Neq; rurſus quidquã ad hanc quæſtionẽ pertinet quod ſcribitur in l. ait Prætor, 7. D. de min. pecuniam pupillo debitam in æde ſacra deponẽdam eſſe, vt vſuræ interrũpantur: & l. cùm quidam, 17. §. ſi pupillo, 3. D. de vſur. quãuis non deponatur, tamẽ ſi paratus ſit debitor ſoluere, & nemo ſit qui recipiat, vſuras non deberi. Nam in vtraque lege de debitore alio loquitur quàm tutore: quorũ longè diuerſũ officium eſt. Tutor enim etiã tutela dimiſſa multa tenetur pupillo præſtare, propter eam poteſtatẽ quã habuit, quę alius non tenetur: veluti admonere pupillum vt ſibi curatorẽ petat. l. ita autẽ, 5. §. ſi tutor, 3. D. de adminiſt. tut. Item cœpta negocia, quę ſine periculo intermitti nequeũt, cõtinuare. l. vn. C. vt cauſ. poſt. pub. adſ. tut. Itaq; nõ mirum eſt ſi etiam ante vllam morã deponere iubetur pecuniã pupillarẽ: quia per facile eſt tutori fucum (vt dicitur) tali ætati, cui ineſt maxima imbecillitas cõſilij, facere: & aliquot numos dicis cauſſa corã adpoſitis à ſe teſtibus offerre. Cæterũ in alio debitore omnino diſtinguendum eſt, vtrũ antè vllam moram offerat, an verò poſt moram. Vnde cùm in dicto §. ſi pupillo, 3. heres, à quo fideicõmiſſum erat pupillo relictum, non modò non recuſet, ſed etiam cupiat ſoluere, ídque ante vllam moram: nõ mirum eſt, ſi nullas vſuras debeat, quamuis nullum reperẽrit cui offerre poſſet: neque etiam depoſuerit. quòd ſi moram feciſſet, idem Paullus in l. cui ctis, 18. §. 1. D. de vſur. non dubitauit, non dico in minore, aut pupillo, ſed in adulto adfirmare, niſi depoſitũ fuerit, vſuras deberi. quod etiam in pupillo eò magis dicendum eſt. Et ſanè cùm in d. l. ait Prætor, 7. de minor. morã pupilli debitor interpoſuiſſet, conuentus etiam à pupillo, vel eius tutore, clarè reſponſum eſt, niſi pecuniam deponat & obſignet, vſuras debere. Ac de his quidem ita ſe res habet, vt diximus. Porrò autẽ his poſitis difficilis admodum & perobſcura, vt creditur, quæſtio facillimè explicari poteſt, de qua tractat Scęuola in l. qui Romæ, 122. D. de verb. oblig. An is, qui vſuras in futurum ſoluit, ſi ſortem paucis pòſt diebus offerat, poſſit ſe ab iis vſuris liberare. Nam quemadmodum pecunia aut purè promittitur, aut in diem, aut in locum: & primo caſu peti ac ſolui purè poteſt: ſecundo, ante diẽ peti nõ poteſt, licet ſolui poſſit ex l. quod dic, 70. D. de ſolut. tertio, neque peti neque ſolui niſi ſuo loco poteſt, quoniam & loco plus petitur. §. plus autem, 23. De act. & ſæpe creditoris intereſt eo loco ſolui in quem ſtipulata eſt. l. 3. §. idem Iulianus, 5. D. de eo quod cert. Similiter vſuræ in futurum acceptæ ſunt aut purè, id eſt nullo die ac loco conſtituto: quo caſu peti ſors nõ poteſt ante illud tempus, quo vſuræ omnes acceptæ fuerint debitæ: quemadmodũ Vlpianus docet in l. qui in futurum, 57. D. de pact. & l. 2. §. non malè, 6. D. de dol. mal. except. quoniã (vt ibi ſcribit) accipiendo vſuras diſtuliſſe videtur petitionem in id tempus, quod eſt poſt diem vſurarum præſtitarum: & tacitè conueniſſe interim ſe non petiturum. Solui autem certè poteſt, quippe cùm mutuũ in gratiam tantùm debitoris fiat: ob quam cauſſam liberare ſe arbitratu ſuo poterit, offerendo præteritorum aut etiam inceptorum menſium vſuras. Secundo vſuræ acceptæ ſunt ad diem, vtputa trium menſium: qui caſus planè ſimilis eſt præcedenti: vnde ſors peti à creditore non poteſt, ſed ſolui poteſt. quoniam, vt Celſus ait, totum tempus medium ad ſoluendum promiſſori liberum relinqui intelligitur. d. l. quod dic, 70. de ſolut. & l. cum qui Kal. 4. §. 1. D. de verb. oblig. & certũ eſt valde iniquum eſſe pactum illud & cõtra bonos

bonos mores, vt debitor liberare ſe nō poſſit. Poſtremò, vſuræ interdum in futurū accipiuntur, ſolutione ſortis in locum collata: qui caſus à priore multum differt, propterea quòd locus nō modò debitoris, verùm etiam creditoris gratia plerumque adiicitur, d.l. 2.D.de eo quod cer. ex quo ſequitur vt neq; peti, neque ſolui ſors poſſit, niſi eo loco, in quē promiſſa eſt. Quod ipſum ſanè reſpondiſſe mihi Scæuola videtur in l. qui Romæ, 122. D. de verb.oblig. vbi qui Romę pecuniam mutuam acceperat ſoluendam in longinqua prouincia poſt menſes tres, paucos poſt dies eam Romæ offerebat, detracta ea ſumma, quam creditori ſuo vſurarum nomine repræſentauerat. Nam cùm ſtipulator debitorem in certam ſummam ſibi obligauerit, planè adfirmat & ſortem ſua die integram peti poſſe, & vſuras non repeti. Quæſitum eſt, ait, an eo loco in quo ſoluenda promiſſa eſt, ſua die integra peti poſſit? Reſpondi peti poſſe: nimirum integram & ſua die. Nam reſponſio hæc ad quæſtionem vtramque pertinet. Non enim hîc de loco diſputatur: ſed agitur de verborum obligationibus, & ſtipulatione, quæ ſtrictim accipienda. ideóq; ſtipulator detractionem illam recuſare poterit, quòd ſuam pecuniam ocioſam habere nolit: & quamuis perexiguum tēpus euaſerit, tamē aut optimè collocatam videat: aut alibi collocandi occaſionē ex eo tempore amiſerit. Tametſi veriſſimum ſit quod vulgò traditur: ſtipulationi in locum factæ ſtari, niſi ſuo loco non poſſe. id quod ita tamen accipiendū eſt, niſi debitor tantum offerat quantum ab eo actione arbitraria peti poteſt. quo ſanè caſu neminem dubitare arbitror, quin ſe ab vſuris futuris liberare poſſit, eas cōdonando quę præteritorum & incœptorum menſium tempori ceſſere. Quid enim ſi longi tēporis vſuræ repręſentatæ ſint, (quod quidem perquàm iniquum eſt: ſed nos nō fieríne oporteat, ſed ſi factum ſit, quid iuris, quærimus) veluti decem menſium ſorte in certū locum ſoluenda? An quiſquam eſt, qui propter Scæuolæ reſponſū neget debitorē ab vſuris liberare ſe poſſe? præſertim cùm illa repræſentatio officij cauſſa (neque enim cogi poterat) à debitore facta ſit, & nihil iniquius exiſtimetur, quàm cùm officium ſuum cuiquam damnoſum eſt; vt Caius inquit in l. ſed ſi quis, 7. D. teſtam. quemad. aper. & l. ſi ſeruus, D. de furt. Sed in illa ſpecie & tempus breue eſt, vt pote trium menſiū: & expreſsè ſcribitur in longinquam prouinciam collatam eſſe ſolutionē. id quod diligentiſſimè notandum eſt, momentóque ſuo ponderandum. quia talis erat fortaſſe prouincia, vt ad eā niſi tribus menſibus perueniri nō poſſet. Ceterùm adparet duplicē eſſe quæſtionem, primùm an ſors ſuo loco peti poſſit: quod Scæuola confirmat. deinde quia vſuræ ex vſu ſortis pendent, an ſeruari à debitore poſſint. quod certè negat, cùm integram ſummam peti poſſe reſpondet. neque aduerſatur quod diximus, offerendo id quod intereſt ob locum, contrà eſſe. propterea quòd in hoc caſu tā exigui temporis & longinqui loci, nunquàm tam amens debitor futurus eſt, vt illud offerre malit, quod fortè in grauiſſima pœna conſiſtit, vt in fine d. legis ſecundæ, quàm vſuras beſſes vel ſemiſſes condonare. Neque verò illi audiendi ſunt, qui negant vllam eſſe de vſuris quæſtionem aut debitorem ſuo loco & ſua die plus poſſe petere quàm quod vſuris deductis in ſorte relictum eſt, propterea quòd Vlpianus ait neminem vltra id quod acceperit obligari, l. rogaſti, 11. §. 1. D. ſi cer. petat. l. ſi tibi decem millia, 17. in principio, D. de pact. & l. cùm vltrà, 9. C. de non num. pecun. debitor autem integram accepiſſe nō videatur, quoniam vſurarum nomine aliquid dederit. Nam reſpondeo duas eſſe ſtipulationes, vnam ſortis, & alteram vſurarum, ex l. centū, 8. D. de eo quod cert. loc. eóque ratam eſſe ſortis integræ promiſſionem: propterea quòd verè ſors integra numerata eſt, licet poſt ſtipulationem vſurarum ſecutam vſuræ repræſentatæ ſint. non enim ex priori, ſed poſteriori ſtipulatione ſoluuntur. Et profectò videntur iſti quamuis eruditi nūqnàm tamen eas quas ante citaui leges vidiſſe, quibus vſuræ in futurū repræſentantur, l. qui in futurum, 57. D. de pact. & l. 2. §. non malè, 6. D. de dol. mal. except. Verumenimuero finge debitorē non obtuliſſe ſortem niſi ſua die ac ſuo loco. Quis non videt ſatis apertè iudicari à Scæuola, nullā ſuperfuiſſe dubitationem, quin vſurę creditoris fuiſſent? Atqui ſine ſtipulatione deberi non poterant. ex quo apparet, eas quoq. in ſtipulatū deductas fuiſſe. Sed eos abſurda lectio peruulgata in errorem induxit. Cùm enim vulgò legatur, Quæſitum eſt cùm integram ſummā obtulerit, &c. exiſtimarunt debitorem non niſi in reliquum ſortis obligatū eſſe. quod quàm abſurdum ſit, ex his quæ dixi non obſcurum eſſe arbitror. Et certè ſemper ea mihi lectio adeò abſurda adeóque inconcinna viſa eſt, vt numquàm adfirmare dubitauerim addendam eſſe negationem, legendúmque, Cùm non integram: cùm ecce me quidam eius lectionis admonuit meminiſſe Accurſiū, eámq. ſuffragio ſuo cōprobare. quod me certè natura non inuerecundum in ſemel ſuſcepta ſententia magnopere confirmauit.

Vſuras non niſi propter id quod intereſt permitti. Quot ſint eius quod intereſt ſpecies: quæ præterea inter Pœnam, quanti plurimi, vſuræ, & eius quod intereſt acceſſionem differētia ſit. Extremo capite explicatur perobſcura quæſtio & perdifficilis de numorum æſtimationis immutatione, an iidem perpetuò reddi debeant.

CAPVT V.

EORVM igitur quæ diximus hæc ſūma eſt. Qui re vtitur aliena, quæ quidē in ſuo genere functionē recipiat, eius vſus æſtimationem reddere cogitur. Verūtamen quoniam hoc non omnimodò verum eſt, ideo in definitione dictum eſt, Cum damno creditoris. Quo verbo non modò intelligi volumus, non omnes, qui aliena pecunia vtuntur, vſuras debere: ſed tum demum cùm ea pecunia cum creditoris iniuria conſumta eſt: verū etiam alias acceſſionum formas ab hac vſuræ definitione neceſſariò diſtingui. De quibus formis deinceps paulò vberius & clarius commemorandum eſt. Nam quæ hactenus diximus, ea omnia locum etiam habent in fœnore: ſi quidem & rebus conſtat ſimilibus, & ab eo petitur, qui illis vſus eſt: denique ſimul cum vſu conſiſtit atque inhibetur. Verùm hæc inter vtrumq. differentia eſt, quòd cùm ob quæſtū & lucrū ſolū fœneratio exerceatur, vt infrà idoneo loco docebimus: vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur, l. cùm quidam, 17. §. ſi pupillo, 3. D. de vſur. vnde Vlpianus cùm quæreretur an emtor redhibitorio iudicio vſuras precij cōſequeretur: reſpondit quoniam id quod ſua intereſt deberet accipere, cōſecuturum. his enim ipſis verbis vtitur, l. illud ſciendum, 27. D. de ædil. edict. Papinianus autem in l. Lucius, 24. §. 1. D. depoſ. cùm in deponenda pecunia conueniſſet, vt ea vteretur: quoniam beneficium in ſuſcipienda pecunia præſtitit, ob eámque cauſſam deponētis non intereſt eum vſum fuiſſe, rationem vſurarum non habendam

adfirmat. Quod ſi ita vti incipiat, vt iam deponentis A
interſit, veluti ſi de reddendo admonitus moram fe-
cerit, vſuras deberi, l.ſeq.25.§.1.eo. Prætereà idē Papi-
nianus in l. inſulam, 42. §.vſuras, 2. D.ſol.matr. & l.
cùm poſt, 69.§.in domum, 3.D.de iur.dot. & Scæuo-
la in l.pater, 17.D.de dol.excep. ſcribunt, patrem etiā
qui vſuras dotis promiſit, tamē ſi filiam ſuis ſumtib.
aluerit, quamuis dotis pecunia ſit vſus, quia tamē cū
damno generi non eſt vſus, alens videlicet ſuam fi-
liam, ad vſuras nō teneri. Quòd ſi gener eam accepta
dote aluerit, ídque poſt diuortium facere intermit- B
tat: quoniam cum alterius damno pecunia vtitur, v-
ſuras à genero deberi. Et ſi intereſſe deſinat, puta,
quia ſecundò matrimonium contraxerit, eo ipſo lo-
co, id eſt, in l.cùm poſt, 69.§.vſuræ, 2. Papinianus ait
ex die ſecundi matrimonij non eſſe præſtandas. Ac-
cedit huc quod Paullus tradit in l. liberalitatis, 16.D.
de vſur. Imperatorem ſcripſiſſe, iniquum eſſe vſuras
precij ab emtore petere, cùm tradita res nō eſſet, quí-
que fructus non percepiſſet. contrà Vlpianus in l. C
Iulianus, 13.§.ex vendito, 17.D.de action.emt.& ven-
diti. Cùm re, ait, emtor fruatur, æquiſſimum eſt eum
vſuras precij dependere. cui ferè ſimile eſt quod ab eo-
dem traditur in l.facta, 63.§.reſcripto, 5.D.ad ſenatuſ-
conſultū Trebellianū. Quocirca perſuaſum nobis &
planè exploratum eſſe debet, vſuram aliud nihil eſſe,
quàm compēſationem eius quod verè, non ſimulatè
creditoris intereſt. In quo tamen dubitare poſſit ali-
quis, quorſum vſuræ iure ciuili introductæ ſint, cùm
id quod intererat actione ꝓpria repetere liceret. Cui D
breuiter reſpōdeo, nō æquū eſſe vt ex nuda & ſola pe-
cunia tantū emolumēti colligatur, quantū ex ea quæ
cum hominis labore atque induſtria cōiuncta eſt. Se-
cundò, neceſſariò ſtatuendum aliquem fuiſſe modū
creditorum querimoniis, ob id quòd eorum intereſ-
ſet. alioqui enim immoderatiſſima quæque damna
ab ipſis allegatum iri. Vtrumque autem hoc elegan-
ter Hermogenianus in l.vlt. D.de peric.& comm.rei
vend.his verbis complexus eſt: Venditori ſi emtor in
precio ſoluēdo moram fecerit, vſuras dumtaxat præ- E
ſtabit: non omne omnino quod venditor mora non
facta conſequi potuit. veluti ſi negociator fuerit, &
precio ſoluto ex mercibus plus quàm ex vſuris quæ-
rere potuerit. Itaque quemadmodum pœna, quæ ſti-
pulationibus adiicitur, circumſcribit id quod eius
quod intereſt nomine peti poterat, quoniam plerū-
que, vt Venuleius ait, difficilis probatio eſt quāti cu-
iuſque interſit, l.vlt. D.de præt.ſtipul.& §.vlt. Inſtit.
de verb.oblig. ob eámque cauſſam non iam ampliùs
inſpicitur quid interſit, ſed quæ ſit ſtipulationis quā- F
titas & condicio: adeò vt quamuis nihil interſit, pœ-
na tamen debeatur, quæ ſtipulata eſt, l.ſtipulatio iſta,
38.§.alteri, 11. D.de verb.oblig. ſimiliter vſura à legi-
bus inſtituta eſt, vt id quod intereſt circumſcribat ac
terminet, nec ampliùs id quod intereſt probare ne-
ceſſe ſit. Ex quo nimirū factum eſt, vt quēadmodum
id quod intereſt, cùm in pœnam petitur, pœna ple-
rumq. nominatur: veluti in l.vlt. D.de eo quod cer.&
l.nouiſſima, D.iudic.ſol. ita vſura ſæpenumerò pœna
nominetur: quo caſu videlicet in pœnam interpoſitæ G
moræ petitur. veluti in ea ſtipulationis formula quā
Paullus tractat in l.lecta, 40.ſi cert.pet. Si ea die ſupra
ſcripta ſumma P.Mæuio data non erit, tunc eo am-
plius quo poſt ſoluam, pœnæ nomine, in dies xxx.
ſinq. denarios centenos, denarios ſingulos dare ſpo-
pondi. vel cùm idem in l.Caius, 11.D.de vſur. Fuit cō-
ſuetudo vt intra certa tempora non illatis vſuris pœ-

næ nomine grauiores infligerentur. vnde paulo pòſt,
Illud quod amplius ex conſuetudine pœnæ nomine
exactum eſt. Item Pomponius in l.ſi quis, 23.§.item
ſi, 1.D.de hered.inſtit. Si ſub cōdicione quis heres in-
ſtitutus ſit, & graue æs alienū ſit, quod ex pœna cre-
ſcat. Quamquam id quidem ſcire nos oportet, inter
Pœnam & Vſuram illud intereſſe, quòd cùm vſura ex
vſu pēdeat, ſiue vt planiùs loquamur, vſus diuturni-
tas eam pariat (quemadmodum ſcribit Ariſtophanes,
τοῦτο δ' ἐστὶ ὁ τόκος τί θηρίον; Δα. Τί δ' ἄλλο γ' ἢ χρημάτων μεῖον καὶ
καθ' ἡμέραν πλέον ὑπορρέοντος τοῦ χρόνου.) Pœnam cōtra ſuc-
ceſſus temporis non parit, ſed contumacia debitoris
ſola. Itaque vſura quidem pro rata temporis exigitur,
& ſimul cum eo creſcit atque augetur: quam ob cauſ-
ſam Vlpianus in l. vbi autem, 75. §. qui ſortem, 6.de
verb.oblig.eum, qui vſuras ſtipulatur, incertum ſti-
pulari pronunciat. nempe quoniam incertum eſt
quanta eius ſumma futura ſit: vt pote quæ ex tempo-
ris & vſus ſucceſſu pendeat, ideóque augeri poſſit. ſed
pœna non creſcit ex temporis productione: ſi quidē
vti conuenta eſt, ita ſoluitur, neque adaugetur. Vnde
Paullus in l.ſi pœnam, 68.D.eo. eum qui pœnam ſti-
pulatur, certum ſtipulari reſpondit. nimirum eo caſu
quo tāquā pœna ſtipulata eſt. Nā ſi pro vſura, veluti
cùm ſtipulati ſumus pro vſuris legitimis pœnam in
ſingulos menſes, ſi ſors ſoluta non ſit, vt inquit Pom-
ponius in l.cùm ſtipulati, 90.de verb.obl. nō tantùm
vſuræ naturam, verùm etiam adpellationem ſuſcipit.
Ceterùm nemo ignorat quàm ſæpe vſuram à pœna
noſtri diſtinguāt, vt l.non ſolum, 8. D.de liber.legat.
l.pœnam, 44.D.de vſur. l.grege, 13.in fi. D.de pignor.
Verumenimuerò operæprecium eſſe arbitror hunc
tractatum de eo quod intereſt, quatenus ad inſtitutū
noſtrum pertinet breuiter ſtrictímque percurrere: ſi
quidem & id de quo diſputamus intelligi aliter vix
poteſt: & operam dabimus vt rem obſcurā plenámq.
diſſenſionis inter doctiſſimos, quàm maximè poſſi-
mus planè ac dilucidè exponamus. Illius igitur tri-
plicem eſſe ſpeciem dicimus. Primam eius quod neq.
à lege, neque ex partium conuentione definitum eſt,
ideóq. probandum, & quantumcumq. erit (ex regula
tamen l.vn.C.de ſent.quę pro eo quod inter.) adiudi-
candum. Quæ quidē prima ſpecies in generis ſui no-
mine ſtat, & adpellatur id quod intereſt. altera autem
ſpecies eius eſt, de cuius ſumma integra & quantacū-
que futura eſt, inter partes conuenit: quæ in iure ad-
pellatur Pœna, l.vlt.D.de præt.ſtipul. l.procurator ad
exhib.8.§.2.D.rem rat.hab. quę quamquā id quod in-
tereſt terminet, tamen quia in fauorē ſtipulantis ad-
iicitur, numquàm aduerſus eum retorquetur. adeò vt
ſi paratus ſit probare quanti ſua interſit, admitti de-
beat, l.prædia, 28.D.de act.emt. l.ſi quis à ſocio, 41.&
42.D.pro ſoc. contrà, in hoc ſtipulanti prodeſt, quòd
quamuis minus interſit; debitor tamen tergiuerſari
nō poſſit, & ad ſolutionē pœnæ condemnetur. Atq.
hoc ipſum eſt quod Vlpianus ait, In pœna non am-
pliùs quid interſit quæritur (hoc.n.in conuentione
definitū eſt) ſed quantum conuentū ſit, d.l.ſtipulatio
iſta, 38.§.alteri, 11.D.de verb.oblig. Tertia ſpecies eius
eſt, de cuius ſumma non integra, nec quantacumq. ad
extremum eſſe poteſt: ſed quanta ſit per ſingulos mē-
ſes, ipſo iure definitum eſt. ita vt quàmuis vel pluris
vel minoris interſit, ſola tamen ea ſumma præſtetur:
ſicuti ſuprà docuimus ex l.vlt.de per.& commod. rei
vend.& hæc à nobis quoniam ex vſus diuturnitate
pendet, Vſura ſiue Interuſurium adpellatur. Hoc ita
verū eſſe apparet ex eo, quòd quibuſdā caſib. id quod
intereſt

A intereſt peti permittitur vel tamquā vſura, vel tamquam id quod intereſt. quòd ſi tamquā vſura, quamuis plus interſit quàm vſurarum modo exigi poſſit: tamen vſque ad modū illum legitimū dumtaxat exigitur. ſi verò quaſi quod intereſt, quantumcumq; intereſſe probabitur. exempli cauſſa: Papin. ait in l.1.§.1. D.de vſur. ſocium qui pecuniam communem in vſus ſuos conuertit, vſuras debere. Pomponius verò in l.ſocium, 60. D.pro ſoc. cùm idē dixiſſet, adiecit, Sed B non tamquam vſuras, ſed quod ſocij interſit moram eum non adhibuiſſe. Quid eſt hoc? nimirū id ipſum quod diximus: ſi tāquam vſuras petat, quamuis plus interſit, nihil tamen amplius exacturū. ſi verò tamquam id quod intereſt, quantumcūque. Id quod perſpicuè Papinianus docet in l.ſi fratres, §.idem reſpondit, D.pro ſocio. vbi ſi ſocius refecerit portionem inſulæ ſocij qui ceſſet ſoluere, reſpondit, quamuis ſortem cum vſuris poſſit accipere, poſſe tamen & pro ſocio agere, ad hoc vt conſequatur quod ſua intereſt. C In hoc igitur beneficium electionis ei proderit, quòd ſi non tantum interſit quantum vſurarum modus progreditur, vſuras petere poterit. ſi quid amplius, id quod intereſt. Quid? quod interdum euenire ſolet, vt ex vna eadémque ſorte & vſura & id quod intereſt ſeorſim ac ſeparatim peti poſſit? veluti in hac ſpecie, Centum mihi debes ſub vſuris. ea ſtipulatus ſum mihi dari Lutetiæ Kalendis Ianua. Si moram feceris, non modò vſuram, verùm etiam ſi quid mea interfuit, veluti ſi ſub pœna debebam, & ea commiſſa ſit, D præſtare debebis, l.2. in fi. D.de eo qđ cert.loc. & l.qui ſolidum, §.etiam, D.de legat.2. Quod ipſum ſimiliter in pœna traditur, l.Lucius, 47. D.de act.emt. vbi Paullus ſpeciem refert, in qua pœnā & vſuram deberi ex eadem obligatione reſpondit. quemadmodū fit etiam in caſu pecuniæ traiectitiæ, vbi creditor pręter vſuras pœnam etiam ſtipulari poteſt, vt l. traiectitiæ, 23. D.de act.& oblig. & l. 4.§.pro operis ſerui, 1. & l.pe. quæ de pœna tantùm quæ præter vſuram exigitur intelligi debet, D.de naut.fœn. Nec verò illi audien- E di ſunt, qui putant eius quod intereſt rationē in pecunia non haberi. Quid.n. clarius dici poteſt, quàm quod Pomponius ſcribit in l.ſociū, 68. & l. cū duob. 52. D.pro ſoc. aut Vlpianus in l.3. D.de in lit.iur. vbi de numis diſertè reſpondit, ſi quis iuret ſua interfuiſſe numos ſibi ſua die fuiſſe redditos, eum id quod intereſt petiturum. Sed cōmodius eſt eorum argumenta cognoſcere. Vlpianus, inquiunt, in d.l.3. reſpondit numis depoſitis iudicem non oportere iuramentum in litem deferre, vt iuret quis quod ſua interfuit: cùm F certa ſit numorum æſtimatio. Verùm hoc ad propoſitum non pertinet. Nam iuramentum in litem tantùm aduerſus eum defertur, qui iuſſus à iudice non reſtituit, eò videlicet vt arbitrio domini rei precium ex locorum & temporis varietate mutationi obnoxium ſtatuatur. quemadmodū Marcellus docet in l. tutor, 8. eod.tract. Quod quoniam in pecunia locum non habet, quippe cuius certa ac ſtatuta æſtimatio ſit: Vlpianus ibi negat iuramentum in litem in hac ſpecie deferri. Hactenus oſtendimus Vſuram nihil a- G liud eſſe, quàm id quod intereſt circumſcriptum ac terminatū. Docuimus præterea quamuis vtraq; hæc adceſſio cadat in pecuniā, & eas omnes res quæ vſuram recipiunt, nō tamē vſuras dici poſſe. Supereſt vt de Quantiplurimi æſtimatione videamus, quę quidē ipſa ſimiliter quędā ſortis adceſſio eſt. verbi cauſſa, Vinum mihi vendidiſti quo tempore decem valebat, & in eo tradendo moram feciſti. Hodie vinū vel pluris vel minoris eſt. Pomponius ait in l.3.§.vlt. & Paullus in l.ſi ſterilis, 21.§.cùm per venditionem, 3. D.de act. emt. ſi pluris eſt, venire hoc incremētum: ſi minoris, ęſtimationem eius temporis fieri quo res vendita eſt. Quærat igitur aliquis, cùm ob moram hæc acceſſio veniat, & ob id quod intereſt, an vſuræ adpellatione comprehendatur? Id quod equidem non arbitror. Nam, vt vno verbo rem omnem complectar, vſuræ acceſſio eſt extra ſortem. hæc verò pars eſt ipſius rei: nec eſt extra rem, ſed vt ibidem ait Paullus, circa rem ipſam. Non enim, inquit, maior fit obligatio quòd tardius agitur, quamuis creſcat ſi vinum hodie pluris ſit. & meritò, quia ſi datum eſſet, hoc haberet emtor: quoniam verò non dedit, ſaltem hodie dandum eſt, quod iam olim dari oportuit. Nec verò ad propoſitū hoc pertinet quod quidam citant ex l. in furti actione, 5. D.de furt. vbi ait Vlpianus, In furti actione non id quod intereſt quadruplabitur, ſed rei verū preciū. quia non de Quanti plurimi adceſſione loquitur, ſed de pœna furti: quæ ipſa etiam eſt extra rem. Sed multi hanc quæſtionem ineptam eſſe fortaſſis exiſtiment, propter vulgarem eorum opinionē qui negant Quāti plurimi rationem haberi in pecunia: cùm tamen vſura præcipuè in pecunia conſiſtat. nimirum quoniā in Pandectarum libris nihil eiuſmodi traditur. Verùm illos animaduertere oportuit, non ideo nullam fieri in Pandectis Quāti plurimi mentionē in pecunia, quòd natura pecuniæ id nō admittat: ſed eò dumtaxat, quia noſtrorū ętate Iuriſconſultorum perpetua fuit numorum æſtimatio. itaque cùm ea quanti plurimi ratio non niſi cùm rei æſtimatio mutata eſt locum habeat, pecuniæ verò perpetua maneret: minimè mirum videri debet, quòd nullam eiuſmodi mētionem Iuriſconſulti fecerint. Atqui nos qui toties eam immutationem videmus vſuuenire, non dubitabimus ea vti lege ac ratione, qua veriſimile eſt eos vſuros fuiſſe, ſi & caſus & tempora tuliſſent. Quam ob rem ſi quid mei iudicij eſt, quemadmodum in rebus ſimilibus quæ in genere ſuo functionem recipiunt, ita in pecunia numerata immutato precio Quanti plurimi rationem haberi oportere cenſeo: & ſicut Paullus ait, Si venditor in mora ſit, & hodie vinum pluris ſit, obligationem augeri: quia ſi datum eſſet, hoc haberet emtor: quoniam verò non dedit, ſaltem hodie dandum eſt, quod iam olim dari oportuit, d.l.ſi ſterilis, 21. D.de act.emt.& vend. Similiter ex aduerſo dicendum arbitror: Si emtor in mora ſit, & hodie aurei noſtri Gallici creuerint ad æſtimationem aſſium quinquaginta, cùm emtionis tempore quadragintaquinque dumtaxat valerent, obligationem augeri: quia ſi datum eſſet, hoc haberet vēditor. quoniam verò non dedit, ſaltem hodie dandum eſt quod iam olim dari oportuit. Item quod de precij deminutione Pomponius ait, Si per venditorem vini mora fuerit, condemnari eum oportet vtro tempore pluris vinum fuerit, vel quo vænit, vel quo lis in condemnationem deducitur, l.3.§.vlti. D.de act.emt. & vend. veluti ſi decem amphora vini valebat contractus tempore, & mora facta decreuerit, nihilominus ad decem condemnabitur: ſimiliter etiam in emtore ſtatuendum erit: vt ſi cōtractus tempore aureus valebat quinquaginta, & mora facta decreuerit, teneatur ad aureos aſſium quinquaginta perſoluēdos. Alioqui enim quid dicemus? Qui moram fecerit, ex mora ſua lucrū quod alterius eſſe oportuit cōſequetur? Finge mihi ſummā quamdam aureorū legatā eſſe à defuncto. Heredem autē fraudare me mea pecunia,

atque intereà auctam illorum eſſe æſtimationem. A
Quis exiſtimet ad heredem hoc emolumentum propter ſuam moram atque fraudationẽ pertinere? præſertim cùm Vlpianus ſcribat, omnem rei legatæ vtilitatem ab herede præſtari oportere, l. cùm res, 47. D. de leg. 1. Nec enim ad rẽ pertinet, quod cùm vſura his caſibus debeatur, ſi hæc adceſſio præterea exigatur, fore videtur vt duplex vnius rei adceſſio ſit: contra quàm ſuprà docuimus. Nam, vt modò dixi, Quanti plurimi adceſſio ipſius rei eſt, non autem extra rem: B
Vſura verò eſt extra rem, & multum intereſt vtrùm res ipſa per ſe augeatur: an verò extrinſecus aliquid ei adcedat. Nam ea regula quæ negat duas vnius rei adceſſiones eſſe, de adceſſione externa intelligenda eſt. In quo tamen perpetuò diligenter notandum eſt quod modò diximus: quanti plurimi rationem non niſi eo caſu quo mora commiſſa eſt, habendam eſſe: ob eámque cauſſam ſingulariter adhibenda cautio eſt, ne quis idem in legato in diem omnimodò reſpondeat. Nã cùm heredis cauſſa ſolutio dilata ſit, quem intereà teſtator omnem ex pecunia vtilitatem percipere voluit: non dubium eſt, quin ſi ante quàm dies venerit, aureorum æſtimatio creuerit, eam vtilitatem percipere debeat. Id quod ſimiliter in Mutui contractu dicimus, in quo videlicet debitori copia facta eſt, vtendi re mutuo data ad tempus aliquod, intra quod non cenſetur ſoluendi mora fieri. quoniam creditor omnem fructum & vtilitatem medij tempo ris debitori concedit. Bifariam autem mora committitur. primùm ſi dies ſolutioni præſtituta eſt: deinde ſi poſt aliquod tempus nulla præſtituta die debitorem creditor adpellet. Quòd ſi vel ante diem, vel ante petitionem debitor ſoluerit, verum eſt quod ſcribit Pomponius in l. cùm quid, 3. D. ſi cert. pet. debitorem liberari ſi eiuſdem generis & eadem bonitate ſoluat qua recipit. Quam ob rem etſi vini precium decreuerit, tamen ſi modò æquè bonum reddat, liberatur. Quæ cùm ita ſint, & creditor eam vtilitatem debitori concedat, verum etiã eſſe cõſequitur, quod nos latè & diligenter explicauimus in §. plus autem, De action. lib. Inſt. IIII. in mutuo pecuniæ quamuis precium aureorum auctum eſt, debitorem tamen liberari, ſoluendo tantę ſummę æſtimationem quantam acceperit. & quemadmodum imminutio precij cuiuſuis alterius rei adfert emolumentum debitori ante moram ſoluenti: ita numorum æſtimationis incrementum ad eum pertinere. Contrà quemadmodũ mora facta in vini mutuo Quanti plurimi ratio ducitur, ſicuti Iulianus eleganter tractat in l. vinum, 22. D. ſi cert. pet. ſimiliter etiam in pecunia rationem eius habendam eſſe probabile eſt. Nam ſi vini precium decreuerit, & dictum eſſet quo tempore redderetur: quanti tunc fuiſſet æſtimationem faciendam tradit: ſi non dictum eſt, quanti tunc cùm petitum eſſet. veluti ſi contractus tempore amphora vini valebat XII. & ad X. decreuerit Kal. Ian. quibus dari oporte bat, inde ad VIII. decẽ omnino reddenda ſunt. Quod ipſum ſimiliter in augmento precij dicendum eſt, vt ſi ad XIIII. creuerit, aut vinũ eius precij, aut certè precium ipſum exſoluatur. ſiquidem contrariorum, vt Cicero ſcribit, contraria ſunt conſequentia. Eodem igitur modo ſi aureus qui contractus tempore XLV. valebat, decreuerit ad XL. ſupplebit debitor vſque ad tantam æſtimationem, quanti tum erant cùm mutuo dati ſunt. ſi verò ad L. creuerint, hoc quoque ad creditorem emolumentũ pertinebit: & aureos eodẽ numero eadémque forma debitor perſoluet. nimirũ quia, vt ſuprà diximus, ſi dati eſſent, hoc haberet creditor. quoniam verò non dati ſunt, ſaltem hodie dandum eſt quod iam olim dari oportuit.

Damnum illud creditorum, & id quod intereſt ex mora & interuſurio contingere. Vſuras partim officio iudicis, partim ex ſtipulatione deberi. Numquámne ſine mora intereſſe creditoris poſſit: & an etiam ſine mora vſuræ peti poſſint, velut in mutui contractibus.

Capvt VI.

Cvm igitur hæc ita ſe habeant vt diximus, & vſura nil aliud ſit, quàm compenſatio eius quod creditoris intereſt alium eius vti pecunia: vehementer erraſſe iudicandi ſunt quidam homines imperiti, qui leges Romanas ob eam cauſſam damnandas eſſe cenſuerunt, quòd vſuras in omnibus penè negociis permiſerint. Nam cùm eas nemo leges improbet, quæ emtori permit-
C tunt actionem in id quod illius interfuit, moram non eſſe à venditore commiſſam in re vendita tradenda: vt l. 1. & ſimilib. D. de actio. emt. quæſo, quid eſſe cauſſæ putemus, quin idem etiam venditori aduerſus emtorem concedamus, à quo fructu & commodo precij fraudatus eſt? prætereà cùm heres falſus heredi vero fructus ex hereditate perceptos reſtituere cogatur, ídque etiam omnes probent: quídni ſimiliter in pecunia permittatur, ſi conſiſtat hereditas pecunia, vſuras eius repetere?
D ex l. 3. & ſimilib. D. de vſur. l. Titia, 87. §. 1. D. de legat. 2. Non commouebunt nos igitur eorum hominum argumenta, qui ſcribunt, quoniam nullum nuda pecunia fructum ferat, iniquum eſſe ex re ſterili fructum exigere. Id enim nos quidem profectò verum eſſe non diffitemur. attamen illud reſpondemus, creditorem non captare lucrum aut fructum ex pecunia (quod certè contra naturam eſt, ſi quidem nuda pecunia eſt, quòd ad illum pertinet) ſed tantùm de damno vitando certare. Nam cùm
E eo inuito debitor vſus ſit pecunia, idéoque eius interſit vſu carere ſuæ pecuniæ: iuſtiſſimum eſt compenſationem aliquam eius damni petere. Atque hoc nimirum illud eſt, quod etſi ſæpe diximus, dicendum eſt tamen ſæpius: vſuras non propter lucrum petentium, ſed propter non ſoluentium moram, vnde damnum emerſit, irrogari, l. 3. D. de vſur. Sed operæprecium eſt ex reſponſis & legibus innumeris oſtendere, quemadmodum in tempore ſolutionis & damnum & commodum pecuniæ numeremus. Nemo
F non fatetur veriſſimum eſſe quod ſcribit Imperator in §. plus autem, 33. De act. eum qui præmaturè & ante diem petit, plus petere videri: quoniam quidem, vt Vlpianus ait in l. 1. §. 1. D. de edend. Dies, ſolutionis, ſicuti ſumma, pars eſt ſtipulationis. ex quo etiam ſæpenumero in iure videmus, haberi rationẽ commodi temporis in pecunia: quemadmodum in illa nobili ſpecie de qua tractatur in l. ſi cõſtante, 24. §. quoties, D. ſol. mat. l. ait Prætor, 10. §. ſi cùm in diem, 8. & l. omnes, 17. §. ſi vir vxori, 2. D. quæ in fraud. vbi ſi qui in
G diem debebat præſens ſoluerit, & repręſentauerit: reſponſum eſt, aduerſus creditorem rationem eius habendam quod in repræſentatione commodum conſecutus eſt. Itaque Cicer. lib. epiſtolarum ad Atticum XVI. magnopere queritur de Publiliæ vxoris ſuę quã dimiſerat, propinquis: quòd cùm ante diem ſolutioni dotis præſtitutum omnẽ dotem numeraſſet exceptis HS. CC. eum tamen etiam de reliquis vrgerent, & cla-

& clarè ſcribit magnam ſe in eo iacturā feciſſe. Cùm videas, inquit, quantum de iure noſtro deceſſerimus, qui de reſiduis CCCCHS. CC. præſentia ſoluerimus: reliqua perſcribamus (id eſt, non præſenti quidem pecunia numerata, ſed per ſcripturam ſatisfaciamus) loqui cum eo poteris, eum commodum noſtrum exſpectare debere: cùm tāta ſit à nobis iactura facta iuris. Neque verò quemquam moueat quod in l.1.C.de cond.ex leg. refertur ſpecies, qua cogitur debitor etiā ante tempus ſoluere. Nam hoc ob fiſci priuilegium, & ob publicas neceſſitates permiſſum eſt: vt ibi diſertè ſcribitur. illud ſanè paulò obſcurius eſt quod Vlpianus ait, in l.nam etſi, 17. & l.18. D.de cond.ind. ſi cùm moriar dare promiſero, & antè ſoluam, repetere me non poſſe: & omne denique quod ea cōdicione debitū eſt, quę omnimodò exſtatura eſt. itē quod ait Paullus l. in diem, eod. In diem debitor, adeò debitor eſt, vt ante diem ſolutum repetere non poſſit. Verumtamen hæc ita diſſolui poſſe arbitror, ſi priore quidem lege, dicamus eum qui ante mortem ſuam ſoluit, dare videri temporis commodum, eóque non repetere: in ſecunda, ſi talis condicio eſt, quæ nullum in ſe tempus contineat, & omnimodò exſtatura eſt; veluti, Si digito cælum tetigero, verum eſſe quod Paullus ſcribit in l. ſi pupillus, 9. §.1.D.de nouat. puram hanc eſſe ſtipulationem. quam ob rem cùm peti poſſit, vt nos docuimus in §.plus autem, 33. de act. minimè mirum eſt, ſi ſemel exſolutum repeti nō poſſit. Sed quod ait in l.in diem, 10. de cond.indebit. ita intelligendum eſſe, ac ſubaudiendum, ſi perexiguū tempus ſit: ſecus verò ſi longinquum eſſet, vt paulò poſt adparebit, l.generaliter, 24.D.de fid.libert. Nam, vt rectè Paullus ait, in mora modici tēporis non magnum damnum eſt, l.ſi debitori, 21.D.de iud. Porrò vt ad propoſitam quæſtionem redeamus, adeò commodi temporis ratio haberi ſolet, vt legatū creditori factum, quod alioqui non valeret, valeat tamen ob ſolum medij temporis emolumentum. Nam ſi debitor decem legauit creditori, qui ei poſt annū ſub pignore debebat: reſpondit Paullus quamuis elapſo anno peti nihil poſſet, ſtatim tamen tota decem peti poſſe: nimirum ob vtilitatem interuſurij medij temporis, l.debitor, 82.D.de legat.2. &. l.1.§.ſi quis, 6. ad legem Falcid. Si quis creditori ſuo legauerit quod debet in diem, propter repræſentationis commodum vtile erit legatū. Quid? quod adeò medij temporis ratio habetur, adeò, inquam, minus æſtimatur in diem debitum, quàm id quod purū & præſens eſt: vt Africanus non dubitauerit adfirmare, quamuìs æqua pecuniæ ſumma duobus legata ſit, tamen ſi vni purè, alteri in diem legatum ſit, adeò vberius eſſe illius quàm huius legatū: vt cùm heres ex lege Falcidia detrahet ex ſeptem, primus conferat quattuor, alter verò tria dumtaxat, l.qui quadraginta, 88.§.vlt.D.ad leg.Falcid. cui cōſentaneum eſt quod ait Vlp. in l.eius, 66.eod. ſi decem ſub condicione alicui fuerint relicta, eáque condicio poſt decenniū exſtiterit, nō videri decem huic legata, ſed minus decem. quoniam, ait, interuallum temporis & interuſurium huius ſpacij minorem facit quantitatem decem. Et Paullus in l.in lege Falcid. 45.D.eod. Non habetur, inquit, pro puro in leg.Falc. quod in diem relictū eſt: medij enim temporis commodū computatur. Id quod etiam Iabolenus reſpondit, l.eum qui, 15.D.de ann.leg. Si rogatus poſt decem annos reſtituere vt cōmodum medij tēporis ſentirē, ante diem reſtituerim, plus me pręſtitiſſe quàm debuiſſem. quinetiam Caius l.in quantitate, 73.§.in diē,

A 2.D.ad legē Falcid. Tantò minùs, ait, ex bonis erogari intelligēdum eſt, quantum intereà donec dies obtigit, heres lucraturus eſt ex fructibus vel vſuris. Sed & Pomponius Donationem verè adpellari poſſe ſcribit, cùm etſi corpus non donatur, tamen donationis cauſſa cum debitore meo paciſcar, ne ante tēpus certum ab eo petam, l. in ædib. 9. D. de donat. Quæ cùm ita ſe habeant, quidnam aduerſo caſu dici oporteat, perſpicuum eſt. verè namque Imperator B ait, Qui tardius ſoluit quàm ſoluere deberet; minus ſoluere intelligi, §.plus autem, 33.de act.& §. fideiuſſores, 5.de fideiuſſ. ſed & Calliſtratus, non ſolui debitum non minus die, quàm quantitate, l.ſolidum, 5.D. de ſolut.& l.ſi cui, §.vlt.D.de verbor.ſignif. Denique Vlpianus in l. generaliter, 24. §. ſi legatum, 15.D.de fid.libert.& l.3.§. Iulianus, 1.D.de leg.3.clarè inquit, vt quiſque tardius ſoluit, eo minus grauem illi ſolutionem exiſtimandam. Vnde ſi legatarius rogatus ſit ſeruum manumittere, eíque quod legatum eſt C poſt aliquod tempus reſtituere, propter medij temporis fructum & emolumentum quod percepit, intereà fruendo pecunia, cogendum eum manumittere: cùm tamen ſi confeſtim rogatus eſſet, cogi non poſſet. quid ita? nimirum quia damnum quod ex manumiſſione accipit, nullo emolumento reſarcitur. Alio verò caſu medij tēporis fructu, id eſt, fruitione, vt ita dicam, & vtilitate cōpenſatur. quod tamen ſic accipiendū eſt, ſi modò non ita modicū ſit interuallū, vt nihil à puro differat. ideóque Scæuola in l.vlt. D. D de re iudicat. cùm vſuras ab eo deberi ſcribit qui cōdemnatus executionē adpellatione traxiſſet, adiecit, Et diu negocium tractum ſit. Item Papinianus in l. vlt.in fin.D.de adm.rer.ad ciuit. Is, inquit, qui pecuniam publicam magiſtratus ſui tempore, & pòſt non pauco tempore detinuerat, vſuras debebit. Ex his igitur & aliis prætereà huiuſmodi locis quamplurimis, quę nihil neceſſe arbitror copioſiùs perſequi, intelligi poſſe puto quàm leue ſit id argumentum quod cōtra vſuras nonnulli citant. Cùm pecunia ſit res ſteri- E lis, iniquum eſſe fructum ab ea exigere. Copioſè nāque docuimus, & in repræſentatione eſſe lucrum, & in mora damnum. ex quo efficitur, damni eius, quod ex mora percipitur, iure compenſationem peti poſſe. Eóque cùm vſuras exigimus non tamquam fructum ex ipſis numûm corporibus, id eſt, ex nuda pecunia peti, ſed id quod ob eam cauſſam interfuit, quòd fructu, id eſt, vt ita dicam, fruitione noſtræ pecuniæ caruimus. Simul illud intelligitur, non modò in ceteris cauſſis eam æquitatē locum habere, verùm etiam F in mutuo in quo mora commiſſa eſt: quale illud eſt de quo agit Paullus in l.lecta, 40.D.ſi cert.pet.& l.ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius, 126.§.Chryſogonus, 2. D.de verb.oblig. vbi centum certo die dari ſtipulata ſunt, & ſi eo die ſatis eo nomine factum non erit, tūc quo poſt ſoluetur, vſurarū nomine aliquid præſtari. Si enim hîc quoque in ſoluendo mora facta eſt, vſuras quoque rectè deberi fatendum eſt. In quo tamen ſcire nos oportet, inter has & alias vſurarum cauſſas ſingulare eſſe diſcrimen, cuius crebertima mentio fit G in Pandectis, quòd illæ videlicet officio iudicis quærantur, hę verò per ſtipulationem. Nam Paullus quidem in l.quęro, 54.D.locar. clarè ſcribit, vſuras in bonæ fidei iudiciis non tam ex obligatione quàm ex officio iudicis proficiſci: id eſt, actionem quidem vſurarum à Prætore peti non poſſe, quippe quæ promiſſæ non ſunt: eum tamen iudici harum bonæ fidei actionū pmittere, vt officio ſuo de vſuris cognoſcat.

Id quod adeò verum eſt, vt quamuis ſors poſt moram ſoluta ſit, vſuræ poſteà peti non poſſint. quemadmodum apertè traditur in l.4.C.depoſ. & l. qui per colluſionem,49.D.de act.emt.contrà ſi vſuræ ſolæ petitæ ſunt: quoniam ex ſorte pendent, obeſſe poterit exceptio, ſed poſteà ſortis petitione nihilominus exigentur: nec obſtabit rei iudicatę exceptio, l. ſi in iudicio,23.D.de except.rei iudic. In ſtrictis verò iudiciis Africanus ſcribit in l. Titius,24.D.de perſc.verb.pecuniæ creditæ vſuras non in ſtipulatione deductas non deberi. quod ipſum Impp.tradunt,l.quamuis,& l.creditor,7.& l.8.C.de vſur.id quod de ſorte tantùm quæ numis conſtat intelligendum eſt, non etiam de ſpeciebus: quarum vel ex nudo pacto vſuras peti poſſe certum eſt,ex.l.frumenti, 12. eod. quemadmodum eius quoque pecuniæ quæ à ciuitatibus credita eſt, l. etiam,30.D.eod.vel quę cuilibet alij ſub pignoris abligatione debetur. Nam etiam ex nudo vſurarum pacto pignoris retentio conceditur,l.ſolutum,11.§.ſi in ſortem,D.de pign.act.& l.pignoribus, 22. C.de vſur. quin etiam ſine pignore debitæ ex nudo pacto ſi ſoluantur repeti non poſſunt,l.3.C.eod. & l.in his verò, 5.§.1.in fi.D.de ſolut. Verùm vt ad ea quæ hoc capite præcipuè tractare inſtitui, nunc reuertar, poſtulare hic locus videtur, vt de vulgari illa quæſtione breuiter diſſeramus, An vſuræ non niſi commiſſa mora iuſtè ac legitimè peti poſſint. Quod video multis hominibus magnopere placuiſſe, iis præſertim, qui Paulli verba non ſatis intellexerunt, quæ ſæpe citamus ex d.l.3.D.de vſur. quorum certè non ea ſententia eſt, vt vſuræ niſi poſt moram non debeantur: ſed illa potius, vt cùm ob moram debitoris creditor damnum ſentiat, ob hoc damnum vſuras poſſit exigere: non tamen ob moram, ſed ob id quod ſua intereſt vſu carere ſuæ pecuniæ præter tempus. Quamobrem Vlpianus in l. ſi verò non remunerandi,12.§. ſi mihi,5.D.mand.clarè reſpondit, procuratorem qui ſumtus in rem domini fecit, vſuras conſecuturum: neque tantùm ex mora, verùm iudicem æſtimare debere ſi exegit à debitore ſuo quis,& ſoluit cùm vberrimas vſuras conſequeretur. quod ipſum in negociorum geſtore Paullus reſpondit, l. & qui natura,19.§. contra quoque,14.D.de negoc.geſt.& l.& in contraria,37.D.de vſur.vt ſi in rem domini pecuniam ſuam impenderit, ex eo tempore vſuras petat. quin etiam tutor ſi in rem pupilli aliquid impenderit,non quæritur an mora facta ſit, nam omnimodo vſuras repetet. Ex quibus breuiter diſputatis perſpicuum eſſe arbitror, vſurarum non propter moram, ſed tantùm propter id quod intereſt rationem haberi: & quotieſcumque creditoris intererit vſu carere ſuæ pecuniæ, ſine vllo moræ reſpectu eas deberi. ob eámque cauſſam non dubitandum eſſe, quin ex mutuo non tantùm eo caſu vſuræ iuſtiſſimè peti poſſint, de quo ſuprà dixi ex.l.l.lecta,40.ſi cert.pet.& l.Titius, 126.§. §.Chryſogonus,2.de verb.oblig.nimirum cùm certo die pecunia promiſſa eſt,& niſi eo die ſoluatur, tunc propter moram vſurę ſtipulatæ ſunt: verùm etiam ex ipſo numerationis die: dummodo iuſta illa vſurarum cauſſa interueniat, nempe cùm creditoris intereſt alterum eius vti pecunia,l.huiuſmodi, 64.de verbor. oblig. Atque, vt vno verbo rem omnem complectar, quoties nihil aliud petitur, quàm quod in definitione comprehenſum eſt, nimirum æſtimatio vſus ſortis, conſumtæ cum damno creditoris: iuſtiſſimè id peti. Nam eius damni compenſatio & naturali & ciuili æquitati conſentanea eſt: vt ex hac vna re in-

A telligi poſſit, quamobrem hoc caſu leges in mutui contractu vſuras permittant: pręſertim cùm hoc ad communem Reip.vtilitatem magnopere pertineat. Cùm enim mutui contractus non minus ſit in hominum commerciis & rebus gerendis neceſſarius, quàm alia quæuis vſitata conuentio: non modò vt inopes & pauperes eo quaſi parato & expedito ſubſidio adiuuentur, verumetiam vt humanæ ciuium difficultati ſubueniatur: neque tamen vlla lex aut diuina aut humana iubeat nos eum qui nullis ſuis re- B bus aduerſis res meliores quęrit, ex noſtris ſpoliis augere: ſed, vt præclarè Cicero ſcribit, ſuæ cuique vtilitati, quod ſine alterius iniuria fiat, ſeruiendum eſt: accidat profectò neceſſe eſt, vt multi quibus gratis pecuniam nemo vult credere, viliſſimo precio pecuniæ faciendæ cauſſa, ſuas poſſeſſiones vendant: itaque damnum longè maius accipiant, quàm ſi mediocrem aliquam vſuram creditori perſoluerent. Prætereà ſæpe contingit, vt etiam locupletiſſimi pecunia careāt: C quam ſi haberent in promtu, magnum aliquod compendium facerent. Huic incommodo paratiſſimum remedium eſt in Mutuo. ſed quia vel nulli, vel perpauci ſunt, qui ſibimetipſis, quò aliorum commodis inſeruiant, res meliores quærentium, vtilitatem velint adimere: carebunt eo compendio: quod quidem, ſi partem aliquam eius quæſtus quem ex ea pecunia fecerint, creditori deciderent, perfacilè conſequerentur. exempli cauſſa: Cùm quis negocia mea gereret, vidit creditores meos mea pignora viliſſimo precio D velle vendere: vt me hoc detrimēto liberaret, quamuis ſuam pecuniam in vſum ſuum poſſet conuertere, tamen officij cauſſa eos ſuis ipſius numis abſoluit. Vlpianus ait, in d.l.& in contraria, 39.de vſur. vſuras ei iuſtiſſimè deberi. Quis eſt adeò rerum omnium imperitus, qui hoc Vlpiani reſponſum improbet? Nam ſi nullas vſuras negociorum geſtor ſperaſſet, ſiuiſſet me in hoc acerbiſſimum damnum incidere. nec iniuria. Nam, vt præclarè Cicero ſcribit, ſibi vt quiſque malit, quod ad vſum vitæ pertinet, quàm al- E teri adquirere, conceſſum eſt non repugnante natura. & Caius inquit in l.ſed ſi quis, 7.D.teſtam.quem. itémque Africanus in l. ſi ſeruus communis, 61. §. quod verò, D.de furt. iniquum eſſe damnoſum cuiquam eſſe ſuum officium, quod eius cum quo contraxit, non etiam ſui commodi cauſſa ſuſceperit. Nec verò, vt dixi, ad hunc locum pertinet quod Ariſtoteles inquit, contra naturam eſſe, ſi numus, quæ res ſterilis eſt, numum parit. deinde numum contra ſui naturam ad quæſtum transferri: proptereà quòd per- F mutationis tantùm & non quæſtus cauſſa ſit inuentus. Nam Ariſtoteles, vt poſteà latiùs docebimus, non loquitur de vſura, de qua in definitione tractauimus: ſed tantùm de fœnore. quorum hæc ſumma differentia eſt, quòd illa de damno vitando tantùm, hoc verò de lucro captādo contendit: & eo quæſtu, quem quis curat & aucupatur ex ſola pecunia. veluti cùm quis ob ſuam cauſſam & lucrum, quod ex pecunia captat, mutuum dat. Hoc enim non officium eſt mutuationis, ſed mera fœneratio: vt Cicero lib.de finib.2.docet his verbis: Nec enim ſi tuam ob cauſſam cuiquam G commodes, beneficium hoc habendum eſt: ſed fœneratio. Paullus verò in d.l.cùm quidam, perſpicuè adfirmat, vſuras non propter lucrum petentium, ſed propter id quod intereſt irrogari. quod ipſum eò magis iudicari poteſt verum eſſe, quia vſurarum modus ex cuiuſque damni modo definitus eſt: quemadmodum idoneo loco latiùs dicturi ſumus. Itaque quoties

ties quis quærit & captat occaſionem lucri ex nuda pecunia faciendi, quam alij mutuo dat, fœnerari propriè dicitur: quaſique fœtum ex ipſis numûm corporibus captare, eúmque eſſe quæſtum arbitror, quē & Ariſtoteles, & omnes boni vehementer improbant. Qui verò neque cauſſam, neque propoſitum fœnerandi habet, (vt is de quo Vlpianus loquitur in l. 4. D. ſi cert. petat.) & tu empturus prædia deſideraueris mutuam pecuniā: ſi vſuras petat, quę damnum dumtaxat compenſant, quod ea re percepit, quia ſuæ vſu pecuniæ caruit: quoniam illæ non petunt ex ipſa pecunia fructū, ſed quodāmodo vsū, aut certè vſus precium & æſtimationē: nemo, mea quidē ſententia, vetus & intelligens rerū æſtimator eam petitionē improbabit. Vera eſt enim ſuperior illa Ciceronis ſententia, & Chriſtianę pietati conſentanea: Sibi vt quiſque malit quod ad vſum vitę pertineat, quàm alteri adquirere, conceſſum eſt non repugnāte natura. Neque verò contemnenda aut minimo ęſtimāda ea differentia eſt, quā quidem inter eos eſſe dicimus, qui animo fœnerandi occaſionē mutui dandi quærunt: & eos qui quodāmodo inuiti & repugnantes, amici precibus aut beneuolentia in eum ad credendum adducuntur. Eam enim adeò ponderandam eſſe Vlpianus ſcribit, in d. l. 4. vt quamuis depoſiti, quod in recipiētis gratiam factum eſt, periculum ad recipientē pertineat: diſtinguendum tamen eſſe adfirmet, verùm ab eo depoſitum fuerit, qui propoſitum & animum fœnerandi habuit, an ab alio. hoc enim caſu recipientis eſſe periculum, illo fœneratoris. Verùm vt hoc omittam, illud ſanè vſurarum honeſtæ petitioni minimè aduerſatur, quod video à quibuſdā optimis viris obiici nobis, atque arctè defendi: mutui officium gratuitum minimèque mercenarium eſſe oportere. Nam, vt præclarè Cicero & eleganter ſcribit, Alia cauſſa eſt eius qui calamitate aliqua premitur: & eius qui res meliores quærit, nullis ſuis rebus aduerſis. Nam huic nullum vnquam ius, nulla conſuetudo, nulla deniq; lex iuſſit nos cùm damno noſtro officium tribuere. contrà qui calamitate aliqua oppreſſi ſunt, & mutuū poſtulant, non vt res meliores quærant, ſed vt neceſſitati ſubueniant; iis integrum & plenum officium præſtandum eſt: id eſt, etiam cū aliquo damno & deminutione noſtri commodi. de quo tamen malo noſtram ſententiam Lactantij Firmiani eruditiſſimi & ſūma pietate præditi viri auctoritate confirmari. is enim libro De vero cultu VI. cap. XVIII. Pecuniæ, inquit, ſi quam Dei cultor crediderit, non accipiat vſuram: & vt beneficium ſit incolume quod ſuccurrat neceſſitati, & abſtineat ſe prorſus alieno. In hoc enim genere officij debet ſuo eſſe contentus, quem oporteat aliàs ne proprio quidem parcere, vt bonum faciat. plus autē accipere quàm dederat, iniuſtum eſt. quod qui facit, inſidiatur quodāmodo vt ex alterius neceſſitate prædetur. At iuſtus nunquàm prætermittet, quominus aliquid miſericorditer faciat: nec inquinabit ſe eiuſmodi quęſtu: ſed efficiet vt ſine vllo ſuo damno id ipſum quod cōmodat inter bona opera numeretur. De neceſſitate diſertè loquitur vir pius; neq; vſquam ſcriptura ſacra iubet nos ex noſtris ſpoliis alterius augere copias. quinimo apertiſſimè ſcribit Paulus epiſtolæ ad Corinthios ſecundæ capite octauo: non æquum eſſe, vt alij omnibus copiis circūfluant, atque in omniū rerū abūdatia viuāt, alij ꝓpter inopiā vitam in egeſtate transigāt. Quāquā ſi verū fateri volumus, hoc quidē negari certè nō poteſt, quin ex contractu mutui eo potiſſimum caſu vſuræ iure

A ciuili permitterentur, cùm tempus aliquod gratis vtendi pecunia conceſſum eſſet: quo tempore ſi pecunia non ſolueretur, quoniam in mora eſſet debitor, quę mora creditori damnum adferre intelligitur, vſurarum ſtipulatio committeretur. idque cùm ex ea cautionis formula quam ex dicta l. lecta, 40. & l. 126. §. Chryſogonus, 2. ſuprà commemorauimus, tum verò ex eo intelligitur quod ſcribit Cornelius Nepos, Pomponium Atticū Athenienſibus debitoribus ſuis

B ita mutuum dediſſe, vt neque vſuram vnquam ab iis acciperet, neque longius quàm dictum eſſet debere pateretur. quod vtrumque, inquit, erat iis ſalutare. Nam neque indulgēdo inueteraſcere eorum æs alienū patiebatur, neque multiplicandis vſuris creſcere.

Statuendum eſſe aliquem vſurarum modum, & quis modus olim à Romanis conſtitutus. Quæ ſit vſura centeſima, ſemis, vnciaria, drachmalis, &c. quæ maxima, leuis, legitima, mediocris.

C

CAP. VII.

EST igitur, vt apparet, vſurarum petitio & iuſta & tolerabilis: neq; tantùm quæ commiſſa mora, verùm etiam quæ ante vllam moram exiguntur: quæque adeò in mutuo ab ipſo numerationis die ſtipulatæ ſunt, nimirum ad compenſandum id quod creditorum intereſt vſu carere ſuæ pecuniæ. Sequitur vt id quod hoc loco ferè præcipuū eſt, & quod aliquanto ante obiter perſtrin-

D ximus, paulò diligentiùs accuratiúſque perpēdamus. Diximus vſuram aliud nihil eſſe, quàm id quod verè & non ſimulatè intereſt. In quo tamen monuimus eo differre alterum ab altero, quòd illud nullis finibus circumſcriptum eſt: vſura ad certum modum redacta & reſtricta ſit. non enim quidquid cōſequi creditor potuiſſet, vſuram comprehendere: ſed tantùm partem. Omnino hoc verum eſt, & cum æquitate rationéque conueniens. Etſi enim in eo quod intereſt nō minus lucri quàm damni ratio habeatur: l. vnica,

E C. de ſent. quæ pro eo quod. & l. 2. in fi. D. de eo quod cert. & creditor vtens ea pecunia quam alius detinet, induſtria ſua quæſtum ingentem facere potuiſſet: tamen cùm nullam operam adhibuerit, non æquū eſt nudam pecuniam tantum adferre emolumenti, quātum induſtriam cum pecunia cōiunctam. Id adeò in l. vlt. D. de peric. & com. rei vēd. Hermogenianus docet cùm ait, Vēditori ſi emtor in precio ſoluēdo moram fecerit, vſuras dumtaxat præſtabit, non omne omnino quod venditor mora non facta conſe-

F qui potuit: veluti ſi negociator fuerit, & precio ſoluto ex mercibus plus quàm ex vſuris quærere potuerit. item in l. Iulianus, 13. §. ibidem, 22. D. de act. emt. Si conuenerit vt ad diem precio non ſoluto venditori duplum precij præſtaretur, in fraudem cōſtitutorum videri adiectum quod vſuram legitimam excederet. Quinetiam Vlpianus cùm quæreretur an valeret legatum certarum vſurarum donec legata ſors præſtaretur: valere quidem reſpondit, ſi modò probabilem vſurarum modum non excederet. l. 3. in fin. D. de ann.

G legat. quid ita? quoniā iniquum eſſet, cùm pecunia nuda ſit res ſterilis, tantum fructuum ab ea petere legatarium, quantum illa adferret cum induſtria & labore hominis coniūcta. præſertim verò cùm in quouis quæſtu dimidia pars operæ, dimidia pecunię tribuatur: quemadmodum docet vetus prouerbiū, Hoſtimentum eſt opera pro pecunia. Et Vlpianus ait, Precium artis & operæ eſſe velamentum, ſeu, vt qui-

buſdam videtur, æquamentum in l.eum duobus, 52. §.ſi coëunda, 1. D. pro ſoc. Quæ cùm ita ſe habeant, itáque ratio & naturalis & ciuilis poſtulet: quid nũc ſupereſt, niſi vt hominum quorũdam inſulſiſſimam ineptiſſimámque audaciam rideamus, qui cùm & legum & iuriſprudentium omnium præcepta inſtitutáque aſpernarentur, maluerunt noua quædam ingeniorum ſuorum commenta perſequi, quàm bene cõſtitutis legibus obtemperando, ſapientiſſimorũ maiorum noſtrorum veſtigiis inſiſtere? Cùm enim leges omnes, quę de vſuris latæ ſunt, tamquam turpem quæſtum adprobantes repudiarint, creditoribus tamen permiſerunt ad aſſem quodcũque ipſorum interfuiſſet exigere. Atque vt illorum inſaniæ exemplũ vnũ ex penè infinitis adferamus, recitabimus reſponſum Hoſtienſis viri huius ordinis primarij, in ſpecie illa nobili de mercatore proficiſcente ad nundinas, à quo alius quidam pecuniam quam eò deferebat mutuam accepit: promittens eam certa die ſoluere vnà cum tanto lucro, quantum veriſimile eſſet creditorẽ, ſi vſus eſſet ſuis nummis, in iis nundinis factutũ. Cùm igitur de conuentione illa quæreretur, reſpõdit Hoſtien. ęquam & probandam eſſe. eámque ſententiam latè perſequitur in c. ſalubriter, de vſur. lib. Decretal. v. Quæ quoniam & falſa eſt perſpicuè, & ex his quæ diximus abundè confutata: nihil neceſſe arbitror errores tam apertos perſequi copioſiùs. Nos igitur meliorem ſententiam ſecuti adfirmare nõ dubitabimus, modum aliquem huic eius quod intereſt petitioni præſcribi oportere. id quod cùm à Romanis legibus, tũ verò ab Imperatore Iuſtiniano nouiſſimè factum eſt in illa nobili & præclara l. pen. C. de vſur. de qua fuſiùs deinceps explicandum eſt, ſi modò priùs quæ vetuſtiſſima fuerit apud Romanos vſurarũ ratio expoſuerimus breuiter, vt ea Iuſtiniani cõſtitutio planiùs intelligi poſſit. Hîc autem admonendi ſumus, eò minus fauiſſe leges vſuris, quòd cùm in mutuo vſuræ tolerarentur, multi ea licentia turpiter ad fœnerationem abuſi ſunt. ex quo factum eſt, vt omnis vſuratum petitio, in hominum odium incurreret, adeóque vetuſtiſſimis legibus prohiberetur. Sîc enim Cornelius Tacitus lib. Annaliũ v. Sanè, inquit, vetus vrbi fœnebre malum, & ſeditionum diſcordiarúmq; creberrima cauſſa: eóque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primò XII. tabulis ſanctum, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret: cùm anteà ex libidine locupletũ agitaretur. dein rogatione tribunitia ad ſemuncias redacta: poſtremò vetita vſura, multiſque plebiſcitis obuiam itum fraudibus, quæ toties repreſſæ miras per artes rurſum oriebantur. Ex his Cornelij verbis apparet, vſuras ob fœnerationes tantùm odioſas fuiſſe, eóq; ita ſemper eſſe conſtrictas, & cohibitas, vt earum modus ad vnciam lege XII. tabularum redigeretur. Sed quid ſit vſura vnciaria breuiter commemorãdum eſt. Primum autem illud ſcire oportet, quemadmodum in multis iuris articulis Iuriſconſulti hoc in vſu habuerunt, vt quamcũque rem integram, quam in certas partes diuidere vellent, Aſſem adpellarent: vnde & hereditatem in aſſis partes diuidunt. l. ſeruum, 50. §. vlt. D. de heredib. inſtit. & Vlpianus ait, agrum ex aſſe vel ex parte poſſideri. l. ſciendũ, 15. D. qui ſatiſd. cog. ita eam vſuram quę ſumma eſſet, nimirum cùm ex centum denariis ſingulis menſibus ſinguli denarij ſoluuntur, Aſſem adpellatam eſſe: proptereáque quaſi ad aſſis rationem illius partes, id eſt, alias vſuras minores adpellationẽ ſumſiſſe. Secundo loco illud ſciendũ eſt, Romanos Grecorũ morem imitatos, qui facilioris & cõmodioris doctrinæ cauſſa quamuis ſummã ſortis; id eſt, ſiue plus, ſiue minus centum cõtineret, ad Minam quæ centum drachmas valebat, perpetuò redegerunt: quãcũque ſortem ſimiliter ad numerum cẽtenarium redegiſſe. Denique quoniam ſingulis mẽſibus (nimirum Idib. vt ex Horatio & Cicerone apparet) vſuræ pendebantur: ſingulas quoque penſiones nomen ex Aſſe ſortitas eſſe: vt ſi centeſima pars ſortis (ſortẽ enim ad centum perpetuò redigi ſolitã docuimus) ſingulis penſionibus penderetur, numus ille centeſimus, quoniam vſura ſumma eſt, As adpellaretur. Eáque nimirum vſura eſt quæ vulgò Centeſima ideo adpellatur, quòd ſingulis penſionibus vnus denarius penderetur: qui denarius, ſi ad ſortẽ, quæ ad cẽtum redacta eſt reſpexeris, erit cẽteſimus. ſicuti apud Græcos vſura drachmalis: quia drachma ſortis, quæ vſuræ nomine penderetur, pars eſſet minæ ſiue ſortis centeſima. quam Æſchines ſcribit Demoſthenem ab Oreitis accepiſſe, donec talentũ quod eis imperauerat, perſoluerent. ὑπέθεσαν (ait) αὐτῷ τὰ τάλαντα τὰς δημοσίας προσόδους, καὶ τόκον [illegible] τοῦ [illegible] δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. Quorſum hæc? vt intelligamus centeſimam vſuram nõ ita adpellari ratione vltimæ penſionis, quę cẽteſima eſt: vt cùm dicimus Kalendas centeſimas, quo verbo vltimas intelligimus: quia ſi ex menſe centeſimo penderet eius adpellatio, nunquam Cẽteſima diceretur, niſi cùm ad menſem centeſimum perueniſſet. Atqui ſępe contingit, vt aut ante menſem centeſimum ſorte reddita vſura conſiſtat: aut non reddita, vltra producatur: cùm tamen Centeſimę adpellationem nihilominus retineat. quinetiã licet eo ipſo menſe centeſimo vſura conſiſteret, hoc tamen ad rem non pertinet: quia olim nulla ratio habebatur æquaret ſortem vſura, an non æquaret: quemadmodum alio loco docebimus, nec ita multo poſt. Prętereà ſi centeſima ab vltimis Kalendis diceretur, quaſi Kalendis centeſimis ęquaret ſortem: binę centeſimę, ternę, & quaternę ſimiliter dicerentur quę dúcenteſimis, trecẽteſimis & quadringenteſimis Kalendis ſortem æquarent. quod quàm ineptum ſit, nemo non videt. ſiquidem binæ centeſimę adpellantur, quę duos ex centum pẽdunt, quaſi duplicatę centeſimę: ternę verò quę tres, & quaternæ quæ quattuor. Ergo id quidẽ non eſt dubium, vſuram Centeſimam à parte ſortis centeſima, ſicuti apud Græcos Drachmalem à drachma, quæ pars eſt ſortis ad minam redactæ centeſima, nomen duxiſſe. quam quidem ob cauſſam ſimiliter eam Plutarchus ἑκατοστὴν adpellat in Luculli hiſtoria. πρῶτον μὲν (ait) ἑκατοστὴν ἐκέλευσε, καὶ μὴ πλέον εἰς τοὺς τόκους λογίζεσθαι. & qui eam vſuram exigebant ſcribit Baſilius ἑκατοστολόγους adpellari. exſtátque eius exemplum apud Paullum in l. lecta, D. ſi cert. petat. Tunc eo amplius quo pòſt ſoluam, pœnę nomine, in dies XXX. inque denarios centenos, denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt P. Mæuius: ſpopondi ego L. Titius. Meminit eius quoque Plinius ad Traianum ſcribens his verbis, Pecuniæ publicæ, domine, prouidentia tua & miniſterio noſtro & iam exactæ ſunt, & exiguntur: quę vereor ne otioſæ iaceant. nam & prædiorum comparandorum aut nulla aut rariſſima occaſio eſt: nec inueniuntur qui velint debere Reip. prę ſertim duodenis aſſibus, quãti à priuatis inueniantur. Duodenos aſſes Plinius intelligit, qui mẽſibus duodecim colligũtur: nimirũ ex vſura cẽteſima. Obſeruandũ tamẽ eſt Pliniũ Secundũ Centeſimum fœnus & Centeſimam frugem longè aliter

aliter accepiſſe:nimirum vnde centies tantum quantum dediuus, accipimus:& Quinquageſimum, vnde quinquagies. verba eius ex lib. natur. hiſt.18.cap.17. ſunt hæc: Sic quoque cum quinquageſimo fœnore meſſes reddit fertilitas ſoli, verùm diligentiores cum centeſimo quinquageſimo. item lib.5.c.4.Libyphœnices vocantur qui Byzanciū incolunt:ita adpellatur regio CCL. M. paſſuum circuitu, fertilitatis eximiæ cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Vt ad inſtitutum redeamus, cùm vſura Centeſima ſit As vſurarum, ideò factum eſt, vt reliquæ vſuræ ad eius aſſis, non autem ad ſortis rationem adpellationē ſumerent. vnde ſi ex ducentis puta aureis vnus aureus ſingulis penſionibus vſurę nomine perſoluatur, etſi hæc pars eſt ſortis ducenteſima: tamen ea vſura nomen ex ſortis ratione non ſumit, neque dicetur vſura ducēteſima:ſed quia pars aſſis dimidia eſt, vnde adpellationē ſumit, Semis nominabitur. Similiter cùm ex trecentis aureis vnus penditur, etſi hæc quidē pars eſt ſortis trecenteſima, non tamē vſura trecenteſima nominabitur, ſed Triens:cùm quarta, Quadrans, atq; ita deinceps in Beſſe, & Quincunce, & ſi quę prætereà aliæ ſunt. Itaque Iuſtinianus cùm in l.eos,26.C.de vſur.harū adpellationē recenſet, vſurā Trientem nominatim tertiam Centeſimæ partem adpellat:Semiſſem verò, dimidiam eiuſdē:Beſſem autem, Centeſimę beſſem. ſed & Paullus in l.cùm quidam, in fi. D.de vſur.& Imp.l.hac edictali,6.§.his illud,1.C.de ſecund. nupt.& l.vlt.§.præterea,2.C.de iur.dot.& l.vn.§.qui autem,7.C.de rei vxor.act. tertiam Centeſimæ nominant, cùm Trientem ſignificarent. Nunc vt ad Taciti locum redeā, cùm pars Centeſimæ duodecima ſoluitur, vſura Vnciaria nominatur. ad quam ipſam olim lege XII. fœnoris modum reductum eſſe teſtatur. De hac ſimiliter Scæuola mentionem facit in l. Titium, 47.§.præfectus,4.D.ad admin.tut. vbi ſpeciem teſtamenti refert, quo teſtamento ne pecunia hereditaria diſpergeretur, permiſſum erat filiorum tutoribus, ſi eam retinere vellent, vſuras vnciarias dumtaxat perſoluere. Alibi quoq. de herede vnciario mentio fit, alteri ab eo cui vndecim vnciæ fuerant relictæ, l.planè vbi,34.§.inde dicitur,6.D.de leg.1.Quare cùm in aſſe duodecim vnciæ numerentur, adparet hanc vſurā leuiſſimam & perexiguā fuiſſe. Sanè Titus Liuius lib. Decadis primæ ſeptimo auctor eſt C. Mario & Cn. Manlio Coſſ.de vnciario fœnore à M.Duellio, L.Menenio trib.pleb.rogationē eſſe perlatam, quā plebs, vt ipſe ſcribit, cupidius ſciuit, accepitq;:patribus ægerrimè ferentibus. & paulò pòſt, T.Manlio Torquato, C.Plantio iterum Coſſ.ſemunciarium tantùm ex vnciario fœnus factum. Porrò quæ ſumma fuerit vſura ſup.diximus, cùm centeſimam aſſem vſurarum fuiſſe docuimus. itaque noſtri maximę & grauiſſimę vſuræ adpellatione Centeſimam identidem ſignificant, vt l.qui fine,38.D.de neg.geſt.& l.non exiſtimo, 54.D.de admin.tut. vbi maximæ vſuræ adpellatione centeſimam intelligi volunt. Vlpianus autem in l.tutor qui repertorium,7.§. idem ſolent,8. De adm.tut. grauiſſimam eam adpellat. & Cicero lib. ad Att.epiſtolarum ſexto, fœnus centeſimum etiam acerbiſſimis creditoribus ſatis videri ſcribit. Quæ verò moderatæ vſuræ dictæ ſint, oſtendit his verbis Plin. lib.14.c.14.Ex his, inquit, vſura multiplicata ſemiſſibus:quę ciuilis ac modica eſt in C.Cęſaris Germanici filij principatu, &c. Vlpianus verò in d. l.tutor,7. §.ex ceteris cauſſis,9.in fin. De adm.tut. leuiores adpellat Quincunces & Trientes. eatúmque leuiorum

A adpellatione puto Africanum Trientes ſignificaſſe in l.ſi ſeruus legatus,108. §.vlt. D.de legat.1. cùm ait, Aufidius filio ſuo fideicommiſit vt certam pecuniā mutuā daret, & vſuras leuiores taxauerat. De Quincuncibus fit mentio in l.cùm quidam,17. D.de vſur. l.à filio,15. & l.16. §.Baſilicę,2. D.de alim. & cib. legat. eáſque Perſius modeſtas adpellat Satyra xv.

Quid petis vt numi quos hic quincunce modeſto
Nutrieras, peragant auidos ſudare deunces?

B De trientibus quoque mentio fit in l.Firmio,26.§. 1.D.quand.di.leg. Vlpianus autem clarè ſemiſſes à leuioribus diſtinguit in l.ſi legatum,5. D.de oper.pub. Si, inquit, ſtatuas heredes damnati non poſuerint, vſuras leuiores intra ſex menſes: ſi minus, Semiſſes vſuras Reipubl. pendent. Leuiorum verbo Trientes intelligens, vt planè conſtat ex d.l.cùm quidam,17.in fi.de vſur. Siquidē & Lampridius auctor eſt, Alexandrum Seuerum Trientarium fœnus pecunia ſua exercuiſſe, itaque pauperibus opem tuliſſe. Ex quo pro-
C fectò intelligi eius reſponſi ratio poteſt, quod è Marcello Paullus citat in l.3.§.vl.D.ad leg.Falcid. Si Reipubl.in annos ſingulos legatum ſit, Marcellus putat tantum videri legatum, quantū ſufficiat ſorti ad vſuras Trientes eius ſummæ quæ legata eſt, colligendas. vnde, ſi quaterna annua legata ſint, quoniam vſura Triens quaterna efficit annua in centū, legata videbuntur centum. quid ita? quoniam eo modo tam heredi quàm Reipubl. teſtator videtur conſulere. illi ob ſortem exiguam, & vſuras leuiores: nempe trientes,
D ne ſcilicet graui aliquo legato illum oneraret: huic verò vt eſſet certa & perpetua hæc penſio. ſiquidē etſi maiorem ex ea ipſa ſorte vſuram legare potuiſſet, nō tamen ad eam, quam communiter & plerumq; conſequi poterat:ſed ad eā quæ perpetuò & facilè inueniri poteſt, reſpexit. vt certum eſſet illud Reip.legatum, & debitorem ſemper inuenire poſſet. Nam ad beſſem aut ſemiſſem nō tam facilè inueniri poſſent, qui Reipub. debere vellent: quippe cùm ſub iiſdem vſuris ab aliis mutuari poſſent, & hoc in huiuſmodi
E fœnore oneris accedit, quod Reipub. non niſi pignoribus idoneis & hypothecis debeatur: eáque ſoleat ad viuū quod ſibi debetur reſecare, nihil de iure ſuo cuiquam remittens:vt manifeſtò adparet ex l.ſi bene,32. D.de vſur. Vtut ſit, conſtat ſanè ex his quæ diximus vſuram Trientem leuem & perexiguam adpellari, leuiſſimam autem Vnciariam fuiſſe, quemadmodum & Quadrantem de qua nonnunquam in iure mentio fit:vt apud Scæuolam in l. liberto,21. §.largius,4. D. de ann.legat.& l.vlt. C.de petit.hered. Nunc viden-
F dū eſt quæ ſit vſura legitima, de qua tam ſæpè Iuriſconſulti mentionem faciunt. Et ſanè nonnulli in ea ſententia ſunt vt dicant, legitimam eandem eſſe quæ & alibi Centeſima dicitur. quod quidem eò magis videtur eſſe verū, quòd cùm Triphoninus in l.qui fine, D.de negoc.geſt. dixiſſet maximas, id eſt Centeſimas vſuras à tutore peti, qui pupilli pecuniā in vſus ſuos vertiſſet: Vlpianus in l.tutor qui repertorium,7.§.pecuniæ,12.D.de admin.tut. legitimas vſuras ab eodem deberi ſcribit. Verùm illos animaduertere oportuit
G quod idem Triphoninus notat in l. non exiſtimo,54. D.eo. multum referre palàm apertéque tutor ſe debitorem vt extraneum & quemlibet pupillo faceret, an ſub adminiſtratione tutelæ pupillique vtilitate latenter ſua cōmoda pecunia pupilli iuuaret. Nam hoc poſtremo caſu Centeſima debetur, quemadmodū ibidem reſpondit:ſed in pœnam tantùm, vt ex d.l.qui fine,34.de negoc.geſt. perſpicuum eſt. ſicuti eo quo-

que caſu quo tutor negauit habere ad alendos pupillos A penes ſe aliquid. ait enim Vlpianus in d.l. tutor, 7.§. idem ſolent, 8. quidquid conſtiterit penes eum eſſe, eius grauiſſimas vſuras pendi. Sed priore caſu, cùm ſine dolo & palàm apertéque pupilli pecuniam mutuatus eſt (id quod ei licet ex l. quoties, 9. §. non tantùm,4.eod.tract.) vſuræ tantùm pupillares debebuntur,id eſt,legitimæ minoréſque centeſimis, quéadmodum ex ead.l.tutor,7.§.idem ſolent, 8.intelligi poteſt. vbi manifeſtiſſimè legitimę diſtinguuntur à B grauiſſimis, cùm ait, Tutores qui negant habere aliquid ad alendos pupillos, grauiſſimas vſuras debere: reſiduarum autem ſummarum, pupillares: id eſt, vt poſtea interpretatur,legitimas.prætereà ex d. l. quoties, 9. §. item ſi temporali, in fi. vbi ſpecies refertur qua tutor pupilli ſub vſuris grauioribus debebat, q̃ ſint pupillares ſiue legitimæ. Nam Cẽteſima grauiores deberi non poterant. Quid multa? conſtat traiectitiæ pecuniæ nomine Centeſimã ſtatim atque periculum creditoris deſinit, conſiſtere. atqui Papinianus C in l.4.D.de naut.fœn.manifeſtiſſimè pronunciat vſuras legitimas deberi elapſo die periculi: quo quidem ipſo caſu Imperatores in l.1. C. eod. communes vſuras obſeruari ſcribunt. ex quo adparet eas eſſe dictas legitimas,quę communiter & plerumque in vſu ſunt: olim quidem beſſes, hodie verò Iuſtiniani conſtitutione ſemiſſes. Itaque quod Antoninus ait in l.1. C. de vſur. pup.& l.3.C.de adminiſtr.tut.eum tutorẽ, qui pecuniam in vſus ſuos conuertit, legitimas vſuras debere:de beſſibus aut ſemiſſibus tantùm intelligendum D eſt. quemadmodum etiam in l. ſi ex pactione, 14.l.cùm allegas,15.l.cùm non frumentum, 16. l. acceptam,19.C.de vſur.& l.pecuniæ,9.D.eod.

Ex his igitur intelligi poſſe arbitror,quis olim fuerit vſurarũ modus iure ciuili conſtitutus. Sciendum eſt prætereà ſuum cuiuſque regionis morem in vſurarũ modo fuiſſe: vt alibi maiores, alibi minores exſoluerentur.Sic enim Caius:Pecuniarum quoque licet videatur vna & eadẽ poteſtas vbique eſſe, tamen E aliis locis facilius & leuibus vſuris inueniuntur,aliis difficilius & grauib' vſuris.l.ideò,3.De eo quod cert. Papinianus,Cùm iudicio bonæ fidei diſceptatur, arbitrio iudicis vſurarum modus ex more regionis vbi contractum eſt,conſtituitur.l.1.D.de vſur.idem prætereà Paullus teſtatur in l.Caius, 11.eod.& l.cùm ſeruus,39.D.de leg.1. Itaque Cicero epiſtolarum ad Atticum libro quinto,cùm in Cilicia Prętor eſſet,refert ſe in edicto tranſlatitio habuiſſe, vt Centeſimæ cum Anatociſmo anniuerſario obſeruarentur: id quod F priores quoq; ſimiliter habuiſſe ſcribit. Ceterùm illud conſtat, nullas vnquã vſuras Centeſimã grauiores permiſſas eſſe,quemadmodum ex eadem Ciceronis epiſtola intelligi poteſt:vbi legem Gabiniã adeò centeſimæ exceſſum prohibuiſſe ſcribit,vt ne ſortem quidem ab iis peti permitteret,qui ſupra centeſimam quidquam ſtipulati eſſent: quin etiã præter amiſſam ſortem,certa pœna eos damnabat.Nã vt ſuprà ex eodem auctore docuimus, etiam acerbiſsimis fœneratoribus ſatis eſſe ea Centeſima vſura videbatur. Propterea̓que impudentem Scaptium adpellat, qui cùm G quaternas centeſimas à Salaminiis ſtipulatus eſſet, ſingulas centeſimas quas illi offerebant, accipere recuſaret.ſed & libro accuſationis tertio Verri obiicit, quòd pecuniam publicam ſibi ad emtionẽ frumenti adtributã binis centeſimis fœneratus eſſet.Porrò hæc de Prouinciis intelligi volumus:ſiquidẽ in vrbe Roma non ita promiſcuè Centeſima permittebatur. Id quod ex earũ epiſtolarũ lib.6. epiſt. 14. perſpicuũ eſt. vbi candidatos ſcribit pecuniam ad vſuram trientem habuiſſe,ſed vt tribubus ambitus cauſſa plus promitterent, duplicatã eſſe, & ad beſſem vſque perueniſſe. Fœnus, ait, ex triente Idib.Quint. factum erat beſſibus.Sed & idem ipſe lib.12.epiſt.1.apertè ſignificat ſe à Vectino debitore ſuo ſemiſſes accepiſſe: Metoníque alteri debitori eadem condicione pecuniã vt retineat concedit. Nec verò ex more tantùm cuiuſque regionis vſurarũ modus definitus eſt,verũetiã ex Principũ cõſtitutionib',ex l.cõſtitutionib',20.C.de vſur.

Quis ſit modus vſurarum ab Imperatore Iuſtiniano nouiſſimè conſtitutus: vbi diligentiſsimè declaratur l. eos, 26.C.de vſur.

Cap. VIII.

Oſtendimvs quis modus vſurarũ iure ciuili cõſtitutus eſſet:docuimus prætereà varias fuiſſe huiuſmodi conſtitutiones,ex cuiuſque regionis more & conſuetudine.Nũc videndũ eſt quæ ſit ab Imperatore Iuſtiniano nouiſſimè facta conſtitutio. Hæc enim & varietatẽ omnẽ ſuſtulit, & vnã ac ſimplicẽ regulã præſcripſit, ad quã vſuras omnes quacũque illę in regione & quacumque ex cauſſa petantur,exigi oporteat.Eum igitur ſic loquentẽ audiamus in l.eos,26.C.de vſur.Super vſurarũ verò quantitate, etiã generalẽ ſanctionẽ facere neceſſarium eſſe duximus, veterẽ duram & grauiſſimam earum molẽ ad mediocritatẽ deducentes. ideóque iubemus, illuſtribus quidẽ perſonis ſiue eas pręcedentibus minimè licere, vltra tertiam partẽ Centeſimæ vſurarũ nomine in quocũque contractu vili vel maximo ſtipulari. Illos verò, qui ergaſteriis præſunt, vel aliquã licitã negociationẽ gerunt, vſque ad Beſſem Centeſimæ ſuã ſtipulationẽ moderari. Ex his verbis intelligi poſſe arbitror,quantã Iuſtinianus adhibuerit prudentiã in vſuris ex æquo & bono moderandis. quod illi quidẽ certè eò fuit facilius, quia multiplices ac varias aliorum ante ſe prudentiſſimorum hominum ſententias perſpexit: ex quibus quæ probabiliores & æquiores viſæ ſunt,adhibito doctorũ virorũ conſilio ſelegit, & auctoritate ſua confirmauit. Quo magis arbitror equidẽ vnãquãque rem ad certam rationis normam dirigens, & earum momenta diligentiſſimè perpendens, eã Iuſtiniani conſtitutionem religioſè tenendam atque obſeruandam eſſe: neque leui aliqua de cauſſa ab illius regula diſcedendum. Nam primum omniũ ſatis conſtat ex his quæ paulò ſuperiùs cõmemorauimus,cùm vſuræ ob eã tantùm cauſſam inſtitutæ ſint, vt id quod creditorũ intereſt vſu carere ſuæ pecuniæ ab eo qui fruitur reſarciatur: huius compenſationis modũ ad eius incõmodi rationem exigendã eſſe: vt quo quidque minus aut maius adpareat, eò maior aut etiam vberior vſura rependatur. Cùm autẽ non eadem omniũ perſonarum incommodi ratio ſit, ſed huius minus, illius verò plus interſit carere ſua pecunia: eſt illud etiam æquiſſimum, non eandem omnibus promiſcuè vſuram permittere: quemadmodũ imperiti medici ægris omnibus eandem medicinã præſcribunt: ſed aliis minorem, aliis verò ampliorem. Exempli cauſſa: nemo dubitat quin mercatorum & negociatorum plus interſit,vſu carere ſuæ pecuniæ, quàm illuſtris cuiuſdam perſonæ. nam illi lucrũ ex ea facere conſueuerunt, emendis & vendendis mercibus: quemadmodum etiam Hermogenianus notat in l. vlt.

vlt.D.de peric.& comm.rei vend.& Vlpianus in l.2. in fin.D.de eo quod cert.loco. Itaque maiores multo vſuras negociatori deberi, quàm illuſtri perſonæ iuſtiſſimum eſt. Eius rei diligentiſſimè rationẽ habuit Iuſtinianus in ea quam modò recitauimus,l.eos, 26. de vſur. Nam illuſtribus quidem perſonis, trientes tantummodò permiſit:negociatoribus verò,quorum damnũ maius eſt, beſſes. Porrò iis perſonis quæ medium locum obtinent, id eſt, neque negociationem exercent, neque honorem illuſtriũ adeptæ ſunt: medias quoque vſuras inter vtraſque ſuperiores permiſit,nempe ſemiſſes.ídque ob eam rem, quòd hæ perſonæ non ſolent ex pecuniæ ſuæ fructu tantum ſibi comparare commodi, quantũ negociatores adſidui: aliquando tamen amplius quàm illuſtres, qui nullo modo negociationẽ exercent. Atque huius quidem rationis momentum adeò ſpectandũ eſt, vt ſimulátque ceſſare cœperit, ceſſet etiam hoc priuilegium: quippe quod perſonale ſit,vt adparet ex l.priuilegiũ, 196.D.de reg.iur.& præcipuè ex l.Titia,87.§.1.D. de leg. 2. Itaque ſi creditor, cui beſſes pendebantur ob negociationis cauſſam, negociator eſſe deſierit, minimè dubium eſt,quin debeant vſuræ deminui.Quid igitur ſi cùm negociator non eſſet, eſſe poſteà cœperit? eóne beſſes deberi incipient? id quod prima ſpecie dici fortaſſe oportere aliquis exiſtimet:præſertim cùm eadẽ hac in re ratio pariter æquabilitérque valeat. Sed tamen hoc verum non eſt. Nam de vſuris quæ ipſo iure debentur hîc non agimus: ſed iis tantùm quæ in ſtipulationem deductæ ſunt. Vnde non mirũ videri debet, ſi maiores non debeantur, quàm quæ ſtipulatione comprehenſæ ſunt: vt pote cùm eo tempore quo ſeſe quis ad negociationem conuertit, maiores ſibi ſtipulari liceat. Nec ad rem pertinet quod ſcribit Paullus in l. cùm quidam, 17. §. ex locato, 4. D.de vſur. ſi debitores qui minores ſemiſſibus vſuras præſtabant, fiſci eſſe cœperunt, poſtquam ad fiſcũ tranſierunt ſemiſſes cogendi ſunt præſtare. quaſi ius idem in negociatore ſtatui debeat. Nã hîc alia ratio eſt: nempe propter fiſci priuilegium, quod ferè ſemper à communibus iuris regulis ſolet diſcedere. Siquidem & quibus caſibus ſine ſtipulatione vſuræ aliis non debẽtur ipſo iure fiſco & Reipub. debentur. l. Caius Seius, 11. D. eod. Atque hæc quidem de vſuris, quæ in ſtipulationem à creditore deducuntur, hactenus dicta ſint.nunc de iis quæ citra ſtipulationem vel ex nuda conuentione vel ipſo iure, debentur diſſeramus. Imperator ait, Et eã quantitatem vſurarum, etiam in aliis caſibus nullo modo ampliari, in quibus citra ſtipulationem exigi vſuræ ſolent. Et quam tandem quantitatem intelligit? vtrùm hanc vniformẽ de qua poſtremò locutus eſt, ſemiſſem: an illã variam & pro cuiuſque damni ratione diſtinctam? Sed cùm eadem citra ſtipulationem differentia damni adpareat, vt alius minus, alius verò grauius ſentiat, non minus adhibita quàm non adhibita ſtipulatione: ridiculum eſſet, vnum idémque omnibus malis remedium adhibere. Quamobrem id quidem non eſt dubium, quin ea clauſula referri debeat ad variã illã & multiplicẽ vſurarũ rationẽ, de qua inde vſque ab ipſius legis initio tractauerat, eóq; ſi & negociatori & illuſtri perſonæ ſimul quædã pecuniæ ſumma legata eſt, & morã heres fecerit, quoniã plus intereſt mercatoris, quàm alterius, vſu carere ſuæ pecuniæ: beſſes illi quidem deberi, huic verò trientes. Notandum eſt autem citra ſtipulationem vſuras deberi bifariam: nempe nuda

A conuentione, & propter moram ipſo iure. Ac nuda quidem conuentione vel cùm pignus à debitore datum eſt ex l.ſi vſuras,21.l.pignoribus,22. C.de vſur. quod ipsũ ita tamen intelligendum eſt, ſi modò non tantùm pro ſorte, ſed etiã pro vſuris nominatim pignus datum eſt ex l.per retentionẽ,4.C.eod. vel cùm frumentũ, hordeum, & res huiuſmodi quæ in abuſu conſiſtunt ſortem faciunt,l.frumenti, 12.C. eod. ipſo verò iure vſuræ,vt diximus, propter morã debentur.

B veluti ſi mora in ſoluendo fideicommiſſo vel precio rei venditæ,vel locatione & ſimilibus commiſſa ſit.l. mora fieri,32.§.1.D.de vſur. atqui ſic ſe res habet, vt ſi mercator decem dando de vſuris beſſibus conuenerit,& in eas pignus acceperit,licet nullam ſtipulationem interpoſuerit, pignus tamen pro beſsibus retinere poſsit. Ex quo conſequi illud neceſſe eſt quod modò dixi,non ſolùm ex ſtipulatione beſſes permitti, verumetiam ex nuda conuentione citra ſtipulationem. Quod autem ad eas pertinet quæ ipſo iure

C citra vllam conuentionem debentur:ſimiliter adfirmare non dubito,cùm eadem ratio ſit differentię quę in ſtipulatione eſt, idem quoque diſcrimen adhiberi oportere.Alioqui enim quid dicemus? Cùm mercator ipſe ſibi de vſuris conſulit, eáſque ſtipulatus eſt, beſſes ei permittuntur. Quòd ſi vxorem duxerit ea condicione & ſpe adductus,vt dotis nomine ſummã haberet pecuniæ,de qua poſteà negociaretur:quoniã ſtipulationem nullam vſurarũ interpoſuit,ſi ſocer eius dotẽ retineat,minus cõſequetur quã eo caſu, quo

D ipſe ſibi de lucro ſuo cauit: ſemiſſem ſcilicet, cũ beſſem habere ex ſtipulatione potuiſſet.Quid hoc abſurdius fingi aut cõmemorari poteſt? neq; enim dubiũ eſt, quin lex aut plus aut ſaltẽ tantũdẽ faueat iis vſuris,quæ ex mora veniunt,quantũ iis quas ſibi quis ex mutuo ſtipulatus eſt:quia hæ ſemper ſuſpicionẽ aliquã improbi lucri ſecũ ferunt.Quare ſi qui beſſes ſtipulatus fuerit ei tantas exigere permittatur, alij non æquè,legis æquitati derogabitur. Verũ fortaſſe dixerit aliquis,abſurdũ eſſe,ſi mora illuſtri facta minus pu-

E niatur,quã quæ mercatori. Sed reſpondeo,perſonarũ rationẽ in hac lege non haberi:verũ eius tantũ quod creditoris intereſt. quód ipſum in aliis quidẽ maius, in aliis verò certè minus eſt. Alioqui abſurda quoque lex iudicanda eſſet,quæ Reip. morã factã ab eo à quo ei legatũ eſt trientibus tantũ vſuris punit,in l.cũ quidam,17.ad fin.D.de vſur. vili autẽ perſonę ſemiſsibus. At enim ſi tã leues vſuræ ei permittantur,qui perſonis illuſtribus ipſo iure debebit, allicerentur iſto modo debitores ad morã perpetuò cõmittendam: quia

F lucrum eſt potiùs quàm damnũ, trientes tantùm ob centum exſoluere. Sed huic quoque obiectioni reſponſio parata eſt.Primùm quia hoc incõmodum adferri poſſet etiam in mutuo, in quo perſonis illuſtribus non grauiores trientibus debentur. Idem etiam in Reipublicæ legato, & ceteris eiuſmodi. Deinde notandũ eſt,non tam haberi rationem vt qui moram fecit plectatur,quàm vt damnum datum reſarciatur. Certum eſt autẽ maius eſſe damnum,quo negociator adficitur, cùm vel dos promiſſa,vel alia quauis cauſſa aliquid ei retinetur: quàm lucrum quod debitor

G illuſtris perſonæ ex leuitate vſuræ trientis conſequitur. Ne multà, ſicuti triens dumtaxat Reip. permittitur,quẽadmodum ſuprà docuimus ex l. 3.§. vlti.D. ad leg. Falcid. & paulò antè ex l. cùm quidam, 17.in fin. D. de vſur. ídque ob eam rationem, quia minus intereſt Reipub. vſu carere ſuæ pecuniæ, quàm negociatoris: ita æquum eſt, cùm hæc eadem ratio va-

leat in illuſtri perſona, multo minores iis in quouis caſu permittere, quàm negociatoribus: neque ſpectari, vtrum ſtipulatio interuenerit, an non: ſed tantùm id quod intereſt. Eſtque illud ridiculũ quod quidã diſputant, ſi is qui ab illuſtri mutuò accipit, quãuis ex illius voluntate & conſenſu pecunia eius vtatur, trientem tamen perſoluit: quare is qui fideicommiſſum eidem vel dotem vel rei venditæ preciũ non ſoluit, nec volente nec conſentiente eo pecuniã contrectat, non puniatur grauiùs, quàm is qui eo volente pecunia vtitur? Nam idem hoc pacto in mercatore dicendũ eſſet, vt beſſe amplius ſoluatur ab eo, qui iſtis caſibus moram ei fecit, quàm qui mutuũ acceperit. Atqui ſi omnes ad ſemiſſem redigãtur, tantum abeſt vt mercatori aliquid præter communẽ vſuram adiiciatur, vt etiã de ea vnciæ duæ detrahantur. Sed fortaſſe quibuſdam videbitur idem hîc conſtituendũ eſſe quod in Raptore, qui eo plus fure punitur: quia omnimodò, id eſt, ſiue clam, ſiue manifeſtò rapiat, in triplum condemnatur: cùm fur interdũ in duplum, interdum in quadruplũ plectatur. Quare is qui morã in ſoluendo legato vel precio fecerit, grauiùs puniri videbitur ſi omnimodò, id eſt nulla perſonarum diſtinctione facta ſemiſſes ſoluat. Verùm animaduertere nos oportet, longè diuerſam eſſe raptoris cauſſam, atque huius debitoris. quoniam non tã habeatur eius debitoris condemnandi ratio, q̃ cõpenſandi creditoris. contrà quàm in Raptore: qui quomodo plectatur tantummodo ſpectatur: quia & rem & damnum dominus alia actione perſequitur.

Quibus caſibus vſura Centeſima debeatur: de nautico fœnore multa, & quæ fuerit in eo exercendo recepta conſuetudo: vbi quædam obſcuriſſima & difficillima leges explanantur.

Cap. IX.

Modvs igitur vſurarum pro cuiuſque detrimenti ratione à Iuſtiniano ita conſtitutus eſt, vt ſẽper ſubſequens ſextante, id eſt, vnciis duabus pręcedentẽ excederet. Nã Trientes ab illuſtribus exigi permiſit, id eſt, quattuor in cẽtũ: ab aliis cõmuniter Semiſſem, id eſt, ſex: à negociatoribus beſſem, id eſt, octo. ſed alij tamen caſus ſunt nonnulli, quibus maiores etiã permittuntur, neque ſextante tantùm, verùm etiam triente ampliores: nimirum vſque ad Centeſimam, quæ quattuor vnciis beſſem exſuperat. de quib⁹ caſibus breuiter deinceps explicandũ eſt. Primus autẽ eſt in pecunia Traiectitia, quam Modeſtinus in l. 1. D. de naut. fœn. & prætereà Scæuola in l. q Romæ, 122. §. 1. D. de verb. oblig. ita interpretantur, vt ea ſit, quæ creditoris periculo trans mare vehitur, ſiue illa ipſa, ſiue etiam merces ex ea cõparatæ reportentur: modò creditoris periculo vtręque nauigent. Hac de cauſſa Iulius Pollux duplex in hoc genere fœnus eſſe ſcribit ἑτερόπλουν & ἀμφοτερόπλουν. illud cùm pro cõmeatu tantùm, hoc cùm pro remeatu etiam vſura percipitur. Demoſthenes autẽ in oratione πρὸς Φορμίωνα, cùm pecuniam mutuã à Lampride nauiculario Phormio accepiſſet, Athenis in Pontũ, & Ponto Athenas traiiciendam, ita inquit, καὶ ἔτος μὲν ἐδάνεισεν αὐτῷ δισχιλίας δραχμὰς ἀμφοτερόπλουν, ὡς ἀπολαβεῖν ἀθήνησι δισχιλίας ἑξακοσίας δραχμάς. Exſtat etiã huius Amphoteropli exẽplũ in eiuſdem oratione quæ πρὸς λακρίτου παραγραφὴν inſcribitur. vbi Androcles & Naucrates pecuniam fœnerari erant Artemoni, & Apollodoro Phaſelitis ad tria millia

A drachmarum, vt Athenis pecuniam Mendam exportarent, & rurſus ſi vellent, Athenas cum mercibus reuerterentur. Apud Scæuolam quoque in d. l. qui Romæ, 122. D. de verb. oblig. ſpecies huiuſmodi fœnoris refertur, qua merces à Beryto comparatę Brẽteſium, & rurſus quæ Brenteſio cõparandæ eſſent Berytum periculo creditoris inuehebantur. Fœnus autẽ quod ob hoc ſuſceptum periculum pecunię traiectitiæ pendebatur, Nauticum à noſtris adpellatur: & in-
B terdum ab ipſis exercitoribus nauium dabatur: vt apparet ex ea quã dixi Demoſthenis oratione πρὸς Φορμίωνα. vbi ait Lampridem nauicularium Phormioni mutuam dediſſe pecuniam, & Vlpianus ait, in l. vlt. D. naut caup. plerúmque eundem & nautam & mercatorem eſſe. cùm enim ipſi nauem gubernarent, periculum facilius præſtabant. Prętereà Paullus ait, pecuniæ traiectitiæ hanc eſſe condicionem, vt creditor recipiat ſe facturum, vt intra certa tempora nauis ad eũ locum perueniat. l. fœnerator, 6. D. eod. alioqui e-
C nim diutiſſimè nauem in itinere detineret, vt eò magis intereà vſuræ excurrerent. quamquã paſſim etiã ab aliis exerceri ſolitum eſſe non dubium eſt, qui ipſi & periculum ſortis ſuſcipiebant, & intra certum tempus recipiebant nauem ad conſtitutũ locum peruenturam. Dabant enim nautæ cuidam, quem peritũ cognoſcebant, eã prouinciã. Porrò hę vſurę dicuntur etiã Maritimæ. itáque à Paullo adpellãtur in l. fœnerator, 6. D. eod. ſed certè obſeruare illud oportet, non propriè eſſe hanc, vt adpellatur, vſurã: quia non
D tam ob vſũ æris alieni & tẽporis interuſurium ſoluitur, quàm ob ſuſceptũ periculum, cõtra mutui naturam ad creditorẽ pertinẽs. Nã ſi creditor negociator eſt, beſſes exigit ex iure cõmuni. ſi nõ eſt, ſemiſſes. ꝙ quidẽ ſatis eſſe iudicatur ad vſuram, id eſt, ad cõpenſandũ dãnum quod accipit carens vſu ſuæ pecuniæ. ſed propter periculum vel trientẽ inſuper, vel ſemiſſem accipit: qua de cauſſa neq; vſus merces rectè adpellabitur, quo modo ſuprà Vſurã definiuimus: ſed vt Scæuola diſertè adpellat in l. periculi, 5. D. eo. periculi
E precium. etſi enim de Traiectitia non loquatur, ſatis tamẽ id indicat, cũ ait, nõ tantùm eſſe periculi preciũ in ſupradictis, ſed & in aliis caſibus, de quibus agit eo loco. quãquã quoniã nõ ſemel id datur ꝓ periculo, ſed augetur ſucceſſu tẽporis, vſura etiã vulgò ea ratione adpellatur. contrà quàm in caſibus d. l. periculi, 5. quę non agit de vſura, nec de ſumma quę ſucceſſu tẽporis augetur, ſed de certa ſumma ſemel ſoluenda in exitũ condicionis. In quo illud etiam notandum eſt, cùm de Centeſima nautica loquimur, eam quoque vſurã
F imputari quæ ſine periculo debebatur: ob eãque cauſſam iuſtiſsimè Iuſtinianum veteres leges & reſponſa Iuriſconſultorum ſecutum, Centeſimã in hoc genere permiſiſſe. Etſi enim prima ſpecie ampliſſima illa ſũma videatur: tamẽ ſi quis attentiùs conſideret quãtã fortunã, quámque magna & crebra pericula ſubire neceſſe ſit eum, qui hoc nauticum fœnus cõmuniter exercet: profectò intelliget, tantam vſuram non eſſe præter modũ permiſſam. pręſertim cùm tantiſper ſolùm permiſſa ſit, dũ periculum naufragij durat. ſic e-
G nim reſpondit Papinianus: Nihil intereſt traiectitia pecunia ſine periculo creditoris accepta ſit, an poſt diem conſtitutum, & condicione impleta periculum creditoris eſſe deſierit, l. 4. D. de naut. fœn. vnde conſtat non magnum inde lucrũ ad creditorem reuerſurum: quippe cùm nauigatio mercaturæ cauſſa non valde diuturna ſit. Nam ad tres, aut quattuor, ſéxve ad ſummum menſes fortaſſe durabit: cũ tamen in ſum-

in sūmū & vitæ & fortunatū diſcrimen nauicularius
adducatur. Porrò illud ſcire oportet, quod video nō-
nullos eóſque non indoctos ignoraſſe, vſuram mari-
timá ſimulatque nauis nauigabat deberi cœpiſſe: nō
autem poſtquam tempus, intra quod pecunia reddi
debet, elapſum eſſet: vt quidam arbitrantur propter
l.pen.D.eo.vbi ait Vlpianus, Pecuniæ traiectitię pœ-
nam peti non poſſe, ſi per creditorem ſtetiſſet, quo-
minus eam, pecuniam ſcilicet, intra tempus præſti-
tutū accipiat. Nam etſi Pœna ſæpenumero pro vſura
ponitur, quemadmodum ſuperiùs latè docuimus: ta-
men hoc neque perpetuum eſt, neq; in ea re hoc lo-
co accipitur. alioqui enim ſequeretur vſuram nauti-
cam nunquā deberi, niſi poſt diē elapſum, quo ſolui
promiſſa eſt: id eſt, quo periculū elapſū eſt. quo nihil
dici poteſt abſurdius. quippe, cùm Centeſima ob ſo-
lum periculū permittatur, eóque ceſſante continuò
intermittatur, l.4.D. de naut.fœn. Ergo admonendi
ſumus, hunc morem in pecunia nautica in vſu fuiſſe,
vt creditor ſeruum mitteret, qui eam pecuniam pete-
ret eo die, quo debitor ſe ſoluturum receperat: quem-
admodum ex l. qui Romæ, 122.§.1.D.de verb.oblig.l.
traiectitiæ, 23. D.de act.& obl. & l.4.D.de naut.fœn.
intelligi poteſt. Et quia intereà eius ſerui operas cre-
ditor amittebat, pœnā in ſingulos dies ſtipulabatur,
niſi eo die ſoluta eſſet. itémque ſumtus eius, qui eā
pecuniam perſequeretur, vt eam ad creditorē repor-
taret. Sic.n. Paullus ait: Traiectitiæ pecunię nomine,
ſi ad diem ſoluta non eſſet, pœna, vt adſolet, ob operas
eius qui eam pecuniam peteret, in ſtipulationē erat
deducta. item in l.vl.D.de naut.fœn. Si traiectitię pe-
cunię pœna, vti ſolet, promiſſa eſt, & l.qui Romę, 122.
de verb.obl. præſtaret ſumtus omnes perſequentib.
eam pecuniam, vti in vrbē Romam reportarent. Ex
quibus intelligi debet, præter vſuram, pœnam etiam
in his contractibus adiectam eſſe. & quod in d.l.pen.
Seruius reſpondit, Pecuniæ traiectitiæ pœnam peti
non poſſe, ſi per creditorem ſtetiſſet, quo minus eam
pecuniam intra tempus præſtitutū acciperet, de hac
pœna pręter vſuram adiecta accipiendum eſſe: vt de-
bitor eam non debeat, ſi per eum non ſtetiſſet, quo
minus ſua die ſortem exſoluiſſet. Simul illud perſpi-
cuum eſſe poteſt de hac ipſa pœna loqui Papinianū
in d.l.4.D.eod. quæ ſanè ſubdifficilis alioqui videri
poſſit: cùm ait, Pro operis ſerui traiectitiæ pecu-
niæ cauſſa ſecuti, quod in ſingulos dies in ſtipula-
tum deductum eſt, ad finem Centeſimę nō vltra du-
plum debetur. Sic.n. ea verba diſtingui oportere arbi-
tror, Antonij Auguſtini ſententiam ſecutus, libri E-
mendationum primi capite octauo. vt hæc clauſula,
Nec pignora vel hypothecæ titulo maioris vſuræ te-
nebuntur, præcedēti ſententię cōiungamus: propter-
cà quòd dubitari poterat, an pignora pro Centeſima
oppoſita, elapſo, & vt Papin. ait, diſcuſſo periculo ad-
huc pro tanta ſumma teneri poſſent: præſertim cùm
etiā vltra Cēteſimā pignora oppoſita retineri ſolerēt,
vt adparet ex l.penult. C.de vſur. quod autem ſequi-
tur ita explanemus, Quod pro operis ſerui traie-
ctitiæ pecuniæ cauſſa ſecuti in ſingulos dies (eo poſt
tempore quo ſors non ſoluetur) in ſtipulatum dedu-
ctum eſt (nomine ſumtuum & operarum) ad fi-
nem centeſimæ (id eſt, cùm centeſima integra in ſti-
pulatū deducta eſt: ridiculum eſt enim de fine centū
menſium intelligere, quaſi diceret cùm vſura ſor-
tem æquarit, quia nunquam ferè nauigatio tam lon-
ginqua ſuſcipitur) non vltra duplū debetur, id eſt, ſi
pœna, vti adſolet, præter vſuras ſtipulata eſt ob ſerui

A operas & ſumtus, ea pœna non debet ad centeſimam
adiicere. fieret enim fraus legi: ſed ſi quid deſit cente-
ſimæ, iſta pœnę adiectione id ſuppleri poterit. In hoc
autem duplo, de quo Papinianus loquitur, ſors ipſa
ſimplum facit: vt ex l.pen.C. de vſur. intelligi poteſt,
& poſteà latiùs docebimus. ex quo etiam ſi quis ma-
lit, Non vltra duplum centeſimæ debetur, legere: vt
Budæus & Haloander exiſtimant, nihil eſt quod val-
de refragari poſſimus. nam, vt dixi, erat id vetere iure
B permiſſum, vt Iuſtinianus docet: nimirum cùm lice-
ret ſtipulari certá ſummā non menſtruam, ſed vnā in
omne tēpus nauigationis, & negociationis exitum:
quēadmodum Athenis fieri ſolebat, vt apparet ex De-
moſthenis oratione πρὸς Φορμίωνα. Verùm cùm hęc via
eſſet apertiſſima fraudem vſurarum legibus faciendi,
cùm maior ſumma vulgò ſtipularetur, quàm quę pro
vſura exigi potuiſſet: conſtitutum eſt, vt ſiue in pecu-
nia, ſiue in aliis ſpeciebus traiectitiis, non amplior
centeſima daretur: exceptis tātùm his caſibus, de qui-
C bus agit Scæuola in l. periculi, 5. D.eod. veluti ſi pi-
ſcatori erogaturo in apparatum plurimum pecuniæ
dederim, vt ſi nihil cepiſſet, nihil redderet: ſi cepiſ-
ſet, certá lucri partē vnà cum ſorte redderet. Nā hæc
adceſſio vſura nominari nō poteſt. primū quia ſemel
vna exſoluitur, nec ſucceſſu tēporis augeſcit: deinde
qa nō eſt preciū vſus, ſed ſolius periculi: vt clarè Scæ-
uola pnūciat in d.l.periculi, 5. Hactenus de traiecti-
tia pecunia, & fœnore nautico ſatis dictū ſit, qui pri-
mus caſus eſt in quo vſura, vt dixi, centeſima ab Imp.
D Iuſtiniano permittitur. nūc ſequitur vt de aliis caſib.
videamus. In traiectitiis, inquit, cōtractibus, vel ſpe-
cierū fœnori dationibus vſq. ad cēteſimā tantūmodò
licere ſtipulari, nec eam excedere: licet veteribus le-
gibus hoc fuerat cōceſſū. Quæ verba eò lubētius ad-
duximus, quoniā dubitationē certè nō paruā adferūt,
vtrùm in traiectitiis tantùm contractibus, an verò in
ſpeciebus etiam nō traiectitiis ea cēteſima permitta-
tur: veluti vino, oleo, frumēto, & ceteris præter pecu-
niam quæ in abuſu cōſiſtunt. Qua de re etſi ſubdiffi-
E cile eſſe arbitror certū iudicium interponere, tamen
quoniā eò nos inſtituta diſputatio perduxit, nos no-
ſtram ſententiā breuiter exponemus: de qua poſteà e-
ruditi & ingenioſi homines ſtatuere poterunt. Exi-
ſtimo autem equidem, Iuſtiniani verba perpendens,
diſtingui ab eo contractus traiectitios, ab iis con-
tractibus, quibus ſpecies fœnori datæ ſunt. Neque
hos contractus ſub illis ita comprehendi, vt de ſpe-
ciebus ſub qualitate traiectitiæ pecuniæ fœneratis
loquatur: ſicuti nonnulli homines, & ij quidem e-
F ruditi exiſtimant. Nam & verba ipſa euidenter aliud
ſonant. non enim dixit, In traiectitiis pecuniis: vt
poſteà ſpecies à pecuniis diſtingueret, quamuis
largè ſub nomine pecuniæ comprehenderentur:
ſed Traiectitiis contractibus. quo verbo ſiue ſpe-
cies, ſiue aliæ quæuis res Traiectitiæ in contra-
ctum deductæ comprehenduntur. Sed profectò ita
ſe rem habere ſentio, vt & Traiectitiarum rerum
contractus à ſpecierum fœnoribus non traiectitiis
diſtinguat: & duos caſus diuerſos referat, quibus
G vſura centeſima permittatur, fœnus videlicet pecu-
niæ traiectitiæ, & ſpecierum non traiectitiarum.
Quod certè mihi quidem eò probabilius ac veri-
ſimilius eſſe videtur, quòd in l. oleo, 23. eodem
tract. dilucidè permiſerit in ſpecierum fœnoribus
maiores vſuras ſtipulari, quàm quæ communiter
permitti ſolent. ſic enim ſcribit, Oleo quidem vel
quibuſcumq. fructibus mutuo datis, incerti precij ra-

tio additamenta vſurarum ſuaſit admitti. Cuius legis A hanc ego rationem eſſe arbitror: quia ex ſpeciebus mutuo datis, vberrimus quæſtus fieri poteſt ob immutationem precij. Nam ſi precium augeatur, cariſſimè vendi poterunt: itáque debitor quamplurimũ lucri faciet: quippe, qui eo tẽpore non reddet, ſed aliud tempus exſpectabit, quo preciũ decreſcet. Quod ſi euenerit, modò æquè bonas reddat, quamuis minoris multò emerit, quàm eas quas acceperat vẽdiderit, tamẽ liberabitur, d.l.cùm quid, 3. D.ſi cert.pet. ex quo B magnum ipſe quidem emolumentum percipiet, creditor verò damnum: vtpote qui ſuas res tanti potuiſſet vendere. & certè ob hanc ipſam cauſſam credibile eſt fauorabiliores fuiſſe ſpecierum vſuras, vt adparet ex l.frumenti, 12.C.de vſur. vbi contra communes vſurarum regulas etiam ex nudo pacto ſpecierum vſuras deberi ſcribitur, & ex l.ſi ea, 14.C.eo. vbi ſi fructus vſurarum loco promittuntur, propter incertitudinẽ prouentuum fauetur creditori, & maiores legitimis permittuntur. Quare cùm in d.l. oleo, 20. grauiores C beſſibus permittantur in ſpecierum contractibus, profectò veriſimile eſt, eo quoque caſu centeſimam permiſſam eſſe. quamquam ita rem omnem apertam eſſe arbitror, vt iam coniectura nulla aut argumentatio quærenda ſit. Scribit enim Iuſtinianus in traiectitiis contractibus & ſpecierum fœnori dationibus maiorem centeſima vſuram veteribus legib. conceſſam eſſe. Id autem in ſpeciebus etiam non traiectitiis permiſſum eſſe perſpicuè intelligitur ex l.1.de vſur.lib.Cod.Theodoſiani ſecundo. Quicumque, ait, D fruges humidas vel arentes indigentibus mutuas dederint, vſuræ nomine tertiam partem conſequentur. vt ſi ſumma crediti in duobus modiis fuerit, tertium modium amplius conſequantur. quę lex ad ſolas pertinet fruges. nam pro pecunia vltra ſingulas centeſimas creditor vetatur accipere. Hæc Conſtantinus. In his tamen illud notandum eſt, quod Gordianus ait in l.cùm nec frumentum, 16.C.eod. locum hanc habere vſuram centeſimam eo ſolo caſu, quo ea de qua dixi, ratio locum habet. nimirum cùm ex augmento E precij ſpecierum poteſt debitor emolumentum percipere. ob eámque cauſſam ſpecies ipſas mutuò dandas eſſe: quia ſi earum æſtimatio in pecunia numerata detur, quoniam ea ratio ceſſat, ſimiliter ea centeſimæ permiſſio ceſſabit. Enumerauimus duos caſus quib. vſura centeſima debeatur: de ceteris videamus. Perſpicuum eſt ex l.1.& 2.C.de vſur.rei iudicatæ, ante Iuſtiniani Imperium eum qui condemnatus poſt legitimum tempus non paruit ſententiæ, centeſimã vſuram debuiſſe. Verùm id Iuſtiniani Imperio abro- F gatum eſt. Tertius igitur caſus eſt in l. qui ſine, 38.D. de negoc.geſt. vbi Triphoninus ſcribit, ſi quis eius pecuniam cuius tutelam negociáve adminiſtrauit, aut magiſtratus municipij publicã in vſus ſuos conuerterit, à Diuis principibus conſtitutum eſſe, vt maximas vſuras præſtet. id quod ego de cẽteſimis accipio, vt illud ipſum quod idem ait in l.non exiſtimo, 54.D. de adm.tut. tutorem qui clam & ſub adminiſtratione tutelæ, pupillíque vtilitate, latenter ſua commoda pupilli pecunia iuuaret, maximas vſuras debere. Itẽ G illud quod Vlpianus ſcribit in l. tutor qui repertorium, 7.§.idem ſolent, 8. D.eod. Tutores qui negant habere ad alendos pupillos penes ſe aliquid, eius grauiſſimas vſuras pendent. Nam quod ad legitimas vſuras pertinet, de quib. agitur in l.ſi curator, 3.D.arbi. tut.& l.1.C.de vſur.pupil. nos quidem cuius illæ generis fuerint, alibi ſatis ſuperq; oſtendimus. Semiſſes enim dumtaxat intelligi docuimus, non autem centeſimas: ſicut apparet ex d. l.tutor, qui repertorium, 7.§.ſi deponi, 7. vbi Vlpianus ait, Si præceptum eſt vt pecunia pupilli deponatur, & tutor neglexerit (quod idẽ eſt cum d.l.43.C.arbit.tut.) legitimas vſuras præſtari, quas paulò pòſt pupillaribus cõparat: id eſt, ex Iuſtiniani cõſtitutione, ſemiſſibus. Quartus caſus eſt in ſpecie l.4.C.de ædific.priuat.& l.quod duobus, 52. §.idem reſpondit, 7.D.pro ſocio, vbi ſi ſocius ædificij ad refectionem eius recuſet ſumtus conferre, is qui ſolus ædificauerit, poterit aut centeſimam cum ſorte intra menſes quattuor, poſtquam opus refectum erit, aut id quod ſua intereſt recipere: aut deinceps rem ipſam ſibi vindicare.

Vſuras vltra duplum non deberi, quibuſdam tamen caſibus id permitti poſſe. Declaratur lex illa tenebricoſa & perdifficilis, & multorum diſputatione agitata, cuius initium eſt, Vſuræ, C.de vſur.

CAPVT X.

QVEMADMODVM vſuris à iure ciuili modus eſſet neceſſariò impoſitus, ſatis explicatum eſſe arbitror ſuperiore diſputatione. Oſtendimus enim, primùm quidem iis rebus, quæ vſuras parerent, ita eſſe modum adhibitum, vt ne ob alias vllas res quàm quæ in abuſu cõſiſtunt, vſuræ caperentur: tum prætereà ne vſuræ vſuras parerent. Docuimus etiam vſurarum, id eſt, ſummæ menſtruæ quantitatem, ad certum modum redactam eſſe: nimirum vt vel triẽtem, vel beſſem, ſemiſſémve, aut centeſimam non excederent. Nunc ſupereſt vt de alio genere videamus: nempe quis modus vſurarum numero præſcriptus eſt, & quem excedere, cùm eò peruenerint, non liceat. Nam cùm vſura verè ſit, vt Hebræi acutiſſimè adpellarunt, morſus & paſtus, & qui ſenſim & per particulas patrimonium hominis exedit, ſi perneceſſariũ eſſe viſum eſt, modũ particulis præſcribere, ne ſimul vno hauſtu omnes hominis facultates depaſcerẽtur: modũ etiã morſuũ numero imponi oportuit: vtpote qui quãuis minuti, ſi ꝑpetuò procederent, lõgiore quidẽ tẽpore, ſed tamẽ ad extremum totũ hominis patrimoniũ abſumerẽt: quemadmodũ ſibi cõtigiſſe queritur apud Liuiũ Cẽturio quidam, qui cùm iudicatus pecuniæ nexũ duceretur, vociferatur ſe multiplicẽ iam ſortẽ exſoluiſſe, & mergẽtibus ſemper ſortẽ vſuris obrutũ fœnore eſſe. Scribit igitur Vlpianus in l.nihil intereſt, 4.D.de naut.fœn. & l.ſi non ſortem, 26.D.de condict.indeb. conſtitutũ eſſe, vt ſupra duplũ exigi vſurę nõ poſſint, etiã in nautica pecunia: ſed vt ſimulátq. ſortem æquarint, conſiſtant. idémque ipſum à Lucullo cõſtitutum eſſe Plutarchus in eius vita ſcriptum reliquit. πρῶτον μὲν γὰρ ἑκατοστὴν ἐκέλευσε, καὶ μὴ πλέον εἰς τοὺς τόκους λογίζεσθαι. Δεύτερον δὲ τοὺς μακροτέρους τοῦ ἀρχαίου τόκους ἀπέκοψε. i. Primùm quidẽ prohibuit ne quid ámplius Centeſima in vſurarum rationẽ referretur: Secundò ampliores ſorte vſuras amputauit. ἀρχαῖον. n. Sortẽ Gręci adpellãt, vt ſuperius diximus: & puerilis error eſt interpretis qui τῶ ἀρχαίω, Solito antiquo more, cõuertit. Idẽ prætereà apud Ægyptios cõſtitutũ eſſe, docet Diodorus Siculus libro rerũ antiquarũ ſecundo. Abſurdũ namq. legũlatores eſſe iudicarũt, acceſſionẽ in vſuris maiorem eſſe principali, & lucrũ maius eſſe ipſa ſorte, quoniam & ſors & lucrum ſemper certum eſſet. Itaque cùm de eo quod intereſt diu multúmque dubitatum eſſet, conſtituit Iuſtinianus, in iis quidem caſibus, qui certam habent

habent quantitatem vel naturam, veluti locationibus, venditionibus, & aliis contractibus, vt id quod intereſt dupli quantitatem non excederet, l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod. Quod ipſum anteà quoque Africanus reſponderat in l. cùm forte, 44. D. de act. emt. In vſuris autem hoc adeò verum eſt, vt quamuis vſuras augere liceat ei, qui minores quàm quæ ſibi permiſſæ ſunt, ſtipulatus eſt: veluti ſi mercator ſemiſſes ſtipulatus eſſet, cùm beſſes potuiſſet: Papinianus tamen in l. pecuniæ, 9. D. de vſur. pecuniæ fœnebris intra diem certum debito non ſoluto, dupli ſtipulationem in altero tanto ſupra modum legitimarum vſurarum neget valere. Etſi autem in traiectitia pecunia ſors non ſemper eſſet certa, tam magnum tamen erat lucrum vſuræ centeſimæ, vt ad reliquarum vſurarum regulam traiectitia facilè redacta ſit, d. l. nihil intereſt, 4. De naut. fœn. Quod certè cùm ab antiquioribus ſtatutum ſit, tum verò ab Imperat. Iuſtiniano magnoperè ſtabilitum eſt, ac reſtitutũ. Quamuis enim leges ſemper duplum excedere prohiberẽt, tamen hæc via fraudandæ legis inuenta erat, vt quæ ſolutæ eſſent ante menſem centeſimum, non computarentur in duplo: ſi centum menſes integri, id eſt, ſolutione vacui nihilominus ſupereſſent. Exempli cauſſa, Centum mihi dediſti mutuo ſub vſuris centeſimis, quas cùm per menſes decem perſoluiſſem, ſoluere deſtiti: interea menſis à cõtractu centeſimus, ac præterea etiam decem alij menſes elabuntur. Cùm tu & ſortem & vſuras ex ſtipulatu petis, quæritur ad quas vſuras tenear? num ad aureorum nonaginta tantùm: quippe, qui iuncti decem priùs exſolutis, efficiunt illud duplum? an etiam ad centum, quoniam ab vltimæ ſolutionis die centũ menſes ſine ſolutione tranſcurrerint? Id quod magis viſum eſt, vt in duplo, quod leges excedere vetarent, priori illi decem non imputarentur: vt pote quorum in locum alij decem menſes ſucceſſiſſent. Sic enim Antoninus ait: Vſuræ per tempora ſolutæ non proficiunt reo ad dupli cõpenſationem. tunc enim vltra ſortis ſummam vſuræ exiguntur, quoties tempore ſolutionis ſumma vſurarum excedit eam computationem. id eſt, Si per decẽ continuos menſes ſoluiſſem, ex eóque tempore centum & duos menſes ſoluere intermiſiſſem: quoniam duo menſes ſuperſunt, qui tempore ſolutionis ſortis & vſurarum eam dupli computationẽ excedunt, illorum duorum menſium poſtremorum vſuræ extra duplum computantur, nec exigi poſſunt: integra verò centum poſſunt. Neque verò ſum neſcius, alios, eóſque non indoctos viros, eam legem longè aliter interpretari: quorum certè ſententia mihi probari non poteſt. Nam quòd aiunt in duplo ſolutas nõ computari, ſed ſoluendas: vt ſi particulares ſolutiones centum aureos exceſſerint, veluti ſi quattuor ſupra centum aurei ſoluti ſint, inde per quattuor fortè menſes ceſſatum ſit: in dupli computatione quattuor aurei ſoluti non computentur: ſed eos qui non ſunt ſoluti creditor petere non poſſit: illud certè mihi quidem perquàm abſurdum videtur, neque perſuaderi poteſt, in ea Budæum opinione vnquam fuiſſe, tametſi dupli quidem rationem perperam intellexerit. Nam & hoc obtuſius eſt, quàm vt in hominem tam eruditum cadere poſſit: & notum eſt Neratij reſponſum in l. cùm fundus, 48. D. de euict. quo abſurdiſſimum declarat, ſi particulares ſolutiones eius quod intereſt, in duplum non computentur. Vnde ſi fundus vti optimus maximúſque eſt, emtus eſt, & alicuius ſeruitutis euictæ nomine aliquid emtor à

A venditore conſecutus eſt, deinde totus fundus euincitur, ob eam euictionem id præſtandum reſpondit quod ex duplo reliquum eſt. Nam ſi aliud, ait, obſeruauerimus, ſeruitutib. aliquibus mox & proprietate euicta duplo amplius emtor quàm emit cõſequetur. Quod igitur Antoninus ait, Vſuræ per tempora ſolutæ non proficiunt reo ad dupli compenſationem: ſiue, vt quidam ſcribunt, computationem: non eam habet ſignificationem, vt ſi quis per ſingulos menſes

B ſoluerit, & aut ad centũ adceſſerit, aut etiam ſuperarit, particulares illę ſolutiones non cõputentur. quid enim abſurdius dici poteſt? neque verò eas leges quę id ſtatuerunt, abrogant hæ Nouellæ Iuſtiniani quæ vulgò citantur, CXXI. & CXXXVIII. cùm quidẽ nullas vnquam adeò abſurdas leges exſtitiſſe veriſimile ſit: ſed hanc ipſam Antonini conſtitutionem, qua menſes centeſimum excedentes cõpenſare cum iis, quibus eſſet facta ſolutio, permittebat. Sed verba Nouellæ 138. operæprecium eſt cognoſcere: quæ ſumma,

C ni fallor, & argumentum prioris continent. παροῦσα διάταξις δηλοῖ, ὅτι καὶ οἱ κατὰ μέρος καταβαλλόμενοι τόκοι τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσι. id eſt, Præſens conſtitutio declarat, vt ne ipſæ quidem vſuræ quæ per partes exſoluuntur, excedant duplum debiti. vt ſi menſes aliquot ante centeſimũ ſine ſolutione tranſcurriſſent, eóque centum vſuratum nomine deberi viderentur, particulares illæ ſolutiones iſta centum excedere intelliguntur, nec admittitur compenſatio ab Antonino permiſſa. Quod autẽ in d. l. adſcriptum

D eſt, Tunc enim vltra ſortis ſummam vſuræ exiguntur, quoties, &c. ſi ad eum quem ſupra dixi modum explanemus, nihil magis perſpicuũ dici poteſt. Neque verò facilè exiſtimare poſſum, quorſum nonnulli particulam Non inſerendam eo loco exiſtiment. Nam ſi ſine veterum codicum auctoritate id faciunt, certè & nimis temerarij ſunt, & apertiſſima legis verba conturbant. quæ ſi eam ſententiam nunc habeant, vt vſuræ non exigantur vltra duplum, ſi duplum excedant, hoc quidem certè perquàm abſurdum eſt. Sin

E ita intelligi velint, vt in effectu Exactionis verbũ nõ accipiant, ſed Non exiguntur, per Non poſſunt exigi interpretentur, fortaſſe tolerabilior hæc interpretatio videatur: ſed neque verborum contextui, neque ſententiæ perſpicuitati magnopere conuenier. Vtcumque autem ſeſe res habeat, illud in ſumma tenendum eſt, omnem hanc de qua agimus compenſationem à Iuſtiniano ſublatam eſſe iis quas diximus Nouellis conſtitutionibus CXXI. & CXXXVIII. Quin illud quoque minimè prætereundum eſt, non hoc

F tantùm modo ſuccurriſſe Iuſtinianum huic de duplo prohibitioni, verùm etiam illo. Nam quoties pignus & pro ſorte & pro vſuris datum eſſet, quamuis vſuræ duplũ excederent, tamẽ quamdiu pignora ſufficere poterant, quoniã creditor ipſe ſibi ſemper ſoluere videbatur, eo caſu duplum excedere permiſſum erat. quod cùm iniquum Imperatori videretur, primùm quia ad hunc modum dupli prohibitio perpetuò fraudari poſſet, quippe cùm creditores nunquã ſine pignore crederẽt: deinde quia potius duro & im-

G miti creditori fauebatur, qui ſine pignore nihil credebat, quàm facili & benigno: eam quoque ſpeciem ad communem regulam redigendam putauit, l. penult. C. de vſur. ſic enim ſcribit, Curſum vſurarum vltra duplum minimè procedere concedimus: nec ſi pignora quidem pro debito creditori data ſint, quorum occaſione quædam veteres leges & vltra duplum vſuras exigi permittebant. Iam illud quoque

breuiter obſeruandum eſt, eleganter quæri poſſe num iis caſibus quibus à ſe ipſe debitor debet exigere, qualis eſt negociorum geſtor, tutor, curator, & ſimiles, ea dupli prohibitio locum habeat. Quod vt clarius intelligamus, notandum eſt trifariam poſſe contingere, vt vſuræ duplum excedant in his caſibus. Primùm cùm tutor (exempli cauſſa) ante tutelam ſuſceptam defuncti debitor fuerat, acceptáque tutela poſt annos aliquot vſura ſortem æquauit. ſecundò cùm ſuſcepta tutela debitor eſſe cœpit, qua perpetuò manente ad duplum peruentum eſt. id quod eo tantùm caſu contingit, quo Centeſima debetur, quæ anno octauo & quattuor menſibus ſortem æquat: quia tutela dumtaxat ad decimum quartum annum ætatis durat. denique cùm ſuſcepta quidem tutela debitor eſſe cœpit, ſed ea finita vſuræ ſortem æquarint. Primis igitur duobus caſibus etſi nulla lege id arbitror eſſe definitum: tamen cùm tutor à ſe ipſe debeat exigere, vt ex ea pecunia pupilli commodum comparet, ſi eius pecuniam fraudulenter in vſus ſuos conuertat: non dubitãdum eſſe arbitror, quin etiam vltra duplum vſuras debeat. cùm quidem Paullus ſcribat in l. tutor, D. de adminiſtr. tutor. quòd ſi tutor conſtitutus intra ſex primos menſes pecunias pupillares non collocauerit, in vſuras eius conueniatur. Sed extremo caſu cùm vel curatorem pupillus habeat, qui à tutore tutela defuncto poſſit exigere, vel maior factus ab ipſo curatore, neque ipſe debitor à ſe repetere debeat, itáque ceſſet ea quam diximus ratio: probabilius eſt duplum excedere non permitti. Porrò eſt quoque illud obſeruandum, quod ab Anaſtaſio conſtitutum eſt in l. iubemus, 2. C. de erogation. mil. ann. vt ſi actuarij qui militibus ſtipendia perſoluerint, aliquid eis mutuo dederint, non poſſint omnium vſurarum numerum vltra ſortis tremiſſem extendere. vt ſi ſemiſſes ſtipulati eſſent, quæ annis XVI. & VIII. menſibus ſortem adæquant, non poſſint vltra annos quinque, mẽſes ſex, & dies viginti vſuras petere. vnde ſi trecenti aurei in ſorte ſint, & centum vſurarum nomine receperint, amplius petere non licebit.

Nullo pacto neque conuentione ſtatutum vſurarum modũ excedi poſſe: ſi quis exceſſerit, quæ pœna ſtatuta ſit. item altero tanto, quæ ſumma contineatur.

CAPVT XI.

ETſi autem ita vt diximus ſtudioſè opera data eſt, vt certis quaſi terminis & regionibus vſurarum ſolutio concluderetur: inuẽta eſt tamen aſtutiâ fœneratorum ratio varia & multiplex, eas leges de quibus hactenus commemorauimus, cauillandi. Cùm enim de vſuris nominatim cauiſſent, pœnas creditores non vſuras diſertis verbis in ſtipulatum deducebant: & eas quidem longè maiores & grauiores, quàm vſurarum definitus modus permittebat. vt ſi quando legis vſurariæ modus obiiceretur, legem illam de vſuris, nõ de pœna cauiſſe reſponderent, eóque commento conſtitutiones omnes eluderent. & quo maiorem etiam magíſque fallacem & eruditam ſpeciem adhiberent, quoniam pœnæ diſtinctam temporibus, id eſt, ſingulis Kalendis ſtipulationem vſurarum petitionem nimis redolere arbitrati ſunt: vnam ſemel & in omnem ſortis vſum penſionem exegerunt, dupli puta præſtationem: id eſt, vt ego quidem interpretor, tantumdem ſemel quantum in ſorte datum eſt. Sic enim Papiniani verba intelligenda eſſe arbitror in l. pecu-

A niæ, 9. D. de vſur. Dupli ſtipulatio in altero tanto: vt ſcilicet ſimplum alterum ſortis ſit, alterum acceſſionis. Cicero in Oratore: Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria: vt neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui maiorem eſſe. Demoſthenes contra Midiam: ὑμεῖς δὲ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι σμίκρον δίκα ταλάντων ἐτιμήσατε ϗ σκίτωνι τοσούτων ἑτέρων. Verùm hiſce fœneratorum fraudibus Iuriſconſultorum diligentia obuiam itum eſt, vt neque pœnæ, neque cuiuſquam acceſſionis ſti-
B pulatione modum in vſuris à legibus præſcriptum excedere liceat. ſic enim Modeſtinus: Pœnam, ait, pro vſuris ſtipulari nemo ſupra licitum modum vſurarum poteſt, l. pœnam, 44. D. de vſur. cui perſimile eſt quod ſcribit Gordianus in l. cùm non frumentum, 16. C. eod. Papinianus autem, Pecuniæ, ait, fœnebris intra diem certum debito non ſoluto, dupli ſtipulatum in altero tanto ſupra modum legitimarum vſu-
C rarum reſpondi non tenere. De duplo loquitur Papinianus in d. l. pecuniæ, 9. Gordianus idem de quadruplo conſtitui in l. cùm allegas, 15. C. eod. Ceterùm quoniam fruſtra feratur lex, ſi eam licebit impunè violare, videamus ſi quis eum vſurarum modum à legibus præſcriptum exceſſerit, quid ſtatui oporteat. Cicero namque epiſtolarum ad Atticum libro quinto, & ſexto, de lege ab A. Gabinio Coſ. lata commemorat, quæ non modò ius ex ea ſyngrapha dici vetabat, qua contra modũ ab ea lege præſcriptũ vſuræ debebantur. i. vt ne ſortem quidem ipſam petere lice-
D ret: ſed etiam pœnã fœneratoribus irrogabat. id quod ob eam cauſſam neceſſarium videbatur, quia fœneratores, ſi nulla pœna coërceretur, perpetuò grauiores vſuras ſtipularentur, & fruſtra modus, vt dixi, aliquis vſuris imponeretur. ſed tamen eodem ipſo loco ſubiungit aliud iiſdem Coſſ. ſenatuſconſultũ eſſe factum: quo ſenatuſconſulto de ſorte & vſuris licitis agi permiſſum eſt. quod ipſum Paullus & Papinianus obſeruari ſcribunt in l. vſuras, & l. pecunię, 20. D. de vſur. vt vſuræ illicitæ ſorti miſtæ, ipſæ tantùm non debeãtur:
E ceterũ ſortem non vitient. vſurarũ autem ſtipulatio ſuperfluo detracto vires habeat. id quod Martianus alibi ſimiliter reſpondit, id eſt, in l. placuit, 29. D. eod. Placuit, ait, ſiue ſupra ſtatutum modum quis vſuras ſtipulatus fuerit, ſiue vſurarum vſuras, quod quidem illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi, & licitas peti poſſe. & Gordianus in l. cùm allegas, 15. C. eod. l. ſi pro mutua, 8. C. ſi cert. pet. Quid igitur dicemus? iuréne legem Gabiniam abrogatam eſſe, proptereà quòd etſi prima ſpecie vtiliſſima videatur ad
F terrendos fœneratores: debitoribus tamen occaſionem præbeat creditores fraudandi? qui cùm legitimis fortaſſe contenti eſſent, ad grauiores tamen vſuras ſtipulandas à debitoribus inducebantur: vt & legem violarent, & cùm ipſa ſors, tum eius vſus, & vſuræ, quarum actio creditori denegabatur, apud eos remanerent: itáque creditores pecuniis ſuis fraudarentur: quippe, cùm in debitorem emolumentum pœna fœneratoribus conſtituta cederet. quemadmodum ex his Valentiniani verbis intelligi poteſt in l.
G 2. De vſuris, lib. Codicis Theodoſ. ſecundo. Quicumque vltra Centeſimã iure permiſſam aliquid ſub occaſione neceſſitatis eruerit, quadrupli pœna & obligatione conſtrictus ſine ceſſatione ſiue requie protinus ablata redhibebit. Hi verò qui antea pari fœnore graſſati vſpiam detegentur, in duplum extorta reſtituent. Sanè quoquo modo ſe res habeat, admodum importunam fuiſſe adparet fœneratorum auaritiam,

qui cùm ea pœna ſoluti ac liberi fuiſſent, tamen Valentinianum eam reuocare coëgerunt: alióſque prætereà fortaſſe principes, & legumlatores. quemadmodum ex eo etiam intelligi poteſt, quod ſcribit Aſconius Pædianus, Quadruplatores eos ætate ſua fuiſſe, qui grauioribus vſuris fœnerantes accuſabant & in quadruplum damnari curabant, pœna lege conſtituta.

DISPVTATIO DE FOENORE:

edita primùm anno 1551.

De fœneratione: quid inter vſuram strictè ſumtam & fœnoris negociationem interſit. An fœneratio iuſta ac legitima negociatio exiſtimari debeat. Explicatur Ariſtotelis ſententia ex libr. de Republica primo, quam ob cauſſam Fœneratio naturæ aduerſetur.

CAPVT I.

EX iis quæ libro ſuperiore dicta ſunt ſatis explicatum eſſe arbitror, quę ſit iuris ciuilis de vſuris ſententia: & quibus caſibus, quatenus, quàm iuſtè & cõueniēter æquitati permiſſæ ſint. Nunc conſentaneum eſt de fœneratione pauca dicere, de qua video ſumma doctiſſimorum hominum diſſenſione certari. Principio enim oſtendimus, inter fœnus & vſuram id intereſſe, quòd vſura vſum quodammodo repetit, aut ipſius vſus æſtimationem: Fœnus verò lucrum ex ipſis numûm corporibus captat. Illa ob debitoris cõmodũ, hoc ob ſolius creditoris lucrũ exercetur. Sic enim Cicero: Nec ſi, ait, tuam ob cauſſam cuiquam cõmodes, beneficium illud habendũ eſt, ſed fœneratio. Itémq. Seneca libro de Beneficiis quarto: Iſtud, inquit, non eſt beneficium, ſed fœnus, circumſpicere non vbi optimè ponas, ſed vbi quæſtuoſiſſimè habeas, vnde facillimè tollas. Primùm igitur explicāda illa quæſtio eſt, quæ multos & magnos viros ſemper exercuit, vtrum fœnoris negociatio in Republica toleranda ſit. i. cùm quis publicè fœnerationem exercet, & ex ea quæſtum facit, an is quæſtus pro iuſto ac legitimo haberi debeat. Huic autem quæſtioni vt breuiter reſpondeam, illud perſpicuũ eſſe arbitror, cùm in tractatu de adquirēdo rerum dominio, de rerum diuiſione, & aliis quibuſdam omnes adquirendarum rerum modi ſigillatim enumerentur, neq. tamen huius vſquam mētio facta ſit, non fuiſſe probatum iure ciuili quæſtũ fœneratorium: eóque etſi ſenſim in vſum ingreſſus eſt, auctore tamen iure Ciuili non fuiſſe receptũ. Quinetiam ex M. Catone & Cornelio Tacito ſatis cõſtat legibus XII. Tabularum fœnerationem adeò improbatam eſſe, vt cùm fures quidem dupli pœnam luerent, fœneratores in quadruplum condemnarentur. Sed & Liuius libro Decadis ſecundæ ſeptimo, teſtatur ſe ſcriptũ apud quoſdā repetiſſe, L. Genutium Tribunũ plebis tuliſſe ad populũ, ne fœnerare liceret. Et Plato libr. de legibus quinto fœneratores in Republica adeò dānandos eſſe cēſet, vt ei cui fœnerata pecunia eſt, permittat & ſortē & vſuram retinere. μηδὲ δανείζειν ἐπὶ τόκῳ, ὡς ἐξὸν μὴ ἀποδιδόναι τὸ παράπαν τῷ δανεισαμένῳ, μήτε τόκον, μήτε κεφάλαιον. Cuius quidē rei, vt Ariſtoteli videtur, ratio duplex eſt: primùm quòd cùm pecunia res ſit ſterilis, contra naturam eſt fructũ ab ea exigere. deinde quòd cùm ſolius permutationis cauſſa reperta ſit (quemadmodum Vlpianus docet in l. 1. D. de contrah. emt.) ſi ad quæſtum transferatur, eius verus & naturalis vſus inuertatur. Sic enim libro Politicorũ primo ſcribit: Cũ adquirēdi ratio ſit duplex, altera cauponatrix, altera œconomica: & hæc quidem neceſſaria & laudabilis, illa verò mutatione conſtans iure vituperetur, quippe quæ ſecundum naturā non ſit, ſed ex eo quòd alij ab aliis lucrantur, optimo iure fœneratoria negociatio odio habetur, propterea quòd ab ipſo numo quæſtum facit, & non ex eo cuius cauſſa eſt inuentus, ſiquidem mutationis cauſſa inuentus eſt. fœnus autem eum auget, vnde & nomen hoc inuenit. Similia enim ſunt genita iis à quibus generantur. fœnus verò ex numo parit numum, ob eámque cauſſam ex adquirendi modis hic eſt maximè contra naturam. Hæc princeps ingenij & doctrinæ Ariſtoteles. Ex quibus illud verum eſſe apparet quod ſæpenumero Iuriſconſulti ſcribunt, pecuniam & alias res quæ in abuſu conſiſtunt, neque naturali, neque ciuili ratione vſumfructũ recipere: neque vllo modo proprietatem eorum ab vſufructu ſeparari poſſe, §. conſtituitur, De vſufr. lib. Inſt. 2. l. 2. D. eod. adeò vt eorum vſu legato, proprietas etiam legata eſſe intelligatur: quemadmodum Caius docet in l. ſi vini. eod. Si vini, ait, olei, frumenti vſusfructus legatus erit, proprietas ad legatarium debet transferri. & Papinianus, cùm ſocrus eas res genero tradidiſſet nomine filiæ vltra dotem, eáſque ſe vſibus pupillæ accepiſſe cauiſſet, diſertè reſpondit, cùm ſpecies ad vſum donatur, donari etiam proprietatem, l. ſpecies, 31. §. 1. D. de dona. Quòd enim Senatuſconſultum vſumfructum earum à proprietate ſeparat, id fictione tantùm fieri Caius teſtis eſt in l. 2. D. eod. nec enim, ait, naturalis ratio auctoritate Senatuſconſulti mutari poteſt. eóque Pomponius in l. vſura, 121. D. de verbor. ſignifi. eleganter inquit, vſuram pecuniæ quam percipimus in fructu non eſſe, quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſſa eſt, id eſt, noua obligatione. vnde ſi legatarius cui ager & pecunia relicta ſunt, quæ heres ſoluere ceſſauit, fructus petat, ſeparatim debet vſuras pecunię petere. quoniam petendo fructus non complexus eſt vſuras: quippe quæ in fructu non ſint. quoniam non ex ipſo corpore, ſed ex obligatione eius, quod intereſt, naſcātur. Nec ad rem pertinet quod in l. qui quadraginta, 88. §. vl. D. ad leg. Falc. & l. generaliter, 24. §. ſi cui legatum, 15. D. de fid. libert. vtilitatem quam ex vſu pecuniæ ſub condicione legatæ heres percipit, fructum adpellat: quia fructum eo loco pro fruitione (vt vulgò loquuntur) & vſu accipit. nimirum cùm heres vtitur fruitur pecunia, pendēte condicione. In pecunia enim fructum, vſum, vſumfructum pro eodem accipi conſtat ex l. hoc Senatuſconſultum, 5. & l. quoniā, 10. D. de vſuf. ear. ret. quæ vſu. Quæ cùm ita ſe habeāt, illa neceſſariò ſecunda ratio cõſequitur, de qua ſuprà cõmemorauimus. Cùm pecunia permutādi, non autem locandi aut vendēdi cauſſa inducta ſit,

vſus eius inuertitur, cùm eam quis ad quæſtum tranſfert. Neque enim locari aut vendi poteſt vſus pecuniæ, vt pote qui à re ipſa & rei proprietate ſeparari nequeat (vt modò à nobis demonſtratum eſt) & nemo vti poſſit pecunia, niſi qui eius dominus eſt: adeò vt cùm vſusfructus eius legatur, ſimul proprietas legetur neceſſe ſit, d. l. ſi vini. id quod in locationem non cadit: propterea quòd in locatione neceſſe eſt alterius eſſe proprietatem, vſum verò alterius. Ex quo efficitur, cùm fœneratio aliud nihil ſit, quàm pecuniæ locatio, eam neque naturali neque ciuili ratione conſtare. Sed fortaſſe dixerit aliquis, cùm pecuniæ vſusfructus legari poſſit, fictione nimirum, vt modò diximus: quidni vendi ſimiliter, locaríque poſſit? Verùm huic ego obiectioni ſic reſpondeo, multum inter legatarij & venditoris aut locatoris vtilitatem intereſſe. quoniam cùm pecunia per ſe ſterilis ſit, & infœcunda, ſi tamen cum opera legitarij coniungatur, fit fertilis. proptereáque fructus quem ex ea legatarius percipit, non ex re ſterili contra naturam ad eum redit. contrà quàm in venditore, qui quoniam ex nudis & meris numûm corporibus fructum petit, naturæ aduerſari intelligitur. Accedit ad hæc & alia ratio ſanè memorabilis, quam quidem in omni quæſtu magnopere ſpectari oportere conſtat. nimirum quòd ita natura comparatum eſt, itáque ſe res habet, vt nunquam aliunde quæratur lucrum quàm ex ea re, cuius nõ minus ad nos & damnum & periculum pertineat, quàm commodum & emolumentum, l. ſi vnus, 67. & l. ſi igitur, 55. D. pro ſoc. Quòd ſi ad hanc legem & præſcriptionem fœneratorum quæſtum exigamus, cúmque hac regula metiamur: non difficile eſt quàm eorum iniqua & improbanda ratio ſit, intelligere. Certum eſt enim ſortem omnimodò, id eſt, quæcumq; fortuna debitoris fuerit, ſaluam & incolumem creditori manere: neq; ad eum periculũ negociationis pertinere. Sed ſi fortè iactura facta ſit, ſi quid damni mercatura cõtraxerit, id ſoli debitori ferendum eſſe. Præterea quicumque caſus contigerit, quamuis aduerſa fortuna debitor vſus ſit, ſemper tamen certũ & extra omnẽ aleam periculúmq; poſitũ creditoris lucrum & emolumentũ exiſtere: debitorem verò iacturam omnem omnéque damnum ſuſtinere. Neque verò alia non minùs erudita & grauis ratio prætereunda eſt, nimirũ quòd fœneratione permiſſa omnes artes vtiles & ad vſum Reipubli. neceſſariꝫ (quoniam ſine periculo, vt mercatura: & labore, vt res ruſtica, exerceri non poſſunt, neque tantum emolumenti adferunt, quàm hæc fœneratoria quæ ſine periculo & labore exercetur) deperibunt & obſoleſcent. Contrà fœnerator deſidioſus, domi ſedens, nulla arte aut opera exercendá, omnes ciuitatis opes ad ſe cõuertet: cùm in bene conſtituta ciuitate ex probatis tantùm artibus quæſtũ facere liceat. Quare Plin. vt multa præclarè, ſic hoc breuiter: Sed à numo, inquit, prima eſt origo auaritię excogitata fœnore quæſtuoſa ſegnitia. Quin ipſe quoque Ariſtoteles libro Ethicorum 4. lenonũ & fœneratorum quęſtum æquiparat, eodémque loco vtrumque numerat. Sed operæprecium eſt Marci Catonis verba exponere, ex quibus quàm pernicioſam Reipubl. quæſtuoſam illam ſegnitiem iudicet, intelligatur. Eſt, inquit, interdũ præſtare mercaturis rem quęrere, ni tam periculoſum ſiet: & item fœnerari, ſi tam honeſtum ſiet. Maiores enim noſtri ſic habuerunt, & ita in legib. poſuerunt, furẽ dupli condemnari, fœneratorẽ quadrupli. Quãto peiorẽ ciuẽ exiſtimarint

A fœneratorem quàm furem, hinc licet exiſtimare. Ciuem improbum fœneratorem adpellat, eò quòd arte nulla & re planè ſterili aliorum facultates exhaurit. Ex quo illud etiam eiuſdem laudatur à Cicerone libro de Officiis ſecundo. cùm enim ab eo quæreretur quid maximè in re familiari expediret, reſpondit Bene paſcere: quid ſecũdum, Satis bene paſcere: quid tertium, Bene veſtire. (ſic enim eum emendandum eſſe locum vbi ante hac ineptiſſimè Veſtire legebatur, admonuit nos vir quidam eruditiſſimus) quid quar-

B tum, Arare, & cùm ille qui quæſierat dixiſſet, Quid fœnerari? tum Cato, Quid hominem, inquit, occidere? Fœneratorem homicidę comparat, quòd vt hic vitam, ita ille eas res quibus vita continetur adimit. quippe cùm detrahere alteri (vt alibi Cicero ſcribit) ſui commodi cauſſa, magis ſit contra naturam quàm mors, quàm dolor, quàm cetera generis eiuſdem. Detrahit autem alteri, qui alterius bona nulla arte legitima & laudabili deprędatur. Quam quidem ob rem, id eſt, alienorum bonorum iniuſtam a-

C uerſionem atque depopulationem, Romæ tot ſeditiones exſtitiſſe Liuius libro Decadis primæ ſecundo grauiſſimus auctor eſt. eámque in primis cuius ille auctor fuit, qui ſqualore & macie obſitus, in mediũ forum ſe proiecit, querens ſe Sabino bello militantẽ, quia propter populationes agri non fructu modò caruiſſet, ſed villa incenſa direptáque omnia fuiſſent, ęs alienum feciſſe. Id cumulatum vſuris ſe agro paterno auitóque exuiſſe. Itémque aliam, cuius cauſſam M.

D Manlius præbuit, qui cùm centurionem nobilem militaribus factis iudicatum pecuniæ, duci videret, medio foro manum iniecit: & plebe commota ſeditionem excitauit. Rurſus aliam quoque non ita multò pòſt: quòd cùm eo ipſo quod neceſſe erat ſolui, facultas ſoluendi impediretur, itaque cùm iam ex re nihil dari poſſet, fama & corpore iudicati atque addicti creditoribus ſatisfaciebant. Simile quiddam etiam Plutarchus in Lucullo de Aſianis ſcriptum reliquit, quos fœneratores tanta crudelitate vexarant, violauerant, euerterant, vt liberos ingenuos filiáſque

E virgines priuatim vendere cogerentur. Et Baſilius, εἶδον, ait, ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους ὑπὸ χρέων πατρῴων ἑλκομένους εἰς τὸ πραιτόριον. Denique plena ſunt exẽplorum omnia, ex quibus vniuerſas ciuium copias & facultates paucorum hominum quæſtuoſa, vt Plin. ait, ſegnitia exhauſtas, & exinanitas eſſe conſtat. In quo tamen video nobis occurri à multis, iiſque eruditis, quòd eum eſſe quęſtum legitimum negemus ob eam cauſſam, quia ſine vllo labore & arte probabili factus

F eſt. neque enim omnes artem aut negociationem exercere cogendos eſſe adfirmant: ſed & magiſtratibus & aliis viris illuſtribus, ſuis vectigalibus & patritis bonis frui permittẽdum. Verùm illos animaduertere oportuit, multum inter eos qui fœneratione quæſtum faciunt, & eos qui ſuis vectigalibus fruuntur, intereſſe. Nam his quidem, ſi eſt breuiter ſimpliciterque dicendum, naturali ratione, vt agri fructibus, & animalium fœtu (qui duo adquirendi modi ſoli ferè Xenophonti & Ariſtoteli probantur) victus

G ſuppeditat. itaque rectè & naturæ conuenienter faciunt, quæ dominos ex ſuæ rei fructibus viuere permittit. Fœneratores verò ex re nullum ferente fructum, itáque contra naturam quæſtum faciunt. illi ex re ſua quæ ad vſum vitæ pertinent adquirunt, qui etſi fundum colonis elocent, ſemper tamen dominiũ & ciuili & naturali ratione retinent. hi contra & ex re aliena, & quod multò flagitioſiſſimũ eſt, ex induſtria

ſtria & labore alieno ſeſe locupletant. ſiquidem pecunia (id quod inter omnes conſtat) mutuò data tranſit in eius dominium, qui eam accepit: ex quo etiam mutui datio, vt Paullus ſcribit, ab eo adpellata eſt, quòd de meo tuum fiat: adeò vt ſi de meo tuũ non fiat, non naſcatur obligatio, l. 2. §. adpellatur, ſi cert. pet. neque quidquam aduerſatur quod quidam citant ex l. rogaſti, §. vlt. D. eo. quòd ſi ſeruus cui conceſſa eſt peculij adminiſtratio crediderit tibi, erit mutuũ: quaſi cùm alienatio ſeruo permiſſa non ſit, ob eam cauſſam dando mutuum non alienet. Nam huic dubitationi perſpicuè idem Paullus reſpondit in d. l. 2. §. idẽ mutuũ, 37. D. eo. In mutui datione oportet dominũ eſſe dantem, nimirũ vt alienet, nec obeſt quod filiusfa. aut ſeruus dantes peculiares numos obligant. id enim tale eſt, quale ſi voluntate mea tu des pecuniam. nam mihi actio adquiritur, licet numi mei non fuerint. hæc ille. quinimò in eadẽ ipſa lege Rogaſti, Paulli verba manifeſta ſunt, vbi duo illi caſus tamquam contrarij opponuntur: Si ſeruus cui adminiſtratio cõceſſa eſt, & item alius contra voluntatem domini crediderit. hunc enim diſertè ſcribit numos non facere accipiẽtis. ex quo ipſo intelligi par eſt, alterum accipientis facere. Denique Hermogenianus rem omnem vno verbo conficit in l. qui id quod, 33. D. de donat. vbi adeò neceſſe eſſe reſpondit, vt in mutuo dominiũ transferatur, vt ſi Titius centum donauit ea lege, vt ſtatim donatori mutuo dentur, non impediatur dominij translatio: ac propterea numis iiſdem donatori creditis nouum dominium in iis quæratur. Quare vt ad id redeam vnde cœpi, cùm fœnerator eius faciat pecuniam cui credit, ſatis perſuaſum eſſe debet, eum ex re & pecunia aliena quæſtum facere, cùm vſuras petit. tum præterea (id quod alteram quoque huius noſtrę ſententię rationem continet) ex opera & labore alieno. Nam vt Paull. eleganter ſcribit in l. Quæſtus, 8. D. pro ſoc. quæſtus intelligitur qui ex opera cuiuſque deſcendit. fœneratorem autem certum eſt nullũ in ea re laborem ponere: ſed ex alterius opera & ſudo re ſuas augere copias. Quam quidem ob cauſſam ſcribit Ariſtoteles eo quem ſuprà citaui loco, εὐλογώτατα μισεῖται ἡ ὀβολοστατικὴ διὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ νομίσματος εἶναι τὴν κτῆσιν. id eſt, meritiſſimò negociatio fœneratorum odio habetur, propterea quòd ex ipſo numo quæſtũ facit. Nam ὀβολοστατικὴ negociationem pecuniæ ſignificat, quam quis exercet, vt ex ipſis ſolis numis, qui ſteriles ſunt, contra eorum naturam lucrum captet. Et Cic. lib. de Offic. 1. Primùm, inquit, improbantur ij quæſtus qui in odium hominum incurrunt: vt portitorum, & fœneratorum. qua de cauſſa ſcribit Chryſoſtomus concione in Matthęi cap. 17. 57. legibus interdictum eſſe viris illuſtribus & ſenatoribus, quíque Remp. gerunt, ne ex ea negociatione quæſtũ faciant: vtpote quam turpem & flagitioſam exiſtimẽt. Quorſum igitur ciuili iure permittitur etiam ex ocioſa pecunia vſuras petere? quemadmodum adparet ex l. qui ſemiſſes, 13. §. quæſitum, 1. D. de vſur. vbi ſi dominus ocioſam pecuniam fœnerare conſueuit, negociorum geſtor pro ea pecunia vſuras debere dicitur, & item ex l. ſi fundus legatus, 44. l. ſi ita legatum eſt, 86. D. de legat. 3. vbi mentio fit eius pecuniæ, quæ fœnerandi cauſſa tantiſper adſeruatur. denique ex l. præſidis, 34. D. ſi cert. pet. vbi præſidis prouinciæ officiales, ac tantò magis omnes reliquos fœnebrẽ exercere poſſe conſtitutum eſt. Reſpondeo idem in hoc genere vſuuenire quod quibuſdam in morbis ſolet, quibus etſi medici mederi cupiunt: tamen quia nullũ

A facile remedium inuenire poſſunt, conniuendum eſſe arbitrãtur. Manet enim regula ciuilis iuris, ad quã omnis eius mens & ratio dirigenda eſt: Vſuras nunquam niſi ob id quod verè & non ſimulatè intereſt, deberi: quemadmodũ ſatis copioſè à nobis ſuperiore lib. explicatum eſſe arbitramur. Quare etſi aſtutia & calliditate hominũ aliquantũ ab ea declinatũ eſt, retinet nihilominus vim ſuã ea iuris æquitas, quę hanc hominum malitiam tolerando tantiſper diſſimulauit, non adprobauit conniuendo. At enim illud fortaſſe dixerit aliquis, Quorſum igitur vſurarum emo-
B lumentũ permittimus: itáque & ex re ſterili lucrũ facimus, & cõtra pecunię naturã & vſum eam ad quæſtum conuertimus? denique ex aliena re alienáq; induſtria & labore fructum conſequimur? Reſpondeo breuiter, ſi ad quæſtũ vſuram transferamus, itaque ex aliena pecunia & induſtria lucrũ conſectamur, vſurã multo maximè condemnandã eſſe. Verùm inter vſuræ & fœnoris petitionẽ multum intereſſe dicimus. Illam enim non ob lucrũ & quæſtum, verùm ob ſolius
C damni creditoris cõpenſationem inductam eſſe: hoc, ob ſolum lucrum. Illa, quod noſtrũ eſt peti: hoc, quod eſt alterius. Illam denique in debitoris commodum, hoc in ſolius creditoris lucrum ſpectare. Primum diſertis verbis oſtendit Paullus in l. cùm quidam, 17. §. ſi pupillo, 3. D. de vſur. Vſuræ, inquit, non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur: id eſt, propter damnũ, quod creditor ex mora debitoris conſecutus eſt. Nam, vt copioſè oſtendimus ſuperiore libro, nunquam iure ciuili
D vſuræ permittuntur, niſi ob id quod creditoris intereſt. contrà ex Cicerone & Seneca probauimus, fœnerationem ob ſolum creditoris lucrum & commodũ inuentam eſſe. Secundum ex eo verum eſſe adparet, quod prius docuimus, Vſurã petere vſum noſtræ pecunię, quem nobis inuitis debitor habuit. vt cùm heres legatarij, aut tutor pupilli, aut ſocer generi pecunia cum damno creditoris vſus eſt: contrà fœnerator mutuum dando, & rem, & eius vſum in debitoris dominium transfert, neque ſe inuito debitorem ſua vti
E pecunia queri poteſt. Quid igitur cùm in mutuo vſuram ſtipulamur? Hoc enim interdum æquũ & iuſtum eſſe oſtendimus. Sed nos huic iam quæſtioni copioſè reſpondimus. nam cùm creditor non ſui commodi, ſed debitoris iuuandi cauſſa dat mutuũ, idem eſſe ac ſi inuito ipſo debitor eius pecunia vteretur. quoniã inuitum hoc loco accipimus non qui vi adactus eſt, ſed eum etiã qui nõ id adpetat, aut adfectet: ſed contra ſuũ ipſius emolumentũ rei familiaris cõ-
F modo repugnante patitur. Nã neq; pupillo omnino inuito tutori eius vti pecunia permittitur, l. quoties, 9. D. de admi. tut. neque herede, ei legatario, cui vſus pecuniæ ad certũ tẽpus relictus eſt in l. 3. §. vlt. D. de ann. legat. Satis eſt enim, modò vſuras creditor non ob ſuũ ſolius quęſtum & lucrũ petat, ſed ad id damnũ quod ea re percepit: quia vſu ſuæ pecuniæ caruit cõpenſandũ. Inuito igitur creditore fieri dicimus, cùm aliter ſeſe rem habere pro ſuo ipſius emolumento cuperet. ex quo ipſo adparet, creditorem cùm vſurã pe-
G tit in mutuo, etſi vſum quidem pecuniæ, vt in legato aut fideicommiſſo, aut eius vſus æſtimationem non conſequatur: cùm tamen damni compenſationem & id quod ſua interfuit petat, rẽ ad ſe iure pertinentẽ petere. contrà Fœnerator, qui ſui lucri cauſſa quærit, cui det pecuniã, & cupit vſu eius carere, eúmque alteri concedere, neq; queri poteſt ſua intereſſe quòd vſu ſuæ pecuniæ caruit, neque vllã damni cõpenſa-

tionē petere. ob eámque cauſſam illud etiā adfirmare non dubito, etſi iuſta & legitima eſt vſura quam legatarius ab herede, aut gener à ſocero perſequitur: tamē ſi fraude pecuniam debitoribus relinquant, ea ſpe ducti, vt ex ea vſuras cōſequantur, fœnus & turpe lucrum aucupari, vſuras lege permiſſas non petere. Atque hanc quidem diligenter obſeruandam eſſe differentiam, momentóque ſuo ponderandam ſup. ex l.4. D. ſi cert. peta. breuiter oſtendimus. adeò enim odioſa eius cauſa eſt, qui animo & propoſito fœnerandi occaſionē mutuo dandi pecuniam quęrit: vt mutuū ab eo depoſitum, eius tantùm, non etiam recipientis, periculo pereat. At enim dices, Quis te meam pecuniam accipere coëgit, quā in agri aut merciū emtionē collocaſſem, otioſam nūquam habuiſſem? tu cùm ex re mea te locupletes, tuúmq; lucrum cōpares, intereà dum illa careo, nihil eius tui cōpendij, quod ex re mea conſecutus es, mihi decides? Hiſce ſpecioſis cauſſis & eruditis vulgò fœneratorum auaritia tegitur, & quaſi quibuſdam velis obtēditur. Sed nos non quibus præſtigiis & machinis homines aſtuti fraudē legibus faciant, inquirimus: quæ ſit iuris ratio & æquitas, oſtendimus. Docemus eum quæſtum non eſſe legitimū, propterea quòd arte nulla legitima ad creditorem redit. Leno etſi in tibi ſeruiendo multū operæ laboriſque poſuit, in magnum ſæpe & graue diſcrimen adductus eſt: nemo tamen eius quęſtū iuſtum aut legitimū eſſe adfirmat. quid ita? quoniam ars Lenonum improba & pernicioſa eſt. Quamuis igitur ſcortatorē opera vti ſua non coëgit, aliámque fortaſſis artem exercuiſſet: attamen quoniam ex re turpi quæſtum facit, eum leges improbant. Præclarè igitur Ariſtoteles: Sunt, ait, in accipiendo nimij qui paſſim & quiduis accipiunt: quales ſunt ij qui in ſordida arte verſantur, vt Lenones, fœneratores, & qui exigua dant vt maiora ferant. Nam propter quæſtum atque eum perexiguū omnes in probra & dedecora incurrunt. Illi igitur quoniam ab iis eripiunt à quibus nō decet, in ſordido quęſtu & arte verſantur. hęc Ariſtoteles. Quamobrem vno hoc deſperatiſſimo perfugio vti ſolent, etſi in fœneratione vitium eſt: tamen quoniam ciuium difficultatibus ſuccurrit, & in Repub. facultas illa pecuniam in promtu inueniendi neceſſaria eſt, tolerandam eſſe. Multi ſimillima ratione luſtra & lupanaria in ſingulis ciuitatibus toleranda eſſe adfirmant, propterea quòd multorum grauiū malorum cauſſam tollunt. Ita homines Epicuri ſimiles non quid æquum ſit, aut honeſtum, ſed quid ex vſu ſuo ſit quęrunt. Verùm illis ego reſpondeo, res iniuſtas etſi vtilitatem quamdam præ ſe ferre videantur, non eſſe tamen tolerandas. Quāquam quouſque (vt Cicero ſcribit) audebunt dicere quidquā vtile, quod non honeſtum? Nam eadem vtilitatis quę honeſtatis eſt regula. An putemus non ſatis ſapienter prǫuidiſſe Deum immortalem humano generi, neq; ſatis conſideratè Iudæorum populo conſuluiſſe, cùm omnem ab iis fœnerationem tantopere etiam atque etiam remoueri voluit? Etſi huius quidem difficultatis explicandæ alia perfacilis & perexpedita ratio eſt. Nam ſi in Repub. neceſſarium eſt, vt quaſi theſaurus quidam exiſtat, ex quo facilè & in promtu pecunia inueniri, cùm opus eſt, poſſit: ibi collocetur ærarij publici pecunia, orphanorum facultates, dona quę gymnaſiis ad alendos pauperes ſcholaſticos, aut hoſpitalibus ædibus relicta ſunt, aliiſve religioſis locis, in quibus ægroti curantur, pauperes & infantes educantur. Quod enim inde emolumenti redit, vt non arte aut opera aliqua redierit: tamen pium & honeſtum eſt cum aliorum nullo detrimento eiuſmodi facultates augere.

De contractu ſocietatis in quo alter ſolam operam cōfert, alter ſolam pecuniam, ſalua ſemper manente ſorte. Et quæ inter eum contractum & fænerationem differentia ſit. Vtrum vſura nautica, Lugdunenſes permutationes, & ſimiles negociationes probari ac tolerari poſſint. Poſtremò quæ res in omni contractu legitimo neceſſariæ videantur.

CAP. II.

RESPONDI variis argumentis vt potui, quibus homines aſtutiſſimi perſuadere conantur fœneratorum quæſtum non omnino iniquum, aut improbandum eſſe. Nunc vnum dúmtaxat reliquum eſſe arbitror, de quo hic locus poſtulat, vt breuiter ſententiam noſtram exponamus. Probabilis, inquiunt, contractus ſocietatis eſt in quo alter pecuniā nudam contulit ſine opera, alter ſolam operā ſine pecunia. Nā & ita coiri poſſe ſocietatē non dubitatur, inquit Iuſtinianus, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit, quia ſæpe opera alicuius pro pecunia valet. §.1. De ſociet. lib. Inſtit. 3. & l.1. C. pro ſoc. id quod ipſa ſorte ſemper creditori ſalua intelligendum eſt. Inde igitur probari poſſe arbitrantur, creditorem, qui pecuniā contulit, quamuis nullam operam adhibeat: tamen quoniam debitor ex ea pecunia auctus eſt, iure partē lucri ſalua ſorte petere. In quo magna hercle illorū (nequid nunc acerbius dicatur) malitia & peruerſitas adparet. Etenim tantū abeſt vt cōtractus mutui aliquid ſimile cum ſocietatis cōtractu habeat: vt nihil magis diſſimile fingi aut commemorari poſſit. Nam primùm omnium certum eſt, in mutui conuentione vnam tantùm ac ſimplicem eſſe obligationem: in ſocietate duplicem: id eſt, vltro citróque pertinentem, & alterum alteri obligari. Secūdò in ſocietate vterque contrahens aliquid cōfert, ab alteróq; decedit, quod alteri adiungatur. Nā alter cōferr pecuniam, alter autem operam. In mutuo alter tantùm, nempe debitor. Nam collationem ex vi contractus & obligationis accipimus. Quare cùm obligatio mutui ex re, vt Iuſtinianus ait, ſubſtantiam capiat. §.1. De obligat. quę re cont. & ipſa res à creditore proficiſcatur: perſpicuum eſt quæ vi obligationis & contractus collatio venit, eam ex parte debitoris proficiſci. Prętereà illud etiam ſingulariter eſt obſeruandum, quod in hoc tractatu ferè præcipuū eſt: nēpe in ſocietate & damnū & periculum ad vtrūq; ſocium pertinere. nam cùm ſocietas cōtrahitur, inquit Paullus, tam damni q̄ lucri cōmunio initur. l. ſi vnus, 67. D. pro ſoc. & Pōponius ait in l. ſi igitur, 55. D. eod. æquū eſt, vt cuius participaueris lucrum, participes & damnū. Id quod adeò in quæſtu faciendo conſiderandū eſſe conſtat, vt Sabinus & Paullus adfirment, poſſe ita coiri ſocietatem, vt is qui ſolus induſtriam in ſocietate conferat, ſolus nauiget, ſolus peregrinetur, ſolus pericula ſubeat, nullum damnum habeat, lucrum verò cōmune ſit. l. ſi nō fuerit, 29. D. eod. & alibi cùm vnus ex ſociis cōmunem pecuniam fœneraſſet, ſi ſuo nomine id feciſſet, quoniam ad eum ſolū periculum pertineret, ſolum quoque vtilitatē, id eſt, vſuras conſecuturum. alioqui etiam alios ſocios, ſi quidē eorum quoq; nomine fœneraſſet: nimirū quia cōmune periculū fuiſſet. l. ſi vnus, 67. §.1. eod. cui prętereà ſpecies

perſimilis

perſimilis refertur in l.poſtulante, 44. in fi.D.ad Senat.Trebel.de eo qui rogatus partē hereditatis reſtituere,fœnerauerat pecuniam,quoniam id nullo alterius periculo fecerat,ſed ſuo tantùm : ſolū vſuras habiturum, alterum non habiturū. Atqui in mutuo ſolus debitor & damna & diſcrimina ſuſcipiat neceſſe eſt : neq; tantùm earū rerum quæ in quæſtu ſunt, verumetiam ſortis ipſius:creditor verò ſemper & ſortē & lucrū certum habeat, omnis damni & periculi ſit expers.Ex quo quanta ſit inter vtrūq; contractū differentia,facile eſt intelligi. Accedit huc ꝙ in ſocietate vterq; æquam fert partē ſumtuum. Itaq; qui pecuniam credidit, & viatica, vt ait Papinianus, & meritoriorum,& ſtabulorum,& iumentorū, & carrulorū vecturas, tam eius qui proficiſcitur, q̃ ſarcinarū eius graria,vel mercium,ei imputantur.l. ſi fratres parentum,52.§.ſi quis ex ſociis,13.D.ꝓ ſocio. In mutuo ſolus debitor facit ſumtus, ſolus impendit, ex ſuis ſolis impenſis negociatur.Atqui Valens in d.l.ſi poſtulante,44.ad Sen.Trebell.clarè inquit, magni intereſſe, num operā atq; impendiū heres fecerit in fructibus, qui partē erat reſtituere rogatus.Nā ſi ipſe fecerit,ſolum cōmoda habiturum:ſi nō fecerit, ſed à defuncto erant locata prędia,& penſiones recepiſſet,quoniam nullum impendium vel opera ei interciderat, reſtituere oportere. Quæ cùm ita ſe habeant, & in ſocietate alter alteri obligetur ad lucri dāniq; cōmunicationē,ęquū eſt ſocium qui pecuniam cōtulit,eiúſque periculum ſuſcepit,ſumtus etiam in faciendo quęſtu impendit,denique qui partem dúmtaxat vtilitatis ꝓmiſit,partem verò ſibi ſtipulatus eſt,eā partē ex contractu petere. Atq; hoc nimirum illud eſt, quocirca eius pecuniæ negociationem non improbandam eſſe iudicamus,cuius quidem pecuniæ periculum creditor contra mutuationis naturam ſuſcipit. Id quod vulgò trifariam fieri cōſueuit : In mari videlicet, & nauigatione:cùm pecunia trans mare creditoris periculo vehitur,quæ ideo Traiectitia nominatur, quēadmodū ſuprà copioſè à nobis dictū eſt. Cùm enim propter vſum pecunię nudum Centeſima, quæ illo caſu permittitur, non exigatur : ſed propter periculi emtionem, quod ea Centeſima videtur emere creditor:meritò ęquum eſſe viſum eſt, vt cuius periculum creditor ſuſcipit,eius rei cōmodum & vtilitatem aliquam percipiat. Qua ex re quam ob rem ea pecuniæ negociatio,quā ſcribit Plutarchus M. Catonem exercuiſſe,iniquiſſima iudicata ſit,non difficile eſt intelligi. Non enim ſortis totius,ſed paruę tãtùm ſummę periculum, quod totum emi ea cēteſima diximus, ad eum pertinebat. Altera eius negociationis ſpecies eſt,cùm terra periculum ſuſcipitur:vt ſi Romæ, exēpli cauſſa, reddi pecunia conſtituatur, quæ Lugduni traditur. quod genus hodie frequentiſſimè Lugdunenſes vſurpant,& lingua vernacula Permutationē, id eſt Collybū, (Collybus enim propriè in loci mutatione dicebatur) vulgò adpellant. Hoc enim illorum lucrum (moderatum modò ſit, neque immenſum aut immodicum) quoniam & propter geſtationis ſumtus,& propter periculum petitur, tolerari ac probari poteſt. Ex eo præſertim quòd Caius notat in l. illud quæſitum, 32.D.ad leg.Aquil.vbi eadem ratio eſt, ibi idem ius & æquabile ſtatuendum eſſe : non enim pecunia fœneratur, ſed periculum geſtationis emitur. Tertia periculi emtionis ſpecies eſt, de qua mētionē facit Scæuola in d.l.periculi, 5.de naut.fœn. cùm certa pecunia,alterius cauſſa,periculo dātis impenditur:ita tamen vt lucro facto, partem eius debi-

A tor vnà cum ſorte creditori ſuo perſoluat. veluti ſi piſcatori, aut venatori,aut aucupi in adparatum erogaturo pecuniam dederim,vt ſi nihil ceperit, ſortem amittam : ſi ceperit,& ſortem & partem lucri perſoluat. His igitur omnibus caſibus,& ſi qui præterea ſimiles ſunt,quoniam creditor ſortis periculum ſuſcepit, non dubium eſt quin aliquam eius emolumenti partem, quod ex ius pecunia fecit debitor,æquiſſimè poſtulet.ſiue illa Canoniſtarū ſentētia ſit in cap.

B nauiganti,De vſuris lib.Decretal.5.ſiue non ſit,quod mihi veriſimilius videtur:propterea quòd Euntis adpellatione, nauigans quoque comprehenditur. Eo verò caſu quo totius periculi, totius laboris, impenſarum omnium creditor expers eſt, denique quo vtilitatem omnem quæ ex pecunia poteſt colligi, debitori dedit (hæc enim Mutui natura & conditio eſt) quid eſt, vt Fabius dixiſſe fertur , iniquius quàm ſub ea arbore fructum legere quam alius conſeuit ? præſertim cùm pecuniam debitoris fecerit, id eſt, o-

C mnem ei dederit, eius vtilitatem : in ſocietate verò pecunia ſemper eius qui eam contulit remaneat.Præterea fœnerator ex re ſterili, nimirum nuda pecunia fructum captat : cùm in ſocietate nuda pecunia non ſit,ſed operæ atque induſtriæ coniuncta,ideóque fœcunda & fertilis. nam ſi otioſam pecuniam concluſam in arca habuiſſet, ſterilis & inutilis manſiſſet. Et quamuis operæ debitoris coniuncta , quaſi culta, emolumentum aliquod adferre ſoleat : tamen quoniam ſocietatem nullam contraxit , eius operæ &

D laboris fructus nihil ad eum pertinet. Et certè ſic ſe res habet, vt niſi cùm hæc quattuor quæ diximus interueniunt , numquam legitimus & liberalis quæſtus adpellari debeat. Primum enim neceſſe eſt rem eius eſſe qui lucrum ab ea poſtulat : deinde vt res ſit fœcunda & fertilis : tertio vt ſortis periculum ad eum pertineat : poſtremò vt ex arte & opera probabili quæſtus fiat. Nam aleator etſi ex re ſua lucrum quærat, eiúſque ſummum & certiſſimum periculum ſubeat : tamen quoniam ex arte turpi & improba id

E facit, non dubium eſt , quin eius quæſtus legitimus adpellari non poſſit. Quare quid de fœneratione dici debeat, haud obſcurum eſt. Cùm enim neque pecunia quam credidit eius ſit , neque res fœcunda ſit, neque periculum vllum ſuſcipiat, neque poſtremò ex arte probabili & iuſta lucrum quærat : is quæſtus quem à debitore poſtulat legitimus adpellari non poteſt. Ac ſunt alij quidem huius generis adquirendi modi, velut ex Antichreſi, & apud nos vſitata redemtione vectigalium , de quibus de-

F inceps cōmemorare operępretium eſt. Id quod nos quoq; facturos pollicemur,ſi modò quę ſit religionis Chriſtianæ, id eſt noſtræ (quæ ſola religio nominãda eſt) de fœneratorū quęſtu ſentētia,expoſuerimus antè breuiter,vt maiorē ea res & in primis grauem auctoritatem apud pios & bonos viros obtineat.

Quæ ſit religionis noſtræ de fœneratorum quæſtu ſententia. Explanatus Lucæ locus : Mutuum dantes, nihil inde ſperantes : item alter ex Deuteron. an Iudæis fœnerationem exercere permiſſum eſſet.

G

CAP. III.

CVm de vſuris quæritur, vulgò doctiſſimi homines præceptū Chriſti citant ex Euangelij Lucę quinto capite,quo iubet vt mutuum demus nihil inde ſperantes. Neque enim de ſorte illud intelligi poſſe aiunt, propterea quòd dictum ſit,Mutuum date, non Donate. Adſtr-

mant igitur ea Dei lege prohiberi,ne quis vſuras petat.Id quod de fœneratione ſola (quæ ipſa vſuræ adpellatione continetur) ab iis intelligi,non autem de vſuris in ſpecie ſumtis minimè dubitandū eſſe arbitror.Nam vt pupillus à tutore, & gener à ſocero, itémque fideicommiſſarius ab herede vſuras ſuæ pecuniæ petant, qua pecunia illi vſi ſunt, non tantùm ciuili,verumetiā naturali, & diuino iure permiſſum eſſe conſtat. De fœneratione igitur videamus:de qua ſi breuiter ſimpliciterque dicendum eſt,non arbitramur eo loco ſenſiſſe Chriſtum,cuius illa tota concio huc tantùm pertinet,vt benignè faciamus omnibus, hoc vnum ſpectantes, vt alios iuuemus, nulla noſtri habita ratione. Itaque benignitate barbaros & falſarum religionum cultores ſuperemus, qui nulli vnquam officium tribuunt, niſi vnde parem exſpectant gratiam.denique vt quamuis ingratos,inimicos,improbos quibuſcumque poſſimus beneficiis complectamur. Id adeò ex ipſius Chriſti verbis licet intelligere. Cùm enim nullam iis fore gratiam oſtendiſſet, qui aut mutuum dant, aut alia quædā officia tribuūt, ea ſpe vt eadem recipiant. Nam peccatores,ait,id eſt, à noſtra religione alieni peccatoribus dāt mutuum, vt paria recipiant.Quid eſt hoc,Paria recipere? Declarat Cicero his verbis in libro de Officiis ſecundo: A quo,inquit,plurimum exſpectant, etiam ſi ille his non eget,tamen ei potiſſimùm inſeruiūt.Quare quæ poſteà ſubiūgit: Quinimo diligite inimicos veſtros, & beneficiis adficite, & mutuū date nihil inde ſperātes:ita accipiendū eſſe conſtat,quaſi dixiſſet,nihil eorū quæ homines ab iis,de quibus bene merentur, exſpectant,cùm officium aliquod tribuunt:parem gratiā,mutuū officiū, mutuā animi beneuolētiā. Et ſanè Diuus Baſilius cognomento Magnus, de ſorte verba Chriſti diſertè accipit Cōcione in Pſal. XIIII.ſecūda, Τίς δ' ἐστὶν ἡ συμβουλὴ τοῦ δεσπότου; δανείζετε παρ' ὧν οὐκ ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν. καὶ ποῖον, φησί, τοῦτο δάνεισμα, ᾧ τῆς ἀποδόσεως ἐλπὶς οὐ συνέζευκται; νόησον τὴν δύναμιν τοῦ ῥητοῦ, καὶ θαυμάσεις τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ νομοθέτου. ὅταν πτωχῷ παρέχειν μέλλῃς διὰ τὸν κύριον, τὸ αὐτὸ καὶ δῶρόν ἐστι καὶ δάνεισμα. δῶρον μὲν, διὰ τὴν ἀνελπιστίαν τῆς ἀπολήψεως: δάνεισμα δὲ, διὰ τὴν μεγαλοδωρεὰν τοῦ δεσπότου, τοῦ ἀποτιννύντος ὑπὲρ αὐτοῦ. Hæc Diuus Baſilius,quę nos ita exprimenda putamus. Quod autem, ait, Domini conſilium eſt? Mutuum date his à quibus nihil ſperatis recipere. Et quale hoc tandem mutuum vocat, cui nulla redditionis ſpes adiuncta eſt? Perpende vim dicti,& legiſlatoris humanitatem admirabere.Quando inopi propter Dominum daturus es,hęc eadem & donatio & mutuatio eſt.donatio nimirum,ob id quòd ſpem recipiendi omnem deponis: Mutuatio verò propter munificentiam Domini qui hoc officiū remunerat. Nullàne igitur, dicet aliquis,exſtat lex in libris ſacris,quę fœnerationem improbet? imò verò.nam primùm quidē in libris Exodi & Leuitici Deus prohibet,ne quis egeno & inopi, ſiue ille Iudæus,ſiue alienigena ſit & peregrinus,modò eandem religionem colat, fœnore pecuniam occupet.in libro verò qui Deuteronomion inſcribitur, generatim loquens, id eſt, tam de paupere, quàm eo qui nullius opis indigens,quærit ex alterius pecunia ſuas augere copias:Ne,ait,fœnore pecuniam occupes fratri tuo,neque eſculentum,neque aliud quidquam quod fœnori dari poſſit. Barbaris quidem & exteris fœnerabis:fratribus verò tuis non fœnerabis. Iudæos inter ſe fœnerationē exercere prohibet: quæ lex ideo ſimiliter nos obligat, quoniam ad ceremonias non pertinet, & eos ritus qui non in omne tempus inſti-

A tuti fuerant,ſed ad perpetuā naturæ æquitatē ſpectat. id quod hoc argumento confirmari poteſt,quòd Dauid pſalmo 15. & Ezechiel.cap.18.eos beatos fore adfirmant, qui pecuniam ſuam non dederint fœnori: contrà qui eum quæſtum exercent,improbos ac ſceleratos.Quorſum igitur Iudęis permiſſum eſt,alienigenis & barbaris pecuniam dare fœnori? cùm is quæſtus ab æquitate naturæ tātopere abhorreat. an de ſeptē illis populis id intelligendum eſt,quorum facul-
B tates omnes & copias prædari ac diripere iuſſi erant? Verùm vt id omittam, quòd ea lex in omne tempus lata eſt, quo tempore à ceteris omnibus nationibus gentē Hebræam diſtingui ac ſecerni oportebat, non quo ſeptem illi populi exſcindi ac deleri poterant:vt illud,inquā,præteream,certè cùm & vitæ & necis illorum domini eſſent, iuberemúrque illos quaſi neci addictos ferro trucidare,vitáque expellere,ac tum eorum bona diripere:nihil,mea quidem opinione,attinebat aliam eos prædandi ac ſpoliandi rationē quæ-
C rere. an igitur illud potius exiſtimandū eſt, quod video ipſos Iudęorum Theologos adfirmare,quoniam ea gens arderet auaritia.& alieni adpetens eſſet,concedendum illorum effrenatæ cupiditati fuiſſe, vt ſe barbaris nationibus expilādis explerent,itáque à ſuæ gentis hominibus abſtinerent? Verùm iſtud contra nefarium eſt, vitiis hominum indulgere Deum exiſtimare:& eorum peruerſis cupiditatibus lenocinari, atque inſeruire.Huc accedit,quòd veriſimile non eſt Deū permiſiſſe populum illum ſuū, quem ſanctū, &
D caſtum haberi vellet,eo tam turpi,& flagitioſo quæſtu contaminari. Quid igitur illud eſt, quòd exteris fœnori pecuniam dare licuit? Reſpondeo, quoniam aliæ nationes barbaræ Moſaicis legibus non tenebantur,quæ ciues fœnus inter ſe exercere prohibebāt, ac ſi quid aliquando cum Iudęis contrahebant, quibus præſenti,vt fit,pecunia opus erat, illos grandi fœnore premebant, vt ius inter vtroſque æquabile & vnū omnibus eſſet:Iudęis ſimiliter permiſſum eſt, ſi quādo illis mutuā pecuniam darent,viciſſim vſurę nomi-
E ne aliquid ſtipulari.Eóne igitur permiſſum fuiſſe putandū eſt,vt paſſim ex pecunia quęſtū facerent, eámque publicè negociationē quaſi artē quādam legitimā exercerent? vt menſarij Lugdunenſes & Veneti, qui pecunię nundinationē &quaſi mercaturā quamdam exercent. Mihi quidē non fit veriſimile, quandoquidem & natura ab huiuſmodi quęſtu abhorret, & non modò aleatoribus, verùm etiam furibus turpiores ac deteriores fœneratores, ipſi etiam philoſo-
F phi iudicarunt. neque verò Iudæorū populo aliunde quàm ex legitima & probabili arte quęſtum facere permiſſum eſſet.Et quoniā omnia perſequimur,illud etiā videamus. an rectè quidam exiſtiment, qui ſcribunt eū quęſtum,etſi per ſe flagitioſus & iniquus ſit, attamen quoniam à Deo propterea permiſſus eſt, vt Iudæis nationes omnes barbaras eorúmque copias & facultates ſubiiceret: iuſtiſſimum exiſtimandum eſſe. quemadmodū furtū illud Ægyptiorū ſuppellectilis, quod quia à Deo permiſſum erat,etſi per ſe iniuſtum ac flagitioſum,nūquàm tamen in culpa poſi-
G tum aut crimini datum eſt. Verùm illi ſanè non ſatis eiuſce rei rationem tenere videntur, propterea quòd eos tantùm quos dixi ſeptem populos prædari licebat;ceteris iniuriam inferre nuſquam permiſſum eſt. Et quamuis Deuteron.cap.20.conceſſum eſt,quoſuis populos, ſi ſe in deditionē Iudęorum redegiſſent,tributum ferre cogere: ſi obſidione caperentur, vaſtare & populari: hoc tamen ita intelligendū eſſe conſtat,

cùm belli inferendi iuſtæ & probabiles cauſſæ exſtitiſſent. Verùm vt hanc longam, minimeque neceſſariam diſputationem omittamus, atque ad prima illa reuertamur: videamus ſi qua religionis noſtræ decreta vſquam exſtẽt, ex quibus illa noſtra de fœneratione ſententia confirmari poſſit. Eſt autem in actis Niceni concilij decretum quoddam, in quo quidquid ad hanc quæſtionem pertinet breuiter his verbis cóclusum eſt: Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος, λέγοντος, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνειν, ἐκ μεταχειρίσεως ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται: id eſt, Quoniam multi immodicè habendi cupiditati dediti, & turpia lucra ſectantes memoriam Scripturæ ſacræ depoſuerunt, quæ inquit, Pecuniam ſuam non dedit fœnori: & mutuum dantes centeſimas exigunt, decreuit ſanctum & auguſtum concilium, vt ſi quis inueniatur poſt hoc decretum qui fœnus accipiat, vel per ſe ipſe, vel alio quouis modo rem contrahẽs, aut ſeſcuplas, (id eſt, ſeſquicenteſimas, exigens, aut omnino aliud quiddam turpis lucri cauſſa animo agitans, abdicetur clero & alienus ſit à Canone. Hæc igitur Eccleſiæ Chriſtianæ de fœneratione ſententia eſt: quæ etſi de ſolis clericis, vt nunc loquimur, mentionem facere videtur, iiſque ſolis pœnam publicam ſtatuere: minimè tamen dubitandũ eſſe conſtat, quin ad omnes Chriſtianos pertineat. Neque enim cuiquã exiſtimandum eſt Centeſimas tantùm & ſeſquicenteſimas eo decreto prohiberi, quaſi aliç leuiores permittantur. diſertè namque omnem fœnerationis quæſtum condemnat, cùm ait: Si quis inuentus fuerit qui fœnus exerceat, & qui turpia lucra ſectetur. ex quo adparet, fœneratoriam negociationem tamquã turpem, ſordidam, hominéque Chriſtiano indignam improbari. Non eſt hoc hominum conſilium quod ad ſolos clericos pertineat. Exſtant enim inter cóſtitutiones eccleſiaſticas Leonis Papæ primi decreta, quib. apertiſſimè huiuſmodi quæſtus improbãtur nõ ſolùm in clericis, verùm etiã in aliis omnib. qui Chriſtianam religionem amplexi ſunt. Neq; hoc, inquit, prætereundũ eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos vſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere. Quod nõ dicam in eos, qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed & in Laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acriùs in eos, qui fuerint cóſutati, decernimus: vt omnis peccandi opportunitas adimatur. Illud etiam duximus prçmonendũm, vt ſicut non ſuo, ita nec alieno nomine aliquis clericorũ exercere fœnus attentet. Fœnus autẽ hoc ſolum accipere, & exercere debemus, vt quod hîc miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter & in perpetuum manſura retribuet, accipere valeamus. hæc ille, quç quia & Scripturæ ſacræ, & naturali rationi, ciuilibúſque legibus conſentanea ſunt, nemo dubitabit auctoritatem illis adiungere. Quamobrem autẽ αἰσχροκέρδειαι vocentur illi quæſtus, id eſt, lucra fœda & turpia, copioſè docet Chryſoſtomus aut quiſquis eius commentarij auctor eſt, qui eius nomine circúfertur, in Euangelium Matthæi, c. 17. Quid enim, ait, inrationabilius inueniri poteſt, quàm ſine agro & pluuia & ararro ſeminare? Has ob res qui hanc peſtiferã agriculturã adinuenerunt, zizania metunt, quæ

A igni æterno tradentur. An forſan viuendi iuſtè modi nõ inueniuntur? Num ſunt agrorũ cultus, gregis, pabula, armentorum cuſtodia, manuũ operatio, ſolius tuarũ rerũ cura? Eadẽ ratione vtitur vir ſanctus, quã & eruditi omnes ſequuntur, & luculenter exponit Ariſtot. eo quem ſuprà citauimus loco. nimirũ quòd è re ſterili captatur fructus, qui ab harum rerũ proprietate diſcerni non poteſt: ac ſuadet, vt qui pecuniã habẽt, eam in alios vſus legitimos, & naturales quæſtus collocent: veluti agriculturam, armentorũ paſtũ,
B mercatutam iuſtam, & alios huiuſmodi. non quò omnes adigat ad ararrum, ſed vt fructibus & vectigalibus prçdiorum, quç colonis elocent, victũ comparent. Præclarè namque Baſilius acer & verus rerum æſtimator, ὁ γεωργὸς, inquit, τὸν στάχυν λαβὼν, τὸ σπέρμα πάλιν, ὑπὸ τὴν ῥίζαν οὐκ ἐρευνᾷ. σὺ δὲ καὶ τοὺς καρποὺς ἔχεις, καὶ οὐκ ἀφίστασαι τῶν ἀρχαίων. ἄνευ γῆς φυτεύεις, ἄνευ σπορᾶς θερίζεις. Agricola, inquit, ſpicis collectis ſementẽ prçtereà ſub radice non euellit. Tu verò & fructus habes, neque tamen ab agro temperas. Sine terra ſeris, ſine ſemen-
C te metis. Non oſtentationis cauſſa colligo ſententias veterũ, quç nihil ad rem pertineant, aut cauſſæ noſtrç minùs inſeruiant. Multa ſunt loca apud Auguſtinũ, Ambroſium, Chryſoſtomũ, quibus fœnus damnatur, vt cùm veneno aſpidis comparatur, quod per omnia membra diſcurrit: aut modico fermento, quod totam conſperſionẽ corrumpit. quia cùm vſura, inquiunt, domum alicuius ingreſſa ſit, totam eius ſubſtantiam ad ſe trahit. Alij eam hirudinibus comparant, quòd vt illæ ſanguinem, hæ ſimiliter hominum facultates
D exſugunt. Eſtq; Plutarchi liber eodem ferè argumẽto ſcriptus. Verùm hæc illorum omnia minùs ad rem faciunt, ſiue quòd ad fœneratores in odium adducendos pertinent, eos qui pauperũ & inopum facultates deglubunt: de quib. vno omnium conſenſu reiectis & condemnatis nihil me adtinet plura hoc loco dicere. ſiue quòd debitores à mutuo à fœneratorib. petendo deterrere conantur. Verùm illud tantùm à nobis quæritur, an qui fœneratoriam negociationẽ exercent, vt illi quos Banquarios vulgò adpellant, aut
E verò alij prætereà qui ocioſam pecuniam fœnerant, atq; inde quæſtũ aucupantur, legitimũ ac iuſtũ quæſtum faciant. De quo quoniã alibi luculenter & propè diuinitus à Chryſoſtomo cómemoratum eſt: nimirum in Matthæi cap. 12. Homil. 38. ſatis eſt illius verba hoc loco ponere. Super omnes, inquit, mercatores plus maledictus eſt vſurarius: quia mercator dat rem vt iam illam non repetat: iſte autem poſtquàm fœnerauit, & ſua iterum repetit, & aliena tollit
F cum ſuis. Adhuc dicit aliquis, Qui agrum locat, vt agrariam recipiat, aut domum vt penſiones recipiat, num eſt ei ſimilis, qui pecuniam dat ad vſuram? Abſit. Primùm quidem, quoniam pecunia non ad aliquẽ vſum inuenta eſt, ſicut ager, vel domus, ſed ad preciũ emendi, vel vendendi. Secundò, quoniam qui agrum habet, arat eum, & fructum accipit ex eo. Similiter & qui domũ habet, vſum habitationis capit ex ea. Ideò qui locat agrũ, vel domũ, vſum dare videtur, & pecuniam accipere: & quodãmodo quaſi videtur
G cómutare lucrum cum lucro. Pecuniam autem ſi repoſitam in ſacculo teneas apud te, nullũ vſum capis ex ea. Has rationes grauiſſimas & eruditiſſimas enumerat vir ſanctus, quibus non modò menſarij publici, verumetiam omnes menſariorum ſimiles condemnantur. Quorum etſi infinita ſunt genera, vnũ tamẽ exempli cauſſa propoſuiſſe, ſatis ad intelligendũ erit. Redeat. n. ad mercatorẽ ex opera & arte ſua ma-

gna pecunię vis:redeat ad aliquē hereditas,quę in pecunia numerata conſiſtat:aut verò ex vēditione agri ſuorúmque bonorum quædam pecuniæ ſumma redacta ſit:iuſtúmne illi & legitimum ſectari quæſtum exiſtimandi ſunt, cùm alium quęrunt, cui pecuniam ſuam dent fœnori,vt ex illius opera induſtriáque lucrum captent? De paupere & eo qui neceſſitate premitur,nunc nihil quærimus. Gratis enim illi mutuò dandum eſt.De locuplete igitur ambigimus,qui cùm nullius opis indigeat,quęrit ex alterius pecunia ſuas augere copias.Ponamus itaque mercatorē quemdam locupletem,ipſúmque adeò regis Luſitaniæ inſtitorem, qui nō parui beneficij loco habiturus eſt, in lucro etiam poſiturus, ſi quis ei pecuniam grādi etiam fœnore mutuò det. Et ſanè nonnullos in ea eſſe ſententia videmus,vt eum eſſe quæſtum & honeſtum & legitimū adfirmēt:nimirum propterea quòd ex aliena pecunia lucrum faciat. Nunc illud omitto quod ſuprà copiosè & ſatis, vt arbitror, diligēter ex medio iure ciuili demonſtratum eſt, pecuniam mutuò datā debitoris fieri:non manere creditoris.Neque enim nobis nunc cum iis res eſt, qui eruditum illum puluerem attigerunt. Sit igitur aliena pecunia ex qua mercator lucrum facit. Eóne tamen legitimus creditoris quæſtus exiſtimandus eſt,qui pecuniam aleatori dedit mutuò,vt ex aleę lucro partē habeat?At multum inter vtrūque lucrum intereſt. Nā illud ex mercatura & arte probabili:hoc ex improba & flagitioſa factum eſt. Quæ tandem iſta tergiuerſatio eſt? Non enim vnde debitoris lucrū redit, ſed vnde creditor id petat quęritur. Eſt autem eius creditoris in aleæ ludo turpiſſimus,id quod inter omnes conſtat, & improbiſſimus quæſtus:quoniam ex arte nulla probabili & legitima comparatus eſt.Erit igitur eadem ipſa regula & lege adhibita eius de quo poſtremo loco diximus creditoris. Non igitur illud quærendum eſt,Inſtitor Luſitaniæ Principis, aliúſve debitor lucrum ex aliena pecunia fecerit,nécne:ſed illud potius,iuſténe creditor id lucrum petat,aut eius lucri partem, quod ideo negamus,quoniam ex rę ſterili,opera & arte ſua nulla,ex alterius labore & induſtria id petit. Et quāuis debitor ex arte probabili & legitima lucrū fecit, nullam tamen eius partē creditor ſibi vindicare poteſt: propterea quòd nulla inter eos ſocietas contracta eſt.Ea enim vis ſocietatis eſt,vt etiā eius ſocij qui nullam operam,ſed ſolam pecuniā contulit, operam tamen eius qui eam confert communem faciat.

Neq; verò ſatis huiuſce diſputationis nodū videre illi quidē exiſtimari poſſunt,à quibus noſtra hęc ſententia rideri ſolet,quaſi debitores qui ſe ſummo à creditoribus beneficio adfectos profitētur,ea quæ vtēda acceperint,maiore menſura,ſi modò poſſint, reddere ꝓhibeamus:cōtráq; illud Heſiodi præceptum citant.

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι,
Ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.

Optima à vicino menſura vtendum cape:eadémq; illi redde qua acceperis, aut etiā cumulatiore ſi poſſis:vt ſi quando rurſus indigeas,tum quod neceſſitati tuæ ſubueniat conſequare.Nos verò tantum abeſt,vt illud debitoris officiū & egregiam referendæ gratiæ voluntatem improbemus, vt eum qui aliter fecerit, nō modò ingratum (quod per ſe graue eſt) ſed etiam impium adpellare non dubitemus.Verùm eóne tandem ſequitur, iure id creditorem ſtipulari poſſe, debitorémque ad eam rem obligatione cogere? nihil profectò minus. primùm enim in omnem euentum

A ſtipulatio concipitur: id eſt, ſiue lucrum, ſiue damnum factum fuerit. Itaque lucrum quod nondum in rerum natura eſt, quódque etiam an futurum ſit incertum eſt,quaſi certum atque extra periculum poſitum ſtipulatur. quinetiam quāuis in eum caſum ſtipulatio concipiatur, quo caſu debitor lucrū faceret, tamen quoniam & ex re, vt ante diximus, aliena, & (vt Chryſoſtomus docet) ſterili atq; infœcunda,tum prætereà ex arte nulla legitima & probabili,denique
B ex alterius opera & labore quæſtum aucupatur, iniquiſſimè id facit. Rependat igitur ea quæ vtenda debitor accepit, etiam, maiore menſura quàm acceperit:grati ille quidem & memoris officium faciet:neq; ſi id creditor acceperit, adficietur iniuria, dummodo in beneficij & gratiæ,non autem in debiti loco id numeretur. Nam vt Ariſtoteles lib.Ethicorum quinto eleganter ſcribit, qui ſua dedit (quemadmodum Homerus ait Glaucum dediſſe Diomedi,Próque nouem centum,pro ferro tradidit aurum) iniuriam non ac-
C cepit. quandoquidem vt det in ipſius ſitum eſt poteſtate.Sed non quod honeſtè accipimus,idem etiā cōtinuò honeſtè petere poſſumus. Quærat igitur aliquis, cùm debitor non iniuſtè faciat, grati etiam & memoris officio fungatur, qui maiore menſura reddit, quod acceperit, iuſténe & piè ac ſaluo officio faciet,ſi menſario publico fœnus ex ſtipulatione pendat? an potius cùm iniquiſſimus & improbiſſimus contractus fœnerationis ſit, eadem vtriuſque cōtrahentis ratio ſit,in contractu,& tam iniqua ſit debito-
D ris promiſſio,quàm ſtipulatio creditoris? Etſi autem nō ſum neſcius lubricum hunc eſſe locum, plenúmque diſſenſionis inter doctiſſimos, tamen quoniam ad eum nos inſtituta diſputatio perduxit: non dubitabimus noſtram de eo ſententiam breuiter ſimpliciterque proponere. Exiſtimo autem equidem rem omnem ad certam rationis normā dirigens, & diligentiſſimè perpendens momenta officij vtriuſque contrahentis, reciprocari in eo negocio contrahendo honeſtatem & turpitudinem conuentionis. Iam
E illud à nobis explicatum eſt, fœneratorem aut ex ſtipulatione fœnus accipere, aut ſolo debitoris beneficio, qui grati & memoris officium faciens plus reddit quàm acceperit. Oſtendimus prætereà ſatis,vt arbitror,diligenter, ſtipulatione fœnoris contractū inter Chriſtianos & probos viros vitiari: nimirū quia perniciosa eſt Reipublicæ,deſeruntur artes, & flagitioſa negociatio eſt, ex re ſterili, ex arte & induſtria creditoris nulla, per labores & vigilias alterius quæſtus comparatur. Ex quo ipſo perſpicuū eſſe arbitra-
F mur,quę res per ſe ipſa turpis & flagitioſa eſt,eius rei non minùs improbam promiſſionem, quàm ſtipulationem intelligi. Et quāquam diuerſa videatur eſſe creditoris ratio & debitoris, propterea quòd ille fœnus petendo proximum violat,qua de cauſſa ſtipulatio eius magis quàm huius promiſſio improbatur, hic qui promittit nulla creditorē lędit iniuria:tamen quoniā anſam & occaſionē eius mali & iniuſtitię cōmittendæ creditori præbet, eiúſq; in Repub.exitialis nundinationis exercēdę ac retinēdę,magnā profectò
G eius mali culpā ſuſtinere intelligitur. Nō enim eius tātùm qui aleæ luſus, aut ſortilegij, aut alteri* cuiuſuis artis improbę & perditę quęſtū ſectatur,ſtudium improbamus: ſed eius quoque qui pecuniam illis in eam rem eam impenſuris mutuò dat,itáque eius mali quaſi fomitem ac materiam quādam ſubminiſtrat. Profectò enim ſic ſe res habet,vt niſi eſſent qui fœnori pecuniā acciperent, eſſent nulli qui fœneratoriam exercerent.

exercerent. Et quamquam nulla vnquam lege Iudęis interdictum eſt, ſi quando cum exteris nationibus negociarentur, fœnori pecuniam ab iis accipere: minimè tamen hoc ad imitationem nobis referendum eſt: non magis quàm quod iiſdē fœnori dare permiſſum erat. vtpote cùm quid aliç omnes Barbaræ & exterę nationes, quas tamquā perditas & reprobas deteſtabantur, vel iuſtè vel iniuſtè facerent, pro nihilo putarent. Portò autem quemadmodū in fœnoris cōtractu ex creditoris facto debitoris factū æſtimandū eſſe docuimus, nimirū propterea quòd eius contractus æquitas iniquitáſque reciprocatur, ſimiliter etiā dicimus, ex facto debitoris viciſſim creditoris factū metiendum eſſe. Vnde cùm in perſona debitoris, qui citra vllam conuentionem aliquid præter ſortem creditori reddit, factum illud non improbemus, magnòpere etiam laudemus, conſentaneum eſt etiam, vt ne creditoris quidem factum qui id accepit improbari poſſit. Ac de his quidem ita ſe rem habere non dubitamus. Quamquam illud quoque adiiciendum eſſe arbitramur, nobis non videri bonorum virorum cōſcientias tam anguſtè arctéque his quaſi vinculis conſtrictas teneri oportere, vt ſi quis in magnam aliquam atque acerbam difficultatem incurrerit, neque vlla emergendi poteſtas aliunde adpareat, quàm ex fœnerationis adiumento, nō potius neceſſitati pareat, quā magno aliquo detrimento adficiatur. Hunc enim ab ea quam diximus culpa liberat neceſſitas, vt qui eius iniuſtitiæ cōmittendę nullam occaſionē adtulerit. Quid enim ſi quis à prædonib. aut piratis captus magnā eis pecunię vim promittat, vt ſeſe inde eximat, ac tandem etiam perſoluat, cóne dicenda turpis pecunię promiſſio eſt, quia eius exactio turpitudine non vacat?

De vſura annua, vt antichreſi, & eo contractu quo fundus eiúſve reditus ſub condicione redimendi venditur, item de vſitata emtione redituum, & legati ſpecie cuius mentio fit in celeberrima l.3. D.de ann.legat.

Cap. IV.

Hactenvs de fœneratione & vſurarū quæſtu dictum ſit, ſatíſque, vt arbitror, diligenter expoſitum, quibus de cauſſis eum quæſtum qui fœnore percipitur improbum minìméque tolerandum eſſe iudicemus. Nunc igitur quoniam inuenta regula & quaſi norma quædā eſt, qua poſſit de cuiuſcumq; quæſtus & lucri æquitate iniquitatéq; iudicari, (requiri enim neceſſariò quattuor oſtendimus, vt res noſtra ſit; eadémq; frugifera, & fertilis, periculū prętereà & damnum ad nos pertineat, & ex arte legitima lucrū fiat) poſtulare hic locus videtur, vt alios quoq; eiuſdem ferè generis contractus ad eandē normam & regulā exigamus. In primis igitur de cōtractu eo quē Martia. in l.ſi pecuniā, 33.D.de pig.act.& l.ſi is qui,11.§.1.D.de pig. ἀντίχρησιν adpellat, videamus. Hanc.n. vſuræ quamdā eſſe ſpeciē ſup. oſtendimus: ſi quando videlicet pro debita pecunia vſura nō in pecunia, ſed in fundi, aut ædium fructibus ſoluatur. Hęc enim eius verbi notatio eſt, quaſi creditor, cuius pecunia debitor vtitur, viciſſim re à debitore pignori oppoſita vtatur. exſtátq; huius conuentionis ſpecies memorabilis in l. ſi ea lege, 17.C. de vſur. Finge igitur Semproniū mutuò dediſſe Titio pecuniā, & fundū aliquem pignori accepiſſe, ſtipulatúmq; eſſe vſurarū loco fundi fructus. Nunc vtrū ea fundi penſio fœneratio dicenda ſit, ob eámq; cauſſam

A turpis & improba exiſtimari debeat, dubitari poteſt. Primùm enim cùm debitor vtatur creditoris pecunia, ſi contrà re debitoris creditor vtatur, præſertim ex conuentione, ius par & æquabile vtriuſque videtur eſſe. Præterea cùm ager in cōuentione eſt, & culturæ ſumtus & fructuum incertitudo (vt ſterilitas & tempeſtatum pericula) ad creditorem ſpectant. Ex quo quidē probari poſſe videtur, vt qua in re & ſumtum & operam poſuerit, eius rei commodum & e-

B molumentum percipiat. Contrà illud adferri poteſt, adhibita illa quam ſæpe dico regula & præſcriptione, iniquum hunc quæſtum & illegitimum adparere. quoniam etſi & res fœcunda eſt, (ſi ad pignus ſpectandum ſit) & ſumtus in ea re creditor fecerit, periculúmque ſuſceperit, ex re tamen aliena lucrum petit. Remanēt enim oppoſita pignori, debitoris. Neq. verò exiſtimari poteſt, pati vtrumque & ęquabili iure in re vti alterius. Nam ſi veſtem tibi meam oppoſui pignori, non tamen eodem iure vti in re mea po-

C teris, quo ego in pecunia. Verum eſt enim quod ſcribit Vlpianus, creditorē, qui pignore vtitur, furti crimine obligari, l.ſi pignore, 54.D.de furt. At illud ex pacto inter nos conuenit. Cauſſam igitur eiuſce cōuenti pacti videamus. An locatus ager eſt? minimè. quid ergo? apertè exponenda cauſſa eſt: propter vſum pecuniæ creditoris id illi conceditur. In quo contractus iniquitas & iniuſtitia cernitur. Verè namque pecunia locatur. quod quia vel contra eius naturam fit, (permutandi enim nō locandi cauſſa inuenta eſt)

D vel quòd ſeparatam ab vſu proprietatem non habet: vel aliis prætereà permultis cauſſis, de quibus anteà latè commemoratum eſt, turpiſſimum & iniquiſſimum iudicatur. Sed fortaſsè dixerit aliquis, Cur ergo iure id ciuili permiſſum eſt? quemadmodum adparet ex d.l.ſi ea pactione, 14.& l.ſi ea lege, 17.C.de vſur. reſpondeo idem in hac fructuum, quod in pecunię numeratæ vſura & acceſſione dicēdum eſſe. Plana enim & perſpicua regula eſt ciuilis iuris, Vſuras numquam niſi ob id quod verè & non ſimulatè intereſt deberi.

E quemadmodum copioſè &, vt mihi quidem viſum eſt, diligenter ante à nobis commonſtratum eſt. Quamobrem ita diſtinguendum eſſe arbitror, an creditor iuuandi tātummodo debitoris cauſſa, & adeò nullius ſui commodi & emolumenti habita ratione, vt etiam eius magnopere interſit, an verò ſui tantùm quæſtus & lucri gratia id fecerit. Nam ſi fortè mercator ad nundinas profectus, pecuniæq. ſummam aliquam ſecum deferens, ab amico, emolumēti ſui, collocandæ fortaſſe filiæ ſuæ, cauſſa rogetur, vt

F eam illi pecuniam mutuò det: ídque illi ea lege & condicione conceſſiſſet, vt intereà fundo alterius frueretur, quoniam intereſſe creditoris conſtat vſu carere ſuæ pecuniæ, vſura ea legitima & probabilis exiſtimari debet. Si verò ita collocandæ ſuæ pecunię occaſionem creditor ſui lucri cauſſa quæſierit, neque aliter eius interſit, ſed eam quaſi pecuniæ negociationem exerceat: quoniam ea vera fœneratio eſt, quæ ex ipſis numûm corporibus fructum petit, improba & iniqua ea conuentio exiſtimari debet. Cùm

G enim pecunia ſterilis ſit, nihilominus contra naturam facit, qui ab ea fruges exſpectat, quàm qui pecuniam: præſertim cùm & vēdi fruges, & locari domus à creditore poſſint. Ex quo ipſo de alio quoq. cōuentionis genere vſitato iudicari poteſt: cū fundus eiúſve reditus emitur ea lege, vt quotieſcūq. vēditori viſum erit, redimere poſſit. Eo nāque caſu ſors emtori redditur, & tamē reditus illi annui quos pcepit, eius

fiunt:qui quoniam adceſſio videntur eſſe ad ſortem, fœnus quoque redolere videri poſſunt,& ad ſpeciem quamdam ἀντιχρήσεως pertinere.Contrà illud certum eſt, multum inter huius emtoris vſum & illum creditoris, cui ius ἀντιχρήσεως datum eſt, intereſſe. Primùm quia creditor ex re aliena fructū percipit, emtor ex ſua:neque enim pacto de redimendo interpoſito impediri dominij trāſlationem,adfirmari poteſt: propter l.2.C.de pact. inter emt. & vendit. prætereà quòd ante dicebamus reditus ab emtore intereà perceptos adceſſionem eſſe,hoc quidem ſummopere negandum eſt. Cùm enim hic contractus nihil aliud quàm emtio & venditio ſit, vt modò diximus:quodcumque vltro citróque transfertur, in ſorte hoc & principali re,non in adceſſione ponendum eſt. contrà verò in pignore aut mutuo,quæ cùm rem principalem contineant, id quod prætereà adcedit atq.adiungitur, haud dubiè adceſſio eſt, itáque adpellari oportere conſtat. Quæ cùm ita ſe habeant,quid tandē exiſtimari de alia vſitata vectigaliū emtione debeat, non obſcurū eſſe arbitror. Finge enim Sempronium cùm pecuniæ indigeret,ita cum Titio conueniſſe, vt cum Titius pecunia ſua iuuaret,ac viciſſim ab eo tādiu ex certo fundo XXX. modios annuos frumenti aut eorum precium acciperet, quamdiu pecunia Titio non redderetur. Hæc enim vſitata hodie conuentio eſt, cuius etiam exemplum exſtar memorabile in Nouella conſt.CLX. vbi ſumma quædam pecuniæ ex legatis ciuitati relictis collecta, ne quando ea deperiret, à magiſtratibus ita collocata fuiſſe tradidur, vt qui eam ſuſcepiſſent,penſionem aliquam eo nomine Reipublicæ ſingulis annis perſoluerēt, quamdiu pecuniam illam penes ſe habuiſſent. Ac nonnulli quidem in ea ſententia ſunt, vt dicant fœnerationem ea conuentione exerceri,propterea quòd ex nuda pecunia fructus quæritur.neque enim ſi quando ſors reddatur,eas penſiones in ſortem imputari. In quo ego magnam ſanè video illorum imperitiam.Quis enim non videt, quantum inter Mutui contractum & hāc conuentionem interſit? Nam in Mutuo quidem ita ſors alienatur, vt tamen debitoris obligatio ſemper eam creditori,cùm illi videbitur,prçſtet:id eſt,vt ſors in omne tempus ſalua & integra creditori remaneat. Contra vſitata conuentione ipſo ſtipulationis & traditionis momento ſors ei deperit,à quo data eſt.adeò vt eam neque vllo iure, neque vlla obligatione, reuocare poſſit. Ex quo quidem intelligi debet veram neque ſimulatam eo caſu emtionem contrahi:neque quidquam adceſſionis loco venire:ſed quod vltro citróque datur,rem eſſe primariam ac principalem: & precium quidem in pecunia, mercem contra in vectigalibus verſari.ob eámque cauſſam emtorem non ex aliena re,ſicuti fœneratorem, ſed ex ſua, nimirum ex emtis vectigalibus,neque porrò ex re ſterili & infœcunda fructum ſibi comparare. Cauſſa enim non in pecunia,ſed in debitoris bonis & vectigalibus poſita eſt. In quo illud quæri poteſt,quoniam ſuprà diximus periculum eius rei vnde fructum petimus ad nos pertinere oportere: quemadmodum rei venditæ periculum ad emtorem ſpectat, an fundi in contractu nuncupati periculùm, ita ad emtorem pertineat, vt ſi vel pereat,vel imminuatur,reditus quoque perire vel minui oporteat. Quod eo etiam veriſimilius quibuſdam videtur, quia ſi fundus aut eius reditus qui ſub redimendi condicione venditus eſt periret, haud dubiè emtoris periculo periret. Cùm.n.vt dixi, & hæc & illa vera emtio ſit,eſſe quoq.aliquod emto-

A ris periculum oportere videtur: adeò vt nonnulli,& ij quidem eruditi,adfirmare nō dubitent,hanc noſtrā vſitatam redituum emtionē ſemper in certum fundū referendā eſſe,ac vitiari ſi ſola debitoris perſona obligetur.i.ſi ad perſonā,non ad rem obligatio pertineat: propterea quòd ſemper certus & extra periculū poſitus emtoris reditus exiſteret.Et profectò ita eſt,vt in contractu illo celebri de quo mentio fit in cap.1.& 2.de emt.& vendit.libr. Extrauagan.III. & vnde noſtrorum redituum formam perueniſſe ad nos qui-

B dam putant: ea lex inſerta ſit, vt venditores non adſtringantur,etiam ipſis poſſeſſionibus & bonis obligatis penitus interēptis,ſeu deſtructis. Hæc enim ipſa pactionis verba ſunt:quam quidem ideo etiam ea ratione nonnulli neceſſariā eſſe adfirmant, quia in venditione vſusfructus fundi,corpore peremto vſusfructus quoque perimitur,§.vl.de vſufructu libro Inſtitutionum ſecundo,& l.repeti,5.§.rei mutatione,2.D. quibus modis vſusfructus,vel vſus amittatur. Verùm

C illi etſi eruditas profectò minimèq.leues aut inanes rationes adferunt, mihi tamen non ſatis vbi totius huiuſce diſputationis cardo vertatur intelligere videntur. ſiquidem in hoc genere vniuerſo id primum ſpectari debet, ius quæſitum perſonale ſit an reale. Nam ſi in rem eſt,vt ſeruitus quę in fundo conſtituitur, actus, iter, vſusfructus, re peremta ius quoque quod in eam rem eſt perimitur. Quòd autem hæc obligatio redituum annuorum perſonalis ſit nō realis,haud multæ ad probandum coniecturæ aut argu-

D menta quærenda ſunt. Exſtat enim in L.vlt.§.vlt.D. de contrahenda emtione, in hac ipſa quæſtione Scæuolæ reſponſum ita perſpicuum, itáque diſertum, vt nihil magis. Si Titius, inquit, de fundo ſuo centum modios frumenti annuos præſtare promiſit C.Seio, eúmque fundū poſteà vendiderit,his verbis adiectis, Quo iure quáque cōdicione hodie eſt: emtor C.Seio ad præſtationē frumenti non erit obnoxius. Eſt igitur, vt apparet, hæc obligatio merè perſonalis, quoniam videlicet perſonę ſemel obligatæ perpetuò ad-

E hæret,neque rem aut rei poſſeſſorem comitatur. Sed nonnulli viri docti diſcrimen hoc non videntes, ius horum redituum reale eſſe arbitrati ſunt. quod ex eo intelligi poteſt, quia tales venditiones ſeruitutibus fundorum,vt actui,& itineri comparāt. à quibus tamen longè latéque differūt. quia cùm perſonales obligationes rei poſſeſſorē non ſequantur,quemadmodum Vlpianus ait in l.1.§.ſi heres, 8. D.ad Senatuſc. Trebel.contrà hæ ſeruitutes rei,vt ita dicam, viſceribus inhærent,& rem quocumque abeat conſequun-

F tur.Qua de cauſſa etiam actiones reales harū nomine nobis cōpetere perſpicuum eſt ex §.ęquè ſi agat quis, 2.De actionib.libr.Inſt. IIII. vt pote quæ noſtræ ſint. vnde formula concipitur, Hanc rem meam eſſe aio. contrà quam in his reditibus,qui quáuis à nobis verè & nō ſimulatè emti ſint, non tamen noſtri eſſe dicētur. neq.illa formula à nobis peti poſſunt, ſed ea potiùs quæ perſonalis actionis propria eſt, Aio te mihi dare facere oportere. Id quod apertiſſimè Vlpianus docet in l.obligationū,3.D.de act.& oblig.vbi etſi v-

G ſusfructus aut fundi reditus ex ſtipulatione promittatur:tamen obligationis eius ſubſtantiam in eo non conſiſtere reſpondit,vt ſeruitutem noſtram faciat:ſed vt nobis ſponſorem obliget ad dandam ſeruitutem, ex quo etiam reſponſum iis volumus qui hunc contractum ſimilem eſſe emtioni iudicarunt, quæ ſub condicione redimendi facta eſt: in qua fundus aut eius reditus ea condicione emtus emtori petit. Nam

eo caſu

eo caſu verè emta res tranſit in emtoris dominium: A
hîc tantùm ius in perſonam quæritur. ex quo actio quoque perſonalis naſcitur. Eóne igitur reditus emtori perit, ſi fundus in contractu nuncupatus intereat: quoniam vſusfructus ex ſtipulatione debitus fundo ſublato perit? Minimè. Hoc enim inter vtrumque intereſt, quòd vſusfructus ius eſt, vt ait Caius, in corpore, quo ſublato & ipſum tolli neceſſe eſt, l.2. D.vſusf. hic autem reditus ius eſt in perſona: quia perſona obligata quotannis dare facere tenetur: neque emtor per ſe ipſe poteſt fructus percipere. Contrà quàm B
in fructuario, qui ipſe arbitrio ſuo ſuíſque manibus fructus vt pote ſuos ſibique proprios percipiet. qua de cauſſa etiam Scæuola in l. fundi Trebatiani, 38. D. de vſu & vſuf. leg. ſi teſtator vxori ſuæ fundi certi reditum quoad viuet dari voluit: perſpicuè reſpondit, poſſe tutorem heredis fundum vendere, neque tamẽ legatariæ emtorem obligari: ſed tutorem eam debere quantitatem annuam quam viuus paterfa. ex locatione fundi redigere conſueuerat. quid ita? quoniam ea perſonalis obligatio eſt, & ſi re quidem ipſa & cor C
pore pendeat: adeò vt corpore peremto ipſum quoque ius perimatur. contrà quàm in illa de qua loquimur vſitata emtione vectigalium, aut ea de qua commemorat Scæuola in d.l. vlt. de cont.emt. in quibus & ſi certus fundus exprimatur, tamen quoniam perſonalis obligatio eſt, quæ ab eo non pendet, idem ius à ſtipulatore quæritur, quod à creditore iis in rebus quæ illi pignori datæ ſunt. quæ quamuis perimantur, quoniam tamen in perſonam obligatio eſt, ius creditoris non imminuunt, §.vlt. Quib.mod.re.cont. D
l.ſi inter colonum, 21. §. quidquid, 2. D.de pig. l.Prætor ait, 9.§.eſt præterea, 5. D.de reb.auct.iud. Ex quibus breuiter diſputatis intelligi poſſe arbitror quod ſuprà diximus, neque neceſſarium eſſe, vt obligatio ad rem referatur, & in certum ſemper & expreſſum fundum reditus conſtituatur: neque ſi fortè cõſtitutus ſit, periculum ad emtorem pertinere. præſertim cùm ea condicione nõ iuuentur debitores, ſed potius creditorum cõmodum vtilitáſque procuretur. quib. ne ſolam debitoris fidẽ alia nulla hypotheca & cautione adhibita ſequantur, interdicitur. Vtvt ſit, illud cõſtat, vſitatam vectigaliũ emtionem eo tantùm caſu probandam eſſe, cùm in omne tempus alienatur pecunia: neque de ea reddenda creditori cauetur. quoniam quidẽ, vt antè dixi, emtio eo caſu non mutuatio facta intelligatur. Quare quid eo caſu dicendum ſit, cùm obligatio de reddenda pecunia facta eſt, aut certo die, aut arbitrio creditoris, ea lege vt interim annua quædã penſio exſoluatur: non difficile eſt intelligi. Cùm enim vera ea mutatio ſit, emtioni contraria, fœnerationi planè ſimilis, vtpote quæ ſiue menſtrua, ſiue annua ſit, nihil intereſt: nemini dubium eſſe debet, quin tamquam turpis & illiberalis quæſtus improbanda & repudianda ſit. Iam hoc loco quæri ſolet à pleriſque, de legato cuius mentio fit in l.3.§.vlt. D.de ann.leg. cùm teſtator ſummam quamdam pecuniæ legauit, heredéſque iuſſit quamdiu pecuniã legatario non ſoluerent, certam ei penſionẽ annuam ſoluere, an is quæſtus legitimus exiſtimari poſſit. præſertim eo caſu ſummæ principalis ſolutio in arbitriũ legatarij collata eſt: quoniam quidem annuorum redituum penſionem turpẽ atque improbam eſſe oſtendimus. Verùm huiuſce diſputationis explicatio facilior eſt, quàm vt longa oratione indigeat. Nam ſi ſors à legatario numquã peti poſſit, ſed in heredis arbitriũ collata ſit; ſiue legatario relicta ſit, alterius optio: nũquam is reditus annuus ad fœnerationẽ accedere videri poteſt. quippe, qui neq. ex mutuo, neq. ex legatarij pacto conuento aut ꝓcuratione ad eum redit: ſed mera & ſpõtanea teſtatoris liberalitate & munificẽtia ꝓficiſcitur. adeò vt quãuis nõ heredes teſtator dãnauerit, ſed id qđ ſibi ex mutuo dato debebatur, ita à debitore legauerit, vt quãdiu pecuniã creditor nõ petat, neque eam debitor exſoluat, certa quędam annua ſumma pendatur vſuræ nomine, quam tamẽ iure teſtator ipſe in vita manens, exigere ſine fœneratione non poterat, legatum valeat: propterea quod nulla legatarij opera id factum eſt, & debitor de tota ſumma vrgeri à teſtatore adpellatique videatur.

DISPVTATIO DE GRADIBVS COGNATIONIS, VNA CVM FIGVRIS SEV SCHEMATIBVS AD GRADUUM ENUMERANDORUM RATIONEM ADCOMMODATIS.

edita primùm anno 1547.

1 *Cognationis definitio: & diuiſio in Naturalẽ & Ciuilẽ:*
2 *Et mixtam.*
3 *Generatio alia ſuperior, alia inferior: adſcendens, deſcendens.*
4 *Gradus quid ſint.*
5 *Reſtituta tabula graduum cognationis.*
6 *Titius docendi cauſſa dicitur, Is de cuius cognatione quæritur.*
7 *Parentes ſuprà Titium: & qui parentum nomine cenſeantur.*
8 *Liberi, qui infrà.*
9 *Expoſita regula §.3.l.vlt.D.de grad.*
10 *Et à communi Doctorum opinione in ea interpretanda diſceſſum.*
11 *De limite tranſuerſali, vtrimque propendente.*
12 *Cognatos inter & adgnatos differentia.*
13 *Conſobrini, Patrueles, Amitini.*
14 *Ratio inueſtiganda cognationis in limite trãſuerſali.*
15 *Ut ſemper ad Familiæ auctorem & genarchum adſcendatur.*
16 *Et breuiter expoſitus Vlp.in l.27.§.3.D.de inoff.teſt.*
17 *Nepotem fratris, & Nepotẽ ex fratre non eundẽ eſſe.*
18 *Reprehenſa communis graduum enumerandorũ ratio.*
19 *Et reſponſum eorum argumentis qui illam retinendam cenſent.*
20 *Itémque iis etiam reſpondetur, qui dicebant in iuris ciuilis Schemate nullam matrimoniorum rationem habitam eſſe.*
21 *Canoniſtarum in enumerandis gradib. ratio & figura propoſita & refutata.*
22 *Iuriſc. à Moſe non diſcedunt in enumerandis gradib.*
23 *Canoniſtæ verò ab ipſo Papa diſcedunt.*
24 *Hi pro cognatione Genealogiam deſcripſerunt: vnde natus error.*
25 *Altera aduerſus Canoniſtas diſputatio.*
26 *Hac ipſa de re in Duarenum & Connanum inſtitu-*

ta diſputatio.
27 Tertia aduerſus Canoniſtas diſputatio, de prohibitione matrimonij.
28 Primò, in linea directa,
29 Deinde in collateralibus, vbi quouſque Canoniſtæ cum Iuriſconſultis conſentiant, demonſtratur.
30 Duareni ſententia non probata, qui Canoniſtarum patrocinium ſuſceperat.
31 An iure Canonico ſobrinorum liberi contrahere nuptias poſſint.

Cognationis definitio atque in ſpecies tres diſtributio. Generatio alia ſuperior, alia inferior: generatio autem nihil aliud niſi gradus. Reſtituta tabula antiqua graduum cognationis: & explicata linea directa. tum regula l. vlt. §. 3. D. de grad.

CAPVT I.

§ 1 COGNATIO eſt ius quoddam inter certas perſonas, quę natura vel legis fictione inter ſe cognatæ ſunt, inſtitutū. eius enim duæ ſunt ſpecies: Naturalis & Ciuilis. Naturalis cognatio eſt, communio ſanguinis, quā habent ij inter ſe, qui ex eodē progenitore orti, quaſi riuuli ex eodem fonte deducti dimanarunt. Ciuilis autem, quę per adoptionem contrahitur, non ſanguinis, ſed iuris communio eſt: quæ ſic fortaſſe non incommodè definiri poterit, vt dicatur eſſe communio eiuſdem iuris quod habent ij inter ſe, qui naturaliter cognati ſunt, per adoptionē contracta. Sed quoniam ea non vera, ſed ficta & adumbrata cognatio eſt, idcircò definiri neque à nobis ſolet, neque verò ſatis abſolutè poteſt. Atque hęc quidem diuiſio rei naturam atque ſubſtantiam attingit: illa autem docendi cauſſa à Iuriſconſultis excogitata eſt, quā Modeſtinus tradit in l. 4. §. 2. De gradib. Naturalis eſt, inquit, quæ per eam deſcendit fœminam quæ vulgò liberos peperit. Spurius enim ex Titij patre vel matre ſuſceptus Titio legitimo filio naturaliter, non ciuiliter cognatus eſt. Ciuilis verò, quæ etiā legitima dicitur, quæ per adoptionem contrahitur. à meo namque patruo adoptatus mihi patruelis eſt, nō naturaliter, ſed ciuiliter. & Æſchinus apud Terentium Cteſiphori naturaliter frater erat conſanguineus: ciuiliter verò patruelis.

§ 2 Mixta autem eſt, cùm ex iuſtis nuptiis cognatio contracta eſt. veluti frater meus legitimus, mihi vtroque iure frater eſt. Quod quidem Modeſtinus non præciſè ad Dialecticorum regulas, ſed παχυμερέστερον diſputauit. non enim vtroque iure per ſe conſiderato, & ſuis finibus terminato hæc conſtat cognatio, cùm adoptio hîc nulla ſit. ſed vtroque iure eam conſtare dixit, quæ cùm naturalis eſſet, à iure ciuili etiam recepta & comprobata eſt. Vtcumque autem ſe res habeat, cùm illa vera & naturalis cognatio, de qua ſcribere adgreſſi ſumus, per generationem contrahatur: ſcite illud oportet, quamuis ſemper generatio deſcendat, aliam tamen eſſe ſuperiorem, aliam inferiorem:

§ 3 Atque, vt pinguius loquar, aliam generantem, & aliam generatam. ob cámque cauſſam cognationem non in deſcendendo tantùm, verùm in adſcendendo etiam conſiderari: vtpote quæ ex ſuperiori, tum ex inferiori generatione contrahatur. quinimò ex generatione tantùm, ſed etiam ex communione ſanguinis per generationem: quoties idē & quaſi commune naſcendi initium diuerſis perſonis pariter contigit. quò pertinet illud Paulli, cùm ait, cognationē à Græca voce συγγενὴς deriuari: & cognatos ab eo dici, quòd quaſi vnà cōmuniterve nati, aut ex eodem orti progenitive ſunt, l. 4. de gradib. cognationis, & adfi. vnde illa cōtinentia efficitur perſonarum,

A quæ vndique, hoc eſt, tum ex continuitate, tum ex copulatione, ſuprà, infrà, dextrà, ſiniſtrà, in medium quemdam tamquam vmbilicum directa & relata vocatur Cognatio. Porrò autē cùm huiuſce rei cognitio futuro Iuriſconſulto valde neceſſaria ſit, quia vt ait Paullus in l. vltim. legibus hereditates ac tutelę ad proximum quemque adgnatum redire conſueuerūt: ſed & edicto Prætor proximo cuique dat bonorum poſſeſſionem: præterea lege publicorum iudiciorum contra adfines & cognatos teſtimonium dicere non
B cogimur: adhęc multę ſint perſonę à quarum nuptiis abſtinere neceſſe ſit: denique cùm huius doctrinæ vſus in Republica frequens ſit ac neceſſarius, operæ preciū fuit viam aliquā ac rationem excogitare, qua facilius proximum quémq. à poſterioribus diſcernere ac diſtinguere poſſemus. quod quia neque clarius neq. doctius fieri poſſe Iuriſconſulti veteres intellexerunt, quàm ſi certo quodam ordine ac ſerie generationes, ſuis quæq. diſponerentur atque diſtribuerētur locis, deſcripſerunt quoſdā gradus ac veluti pro-
C greſſus, per quos quaſi per ſcalas locóſve ꝓcliues ſic incederemus, vt à proximo in proximū. i. in eum qui quaſi ex eo naſcitur, tranſiremus: ſicuti traditum eſt ea quam modò dicebamus l. vlt. D. de grad. Ex quo intelligimus quod in primis ſcitu dignum eſt,

§ 4 Gradum aliud nihil eſſe quàm generationem. qua in re optimos quóſque auctores videmus hanc metaphoram ſimiliter vſurpaſſe, veluti Suetonium in Caligula & Galba: necnon Ouid. apud quē Vlyſſ. in optima illa oratione ſua, libr. Metamor. XIII.

D *--Sed enim quia rettulit Aiax,* inquit,
Eſſe Iouis pronepos, noſtri quoque ſanguinis auctor
Iuppiter eſt, totidémque gradus diſtamus ab illo.
Et libro Faſt. 2.
Sic Venerem gradibus multis in gente receptā. Item,
--Et generis dinumerare gradus.

Planè cùm aliquem diſtare à nobis dicimus primo, ſecundo vel tertio gradu, perinde eſt ac ſi diceremus, prima illum, ſecunda vel tertia generatione diſtare. vnde Herodianus cùm illuſtrem ac nobilem eſſe Cō-
E modi cognationem probare inſtituiſſet, cúmque originem trahere à Patriciis, & Cæſaribus Romanis, ἐκ τριγονίας, inquit, βασιλέα τε καὶ εὐπατρίδην, id eſt, ex tribus generationibus: ſeu, ita vti diximus, tribus gradibus. Quos ſanè gradus cùm illi, quos anteà dixi, Prudentes litteris mandare inſtituiſſent, non tantùm ſcripto explanando, verùm etiam quaſi tabula proponendo ſtudioſè interpretati ſunt. verùm hæc figura, infelicium temporum iniuria (quæ multa quoque alia litterarum monumenta ſuſtulēre) intercepta ex-
F ſtinctáque omnes huiuſce cognitionis ſtudioſos ſui maximè indigentes reliquit. quod cùm ita eſſe animaduertiſſem, è re meorum ſtudiorum eſſe exiſtimaui, aliquam in ea reſtituenda & in lucem reuocanda operam induſtriámque ponere.

In eo

In eo autem maximè ſecutus ſum Imperatoris noſtri conſilium: qui cùm hac de re ſermonem inſtituiſſet, neceſſarium eſſe inquit, quo certius cognoſcantur gradus, eos breuibus tabellis ob oculos poni: vt iuuenes & aurib. & oculorum inſpectione perfectiſſimã eorum doctrinam adipiſcantur. Ac mihi proinde breuem quãdam figuram concinnaui: in qua deſcribenda operam dedi, ne quid à Romanorũ iuriſprudentium ſententia alienum, nec niſi valde neceſſarium adpingeretur.

¶ 5 Primùm enim antiquum ac germanum titulum reſtitui, Schemata graduum cognationis: quo ſanè nomine vſos fuiſſe conſtat Prudentes ex l.9.de gradib. Deinde quantum fieri potuit, diligentiſſimè ſtatui metaphoræ graduum inſeruire: quibus tam ſæpè legimus apud Iuriſconſultos ſchemata conſtitiſſe: iuſſimus eos ordine delineari: circulos verò, ſtipiies, truncos, ramos, & orbes prorſus reiecimus: aliáque eius generis infinita, quæ rem per ſe obſcuram plus ſatis, obſcuriorem reddebant. Et quia operæprecium erat demonſtrare eum cuius cauſſa hæc vniuerſa deſcriptio facta eſt, hoc eſt, eum de cuius cognatione agendum erit, imaginẽ etiam illius adſcribendam curauimus: ad quam omnis ſcilicet noſtra deſcriptio referri debeat. nam prçterquam quòd omnes hi qui in hac figura deſcripti ſunt, cognati vocantur (quod nomen vt relatiuũ neceſſariò cum aliquo conferendũ eſt) atque ob id neceſſe eſt monſtrari eum ad quem cognatio refertur, id ipſum videmus ſingulari fide atque diligentia ſapientiſſimos homines obſeruaſſe: ſicuti in tractatu De gradibus loci cõplures argumento ſunt: in quibus de eo, de cuius cognatione quæritur, mentio fit. ¶ 6 Veluti cùm in l.1. Caius nominaſſet filium auunculi magni, ſtatim ſubiicit Vlpianus, Hoc eſt patris eius, cuius de cognatione quæritur, conſobrinus. Et Caius l.vlt. At quoties quæritur, quoto gradu quæque perſona ſit, ab eo incipiendum eſt, cuius de cognatione quæritur. Item, Patrui magni filius ei cuius de cognatione quæritur, propius ſobrino vocatur. Sed id tam crebrò commemoratur, vt lectorem tæderet, opinor, multitudinis exemplorum. Hunc ergo magnopere oportet in conſpectu & ob oculos poſitum habere, & ſingulari diligentia cauere ne confundatur. Neque verò quemquam exiſtimare oportet, laruam illam, quæ nunc in figuris veterum commentariorum penè omnibus inſculpta cernitur, noſtro huic Titio, (ſic enim, verbi cauſſa, Eũ de cuius cognatione quæritur, adpellabimus) vlla in re ſimilem aut ab eo deſumtam eſſe. nam vt eam illis fortaſſe temporib. quibus primùm cœpta ſunt in ius noſtrum commentaria conſcribi atque promulgari, Titij locũ obtinuiſſe non magnoperè negemus, tamen facilè docti viri intelligere potuerunt nullum in graduum ineunda ratione vſum ab ea præſtari cõmentariis. id quod vel ex iis quæ mox de mutuo & confuſo graduum reſpectu dicturi ſumus, non difficile erit intelligi. In hoc igitur noſtro Titio tamquã in ſpeculo aliquo vniuerſam cognationis cauſſam intuẽtes, ſuprà quidẽ originem illius & generationem quamdam generantem cernimus: infra autem eiuſdem progeniem & generationẽ ab eo generatam. dextrà verò & ſiniſtrà neutrum quoddam cognationis genus: quod neq; ſcilicet origo, neque progenies illius eſt, ſed riuus quidã perſonarum, qui à noſtris Græco nomine συζυγια dici ſolet: ab ipſo illo vnde Titius fluxit fonte atque origine initiũ habẽs: ceterùm in diuerſas partes deflectẽs.

A vnde limes directus efficitur, in quo parentes & liberi: alter à latere, in quo propinqui continentur.

¶ 7 Sunt autem Parentes qui genuerunt Titium, collocati in adſcẽdenti ſurſum verſus linea ad tritauũ vſque, d.l.vlt.de grad. ceteri enim ſuperiores quia nõ habent ſpeciale nomen & proprium, generalem adpellationem retinent, & vocantur Maiores, l.4.D.de in ius vocando. nam hoc quoque maiorum nomine comprehenduntur Parentes, hoc eſt, pater, auus, tri-
B tauus. & à Cicerone quidem propria ſignificatione vtrúmque nomen vſurpatum eſt. Quorum, ait, parentes aut maiores in aliqua gloria præſtiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis ſtudent excellere. Alibi verò generali: Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt ſi prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Et Hermogenianus, l.35.D.de minorib. reſtitui minorem ſcribit aduerſus emtionem eius rei quæ maiorum eius fuiſſet. Et Iabolenus l.36.de bon.libert. Si prædia ſunt aliqua ex bonis li-
C berti, in quibus maiorum patroni ſepulcra ſint. qua ſignificatione Vlpianus quoque, l.6.de interd.& releg. vſus eſt.

¶ 8 Liberi verò ſunt qui à Titio geniti ſunt: diſpoſiti in inferiori directa linea ad trinepotem vſque d.l.vlt.& l.220.de verb.ſign. Nam ceteri generale nomen retinent, & propriè vocantur poſteriores ſiue poſteri. Et à Iauoleno quidem propriè nuncupati ſunt, l.13.de mun.& honorib. cùm ait, Vacatio itémque immunitas quæ liberis & poſteris alicuius data
D eſt. Denique à Cicerone, in Philipp. IX. Panſa Coſ. locum ſepulcro adſignat, quò Seruius Sulpitius inferatur, quod ſepulcrum ipſius liberorum, poſterorúmque eius ſit. Generaliter verò ab Vlpiano l.10.de relig.& ſumtib. Si venditor fundi recepetit locum ſepulcri ad hoc, vt ipſe poſteríq. eius illò inferrentur, & l.1.§.1.D.de iure imm. Immunitates datę generi & poſteris ad eos qui ex fœminis nati ſunt, nõ pertinẽt: itémq. à Modeſtino l.4.eod.ti. Nec nos moueat quod apud Tranquillum Caligula negat intelligi debere
E poſteros vltra gradũ filij. Nam id ab eo non quia idoneè ac ratione dictum eſſe putaret, dictum eſt: ſed vt hac ludificatione ciuitatem illis Romanã adimeret: quam maiores ſibi poſteríſq. ſuis impetrarant, niſi filij eſſent. Cicero contra Rull. Et vt vos de veſtris maioribus prędicatis, Hunc agrum nobis maiores noſtri reliquerunt, ſic veſtri poſteri de vobis prædicabunt, Hunc agrũ patres noſtri acceptũ à patribus ſuis perdiderunt. Sed in re, ſicut mihi quidem videtur, tam aperta miniméque obſcura non eſt opus amplioribus
F teſtimoniis. quid enim clarius dici potuit, quã quod à Paullo d.l.vl. ſcriptum eſt, vlteriores ſpeciale nomẽ non habere? perinde quaſi dicat, eos in generali nomine permanere, ac vocari poſteros & maiores. atque hæc quidem hactenus: ex quibus breuiter Laurentij Vallæ diſputationi reſponſum eſſe volumus. Limes igitur directus (ſiquidem eò nunc redeundum eſt) diſtinctus eſt in duas ſcalas: quarum ſuperiores.i. quæ Titij capiti ſuperimpoſitę & erectę ſunt ſurſum vergunt: inferiores verò deorſum. in illis parẽtes eius
G de cuius cognatione agitur, deſcripti ſunt, in his liberi: idque vſq. ad ſextam generationẽ. ſic enim reſpondit Modeſtinus. Non facilè, quod ad noſtrum ius attinet, cùm de naturali cognatione quæritur, ſeptimũ gradum quis excedit: quatenus vltra eum ferè gradũ rerum natura cognatorum vitam conſiſtere non patitur, l.4. de gradib. quod quidem in parentum tantùm ac liberorum linea accipiendum eſſe conſtat,

ex §.vlt.de ſucceſſ.cognat.proinde ſi quando dubiter quis, quota à ſe generatione diſtet aliquis parentum ſuorum vel liberorum, eo in loco ſtatuendus eſt, in quo Titius: tamquam is qui propoſitus eſt in quæſtionem, quem, vti antea dixi, Iuriſconſulti vocant, Eum de cuius cognatione quæritur.

¶ 9 Et in graduum enumeratione hanc regulam in vniuerſum obſeruare debet, Quoties quæritur, quoto gradu quæque perſona ſit, ab eo eſt incipiendum de cuius cognatione quæritur.& ſi ex inferioribus vel ſuperioribus gradibus eſt, recta linea ſurſum verſum vel deorſum tendẽdo,facile inueniemus gradus: ſi per ſingulos gradus proximum quemque numeremus. nam qui mihi à proximo gradu proximus eſt,is ſecundo gradu eſt mihi. & ſimiliter accedentibus ſingulis creſcit numerus,d.l.vl.§.3.de grad.Quorum ſanè verborum hæc ſententia eſſe videtur,vt totidem gradibus remotus aliquis à Titio dicatur,quot ab ipſo generationibus diſtat. Veluti, Pater me genuit:ſuperior me eſt,& qa primus occurrit in adſcẽdendo,hoc eſt, qui mihi naſcẽdi proxima cauſſa fuit, à me prima diſtat generatione: itáque primo gradu. & deinceps qui ſecundus ac tertius occurret, ſecundo ac tertio diſtare gradu.contrà quem Titius proximè genuerit,nempe filius, in deſcendendo is primus occurret. vnde primo diſtabit ab eo gradu. & gradatim qui filio ſuccedit, nepos, ſecundus ei occurret,& ſecundo diſſidebit gradu. Hoc nimirum illud eſt, qđ ſæpenumerò dicimus, in limite directo eſſe adſcendentes & deſcendentes,l.vl.D.de ritu nup.ex quibus (vt arbitror) intelligere facilè poſſumus quod ait Caius l.2.de adopt. Imperio magiſtratus adoptamus eos qui in poteſtate parentis ſunt: ſiue primum gradum liberorum obtineant, qualis eſt filius,filia: ſiue inferiorum, qualis eſt nepos, neptis, proñepos, proneptis, & l.1.de gradib. primo gradu eſt ſuprà pater, mater:infrà,filius,filia:ſecundo ſuprà,auus, auia: infrà,nepos,neptis:tertio ſuprà,proauus,proauia:infrà pronepos, proneptis. Ad hunc modum cùm XIII. Metam.libro deſcribuntur ab Aiace ſua ſtemmata, poſteaquàm ſe Iouis pronepotem oſtendit, Iouémque ſuum eſſe proauum,addit continuò,

--ſic à Ioue tertius Aiax.

qui poſteà Vlyſſes totidem ſe à Ioue gradibus diſtare reſpondet,quia ſit eius pronepos:

Nam mihi Laërtius pater eſt: Acerſius illi,
--Iuppiter huic.

Item cùm Helena in epiſtolis Ouidij Iouem ſibi patrem,Paridi verò atauum indicare vellet,

Quos ego ſuſpicio, inquit, *ſed qui tibi gloria magna eſt*
Quintus, is à noſtro ſanguine primus erit.

¶ 10 In hac regula,qua melior opinione mea nulla fingi poteſt,quia non permanſerunt interpretes, dici non poteſt, quantos errores in hanc tractationem inuexerint. Nam alij omiſſo Titio ad patrem & filiũ omnes gradus referunt: in quo quàm fœdè hallucinati ſint,perſpicuum eſt. Qualis enim ad ipſos relatio fieret? quid, ſi quis & patrem,& filium ſimul habeat?vbi ipſe,niſi inter vtrumque,collocabitur? Alij vniuerſam adpellationem & graduum reſpectum confundentes,etſi non omittant Titium,tamen omnes perſonas inter ſe committunt ac dirigunt.diſputant enim de gradibus inter auum & nepotem:tritauum & trinepotem,&c. Et huc pertinet vulgaris regula,quam ſi quis neget ad iſtam graduum confuſionem pertinere,is non tam ingenij ſui acumen oſtentare, quàm morbum inuidiæ patefacere videbitur,

A Adſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ,de quibus quæritur, computatis intermediis vna demta,tot ſunt gradus inter eas. Verùm illi primùm meminiſſe debuerant,neque auum, Titij nepoti auũ eſſe: neque auo, Titij nepotem, nepotem dici. nam quod exempli cauſſa, apud Papinianum quodam loco legitur,auiam nepotem ſuum ſub condicione heredem inſtituiſſe,de auia & nepote hîc deſcriptis minimè intelligendum eſt:ſed de auia & Titio,vel contrà de Titia & nepote. Auus namque Titio auus eſt:
B pronepos verò Titio pronepos. Pater Titio pater eſt, filius Titio filius. itáque accipi illud debere certum eſt, quod ait Harmenopulus, Filius vel filia à patre & matre,id eſt Titio,primo eſt gradu:nepos & neptis ab auo atque auia ſecundo:pronepos vel proneptis à proauo & proauia tertio: & ſic deinceps.meminiſſe, inquam,debuerant, neque lineam inferiorem adſcẽdere,neque ſuperiorem deſcendere:ſed verum id eſſe quod ſuprà diximus,in linea ſuperiori eſſe adſcẽden-
C tes,in inferiori deſcendentes:id eſt, ad parentes Titiũ adſcẽdere: deſcẽdere autem ad liberos. vt iam meritò dicere poſſimus,laruam illam quam modò Petruciũ, modò Loriorum quidam adpellãt, nullum in eorum tabula vſum habuiſſe, neque Titio noſtro vlla in re ſimilem,aut ab eo deſumtam eſſe. Vnde aliorũ quoque ignorantia ſimul patefacta eſt,qui in primo gradu ſuperiori ſcripſere patrem & matrem vocari Ipſum & Ipſam,nempe Titium,neque enim auus,proauus, & ceteri patri ſic dicuntur: neque verò ita ad-
D pellantur reſpectu patris,ſed Titij. Horum igitur nõ minus quàm illorum doctrina repudianda eſt:hæc enim manifeſtè oſtendunt, quàm nihil planè vtrique intellexerint eorum quæ ad ſedem Titij pertinent. quiuimò hoc illos tentaſſe, vt omnium graduũ mutuus & confuſus eſſet reſpectus:quem iſti in vnicum gradum patris & matris flectere voluerunt. Proinde vetus regula tenenda eſt,à qua ne latum quidem vnguem in hac diſputatione licet diſcedere,Semper generata perſona gradum adiicit,§.7.de gradib.cognat.
E cuius quidem regulæ non ea ſentẽtia eſt,vt quot ſunt ꝑſonæ,tot ſint & gradus:ſicuti perperã à noſtris traditum eſt: ſed vt ſingulæ generationes ſingulos gradus efficiant:tot ſint gradus,quot ſunt generationes. quot generationibus aliquis à Titio, totidem gradibus diſtet.quandoquidem ſingulæ generationes duas perſonas complectuntur: nec quidquam aliud gradus eſt,quàm generatio. quod ipſum illos, de quibus modò dicebamus,ignoraſſe inde conſtat,quòd vnam perſonam ex numero perpetuò tolli iubent, cùm
F quidem de illo noſtro Titio nihil diſſimile ab eo dici poſſit, quod de ſua illa monade Pythagorei adſerunt, quam numerum ſcilicet eſſe vllum negant per ſeſe:quamuis alteri iuncta efficiat diadem: quæ quia, vt Plato inquit, poſt monadem prima eſt,primus eſt numerus.

G *Explicatio limitis tranſuerſi:& quid adgnati diſtent à cognatis:quid item patrueles ab amitinis. Sanguinis auctorem ſemper intuendum. Nepos ex fratre poſt fratris filium.Communis graduum numeratio vitioſa.*

Capvt II.

¶ 11 HACTENVS de limite directo diſſeruimus:nunc conſequens eſt, vt de altero videamus: qui ab huius ſuperiore parte (id eſt, ea quæ adſcenſui poſita eſt) tranſuerſus pendet. in eo igitur quos generali nomine

nomine Propinquos Titius adpellat, continentur: & ſpeciale propriúmque nomen habent, quo ſolent ab illo ſinguli nuncupari. hos Iuriſconſulti Græcè *συγγενεῖς*, hoc eſt, cognatos nominare ſolent: quos ea re ſic dictos putant, quia quaſi vnà communitérve nati, aut, vt ait Labeo, quaſi commune naſcendi initium habuerint, ab eodémque orti progenitíve ſint. l.4.& l.vlt.de gradib.l.1.D.vnde cognat. quod eò ſanè lubentius commemoro, quia perperàm vulgò hæc cognatorum definitio generali nomine in quibuſlibet cognatis accipi cõſueuit. hi namque ſiue propinqui, ſiue proximi, ſiue etiã propriè ac ſpecialiter cognati, adgnatíve dicãtur, ij eſſe intelliguntur, qui neque nos genuerunt, neque à nobis geniti ſunt, ſed ſanguinis ortum nobiſcum eundem habent, cuius communione nobiſcum copulati ſunt. Horatius lib. Sermonum II. loquens de furioſo,

-- Interdicto, aut huic omne adimat ius
Prætor: & ad ſanos abeat tutela propinquos.

Terentius in Phormione,

Lex eſt, vt orbæ, qui ſunt genere proximi,
His nubant, & illas ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam: & tibi ſcribam dicam.

Vnde etiam illuſtrari obiter Papiniani Modeſtiníq; duo reſponſa poterunt: in quibus legimus neque filium patri adgnatum eſſe, neque nepotem auo. l.7.D. vnde lib. l. 12. D. de ſuis & legitim. cuius quidem rei ignorantia factum eſt, vt ſublata negatio ſit in poſteriori lege: in qua cùm de legitimis adgnatíſq; incidiſſet dicendi locus, admonere ſuo more lectorẽ voluerunt, filium non eum eſſe de quo ſcripta eſſet lex, quã inibi explanarẽt, ADGNATVS proximus familiã habeto: quia ſcilicet filius ex patre natus ſit. cũ adgnatus ad, hoc eſt, iuxtà Titium natus, ſicuti cognatus vnà cum Titio natus dicatur. quod ipſum etiam obſeruat Paul. l.132. D. de verb. oblig. Quęritur, ait, an quid interſit, vtrũ filius ſit, an alumnus, an cognatus agentis fuerit. ſed & Saluſti*, Micipſa, inquit, cùm ſibi vitæ finem adeſſe intelligeret, coram amicis & cognatis, itémq; Atherbale & Hyempſale filiis dicitur huiuſcemodi verba cum Iugurtha habuiſſe, &c. quamquam inter hæc poſtrema & quidem alia in re longè latéque interſit. Nam vt Paullus ait in l. vlt. D. de gradib. Cognati ſunt & quos adgnatos lex duodecim tabularũ adpellat. ¶ 12 Sed hi, ſcilicet adgnati, ſunt per patrẽ cognati ex eadẽ familia. qui autẽ per fœminas cõiunguntur, cognati tantùm nominãtur. Inter adgnatos igitur & cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciẽ. nam qui eſt adgnatus, & cognatus eſt: non vtique autem qui cognatus eſt, & adgnatus eſt. Quare quod ait Modeſtinus in l. 5. D. vnde legit. In adgnatis & cognatos contineri, ſic intelligendum eſt, vt quod Ariſtoteles lib. de Natura. 4. ſcribit, maiora plerũque ineſſe minoribus: quẽadmodũ nos alibi dicimus nullã eſſe obligationẽ quæ non habeat in ſe cõuentionẽ. Iam cùm cognatio naturale nomẽ ſit, adgnatio ciuile ac legitimũ, q̃ tamẽ adgnati ſunt, cognati quóque vocãtur: at nõ contrà. l.5. D. vnde legit. l.7. D. de in ius voc. nã adgnati ſiue per naturam & generis propinquitatẽ, ſiue per legem & adoptionẽ, legitimi ſunt rãtùm: eo ꝙ illos ſolos (per naturam ſcilicet & familiam) non etiam cognatos: hos verò, per adoptionem, ſolum ius ciuile, non etiam natura nouerit. legum enim hæc inuentio eſt, naturam imitans. Verùm vt id agamus, quod inſtitutæ ſcriptionis eſt ac temporis, hanc in figura noſtra rationem obſeruauimus, vt à dextra, omnes adgnati: à ſiniſtra, omnes ij qui propriè ac ſpeciatim cognati dicuntur, collocarentur. veluti patruus, amita: frater & ſoror conſanguinei: fratris conſanguinei filius. nam ſororis non potuit. ab alio verò latere, auunculus, matertera: frater & ſoror vterini: vterinorum liberi, & qui ſunt in eodem genere. Qua de cauſſa vtroque ab latere gradus tranſuerſos adfinximus: quod & feciſſe Paullus videtur, qui in l. vlt. §. 3. D. de gradib. ſic ſcribit, Sunt & ex lateribus cognati: vt fratres ſororéſque, & ex his prognati: item patrui, amitæ, & auunculi & materteræ. atque hęc quidem ita ſe habent. Quoties verò de quopiam iſtorũ, ſiue cognati ſiue adgnati ſint, inciderit quæſtio, eam quiſque regulam obſeruare debet, quę nobis à Paullo tradita eſt ea, quam ſæpe cõmemoro l. vlt. de gradib. nimirum, vti relicto inferiori tramite, in quo comprehenduntur liberi, gradatim ad eam vſque perſonã adſcendat Titius, à qua ſimul cum alio deſcendit: eámque adſecutus, deflectat per obliquum ad dextrã vel ſiniſtram: deſcendátque ad cognatum, de cuius ad ipſum propinquitate agitur. Nam ſicut hic limes tranſuerſus eſt, ita neceſſe eſt hos quoq; gradus trãſuerſos eſſe: atque in modum lineę obliquæ delineari: quò via gradus vtriuſque in ſemicirculum ſinuata deducat ab vno ad alterum. itaque ſi velęt quis propinquũ adſequi, non rectà ſemper progrediendũ eſt (nã illac ad eos ſolos qui nos genuerunt, peruenitur) ſed hoc illi tantiſper faciendum eſt, donec ad eam perſonam perueniat, quæ eſt vtrique propinquitatis commune principium: atque inde per obliquum & tranſuerſum gradatim ſupputando ſingulas generationes, ad eum perueniendũ eſt. verbi gratia, Titius quærit, quoto à ſe gradu frater diſtet: primùm rectà adſcẽdere debet vſque ad eum, qui cauſſa eſt & origo cognationis, & vtrumque genuit: ſic igitur dicet, Pater me genuit, ecce, vna generatio, vnus eſt gradus: deinde cùm idem ipſe pater fratrem genuerit, hæ duæ generationes, quarũ vna ſurſum eſt, altera deorſum, duobus à me fratrẽ gradibus ſeparant. vnde iam intelligi facillimè poteſt, quod idem Paullus ait d. l. vlt. Frater ſecundo gradu eſt, quoniã patris & matris perſona per quos coniungitur, prior numeratur. Plinius in panegyrico, Nec verò contentus primum cognationis gradum abſtuliſſe vicesimæ, ſecundum quoque exemit: cauítque vt in ſororis bonis frater, & contra in fratris ſoror, vtque auus auia in neptis nepotíſque, & inuicem illi ſeruarentur immunes. Hæc ille. Quamobrem ergò in primo gradu conſtitui frater non poſſit, intelligimus: nimirum quia (vt Paullus ſcribit in l. vlt. §. 9. ad proximũ de quo quæritur, peruenini non poteſt, niſi per eos tranſitum fuerit, ex quibus naſcitur. Quare Terentianus ille Demipho, cùm in cognationem puellæ quæ filio ſuo nupſerat, inquireret: nihil prius excutiendũ ſibi putat, quã quis illius fuerit pater, quæ mater, per quos cognata ſit ſibi. Et cũ Phormioni dixiſſet ignorare ſe quî fuerit ſibi cognatus Stilpho, ſtatim audit à Phormione, At ſi talẽtũm rem reliquiſſet decẽ, primus eſſe memoriter progeniẽ veſtram vſque ab auo atque proauo proferẽs: vtpote vnde vterq; ſumſit originẽ mutuæ cognationis. cui cõſimile eſt ꝙ libro Metam. 9. Biblis quæritur de cognatione ſui fratris, quã ad maiores refert,

Omnia di facerent, eſſent communia nobis
Præter auos.

& quæ ſequuntur. ſed multò clarius Plutarchus, qui cùm Theſei cum Hercule cognationẽ inueſtigaret, cúmque illi ſobrinum oſtendere vellet, primum ad

patris Æthræ gradum ſurſum progreditur: ſecundo ad Pyttheum auum: inſuper ad Hippodamiam & Pelopen, proauum & proauiam: cõmunem ſcilicet cognationis originem. vnde deſcendere incipit ad Lyſidicen materteram magnam: quarto ad Alcmenã ſobrino propiorem: atque ita poſtremò ad Herculem ſobrinum. quod ipſum & aliquantò pòſt in deſcribenda illius cum Scyrone cognatione diligenter obſeruat. illam enim continuò ad Pyttheum dirigit: per quem contigit, vt vterque ſeſe mutuò contingeret. nam ſi ad Æthræ matris gradũ ſurſum adſcẽdat Theſeus, cuius de cognatione quæritur, poſthæc ad Pyttheum auum, atque inde in Heniocham materteram deflectat, Scyronem mox iſtius filium ſibi quattuor gradibus propinquum, ſuúmque conſobrinum inueniet.

§ 13 Sunt enim propriè Conſobrini ex auunculo aut matertera: Patrueles verò ex patruo Titij prognati: Amitini ex amita. vnde Cicero Ligariana filium Titi Brocchi auunculi Ligarij conſobrinũ adpellat. indéque intelligi facilè poteſt illuſtris differentia: patrueles quippe pauciores duobus eſſe non poſſunt, ex fratribus, ſcilicet duobus nati. amitini autem inter ſe duo eſſe nequeunt: quem enim amitinum Titius adpellat, ab eo cõſobrinus nominatur. §.4. de grad. Hoc ita verum eſſe adparet ex ſuperiori ſpecie. Æthra nãque Alcmenam amitinam adpellabit, quæ ab illa cõſobrina nominabitur. at conſobrinos ſiue ab auunculo, ſiue à matertera duos eſſe poſſe nõ dubium eſt. ita ergo poterit Titius adpellari cõſobrinus, patruelis debebit, amitinus non poterit. quãquam confundi plerũque ſoleat diſcrimen: ac generaliter Conſobrini pro quibuſlibet fratrum, aut ſororum liberis, ſicuti apud Græcos ἀνέψιοι, vſurpari. l.19.C. de nuptiis. Sed ne alioſum q̃ de quo agimus, noſtra declinet oratio, hæc progrediendi via obliqua cùm ſit, atque inflexa, tranſuerſum à parentibus hunc limitem fecimus: ſicuti antè à nobis propoſita ſchemata facilè cõmonſtrant, eo, inquam, tranſuerſus eſt, & ſurſum adſcẽdere oportet, vt fratrẽ inueniamus, quòd à Titio in fratrem ſororémve nulla ſit immediata directa generatio: neque enim alter ab altero genitus eſt, ſed vterque à patre.

§ 14 Cùm ergo nulla ſit directa ſanguinis linea, quæ à Titio ducat in fratrem vel ſororem, ſed inflexa ſinuoſáque, ſequenda eſt ea quà ducit via: quę primò ſurſum vergens, & poſtea deorſum, minimo labore, errore nullo deducit ad fratrem vel ſororem. Quod ipſum obtinet ſimiliter in patruo, & auunculo. Eſt autẽ Patru⁹ aui paterni filius, patris frater. Auũculus aui materni filius, frater matris. §.7.d.l. vlt. de gradib. Neq; enim rectà ſemper incedẽdo patruũ, verbi cauſſa, Thelamonẽ poteſt Achilles cuius de cognatione quæritur, adſequi: quoniã neq; ille Thelamonem genuit, neq; à Thelamone genitus eſt: ſed cùm ad patrẽ Peleũ primũ gradũ fecerit, ad Æacũ inſuper alterũ, tũc originẽ adſecutus cognationis, quę inter ſe & Thelamonẽ eſt, de via quã adſcẽdẽdo prexerat deflectẽs, ad Æaci filiũ Thelamonẽ, qui ſibi eſt patruus, tertiò deſcẽdet. quare ab Achille Thelamõ tertio diſtabit gradu. d.l.1. de gradib. quod & in auunculo conſimiliter locũ habet. nã cùm ad auũ maternũ totidẽ gradibus perueneris, ad ipſum, à capite illo vno deſcẽdẽtẽ ſcilicet ac promanãtẽ, tertiò deſcẽdes. neq; enim (quod quidem iam antea dictum, nunc etiam commemorandum eſt) aliter ad eum de quo quæritur, perueniri poteſt, niſi per eos tranſitum fuerit, ex quibus

A naſcitur. §.9. d.l. vlt. de gradib.

§ 15 Quod autẽ Per eos ſcribit Paullus, non hanc habet ſignificationem, vt ad longiſſime diſtantes generationes tranſeamus: ſed vſque eò, vt primùm, qui occurret, genitorem ac ſanguinis auctorẽ, familięque (vt Cai⁹ vocat) principẽ cõmunẽ inueniã⁹. Quãobrẽ quod in l.195. ſub fin. de verb. ſign. de vltimo genitore Vlpianus loquitur, de altera tantùm ſanguinis linea accipiẽdum eſſe puto. veluti auo: qui à Titij qui- B dẽ linea vltimus genitor inuenitur, cũ ad patruũ aut auunculum referimus interuallum. itémque de proauo: ſi quando de patruo magno inciderit dubitatio: & qui deinceps vicem illorum ſequuntur. verba Vlpiani hæc ſunt, Item adpellatur familia plurium perſonarum, quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur. ſicuti dicimus Iuliam familiam quaſi à fonte quodam memoriæ. igitur Oreſtes ſi quando ſuam cum Menelao cognationem à ſtirpe perſpectã cognitámque habere velit, nihil neceſſe eſt in Pelo- C pis, aut Tantali proaui, atque abaui ſedem adſcendere: ſed in Agamemnonis primùm, deinde in Plyſtenis aui gradum: à quo deſcẽdere in Menelaum patruum debebit. quod & in Atreo propatruo ſimiliter obſeruabit, ad quem non per Tantali aut Iouis atauí, ſed per Pelopis proaui gradum iter faciet, vnde in Atreũ propatruum deſcendet. Hîc autem diligenter admonendi ſumus, falli grauiter nonnullos, cùm exiſtimãt cognatos qui à latere ſint ſiniſtro, cognatos illis dici, qui à latere dextro ſunt: & vtróſque inter ſe eſſe refe- D rendos. Omnes námque cuiuſcumque gradus, ſiue ordinis ſint, ad ſolum Titium dirigendi ſunt: vtpote qui illi ſint à latere vtroque: habeántque ſinguli proprium ac ſpeciale nomen, quo ſolent ab ipſo adpellari. Frater enim Titio frater eſt. fratris filius Titio ſic dicitur. auunculus eidẽ eſt auũculus, & ſic deinceps.

§ 16 Ex quibus ipſis perfacile eſt eorũ ignorantiã refellere ac repudiare, qui in l.27.§.3.D. de inoff. teſt. Vlp. verbi cõmuni errore inducti turpiter deprauarunt. Cùm enim ille nepotẽ contra patruum ſuum e- E giſſe ſcripſiſſet, nepotem exiſtimarunt eum, qui fratris filius Latinè dicitur: qua in re vſurpari vulgò ab imperitis conſueuit. Atqui nihil erat facilius inſpecta figura, quàm nepotem eum exiſtimare, qui nepos eſt Titij: patruum autem illius, fratrem ipſius Titij. Cùm enim de nepote demortui Vlpianus loquatur, ſtatuendus erit demortuus in Titij perſona. Nepotẽ verò ſẽper eũ intelligimus qui vel ex filio, vel ex filia nat⁹ eſt. neq; ij audiẽdi sũt, q cũ additur Ex fratre, vel, Ex ſorore, fratris vel ſororis filiũ intelligi cõtendunt. F Quorũ opinionẽ non alienũ erit hoc loco refellere.

§ 17 Nã Caius in l.7. De legit. tutor. apertè nepotẽ ex fratre poſt fratris filiũ conſtituit. Veluti, inquit, frater eodem patre natus, fratris filius, nepóſve ex eo. & Imperator in §.1. De legit. adgnat. tut. vt Nepos ex fratre idẽ omnino ſit, qui fratris nepos. Neq; verò ſatis intelligere poſsũ quid eruditis quibuſdã hominibus in mentẽ venerit, cùm in teſtamẽto C. Cæſaris, quod ita ſcriptũ eſt, Sororũ nepotes heredes inſtituit C. Octauiũ, &c. ita interpretãtur, pro, Nepotes ex ſorori- G bus. Nã ſi Nepotes, pro Sororis filios, intelligant, vehemẽter falluntur. cũ ſatis conſtet Octauiũ ex Accia Iuliæ C. Cęſaris ſororis filia natum eſſe. qua de cauſſa paulò ſuprà Suetonius Octauiã ſororis eius neptem adpellarat. Sed quid op⁹ eſt verbis? nã Paullus in l. vlt. D. de grad. ita loquitur: Illud notandũ eſt, nõ quẽadmodũ patris matríſq; fratres & ſorores, patrui, amitæ, auunculi, materteræ dicuntur, ita fratris ſororíſq; filios

filios filias nomen ſpeciale cognationis habere. ſed ita demonſtrari, fratris ſororiſque filios filias. Verum enimuerò nihil neceſſe eſt iſtis perſequendis tamdiu immorari. euellenda eſt à ſtirpe radix, vnde hæc arbor prodiit. nam cùm interpretes deſcriptum vidiſſent hinc fratrem, illinc ſororem, cõtinuò ſuſpicati ſunt, ab hac in illum per patris & matris gradũ tranſeundum. ita enim comperiebant id quod res eſt, fratrem à ſorore ſecundo, & proinde numerantes à fratre ad ſororis filium, huuc ab illo tertio differre gradu: à fratris filio, quarto. Hæc ſcilicet ipſa eſt ſpecies veritatis, quæ non cautiſſimis hominibus facilè imponere potuit. nam cùm Paullus l. 1. de gradibus, ſcripſiſſet fratrem eſſe ſecundo gradu, filium fratris tertio, nepotem eiuſdem quarto, exiſtimarunt iſti cum fratrem, cuius mentio illic fiebat, referendum eſſe ad ſororẽ, quam à latere Titij ſiniſtro collocarant: vt proinde filius fratris, ſororis filio conſobrinus eſſet. nihil quidquam eorum intelligentes, quæ toties à nobis inculcata ſunt. nec fratrem videlicet, nec eius vel filium, vel nepotem, vel pronepotem, ſororis quã hìc deſcripſerant, ſed ſolius Titij contemplatione nomẽ inueniſſe. alioqui vide in quos errores incidamus: Primùm enim Titius omittitur, quẽ tanto ſtudio Iuriſconſultos obſeruaſſe videmus. nec fallimur: nã res ipſa loquitur, & videt vnuſquiſque, nullum iſtorum hominum qui nuper tam varia & mirabilia ſcripſere ſchemata, vllam illius feciſſe mentionem. de quo quantopere reprehendendi ſint, ex iis quæ prius de ſede Titij diſſeruimus, eruditi viri iudicabunt.

§ 18 Ita enim (vt meam de ea re ſententiam breuiter exponam) ita, inquam, lectoris animum induxerunt, vt quaſi in meandris ac labyrinthis quibuſdã oberrans, certum ad quem contendat ſcopum inuenire non poſſit. ſed cùm alia prætereà multa magna reprehenſione digna ſint, tum haud ſcio, an aliud magis, quàm quòd iis gradibus, qui deſcenſus tãtùm cauſſa deſcripti ſunt, quales ſunt omnes collaterales, etiam in adſcenſu prępoſterè vtebantur. Ecce enim, omnes collaterales lineæ deſcẽſus tantùm cauſſa deſcriptæ ſunt: nempe quia omnes perſonę in his comprehenſæ originem ab iis duxerunt, quos linea directa ſurſum vergens complectitur: veluti frater & ſoror à patre, patruus & auũculus ab auo, magni à proauo, &c. proptercáque ſi quando è proximis aliquem Titius quęrat, ſcalas ſuperiores adſcendere debet, atq; inde ad illum deflectere. producto enim ad patrẽ puta, aut auum gradu, ad fratrem vel patruum deſcendere poterit ex tranſuerſo. at noſtri homines quaſi à prora ad mâlum (vt illum Arati verſiculum vſurpẽ) à mâlo ad puppim incedentes, vna collaterali vtebantur in adſcendendo, ad illum vſque quem ſtipitẽ conſanguinitatis vocant, altera deſcendendo. Viam.n. ingrediebantur à nepote, puta, ſororis vſq; ad gradum fratris: vt inde diuertentes in alterum limitem qui dextra parte ſpectat Titium, ad nepotẽ fratris deſcenderent. In hunc modum à nepote auunculi ducere ſolebant ad nepotem patrui: primùm ad auum vſque gradatim adſcendendo: vnde deſcendere incipiebant, referentes (quemadmodum iam antea dixi) curſúmque vnius lineæ ad gradus alterius dirigentes. Quæ quàm quadrent ad noſtram regulam perſpicuum eſt: confundunt enim quidquid ad graduum adpellationem & reſpectum pertinet. neque enim (quod etſi ſæpè dictum eſt, dicendum tamen eſt ſæpiùs) nepos fratris, vel patrui, nepoti ſororis vel auunculi ſic dicitur: hoc eſt, non ita adpellatur reſpectu illius, ſed

A Titij, vti ex Paulli quoque prædicta regula perſpicuũ eſt. Quoties, inquit, quæritur, quoto gradu quæque perſona ſit, ab eo incipiendum eſt de cuius cognatione quæritur. quoniam is vnus illorum qui in quæſtionem incidunt, perpetuò conſtitui debet: in quem alius quilibet intueri poſſit.

Reſponſum eorum argumentis qui veterem graduum rationem defendendam ſuſceperunt: & primò culpam hîc Iuſtiniani nullam eſſe: tum matrimoniorum habitam & à
B *Legibus ciuilibus rationem.*

Cap. III.

§ 19 Deficeret nos profectò tempus, ſi ſingulos errores & veterum & recẽtiorum interpretum perſequi vellemus: ſed non erit ab re fortaſſe iſtius generis aliquot obiter attigiſſe. nam in omni diſciplina non ea modò quæ recepta ſunt præcipere, verùm errata etiam indicare vtile eſt: vt ſtudioſi admo-
C niti periculorum accuratè caueant, ne extra viam, vt dicitur, abducantur. Itáque non committam equidẽ, vt in refutandis infinitis prætereà cõmentis longior ſim, quæ nobis vel veruſti vel nouiſſimi aliquot ſcriptores (lubenter verò parco viuentium nominibus, ac lubentius etiam mortuorum) pro certiſſimis oraculis tradiderant. tantùm ad illam quam toties cõmemoro Paulli regulam omnia exigenda ſunt: qua cùm nihil certius, perfectius, exquiſitius in hac tractatione excogitari valeat, ea nos profectò in hac diſputa-
D tione quaſi gnomonis vice vti cõuenit. Quod ſi quis adeò faſtidioſus inueniri poſſit, cui tã ingenioſè excogitata & tam artificioſè tractata hæc tota ratio minus probetur, valde ſit aut acutus aut hebes profectò neceſſe eſt. attamen ne quis ſententiam à nobis indicta cauſſa ferri de aliquo calũnietur, ſi qui ſunt quib. placere, quæ iure ciuili de hiſce rebus diſputata ſunt, ac ſatisfacere non potuerint, ęquum eſt animũ ad eos aduertere: & diligenter explorare, iuréne an iniuria noſtrã hanc diſciplinam repudient, vt nouam alterã
E cõminiſcantur. nam & eſſe nonnullos certũ eſt, nec verò qui illi ſint, incertum. quare danda eſt opera, vt ſi qua ratio illos à nobis abalienarit, eam nos accuratè vt excutiamus, ſummóq; ſtudio ac vigilantia perſcrutemur. Cauſſam adferũt, quòd cùm varias cõtentiones emanare inde intelligerent, quia rationem alteram ineundarũ generationum introducere nonnulli conarentur, quàm quæ more maiorum multis antè annis fuerat obſeruata, conuentum egerunt, vbi
F diu ventilatis (hæc enim illorum verba ſunt) legib. & ſacris canonibus, diſtinctè inuenerunt, ob aliã atque aliam cauſſam alteram legum, alteram canonum fieri computationem. In legibus enim, ob nihil aliud ipſa graduum mentio facta eſt, niſi propter hereditates & ſucceſſiones: in canonibus verò, vt apertè monſtretur, vſque ad quotam generationem à conſanguineorum nuptiis ſit abſtinendum. Hac ergo de cauſſa, quia hereditates non poſſunt deferri niſi de vna ad alteram perſonam: idcircò curauit ſæcularis Impera-
G tor, in ſingulis pſonis ſingulos perficere gradus. quia verò nuptiæ ſine duabus nõ valent fieri perſonis, ideò ſacri Canones duas in vno gradu conſtituêre perſonas, C. ad ſedem, 35. q. 3. Ita quod quidẽ ad hanc nuptiarum cauſſam adtinet, Iuſtinianus cum ſuis legib. & paragraphis valere iuſſus eſt. Atq; iſta ſanè pręclara ſententia condẽnatæ ſunt ciuiles leges. à qua ſi adpellare ad mai⁹ tribunal nõ licet, ſicuti Machetes ille

quondam à Philippo Maced.oſcitante ac dormitante A ad eundem attentum & vigilanté adpella uit, ita nos qui manifeſtam ſentimus iniuriam, ad iſtos Cenſores attentiores prouocabimus: à quibus ſi impetrari poterit, vt nobis dicédi poteſtatem faciant, aliquã ſpem habeo fore, vt noſtra prouocatio neq; temeraria, neq; ab æquitate abhorrés iudicetur. Nam in primis quod ad nouas attinet opiniones de ineũdis gradibus, quarum in Iuſtiniani leges culpam reiiciunt, id profectò (ne quid nunc vehemétius dicatur) nõ merito optimi B Imperatoris faciunt: qué ſatis conſtat ſapientiſſimorũ hominũ veſtigia ſecutũ, neq; omniũ iſtiuſmodi cótentionum auctoré, neque eorum quorũ códénatã in conuentu doctrina eſt, ſocium cóſortémve fuiſſe. quod ipſum cùm aliquantò pòſt diffusè atque euidenter cóprobaturi ſimus: nunc, quod Geometræ facere plerumque ſolent, mihi tantùm precariò concedi poſtulo.

¶ 20 Quod igitur deinceps dictum eſt, in conſtituendis gradibus, leges nec vllam matrimonij curam C habuiſſe, nec ideo vllum earum in diſcernendis gradibus perſoníſque nubilibus vſum haberi poſſe, magnæ profectò, vt leuiſſimè dicã, negligentiæ aut hallucinationis fuit. Nam & Imperator ipſe lib. Inſtit. 1. titu. de nupt. diſertis ſignificantibúſque verbis de iis perſonis loquitur, quæ tum in recto, tũ in tranſuerſo ordine conſtitutæ, matrimonium cum Titio contrahere non poſſunt. Inter eas quoque perſonas, inquit, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quædam ſimilis obſeruatio: ſed non tanta. Idem, Sed D nec neptem fratris vxoré ducere licet, quamuis gradu quarto ſit. Et Caius l. 17. de ritu nupt. Amitam quoq; magnam prohibemur vxorem ducere: quãuis quarto gradu ſit. Nec erit ſanè exemplorum modus, ſi quis omnia velit pſequi. Sed eſto ſanè. finge ius ciuile nullam habuiſſe matrimonij rationem: ſed ſolã ſucceſſionem, aut tutelam, aut teſtimonia reſpexiſſe: cóne dicédũ eſt, minus apta eius pręcepta eſſe legibus connubialibus? maximè, inquiũt, quoniã lex ſolã ſucceſ- E ſioné reſpiciés, in qua vnius tantũ qui ſolus gradu ꝓximior eſt, ratio habetur, vnicã tãtùm in ſingulis gradibus perſonã cóſtituit: cùm nõ niſi ex duabus matrimoniũ cótrahatur. O diſputatores mirificos. Verùm, quod pace liceat veſtra, quæro ex vobis, vbi vnquam ſucceſſionis nomé auditũ eſt, in qua non eſſet, & qui eã reliquiſſet, defunctus, & ad quã illa rediret, ſuperſtes? aut quãdo verò de tutela quęſtio incidit, iudicióve publico, vbi non & tutor & pupillus, accuſatus & teſtis ſimul interuenerint. Verũtamen hæc inueterata in ſcholis opinio nunc viget, ꝙ iuxta ciuilium le- F gum regulam diſcerni perſonę nubiles nullo modo poſſint: quòd Iuriſconſulti veteres non deſcripſerint gradus, niſi propter hereditates, aut tutelas, aut teſtimonia: non autem propter nuptias. & id quidé certè doctos, alioqui & ſpectatos pleroſque viros ſæpenumerò dicentes audiuimus: adeò miſerum eſt ex errore imperitæ multitudinis pendere.

Canoniſtarum in enumerandis gradibus & demonſtrata ratio & refutata. IC. in graduum enumeratione à Moſe non diſſentire: Canoniſtas pro cognatione, nobis genealogiam deſcriptam reliquiſſe: ſuam ipſos rationẽ non obſeruare: iniurios in ſemetipſos. & ad auctoritatem atque argumenta Franc. Connani & Franc. Duareni reſponſum.

Cap. IV.

Sed hæc de diſceſſione ſatis ſupérque dicta ſint: ex quibus, niſi ſponte cæcutire volumus, perſpicuũ nobis eſt, nulla motos ratio ne Canoniſtas à nobis diſceſſiſſe, ſibiq; nouã & alienã à noſtra graduũ figurã excogitaſſe. Nunc igitur ad præclarã illã quã architectati ſunt, numerãdi rationem veniamus: quæ ſcilicet duas perſonas in ſingulis gradibus complectitur.

¶ 21 Cùm de duarum perſonarũ matrimonio quęreretur, iure Canonico decretũ eſt, omnibus prætermiſſis intermediis, interiectíſque perſonis, continuò ad originem ſiue ſtipitem cognationis eſſe conuolãdum: & ab ea diſtractum circinum bipartitò ad vtrũque fratrem & ſororem ſenſim perducendum: aut ab ipſis, relicto ſtipite vnum gradum numerãdo: ſecundò ad duos filios, quorum vnus fratris eſt, alter ſororis: tertium ad nepotes: quartum ad pronepotes, in hunc modum:

PATER.	
I	I
Frater aut ſoror.	Frater aut ſoror.
II	II
Fratris ſororíſve filius, filia.	Fratris ſororíſve filius, filia.
III	III
Eorumdem nepos, neptis.	Eorumdem nepos, neptis.
IV	IV
Pronepos, proneptis.	Pronepos, proneptis.

& qui ſuum inde ordinem ſubſequuntur, ad eos vſque, quorum de nuptiis quęritur. d. c. ad ſedem. c. parentelæ, eadem quęſt. & c. tua nos. de conſang. lib. decret. 3. neque enim hîc ineptæ illius ſententiæ mentionem fecero, de ineundo numero à filiis duorũ fratrum & ſororum: de qua in 35. q. 5. c. 1. quam incredibile certè eſt, in non deliros, amentéſq; homines cadere vnquam potuiſſe. Etſi auté ex his quæ paulò antè de hac duarum perſonarum collatione dicta ſunt, manifeſtò conſtet, quæ nobis à Prudentibus tradita fuerat graduum ineundorum ratio, eam potuiſſe harum rerum ſtudioſis, abundè ſatisfacere, neque altera inuenta opus eſſe: videamus tamen, ac diſcamus breuiter, vtra verior ſit, ac certior. Primùm igitur omniũ, ne cui mirandum accidere poſſit, quod in hunc modum circumciſam iſtorum arboré propoſuerim, qua in ſuis libris ampliſſima vberrimáque pro ſchematibus vtebantur, credo equidem & maiores & poſteros amputandos eſſe. nam vt illud prætercam, quòd matrimonium, cuius ſolius gratia ſchemata ſunt vſui Canoniſtis, inter illos contrahi non poſſit: atque ob id deſcribendis eorum nominibus temerè atque inutiliter contaminari non deceat tabulas: manifeſtum eſt originem generationum, vnde perpetuò continuóque deſcendere conſueuerunt, nõ niſi patris nomen obtinere: vtpote duorum ad quos referri debet filiorum reſpectu, qui proximè conſequuntur: & in G rabula fratres neceſſariò vocantur: & cùm ab illa origine perpetuò deſcendatur, ad auos ſanè & proauos, ſi hunc perpetuò curſum teneamus, perueniri non poſſe: qui cùm ne directus quidem ſit, ſed obliquus, liberi verò directò deſcendant, perſpicuum eſt locum nullum liberis relinqui. Limitem autem à linea directa tranſuerſum quo comprehenduntur patruus, auunculus, magni, maiores, maximi, certum eſt, nullum

nullum in tabula ſine auo, proauo, atque abauo, quorum illi liberi ſunt, locum habere poſſe. Atqui noluerunt iſti ſuperiùs cognationis exordium quàm à patre ſumere: reſpectu, vti iam diximus, proximè ſequentium filiorum: qui tamen (ſemper autem intellige iuxta Canoniſtas) fratres vocantur, aut ſorores: neque aliud nomen habent. Cùm igitur ij qui à patre deſcendenti primi occurrunt, fratres vocentur, vbi, quæſo, poterit eo patruus ordine inueniri? neque enim aut patre, cuius frater eſt, æqualíque gradu, aut patris filio, qui in tabula frater vocatur, inferior conſtitui poteſt. Atque ex his quidem, niſi fallor, manifeſtum eſt, nullam poſſe aliam fidelius conſtitui tabulam apud Canoniſtas, quàm quę paulò antè à me deſcripta eſt: in quo magnum ego illorum iudiciũ deſidero. In cognatione namque deſcribenda, non inferiores tantùm generationes, verùm etiam ſuperiores, & præcipuè communionem ſanguinis ex copulatione demonſtrari oportet. cuius rei teſtis eſſe poterit Ouidius, vbi Romulum de cognatione ſua quęrentem inducit: illúmque fingit ſurſum verſum ad maiores adſcendere.

Principiúmque ſui generis, ait, *reuolutáque quærens*
Secula, cognatos venit aduſque deos.

quod & Iulius Capitolinus apertiſſimè demonſtrat in Antonino Philoſopho. Cuius, inquiens, familia in originem recurrens à Numa probatur ſanguinẽ trahere. ſed & Herodianus cùm de ſplendore Commodi familiæ diſſereret, ἄνωθεν, ait, ἐκ τριγονίας βασιλέα. & Porphyrius cùm Introductione, de gente & cognatione Titij loquitur (quẽ illic Herculem verbi cauſſa nominat) apertè, inquit, cum ad originẽ & caput quod maiorum eſt, referri, itémq; ad propinquos: quibuſcum illi mutuus reſpectus ac ratio eſt. ſiquidem Heraclidæ, inquit, nominantur, qui ab Hercule generis initium duxerunt: necnon eorum propinqui.

§ 22 Sed quæramus auctorẽ, nec paulo meliorem, nec quem, vt ſpero, Canoniſtæ iudicẽ reiicient. Moſes igitur aut Deus ipſe potiùs cap. Num. 27. graduũ hanc ipſam rationẽ nobis deſcripſit, quã Iuris noſtri conſulti poſtea naturæ luce adiuti ſuis in libris tradiderunt. Si quis, ait, mortuus fuerit, & filium nõ habuerit, transferatis hereditatem eius ad filiam eius. Si verò nec filiam habuerit, dabitis eius hereditatẽ ſuis fratribus. Et ſi nec fratres ei fuerint, dabitis eius hereditatem fratribus patris eius. Et ſi pater eius non habuerit fratres, dabitis eius hereditatem cognato eius propinquiori, qui fuerit de cognatione eius, & ille poſſidebit eam. Hęc Moſes. qui cùm de cognato proximo mentionem facturus eſſet, breuiter prius rationem qua ille inueſtigari poſſet indicare voluit: eam ipſam ſcilicet, quam Iuriſconſulti nobis poſtea tradiderunt. Verumtamen vt horum errorũ cauſſam apertius cognoſcamus (ferè enim decipimur, vt præclarè ille dixit, ſpecie recti) credo equidem quæ à nonnullis in hanc rem obſcurè tradita fuerant, ea facilè caliginem non perſpicaciſſimis oculis inducere potuiſſe. Idque intelligi ex Harmenopuli libro tertio commodè poteſt. nam cùm integram ex Theophili Inſtitutionibus paginam ſuum in librum tranſcripſiſſet, aliáque prætereà quæ ex eodem anteà loco expoſuimus, nonnulla adiicere vellet: Fratres, inquit, germani quotquot ſunt, ſecundo inter ſe gradu ſunt: fratrum filij, quarto: fratrum nepotes, ſexto: pronepotes, octauo. Quæ deſcendendi ratio quia nimium fortaſſe obſcurè, ſicuti ab hoc, conciſéque expoſita à Latinis fuerat (è quorum ſcriptis multa in ſuam Epitomen de verbo tranſtuliſſe conſtat Harmenopulũ) exiſtimarũt iſti in eam tabulæ formam digerenda eſſe ſchemata, quam paulo ſuperius ex eorum ſcriptis expreſſimus: id eſt, in qua perpetuò deſcenderetur. ac proinde quando ita à patre in fratres deſcendendo vnicus inueniretur grad᷒, primo eſſe fratres gradu, &c.

§ 23 Idque (quantum ex re ipſa coniecturam cepimus) perſpicuè declarat Alexander in d.c. ad ſede: cuius hęc verba ad hanc rem pertinentia ſunt, Quidã legum & Canonũ imperiti, nouo & inaudito errore adfirmant, quòd fratres & ſorores inter ſe ſint in ſecunda generatione: filij & filiæ eorum in quarta: nepotes eorum & neptes in ſexta, &c. Ex quibus ſimul, niſi fallor, apparet verum id eſſe quod anteà diximus, neque omnium iſtiuſmodi contentionũ culpã in Iuſtinianum coniiciendam, neque iſtorum quorũ cõdemnata in ſynodo doctrina eſt, ſocium fuiſſe. Nam ſi, vti æquum eſt, rem accipiamus, Titiũ vnum perpetuò è fratribus, è fratrum filiis, nepotibúſque conſtituemus: quem & ad fratrem in tabula deſcriptum, & fratrẽ patruelem, & ſobrinũ referemus. Ita enim ab illo duobus, ab alio quattuor, ab iſto verò ſex gradib᷒ remotus eſſe deprehenditur. quę quia præ obſcuritate videre iſti nõ poterant, in alios, vt fit, multos prætereà errores abducti ſunt. veluti cùm ab exordio generationum perpetuò in ſingulos gradus deſcendendum eſſe arbitrati ſũt: in quo perſpicuè mentem cogitationémque ſuam omnem pateſecerunt.

§ 24 Cùm enim cognationem conſtare ex generatione, & generationem ſuapte natura ſemper deorſum vergere animaduertiſſent, genealogiã nobis pro cognatione deſcripſerunt. quod cùm abſurdiſſimè & ineptiſſimè ab illis factum ſit, hoc tamen tempore multi adhuc erudititiſſimi viri vulgari quodam errore imbuti ſequuntur. Conſiderare autem debemus iſto deſcriptionis genere non niſi directum ordinem inferiorem demonſtrari, qui deſcẽdentes tantùm continet: quorum omnes omnino gradus in vnam originem, vnúmque gentis auctorem intuentur: vti eo, quem ſuprà diximus, loco ab ipſo eſt Porphyrio abũdè demonſtratum. cùm cognatio, ſicuti iam anteà dictum à nobis fuit, nõ ex inferioribus tantùm, verùm ex ſuperioribus etiam generationibus & copulatione ſanguinis per generationem contrahatur. In quo rurſus conflictari ſecum, inter ſéque pugnare deprehenduntur. poſtquam enim ciuilium legũ ſchemata tamquam minus idonea legibus connubialibus reieciſſent ac repudiaſſent, ſibíque in eum vſum hæc præclara fabricaſſent, nunc tamen intelligunt huic ipſi in quem parata ſunt vſui ineptiſſima eſſe, miniméque conuenientia, vtpote quæ ſolas generationes contineant: inter quas contrahi nuptiæ nullo modo poſſunt. alioqui ſi (vti Gregorius d.c. vlt. de conſang. voluit) deſcendentes iſtos gradus propinquos adpellemus, eóſque ad patrẽ referamus, neceſſe erit omnino fratrem ad patrẽ dirigere. Id autem quo ſenſu, aut quo iudicio faciant, haud ſatis intelligo. Quid enim ſtultius, quàm fratrem ad patrem referre? quid rurſus tã abſurdum, quàm fratrem primo ſtatuere gradu? nã à qua perſona diſtaret primo gradu, cùm neq; ad patrem referri queat, neque inter fratres vnica tantùm generatio ſit? Profligatus igitur eſt error quo multi tum antehac tenebantur, tum hodie quoque imbuti ſunt, exiſtimantes cognationem idcirco in deſcendendo tantùm conſiderari, quia generatio ex qua illa conſtat, ſemper deorſum vergit. Ecce enim, vt rem omnem ſimpliciſſimè, quaſique in tabula depin-

gamus,ſumamus exemplum in Adamo, vnde omnes omnino generationes deſcendunt, & continuemus generationes etiam vſque in infinitum.nemo tamen dixerit, opinor, poſſe cognationem perfectè in Adamo demonſtrari.quid ita?quoniam Adami neque parentes,neque vlli propinqui demōſtrari poſſunt? qui tamen maxima pars cognationis exiſtunt: quæ non niſi vndecumque collecta, exquiſita, accerſita perfecta dici poteſt. Et hæc ſanè ratio quoque alia eſt, cur hæc ſchemata planè inutilia & inepta ſint: vtpote quæ ſtipitem iſtum,vnde in geminū illum inferiorē ordinem deſcenditur,ſemper primam eorū qui deinceps ſuum ordinem inſequuntur, & ſummam originem conſtituant:cuius neque pater, neque auus, neque vlli propinqui demonſtrari queāt. Sed inter alia quibus tamquam ſuo gladio iſti nouæ tabulæ architecti ſeſe iugulant,hoc verò argumentum eſt & firmiſſimum & apertiſſimum: quòd ne ipſi quidē eam in computando obſeruant.

§ 25 Etenim ne agā de ſingulis, quid eſt quòd ipſe huius opinionis auctor & architectusGregorius nonus d.c.vlt.de conſang.tam dilucidè, apertè ac ſignificanter profitetur, ius & facultatem contrahendarū nuptiarum vltra quartū gradum (de quo incidet poſteà latius dicēdi locus) etiam intelligi, ſi vnus quinto à patre gradu differat, & alter quarto? veluti pronepos vnius,& abneptis alterius:poſſe enim vtrūque ſimul coniugari.quod Gloſſematarius inſuper explicans,idem eſt,ait, ſi in ſecundo vel tertio: quia nihil attinet ei, qui eſt in altera linea in quinto.Cui Ioannes Andreas ſubſcribens, contra Hoſtienſem addit, vel primo:& rectè. Falli enim grauiter Hoſtienſis in ea videtur cognatione,quam deſcribit Guilielmi comitis Geneuenſis & Matildæ ſororis ipſius:ſiquidem huic nubere nō licere exiſtimet illius abnepoti, quē Petri filium ex propoſita ſpecie nominat: vel huic è conuerſo amitam ſuam maximam Matildam ducere. nam qui in linea fratris quarto gradu patre poſterior eſt, vtique & fratri in altera linea quinto gradu eſt. quid enim aliud eſt, quod indicat regula, quā toties nobis inculcant? Quot gradibus aliquis à ſtipite diſtat,tot gradibus à propinquo diſtat. Hæc, inquā, regula,ecquid aliud,quęſo,ſignificat,quàm ſuperuacaneum eſſe, de poſterioribus primo gradu in altera linea parallela diſputare,modò in alterius fratris linea is de quo ambigitur, quinto diſtet à patre gradu? ſi namque intra quintum gradum qui ad patris reſpectum exigatur (quemadmodum ipſimet præceperūt) copulari nuptiæ non poſſint, diſtetq; vna perſona in alterutra linea quinto à ſtipite,hoc eſt,à patre gradu, ſine controuerſia totidem diſtabit à fratre, qui eſt in altera linea in primo:atque in hunc etiam modum à deſcendentibus.ex quo illud efficitur,ſi ad cōtrahendas nuptias ſatis eſt, modò aliquis in alterutra linea diſtet à patre quinto gradu,ſuperuacaneū eſſe in altera,præter fratrem vel ſororem adpingere ceteras,cùm hæ ſolæ ſatisfaciant. à patre namque deſcendendo in duos fratres vel ſorores, conſtituunt vnum gradum: ſecundum ab vno illorum ad eius filium: relicto, vt præmonui,altero æquali:hoc eſt,alterius fratris ſororiſve filio:tertium ab hoc ad fratris nepotē:quartum ad pronepotem. atque ita ſubducta initāque ratione pronepotē fratris aiunt à patre quarto diſtare gradu. Et intra hunc quidē gradum frater qui ab alio eſt latere, non poteſt ducere vllam vxorem:ſed abneptem fratris poteſt. nempe omnia hæc nunc verba huc redeūt deniq;, modò perſona in vna linea diſtet à patre

A quinto gradu, quilibet ex altera linea, ſiue ipſe frater, ſiue alius eam in vxorem ducere poteſt. Ex quibus, niſi fallor, liquidò conſtat computationem iuris Canoniſtici non ad eum, quem Alexander d. c. ad ſedem, ſtatuerat modum iniri: ſemper computādo ac numerando ſimul duas perſonas. quinimò ſolā perſonam, de cuius nuptiis quæritur, hinc numerari: & ad patris gradum referri: vt cum altera quadā, quę ab alio ſit latere, matrimonio coniungatur: atq; B ,vt vno verbo abſoluā, ſolā cōtinuitatē generationū ſine vlla copulatione & propinquitate obſeruari. Sed melius eſt rē omnē tāquam in tabula depingere.

PATER.
I
Frater — Frater
II
Fratris filius.
III
C Fratris nepos.
IIII
Fratis pronepos.

Nunc igitur eruditi viri pro ſumma cauſſæ intelligētia iudicent,iſta computandi ratio,nō dico an verior ſit ac certior, ſed an tolerari aut probari vllo modo poſſit. Et tamen nihil odioſè exaggero:quod ſi facerem,multa fortaſſe cōmemorare poſſem, quorum iā Canoniſtici iuris defenſores puderet.quid enim illud eſt,quod perinde ampla ſchemata ſuis libris inſerūt, D atque illa ſunt quæ ſibi Iuriſconſulti deſcripſere?aut illud,quod patruum & auunculum ſecundo gradui, magnos tertio,maiores quarto,maximos quinto adſignauere? & in arbore ſuperioribus illis ac rubentibus punctis notauere? Nam etſi integram illis ſuam arborem reliquero, non tamen aliò auunculum, quàm ad ſororis ſuæ filium, cui auunculus eſt, dirigere poterunt:inter quos neceſſe eſt omnino numerari tres generationes, quemadmodum anteà pleniſſimè dictum à nobis, nunc denuò repetendum non E eſt. Sed ne longum faciam, ſi vel puer interroget,an propoſita quæuis de duorum cognatorum nuptiis quęſtio explicari poſſit,quin fons & auctor communis generis (quem Communem ſtipitem adpellant) inueſtigetur: quid reſpondebunt? Nimirum ita decretum à Pontificib. vt propoſita de duabus perſonis quæſtione, conſideretur quantum alterutra à cōmuni ſtipite diſiuncta ſit: veluti de Sobrinis, ſi quæſtio eſt an matrimonio iungi poſſint,ſtipes,inquiūt, & auctor ſanguinis eſt quærendus.at is erit Proauus. F Quæratur nunc ab iis,Dum proauum inueſtigamus, qd agimus?quærīne aliter proauus poterit,quā rectæ lineæ gradus emetiēdo? vtrū igitur adſcēdēdo tādē id facim⁹,an deſcēdendo?Quòd ſi communis ſtipes quē toties inueſtigari iubēt,ſurſū inueſtigādus eſt,& gradus adſcēdēdi,cur nobis deſcēſū ſolū imperant,adſcēſu verò prohibent? præterea, ſi communis ſtipes inueniri niſi adſcendendo non poteſt, ecquis figuræ iſtius canonicæ vſus eſt? ecquæ nam vtilitas? ecqua verò alia graduum figura huic proaui inueſtigationi G adhiberi poterit, quàm ea quæ nobis à Iuriſconſultis deſcripta eſt? Sed præter Canoniſtas, duorum mihi video doctiſſimorum hominum auctoritatem oppoſitam,Fr. Connani,& Fr. Duareni: quos ego propter admirabilem eorum eruditionem honoris cauſa nomino: neque quemquam hac mea digreſſiuncula offenſum iri arbitror,cùm illis & quantum poſſum, & minorē tamen quàm merentur eruditionis laudem

laudem adtribuam.

¶26 Pontifices creduntur,inquit Duarenus,ſupputandi rationem à Iuriſconſultis traditam in linea tranſuerſa immutaſſe, vt quos in ſecundo gradu ponimus,illi collocent in primo. Verùm alius fortè eorùm ſenſus hac de re fuit, quamuis non ſat propriè, & clarè elocuti ſint,c.ad ſedem,35.q.5. Non enim ex duobus gradibus vnum,aut ex quattuor gradib.duos efficere potuerunt,quod ſanè perabſurdum eſſet. Sed cùm de Matrimonij coniunctione agitur inter ordinis tranſuerſi cognatos,illud ſpectandum eſſe voluerunt, quantum ambæ perſonæ, de quarũ matrimonio quæritur diſtent, aut quantum remotior diſtet à cõmuni illo parente, qui cognationi ipſorũ cauſſam præſtitit, non autem quot gradibus inter ſe diſtent. Nam propter reuerentiam cõmunis illius parentis prohibitũ inter eos matrimoniũ eſſe videtur. Si ergo quæratur quoto gradu diſtent frater & ſoror à patre cõmuni,rectè quis dixerit vno gradu eos diſtare,licet inter ſe diſtent duobus gradib. Et regula quæ eos vno gradu inter ſe diſtantes eſſe ait, non ſecundum veritatem,ſed fictionem Iuris potius accipiẽda eſt. Quo enim gradu diſtant à cõmuni ſtirpe, eodẽ à ſe inuicẽ diſtare finguntur. Eadẽ eſt cauſſa Cõſobrinorũ, vt exemplis dilucidior res fiat. Conſobrini namq; diſtant inter ſe quattuor gradib. ſed ab Auo, vnde cõmunem ducunt originẽ,duob.tantùm gradibus diſtãt. Nec aliter reſpõſurus fuit,opinor,Paullus,aut alius quiuis ex veterib. Iuris auctoribus,ſi de ea re conſultus fuiſſet. Et hac, vt cõiicio, ratione Cõſobrini ſiue Patrueles in ſecundo gradu à Pontificib. eſſe dicuntur. Hæc doctiſſimus Duarenus, cuius ego ſententiæ tum fortaſſe ſubſcribam, cùm quis mihi pauculis iſtis quæſtionib. commodè reſponderit. Quæro.n. primùm omnium,ſi Pontifices illud vnum ſpectari voluerunt, quantum perſonæ de quib. agitur à communi ſtipite diſcrepent,qua ratione iudicari iſtud poſſit,niſi prius ſtipes ille ſit inuentus? deinde quomodo ille,niſi gradatim adſcendendo, & ſurſum verſum enumerando inueniri poſſit? Tertio, numquid alterutra illarum perſonarum in Titij ſede qui illius gerit imaginem collocanda ſit? Quarto, eadémne cognationis quæ genealogiæ figura ſit? Quinto, quo nomine is qui à communi ſtipite deſcendenti primus occurrit, adpelletur,fratérne an filius? Sexto,cùm de patrui aut proparrui nuptiis quæretur, vbi in iſta tabula Canoniſtica locum habituri ſint? Sed nõ proſequat longius. Satis eſt enim intelligi, quod mihi neminem negaturum arbitror, communem ſtipitem à quo nos diſtantiam & interualla metiri Pontifices iubent,repeririniſi adſcendendo nõ poſſe. Sed gloſſæ verba ſubiiciam,ex quibus Canoniſtarum ratio in gradibus enumerandis intelligatur. Si vis ſcire, inquit, in quo gradu aliquæ duæ perſonæ diuerſarum linearum ſibi adtineãt,recurre ad communem ſtipitem,ſiue parentem à quo deſcenderunt,& deſcende æqualiter computando per ambas lineas. Hæc Gloſſa d.cap.vlt.De conſang. quam ſi quis nunc ſequatur, & ad communem ſtipitem velit recurrere, quo tandem id pacto efficier, quin gradus enumerando, quanto is de quo quæritur interuallo ab illo ſtipite diſcrepet, neceſſariò intelligat? At.n.dicet aliquis,cùm ex ſtirpis alicuius ſtemmate ſatis adpareat, quanto quiſque inferiorum à ſtipite interuallo diſtet, quid adtinet in cognationis figura gradus enumerare ac perſequi? Reſpondeo,ſi cuiuſq; ſtirpis ſtemmata in promtu ſemper eſſent,id quidẽ haud difficulter intellectum iri. verùm

A in genealogiis deſcribendis,& multo maior ſumetur labor,& ratio multo incertior,obſcurior,atque fallacior inibitur. vix enim fiet,quin pro auo,aut proauo, abauum plerumque aut tritauum acceſſamus: quorum in vniuſcuiuſque deſcribenda progenie fruſtra & inaniter elaborabimus: cùm ſi gradatim ac pedetentim per ſingulos gradus ad eum qui nobis communis ſanguinis proxima cauſſa fuit adſcendamus, minimo labore, errore nullo rem omnem adſequi B poſſimus. Atque hoc ſcilicet differt hæc noſtra ratio, ab iſta Canoniſtica: quòd noſtra in arte & ratione certa, Canoniſtica verò in incerta & laborioſa inueſtigatione tota verſatur.

Duæ diuerſæ inter ſe maximéq. diſſidentes regulæ Gregorij & Innocentij de conſanguinitate perſonarum.

CAPVT V.

¶27 HACTENVS igitur fundamenta Canoniſticæ ſententiæ diligenter, vt opinor,excuſſimus: nunc ad reliquam ædificij partem veniẽdum eſt: quæ hoc C ſcilicet iacto fundamento conſtructa ac fabricata eſt. Dixi ſuprà, rem omnem verſari circa matrimonia: quæ perſonæ non poſſint inter ſe propter cõſanguinitatem nuptias contrahere. Poſteaquam enim homines ingenioſi ad dignitatem auctoritatémq. ſuam ſtatuerũt pertinere, horum cognitionem iurſdictionémque ſibi comparare, ſtatim legibus aliquot promulgatis decretum eſſe voluerunt, ne quis niſi ad eaD rum legum præſcriptum & regulam matrimonium contraheret. habentur autem duæ diuerſæ illæ quidem inter ſe, maximéque diſſidentes, quarum altera Gregorij eſt,altera Innocentij tertij. Proferam igitur eam quæ Gregorij nomine ſcripta eſt: De adfinitate conſanguinitatis, per gradus cognationis placuit vſque ad ſeptimam generationem obſeruare. nam & hereditates rerum per legales definitiones ſancita, vſque ad ſeptimum gradum protendunt heredũ ſucceſſionem. non enim ſuccederent, niſi de propagine E ſanguinis eis deberetur. hæc Gregorius c.de adfinitate: cui conuenit c.progeniem,& c.de conſanguinitate,cum duobus ſeq.35.quæſt.2.ex quibus primùm intelligimus legem de non contrahendo matrimonio vſque ad ſeptimum gradum extendi: deinde legis rationem, nimirum eò quòd (neque enim de ſeptem hominis aut mundi ætatibus ratio digna videtur quę in hunc locum proferatur) eò, inquam, quòd eatenus excurrat cognatio,& non vltrà. Atque vt numerum quidem ſeptenarium nunc omittamus,qui poſterioF rum Imperio atque auctoritate ad quaternarium redactus eſt, quid abſurdius hac ratione fingi aut excogitari poteſt? Hactenus durat prohibitio, quia intra hunc gradum continetur cognatio: vt pote cùm ad hunc etiam gradũ hereditas deuoluatur. quid enim? an nulla eſt extra hunc gradum cognatio? cur igitur etiam ad decimum hereditas porrigitur? nam quod Imperator §.vlt. de ſucceſſ. cog. de ſexto, ſeptimo & decimo gradu loquitur(quò ſpectaſſe videtur Gregorius) non quò terminet iſto gradu cognationem, diG ctum id ab eo eſt. alioqui ſi ſucceſſionem ſanguinis ex ſucceſſione hereditatis metiamur,non in ſeptimo finietur cognatio,vti Gregorius exiſtimat: ſed ad decimũ etiã extenderetur: quando ad hunc etiã gradum hereditas deuoluatur,d.§.vlt.aliiſq. prętereà nõnullis locis. Sed nos Innocentiũ iam nunc loquentẽ audiamus. Prohibitio,inquit,copulæ cõiugalis quartũ cõſanguinitatis gradũ de cetero non excedat: quoniã in

vlteriorib.gradib.iam nō poteſt abſque graui animarū diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius verò numerus bene conuenit prohibitioni coniugij corporalis, de quo dicit Apoſtolus, quòd vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: neque mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: quia quattuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quattuor elementis. Cùm ergo iam vſque ad quartum gradum prohibitio copulatæ coniugalis ſit reſtricta, eam ita volumus eſſe perpetuam non obſtantibus, &c. Hîc in ipſo ſtatim veſtibulo facilè quiſque intelligit, quàm ſit periculoſi exempli, temporum varietatem legū mutationi prætexere: præſertim hoc loco, vbi meminiſſe debemus, legem de reuerentia ſanguinis non eſſe penitus humanam, ac varietati legum obnoxiam: ceterùm diuinitus in natura inſtitutam. Sed mitto iſta diutius perſequi, quæ tamen hîc quaſi in tranſcurſu leuiter attingenda exiſtimaui. & venio ad illam legem de nuptiis, quas intra quartum gradum ab exordio generationum prohibuerunt.

Nuptias in linea directa pariter omni iure interdictas: in collaterali cōſenſum ex parte inter Canonicas & Ciuiles leges; vbi diſſenſus, videri ciuiles potiores. tum reſponſum ad Duareni Canoniſtar. defenſionem: & eorum abſurditas demonſtrata.

CAP. VI.

EX iis quæ ſuperiùs diſſeruimus, arbitror me planum feciſſe, quanto interuallo Canoniſtæ in gradibus conſtituendis inferiores ſint veteribus Prudentibus. quod etſi generaliter ſpectet tantùm ciuilia ſtudia, tamen pudendus lapſus eſt in iis, qui tam admirandū quiddam ac magnū præ ſe ferre videbantur. Nunc ſi quid eſt quod ad Reip. rationē adtinet, videamus vtram magis conducat deligere.

¶ 28 Nuptiis interdicunt Titio cum parentibus & liberis. & hoc ipſum anteà prohibuerant nō Moſaïcæ tantùm, aut Platonis, ſed & ciuiles Romanorū leges, §. ergo nō omnes, de nupt. lib. Inſt. 1. & l. 17. eo. in C. tractatu, & l. 53. D. de rit. nupt. Nuptiæ, inquit, conſiſtere non poſſunt inter eas perſonas, quę in numero parentum liberorúmve ſunt, vſque in infinitū. quinimò nec ipſo quidem iure gentium inter adſcendētes & deſcēdētes permitti nuptias, teſtis eſt Paul. l. vlt. eiuſdē tract. vt ea omittā, quæ de naturali ſanguinis reuerentia in brutis animantib. præter Ariſtotelē & Varronem cōmemorat ipſe etiam Imperator Iuſt. Nouel. conſt. 12. de quibus, quia copioſè ſimul & doctè multa tradidit in vberrimis ſuis de legibus connubialibus cōmentariis vir clariſſimus Andreas Tiraquel. ſenator regius, inde adſumi poterunt quæ ad rem præſentē pertinere videbuntur. Memorabile ſanè illud eſt quod de Claudio Tranquillus narrat: Fœminam, inquit, nō adgnoſcentē filium ſuū compulit indicto matrimonio iuuenis. Seruiles quoq. cognationes in hoc iure obſeruandæ ſunt, inquit Paullus: igitur ſuam matrē manumiſſus non ducet vxorē. tantum iuris eſt & in ſorore, & ſororis filia. Idem è contrario dicendū eſt, vt patet filiam non poſſit ducere: quoniam in contrahendis nuptiis naturale ius & pudor inſpiciendus eſt: contra pudorem eſt autem filiā ſuam vxorem ducere.


¶ 29 Secundò, in collateralibus hæc ab iis regula tradita eſt, vt inter propinquos, propinquáſve contrahi nuptiæ non poſſint, niſi ab origine cognationū quinto gradu remotæ ſint. quod quomodo intelligi debeat, ſuprà docuimus, cùm hanc illorum regulam edidimus, Modò perſona in vna linea diſtet à patre quinto gradu, quilibet ex altera linea ſiue ipſe frater, ſiue alius eam in vxorem ducere poteſt. Ergo nuptias prohibent Canoniſtę cum fratre, fratris filio, nepote, & pronepote. Et ad fratris quidem nuptias quod attinet, non dubium eſt, quin & Poëtarum fabulæ, & Iudæorum, Romanorúmq. leges multis antè ſeculis eas prohibuerint. vnde illi apud poetas tragici exitus Macarei, qui cùm ſororē Canacē à ſe ſtupratā cognouiſſet, ipſe ſe gladio quem pater ei miſerat cōfodit. & Iuſtinianus, Sanè, ait, inter fratrem & ſororē nuptiæ prohibitæ ſunt. quod Paullus in l. 14. D. de ritu nupt. in ſeruilibus quoq. cognationibus obſeruari tradit. Fratris quoq. vel ſororis filiam mihi vxorē ducere non licet. Id autem vtrum populi R. legibus perpetuò prohibitum fuerit, vt verè dicam, neque negare, neq. adfirmare auſim. Dio namq. auctor eſt Neruā Imp. ea de re legē tuliſſe, ne tales ſcilicet nuptias contrahere liceret. Et quāuis Claudius Imp. ꝑpter Agrippinæ fratris ſui filiæ coniugium, eas nuptias S. Conſulto comprobari voluerit, vt Tacitus lib. 12. teſtatur: moribus tamē potius quàm legibus improbata prius ea fuiſſe matrimonia videntur. vt quod Catullus ſcribit, *Sed cuiuis quamuis potius ſuccumbere fas eſt, Quàm matrem fratres efficere ex patruo*: ad illam quoque naturalem honeſtatē moribus comprobatam referendum eſſe videatur. Hactenus ergo conſentiunt ciuiles leges vnà cum canonicis. Quod autem ad abneptem fratris vel ſororis attinet, cui ſcilicet Titius patruus eſt maximus, hanc permiſerunt Canoniſtæ vxorem ducere, vti & ex d. c. vlt. & ex d. regula, Quoto gradu, quæ in eo recitatur, nec non ex eiuſdē gloſſa manifeſtū eſt: idq. Ioan. Andreas aduerſus Hoſtienſem egregiè diſputauit. At Iuriſconſulti veteres cùm intelligerent non parentum modò, vt liberorum nuptias prohiberi oportere, verū etiam eorū qui parentum vel liberorum loco ſunt, perpetuā eſſe prohibitionē voluerūt: & regulā in eam ſententiā tradiderūt, Cuius filiam nō licet vxorē ducere, eius nec neptem permittitur. quę regula perpetuam prohibitionē cōſtituens, non tantùm inferioribus perſonis, ſed & ſuperioribus illis adcōmodari debet: vt iam dicere poſſimus, Quā ex ſuperioribus ducere non licet, eius nec ſororē ducere permiſſum eſt. quod eo mihi probabilius videtur, quia ſimili propè in re ſcribitur d. l. 4. §. 5. de grad. matrimoniū inter omnes ſuperioris & inferioris ordinis adfines in infinitū prohiberi: quia parentis loco ſunt. cùm igitur loco parentū illæ ſint, hæ loco liberorum, perpetuā omnino perinde atq. inter parētes & liberos prohibitionē eſſe neceſſe eſt. Nam habet quoq. hac in re perpetuam regula rationē, quā anteà tradidimus, vt ne qui verè pater eſt, id ipſum eſſe fingatur, quod ipſum eſſe certum eſt.

¶ 30 Sed hoc loco mihi breuiter Franc. Duareno Iuriſc. doctiſſimo reſpondendū videtur, qui in Tract. Soluto matrimonio, Canoniſtas excuſare velle quodammodo videtur, cuius verba ſubiiciam: Regula Pōtificia, inquit, non ſimpliciter accipiēda eſt, Quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, &c. Quę regula oſtendit, cùm ij de quorum cognatione agitur, inæqualiter diſtent ab eo, qui cognationis caput eſt, ſufficere ſi vnus eorum quinto gradu diſtet, quamuis alter in quarto, aut tertio, ſecundóve gradu ſit. Ea ſiquidem regula mihi videtur ita accipienda eſſe, niſi alter tam propinquus ſit, communi parēti, vt vno tantùm gradu ab eo diſtet. Hæc doctiſſimus Duare-

Duarenus. Cui tum ego lubenter adſentiar, primùm **A** cùm hanc vocem QVOLIBET non ad omnes, quæ in alia linea ſunt perſonas pertinere, ſed ad certas tantùm reſtringi docuerit. Deinde cùm ſyllabam vnicā in vniuerſo iure Canonico nobis oſtenderit, ex qua ſuſpicari poſſimus primum iſtum de quo agimus gradum à nuptiis arceri. tametſi,ne diutius rem amplicmus,Canoniſtæ nobis ipſi manum iniiciunt,& rem omnem in Gloſſa d.c.vlt. De conſanguinitate vno verbo conficiunt. Mulier,inquit,quæ in vna linea diſtat à Petro ſtipite quinque gradibus,eodem gradu **B** diſtat à quolibet alio deſcendente per aliam lineam: & ſic diſtat quinto gradu à Martino, qui paulo antè primo in gradu alterius lineæ conſtitutus erat. Hæc ſi quis aperta,plana,& perſpicua eſſe neget,videat,ne dum alios calumniæ obſcurè inſimulat, ipſe in idem vitium & crimen incurrat. Quod autem idem Duarenus addit, ſi verba captentur, ne Iuſtinianum quidem poſſe reprehenſionem effugere, cùm ait, Cuius filiam ducere vxorem nō licet, nec eius neptem permittitur:filiam etenim aui mei vxorem mihi ducere **C** non licet,at eius neptem quæ conſobrina mea eſt,licet.Reſpondeo primùm vt Iuſtiniani diſputationem & ſeriem inſtituti ſermonis omittam, qui de fratre, fratris filia,nepte,& pronepte commemorat: ecquis vnquam iſto modo locutus eſt,vt pro Amita vel Matertera, diceret Aui filia? ecquis tam hebeti ac ſtupido ingenio repertus vnquam eſt, qui regulam illam aliorſum quàm quò pertinet,cōtorquere vellet? Sed, vt dixi,diſputationis inſtitutæ progreſſio id planè oſtendit:neque vnquam ſophiſta vllus tam impudens **D** reperietur,qui verba illa CVIVS FILIAM, ad rectæ lineæ perſonam vllam, id eſt parentes aut maiores referri poſſe adfirmet. Quod tamen ad inſtitutam attinet diſputationem, An ſcilicet Amitam maximā ducere vxorem Canoniſtæ permitterent: etſi Gloſſa & Ioannes Andreas id apertè adfirment:tamen non admodum hîc concertandum puto,propterea quòd rerum natura non ferè patitur, huic quæſtioni locum eſſe:neq.tamdiu Amita maxima poteſt viuere,vt fratris ſui abnepotis nuptias exſpectare poſſit.

¶ 31 Quare illud potius diſputandum erit,An iure canonico ſobrinorum liberi matrimonio coniungi poſſint? Reſpondebitur, non poſſe: quia nondum quiſquam eorum à ſtipite communi quinque gradibus eſt diſiunctus. Verumtamen ſi rationem ſpectemus,quam iſti nobis ingerunt,cur gradus à communi parente ſemper emetiendi ſint: nimirum propter eius reuerentiam: quæro vtri tandem longius ab Adamo differant in figura ſuperius expoſita,Mahiel,& Mataleel:an verò Henoch & Iared. Si nuptiæ prohibendæ ſunt propter illius ſtipitis propinquitatē, negari non poteſt,quin patrui abneptis nuptias,potius quàm eorum qui ex duobus ſobrinis nati ſunt,vetari par ſit. At Canoniſtæ cōfeſſione omnium illas permittunt. In quo etiam illud abſurdum adparet,quòd poſtquam duorum ſobrinorum liberos,qui octo gradibus inter ſe diſtant,matrimonio prohibuerunt:abneptem patrui ducere permiſerunt: quæ tamen ſeptem dūtaxat gradibus à Titio remota eſt. Præterea quamobrem tandem eos,qui octauo gradu diſiuncti ſunt,matrimonio prohibent? an propter cognationem? At Modeſtinus in l.4.De gradib.& Paullus lib. Sent.4.tit.de gradib. negant poſt gradum ſeptimum vllam eſſe cognationem. cuius rei vel illud argumēto eſſe volunt, quòd in linea directa ne ſeptimi quidem gradus nomen vllum cognationis reperiatur. In tranſuerſo verò poſt ſeptimum nullum planè reperiatur. Vltra eum enim gradum (inquit Modeſtinus) natura rerum non ferè patitur cognatorum vitam, hoc eſt cognationem vllam conſiſtere. Ergo, ſi quando id accidat, vt duorum ſobrinorum liberi reperiantur, quòd perrarò accidere adfirmat: cùm iſtis gradibus cognatio exſtinguatur,nónne æquius videretur, veterem & prope intermortuam illam beneuolentiam excitare atque reuocare?

FIGVRA GRADVVM COGNATIONIS.



DISPV-

DISPVTATIO DE GRADIBVS ADFINITATIS:

edita anno 1547.

1 *Adfinitatis definitio, & etymologia.*
2 *Hæc vel Accedens eſt vel Stans.*
3 *Adfinium nomina in recta linea quomodo inter ſe referantur.*
4 *Eadem in tabula adfinitatis graduum enumerandorum ratio eſt, quæ in tabula cognationis.*
5 *Accedentis & Stantis adfinitatis nomina in linea collaterali.*
6 *Ciceronis locus expoſitus in ea pro Quinctio.*
7 *Innocentius III. laudatus, & Canoniſtæ reprehenſi, qui tot finxerunt adfinitatis genera, quot adfinis matrimonia ſunt.*
9 *De ratione prohibitarum nuptiarum in certis gradibus adfinitatis, ex iure ciuili. & primùm in linea directa:*
10 *Tum verò in tranſuerſali.*
11 *Compriuigni inter ſe contrahere matrimonium.*
12 *Duo fratres ſorores duas ex altera cognatione ducere poſſunt.*

Quid Adfinitas, & vnde adpellata: tum ſpecies duæ, & tabula graduum adfinitatis, eiúſque explicatio. ad extremum regula adfinitatis ad nuptiarum prohibitionem: eiúſque exempla.

CAPVT I.

QVEMADMODVM cognationum gradus enumerarentur, atque à quorum cognatorum nuptiis abſtinendũ eſſet, ſatis explicatum eſſe arbitror ſuperiore libro: ſupereſt, vt eos gradus perſequamur, qui in adfinitate eſſe dicuntur. nam huius quoque rei cognitio futuro Iuriſconſulto valde neceſſaria eſt: cùm propter teſtimonia, vt adparet ex l. 3. & 4. D. de teſtib. tum verò vel maximè propter nuptias.

¶ 1 Eſt autem Adfinitas ius quoddam inter vnum coniugem & alterius cognatos inſtitutum. veluti, Calpurnius Tulliolam M. Tullij filiam in vxorẽ ducit. Lex vetat ne Calpurnius, verbi gratia, teſtimoniũ dicere cogatur in Tullium ſuum ſocerum. Ius iſtud inter certas perſonas conſtitutum adpellatur adfinitas. tametſi Neratius eo verbo abutens in l. quod Seruius, 8. D. de cond. cauſ. dat. adfinitatem inter ſponſos dixerit, pro neceſſitudine & coniunctione. Verùm vtvt ſit, Adfinitas inane nomen nõ eſt, neque vmquã dicitur niſi cùm ius quoddam eſt. quare cùm Modeſtin. ait, Adfines eſſe viri & vxoris cognatos obſcurè quidem locutus eſt: verùm ita intelligendum eſt, ac ſi diceret, Adfines ſunt viro, vxoris cognati: viciſſimque adfines ſunt vxori, viri cognati: nam certè vxoris cognati viri cognatis adfines non ſunt. Tullij, inquã, Calpurniis adfines non ſunt, ſed Tullia Calpurniis, viciſſimque Calpurnij Tulliæ. In primis autem illud ſcire oportet, figuram graduum cognationis ſemper in hac quæſtione ob oculos habendã eſſe: vt quis cui adfinis dicatur, nullo negocio intelligatur. Adfinis enim (vt Modeſt. ſcribit in l. 4. de gradib.) ex eo quiſque dicitur, ꝙ ad alterius cognationis fines adceſſit. veluti, fingamus Calpurniũ eſſe Titium, omnes autẽ circũdatas perſonas eius eſſe cognatas. Tulliola quæ ad Calpurnij nuptias adcedit, ad eorum omnium qui Calpurnio cognati ſunt, fines cognationẽq. accedit: quamobrem earum Adfinis dicetur. vnde hæc quaſi regula memoriæ cauſſa retinenda eſt: Qui cum Titio Titiáve matrimonium contrahit, is Titij Titięúe cognatis adfinis eſt. Itaque Tulliola Calpurnio mariti ſui patri matriq. nurus dicetur: eiúſque auo, pronurus. Atque hæc quidem de Adfinitate, quæ propriè atque ad verbi veritatem etymologiámque adcommodatè ſic adpellatur. nam Adfinitas (vt verbum ipſum indicat) ad eum qui ad fines aliorum accedit, propriè pertinet. Sed quoniam eos ad quos accedit, nominibus quibuſdam certis

A propriiſque adpellat: intelligendum eſt, hos quoque paſſiuè (vt pinguius loquamur) Adfines dici. Patrem enim Calpurnij, Tulliola ſuum ſocerum: matrem, ſuam ſocrum adpellabit: filiam, priuignam: ſororem, glorem. Atque hoc eſt, quod Modeſtinus ait in d. l. 4. Adfines ſunt viri & vxoris cognati: hoc eſt, Titij & Titiæ cognati Caiæ & Caij qui cum illis matrimonium contrahunt, ſunt adfines. Hæc enim definitio, vt opinor, ad accedentem & ſe adpellentem adfinitatem adcõmodata non eſt: ſed ad ſtantem atq. patientẽ.

B ¶ 2 Nam docendi cauſſa duplex adfinitas conſtituenda eſt: Adcedens & Stãs: vt Adcedens dicatur eorum qui ad Titij Titiæve fines adceſſerunt: veluti, Calpurnij, qui ad Tullios ſe adiunxit. Stans verò eorum, ad quos ſe Calpurnius adiunxit; hoc eſt, Tulliorum. Adcedentis nomina in directa linea, hæc ſunt: Gener, maritus filiæ: Nurus, vxor filij: vitricus, nouus maritus matris: Nouerca, noua vxor patris. Stantis autem hæc: Socer mariti vel vxoris pater: Socrus mariti vel vxoris mater. Priuignus vxoris ex alio viro, C vel mariti ex alia vxore filius. Hoc autem loco illud admonendum eſt, cùm duplex ſit adfinitas, adcedentis quidem nomina nulla in figura noſtra deſcripta eſſe: ſed ſub Caij & Caię perſona latere, in cáque ſubintelligenda eſſe. Stantis verò ea omnia eſſe nomina, quæ in figura noſtra cernuntur. nam Titij. i. mariti pater, & mater, ſocer ſocrus: auus auia, proſocer proſocrus adpellantur. Eiuſdẽ filius filia, priuignus priuigna: nepos neptis, Propriuignus, Propriuigna. Si quis igitur quærat, cùm Adfinitas ex eorum numero D ſit, quæ cum aliquo conferuntur, quomodo hæc inter ſe nomina conferenda ſunt? facillimum erit hoc modo reſpondere:

¶ 3 Socer & ſocrus cum genero & nuru cõferuntur. Vitricus, & Nouerca, cum Priuigno & Priuigna. nã, vt idẽ ait, Vxor liberis ex alia vxore natis, Nouerca dicitur: matris vir ex alio viro natis, Vitricus adpellatur: eorũ vterq. natos aliũde Priuignos Priuignáſq. vocant. Hęc autem omnia ſtantis adfinitatis nomina vti facilius diſcernere, ſuóque quæque loco adſigna- E re poſſimus, in ordinem cognationi conſimilem, gradúſque digeſſimus. neque enim quod Modeſtinus ait nullos eſſe adfinitatis gradus, hanc habere ſignificationem videtur, vt non eadem hîc vti tranſlatione commodè poſſimus, ſed quòd reuera verbum hoc in adfinitatis diſputatione propriè non vſurpetur. Gradus enim ob eam cauſſam inuenti ſunt, vt qui propinquiores ſunt, cognoſcatur. itaque

tertius,qui in cap.non debet,d.tit. de cóſang.impro- [A] bat ineptam quorumdam Canoniſtarum opinioné, qui pro ſuo arbitratu varia genera finxerunt adfinitatis, iuxta regulam, Tot ſunt adfinitatis genera, quot eiuſdem adfinis matrimonia. veluti fratria mihi primo eſt:fratre defuncto qui eam duxerit, ſecundo : ea defuncta, quam hic duxerit, tertio : & ſic deinceps. quæ omnia tradita ſunt, atque etiamnum exſtant in cap.& hoc, cap.de propinquis, cap.pen. & vlt.xxxv. quæſt.III. & in celebri gloſſa d.c. non debet, de conſang. in quo quidem capite ſummo iudicio ac prudē- [B] tia hęc omnia reiicit ac repudiat Innocētius tertius. ſed cùm hæc quidem Canoniſtarum omnia valde ab omni ſenſu aliena ſint,tamen haud ſcio,an aliud magis abſurdū,quàm quòd legitur xxxv.quæſt.x.cap.fraternitas. veluti,mea fratria ſi ſecundò nupſerit,indéque liberos pepererit, propter adfinitatem & liberorum nuptiis prohibeor. quod quamquam ex verbo Dei perpetuo ſtabilire conetur Gregorius, tamē perbellè repudiatum eſt d.conſtitutione Innocentij tertij. cùm tamen ſacrilegum ac temerarium pronun- [C] cſet Gregorius, ac negantem verbū Dei in æternum permanere,validum eſſe ac forte,qui aliter exiſtimauerit. quod quidem durum verbum eſſe contra Innocentium tertium gloſſa inibi fatetur.

§ 8 Iam quod ad nuptiarum prohibitionem adtinet,nulla,mea quidem opinione,excogitari ratio melior poterit, quàm ſi eam adfinitatis regulā adhibeamus,de qua paulo ſuprà diſſeruimus.nempe vt Caius adfinis cùm ſit,adceſſionémque non ad eorum modò fines fecerit,quos pinguiore Minerua paſſiuè adfines [D] vocauimus:verùm ad eorum etiam cognatos, nō tantùm ab illorum abſtineat, verùm ab eorum etiam nuptiis qui cognati ſunt illorum. Ergo & à ſocero, & ab eius parentibus, ſorore, & patruis omnibus contráque à priuigno,nec non ab eius liberis, ſorore, & patruis,hoc eſt,leuiro & glore,ab iſtorum deniq; poſteris omnibus Caius prohibetur. vnde Iuſtinianus, Socrum, ait,vxorem ducere prohibitum eſt.& rationé adiungit, quia matris loco eſt. quemadmodū etiā anteà reſponderat Pomponius, l.16.D.ſol.mat.Paul- [E] lus autem in l.14.d.tit.de rit.nupt. quomodo illa accipienda ſint,docet his verbis : Socrus,inquit,adpellatione non tantùm vxoris meæ mater,ſed & auia,& proauia intelligitur ; vt nullam earū ducere poſſim, ac ne eius quidem matrem quam ſponſam habui:fuiſſe enim eam ſocrum. quamquam Vlpianus l.6. D.de gradib. non exiſtimarit ſoceri & ſocrus adpellatione ſponſorum parentes contineri:à quo tamen diſſentit Seruius,Pomponio teſte,l.8.eo. Hęc autem cùm dici- [F] mus, vnà etiam Caiū & Caiam, hoc eſt, generos nurúſque omnes comprehendimus:nempe filię,neptis, & proneptis maritos : filij,nepotis, ac pronepotis vxores. ſicuti in cognatione, cùm auiæ aut proauiæ nuptiæ interdicuntur,ſimul eo ipſo prohibentur neptis, aut proneptis nuptiæ. Nurus igitur adpellatione, vt Paullus & Labeo ſcribunt, non tantùm vxor filij, ſed & nepotis & pronepotis continentur : licet quidam has pronurus adpellent,dd.ll.17.de rit.nupt. & 6.de grad.quas omnes ducere non licebit : ſcilicet [G] quia, vt inquit Iuſtinianus, nurus filię loco eſt. cui etiam Vlpianus eam addit, quæ ſponſa tantùm mea eſt : vt patri meo nubere non poſſit : quamuis nurus non propriè dicatur,l.12.d.tit.de rit.nupt.cùm tamen Vlpianus,d.l.6.de grad. Generi, inquit,& nurus adpellatione ſponſus quoque & ſponſa continentur.Id quod ſimiliter de priuigna Iuſtinianus conſtituit: quam Paullus & Ariſto non ſolùm eam intelligi volunt, quæ vxoris meæ filia eſt, ſed & neptem, & proneptem, vt nullam earum ducere poſſim, d.l.14.& l.40.D. de rit.nupt. in quo nouercas quoque & vitricos omnes contineri certum eſt, hoc eſt,patris,aui, proaui, & ſuperiorum vxores ad infinitum. Hos enim, inquit Modeſtinus, qui in adfinitatis cauſſa inter ſe parentum loco liberorúmque habentur,matrimonio copulari nefas eſt,l.4.de gradib.


§ 9 In iis autem qui ex tranſuerſo ſunt ordine,cuiuſmodi ſunt leuir & glos, eorúmque liberi, ſoceri etiam & ſocrus frater, non dubium eſt, quin eadem regula locum habeat. de gloris namque & leuiri nuptiis exſtat Imperatorū conſtitutionib. diſerta prohibitio l.5.l. penult. & vlt.C.de inceſtis nuptiis. quā ad eorum etiam poſteros omnes extendi debere credibile eſt : cùm quidem ad illos etiam adceſſio facta ſit. in quo comprehendi etiam neceſſe eſt vxorē filij fratris : cùm eadem planè ratio ſit. nimirum vt ſoror ſoceri cum Caio, qui maritus eſt ſui fratris filiæ, copulari non poſſit. id quod etiam de proſoceri,abſoceri, & adſoceri ſororibus ſimiliter dicendum eſt. nec verò quod in iis quæ nobis quaſi ex naufragio ſuperſunt, fragmentis legum Romanarum, nulla facta mentio illarum eſt, ob eam cauſſam exiſtimandum eſt, licitas fuiſſe huiuſmodi nuptias : præſertim cùm in re multò minoris religionis ſimilis exſtet lex apud Caium,l.17.in fin.D.de rit.nupt.vbi inquit,Amitam & amitam magnam prohibemur vxorem ducere,etſi per adoptionem tantū nobis coniunctæ ſunt,& in l.55.eod.tractatu,Patris, inquit,adoptiui materteram vxorem ducere non poſſum. Verùm hęc, vti dictum iam à nobis eſt,tantùm de cognatis Titij ad quos adceſſit Caius,accipi debent. Caij verò cognati à Titij cognatis,qui nullo modo adfines dici poſſunt:quandoquidem neque vllam paſſi ſunt,ac multò minus fecerunt adceſſionem,nulla planè, propter quam prohibeatur, ratio fingi poteſt. Quamobrē Papinianus, Inter priuignos,inquit, contrahi nuptiæ poſſunt:etſi fratrem communem ex nouo parentum matrimonio ſuſceptum habeant,l.34.de rit.nup.& exſtat Paulli reſponſum è re nata ſimili omnino in ſpecie, l.Titia quæ,134.de verb.oblig.

§ 11 Titia, inquit, quæ ex alio filium habebat, in matrimoniū coiit Caio Seio, habenti filiam:& tēpore matrimonij conſenſerunt,vt filia Caij Seij filio Titię deſpōderetur,& cetera. In quo tamen ſummū cupio adhiberi iudiciū, ſummam prudentiā. quid.n.dicemus in matre vitrici, & filia generi? qui enim illā duxerit,& priuignū & vitricū:qui verò hanc, & ſocerum & generū vnum eundémq; vni eidémq; perſonæ dici neceſſe eſt. Ceterùm has tā contrarias ac repugnantes functiones ſimul vnáque in re quo exemplo tueri poſſimus,non diſpicio.Nam quod Suet.ſcribit, Iuliū Cæſarē Cn. Pompeij filiam in matrimoniū petiiſſe,cùm ei ſuā Iuliā anteà collocaſſet : ad rē nō pertinet:quia Iulia iampridē erat mortua:& iam idē Cæſar ſororis ſuæ neptē eidē Pompeio deſtinarat. Quod autē ad matrem generi & nurus adtinet, nullā video ineſſe abſurditatē, quin is qui ſocer eſt, poſſit eſſe & vitricus. quēadmodum qui gener eſt,ſit & priuignus, ducta vitrici filia. iuxta prædictas ll. Paulli & Papiniani, & §.7.de nup. apud Iuſtin. Maxima.n.harum duarū functionum conuenientia eſt:vt qui filius fingitur, poſſit hanc functionem ſecundò induere. eſſe verò,vel fingi aliquē vni eidémq; perſonæ,& patrem & filium ſimul, abſurdum ac præpoſterum videtur.

Porrò autem de iis qui à latere ſunt,non dubium eſt, quin eadem ſimiliter dici poſſint.

¶ 12 Neque enim quidquam prohibet, quò minus ad ſororij vel fratriæ ſororem aut fratrẽ leuir & glos accedãt:hoc eſt,duo fratres ad duas ſorores, ex diuerſis cognationibus. non minus quàm ad vxoris auunculi, aut fratris filij, ex alio matrimonio liberos.in quo magnam profectò cogimur deſiderare Canoniſtarum prudentiã, qui cùm nuptias permiſerint cum eius liberis, quæ patri meo vxor eſt,eas tamen quattuor continuis canonibus prohibent cum eius filia, quæ auunculo,patruóve nupta eſt.c.ſi cuius,cũ 3. canonibus ſeq.35.q.10.Et hęc quidem de adfinibus ſatis A multa: nunc quid de coniuge illorum dicendum ſit, videamus. Sanè Papinianus l.15.de ritu nupt. Vxorẽ, inquit,quondam priuigni coniungi matrimonio vitrici non oportet:nec in matrimonium nouercam ei conuenire, qui priuignę maritus fuit. vnde nec vxoris quondam ſoceri cum genero,nec mariti defunctę nurus ſimul cum ſocru coniunctio probari vllo modo poteſt. Quid autem de vxore quondam ſororij & leuiri? fratriæ denique, gloríſve marito? Et ſanè cre- B dibile eſt idem ius in eadem ratione conſtitui debere:quandoquidem vxor pars quædam mariti eſſe videtur:vt iam in infinitũ dicere poſſimus: Cuius non liceat inire nuptias,eius nec coniugis liceat.

FIGVRA GRADVVM
ADFINITATIS.



FRANC. HOTMANI IVRISC. QVAESTIONVM ILLVSTRIVM LIBER:

AB AVCTORE RECOGNITVS.

Is continet Quæſtiones XLIIII.

DISPVTATIONEM IN C. RAYNVTIVS, EXT. DE TESTAM. ET VETEREM-RENOVATAM EXPLANATIONEM l.frater à fratre,D.de cond.indeb.

An Regibus ius ſit regna & ditiones ſuas arbitratu ſuo deminuere.

QVÆSTIO I.

VETVS & præclara hæc quæſtio eſt: eiúſque vſus cùm in Gallia noſtra perſæpe magnus eſt, vbi de dominio Regis diſputari ſolet:tum etiã apud Germanos inſignis fuiſſe memoratur, anno M. CCLXXX: cùm Imp.Carolus IIII. Venceſlaum filium Cæſarem deſignandum curàuit. Promiſit,inquit Nauclerus, Electorum cuique centum aureorum millia pro conſenſu: quæ cùm ſoluere non poſſet, obligauit illis telonia & vectigalia imperialia,oppida,proprietates & iura,titulo pignorum. Ex quo inſurrexit diſputatio grãdis. Vna enim pars probare contendebat, quòd non liceat neque expediat exoſſare imperium: alia adſerebat rationabiliter hoc factum,ne ipſorum Electorum regiones grauentur à potentioribus.Hæc ille in Chron.Gener.46.Simillimam inter Papam & Imp.Ottonem IIII. cõtrouerſiam anno M.CCX. exortam, Ioh. Tritemius cap. 22.commemorat:propter Marchiam Apuliæ, quam Imperator,inquit Tritemius,ad Imperium,Papa verò ad Eccleſiam pertinere Romanã confirmabat,per donationẽ teſtamentariam Do. Mathildis,filiæ quõdam Rotgeri Principis Siciliæ famoſiſſimi,& vxoris Conradi Regis,filij Henrici Imperatoris IIII.Hanc donationem per mulierem ſine conſenſu Principum factam Eccleſiæ,Papa validam,Imperator verò inualidam eſſe dicebat. Tandem cùm Imperator Papę ipſam Marchiam non vellet concedere, ab ipſo fuit excommunicatus. Quare operępretium fore videtur, quid de quęſtione propoſita in vtramque partem adferri poſſit conſiderare. Nam quantum ad ius Romanorum attinet, ſatis conſtat, lege Regia ſummum Cęſaribus in res omnes tum diuinas, tum humanas, iudicium arbitriúmque tributum fuiſſe. Itaque Seneca lib.de benef.7. cap.4. Iure ciuili, inquit, omnia Regis ſunt: & tamen illa quorum ad Regem pertinet vniuerſa poſſeſſio,in ſingulos dominos deſcripta ſunt.Et cap.ſeq.Sub optimo Rege,omnia Rex imperio poſſidet:ſinguli dominio.Itẽ cap.6.Cæſar omnia habet:fiſcus eius priuata tantùm ac ſua, & vniuerſa in imperio eius ſunt:in patrimonio,propria. Atque in eandem ſententiam exſtat locus ille nobilis Ambroſij epiſt.33.vbi de Valẽtiniano Imp. loquitur,Cõuenior,inquit, à Comitibus & Tribunis, vt baſilicæ fieret matura traditio:dicentibus Imperatorẽ iure ſuo vti,eò quòd in poteſtate eius eſſent omnia. Reſpõdi, ſi à me peteret quod meũ eſſet, id eſt fundũ meũ,argentũ meum,ius huiuſmodi meum,non refragaturũ: quamquam omnia quæ mea ſunt, eſſent pauperum. verùm ea quæ diuina, Imperatoris poteſtati non eſſe ſubiecta.Quinetiam ceterarũ ferè gentiũ ſimilia licet inſtituta cõmemorare.Nam apud Florũ lib.2.Eutropiũ lib.4.& in Epit.Liuij 58. Attalus Rex Pergamenorũ regni ſui heredem populũ Romanũ inſtituit, his verbis, Populus Romanus bonorum meorum heres eſto. Bonorúmque nomine populus R. regnum ipſius vniuerſum,diuina humanáque,publica & priuata cõplexus eſt.Sic in ead.Epit.93. Nicomedes Bithyniæ Rex moriens populum R.feciſſe heredẽ dicitur:regnúmq; ipſius in prouincię formam redactum. quod idem refert Eutropius lib.6.Item Epit.59. Ariſtonicus Regis Eumenis filius Aſiam occupaſſe dicitur: cùm teſtamento Attali Regis legata populo R. libera eſſe deberet. Sic apud Ciceronem Agrar. orat. 2.Alexander Ægypti Rex Alexandriam& Ægyptum populo R.legaſſe dicitur.Apud Liuium lib.70. Ptolemæus Cyrenarũ regnũ:apud Tacitum lib. 14. Praſutagus regnum Icenorum Cęſari,& ipſius filiabus. Ex quibus intelligi poteſt quàm abſurdè & ἀνιστορήτως Alb.Krantzius lib.Dan.2.cap.3.ita ſcripſerit, Vnguinus Gottorum Rex erat, quẽ Haldanus poſt ſe regni moderatorẽ in Dania deſignauit, Noruagiæ Haſmũdũ impuberẽ filiũ relinquẽs. Nouũ & antehac incõpertũ munus teſtamẽto datũ.Equidẽ ædes,agros,prędia,vineas,& his ſimilia teſtamento dari audiuimus: regnum autẽ præſtare chartę beneficio,prodigij loco habitum eſt.Iã verò cui nota non eſt donationis Ludouici,cognomento Pij,veriſſima hiſtoria,qui Papæ Paſchali vrbẽ Romã cum Italię parte donauit? cuius donationis inſtrumẽtũ exſtat apud Volaterr.lib.Geogr.3.Itẽ donatio Delphinat᷒ facta Regi Gallię à Principe Vmberto,anno M.CCCXLIX. ea lege vt Regis filius natu maximus Delphinus diceretur, & ditionẽ illã tãquã Imperij feudũ ab Imperio recognoſceret, eóq; nomine Imperij vaſſall᷒ eſſet:vti ſcribit Theod. Nihemius,lib.hiſt.2.cap.25. Itẽ donatio totius regni Gallici mortis cauſſa facta à Carolo VI. Gallię Rege, collatáque in Henricum Anglię Regem anno

M.CCCCXX.cuius donationis formulam Enguerrantius Monſtrelettus prodit,cap.hiſt.225.Denique nota omnibus eſt donatio xx. oppidorũ Iſraëlij regni, factà à Rege Salomone,Hiramo,Regi extero & fortaſſe profano.cuius teſtimonium extat 1.Reg.cap.9. A

Sed quoniã de Impp.Romanorum iure inſtituta diſputatio eſt, locus hic poſtulat, vt iuuentutis cauſſa paulo ſubtilius de eo diſſeramus:quòd ea res à nemine,quod ſciam,adhuc explicata ſit.Intelligendum eſt igitur, earum rerum quæ ſub Cæſaris imperio ac ditione ſunt,quattuor genera fieri à Iuriſcõſultis. Aliæ nãq; res Cæſaris adpellantur,aliæ res Fiſci,aliæ Publicę,alię Priuatę.l.3.§.pen.D.de iur.fiſ.l.1.C.de pœ.iud.q mal.l.1.§.2.D.de calum.Res Cęſaris dicũtur,quę in Principis cuiuſq; priuato patrimonio ſunt:nõ quatenus eſt Princeps,ſed quaten⁹ eſt Arcadius,aut Honorius, aut Antoninus.l.cũ ſeruus, 39.§.vlt.D.de leg.1.l.3.C.de quad.pręſc. Itaq; res Priuatę, & priuata Principis ſubſtãtia,& res dominicę,itẽmq; patrimoniales adpellãtur.l.pen.& l.vlt.C. de fund.patr. Nõnunquã etiam Ærarium hoc Priuatũ adpellatur:quod duplex fuit,vnum,largitionum, ſiue rerum priuatarum Augusti Auguſtæque:aliud ſacrarum largitionum, ſiue theſaurorum.l.1.C.de locat.præd.ciuil.l.2.& l.3.C.de quad.præſc.Res autem Fiſcales dicuntur,quæ nõ tam in Principis quàm in principatus patrimonio ſunt: eíque ad ſuam dignitatẽ tuendam, quaſi vſusfructus nomine, adtribuuntur. qua de cauſſa patrimonium Fiſci nominatur,in l.2.§.2.D.ne quid in loc.pul.l.pacta cõuenta, 72.§.1.D.de cont.emt.Sic in l.vlt.D. qui pot.in pig.apertiſſimè res Cæſaris à rebus Fiſci ſeparantur:& principio ſpecies proponitur,qua priuatus præfertur Fiſco in hypotheca:pòſt altera ſpecies, qua priuatus Cæſari ſimiliter in hypotheca præfertur.Itẽ in l.Fiſcus,6.D.de iur.Fiſc.vbi ratio Cæſaris à ratione Fiſci ſeparatur.Itẽmq; in l.οἱ ἐπίτροποι, 49. D.locat. vbi χωρία Καίσαρος ſeparantur ἀπὸ τῶν χωρίων τοῦ ταμιείου. & l.2.& l.3.C.de quad.præſc.& l.vlt.C de collat. fũd. Fiſc. Iam verò res Publicæ dicuntur, quæ in populi patrimonio ſunt, l.quod in littore, 14. D.de adq.rer. dom.l.1.de rer.diuiſ.l.inter,17.de verb.ſig.non autem quæ vſui publico ſũt,& in quæ populus Rom.imperium habere dicitur,in l.3.D. ne quid in loco pub.In publicis igitur rebus primùm numerabimus Ærariũ: quod non Principis fuit,ſed populi & Reipub. Spartianus in Adriano:Damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi vetuit, omni ſumma in ærario publico recepta.Plinius in Panegyrico:At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum,qua ærariũ cohibes?Imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis.Præter ærarium erant & ciuitatum agri publici,qui ſi in perpetuum locabantur,Vectigales adpellabantur. l.cotem, 11.§.1. D.de pub.l.1. D.ſi ag.vect.l. Lucius,21.§.vlt.D.ad munic. Nã Publica generaliter nunc adpellamus,ſiue populi,ſiue ciuitatum. l. eum qui, 16.de verb.ſign. Quamuis igitur multo maxima pars vectigalium in Fiſci iure eſſet, l. 1. D. de publ.l. inter,17.de verb.ſign.tamen quædam populis & ciuitatibus conceſſa erant.l.vectigalia, 10.l.vlt. C. de vectig.& com.l.vectigalia,10.D.de publ.l.3.C.de compenſ.Reſtant res Priuatæ,ſiue ſingulorum,quę in cuiuſque ciuis patrimonio eſſe dicuntur. l. 1. D. de rer. diu.Ergo quantum ad Cæſaris patrimonium attinet, dubium nemini eſſe debet,quin id Romano iure alienari,Principis iuſſu atque arbitratu, liceret: propter d.l.cum ſeruus, 39. §. vlt.de leg.1.& l.vniuerſi,9.& l. ſeq.C.de fund.patr. Quantũ autẽ ad res Fiſcales attinet,idẽ quoq; iuris fuiſſe conſtat ex l.2.§.2.D.ne quid in loc. pub. vbi res fiſcales, quaſi priuatæ & propriæ Principis dicũtur:& d.l.3.C.de quadr.pręſc.Quæ differentia,inquit, introducatur, cùm omnia Principis eſſe intelligantur,ſiue ex ſua ſubſtãtia, ſiue ex Fiſcali fuerit aliquid alienatũ.Deniq; Fiſcaliũ rerũ cõmerciũ eſſe,patet ex l.ſi procurator,5.D.de iur.Fiſc. Quantũ autẽ ad publicas res attinet, video harũ quoq; rerum ſummum iudiciũ penes Imperatorẽ fuiſſe:vt de vecti- B galibus traditur in l.3.C.vect.nou. inſt.nõ poſſ.& de locis cõmunibus.l.2.§.ſiquis à Principe,D.ne quid in loc.pub.& de agris publicis.l.cotem,11.§.1.D.de pub. & de itineribus publicis. l.ſeruitutes, 14. D. de ſeru. Quid ergo eſt? an Cæſaris res,quæ publici iuris erãt, alienandi ius fuit?Sed obſtat l.Imperatores, 37. D. de pact.& l.1.D.de off.Proc.vbi procuratori Cęſaris nõ alienandæ,ſed bene gerendæ rei poteſtas permiſſa eſſe traditur:quaſi ſummũ ius adminiſtrandi, non etiã alienandi haberet. Reſtant res Priuatæ:de quibus ex C iuris Romani ratione dubitari videtur poſſe,propter l.Lucius, 11. D. de euict. vbi priuati hominis prædia Imperatoris iuſſu alienata proponuntur. Quo argumento plerique cõfirmari putant,Imperatoris Romani etiã in priuatorum fortunis alienandis ſummũ ius ſummãmq; poteſtatẽ fuiſſe. Sed peruersè & abſurdè illo loco ad eam ſententiã abutuntur. Nõ enim de agris,qui proprietatis iure in ciuiũ R.patrimonio ſũt, ibi Paullus loquitur,ſed de prædiis quę in Germania trans Rhenum bello quęſita fuerant:& nõ proprie- D tatis,ſed tantùm poſſeſſionis iure fruenda cõcedebãtur:de quibus in l. quæſtio,115.D.de verb. ſign. vnde illud Feſti,Poſſeſſiones adpellantur agri latè patẽtes, publici priuatíque:quia nõ mancipatione,ſed vſu reneantur.Eóque pertinet l.cotem,11.§.agri,D.de publ. & vect.& l.itẽ prædia,10.D.fam.erciſc.vbi vectigalia prædia dicuntur nõ eſſe noſtri patrimonij.Qua de re vberius inFeudali diction.diſſeruimus.Cũ igitur huiuſmodi eſſent prædia illa Germanica trãs Rhenum, nõ mirũ eſt ſi Imperatoris pręcepto poſtea diſtracta, E vel veteranis adſignata fuerint. Quinetiã alio loco traditur,in priuatorum agris nihil,ne publico quidẽ cõſilio,cũ ipſorũ iniuria capi ius fuiſſe.l.venditor,13. D. com.pręd.In eámq; ſententiam Cicero Off.2. Videndũ,inquit,erit ei qui Remp.adminiſtrabit, vt ſuũ quiſque teneat, neq; de bonis priuatorũ publicè deminutio fiat.Eodẽmque peruulgata pertinet quęſtio de vinea Nabothi,quã Achabo Regi poſtulanti vt eã ſibi vẽderet,aut permutaret,recuſauit.1.Reg.21.Quãquam diſſimiles regnorum formas eſſe cõſtat:neque F in regno Iſraëlio videatur tantum iuris Regibus cõceſſum:partim quia Deus certos cuique tribui agrorũ fines adtribuerat,partim quia Deut.17.vbi lex Regia perſcripta eſt, interdictum erat Regi ne ſe ſupra ſuos fratres efferret.vt facilè intelligatur,Regibus Iſraëlitis ius non fuiſſe, ciuibus inuitis ſuos agros eripere:quorum fructuarij tantùm erant,non pleno iure domini lege diuina conſtituti.

Verùm vt ad inſtitutam quæſtionẽ de Regno deminuendo reuertamur,exiſtimamus Regibus ius nõ G eſſe ditiones ſuas ſine populi & ſubiectorum ſuorũ conſilio & cõſenſu alienare.Sententię autem noſtrę argumentum hoc primũ ac ſummũ eſt,quoniam per huiuſmodi conuentiones non tantũ agri & domicilia, verumetiam incolæ alienantur:qui etſi in Regis ditione,imperio ac poteſtate eſſe dicũtur,tamẽ multo magis in ipſius fide & clientela ſũt:neq; tam eius poteſtati permiſſi, quàm fidei & beneuolentię commiſſi.

miſſi. Itaque & liberorum & nobilium nomen iúſque retinent. Non enim omnes qui ſub Regũ imperio ſubiecti ſunt, continuò ſerui habendi ſunt. Aliud eſt enim Regem, aliud Tyrannum eſſe, vt Ariſt. Poli. 3. demonſtrat. Rex, inquit, volentibus & conſentientibus imperat, tantùm vt eos regat: Tyrannus verò inuitis dominatur, tantùm vt eos pro pecudibus, nedũ pro ſeruis & mancipiis, habeat. Rex, inquit, omnia ad ſubiectorum ſalutem & incolumitatem refert, θεοῦ γὰρ διάκονος ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθὸν, vt ait Paulus Rom. 13. Tyrannus verò ad ſuum commodum, vtilitatem & voluptatem omnia contorquet. Quod quàm præpoſterum & naturę contrarium ſit, vel ex eo intelligi poteſt, quòd ſubiecti non regum cauſſa, ſed ex contrario Reges ſubiectorum cauſſa reperti ſunt: poſſúntq; ſubiecti eſſe ſine regib. Reges ſine illis eſſe nõ poſſunt. Cùm igitur in huiuſmodi alienationib. etiã homines, iique ingenui, cõtineantur, liberorum autem hominum commercium non ſit: conſentaneum eſt, Reges ditiones ſuas neque in totum neq; in partem ſine ſubiectorum ſuorum conſenſu alienare poſſe, l. liber homo, 163. D. de verb. oblig. l. ſi emtione, 34. §. 1. D. de contr. emt. Quid verò, ſi etiam illa conſideratio accedat, quòd ſubiecti in eius fortaſſe Principis ditionem abalienantur, qui ſua potentia ad tyrannidem abutetur? Annon abſurdũ eſt exiſtimare, duriorem ciuium ſubiectorum condicionẽ eſſe, præſertim ingenuorum, atq; adeò nobilium, quàm olim fuerit libertorum? Atqui Romano iure cautũ eſt, ne heres ſeruũ, cui libertas per fideicommiſſum relicta eſt, alij poſſit manumittendum tradere, vt eius libertus fiat, quàm qui à teſtatore manumittere rogatus eſt, l. generaliter, 24. §. vlt. & l. inuitus, 34. D. de fid. lib. Eodem accedit, quòd liberti cogi à patronis non poterant alio loco, quàm quo illis liberet, domicilium ſuum habere, l. pe. C. de op. lib. neque licita negociatione prohiberi poterant, l. 2. D. de iur. patr. aut ibi artem ſuam exercere, vbi patronus nolebat, l. quæro, 18. D. eo. & l. libert⁹, 45. D. de op. lib. Verùm, vt hac de re paulo ſubtilius diſciplinę cauſſa exponamus, quadripartita diſputatio inſtituenda eſt. Nam aut regnũ populi iudicio ſuffragiiſq; delatũ eſt, vt hoc anno 1573. de Polonico deferendo haberi comitia videmus: aut à maioribus hereditate & antiqua ſucceſſione relictũ: aut ab extraneo, teſtamento legatũ: aut armis ac bello partum. Neq; enim Tertulliano adſentior, qui in Apolog. aduerſus gentes ſcribit, ſe arbitrari regnũ omne vel imperium armis quæri, & victoriis propagari. Si regnum populi ſuffragiis delatũ eſt, primùm animaduertendum eſt, ecquæ pactiones & condiciones in Rege creando interpoſitę fuerint: velut in c. intellecto, 33. Extr. de iureiur. vbi in Rege Hungariæ inaugurando iuſiurandum ab illo exactum fuerat, nequid è ditionib. ſuis alienaret, ſed iura regni integra cõſeruaret. Nam ſi qua pactio interpoſita eſt, quoniã, vt vulgò dicitur, nihil tam humanæ fidei conſentaneum eſt, quàm ea quæ placuerunt ſeruari, l. 1. D. de pact. l. non minorem, 20. C. de tranſ. Rex qui fidẽ publicã ſubiectis datam & iureiurando confirmatã violat, iam non Rex, ſed humanæ fidei & iuris gentium expers habendus eſt. Quòd ſi pactio nulla in creatione adhibita eſt, ſed ſimpliciter ei regnũ delatũ eſt, tũ verò, quia Rex moderator Reip. non euerſor cõſtitutus eſt, aurea regula de Reip. curatorib. ſeruanda eſt, vt ius Reip. pactionibus mutare non poſſint, l. 2. §. ius Reip. D. de adm. rer. ad ciu. Item de omnibus adminiſtratoribus, vt quibus adminiſtratio permiſſa eſt, non

A vtiq; alienandi poteſtas permiſſa intelligatur, l. contra, 28. D. de pact. Deniq; Rex tamquã populi ſui tutor præſcriptã tutoribus regulam ſeruare debet, vt tum deniq; pro domino habeatur, cùm pupillis prouidet: hoc eſt, cùm ſalutẽ & incolumitatẽ populi tuetur, l. tutor, 27. D. de adm. tut. l. 7. §. ſi tutor, D. pro emt. l. interdum, 56. §. pen. D. de furt. Nam, vt Cicer. Off. 1. ſcribit, vt tutela, ſic procuratio Reip. ad vtilitatẽ eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum quib. cõmiſſa

B eſt, gerenda eſt. Et lib. de Rep. 3. Reſp. inquit, dicitur, res populi, cũ bene & iuſtè geritur: ſiue ab vno Rege, ſiue ab optimatib. ſiue ab vniuerſo populo. Cùm verò, inquit, iniuſtus Rex eſt, quem Tyrannũ voco, nõ iam vitioſa, ſed omnino nulla Reſp. eſt: quoniam nõ eſt res populi, cùm Tyrannus eam factióve capeſſat. Iam verò ſi regnum à maioribus alicui relictum eſt, hoc caſu non dubium eſt quin tacito iure & diuturno populi conſenſu regnum extra familiam alienari non poſſit: ac propterea ſiquis malis vtens conſilia-

C riis illud alienaret, ſucceſſorem eo contractu non teneri, l. peto, 69. §. prædium, D. de leg. 2. ac proinde proximo adgnato ſucceſſori ius eſſe, quod eius alienatũ erat, reuocare, l. omnia, 32. §. vlt. l. peto. 69. §. fratrẽ, D. eod. Quid igitur ſi regnum non maiorum hereditate & continuata ſucceſſione, ſed extranei alicuius teſtamento ac beneficio relictum eſſet? Tum verò dubitari poſſet, an quo iure quæſitum illud eſſet, eodẽ iure abalienari liceret: quoniã qui pleno iure dominus eſt, alienãdi, diſſipandi, diſperdẽdi ius habet, l. 7. C. de

D relig. l. ſed etſi lege, 25. §. conſuluit, D. de hered. pet. & vt vulgò dici ſolet, ſuæ quiſque rei arbiter ac moderator eſt, vulg. l. in re mandata, 21. C. mand. Sed ſup. demonſtrauimus, in huiuſmod alienationibus nõ tam agrorum & oppidorum, quàm ciuium & liberorum hominum rationem habendam eſſe: quos contra voluntatẽ alienari, & in tyrãni fortaſſe alicuius poteſtatem transferri, planè tyrannicũ videtur: cùm Romano iure ne patronis quidem in libertos ea poteſtas eſſet, d. l. generaliter, D. fid. libert. & huc pertinet, quod

E eſt apud Agell. lib. 5. c. 19. Tutorib. in pupillos tantam eſſe auctoritatem poteſtatémque fas non fuiſſe, vt caput liberũ fidei ſuæ commiſſum alienæ ditioni ſubiicerent. Quinetiam feudali iure Seniori nõ licet feudum alicui conſtitutũ ſine ipſius vaſſalli voluntate in alterũ quoquo titulo alienare, lib. Feud. 1. tit. 22. §. 2. & tit. 27. §. 2. & lib. 2. tit. 2. 6. §. 4. & tit. 34. §. 3. Quo exẽplo vti videmur poſſe ad coërcendam alienandorũ regnorum poteſtatẽ: quaſi defunctus delegiſſe videatur cuius nõ modò poteſtati cliẽtes & ſubiectos ſuos

F permitteret, verumetiã fidei cõmitteret. Reſtat pars vltima, cùm armis & bello regnũ quæſitũ eſt. Nã cùm armis Principis partum atque in eius ditionem redactum ſit, conſentaneum videtur, vt de eo ſtatuere arbitratu ſuo poſſit. Sed cùm eam ditionẽ ſolus ac per ſe non adquiſierit, ſed ciuium ſuorum ſanguine, laborib. periculis, non alienum videtur regulam iuris ciuilis ſequi, vt quod cõmunibus multorum laboribus quæſitũ eſt, non niſi cõmuni eorum cõſilio & conſenſu alienari poſſit, arg. l. 1. & paſſ. C. de com. rei al. l.

G ſi in re communi, 19. D. de nox. act. Nunc ſupereſt vt contrariis argumẽtis reſpondeamus. Ergo quantum ad locos Senecæ, nõ difficilis ſolutio eſt: dum intelligatur, Senecam non hoc ſtatuere, Regis eſſe omnia, vt ſingula, verùm vt vniuerſa. nam regnum vniuersè conſideratũ, eſt Regis: at per ſingulas partes, eſt ſingulorũ: ſiue ciuitates ſingulas ſpectemus, quarũ certi cuiuſq; fines & territoria fuerunt, quæ ſuperius publica

A dici demonſtrauimus:ſiue ſingulos ciues,& patresfa. qui ſuos fundos priuato patrimonio & proprietatis iure poſſident.Itaque illo eodem cap.4.ſic infert,Illa quorum ad Regem pertinet vniuerſa poſſeſſio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt: & vnaquæque res habet poſſeſſorem ſuum. Itaq; dare Regi & domum & mancipium & pecuniam poſſumus: nec donare illi de ſuo poſſumus. Ad Reges enim poteſtas omnium pertinet:ad ſingulos,proprietas.Item cap.6. Vniuerſa, inquit, in imperio eius ſunt: in patrimonio,propria. B Denique cap.4. quod de Rege ſuperius dixerat, idem de ſingulis ciuitatibus adfirmat. Fines,inquit, Athenienſiū aut Cāpanorū vocamus, quos deinde inter ſe vicini priuata terminatione diſtinguunt:& totus ager aut vllius (legendū puto AVT VICVS) Reip. eſt:pars deinde ſuo domino quæque cenſetur. Ideóq; donare agros noſtros Reipubl.poſſumus, quāuis illius eſſe dicantur:quòd aliter illius ſunt:aliter mei.Ex quibus perſpicuum eſt,cùm dicimus, res cuiuſq; patrisf.eſſe vel Principis, vel Reip.in cuius illę ditione C atq; imperio ſunt:ita intelligendū eſſe, vt cùm Hippocrates dixit legem eſſe rerum omnium dominam: quia ſcilicet & ciuitatis cuiuſque & ciuium ſingulorum patrimonium conſtituit,definit, tuetur, lex ſola dominium rerum confert:ſola dominij adquirendi modos conſtituit:citra quos adquiri nullius rei dominium poteſt.§.2.de bon.poſſ.& apud Vlp. tit. Regul. 19.Sed & qui legis vim ac poteſtatem habet,rerū dominium confert:veluti tacitus populi conſenſus. §.1. de adq.per adrogat.poſt etiam Princeps.l.1. C.de iur. D dom.impet.itémque Senatus.l.1.& paſſ.D.ad Trebel. Quòd ſi penes populum, aut Principē rerum dominium non eſſet,conferre quod non haberet,non poſſet. Ex contrario tamen videmus, & Principi & populo vendi,donari,legari,poſſe:cùm tamen quod cuiuſque eſt,iterum eius fieri nō poſſit. Sed,vt dixi, imperio ac ditione ſunt Principis aut populi:poſſeſſione autem & vſu ac proprietate, ſunt priuatorum. Vtraque hac diſtinctione aduerſus illos Valentiniani Comites & adſentatores aulicos vtēdum erit,de qui- E bus Ambroſius loquitur, Vniuerſa quidē eſſe Regis, ſed non ſingula.De qua differentia planius infrà diſſerēdi locus erit, vbi de Toto & Vniuerſo explicabimus.Quamquam in templo, quod vel ſancti vel publici iuris eſt,commodius reſpondit Ambroſius, quæ diuina ſunt,nullius dominio ſubiecta eſſe.Quantum autem ad reliqua regna pertinet, quæ diximus interdum vniuerſa teſtamēto donata fuiſſe, interdum donationibus deminuta:lex formuláque Imperij, vt ſu- F prà diximus,obſeruanda eſt.Neque enim gentem vllam, præter Turcicam, ita ſtupidam ac barbáram, & pecudum potius quàm hominum ſimilem eſſe arbitror, quæ non in Rege inaugurando aliquam ab illo regni conſeruandi fidem & iuſiurandum exigat:quēadmodum videmus feudali iure Seniorē eādem Vaſſallo fidē debere,quam Vaſſallus Seniori: & antiquo iure Romano patronum eandem clienti beneuolentiam debere, quam hic illi. In Gallia quidem noſtra Rex ſine publico gentis cōcilio, quod vulgò Trium G ordinum conuentus adpellatur,nihil nec alienare,ac ne oppignerare quidem poteſt:vt cùm alij Pragmatici omnes,tum etiam Baldus teſtatur in c.1.Si de feud. fuer.controu.itémque Paponius Arreſt.lib. 5. tit. 10. arr.4. In eámque ſententiam proferri ſolet textus in l.vlt.C.de præd.curial.Sic in imperio Germanico exſtat aurea bulla Caroli IIII. vbi cap. 20. certę cuique Principi Electori ditiones dignitatis tuendæ cauſſa ſunt adtributæ, quas ipſorum arbitratu dominii ius non eſt. Neque verò vel ſtultorum Regum, qualis fuit Carolus VI. vel aliorum qui arbitratu ſuo ditiones alienarunt,exempla nobis magnopere aduerſantur.nam, vt vulgò dici ſolet,non exemplis, ſed legibus iudicandum eſt. l. nemo, 13. C. de ſen. & interl. Reſtat Salomonis donatio:de qua ita ſtatuendum arbitror, Salomonem non perpetui iuris & proprietatis ac dominij alienandi cauſſa oppida illa xx. Regi extero tradidiſſe.primùm propter rationem religionis, quæ ſub extero Rege mutari aut corrumpi potuiſſet.deinde quia ne priuatorum quidem poſſeſſiones mutare Regibus Iſraëliis licuit: vt ſuperius de Naborhi poſſeſſione dictum eſt.quid ergo eſt? nimirum cùm Hiramus magnam Salomoni pecuniam ad templum ædificandum credidiſſet,magnámque pręterea materię vim illi ad idem opus vēdidiſſet,neque ſatisfacere illi Salomon per id tempus poſſet, de populi conſilio Salomon ei xx. oppida fruenda dedit,vt ex eorum vectigalibus & fructibus ſuum Hiramus ſeruaret: neque illa emtionis iure, & vt proprietarius poſſideret, ſed tantùm quaſi ἀντιχρώμενος, aut certè eo iure quod Langobardi Precariam adpellarunt.de quo in Dict.feudali commemorauimus.Cuius rei etiam argumentum exſtat, 2. Chron.8.Ædificauit,inquit, oppida quæ Hiramus ei dederat, eáque ab Iſraëliis incolenda curauit.Quibus ex verbis probabile eſt,non tantùm Hiramum aliquanto pòſt illa oppida Salomoni reddidiſſe, verumetiam quamdiu ipſe illa poſſedit, Iſraëlios in iis propter varietatem religionis non habitaſſe.

Ex duobus Regis filiis, quorum alter ante adeptum à patre Regnum, alter poſtea natus eſt, vter præferatur.

QVÆSTIO II.

VEtus hæc quæſtio eſt, & nobilitata inter hiſtoricos:primùm propter veterem Artemenis & Xerxis contentionem, quorum hic ex Dario,Rege iam facto,ille ex eodem priuato natus fuerat:itémque propter illam alteram Cyri & Arſicæ, quorum hunc alter Darius Rex iam creatus, illum adhuc priuatus genuerat. Videndum eſt igitur quemadmodum vtramque in partem diſputari poſſit. Nam pro poſterius nato pugnare hæc videntur. Primùm textus in l.neque Dorotheum, 61. & l. doctitij, 63. l. neminem, 64. cum l. penult. & vltim.C.de decur.lib.10.& l.ex libera,6.C.de ſuis, & legit.in quibus omnibus concordiſſimè ſtatuitur, vt filij poſt adeptam à patre dignitatem ſuſcepti, certis priuilegiis fruantur: antè verò nati, in priſtina condicione maneant, neque illo iure frui poſſint.Secundus eſt in l. imperialis, 23.§.his illud, C. de nupt. vbi ſtatuitur, vt liberi mulierum quæ à ſcenica vita ſeſe Principis beneficio liberarunt, ſi quidem poſt liberationem ſuſcepti ſint, iure & priuilegio matribus conceſſo fruantur: ſin prius nati ſint, eius expertes ſint. Tertius eſt in l.quicumque, 7. C. de princip. agent. in reb. vbi liberi eius cohortalis qui principatum agentium adeptus eſt, ſi pòſt nati ſunt, cohortali condicione ſoluuntur: ſin antè, in priſtina condicione remanent. Quartus eſt in l. eos qui, 65. D. de ritu nupt. quam Gordianus profert in l. & ſi, 6. C. de nupt. vbi matrimonium in Prouincia contractum ab eo qui officium in ea gerebat, ita valere & iuſtum eſſe iubetur, ſi officio depoſito in eadem voluntate

voluntate perſeuerarint: vt tamen prius nati liberi, A iuſti & legitimi non ſint. Quintus eſt in l.ſenator,11. C.de dignit. vbi Imperatores ſtatuunt, vt ij demum clariſſimatus iure fruantur, qui poſt adeptum à patre clariſſimatum ſuſcepti ſunt. Sextum argumentum ex eo induci poteſt,quòd quemadmodum is qui poſt alicuius mortẽ conceptus eſt,ei neque ſuus, neque cognatus dicitur (l.Titius,6.& l.item Prætor,8. D.de ſuis & legit.l.1.§.ſiquis, D.vnd. cognat. l.ſiquis filio,6.§.1. D.de iniuſt.rupt. & §. cùm autem,7. Inſt. de legit. heredib.) ita qui ante adeptum à patre re- B gnum conceptus eſt, Regi neque filius, neque adeò cognatus dici poteſt. Quò pertinet l. emancipatum,7.D. de ſenat. vbi ante adeptam à patre ſenatoriam dignitatem conceptus, ſenatoris filius non habetur. Nam iſto modo diſputari ex contrariis poteſt: Si filius poſt amiſſum à patre regnum pro Regis filio non numeratur: certè ante adeptum ab eodem regnum dici Regis filius non poteſt, facit l. Diuo Marco,11.C.de quæſtion.vbi honoratorum quorumdam pronepotes certis priuilegiis fruuntur, quæ ta- C men liberorum infamia & turpitudine amittuntur. item l.3.D.de interdict.& releg.vbi liberi eius cui ciuitas adimitur, ius omne quod per ipſius perſonam obtinebant (quale eſt regnum aut Imperium delatum) amittunt: quamuis alia iura quæ aliundè iis obueniebant, non amittant. Et ſecundum hanc diſputationem Herodotus lib. VII. Iuſtinus hiſtor. lib.11. & Plutarchus in Artoxerxe ſcribunt, cùm in Perſide orta eſſet controuerſia inter Artabazanem (vt Herodotus) ſiue Artemenem (vt Iuſtinus adpel- D lat) & Xerxem filios Darij Hyſtaſpis filij, de Perſici regni ſucceſſione: fortè tum ibi adfuiſſe Demaratum Spartano regno eiectum, dixiſſéque Spartanorum inſtitutis filium poſt adeptum à patre regnũ natum alteri antegenito præferri. atque hanc ob cauſſam Xerxi regnum adiudicatum fuiſſe. Nam in rei ſumma tres illi Scriptores conſentiunt:cùm in aliis quibuſdam minutioribus diſſideant.Quod etiam Guicciardinus lib. hiſt.1. valuiſſe ſcribit, in conten- E tione de Mediolanenſi Ducatu inter Ludouicum & Galeatium fratres:quorum hic ante adeptum à patre ducatum, ille poſt adeptum natus fuerat. Deinceps igitur, quæ ab altera parte diſputari poſſint, videamus. Primùm autem proferri ſolet l. ſenatoris,5. D. de ſenat. vbi Vlpianus dilucidè ſcribit, Senatoris filium eum eſſe habendum, non modò qui ex patre in ſenatoria dignitate conſtituto, verumetiam eum qui anteà ſuſceptus eſt. Facit l.filij,22.§. Senatoris,D.ad munic.vbi tamen videndum eſt,ne pro QVOQVO F TEMPORE, vt in libris Flor. ſcriptum eſt, vulgatam ſcripturã EO TEMPORE, quæ mendoſa eſt, & apertam in Vlpiani diſputatione diſcrepantiam induceret, retineamus. Secundum eſt ex l.2.§.1. D.de decur.& l.moris,9.§.parentes,D.de pœ.vbi Papinianus & Vlpianus ſtatuunt, legẽ quæ vetat decurionũ filios atrocioribus ſuppliciis adduci etiam ad eos qui in plebeia familia ſuſcepti fuerant,pertinere. Tertiũ induci poteſt,ex l.diui,5.& l.cùm quis,10. & l.ſeq.C. de natu.lib.& Nouell 89.vbi quod ſtatuitur,vt liberi G in cõcubinatu ſuſcepti, per cõtractũ matrimoniũ legitimorũ numero habeantur,valere iubetur,ſiue ſoli maneãt,ſiue alij ex contracto matrimonio ſuſcipiantur.Quartum ex l.cùm aduocatio,8.C. de aduoc.diu. iud.& l.2.C.de aduoc. diu.iud. tit. ſeq. vbi liberi eorum qui fiſci aduocati fiunt, etiam ante adeptũ illud munus geniti,à cohortali cõdicione eximuntur.Itaque Plutarchus in Artoxerxis vita ſcribit, cùm poſt Darij mortem hęc eadem controuerſia inter Arſicam Dario priuato, & Cyrum eodem Rege iam facto natum exorta eſſet, ac Paryſatis mater in Cyri perſona, veterem illam Xerxis diſputationem vrgeret, Perſas tamen Arſicæ regnum adiudicaſſe. Quod idem Ioſephus lib. Antiq. XVI. factum eſſe ſcribit ab Herode Iudæorum Rege, qui Alexandro & Ariſtobulo ex ſe poſt adeptum regnum genitis Antipatrum antè natum prętulit:quod tamen Herodis iudicium ſibi non probari Ioſephus non obſcurè ſignificat. Pòſt etiam multis ſeculis idem in Hungaria vſuueniſſe Fl.Blondus, Decad.2.libr.6. & Mich. Ritius, lib.de Regib. Hung.2.vbi ſcribũt, Bela Rege mortuo, Geyſam priuato patre natum, regni hereditatem obtinuiſſe. Præterea circiter annum ſalutis D. CCCCXL. eadem in Germania contentio exorta eſt,cùm Ottoni 1.Romanorum imperium delatum eſt: quod frater eius Henricus patre iã Imperatore natus, Euerhardi Comitis Palatini,& Giſelberti Lotharingię Ducis,aliorúmque Principum ſuaſu armis vindicabat. Quam hiſtoriam Sigebertus in Chron. & alij quidam perſtringunt. Suggerebant ei (inquit Sigeb.) regnum magis competere illi in patris regno nato,quàm Ottoni ante regnum nato.Sed cùm ad pugnam ventum eſt,victoria Ottoni regnum adiudicauit.

Nunc conſiderandum eſt,ecquidnam ex iuris ciuilis ratione conſtitui oporteat.Nam,ſi quidem adtentionem adhibere volumus, facilè intelligemus, maximam peruulgatæ iſtius diſputationis partem nihil ad rem pertinere: quippe, cùm hîc quæratur de iure hereditario, quod filiis poſt parentum demum mortem defertur: in illis verò locis agatur de iure ſingulari,& certis priuilegiis,quæ liberis etiam in vita parentum conceduntur.Hęc autem iura incerta eſſe,& arbitraria, atque ex Principum beneficio & liberalitate pendere,cùm ex omnibus ſuprà ſcriptis locis cõſtat, tum præcipuè ex d.l.ſenator, 11. C. de dignit. in qua Imperator Valentinianus abrogat Vlpiani ſententiam in d.l.ſenatoris, D.de ſenato. qua in ſententia nonnullos ex Doctoribus fuiſſe conſtat. Nam ſi legatur, SI SENATOR, hoc modo incœpta oratio quò referatur non habebit: cùm poſterius nõ TAMEN,ſed AVTEM ſubiunctum ſit. conſiderandúmque illud verbum eſt, MANEAT: quod in fine legis vſurpatur, & ad eos reſtrictè pertinet, qui in paterno honore & dignitate ſuſcepti ſunt. Quare ſupereſt,vt ad illud extremum reſpondeamus: quo dictum eſt, quemadmodũ is qui poſt amiſſum à patre regnum natus eſt, Regis filius non eſt: ſimiliter neque is qui antè à patre regnum adeptum ſuſceptus eſt.Intelligendum eſt igitur,aut ſcriptam ea de re legem eſſe,vt apud Spartanos,aut nõ ſcriptam. Si ſcripta eſt,tum diſceptatio ex verbi ambiguitate naſcitur: cùm aut ita ſcripta ꝓfertur, Filius Regis natu maximus, iſque ſolus heres eſto:aut ita,Primogenitus Regis heres eſto.Nã aliud eſt Regis filium eſſe,aliud ex Rege natum:aliud ſenatoris filium,aliud ex ſenatore:aliud Decurionis,aliud ex Decurione. Item vt aliud eſt filiũ eſſe liberi, aliud ex libero natum: ita aliud ſerui,& ex ſeruo, l.2.C.de libert.& eor.lib. Idq.luculenter Marcellus oſtendit in l.Titius,25.D. de teſtam.mil.vbi ſcribit, teſtamentum à pagano factum, quãuis idem poſtea miles factus ſit:tamen niſi militiæ tempore ſe id valere velle dixerit, iure militari non cenſeri:quia conſtitutionibus Principum non militum teſtamenta, ſed quæ à militibus facta ſint, confirmantur: contráque in

l.ſi miles, 92.ad leg.Falcid. teſtamentum poſt annum miſſionis factum, iure militari non cenſendum. quò pertinet l.de eo qui, 10.§.1. D.de falſ.& l.in delictis, 4.§.1.& l.quod ait Prætor, 31.in fin. D.de noxal. act. Cùm igitur ſcripta lex ſic profertur: Filius Regis primus heres eſto: ſatis conſtare, etiam eum ad hereditatem vocari, qui ante adeptum à patre regnum natus eſt. At cùm ita profertur, Primogenitus Regis: quod perinde eſt ac ſi ſcriptũ eſſet, Regegenitus: tum is demum admittendus eſt, qui patre iam Rege creato natus eſt. Quid igitur ſi ſcripta lex nulla eſt? Tum verò ad æquitatem naturalem decurrendum eſt: & ex inductione ſimilium hereditatum hoc modo conſtituendum: Omnium bonorum à patre quæſitorum hereditas, cuiuſcumque generis ſint, hoc eſt, ſiue corpora, ſiue iura, itémque ſiue allodia, ſiue feuda ſint, æquè ad filios ante illorum adquiſitionem genitos, vt ad alios poſtea ſuſceptos defertur: cùm omnia parentes liberis ſuis ex voto parent, l.nihil intereſt, 50. De bon.lib.& l.ſcripto, 7.in fin.D.ſi tab.teſt. quam regulam ad eos reſtringere qui poſt parta bona gignerentur, extremæ eſſet amentiæ. Itaque quod permultis Feudalis iuris locis ſtatuitur, vt filij & nepotes in feudis Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ceterorúmq. generum inferiorum ſuccedãt, numquam quiſquam dubitauit, etiam ad eos filios nepotéſve pertinere, qui ante inueſtituram adeptam ſuſcepti fuiſſent: non magis quã quod ſtatuitur in l.hi quibus, 6. C.de fũd. patr. vti quibus patrimoniales fundi donati ſunt, eos ad ſuos liberos hereditate tranſmittant. adeò vt iura immunitatum & vacationum & ſepulcrorum alicui & ipſius poſteris attributa, indiſtinctè & æquabiliter ad liberos quocumque tempore natos pertinerent, l.4.D.de iur.immunit.& l. vacatio, 13. D. de mune.& hon.l.vel quod, 6.D.de relig.& ſumt.funer. vbi leges generaliter & indiſtinctè ſcriptæ, generaliter accipiendæ ſunt. Quæ cùm ita ſint, cõſentaneum eſt, cùm aliarum omnium hereditatum & ſucceſſionum hoc ius ſit, idem quoque in regnorum hereditatibus ſeruandum eſſe. Secundum argumentum induci poteſt ex natura iuris antè nato quæſiti. Satis conſtat, ius alicui ex ſua perſona quæſitum, propter aliquem externum & aduentitium fortuiti caſus euẽtum (id eſt, qui perſonam ipſius non attingat) etſi deminuatur, tamen non penitus exſtingui. veluti ius Suitatis filio quæſitum, ſuperuenientibus aliis quantumuis multis liberis, quantum ad portionem hereditariam, imminuitur, ſed non exſtinguitur. Quare ſi Xerxi, dum ſolus exſtabat, quæſitum ſuccedendi ius erat, iniquiſſimum eſſet propter ſuperuenientem extrinſecus aliorum natiuitatem id ei eripi. Quæſitum autem illi ius fuiſſe, ex eo patet, quia ſi natus Artemenes nõ fuiſſet, ſucceſſio regni ſummo omnium conſenſu delata ei ſine controuerſia fuiſſet. Quod autem nõnulli diſputant, ſi regnum hereditarium eſt, prius natum præferendum eſſe: ſin autem ſuffragiis armíſve adeptũ, nequaquam: planè abſurdum eſt. Nam ſiue hereditariũ, ſiue ſuffragiis delatum eſt, priori genito hereditas debetur: cùm ius ſanguinis quod in legitimis ſucceſſionibus ſpectatur, ipſo natiuitatis tempore quæſitum ſit. veluti, ſi dum Titius regnum obtinebat, nepos ei ex filio naſcatur: ac tum deinde alterum filium ſuſcipiat: pòſt Titius decedat: cui dubium eſt, quin nepos ſecundo filio patruo ſuo ſit præferendus? arg.l.emancipatum, 7.in fi.D.de ſenat. non magis quàm ſi dum è duobus fratribus Titio & Mæuio, Titius regnum obtineret: Mæuius filiũ ſuſcepiſſet: deinde Titij morte Mæuius regnum adeptus eſſet: cui dubium eſt quin primus Mæuij filius, alteri poſt regnum à patre adeptum nato ſit præferendus? Alioqui cùm in iis regnis quæ ſunt hereditaria, deficientibus filiis, proximi adgnati admittantur: eos qui remotiſſimo gradu eſſent, etiam filiis aut fratribus ante adeptum regnum natis anteferri, contra iura omnia proximitatis graduum, l.2.D.de ſuis & legit.§.4.D.de legit.hered.& ius filio ſuo quæſitum per aliorum poſtea natorũ adgnationem non adimatur, l.3.§.ex his, D.de iniuſt.rup. Iam verò etiamſi vel ſuffragiis vel armis regnum adeptũ eſſet, tamen eadem hoc quoque caſu ratio valeret. quod hoc modo facilè intelligetur. Nam cùm in huiuſmodi controuerſiis non dubitetur, quin regnum poſteaquam in patris perſonam incidit, hereditariũ factum ſit: ne illud quidem dubitari poteſt, tam ante adeptum regnum, quàm poſt adeptum natis hereditarium factum eſſe. Itaq. vt reliqua bona, tam corporalia quàm iura, tam allodia quàm feuda, à patre quæſita, æquè ad priores vt ad poſteriores liberos pertinent, l.3.& l.ſi quis prioris, 8.C.de ſec.nupt. ita cõſentaneum eſt, regni hereditatem æquè prioribus vt poſterioribus deſponſam & deſtinatam eſſe.

Rege mortuo, cuius nepos ex primo eius filio demortuo, & alter eiuſdem filius exſtant, vtri hereditas deferatur.

QVÆSTIO III.

HVic quæſtioni locus eſt apud eas demum gentes ac nationes, quæ in hereditatibus ætatis prærogatiuã ſeruant. nam iure Romano, nullus ei locus relictus eſt: propter legẽ XII.tab. quæ iubet, vt ſi quis ex ſuis heredib. maribus ſuus heres eſſe deſierit, liberi eius & ceteri in locum ſuorũ ſui heredes ſuccedant: ac tum hereditas non in capita, ſed in ſtirpes diuidatur, l.2.l.3.l.4.C.de ſuis & legit.& l.poſtumorum, 13.D.de iniuſt.rupt. itẽ §.cùm filius, 6.& §.vl. Inſtit.de hered.qui ab int.l.1.§.ſi filius, D.de ſuis & legit. vbi nepos ex demortuo filio vnà cum altero filio ſuperſtite pariter æquabiliterq. ſuccedit. Et in hãc ſententiã VVitichindus Saxo lib.hiſt.2.ſcribit, cùm circiter annum D. CCCCXLII. in Germania contentio exorta eſſet inter patruos & nepotes de legitimarum hereditatum iure, tum eius diſceptandæ cauſſa Imp. Ottonem primum comitia Germanica indixiſſe: deinde cùm in comitiis inter Principes & ciuitatum legatos cõuenire non poſſet, duello rem commiſiſſe: quæ fuit illorum temporum conſuetudo frequentiſſima. Vicit (inquit VVitichindus) pars, quæ filios filiorum computabat inter filios, & firmatum eſt vt æquabiliter cum patruis hereditatem dirimerent. Idémque ſcribit Sigebert. in Chron. Ottonis I. ſub an. 942. vbi tamen pro PATRVIS vitioſè legitur PATRIBVS. Apud exteras verò nationes creberrimæ hac de re contentiones exortæ ſunt. Plutarchus in vita Lycurgi ſcribit, cùm Eunomus Lacedæmoniorũ Rex duos filios haberet, Polydectẽ & Lycurgum: Polydectes autẽ nullo filio ſuperſtite deceſſiſſet, atq. ob eam cauſſã, Eunomo mortuo, regni hereditas Lycurgo delata fuiſſet, regnaſſétque menſes circiter VIII. pòſt, cùm Polydectis vidua filium peperiſſet, Lycurgum ei coronã ceſſiſſe. quod idẽ Iuſtinus, variis tamen nominibus, ſcribit lib.hiſt.3. Pauſanias verò lib.3.ſcribit, Cleomene Lacedæmoniorum Rege mortuo, litem de regni hereditate coortam inter Areum, ex Acrotato primo filio demortuo nepotem, & Cleonymum ſecundum filium, ipſius Arei patruum.

Senatum

Senatum autem Spartanum Areo regnum adiudicaſſe. Polydorus Virg. in hiſt. reg. Angl. ſcribit, Eduardo Anglorum Rege mortuo, circiter annũ 1350. Anglos Iohannem ex primogenito filio demortuo nepotem, reliquis Eduardi filiis Hemoni & Thomæ prætuliſſe. Paul. Æmilius in vita Caroli Craſſi: Hanno, inquit, dominatum ſolus inuaſerat, expulſo Ercembaldo adoleſcentulo, fratris maioris filio, anteà defuncti: vt in magnis imperiis iure cõtrouerſo, vtrum nepos ex maiore filio anteà defuncto ad auitam hereditatẽ, an minor filius legibus vocetur. Hanno coactus eſt poſitis armis iudicio procerum ſtare. adoleſcenti idem ius datum, quod patri, ſi viueret, adiudicaretur. Ex cõtraria parte contraria exempla hiſtoriæ ſuppeditant. Procopius lib. bel. Vandal. 3. ſcribit, Gizericum Vuandalorum Regem natu grandem teſtamentum feciſſe, iuſſiſſéq; vt qui ſibi ſanguine proximus eſſet, & ex his qui natu maximus eſſet, is ſibi heres eſſet. Erant ex Genſone primo filio demortuo, nepos Gundabundus & Honoricus filius ſecundus. regnum Honorico delatum eſt. Conr. Vecerius vir doctiſſimus, qui Henrici VII. vitam litteris mandauit, in eandem ſententiã ita ſcribit: Intereà Carolus Siciliæ Rex ſecundus reb. humanis exceſſit. plures huic filij: nempe maior natu Carolus, Martellus cognomine, & Robertus. Martellus viuo etiamdum patre, mortẽ, ſed filio relicto, obiit. Qua in ſpecie éxque facto ipſo larga diſputandi materia Iuriſconſultis eſt nata: Nepóſne antecedere iure poſſit patruum in ſucceſſione auita. Sed & reſponſis prudentum, & pontificia pronunciatione quadam Robertus annixus, compendium hereditatis obtinuit: paternáque nece comperta, mox Auenionem properat. Ibi nullis non modis Clementis amicitia comparata, adeò promouit, vt Rex vtriuſque Siciliæ adpellaretur. Hæc ille. Porrò ad hanc rem pertinere Cl. paſtoralis, de re iudic. Doctores pleríque exiſtimant. Sed neque textus ad eam pertinet, & eius auctor eſt non Bonifacius, ſed Clemens V. Denique Mich. Ritius lib. Reg. Sic. 3. diſertè ſcribit, ad eum Robertum pertinuiſſe, cui Imp. Fridericus ſua ſententia regnum adiudicarat: quam ſententiam Clemens reſcidit. Bartholus autem in auth. poſt fratres, C. de legitim. heredib. illius ſententiæ rationem hanc profert, quia regnum Apuliæ feudum erat eccleſiæ Romanæ: qua de cauſſa non ſucceſsionis iure Roberto regnum adiudicatum, ſed ex domini conceſsione & inueſtitura. quam rationem ſcribit ab ſe præter ceteros Doctores excogitatam. Verùm vt ex iure noſtro remotis auctoritatibus diſputemus, & ne vagari cogatur oratio, certa, in qua quæſtionis termini conſiſtant, legis formula proponatur his Latinis concepta verbis: Si Rex moritur cui plures liberi ſint, tum qui è liberis virilis ſexus natu maximus erit, is potiſsimùm heres eſto. aut illis vſitatis, Si Rex moritur, filius eius primogenitus regni heres eſto. Proponatur ſecundo loco lex his concepta verbis, quibus Procopius vſus eſt, Si Rex moritur, qui ei genere proximus, & natu maximus erit, regni heres eſto. Si lex Latinis verbis concepta eſt, tum neceſſariò diſtinctio adhibenda eſt. Nam aut nepos ante patruum natus eſt, aut poſteà. Si ante patruum natus eſt, dubitandi cauſſa nulla eſt, quoniam & ſcripto legis & ſententia iuuatur. quippe, cùm adpellatione liberorum nepotes ſine dubio contineantur, l. liberorum, 220. de verb. ſignific. Sin autem poſteà natus eſt, tum diſceptatio naſcetur ex ſcripti & ſententiæ contentione. Nã ſcriptum apertè

A pugnat pro patruo. Ac ſcitum eſt quod Strabo lib. 16. ſcribit apud Nomadas fratres fratrum filiis anteferri, atque iis honoris prærogatiuam deferri: vbi cauſſam ſubiungit, ætatis prærogatiuam: ἀδελφοὶ τιμιώτεροι τῶν τέκνων, κατὰ πρεσβυγένειαν. Sentẽtiam igitur nepos vrgebit iure ſucceſſionis, quam vulgus repræſentationẽ adpellat: quaſi lege XII. tab. & ciuili iure nepos in filij demortui patris ſui locum gradúmque ſuccedens, ad ipſius condicionem redactus ſit, l. ſed etſi, 6. §. 1. D. de
B hered. inſtit. Verùm his non obſtantibus intelligendum eſt, legum illarum omnium certiſſimam hanc eſſe ſententiam, vt quemadmodum natu maior filius ceteros omnes natu minores excludit, ita ſtirps natu maioris ſtirpem natu minoris excludat. hanc nimirum ob cauſſam, quoniam eo mortuo qui ſuus heres erat, nepos in ipſius gradum locúmque ſuccedens repentè ſuitatem illam adipiſcitur, d. l. 1. §. ſi filius, D. de ſuis & legit. l. 2. l. 3. l. 4. C. eod. l. ſcripto, 7. D. ſi tab. teſt. null. adeò vt ſui heredis locus ne punctum quidem
C temporis vacaſſe intelligatur, l. 1. §. liberos, D. de coniung. cum emancip. l. ſi poſt mortem, 68. l. quæſitum, 91. § neceſſario, D. de lega. 1. Quare cùm in huiuſmodi regnis Suitas ſoli natu maximo filio quæſita ſit, ceteri autẽ natu minores ab ea excluſi ſint, ſequitur, vt illo mortuo nepos in ipſius locum adſcendens, ſolus, excluſis omnibus aliis, ſui heredis ius obtineat. quandoquidem vt non plures Reges, nec plures primogeniti, nec plures regni heredes eſſe poſſunt, ita viuo Regi plures ſui heredes eſſe nequeũt. nam cùm
D ſucceſſio regni neque communionem, neque diuiſionem admittat, locus eſt regulæ iuris, qua dicimus, plures vni heredes eſſe non poſſe, l. quod contra, D. de reg. iur. l. 5. §. vlt. D. commod. Ex quo magnam licet inter ius Romanorum, & ius horum regnorum differentiam animaduertere. Nam iure Romano nepos quidem in filij locum ſuccedens ſuus heres efficitur, ſed tamen vnà cum altero filio, ſuo patruo: imò cum aliis quantumuis multis filiis, ſuis patruis: atque ita omnes auo mortuo coniunctim pro virilibus parti-
E bus heredes exiſtunt. At horum regnorum inſtitutis, is qui viuo Regi ſuus heres fuit, eidem mortuo ſolus pleno iure heres exiſtit: neque quemquam vel ætate vel gradu propinquiorem coheredem admittit. Denique par eademq. huius regiæ ſucceſſionis ratio eſt, quæ fideicõmiſſariæ ſubſtitutionis. Nam ſi ponamus teſtatorem, puta Titium, cui plures filij erãt, vnicum ex iis natu maximum, reliquis omnibus exheredatis, heredem inſtituiſſe: tum deinde illi heredi inſtituto nepotem ſuum natu maximum, rurſúſque huic pro-
F nepotem natu maximum excluſis ſemper natu minoribus ſubſtituiſſe: idémque deinceps inſtitutum in reliquis inferioribus graduum liberis ſeruaſſe vſque in infinitum: vt fieri ſolebat. l. pater filium, 38. §. 1. §. 2. §. 3. D. de lega. 3. l. libertis, 108. D. de condic. & demõſt. cui dubium eſt, quin vnicus ſemper bonorum illius teſtatoris ſucceſſor futurus eſſet, remotis reliquis liberis omnibus, quamuis & gradu & ætate anterioribus? ac proinde non modò nepotem natu maximum excluſurum ſuum patruum, verumetiam pronepo-
G tem ſuum patruum magnum, & abnepotẽ patruum maiorem, & atnepotem patruum maximum? Par igitur eadémque ratio eſt ſucceſſionis in hoc genere regnorum. quia ſuitas ſemel vni ſtirpi quæſita, quamdiu in ea maſculi ſuperſunt, numquam ab ea diuellitur: ſicuti de feudorum ſucceſſione traditur in lib. feud. 2. tit. 31. ſi vaſſal. feud. priu. & tit. 50. de nat. ſucceſſ. feud. in fin.

Ex tribus fratribus cùm ſecundus relicto filio deceſſit, vter in primi, qui Rex mortuus eſt, hereditate præferatur: fratris huius filius, an frater tertius ſuperſtes.

QVÆSTIO IIII.

SEQVITVR altera quæſtio, quæ non, vt ſuperior, ad liberorum & deſcendentium, ſed ad adgnatorum, qui à latere veniunt, ordinem ac lineam pertinet: E tribus fratribus, quorum primus Rex eſt, ſecũdus relicto filio deceſſit, Rege defuncto vtri ſuperſtitum hereditas deferatur? Nam hæc quoque quæſtio nihilo paucioribus Doctorum diſputationibus agitata eſt. Pro patruo pugnat illud acerrimè, quòd in adgnatorum ſucceſſionibus ex lege XII. tab. propinquior vlteriorem excludit: propter illa verba, SI paterfam. inteſtatò moritur, proximus adgnatus familiam habeto, l. 2. D. de ſuis & legit. hic autem ſecundo gradu eſt à nouiſſimo Rege mortuo, & fratris filio, qui tertio gradu eſt, ſine dubio eſt propinquior: neque enim, vt in parentum, ita in adgnatorum hereditatibus ſucceſſio permittitur: hoc eſt fratris filius in fratris ſui locum non ſuccedit, l. 3. C. de legit. hered. d. l. 2. §. 1. D. de ſuis & legit. §. 1. verſ. non tamen, & §. ſi plures, Inſtit. de legit. adgna. ſucc. Neque obſtat, quod nouo ac ſingulari Iuſtiniani iure contra ciuilem rationem filius fratris admittitur. Nouell. 118. & Nou. 127. quippe, cùm apertè ac nominatim Iuſtinianus ſcribat, illud eſſe priuilegium, eóque nomine ius illud diſertè adpellet, d. Nouel. 118. §. reliquum: vnde ſatis conſtat, neque repræſentationem illo ſpeciali priuilio inductam, neque cetera iura communia tacitè abrogata fuiſſe: argum. vulg. l. præcipimus, C. de adpellat. & l. eas obligationes, 8. D. de cap. minut. veluti, vt non modò in fratrum hereditate, ſed ne in alio quidem iure, quod hereditatum exemplo inductum eſt, repræſentatio ſit: ſicut in tutela patronorum legitima. Nam ſi duo patroni ſint, & vnus relicto filio deceſſerit, ſolus patronus ſuperſtes tutelam obtinet. Item ſi alter ex patronis filium, alter nepotem reliquerit, quamuis nepos in aui familia primus ac proximus ſit, tamen ad ſolum filium tutela exemplo hereditatis deferetur: poſt filium, tunc ad nepotem, l. 3. §. 1. D. de legit. tutor. l. ſi libertus, 23. §. 1. de bon. libert. quod eodem modo de adſignatione liberti traditur in l. vtrum portio, 5. D. de adſign. libert. quæ omnia iure ſpeciali & certo illo priuilegio, quod reſtrictè ad hereditates pertinet, abrogata non fuiſſe conſtat. Secundum pro patruo argumentum eſt, quòd plerumque huiuſmodi patrui nepotes ætate antecedunt: atque idcircò ætatis prærogatiua, ſiue, vt vulgus loquitur, iure primogenituræ potiores natu minoribus habentur. quod in regnorum ſucceſſionibus plerumque obſeruari conſtat, vt maior natu minori anteponatur. Verùm his non obſtantibus, contraria ſententia verior ac certior videtur: propterea quòd in regalibus ſucceſſionibus non tam graduum, aut ætatis, quàm Suitatis, & ſtirpis ratio habetur. nam ætatis quidem prærogatiua dominatur, ſed in filiorum gradu duntaxat, qui in liberorum linea primus eſt. vbi verò vltra filiorũ gradum controuerſia, quamuis ab vna tantùm parte perducta eſt, ſicut hîc in nepote & patruo, tũ ætatis ratio nõ habetur: ſed loci ac ſedis: cui propterea Suitas adtributa eſt, quoniã ætate præ- A ſtãtior ei loco prærogatiuã adtribuit. Nam reuera nepos iſte propterea patruo ſuo potior habetur, quoniam in ius & locum ſui patris, qui & loco & ætate patruum anteibat, ſucceſſit. Vincet igitur ſecundi filius, non gradu; remotior enim eſt, quàm patruus: non ætate, ſi ratio ad naturalem veritatem reuocetur. ecquonam igitur iure? Stirpis nimirum & loci, cui quæſita Suitas fuerat, & in quem ille ſecundi filius adſcendit. Quod cùm ita ſit, & ſecundi filius Tertio patruo ſuo præferatur, nulla dubitatio relinqui- B tur, quin multo magis eiuſdem patrui ſui filium, ſi in contentionem cum eo deuenerit, ſuperare debeat: vt nullus illi quæſtioni, quam à nonnullis tractari video, locus relictus intelligatur. Neque verò illud prætermittendum videtur, quòd vbi de feudali ſucceſſione agitur, ius repræſentationis à Iuſtiniano in fratrum liberis inductum, locum non habet: quamuis id vulgò credatur ex lib. Feud. 2. tit. 11. §. 2. vbi ſtatuitur, vt deficientibus filiis vocentur fratres cum fratrum præmortuorum filiis. Nam (vt illo loco ex- C poſuimus) cùm regula ſit, vt in feudis nouis fraterna ſucceſſio nulla ſit: non agitur de feudo fratris, cui frater ſuccedat: ſed de patris, cui filius: neque de patrui, cui fratris filij: ſed de aui, cui nepotes ſuccedant. denique non alia eius loci ſententia eſt, quàm eius regulę, qua traditur, Auo mortuo nepotes ex filio demortuo vnà cum filio ſuperſtite, id eſt patruo ſuo, in ſtirpes ſuccedere, lib. 1. tit. 1. §. 3. & tit. 8. & tit. 19. §. ſi quis miles, & in lege Conradi, §. 3. quę exſtat in Lombard. lib. 3. tit. vl. Ex quo intelligitur, ſi duo ex demortuo fi- D lio nepotes eſſent ſuperſtites, hereditatem in ſtirpes, non in capita diuidendam eſſe, lib. 1. tit. 8. & tit. 11.

An ciuitas bello capta, ſi in libertatem reſtituatur, iura ſua omnia priſtina recuperet.

QVÆSTIO V.

ASPERA & vehemens quæſtio hæc adpellatur à Quinctiliano lib. 5. cap. 10. vbi exem- E plum hoc proponit, Cùm Thebas euertiſſet Alexander, inuenit tabulas, quibus centum talenta mutua Theſſalis dediſſe Thebanos, continebatur. Has, quia erat vſus commilitio Theſſalorum, donauit his vltrò. Poſtea reſtituti à Caſſandro Thebani repoſcunt Theſſalos. Apud Amphictyonas agitur. Nunc quæ dici in vtramque partem poſſint, videamus. Ac primùm pro Theſſalis hoc pugnat, quòd creditor cautionem debitori reddens, paciſci F de non petendo intelligitur, l. 2. D. de pact. l. mortis cauſſa, 18. §. Titia, D. de mort. cauſſ. Alexander autem creditoris in locum ſucceſſit, cautioniſque illius eſt dominus: quia bello parta victoris fiunt, l. 5. in fin. & l. 7. D. de adquir. rer. dom. Secundum argumentum eſt huiuſmodi, Eadem eſt vis ſolutionis imaginariæ, hoc eſt pacti de non petendo, & acceptilationis, quæ veræ & naturalis. l. ſolutionis, 54. & l. prout, 80. D. de ſolut. Conſtat autem ſi Theſſali pecuniam Alexandro ſoluiſſent, liberatos eos ſine du- G bio futuros fuiſſe, l. ſi vrbana, 55. D. de cond. inde. vbi inquilinus prædoni ſoluens liberatur. Tertium argumentum eſt, quòd ciuitas capta, propter amiſſam libertatem, capite minuta videtur, & quaſi mortua, l. ſi vſusfruct. 21. D. quib. mod. vſusfruct. amit. ac proinde reſtituta, non illa eadem vetus, ſed alia & noua videtur: quemadmodum de homine ſeruo liberato dicitur: in l. ſeruus, 27. D. de adim. legat. l. qui res ſuas, 98. §. vlt.

§.vlt.D.de ſolut. Contrariam tamen Thebanorum diſputationem probabiliorem eſſe arbitror. nam pro iis hoc pugnat: primùm quòd iure quaſi poſtliminij ciuitas in libertatem reſtituta eadem, eiuſdémque iuris & ſtatus eſſe fingitur: vt de agrorum captorum, & liberatorum proprietate traditur in l. ſi captiuus, 20. §.1. D. de capt. & de eorumdem vſufructu, in l.ſi ager, 26. D.quib.mod. vſusfruct.amitt. denique de omni iure per poſtliminium recuperato, in l.in bello, 12. §.codicilli, verſ.cetera, D.de cap. quo eodem modo quaſi poſtliminium fingitur in locis ſacris & religioſis, l. cùm loca, 36. D.de relig. & ædificiis in ripa fluminis poſitis, l. in tantum, 5. D.de rer. diuiſ. vel in littore maris, l. quod in littore, 14. D. de adq.rer.dom. Secundum argumentũ eſt, quòd armis & manu militari capta, niſi eadem manu retineri nõ poſſunt. itaque ſimulatque captiuus ex hoſtium poteſtate, quoquomodo ſe ſubduxit, iure poſtliminij liber eſt, l.in bello, 12. & paſſim, D.de capt. Quare vt Thebarum dominus propter ius belli Alexander fuerit, tamẽ iis reſtitutis ius illius intercidit: ac propterea poſtliminij iure Thebani ſuum priſtinũ ſtatum recuperant. quod idem dici ſolet de iis rebus omnibus, quæ occupatione adquiruntur: vt ſimulatque amiſſæ ſunt, in priſtinam cauſſam reuertantur, veluti aues & feræ, l.3.& l.5.D.de adquir.rer.domin. Tertium argumentum eſt, quòd quæ vniuerſitati debentur, quamdiu quilibet vnus ſupereſt, ei debentur, l.ſicut, 7.§. vlt. D.quod cuiuſque vniu. Quare cùm Thebani non omnes in Alexandri poteſtatem venerint, multi etiam ſuperſint, conſentaneum videtur, Theſſalos iis obligatos manere. Supereſt vt ad ſuperiores obiectiones reſpondeamus. Quantum igitur ad primam attinet, neganda eſt adſumtio: quoniam Alexander non vniuerſalis & iuris ſucceſſor eſt, ſicuti heres, aut bonorum poſſeſſor: ſed particularis, & rerum ſingularum, vt emtor aut donatarius: quia victores earum demum rerum domini ſunt iure belli, quæ manu capi poſſunt, ac proinde corporales ſunt: cùm totum illud ius in manu, & occupatione, & captiuitate poſitum ſit, d.l. 5. in fin.& l. transfugam, 51. D.de adquir.rer.domin. l.1.D.de adq. poſſ. Ad ſecundam obiectionem diſtinctio adhibenda eſt: ſi Theſſali ſoluiſſent, vtrum ſua ſponte, an terrore adducti ſoluiſſent. nam priore caſu nihilo magis liberati fuiſſent, quàm qui poſſeſſori hereditatis ſoluunt, l. ſi quid, 31. §. vltim. D. de pet.heredit. aut qui falſo procuratori, l.qui hominem, 94. §.ſi nullo, D. de ſolut. aut qui offerenti ſe negociis alienis, l.ſi quis offerenti, 58. D.eod. nam quæ tyrannidis tempore geſta ſunt, ſublata tyrannyde nullius momenti ſunt, l.decernimus, 15.C.de ſacroſanct.eccleſ. Quod ſi belli & armorum metu territi, & ab Alexandro flagitati ſoluiſſent, propter iuſtum terrorem liberatio contigiſſet, argument.l.Fulcinius, 7.§.quid ſit, D. quib. ex cauſſ.in poſſ. Solutio verò ad l. ſi vrbanam, ex eo facilis & expedita eſt, quòd inquilinus cum prædone contraxerat. Tertiæ autem obiectioni ſuperius reſponſum eſt, diſputandi quidem ſubtilitate non eandem Thebanorum ciuitatem videri: ſed propter ius poſtliminij, & legis Corneliæ fictionem, pro eadem prorſus haberi: quod etiam in religionis cauſſa dictum eſt ex l.cùm loca, 36. D.de religioſ. Ad hanc autem quæſtionem illud pertinet,

A quod M.Tullius Verrin. vi. de Segeſtanis & Carthaginenſibus commemorat his verbis: Hoc oppidum (de Segeſta loquitur,) à Carthaginenſibus vi captum atque deletum eſt: omniáque quæ ornamento vrbi eſſe poſſent, Karthaginem ſunt ex illo loco deportata. Aliquot ſeculis poſt P. Scipio Karthaginem cepit: qua in victoria conuocatis Siculis omnibus, iubet omnia conquiri: &c. Illo tempore Segeſtani maxima cum cura hæc ipſa Diana, de qua dicimus, redditur. Plutarchus autem ἀποφθεγμ. βασιλ. eadem de re commemorans: Εὑρὼν δὲ τὴν πόλιν (τὴν καρχηδονίων) ἀνδριάντων Ἑλληνικῶν, καὶ ἀναθημάτων ἀπὸ Σικελίας μεστὴν οὖσαν, ἐκήρυξε τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγινώσκειν, καὶ κομίζεσθαι. Cùm repeririſſet vrbem Græcis ſimulacris & eorum donis refertam, per præcones pronunciari iuſſit, vt omnes ex ciuitatibus Siciliæ ad ſua ſimulacra recognoſcenda conuenirent, eáque reciperent. Pertinet etiam ad eandem quæſtionem quod Matthæus Afflicticius deciſ. Neapol. CL. ſcriptum reliquit de Rege Galliæ Carolo octauo, qui fugato Neapolitano Rege Alfonſo, eiúſque filio Ferdinando Neapolim vrbem occuparat, ac nonnullis Gallis, quorum forti opera in illo bello vſus erat, nomina complurium Neapolitanorum, quibus Alfonſo Regi obligati erant, donarat. Nam cùm Alfonſus ſuum regnum quattuor pòſt menſibus recuperaſſet, denuo illa ſua nomina exigere ab illis ſuis debitoribus, qui Gallis exſoluerant, volebat. Matthæus diſputabat æquum eſſe debitores qui in mora fuerant, iterum vero creditori ſoluere: proptereà quòd periculum poſt moram commiſſam ad debitorem pertinet, l. quod te, 5. D.de reb. cred. l. nemo, 82. in fin. D. de verbor.obligat. l.promiſſor hominis, 23. D. de conſtitut. pecun. Ex contrario tamen videmus Sabinianos exiſtimaſſe, vbi res fato, ac ſine debitoris culpa interiit, hoc eſt quo caſu æquè apud creditorem, vt apud debitorem interitura fuiſſet, (cuiuſmodi hunc fuiſſe caſum adpatet) eo caſu periculum ſpeciei depoſitæ ad creditorem pertinere, l.ſi plures, 14. §.vltim.D.depoſ. Sed alia eſt ſpeciei, alia quantitatis ratio. ſpecies enim interit, cuius certum ſubeſt corpus. quantitas non interit, quæ ſine corpore iuris intellectum habet, l.ſi pecunia, 12. D.de legat. 2. itaque ſicut incendium, ita nec bellum, aut naufragium ære alieno debitorem liberat, l.incendium, 11. C.ſi cert.pet. Hæc cùm ita ſint, miſerationis tamen ratio poſtulare videtur, vt quod de naufragio & incendio iuris eſt, idem in direptione vrbis ſeruetur: nempe, vt quod quiſque ex hoſtium manibus ac direptione quoquo modo ſuum ſeruare potuit, ſibi ſeruarit, l.5.& l.7.D.de leg. Rhod. neque verum eſſe, quod Matthæus cenſuit, eos ciues qui ſe pactione cum Gallis victoribus vel ab integro debito, vel ab eius parte liberarunt, pro rata non ſoluti debiti Regi obligatos manſiſſe. Facit illa Vlpiani contra Labeonem æquiſſima ſententia, vt vicino ædes vicinas inflammatas, ſi arceri aliter incendium non poſſit, diſturbare liceat, l.3.§.quod ait, D.de incend.naufrag. l.ſi quis, 49. in fin. D.ad leg. Aquil. l.ſi alius, 7.§.eſt & alius, D.quod vi aut clam. Item illa iuris regula, vt ei qui vitam ſuam aut familiæ pudicitiam (quæ vita carior eſt) quoquo modo redemerit, venia dignus cenſeatur, l.1.D.de bon.cor. qui ant. ſent. l.vlt.D.de præuaric.

An ei qui

An ei qui nondum natus eſt, conferri aliquid vel inter viuos, vel teſtamento poſſit. QVÆST. VI.

PERPLEXIOR hæc quæſtio eſt, quàm vulgò exiſtimetur. Nam recepta quidem inter Pragmaticos opinio eſt, ex Doctorum orta Commentariis, vtiliter donari ei qui nondum natus eſt licere. quemadmodum copioſè demonſtrat pręter ceteros Boërius Deciſ. Burdegal. 172. cuius opinionis nugatoria quædam argumenta proferunt: ſed hæc, meo iudicio, commodiora videbũtur. Primum eſt, quoniam & Prætoris edicto & Iuſtiniani conſtitutione vtiliter nondum nato relinqui aliquid teſtamento permiſſum eſt: ſiue inſtitutionis, ſiue legati, ſiue fideicõmiſſi nomine id fiat, §. 1. de bon. poſ. §. poſtremo, 25. de leg. l. 5. 6. 7. D. de reb. dub. l. pen. D. de leg. 1. l. Titia, 85. D. de cõd. & demõſt. l. in annalibus, 22. C. de leg. l. ſi ita fuerit, 9. D. de leg. 3. Alterũ eſt, quoniã rerũ quę nondũ ſunt, ſed futurę ſperãtur, vtilis donatio eſt: veluti fructuũ pendentium, partus, aut fœtus naſcituri, ſpei deniq. cuiuſvis alterius emolumẽti, l. 3. C. de don. l. in ædibus, 9. §. 1. D. eo. Vnde exiſtimare licet, traditionẽ & acceptionẽ nõ ſemper in donatione requiri. Verùm ex aduerſo multa pugnãt. Primũ, quoniã donatio perſonã requirit, in quã cõferatur. i. in qua ſtatũ capiat, quippe cũ donatio ſiue acceptiõe intelligi nõ poſſit, l. Seia, 42. D. de mort. cauſſ. donat. l. quidã referũt, 13. D. de iur. codicil. Hoc autem caſu pſona deficit. Secũdò, quia quãuis regulariter is qui in vtero eſt, cùm de ipſius cõmodis agitur, pro iã nato habeatur: quã de cauſſa valere hęc donatio videretur (quaſi partu iã edito, & exſiſtẽte donatarij perſona) ſi iam cõcepto cõferretur: tamẽ obſtat altera iuris regula, quod donatio ſine adfectu & animo recipiẽtis nõ cõſiſtit, l. in omnibus, 55. D. de obl. & act. quid. n. ſi natus donationẽ & liberalitatẽ, illã repudiaret? nã liberalitas nolẽti non adqritur: vt ait l. hoc iure 19. §. 2. D. de don. Deniq. Impp. teſtantur, fortius diſputatum fuiſſe, an infanti emãcipato, cuius null' adfectus eſt, vtiliter donari poſſet, l. 3. C. de adq. poſſ. l. ſi quis, 26. C. de don. Tertiò, qa ſi ius antiquũ ſpectemus, donatio ſine traditiõe, neq. pfici, neq. impleri poteſt, l. 4. C. de cõtrah. emt. l. 4. l. 6. l. vl. §. Lucius, D. de don. l. 2. 4. 5. 7. C. TH. eod. l. quoties, 15. C. de rei vind. Sin autẽ ius nouum à Iuſtiniano inductũ ſpectemus, vt donatio nuda cõuentione perficiatur, tamẽ deeſt perſona cũ qua vlla conuentio intercedat. Quartò, quia ſi donatarius poſt donationis mortẽ naſceretur (multo verò magis ſi poſt illud tẽpus cõciperetur) tũ dominiũ poſt mortẽ donatoris ab ipſo abire inciperet, qđ iuris ratio nõ patitur, l. 9. §. 1. D. de iur. dot. Quintò, quia ſi ſecũdum vulgatã Doctorũ opinionẽ diceremus, donationẽ in nondũ natũ collatã tantiſper ſuſpenſam eſſe, dũ illã agnoſceret, atq. acceptam haberet, ergò tãtiſper inanis eſſet donatio; leuiq. mutatione cõſilij reuocaretur, l. q ſaxũ, 6. D. de donat. l. tradita, 5. C. de his qui à nõ dom. manum. Priori aũt obiectioni reſpõdemus, nõ modò ſi contra iuris ciuilis regulas à Prætore & Iuſtiniano inductũ eſt, vt relinqui per teſtamẽtũ nõdum natis liceret, nõ idcircò ſequi, vt ẽt donari poſſit: verũ etiã ex cõtrario argumẽtari licere, cũ id de teſtamẽto præciſè inductũ ſit, ius antiquũ in donationũ cauſſa retẽtum fuiſſe, arg. l. pcipimus, 32. C. de adpell. Poſterioris autẽ ſolutio hæc eſt, quod rerũ futurarũ donationes tãtiſp quidẽ in pẽdenti manebant, ſed qui eas confirmari & ſtatum capere volebãt, in ſtipulatũ res donatas deducebant: vt donator illicò iure ciuili adſtringeretur, l. qui ex donatione, 12. l. cũ qui ita, 22. l. qui id quod, 33.

A D. de donat. l. ſi ſtipulata, 33. D. de donat. int. vir. Atq. hæc quidem de donationibus, hactenus. Deinceps de teſtamẽtis videamus. Nam iure quidẽ antiquo, nõ licuiſſe poſtumos vllos inſtitui, partim ex ſuperiorib. argumentis cognoſci licet, partim quia incertũ erat, vtrũ aliquis naſceretur, néc ne, & ſi naſceretur vtrum mas an fœmina; & vtrũ vnus an plures. Nã re incerta de tergeminis ſtatuitur, l. 3. D. ſi pars hered. pet. Itaque quod ei qui teſtamenti tẽpore in rebus humanis eſſe deſiit adſcribitur, p nõ ſcripto habetur, l. pẽ. D. de his
B quæ pro nõ ſcript. l. 1. §. cùm triplici, C. de caduc. toll. Sed poſtea iure ciuili. i. Iuriſcõſultorum auctoritate pter vtilitatẽ rerũ, & ne teſtamẽta ſui heredis pteriti adgnatione rũperẽtur, inductũ eſt, vt poſtumos ſuos inſtitui liceret, etiã nõdũ teſtamẽti tẽpore cõceptos, l. 4. l. filius, 28. §. ſi quis, D. de lib. & poſt. l. 3. D. de Carbõ. edict. Quod cùm in iis demũ poſtumis receptũ eſſet, q poſt teſtatoris mortẽ naſcebãtur, lex Velleia lata eſt, vt locũ haberet etiã in iis, q poſt teſtamẽtũ factũ pa-
C tri ſupſtiti, ſui heredes naſcebãtur: ne teſtamentũ adgnaſcẽdo rũperẽt, l. Gallus, 39. §. nunc de lege, D. eo. l. 3. §. 1. D. de iniuſt. rupt. Sic etiã Vlp. tit. Reg. 22. Eos qui in vtero ſunt, inquit, ſi nati ſui heredes nobis futuri ſunt, poſſumus heredes inſtituere: ſiquidẽ poſt mortẽ noſtrã naſcantur, ex iure ciuili: ſi verò viuẽtib. nobis, ex l. Velleia. Alienos aũt poſtumos inſtitui iure ciuili nõ licuiſſe, Imp. teſtatur, quãuis bonorũ illis poſſeſſio à Prætore indulgebatur, §. 1. D. de bõ. poſſ. ſi modò viuẽte teſtatore in vtero fuiſſent, l. 3. D. de bon. poſ. ſec.
D tab. §. tutor, 26. de legat. l. poſtumus, 36. D. de inof. teſt. quoniã q in vtero eſt, cũ de ipſius cõmodo agitur, p iã nato numeratur, l. q in vtero, 7. D. de ſtat. hom. tũ. n. Prætor ventrẽ in poſſeſſionẽ mittebat, l. 1. §. ſi filius in adoptionẽ, l. extraneos, 6. D. de vẽt. in poſſ. mitt. Atq. hoc modo intelligi oportet illã inſtitutionẽ valuiſſe, de qua Paul. ſcribit in l. Titius, 25. §. 1. D. de lib. & poſt. cùm is qui neptẽ ex filia prægnantẽ habens, id quod illa in vtero habebat, heredẽ ſcripſit. Quãquã poſtumorũ qui legitimi & adgnati erant, veluti ſi quis fra-
E tris erat poſtumus, aut in matris teſtatoris vtero, ius erat multo præſtãtius, nã illi etiã ab inteſtato admittebãtur, l. pen. D. de leg. 1. l. 1. §. pen. D. de legat. 3. In poſtumis autẽ extraneis memorabile eſt, quod ſcribitur in l. ſi qui poſtumos, 9. §. ſi ex ea, D. de lib. & poſt. poſtumos ex ea q̃ alteri nupta eſt, turpiter inſtitui, quoniã hęc erat formula, Si quis mihi ex illa naſcatur, l. ſi ita, 13. D. eo. l. illud, 5. §. 1. D. ſi pars hered. pet. l. ſi is qui, 13. §. vlt. D. de reb. dub. At ex vidua poſtumus inſtitui rectè poterat, l. poſtumus, 27. D. eo. Poſitũ igitur illud
F ſit, de quo dubitãdi cauſſa omnis ſublata eſt, ciuili iure alienis poſtumis nihil neq. inſtitutiõis, neq. legati nomine relinqui licuiſſe, iure ptorio licuiſſe; ac pinde fideicõmiſſũ vtiliter reliqui potuiſſe, l. 5. 6. 7. D. de reb. dub. Pòſt verò Iuſtin. cõſtituit, vt etiã alienis poſtumis & hereditatis & legati nomine relinq liceret. Deniq. vt cũ iis teſtamenti factio eſſet. §. poſtumo, 25. Inſt. de legat. Et quoniã ſola voluntas in fideicõmiſſis dominatur, cõſentaneũ eſſe, nõ modò Poſtumis, qui in vtero erãt mortis teſtatoris tẽpore, verũ etiã iis qui
G cõcepti nõdum erãt, relinqui per fideicõmiſſũ licuiſſe, d. l. pen. de legat. 1. l. Titia, 35. D. de cõd. & demõſt. l. cùm pater, 77. §. pen. D. de leg. 2. l. in annalib', 22. C. de legat. adeò vt ẽt eius q nõdũ nat' eſt fideicõmitti poſſit, nõ modò q natus nobis ſucceſſurus eſt, vt in l. 1. §. pen. D. eod. verùm etiam qui planè alienus & extraneus eſt, l. ſi ita fuerit, 9. D. de leg. 3. Verùm hæc ex ſeq. tabula dilucidius atque commodius intelligentur.

Qui in vtero

Qui in vtero eſt, ſi ſuus heres teſtatori naſciturus eſt, naſcetur: aut

Poſt morté teſtatoris: quo caſu verè ꝓprieq; poſtumus dicetur. l. 3. §. 1. De iniuſt. rupt. teſt. & hic eſt, aut

Filius: quem lege xII. tab. inſtitui propterea nó licebat, primùm quia ſuus dici non poterat, qui in poteſtate nó erat: cùm ne liberorum quidem, qui in poteſtate ſunt, numero habeatur. l. vlt. De adſig. lib. nam qui poſt patris mortem naſcitur, ſui iuris naſcitur, l. 195. §. 2. De verb. ſign. deinde, quia certum teſtatoris conſilium eſſe non poterat, cùm incertum eſſet, primùm an conceptus naſciturus eſſet, deinde vtrùm mas an fœmina; deinde, vtrum vnus, an plures. Iure autem ciuili, hoc eſt, Iuriſcóſultorum interpretatione propter vtilitatem rerum, ne teſtamentum eius prçteriti adgnatione rumperetur, inductum eſt, vt inſtitui poſſint: iure ſcilicet ſingulari & fictione: quia natiuitas eius poſt teſtatoris mortem contingens, per fictionem ad tempus teſtamenti retrotrahitur. l. pen. de ſtat. hom. l. 231. De verb. ſign. & quamuis propriè ſuus non ſit, tamen ſuorum numero cenſetur. tit. Reg. 22. §. poſtumi: adeò vt filium etiam nondum conceptum inſtitui liceret. l. 4. De lib. & poſt. nondum, inquam, teſtamenti tempore conceptum, dum tamen mortis tempore conceptus ſit. l. 3. D. ſecund. tab. vt ſi tum naſceretur, ſuus naſceretur. l. 73. §. 1. De reg. Iuris. Alioqui quomodo ſuus dici poſſet, qui ne cognatus quidem eſt? l. 6. l. 8. De ſuis & legit. l. 1. §. ſi quis, D. vnde cogn.

Nepos: filio ſcilicet ante teſtatorem mortuo. Hic neque lege xII. tab. inſtitui poterat, propter eandem cauſſam: neq; ciuili iure, partim quia fictioni locus eſſe in ipſius perſona non potuit, cùm etiamſi teſtamenti tempore natus fuiſſet, ſuus heres nó fuiſſet: partim quia cura nepotis ad auum viuo filio, cuius in poteſtate recaſurus eſt, non pertinet, l. 2. D. de vulg. ſub. d. l. 73. de reg. iur. l. 1. de teſtam. tut. Sed Gallus Aquilius vtilitate ſuadente, ne teſtamentum ipſius prçteriti adgnatione rumperetur (l. 3. de iniuſt. rupt.) primus induxit, vt inſtitui eum liceret: eiuſque rei formulam hanc protulit: Filius heres eſto, ſi filius me viuo moriatur, tum nepos ex eo poſt mortem meam natus heres eſto. l. 29. D. de lib. & poſt. qua formula filius quidé & nepos inſtituti ſunt; non filius inſtitutus, nepos ſubſtitutus: neq; tamen coheredes dici poſſunt: quia ſimul heredes eſſe nó poſſunt: cùm duo tantùm inſtitutionis gradus facti ſint. l. 37. D. de hered. inſt. l. 33. §. 1. D. de vulg. ſubſt.

Viuo teſtatore: quo caſu impropriè poſtumus, quaſi poſterior adpellatur. Tum ſi eſt

Filius, lege xII. tab. inſtitui non potuit. partim quia teſtamenti tempore ſuus heres non erat: cùm prius quàm quis naſcatur, dici non poſſit in patris poteſtate. l. vlt. D. de collat. quippe qui ne in rerum quidem natura eſt, nec homo, ſed pars viſcerum matris, & ſpes animantis, l. 9. D. ad leg. Falc. l. 1. D. de vent. inſp. l. 2. D. de mort. inferend.

Iure ciuili nihilomagis potuit. quia ius ciuile de ſolis veris poſtumis conſtitutum eſt: quaſi ſatis idoneũ tépus ſit teſtãdi de naſcétib⁹ viuo teſtatore, poſteaquã nati ſunt.

Lege Velleia, primo capite inductũ eſt, vt poſſit inſtitui d. l. 39. §. nũc de lege, propter vtilitaté rerum: quia qui peregrè aberant, nó ſemper ciuium Romanorum copiam ad mutandum teſtamentũ habebant, vt in §. 1. Inſt. de codicill. Huius auté Velleæ legis duo capita ſunt:

1. Qui virilis ſexus teſtamentum faciet, is eum, qui ei ſuus heres futurus erat cùm naſcetur, vel inſtituendi vel exheredandi poteſtatem habeto. Iſque rectè inſtitutus exheredatúſve eſto: etiam ſi parente viuo naſcatur. §. nunc de lege. §. ille caſus.

2. Si quis ex ſuis heredibus ſuus heres eſſe deſierit, liberi eius in locum ſuum ſui heredes ſuccedũto, néve ob eam rem teſtamentum, in quo inſtituti nominatímve exheredati fuerant, minus ratum eſto, quod in ſui heredis locum ſucceſſerit. §. & bene. §. videndum.

Nepos naſcitur, aut

Mortuo filio: quo caſu cùm iure nullo poſſet inſtitui, & adgnatióe teſtamentum rumperet, per primum legis Velleiæ caput inductum eſt vt inſtitui poſſit, d. §. nunc de lege. & §. pen. his verbis: Vt liceat inſtitui nódum natos, qui cùm naſcerentur ſui eſſent. & apud Vlp. tit. Regul. 22. §. eos qui in vtero, & l. 3. §. 1. D. iniuſt. rupt. l. 6. §. 1. De hered. inſtit.

Viuo filio.

Hic vno caſu ſuus poteſt effici, nempe ſi filio in poteſtate eſſe deſinéte ſuperſtes maneat, l. 1. D. de teſta. tut. nã & ſi ſuus heres nó naſcitur, tamen propter ſucceſſioné in filij locum quaſi adgnaſci dicitur: ac ꝓpterea nó Poſtumus, ſed poſtumi loco adpellatur. l. 13. D. de iniuſt. rupt. quoniã, vt poſtum⁹ adgnatione, ita hic quaſi adgnatióe teſtamétũ rũpit. l. 2. C. de liber. prçter. l. 1. l. ſi hereditas, 10. §. 1. D. de teſt. tut. Cùm autem illos nullo antiquo iure inſtitui liceret, d. l. 29. §. pen. propterea quod neq; ſui erant, cùm filius primũ gradũ obtineret: neq; extranei, cùm in aui poteſtate eſſent: lege Velleia inductum eſt, vt liceret: ait d. l. 13. & §. 3. Inſt. de exhered. lib. & d. l. 29. §. 2. ibi, Ne ſucceſſione teſtamétũ rũpatur. & l. 2. D. de vulg. ſubſt. & l. ſi quis, 34. D. de inoff. teſt. Paul. ſent. 3. tit. 4. §. nepos. Atq; ita caſus ſingularis eſt, quo auus viuo filio nepotis nondũ nati curã ſuſcipit, & quaſi filio præcipit. nam etiam tutorem ei adſcribit. l. 10. §. 2. De teſtam. tut.

An fidem hoſti datam ſeruari oporteat.

QVÆSTIO VII.

HOSTES generali nomine, mala conſuetudine, dicuntur omnes cõtra quos arma feruntur: quorũ ſex genera ſunt. Nã alij sũt verè propriéque hoſtes, qui externi ſunt (cùm eo verbo vetuſtè Peregrini adpellarẽtur) & pari atque nos iure ac libertate vtuntur: inter quos publico conſilio bellũ interceſſit. l. hoſtes, 118. l. quos nos, 234. D. de verb. ſign. l. hoſtes, 24. D. de capt. & poſtlim. Alij Defectores, qui cũ imperio ac ditione noſtra tenerẽtur, à nobis deſciuerũt. l. 5. D. de cap. min. Alij Prædones, hoc eſt piratæ & latrones. d. l. hoſtes, D. de capt. Alij Aduerſarij, inter quos non bellũ, ſed ciuilis diſcordia exerceri dicitur: in l. ſiquis ingenuã, 21. §. 1. D. eod. eóq; nomine Cæſar in libris de bello ciuili frequẽtiſſimè Põpeianos adpellat. quod nõ leui momẽto æſtimandũ eſt. Nam de Antonio Cicero Philipp. XII. cõmemorans: Ego, inquit, ſẽper adpellaui Hoſtẽ, cũ alij Aduerſariũ: ſemper hoc Bellum, cùm alij Tumultum. Contrà verò non nulli è Pompeianorum militibus Cęſarianos, hoſtes non adpellabant. vt lib. belli ciuil. 3. Ac nonnullæ militum voces audirentur, ſeſe contra hoſtem ſi ducerentur, ituros: contra ciuem & conſulem, arma nõ laturos. Alij ſunt Proſcripti, ſiue iudicio damnati, & hoſtes à ſenatu iudicati: de quibus in d. l. 5. D. de cap. min. l. ſunt quidam, 17. D. de pœn. Poſtremi ſunt ſerui fugitiui, cùm arma ferunt: vt Spartacus, de quo in l. 3. D. de adq. poſſ. itémque Eunus, Athenio, & alij, qui generali nomine Hoſtes adpellantur in l. 3. C. de iis qui ad Eccl. confug. Ad quæſtionẽ autẽ illa præmunitio adhibenda eſt: Inter quos iuris alicuius cõmunio eſt, inter eos obligationẽ cõtrahi: inter ceteros nõ contrahi. vt de ſeruis dicitur in l. quod attinet, 32. D. de reg. iur. l. ſerui, 14. D. de obl. & act. l. naturaliter, 13. D. de cõd. indeb. Itaq; vt de ſingulis ordine diſſeramus, quia cũ hoſtibus iuriſgentiũ cõmunio eſt. l. vlt. D. de leg. ſequitur, vt cũ iis conuentionũ, ac proinde obligationum cõmunio ſit. l. conuentionũ, 5. D. de pact. qua de cauſſa violandis hoſtiũ legatis ius gentiũ violari dicitur: in d. l. vlt. & apud Liuiũ lib. 15. & lib. 38. & apud Cicer. Verr. 3. ex quibus conſtat, eos qui legatos violarũt, hoſtibus dedi pro noxa ſolitos. viciſsímque legati eos ad quos miſſi ſunt, violantes, iuſgentium violare dicuntur, apud Liuium lib. 5. Sic violandis induciis iuſgentium violari dicitur, apud eundem lib. 40. Itémque hoſtibus per colloquij ſpeciem violandis, lib. 38. vt T. Labieni factum in Commio Atrebate vulnerando defendi nõ poſſe videatur: apud Hirciũ bell. Gall. 8. cap. 3. Ex eodem genere peruulgata illa ſunt, de deditione eorum qui cũ hoſtibus pacem fecerunt, quam Senatus ratam non haberet: apud Cicer. de Off. 3. & in d. l. vlt. D. de legatio. & l. 4. D. de cap. & de Attilio Regulo, qui quamdiu hoſtiũ iureiurando teneretur, ſenatorem ſe eſſe, aut ſententię in ſenatu dicẽdæ ius ſe habere negabat: apud Cic. eod. lib. de Off. 3. & de Clœlia, ceteriſque virginibus obſidibus, apud Liuium lib. 2. Deinceps de ceteris videamus. Cum defectoribus ergo iuriſgentium communionem intercedere, vel eo patet, quòd cùm hoſtium numero ſint, eodem quo illi iure habendi videntur: ex d. l. 5. D. de cap. min. De prædonibus autem maior dubitatio eſt, propter auctoritatem Ciceronis de Off. 3. vbi negat eum qui prædonibus pactũ

A pro capite precium non attulit, teneri, ne ſi iuratus quidem id non fecerit: nec enim cum illis fidem, aut iuſiurandum eſſe commune. Sed videamus, primùm quia lex nulla eſt, quæ pactionibus & conuentionibus cum illis contrahendis interdicat, an quæ nominatim vetita non ſunt, permiſſa intelligantur: l. ex eo, 18. D. de teſtib. Deinde naturalis & gentiũ iuris communioné etiam prędones ac latrones habere, docet l. bona fides, 31. D. depoſit. vbi Tryphonin' ex Marcelli B ſentẽtia ſtatuit, ſi res à latrone, prædone, & fure apud ipſum dominũ ignorantem depoſita ſit, iuregentium obligationem non contrahi: ſed ſi apud alium depoſita ſit, contrahi. Quo ex loco perſpicuum eſt, etiã latrones iuriſgentiũ communionem habere. Præterea locus eſt apud Cæſarem belli ciu. 3. vbi apertè ſcribitur, actum à Romanis ducibus in Pyrenæis mõtibus cum prædonibus & fugitiuis, de compoſitione, legatóſque ad eos miſſos fuiſſe. De aduerſariis autem dubitari non poſſe, argumento eſt primùm d. l. ſiquis C ingenuam, D. de capt. vbi multo meliore quàm hoſtes condicione eſſe dicuntur: deinde quòd ſublata colloquiorum & conuentionum facultate, ſpes concordiæ & reconciliationis omnis præciſa videretur. Memini (inquit Cicero Phil. XII.) colloquia & cum acerrimis hoſtibus, & cum grauiſſimè diſſentiẽtibus ciuibus. Cn. Pompeius Sex. filius Cõſul, me præſente, cùm eſſem tyro in eius exercitu, cum P. Vectio Catone duce Marſorum, inter bina caſtra collocutus eſt: quo quidem memini Sex. Põpeium fratrem Conſulis D ad colloquium ipſum Roma venire, doctum virum atque ſapiẽtem, quem Cato cùm ſalutaſſet, Quem te adpellem, inquit? At ille, Voluntate hoſpitem, neceſſitate hoſtem. Tertiò quòd etiam damnatis & proſcriptis (quæ quinta hoſtium ſpecies eſt) iuriſgentium cõmunio relinquitur. l. ſunt quidam, 17. D. de pœn. d. l. bona fides, 31. D. depoſ. vbi Tryphoninus ſtatuit, vt quæ reus capitalis iudicij depoſuit, ſi deportetur, propter naturale & gentium ius ei reddantur. Eóque nobilis illa cauſſa pertinet in Orat. Ciceronis pro C. E Rabirio, cùm L. Apuleio Saturnino & ipſius comitibus, qui in Capitolium, ne prehenderentur, confugerant, fides publica data eſt: & tamen vis ac cędes contra fidem publicam allata, præcipuo adiutore Rabirio, qui propterea ſex & triginta pòſt annis in iudicium vocatus eſt: auctoribus Dione lib. 37. Floro lib. 3. Appiano bell. ciu. 1. & Plutarcho in Mario. Sic cùm Catilinarij hoſtes à ſenatu iudicati ſunt, tamen iis fidem publicam à ſenatu datam eſſe, Salluſtius auctor eſt. De fugitiuis autem dubitandi cauſſam iam antea F Cæſaris locus ſuſtulit, & l. quod attinet, D. de reg. iur. Deinceps ſequitur, vt quæ cõtrà diſputari poſſint videamus. quorũ primum argumentum eſt ex 2. Reg. 10. vbi Rex Iehu, cui Deus imperarat vt Baalinos ſacerdotes omnes de medio tolleret: illos in Baalis fanum per ſacrificãdi cauſſam euocatos interfecit. Sed locus ille nihil ad inſtitutam diſputationem pertinet, in qua quæritur, An fidem hoſti datam negligere liceat. Nullam enim Iehu fidem illis publicam dederat: tametſi ad illos euocandos & vnum in G locum cogendos dolo bono ſit vſus, quod ſine controuerſia probatur. l. 1. D. de dol. mal. Secundum eſt ex Auguſtini quæſt. in Ioſuam: Cùm iuſtum, inquit, bellum ſuſceperit, vtrùm apertè pugnet, an ex inſidiis, nihil ad iuſtitiam intereſt. quod relatum eſt in 23. q. 2. cap. dominus. & paratam ex ſuperiore loco reſponſionem habet. Nam ante fidem datam veriſſimum eſt quod dici ſolet ex Virgilij II.

Dolus

A *Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?* & ex Am. Marcellin. lib. 17. Nullo diſcrimine virtutis ac doli, proſperos omnes laudari debere bellorum euentus. Qua de cauſſa Vlp. in d. l. 1. D. de dol. mal. ſcribit, bonum eſſe dolum, ſiquis aduerſus hoſtem latronémve machinetur. Sed intelligendum, aliud eſſe Dolum, aliud Perfidiam. Dolus fit, vbi fides data non eſt: poſt fidem datam, locum dolo & fraudi non eſſe, ſuperiùs ex Liuio demonſtrauimus: vbi ſtatuit, fraude per colloquij B ſpeciem adhibenda, iuſgentium violari. atque ita reſponſum volumus ad l. nihil, 26. D. de capt. vbi ſcribitur, ius eſſe dolo malo & fallacia in hoſtes vti. Nam tum demũ dolo vti aduerſus hoſtes licet, cùm fides nondum data eſt: vbi ſemel data eſt, lædi eam nõ licet. & ad legem nihil exemplum Clœliæ virginis pertinet. Tertiũ eſt ex l. 1. D. quod vi, aut clam. Sed edictum Prætoris ad pactiones cum ciuibus, non cum hoſtibus factas pertinet. Quartum eſt ex lib. Liuij 5. vbi Camillus pactionem cum Gallis factam reſcidit. C ſed cauſſam nominatim Liuius adſcribit, quia cùm Dictator eſſet (Dictatore autem facto magiſtratus omnes ceſſent, auctore Plutarcho in Fabio) quæ ipſius iniuſſu pacta erant, rata eſſe non poterant. Sic enim apud Salluſt. in Iugurth. quam pacem A. Albinus cum Iugurtha Rege Senatus iniuſſu fecerat, Senatus reſcidit. Et apud Liuium lib. 30. matrimonium Maſaniſſæ & Sophonisbæ ſine Scipionis permiſſu contractum, ipſius imperio reſcinditur. Quintum ab Vdalrico Zazio excogitatũ eſt ex l. 2. C. de commer. D Sed ſatis conſtat, etiam cum barbaris iuſgentium eſſe, l. pen. in fin. D. de bon. damn. deinde aliud eſt aurũ à barbaris ſubtili ingenio ſubducere, aliud fidem iis datam fallere. Supereſt acerrima Bartholi diſputatio, vt pactiones inter belli duces factæ obligationẽ inducant: à priuatis, non inducant. Itaque in quæſtione, An liceat ciui proſcriptum, quem ipſe reum peregerat, poſt reconciliatam inter ipſos gratiam, & fidem vtrimque datam, inſidioſè interficere: reſpondit, licere. Quo reſponſo magnam ſe gladiorum & perfi- E diarum occaſionem præbuiſſe, ipſemet in fin. 1. Quæſtion. ingenuè fatetur. qua de cauſſa Fulgoſius, medicum, qui bello inter Bononienſes & Imolenſes exorto captus ab aduerſariis mille ducatos pro capite promiſerat, abſoluit. Bartholi argumentum eſt primum ex l. 2. & l. 3. C. quand. lic. vnic. ſin. iud. & l. 3. D. de ſicar. Sed aliud eſt transfugam & latronem, vbi iuris & legum conceſſu permiſſum eſt, aliud poſt ereptam ſibi eam libertatem interficere. nam poſt fidem datam ea facultas adimitur. Secundum eſt ex l. 1. D. F de bon. cor. qui ant. ſent. vbi ignoſcitur ei qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemtum voluit. Sed ea regula ad quæſtionem in lege propoſitam reſtringenda eſt: ne captio ſit à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. deinde nulla ſimilitudo rectè inducitur ab eo, qui ab ignominioſa morte ſe liberat, ad eum qui ſine periculo & contra fidem datam reconciliatum amicum interficit. Tertium eſt acerrimum ex l. ius publicum, 38. D. de pact. Quare diſtinctio adhibenda eſt. Aut enim pactio Reip. ſtatum & G dignitatem imminuit: aut ad priuatam paciſcentium rationem, & rem familiarem pertinet. Priore caſu nullius momenti pactio eſt: altera verò valere dicitur in l. iuriſgentium, 7. §. ſi paciſcar, D. de pact. vbi etiam de criminibus paciſci licet. Deinde Cicer. de Offic. 1. apertè ſcribit, ſiquid ſinguli (hoc eſt priuati, de quibus propoſita Bartholi quæſtio eſt) temporibus adducti hoſti promiſerint, eſſe in eo ipſo ſeruandam fidem. Alterum argumentum inducitur ex l. pactum, 46. D. de pact. vbi renunciatio ſui iuris per pœnitentiam reuocari non poteſt. Tertio ſi pactio Lucani nobilis Rempubl. lædebat, pœna paciſcendi debebatur, ex l. 4. in fin. D. ad leg. Iul. maieſtat. vbi qui in vincula coniectum emiſit, damnatur. Fulgoſio verò ſola eſt obiicienda l. nam & ſeruus, 21. D. de negoc. geſt. vnde perſpicuum eſt, naturalem obligationem ab iis contrahi, qui hoſtibus precium redemtionis promittunt. nam ſi naturale debitum non fuiſſet, ſibi negociorum geſtor imputare debuiſſet, l. ſi quis negocia, 23. eod. Poſtremò ſi Scripturæ ſacræ auctoritas quæritur, quam valere apud Chriſtianos oportet, memoriæ proditum eſt, Sedeciam Iſraeliorũ Regem impium, à Nabuchadnezare vinctum & captum, atque vnà cum principibus eius gentis omnibus abductum fuiſſe: ac tametſi Nabuchadnezar eũ in fidem recepiſſet, illum tamen per litteras ac nuncios Ægypti Regem ſollicitaſſe, vt ſe ab illius poteſtatę liberaret. Hanc perfidiam Prophetæ vehementiſſimè damnarunt: neque ita multò pòſt liberi eius in ipſius oculis interfecti ſunt. pòſt eidem oculi effoſſi. tandem catenis vinctus Babylonem deportatus eſt. Qua de cauſſa Auguſtinus epiſt. 1. ad Bonifacium, cuius fragmentum relatum eſt in 23. quæſt. 1. c. noli. Fides, inquit, quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt, contra quem bellum geritur. Et Ambroſ. lib. de Offic. 1. cap. 29. Liquet, inquit, etiam in bello fidem & iuſtitiam ſeruari oportere, nec vllum decorum ſeruari oportere ſi violetur fides. Item lib. 3. cap. 10. docet exemplo Ioſuæ, qui iuſiurandum à Gabaonitis fraude & mendacio extortum ſeruarat, fidem etiã perfidioſis & fraudulentis ſeruandam eſſe.

Vtrùm refectione rerum ſingularum, vniuerſitas mutetur, an eadem res maneat.

QVÆSTIO VIII.

VETVS exemplum eſt de naue Theſei, quæ, cùm ſingulæ tabulæ exemtæ eſſent, tamẽ ita refecta eſt, vt eandem ſpeciẽ ac formam retineret. Iuriſconſulti autem diſtinctionẽ adhibuerunt, vtrũ res ſingulæ vno tẽpore mutatæ ſint, an ſenſim, particulatim, ac diuerſis temporibus. Nam corruptionẽ & effectionem cuiuſq; rei duplicẽ fecerunt: vniuerſalẽ, & particularẽ. Si vniuerſalis eſt, veluti ſi nauis ſimul vſquequaq; diſſoluta ſit, licèt iiſdẽ tabulis, nulla prætereà adiecta, reſtaurata ſit, tamen Sabinus, Vlpianus & Iulianus ſtatuerunt, non eandẽ nauem manere: ac proinde vſumfructũ nauis conſtitutum exſtingui. ſimiliter, ſi domus diruta ſit, & ex iiſdem cæmentis ligniſq; reſtituta, l. quid tamen, 10. §. pen. & l. repeti, 5. §. 2. quib. mod. vſusfr. amit. Idémque Pau. ſtatuit in l. ſeruitutes, 20. §. ſi ſublatũ, de ſeru. vrb. Et African. in l. qui vſumf. 36. D. de vſuf. Et Caius in l. ſi ita legatũ, 65. in fin. D. de leg. 1. vt ſublato ædificio, vſusfructus intereat, eiúſq; iuris æquitas hæc eſt, quia ex forma quæque res eſt id quod eſt, &, vt vulgus loquitur, forma dat eſſe rei, l. Iulianus, 9. §. ſiquis D. ad exhib. Quare cùm ſublata per diſſolutionẽ forma nauis corpus eſſe deſinat, ſequitur, vt quamuis ex iiſdem tabulis reficiatur, tamen non idem corpus ſit. Aliud.n. materia eſt, aliud ſpecies, l. ſi cõuenerit, 18. §. pe. D. de pi. act. & cui materia legata eſt, ſpecies ex ea facta nõ debetur. vt ſi lana legata eſt, deinde veſtis fiat, aut ex tabulis nauis, aut armarium, l. lana, 88. de leg. 3.

vbi ſimiliter traditur, ſi nauis legata diſſoluta ſit, neq; materiam, neque nauem refectam deberi. quod idem de domo traditur, & vſufructu legato. l. qui vſumfr. 36. D. de vſufr. itémque de ornamento, aliis gemmis & margaritis adhibitis, in aliam formam commutato: vt legatum ornamenti ea mutatione exſtinguatur: in l. Seia, 6. D. de aur. & arg. Quamquam hac in parte tria magnopere animaduertenda ſunt. primùm, quòd Paullus in l. inter ſtipulãtem, 83. §. ſacram, D. de verb. oblig. à ceteris (vt opinor) diſſentiens, diſtinguẽdum eſſe ſtatuit, vtrúmne dominus conſilium habuerit eiuſdem nauis aut domus reficiendæ, an tabulas, & tigna & cæmenta alium in vſum conuertendi. nam illo caſu, eandem eſſe nauem & domum: hoc, non eſſe. quaſi videlicet ad rei diuerſitatem aut idẽtitatem, ad corporis denique qualitatem conſilium & propoſitum hominis aliquid valeat. quod tamen idem ſtatuitur in l. qui res, 98. §. vlt. D. de ſolut. Alterum eſt, quòd de metallis, in quibus materia potẽtior eſt forma, diſſentire quoque inter ſe Iuriſconſulti videntur. Nam Africanus in l. qui vſumfr. 36. D. de vſufr. apertè ſcribit: ſi ſcyphorum vſusfr. legatus ſit, deinde maſſa facta, & iterum ſcyphi, quamuis priſtina qualitas ſcyphorũ reſtituta ſit, non tamen illos eſſe quorum vſusfr. legatus fuerat: à quo certè diſſentire Paullus videtur in l. quæſitum, 78. §. illud fortaſſe, D. de leg. 3. vbi ſcribit, aliam metallorum rationem eſſe, vt auri & argenti, quæ ſæpius in ſua initia redigi poſſunt: aliam ceterarum rerum, vt lapidum, tigni, & marmoris. Nam ſi argentum legatum ſit, ſcyphos deberi: ſi ſi marmor, nihil præter rudem materiam deberi. quod eodem modo idem ſcribit in l. lana, 88. eodem tit. tabulis legatis, nauem non deberi: maſſa legata, ſcyphos ex ea conflatos deberi. Et Vlpian. in l. item legato, 49. §. pen. D. eod. aurum vxori legatum, ſi poſtea conflatum ſit, deberi. Poſtremum eſt, vt in area, quamuis eius ſpecies mutetur, tamen aliud iuris ſit. nam area legata, ſi inædificata, pòſt iterum area facta ſit, debebitur: auctoribus Celſo, Vlpiano, & Iaboleno. l. ſi chorus, 79. §. area, D. de leg. 3. l. ſeruum filij, 44. §. ſi areæ, D. de leg. 1. l. ſi areæ, 39. D. de leg. 2. & ſi domus oppignerata poſtea diruta ſit, oppignerata manebit area: nimirum, quia ſuperficies ius ſoli ſequitur. l. Paullus, 29. §. pen. D. de pig. Sic enim in l. vltim. eiuſd. tit. pactum vt domum oppigneratam vendere liceat, adeò ſublata ſuperficie manet, vt etiam in eandem renouatam valeat. quoniam (vt modò dictũ eſt) ius ſoli ſuperficies ſequitur: cùm area pars domus ſit, eáq; maxima. l. qui res, 98. §. vlt. D. de ſolut. vbi Paullus dilucidè ſcribit, aream non deſiiſſe in rerum natura eſſe. quod ſummè notandum eſt: vt partes in toto, & naturam & nomen ſuum retineant. Sequitur altera pars diſiunctionis, ſi particularis diſſolutio inſtaurata fuerit. Tum enim Iuriſconſulti ſpeciem manere priſtinam ſtatuunt, ac proinde rem eandem ac non diuerſam eſſe. veluti ſi nauis, aut domus particulatim refecta ſit: quia cuius rei ſpecies, ait Alfenus, eadem conſiſteret, rem quoque eandem exiſtimari. l. proponebatur, 76. de iud. quod idem Caius de domo ſcribit, quæ particulatim refecta eſt, vt ea legata debeatur. l. ſi ita legatum, 65. §. vlt. de leg. 1. & de grege, qui prioribus capitibus decedentibus, & aliis ſubſtitutis omnino renouatus eſt, vt tamen & legatus debeatur, & oppigneratus maneat. l. ſi grege, 22. de leg. 1. & l. grege, 13. de pign. Itémque de taberna, cuius merces particulatim ſubmotæ ſunt. l. cùm tabernam, 34. D. eod. quamquam in naui video Pomponium ali-
A quatenus diſſentire videri: & requirere vt eadem carina maneat. l. quod in rerũ, 24. §. vlt. D. de leg. 1. Neque illi ſententiæ magnopere aduerſatur diſputatio Hermolai Barbari apud Alex. ab Alex. lib. 3. ca. 1. quod idem, apud philoſophos dicitur, cuius eadem permanet materia, quæ prius fuit. Hîc autem & partes, & ſingulæ res omnes mutatæ ac renouatæ ſunt. nã cùm ſpecies exſtincta non fuerit, ſed idem perpetuò corpus eadémq; forma conſtiterit, dici non poteſt aliam B rem eſſe. Quemadmodum enim forma eſt, ex qua quæque res eſt id quod eſt, d. l. Iulianus, ad exhib. ita continuatio formæ, rei ipſius continuatio eſt: & quẽadmodum partis vnius renouatio totum non renouat, quoniam ſpecies & forma eadem manet, vt ſi ſtatuæ brachium aliud adpoſitum ſit. l. ſi ſtatua, 14. de aur. & arg. leg. ita particularis renouatio rem vniuerſam non renouat. Cuius rei Alfenus etiam exempla profert ex corporibus humanis, ex quibus ſenſim ac minutatim aliquid adſiduè decedit, cuius in locum C aliunde aliquid ex nutrimento ſuccedit. Itaq; & homo idem dicitur, qui quinquaginta antè annis cùm infans editus eſt, fuerat: & infans ſubreptus, ſi apud furem adoleuit, vt adoleſcens æſtimatur. l. infitiando, 67. §. 2. D. de furt. & l. ex argento, 13. D. de furt. cond. Et infans, aut pullus legatus, ſi in vitum, aut equum magnum creuerit, nihilominus idem cenſebitur. l. ſi infantis, D. de vſufr. & eadem ſylua hodie eſt, quæ olim fuit Ercinia: idémq; fluuius Rheni aut Rhodani, qui menſe ſuperiore fuit, quãuis aquæ corpus non idem D ſit. Et idem põs ille ſublicius Rheni proximè vrbem Argentoratum, qui quotidianis operis ita continenter atque adſiduè renouatur, vt vix vlla ipſius particula ad decennium aut vicennium perduret.

An matrimonij ſine parentum auctoritate contracti pœna vlla conſtituta ſit.

QVÆSTIO IX.

PRimvm diſtinctio adhibenda eſt. nam liberorum alij in poteſtate ſunt, alij ſui iuris E ſunt. Qui in poteſtate ſunt, ſi ſine parentum auctoritate matrimonium cõtrahant, hac adficiuntur pœna, vt eorum iniuſtæ nuptiæ dicantur, iniuſtíque ipſi coniuges, iniuſti liberi: nuptię denique non conſiſtant. l. 2. D. de rit. nupt. imò ne nuptiarum quidem nomine adpellentur. l. dotis, 68. D. de iure dot. adeò vt nepos auo viuente conceptus, quamuis eodem mortuo naſcatur, iuſtus tamen neque patri filius, neque auo nepos dicatur. auus deni- F que nepotem illum ſuum adgnoſcere non teneatur. l. Paullus, 11. D. de ſtat. hom. neq; diſtinguitur, vtrum mares liberi, an fœminæ ſint. l. in coniunctione, 20. C. de nupt. atque idcirco nec dos in eiuſmodi coniunctionibus locum habet, nec dotis promiſſio obligationem parit: quoniam, vbi nuptiæ non ſunt, ibi nec dos eſt. l. 3. D. de iur. dot. Idq; adeò verum eſt, primùm vt ſi pater apud hoſtes ſit, vel vbi ſit ignoretur, tamen per triennium ſit exſpectandus. quamquam ſi tale matrimonium contrahatur, quod pater repudia- G turus non eſſet, nuptiæ comprobentur. l. ſi nepos, 9. §. 1. & duabus ll. ſeqq. D. de rit. nupt. deinde, vt non modò contrahi, ſed ne diſtractæ quidem reconciliari nuptiæ ſine eadem auctoritate poſſint. l. nuptiæ, 18. D. de rit. nupt. l. ſi vt proponis, 7. C. de nupt. Legis æquitatem Iuſtinianus exponit, ciuilis & naturalis iuris rationem. §. 1. de nupt. per ciuilem intelligens patriam poteſtatem, quæ Quiritium propria fuit: per na-

per naturalem verò, pietatem & reuerentiam, quam liberi parentibus debent. l. 2. D. de iuſtit. & iur. l. 9. D. de obſeq. parent. l. 4. l. 5. l. 6. D. de in ius voc. Nunc ad tria legis verba triplex adhibenda interpretatio eſt. Primùm in voce PARENTVM. nam ex illa quæſtio hæc exoritur: Vtrum in nepotis aut neptis nuptiis, qui in aui poteſtate ſunt, aui auctoritas ſufficiat, an etiam filij conſenſus exquiratur. nam Paullus l. 3. D. de rit. nupt. ſtatuit, ſi nepos ex vno filio & neptis ex altero matrimonium contrahant, ſolius aui auctoritatem ſufficere. At idem in l. oratione, 16. §. 1. D. eod. Nepote, inquit, vxorem ducente, & filius conſentire debet: neptis verò ſi nubat, voluntas & auctoritas aui ſufficiet. Quæ vt inter ſe non pugnent, propterea quòd priore caſu nurus filio ex eadem familia quæritur: poſteriore, ex aliena: tamen perſpicuè & naturali & diuino iuri contraria ſunt: quo vtroque iure & par patri & auo reuerentia debetur: & par eadémque patri in filiam & filium poteſtas tribuitur. Neque huc pertinet, quòd dici ſolet, ſuum heredem inuito non adgnaſci: ac propterea nepotem quaſi ex filio natum ſine filij conſenſu adoptari non poſſe. l. cùm nepos, 6. l. ſi quis, 10. D. de adopt. Neque enim vtrouis caſu ſuus heres filio per illud matrimonium adgnaſcitur: cùm pronepos viuo nepote ſuus heres dici filio non poſſit: nepos autem qui volens nuptias contraxit, dici inuitus non poſſit. Alterum legis verbum eſt, AVCTORITAS; in quo duplex naſcitur quæſtio. prior, vtrum patris auctoritas præcedere debeat, vt in adquirenda hereditate: l. ſiquis mihi, 25. §. iuſſum, de adquir. hered. an ſatis ſit eam in gerendo negocio interponi: vt in tutorum auctoritate. l. obligari, 9. §. tutor, D. de auct. tut. l. 1. §. vltim. D. de tutel. aut verò poſt negocium geſtum adhiberi, tamquam ratihabitionem. velut in ſpecie l. 2. §. vltim. D. ſolut. mat. l. 3. §. ſed ſi mutua, D. de in rem verſ. Ne longum faciam, credo ratihabitionem in hac cauſſa non retrotrahi: quæ tamen ex Iuſtiniani conſtitutione aliis omnibus in cauſſis retrocurrit. l. vltim. C. ad Macedon. l. donationes, 25. D. de don. int. vir. l. ſi fundus, 16. §. 2. D. de pig. ac ridiculum quidem eſſet negare, ratihabitione nuptias confirmari. non enim poteſt pater habere ratas nuptias, quin eaſdem ratihabitione confirmet. Sed negandum eſt ratihabitionem illam retrotrahi: quia concepti ante illam liberi, iuſti liberi non cenſentur. Cuius rei hæc argumenta ſunt. primùm, quòd Imp. apertè ſcribit, Iuſſum patris præcedere oportere. deinde quòd Vlpia. in l. vxor, 13. §. ſiquis, D. ad leg. Iul. de adul. reſpondit, eum qui filiamfa. duxit, cuius nuptiis pater poſt adulteriũ ab ea commiſſum conſenſit, non poſſe iure mariti eam illius adulterij nomine accuſare: nimirum quoniã ante patris cõſenſum neq; illa vxor, neq; hic maritus fuit. Tertiũ argumẽtũ eſt ex l. dotis, 68. D. de iur. dot. vbi nuptiæ ignorãte ab initio patre contractæ, ſi pater poſteà cõſenſerit, tũ demũ iuſtæ eſſe, & dos promiſſa ex eo tempore deberi dicitur. Quartum ex l. 6. C. de nupt. vbi nuptiæ in Prouincia muliere conſentiente contractæ, ſi poſt officium depoſitum perſeuerent, tum demum iuſtæ effici dicuntur. Non ſumam quintum ex l. 5. C. eod. vbi auus qui cognitis filij nuptiis non contradixit, dicitur debere nepotem ſuum adgnoſcere: quaſi nepos iſte poſt illum demum conſenſum & conceptus & natus fuiſſet. quia verba illa, COGNITIS NVPTIIS, rectiſſimè accipi & interpretari poſsũt de cognitiõe nuptiarũ, quo tẽpore,

A in alia fortè ciuitate vel regione, contrahebantur. Altera quæſtio eſt huiuſmodi, Vtrum expreſſa auctoritas requiratur, an tacitus conſenſus ſufficiat. Reſpondeo, Tacitum cõſenſum ſufficere: hoc eſt, iuſſum expreſſum non requiri, ſed ſatis eſſe, ſi pater non contradicat, atque apertè diſſentiat. d. l. ſi vt proponis, 5. C. de nupt. l. in ſponſalibus, 7. D. de ſponſ. Tertium legis verbũ eſt, NVPTIAS NON CONSISTERE: ex quo hæc fluxit quæſtio: Vtrũ contractæ nuptiæ, ipſo iure nul-

B læ ſint, an verò per magiſtratum reſcindantur? de quo Paullus dubitare nos non ſinit, qui lib. Sentent. 2. tit. 19. ſcribit, matrimonia hæc iure non contrahi; ſed tamen contracta non ſolui. contemplationem enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis anteferri. Quod vt intelligatur, illud ſcire oportet, aliam dici legem perfectam, quæ quod contra præſcriptum ipſius factum eſt, vel ipſo iure, vel per magiſtratum reſcindit. l. nõ dubium, C. de legib. aliam perfectã, quæ factum quidem non reſcindit, ſed pœnam inrogat:

C qualis eſt lex Furia teſtamentaria: de qua ſcribit Vlpianus tit. Regul. 1. Pœna autem huiuſmodi matrimoniorũ eſt, vt neque vir, neque vxor, neq; nuptiæ, neque dos intelligatur: & qui liberi naſcentur, inter ſpurios numerentur. §. pen. Inſt. de nupt. Et quemadmodum ſcribit Apul. lib. 6. Nuptiæ, inquit, patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt videri, ac per hoc ſpurius iſte naſcetur. Deinceps conſequens eſt, vt de iis qui ſui iuris ſunt, diſſeramus. In quo diſtinctio adhibenda eſt. Nam mares quidẽ, etiam vi-

D gintiquinque annis minores, parentibus inconſultis iuſtum matrimonium contrahunt: & ſuſcepti liberi iuſti atque heredes ſunt. l. filius, 25. D. de ritu nupt. l. 3. §. ſi emancipatus, D. cont. tab. Fœminæ verò minores annis XXV. iuſtũ matrimoniũ non contrahunt: adeò vt etiã patre mortuo, ſiue pupillæ ſint, matris, tutoris, & propinquorum ſentẽtia requiratur. l. 1. C. de nupt. & ſiue viduæ ſint, ſiue virgines puberes. l. viduæ, 18. l. in coniunctione, 20. C. eod. At poſt XXV. ætatis annum, propter patris ſocordiam, ſi honeſtũ matrimo-

E nium contraxerint, exheredari non poſſunt, Nouella 115. Animaduertendũ eſt autem, quamuis emancipati matrimoniũ patre inconſulto contractũ, iure ciuili Quiritium iuſtũ eſſet, tamen ſi mulierem ignominioſam duxiſſet, veluti mimam, aut meretricẽ, quoniam familiæ dedecus adferebat, antiquo iure iuſtam hanc exheredationis cauſſam in nepotibus fuiſſe: tametſi de inofficioſo agere nepotibus permitteretur: vt non minus eorum merita, quàm patris delictum perpenderetur, l. 3. §. ſi emancipatus, D. cont. tabul. Nouo ve-

F rò Iuſtiniani iure qui certas exheredationis cauſſas cõſtituit, prætermiſſa hæc eſt. d. Nouell. 115. quamquã Regis Galliæ cõſtit. anno 1556. ſancitum ſit, vt mares ante annum 30. fœminæ ante 25. ob contractas ſine parentum auctoritate nuptias, & donationibus in ipſos collatis, & legitima portione ſpoliari poſſint. Iure autẽ Canoniſtico matrimonia ſine parentũ cõſenſu facta pro iuſtis & legitimis haberi, patet ex c. ſufficiat, 27. q. 2. vbi gloſſa ſubiungit requiri conſenſũ ex honeſtate, non neceſſitate. Item gloſſ. in c. hoc ſanctum, 32. q. 2. & c. cùm cauſſam, 6. Ext. de raptor. & c.

G cum quæ de ſponſal. impub.

An principalis obligatio pœnali ſtipulatione nouetur.

QVÆSTIO X.

POENÆ ſtipulatio quattuor modis adhibetur. nam aut pacto ſubiungitur, aut contractui. pactum autem aut de contrahẽdo ne-

gocio, ſiue obligatione conſtituenda, aut de tranſigendo (id eſt diſtrahenda obligatione) interponitur. l.1.§.2.D.de pact. ſimiliterque contractus aut eſt ſtipulatio (quæ generaliter contractuum omnium cõmunis eſt) aut quiuis alius ſpecialis. Quãtum ad primum, quo pactum fit de dando, vel faciendo, ſi quia iure Quiritium vim ad obligandũ non habet, ei pœnæ ſtipulatio ſubiiciatur: dubitari non poteſt, quin locus nouationi non ſit. quippe, cùm obligatio, quæ nouetur, nulla ſit niſi naturalis. Nam illo caſu à condicione ſtipulatio incipit, Si nauem non feceris, centum dabis? l. ita ſtipulatus, 115.§.itaque, D.de verbo. oblig. atque ita intelligendę ſunt l. obligationum, 44. §.ſi ita, D.de obl.& act. Si fundum non dederis, centum dabis? Item l.1.§.4.D.ad leg.Falc.l.1.D.de pen. leg. Si penum non dederis, centũ dato. Sed res exemplo illuſtranda eſt. Qui nudo pacto promiſerat ſe Stichum daturum, idem aduerſario ſtipulanti ſpopondit centum dari, ni Stichum prȩſtaret, Stichus, quia neque in ſtipulatione eſt, neq; in obligatione, etiam in petitione non erit. ſola igitur pœna peti poterit. Stichus tamen ante moram promiſſoris erit in ſolutione. quod apertiſſimè traditur in l.ſi pacto, 14.C.de pact. itemque in l.nuda, 5.C.de cont.ſtip. ſiquidẽ nudam pollicitationem de qua ibi agitur, ad dandi aut faciendi pactum referamus. Sed multo commodius eſt; eam ad pactum de non petendo referre. primùm, propter illa verba, POST MOTAM LITEM, ex quibus apparet litem cõtra fidem in pacto datam inſtitutam fuiſſe: ac proinde contra pactũ de non petendo. quod apertiſſimè confirmatur in l.qui Romæ, 122.§.vlt.de verb.oblig. vbi tranſactio inter fratres coheredes facta fuerat: cuius hæc erat formula, Nihil amplius peti: l.ſiquidem, 24.& l.ſi de certa, 31.C.de tranſact. tum pœnæ ſubiecta ſtipulatio, ſi peterent. & quia vnus petierat, Scęuola reſpondet, pœnam eſſe commiſſam. Eò accedunt illa legis illius verba; SI CONTRA pactum fecerit. Nam ſi de dando, vel faciendo pactum fuiſſet, tũ ita ſcribi oportuiſſet, SI ITA FACTVM non erit: ex regula Labeonis in l. cum quid, 71.& l.continuus, 137.§.ſi vt aliquid, D. de verbo. oblig. Quinetiam tentari poteſt, d. l.nuda, pertinere ad actionem in rem: vt qui poſſidebat, tranſigendi cauſſa, certam pecuniam ſit pollicitus: pòſt cùm promiſſam ſummam non ſolueret, neque actio ex pacto competeret, qua vrgeri poſſet: ſempérque rei vindicatio penderet, tum illa redintegrata ſit. nam poſt motam litẽ, & inſtauratam vindicationem, non modò aduerſus tranſactionis exceptionem, doli vel in factum replicatio concederetur: verumetiam ex ſtipulatu actio, qua pœna peteretur. quod valde conſentaneum eſt cum l. ſiue apud, 28.C.de tranſact. Secundus caſus pertinet ad pactum de non petendo, & ad tranſactionem: quę ad diſtrahendum potius quàm ad contrahendum negocium adhibentur. Ergo hoc caſu quæſtio hæc exoritur; An ex pacto, cui pœnæ ſtipulatio ſubiecta eſt, ſimul & exceptio & pœnæ petitio concedatur, vt actor exceptione ſubmotus & iudicio victus inſuper etiam pœnam debeat. Ambigui cauſſa permagna eſt, videtúrque textus in l. reſcripto, 10.§.1.D. de pact. ſignificare, inter Proculianos & Sabinianos iſta de re concertationem fuiſſe. Proculiani iuris ſummi rationem vrgebant: commiſſam ſcilicet pœnæ ſtipulationem fuiſſe, & per litem motam obligationis condicionem exſtitiſſe, l. nuda, 5. D. de cont. ſtipul. Sabiniani contrà pro æquitate pugnabant, quemadmodum apertè Vlpian. oſtendit in d.l. reſcripto, qua-

A ſi æquius eſſet debitorem, cui creditor liberaliter debitum remiſerat, illa donatione contentum eſſe, neque ſummo iure cum donatore agere. donatoris enim cauſſa fauorabilis eſt, & ei pinguius ſuccurrendum eſt: ait l.& exheredatum, 49.D. de re iud. Vnde intelligitur, totius controuerſiæ ſummam hanc fuiſſe, quòd Proculiani conuentionem ſic interpretabátur, quaſi per coniunctionem creditor promiſiſſet, Et hoc, & illud: Et non petam, &, ſi petam, centum da- B bo. Sabiniani verò per diſiunctionem, Aut hoc, aut illud: Aut non petam, aut ſi petam, centum ſoluam. Sabinianis adſtipulantur Mela, Paullus & Vlpianus, l.ſi pater, 12.§.ſi mulier, D.de pact. dotal. l. reſcripto, 10.§.1.D.de pact. itémque Papinianus in l.ſi ita ſtipulatus, 115.§. vlt. de verb.oblig. Proculianis Imp. Arcad. ſed tamen in ea cauſſa vbi periurium acceſſit. l. ſi quis maior, 41.C.de tranſact. vbi in pœnam periurij ſtatuitur, vt petens contra pactum iuratum, primùm ſuo iure excidat, deinde pœnam compromiſſam ex- C ſoluat. In hac cõtentione Hermogenianus arbitrum ſe honorarium interponit. Cenſuit enim ſi clauſula, Rato manẽte pacto, adhibita fuiſſet, Proculianorum ſententię locus eſſet: ſin minus, Sabinianorum. l.pen. D.de trãſact. quod idem traditur in l.cùm proponas, 17.C.de tranſact. Sequitur tertia ſpecies, cũ principali negocio & contractui, pœnæ ſtipulatio ſubiungitur. Ad quam intelligendam duabus Regulis pro fundamento & præmunitione vtendum eſt: quarum hæc prior eſt, Fraudatio prodeſſe fraudatori non debet. l. D ait Prætor, 10.§.pen.cum ſimil.D. quæ in fraud. cred. altera huiuſmodi, Neque quod in alicuius fauorem inductum eſt, in eius odium conuerti debet: neque viciſſim quod in alicuius odium inductum eſt, id in eius fauorem conuerti. l.nulla, 25.D.de legib. & l.relegatorum, 7.in fi.D.de interd.& rel. Quare cùm in fraudatoris pœnam & odium inſtituta nouatio ſit, videndum eſt, vt iis tantùm caſibus admittatur, qui ei prodeſſe non poſſint. veluti, cùm teſtator ita dixiſſet: Heres vxori penum dato: niſi dederit, centum da- E to: mora commiſſa nouatio fit, vt pœnam ſolam ſoluendo liberari heres poſſit: ex Q. Mutij auctoritate, quam Sabinus, Mela, Papinianus, Paullus, & Vlpianus ſequuti ſunt. l. 1. §. 4. D. ad l. Falcid. l. 1. D. de pen. leg. l. ſi penum, 14. D. quand. di. leg. ced. l. ita ſtipulatus, 115.§. Mutius, D. de ver. obl. Itaque huius rei exemplo qui ex aliquo contractu centum dare obligatus erit, & niſi dederit, ducenta, poſt moram ducenta debebit: neque centum ſoluendo liberabitur. Refragari tamen videtur l. præ- F dia, 28. & l. Lucius, 47. D.de act. emt. l. duo ſocietatem, 71. & l.ſiquis à ſocio, 41.cum l.ſeq.D.pro ſoc. quarum legum auctoritate permoti complures ſtatuerunt, per ſtipulationem pœnæ præcedentem contractum non nouari. Verùm intelligendum eſt, quod ſuperius diximus, abſurdum eſſe vt nouatio in fraudatoris odium inducta, in ipſius fauorem conuertatur. quod illis caſibus omnibus accidiſſet, quibus id quod intereſt, pœnam exſuperabat. quare ſi maior pœna eſt, quàm quantum principalibus actionibus obtineri poteſt, fiet nouatio: ſin G minus, electio actori dabitur: ne quod ipſius cauſſa inductum eſt, in ipſius damnum conuertatur. Atque hoc eodem modo reſponſum volumus ad l. 4.§. Labeo ait, D.de dol.excep. Sed multo vehemẽtius aduerſari creditur l.qui Romę, 122.§.Flauius, D.de verb. obl. vbi Scæuola ſcribit, ob ſeruũ manumittẽdi cauſſa donatum, agi & de libertate, & de pœna licere. Sed pa-

Sed parata duplex reſponſio eſt ex l.vlt.D. de ſeru.exponnam & ius illud fuit Adriani,ſecundū quod Scæuola reſpondit,quod ab inſeqq.Impp. Marco & Cōmodo abrogatum eſt,l.2.l.3.C.ſi mancip.ita fuer. nec Scæuola permittebat ſimul & libertatem & pœnam peti;ſed alterutram dumtaxat. vt ſi libertus non daretur,tum pœna in ſtipulatum deducta ſolueretur. Supereſt quarta ſpecies,cū duę ſtipulationes factę ſunt, quarum prior eſt de dando,vel faciendo:altera de pœna.In quo caſu nihil eſt quod dubitari poſſit,propter l.obligationum,44.in fin. D.de obl.& act. vbi Paullus ait,priorem ſtipulationē de naui ædificanda tranſferri in poſteriorem pœnalem: & quaſi nouationem prioris fieri. Neque mihi aliquis dixerit,Paullum nō abſolutè dixiſſe, Nouationem factam, ſed quaſi nouationem:& nouationem cōtingere tantùm, vbi vel perſona debitoris, vel cauſſa obligationis mutatur: mutatione rei debitæ, vt hoc caſu pecuniæ pro Sticho,nouationē non contingere.Nam & vox,QVASI, ſæpenumero pro vtpote vſurpatur:& conſtat mutata obligationis forma nouationem fieri. veluti ſi puræ ſtipulationi condicionalis ſubiecta ſit:vt hoc caſu,§. 1. De nouat. & l. 14.D. eod. denique Papin. apertè ſcribit in l. ita ſtipulatus, 115. in fin. D. de verb. obl. niſi nominatim cautum ſit, vt vtrumque debeatur, actum videri,vt ſola pecunia, non præſtita re,debeatur.Neque obſtat l.1.§.vlt.D.de ſtip.ſeru.vbi Iulianus ait,in hac formula, Decem Kalendis Titio dare ſpondes? Si non dederis, tunc Mæuio vigenti dare ſpondes? duas eſſe ſtipulationes: ſed Mæuio ſtipulatione commiſſa, Titium doli exceptione ſubmoueri. nam illo caſu variæ perſonæ in varias ſtipulationes deducuntur: & non vni eidémque vtraque ſtipulatio conficitur:vis tamen nouationis nihilominus manet:vt, ſi minus re ipſa, vi tamē & effectu nouatio cōtingat.

An dominium ſine poſſeſſione adquiri poſſit.

QVÆSTIO XI.

DOMINIVM ſine poſſeſſione adqri poſſe,primus Iohannes diſputauit: quem alij complures ſequuti ſunt, vt teſtatur Accurſius in l. ſi fundum,16. D.de fund.dot. vbi ſe ad illam partem adgregat. Exempla autem proferuntur hæc:ſi emtor in fundum inductus ſit,ac mox inde deceſſerit. Item, ſi quis equum vendiderit, quem alter poſſidebat, & cùm fortè aquatum duceretur, emtori frenum obiter contrectandum præbuit.Pro Iohanne proferrur primùm textus, quem Azo in Summa ſcribit eſſe vnum è mirabilibus mundi, ex l.quiſquis,28. C.de donat. vbi rei donatæ vel venditæ dominium transferri dicitur ſine traditione, ſolo eius vſufructu retinendo.Secūndum eſt ex d.l.ſi fundum:vbi mulier fundum quem alter bona fide poſſidebat, & propè iam vſuceperat, marito tamen dediſſe in dotem dicitur. Ex quo confici videtur, fundi dotalis dominium mariti factum eſſe, quamuis eum alter poſſideat. Tertium eſt ex l.1.C.de donat. quæ ſub mod. vbi Imperatores ſcribunt, eum qui quid ſub condicione donauit & tradidit, ſi condicio non impleatur, vindicare dominium eius rei poſſe. Quartum ex l.4.C. de pact.int.emt. vbi qui lege commiſſoria,quid vendidit, pacto non ſeruato, eius rei dominium vindicat: ac proinde vtroque iſto caſu res ſine traditione poſſeſſionis in veteris domini dominio eſſe incipit. Quintum eſt ex l.ſi ager,50.D.de rei vindic.& l.à Titio,64.D.de furt. & l.legatum,80. D.de leg.2. vbi rei hereditariæ & legatę dominium ad heredē & legata-

A rium ipſo iure trāsferri dicitur: quamuis eius poſſeſſionem nactus nō ſit. Eodémque refertur l.filiusf. 16. D.de teſtam.vbi furioſus qui adquirere poſſeſſionem non poteſt, rei tamen ſibi legatæ dominium adquirere dicitur: item l.ſi partem, 19.§.1. D.quem.ſeru.amittat.vbi is cui ignoranti via legata eſt,non vtendo eam amittit:quippe,cuius dominiū etiam non vtendo adeptus fuerat,& l.1.D.de bon.poſſ.vbi bonorum poſſeſſio admiſſa rerum dominium transfert. Quinetiam eōdem pertinet l.facta,63.D.ad Trebell.vbi fa-
B cta in fideicommiſſarium reſtitutione,ſtatim omnes res in bonis fiunt eius,cui reſtituta eſt hereditas: etſi nondum earum nactus fuerit poſſeſſionem. Sextum eſt ex l.cùm vir, 42. D.de vſurpat. vbi fundi dotalis à marito venditi dominium ita confirmatur, ſi mortua in matrimonio muliere, tota dos lucro mariti ceſſit: quaſi eius fundi poſſeſſio penes vxorē, aut certè maritum remāſerit.Septimum eſt ex l.1.C.de donat. vbi rei venditę dominium transferri dicitur per traditio-
C nem inſtrumenti,ſiue auctoritatis.quò eodem refertur l.1.§.pen.& l.quarūndam,D.de adq.poſſ.&,l.clauibus,74.D.de contr.emt. vbi idem ſtatuitur de clauibus prope cellam aut horreum traditis. Verùm his tot argumentis non obſtantibus,ſtatuendū arbitror, Dominium neque ſine poſſeſſionis traditione tranſferri, neque ſine eiuſdem adprehēſione adquiri poſſe. Nam, ſi pingui Minerua diſputanda res eſt, cauſſa dominij efficiens eſt, animus vtriuſque contrahētis congruens & conſentiens: hoc eſt, voluntas trāſ-
D ferentis & accipientis. materia autem res,de qua cōuentio fit. forma porrò, traditio & prehenſio vacuæ poſſeſſionis:finis,commodum & emolumentum rei, quæ tum in bonis eſſe incipit. nam bona quaſi à beando dicta ſunt: ait l. bona, D. de verb. ſign. Huius autem rei argumenta hæc habeo: Primùm in l. 1. D. de adq.poſſ.vbi Paullus ait,Dominium rerum ex naturali poſſeſſione cœpiſſe: & poſſeſſionem à ſedibus dictam,quaſi poſitionem. ex quo exiſtimari poteſt, adquirendæ poſſeſſionis notam ac ſymbolum
E fuiſſe,ſedis alicuius, dicis cauſſa,poſitionem. Secundum argumentū eſt,quod Dari res, id eſt dominium eius transferri tum demum dicitur,cùm vacua,& nō occupata, certa, ac non litigioſa, perpetua, ac non temporaria eius poſſeſſio traditur: id eſt, eius fruendæ ac poſſidendæ poteſtas datur. Nam de vacua & non occupata,textus eſt in l.ſi pater,8.C.de act.emt. vbi venditor prędij,qui non induxit emtorem in vacuam poſſeſſionem, ius omne penes ſe retinuiſſe dicitur, & l.2.D.eod. vbi vacua poſſeſſio tradi à vendi-
F tore non videtur, ſiquis alter eam vel Prætore auctore poſſideret.Facit l.Mæuius,66.§.fundo, D.de legat. 2.De certa & non litigioſa,textus eſt in l. 3. D.de act. emt. vbi traditio poſſeſſionis(ſic enim legendum eſſe ante annos xx. docuimus) quæ à venditore fieri debet, talis eſt, vt ſiquis eam poſſeſſionem iure auocauerit, tradita poſſeſſio non intelligatur, & l. qui concubinam,29.§.ſi heres, D.de legat.3. vbi legatum ab herede dari non videtur, quod ita datur, vt id habere non liceat. De perpetua & non temporaria,tex-
G tus eſt in l.non videtur,22.D.de adq.poſſ.non videri poſſeſſionē adeptum,qui eam retinere non poteſt. & l.4.§. tunc in poteſtate, D.de vſur. vbi ea demum iuſta poſſeſſio dicitur,quę auelli non poteſt,& l.mulieris,13.§.deſinere, D.de verb.ſignific. Aliud eſt igitur Rem tradi, aliud Rem dari. nam in illo factum, & ſola poſſeſſio continetur, l. ſi item tradi, 28. D.de verb.obligat. In hoc ius & proprietas atque poſſeſ-

ſio,l.non videntur,167.D.de reg.iur. l.vbi autem,76. §.vlt. D.de verb. obligat. & l.3.§.1. D.de act.emt. vbi Pomponius ait,eum qui fundum dari ſtipulatur, vacuam quoque poſſeſſionem tradi ſtipulatum intelligi. Itémque l.4. D.de vſur. vbi etſi Papinianus aliqua in re à Pomponio diſſentiat, apertè tamen fatetur, verba hæc, REM DARI, vel factum tradendi, vel potius effectum dominij per traditionem transferendi continere. Itaque quamuis donari res dicatur etiam antequam tradatur: tamen tum demum eſſe donatio intelligitur, cùm traditio ſequuta eſt, l.vltim.§.Lucius, D.de donat. l.quoties,15. C.de rei vindic. l.qui ſaxum,6. D.de do.l.ſi tradita,5.C.de his qui à non dom. l.1.l.4.l.5.l.7.C. TH.de donat. l.1.C.Hermog.eo. quod tamen Iuſtinianus contra omnem iuris rationem abrogauit,in l.ſiquis argentum,§. ſin autem,C.de donat. Deinceps videndum eſt, quemadmodum ſuperioribus argumentis reſpondere poſſimus. Ergo quod ad primum attinet, intelligendum eſt, cùm antiqua lege Cincia de donationibus cautum fuiſſet, vt donatæ res tum demum intelligerentur,cùm mancipatæ eſſent, vel traditæ: quemadmodum in Diſputat.De donationib.docuimus: inſtitutum eſſe, vt qui rei donatæ vel in dotem datæ vſumfructum retineret,vi ipſa proprietatem tradidiſſe videretur:quia qui dominus eſt, vſufructuarius eſſe nõ poteſt,cùm res ſua nemini ſeruiat.Cùm autem ius illud primùm abrogatum, deinde reſtitutum ab Honorio & Theodoſio fuiſſet, l.pen.& vlt. C.TH.de don. facinoroſus Tribonianus ad illa legis verba: Quiſquis rem aliquam donando vel in dotẽ dando vſumfructum eius retinuerit: contra omnem iuris veteris rationem adiecit VEL VENDENDO. Ius ergo ſingulare eſt in d. l. quiſquis, ex quo ſumi argumentum non poteſt. vulg. l.quod contra, D.de reg.iur. Ad ſecundum argumentum reſpondeo ſimiliter, facinoroſum Tribonianum,quoties in Pandectis ſcriptum erat DOTI DICERE, ex Iuſtinianici iuris ratione repoſuiſſe,In dotem dare. vt apertè in d.l. quia autẽ,23. D.de iur.dot. vel DOTI DESTINARE: vt l.dotis,7. in fin.D.eod.Certum eſt enim neque dotalem fundum intelligi, niſi cuius dominium marito quæſitum eſt, l.dotale,13.§.2. D.de fund.dotal. neque quidquam in dotem datum intelligi, niſi quod ſtatim ſponſi efficitur,l.ſed niſi,8.D.de iur.dot.quinetiam aliud eſſe in dotem dare,aliud tradere:in illo enim dominium, in hoc ſimplex factum contineri, l. ego,9. §.1.& §.vlt. D.eod. Quod igitur in l. ſi fundum, & l.ſi rem æſtimatam,D.de iur.dot. ſcribitur, fundum in dotem datum, nec tamen traditum: vitioſè ſcriptum eſt, pro DOTI DICTVM. cùm antiquo iure data res in dotem nulla niſi per traditionem intelligeretur. Tertia autẽ obiectio leuiſſima eſt, partim quia regulariter vindicatur res à domino, qui eã non poſſidet: quamuis non videatur renunciaſſe poſſeſſioni,qui rem vindicauit, l.naturaliter,12. D.de adq. poſſ. partim quia quod ſub condicione donatum eſt, ſi condicio non impleatur,non donatum intelligitur,l.vlt.C.de don. quæ ſub.mod.l.cauſſam,20. in fin. D.de manum. Ad quartũ autem ſimiliter reſpondendũ eſt, non nouum dominium adquiri, ſed vetus quod antè fuerat propter legem commiſſoriam renouari. Ad quintũ porrò reſponderi ſic oportet,ſingulare eſſe ius ex leg.XII. tabul.aut certè ex ipſius mente introductum: vt rei teſtamento relictæ dominium directo à teſtatore in herédem aut legatarium tranſeat: ex capite, Vti rei ſuæ legaſſit,ita ius eſto,l.verbis, D.de ver.ſig.& apud Vlpian.tit.regu.19.Dominium igitur ex lege,poſſeſſio ex adprehenſione adquiritur,l.cùm heredes,23.D. de adq.poſſ. Quod autem antiquiſſimo iure in hereditatibus & legatis inſtitutum fuerat,id poſtea mediæ iuriſprudentiæ auctores ad bonorum poſſeſſiones, & fideicommiſſarias reſtitutiones & mortis cauſſa donationes produxerunt.Sextum autem ſic facilè refellitur:Cùm eſſet iniuſta fundi dotalis poſſeſſio emtori tradita:poſtea per euentum quo alienatio confirmata eſt, ipſa quoque cõfirmata fuit:vt l.pen.D.de fund. dotal.& l.1.§.ſi vir, D.de adq.poſſ. Septimum autem vix reſponſione dignum eſt:cùm ſatis conſtet,inſtrumenti & clauium traditionem tamquam imaginariam ipſius rei traditionem intelligi:velut in vini vẽditione,deguſtationẽ,l.1.& l.4.D.de peric.& comm. & in rei grauis,veluti columnæ,venditione,demonſtrationem,l.1.§.pen.D.de adq.poſſ.quod eodem modo de ſignato dolio Trebatius tentauerat, ſed Labeo non probauit,l.1.§.2.D.eod.

In dominio transferendo an præſentia & naturalis traditio requiratur.

QVÆSTIO XII.

QVADRIPARTITA diſtinctio adhibẽda eſt. nam & Traditio duplex fuit, vna ſollemnis ſiue ciuilis,quæ Mancipatio dicebatur: altera Naturalis:auct. Vlp.tit. Regul.19. & Rerum aliæ mobiles,aliæ immobiles ſunt. Quantum ad mancipationem, ſi mobilis res erat, non dubium eſt quin quadruplex præſentia requireretur:auctoris, mancipis, mercis, & precij: quemadmodum notum omnibus eſt ex verbis Caij Iuriſconſulti apud Boët. in Top.vbi de ſeruo exemplum profertur,Qui mancipium,inquit,accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio: íſq.mihi emtus eſt hoc ære, æneáque libra. deinde ære percutit libram: ídque æs dat ei à quo mancipium accipit, quaſi precij loco. vnde illud Varronis de ling. 4. In veteribus mãcipiis ſcriptum, Rauduſculo libram ferito. Quòd ſi fundus erat,qui tradendus eſſet, tum in rem præſentem veniri oportuiſſe arbitror: ac ſedem dicis cauſſa ponendam,in qua emtor à venditore collocaretur. arg. l.1. in princ. D.de adquir.poſſeſ. quamquam in mancipatione facienda glebam agri eodem modo adhiberi ſolitam arbitror: vt in vindiciis,de quibus teſtatur Agell.lib.20.cap.9.Ac pari ratione Imp. Conſtantinus ſtatuit,vt rei donatæ dominium in donatarium non tranſiret, niſi ſi mobilis eſſet,corporalis, eius traditio ſubſequeretur: ſi immobilis, abſceſſu donantis nouo domino pateſieret: ſic enim loquitur in l.1.C.TH.de donat. Ex quibus perſpicuũ eſt, venditiones huiuſmodi nõ niſi & præſentium rerum & præſenti pecunia fieri potuiſſe.De pecunia quidẽ,Iuſtinianus teſtatur,lege XII.tab.ſancitũ fuiſſe, ne rerum venditarum dominium niſi precio ſoluto & adnumerato transferretur,§.venditæ,31. De rer.diu. Quantum autem ad Traditionem quæ iuris gentium erat,& dominiũ non iuris Quiritium transferebat,ſed in bonis rẽ efficiebat, vt eodem loco Vlp. ſcribit,ſic habendũ eſt: ſiue res mobilis erat, ſiue immobilis, ſemper præſentia & rei & precij opus erat: ſed ea vel vera,vel ficta.Vera præſentia eſt,quæ cõtrahentium oculis ita ſubiecta eſt,vt corporalis traditio fiat.i.vt ait Theophilus, vt res de manu tradentis in manum accipientis transferatur,§.per traditionẽ,De rer.diu.quamquam tradentis aut accipientis perſonã nego-

negociorũ adminiſtratores ſuſtineãt, l.qua ratione,9.
§.4.D.de adq.rer.do.& l.1.§.pe.D.de adq.poſ.Itaq,cũ
colũnæ venderentur,quę propter magnitudinẽ pon-
deris ſine magno molimẽto moueri nõ poterãt,Vlp.
ſcribit, in rem præſentẽ ventum eſſe:& eas oculis v-
triuſque contrahentis ſubiectas fuiſſe. d.l.1.§.pen.Sic
abſenti res mobilis donari poſſe dicitur,ſi ea per nun
cium mittatur, eámque donatarius recipiat : quia
nuncius donatoris perſonam ſuſtinet. l. abſenti, 10.
D. de donat. Ficta autem rei præſentia dicitur, cùm
traditio vel cogitatione, vel nota & ſymbolo repræ-
ſentatur. Cogitatione, cùm iam antea aliam ob cauſ
ſam facta, nunc ad inſtans negociũ adcõmodatur ac
refertur:veluti,ſi cui rem commodaram,locaram, de-
poſueram, oppigneraram, ei rem eandem vendam,
aut donem. l.qua ratione, 9. §. interdum. D. de adq.
rer. dom. l.3.§.illud,4. D.de adq.poſſ. l.ſiue autem,9.
§.1.D.de public. l.ſi rem,62. de euict. & l.ſi ſeruus,21.
§.1.D.de adq.rer.domin. quod eodem modo de rebus
donatis traditur, ſi quod quis iam apud ſe habet, ſibi
habere iubeatur, l.abſenti,10.D.de donat. l.quædam,
77.D.de rei vindic. nam cauſſa poſſeſſionis donato-
rum voluntate mutatur, l.nec ambigi,6. C.de donat.
l.velles,6. C.de reuoc.donat. Nota verò repræſenta-
tur traditio, veluti,cùm claues apud horreum aut cel
lam traduntur.nam etſi neque merces,neque frumẽ-
tum, neque vinum oculis & ſenſibus ſubiiciantur,ta
men clauium traditio, imago quædam rei traditio-
nis videtur:dummodo, vt dixi,apud ipſum horreum
fiat, l. qua ratione,9. §.item ſiquis, D. de adquir. rer.
dom.l.clauibus,74. de contra.emt. Similiter inſtru-
menti traditio, id eſt eius ſcripti quo dominij aucto-
ritas teſtata eſt, traditionis rei nota eſt,l.1. C.de don.
Itémque vini deguſtatio pro totiùs dolij traditione
valet, l.1. & l.4. D. de peric. & comm. item trabium
& tignorum obſignatio, l. quod ſi,14.D.eod. Et huc
pertinet, quod de rerum incorporalium quaſi tradi-
tionibus dici ſolet, vt quia veram traditionem non
recipiunt,l.ſeruus,43.§.1.D.de adq.rer.domin.vtendi
conceſſio pro traditione valeat, l.1.D.de vſufru. l.vlt.
D.de ſeruit. Nihil autẽ huc pertinent l. eius qui,46.
& l.ſeq. D. de rei vind. vbi rei iudicio petitæ domi-
nium, de qua in litem iuratum eſt, ita demum dicì-
tur in reum ſtatim tranſire, ſi res præſens ſit : quòd ſi
abſens ſit, tum demum cùm eius poſſeſſionem reus
ex actoris voluntate adeptus erit. Primùm quoniam
etſi de eo ibi agatur, qui dolo poſſidere deſierat (cu-
ius hæc pœna eſt, vt quanti in litem iuratum eſt,da-
mnetur, l. qui reſtituere, 68. D. ill.tit.) tamen præ-
ſens res eo loco apertiſſimè dicitur, quæ in defenſo-
ris poteſtate tum erat : abſens, quæ non erat. Deinde
res illa ſiue in poteſtate rei erat, ſiue non, certum eſt
eam ab oculis litigatorum & tranſigentium remo-
tam fuiſſe. Neque tamen idcircò ſuperiori diſputa-
tioni hoc aduerſatur:quia ſi res in poteſtate aduerſa-
rij erat,iam antè dictum eſt, Repræſentationem eſſe:
ſi non erat,Paullus diſertè ſubiungit, caueri ab acto-
re ſe poſſeſſionem traditurum.Nunc conſequens eſt,
vt de pecuniæ præſentia diſſeramus. quod enim Iuſti
nianus ita ſcribit:Etſi lege xII.tab. cauetur, vt vendi-
tæ rei dominium niſi ſoluto precio non tranſeat, ta-
men rectè dici & iuregentium id effici : ſic interpre-
tor, quamuis lex xII. tab. de mancipatione & domi-
nio,quod iure Quiritiũ transfertur, ſcripta ſit, idẽ ta-
men locũ habere etiam in alienatione dominij,quod
rem in bonis iuregentium efficit:cuius iuris peruul-
gata emtio & venditio eſt, l.1.D.de contr.emt. Quod
A igitur Plato de legib. xI.ſtatuerat,ne aliter emtio vẽ-
ditióque cõtraheretur,quàm ſi præſens hinc merces,
illinc pecunia traderetur,& diſertè ſancit δέχεσθαι ἐν
τῷ παραχρῆμα τιμὴν : neque fide de precio habita con-
trahi emtionem poſſe:id non modò in xII.tab.tranſ-
latum fuit, verumetiam ad peruulgatas emtiones &
venditiones à Iuriſconſultis traductum eſt. Neque
enim iis adsẽtior, qui iure ciuili populi R.longè ali-
ter ſe rem habere tradiderunt.De vẽditione verò na-
B turali,iampridem eiuſdem Varronis teſtimonium ex
lib. de Re ruſt. 2. in xII. tab. comment. protulimus:
Grex,inquit,dominum non mutauit,niſi ſit æs adnu-
meratum.Sic pignora ex cauſſa iudicati præſenti pe-
cunia vendi oportet,non ſic,vt poſt tempus pecunia
ſoluatur,l.à diuo Pio, 15.§.ſed ſi emtor, D.de re iud.
Itémque res fiſci,l.5.D.de iu.fiſc. Quid igitur eſt,di-
cet aliquis, quod tot locis ſcribitur, quãuis precium
ſolutum non ſit,tamen ſi fideiuſſor datus,aut pignus
traditum fuerit,dominium trãsferri,atq.adeò etiamſi
C ſine vlla ſatisfactione fides emtori habita ſit? l.quod
vendendi, 19.D.de contr.emt.l.procuratoris, 5.§.ſed
ſi dedi,D.de tribut.act.§.venditæ, 31.de rer. diu. l. ex
emto, 11.D.de act.emt. Sed intelligendum eſt, Iuriſ-
cõſultorum ingeniis introductam fuiſſe præſentiam
fictam : quaſi venditor non modò præſens numera-
tum precium accepiſſet, verùm etiam iam acceptum
emtori credidiſſet. vt iam certi condictione petatur,
quaſi in creditũ venditor abierit:vt illa verba demõ-
D ſtrãt,FIDEM HABVERIMVS EMTORI. FI-
DEM EMTORIS SEQVVTVS. Nam quoties
alienam fidem ſequimur, creditũ eſt:& de rebus cre-
ditis actio competit.l.1.& paſſ.D.de reb.cred.

*An liberi in condicione poſiti,intelligantur ad heredi-
tatem vocati.*

QVÆSTIO XII.

OBSCVRA quęſtio eſt,quę vulgò in ſcho-
lis ſic effertur, An liberi in condicione po-
E ſiti,ſint poſiti in diſpoſitione.veluti,Teſta-
tor ita ſcripſit:Titius mihi heres eſto.ſi ſine
liberis moriatur,rogo eum vt meam hereditatẽ Sem-
pronio reſtituat. Titius ſuperſtites liberos reliquit.
Triplex quæſtio naſcitur,quarum hæc prima eſt: An
Sempronius,ſub cõdicione precario ſubſtitutus,pro-
pter defectum condicionis à ſubſtitutione excluda-
tur? Secunda,Si Sempronius excluſus eſt,an pater li-
beris in condicione poſitis fideicommiſſum debeat?
Tertia,Si liberis fideicommiſſum debeatur,vtrum ex
F cauſſa teſtati,an inteſtati debeatur? Quantum ad pri-
mam,video & Vlpianum & Martianum dilucidè ad-
firmare, ſubſtitutum propter defectum condicionis
excludi,l.ex facto,17.§.ex facto,D.ad Trebel.l.filiuſ-
fa.114.§.cùm erit, D.de legat.1. quod etiam ſubſtitu-
tionis reciprocata formula perſpicuè oſtendit. Nam
illius formulæ, Si ſine liberis moriatur, hereditatem
reſtituat,neceſſaria hæc eſt ἀντίστροφη, Si non ſine libe-
ris moriatur, ne reſtituat, l.inter ſocerum, 26. §. 1.
D. de pact. dotal. l. quibus diebus, 40. §. 2. D. de
G cond. & demonſtr.l.ſiquis ita, 83.l.iam dubitari, 86.
D.de hered.inſtit. Quantũ ad ſecundam,perſpicuum
eſt,nullam expreſſam teſtatoris voluntatem appare-
re de fideicommiſſo liberis heredis præſtãdo.Quam-
uis enim in fideicõmiſſis nuda teſtatoris volũtas do-
minetur,l.cũ vitũ,16.C.de fideic. tamen eã aliquibus
verbis vel declarari,vel certè ſignificari oportet:ſi mi
nus directis & ciuilibus, at certè precatiis, inflexis,

denique quibuſlibet, l. fideicommiſſa, 11. D. de legat. 3. l. vbi, 19. §. 1. D. ad Trebell. & quamuis nutu relinqui poſſe fideicommiſſum dicatur, l. & in epiſtola, 22. C. de fideic. prius tamen alterius verbis rogari teſtatorē oportet, quibus illo nutu ac ſignificatione voluntatis reſpondeat. imo is demum nutu relinquere fideicommiſſum poteſt, qui & loqui poteſt, l. nutu, 21. D. de legat. 3. at in formula, qua teſtatorē vſum fecimus, nihil de fideicommiſſo liberis illis præſtando expreſſum reperietur. quinimo ſi de directis teſtamentorū formulis ageretur, figura illa verborū, Niſi rationes reddideris, liber ne eſto, magis adimere, quā dare intelligitur, l. Titia, 59. §. vlt. D. de manumiſſ. teſt. & omnino vbi de directis formulis agitur, neque inſtitutio, neque ſubſtitutio vlla in illa verborum figura intelligi poteſt. nam per illam formulam, Si filius meus viuo me moriatur, filius inſtitutus nō cēſetur, l. Gallus, §. in omnibus, D. de lib. & poſt. l. ſiquis eum, 16. §. vlt. D. de vulg. ſubſtit. non magis quàm frater aut alius adgnatus per illam formulā, Si meam hereditatē vindicare nolit, l. ſi quis ita, 82. D. de hered. inſtit. Verū hæc non rectè ad noſtram quæſtionem adcommodantur: quoniam in fideicommiſſis multa tacitè ex præſumta teſtatorum voluntate admittuntur, quæ in directis ſubſtitutionibus nō valent, l. cùm proponebatur, 64. D. de lega. 2. Quare non obſtat l. Lucius, 85. D. de hered. inſtit. vbi cùm teſtator ita ſcripſiſſet, Titius frater meus heres eſto: ſi Titius prius quàm hereditatem meam adeat, ſine liberis deceſſerit, ille heres eſto: Scæuola reſpondet, conſilium teſtatoris hoc fuiſſe, vt non modò fratrem, verùm etiam ipſius liberos ſubſtituto præferret. Non enim idcirco Scæuola concedit, fratris liberos heredes ſubſtitutos eſſe: alioqui duos ſubſtitutionū gradus teſtator feciſſet: à quo vnicum dumtaxat gradum factum, manifeſtò cōſtat. ſed hoc ſignificat, fratris liberos ab inteſtato ſui patrui hereditatem vindicaturos: vt in l. ſi quis ita, 82. D. eod. denique vbi de directis teſtatorum diſpoſitionibus agitur, nihil tacitum, nihil niſi ex formula expreſſum admittitur. Sed non idcirco induci argumentum ad quæſtionem noſtram poterit: quoniam, vt iam antè dictum eſt, diſſimillima ſunt iura directę & precariæ ſubſtitutionis: cùm in illa nihil, niſi nominatim expreſſum admittatur: in hac præſumta teſtatoris voluntas admittatur. Itaque, vt iam ad tertiā quæſtionem accedamus, neceſſariam eſſe diſtinctionem arbitror, vtrum teſtator ſuos liberos, aut extraneos heredes fecerit. nam priore caſu, non dubitarem nepotes ex præſumta voluntate aui tacitè ſubſtitutos intelligi: propter auctoritatem Papiniani, quæ etſi iure antiquo non valuit, tamen ab Imperatore confirmata nouum hoc ius induxit. Nam Papin. in l. cum auus, 102. D. de condic. & demonſtr. ſtatuit, vt etiamſi auus in fideicommiſſaria ſubſtitutione condicionem illam non expreſſerit, ſed ſimpliciter ita ſcripſerit, Filius meus heres eſto: Rogo te, fili, vt meam hereditatem Titio reſtituas: tamen propter pietatis coniecturam tacitè videri condicionem illam ineſſe, & pro expreſſa haberi. quaſi nepotes ſuos etiam non nominatos per fideicommiſſum ſubſtituto prætulerit. Quam Papiniani ſententiam laudat, vt dixi, & confirmat Imperator in l. cùm acutiſſimi, 30. C. de fideic. & rurſus in l. 6. C. de inſtit. & ſubſtit. quibus omnibus in locis attentè obſeruandum eſt, ius illud dumtaxat de liberorū perſona cōſtitui. Quòd ſi condicione illa tacita nepotes tamen vocati ad fideicōmiſſum intelliguntur, quanto magis vbi expreſſa eſt? cum (vt dici vulgò ſolet) expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, inanis eſſe non debeat, ſed aliquid eò amplius valeat atque operetur, l. ſi ita legatum, 65. §. 1. D. de legat. 1. l. inter ſocerum, 26. §. cùm inter, D. de pact. dotal. Quò etiam illud argumentum pertinet, quòd in patris voluntate æſtimāda maior pietatis, quàm verborum ratio habetur. adeò, vt quāuis verba fideicōmiſſi ceſſent, tamen ex coniectura patris animus & voluntas paterna æſtimentur, l. vnum ex familia, 67. §. vlt. D. de legat. 2. l. Titius, 25. §. 1. D. de lib. & poſtum. l. tale pactum, 40. §. vltim. D. de pact. denique valere coniecturam de propenſa voluntate parentum erga liberos, patet ex l. vlt. C. commun. vtr. iudic. itémque ex l. 3. C. de inoff. querel. l. nam etſi, 15. D. eod. l. de emancipatis, 13. §. cum enim, C. de legit. hered. Nihil autem huc pertinet quod ſuperius protulimus ex l. 114. §. cum erit, D. de legat. 1. & l. 17. §. 3. D. ad Trebell. quia valent quidem illæ Iuriſconſultorum ſententiæ ad Sempronium excludendum, ſed non ad heredis inſtituti liberos admittendos. neque in illis vlla huius rei mentio interponitur: quamuis in d. §. 3. propoſita quæſtio ſit de filio à matre inſtituto. ſin autem extraneus ſit inſtitutus, tùm quia non eſt Iuriſcōſultorum, omiſſos in legibus caſus ſupplere, l. commodiſſimè, 10. D. de lib. & poſtum. ſanè quod & Papin. & Imp. tam diſertè ac præcisè de liberorum perſona cōſtituerunt, audacius videretur, etiam in extraneos producere. cùm ſatis conſtet, legum præſcripta intra ſuos terminos & circumſtantias coërcenda eſſe, l. quod dictum eſt, 32. D. de pact. l. proſpexit, 12. D. qui & à quib. manum.

Inter duorum fratrum liberos, vtrum patrui hereditas in ſtirpes, an in capita diuidenda ſit.

QVÆSTIO XIIII.

CAVSSÆ conſtitutio hæc eſt: Si tres fratres fuerint, Primus, Secundus, Tertius; quorū Primus vno filio relicto deceſſerit: Secundus, duob. vtrū hereditas Tertij (quæ ccc. puta aureorum eſt) in duas tantùm partes diuidenda ſit, vt Primi filius, cl. reliqui duo ſimul tantumdem auferant: an verò in tres, vt ſinguli cētenos obtineāt. Diuiſæ Doctorum ſententiæ fuerunt, cùm alij in capita & viriles portiones partiendam hereditatē contenderent, alij in ſtirpes. Horum autē argumenta ferè hæc reperio. Primum eſt ex Nou. 118. (ſiue Auth. ceſſante, & ſeqq. C. de legit. her.) vbi Iuſtinianus ſtatuit, vt fratris liberi, patruum defuncti, cuius de hereditate agitur, excludant: quamuis pari omnes, hoc eſt, tertio gradu diſtent. Ex quo intelligitur, Succeſſionem ſiue Repræſentationem illis concedi: hoc eſt, quamuis tertio gradu ſint, tamen vt patrem ſuum repræſentent, fingi in ipſius locum adſcendere, ac ſecundū gradum obtinere. Succeſſio autem ius diuiſionis in ſtirpes peperit, §. cùm filius, 6. de her. quæ ab inteſt. quare cùm in fratrum liberis repræſentatio ſit, conſentaneum videtur, diuiſionē in ſtirpes iis concedendam eſſe. Secundum argumentū eſt ex eadem Nouella, vbi conſtitutum eſt, vt ſucceſſio in capita poſt fratres demū, & fratrum liberos admittatur. Ex quo effici diſputant, quamdiu vel fratres, vel fratrū liberi exſtabunt, non in capita, ſed in ſtirpes ſuccedi. Tertium eſt (vt noui diſputatoris verbis vtamur) quòd cùm idem Imperator conſtituerit filios fratris, & non vlteriores in parentis locum ſuccedere, neceſſariò etiam illud

illud conſtituiſſe videtur, vt in ſtirpes hereditatem diuiderent: cùm effectus repræſentationis hic ſit, vt diuiſionem in ſtirpes inducat. Itaque d. Nouel. §. reliquum, ſcriptum ita eſt: Et quotcumque tandem fuerint, tam magnam ex hereditate portionem capiant, quantam percepturus fuiſſet pater eorum, ſi ſuperuixiſſet. Quinetiam ſcriptor d. Auth. ceſſante, Vocantur, inquit, primò fratres, fratrúmque filij in ſtirpes. Quartum, Bartholi inuentũ eſt, quòd ſi fratrum iſtorum liberi in capita ſuccederent, ea cõſequeretur abſurditas, vt eiuſdem hominis hereditas modò in ſtirpes, modò in capita diuideretur. nam ſi quattuor eſſent fratres, primus vno relicto filio, alter duobus, tertius ſine liberis deceſſiſſet, iure illius eiuſdẽ Nouellæ hereditas tertij in tres tantùm partes, ac proinde, vt Bartholus loquitur, in ſtirpes diuideretur. quòd ſi mutato caſu dicamus, quartum fratrem vno pluribúſque liberis relictis deceſſiſſe, & tum hereditatem tertij in capita diuidendam eſſe: eiuſdem hereditas primo caſu in ſtirpes: altero verò in capita diuideretur. Hæc cùm ita ſint, contrariam tamen ſententiam probabiliorem eſſe arbitror. Primùm quia conſtat iuris antiqui rationem, per mille amplius annos, vſque ad d. Nou. 118. hanc fuiſſe, vt in hac quæſtione hereditas non in ſtirpes, ſed in capita diuideretur. nam cùm diuiſio in ſtirpes, non, niſi vbi ſucceſſio eſt, locũ habeat, relinquitur, cùm lex XII. tab. nullam in adgnatis ſucceſſionem inſtituerit, hereditatem inter eos diuidi in ſtirpes non poſſe. Itaque ſiue frater, & fratris mortui filius exſtarent, ad tertij fratris hereditatem ſolus frater ſuperſtes illo iure antiquo admittebatur, l. 3. C. de legit. hered. l. 3. §. ſi duo, in fin. D. de legit. tut. ſiue tres fratres eſſent, vnus ex his filium, alter duos reliquiſſet, hereditas tertij in tres partes, id eſt in capita, inter iſtos patrueles diuidebatur, l. 2. §. 1. D. de ſu. & leg. Item apud Vlp. tit. Reg. 26. §. adgnatorum: & apud Iuſtinian. §. hoc etiam, in fin. de legit. adgnat. ſucceſſ. vbi hoc idem Theophilus in eandem ſententiam interpretatur. Fratrum autem defunctorum liberos, nõ in parentum ſuorum locum ſucceſſiſſe, vel hinc perſpici poteſt: primùm quòd ſi patruum aliquem ſuperſtitem haberent, excludebantur: vt modò dictum eſt ex d. l. 3. C. de legit. her. deinde quia frater, quamuis fratri per fratrẽ ſit adgnatus, ac proinde ad fratris hereditatem per intermediam patris perſonam quodammodo peruenire videatur, ſuo tamen & proprio ſuę perſonę iure, non quia patris in locum ſucceſſit, hereditatem obtinet. pater enim iure antiquo liberis, niſi contracta fiducia, non ſuccedebat, §. vlt. de legit. adgn. tut. Quæ cùm ita ſe habeant, neceſſe eſt, eos qui contrariam ſententiam tuentur, fateri ſe niſi nouo Iuſtiniani iure adiuuari non poſſe. hoc eſt, d. Nou. 118. vbi quia ius repræſentationis in fratrũ liberis permiſſum eſt, idcircò diſputant, etiam ius diuiſionis in ſtirpes admiſſum eſſe. Sed videamus ne lõgè alia Iuſtinianici iuris ratio fuerit: primùm quia tum demum diuiſioni in ſtirpes locus eſt, cùm ad eos hereditas defertur, qui è defuncti ſtirpe, id eſt ſobole ac progenie ſunt. veluti cùm aui hereditas ad eius nepotes aut pronepotes defertur, §. cùm filius, 6. de her. quæ ab int. Itaq;, In ſtirpes & Ex ſtirpibus ſuccedere, idẽ ſunt, l. 2. C. de ſuis & leg. Quare cùm fratris filij ex patrui ſtirpe ac progenie non ſint, abſurdũ eſt heredi tatem eius dici poſſe in ſtirpes diuidi. neq; in tota illa Nou. 118. aut Nou. 127. vſquam reperietur, Iuſtinianũ illa loquutionis abſurditate abuſum eſſe: & ſiquis vel Irnerius, vel Irnerij ſimilis, in cõcipiendo Auth.

A ceſſante, abſurditate illa eſt vſus, imperitè illũ & inconcinnè (vt ſæpe aliàs) loquutum eſſe contendo. Secundum argumentum eſt, quia ius nouum à Iuſtin. contra vetuſtiſſimi & perpetui iuris rationem certis in perſonis introductum, earum perſonarum finibus coërcendum ac reſtringendum eſt. quod non modò fieri diſertè iubet, verùm etiam nominatim Priuilegium adpellat: hoc eſt, perſonale beneficium, quod perſonas, quarum proprium eſt, non egreditur, l. 1. D.
B de conſtit. Princ. Τὸ δὲ τοιοῦτον προνόμιον, inquit, ἐν ταύτῃ τῇ τάξει τῆς συγγενείας μόνοις παρέχομεν τοῖς τῶν ἀδελφῶν ἀρρένων ἢ θηλειῶν υἱοῖς, ἢ θυγατράσιν, ἵνα εἰς τὰ τῶν ἰδίων γονέων δίκαια ὑπεισέλθωσιν· οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ παντελῶς προσώπῳ ἐκ ταύτης τῆς τάξεως ἐρχομένῳ τοῦτο τὸ δίκαιον συγχωροῦμεν. id eſt, Huiuſmodi autem priuilegium in hoc cognationis ordine ſolis concedimus fratrum aut ſororum filiis, aut filiab. vt in parentum ſuorum iura ſuccedant: nulli autem omnino alij perſonæ per hunc ordinem venienti ius iſtud concedimus. Et
C paulo pòſt: Ὁπότε τοίνυν τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς παισὶ τοιοῦτο προνόμιον δεδώκαμεν, ἵνα τὸν τῶν γονέων ὑπεισιόντες τόπον, μόνοι τρίτου ὄντες βαθμοῦ, μετὰ τῶν ἐκ πρώτου καὶ δευτέρου βαθμοῦ, πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦνται. id eſt; Cùm igitur fratris & ſororis liberis iſtiuſmodi priuilegium dederimus, vt in parentum locum ſubeuntes, ſoli quamuis tertio gradu ſint, tamen cum iis qui primo ac ſecundo gradu ſunt, ad hereditatem vocentur. Primum autem gradum dixit pro, Proximum, & quem nullus eo caſu antecedit. Cùm igitur
D perſpicuum ſit, Iuſtinianum non ſimpliciter, omnino, & indefinitè fratrum filiis beneficium illud conceſſiſſe, vt in ſucceſſione patres ſuos repræſentent, & vnà cum patruis in ſtirpes ſuccedant, ſed præciſè, reſtrictè, ac definitè, tum demum cùm defuncti frater exſtat, qui cum iis concurrat: cauendum eſt ne fines nobis ab illo circũſcriptos migremus. Conſtat enim nouas conſtitutiones ſtrictè accipiendas eſſe, ne ſuos terminos excedant: atque vbi de veteris iuris abrogatione non cõſtat, ei ſtandum eſſe. vulg. l. præcipimus,
E C. de adpell. vt multo conſultius eſſe videatur, veteris iuris certam & exploratam auctoritatẽ ſequi, quàm audaces coniecturas & interpretationes contra legiſlatoris verba & mentem comminiſci. Tertium enim argumentum, quod Iuſtiniani mentem aperiet, eſt eiuſmodi, quòd quæ ratio illum mouit, vt quam minimum ei adimeret, qui totum habiturus iure antiquo fuerat, nimirum fratri ſuperſtiti: ea ratio locum in iſtis patruelibus non habet, quibus idem illud ius antiquum hereditatem ſimiliter in capita di-
F ſtribuebat. Quartum eſt, quia quæ benignitatis ratio eundem ad iſtud ius nouum inſtituendum adduxit: nimirum vt pars hereditatis aliqua miſeris propinquis concederetur, qui antea nullam habebant: ea ratio locum in hac ſpecie non habet. nam antiquo, immutabili, ac perpetuo iure proſpectum illis fuerat, aditúſque ad patrui hereditatem æquè vt aliis patebat. Quemadmodũ autem vbi eadem ratio eſt, ibi ius idẽ ſtatuendum eſt, l. vlt. C. ad leg. Falc. ita vbi legis ratio locum non habet, eò lex producenda non eſt, l. ex fa-
G cto, 43. D. de vul. & pup. l. in omni, 13. D. de adopt. Quintum eſt, quòd cùm Imp. toties in illa Nouella profiteatur, ſe ius hereditatũ velle ad naturalis æquitatis rationem reuocare: contrà hoc loco facere videretur, & ſubtilitatem potius ac fictionem ſequi, quàm naturam imitari: quę perſpicuè ſuadet, vt hereditas inter eos qui pari gradu diſcrepãt, pariter ęquabiliterque diſtribuatur, l. 2. §. hereditas, D. de ſuis

& legit. Sextum eſt, quòd veteris iſtius iuris ratione nulla poſterius defuncti fratris liberis iniuria infertur:propterea quòd æquè accidere poteſt, vt plures liberos relinquat, ac prius defunctus. vbi autem fortuiti caſus par in vtramque partem ratio eſt, neuter lædi videtur,l.ſi patet,12.C.de inoff.teſt. Eámque ſententiam video Harmenopulo probatam eſſe, lib. 5. tit.8.& in Germanicis comitiis & Gallicis parlamentis adprobatam.Tribus autem ſuperioribus argumẽtis facillimum eſt vna reſponſione ſatisfacere. nam cùm ex vna illa Nouella ducta ſint, reſpondendum eſt,non ſi Iuſtinianus certis in caſibus & perſonis adgnatorum repræſentationem permiſit, idcircò in omnibus permiſiſſe. quinimò ex contrario argumentari licebit, quoniã certis tantùm ac definitis in perſonis id permiſit, in ceteris omnib. veteris iuris prohibitionem reliquiſſe,arg.l.cùm Prętor,10.D.de iud. l.ex eo,18. D. de teſt. idque ipſe apertè ac dilucidè iis quæ ſuperiùs protulimus locis teſtatus eſt.Quantũ igitur ad primũ argumentũ, fratris quidem filium patruo ad alterius patrui hereditatẽ prætulit, quamuis pari gradu ſit:quoniam procliuius atq; facilius illi viſum eſt,hereditatẽ deſcendere, quàm adſcẽdere.Quãtum ad ſecundum, ſimiliter ſpecialis lex fuit, vt poſt fratris liberos in capita ſuccederetur:non vſquequaque & indefinitè, ſed tum demum cùm vnà cum patruis concurrerent. Quantũ ad tertium, diximus hoc priuilegium,perſonaléque beneficium eſſe,ac nominatim ad eum vnum caſum pertinere, quo frater defuncti qui ſecundo gradu eſt,cum alterius defuncti fratris liberis, qui tertio gradu ſunt, contendit. noſtram autem quæſtionem ad eum caſum pertinere, quo patrueles inter ſe cõtendunt:qui omnes pari gradu ſunt,totidémque gradibus à defuncto diſiũcti ſũt. Quare cùm Iuſtinianus certis tantũ in perſonis à iure communi receſſerit, quibus in caſibus nõ receſſit, ius cõmune retinendum eſſe.l.quod contra,141.D.de reg.iur.l.ſi ita ſcriptum,16.D.de manum.teſt. Quantum autẽ ad quartum , primùm iam antè dictum eſt, Adgnatorum hereditates numquam in ſtirpes diuidi: deinde ſi maximè diuiderentur,tamen negandum eſt abſurdum eſſe,vnius eiuſdémque hominis hereditatẽ variè pro caſuum & perſonarũ varietate diuidi: hoc eſt modò in ſtirpes, modò in capita. Nã etiã antiquo & perpetuo iure cuius hominis hereditas,ſi ex duob. filiis nepotes ſuccedebant,in ſtirpes diuidebatur:eiuſdem hereditas, ſi fratrum filij,& (vt vulgus loquitur) ex fratrib.nepotes ſuccedebãt, in capita diuidebatur. l.1. D. de ſuis & legi.l.Papin.8.§. quoniam, D.de inoff.teſt.Sed bene habet. Cùm hæc ſuperiorib. annis ſcripſiſſemus,ac ſępe diſputaſſemus,ecce nobis Fragmenta ex lib.Inſtit.Caij,ſingulari P. Pithœi eruditiſſimi viri beneficio in lucem prodierunt:in quib. tit. 16.caput hoc exſtat,quo diſputatio illa noſtra planiſſimè confirmatur. Quòd ſi defuncti nullus frater exſtet,ſed ſint liberi fratrum,ad omnes quidem hereditas pertinet. ſed quæſitum eſt, ſi diſpari numero ſint, fortè nati ex vno, vnus vel duo, & ex altero, tres aut quattuor, vtrum in ſtirpes diuidẽda ſit hereditas, ſicut inter ſuos heredes iuris eſt, an potius in capita.Iãdudũ autem placuit, in capita diuidendã hereditatẽ. Itaq; quotquot erunt ab vtraq; parte perſonæ, in tot portiones fuerunt. vbi fortaſſe legendum eſt, Tot portiones erunt.Quinetiam paulo pòſt caput hoc ex Paul.Iuriſc.ſubiungitur,Si duorũ fratrum ſint liberi, non in ſtirpes, ſed in capita hereditas diſtribuitur,ſc. vt ꝓ numero ſingulorũ viriũ diſtribuatur hereditas.

A vbi non dubito, quin reſtituendum ſit MARIVM, vt fœminas excludat: quemadmodum capite inſequenti oſtenditur.

An alterius generis numos,quàm cuius crediti ſunt,vel exigere,vel ſoluere liceat.

QVÆSTIO XV.

AD HVIVS quæſtionis explicationem primùm illa regula pro præmunitione adhi- B benda eſt,Regulariter neque creditorem aliud pro alio accipere, neque debitorẽ ſoluere compelli.l.2.§.1.D.ſi cert.pet.l.cum à quo, 16.& l.ſeq.C.de ſolut.l.ſed addes,19.§.ſi dominus, D.locat. Tum illa, In obligatione numorum neque qualitatis,neque numeri, ſed ſolius poteſtatis rationem duci.Qualitas autem primùm in materia,deinde in forma publica conſiſtit. Poteſtatem autem adpellamus, precium,ſiue,vt dici vulgò ſolet,valorem ei iure pu- C blico adtributum:ſicuti cùm aureæ, vel argenteæ,vel æreæ, vel etiam ferreæ, atque adeò coriaceæ laminæ certa poteſtas publica auctoritate adtribuitur. Quãquam Quantitatis nomine plerumque Iuriſconſulti vtuntur, velut in l.ſi is cui, 94.D.de ſolut. l. quæ extrinſecus, 65.D.de verb.oblig.l.1.D.de contr.emt. Atque vt paulo copioſius de re ad cognoſcendum præclara diſſeramus, intelligendum eſt Numos, non ex materia, ſed ex hominum inſtituto, & publica lege æſtimari: ac propterea non modò ex auro & argen- D to,verumetiam ex plumbo, atque adeò ex corio cudi interdum ſolere.Cæſar lib.5. Vtuntur autem ære,aut laminis ferreis ad certum põdus examinatis pro numo. Sic enim locum illum emendauimus. Seneca lib.de benef.5.c.14. Æs alienũ,inquit,habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percuſſum: quale apud Lacedæmonios fuit: quod vſum numeratæ pecuniæ præſtat.In quam ſententiam exſtat hiſtoria Pandolphi Collenucij & Antonini E Florentini Chron.an.1240. Nam cùm Imp. Fridericus II. propter exhauſtam diuturnitate Italici belli pecuniam, coriaceam monetam cudi iuſſit, precium ei,ſiue,vt vulgò loquimur,valorem aurei Auguſtalis impoſuit: ſtatuítque vt eo precio ab omnibus in emendo vendendóque ſumeretur: ſimúlque per præconem edici imperauit,bello finito qui hanc monetam ad Cameram Imperialem referret, aureũ Auguſtalem recepturum. quod cùm ab ipſo bona fide pręſtitum fuiſſet, documentum , inquit Pandolphus, apertiſſimum præbuit,valorem & precium monetæ, F non materia,ſed hominum inſtituto & conuentione æſtimari. quod idem in Addit. ad Chron. Abb. Vrſperg.relatum eſt.& apud Naucler.Generat.42.Quinetiam Helmodus Chron. cap. 395. Apud Ranos,inquit, non habetur moneta, nec eſt in comparandis rebus conſuetudo numorum: ſed quidquid in foro mercari volueris,panno lineo cõparabis.Perſpicuum eſt igitur,Numi eandem quam Chirographi rationẽ eſſe. non enim chirographum ex materia, id eſt, tabulis,cera, membranave,ſed ex iure & poteſtate ęſti- G matur:vt cùm pignori chirographum traditur in l.ſi conuenerit, 18. De pign.act.aut cùm debitori redditur:l.2.D.de pact.aut mortis cauſſa donatur, l. mortis cauſſa,18.§.Titia,De mort.cauſ.don.aut cùm debitori legatur: l.3.§.1.De lib.leg.l.qui chirographum, 19. De legat.3.l.ſeruum,44.§.cum qui,de legat.1. Atque ob eam cauſſam argutiſſimè diſputatum eſt à Iuriſconſultis,in pecunia non corpus,ſed poteſtatem ſpectari:

ctari:

ctari:quinetiam numos non inter res corporales, ſed
inter incorporales numerari, l.quiſquis,95. de leg.3.
l.planè,34. §.2. D.de leg.1. l. ſi is cui,94. D. de ſolu.l.
Lucius, 24. D.depoſ. l. ſed & ſi,10. D.de acceptil. l.ſi
pœnæ,19. §.ſi falſo, l.qui heredis,46. D. de cond.in-
deb.l.vlt. D.de adimend.leg. l.5.de impenſ. l.ſi heres,
68. ad Treb. quemadmodum in teſſera frumentaria
dicimus,non corpus, ſed quantitatem ſpectari, l.Ti-
tia,87.de leg.2. Non enim ob corpus,aut pondus,aut
imaginem inſculptam numus repertus eſt: ſed ele-
cta materia eſt,inquit Paullus,cuius publica æſtima-
tio difficultatibus permutationum æqualitate quan-
titatis ſubueniret, l.1. D.de contrah.emt. quibus ver-
bis ἰσοδυναμίαν Vlpianus ſignificat, quam partitio-
nem fortaſſe nō incommodè dicere poſſemus. Nunc
vt ad inſtitutum reuertamur, & ſuperioris noſtræ
præmunitionis vſum aliquem oſtendamus, primùm
inſignis doctrina exſtat in l. quæ extrinſecus, 65.D.
de verbor.obligat. vbi nihil obeſſe ſtipulationi dici-
tur, ſi in adpellatione rei varietur: veluti, inquit, ſi
ſtipulanti denarios, erant autem argentei, tu eiuſ-
dem quantitatis aureos ſpondeas, obligaris. Qui-
bus ex verbis intelligitur, cùm dicimus, Aureum,
vel vigintiquinque denarios, vel centum ſeſtertios,
quanti videlicet Aureū fuiſſe conſtat,non plures res,
& alias atque alias numerari: ſed vnam eandémque
rem:nimirum valorem ſiue poteſtatem pluribus no-
minibus adpellari. ac proinde cùm quis aureum de-
bet,non præcisè corpus eiuſmodi aliquod debere,ſed
potius ipſius valorem: & ſiquis pro aureo vel xxv.
denarios,vel C. ſeſtertios reddat, non aliud pro alio,
ſed eandem rem reddere. Itaq; Imp.in l.vn.C.de coll.
ær.& l.vn.C.de arg.prec.qu.theſ.ſtatuit, vt in publi-
cis collationibus liceat, pro xx.æris libris,vnum auri
ſolidum: pro ſingulis argenti; quinos æreos inferre.
In eámque ſententiam Liuius lib.38.Pro argento,in-
quit,ſi aurum dare mallent,darent, cōuenit:dum pro
argenteis decem,aureus vnus valeret.Denique pecu-
niæ in ſolutionibus permutarę paſſim exempla vide-
mus:iſque Collybus dicebatur. vt in Ora.pro Quin-
ctio, vbi P. Scapula C.Quinctio pecuniā crediderat,
numis ſcilicet Gallicis:quā Quinctius Romæ & Ro
manis numis curare debebat. Cùm autem de eo col-
lybo ſatis inter ipſos conuenire non poſſet, ſumtus
C.Aquilius eius cōtrouerſiæ arbiter fuerat,qui Quæ-
ſtores vrb. talium permutationum peritos in conſi-
lium adhibuit.Hoc eò per te agebatur(inquit Cic.A-
quilium alloquens) quòd propter ærariam rationem
non ſatis erat in tabulis inſpexiſſe, quantum debere-
tur,niſi à Quæſtoribus quæſiſſes, quantum ſoluere-
tur. Decidis ſtatuíſque tu propter neceſſitudinē quæ
tibi cum Scapulis eſt,quid iis ad denariū,id eſt,Roma
na pecunia, ſolueretur. Similiter Paullus in l.credi-
torem,99. D. de ſolut. Creditorem (ſic enim legen-
dum eſſe cùm ex vulgatis libris, tum ex re ipſa intel-
ligitur) non eſſe cogendum in aliam formam numos
accipere, ſi ex ea re damnum aliquod paſſurus ſit. Ex
quo ratiocinari licet, ſi vbi creditor damnum non
patitur, nulla planè formæ ratio habetur: primùm
obligationē pecuniæ non in forma ſigni publici cō-
ſiſtere,ſed potius in valore ac poteſtate.Deinde figu-
ram illam,non eſſe verè ac propriè formam numi eſ-
ſentialem,quæ,vt vulgò loquimur,dat eſſe rei,& per
quam numus eſt,id quod eſt:ſed formā numi eſſe au-
ctoritatem publicam,id eſt valorē & poteſtatē ei pu-
blica lege impoſitam:quia numus non natura,ſed le-
ge cenſetur:vt Ariſt.Ethic.v. ſcribit, καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα

A ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλ-
λειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Hinc illud Senecæ de benef.6.Cū
dicimus beneficiū illi reddi, non hoc dicimus, illud
nos quod accepimus,reddidiſſe:ſed aliud pro alio red
dere.Eſt enim rem pro re dare.quidni? cùm omnis ſo
lutio non idem reddat,ſed tantumdem.nam & pecu-
niam dicimur reddidiſſe,quamuis numerauimus pro
argento aureos.Conſtat igitur,cùm is qui C.H-S.pro
aureo reddit,non aliud pro alio,ſed aureū ipſum red-
B dere intelligatur:licere debitori,vel argenteos pro au
reis, vel aureos pro argenteis ſoluere: dummodò ni-
hil creditoris interſit.Intereſſe autem nō ex adfectio-
ne,ſed ex rei familiaris detrimento æſtimari,l.3.D.de
dam.infect. quamquam in minutulis numis ſoluen-
dis,Pariſienſi Arreſto non adſentior,quo Pet.Rebuf-
fus teſtatur decretum fuiſſe, vt pro numis aureis li-
ceat etiam duplos, vt ipſe loquitur, & liardos ſolue-
re. quaſi verò non interdum plurimi,vel ad geſtatio-
nem,vel ad alia commoda interſit,l.4.§.melior,D.de
C in diem addict.Verùm hæc quidē ita ſe habent.Nunc
alia quęſtio exoritur: Numorum poteſtate mutata,
vtrum eadem ſpecies quæ credita eſt, an verò æſti-
matio debeatur. Ego diſtinctionem adhibendam ar-
bitror: vtrum in ipſa numorum qualitate aut nu-
mero, an verò in poteſtate & valore mutatio conti-
gerit.Qualitatem intelligimus in materia, vt ſuprà
diximus: veluti ſi Scutati qui olim in Gallia obry-
zati cudebantur, poſteà minus puro ex auro per-
cutiantur: vel Capitati (quos Teſtones vulgò adpel-
D lant) qui argentei olim erant, poſteà mixto ex ar-
gento feriantur. Poteſtatis autem mutationem in-
telligimus, veluti quæ frequentiſſimè in Gallia con-
tingit: vt cùm aureus ſcutatus qui ſuperioribus an-
nis erat tantùm aſſiculorum L. nunc pro LX. impen-
ditur. De quantitate & pondere ſimiliter Plin.lib.33.
cap.3.teſtatur,aſſes primùm liberales fuiſſe, poſt ſex-
tantarios:tum deinde vnciales: poſtremò ſemuncia-
les.Et de poteſtate Voluſius Mætianus ſcribit, Seſter-
tium cùm ab initio duorum aſſium & ſemis eſſet, vn
E de nomen reperit:pòſt ad quattuor aſſes excreuiſſe.I-
tem Denariū cùm initio x.aſſium eſſet, pòſt ad xvi.
adauctum eſſe. Neque obſtat quod ſcribitur in l.3.
D. de eo quod cert. lōc. l.1. D.de contr.emt. l.3.D.de
in lit.iur. vnam eandem ac perpetuam numorum po
teſtatem vbique fuiſſe. Id enim intelligendum eſt de
ea poteſtate,quæ lege lata impoſita,deinceps poſt le-
gem latam vbique ſeruabatur. neque olim niſi rariſ-
ſimè,ac ne ſingulis quidem ſeculis mutabatur. Ergo
quantum ad qualitatis, aut quantitatis mutationem
F attinet,hoc iuris eſſe arbitror,vt qui aureū non obry-
zatum pro obryzato reddit (ſi modò ille publica lege
probatus ſit) non aliud pro alio reddidiſſe videatur:
contra l.2.D.ſi cert.petat. ſed planè eundem pro eo-
dem.quoniam, vt ſuprà probatum eſt, in numis non
qualitatis, ſed ſolius poteſtatis ac valoris ratio duci-
tur. Tanti enim iam eſt non obryzatus, publica lege
probatus,quanti olim obryzatus fuit: tantum deni-
que mercis pro vulgari dabitur,quantū olim pro ob-
ryzato dabatur.Eiúſque rei argumentum exſtat apud
G Plin.lib.33.cap.3. vbi ſcribit, Bello Punico 1.cùm im-
penſis Reſp. non ſufficeret, libræ pondus æris immi-
nutum, conſtitutúmque vt aſſes ſextantario pondere
ferirentur.ita quinque partes,inquit, factæ lucri:diſ-
ſolutúmq; æs alienū. Quinetiā C.Manlius apud Sal-
luſt.in Catil.Sæpè,inquit,maiores veſtri miſerti ple-
bis R.decretis ſuis inopię eius opitulati sūt. ac nouiſ
ſimè, memoria noſtra, propter magnitudinem æris

alieni,volentibus omnibus bonis, argentum ære ſolutum eſt.Quãtum autem ad poteſtatis mutationem, aliud eſſe iuris exiſtimarem : quoniã,vt ſuperius docuimus,qui olim aureum credebat,aut debebat, non tam ſpeciem ipſam numi, quàm valorem, id eſt centũ ſeſtertios, credere, vel debere intelligebatur.l.quæ extrinſecus, 65. de verb.obl.ac proinde ſiue precium decreuerit, debitorem tot aureos dumtaxat reddentem quot acceperat, minus quàm acceperat reddere intelligi:ſiue precium creuerit, petitorem tot aureos petentem,quot crediderat,plus quàm crediderit, petere.Eiúſque reciprocationis argumentũ eſt primum par eadémque contrariorum poteſtas. l. ſi ex toto, 8. de leg.1.deinde peruulgata iuris Regula, Secundum naturam eſſe,cõmoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.Æquè autem adcretionis cõmodum, vt decretionis incommodum,& ad debitorem & ad creditorem pertinere, argumento eſt obligatio frugum,vini,olei,frumenti:de qua in l. vinum, 22.D.ſi cert.pet.l.vltim.D.de cond.trit.l. quoties, 59. D. de verb. oblig. Vbi autem fortuiti euentus neutram in partem ratio ducitur,neuter lædi videtur.l. ſi pater,12.C.de inoff.l.de fideicommiſſo, 11.C.de tranſ. Tertium argumentum ex l.2.C.de vet.num. pot. vbi Imp.ſtatuit, vt pro imminutione quæ in æſtimatione ſolidi fortè tractatur, omnium quoque ſpecierum precia decreſcant. Qua in lege nomen Specierum non de rebus cuiuſuis generis, ſed potius de ſpeciebus monetæ & pecuniæ accipiendum arbitror:vt vnà cum aureo gradatim omnes reliquæ monetę pro rata cuiuſque portione decreſcant. Verùm hæc quidem ita ſe habent, vbi mora per debitorem aut creditorem commiſſa nulla eſt. nam vbi mora interuenit, omnis vtilitas reſtituenda eſt.l.ſi ſterilis, 21. §. 3. D.de act.emt. vel ſi dies in creditoris fauorem adiecta ſit.l.ſi ita relictum, 43.§.Pegaſus,l.cùm pater,77. §.creatoris,de leg.2.l.eum qui, 16.D.de ann.legat.l.3. §.cùm Pollidius,D.de vſur.

In lite frugum debitarum per Iudicem æſtimanda, quæ ratio tenenda ſit: id eſt, cuius temporis, aut loci precium ſpectari oporteat.

QVÆSTIO XVI.

SVPERIORI quæſtioni finitima hæc eſt: ad cuius explicationem ſex regulæ iuris adhibendæ ſunt: quarum hæc prima eſt, Frugum precia pro temporum & locorũ varietate plerumque variari.l.3.D. de eo quod cert. loc. l.precia,63.§.vltim.D.ad leg.Falcid.Altera eſt huiuſmodi, Neque creditor aliud pro alio accipere, neque debitor ſoluere cogitur, niſi inter ipſos conuenerit: veluti pecuniam pro frumento,vel vino,vel oleo.l.2. D.de reb.cred.l.ſed addes, 19.§. ſi dominus, D. locat. aliud enim precium eſt, aliud merx. l.ſi ita, 42. D. de fideiuſſ.l.eo quod,10.C.ſi cert.pet.l.eum à quo, 16.& l.ſeq. C. de ſolut.niſi officio Iudicis iuſta & probabilis cauſſa videatur.l.ſi domus, 71.§.qui confitetur, de leg.1.l.poſſeſſionum, C.comm.vtr.iud.l. nõ dubium, 14.in fin.de leg.3.l.cùm alienã,C.eod. Tertia eſt huiuſmodi,Vbi mora commiſſa non eſt,& res conſtituto loco petitur, qui fruges debet, ſi qualitas adiecta non ſit,quaſlibet dando,id eſt etiam viliſſimas, liberatur.l.ſi is qui, 50.§.1.l.qui fideiuſſorem, 52.D.mandat.l.4.D.de tritic.vin ol. Quarta hæc eſt, Vbi mora per debitorem commiſſa eſt, tum omnem frugum v-

A tilitatem præſtari : ac propterea quanti plurimi fruges ſiue contractus ſiue iudicij tempore fuerint,æſtimari.l.3.§.vlt.& l.ſi ſterilis,21.§.3.D.de act.emt.Quinta hæc eſt, Vbi mora nulla eſt, frugum debitarum æſtimatio, ſi pura obligatio eſt, in ſtrictis iudiciis ex tempore litis conteſtatæ:in aliis,ex rei iudicatæ tempore ſpectatur.l. vinum, 22. D.de reb.cred.l.vlt.D.de cond.tritic.l.3.§.in hac, D.commod. Cuius differentiæ hæc ratio eſt,quòd in illis Iudex ad certam quan- B titatem in iudicium deductam adſtrictus eſt: in his verò,liberam ex bono & æquo ęſtimandi poteſtatem habet.l.2.§.nunc de officio.& l.vlt.D.de eo quod cer. loc.qua de cauſſa plus petitionis periculum in iis verſatur.l.1.D.de interrog.in iur. Neque huc pertinet l. penul.D.de cond.trit.non enim de frugibus,quarum æſtimatio pro temporum & locorum varietate mutatur,ſed de ſpecie,id eſt de homine mortuo ibi quęritur. Sequitur VI. Frugum debitarum æſtimatio, ſi dies adiecta eſt, ex eius diei ratione ineunda eſt. ex d. C l.vltim.& l.quoties,59.D.de verb.obl.cuius obſcura illa clauſula videtur, Alioqui aliàs rei captio erit. Nã vt ſi pluris fruges ſint,promiſſor grauabitur;ſic ſi minoris,ſtipulator. Quare videndum eſt,ecquid potius ita legendum ſit, ALIOQVIN ALIVS REI PACTIO ERIT. quandoquidem ALIVS genitiuum noſtri quoque vſurpant.l.cum manu,80.D.de cont.emt.Ergo ſi eius temporis ęſtimationem ſequeremur,quo res petitur,& non eius quo dari debuit, alterius rei pactio, alterius petitio vel ſolutio eſſet.nam triticum, quod D nunc vel pluris vel minoris eſt, quàm cùm dari debuit, peteretur aut ſolueretur. In cõtrahendo autem quod agitur pro cauto habendum eſt. l. 3. D. de reb. cred.ſempérque in ſtipulationibus id ſequimur quod actum eſt.l.ſemper,34.de reg.iur. Neq; obſtat l. cùm quis, 22, D. de obl.& act. vbi cùm quis in diem mercem ſtipulatus fideiuſſorem accepit, eius temporis æſtimatio ſpectanda eſt,quo ſatis acceperit. Nam fideiuſſor acceptus ibi fuerat, cùm dies obligationis veniſſet: & debitor adpellatus ſatis eo modo fecerat. E vt in l.ſi rem,9.§.omnis,D.de pign.act.Reſtat vltima Frugum æſtimatio, ſi locus ſolutioni definitus eſt,ex eius loci foro ineunda eſt.d.l.vinum, & l.vltim.D.de trit.act.l.3.§.vlt.D.de act. emt, l. idem erit, 60. D. de verb.obl.nam contraxiſſe quiſque eo loco intelligitur, in quo vt ſolueret,ſe obligauit. l. contraxiſſe, 31. D.de obl.& act.l.3.D.de reb.auct.iud.poſſ.neque alibi res iudicatur, quàm quo conteſtata lis eſt. l. vbi, 30.D.de iudic.

F

An quæ à falſo magiſtratu per magiſtratus nomen geſta ſunt,rata eſſe debeant.

QVÆSTIO XVII.

VETVS quæſtio eſt,An quæ à falſo magiſtratu per magiſtratus nomen geſta ſunt, rata eſſe debeãt.cuius quæſtionis argumentum inſigne exſtat in l. Barbarius, 3. D. de off. Præt.Barbarius, inquit Suidas, ſeruus fugitiuus cùm eſſet, Romæ ſe pro libero geſſit : vbi cùm in Antonij G Triumuiri gratiam atque amicitiam ſeſe inſinuaſſet, tandem eius fauore atque auctoritate productus,Præturam petiit : Prætórque renunciatus eſt. Re patefacta, magna quæſtio exorta eſt : Vtrum ea quæ Barbarius in fungendo Præturæ munere geſſerat, rata eſſe oporteret, an verò quaſi à non Prætore geſta,pro nihilo habenda eſſent? Ea quæſtio tractatur in d.l.3.ſed ita perplexè ac ſpinoſè, vt facile appareat, Vlpiani diſputatio-

diſputationem non modò in vulgatis, verùm etiam in Florentinis, & Haloandrinis codicibus non vno loco mendoſam eſſe. Danda igitur noua nobis opera eſt, vt eam tandem aliquando ab illis mendis vindicemus. Cuius rei facultatem nobis hinc maximam oblatam arbitramur, quòd cùm Vlpianus actis Barbarij auctoritatem tribuat, perſpicuè intelligitur, Pomponium in contraria ſententia fuiſſe. Sic igitur ſcribendum arbitror: SED EI SERVITVTEM OBSTITISSE POMPONIVS AIT: QVASI PRÆTOR NON FVERIT. ſublata voce NIHIL. ſicut in l. in bello, 12. D. de captiu. Nam Pomponius, ius commune ſecutus, negabat eum Prætorem fuiſſe, hoc argumento: quia ſerui ciuilium omnium officiorũ ac munerum expertes ſunt. l. in his officiis, 175. & l. vltim. D. de reg. iur. l. cùm Prætor, 12. D. de iudi. l. 7. D. de falſ. itaque ſtatus ſeruorum arreptis mendacio dignitatibus non immutatur. l. non mutant, 11. l. non idcirco, 38. C. de liber. cauſſ. l. 2. C. ſi ſeruu. aut libert. ad decur. l. adſumptio, 6. D. ad municip. nam honores non mendacio & fraude, ſed legitimis modis capiuntur. l. Herennius, 10. D. de Decurion. deniq; moris fuit, vt ſi quis contra quàm legibus licebat, magiſtratũ adeptus eſſet, tum lex ad populum ferretur, ne ea res illi fraudi eſſet: Liuius lib. 30. Latum ad populũ eſt, ne C. Seruilio fraudi eſſet, quòd patre qui ſella curuli ſediſſet, viuo, cùm id ignoraret, Tribunus pl. atque Ædilis pleb. fuiſſet, contra quàm legibus ſancitum fuerat. Quo loco docuimus in lib. Obſeruat. 3. pro VIVO legendum eſſe SERVO: quoniam is de quo loquitur, in hoſtium poteſtate tũ erat. Quinetiã ſi quid vitij in clariſſimorum virorũ deſignationibus accidiſſet, magiſtratu ſe abdicare cogebãtur: &, quod vitioſè geſtũ fuerat, redintegrato auſpicio corrigebatur: vt cũ ex innumeris Liuij locis intelligitur, tũ ex illo nobili Ti. Gracchi cõſulatu, de quo eſt apud Tullium de nat. deor. 1. & de diuin. 2. Liuius lib. 4. Nõ tamẽ pro firmato ſtetit magiſtratus eius ius, quia tertio menſe quàm inierunt, Augurũ decreto, perinde ac vitio creati, honore abiere: quòd C. Curiatius, qui comitiis eorũ præfuerat, parùm rectè tabernaculum cepiſſet. Quin & vitioſi magiſtratus illi dicebãtur. Cicero Philipp. 1. Quãdiu tu voles, vitioſus Cõſul Dolabella. rurſus cùm voles, ſaluis auſpiciis creatus. Ac mira de auſpiciorum vitiis Plutarch. in Marcelli vita cõmemorat. Sũma igitur Põponianę diſputationis hęc fuit, Quãuis Barbarius Prętor populi comitiis deſignatus fuerit, tamen ei ſeruitutẽ obſtitiſſe, quominus verè ac iure Prætor eſſet. Quàm diſputationẽ Vlpian⁹ ſic excipit: Atquin verũ eſt, Prætura eum functum: quem verſum Põponio tribuere, perquàm abſurdum eſt. nam vocem, Atqui, in aduerſando & contradicendo vſurpari, nemo ignorat. Sententia igitur hæc eſt, Vt Barbarius reuera Prętor non fuerit, attamen Prætura functus eſt: & in Prętoria dignitate fuit. Subtiliter nimirũ Vlpian⁹ ita diſputat, quaſi aliud ſit Prętorẽ eſſe, aliud Prętura fungi. ſicuti aliud eſt Procõſulẽ eſſe, aliud Procõſulatũ obtinere. l. 1. D. de tut. dat. ab his. aliud eſſe in libertate, aliud eſſe liberum. l. quod autem, 10. cũ ſeq. D. de lib. cauſſ. l. noxali, 23. D. de noxal. act. l. 2. C. de poſtlim. reuerſ. vt alio loco Spartacus in libertate fuiſſe dicitur, cùm tamen liber non eſſet. l. 3. §. ſi ſeruus, D. de adq. poſſ. & apud Quinctil. declamat. 340. & 342. item aliud ſeruum eſſe, aliud in ſeruitute. l. ei quoque, 11. D. ex quibus cauſſ. maior. vt addicti in ſeruitute eſſe dicuntur, cùm tamen liberi permaneant: vt eſt apud Quinctil. 7. c. 3. & 9. cap. 5. ſic proprietarij

A ſeruus apud fructuarium ſeruire, & in ſeruitute eſſe dicitur, cùm tamen eius ſeruus non ſit. l. is qui, 18. D. de nox. act. l. vxori, 24. D. de vſufr. leg. l. ſi poſtulauerit, 24. §. de eo, D. de adulter. Sic aliud eſt, Poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione, l. ſi quis ante, 10. D. de ad q. poſſ. aliud tutorem eſſe, aliud tutela fungi. l. ſi quis putans, C. de petit. hered. contráque verſa ratione diſputatur, eum qui furore correptus eſt, Prætorẽ manere, fungi Prætura non poſſe. l. nec mandante, 8. §. 1.
B D. de tut. & curat. l. qui facere, 20. D. de iudic. quam cum hac noſtra coniungendam eſſe, vtriuſque inſcriptio declarat. Sic apud M. Tullium dicitur, aliud eſſe Quæſtura, aliud Quæſtoria procuratio: Verrin. 3. C. Malleolo Quæſtore Cn. Dolabellæ occiſo, duas ſibi hereditates veniſſe arbitratus eſt, vnam Quæſtoriæ procurationis (nam à Dolabella ſtatim Proquæſtore iuſſus eſt eſſe) alteram tutelæ. Et multo pòſt: Illarum rationum ex ea fece legationis, quęſtoriæq; tuæ procurationis illa ſunt nomina, quæ Dolabellæ neceſſa-
C riò ſunt ęſtimata. Ac pari modo videmus, ſeruum pro libero ac ciue communi hominum opinione habitũ & Decurionatu & Ædilitate functum eſſe, neque tamen aut Decurionem, aut Ædilem fuiſſe: ſed in ſeruitutem & domini poteſtatem redactũ. l. 2. C. ſi ſeru. aut libertus ad decurion. item ſeruum publicè pro libero habitum arbitrum à Prætore datum, arbitrio quidem functum eſſe, re tamẽ vera neque arbitrum, neque iudicem eſſe potuiſſe, l. 2. C. de ſentẽt. & interloc. item alio loco teſtamentum obſignaſſe, ciuiſque
D Romani munere functum eſſe, neque tamen idcirco ciuem aut liberum fuiſſe, l. 1. C. de teſtam. Quinetiam diſputari non ineleganter aduerſus Pomponij ſentẽtiam poſſet, Barbarium Prætorem dici potuiſſe, ſed nominis cauſſa dũtaxat, atque (vt Dialectici loquuntur) ὁμωνύμως, ſicuti tutor falſus, & falſum teſtamentum, & modius iniquus, & Hercules pictus, per homonymiam dicitur. l. Paullus, 221. D. de verb. ſignifi. l. 2. D. teſtam. quemad. aper. Sic falſum Conſulatum M. Perpernæ Valerius adpellat lib. 3. c. 4. quia cùm
E peregrinus eſſet, Conſul prius, quàm ciuis fuerat; vt idem loquitur. Sic L. Florus Pſeudophilippum imaginarium & ſcenicũ Regem adpellat. lib. 2. c. 14. quod idem & de Pſeudalexandro & de Pſeudoperſa, dici potuit. itémque de L. Equitio, qui cùm ſeruus eſſet, tamen Ti. Gracchi filium mentitus, Tribunus pl. cõtrà leges factus eſt: vt ſcribit Val. Max. lib. 9. c. 7. & 16. Cicero in ea pro C. Rabir. perduell. reo. & pro C. Sextio. Sed hoc toto de genere reperio inſignem locum apud Varronem lib. L. L. V. Quòd ſi Prætor impru-
F dens, inquit, illud verbum emiſit, aut quem manumiſit, ille nihilominus eſt liber, ſed vitio. vt magiſtratus vitio creatus, nihilo ſecius magiſtratus. His ita conſtitutis & poſita, receptáque Vlpiani ſententia, quòd ſcilicet Barbarius Prætor quidem non fuerit, Prætura tamen functus ſit, deinceps verba ipſius audiamus. ET TAMEN, inquit, VIDEAMVS. quo loco ſuſtinenda vox eſt: & interpunctio adhibenda: hoc ſenſu: Magna quidem eſt Põponij auctoritas, vt Barbarium Pretorem non fuiſſe concedamus. ſed tamen, quæ vis illius opiniõnis ſit, quæque ex ea conſequã-
G tur, conſideremus. Tum diſputationẽ ſic exorditur: Si quamdiu ſeruus latuit, dignitate Prætoria functus non ſit, quid dicemus? Id eſt, Si Pomponij ſententiã admittamus, & negemus Barbarium quamdiu ſeruus non eſt cognitus (nam Græco more Latuit dixit, pro ἔλαθε) Prætoria dignitate functum eſſe, (nam particula IN mendoſè in ſolis Florentinis inter-

iecta eſt,& locus pet negationem legendus) quid di-
cemus? Vbi ſubaudiendum illud eſt, An etiam in-
commodum illud quod ex illa opinione conſequi-
tur, admittemus, vt ea quæ edixit,quæ decreuit, quæ
toto imperij ſui anno ſtatuit, nullius momenti fue-
rint?at iſta ratione futurum eſt,vt fortunę ac faculta-
tes omnium ciuium, quibus anno ſuo ius reddidit,
conturbentur. nam ſi magiſtratus non fuit, ius non
fecit.ius enim niſi qui in magiſtratu eſt,non facit.l.2.
§.poſt originem,D.de orig.iur.Ab iis,inquit,qui iuri
dicundo præſunt, iuris effectus accipitur. Numquid
igitur ſatius ac Reip.vtilius eſt dicere, firma eſſe acta
illius oportere, propter vtilitatem eorum, qui apud
eum vel lege,vel quo alio iure egerũt? Et verum pu-
to,inquit,nihil eorũ reprobari: hoc enim humanius
eſt. Sed quo iure? dicet aliquis.nempe eo, quod con-
tra iuris ſtricti regulas ad Reipub.vtilitatem adcom-
modatum ſingulare adpellatur.l.ius ſingulare,16. D.
de legib.& ſenat.l.iuſto errore,44.D.de vſurpat.Bar-
barij ergo ſtatum & condicionem ab eiuſdem actis
ſeparemus. nam quod ad ipſius perſonã attinet, cer-
tum eſt,eum ſeruum manſiſſe, quamuis in libertate
fuerit. Quantum ad acta, propter vtilitatem eorum
quibus ius dixit, ne tam multorum ciuium fortunæ
turbentur,præſtabilius eſt ea conſeruari.nã pari mo-
do videmus auunculi matrimonium, quod ipſo iure
inceſtum eſt,tamen propter liberorum ſtatum à Prin
cipe confirmari.l.qui in Prouincia,57. §. 1. D. de rit.
nupt.item ſententiam ab eo dictam, qui cùm ſeruus
eſſet, publicè tamen pro libero habebatur, & pro li-
bero arbiter à Prætore datus fuerat, ratam haberi.l.2.
C.de ſent.& interloc. & teſtamẽtum à ſimili vetera-
tore obſignatum rectè obſignatum dici.l. 1. C. de te-
ſtam.Pari etiam modo videmus acta Cæſaris, qui ty-
rannide Rempub.oppreſſerat, ſibíque perpetuum in
libera ciuitate dominatum adſciuerat, tamen ocij &
tranquillitatis cauſſa probari.nam Philipp.1. Cicero
ſic loquitur:Primùm igitur acta Cęſaris ſeruanda cẽ-
ſeo. non quò probem.quis enim id quidẽ poteſt? ſed
quia rationẽ habendã maximè arbitror pacis & ocij.
Verùm huic diſputationi opponi video l.nulla, 19.
D. qui & à quib. vbi nulla dicitur eſſe libertas ab eo
data,quem poſtea ſeruum fuiſſe apparuit.item l.non
idcirco, 44. §. 1. D.de iudic.vbi abſoluendus dicitur
eſſe debitor, quem procurator eius quem poſtea ſer-
uum fuiſſe adparuit,iudicio perſequebatur. item d.l.
1. C. de teſtam. vnde ducto ex contrariis argumento
concludi poteſt, obſignatum à ſeruo teſtamentũ pro
nullo haberi.Simúlque hanc ſolutionẽ adferri, quod
ſeruus per ſe ſolus auctoritate ſua tamquam liber fe-
cit,non tenere:quod populi auctoritate munitus fe-
cit,tenere:ſicuti iudicium infantis auctoritate tuto-
ris ſuppletur.l.quamuis, 32. §. infans, D.de adq.poſſ.
Sed videamus,ne diuerſa ratio ſit.nam tutor legitimã
auctoritatis pręſtandæ perſonam gerit:ſeruus neque
manumittendi, neque litigandi procuratoríſve dan-
di, neque teſtamenti obſignandi,perſonam idoneam
habet.l.7.D.de falſ. Planius igitur ac certi⁹ dicemus,
condicionem ſeruo impoſitam ab ipſius naturali cõ-
dicione diſtinguendam eſſe: & quà veram ipſius cõ-
dicionem ſpectamus, nihil ab eo geſtum valere:qua-
tenus impoſitam & vel vulgi vel Principis errore
adtributam, valere. Cuius rei perſpicuum & popu-
lare exemplum ſuppeditat receptum in Eccleſia poſt
varias veterum contentiones hoc dogma: Ne ſan-
ctũ baptiſma iteretur. lib. C. 1. vbi baptiſmus ab epi-
ſcopis hæreticis collatus valere dicitur,non quà per-

A ſona illorum per ſe ſpectatur,ſed quà dignitas & pu-
blicum munus, quod vulgi aut Principis errore illis
iniũctum fuerat. Sequitur legis clauſula: CVM etiam
potuit populus R. ſeruo decernere hanc poteſtatem.
Vbi non dubito, quin legendum ſit, NVM ETIAM.
primùm, quia cõtinuò pòſt Vlpianus id negat, quod
iſto modo diſertè adfirmaret,deinde quia dictu abſur
dũ eſt,tantã ἀνιστορησίαν & Romanę antiquitatis igno-
rantiam vel in Pomponium, vel in Vlpianum cade-
B re potuiſſe:vt illud omittã,quòd Vlpian⁹ dixiſſet po-
tius CVM POTVERIT: quàm CVM POTVIT.Neque
tamen ſum neſcius, ſuffragia populi, legis vim obti-
nere.quod etiam Liuius lib.7.demonſtrat.Aiebat,in-
quit,in XII.tab.legem eſſe,vt quodcumque poſtremũ
populus iuſſiſſet,id ius ratúmque eſſet.Iuſſum popu-
li & ſuffragia eſſe.Itaq; cùm P.Cornelius Scipio, cui
pòſt Africano cognomen fuit, Ædilitatem peteret,
Tribuni autem plebis obſiſterent,negantes rationem
eius habendam eſſe, quòd nondum ad petendum le-
C gitima ætas eſſet,Si me,inquit,omnes Quirites Ædi-
lem facere volunt,ſatis annorum habeo.cuius rei au-
ctor eſt idem Liuius lib. XXXV. Quod cùm ita ſit, cui
ſeruo populi ſuffragiis & quaſi lege magiſtratus mã-
datus eſt,ei quoque ipſo iure,& quodammodo tacitè
conceſſa libertas intelligitur. quia conceſſo aliquo,
ea ſine quibus conſtare illud non poteſt,conceſſa in-
telliguntur,l.2.D.de iuriſd.qua de cauſſa ſeruus à do-
mino ſciente tutor liberis teſtamento datus & liber-
tatem & tutelam obtinet. l. quæro, 32. D. de teſtam.
D tut. Sed reſpondendum eſt ex Vlpiani ſententia, hoc
pacto:Populus R. non potuit Barbario magiſtratum
mandare.nam ſi ſeruum ignorabat, nulla ignorantis
voluntas eſt. l. ſi per errorem, 15. D. de iuriſd. itaque
dominus,qui Stichum,quem ſeruum eſſe ignorabat,
tutorem liberis ſuis reliquit,nihil egiſſe intelligitur.
Stichus enim neque tutor, neque liber eſt. l. ſiquis,
22.D.de teſt.tut.l.generaliter,24.§.ſiquis,D.de fideic.
lib. Sinautem populus R. ſeruum eſſe Barbarium
ſciuiſſet, eum à domino emtum liberum ac ciuem
E effeciſſet. SED SI SCISSET SERVVM ESSE, LI-
BERVM EFEECISSET. Sic enim rectè in vulgatis le-
gitur:cùm in Florent.mendosè ſcriptum ſit, SED ET
SI. ac tantum abeſt, vt huic ſententiæ aduerſetur d.l.
quæro,de teſt.tut.vt eam apertè cõfirmet.prius enim
quàm tutela ſeruo mandetur, ab herede manumiſ-
ſus dicitur. neque quidquam ſeruis cum populi R.
comitiis iuris aut communionis fuit. Illud ad extre-
mum notandum eſt, quod Vlpianus ſubiecit, in Im-
F peratore multo magis obſeruandum eſſe:ita,meo iu-
dicio,intelligendum.quemadmodum ſuperius dixi-
mus,vt ſicuti ſtante Rep. legem ferri oportuiſſet, ne
ea res iis quibus Barbarius ius dixiſſet,fraudi eſset:ita
neceſsarium Auguſti reſcriptum & priuilegium fuiſ
ſe.arg.d.l.qui in prouincia,57.D.de rit.nupt. Sic e-
nim Princeps eum qui ſeruus fuit aureorum annulorum conceſso iure, ingenuum efficit. l. ſed ſi
hac, 10.§.2. D. de in ius voc. Quòd ſi populus pote-
ſtatem habuit hæc probandi,ratáque habendi, mul-
to magis Imperator: cui & in quem populus ſuam
G poteſtatem contulit.l.1. D. de conſt. Princ. Sic idem
Vlpianus ſcribit in l.quidam, 57.D. de re iud. ſi Prę-
tor aut Conſul minor ius dixerit, idcirco valere:
quia Princeps,qui ei magiſtratum dedit, omnia eum
gerere decreuit. Populi autem poteſtatem in magi-
ſtratibus mandandis tranſlatam in Principem fuiſſe,
nemo neſcit ex l.1.D.de ambit.Sed iã ſuper hac re ni-
mis. Ad haſce autem quæſtiones ridicula illa referri

disputatio

diſputatio poteſt, de Iohanna, quæ virum mentita, Papatum aliquamdiu tenuit: an vbi per partum detecta fraus fuit, eius in Papatu acta rata eſſe oporteret: & vtrum Papa, an in Papatu tantùm fuiſſe videretur.

Quæ res diuiduæ aut indiuiduæ dicantur, & quænam vtrarumque natura ſit.

QVÆSTIO XVIII.

QVONIAM perplexa hæc diſputatio eſt, altius paulo eius explicandæ initium ſumemus. Rerum igitur quædã corporales ſunt, quædam incorporales, quædam vtriuſque naturæ participes. nempe quæ pondere, numero, menſura conſtant, quæ non obſcurè ſeparantur ab iis quæ in corpore conſiſtunt, l.1.§.non ſolùm, D.ad leg.Fal. l.talis,30.D.de legat.1. quippe, cùm in iis pondus, numerus, menſura magis ſpectentur, quàm corpora, l. nam etſi,13.§.vlt.D.de reb.cred. l.cùm Stichus,29. l.ſi is cui,94.D.de ſolut. l.1.D.de cont.emt. l.ſi pœnæ,19. §.ſi falſo, l.qui heredis,46. D.de condict.indeb. Corporalium quædam diuiſæ ſunt, quædam indiuiſæ. Diuiſæ huius argumenti non ſunt, vbi de rerum diuiduitate vel indiuiduitate diſſeritur. Quę indiuiſę sũt, earum quædam naturaliter & ciuiliter diuiſionem recipiunt, quædam ciuiliter tantùm. Naturaliter diuidi res dicuntur, cùm partes fiunt corpore. Ciuiliter, cũ iuris intellectu, l.Mæuius,66.§.2.D.de leg.2. illæ certæ ſunt, & ſenſibus percipiuntur: dicuntúrq; diuiſæ, & pro diuiſo: hæ incertę ſunt, dicuntúrque indiuiſæ, & pro indiuiſo: quoniam per vniuerſum corpus rei diffuſæ ſunt, l.5.D.de vſufruct. l.7.D.de excep.rei iudic. l.ſiquis,43. D.de adq.poſſ. l.ex mille,64. D.de euict. veluti ſi aceruus frumenti vel numorum ſit plurium communis, non modò pro menſura vel numero partes intelligentur, verùm etiam pro ſingulis aut frumenti granis, aut numorum corporibus, §.ſi duorum,20.de rer.diuiſ. l.nam etſi,13.in fin.D.de reb.cre. l.cùm Stichus,29. D. de ſolut. quod eodem modo de gregis, armenti, equitij capitibus ſingulis exiſtimandum eſt, itémque de rebus quę in pondere cõſiſtunt, vt pro ponderib. partes æſtimentur, l.3.D.de rei vindic. Rurſus partes naturaliter diuiſæ & certæ potius ſunt totum, quàm partes. nam hæc corporalis diuiſionis vis eſt, vt tota plura conficiat, l.rectè,25.D.de ver. ſignific. Porrò quæ naturaliter diuiduæ ſunt, multò magis ciuiliter ſunt diuiduę. quia facilior multo eſt iuris intellectu diuiſio, quàm corpore. veluti fundus regionibus facilè diuiditur: ſed tum quęuis pars totum fiet: ac fundus adpellabitur, l.locus,60.D.de ver. ſig. l.1.D.de euict. at ſi quis fũdus vnius hominis proprius caſu aliquo plurium cõmunis fiat, etiamſi corpore indiuiſus erit, tamen iuris intellectu diuiſus dicetur: & tamen ſolidus manebit, d.l.Mæuius,66. §.2. vbi legendum eſt NAMQVE, D.de leg.2. Nunc dicamus de iis quę ciuiliter tantùm diuiſionem recipiũt. Hæ ſunt, quæ, ſi naturaliter diuiderentur, interirent. velut animalia. nam Stichus quidem plurium communis eſſe poteſt, ſed diuidi corporaliter ſine interitu non poteſt. ciuiliter ergo partes eius intelligentur, id eſt pro indiuiſo. vt intellectu magis partes habeat, quàm corpore, l.5.D.de ſtipul.ſeru. res denique mobiles omnes eiuſdem generis ſunt: veluti, numus, ſcyphus, nauigium, vehiculum, aratrum, totum denique fundi alicuius inſtrumentum, l.8.in fin.D.de rei vin.

A l.cùm Stichus,29. D.de ſolut. l.5.§.vlt. D.commod. l. quæſitum,12. §.ſi quis, D.de fund.inſtruct. Ac de nauigio ſcitum eſt illud Caſcelij I.C. apud Macrobiũ, Saturnal. 2.c.6. qui conſultori cuidam interroganti, quónam modo nauem cum ſocio diuideret, reſpondit: Nauem ſi diuidas, nec tu nec ſocius habebitis. item illud Q. Fabij Labeonis, qui cùm à Rege Antiocho, quem bello ſuperauerat, ex fœdere iſto dimidiam partem nauium accipere deberet, medias omnes ſecuit, vt eum tota claſſe priuaret, auct. Valer. B lib.7.cap.3. quod tamen aliter Liuius commemorat, lib.38. neque diſſimile illud eſt quod de Campanis Polyænus narrat. lib.Stratag.1. qui cùm ex fœdere dimidiam armorum partem tradere deberent, diſſectis armis dimidium eos recipere iuſſerunt. Quinetiam quædam res immobiles eodem in genere cenſentur: veluti, arbor in confinio poſita, l.arbor,19. D.comm. diuid. l.penult.D.pro ſoc. item fons & puteus, quorum ſolum commune eſt, l.4. §.1. D. commun. diuid. C item veſtibulum binarum ædium, d.l.arbor, §.1. D.eod. Atque hæc quidem de rebus corporalibus. nunc de incorporalibus diſſeremus: quæ cùm in iure conſiſtere dicantur, l.1.§.1.D.de rer.diuiſ. l.1.in fin. C. de præſcript. long.tempor. naturaliter quidem & corporaliter diuidi non poſſunt: ſed ciuiliter earum quædam diuiduę ſunt, quædam indiuiduæ. Diuiduæ dicuntur, quarum partis vſus & commodum eſſe poteſt. Indiuiduæ, quarum partes nullum ſui vſum pręſtant, l.viæ,17. D.de ſeruit. Diuiduarum exemplum D eſt plurium rerum ſtipulatio. quot enim res ſunt, tot ſtipulationes eſſe intelliguntur, l. quia dicitur, 32.D.de euict. l.ſcire debemus,29. D.de verb.obligat. Indiuiduarum rerum incredibile dictu eſt, quàm ſit lubrica, quámque difficilis explicatio: propterea quòd perpaucę res ſunt ex iis, quæ in libris noſtris indiuiduæ dicuntur, quin aliquo modo &, vt Græci dicunt, κατά τι diuiſionem recipiant. Dominium rei per ſe indiuiduum eſt. quia nulla res pro parte alicuius eſſe poteſt, pro parte nullius, l.3.D.pro dere- E lict. & tamen cùm ipſius commodum, hoc eſt corporalis rei poſſeſſio, diuiduum ſit, non dubium eſt, quin & communionem & diuiſionem recipiat. Pignoris cauſſa indiuidua eſſe dicitur, l. rem hereditariam, 65. D. de euict. itaque pignus plurium rerum liberari pro parte non poteſt, l.qui pignori,19. D.de pignorib. l. 6. C. de diſtract. pign. & tamen quia pignoris commodum, hoc eſt precium ex eius venditione redactum, numero diuiditur, (item vt quæuis alia ſumma pecuniæ,) idcircò diuiduitatem ſine F dubio recipiet. quin etiam voluntate creditoris diuiſionem admittet, etiamſi vnum rei corpus foret, ídque natura indiuiduum. nam gemma pro centum aureis pignerata, ſi creditor conſentiat, ſolutis quinquaginta pro dimidia pignoris liberabitur, argum. l.3.D.de pact. l.quæ de rota, D.de rei vindicat. Ac pari eodémque modo certæ ſummę obligatio ipſo quidem iure indiuiſa eſt: indiuiſa etiam eiuſdem ſolutio, l. tutor,41. §.1. D.de vſur. l.Iulianus,13. §.offerri, D.de action.emt. ſed tamen aut voluntate credito- G ris, aut imperio Prætoris diuiſioni cedet, l. ſtipulatus,9. §.1. D.de ſolut. l. qui hominem,17. D.de acceptil. l.quidam, 21. D. ſi cert.petat. quod eodem modo in nominibus hereditariis cerni poteſt, quæ lege XII. tabul. inter heredes pro portionibus hereditariis diuiſa fuiſſe dicuntur. nam ſi, vt ea diuiderentur lege opus fuit, perſpicuum eſt, eorum naturam indiuiduam fuiſſe, l.1.C.ſi cert.petat. l.6.C.famil.erciſc.

l.heredes,25.§.idem iuris,D.eod.qua eadem de cauſſa A videmus,ſi ſumma pecuniæ depoſita fuerit, & plures depoſitarij heredes exſtiterint, vnumquemque heredum pro virili tantùm parte obligatũ eſſe.l.1. §. ſi pecunia,24.l.ſi duo,22.D.depoſ.l.vlt.C.eod. quod idem dicitur de ſumma pecuniæ in quã plures per ſententiam condẽnati ſunt. nã ſinguli pro virilibus tantùm partibus tenentur.l.ſi quid ſeparatim,10.§.2.D.de adpellat.l.1.C.ſi plur.vn.ſentent.condẽn. itémq; de cõfideiuſſorũ obligatione. nam etſi ſinguli in ſolidum B teneantur,neque vnus partem ſoluendo pro parte liberetur, tamẽ ex Adriani epiſtola fideiuſſorum obligatio ꝑ virilibus partibus diuiditur.l.3.C.de fideiuſſ. l.28.l.29.D. eod. quod beneficiũ à Iuſtiniano productum eſt ad correos debendi etiam principales. Nouell.99. & eos qui pariter eandem pecuniã cõſtituerunt.l.vlt.C.de conſtit.pecun. proinde igitur ad eos, qui eandem ſummã pecuniæ mutuam ſumſerunt.l.ſi in rẽ,12.C. ſi cert. petat. aut eandem domum in ſolidum conduxerunt.l.ſi diuiſa, 13.C.locat.l. item quæ- C ritur, 13.§.duo rei, 9.l.cum adparebat,47.D.eod. Ac pari ratione quamuis res iudicata ſua natura indiuidua ſit: l. in hoc iudicio, 29. D. de re iudic. tamen in plures lata ſit diuidua.l.ſi quis ſeparatim, 10. §. 2. D. de adpellat. & cautio damni infecti, quamuis opus ex quo damnum futurum eſt, indiuiduum ſit, tamen cùm plurium dominorum eſt, diuiſionem recipit. l. ſuprà, 11. §. 3. D. de aq. pluu. Item depoſitum certæ pecuniæ in ſacculo ſignato. nam ſi plures eius qui depoſuit heredes ſint, vtilitatis cauſſa fiet ſolu- D tionis diuiſio.l.1.§.ſi pecunia,24.D.depoſ. Item obligatio faciendi. quamuis enim factum dici non poteſt, quod ex parte factum eſt, tamen quia ſui natura continet id quod intereſt: l.ſi Kalendis,11.l.ſi quis, 13. D. de re iudic. idcirco diuiduitatẽ per ſolutionem eius quod intereſt, hoc eſt pecuniæ, recipere dicitur.l.2.§. item ſi in facto, & l.ſtipulationes, 72. D. de verb.oblig. Item debitum operarum, quæ quamquam neque promitti,neq; deberi pro parte poſſunt, tamen ſi plures patroni heredes exiſtant, numero E diuiditur earum obligatio. l. libertus, 15. §. 1. D. de oper.libert. Sed inſigne exemplum eſt in tutela. nam cùm ea perſonæ detur, ſequitur, vt eius obligatio ſit indiuidua: & omnes in ſolidum teneantur. verumtamen vtilitatis pupilli cauſſa interdum ita diuiditur, vt ſinguli pro ea tantùm parte quam geſſerunt, teneantur.exemplo epiſtolæ D.Adriani,de qua paulo ante dictum eſt. l. 1. §. nunc tractemus, D. de tut. & rat.diſtr.l. inter tutores, 36. D. de adm. tut. l. propter, 21. §. 1. D. de excuſat.l.ſi tamen, 15.D.de teſtam. F tut.& l.1.& paſſ.C.de diuid.tutel. Quid verbis opus eſt? Nihil magis creditur eſſe indiuiduum, quàm ſeruitus, quæ à prædio vel homini, vel prædio debetur: veluti via, iter, actus: quippe, cùm ſeruitutis vſus ſit indiuiduus. l.2.l.6.l.pro parte, 11.l.viæ, 17. D. de ſeruitut. hoc eſt, quoniam eius commodum in vſu conſiſtit.vſus autem ſeruitutis eſt facti.nos autem de diuiſione iam agimus, quæ niſi iuris intellectu nõ fit. & tamen vtilitatis cauſſa ſeruitus tempore ac loco diuidi dicitur. quãuis enim & ius ſit perpetuum, G & per vniuerſum prædium omnéſque glebas diffuſum ſit, tamen vſus (qui facti eſt, non iuris) & temporibus partibus, & in parte fundi certa conſtituitur:atque ita quadamtenus per conſequentiam temporis & loci ſeruitus diuiſionem admittet: ac modo determinabitur. l. certo, 13. §. 1.D. de ſeruit. ruſtic. l. arbor, 19.in fin.D.comm.diuid.l.5.§.1.D. de ſeru. Similiter, cùm vſus (quæ perſonalis ſeruitus eſt) indiuiduus eſſe dicatur,quia pro parte vti non poſſumus. l.vſus, 19.D.de vſu & habit.tamen interdum accidit, vt eodem modo diuidatur. veluti ſi ſpacioſæ domus vſus tenui homini ſit legatus.nam interdum vna,interdum altera eius parte vtetur.l.4.in princip.l. pen. §.1.D.de vſu & habit. qua eadem ratione paulo pòſt demonſtrabimus falſam eorum eſſe ſententiam, qui præfractè adfirmant,vſumfructum non eſſe niſi diuiduum. nam cùm in facto, id eſt in fruendo conſiſtat, l.1.D.quand.dies legat.ced. cùm, inquam, eius commodum in fruendo ſit poſitum,quod totum facti eſt, non iuris:ſequitur,vt eam diuiſionem quæ fit iure & intellectu iuris,recipere non poſſit: vt mox docebimus:idẽq; paulò pòſt etiã de hereditate tractabimus.

Nunc enim de iis rebus, quæ verè propriéque indiuiduæ ſunt,neque vllo modo diuiſionem recipiũt, explicandum videtur.Eiuſmodi ſunt balneum, campus, porticus.nam harum rerum omnium vſus diuiſionem admittere non poteſt: ſed in ſolidum eſt ſingulorum.l. 5.§.vltim.D.commod. Vtrum autem eadem vehiculi & nauigij cauſſa ſit,difficilior aliquanto conſideratio eſt, de qua paulò pòſt ſeparatim explicabimus. In hoc eodem genere cenſenda eſt ſeruitus quæ homini ab homine debetur.neque enim pro parte aliquis liber eſſe poteſt,pro parte ſeruus:neque pro parte ingenuus, pro parte libertus.l. ſi pariter, 9. in fin.D.de liber.cauſſ.l.1.§. communis, D. de ſtipul. ſeru.l.alieno,31.§.1.D.de fideic.libert. Sic vectigal nõ niſi in ſolidum deberi dicitur,neque diuidi in plures poteſt.l.communi,7.D.commun.diuid.vt neq; mortis cauſſa capio.l.qui duobus, 23.D. de condic. & demonſt.neque teſtamentum.l. 7. D. de bon.lib.neque legatum quod ſcindi in partes non poteſt.l.4.l.6.l.cũ filius,76.§.pen.D.de legat.2.l.legatarius, 38.D. de legat.1.l.qui duobus,23.D.de cõd.& dem.quãuis è duobꝰ legatis alterũ amplecti, alterũ repudiari poteſt.l.5. D.de legat.2.& eodem modo contractũ indiuiduum eſſe cõſtat.l.cum quæritur,16.D.de admin.tut.l. ſi ita, 39.in fi.D.de oper.libert.l.Iulianus,13.§.ſi quis colludẽte,23.D.de act.emt.l.ſi ita,39.in fi.D.de oper.libert. Reſtat,vt de iis dicamus, quas vtriuſque naturę participes eſſe diximus.ſed dubitari nõ poteſt, quin illæ omnes pro ſua natura diuiduæ ſint: hoc eſt ſuo pondere, numero, & menſura diuidantur.d.l.29.l.94.D. de ſolut.l.1.§.non ſolum, D.ad leg. Falcid.l. ſi pœnæ, 19.§.1.D.de condict.indeb.

Vtrum vehiculi & nauigij natura diuidua,vel indiuidua ſit:& qui pariter vtendum ſumſerunt,vtrum in ſolidum,an pro virilibus teneantur.

QVÆSTIO XIX.

CAVSSÆ conſtitutio hæc eſt, quam Celſus tractat in l.5.§.vlt.D.commod.Titius vehiculum Primo & Secundo cõmodauit:quod fuit aureorum viginti. id aliquis ſubripuit. Titius aduerſus Primũ agere commodati inſtituit in ſolidũ,& viginti ab eo petere,quaſi vterque illorũ in ſolidũ obligatus eſſet. Primus pro ſua virili parte ſolutionem offert,nimirũ aureos decẽ: neq; ſe amplius quàm pro rata parte teneri defendit.Quærebatur, vtrum vterque illorum in ſolidum, an pro virili tantùm parte teneretur. Dubitandi cauſſa,vt pro ſua,tãtùm quiſque parte obligatus eſſe videatur,duplex eſt. prior huiuſmodi: Cùm commodatum re contrahatur, conſequens eſt commodatarios eatenus dũtaxat obligari,

obligari, quatenus res ipſis tradita eſt. at vehiculum vtrique in ſolidum tradi non potuit: ſed pro cuiuſque parte dumtaxat. quia regula iuris eſt, vnius eiuſdémque rei nec dominium nec poſſeſſionem penes duos in ſolidum eſſe poſſe, l. de hereditate, 19. §. 2. D. de caſt. pecul. l. Mæuius, 66. §. 1. D. de legat. 2. quæ regula non tantùm obtinet in re naturaliter diuidua, veluti agro vel area, l. 6. §. 1. D. commun. præd. ſed etiam in re ciuiliter tantùm diuidua: veluti nauigio, vel vehiculo. nam etſi non poteſt quis eſſe dominus ſpeciei pro parte corporali, id eſt pro diuiſo (cùm eiuſmodi res per naturalem diuiſionem intereant) tamen poteſt eſſe dominus pro parte ciuili: id eſt pro indiuiſo. itaque etſi vehiculum non potuit vtrique in ſolidum tradi, tamen potuit tradi, & reuera traditum eſt vtrique pro virilibus partibus, & pro partibus indiuiſis. ex quo concludi poſſe videbatur, eos non in ſolidum obligatos eſſe, ſed tantùm pro partibus indiuiſis. Secunda dubitandi cauſſa eſt, quia commodare nihil aliud eſt, quàm vtendum dare, l. 1. §. 1. D. commod. Vſus autem & commodum vehiculi eſt euectus, ſiue vectura ipſa. at euectus non in ſolidum fuit Primi, ſed pro ſua parte dumtaxat. non enim Primo & Secundo totius vehiculi, ſed ſingulis ſeparatim pro parte, quam quiſque ſuo corpore occupaturus erat, conceſſus fuit. non vteruis, inquam, ſolidum euectum habuit, id eſt vniuerſam vehiculi cõmoditatem, ſed ſinguli ſuam & propriam. ſicuti de poſſeſſione loci dicitur in l. 3. §. ex contrario, D. de adq. poſſ. Verùm his non obſtantibus contrariũ Celſus reſpondit, vtrumque ſcilicet commodatariũ communis culpæ & negligentiæ nomine non pro virili parte, ſed in ſolidum obligatum eſſe. cuius ſuæ ſententiæ duas adfert rationes meo iudicio æquiſſimas. prior eſt, quoniam ambo cõmodatarij pariter totius vehiculi cuſtodiam in ſe receperunt: hoc eſt non pro ea parte vehiculi, quam quilibet eorum occupaturus erat, ſed totius in ſolidum: vt hac ratione duo rei cõſtituti eſſe in ſolidum eiuſdem locationis intelligantur, l. item quęritur, 13. §. duo rei, D. locat. quippe, cùm commodator amborum fidem in ſolidum ſecutus ſit, non cuiuſque pro ſua virili parte, l. eandem, 9. D. de duobus reis. hanc enim correorum cauſſam & cõdicionem eſſe conſtat, vt eiuſdem rei nomine non ſinguli pro virili parte, ſed pariter in ſolidum obligati ſint, §. 2. de duob. reis, l. reos, 11. §. 1. D. eod. eáque Celſi diſputatio infra ſcriptis iuris regulis confirmatur. Quod à pluribus pro indiuiſo commiſſum eſt, ſingulis in ſolidum obligat, l. ſemper, 25. §. 2. D. quod vi aut clam. Quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur. Quod dolo culpáve plurium in ſolidum admiſſum eſt, non niſi ſolido ſoluto reſtitui poteſt, l. ſi duo, 22. D. depoſ. vbi eius rei exemplum in re apud duos depoſita proponitur: vt aduerſus vnumquemque ipſorum in ſolidum agi poſſit, l. 1. §. ſi apud duos, D. eod. alterum etiam exemplum exſtat de re duobus locata, in l. ſi diuiſa, 13. §. 1. C. locat. itémque in tutela pluribus in ſolidum data, vt ipſo iure ſinguli in ſolidum teneantur. quoniam ſinguli in vniuerſum patrimonium dati ſunt, l. propter, 21. §. 1. D. de excuſation. ſinguli in ſe totius tutelæ periculum in ſolidum receperunt. tametſi hoc quidem caſu ad exemplum epiſtolæ Diui Adriani beneficium diuiſionis implorantibus indulgeri ſolet, l. 1. §. nunc tractemus, D. de tutel. & rat. diſtra. l. ex pluribus, 42. l. tres tutores, 55. D. de adminiſtr. tutor. l. 2. C. de diuid. tut. l. 6. in fine, C. arbitr. tu-

A tel. & Nouel. 99. c. 1. Hanc tamen ſententiã ita Celſus accipiendã eſſe ſubiũgit, vt quamuis vehiculi cõmodator electionẽ habeat aduerſus vtrum volet experiundi, & ſolidũ ab eo exigẽdi, tamen integra vnius ſolutione alter liberetur. quod idem de hac ipſa commodati & locati & depoſiti cauſſa cõcordiſſimè traditur, in l. ſi ex duobus, 15. D. de tut. & rat. diſtrah. l. 1. §. ſi apud duos, l. ſi duo, 22. D. depoſ. d. l. ſi diuiſa, 13. C. locat. cùm tamen ei qui ſolidum exſoluit, cedi actio B ab eo qui exegit aduerſus alterum debeat, aut ei vtilis actio concedi, vt quod amplius ſua parte exſoluit, ab altero recuperet, l. cũ apparebit, 47. D. locat. quod idem in contutoribus locum habet, l. ex pluribus, D. de admin. tut. d. l. 1. §. nunc tractemus, de tutel. & rat. diſtrah. Secunda Celſi ratio eſt, quoniam vſus vehiculi ſimilis eſt vſui balnei, aut porticus, vel campi, pluribus ad lauandum, ambulandum, exercendum conceſſi. Atqui harum rerum vſus vniuſcuiúſque eſt in ſolidum. neq. enim quiſquam eo minus rebus illis C vtitur, quòd alius quoque vtatur: vſus, inquam, vnius, alterius vſum non minuit. quaſdam enim res eſſe cõſtat, quarum vſus nõ modò ſolidus plurium eſſe poteſt, verùm etiam non ſolidus eſſe non poteſt. veluti fluminis, per quod ius eſt cuique nauigare, l. riparum 5. D. de rer. diuiſ. item loci publici, qui omnium vſibus deſeruit, l. 1. §. 1. D. ne quid in loc. public. itẽ porticus, in qua ambulatio: lucerna denique, cuius vſus ita plurium eſt, vt æquè ſit vniuerſorum. Quòd ſi vehiculi vſus ſimiliter in ſolidum vniuſcuiuſque vecto- D ris eſt, ſequitur, vt vnuſquiſque culpæ in eo cuſtodiendo commiſſæ nomine in ſolidum teneatur. Sed aduerſus Celſi rationem exoriebatur hæc diſputatio, quam idem ſubiungit, in verſic. VERVM IN VEHICVLO &c. aliam ſcilicet videri balnei, porticus & campi, aliam vehiculi rationem. quoniam balnei vſus non poteſt non eſſe ſingulorum balneatorum in ſolidum. quandoquidem calor balnei peræquè ad ſingulos in ſolidum perfertur: neque vnius vſus per alterius vſum imminuitur. ſicuti nec lecticæ, nec por- E ticus, nec campi, nec fluminis, nec nauigij, nec lucernæ. At vehiculi vſus & commodum non in ſolidum eſt ſingulorum, ſed pro parte quadam euectus: id eſt, pro ea parte, qua quiſque vehitur, vniuſcuiuſq. proprius eſt. quoniam, inquit Celſus, nõ omnia loca vehiculi vnus obtinet, ſed partem dumtaxat. neque dubium eſt, quin vnius vſus alterius vſum imminuat. etenim nec par eadémque eſt locis omnibus ſedendi cõmoditas: & celerius vnus ſolus vehitur, quàm plures ſimul: & is pro ſuo arbitrio mutare locum poteſt, F & in quam volet partẽ: & modò ſedens, modò iacẽs, aut diſcumbens: interdum etiam pedibus iter facere, interdum conſiſtere. Huic igitur obiectioni Celſus ita reſpondet, vt fateatur, non vſquequaque parem eſſe balnei, porticus, campi, nauigij, lecticæ, & vehiculi rationem. ſiquidem iſtarum rerum vſus per ſe conſideretur. ſed quantum ad id quod agitur, vtrum ſcilicet ſinguli pro parte, an in ſolidum amiſſi vehiculi culpam præſtare debeant, eſſe quàm ſimillimam. quoniam in hac conſultatione neque res ipſæ, neque G illarum vſus per ſe conſideratur: ſed id quod inter contrahentes actum eſt. Inter commodatorem autem & commodatarios hoc actum eſt, vt commodator ſingulorum fidem in ſolidum ſequeretur: ſicuti loquitur Papin. in l. eadem, 9. D. de duob. reis. hoc eſt, vt ſinguli cõmodatarij totius vehiculi cuſtodiam in ſolidum in ſe reciperent, non pro qua quiſque parte, locũ occuparet: quod ne fieri quidẽ vllo pacto poteſt.

atque idcirco ſiue vehiculum (vt in caſu propoſito) ſiue lectica, ſiue nauigium commodatum ita fuerit, vt ſinguli in ſolidum eius cuſtodiam præſtarent, in pari cauſſa paria iura conſtituenda eſſe. Ex quibus ita diſputatis facile intellectu eſt, quemadmodum & ſuperioribus duabus obiectionibus reſponderi poſſit: & verò etiam argumento quod ſumi poſſet ex l. rem mihi, 21. §. 1. D. commod. ſi quis duobus vaſa quædam communi periculo commodauit, & ea culpa ipſorum ſubrepta ſint, habiturum commodatorẽ actionem aduerſus eos pro cuiuſque parte. hoc eſt, non aduerſus ſingulos in ſolidum, quamuis cõmune periculum fuerit. Nihil, inquam, hoc ſuperiori diſputationi aduerſatur: propterea quòd commodator non ſingulorum commodatariorum fidem in ſolidum ſecutus erat, ſed amborum ſimul, qui coniunctim illorum in ſe vaſorum periculum receperãt. Quæ cùm ita ſint, ſatis iam patere arbitror, mendum eſſe in illo huius legis loco, PRO PARTE QVIDEM EFFECTV ME VSVM HABERE: legendúmq. PRO PARTE QVADAM EVECTVS. vt Euectum dixerit Celſus pro Euectione, ſiue Vectura. ſicuti Plin. lib. 18. c. 5. Cato ſpectari iubet, vt operariorũ copia prope ſit, oppidúmq. validum: vt nauigiorum euectus ſit vel itinerum: id eſt, vt facilis vectura ſit per flumina in nauigio, vel itinerum per vias publicas in plauſtris. Nam ad illa Catonis verba reſpexit, Oppidum validum prope ſit, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant, aut via bona celebríſque. Varro lib. 1. c. 16. Eundẽ fundum fructuoſiorem faciunt vecturæ, ſi viæ ſint, qua plauſtra agi facilè poſſint. aut flumina propinqua, qua nauigari poſſit. quibus vtriſque rebus euehi atque inuehi ad multa prædia ſcimus. Huius autem emendationis noſtræ prima ratio hæc eſt: quoniam vox QVIDEM nihil habet neque quò referatur, neque quò pertineat, neque cui reſpondeat. deinde cùm dicimus EFFECTV vel IN EFFECTV, ſemper ei opponere ex aduerſo ſolemus, NOMINE, vel VOCABVLO, vt in l. 1. §. qui minorẽ, D. vt legat. ſeu fideic. cau. Nomen quidem heredis apud eum maneat: verumtamen effectu minus habeant hereditatis, & l. ſi habitatio, 10. D. de vſu & habit. Habitatio & vſus ædium nomine differunt, effectu pene idem ſunt. Sic heres & fideicommiſſarius nomine differre dicuntur, effectu idem eſſe, l. 5. §. 1. D. quod cum eo qui in alien. ſed exemplorum plena ſunt omnia. Atqui dubitari non poteſt, an is de quo Celſus diſputat, nomine tantùm vehiculi vſum habeat in ſolidum. quia ſi locator hoc verbo vſus fuiſſet, LOCO VOBIS DVOBVS IN SOLIDVM, præciſa omnis dubitandi cauſſa fuiſſet. pro certo enim & in ſolidum vterque obligatus, & nõ commune periculum pro partibus indiuiſis fuiſſet, ſed cuiuſque proprium. d. l. cùm apparebit, 47. D. locat.

Vſusfructus vtrum diuiduus ſit, an, vt ceteræ ſeruitutes omnes, indiuiduus.

QVÆSTIO XX.

ABSVRDA quæſtio videtur, cùm tam multis locis ita dilucidè ac diſertè diuiduus eſſe dicatur, vt huic quæſtioni locus propè relictus videatur nullus. Primùm in l. 5. D. de vſuf. vbi vſusfructus & ab initio, & ex pòſt facto, pro parte vel indiuiſa vel diuiſa cõſtitui poſſe dicitur. quod idẽ traditur in l. 1. §. ſi vſusf. D. ad leg. Fal. vſumf. diuidi, non ſicut ceteras ſeruitutes, indiuiduum eſſe. Secũdò, quòd ſi vſusf. duobus legatus ſit, ipſo iure ad ſingulos pertinet: id eſt, ſinguli non niſi ſuam partem petent, l. ſed vſusfr. 81. D. ad leg. Falc. & l. ſi fortè, 6. §. ſi ædes, D. ſi ſeru. vind. vbi ſeruitutum nomine ſinguli ſeruitutis domini in ſolidum agere dicuntur, vno excepto vſufructu: & ſi promiſſor defunctus ſit, in partes hereditarias vſusf. obligatio diuiditur: id eſt, non niſi partes ſingulæ à ſingulis petuntur, d. l. 5. de vſufruct. Tertiò, quòd ſicut pro parte adquiri vſusfructus poteſt, ita pro parte vel amitti, vel remitti poteſt, l. excepta, 14. & l. placet, 25. D. quibus modis vſusfruct. amit. l. cui vſusf. 30. D. de vſuf. leg. l. & per iuſiurandum, 13. §. 1. de acceptil. quinetiam pars eius apud fructuarium manere poteſt: cùm altera pars ad proprietatem redierit, l. 3. §. pen. D. quibus modis vſusf. amitt. Quartò, quòd ob vſumfructum duobus relictũ, iudiciis diuiſoriis agitur: inter coheredes, familiæ erciſcundæ: inter alios, communi diuidundo, l. & puto, 16. D. fam. erciſc. l. communi, 7. §. cùm de vſuf. D. cõmun. diuid. Quintò, quòd eæ demũ res indiuiduæ dicũtur, quarũ vſus pro parte nullus eſt: quarũ ſeparatæ partes nullũ commodum præſtant: veluti viæ, vel itineris, l. viæ, 17. D. de ſeruit. vel inſtrumenti ruſtici, l. quæſitũ, 12. §. ſiquis eodẽ, D. de inſtr. vel inſtr. leg. Vſus autẽ fructuũ (veluti frugum) ex parte cõmodè percipitur. Quare vſusf. non indiuiduus, ſed diuiduus eſt. Quantum autem ad ius adcreſcendi pertinet, nihil argumẽti ex eo ductum valeret: propterea quòd paſſim traditur, Ius adcreſcendi in rebus perſpicuè diuiduis locum habere. quinetiam iuri adcreſcendi nonniſi inter eos locus eſt, qui ab initio ſolidum habuerunt. nam ſi partes factæ ab initio fuiſſent, locus iuri adcreſcendi non eſſet, l. 3. D. de vſuf. adcreſc. Contrà tamen vehementiſſimè multa pugnãt. Primùm Regula philoſophorum, (quorum de diuiduo vel indiuiduo diſputationes maximè propriæ ſunt) Omne incorporeum indiuiduum eſt, auctore Ariſt. lib. 3. de animo. qua de cauſſa animũ dicunt eſſe totum in corpore toto, & in qualibet parte totum. facit l. arbor, 19. §. 2. D. commun. diuid. vbi lex ait nullam communionem iuris ſeparatim intelligi poſſe. Et hanc phyſicorum Regulã ſequuntur Doctores quamplurimi: vbi rationem de ſeruitutũ indiuiduitate exquirunt. Cùm igitur omne incorporeum ſit indiuiduum, vſusf. autẽ res incorporea ſit, l. 1. in fi. de rer. diu. l. 2. D. de vſuf. neceſſaria concluſio ſequitur, vſumf. eſſe indiuiduum: hoc eſt, eiuſdem naturæ, cuius ſunt ceteræ ſeruitutes omnes, tum reales, tum perſonales. & quoniam vnũ omnium genus eſt, vnam quoque omnium naturam eſſe. Secundum argumentum eſt, quod ex eorumdem philoſophorum regula traditur, Quidquid eſt totũ, cùm in partes diuiditur, interit: vt arbor diuiſa, arbor eſſe deſinit: & aratrum diuiſum, aratrũ eſſe deſinit, d. l. quæritur, de inſt. vel inſt. Vſusfr. autẽ eſt quid totum. l. Mæuius, 66. §. pen. D. de leg. 2. l. vſusf. 7. in pr. l. item ſi, 9. in pr. D. de vſuf. vbi definitur omne rei emolumentũ, omnis rei fructus vſquequaq. quidquid inde naſcitur, quidquid inde percipi poteſt. Ex quo neceſſariò conficitur, vſumf. natura ſui eſſe indiuiduum: neque diuidi ſine certiſſimo ac præſentiſſimo ſui interitu poſſe. Tertium argumentum eſt, quòd diuiſionis efficientia hæc eſt, vt ex vna re plures fiant. Itaq. vbi vſusfr. inter duos cõmunis per agri regiones diuiditur, plures vſusf. fiunt, l. cõmuni, 7. §. cùm de vſuf. D. commun. diuid. Vnius autem rei plures vſusfr. eſſe non poſſunt, l. duos, 14. D. de vſufr. leg. Ex quo neceſſariò concluditur, vſumfr. eſſe indiuiduum. Quartum argumentũ eſt, quòd cùm vſusf. facto & iure conſtet

l, vn, in

l.vn.in princ.D.quand.di.vſusfr.leg.ced.ſiue Factum in eo, id eſt perceptio fructuum conſideretur, ſatis conſtat omnia facta eſſe indiuidua, l. ſi is qui,80.§.1. D.ad leg.Fal.ſiue Ius,iam antè dictum eſt,duos vnius rei vſusfr. eſſe non poſſe:non magis quàm duas æſtimationes,l.quod ſi nolit,3.§.ſiquis egerit,14.D.de ędil.edict. l. quia dicitur,32. D. de euict. l.2. §. ſi indemnitas,D.de admin.rer.ad ciuit. Quintum eſt, quòd dominium rei ex parte intelligi non poteſt: vt ſcilicet alicuius ſit pro parte, pro parte autem nullius,l.3. D.pro derelict. Vſusfructus autē dominij ſpecies eſt, l.in venditionem,8.D.de reb.auct.iud.poſſid. Quare etſi vſusfr. communionem recipit, nō recipit tamen diuiſionem.neque poteſt quis parte fundi vti & frui, parte nec vti nec frui. Item libertinitas, l.alieno,31.§. 1.de fideic.lib.Item ſeruitus, quæ homini ab homine debetur,l.ſi pariter,7.de lib.cauſ. l.1. §.communis,de ſtip.ſeru. Sextum eſt,quòd nemo vnquam dubitauit, vſum eſſe indiuiduum, propter l. vſus,19. D. de vſ.& hab.vbi Paullus ait,vſus partem legari non poſſe.Atqui vſus nihil aliud eſt, quàm vſusfr.exiguus:ſiue fructus ad modum neceſſitatis vſuarij redactus, l.ſi alij, 42.D.de vſufr. Nam vbi vſus dicitur eſſe pars vſusfr. (vt l. qui vſumf.58. de verb. oblig. l. & per iuſiurandum,13.§.3.de accept.) conſtat hoc intelligendum de parte homogenea, ſiue cognata: vt lapidis pars omnis,lapis dicitur:& fundi,fundus, l.planè,34. §.vlt. D. de leg.1. Quare ſicut vſus ſua natura indiuiduus eſt,ſic etiam vſusf. neq; plus & minus cadunt in ſubſtantiam: vt notum eſt omnibus ex Categ.Ariſt.c.de ſubſt.& ex l.vlt.D.de inſtr.vel inſtr.Neq; obſtat quintum argumentum pro parte indiuiduorum: vt à poſtremo primum ordiar, & hinc confutandi initium naſcatur; quia ſubiectum quo vſusfr. conſtat, id eſt fructus diuidui ſunt, idcircò vſumfr. eſſe diuiduum: quæ eſt doctiſſimorum ætatis noſtræ Iuriſconſultorum ratio,in d.l.1. §.ſi vſusf.D.ad leg.Falc. quaſi verò vſus non æquè vt vſusf.in fructib. conſiſtat,& quemadmodum iiſdem modis & conſtituitur, & amittitur,quibus vſusf. nō etiam iiſdem in rebus conſiſtat. Quinetiā iſta ratione veriſſimè aliud paradoxon inducetur. quia ſubiectum vſus diuiduum eſſe poteſt, atque adeò plerumque diuiduū eſt, idcircò vſum eſſe diuiduum.Cuius rei primum argumentnm exſtat in l.4.in princ. & l.pen.§.1. D.de vſ. & hab. vbi legatus proponitur vſus ſpacioſæ domus legatario ita tenui & anguſto,vt totius domus vſum occupare non poſſit.nam modò parte vna domus, modò altera vti poterit.ex quo conſequitur, ſpacioſæ domus vſum non modò pro parte legari vni poſſe, verumetiam duobus legari poſſe. quod multò magis dicendum eſt quàm de habitatione. De qua tamen dubitari non poteſt, propter l.illi cum illo,40.D.de vſuf.leg. Secundū argumentū eſt, quòd cùm vni vſus, alteri fructus legatus eſt, non modò fructuarius habet quod vſuario ſupereſt,verumetiam in vſu concurrit,id eſt, partē vſus habet,l.ſi alij,42.D.de vſuf. l.per ſeruum,14.§.vſu legato,D.de vſu & hab.& apud Paullum lib.Sentent.3. tit.6.§.ſi alteri vſus. Tertium eſt,quòd non pauci caſus reperiuntur, quibus vſusf.& vſus idem ſunt: hoc eſt,vt neq; plus illo quàm hoc,neq; minus hoc quàm illo cōtineatur:veluti ſi pecuniæ vſus conſtituatur,l. 5.§.pen. & l.quoniam,10. D.de vſufr.ear.rer. Item ſi modicus vſusf. alimentorū vice ſit relictus,l.cùm hi, 8.§.ſi in annos,D.de tranſact.aut ſi tā exile prædiū ſit, vt ex fructib. nihil præterquàm quod ad ſubleuandam vnius hominis neceſſitatē ſatis eſt, redigi poſſit,

A l.fundi,15.D.de vſ.& hab. Item ſi vſus ſyluæ cōſtituatur,l.pen.D.eod.Quartum eſt,quòd vſus rei corporalis plurib.conſtitutus,pro indiuiſo in ſolidum cuiuſque eſt,l.5.§.vlt.D.cōmod.vbi pręclara exempla proponuntur vſus balnei,porticus,nauigij:quibus rebus nihilominus vnus vtitur, quamuis eodem alter vtatur. qua de cauſſa vſus earū rerum vniuſcuiuſq.eſt in ſolidum:ſed tamē pro indiuiſo,ac proinde pro parte. Quæ cùm ita ſint,perſpicuum eſt, non modò vſumf. ſua natura eſſe indiuiduum:verumetiam (quod æquè B nouum eſt)vſum effectu plerumq. diuiduum adpellari. Quare videndum eſt,quemadmodum hæc quæ pugnantia videntur cōciliari poſſint. Primùm igitur intelligendū eſt,quamuis interdum neque pars iuris, neque ius partis dici poſſit:vt neque libertas aut manumiſſio partis,neq. pars manumiſſionis dici poteſt, l.cum duobus,13.C.de inof.teſt.l.pariter,9.l.duobus, 30.de li.cauſſ.l.alieno,31.§.1.de fideic.libert. tamen interdū dici ius partis,non partē iuris. nā dominium partis dicitur paſſim ſiue certæ ſiue incertæ.i.ſiue pro C diuiſo,ſiue pro indiuiſo. At pars dominij vt res pro parte ſit alicuius,pro parte nullius,non dicitur, d.l.3. D.pro derelict. habitatio partis dicitur in l.illi cum illo,40.de vſuf.leg.pars habitationis non dicitur, nō magis quàm vſus,l.vſus,19.de vſ.& hab. Inſtrumentū partis agrorum dicitur: pars inſtrumēti non dicitur, l.quæſitum,12.§.quis eodem, D. de inſtr. vel inſt.leg. Forma & opus effectū partis dicitur: pars formæ aut operis non dicitur,l.tales, 12.D.de cond.& dem.l.ſi is qui,80.§.1.ad leg.Falcid.l.fideicommiſſa, 11.§.pen.de D leg.3.Eodem igitur modo verè propriéque dicitur vſusf.partis fundi aut ædium: pars vſusf.verè propriéque dici non poteſt: & ſi quando dicitur, impropriè & per fictionem atque abuſiuè dicitur. Secūda ſuperiorum argumentorum ſolutio hæc eſt, quòd vſusfr. per ſe ac ſua natura indiuiduus eſt, vt ceteræ ſeruitutes omnes & iura, d.l.arbor, 19.§.2.D.com.diuid.per accidens autem & propter vſum vitæ communis,diuiduus eſt,denique ſubtilitate indiuiduus eſt,vtilitate diuiduus:cuius rei exempla ſunt in iure noſtro in- E numerabilia.Primùm in ſpeciebus,veluti Sticho, vel Pamphilo. nā etſi Pamphilus natura ſua indiuiduus eſt(qua de cauſſa indiuiduū ab Ariſtotele & Peripateticis adpellari ſolet)tamen propter communem vtilitatem & vſum vitæ diuiduitatē ac partitionem recipere dicitur:partiū ſcilicet intellectarū,ſiue pro indiuiſo,l.5.D.de ſtip.ſeru.l.1.§.communis,D.eod.l.Mæuius,66.§.duorū,de leg.2.vbi pro NEQVE ſine dubio legendū eſt NAMQVE.quod etiam Haloander & Al- F ciatus iampridem animaduerterunt. Sic Cautio dāni infecti ex parte vitioſarū ædium diuidua eſt:ex parte damnū metuentis,indiuidua,l.plures,27.D.de damn. inf.Item opus ex quo damnum infectum timetur,indiuiduum eſt: tamen pro parte tantùm cauetur,l.ſupra iter,11.§.3. de aq.& aq.plu. Res iudicata natura indiuidua eſt,l.in hoc iudicio, 29.D.fam.erciſc.tamē in plures lata diuidua eſt, l. ſiquis ſeparatim, 10.§.2. de adpell.Ex contrario quædam natura diuidua ſunt, ſed propter communem vtilitatem,indiuidua:veluti ager vectigalis,& præſtatio vectigalis,l.communi,7. D.commun.diuid.Item iugum mularum vno precio venditum, ſi de redhibitione agatur, l.ædiles, 38.§. ſi fortè,8.D.de ædil.edict. Item mortis cauſſa capio,l. qui duobus,23.D.de cond.& demonſt.Item plures res datæ pignori,l.qui pignori, 19.D.de pign. Item precium emtionis, cùm plures emtoris heredes ſunt, l. fiſtulas, 78. §. qui fundum, D. de contr. emtion.

Similiter vſus natura interdum violatur, vt ex vſu vſusfr. fiat: quia hoc, inquit Paullus, propter neceſſitatem fit, l. item quamuis, 10. §. 1. D. comm. diuid. Sic veſtibulum commune binarum ædium, quamuis natura diuiduum ſit, vt quilibet fundus, tamen interdum propter neceſſitatem eſt indiuiduum, d. l. arbor, 19. §. 1. D. eod. Quid verbis opus eſt? conſtat inter omnes, nihil magis indiuiduum toto iure noſtro cenſeri, quàm ſeruitutes prędiales. Et tamen videmus eas per accidens, hoc eſt propter vtilitatem, fieri diuiduas. & modò menſura, modò temporibus diuidi, l. arbor, 19. in fin. D. comm. diuid. l. via, 5. §. 1. D. de ſeruit. Nam ſi certa itineri vel viæ regio definita ſit, ſola illa ſerua eſt: ceteræ omnes liberæ, l. certo, 13. §. 1. D. de ſeruit. ruſtic. l. ſi cui, 9. D. de ſeruit. atque ita quæ natura indiuidua erat ſeruitus, eadem per accidens fit diuidua. Et hoc eſt quod dicitur, Modum imponi ſeruitutibus poſſe, l. 4. §. 1. D. de ſeruitut. nimirum propter contrahentium vtilitatem: vt modò dictum eſt. Itaque Accurſius in l. ſi cùm duorum, 32. D. de ſtipul. ſer. Vſusfructus, inquit, diuidi non poteſt: quamuis fructuum percipiendorum diuidatur vtilitas vtili iudicio communi diuidundo, ſecundum R. Et paulo pòſt, Eſt enim vſusfructus, ius vtendi. & ita quoddam ſimplex indiuiſibile: licet vtilitas percipiendi diuidatur. Hæc ille. Ex quibus ita diſputatis concludi poteſt, nihil eſſe abſurdi, ſi vſusfr. qui ſua natura indiuiduus eſt, per accidens, & propter facilem fructuum diuiſionem fictione dicatur diuiduus: cùm etiam in vſu & ſeruitutibus prędialibus, de quarum indiuiduitate dubitari non poteſt, idem interdum accidere ſoleat.

Hereditas vtrum diuidua, an indiuidua ſit.

QVÆSTIO XXI.

DIVIDVA videtur hereditas, multis de cauſſis. Primùm, quia paſſim in libris noſtris traditur, hereditatem diuidi in XII. vncias, quæ aſſis adpellatione continentur, l. interdum, 13. §. 1. & l. ſeruum, 50. §. vlt. D. de her. inſt. §. & vnum, 5. Inſtit. ill. tit. Secundum argumentū eſt, quòd lege XII. tab. inter coheredes volentes à communione diſcedere, iudicium diuiſorium conſtitutum eſt, quod Familiæ erciſcundæ adpellatur, l. 1. & paſſ. D. fam. erciſ. Tertium, quòd eadem lege conſtitutum eſt, vt nomina defuncti, ſiue ſuum, ſiue alienum æs eſſet, inter heredes pro cuiuſque parte diuiſa ſint, l. vlt. C. de act. her. l. 6. C. fam. erciſc. l. heredes, 25. §. idem iuris, D. eo. Quartum, quòd Vlpianus ſcribit in l. quoties, 9. §. heredes, D. de her. inſtit. heredes iuris ſucceſſores eſſe: & ſi plures inſtituantur, diuidi à teſtatore inter eos ius oportere. quod ſi non fiat, omnes æqualiter heredes eſſe. vbi apertiſſimè ſcribitur, ius à teſtatore diuidi. Quintum eſt, quòd in iure noſtro ea dicuntur diuidua, quorum vſus diuiſus eſt, l. viæ, 17. de ſeruit. id eſt, quorum partis vſus per ſe conſtat. Indiuidua verò dicuntur, quorum partis vſus nullus eſt, vt fons, vel puteus diuiduus eſt, l. 4. D. commun. diuid. Aratrum indiuiduum eſt, quia partis eius vſus eſt nullus, l. quæſitum, 12. §. ſiquis eodem, D. de inſtr. vel inſtru. leg. Cùm igitur ſingulæ partes hereditatis vtiles ſint, conſequitur, hereditatem eſſe diuiduam. Ex contraria verò parte pugnant, primùm argumenta ſuperiore proxima quæſtione propoſita. Nam quantum ad primum, hereditas eſt ius & res incorporalis, l. 1. De rer. diu. l. pecuniæ, 178. l. hereditatis adpellatio, 119.

A D. de verb. ſign. & abſque vllo corpore iuris intellectum habet, l. Hereditas, 50. D. de pet. her. Quātum ad ſecūdum, hereditas definitur vniuerſitas, ſiue ſucceſſio in ius vniuerſum alterius, l. bonorum, 208. l. nihil eſt, 24. D. de ver. ſig. l. hereditas, 62. D. de reg. iur. l. cùm heres, 11. D. de diu. & temp. præſc. Itaque cùm heres ſit ſucceſſor vniuerſalis, ſequitur, vt hereditas, diuidi non poſſit, l. quædam, 9. §. 1. de edend. Quantum ad tertium attinet, per diuiſionem fieri plures heredita-

B tes non poſſunt. nam vnius hominis duæ non intelliguntur hereditates, l. iuriſperitos, 30. §. 1. D. de excuſat. l. quod contra, 141. §. 1. De reg. iur. veluti teſtamentaria, in inſtituto: & legitima, in ſuo vel adgnato. nā iure ciuili nemo ex parte teſtatus, ex parte inteſtatus decedit, l. 7. de reg. iur. Et huc pertinet formula antiqui iuris, vt in teſtamentis per æs & libram vnicus familiæ emtor adhibeteтur, §. 1. De teſt. ord. & apud Vlp. in Regul. & Caium in Inſt. Quantum ad quartum, ſatis conſtat hereditatem eſſe ſpeciem dominij.

C Itaque dominium adpellatur in l. 2. §. vlt. D. de bon. poſſ. ſec. tabu. heres enim nihil aliud eſt, quàm dominus, §. vlt. de hered. qual. & diff. l. 1. in princ. D. de ſucceſſ. edict. Vt igitur dominium diuiſionem non recipit, l. 3. D. pro derel. ita hereditas. nam qui totam hereditatem adquirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo adire non poteſt, l. 1. D. de adq. hered. & inſtitutus in re certa, vel ex certa aſſis parte, in vniuerſum aſſem inſtitutus intelligitur, l. 1. §. ſi ex fundo, & l. ex facto, 35. D. de her. inſt. l. interdum, 13. §. 1. D.

D eod. §. & vnum, 5. Inſt. eod. & qui partem hereditatis adit, totam hereditatem adire intelligitur, l. quidam, 20. C. de iur. delib. Quintum inducitur ex eo, quòd heres dicitur is qui in defuncti locum ſuccedit, l. ſi is qui, 34. D. de iud. Succedere autem eſt factum, ac proinde indiuiduum, l. is qui, 80. §. vltim. D. ad leg. Falc. Sextum argumentum ſuppeditat l. 1. §. 2. D. ſi pars hered. pet. & l. Pomponius, 8. de rei vind. vbi Vlp. ait, hereditatis poſſeſſionem indiuiſam eſſe. neque enim hereditatem pro diuiſo à pluribus

E poſſideri poſſe: adeò vt coheres quamuis ſuam tantùm partem poſſideat, cùm extraneus alteram teneat, tamen coheredi ſuo ſubtili ratione petitione hereditatis teneatur. Quinetiam adeò indiuiduam hereditatem eſſe, vt ſi tres ſint, quorum ſinguli trientem poſſideant, is ad quem ſemis pertinet, ſingulos cogat ſextantem reddere: vt ipſe quoque poſtea ſextantem de ſuo triente reſtituat. §. item ſi, eadem l. Primùm igitur intelligendum eſt, hereditatem dupliciter vſurpari. propriè, pro iure, quod incorporale eſt: im-

F propriè verò & abuſiuè, pro rebus hereditariis. Nam propriè ius ipſum ſucceſſionis demonſtrat, non res ſingulares, l. bonorum, 208. De verb. ſig. l. 3. D. de bonor. poſſ. Impropriè verò Cicero in Top. hereditatem definit, pecuniam quæ morte alicuius ad alterum peruenit. Nam aliud eſt hereditas, aliud res quæ per eam adquiruntur, §. 2. Inſt. de reb. corp. & incorp. Neque ſatis conſideratè Seneca ſcribit de benef. 6. Iuriſconſultorum argutas eſſe ineptias, qui hereditatem negant vſucapi poſſe, ſed ea quæ in hereditate

G ſunt. Nam cùm hereditas ſit incorporalis, cadere in illam vſucapio non poteſt, l. ſeruitutes, 14. D. de ſeruit. Itaq. venditor hereditatis euictionē non pręſtat, l. 2. D. de her. vend. quia vendit, non quod certè eſt, ſed quod fortaſſe eſt: vt ſi fortè nihil ſit, nihil vendat: ſi denique plus damni ſit quàm lucri, id vendat. l. hereditatis, 119. De verbor. ſign. Et eadem de cauſſa poſſeſſoria hereditatis petitio etiam in eum qui rem

nullam

nullam poſſidet, ſed ius tantùm quaſi poſſidet, conceditur. veluti in debitorem hereditarium, l.regulariter,9. D.de hered.per. Secundò intelligendum eſt, Totum vniuerſitatis hereditariæ dupliciter conſiderari. Primùm, vt totum integrale: deinde vt vniuerſale, id eſt, ὅλον ἢ καθόλου: vt præclarè docet Ariſtot. Metaphyſ. 4. à capite, ὅλον λέγεται, &c. Nam locum adſcribere nimis longum videretur. Illud corporale eſt, quod tribus corporum generibus conſtat, quorum inſignis eſt deſcriptio in vulg. l.rerum mixtura, 30. D. de vſurp. Hoc incorporeum eſt, & iure conſtat: atque vniuerſitas iuris ſine corporis intellectu adpellatur, l.hereditas,50. De her.inſtit. Cùm autem neque corporalis res, incorporalis pars dici poſſit, neque viciſsim hæc illius, præclara & ad vſum vitæ & ad oblectationem animi doctrina colligitur, vt nulla res hereditaria pars ſit hereditatis, l.quamuis, 14. D. ſiq. omiſſ.cauſ.teſt. adeò vt nec legatum pars hereditatis ſit, l.qui fundum,87. §.3. Ad leg.Falc.non magis quàm res peculiaris, pars eſt peculij, l.4.§.ſi ære, D.de pecul.& res dotalis, pars dotis, l.1.in fin.prin. D.de dot. præleg. l.quod dicitur,5. D.de impenſ.in res dotal. Eiúſque rei euidens argumentum eſt in ſeruitutibus, quæ cùm natura ſua indiuiduæ ſint, quantumuis multi heredes ſcribantur, quantumuis multę hereditatis partes fiant, tamen non diuiduntur, ſed in ſolidum tum omnibus, tum ab omnibus debentur, vulg.l.2.cum ſimil. D.de verb.oblig. Quæ cùm ita ſe habeant, ſecundum vtramque hanc diſtinctionem concludendum eſt: cùm hereditas propriè veréq; vſurpatur, hoc eſt pro toto vniuerſali, ſiue pro iure vniuerſitatis, eam eſſe indiuiduam. Cùm autem impropriè pro rebus hereditariis vſurpatur, & pro toto integrali, tum adpellari diuiduã. Vnde ſolutio contrariorum argumentorum omnium perfacilè intelligitur. Nam quantum ad primum, cõſtat partes aſſis nõ dici niſi rerum hereditariarum. Quantum ad ſecundum, nemo neſcit Familiæ verbum in lege XII. tabular.pro bonis & rebus hereditariis vſurpari, l.pronunciatio,195. §.1. De verb.ſignif.ac propterea familiæ erciſcundæ iudicium dici, quia iudex familiæ erciſcundæ non hereditatem diuidit, ſed res hereditarias. Tertium autem argumentum eiuſmodi eſt, vt retorqueri in contrariam partem poſſit. nam ex eo ipſo quod lex XII. tabul. hanc hereditariarum rerum partẽ diuiſam eſſe voluit, colligitur & eam ſua ſponte ac natura indiuiduam fuiſſe, & reliquas de quibus lex nihil cauit, indiuiduas eſſe, arg. vulg. l. Prætor,10.D.de iudic. Eiúſque rei exemplum eſt in l.adeò,7.§.in ſuo, D.de adq.rer.do. vbi tigni iniuncti dominium, quod translatum non fuerat, vindicari iure ordinario poterat. ſed propter legẽ XII.tab. & ius extraordinarium vtilitatis publicæ cauſſa ab illa inductum, vindicari prohibetur, l.1. D.de tig.iniunct.l.6. D.ad exhib.l.in rem actio,23. §.tignum, De rei vind. Sic cùm hereditaria nomina indiuidua natura eſſent, vtilitatis publicę cauſſa, lege XII.tab. ſancitum eſt, vt ipſo iure ac ſine familiæ erciſcundæ iudicio pro partibus hereditariis diuiderentur. Quantum ad quartã obiectionem, ſatis conſtat, omnes coheredes vſque ad familiæ erciſcundæ iudicium in cõmunione manere, l.non poſſumus,7. D.ſi pars her.pet.& l.1.D.fa. erciſ. Repugnant autem, partes hereditatis diuiſas à teſtatore fuiſſe, & poſt eius mortẽ cõmunionem manere. Nam quæ iuris cõmunio ſeparatarim inter plures intelligi poteſt? ait Paullus in l. arbor,19. §. 2. D. com.diu. Neceſſe eſt igitur, cùm dicimus hereditatẽ

A & ius à teſtatore inter coheredes diuidi, ſignificari partes pro indiuiſo. quod apertè oſtendit textus d.l. non poſſumus, vbi effectus petitionis hereditatis eſſe dicitur, vt hereditatis partes pro indiuiſo poſſideantur. Poſtremum autem argumentum à parte ad torum integrale, ad res hereditarias pertinet: cuius ſolutionem ſuperius expoſuimus. Ex quibus perſpicuũ eſt, hereditatem ex eorum eſſe numero, quæ communionem recipiunt, diuiſionem non recipiunt.

B

An debitor ſolutionis partem offerens, inuito creditore pro ea liberetur.

QVÆSTIO XXII.

DE HAC quæſtione pugnantia videntur ſtatui à Iuliano & Modeſtino, in l.quidam,21. D.ſi cert.pet. & l.tutor, 41. §. 1. D. de vſur. Sed adhibenda trium temporum diſtinctio videtur. Primùm mouendæ controuerſiæ, quod eſt ante litis conteſtationem: hoc eſt, prius quàm in ius

C ad Prætorem adeatur, l.diuus,5.& l.ſed & ſi lege,25.§. ſi ante litem, D.de petit.her.l.1. C.de lit.conteſt. Alterum in litis conteſtatione, quæ apud Prætorem in iure fiebat, vt d.§.ſi antè, & multis peruulgatis. Poſtremum tempus eſt, cùm apud iudicẽ à Prætore datum cauſſa diſceptatur, l.ſi reus, 73.D.de procurat. l. Ædiles,25.§.item ſciendum, D.de Ædil.edict. Ergo ſi ante litem conteſtatam cùm debitorem creditor adpellat, partem debitor offerat, creditor autẽ recuſet, quamuis eam debitor obſignet, eius tamen partis vſuras

D non ſiſtit. Atque ita Modeſtini locum accipiendum arbitror, in d.l.tutor, De vſur. vnius enim obligationis vnam eandémq. indiuiſam ſolutionem eſſe oportet: quò pertinet l.Iulianus,13.§.offerri, D.de act.emt. Bona autem vtriuſque gratia ſolutionẽ partis & ſortis debitam imminui, & eius vſuras ſiſti, conſtat ex l. ſtipulatus ſum,9.§.1.De ſolur. Qui decẽ debet, inquit, partem ſoluendo, in parte obligationis liberatur: & reliqua quinque ſola in obligatione remanent. Vbi autem ad Prætorem ventum eſt, tum ſi iuſta cauſſa

E Prætori videbitur, pro iure Imperij & magiſtratus poterit iubere creditorem oblatam partem accipere, & pro ea parte litem imminuere. veluti ſi debitor partem ſe debere fateatur, partem inficietur. quò pertinet d.l.quidam, D.ſi cert.pet. cui iungenda eſt l.permittendum, 8.D.ſi pars he.pet. Nam etſi quod Iulianus ait, officiũ Prętoris eſſe, lites diminuere, pinguius intelligi ſic poteſt, quaſi pars de ſorte & ſortis vſura detracta ſit: & creditor de reliquo tantùm litigare co-

F gatur: tamen verius verbum eſſe animaduerto, Lites diminuere, pro diſceptare, & dirimere. vt in l.2.D.de aq.& aq.plu. & apud Cæſarem lib.5. Habere ſeſe quæ de re communi dicere vellent, quibus controuerſias minui poſſe ſperarent. Et lib.6. In pace nullus communis eſt magiſtratus: ſed Principes regionum atque pagorum inter ſuos ius dicunt, controuerſiáſque minuunt. Item apud Cic. Acad.2. Sed vt minuam controuerſiã, videte quæſo &c. Quod ſi creditor recuſet, nihilominus Prætor eum compellet: quia iudicium

G nonniſi in reliquam partem dictabit. Eiúſque imperij exẽplum eſt in l.ſi cuius,13.§.ſed ſi, D.de vſuf.l.3.§. 3.D.de ſuſp.tut.l.3.§.3.D.de Carbõ.edict.l.itẽ quãuis, 10.§.1.D.cõm.diuid. Cùm autem ad Iudicem res deuenit, quia Iudex priuatus ac ſine Imperio eſt, neque quidquam, niſi quod ſui iudicij eſt, ſtatuere poteſt, & in ſtricti iuris iudiciis ad ſummam à Prætore præſcriptam adſtrictus eſt: tum verò non dubium eſt,

quin nulla ipſius in creditoris iure deminuendo poteſtas ſit,l.vt fundus, 18. D.comm.diu.d.l.ædiles, De ædil.edict.& l.pen.D.de confeſſ.Et huc pertinet l.lecta,40.D.ſi cert.pet.cuius hæc ſententia eſt, Pactum de ſorte per partes ſoluenda ſtatim poſt ſortis & vſurarum ſtipulationem adiectum, in ſtipulationẽ diffuſum eſt: & vſurarum obligationem pro rata penſionum diuidit. Cauſſæ autem conſtitutio hæc eſt.P. Mæuius credidit Titio centum aureos, ſtipulatus eſt eos ſibi Kal.proximis reddi,&niſi reddantur,vſuram centeſimam, id eſt, vnum menſtruum aureum in cẽtenos. Pòſt conuenit inter illos,vt ſortem particulatim ſoluere liceret. Primæ Kal. ſine ſolutione abierunt. Mæuius integræ ſortis vſuram petit. Titius ſolius primæ penſionis non ſolutæ vſuram offert.quaſi pactum ſtipulationi continenter adiectum per omnes eius partes diffundatur, eámque vniuerſam immutet, atque actionem informet. Paullus reſpondit, pactum de ſorte per partes ſoluẽda, ad vtramque ſtipulationis partem, hoc.eſt, ſortis & vſurarum pertinere. Et quamuis vſuræ pecuniæ creditæ deberi ex pacto etiam ſtipulationi continenter adiecto non poſſint,l.Titius,24.D.de perſc.verb.l.ſi tibi, 17. D. de pact.l.3. C.de vſur.tamen hoc caſu vſuras non ex pacto, ſed ex ſtipulatione per pactum renouata & reformata deberi. deinde quia vſuræ pecuniæ creditæ non ipſo iure,ſed ex mora tantùm debentur,l.1.& l.3. C.de vſur. Ex quo intelligitur,pacta continenter adiecta ſtipulationibus, vim ex iis,quaſi in ipſas inſita, ad pariendam actionem adſumere, l.petens, 27.C.de pact. ac proinde pacta incontinenti appoſita æquè ineſſe ſtipulationibus, vt bonæ fidei contractibus, l. 7.§.1.De pact.l.in bonæ,13.C.eod.Patet igitur,caſum illum eſſe vnum, quo creditore inuito pars obligationis ſoluitur:cùm ſcilicet obligatio pactione diuiſa eſt. Alter adiungi caſus poteſt, cùm obligatio lege diuiſa eſt:velut inter coheredes,l.cetera, D.fam.erc.l. 1.C.ſi cert.pet. l.2.§.2. De verb.obl. Tertius eſt, cùm creditor conſentit, & partis ſolutionem acceptam habet,l.9.§.1.D.de ſolut.

An de crimine paciſci,aut tranſigere liceat.

QVÆSTIO XXIII.

PERPLEXA diſputatio eſt,& quę tractari dilucidè,niſi ſubtili diſtinctione adhibita, nõ poteſt. Nam octo ſpecies ſunt, quarum de ſingulis, ſingulæ ferè ſententiæ proponendæ ſunt. Primùm enim aut de crimine capitali pactio fit,aut de non capitali,l.tranſigere,18.C.de tranſact. Secundò vel in actoris, vel in rei perſona pactio conſideranda eſt. Tertiò vel ante iudicium, vel poſt iudicium conſtitutum pactio fit,l.1.§.2. D.de calum. Poſtremò vel pactum fit,vel tranſactio:id eſt,conuẽtio fit vel de re certa, & gratis: vel de re ambigua, & aliquo dato aut remiſſo,l.1.D.de tranſ.l.tranſactio,38. C.eod. Prima igitur enunciatio hæc eſto, Actor de crimine capitali ante conſtitutum iudicium impunè paciſcitur,at non impunè tranſigit. Actorem autem abuſiuè adpello,non reipſa,ſed vi ac poteſtate,pro eo qui crimen comperit, & actor eſſe poteſt, vt ei qui crimen commiſit opponatur. Eius autem ſententiæ teſtimonium eſt in l.2. D.de concuſſ. vbi qui ob non accuſandum pecuniam accepit, cõcuſſionis tenetur, & l.qui accuſare, 8.D.de accuſ.vbi qui ob non accuſandum pecuniam accepit, quaſi turpem quæſtum fecerit,ab accuſatione remouetur. eodémque pertinet l.ſi quidem, 9. C. de contrah.ſtipul. Atque hæc quidem de tranſactione. De pacto verò,generalis regula eſt, neminem prohiberi gratis ſuam iniuriam remittere, l.mariti,29.§. plectitur, D.de adult. l. qui cœtu, 5.§.2. D.de vi pub.Seq.11. Reus de crimine capitali ante conſtitutum iudicium ſiue paciſcatur, ſiue tranſigat,nihil agit. quoniam cuiuis alteri aduerſario expoſitus eſt,cuiuſuis alterius perſecutioni patet atque obiectus eſt: cùm publica iudicia dici conſter,quòd cuiuis de populo pateant,l.1.D.de pub.iud. &publica coërcitio priuatorum pactione non tollatur,l.5.D.de pact.dot.Et hoc eſt quod traditur in l.iuriſgentium,7.§.ſi paciſcar,l.ſi vnus, 27.§.pacta, D.de pact.de iis rebus quæ publicam læſionem attingunt, paciſci non licere. Item de incenſis ædibus & de vi, quatenus publicam læſionem attingunt, paciſci non licere. Non enim paciſci iure vllo diſertè ac nominatim prohibitum eſt: ſed ea de re facta pactio nullius momenti eſt: quoniam de iis demum rebus negocium rectè gerimus, quæ in noſtro commercio ſunt,l.inter ſtipulantem,83.§.ſacram, D.de verb.obl. Seq.111. In crimine capitali actor poſt conſtitutum iudicium, neque paciſci, neque tranſigere impunè poteſt. Primùm,quia lædi Reſpublica per eiuſmodi pactiones videtur, cùm eius interſit atrocia & capitalia crimina puniri; qua de cauſſa qui pactione accuſationem deſerit,in Turpillianum S.C.incidit,l.6. & l.cui ſenatuſconſultum,15.D.ad S.C. Turp.l.2.& l. pen.C.eod.l. ſerui,23.C.de adult.cuius pœna eſt infamia,mulcta pecuniaria,& extraordinaria coërcitio, l.2.C.eo.l.3.D.de præuar.l.1.& l.2.C.vt int.cert.temp. Deinde,qui accuſant,cauent ſe perſeueraturos vſque ad ſententiam:& pœnæ talionis ſubiiciuntur,l.ſi cui, 7.D.de accuſat.l.vlt.C.eod. Seq.1111. In crimine capitali reus poſt conſtitutum iudicium paciſcens, aut tranſigens,nihil agit:id eſt, ſibi neque prodeſt,neque obeſt,l.1.D.de bon.eor.qui ant.ſent.vbi ei ignoſci dicitur,qui ſanguinem ſuum quoquomodo redimere conatur.Itémque in l.vlt. D.de præuar. Qui verò ex reis propter accuſatoris defectum eximitur,repeti ab altero poteſt,l.3.§.vlt.& l.ſi tamen, 11.§.vlt. D. de accuſ. Fruſtra ergo Reus paciſcitur, quia pactiones de re ad publicam læſionem pertinentes nullius momenti ſunt. De iis enim rebus paciſci tantùm poſſumus,quæ(vt Vlpianus ait) ad rem familiarem pertinent, d.l.7.§.ſi paciſcar. D.de pact. Qui tamen iudicem corrũpere conatus eſt, relegationis pœna mulctatur,l.1.& l.qui duobus, 21.D.de falſ.l.1. C.de pœn. iud.qui mal. In cauſſis autem fiſcalibus qui delatorem corrumpit,pro conuicto habetur,l.vlt.D.de prę-uaric.quæ(vt inſcriptio declarat) ad cenſus pertinet, l.eius qui, 29.d.l.Imperatores,34.de iur.fiſc. Magnopere autem obſeruandum eſſe fateor, & conſiderandum, quod Antoninus conſtituiſſe dicitur, vt cùm reus aduerſario pecuniam in cauſſis aut publicis aut priuatis dedit,lis pereat, & actio amittatur, l.1.C. de pœn.iud.l.1. §.2. D.de calumn. Nam ſi Actionem amittere,pro cauſſam amittere,& cauſſa cadere, dictũ eſt: nouum & omnino inauditum ius ab Antonino introductum fateri oportet.Ac planè dubitandi cauſſam mihi iam ſublatam animaduerto ex l. 2. D.de cond.ob turp.cauſſ. vbi Vlp. ſcribit, non ita pridem hoc ab illo ſuo Imperatore conſtitutum fuiſſe,vt qui pecuniam dediſſet,litem perderet. quod ſummopere notandum eſt. Conſtitutionis autem æquitas hæc fuit,quia fateri crimen videtur, qui pecunia cum accuſatore paciſcitur, l.5. D.de his qui not.infa. Seq.v.

In cri-

In criminibus non capitalibus, actori tum ante, tum poſt conſtitutum iudicium, & paciſci, & transfigere impunè licet. d. l. iuriſgentium, 7. §. ſi paciſcar, l. ſi vnus, 27. §. pacta, D. de pact. Itémque in l. 1. §. 2. D. de calum. vbi Vlpian. ait, non eſſe tranſactionibus interdictum, ſed ſordidis concuſſionibus. quò pertinet l. nec timorem, 7. §. 1. & l. ſeq. D. quod met. cauſſ. l. auxilium, 37. D. de minorib. Neque obſtat quod Martianus ait, ſi quis ab accuſatione citra abolitionem deſtiterit, punitur. l. 1. §. 4. D. ad Turpill. quia qui ſua ſponte deſiſtit, tacitè ſe ipſe calũniæ condemnat. qui tranſigit, & gratificari reo, & de re dubia litéque incerta paciſci intelligitur. Hic illud notandum eſt, ſolum adulterij crimen excipi: de quo tranſigere non licet. l. de crimine, 10. C. de adult. quæ perſpicuè de actore loquitur. nam olim capitale illud non fuiſſe, ſed ſolam relegationis pœnam habuiſſe, multi eruditi iampridem docuerũt; partim ex arg. l. ſiquis viduã, D. de quæſt. partim ex eo quod lex Iulia damnatas adulterij vxores duci, & teſtimonium dicere vetat. l. mariti, 29. de adul. l. Claudi⁹, 13. D. de his quæ vt ind. l. ex eo, 18. D. de teſtibus. Primi Conſtans & Conſtantius capitis ſupplicium inrogarunt. l. quamuis, 30. C. de adulter. iuncta l. 4. C. T. H. quor. app. non rec. De adulterio ergo paciſci quidem, id eſt gratis remitti licuit: tranſigere non licuit. l. mariti, 29. §. plectitur, l. ſi maritus, 15. §. ſi negauerint, D. de adulter. d. l. de crimine, 10. C. eod. l. iſte quidem, 8. D. quod met. cauſſ. l. auxilium, 37. in fin. D. de minor. Solum autem adulterium excipi, argumento ex contrariis concludi licet, hoc modo: De adulterio, quod non capitale eſt, tranſigere non licet, Ergo de aliis non capitalibus licet. l. cùm Prætor, 12. D. de iud. d. l. ex eo, 18. D. de teſtibus. Eius autem exceptionis cauſſa perſpicua eſt, quoniam actor de comperto adulterio trãſigens lenocinium admittere videtur. l. 2. §. 2. l. miles, 11. §. ſocer, & l. is cuius, 14. D. de adult. tametſi quod accepit, condici ab illo non poſſit: propterea quòd dantis & accipientis turpitudo verſatur. l. 4. D. de cõd. ob turp. cauſſ. Quæ cùm ita ſe habeant, veterẽ meam coniecturam retineo, vt in d. l. tranſigere, 18. C. de tranſ. particula NON alieno loco poſita in priorem locum reſtituatur: & textus legis ad veteris iuris rationem aptiſſimè & conuenientiſſimè ſic legatur, Tranſigere vel paciſci de crimine non capitali, excepto adulterio, prohibitum non eſt. vt Reſcriptum illud non ad reum, vt plerique exiſtimarunt, ſed ad actorem pertineat. in quo momentum omne poſitum eſt. Quod enim ſequitur, ſi adfirmatè legatur, & ad actorem referatur, aptiſſimè cum tertio noſtro ſuperiore pronunciato quadrabit: In aliis, inquit, publicis criminibus, quæ ſanguinis pœnam ingerunt, tranſigere non licet accuſatori: propter eas cauſſas quas ſuperius expoſuimus. Quod autem ſupereſt, CITRA FALSI ACCVSATIONEM, ſic interpretor, quaſi dictum eſſet, Sine falſi crimine: vel Niſi falſi accuſationem ſubire velit. nam CITRA pro SINE, vſitatum eſſe, nemo neſcit. vel l. pro herede, 20. §. Papin. in fin. D. de adquir. hered. l. 1. C. ſi alien. res pign. l. 1. §. 1. De pignor. l. falſus, 19. C. de furt. l. 3. D. de vſur. Falſi enim tenetur is qui, vt verum non adpareat, quid celauerit. l. inſtrumento, 16. D. de falſ. Item qui ob non dicendum teſtimonium pecuniam acceperit. l. 1. D. eod. Quantum autem ad crimen falſi, primùm illud ſcire oportet, illud inter capitalia numerari: quoniam eius pœna plerumque mors eſt. l. 1. l. 5. C. ad leg. Corn. de falſ. & apud Paul. Sent. 5. titul. 25. §. 1.

A Quapropter ad Regulas de capitalibus ſuperius poſitas illud redigendum eſt. neque enim huc pertinet l. 2. C. de his qu. vt ind. Nam ibi tranſactio facta fuerat à Polla defuncta, de teſtamento nõdum ſuſpecto; poſt cuius mortem tutor pupilli nomine falſum illud dicere volebat. Nihilo magis aduerſatur l. ipſe, 7. C. de ſatiſd. quę de tranſactione quidem loquitur, ſed non de inſtituta falſi accuſatione: verùm de negocio principali, & lite pecuniaria, propter quam falſum B quoddam inſtrumentum adhibitum fuerat. Magis vrget l. pen. in fi. C. de tranſ. Niſi fortè, inquit, de eo quod falſum dicitur, controuerſia orta deciſa ſopiatur. Sed facilis & expedita tum ad hanc, tum ad ſuperiorem obiectionem ſolutio eſt: falſi agi poſſe, & criminaliter, & ciuiliter. l. de fide, 16. l. pen. & l. vlt. C. de falſ. Si criminaliter actum eſt, ſuperiores regulas ſequendas eſſe: ſin ciuiliter, eodem modo tranſactionẽ valere, vt in ceteris omnibus cauſſis pecuniariis. Supereſt VI. In crimine non capitali Reus ſiue ante, ſi- C ue poſt conſtitutum iudicium tranſigat, infamia adficitur: paciſci autem & ſine infamia poteſt. l. 1. l. 4. §. vlt. & l. 6. §. pactus, De his qui not. inf. l. nõ damnatos, 18. C. eod. vbi qui furti, rapinæ, iniuriarum, de dolo & fraude pecunia pactus eſt, infamia notari dicitur: quippe, cùm intelligatur fateri crimen qui tranſigit. l. 5. D. eod. At qui gratis pactus eſt, infamia non notatur d. §. pactus, & l. non damnatos. Neque obſtat d. l. iuriſg. 7. §. ſi paciſcar, & d. l. ſi vnus, 29. §. pacta, D. de pact. & l. poſt deciſionem, 13. C. de fur. l. interdum, 59. D §. vlt. D. eod. vbi dicitur de furto & iniuriis paciſci licere. hoc enim ad pœnam vitandam pertinet, quæ olim corporalis fuit: pòſt verò pecuniaria Prætoris edicto facta eſt, vt in XII. tabul. docuimus. atque ita intelligenda eſt Paulli ſententia, ſiue illius ſit, ſiue nõ ſit, quã nonnulli protulerunt: De criminibus propter infamiam nemo cum aduerſario paciſci poteſt: id eſt, de criminibus reo paciſci non licet, niſi infamiam ſubire quàm pœnam malit. Hic quæſtio exoritur de crimine adulterij, An reo tranſigere liceat. E de qua quæſtione omnes, quos videre licuit, putant tractari in d. l. tranſigere, 18. C. de tranſ. Sed iam antè ex poſteriore clauſula demonſtratum eſt, eam ad accuſatorem pertinere. Sicuti negari non poteſt, d. l. de crimine, C. de adulte. ad ipſum accuſatorem, non ad reum referendam eſſe. Quantum enim ad reum attinet, quomodò dubitari poteſt, nihilomagis licere de adulterio, quàm de minoribus delictis ſine infamia tranſigere? Quare ſiue mulier, ſiue vir adulterij accuſatus eſt, perabſurdum videtur, exiſti- F mare in d. l. tranſigere, crimen adulterij exceptum, ne accuſato de illo tranſigere liceat. Neque aduerſatur d. l. de crimine, quæ ad accuſatorem, vt diximus, apertiſſimè pertinet. Quamuis enim legendum quidam putent, Par delictum eſſe accuſatoris, præuaricatoris, & rei fugientis veritatis inquiſitionem: tamẽ neque vulgata lectio quidquam habet incommodi: vt accuſator qui per tranſactionem ab inquiſitione veritatis deſiſtit, æquè infamis ſit, æquè extraordinaria pœna teneatur, vt is qui præuaricatur. denique vt eadem pœna ſit tergiuerſatoris, quæ præ- G uaricatoris. l. 2. C. ad Turp. l. 2. D. de præuar. quid verbis opus eſt? nam Baſilica perſpicuè REFVGIENTIS verbum retinent, & ad accuſatorem id referunt. Ἴσον ἔγκλημα τοῦ κατηγόρου τοῦ τι προδεδωκότος, καὶ τοῦ φεύγοντος τὴν τῆς ἀληθείας ζήτησιν. Par delictum eſt accuſatoris præuaricantis, & veritatis inquiſitionem refugientis. Deinde vt concedamus de reo fugiente

locum accipiendum eſſe, tamen eódem reuoluemur. Par enim, quantum ad exiſtimationem, & rei fugientis, & accuſatoris tergiuerſantis pœna eſt. Illud conſtat, quòd is qui in adulterio deprehenſus eſt, redimendi ſui cauſſa dederit, non repeti: quoniam vtriuſque turpitudo verſata eſt: vt modò diximus ex l. 4. D. de cond. ob turp. cauſſ. Quæ cùm ita ſe habeant, facilè exiſtimari poteſt, quantum Græcis interpretibus ſit tribuendum, atque in his Conſtantino, qui legem, transſigere, C. de tranſact. ita conuerterat, Εἰς μὲν τὰ δι' αἵματος ἐπιφέροντα τὴν τιμωρίαν καλῶς διαλυόμεθα, ὑπεξῃρημένου τοῦ τῆς μοιχείας ἐγκλήματος. ὅσα δὲ μὴ ἔχει δι' αἵματος τὴν τιμωρίαν, ἐπὶ τούτοις οὐκ ἔῤῥωται ἡ διάλυσις, χωρὶς τοῦ τῆς πλαστογραφίας ἐγκλήματος.

Appendix. Atque hæc quidem olim de interpretatione legis Tranſigere ſic ſcripſeram. ſed poſtea cognoui, non omnibus hanc meam ſententiam placuiſſe. Sunt enim qui putent verba illa, EXCEPTO ADVLTERIO, neque Diocletiani, neque Triboniani eſſe, ſed ab imperito aliquo interprete adiecta fuiſſe. quorum mihi vel vnam hanc ob cauſſam probari ſententia non poteſt, quia non modò apud Harmenopulum totidem exſtat verbis, verùm etiam in Baſilic. lib. 2. tit. 2. c. 26. Quòd verò idem vir in primis elegans & eruditus ſcribit, me non animaduertiſſe, exceptionem de regula eſſe oportere, adulterium autem quod hîc excipitur, fuiſſe Diocletiani ætate extra numerum criminum capitalium, ſanè mihi perdifficile intellectu eſt: cùm ob hâc vnam ipſam cauſſam ſuperius ſcripſerim, negationem inſequẽtis verſus in hunc primum reſtituendam eſſe. Quid verbis opus eſt? Tradi creditur initio legis hæc regula: licere actori in crimine capitali ſanguinis pœnam inferente & trãſigere & paciſci impunè. At eam ego ſententiam falſam eſſe ſuperius apertiſſimè docui. nam is qui pactione accuſationem deſerit, in Turpilliani pœnam incidit: hoc eſt, infamiam, multam pecuniariam, & extraordinariam coërcitionem. l. 2. C. ad Turpill. l. 3. §. vlt. D. de præuaric. l. 1. & l. 2. C. vt intr. cert. temp. l. 1. D. de iur. fiſc. l. ſpurij, §. qui iudicij, D. de decurion. deniq; ſubſcriptionis ad quam accuſator adigitur, hanc vim eſſe conſtat, vt ſe calumniæ & talionis periculo ſubiiciat. l. vlt. C. de accuſ. l. 2. l. 7. l. vlt. C. de calumn. Eiuſq; rei ſumi exemplum poteſt ex crimine homicidij, quod plerumque: itémque ſacrilegij, quod interdum capitale eſſe conſtat. l. 3. §. pen. D. de ſicar. & apud Paul. ſent. 5. tit. 23. & Collectan. tit. 1. l. 4. D. de pecul. nam cui veriſimile fiet, licuiſſe accuſatori clam de tantis ſceleribus, quæ coërceri totius reip. publicæ denique ſecuritatis intererat, tranſigere? Altera legis parte tradi hæc regula putatur, Non licere actori in criminibus ſanguinis pœnam nõ inferentibus impunè tranſigere. At hoc quoq; falſum eſt. nam Vlpian. in l. 1. §. 2. D. de calumniat. diſertè ſcribit, nõ eſſe tranſactionibus interdictum, ſed ſordidis concuſſionibus. Sunt qui obiiciant l. ſiquidem, 9. C. de contr. ſtip. quaſi dixerit, turpe eſſe paciſci de crimine non capitali. quod apertè falſum & commentitium eſt. Lex enim indefinitè loquitur de eo, qui pecunia pactus eſt, ne accuſationem inſtitueret: neque inter capitalem aut non capitalem pœnam diſtinguit: ſed generaliter de eo ſtatuit, qui ob non accuſandum pecuniam accepit. qui pari eodémq; modo aliis locis indiſtinctè modò concuſſionis, modò repetundarum teneri dicitur. l. 8. D. de accuſat. l. 6. §. 1. D. repetũd. Quinetiam ex naturali ratione diſputari poteſt, quibus criminibus lex pœnã ſanguinis impo-

A fuit, ea illam vſqueadeò atrocia & coërcenda iudicaſſe, vt ſine reip. detrimento tegi ac diſſimulari non poſſint. quale eſſe homicidium & ſacrilegium diximus. quæ verò leuiore pœna damnauit, in iis facilius accuſatori, vt ab actione deſiſteret, conceſſiſſe. Quid? quòd crimina quædam eiuſmodi eſſe videmus, vt eorum pœna variè pro delicti modo ſtatuatur. velut plagium in l. vlt. D. de plagiar. & crimen repetundarum. l. 7. in fin. D. repetund. item peculatus, l. 6. D. de B pecul. nam hæc modò capite, modò deportatione, modò leuiore pœna plectuntur. vnde intelligitur tranſigere interdum de iis licuiſſe, interdum non licuiſſe. Sed cùm ex iis quæ plerumque ſeruantur, regulę iuris conſtituantur, probabile eſt Diocletianum contrarias hoc modo regulas conſtituiſſe: Licere actori in crimine non capitali tranſigere? Non licere actori in crimine mortis pœnam inferente tranſigere. Quarum à priore adulterij crimen excipimus. nõ extra regulam: vt vir doctus exiſtimauit. nam apertiſ- C ſimè ſpeciem à genere detraximus. quippe, cùm adulteriũ Diocletiani ætate capitale crimen non eſſet. Quinetiam rectiſſimè hoc modo argumẽtari licebit: Specialiter cautum eſt, ne de adulterio (quod vnum eſt ex criminibus ſanguinis pœnam non inferentibus) tranſigere liceat. Ergo de aliis ſimilibus, nempe de non capitalibus tranſigere licebat. l. cùm Prætor, 12. D. de iud. l. ex eo, 18. D. de teſtib. Et certè ita eſt, vt alibi exceptio hæc pro regula tradatur, De crimine adulterij paciſci pecunia non licet, d. l. 10. l. abolitio- D nẽ, 16. & l. ſerui, 23. C. de adulter. l. iſti, 8. D. quod met. cauſſ. l. auxilium, 37. D. de minorib. Exceptionis autem ęquitatem ſuperius hanc fuiſſe oſtendimus, quia qui accepta pecunia de ſtupro paciſcitur, manifeſtus leno eſt. l. 2. §. 2. l. miles, 11. §. 3. l. is cuius, 14. D. de adulter. Atque hæc quidem hactenus ad modeſtam, atque, vt ſperare videor, amicam reprehenſionem dicta ſint. Ecce autem aliam eiuſdem legis interpretationem, ex Græcorum commentariis, ſeu potius lacunis hauſtam. Secundum antiquas leges adulterium E non erat capitale, & conſequenter de eo paciſci non licebat. quod etiam capite quodam legis Iuliæ nominatim cautum erat. d. l. 10. Nunc quamuis factum ſit capitale, non tamen caput illud legis abrogatum eſt, neque permiſſum vt paciſci de illo liceat. Hoc quale ſit intelligere non poſſum. niſi fortè hæc ſententia eſt: Quamuis de criminibus non capitalibus paciſci non liceat, tamen de adulterio, quod capitale factum eſt, paciſci non licet. Sed propius accedẽdum eſt: atque ita preſſius diſputandum: Si non capitale F fuiſſe hoc tempore adulterium ponamus, abſurda erit pars hui⁹ legis poſterior. ſi capitale, abſurda prior. quod hoc argumento intelligetur: Imperante Diocletiano de crimine non capitali paciſci non licuit vt poſteriore legis parte traditur. Eodem imperante adulterium capitale non erat: vt iam inter omnes cõſtat. Ergo eodem imperante de adulterio paciſci licuit. At conſequens falſum. Falſum igitur antecedens. Falſum eſſe conſequens, patet ex d. l. 10. C. de adulter. l. mariti, 29. §. plectitur, D. eod. vbi diluci- G dè traditur, de adulterio paciſci pecunia non licere. quoniam, vt paulò antè diximus, Lenocinij ſeipſum damnat, qui pro comperto ſtupro precium accipit. Sequitur alterum argumentum: Diocletiano imperante tranſigere de adulterio non licuit. d. l. 10. Eodem imperante tranſigere de capitali crimine licuit: vt priore legis parte ſcriptum eſt. Ergo eodem imperante adulterium capitale non fuit. Quod ſi

Quod ſi non fuit, ridiculè adulterij non capitalis ex-
ceptio ſub regula de capitalibus criminibus ſubiun-
cta eſt. quandoquidem id quod excipitur regulæ pars
eſſe debet, vt ſpecies ſuo generi deroget, l.4. §.vlt.D.
de pen.leg. l.ſi peculium,10.D.de manum. teſtam. Ve
nio ad alteram legis partem, Vt de criminibus ſan-
guinis pœnam non inferentibus paciſci liceat, exce-
pto falſi crimine. Sic enim Baſilicus liber interpreta-
tur: χωρὶς τοῦ τῆς πλαστογραφίας ἐγκλήματος. Sed hæc ſen-
tentia non minus abſurda eſt. primùm, quia falſi cri-
men plerumque mortis pœnam inferebat. hone-
ſtiores ſoli deportabantur, l.1. & l.5.C.de falſ. & apud
Paullum ſentent. 5.tit.25.§.10. Neque verum eſt, quod
quidam ſcribunt conſtitutionibus poſterioribus fal-
ſi crimen factum fuiſſe non capitale, ex l.vbi falſi,22.
C.eod. Nam illo loco Conſtantinus apertè ſtatuit, vt
falſarius vel capite, vel deportatione pro delicti mo-
do plectatur: quemadmodum ſuperiùs dictum eſt, po
ſterioribus legibus varias vnius eiuſdémque crimi-
nis pœnas pro delicti modo conſtitutas fuiſſe. Quare
abſurdum eſſet, verba illa CITRA falſi accuſatio-
nem, Græcorum exemplo, pro exceptione interpre-
tari: ne nimiæ Tribonianum imperitiæ arguamus.
Nam etſi vox CITRA nonnumquam pro Extra, vel
Præter vſurpetur, velut in l.vlt. D.de calumn. tamen
cùm falſi crimen capitale fuerit, abſurdum eſſet, ex-
ceptionem à regula tantopere alienã ſub regula ſub-
iicere. Quare CITRA pro Sine poſitum eſſe non du-
bito: quaſi Imp. ſcripſiſſet, Sine falſi accuſatione: vel,
Niſi falſi accuſationis periculum ſubire velit. ſicuti
in l.2.C.ſent.reſcind.non poſs. Iudicatum citra reme
dium adpellationis reſcindi non poteſt. & in l.6.D.
de curat.fur. Ne cui citra cauſſæ cognitionem curato
rem det. item in l.1.C.de iur.fiſc. Quod citra fraudem
creditorum geſtum eſt, non reſcinditur. & l.vlt.§.fi-
liis, C.de bon. quæ lib. Nec citra voluntatem eorum
quorum in poteſtate ſunt &c. Quare vt huic diſputa
tioni modum imponamus, ſine cunctatione conclu-
dendum arbitror, Diocletianum quidem hanc legem
ita vti reſtituimus, promulgaſſe: Tribonianum autẽ
propter nouum de adulterij pœna inſtitutum eam
ſuo more arbitrióque interpolaſſe.

*An ius vtendi fruendi re aliena, ſalua eius ſubſtan-
tia, de nullo alio quàm de vſufructu
dici poſſit.*

QVÆSTIO XXIV.

DVBITANDI cauſſam adfert primùm Emphy
teuſis, quæ non modò ius vtendi fruendi
transfert, verumetiã ius perpetuarium, aut
certè longiſſimum, l.1.D.ſi ag.vect. l.1.C.de
off.com. ſac. pal. l.viam veritatis,10. C.locati. Idque
in re aliena: quia proprietas non transfertur, d.l.1.D.
ſi ag.vect. Poſtremò interitus totius rei ad proprie-
tarium pertinet, l.2.C.de iur.emphyt. Secundam du-
bitandi cauſſam mouet fideicommiſſum. Nam heres
fiduciarius rogatus hereditatem reſtituere, cùm mo-
rietur, idem ius quod fructuarius habere videtur, l.
ſpecies,15.D.de aur. & arg.leg. vbi diſertè vſusfr. ad-
pellatur. Res autem fideicommiſſaria nominatim à
Iuſtiniano res aliena dicitur in l.vltim.§. ſed quia, C.
com.de leg. Tertiam, dos vxoris, in qua maritus idem
ius ſalua rei ſubſtantia obtinere videtur. Eius enim
periculum, ſi æſtimata non eſt, ad mulierem pertinet.
l.plerumq;,10.cum ſimil.D.de iur.dot. Quartam, Con
ductio, quæ ius colono tribuit vtendi fruendi re alie-
A na, ſalua eius ſubſtantia, l.1.D.de loc.public. fruend.
l.ſi quis,9.§.1.ibi Num magis, l.ſi fundus,33. l.ſi mer-
ces,81. l.ſi in lege,24. §.clauus, D. locat. qua de cauſſa
ſi colono vſusfr. legetur, actio ex locato ei tantùm
remittenda eſt, l.cui vſusf. 30. §.1. D.de vſufruct.leg.
Quintam, Precarium, quod idem hoc iùs tribuere vi-
detur, l.1.& paſs. D.de prec. Sextam, Ἀντίχρησις, de qua
in l.ſi pecuniam,33. D.de pign.act. & l.ſi is qui bona,
11. §. 1. D. de pign. hoc eſt, cùm pignus ita datur, vt
quoad debitor ſatisfaciat, eo creditor vtatur fruatur.
B Septimam, Legatũ annui reditus certi fundi: de quo
in l.fundi,38.D.de vſufr.leg. l.liberto,21. D.de an.leg.
Nam hic legatarius fructus omnes omnium generũ
percipit. Septem igitur huius definitionis tam-
quam riuales licet enumerare, Emphyteutem, in a-
gro vectigali: heredem fiduciarium, in fideicommiſ-
ſo: maritum, in re dotali: colonum, in re conducta:
eum cui precario res conceſſa eſt: creditorem ἀντιχρώ-
μενον, in fundo oppignerato: & prouentus annui le-
gatarium. nam hi omnes definitionem illam non fru
C ctuarij propriam, ſed ſibi cum illo communem eſſe
contendunt. Videndum eſt igitur, quemadmodum
illorum argumentis reſponderi poſſit. nam ſi defini-
tio hæc etiam in illos transferri poteſt, vitioſa eſt. de-
finitum enim & definitio inter ſe reciprocari & con
uerti debent, l.1. D.de dol.mal. Quantum igitur ad
emphyteuticarium attinet, quamuis propriè ac ple-
nè dominus agri vectigalis non ſit, tamen quaſi do-
minus eſt: atque adeò diſertè dominus adpellatur in
l.poſſeſſores,12.C.de fund. patrim. eíque vtilis actio
D rei vindicandæ cauſſa permittitur, l.1. D.ſi ag. vect.
l.5.§. bonorum, D.vt in poſs.leg. quinetiam agrum i-
pſum oppignerare poteſt, & donare, & vendere, &
quouis modo alienare, nõ modò inter viuos, verum-
etiam per teſtamentum, l.tutor,16.§.vlt. D.de pign. l.
ſi domus,71.§.vlt. De legat.1. vt iam non tã aliena re
quàm ſua frui videatur. Sic heres fiduciarius reuera
dominium habet, & re ſua, non aliena vtitur frui-
tur, l.1.§.1.& l. quamuis,40. D.ad Trebell. & quam-
uis à Iuſtiniano res aliena dicatur, tamen id ex fi-
E ctione intelligendum eſt, cùm ne in fideicommiſ-
ſarium quidem dominium verum transferatur, l.3.
D.ſi vſusfr.petat. Sic maritus conſtante matrimonio
dotis dominus eſt fictitius, l. in rebus, 30. C.de iur.
dot. l.Lucius,21.§.4. D.ad municip. l.quamuis,75. De
iur.dot. Itaque non aliena, ſed ſua re vti ac frui vide-
tur. Ita tres aduerſarij illi primi verbis illis excluſi
ſunt, RE ALIENA. quoniã omnes vtuntur re quæ ſua
eſt vel verè, vel per fictionem. Quantum ad preca-
F rium, facilis & expedita ratio eſt: primùm, quia pre-
carium non poteſt definiri ius, quia non iuris eſt, ſed
facti, l.ſi precario,17.D.comm.præd. vrb. l.ſi adopta-
uero, 16. D. de precar. quippe cuius & vſus & vten-
di tempus planè incerta ſunt: totáque ex conceden-
tis voluntate pendent. deinde in precario, non fruen
di, ſed tantùm vtendi poteſtas conceditur. Supereſt
vt colonum, creditorem ἀντιχρώμενον, & legatarium
prouentus annui excludamus: qui omnium acerri-
mi aduerſarij ſunt. nam & omni fructuum genere v-
G tuntur, & in re perſpicuè ac ſine dubio aliena. An di-
cemus, quantum ad colonũ attinet, ius fruendi quod
ex locatione percipitur, certis legibus præſcribi? l.
ſi merces,25. §.conductor, D. locat. cùm fructuario
alia nulla lex & cõdicio fruendi præſcribi poſſit, quã
æquitatis ratio, & boni viri arbitratus, & patrisf. fru-
gi conſuetudo, l.1. & paſſ. D. vſufr. quem.cau. Sed ſi
nulla in locationis contractu lex ſit adhibita, tamen

cùm bonæ fidei ſit,ad boni viri arbitrium redigetur.
l.cùm venderem, 21. D. loc. Alia igitur Colono red-
denda reſponſio eſt,quæ reliqnis duobus ſatisfaciet:
nempe aliud eſſe ius vtendi fruendi, aliud vinculum
illius iuris. Ius eſt dominium iuris, quod fructuario
per traditionem adquiſitum eſt.l.3.D.de vſuf.vt ei rei
vindicatio ex iure Quiritium confeſſoria competat.
l.5.& paſſ.D.ſi vſusfr.pet.qua de cauſſa vſusfr. in fru-
ctuarij bonis & dominio numeratur. l. in venditio-
nem,8.D.de reb.auct.iud.poſſ. At Colonus & credi-
tor & legatarius non habēt dominium iuris,ſed vin-
culum iuris,id eſt obligationem : quæ definitur iuris
vinculum,in §.1.Inſtit.de oblig.non enim obligatio-
num vis ea eſt, vt rem aliquam noſtram efficiat, ſed
vt alterum nobis obliget ad dandum,aut faciendum.
l.3. D. de oblig. & act. & dominium ab obligatione
ſeparatur in l.2.D.de ſtip.ſeru. Vſufructuarius igitur
habet ius ſuum & in ſuo dominio:qua de cauſſa rea-
lem actionem habet:alij verò ius poſtulandi in iudi-
cio,vt ſibi vti frui liceat : quo nomine perſonalem a-
ctionem habent. Itaque aliud eſt vſusfructus, aliud
actio de vſufructu ex teſtamento,vel contractu.l.1.in
fi.D.quand.dies vſusf.l.1.in princ.D. tit. ſeq. Quin-
etiam quantum ad annui reditus legatarium attinet,
tantum abeſt vt ius fruendi in ipſius dominio ſit, vt
neque habitationem habeat,neque per ſe colat & fru
ctus percipiat:ſed heres vendere fundum poſſit, & ei
quantitatē eandē offerre.d.l.fundi,& l.nihil,110.D.de
leg. 1. quæ omnia ab vſusfructus iure abhorrent. l.7.
& paſſ.D.de vſuf.Aliud tamē iuris eſſet,ſi fructus an-
nui legati fuiſſent.quibus verbis verum vſumfr. Vl-
pianus ſignificari ſtatuit.l.ſiquis ita,20.D.de vſuf. V-
ſuarium autem in iſtorum competitorum numerum
non admiſimus: quoniam vſuarius ius habet vtendi
tantùm,non fruendi:neque tamen ſalua rei ſubſtātia,
vt nonnulli ſcribunt:hoc eſt,non quantum rei natu-
ra & ſubſtantia ferre poteſt:ſed eatenus dūtaxat,qua-
tenus ad ſubleuandam ipſius neceſſitatem ſatis eſt.l.
4.D.de oper.ſeru.l.plenum, 12.§.1.D.de vſu & habit.

An iuſtum coniugium ſolo partium conſenſu ſine publica teſtatione contrahatur.

QVÆSTIO XXV.

RVBRICA hæc diſputatio eſt. nam magna ex
parte ad religionē pertinet. quare hac præ-
munitione vtemur, vt Matrimonij cauſſam
quidem efficientem eſſe dicamus, partium
conſenſum & conuentionem,l.2.D.de rit.nupt. Ma-
teriam autem & cauſſam ſine qua non, corporū con-
iunctionem:quia nec in caſtrato,nec in nondum vi-
ripotente matrimonium cenſetur.l.ſi ſerua,39.§.1.D.
de iur.dot.l.pen.D.quand.dies legat. Forma autē iu-
re Romano, atque adeò forma eſſentialis, & ſine qua
coniugium non habetur, fuit deductio in mariti do-
mum,& aquæ atque ignis interuentus.l.penul. D.de
don.int.vir.l.mulieri, 5. & l.ſeq.D. de rit. nup. l. cui
fuerit,15.D.de cond.& demonſt. Finis autem (vt in-
ter omnes conſtat) eſt propagatio ſobolis, & libero-
rum procreatio.l.ſi vicinus,9.C.de nupt. His poſitis,
deinceps illud intelligendum eſt:ſi hanc quæſtionem
ad iuris ciuilis rationem reuocemus,magnam diſpu-
tationis partem à religionis Chriſtianæ inſtitutis a-
lienam fore. Nam Modeſtinus in l. in liberæ, 24. D,
de rit.nupt.ſcribit, in liberæ mulieris conſuetudine,
ſi modò quæſtum corpore non faciat, non concu-
binatum, ſed nuptias intelligi: hoc eſt, tacitè pro
A nuptiis haberi. Item Papin. in l. donationes, 31. D.
de donat. ſtatuit, mulierem maritali honore & adfe-
ctione habitam, pro vxore habendam eſſe : quamuis
teſtatio nulla ſit. cui congruit illud Vlpiani in l.item
legato, 49.§.1. D.de legat.3. inter concubinā & vxo-
rem, niſi dignitate, nihil intereſſe.& l.3.§.1.D.de do-
nat.int. vir. & l.3. D.de concub. inter concubinatum
& matrimonium nihil niſi adfectionem intereſſe:
ingenuámque mulierem domi ſine teſtatione habi-
B tam, pro vxore numerari. Quinetiam Imp. Theo-
doſius in l. ſi donationum, 22.C. de nupt.ſanxit,ma-
trimonium abſque vlla pompa & celebritate nuptia
rum, atque adeò abſque vllis dotalibus inſtrumen-
tis firmum eſſe : liberóſque ex eo ſuſceptos,iuſtos eſ-
ſe. Nam ſi liberi pro iuſtis habendi ſunt, iuſtum an-
teceſſiſſe matrimonium oportet. quod idem Imp.
Probus conſtituit.d.l.ſi vicinus, 9.C.eod. Atque hæc
quidem de Iuſtinianico iure dicta ſint. ex quibus in-
telligitur, matrimonia non modò ſine publica, ve-
C rùm etiam ſine priuata teſtatione, atq; adeò ſola par-
tium conſenſione eo iure cōciliari. Nam de antiquo
Romanorum iure abſurdum eſſet diſputare:quo non
modò mulier domi à viro per anni ſpacium retenta,
pro vxore vſucapiebatur (quemadmodū in Cōment.
XII. tab. expoſuimus) verùm etiam vir vxorem ami-
co ad tempus liberorum ſuſcipiendorū cauſſa con-
cedebat. Quod Strabo lib.XI. & Plutarch.in Catone
Vtic.& Tertull.in Apologet.memoriæ prodiderunt.
Et de tacito matrimonij pacto, Sueton.in Caligula,
D Mox,inquit, L. Caſſio Longino cōſulari collocatam
abduxit,& in modum iuſtæ vxoris propalam habuit.
Quòd ſiquis genus illud matrimonij taciti ad vxorię
vſucapionis inſtitutū referre volet, neceſſe erit ſum-
mæ Tribonianum ſtultitię coargui:qui cùm illa ma-
trimonia ſuſtuliſſet,leges tamen quæ ad illa pertine-
bant, reliquerit. Vtcumque ſit,abſurdiſſimū ſanè vi-
detur, cùm matrimoniū magna ex parte publici aut
certè diuini iuris, etiam apud Romanos fuerit:quip-
pe, cùm omnis diuini atque humani iuris commu-
E nicatio definiatur.l.1.D.de rit.nupt. atque vxor dica-
tur humanę & diuinę rei ſocia.l.aduerſus,C.de crim.
expil.deinde cùm ad ciuis Romanæ caput pertinue-
rit (nam quæ materfam. fiebat, capite minuebatur)
tamen ſine actis atque adeò ſine ſcriptura probatum
fuiſſe.l.4.D.de pignor.l.4.de fid.inſtrum. & vt ſupe-
rius demonſtratum eſt,tacitè, ac ſine vlla teſtatione:
tantùm ex domeſtica vitæ conſuetudine:cùm tamen
neque emancipatio,neque adoptio fieri olim ſine ri-
tus ſollemnitate poſſet.l.3.D.de adopt.Videamus igi-
F tur,ne quæſtionis huius diſceptatio ex religionis no-
ſtræ inſtitutis potius,quàm ex ciuili Rom. iure petē-
da ſit.quippe,cùm matrimonium, vt ſuprà diximus,
potius diuini,quàm humani iuris eſſe conſtet. quod
vel hinc licet intelligatur,quòd Chriſtus & Apoſto-
li cùm ius de ceteris humanis conuentionibus atque
pactis nullum ſanxerint,tamen de matrimonio leges
multas ſtatuerunt,vt Matth.5.&.19.1.Corinth.5. & 2.
Cor.2.& 1.Cor.6.& 7.item 1.Petr.3. Quinetiam con-
uentiònem iſtam ſacram eſſe, Deúmque ipſiùs au-
G ctorem & conciliatorem fuiſſe, cùm ex ipſius inſti-
tuto intelligitur, tum etiam ex his Chriſti verbis
Marc.10. Quos Deus coniunxit, homo ne diſiun-
gat. Etſi autem partim hominum quorūdam ambi-
tione, partim temporum infelicitate multæ ſenſim
in diſciplinam Eccleſiaſticam corruptelæ inuectæ
ſunt : tamen iniquum eſt, inſtituta per ſe bona pro-
pter aduētitias corruptelas repudiari,& (vt Vlpianus
ait)

ait) veritas rerum erroribus geſtorum non viciatur.l. qui illicitas,D. de off.Præſ. Quare concludendum arbitror, morem matrimonij ſine publica teſtatione & ſollemni ritu contrahendi à Chriſtianis repudiandum eſſe.Primùm, quia cùm matrimoniũ diuini iuris ſit, vt iam dictum eſt, conſentaneũ eſt, diuini iuris & religionis miniſtros in eo conſecrando adhiberi.præſertim cùm etiam profani homines non modò in pontificalibus matrimoniis confarreatione vterentur, vt iam notum eſt omnibus:verùm etiam in peruulgatis nuptiis, quæ per conuentionem in manum fiebãt, & ſollemnem in domum deductionem, aquam atque ignem adhiberent.d.l.penul.D.de don. int.vir. Deinde, quia cùm in matrimoniis familiarũ dignitas periclitetur,cautio adhibenda eſt,nequa honeſta mulier pro concubina,aut meretrice,vel nequi iuſti liberi pro ſpuriis & nothis habeantur. æquiſſimúmque videtur,quæ ad perſonarum & familiarum, ac proinde ad ciuitatis ſtatum publicum pertinent, non modò ritè atque ordine,verumetiam publicè ac ſollemniter fieri.ſicuti de adoptionibus traditur in l. 3.& l.4.D.de adopt.quò pertinet illud Modeſtini,Sẽper in coniunctionibus non ſolùm quid liceat conſiderandum eſt, ſed etiam quid honeſtum ſit. Itaque furtiuæ & clandeſtinæ nuptiæ apertè damnantur ab Imperat.Conſtãtino in l.vxor,7.C.de repud. Præterea pietatis adiunctum eſt, veteres Chriſtianorũ mores ſcripturæ Sacræ conſentaneos obſeruari. Vetuſtiſſimum autem Chriſtianorum inſtitutum hoc eſſe,vt matrimonia palàm Eccleſiæ & miniſtrorum precibus conſecrentur, facilè demonſtrari poteſt:primùm ex Tertulliano,qui lib.ad vxorem 2.ita ſcribit: Vnde ſufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij,quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renũciant,pater rato habet?Nam nec in terris filij ſine cõſenſu patrum ritè & iure nubent. Alterum teſtimonium eſt ex l.ſancimus,24.C. de nupt.vbi Imperator Iuſtinianus ſtatuit, vt ea demum rata ſint matrimonia,in quibus nuptiarum acceſſit feſtiuitas. Tertium eſt ex Imp.Leonis Nou.89. vbi ſanxit,vt Chriſtianorum coniugia ſacræ & Eccleſiaſticæ precationis teſtimonio confirmẽtur:quæ aliter contracta erunt, pro iuſtis coniugiis non numerentur.Quam conſtitutionem Harmenop.lib.4.cap. 4.commemorans,ſubiungit Imp.Cæſarem Alexium Comnenum idem quoque cõſtituiſſe. Quartum eſt, quod idem Harmenop.eodem loco teſtatur,eccleſiaſticis canonibus ſancitum fuiſſe, ne clandeſtinæ nuptiæ,& extra eccleſiam Chriſtianorum celebrentur. Quintũ eſt,quod Papa Innocentius III.teſtatur,hanc veterem quoque Chriſtianorũ conſuetudinẽ fuiſſe, non Papæ vllius inſtitutum, vt conuentiones matrimoniorũ in eccleſia promulgentur.c.4.ext.de cland. deſp.vbi ſic loquitur:Quare ſecundùm ſpecialẽ quorumdam locorum conſuetudinem ſtatuimus,vt cùm matrimonia fuerint cõtrahenda,in eccleſiis per preſbyteros publicè proponantur, competenti termino præfinito: vt intra illum terminũ qui valuerit & voluerit, legitimum impedimentum opponat, &c. Eáque promulgatio Bannum Langobardico vocabulo adpellatur in c. cùm in tua,27.Ext. de ſponſ.& ex vetere conſuetudine manaſſe dicitur in c. cũ tua, 6. qui matr.accuſ.poſſ.idémque in c. aliter,30.q.5. In eandẽ ſententiã Caius Inſtitut.lib.1. ſcribit, nuptias eſſe legitimas,cùm Romanus Romanã nuptiis interueniẽtibus vxorem duxit. Nam plerumque matrimonium à nuptiis ita diſtinguitur, vt illud conuentionem &
A pactum ſignificet: hæ verò ritũ & ſollemnitatẽ, quæ pro cuiúſque gentis inſtitutis palàm adhibetur: veluti apud Scæuolam in l.pen.D.de don.int.vir. & vx. & apud Paullum in l.ſi ita, 20. & Iulianum in l. ſeq. D.de rit.nupt.& in l.inter eos,27.D.de don.int. vir.itémque apud Dioclet.in l.neque ſine, 13.C. de nupt. Itaque quod Iuſtin. Nou. 74. §. ἐπειδὴ δὲ, 4. Iuliano interprete ita ſcribit, Si quis diuinis tactis ſcripturis iurauerit mulieri, legitimam ſe illam vxorem habi-
B turum, vel ſi in oratorio tale ſacramentum dederit, ſit illa legitima vxor, quamuis nulla dos, nulla ſcriptura alia interpoſita ſit: videndum eſt,vt ſecundùm ſuprascriptam cautionẽ interpretemur:quaſi eo ſolo iureiurando matrimonium quidem contrahi ſignificet:ſed præter matrimonium nuptias ſupereſſe:hoc eſt, ritum & ſollemnitatem in Eccleſia Chriſtiana vſitatam. Quæ cùm ita ſe habeant, primùm perſpicuum eſſe arbitror, neque veram Duareni doctiſſ.viri diſputationem fuiſſe, qui ad Rub. ſolut. matrimo.
C multis verbis cõtendit, clandeſtina matrimonia Digeſtorum libris damnari. deinde leges & conſtitutiones Pãdect. & Codicis,quæ tacita matrimonij pacta pro expreſſis & ſollemnibus habuerunt, à Chriſtianis repudiandas eſſe. eóque nomine Tribonianum ceteróſque iuris noſtri architectos grauiter vituperandos videri.

An debitor qui ſoluendo non eſt, iure Rom. adfici pœna corporali
D ### *poſſit.*

QVÆSTIO XXVI.

CELEBRATVR quidem ab omnibus legis Iuliæ beneficium,quæ debitores qui ſoluendo non ſunt,ſi bonis ſuis ceſſerint, carceris & verberũ periculo liberat.nam per eã ceſſionẽ creditoribus poteſtas tantũ relinquitur damnati bona publica auctione diuendẽdi.l.1. & l.4.C. qui bon.ced.poſſ. Sed nemo explicat,quid illud ſit, quòd
E cùm vetuſtis legibus Porcia & Sempronia ciuium Rom.corpora quodammodo quaſi ſacroſãcta eſſent, neque verberibus in eos animaduertere liceret:tamẽ inopes debitores, niſi legis illius Iuliæ præſidio tuti fuiſſent, verberibus & cruciatui corporis ſubiiciebãtur, vt ex illius legis Iuliæ beneficio intelligitur. Quinetiam Imper. Gratianus ſanxit, ne debitor,niſi qui per vim maiorem bonis euerſus fuerit,bonorum ceſſione vti poſſit:ſed vt ad redditionẽ debitæ quantitatis congrua atque digniſſima ſuppliciorũ acerbi-
F tate cogatur,vt ait l.1.C.TH.qui bon.ex leg.Iul. ced. eodémque pertinet l.ſi victum, 34.D.de re iud.ne cui liceat prohibere victum & ſtratum inferri iudicato nimirum in carcerem detruſo. Et Nou.135. vbi per bonorum ceſſionem remitti dicitur ἡ τοῦ σώματος τιμωρία. Itémque illud Ambroſij in lib. de Tobia, cap. x. Quoties,inquit,vidi à fœneratoribus teneri defunctos pro pignore,& negari tumulum dum fœnus expoſcitur. Quibus ego adquieſcens dixi,Tenete reum veſtrum,& ne vobis poſſit elabi,domum ducite,claudite in cubili veſtro, carnificibus duriores:quoniam
G quem vos tenetis,carcer non ſuſcipit, exactor abſoluit.Et cap.VIII. Vidi ego miſerabile ſpectaculum, liberos pro paterno debito in auctionem deduci,& teneri calamitatis heredes, qui non eſſent participes ſucceſſionis, & hoc tam immane flagitium non erubeſcere creditorem. Item in lib. de Nabuthe, cap. V. Vidi ego pauperem duci,dum cogeretur ſoluere

quod non habebat: trahi ad carcerem, quia vinum A deeſſet ad menſam potentis: deducere in auctionem filios ſuos, vt ad tempus pœnam differre poſſit: inuentum fortè aliquem qui in illa neceſſitate ſubueniret. Redit ad hoſpitium cum ſuis, ingemiſcens filiorum famem, dolens quòd eos non potius ei qui poſſet paſcere, vendidiſſet. Redit ad conſilium. vendendi ſumit arbitrium. Item Off.1.Grandis culpa eſt, ſi te ſciente fidelis egeat, ſi ſcias eum ſine ſumtu eſſe, fame laborare,& non adiuues:ſi ſit in carcere,& pœ- B nis & ſuppliciis propter debitum aliquod iuſtus excrucietur.Sic in l.ob fœnus,49 D.de admin.tut. Tutor qui pecuniam pupillarē non exercuit, ſi ad damnum reſarciendum idoneus non eſt, extra ordinem coërcetur. Item in l.3.§.qui pecuniam,D.eod.vbi tutores improbè in adminiſtratione verſati, vinculis publicis contineri iubentur. Item in l. ſi pro aliquo, 21.§. 1. D. ad Velleian.vbi pater iudicatus propter ſolutionem vexari dicitur. Item in l. vlt. in fin. D. quæ in fraud.cred.vbi fraudator conuentus pœnam ſubi- C re dicitur. Denique Agellius lib.20.c.1.teſtatur ætate ſua vſurpatum id fuiſſe,vt addicti debitores necterentur. Addici,inquit,nunc & vinciri multos videmus, qui vinculorū pœnam deterrimi homines contemnunt. Quare intelligendum eſt, varium eius rei ius apud Romanos fuiſſe.Nam vt rem ab ouo (quemadmodum dici ſolet) repetamus, primùm ius fuit XII. tab.vt debitores damnati ſi iudicatum facere nō poſſent,publicè venderentur, atque addicti ſeruirent:id eſt, in neruo operas darent: vt Agellius eodem loco D teſtatur.& Quinctil.lib.5.& lib.7. vbi de Addictis loquitur. Atque inde natum illud Romanorum inſtitutum videtur,vt reges exteros (opinor qui ſoluendo non erant) cum purpura,& ſceptro,& corona in ſella regia collocatos publicè vēderēt. Cicero pro Sextio: De hoc nihil cogitante (loquitur de Ptolemæo Cypri Rege) eſt rogatum, vt ſedens cum purpura & ſceptro, & illis inſignibus regiis, præconi publico ſubiiceretur:& imperante populo R.qui etiam bello victis Regibus regna reddere conſueuit,Rex amicus, E nulla iniuria cōmemorata, nullis repetitis rebus, cū bonis omnibus publicaretur.Sic pro Domo:Vbi Cyprius Rex cū bonis omnibus ſub præcone ſubiiceretur. Nam publicandi regni cauſſam hanc, vt opinor, Clodius lege ſua pręſcripſerat,de qua lege Dio lib.38. cōmemorat.Priùs autem quàm debitor ipſe venderetur,omnia eius bona publicè conſtituta auctione diſtrahebantur.Nam cùm antiqua lege XII.tab.inſtitutum fuiſſet,vt creditores debitoris corpus diſſecarēt, F atque inter ſe partirentur:tacito populi conſenſu cōſuetudo inoleuit,vt eius bona diſtraherētur,ſic,vt ne ad victum quidem & cultum quidquam ei relinqueretur.vt Agellius eod.loco teſtatur,&Fab.lib.3.cap.6. atque adeò infamia notarentur. teſte Tertulliano in apolog.Ac de vniuerſa quidem bonorum vēditione, teſtimonium eſt in §.1.Inſt.de ſucceſſ. ſubl. ad eámq; referendus eſt ille Ciceronis iocus Philipp.XI.Videre etiam P.Decij auctionē clariſſimi viri, qui maiorum ſuorum exempla perſequens,pro alieno ſe ære deuouit emtori: id eſt,bona ſua vniuerſa vendi paſſus eſt. G Neque mihi eorum diſplicet coniectura,qui Sectionis nomen inde confictum exiſtimant, propter legem XII. tab.quæ debitoris corpus ſecari ac diuidi inter creditores permittebat;vt cùm ea lex à corpore ad bona tranſlata eſſet, nomen re mutata permanſerit. velut in l.inſula, 59.D.de adq.rer.dom. Eóque illud Ciceronis pertinet in Orat.pro Quinctio,Si funus id habendū ſit, quò non amici conueniant ad exſequias cohoneſtandas, ſed bonorum emtores,vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas ac diſtrahendas.De victu autem & cultu teſtimonium exſtat primùm in eadē Orat.his verbis,Cuius nō modò illę ampliſſimæ fortunæ, ſed etiam victus veſtitúſque neceſſarius ſub præconem cum dedecore ſubiectus eſt, is non modò ex numero viuorum exturbatur, ſed, ſi fieri poteſt, infrà etiam mortuos amandatur. Et de Addictis in lib.De orat.2. Apud Næuium,inquit,qui iudicatum duci videt,percōtatur ita:Quanti addictus?mille nummûm. Nihil addo.Ducas licet.Item in ea pro Flacco, Addictus Hermipo,quòd iudicatum non faceret, & ab eo ductus eſt.Et apud Liuium lib. 23. Qui capitalem fraudem auſi,quique pecuniæ iudicati in vinculis eſſent, &c. Alterum teſtimonium exſtat in nouell. Iuſtin.134.in illis verbis quæ paulo pòſt exſcribemus, καὶ τῆς ἐγκλείσου ἔγγραφῆς &c. De iudicati autem addictione,paſſim teſtimonia exſtāt,ſed pręſertim in illis Agellij & Quinct.locis. Vnde illud Mālij apud Liuiū lib.VI. Tum verò ego nequidquā hac dextra Capitoliū arcémque ſeruauerim, ſi ciuem commilitonémque meum tamquā Gallis victoribus captum in ſeruitutem ac vincula duci videam.Inde rem creditori,palàm populo,ſoluit:libráque & ære liberatum emittit. Pòſt,tertium ius ſucceſſit,anno CCCCXXVII. per legem Pœtilio & Papyrio coss. latam, nequis neruo aut compedibus teneretur: pecuniæ creditæ bona debitoris,non corpus eſſe obnoxium.(cuius rei Liuius libro 8.eſt auctor) ita nexos fuiſſe ſolutos,cautúmque ne in poſterum necterentur. Iuſſi, inquit, Conſules ferre ad populum, ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, pœnam daret in compedibus aut in neruo. Tum igitur obſeruari cœptum eſt, vt qui creditoribus addicerentur,ſoluti operas darent. Quamquam incurrit diſputatio ex Varronis verbis lib.de ling. VI. Liber, inquit, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia quam debet dat, dum ſolueret, Nexus vocatur, vt ab ære, Obæratus. Hoc C. Popilio rogante,Sylla dictatore ſublatum ne fieret,& omnes qui bonam copiam eiurarent, ne eſſent nexi, diſſoluti. Quo loco vox DISSOLVTI (vt opinor) ſupervacanea eſt. Bonam autem copiam eiurare, nihil aliud erat (opinor) quàm iurare ſe in bonis non habere, vnde diſſolui æs alienum poſſet. nam, vt ait Sex. Pomp. Eiuratio ſignificat, id quod deſideretur, non poſſe præſtari. Verùm vtcumque ſit, illa difficultas manet, cùm ſuperior illa lex valeret, quid hac noua Popilia opus fuerit? niſi dicamus, vel illam neglectam, vt per aliam renouanda fuerit, quod ſæpe accidiſſe conſtat: vel ſicuti Syllæ pleraque acta rata non fuerunt, ſic nec legem illam tenuiſſe. Itaque Cicero in Rullum, Omnium,inquit,legum iniquiſſimam diſſimillimámque legis eſſe arbitror, eam quam L. Flaccus interrex de Sylla tulit, vt omnia quæcumque ille feciſſet, eſſent rata. Quinetiam ius quod quarto loco ſucceſsit, dubitationem auget. Lata enim lex Iulia eſt (à Iulio, an ab Auguſto, mihi non ſatis conſtat) vt debitoribus qui ſoluendo non eſſent,bonis ſuis cedere liceret.quæ bona creditores, ſi eis videretur, publicè conſtituta auctione diuenderent:qui bonis ſuis ceſsiſſent,in eos creditoribus ius nullum eſſet:neque eos vel in ſeruitutē, vel ad operas dandas addici, aut in carcerem compingi, aut vllo modo in eos animaduerti liceret. l.1. & l.4. C.qui bon.ced.poſſ.Sed(meo iudicio) dicēdū eſt,primū propter fœneratorū potentiā, neglectā legū ha-

ſuperio-

ſuperiorum ſanctionem fuiſſe. cuius rei argumento eſt illud C.Manlij apud Salluſt.in Catilin. Neq; cuiquam noſtrûm licuit, more maiorum, lege vti, neque amiſſo patrimonio corpus liberum habere. Deinde carcer à nexu & cōpedibus ita ſeparandus eſt, vt lege quidem Popilia vincula ſublata ſint: carcer autem, priuatus ſcilicet, hoc eſt cuſtodia in creditoris domo vſque ad legem Iuliam permanſerit, l.1.C. qui bon. ced.poſſ. Legis autem Iuliæ beneficium ad fraudatores & decoctores, id eſt eos qui nequitia ſua bona perdiderant, non pertinuiſſe, verùm ad eos ſolos, qui vi maiore aliqua, velut incendio, naufragio, vel hoſtium incurſu fortunis euerſi fuerant, documento eſt l.1.C.TH.qui bon.ced.poſſ.& Nou.135. Vtcumque ſit, difficilis tamen illa quæſtio permanet, propter legem Porciam:de qua ſup.dictum eſt. Quare videamus, ne legis Porciæ & Semproniæ beneficium ad tenuiores ciues & fures non pertinuerit. Nā ex multorum auctorū teſtimoniis animaduerto, poteſtatem in illos Triumuiris capitalibus fuiſſe, qui ius ad columnam Meniam dicebant, & octo lictores habebant, quos Plautus valentes virgatores adpellat, qui eorū iuſſu in damnatos animaduertebant:quemadmodum docuimus in lib. de Magiſtratibus. Hinc illud Aſconij in Diuin. Vt fures, inquit, & ſeruos nequam, qui apud Triumuiros capitales ad columnam Meniam puniri ſolent. Cic. Verr.3. Oblitóſne igitur hos putatis, quemadmodū ſit iſte ſolitus virgis plebem R.concidere? quam rem etiam Tribunuſpl.in concione egit, cùm eum quem virgis iſte ceciderat, in proſpectum populi R. produxit. Eóque pertinet l.interdum,56.§.1.D.de furt. & l.pen.D.de cond.cau. dat. vbi fures corporali ſupplicio adficiuntur:quo in numero probabile eſt, debitores qui non fortunę iniuria, ſed ſua culpa, & (vt hac in re loquebantur) nequitia redacti ad egeſtatem erant, habitos fuiſſe. Eóque pertinere arbitror locum illum Sextianæ Orationis, aliqua tamen parte deprauatū, Olim ne Scyllæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæreſceret, in Tribunatus portum profugerat. Nam, meo iudicio, columnam Meniam intelligit, ad quam damnati debitores alligati verberabantur: & (vt loquitur l. . C.TH. qui bon. ced. poſſ.) congrua ſuppliciorum acerbitate cogebantur. Gabinius autem, quòd Tribunatus ſacroſanctus erat, eo magiſtratu ſupplicij illius periculum deuitarat: quod tamen oratoriè & magis ad Gabinij vexationem, quàm ad veritatem adcommodatè dictū à Cicerone non dubito. niſi fortè quis dicat, viros etiam primarios, qui ſoluendo nō eſſent, duci in carcerem ſolitos, quoniam Valer.Max.lib.4. cap.1. ſcribit, Corn. Scipionem Aſiaticum, cùm iudicatæ pecuniæ ſatiſdare non poſſet, in carcerē à Cōſulibus duci iuſſum eſſe: ſed probabilius eſt, publici iudicij damnationem illam fuiſſe. Et huc pertinet primùm lex Roſcia theatralis, vt equitibus R. quattuordecim gradus ſpectandi cauſſa in theatro adſignarentur, exceptis iis qui decoxiſſent: quemadmodū in lib. De legibus expoſuimus. Deinde Adriani Imperatoris edictum, vt decoctores in Amphitheatro catamidiarentur: quod Spartianus in ipſius vita teſtatur. Neque obſtat l.ob æs alienum,12. C.de obl.& act. vbi Dioclet.ſcribit, Iura non pati quemquam ob æs alienum ſeruire. nam Seruire propriè non dixit, ſed impropriè, pro Seruum eſſe, vel ſeruitutem ſeruire. Etenim Quinctil.lib.5. & lib.7.ſcribit, Addictos qui operas creditorib. dabant, ſeruiſſe, ſed ſeruos nō fuiſſe. Minus obſtat l.2.C.de exact.trib. vbi Conſtant.iubet.

A debitores omnem carceris & verberum timorem deponere: quæ à peruerſis & iratis iudicibus inſtituta ſunt: quoniam carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum eſt, non autem debitorum cauſſa repertus. Nam illa eſt Conſtantini noua lex de ſuis tributis & fiſco: cuius numquam cauſſam malam eſſe, niſi ſub bono Principe, veriſſimè dictū eſt. Multo minus obſtat vulgatum prouerbium, Vt qui non habet in ære, luat in corpore, l.1.in fin. D.de pœn.l.ſiquis, 7.D. de iuriſd.l.vlt.D.de in ius voc.l.qui ędes, 9.D.de incend.
B nauf. nam prouerbium illud ad criminales cauſſas pertinet, cùm pœna pecuniaria criminum damnatis impoſita in corporalem conuertitur. Iam verò quod attinet ad l.ſi victum, De re iud. neceſſe eſt, iudicatum de quo ibi agitur, vel bonis non ceſſiſſe, vel potius fraudatorem ac decoctorem fuiſſe:ac propterea legis Iuliæ beneficio vſum non fuiſſe. Supereſt quintum & poſtremū ius, quo ſuperiora omnia ſublata & abrogata eſſe arbitror, Nouel.Iuſt.135. Grçcis in codici-
C bus nuper euulgata, cùm antea Latinis interpretibus nota non fuiſſet. Nam neque in Epitomas & Authēticas Latinas relata eſt, neque ab vllo (quod ſciam) veterum interpretum commemorata: tametſi locis infinitis de bonorum ceſſione diſputēt. Iuſtinianus ergo ſtatuit, ne debitores, qui non ſua nequitia, ſed fortunæ vitio, ἐκ τοῦ συμβεβηκότος καὶ οὐ ῥαθυμίᾳ facti erunt non ſoluendo, bonis cedere cogātur:ſed poſteaquam iurarint ſe non habere in bonis vnde ęs alienum ſoluant, & (vt ſuperius dicebamus) bonam copiam eiu-
D rarint, ab omni creditorum moleſtia liberi ac ſoluti ſint. quibus tamen actiones petitionéſq. omnes quæ debitori competunt, competituræve ſunt, cedentur, vt ſiquid aliunde exigere poſſint, ſibi habeant. Quibuș ex verbis primùm apparet, ea Nouella ſublatum & priuati carceris, & vinculorum periculum fuiſſe: tum bonorum quoque venditionem, quæ lege Iulia fiebat, abrogari. quod illa verba ſignificant, Ποῦ γὰρ δίκαιον, τὸν ἅπαξ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος καὶ οὐ ῥαθυμίᾳ παραδεδομένῃ ἐκτὸς τῶν αὐτοῦ γεγενότα, αὖθις ἀσχήμονα τὸν βίον ἑαυ-
E τῷ περιτιθέναι, καὶ τῆς ἐσημμένου τροφῆς, ὡς εἰκός, τῆς τε τοῦ σώματος σκέπης ἔξω βιαίως καταστῆναι. Denique ſi bonorum ceſſio à debitore fit, eorúmque diſcuſſio à creditoribus, quid attinet debitorem iurare, ſibi in bonis non eſſe, vnde creditoribus ſatisfaciat? Multo ergo magis debitores ſubleuauit Iuſtinianus, quàm lex Iulia: quòd ſi bonorum venditionem & ceſſionē reliquiſſet, futurum non erat. Nam cùm ex lege Iulia bona vendebantur, debitori ne ad victum quidem & cultum quidquam relinquebatur, vt ſuperius dixi-
F mus. Neque obſtat l.qui bonis, 6. D.de ceſſ.bon. vbi quod miſericordiæ cauſſa, velut menſtruum aut annuum debitori relictum eſt, adimi vetatur. nec enim alimentis quotidianis fraudandum eſſe. Primùm quoniam Vlpianus agere illo loco videtur de eo, quod poſt bonorum venditionem à creditoribus factam ab alio quodam, propinquo videlicet & amico, miſericordiæ cauſſa ei legatum eſt. Deinde vt relictum ab ipſis creditoribus dicamus, tamen illa ratio eſt, quod donatum miſericordiæ cauſſa eripi niſi im-
G miſericorditer non poteſt. Alterum Iuſtiniani inſtitutum eſt, quòd etſi bonorum ceſſio infamiam non inrogat, l.debitores, 11.C.ex quib.cau.infam. l.vlt. C. qui bon.ced.poſſ.tamen Iuſtinianus duobus Nouellę locis apertè ignominioſam bonorum venditionem adpellat, ἀσχήμονα τὸν βίον περιτιθέναι. Item, καὶ τῷ τῆς ἀσχημοσύνης πιέζεσθαι μέχρι θανάτου ἐπονειδισμῷ. quod cōuenit cum l.2.D.de obſeq.par. & Nou.4. Itemq.cū §.1.

Inſt.qui.& quib.de cauſſ.manum.vbi bonorum venditio debitori notam aliquam apud bonos viros adferre dicitur. Hanc igitur qualemcumque ignominiam Iuſtin.ſuſtulit, cùm bonorum venditionem, vnde illa naſcebatur, ſuſtulit. Illud ad extremum in d.Nouel.notandum eſt, ſanctionem illius nouę conſtitutionis hanc fuiſſe, vt creditores qui ei non parerent, decem auri libris multarentur, & propter ſolam ἐνθύμησιν & peccandi cogitationem capitis periculũ ſubirent. Extra Nouellam autem ſeparatim illud obſeruandum eſt, certis perſonis conceſſum hoc beneficium fuiſſe, vt etiam ſi iudicatũ facere non poſſent, tamen pœnæ damnatis debitoribus impoſitæ expertes eſſent, & in id tantùm quod facere poſſent, cogerentur: hoc eſt, ne vel priuatum carcerem, aut vincula, aut ignominiam, & extremam inopiam ſubirent. de quibus in l.ſunt qui,16. & ſeqq.de re iudic.

Iudex vtrum ex conſcientia, an ſecundùm edita in lite inſtrumenta iudicare debeat.

QVÆSTIO XXVII.

NATA primùm hæc quæſtio eſt ex diſſenſione Martini & Ioannis, quorum ille conſcientiam, hic acta & probata (ſic enim loquebantur) defendebat. Mendosè autem Probata dicebant pro Teſtimonia, aut inſtrumenta: cùm ea demum Probata Latinè dicantur, quæ fidem faciunt ac perſuadent, vt l.3.D.de teſtib. Ex animi tui ſententia te æſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinere. Cicero in Quinctiana, Si cauſſa cum cauſſa contenderet, nos noſtram perfacilè cuiuis probaturos ſtatuebamus. Ioannis autem ſententiam Canoniſtæ omnes acerrimè defenderunt in cap.paſtoralis,28.§. quia verò, Extr. de off. deleg. vbi iubetur ordinarius exſequi ſententiam à delegato pronunciatam, quamuis ea iniquiſſima eſſet. inibique gloſſa nimiam conſcientiarum religionem irridens: Trepidant, inquit, timore, vbi non eſt timendũ. pronuncient liberè, & deponant conſcientiam læſam. Summum autem Canoniſtarum argumentum ſumitur ex l. illicitas,6. §. veritas,D.de offic. Præſid. vbi Vlpianus ita ſcribit: Veritas rerum erroribus geſtorum non vitiatur: & ideò Præſes prouinciæ id ſequetur, quod conuenit ex fide eorũ quæ probabuntur. quaſi Vlp. ſtatuat iis verbis, Præſidem debere non animi ſui ſententiam, ſed inſtrumentorum & teſtium auctoritatem ſequi. Cetera quæ proferuntur argumenta ex c.1. De offi. ord. & 11.q.3.cap. ſummoperè, planè abſurda & nugatoria ſunt, neque commemoratione digna. Minus etiam ad propoſitum pertinet, quod de Agellio proferri ſolet ex ipſius lib. XII. cap. II. cùm apertè ſcribat, nihil ſe certi & explorati habuiſſe: tantummodò ſuſpicione & coniectura ductum fuiſſe, ex eo quòd petitor boni viri nomen & exiſtimationem haberet: inficiator verò pro improbo & perfidioſo haberetur. Quare vnum illud Ioannis argumentum ex ſupraſcripto Vlpiani loco conſiderabimus. In quo illud primùm animaduertere oportet, in Florent.libris non GESTORVM legi, ſed GESTARVM, quaſi Vlp.dixiſſet, Veritatẽ geſtarũ rerum nullis erroribus vitiari. Quod vt cuiuſmodi ſit intelligatur, illud ſcire oportet, Geſtorũ nomine duo ſignificari: primùm res adminiſtratas, &, vt ait textus, ſine verbis factas, l.Labeo,19.D. de verb. ſignific. & quaſi pro facto, l. licet,58.D.eod. Atque hoc eodem modo Pædianus Fidem geſtorum

A dixit, Verr.III. Hoc, inquit, comminiſcitur Cicero, vt credamus veram fuiſſe ſecundam actionem, quæ ſecundùm veram geſtorum fidem, non dicta, ſed ſcripta eſt: id eſt ſecundùm rei geſtæ veritatem. Secundò Geſtorum nomen interdum pro actis & inſtrumentis vſurpatur, vt in l.iubemus, 14.§.iis quoque, C.de ſacroſ.eccl. Iis quoque iudicibus, vel ius geſtorum habentibus, qui huiuſmodi contractuum geſta confecerint, dignitatis & bonorum ſpoliatione damnandis, & l.vlt. C. de re iud. l. properandum, 11.§.1.l. B vl.C.de iudic.l.nemini,11.C.de aduoc.diu.iud.quemadmodum alio quoque loco in eandem ſententiam ſcribitur, In contractibus rei veritatem potius, quàm ſcripturam perſpiciendam eſſe, l.1. C.plus val. quod ag. quod idem in legibus ſeqq. inculcatur. Cicero Verr.III. Volumen eius rerum geſtarum maximum illi oſtendit. Quantum igitur ad priorem ſignificationem, non dubium eſt, quin ille Vlp. locus nihil prorſus ad propoſitam quæſtionem, aut ſententias iudicum ex animorum ſententia moderandas perti- C neat: ſed potius ad eos in officio probationum & teſtimoniorum ponderandorum continendos valere. Quantum autem ad ſecundum, ſententia hæc Vlpiani eſſe poſſit, Præſidis officium eſſe, non tam inſtrumentis (quæ vitioſa & falſa eſſe poſſunt) quàm rei veritate moueri. Ibi autem veritatem ex iis quæ probabuntur, perſpici. Sed de propoſita quæſtione dicendum eſt: in qua diſtinctione vtendum videtur: vtrum ambigat tantùm iudex, vt in cauſſa obſcura, an errorem vel falſitatem perſpiciat. Nam priore caſu, ex æ- D quo & bono cauſſam quam lædi putabit, adiuuare poterit. vt l.1.C.vt quæ deſ.aduoc. part.ſupplendo, & proferendo quæ minus erunt à partibus eorúmque aduocatis probata. Itémque iuramento alterutri deferendo. Solent enim Iudices in dubiis cauſſis, exacto iureiurando, ſecundum eum iudicare qui iurauerit, ait l.admonendi,31.D.de iureiur. ac ſæpe iudices non continuò actore non probante reum abſoluunt, ſed in probationum inopia iuramentum deferunt, l.3.C. de reb.dub. Cicero de off.1. Bene præcipiunt qui ve- E tant quidquã agere, quod dubites æquum ſit an iniquum. æquitas enim lucet ipſa per ſe: dubitatio autem cogitationem adfert iniuriæ. Sinautem bonam cauſſam falſitate aliqua vel inſtrumentorum, vel teſtium lædi videant, quoniam hîc de conſcientia & iudicum religione agitur, qui prout religio ſuggerit, ſententiam proferre iubentur, l.eum quem, 79.D. de iudic. religioſius facturos iudices arbitrarer, ſiquidem huiuſmodi ſunt, vt ab iis prouocatio ſit, ſi ſe ab F eo iudicio abſtineant: atque adeò, ſi verè id poſſunt, teſtes ſe liberè in ea lite, ac præſertim in criminalibus cauſſis præbeant. Nam ſi ab eorum ſententia appellaretur, non ea fortaſſe iudex ſuperior videret quæ illi perſpexerant. Sinautem prouocatio ab iis nulla eſt, tum quia litigatores fidei ſe ac poteſtati ipſorum commiſerunt, arbitror & diuino & humano iuri cõſentaneum eſſe, vt ex animi ſui ſententia, religione, & conſcientia pronunciarent. arg.d.l.3.& l.quęſitum 13.D.de teſtib. præſertim ſi non ex formula, ſed ex æ- G quo & bono, ac proinde ex arbitrio iudicent, eiúſque poteſtatem eis litigatores fecerint: vt accidit in iis actionibus, quæ ex bono & æquo naſci, in bonum & æquũ cõcipi dicũtur. vt apud Senecã lib.de Clemẽt. 2. Clemẽtia, inquit, liberũ arbitriũ habet, non ſub formula, ſed ex bono & ęquo iudicat. & abſoluere illi licet, & quãti vult æſtimare litẽ. Quod verò de teſtimonio diximꝰ cautiꝰ facturũ iudicẽ, ſi iudicare ſupſedeat, ac ſeſe

ac ſeſe teſtem præbeat, confirmatur exemplo Scipionis Africani, de quo Cicero in Cluentiana his ſcribit verbis: Non enim mihi exemplum ſummi & clariſſimi viri P. Africani prætereundum videtur, qui cùm eſſet Cenſor, & in equitum cenſu C. Licinius ſacerdos prodiiſſet, clara voce, vt omnis concio audire poſſet, dixit, ſe ſcire illum verbis conceptis peieraſſe. ſiquis contrà dicere vellet, vſurum eſſe eum ſuo teſtimonio. deinde cùm contrà nemo diceret, iuſſit equũ traducere. Et hoc idem tradunt Valer. Max. lib. 4. c. de animi moderat. Et Quinct. 5. cap. 11. Liuius lib. 3. Cùm Decemuiri ſine prouocatione creati eſſent, defoſſo cadauere domi apud P. Seſtium, Patritiæ gentis virum, inuento, prolatóque in concionem, in re iuxta manifeſta, atque atroci C. Iulius Decemuir diem Seſtio dixit, & accuſator apud populum exſtitit, cuius rei iudex legitimus erat: deceſſitq; iure ſuo: vt demtum de vi magiſtratus populi libertati adiiceret. Hæc ille. Sed longè alia fuit Appij Decemuiri ratio in Virginiæ iudicio. non enim iudicio ſe abſtinuit, vt apud alterum teſtimonium diceret: ſed ſeipſum in ſuo iudicio teſtem præbuit. *ἐπεὶ δ' εἰς ἀμφισβήτησιν ἦλθε τὸ πρᾶγμα, μαρτυρῶ τι αὐτῷ ταῦτα, καὶ κρίνω εἶναι τοῦτον τῆς παιδίσκης κύριον.* Teſtis Dionyſ. Halic. lib. xi.

An iudicandi munus iuris & legum imperitis mandari poſſit.

QVÆSTIO XXVIII.

IVSTINIANVS quidem in Nouell. 82. multis verbis diſputat, pernicioſum eſſe, iuris ac legum imperitos ad iudicandi officium adhiberi: quamuis aliunde iuris eius quo de agitur peritiam mutuari poſſint. propterea quòd ab ſe illam potius ſumere, quàm aliunde corrogare debeant. Præterea ſatis conſtat, ſententiam contra ius ciuile & conſtitutiones Principum prolatam nullius eſſe momenti, l. 2. C. quand. prouoc. non nec. vbi iuris imperitus pronunciarat teſtamentũ ab impubere factum ratum eſſe. Facit l. non quidquid, 40. D. de iudic. l. Præſes, 27. & l. cum prolatis, 32. D. de re iudic. Quòd ſi dolo malo contra Principum conſtitutiones ſententias pronunciauerint, lege Cornel. de falſis teneri, l. 1. D. ad leg. Corn. de falſ. Quinetiam dubitatum fuit in l. 1. C. ad leg. Iul. maieſt. an læſæ maieſtatis tenerentur. Vt meritò videri poſſit, non modò litterarum ac diſciplinæ alicuius, verumetiam iuris cognitionem exquiri, ne in illa crimina incurrant, ſi tamquam cæci de coloribus iudicent. Tertiò, cùm officium Iudicis ſit, non modò quæ ſua ſponte litigatores adferunt audire, verùm etiam ab illis ecquidnã certis de rebus pro ſe adferre ac reſpõdere velint, exquirere, l. iudices, 9. C. de iudic. quomodo iuris & legum imperitus interrogationes illas adhibere poterit? de quibus etiam mentio fit in l. pen. D. de interr. act. Quartò nullius momenti ſententia eſt, niſi per ipſum Iudicẽ de ſcripto recitata ſit: quamuis eam illuſtrib. p officiales ſuos recitare permittatur, l. 3. & l. vlt. C. de ſent. ex peric. Ex contraria verò parte ita diſputari poteſt. Primùm ſatis conſtat, in ipſa ciuitate Romana, vbi ſummam Iuriſconſultorũ dignitatẽ fuiſſe certum eſt, tamen iudicia non à Iuriſconſultis, ſed plerumq; ab Equitibus (quorũ pleriq; publicani erant) Tribuniſq; ærarij exerceri ſolita fuiſſe. quod ex Verrinis & Aſconio & legib. iudiciariis notũ eſt. Quinetiã Cic. Philipp. 1. & 5. teſtis eſt, Antonij lege iudiciaria

A cautum fuiſſe, vt tertia Iudicum centuria fieret è cẽturionibus, anteſignanis, alaudis, manipularibus. Sed & in Gallia noſtra annis ab hinc circiter trecentis nõ modò Iudices iuris & legum periti non erant, verùm etiam plerique illitterati eſſe ſolebant. quinetiam Reges ipſi cauſſas priuatas diſceptabant, vt in Francogallia noſtra demonſtrauimus. Præterea nemini ignotum eſt, Romæ apud Centumuiros de priuatis controuerſiis omnibus diſceptatum fuiſſe. Iactare ſe in cauſſis Centumuiralibus (inquit Cic. de Orat. B 1.) in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, adgnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum aut ratorum, ceterarúmque rerum innumerabilium iura verſantur, &c. Multos autem in eo numero à iuris diſciplina & ſtudio alieniſſimos conſidere ſolitos, vel ille Ouidij verſus argumento eſt, lib. de Ponto 3. *Vtque fui ſolitus, ſediſſem forſitan vnus De centum iudex in tua verba viris.* C vt omittam quod omnibus notum eſt, Iudices Romæ non ex doctrina, ſed ex cenſu fieri ſolitos: auctore Plin. lib. 14. cap. 1. Similiter Agell. lib. 14. ca. 2. ſcribit, ſe hominem adoleſcentem à Poëtarum fabulis, & à Rhetorum epilogis à Prætoribus in iudicum numerum adlectum fuiſſe, confeſtímque libros de officio Iudicis ſumſiſſe: vt quoniam vocis viuæ copia deerat, ex mutis magiſtris officium ſuum cognoſceret. Tertiò ſatis conſtat, more Rom. comparatum fuiſſe, vt qui Recuperatores à Prætoribus D dabantur, plerumque iuris imperiti darentur: cum eo tamen, vt à Iuriſconſultis conſilium exquirerent, vel ad eos ſcripta & obſignata Iuriſconſultorum reſponſa deferrentur. Cuius rei præclara in Orat. pro Cæcina documenta videre licet. Quartum argumentum ſumi poteſt ex l. pen. C. de iud. vbi Iuſtin. ſtatuit, vt etiam militaribus hominibus iudicandi munus mandetur, qui tamen armorum non iuris ſtudio dediti dicuntur in l. vlt. C. de iur. delib. Itaque magiſtri militiæ inter militares homines cauſſas etiam ci- E uiles diſceptabant, l. magiſteria, 6. C. de iuriſdict. l. vlt. in princip. De re milit. l. 2. C. ſi à non compet. iud. l. 1. & paſſ. C. de off. mag. mil. Quintò videmus in l. cum quem, 79. §. 1. D. de iudic. exemplum dati iudicis, qui de eo iure quod agebatur, cum à quo datus fuerat, conſulebat: quippe, cùm ipſius imperitus eſſet. Sextò, cùm textus in l. 1. §. quamuis, D. de poſtul. & l. cæcus, 6. D. de iud. indiſtinctè ſtatuunt, etiam cæcum officio iudicis fungi poſſe: non diſtinguemus verũ caſu cæcus factus ſit (vt App. Claudius qui ſen- F tentiam in Senatu dicebat) an verò natura, vt numquam litteras didicerit. Non enim corporis, ſed mentis cæcitas iudicandi facultatem adimit: veluti impuberibus, id eſt minoribus annis XVIII. l. cùm Prætor, 12. §. 1. D. de iud. iuncta l. quidam conſulebat, 57. D. de re iudic. quamquam natura cæcum, iure ciuili multíſque aliis artibus erudiri poſſe nemini dubium eſt. Septimum ex eodem argumento ſumitur. nam negociorum adminiſtratio etiam imperitis litterarum mandari poteſt, §. 3. De excuſ. tut. non modò priuatorum, quantumuis grauium, cuiuſmodi eſt tutela, l. 6. G in fi. D. de excuſ. verumetiam publicorum, vt decurionatus, l. expertes, 6. C. de decur. Quod ſi ex iuris noſtri ratione diſputandum eſſet, videri poſſet diſtinctionem adhiberi oportere, Vtrum iudex maior ſit, an pedaneus. quæ diſtinctio memoratur cùm aliis locis innumeris, tum præſertim in l. propetandũ, 11. C. de iud. Nam ſi maior eſt, quoniam adſeſſores

adhibere in conſilium poteſt,qui plerumque de corpore iuris ſtudioſorum ſumebantur,l.2.D.quod quiſque iur.ita puto eum iudicis officio fungi poſſe,dum tamen illos adhibeat.Sinautem iudex eſſet pedaneus, tum ita demum adhiberi litterarum imperitum poſſe, cùm à Iuriſconſultis conſilium expetiſſet. Nam Romanæ ciuitatis hanc fuiſſe conſuetudinem, ſuperius diximus: ídque Imperatorum conſtitutionibus confirmatum fuiſſe patet ex §. reſponſa, De iur.nat. gent.& l.1.C.TH. de reſp.prudentum. vbi tanta illorum reſpóſorum erat auctoritas, vt Iudici ab illis recedere non liceret,l.2.in fin.D.de orig.iur.

An, & quibus caſibus, pluribus concurrentibus actionibus vti liceat.

QVÆSTIO XXIX.

ARDVA,multiplex,& cõfragoſa quæſtio eſt. ſed ordinem & lucem adhibebimus. Quoties (inquit Vlpian.) concurrunt plures actiones eiuſdē rei nomine,vna quis experiri debet,l.nemo,43.D.de reg.iur.quam ſententiam in rerum quidem vindicationibus veriſſimam eſſe video, propter l.3.l.5.l.6.l.7. D.de except.rei iud. ſed actiones in perſonam ab actionibus in rem hoc differunt,inquit Paullus,quòd cùm eadem res ab vno eodem mihi ſæpius debeatur (ſic enim legendum arbitror)ſingulas obligationes ſingulę cauſſæ ſequuntur. nec vlla earum alterius petitione vitiatur. at cùm in rem ago,non expreſſa cauſſa, ex qua rem meam eſſe dico, omnes cauſſæ vna petitione adprehenduntur. neque enim amplius quàm ſemel res mea eſſe poteſt, ſæpius autem deberi poteſt,l.& an eadem, 14.§.2. D. eod. Et huc pertinet l.numquam,130.ꝟ.eod.numquã actiones de eadem re concurrentes alia aliam conſumit: vt ſcilicet de perſonalibus tantùm intelligatur. Itaque cùm eadem res eidem & ab eodem duplici de cauſſa & obligatione debetur, non modò poſt vnius actionis damnationem altera vti licebit, l.Aurelius, 28.§.vlt.D.de lib.leg.& in l.Lucius,93.§.1.De legat.3. verùm etiam poſt vnius victoriam altera inſuper vti permittitur,l.ſi is qui,18.D.de obl.&act.l.non.eſt nouum,10. D.de act.emt. Quinetiam non modò diuerſam actionem licet inſtituere, ſed interdum etiam eandem inſtaurare, ac referre: certis tamen de cauſſis:veluti ob iuſtum errorem, l.habitat, 13. D.de inſt. act.l.1.§.vlt.D.quand.de pecul.l.4.§.vlt.D.quod cum eo qui in al. Item cùm exceptio in priore iudicio temporalis fuerat, vt d.l.1.§.vlt. Quand. de pec.& l. qui cum herede, 15. D.de obl.& act. item cùm generalis actio prius certis de rebus inſtituta eſt, iterúmque de aliis rebus refertur, l.2. C.de iud. Vbi tamen duæ competunt perſonales actiones, quarum vna eadémque vtriuſque vis eſt, altera per alteram conſumitur, ſiue ex contractu natæ ſint, l.pro ſocio, 38. §. 1. D. pro ſoc. & l. generaliter, 5. D. de fideiuſ.l. quod in herede, 9. §.1. D. de tribut. d. l. non eſt nouum,10. in fi.D.de act.emt.ſiue partim ex contractu, partim ex delicto,l.qui ſeruum, 34.§.ſi is cui, D. de obl.& act.l.in rebus, 18. §. ſiue autem, D. commod. l.ſed etſi, 18. D.ad leg. Aq.l.1.§.pen.l.2.§.1. De tut.& rat.diſt.l.ſed actione,5.D.pro ſoc.Nihil autem aduerſatur l.ei qui, 9. D. de furt. vbi vindicatio & condictio eiuſdem furti nomine, niſi à Iudice prouideatur, competunt: partim quia nominatim præceptum tradidimus de duabus perſonalibus: partim quia non vnius rei nomine ambæ competunt: quo-

A niam illa dominij, hæc furti cauſſa in odium furum conceditur: partim etiam quia Pomponius ait, vitiū iſtud ſummi iuris iudicis officio corrigendum eſſe, quod vſu obtinuiſſe patet ex l.1.C.de re iud. Cùm igitur hæc ita ſe habeant,neceſſe eſt,hanc regulam proprię ad actiones in rem reſtringere, niſi fortè agendi initium,hoc eſt, formularum cóiunctionem ſpectemus:vt oſtendat duas ſimul intendi actiones nó poſſe.Cuius rei teſtimonium eſt in l.1.§.2.D.qu. legat.l. B plura, 53.D.de oblig.& actionib.l.cùm filius, 76.§.1. De legat.2. Verùm haud ſcio, an ſatis ea ſententia dilucidè & commodè his verbis ab Vlpiano concepta ſit. Notandum eſt autem quod addidit, VNIVS REI NOMINE. Nam variarum rerũ nomine varias ſimul actiones edi poſſe conſtat ex l.ſi idem,11.D.de iuriſd. l.& hæc diſtinctio, 35.§.1.D.locat. l. quod in herede, 9.§.1.D.de tribut.Itaque cautio adhibenda eſt in l.interdum, 56.D.de furt.vbi Iulianus ſcribit, interdum cum fure ſæpius eiuſdem rei nomine furti agi poſſe, C veluti ſi res in domini poteſtatem rediiſſet, & idem eandem ſubripuiſſet.Ibi enim vnam rem propriè Iulianus adpellat,& à facto diſtinguit,cùm in pleriſque ſuperioribus rei nomine factum & delictum intelligamus. Nihil autem huc pertinet l. contra maiores, 16.C.de inoff.teſt. vbi duplex dicitur aduerſus teſtamentum actio inſtitui:prior, nó eſſe iure perfectum: altera,eſſe inofficioſum. nam actionis verbum eo loco impropriè vſurpatur pro intentione,cùm de iniuſto teſtamento actio nulla ſit: ſed incidens tantùm D quæſtio eſſe ſoleat in hereditatis bonorúmve poſſeſſionis petitione, l.1. C.de ord.iud. Quantum autem ad perſonales actiones attinet, diſputatio tripertita eſt. Aut enim omnes rei perſecutoriæ ſunt, aut omnes pœnales, aut partim rei, partim pœnæ perſecutoriæ. Cùm omnes rei perſecutoriæ ſunt, iam ſuprà dictum eſt, omnibus vti licere: niſi fortè omnium eadem vis & efficientia ſit. Cùm omnes pœnæ perſecutoriæ ſunt,tunc aut plura & facta & delicta ſunt, neque dubitatur, quin ſingulis factis ſingulæ actiones pœnæque debeantur, ſiue vnus ea fe- E cerit,(l.interdum,56.D.de furt.l.illud quæſitum,32.§. 1.D.ad leg.Aq.)ſiue plures deliquerint:tũ enim plura delicta ſunt,& à ſingulis ſolida pœna debetur, l.item Mela,11.§.2.D.ad leg.Aq.aut verò vnum & factum & delictum eſt:cuius vnius cauſſa plures competunt actiones, veluti arborum furtim cæſarum. quo caſu Vlpianus quidem ſcribit aliam ab alia non conſumi, l.pen.D.de oblig.& act.(vbi tamen conſiderandũ eſt, an pro DE EADEM PECVNIA,legendum ſit,DE EO- F DEM PECCATO: quod tamen non adfirmo)ſed Paulli interpretatio adhibenda eſt: iudicis partes fore, vt quo plus ſit in reliqua actione,id actor ferat: ſi tantumdem,aut minus,nihil conſequatur. Sic enim legendum eſſe conſtat in l.quoties,41.D.eod. Eiúſq.rei exemplum eſt in l.1. & l.pen. D.arb.furt.cæſ.l.1. D.vi bon.rapt.l.1.§.2.D.de public.Itaque neceſſe eſt interpretari l.cùm ex vno,32. D.de obl.& act. vt omnibus quidem experiri permittatur ipſo iure, ſed per exceptionem & iudicem ſuperiores actiones excludantur: cùm ſingulis delictis non plures, ſed ſingulæ G tantùm pœnæ debeantur, l. in ſenatus, 15. §. 1. D. ad Turpil. Itaque video verbum Conſumi expoſitum in l. item ſi cum, 14. §. cum qui, D. quod met. cauſſ. Denique hoc ſignificat Vlp.in l.1. §.pen. D.de tut.& rat.diſt.his verbis, VT QVIS dicat plures eſſe actiones eiuſdem facti. Non igitur Hermogenianus in d. l. cùm ex viro, 32. opponendus eſt Paullo in d.

in d.l.pen. De oblig.& act. cùm vtrobique concor-
diſſimè de vno facto & delicto reſpondeant. Aut v-
nius facti plura delicta ſunt: veluti ſi quis ſeruũ ſub-
ripuerit, flagellis cæciderit, occiderit. qua de re variè
à Iuriſconſultis diſputatum, patet ex l. qui ſeruum,
34.D.de oblig.& act. eiúſque varietatis vereor ne ve-
ſtigia exſtent in l.2. D. de priu.delict. l.faciendæ,8.§.
1.D.arb.furt.cæſ. l.Neratius,11. §.2.D.de ſeru.corr. l.ſi
ſtuprum,25.D.de iniur. l.inter liberas,6. D. de adult.
l.ſeruum,27. D.ad leg.Aquil. §.vlt. D.ſi quadrup.l.1.
§.penult. & l.2. §.1.D.de tut.& rat.diſt. l.vulgatis,21.
D.de fur. l.pater,41. D.de iniur. vbi ſingulis delictis
ſingulæ pœnæ imponuntur: ſic, vt altera alteram nõ
conſumat. quod tamen contrà conſtitutum video,
in l.qui ſeruum,34.& l. plura,53. D.de obligat.& act.
l.dominium,8.C.eod. l.pen.§.vlt. D.naut.caup.ſtab.
Aut quædam pœnæ, quædam rei perſecutoriæ ſunt;
quo caſu neceſſaria diſtinctio eſt. nam ſi pœnalis me
ra eſt,neutra conſumitur. Itaque furti actio condi-
ctionem non impedit, l.ſi pro fure,7. §.1. D. de con-
dict.furt. vt nec depoſiti actionem, l.ſi ſacculum,28.
D.depoſ. neque locati, l.ſi locatum,42. D. locat. ne-
que pro ſocio,l.rei communis,45. D.pro ſoc. Mouet
dubitationem l.ſi is cui,71. D.de furt. ſed nulla con-
trouerſia eſt(quod etiam vidit Accurſius)quin eo lo-
co furti actionis nomine condictio contineatur, vt
in l.cùm furti,9. D.de in lit. iur. quod eodem modo
reſpondendum eſt ad l.3.§. vlt.D. naut.caup. ſtab. vt
Furti actionis nomine vtraque comprehendatur, &
pœnalis & condictitia. Sin autem mixta pœnalis
eſt, tum alterutra conſumitur. Nam & actio ratio-
nibus diſtrahendis condictionem furtiuam tollit, l.
2. §. 1. D. de tut. & rat. diſt. itémque actio vi bono-
rum raptorum, l.ſiue manifeſtus, 10. §.1. D. de con-
dict.furt.iuncto §.1.Inſt.vi bonorum raptor. item a-
ctio de calumniatoribus,l.in heredem,5. §.1.D.de ca-
lumniator. quod idem puto de actione ſerui corru-
pti,in l.Neratius,11. §.2. D.de ſeru.corrupt. Sic actio
quòd metus cauſſa rei vindicationem exſtinguit,l.
metum,19.§.licet, D.quod met.cauſ. Sic actio legis
Aquiliæ commodati actionem cõſumit, l.vnde quę-
ritur,7. & l.in rebus, 18. D.commod. conſumit & a-
ctionem pro ſocio, l. ſed actione,50. D.pro ſoc. Sed
hæc illam non conſumit: niſi quatenns plus in hac
quàm in illa eſt, l. qui ſeruum,34.in fin. D.de oblig.
& act.vbi ſine dubio legendum eſt, VERIVS EST
REMANERE, quia ſimplo accedit,& ſimplo ſub-
ducto locum habet.Itáque accipiendam arbitror l.2.
§.1. D. de priuat. delict. vt furtiua quidem condictio
non conſumat legis Aquiliæ actionem:ſed hæc illam
conſumat, ſi prius inſtituta ſit, quæ regula in omni-
bus ſuperioribus tenenda eſt.Et ad huius pœnæ legi-
timæ inſtar idem inductum eſt in pœnas conuentio-
nales,l.prædia,28.D.de act.emt. l.4.§.Labeo,De dol.
except.

Naturalis interitus rei poſt moram accidens, vtrum ad actorem,an ad reum pertineat.

QVÆSTIO XXX.

VETVS & ardua quæſtio eſt, Ad quem na-
turalis interitus rei poſt moram accidens
pertineat: vtrúmne ad actorem, an ad reũ.
Et ne perpetuò Martinos & Ioannes loqua
mur, à quibus primùm vexata hæc quæſtio creditur:
dicimus eam inter Sabinianos & Proculianos iam o-
lim agitatam fuiſſe, ídque in vtroq; actionis genere:
A hoc eſt,& perſonalis & realis. Prius autem de perſo-
nali differẽdum eſt. Ac diſſenſionis quidem illius te-
ſtimonium exſtat in l.ſi plures,14.§.vlt. D.depoſ.vbi
Caius teſtatur Sabinum & Caſſium ſtatuiſſe,natura-
lem depoſitæ rei interitum ad actorem pertinere: id
eſt,cùm res apud actorem omnimodo interitura fue-
rat,quemadmodum apud debitorem ſua ſponte in-
teriit. Sabino,Caſſio & Caio video apertè adſtipula-
ri Paullum in l.ſi homo, 8. D.de re iudic. vbi non de
B depoſito, ſed de ſtipulatu loquens, perſpicuè ſtatuit,
homine poſt litem conteſtatam mortuo, debitorem
in fructus tantummodò damnandum eſſe. Planiúſ-
que lex illa intelligetur ex coniunctione l.vtique,16.
D. de rei vindic. quæ eiuſdem eſt auctoris. Et ta-
men video eundem ipſum auctorem Paullum in l.
electio,26.§.ſi is quem,D.de nox.act. ſcribere, domi-
num qui in accipiendo noxali iudicio moram fecit,
homine mortuo non liberari: ſi dolo deſierit poſſi-
dere, liberari. quod tamen (ſi quidem exiſtimationi
C Paulli conſulere volumus) non de re principali, ſed
de ipſius fructibus, acceſſione, & cauſſa intelligen-
dum erit. ex d.l.vtique, & l.cùm fundus, 31. D.de re-
bus cred.& l.quæſitum,91.§.vlt.de leg.1. Atque hæc
quidem de Sabinianorum ſententia. nunc de Pro-
culianica videamus. Primùm igitur prodeat Pom-
ponius qui in l.ſi in Aſia, 12.§.vlt. D. depoſit.genera-
liter ſcribit, quod ex ſtipulatu, ex teſtamento, ex de-
poſito debetur, ſi poſt acceptum iudicium interierit,
debitoris damno interire.quod idem planiſſimè con-
D firmat in l. quod te, 5.D.de rebus cred.& l.ſi ex lega-
ti,23.D.de verb.oblig. idem apertiſſimè tradit Africa-
nus in l.ſi ſeruus, 108. §. ſi ſeruus legatus, D. de le-
gat.1. vbi ſcribit, ſeruum legatum poſt moram ab
herede commiſſam heredis periculo viuere. Idem
quoque Scæuola in l.ſi pupillus, 127. D.de verb.ob-
lig. Et rurſus Vlpianus in l.nemo, 82. §.1. D.de verb.
oblig. vbi ait, promiſſorem hominis, mortuo poſt
ipſius moram homine, nihilominus teneri. moram
autem etiam feciſſe videri, qui litigare maluit quàm
E reſtituere. quod idem confirmat in l.ſi duo,16.§.2.D.
de conſt. pecun. vbi ait, etiamſi per rerum naturam
ſtetit, tamen debitorem qui in mora eſt,teneri.Itém-
que in l. cùm res, 47. §. vlt. D. de legat. 1. Quid?
Paullus quánam in ſententia eſt? Cùm filiusfam.
inquit, Stichum dari ſpopondit, & cùm per eum
ſtaret quominus daret, Stichus deceſſit: datur in pa-
trem de peculio actio, quatenus maneret filius ex
ſtipulatu obligatus,l.cùm filius, 49. D.de verb. obl.
Non igitur omnimodo teneri filium adfirmat, ſed
F quadãtenus dumtaxat. quod ego propter Paulli exi-
ſtimationẽ, & ne pugnãtia loqui videatur, interpre-
tor de cauſſa, adceſſione, & fructibus: non autem de
homine ipſo. iuxta d.l.ſi homo,& d.l.vbique.Sequi-
tur vt de in rem actionibus videamus,in quibus Pro-
culianorum hæc fuit ſententia,vt naturalis rei inter-
itus poſt litem cõteſtatam ad poſſeſſorem pertineret.
Caſſianorum contra, vt ad actorem, l. illud quoque,
40. D.de petit. hered. vbi Paullus tamquam arbiter
honorarius ita controuerſiam illam dirimit, vt Sa-
G binianorum ſententia in bonæ fidei poſſeſſore, Pro-
culianorum, in prædone locum habeat. Et hanc ra-
tionem ſubiungit: ne bonæ fidei poſſeſſor, propter
metum huius periculi, temerè indefenſum ius ſuum
relinquat. huiuſce Paulli ſententiæ alibi quoque
teſtimonium exſtat, hoc eſt, in l.vtique,16.D.de rei
vindic. vbi ait, poſſeſſorem interemta re, de fructi-
bus tamen & partibus teneri. non enim poſt litem

conteſtatam vtique & fatum præſtare debete. Quod A
cùm ita ſit, conſentaneum eſt, alterum Paulli locum
hoc eodem modo interpretari in l. de eo,12. §.ſi poſt,
D. ad exhib. vbi ait,poſſeſſorem interdum damnan-
dum eſſe in id quod actoris intereſt. preſertim autem
ſi apud actorem perituta res non fuerat.vt ſi bonæ fi-
dei poſſeſſor fuerit, liberetur: ſin malæ, condem-
netur. Contrà verò Vlpianus in l. item ſi, 15.§. 1.D.
de rei vindic.iſtam Sabinianorum & Proculiano-
rum diſſenſionem ſignificans, Si ſeruus, inquit, pe-
titus demortuus ſit, precium non eſſe præſtandum B
pleríque aiunt, hoc eſt,Sabiniani, ſed eſt verius,ſi for
tè diſtractutus erat petitor, ſi accepiſſet, moram paſ-
ſo debere preſtari. nam ſi ei reſtituiſſet, diſtraxiſſet,
& precium eſſet lucratus. Atque hæc quidem ita ſe
habent,extra quàm in duobus caſibus,hoc eſt in fur-
to, & violenta poſſeſſione. nam his caſibus omnium
conſenſu receptum fuit, vt rei interitus ſemper ad
moratorem pertineret. Itáque interpretor quod ait
Vlpianus in l.inter omnes,46. De furt. Inter omnes C
conſtat,etiamſi exſtincta ſit res furtiua, attamen fur-
ti manere actionem: id eſt, inter Sabinianos & Pro-
culianos. De vi autem idem teſtatur in l.1.§. rectiſſi-
mè,D.de vi & de vi armat. & Iulianus ac Tryphoni-
nus in l.merito,19. D.eod. Neque obſtat l.item ſi, 14.
§.quid ſi homo,D.quod met.cauſſ. quoniam ibi agi-
tur de tempore ad iudicatum faciendum permiſſo:
quo tempore moram non committi conſtat. Vnde
ex contrario ratiocinari licet, interitum rei qui ante
rem iudicatam euenit, ad ipſum pertinere. Hæc cùm D
ita in libris noſtris eſſent tradita, exorta eſt inter Mar
tinum & Ioannem diſputatio, An interitu rei poſt
moram accidente debitor liberetur. Nam Martinus
diſtinguendum eſſe aiebat inter naturalem, & eum
qui debitoris culpa eueniſſet: vt naturali liberare-
tur: alterum præſtare deberet. Ioannes contrà indi-
ſtinctè omnem interitum periculo debitoris eſſe.
Ioannis ſententiam Bartholus innumerabiléſque a-
lij ſequuti ſunt. hac vna de cauſſa, quia fur & mora-
tor æquiparantur in l.inter ſtipulantem,83.§.penult. E
D.de verb.oblig. Sed non ſi vna aliqua in re compa-
rantur,idcircò in omnibus comparandi ſunt.Præter-
eà tantum abeſt, vt omnis morator fur ſit, vt ne ma-
læ quidem fidei poſseſsor omnimodo fur eſse intel-
ligatur. Nam fur eſt, qui inuito domino rem alie-
nam lucri faciendi cauſſa contrectat. At malæ fidei
poſſeſſor rem quam alienam eſſe ſcit, occupare po-
teſt, non tamen inuertendi animo. Quoniam igitur
verum eſt, eum qui litigare quàm reſtituere maluit,
moram committere, d.l.nemo, §.1. D.de verb.oblig. F
abſurdum videtur,hanc quæſtionem ab illa ſuperio-
re ſeparare. preſertim cùm in pleriſque eorum loco-
rum quos ſuperiùs commemorauimus, non præci-
sè de lite conteſtata, ſed infinitè de mora & morato-
ribus agatur. Quòd ſi remotis Iuriſconſultorum di-
ſputationibus ipſam rei æquitatem ſpectare volu-
mus, non abſurdè fortaſſe ita definiemus: vt non o-
mnem moratorem eodem loco habeamus: ſed eum
qui bona fide cunctatur, ab eo qui fruſtrator eſt, di-
ſtinguamus. Cunctatorem dicimus eum, qui iuſtam G
ſe recuſandi cauſſam habere putat: Fruſtratorem,
qui mala fide recuſat, l. ſciendum,21. & l.ſequent.D.
de vſur. Illum naturali rei interitu liberari, ſiue ſta-
tim actor eam venditurus erat, ſiue non: hunc verò,
non liberari. & hanc ſuæ malæ fidei ac fruſtrationis
pœnam eſſe oportere, ſiue ſtatim actor eam vendi-
turus fuerat,ſiue non.

*An pendente iudicio petitorio, agi poſ-
ſeſſorio liceat.*

QVÆSTIO XXXI.

PERVVLGATA quæſtio eſt, An qui vindica-
re rem cœpit, mutato conſilio agere inter-
dicto Vti poſſidetis poſſit: de qua tractatur
ab Vlp.in l.naturaliter,12.§.1.D.de adq.poſ.
Dubitandi autem cauſſa ex eo intelligitur,quòd finis
vindicationis,eſt Reſtitutio: interdicti autem,Reten-
tio.vnde Retinendæ poſſeſſionis interdictum adpel-
latur in l.1.§.3.D.vti poſſid.quare pugnantia poſtula-
re videtur,qui rem ſibi reſtitui,& eandem ſibi ſeruari
poſtulat. Finem autem vindicationis eſſe reſtitutio-
nem, vetus ipſius formula declarat. Si pateret fundũ
Capenatem P.Seruilij eſſe,neque eum Mæuius reſti-
tuat,tum Mæuius quanti ea res erit,damnetur. Cuius
formulæ teſtimonium exſtat in Verr.IIII. & in l.pre-
terea, 20.l.qui reſtituere, 68.D. de rei vindic. Hinc
conſtitutum eſt,primùm vt is qui deſtinauit rem pe-
tere,animaduertere debeat,an aliquo interdicto poſ-
ſeſſionem nanciſci poſſit, l.is qui deſtinauit, 24. D.
eod. Nam poſſeſſio non vindicatione, ſed interdicto
petitur, l.3.§.eſt autem, & §.ſi mecum, & §.ſeq. D.ad
exhib. item vt litigatores ipſi inter ſe placidè ſtatuãt,
vter illorum poſſeſſor ſit.l.1.§.inter,D. vti poſſ. Deni-
que vt in vindicatione inſtituenda prius interrogare
reum liceat,an poſſideat,l.qui petitorio, 36. eod.& l.
1.§.1. D.de interr.vt ſi neget, actor ad ſe poſſeſſionem
transferat,quamuis ſuam eſſe rem non probauerit, l.
vlt.D.de rei vind. Hinc illud eſt quod ſcribitur in l.
inter litigantes, 62.D.de iud.& §.retinendæ, De in-
terd.petitoriam actionem inſtitui non poſſe,niſi an-
tè exploratum fuerit, vtrius litigatoris poſſeſſio ſit.
quia & ciuilis & naturalis ratio facit, vt alius poſſi-
deat,&alius à poſſidente petat:deinde in l.actionum,
25.D. de obl. & act. In rem actionem eſſe, per quam
rem noſtram,quę ab alio poſſidetur,petimus,& ſem-
per aduerſus eum eſſe,qui rem poſſidet. Item in l.1.§.
interdictum, D. vti poſſ.actionem nũquam vlli poſ-
ſeſſori dari.ei namque ſufficere quod poſſideat:poſtre
mò in l.officium,9.D.de rei vind. officium iudicis in
ea actione eſſe, vt inſpiciat an reus poſſideat: quaſi ſi
actor poſſideret, iudicium omitti oporteret. quò eó-
dem pertinet l.1.C.vbi in rem act.& l.exitus, 55.D.de
adq.poſſ. Quæ cùm ita ſint,repugnare hæc videntur,
fateri aduerſarium poſſidere, & nihilominus petere,
vt ſibi poſſeſſionem retinere liceat:non videri poſſeſ-
ſioni renunciare,qui rem vindicauit. Quid enim per
rei vindicationem reſtituitur? non certè proprietas,
quam actor ſuam eſſe intendit,ſed poſſeſſio. idque nó
ex actionis formula,ſed ex iudicis officio, l.qui reſti-
tuere, D. de rei vind. ex quo intelligi poteſt, per rei
vindicationem aliud peti,aliud reſtitui. nam petitur
tantùm vt ſua res eſſe pronuncietur: poſſeſſio non
petitur. neque enim vindicari poſſeſſio poteſt, d.l.3.
D.ad exhib.ſed tamen reſtituitur. Ad hanc quæſtio-
nem quod alij attulerunt,vidi: quod mihi dubitatio-
nem adimeret,nondum vidi: vereórque (vt ingenuè
fatear) ne plerumque in iis qui conſultò inter ſe diſ-
ſentiunt cõciliandis,nimium ingenioſi eſſe velimus.
Cui enim obſcura eſſe poteſt Proculianorum & Sa-
binianorum contentio, an eiuſdem rei duo poſſeſſo-
res eſſe poſſint? cùm hi adfirmarent, vnum naturali-
ter,alterum ciuiliter: vnum iuſtè,alterũ iniuſtè poſ-
ſidere poſſe.illi verò negarent, l.3.§.ex contrario, D.
de adq.poſſ.l.3.D.vti poſſ.l.& habet, 15.§.4.D.de pre-
car. Qua ex cõtentione altera illa inter eoſdem nata
eſt,

eſt, An etiam aduerſus depoſitarium & commodatarium & ſimiles vindicatione agi liceat, l.officium,9. D.de rei vind. vbi Vlpianus Sabinianos ſequutus, adfirmat agi poſſe: cùm id Pegaſus negaret. In eadémque ſententia Papinianũ eſſe video, qui in l.cùm fundum,18.§.1.D.vnd.vi, ſcribit, cum qui fundum vindicauit, pendente iudicio, nihilominus interdicto vnde vi agere poſſe. Sed alia in contrariam partẽ iuris ratio eſt. Nam Paullus, (quem ab Vlp. hac in re, item vt in pleriſque aliis, diſſenſiſſe arbitror) adfirmat eum qui interdicto agere de poſſeſſione cœpit, poſteà in rem agere nihilominus poſſe: quoniam in interdicto poſſeſſio, in actione proprietas vertitur, l.& an eadem,14.§.1.D.de excep.rei iud. Eiúſque rei ratio perſpicua eſt. Non enim qui poſſeſſionem petit, continuò proprietati renunciat. Vnde illud Quinct.lib.7. cap.5. Vt in ſponſionibus, inquit, quæ ex interdictis fiunt, etiamſi non proprietatis eſt quæſtio, ſed tantùm poſſeſſionis: tamen non ſolùm poſſidere nos, ſed etiam noſtrum poſſediſſe docere, oportebit. At ex cõtrario (ſi quidem ex Proculianorum ſententia conſtituamus, duos eiuſdem rei poſſeſſores eſſe non poſſe) difficile dictu eſt, non eum qui rem vindicat poſſeſſioni renunciaſſe: fieri, inquam, non poteſt, vt ei poſſeſſionem Iudex reſtitui iubeat, qui eam habebat: niſi ex Caſſij, Sabini, Papiniani, & Vlpiani ſententia dicamus, alium naturaliter, alium ciuiliter, alium iniuſtè, alium iuſtè, poſſidere. quam ſolam huius ſoluendæ quæſtionis rationem eſſe arbitror. quamquam ad illum Quinctiliani locum illud prætermittendũ nõ eſt, ſed diligenter obſeruandum, non eſſe veriſimile ante Conſtantini legem, proprietatis & poſſeſſionis cauſſam vno eodémque iudicio diſceptatam fuiſſe, l. nulli prorſus,20.C.de iud. cùm neque eadem res, neque eadem cauſſa ſit: & Iudex alia de re quàm de qua poſtulatus fuiſſet, cognoſcere non poſſet, l. vt fundus,18.D.comm. diuid. Supereſt quæſtio perdifficilis, In petitione poſſeſſionis quaſi vi ereptæ, vtrum prius de vi, an de poſſeſſione quæri oporteat. Nam, ſi quidem ciuiliter agatur, de vtraque vno & eodem iudicio tranſigitur: quoniam eadem & res & cauſſa eſt: ſin autem criminaliter, difficile dictu eſt, nõ pugnare inter ſe, l.1.C.de adpel. l.ſiquis,7. C.ad leg.Iul.de vi pub. quæ prius de poſſeſſione quàm de crimine cognoſci ſtatuunt, & l.5.§.1.D.ad leg.Iul.de vi pub. & l. ſi de vi,37. D. de iud. quæ prius de crimine quæri & iudicium fieri ſanxerunt.

An totius & partium idem ius ſit, quod vniuerſitatis & rerum ſingularum: aut quibus inter ſe rebus differant.

QVÆSTIO XXXII.

MVltis quidem in rebus Totum & vniuerſitas ita conueniunt, vt paria & penè gemina videantur. Nam primùm omnium, vt Totum conficitur ex partibus compactis: veluti nauis ex puppi, prora, & carina: domus, ex fundamento, parietibus & tecto: ſic Vniuerſitas ex rebus ſingulis inter ſe coniunctis: vt populus ex hominibus, grex ex ouibus, armentum ex bubus, l.rerũ mixtura,30. D.de vſurpat. Secundò, vt partes continentur Toto, l.in toto,113.D.de reg.iur. ſic res ſingulę Vniuerſo: veluti inſtrumento fundi, quæcùmque ad eum inſtruendum pertinent, l.quæſitum,12. §.ſed ſi fundus, D.de inſtr.vel inſt.leg. quod Arnobius lib. adu.Gent.2. ſic explicat, In Toto pars eſt, non Totum in parte: & Vniuerſitas debet adtrahere portiones, nõ portionibus Vniuerſitas adplicari. eodémque pertinet l.ſi vnus,27.§.item ſi, D.de pact. Tertiò, vt Totius interitu partes ſubtili ratione nõ intereunt, teſte Ariſtot. Top.6. quod etiam patet ex l.mortuo,48.D.de legat.2.l.ſi ſeruus,14.§.boue, D.de cond.furt. ſic Vniuerſitate peremta ſingulæ res non perimuntur, l.4.§. pen. D. de pecul. vbi peculio propter pecuniam domino debitam exhauſto, res tamen ſingulæ peculiares manent, vt ad ſupplendum peculium noua conceſſione opus non ſit. Quartò, ſicut partibus ſublatis Totum interit, teſte Ariſtotele, eod.lib. Top.6. ita rebus ſingulis peremtis, Vniuerſitas exſtinguitur; veluti grex, aut armentum peremtis capitibus, l.ſi grege,22. D.de legat.1. Quintò, vt Totum eſt vnum, ſic Vniuerſitas eſt vnum. Itaq; ſi ſuppellex, aut grex, aut armentum, aut veſtis, aut peculium, aut inſtrumentum legatum ſit, vnum legatum eſt, l. ſcire debemus, 29.D. de verb.oblig. ideóque vt cui Totum legatum eſt, partem adgnoſcere, partem repudiare non poteſt, l.4. D.de legat.2. ſic cui Vniuerſitas legata eſt, quaſdam res accipere, quaſdam reiicere non poteſt, l.2.& l.grege,6.D.de legat.2. Quinetiam Vniuerſitas hominum vnius perſonæ vicem ſuſtinet, l.mortuo,22.De fideic. Et ſi chorus aut familia legetur, perinde eſt quaſi ſinguli homines legati eſſent, l.ſi chorus,79.D. de leg.3. & qui carrucam vel lecticam commodauit, non rectè ſingulas res commodati actione repetet, l. in commodato,17. §.pen. D.commod. Sextò, vt pars Toti derogat, ſic res ſingularis Vniuerſitati. Quod Iuriſconſulti ſic enunciant, In toto iure generi per ſpeciem derogatur, l.80.De reg.iur. veluti, ſi cum Titio penum omne legatum eſſet, Mæuio poſteà vinum legetur, Mæuio vinum debebitur, l.2. D. de tritic. vin.& ol. Item ſi cui peculium legatum eſt, dein vicarius liber eſſe iuſſus, vel alteri legatus eſt, ſingulare legatum vniuerſali detraher, l. ſi peculium,10. D. de manum. teſt. & ſi cui inſtrumentum omne, pòſt alteri mancipium quoddam eiuſdem inſtrumenti legatum eſt, poſterius legatũ de vniuerſali deminuet, l.legatum,24.§.1.D.de adim.leg. Septimò, ſicut pactũ & res iudicata de Toto, ad eius omnes partes: ſic de Vniuerſitate, ad res ipſius ſingulas pertinet, l.ſi vnus, 27.§.item ſi pactus, D.de pact. l.ſiquis,7. in princ.& §.pen.& vlt.& l.ſi cùm argentum,21. §.1.D.de excep. rei iudic. Octauò, ſicut particulari mutatione ſingularum partium Totum tamen non mutatur, ſed idem manet: ſic etiam Vniuerſitas, l. proponebatur, 76.D.de iudic.l.qui res ſuas,98. §.vlt. D.de ſolu.l.inter ſtipulantem,83. §.ſacram, De verb.oblig. Ex contrario tamen animaduertere poſſumus, eadem inter ſe longiſſimè multis in rebus diſcrepare. Nam primùm omnium Totum de tribus corporum generibus vſurpatur, de quibus in l. rerum mixtura,30.D. de vſurp. hoc eſt, de eo quod continuum eſt, vt homo, tignum, lapis, de eo quod ex cohærentibus partibus conſtat, vt ædificium, nauis, taberna: & de eo quod ex diſtantibus conſtat, vt populus, legio, grex. Vniuerſitas autem de duobus poſterioribus duntaxat vſurpatur. interdum ita, vt Totum concretum dupliciter conſideretur: nimirum tamquam Totum, & tamquam Vniuerſitas. nam in naui, & tabulæ ſingulæ, quibus conſtat, & res quæ in ea inſunt, ſpectantur, & in taberna trabes, & tabula: (vt cũ taberna vendi dicitur, l.qui tabernam,32.D.de contr.emt.) itémq; vt merces: veluti cùm taberna oppignerari dicitur, in l.cùm tabernam,34.D.de pign. Quinetiam abuſus

in his vocabulis notandus atque obſeruandus eſt.
Nam & Tota hereditas ſæpenumerò dicitur,quæ re-
ctius vniuerſa diceretur.l.1.D.de adq.her. l. quidam,
20,C.de iur.delib.& ſocietas totorum bonorum,in l.
ſi vnus, 67.§.1. D.pro ſoc. quæ rectius vniuerſorum,
aut omnium dicitur in l.5.& l.cum duobus,52.§.pen.
& l. verum eſt, 63. D. eod. Viciſsímque vniuerſitas
fundi dicitur in l.2.§.cum Stichum,D. pro emt.cùm
verius Totus fundus diceretur, vt l. 3. in princ.D. de
adq.poſſ.& quod illa Vniuerſitas fundi partibus op-
ponitur, rectius hîc Vniuerſo fundo, ſingulæ gle-
bæ, Toti verò, partes ipſæ opponuntur. Idémque
licet animaduertere in l. ſi ſeruus, 82. D. de adq.her.
vbi quod ius eſt in Vniuerſo, idem in portione eſſe
dicitur,pro, Quod ius eſt in Toto, vt poſterius dice-
mus.Quinetiam Vniuerſum pro Toto,interdum pro
Genere veteres abuſiuè & impropriè dixerunt,itém-
que Partem pro Specie. Cicero in Bruto, Niſi eam
prætereà didiciſſet artem, quæ docet rem vniuerſam
tribuere in partes. Et in Oratore, Latius enim de ge-
nere quàm de parte diſceptare licet, vt quod in vni-
uerſo ſit probatum,id in parte ſit probari neceſſe.Se-
cunda differentia eſt, quòd Totum rationem habet
cùm partibus,hoc eſt, refertur ad partes: Vniuerſum
ad res ſingulas, atque iis opponitur, adeò vt vna ea-
démq; in re (quemadmodum paulò antè poſuimus)
& Totum & Vniuerſitas diuerſo reſpectu conſideré-
tur. veluti, multis locis negatur apud Iuriſc.lapides,
cæmentum,calcem,tigna,columnas, feneſtras ædifi-
cij partes eſſe, vt l.& per iuſiurandum, 13. §. illud, D.
de accept.itémq; tabulas eſſe partes nauis.l.naue, 36.
D.de euict.hac nimirum de cauſſa,quoniam Iuriſcó-
ſulti res iſtas ſingulas adpellant,quas non ad Totum,
ſed ad Vniuerſitatem referunt.l.adeò,7.§.in ſuo,D.de
adq.rer.dom.l.cum qui, 23.D.de vſurp.l.ſi quis, 7.§.1.
D.de exc.rei iud.Nam in libris noſtris Vniuerſitas &
Singulæ res inter ſe opponuntur,veluti hereditas, &
res ſingulæ quæ in ea continentur.l.1.D.de rei vind.l.
liberorum, 308.D.de verb.ſignif.nauis & ædificium,
réſque ſingulæ ex quibus conſtant.in l.ſi vnus, 27. §.
item ſi,D.de pact.& vniuerſitas municipij,& ſinguli
municipes.l.1.& paſſ.D.qui cuiuſ.vniu.& vniuerſitas
bonorũ,& res ſingulæ.l.1.D.de interd.& l.1. D. quor.
bon.& vniuerſitas armarij, & ſingulæ res quæ in eo
continentur.l.qui vniuerſas, 30.D. de adq. poſſ. Et in
hanc ſententiã in Quæſt.1.dicebamus, Vniuerſa Re-
gis eſſe:ſingula verò priuatorum.Contrà autem nul-
la res hereditaria pars hereditatis numeratur. l. quá-
uis,14.D.ſiq.om.cauſſ.adeò vt nec legatum heredita-
tis pars ſit.l.qui fundũ, 83.§.3.D.ad leg.Falc.nulla res
peculiaris pars peculij ſit.l.4.§. ſi ære, D.de pecul.l.1.
§.2.D.de tributar.nulla res dotalis pars dotis dicatur.
l.in fi.princ.D.de dot.releg.& l.quod dicitur, 5.D.de
Imp.in res dot. Quæ cùm ita ſint, difficile dictu eſt,
verum videri quod à nonnullis ſcribitur,Totius par-
tes eſſe integrales: quales ſunt in domo, fundamen-
tum, parietes, tectum. Vniuerſitatis autem eſſe quo-
tas, id eſt,quæ ſine ſubiecti interitu eſſe poſſunt:cùm
verius ac certius has Intellectas eſſe diceremus, illas
Naturales: ſiue vt Iuriſc.loquuntur, has pro diuiſo,
illas pro indiuiſo. Nam Quotas partes eſſe volunt,
quibus per numerum reſpondetur, veluti dimidias,
quartas, aut tertias. l. cùm quæſtio, 23. D. de legat.
quæ tamen aliæ non ſunt ab vſitatis aſſis partibus:v-
ti conſtat ex l.2.§.ſi duo, D. de col. bon. Vniuerſitati
enim (vt iam antè dictum eſt) partes non opponun-
tur, ſed res ſingulæ. Tertia differentia eſt, quòd par-

A tes in Toto agunt, & quaſi quodammodo,vt anima-
lis,membra ſunt. Nam (vt ait Ariſtot.Polit.1.& lib.
Meteor. 4.) hę demum verè propriéque partes ſunt,
quę ſuo munere funguntur. πάντα τῷ ἔργῳ ὥρισαι, ϗ τῇ
δυνάμει. Itáque manus à corpore ſeparata nihilo ma-
gis pars eſt corporis quàm manus lignea, aut lapi-
dea, niſi ὁμωνύμως: id eſt, communione nominis. vt
l.ſi ſtatuam,14.de aur.& argen.leg.Nam tectum pro-
priè dicitur, quod tegit: & rota quę voluitur: & in
B naui membra dicuntur, quibus nauigatio iuuatur,vt
puppis, prora, carina, malus, velum, gubernacu-
lum. l. ſcapham, 44. D. de euict.l. malum,242.D.de
verb. ſignif. At res ſingulę in Vniuerſo nihil agunt:
id eſt, non efficiunt vt res ſit id quod eſt, vel magis
vel minus.l. quęque, 13. D. de pignoribus.vnde nata
apud Dialecticos diſputatio de Sorite, quę acerualis
Latinè dicitur. Sic quadrigę partes ſunt equi ſingu-
li. nam ſinguli valent ad quadrigam efficiendam.Ita-
que quadrigę legatum, vno equo mortuo,exſtingui-
C tur. at equorum vniuerſitate legata, quamdiu quili-
bet vnus ſupererit,legatum debebitur:quoniam non
ſinguli ad vniuerſitatem efficiendam valent.ſed cun-
cti, omnes, vniuerſi: quemadmodum mox docebi-
mus. Similiter onera quędam in nauim impoſita,
vel non impoſita, aut merces in armarium impoſitę
vel non impoſitę, non efficiunt vt magis nauis aut
armarium vel ſit, vel non ſit. Quarta differentia eſt,
quòd Totum finitum eſt, hoc eſt, neque adcretio-
nem neque decretionem recipit.Nam (vt ait Ariſtot.
D de Natur. 3.) Totum & Perfectum idem ſunt: quo-
niam vtrumque definitur,id cui nulla pars deeſt.Ni-
hil eſt extra totum (ait Seneca, lib.de vit.beat.) non
magis quàm vltra finem. Vniuerſitas autem indefi-
nita eſt. adiectionem enim & detractionem recipit,
vt de peculio dicitur, quod creſcit & decreſcit.l. pe-
culium, 11. D. de pecul. itémque de familia in l. pe-
culium, 65. D.de leg.2.& de hereditate,quę augmen-
tum recipit, & deminutionem.l.item veniunt,20.§.
item non ſolum, D. de her.pet. Item de grege, in l. ſi
E cùm argentum, 21.§. 1. D. de exc.rei iud. Itaque To-
tum plerumque parte vna detracta perimitur:veluti,
in quadriga, vbi vno equo ſublato quadriga interire
dicitur, quia quadriga eſſe deſinit. At ſi Vniuerſita-
tem ſingulorum equorum ſpectauit teſtator, aliud
iuris eſt. nam vno detracto reliqui debebũtur.l.quid
tamen, 10. in fi.D.quib.mod.vſuſ.amitt.l.peculium,
65.§.1.D.de legat. 2. quod eodem modo de fundi in-
ſtrumento iudicandum putarem, propter l. quæſi-
tum, 12.§.ſiquis eodem, 10.D.de inſt.vel inſtr.vbi pro
F parte diuidi inſtrumentum poſſe negatur. Quinta
differentia eſt, quòd Totum & partes eiuſdem gene-
ris ſunt. Nam ſi partes ſunt corporales, etiam To-
tum corporale eſt: ſi partes mobiles, aut immobi-
les, etiam Totum mobile, aut immobile.veluti,fun-
di, aut gregis, aut armenti, aut equitij. Vniuerſitas
autem ſemper incorporalis eſt, & nomen iuris:
etiamſi res omnes corporales ſint, aut partim cor-
porales, partim incorporales, veluti hereditas, aut
peculium, aut dos, in quibus vtriuſque generis res
G continentur.l.1.D.de rer.diu. Sic res ſingulæ mobi-
les eſſe poſſunt, cùm Vniuerſitas erit immobilis: vt
de ædificio luculenter diſputatur in l.cum qui, 23.D.
de vſurp.vbi emtor ædium non res ſingulas, ex qui-
bus ædificium conſtat,& quæ mobiles ſunt,ſed Vni-
uerſitatem ipſam quæ immobilis eſt, poſſidere dici-
tur:indéque ſublato ædificio pręteritum tẽpus quod
ad ędium vſucapionem valuit,ad rerũ ſingularũ, quę
mobiles

mobiles ſunt, vſucapionẽ non prodeſt: quoniam vna eadémq; res ſimul vt & mobilis & immobilis poſſideri non poteſt. Sexta differentia eſt, quòd Totũ quoniam partes habet, diuiduũ eſt, ſiue partes fiant pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo. l. rectè dicimus, 25. de verb. ſig. Vniuerſitas autẽ, quia partes non habet, diuiſionem non recipit. l. 1. D. de adq. her. vbi, qui vniuerſam hereditatem adquirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo adquirere non poteſt, & qui partẽ hereditatis adit, vniuerſam hereditatẽ adire intelligitur. l. quidã, 20. C. de iur. delib. l. interdũ, 13. §. 1. D. de her. inſt. & in vnicam rem inſtitutus, in totum inſtitutus intelligitur. l. 1. §. ſi fundo, & l. ſi ex facto, 3. D. eod. Septima differẽtia eſt, quoniã regulariter quod ius eſt in Toto, quoad totum, idem iuris eſt in parte, quoad partem, vulg. l. quæ de tota, D. de rei vind. l. 3. D. ꝓ derel. l. in ratione, 30. §. rurſus, D. ad l. Falc. l. ſi duo, 51. in fi. D. de adm. tut. At non quod iuris eſt in Vniuerſo, idem in rebus ſingulis ius eſt. non enim qui vniuerſam domum, aut nauem, aut armariũ poſſidet, idcirco ſingulas res quæ in iis ſunt, poſſidet. l. qui vniuerſas, 30. D. de adq. poſſ. non qui vniuerſitatẽ ædificij vſucapit, continuò ſingulas res, ex quibus conſtabat, vſucepiſſe intelligitur. l. adeo, 7. §. illud rectè, D. de adq. rer. dom. & d. l. eum qui, 23. D. de vſurp. Similiter qui gregem vſucepit, nõ continuò ſingulas oues vſucepit. l. rerũ mixtura, 30. §. vlt. D. de vſurp. Non ſiqua res Vniuerſitatis eſt, idcirco ſingulorũ eſt, vt theatrum, ſtadium, campus Martius: non ſi ſeruus ciuitatis cõmunis eſt, idcirco ſingulorũ pro parte ſeruus eſt, ſed Vniuerſitatis: non ſiquis ab Vniuerſitate manumiſſus eſt, idcirco ſingulorũ libertus eſt, ſed Vniuerſitatis. Qua de cauſſa Vniuerſitatem ſine venia in ius vocare non poterit, ſingulos poterit. l. in tantum, 6. §. 1. D. de rer. diu. l. ſed ſi, 10. §. 1. D. de in ius voc. non ſiquis nauem, aut domũ vẽdidit, idcirco ſingulas tabulas, vel ſingulos lapides vẽdidit. qua de cauſſa nec euictionis nomine tenebitur, ſiqua res euicta ſit. l. naue, 36. D. de euict. nõ ſiquid Vniuerſitati debetur, ſingulis debetur: nec quod debet Vniuerſitas, ſinguli debent. l. ſicut, 7. §. 1. D. quod cui. vniu. nõ ſi actor ab Vniuerſitate cõſtitutus eſt, idcirco ſingulorũ actor eſt, ſed Reipub. dumtaxat. l. 2. D. eod. viciſsímq; nõ ſiquid ſingulatim ac ſeparatim alienari non poteſt: idcirco vniuerſè alienari non poteſt: vt fundus dotalis, & res cuius cõmerciũ aliquis non habet, quæ tamen cũ hereditatis vniuerſitate trãsfertur. l. quædã, 62. D. de adq. rer. dom. non ſi res ſingulæ hereditariæ vſucapi poſſunt, idcirco hereditas vſucapi poteſt (quam ineptam Iuriſconſultorũ argutiam Seneca minus conſideratè nominabat, lib. de benef. 6.) nã illæ corporales ſunt, hęc incorporalis eſt, in quod genus vſucapio nõ cadit. l. ſeruitutes, 14. D. de ſeruit. Ex quibus ita diſputatis perſpicuum eſt, inter Totum & partes iuris analogiam & proportionem eſſe: inter Vniuerſitatem & res ſingulas, nullam eſſe: cautionémque adhibendam, vt ad id quod Totum eſt, partes: ad id quod Vniuerſum eſt, res ſingulæ referantur, ſuúmque ſingulis ius adtribuatur.

Re à pluribus furto ſublata, quam tollere ſinguli non potuiſſent, vtrum vniuerſi tantùm, an verò ſinguli furti teneantur.

QVÆSTIO XXXIII.

HÆC quęſtio ſuperiori finitima eſt, præcipuéque ex eo capite dependet, quo diximus, Totum aliud eſſe continuum, aliud concretum, aliud deiunctum. Totum autem concretum dupliciter conſiderari, nimirum vt Totum & partes: itémque vt Vniuerſum & res ſingulas. poſtremò Totum deiunctum, verè propriéque Vniuerſum dici. l. rerum mixtura, 30. D. de vſurp. Quare in quæſtione propoſita plurimi intereſt, quò ex trium illorum genere res ea ſit, quæ furto ſublata dicatur. noſtri quidem de trabe exempla ediderunt in l. ita vulneratus, 51. in fi. D. ad leg. Aquil. & l. vulgaris, 21. §. vlt. D. de furt. vbi fatentur, ſi diſſerendi ſubtilitati locus relinquatur, fore vt neque vniuerſi, neque ſinguli teneantur. aut enim totius trabis ſinguli fures ſunt, aut partis. Totius non eſſe, definitio demonſtrat: furtum enim contrectatio eſt, neque ſine contrectatione committi dicitur in l. 1. & l. ſiquis, 52. §. neque, D. de furt. Verum eſt autem, neminem vnũ illam trabem ſuſtuliſſe: ait Iulianus in d. l. ita vulneratus, ſed totius rei vniuerſos furtum feciſſe, vt ait Vlpianus d. l. vulgaris. Rurſus pro parte furtum ſinguli non fecerunt, vt eodem loco ſcribitur. quia trabs integra & indiuiſa eſt. Reſtat vt omnes ſiue vniuerſi, ſimul furti teneantur. veluti, ſi quattuor trabem ſuſtulerunt, vt omnes pro vna trabe quadrupli nomine quattuor trabes ſoluãt. Sed refragatur Regula iuris, vt Quot delinquentium perſonæ ſunt, tot delicta numerẽtur: & Quæ pœna delictis impoſita eſt, ſi plures deliquerunt, vt à ſingulis ſolida præſtetur. l. ſi familia, 9. D. de iuriſd. & l. ſi plures, 34. D. de iniur. vbi quot ſerui iniuria aliquem adfecerunt, aut damnum dederunt, tot iniuriæ, tot damna numerantur, totidémque pœnæ deberi dicuntur. neque vnius ſolutio alterum eiuſdem delicti ſocium liberat. qua de cauſſa plures eiuſdem rei fures, in ſolidum ſinguli obligantur: neque pœna ab vno præſtita alios liberat. l. 1. C. de cond. furt. nam quod à pluribus fit pro indiuiſo, ſingulos in ſolidum obligat. l. ſemper, 15. §. 2. D. quod vi aut clam. ſublatáque illa Quinctiliani quæſtio eſt lib. 7. cap. 5. Cùm duo fures pecuniam abſtulerunt, ſeparatim quadruplum quiſque an duplum debeat. l. tres tutores, 55. D. de admin. tutor. ſimilitérque ſi ſerui plures album Prætoris corruperint, non ſufficit, D. aureos pœnæ nomine pro vniuerſis ſimul ſoluere, ſed neceſſe eſt pro ſingulis quingenos inferre. In quam ſententiam reſponſum eſt, cùm plures domini ſeruum communem in ſua poteſtate eſſe mentiti ſunt, vnumquemque illorum in ſolidum teneri. l. ſi ſeruum, 17. D. de interrog. Neque obſtat l. 1. in fin. l. 2. & l. 3. D. de his qui effud. nam ibi non plures, ſed vnus tantùm, iſque incognitus effudiſſe proponebatur. Eiúſque iuris æquitas exponitur hac regula in l. 4. D. de verb. oblig. Quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur. Denique huius rei euidens argumentum eſt in edicto Prætorio, Si familia furtum feciſſe dicatur: vbi conſtitutum eſt: vt ſi plures ſerui furtum fecerunt, liceat domino tantum offerre, quantum ſi ſeruus vnus furtum feciſſet: ſingulari de cauſſa: videlicet, ne domini patrimonium euertatur, ſi omnes dedere cogeretur. l. 1. D. ſi fam. furt. fec. l. illud, 32. D. ad legem Aquil. Quare cùm à pluribus vel liberis, vel plurium dominorum ſeruis, furtum factum eſt, aut iniuria, plura facta numerantur: tot denique pœnæ exiguntur, quot delinquentium perſonæ fuerunt. vbi verò vnius familia eſt, clementiæ & benignitatis cauſſa illo ſingulari caſu ſingulare ius conſtitutum eſt. Quæ cùm ita ſe habeãt, Iulianus & Vlpianus in illa de furto trabis quæſtione concludunt, tot eſſe

furta facta, quot perſonæ delinquentium fuerunt, & à ſingulis pœnam exigi. ac proinde, ſi quattuor trabem ſuſtulerunt, in furto manifeſto, XVI. trabes domino pœnæ nomine præſtandas eſſe. Quod verò cõtrà ex definitione diſputatum fuerat, Iulianus diſertè ſcribit, etſi vbi res ad viuum reſecanda, & ad exactum iudicium reuocanda eſſet, verùm illud eſſe videretur, tamen caſus quoſdam eſſe in ciuili iure, quibus ſubtili Dialecticæ rationi vtilitatis & vitæ cõmunis ratio præponderat: atque inter illos caſus hunc exempli loco profert. Quo loco non prætermittendum arbitror quod textus in d.l.9. De Iuriſdict. apertè pugnare videtur cùm d.l. illud, ad leg. Aquil. Nam in illa eadẽ damni culpa dati ratio eſſe dicitur, quæ iniuriarum. in hac, ex contrario, eadem quæ furti à familia facti. quod idem Vlpianus perſpicuè adfirmat in d. l. 1. §. 2. D. ſi famil. furt. fec. Cuius manifeſtę & dilucidæ repugnantiæ ſi conciliationem aliquam quęramus, videamus ne veterũ exiſtimationis quàm noſtrę ſtudioſiores ſimus. Quid enim potuit Caius dilucidius exprimere, vt controuerſiam ea de re inter Iuriſconſultos fuiſſe oſtenderet, quàm cùm ita loquutus eſt, ILLVD QVÆSITVM EST, & mox, SED MAGIS VISVM EST. Illam ergo Paullus ſententiam ſequutus eſt, hanc Vlpianus & Caius. Verùm vt ad inſtitutam diſputationẽ redeamus, deinceps aliis quoque de rebus eadem quæſtio proponẽda eſt: veluti de armario, in quo erit, verbi gratia, mundus muliebris: aut de ciſta, in qua multa precioſa inerunt, aut dolio vini, aut modio frumenti, quem cùm vnus tollere nõ poſſet, plures ſuſtulerunt: an eadem iuris ratio ſit, quę ſuperius de trabe vel tigno expoſita eſt. Nam ſiquis dicat, in pari cauſſa parem iuris rationem conſtituendam eſſe, l. vlt. C. ad leg. Falcid. pugnare contrà videbitur, quòd non eadem harum rerum, quæ tigni aut trabis ratio & cauſſa eſt. Nam tignũ (vt ſuperius dictum eſt) totum eſt continuum: quo in genere ſunt marmor, ſtatua, ſignum illud immane Herculis Agrigentini, Verr. v. quod multi ſubiectis vectibus moliebantur labefactare, neque tamen illud vlla lababat ex parte: de quibus idẽ iuris eſſe, quod de trabe ſuperius diximus, dubitari nõ poteſt: quoniã ex Totius primo genere ſunt, quod & cõtinuum, & indiuiſum eſt: neque pro parte ſublatum dici poteſt. Armariũ autem, aut ciſta, aut capſa, ſine dubio poſtremi generis ſunt, ac planè ſegetis ſimilia: de qua Vlpianus ſtatuit, vt in tantùm furti agi liceat, quantum ſublatum erit. Item eadem l. §. pen. vt qui maioris ponderis quid aperuit, quod tollere non poſſit, earum tantùm rerum nomine teneri furti, quas abſtulerit: itémque in l. verũ eſt, 25. eod. vbi qui è lapidicina lapides, vel ex arenaria arenã furatus eſt, eatenus tantùm furti actione teneatur, quatenus furatus conuincitur. Ex quo concludẽdum arbitrarer, ſi quattuor ſegetem ſecuerũt, aut arcam, armariúmve ſuſtulerunt, non à ſingulis pœnam in ſolidum exigendam, ſed ab vniuerſis dũtaxat: quaſi partem tantùm quiſque ſuam ſuſtulerit, & quod in partes, vel potius res ſingulas diuidi poteſt, non à ſingulis in ſolidum commiſſum videatur. arg. d. l. 4. De verb. oblig. quod eodem modo etiam de fundi inſtrumento ſtatuendum arbitrarer: quod, ſi tamquam Totum ſpectemus, parte ſublata conſiſtere negatur in l. quæſitum, 12. §. ſiquis eodem, 10. D. de inſt. vel inſtr. ſin tamquam Vniuerſum, & eius res ſingulas, iniquum putarem, cùm à pluribus ſublatum eſſet, in plus quemque, quàm quantum abſtuliſſet, teneri. De vino verò, & oleo, & ingenti frumenti ſacco, difficilior aliquantò quæſtio eſt: ſi plures dolium, puta, prouoluerunt, aut ingentem ſaccum exportarunt, quod vnus facere ſolus non potuiſſet. Sed cùm eiuſmodi res ad quantitatem potius quàm ad corpus referantur, l. cùm Stichus, 29. D. de ſolut. l. planè, 34. §. 2. & §. 3. D. de leg. 1. benignior interpretatio videtur, vt res eiuſmodi ad ſecundum Totius genus, Concretum videlicet, referantur: & quoniam in partes intellectas diuiſæ intelliguntur, non à ſingulis ſolida, ſed ab vniuerſis pœna furto impoſita exigatur. arg. d. l. vulgaris, in principio, D. de Furt.

An legis actionum & actuum legitimorum eadem ratio eſſet, aut quibus inter ſe rebus vel conuenirent, vel differrent.

QVÆSTIO XXXIIII.

MAGNA quæſtio eſt, & ad cognoſcẽdam iuris Quiritium formam pernéceſſaria. Intelligendum eſt autem, legis actiones fuiſſe formulas rerũ, tum à magiſtratibus, tum à priuatis agendarum, quæ à Iuriſconſultis ex lege aliqua inſtitutæ fuerant. Perperam enim non Pomponius, ſed Tribonianus in l. 2. De orig. iur. definit Legis actiones, quibus ciues inter ſe diſceptabant. quaſi verò præter diſceptatrices non aliæ eſſent quamplurimæ, quæ nihil ad lites pertinebant. Legis igitur actionũ duplex proprietas fuit: quarum prior & antiquior hæc eſt, vt ex legis alicuius inſtituto cõceptæ & ad eam adcommodatæ eſſent: veluti primæ illæ, quas ex XII. tab. legibus compoſitas à priſcis Iuriſcõſultis fuiſſe, traditur in d. l. 2. De orig. iur. Sic Triũuiris Rempublic. obtinentibus rogatus eſt Caſcelius Iuriſc. formulas ad eorum acta adcommodatas concipere: vt Val. Max. lib. 6. teſtatur. Nullius, inquit, eorum gratia aut auctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum quas Triumuiri dederant, formulam componeret: hoc animi iudicio victoriæ eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponẽs. tametſi Formulam illo loco Valerius dixiſſe potius videtur, pro inſtrumẽto & teſtatione donationis. Altera legis actionum proprietas hæc erat, vt inter pręſentes, neque alieno, ſed proprio nomine peragerentur. l. nemo, 123. D. de reg. iur. Actus autẽ legitimos adpellamus formulas rerum à priuatis agendarum, per eoſdem Iuriſconſultos extra rerum contrahendarum negocia inſtitutas. Vnde triplex differentia intelligitur. prima, quòd illæ priuatorum & magiſtratuũ communes erant, hi priuatorũ tantùm proprij. Altera, quòd illæ omnes erant ex lege: hi verò partim ex lege, partim ſine lege Inſtituti. Tertia, quòd illarum nulla niſi inter pręſentes fieri poterat: horũ verò plerique etiam per procuratores fiebant. Similitudo verò quadruplex fuit. Nam vtræque actiones iuris erãt publici, vtræque à Iuriſconſultis certa formula compoſitæ: vtræque ſemel tantùm fiebant, neque iterabãtur: vtræque purè & ſine diei aut condicionis adiectione fiebant. l. actus, 77. D. de reg. iur. Nunc de ſingulis videamus. Ac primùm de iis quæ à magiſtratibus peragebantur. nã Varro lib. de ling. v. ſic ſcribit: Dies nefaſti, per quos nefas fari Prætorem, DO, DICO, ADDICO. neceſſe eſt aliquo eorũ vti verbo, cùm lege quid peragitur. Magiſtratus igitur ſiue iudicia, aut bonorum poſſeſſionem, aut tutores dabant, ſiue multam, aut viam dicebant, ſiue bona, ſiue litem, libertatem, ſeruitutem, ingenuitatem, libertinitatem

nitatem addicebant, lege agere dicebantur. In his autem actionibus hoc obſeruabatur, primùm vt inter præſentes fierent: vnde illud in XII. tabulis: PRÆSENTI LITEM ADDICITO. & in formulis: VTRISQVE SVPERSTITIBVS ISTAM VIAM DICO. Deinde vt certis verborũ conceptionibus omnia peragerentur, cùm DO, DICO, ADDICO, Prætor, vt modò dicebamus, pronunciaret. Eiúſque rei argumentum eſt in l. decreta, 48. D. de re iud. l. ſi opus, 16. D. de oper. nou. nunc. Iam verò ſemel tantùm eas peragi ſolitas, vel ex eo conſtat, quòd Prætoris decretum ius faciebat: quod retractari non poterat, l. pen. D. de iuſt. & iur. l. 5. D. de feriis. Quamquam re integra quod iuſſit vetuítve Prætor, contrario imperio tollere aut remittere poteſt, l. quod iuſſit, 14. D. de re iud. Poſtremò, puras eas omnes fuiſſe, intelligendum eſt: vnde illud in l. muto, 6. §. 1. D. de tutel. ſi tutor ſub condicione datus ſit, eius dationem nullius eſſe momenti. Quinetiam magiſtratus miniſtri, cùm quid imperio ipſius, ex lege tamen agebant, Lege agere dicebantur. Liuius lib. XXVI. Fuluius acceptas litteras, neque reſolutas, cùm in gremio repoſuiſſet, præconi imperauit vt lictorem lege agere iuberet. Valer. lib. 3. Deligatis ad palum hoſtibus, litteras à patribus conſcriptis nequidquã Capuanis ſalutares accepit. In ſiniſtra enim manu, ſicut erant traditæ, repoſuit, ac iuſſo lictore lege agere, tunc demum aperuit. Inter priuatorum actiones primum locum obtinebant, quæ pertinebant ad lites: vt apud Plaut. Aulul. Lege agito mecum, moleſtus ne ſis. Et apud Cic. de Orat. 1. Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in XII. tabul. permiſerat. Et pro Cæcina, Omnes qui in eadem cauſſa ſunt, & lege agant, & ius ſuum perſequantur. De vindiciis autem, quemadmodum ex lege XII. tabul. inſtitutæ, quemadmodum in iure apud Prætorem, & certis verbis, & purè, & inter præſentes, & ſemel fierent, copioſè Agellius exponit lib. XX. cap. IX. Denique actiones omnes litigioſæ, & ex lege inſtitutæ erant: (qua de cauſſa lege agi per eas dicebatur) & in iure inſtituebantur, & certis verbis conſtabant, vt cuiuis mediocriter erudito notum eſt. Inter præſentes autẽ agitari primùm ſolitas, Imperator oſtendit ſub ti. De his per qu. ag. poſſ. vbi ait, olim in vſu fuiſſe, alterius nomine agi non poſſe. Qua de cauſſa ne pater quidẽ pro filio inofficioſi querelam poteſt inſtituere, l. 8. D. de inoff. Purè autem eas inſtituendas fuiſſe, vt ius certum peteretur, vel ex eo conſtat, quòd qui ante diem petierat, cauſſa cadebat. Semel porrò eas inſtitui licuiſſe, vel ex eo patet, quòd eadẽ de re bis actio non erat, l. 2. D. de except. rei iud. Sed præter illas diſceptatrices erant aliæ, quæ, vt Vlp. loquitur, iuriſdictionis erant voluntariæ: quarum hæc bipartita fuit diſtinctio, vt aliæ in iure, aliæ extra ius peragerentur. In iure fiebant, Adoptio, Emancipatio, Manumiſſio per vindictam, In iure ceſſio, Litis conteſtatio, Nominis in reos relatio, Adpellatio, Tutelæ ceſſio, Tutelæ abdicatio, Extra ius adrogatio, in ius vocatio, Satiſdatio, Anteſtatio, Mancipatio, Nuncupatio teſtamenti, Cretio, Aditio hereditatis, Noxæ deditio. Iuſiurandum, Tutoris auctoritas. De ſingulis igitur videamus. Nam Adoptio quidem ex lege XII. tabular. inſtituta fuit. Itaque legis actio nominatur in l. 3. De offic. Proconſ. l. 1. D. de offic. iurid. l. 1. C. de adopt. Eam autem inter præſentes fieri, Vlpianus his oſtendit verbis, in l. neque abſentes, 24. & l. ſeq. D. de adopt. Neque adoptare, neque adrogare quis

A abſens, nec per alium huiuſmodi ſollemnitatem peragere poteſt. Et de iure apud magiſtratum, conſtat ex l. 3. & l. 4. D. eod. Tacitus lib. 1. Conſultatum, inquit, pro roſtris, an in ſenatu, an in caſtris adoptio frequẽtaretur. Certis verbis eam compoſitam fuiſſe, Agellius docet lib. V. cap. XIX. Semel autem adoptari aliquem licuiſſe, Paullus teſtatur in l. adoptare, 37. D. eod. Ad tempus autem, aut ſub condicione fieri non potuiſſe, patet ex l. quæſitum eſt, 34. de adopt. quia nec filium naturalem ea ratione habere poſſumus.

B Neque verò ſuperioribus aduerſatur, quod crebrò legimus, Adoptiones in teſtamentis factas, quaſi & abſentium, & extra ius fierent. Non enim hæ adoptiones propriè, ſed adrogationes erant: eorum videlicet qui ſui iuris erant: vt cùm Pomponius à Cæcilio adoptatus dicitur in epiſtol. ad Attic. 2. & apud Nepotem in illius vita. Quare Mortuo teſtatore non dubium eſt, quin lex curiata ferretur, Vellent iuberent Quirites, vt Pomponius Cæcilij eſſet filius: vt eſt

C apud Agell. eod. loco. Itaque Octauij adoptionem Cæſaris teſtamento factam, illa lege confirmatam Dio lib. 46. teſtatur. Eodémque pertinet illud Taciti lib. 12. Rogatáque lex, qua in familiam Claudiam, & nomen Neronis tranſiret. Sequitur Emancipatio, quam ex lege XII. tabul. inſtitutam, omnibus notum eſt. Qua de cauſſa inter legis actiones numeratur in l. 4. D. de adopt. & apud Paull. Sent. 2. tit. 26. & Iuſtinian. Nouell. 81. Inter præſentes autem fieri ſolitam,

D vel ex eius formula, quam Caius in Inſtit. commemorat, vel ex circumductionib. & colaphis; de quibus in l. vltim. C. de emanc. lib. ſatis planè conſtat. quod tamen Anaſtaſius abrogauit, cuius noua Emancipationis formula traditur in l. penul. C. eo. Vtrum autem ea in iure, an extra ius fieret, dubitari video: propter l. emancipari, 36. D. de adopt. vbi Vlpianus ait, emancipari filium à patre quocumque loco poſſe. quaſi verò Caius in Inſtit. non apertè teſtetur, ante Præſidem, hoc eſt magiſtratum, cui legis actio ſit, mancipationem fieri ſolitam. vnde intelligitur

E Quemcumque locum ab Vlpiano dici, in quo Prætor ſalua maieſtate imperii ſui, ſalúoque more maiorum ius dicere poteſt: quem omnem locum Ius dici nemo ignorat ex l. pen. de legibus. Deniq; quoniam cauſſæ cognitione opus non eſt, neque tribunali, neq; ſella opus eſſe. Iam verò de huius actionis certa formula, dubitare nemo poteſt ex eodem Caij Inſt. lib. 1. ac ne de altera quidẽ nota: hoc eſt, vt ſemel facta, nõ iteretur: cùm ſui iuris factus, amplius ſui iuris fieri non poſſit: neque amplius tribus mancipa-

F tionibus adhiberi liceret. Poſtremò, vt neque ſub cõdicione, neque ad tempus fieret, d. l. actus, D. de reg. iur. Sequitur Manumiſſio per vindictã, quam ex lege XII. tab. inſtitutam ex eo probabile eſt, quia pars eſt emancipationis: quę & tribus manumiſſionibus conſtabat, & ſine dubio legis erat actio: vt Iuſtin. Nouell. 81. εἰ γὰρ ἡ τῆς ἐμαγκιπατίονος πρᾶξις πάλαι μὲν ὑπὸ τὰς καλουμένας legis ἀκτιόνας γινομένη μεθ᾽ ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων, &c. Denique manumiſſionem inter legis actiones apertè Paullus numerat, lib. Sent. 2. c. 25. ob-

G ſcurè tamen Conſtantinus in l. vlt. C. de manu. vind. & Martianus in l. 2. D. de off. Procon. vbi liberorum & ſeruorũ manumiſſiones eodem numero, & apud eoſdem magiſtratus ſtatuit. Inter præſentes autem eã peragi ſolitam, ritus ipſe circumducendi & colaphis cædendi, & virga tangendi, perſpicuè oſtendit: nominatímq; traditur in l. 3. C. de vindict. manum. l. pen. C. qui manum. non poſ. In iure autẽ, id eſt, vel in

tribunali,vel quocumque loco vbi magiſtratus & li-
ctor adſit, fieri ſolitam conſtat ex l.5.l.6.l.7.l.8.D.de
man. vind. Verba autē ſollemnia Feſtus hæc profert,
Hunc hominem liberum eſſe volo. Tametſi Hermo-
genianus in l.manumiſſio,23.D.eod.ſcribat,ętate ſua
manumiſſionem per lictores domino tacente expe-
diri ſolere: & verba ſollemnia licèt non dicantur, vt
dicta accipienda eſſe. Vnde intelligitur,poſtremis tē-
poribus in libertatis fauorem multa de vetere ritu
remiſſa fuiſſe. nam etiam apud legatum Proconſulis
qui legis actionem non habebat, manumitti licuiſ-
ſe,teſtis eſt,l.apud Proconſulem,17.eod.Semel autem
præſtari libertatem hanc ſolitam, teſtis eſt, l. 2. C. de
manum.vind.denique ad tempus dari nō licuiſſe pa-
tet ex l.libertas, 33. D.de man.vind.ſub cōdicione ve-
rò, teſtamento quidem poterat: vindicta verò, non
poterat.quia vindicta libertas abſolutè datur. l. mor-
tis cauſſa,15.D.de manum.Simillima eſt illa interro-
gatio, quæ legibus fieri dicebatur apud Prætorem,
cùm quis alterius nomen referre in reos volebat, cu-
ius interrogationis formulam Pedianus exponit in
Verrin.11. Item In iure ceſſio,apud Vlp.tit.Regul.19.
& in Inſtitut.Caij:apud Boëtium in Topic.iis verbis
quæ iam omnibus nota ſunt. ſed hæc exempli cauſſa
propoſuiſſe ſufficiat. nam cetera partim ex Vlpian.
Regul.& Caij Inſtitut.partim ex aliis auctoribus nul
lo negocio colligentur. Nunc ad eas quæ extra ius
fiebant,accedendum eſt.Ac primùm de Teſtamento.
nam ex lege XII.tabul.inſtitutū id fuiſſe nemo igno-
rat. Certis autem verbis fieri ſolitum,patet ex l.quo-
niam,15.C.de teſtam.& ex Nuncupationis formula,
quam in lib.Regul.Vlpian.protulit. Ex qua ipſa in-
telligitur,eam Nuncupationem, neque diem, neque
condicionem diſertè ac nominatim admiſiſſe: cùm
tamen eius partes admitterent. nam & dari libertas
in teſtamento ſub condicione poterat.l.1. D.de ſtatu
lib.cùm per vindictam dari non poſſet: & heres ſub
condicione inſtitui, legatáque relinqui. Ex eodem
genere fuit Hereditatis aditio. nam illam quidem ex
lege XII.tabul.ortum habere, nemo dubitat: ſiue ab
inteſtato, ſiue ex teſtamento eſſet.l.1.D.de hered.pe-
tit.l.lege obuenire, 130. De verb. ſignif. Per heredem
autem ipſum eam fieri ſolitam, neq; admiſſum pro-
curatorem fuiſſe,patet ex l.per procuratorem, 80.D.
de adq.her.cùm tamen in Pand. Flor.vitiosè, vt opi-
nor,ſcriptum ſit, CVRATOREM. ſed cùm Cæſari ſin-
gulari iure conceſſum ſit,vt per ſuum procuratorem
adire poſſit l.1.§.vltim.D.off. Proc. Cæſ. perſpicuum
eſt, id ceteris non licuiſſe.quod hoc etiam argumen-
to confirmatur, quia Senatoribus liberæ legationes
adeundarum hereditatum cauſſa dabantur:vt in Cō-
ment.de verb.iur. expoſuimus. Certis autem verbis
Cretionem & Aditionem conſtitiſſe,notum eſt om-
nibus ex Vlpian.titul.Regul.26.vbi hęc duo coniun-
guntur ADEO CERNOQVE. eiúſque veſtigium ex-
ſtat in fin.l.eum qui,51.D.de adq.hered. Diem porrò
& condicionem in adeunda hereditate nō admiſſam,
patet ex d.l.eum qui, & l.heres,54.D.eod.& l. actus,
77.de reg.iur.Neq; obſtat l.primo gradu,23.D.quę in
fraud.cred.vbi heredes eius qui ſoluēdo non erat, ea
condicione adiſſe dicuntur, vt creditoribus partem
dumtaxat ſoluerent. nam ibi Condicio pactionem
ſignificat cum creditoribus factam. quemadmodum
heres cum legatariis & fideicommiſſariis paciſcitur.
l.in quantitate, 73.D.ad leg.Falc.l.apud Iulianum, 11.
D. ad Trebell. Reſtat vt de ea non iteranda teſtimo-
nium proferamus: quod exſtat in l. ſi ſolus, 80. in fi.

A D. de adq. hered. Hereditatis igitur aditio legis actio
erat: Bonorum autem poſſeſſio, non erat. itaque per
procuratorem adquiri poterat.l. ſiquis alicui, 48. D.
de adq.hered.l.ſi maritus, 5. C. mand. imo etiam per
mulierem & ſeruū admitti.l.ſeruus,7.D.de bon.poſſ.
Sequitur Mancipatio: quam ex lege XII. tabul.inſti-
tutam fuiſſe, & ab auctore ac mancipe præſentibus,
certis verbis ac formulis, extra ius, quouis loco v-
ſurpatam fuiſſe, docent Vlpianus, Caius, & Boëtius.
B Purè autem propterea fiebat, quia præſens dominiū,
traditione facta præſentíque pecunia numerata trāſ-
ferebatur: vnde periculum iudicij & euictionis: vt
ex Plauto & Ciceronis Muræniana in verbis Iur.o-
ſtendimus. Quòd ſi dominium transferebatur, ſe-
quitur, vt ſemel tantùm fieri ſoleret. Verùm hęc qui-
dem de legis actionibus hactenus.nunc de Legitimis
actibus videamus:quod nomē etſi generale eſſe con-
ſtat, tamen, vt plerumque fit, ad eas ſpecies propriè
reſtrictum eſt, quas ſuperius explicauimus. Horum
C autem in numero Acceptilationem & Legati optio-
nem ſtatuemus: quas Papinianus nominat in d. l.
actus, de regul.iur. Præterea autem Conuentionem
in manum, Repudium, & Diuortium: quæ etſi cer-
tis fiebant verbis,l.1.D.de diuort.certóque & ſollem-
ni modo, l.1.D.vnd.vir.& vx. tamen per internunciū
fieri potuiſſe, conſtat ex l.5.D.de rit.nupt. l. 2. D. de
diuort. Itémque in diem addictionem, quæ etſi cer-
tis fiebat verbis, l. 1. D. de in diem adict. tamen in
tempus neceſſariò fiebat. Item Comperendinatio-
D nem & Vadimonium, quæ in diem certam fieri ſoli-
ta verba ipſa oſtendunt. Item Denunciationem te-
ſtimonij:quæ ex lege XII. tabul.non ſemel,ſed iterum
ac tertiò fiebat. Nam hi omnes legitimi actùs nomi-
nantur, cùm in d.l.actus, tùm in l.pen. C. de heretic.
vbi eo nomine actus ij ſoli ſignificātur,qui iuris ſunt
publici:neque omnino propriè.non enim omnes le-
ge certa inſtituti ſunt. nam Acceptilatio Aquiliana
C. Aquilium Iuriſc.auctorem habet. Itaque ciuiles
magis verè propriéque dicerentur, aut ſollemnes:vt
E acceptilatio ſollemnis actus nominatur in l. vltim.
C. de reuoc. quæ in fraud. cred. ſed legitima perſæpe
dicuntur, quæ iuris ſunt publici: vt legitima verba
dicuntur, quæ alibi ciuilia,ſollemnia, directa nomi-
nantur: quæ tamen non à legibus, ſed à Iuriſconſul-
tis concepta eſſe conſtat.l.vltim.C.de teſtam.tut.Po-
ſtremò illud ſubiungendum eſt, Actuum legitimo-
rum duo eſſe genera: nam alij diem & condicionem
recipiunt: alij non recipiunt. veluti Acceptilatio &
Optio non recipiunt: at Vadimonium, Comperen-
F dinatio, Obualgulatio, quæ denunciandi teſtimonij
cauſſa fiebat, & Procuratoris datio recipiunt.l. 3. D.
de procur.Itaque Papinianus non dixit,Actus legiti-
mi non recipiunt diem vel condicionem: ſed diſtin-
ctè, Actus qui non recipiunt. Relatiuum enim QVI,
ſuum antecedens reſtringit.vt l. quod ait lex, 11.D.de
diuort.l.à filio 15.§.1.D.de adim.leg. Qua ex re de il-
lorum ſtultitia exiſtimari poteſt, qui in cap. 50.de
reg.iur.in Sext.infinitè & generaliter tradiderunt,a-
ctus legitimos neque diem neque condicionem re-
G cipere. quo loco Dinus non irridiculè ſcribit, re-
gulam illam imaginationi mentis ſuæ adplicari
non poſſe. Sed iam de Acceptilatione videamus.
nam illam inter præſentes fieri oportuiſſe, neque
per procuratorem aut ſeruum fieri potuiſſe, ita
perſpicuè traditur in l. & per iuſiurandum, 13. §.
tutor, & l. penult. D. de acceptil.vt mihi veriſimi-
le ſit, verba hæc SINE MANDATO, quæ ſunt in l.3.
D.eod.

D.eod. aut ſpuria eſſe, & ex gloſſa imperiti hominis A profecta:aut ita corrigenda, SINE NOVATIONE, vt apertiſſimè traditur in d.§. tutor, & in l. ſeruus,16.l. filius,23.l.non ideò,25.D.de nouat.præſertim cùm ſti pulatio, ſine interrogationis & reſponſionis formula, qua cõſtat Acceptilatio, inter abſentes fieri non poſſit,l.1. D.de verb.obl. Inſtitutum porrò fuiſſe, vt ea certis verbis fieret, conſtat ex l.& vno,18.D.de ac- cept. ceterùm eam neque diem neque condicionem recepiſſe,patet ex l.4.& l.5.D.eo.Cuius rei ratio hæc B eſt,quia obligationi præſentem interitũ adfert. Qua de cauſſa quod in diem, vel ſub condicione debetur: tum demum acceptilatione ſublatum intelligetur, cùm dies aut condicio debitionis euenerit, l.quod in diem,12.D.eod. Expreſſam igitur diei & condicionis adiectionem non recipit:tacitam recipit.Sed formula quidem pura eſt: vis autem & effectus acceptilationis in futuri temporis euentum reiectus eſt, l.licet,43.D.de iur.dot. Non fuiſſe autem iterandam ſolutionem,ex eo conſtat, quòd ſi vel aliquid amplius C debito, præſtitum eſt, vel à reo & fideiuſſore ſolutũ, indebiti condictione repetebatur, l.ſi reus, 20. D.de cond.indeb. Deinceps de Legati optione videamus: quam legis actionem non eſſe, vel hinc intelligi poteſt, quia nulla lege inſtituta eſt. tametſi partem eſſe teſtamenti, quæ certiſſima legis actio eſt,conſtet. itẽ vt tutoris dationem, liberti adſignationem, manumiſſionem teſtamentariam,quas etſi legitimos actus adpellare poſſumus, tamen legis actiones nemo dixerit: cùm illæ duæ condicionales eſſe non poſſint. D Libertas autem teſtamẽto,& poſt tempus, & ſub cõdicione relinquatur, l.libertas,17.& l.teſtamento,23. D.de man.teſt. Denique non video,cur optio ſeruari per procuratorem, cui mandatum id ſit,fieri non poſ ſit. cùm etiam de matre pro filia optante mentio fiat, in l.penult.D.de opt.leg. Certis autem verbis legati optionem fieri ſolitam, probabile eſt: cùm ea teſtatione fieret, l.apud Aufidium, 20. D.eod. Denique cùm optionis legatum (vt Vlpianus in tit. Regu.24. teſtatur) & omnia, quantumuis exigua, certis con- E ſtarent verbis, dubitandum non arbitror, quin illa quoque optionis teſtatio cõſtaret. Sed Electionis diuerſa cauſſa eſt: eius enim formula iure ciuili conſtituta non fuit: quia locum in legato generis tantùm habuit: veluti, ſeruum vnum Titio do lego. itaque optio inter cauſſas iuris referenda eſt: Electio tota facti eſt,l.ſi ſtipulatus,76.l.ſi ſeruus,141.l.vlt.De verb.oblig.l.Stichum,95.§.1.D.de ſolu. Iam verò purè & ſemel fieri ſolitam,ex eo intelligitur,quòd alioqui ſemper ſuſpenſo & incerto animo heres fuiſſet. F qua de cauſſa etiam optandi dies à magiſtratu præſtituebatur, l.5. & l.8. D. eod. vnde intelligitur conſumi optionem dici, vt primùm electio facta eſt. denique de non iteranda optione teſtimonium eſt in l. 2.& l.ſerui,5. D.de legat.1. Ad extremum illud quoque notandum eſt, Actus legitimos, qui puris formulis conſtabant, expreſſam diei condicionîſve adiectionem repudiaſſe: tacitam verò recepiſſe. veluti, ſi quod ſub condicione debetur, accepto feratur. nã formula quidem dilationis expers eſt. Vis autem & G effectus acceptilationis in futuri temporis euentum reiectus eſt, l.quod in diem,12.D.de accept.l.licet ſoleat, 43. D. de iur.dot. vbi cùm dos per acceptilationem conſtituitur, tacitè cõdicio ineſſe dicitur, ſi nuptiæ ſequutæ fuerint,l.nõ enim,37.D.eod. Quod eodem modo de teſtamẽto dici poſſe arbitror:quod tamẽ inter legis actiones retulimus.Nuncupatio enim

A (vt ex Vlp.tit. Regul.20. intelligitur) pura & directa eſt:neque ex incerto futuri temporis euentu pendet. Eius tamen vis & effectus omnis conferri in condicionem poteſt. veluti, ſi heres ſub condicione ſit inſtitutus,quę poſtea deficiat. Quinetiam video de manumiſſione idem dici poſſe,ex l.mortis cauſſa, 15. D. de manum.vbi Marcellus ait, Etſi libertas per vindictam abſolutè danda eſt, tamen mortis cauſſa factam manumiſſionem, tacitam in ſe condicionem conti- B nere:vſque ad manumiſſoris mortem.Vnde nata Regula eſt,Expreſſa nocent,non expreſſa non nocent.

APPENDIX. Cùm hæc annis ab hinc circiter decem ſic ſcripſiſſem,incidi in Obſeruatoris, dicam, an Obtrectatoris, animaduerſionem quandam,ſanè inſolentem:cui obſeruationum noſtrarum, lib.12. cap. 30.reſpondimus. Hoc vnum addemus Græcum epigramma vetus:

Ὅςις τοι δοκέει τὸν πλησίον ἰδμέναι οὐδὲν,
Ἀλλ' αὐτὸς μοῦνος ποικίλα δήνε' ἔχειν,
C *Κεῖνος γ' ἄφρων ἐςὶ, νόου βεβλαμμένος ἐσθλοῦ.*
Ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιςάμεθα.

An Imperator de Ducatu, quem ante adeptum imperium habuit, etiam poſt imperium adeptum fidelitatem præſtare debeat.

QVÆSTIO XXXV.

D EX FACTO incidit (vt eſt apud Ardizonem) Fridericum Principem, cùm ab initio dux eſſet,& pro ducatu fidelitatem faceret, diuinò nutu poſtea Imperatorẽ creatum. Petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino reſpondiſſe, non teneri ſe fidelitatem facere:cùm omne hominum genus ſibi fidelitatem debeat: & ipſe ſoli Deo & Romano Pontifici. Sed cùm inſiſtente feudi domino,de hoc contenderetur, Proceribus pruden- E ter viſum eſt, feudum amiſſum eſſe,vel alium ducem in ducatu conſtituendum, qui feudo ſeruire debeat, & domino fidelitatem faciat. Hęc Ardizo in articul. feud.§.28. Summa autem quæſtionis ad genus vniuerſum reuocatæ, eſt huiuſmodi, An Vaſſallus maiorem Seniore ſuo dignitatem adeptus, ab eius hominio liberetur. Nam pro Friderico hæc pugnant: Primùm, quòd cùm Imperator ſummum dignitatis & poteſtatis gradum obtineat, abſurdum videtur eum in alterius clientela eſſe, ac iurare ſe hominem ac vaſſallum alterius eſſe, obſequium illi & obſeruãtiam redditurum, & eandem illi præſtiturum, quam F vaſſallus ſuo Seniori debet:quam ſollemnem eſſe fidelitatis præſtandæ formulam conſtat ex lib. Feud.2. tit.5.tit.6.&tit.7.neque enim qui magiſtratum obtinent,vel ab inferiore vel etiam à pari contra dignitatem aliquid facere compelli poſſunt. l. 3. in fi.& l.4. D.de recept.qui arb. præſertim cùm multarum gentium inſtitutum ſit,vt vaſſallus fidelitatem iurãs cingulum deponat,& Senioris manum oſculetur:eique ſe in fidem & clientelam commendet.quod Imperatoria maieſtate planè indignũ videtur. Secũdò,quòd G cùm Imperator caput orbis Chriſtiani dicatur in aurea Bulla Caroli IV.ca.2. Vaſſalli autem collegiũ habeant eorum quos Pares adpellant:quod ſint(vt Greci dicunt) ὁμότιμοι:alienum ab Imperatoria dignitate videretur, collegã & parem dici Principibus aut nobilibus multo inferioribus:cùm magiſtratuum & dignitatum gradus confundi non oporteat, l.potioris,

5.C.de off.rect.p[illegible] 1. C.de off. Præf.vrb. Vnde illud Plinij ep.1. In tribunatu abſtinui cauſſis agendis,quòd deforme arbitrabar,cui loco cedere omnes oporteret,hūc omnibus ſedētibus ſtare. Tertiò,quêadmodum is qui Senatoriam dignitatem adeptus eſt, quantū ad munera,municeps eſſe deſinit,ne illis amplius ſit obnoxius,l.municeps,23.D.ad munic.ita qui maiorem aliquam dignitatē adeptus eſt, videtur muneribus à dignitate ſua diſſentaneis liberatus eſſe. Ex contraria verò parte hæc pugnant. Primùm quòd ſi feudum eſt in agris,id eſt , ſi agri non allodiales ſunt, ſed feudales,qualitas & condicio prędij propter mutatam poſſeſſoris condicionē non immutatur.l.4.§.is verò, D.de cenſ. l.cùm vnus,12.§.vlt. D.de reb. auct. iud.poſſ.Itaq.in vectigalibus ipſa prędia magis quàm perſonę obligata eſſe dicuntur,l.Imperatores,7.D.de public. Sic agri quibus onus aliquod iniunctum eſt, mutato poſſeſſore, onus tamen illud retinent, l.vſufructu,7.§.vnde Celſus,l.ſi pendentes,27.§.ſi quid,D. de vſuf.l.Paula,27.§.vlt. De legat.3.l.2.& l.Lucius,12. D.de alim.leg.Sin autem feudum eſt non in agris,ſed in iuribus, qualē iſtum fuiſſe Ducatum propoſitum eſt(nam iurium & honorum feuda conſtitui,patet ex lib.Feud.2.tit.61.)tamen regula eſt feudalis iuris,quæ ad ſuperiorem caſum pertinet: vt Beneficium non detur, niſi propter officium & beneficij adgnitionē. lib.feud.2.tit.21. Secundò ne ſummus quidem magiſtratus,veluti Cōſulatus, antiquo ciuili iure patriam poteſtatem exſtinguebat:vt Dionyſ.Halic. lib.2.ſcribit,& ſatis conſtat ex l.3,D.de adopt.& l.ille à quo,13. in fi.D.ad Treb.l.1.§.vl. D.ad Macedon. nam publici iuris ratio à priuato iure ſeparatur:neque alterum alteri impedimento eſt,l.filiusf.9.D.de his quę ſunt ſui iur.l.nā quod, 14.D.ad Treb.l.6.D.de cap.min.l.apud filium,18.D. de man. vindict. Quocirca nihil prohibet,in Friderico duplicem condicionem ſpectare: vnam vaſalli quę priuati iuris erit,propter beneficium ab aliquo acceptū:alteram ſummi magiſtratus:cuius reſpectu ſummā poteſtatem habebit, quemadmodū filius in patrem.d.l.ille à quo.Cuius rei ſingulare exēplū notū omnibus eſt ex Liuio, Plutarcho,& Valerio,de Q.Fabio Maximo, qui à filio Conſule de via decedere,& ex equo deſcēdere iuſſus eſt,Denique nihil eſt incommodi vnū eundémque duas perſonas diuerſo reſpectu ſuſtinere:vt in d.l.3.D.de adop. vbi filiusf.Conſul apud ſemetipſum manumittitur.Tertiò ſi propter nouam à vaſſallo adeptam dignitatem feudalis condicio amitteretur, multa conſequerētur incommoda;veluti, vt Friderico ſine liberis mortuo eiúſque ſtirpe exſtincta,feudum ad Seniorem ſuū non reuerteretur:contra lib.2.tit.15.& tit. 18. & tit. 26. & tit.31. vt ei ſine Senioris permiſſu feudum illud alienare liceret:contra lib.2.tit.52.§.1.& tit.40.§.2.& tit, 55.Atq.hæc quidem ita diſputari poſſunt,multò(mea quidem ſentētia) probabilius quàm quod Ardizo teſtatur,placuiſſe nonnullis Proceribus,feudum amiſſum eſſe. quo iudicio Seniori à quo Ducatum Fridericus in feudum acceperat,eiúſque poſteris apertiſſima iniuria inferebatur:quib.ſine vlla culpa ius feudi adimebatur: cùm abſurdum ſit propter nouā vaſſalli dignitatem Seniorem detrimēto adfici; cui ius ſuum niſi certis de cauſſis nō eripitur. lib.2.tit.23.& tit.ſeq. præſertim cùm neque patri ob filij dignitatem antiquo iure ſua poteſtas adimeretur:vt ſuprà dictum eſt ex l.ille à quo,13.D.ad Treb.neque liberti,niſi cōſentientibus patronis,ius aureorum annulorum adipiſcebantur,l.3.D.de iur.aur.ann.neque à potentiore a-
A liquo ſine eorumdem conſenſu adoptari poterant, l. liberto,49.D.de bon.lib.neque natalibus reſtitui,l.2. in fin.& l.vlt.D.de natal.reſtit. Quare multo probabilior & verior eorū fuit ſententia,qui ducem alium in illo Ducatu ſufficiendum eſſe iudicabāt:propterea quòd vaſſallo permiſſum eſt,ſi obſequiū ipſemet præſtare nolit,alterum ſuum in locum ſubſtituere, lib.2. tit.8,§.vlt.& tit.34.§.3.& tit.55,§.præterea.Quamquā ne huic quidem quæſtioni vſquequaq.hoc modo ſa-
B tisfactum eſt.Quid enim ſi ſe Ducatu abdicare Fridericus nollet? Quare intelligendum eſt duplex hominij & clientelæ genus eſſe,quemadmodum Proculus fœderis duas ſpecies eſſe oſtendit, l.7.D.de capt. & poſtl.Vnum enim Perſonale eſt,alterum verò Reale. Perſonale eſt,cùm Vaſallus Senioris ſui caput,fortunas, & exiſtimationem ſeſe modis omnibus conſeruaturum iurat:tamquam deuotus ſui patroni: cuiuſmodi ſollemne & vſitatum illud eſt hominiū,de quo paſſim in iure feudali tractatur:ac præſertim lib.2.ti.
C 5.& titt.ſeqq. Reale verò eſt, quod propter prædium ipſum,adgnoſcendi ſcilicet auctoris beneficij cauſſa, præſtatur.Deniq.quod Hominium feudale adpellari docuimus cap. Diſput. Feud.22. cùm reuerentia tribuitur alicui,cùm promiſſione fidelis & grati animi, ob beneficium non modò ab ſe,verumetiā à maiorib. acceptū,ſine vllius inſignis operæ obligatione. Neq. quidquam prohibet, non modò eum qui Senioris ac Principis vnius ditioni ſubiectus eſt, alteri Principi prædiorum cauſſa quæ in ipſius finibus habeat, ho-
D minium illud præſtare:verumetiam Regem alteri regi,ac Principi,vel pari,vel inferiori: cuius rei paſſim exēpla exſtant in Chron.velut in Annalib.Britan.lib. 4.cap.92.vbi Dux Britanniæ,qui tunc Regulus erat, Galliæ Regi propter Comitatum Monfortianum fidelitatē iurat.Itē in Chron.Dionyſiac.cap.33.ſub Carolo v. Rex Nauarræ Galliæ Regi hominium feciſſe dicitur, & fidelitatem iuraſſe poſſeſſionū earum nomine,quas in Galliæ finibus habebat.Itē apud Theodorū Nihem.lib.hiſtor.2.cap.25.vbi ſcribit, Delphi-
E natū Galliæ Regi ea lege condonatū, vt Primogenitus Regni principatū illum tamquā vaſſallus imperij teneret in feudum,& inde Delphinus vocaretur. Itē apud Anton. Florentinum hiſt.part.2.tit. 17. & ſæpe in noſtris Annalibus memoriæ proditum eſt,Regem Angliæ poſſeſſionum quarumdam nomine, quas in Galliæ finibus habebat,hominium & fidelitatē Regi Galliæ iuraſſe. Eodémq.pertinet quod Vlp. ſcribit in l.4.§.2.D.de cenſ.eum qui alterius ciuitatis ciuis eſt, & altera prædia poſſidet,eorum prædiorum nomine
F tributum ei ciuitati debere, cuius in territorio illa ſunt prædia. Quo in genere munera illa ſunt, quæ in lib. noſtris Rei cohærentia dicuntur, l. ſunt munera,11.D.de vac.muner. Item Intributiones quæ in agris fiunt,l.reſcripto,6.§.vl.D.de mun.& honor. Vt illud omittam, quod vbi cōdicionis perſonæ mutatio contingit,eius præcipuè temporis quo inſtitutum negocium eſt ratio ducitur,l.Pomponius, 18.D. de neg.geſt.l.tutor,37.D.de admin.tut.

G *Vtrum adiuncti pacti eadem tum in ſtrictis,tum in bonæ fidei contractibus vis ſit, aut verò quibus in rebus ſit diſſimilis.*

QVÆSTIO XXXVI.

PRÆCLARA hæc quęſtio eſt:quę propoſitis aliquot enunciatis explicanda eſt. quorum primum erit huiuſmodi,Pactorū nudorum quædam ſimplicia ſunt, & per ſe conſtant: quædam

quædam alteri principali negocio adtribua ſunt:quæ
idcircò Adtributa, vel Adiuncta, vel Relata dicere
poſſumus:quoniam per ſe non conſtant,ſed ad alium
principalem contractum referuntur. veluti, cùm
quid præter contractus formam conuenit: de qua
mox diſſeremus. Prius enim ſecundum enunciatum
exponendum eſt,II.Pactorum Relatorum alia ex cō-
tinenti, alia ex interuallo fiunt. Ex continenti, cùm
in ipſo gerendo negocio quid conuenit:ſiue ante, ſi-
ue poſt ipſum negocium id conuenerit, l.3. C.de æ-
dil.act. l.petens,27. C.de pact. Ex interuallo, vt cùm
tempus mediocre aliquod interiectum eſt, l.conti-
nuus,136. C.de verb.oblig. l.duos reos,6. in fin.D.de
duobus reis conſt.Seq.III. Eorumdē relatorum aliud
eſt Detrahens,aliud Adiiciens. Nam cùm ſua cuique
contractui forma ſit,vel naturalis, vel conuentiona-
lis:pactum Detrahens dicitur, quod illi formæ par-
tem adimit. Adiiciens verò, quod eidem partem ad-
iungit, l. pacta,72. D.de contr.emt. & l. contractus,
23. D.de reg. iur. in illis verbis, *Niſi quid nominatim
conuenerit, vel plus, vel minus, in ſingulis contractibus.*
Nam ſi plus conuenerit, erit Adiiciens:ſi minus,De-
trahens. Naturalem formā adpello,quæ cuique con-
tractui iure ciuili tributa eſt: ſiue,vt loquitur Vlpia.
quòd naturaliter ineſt cuiuſque contractus iudicio,
l.ex emto,11. D. de act.emt. & Paullus, ius quod lex
eius naturæ tribuit,l.ſi vnus, 27.§.pactus,in fin. D.de
pact.veluti, naturalis forma emtionis & venditionis
eſt, vt ſimpliciter de euictione caueatur, l.ſi duo,13.
§.3.D.de iureiurand.l.1.§.1.D.de præt.ſtip.l.4.C.de e-
uict. ſi conuenerit, ne cautio præſtetur, pactum eſt
detrahens, d.l.ex emto, & l.emtori,37.D.de euict. ſi
conuenerit, vt ſatiſdato præſtetur, eſt adiiciens, l.4.
& d. l. emtori, & l.ſi dictum, 56. D.de euiction. Sic
naturalis forma depoſiti eſt, vt dolus ſolus præſtetur,
l.1. C.depoſ. At ſi conuenerit, vt etiam culpa præſte-
tur, pactum eſt adiiciens, l. 1.§.ſi conuenit,D.eo. Sic
naturalis forma commodati eſt,vt culpa præſtetur.at
ſi conuenerit, vt ſolus dolus præſtetur, pactū erit de-
trahens,l.ſi vt certo,5. §.interdum, D.cōmod. Atque
hoc nimirum eſt quod Pomponius ait, obligationū
cauſſas pactione immutari poſſe, l.nec ex Prætorio,
27.D. de reg.iur. & contractus modum excedi, l.Pu-
blia,26.§.1.D.depoſ.vel eius naturam. vt in l.5.§.pen.
D. de perſcr. verb. *Et poteſt mandatum ex pacto etiam
naturam ſuam excedere.* Conuentionalem verò con-
tractus formam adpello, quæ partium conuentione
cuique contractui adtributa eſt:quoniam, vt vulgò
dicitur, lex dat formam contractui, l.in conuentio-
nalibus,52. D. de verb.oblig. d.l.contractus, & l.7.§.
1.& l.in emtionibus,43. D.de pact. veluti,ſi in bonæ
fidei contractu conuenerit, vt vſuras debitor ſoluat.
Itaque ſi ex interuallo conuenerit, ne vſuræ ſoluan-
tur,hoc pactum Detrahens adpellatur: vt Detrahens
dicatur non modò quod naturali, verumetiam quod
conuentionali contractus formæ partem aliquam a-
dimit.Sequitur IIII. Pactū detrahens & adiiciens du-
plici ratione dicitur:nimirum reſpectu ſubſtantię,&
accidentis,ſiue,vt Papin.loquitur,adminiculorū con
tractus. Subſtantia ſiue natura emtionis & venditio-
nis eſt, precium, merx,conſenſus,l.2.§.1.l.nec emtio,
8.D.de contr. emt. accidens, ſine quo conſiſtere em-
tio poteſt:veluti, cautio de euictione, d.l.emtori,De
euict.l.qui erat,49.D.fam.erciſc. Ita Papia. apertiſſi-
mè in d.l.pacta,De contr.emt.alibi autem Vlpian.te-
ſtatur eum hæc adminicula vocaſſe, quæ extra natu-
ram contractus ſunt,l.7.§.1.in fi.D.de pact.Atq; hæc

A quidem hactenus generaliter & infinitè de pactis di-
cta ſint: quorum diſputatio quoniam contractuum
bonæfidei & ſtricti iuris communis eſt, deinceps di-
ſpoſitè à me tractabitur: vt prius de bonęfidei,tum de
ſtrictis contractibus diſſeramus. Ergo quantum ad
bonæfidei contractus prima enunciatio hæc erit, I.
*Pactum de ſubſtantia contractus detrahens, ſiue ex con-
tinenti,ſiue ex interuallo,re tamē integra adhibeatur,pa-
cti nomen amittit:* & vel Contractus vel Diſtractus ef-
B ficitur: re verò iam ſequuta interpoſitum, ad exce-
ptionem valet. Nam ſi conuenerit vt equus centum
aureis ſit emtus: tum deinde quantumuis magno in-
teruallo,re tamen integra,conuenerit, vt idem quin-
quaginta tantùm aureis ſit emtus:noua hæc conuen-
tio, non nudum pactum adpellatur, ſed nouus con-
tractus: quaſi nullus antea præceſſerit, l.2.C. quand.
lic.ab emt.l.ſi vnus,27.§.pactus,l.emtor, 47.l.ab em-
tione,58.D.de pact. l. 2. D.de reſc.vend. Idque adeò
verum eſt,vt interdum alius à priore contractus effi-
C ciatur. nam dos per pactum æſtimationis naturam
immutat,& emtio atque venditio efficitur,l.cùm do-
tem,10.C.de iur.dot. interdum etiam vt quod pactū
verè locatio & conductio erat,tamen emtioni & vē-
ditioni adpoſitum pars huius efficiatur, venditíque
actionem informet,l.fundi,79.D.de cont.emt.Simi-
liter ſi emtio rogæ aut lancis contracta ſit, & re inte-
gra conuenerit, ne lancis emtio maneat, eius nomi-
ne emtio reſoluitur, l.4.D.de reſc.vend. Quòd ſi re
non iam integra, ſed ſequuta interponatur, ex parte
D rei locum habet,l.ſi vnus, 27.§.ſi cùm decem, & l.in-
tra,41.D.de pact.l.5.C.eod.vbi, ſi cum viginti debe-
res,pepigerim ne decem petam,exceptio tibi pro de-
cem conceditur. Similiter Depoſitum per pactum
incontinenti efficitur Mutuum, l.certi, 9.§.vlt. & l.
ſeq.D.de reb.cred.efficitur etiam Conductio, l.1. §.ſi
veſtimentum, D.depoſ.ſicuti mandatum & commo-
datum, quod natura ſua gratuitum eſt, mercede in-
terueniente efficitur locatio, l.5.§. nunc videndum,
D.commod. §.vlt. Inſt.mandat. l.22. D. de perſcript.
E verb.Seq.II.*Pactum de adminiculis detrahens, ſi confe-
ſtim adhibeatur,ineſt principali contractui ex parte acto-
ris: ſin ex interuallo, locum habet ex parte rei.* d. l. 7. §.
quinimo, De pact.l.in bonæ,13.C.eod.l.venditor,13.
D.comm.præd. Ineſſe autem ex parte actoris eſt, va-
lere ad actionem reformandam: id eſt ad ſollemnem
eius formulam ipſo iure vel minuendam, vel am-
plificandam. quorum illud actori nocet, hoc ve-
rò prodeſt. vnde illud Paulli, *Exceptiones pacti
bonæfidei iudiciis ineſſe*, l. 3. D. de reſcind. vend. l.
F huiuſmodi, 84. §. 4. D. de legat. 1. quod ille ſic
interpretatur, actionem à Prætore ex ea parte de-
negari. nam Prætor in conſtituendo iudicio, vbi de-
monſtratum erit, pactum illud interpoſitum fuiſſe,
actionem ab ea parte non dabit. Similiter dicere
ſolemus, *Doli exceptionem bonæfidei iudiciis ineſſe.*
l. huiuſmodi, 84. §. 4. D. de leg. 1. nam hoc idem
valet, vt actionem propter dolum ipſo iure impe-
diri, neque à Prætore concedi. Cùm enim dolus
bonæfidei aduerſetur, vbi Prætor dolum animad-
G uertit, actionem denegat, l. domum, 57. in fi. D. de
cont.emt.l. & eleganter, 7. D. de dol. mal. adeò vt
quamuis ex ſtipulatione doloſa detur actio, ta-
men ſi dolus Prætori appareat, actionem non con-
cedat. l. 1.§.idem Pomponius, D.de dol. neque enim
iis adſentior qui hoc ſic interpretantur, quaſi ratio
doli vel pacti à iudice haberetur, etiamſi eius ex-
ceptionem reus omiſerit. non enim vſque ad indi-

cem res producitur: ſed à Prætore in conſtituendo iudicio & conteſtanda lite diſceptatur, l. eleganter, 23. §. ſi quis, D. de cond. indeb. l. 1. §. ſunt qui, D. ne quid in flum. publ. l. inter coheredes, 44. §. 1. D. famil. erciſc. Itaque Iulianus in d. l. huiuſmodi, 84. §. qui ſeruum, D. de leg. 1. vbi ſcribit reum emtorem actione ex vendito abſoluendum, *quoniam*, inquit, *iudicium bonæfidei eſt, quod doli exceptionem in ſe continebat.* In eandem ſententiam ſumtus ineſſe dicitur actioni de dote, atque ob eam cauſſam, vbi ſummam illius adæquant, actionem euaneſcere, quoniam doli exceptio ei ineſt, l. ſed etſi, 21. D. ſol. matrim. Nam quod dicitur IPSO IVRE, ad Prætorem refertur. veluti in l. poſteaquam, 21. D. de compenſ. quoniam id quod inuicem debetur, ipſo iure compenſatur, ab initio minus peti: hoc eſt, actionem in minorem tantummodò ſummam à Prætore concedi. Denique Ipſo iure atque Per exceptionem paſſim opponuntur. veluti in l. 3. §. emancipati, D. de coll. bon. l. 4. D. de ſeruit. l. 27. D. de regul. iur. Verumtamen vbi de facto Prætori non conſtat, rem ad iudicem reiicit, ſiue exceptioni locus ſit: velut in l. nam poſteaquam, 9. D. de iureiurand. l. 3. C. de except. & l. 3. §. ibidem, D. ad exhib. ſiue non ſit, & ipſius iudicij natura contineatur, l. planè, 38. D. de hered. petit. Sed nunc ad inſtitutum redeundum eſt. nam quid ſit Pacti exceptionem contractui ex parte actoris ineſſe, ſatis dilucidè, vt opinor, explicatum eſt. Supereſt vt videamus quid ſit Ex parte rei locũ habere: quæ Vlpiani loquutio eſt in l. 7. §. quinimò, in fi. D. de pact. Nam quod vulgò in ſcholis dicimus *Ex parte rei ineſſe*, vereor vt ſatis commodè vſurpetur: tametſi vulgi errore inductus hanc loquendi conſuetudinem ipſe quoque nonnumquam ſum ſequutus. Ergo Locum habere ex parte rei pactum dicitur, cùm ei ad exceptionem valet. Quod cùm ita ſit, ſi in ſpecie propoſita, & emtione contrahenda pactum incontinenti fuerit, ne de euictione caueatur, pactum hoc ex parte actoris contractui ineſt: nimirum, vt ſollemnem eius actionis formulam imminuat. Cùm enim naturaliter ineſſet emti iudicio, vt non modò res, verumetiam duplæ cautio peteretur, l. ſi duo, 13. §. 3. D. de iureiurand. nunc propter pactum detrahens, illa pars quæ ad cautionem pertinet, demetur. atque hoc nimirum eſt quod Pomponius ſcripſit, obligationũ cauſſas pactione immutari, & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem. quia actionum modus, vel lege, vel per Prætorẽ introductus priuatorum pactionibus non infirmatur (id eſt immutatur, niſi potius legendum ſit *Informatur*) niſi tunc cùm inchoatur actio, inter eos cõuenit, l. nec ex Prætorio, 27. D. de diuer. reg. iu. Quare ſi in emendo conuenerit, vt ſi res emtori intra certum tempus diſpliceret, redderetur, ex emto actio eſt, l. ſi conuenerit, 6. D. de reſcind. ven. Sic Vlpianus in d. l. 7. §. 1. Si quidem, inquit, ex continenti pacta ſubſequuta ſunt, etiam ex parte actoris inſunt. Et mox, Ea enim pacta inſunt, quæ legem contractui dant, id eſt quæ in ingreſſu contractus facta ſunt: ſin autem pactum illud ex interuallo adhibitum ſit, tum verò locum tantùm ex parte rei habebit. Nam venditori tantùm ad exceptionem valebit, d. l. 7. §. 1. in fine, de pact. Itaque cùm emtor per actionem ex emto duplæ cautionem poſtulabit, venditor ei pacti exceptionem opponet, *Si non pactus ſis de cautione non exigenda.* Et hoc eſt quod Vlp. illo loco ſic ſcribit, *Ex interuallo non inerunt, nec valebunt, ſi agat: ne ex pacto*

A *actio naſcatur.* Ergo ex parte actoris non inerunt. veluti, Naturalis forma contractus dotis eſt, vt ſoluto matrimonio annua, bima, trima die dos reddatur. l. 1. §. exactio, C. de rei vx. act. Si poſt diuortium, inquit Vlpian. conuenerit vt ſtatim dos reddatur, hoc non valebit: ne ex pacto actio naſcatur. Et mox reſponſum à Papin. eſt, ſi poſt emtionem ex interuallo aliquid extra naturam contractus conueniat, ob hanc cauſſam agi ex emto non poſſe, propter eandem B Regulam, Ne ex pacto actio naſcatur. Sed ex parte rei locum habebit pactum: quia ſolent & ea pacta quæ poſtea interponuntur, parere exceptiones. Seq. III. *Pactum re integra ſubſtantiæ contractus adiiciens, ſiue ex continenti, ſiue ex interuallo adhibeatur, renouat contractum.* At ſi re non integra interponatur, nullius momenti eſt: veluti, ſi emtione ita contracta vt fundus centum aureis emtus ſit, tum re vtraque ex parte integra, ruſus conuenerit, vt idem fundus ducentis aureis emtus ſit. nam cùm C hoc pactum eſſentiam emtionis & venditionis contineat, non iam pactum nudum, ſed verus germanúſque contractus efficitur, l. 2. D. de reſc. vend. Vbi verò iam ſequuta res eſt, nullius momenti pactum eſt: quoniam ex pacto nudo actio non naſcitur. Seq. IIII. *Pactum adiiciens adminiculũ, ſi quidem ex continenti ſit adhibitum, ineſt ex parte actoris. ſin ex interuallo, tantùm ex parte rei locum habebit.* veluti, Conuenit vt venditor de euictione ſatiſdaret. ſi confeſtim id & in ipſo principali emtionis ac venditionis D negocio gerendo conuenerit, valebit emtori ad actionem informandam, & noua adiectione amplificandam. ſicuti videmus actionem adiectione noua amplificari in l. in bonæ, 36. D. de pecul. nam emtor non modò rem, verumetiam fideiuſſorem ſibi dari poſtulabit. Itáque intelligendum eſt quod traditur in l. qui fundum, 75. D. de cont. emt. qui fundum vendidit, vt eum certa mercede conductum ipſe habeat, vel ſi vendat, non alij, ſed ſibi diſtrahat, ad complendum id quod pepigerunt, ex vendito E agere poterit: nimirum cùm ex continenti pepigerunt. Eodémque pacta illa pertinent, vt certo loco quid præſtetur, l. in bonæ, 7. D. de eo quod cert. loc. l. 5. D. commod. item vt ne in mari proximè fundum aliquem piſcari liceat, l. venditor, 13. D. comm. præd. Quinetiam adminiculorum numero vſuras adſcribi video in l. Publia, 26. §. 1. D. depoſ. vbi pactum vſurarum incontinenti adpoſitum actionem informat. Itémque in l. initio, 5. C. de pact. int. emt. & l. Lucius, 24. in fi. D. depoſ. l. ſi pro patre, 10. §. 2. in fi. De in F rem verſ. Sinautem ex interuallo id conuenerit, tantùm ex parte rei locum habebit: vt ſcilicet ei ad exceptionem proſit. quod de venditore defendente nullo modo explicari poteſt, ſed de agente, & ad iudicium prouocante. nam cùm per venditi actionem precium poſtulabit, tum emtor reus pacti exceptionem opponet, SI NON fideiuſſorem mihi promiſeris. Atque ita Paullus intelligendus eſt in l. 3. D. de reſc. vend. Si emtor fideiuſſorem acceperit (id eſt conuenerit, vt fideiuſſorem acciperet) ex emto quidem G agi non poterit, quia bonæfidei iudicio exceptiones pacti inſunt: id eſt, pactum ex interuallo adpoſitum locum habet tantùm ex parte rei, vt ad exceptionem valeat: ex parte actoris non ineſt, nec ad actionem informandam valet. Itaque venditor, inquit Paullus, ſiue ex vendito, ſiue ex ſtipulatu agens, precium poſtulet, exceptione ſubmouebitur. Sed ſatius eſſe arbitror totum illum Papiniani locum, breui

breui adhibita paraphraſi exponere. Pacta conuenta principali contractui adiuncta quæ poſteà (id eſt ex interuallo, vt in l. 7. §.1. in fine, D.de pact.) facta detrahunt emtioni, hoc eſt, demunt aliquid de vſitata & ſollemni forma emtionis, videntur contineri contractu illo principali: vt ſiquidem confeſtim adiuncta ſint, ex parte actoris inſint, & ad actionem ipſius reformandam, id eſt vel imminuendam, vel amplificandam valeant. Quæ verò pacta contractui adiiciunt, id eſt ſollemni & vſitatę ipſius formæ aliquid addunt, & alterutrius contrahentis obligationem adaugent, credimus ea pacta quæ poſteà & ex interuallo adpoſita ſunt, contractui non ineſſe: nimirum ex parte actoris. veluti ſi pactum ſit ex interuallo factum, vt dos confeſtim poſt diuortium petatur, non autem annua, bima, trima die: pactum contractui non inerit, ne ex pacto actio naſcatur, l.7. §.adeò, D.de pact. Hoc autem locum habet tantùm in adminiculis. Ergo detrahentis pacti exemplum ſit, ne cautio duplæ præſtetur: adiicientis, vt cum fideiuſſore cautio duplę pręſtetur. Ac de adiicienti pacto ſic concludamus, Quo caſu adiiciente pacto ex interuallo adhibito, agente emtore, & impleri contractum poſtulante, non valet pactum: id eſt, non prodeſt illi ad petendum fideiuſſorem: eodem caſu (illo, inquam, eodem caſu quo pactum adiiciens ex interuallo ſubiunctum eſt) agente venditore vires habebit iure exceptionis: id eſt, emtori proderit ad exceptionem. Atque hęc quidem de adminiculis hactenus. nunc de eſſentia videamus: vbi notanda eſt apertiſſima oppoſitio & contentio ſubſtantiæ contractus cum adminiculis. Hîc Papinianus eandem diſtinctionem adhibet pacti detrahentis & adiiciẽtis. *Subſtantia emtionis*, inquit, *conſiſtit in precio.* Ponamus pactum ex interuallo factum eſſe detrahens aliquid eſſentiæ: vt cùm prius conueniſſet de centum aureis, nunc pactum fiat de octoginta: vel ex contrario, pactum adiiciens, vt cùm de octoginta prius conueniſſet, nunc conuenerit de centum: non immeritò, inquit Papinian. quæſitum eſt, vtrum hæc pacta inſint, an non. Dubitandi cauſſa erat, quoniam principalis ille cõtractus ſuperior per ſe ac ſuis viribus cõſtabat, pactúmq; hoc nudum ſuperiori adtributum eius tantùm adpendicula quædã videbatur, ſicut in aliis innumeris pactionib. vſuuenit. Hîc ſiue Papin. ſententiam ſuam, vt in re dubia, ſuſtinuerit, ſiue alibi iudiciũ ſuum expoſuerit, ſolius certè Paulli reſponſio profertur, vt quoniã pacta illa fiunt de ipſius contractus eſſentia, non iam pacta nuda cenſeantur, ſed plena, ſolida, ſubſtantialia: id eſt, veri germaníque contractus: nouámque noua illa conuentione emtionẽ veteri exſtincto contractu conſtituant: vt quódammodo quaſi renouatus cõtractus videatur, ſicuti loquitur Vlp. in d.l.7.§.adeò, D.de pact. Quæ cùm ita ſe habeant, primùm videndum eſt ne ſententiã eorũ ſequamur, qui pactũ detrahẽs interpretantur, quo ab emtione receditur: adiiciens, quod ipſius adminiculis adiicit. quæ diuidendi ratio ab arte aliena eſt: cuius præceptum eſt, vt diuiſio ſpecies cognatas ex vno eodémq; genere diducat: vt ſi pactum detrahens interpretemur, quo ab emtione receditur: ſimiliter pactum adiiciens definiamus, quo emtio conſtituitur: quo nihil abſurdius dici poteſt. Itaque alibi Detrahens & Adiiciẽs ad vnum idémq; genus referuntur, l.1.§.3.D.de verbor.oblig. l.ſi ex toto, 8.D.de legat.1.l. vlt.§.vlt.D.de legat.3. Videndum eſt prætereà ne Pa-

A pinianum abſurdè locutum exiſtimemus, vt Agentẽ venditorem dixerit pro, defendentem. nam etſi agi etiam in exceptione dicatur, l.1. D.de except. tamen facile eſt animaduertere, locum huic abuſioni in hac lege nullum eſſe. primùm, quia Papin. duos caſus cõtrarios inter ſe opponit: quorum priore emtorem ex emto aduerſus venditorem agentem conſtituit: poſteriore, venditorem ex vendito agentem aduerſus emtorem. Deinde, quoniam Paullus hanc ipſam B ſpeciem tractãs in l.3.D.de reſc.vend. ſimiliter in eadem ſpecie ita locutus eſt: Venditorem, inquit, agentem exceptione ſubmoueri oportet. Poſtremò, quia nullum huic ſententiæ adcommodari exemplum poteſt. Nam quorſum ſe venditor exceptione tueretur? cùm actionem emtor illo nomine intendere in illum non poſſit: quippe, quæ ipſo iure deminuta ſit: vt ſuprà dictum eſt, ex d.l.3. De reſc.vend.

Verùm hæc quidem de bonæfidei contractibus hactenus. Deinceps de ſtrictis contractibus videamus. C quod argumentum totidem enunciatis tractabimus: quorum primum erit huiuſmodi: *Pactum de ſtricti contractus ſubſtantia detrahens, ſi confeſtim adhibitum ſit, ineſt ex parte actoris: at ex interuallo interpoſitum, tantùm ex parte rei locum habet.* veluti, ſi tibi decem dedero, vt nouem debeas, non amplius ipſo iure debebis, quàm nouem, l. rogaſti, 11. §. 1. D. de reb. cred. Reformabitur ergo atque imminuetur creditoris actio, ſic vt petere niſi nouem non poſſit. Verùm ſi ex interuallo id pactum eſt, tantùm ad D exceptionem valebit, l.ſi vnus, 27.§.ſi cùm decem, l. intra, 41. D.de pact. l.5. C.eod. vbi ſi qui decem ſtipulanti ſpoponderat, poſtea pactum fecerit, ne amplius quàm quinque deberet, pacti exceptione munitus eſſe dicitur. Cur autem aliud in his, aliud in bonæfidei contractibus ſtatuatur, cauſſa expedita eſt: quoniam hîc integra res non eſt: quod in bonæ fidei iudiciis requiri oſtendimus. Seq. II. *Pactum detrahens de adminiculis ſtricti contractus, ſi confeſtim adhibeatur, ineſt ex parte actoris: ſin ex interuallo,* E *locum habet ex parte rei*, l. obligationum, 44. §. 1. D.de obl. & act. vbi Paullus ait, condicionem efficacem eſſe, quæ in conſtituenda obligatione inſeritur, non quæ poſt perfectam eam ponitur. veluti, Centum dare ſpondes, niſi nauis ex Aſia venerit? ſed hoc caſu exſiſtente condicione locus erit exceptioni pacti conuenti. Nunc de priore parte videamus. nam ſi ſtipulatus centum continuò pepigerim vt per partes ſoluere liceat, pactum incontinenti factum ſtipulationi ineſſe Paullus ſcribit in l.lecta, 41. De reb. F cred. nimirum ex parte actoris, vt actionis forma immutetur: & creditor non plus ſingulis penſionibus petat, quàm quantum pacto expreſſum eſt. Similiter ſtipulatus ſibi x. dari, ſi nuptiæ non ſequantur, agere non poterit. quia ſtipulationi dotis ineſſe tacitum pactum intelligitur, ſi nuptiæ ſequantur: & ineſſe ex parte actoris, vt ſcilicet actionem impediat, l. 4. D. de pact. vbi Paullus idcircò ſcribit ſtipulationem euaneſcere. Item ſi pepigero, vt donec vſuræ ſoluantur ſortem non G peram, tum incontinenti purè ſortem ſtipuler, quamdiu mihi vſuræ ſoluentur, agere ex ſtipulatu ad ſortem petendam non potero. quia pactum ſtipulationi ineſſe intelligitur. & ineſſe ex parte actoris, vt ſcilicet actionem ipſo iure impediat. Planè ſingulari caſu pactum huiuſmodi confeſtim interpoſitum, non tamen ex parte actoris inerit,

ſed ex parte rei locum habebit. nam ſi tempus obligationi adiectum ſit, veluti vſque ad Kalendas, poſt tempus petere quidem ſtipulator poterit, ſed pacti conuenti exceptione ſubmouebitur:ait Paullus in d. l.obligationum, 44. De obl.& act. & l. ſi mandata, 59.§.2. D. mand. ſed ratio hæc eſt, quoniam propriè obligatio ad tempus non conſtituitur, d.l.obligationum. At ſi ex interuallo adhibitum fuerit, tum ad exceptionem tantùm valebit, vt modò dictum eſt ex d. l.obligationum. itémque in l. 2. §. item quæritur, D. de dol. excepr. vbi ſtipulatus purè, ſi poſtea paciſcatur ne ante diem petat,ſi prius petat,pacti exceptione repellitur. Atque hoc ex loco interpretanda eſt l.ſiquis, 49. D.de pact. vbi Vlp. agit de pacto, vt quatenus facere debitor poſſit,eatenus creditor agat. Nam illud pactum incontinéti adpoſitum fuiſſe neceſſe eſt, cùm de imminuenda actione loquatur. quod ſi ex interuallo factum eſſet, ita conceptum fuiſſet, Quatenus facere poſſit,debitor teneatur: atque hoc modo ad exceptionem valeret. Seq. III. Pactum ſubſtantiæ contractus adiiciens quocumque tempore adhibeatur, nullius momenti eſt. nam ſi credidero tibi decem vt mihi vndecim debeas, amplius quàm decem petere non poſſum, d.l.rogaſti, §. 1.D.ſi cert.pet. & l.ſi tibi, 17. D. de pact. vbi Paullus rationem ſubiungit: Re enim non poteſt obligatio contrahi, niſi quatenus datum eſt. Cauſſa autem differentiæ à bonæfidei contractibus ſuperius expoſita eſt, quoniam hîc res non eſt in integro. Cauſſa differentiæ ab enunciatione ſuperiore, quoniam illud pactum onerabat obligationem: hoc autem ſubleuat. qua de cauſſa fauorabilius eſt,l.47.D.de oblig. & act. Seq. IIII. Pactum adiiciens adminiculis contractus, ſi quidem continuò adhibitum eſt, ex parte actoris ineſt: ſin ex interuallo, locum habet ex parte rei dumtaxat, l. ſi ita quis, 135. §. Seia, D. de verbor.obligat. vbi actio ex ſtipulatu dari dicitur ei qui continuò poſt ſtipulationem pactus fuerat. itémque in l. iure, 5. C. de fideiuſſ. vbi pactum vt

A antè cum reo quàm cum fideiuſſore agatur, actionem aduerſus fideiuſſorem impedit. & l. 3. D. de reſcin. vend. vbi ſi emtioni ſtipulatio adhibita fuerit, & ex continenti conuenerit, vt venditor de euictione ſatiſdet, Paullus in fi. legis ſcribit, emtorem ex ſtipulatu agentem petiturum vt ſatiſdetur. ſimiliterque ſi crediderim tibi ea lege, vt mihi Romæ ſoluas. nam actio ita naſcetur, vt Romæ peti poſſit, l. aut mutua, 6. & l. is qui, 9. D. de eo qu. cert.loc. Itémque ſi in emtione cui adhibita ſtipu-

B latio eſt, conuenerit, ne cui certo in littore piſcari liceat, per ſtipulationis legem obligatur: ait Vlp. in l. venditor, 13. D. com. præd. Eodémque pertinet l. petens, 27. C. de pact. vbi Imp. ſcribit petentem ex ſtipulatu cui pactum vel poſt vel ſtatim adhibitum eſt, audiendum eſſe. Quamquam in vſuris locum hoc non habet. nam ita ius ciuile comparatum eſt, vt in ſtrictis contractibus vſuræ ex pacto quamuis incontinenti adhibito non debeantur, l.Titius,24.D.de perſcrip.verb. ſed tantùm ex ſtipu-

C latione, l.3.C.de vſur.l.ſi pro parte, 10. D. de in rem verſ. Vbi verò ex interuallo pactum interpoſitum eſt, tum reo ad exceptionem valebit. Itaque ſi poſt emtionem, cui adhibita ſtipulatio eſt, ex interuallo conuenerit vt venditor de euictione ſatiſdet, ac venditor ex ſtipulatu agens precium poſtulet, pacti exceptione ſubmouebitur: SI NON pactus ſis vt ſatiſdes. ait Paullus in d. l. 3. D. de reſc. vend. non quo apud iudicem opponatur: ſed quòd pacto apud Prætorem (à quo venditor actionem petebat) alle-

D gato, Prætor actionem denegat propter bonæ fidei iudicium: cuius tanta vis eſt, vt etiam ſi ſtipulatio adiecta ſit, tamen in ea pactum inſit. Nunc rei dilucidandæ cauſſa tabulam ſubiungemus, in qua ſummatim totam hanc diſputationem deſcripſimus. Ex quibus ita diſputatis, non modò de ſumma inter bonæfidei & ſtrictos contractus conuenientia, verumetiam de aduerſariorum noſtrorum iudicio exiſtimari poterit.

Pactum

- Pactum fit aut
  - de ſubſtā-tia contra-ctus: & hoc vel
    - detrahit de ſubſtantia: quod ipsū interponi-tur aut
      - re integra ſiue
        - ex continenti
        - ex interuallo.
        - pacti nomen amittit: & vel contractus efficitur.
      - re ſecuta: quo caſu tantùm ad exceptionem valet.
    - adiicit ſub ſtantiæ: id-que vel
      - ré integra quo caſu ſiue adhi-bitum ſit.
        - ex conti-nenti
        - ex Inter-uallo
        - renouat contractum: & pacti nomen amittit: ac nouus contractus efficitur. l. 2. D. de reſc. vend.
      - Re non integra: quo caſu nullius momenti eſt.
  - de admi-niculis. & eſt vel
    - detrahens adhibetúr-que aut
      - confeſtim, quo caſu contractui ex parte actoris ineſt.
      - ex interuallo: quo caſu locum habet tantùm ex parte rei. l. 7. De pact.
    - adiiciens: adhibetúr-que aut
      - ex continenti, quo caſu ex parte actoris ineſt.
      - ex interuallo: tantùm ex parte rei locum habet, vt ad exceptionem proſit.

Ecquanam eorum pactorum natura ſit, quæ vel contractum formare, vel per ſe vitiari dicuntur.

QVÆSTIO XXXVII.

PRimis temporibus qui iuri ciuili cōſtituendo pręfuerūt, iis negociis omnibus, ex quibus lege, iure, aut iudicio ageretur, formam certam impoſuerūt, quæ dicitur *Forma antiquitus conſtituta*.l.5.§.Iulian⁹,D.de admin. tut.l.ſi vnus,27.§.quod & in ſpecie, D.de pact. Hæc forma primùm ad ius negocij quod per eam definiebatur pertinebat, tùm etiam ad actionum formulas, id eſt rituum ac verborum ſollemnitates. Et hæ ſunt quas olim generali nomine legis actiones adpellabant:non, vt Tribonianus dixit, quibus inter ſe homines diſceptabāt.l.2.§.deinde,D.de orig.iur. Dicemus hoc loco de contractibus, & forma iuris antiquitus in ipſis conſtituta. Forma contractuum duplex eſt. vna pertinet ad ſubſtantiam, altera verò ad acceſſiones, quę Papinianus adminicula vocat in l.pacta,72. D.de contrah. emt. Subſtātiam contractus dicimus, ſine qua conſiſtere negocium non poteſt:veluti contractus bonę fidei, ſine bona fide.l.5.D.de reſcin.vendit. ſtipulatio ſine verbis : nominum obligatio ſine litteris:emphyteuſis ſine ſcriptura.l.1. C. de iur. emphyteu.item fideiuſſio ſine ſtipulatione:emtio & vēditio ſine precio.d.l.72.locatio & cōductio ſine mercede. l. 23. D. commun.diuid. Adminicula dicimus, quæ & abeſſe, & adeſſe poſſunt, vt tamen contractus per ſe ac ſine iis conſiſtat. veluti ſcriptura, in pleriſque contractibus. l.4. D. de pignorib.l. 4. D. de fid. inſtrum. præſtatio periculi in bonæ fidei contractibus:vt paulò poſt demonſtrabimus.in emtione cautio de euictione.d.l.72.Vtraque forma iure ciuili antiquo conſtituta quidem ac definita eſt:ſed tamē diſſimili ratione. Nam illius regulæ ita directæ ac legitimæ fuerunt, vt neque iudicibus in iudicando, neque contrahentibus in contrahendo ab iis recedere liceret.l. contra,28.D.de pact. l. ex emto, 11. D. de act. emt. vbi hæc dicuntur ineſſe cuiuſque contractus iudicio. Et hic eſt, qui dicitur Status & natura obligationis. l.9.§.1. D. de duob.reis. & ius quod lex cuiuſque contractus naturæ tribuit. l. 27. §. 2. in fin. D. de pact. Quæ verò ad contractuum adminicula pertinebat, ita iure quoque ciuili definita eſt, vt tamen contrahentium arbitrio permitteretur : id eſt, vt ſi nihil nominatim inter contrahentes contra formam præſcriptam conueniret, iuri communi relicta intelligeretur. ſin aliquid additum aut detractum eſſet, ea forma ſeruaretur. vnde illa ſunt peruulgata, Obligationum cauſſas pactione immutari poſſe : l. 27. D. de reg. iur. Pacta legem dare contractui. l. contractus,23.eod.l.7.§. quinimo, D.de pact. contractum ex conuentione legem accipere. l.1. §. ſi conuenit, D. depoſ. Nam hæc omnia de adminiculis dicta eſſe, pro locis intelligitur. & niſi attentè & accuratè obſeruentur, negocium hominibus minus exercitatis faceſſent. veluti cùm Paullus hanc Adminiculorum formam, adpellat Naturam contractus. l.5.§.pen.D.de perſcript.verb. vbi Naturam mandati eſſe dicit, vt leuis tantùm culpa præſtetur : licere tamen per pactum naturam eius excedere, vt etiam cuſtodia præſtetur:cùm tamen ea res ad mandati adminicula pertineat: vt paulò pòſt intelligetur. Dicamus de pactis contra ſubſtantiam contractuum adhibitis. Eorum enim quædam per ſe conſtant, quædam prioris negocij acceſſiones ſunt. Quæ per ſe ſeruantur, priorem contractum renouant, ac nouæ conuentionis ius nomēnque inducunt. quæ acceſſiones ſunt, non ſeruantur, ſed vitiantur, ac repudiātur : quoniam (vt iam diximùs) naturæ principalis contractus repugnant. Prioris generis exempla hæc ſunt:Natura mandati, depoſiti, commodati hæc eſt, vt ſint gratuita. ſi inter contrahentes conuenerit, vt merces præſtetur, ex depoſito, commodato, mandato efficietur locatio & conductio.l.5. §. nunc videndum,D.commod.§.vlt. Inſtit.mand.l.ſi tibi,22.D.de perſcript.verb.l.1.§.ſi veſtimentum,D.depoſit. Natura depoſiti eſt, vt depoſitario re depoſita vti non liceat. ſi conuenerit, etiam ex interuallo, vt pecunia depoſita vtatur, ex depoſito mutuum efficietur.l.certi,9.§.vlt.D.de reb.cred.l.Lucius,24.D.depoſ. Natura dotis eſt, vt res ipſæ dotales reſtituantur. ſi conuenerit, vt æſtimatio reddatur, ex dotis datione emtio & venditio efficietur.l.cùm dotem, 10.C. de iur.dot. vbi apertè dicitur, contractum per pactionem illam formari. Natura mutui eſt, vt idem genus reddatur: veluti pecunia pro pecunia, vinum pro vino, oleum pro oleo, ſi conuenerit, vt pro pecunia vinum, pro oleo frumentum reddatur, permutatio cōtracta eſſe dicetur.l.2.D.de reb.cred. l. pen. C. de rer. permut.l.8.§.pen.D.de tranſact. Natura emtionis eſt, vt merx & precium inter ſe commutentur. ſi conuenerit, ne preicum detur, donatio efficietur. l.3. & l.9. D. de cōtr.emt. Natura ſocietatis eſt, vt aliquid vterque conferat. ſi conuenerit, vt alter ſolus conferat, alter nihil conferat, non ſocietas, ſed donatio intelligetur, l.5.§.vlt.D.pro ſoc.l.cùm hic ſtatus,32. §. ſi inter,19.D.de donat.int.vir. Deinceps exempla eorum pactorum exponemus, quæ contra naturam contractuū adhibentur, nō vt per ſe cōſtent, ſed vt eorū pars & acceſſio ſiue adiectio ſint : & quoniam eorum naturæ repugnant, vitiantur:neque à Prætore, vt pote iuri ciuili contraria, ſeruantur. non enim hæc contractum vitiant, ſed ipſa vitiantur, & pro non adiectis habentur. veluti:Natura bonę fidei contractuum eſt, vt ab iis dolus abſit, & ſi quid dolo commiſſum ſit, præſtetur. l. 5.D. de reſcind.vend. pactum igitur ne dolus in iis præſtetur, nullius momenti eſt : neque à Prætore ſeruabitur, quoniam bonis moribus repugnat.l.7.§.1.D.de pact.l.contractus,23.*D*.de reg. iur.l.1.§.ſi conuenit, D. depoſ. Natura ſocietatis eſt, vt par lucri & damni portio ad ſocios pertineat. ſi conuenerit, vt ad vnum lucri duę partes pertineant, dāni tertia, ad alterum duæ partes damni, lucri tertia, Q. Mutius diſputabat, contra naturam ſocietatis hanc pactionem eſſe, ac proinde inutilem. §. 2.Inſt. de ſociet. Natura eiuſdem eſt, vt cùm ſortis, tùm etiam lucri & damni communio ineatur. l. 1. §. plane, D. de tut.& rat.diſtrah. ſi conuenerit, vt ad vnum lucrum, ad alterum damnum pertineat, inutile pactum eſt.l. ſi non fuerint, 29.§.1.D. pro ſoc. Natura eiuſdem eſt, vt ei quiſque cùm ſibi commodum videbitur, renunciare poſſit. quare pactum, vt in æternum ſocietas contrahatur, nullius momenti eſt. l. nulla, 70, D. pro ſoc. Natura dotis eſt lege XII. tab. conſtituta, vt ſoluto matrimonio annua, bima, trima die reddatur. & hoc ius eſſe dicitur, quod lex eius naturæ tribuit. l. 27. §. 2. in fin. D. de pact. Hanc formam mutare pactione non licet : veluti ſi conueniat, vt longiore die ſoluatur. tameſi admittatur pactio, vt citeriore die ſoluatur. quoniam hanc legis mentem fuiſſe conſtat, vt mulieri potius quàm viro conſula-

conſulatur. ac propterea meliorem dotis condicionem efficere per pactiones liceret, deteriorem non liceret, l.17.& l.ſeq.D.de pact. Natura precarij eſt, vt res precariò cóceſſa ad concedentis nutum reſtituatur. ſi conuenerit, vt non ante certum tempus repetatur, pactum non ſeruatur, l.cum precario,12.D.de precar. Natura hypothecæ eſt, vt debitori ſalua maneat vendendæ hypothecæ poteſtas. pactum igitur ne ipſi vendere liceat, nullius momenti eſt, l.7.§.vlt. D.de diſtr.pignor. Ex quibus ita diſputatis perſpicuũ eſt, pacta quæ tamquam adiectiones in contractibus adhibentur, non quidem contractum vitiare, ſed ipſa vitiari. ſicuti Vlpianus ait, adiectioné contra legati naturam adhibitam, non vitiare legatum, ſed ipſam vitiari, & pro non adiecta cenſeri, l.6.§.1.D.de pecul.legat. Deinceps ad eorum pactorum exempla tranſeundum eſt, quę ad contractuum adminicula pertinere diximus: atque ita iure ciuili antiquitus conſtituta, vt tamen contrahentium arbitrio permitterentur. Natura contractuũ ferè omnium eſt, vt ſine ſcriptura conſtent, d.l.4.D.fid.inſtrum. ſi conuenerit vt non prius perfecti intelligantur, quàm in ſcriptũ redacti ſint, valet pactio, l.contractus,16. C.eod.l.vlt. C.de contr.emt. Natura bonæ fidei contractuum eſt, vt in nullo eorum fortuiti caſus præſtentur, l.5.C.de pignerat.act. at ſi id conuenerit, pactum valebit. ſicuti de pignore traditur in d.l.5. De cõmodato, in l.1. C.commod. l.5.§.1.l.in rebus,18.D.eod. & de depoſito in l.1.§.ſæpè,D.depoſit.l.7.§.ſi paciſcar,D.de pact. de mandato in l. & Ariſtoni,39. D. mand. de locato in l.9. §.2. l.item quęritur,13.§. ſi gemma, D.locat.de vendito in l.1. D. de peric. & commod. de negociis geſtis in l.negocium,22. C. de negoc. geſt. Natura emti & venditi eſt, vt de emtione nuda cautio præſtetur, l.ſi duo,13.§.3.D.de iureiuran.l.1.§.1.D.de prætor. ſtipul. l.4.D.de euiction. at pactum vt ne cautio illa præſtetur, aut vt cum fideiuſſore præſtetur, valebit, l. pacta,72. D.de contrah.emt. l. ex emto,11.D. de act.emt. l.4. l.Lucius,11. l. ſi dictum,56. l.emtori, 37. D.de euict. Natura bonæ fidei contractuum eſt, vt in iis qui dantis ſolius vtilitatem continent, dolus tantùm & lata culpa præſtentur: qui ſolius accipientis, leuiſſima: qui vtriuſque, leuis, l.23. De regul. iur. l.ſi ſeruus,108.§.cùm quid, D.de legat.1. l.5.§.1.D. commod. at ſi conuenerit, vt pro leui, vel lata vel leuiſſima: pro lata, leuis: pro leuiſſima, leuis tantũ pręſtetur, pactum ſeruatur, d.l.23.& l.1.§. ſi conuenerit, D.depoſit.l.5.§.pen. D.de praeſcrip. verb. Natura eorumdem eſt, vt quod promiſſum eſt, ſimpliciter præſtetur. velut in depoſito, vt res depoſita ſola reddatur. at pactum vt ex mora vſuræ pręſtentur, valet, l.3.C. de vſur.l.5. C.de pact.int.emtor. l.5. D.de actionibus emt. idque ſpeciatim de pecunia depoſita traditur in l.Publia,26. §.1. D.depoſ. quinetiam iudicis officio continetur in his bonæ fidei iudiciis, vt ſi ei æquum videatur, & vſuras infligat, & earum modum definiat, l.1.l.3.§.vlt.D.de vſur.l.in bonæ,13.C.eod.l.quæro,54. D.locat. l.deducta,58.D.ad Treb. Natura mutui eſt, vt credita pecunia ſemel vnáque penſione reddatur, l.tutor,41.§.1.D.de vſur.l.Iulianus,13. §.offerri, D. de action.emt. at pactum vt per partes ſoluere liceat, valet, l.lecta,41. D. de reb.credit. Natura ſocietatis eſt, vt heres in ſocietate non ſuccedat. pactio tamen vt heres in demortui locum ſuccedat, valebit, §.pen. De ſocietat.l.cum duobus, 52. §.idem reſpondit, D.eod. Natura fideiuſſionis antiquo iure fuit, vt fideiuſſorem omiſſo reo conuenire liceret. at pactũ

A vt non niſi excuſſo reo conuenire fideiuſſorem liceret, valebit. l. 5. C. de fideiuſſ. Natura eiuſdem eſt, vt à ſingulis fideiuſſoribus ſolidum peti poſſit. pactũ tamen factum vt pro virili tantùm parte teneantur, valet. l.inter eos,51. D.de fideiuſſ. Natura commodati eſt, vt repeti niſi expleto vſu non poſſit. in quo tacitè tractus temporis continetur. l. in commodato, 17. §.ſicut, D.commod. ſi conuenerit, vt intra certum tẽpus reddatur, ſiue vſus expletus ſit, ſiue non, valebit
B conuentio.l.2.C.commod.

Quænam & quarum rerum fictiones in iure ciuili numerentur.

QVÆSTIO XXXVIII.

FICTIONVM in libris noſtris frequentiſſima mentio fit: de quibus quoniam à nemine ſpecialiter tractatum animaduerti, cómodiſſimum videtur, paucis verbis quæ de iis
C obſeruauimus, exponere. Fictio igitur eſt, iuris ciuilis commentũ ad vſum vitæ communis contra naturam rerũ contráque veritatem adcommodatũ. l.2. D. de vſuf. ear.rer.l.contractus,54.D.de oblig.& act. Eius quinque animaduerti eſſe genera. aut enim in perſonis verſatur, aut in rebus, aut in temporibus, aut in locis, aut in actibus. In perſonis hoc modo. nam interdum qui in rerum natura non ſunt, eſſe tamen finguntur. veluti, cùm dicimus eum qui in vtero eſt, cũ ipſius commodum agitur, pro iam nato haberi. cu-
D ius fictionis quanta vis ſit, declarat l. qui in vtero, 7. & l.pen.D.de ſtat.homin. ſic qui neque filius, neque adgnatus eſt, tamen per adoptionem filius atque adgnatus eſſe intelligitur, non ſecus ac ſi ex adoptatore & matrefam.eius natus eſſet, l.1. l.ſi is qui,43.D.de adop. & vice verſa qui in rerũ natura eſt, inter mortuos numeratur. velut is qui mediam aut maximam capitis deminutionem paſſus eſt, l.verum eſt,63.§.vl. D.pro ſoc. aut ſocius, cuius bona publicata ſunt. nam cùm in eius locum alius ſucceſſerit, pro mortuo ha-
E betur, ait l. actione,65.§.publicatione, D.eod. interdum etiam qui verè ac naturaliter idem eſt qui antea fuerat, nouus homo eſſe fingitur. veluti manumiſſus, l.ſeruus,27. D.de adim. legat. Non rarò prætereà in perſonarum confuſione fictio verſatur: veluti, cùm plures numero perſonæ ciuili cõmento vna eadémque perſona eſſe finguntur: id eſt, pro vna eadémque numerantur. quod duobus exemplis demõſtrabimus. prius eſt cùm dicimus, patris & filij vnam perſonam eſſe, l.vlt. C.de inſtit.& aliis ſubſtit. vnde
F illud vulgatum, vox patris vox filij, §.4.Inſtit.de inutil. ſtipul. quod idem in domino & ſeruo dici poteſt, l.1.& paſſ. D.de ſtipul.ſeru.§. 2. Inſt.eod. Quinetiam perſonæ omnes quæ in eadem familia ſunt, pro vna numerantur. ſolus enim paterfam. qui familiæ Princeps eſt, perſonam habere dicitur, l.ſi quis,56.§.1.D. de fideiuſ.l.ſi Pamphilo,10.D.de opt.legat. vbi filij & ſerui quamdiu in patrisfa.poteſtate ſunt, perſonã habere negantur. ſed vt primùm per emancipationem, aut mortem aut manumiſſioné ſui iuris effecti ſunt,
G confeſtim ſinguli ſuam quique perſonam habere incipiunt: ciuilem ſcilicet, hoc eſt in qua ius dominiúmque aliquod verſetur. naturalem enim iam ante habebant. quoniam homines omnes iure naturali vno & communi nomine Homines adpellabantur, l.4.D.de iuſt.& iur. Illa autẽ fictio ad vitę communis vtilitatem adcommodata eſt, vt quoniam qui in alterius poteſtate ſunt, nihil proprium habere

poſſunt, quæ filij filiæque familias agerent, gererent, facerent, quæ quidem ad patrisfam. commodum pertinere poſſent, ea ipſe paterfam. agere, gerere, facere videretur. §. 1. & §. 2. Inſt. per quas perſon. nob. adquir. l. adquiruntur, 10. D. de adquir. rer. domin. nam cùm is ſolus familiæ caput ſit, & in ea dominium ac principatum obtineat, commoda familiæ domúſque omnia, repentè ad illum vnum redeunt. l. pronunciatio, 195. §. 1. D. de verbor. ſignif. aliorum autem opera & miniſterio tantùm vtitur. quandoquidē nec filiifam. nec ſerui perſonam in qua dominium conſiſtat habere intelliguntur. l. debitor, 82. §. vlt. D. de legat. 2. & ob id quidquid adquirunt tacito iuris intellectu ipſo momento patrifam. adquirunt. l. 1. D. ſi à parent. quis man. l. placet, 79. D. de adquir. hered. Sed iā ad alterū exemplum accedendum eſt: quod ex confuſione perſonarum creditoris & debitoris ſumemus, cùm creditor debitori, vel hic illi heres exiſtat. quo caſu ex duabus perſonis vna quodammodo conflari creditur. qua de cauſſa ipſo iure obligatio exſtinguitur: ne vnus idémque ſibi creditor & debitor ſit: quod nec naturalis, nec ciuilis ratio patitur. l. ſi debitori, 7. C. de pact. l. ſi id quod, 21. D. de liber. leg. l. Stichum, 95. §. aditio, D. de ſolut. Ad hoc fictionum genus illa pertinet, qua bonorum poſſeſſores finguntur eſſe heredes. qua de cauſſa Fictitiæ & illis & contra illos actiones comparatæ ſunt. vt ait Vlpian. tit. regul. 28. §. vlt. Ac fictionum quidem earum exēpla, quæ in perſonis verſantur, ſatis multa commemorauimus. Nūc de rebus videamus. Neque enim raro accidit, vt quę res in rerum natura ſunt, peremtæ eſſe, vicisſimque quæ exſtinctæ ſunt ſaluæ eſſe fingantur. Poſterioris generis exemplo ſunt eæ res quæ vtendo conſumuntur, quarum vſus ſine interitu eſt nullus. veluti pecunię, quę adſidua permutatione exſtingui quodāmodo dicitur, §. 2. Inſt. de vſufruct. & tamen contra naturam rerum contráque veritatem tum eius, tum aliarum ſimilium rerum vſusfructus conſtitui fingitur, qui propterea quaſi vſusfructus adpellatur. l. 2. D. de vſuf. earum rerum. Prioris exemplo ſunt, res quæ publicatæ aut conſecratæ ſunt. l. verum eſt, 63. §. vltim. D. pro ſoc. l. ſi fundum, 105. D. de condic. & demonſtr. l. 4. D. commun. præd. l. Imperator, 12. l. cum verò, 26. D. de fideic. libert. Pari ratione intexta veſti alienæ purpura exſtincta eſſe dicitur: ac proinde vindicari non poſſe. §. ſi tamen, 19. De rer. diuiſ. item acceſſiones quædam ferruminatione coniunctæ per maioris partis vnitatem conſumi finguntur. l. in rem, 23. §. 4. D. de rei vindic. Sed memorabilis præſertim fictio eſt in rebus, quæ ſolo intellectu conſtantes perſonæ alicuius vicem ſuſtinere intelliguntur. veluti, cùm hereditas iacens, municipium, decuria, ſocietas perſonæ vice fungi dicuntur. l. mortuo, 22. D. de fideiuſſ. cùm eadem hereditas heredis vicem ſuſtinere dicitur. l. non minus, 31. D. de hered. inſtit. §. 4. Inſt. eod. §. 1. de ſtipul. ſeru. & domini eſſe loco: quinetiam interdum dominus adpellatur, interdum domina. l. liber, 13. D. ad leg. Aquil. l. ſi ante, 15. D. de interrog. in iur. l. 1. §. 1. D. ſi quis teſt. lib. d. l. non minus, 31. D. de hered. inſtit. quod idem ad futuri heredis vtilitatem adcommodatum eſt: ne quæ ad defunctum, ſi tamdiu vixiſſet, pertinuiſſent, hereditati pereant. veluti prædiorum fructus, ancillarum partus, pecorum fœtus, ſeruorum operæ: quæ omnia propter illam fictionem iacenti hereditati adquiruntur. &, ſiquid ſeruus hereditarius ſtipulatus fuerit, aut per traditionem acceperit, quoniam ex perſona defuncti vires ſumit. l. in eo, 33. §. vltim. & l. ſeq. D. de adquir. rer. do. l. 1. l. ſeruus, 35. D. de ſtip. ſeru. adeò vt iniuria funeri teſtatoris ante aditionem facta heredi facta eſſe dicatur. l. 1. §. 4. D. de iniur. Porrò in TEMPORE verſari fictionem dicimus, cùm poſterum tempus in præteritum retroducitur. Cuius rei exemplum eſt in Retrotractione. velut in ratihabitione, quæ vulgò dicitur mandato cōparari. propterea quòd adprobatio poſt geſtum negocium ſubſecuta illud præcedere fingitur. l. vltim. C. ad Macedon. l. ſi fundus, 16. D. de pignorib. l. vlt. D. de bon. poſſ. & pari ratione Imp. conſtituit, vt donationes, quæ propter coniugium infirmæ eſſent, morte tamen donatoris aut donatricis ita confirmarentur, vt confirmatio in præteritum tempus valeret. l. donationes, 25. C. de donat. int. vir. denique omnium mortis cauſſa donationum illud commune, vt ad id tempus quo factę ſunt retrotrahantur: id eſt, in præteritum tempus valere intelligentur. l. ſi mortis, 40. D. de mort. cauſ. don. l. 9. & l. ſeq. D. de donat. int. vir. Eiuſdem fictionis, alterū exſtat exemplum in eo quod quandocumque hereditas aditur, ſtatim à morte teſtatoris adita eſſe intelligitur. l. 138. l. 193. & l. ſeq. D. de reg. iur. vt ſcilicet quęcūque interea hereditati quęſita ſunt, quaſi defuncto quæſita, heredi adtribuātur. l. 1. §. 4. D. de iniur. & propter hanc fictionē Caſſius contra Proculum diſputabat, ſeruum hereditariū heredi futuro ſtipulari poſſe: quaſi ſeruus ille non extraneus ſit, ſed iam tum ipſius futuri heredis proprius: propterea quod heres ſtatim à morte teſtatoris ſucceſſiſſe fingitur. l. heres, 54. D. de adq. hered. quin ne vllum quidem temporis interuallum inter patris mortem & filij ſucceſſionem intercedere fingitur. l. ſi poſt, 68. D. de legat. 1. argumentóque eſſe, quòd heredis familia ex mortis tempore funeſta eſſe facta intelligitur. l. ſi ex re, 28. §. vlt. D. de ſtip. ſeru. Ex eodem genere eſt fictio legatorum, quę quocumque tempore à nobis agnoſcuntur, retrò noſtra fuiſſe intelligūtur. l. 1. §. 4. D. ſiquid in fraud. patr. l. quia retro, 35. D. ad leg. Aquil. l. legatum, 80. D. de legat. 2. l. ſeruum, 44. de legat. 1. l. 3. D. de man. vind. Tertium exemplum exſtat in lege Cornelia de captiuis, vt apud hoſtes mortuus ipſo captiuitatis momento mortuus fingatur. l. lege Cornelia, 12. D. de teſt. l. lex Cornelia, 28. D. de vulg. ſubſt. item in pluribus cauſſis in quibus quę temporis ordine poſteriora ſunt, iuris intellectu sūt priora. veluti, fideiuſſio principalem obligationē pręcedens, tamē iuris intellectu poſterior habetur. qua de cauſſa ſemper principalis obligationis ſequela & acceſſio adpellatur. l. 5. §. itē fideiuſſori, D. de inſti. act. l. ſi duo, 93. D. de ſolut. l. ſi ſeruū, 91. §. nunc videamus, de verb. oblig. ſic ſubſtitutio ante inſtitutionem fieri poſſe dicitur, Si filius heres non erit, Titius heres eſto. Filius heres eſto. ſed tamen cùm ſubſtitutio ex inſtitutione vires capiat: l. quod per manus, 10. D. de iur. codicill. quę ſcripturę ordine prior eſt, iuris intellectu poſterior eſt. quod ipſum ex contrario reciprocatur. l. 2. §. 3. D. de vulg. ſubſtit. Eodem pręterea pertinet, quod vulgo dicitur, condicionem exiſtentem retrotrahi ad tempus cōtractus. l. potior, 11. §. 1. D. qui pot. in pign. hab. Huius autem fictionis contrariam alteram licet animaduertere, cùm pręteritum tempus ad poſterius reducitur: atque id quod prius geſtum eſt, poſterius geſtum eſſe fingitur: velut in l. vlt. D. comm. præd. vbi ceſſio ſeruitutis ab vno ex ſociis inutiliter facta idcircò per ſubſequentem alterius ſocij ceſſionē confirmatur, quia pariter cum ipſa facta eſſe fingitur.

Deinceps de fictione quæ in loco verſatur, videamus. cuius exemplũ eſt in fictione poſtliminij. cùm is qui ab hoſtibus reuerſus eſt, nunquam ex ciuitate exiſſe,ſed ſemper in ea permanſiſſe fingitur.l. in bello,12.D.de captiu. item in eo qui quãuis præſens ſit, tamen ſi quid agatur, ignoret, abeſſe cenſetur.l. non multum, 14. D. de auctor.tut.itaque furioſus quamquam certo in loco præſens ſit, abſentis tamen loco haberi dicitur.l.2.§.penul.D.de codicil.ſic qui ab hoſtibus captus eſt,tamen præſens eſſe,neque à ciuitate abeſſe intelligitur.l.abſentem,199.D. de verb. ſignif. ac pari ratione in legato eorum quæ certo in loco ſunt,nec quod caſu abeſt,non cõtinetur:neque quod caſu ibi eſt,continetur.l.ſi ita,86.l.ſi fundus,44.l.qui ſaltum,67.l.cui quæ,84.l.quæſitum, 78. §. vlt. D. de legat.3.l.Seiæ,20.§.Pamphilę,D.de inſtruct.vel inſtr. leg. Reliquum eſt,vt de ACTIBVS fictitiis videamus: quo in genere primum locum obtinent, qui dicuntur Imaginarij. l. contractus, 54. D. de oblig. & act. veluti cùm in adoptionibus & emancipationibus & teſtamentis emtor imaginarius adhibebatur, teſte Caio libr.Inſtit. 1. & Imp. in l. 1. §. diui,de quæſtion. l. vltim.C. ill.titul.l.vltim.C. de adopt.§. 1. de teſtament. aut dicis cauſſa, id eſt expediendæ rei gratia in venditionibus ſimulatis numus vnus pro precio dabatur. l. 4. D. commod. l.ſi vſusfr. 66. D. de iur. dot. l. ſi quis, 10. D. de adq. poſſ. l. ſiquis, 46. D. locat. l. vltim.C. de don. Liuius lib. XI. C. Marius accuſatus eſt apud Tribunos pl. quòd exercitũ in Gallia deſeruiſſet, damnatúſque ſub furca diu virgis cęſus eſt, & HS numo veniit. Extat etiam aliud exemplũ de ſeruis,qui ſuis numis ab emtore adpoſito emebantur. l. 4. D. de manumiſſ. Alterum harum fictionum exemplum ſuppeditat Traditio imaginaria, de qua in cauſſis facti & iuris poſterius dicemus: cùm per clauium aut inſtrumenti traditionem fit, aut per vini deguſtationem, aut rei grauioris demonſtrationem. Eiuſdem præterea generis eſt acceptilatio,quę fictitia ſolutio dici poteſt.l.ſi acceptilatum,19.§.1.D. de acceptil. Ac ne illa quidem prętermittenda fictio eſt,de qua Vlpian.loquitur in l.3.§.ſed ſi,D.de donat. int.vir.cùm creditor debitorem alteri iubens diſſoluere, accipere ipſemet & illi confeſtim tradere momento ipſo videtur.qua celeritate coniungendorum inter ſe actuum vnus ipſorum occultatur.

An, vt quod ab initio ſtatum non cepit, recipere poſtea non poteſt, ita quod ſemel ſtatum cepit, amittere illum non poſſit.

QVÆSTIO XXXIX.

HVIVS quæſtionis prior quidem pars, expedita eſt: vt quod ab initio vitioſum fuit, ex poſt facto conualeſcere non poſſit. l. quod initio, 29.D.de reg.iur. quoniam ciuiles actus ex pręſenti tempore ſtatum capere oportet, non ex incerto & fortuito futuri temporis euentu pendere.l.continuus,137.§.cum quis,D.de verb.obl. Itaque certa illius exempla paſſim exſtant,non modò in teſtamentis, quorum cauſſa primùm à Catone ſententia illa concepta eſt: l. 1. D. de reg. Cat. verùm in aliis omnibus. Quapropter de teſtamento quidem in genere & infinitè exemplum exſtat in l. omnia, 201. *D.* de reg. iur. & l. ſi filiusfamil.19.*D.* de teſtament. de inſtitutione verò, in l. ſi filius, 7. *D.* de lib. & poſt. & §. 1. de exher. lib. l. ſi alienum, 49. *D.* de her. inſtit. Item de legato in l.1. *D.* de reg.

A Cat.l.cetera,41.§.1.D.de leg.1.l.3.D.de his quę pro nõ ſcript.& de legato libertatis in l.Seruius,35.& l. verũ eſt,58. D.de manumiſſ. teſtam. Sed præter teſtamenti partes,& planè extra cauſſam teſtamentariam,exemplum de ſtipulatione exſtat in l.inter ſtipulantem,83. §.Stichum,& l.inſulam, 124.D. de verb. oblig. Item de pacto in l.ſi tibi decem,17.§. ſi pactus, D. de pact. Item de tutoris auctoritate, in l.obligari, 9. §. tutor, D. de auct. tut. Item de actione quod iuſſu, in l. 2. §. B vlt.D.quod iuſſ. & de in rem verſo, in l.ſi pro parte, 10.§.idem quęrit,D.de in rem verſ.& de pignoribus, in l.ſi Titio,22.D.de pign.Cùm autem condicionalia ſtatum ex præſenti tempore non capiant, conſentaneum eſt, in illis huic regulæ locum non eſſe. Velut in legatis,l.pen.D.de reg.Cat.Itémque in ſtipulationibus, l. ſi rem meam,31.& l.exiſtimo, 98.D. de verborum obligat.quamquam in hac cauſſa fictio inducitur, vt condicio exſiſtens retrotrahatur ad tempus contractus.l.potior,11.§.1.*D.*qui pot. in pig.hab. Atque hæc quidem de priore parte hactenus. C Poſterior autem quæſtionis pars aliquanto perplexior eſt: An quod ſemel ſtatum cepit, ſi in eum caſum vnde incipere non poterat, inciderit, vitietur. Multis enim caſibus accidere vt non vitietur, Vlpian. ſcribit in l. in ambiguis, 85. D. de reg. iur. cuius rei exemplum primùm in nuptiis oſtendemus. nam etſi adoptiuus filius eam quæ patris adoptiui vxor fuit accipere vxorem non poſſit, quoniam nouercæ loco ei fuit.l. adoptiuus,14. D. de rit.nupt. tamen ſi is qui mulie- D rem à Titio repudiatam duxerat, ab eodem poſtmodum adrogetur, nuptiæ non vitiantur. l. ſiqua mihi, 12. eod. Item quamuis furor ſponſalia & nuptias impediat,in quibus conſenſus requiritur:tamen poſt ſponſalia nuptiáſve contractas ſuperueniens,neutrũ illorum vitiat.l.furor,8. D.de ſponſal.l. oratione, 16. §.vlt. D. de rit. nupt. l. patre furioſo, 8. D. qui ſunt ſui vel al. id quod ad libertam patroni concubinam poſtea productum eſt, vt quamuis liberta diſcedere à patrono furioſo poſſit, nec ei concubina eſſe co- E gatur, tamen ſi poſt concubinatum furor ſuperueniat, manere in concubinatu cogitur. l. in eo, 45. §. deinde,D. de rit.nupt. l.2. D. de concub. Secundum exemplum in poſſeſſione ſumendum eſt. Quamuis enim mala fides ab initio poſſeſſionis vſucapionem impediat, tamen eadem poſtea ſuperueniens,poſſeſſionem non vitiat,nec impedit vſucapionem procedere.l.ſi is qui,15.§.pen.l.iuſto,44.§. etſi,D.de vſurp. l.bonæ fidei, 48.§.1.D.de adq.rer.domin.Idémque in quaſi poſſeſſione ſeruitutis vſuuenit. Quamuis e- F nim Prætor interdictum de itinere actúque priuato non det, niſi ei qui hoc anno non vitioſè, hoc eſt, nec vi, nec clàm, nec precariò vſus eſt, tamen ſi poſt annum vitioſè vti cœperat, nihilominus interdictum habebit. l. 1. §. vlt. & l.ſeq. D. de itin. actúque pr. Tertium exemplum eſt ſumendum ex teſtamentis. Quamuis enim neque furioſus, neque prodigus facere teſtamentum poſſit, tamen furor aut interdictio bonorum poſt teſtamentum factum ſuperueniens illud non vitiat. l. filius, 16. l. is G cui,18. D. de teſtam. Quartum erit in ſtipulationibus. nam etſi ſeruitus adquiri per partes non poteſt, cùm indiuidua ſit: l. 2. §. ex his, D. de verb. obl. tamen ſi Titius viam ad ſuum fundum ſit ſtipulatus, deinde pluribus relictis heredibus deceſſerit, ſinguli heredes ipſius ſeparatim agere ex ſtipulatu poterunt,cùm tamen ſi plures ab initio ſtipulati ſeruitutẽ fuiſſent, vnus ad conſtituendam ſeruitutem agere

non potuiſſet.l.pluribus,140.§.2. D. de verb. obl. Sic de promiſſione iudicio ſiſti exemplum eſt in l.ſciendum,15.§.vlt.D.qui ſat.cog.Quintum exemplum eſt in actionibus.Quamuis enim Prætor ex defuncti delicto actionem non det in heredem, niſi quatenus ad eũ peruenit:l.quod diximus,& ll.ſeqq.D.de eo quod met.cauſſ.l.5.D.de calumniat.tamen etiamſi id quod peruenerit non duret,ſed apud heredem eſſe deſierit, actionem nihilominus concedit, etiamſi momento tantùm apud eum fuerit.l.cùm Prætor,127.D.de reg. iur. Atque hæc quidem exempla ſunt eorum caſuũ, quibus vitium ſuperueniens rem bene conſtitutam nõ corrumpit. Sed neque vſquequaque id verum eſt, neque in vllius eiuſmodi regulæ definitione Iuriſconſulti conſenſerunt. Nam in quæſtione, An legatum vtile ſit,cùm debitor creditori quod in diem debebat,legauit, ſi viuo teſtatore dies venerit, Papinianus quidem adfirmare videtur eſſe vtile: in §. ſiquis debitori,13.de legat.& l.verbis,5.D.ad leg.Falc. Paullus autem negare idem videtur,in l.debitor, 82.D. de leg.2. Rurſus in quæſtione de ſeruitute,vulgata regula repudiatur à Paullo, Modeſtino & Marcello in l.ſi ſub vno,136.§.1.& l.pen.§.vlt.D.de verb.obl.l.vt pomum, 8.§.1. & l.pro parte, 11.D.de ſeruit.probari autem videtur ab eodem Paullo in l.pluribus, 140. §.1. & l. 2.§. ex his igitur, D. de verb. obl. Nam Paullus in d.l.pen.tres proponit caſus; quibus ſtipulatio non corrumpitur: quorum primus eſt, cùm is qui viam ſtipulatus eſt, duos heredes reliquit.ſecundus,cùm is qui dum ſolus fundi dominus erat, viam ſtipulatus eſt,ſed poſtea partem eius fundi alienauit.tertius eſt, cùm idem fundi ſeruientis partem adquiſiuit.De primo caſu dubitari non poteſt,propter l.heredes, 25. §. an ea,D.fam.erc.l.viæ,17.D.de ſeruit.vbi ſi ſtipulator deceſſerit, pluribus heredibus relictis, ſinguli ſolidam viam petũt.Ex quo conſequitur, ſtipulationem viæ in caſum duorum eiuſdem fundi dominorum deductam non corrumpi, ſiue exſtingui. Vtroque enim verbo promiſcuè Paullus & Modeſtinus vtuntur. Quantum ad caſus inſequentes pertinet, vbi de ſociis agitur qui pro parte vel adquirunt,vel alienãt: illud conſtat, Rem indiuiduam pro parte adquiri non poſſe.d.l.viæ,17. D.de ſeruit. Quare vnus ex ſociis fundi communis neque adquirere, neque imponere ſeruitutem poteſt. l. per partes, 11.D. de ſeruit.l. penult.§.2. de verb.obl.l.ſi vnus, 19.de ſeru.ruſt.l. vnus,34.eod. Nunc de alienata parte videamus. Nam ſi is qui ad ſuum fundum viam ſtipulatus eſt, totum fundum alienet,Catonis regula ſeruatur: vt ſtipulatio euaneſcat. quoniam neque ſine prædio adquirere ſeruitutem potuiſſet, neque emtor ex alterius ſtipulatu agere.l.exiſtimo, 98.D.de verb.oblig. Sed ſi partem dumtaxat alienet,hoc caſu adhibenda diſtinctio eſt. Nam ſi ſeruitus nondum conſtituta,ceſſa, quæſita eſt, ſed tantùm ex ſtipulatione debetur, quoniam adquiri ſeruitus pro parte non poteſt, parte prædij alienata ſtipulatio euaneſcit.l. pro parte, 11.D.de ſeruit.l.ſi ſub vna, 136.§.2. D.de verb.oblig. ſi verò iam adquiſita & conſtituta eſt, alienatione partis fundi non exſtinguitur: quoniam pro parte retineri poteſt.l.penult.§. 1. D. de verb.oblig. Diuerſitatis cauſſa hæc eſt: quoniam ea demum ſuperueniente vitio corrumpuntur, quæ propter illud vitium explicari, hoc eſt, exitum & effectum ſortiri non poſſunt.velut in illa prædij alienatione. nam qui alienato prædio ſeruitutem ſtipulatur, cùm adquiri ſeruitus ſine prædio non poſſit,nihil agit.l.1.§.ideo,D.cõm.pręd.

A At retentio ſeruitutis pro parte prædij ſortiri effectum poteſt. quoniam ipſo iure etiam ſine vſu retineri poteſt: ſicuti poſſeſſio rerum corporalium ſolo animo retinetur.l.generaliter,9.D.de adq.poſſ. Hæc eadem ſententia probatur in exemplo l.5. D. de bon. damn. vbi deportatio non diſſoluit matrimonium: fauore certè ſingulari,cùm deportatus ciuitatẽ amittat: matrimonium autem non niſi inter ciues conſiſtat. At eandem illam ſententiam Vlp. repudiat in l. B ſi à me,11.D.de iudic.l.huic ſcripturæ,15.& l.ſeq.D.ad l. Aquil. §.2.de inut.ſtip.Paullus l.inter ſtipulantem, 83. l. 25. l. 51. de verb. oblig. Marcianus in l. quia in eum,16.D.ad leg.Aquil.Deinceps quæ priori ſententiæ obiiciantur, videnda ſunt. Primùm obiicitur l. cùm vir, 42.D.de vſur.& l.penul.D.de fund.dot. Sed intelligendum eſt, venditionis duo eſſe extrema: vnum in obligatione vẽdentis, alterum in adquiſitione emtoris. nam alienæ rei venditionem ex parte vẽditoris valere, propter ipſius obligationem, conſtat. C l.rem alienam,D.de cont.emt.Quare cùm illo extremo venditio niteretur,& ſtatum cepiſſet:nihil ei hęc aduerſatur regula:quæ de iis eſt,quæ ſtatum omnino non ceperunt. Secundò obiicitur l. Stichum, 95. §. aditio, D.de ſolut. vbi ciuilis obligatio quæ ab initio inanis erat,ex poſtfacto confirmatur. vt in herede fiduciario,qui poſtea fideicommiſſario ſucceſſit:itémque in muliere quæ eius pro quo interceſſerat heres fuit. Sed vtraque obligatio conſtituta fuerat ab initio, ſtatúmque certum & ſtabilem ceperat: tantùm D propter exceptionem effectum non habebat.quę exceptio poſtquam aditionis iure ſublata eſt, non conualeſcit obligatio quæ ab initio fuerat inutilis: ſed quæ vtilis fuerat, ſublato impedimento vim ſuã exerit. Poſtremò obiicitur l.4.D.de rit.nupt. vbi minor annis duodecim nupta,tunc legitima vxor futura dicitur, cùm apud virum expleſſet XII. annos. Sed ex verbo *Expleſſet* ſatis ſignificari arbitror minorẽ annis XII.dici à Pomponio,quæ duodecimum quidem annum ingreſſa, non autem egreſſa fuerat. quod in E pubertate requiri ſatis conſtat ex §.1. Quibus mod. pat. pot. Denique errorem fuiſſe neceſſe eſt, vt in l. penult.§.vlt.D. quod falſ.tut.& l. cùm hic ſtatus, 32. §.ſiquis,20.D.de don.int.vir.& matrimonij fauorem tantùm eſſe, vt propter exigui temporis defectũ non reſcinderetur:ſiue iam annum XII. attigiſſet,ſiue non attigiſſet:ſed parum admodum ab eo abeſſet.nam error in multo minore eſſe nõ potuiſſet. Singulare igitur hoc fuit in matrimonio,propter eius fauorem & perexigui temporis interuallum. Eiúſque rei exem- F plum eſt in l.Proculus,67.D.de iur.dot. vbi liber ancillam quam liberam putabat vxorem duxerat, dotémque acceperat: & ſtatuitur, ſi ea manumiſſa fuerit,dotem quidem ex poſt facto confirmari non poſſe:matrimonium autem ex manumiſſionis tempore initium ſumturum. Itaque nihil aduerſatur l. eos qui, 65. D. de rit. nupt. quam Gordianus citat in l. etſi, 6. C. de nupt. vbi matrimonium contractum in Prouincia ab eo qui officium gerebat, ſi depoſito officio in eadem voluntate perſeuerarit, iuſtum efficitur. non enim retro iuſtum effici dicitur, ſed G ab eo demum tempore quo depoſitum officium eſt. qua de cauſſa liberi antè nati, legitimi non ſunt, ſed ij dumtaxat qui poſteà naſcuntur. Multo minus aduerſatur quod dici ſolet, cùm alieni numi crediti ſunt, ſi conſumantur, condictionem naſci. l. nam etſi, 13. D. ſi cert. pet. non enim mutuũ quod ab initio nõ valuit,cõfirmatur:ſed ex facto conſum-

conſumtionis condictio naſcitur, l.non omnis,19.§. 1.D.eod.

An fœneratio in bene morata ciuitate toleranda ſit.

QVÆSTIO XL.

PERPLEXA hæc quæſtio eſt. Nam vt toleranda eſſe videatur, diſputari ſic poteſt: primũ: Quemadmodum æquitati naturali conſentaneum eſt, pro ceteris rebus omnib. vtendis datis mercedem paciſci: ita pro pecunia vtenda data mercede paciſci non iniquũ videtur. Similitérque ex contrario, ſi naturalis æquitas poſtulat, vt gratis pecunia vtenda daretur: etiam ceterarum rerum omnium vſus gratuitò concedendus eſſet, ac proinde locatio & conductio ex communi vita tollenda, quod eſſe abſurdiſſimum inter ſanos omnes conſtat. Quinetiam Fœneratio quaſi locatio quædam pecuniæ videtur eſſe: vnde Collocare pecuniam fœnori, veteres dicebant, quaſi locare, vt in l.vxori,24. D.de vſufr.legat. l.ſi bene,33.D.h.tit. Tullius Offic.2. Pecuniæ non quærendæ ſolùm ratio eſt, verumetiam collocandæ, quæ perpetuos ſumtus ſuppeditet. Plautus in moſtellaria: *Sceleſtiorem ego annum locando argento fœnori Numquam vllum vidi.* Sueton. Auguſto: Notauítq; aliquos, quòd pecunias leuioribus vſuris mutuati, grauiore fœnore collocaſſent. Et ex contrario, Conducere numos dixit Horatius, Sat.2. pro, Fœnori accipere.

Omnia conductis coëmens obſonia numis.

id eſt, fœnori acceptis. vnde paulò pòſt Fœnus Mercedem adpellat.

Quinas huic capiti mercedes exſecat. vbi tamen *Exigit* legi poſſet. Quinetiam vt merces locati prædij Reditus vulgò adpellatur, l.liberto,21. D.de ann.leg. ita Fœnus quod annuum eſt, Pecuniæ reditus adpellatur, l.Titius,24. D.de perſc.verb. & l.qui quadringenta,88.§.1.D.ad leg.Falc. Sequitur argumentũ ſecundum: Naturæ conſentaneum eſt, neminem cum alterius damno fieri locupletiorem, & ex alterius incommodo ſuum augere commodum, l.natura,D.de cond.ind. Debitor vtens creditoris pecunia, ei commodum illud intercipit: nam creditor ſuos numos aut mercatura facienda exercuiſſet, aut eos in prædiorum emtionem collocaſſet. Quare conſentaneum eſt, debitorem ei damnum illud ſarcire, ne ex alterius damno lucrum faciat. Seq.tertium. Quemadmodum æquum eſt, emtorem, qui re ſibi tradita preciũ nõ ſoluit, eius pecuniæ vſuras præſtare, l.Iulianus,13.§. ex vendito,D.de act.emt. eodem modo æquum videtur, eundem, cui venditor accepto precio confeſtim illud mutuat, aut eum iubet rei precium in mutui vicem habere, eius pecuniæ vſuras ſoluere. veluti in l.3.§. penult. D. ad Macedon. & l.ſi ex precio,6. C.ſi cert.petat. Quid enim intereſt, vtrum ab eo qui pecuniam alienam ex cauſſa venditi, an ab eo, qui ex mutui cauſſa pecuniam retinet, vſura exigatur? Seq. IV. Quemadmodum ars cauponatrix in bene conſtituta ciuitate opportuna iudicatur, cùm quidàm edulia rure ab agricolis & piſcatoribus in vrbem allata coëmunt, vt ea poſtea ciuibus diuendant, licèt eo commercio quæſtui ſuo conſulant: (in quo etiam Platonis auctoritas laudatur, l.2.D. de nundin.) ita cùm ὀβολοστατικὴ, fœneratrix, numularia, magnas ad vſum vitæ communis opportunitates habere ſemper iudicata ſit: non immeritò in bene morata ciuitate probanda, & toleranda videtur, l.quod priuilegium,8. D.depoſ. Ac memorabile eſt,

A quod Imp. Leo, philoſophus, pietatis & religionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimus, & qui cõcubinatum è repub Chriſtiana ſuſtulit, ſcribit, patrem ſuum Baſiliũ Macedonẽ fœneratione Chriſtianis omnibus interdixiſſe: ſed poſtea ſeſe comperiſſe, humanã vitam arte illa carere nõ poſſe: trienteſque vſuras permiſit: Nou. 83. Illam autem Baſilij conſtitutionem eſſe non dubito, quæ Leoni falsò inſcripta eſt, apud Harmenop. lib.3. tit.7. vbi iubet pluris fieri à Chriſtianis legem Dei, quæ fœnerationem prohibuit, quàm commoda, B quæ ex ea comparari putantur. Quintum argumentum proferri poteſt, quòd leges Impp. Chriſtianorum (veluti, Conſtãtini & Iuſtiniani) fœnerationem permittunt. Lex autem eſt rerum humanarum, ac præſertim bonorum ac fortunarum cuiuſque ciuis domina & regina: vt ex Chryſippo Marcianus tradit in l.2.D.de legib. Quare vt ceteræ leges de adquirendis dominiis in quaque ciuitate dominantur: quamuis aliarum ciuitatum leges ſint diſſimillimæ: ita lex de C fœnore & mercede aliqua ob vſum pecuniæ præſtãda, præſertim ab Impp. Chriſtianis promulgata, non improbanda videtur. Poſtremum argumentum eſſe poterit, quòd in fœnore per ſe & ſimpliciter conſiderato vitium nullum eſt. quid enim ſi vnciarium ſit? quale olim legib. XII. tabul. permiſſum fuiſſe, Tacitus lib.5. teſtatur: an non potius debitoris quàm creditoris commodo exercebitur? Omne igitur fœnerationis vitium in quantitate ac magnitudine acceſſionis, non in ipſa acceſſione & incremento poſitum D videtur: cùm (vt s. docuimus) corruptiſſimis reipub. Rom. temporib. vſitatiſſima & frequentiſs. vſura eſſet centeſima: ſæpe autem binæ, ternæ, atque quaternæ centeſimæ exercebantur: qua ex magnitudine natum eſſe fœneratorum odium conſtat: cùm illa fœnoris acerbitate, non longo tempore, debitorum inopum fortunas exhaurirent, vt apud Auſon. *Si turpia lucra*

Fœnoris: aut velox inopes vſura trucidat.

Et apud Demoſth. Olinth.1: οἱ δ' ἀνεζώμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ E μεγάλοις τόκοις μικρὸν ἐκπορίσαντες, χρόνον ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀφίστανται. Cùm igitur Iuſtiniani conſtitutione certus vſuris modus ſit impoſitus: nihil incommodi videtur, fœnerationem in bene morata ciuitate exercere. Neque verò mouere nos inania quædam argumenta debent, veluti ſi quis diſputaret, idcircò fœnerationem eſſe damnandam, quòd ex re aliena fructum quærit. nam pecuniæ quidem mutuæ dominium in debitorem tranſlatum eſſe fatendum eſt, neque mutuum contrahi, niſi & dominus ſit qui dat, & F dominus fiat qui accipit, l.2. §.2.& §. pen. l.nam etſi,15. l.non omnis, 19.§.vlt. D.ſi cert.pet. ſed non ſi aliena res eſt, idcircò ex ea fructum percipere extraneo non licet. Nam & colonus ex fundo alieno fructus percipit, & fructuarius, & vſuarius: atque adeò maritus, ſi veritatem non fictionem ſpectemus, l.in reb. 30.C. de iur.dot. Nihilomagis mouere nos debet, quòd creditor ſine labore, ſine impendio, ſine vlla ſua opera fructum quærit. Nam etſi fœneratio quæſtuoſæ (vt Plin. eleganter dixit) ſegnitiæ materiam G præbet, atque ab induſtria homines auocat: non tamen ſi quam in rem nullam meam operam & induſtriam confero, idcircò mihi fructum ex ea percipere non licet. Nam & dominus, qui colono, inquilinóve prædium locauit, vel pecora paſcenda partiario dedit, operam nullam confert, l.5. C.de pact. & ſocius, qui ſolam pecuniam cõtulit, ex negociatione, quam alter ſolus exercet, iure lucri partẽ cõſequitur, l.ſi nõ

fuer.29.D.pro ſoc. Minus etiam aduerſatur, quòd Ariſtot. diſputat, contra naturam eſſe, ex numis ſteril. fructum quærere. εὐλογώτατα, inquit, μισεῖται ἡ ὀβολοστατικὴ, διὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ νομίσματος εἶναι τὴν κτῆσιν. Iure optimo, inquit, fœneratio in odio eſt, quoniam ex ipſo numo lucrum quærit. quod ipſius argumentum etiam Ambroſius & Chryſoſtomus ſecuti ſunt. Sed non ſi res per ſe ſterilis eſt, idcircò cum opera & induſtria coniuncta excoli, & frugifera, fructuoſáq; reddi non poteſt. Non enim fructus omnis naturalis eſt: vt cùm prædiorum fruges, & animalium partus, fructum adpellamus, l.43.D.de euict. Fructus enim quidam ciuiles ſunt, veluti mercedes locationū, operarum, ſeruorum, vecturæ nauium & iumentorum, l.mercedes, 29. D.de hered.petit. Quinetiam vſura pecuniæ modò reditus, modò fructus adpellatur, vt iam aliquoties demonſtratum eſt: alioqui ridiculum eſſet dicere, quia mula ſterilis eſt, idcircò nullum ex eius locatione percipi fructū licere: cùm omnium iumentorum vecturæ paſſim fructus adpellentur, vt in l.8.§.1.D.de reb.auct.iud.poſſ.l.39.De legat.1.atque adeò etiam nauis vectura fructus dicitur: & vſuræ in eo comparatur, quòd neutra natura prouenit, ſed iure percipitur, l.ſi nauis, 62. D.de rei vind. Neque minus abſurdum eſſet diſputare, quia domus domum, aut nauis vecturam non parit, idcircò mercedem ex eius locatione exigi nó licere. Nam rectiſſimè Papinianus illo loco ſcripſit, vſuram non natura prouenire, ſed iure percipi. Et Pomponius: Vſura pecuniæ, quam percipimus, inquit, in fructu non eſt: quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſſa eſt: id eſt, ex perſonæ obligatione naſcitur, l.vſuræ, 121. D. de verb.ſignific. Quod igitur Sterilis aut Fructuoſæ pecuniæ nomen in iure noſtro vſurpamus, vt in l.debitor, 7.l.ſi bene, 33.j.h.titul. l.3.§.vſuris, D.de cont. tut.act. nequaquam ad propriam fructuum vel naturalium, vel ciuilium rationem referendum eſt, ſed vt per translationem dictum, accipiendum eſt: quoniam, vt Feſtus ſcribit, Fœnus adpellatur, naturalis terræ fœtus. Ob quam cauſſam & numorum fœtus Fœnus eſt vocatum: & Fœnebris pecunia, quòd crediti numi alios pariant: & apud Græcos eadem res τόκος dicitur, παρὰ τὸ τίκτειν. His igitur aut ſimilibus argumentis probari videtur poſſe fœneratio: ac præſertim, vt nonnullis placere video, cùm quis mediocribus fortunis præditus, ſed præſenti pecunia fortè inſtructus, opulentiori multò, ſed minus à præſenti pecunia parato pecuniam ſub vſuris credit. Verùm his omnibus non obſtantibus, contrariam ſententiam veriorem & probabiliorem eſſe arbitror, iis de cauſſis, quas ſubſcribemus. Nam primum & ſummum argumentum ex auctoritate Scripturæ ſacræ ducitur, Exod.22.Leuit.25. Deuter.23. vbi Deus vetat, ne eius ciuitatis ciues, quam ipſe pro ſua ſapientia inſtituerat, ex creditis pecuniis vel fœnus, vel quamuis aliam adceſſionem, ſiue exſuperantiam, & additamentum exigant. Nam vtrumque propheta Ezechiel coniungit, Fœnus & Exſuperantiam: ſiue, vt quidam conuertunt, Superabundantiā, cap.18. Ac fœnus quidē ab Hebræis Nezech adpellatur: quo verbo morſum ſignificant, quaſi quod debitorum fortunas adrodat, atque abſumat. Additamentū autem, Tarbat: vt diſputari poſſit, non eam tantùm vſuram damnari, quæ ciuem mordet atque adrodit: hoc eſt, damno adficit, eiúſque bona deminuit: verumetiam omnem ad ſortem adceſſionem, eiúſq; incrementū: quo verbo Fœnus nōnumquam à noſtris

A adpellatur: vt in l.9.D.de alim.& cib.leg.l.1.§.belliſſimè, D. vt legat.nom.cau. Etſi autem huc referri ſolet illud Chriſti præceptum, Luc.6. δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες: tamen à multis iam demonſtratum eſt, verba illa ad ſortem potius, quàm ad fœnus pertinere: propterea quòd paulò antè dixerat: ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν: quaſi ἀπελπίζοντες dictum eſſet, pro ἐλπίζοντες ἀπολαβεῖν. Atque ita Baſilius locum illum in Pſal.14. diſertè interpretatur. Secundum argumen-
B tum erit, ex veterum ſummorum legiſlatorum auctoritate, Scripturæ ſacræ conſentanea. Nam Plato quidem lib.de legib.5. fœneratorem, & ſorte & vſuris multat: μηδ' ἐπὶ δανείζειν, inquit, ἐπὶ τόκῳ, ὡς ἐξὸν μὴ ἀποδιδόναι τὸ παράπαν τῷ δανεισαμένῳ, μήτε τόκον, μήτε κεφάλαιον. In eandémque ſententiam Ariſtoteles lib. Politic.1. multa ſcribit, & fœneratorum quæſtum lenonū quæſtui comparat. Et Plutarchus eadem de re libellum ſcripſit, vbi ait: Fœneratores contra naturam de nihilo nihil efficere, & ab iis ex eo quod non eſt, ne-
C que vnquam fuit, lucrum captari. Similitérque Seneca lib.de Benef.7. Quid Fœnus, & Kalendarium, & vſura, niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina? Et Cicero in Offic. Catonem Maiorem laudat, quòd fœnerati, & hominem occidere eodem loco haberet. Quinetiam, vt ad ius noſtrum, hoc eſt, ad Rempublicam R. veniamus: idem Cato in lib.de Re ruſt.ſcribit: Legibus XII.tabul.fœneratorem quadrupli damnatum, cùm fures dupli tantùm damnarentur: ex quo, inquit, intelligi poteſt, quanto impro-
D biorem fure fœneratorem exiſtimarint. Neque obſtat, quod Tacitus libro quinto ſcribit, iiſdem XII. tab.ſancitum fuiſſe, ne quis fœnus vnciario amplius exerceret. Nam cùm vnciarium fœnus creditori magis propè damnoſum ſit quàm lucroſum, illuſam hac lege fœneratoriam artem eſſe apparet. Tertium argumentum ex intima Iuriſprudentia eruendum eſt, hoc modo: Ei demum quæque res quæſtuoſa eſſe debet, cuius periculo eſt: neque enim antè rem cuique quæſtui eſſe oportet, quàm eius periculo ſit: ait
E Pomp.in l.is qui, 13.§.1.D.commod. neque vllum lucri, quæſtus, emolumenti genus, in tota Iuriſprudentia reperietur, quod non indiuiduè coniunctum periculum habeat, l.ſi non fuerunt, 29.in fi.l.ſi igitur, 55. eod.l.ſecundum naturam, 10.D.de reg.iur. At in mutuo ſortis periculum à creditore in debitorem tranſit: & ſiue incendio, ſiue latrocinio, alióve caſu fortuito ſors perierit, ſoli debitori perit: creditori ſemper certa eſt, l.incendium, 11.C.ſi cert.pet.l.qui negocia, 34. D. mandat. quod non modò propter perſo-
F nalem debitoris obligationem dici poteſt, verumetiam quia non rarò fœneratori pignoribus, interdum etiam prædiis prædibúſque cauetur. Neque ad rem pertinet, quòd credita pecunia dicitur eſſe periculo eius qui dedit, & ei demum vſura deberi, cuius periculo ſors apud debitorem collocata eſt, quamuis alterius, aut plurium ea pecunia ſit, l.ſi nauis, 62. D. de rei vind.l.poſtulante, 44.D.ad Tertull.l.ſi vnus, 67. §.1.D.pro ſoc.l.idémque, 10.§.ſi mādauero, D.mand. Primùm, quoniam hoc de duobus debitorib.dicitur,
G quorum prior alteri credidit: cuius poſterioris periculo pecunia eſt. Deinde duplex in pecunia periculum eſt: vnum corporum, quod ad eum, penes quem pecunia eſt, pertinet: alterum obligationis, cuius periculum ad dantem pertinet: ſi fortè propter debitoris inopiam inanis euaderet, l.6.D.de dol. Verùm (vt dixi) nonnumquam fœneratores ſibi, aut pignoribus, aut fideiuſſoribus cauent. Quare iniquū videtur,

ſortem,

ſortem, quæ debitoris periculo eſt, creditori quæſtuoſam eſſe:idque eò magis,quia non modò ſors creditori ſemper tuta & extra periculum eſt, verùm etiam certum & exploratum ei lucrum adfert:atque ita duplex ex credito commodum ad fœneratorem redit:nam & pecuniam ſuam tutò & extra periculum collocat, & certum ex ea lucrum adipiſcitur. Vnde quartum argumentum duci poteſt. Repugnāt enim, ex ſorte & negociatione incerta certum lucrum captare. nam vbi periculum eſt, (ait Iuſtinianus) ibi lucrum collocandum eſt, l.vltim. §.penult. C.de furt. Dixi, Negóciatione: vt eas fœnerationes remoueamus, quæ aduerſus calamitoſos exercentur: quas ferè boni omnes execrantur. Sed vt eorum diſputationem adiuuemus, qui contendunt, nihil eſſe incommodi,ſi ab eo lucrum aliquod ſtipulemur, cui negociaturo credidimus: quid,ſi infeliciter ei negociatio ſucceſſerit? an non iniquum eſt, lucrum ex alieno damno & iactura quærere?vt ait tex.in l.reſcriptum,12.§.1.D.de diſt.pign.l.quoties,16.D.de iur.do. l.itaque, 28.D. de dol. Bono & æquo non conuenit, inquit Pomponius, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum,l. 6.D. de iur. dot. quod poſterius perſæpe accidit, vt quidquid quæſtus mercator induſtrius fecerit, id totum fœneratori pro vſuris præſtare debeat. Quintum eſt, quod cùm Mutuum ex eorum contractuum numero ſit, qui officij cauſſa, & ad vtilitatem eius qui accipit, inſtituti ſunt:ſicuti cōmodatum & precatium: tamen per fœnerationem ad quæſtum & eius qui dedit vtilitatem, contorquetur. Nam mutui natura eſt,vt ſit gratuitū,l.ſi tibi, 17.§.1. D.de pact.l. rogaſti,11.§.1.D.ſi cert. pet. per fœnerationem autem corrumpitur, & quæſtuoſum efficitur, l.grauius,71. §.vltim. D. de fideiuſ. Nam, vt ſuperiùs dictum eſt, plerumque ex die ſtipulationis vſuræ deberi incipiunt, atque adeò certi temporis repræſentantur,l. 4.§.vlt.& l.qui in futurum,57.D.de pact. Sextum argumentum eſt,quòd ex aliena re domino inuito fructus quæritur. nam etſi debitor ſtipulanti fœneratori vſuras promittit, ac proinde conſentire videtur:& regulariter in iure noſtro voluntas coacta voluntas cenſetur, vt in l.ſi patre,22. D.de rit.nupt. l.apud Iulianum,11. D. ad Trebell. tamen ſi veritatem ſpectemus, libera & integra voluntas non eſt, l.ſi mulier, 21.§.penult. D. quod met.cauſſ. Neque dubium eſt, quin debitor gratuitam, quàm fœnebrem pecuniam mallet: ſed rei numariæ difficultate, ſæpè etiam calamitate coactus, vſuras promittit. qui verò non integra voluntate conſentit,inuitus adpellatur,l.ſi metus,85.D.de adq.hered.Septimum argumentum Ariſtot. ſuppeditat,cùm ait,Fœnus idcircò eſſe omnium adquirendi modorum maximè contra naturam, quod ex ipſo numo, qui permutationis cauſſa inuentus eſt, quæſtum facit. nam ſatis conſtat,numum venditionis & locationis cauſſa inſtitutum fuiſſe, cuius æſtimatio difficultatibus permutationum ſubueniret, vt ait Paullus, l.1. D.de contrah.emt. Quare cùm per numum cuiuſque rei æſtimatio, tum in venditionibus, tum in locationibus fiat: ſequitur, vt neque venditio, neque locatio in numum cadat: ne idem ſit & merx, & precium mercedis: & quæ res aliarum rerum omnium æſtimandarum cauſſa inſtituta eſt, ea ipſa, eiúſve vſus æſtimetur, l.ſi ita, 43. D. de fideiuſſor. l.3. D. de in lit. iur. Octauum argumentum ex Plutarcho ſumi poteſt, qui in libello aduerſus fœnerationem ſcripto, ait:

A Fœnus idcircò contra naturam eſſe,quia ex eo, quod non eſt,neque vmquam fuit,generatur:cùm lege naturæ, inquit, ex nihilo nihil gignatur. Et certè ita ſe res habet, vt cùm pecunia (quemadmodum iam dictum eſt)permutationis ſolummodò cauſſa inſtituta ſit,vbi nihil permutatur, iniquum ſit pecuniam exigere:Fœnerator autem nihil permutat: quoniam ſolida ei ſors redditur. Ita & pro nihilo & ex nihilo quæſtum facit. Deinceps videndum eſt, quemadmodum ſuperioribus argumentis reſponderi poſſit. Ergo quantum ad primum attinet,dicendum eſt:Pecuniam,ſimiléſque res,quę quantitate conſtant,idcircò cadere in locationem non poſſe: primùm,quia nulli niſi ad conſumendum vſui ſunt,l.3.§.vl.D.commod. Pecunia (inquit Imp.) vſu & adſidua permutatione quodammodo exſtinguitur,§.2.De vſuf.Vinum,frumentum,oleum, nullum ſine interitu & conſumtione vſum præbere poſſunt,l.1. D.de vſufr. ear.rer. Itaque in Mutuo non ad idem, ſed ad tantumdem reddendum obligamur,l.2.D.ſi cert.pet. At in locatione idem corpus,eadémque forma reddenda eſt, l. videamus,11.§.2.D.locat. Altera cauſſa eſt,quia non modò locatæ rei tum dominium tum periculum penes locatorem manet, l.9. §.1. l. non ſolet, 39. D. locat. l. in iudicio, 28. C. eod. verumetiam colonus mercedem, ſi qua calamitas acciderit, non debet. Iniquum eſt (ait textus) præter damnum ſeminis amiſſi etiam mercedem exſoluere, l. ex conducto, §. vbicumque, D. eod. At in mutuo non modò pecuniæ dominium & periculum in debitorem tranſit, verumetiam ſi & ſortem, & inſuper operam ſuam perdiderit, nihilominus fœneratori & ſortem & vſuras debet, l. incendium, 11. C. ſi cert. pet. Eò accedit, quòd res locatæ non modò mobiles vſu conductoris adteruntur, in quo damnum locatoris manifeſtum eſt: verumetiam quædam immobiles: vt prædia vrbana propter ſarta tecta, cenſus & tributa, oneri & ſumtui domino eſſe ſolent: l.ex conducto,15.l.ſed addes,19.§.illud, D.locat.l.7. D.de public. quæ omnia locum in mutuo non habent. Quare,vt veteres locari & conduci numos dixerint, aut fœnus Mercedem Reditúmve adpellarint: tamen id vt tranſlatè & venuſtè, non autem verè, ac propriè dictum, intelligendum eſt. Nam eodem modo feſtiua tranſlatione dicebant, Occupare pecuniam, pro Exercere, & fœnori collocare. Cicero pro Flacco: Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauiſti. Et Verrin.3. Pecunias occuparat apud populos. Ex contrario, Vacare pecuniam dicebant, quæ in arca relinquitur, nec in fœnore, aut prædiorum emtionibus, aut mercaturis faciendis occupatur, l. cùm plures, 12.in fi. D. de admin. tut. & Vacuam, quaſi vacantem pecuniam:in l. Quinctus,28.D.depoſ.&l.Titius,24.D.de perſc. ver. quę aliis locis Ocioſa dicitur:velut in l.qui ſemiſſes, 13.§.vlt. D.de vſur.§.2. Inſt.mandat. Quantum ad ſecundum argumentum attinet, duplex reſponſio eſt: primùm,quòd in fœneratione nullum creditoris dānum aut incommodum verſatur: quoniam (vt ſuprà dictum eſt)fœnus exigitur à creditoribus,etiamſi nihil illorum intereſſet, vſu caruiſſe ſuæ pecuniæ: & ſolius lucri captandi,non damni compenſandi cauſſa inſtitutum eſt. alioqui compēſatoria vſura eſſet, non fœnus,l.cùm quidam,17.§.ſi pupillo, D.h.t. Deinde quòd lucrum illud ceſſans, quod fœneratores ſibi interceptum queruntur, & vulgò ſuum Intereſſe adpellant, incertū fuit:quandoquidē neque mercatura,

B C D E F G

neque prædiorum comparatio ſemper feliciter ſuc- A
cedit. Quare periniquum eſſet, incertam lucri ſpem
cum certo ipſius fœnoris lucro commutare. Ad ter-
tium reſpondendum eſt: primùm diſſimilem eſſe ra-
tionem debitoris ex cauſſa emti & venditi, & debito-
ris ex cauſſa mutui. nam ille plerumque, creditore
inuito, pecuniam retinet. quà de cauſſà, cùm veriſi-
militer venditoris interſit, vſuræ non ad lucrum,
ſed ad eius, quod propter moram intereſt, compen-
ſationem conceduntur: l. cùm quidam, 17. §. ſi B
pupilli, j. h. tit. At hic creditore non modò vo-
lente, verumetiam (vt fœneratorum inſtitutum
fert) cupiente, pecunia ipſius vtitur, in quo non
damni compenſatio, ſed apertum lucrum appeti-
tur, d. l. 4. §. vlt. D. de pact. & quod officij cauſſa
in vita hominum inſtitutum eſt, ad quæſtum con-
uertitur. contra l. idemque, 10. §. ſi mandauero. &
l. ita vt omnes, 26. §. 1. D. mand. Præterea in hu-
iuſmodi conuentionibus cautio adhibenda eſſet, vi-
dendúmque ne fraus legi fieret: ſi fortè venditor C
hoc prætextu & colore differendæ ſolutionis vſus
eſſet, vt fœnerationem tegeret, l. 3. §. penult. D. ad
Maced. Quartum & quintum argumentum, quæ ab
auctoritate ducta ſunt, contraria auctoritate refel-
luntur. Nam vt aliquo tempore fœneratorum ars
Romæ probata ſit, tamen alio tempore peſtifera &
propè exitialis iudicata eſt. Itaque videre licet paſſim
in Liuij, Dionyſij, Appiani, & aliorum libris ſeditio-
nes, ciuiléſque diſſenſiones quàm plurimas, quæ
Rempublicam Romanam, propter fœnerationis in- D
commoda propè funditus euerterunt. Quod verò de
cauponatrice dictum eſt, ita facillimè refellitur. Etſi
nundinatio illa cariora ciuibus reddit cibaria, tamen
damnum illud, qualecumque ſit, cum eo commodo
compenſari, quod ex ſubita ruſticorum ad opus
ſuum reuerſione comparatur. Ex fœneratione verò
nullum, neque reipublicæ, neque priuato cuiquam
emolumentum, ſed contra & priuatim & publi-
cè detrimentum adfertur: idque quotidiana expe-
rientia ſeculis omnibus docuit, in Numulariis qui E
foro cedunt, vt Plautus loquitur: quæ incommo-
da non ſine multorum calamitate poſſunt accidere.
Quod etiam Imperator Conſtantinus ſuo tempore
factitatum teſtatur in l. lex quæ, 22. §. vlt. C. de ad-
min. tut. Pecuniæ ipſius, inquit, in qua robur om-
ne patrimoniorum veteres poſuerunt, fœnerandi
vſus vix diuturnus, vix continuus & ſtabilis eſt: quo
ſubſecuto, intercidente ſæpe pecunia, ad nihilum
patrimonia deducuntur. Leoni verò philoſopho
Chriſtiano Imperatori, & Conſtantino, & Iuſtinia- F
no, non modò veteris eccleſiæ ſummum conſenſum
oppono, ac præſertim ſynodum Nicenam, verum-
etiam Scripturæ ſacræ auctoritatem: quæ, vt dixi,
non modò rodentem & carpentem vſuram, verum-
etiam omnem ad mutuum acceſſionem, incremen-
tum & additamentum damnat: Exod. 22. & Ezech. 18.
quem in locum præclara Theologi cuiuſdam ſen-
tentia exſtat, indignam Deo fieri contumeliam, ſi
quis neget, eum ſatis prouidiſſe, quæ ad ciuitatem
bene ac beatè conſtituendam pertinerent. neque di- G
ci poteſt, conſtare ciuitatem ſine fœneratione non
poſſe, vt non de perfecta Dei ſapientia contumelioſè
detrahatur. Quæ cùm ita ſe habeant, concludi poſſe
arbitror, eam demum de ſortis incremento conuen-
tionem probãdam eſſe, in qua ex creditoris parte duo
hæc concurrunt: vt neque quæſtus cauſſa ab illo fa-
cta ſit, & eius interſit, vſu ſuæ pecuniæ caruiſſe. ex
debitoris autem parte, vt non modò damnũ in exer-
cenda pecunia nõ ſenſerit, verumetiam lucri aliquid
per eius pecuniæ occaſionem perceperit. Nam quan-
tum ad ſocietatem attinet, certum eſt, eam ſine lucri
& damni communione non conſiſtere, l. ſi vnus, 67.
§. ſi non fuerint, 29. & l. ſeq. D. pro ſoc.

*Quæ res facti, aut iuris, aut animi eſſe di-
cantur, & quænam illarum dif-
ferentia ſit.*

QVÆSTIO XLI.

CAVSSÆ facti & iuris & animi multum in-
ter ſe diſcrepant, longéque diuerſæ ac diſ-
iunctæ ſunt. Res autem illæ variis de cauſ-
ſis, & diuerſo reſpectu ſic appellãtur. Nam
facti dicuntur, quæ naturales ſunt, & factum homi-
nis requirunt, neque fictionem vllam admittunt,
nullæ autem iure ciuili, infirmari poſſunt. l. à bello,
12. §. 12. D. de captiu. l. 8. & l. pen. D. de cap. min. l. 1. §.
2. De adq. poſſ. Iuris cauſſæ dicuntur, quæ non natu-
raliter, ſed iuris intellectu conſtant, & cùm ciuili iu-
re conſtitutæ ſint, eodem iure perimuntur, eiúſque
fictionem admittunt, l. 1. §. 2. D. de adquir. poſſeſſ. d. l.
pen. D. de cap. min. Animi autem dicuntur, quæ præ-
ter factum animum & adfectum facientis requirunt,
l. pro herede, 20. D. de adq. hered. Sed quæ facti ſunt,
interdum animum & voluntatem non deſiderant:
quæ iuris ſunt, omnino etiã animi ſunt, l. 1. §. 1. l. poſ-
ſeſſionẽ, 29. D. de adq. poſſ. l. pro herede, 20. D. de adq.
her. l. ſi eum qui, 26. D. de don. int. vir. & vx. vnde in-
telligitur, ea quæ facti ſunt, ad corpus: quæ iuris, ad a-
nimum referri. Atque hæc quidem illarum natura &
proprietas dici poteſt: quę tamen multis modis vtili-
tatis cauſſã, hoc eſt propter vſum fori, ac vitæ cõmu-
nis vtilitatem, multis caſibus inflectitur. Cuius rei e-
xẽpla mox proferemus. Nam prius illud ſcire opor-
tet, Naturalia iam ea dici, quæ ad ius naturæ referun-
tur: quod fuiſſe Iuriſconſulti ſtatuunt nondum neq.
gentium, neque ciuili iure conſtituto: cùm par ea-
démque hominum omnium condicio erat, l. 2. D. de
natal. reſtit. l. 4. D. de iuſtit. & iur. l. quod attinet, 32. D.
de regul. iur. Qua de cauſſã omnia hæc indiſtinctè in
quemuis hominem conueniunt, hoc eſt, etiam in ſer-
uum. ſic, vt in vnum collata, per alterum impleri nõ
poſſint. veluti, Tenere, ire, agere, ſoluere, dare, tradere,
eligere, emere, vendere, locare, conducere, heredita-
tem adire, habitare, ali, heredem inſtitui, paciſci. Nam
factum ſerui, non eſt factum domini, nec factum
filijfamilias, factum patris: vt poſterius docebimus.
l. quod dicitur, 130. D. de verbor. oblig. §. 2. De ſtip.
ſeru. Hinc Naturaliter ea fieri dicimus, quæ ſine vl-
la iuris ciuilis fictione, formula, & ſollẽnitate fiunt,
quod Pragmatici dicere ſolent, Realiter. Veluti, cùm
naturaliter fieri ſolutio dicitur, numeranda, traden-
dáque pecunia numerata, l. ſolutam, 49. D. de ſolut.
cui opponitur Acceptilatio, quæ tota iuris intelle-
ctu conſtat, tota ciuilis, atque fictitia eſt, l. pen. D.
de ſolut. §. 2. Inſt. quib. mod. diſſ. obl. item cùm co-
gnatio naturalis dicitur, etiam inter ſeruos, itém-
que ex adulterio, inceſtu, ſtupro, l. eius qui, 9. D. ad
municip. l. adoptiuus, 14. §. 1. D. de rit. nupt. l. 2. D. vnd.
cogn. Ciuilis autem, & fictitia, quæ intellectu con-
ſtat, quæſita per adoptionem ſine iure naturali: vt
ait Modeſtin. in l. 4. §. 1. D. de gradib. Sic naturaliter
clauſæ teſtamenti tabulæ dicuntur, quæ vulgari, &
vſitato modo clauſæ ſunt, non eo, quem ſenatus
certo

certo ritu & formula inſtituit:apud Paull.lib.ſent.4. tit. 6. & naturaliter apertæ, quæ quouis modo apertæ ſunt, non quomodo ſenatus decreuit, vt etiam, qui linum tantùm incidiſſet, aperuiſſe videretur, l.3. §.aperire,12. &§.ſi quis,14.D.de ſenat.Sillan.Sic Naturalis datio in peculio requiri dicitur, id eſt, corporalis traditio de manu in manum, non nuda domini voluntas, l.8. D.de pecul. Atque inde Naturalis poſſeſſionis nomen, quæ,quia poſſidentis factum requirit, non niſi rerum corporalium, & ſingularum eſſe poteſt, l.3. & l.cùm heredes,23. D.de adquirend.poſſeſſ. l.3.§.1. D.de bon.poſſeſſ. Indidem etiam Naturalis obligationis vocabulum, l.ſi quod,64.D. de condict.indeb. l.ſerui,14. D.de obligat. & action. quæ adeò perſonæ hominis cohæret, vt iure ciuili, puta,per capitis minutionem, non exſtinguatur, l.2. §.2.& l.eas,8.D.de cap.minut. Quapropter S.C.Macedonianum vetare non potuit,quominus filiusfam. ex pecunia mutuo ſumta, naturaliter obligetur, atque adeò poſt ſui iuris adeptionem obligatus maneat,l.quia,10.D.ad Macedon.Denique quæ naturalia ſunt, & facti eſſe dicuntur, indiſtinctè in quemuis hominem conueniunt: hoc eſt,etiam ſeruum,& pupillum & infantem,l.1. §.1.& §.3.& §. ceterum,7. & l.poſſeſſionem,29. l.quamuis,32. §.2. D.de adquirend. poſſeſs. l. quod dicitur, 130. l. ſtipulatio, 38. §. hæc quoque, D. de verb.obligat. &, quemadmodum ſuperiùs diximus, quæ facti ſunt, ad corpus referuntur:quæ iuris,ad animum. Sed hæ differentiæ, ac definitiones, aliquot exemplis illuſtrandæ ſunt, quorum hoc PRIMVM eſt: TRADITIO, ſiue DATIO dicitur eſſe facti, l.7.§.3. D.de cur.furioſ. l.quæ heredi, 44. D.de condic. & demonſtrat. Ergo naturaliter intelligitur, vt de manu in manum fiat corporaliter,auctore Paul.ſent.5.tit.de dona.11.§.1. qua de cauſſa ſeruo dare iuſſus,domino dando non liberatur.imò heredi ſcripto dare iuſſus,ſeruo heredi ſcripto,nõ ipſius domino dare debet.quoniam,ait Paullus,ea quę facti ſunt,non tranſeunt ad dominum,d.l.44. Ac pari modo ſeruus, aut filiusfam. electionem ſibi ſtipulatus, ipſemet eligere debet, nec patri aut domino electio permittitur, l.ſi ſtipulatus,76. l.ſi ſeruus,141. l.vlt.D. de verb. oblig. l.Stichum, 95. §. Vſumfructum,D.de ſolut. SECVNDVM exemplum eſt in poſſeſſione, tametſi duo hæc inter ſe conferuntur, quandoquidẽ adquiri poſſeſſio ab altero,ſine ipſius traditione,nõ poteſt. Ergo POSSESSIO plurimum facti habere dicitur: quoniam ex quorumdam ſententia in ea tum adquirenda,tum retinenda,corporalis detentio requiritur, l.denique,19.D.ex quib.cauſſ. maior. vbi Papinianus apertè diſputat,poſſeſſionem ſolo animo non retineri:cùm ait, eum qui ab hoſtibus captus eſt, amittere poſſeſſionem,neque fictioni poſtliminij locum dari, vt eam animo cõtinuaſſe intelligatur. ac pari ratione poſſeſſio magis eſt facti,quàm iuris,ait l.1.§.adipiſcimur,D.de adquir.poſſ. l.ſtipulatio,38. §.hi qui ſunt, D.de verb.oblig. imò magis facti & corporis, quàm animi & iuris, l. poſſeſsionem, 29. D. de adquirend. poſſeſs. l. ſi eum, 26. D. de donat. inter vir. Naturaliter igitur intelligenda eſt, vnde naturaliter adquiri dicitur, l.ea quæ, 53. D. de adquirend. rer. domin. ac proinde non niſi corporalium, & ſingularum rerum eſſe poteſt, l.qui vniuerſas, 30. De adquirend. poſſeſsion. l. 3. §. 1. D. de bonor.poſſeſs. quia factum poſsidendi requiritur, qua de cauſſa hereditas poſſidere poſſe negatur, l.1. §. Scæuola, D. ſi is qui teſtam.liber. non vtique tamen adprehendenda poſ-

A ſeſsio eſt manibus, aut pedibus, & tactu: ſed tantùm oculis & adſpectu. Sic enim locum illum legendum arbitror,non (vt vulgo ſcriptus eſt) ACTV & ADFECTV, l.1.§.pen. D.de adquir.poſſeſſ. Fictionem præterea poſſeſſio non admittit. qua de cauſſa qui poſſidet,ſibi,non alteri, poſſidet. adeò vt fructuarius non poſſidere dicatur,l.adquiruntur, 10.§.vl.D.de adquir. rer. domin. l. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l. 1. §. quod ait, D.quod legat.atque idcirco nec poſſeſſio ſua na- B tura per alterum alteri adquiri poteſt, vt mox dicemus: nec fictione vlla retineri. qua de cauſſa per captiuitatem interrupta poſtliminij fictione non reſtituitur,d.l.denique,& l.in bello,12.§.2.D.de captiu. l.cum heredes,23.§.1.D.de adquir.poſſeſſ.l.ſi is qui,15. D.de vſurp.Sed hoc quidem modo,vt antè dixi, ſubtiliter & verè, proprieque de Traditionis, Dationis, Poſſeſſionis natura diſputantur. Vtilitatis autẽ cauſſa Iuriſconſultos coëgit, earum naturam interdum inflectere, atque ingenuè fateri, poſſeſſionem inter- C dum plurimum iuris habere, & ſolo animo, ac ſolo iuris intellectu conſtare, neque corporis tantùm eſſe,ſed etiam iuris,id eſt,dominij.nam Imp.Conſtantinus, Nemo ambigit, inquit, poſſeſſionis duplicem eſſe rationem: aliam quæ iure conſiſtit, aliam quæ corpore,l.nemo,10.C.de adq.poſ.quod idem traditur in l.poſſeſſio quoque,49.D.eod.l.1.§.interdictum,13. D.de vi & vi arm. nam,exempli cauſſa, poſſeſſio creditoris corpore pignus poſſidentis,naturalis quidem adpellatur,l.3.§.vl.D.ad exhib.ac proinde facti eſt:ſed D tamen adeò iuris eſt & animi, vt rem debitori & locare & precario concedere poſſit, l.cùm & ſortis, 35. §.vlt.D.de pign.act.Quinetiam poſſeſſio quędam dicitur eſſe iuris, ſiue animi: hoc eſt,non facti, & corporis: nempe quæ animo ſolo retinetur, d.l.1. §. interdictum, 13.& §.ſeq. D.de vi & vi arm.l.3.§. ſaltus, D.de adq.poſſ.l.4. C.eod.§.quinetiam, Inſt.de interdict. & apud Paul. Sent. 5. tit. 2. vnde etiam fictionem admittit. Nam vtilitatis cauſſa contra ipſius naturam receptum eſt, primùm, vt per alterum ad- E quiri alteri poſſit. vt Paullus eodem loco ſcribit: & traditur in l.traditio, 20.in fin. D. de adquir. rer. domin.l.1. l.8.C.de adquir.poſſeſſ.Deinde,vt heres dicatur ſuam portionem retinere, vbi legatarius totum legatum poſſidet, l.1. §.3. D.quod legat. tum vt proprietarius per colonum, aut inquilinum poſſideat, l. 24.l.ſeq.D.de adquir.poſſeſſ. item per depoſitarium, & commodatarium, l.17. §.1. D. depoſ. l. 8. D. commod.Quid amplius? quamuis regula iuris ſit,vt poſſeſſio non niſi animo ſimul & corpore adquiratur, F quemadmodum ſuprà demonſtratum eſt, tamen vtilitatis cauſſa inductum eſt, vt & ſine animo & ſine corpore adquiratur: ignoranti ſcilicet,& abſenti,l.ſi me,34.§.vlt.D.de adq.poſ.l.numquam,31.§.ſi ſeruus, D.de vſurpat. Simul intelligimus, cur adeptio poſſeſſionis dicatur eſſe facti:Adquiſitio verò facti & iuris. Nam in adquirendo tria requiruntur: primum, titulus, hoc eſt, iuſta dominij adquirendi cauſſa, l. numquam,31.D.de adquir.rer.domin.deinde naturalis adprehenſio,ſiue detentio corporalis,l.3.§.1.l.8.D. G de adquir.poſſeſſ.l.3.§.1. De bonor.poſſeſſ.poſtremò, animus, & adfectus poſſidendi, d. l. 8. & l. qui iure, 41.D.de adquir.poſſeſſ. ac pari modo, quamuis Traditio verè, proprieque ſit facti, & planè naturalis, & corporaliter fiat, tamen eiuſdem vtilitatis cauſſa interdum ipſius natura inflectitur, vt tota iuris ciuilis ſit, & fictione, atque imaginatione conſtet. Veluti, cùm poſſeſſio prius naturaliter, & corporali-

ter alia ex cauſſa adprehenſa, nunc poſterioris nouæ cauſſæ fictione cumulatur, cuius rei exempla paſſim extant, l.3.§.vlt. D.de donat.int.vir. & vx. l.licet, 43.§.1.D.de iur.dot. l.non ſtatim,8. D.de pecul.l.9.§. intereſt,l.ſi ſeruus,21.§.1. D.de adquir.rer.domin.l.9. §.D.de Publician.l.3.§.vlt.D.de adquir.poſſeſſ.l.quædam,77.D.de rei vindic.l.ſi rem,62. D.de euict. item cùm poſſeſſionis cauſſæ conuentione partium ſeparantur: veluti,cùm inter abſentis rei donatorem, & donatarium conuenit, vt eam donator conductam habeat, vel vſumfructum retineat, d.l.quędam,& l. quiſquis,28. D.de donat. item cùm inſtrumētum abſentis rei, pro ipſius rei donatione traditur, l.1.C.de donat. aut claues pro frumento in horreo proximo, vel pro vino, in cella proxima, l.1.§.pen. l.quorumdam, D.de adquir. poſ. l.clauibus,74. D.de contrah. emt. aut cùm vinum traditionis loco deguſtatur, l.1. l.4. D. de peric. & commod. Denique ne quid diſſimulem, & publicæ vtilitatis maiorem quàm Triboniani exiſtimationis rationem habeam, non celabo ſtudioſos, controuerſum hoc ius inter Proculianos & Sabinianos fuiſſe: cùm illi ſolo animo in poſſeſſione adquirenda contenti eſſent, hi etiàm factum ipſum & corporalem detentionem requirerent, l.3.§. Neratius, D.de adq. hered. neque vlli nugatori auſcultandum eſt, qui hoc inficiari audeat. ac pari ratione videmus Paullū qui lib. 54.ad edictum ſcripſerat, poſſeſſionem animo ſolo amitti, quamuis corpo-inſiſtatur: l.3. §. in amittenda, D. de adquirend.poſſ. eundem lib.65. ſcripſiſſe poſſeſſionē non niſi corpore & animo amitti. TERTIVM exemplum eſt de pacto & ſtipulatione. Nam in PACTO factum verſari dicitur, in ſtipulatione, ius l.27.§.pactus.D.de pact. atq; ob id pacta ſolo naturali iure niti dicuntur, quia iuris ciuilis auctoritate deſtituta ſunt, nec niſi naturalem obligationem vel pariunt, vel extinguunt, l.5. §.2.l.Stichum,95.§.naturalis,D.de ſolut. deinde perſonam non mutant. Nam, quæ perſonalia ſunt, nē heredibus quidem proſunt, l.idem,25.§.1.D.de pact. Neque obſtat, quod dicitur, pactum filij patri prodeſſe, l. 17.§.vlt.& ll.ſeqq. D.eod. aut pactum defuncti heredi prodeſſe, l.9.D.de probat. quoniam ex Pedij diſciplina magis ſpectari oportet, quid actum ſit, (hoc eſt, quæ mens paciſcentium fuerit) quàm quæ perſona inter ipſos nominata ſit, l.7.§.pactorum, D.de pact.l. 3.§.2. D.de lib. leg. quod tamen, quoniam interdum obſcurum eſt, in controuerſo iure apud Iuriſconſultos manſit: vt apparet ex l. qui in futurum,57. D. de pact. Porrò neque in pacto fictionem admitti, neque illud iure ciuili infirmari, patet ex eo, quod factum à filiofam. etiam ipſi emancipato prodeſt: factum à ſeruo, etiam eidem manumiſſo vtilitatem adfert, l.7. §.ſi antè,D.eod. At ex contrario, STIPVLATIO in iure conſiſtere, ac tota ciuilis eſſe dicitur, & per eam ciuiliter adquiri, l.ea quæ,53.D.de adq.rer.domin. Qua de cauſſa neque perſonæ cohæret, & iure ciuili perimitur: quemadmodum in ſeruorum obligationibus mox docebimus. QVARTVM enim exemplum ex OBLIGATIONE SERVORVM proferemus: in qua factum verſari dicitur: hoc eſt, naturalis obligationis nexus, l.nec ſeruus,41. D.de pecul. quoniam iuris ciuilis auctoritate deſtituta, ad vetuſtum illud naturæ ius refertur, quod ſuper. oſtendimus: cùm omnes homines pari iure, & condicione vtebantur, neque alij ſerui, alij liberi erant, ſed omnes æquabiliter vno, & communi nomine Homines adpellabantur, l.4.D.de inſt.& iur. qua de cauſſa paſſim in libr. noſtris ſeruus

A domino, vicisſimque dominus ſeruo, itémque cuiuis extraneo ſeruus naturaliter obligari dicitur: adeò, vt vel manumiſſo, vel à manumiſſo ſolutum non repetatur, l.ſi tuo,38.De ſolut.l.ſerui,14.l.naturales, l.10.l. obligari,43.D.de obl.& act.l.vlt.§.vlt.D.ad Velleian. ac ne à domino quidem, l.naturalis, 13. l. ſi quod dominus, 64.D.de condict.indeb.l.quod ſeruus, 35. D. de ſolut. quod idem de filijſam. obligatione dicitur, vt poſt capitis minutionem nihilominus naturaliter obligatus maneat, l.2.§.2.D.de cap.min. Nā in cauſ-

B ſis facti, quia naturaliter ſpectantur, vulgatæ illi fictioni locus non eſt, qua dicimus, domini & ſerui, patris & filij, vnam eandémque perſonam cenſeri, l. frater, D.de cond.indeb.& quod patri debetur, filio deberi: vicisſimque quod filio debetur, patri deberi, l. ſi cum filio, 9. D. de compenſat. quod pater filio ſtipulatus eſt, ſibi ſtipulatū intelligi, l.39.l.56.§.2.l.130. D. de verb.oblig.l.2. C.de contr.ſtipul. Item hominem manumiſſum, nouum hominem videri, l. ſer-

C uus,27.D.de adim. legat. quin potius diuerſæ perſonæ,& omnes pari libertatis iure & conditione cenſentur, d.l.64.D.de cond.indeb. At ex contrario, liberi hominis, hoc eſt, ciuis R. obligatio dicitur eſſe iuris,& in iure conſiſtere, l.1.§.1.D.de rer.diuiſ. definitur etiam iuris ciuilis vinculum, §.1.D.de oblig.l.cōtractus, 54. D.de obligat. & act. ac proinde perſonæ mutationem ferre, ſi ius in alteram perſonam tranſierit, poteſt. namque obligationes à defuncto in heredes fictione,& tacito intellectu tranſeunt, l.1. vt act.

D ab hered.l.ex contractibus,49.D.de oblig.& act. Vnde fictionem admittere intelliguntur: quoniam & obligatio,& perſona defuncti,& heredis, vna eadémque cenſetur, l.cùm à matre, 14.C.de rei vind. poſtremò iure ciuili huiuſmodi obligationes infirmantur: quia per capitis minutionem perimuntur, l.quoties, 14.in fin.D.de nouat.l.ſi ita,126.§.2.D.de verbor.obligat. QVINTVM exemplum eſt, in ſeruitute & vſu ſeruitutis. Nam VSVS SERVITVTIS eſt facti, ſeruitus ipſa iuris eſt, l.5. D.de verb. oblig. Vſus enim ſer-

E uitutis eſt factum ipſum euntis, agentis, aquam ducentis, vtentis, fruentis. Neque ſine facto eius, qui vtitur, conſiſtere ſeruitus poteſt, l.1.D.quand.dies leg. vſufr. ced. perſonæ autem adeò cohæret, vt ſeruus eundi agendi facultatem ſibi ſtipulatus, ſoli ſibi non domino adquirat: ſolus prohiberi non poſſit, ne vtatur: nam dominus ipſe prohiberi poteſt, §.2. De ſtipul.ſeruor.l.ſtipulatio, 38.§.hi qui ſunt, l.quod dicitur,130.D.de verb.oblig. poſtremò iure ciuili non infirmatur. Nam etiam poſt manumiſſionem perſeue-

F rat: vt ſuperius de ſeruorum obligationibus diximus. Per contrarium SERVITVS in iure, vt diximus, conſiſtit, qua de cauſſa per actionem in rem vindicatur, l.1.& paſſ.D.ſi ſeruit.vindic. neque perſonæ cohæret, ſed vendi, donari, legari, & quouis modo alienari In alterum poteſt. Fictionem autem admittere, vel ex eo intelligi poteſt, quod ſi paterfam. ſe arrogari paſſus ſit, in arrogatorem, ſeruitutis dominium æquè, vt aliud ius quoduis, tranſiit, l.ſi arrogatur,15.D.de adop. vti tamen ſeruitute ſolus arrogatus poterit: quia ſer-

G uitutis vſus perſonalis eſt: vt ſuperius diximus. Quinetiam differentia inter vſum ſeruitutis, & ipſam ſeruitutem notari aliter poteſt, nimirum in homine libero. Nam vſus ſeruitutis perſonæ cohæret, ſeruitus ipſa prædio. l.quid aliud, 86.D.de verb.ſign. l.ſi aquæ, 47.De contr.emt.l.qui fundum, 12.D.quēad.ſeruit.amit. Itaque diuerſæ actiones iis de cauſſis comparatæ ſunt, l. 2. §.vlt. D.ſi ſeruit. vindic. Illius nomine

nomine interdictum poſſeſſorium, de itinere actúq; priuato, Vti hoc anno, nec vi nec clam, nec precario itinere vſus es, l.1.D.de itin.actúque priuat. per quod quæritur tantùm an vſus ſit hoc anno: non etiam vtrũ iure an iniuria? quippe, cùm omnis controuerſia in facto conſiſtat, nõ in iure. Vſus enim ſeruitutis nõ eſt ius, ſed poſſeſſio, & factum. At ſeruitutis nomine ciuilis actio confeſſoria comparata eſt: AIO mihi ius eſſe eundi agendi per tuum fundum, l.2. in fin. D.ſi ſeruit.vind. ob eámque rem, quamuis fructuarius vindicare ſibi ſeruitutem itineris non poſſit, quia ius ſeruitutis non poteſt eſſe, niſi proprietarij, poteſt tamen agere illo interdicto poſſeſſorio: quia poteſt vti ſeruitute, quamuis ſeruitutem non habeat. quippe, cùm vtatur non ſuo nomine, ſed pro alieno iure, l.vſu,20. & ſeqq.D.quemadm.ſeruit.amit. imò nec proprietarius propter factum fructuarij illo interdicto vti poteſt, quia factum perſonæ cohæret, nec perſonam egreditur, d.l.2.§.vlt.D.ſi ſeruit.vind. SEXTVM exemplum eſt in hereditate, & eius aditione. Nam HEREDITAS dicitur in iure conſiſtere, l.1.D.de rer.diuiſ. At eius ADITIO dicitur eſſe facti, l.pro herede,20. l.aditio,45.D.de adquir.hered. qua de cauſſa factum heredis requirit, eiúſque perſonæ ita cohæret, vt ſiue filiusfam. ſiue adeò ſeruus heres inſtitutus, ipſemet adire debeat. Pater enim, & dominus adeundo nihil agit, l.Antiſtius,62.§.1.D.eo. l.3.l.qui liberis,8.§.vl.D. de vulg.ſubſtit. l.1.in princip. & §.1.D.ſi quis omiſſ. cauſſ.teſt. qua de cauſſa ſi is cui ſeruus ſuus ſubſtitutus eſt, ſeruum ſuum adire iubeat, teſtamenti cauſſam omiſiſſe, & legata ab vtroque relicta debere dicitur, l.cui ſeruus,25.D.ſi quis omiſ.cauſ.teſt. Etſi autem facti eſt hereditatis aditio, tamen pro herede geſtio animi, imò magis animi quàm facti eſſe dicitur: quippe quæ animum & adfectionem heredis requirit, l.pro herede,20.l.gerit,83.D.de adqu.her. l.1.C.de repud.her. Etenim poſt aditionem confeſtim hereditas patri aut domino adquiritur, tamen ſeruus, & filius nudum heredis nomen retinent, & dicuntur heredes ſine re, d.l.3.De vulg.ſubſt. Fictionẽ prętereà nõ recipit: atq; ideò iuſſus patris aut domini, qui in aditione filij, ſeruíque requiritur, pręcedere aditionẽ debet. Nam ratihabitio, quæ poſterius tẽpus ad præteritũ retrotrahit, non admittitur, l. ſi quis mihi, 25.§.3. D.de adq.her.l.pen.D.rem rat.hab. Iure autem ciuili non infirmatur: quia etiam poſt emancipationem, & manumiſſionem nudum heredis nomẽ retinent. Per contrarium HEREDITAS, quia iuris ciuilis eſt, §.3. De bon poſſeſſ. primùm etiam ſinę vllo rei corpore iuris intellectum habet, l.hereditas,50.De hered.pet. l.hereditatis,119.D.de ver.ſig. deinde fictionẽ & perſonæ mutationem admittit, l.placet,79.De adquir. hered. poſtremò iure ciuili infirmatur, quia capitis minutione amittitur, l.1.§. capitis, D.ad Tertyllian. l.7.D.de cap.minut. SEPTIMVM exemplum eſt in bonorum poſſeſſione. Nam BONORVM poſſeſſio dicitur eſſe iuris, & ſine vlla corporali detentione conſiſtere. qua de cauſſa vniuerſitatem quæ ſenſibus cõprehendi non poteſt, animo & intellectu complectitur, l.3.§.1. D.de bon.poſſeſſ. & d.l. 119. l.208. De verb.ſignific. at eius ADGNITIO eſt facti. Itaque perſonæ cohæret, neque ad heredem eius, qui ante adgnitionem mortuus eſt, tranſmittitur, l.3.§.adquirere, D.de bon.poſſ.l.4.C.eod.l.7.& l.bonorum,24.D. rem rat.hab. neque fictionem admittit: quia ratihabitio in ea, poſt tempora petitioni præſtituta, inutiliter adhibetur, d.l.bonorũ, & l.vlt. D.quis ord.in bo.

A poſſeſſ. poſtremò iure ciuili non infirmatur. Nam ſi emancipatus bonorum poſſeſſionem patris petit, quamuis poſteà ſtatum ſuum mutet, tamen id, quod adquiſiuit, retinet, l.vlt.D.ſi tab.teſt.null. Per contrarium verò adgnita Bonorum poſſeſſio dicitur eſſe iuris: atque idcircò perſonę non cohæret, ſed ad heredem tranſmittitur, ac proinde fictionem admittit, d.l.3. §.adquirere. Iure autem Prætorio, à quo introducta eſt, infirmatur, quia per capitis minutio-
B nem amittitur, l.3. D. vnd.cogn. OCTAVVM exemplum ſumi licebit ex inſtitutione & ſubſtitutione. Nã INSTITVTIO & ſubſtitutio heredis dicuntur eſſe facti, l.ſed ſi plures,10. D.de vulg. ſubſt. quãuis hereditas in iure conſiſtat, vt modò dicebamus. Itaque ſerui etiam heredes inſtituuntur: & quamuis confeſtim domino, cuius iuſſu adierint, adquirant, tamen nudum heredis nomen retinent, d.l.3.D. eod. Pari etiam ratione ad heredem heredis inſtitutio nõ tranſmittitur: cùm tamen adita hereditas tranſmit-
C tatur, l.3.l.7. C.de iure deliberand.& ratio perſpicua eſt: quoniam inſtitutio in perſonam certam, & certo iudicio confertur. Heres autem heredis incerta perſona eſt, l. ſciendum, 70. D. de verbor.ſignificat. NONVM exemplũ ſuppeditat LEGATVM ANNVVM: quod certæ pecuniæ, aut veſtiarij cauſſa, relictum eſt, aut habitationis. Nam hæc omnia facti eſſe dicuntur, l.penult.D.de cap.minut. Naturaliter igitur intelligenda ſunt, vt nihil in iis ius ciuile valeat. Nam cui relinquuntur, ei relinquuntur
D tamquam homini ſimpliciter, nõ tamquam ciui, aut deportato, aut ſeruo vel libero, aut filiofam. aut patrifam. ſed, vt dixi, vt hominis victui & cultui conſulatur. Itaque ſeruis atq; adeò in metallum damnatis relinqui ſolent, l.ſi ſeruus,16. D.de ann.legat. l.3. D.de his quæ pro non ſcript. l.is cui, 11. D.de alim. & cib.legat. Certæ igitur perſonæ ſic adſignantur, vt ei ſoli præſtari debeant: ſeruo, puta, non domino: filio, non patrifam. l.ſi habitatio,9. D.quand.dies leg. ced. quia teſtator eam perſonam ſpecialiter intuitus
E eſſe cenſetur. Quare cùm illa perſona naturaliter ſpectanda ſit, nihil ei capitis minutio nocebit, d.l.pe. De cap.minut. neque enim prioris ſtatus mutatio facit vlla ex parte perſonam illam deficere. At mors naturalis contingens, quia facit perſonam deficere, idcircò legatum hoc, quantumuis adgnitum, exſtinguit, neque ad ipſius heredem tranſire patitur: quia ius nõ continet, ſed factum dumtaxat, d.l.pen.& l.in ſingulos,8.D.de ann.legat. Atque hoc nimirum eſt, quod de hoc legatorum genere Papinianus ſcribit, perſo-
F na deficiente, cauſſam præſtandi legati annui videri exſtinctã, l.Firmio,26.in fi. D.quand.dies leg.ced. Per contrarium autem, legata, quibus ius continetur, ſemel adgnita, legatarij morte non exſtinguuntur: quia non ſpecialiter, & abſciſè perſonam ipſius teſtator ſpectauit: ſed dominium ad ipſum & ipſius heredes tranſire voluit, l.1.§.in nouiſſimo, C.de cad. toll. l. in annalibus, 22. C. de legat. Neque mouet, quod legatarius negatur eſſe iuris ſucceſſor, l.9.§.1. D.de edend. §.legatariis, Inſtitut.de teſt.ordin. Nam
G hoc dici conſtat ad differentiam heredis, qui onerum ſucceſſor eſt, cùm legatarius merum lucrum auferat, l. ſi hereditate, 32. D. mandat. Itaque alij legatorum capaces dicuntur, alij incapaces. Legata deniq; capitis minutione perimuntur, l.ſi cognatis,19. D.de reb.dub.l.intercedit,59.D.de cond.& demonſt. l. liber, 59. §. ſi heres, D. de hered. inſtit. DECIMVM exemplum eſt, in vſu ædium & habitatione:

quæ multum inter ſe diſcrepant. Nam HABITATIO A
facti eſſe dicitur. l. pen. D. de cap. min. atque idcir-
co factum ipſum habitandi requirit, & ab eo ipſo,
cui conceſſa eſt, vt per alium habitare non poſſit. l. 4.
l. 8. D. de vſu & habitat. adeò, vt ſeruo vel filio con-
ceſſa, domino vel patri non debeatur. l. ſi habitatio,
9. D. quand. dies legat. ced. quoniam, vt de alimentis
diximus, intelligitur ſimpliciter, & naturaliter homi
ni conceſſa, non tamquam ciui, aut filio, ſeruo, aut
libero: qua de cauſſa neque manumiſſione, neque B
capitis minutione perimitur: ſed ſola naturali mor-
te, qua homo ille naturaliter exſtinguitur, neque ad
ipſius heredem tranſit. l. ſi habitatio, 10. & l. ſeq. D.
de vſu & habit. d. l. pen. De capit. minut. Per contra-
rium VSVS domus in iure conſiſtit. l. 1. §. 2. De rer.
diuiſ. atque à iure ciuili formam habet, æquè, vt aliæ
ſeruitutes omnes: ac proinde filio ſeruóve legatus
confeſtim ad patrem aut dominum tranſit. l. filio, 17.
D. de vſu & habit. neque dubium eſt, quin pari ra-
tione ad heredem tranſiret, niſi aliter ſpeciali iure C
prouiſum eſſet, ne proprietas in perpetuum inutilis
maneret. l. 3. §. 2. D. de vſufruct. Quapropter eodem
ciuili iure infirmatur: veluti capitis minutione. §. 1.
Inſtit. de vſu & habit. l. 1. D. quemadmod. vſusfruct. a-
mitt. VNDECIMVM exemplum eſt in OPERIS ſeruo-
rum: quæ in actu, hoc eſt, in miniſterio eorum con-
ſiſtere dicuntur. l. 1. D. de oper. ſeru. non enim iuris
ſunt atque dominij, vt vindicari poſſint, ſed dominus
obligatus eſt eas præſtare, atque idcirco perſonali tã-
tùm actione agi cum eo poteſt. Serui autem perſonę D
ſic cohærent, vt eo mortuo pereant ſtipulatori. Sed ſi
in decem annos ſtipulatæ ſint, ſtipulatore ante id tẽ-
pus mortuo, obligatio vſque ad id tempus ad ſtipu-
latoris heredem tranſeat. l. quæſitum, 37. D. de vſu-
fruct. itém vt omnes operæ fabriles, quæ pecuniari-
ter æſtimantur. l. 6. l. 9. D. de oper. libert. Iure autem
ciuili, hoc eſt, capitis minutione, non finiuntur. l. 2.
D. de oper. lib. l. 2. D. de vſufruct. leg. Per contrarium,
vſus ſerui iuris eſt: vt ſuperius docuimus. In operis
tamen officialibus, quas liberti patronis præſtant, E
alia ratio eſt. Harum enim hoc proprium eſt, vt non
niſi tamquam à liberto, nec niſi tãquam patrono prę-
ſtentur. l. 9. D. de oper. libert. Qua de cauſſa ita perſo-
nales ſunt, vt illius perſonæ ac ſtatus mutationẽ ferre
non poſſint: ac proinde ſiue patronus eſſe deſierit, ni-
mirum capitis deminutione media, ſiue libertus mi-
nima, earum obligatio exſtinguitur. l. operæ, 9. D. de
oper. libert. l. 4. l. ſiue patronus, 21. D. de iur. patron. l.
ſed ſi, 10. §. 2. D. de in ius vocand. l. libertus, 23. l. patro-
ni, 39. D. de bon. libert. DVODECIMVM exemplum F
erit ex venditione, ac proinde etiam ex locatione, cõ-
ductione, mutuo, eiuſdémque generis contractibus.
Nam VENDITIO à Iuliano dicitur eſſe facti magis,
quàm iuris, l. 7. §. 3. D. de curat. fur. Sed hui⁹ dicti cauſ-
ſam requiro. Accurſius notat facti venditionem eſſe,
hoc eſt, tutoriæ adminiſtrationis, non vllius negocij
ab adminiſtratione alieni. quod meo iudicio refuta-
tione indignum eſt. Quærebatur enim, an valeret vẽ-
ditio fundi facta legitimè ab vno ex pluribus furioſi
curatoribus? Dubitandi cauſſa hæc erat, quia iure an- G
tiquo, vbi plures curatores erant, cunctorũ conſenſus
atque auctoritas requirebatur. l. pen. C. de auct. præſt.
Sed Iulianus ait, eatenus venditionem valere, quate-
nus facti eſt, non iuris: hoc eſt, ſimplex factũ eſſe cu-
ratoris vendentis, quod ius & dominium rei venditæ
pupillo non adimit, nec rem à furioſo alienat, non
magis, quàm facta cuiuſuis alterius alienæ rei ven-
ditio. l. rem alienam, 29. D. de contrah. emt. vbi cùm
Vlp. ait venditionem rei alienæ eſſe quidem vẽditio-
nem, ſed rem emtori auferri: hoc ipſum, quod modò
diximus, ſignificat: eiuſmodi nempe venditionem,
non eſſe alienationem: quia magis facti eſt, quàm iu-
ris. Poſſeſſionem igitur & vſucapiendi cauſſam præ-
bere, dominium non transferre. l. Iulianus, 17. in fin.
D. de rei vindic. DECIMVMTERTIVM exemplum in
quo modum huic diſputationi imponemus, erit SO-
LVTIO: quam Iulianus eodem illo loco ſcribit ma-
gis eſſe facti, quàm iuris. Sed eadem mente atque ſen-
tentia, quam modò expoſuimus. Nam hoc ſi ſimpli-
citer diceretur, apertè falſum eſſet: cùm inter omnes
conſtet, ſolutione numorum cõtineri liberationem,
& ciuilem, & naturalem ab obligatione tum natura-
li, tum ciuili, idque ipſo iure. l. vlt. C. ad exhib. l. vlt.
C. de ſolut. §. 1. Quib. mod. oblig. toll. neque ad ſim-
plex factum, id eſt, numorum dinumerationem re-
ferri, ſed ad debitoris liberationem. l. ſolutionis, 54. l.
pen. D. de ſolut. §. 2. De except. Sed Iulianus in quæ-
ſtione ſuperiori ſimillima, An rectè vni ex pluribus
furioſi curatoribus ſoluatur, reſpondet, rectè ſolui:
quod idem etiam Vlp. adfirmat, in l. quod ſi fortè, 14.
§. ſiue autem, D. de ſolut. Verùm Iulianus præter Vl-
pianum inſuper adſcribit, magis ad factum, quàm ad
ius, & ſoluentis liberationem, eam ſolutionem vale-
re. quomodo? nimirum, vt ſi alter curator à debitore
pecuniam eandem petere inſtituat, exceptione ſub-
moueatur, NISI ea ſolutio in vtilitatem pupilli ceſſe-
rit. arg. l. 4. De except. l. 4. §. ſi quis pupillo, D. de dol.
except. l. non omnis, 19. §. vlt. D. ſi cert. petat. l. quod
ſi, 14. §. vlt. l. pupillo, 15. l. in pupillo, 47. D. de ſolu-
tionib. Itaque non incommodè dici poſſe exiſtima-
rem, acceptilationem vulgarem, in quam obligatio
re aut conſenſu contracta deducta eſt, non eſſe iuris,
ſed facti: quia non ipſo iure debitorem liberat, ſed
per doli, aut pacti exceptionem. l. an inutilis, 8. l. ſi ac-
ceptolatum, 19. D. de acceptil. l. cùm emtor, 5. D. de
reſcind. vendit. ſicuti ſuperius diximus pactum de
non petendo facti eſſe, non iuris. ſed Aquiliana ac-
ceptilatio, quia re & conſenſu contractas obligatio-
nes in verborum obligationẽ deducit ac nouat, quo-
niam ipſo iure obligationem exſtinguit, idcircò non
dubium eſt, quin ad iuris cauſſas referenda ſit. l. ſi ex
pluribus, 16. D. de acceptil. l. 4. D. de tranſact.

*Qua ratione pœna in vindicando multitudi-
nis delicto temperanda ſit.*

QVÆSTIO XLII.

HÆc quæſtio vulgò à Doctoribus ſic effer-
tur, Quomodo vniuerſitas ex delicto obli-
getur. Sed aliud eſt Vniuerſitas, aliud mul-
titudo. nam omnis quidem Vniuerſitas eſt
multitudo: veluti populus, curia, collegium, corpus,
ſocietas. l. metum, 9. §. animaduertendum, D. quod
met. cauſſ. l. 1. & paſſ. D. quod cuiuſque vniuerſit. At
non omnis multitudo, non omnis cœtus, eſt vniuer-
ſitas: ſed is demum, qui iure aliquo continetur. veluti
qui vni imperio vniſque legibus paret. qua de cauſſa
M. Tullius in libris de Repub. Populum definit, non
omnem cœtum multitudinis, ſed cœtum iuris con-
ſenſu & vtilitatis communione ſociatum. quippe,
cùm Cœtus dici etiam ſoleat de concurſu, ſeditione,
turba, & quauis alia multitudine, non iure congre-
gata. l. qui cœtus, 5. D. de vi public. l. 4. D. de vi pri-
uat. Dupliciter igitur hanc quæſtionem tractabi-
mus:

mus: ac priore quidem loco ſummatim de quouis cœtu & multitudine, poſterius autem diſtinctè de ſingulis diſſeremus. In vindicando multitudinis delicto triplex fuiſſe veterum inſtitutum animaduerto. interdum enim ſumtum de vniuerſis ſupplicium video, interdum de ſolis principibus atque auctoribus ſceleris: nonnumquam ad minuendam ſeueritatem ſortem adhibitam fuiſſe. Primi inſtituti exempla hæc exſtant: Liuius lib. 38. Rhegium quondam in præſidium miſſa legio interfectis per ſcelus principibus ciuitatis vrbem opulentam per decem annos tenuit. propter quod facinus tota legio, millia hominum quattuor, in foro Romano ſecuri percuſſi ſunt. quam eandem rem Epit. 15. his tradit verbis: Legio Campana, quæ Rhegium occupauerat, obſeſſa, deditione facta, ſecuri percuſſa eſt. Iul. Front. Stratag. 4. C. Curio Conſul, inquit, bello quodam circa Dyrrachium, cùm ex quinque legionibus vna ſeditione facta militiam detrectaſſet, ſecuturámque ſe temeritatem Ducis in expeditionem aſperam & inſidioſam negaſſet, quattuor legiones eduxit armatas, & conſiſtere ordinibus detectis armis, velut in acie iuſſit: poſthæc ſeditioſam legionem inermem procedere, diſtinctámque in conſpectu armati exercitus ſtramenta coëgit ſecare: poſtero autem die, ſimiliter foſſam diſcinctos milites facere: nullíſque precibus legionis ab eo imperari potuit, ne ſigna eius ſubmitteret, noménque aboleret: milites autem in ſupplementum ceterarum legionum diſtribueret. Sueton. Iulio c. 69. Nonam legionem, quã quam adhuc in armis Pompeius eſſet, totam cum ignominia miſſam fecit: ægréque poſt multas & ſupplices preces, nec niſi exacta de ſontibus pœna, reſtituit. Idem Auguſt. c. 24. Decimam legionem cõtumacius parentem cùm ignominia totam dimiſit. Lamprid. in Alex. Seuer. Sæpe exauctorauit integras legiones hac formula, Quirites diſcedite, atque arma deponite. Pari ratione Cyziceni, qui ſeditione facta Romanos ciues interfecerant, itémque Tyrij & Sidonij in ſeruitutem eiuſdem Auguſti Imperio ſubacti ſunt: ſicuti Dio lib. 54. & 57. teſtatur. ſed eius rei exempla non pauca Cæſaris de bell. Gall. commentarij ſuppeditant. Atque hæ quidem primi, vt dixi, inſtituti exempla ſunt, ex innumeris perpauca: quorum æquiſſima, vt videtur, ratio hæc adferri poteſt, quæ his iuris regulis continetur: Quod à pluribus pro indiuiſo commiſſum eſt, ſingulos in ſolidum obligat. l. ſemper, 15. §. 2. D. quod vi aut cl. Quæ pœna delictis impoſita eſt, ſi plures deliquerint, à ſingulis in ſolidum debetur. l. item Mela, 11. §. 2. D. ad leg. Aquil. Quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur. l. 4. D. de verb. obligat. & ſecundum illas iuris regulas, ſi plures fures coniunctis operis tignum aliquod grauius ſuſtulerint, ſinguli in pœnam tenentur. l. vulgaris, 21. §. vltim. D. de furt. l. tres tutores, 55. D. de admin. tut. l. 1. C. de condict. furt. l. 1. §. vltim. D. ſi is qui teſtament. lib. l. vltim. D. de ſicar. pari modo ſi cuius familia Prætoris album corruperit, dominus pro ſingulis ſeruis ſingulas multas exſoluit. l. ſi familia, 9. D. de iuriſd. & ſimiliter ſi plures ſerui iniuriam fecerint; tot iniuriæ numerantur, quot eorum perſonæ fuerint. l. ſi plures, 33. D. de iniur. Vna tantùm & ſingularis cauſſa excipitur, ex furto & damno iniuria, ex edicto Si familia furt. feciſſ. dic. & cauſſa hæc profertur æquiſſima, ne dominus ob ſeruorum nequitiam fortunis euertatur: ne in ſeruorum nequam poteſtate poſitum ſit, dominum vniuerſa ſua familia priuare. l. 1. D. ſi famil. furt. feciſſ.

Venio iam ad ſecundum inſtitutum, vt de ſolis auctoribus, ac principibus ſceleris pœna exigatur. cuius rei exemplum exſtat inſigne in ſupplicio de Campanis ſumto, apud Liuium lib. 36. Capuam, inquit, à Calibus reditum eſt. ibi in eos qui capita rerum erãt animaduerſum. Ita ſeptuaginta Principes Senatus interfecti, trecenti fermè nobiles Campani in carcerem conditi. Et paulò pòſt: Seuerè & celeriter in maximè noxios animaduerſum. Alterum exſtat de Soranis apud eundem Liuium lib. 9. Iam Sora capta erat, cùm Conſules prima luce aduenere, & quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt. ex his CCXXV. qui omnium conſenſu deſtinabantur, & infandæ colonorum cædis & defectionis auctores vinctos Romam deducũt. ceteram multitudinem incolumem præſidio impoſito Soræ relinquunt. Omnes qui Romam deducti erant, virgis in foro cæſi ac ſecuri percuſſi. Tertium exſtat apud Ciceronem Verrin. 3. vbi cùm de C. Verris flagitio, commemoraſſet, Lampſacenam ciuitatem domum Verris circumſediſſe, ſarmenta circumdediſſe, lictorem ipſius Cornelium in turba interfeciſſe: ita concludit: Tu ſi te legatum ita Lampſaci tractatum eſſe Senatum docuiſſes, vt tui comites vulnerarentur, lictor occideretur, ipſe circumſeſſus pene intercedere, eius autem rei duces & auctores & principes fuiſſe, quos ſcribis Themiſtagorã & Theſſalum, quis non commoueretur? Et paulò ſuprà: Non eos homines qui populum concitarant, Conſulum litteris euocandos curari oportuit? Quartum proferemus ex Liuij libro 38. Per eoſdem dies, inquit, conſilium de iis Carthagine erat. (loquitur de ſeditione militum ad Sucronem exorta:) certabatúrque ſententiis, vtrum in auctores tantùm ſeditionis (erãt autem hi numero haud plus quàm quinque & triginta) animaduerteretur, an plurium ſupplicio vindicanda tam fœdi exempli defectio, magis, quàm ſeditio eſſet: vicit ſententia leuior, vt vnde culpa orta eſſet, ibi pœna cõſiſteret. ad multitudinẽ caſtigationẽ ſatis eſſe. vbi verborũ caſtigationem ſine dubio intelligit. Similis alter locus de Rhodiorũ ſupplicio lib. 45. C. Decimi, inquit, moderatior oratio fuit: qui culpam non penes populum, ſed penes paucos concitores vulgi eſſe dixit. Cùm magno adſenſu auditus eſſet, non magis eo, quod multitudinis noxam eleuabat, quàm quod culpam in auctores verterat: decretum igitur extemplo, vt qui pro Perſeo aduerſus Romanos dixiſſe quid aut feciſſe conuincerentur, capitis condemnarentur. Atque hæc quidem de ſecundo inſtituto: cuius non minor æquitas videtur. præſertim ex his iuris regulis: Peccata ſuos teneant auctores, nec vlterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum. l. ſancimus, 22. C. de pœn. Vnuſquiſque ex ſuo admiſſo pœnæ ſubiiciatur, nec alieni criminis ſucceſſor teneatur. l. crimen, 26. D. eod. Vnius factum alteri qui nihil fecit non nocet. l. de pupillo, 5. §. ſi plurium, D. de nou. op. nunt. Ne alieni admiſſi pœnam luant quos nulla contingit culpa. l. vlt. D. de bon. damnat. Heredis vnius innocentis delictum innocenti alteri fraudi eſſe non debet. l. vlt. *D.* de Senat. Sillan. Nullum patris delictum innocenti filio pœnæ eſt. l. 2. §. 2. D. de Decurion. Et hanc æquitatem ſecutus D. Ambroſius grauiter & acerbè Theodoſium Imp. increpuit, quòd cùm in vrbe Theſſalonica

populus ſeditione concitata præfectum eius & alios quoſdam primarios viros interfeciſſet, & ſceleratum quendam à magiſtratibus comprehenſum eripere conatus eſſet, armatas aliquot cohortes in ciuitatem immiſit, tantámque ciuium cædem fieri iuſſit, vt ſeptem hominum millia ea carnificina interiiſſe dicãtur. Sed hoc facinus Imperator ab Epiſcopo ſuo reprehenſus modeſtè agnouit, eiúſque veniam poſtulauit. Reſtat tertium inſtitutum, vt è multis ſortitione ducantur, qui ceteris pari terrore ac damnatione adfectis ſoli tamen pœnas luerent. plerumque autem moris fuit, vt decimus quiſque ſorte ductus ſupplicio adficeretur: cui⁹ rei apud Romanos teſtis eſt Polyb. lib. hiſtor. 6. Tacit. lib. 3. & 14. & 17. Plutarch. in Craſſo, Appian. Ciuil. 2. Dio. lib. 48. interdum mitior erat ſortitio. nam Iul. Capitol. in Opilio Macrino ſcribit eum interdum milites decimaſſe, interdum etiam centeſimaſſe: idque verbum familiare illi fuiſſe. Eius autẽ conſilij æquitatem M. Tullius in Cluentiana luculenter his demonſtrat verbis: Statuerunt ita maiores noſtri, vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. nam miles, qui locum non tenuit, qui hoſtium impetum vímque pertimuit, poteſt idem poſtea & ciuis eſſe melior, & vir bonus, & ciuis vtilis. quare ne in bello propter hoſtium metum delinqueret, amplior ei mortis & ſupplicij metus eſt à maioribus conſtitutus. ne autem nimium multi pœnam capitis ſubirent, idcircò illa ſortitio comparata eſt. Morem igitur illum etiam quædam aliæ fortaſſe gentes imitatæ ſunt. Liuius lib. 2. App. Claudius Conſul, inquit, aduocata concione inuectus haud falsò in proditorem exercitum, militaris diſciplinæ, deſertorum ſignorum, vbi ſigna, vbi arma eſſent, ſingulos rogitans, inermes milites, ſigno amiſſo ſigniferos, adhoc centuriones duplicarióſque qui reliquerant ordines, virgis cæſos ſecuri percuſſit. cetera multitudo decimus quiſque ad ſupplicium lecti. His ita conſtitutis nunc quæſtio exoritur, Ecquodnam ex his tribus animaduerſionis generibus tenere oporteat. In qua explicanda primum illud ponendum eſt, quemadmodum multum inter Vniuerſitatem & multitudinem intereſt, ita multum inter ſe illarum delicta, itémque illarum pœnas diſcrepare. ac valde repudianda eſt vulgi opinio, qui putat vniuerſitatem nihil aliud eſſe quàm ſingulos eius homines vnum in locum coactos. ſicuti vniuerſitas gregis, armenti, equitij dicitur ex ſingulis pecudum capitibus. l. quid ergo, 70. D. de vſufruct. nam in vniuerſitate, veluti ciuitate, ordine, collegio, ius verſatur, in ſingulis capitibus, factum. qua de cauſſa vniuerſitas magis intellectu conſtat, quam corporibus & ſenſu. l. mortuo, 22. D. de fideiuſſ. vbi municipium, decuria, ſocietas perſonæ vice fungi dicuntur: ſed perſonæ fictæ & imaginariæ. l. 1. D. de libert. vniuerſ. quia municipium corpus eſt incertum: vt ait Vlpian. titul. regul. 22. qua de cauſſa nec conſentire poſſe municipes dicuntur. d. l. 1. D. de libert. vniuer. nec poſſidere, l. 1. in fin. D. de adq. poſſ. nec iuſiurandum præſtare. l. municipibus, 97. D. de cond. & demonſt. nec igitur heres inſtitui, nec hereditatem adire: vt eodem loco Vlpianus ſcribit, & Plinius apertius lib. epiſt. 5. epiſt. 7. directo iure ſcilicet. nam poſtea vtilitatis cauſſa Senatuſconſulto prouiſum eſt, vt id liceret, ac per ſuos Syndicos adirent. l. 2. l. cùm ſenatus, 20. D. de reb. dub. l.

A 1. D. de lib. vniuerſ. l. hereditatis, 12. C. de hered. inſt. ac proinde etiam iurarent, d. l. municipibus. Municipij ergo & ciuitatis corpus incertum dicitur, quoniam intellectu conſtat. ac ſinguli ciues & municipes Certi adpellantur, quia ſenſibus percipiuntur. l. cùm ſenatus, 20. D. de reb. dub. l. ciuitas, 27. D. ſi cert. petat. eiúſque rei vel vnum illud argumentum ſufficiet: quod ſi ius omnium in vnum recideret, tamen vniuerſitatis nomen ſtaret. l. 7. §. vlt. D. quod cu- B iuſq. vniuerſ. denique Vniuerſitas à ſingulis ſeparatur apertiſſimè. l. 2. D. eod. & l. 6. §. 1. D. de rer. diuiſ. d. l. cum ſenatus, 20. D. de reb. dub. ſed præſertim in d. l. 7. §. 1. Quod cuiuſq. vbi quod ab vniuerſis debetur, deberi à ſingulis negatur. item in l. 6. §. 2. eod. l. ſed ſi, 10. §. 1. D. de in ius voc. vbi & ſeruus & libertus vniuerſitatis negatur eſſe ſeruus & libertus ſingulorum. itaque ex Decurionum delicto vniuerſitas non teneri dicitur: ſed ipſi Decuriones. l. ſed & ex dolo, 15. D. de dol. mal. ac pari modo ex deli- C cto magiſtratus non tenetur ordo Decurionum, quamuis ab eo datus ſit. l. 1. §. 1. D. de magiſtr. conuen. Nam vt aliquis ex alterius delicto teneatur, neceſſe eſt vt vel mandarit, vel ſuo nomine commiſſum ratum habuerit. l. 1. §. quoties, D. de vi & vi arm. Nunc igitur diſtinctione tripartita vtendum eſt. nam aut temeritate multitudinis ſua ſponte & ſine magiſtratuum auctoritate peccatum eſt, aut à ſolo magiſtratu & ordine ſenatorio, aut coniunctim ab vtriſque. Primo caſu, rurſus diſtinguendum eſt: D nam aut non multi delinquentes fuerunt, ac tum regulæ ſuperiori locus eſt, qua diximus, quod à pluribus pro indiuiſo commiſſum eſt, ſingulos in ſolidum obligare. l. ſemper, 15. §. 2. D. quod vi aut clàm. l. vlt. D. de ſicar. l. item Mela, 11. §. 2. D. ad leg. Aquil. aut ingens fuit delinquentium numerus, quo caſu putarem locum eſſe illi alteri iuris regulæ, vt pœnæ interpretatione potius molliantur, quàm exaſperentur. l. pen. D. de pœn. atque idcirco, vt carnificina vitetur, ſortitionem adhibendam eſſe arbi- E trarer, hoc eſt decimationem, aut viceſimationem. Cicero pro Flacco: vobis autem eſt confitendum, ſi conſiliis Principum veſtræ ciuitates reguntur, non multitudinis temeritate, optimatum conſilio bellum ab iſtis ciuitatibus cum populo R. eſſe ſuſceptum. ſin illæ tum motus eſt temeritate imperitorum excitatus, pati minimè delicta vulgi à publica cauſſa ſeparare. Quod ſi ſolius magiſtratus aut etiam ſummi ordinis imperio peccatum eſt, tũ eas regulas eſſe ſeruãdas, quibus iubemur pœnas intra earũ perſonarũ nu- F merũ coercere, quæ ſolæ delinquerunt: ne videlicet innocẽtes pro nocẽtibus pœnas luant: ne culpam temeritatis alienæ alij ſuſtineãt. l. 6. C. vnde vi. l. neq; in interdicto, 198. D. de reg. iur. l. vlt. D. de Sena. Silan. l. vlt. D. de bon. damnat. & in hãc ſentẽtiã exſtat Vlpiani auctoritas in l. 1. D. de magiſtr. cõueniend. eiúſque rei æqtas manifeſta eſt, quoniã eo mãdato quo Reip. adminiſtratio eis committitur, nihil quod contra bonos mores ſit, continetur. l. 6. §. rei turpis, l. ſi mandauero, 22. §. qui ædem, D. mandat. Neq; verò in hoc odioſarum cauſſarum genere locum eſſe iis ſententiis G quibus dicitur, referri ad vniuerſos quod publicè factũ eſt per maiorem partem. l. aliud, 160. D. de reg. iur. vt maiorẽ partẽ interpretemur, duas de tribus: veluti octo ex duodecim. l. 3. D. de decret. ab ord. fac. l. 3. & l. 4. D. quod cuiuſq. vniu. l. nominationum, 46. C. de Decurion. nam illæ ſententiæ ad ea quæ ciuiliter geſta ſunt ſine dubio pertinent. d. l. 1. §. ſed ſi ordo, D. de

D. de magiſtr. conuenr. quemadmodum dicimus, quod maior pars curiæ effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egiſſent, l.quod maior,19. D.ad munici.quod pro voto omnium primoribus indulgetur, vniuerſis tribui videtur, l.6. C.de aduoc.diuerſ.iudic. Pertinet autem ad hunc locum Deditionis inſtitutum,de quo Varro in lib. de vita populi R.ſic ſcribit: Si cuius legati violati eſſent, qui id feciſſent, quamuis nobiles eſſent, vt dederentur ciuitati ſtatuerunt. Nempe,ne ciuitas paucorum delicti pœnas lueret. cuius rei exempla ſunt apud Liuium, & alios innumerabilia. B deniq; hoc idem traditur in l.ſi quis,38.§.1.D.de pœn. Auctores, inquit, ſeditionis & tumultus populo cōcitato capite damnantur:Cic. pro Flacco: vobis autē eſt confitendum ſi conſiliis Principum veſtrę ciuitates reguntur non multitudinis temeritate: optimatum conſilio bellum ab iſtis ciuitatibus cum populo R.eſſe ſuſceptum: ſin ille tum motus eſt temeritate imperitorum excitatus, patimini me delicta vulgi à publica cauſſa ſeparare. Idem Offic.1.Idque eſt,viri C magnanimi,rebus agitatis, punire ſontes,multitudinem conſeruare.Sin autem publico conſilio & communi totius vniuerſitatis conſenſu peccatum eſt, tū verò negari non poteſt, quin ipſa vniuerſitas plectēda ſit. ſed non eo modo quem vulgus putaret, vt de ſingulis ordine pœna repetatur. quid ergo eſt? Pœna de vniuerſitate ſumi dicitur, cùm ipſa vniuerſitas punitur:quare cùm vniuerſitas iure conſtet, vt ſuperiùs diximus,adhiberi ea pœna poterit, quæ ius illud adimat:veluti ſi ſuis legibus, ſi magiſtratibus, ſi publico D conſilio, ſi immunitatibus & aliis priuilegiis priuetur:ſi mœnibus oppidum nudetur. quinetiam interdum ciuitas vniuerſa delebatur, quo caſu dicebatur mori,& aratro proſcindebatur, l.ſi vſusfructus,21.D. quib.mod.vſuſr.amitt.Cic.Agrar.1. Tum ipſam veterem Carthaginem vendunt,quam P.Africanus nudatam tectis ac mœnibus, ſiue ad notandam Carthaginenſium calamitatem, ſiue ad teſtificandam noſtrā victoriam, ſiue ad oblatam aliquam religionem, ad æternam hominum memoriam conſecrauit. Item in E ead.Maiores noſtri Capua magiſtratus, ſenatum,cōſilium commune, omnia denique inſignia Reip.ſuſtulerunt, neque aliud quidquam, niſi inane nomen Capuæ reliquerunt. Et hoc idem ſupplicij genus in vrbe Byzantio ab Imp. Seuero vſurpatum Herodian. teſtatur lib.3.Xiphil.in Seuero, Zonaras tom.2.

Quemadmodum ex variis coniunctionum modis ius adcreſcendi cuique coniuncto competat.

QVÆSTIO XLIII.

NVLLA toto iure ſpinoſior aut magis perplexa diſputatio eſt, quàm illa de iure adcreſcendi. nec mirum. fuit enim variis Iuriſconſultorum concertationibus mirificè vexata, atque, vt Iulianus teſtatur, agitata, l.ſi ſeruo,31. D.de ſtatulib.l.cùm quæſtio,23.§.1.C.de legat.deinde, quantum ad legati cauſſam pertinebat,tota in formulis & verborum conceptionibus interpretandis verſabatur:quarū aliç per vindicationē,aliæ per damnationem, aliæ per præceptionem dicebantur, vt teſtatur Imp. in l.1. §.C. de cad.toll. Vlp.tit.Regul. 24. & Caius lib. Inſt. 2.tit. De legat. quarum formularum cùm cuiuſque diuerſiſſima vis ac ſignificatio veterib. Iuriſconſultis videretur, neque tamen illi inter ſe in earum interpretatione conſentirent,ad extremū Tribonianus exortus eſt,qui formulis illis ſublatis tamē quod cuique formulæ ius à Iuriſconſultis adtributū fuerat, ſparſim in Pandectis reliquit. Vt iam peradmodū paucis in locis animaduertere liceat,ad quamnam earum formularum referri,quáſque Iuriſconſultorum interpretationes oporteat. qua de cauſa nunquā ſum veritus palàm hoc dicere,ac liberè profiteri, non modò cunctorum qui hodie viuunt Iuris Profeſſorum, ſed ne multorum quidem veterum Iuriſconſultorum, ſi hodie reuixiſſent, ingeniis vllam inter tam diſcrepantes ſententias concordiam conciliari poſſe. Sed tamen quæ ex tanta caligine tantiſque tenebris ad aliquam ſtudioſorum vtilitatē proferri in lucem poterunt, hoc loco cōmemorabimus. Coniunctio duplex eſt: vna iuris, altera teſtamenti. Iuris coniunctio eſt, quæ ex rei communione inter plures eiuſdem rei dominos ipſo iure ita inducta eſt, vt deficiētis pars alteri capienti adcreſcat,veluti,cùm è pluribus eiuſdem rei dominis vnus ſuam partem pro derelicto habet. nam ea pars alteri domino eam occupanti confeſtim ipſo iure accedit, l.3.D.pro derelict. vnde vetus illud ius, vt qui è duobus ſerui dominis illum pro ſua parte manumitteret, tacitè illam donare ſocio intelligeretur, hoc eſt, vt pars illa deficiens alteri retinenti adcreſceret, teſte Vlp. tit.regul.2. Paul.Sent.4.tit.12. §.vlt.in fin.Inſtit. de donat. l.1.C.de ſeru. comm.manumiſſ. Pari modo pars eius fratris qui querela inofficioſi agere deſtitit,alteri fratri qui in querela perſtitit, propter iuris communionem & coniunctionem adcreſcit,l.ſi ponas,23. §.vlt. D.de inoff.teſtam. Item cùm patrisfa.inteſtatò mortui hereditas ipſo iure primùm ad ſuos heredes, tum illis deficientibus ad adgnatos paris eiuſdémve gradus æquabiliter pertineat,ſi quis vel ſuorum ſua parte abſtineret, vel adgnatorum ſuam partem repudiaret, Iuriſconſulti propter coniunctionem iuris ſtatuerunt partem abſtinentis aut repudiantis reliquis capientibus adcreſcere, l. ſi ex pluribus,9. D. de ſuis & legit.§.vlt. Inſt.ad Orphit. Paul.Sent.4.tit.8.§.vlt. Vlp.tit.Reg.26.§.ſi plures, l.ſi Titio,61.§.1. D.de leg. 2.quod eodem modo de bon.poſſeſſ. traditur in l.3.§. vlt.& ll.ſeqq.D.de bon. poſſeſſ. l.1.C.quand.non pet. part. Deinceps de coniunctione teſtamentaria diſſerendum eſt. nam hæc tribus fit modis: re tantùm, re & verbis ſimul, & verbis dumtaxat, l.triplici,142.D. de verbo.obligat.l.re coniuncti,89. D.de legat.3. Re tantùm fieri coniunctio dicitur,cùm pluribus eadem res ſeparatis enunciationibus relicta eſt: veluti, Primò Stichū lego.Secundò Stichum lego.§.ſi eadem,8. F De legat.nam etſi verbis & enunciationibus inter ſe diſiuncti ſunt, tamen rei communione coniuncti intelliguntur. Verius tamen & crebrius Diſiunctio hæc adpellatur:proptereà quòd, ſi formulam ſpectamus, Coniunctio & Diſiunctio in hoc genere potius ex verbis,quàm ex re æſtimatur,d.§.8.& l.1.§.his ita,& §.ſeq.C.de cad.toll. quamquam ſi rem & ſubſtantiam ſequamur,potius ex re,quàm ex verbis ęſtimatur, l.huiuſmodi,44.§.pen. D.de legat.1. vnde intelligitur non eſſe collegatarios quib.res diuerſæ eodem teſtamento legatæ ſunt. Re & verbis cōiunctio G fieri dicitur, cùm & vna res & vna enunciatione pluribus ſimul relinquitur. veluti,Primò & Secūdò:vel, Primo,cum Secundo: vel Primo Secundóque fundū illum do lego, l.triplici,142.D.de verb.ſign. l.ſi duobus,16. §.vlt. D.de legat.1. nam cū & ad eandem rem & vno verborum ambitu ſint vocati, non dubiū eſt, quin arctiſſimè inter ſe coniuncti ſint. quam vocem

ARCTISSIME, aut certè parem aliquam, veluti, *Summè*, aut *Præcipuè* deſiderari arbitror apud Paullum in d.l.142. vbi ſcriptum ita eſt: Nec dubium eſt, quin coniuncti ſint, quos & nominum & rei complexus iungit. de quo ne ſeruulus quidem Paulli calceolarius dubitare potuiſſet. ſed hoc ſignificat, è tribus coniunctionibus illam eſſe arctiſſimam: atque idcircò ceteris duabus præferri, ac potiorem eſſe: vt idem loquitur in l. re coniuncti, 89. D. de legat. 3. Verbis autem ſolis coniunctio fieri dicitur, cùm vna quidem res & vnica enuntiatione pluribus relicta eſt: ſed tamen certis vnicuique partibus adſignatis. velut, Primo, & Secundo fundum Tuſculanum æquis ex partibus do lego. d. l. 89. & apud Vlp. tit. regul. 24. Titius & Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto. d.l.142. Etſi enim vnico verborum ambitu comprehenſi ſunt, tamen propter partes cuique ab initio aſſignatas vt ipſa ſeparati eſſe intelliguntur. atque idcircò inter eos ius adcreſcendi nullum eſt. l. 3. D. de vſuf. adcreſc. quia quot partes in legato factæ ſunt, tot res numerantur. l. rectè, 25. D. de verb. ſignif. non ſecus ac ſi ſingulæ res ſingulis vel ſeparatis enúciationibus, vel etiam verborum ambitu attributæ fuiſſent. l. huiuſmodi, 84. §. penul. D. de legat. 1. Atque huius ſolius vltimi cõiunctionis modi exẽpla Paullus ſubiungit, in d.l. triplici: quam longè aliter & legendam, & interpretandam arbitror, quàm vt vulgò creditur. Totam enim illam ſuperiorem enuntiationem. *Nec dubium eſt & cet.* nota parentheſis includo. vt quod continenter ſequitur, *Veluti, Titius & Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto:* nequaquam ad illa proxima parentheſi incluſa verba pertineant, ſed ad illud vnicum ſuperius ante parẽtheſim extremum, *Aut verbis tantùm.* Nam hæc exempla, *Titius & Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto: Titius Mæuiúſque ex parte dimidia* (ſic legendum eſt) *heredes ſunto: Titius cum Mæuio ex parte dimidia heredes ſunto:* non duplicis coniunctionis exempla ſunt, ſed eius dumtaxat, quæ fit nudis verbis. neque verè propriéq; Coniunctio eſt. quoniam, vt Celſus diſputabat, tum demum propriè teſtator coniunctim legare dicitur, cùm cuique cõiuncto ita ſolidum attribuit, vt ſi legatarij concurrant, ſuã ſinguli partem ferant: ſin alter deficiat, alter totum auferat. l. cõiunctim, 80. D. de legat. 3. At is qui verbis tantùm cõiungit, partes ab initio definit: & qui ſibi relictũ capiunt ſemper habuiſſe ſuas partes dicantur: hoc eſt, non tantùm cõcurſu, ſed etiam ab initio. l. planè, 34. §. ſi coniunctim, D. de legat. 1. l. re cõiuncti, 89. D. de legat. 3. qua de cauſſa nõ ſatis eſt tacitè partes attribui, ſed eas palam exprimi oportet. nam in hac formula, Primo & Secundo Stichum lego: æquales quidẽ partes inter eos factæ intelliguntur. l. legata, 19. §. 1. de legat. 1. ſed illa coniunctione & verbis conſtat, quapropter ſi plures in altera diſtinctionis parte cõiuncti eſſent, nõ viriles partes factæ intelligerentur: ſed priori ſemis, reliquis alter ſemis relictus intelligeretur: veluti, Primo & fratris mei liberis Stichũ lego: ſemis Primo, ſemis omnib. reliquis debebitur. l. interdũ, 13. D. de hered. inſt. Sed iam attentius conſiderandum eſt, quæ cuiuſque coniunctionis vis ac poteſtas ſit. In quo multiplex diſtinctio adhibenda eſt. nam primum omnium aut hereditatis cauſſa eſt, aut legati. de quibus Paullus ſeparatim diſputat in d.l.142. & d.l.89. deinde alia proprietatis cauſſa eſt, alia vſusfructus. tertio cùm de hereditate ambigitur, aut omnes inſtituti ſunt ex partibus indefinitis, aut omnes ex definitis, aut permixtè. quarto, vel omnes agnoſcunt, aut quidã nõ agnoſcũt. quinto, vel primus, vel ſecundus, vel tertius coniungendi modus à teſtatore vſurpatus eſt. De hereditatis cauſſa priore loco diſſeremus. Ergo vbi plures coheredes facti ſunt, ſiquidem omnes agnoſcunt, tũ ſi partes definitæ ſunt, ſinguli ſuam partem ferũt. ſin indefinitę ſunt, æquas partes habẽt. l. quoties, 9. §. heredes, D. de hered. inſt. quod ſi cuius pars defecerit, qui cum aliis coniunctus eſt, eius pars ſoli coniunctis, eiſque inuitis, adcreſcit. ſi non eſt coniunctus, tum omnibus qui eodẽ teſtamento ſcripti ſunt pro partibus hereditariis adcreſcit. l. liber, 59. §. cum quis, l. heredes, 63. l. ſi ita quis, 66. D. de hered. inſtit. l. heredi, 32. l. qui ex duobus, 53. §. 1. l. ſi quis, 55. D. de adq. hered. Cuius rei ratio perſpicua eſt: quoniam hereditas natura ſua indiuidua eſt: hereditas ius vniuerſum eſt: neque pro parte adquiri, pro parte repudiari poteſt: neque quiſquam pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus poteſt decedere. niſi fortè miles ſit, cuius idcirco in teſtamẽto ius accreſcendi non eſt. l. ſi duobus. 37. D. de teſtam. mil. l. filius. 42 §. 1. D. de bon. libert. qui verò ſine parte ſcripti ſunt, neq; inter ſe coniuncti habentur, neq; inter ipſos ius adcreſcendi cõpetit. l. itẽ quod, 17. §. 1. D. eod. Deinceps de legatis videamus: in quibus ius antiquũ diligenter à Iuſtinianico ſeparandũ eſt. nam iure antiquo tripartita primũ diſtinctio adhibebatur, ex formulis, quẽadmodũ ſuperius ex Caio & Vlpiano demonſtrauimus: tũ deinde bipartita, ex coniunctione, vel diſiunctione. quarum de vtraque præcepta Vlpianus tradit tit. Regul. 14. itémque Caius lib. Inſt. 2. tit. de legat. ſed ita, vt ænigmata loqui videantur. Verba illius hęc ſunt. *Optimum ius legati per damnationem eſt.* Quid eſt optimũ ius legatum ſiue optimum legãdi genus? nempe, vt conſtare inter omnes arbitror, quod plurimum legatario tribuit, quod eſt ad legatarij vtilitatem accommodatiſſimum: ac proinde quod heredi plurimũ adimit, déque ipſius iure deminuit. Damnatio enim & damnum ab ademtione & quaſi deminutione dictum eſt: ait l. 3. D. de damn. inf. eiúſque rei argumento eſt l. ciuitatibus, 122. § 1. D. de legat. 1.

Quod cùm ita ſit, quid eſt quod Vlpianus illo loco ſic ſcribit? *Si per damnationem eadem res duobus legata ſit, ſi quidem coniunctim, ſingulis partes debentur: & non capientis pars in hereditatem remanet.* Non enim & optimum legati ius eſt per damnationem, & plurimum heredi relinquit. Quæro præterea, quid ſit quod his exponit verbis? *Si duobus eadem res per vindicationem legata ſit, ſiquidem diſiunctim, ſingulis in ſolidum debetur.* Nam hoc perſpicuè falſum eſt: cum Imperator in d.l.1. §. ſin autem, ſolius hoc per damnationem legati proprium eſſe adfirmet, vt ſingulis ſolidum debeatur, hoc eſt vni res, alteri precium: in vindicationis autem legato ſuam tantùm cuiq; partem deberi. *Sin autem*, inquit, *diſiunctim fuerit relictum, ſi quidem omnes hoc accipere voluerint, ſuam quiſque partem pro ciuili portione accipiat: & non ſibi blandiatur, vt vnius quidem rem, alij autem ſinguli ſolidam eius rei æſtimationem accipere deſiderent: cum huiuſmodi legatariorum amicitiam antiquitas in vno tantummodo legati genere* (hoc eſt per damnationem) *ſuſceperit: in aliis reſpuendam eſſe exiſtimans.* Quod eodem modo Caius ſupradicto loco ita tradidit: *Vt ſi diſiunctim per legatum damnationis relicta fuerit, ſingulis integra debeatur: id eſt, vt vnus rem ipſam accipiat, alij æſtimationem rei ipſius ab herede percipiant.* At de legato vindicationis quid dixit? *Si per vindicationẽ,* inquit, *vna res multis* diſiũctim *legata ſit,*

& ſinguli

& ſinguli hanc ipſam rem præſumere velint, æquales ſinguli de re legata capient portiones. Tametſi tota hæc regula alieniſſimo loco apud Caium poſita, poſt ſuperiorem de damnatione locum reſtituenda eſt: vt cuiuis facilè eſt ex ea quam demonſtrare inſtituerat diſtantia cognoſcere. Quinetiam hoc ipſum de damnationis legato, paucis interiectis verbis inculcans: *Præceptionis legatum*, inquit, *etſi coniunctim aut diſiunctim relinquitur, omnibus vna res tantum quæ nominata eſt, debetur; non vni res, & alij æſtimatio: ſicut in legato damnationis eſt conſtitutum*: id eſt, ſicut in legato donationis obſeruatur. Quid igitur dicemus? Fœdiſſimum ſcilicet apud Vlpianum incogitantia librarij, mendum irrepſiſſe: & priore loco pro VINDICATIONEM reponendum DAMNATIONEM: poſteriore verò *Damnationem*, pro *Vindicationem*. Id quod planiſſimè hoc modo demonſtrabimus: *Si duobus eadem res per damnationem legata ſit*, inquit Vlpianus, *ſi quidem diſiunctim ſingulis in ſolidum debetur*. Quod idem ſuperiùs & ex Imperatoris & ex Caij verbis apertiſſimè comprobauimus. tantúmne? imò etiam ex ea regula, quam Vlpianus initio tradiderat; *Optimum legati genus eſſe, per damnationem*. quomodo? quoniam heredi plurimum adimitur, legatario plurimum tribuitur. quo nihil aut verius, aut ad hanc emendationem aptius dici aut excogitari poteſt. documentúmque habes apertiſſimum in l. ſi pluribus, 44. §. 1. D. de legat. 2. & l. quid ergo, 53. §. ſi quis duos, De legat. 1. quinetiam Imperator hoc ipſum ius retinuit, ſi modò teſtatoris hoc fuiſſe conſilium apertè intelligatur. *Ne teſtator*, inquit, *apertiſſimè & expreſſim diſpoſuerit, vt vni quidem res ſolida, aliis autem æſtimatio rei ſingulis in ſolidum præſtetur.* in quam ſententiam Tribonianus Paulli locum inflexit & contorſit apertiſſimè in d. l. ſi pluribus, 33. D. de legat. 1. vt facile eſt iis qui veterum Iuriſconſultorum & ipſius ſtylum internoſcunt, animaduertere. nam ceteris, qui Bœotico ingenio ſunt, hæc non traduntur. denique Pomponius idem euidenter adfirmat in l. qui duos, 13. §. 1. D. de legat. 2. & Iulianus in l. non quocumque, 82. §. qui Caium, D. de legat. 1. itémque Vlp. in l. ſi res mihi, 20. D. de legat. 3. item Celſus in l. duos, 14. D. de vſufru. legat. Atque hæc quidem de legato damnationis diſiuncto ſatis dicta ſint. Sequitur apud Vlpianum: *Si verò coniunctim, velut, Titio & Seio hominem Stichum do lego*: (vbi ſine dubio reponendum eſt DATO: quia modus hic per damnationem concipiendus eſt) *iure ciuili concurſu partes fiebant.* Quam ſententiam generaliter ita Celſus exponit: Coniunctim legari, hoc eſt, totum legatum ſingulis ab initio datum eſſe, partes autem concurſu fieri, l. coniunctim, 80. D. de legat. 3. quod idem Paullus confirmat in l. ſi pluribus, 33. l. huiuſmodi, 84. §. ſi Titio, D. de legat. 1. l. ſi quis, 7. D. de vſufruct. adereſc. idémque de legato præceptionis per rei coniunctionem relicto traditur in l. ſi Fortidianum, 7. C. de legat. & ratio eſt æquiſſima: quia coniuncti vnius loco habentur: ac proinde non plus omnibus præſtandum eſt, quàm quantum vni præſtaretur, l. planè, 34. D. de legat. 1. Sequitur apud Vlpianum: *Non concurrente altero, pars eius alteri adcreſcit.* quæ ſententia multis locis confirmatur, & æquiſſima ratione nititur, quam ſuperiùs oſtendimus. primùm, quia quibus teſtator cõiunctim legat, iis ſolidũ ab initio legare intelligitur, d. l. coniunctim, 80. D. de leg. 1. deinde, quia coniuncti vnius loco habentur: ac proinde quemadmodum

A non plus duobus quàm vni debetur, ita viciſſim non minus vni quã duobus debetur, l. ſi duobus, 16. §. vlt. l. ciuitatibus, 122. §. 1. D. de leg. 1. l. paret, 29. §. 1. l. ſi duobus, 40. l. mortuo, 49. §. vlt. D. de lega. 2. Hactenus de legato damnationis dictum ſit. tametſi ne hoc quidem omittendum videtur, vbi coniuncti pars idcirco deficit, quoniam in eius perſona legatum non conſtitit, nullum adcreſcendi ius eſſe, l. ſi duobus, 16. l. planè, 34. §. ſi coniunctim, D. de legat. 1. l. ſi Titio, 7. D.
B de legat. 2. atque ita partem facere, qui tamen ad partem non admittitur, d. §. ſi coniunctim; & l. huiuſmodi, 84. §. ſi Titio, D. de legat. 1. Sequitur, vt de legato vindicationis diſſeramus. *Si per vindicationem* (ſic legendum eſſe ſuperius diximus, & mox planius intelligetur) *eadem res duobus legata ſit, ſi quidem coniunctim, ſingulis partes debentur.* Quam regulam Caius his confirmat verbis: *Inter legatũ vindicationis & dãnationis iſta ſimilitudo eſt, quod per legatum vindicationis ſiue damnationis, ſi coniunctim (id eſt, duobus aut pluribus) vna res in legato dimiſſa fuerit, in vtroque legato ſi-*
C *mul ab omnibus præſumitur.* Imperator autem æquitatem his oſtendit verbis: quia coniuncti propter vnitatem ſermonis quaſi in vnum corpus redacti ſunt, d. l. 1. §. hoc ita. ſed planius Celſus in d. l. coniunctim, 80. D. de legat. 3. Quare ſequentia videamus: *Et non capientis pars iure ciuili in hereditate remanebat.* Quod certè cuiuſmodi ſit, aſſequi coniectura non poſſum. nam ad damnationis quidem legatum referri non poſſe ſuperius ſatis planè ſatiſque copioſè demon-
D ſtrauimus. De vindicationis quoque legato teſtimonia exſtãt ſole ipſa clariora in l. 1. §. ſin verò, C. de cad. toll. l. Mæuio, 41. D. de lega. 2. l. ſi ſeruo, 31. D. de ſtatulib. l. Titio 34. cum ll. ſeqq. in quibus de hoc ipſo vindicationis legato tractatur, D. ad leg. Aquil. l. 1. §. pen. & l. ſi quis, 7. De vſufru. adcreſc. Quid igitur ſtatuemus? nempe hoc ipſum, quod iam ab initio monuimus: diſcrepantes inter ſe Iuriſconſultorum hac de re ſententias fuiſſe: & Vlpianum eorum opinionem ſecutum eſſe, qui partem legati per vindicatio-
E nem deficientis heredi relinquebant: quaſi melior eſſet heredis in hoc genere condicio, quàm in legato damnationis: quòd & heredi plurimum adimit, & legatario plurimum tribuit. Quare ſupereſt, vt reliqua Vlpiani verba exponamus. *Quod ſi diſiunctim*, inquit, *ſingulis in ſolidum debetur.* in quo dubitandi cauſſa nulla eſt, quin à reliquis Vlpianus non diſſenſerit: quorum aliquanto ante ſententiam hanc fuiſſe docuimus, vt ſingulis partes ſingulæ deberentur. Nam idem alio loco ſuam ſententiam in eam partem acci-
F pi velle oſtendit, ſi modò teſtator non communicandi, ſed ſolidi vtrique legandi conſilium habuerit, l. ſi res mihi, 20. D. de legat. 3. quam eandem aliorum quoque Iuriſconſultorum mentem fuiſſe Imp. non obſcurè profitetur in d. l. 1. §. ſin autem, & in l. ſi pluribus, 33. D. de legat. 1. His igitur ita conſtitutis, deinceps illud animaduertendum eſt, plurimi referre, vtrum coniuncti omnes vno eodémque modo, an alij vno, alij altero modo coniuncti ſint. nam inter eos omnes qui eodem modo coniuncti ſunt, ius adcre-
G ſcendi competit æquabiliter, pro portionibus ſcilicet hereditariis. quippe, cum ſolidum illis ab initio tacitè relictum intelligatur, d. l. coniunctim, 80. D. de legat. 3. Inter eos verò quorũ alij vno, alij altero modo coniuncti ſunt, qui re & verbis coniuncti ſunt, iis qui re tantùm coniuncti ſunt præferuntur, potioréſque habentur, vt ſoli deficientis ſocij partem obtineant. quaſi qui coniunctiores ſint, & in vnum

corpus coacti,d.l.1.42. Pars autem eius qui re tantùm coniunctus eſt, deficiens iis pro portionibus hereditariis accreſcit,l.liber,59.§.3.D.de hered.inſtit.l.Mæuio, 41. D.de legat. 2. Primus & Secundus heredes ſunto. Tertius heres eſto.Non fient tres partes æquales. ſed Primus & Secundus in vnum ſemiſſem cogentur:alter Tertio relinquetur,l.Attius,11.d.l.liber, 59.§.Titius, De hered.inſtit. l.7.D.de vſufr.accreſc. Ergo Primo vel Secundo deficiente quadrans Primi ſoli Secundo,vel quadrans Secundi ſoli Primo accreſcit, l.heredes, 63.D.de hered.inſtit. quod idẽ de ſubſtitutione iuris eſt,l.coheredi,41. de vulg.ſubſtit. Et huc referendum eſt ius illud adcreſcendi, quod filiabus aut nepotibus præteritis antiquo iure concedebatur.de quo Imper.§.1.De exhered.lib.Vlpia.tit.Regul.22. Paul.ſentent. 3. tit.4. vt ſi plures extranei ſint inſtituti, filia præterita, tamen quaſi tacitè inſtituta in ſemiſſem inſtituta intelligatur.quaſi illi re & verbis coniuncti,hæc verbis tantum disiuncta ſit. quòd ſi filij inſtituti,filia prçterita ſit,partes illis viriles auferet. quaſi propter tantam familiæ vnitatem & re & verbis fratribus coniuncta fuerit.

Reliquum eſt, vt videamus quid interſit inter ius adcreſcendi,quòd in proprietate, & illud quod in vſufrũctu contingit. Primũ igitur illud intereſt,quod in proprietate tum demum admittitur, cùm alter nõ concurrit. In vſufructu,vtroque caſu, ſiue alter non concurrat, ſiue alter concurrere deſierit,l.1.§.2.De vſufr.accreſc.Itaque in vſufructu ius adcreſcendi propriè veréque dicitur:quoniam pars ſemel alteri quæſita tamen eius morte ad ſocium accedit. in illa autem ius non decreſcendi verius adpellatur. nam in proprietate poſteaquam concurſum eſt, ſpes omnis adcreſcendi ſublata eſt:at in vſufructu etiam poſteaquam concurſum eſt, & ſocius partem tulit, tamen adcreſcendi ſpes eſt. Eius enim morte vſusfructus non vel ad teſtatoris, vel ad ipſius mortui heredem, ſed ad ſocium alterum fructuarium accedit,d.l.1.§.2. & Paul.lib.3.tit.6.§.cùm coniunctim.Secunda differentia eſt, quod proprietarius ſuam partem non habens ius adcreſcendi non habet,l.ſi totam,83.De adq. hered. fructuarius quamuis ſuam partem nõ habeat, adcreſcendi tamen ius habet,l.ſi Titio,10.De vſuf.legat.l.ſi Titio,33. §.vlt. D.de vſufr. vbi ratio hæc profertur: quoniam in proprietate portio adcreſcit portioni:ſicut alluuio accedit fundo. at cùm vſusfructus ſit perſonalis, non portioni, ſed perſonæ adcreſcit,l. & an eadem,14.§.1.D.de except.rei indic. Tertia differentia eſt, quòd portio proprietatis ſemel adquiſita,& pòſt amiſſa alteri non adcreſcit, portio vſusfructus adcreſcit.d.l.1.§.2. vbi ratio hæc profertur: quia vſusfructus quotidie conſtituitur, & legatur. quippe, qui in quotidiana perceptione conſiſtit, l. 1. D. quand. dies leg. ac proprietas eo ſolo tempore conſtituitur, quo vindicatur, d.l.1.§.2. Itaque ſi coniunctim duobus vſusfructus legatus ſit, vno mortuo vſusfructus eius non ad proprietarium redibit, ſed ad alterum in ſolidum pertinebit: vt ait Paul.Sent.3. tit.6.§. cum coniunctim. quod idem Vlpianus de vſufructu ſeruo communi legato reſpondit in d. l. 1. De vſufr.legat.

Atque hæc quidẽ de iure adcreſcendi hactenus dicta ſint. tametſi duo prætermittenda non videntur. nimium eſt, quod rei adpellatione hoc loco ſpeciem certam intelligimus:non qualitatem aut genus:quia cùm hæc ſua natura & ipſo iure diuidua ſint, videntur diuerſæ res ſingulis legari,l.cum Stichus,29.D.de

A ſolut.l.nam etſi, 13.§.1. D.de reb.cred.l.ſi certum, 117. D.de verb.oblig.atque idcirco ius adcreſcendi, quod vnius eiuſdémque rei communione coniunctis conceditur, locum in hoc genere non habet. Nam qui decem duobus legat, diuiſiſſe inter eos illam ſummam videtur, & quinos ſingulis legaſſe, l. cum qui, ita,56. D.eod.quo eodem modo legendam & intelligendam eiuſdem Iuliani ſententiam alio loco demonſtrauimus in l.ſi quis,79.D.de legat.1.ſiquis Ti- B tio & Seio decem dari iuſſerit, nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem, vt NON dena dixiſſe videatur, qui decem dixit: vbi ſubaudiendum eſt, SED QVINA. Alterum eſt, quòd in contractibus locus non eſt iuri adcreſcendi: propterea quod ſibi quiſque, non alteri adquirit l.ſtipulatio, 38.§.alteri, d.l. cum qui,13.l.cum qui ita,56.l.ſi mihi & Titio,110.D. de verb.oblig.neque obſtat l.fundus,64.D.de contr. emt. vbi qui ſibi & alteri fundum emerat, totum ſibi emiſſe dicitur, & extranei perſonam ſuperuacuo ad- C ieciſſe. non enim accreſcendi iure totus illi fundus emtus intelligitur, ſed partim quoniam extranei adiectio erat inutilis: partim quoniã certæ ſpeciei emtio indiuiſa eſt & pretium eius indiuiduum l. cum ex cauſſa 139.D.de verb.oblig. ſtipulatio ſummarum diuidua,l.ſcire debemus,29.D.eod.

An filius fideicommiſſo grauatus detrahere duas quartas poſſit. D

QVÆSTIO XLIIII.

VETVS quæſtio eſt, de qua quid dici in vtramque partem poſſit, conſiderandum eſt. Primùm ergo illud ſcire oportet: exſtare decretum in c.Raynutius,& c.Raynaldus, de teſtament.vbi hoc iuris ſtatuitur,vt filius de reſtituendo grauatus præter ſuam legitimam detrahere Pegaſianum quadrantem poſſit: decretúmque iſtud E vbique gentium ita comprobatum eſt, vt Baldus in conſil.CCIX:Pepus Nicolutij,num.3. tom.2.teſtetur, id toto terrarum orbe & in ſcholis & in iudiciis obſeruari. quod idem ſcribit Guid. Pap. quæſt. 21. licet doctores numer. 1. vbi multorum teſtimonia enumerat: & præter illos Angel.in l.coheredi, §.cùm filiæ, D.de vulg. & pupill. Phil. Dec. conſil. CCLXIX. conſil. D.CLXXXVIII. ad confirmationem. num. 8. tom.3. Angel. l.in ratione, §.quod vulgo, D.ad leg. Falcid.Philipp.Corn.& Fulgoſ.in l.quamquam,C.ad F legem Falcid. Huius autem ſententiæ argumentum (quod nondum à quoquam prolatum eſſe animaduerti)ſumi poteſt ex l.2. in fin. & l.3. §. item Pomponius,D.ad Trebell. vbi duarum quartarum detractio perſpicuè conceditur. cùm enim heres ex quadringentis quibus teſtatoris patrimonium conſtabat,trecenta legatariis dare iuſſus eſſet, hereditatem verò alicui reſtituere:ſcribitur eum de legatis,ſeptuagintaquinque,quæ illorum quarta eſt,detracturum: de fideicõmiſſo verò, vigintiquinque. vt facilè appareat, G duplicem detractionem,duáſq.quartas permitti. Secundum argumentum ſumi ſolet ex eo,quòd iſtę duę quartæ vario ac diſſimili ex iure promanãt. legitima nempe,ex iure naturę:Trebellianica,ex S.C.eámque ob cauſſam alteram alteri obeſſe nõ oportere. quemadmodum videmus prælegata non imputari in Falcidiam: ſed heredem & ea ex teſtatoris beneficio, & Falcidiam ex legis auctoritate obtinere, l. in

quartam,

quartam, D. ad leg. Falcid. Tertium ex eo ducitur, quòd legitima detrahitur tamquam à filio: Trebellianica verò tamquam ab herede ſcripto. nihil autem abſurdi eſſe, ſi vnus atque idem duplicem perſonam ſuſtineat, & ex duplici perſona geminum emolumentum conſequatur, l.tutorem,22. D.de his quæ vt indign.l.1.in fin. D.ſi à parent. Quartum ſuppeditat l.quoties,68.D.ad legem Falcid.vbi duplex deductio ex duplici deducendi cauſſa conceditur.cùm enim alicui plus eſſet legatum, quàm quantum capere liceret: prius deducenda Falcidia dicitur, tum deinde lex Iulia. Quintum inducitur ex l.quamquam,10.C. ad leg. Falcid. vbi cùm filius de fideicommiſſo mortis ſuæ tempore reſtituendo grauatus eſſet, reſpondetur, heredem eius Trebellianicam detracturum. nam ſi filius ſuam iam ante legitimam detraxerat, vt ei ordinario iure licuit: adparet duas quartas vna ex hereditate deductas fuiſſe. Sextum omnium acerrimum ſuppeditat l.Papinianus, 8. §. meminiſſe,D.de inoff.teſt. vbi Papinianus ſcribit,filium fideicommiſſo grauatum, ſi inofficioſi egerit, & non obtinuerit: id ſolum perdere, quod Falcidiæ iure habiturus erat. vbi Falcidiæ nomen pro legitima vſurpari conſtat: quemadmodum in §. vnde ſi quis, ead. l. nimirum vt extremum paragraphi cum initio conueniat:Filium inofficioſi damnatum perdere quod ei teſtamento relictum erat:hoc eſt,partem legitimæ. nam ex contrario videmus ita rectè argumentari licere: Si qui queſtus eſt,nec obtinuit, legitimam amittit:ſequitur vt is qui queſtus non eſt, ſed contentus teſtamento quieuit, eam habeat.quod ſi & Trebellianicam & legitimam habeat, duas quartas eodem teſtamento retineri. Sed videamus ne & plura & certiora multò adferri contraria ex parte poſſint. Nam primùm omnium Pontificali auctoritati opponitur natura rerum & ſenſus communis. Aſſis enim ratio & natura hæc eſt, vt eius vna aliqua parte nominata,altera neceſſariò intelligatur.quippe cùm ex eorum numero ſit quæ dialectici τὰ πρός τι nominant. Itaque quoties quadrantis detractio nominatur, toties dodrantis reliquatio intelligitur: neque quiſquam detrahere quadrantem dicitur, niſi ei ſoli cui ſuperſtes ex aſſe dodrans relinquitur. quod cùm ita ſit, quæro ſi filius qui iam legitimarium quadrantem detraxit, inſuper velit alterum Pegaſiani nomine detrahere, quemadmodum dodrans fideicommiſſario relinqui poſſit? Nam Falcidia lex relinqui omnino dodrantē volebat: ſummámque teſtandi libertatem lege XII. tab.conſtitutam ea in parte deminuebat,l.1.D.ad leg. Falcid. vt facilè adpateat, non tam quadrantis detrahendi, quàm dodrantis relinquendi rationem habendam eſſe. quippe,cùm hæc reliquatio lege XII.tab.primùm inſtituta, pòſt etiam Falcidia lege confirmata & conſtabilita ſit. Eiuſdem modi alterum argumentum eſt. nam cùm quadrantis detractio ſit priuatio, & priuatio præſupponat habitū, vt vulgus loquitur: hoc eſt,detractio rem ſubeſſe arguat,ſatis conſtat,inde dumtaxat quadrantē detrahi,vbi redundat:hoc eſt, ab eo cui plus dodrante ſuperat. Quod ſi filius qui legitimam detraxit,Pegaſianum quadrantē petat, quæro an ab eo petat cui plus dodrāte ſuperat. Ac nimirum illud eſt, quod vulgò dicitur, quartæ detractionem ei demum concedi,qui ſupra dodrantem grauatus eſt,§.ſed quia,De fideicom.hered. vbi dicitur,Senatum cenſuiſſe, vt ei qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur.

A Quoties igitur heres ſupra dodrantem grauatus non eſt, ſed ei quadrans hereditatis quoquo iure, ſiue inſtitutionis,ſiue præceptionis, deductionis, retentionis, ſiue legati, ſiue mortis cauſſa capionis relictus eſt: ſequitur vt quartam petere non poſſit,l.in quartam,D.ad leg.falc. Itaque cùm heres legitimam adeptus eſt,ſatis conſtat,eum ſupra dodrātem grauatum non eſſe: ac proinde petere falcidiæ beneficium non poſſe. Tertium argumentum ducatur ex aliarū quar-
B tarum inductione.nam in reliquis omnibus hoc perpetuò videmus eſſe iuris, vt vnius adeptio alteram excludat. Cuius rei tria exempla ſuppeditat l. Papinianus,D.de inoff.teſt.Primum eſt, in §.quarta autē: vbi filius qui Falcidiam ex legatis adeptus eſt, ab inofficioſi querela depellitur. Alterū in §.vnde ſi quis: vbi filius Pegaſianam ex fructibus conſequutus ſimiliter ab inofficioſi actione excluditur. Tertium in §. ſi quis impubes: vbi nepos ex filia impubes ab auo arrogatus,& exheredatus,quoniam ex conſtitutione
C D.Pij, quartam habet,à querela remouetur.Cui conſentaneum eſt quod traditur in l.1. §. pen. D. ſi cui plus quàm. vbi patronus qui in liberti bonis partem habet legitimam, ſi eam detraxit, à Falcidia petenda depellitur. Quartum inducendum eſt ex Nouell. XXXIX,de reſt.& ea quæ par.cuius verba, Iuliano interprete,hæc ferè ſunt: Si quis vnum ex liberis heredem inſtituerit, & rogauerit eum, vt cùm morietur aliis reſtituat hereditatem:primùm quidem legitimā portionem,nempe trientem,ſibi retineat:ceteras au-
D tem partes fideicommiſſario reſtituat integras. Itaque Barth.in eum locum ſcribens, num.1. Nota, inquit, filium fideicommiſſo grauatum non poſſe duas quartas detrahere, ſed vnam tantùm. Quintum eſt ex l. iubemus, 6. C.de ad Treb. vbi Zeno ſtatuit, vt filius portionem ſuam hereditariam fratri reſtituere rogatus,retenta ex S. C.beneficio quarta, dodrantem reſtituat. quo quid apertius dici potuit? Neque nos moueat, quod ſuprà diximus Iuſtinianum de legitima ſtatuiſſe. cùm enim eius ſummam auxiſſet, &
E è quadrantaria trientariam feciſſet, non dubium eſt quin filij iam non amplius Pegaſianam, ſed legitimam potius petituri ſint.Sextum ſumitur ex l. quoties, D.de reg.iur. quoties duplici iure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo iure ſuperat vetus. non enim duæ cauſſæ lucratiuæ in eundem hominem & eandem rem concurrunt,§.ſi res aliena,de legat.l.omnes,17.l.ex promiſſione,19. De oblig.& act. & non vt ex pluribus cauſſis deberi nobis idem poteſt,ita ex pluribus cauſſis idem peti poteſt, l. non vt
F ex pluribus,D.de reg.iur. Cum igitur quadrans ſucceſſionis nomine à lege adtribuatur, qui eum ſemel ex vna cauſſa adeptus eſt, ſi eundem ex altera cauſſa petat,doli exceptione vulgata rectè remouebitur.habet enim quod petit,l.2.D.de doli except. Neque nos moueat, quod Bald.in d.l.quanquam, & plerique omnes dictitant, legitimam non ex lucratiua cauſſa deferri, ſed quaſi naturæ iure deberi, ex textu quem falsò nobis obiiciunt, ex l.ſi quis legatum, 6.§.vlt.D. de falſ.ſed habebant textum directum in l.1.C.de im-
G pon.lucrat.deſcript.& l.ſcimus, 36.§.illud præterea, C.de inoff.teſt.quia, vt maximè illis concedamus legitimam naturæ iure deberi, cùm ex contrario, non quarta,ſed ſolida hereditas liberis debeatur: d.l.1.& l. vlt. D.de bon. damnat. tamen non ſi quid duplici ex cauſſa debetur, duplici ex cauſſa ſolidum peti & obtineri poteſt, l.3. D.de petit. heredit. l.ſi ſeruus, 108. §.ſtichum, D. de leg. 1. Cùm igitur noſtri propter

huiuſmodi argumenta de illius Pontificalis decreti æquitate dubitare cœpiſſent, vetere ſuo inſtituto ad conciliationem ſophiſticam perfugerunt: vt ſi filius purè fideicommiſſo grauatus eſſet, vna tantùm detractione vteretur: quaſi vno eodémque tempore concurrere duplicis quadrantis detractio non poſſit: vtpote à ſenſu communi, vt ſuperiùs diximus, aliena. ſin autem in diem, vel ſub condicione, tum legitimã quidem ſtatim detraheret: exſiſtẽte die aut condicione, Pegaſianam. Cuius diſtinctionis non reperio vetuſtiorem auctorem Azone, qui in ſumma Nouell. I. commentum illud tradit, & ei ſuffragatur gloſſ. in d. §. meminiſſe, D. de inoff. teſt. & item in l. quamquam, C. ad legem Falcid. & in auth. de hered. & Falcid. §. is igitur, verſ. ſiquis verò non implens. Rurſus altera gloſſ. in d. c. Raynutius, vbi hanc dicit eſſe cõmunem opinionẽ. Sequuntur Fulgoſ. & Corneus in d. l. quãquam: vbi vterque ait, Azonis tempore diſtinctionẽ illam ſeruatam fuiſſe tamquam euangelium. Barth. in d. l. quamquam, C. ad leg. Falc. & rurſus in conſil. VI. viſo teſtamento. & conſil. XII. ſi quis inſtituatur. Philip. Corn. conſ. CXIIII. in hac conſultatione. num. 3. & 4. tom. 4. Barth. Socin. conſ. XXXIII. proſequendo ordinem, num. 14. tom. I. & rurſus conſ. XXXI. viſo teſtamento, num. 9. tom. 4. & conſ. LXXXII. in cauſſa vertente, num. 3. eod. tom. Petrus de Anchar. conſ. XXVII. non ſeruato, num. 3. Verùm vt, remotis auctoritatibus, rationis momenta paululum exquiramus: velim mihi reſpondeant, primùm cuius legis auctoritate freti ius iſtud nouum inducere audeant: cùm toties in ore habeant, erubeſcendum ſi quis ſine lege loquatur? deinde ſi rerum natura non ferat, (quemadmodum ipſi quoque fatentur) vt quadrantes duo detrahantur, quæro quemadmodum eadem ferre poſſit, vt diſtinctis temporibus id fiat? Prętereà quid ſi filius illico poſt patrem decederet, aut reſtituere confeſtim hereditatem vellet, quis vnquam iſtorum monuit, duos quadrantes iſto caſu detrahi non poſſe? Itaque non mirum eſt Baldum in d. l. iubemus, C. ad Trebel. ſcribere, diſtinctionis iſtius rationem quidem adparentem eſſe aliquam, ſed nullam exſiſtentem: quia iuris ciuilis veritati aduerſatur. & Paul. de Caſtr. in eadem l. diſtinctionem illam iure ciuili falſam eſſe. Quinetiam gloſſa in d. c. Raynutius, apertè profitetur, ſuperiorem illam Canoniſtarum ſententiam cõmuni & mente & voce Ciuiliſtarum repudiatam eſſe: vbi in iſta parte Iacobum de bello viſu numerat. ſed omnium acerrimè Canoniſtas oppugnat Oldra. in conſ. CCV. prima dubitatio. num. 3. vbi liberè profitetur, iſtam de duabus quartis ſententiam aduerſari rationi, veritati, & expreſſo iuri. hæc enim illius verba ſunt: Fulgoſius autem in d. l. quamquam, C. ad leg. Falc. eam ex falſo iuris intellectu proceſſiſſe: idémq; & Cynum & Dinum ſenſiſſe. Petrum autem terribiliter in Canoniſtas inſurrexiſſe. Qua de cauſſa Philip. Corn. in d. l. quamquã, adſcribit, cùm illa decreta ex malo intellectu iuris ciuilis proceſſerint, illa eſſe ſeruanda in illorum foro: at in foro ciuili ſeruandũ eſſe ius ciuile: idémq; & Petro & Dino placuiſſe. omniũ autem copioſiſſimè Ciuiliſtarum ſententiam contra Canoniſtas tuetur Alexander in conſil. CXLII. circa primam dubitationẽ, num. 9. tom. 2. vbi dicit hanc partem eſſe communem: nec illam Canoniſtarum deciſionem ibi ſeruandam eſſe, vbi ius ciuile ſeruari debet. item in conſil. I. circa primam dubitationem, num. 10. 11. 12. tom. 6. vbi ait, naturam quartarũ hanc eſſe, vt altera in alterã imputetur, & profitetur

A ſe auctores habere Dinũ, Iacob. But. & Odofre. Quãobrem videndum eſt, quemadmodum ſuperioribus argumentis reſponderi poſſit. Nam quod ad Canoniſtarum auctoritatem attinet, nos ei & naturam & ſenſum communem oppoſuimus: duarum ſcilicet quartarum detractionem, & ex altera parte dodrantis reliquationem, neque fieri, neque vlla humani animi intelligentia concipi poſſe. Ad primum autem argumentum reſpondendum eſt, duplicem quidem B eo loco detractionem eſſe: de legatis ſcilicet, & fideicommiſſo. ſed ſi aſſem hereditarium conſideremus, vnius quadrantis dumtaxat. cùm enim quadringenta tantùm in hereditate eſſent, qui ſeptuaginta quinque de trecentis legatis, vigintiquinque rurſus de centum fideicommiſſariis detrahit: non amplius quàm centum (qui aſſis quadrans eſt) detrahit. Ad ſecundum reſpondendum ęſt, non duas detractiones eas eſſe: ſed vnicam dumtaxat. quod enim prælegati nomine heres capit, non detractionis iure, ſed C tamquam ex mero teſtatoris beneficio id accipit. nos autem de duarum detractionum iure quærebamus. Ad tertium reſpondetur, primùm ex d. l. Papinianus, §. ſi impubes, vbi impuberi adrogato duæ quartæ vario & diſſimili ex iure deferebantur: nimirum vna ex conſtitutione D. Pij, altera ex lege Falcidia. & prętereà vnus atque idem duas perſonas ſuſtinebat, adrogati & filij. deinde ex d. l. I. §. penult. D. ſi cui plus quàm. vbi patrono qui ſimiliter & patroni & heredis perſonam ſuſtinebat, vna ex lege Iulia, altera ex D lege Falcidia detractio defertur. Sed tamen quia bis idem deberi duplici ex iure non poteſt, vnius quadrantis adeptione ab alterius petitione per doli exceptionem remouetur. Similiter igitur in propoſito, quando ita Doctoribus noſtris placet, duas quartas vario & diſſimili iure deferri, optionem earum filium habiturum, vtro iure alterutram velit conſequi: ſed non vtramque tamen conſecuturum, l. cùm filius, 76. §. variis, D. de legat. ſec. l. I. §. quia autem, D. quod legat. Atque hæc quidem, vt dixi, E reſponderi ſic poſſunt, vt maximè concedamus duas iſtas quartas ex vario & diſſimili iure promanare. Docuimus enim alio loco, tres quartas, & eam ſcilicet quæ de legatis, & eam quæ ex inſtitutione, & eam quæ ex fideicommiſſo detrahitur, vno ex fonte & capite legis Falcidiæ fluxiſſe. qua de cauſſa vnamquamque earum paſſim Falcidiæ nomine promiſcuè appellari. vt in d. l. Papinia. §. vnde ſi quis, & §. meminiſſe. Ad quartum autem animaduertendum eſt, in l. quoties, non eſſe duas detractiones, ſed vnam F dumtaxat: nimirum Falcidiam. quod enim ob legatarij vitium quia ſolidum capere non poterat, cecidit, non id heres ſibi colligit: ſed ſi patrimonij quantitas tuliſſet, ad filium, vt caducum, ex lege Iulia Papia delatum fuiſſet, l. ſi is qui ex bonis, 6. D. de vulg. & pupil. l. ſi quis ſolidum, 72. D. de hered. inſtit. Ad quintum autem iam antè reſponſum eſt ex l. iubemus, C. ad Trebel. antiquo iure, hoc eſt, antè auctam à Iuſtiniano legitimæ quantitatem, liberos fideicommiſſo grauatos Pegaſianam detraxiſſe, & dodrantem G reſtituiſſe: legitimam autem non detraxiſſe. patet etiam ex l. coheredi, §. cùm filiæ, verſic. quod ſi heredem, D. de vulg. & pupill. Supereſt ſextum, quod omnium acerrimum eſſe diximus. in quo illud intelligi oportet, antiquo iure, hoc eſt ante Explerotiam actionem à Iuſtiniano introductam per l. omnimodo, C. de inoffi. teſt. filium querela non vtentem nihil planè aliud ex patris hereditate obtinuiſſe, quàm

quod

quod ei nominatim relictum ab eo fuerat. quare ſiue filio iſti nihil erat relictum, nihil (omiſſa quidem querela) omnino habiturus erat: ſiue quid ei relictum fuerat, totum ei in Pegaſianam imputabatur, vt ex l.in quartam, D.ad legem Falcid. ſuperiùs oſtendimus. ac proinde vtrocumque caſu vnicam dumtaxat quartam conſequebatur. Atque hoc quidem modo ſuperioribus argumentis abundè ſatisfactum eſſe arbitramur. Quod autem ij qui noſtram hanc ſententiam tuentur, adferre ſolent ex l.filium quem,C.famil. erciſc. vbi ſcribitur, filium quod ſupra quartam adeptus eſt reddere compelli: planè extra quæſtionẽ noſtram eſt: quemadmodum in Iuriſconſulto noſtro, vbi eius interpretationem poſuimus, ſatis dilucidè diximus. Illud verò nullo modo prætermittendum eſt, ſingularem quemdam caſum reperiri, quem etiam video animaduerſum à Fulgoſio in d.l.quamquam,C.ad legem Falcidiam.quo caſu duarum quartarum detractio ſumma ex æquitate permitti poteſt. nimirum cùm filiam cui pater dotem legitimæ ſuæ parem adtribuit, heres poſteà inſtituta & reſtituere grauata eſt. tum enim præter legitimam(in quam imputari dotem conſtat ex l.quoniam nouella,29.C.de inoff.teſtam.)æquiſſimum videtur, vt Pegaſiana in reliqua ſumma reſtituenda ei permittatur. quippe, cùm id demũ in hereditate numeretur, quod mortis tẽpore in defuncti bonis fuit, neque inter viuos alienatum eſt, l. ſequens quæſtio, 68. D. de legatis ſecundo. Quod enim Zeno conſtituit, vt dos in legitimam imputetur, vnde quodammodo ad partem hereditatis reuocari videtur: totum iſtud ex fictione eſt, quæ contra ordinarij iuris rationem propter querelæ odium inducta eſt, vt in fin.d. l.quoniam nouella, diſertè traditur. dotem enim reuera extra patris hereditatem eſſe, conſtat ex l.pater filiam,14.D.ad legem Falcid.l.à filia,62.D.ad Trebel. Quod verò contra iuris ordinarij rationem conſtitutum eſt, produci ad conſequentias non oportet, l. quod verò, 14. cum duabus ſeqq. & l. nulla iuris ratio, D. de legib. Sed iam ad conſultationem alteram veniendum eſt, qua pro corollario quæſitum eſt: Si tamen filio ſuæ legitimæ & item Pegaſianæ detractio propter receptę cõſuetudinis auctoritatem permittenda eſſet, quotam hereditatis partem ambæ ſimul ablaturæ eſſent.nam communi Pragmaticorum conſenſu receptum eſt, primùm ex aſſe hereditario quattuor vncias, trientis legitimarij nomine, detrahendas: tum deinde ex reliquo beſſe quartam, quæ duæ ſunt vnciæ. Ita ſex vncias filium duarum detractionum nomine ſibi habiturum. ſic enim video hanc rem explicare Bald. Fulgoſ. & Philipp. Corn. in l.quamquam,C.ad leg.Falcid.& huius ſuæ ſententiæ rationem hanc adferre, quia cùm fideicommiſſi grauamen cadere in legitimam non poſſit, l. quoniam in prioribus,32. C.de inoff.teſt. conſentaneum eſſe,vt filius hereditatem reſtituere rogatus, non niſi de beſſe reſtituendo rogatus eſſe videatur. Potuiſſent fortaſſe haud paulo aptius proferre exemplum ex l. quoties,67. D.ad legem Falcidiam.vbi traditur,cùm duæ ſubductiones locum habent, veluti cùm plus alicui legatum eſt, quàm capere poſſit, prius Falcidiam detrahi: tum in reliquo ſecundam ſubductionem admitti. veluti ſi qui centum habebat, centum orbo alicui legauit:heres prius detrahet Falcidiæ nomine, viginti quinq;:tum deinde ex reliquis ſeptuaginta quinque,filius dimidiam partem auferet,l.1.C. de infir.pœn.cœlib. Sed videamus ne ratio iſta con-

A uenire in Pegaſianum quadrantem poſſit.Nam vt de lege Papia prius diſſeramus, cùm illa de dimidia, aut decima, aut alia parte locuta eſt; non de aſſis hereditarij parte locuta eſt:ſed de quauis ſumma teſtamento alicui relicta. Lex autem Falcidia, quam Pegaſianum S.C. ſecutum eſt, nominatim his vtitur verbis: NE MINVS QVARTAM HEREDITATIS PARTEM. vt Pegaſiana quarta non ad aliam vllam ſummam niſi ipſius aſſis ſolidi hereditarij referri poſſit. Quod cùm B ita ſit, perſpicuum eſt, Canoniſtas noſtros falsò, perperam, & contra diſerta legis Falcidiæ verba Pegaſianum quadrantem ad beſſis reliqui rationem referre. vt omittam,quod ne natura quidem patitur, quadrãtem ad beſſem referri. cùm enim quadrans nominatur, non beſſis quadrans nimirum, ſed aſſis ſolidi quadrans intelligitur. ex quo concluditur,ſi filio iſti præter ſuam legitimam Pegaſianæ detractio permittenda eſſet, ei ſeptem vncias ex aſſe hereditario erogandas eſſe. Ad illam autem rationem l. quoniam in C prioribus, ſatis argutè excogitatam, reſpondendum eſt: non ſi legitima priuilegium illud habet, vt fideicommiſſo grauari non poſſit, idcircò tamen minus in aſſe hereditario numerandam eſſe: & partem eius facere. neque enim condicio illa facit, vt extra hereditatem numeranda ſit. Quare cùm legitima partem aſſis hereditarij faciat, ſequitur, vt lex quæ de quadrante hereditatis loquitur, de quadrante totius illius ſummæ ſolidæ & integræ intelligatur. Quod ſi quis diceret, filium propterea duas tertias, hoc eſt D beſſem, detracturum, quia Iuſtinianus non tantùm eam portionem auxit, quam filius habet vt filius, ſed etiam eam quam habet vt ſcriptus: haud ſcio, an ſatis hæc ſententia probari poſſit. nam etſi verum eſt, Iuſtinianum auxiſſe filij legitimam, ſiue heres ſcriptus ſit,ſiue non ſit: tamen numquam eam auxit niſi tamquam filio: neque diſtinxit vtrum ſcriptus ſit,an non ſit. denique hoc perſpicuè aduerſatur Nouel. XXIX.de reſtit. vbi Iuſtinianus nominatim loquens de filio herede ſcripto, & reſtituere rogato: ſtatuit E eum detracta legitima (quæ iam, inquit, non quarta eſt,ſed tertia)reliqua omnia redditurum. Denique, vt iſti perplexæ quæſtioni finem imponamus, arbitror de ratione duplicis detractionis ita conſtituendum eſſe:vt ſi quidem vnus filius eſt,de principio trientem legitimæ ſuæ nomine detrahat: pòſt deinde, quia idem ille triens partem hereditarij aſſis facit, & in hereditate numeratur, tres inſuper vncias, ac proinde ſeptuncem auferat. Quod ſi Græcorum inſtituto ad centeſimam rationem reuocare hanc diſputa- F tionem volumus:ſi quidem vnus ſit filius, primũ triginta tres aureos & vnius trientem detrahit: deinde Pegaſianæ nomine inſuper viginti quinque, vt ipſe quinquaginta octo cum triente auferat:reſtituat vnũ & quadraginta cum vnius beſſe. Sin autem duo ſint filij, & in bonis ſint ſexaginta, pater autem ſuo iure vſus primo ſuam ſolam legitimam adtribuat,hoc eſt decem:alteri verò,dodrantẽ hereditatis,hoc eſt quinquaginta:tum hic ſecundus de portione ſibi ab inteſtato contingente,quæ fuit triginta, detrahet legiti- G mæ nomine decem: pòſt deinde quaſi hæc legitima adhuc in hereditate ſit, detrahet duodecim & quadrantem duorum. Atque hæc quidem ita ſe habent. quoniam tamen error iſte Canoniſtarum paſſim toto ferè terrarum orbe ius fecit:haud ſcio an conſultius facturi ſimus, ſi quàm minimo nos ab illorum litibus redimamus:& pinguem illam ſubducendi rationem,de qua ſuperius diximus,placidè ſequamur.

APPENDIX. Summa igitur totius diſputationis hæc eſto: Filius fideicommiſſo grauatus iure ciuili non plus ſua legitima detrahet, l. 8. §. quarta autem, D. de inoff. teſt. l. 6. C. ad Trebell. Nouell. 39. ſed in quibuſdam locis, illo Canoniſtarum errore iam recepto, duas portiones detrahit. legitimam, iure filij: quæ iure nouo triens eſt: hoc eſt, vnciarum quattuor. Nouell. 18. Trebellianam, iure ſcripti heredis: quæ dicitur eſſe quadrans beſſis reliqui; vt ſcilicet dua- A rum ſit vnciarum. Atqui cùm Imp. non tantùm eam portionem auxerit, quam filius retinet, vt filius; verùm etiam quam detrahit, vt inſtitutus: neceſſariò dicendum eſt, eum duos trientes, hoc eſt, beſſem, ex aſſe auferre. conuerſa Iuſtiniani ratione, qui beſſem heredi, trientem filio adtribuerat. Quid igitur ſi quinque liberi ſint? nimirum ex ead. Nouell. duos ſemiſſes: reliquum, id eſt, nihil à Canoniſtis teſeruabitur.

SEQVITVR DISPVTATIO EIVSD. AVCTORIS CONTRA C. RAYNVTIVS, EXT. DE TESTAM.

HABITA BITVRIGÆ ANNO 1567. cuius ſex iſtæ Enunciationes propoſitæ ſunt.

I.

Ex bonis filiæ quæ reſtitutioni obnoxia ſunt, poſſunt & mater & auia paterna ſuas legitimas detrahere.

II.

Mater & auia paterna ſpem ſuæ legitimæ in bonis ſuperſtitis filiæ quæ reſtitutioni obnoxia ſunt, vendere extraneo & donare poſſunt.

III.

Cùm mater & auia paterna ſuas legitimas de vnius filiæ bonis detraxerunt, altera filia de iiſdem legitimis ſuam legitimam detrahit.

IIII.

Fructus ab heredis fiduciarÿ ſucceſſore poſt litem conteſtatam percepti, ei in ſuam Pegaſianam imputantur.

V.

Cùm auia & mater ſuas legitimas de bonis filiæ reſtitutioni obnoxiis detrahunt, ipſa quoque filia ſibi detrahit: ac proinde tres legitimæ à tribus diuerſis perſonis detrahuntur.

VI.

Heres filiæ de reſtituendo grauatæ præter legitimam etiam Pegaſianam detrahit.

ARGVMENTVM IN D. C. RAYNVTIVS, DE TESTAM.

HERES *eius filiæ, quæ portionem ſuam hereditariam, cùm morietur, ſorori ſuæ reſtituere iuſſa eſt, legitimam ſimul & Pegaſianam detrahit. Filiæ autem & mater & auia paterna, ſuas illa ſuperſtite ſperatis legitimas alienare in extraneum poſſunt: ita tamen vt altera filia fideicommiſſaria, ſuam quoque de illis legitimam detrahat.*

CAVSSÆ conſtitutio hæc eſt: Raynutius cùm duas filias Alterochã & Adiectam haberet, vtramque heredem inſtituit: ſimúlque Adiectam rogauit vt ſi ſine liberis decederet, portionẽ ſuam moriens Alterochæ ſorori reſtitueret. Ita Raynutius decedit: vxore Adelaſia, & matre Clera ſuperſtitibus relictis. Eo mortuo, Adelaſia & Clera quæ legitimas ſuas in Adiectæ portione, ſi ea ſine liberis decederet, ſperabant: ſpem illam Adiectæ marito vendiderunt. Pòſt Adiecta ſine liberis decedens, Petrucium maritum heredem inſtituit. Cùm enim & Pegaſianam & legitimam detrahere dicatur: neceſſe eſt eum heredem inſtitutum intelligi, l. quamquam, 10. C. ad leg. Falcid. Ita fideicommiſſi dies Alterochę ceſſit: de qua quæſitum eſt, quota ei pars illius portionis hereditariæ reſtituenda eſſet. Papa iudex adhibitus ſtatuit, vt primùm omnium duæ illæ tertiæ quæ legitimariæ portionis nomine Adelaſiæ & Cleræ debebantur, & Petrucio venditæ fuerant, à Petrucio deducerentur: ita tamen vt Alterochę ſua in iis legitima ſeruaretur. Iterum deinde, vt idem Petrucius debitam Adiectæ legitimam detraheret, ac poſtremò, Pegaſiani S.C. nomine quadrantem. His detractis, reliquum Alterochę reſtitueretur. Quod ſanè cuiuſmodi ſit, coniectura adſequi non poſſum. nam vt, perſpicuitatis cauſſa, ex iuris antiqui ratione, quadrãtarias omnes detractiones fingamus: cùm Adelaſia tres vncias, Clera item tres detraxerit; pòſt Adiectæ legitima tres quoque abſtulerit: totidemque ad extremum eiuſdem Pegaſiana: ecquænam portio Alterochæ reſtitui poterit? B Sed prius noua iura omnia quæ per hanc ſententiam conſtituuntur, conſideranda ſunt. Sex enim illorum capita licet animaduertere: quorum primum illud eſt:

Ex bonis filiæ quæ reſtitutioni obnoxia ſunt, poſſunt & mater & auia paterna ſuas tertias detrahere. Tertias autem, ſi ad iuris ciuilis rationem ſpectemus, non alias quàm legitimas interpretari poſſumus. quare huic enunciationi multa perſpicuè aduerſantur. Nã primùm omniũ, vbi mater & auia paterna filio mo- C riente ſuperant, ſoli matri, vtpote proximæ, ſucceſſio defertur: auia excluſa. Nouell. CXVIII. §. 2. Conſtat autem legitimam, hereditatis ab inteſtato partem eſſe, l. parentibus, 8. cum ſimilib. C. de inoff. teſt. ac proinde, iiſdem perſonis, quibus illa defertur, eodémque ordine deferri. Nouell. XVIII. §. 1. & §. 2. Præterea etiamſi & mater & auia ſimul admitterentur: tamen non ſingulis, trientes ſinguli, legitimæ nomine: ſed ambabus vnus tantùm adtribueretur, §. vlt. De inoff. teſt. Iam verò cùm legitima matri deberi dicitur, de D hereditate quæ filiæ propria eſt, deberi intelligitur: quemadmodum cùm filio deberi dicitur, de patris hereditate intelligitur. Atqui hereditas iſta non erat Adiectæ propria, ſed Raynutij, qui eam per fideicõmiſſum Alterochæ deſtinauerat: & notum eſt, hereditates fideicommiſſarias ſemper teſtatoris hereditates dici, l. coheredi, 41. §. qui filiæ, D. de vulg. & pupil. ſubſt. ex quo intelligitur, nihil ex iſta hereditate neq. matri, neque auiæ, legitimæ nomine, deberi potuiſſe. Huc

Huc accedit, quòd legitima ei demum conuenit, cui hereditas ab inteſtato debebatur. hæc autem hereditaria portio à filia inteſtatò mortua, neque ad matrē, neque ad auiam peruenire poterat. Patris enim Raynutij teſtamento Alterochæ deſtinata fuerat. Eodem pertinet, quòd legitima nulli, niſi inſtitutionis iure, debetur: neque ab alio quàm ab herede inſtituto peti poteſt. Nouell. c x v. §. 3. Quare cùm neque Adelaſia mater, neque Clera auia paterna heredes inſtitutæ eſſent, neutra earum petere legitimam potuit. Neque ad rem pertinet, quòd legitima de bonis reſtitutioni obnoxiis, filia mortua, per ipſius heredem detrahitur. Tum enim ipſius filiæ nomine detrahitur. quemadmodū hac quoque in cauſſa poſterius videbimus cōſtitutum eſſe, vt detrahatur. Nunc autem mulieres iſtæ, non filiæ, ſed ſuo ipſarum nomine detrahunt. Secundum ius nouum, quod hac ſententia conſtituitur, eſt huiuſmodi: *Mater & auia paterna ſpem ſuæ legitimæ, in bonis ſuperſtitis filiæ, quæ reſtitutioni obnoxia ſunt, vendere extraneo & donare poſſunt.* Cùm enim Petrucij liberis hęc omnia & eorū tutoribus adiudicētur: perſpicuum eſt, alienationes illas, quę à matre & auia factæ dicuntur, confirmari. Qua de re ita diſputari poteſt. Primùm, quòd iſto modo venditio hereditatis viuentis confirmatur: contra l. 1. cum ſimilibus, D. de here. vel act. vend. vbi Vlp. ait propterea id fieri non poſſe, quia venderetur res quæ nulla eſt, & in rerum natura non eſt. quod autem de tota hereditate dicitur, idem de legitima, quę ipſius pars eſt, dicendum eſſe, conſtat ex vulg. l. quæ de tota, D. de rei vind. Denique paciſci de legitima viuentis non licere, nemo neſcit ex l. ſi quando, 35. §. 1. D. de inoff. teſt. l. 1. §. ſi impubere, D. de collat. præterea iſto modo pactū quod mali ominis eſt, id eſt, quo liberorum ſpes extinguitur, confirmatur: contra l. inter ſtipulantē, 80. §. ſacram, D. de verb. oblig. nam iſtius duplicis trientis ſperati venditio, non aliter rata eſſe poteſt, quàm ſi Adiecta ſine liberis deceſſerit. Poſtremò abſurdum videtur, quòd iſto pacto, ius legitimę, quod certis perſonis propriū eſt, & in eas propriè cōuenit, tamē extraneo ceditur: nimirū Petrucio, Adiectæ marito: cū tamē ea quę certis perſonis propria ſunt, cedi extraneo non poſſint: quemadmodū de vſufructu traditur in §. finitur, 3. de vſufr. l. ſi vſusfruct⁹, 66. D. de iur. dot. de fideicōmiſſo verò, in l. mulier, 59. §. ex aſſe, D. eod.

Tertium ius eſt hoc: *Cùm mater & auia paterna ſuas legitimas de vnius filiæ bonis detraxerint, altera filia de iiſdem legitimis ſuam legitimam detrahit.* Quo iure cōſtitutum video, detractionem ex detractione concedi. nam de matris legitima ſuam legitimam filia detrahit: quod quàm abſurdū ſit, nemo non videt. nam neque acceſſionis acceſſio, neque detractionis detractio vſquam conceditur: vt pote cùm cōtra naturam ſit vt accidens accidētis fingatur. quemadmodum de vſuris vſurarum, aut vſuris fructuum, aut fructuum fructibus traditur in l. placuit, 29. cum ſimilibus, D. de vſur. & de Falcidia in l. pœnales, §. ſi Titio, ad leg. Falc. Eodem illud quoque accedit, quòd iſta Alterochę legitima præciſè & peculiariter de legitimis matris eius & auiæ detrahi dicitur. nam ſi qua detrahenda fuit, non de illis particulis, ſed vniuerſè de tota illarum hereditate, quę mortis tempore reperta eſt, illā deduci oportuit. l. cum quæritur, 6. C. de inoff. teſt.

Quartum hoc ius eſt: *Fructus ab heredis fiduciarij ſucceſſore, poſt litem conteſtatam percepti ei in ſuam Pegaſianam imputantur.* Vbi duplex dubitatio exoritur. Primùm enim ſi fructus ab herede fiduciario quocumque tempore percepti, ei in ſuam Pegaſianam imputantur. l. in fideicommiſſaria, 18. D. ad Trebell. quanto magis ab eius ſucceſſore percepti & ante & poſt litē conteſt. imputabuntur? quamquam, quoniam hic caſus eſt de primi gradus liberis, quibus priuilegium à Zenone tributum eſt, vt fructus illis in ſuam quartam non imputentur: l. iubemus, 6. C. ad Trebell. propterea de iis qui Adiecta viuente percepti ſunt, nihil mutamus: ſed eius ſucceſſorem meliore eſſe iure, quàm quo ſunt heredes fiduciarij extranei, nulla ratio eſt. Prętere a ſingulare quiddam eſt in hoc controuerſiarum genere: vt locum nō habeat quod in hoc iudicio ſpectatum eſt: litis conteſtatione malæ fidei poſſeſſorem effici: ac proinde fructus ab eo poſtea perceptos imputari: l. 2. cum ſimilib. C. de pet. hered. nam quemadmodum traditur in l. ſolidum, 78. D. de leg. 2. ab ea regula excipiuntur cauſſæ, in quibus Falcidia locum obtinet. idque perſpicua æquitate, quia poſſeſſor non abſolutè & ſimpliciter reſtitutionem abnegat: ſed cùm adiectione, ſi totum reſtitui petitur. non enim tota hereditas debetur, ſed cum detractionibus legitimis. Eóque pertinet l. 3. D. de vſur. Quintum hoc ius eſt: *Cùm auia & mater ſuas legitimas de bonis filiæ reſtitutioni obnoxiis detrahunt, ipſa quoque filia ſibi detrahit: ac proinde tres legitimæ à tribus diuerſis perſonis detrahuntur.* Quod cuiuſmodi ſit, ex iis quæ in prima enunciatione dicta ſunt, ſatis intellectum eſt. nam ſiue matri legitima debeatur, de filij hereditate ei deberi intelligitur, ſiue rurſus filio debeatur, de parentis. Vtrique autem de eadem hereditate, & matri, inquam, & filiæ, deberi non poteſt, propterea quod in inteſtatorum hereditatibus liberorum gradus parentes excludit. Nouella c x v i i i. §. 1. Quare cùm pateat hanc Raynutij hereditatem eſſe, ſola filia legitimam ab ea capiet: matrem verò & auiam prorſus excludet. Sextum ius eſt, *Heres filiæ de reſtituendo grauatæ, præter legitimam, etiam Pegaſianam detrahit.* Quod non modò contra iuris ciuilis rationem, ſed etiam contra ſenſum communem inſtitutum fuiſſe, ſuperius docuimus: vt non mirum ſit, ſi ſententia hæc à iuris ciuilis interpretibus pleriſque repudiata ſit. Quadrantis enim detractio aduerſus eum ſolum intelligitur, cui dodrans relinquitur. conſtat autem, vbi legitimarius triens detractus eſt, beſſem ſolum ſupereſſe. Præterea ex S.C. ſententia is demum quadrantem retinet, qui ſupra dodrantem grauatus eſt. §. ſed quia, De fideicommiſſ. heredit. quod de filio qui ſuam legitimam detraxit, dici non poteſt. Denique planiſſimè refutatur per Nouell. c x x x i x. vbi Bartho. hoc ipſum fatetur: & per l. iubemus, 6. C. ad Trebell. l. quamquam, 10. l. ſi vt allegas, 11. C. ad leg. Falc. Atque hæc quidem ita ſe habent. Cùm autem Gloſſematarius, huius Decretalis interpres, tantam abſurditatem animaduerteret, medicinam quæſiuit. Adſcripſit enim probabilius ſibi videri, duas illas matris & auiæ tertias non ex ciuili, ſed potius ex Langobardico iure detrahi: propterea quòd eo loco vbi earum mentio fit, ita ſcriptum eſt: ILLAS tertias deducendas, de quibus deduci poterant, ſecundum Tuſcanæ conſuetudinem ciuitatis. Sed videamus, ne ſi ex eo loco argumentari liceat, tertias illas iure Lāgobardico detrahi: ſimiliter concludi debeat, legitimæ detractionem quæ Adiectæ deberi dicitur, ex eodem Langobardico iure adtributam ei fuiſſe. Vbi enim de illa agitur, ita ſcriptum eſt: Legitimam retinendam de his rebus, de quibus ſecundum

Tuſcanæ conſuetudinem ciuitatis fieri conſueuit. Quod quàm abſurdum ſit, nemo non videt. verùm vt illud omittamus, eſtne veriſimile, tam barbaram, feram & inhumanam in vlla Tuſcaniæ ciuitate receptam eſſe conſuetudinē: vt mater, & vxor patrisfam. duos de ipſius patrimonio trientes auferrent: neque ei liceret ſuis liberis, quantumuis multis, præter vnum trientem relinquere? nam in iis quidem quæ exſtant Langobardorum legibus, caput hoc planè contrarium, reperio: tit. 3. de vlt. volunt. Si quilibet Langobardus ægrotauerit, poteſtatem habeat diſpēſandi de rebus ſuis quid aut qualiter voluerit: & quod iudicauerit, ſtabile debeat permanere. Eodem accedit, quòd ſi qua huiuſmodi conſuetudo in iſta ciuitate valuiſſet, ſuperius in exponenda cauſſa mentio aliqua de tertio triente, de quo paterfam. diſponere inter liberos poterat, facta ſine dubio fuiſſet: nimirū, Raynutium trientem illum, de quo liberè ſtatuere poterat, ſuis illis filiabus adtribuiſſe. Præterea locus eſt apertiſſimus ex quo intelligi poteſt, duarum illarum tertiarum detractionem, de ſola hereditaria Adiectę portione petitam eſſe. Cùm enim Alterocha reſtitutionem poſtulaſſe dicitur, non dubium eſt, quin eorum tantùm bonorum reſtitutionem poſtularit, quæ Adiectæ adtributa, & relicta, & fideicommiſſo deſtinata à Raynutio fuerant. Atqui poſtea dicitur, licere Petrucio de illis bonis ab Alterocha poſtulatis, duas illas matris & auię tertias detrahere. ex quo perſpicuum eſt, eas non de vniuerſo Raynutij patrimonio, ſed præciſè de hac hereditaria portione Adiectæ adtributa detractas fuiſſe. Verba autem hæc ſunt: Coram quo Alterocha bona quōdam Raynutij tāquam ex cauſſa fideicommiſſi vel ſubſtitutionis ſibi debita petiit: tutore filiorum ex aduerſo dicēte, quòd de bonis illis tā tertia Cleræ & tertia Adelaſiæ vxori eiuſdem, quàm quarta per Trebellianum nomine ipſius Adiectæ erant ante omnia deducēdæ. Quibus ex verbis perſpicuè intelligitur, tres iſtas detractiones dę iis ipſis bonis ſumi, quæ fideicommiſſi nomine poſtulabantur: neque aliunde duas Cleræ & Adelaſiæ tertias exigi, niſi vnde Trebellianica petebatur. nam eodem ex fonte omnes hauriri adparet: cùm Textus eas coniunctim de certis bonis poſtulari oſtendat: non autem duas ex iure Langobardico, tertiam ex iure ciuili. Sed video quid alicui venire in mentem poſſit, quod tamen receptæ huius Decretalis interpretationi planè aduerſatur. nimirum tertias illas Langobardicas eius donationis cauſſa deberi, quæ in libro de Feudis, Morganatica: in Langobardorum legibus & Germanorum inſtitutis, Morgengeba vocatur: ita tamen, vt Clera de bonis ſui quondam mariti qui Raynutij pater fuerat, ſuam illam Morgengebam poſtulet. Primùm omnium nulla huiuſce rei vel tenuiſſima in textu noſtro facta mentio eſt: deinde Langobardorum legibus Morgengeba diſertè vetatur eſſe quadrante bonorum maior. Edict. Lutprand. titul. 4. Præterea quomodo ad hæc verba adcommodari iſta interpretatio poterit? Alterocha bona quondā Ray-

A nutij tamquam ex cauſſa fideicommiſſi ſibi debita petiit: tutore allegante quòd de bonis illis tam tertia Clerę, quā tertia Adelaſiæ, & quarta per Trebellianū Adiectæ nomine erant deducendæ. Nam ſi Morgengebæ illæ fuerant, & alienatæ in extraneum erāt, quo iure peti ab Alterocha potuiſſent? deinde quomodo de illis iiſdem bonis detrahi Trebellianica potuit? Ad extremum, quid illud eſt, quod Alterochæ tribui legitima dicitur, de iiſdem illis duabus tertiis delibata? B Nam ita omnino ſe res habet: vt ſi maximè commētum iſtud alicui largiamur, tamen abſurdiſſimè ius illud ex eo conſequitur: Cùm vxor & mater iure Lāgobardico ſuas tertias detrahunt, eáſque inter viuos alienant, tamen filia poteſt ſuam de illis legitimam detrahere. Hoc enim loco ſtatuitur, vt Alterochæ de illis tertiis Petrucio venditis, ſua legitima ſeruetur. Atqui conſtat legitimariam portionem de hereditate tantū detrahi: quę verò inter viuos alienata ſunt, in hereditate non numerari. l. ſequens quæſtio, 68. D. C de leg. 2. Neque enim, opinor, locum hîc habuit, quod traditur in l. 1. l. 2. & l. ſi totas, 3. C. de inoff. don. & l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat. cùm per inofficioſas donationes legitima læſa eſt, eas vſque ad legitimæ quantitatem reſcindi. quia cùm illæ duæ tertiæ confuſæ in matris & auiæ patrimonio fuiſſent: ſi caſus ita tuliſſet, vt Alterocha ſuam in illarum bonis legitimam poſtularet, certum eſt illam legitimam non præciſè de iſtis tertiis, ſed vniuerſè de ſolido illarum patrimonio detrahendam fuiſſe. Præterea vbi D de inofficioſis donationibus, aut earum reſciſſione, vlla in conſultatione, & toto Decretalis contextu vel minima ſuſpicio eſt? non enim, opinor, iudex huic controuerſiæ adhibitus, potuit illas donationes nondum inofficioſi conuictas & damnatas, ita obiter & quaſi aliud agens reſcindere. Nam quod ad inofficioſæ vēditionis querelam attinet, vbi vnquam eius audita mentio eſt? Neque verò plura de Gloſſatorum interpretatione dicenda ſunt, præſertim cùm tota illorum in tertiis deducendis ratio nemini probari E poſſit. nā ſi ponamus in Raynutij bonis fuiſſe LIIII. tres autem perſonas Cleram, Adelaſiam, & Adiectam tertias ex iis petere: non ſic rationē inibimus, vt Clera de LIIII. detrahat XVIII. pòſt Adelaſia de reliquis XXXVI. auferat XII. ad extremum Adiecta de hiſce XII. quattuor abſtrahat. Cùm enim vnicuique earum eodem iure, eodémque temporis puncto legitima debeatur: quis non videt, ex eadem quoque ſumma ſingulis ſuam portionem adtribuendam? neque Cleram Adelaſiæ, aut hanc illi anteferendam eſ- F ſe? ſed vnam ſimul omnibus illis tribus legitimam de toto Raynutij patrimonio adtribuendam: quam pariter æquabiliterque inter ſe partiantur. verbi gratia XVIII. omnibus, quemadmodum ex §. vlt. De inoff. teſt. ſuperius demonſtratum eſt. Verùm, vt antea diximus, quæſitum emplaſtrum eſt, quod iſta vlcera non ſanaret, ſed tegeret. de quo tamen diutius non pugnarim. nam per me quidem pedibus iſta trahantur, licet.

EIVSDEM

EIVSDEM AVCTORIS IN L. FRATER A FRATRE, D. DE COND. INDEB. VETVS-RENOVATA DISPVTATIO.

TEXTVS LEGIS. EX. AFRICANI LIBRO IX. QVÆSTIONVM.

FRATER à fratre, cùm in eiuſdem poteſtate eſſent, pecuniam mutuatus, poſt mortem patris ei ſoluit. quæſitum eſt, an repetere poſſit. Reſpondit, vtique quidem pro ea parte qua ipſe patri heres exſtitiſſet, repetiturum: pro ea verò qua frater heres exſtiterit, ita repetiturum, ſi non minus ex peculio ſuo ad fratrem perueniſſet. Naturalem enim obligationem quæ fuiſſet, hoc ipſo ſublatam videri, quod peculij partem frater ſit conſecutus. adeò vt ſi prælegatum filio eidémque debitori id fuiſſet, deductio huius debiti à fratre ex eo fieret. idque maximè conſequens eſſe ei ſententiæ, quam Iulianus probaret: ſi extraneo quid debuiſſet, & ab eo poſt mortem patris exactum eſſet, tantum iudicio eum familiæ erciſcundæ reciperaturum à coheredibus fuiſſe, quantum ab his creditor actione de peculio conſequi potuiſſet. Igitur & ſi re integra familiæ erciſcundæ agatur, ita peculium diuidi æquum eſſe, vt ad quantitatem eius indemnis à coherede prſtetur. porrò cum quē aduerſus extraneum defendi oportet, longè magis in eo quod fratri debuiſſet, indemnem eſſe præſtandum. Hactenus Africanus.

DVODEVIGINTI iam anni ſunt, cùm in hanc A legem ſcripſi videri mihi mendum irrepſiſſe fœdiſſimum: modeſtéque (vt mea natura & conſuetudo ſemper tulit) ſententiam illam meam expoſui. Pòſt etiam anno M.D.LXIIII. cùm eſſem Valentiæ, commentationem eandem retractaui: nouiſque aliquot argumentis ſententiam illam meam veterem cōfirmaui. atque in Scholarum noſtrarum volumen conieci. Ac ſperabam fore, vt ſiquis vir doctus eam emendationem improbare vellet, diſputationē ſuam eadem qua vſus eram modeſtia, litteris manda- B ret: meámque opinionem placidè & ſedatè refelleret. nō enim de iuris ſententiis, tamquā pro aris & focis, vt opinor, dimicamus. Nunc verò ab aliquot amicis ſum admonitus, reprehenſionem quidem illius libelli mei nuper editam fuiſſe: ſed valde contumelioſam, atque à Iuriſconſultorum ratione & inſtituto planè abhorrentem. Itaque rurſus illam Africani legem in manus ſumſi, publicéque nuper interpretari volui: & communicato cum amicis conſilio, quoniam mihi viſus ſum perſpicere, veriſſimam illam meam C eſſe ſententiā, tertiam hanc illius legis tractationem diuulgare inſtitui: vt quoniam voluntarius mihi aduerſarius exortus eſt, eruditi viri (quorum iam magna copia eſt) noſtræ huius contentionis arbitros ſe interponant. Nam ad me certè quod attinet, paratum me profiteor, vbi ſententiam meam certis teſtimoniis conuictam animaduertero, de illa deſiſtere: & eruditorum Iuriſconſultorum iudicio ſtare. in quibus tantum abeſt vt Franciſcum Roaldem eruditiſſimum virum recuſem, vt eum etiam propter ſingula- D re animi mei de ipſius integritate iudicium, huius controuerſię arbitrum feram: ea tamen lege, vt veteris præcepti meminerit, & cùm arbitri perſonam ſuſceperit, amici deponat. Summa autem quæſtionis hæc eſt: An & quatenus quod frater fratri naturaliter debitum poſt patris mortē diſſoluit, tamquam indebitum condicat. Principio propter quæſtionis ſubtilitatē triplex adhibenda præmunitio eſt. Nam mirū eſt, eos qui facillimam hanc legem eſſe ſcribunt, tamen tres totas paginas in præmunitionib. conſume- E re. Noſtrarum igitur hæc prima eſt, *Inter eos qui eiuſdem familia ſunt naturalis tantū obligatio contrahitur*, l. actiones, 7. D. de obl. & act. l. 4. D. de iudic. l. naturalis, 10. D. ad Maced. Eſt autē naturalis obligatio, quæ cùm iure ciuili deſtituatur, naturali æquitate, id eſt, ęqui boníq; ratione, ſola ſuſtinetur, l. Stichū, 95. §. naturalis, D. de ſolut. l. ſi quod, 64. D. de cōd. indeb. Quo loco illud obiter notandū eſt, quáuis filiifam. ex contractibus cū extraneis factis, non modò naturaliter, verūetiam ciuiliter & obligent, & obligētur, l. filiuſfam. 39. D. de obl. & act. l. tā ex contractibus, 57. D. de iudic. l. ſi id quod, 58. §. 2. D. pro ſoc. tamen ipſos inter ſe naturaliter tantū obligari. vt paulò pòſt planius intelligetur. Sequitur ſecūda, *Naturalis obligationis hæc vis eſt, vt cùm ad retentionē tū ad compenſationē valeat.* l. naturaliter, 13. & l. iudex, 28. D. de cōd. indeb. l. etiam, 6. D. de cōpēſ. Sequitur tertia, *Peculiū tum profectitiū, tū aduentitiū, iure ciuili cū hereditate paterna permiſcetur*, l. certū, 13. C. famil. erciſc. l. filię, 12. C. de collat. qua de cauſſa res in peculiū conceſſa, patre mortuo efficitur hereditaria, l. emtor, 65. §. 1. D. de rei vind. Cui⁹ rei hæc ratio eſt, quoniā cùm peculiū nō dicatur niſi eorum qui in aliena poteſtate ſunt, ſequitur vt ea poteſtate peremta peculium perimatur, l. paterf. 182. D. de verb. ſign. l. vlt. in fin. C. de inoff. teſt. ſicuti morte filij aut ſerui, emancipatione filij, & manumiſſione ſerui peculium eſſe deſinit, l. 1. & l. vlt. D. quand. de pec. act. §. 1. Quib. non eſt permiſſ. §. 1. Per quas perſ.

Nunc cauſſæ conſtitutio videnda eſt. Duo fuere filiif. fratres, Primus & Secūdus: quorū vterque in peculio cētenos habuit aureos. Primus à Secundo quinquaginta mutuatus eſt. Pòſt pater moritur, cui fratres illi æquis ex partibus ſuccedunt. Hi cùm paternā hereditatē inter ſe ipſi pinguius nullo adhibito arbitro diuiſiſſent (velut in l. cùm putarē, 36. §. vlt. fam. erciſ.) Primus datam Secundo fidem ſeruare voluit, eíque quinquaginta aureos diſſoluit. Pinguius autem diuiſam inter illos hereditatē idcirco dicimus, quoniā ſi familiæ erciſcūdę adhibitus arbiter fuiſſet, reputationis & deductionis rationē habuiſſet. animaduertiſſet, inquā, & in peculio fratris creditoris, id quod ei naturaliter debebatur, cōputandū: & ex illo debitoris, quod ipſe naturaliter debebat, deducendum; l. quàm

Tuberonis,7.in fi.l.ſed ſi,9.§.1.D.de pecul. l. ſi pecu- A
lium,6.§.ſicut.l.denique,8.§.1.D.de pecul.leg.Cuius
rei ratio ſi habita fuiſſet, nihil prorſus controuerſiæ
ſuperfuiſſet.neq; enim tam amens Primus fuiſſet, vt
pecuniam ſemel ſolutam, iterum diſſolueret. Verùm
vt hoc per incuriam & errorem nõ animaduerterit,
parui refert. Illud ſummè attendi oportet, cùm per-
mixtum vtriuſque filij peculiũ in paterna hereditate
fuiſſet,vterq; autẽ æquis ex partibus heres exſtitiſſet,
tũ accidiſſe,vt Primus è peculio Secũdi (quod,vt di- B
ximus, quinquaginta aureorũ erat) vigintiquinque
auferret:viciſſim autẽ Secũdus è peculio Primi (quod
centum fuiſſe diximus) quinquaginta. Nam (vt iam
teſtati ſumus) nullã quinquaginta aureorũ quos Se-
cundus Primo crediderat, duci rationẽ oportet.quaſi
apud Primum periiſſent,neque in eius peculio patre
moriente reperti fuiſſent.Cùm enim Africanus dicat
naturalem Primi obligationem poſt patris mortem
manſiſſe,perſpicuũ eſt illam ſummã in patris heredi-
tate confuſam non fuiſſe.nã ſi confuſa fuiſſet,Secun- C
dus eam percepiſſet : atque ita ſibi vterque centenos
ſuos peculiares aureos recepiſſet. Hæc igitur cùm ita
eſſent,Primus fidem (vt dixi) ſeruans quinquaginta
aureos fratri diſſoluit. Aliquanto pòſt de iure ciuili
admonitus,quo debitæ inter filiosfam. pecuniæ exa-
ctio nulla eſt, repetere pecuniam illam tamquam in-
debitè ſolutam inſtituit.Quæſtio eſt,an poſſit.Dubi-
tãdi cauſſa eſt,vt non poſſe videatur, defenſio Secũ-
di,quoniam naturalis obligatio ad retẽtionem valet,
vt paulò antè diximus: id eſt, naturale debitũ per er- D
rorem ſolutum retineri ab eo cui ſolutum eſt,poteſt:
propter æquitatem naturalem.l.hoc iure, 29.§.4. D.
de donat.l.naturales,10.D.de obl.& act. Contrarium
tamen Africanus reſpondit. Primum videlicet quin-
quaginta ſolutos fratri per errorem aureos repetiru-
rum.hac nimirum de cauſſa, quoniam Secundus eos
iam antea ex Primi peculio perceperat.nã (vt à poſte-
riore primùm ordiamur) pro qua parte Secũdus pa-
tri heres exſtitit, cuius in hereditate confuſum Primi
peculium fuerat, è Primi peculio quinquaginta au- E
reos abſtulerat. Cùm autẽ obligatio naturalis etiam
ad compenſationem valeat (vt ſuperius dictum eſt
ex l. 6. D. de compenſ.) æquum eſſe vt illa quinqua-
ginta ei in ſolutionem imputentur, & cum eo quod
Primus Secundo debuerat compenſentur:hoc eſt, vt
eatenus naturalis obligatio tollatur,quatenus Secun
dus è Primi peculio conſecutus eſt.Ita diſceptatio ex
contraria æquitate conſtat:ſicuti videmus in l. ſi ſer-
uus,61.§.quod verò,D.de furt.æquitatem cum æqui-
tate contendere.Nam quemadmodum Secundus na- F
turali æquitate pugnat, ita Primus eadem ſe æquita-
te tuetur. Naturalis autẽ obligatio ſicut æquitate ſo-
la contrahitur, ita æquitate ſola diſſoluitur: id eſt,
iis modis omnibus qui naturali æquitati conſenta-
nei ſunt.d.l.Stichum,95.§.naturalis, D.de ſolut. At-
que hoc nimirum eſt quod ait Africanus, *Pro ea verò
parte qua Secundus frater heres exſtitit, ita repetiturum
Primum, ſi non minus ex peculio ſuo ad fratrem Secun-
dum perueniſſet:* vbi ſubaudiendum eſt,*quàm quantum
ei naturaliter debebatur. quod in propoſita ſpecie vſuue-* G
nit. Quibus ex verbis duo nobis ſingulariter notanda
ſunt:primùm, Eatenus naturalem filij obligationem
exſtingui, quatenus naturalis ipſius creditor ex eius
peculio conſecutus eſt. nam id etiam in patre credi-
tore valere, poſterius intelligetur ex §. quæſitum : &
dilucidè traditur in l.ſi noxali,11.in fi.princ.D. de pe-
cul.Deinde notandum eſt,quod ſuprà diximus,quã-
uis filiifam.ex contractibus cũ extraneis factis etiam
ciuiliter obligent & obligentur:tamen inter ſe non-
niſi naturaliter obligari.nã ſi ciuilis poſt patris mor-
tem manſiſſet obligatio,dubitãdi cauſſa nulla omni-
no ſuperfuiſſet. Verùm hìc alia ſubſequitur quæſtio:
Quantum igitur Primus ſit repetiturus:vtrum inte-
gra quæ diſſoluit quinquaginta, an eorum partẽ dũ-
taxat. Hìc illud meminiſſe oportet, quod ſuprà dictũ
eſt: quia Primus è Secundi peculio vigintiquinque
abſtulerat, conſentaneum eſſe, Primum tantumdem
Secundo imputare, & cum eo quod nimium ſoluit,
compenſare. Quare vt ſi attentus ad ſuum negocium
Primus fuiſſet, xxv. tantùm Secundo reddidiſſet: ita
nunc errore admiſſo, xxv. tantùm repetet: atque ita
ſua vtrique fratri peculij ſui ratio conſtabit. nam ſic-
uti ante mutuum datum vterque centenos in pecu-
lio aureos habuit, ita poſt mutuum diſſolutum tan-
tumdem vterque habebit: vt vel Archimedes melius
deſcribere non potuerit. Veniamus iam, ὕστερον πρό-
τερον ὁμηρικῶς, ad prius caput,pro qua parte Primus patri
heres exſtitit.In quo quæro,cùm illa ſuperiore ratio-
ne commodiſſimè vtrique ſatisfactum fuerit,quo iu-
re, Primus præter illos xxv.quos iam repetiit,repete-
re quidquam amplius poſſit. Et tamen in vulgatis li-
bris omnibus ita legitur: *Vtique quidem pro ea parte
qua ipſe patri heres exſtitiſſet, repetiturum.* Quare pri-
ſtinam meam ſententiã retineo, quam annis abhinc
xx.diu multùmque cũ eruditiſſimo viro Ioanne Lau-
trecio Sangermerio,Senatore Tholoſano communi-
catam, vehementer illi probaram, & aliquanto pòſt
edito libello promulgaram : vt particula NON inter-
ponatur:itàque locus reſtituatur: VTIQVE NON RE-
PETITVRVM. Nam vſitata Iuriſconſultorum locutio
eſt Vtique pro Certè.Vt in l.ſi pro parte,10.§.2.D.de
in rem verſ. Sed ſi non ſint promiſſæ, vtique non de-
bebuntur. Et has duas voces VTIQVE NON plerum-
que coniungi,teſtimonio ſunt.l. itẽ apud,15.§.ſiquis,
27.D.de iniur.l.5.§.2.eod.l.4.D. vti bon.capt.l.ſi ſer-
uus, 61.§.vlt.D.de furt.l.1.§. dies autem,D.quand.ad-
pell.ſit. l.1. D. de iur. delib. AT NON VTIQVE idem
valet quod Non continuò.vt apud Pomponium in l.
cùm plures,72.D. de euict. Non vtique alter alterius
fundus pars videtur eſſe. Item, Non vtique prohibe-
bitur emtor venditorem conuenire. Quinctil. lib. 5.
Sol colorat. non vtique qui eſt coloratus, à ſole eſt.
Quòd ſi vſitatam ſcripturam retineremus, duo valde
abſurda conſequerentur. primum, vt Secundus x x v.
minus haberet,quàm quantum illi æquitas naturalis
peculij ſui nomine adtribuit.Primus autem xxv am-
plius in peculio ſuo haberet, quàm quãtum illi æqui
boníque ratio permittit. Etſi enim peculium morte
patris extinctum eſt,tamen in hac tota naturalis ob-
ligationis ratione conſideranda,quæ inter fratres cõ-
tracta fuerat,ſolius æquitatis naturalis ratio habenda
eſt:quippe quę in iis ſola dominatur : vt ait l. ſiquod,
64.D.de cond.ind.d.l.Stichum,95.§. naturalis, & l.ſi
noxali,11. D. de pecul. Alterum abſurdum ac propè
flagitioſum ita licebit animaduertere. ponamus Pri-
mum nihil in peculio habuiſſe. Secundum illi quin-
quaginta credidiſſe. Poſt patris mortem Secundus
è Primi peculio nihil auferet: ac proinde nulla ex
parte naturalis obligatio rolletur. Qua fronte igitur
Primus hoc caſu repetere quidquam auderet? Deni-
que vt noſtram cauſſæ conſtitutionem retineamus,
& ponamus Primum in peculio centũ habuiſſe, quo
iure audebit, quod bona fide ſibi creditum bona fide
perſoluerit, repetere? præſertim pro parte qua patri
heres

heres exſtitit. Nam illo reſpectu qua tandem in parte compenſatio induci poterit? Sed ad reliquam Africani diſputationem pergamus. Nam vbi eam κατὰ πόδα expoſuerimus, tum vnde vulgaris error natus ſit, aperiemus, & ſimul cuiuſmodi aduerſariorũ obiectiones ſint, conſiderabimus. Seq. verſiculus, *Adeò vt ſi*, &c. vbi hęc quęſtio proponitur: Ex peculio fratri à patre pręlegato an alter frater quod ſibi debebatur deducat. Primus in peculio c. habuit. Idem Secundo xx. debebat. Pater moriens Primo debitori Secundi ſuum peculium prælegauit: velut in l. ſi peculium, 20. & paſſ. D. de pec. legat. Patre mortuo quæritur, an Secundus creditor xx. ſibi debita deducere de Primi debitoris peculio poſſit. Dubitandi cauſſa eſt, quoniam peculium morte patris interit: vt ſuprà dictum eſt. quinetiam vt non exſtingueretur, tamẽ Primo totum prælegatum eſt. Contrà tamen Africanus reſpondet: quoniam etſi morte patris peculium exſtinguitur, tamen naturalis obligatio peculiaris patriæ poteſtatis interitu non exſtinguitur: ſed poſt patris mortem durat: ſicuti de emancipatione traditur in l. eas, 8. D. cap. minut. neque enim iuris ciuilis argutiis obligatio naturalis labefactatur: ſed naturali æquitate, id eſt, boni æquíque ratione, ſuſtinetur. d. l. 8. & d. l. Stichum, §. naturalem. l. non amplius, 84. §. 1. de regul. iur. Quorſum igitur hæc diſputatio? non vſquequaque certè ad ſuperiorem quæſtionem. ſed tamen vt ex ea intelligitur, primùm naturalem obligationem per patris mortem non exſtingui, quod ad ſuperiorem quæſtionem pertinet: deinde illud ſubaudiendum eſt, quod hîc non exprimitur, Si Secundus è Primi peculio partem abſtuliſſet (quemadmodum in caſu ſuperiore vſuuenit) tum nihil enim deductum fuiſſe: quoniã naturalis obligatio pro qua parte peculium participaſſet, ſublata fuiſſet. Quod autem video eſſe, qui verba illa FILIO EIDEMQVE DEBITORI, ſic interpretantur: *De filio loquitur, cui alter filius mutuam pecuniam dedit: & cuius filius dicitur, eiuſdem debitor dicitur:* hoc cuiuſmodi ſit ſatis intelligere non poſſum. Nam debitorem filium alterius filij creditoris reſpectu adpellari, quis non videt? præſertim cùm modò dixerit, naturalem obligationem manere inter fratres poſt patris mortem. nam ſi obligatio eſt, certè alterum debitorem, alterum creditorem eſſe oportet. l. fideiuſſor, 16. §. 2. D. de fideiuſſ. Quinetiam hoc ex loco perſpicuũ eſt, naturalem fratrum obligationem neque patris morte perimi, neque hereditatis ipſius immixtione confundi. nam ſi nulla obligatio ſuperfuiſſet, vnde deducendi facultas competiiſſet? Seq. verſic. *Idque maximè*, &c. Qui verſiculus non ad proximam, ſed ad ſuperiorem quæſtionem referendus eſt. Quod dictum eſt, inquit, de participatione peculij, quæ perimẽdæ obligationis vim obtinet, conſequens, (id eſt, conſentaneum) eſt Iuliani ſentẽtiæ: vt ſi filiusfam. aliquid extraneo debeat, & poſt patris mortem extraneus non aduerſus ſingulos coheredes pro rata percepti peculij egerit, ſed totum ab ipſo filio exegerit, tum vt filius iudicio familię erciſcundę tantùm à cohęredibus recuperet, quãtum ab iis creditor actione de peculio conſequi potuiſſet. l. his conſequenter, 18. §. ſi filius, D. famil. erciſcund. Quęſtio igitur erat: An filius à quo creditor extraneus debitum integrum poſt patris mortem exegerat, pecuniam à coheredibus pro rata recuperet. Dubitandi cauſſa eſt, quia peculium morte patris interit. Contrarium tamen reſpondetur: quia quamuis peculij nomen interierit, tamen cohere-

A des qui è filij peculio partem adepti ſunt, ex bono & æquo ipſi obligati ſunt. Qua ex re quorſum hæc ſententia pertineat, intelligitur. nam ſi coheredes filio ex ipſius peculij participatione etiam ciuiliter obligantur: multo magis obligatio Primi, præſertim naturalis tantùm, ob partem peculij à Secundo perceptam exſtincta fuerit. quemadmodũ dici ſolet, multo faciliùs liberationem, quàm obligationem contingere. l. Arrianus, 47. D. de obl. & act. Seq. verſic. *Igitur ſi re*, B &c. Hoc cùm ita ſit (inquit Africanus) ſi re integra, id eſt, prius quàm filius debitor extraneo creditori ſatisfecerit, familiæ erciſcundæ inter coheredes agatur, ita peculium fratris diuidi inter coheredes fratres æquũ eſt, vt is qui fratris peculium communicari vult, caueat ſe indemnem illum præſtiturũ, vſque ad quãtitatem eius partis, quam è peculio percepturus eſt. l. ſi à plurib⁹, 107. D. de legat. 1. Quare quæſtio hæc fuit: An is cuius peculium coheredes participant, ab iis vt ſe indemnem creditori ſuo pro rata participatio- C nis præſtent, petere poſſit. Seq. in textu: *Porrò eum quem*, &c. Argumentum eſt ex minoris comparatione: Si qui peculium fratris participat, aduerſus extraneũ indemnem illum præſtare debet, vt frater pro rata ſuum peculium recuperet: multo magis aduerſus ſeipſum, & præſertim re integra, id facere cogitur. arg. l. qui negocia, 31. D. mand. l. cùm hereditas, 59. D. de admin. tut. l. cùm in eo, 44. D. de pact. Seq. §. *Quæſitum eſt*, &c. vbi quæſtio hæc proponitur: An quod naturaliter debitum filius emancipatus patri D diſſoluit, repetere poſſit. Dubitandi cauſſa peruulgata eſt, quoniam regulariter indebita per errorem ſoluta condictione indebiti repetuntur. l. 1. & paſſ. D. de cond. indeb. Contrarium tamen reſpondetur, Adhiberi diſtinctionem oportere: Vtrúmne pater aliquid ex peculio retinuerit, ánnon. Siquid retinuit, iam ſuprà demonſtratum eſſe, naturalem obligationem eatenus exſtingui, quatenus creditor ex debitoris peculio conſecutus eſt. Idémque perſpicuè traditur in l. ſi noxali, 11. D. de pec. vbi ſi filiusfam. à debitore pa- E terno aliquid exegit, & pater id de peculio deducit, filiusfa. naturali obligatione liberatur. Eſt autem, inquit, natura æquum liberari filium obligatione: propterea quod pater de peculio deducens, videtur in illud debitum exegiſſe. Sin autem nihil pater retinuit, nihil repetiturum: quoniam naturalis obligatio per emancipationẽ non tollitur. d. l. 8. D. de cap. min. non magis quàm per manumiſſionẽ. l. ſerui, 14. D. de obl. & act. l. naturaliter, 13. l. ſi quod, 64. D. de cond. indeb. quippe, cùm vt ciuilia ciuilibus tantùm, ita natura- F lia naturalibus tantùm modis diſſoluuntur, d. l. 8. & §. vlt. De leg. agn. tut. Seq. in textu, *Nam manere naturalem*, &c. Probat naturalem inter filium & patrẽ obligationẽ etiam poſt emancipationẽ manere: niſi quid ex peculio apud patrem remãſerit. quoniam ſiquid filiusfam. extraneo debuiſſet, & cùm filiusfam. emancipatus eſſet, extraneus aduerſus patrem actionem de peculio intendiſſet, pater quod ſibi filius debuiſſet, deduceret. quoniam etſi patriæ poteſtatis interitu peculium interit, tamen contrahendæ obliga- G tionis tempus inſpicitur. l. vlt. D. de ſtipul. ſer. l. id quod, 19. §. vlt. D. de pecun. conſt. Seq. verſic. *Contrà ſi pater*, &c. Quæſtio eſt: An quod pater naturaliter filio debitum eidem emancipato ſoluit, repetat. Dubitandi & reſpondendi cauſſa eadem eſt quæ in caſu ſuperiore: quò magis illa ſententia confirmatur, naturalem obligationem ſublata patria poteſtate neque ex patris, neque ex filij

parte interire.d.l.8.D.de cap.min.

Seq.verſic.*Nam hîc quoque*, &c. Cuius quæſtio eſt, An extraneo intra annum agente patris debitum in peculio computetur. Filius peculium habebat LXXX. aureorum. Pater ei XX. debebat. Idem ille filius extraneo centum debebat. Cùm emancipatus à patre fuiſſet, quæſitum eſt, an extraneus petere à patre centum integra poſſit. Dubitandi cauſſa eſt, quoniam pater ſupra vires & ſummam peculij non tenetur. §. actiones, & §. ſunt præterea, 34. Inſtit.de act. Contrarium tamen reſpondetur, quia quæ pater naturaliter filio debuit, in eius peculio numerantur. l. 7. §. 3. D. de pecul. Supereſt verſic.*Eadémque erunt*, &c. Cuius hæc quæſtio eſt, An quod extraneus heres filio naturaliter à patre debitum, eidem exheredato diſſoluit, repetere ab ipſo poſſit. Pater qui x. filiofam. debebat, illo exheredato extraneum inſtituit. Hic filio decem illa diſſoluit. quæritur an repetere poſſit. Dubitandi cauſſa eſt, quoniam actione nulla cogi ab illo filio poterat: ac proinde ſoluiſſe indebitum videbatur. Contrarium tamen reſpondetur: primùm, quia naturalis obligatio vt per emancipationem, ſic neque per exheredationem exſtinguitur. l. 3. §. ſed vtrum, D.de minorib. deinde, quia heres ille extraneus participatione peculij naturalem patris obligationem in ſe ſuſcepit. RESTAT, vt quibus ex fontibus peruulgatus error natus ſit, demonſtremus. nam cùm in l. placet, 79. D. de adq.hered.ſcriptum eſſet, hereditatem filio quæſitam, confeſtim patri adquiri: Accurſius & eum ſecuti Doctores omnes ratiocinati ſunt, non modò ciuilem, verumetiam naturalē obligationem patri quoque adquiri. cùm autem Primus patri heres exſtiterit, aditione hereditatis creditoris confuſam obligationem exſtingui. l. Stichum, 95. §. aditio, D. de ſolut. Hæc ego (pace doctorum hominum dictum ſit) valdè ab hoc propoſito noſtro aliena eſſe arbitror. Fieri poteſt vt fallat: & quemadmodum errare, humanæ imbecillitatis adiunctum eſt: ita nimium opinioni ſuæ confidere, & petulanter alios laceſſere, ſuperbię, ſtultitię, & temeritatis. Sed Iuriſconſulti officium eſt in rem ſcribere, non in perſonam. Itaque quantumuis cōtumelioſè laceſſitus, modeſtè tamen vt potero reſpondebo. Primùm, quod dicitur ius filio quæſitum patri adquiri: totum ex iuris ciuilis fictionibus, argutiis & ſubtilitatibus manauit: quibus perſonæ omnes quæ eiuſdē familiæ ſunt, pro vna numerantur. l. ſiquis, 56. §. 1. D. de fideiuſſ. l. ſi Pamphilo, 10. D. de opt.leg. quibus filij, qui libertinus effectus eſt, mater eſſe deſinit. l. 2. D. ad Tertyll. quibus filius poſt emancipationem, extraneus: ſeruus poſt manumiſſionem, alius homo numeratur, §. 3. de her. qual. l. ſeruus, 27. D. de adim.leg. l. qui res ſuas, 98. §. vlt. D. de ſolut. At in obligationibus naturalibus nudum & ſimplex factū (quod à fictione abhorret) cōſideratur. l. nec ſeruus, 41. D. de pecul. adeò vt ne ciuilis quidem liberatio naturalem obligationem exſtinguat. l. Iulianus, 60. D. de cond.indeb. Denique iure naturali omnes homines pares & æquales habentur. l. quòd attinet, D. de reg.iur. Quare cùm hîc de naturali iure & naturalibus obligationibus agatur, conſentaneum eſt, eas naturaliter conſiderari, neque iuris ciuilis fictionibus locum permitti. l. ſi quod, 64. D. de cond.indeb. vt is demum qui credidit, naturaliter creditor: qui mutuatus eſt, naturaliter debitor numeretur. In eámque ſententiam Seneca lib. de Benef. 5. Etſi filius meus, inquit, pecuniam mutuam ſumſerit, creditori numerabo. nec tamen ego de-

A buero. Dico me tibi obligatum pro filio: non quia ſum, ſed quia volo me offerre tibi debitorem voluntarium. Denique huius rei euidens argumentum eſt, quòd etſi filiusfam. ciuiliter poſſidere negetur: l. filius, 93. D. de adq.poſſ. & quę peculiari nomine adprehendit, confeſtim à patre poſſideantur: l. 4. D. eo. tamen, ſi naturale ius ſpectemus, filiusfam. poſſidet: neque illa naturalis poſſeſſio patri adquiritur. l. per ſeruum, 37. l. quòd ſeruus, 24. & l. poſſeſſio, 49. §. 1. de

B adq.poſſ. Ex quo perſpicuum eſt, vbi de naturali iure tractatur, locum fictionibus ciuilibus non permitti. quod idem patet etiam ex l. heres, 21. §. 2. *D.* de fideiuſſ. vbi ſeruus naturaliter obligatus, ſi manumiſſus in naturalem obligationem ſuam fideiubeat, nihil agere dicitur. quoniam intelligi non poteſt, vt quis pro ſe fideiubeat. cùm tamen ſi ciuilem fictionē ſpectaremus, iam non idem homo, ſed alius dicēdus eſſet. d.l. ſeruus, De adim.leg. Quòd cùm ita ſit, in illa nobili diſputatione Pomponij l. 1. D. de reſc.vend.

C An pacto ſolius patris venditio à filiof. facta reſoluatur: vbi Pomponius contra Celſum adfirmat filium quoque obiter liberari: ſtatuendum putarem, liberari quidem filium, ſed ciuiliter tantùm, naturaliter autem obligatum manere. Similiter in l. ſiquis pro eo, 56. §. 1. D. de fideiuſſ. quod dicitur cùm filius à patre ſtipulatur. nec fideiuſſorem acceptum teneri: quia non poteſt pro eodem & eidem eſſe obligatus: non dubitarem, quin de ciuili obligatione accipiendum eſſet, non autem de naturali: in quam etiam fi-

D deiuſſor acceptus obligatur. l. 7. D. eod. eiúſque rei argumentum præbet l. planè, 12. cum l. præcedenti, D. eo. Secundum argumentum eſt, quòd ſi obligatio filij creditoris patri adquireretur, eadem fictione ſimul etiam obligatio filij debitoris ad illum pertineret, partim propter regulam l. ſecundum, 10. de reg. iur. & l. vſuf. 9. §. 1. D. de vſuf. l. neque, 13. D. de impenſ. in res dot. partim etiam propter naturam relatorum. quod ab exemplis intelligetur. nam ſi frater ſocietatem cum fratre contrahēs patrem facit ſocium:

E etiam alter frater eundem ſuum patrem ſocium faciet. Idem, ſi frater locans fratri, patrem facit locatorem, alter frater conducens, patrem quoque conductorem faciet. Denique in obligationibus contractis cum extraneis, hoc perſpicuum eſt. Nam vt ex credito filij pater creditor efficitur: ſic ex debito efficitur debitor. l. ſi filius, 21. D. de damn. inf. l. mandati, 46. D. de negoc. geſt. At hoc in ipſorum filiorumf. contractibus inter ipſos factis, abſurdum eſt. Nam iſto modo pater vnius eiuſdémque rei nomine ſimul

F & debitor & creditor exiſteret. quod neque rerū natura, neque ciuilis ratio patitur. l. heres, 21. §. quòd ſi ſtipulator, D. de fideiuſſ. l. ſi id quod, 21. D. de lib.leg. Qua de cauſſa confuſio hæc adpellatur. d.l. Stichum, 95. §. aditio, D. de ſolut. Neque obſtat quod modò diximus, patrem ex filij cum extraneo contractu poſſe, & creditorem & debitorem eſſe: id eſt, tum agere, tum conueniri actione de peculio poſſe. Nam id verum eſt diuerſorum nominum & obligationum & ſummarum reſpectu. At in caſu noſtro de vnico nomine & eadem ſumma quærebatur: cu-

G ius Secundus eſt creditor, Primus debitor: quæ contrariæ qualitates cadere ſimul in vnum eundémque non poſſunt. Idque argumentum valere volumus ad obiectionem, qua vteretur fortaſſe quiſpiam: per ſubiectas perſonas meliorem fieri condicionem noſtram poſſe, deteriorem non poſſe. l. melior, 133. D. de reg. iur. l. 3. in fi. Quod quiſque

quiſque iur. nam cùm pater filio peculij adminiſtrationem permiſit, ex ipſius perſona efficaciter æquè & obligatur & obligat, l.ſi pater,12.D. quę in fraud. cred. vbi filij creditores etiam patris ipſius creditores eſſe dicuntur. adeò vt ipſa mater cui filius debet, patrem ipſius filij maritum ſuum obligatum & debitorem habeat, l.ſi prædia,58. §.2. D.de donat. inter vir.& vxor. Tertium argumentum eſt, quòd ſi quæſita filio naturalis obligatio patri quæreretur, pater ipſe obligari nunquam poſſet. alioqui ſibimetipſi obligatus videretur: contra l. cum filio,11. De legat. 1.Paſſim autem traditur atque etiam hac ipſa lege, in §.quæſitum, confirmatur,patrem filio debere,& obligatum eſſe,adeò vt illa patris obligatio, etiam poſt emancipationem duret. Sed huic argumento video eſſe qui ſic reſpondeant, *Imò adquiritur ipſo iure: ſed quamdiu pater ea adquiſitione non vtitur, id eſt, quamdiu peculium manet apud filium, non intelligitur ei adquiſita.* Quid audio? Patrem tamdiu filio naturaliter non obligari, quamdiu peculium apud filium eſſe ſinit: pòſt verò naturaliter obligatum eſſe? hoc verò nimium perquam abſurdum eſt. cùm Vlpianus in l. 6. §. ſicut, D.de pecul. legat. tam apertè ſcribat, id quod dominus ſeruo debet ſerui peculium augere. item in l.7.§.3.D.de pecul.Sed & id, inquit, quod dominus ſibi debet, in peculium habebit. Naturaliter ergo & pater filio,& filius patri, & fratres ipſi inter ſe, manente peculio obligantur:contractáque naturalis illa obligatio ſublata poteſtate patria permanet: quamuis peculium interierit, l.1. §.2.& l.vlt.D. quod cum eo. Deinceps altera obiectio videnda eſt. nam hic occurritur ab amico noſtro, quem minimè ſuperbia decuit.Obiicit l.ſed ſi,9.§.1.D.de pecul. vbi tamen non animaduertit deſiderari vocem FRVSTRA, aut eiuſmodi quampiam:vt ſit, Huic definitioni fruſtra Seruius adiecit. cùm ita dicitur, peculium olim definitum eſſe, deducto eo quod domino debetur: cui definitioni Seruius ſummus definiendi artifex, & peritus Dialecticus,adiecit:*Etſi quid iis debeatur, qui in eiuſdem poteſtate ſunt.* Sed hoc quoque, inquit Vlp.domino deberi, nemo ambigit: quaſi ſuperuacanea Seruij adiectio fuerit. Primùm ſi pro Seruio diſputare cum Vlpiano fas eſt, quæro vtrum naturaliter debitum iſtud æſtimetur,an ciuiliter?Si naturaliter, perſpicuè id falſum eſt. natura enim ſeruilem condicionem non adgnoſcit, l.quòd attinet,D. de regul.iur. Itaque illo iure tam debet dominus ſeruo, quàm hic illi.Sin autem ciuiliter, multò abſurdius. nam ciuiliter debitum inter ſeruos & dominos non dicitur, l.nec ſerui, 41. D. de pecul. l.fideiuſſor, 16.§.fideiuſſor,D.de fideiuſſ. Itaque mirum eſt Vlp.ipſum in l.6.D.de pecul.leg.hanc Seruij adiectionem ſeruaſſe: *Siquidem*, inquit, *nihil ſit, quod ſeruus domino, vel conſeruis liberiſve domini debeat.* Sic Imperator, vel Caius potius, in §.cùm autem,5. Quod cum eo qui in al. *Cùm autem quæritur*, inquit, *quantum in peculio ſit, antè deducitur, quidquid ſeruus domino, eive qui in poteſtate eius ſit, debet*,&c.Quid ergo eſt? neceſſe eſt videlicet, quod Vlp.ſcribit, ea quę ſeruo à conſeruo debentur,domino deberi: non de naturali iure intelligi,ac ne de ciuili quidem propriè,verùm abuſiuè & impropriiſſimè:vt nō reipſa domino debeantur,ſed vi ac poteſtate: quoniam ſerui peculium domini nutu propemodum exſtinguitur. nam ſimulátque non vult peculium ſerui eſſe, definit peculium eſſe,ait Paullus in l.nō ſtatim,8.D.de pecul.Quid verò ſi etiam quis,id quod ibi Vlp.de conſeruis ſcribit,

A ad filiosf. pertinere neget? cùm inter ıı. peculij ſerui & filiif.plurimum intereſſe conſtet,vt l.ſi qui,14.& l. filius,39.D.de oblig.& act. & l.3.§.vlt.D.de minorib. nam ſi quodcumque filius fratri ſuo debet, ſimul patri debet,quid eſt quod idem Vlp.ait in l.3.§.Pomponius,D.de minor.& in l.ſi ſtatulibera,6.§.ſi filius,D. de ſtatulib. mortuo filio (puta creditore fratris) patrem eius quaſi heredem eſſe? Etenim ſi quaſi heres eſt, nunc demum creditor eſſe incipit. at viuente filio creditore, non fuit. Quare de illa noua Vlpiani B ſententia ſic habendum eſt:quamdiu duo filij aut cōſerui in eiuſdem poteſtate manent, tamdiu illorum inter ſe obligationem ad patrem aut dominum non pertinere:ſed cùm naturales ſint,naturaliter æſtimandas eſſe.At verò alterutro mortuo, aut ſui iuris facto, tum ſine dubio pertinere.nam in caſu noſtro,ſiue Secundus, qui creditor fuit, moriatur, pater de Primi debitoris peculio debitum illud deducet: ſiue Primus debitor moriatur, & Secundo emancipato pa- C ter ſoluat, non repetet:quemadmodum tum ex Africani diſputatione planiſſimè intelligitur, tum etiam ex d. l. ſi noxali, 11. D.de pecul. Quare iſto caſu non modò Vlpianus rectè dixit, quod conſeruo debetur, domino deberi: verumetiam ex contraria parte rectè dixiſſet, quod conſeruus debet, dominum debere. Quinetiam illud ſingulari obſeruatione dignum eſt, quamuis naturalis obligatio filij vel ſerui cum extraneis, patri vel domino non adquiratur: tamen ex illa naturali obligatione ciuilem illis obligatio- D nem cum extraneis vtraque ex parte adquiri. nam vt de peculio in ipſos agitur, ita ipſi aduerſus extraneos ciuiliter agunt, d.l. nec ſeruus,41. D. de pecul. tametſi pater ciuiliter non obligetur, l.8.§.vlt.de acceptil. Venio nunc ad alteram huius erroris originē. Nam cùm regula iuris ſit, vt aditione hereditatis creditoris, aut debitoris, confundatur obligatio etiam naturalis,d.l.Stichum,95.§.aditio,D.de ſolu.& l.heres,21. §.quòd ſi,D.de fideiuſſ. argumentū inde ductū eſt, Primi debitoris obligationem pro qua parte pa- E tri heres exſtitit, confuſam, ac proinde exſtinctam fuiſſe. Hoc cùm Accurſij,tum aliorum omnium veterum commune argumentū fuit: quod nunc à recentioribus renouatum eſt: à quibus nihil quidquam noui præter verborum contumeliam Iuriſconſultis indigniſſimam adferri video.Sed illi argumento perfacile eſt multis modis reſpondere. Primùm hoc modo:Si quia Primus debitor patri creditori heres exſtitit,confuſa obligatio debitoris eſt:etiam quia Secundus creditor patri debitori heres exſtitit,confuſa cre- F ditoris obligatio eſt. Relatorum enim hæc vis eſt. Itaque ſi ſocietas inter fratres contracta ob patris mortem vna ex parte dirimatur, etiam altera ex parte dirimetur. Creditoris autem obligationem per hereditatis adquiſitionem confuſam non fuiſſe, Africanus demonſtrat, cùm ait, illam per participationem peculij, ex eo, inquam, quòd Secundus è Primi peculio partem adeptus eſt, ſublatam fuiſſe. nam ſi ſemel per confuſionem peremta fuiſſet, iterum per peculij participationem perimi non poſſet, l.3. in fin. G D.de duob.reis,l.qui res,98.§.aream,D.de ſolut.Prætereà ſi per confuſionem obligationis peremta Secundi obligatio fuiſſet, quid opus fuit, Africanū aliā in Primo,aliam in Secundo cauſſam peremtæ obligationis proferre? Cur non vno verbo dixit, Primū omnia ſua quinquaginta repetiturū: propterea quòd per aditionem hereditatis patris, vna ex parte creditoris, altera ex parte debitoris, confuſa obligatio

perierat? Ne... verò nos moueat quod in d. l. Stichum, & d. l. heres, ſcribitur, etiam naturalem obligationem aditione hereditatis creditoris aut debitoris confundi: quia naturalis obligatio diſertè exponitur, quę cum extraneis, puta cum pupillo, contracta eſt: in qua illud accidere omnino neceſſe fuit. Sed inſequens reſpõſio planiorem huius obiectionis ſolutionem oſtẽdet. Nam etſi aditione hereditatis creditoris obligatio confunditur, tamen animaduertendum eſt, in cauſſa propoſita non aditionem, ſed immixtionem fuiſſe, non extraneos, inquam, ſed filioſfam. heredes exſtitiſſe proponi. §. extraneus, 6. de her. qual. & diff. l. impuberibus, 11. l. cum bonis, 87. D. de adq. her. Quoniam autem de iure ciuili iam tractamus, ciuilem quoque ſubtilitatem & tractationẽ adhibebimus. Ergo quantum his caſibus inter aditionem & immixtionem interſit, primùm ex eo intelligitur, quòd in aditione diuerſæ & alienæ perſonæ ſunt, debitoris ſuccedentis, & creditoris defuncti: vt non mirum ſit, ſi cõfuſio eueniat. At in immixtione, non modò non alienus ſuccedit, ſed ne alius quidem ſuccedere videtur. pater enim & liberi eadem perſona cenſentur. l. in ſuis, 11. D. de lib. & poſtum. Deinde in aditione, diuerſa & varia patrimonia ſunt debitoris ſuccedentis & creditoris defuncti. nam heres nouum ſibi & alienum dominium adquirit. at in immixtione vnicum patrimonium eſt: neque nouum dominium adquiritur, ſed vetus cõtinuatur. §. ſin autẽ, De her. qual. & diff. l. 1. §. largi⁹, D. de ſucceſſ. edict. & d. l. in ſuis, 11. D. de lib. & poſt. vbi Paullus ait, filios patre mortuo non hereditatem percipere videri, ſed liberiorem bonorum adminiſtrationẽ conſequi. qua de cauſſa filiifam. non adire, ſed retinere hereditatem dicuntur. l. ſi patronus, 12. §. vlt. D. de bon. libert. l. 2. C. pro hered. Quin ne illa quidem prætermittenda differentia eſt, quòd in caſu aditionis de ſola hereditate agitur, id eſt, de debitoribus & creditoribus hereditariis: at in caſu noſtro non de hereditariis, ſed de peculiariis debitoribus & creditoribus agitur. In quo põdus ac momentũ permagnum eſt. neque enim ſi aditione hereditatis, creditoris obligatio cõfunditur, idcirco peculij retentione cõfunditur. In quo ſatis mirari nouum illud amici noſtri præceptum non queo: *Notandum eſt duobus modis confuſionẽ obligationis fieri, adquiſitione hereditatis, & adquiſitione peculij, ſi peculiũ debitoris ad creditorem peculiarem peruenerit.* Quis vnquam antehac audierat, filiosfam. patre mortuo ſuũ peculium adquirere? At ne hereditatem quidem adquirunt: vt paulò ſuprà dicebamus. quinetiam pater in filij mortui peculio quaſi heres exiſtere dicitur. d. l. 3. §. Pomponius, D. de minor. & l. 6. §. ſi filius, D. de ſtatulib. Quòd ſi filij paternam hereditatem retinere dicuntur, quanto magis peculium? pręſertim ſi eiuſmodi ſit, vt nõ à patre id acceperint, ſed ſua induſtria pararint? velut in l. peculium, 39. & l. non ſolùm, 48. D. de pecul. Ex quib⁹ intelligi poteſt, quàm dictu abſurdum ſit, naturalem filiorumfam. obligationem ob peculium ab illis adquiſitum cõfundi: quàm parum, inquam, illum hæc decuit ſcribere, qui priuato conſilio magiſteriũ in alios ſumſit. At ſi tibi ſcutica domi eſt, & nobis flagrum domi. *Superdicto*, inquit, *opus fuit: μὴ κακούργει τὴν νομικήν.* Quæ, malùm, barbara iſta iuris tractandi ratio eſt, in perſonam ſcribere, non in rem? & doctiſſimos quoſque, modò Germanos, modò Italos & Inſubres, modò Gallos, probris & contumeliis laceſſere: ſuáque ſcripta maledictis & conuiciis infarcire? At quónam tibi ſuperdicto eſt opus? Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Sed vt ad rem redeamus, quid ſi pater Primo credidiſſet, Secundo debuiſſet? quid cenſes? annon patre mortuo, ſimulatque filij ſeſe ipſius hereditati immiſcuerint, æquè Secundi qui creditor fuerat, obligatio confundetur, vt illa Primi, qui creditor? ſiquidem (vt antehac creditum eſt) in caſu noſtro Primi immixtione obligatio ipſius confundebatur. Quid? Ponamus locationem & conductionem inter ipſos fratres contractam. Dicant nũc, qui ſolius Primi obligationem confundi adfirmant. annon patre mortuo æquè vtriuſque, & locatoris, inquam, & conductoris, confundatur obligatio? cùm tamen alter alteri & debitor & creditor ſit: neque vna ex parte obligatio conſiſtat. l. 1. D. de reſcind. vend. l. bona fides, 50. D. de act. emt. l. vltim. D. de acceptil. Quid verò alter ille neſcio quis ad hæc reſpondebit? ille, inquam, temulentus, turbulentus, lutulentus: qui cùm crapulam ſuam exhalaret, ad oram libelli publici ſic adſcripſit: *Perperam & contra iuris diſciplinam quidam hîc addidit negationem.* O peritum iuris ſcholiaſten, ſed vindemialis, nõ Iuſtinianici! quàm eleganter Demetrius dixiſſe fertur, eodem loco ſibi eſſe voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus! quid igitur noſtra refert, ſurſum iſte an deorſum ſonuerit? Quare omiſſis iſtis, quæ à me contra perpetuã meam annorum viginti conſuetudinem tantæ contumeliæ indignitas expreſſit, breuiter concludendũ eſt. Nam ſi iam doceamus aditionẽ hereditatis peculiarẽ obligationem non confundi, quid controuerſiæ ſupererit? Attendat igitur eruditiſſimus Roaldus, & ſiquis alius arbiter futurus eſt. Vlpianus in l. ſed ſi, 9. §. ſed &, D. de pecul. ſcribit creditorem ſerui, qui heres domino ipſius exſtitit, deducere de peculio quod ſibi debetur, ſi conueniatur. Rurſus in fi. §. ſi ei qui poſt mortem intra annum potuit conueniri de peculio, heres exſtitero, deducam quod mihi debetur. Rurſus Gaius in l. ſiquis ſeruum, 29. D. de pecul. ſcribit, ſi creditores ſerui domino heredes exſtiterint, ipſos inter ſe agere de peculio poſſe. Rurſus ex contrario, Iulianus in l. ſi creditor, 37. D. de pecul. Si creditor, inquit, filij tui heredem te inſtituerit, & tu hereditatem eius vendideris, tenebere de peculio. Quod etiam confirmatur in l. eo tempore, 50. §. 1. D. eod. & rurſus in l. cum quo, 56. D. ad leg. Falcid. Rurſus, ſi filius patrem ſuum debitorem peculiarium habeat, tantum abeſt vt immixtione confundatur obligatio, vt id in familiæ erciſcundæ iudicium inducatur. l. filiæ, 20. §. 1. & l. heres, 25. §. ſi filius, D. famil. erciſc. Eodémque pertinet, quòd ſi fideiuſſor manumiſſi, eidem heres exſtiterit, naturalis tamen illius obligatio permanere dicitur in l. heres, 21. §. 2. D. de fideiuſſ. Sed ne tam longè abeamus, Africanus noſter hac ipſa lege, Africanus, inquam, noſter, in verſ. *Adeò vt ſi*, perſpicuè idem oſtendit: vbi ſcribit, ſi duo ſint filij, quorum Primus Secundo debeat, tum ambo filij heredes inſtituti, Primo autem ſuum peculium prælegatum: naturalem tamẽ inter illos fratres obligationem durare: quamuis patris hereditati ſeſe immiſcuerint. Quod qui tam dilucidè dictum non animaduerterunt, cõſiderent ipſi ſecum, vtrum ſcutica, an flagris, vel propter tantam in cæcitate ſuperbiã, vel propter cõtumelioſã linguę petulãtiã, digni ſint. Nã hac modeſta cõmonitione in præſentia cõtentus ero, quamtumuis cõtumelioſè laceſſitus: ne in quo alios reprehẽdo, idipſum videar imitari. Verùm ecce aliud quod ferè prætereram. *Huic ſententiæ* (inquit amicus noſter) *opponitur quod eſt in l. 6. & l. 8. C. ad l. Falc. l. 1. §. ſi debitor,*

debitor, D. eod. in ponēda ratione legis Falc. heredē deducere, & retinere, quod ſibi defunctus debuit: & bonis cōputare quod defuncto debuit. Nihil eſt quod tam facilè expedire poßim. Ideò quod initur ratio omnium bonorum quæ mortis tempore fuerunt, perinde atque ſi quæ tum fuerunt, & nunc eſſent. Hanc vel obiectionē vel ſolutionem ſi Roaldus vir acutiſſimus intelligit, cauſſam nō dico, quin obtuſi ingenij exiſtimer. In ponenda ratione Falcidiæ, mortis tempus ſpectatur: quoniā, inquit interpres noſter, initur ratio bonorū quæ mortis tempore fuerunt. Eadem videlicet per eadem. Sed cur eius temporis ratio ducitur, aut verò quid hæc ad inſtitutam diſputationem pertinent? id eſt, ad naturalis obligationis perſeuerantiam, etiam poſt aditionem hereditatis debitoris aut creditoris? Ergo intelligendū eſt, idcircò mortis tempus ſpectari, hoc eſt, dodrantem & quadrantem ideò ex ea quantitate quę mortis fuit tempore æſtimari: quoniā quidquid poſt teſtatoris mortem damni lucríve contingit, id totum heredi contingit, l. in quantitate, 73. D. ad leg. Falcid. quippe, cùm à tempore mortis ſucceſſiſſe intelligatur, l. heres quandoque, 54. D. de adq. her. l. omnia, 153. De reg. iur. Quare quæcumque vel heres teſtatori, vel teſtator heredi, etiam ciuiliter debebat, ea omnia in aſſem hereditariū imputantur. ſed quorſum hæc, aut verò qua ex parte ad inſtitutam diſputationem pertinent? An vt opponatur, naturalem obligationem per aditionem hereditatis confuſione non extingui? At ne ciuilis quidem extinguitur. quoniam, vt modò dictum eſt, ex mortis tempore ratio ducitur. Nihil igitur nec obiectio ad inſtitutum pertinet, nec ſolutio ad obiectionem. Agè, cetera videamus. *Opponitur,* inquit idem amicus noſter, *l. debitor, 59. D. ad Treb. quæ, etiamſi creditor debitori ſucceſſerit, ait propter pignus manere naturalem obligationem. Nihil eſt quod tā facilè expedire poſſim. Significat enim propter alia non manere, & eſſe confuſam. Confuſione tollitur omnis perſonalis obligatio, etiam naturalis. Obligatio realis, id eſt pigneratitia, non tollitur.* Hic te, Roalde, adpello, & tuam attentionem exquiro. Vetus debitor, qui pignus dederat, & ciuiliter & naturaliter obligatus erat, l. Iulianus, 60. D. de cond. indeb. Cùm creditor heres inſtitutus hereditatem ex fideicommiſſo reſtituiſſet, quærebatur de pignore, quod dominij iure poſſidere poſtulabat. Dubitandi cauſſa erat, quia ius pignoris extinctum videbatur dominio adquiſito. Neque.n. poteſt pignus perſeuerare domino conſtituto creditore, l. pen. D. de except. rei iud. Paullus tamen reſpōdit, propter pignus naturalem obligationē remanere. nam hæc illius verba ſunt. Quæro iam ex te, Roalde doctiſſime, vtrius obligationē Paullus hiſce verbis deſignet: perſonæ, hoc eſt, ipſius debitoris; an rei, hoc eſt, pignoris? Dices, opinor, abſurdam eſſe quæſtionem: primùm, quia Paullus dilucidè naturalem obligationem ad ipſum debitorem refert. deinde, quia nunquā fando audita eſt naturalis eiuſmodi pignoris obligatio, & ab eiuſdem ciuili obligatione diſcreta. Ecquonam igitur modo Paullū cū aduerſario ſuo cōciliabimus? cùm ille ſic ſcribat: *Remanet propter pignus naturalis obligatio debitoris.* hic verò ſic, *Cōfuſione tollitur omnis perſonalis obligatio, etiam naturalis, obligatio realis non tollitur.* Annon apertè Paullus adfirmat, naturalem obligationem manere: alter apertè adfirmat, eandē tolli? Quid verò illud eſt tam ἄκυρον, obligationem realē non tolli? An ergo rei pigneratæ alia ciuilis, alia naturalis obligatio eſt, quarū illa tolletur, hæc manebit? Præterea quid ad Paullū, aut Paulli inſtitutū

A obligatio illa realis? cui propoſitum eſt oſtendere, aditione hereditatis debitoris, ciuilem quidem obligationem confuſione tolli: naturalem non tolli: in quo ſuperior noſtra diſputatio verſabatur. Verùm hæc quidem ad l. frater à fratre, ſatis ſupérque dicta ſint. Sequitur altera criminatio, his verbis: *Et hidem etiam eodem libello titulos Digeſtorum nobis corrumpunt: vt non dicamus, Quarum rerum actio nō detur, ſed Quarum rerum exceptio, vel, exactio.* item, *non, De condictione*

B *ne cauſſa data: ſed, De condictione cauſſa dati.* Corrumpi videlicet amicus noſter ſtatuit, quæ contra ſuam opinionem in libris noſtris emendantur. Iſto modo ſi corruptor ipſe ex opinione noſtra dicendus eſſet, quàm multas momento temporis corruptelas proferre poſſemus? ſed ſua cuique rei maturitas eſt. nunc quod inſtat agemus. Ergo quantum ad priorem titul. ſic reſpondeo: Titulus ab argumento & tractatu diſſentaneus, ſine dubio pro vitioſo & mendoſo habendus eſt. Hic titulus ab omni argumento quod

C ſub eo tractatur, abhorret. nihil habet commune cum vlla vel minima tractatus parte. Nego verſum eſſe vllum, in quo tractetur cuius rei actio non detur. Dico ſeriem Rubricarum flagitare titulum ad exceptionum argumentum adcommodatum. Primus huius libri titulus eſt, De exceptionibus: ſecundus De exceptione rei iudicatæ: tertius, De diuerſis & tempor. except. quartus eſt, De doli & metus exceptione: quintus erat antehac, Quarum rerum actio non detur. Vbi dico & contendo reponendum eſſe,

D Quarum rerum exceptio. Primùm, quia vſitatam rubricam ordo & continuatio titulorum reſpuit. Deinde, quia in toto tractatu verſus oſtendi nullus poteſt, in quo de actione diſputetur: quinimo nullus in illo tractatu verſus eſt, in quo non de exceptionibus agatur. Si verſum vnum notare mihi doctiſſimus Roaldus poteſt, qui peruulgatæ rubricæ reſpondeat, cauſſam non dico, quin pro cæco & imperito numerer. Quòd ſi verſus oſtendi eiuſmodi nullus poteſt, concludo mendoſum, ac propterea

E corrigendum eſſe titulum: vt pro ACTIO, reponatur EXCEPTIO. Quid ad hæc criminator noſter? *Dixi, inquit, in paratitlis.* Eorum igitur verba audiamus: *Non dari dicitur actio, quæ exceptione eliditur: vt in S.C. Macedoniano.* Quid audio? Eccui vnquam Iuriſconſulto modo loqui in mentem venit? quid? ſi actio non detur, ecquónam modo per exceptionem elidetur? Quid ergo eſt, quod Iuſtinianus ſub tit. de except. toties inculcat? tum demum exceptionem dari, cùm actio quidem competit: ſed iure ſummo

F & ſtricto, & contra naturalem æquitatem competit: tum denique, cùm ius ſummum ſumma iniuria eſt, §. 1. §. 2. & paſſ. de except. l. 1. D. de dol. except. l. ex diuerſo, 17. §. 1. D. ſol. matr. At enim ſcriptum eſt in S.C. Macedoniano: De pecunia filiof. credita, nec actionem, nec petitionem dari, l. 1. l. ſed ſi, 9. §. 2. D. ad Maced. §. quæ diximus, 8. Quod cum eo qui al. l. ſi filius, 6. C. ad Maced. & tamen paſſim dicitur, filiofa. exceptionem Senatuſconſulti dari. Nimirum, inquit amicus noſter, in S. C. Maced.

G denegari dicitur actio, quæ tamen ſine exceptione non infirmatur. Hoc verò perquam abſurdum & ineptum eſt. Quis enim ignorat, de pecunia filiofa. credita interdum actionem non dari, interdum dari? Si de filiifam. condicione Prætori conſtet, Prætor actionem denegat. quod verbis S.C. demonſtratur. ſi non conſtet, actionem quidem concedit, ſed ſub illa exceptionem ſubiungit. quod non ex verbis,

ſed ex mente Senatuſconſulti intelligitur. ac ſic accipiendum eſt quod ſcribitur in l. item ſi, 7. §. non ſolùm, D. ad Maced. & l. ſed ſi pater, 9. §. hoc S.C. D. eod. vbi denegari dicitur actio, non (vt noſter interpretatur) cui exceptio ſubiungitur: ſed planè quæ ipſo iure non datur. eodémque modo accipiendam l. veluti, 27. D. de verb. oblig. perſpicuum eſt ex l. 1. §. idem, D. de dol. mal. vbi diſertè & nominatim id traditur: iuncta l. ſi flagitij, 123. D. de verb. obligat. vt me certè tantæ inſcitiæ in tanta ſuperbia pudeat. Neque vel Petrum Fabrum, virum clariſſimum, quantumuis aduerſarij noſtri amicum, iudicem recuſo. ſpero enim maiorem illum ſuæ dignitatis quàm amicitiæ rationem habiturum. Quare rem paulò dilucidius exponam. Iuriſiurandi exceptio paſſim dicitur ei dari, qui ſe non debere iurauit, §. 4. de excep. & aliis locis innumeris. Et tamen Prætoris edictum ita conceptum eſt: *Eius rei de qua iuſiurandum delatum eſt, actionem non dabo*, l. 7. D. de iureiur. Verùm Vlp. mox ſolutionem ſubiungit: *Poſteaquam iuratum eſt*, inquit, *denegatur actio: aut ſi controuerſia erit, id eſt, ſi ambigitur an iuſiurandum datum eſt, exceptioni locus eſt*, l. 9. D. eod. Ridiculum igitur eſſet dicere, quo caſu fœneratoris actio filiifam. exceptione ſubmouetur, actionem denegari. nam quomodo ſubmouetur actio, quæ data non eſt? quod enim alibi ſcribitur nihil intereſſe, vtrum ipſo iure actionem quis non habeat, an per exceptionem infirmetur, l. nihil, 112. De reg. iur. l. & eleganter, 7. §. ſeruus, D. de dol. mal. hoc ad actionis effectum referendum eſt, non ad veterum iudiciorum formam, ritum & ordinem: vt cùm dicitur actionem eum non habere, cui propter aduerſarij inopiam inanis actio eſt, l. 6. D. de dol. mal. cùm tamen inanis actio etiã dicatur (ab effectu videlicet) cui firma exceptio ſubiungitur, l. pen. D. de cond. ob turp. cauſſ. Ergo vbi actio ne iure quidem ciuili conſtat, veluti cùm ab initio contracta obligatio non fuit, Prætor nihil neceſſe habet exceptionem addere: quia ne actionem quidem concedit, d. l. ſi flagitij, 123. De verb. obl. l. 5. C. de cond. ob turp. cauſſ. & d. l. 1. §. idem, 4. D. de dol. mal. ex qua interpretanda eſt l. pen. D. de cond. ob turp. vbi non ita de turpi cauſſa conſtiterat, vt Prætor actionem denegaret. at vbi ſummo & ſubtili iure conſtitit obligatio, veluti cùm dolo, vel metu contracta ſtipulatio eſt: actionem quidem Prætor concedet: verùm eius iniquitatem exceptione corriget, l. ſi quis, 36. D. de verb. oblig. l. ſiquidem, 9. C. de contr. ſtipul. Et hoc idem in S.C. Velleiano licet animaduertere. nam etſi paſſim Senatuſconſulti exceptio commemoratur: velut in l. ſi mulieri, 15. l. 16. & l. 17. §. ſi mulier, & l. 30. D. ad Velleian. tamen S.C. ita conceptum profertur: Ne eo nomine ab his petitio, néve in eas actio detur. quinetiam Pompon. in l. vlt.

A §. pen. Totius, inquit, ſermo Senatuſconſulti ad petitionem non dandam aduerſus ipſam mulierem ſpectat. quid? ánnon idem Pompon. ſuperiore proximo §. dixerat, interdum etiam Senatuſcõſulti replicationem dari? Sic igitur ſtatuendum eſt, vt modò diximus ex l. 8. De iureiur. ſi de facto Prętori conſtet, denegari actionem: ſi non conſtet, dari: ſed exceptionem ſubiungi. Supereſt titulus, De condict. cauſſa data: vbi corrigendum eſſe contendo, Cauſſa dati. B Argumenta autem hæc habeo. Primùm Latini ſermonis ratio ita flagitat: deinde Imperatores in Codice Rubricam illam iſto modo propoſuerunt, De condict. ob cauſſam datorum. Tertiò reliquæ condictiones omnes ſic nominantur: veluti Condictio certi, condictio incerti, condictio indebiti, liberationis, furti. Cur in ceteris omnibus Latinæ linguæ ratio ſeruabitur, in illa ſola violabitur? *Quoniam* (inquit amicus noſter in Paratitl.) *verba legis hæc ſunt*. Eccuius tandem legis? Si lex vlla populi R. proferatur, in C qua ſcriptum ita ſit, cedo manum, & me victum adgnoſco. An igitur edicti Prętorij? vt in eo fortaſſe ita ſcriptum fuerit: Cauſſa data, cauſſa non ſecuta, vt condicatur actionem dabo. Primùm proferri edicti verba oportuit. nam dum illa non proferentur, non modò ignorare, verumetiam negare nobis illam verborum formulam licebit. deinde vt maximè hæc formula proferatur, an idcirco Condictio cauſſa data dicenda erit, potius quàm cauſſa dati? cur igitur Imperatores Condictionem ob cauſſam datorum adpellarunt? D cur eadem dicitur Condictio ob rem dati? in l. vlt. D. de cond. cauſſ. dat. Præterea ponamus ita conceptum edictum fuiſſe, Indebitum ſolutum vt condicatur, actionem dabo: continuóne rectum erit dicere, Condictionem indebitum, potius quàm indebiti? Verùm hæc pluribus perſequi quæ ſole ipſo clariora ſunt, propè putidum videtur. Illud non alienum erit quærere, ſi propoſitum fuit amico noſtro veteris illius libelli quem adoleſcens edideram, emẽdationes perſequi, quid ita correctionem illam alteram prætermiſit, E vbi Rubricam Inſtitutionum De exhered. liber. ita correxeram: De inſtit. & exher. liberorum? nimirum, quoniam biennio poſt libelli noſtri editionem, notas euulgauit in Inſtit. in quibus, meo nomine ſuppreſſo, ita ſcripſit, Titulus hic rectius de Inſtit. & exheredat. liberorum inſcriberetur. Ergo quia & mutatio mea, & ipſius mutuatio adhuc placet, prætermiſſa eſt huiuſce correctionis criminatio. At ego aliquanto pòſt in meis Inſtitut. commentariis peccatum illud meum agnoſcens, ingenuè ſcripſi, F malè tum me de illa Rubrica exiſtimaſſe, cæcúmque aliorum ducem fuiſſe. Ex quo eruditi viri de vtriuſque noſtrûm vel bona vel mala fide exiſtimare poterunt.

APPEN-

APPENDIX ADVERSVS NOVAM EIVSDEM LEGIS INTERPRETATIONEM, NVPER A LESCVRIO ERVDITISSIMO VIRO promulgatam.

EDITVS eſt nuper, ſub nomine Leſcurij Iuriſconſulti, libellus eruditè ſcriptus, in quo noua huius eiuſdem legis interptetatio ita profertur, vt noſtra perſpicuè (modeſtè tamen & ſine vlla contumeliæ nota) repudietur. Et quoniam doctus ille vir, quiſquis eſt, honorificè ſemper & amicè nomen meum vſurpauit: dabo & ego operam ne meritus honos illi à me denegatus eſſe videatur.

Cauſſam igitur ita conſtituit, quaſi non vterque frater (Primus, puta, & Secundus) peculium habuerit, ſed Primus tantùm. qui verò peculium non habebat, aliunde pecuniam mutuatus ſit, quam poſteà Secundo peculium habenti crediderit. Quid enim, inquit Leſcurius, ſi extraneus in hoc ei det, fratri vt credat peculium habenti? Patre autem mortuo, eam per errorem Primo fratri, eidémque creditori ſuo, reddiderit? Nunc quæri putat, an Secundus à Primo repetere illam, quaſi indebitè ſolutam, poſſit: Africanum autem reſpondiſſe, Vtique quidem, (hoc eſt, certè ac ſine dubio) pro ea parte, qua Secundus patri ſuo heres exſtitit, repetiturum. quid ita? quoniam, inquit Leſcurius, aditione hereditatis creditoris fit confuſio, debitúmque exſtinguitur, l. Stichum, 95. §. aditio, D. de ſolú. quę peruagata & trita & decantata, cùm doctorum omnium, tum etiam alterius aduerſarij noſtri ratio eſt: & (quod ſine offenſione dictum velim) quaſi quodammodo crambe recocta. Cur autem erudito illi viro Leſcurio in hac noua interpretatione, quæ, vt opinor, nunquam cuiquam ex Doctoribus in mentem venerat, adſentiri non poſſim, cauſſam exponam: nec ita multo pòſt. Prius enim Leſcurij induſtriam adiuuabo: & cauſſam ita conſtituam, vt prima ſpecie vulgata huius legis ſcriptura integerrima videri poſſit, meámq; illam emendationem importunitatis condemnatura. Ponamus enim non Secundum Primo, ſed Sempronium illorum patrem Primo quinquaginta credidiſſe. hoc credito naturalem patri quæſitam obligationem cõſtat, §. quæſitum, in hac ipſa l. Poſteà Sempronio mortuo, vtrumque filium ei ex ſemiſſe heredem exſtitiſſe, Primum autem Secundo per imprudentiam quinquaginta illos aureos, quaſi ex efficaci obligatione debitos, perſoluiſſe. Nunc conſultum Africanum an & quatenus illos repetere, quaſi indebitè ſolutos, poſſit: reſpondiſſe, pro qua parte patri ſuo creditori debitor ipſe ſucceſſit, repetiturum, hoc eſt xxv. quoniam aditione ſiue immixtione hereditatis creditoris confuſa obligatio eſt, l. 1. §. pen. D. ad leg. Fal. pro qua verò parte Secundus patri heres exſtitit, hoc eſt, pro altero ſemiſſe, peculiúmq; Primi cũ illa hereditate cõfuſum participauit, ita repetiturum, ſi non minus ex eo conſecutus eſt quàm ei ad ſolutionem ſupererat.

A proprerea quòd naturalis obligatio, quam ſibi Pater
quæſierat, ad Secundum pro hereditaria parte perue-
nerat, quippe, cùm naturales obligationes à defun-
ctis non modò ad heredes, verumetiam ad fideicom-
miſſarios trãſeant, l. quamuis, 40. l. ſi eius pupilli, 64.
D. ad Trebell. Hæc autem obligatio ſublata per illam
peculij participationem fuerat, pro qua parte Secun-
dus patri heres ſucceſſerat. Reliquos igitur xxv. Pri-
mum à Secundo repetiturum. Qua ratione nihil pri-
mo adſpectu aptius ad peruulgaræ ſcripturæ inter-
B pretationem fingi videtur poſſe. Nam etſi Afric. ver-
bo Secundum Primi creditorem faciat, tamen inter-
pretes omnes (quos Leſcurius ſecutus eſt) Patrem ip-
ſum creditorem faciunt, propter vulgaram regulam,
qua dicitur, Obligationem filio quęſitam ſtatim ipſo
momento patri adquiri, l. placet, 79. D. de adq. hered.
Verùm argumentum iſtud, quod firmiſſimum vul-
gus credit, verbo vno refellitur. Quid enim de Secun-
di peculio dicemus? An non, vt Africanus rationem
habuit eius quod Secundus ex Primi peculio conſe-
C cutus eſt, etiam habenda erit ratio eius quod Primus
viciſſim ex Secundi peculio adeptus fuit? Qua vna
interrogatione omnes omnium interpretum diſpu-
tationes refelluntur. Itaque cùm hoc Leſcurius vir
doctiſſimus ſenſiſſet, huius rimore (vt Bartholus lo-
quitur) nouam illam ſpeciem cõfinxit, quaſi Primus
ſolus peculiatus fuiſſet, Secundus nõ fuiſſet. Atenim
ſi peculium Secundus non habuit, vnde pecuniam
Primo credidit? Idcirco reſpondet Leſcurius dicen-
dum eſſe, extraneum in hoc ei pecuniam credidiſſe,
D fratri vt credat peculium habenti. Cauſſæ igitur quã-
obrem erudito illi viro nõ adſentiar, ſunt huiuſmo-
di. Primùm quoniam nouum eſt credi pecuniam fi-
liofam. ab extraneo, neque in paterna negocia, neque
in cauſſam peculiarem, ſed tantùm vt eam alteri cre-
dat, cùm etiam ſimpliciter vetitum ſit, ne filiofam.
mutuum detur, ſancitúmque ne de eo ius dicatur;
hoc eſt, nequa eiuſmodi mutui nomine vel actio vel
petitio concedatur: vt air l. 1. D. ad Maced. Quod au-
tem Leſcurius in teſtimonium profert l. ſed ſi, §. 1. D.
E ad Maced. pace doctiſſimi hominis dictum ſit, Vlpia-
nus eo loco primùm non de credita, ſed de donata fi-
liofam. pecunia loquitur: deinde, non de donata vt
credat, ſed de donata vt creditori ſoluat. quod à ſpecie
noſtra eſt alieniſſimũ. Altera diſſenſionis meæ cauſ-
ſa eſt: quia ſi ex mutuo aliunde ſumto, Primus Secun-
do pecuniam credidiſſet, alieniſſimũ eſſet exiſtimare,
patri eam obligationem adquiri, cúmque numerata
pecunia, ſtatim factum eſſe creditorem Secũdi: quod
tamen Leſcurius identidem inculcat. nam, vt illud
F demus, quod neq. iam probare poſſumus, & ſuperio-
re diſputatione noſtra ante biennium edita repudia-
uimus, naturalem Primi obligationẽ patri confeſtim

adquiri: tamen illud intelligendum eſſet de obligatione ex re peculiari per filium adquiſita, non autem ex re extranei: in qua & ciuilis & naturalis æquitas cum patri præferret, l.ſiquis mancipiis,17.§.vlt.D.de inſt.act. l.eo tempore,50. §.vlt.D.de pecul. l.non debet,41.§.1.l.iure naturæ,206.De reg.iur.Tertia & potiſſima cauſſa eſt, quoniam Africanus totam ſuam diſputationem & diſtinctionē in eo conſumit, quòd alter alterius peculium ſimul cum hereditate patris participarit. *Pro ea parte*,inquit, *qua Primus patri heres exſtitit.* ac proinde partem ex Secundi peculio ſimul percepit. Et mox,*Pro ea verò parte qua frater Secundus patri heres exſtitit.* ac proinde partem ex Primi percepit, ita repetiturum, ſi non minus ex peculio ad Secundum fratrem ſuum perueniſſet. Ex quibus perſpicuum eſt, Africanum ita cauſſam conſtituiſſe,vt vterque frater peculiatus fuerit, ſicuti Iuriſconſulti noſtri loquuntur (de quo Leſcurius dubitabat) in l.ſi quid venditor,18. D. de ædil.ed. & l.Iulianus,13. §. ſi venditor, D. de act.emt. Atque hæc quidem de noua cauſſæ conſtitutione à Leſcurio excogitata,hactenus.De cauſſa autem cur Africani locum adfirmatè legendum Leſcurius exiſtimet, quam ex vulgari, vt dixi,& inueterata opinione ſumſit, ſummatim ſic habendum eſt: Omnem de naturali æquitate, de naturalibus obligationib. de naturalibus conditionibus,diſputationem, naturaliter & intelligēdam & interpretandam eſſe, l. ſi quod dominus, 64. D.de cond.ind. vt factum & veritatem ſolam ſpectemus, eámque à iuris Quiritium fictionibus & argutiis diſtinguamus,l.8. D.de cap.min. Itaque contracta naturali iure obligatio, per commenta & fictiones ciuiles non diſſoluitur. veluti per emancipationem, vt Africanus oſtendit in hac ipſa lege, §.quæſitum,& l.8.D.de cap.min.& l.ſi noxali,11.D.de pecul. item per rem iudicatam, l.Iulianus,60. D.de cōd.indeb.item per iuſiurandum,l.vlt.D. de iureiur. ſi quidem ſimpliciter & per ſe iuſiurandū conſiderari poſſet. nam cùm pacto nudo naturalis obligatio tollatur,iuſiurandum autem illud conuentionale ſit,confitendum eſt naturalem obligationem per iuſiurandū propter conuentionē tolli, l.Stichum,95.§.naturalis,D.de ſolut.Huius autem iuris exempla hęc proferemus:Naturali,hoc eſt,gentium iure,(velut hodie apud pleraſque gentes)tot in familia perſonæ numerantur,quot capita ſunt, ſingulæque pari & eodē iure cēſentur,l.quod attinet,D.de reg.iur. At iure Quiritium,omnes qui in eiuſdem poteſtate ſunt, vna perſona cenſentur,l.ſiquis,56.§.1. D.de fideiuſſ.l.ſi Pamphilo,10. D.de opt.leg. Lactant.Inſt.4.cap.29. Cùm quis habet filium quem vnicè diligit, qui tamen ſit in domo & manu patris, licèt ei nomen domini poteſtatémque concedat,ciuili tamen iure & domus vna, & vnus dominus nominatur. quinetiam fratres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, omnes pro vna perſona cenſeri declarat l.non ſolum,61.§.2.D.de rit. nupt. at l. pater,17. D.de teſtib.§. ſed neque, Inſtit.de teſtam. Vlpian. ti. 20. iure naturali omnes vno generali nomine Homines adpellabātur, l.4.D.de iuſt. & iur.iure verò Quiritium,alij patresfamiliâs,alij filiifamiliâs dicti ſunt:quæ nomina ciuilis iuris inuēta & inſtituta ſunt,l.4.D.qui ſunt ſui vel al.Item Iure naturali & gentiū,velut hodie apud nōnullas gentes,poſſunt filij ſeparatum à patris bonis patrimoniū habere: ſibíque ſeorſim ſuo labore & operis adquirere. ac multò magis fratres inter ſe diſtincta, etiam

A viuo patre, habere patrimonia poſſunt. abſurdúmque eſſet hodie apud illas gentes dicere, quod vnus frater quinquagenarius alteri paulò fortaſſe natu minori credidiſſet, id ipſorum patri deberi. patet denique hoc iure filio debere poteſt, adeò vt eius obligatio etiam poſt emancipationem duret, vt in hac ipſa lege, §.quæſitum. Singulæ namque perſonæ ſimpliciter iure gentium conſiderantur: neque Quiritium iuris ratio habetur, d.l.quod attinet, De B reg.iur.at ciuili fictione, & iure Quiritium, quo filiusfam. in patris poteſtate eſt, nihil proprium extra patris dominium ac poteſtatem habere poteſt: ſed quidquid adquirit,patri confeſtim & in ipſo momento adquirit, l. 1. D.ſi à par. quis.l. adquiritur,10. D.de adq.rer. do. quod pater filio,vel filius patri ſtipulatur,id pater ſibi, & filius patri ſtipulari intelligitur,l.39.l.56.§.2.l.130. De verbor. obligat.l.2. C.de cont.ſtipul.quod patri debetur, filio deberi intelligitur: viciſſimque quod filio debetur, patri deberi, C l. ſi cum filio, 9. D.de compenſ. & ob eam ipſam cauſſam neuter alteri ciuiliter debere poteſt:non pater filio,propter regulam Iuliani, Quod quis ab alio ſtipulando mihi adquirit, id à me ſtipulando nihil agit. l.ſed etſi, 25.§.idem Iulianus, D.de vſuf.non filius patri, quia cùm pater pro ſuo iure ſtatuere in filium poſſet, nulla inter illos actio à veterib. conceſſa eſt, l. ſerui & filij, 17. D.de furt. l. lis nulla, D. de iudic. Quinetiam ſiquis adrogabatur non modò ipſe, verumetiam ipſius liberi,ſerui,bonáque omnia D in adrogatoris manum poteſtatémque tranſibant,l.2. in fi. & l.15.D.de adopt.l.pen.D.de bon.poſſ.ſec.tab. & poſtea quæcumque adquirebat, adrogatori adquirebat,ante Iuſtin. conſtitutionem, l.pen. C.ill.tit.& §. 1. Inſt.de adquiſ. per adrog. Neque tamen id eò pertinet, quaſi iure naturali & gentium non & filij & patris nomen audiatur: ſed quia filiifam. patriſfam. adoptionum, & emancipationum nomina & iura à iure Quiritium inſtituta, eiúſque iuris propria ſunt, l. 3.l.4. D.de his qui ſunt ſui vel al. l.1. D. E de rei vind. Quid multa? Iure naturali filius eodem iure habetur (quantum ad rerum dominium adquirendum attinet) quo paterfam. ſicuti de milite dici conſueuit: nimirum, vt & pater filio, & filius patri ex cauſſa peculij caſtrenſis debitor creditórve eſſe poſſit,l.pater, 15.§.1. D.de caſt.pecul. vt ſeruus eiuſdem ab ipſius patre & ſtipulari & accipere poſſit, d. l.pater,§.ſeruus.vt & filius patri,& pater filio furtum facere poſſit: inuicémque furti agere, l.ſiquis vxori, 52.D.de furt.aut eodē iure quo emancipatus eſt, hoc F eſt, vt ſibi ſeorſim ſuóq.arbitrio adquirat, l.quod autē,6.in prin.D.quæ in fraud.cred. l.1. D.ſi à par.quis. vt æs patris alienū ipſius ęs alienum non cenſeatur,l. ſiquis,5.§.parens, D.de lib.agnoſc. vt cum patre litigare poſſit,l.vl.C.de in ius voc.Itē iure naturali,quod frater fratri debet,patri nō debet: neque quod ſeruus conſeruo debet,aut ordinarius vicario,vicariúſve ordinario domino naturaliter debet:quod vel hinc licet intelligatur; quòd Seruius ſummus definiendi artifex, ad peruulgatam definitionem,Peculium intelli- G gitur deducto quod domino debetur: adiecit, Vel iis qui in eius poteſtate ſunt, l.ſed ſi damnum, 9. §.1. D.de pecul. l.6. D. de pecul.legat.l.ſi filio, 13. D. ſol. matr.§.cùm autem,Inſt.Quod cum eo.At iure Prętorio,quo de peculio actio inſtituta eſt,quod ſeruo cōſeruus debet,domino deberi intelligitur,l.ſed ſi damnum,9.§.2.D.de pecul. Sic enim illum Vlpiani locū inter-

interpretari neceſſe eſt: ſiue Vlpianus Seruij adiectionem improbarit, & ſcripſerit (vt olim dicebamus) *Huic definitioni* FRVSTRA *Seruius adiecit*: ſiue QVAMVIS pro QVONIAM, poſterius ſit legendum: vbi Vlpianus non factum & ius naturale ſpectat, ſed Prætorij iuris effectum, vt modò dicebamus. Poſtremò, vt ad inſtitutum redeamus, ſerui iure naturali & obligant & obligantur, l. ſerui ex delictis, 14. D. de obl. & act. at ciuiliter neque obligant, neque obligantur, l. obligari, 43. in fin. D. de oblig. & act. l. vlt. §. vlt. D. ad Vell. Cùm igitur ab Africano naturalis obligatio inter duos fratres contracta proferatur, & de condictione indebiti ſoluti agatur, aurea Tryphonini regula ſeruanda eſt, vt debiti & non debiti ratio in condictione naturaliter intelligatur, l. ſi quod dominus, 64. D. de cond. indeb. ac proinde ſolæ duorum fratrum perſonæ per ſe conſiderentur: & (quemadmodum hodie apud multas nationes, in quibus iuris Quiritium nomen nunquam auditum eſt, fieri conſtat) alter creditor, alter debitor conſtituatur: neque patris perſona cum illis permiſceatur: aut ciuilis illa fictio admittatur, qua dici ſolet, Vocem patrisfam. & vocem filiifam. eandem eſſe: Perſonam patrisfam. & filiifam. eandem eſſe. Quod vni debetur, alteri deberi. præſertim cùm illud ἄτοπον inde ſequeretur, vt ſi vnius nomine paterfam. eſſet creditor, alterius nomine debitor exiſteret: quod neque naturalis, neque ciuilis ratio ferre poteſt, l. cum filia, 11. D. de leg. 1. l. heres, 21. §. quod ſi ſtipulator, D. de fideiuſſor. l. ſi id quod, 21. D. de lib. leg. Satis ergo iam perſpicuum eſſe arbitror, quamobrem patre mortuo naturalis obligatio Primi (quem debitorem poſuimus) per hereditatis paternæ aditionem confuſa non ſit: cùm tam dilucidè probatum ſit, Patrem cui heres exſtitit, eius creditorem non fuiſſe. quoniam naturalis obligatio ita intelligenda eſt, qualis ante iuris Quiritium nomen auditum, & patrumfam. ac filiorumf. fictam communionem fuiſſet. At certum eſt, illo tempore quæſitam fratri ex ſuo credito obligationem nequaquam patri adquiſitam fuiſſe. Quare, ne iuris illius, atque, vt ſic dicam, temporis illius naturales fines migremus: ſed intra cancellos nobis à iure naturali circumſcriptos maneamus. qua in ſententia Bartholus quoque teſtatur nonnullos ex antiquis interpretibus fuiſſe: atque Accurſium auctorem profert, qui adfirmarit diſputatum à nonnullis fuiſſe, naturalem filij obligationem patri quęſitam non eſſe. Sed agedum: pergamus. Nunc enim peruulgatæ iſtius interpretationis abſurditatem ita patefaciam, vt omnes eruditos tantæ inſcientiæ, ne dicam ſtultitiæ, pudeat. Quæro enim, Sempronio patre mortuo, (quem vulgus propter l. placet, De adq. hered. Primi creditorem facit) Secundus, ad quem ex paterna hereditate illa rediiſſe obligatio fingitur, qua fronte Primum de quinquaginta ſibi reddendis adpellauit? atque vt non adpellarit, tamen quo iure Primus tantam ſe illi pecuniam dare oportere credidit? ánnon, quia Secundus patri heres exiſtens, paterni crediti & obligationis ſucceſſor erat? Certè; & hoc fateri aduerſarios noſtros neceſſe eſt. quid igitur? támne amens ac vecors fuit Primus, vt fratrem patris heredem eſſe meminiſſet, & coheredem eſſe obliuiſceretur? Aut non intelligo quid conſulas, inquibat Celſus, aut valde ſtulta eſt tua conſultatio. Quod idem multo maiore cum ratione dicere Africanus potuiſſet. nam ſi adeò ſtupidum ponamus

A Primum fuiſſe, vt putaret & fratri totum debere, quia frater patris heres exſtiterat: ac non cogitaret ſe idcirco totum debere, quia ipſe quoque coheres exſtiterat: ineptiſſimam ac ſtultiſſimam delatam ad Africanum conſultationem ponemus. quod cùm tanti viri dignitate alienum eſt, tum verò referri illum hanc ridiculam conſultationem in ſuos Commentarios voluiſſe, incredibile videtur. Neque huius ſententiæ ac diſputationis meæ iudicem recuſa-
B bo clariſſimum, & omnibus ingenuis artibus politiſſimum virum ac Senatorem prudentiſſimum Gilbertum Malocium, cui, amico, vt video, communi, ſuum libellum Leſcurius dicauit. Sed quoniam & Africani reſponſum ſubtilius eſt, quàm vt à quouis facilè intelligatur: & ſcio nonnullos eſſe honeſtos adoleſcentes, quibus magis propter doctorum ſuorum obſeruantiam, & quaſi partium ſtudium, quàm propter veritatem emendatio mea ſuſpecta eſt, operæprecium me facturum arbitror, ſi eius cauſſæ
C quam Africano propoſitam eſſe confido, conſtitutionem exponam, eámque doctis viris quaſi conſultationem proponam. Nam (vt verè loquar) neque vnquam ante hac intellexi, neque adhuc intelligere poſſum ſpeciem illam, quam ſuperior aduerſarius noſter his verbis expoſuit, *Duo ſunt fratres, Primus & Secundus. Vterque habet peculium. Secundus de peculio ſuo Primo mutuam pecuniam dedit. Secundi obligatio pertinet ad patrem. Primi obligatio non pertinet ad patrem: cùm de peculio Primi à Secundo*
D *conueniri non poſſit: propterea quod nulla lis eſſe poteſt inter patrem & filium.* Quid audio? Annon enim viciſſim referri ac retorqueri ſic poterit? Secundi obligatio non pertinet ad patrem (id eſt, patri quæſita non eſt) vt pater Primi creditor dici poſſit: propterea quod conuenire Primum de peculio non poteſt, cùm lis nulla inter illos eſſe poſſit. Regula igitur illa tenenda eſt, vt in iſtiuſmodi de iure naturali quæſtionibus, iuris ciuilis argutiis & fictionibus locus non detur, qualis illa peruulgata
E eſt perſonarum confuſio, vt paterfam. & filiusfam. eadem perſona cenſeantur: ac proinde filiofam. quæſita obligatio patrifam. confeſtim adquiratur. Quare in hac quæſtione, quæ tota eſt de iure naturali, ciuile filiorumfam. & patrumfam. nomen remoueamus, naturale filiorum & parentum retineamus: & perinde quaſi numquam Quiritium ius auditum fuiſſet, ita ſimpliciter loquamur: atque vbi vnus è duobus filiis Sempronij alteri pecuniam crediderit, eum qui credidit, Creditorem: qui accepit, De-
F bitorem nominemus: Patrem neque debitorem neque creditorem fingamus: ne perſonarum fiat confuſio. alioqui ſi pater vnius nomine creditor dicatur, viciſſim alterius nomine debitor dicendus erit, quod, vt iam demonſtratum eſt, neque ciuilis, neque naturalis ratio patitur. Idque multò dilucidius in illa ſpecie apparebit, ſi fortè ſeruus filiofam. aut hic illi pecuniam crediderit. Annon enim abſurdior perſonarum confuſio exiſtet, cùm ita dicetur, Dominum eſſe creditorem filij:
G vel, patrem eſſe creditorem ſerui? quas enunciationes etiam communis ſenſus repudiat. Nam ſi Secundi obligatio patri quæſita eſt, Primus non iam fratri Secundo, ſed patri debitor eſſe cœpit. Atqui Africanus Primum, non patris ſed Secundi debitorem diſertè appellat. *Longè magis*, inquit, *in eo quod fratri debuiſſet, indemnem*

eſſe præſtandum. Quòd ſi Primus fratris debitor fuit, certè non pater ipſius creditor fuit, ſed frater: hoc eſt Secundus. Neque diſſimilis apparebit confuſio, ſi ponamus Sempronium communem iſtorum patrem res Primi peculiares Secundo pignori dediſſe. nam & ob naturalem obligationem pignus contrahi conſtat, ex l. 5. D. de pignor. & res filij peculiares à patre obligari, ex l. fideiuſſor, 26. §. j. D. eod. Iſta enim quam vulgus ſequitur, ratione, Sempronius Secundi reſpectu, creditor: Primi verò, debitor: atque adeò pigneratitius appellabitur. quod, vt dixit, etiam communis ſenſus reſpuit, atque adſpernatur. Sed nihil eſt in hac tota diſputatione quod mihi mirabilius videatur, quàm è tot eruditis ſcriptoribus neminem fuiſſe, qui triplicem illam abſurditatem animaduerterit, quam ex iſta recepta & peruulgata huius legis interpretatione conſequi neceſſe eſt. Nam primum omnium Africanus adfirmaſſe dicitur, Quia, (ſic enim voces illas PRO PARTE interpretantur) cùm Primus patri heres exſtitit, (ac proinde debitor creditori ſucceſſit) confuſa obligatio eſt, Primum id quod Secundo ſoluit repetiturum. quod ſi ita eſt, Africanus quinquaginta ei aureos à Secundo adtribuit: hoc eſt, quantum illi per errorem diſſoluerat. Atqui continuò pòſt idem Africanus ſubiungit, *Quia Secundus Primi peculium in hereditate diuidenda participauit*, Primum ab eo ita repetiturum, ſi Secundus ex Primi peculio non minus percepit, quàm quantum ei debebatur. Non minus autem Secundus percepit. nam cùm in Primi peculio centum eſſent, Secundus ex ſemiſſe heres quinquaginta conſequutus eſt. Alteros igitur quinquaginta aureos Africanus Primo abſurdiſſimè adtribuerit.

Sequitur ſecunda ſiue abſurditas, ſiue ſtultitia, quæ ex peruulgata huius legis ſcriptura & interpretatione conſequitur. Nam cùm Africanus vtrumque fratrem peculiatum poſuiſſet, ita tamen eius reſponſum vulgò interpretantur, quaſi eius ſolius portionis rationem habuerit, quam Secundus ex Primi peculio conſequutus eſt: eius autem quam Primus ex Secundi adeptus eſt, ne mentionem quidem vllam fecerit. Nam in omnibus hominum iſtorum ad hanc legem commentationibus & diſputationibus, littera de Secundi peculio à Primo participato nulla reperietur. Et tamen conſtat, Primum ex Secundi peculio (in quo quinquaginta poſuimus) vigintiquinque percepiſſe. Horum igitur ratione Africanus Primo, pro quinquaginta Secundo ſolutis, centum & inſuper vigintiquinque adiudicarit. Quo nihil ſtultius dici poſſe exiſtimarem: niſi tertia illa maior abſurditas ſequeretur, quam ſuperius patefecimus: nimirum quòd Primus idcirco Secundo ſoluerat, quia patri heres exſiſtens, eius obligationis ſucceſſor erat, neque illi in mentem venerat, ſe fratri coheredem exſtitiſſe: ac proinde pro dimidia parte obligationis eiuſdem ſucceſſorem eſſe. Quin ne illud quidem prætermittendum videtur (quia mihi interdum cum Latinizantibus res eſt) quòd Africanum, quo neminem vnquam purius ac ſubtilius ſcripſiſſe arbitror, ineptæ loquacitatis arguunt. Quorſum enim illud tam abſurdum, & bis tamen inculcatum? PRO EA PARTE QVA HERES EXSTITIT. Nam iſtorum ratione poſitum oporteret pro QVIA, vel PRO-

A PTEREA QVOD, vel, QVANDOQVIDEM. quam interpretationem Latinæ conſuetudinis ratio repudiat. Atque vt nihil iſtorum à me confictum cognoſcatur, proferam eam interpretationem quam ſuperior noſter aduerſarius in ſuo libro totidem verbis propoſuit, *Cùm eſſent duo fratres, Primus & Secundus: & Primo Secundus pecuniam credidiſſet, ac mox obligationem naturalem ex cauſſa crediti contractam pater adquiſiuiſſet, ac deinde mortuo patre* B *vterque patri heres exſtitiſſet æquis partibus, confuſa eſt naturalis obligatio: partim quia Primus debitor patri creditori heres exſtitit ex ſemiſſe, partim quia Secundus heres patri ex altero ſemiſſe cepit iure hereditario ex peculio tantum quantum erat in reſiduo debiti.* At enim ne iſta quidem admiſſa & recepta interpretatione, confuſa dici poteſt naturalis obligatio, iſtis duabus de cauſſis: ſed potius ob priorē cauſſam, confuſa, ob poſteriorem, compenſata. Verumtamen ſi, quia Primus patri heres exſtiterat, con- C fuſa erat eius obligatio, cur ſoluebat? annon ſe patris heredem eſſe meminerat? deinde quæ fuit Secundi vecordia, qui patiebatur eius rationem haberi quod ex Primi peculio ſumſerat, eius verò quod frater de ſuo peculio conſequutus erat, mentionem non faciebat? quod argumentum in ſuperiore Diſputatione prætermiſeram. Deinde, quomodo verborum illorum vis exponitur, PRO QVA PARTE? *Quia primus* (inquit) *patri heres exſtitit.* quaſi verò PRO QVA PARTE, idem valeat D quod QVIA. quod tamen mox iteratur, *Partim quia Secundus tantumdem cepit*, &c. Verùm vt hæc quæ Grammaticalia nonnulli vocant, omittam, deinceps Africano remoto, cauſſæ conſtitutionem eruditis viris proponam: vt ſiquis deinceps me viuo & incolumi aliter de ea ſtatuendum eſſe docuerit, quàm quo modo reſpondiſſe Africanum demonſtraui, manus illi dem; & pro ſingulari erga me beneficio gratias agam. Nam vſque adhuc, hoc eſt vſque ad annum 1575. addo iam ad annum 1585. E Deum immortalem teſtor me veriſſimam & certiſſimam eſſe & interpretationem & emendationem meam arbitrari. Sempronius duos habuit filios, Primum & Secundum: vterque centenos in peculio aureos habuit. Viuo patre Primus à Secundo quinquaginta mutuo accepit: ac proinde naturaliter illi debitor eſſe cœpit. Patre mortuo, filiiſque illis duobus ex æquis portionibus heredibus relictis, cùm Primus illam pecuniam ſe fratri ciuiliter & efficaciter debere crederet, eam F illi perſoluit. paulo pòſt admonitus eſt, debitum illud non ciuile, ſed naturale tantùm fuiſſe: quod à Iuriſcon. ſic definitur: quod natura quidem ſolui æquum eſt, l. ſi noxali, 11. D. de pecul. quod naturalis quidem æquitas ſolui poſtulat, l. Stichum, 95. §. naturalis, D. de ſolut. ſed tamen per iudicem peti non poteſt, l. 1. §. id quod natura, D. ad leg. Falcid. l. creditores, 10. D. de verbor. ſignific. Agere igitur indebiti condictione aduerſus Secundum fratrem ſuum inſtituit: quaſi indebitum per G errorem ſoluiſſet, eiúſque intentio hæc fuit: Aio te mihi quinquaginta reddere oportere, quippe indebitè ſoluta. Exceptio Secundi, Non oportet. Cuius hæc ratio eſt, quoniam debiti naturalis per errorem ſoluti nulla repetitio eſt, l. nam hoc, 4. D. de cond. indebit. Quæro ex Iuriſconſultis, & Academiarum omnium Doctoribus, aduocatis, cauſſidi-

cauſſidicis & pragmaticis omnibus quid iuris? Atque vt Relatorum & conſultorum quorũdam more, meam ſententiam primus exponam, crederem, ſi mei iudicij res eſſet, diſtinctionem adhibendam eſſe, quotam vterque partem ex fratris ſui peculio perceperit. Nam (vt inter omnes conſtat) patre mortuo filiorum peculia cum hereditate paterna confunduntur: ſic, vt in familiæ erciſcundæ iudicio proportionibus hereditariis inter illos diuidantur, l.certum,13. C.famil.erciſc. l.filiæ,12.C.de collat.Sed quotam quiſque ex peculio fratris partem perceperit,magnæ quæſtionis videtur. Imò verò dubitati magnore videtur poſſe, quanta vtriuſque peculij quantitas fuerit: propter vulgatam regulam, qua dicitur, id quod peculiatus naturaliter debet, eius peculium imminuere: viciſſimque quod ei naturaliter debetur, eius peculium augere, l.6.§.ſicut, D. de pecul.leg. l.7.§.3. D.de pecul. Quod ſi verum eſt,in Primi peculio quinquaginta tantùm numerandi ſunt: in Secundi verò centum: & conſequenter, Primus in hereditate diuidenda ex Secundi peculio quinquaginta, Secundus autem, ex Primi tantùm vigintiquinque perceperit. Quod mihi longè videtur ſecus. Intelligendum eſt enim, totam iſtam, ſiue Prætorum, ſiue Iuriſconſultorum, qui Prætoris edictum interpretati ſunt, fictionem eſſe: qui ad effectum de peculio actionis, interdum imputationibus, interdum deductionibus vtuntur, & ea fingunt ineſſe in peculio, quæ non ſunt: viciſſimque abeſſe illa, quæ tamen eo continentur. veluti cùm Prætor id imputat in peculium, quod dolo domini factum eſt, quo minus ſit, l.ſumma,21. D. de pecul. Item cùm ea deducuntur (id eſt abeſſe finguntur) quæ patri dominóve, aut iis qui in eiuſdem poteſtate aut tutela aut cura ſunt, debentur, l. 4. & l.8. §.prætoria, & §.peculium, & §.ſeq. adeò vt ſingula corpora rerum peculiarium, pro rata diminui dicantur. quæ tota fictio & imaginatio eſt, ad effectum, vt dixi, de peculio actionis adcommodata, l.6. & l.8. D. de pecul. leg. l. ſeruus, 30. D. de act. emti. Superius autem demonſtratum eſt, in iſtis naturalibus obligationibus & condictionibus, factum, id eſt veritatem ſolam, ſpectari: neque vllis fictionibus locum permitti, l.nec ſeruus, 41.D. de pecul.l.ſi quod dominus, 64.D.de condict.indeb. Quare in æſtimanda quantitate peculiorum cautio hæc adhibeatur, vt imputationes & deductiones & ceteræ fictiones remoueantur: ſolúmque (vt Iuriſconſulti loquuntur) factum naturaliter, & pingui Minerua, conſideretur. Quod cùm fiet, tum perfacilis ad illam quantitatem definiendam via ratióque patebit. nam in Secundi peculio, patre mortuo, ea tantùm ſumma numerabitur, quæ reuera, & vt ita dicam, de facto reperitur. nimirum quinquaginta, quæ Primus à Secundo mutuatus fuerat, neutrubi computentur: quia neutrubi naturaliter reperiuntur: quippe conſumta & peremta: cùm pecunia ipſo vſu & permutatione exſtinguatur, §.2.Inſt.de vſufruct. Atque id omnino dici neceſſe eſt. neceſſe, inquam, eſt quinquaginta mutuò à Primo ſumta, peremta atque exſtincta dicere: neque in eius peculio reperiri. Id quod ex Africani verbis cogi & conuinci poteſt, cùm ita loquitur, *Naturalem enim obligationem, quæ fuiſſet, hoc ipſo ſublatam videri, quod frater Secundus partem ex Primi peculio ſit conſecutus.* Nam ſi quinquaginta illi mutuò accepti, reperti in

A Primi peculio fuiſſent, cum patris hereditate confuſi permixtíque fuiſſent. Si confuſi fuiſſent, tum vterque frater, qui ex æquis partibus patri heres exſtiterat, centenos ſuos peculiarios aureos recepiſſet: ſi Secundus ſuos centenos recepiſſet, in iis ſuos quinquaginta, qui partem illius ſummæ efficiebant, recepiſſet. Si totam ſuam ſummam recepiſſet, Primus ei nulla in re debitor manſiſſet. Falſum eſt autem poſtremum: quoniam Africanus ſcribit, Primum poſt patris mortem naturaliter obligatum
B manſiſſe. falſa igitur quæ antecedunt omnia. Nam (vt Tullius ſcribit) cùm conſequens aliquod falſum eſt, illud cuius eſt conſequens, non poteſt eſſe verum. Reſtat igitur vt ad primam quæſtionem redeamus, An & quatenus quod Primus Secundo naturaliter debitum poſt patris mortem ſoluit, tamquam indebitum condicat: & remoto Africano ſic reſpondeamus, Quoniam Secundus ex Primi peculio quinquaginta conſecutus eſt, (quod
C per ius ciuile contra iuris naturalis rationem factum eſt) æquitas naturalis (qua ſola naturales obligationes nituntur) poſtulat vt ea compenſentur, l. 6. D.de compenſ. Totos igitur,inquiet Primus, eos quinquaginta aureos, quos tibi poſtea perſolui, te mihi reddere oportet. Ex contrario Secundus ita referet, At tu quoque quod ex meo peculio percepiſti, viciſſim deducito: nimirum aureos xxv. quod naturalis quoque ratio & æquitas flagitat. Ex quo, ſubducta vtrimque ratione, conſequetur, Primum
D à Secundo per indebiti condictionem tantùm xxv. repetiturum. Rectè igitur cum negatione ex Africani verbis ſic reſpondebimus: Pro qua parte Primus patri heres exſtitit (id eſt, pro rata parte ſemiſſis) quia xxv. ex Secundi peculio percepit, nihil ab eo repetiturus eſt. At pro qua parte Secundus patri ſimiliter heres exſtitit, & partem ex Primi peculio conſecutus eſt, ita Primus repetiturus eſt, ſi non minus ex peculio ad Secundum fratrem ſuum perueniſſet, quàm quantum ei Secundo debebatur.
E quod nunc accidit. Nam Secundo debebantur L. idem ex Primi peculio L. conſecutus eſt. Eatenus igitur Primus ex illa ſumma repetiturus eſt, quatenus Secundus plus percepit, quàm ex æquitate naturali ei debebatur: nimirum xxv. Atque ita Secundo ſolida, integra, illibata ſui veteris peculij quantitas conſtabit. nam cùm Primus poſt patris mortem in percipienda hereditate, xxv. ex Secundi peculio cepiſſet, tantùm illi Secundo xxv. reſtabant. rurſus Secundus in percipienda hereditate ex
F Primi peculio L. conſecutus eſt. vnde efficiuntur LXXV. poſtea Primus per errorem inſuper illi L. diſſoluit. vnde efficiuntur CXXV. Repetantur per Primum xxv. Non Archimedes, non Pythagoras, non Minerua (quæ numerorum inuentrix fuiſſe dicitur) melius vnquam, aut certius, aut liquidius rationem vllam confecerit.

APPENDIX.

Ex Muſęo noſtro,anno 1575.Recognoui,& rata eadem habui anno 1585.quinetiã confirmationis cauſſa
G hæc ſubiunxi: Ex eodem commẽtorum & fictionum genere illud eſt, Fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt,pro eadem perſona numerari. atque idcircò neutrum alteri teſtem in re alterius eſſe poſſe, §. ſed neque,Inſt.de teſtam. Vlp.tit.regul.20.& l.pater, 17.D. de teſtibus. item, cùm Senatus prohibuiſſet

tutoré filio ſuo pupillam ſuam matrimonio iungere, Tryphoninus ſubtiliter argumentatus eſt, non modò vice verſa filiumfa. prohiberi, patri ſuo pupillam ſuam nuptum dare: verùm etiam fratri ſuo qui in eiuſdem poteſtate eſt, l. non ſolùm, 67. §.1. D.de rit. nupt. quaſi videlicet fratris commodis ſeruiens lucro & commodo ſuo in conturbandis tutelæ rationibus ſeruire intelligeretur: & nubenti pupillæ auctoritatem præbens, in rem ſuam auctor eſſet: contra l.7. D.de auctor.tut. Pari ratione quod dicitur de patre & filio, vt quod vni debetur, alteri debitum intelligatur: produci eadem fictione & commentitio iure poteſt ad duos fratres: vt ſi decem ab eo, cum quo contractum eſt, petantur, compenſare quinque poſſit, quę fratri ſuo debebuntur, d. l. 9. D.de compenſat. Ex eodem commentorum genere etiam illud eſt, vt iniuria facta nepoti ex filio in poteſtate retento, videatur facta & patri & filio, & auo, l.8. D.de procurat. Item, vt neque patri à filio, neque filio à patre, neque fratri à fratre, neque filiofam. ab ipſius filio, vel ex diuerſo huic ab illo, neque ſeruo patris à filio rectè legetur: ſiquidem in eadem cauſſa permanſerint, l. quæſitum, 91. D. de legat. 1. §. aufertur, Inſt. de legat. l. cum legato, 17. D. quando dies leg. ced. item vt non aliter fideicommiſſo pater filij heredis inſtituti onerari poſſit, quàm ſi vel extraneo vel ipſi filio poſt ſui iuris adeptionem dare ſit rogatus, l. cum filio, 11. D. de legat. 1. l. quamuis, 16. C. de fideicommiſſo.

FINIS.

FRANC.

1041

FRANC. HOTMANI IVRISCONSVLTI

OBSERVATIONVM ET emendationum in Ius Ciuile Libri XIII.

Quorum poſtumi duo.

Adiecti ſunt indices duo rerum & verborum memorabilium.

Tomi primi pars altera: in qua ſequentia continentur.

1	Obſeruationum & emendat. Lib. XIII.	pagina 1
2	Dialogus de Barba.	pag. 451
3	Commentarius de verbis Iuris.	pag. 477
4	Partitiones Iuris Ciuilis elementariæ.	pag. 981
5	Hiſtoriæ Iuris Particula.	pag. 1067
6	Iuriſconſultus, ſiue de optimo genere Iuris interpretandi, libellus.	pag. 1087
7	Inſtitutionis Dialecticæ ex fontibus philoſophorum, Libri IIII.	pag. 1129

Bibliotheca S. Pantaleonis

Scholarum Piarum

ex hered.

Franc. de Nubij



EXCVDEBANT

Hæredes Euſtathij Vignon & Iacobus Stoer.

M. D. XCIX.

Lectori beneuolo S.

NE cui mirum videatur, nos tantùm emendatarum in his libris legum indicem hoc loco propoſuiſſe, maturè te, Lector beneuole, admonendum putaui, vt memineris tres librorum noſtrorum editiones exſtare: Accurſianam, Florentinam, & (quæ plerumque neutri earum cedit) Haloandrinam. Eas autem ita inter ſe diſsidere, vt plerumque magnum etiam exercitatiſsimis quibuſq; negocium faceſſant. Accurſius ipſe ſexcentis (opinor) locis de ſcripturæ varietate, quæ ſuo tempore doctis viris moleſta erat, ingenuè teſtatur: quamuis ſummam ferè Piſanis libris auctoritatem plerique tribuendam exiſtimarint: quemadmodum ex Bartholi teſtimonio conſtat in l. ſi creditor §. vlt. D. de diſtr. pign. & l. nemo, D. de pact. itémque ex Accurſio & Alberico in l. quærebatur, §. tres partes D. ad leg. Falc. Saliceto prȩterea in l. 1, D. de reb. cred. Quare etſi laboris eſſet opus non modò immenſi, ſed prope dicam Herculei, vnam editionem ex illis tribus conficere maximè vel idoneam, vel certè tolerabilem: tamen interea dum hoc tantum à Deo beneficium expectamus optimum factu putauimus, non modò quę ad institutum illud pertinētia diuturnis noſtris ſtudiis comparauimus, verum etiam quæ noſtro (vt dicitur) Marte excogitauimus, in hos libros conferre. cuius rei ſpecimen illud tibi eſſe poterit, quòd quamuis Bartholus in d. l. ſi creditor, ex Piſana ſcriptura legendum putet *Nullam eſſe venditionem*: Baldus autem ex aliis libris, *Nullam conuentionem*: tamen neutram illarum emendationum probandam eſſe, iampridem oſtendimus: ſcribendúmque potius *Nullam eſſe rationem*: velut in l. pen. §. vlt. D. de pecul. caſtr. *Nulla eſt ratio, competere libertatem*. & apud Ciceronem Verrin. 2. *Minari diuiſoribus ratio non erat*. & pro Cæcina: *Nulla ratio eſt amittere occaſionem*. Sed cùm huius coniecturæ, tum etiam aliarum omnium iudicium eruditis viris, quorum hodie magna vbiq; copia eſt, integrum permittemus. trium certè illarum editionum comparationem plerumque vtilem atque adeò neceſſariam eſſe, non modò confitemur, verùm etiam liberè atque audacter profitemur. Vale lector beneuole & ſalue.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM,

quæ in Epitomatorum, Diſputationum & Quæſtionum illuſtrium libris continentur.

A

Qua ætate adoptari vel adrogari quis poſſit 23.b
Abſens & indefenſus æquipollent 83.f
Abſenti an donari poſſit 612.a
Accepilationis ius 948.g.& ſeq.a
Acceſſio acceſſionis non datur 1009.f
Acceſſio, quid 401.e
Acceſſionis nomine quid intelligatur 425.e
Accurſij error 708.f
Actio de dolo 657.a
Actionem amittere 912.f
Actiones legis 944.c
Actiones dotis repetendæ 595.c
Actiones Prætoriæ 656.c
Actionis de eo quod cert. loco definitio 222.f
Actionis contrariæ pig. defin. 236.c
Actionis quod met. cauſ. defin. 76.f
Actionis de dolo defin. 78.f
Actionis reſciſſoriæ ſiue reſtitutoriæ quæ pro abſentia datur defin. 83.d
Actionis de recepto defin. 88.g
Actionis Publicianæ defin. 105.e
Actionis vectigalis defin. 108.a
Actionis de pauperie defin. 145.e
Actionis de deiecto vel effuſo defin. 150.d
Actionis de periculoſe poſito defin. ibid.g
Actionis noxalis defin. 152.a
Actionis finium regundorum defin. 155.b
Actionis communi diuidundo defin. 162.c
Actionis ad exhib. defin. 165.a
Actionis interrogatoriæ defin. 168.c
Actionis Prætoriæ de ſeruo corrupto defin. 170.g
Actionis exercitoriæ defin. 238.e
Actionis inſtitoriæ defin. 239.f
Actionis conſtitutoriæ defin. 225.g
Actus legitimi, qui 944.e
Actus diem & conditionem quotupliciter recipiant 131.b
Actuum fictio, qualis 969.a
Accreſcendi ius quale, & quàm varium 993.f
Addicere, quid 315.e
Addicebantur debitores creditoribus 924.d
Addictio in diem, quid ſit 315.d
Adfines qui ſint 455.d
Adfinitas quomodo contrahatur 456.e
Adfinitatis defin. & diuiſ. 837.b.456.d
Adfinitatis & cognationis differentia 458.g
Adfinitatis gradus nullos eſſe 459.a
Adfinitatis ius triplex 460.b
Adfinitatis diſſolutæ matrimonium cur prohibeatur 461.e
Adgnatorum hereditates in ſtirpes non diuiduntur 887.e
Adiicere & abiicere, verba duo in Pandectis ſæpe turbata 316.g
Aditio hereditasis, legis actio 947.d
Aditio cur facti eſſe dicatur 985.c
Adoptio, legis actio 945.g
Adoptiones teſtamento fiebant 24.c
Adoptiones in teſtamentis, cuiuſmodi 946.b
Adoptionis ius 24.e
Adoptionis & adrogationis communio & differentia 25.e
Adoptionis & adrogationis defin. 21.b
Adſeſſores qui dicantur 41.d
Adrogatio olim quomodo fiebat 24.a
Adulterij nomine tranſigere an liceat 913.b
Ædium ambitus 133.f
Ærarij & fiſci differentia 847.b
Ærarium duplex fuit ibid.c
Æſopi apologus 291.a
Agellij locus emendatus 23.b
Agri vectigalis dominium penes quem ſit 106.g
Agri conditio propter perſonam non mutatur 951.b
Alea, quid 174.b
Alea ludere quomodo permiſſum 177.a
Aleæ varia genera 576.d
Aleæ quæſtus vetitus ibid.e
Aleæ emtio permiſſa ibid.g
Alienatio mut. iudicij cauſſa, quid ſit 84.e
Ἀλλόφυλα cur legare non liceat 530.f
Ambulandi verbo quid propriè ſignificetur 135.f
Amitini qui 819.b
Anatociſmus, quid 410.c
Animi res, quæ dicantur 980.c
Annulus pronubus, quid ſit 476.e
Ἀντίχρησις, quid 361.g.918.a
Antidos quid ſit 569.b
Antidotalium rerum fructus ad quem pertineant 587.b
Ἀντίφερνα 536.g.569.b
Aquæductus defin. & diuiſ. 136.b.e
Aquilia actio duplex 147.c
Arbitri defin. 87.a
Arbitrij diuiſio 86.b
Area pars domus maxima 871.e
Argentariorum officium 228.f
Arræ defin. 311.f
Arræ ſponſalitiæ 539.e
Auctor & auctoritas in venditionib. quid ſit 394.e
Auo mortuo, nepotes ex filio demortuo vnà cum filio ſuperſtite in ſtirpes ſuccedunt 860.c
Auſpicum cura circa matrimonia 534.c
Azonis definitio in diſquiſitionem vocata 599.e

B

Baldi proba correctio 672.d
Balnei vſus plurium eſt in ſolidum 902.d
Balnei, campi, & porticus vſus, non admittit diuiſionem 900.b
Balſamonis ſententia probata 194.b
Bannum, Langobárdico vocabulo quid ſignificet 921.f
Baptiſmus ab hæreticis epiſcopis collatus, non retractatur 895.g
Barbarij Philippi fraus inſignis 892.f
Baronis ſententia examinata 661.b
Bartoli opinio notata 712.f
Bartoli diſputatio capitalis 869.d
Baſtardi nomen in aliquem conuiciandi animo coniectum, an iniuriarum actionem pariat 531.b
Bello parta victoris fiunt 860.f
Beſtiarum & ferarum nomen promiſcuum 144.c
Bona vnde dicta 878.d
Bonam copiam eiurare, quid 924.e
Bonorum ceſſionis iura 926.b
Bonorum poſſeſſio non eſt legis actio 948.a
Bonorum poſſeſſio cur dicatur eſſe iuris 985.f
Bruta an ſint naturalis iuris capacia vel expertia 4.e
Budæi emendatio notata 609.a
Budæus reprehenſus 171.e

C

Caduci ius vetus & varium 113.f
Cæcus an iudex eſſe poſſit 930.c
Cæſariem ſolis liberis hominib. habere licebat 546.b

Cæſaris in ditione quæ dicantur 847.b
Cæſaris patrimonium ibid.g
Cæſaris res,&,fiſci res,differunt 848.a
Calumniatores,qui 74.a
Canon.in enumerandis gradib.ab ipſo Papa diſcedunt 826.b
Canoniſtæ pro cognatione genealogiam deſcripſerunt 826.d
Canoniſtæ reprehenſi 841.a
Canoniſtarum & Ciuiliſtarum controuerſia 1003.e
Canoniſtarum in enumerandis gradib. ratio & figura propoſita & refutata 824.c
Capitis minutio triplex 81.c
Caput quid ſit ibid.b
Caroli Magni inſtitutum 482.c
Caſcelij Iuriſc.fortis animus aduerſus tyrannos 944.d
Cauſſa generaliter quid ſit 424.g
Cauſſa potiores qui dicantur 376.e
Cauſſa perpetua,quæ,& cauſſæ defin. 127.d.652.c
Cautio damni infecti diuiſionem recipit 899.c
Cautio fideiuſſoria, ſiue ſatiſdatio alia voluntaria,alia neceſſaria 51.c
Cautio nuda & iuratoria,quæ ibid.e
Cautione reddenda debitum remittitur 860.e
Cedere,propriè quid ſit 114.a
Centeſima vſura quæ ſit 772.b
Centeſima vſura tribus caſibus permiſſa 412.d
Centeſimæ vſuræ interpretatio 410.f
Centeſimæ vſuræ primus caſus 779.e
Centeſimæ vſuræ caſus ſecundus 782.d
Centeſimæ vſuræ caſus tertius 783.f
Centeſimæ vſuræ quartus caſus 784.a
Centumuirorum diuiſa tribunalia 170.d
Certa res,quid ſit 305.e
Certum & incertum,quid ſit 184.c
Ceſſionis bonorum ius 926.b
Chirographi ius conſideratur 888.f
Chirographi redditio,pactum 637.c
Ciceronis locus explicatus 4.d.567.a.622.a.670.b.840.f
Citra,pro fine 913.f
Ciuitas mortua quomodo dicatur 116.a
Ciuitas an cum libertate iura ſua omnia recuperet 861.a
Ciuitas capta,capite minuitur 860.g
Clandeſtinæ nuptiæ damnantur 921.c
Clauibus traditis,traditur dominium 878.c.880.b.881.c
Coëmtio quomodo olim fieret 549.e
Cognationis defin.& diuiſ. 435.b.811.a.445.e
Cognatos inter & adgnatos differentia 817.e
Collocare pecuniam fœnori 973.b
Collybus in pecuniis 889.e
Commercij defin. 28.b
Commiſſoriæ legis defin. 317.b
Committi,quid ſit ibid.c
Commodare,quid ſit 230.a
Commodati defin. ibid.b
Commodati & Precarij differentia & communio 232.g
Communia quædam pro diuiſo,quædam pro indiuiſo 162.a
Compenſationem ipſo iure debitũ imminuere,quid ſit 267.g
Compenſationis defin. 265.b
Compenſationis effectus 267.d
Conceptus poſt aui mortem, ei neque ſuus, neque cognatus 853.a
Concubina & vxor dignitate differunt 920.a
ex Concubina nati,an ſpurij & vulgò quæſiti antiquo iure dici poſſint 521.d
Concubinæ hereditatum capaces 521.g
Concubinarum genus & ius a Iuſtiniano probatum 522.f
Concubinas an Chriſtiano iure habere liceat 532.b
Concurrere qui dicantur 111.c
Condictionis furtiuæ defin. 215.b
Condictionis ſine cauſſa dati defin. 214.c
Condictionis cauſſa dati,cauſſa non ſequuta,defin. 204.e
Condictionis mutui, & condictionis cauſſa dati, communio & differentia 207.c.d
Condictionis ob turpem cauſſam dati,defin. 209.a
Condictionis triticariæ origo 219.g
Conducere,quid ſit 332.a
Conducti actionis defin. 338.c
Conductionis defin. 331.g
Conductionis varia nomina 335.e
Confarreatio,quid 549.a
Coniugium an ſolo conſenſu ſine publica teſtatione contrahatur [illegible].c
Coniunctionis formulæ tres 110.f
Connanus modeſtè reprehenſus 595.a
Connubij defin. 543.g
Conſenſus parentis tacitus ſufficit in nuptiis 874.a
Conſobrini qui 819.b
Conſocert qui 518.f
Conſtitutiones nouæ ſtrictè accipiendæ ſint 886.d
Conſtitutiones generales quomodo fiant 13.g
Conſtitutionum perſonalium tres ſpecies 14.b
Conſtituti multiplex effectus 227.g
Conſtitutum quid ſit 225.d
Conſuetudinis & morum defin. 9.c.d
Conſul quis ſtante Rep. 31.c
Conſulatus,quid,euerſa Rep. ibid.d
Conſulatus veteris & noui communio & differentia ibid.g
Conſulatus olim patriam poteſtatem non perimebat 951.c
Contractibus nominatis certa quædam impoſita forma 961
Contractus nominati & innominati qui ſint 651.d.e
Contractuum & pactorum differentia 82.a
Conuentio in manum,legitimus actus 948.d
Corporum tria genera 958.f
Credere,quid 184.d
Creditorum tria genera 374.d
Criminis cauſſa an paciſci liceat 911.e
Culpa quo modo in contractibus præſtetur 965.e
Cunctator & fruſtrator differunt 935.g

D

Damnum datur aut in perſonam aut in rem 143.d
Damnum iniuria,quid 147.b
Damnum quadrupliciter datur 148.f
Damnum vel generaliter vel ſpecialiter 143.a
Dari & tradi differunt 878.g
Dari res quando dicatur ibid.e
Datio ob cauſſam,quid ſit 204.g
Datio cur dicatur eſſe facti 981.d
Debitor qui ſoluendo non eſt, an affici pœna corpor. poſſit 922.d
Debitorum corpora obnoxia & vexata ibid.e
Deditionis effectus 154.e
Defectores,iuris gentium participes 867.b
Defenſoris & procuratoris differentia 88.d
Definitionis proprietas 918.b
Delicta tot,quot delinquentium perſonæ 943.a
Delinquentium quot perſonæ,tot delicta 942.g
Delphinatus regi Galliæ datus 846.d
Deponere,quid ſit 269.c
Deponitur eadem res apud plures in ſolidum 901.f
Depoſitarius quam culpam præſtet 272.d
Depoſiti ſpecies ſex 269.d
Depoſiti directæ act.defin. 271.a
Depoſiti contrariæ act.defin. 273.b
Depoſiti & commodati differentia 275.b
Depoſitum apud menſam 274.g
Dice dea Iouis & Themidis filia cuius ſe Iuriſcon.ſacerdotes profitentur 1.a
Dignitatum quattuor gradus 30.d
Dilationis definitio:& quid diffindi dies dicatur 77.e
Diſcedere à pignore,quid ſit 386.d
Diſtrahendi verbum auctionum proprium 380.b
Diuidua naturâ & vtilitate 907.b
Diuiduntur res naturaliter & ciuiliter 897.c
Doli mali definitio 77.g
Doli & perfidiæ differentia 869.a
Dolus bonus ibidem
Dolus permiſſus vbi fides data non eſt ibidem
Dominij cauſſa quadruplex 878.c
Dominium communionem non diuiſionem recipit 905.b
Dominium ab obligatione ſeparatur 919.b
Dominium transferendo, an præſentia & naturalis traditio requiratur 880.c
Dominium rei verum diuiduum,an indiuiduum 898.d
Dominus rei,eius vſufructuarius eſſe non poteſt 879.c
Domus per partes refecta,an eadem 871.f
Donare ſpuriis an liceat 606.c
Donare meretricibus & concubinis an liceat 611.d
Donari nondum nato non poſſe 612.f
Donari pupillo & minori an poſſit 613.a
Donatarius bonorum omnium an habeatur pro herede 619.a
Donatio propter nuptias 569.b
Donatio quibus ex cauſſis reuocetur 620.b
Donatio per quam negotium geritur 617.e

Donatio

Donatio rerum futurarum 615.d
Donatio bonorum omnium an valeat 614.c
Donatio an fiat infanti 612.d
Donatio abſenti an fiat ibidem a
Donatio ſponſalitia 606.f
Donatio filiifam. in parentes, an rectè fiat 605.f
Donatio à patre in filium emancipatum collata, in legitimam an imputetur ibidem a
Donatio facta patri per filiumfamil. ipſo auctore an valeat ibidem g
Donatio inter quas perſonas facta valeat 604.a
Donatio ad ſuperuitam, id eſt, coniugi ſuperuicturo, qualis 603.d
Donatio in fauorem matrimonij, qualis 602.g
Donatio inter viuos an fieri teſtamento poſſit ibidem c
Donationes inofficioſæ vſque ad legitimæ quantitatem reſcinduntur 1012.c
Donationes inter coniuges 608.a
Donationis puræ ius 617.a
Donationis ſponſalitiæ & arrarum differentia 607.e
Donationis inter viuos & mortis cauſſa differentia 601.g
Donationis mortis cauſſa & legati differentia ibidem e
Donationis defin. 599.a
Donationis diuiſio 600.d
Donationum inſinuatio 619.b
Donationum ius 616.d
Donationum figura 608.e
Dos & res vxoria, an idem ſint 565.d
Dos aduentitia 569.a
Dos quibus conſtitui promittiue poſſit 572.e
Dos congrua 575.b
Dos ante matrimonium 576.d
Dos receptitia 577.c
Dos an de matrimonij ſubſtantia 577.e
Dos in legitimam imputatur 1005.d
Dotalis fundus etiam ab alio poſſeſſus ſit mariti 877.f
Dotalitium ſiue doarium, quid 568.c
Dotem dicere & promittere, quid ſit 536.b
Doti dare & tradere differunt 879.e
Dotis natura 964.f
Dotis defin. 565.a
Dotis acceſſio triplex 567.c
Dotis ius conſtante matrimonio 577.e
Dotis profectitiæ ius 579.f
Dotis poſſeſſio cui concedenda 584.a
Dotis nomine an maritus dare vtiliter fideiuſſorem poſſit ibidem d
Dotis fructus conſtante matrimonio 586.a
Dotis fructus ſoluto matrimonio 587.d
Dotis aduentitiæ ius 590.d
Dotis aduentitiæ & profectitiæ ſimilitudo 591.f
Duareni ſententia notata 594.e.832.f

E

Edere & exhibere differunt 78.d
Edere actionem, & edere iudicium, quid ſit ibidem b
Effectu & verbo inter ſe opponuntur 903.e
Efflagitare, quid 171.e
Eiurare bonam copiam, quid 924.e
Eiuratio ibidem
Eius quod intereſt defin. 201.e
Emancipare & emancipari qui poſſunt; & apud quem fiat emancipatio 26.b.c
Emancipatio, legis actio ibidem c.946.c
Emancipationis definitio & diuiſ. 25.g
Emancipationis & adoptionis differentia 27.a
Emphyteutes an dominus 918.b
Emtio & venditio an ſit adquirendi dominij modus 301.e
Emtio & venditio inter quos contrahatur 302.g
Emtio & venditio quibus rebus conſiſtit 303.f
Emtionis & venditionis defin. 301.a
Emtionis diuiſiones 302.a
Emtionis & permutationis communio & differentia 345.b
Emtor ad quid obligetur 311.c
Erciſci, quid ſit 157.f
Eſſe fingitur, qui non eſt 966.c
Euectus, pro euectione ſiue vectura 903.c
Euincere, quid ſit 393.f
Exercitor quis 237.a
Exercitoriæ, Inſtitoriæ, & Tributoriæ actionis differentia 243.f.g
Exheredatus eſt pro mortuo 699.c
Exhibere, quid ſit 165.a
Expletoria actio 700.d
Expromiſſor quis dicatur 261.f

F

Fabij locus emendatus 653.a.b
Facti res quæ dicantur 980.b
Falcidia quibus legatis non detrahatur 675.f
Falcidiæ nomen pro legitima 1001.c
Falcidiæ legis verba 671.d
Falcidiæ legis capita quatuor 672.d
Falcidiæ arbiter quis 679.e
Falcidiæ iura ibidem e
Falcidiana quarta quibus perſonis conueniat 673.e
Falcidianæ quartæ defin. ibidem d
Falcidianæ imputationes 680.c
Falcidianæ quartæ fructus ad quem pertineant 678.g
Feriæ, quid ſint 77.c
Ferre & facere partem quid differant 111.c
Feudorum fraterna ſucceſſio nulla 860
Feudum ſine vaſſalli conſenſu à ſeniore non alienatur 850.e
Fideicommiſſa alienari non poſſunt 706
Fideicommiſſarius omne æs alienum ſoluit 709
Fideicommiſſorum nullæ certæ formulæ 883.c
Fides hoſti data an ſeruanda ſit 867.a
Filia poſt annum xxv. patris conſenſum in nuptiis non requirit 874.d
Filiifam. & ſerui communio & differentia 20.c
Filius fideicommiſſo grauatus, duas quartas an detrahat 1000.d
Fiſcalium rerum commercium erat 848.a
Fiſci res, à rebus Cæſaris differunt 847.b
Fiſcus & ærarium differunt ibidem c
Flagitare, quid 171.e
Fluminis vſus plurium eſt in ſolidum 902.e
Fœminæ an adoptare vel adrogare poſſint 23.f
Fœminæ ex virorum & patrum dignitate prærogatiuam retinent 31.a
Fœnerare pecuniam, quid ſit 742.a
Fœnerari quis propriè dicatur 769.a
Fœnerari cur permiſſum Iudæis 800.d
Fœneratio quibus perſonis permiſſa 408.d
Fœneratio quæſtuoſa, ſegnitia 974.f
Fœnerationis illegitimæ pœna 413.b
Fœnerationis diuiſio bipartita 407.b
Fœnerationis & mutui differentiæ 406.f
Fœneratores ſimiles lenonibus 795.d
Fœnoris ſpecies omnis à Deo prohibita 975.f
Fœnoris & vſuræ differentia 402.a.742.b.758.f.789.b
Fœnus quaſi fœtus 975.e
Fœnus, quid ſit 401.c
Fœnus inter & pœnam quid interſit 407.e
Fœnus, quæ beſtia Ariſtophani 760.a
Fœnus qua de cauſſa permiſſum apud Rom. 793.f
Fœnus Nauticum 780.f
Fœnus nauticum iuſtum & legitimum 797.d
Fœnus vnde dictum 742.a
Fratria, quæ 518.g
Fratrum inter duorum liberos patrui hereditas quomodo diuidatur 884.d
Fraudatio prodeſſe fraudatori non debet 876.c
Fraudationis citra vel vltra dimidium iuſti pretij 322.g
Fraus duobus modis committitur 390.a
Frontini locus expoſitus 177.g
Fructuarij ſatiſdatio duplex 124.d
Fructuarius in ſuo dominio ius habet 919.b
Fructus ſumma diuiſio 419.e
Fructus & vſuræ communia & differentiæ 402.f
Fructus interdum ſine vſu reperitur 121.f
Fructus quidam naturales, alij ciuiles 975.b
Fructuum vſuras an exigere liceat 409.e
Frugum precia mutabilia 891.e
Fruſtrator & cunctator differunt 935.g
Fugitiui definitio 173.b
Funeris & monumenti differentia 182.d
Fur & malæ fidei poſſeſſor differunt 935.e
Fures etiam corporaliter puniuntur 925.d
Furti actionis nomine condictio intelligitur 933.e

G
Galliæ regnum Anglis donatum 846.e
Generatio alia ſuperior,alia inferior 811.e
Generi per ſpeciem derogare,quid ſit 938.d
Geſtorum nomine quid ſignificetur 927.g
Glicia lex 684.e
Glos,quæ 468.b.519.c
Gradus quid ſint 812.c
Gradus adfinitatis nullos eſſe 459.a
Graduum cognationis figura 835
Graduum cognationis diuiſio 440.e
Gratuitum quid proprie dicatur 362.d
H
Habitatio cur dicatur eſſe facti 987.a
Habitationis defin. 122.e
Habitationis & vſus differentia & ſimilitudo 123.a
Harmenopuli locus emendatus 323.d
Hereditariarum rerum ſumtus ad quem pertineant 711.b
Hereditas cur in iure conſiſtat 985.c
Hereditas aliud,aliud res hereditariæ 908.f
Hereditas inter pares gradu pariter diuiditur 886.g
Hereditas vtrum diuidua,an indiuidua 907.e
Hereditas viuentis non venditur 1009.c
Hereditas quattuor modis diuiditur 157.a
Hereditate vendita, ſi nulla fuit, ad quid venditor teneatur 319.e
Hereditatis petitionis defin. 96.c
Hereditatis defin. 98.e
Hereditatis poſſeſſoria petitio cur Prætoria dicitur 99.b
Heres fiduciarius,& quaſi heres,relata 100.a
Heres recuſans adire,quartam amittit 713.c
Hiſtoria Magiſtratuum Rom. 8.d
Hiſtoria de Iuriſconſultis ibid.f
Hiſtoria Plinij de Anthia piſce 149.c
Hominij genus duplex 951.b
Hoſtem fallere licet,cui fides nondum data eſt 869.b
Hoſti an fides ſeruanda 867.a
Hoſtibus precium promittens naturaliter obligatur 869.g
Hoſtium appellatio quotuplex 867.a
Hypobolon,quid ſit 537.c.570.c
Hypothecæ defin. 349.a
Hypothecæ & pignoris differentia ibid.
Hypothecæ diuiſio 351.d
Hypothecæ expreſſæ defin. 359.d
Hypothecæ tacitæ defin. ibid.
Hypothecariæ act.defin. 356.e
I
Id quod intereſt quib.de reb.dicatur 723.c
Idem apud Philoſophos quid 872.a
Imperator an res priuatorum alienandi ius habeat 848.f
Imperator à Papa ob legatum non ſolutum excommunicatur 845.c
Imperatori an ius fuerit ditiones imperij oppignerare ibid.b
Imperatori in ea quæ diuina ſunt poteſtas nulla 846.a
Imperatoris an ſint omnia,& quomodo 846.a.850.g
Imperij duæ ſpecies 40.e
Imperij meri defin. 45.a
Imperium quid ſit 43.g
Imperium merum & mixtum 45.a
In ſtirpes & ex ſtirpibus ſuccedere idem ſunt 885.g
In ius vocare quid ſit 48.e
Inceſtum quis committat 442.a
Incorporeum omne eſt indiuiduum 904.e
Incrementum,quid 401.e
Indebiti diuiſio 210.b
Indebitum quid ſit ibid.d
Indiuidua duobus modis dicuntur 128.a
Indiuidua quædam naturâ,vtilitate diuiduntur 906.d
Indiuiduæ res,quæ 904.c
Induciis violandis ius gentium violatur 867.e
Infamia tribus modis irrogatur 86.b
Infamis quis dicatur 85.e
Infanti an donari poſſit 612.d
Iniuriam ſuam gratis licet remittere 912.a
Innocentius iij.laudatus 840.g
Inofficioſi querela vnde 683.b
Inſinuatio donationum 619.b
Inſtitor quis 239.e
Inſtitutio & ſubſtitutio cur dicantur eſſe facti 986.b
Inſtrumento dato,traditur dominium 880.b.& ſeq.d
Inſula,quid 133.f
Intercedere mulier quando dicatur 160.c
Interceſſiones,quid ſint ibid.b
Intereſſe,quid ſit 723.a
Intereſſe duo genera 725.f
Interitus rei vtrum ad actorem,an ad reum pertineat 933.g
Interrogationis effectus triplex 169.c
Inuentariorum diſcrimen 707.e
Irnerij ſententia improbata 191.f
Iudicandi munus an legum imperitis mandetur 919.d
Iudices Romæ non Iuriſperiti 929.g.& ſeq.a
Iudicis ac iudicij defin. 89.f.& ſeq.d
Iulia lex de debitoribus 922.d.925.a
Iuridici Alexandriæ defin.& officium 39.g
Iuris diuerſæ ſignificationes 3.e
Iuris dicendi poteſtas trib.verbis conſtabat: Do,dico,addico 35.a
Iuris naturalis & gentium differentia 5.b
Iuris gentium & ciuilis differentia 6.c
Iuris adcreſcendi defin. 110.e
Iuris adcreſcendi, decreſcendi, & non decreſcendi differentia 111.d
Iuris res quæ dicantur 980.c
Iuriſconſultorum diſſentio notata 943.c
Iuriſdictionis definitio 45.b
Iuriſiurandi effectus multiplex 197.e
Iuriſiurandi diuiſio 193.c
Ius ſcriptum plerumque opponitur Æquitati 3.d
Ius aliud publicum,aliud priuatum ibid.g
Ius aliud naturale,aliud gentium,aliud ciuile 4.b
Ius ciuile aut ſcripto,aut non ſcripto,aut vtroq; conſtat 10.c
Ius ratiocinatiuum 12.c
Ius natalium,quid ſit 17.b
Ius dicenti non obtemperare quid ſit 48.b
Ius adcreſcendi quale,& quàm varium 993.f
Ius gentium quib.modis violetur 867.e
Iuſiurandum in litem quid ſit 200.f
Iuſſum a mandato ſeparatur 258.c
Iuſtitia quadruplex notatur apud Iuriſc. 1.a
L
Latrones iuris gentium non expertes 868.a
Legatarius fruendi ius in ſuo dominio non habet 919.b
Legati defin. 36.e
Legatis violandis ius gentium violatur 867.e
Legatum,quid intelligatur 674.d
Lege agere 945.c
Legis definitio 9.c
Legis actiones 944.c
Legis diſpoſitio inter terminos coërcenda 884.c
Legis cum tabulis 16.§.1.D.de his quæ vt indig.ſententia contra DD. 521.d
Legis xij.tab.inter coheredes diuiſio 630.e
Legitima a quibus petenda ſit 694.d
Legitima verba 948.e
Legitimaria quarta quibus debeatur 686.b
Legitimaria portio inſtitutionis nomine relinquenda 692.f
Legitimaria vna debetur liberis quantumuis multis 696.d
Legitimariæ quartæ defin. 685.c
Legitimariæ quartæ finis ibid.f
Legitimariæ quartæ ius 690.b
Legitimati ſuitatem vſquequaque adipiſcuntur 526.f
Legitimatio,quid 528.c
Legitimationis tres modi ibid.d
Leuir quis 519.b
Lex xij.tab.de vſuris 976.c
Lex rerum & dominiorum domina 974.b
Lex xij.tab.de ære alieno 923.e
Lex Porcia & Sempronia 925.b
Lex Regia 845.d
Lex Roſcia & theatralis 925.f
Leges quarum de emendatione & explicatione quæritur.
L.1.D.ad S.C.Maced. 247.c
L.pen.D.de legib.& Senatuſc. 9.f
L.1.§.2.D.de rei vind. 20.a
L.1.D.de off.Conſul. 31.f
L.vn.D.de off.Quæſt. 34.c
L.vlt.D.de off.Præfect. 35.d
L.19.D.de off.Præſ. 36.e
L.1.D.de off.Præſ. 38.d
L.1.D.quod quiſque iur. 47.e
L.1.D.de Public.in rem act. 105.f
L.1.D.de vſufr.leg. 108.f

L.13.D.de

L.11.D.de ſeruit.vrb. 133.f
L.item Labeo,22.§.pen.C.fam.erciſc. 160.b
L.2.D.ad leg.Aquil. 147.d
L.5.§.cum autem,D.de his qui effud. 150.b
L.1.§.2.D.de ſeru.corrupt. 171.f
L.1.§.2.D.quod iuſſ. ibid.g
L.pen.D.ad leg.Fab. 172.f
L.2.§.2.D.de reb.cred. 187.f
L.vlt.D.de fugit. 177.a
L.4.D.de eo quod cert. 224.f
L.1.in pr.D.ad S.C.Vell. 261.f
L.quod Nerua,32.D.depoſ. 272.b
L.1.D.de rer.permut. 346.b
L.per procuratoreum,80.D.de adq.hered. 283.f
L.in reb.17.D.de iur.dot. 298.c
L.3.D.de act.emt. 310.f
L.2.D.de orig.iur. 6.f
L.pen.§.1.D.ne quis eum qui in ius voc. 50.f
L.3.D.ad exhib. 165.d
L.4.D.de nouat. 116.d
L.5.in fine pr.D.ſi vſuſr.per. 118.e
L.ſolutum,11.§.vlt.D.de pign.act. 352.g
L.5.in fin.D.de pignor. 358.d
L.8.D.in quib.cauſſ.pig. 362.g
L.ſi quis mihi,28.D.de iur.fiſci 375.e
L.6.D.qui pot.in pign. 377.a
L.vbi adhuc,29.C.de iur.dot. 598.b
L.3.§.3.D.de donat. 609.a
L.verum eſt,31.D.de reg.iur. 932.f
L.7.§.ſi paciſcar,D.de pact. 633.e
L.5.D.de perſc.verb. 658.b
L.1.D.ad leg.Falcid. 671.e
L.alienus,61.D.ad leg.Falc. 674.e
L.1.§.ſi is qui,D.ad Trebell. 678.d
L.ſi legatus,30.§.multum intereſt,D.ad Trebell. 704.e
L.Titia,86.D.ad Trebell. 713.e
L.14.§.1.D.de condict.furt. 218.b
L.8.§.1.D.de condict.furt.& l.2.§.1.D.de priuat.delict. ibid.e
L.4.D.pro ſoc. 290.d
L.ſi id quod,58.D.pro ſoc. 295.g
L.50.D.de verb.oblig. 319.d
L.6.D.de ſeru.vind. 140.d
L.17.D.quemad.ſeru.amitt. 142.e
L.1.D.ſi quadr.paup.fec.dic. 146.b
L.29.§.item Labeo,D.ad leg.Aquil. 149.c
L.qui familiæ,37.D.fam.erciſ. 158.d
L.vlt.D.de cond.cauſſ.dat. 345.f
L.vlt.C.de præt.pig. 377.e
L.his qui,12. D.qui pot.in pig. & l.ſi finita,12.§.ſi qua ſunt,D. de dam.inf. 378.g
L.ſtipulatio iſta,38.in pr.D.de verb.oblig. 394.a
L.1.C.de ſent.quæ pro eo quod inter. 427.g
L.vlt.C.de dot.prom. 571.c
L.1.C.ſol.matr. 574.d
L.nec vllam,13.D.de her.pet. 576.g
L.vlt. C.ad Vell. item l.ſi dotem, 22. §.ſin autem in ſaluiſſ. D. ſol.matr. 578.a.b
L.1.§.& cum lex,C.de rei vxor.act. 580.g
L.cum poſt,69.§.1.D.de iur.dot. 586.f
L.3. D.de minorib.l.ſi is qui,65.§.1.D.de iur.dot.l.vlt.§.1.D.vt leg. nom.cau. l.illam,19. C.de coll. l.poſt dotem,40. D.ſol. matr. 589.d.e.f.g.590.a.b
L.difficillima,7.§.Papinianus,D.ſolut.matr. 593.f
L.Seia,42.D.de mort.cauſſ.don. 618.a
L.naturalis,5.§.quod ſi faciam,D.de perſc.verb. 624.e
L.ſi in emtione,34.D.de contr.emt. 638.f
L.2.D.de pact. 627.b
L.Titia Seio,87.§.Imperator,D.de leg.2. 691.g
L.ſed addes,19.§.1.D.locat. 729.a
L.vn.C.de ſent.quæ pro 730.a
L.interdum,73.§ 1.D.de verb.obl. 738.e
L.filij,22.§.Senatoris,D.ad municip. 853.e
L.Senatoris,5.D.de Senatorib. 854.e
L.nuda,5.C.de contrah.ſtipul. 875.c
L.3.D.de act.emt. 878.f
L.quoties,59.D.de verb.oblig. 892.e
L.3.D.de off.Prætor. ibid.f
L.transigere 18.C.de tranſact. 913.e
L.Mæuius 66.§.duorum,D.de legat.2. 906.e
L.7.D.de except.rei iudic. 931.c
L.pen,D.de oblig.& act. 932.e
L.quoties,41.D.eod. ibid.f
L.qui ſeruum,34.D.eod. 933.e
L.3.D.de acceptil. 949.a
L.6.de off.Præſid. 927.e
L.10.C.de adult. 914.e
L.27.D.de reg.iur. 955.c
L.1.§.pen.D.de adq.poſſ. 982.a
L.triplici,142.de verb.oblig. 994.g
Liberatus è ſeruitute non idem qui antea 860.g.& ſeq.a
Liberi,qui,qui ſerui 15.e
Liberi in condicione poſiti an intelligantur ad hereditatem vocati 882.d
Liberorum quinque ſpecies 686.b
Libertorum varia condicio 16.d
Libertorum iura & inſignia ibid.g
Limes tranſuerſalis 816.g
Limes directus 440.c
Litem transferre,quid ſit 91.a
Litem ex nudo pacto inſtitutam eſſe,abſurdum 875.e
Litigatoris improbi pœna 74.e
Litis æſtimatio quomodo facienda 222.a
Locare quid ſit 332.a
Locati actionis definitio 338.e
Locationis defin. 331.g
Locationis diuiſ. 336.b
Locatoris ius 337.d
Locatur vna res pluribus in ſolidum 901.d
Ludi ſcenici 175.b
Ludi Pantomimi 576.a
Ludi iniurioſi 177.d
Ludorum diuiſio 175.a
Ludorum interdictorum à Iuſtiniano enumeratio 177.c

M

Macedoniani Senatuſconſulti exceptionis defin. 247.f
Macedoniani & Velleiani Senatuſconſulti differentia 264.c
Magiſter nauis quis 237.c
Magiſtratus & Iuriſconſulti defin. 6.f
Magiſtratus patriam poteſtatem non extinguit 951.c
Magiſtratus iniuſſu geſta,rata non ſunt 869.e
Magiſtratus alij cum imperio,alij cum poteſtate 43.g
Magiſtratus vera & certa defin. ibid.c
Maiumæ ludus 176.c
Mancipatio,legis actio 948.a
Mancipationis & traditionis differentia 880.e
Mandare iuriſdictionem,quid ſit 40.c
Mandatarius quam culpam præſtet 285.f
Mandati defin. 275.d
Mandati,Commendationis & Conſilij differentia 278.f
Mandati diuiſio duplex 280.d
Mandati Procuratorij, & Vulgaris communio & differentia 288.d
Mandatum quomodo ſoluatur 277.d
Mandatum in tribus perſonis præcipuè verſatur 279.b
Manumiſſio,legis actio 946.f
Maritus dotem quomodo vindicat 580.b
Materfam.& Filiafam.quæ 19.a
Materiæ & ſpeciei differentia 870.g
Matrimonia cum quibus interdicta 463.a.465.f.489.e
Matrimoniales cauſſæ magna ex parte theologicæ 920.d
Matrimonij defin. 489.a.b.543.g
Matrimonij cauſſa quadruplex 919.e
Matrimonij parentum iniuſſu contracti an vlla pœna ſit 872.d
Matrimonij & nuptiarum differentia 921.g.489.a.543.g
Matrimonium eſt diuini iuris 921.a
Matrimonium ſine ſcriptura contrahitur 920.e
Melior condicio quæ dicatur 316.d
Mendacium tam in negando quàm in confitendo conſiſtit 169.b
Menia columna,vbi fures coërcebantur 925.c
Metallorum in refectione differentia à reliquis rebus 871.c
Metus defin. 96.d
Micatio digitorum 177.b
Militaribus viris iudicia mandata 930.d
Miſcellæ legis interpretatio 550.b.& ſeqq.
Monumentum quid 179.g
Mora quomodo purgetur 430.d
Mora perpetuat obligationem 429.f
Mora quomodo fiat in contractu 734.f
Morâ commiſsâ,damnum præſtatur 891.g
Moræ defin. 428.f.731.d
Moræ purgatio an à pœna liberet 430.g

Moræ pœna 736.e
Moræ genera 732.d
Moræ culpâ quis vacet 733.a
Moram purgare quid ſignificet 738.f
Morbum inter & Vitium differentia 390.c
Morganatica 1011.e
Morgengeba ibidem f
Mortuus fingitur,qui viuit 966.c
Mulier an teſtari de dote ſua poſſit 582.c
Mulieres de dote ſua funerandæ 710.d
Multæ & pœnæ differentia 50.b
Municipij corpus incertum 992.a
Municipium an heres inſtituatur 991.g
Mutui natura 187.e
Mutui ius & effectus 189.e
Mutui quattuor proprietates 190.b
Mutui dationis & indebiti ſolutionis communio & diſſimilitudo 213.d.e
Mutui & commodati differentia 231.b
Mutui & permutationis differentia 343.f
Mutuum an ſit Creditum 186.e
Mutuum quibus rebus conſiſtat ibidem g

N

Natis ex meretrice an relinqui teſtamento poſſit 529.g
Natis ex damnato concubitu, an parentes alimenta debeant 530.c
Natura non patitur ex pecunia ſterili fructum quærere 975.a
Naturalia quæ dicantur 980.d
Naturaliter fieri dicuntur,quæ realiter vulgò dicuntur ibid.f
Naturaliter obligatur qui precium hoſti promiſit 870.a
Natus ante adeptum à patre magiſtratum, an magiſtratus filius 853.b
Nauigij vſus pluribus in ſolidum conceditur 902.f
Nauis per partes refecta,an ſit eadem 870.e
Nautæ,caupones,ſtabularij qui ſint 88.f
Nautica pecunia ſiue traiectitia,quid 431.d
Nauticum fœnus 780.a
Nauticum fœnus à quibus exerceri liceat 431.g
Nauticum fœnus iuſtum & legitimum 797.d
Neapolis direptio à Gallis 862.c
Nepos ex ſpurio natus herélne inſtitui poſſit 530.g
Nepotem fratris & nepotem ex fratre non eundem eſſe 820.f
Nepotis in nuptiis an aui auctoritas requiratur 873.a
Nepotis & neptis nuptiæ ius diuerſum habent ibidem b
Negociorum geſtorum & mandati comparatio 289.a
Nexæ res quæ dicantur 347.a
Nexi qua lege ſoluti 924.d
Nexus pignoris,quid 347.b
Nobilitas in iure quid 526.g
Nomen quid ſit 653.a
Nomina inter heredes ipſo iure diuiduntur 907.e
Nota & infamia differunt 85.f
Nothæ filiæ an dos à patre debeatur 525.a
Nothæ dos conſtituta,ad quem ſoluto mat.reuertatur ibid.b
Nothi qui 520.c
Nothi ex nobilibus parentibus nati,an nobilitatem retineant 526.d
Nothis an legitima aliqua debeatur 524.f
Nothorum defin. ibidem d
Nothorum ſiue Naturalium genera duo 523.e
Nouæ actionis defin. 263.c
Nouellæ 89.verba explicata 524.d
Noxæ verbo quid comprehendatur 152.d
Noxæ deditionis æquitas duplex 153.c
Noxam caput ſequi,quid 152.f
Noxia & noxa idem 153.d
Nubere quid ſignificet apud priſcos 544.b
Numi ratio eadem quæ chirographi 888.f
Numi ex corio,æræ,laminis ibidem d
Numis colere,quid 335.c
Numorum conſideratio 888.c
Numorum neque qualitas,neque quantitas ſpectatur ibid.b
Numularij qui 79.a
Numus vnde dictus 307.c
Numus inter res incorporales numeratur 889.a
Nuptiæ iuſtæ,ſine parentis iuſſu præcedente,iniuſtæ 873.f
Nuptiæ clandeſtinæ damnantur 921.c
Nuptialia ſacrificia 560.f
Nuptialis pompa & ornatus antiquus 544.c
Nuptiarum, connubiorum, & matrimoniorum differentia 489.a.543.g.921.g
Nuptiarum defin. 489.a.b.543.g
Nuptias qui contrahere poſſint 490.a.& ſeqq.
in Nuptiis peragendis tres dies olim fuiſſe 543.a
Nyctelia ſacra 561.g

O

Ob rem dare & ob cauſſam dare differunt 204.c
Obærati 924.d
Obligatio principalis an pœnali ſtipulatione nouetur 874.g
Obligatio ſeruorum cur facti eſſe dicatur 983.f
Obligationum vis non ad dominium transferendum valet 919.b
Occupare pecuniam pro fœnori collocare 978.e
Ocioſa pecunia quæ non exercetur ibidem f
Offerendi ius,quid ſit 381.d
Onus legatorum an ad heredem pertineat 708.d
Operæ defin. 118.g
Operæ ſeruorum cur dicantur eſſe in actu 987.c
Operarum & vſusfr.differentiæ 119.b
Operarum obligatio numero diuiditur 899.e
Oppigneratio rei alienæ an valeat 371.d
Optio legati 948.e
Ornatus antiquus ſponſi & ſponſæ 544.c.546.a
Oſculari apud Rom. nulli ius erat præter cognatos cognatáſque 540.e
Oſculum inter,baſium & ſuauium differentia ibidem d
Oſculum non tam frequens apud Rom.quàm apud nos ib.e
Oſculum quæ præbuit an dotem amittat 541.a

P

Paciſci qui non poſſint;qui poſſint 628.g
Paciſci an alter alteri poſſit 629.f
Paciſci de crimine an liceat 911.e
Paciſci de crimine poſt conſtitutum iudicium non licet ib.f
Pacta Prætoria 636.a
Pacta defunctorum an heredibus proſint 630.c
Pacta tutorum an pupillis proſint 632.b
Pacti ſeu conuentionis generalis defin. 79.c
Pactio de rebus alienis an valeat 633.b
Pactorum ſumma diuiſio 621.a
Pactorum innominatorum genera quattuor 624.e
Pactorum ius 635.c
Pactum,cur dicatur eſſe facti 983.d
Palæſtrici ludi 175.f
Papa Imperatorem ob legatum non ſolutum excommunicat 845.c
Papiniani locus expoſitus 154.b
Papiniani auctoritas;quam Iuſtin.ſequutus eſt 883.f
Παρανύμφοι 534.d
Παράφερνα 538.b.567.d
Parentum auctoritas in matrimoniis 872.d
Parentum erga liberos affectio præſumitur 884.a
Pars iuris,aut ius partis quando dicatur 906.b
Pars non dicitur dominij, habitationis, vſus, inſtrumenti ibidem c
Partes,certæ pro diuiſo:incertæ pro indiuiſo 897.d
Partes intellectæ,pro indiuiſo ibidem g
Partes in toto & naturam & nomen ſuum retinent 871.f
Partibus colere,quid 335.c
Partunda dea 562.b
Pater iuſtus, filius iniuſtus. Pater iniuſtus, filius iniuſtus ſiue naturalis 17.e
Pater quomodo liberis ſuccedat 885.e
Pater an cogatur filiam dotare 571.a
Paterfam.& filiusfam.quis 18.e
Patria poteſtas ius priuatum familiæ eſt 21.a
Patrueles qui 819.b
Patrui hereditas quomodo diuidatur 884.f
Paulli loca emendata 313.b.887.g
Pauper debitor an corpore plectatur 926.c
Peculij etymologia & defin. 249.b
Peculij diuiſ. 252.g
Peculium filiorumf.quomodo exſtinguatur ibidem d
Pecuniæ præſentia an requiratur in emtione 880.f
Pecuniariter intereſſe,quid ſit 165.c
Pecuniarum permutationes 889.b
Pegaſiana quibus perſonis conueniat 703.d
Pegaſiana quibus de rebus detrahatur 705.e
Pegaſiana imitatrix Falcidiæ 701.a
Pegaſianæ definitio duplex 703.a
Pegaſianæ quartæ ius 711.e
Pegaſianæ quænam imputentur 714.g
Pegaſus quis 701.b

Periculum

INDEX.

Periculum pecuniæ creditæ ad quem pertineat 976.f
Periculum poſt moram commiſſam pertinet ad debitorem 862.d
Periurij pœna 199.d
Permutatio quid ſit 343.d
Permutationis ius & effectus 345.a
Perſcriptis verbis cur ſcribendum, non præſcriptis 658.e
Perſonæ quæ adoptare vel adoptari non poſſunt 21.e.23.d
Petitorium & poſſeſſorium an concurrant 936.e
Petri Lombardi argutia improbata 486.c
Philonis locus inſignis 479.e
Pigneratitia actio duplex 234.f
Pignori poſitum quid ſit 274.b
Pignoris notatio 347.b
Pignoris diuiſ. ibidem c
Pignoris defin. 349.a
Pignoris cauſſa verum diuidua, an indiuidua 898.e
Plutarchi ſententia de fœneratore 978.a
Pœnæ tot, quot delinquentium perſonæ 942.c
Populi ſuffragia legis vim obtinent 896.b
Poſſeſſio an requiratur ad dominium 877.d
Poſſeſſio in venditione qualis requiratur 878.f
Poſſeſſio iuſta quæ dicatur ibidem g
Poſſeſſio verum ſit facti, an iuris 981.e
Poſſeſſor malæ fid. & fur differunt 935.e
Poſſidere & in poſſeſſione eſſe differunt 894.a
Poſtliminium in agris, & locis ſacris, publicis, &c. 861.b
Poſtliminium iura & ſtatum reſtituit ibidem a
Poſtulare quid ſit 83.d
Poteſtas, quid ſit 44.d
Poteſtas numorum quæ 888.b
Præceptionum bipartita ratio 712.a
Prædones, iuris gentium participes 868.a
Præfecti Prætorio defin. 32.e
Præfecti vrbi officium annis multis intermiſſum, & ſub Impp. renouatum 33.a
Præfecti vrbi defin. ibidem b
Præfecti Vigilium defin. 35.e
Præfecti Auguſtalis, ſiue Præfecti Præt. Auguſt. defin. 37.c
Præma dea 562.a
Præſentia alia vera, alia ficta 880.g
Præſidis prouinciæ defin. 37.d
Præſidis & Proconſulis differentia ibidem f
Præcerdotalium rerum fructus ad quem pertineant 587.a
Prætorem eſſe aliud, aliud Prætura fungi 894.a
Prætoris definitio 34.f
Prætorium quid, & Præfectus Prætorio; & quanta eius poteſtas 32.c
Pragmaticorum errores refutati 689.f.705.a.707.b
Precaria ſubſtitutio 883.e
Precij defin. 307.c
Precium certum, quid 308.e
Precium iniquum quando dicatur 322.d
Principis patrimonium, quid 847.& ſeq.
Probare quid 927.c
Proconſulum defin. 36.d
Proconſulum dignitas & inſignia 37.b
Proconſulum iuriſdictio duplex 38.a
Procurator rei priuatæ, ſeu patrimonij Cæſaris 39.e
Procurator ſummo genere quis 87.f
Procuratoris Cæſaris defin. 39.b
Procuratoris ad lites vera & certa defin. 88.e
Profrater, quis 519.b
Proiectum, quid 151.a
Promutuum quid 190.g
Propatruus quis 514.c
Proſcripti, iuris gentium non expertes 868.d
Proſoror quæ 520.a
Prouinciarum diuiſio 36.b
Proxenetæ qui 534.b
Publicæ res quæ dicantur 847.d
Publicas res alienandi poteſtatem an Cæſar habeat 848.b
Publicè depoſitum quid ſit 274.c
Pupillo an donari poſſit 613.a
Pyrrhicarij ludi 176.a

Q

Quadrans diuerſimodè accipitur 706.e
Quadrigæ legatum vno æquo mortuo an exſtinguatur 940.b
Quadrupedis damnum triplex 145.c
Quadrupedum quattuor genera 144.a
Quæſtores alij vrbani, alij Prouinciales 34.b
Quæſtoris definitio 33.g
Quantitatis non eſt certum corpus 862.e
Quarta legitimaria quibus debeatur 686.b
Quarta legitimaria quibus de rebus detrahatur 687.d
Quarta legitimaria omni onere vacua relinquenda 693.d
Quarta legitimaria ad exemplum Falcidianæ inſtituta 681.g
Quarta Falcidiana quibus perſonis conueniat 673.e
Quartæ legitimariæ defin. 95.d.685.c
Quartæ Falcidianæ defin. 673.d
Quartæ Falcidianæ fructus ad quem pertineant 678.g
Quartæ legitimariæ imputationes 700.c
Quartæ legitimariæ finis 685.f
Quartæ legitimariæ ius 690.b
Quartæ ſpes lædi non poteſt ibidem
Quartæ detractio ei qui ſupra dodrantem grauatus eſt, conceditur 1001.g
Quaſi adfinitas quæ 458.a
Quaſi adfinitas duplex 464.f
Quaſi mutui defin. 190.b
Quaſi Seruianæ actionis origo 355.e
Quaſi Seruianæ act. defin. 356.b
Querela inoff. vnde 683.b
Querela inoff. quid ſit 94.a
Querelæ inoff. multiplex vis & effectus ibidem f
Qui non habet in ære, luat in corpore 926.a
Quis interroget & interrogetur 168.e

R

Receptor quam culpam præſtet 89.e
Receptum quid ſit 229.b
Recipere præciſè, quid ſit 89.a
Recipere & corrumpere quid ſit 171.b
Reddere, quid ſit 890.a
Redditio pignoris aut chirographi an pacti vim habeat 637.c
Redemtorum nomen & origo 333.e
Redhibere, quid ſit 390.f
Redhibitio ob quas cauſſas fiat 330.d
Reditus pecuniæ, fœnus 973.d
Reges Rom. ab initio omnem poteſtatem non habuerunt 7.a
Regia lex 845.d
Regibus an ius ſit, ditiones ſuas diminuere ibidem a
Regis in dominio ſunt vniuerſa, non ſingula 845.d
Regis filiorum hereditates, quo iure ſint 852.d
Regis nepos & filius quod ius habeant 856.c
Regis filius, & ex rege natus differunt 854.f
Regna teſtamento legata 846.b
Regna quibus parentur modis 849.e
Regnum ad vtilitatem ſubiectorum dirigendum, vt tutela ad pupillorum 850.a
Rei vindicationis definitio 99.e
Religionis ius indiuiduum 181.b
Religioſi loci ius & effectus 180.d
Religioſus locus, quid ſit 179.g
Religioſus locus quando fieri dicatur 180.a
Rem tradi & rem dari differunt 878.g
Remiſſionis diuiſio 386.e
Repudij multa 542.c
Rerum diuiſio duplex 183.d
Rerum aliæ in patrimonio, aliæ non 28.b
Res quæ diuini iuris dicuntur, quæ humani ibidem c
Res exſtincta fingitur quæ in natura eſt 967.d
Res iudicata verum diuidua, an indiuidua 899.c
Reſtitutionis in integrum generalis & ſpecialis defin. 75.c
Reſtitutionis in integrum ſex cauſſæ ibidem f
Reſtitutionis minorum defin. 79.f
Reſtitutoriæ act. defin. 263.b
Rex à tyranno quantum differat 849.a
Rex populi ſui tutor 850.a
Rex an res priuatorum alienandi ius habeat 848.c
Romani tribus modis vxores habebant 548.g
Romanorum flagitioſa conſuetudo in vxoribus commodandis 920.c

S

Sacra nyctelia 561.g
Saltatores 176.a
Saluiani interdicti defin. 357.f
Schemata graduum cognationis 437.e
Scriptura in matrimoniis non neceſſaria 920.e
Sectionis nomen à corpore ad bona tranſlatum 923.g
Senator quis; & quinam ſententiæ dicendæ ius haberent 30.e

Senatoris definitio nouo iure; & qui Senatorum filij dicantur, ibidem e
Senatuſconſulti defin. 9.c
Sepulcrorum diuiſio 180.g
Sepulcrorum iura quando introducta 710.c
Sequeſtro poſiti defin. 273.e
Serui olim non tondebantur 546.d
Seruianæ act. origo 355.e
Seruianæ act. defin. 356.b
Seruire & in ſeruitute eſſe, diuerſa 925.g
Seruitus an in iure conſiſtat 984.f
Seruitus quæ homini ab homine debetur, indiuidua 900.c
Seruitus cur indiuidua ſit 128.b
Seruitus altiùs tollendi 133.a
Seruitus oneris immittendi ibidem b
Seruitus fluminis & ſtillicidij ibidem c
Seruitus cloacæ immittendæ 134.a
Seruitus aquaria quadruplex 136.b
Seruitus nauigandi 137.d
Seruitus piſcandi ibidem
Seruitutes aliæ ruſticæ, aliæ vrbanæ 132.c
Seruitutes vrbanæ quæ ibidem e
Seruitutes ruſticæ 134.e
Seruitutes quattuor modis amittuntur 141.b
Seruitutis duæ partes 15.f
Seruitutis defin. & diuiſ. 107.b
Seruitutis conſtituendæ modus 128.d
Seruitutis ius 131.c
Seruitutis vſus cur facti 984.d
Seruitutum diuiſio 125.g
Seruitutum nomine duplex competit actio 139.d
Seruitutum Perſonalium & Prædialium differentiæ; earumque defin. 125.g
Seruorum & Libertorum nomina & cognomina 18.a
Seruum eſſe, aliud; aliud, in ſeruitute eſſe 893.g
Sobrini qui propriè 516.c
Societas quarum rerum contrahitur 291.d
Societas maleficiorum nulla ibidem e
Societatem qui contrahant ibidem b
Societatis defin. 290.e
Societatis diuiſ. 292.b
Societatis ius 293.a
Societatis & Communionis ſimilitudo & differentia 299.c
Solomon vrbes Iudææ an alienarit 847.a.852.b
Solutio imaginaria valet pro vera 860.f
Solutio, cur dicatur eſſe facti 988.b
Sororius quis 519.a
Sponderi eſt propriè puellæ 475.f
Sponſa ſponſum lugere non iubetur 480.b
Sponſæ in domum mariti ingreſſus 548.a
Sponſalia vnde dicta 469.e
Sponſalia qui contrahere poſſunt 471.g
Sponſalia cuius ſint iuris 477.e
Sponſalia qui contraxerint, prælium inire vetat Moſes 480.g
Sponſalia quomodo iure veteri fiebant 538.e
Sponſalia inter impuberes an piè contrahi liceat 483.e
Sponſalia inter abſentes an iure Chriſtiano conſtitui poſſint 484.d
Sponſalia quibus verbis contrahenda ſint 485.a
Sponſalia quomodo contrahantur 488.f
Sponſaliorum defin. 470.f.471.b.485.c.533.a
Sponſaliorum forma & ſolemnitas 474.a
Sponſaliorum & nuptiarum differentia & communio 479.g 485.d
Sponſaliorum ius 480.e
Sponſaliorum ritus antiquus 538.f
Sponſalitiæ arræ 539.e
Sponſam inter, ſperatam, dictam & pactam differentia 476.b 534.a
Sponſi defin. 485.c
Sponſi & ſponſæ ornatus antiquus 544.c.546.a
Spurij defin. & origo 519.e
Spurij nomen cui propriè tribuatur 522.c
Spurij vtrum ciues Rom. an peregrini 523.f
Spuriorum diuiſio 520.e
Spuriorum ius vetus 523.e
Spuriorum condicio ex cauſa inteſtati 524.e
Spuriorum ius nouum ibidem
Spuriorum hereditates 525.c
Spuriorum in maternis hereditatibus antiquo tempore ius ſeptuplex ibidem f
Spurius per contumeliam appellatus an agere iniuriarum poſſit 531.b
Status perſonarum defin. 14.f
Status varietas à iure ciuili introducta eſt 15.b
Stipulatio, cur dicatur eſſe iuris 983.f
Stipulatio à condicione incipiens 875.g
Stipulatio prior per pœnalem ſubſequentem nouatur 877.b
Subgrunda, quid 151.a
Subiecti Principum non deteriore condicione, quàm olim ſerui 849.c
Subſtitutionis directæ & precariæ differentia 883.e
Subtilitatis & vtilitatis iura varia 906.d
Succeſſio non eſt in adgnatis 859.c
Succeſſio peperit ius diuiſionis in ſtirpes 884.f
Suetonij locus correctus 659.b
Superficies ius ſoli ſequitur 871.e
Supplementum legitimæ à teſtatore prohiberi nequit 693.e

T

Taberna mercibus ſubmotis an eadem 871.g
Tabulæ trium Quartarum 719.& ſeq.
Taciturnitas an æquè vt mendacium puniatur 109.d
Tacitus conſenſus ſufficit in nuptiis 874.a
Temporis priuilegium quomodo æſtimetur 376.d
Temporis fictio, qualis 968.a
Teſtamentum, legis actio 947.d
Teſtamentum militis, & à milite factum, diff. 854.g
Thematis partes tres 440.c
Tigni a pluribus furto ſublati, ius quale 942.b
Τόμος vnde dicatur 742.a
Totius triplex ſpecies 939.a
Totius & vniuerſi differentia 938.f
Totum in partes diuiſum interit 904.f
Totum & perfectum, idem 940.d
Totum integrale & vniuerſale 909.d
Trabis furti a pluribus facti, ius quale 942.b
Traditio cur dicatur eſſe facti 981.d
Traditio duplex 880.c
Traditionis defin. 309.d
Traiectitiæ pecuniæ duo genera 431.e
Tranſactio quibus modis fiat 647.a
Tranſactio de alimentis an valeat 650.a
Tranſactionis defin. 82.c
Tranſactionis & pacti differentia & communio 82.e.643.c
Tranſactionis probatio vtri incumbat 649.d
Tranſactionum ius & effectus 651.a
Tranſactionum diuiſio 647.g
Tranſigere, quid ſit ibidem a
Tranſigere de crimine an liceat 911.e.649.e
Tranſigere de dolo an liceat 649.e
Tranſuerſa linea quæ ſit 442.a
Triboniani emblema 169.g.283.a
Triboniani ſocordia 121.d.83.a
Triboniani facinus 879.c
Triboniani incogitantia 983.b
Tribonianus turbat ordinem 326.a
Tributoriæ act. defin. 243.c
Triticaria quot modis competat 221.e
Triticius Prætor 220.d
Tutor an pupillam dotet 572.c
Tutorem eſſe, & tutelâ fungi, differunt 894.a
Tyranni & Regis differentia 849.a
Tyrannidis tempore geſta, ſublata tyrannide tolluntur 861.f
Tyranno dominante nulla Reſpub. 850.b

V

Vacare pecunia dicitur, quæ otioſa eſt 978.e
Varronis locus emendatus 331.b.924.d
Varronis definitio notata 565.c
Vaſſalli in fidelitate iuranda ritus 950.f
Vaſſallus maiorem ſeniore ſuo dignitatem adeptus, an ab eius hominio liberetur ibidem e
Vectigal ſeu Canon, quid ſit 106.f
Vectigalia quædam fiſci, quædam ciuitatum 847.f
Velleiani Senatuſconſulti æquitas 261.a
Velleiani exceptionis defin. 262.c
Velleiani Senatuſconſulti effectus multiplex ibidem b
Venditę rei dominium tradito inſtrumento transfertur 878 b
Venditio quomodo reſcinditur 321.f

Vend

Venditio cur dicatur eſſe facti 987.f
Venditor quam culpam præſtet 330.g
Veritas erroribus geſtorum non vitiatur 927.e
Verſuram fieri, quid ſit 188.a
Veſpaſianus Senatuſconſulti Macedoniani auctor 247.d
Vicinus vicini ædes conflagrantes poteſt diſturbare 862.f
Vindicatio multiplex 99.d
Vindicatio in depoſitarium an competat 937.a
Vindicationis tres ſpecies 165.f
Vindicationis & petitionis hereditatis differentia & ſimilitudo 104.f.g
Virginenſis dea 562.a
Virum inter & vxorem an bona olim communia eſſent 557.a
Vlpiani locus in Reg.emendatus 112.a
Vlpiani & Scæuolæ diſſenſio 375.e
Vniuerſi & totius differentia & ſimilitudo 937.f.g
Vniuerſitas an ſingularum rerum refectione mutetur 870.e
Vniuerſitas & multitudo differunt 988.f
Vniuerſitati debitum, vni ſuperſtiti debetur 861.e
Vniuerſitatis defin. & explicatio 69.f
Vniuerſitatis ſpecies enumerantur 70.b
Vnus duas perſonas ſuſtinet 951.c
Vocare in ius, quid ſit 48.e
Vocationis iniuſtæ defin. 50.g
Vrbs Roma in xiv. diſtributa regiones 35.f
Vſuarius a fructuario quid differat 919.b
Vſucapi vxores ſolere 920.e
Vſura vnde dicta ſit 741.a
Vſura quid propriè ſignificet ibidem
Vſura centeſima quæ dicatur 772.b
Vſura legitima 774.f
Vſura maxima, moderata, leuior 773.f.g
Vſura ſemis ibidem b
Vſura triens, &c. ibidem e
Vſura vnciaria ibidem d
Vſura nihil aliud eſt quam compenſatio eius quod intereſt 759.e
Vſura quarum rerum conſiſtat 744.c
Vſura plerumque pro fœnore 743.a
Vſura centeſima quot & quibus caſibus debeatur 779.d
Vſura, non natura prouenit, ſed iure percipitur 975.c
Vſuræ defin. 398.b.743.b
Vſuræ diuiſ. 399.c
Vſuræ & eius quod intereſt communio & differentia & ſeq.a 400.c
Vſuræ ex more regionum 775.d
Vſuræ maritimæ 780.c
Vſuræ centeſimæ primus caſus 779.e
Vſuræ centeſimæ caſus ſecundus 782.d
Vſuræ centeſimæ caſus tertius 783.f
Vſuræ centeſimæ quartus caſus 784.a
Vſuræ quibus caſibus duplum ſuperent 787.c
Vſuræ in mutuo plerumque iuſtæ 794.e
Vſuræ & pœnæ differentia 760.a
Vſurarum vſuras nunquam permiſſas fuiſſe 749.b
Vſuras excedentium pœna 788.b
Vſuras vſurarum an exigere liceat 410.a
Vſus defin. 120.f
Vſus & vſusfr. differentia multiplex 121.b
Vſus fortis 746.g
Vſus diuiſionem recipit 900.a
Vſus eſt vſusfructus exiguus 905.c
Vſus & vſusfructus interdum idem ibidem f
Vſusfructus defin. 107.d
Vſusfructus quinque modis amittitur: finitur duobus 114.f
Vſusfructus olim earum rerum conſtitui non poterat quæ vtendo conſumuntur 116.f
Vſusfructus nomine actio duplex 117.d
Vſusfructus verum diuiduus, an indiuiduus 903.f
Vtendi conceſſio quando pro traditione valeat 881.e
Vtilitas a ſubtilitate differt 906.d
Vtilium actionum defin. 655.a
Vulgò quæſiti & naturales, qui 520.d.e
Vulgò quæſiti nomen cui propriè tribuatur 522.e
Vulgò quæſiti iure quæſitis opponuntur 520.d
Vxor virum lugere iubetur 480.b
Vxor an ſit in poteſtate mariti 552.c
Vxor vſu ducta 558.f
Vxor & concubina dignitate differunt 920.a
Vxores vnde dictæ 547.b
Vxores à Romanis anno vno vſucapiebantur 920.c
Vxoris formæ duæ 549.e
Vxoris vſuariæ olim quis tutor eſſet 559.e
Vxoris in cubiculum mariti deductio 562.d

FINIS.

INDEX EMENDATARVM LEGVM.

L.15.D.de ſtat.hom. 167.b
l.1.D.de rer.diuiſ. 241.c
l.1.D.de offic.conſ. 232.d
l.1.D.de off.præf.vrb. 252.g
l.vlt.D.de offic.præf.vrb. 131.a
l.3.D.de off.præf.vigil. 252.d
l.19.D.de off.præſid. 131.b
l.3.D.de iuriſdict. 226.f
l.15.D.de iuriſdict. 127.c
l.19.D.quod quiſque iur. 253.b
l.1.D.ſi quis ius dic.non. 253.d
l.2.D.de in ius voc. 94.f
l.8.D.de in ius voc. 413.f
l.10.D.de in ius voc. 252.e
l.15.D.de in ius voc. 167.b
l.1.D.ſi quis caut. 246.g
l.2.D.ſi quis caut. 127.e
l.4.D.ſi quis caut. 252.g
l.10.D.ſi quis caut. 421.d
l.2.D.de Feriis. 232.d
l.4.& 10.D.de edend. 253.c
l.9.§.1.D.de pact. 193.d
l.17.§.de pignore,D.eod. 186.g
l.54.D.de pact. 264.g
l.2.D.de his qui not.infam. 227.c
l.6.D.de his qui not.infa. 227.d
l.1.D.de dol.mal. 24.g
l.3.D.de minor. 202.d
l.5.D.de cap.min. 37.e
l.7.D.de cap.minut. 79.c
l.1.D.ex quib.cauſſ.maior. 222.f
l.7.D.de iudic. 269.e
l.38.D.de iudic. 78.a
l.57.D.de iudic. 232.c
l.5.D.de rei vendic. 221.g
l.9.D.de rei vindic. 131.c
l.5.D.ſi vſufr.pet. 137.d
l.19.D.de ſeruit. 248.f
l.13.D.de ſeruit.vrb. 35.a
l.1.D.de ſeruit.ruſt. 62.c
l.19.D.de ſeruit.ruſt. 206.b
l.24.D.de ſeruit.ruſt. 251.c
l.8.D.ſi ſeruit.vindic. 227.a
l.19.D.ſi ſeruit.vind. 252.f
l.6.D.quemad.ſeruit.amitt. 377.e
l.9.D.quemad.ſeruit.amit. 227.b
l.2.D.ad leg.Aquil. 221.g
l.27.D.ad l.Aquil. 119.f
l.37.D.de fam.erciſ. 137.a
l.2.D.de religioſ. 269.f
l.4.D.de interrog.in iur.fac. 28.a
l.11.D.de interrogat. 246.f
l.vlt.D.de iureiur. 124.f
l.26.D.de cond.indeb. 76.f
l.26.D.de condict.indeb. 221.b
l.vlt.D.de cond.indeb. 160.g
l.1.D.de conſt.princip. 37.a
l.15.D.de conſt.pecun. 130.d
l.3.D.commodat. 161.a
l.22.D.de pign.act. 160.c
l.39.D.de pign.act. 160.g
l.41.D.de pign.act. 189.f
l.1.D.ad Velleian. 123.g
l.8.D.ad Velleian. 160.e
l.2.D.ad Velleian. 19.g
l.29.§.1.D.depoſ. 119.b
l.27.D.depoſit. 160.e
l.32.D.depoſit. 72.a
l.6.D.mandat. 143.e
l.6.D.mandat. 157.e
l.34.D.mandat. 389.f
l.1.D.pro ſocio. 217.f
l.52.D.pro ſoc. 125.a
l.pen.D.pro ſoc. 153.a
l.57.D.de contr.empt. 379.d
l.11.D.de peric.& com. 143.d
l.15.D.locat. 129.g
l.25.D.locat. 130.f
l.1.D.de rer.permut. 71.g
l.1.D.de pignor. 227.f
l.8.D.in quib.cauſſ.pign. 5.g
l.8.D.quib.mod.pign. 218.e
l.20.D.de euict. 71.a
l.4.D.de naut.fœn. 154.f
l.5.D.de naut.fœnor. 77.a
l.5.D.de naut.fœn. 146.d
l.4.D.de teſtib. 181.a
l.55.D.de ritu nupt. 362.e
l.3.D.de don.int.vir. 254.b
l.57.D.de don.int.vir. 220.e
l.pen.D.de donat.int.vir. 139.f
l.1.D.de diuort. 232.f
l.43.D.ſolut.matrim. 192.e
l.3.D.de tutel. 166.e
l.5.D.de ſuſpect.tut. 37.f
l.18.D.de excuſat. 217.g
l.18.D.qui teſtam.fac.poſ. 143.f
l.9.D.de liber.& poſth. 19.g
l.20.D.qui teſt.fac. 27.b
l.22.D.qui teſt.fac. 27.b
l.17.D.de hered.inſtit. 235.f
l.6.D.de acquir.hered. 217.e
l.30.D.de acquir.hered. 234.a
l.50.D.de legat.1. 201.b
l.77.D.de legat.2. 368.e
l.84.D.de legat.3. 269.g
l.fideicommiſſa.11.§.ſic fideicom.D.de legat. 3.a
l.70.D.de legat.3. 113.b
l.84.D.de legat.3. 427.b
l.32.D.de vſufr.leg. 77.b
l.3.D.de ſeruit.legat. 421.f
l.12.D.de inſt.legat. 71.f
l.12.D.de inſtr.leg. 112.f
l.12.D.de inſt.leg. 426.e
l.20.D.de inſt.leg. 425.c
l.33.D.de aur.& arg. 83.f
l.1.D.de reb.dub. 5.d
l.1.D.de reb.dub. 370.g
l.ſi is qui.13.D.de reb.dub. 67.f
l.1.D.de regul.Caton. 51.e
l.22.D.de cond.& demonſtr. 175.b
l.24.D.de cond.& demonſt. 141.f

l.1.D.ad Trebell. 222.g
l.1.D.de coniung.cum emancip. 270.c
l.1.D.de ventr.in poſſeſſ.mitt. 232.d
l.1.D.de ſecun.tab. 103.a
l.24. D.de bon.libert. 413.e
l.3.D.de gradib.& adfin. 17.b
l.vlt.D.de gradib. 17.f
l.5.D.de oper.nou.nunt. 37.g
l.42.D.de mort.cauſſ.don. 253.e
l.38.D.de mort.cauſ.don. 256.d
l.9.D.de ſtatulib. 269.f
l.7.§.voluntas.D.de acquir.rer.dom. 130.b
l.7.D.de acqu.rer.dom. 222.d
l.8.D.de acquir.rer.dom. 152.g
l.27.D.de acquir.rer.dom. 222.d
l.38.D.de acq.rer.dom. 169.c
l.44.D.de acquir.rer.dom. 220.f
l.48.D.de acq.rer.dom. 201.f
l.pen.D.de acquir.rer.dom. 29.b
l.vlt.D.de acq.rer.dom. 273.e
l.3.D.de acquir.poſſ. 245.b
l.13.D.de acquir.poſſ. 224.e
l.4.D.de vſurpat. 202.c
l.6.& 7.D.de vſurpat. 387.b
l.15.D.de vſurpat. 388.b
l.33.D.de vſucap. 245.e
l.2.D.pro empt. 253.e
l.51.D.de re iudic. 165.g
l.1.D.ne quid in loc.pub. 199.e
l.17.D.ne quid in loc.pub. 196.g
l.1.D.de fluminib. 82.e
l.1.D.de vi armat. 213.f
l.5.D.de vi armat. 191.a
l.1.D.de diuorſ.& temp.præſcr. 218.f
l.3.D. de aq.quotid. 228.a
l.10.D.de aq.quot. 251.e
l.1.D. de remiſſ. 417.e
l.6.D.de exc.rei iudic. 200.g
l.4.D.de dol.except. 258.c
l.10.D.de oblig.& act. 71.b
l.34.D.de oblig.& act. 259.b
l.91.D.ad leg.falcid. 295.a
l.licet,19.C.de pact. 302.f
l.1.C.de pact.pig. 302.g
l.40.D.ſi rect.pet. 309.a. & ſeqq.
l.22.D.ſi rect.pet. 318.e
l.frater à fratre,D.de condict.indeb. 321.d. & ſeqq.
l.Iuriſgentium 7.D.de pact. 333.d
l.ſi legatus 30.D.ad Trebell. 358.g
l.filius quem,24.C.fam.erciſc. 346.a
l.38.D.de oblig.& act. 194.e
l.8.D.de verb.oblig. 420.d
l.34.D.de verb.oblig. 386.e
l.38.D.de verb.oblig. 384.e
l.pen.D.de verb.oblig. 205.d
l.115.D.de verb.oblig. 420.f
l.25.D.de ſtipul.seru. 92.b
l.32.D.de ſtipul.ſeru. 137.f
l.16.D.de fideiuſſ. 71.c
l.16.D.de fideiuſſ. 76.g
l.20.D.de nouat. 257.f
l.49.D.de ſolut. 189.e
l.3.D.de acceptil. 392.c
l.19.D.iudicat.ſol. 190.b
l.48.D.de furt. 201.g
l.11.D.de iniur. 221.a
l.13.D.de iniur. 221.a
l.13.D.de iniur. 232.e
l.17.D.de iniur. 220.g
l.3.D.de ſepul.viol. 190.f
l.3.D.de public.iudic. 158.a
l.3.D.de accuſat. 246.g
l.7.D.ad leg.maieſt. 82.e
l.1.D.de parricid. 180.b
l.8.D.ad leg.Cor.de falſ. 164.c
l.2.D.de pœn. 247.a
l.16.D.de pœn. 166.g
l.10.D.de appel. 127.d
l.19.D.de reg.iur. 159.d
l.57.D.de reg.iur. 165.d
l.18.D.de reg.iur. 149.e
l.73.D.de reg.iur. 174.a
l.2.C.de iur.prop.cal. 419.e
l.1.C.qui pro ſua iuriſd. 404.e
l.1.C.vbi fideic.pet. 78.b
l.1.C.de reb.cred. 196.e
l.vlt.C.de pact.int.emt. 267.c
l.2.C.Mandat. 172.e
l.14.C.de iur.dot. 196.d
l.1.C.quan.non pet.pact. 78.e
l.13.C.ad Velleian. 171.f
l.5.C.commun.de ſucceſſ. 178.f
l.14.C.de accuſat. 432.e

FR. HOTMANI IVRISC.
OBSERVATIONVM
LIBER PRIMVS.

Diſputatio pro edicto C. Verris, in quo FECIT FECERIT, *adſcripſerat: contra reprehenſionem Ciceronis, Verrina III. Cenſi mulieres facere heredes non poterant: & lex Voconia expoſita.*

CAP. I.

P. ANNIVS cum haberet vnicam A filiam, neque cenſus eſſet, eam bonis ſuis heredem inſtituit. Verres Prætor cùm in edicto præfatus eſſet, ſe intelligere legem Voconiam (qua cautum erat, ne quis cenſus eſſet, mulierem hæredem inſtitueret: & quæ centum ferè antè annis lata fuerat) maximè ſalutarem eſſe Reipublicæ: adſcripſit, Si quis ſiue cenſus, ſiue non cenſus, ab eo tempore quo lata lex fuerat, B (nimirum ab A. Poſtumio Q. Fuluio Cenſoribus) poſtve ea, mulierem heredem fecit, fecerit, ei mulieri ſe neque petitionem, neque poſſeſſionem hereditatis daturum. Tullius autem multis verbis hoc edictum accuſat: propter vocem FECIT, quaſi Verres contra legum omnium rationem, & conſuetudinem preteritũ tempus reprehenderit: cùm ſatis conſtet, in omnibus legibus quæ de iure ciuili latę ſunt, hoc ſtatui ius, quo poſt eam legem populus vtatur. Vt in Orat. pro Poſtumo: Quicumque poſt hanc legem. itemque in C lege Quinctia de aquæductu apud Frontinum, & in l. 1, D. ad legem Falcid. l. 65, C. de decurion. Nouell. 22. ac proinde multo minus edicta prætorum in præteritum tempus valere potuiſſe: quorum imperium annuum annuam quoque ipſorum iuriſdictionem faciebat §. 1, Inſt. de perpet. & temp. act. Debuiſſe igitur Verrem hoc modo edictum componere: Ne quis poſt hoc tempus mulierem, néve virginem heredem faciat. Sed videamus ne hac vti defenſione Verres potuiſſet. Licuiſſe ſcilicet ſibi arbitratu ſuo edicere de iis rebus om D nibus, de quibus controuerſiæ anno ſuo erant naſcituræ: ac proinde etiam de hereditatibus, quarum petitio poſſeſſióve à ſe Prætore peteretur. At pleraſque illius generis hereditates fortaſſe in teſtamentis ante ſuam Præturam factis relictas eſſe: quamuis enim teſtamentum ſuprema defuncti voluntas appelletur, non tamen ea ſuprema dicitur quæ ſub ipſum mortis tempus declarata eſt, ſed poſt quam alia nulla declarata eſt. l. 1, §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. Quocirca verbo præteriti temporis vti eum oportuit, & E de teſtamentis antè factis loqui, vt de venturis hereditatibus ediceret. Nam ſi tantummodo FECERIT adſcripſiſſet, & de iis tantum teſtamenmentis, quæ poſt ſuum edictum, id eſt ſe Prætore fierent, cauiſſet, vel in contrarium vitium incurriſſet, & in ea tempora progreſſus fuiſſet edicto, quo Prætores alij futuri erant: vel de admodum paucis ac potius nullis hereditaritatibus edixiſſet. Quid verbis opus eſt? Nam vſitatam & tranſlatitiam hanc fuiſſe in legibus propè omnibus adiectionem conſtat: præſertim earum rerum quæ (vt ibidem Cicero ſcribit) ſua ſponte, vt Iuriſconſulti loquuntur, natura ſceleratæ habebantur. Velut in illa Cornelia quam idem in Cluentiana commemorat: Qui venenum malum fecit, fecerit. Item, Qui ve in Senatu ſententiam dixit, dixerit: qui eorum coiit, coierit: conuenit, conuenerit: quo quis iudicio publico condenaretur. Sed & in aliis pleriſque velut in lege Iulia de marit. ordin. Qui artem ludicram fecit fecerit. l. 44. D. de rit. nupt. item in lege Thoria: Quoiue ab eo herede ve eius is ager locus teſtamento hereditati deditioni ve obuenit obuenerit, emit emeritve. Addo etiam hoc amplius. Nam etiam ſi Verres illo ſolo verbo FECERIT vſus fuiſſet, tamen ad præteriti temporis teſtamenta pertinuiſſet. de quo tamen nondum fortaſſe inter illius ætatis Iuriſconſultos conſtabat. nam Agellius teſtatur, cùm in lege Atinia ſcriptum eſſet, Quod ſubreptum erit, eius rei æterna auctoritas eſt: Q. Scæuolam ſcripſiſſe quæſitum à ſuo patre & Bruto & Manilio, dubitatúmque, vtrúmne in poſt facta modò furta lex valeret, an etiam in ante facta. lib. 17. cap. 7. quæ controuerſia ſublata eſt in libris noſtris, vbi ex Q. Mutij, Celſi, & Pomponij auctoritate traditur, verba hæc, Quod in codicillis ſcriptum erit, etiam ad codicillos ante teſtamentum ſcriptos pertinere. l. verbum. 123. D. de verb. ſignif. l. Plotiana. 18. D. de iur. codicill. & huc pertinet l. 2. D. de reg. Caton. Itaque Priſcianus locum illum Verrinæ tertiæ commemorans ait Verrem ambiguitatis vitandæ cauſſa illa duo verba coniunxiſſe. Præterito, inquit, indicatiui vſus eſt, quaſi indubitabili. Futuro ſubiunctiui, in quo eſt aliqua dubitatio, vtrum faciat, necne. Qua de cauſſa videmus etiam in ſtipulationibus eam cautionem interdum adhibitam. l. hæc verba, 69. D. de verb. ſignif. Eadem quoque vſus eſt Imp. Anaſtaſius in l. iubemus, 21. C. ad Velleian. Si mulieres vſæ ſunt, vel fuerint: accommodauerunt, vel accommodauerint: conſenſerunt, vel conſenſerint. Sed redeo ad Cicer. reprehenſionem. Nam quod eodem loco multis verbis criminatur, Verrem, iſto ſuo edicto ſuperiora teſtamenta omnia reſcidiſſe: id cuiuſmodi ſit, vel ex eo intelligi poteſt, quòd ne illud quidem ipſum teſtamentum de quo agebatur, reſcidit, Non eſt, inquam, Anniæ virginis inſtitutio reſciſſa, & irrita eſſe iuſſa. nam ſi reſciſſa fuiſſet, nihil ex eo teſtamento ratum fuiſſet: l. 8. §. ſi ex cauſſa, 18. l. qui repudiantis, 17.

§.1, l.cum mater, 28. D. de inoff. teſt. At ſubſtitutionem ei virgini factam valere, & à Prætore Verre conſeruari videmus. vt facilè cuiuis appareat, nō de præterito tēpore cauiſſe Verrē, ſed de rebus quæ anno ſuo contingerent, pro iure Prætorio edixiſſe. Licuiſſe autē Prætoribus etiam contra Iuris ciuilis rationem abitratu ſuo edicere, nemo ignorat. Rectè igitur Verres: QVI AB A. POSTVMIO Q. FVLVIO CENSORIBVS POSTVE EA, MVLIEREM HEREDEM FECIT FECERIT. Tempus autē longè, ab annis prope centū, repetit: nimirum illud ipſum quo lata lex Voconia fuerat: quæ quia de ciuiū parte duntaxat cauerat, id eſt de ſolis cenſis, Prætor pro ſuo iure illā ſe in omnibus ciuibus obſeruaturū edixit. Adſcripſit autē POSTVE EA, propter ambiguitatem vocis AB: quæ non illud tempus ſignificat quod putant ij qui meos Commentarios adrodunt: qui, vt ſpero, nunquam ita mihi ſtomachum mouebunt, vt eos reſponſione vlla digner. exiſtimant enim id ſignificari quo illi Cenſuram geſſerunt: quod ſi verum eſſet, & Voconius ea teſtamenta reprehenderet quæ illis Cenſoribus facta erant, in idem vitium incurriſſet, quod Cicero Verri obiecit. Tuliſſe autem eam legem Voconium illis Cenſoribus id eſt Cæpione & Philippo Coſſ. anno DLXXXIIII. nos & in Verrinarū commentariis, & in libello de Legibus iampridem ex libro Ciceronis de Senectute docuimus. Quare tempus illud ſignificatur, quod Poſtumij & Fuluij Cenſuram ſecutum eſt: hoc eſt cum inſequentes Cenſores, C. Claudius, & T. Sempronius magiſtratum adepti ſunt. vt AB dictum ſit pro POST: ſicuti cum dicimus Ab vrbe condita. Verùm hæc quidem ita ſe habent. Diſſimilis autem alterius edicti ratio eſt, de quo nec ita multo poſt Cicero loquitur: vbi de C. Sulpitij liberti hereditate commemorat. Edixerat enim Verres, ſi quis libertus alienum heredem inſtituiſſet, neque quidquam patroni ſui liberis reliquiſſet, ſe iis ſextam hereditatis partem condonaturum. Sulpitius autem longè antè Prætorem Verrem erat mortuus: eiuſque heres adierat, & poſſederat hereditatem. Quare cum Verres Prætor decerneret, vt ſextans eius hereditatis Patroni filiæ redderetur, meritò dicebatur velle ſuum edictum in præteritum tempus valere: adita enim & quæſita iam erat hereditas. quòd ſi eo Prætore tantum obueniſſet, neque tabulæ teſtamenti ante apertæ fuiſſent, nimirum ius illi fuiſſet ex edicto ſuo decernere. At Cicero longè aliis quàm hoc in loco verbis vtitur: Docebat, inquit, edictum eius non oportere ad eas hereditates valere, quæ ante eum Prætorem veniſſent. Item, Rem demonſtrat: quàm pridem ſibi hereditas veniſſet, docet. Quibus verbis ſi vti Cicero in Anniana cauſſa potuiſſet, vſus ſine dubio fuiſſet.

Similis diſputatio pro altero eiuſdem Verris edicto de bonorum poſſeſſionibus: aduerſus Ciceronis accuſationem, & eiuſdem. Cicer. locus emendatus Verr. V.

CAP. II.

IN eadem oratione Cicero alterum Verris edictum de bonorum poſſeſſionibus accuſat: in quo ait, illum edixiſſe, ſe bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas ei daturum, qui teſtamenti quidem tabulas non proferret, ſed diceret & teſtamentum eſſe factum, & ſe in illo heredem inſtitutum. Quod ſimpliciter & abſolutè verum fuiſſe, nemo, vt opinor, exiſtimabit: colorem enim tantæ improbitati aliquem additum oportuit: ne vel edictum à populo proſcinderetur, vel edictator ipſe lapidibus in foro A ac tribunali obrueretur. Quod ſi quis eſt qui illis Oratoris verbis credendum putet, ei ego non Verrē improbitatis accuſandum, ſed populum Romanum ignauiæ condemnandum, & illa immanitate dignum fuiſſe, reſpondebo. quod tamen vel propter Tribunorum pleb. aliorúmque Prætorum interceſſionē, nunquam in animum induxerim fieri potuiſſe. Quid ergo eſt? Edixerat ſcilicet, ſe bonorum poſſeſſionem ſecundum teſtamenti tabulas ei daturum, qui tametſi B eas non proferret, tamen & eas extitiſſe, & ſe heredem in illis ſcriptum fuiſſe, teſtibus planum faceret. quod ſi iniquum eſt, vnà etiam iniquitatis totum ius ciuile noſtrum damnetur: cuius ſententiam Vlpianus in l. I. D. de bon. poſſ. ſec. tab. his profitetur verbis: Sufficit, inquit, extare tabulas, etſi nō proferantur: ſi certū ſit eas extare. igitur etſi apud furem ſint, vel apud eū apud quē depoſitæ ſunt, dubitari non oportet, admitti poſſe bonorum poſſeſionem. nec enim opus eſt aperire eas, vt bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas agnoſcatur. C ſemel autem extitiſſe tabulas mortuo teſtatore deſideratur: tametſi extare deſierint. quare etſi poſtea interciderunt, bonorum poſſeſio peti poterit. Hæc cum ita ſint, verba Ciceronis nunc conſideremus, vt vera nécne illa ſententia ſit, intelligatur. Profert igitur hoc initium, quod vſitatum & trāſlatitium eſſe ait, nec improbat: SI DE HEREDITATE AMBIGETVR, ET TABVLÆ TESTAMENTI OBSIGNATÆ NON MINVS MVLTIS SIGNIS, QVAM E LEGE OPORTEAT, AD ME PROFERENTVR: SECVNDVM D TABVLAS TESTAMENTI POTISSIMVM HEREDITATEM DABO. Hoc tranſlatitium eſt, inquit Cicero: ſequi illud oportet, SI TABVLÆ TESTAMENTI NON PROFERENTVR: quid ait? ſe ei daturum qui ſe dicat heredem eſſe. Sed cur verba ipſa Cicero non profert? ponamus enim hoc illum addidiſſe, TVM SI QVIS FACTAS ILLAS FVISSE, ET IIS SE HEREDEM INSTITVTVM PLANVM FECERIT, SECVNDVM EVM POSSESSIONEM DABO. nemo, vt opinor, illum improbitatis accuſet. Sententiam autem illius E partis hanc fuiſſe, ipſe paulò antè his apertè oſtendit verbis: Si quis teſtamēto ſe heredē eſſe arbitraretur, quod tum non extaret, lege ageret in hereditatem: id eſt, petitionem hereditatis aduerſus poſſeſſorem intenderet, & ſponſione illum prouocaret, NI SVA ESSET HEREDITAS. Atenim illa ſuperior particula iniqua eſt, vbi edicit, Si de hereditate ambigetur, cum qui poſſeſſor erit, ſponſionem non facturum. nam (vt ait Cicero) quid ad Prætorem, vter poſſeſſor ſit? Nónne id quæri apud illum oportet, vtrum poſſeſſorem eſſe F oporteat? Ergo, inquit, nihil aliud edicto amplectitur, niſi eam cauſſam, propter quam pecuniam acceperat. Quibus verbis ſignificat, Corruptorem Verris, non gentilem Minutij defuncti fuiſſe, ſed tamen hereditatem eius poſſediſſe: vel potius tenuiſſe, & (vt Aſconnius loquitur) ei incubaſſe. Itaque gratificari ei Verrem inedicto ſcribendo voluiſſe, & ius ſuum ad illius cauſſam accommodaſſe. Sed videamus, ne hoc quoque non magna reprehenſione dignum ſit. Primum, quia certū eſt, potiorem eſſe cauſſam & cōditionem eius qui G poſſidet, quàm eius qui petit: neque ius eſſe, vt is qui poſſidet, reſponſione alterum prouocet, ſed potius vt ipſe ab altero prouocetur, l. 1. §. interdictum, D. vti poſſid. l. is qui, 24. D. rei vindic. Deinde quod Cicero de poſſeſſione diſputat, accuſatoriè loquitur, cùm facilè intelligi poſſit, eum à Verre ſignificari, qui pro poſſeſſore poſſidebat: id eſt nullo iure, & ſciens hereditatem ad ſe non pertinere. l. 9. D. de hered. petit. Poſtremò

quòd eum à facienda ſponſione liberat, non eò pertinet, vt eam legitimi heredes facere cogantur: quod ſine dubio iniquiſſimum improbiſſimúmque fuiſſet: ſed vt ſine priuati iudicis cognitione, res apud Prætòrem expediatur: cum is qui ſeſe heredem inſtitutum contendit, teſtibus id planũ facit, & vel ſecundum teſtamenti tabulas vel certè ſecundum nuncupationem, poſſeſſionem poſtulat. l. 2. C. de bon. poſſ. ſecund. tab. l. vlt. D. de codicill. Atque hæc quidem hactenus: ex quibus primum explicatum illum alterum in eandem ſententiam locum volumus, qui in Verrina quinta his ſcriptus eſt verbis: Scio te edicta ſuperiorum omnium correxiſſe, & poſſeſſiones hereditatum non ſecundum eos qui proferrent, ſed ſecundum eos qui dicerent teſtamentum factum, dediſſe: eaſque res nouas abs te prolatas, & inuentas magno tibi queſtui fuiſſe. Deinde conſiderandum putamus, an pro illis verbis, POTISSIMVM HEREDITATEM DABO: legendum ſit POSSESSIONEM HEREDITATIS DABO. quemadmodum aliquanto poſt vbi de A. Trebonio Cicero commemorans ita ſcribit: Itaque ei Verres poſſeſſionem hereditatis negat ſe daturum. Neq; enim quiſquam ignorat, Prætorem neq; heredes facere, neque hereditates dare: quod etiam Iuſtinianus ſcribit. Et potuit error manare ex notarum ignoratione: cùm ſic fortaſſe ſcriptum eſſet, POSS. HEREDIT. Qua tamen de re doctiorum hominum iudicium expecto. Coniecturam quidem noſtram confirmat Vlpian. tit. Regul. 18. apud quem ita ſcriptum eſt: Etiam ſi iure ciuili non valeat teſtamentum, ſi ſignatum ſit non minus quàm ſeptem teſtium ſignis, bonorum poſſeſſio datur.

Negationem in L. 1. D. de reb. dub. tollendam eſſe.

CAP. III.

NVnquam aſpexi Papiniani reſponſum in l. 1. D. de reb. dub. in fine, vbi NON magna pecunia ſcriptum eſt: quin continuò iudicarem, negationem tollendam eſſe. nuper tamen cùm cognoſcere vellem, num quidnã Accurſius ea de re ſcripſiſſet: animaduerti eum teſtari eam à nonnullis libris abeſſe, ſed id mẽdoſum eſſe: retinendámque negationem: quam in Pandectis quoque Florentinis conſeruatam eſſe, videmus. Quare experiendum eſt ecquid eius reſponſi explicatio in illa dubitatione ac varietate lectionis afferre lucis poſſit. neque enim ferè quiſquam ſub diſiũctione duas res legat, quarum pretium immodicè inter ſe differat: neque ſatis ſanus videbitur is, qui in ſuo teſtamento ſic ſcripſerit Fundum Mæuianum quadraginta millium, aut Seianum duûm millium Sempronio do, lego. Ob eam enim cauſſam diſiunctiones inſtitutæ ſunt, vt optioni locus ſit. At optio in eiuſmodi diſiunctione, hominis quidem qui in ſua poteſtate ſit, nulla eſt. Quare cùm tam immenſa pecunia Mæuianæ poſſeſſionis rationes ſuperent Seianam, non dubium eſt, ea omnia quæ non propria fundi Mæuiani erunt, ad electionem nullo modo pertinere. quia cum particula AVT adiecta ſit, electionem manere oportet: cuius vis in legatis à Iuſtiniano integra relicta eſt. l. pen. C. de verb. ſignif.

Ad l. cum debitor, 8. D. in quib. cauſſ. pign. vbi mutui natura exponitur, & pecuniæ gratuitæ opponitur: itemq; quid ſit Antichreſis explicatur.

CAP. IIII.

IN hac lege quæſtio hæc proponitur: An cũ debitor gratuita pecunia vtatur, liceat creditori de fructibus rei pignoratæ ad legitimum vſuræ modum retinere. Paulus reſpondiſſe creditur, licere: atque ita in libris omnibus ſcriptũ extat, quod Accurſius teſtatur adeo mirabile viſum eſſe antiquis gloſſatoribus, vt Irnerius contenderit, in illa quæſtione illud adiungendum fuiſſe, CVM eius rei pactũ interceſſiſſet, qua clauſula totam huius legis quæſtionem commutat: & eam profert, in qua dubitandi cauſſa nulla eſt: cum inter omnes conſtet, legem dare formam contractibus: huius autem legis ac pactionis exemplũ extat in l. 14, & l. 17, C. de vſur. & l. 6, C. quod cum eo. Quare negationem in hac lege deeſſe contendo, atque ita Paulum ſcripſiſſe: CVM DEBITOR NON GRATVITA. & cauſſam hanc affero, quoniam hæc inter ſe pugnant, Creditorem gratis pecuniam mutuaſſe: & eius nomine fructus vice vſurarum exigere. Gratuitam pecuniam interpretor, de qua diſertè conuenit, vt ea debitor gratis frueretur. Vir doctus, cui hæc emendatio noſtra non placuit, eam etiam eſſe vult gratuitam, de qua hoc non conuenit, ſi modò & de vſuris nihil conuenerit. De quo non magnopere luctabor, dummodò illud inter nos conueniat, cùm mutuum natura ſua ſit gratuitum: l. ſi tibi 17. §. 1, D. de pact. l. rogaſti, 11. §. 1, D. de reb. cred. ſicuti mandatum aut commodatum idcirco gratuitum eſſe dicitur, quoniam nullam mercedis vel pactionem vel retentionem admittit: l. 1. §. vlt. D. mand. & gratuita dicitur habitatio cuius nomine nihil debetur. l. ſi gratuitam, 17. D. de perſcriptis verbis. l. 5, D. *h. t.* ita gratuitum mutuum illud demum dici, propter quod nullius emolumenti retentio conceditur. nam (vt eleganter Tryphoninus ait) id demum gratuitum appellatur, propter quod nullum lucri aut emolumenti genus ſperatur. l. qui ſine, 38, D. de negot. geſt. neque quicquam intereſt, vtrum merces in pecunia an alia in re, veluti fructuũ perceptione, conſiſtat. l. ſi olei, 20. C. de loc. & cond. denique Mutuum Fœnori opponitur: & pecunia mutua vſurariæ, ſiue fœneratitiæ. l. 34, D. de reb. cred. l. 9. D. de vſur. l. 3, C. eod. itémque debitum gratuitum vſurario. l. 6, in fin. & d. l. 38. in fin. D. de negot. geſt. Quid igitur ſi vel domus, vel ager creditori ſit pignori traditus? nunquid ei non licebit fructus ex eo percipere? licebit quidem ſi hoc conuenerit: quoniam hæc eſt vſitata conuentio, quæ dicitur ἀντίχρησις. l. ſi is qui, 11. §. 1, D. de pignorib. at ſi non expreſsè conuenerit, non licebit: quoniam eiuſmodi retentio ſine pacto conuento non conceditur. l. 3, C. de vſur. l. 5, §. eidem autem, D. de ſolut. Et hoc eſt, quod dicitur, fructus à creditore perceptos ſolutionis vicem obtinere; & in ſortem imputari. l. 1, C. de diſtract. pign. l. 1, l. 2, l. vlt. C. de pignorat. act. quas leges in hac diiudicanda controuerſia ſummè obſeruari cupio: propterea quod apertè ex iis intelligitur, ſi tibi gratuitam pecuniam crediderim, tu mihi domum tuam pignori dederis in qua ego aliquandiu habitarim, mercedem habitationis in ſortem imputatum iri, vt tantundem de pecunia credita deceſſiſſe intelligatur. Quod ſi fœnebris pecunia fuiſſet, tum fructus prius in vſuras, deinde in ſortem imputarentur. l. 2. C. de part. pignor. l. is cui, 5. §. quæri, D. vt in poſſeſ. legat. l. 9, C. de pignorib. l. cum non frumentum, 16, C. de vſur. Quibus locis apertè refellitur, quod idem vir eruditus ait, Antichreſim aliam eſſe tacitam, aliam expreſſam: &, ſi quis mihi agrum pignori dederit, tacitè id egiſſe videri, vt fructus vſurarum vice percipiam. Repugnant enim gratuitò creditam eſſe pecuniam, & tamen vſuras, vel vſurarum loco fructus percipi. nam quid aliud eſt Mutuum vſurarium, ſi hoc non eſt? Itaque quod Marcianus in d. l. ſi is qui, ſcribit, contracta Antichreſi creditorem fructus in vſuras per-

cipere,perſpicuè intelligendum eſt , de Antichreſi ea lege nominatim contracta. d. l.ſi ea,17. C.de vſur. idque vis ipſa huius vocabuli & notatio demonſtrat.præterea cùm tot locis dicatur,vbi gratuitum mutuum eſt, fructus pignoris à creditore perceptos ei in ſortem imputari, quid aliud demonſtratur, niſi quod Paulum ex contrario in hac lege ſignificare dicimus, creditori qui gratuitam pecuniam credidit non licere fructus pignoris vſurarum loco retinere? Nam ſi vice vſurarum aliquid retineret,quomodo gratuita pecunia diceretur,ac non potius vſuraria:ſicuti nominatur in l.cum alter, 11. & l.ſeq. D.de compenſat. Neque enim verum eſt,cùm gratuita pecunia credita eſt debitori, & creditori pignus datum ſine vlla fructuum mentione , tacitè conuentum videri, vt vtrinque gratuitus ſit vſus & pecuniæ, & pignoris: & quaſi beneficium mutuum. quaſi Paulus dixiſſet, Cùm debitor gratuita pecunia vtatur, æquum eſt creditorem gratuita domus habitatione vti : vel ex agro pignorato fructus percipere :ſicuti debitor eius pecunia fruitur. Sed hoc ferre Pauli oratio non poteſt, cùm illúd addiderit, Admodum legitimæ vſuræ, quibus verbis cum pactas vel ſtipulatas vſuras appareat, ſequitur vt non gratuitum,ſed vſurarium debitum fuiſſe fateamur, de quo Paulus in hac lege loquitur. Neque rurſus diſputari poteſt, legem hanc iſto modo emendatam ab hoc titulo alienam fore:quia Paulus tacitum interueniſſe pactum interpretatur, vt quamuis Antichreſis expreſſè contracta non fuerit, neque conuenerit, vt creditor fructus ex pignore percipiat, eos tamen intra modum legitimæ vſuræ, quam pactus eſt, retinere poſſit eadem æquitate, qua vſuras ſibi ex pacto ſiue ſtipulatione ſolutas retinere poſſe dicitur in l. 3. C. de vſur. & l.5.§.eidem, D. de ſolut. Dubitandi ergo in hac lege cauſſa hæc fuit, quia ſicuti corpus ipſum pignoris retineri pro vſuris,niſi nominatim id conuenerit, non poteſt.l.4.l.pignorib. 22. C. de vſur. ita pignoris fructus retineri ſine expreſſa conuentione non poſſe videbantur. Decidendi autem æquitas hæc fuit, quia cum multo pluris intereſt debitoris pignus ſuum recipere, quàm fructus: ſiue vt illo frui ſibi liceat, ſiue vt illud poſſit vendere : multo facilius fructuum retentio , quam ipſius corporis, conceditur: quemadmodum videmus, quamuis res à colono in fundum inductæ ſine expreſſa conuentione non obligentur: l.ſi in lege,24.l. qui fideiuſſor, 53.D. locat.tamen fundi fructus tacitè obligatos intelligi.l. 4.l. 5. l. 6. D.in quibus cauſſ.pign. Quod autem alter quidam vir doctus, qui me nominatim reprehendit, huius legis ſpeciem ita proponit, quaſi debitor in mora fuiſſet:primùm huius quæſtionis terminos contra legem Maniliam mouiſſe videtur: deinde animaduertere debuit, vſuras ex mora non niſi in bonæ fidei contractibus deberi.l.mora,32.§.1, D.de vſur.Sed hac de re tota diximus etiam in Commentatione de pignoribus & in l.1,C.de pign.act. Supereſt vnica dubitatio, quid ſit,quod Paul' ait,fruct' iſtos retineri poſſe tãtùm intra legitimũ vſurarũ modũ.Nam Antichreſis illi legitimo vſurarum modo ſubiecta nõ eſt propter incertũ frugũ pretium,pro varietate tẽporũ & locorũ: l.ſi ea lege,17. l.oleo,23. C.de vſur.Intelligendũ eſt igitur ſententiam hanc non pertinere ad Antichreſin.quoniã ab initio de vſuris in pecunia præſtãdis cõuenerat. cùm Antichreſis ſit conuentio vt creditor vſurarum vice fructus percipiat.dicta.l.11,§.1,D.de pignoribus,& idem Papin.ſignificat in l.1.§.pacto,ſ.eod.tit. vbi cùm de vſuris in pecunia ſoluẽdis ab initio conueniſſet, poſtea pactum factũ eſt,vt iis ad diem non ſolutis fructus cum vſuris cõpen-

A ſarentur fini legitimæ vſuræ. ne videlicet fraus legibus vſurariis fieret:vt in d.l.16.C.de vſur.

Loci aliquot in Verrina III. emendati.

CAP. V.

VErba hæc in Prætura Vrbana, Si IS INTESTATO MORTVVS ESSET, quę legimus eo loco,in quo Cicero edictum Verris de bonorum poſſeſſionibus reprehendit, iampridẽ B dixi tollenda eſſe,& ex gloſſa ſumpta de libro Aſconij in cõtextum irrepſiſſe. Sed poſtea cognoui meam ſententiam nonnullis eruditis viris diſplicere,quibus iamdiu reſpondiſſem,ſi liber iterum editus fuiſſet.nunc ne videar diuturno ſilentio cauſſę cedere,ſtatui hoc loco breuiter illã meam cõiecturã confirmare. Ac primum omniũ hoc affero,quod cuiuis Latinæ linguæ nõ prorſus imperito me probaturum confido: pronomen IS, quò referatur non habere:quia neque de teſtatore, ne- C que de vllo patre famil.antea Cicero locutus eſt. Poſteaquam ius Prætorium conſtitutum eſt, inquit,ſemper hoc iure vſi ſumus,ſi tabulæ teſtamenti non proferrentur,tum vti proximum quemque potiſſimum heredem eſſe oporteret,ſi is inteſtatò mortuus eſſet, ita ſecundum eum poſſeſſio daretur. Nam ad PROXIMVM vel ad HEREDEM referri non poteſt. Aſconius autem æquè in illa gloſſa illud præeiſe vſurpauit,vt in ſequẽti:vbi ſic ſcribit,Quaſi ab inteſtato agnati eius ſuccederent. nam EIVS non ad ſcriptum retulit , ſed ad men- D tem & cogitationem lectoris.Pręterea ſi verba illa Cicero poſuiſſet, ſignificaſſet edictum Verris ad eas bonorum poſſeſſiones pertinuiſſe, quæ ex cauſſa inteſtati ſic dantur,vt reuera defunctum inteſtatò deceſſiſſe cõſtet.At poſterius intelligitur eam cauſſam ſecutum eſſe Verrem, in qua quidem teſtamentum eſſe diceretur, ſed cuius tabulæ tum non extarent.ſic enim ſcripſit, SI DE HEREDITATE AMBIGETVR, ET POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET. Nam ſi de ſponſione quæritur, neceſſe eſt aduerſarium eſſe, qui hereditatis E petitionem intendat:id eſt,qui ſe ſcriptum heredem eſſe contendat.Neque verò illud omittendum eſt, quod omnes ad vnum libri Aſconij tum impreſſi , tum manuſcripti,conſtanter inter ſe conſentiunt, & verba illa pro interpretatione ſcripta , & à Ciceronis verbis diſtincta ac notata habent:tametſi VT pro ET legendum eſſe,nemo, vt opinor, negabit. Quod cum ita ſit,ridiculum eſſet putare, Aſconium id pro gloſſa poſuiſſe, quod ipſe auctor adſcripſerat.nam ſi quis diceret mendoſos eſſe omnes libros Aſconij , & tres illos verſus F continenter & vno tenore legendos eſſe,primum id ſibi arrogaret, quod aliis concedi non vult,& pro veris ſumeret ea,quę quiuis in controuerſiam vocabit.Deinde refelleretur ſimilitudine aliorum locorum omniũ, quos ex illa tota oratione Aſconius ita profert,vt nũquam ſimul tam multa verba contineat. Præterea ridicula eſſet illa interpretatio Aſconij,Quaſi ab inteſtato agnati eius ſuccederent, quamuis diceretur teſtamentum feciſſe, ſi tamen tabulæ non proferrentur: qui & obſcurius & temerè id inculcaret, quod ab ipſo aucto- G re dictum fuerat. Quod autem auctoritas nobis obiicitur edicti Perpetui , quod Iulianus protulit in l. 1. D. vnde legit. nihil ad hunc locum id pertinet. primum quia conſtat ſententia : SI DE HEREDITATE ALICVIVS AMBIGETVR , TVM QVEM EI ESSE HEREDEM OPORTERET SI INTESTATVS MORTVVS ESSET , SECVNDVM EVM POSSESSIONEM DABO. noſtra verò abrupt & præciſa de quia hoc Prætoris edictum ad eas bonoru

ſiones pertinet,quæ ab inteſtato dantur: nam Vnde legitimi poſſeſſionem in illo eſſe genere nemo neſcit. at Verres eam cauſſam complexus eſt, quæ ad hanc quidem poſſeſſionem pertinebat:ſed tamen in qua factum eſſe teſtamentum, ſed in præſentia non extare dicebatur.quo pertinet.l.1.D.de bon.poſſ.ſecund.tab.

Indicatur mendum in Oratione Verrina III. quo locus præclariſsimus de lite vindiciarum contaminatus fuerat.

CAP. VI.

LOcus eſt in Oratione Verrina tertia perinſignis, ſed qui propter librarij peccatum obſcuritatem ſummã habere exiſtimatur. Verba Ciceronis hæc ſunt: Si quis teſtamento ſe heredem eſſe arbitraretur,quod tum non extaret, lege ageret in hereditatem,aut pro præde litis vindiciarum, cum ſatis accepiſſet,ſponſionem faceret: ita de hereditate certaret. Principio conſtat:Lege agere in hereditatem, nihil aliud eſſe,quàm hereditatis petitionem intendere. quod ex his locis confirmabimus. Plin. lib. 7.Lucius Papirius Prætor, ſecundo herede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dedit. Valerius Maximus lib. 7. Et Piſo, inquit,præfectus vrbis, Terentio patri exheredato, bonorum defuncti filij poſſeſſionem dedit, heredéſque lege agere paſſus non eſt. Secundo loco illud ſcire oportet, quod Vlpianus tradit in l.regulariter, 9, D.de hered. petit. eum demum hereditatis petitione teneri, qui vel ius pro herede,vel pro poſſeſſore poſſidet,vel rem hereditariam, licet minimam.itaque (inquit Caius) qui ex aſſe vel ex parte heres eſt,intendit quidem hereditatem ſuam eſſe totam, vel pro parte:ſed hoc tantum ei officio iudicis reſtituitur,quod aduerſarius poſſidet.Poſtremò notandum illud eſt,quod Paulus lib.ſent.1.tit.11.ſcribit:Quoties hereditas petitur, ſatiſdatio iure deſideratur. Et ſi ſatiſdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur:ſi petitor ſatiſdare noluerit,penes poſſeſſorem poſſeſſio remanet:in pari enim cauſſa,potior eſt poſſeſſor. Ex quibus omnibus, perſpicuum eſſe arbitror, eum qui lege in hereditatem agit,dici rectè poſſe,tum hereditatis petitionem, tum litem vindiciarum intendere: neque petitionem hereditatis aliud quidquam eſſe, quàm vindicationem:tametſi aliud ſit rei, aliud hereditatis vindicatio:cùm illa ſingularum hæc vniuerſarum rerum petitio ſit: vti docet Vlpianus in l.1. D. de rei vindic. Secundò perſpicuum eſt,eum aduerſus quem actio iſta,hoc eſt legis actio in hereditatem,ſiue petitio hereditatis, ſiue lis vindiciarum intenditur, ſatiſdare debere: hoc eſt prædes ac fideiuſſores dare,ſe nihil in poſſeſſione pendente iudicio deterius facturum.Iam verò conſtat inter omnes, eum qui actione iſta vtebatur, ſponſionem cum aduerſario poſſeſſore facere conſueuiſſe certæ pecuniæ, aut æſtimationis, Ni ſua eſſet hereditas, de qua contendebat:quod ab Aſconio ita perſpicue traditur,& ex antiquorum iudiciorum cõſuetudine ita notum eſt,vt admoneri ſatis ſit, probari nihil ſit neceſſe. Quæ cùm ita ſe habeant, illud quoque patere arbitror,in ea cauſſa, de qua Cicero loquitur,hoc eſt,cum tabulæ teſtamenti non extant, & poſſeſſio proximo data eſt, eum qui ſe teſtamento heredem putat, quod tum non extat, lege in hereditatem aduerſus illum poſſeſſorem agere debere: ſiue (vt aliis vtamur verbis)vindiciarũ litem,hoc eſt hereditatis petitionem in eum intendere. Ad hoc porro iudicium exercendum ea duo præſtari ſolita, quæ neceſſaria eſſe docuimus.primùm, vt poſſeſſor ſatiſdet, nihil

A ſe in poſſeſſione deterius facturum: deinde vt petitor ſponſionem faciat, Ni ſua hereditas ſit: itaque apud iudicem Recuperatorésve qui de ſponſione cognoſcẽt,de hereditate decertet.Hoc ſi, Cicerone remoto, verum eſt, locum ita reſtituẽdum putarem,vt leui correctione adhibita ET pro AVT legeremus: Si quis teſtamento ſe heredem eſſe arbitraretur, quod tum non extaret, lege ageret in hereditatem, & pro præde litis vindiciarum, cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret: ita de hereditate certaret. Vt non tam Aſconij B auctoritas,quàm Iuris ciuilis veritas à nobis ſpectetur. Præſertim cum ſatis conſtet, his in locis Aſconium non ſemel dormitaſſe: & omnino verum illud ſit,eum qui ſe teſtamento heredem putat,lege agere in hereditatem non poſſe,quin & poſſeſſor ei ſatiſdet, & ipſe à poſſeſſore certæ pecuniæ ſponſione prouocetur. Quinetiam vindiciarum litem, cum legis actione coniungi,& Cicero & Agellius demonſtrant.ille in lib. de Orat.1.his verbis: Agerent enim tecum lege Pithagorei omnes, vindicarentque ornati homines in dicendo. C Agellius autem lib. xx, cap. 1x: Ex iure, inquit, manu conſertum, verba ſunt ex antiquis actionibus:quæ, cùm lege agitur, & vindiciæ intenduntur, dici nunc quoque apud Prætorem ſolent. Quod autem vir quidam doctiſſimus ita hunc(vt audio) locum interpretatur, quaſi hæc verba Lege ageret, ad hereditatis petitionem.reliqua verò, ad rei vindicationem pertinerent: meo iudicio perabſurdum eſt: cum Paulus apertiſſimè demonſtret,ſatiſdationem in hereditatis petitione requiri:nec aliud ſit hereditatis petitio,quàm lis vindiciarũ: D nec denique minus in hereditatis petitione,quàm in rei ſingularis vindicatione,ſponſio fieri ſoleat.

Aliquot menda eodem in loco Verrinæ tertiæ indicata.vbi de lege Cornelia,& iterum legis Voconiæ ſententia demonſtratur.

CAP. VII.

COgor importunitate & leuitate nonnullorum præiudicium hoc loco facere alteri meorum commentariorum editioni. nam quæ E poſt ſuperiorem editionem obſeruaram, & nobilibus quibuſdam adoleſcentibus, quibuſcum familiariter de Ciceronis Orationibus cõmunicabam, candidè expoſueram, animaduerti poſtea ad neſcio quos inanis gloriæ cupidos vel famelicos potius delata eſſe: quæ iam pro ſuis edunt. Prima igitur obſeruatio hæc fuit. Locum illum vbi Orator ait, Legem Corneliam teſtamentariam, & nummariam ita ſcriptam eſſe, vt non ius aliquod nouum populo conſtituatur,ſed ſanciatur, vt quod ſemper malum facinus F fuerit,eius quæſtio ad populum pertineat ex certo tempore: locum, inquam, hunc videri corruptum eſſe,& pro POPVLVM legendum eſſe PRÆTOREM. Conſtat enim nullius rei,præter quàm perduellionis,quæſtionẽ relictam populo fuiſſe:ceterarum enim rerũ iudicia olim à Quæſitoribus data opera, & ex tẽpore creatis, exerceri ſolita:Lege verò Cornelia perpetuas quæſtiones conſtitutas, id eſt Prætores electos, qui per annum integrum de certis criminibus quærerent: quemadmodum iampridem docuimus ex l. 2. D. de orig. G iur.lib. Ciceronis de Finibus. II. & De clar. orat. quo ipſo in libro rectè legitur Quæſtiones perpetuas conſtitutas, quæ antea nullæ fuerant. Mendum autem illud natum opinor ex nota, vbi cùm P. ſcriptum fuiſſet, pro, Prætorem, imperitus librarius Populum ſubſtituit.Sanxit igitur L. Sylla, vt falſi quæſtio ad Prætorem pertineret ex certo tẽpore: & eo crimine dãnati in

poſterum pœna illa & iudicio tenerentur, quod ipſe A lege ſua conſtituerat. Syllam autem à populi cauſſa remotiſſimum fuiſſe, nemo ignorat. quare vel PRÆTOREM (vt dixi) eo loco reponendum eſt, vel particula NON adhibenda, vt ſit AD POPVLVM NON PERTINEAT EX CERTO TEMPORE. Quemadmodum paulò poſt reponendam eandē eſſe particulam, quæ tamen in omnibus impreſſis deeſt, ex Priſciani libro XVIII. animaduerti: vbi locum inſequentem ita citat: De iure verò ciuili, ſi quis quid inſtituerit, is non omnia quæ ante acta ſunt, rata eſſe patiatur? quod & multo concin- B nius eſt, & ad Pædiani interpretationem accommodatius. Quin & paucis pòſt verſibus, eandem quoque retinendā eſſe multis adoleſcentibus honeſtis ex Theophilo Iuriſconſulto indicaui: vbi Cicero ait, Lege Voconia proſpectum fuiſſe, ne fraus ſuperiori capiti fieret, & conſtitutum ne quis cenſus plus legaret quàm ad heredem heredéſve perueniret. Quod per legem Voconiam, inquit, ei qui non cenſus ſit, licet. Nam ex contrariis concludit, ſi lex Voconia vetat cenſos id facere, permittit id iis qui cenſi non ſunt. vulg. l. ex eo, C 18. D. de teſtib. Theophilus enim ſub tit. De lege Falcidia disertè ſcribit, Voconia lege vetitum fuiſſe, ne plus vni legare liceret, quàm ad heredem heredéſve pertineret. quod quidem (vt illud obiter moneam) non ad mulieres ſolas contrahendum eſſe, ſed de quibuſuis intelligendum, vt nemini, ſiue mari, ſiue fœminæ plus quàm heredibus relinquere liceat, apertè tum Iuſtinianus, tum etiam Theophilus demonſtrat: & ratio eius hiſtoriæ quam Iuſtinianus commemorat, id requirit. Sed quo tempore à Theophili & ſimilibus libris ab- D horrebam, facilè me Victorij, Manutij, Stephani, Colinei, Gryphij, & aliorum quorundam auctoritate, qui eam vocem in ſuis libris ſuſtulerant, induci ſum paſſus. quemadmodum (vt illud quoque addamus) Aſconium inductum video, aliquāto pòſt in illo loco, vbi ſic legitur: Hoc populus Roman. non manu vindicaſſet, niſi te huic tempori atque iudicio reſeruaſſet? nam Aſconius confuſam eſſe locutionem ſcribit, & abundare particulam NON. cum tamē ea ſententia nihil aut aptius aut concinnius fingi poſſit: & Priſcianus lib. E XVIII. perſpicuè illam retineat, Græcámque interpretationem adhibeat; οὐκ ἂν ἐξεδίκησε. Ex illo autem Priſciani libro multa in eadem Oratione meliora fecimus, quæ ſuo tempore, vt ſpero, proferentur. Interea diſſimulare non poſſum, D. Lambini mihi facinus diſplicuiſſe, qui ſuperiorem illam emendationem PRÆTOREM, pro POPVLVM Lutetiæ pro ſua venditauit: cum etiam illud adderet, Sola perduellionis quęſtio populo relicta fuit: ceteræ ad Prætores VRBANOS, qui & quæſitores dicebantur, tranſlatæ ſunt. Vbi enim re- F rum capitalium Quæſitores appellari audiuit Prætores Vrbanos?

Interpretatio §. Agerius, l. 122. D. de verb. oblig. cum obſeruatione ad l. 11. §. 5. D. de legat. 3. vbi de filiorum fa. mortuorum & deportatorum obligatione agitur: itémque de conditionis euentu.

CAP. VIII.

IN huius §. interpretatione, quem mihi mirum eſt tam obſcurum omnibus ante hac viſum fuiſſe, retineo priſtinam meam ſententiam, quam hoc ſummario ſum complexus. Filius fa. promittens quod patrem debere conſtituiſſet, ſi pater antè moriatur, quàm conſtiterit, & alio herede inſtituto conſtet, quaſi deficiente conditione liberatus eſt. Dubitandi autem cauſſa hæc fuit, vt filius quod patris ſuperſtitis nomine promiſerat, poſt ipſius mortem debere videretur, quamuis ab eo exheredatus fuiſſet: quoniam filiusfa. ex ſuo contractu obligatur iure ciuili in ſolidum: l. 57. D. de iudic. l. 39. D. de oblig. & act. iure vero prætorio in id quod facere poteſt, etiam poſt patris mortem, atque adeo etiam ſi exheredatus fuerit. l. 2. l. 4. §. pen. D. de c. min. l. ſi debitor, 10. §. 2. D. de fideiuſſ. l. & exheredatum. 49. D. de re iud. Decidendi autem cauſſam hanc Scæuola proponit, quoniam promiſſio filij non pura fuit, neque ad præſens tempus collata, vt ex ea præſens naſceretur obligatio in id quod ſuus pater iam tum debebat, cùm illa ſtipulatio facta eſt, quaſi dictum eſſet QVOD HODIE pater meus debet: quo caſu pura ſine dubio fuiſſet, vt mox docebimus: ſed fuit conditionalis, SI PATREM meum debere conſtitiſſet, & quantum eum debere conſtitiſſet: quæ verba in futurum tempus collata conditionis inſtar obtinent. l. ſi ita, 120. D. de verb. oblig. l. itaque, 39. D. de reb. cred. l. inſtitutio, 10. §. vlt. D. de cōd. inſt. l. 3. §. ſi patronus, D. de bon. libert. quandoquidem dies incertus conditio appellatur. l. talis: 30. D. de legat. 1. Certum eſt autem ex conditionali ſtipulatione non ſtatim obligationem contrahi, ſed eam in caſum & incertum euentum differri l. cōditionales, 64. D. de verb. ſignif. §. 4. Inſt. de verb. oblig. l. 36. D. de reb. cred. Atqui conditio illa non niſi poſt patris demum mortem extitit: neque enim creditor vnquam aduerſus patrem ſuperſtitem probauit, quantum ille ſibi deberet: ſed poſt eius demum mortem, cùm aduerſus heredem ab ipſo ſcriptum planum fecit quantum ſibi deberetur. At à quo deberetur? certè non à mortuo. quia nec mortuus, nec deportatus dici obligatus poteſt. l. quoties, 14. D. de nouat. l. ſi prædio, 15. D. de in diem addict. Ab herede igitur. quoniam aditio æri alieno heredem obligat. l. 8. D. de acq. hered. l. 3. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. in poſſ. qua de cauſſa heres debitor hereditarius appellatur. l. 4. C. de hered. act. At Agerius non ſponderat ſe ſoluturum quod heredem patris, ſed quod ipſum patrem ſuum debere conſtitiſſet. Quare cum iſtud æs alienum ſit æs hereditarium, æquum eſt illud ab herede ipſo diſſolui, non autem à filio qui à patre exheredatus eſt. quòd ſi filius heres extitiſſet, tum verò non dubium eſt, quin obligatus in ſolidum manſiſſet. l. 2. l. 8. C. quod cum eo. Neque obſtat quod dici ſolet, euentum conditionis quandoque exiſtentis in tempus cōtractus retrotrahi. l. 64. D. de verb. obl. l. potior, 11. §. 1. D. qui pot. in pign. vt conditione nūc exiſtente filius videatur iam tum à contractus tempore obligatus fuiſſe. Nam fatemur quidem ſtipulationem conditionalem exiſtente conditione purè contractam videri: ſed quia quo tempore æs iſtud alienum reperitur, hereditarium reperitur, ſequitur vt à ſolis heredibus debeatur. Nam pari modo videmus, vbi ſub conditione contracta emptio eſt, ſi pendente conditione emptor aut venditor deceſſerit, conditione exiſtente heredes obligatos eſſe: quaſi iam contracta emptione in præteritum: vt ait Paulus in l. 8, D. de peric. & com- G mod. Neque verò quicquam huc pertinet l. fideiuſſor, 16. §. vlt. D. de fideiuſſ. vbi qui ſe ſoluturum promiſerat, ſi reus non ſolueret, etiam poſt mortē rei qui non ſoluit, obligatus manere dicitur: quia ſemper verum eſt reum non ſoluiſſe. Nihil, inquam, iſtud ad inſtitutum noſtrum pertinet. quia longè aliud eſt promittere ſolui, quod alter non ſolueret: aliud quod illum debere conſti-

cōſtiterit. nam illa cōditio mortis tempore impleta eſt. quandoquidem conditio non faciendi non niſi morte impleri poteſt. l. 2. D. de condit. & demonſtr. l. ſi ita ſtipulatus, 115. D. de verb. obl. hæc autem neque ante, neque poſt mortem impleta eſt. quia quo tempore & deberi & tantam ſummam deberi conſtitit, non à patre deberi conſtitit, ſed ab extraneo ipſius herede inſtituto. Et hoc eſt quod Scæuola ſuo more argutè reſpondit, ſi conditio non extitiſſet. nam SI pro QVIA vſurpauit, ſicut in l. fundum 28. D. de nouat.

Quæ cùm ita ſe habeant, magnopere dubitare me fateor, quid ſit, quod in l. fideicommiſſa, 11. §. ſic fideicommiſſum, D. de legat. 3. ita ſcriptum eſt: Hoc legatum Cum voluerit, tractum habet, quandiu viuatis, à quo fideicommiſſum relictum eſt. verùm ſi antequam dederit, deceſſerit, heres eius præſtat. Mirum inquam, mihi hoc videtur. quia conditio hæc cum voluerit, eo in quem collata eſt, antequam conſtituat, mortuo, deficere, & inutilem reddere ſtipulationem dicitur. l. centeſimis, 46. §. 1. D. de verb. oblig. Præterea Vlp. ſimillimam cauſſam continenter ſubiungens, ita ſcribit: SED ET SI fideicommiſſarius antequam heres conſtituat, deceſſerit, ad heredem ſuum nihil transfert. vt facilè appareat, eum in pari cauſſa par idémque ius reſpondiſſe. Videndum eſt igitur, an eadem illa vox NIHIL ſuperiore loco reſtituenda ſit: atque ita legendum: Si antequam dederit, deceſſerit, heres eius nihil præſtat. quod mihi quidem valde conſentaneum videtur.

Cauſſæ Quintianæ conſtitutio ex Ciceronis Oratione prima.

CAP. IX.

SEcundum orationem Ciceronis, pro A. Cecina non puto vllam difficiliorem eſſe ea quā idem pro P. Quintio dixit. Itaque quod olim non potuimus, nunc experiendum eſt, an eius cauſſæ conſtitutionem exponere poſſimus Argumentum igitur hoc eſto. Cùm olim annos aliquot inter Sex. Næuium præconem & C. Quintium de plebe Romana hominem, ſocietas rerum quæ in Gallia comparabantur, fuiſſet, moritur C. Quintius: fratrémque Publium teſtamento heredem facit. Diſſoluta hoc modo Societate, iudicio primum communi diuidundo, dein, ſi quid ab alterutro deberetur, Pro ſocio iudicio diſceptandum erat. Hoc cùm ſumptis intra parietes domeſticos arbitris tranſigi non potuiſſet, reſque aliquandiu in vadimonium fuiſſet, idque ſępenumero dilatum eſſet, tandem Sex. Næuius L. Scipione C. Norbano Coſſ. cum P. Quintius in Galliā profectus eſſet, teſtes complures ſumpſit, ſe vadimonium ſtitiſſe, P. Quintium deſeruiſſe. Eam teſtationem cùm ad P. Burrienum Prętorem edidiſſet, poſtulauit ex edicto, vt ſibi Quintij bona, quaſi latitantis debitoris, poſſidere liceret. Prætor qui deſerti vadimonij tabulas, teſtimoniúmque audiret, neminem porro qui abſentē Quintium defenderet adeſſe videret, ei poſſeſſionem decernit. Ita Næuius dies triginta poſſedit: quib. exactis, eadem bona proſcribit auctionémque in diem certam conſtituit. cùm ecce tibi Sext. Alfenus Quintij ſe procuratorem eſſe denunciat, ſtatimque & libellos deiicit, & puerum quem Næuius abducebat, eripit: ſéque paratum eſſe iudicio Quintium defendere profitetur. Hunc Næuius in ius ad P. Burrienum vocat: petit, vt ſi velit pro ſocio iudicio P. Quintium defendere, iudica-

A tum ſolui ſatiſdet, cuius ſatiſdationis tres clauſulę ſunt: de re iudicata ſoluenda, de re defendenda, id eſt iudicio ſiſti, & de dolo malo. l. 6. D. iudicatum ſolui. Ius autem eſt, vt quamuis bona poſſeſſa ſint ſi tamen ante actionem defenſor exiſtat, & ſatiſdationem offerat, deſinat poſſeſſio, neque auctio conſtituatur. Alfenus ſatiſdare non recuſat, dum idem viciſſim Næuius faciat. Solos enim eos tantum ſatiſdare, quorum bona ex edicto poſſeſſa eſſent. Hæc autem non fuiſſe ex edicto poſſeſſa, paratum ſe defendere. Prætor B qui poſſeſſionem decreuerat, & poſſeſſa fuiſſe bona intelligebat, decernit vt ſolus Alfenus ſatiſdet. qui tum quaſi iniuſtum Prætoris decretum eſſet, Tribunos pleb. appellat. L. Brutus è decem vnus oſtendit ſe interceſſurum, niſi quid inter eos conueniret. Conuenit igitur vt idibus Septemb. id eſt, ſex ſeptémve poſt menſibus. P. Quintius iudicio ſe ſiſteret. Venit Quintius rebus ſæpe dilatis. tandem in ius ad P. Dolabellam Prætorem vrbis, M. Tullio, Cn. Dolabella Coſs. itur. Ibi Næuius iudicium communi diuidundo poſtu- C lat: cum eo, vt Quintius ſatiſdet, quippe cuius bona ex edicto poſſeſſa ſint. Quintius ſatiſdare recuſat, quaſi ſua bona ex edicto poſſeſſa non eſſent. Dolabella decernit, vt aut ſatiſdet, aut ſponſionem faciat. Si ſua bona ex edicto poſſeſſa ſint. Non iniuria, meo quidem iudicio. Conſtabat enim bona poſſeſſa eſſe. Dubitabatur vtrumne ex edicto, an non. Sponſionem facere Quintius maluit. Iudicium ergo conſtituitur: datúrque hoc negotium C. Aquilio Gallo tum Iuris ciuilis ſcientia imprimis claro: qui tres ſecum in conſilium Iuriſcon- D ſultos adhibuit, M. Marcellum, P. Quintilium & L. Lucullum. Actor eſt quidem hoc iudicio P. Quintius: quippe qui ſponſionem faciat. ſed ſi generatim controuerſiam omnem ſpectemus, non dubium eſt, quin prior controuerſiam Næuius mouerit quippe qui iudicium à P. Dolabella Prætore poſtularit. vnde illud eſt, Reū priore loco cauſſam dicere. Item alio loco: Queritur priore patrono cauſſam defendente, &c. Cauſſæ igitur conſtitutio hæc erit. Intentio, Bona mea ex edicto non poſſediſti. Depulſio, Imo ex edicto poſſedi. E Q. An bona ex edicto poſſederit? Ratio, Quia bona ex edicto poſſidere, eſt eius bona decreto Prætoris poſſidere, qui iudicio defenſus non ſit: hoc eſt, cuius nomine nemo iudiciū acceperit. Alfenus autem iudiciū Pro ſocio, quod cum eo petebam, vt ſolus ſatiſdaret, accipere noluit: ſed cùm Prætor iudicium daret, atque vt ipſe ſolus ſatiſdaret, decreuiſſet. Tribunos appellauit. non eſt ergo iſtud iudicium pati, neque iudicio defendere, cum auxilium à Tribunis petas. F. Imo Bona ex edicto poſſidere eſt, bona eius poſſidere, cuius nullus F omnino defenſor exſtitit, qui vllum iudicium accipere paratus eſſet. At Procurator Alfenus præſtò ſemper fuit, denuntiauit ſe procuratorem eſſe, paratum ſe iudicium, ſi modò æquum eſſet, recipere oſtendit. Diſceptatio ex ſcripti ambiguitate naſcitur, An Bona ex edicto poſſidere, ſit eius bona poſſidere cuius, non nemo quidē defenſor exſtitit, ſed is exſtitit qui eo iudicio quod dabatur: defendere noluerit, Tribunóſque appellarit. Hoc autem oratoriè Cicero ſic expreſſit: Cuius procurator omnia iudicia acceperit, quæ quiſque G in verba poſtularit, cuius procurator à Prætore Tribunos appellare auſus ſit, eum non defendi, eius bona rectè poſſideri poſſe. Item alio loco: Aut doceas oportet Alfenum negas ſe procuratorem eſſe, non deieciſſe libellos, iudicium accipere noluiſſe, aut cum hæc facta ſint, ex edicto bona P. Quintij non poſſediſſe concedas.

Contrarias eſſe Iuriſconſultorum ſententias de proprietate arboris, quæ in vicini fundum radices egerit.

Cap. x.

CAius in fine l.adeo, 7.D.de acq. rer.domin. ſcribit, vicini arborem quæ in meũ fundum radices egit, meam effici. rationẽ eni m non permittere, vt alterius arbor eſſe intelligatur, quàm in cuius fundo radices egit. & ideò propè confinium poſitam arborem, ſi etiam in vicinum fundum radices egerit, communem eſſe pro regione cuiuſque prædij. Sed videamus, ne obſcurè hoc dicatur: primùm quia ramos vicinæ arboris quæ in vicini fundum propendeat, vicini nõ eſſe cõſtat: ſiue ex æquitate naturali, ſiue ex Prætoris interdicto.l.1.D.de arbor.cæden.cũ tamen vix, ac ne vix quidem arbor vlla ramos in alienum fundum porrigere ſoleat, in quem non etiam radices.

Præterea ſi truncum ſpectemus, patet ex l. pen. D. pro ſoc. arborem in confinio natam, non eſſe vicinorum, quatenus in vtriuſque vicini fundo eſt. ex quo ſequitur, eam quæ tota eſt citra lineam finientem, nulla ex parte vicini eſſe. Poſtremò quod ad radices attinet, Põponius in l.6.D.arb.furt.cæſ. apertè ait, radices arboris in fundũ vicini porrectas, nõ eſſe ipſius, ſed domini ſui manere. Itaque ius ipſi non eſſe, eas radices ſuccidere. Et re vera ita eſt, vt ſi radices ipſius eſſent, ei liceret illas ſuccidere: ac proinde arborem extinguere: quod æquitati naturali contrarium eſſe, nemo non videt. Quod ſi neque rami, neque truncus, neque radices vicini ſunt, fructus quoque ipſius non eſſe conſequitur: ſiquidem eius demum ſunt fructus, cuius eſt arbor. Qua de cauſſa Prætoris interdictum videmus in l.1. D. de gland.leg. quo poteſtas permittitur arboris domino, fructus qui in vicini fundo deciderint, tertio quoque die legere. Videamus ergo ne multo verior ſit Põponij ſententia, qui in d.l.6. de arborib. cæd. ea tradit, quæ perſpicuè Caij ſententiæ aduerſantur, his verbis: Si arbor in vicini fundum radices porrexit recidere eas vicino non licebit. agere autem licebit, non eſſe eius, ſicuti tignum aut protectum, immiſſum habere. Si radicibus vicini arbor aletur, tamen eius eſt, in cuius fundo origo eius fuerit. Quid autem ſecutus ſit Pomponius, apparet: nimirum id quod aliis omnibus ſimilibus in cauſſis ſpectari ſolet: vt id quod partis acceſſioniſque loco eſt, ex eo quod principale eſt, cenſeatur quemadmodum in purpura, cæteriſque omnibus traditur in l.ſed ſi meis, 26.de acquir.rer.dom. l. cum aurum, 19.§.perueniamus. D.de aur.& argen.leg.l. tigni, 7.D.de exhib.l.in rem actio, 23.§.2.& 4.D.de rei vindic. Quoniam igitur non modò longè maxima pars arboris, ſed etiam potiſſima pars radicum, in meo fundo eſt, quamuis in vicini fundum reliqua ſe pars radicum extenderit, tamen arbor mea manebit. neque ei licebit, radicibus exſcindendis arbori meę interitum afferre. ſed ſi quid eius interſit, negatoria actione vtetur, Mihi ius non eſſe immiſſum illud in ſuum fundum habere. vt ei ſuum damnum vel in pecunia, vel in aliqua fructuum parte reſarciam. Videndum eſt etiam, an Caij argumento rectè ſic reſponderi poſſit: nam ab efficiente cauſſa ita concludit, non eſſe alterius arborem, quàm cuius ex fundo alitur, ac ſuſtentatur. ali autem ex eius fundo, in quo radices egit, ac proinde ipſius eſſe. nam res omnes ex potiore ſui parte æſtimandæ ſunt. certum eſt autem potiorem radicum partem eam eſſe, quæ ſumma eſt, & arborem attingit. Quare non ex radicibus in longum porrectis, ſed ex proximis pręcipuè ſuſtentatur. Sed hac de re vberius diſſeruimus lib.harum Obſeruat.5.cap.3.

A

De more tabulas dandi Iudicibus, & indicatus Acronis atque Porphyrionis magnus error in Ciceroniani loci interpretatione.

Cap. xi.

NEmo neſcit moris fuiſſe, vt cum Iudices in B publicis quæſtionibus conſediſſent, Quæſitor iis aliquot tabellas daret, in quibus notæ quædam ſententiarum ſuarum inſcriptæ eſſent, vt eas poſteaquam in conſilium miſſi eſſent, in vrnam coniicerent. Varias autem eas notas fuiſſe, & multo plures quàm quot Aſconius numerat, iampridem in Ciceronianis commentariis docuimus. Eiúſque rei exemplum nobis Diuinatio de accuſatore Verris conſtituendo ſuppeditat, vbi Cicero ait, Hortenſium certos homines in conſilio habere, quibus oſtendi tabellas C velit, non enim ſingulos ferre ſententias, ſed vniuerſos conſtituere. neque enim de condemnando, vel abſoluendo Cicerone, vel Cæcilio tum agebatur. Veriſimile eſt igitur, notã in iis tabulis ſcriptam fuiſſe nominis illius, quem actorem ſententia ſua conſtitueret. Quod ab Aſconio illo loco prætermiſſum eſſe, ſane miror. nam etiam de Præuaricatore notam dari ſolitam, Cicero in Partitionibus his apertè demonſtrat verbis: Defenſor, inquit, teſtatur conſuetudinem ſermonis, argumentatur ex conſequentibus, quòd ea li- D tera de accuſatore ſoleat dari Iudici: Quaſi in tabella ſcriptum fuiſſet A ad eſt accuſator: & P ad eſt Præuaricatus. Præterea Cæſar libro de bello ciuili III: L. Domitius, inquit, in conſilio dixit, placere ſibi bello confecto, ternas tabellas dari ad iudicandum de iis, qui ordinis eſſent Senatorij, bellóque vnà cum ipſis non interfuiſſent: ſententiáſque de ſingulis ferrent, qui Romę remanſiſſent, quique intra præſidia Pompeij fuiſſent, neque operam in re militari præſtitiſſent. Vnam ferre tabellam, qui liberandos omni periculo cenſerent: E alteram qui capitis damnarent: tertiam qui pecunia multarent. Iam verò quod in illo Diuinationis loco Cicero aſſeribit, ceratam vnicuíque tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria: Pædianus ſic interpretatur, quaſi diſcoloribus ceris inſignitas Iudices tabellas accepiſſent, vt timeret vnuſquiſque eorum, ne fidem pactionis non ſeruaſſe videretur, ſi non in tabula quàm vnicuique datam meminiſſet, Hortenſius ex nota ſcilicet ceræ diſcoloris, abſolutum Verrem reperiret. Mirum eſt autem ita diſcolores tabulas Iudi- F ces habuiſſe, cùm ex Miloniana conſtet, moris fuiſſe vt à Quæſitore ipſo Iudicibus diſtribuerentur. Sed multo magis mirum, imò prope incredibile videtur, quod ea de re tam imperitè & Acron & Porphyrio in illum Horatij verſum ſcripſerint, Sermon.lib.II, Sat.I: Grande malum Turius, ſi quis ſe iudice certet. Turius (inquit Acron) quidam corruptiſſimus Iudex. Hic eſt cui Hortenſius propter fratrem Varronem ceratas diuerſi coloris tabellas dedit. Aliàs, Turium Marinum iudicem ſignificat: qui accepta pecunia pronuntiare ſit G ſolitus, qui fidem ſuam corruperant. Hic quoque tempore Verris reus erat, & diuerſi coloris tabellas fertur dediſſe, vt ſciret qui ſecundum voluntatem iudicaſſet. quia nomina ſua Centumuiri non adiiciunt. Porphyrion autem ſic, C.Turius hic Prætor fuit, apudque accuſatus eſt à Cicerone Verres Hortenſio defendente. Hic dicitur Cẽtumuiris dediſſe tabulas, aliis nigras,

aliis

aliis rubras, & cera adnotaſſe, quas cuique dediſſet: vt A ſcire t à quibus poſtea pecuniam peteret, vel linqueret. nam omnes corruperat. Hæc illi. Ex quibus vtriuſque & negligentiam & ἀνιστορησίαν ſane doctis viris indignam licet animaduertere. Nam quod putant eos iudices qui in illa cauſſa ſedebant centumuiros fuiſſe, valde abſurdum & ineptum eſt.

Ad l.3. & vlt. D. de gradib. & adfin. Sobrini, Propius ſobrinis, Conſobrini qui dicantur.

CAP. XII. B

IN hac lege verſum hunc totum, qui in eius legis initio ſic legitur, ITEM PATRVI MAGNI, AMITÆ MAGNÆ, AVVNCVLI MAGNI, MATERTERÆ MAGNÆ, NEPOS NEPTIS: à librariis minus ad negocium ſuum attentis alieno loco poſitum exiſtimo, & tribus poſt verſibus reponendum: hoc eſt, pòſt verbum PRO MATERTERÆ FILIVS FILIA: vt ſimul vox *Item* inſequens deleatur: & ſic locus legatur, Item patrui magni amit. C mag. auunc. m. mat. magnæ, nepos neptis, qui ex fratribus patruelibus, aut conſobrinis, aut amitinis: vndique propagantur, qui propriè ſobrini vocantur. Tametſi legi concinnius fortaſſe poſſet, VNDIQVE PROPAGATI, PROPRIE SOBRINI VOCANTVR. Cuius opinionis meæ ratio illa eſt: primùm quòd alioquin Caius bis eoſdem numeraret: neque enim alius eſt magni patrui nepos, ac ſobrinus: deinde quod hic ipſe ordo eſt, quem idem Caius perpetuo in cognatorum gradibus recenſendis obſeruat, nimirum vt eos D primum qui Titio, id eſt eo de cuius cognatione quæritur ſunt inferiores nominet: tum eos qui ſuperiores: veluti prius fratris nepotem, quàm patruum magnum. cuius rei hanc conſtat eſſe rationem, quòd ſuperiores ex inferioribus appellationẽ ſumũt: vt niſi fratris eſſet filius, patruus non eſſet qua propter ab iis ineunda fuit computatio. Sed hæc clarius attentè Caij ordinem conſideranti, facilè, vt ſpero, conſtabunt. Meam autem ſententiam quam quatuor ab hinc annos diuulgaram, poſtea valde confirmauit locus in Pauli ſententiarum E lib. 4. tit. 10. ad quem iſto ferè quem expoſuimus modo, ſcriptum eſt. Sic autem annis ab hinc ferè triginta ſcripſeram: conſtantérque in mea ſententia permaneo. propterea quòd Sobrini inter ſe conferuntur. nam qui me illo nomine apellat, eundem ego viciſſim eodem nomine appello: ſextóque à me numeratur gradu. *Proaui pronepotes* (inquit Paulus) *et de cuius cognatione quæritur, Sobrini ſunt: & inuicem huic illi Sobrini.* l. vlt. §. ſexto gradu, verſ. ex quibus, D. eod. titul. Quod ad illius opinionem refellendam valet, qui in com- F ment. Inſtitut. hos inter ſe conſobrinos dici tradit, propter eos Pauli locos, vbi ſic appellantur: vt lib. ſent. 4. tit. 11. §. ſexto gradu. *Patrui magni nepos neptis, id eſt propioris ſobrini filius filia, qui Conſobrini appellantur.* Item §. ſeq. vbi Conſobrini filium filiam ſeptimum in gradum refert. itémque l. vlt. §. quarto gradu, D. de gradib. vbi ſic legitur: *Sororum fratrúmque meorum nepotes neptéſque item mei, inter ſe Conſobrini ſunt.* nam pro CONSOBRINI reſtituendum eſſe SOBRINI, cùm vtriuſque nominis differentia diligenter æque ſeruata G conuincit, tum etiam aliorum complurium locorum auctoritas, in quibus diligenter iſtæ appellationes diſtinguuntur Cicero Offic. 1. *Sequuntur fratrum coniunctiones, pòſt Conſobrinorum, Sobrinorúmque.* Ælius Gallus Iuriſconſultus apud Feſtum: *Sobrinus eſt patris mei ...riſue mea conſobrini filius.* Quanquam quid verbis opus eſt? cùm patrui magni nepotem, quem Caius hoc loco ſextum in gradum retuli, Sobrinum propriè dici conſtet: totúſque ille verſus *Qui ex fratribus patruelibus aut conſ. aut amit. vndique propag. qui propriè Sobrini vocantur.* nullos alios complectatur, quàm qui ſuperiore illo verſu deſignantur: *Item patrui magni &c. nepos neptis.* Quantus igitur error Caij fuiſſet, ſi eaſdem perſonas bis in eundem gradum diuerſis nominibus retuliſſet? Sed iſtius me ineptiæ tanta præſertim arrogantia coniunctæ pudet, pigétque.

Ad §. 1. Inſtitut. Si quadrup. pauper. fec. dic.

CAP. XIII.

PEccatum eſſe video apud Iuſtin. tit. Si quadrup. à Triboniano dicam an ipſius ſcriptore? ſane ſtultiſſimè. quum hos duos verſus, VELVTI SI EQVVS CALCITROSVS C. P. A. B. C. P. S. C. PERIERIT: quos ex Vlpiani reſponſo in l. 1. D. eod. ſumpſerat, præpoſtere collocauit. nam poſt hæc verba HAEC AVTEM A. I. I. Q. C. N. M. locum habet, reponenda eſſe, nemo qui locum attentè legerit, dubitabit. neque tamen XII. tab. verba requirere neceſſe eſt. Nam vox ITA quæ nonnullos conturbare poſſet, ad ſuperiorem verſum qui Legis ſententiam indicabat, refertur: vt ſit, Ita lex ſcripta eſt, vt modò ſignificauim⁹. Et apparet Theophili diligentia, qui errorem ita manifeſtum Triboniani tamen auctoritate permotus, inſecutus eſt. Atque hæc quidem olim ita ſcripſeram. quæ iam video amico noſtro non probari. ſed quonam argumento? quòd etiam hæc clauſula in alterum locum transferri poteſt. At hanc conſequentiam non dico Dialecticus nemo, ſed ne communi quidem ſenſu præditus quiſquam approbabit. Tum verò illud æquè Grammaticum ſubiungitur: *Enarrantem me aliquid quaſo quid refert ab exemplo, an à definitione incipiam.* Sed Grammaticum mendum omitto, quod in ſuperbo reprehenſore ferendum non fuit. ſunt enim homines qui Rectè loqui putant eſſe, vt ait Cicero, inuſitatè loqui. Illud quæro, ſatíſne de mente ſua benè conſtitutus videretur, ſi quis ad legem Aquiliam ita præpoſterè ſcriberet: Vt puta ſi quis equum, mulum, aſinum, ouem, bouem, capram, iniuria occiderit. Hæc autem actio in iis demum quadrupedibus locum habet quę pecudum numero ſunt. Nũquid potius hunc ordinem ſeruari oporteret, vt prius legis ſententiam de quadrupedibus pecudibus proponeret, ac tum deinde quadrupedum pecudum exempla ſubiiceret? Cuius rei neminem ſanæ mentis iudicem iniquum eiurabo.

De lege Acilia repetundarũ & obſcuro loco Verrina tertia: vbi de Comperendinatione & Ampliatione agitur.

CAP. XIIII.

LOcus eſt in libro accuſationis Verrinæ primo, valde obſcurus, & in quo explicando vir doctiſſimus in ſuo libro De legibus, mea ſcilicet interpretatione non contentus, elaborauit. Sed quoniam ne illius quidem coniectura mihi ſatisfacit, videndum eſt, ecquid lucis ad tantas tenebas afferre poſſimus. nam quod quidem ad Ampliationem & Comperendinationem pertinet, in quo me grauiter peccaſſe arguebat; ſpero me doctis viris in Commentario verborum Iuris ſatisfeciſſe. Locus autem inſequens ſic ſcriptus eſt: Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea vel iudicari primò poterat, vel amplius pronunciari. Vtram igitur putas legem molliorem? opinor illam veterem, qua vel citò

abſolui vel tardè condemnari licebat. Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua lege multi ſemel accuſati, ſemel dicta cauſſa, ſemel auditis teſtibus condemnati ſunt. puta te non hac tam atroci. ſed illa lege mitiſſima cauſſam dicere. Hic quæro, cum ſatis conſtet Aciliam legem Seruilia poſteriorem fuiſſe, conſtet præterea poſteriores Repetundarum leges ſemper atrociores ſuperioribus fuiſſe: quemadmodum ipſe in lib. de Offi. II, teſtatur; quomodo Cicero dicat, ſe Aciliam legem reſtituere Seruilia molliorem, & eam veterem appellet, atque Seruilia priorem? nam Aſconius non vno loco cõfirmat, Aciliam legem ſuſtuliſſe comperendinationem. Comperendinationem autem à Seruilia primum inſtitutam fuiſſe, hoc loco Cicero teſtatur. Prętereà quomodo illud cum Acilia cõgruit, quod ait, *Qua lege vel citò abſolui, vel tardè condemnari licebat*? nam tardam condemnationem certum eſt ex ampliationibus & comperendinationibus naſci. at lex Acilia omnes illas ſuſtulerat. Quæro etiam illud, quomodo Cicero Aciliam legem hoc loco mitiſſimam appellet, quam Aſconius Verrina ſecunda nominatim ſeueriſſimam fuiſſe dicit? Sanè niſi me Aſconij auctoritas moueret, pro ILLAM ACILIAM vel Illam antiquam, vel Illam Cæciliam legendum exiſtimarem, vt ea intelligeretur, de qua Valerius loquitur lib. 6. cap. 9: & ea cautum fuiſſe dicerem, id quod hoc loco Cicero ſcribit, vt tardè condemnari reum liceret. nec enim obſtaret, quod infert, Multos ſemel accuſatos &c. quaſi ſemel tantum accuſari potuerint: quod primum Acilia legę inductum eſt. Sic enim interpretarer. Quãuis ſæpius agi cauſſa poſſet, ſæpe tamen accidebat; vt ſemel dicta cauſſa, vnáque actione rei damnarentur meóque iudicio ſenſus optimè cum hoc loco quadraret. nam ſi, cum liceret ampliare, Iudices tamen minus multo cognitis criminibus primo damnarunt: quid eſt quod queri Hortenſius poſſit, à me non multa dici, nec copioſè cauſſam agi, ac viginti dies conſumi? nam quo ſæpius & copioſius agam, eo planius crimina explicabuntur, & cognoſcentur. Meam autem coniecturam mirificè locus inſequens confirmat: vbi cum hanc fictionem retinet, quaſi antiqua lege vterentur, ita ſcribit: Etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem. Quod de Acilia lege intelligi non poſſe, quæ ampliationem vetabat, nemo non videt. nam quod Paul. Manut. ſic interpretatur, Etiã ſi lex Acilia permittat id, quod maxime permittit, dilationem videlicet: plane alienum eſt à lege Acilia: quæ (vt Aſconius diſertè ſcribit) comperendinari vetabat reum, & vna actione repetundarum cauſſam concluſit: quemadmodum Cornelia in duas ita diuiſit, vt comperendinatio eſſet neceſſaria: non autẽ in Ciceronis poteſtate poſita. quod equidem miratus ſum in mentem erudito illi viro venire poſſe: præſertim cum iam comperendinatus eſſet Verres, & tum ex comperendinatione cauſſa ageretur. Verum interdum ſic accidit, vt eos accuſemus, quorum poſtea defenſionem audire cogimur.

Emendatur lex 9. D. de lib. & poſt. & l. 2. D. ad S.C. Velleia. & Mutuationem differre à Mutui datione.

CAP. XV.

APud Paulum in l. 9. D. de lib. & poſt. duo ſunt in Haloandri libris peccata vel maxima. hoc in loco: QVOD MORIENTE AVO FILIVS PEPENDERIT, NEC ABSCISVM TESTAMENTVM, VT SVPERIORI CASV, FVERIT. Quorum tamen alterum à Florentinis libris abeſt, in quibus vox TESTAMENTVM, quæ nihil quicquam ad hunc locum pertinet, ſublata eſt: alterum autem cum altero non paulo leuiore eſt commutatum. Nam pro FILIVS legitur FILII IVS. ineptè mea ſententia: quũ Paulus non de filij, ſed de nepotis iure loquatur. Quod vt planius intelligatur, facti ſpeciem exponemus. Titius filium exheredauit. nepotem præteriit. Caium inſtituit. mortuo Titio filius exheredatus, ante aditam à Caio hereditatem deceſſit. Nepos vult reſcindere teſtamentum, hanc afferens cauſſam, quia filio mortuo ſuus heres eſſet. Paulus tamen reſcindi poſſe teſtamentum negat, propterea quòd nepos præteritus tum demum teſtamentum rumpit, cum ſuus fuit mortis aui tempore. Sed fingamus filium exherédatum apud hoſtes fuiſſe, ibíque ante aditam hereditatem deceſſiſſe. rumpit, inquit Paulus, his caſibus nepos teſtamentum. quid ita? quia moriente auo ſui ius pependerit, id eſt incertum erat & ex dubio euentu pendebat, an nepos ſuus eſſet, nécne. Nam ſi filius rediret, iam à tempore mortis nepos ſuus non erat: ſin ibi decederet, ab eodem tempore nepos ſuus erat: quia filius prima hora captiuitatis deceſſiſſe fingitur. l. 6, §. 9, D. qui teſt. fac. poſſ. aliiſque permultis. Quare ius ſui non filio pendebat, ſed nepoti: neque ei abſciſſum erat, vt in ſuperiore caſu, quo filius liber & ciuis erat. Ex quibus apparet, hunc legis eſſe ſenſum: Non ſi filius exheredatus ante aditam ab inſtituto hereditatem decedat, idcircò tamen nepos ex eo præteritus teſtamentum rumpit quia tum præteritus eſt, cùm ſuus non eſſet. At ſi mortis tempore filius exheredatus apud hoſtes fuerit ibíque deceſſerit. nepos præteritus teſtamentum rumpit. Tum enim eſt pręteritus cum ſuus eſſet, quemadmodum euentus docuit. Sed hunc locum copioſius in legem Gallus explicauimus. Magnopere autem mirari me fateor, auſum eſſe amicum noſtrum ſcribere, planè ridiculos eſſe, qui emendant MVTVATIONES. quaſi verbum illud ſic accipiendum ſit, cum mulier alij datura vel ab eo qui alij daturũ erat: mutuum accepit. nã vtroque genere videri pro alio intercedere, & ita edicto perpetuo euidentius declarari, l. 19. C. e. eo denique ſenſu in l. ciuitas. de reb. cred. ciuitatem obligari mutui datione, id eſt, ſi actor ciuitatis mutuum acceperit. Sed riſu inepto res ineptior nulla eſt: vt veriſſimè Catullus ſcripſit. Primùm quis credat ita coniuncta fuiſſe hæc verba in SC. FIDEIVSSIONES ET MVTVI DATIONES, vt alterum ad mulieres, alterum ad creditores pertineret? ac non potius Senatuſcõſ. vtrunque verbum coniunctim ad mulieres retuliſſe, quæ pro aliis intercedunt, vel fideiubendo: l. 3. C. eod. l. 3, l. 48, D. de fideiuſſ. vel obligationem ab initio in ſua perſona conſtituendo. l. 4, C. *h. t.* veluti vbi mutuantur pro alio: quam ſpeciem (vtpote præcipuam) Senatus hoc Mutuationis verbo diſertè notauit. quod poſtea Iuris interpretes docuerunt ad eos caſus pertinere, quibus mulieres pecuniam mutuantur, vt eam in rem aut vſum alterius conſumãt. l. ſi fœnebris, 13. C. eod. vel vt eam alteri credant. l. vir vxori, 17. D. eod. vel cùm ſuum nomen alteri accommodant, & in inſtrumẽto id inſcribi patiuntur: cùm tamen omne contractus commodum ad alterum pertineat: l. ſi aduerſarius, 10. l. cùm ad eas, 19. C. eod. quibus omnibus caſibus non mutui datio, ſed mutuatio ſpectatur. Rectè ergo QVÆ AD FIDEIVSSIONES mulierum, & mutuationes mulierum pro aliis, quibus ipſæ ſuum nomen accommodant, &c. Cicero Tuſc. 1. Ego vero ei maximam gratiam habeo, qui me ea pœna multauerit, quam ſine mutuatione & ſine verſura poſſem diſſoluere. Perridiculè verò & p

poſterè huc contorquetur l.ciuitas,D.de reb.cred.quę
ad ſpeciem huic plane contrariam pertinet. nam apud
Senatum quærebatur an æquum eſſet mulierē ex mu-
tuatione ſua,ſiue ex mutui acceptione propriaquæ in
alterius commodum verſa eſſet,obligari: at in hac le-
ge,quæritur, an æquum ſit ciuitatem quæ nihil ipſa
mutuata eſt,ex alterius mutuatione,quę tamen in ſuam
vtilitatem verſa eſſet,obligari. Atque ita obtrectationi
nugatoriæ reſponſum volumus,quæ tamen reſponſio-
ne indigna erat.

*De ludorum diebus, & difficillimus Verrinæ ſe-
cundæ locus explicatus.*

CAP. XVI.

CIcero accuſare Verrem cœpit Nonis Sextili-
bus,vt ipſe Verrina ſecunda teſtatur. Itaque
perpauci dies vtiles ad Kal. Ianuarias ſupere-
rant:propterea quòd ludi multos dies aufere-
bant,quos operæpretium eſſe arbitror hoc loco nume-
rare. Cùm enim ibidem Cicero ſcribat,poſtridie No-
nas Sextiles,decem dies vtiles eſſe ante ludos votiuos,
apparet primum eorum diem fuiſſe decimumſepti-
mum Kal.Septemb.& cùm adſcribat eos ludos, dies
quindecim ablaturos, ſequitur eos ad tertium Kal.
Septemb.duraſſe.poſt quem,dies quatuor continui va-
cui ludis ſequebantur. nam pridie Nonas Septemb.
committi Romanos ludos, Kalendarium Romanum
à Paulo Manutio doctiſſimo viro editum demonſtrat.
Eos autem nouem dies in Palatio duraſſe, conſtat
tum ex eodem Kalendario,tum ex eo quod Cic.lib.de
Orat. III. teſtatur,extremum Romanorum diem fuiſ-
ſe pridie Idus Septemb. poſt duo dies vacui ludis. ſe-
cundum quos Circenſes ludi conſequebantur, à die
decimo ſeptimo ad decimum ſeptimum Kal.Octobr.
A quo die ſeptem & triginta dies vacui ludis excurre-
bant,ad vſque diem ſeptimum Kal.Nouemb. vt illud
idem Kalendarium oſtendit. Quod cùm ita ſit, non ni-
mis immoderatè Cicero ſubiunxit, Hortenſium cogi-
tare propè XL.dies inter accuſationem, & defenſio-
nem interponere.nam à primo Votiuorum ad extre-
mum Romanorum Circenſium trigintaquinque dies
numerantur,qui omnes,præter ſex,in ludis conſumū-
tur.Sed idem admodum elatoriè locutus eſt Verrina
IIII.vbi hac de re loquens,ita ſcribit: Hoc ſi Romæ
fieri poſſet,certa aliqua ratione expugnaſſet iſte,vt dies
XLV.inter binos ludos tollerentur, per quos ſolos iu-
dicium fieri poſſet. Neque aliter locus ille intelligi po-
teſt,quàm ſi dicamus,non veritatem illo loco ſecutum
eſſe oratorem:ſed ad Verris intercalariū alluſiſſe,quod
totidem diebus conſtabat.

*Emendata lex XII.D.de ſuis & legitimis hered.& qui
ſint, ſui heredes exponitur, & an filij & nepotes
patri & auo ſint adgnati.*

CAP. XVII.

AGnata dicuntur,non quæ alicunde nata ſunt:
illa enim Enata dicuntur:ſed quæ ad alia, id
eſt contra ſiue iuxta alia quædam nata ſunt.
Itaque filius patri naſci dicitur, cum ad patrē
cogitatio refertur: agnaſci verò cum ad cognatos &
propinquos? Cic.lib.de Orat.I. Num quis ex eo teſta-
mento quod paterfam.ante fecit, quàm ei filius natus
eſt,hereditatem petit? Nemo.quia conſtat agnaſcendo
rumpi teſtamentum. Naſci filius apertè dicitur, viuo
patri:agnaſci mortuo:quia cogitatio natiuitatis poſtu-
mi,nō ad patrem,ſed ad propinquos refertur. Item pro

A Cæcina,Cui filius agnatus ſit,eius teſtamentum non eſ-
ſe ruptū,iudica. Vlp.l.3.D.de iniuſt. rupt. Poſtumi per
virilem ſexum deſcendentes,ad ſimilitudinem filiorū,
nominatim exheredandi ſunt, ne teſtamentum agnaſ-
cendo rumpant. Et in fine, Licet autem Poſtumus præ-
teritus agnaſcendo rumpat. Itaque Papinianus l.7.D.
Si tab.teſt.null.nepotem auo ſine dubio non eſſe agna
tum,affirmat. Vlpian.tit.Regul.23,Rumpitur teſtamē-
tum agnatione,id eſt ſi ſuus heres agnaſcatur, qui ne-
B que heres inſtitutus,&c. Quare lex XII.tab.apertiſſimè
Suum ab Agnato diſtinguit:hoc poſteriore verbo pro-
pinquos intelligens: AT SI, inquit, INTESTATVS
MORITVR, CVI SVVS NEC EXSTABIT HERES,
AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.
Similiter in iure noſtro Suus ab Agnato diſtingui ſo-
let,vt in l.11.D.de ſuis & legit. vbi capite diminutus de-
ſinit ſuus heres,vel agnatus rectè dici:& aliis locis quā-
plurimis. Qua de cauſſa probare nunquam potui,quod
proximè ſubiicitur, Filius patri agnatus proximus eſt.
C nam PROXIMVS NON EST, cum negatione legen-
dum puto:quaſi Pomponius legem illam XII.interpre
tans,dicat filium hoc verbo non contineri. Nam ſi in
poteſtate eſt,appellatione ſui continetur: ſin emancipa
tus,ne tum quidem agnationis iure poterit: quum e-
mancipati extraneorum loco habeātur. Niſi fortè dica
mus hoc quoque Triboniani facinus fuiſſe: qui Pom-
ponij ſcripta ad Imperatoris ſui conſtitutionū regulā
correxerit:præſertim cum Paulus in l.vlt.§.1,D.de gra-
dib.ſic loquatur, Proximiores ex agnatis ſui dicuntur.
D Cùm hæc multis ab hinc annis ſcripſiſſem,animaduer
ti poſtea reprehenſum me ab Obtrectatore: qui ſuam
reprehenſionem ita exorſus, Quid enim eſt certius quā
filium patri eſſe proximum agnatum? hanc reſponſio-
nem feret:Imò,quid certius quàm non eſſe proximum
agnatum? quandoquidem Papinianus liquidò affirmat
nepotem in demortui filij locum ſuccedentem,auo a-
gnatum non eſſe.l.7,D.ſi tab.teſt.null.deinde lex XII.
tab.ita ſcripta eſt,Si paterf.inteſtato moritur, cui ſuus
nec extabit heres,proximus agnatus familiā habeto. Po
E namus patremf. teſtamentum ſcripſiſſe,& eum qui in
vtero erat prætеriiſſe: patre mortuo agnatum poſtu-
mum:ac proinde agnaſcendo teſtamentum ruptum,pa
trémque famil.eadem de cauſſa inteſtato deceſſiſſe, l,
1.D.de ſuis & legit.§.1,Inſt.de hered.quæ ab inteſt.quę
ro,qui ſuccedet vtrum tanquam ſuus,an tāquam agna-
tus ſuccedet? Nam ſi reſpondeatur, eum iure ſui ſuc-
ceſſurum,ex §.2,de exhered. lib. & §.3.de hered.quæ
ab inteſt.quid igitur certius,quàm filium patri nō eſſe
proximum agnatum? Dubitandi autem cauſſa perſpi-
F cua hæc fuit.quia ſui paſſim definiuntur, qui in pote-
ſtate morientis fuerunt:§.1.de hered.quæ ab int.§.2,de
hered.qualit.nimirū propter illa legis verba, quæ præ-
ſentis ſunt temporis: SI INTESTATO MORITVR: vn
de dubitandi naſcebatur cauſſa in ſpecie §. interdum,
de hered.quæ ab inteſt. cum quis poſt ſui patris mor-
tem ab hoſtibus reuerſus fuerat. Nam cum mortis pa-
tris tempore in ipſius poteſtate non eſſet, non videba-
tur quaſi ſuus admitti poſſe. Verum cum ex capite (ſi
loqui ſic licet.) Vnde agnati,nō admittatur,patri agna
G tus proximus non dicetur. Succedet igitur vt ſuus. Ea-
démque ratio eſt eorum,qui quaſi agnaſcuntur. nam ſi
nepos in filij locum ſuccedendo rumpat,non vt agna-
tus proximus, ſed vt ſuus familiam habebit. denique
non ex poſterioribus ſed prioribus legis verbis here-
ditatem obtinebit. l.poſtumorum,13.D.de iniuſt. rupt.
§.3.de exhered.lib.§.3.de hered. quæ ab inteſt. Quin
& eadem quoque ratio eorum eſt, qui per adoptio-

nem agnaſcuntur. l.verum eſt,8.D. de iniuſt.rupt.nam A hi quoque ex priore legis parte ſuccedent, non ex poſteriore. Quid verbis opus eſt? Protuli enim Papiniani locum apertiſſimum, vbi nominatim negat, Nepotē agnatum eſſe: id eſt vt proximum agnatū admitti poſſe. l.7,D.ſi tab.teſt.null. Neque enim inficior & filium patri,& nepotem auo: viciſſimque & patrem filio, & auum nepoti agnatum dici.l.vlt.C.de codicill.l.vltim.§. 1. D. de gradib. Verum id de generali agnatorum nomine intelligendum eſt,eodem planè modo,quo & in- B uicem cognati ſunt,atque etiam cōſanguinei.l.1,§.pen. D.de ſuis & legit. ſed vbi ſubtilius legis verba, & ordinem in deferendis inteſtatorum hereditatibus ab ea præſcriptum ſequimur, tum liberis propriè Suorum nomen tribuimus: fratribus & ſororibus,Conſanguineorum: reliquis agnatorum,vel cognatorum. Atque ita paſſim videmus Conſanguineos quos agnatos eſſe nemo dubitat, tamen ab agnatis ſeparari. velut in l. 2, D.de ſuis & legit.l.1, D.de legit.tut.l.2,§.1, D.vnde legit. eodémque modo ſuos à conſanguineis. l. pen. §.1, C D.vnde legit.& Regular.tit.26.

Neque ad rem pertinet l.de bonis,6.§.1, D.de Carbon. edict. quæ nihilomagis probat liberos dici agnatos, quàm cognatos: generali (vt iam ante dictum eſt) nomine, & vſitata conſuetudine: cum legis verba non ſubtilius perpendimus, ſed pinguius interpretamur.

Genus dicendi antiquum Quid cenſes auctoritate Ciceronis quatuor ex locis comprobatum. D

CAP. XVIII.

Cicero in Oratione pro Sexto Roſcio genere orationis perplexo vtitur, qui mihi tum obſcurus fuit,cum illam Orationem interpretarer. Nam cùm agri colendi ſtudium multis laudibus ornaſſet,vt ſuſpicionem omnem paterni odij in Roſcium adimeret, quæ concepta idcirco videbatur,quia pater eum ruri habitare iuſſerat: Quid cenſes? inquit,hunc ipſum Sextum Roſcium,quo ſtudio & qua E intelligentia eſſe in ruſticis rebus? Dictum enim hoc videtur,quaſi hæc ſubeſſet ſententia: Quid? quo ſtudio Sex.Roſcium eſſe in rebus ruſticis cenſes? Similem enim loquendi figuram in libro De Oratore primo animaduerti,cum ita ſcribit: Quod ſi tibi tantum in nobis videtur eſſe, quibus etiam ſi ingenium, vt tu putas,non maximè defuit,doctrina certè & otium & hercule etiam ſtudium illud diſcendi acerrimum defuit: quid cenſes, ſi ad alicuius ingenium vel par, vel maius illa, quæ ego non attigi acceſſerint, qualem illum & F quantum oratorem futurum? Item in libro De Offi.2. Quid enim cenſemus, ſuperiorem illum Dionyſium, quo cruciatu timoris angi ſolitum? quid Alexandrum? quo animo vixiſſe arbitramur? Item in Orat. contra Rullum II. Quid cenſetis cum iſti decemuiri, cum imperio,cum faſcibus, cum illa delecta finitorum iuuentute, per orbem terrarū vagabuntur,quo tandem animo,quo motu,quo periculo miſeras nationes futuras?

Inſignis locus Ciceronis in Oratione pro Q.Roſcio declaratus: quod radi veteres ſolebant. G

CAP. XIX.

M. Tullius in ea pro Q. Roſcio Comœdo,cùm in C. Fanium Chæream, Q. Roſcij aduerſarium,multa dixiſſet,quę ad ſuſpicionem fraudationis in ipſum deriuandam pertinebāt tandem ita loquitur: Oro atque obſecro,vos,qui noſtis, vitam inter ſe vtriuſque conferte: qui non noſtis, faciē vtriuſque conſiderate.nónne ipſum caput,& ſupercilia illa penitus abraſa,olere malitiam, & clamitare calliditatē videntur? nónne ab imis vnguibus vſque ad verticem ſummum, ſi quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura,ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? qui idcirco capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur. Cuius perſonā,præclarè Roſcius in ſcena tractare conſueuit.neque tamē pro beneficio ei par gratia refertur. nam Ballionē illum improbiſſimum & periuriſſimum lenonem quum agit, agit Chæream. perſona illa lutulenta,impura, inuiſa, in huius moribus, natura vitáque eſt expreſſa. Eum igitur locum in meis commentariis interpretans docui moris fuiſſe quibuſdam, calorem ægrè & moleſtè ferentibus,caput & ſupercilia radere: eiúſque ſententiæ meę Agellium & Suetonium auctores confirmatoréſq; protuli: deinde admonui Ciceronem, oratoriè id quod Fannius mollitiei & deliciarum cauſſa faceret, quia deformitatem afferebat, impudentiæ ſignum interpretatum eſſe. neque ſanè illius meæ interpretationis adhuc me penitet. Adrianus tamē Turnebus vir admirabili doctrina præditus,in libello quo iocos Ciceronis interpretatur, ita ſcribit: Caluos autem mimos intelligo,qui capite ſunt raſo,vt in comœdia lenonem qui agebant hiſtriones,recaluaſtri erāt,aut calui,vt ſcribit Pollux,& Cicero pro Roſcio Comœdo indicat: Qui idcirco,inquit,capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur. Sequitur enim mox, Nam Ballionem illum improbiſſimum, & periuriſſimum lenonem cum agit,agit Chæream. Chærea autem cùm illas perſonas plerunque ageret,idcirco capite erat & ſuperciliis raſis: Ita autem caluum interdum accipi Plautus oſtendit, Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum. Hæc Turnebus. Sed videamus, ne ad Chæream hæc nullo modo referri poſſint, quem aut hiſtrionem fuiſſe, aut lenonis perſonam agere conſueuiſſe, nulla, vt opinor, in hac oratione litera ſignificatur. Plauti autem locum de pileo perſpicuum eſt ad eum morem pertinere,quo radi ſerui ſolebant,cum accepto pileo libertatem aſſequebantur: vt facilè quiuis abſurdam hanc eſſe Ciceroniani loci interpretationem perſpiciat. nā de hoc radendorum manumiſſorum more teſtimonio eſt illud Liuij lib.34: Præbuerunt ſpeciem triumphi capitibus raſis, qui ſeruitute exempti fuerant. Item Nonius: Qui liberi fiebant, inquit,ea cauſſa calui erant, quòd tempeſtatem ſeruitutis videbantur effugere,vt naufragio liberati ſolent. Plautus in Amphitr. Vt ego hic hodiè raſo capite capiam pileum. Quo ex loco, item vt ex aliis compluribus, intelligitur pileatos per id tempus manumiſſos in publicum prodiiſſe. quo eodem ornatu qui teſtamento manumiſſi fuerant, domini funus comitabantur.l.1,§. ſed & qui, C.de Latin. lib. tol. Qui domini, inquit,funus pileati antecedunt, vel in ipſo lectulo ſtantes cadauer ventilare videntur, ſi hoc ex voluntate fiat,vel teſtatoris,vel heredis, fiant illico ciues Romani. Et mox: Multos pileatos in funus procedentes aſpiciens.

Corruptam eſſe l.1, D.de dolo malo, vbi doli mali definitio à Seruio tradita reprehenditur: & oſtenditur qua ſit differentia inter Fallere & Decipere.

CAP. XX.

Prodiit nuper doctiſſimi viri Commentarius in tractatum Pandectarum de dolo malo,cuius initium cum legiſſem, animaduerti me peracerbè

peracerbè & valde præter expectationem meam laceſſitum eſſe: quòd eruditi cuiuſdam viri iudicio confirmatus ſcripſiſſem in Verrinarum commentariis, verba hæc l. 1. D. de dol. mal. ſubdititia eſſe, & ex margine ſumpta videri : MACHINATIONEM QVANDAM ALTERIVS DECIPIENDI CAVSSA. Et quoniam eius hominis reprehenſio, quam tamen amicam eſſe arbitror, nondum ſententiam mihi meam labefactare potuit, ac potius confirmauit: tacendum id mihi hoc tempore non exiſtimaui, ne ſi fortè ſilerem, taciturnitate mea veram bonamque cauſſam prodere viderer: Eruditioribus autem huiuſce amicæ & familiaris controuerſiæ noſtræ iudicium relinquam. nam quòd ad me attinet, ſine acerbitate, remotis omnibus aculeis iracundiæ, cauſſa tractabitur. Dicebam igitur locũ ſic legendum eſſe : *Dolum malum Seruius quidem ita definit, Cum aliud agitur, aliud ſimulatur:* totúmque illum verſum, quem ſuperius poſui, non à Seruio Sulpitio adiectum, ſed à ſtudioſo quodam ex ſubiecta Labeonis definitione ſumtum ac notatum fuiſſe. Cuius rei primum argumentum hoc habebam, quoniam Cicero, quem cõſtat & Aquilij & Seruij familiariſſimum fuiſſe, quoties vſitatam ſuis temporibus doli mali definitionem tradit, toties illis ſolis verbis vtitur: vt in lib. de Offic. III. Nondùm inquit, Aquilius collega & familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas: in quibus ipſis cùm ex eo quærerem, quid eſſet Dolus malus reſpondebat, Cùm eſſet aliud ſimulatum, aliud actum. hoc quidem ſanè luculenter, vt ab homine perito definiendi. Et paulo pòſt: Dolus autem malus ſimulatione & diſſimulatione (vt ait Aquilius) continetur. Item in Topicis: Si dolus malus eſt, cùm aliud agitur, aliud ſimulatur, enumerare licet, &c. Quibus omnibus ex locis patere arbitrabar, breuem illam definitionem, Ciceronis temporibus, receptam inter Iuriſconſultos & vſitatam fuiſſe: indéque probabile eſſe putabam, Ser. Sulpitium cùm de dolo malo tractare inſtitueret, eam tradidiſſe. Alterum argumentum hoc erat, quia ſi Seruius dixiſſet dolum malum eſſe machinationem alterius decipiendi gratia ſine cauſſa & planè ridiculè à Labeone reprehenderetur: qui in definitione ſua cùm multo plura verba coaceruaret, eandem tamen ſententiam retineret. Ait enim dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Ridiculè, inquam, & Seruium Labeo reprehendiſſet, & Labeonis definitionem Seruianæ Vlpianus antepoſuiſſet: quia verboſa & exaggerata Labeonis deſcriptio nihil aliud quam illa breuis & concinna Seruij definitio complectitur. Sed videamus quid contrà diſputetur. Nam ſi hoc tantùm Seruius poſuiſſet, vera eſſet ipſius definitio: at cùm appendiculam illam Aquilianam addidit, ea quæ rectè poſita erant, euertit. Quid ita quæſo? an quia & ſine ſimulatione poteſt aliquis decipi, & ſine deceptione ac dolo malo ſimulari aliquid poteſt? Sic enim diſputari video: & quidem cum admiratione. nam vt hoc poſterius ſumamus, poſſe & ſine dolo malo aliud ſimulari, aliud agi; veluti cum à medentibus ægri falluntur: quid ad Seruium id pertinet, qui, vt vulgo creditur, dolum malum definiit machinationem decipiendi cauſſa fictam? quibus verbis ſimulationes non decipiendi cauſſa factas perſpicuè ac dilucidè excluſit, vt ſi quis aſtu quodam vel ſua vel aliena tueatur, neque vllam in ea re alteri iniuriã faciat, perſpicuè ab ea doli mali definitione remotus ſit, quæ ait dolum malũ eſſe machinationem alterius decipiendi cauſſa. Decipiendi enim verbo capiendi
A vis ſubiecta eſt: vt is demum deceptus dicatur, cui inſidiæ poſitæ ſunt; & quaſi retia tenta, & decipulæ obiectæ, vt imprudens capi, & irretiri poſſit. Præterea quis ignorat, ea quæ in extrema definitione ſubiiciuntur, vel ad rei ſubſtantiam non magnopere pertinere, vel ex antecedentium ratione & analogia intelligenda eſſe? Vt cum in definitione furti additum eſt, Quod lege naturali prohibitum eſt admittere, quod ad ea quæ furti naturam attingunt, & vulgò ſubſtantialia definitionis nominantur, non magnopere pertine-
B bar. Neque igitur quod vir doctiſſimus ſcribit, etiam ſine fallacia dolum fieri aliis artibus innumeris ad rem pertinet: quia ſine fallacia dolus fieri poteſt: at non dolus malus. nos autem dolum malum definiebamus: neque quod Labeo dicit poſſe & ſine dolo malo aliud agi, aliud ſimulari: ſicut faciunt, qui per diſſimulationem defendunt ac tuentur ſua vel aliena: ad reprehendendam illam opinatam Seruij definitionem referri poteſt: quia dubitatio illa per adiectum verbum DECIPIENDI ſublata eſt : vt facilè appareat Labeonem
C nunquam de illa definitione reprehendenda cogitaſſe: ſed de illa breui & ſubtili Aquiliana duntaxat, ad quam ſuam omnem diſputationem accommodauit. Iam verò quod idem vir doctiſſ. adiicit, fallaciam eſſe propriè cùm aliud agitur: aliud ſimulatur: non omnem autem fallaciam eſſe dolum: quorſum pertineat, equidem exputare non poſſum. quia ſi definitio illa fuit Seruij, & omnis fallacia quæ alterius decipiendi cauſſa inſtituta non eſt, remouetur, præclarè ſublata eſt. neque vlla fallacia decipiendi alterius cauſſa inſtitui po-
D teſt. quæ Dolus malus non ſit. Neque enim ſcriptum in definitione eſt, Dolum malum eſſe machinationem fallendi cauſſa: ſed DECIPIENDI. Aliud autem eſſe fallere, aliud decipere, etiam Lucretius Poeta teſtatur, qui (vt ait Donatus) ſcribit ægros à medentibus falli, non tamen decipi. Quod ſi quis dicat non tantum extrema definitionis verba ex ſuperioribus, ſed etiam hæc ex illis viciſſim intelligenda eſſe, ac propterea Seruij definitionem hanc fuiſſe, quaſi dolus malus tum demum eſſet, cum adhibita eſt machinatio alterius deci-
E piendi cauſſa, aliud agendo, aliud ſimulando: id autem falſum eſſe, quia poteſt (vt ait Vlpianus,) & ſine ſimulatione aliquis circumueniri: hoc, inquam, ſi quis dicat, eundem cogitare oportebit, Simulandi verbo Aquilium diſſimulationem quoque complexum eſſe: quemadmodum & res ipſa loquitur, & Cicero apertè expoſuit. poſſe autem aliquem non modo ſine ſimulatione, ſed & ſine diſſimulatione circumueniri: nunquam puto vel Labeo, vel Vlpianus, vel quiſquam alius dixerit. nam, vt exempla quæ Accurſius prodidit de furto,
F rapina & iniuria, ſumamus: ſatis conſtat, nullum furtum ſine diſſimulatione fieri: eum autem qui eripit, nunquam quiſquam dixerit circumuenire. Iniuriam autem certum eſt aut apertè fieri: ac tunc circumuentionem non eſſe: aut ſimulando vel diſſimulando. Quare neque poſſe quenquam ſine ſimulatione aut diſſimulatione circumueniri: & Labeonis diſputationem ad illam ſolam Aquilianam definitiunculam pertinere, nemo, vt opinor, non videt: de qua ipſa definitiuncula quo magis magiſque cogito, eo magis Vl-
G pianum admiror ſcribere, Labeonem eam reprehendiſſe: quaſi verò verba Iuriſconſultorum in illis ludicris & argutis definitionibus captanda ſint: ac non hanc Aquilij mentem atque ſententiam fuiſſe conſtet, dolum malum eſſe cum aliud agitur, aliud ſimulatur alterius fraudandi ac decipiendi gratia. Quare videamus ne temerè Ciceronis iudicium aſpernemur, qui

definitionem illam valde luculētam, & ab homine de- A
finiendi perito profectam eſſe, confirmat. Conſimilis autem fuit Vlpiani argutia in Cicerone reprehendendo, qui Latitationem, de qua in edicto Prætoris ſcriptum erat, dixerat eſſe turpem occultationem ſui. poteſt enim (inquit Vlpianus) aliquis latitare nō turpi de cauſſa: veluti qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones. Quaſi verò turpem illam occultationem fraudandorum creditorum cauſſa ſuſceptam fuiſſe, verba edicti non perſpicuè demon-
ſtrēt. Vide præterea quæ hac de re diximus obſ.4.c.4. B

Emendata l. qui teſtamento, 20. §. 2. & l. 22. D. qui teſtamen. fac. poſſ. vbi agitur de Anulis obſignatorijs.

Cap. XXI.

Apud Vlpianum vbi ſic ſcriptum eſt: Eum qui lege repetundarum damnatus eſt, ad teſtamentum adhiberi poſſe exiſtimo: quoniā in iudicium teſtis eſſe vetatur: particulā NON
deeſſe arbitror: & ſic legendum: Ad teſtamentum ad- C
hiberi non poſſe exiſtimo. Argumentum eſt enim ex comparatione parium. nam ſi in iudiciis vetatur eſſe teſtis, etiā in teſtamentis. vel potius ex maiorum: nam ſi in iudiciis teſtis eſſe vetatur, vbi magis conueniebat, propterea quod teſtes in iudiciis producti iureiurando aſtringuntur, ab aduerſariorum patronis interrogantur, refelluntur, ac propterea non tantum periculi afferre poſſunt: multo minus in teſtamentis cōficiendis adhiberi teſtes debent. Atque hæc quidem ita ſcripſe-
ram Argentorati anno CIↃ. IↃ. LIX: quo eodem an- D
no promulgatus eſt Docti viri commentarius in hunc tit. Qui teſt. fac. vbi animaduerti mendum hoc ipſum ab illo notatum atque obſeruatum fuiſſe ex l. repetundarum, 15. D. de teſtib. Opinor autem etiam ſub eodem tractatu, in l. ad teſtium, 22. §. 5. negationem deeſſe vbi ſic legitur: Signum autem vtrum annulo tantum impreſſum accipiemus: an verò & ſi non annulo, verum alio quodam impreſſo? variè enim homines ſignant. & magis eſt, vt tantùm annulo quis poſſit ſigna-
re, dum tamen habeat χαρακτῆρα. Videtur enim, VT E
NON TANTVM, potius corrigendum eſſe: ſiue quia poſterius hanc addit clauſulam, Dum tamen characterem habeat. quoniam omnes annuli ſignatorij characterem habent: ſiue quia ſuperius dixit, variè homines ſignare: neque annulo tantum, ſed & aliis inſtrumentis ad eam rem vti: ſiue quia ridiculum eſt, vbi ſignum benè & commodè impreſſum in cera, aut creta fuit, requirere, vtrum annulo alióve inſtrumento (quale illud eſt quod Galli *cachettos* appellant) impreſſum
fuerit. Neque me Obtrectatoris mouet reprehenſio, F
qui ex eo quòd aliæ multæ ſcrupuloſitates in teſtamētis requirebantur, diſputat annulo tantum ſignari licuiſſe. quaſi verò non maior in iiſdem conficiendis hæc ſit libertas, vt cuncti teſtes vno eodémque annulo ſignare poſſent: poſſent etiam diuerſis quidem annulis, ſed tamen omnibus vnam eandémque ſculpturam habentibus. §. poſſunt, Inſtit. de teſtamen. quid amplius? vt etiam ipſius teſtatoris velut alterius annulo vti ad obſignandum poſſent. d. l. 22. §. 2. l. ſi vnus. C. eod. Quod
ſanè multo minus ferri poſſe videbatur, quàm ſi in- G
ſtrumento aliquo non circulato, ſed oblongo, vel quadrato ſignarent.

Ad L. 4. D. de interrog. in iur. fac. vbi de iuriſdictione Prætoris agitur.

Cap. XXII.

Vlpianus in hac lege ſic ſcribit: Quod ait Prætor, QVI IN IVRE interrogatus reſponderit, ſic accipiendum eſt, apud magiſtratus populi Romani, vel præſides prouinciarum, vel alios iudices. Ius enim eum ſolum locū eſſe, vbi iuris dicendi, vel iudicandi gratia conſiſtat: vel ſi domi vel in itinere hoc agat. Qui locus mihi ſanè perobſcurus ac perdifficilis videtur. Cùm enim proximè dixerit, Ius eum demum eſſe locum, vbi prætor iuris dicendi aut iudicandi cauſſa conſiſtat, conſtet autem contra morem maiorum eſſe, vel domi vel in itinere ius dicere aut iudicare: haud ſcio an pro VEL SI ſatius eſſet reponere NON SI, vel NISI. præſertim cùm Paulus in l. pen. D. de iuſt. & iur. ſcribat, Ius eum eſſe locum, vbicunque Prætor ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluóque more maiorum ius dicere conſtituit. Domi verò ſuæ ius de Interrogationibus dicere, mihi quidem nouum atque inuſitatum videtur: cum toties Verrem reprehendi videam, quod domi ſuæ multo leuioribus de rebus aliquid ſtatuerit. Neque verò huic coniecturæ aduerſatur, quod alibi legimus, manumitti ſeruos poſſe quibuſuis in locis, atque etiam in balneis, cùm lictor Prætoris iuſſu vindictam ſerui capiti imponeret. hoc enim in libertatis fauorem inſtitutum conſtat, cuius gratia multa contra iuris rationem obſeruari, Iuriſconſulti non paucis locis teſtantur. Atque hæc quidem olim ita ſcripſeram. Nunc autem animaduerto reprehenſam eſſe ſententiam meam ab eo, qui ſcribit, ſicuti datur interdum bonorum poſſeſſio, ius denique interdum à Prætore dicitur, etiam de plano, vt Prætor in tribunal, ſiue ſuperioriorem locum non aſcendat: ita licuiſſe Prætori vel domi ſuæ conſiſtenti, veliter facienti, ad ſe vocatum interrogare. quaſi verò vſitatum illud DE PLANO intelligi poſſit, domi vel in itinere. ac non potius proxime tribunalis gradus, in imo loco, dum tamē ſalua imperij ſui maieſtate id faciat, vt loquitur Paulus: hoc eſt lictoribus & ſcriba & ceteris apparitoribus Prætorem honoris & dignitatis cauſſa circumſiſtentibus. ſicuti dicimus Poſtulare eſſe propriè pro tribunali petere. l. 4. §. in eum, D. de damn. inf. Sed huius ſententiæ noſtræ argumenta proferemus. Nam primum illud eſt, quod quemadmodum interrogationes in iure, quæ in cauſſis capitalibus quondam fiebant, nunquam niſi apud Prætoris tribunal, ſcribis & lictoribus apparentibus fiebant: ſicut ex Aſconio Pediano didicimus: ita dubitari non debet, quin ciuilibus quoque in cauſſis eadem ſolennitas adhiberetur. Secundum eſt huiuſmodi. Satis conſtat, eum qui in iure interrogandus erat, in ius ab aduerſario vocari ſolitum fuiſſe. l. 1. D. de inſpic. ventr. Atqui in ius vocare, non eſt in domum Prætoris aut cubiculum vocare: cùm ibi ius non ſit quenquam conueniri: vt ait l. 2. D. ne quis eum qui in ius voc. Præterea videmus dici Prætorem interdum cognoſcere cùm quæritur, an quis interrogari debeat. l. 9. §. illud. D. de interrog. Atqui abſurdum eſſet exiſtimare, Prætoris cubiculum ad cauſſæ cognitionem idoneum locum fuiſſe. l. 9. §. 1. D. de offic. proconſ. Quartum ſequitur hoc modo: Interrogationes fiebant interdum ab ipſo Prætore, interdum ab aduerſario. l. 9. §. 1. D. *h. t.* ſed tamē ſemper in iure. Atqui non eſt veriſimile aduerſario licuiſſe alium in locum interrogandi cauſſa poſſeſſorem vocare, quàm ad tribunal eius qui iuriſdictioni præerat. l. 2. D. ſi quis in ius voc. l. 13. §. 3. D. de iniur. Quintum eſt, quod vbicunque de hoc interrogationum genere mētio fit, ſemper illæ duæ voces adhibentur, IN IVRE,

vel certè IN IVDICIO, l. 4. D. h. t. Atqui ſi ſatis fuiſſet quouis loco interrogare, fruſtra Iuriſconſulti toties illas voces inculcaſſent. Poſtremum illud erit, quòd ne ſermo quidem Vlpiani ferre vſitatam ſcripturam poteſt. Quorſum enim vocem SOLVM addidiſſet, ac dixiſſet, Ius eum SOLVM locum eſſe, vbi iuris dicendi gratia conſiſtitur: ſi etiam cubiculum, aut culina, aut balneum Prætoris eo nomine intelligi potuiſſet? Sed nunc alia videamus.

Ad L. pen. D. de acquirend. rer. dom. de Inſula nata in flumine, & arbore in publico.

CAP. XXIII.

CRedo verſum vltimum legis penult. D. de acq. rer. dom. eadẽ negandi particula amplificandum eſſe: vt ſit argumentum ex differentibus: & locus ſic legatur, Non ſi id quod in publico innatum eſt, publicum eſt: inſula quoque quæ in publico flumine nata eſt, publica eſſe debet: ſubaudiatur autem reliqua pars argumentationis hoc modo: Aliam enim inſulæ, aliam ceterarum rerum rationem eſſe, Iuriſconſulti voluerunt. quoniam inſula in flumine publico nata, flumen dilatat, ac propterea tantundem in vtriuſque ripæ aduerſæ agro regionis occupat, quantum ipſa continet. Arbores verò in fundo publico natæ, nihil vicinis detrimenti afferunt. & hoc eſſe iuris de inſula in flumine nata, nemo neſcit ex l. adeo, 7. §. 2. eiuſdem tractat. Sed iam video eſſe quibus hæc emendatio non probetur: *propterea quod*, inquit ex iis vnus, *inſulam in flumine publico natam, eſſe publicam certiſſimum* eſt. Quod ſanè cuiuſmodi ſit, exiſtimare non poſſum. cùm Vlp. in l. 1. §. ſi inſulas, D. de flumin. diſertè ſcribat, eam non eſſe publicam: quippe, cùm inſula in flumine nata, ſi citra alueum, proximi vicini dominio cedat: in medio nata communis eorum efficiatur qui ab vtraque ripa prædia poſſident. l. 7. §. 3. l. 29. D. de acq. rer. dom. æquè autem abſurdum eſt, quod idem ſubiungit: *Sicuti flumen eſt vſu publicum iuriſgentium, ita inſula in flumine nata publica eſt iuriſgentium: proprietate autem priuata eſt eorum, qui proximiorem inſulæ agrum poſſident.* Nam quis hoc conceſſerit, Inſulam eſſe vſu publicam? Inſulæ quidem ripas publicas eſſe, non dubium eſt. ſed alius ius eſt inſulæ & ipſius fundi, aliud ripæ. Sicuti ergo prędium flumini proximũ nec proprietate nec vſu publicum eſt, quamuis eius ripa vſu publica ſit: §. riparum, Inſt. de rer. diuiſ. l. 5. D. e. l. ergo, 30. §. 1. D. de acq. rer. dom. ita inſula in flumine nata in proximi vicini dominio eſt, vt vbi conſerere quæ volet poſſit: ripæ autem ipſius vſus publicus eſt. d. § 1. & l. pen. D. de flumin. d. l. pen. & § 2. & §. 1. D. eod. vbi cùm Labeo ſcripſiſſet, inſulam in flumine natam proximi vicini eſſe propriam, neque quidquam in ea publici iuris eſſe: Paulus notauit, ripam eius vſu eſſe publicam. Valde autem Labeo ſecum ipſe pugnaſſet, ſi in hoc eiuſdem legis vltimo §. dixiſſet, inſulam in flumine publico natam, eſſe publicam: cùm in eadem lege toties contrarium ſcripſerit. Sed iam ad priorem concluſionis partem veniendum eſt, vt ea differentia quam Labeo ſignificat, planè intelligatur. *Nõ ſi id quod in flumine publico innatum, aut ædificatum eſt, publicum eſt, &c.* Quam ratiocinandi formulam ad locum ex differentibus pertinere, nemo ignorat. vnde efficitur, vt ſi paria hæc eſſent, Arbor nata in publico, & Inſula nata ſimiliter in publico: par de vtraque ius ſtatui oporteat. Atqui diſparia hæc ſunt. in diſparibus igitur diſparia iura ſtatui oportet. Aſſumptio ſic probatur. Arbor & quæuis alia ſuperficies naturali iure ſolo cedit. Inſula autem in flumine nata ſolo non cedit: ſed ripæ proximæ dominis acquiritur. Non igitur ſi arbor in publico innata vſu publica eſt, continuò inſula in flumine publico nata publica cenſenda eſt, cuius rei naturalem hanc æquitatem Iuriſconſulti oſtendunt, quoniam inſula in flumine naſcens facit vt flumen in ripam exundet, eámque contegat, viciníque agri partem occupet. æquum eſt igitur, vt commoda cum incommodis compenſentur, l. 1. §. vlt. D. de aq. plu. hoc eſt, vt quantum de ſuo prædio dominus vicinus perdiderit, tantum in inſula enata recuperet: nec tantum in proprietate, ſed etiam in vſu. Sed iam animaduerto nihil tam longa diſputatione opus fuiſſe: cùm Accurſius teſtetur, partem veterum librorum particulam NON in hoc §. adſcriptam habuiſſe.

Locus ex Ciceronis Topicis explicatus. Legare ab aliquo. Argumementum à ſpecie ad genus.

CAP. XXIIII.

BOetius locum in Topicis Ciceronis, vbi ſic ſcriptum eſt: Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à viro, &c. ſic interpretatur, quaſi vir teſtator eſſet, & eius vxor Fabia vocaretur. Quidam, inquit, omne Fabiæ vxori legauit argentum: ſiquidem Fabia ei non vxor tantum, &c. Ignorauit ſcilicet vir Dialecticæ peritiſſimus, vim eius locutionis, quę apud Iuriſconſultos eſt vſitatiſſima. Nam Legare ab aliquo cùm dicimus, aliquem heredem intelligimus: vt non ex hereditatis aſſe legatum detrahatur, ſed ex eius duntaxat parte, qui nominatus eſt. Vir igitur non teſtator fuit, ſed vnus ex heredibus inſtitutis: & Fabia non teſtatoris vxor (quo nihil obtuſius cogitare Boetius poterat) ſed heredis. Forma igitur legati ſub conditione concepta ſic eſt, Valerius heres meus vxori ſuæ, ſi materfam. eius ſit, centum dato. Sic enim diſertè Cicero teſtatur, cùm his vtitur verbis: Si ita Fabiæ pecunia legata ſit à viro, SI EA VXOR MATERFAMILIAS ESSET: ſi ea in manum viri non conuenerat, nihil debetur. Rectè Cicero: nam ſi teſtator legatum non conditionaliter, ſed ſub demonſtratione concepiſſet, hoc modo: Valerius ſuæ vxori matrifam. centum dato: quamuis falſa demonſtratio fuiſſet, debitum tamen legatum fuiſſet: vt notum eſt omnibus ex l. falſa, 33. l. demonſtratio. 17, & l. cum tale, 72. § falſam. D. de condit. & demonſt. vbi hoc ipſum additur, Niſi ſub conditione demonſtratio poſita ſit. Sed videamus, ne ſi hoc verum ſit, obſcurè Cicero ſcripſerit argumentum hoc à forma ſumi: cùm inter omnes conſtet, rationem qua concludimus id quod ſub conditione legatum eſt, deficiente conditione non deberi: non ex forma ſumi, ſed ex antecedentibus. Conſiderandum etiam quo iudicio Cicero exemplum argumenti à forma in refellendo poſuerit. Cùm enim à forma duci argumentum dicimus, intelligimus nimirum à forma ad genus. Atqui à ſpecie ſemper genus affirmamus: vt ſi materf. eſt, vxor eſt: negare verò qui poſſumus? non enim ſequitur ſi materf. non eſt, vxorem non eſſe. Ex contrariis igitur huiuſmodi ducuntur argumenta, non ex forma: ſeu cùm ita dicimus, Legauit matrif. non igitur matronæ. Legauit filiofam. non igitur emancipato. Puberibus liberis, ergo non impuberibus. Quare etiam ſi teſtator in exemplo Ciceronis ſic ſcripſiſſet, Heres meus vxori ſuæ matrif. centum dato: & ius hoc eſſet, vt falſa demonſtratio legatum vitiaret: itáque argumentari liceret, Si ei nominatim legauit, quæ materf. eſſet, non le-

gauit ei, quæ vxor tantum eſſet, hoc eſt matronæ: tamen non à ſpecie ad genus eſſet argumentatio, ſed potius à ſpecie ad ſpeciem, id eſt à contrariis. quo eodem modo illud accipiendum eſt, quod Quintil. ita ſcripſit lib. 5. ca. 10. Si quis, cum legatū ſit ei quæ viro materfa. eſſet, neget deberi ei quæ in manum non conuenerit, ſpecie vtetur: quoniam duæ formæ ſint matrimoniorum. Qua de re nunquam tam multa verba feciſſem, niſi viderem Ciceronis auctoritatem perdiu errorem illum in hominum eruditiſſimorum mentibus aluiſſe, in quibus etiam eſſe doctiſſimum Gruchium vehementer ſum admiratus, cùm mihi hac de re nuper diſputandi quidam eius optimum de Dialectica librum oſtendit, in quo ita ſcripſit: Ad refutandum autem locus à ſpecie tum valebit, quando generi aliquid non conuenire ob id quod formæ non conuenit, probabimus: quod quidem tum rectè effici poteſt, quando generi aliquid per vnam ſpeciem ita conuenit, vt niſi per illam ſpeciem generi conueniret, omnino de genere dici non poſſet. Quale eſt illud Ciceronis, Cum vxori legatur, ei vxori legatur, quæ in manum viri conuenit. Fabia autem non ea eſt vxor, quæ in manum viri conuenerit: nil igitur vxori Fabiæ legatum eſt. In hoc argumento Fabiæ vxori nil legatum probatur: propterea quòd non eſt in ea ſpecie vxoris Fabia, cui legari ſolet. Ad hoc etiam genus pertinebit ſi ita concludas, Si homo capax diſciplinæ non eſt, nullum animal eſt capax diſciplinæ: illud autē eſt, hoc igitur eſſe nō poteſt. Sed & cùm definitione generis aut formę res probabitur, nō minus à genere aut à ſpecie ducetur argumentū. Hęc doctiſſimus Gruchius: quæ tū in Dialecticæ præceptionibus, tū in Ciceronis loco interpretādo cuiuſmodi ſint, facilè ex iis quæ ſuperius diximus, licet intelligere. nam quem putat à forma locum eſſe, perſpicuum eſt à partium enumeratione potius dicendum: quia parte vna perſpicuè remota, ſi altera tollatur, genus integrum remouetur.

Alter ex iiſdem Topicis locus explicatus. Argumentum à differentia.

CAP. XXV.

OBſcurè Cicero locum à differentia tractaſſe in Topicis videtur, cùm ita ſcribit: Non ſi vxori vir legauit omne argentum quod ſuum eſſet, idcirco quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt. Multum enim differt in arcáne poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur. Quo in loco (vt id obiter dicatur) poſtremum verbum DEBEATVR gloſſam redolet. Sed nunc aliud agimus. neque enim animaduertere Cicero videtur, hanc diſputationem ad locum à differentia pertinere non poſſe. ſiquidem, vt in loco à ſimilitudine, propoſita quæſtione medium aliquod ſimile ſubiecto termino inueſtigatur, vt demonſtretur, ea inter ſe conuenire: ſic in hoc loco, quærendum medium eſt ſubiecto termino diſſimile: vt ex eo probetur, quia diſſimilia diſſimilibus conueniunt, attributum ſubiecto non conuenire. At Cicero in iſto exemplo cum extra terminos propoſitos medium quærere deberet, attributum protulit. Videamus igitur ecquid hæc diſputatio ad definitionis locum potius pertineat: quod etiam Vlpianus apertè oſtendit in l. quintus, 27. §. 2. & l. ſcribit, 34. D. de aur. & argent. leg. vbi ſic ſcribit: Argento omni legato quod ſuum eſſet, ſine dubio non debetur id, quod in credito eſſet. hoc ideo, quia non videtur ſuū eſſe, quod vindicari non poſſit. Ponatur igitur quæſtio hæc, An qui ſuū omne

A argentū alicui legauit, etiam debitam ſibi pecuniam ei legaſſe videatur. & afferatur mediū ex definitione ſic: Suum eſt, quod vindicari poteſt. Id quod attributo non conuenit: quia debita pecunia vindicari non poteſt. Apparet igitur attributum ſubiecto non conuenire: hoc eſt, Legati ſui argenti nomine, id quod debetur, non comprehēdi. Et profectò ita eſt, vt hoc loco tum demum vtamur, cum ea ſecernenda ſunt quæ tanquam ſimilia & conſentanea cōiungebantur: quemadmodum ex illo exemplo quod Cicero poſterius B protulit, facile erit intelligi. Non quemadmodum mulieri debeas, rectè ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas: ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas, rectè poſſis eodem modo ſoluere: nam quæſtio hæc fuit, An vt mulieribus rectè ſoluitur ſine tutore auctore, ſic etiam pupillis: quæ ſic exaudienda eſt, quaſi poſita ſic fuiſſet: An & mulieribus & pupillis rectè ſine tutore auctore ſoluatur: vbi hoc demum ambigitur, An idem illud, nimirum Rectè ſine tutore ſoluere: duobus illis, nimirum mulieribus & pupillis, rectè C attribueretur, quaſi ſimilia & conſentanea inter ſe eſſent. Sumitur autem medij loco ea differentia, quæ eſt inter mulieres & pupillos. Alia eſt tutelæ mulieris, alia pupilli ratio multo enim plus habet mulier iudicij, quàm puer. Et quia medium hoc demonſtrat duo illa in ſubiecto termino non rectè coniungi, propterea efficitur attributum terminum iis duobus conuenire non poſſe. propter locum communem quo dicimus, Idem duobus diſſimilibus conuenire non poſſe. Videndum igitur in iſtis argumentationibus, vt ea duo D quæ differentia eſſe dicimus, in minore quæſtionis termino quaſi conſentanea coniungantur. veluti ſi quis dicat, Non vt animi, ſic etiam corporis voluptas expetenda eſt: quæſtio hæc erit, An & animi & corporis voluptas expetenda ſit. Quod ab iis qui Dialectica præcepta tradiderunt, demonſtratum non eſſe, vehementer equidem ſum admiratus.

Alter locus ex eodem Topicorum libro explicatus. Diuortij culpa ſuſtinere.

E

CAP. XXVI.

SVbeſt etiam aliquid ſcrupuli in exemplo, quod idem auctor adſcribit loco ab antecedentibus. Si viri culpa, inquit, factum eſt diuortium, etſi mulier nuntium remiſit, tamen pro liberis manere nihil oportet. Videndum eſt enim, ecquid ad locum à differentibus hoc exemplum potius pertineat: hoc modo: Non ſi mulier nuntium remiſit, continuò diuortij culpam ſuſtinet. aliud eſt F enim nuntium mittere, aliud diuortij culpam ſuſtinere. Quod vel hinc licet intelligatur, quia ſi nulla miſſi nūtij mentio fieret, argumentum ex cauſſa vel poſita, vel ſublata perſpicuè duceretur. Ex cauſſa poſita, veluti: Si mulieris culpa diuortium factum eſt, pars dotis retineatur. Cauſſa enim illius retentionis efficiens, eſt culpa mulieris. quemadmodum cuiuſuis alterius multæ, aliquod delictum. Ex ſublata, veluti: Si non mulieris, ſed viri culpa factum eſt diuortium, nihil ex dote retinendum eſt. hoc enim perinde eſt, ac ſi quis dicat, Si G furtum fecit, multetur duplo: ſi non fecit, non multetur. At quoniam firmamentum in cauſſæ cōſtitutione ſubiicitur à viro, quod Cicero his verbis profert, ET SI MVLIER NVNTIVM REMISERIT: propterea & argumentationis ratio mutatur, & aliunde medius terminus depromitur. quod ex cauſſę cōſtitutione facilius intelligetur. Lex eſt, Cum mulieris culpa diuortiū fiet, pars e-

pars eius dotis retineatur. Cùm Titius malè & acerbè vxorem tractaſſet, illa nuntium ei remiſit, & ſimul integram dotem repetiit. Ille partem dotis detrahere volebat, quaſi culpa vxoris diuortium contigiſſet. Intentio mulieris, Culpa viri qui malè vxorem tractauit, diuortium factum eſt. D. Imo mulieris. Q. Vtrius culpa ſit. R. Quia eius culpa diuortium fit, qui nuntium remiſit. F. Imo eius qui nuntij mittendi cauſſam præbuit. Diſceptatio ex ſcripti ambiguitate & definitione naſcitur: Quid ſit diuortij culpã ſuſtinere? Id eſt, an culpa eius diuortium fiat, non qui nuntium miſit, ſed qui mittendi cauſſam dedit. & reſpondetur, Suſtinere cauſſam diuortij eſſe, bene concordans matrimonium violare. Propterea autem ex definitione hæc naſcitur controuerſia, quia cùm in argumento ex differẽtibus adiectũ hoc fuiſſet, Aliud eſt enim cauſſam diuortij ſuſtinere, aliud nuntium mittere: definitione explicanda fuit ea pars quæ obſcurior videbatur. Atque hæc quidem de loco ab antecedentibus dicta ſint. Exemplum autem

A inſequentis loci, qui eſt à conſequentibus, Boetius imperitè ſumptum putat, & non à conſequentibus, ſed ab antecedentibus eſſe ductum, hoc modo: Si mulier cũ fuiſſet nupta cum eo cui connubij ius non eſſet, nuntiũ remiſit: quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Exiſtimat enim Boetius, Antecedens eſſe, Nuptias cum eo cum quo connubium non erat: Conſequens, Nihil pro liberis detrahi. cum tamen paulo antè dixerit, illud eſſe ſubiectum, hoc prædicatum. quod in Boetio, quem ſummum Dia-

B lecticum fuiſſe conſtat, vehementer miror. nam Cicero mediũ ex conſequentib. perſpicuè ſumit, ex eoquod nati patrem non ſequantur hoc modo: Si quid pro liberis retinendum eſt, liberi patrem ſequuntur: At nati ex iſta coniunctione patrem nõ ſequuntur. Ergo nihil retinendum eſt. Apertius tamen Cicero exemplum ita propoſuiſſet: Si quid pro natis retinendum eſt, fuit diuortium, ſi fuit diuortium etiam matrimonium. At matrimonium non fuit. quare nihil retinendum eſt.

OBSERVATIONVM

LIBER SECVNDVS.

Locus inſignis ex Topicis Ciceronis illuſtratus: de pariete communi, directo, ſolido, fornicato. Damnum facere. & emendata l. 13. De ſeruit. vrb.

CAP. I.

NON puto vllum eſſe in Topicis Ciceronis acutius argumentum, quàm illud quod ex cauſſis efficientibus protulit: cum tamen nullum ſit æque imperitè vel à Boetio, vel à ceteris interpretibus explicatum. nam illud, Omnibus eſt ius parietem directum ad parietem communem adiungere, vel ſolidũ vel fornicatum: ſic intelligunt, quaſi hæc poſtrema VEL SOLIDVM, &c. ad parietem communem referenda ſint: cum apertè ratio quæſtionis oſtendat, ad directum parietem pertinere. Eſt autem paries communis, qui iure dominij eſt communis vtriuſque vicini, pro partibus indiuiſis. l. 4. D. de ſeruit. leg. Paries autem directus eſt, qui ei per finem adiunctus eſt: qui, exempli cauſſa, communem ſic attingit, vt in litera T deorſum pendens linea tranſuerſam ſuperiorem attingit. Solidus vero qui continuus eſt: Fornicatus, qui cameratus eſt. Quæritur ergo an qui communem parietem demolitus eſt, vitium adiuncti fornicis præſtare debeat? & medium affertur ex cauſſa illius ruinæ, ſiue vitij parietis fornicati: quæ quia ab eo qui demolitus eſt abeſſe, in eo verò qui ſic ædificauit, vt ſuſpendi ædificium non poſſet, ineſſe probatur: concluditur illum qui demolitus eſt præſtare damnum non debere. Quod tamen nõ melius intelligi poterit, quàm ſi in cauſſæ conſtitutione vtriuſque inter ſe rationem comparemus. Cùm igitur Octauius ad parietem inter ſe & Nonium communem, fornicatum parietem pro ſuo iure adiunxiſſet, Nonius autem vicinus aliquid ædificaturus parietem communem demoliri vellet, damni infecti nomine promiſit: id eſt, promiſit ſe damnũ, ſi quod opus illud ſuum, nimirũ demolitio, faceret, præſtaturũ. Euerſo pariete cõmuni fornicatus qui ſuſpendi non poterat, corruit. Agit Octauius. Intentio, Opus tuum mihi damnũ hoc fecit. D. Imò tuum. Q. Vtrius opus damnum fecerit. R. Quia niſi fornicatum parietem feciſſes, quamuis

C communem parietem demolitus eſſem, tamen ille nõ corruiſſet. nunc eum parietem feciſti, qui per ſe ſtare non poterat, ſed noſtro pariete communi nitebatur. F. At niſi tu parietẽ demolitus eſſes, meus non corruiſſet. quã reſpõſionem propterea infirmã eſſe videmus, quia cũ vtrinque dici hoc poſſit, Niſi tu iſtud feciſſes, hoc non accidiſſet: ac proinde alter in alterum cauſſam ſine qua non transferat: tamen plus in priore eſt, quàm in poſteriore. adiectum eſt enim, Quamuis hoc feciſſem. Quod ab altero referri non poteſt. Atque hinc

D nimirum intelligitur, cum in duobus factis ineſſe videtur cauſſa ſine qua non, tamẽ id potius & præſtabilius haberi, quod niſi fuiſſet, quamuis alterum fuiſſet, tamen facta res non eſſet. Deinde non tam ab efficiente cauſſa, quàm ab ea quæ ſine qua non appellatur, hoc argumentum eſſe ductum. Multo verò illuſtrior cauſſæ conſtitutio in contrariis definitionibus poneretur: quippe cum etiam illa ſuperior ad hoc caput referenda ſit. nam cum Octauius definierit, Facere damnum, eſſe id facere, ſine quo damnum illud non accidiſſet: No-

E nius contrà defendet, Imo verò facere damnum, eſſe id facere, ſine quo vel ſolo, vel præcipuo, damnum non accidiſſet. nam ſe quidem id feciſſe ſine quo fornix non corruiſſet, veruntamen neque ſolùm, neq; pręcipuè. Atque hæc quidem ita ſe habent. Quod autem Cicero ſcribit, omnibus eſſe ius adiungere fornicem ad parietem communem, ita verum eſt, dummodo ille hoc nõ nitatur. Nam in re cõmuni nihil licet inuito ſocio facere. l. Sabinus, 28. D. commun. diuid. l. an vnus, 11. D. ſi ſeruit. vind. ad rem communem licet, dum

F tamen nihil ei noceatur, nec eius refectionem impediat. itaque ius eſt parietem directum ei adiungere, vel ſolidum, vel fornicatum. denique tria ſunt eorum genera, quæ ad parietem communem fiunt. quædam ita iunguntur, vt ſtare per ſe poſſint, etiam ſubruto pariete commun: quædam ſtare per ſe non poſſunt: poſtre-

mò quædam facilè ab eo ſeparari poſſunt: vt ſcalæ quę A ſunt primi & tertij generis applicari ad communem parietem poſſunt, ſi modo refectionem ipſius non impediant. quæ ſunt ſecundi generis, non poſſunt. l. quædam, 13. & l. fiſtulam, D. de ſeruit. vrb. præd. vbi diſertè negatur id quod hoc loco Cicero affirmat: in illis verbis: SICVTI nec parietem quidem ſuum ſuper parietem communem: ſic enim rectè tum in vulgatis libris legitur: tum in Haloandrinis, cùm in Florent. ſcriptum ſit, PER PARIETEM. ſed poſteriorũ Iuriſc. maior fuit cautio, vt ita demum immiſſum aliquid habere in cõ- B munem parietem liceret, dum tamen refectionem non impediret. l. fiſtulam, 19. D. eod. quod ad hunc locum ſummè notandum eſt. Exemplum autem inſequentis loci ab effectis non ſatis commodè à Cicerone poſitum fuiſſe, & Boetius & alij tradiderunt: atque ad locum à cauſſis potius pertinere. quod ſanè veriſſimum arbitror: niſi fortè ſyllogiſmum integrum ponamus: hoc modo, Cum mulier viro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt viri fiunt dotis nomine. Omnia autem viri facta ſunt. In manum igitur con- C uenerat.

De loco ex comparatione, & lex XII. reſtituta.

CAP. II.

INſequentem locum, qui ex comparatione eſt, Cicero ſic tractat, vt facilè mihi perſuadeam, eos omnes quos habemus Topicorum libros corruptos eſſe. nam in tradenda D propoſitione maxima eius loci, qui eſt ex comparatione maioris, exemplum ei regulæ quod propoſuit planè contrarium profert: his verbis, quod in re maiore valet, valeat in minore. vt ſi in vrbe fines non reguntur, neque in vrbe aqua arceatur. Placet igitur eorum ſententia, qui duas in illa præceptione maxima, negationes deeſſe putant: vt locus ſic legatur, Quod in re maiore non valet, non valeat in minore: quoniam, vt ex libro Ariſtotelis Topicorum tertio cognoſcitur, argumentum quod ex maiore ducitur, tantum ad refellen- E dum valet, & maius id dicitur, quod magis probabile & conſentaneum eſt. Itaque ſubiectum à Cicerone exemplum tantum ad refellendum valet. quaſi videlicet probabilius fuiſſet fines in vrbe regere, quam aquam in eadem arcere. Neque tamen dubium eſt, quin vtraque actio in ruſticis tantum prædiis locum habeat. l. 2. l. 4. §. vlt. D. fin. regund. & tot. tit. de aqua pluu. arcẽd. Sed tamen commodius Cicero alio Topicorum loco hanc diſputationem ad Similium locum retulit: vbi ſic loquitur: Quemadmodum ſi in vrbe de finibus cõtro- F uerſia eſt, quia fines magis agrorum videntur eſſe: quàm vrbis, ciuibus regundis adigere arbitrum non poſſis: ſic ſi aqua pluuia in vrbe nocet, quoniam res tota magis agrorum eſt, aquæ pluuiæ arcendæ adigere non poſſis arbitrum. Quod autem Cicero de ædium vſucapione ſubiungit, iam pridem mendoſum eſſe docuimus: & pro BIENNIVM reponendum eſſe BIENNIS: vt ſit ſenſus, Quoniam biennis vſus ædium, id eſt poſſeſſio ædium per biennium continuata, eſt auctoritas fundi: hoc eſt iuſta & legitima cauſſa retinendi do- G minij fundi: ſit etiam ædium: quæ tametſi fundi appellatione nõ cõtineãtur, ſed prędij, tamẽ quia ſunt res immobilis, perinde vt fũdus, eodẽ iure cẽſendę ſunt. Legẽ autẽ XII. tabul. his ferè conſcriptã fuiſſe verbis docuimus: VSVS AVCTORITAS FVNDI, BIENNIS ESTO CETERARVM RERVM ANNVVS ESTO.

De exemplo eius argumentationis quæ artis eſt expers. vbi de Pede ſeſtertio, & ambitu ædium.

CAP. III.

COrruptum etiam inſequentem locum arbitror, vbi Cicero ſic ſcribit: Quoniam P. Scæuola id ſolum eſſe ambitus ædium dixerit, quoad parietis communis tegendi cauſſa tectum proiiceretur, ex quo in tectum eius ædis qui protexiſſet, aqua deflueret, id tibi ius videri. Nam & QVOAD pro QVOD reponendum eſſe, & poſteriorem vocem TECTVM tollendam facilè qui loci ſentẽtiam attendet intelligere poterit. Lex enim XII. Tab. ſeſtertium pedem inter priuatorum ædificia relinqui, eúmque ędium ambitum eſſet iuſſit: quemadmodũ ex Varrone, Feſto, & Voluſio Mætiano, in XII. tabularum commentario docuimus. Eſt autem pes ſeſtertius ſpacium duorum pedum & ſemipedis. quod propter incendia conſtitutum fuiſſe, nemo ignorat. At ſi ædes continentes ſint, quia paries communis eſt, neque quidquam ſpacij interiectum eſt, quærebatur ex Scæuola quis eſſet earum ambitus. & idcircò, vt opinor, quærebatur, quia nondum ſatis inter illius ætatis Iuriſconſultos conſtabat, an vicino liceret in communem parietem ſua tigna & onera immittere: aut certè quatenus liceret. P. Scæuola Iuriſconſultus reſpondit, id duntaxat eſſe ambitus ædium, quoad vterque vicinus communem parietem protexerit: vnde diuortium aquarum fiat, & in cuiuſque illorum ædes aqua pluuia defluat: nimirum vt dimidia parietis pars ad vnum, altera ad alterum pertineat: & linea communem parietem æquabiliter ſecans, ambitum ædium vtrinque deſignet. Quod tamen, verè vt dicam mihi perquam obſcurum videtur. Nam iſta ratione videretur Scæuola ſignificare non licere vicino ſua tigna & onera longius in parietem communem immittere, quam quatenus illa linea medium parietem interſecans pertineret. cum tamen hodie conſtet communem parietem eſſe in dominio vicinorum pro partibus indiuiſis. l. 4. D. de ſeruit. leg. l. parietem, 8. D. de ſeruit. vrban. ac proinde ius eſſe vicino pariete communi vti ad ſuſtinenda onera ædificij & immittenda tigna: quamuis eum demoliri ac reficere inuito ſocio non poſſit. d. l. 8. & l. cum duobus, 52. §. item mela, D. pro ſoc. nam quãuis re vti licet ad eũ vſũ ad quẽ deſtinata eſt. l. arboribus, 12. §. nauis, D. de vſufr. quæ omnia pertinent ad eam quæſtionem quam paulò ſuperius attigimus, An parietem fornicatum communi parieti liceat imponere. Fortaſſe tamen Scæuolæ reſponſum ad eam ſpeciem pertinet, qua vterque vicinus communi pariete vti vult in ędificando, & ſuis trabibus aut tignis pari eodémque loco parietis immittendis. quo caſu locus eſſet Q. Mutij ſententiæ. Supereſt, vt illud admoneamus, Seuerinum Boetium vehementer hallucinatum eſſe in hoc loco, item vt in aliis permultis: dum vocem SOLVM, quam aduerbium eſſe apparet, & pro ſolummodo, vel dumtaxat, vſurpari: putauit nomen eſſe pro terra poſitum: & quæſtionem hanc fuiſſe, An ius eſſet communem parietem tegere: Scæuolam autem reſpondiſſe, Ita ius eſſe, vt in eius qui tegat, aliud quodlibet tectum ſtillicidij aqua fundatur.

Gloſſa

Gloſſæ quædam variis Pandectarum locis indicatæ: nimirum in l. D. de conſtit. princ. in l. 5. D. de cap. min. l. 5. D. de ſuſp. tut. l. 5. D. de op. no. nunciat.

CAP. IIII.

PRimus eſt in l. 1. D. de conſtit. princip. vnde verba hæc tollenda eſſe non debito: VEL DE PLANO INTERLOCVTVS EST. propterea quòd interlocutiones quę aliquo in negocio proferuntur neque legis vim obtinent. l. 3. C. de legib. neque rei iudicatæ. l. interlocutio, 19. C. ex quib. (B) cauſſ. infam. & l. quid ergo, 13. §. ex compromiſſo, D. eod. quippe, cum neque ſententia neque res iudicata dicatur, niſi cum lis cauſſa cognita diſceptata & dirempta eſt. l. 1. D. de re iudic. l. qualem, 19. D. de recept. Itaque videmus in §. quod principi, Inſt. de iur. natur. vbi locus ille Vlpiani deſcriptus eſt, omnia illa verba rectiſſimè prætermiſſa fuiſſe. Videndum præterea, ne apud Paulum commodius ita ſcriptum ſit in vulgatis, quàm in Florent. libris: Sed & hi quos Senatus hoſtes iudicauit, vel RELEGATI vtique, vſque eo vt ciuitatem amittant. (C) l. 5. D. de capit. min. cùm in Florent. & Haloand. ſcriptum ſit VEL LEGE LATA. quod etiam Accurſius de Florent. teſtatur. primùm quia Pauli tempore leges nullæ ferebantur: deinde quia quamuis regulariter relegatis ciuitas non adimatur, l. 7. §. 1. D. de interd. & releg. tamen accidere poteſt, vt etiam hæc pœnæ fuerit acceſſio. quemadmodum videmus etſi regulariter relegatis temporarium tantum exilium imponebatur, tamen interdum eos in perpetuum damnatos fuiſſe. l. 5. l. 7. §. ad tempus, D. de interd. & releg. l. quod (D) ſi forte, 14. §. 1. D. de ſolut. l. 3. C. qui pet. tut. l. 4. l. 28. l. 38. §. ſiquis D. de pœn. item etſi regulariter bona relegatum ſequuntur, tamen interdum etiam bona eis adimuntur. l. 1. D. ſi pen. appell. d. l. 38. §. qui abortionis, & §. ſi quis, D. de pœn. tertiò, non legibus, ſed Senatuſconſultis hoſtes iudicari ſolitos fuiſſe, multis ex locis intelligitur. Cicero Philipp. 2. In te Marci Antoni decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminibus exſtinctis, quod in hoſtes togatos eſt decerni ſolitum; more maiorum. Sed exemplorum plena ſunt (E) omnia, denique huius rei argumentum videmus apertiſſimum, in l. pen. C. in quib. cauſſ. tut. hab. vbi in relegati tutoris locum alius dicitur tutor dari. quod de eo intelligi non poteſt, qui ad tempus relegatus eſt. nam is excuſatur, & in eius locũ curator conſtituitur. l. tutor, 28. §. vlt. & l. ſeq. D. de excuſat. at in eius locum qui in ciuitate eſſe deſiit tutor datur. l. ſi quis, 11. D. de teſtam. tut. vt meo iudicio dubitari non poſſit, quin relegati nomen in d. l. pen. de eo ipſo intelligi oporteat, de quo iam agimus: hoc eſt, de relegato in perpetuum, cui ciuitas adempta intelligitur. (F) Sequitur locus tertius in l. 5. D. de ſuſpect. vbi multo & concinnior & commodior ſententia futura eſt, ſi vox FORE tollatur. hoc modo Expedit pupillo rem ſuam ſaluam, quam tabulas Rem ſaluã fore cautionis habere. nam vtraque pars ad verbum HABERE referenda eſt. Cautius eſt pupillo damnum vitare, quàm acceptum ſarcire. l. plus cautionis, 25. C. de regul. iur. Poſtremus locus eſt in l. de pupillo. 5. §. meminiſſe, D. de oper. nou. nunt. vbi verba hæc ID EST LAPILLI IACTVM gloſſam eſſe ſtatuo interpretis imperiti. (G) Noui enim operis nuntiatio duobus fiebat modis: voce, aut iactu lapidis. l. 6. §. 1. D. ſi ſeruit. vind. l. 1. §. hoc interdictum, D. quod vi aut clam, & qui nouum opus nuntiabat, poſſeſſorem aduerſarium faciebat. l. 1. §. 3. D. de oper. nou. nuntiat. quod tum erat neceſſarium, cùm aduerſarius vel in ſuo vel in (A) publico nouum opus faciebat. l. Iuriſgentium, 7. §. ſi paciſcar, D. de pact. At Vlpianus in d. §. meminiſſe, de eo ſolo diſputat, qui in noſtro nouum opus molitur. quo caſu monet ſatis fore ſi eum per Prætorem vel per manum prohibeamus, quàm ſi operis noui nuntiatione vtamur. Quid eſt Per manum? nihil aliud quàm per deiectionem, vel depulſionem. vt cùm licere dicimus eum qui in fundum noſtrum contra voluntatem noſtram ingreditur, prohibere ac depellere. l. 3. D. de acq. rer. dom. l. iniuriarum, 13. §. vlt. D. de iniur. neque eo (B) nomine interdictum dari, quia deiicitur, qui poſſeſſionem amittit, non qui non accipit. l. 1. §. eum qui, D. de vi armat. neque rurſus noui operis nuntiatio neceſſaria eſt, quæ cùm ſine prætoris officio & interuentu fiat (quia non eſt neceſſe Prætorem adire, ſola teſtatio & demonſtratio ſufficit) facile intelligitur hunc Vlpiani locum nihil ad illam petinere.

(C) *Indicatum vitium in principio libri primi de Oratore, quod ſententiam pulcherrimam turpiter vſque adhuc obſcurauit.*

CAP. V.

SÆpenumero admirari ſoleo vitiũ illud, quod initio libri de Oratore primi pulcherrimam ſententiam obſcurat, à nemine correctum eſſe. Itaque cum ante annos ſeptem illud animaduerterim, operepretium me facturum putaui, ſi (D) hoc tempore illud ſtudioſis indicarem & inſignem eius loci ſententiam breuiter explicarem. Locus autem ſic ſcriptus eſt: Ac fuit tempus illud, cùm mihi quoque initium requieſcendi, atque animum ad vtriuſque noſtrum præclara ſtudia referendi, fore iuſtum, & propè ab omnibus conceſſum eſſe, arbitrarer: ſi infinitus forenſium rerum labor, & ambitionis ocupatio, decurſu honorum, etiam ætatis flexu conſtitiſſet. Corrigendum enim VT AMBITIONIS, nemo, vt ſpero qui noſtram interpretationem audierit, dubi- (E) tabit. Sumptam enim conſtat eſſe tranſlationem ex circo maximo, vbi cum à carceribus ad calcem decurſum eſſet, ſuſtineri equi leniter, & bigæ aut quadrigæ inflecti ſolebant, vt eo loco conſiſterent. Itaque in prima Tuſculana ſic loquitur: Nunc video calcem: ad quem cum ſit decurſum, nihil præterea ſit extimeſcendũ. Item in Catone Maiore; Nec verò velim quaſi decurſo ſpacio à calce ad carceres reuocari. Item in Lælio: Vt cum æqualibus poſſis viuere, cum quibus tanquam è carceribus emiſſus cum iiſdem ad calcem, vt (F) dicitur, peruenire. Comparat igitur Cicero ſtudium ſuum in honoribus petendis, adipiſcendis, obtinendis, ſpacio atque curriculo circi maximi: & quia Quæſtura, Aedilitate, Prętura, tandem etiam Conſulatu, qui ſummus erat magiſtratus, perfunctus erat, ſcribit ambitionem ſuam iam ad calcem perueniſſe: neque quidquam longius eſſe quo progredi poſſit. Et ſenſus eſt apertiſſimus, Requieſcendi initium iuſtum futurum fuiſſe, ſi quemadmodum ambitionis & petendorum magiſtratuum occupatio decurſu honorum: ſic etiam in- (G) finitus forenſium rerum labor ætatis ingraueſcentis flexu conſtitiſſet. Mihique mirificum videtur doctiſs. Lambini ſomnium: qui hoc loco INFINITVS legit, cum toties Cicero forenſes Oratorum labores infinitos fuiſſe teſtetur: neque animaduertit, Decurſum honorum ad ambitionem: ætatis flexum ad illos labores referri.

Dicendi corruptè pro Diſcendi tribus in locis apud Ciceronem ſcriptum eſſe.

CAP. VI.

MEmini me multis in locis apud Ciceronem, vocem DICENDI animaduertiſſe poſitam eſſe pro DISCENDI. ſed in præſentia tres tantum occurrunt, de quibus neminem dubitaturum arbitror. Primus eſt in Oratione pro C. Rabirio Poſtumo: vbi ſic ſcriptum eſt, Erat enim hęc conſuetudo nota nobis quidem omnibus, ſed, ſi vſus magiſter eſt optimus, mihi debet eſſe notiſſima. accuſaui de pecuniis repetundis, Iudex ſedi, Prætor quæſiui, defendi plurimos. nulla pars quæ aliquam facultatem dicendi afferre poſſet, non mea fuit. Quo in loco DISCENDI reſtituendum eſſe, loci ſententia manifeſtò declarat: quam huiuſmodi eſſe conſtat, Obiui omnia munera quæ ad diſcendum legis Iuliæ de repetundis vſum adiumentum afferre poſſunt. Dicendi autem facultas ea eſt, quam Græci δεινότητα appellant, de qua, nulla illo in loco ſuſpitio. Præterea neque Quæſitoris neque Iudicis partes quidquam ad dicendum adiumẽti afferunt. Alter locus eſt in libro De Oratore 1. vbi vulgo ſic legitur: Poſt autem, auditis Oratoribus Græcis, cognitiſque eorum literis, adhibitiſque doctoribus, incredibili quodam noſtri homines dicendi ſtudio flagrauerunt. Vbi DISCENDI verbum multò aptius & concinnius fore, facilè vt ſpero, quiuis vel me tacente intelligit. quemadmodum in illo quoque altero eiuſdem libri: Quibus etiam ſi ingenium, vt tu putas, non maximè defuit, doctrina certè, & ocium, & hercule etiam ſtudium illud dicendi acerrimum defuit. Item in illo: quem tamen video nunc à Manutio correctum eſſe: Id ſi eſt, difficile nobis, qui antequam ad dicendum ingreſſi ſumus, obruimur ambitione & foro. Rectè enim & commode Manutius impreſſit DISCENDVM.

Alia duo menda ex eodẽ libro de Oratore primo ſublata.

CAP. VII.

ANni ſunt, vt opinor ſeptem, cùm vir quidam clariſſimus, & optimus, animi relaxandi cauſſa mecum interdum de libris Ciceronis Oratoriis communicare ſolebat. Memini autem, cùm primùm de Oratore forte tum in manibus haberemus, eum mihi duo mẽda indicaſſe, quæ ingenioſiſſimè & vt mihi ſemper viſum eſt, prudentiſſimè corrigebat. Prius eſt eo in loco, vbi Antonius Menedemi & Carneadis diſputationem commemorans, ita loquitur: Diſputabat contrà Menedemus hoſpes meus, qui, cùm diceret eſſe quandam prudentiam quæ verſaretur in perſpiciendis rationibus conſtituendarum & regendarum rerum publicarum: excitabatur homo promptus ab homine abundanti doctrina & quadam incredibili varietate rerum & copia. nam pro EXCITABATVR vir doctiſſimus legendum exiſtimabat EXCIPIEBATVR. eo ſenſu qui mihi magnopere ſemper arriſit: Menedemum enim promptum hominem appellat, pro diſertum & ad dicendum paratum, quippe quem paulo antè diſertum eſſe dixerat, & in Repub. cauſsiſque verſatum. Verum etſi incredibili dicendi facultate & copia præditus eſſet: tamen repente excipiebatur à Carneade homine abundante doctrina & ſumma artium omnium eruditione. Alterum mendum eiuſdem omnino generis eſt, de quo tamen [A] nondum ita confirmare poſſum, tametſi ſententiam paulo concinniorem eſſe arbitrer. Ergo vbi ſic legitur: Excitabat eos magnitudo & varietas multitudóque in omni genere cauſſarum, &c. vocem EXCIPIEBAT reponendam arbitrabatur. quæ quàm aptè cum ſuperioribus conueniat, ſtudioſi ex ipſa lectione cognoſcent.

Cauſſæ Rabirianæ, de perduellionis crimine, conſtitutio: ex Oratione Ciceronis pro C. Rabirio, & perduellio quis dicatur: itémque Fides publica.

[B]

CAP. VIII.

RAbirianæ cauſſę conſtitutionem conati quidem ſumus antea exponere: ſecuti Dionis auctoritatem, à quo hiſtoriam illam verè expoſitam putabamus. nunc re attentius perſpecta & cognita, experiemur ecquid commodius iſto modo explicari poſſit. Caio igitur Mario, L. Valerio Coſſ. L. Appuleius Saturninus Tribunus pl. legem agrariam, quam Gracchi perferre nunquam potuerant, [C] adiutore C. Mario conſule, nobilitatis inimico, tanta contentione retulit, vt Senatum in legis verba iurare coegerit. Quintóque Metello principi ciuitatis viro, iurare recuſanti aqua & igni interdixerit. Quib. de cauſſis oborta ſeditione, Senatuſconſultum extremæ neceſſitatis factum eſt, quo infinita Conſulibus poteſtas dabatur: Viderent Coſſ. ne quid detrimenti Reſpub. caperet. Ex eo S. C. Conſules (nam Marius quoque ſeſe ad bonorum partes retulerat) exercitum pararunt. Cùm in foro vtrinque inſtructæ acies eſſent, [D] pulſus Saturninus in Capitolium profugit. vbi cùm abruptis fiſtulis aquæ penuria premeretur, à Senatu per legatos fidem publicam poſtulauit. Conſul Marius dedit, ſed ſine Senatuſconſulto. Ea fide adductus in curiam cum ducibus factionis, in his T. Labieno, venit. ibíque fuſtibus & ſaxis à populo trucidatus, & in ipſa morte laceratus eſt. Anno pòſt ſexto & trigeſimo, M. Tullio, C. Antonio COSS. T. Labienus Tribunus pleb. cuius patruus vnà cum Saturnino interfectus fuerat, impulſore (vt Suetonius teſtatur) Iulio Cæſare, diem ad [E] populum C. Rabirio Equi R. dixit, eúmque perduellionis accuſauit. quòd princeps in Saturnino interficiendo fuiſſet: contra fidem à Conſule Mario datam. Eſt autem Perduellio ſummum imminutæ maieſtatis crimen. Erant porro Tribuni ſacroſancti: & qui eorum corpora violaſſet, perduellionem admittebat. Tanta autem contentione Labienus eſt vſus, vt inuidiæ augendę cauſſa, Saturnini ſanguinolenti imaginem in roſtra, atque in cõcionem deportarit, ibíque apud populum explicarit. Fuit autem antiquæ conſuetudinis, vt [F] Duumuiri data opera, qui de perduellione quærerent, à populo crearentur. Creati ſunt Iulius & L. Cæſares: Rabiriúmque damnarunt. Damnatus, populum appellauit. Comitia Centuriata in campo Martio habita ſunt: vbi Conſul Cicero C. Rabiriũ defendit duabus de cauſſis, quòd Conſulum imperio qui ad arma vocarant, Senatus & omnium principum ciuitatis exemplum atque auctoritatem ſecutus, paruiſſet: & quod C. Marius quamuis Conſul, tamen ſine Senatuſconſulto fidem publicam dare Saturnino non potuiſ- [G] ſet. De quo tamen mirari ſæpe ſoleo: Conſulem, cui per S C. extremæ neceſſitatis, Reſp. permiſſa eſt, fidem tamen ſine S. C. dare non poſſe. Cauſſæ igitur conſtitutio hæc erit. Lex eſt, Qui fidem violarit, perduellio iudicator. Intentio Labieni, Fidem publicam violaſti. D. non violaui. Q. an violarit. R. quia fides publica eſt, quã Cõſul dedit: præſertim is cui per S.C. extremę neceſſitatis,

ceſſitatis, Reſpu.permiſſa eſt. F. Imò fides publica eſt quam Senatus certo S.C.data opera facto,dedit.neque enim Conſul dandæ publicę fidei, ſine certo S. C. poteſtate habet.Diſceptatio ex ſcripti ambiguitate naſcitur:An fides publica non dicatur, niſi quæ à Senatu certo S.C.data eſt: quamuis Senatus vniuerſam Rempub. Conſuli permiſerit.

An patre abſente vindiciæ filiæfam. ſecundum libertatē dari poßint:& de vindiciarum & vindicationis ritu: itémque ea de re Liuij locus inſigniter explicatus.

CAP. IX.

LOcus eſt apud Liuium in libro tertio vbi de Virginæ puellæ vindiciis commemorat, valde obſcurus: quam tamen obſcuritatem nemo adhuc quod ſciam, vel intento digitulo indicauit. Verba Liuij hæc ſunt:In his quæ aſſerūtur in libertatē, quia quiuis lege agere poſſit,id iuris eſſe: in ea quæ in patris manu ſit,neminem eſſe alium,cui dominus poſſeſſione cedat. Quam Appij diſputationem non video quemadmodum vel ad ipſius factum in priore actione colorandum ſatis idoneam vel tanti Legiſlatoris & Iuriſconſulti perſonæ ſatis aptam exiſtimare poſſimus. Neque enim veriſimile eſt,Appiū in iure (vt diximus) & ciuilibus cauſſis exercitatum non callidiore aliquo commento ſuam in illo interponendo decreto iniuriā texiſſe.Sic igitur ſentio: Non negaſſe Appium, quin vbi de libertate agebatur, vindiciæ ſecundum eam decernendæ eſſent. nam ſiue quis ex ſeruitute in libertatem aſſereretur,in poſſeſſione libertatis,cōſtituendum eſſe:ſiue ex libertate in ſeruitutem vindicaretur, in libertatis poſſeſſione retinendum. l.ordinata, 24. l. ſeq. §.licet.D.de lib.cauſſ.l.licet,14.C.eod. vt ſcilicet tantiſper pro libero habeatur, eique agere, gerere, adminiſtrare omnia pro libero homine liceret. l.ſeruum,33.§. 1.D. de procurat. ex quo ingens inter hāc libertatis & aliarum rerum vindicationem diſcrimen apparet. nam in ceteris penes poſſeſſorem manet poſſeſſio: vt alter poſſeſſor ſit,alter petitor.l.inter, 62.D.de iudic.in hac verò, non quidem poſſeſſor idem eſt, qui petitor, neque in actorem poſſeſſio transfertur: ſed certe poſſeſſio ei datur, cuius de ſtatu ambigitur: quamuis etiam in hoc iudicio alter poſſeſſoris, alter petitoris partes ſuſtineat.l.liberis,7.§.ſi quis,D.de lib.cauſſ.Quid ergo eſt:Contendebat ſcilicet Appius aliud eſſe ſtatuendum in eo, qui ſui iuris, aliud in eo qui in patris manu ac poteſtate eſſet. nam in priore, non negabat quin poſſeſſio ſecundum libertatem danda eſſet. in poſteriore, ſi ei de cuius ſtatu quærebatur, libertatis poſſeſſio daretur, iuri patriæ poteſtatis præiudicium fieri:patriam, inquam, poteſtatem imminutam videri. quia pugnare hæc inter ſe videtur: Eſſe in poſſeſſione libertatis, & Eſſe in patria poteſtate: quaſi prior ſui iuris ſit, poſterior alieni: quæ inter ſe contraria ſunt: vt ait l. 1.D.de his qui ſunt ſui vel alien. Neque enim qui ſub patria poteſtate eſt vel plenè liber, vel in plenæ libertatis poſſeſſione eſſe videtur:quandoquidem vendi dari in adoptionem, oppignerari,noxæ dedi,atque adeo necari poteſt,l.in ſuis,11.D.de lib.& poſtum.quid multa? Dionyſius lib.2.demonſtrat, maiorem fuiſſe patris poteſtatem in liberos quàm heri in ſeruos. Libertas denique definitur, facultas viuendi vt lubet.l. 4. D.de ſtat. hom. quam facultatem filiofam. competere, nemo dixerit. Appij ergo diſputatatio hæc fuit: Si puellæ, quæ in patris poteſtate eſſe dicitur, libertatis poſſeſſio daretur, ius patriæ poteſtatis imminueretur. quare lex quæ in cauſſa liberali dari vindicias ſecundum libertatem iubet,locum in ea non habet. Verum ſi puellæ pater adeſſet,tum aliud iuris ſtatui oporteret. quid ita? quia ſcilicet mos erat, vt cùm quis ſuam rem(velut in hac ſpecie ſuam ancillam)vindicaſſet,aduerſaris illico contra vindicaret:quemadmodum Boëtius in Top. Ciceron. expoſuit: eiúſque rei veſtigium extat in §.2. Inſt.de action. & in illo Murænianæ Orat.loco:Fundus ille meus eſt.Imo meus. Cùm igitur Claudius,is qui puellam in ſeruitutem aſſerebat,dixiſſet,Hanc puellam meam eſſe aio: patre quidem abſente nemo exſtabat,qui ſic defenderet: Imo mea. At ſi pater adfuiſſet,tum continuò id pronuntiaſſet: ſponſoréſque,ſiue prædes, earum vindiciarum dediſſet, iudicio ſiſti, neque in ea quidquam dolo malo factum iri. Quod Liuius his verbis,nō quidem apertè oſtendit,ſed certe obſcurè ſignificat:In ea quę in patris manu ſit,neminem eſſe alium,cui dominus poſſeſſione cedat.Dionyſius autem ſic explicat(ſic enim locum illum cōuertimus.)Sed cùm inter eum qui ſe dominum,& eum qui ſe patrem aſſerit,controuerſia eſt,ęquum eſſe arbitror, ſiquidem ambo aſſint pręſentes,ſecundum patrem vindicias dari, (τ̃ πατέρα κρατεῖν τ̃ σώματος) vſque ad finē iudicij.cùm verò ille abſit, eum qui ſe dominum eſſe contendit,puellā abducere,prædéſque idoneos dare ſiſtendi eam apud magiſtratum,quando pater ipſius aderit. Obſeruandum tamen illud eſt, Liuium aliquoties antiquorum more Vindicandi verbum vſurpaſſe, pro Poſſeſſionē petere.Sicut apertiſſimè Vindicias & Poſſeſſionem promiſcuè vſurpat.velut in illo loco: Cùm inſtaret aſſertor puellæ,vt Icilius vindicaret,ſponſoréſque daret.Et mox:Ita vindicatur Virginia,ſpōdentibus propinquis.Neque enim Icilius dicebat,Hanc puellam meam eſſe aio:ſed Vindicatur, dixit, pro Poſſeſſio ſecundum libertatem datur.Rectéque Aſconius in Verrinam tertiam,Litem vindiciarum interpretatur.Litem de poſſeſſione. Lis vindiciarum, inquit, eſt cum litigatur de ea re, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor, quod ſine dubio ad eam controuerſiam pertinet quam Iuriſconſ.ſcribunt,prius dirimendam eſſe,quàm iudicium illud conſtituatur, quod poſtea Rei vindicatio dicitur,l.exitus,35.D. de acquir.poſſ.§.retinendæ,5. de interd.l.1.§.2.D.vti poſſid.l.ordinarij,13.C.de interdict.Atque hęc quidem de priore actione Liuius commemorat: in qua callida quadam (vt dixi) iuris interpretatione Apius eſt vſus.in poſteriore verò qua patri vindicias (vt Pomponius loquitur) abdixit,ſola impudentia pugnauit.quod Liuius is demonſtrat verbis: Quem decreto ſermonem prętenderit,forſan aliquem verum auctores antiqui tradiderunt. quia nuſquam vllum in tanta fœditate decreti veriſimilem inuenio, id, quod conſtat,nudum videtur proponendum: Decreſſe vindicias ſecundum ſeruitutem.

Eſt tanti, locutio antiqua quomodo apud Ciceronem intelligenda ſit:itémque Tanti habere.

CAP. X.

EXſtant Commentarij in Catilinarias viri cuiuſdam eruditi, in quibus animaduerto me tam ſine cauſſa (vt nihil nunc acerbius dicatur) reprehenſum eſſe, vt me etiam pudeat illius reprehenſionem hoc loco commemorare: ſed me nonnullorū cogit amentia id nunc facere,quod ſemper antea neglexeram: qui quia nihil adhuc reſpōdi, ſilentium meum pro confeſſione interpretantur.

Agitur autem de loco Verrinæ ſextæ,vbi ſic ſcriptum eſt:Metuiſti,ne æs alienũ tibi creſceret,ſi H-S VI millibus 10 tibi conſtarent ea, quæ tu facilè poſſes vendere H-S CC milibus? fuit tãti: mihi crede haberes quod defenderes. Quem locum pagina meorum Comment. 283.ſic ſum interpretatus: *Fuit tanti,mihi crede: Id referre ſcilicet.Id eſt,Tantum tibi profuiſſet:vel, Hoc tibi profuiſſet,quod eo pacto defenſionem tibi comparaſſes.niſi forte tale aliquid aut deeſt,aut ſubaudiendũ eſt:Si mehercule hæc duo verba ſcribi iuſſiſſes, Fuit tanti,mihi crede, haberes quod defenderes.* Quib. ex verbis facile quiuis intelligit me duplicẽ eius loci interpretationẽ edidiſſe: vtriuſque autem iudicium lectorib. reliquiſſe quod etiã Asconiũ & Donatũ, & alios veteres facere ſolitos, nemo ignorat. At vir eruditus qui carpere meos commentarios cuperet , priorem meam interpretationem tacet,eámq; approbat,& pro ſua elegãter ſumit. Deinde quaſi ſolã poſteriorẽ poſuiſſẽ,ſic ſcribit: *Nam quod Hotmanus in illo loco Fuit tanti,tale aliquid aut deeſſe, aut ſubaudiẽdũ eſſe putat:Si mehercule &c.neminem puto eſſe,qui nõ videat, quãtopere hoc falſũ & abſurdũ ſit.* Qua in reprehẽſione,quãtũ pudori ſuo cõſuluerit,quiuis vel me tacẽte facilè perſpicit.vt alterũ locũ taceam, quẽ cùm vnà cum iſto coniunxerim, humanitatis erat, eius quoque interpretationẽ duplicẽ à me traditã exiſtimare. Verùm vt meã quoq; de iſto ipſo Catilinariæ Orationis loco ſẽtẽtiã exponã, quẽ idẽ doctiſſimus interpres ibidẽ caſtigandũ putat, equidẽ dũ antiquorũ librorũ auctoritate conuincar,vſitatam lectionem comprobabo, quam omnes mei & manuſcripti & impreſſi libri confirmant:Sed non eſt mihi tanti,dummodo iſta tua priuata ſit calamitas.Senſus enim eſt & optimus & integerrimus: Video quanta inuidiæ tempeſtas nobis in poſterum impendeat, ſi Catilina mea voce perterritus in exilium abierit.ſed quod ad me attinet,non tanti inuidiam illam facio, dummodo omnis calamitas in Catilina hæreat, & à Rep. ſeiuncta ſit. Quam ſententiã apertè locus inſequens confirmat, vbi Remp. ſecum ſic loquẽtem facit: *An inuidiam poſteritatis times? præclaram verò populo R.refers gratiam,ſi propter inuidiam, ſalutem ciuiũ tuorũ negligis.* Id eſt,ſi tãti poſteritatis inuidiam facis, vt propter illã, velis ciuium tuorum ſalutem negligere. Eodẽmque ſenſu Cicero in ea pro Roſcio locutus eſt, cùm ita dixit: *Sed tamen cur ipſa* H-S ↀↀↀ *tam vehementer concupierit, quæro. nam tibi M. Perperna,C.Piſo certè tanti non fuiſſet,vt ſocium fraudaretis.Roſcio cur tãti fuerit,cauſſam requiro.* Item Offic.II. *Eſt ergo vlla res tanti, vt viri boni ſplendorem & nomen amittas?* Et eodem modo Vlpian. in l.4,§.1,D.de alien. mut. iud. *Non tamen eius factum improbat Prætor qui tanti habuit re carere,ne propter eã ſæpius litigaret.* Plin. lib.epiſt.3. Non potui magis te in rem præſentem perducere. Dices,Non fuit tanti:quid enim mihi cum tam longa epiſtola? Item lib.8 epiſt.2.Magno mihi ſeu ratio hæc, ſeu facilitas ſtetit. Sed fuit tanti.nam regione tota & nouitas remiſſionis & forma laudatur.Sed exemplorum plena ſunt omnia. ex quibus intelligitur vtroque modo genus hoc dicẽdi ab auctoribus vſurpatum eſſe. Atque hæc quidem ad antiquam reprehenſionem dicta ſint. nam illam recentem in libro Variarũ lectionũ primo de loco Verrinę ſextę,vbi ACTA rectè legi neſciebam,teſtes ſunt innumeri familiares mei,mihi eodẽ ferè tempore magno cũ animi dolore in mẽtẽ veniſſe,quo liber impreſſus eſt: vt omittam nonnullos illuſtres adoleſcentes, quibuſcũ pauculis poſt annis animi cauſſa Orationem illam legebamus, quorum vnus poſtea Venetias profectus eſt.Ad illã autem alterã de Pri-

A uatis & iis qui cum imperio ſunt,reprehenſionem,reſpondi in commentario de verbis iuris: & poſtea loca hæc eodem pertinentia obſeruaui.nam in ea pro Ligario Cicero ſic ſcribit: *Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium:ſi illud imperium eſſe potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico conſilio deferebatur.* Item illud in epiſt.1.ad Q.Fratrem. *Eaque ſi ſic coluit ille. qui priuatus futurus nũquam fuit: quonammodo retinẽda ſunt iis, quibus imperium ita datum eſt,vt redderent?* Item in Epiſt.1.ad Lentulum: *Craſ-* B *ſus tres legatos decernit,nec excludit Pompeium:* cenſet enim etiam ex iis qui cum imperio ſunt. Bibulus tres Legatos ex iis qui priuati ſunt.

Indicata aliquot menda,quæ ex vicinarum vocũ ſimilitudine nata erant.Vbi tres loci Cicer.emendati.

CAP. XI.

FRequentiſſimè peccatum eſt olim à librariis & iis qui ſcriptum faciebant, cum in libris C deſcribendis vicinarum vocum ſimilitudine inducti alterutram prætermitterent. Cuius rei aliquod exempla teſtimonio eſſe poſſunt:& in primis locus ille inſignis,qui in lib.de Offic. 1.ſic legitur: Panætius quidem auditorem Africanum, & familiarem ſuum ſolitum ait dicere:vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere ſoleant, vt his facilioribus vti poſſint: & cet.nam cum (domini domitoribus) ſcriptum eſſet vox DOMINI propter literarum inſequentium ſimi- D litudinem omiſſa eſt. Quemadmodum in oratione pro Muræna, paulo pòſt principium, vbi vox CATO ſine dubio prætermiſſa eſt. Negat eſſe eiuſdem ſeueritatis Catilinam, exitium Reip. intra mœnia molientem, verbis & pene imperio vrbe expuliſſe: &c. Legendum enim,Negat eſſe eiuſdẽ ſeueritatis Cato Catilinã,&c. nemo qui locum integrum legerit, non animaduertet.cum ſubaudiri omnino vox illa, & inde vſque ab alterius paginæ initio repeti non poſſit. Videndum etiam vtrum in illo libri de officiis ſecundi loco vox E CLAM, alteram non ita diſſimilem, PALAM, abſorbuerit:cùm ſic legitur, Nam qui eorum cuipiam, qui vnà latrocinantur, furatur aliquid, aut clam eripit: Legendum enim ſic videtur, Furatur aliquid clam, aut palam eripit.tametſi cum vtraque particula ab antiquis libris abſit,probabilius videatur, ex gloſſa id ſumptũ, & imperitè collocatum fuiſſe. Verùm in Oratione pro L.Muræna nemo(vt ſpero)dubitabit,duas voces,ſuperiorum ſimillimas deeſſe: vbi ſic ſcriptum eſt: Senatus num obuiam prodire crimen putat? non, ſed mercede. F conuince:num ſectari multos? non,ſed conductos. doce.Legendum enim,Mercede conuince:conductos doce, & ratio ſententiæ, & Ciceronis conſuetudo declarant.

Indicati loci aliquot in libro de Orat.1.& in Mureniana in quibus verſus non pauci deſiderantur.in hac etiam aliquot menda ſublata.

CAP. XII.

INnumeros animaduerti locos apud Cicero- G nem,multis verſibus mutilos & decurtatos, qui tamen vulgo pro integerrimis numerãtur. ſed hoc tempore ſatis erit hos indicare. Ergo in lib. de Orat.1.nec verſus ille, NIHIL eſt enim tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem, &c. cum ſuperiore ſententia cohæret: neque rurſus illæ paginæ inſequentis primus : NAM QVI non poteſt, qui vitioſè -

vitioſo facit, &c. quin potius tota illa periodus poſt nouem verſus reponenda videtur: hoc eſt poſt ACCOMMODAVI ORATIONEM MEAM: nimirum vt ad vocem DETERRENDOS referatur. Similiter in oratione pro Muræna locus ille, QVÆSTVRAM vnà petiit: & ſum ego factus prior, &c. verſibus aliquot mutilatus eſt, in quibus de Comitiorum conſuetudine & renuntiationis gradibus agebatur. nam illa proxima PARES DIGNITATE FIANT, quò referantur non habent: & illa, VNVS autem ſolum primus poſſit obtinere, perſpicuè clamitant vocem GRADVM deeſſe. Quid verò de illo altero dicemus, vbi cum illud legimus, VT CVM AD VLTIMVM animo contendiſſimus, &c. quis eſt qui non videat, vnum aut alterum deſiderari verſum, in quo Cicero quid in Stoicorum diſciplina requireret, expoſuerat? Atqui locus ille non tantum mutilus eſt, verum etiam corruptus. nam vbi paucis antè verſibus legitur AVT NON dixiſſes, aut ſepoſuiſſes, aut mitiorem in partem interpretarere: ſententia perſpicuè poſtulat, AVT SI POTVISSES, mitiorem in partem, &c. quemadmodum aliquanto pòſt: vbi ſic legitur, MISERICORDIA cõmotus ne ſis etiam in diſſoluenda ſeueritate, ſed tamen eſt laus aliqua humanitatis. Locum enim reſtituendum ſic putarem: Miſericordia commotus ne ſis: ſed tamen eſt etiam in diſſoluenda ſeueritate laus aliqua humanitatis.

Aliquot alia peccata librariorum ex eadem Oratione pro L. Murana ſublata.

CAP. XIII.

CVm in manibus optimũ hunc pro L. Muræna librũ habeo, volo etiã alios in illo corruptos locos indicare cuiuſmodi ille eſt, Quis L. Philippum ſummo ingenio, opera, gratia, nobilitate &c. Vbi pro OPERA non dubito, quin vox OPIBVS, quam latinæ linguæ conſuetudo in huiuſmodi ſententiis deſiderat, reponenda ſit. Agitur enim de L. Philippo, de quo millies à Cicerone vox illa vſurpatur: Natum eſt igitur mendum ex nota OP. ſicut illud alterum proximum in eadem pagina: Nam L. Luculli exercitus, qui ad triumphum conuenerat, idem comes L. Murænæ præſto fuit: vbi qui COMITIIS legendum eſſe negabit, non ſatis ſententiam illam integram & inſequentem locum animaduerterit: videturque ex nota COMIT. natum hoc eſſe. Sed & aliquot verſibus interiectis alterius generis peccatum animaduerto: vbi ſic legitur, Sed ſi noſmet ipſi, qui & ab delectatione omni negotiis impedimur, & in ipſa occupatione delectationes alias multas habere poſſumus, ludis tamen oblectamur, & ducimur, quid tu admirere de multitudine indocta? Legendum enim primùm vt in antiquo libro, ET SI noſmetipſi: deinde pro ET AB delectatione, facile quiuis NEC AB DELECTATIONE, reponendum ex ſententia perſpicit. At verò aliquantò poſt pro SAPIENTIÆ, cogitandum eſt, ecquid rectius legeretur, SATIETATI. hoc modo: Itaque in iiſdem rebus ferè verſor, &, quod poſſum Iudices, occurro veſtræ ſatietati. Inſequenti verò pagina, non quiſquam, vt opinor, facilè dubitabit, quin pro INNVIT legendum ſit, vt in libro manuſcripto, INDVIT: qua voce quid ſignificetur, in Verrinarum commentariis non vno loco expoſuimus. Atque ille, inquit, vt ſemper fuit apertiſſimus non ſe purgauit, ſed indicauit atque induit. Id eſt implicauit, & tanquam in laqueum induit. Porro autem aliquanto poſterius vbi ſic legitur SI, GLA-

A DIATORIBVS vulgò locus tributus, & item prandia ſi vulgò eſſent data: corrigendum TRIBVTIM, locus paulo poſt inſequens planiſſimè oſtendit: vbi Orator hoc ipſum ſignificans ſic loquitur: At ſpectacula ſunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati.

Diſputatur de ſcriptura trium locorum incerta: vno ex Quintiana, altero ex Sextiana, tertio ex Verrina ſeptima. B

CAP. XIIII.

IN oratione pro P. Quintio, vbi ſic legitur, Deinde habet aduerſarium P. Quintius verbo Sex. Neuium, reuera huiuſce ætatis homines diſertiſſimos, fortiſſimos, ornatiſſimos noſtræ ciuitatis: dubitari poſſet an pro FORTISSIMOS reponendum eſſet, Florentiſſimos: cum illud verbum Cicero non fere niſi militaribus viris tribuat: & in eadem Oratione L. Philippum, C quem hoc loco ſignificari nemo neſcit, florentiſſimum ciuitatis appellet. Videndum etiam an in Oratione pro P. Sextio vbi ſic legitur, Meminiſtis tum Iudices, corporibus ciuium Tiberim compleri, cloacas referciri, è foro ſpongiis effundi ſanguinem: reponendum ſit EFFINGI. cuius meæ coniecturæ ſolam hanc cauſſam habeo de qua iudicium eruditiſſimi Orationis illius interpretis expectabo: quia Seruius illud Vergil. Aeneid. VIII. interpretans, ET CORPORA FINGERE LINGVA: Id eſt, Tergere, D inquit. Cicero in Sextiana, Spongiis ſanguis effingebatur, id eſt tergebatur. Conſideratum præterea in Verrina ſeptima, an pro ἐδικαίωσαν legendum ſit, ἐδικαιώθησαν. Sed, inquit, ſcriptum extat in iiſdem literis, quod iſte homo barbarus ac diſſolutus, neque attẽdere vnquam neque intelligere potuit: ἐδικαίωσαν, inquit: hoc eſt vt Siculi loquuntur, ſupplicio affecti ac necati ſunt. Herodotus enim in Clio, de Deioce loquens εἴ τινα, inquit, πυνθάνοιτο ὑβρίζοντα, τοῦτον ὅκως μεταπέμψαιτο κατ' ἀξίην ἑκάστου ἀδικήματος ἐδικαίευ. E Id eſt, Si quem comperiſſet iniuriam cuiquam facere, in eum prout accerſiuiſſet, pro delicti ratione animaduertebat. Dixit enim ἐδικαίευ Ionice, pro ἐδικαίου. Et ſane iam in illa mea ſententia priſtina cõfirmor, adductus teſtimonio Dionyſij Lãbini, qui ſe in duobus MS libris hanc ſcripturam reperiſſe confirmans, non eſt tamen veritus huius ſibi emẽdationis laudem adſciſcere: cum tamen toties ex his noſtris fontibus ſuos hortulos irriget. Sed hanc fuiſſe doctiſſimi viri & de literis optime meriti conſuetudinem, nemo qui eius in Cicero- F nem notas percurrerit inficiabitur.

Diſputatio de vulgari genere conuentionis, qua Emtio redituum appellatur: aduerſus Extrauag. Regimini, De emt. & vendit.

CAP. XV.

CEnus eſt quoddam conuentionis, & à Canoniſtis comprobatum, & ita iam non modo vſitatum, verum etiam quotidianum, vt G eo plerique quaſi pro arte & negotiatione vtantur: Cùm pro vſura pecuniæ fundus ea lege vtendus fruendus traditur, vt neque vnquam poſſeſſori ſortem repetere liceat, & fundus eius periculo ſit. cap. 1. & 2. De emtione & vendit. in Extrauagant. Placet autem de huiuſce conuentionis æquitate paululum diſputare: quod vt via & ratione fiat, con-

ſuetudinem in docendo noſtram ſeruabimus, & analyſi adhibita quatuor eius partes exponemus. quarum prima eſt, pecunia, quæ vtenda datur: altera fundus, qui vtendus fruendus traditur: tertia, Ius pecuniæ, vt nunquam condici poſſit: quarta, Ius poſſeſſionis, primùm vt accipientis periculo ſit, deinde vt recepta pecunia reddatur. Nunc primo loco obſeruandum eſt, vtrùm hæc conuentio ex eorum contractuum numero ſit, qui nominati: an ex eorum, qui innominati dicuntur. Nam quod pignus eſſe quidam putant, & illam conuentionem quam Iuriſconſulti Græco verbo ἀντίχρησιν appellant, videamus ne non ſatis certum ſit. Pignus enim eo iure eſt, vt neque pro domino poſſideatur, neque periculo poſſeſſoris ſit, & facultatem repetendæ pecuniæ integram creditori ſeruet. quod ius Antichreſi integrum ſeruari, inter omnes conſtat: ex l. ſi ex pactione, 14. & l. ſi ea lege, 17. C. de vſur. In hoc autem negocio, & fundus pro domino poſſidetur, & periculo poſſeſſoris eſt, & condicendæ pecuniæ facultas ademta eſt; vt in illa Extrauagante dilucidè traditur. Iam verò neque locatio eſt, vel propter eaſdem ipſas cauſſas, neque rurſus Do vt des, ſiue quia de commutando iure agitur, hoc eſt, iure vtendi pecunia cum iure vtendi fruendi fundo: iura autem & res incorporales in permutationem non cadunt: ſiue quia neque vſus à corporibus numorum ſecerni poteſt, quippe qui in abuſu conſiſtant: & plerumque non vſus fundi, ſed ipſe fundus alienatur: neque Do vt facias, aut Facio vt des; quia locari fundus potuit: neque poſtremò Facio vt facias, quia non factum pro facto redditur: ſed ius fruendi fundo, pro iure fruendi pecunia conceditur. Conſiderandum igitur, an emtio & venditio dici poſſit: quo nomine & Canoniſtæ hanc conuentionem appellarũt; (quemadmodum ex titulo & inſcriptione tractatus intelligitur) & hodie omnes vulgò in foro & ſcolis appellant. Et profecto ita eſt, vt ad venditionis ſimilitudinem propius, quàm ad vllius alterius contractus genus accedat: cùm & res dari videatur pro certo & conſtituto pretio, & traditæ rei periculum in poſſeſſorem transferatur. Et quoniam recipiendæ rei poteſtas traditori pretium reddenti permittitur, propius videtur, vt Emtionem cum pacto de redimendi facultate, contractam eſſe dicamus. quo pacto, emtionis contractum non impediri, cõſtat ex l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit. Videamus tamen ne multa huic ſententiæ aduerſentur, quæ ab hominibus non ſatis in iure ciuili exercitatis, vix ac ne vix quidem animaduerti poſſent. Primùm enim Emtio ex eorum numero eſt, quæ ſolo conſenſu contrahuntur. Hanc autem conuentionem re contrahi, & antequam numerata pecunia ſit, nullam obligationem concipi, nemo, vt opinor, vel mediocriter in libris noſtris verſatus, addubitabit. Deinde in emtione & venditione, vltro citróque obligatio naſcitur: ac propterea bonæ fidei iudicium ex eo contractu conſtituitur. At in hoc negocio & is ſolus cui fundus traditur, obligatur, & reſtrictè ex iis tantum quæ lingua nũcupata ſunt, adſtringitur. Præterea in emtione contrahenda res quanti quanti eſt, in ſolidum æſtimatur. hic autem non fundus, ſed eius tantùm annuus prouentus æſtimatur. Reſtat igitur, vt conſideremus an hæc conuentio Mutui nomine contineatur. quod dici omnino non poteſt. Nam in Mutuo certa obligatio naſcitur, de reddenda quandoque pecunia. Hic autem Acceptor pecuniæ non obligatur. Cùm igitur hanc conuentionem inter contractuum genera non reperiamus, & cõſtet eam naturam habere aliarum omnium conuentionum diſſimillimam: videamus ne quid in ea monſtri

A ſubſit. Et profectò ita eſt, vt tres occultiſſimas fraudes, quaſi viperas aut vulpeculas ſub huiuſce conuentionis ſpecie latere anidmaduertam: quarum prima hæc eſt, quòd in ea ſolus fundi prouentus æſtimatur, atque emitur: fundus autem gratis ac ſine vllo pretio callide ac ſubdolè aufertur. Cùm enim de illa decima, duodecima, & decimaquinta diſſeritur, nequaquam fundi pretium exquiritur: ſed eius tantummodo prouentus cum decima aut duodecima ſortis parte cõparatur. vt quia, verbi gratia, duodecima ſortis pars rectè & legitimè

B pro vſura conſtituitur, quippe quæ beſſi legitimo propemodum reſpondeat: propterea recta vſuræ ratio iudicetur, ſi pro pecunia numerata, tantundem in fructibus ſoluatur: hoc eſt, fructus qui duodecimæ reſpondeant. Quod quàm iniquum & indignum ſit, nemo nõ videt. Non enim ex prouentu tantùm, & frugibus: ſed etiam multis aliis ex cauſſis fundi æſtimantur: veluti ſalubritate, amœnitate, opportunitate, aut circũluuione fluminis, vicinitate oppidi, l. competit, 16. D. quod vi aut clam. l. ſi cui fundus, de legat. 2. Et ea de re pulcherrima

C epiſtola extat C. Plinij libro Epiſtolarum III. cuius initium eſt, Adſumo te. Ex quo intelligi volumus, quàm longè hoc genus contractus à venditione cum pacto redimendi facta diſſideat, in qua verum, æquum, & ſolitum rerum pretium æſtimatur. Sed nunc alteram fraudem, quæ ſub hac fucata emtione tegitur, detegamus. Neque enim ſolum fundi corpus non emitur, ſed ne ipſius quidem prouentus: quod paululum attendenti non difficile erit intelligere. Nam emtio & venditio vt ex parte venditoris rem certam, ſic ex parte emtoris cer-

D tum definitúmque pretium, quod ab emtore verè, & (vt loquimur) naturaliter abeat, & in venditorem transferatur, exquirit. l. 1. D. de contr. empt. l. pen. C. de rerum permut. At in hac conuentione nulla pretij quantitas pro fundi fructibus conſtituitur: quæ emtori detrahatur. Immò tantum abeſt, vt illi aliquid decedat, vt contrà potius accedat: vt pote cum ipſius pecunia ex fundi fructibus, ſine vllo impendio ſuo amplificetur. Tertia fraus ex eo deprehenditur, quòd hoc genus conuentionis nullius alterius rei quàm exercendæ, fœnerandęque

E pecuniæ cauſſa inſtitutum eſt: quemadmodum vel ex illa decimę, duodecimęve ratione intelligi poteſt: de qua in illo Extrauagãte decreto ſcribitur, & pragmatici aſſiduè loquuntur. Nam, vt paulo antè dicebamus, illa eò tãtùm pertinet, vt pro decima duodecimáve parte ſortis pecuniariæ, certus agri prouentus qui ei reſpondeat, & tãti plerunque ſit, præſtetur, vt ſcilicet fœnoris pecuniarij turpitudo honeſto iſto fructuum emtionis nomine tegatur. At hoc naturæ aduerſari iam pridem docuimus. nam (vt ſcribit Ariſtoteles) numi per ſe & ſua

F ſponte ſteriles ſunt: quare vtrùm creditor ex ſuis numis numos, an fructus, an quiduis aliud elicere velit, nihil intereſt. nam vtroque caſu contra naturam pugnat. Verùm ne quis idem dici poſſe diſputet de Antichreſi aut venditione quæ ſub redimendi pacto contracta eſt, quã Iure ciuili probatam videmus: vetus illa noſtra diſtinctio adhibenda eſt: vtrúmne hæc conuentio à creditore lucri & exercendæ amplificandæque pecuniæ cauſſa facta ſit, an verò debitoris tantum adiuuandi animo, & compenſandi eius quod ſua intereſt, vſu caruiſſe

G ſuæ pecuniæ. nam illo caſu omnis conuentio in puram & meram fœnerationem degenerat: quia ex re quæ natura ſterilis eſt, fructus petitur. At hoc caſu rectum eſt nemini damnoſum eſſe ſuum officium: vt ait Vlpianus in l. 34. D. de furt. Cùm autem inter omnes conſtet conuentiones iſtas vulgò quaſi negotiationem aliquam exerceri, & pecunioſos homines iſtas redituum

emtio-

emtiones apertè ſui commodi emolumentíque cauſſa exercere: cauendum eſt ne fœneratio potius hæc, quàm honeſta & legitima conuentio dicenda ſit. At ſi non lucri quærendi, neque multiplicandæ pecuniæ animo, ſed iuuandi tantùm debitoris cauſſa fieret, quemadmodum in Antichreſi fieri probauimus: tamen fraudationis omnis & fallaciæ vitandæ cauſſa, quæ in proprietate fundi interuertenda præcipuè verſatur, hoc caſu Ciceronis Conſulis auctoritatem retinendam putarem, qui ſatius eſſe cenſuit, poſſeſſiones creditoribus per antichreſim oppigneratas vendere, quàm perpetuò certare cum vſuris fructibus prædiorum. Meo, inquit, beneficio tabulæ nouæ proferētur, ſed auctionariæ. neque enim iſti, qui poſſeſſiones habent, alia ratione vlla ſalui eſſe poſſunt quod ſi maturius facere voluiſſēt, neque id quod ſtultiſſimum eſt, certare cum vſuris fructibus prædiorū: & locupletioribus iis, & melioribus ciuibus vteremur. Exiſtimarē igitur certū aliquod tempus, non longius decennio, præfiniendum eſſe, quo debitores per Magiſtratum cogerentur poſſeſſiones ſuas bonis conditionibus vendere, vt & creditoribus ſatisfacere, & inſuper aliquid pecuniæ ſeruare poſſent. Sed hoc toto de genere multo & plenius & accuratius in Epitomatis noſtris ad tit. Dig. De vſuris diſſeruimus.

De Feudis: & quæ illorum origo fuiſſe videatur. item Allodia, & prædia gentilitia quæ dicantur.

Cap. xvi.

Feudum, barbarum vocabulum eſt, è Gothorum & Langobardorum fontibus deriuatum: qui Iuſtiniano pulſo, Italiam, fuſis fugatiſque incolis, annos ad ducentos occuparunt. Genus eſt clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, vt & ipſe, & ipſius poſteri atque heredes, beneficij auctorem perpetuò agnoſcant, & quaſi pro patrono colant: eiuſq; caput, exiſtimationem, ac fortunas tueantur. Illius enim cauſſa & origo hæc fuit, vt victores cùm gratiam ſuis ducibus, præfectis, ac militibus pro opera in bellis ac prœliis egregiè nauata referrent: honoribus & fortunis Italorum in illos transferendis: tum etiam certos ſibi deuinctos, & tanquam deuotos clientes haberent, quorum opera, bello partam regionem, in poſterum, ſi opus eſſet, tueri poſſent: quos ſua lingua modò Valuaſores, modò Vaſſallos appellarunt. Sic L. Syllam victorem legimus, agros iis municipiis quæ contra ſe pro Mariana factione arma tulerant, ademiſſe: eóſque veteranis militibus ſuis diuiſiſſe. Sic & Plutarchus, & Appianus, & Higinus, & Flaccus ſcribunt, Romanos exterarum gentium victores colonias in earum agros deduxiſſe: vt & veteranis beneficerent, & ibi præſidium ac propugnaculum tum aduerſus rebellium, tum etiam aduerſus finitimorum impetus haberent, quæ Coloniæ propterea militares appellatæ ſunt. Sic Pomponius Lætus veterem fuiſſe conſuetudinem ſcribit, eámque à Conſtātino repetitā, vt Tribunis, præfectis, & ducibus qui pro augendo imperio conſenuerant, darentur agri, villęque, vt neceſſaria ſuppeterent quoad viuerent: quas Parochias vocabant. Hoc igitur clientelæ genus à Gothorum Rege primùm inſtitutum, pòſt ab omnibus inferioribus ordinibus vſurpatum eſt. Vnde tres Feudorum gradus facti ſunt: ſummus, medius, infimus. Summus ordo eſt, principum ac procerum, qui lingua illorum Capitanei Regni, Duces, Marchiones, & Comites appellati ſunt: & à Rege tum illis honoribus afficiebantur, tum etiam Italiæ oppidis ac vicis, locupletum etiam victo-
A rum arcibus ac villis donabātur. Quæ Feuda quia partem aliquam Regiæ dignitatis obtinebant, (qui enim Duces & Marchiones nunc appellantur, Reguli olim fuerunt) idcirco Regalia dicta ſunt. Itaque poteſtas eis data eſt cudendæ pecuniæ, creandorum magiſtratuum, ſalinarum & fodinarum exercendarum, caducorum, confiſcationum, earúmque functionum, quæ Angariæ & Parangariæ appellantur: quæ iura vulgo iura Regaliæ, (corruptè, vt opinor, pro Regalia) nominantur. Medius ordo eorum fuit feudorum, quæ principis illius ordinis
B proceres. Regis conceſſu ea lege aliis inferioris dignitatis hominibus dabant, vt Vaſſalli ipſos ſecundum regem eius beneficij auctores ac patronos agnoſcerēt, & pro capite ac fortunis ipſorum, ſi vſus ferret, pugnarent. Quo in numero ij qui vulgo illorum lingua Barones, ac Maiores valuaſores, ſiue Vaſſalli appellantur, fuerunt, qui patronos quidem illos agnoſcebant, ſed tamen, vt iam dixi, ſecundum Regem. Infimus ordo eorum fuit, quæ à ſecundi ordinis Vaſſallis in priuatos conferebantur: ſiue illi nobiles eſſent, quam nobilita-
C tem armis pepererant: ſiue ignobiles. Nam vtrique eadem qua ſuperiores iuriſiurandi formula obligabantur: quæ ab Vberto neſcioquo, in eo Libro qui vulgo Vſus Feudorum inſcribitur, barbarè & fœdè perſcripta, ſolam hanc habet, quam antea dixi, ſententiam: vt cliens patroni ſui caput, exiſtimationem, ac fortunas, quoquo modo poterit, contra quemcunque aduerſarium, ſolius Regis maieſtate excepta, tueatur. Quam ad rem cùm & voce & manu ac ferro eſſet opus, propterea conſtitutum eſt, vt neque muti, neque ſurdi, neque
D mãci, neque membris capti, ac ne fœminæ quidem, niſi extraordinario ac ſingulari quodam beneficio, feudum accipere poſſent. Item vt impubes patre mortuo, neque ad iuſiurandum, neque ad officium præbendum teneatur. Quæ igitur bona eo, quo diximus, iure eſſent, Langobardico vocabulo Feuda dicebantur: quorum contraria, iiſdem auctoribus, Allodia, vocabulo ignoto & barbaro appellata ſunt. Tradendæ autem poſſeſſionis, quam barbari Inueſtituram appellant, forma duplex fuit: aut inductione in prædium, & in rem præſentem i-
E tione: aut ſimulacro aliquo, quod eius rei inſigne eſſet: veluti haſta, vel gladio, vel annulo porrigendo. Eámque poſſeſſionis accipiendæ formulam, nõn ſatis erat ſemel vſurpatam eſſe: ſed quoties nouus vel patronus, vel cliēs ſuccedebat, toties eam, clientelæ & obligationis teſtificandæ cauſſa repeti, ac renouari oportebat. Poſſeſſione autem accipienda, ius hoc quæritur, vt prædia ſint gentilitia: cuius generis nulla ſe in iure ſuo ciuili noſſe, Cicero in oratione pro Flacco dicebat: id eſt, vt quandiu quis ex ea gente ac ſtirpe ſuperſit, tandiu Feudum
F in ea familia maneat. Itaque primùm ad liberos, eóſque virilis ſexus, tum ad agnatos, ordine, vt quiſque gradu proximus eſt, tranſit: vbi nullus ex ea ſtirpe ſupereſt, tum quaſi caducum, ad patronum redit. Itaque cùm Feuda gentilitia ſint, & ordine gradatimque ad omnes tranſeant, ſequi etiam illud oportet, vt neque alienari in extraneum, niſi & liberis & gentilibus omnibus, cōſentientibus, neque in remotiorem agnatum, prætermiſſo priore, transferri poſſint. Quòd ſi factum eſſet, tum vt liberi, etiam parente viuo, ſed oblato pretio, ea
G intra annum repetere ac reuocare poſſint: ſed ſi prior agnatus Feudum in remotiorem agnatum alienatum, reuocare velit, id, non niſi alienatore mortuo, facere poſſit: quod ei etiam ſine vlla pretij reſtitutione facere licebit. Anno autem præterito actio perimitur: quaſi ſilentium tacita quædam conſenſus ſignificatio fuerit. Quòd ſi aut gentiles nulli extent, aut nulli contradi-

cant, tum & à patrono venia poſtulanda eſt,& ſi ratam
alienationem habeat, poſſeſſio ab eo,paganis quidem
intra annum & diem , militibus verò intra annum &
menſem,petenda eſt. Committebatur præterea Feu-
dum impietate clientis in patronum , deſertione pa-
troni in prælio , attentata patroni vxoris , filiæ , nu-
rúſve pudicitia , & quibuſvis aliis præterea rebus,
quæ ingrati animi vitio continentur. Itaque niſi vel
patrono,vel cliente nouo ſuccedente, & iuſiurandum
renouaretur, & poſſeſſio,ſiue inueſtitura , repeteretur:
Feudum patrono committebatur. At ſi atrocius ali-
quod crimen à cliente,non aduerſus patronum,ſed ad-
uerſus alios commiſſum eſſet, veluti ſi ſe cliens parri-
cidio polluiſſet: tum ſiquidem ipſe Feudum primus a-
deptus eſſet,ad patronum redibat : ſin à patre,aut ma-
ioribus accepiſſet , ad liberos proximóſve agnatos
tranſibat. Atque hæc quidẽ de clientum peccatis,prop-
ter quæ Feudis ſuis multantur , dicta ſint. Patroni au-
tem ſuo illo iure,quod in prædiis retinebant,quódque
vulgo directum dominium appellant , tum multaban-
tur,idque ſuis cliẽtibus committebant,cùm id in ſe cri-
men admiſerant , propter quod clientem ſuo Feudo
multari opportuiſſet.Sed de Feudis,ſummatim ſatis vi-
detur dictum : præſertim cùm eorum ius pro cuiuſque
gentis moribus atque inſtitutis varium & multiplex eſ-
ſe cõſtet. Quòd ſi cui plura iſtius generis libet cognoſ-
cere,extat libellus Oberti Ortẽſij,qui Vſus feudorum
inſcribitur,ex quo tanquam Augiæ ſtabulo , hæc cui-
cuimodi ſunt , deſumpſimus. Nam eorum libros qui
poſtea hoc de genere ſcriptitarunt,ingeniorum carni-
ficinam verius quàm ſtudiorum adiumentum appella-
re,meo quidem iudicio,poſſumus.Hęc autem cum an-
no 1561.edidiſſemus,poſtea multò accuratius in noſtro
de Feudis volumine tractauimus.

*De regula Catoniana, & menda quadam ſub illo tit.ſu-
blata,itémque leges caducariæ expoſita: & He-
reditas quando tranſmittatur.*

Cap. XVII.

QVatuor temporum ratio in explicanda Ca-
toniana regula habenda eſt : ex iure tamen
antiquo trium duntaxat : nempe teſtamenti
faciendi , mortis teſtatoris , & aditæ here-
ditatis.l. ſi alienum, 49. §.1.D.de hered. inſt.§ in extra-
neis,Inſt.de hered.qualit ſed nouis legibus,hoc eſt lege
Iulia Papia,& Iulia Norbana quarti inſuper temporis
ratio habetur : nempe apertarum tabularum.tit.Regul.
Vlp.24.§.legatorum,Senten.Pauli.lib.3.tit.de legat. &
l.ſi patronum,44.§.1, D.de bon.lib. Ac primi quidem
ſolius temporis Cato rationem habuit idcirco,quia ci-
uiles actus ex præſenti tempore ſtatum capere opor-
tet, non ex incerto & fortuito futuri temporis euentu
pendere.l.continus,137.§.cum quis,D.de verb.oblig,
& aliis locis, quos in Quæſtionum Illuſt.cap.39.com-
memorauimus. De perſonis exemplum hoc erit:Si te-
ſtator ei , qui teſtamenti tempore peregrinus erat, ali-
quid leget,quamuis legatarius mortis illius tempore ci-
uis R. reperiatur, tamen quia teſtamenti faciendi tem-
pore, teſtamenti factionem non habeat , legatum ipſo
iure inutile eſt , neque ex poſt facto conualeſcit. quò
pertinent.d.l.ſi alienum,&.l.non minus,31.D.de hered.
inſt.l.debitor,82.§.vlt.D.de legat.2.l.5.D.de ſeruit.leg.
De rebus autem exemplum ſuppeditat l.cetera,41.§.1.
D.de legat.1.& §. ſed ſi rem, 10. Inſti. de legat. vbi res
quę legatarij eſt,inutiliter ei legari dicitur,quamuis an-
te mortem teſtatoris eam alienauerit. quod vſque a-

A deo æquum eſt, & facile ad iudicandum,& Catonis re-
gulæ accommodatum,vt mihi veriſimile non ſit, Cel-
ſum in l.1.D.*h.t.* in tam claro iure caligaſſe , & à tam a-
perto iure receſſiſſe.ſed particulam NON è ſuo loco in
alienum errore librarij tranſlatam. Celſum autem ita
ita ſcripſiſſe,Legatum tibi NON debeatur, quod debe-
retur, ſi teſtator ſtatim deceſſiſſet. Idque eo mihi pro-
babilius videtur , quoniam in eadem legis illius parte
mendum eſſe video minus etiam tolerabile. Nam cum
in illis verbis , *Quæ definitio in quibuſdam falſa eſt &c.*
B Celſus perſpicuè cauillationis & calumniæ illos coar-
guat,qui Catonis regulam falſitatis accuſabant,an non
apertè oſtendit, ſe in eorum numero non fuiſſe ? que-
madmodum aliis quibuſdam locis , vbi Iuriſconſulti
calumnioſæ vel adnotationis vel interpretationis a-
lios coarguunt,nemo illos eiuſdem ſententiæ fuiſſe di-
xerit.l.debitor.82.§.vlt.D.de legat.2.l.pen.D.ad exhib.
vt mihi ſuſpicari libeat vel in iſto loco verſum aliquem
deeſſe,vel pro IN QVIBVSDAM,ſcripſiſſe potius Cel-
ſum, INQVIVNT QVIDAM. quos rurſus non obſcu-
C rè Celſus reprehendit,cum illorum obiectionem oſtẽ-
dit nihil ad regulam Catonis pertinere , quæ de inutili
legato concepta eſt: ſpecies autem ab illis propoſita,nõ
ad vitioſum,ſed ad non datum legatum pertineat.quo-
niam qui ſic legat, *Si poſt Kal.moriar,dato*: vt ipſa ſic re-
ciprocari intelligatur, *Si ante Kal.moriar,ne dato*.l.qui-
bus,11.§.2.D.de cond.& demonſ.l.inter ſocerum,26.§.
1.D.de pact.dot.l.iam dubitari,86.D.de hered.inſti.At-
que hæc quidem de primo & ſecundo tempore hacte-
nus dicta ſint. Sequitur , vt de reliquis duobus videa-
D mus.nempe apertarum tabularum,& adeundæ heredi-
tatis.quæ diſputatio pertinet partim ad leges Caduca-
rias,partim ad diſtinctionem eorum quæ purè , vel ſub
conditione,vel in diem relinquũtur. nam leges Cadu-
cariæ non quidem teſtamenti factionem cœlibi , puta,
vel Latino adimebant: vt teſtatur Vlpian.tit. Regul.20.
§.Latinus.imò iis relinqui teſtamento permittebant: ſed
eos capere vetabant , ſi tempore apertarum tabularum
adhuc cœlibes aut Latini reperirentur.tit.22.§.3.Et cõ-
ſequenter ſi ante illam aperturam decederent,non per-
E mittebant relictum ad ipſorum heredes tranſmitti : ſed
id omne in ærarium populi R. redigebant. Qua ex re
quæſtiones duæ in exponẽda Catoniana regula naſce-
bantur: quarum hæc fuit prior, An ſi qui teſtamẽti tem-
pore incapax erat (puta cœlebs) die tabularum aperta-
rum reperiretur maritus , ei regula Catoniana noceret.
Altera hæc fuit ex contrario : An ſi qui ab initio capax
erat, ſupradicta die repertus incapax , (puta peregrinus,
aut ſeruus pœnæ) prodeſſet ei fuiſſe ab initio capacem?
De quibus quęſtionibus videndum eſt,quid dici poſſit.
F nam quantum ad priorem,ſic reſpondeo , regulam Ca-
tonianã ei nõ obeſſe quo minus capiat.l. ſi ſeruus eius,
32.D.de acq. hered. idque duabus de cauſſis. primum
quoniam illa regula propriè pertinet ad ea,quę ipſo iu-
re non conſiſtunt,& (vt Cato loquitur) inutilia ſunt: ve-
luti ſi peregrino,cum quo teſtamenti factio non eſt,ali-
quid relinquatur.quo caſu nõ caducum relictum fiebat,
ſed pro non ſcripto habebatur. At leges illæ non adi-
munt (vt modo dicebamus) teſtamenti factionem cœ-
libi, aut Latino. tantum illos prohibent capere, ſi dum
G aperiuntur tabulæ , incapaces reperiantur. l.in tempus,
62.D.de hered.inſtit. quo caſu caduca quæ ipſis relin-
quebantur,fiebant.altera ratio eſt,quoniam illa regula
in legato vtili vel inutili ęſtimando ſpectat tempus te-
ſtamenti faciendi,& mortis teſtatoris: propterea quod
antiquo iure (quod tamen ab Imp. renouatum eſt) te-
ſtamentum ex eo temporè vires & effectum capiebat:

d.l.ſi

d.l.ſi alienum,49.§.1.D.de hered.inſtit. itaque illo iure & heres pure inſtitutus,ſtatim à morte teſtatoris hereditatem adire poterat, & legatario dies legati puri ab eodem die ſie cedebat, vt ſi poſt teſtatoris mortem, heres quidem ante aditam hereditatem, legatarius autem ante agnitũ legatum decederet, legati petitionem ad heredem ſuum tranſmitteret. l. vlt. D. quand. dies legat.ced.l.1.§.cum igitur, & §.in nouiſſimo, C.de caduc.toll. Non dicimus diem hereditatis cedere, & eam interea tranſmitti, vel non tranſmitti: ſed dicimus Adiri, vt adita tranſmittatur:non adita non tranſmittatur. l.1.§. in nouiſſimo, C. de caduc. toll. l. quoniam,7.C.de iur.delib. Quantum ad poſteriorem quęſtionem, reſpondemus ſiue de hereditate agatur, ſiue de legato, nihil ei prodeſſe mortis tempore capacem fuiſſe, ſi quidem capiendi tempore incapax reperiatur. quoniam leges Caducariæ (vt modo dicebamus) neque teſtamenti neque mortis tempus ſpectant, ſed ſolum diem aperturæ tabularum: non tantum, vt qui eo die incapax reperietur,capere non poſſit:verum etiam vt ſi ante illum diem moriatur, nihil ad heredem ſuum tranſmittat: ſed omnia in ærarium redigantur. qua de cauſſa vehementer omnibus iis aſſentior, qui docuerunt l. vlt. D.*h.t.* ad illas Caducarias leges pertinere:&nouarũ legũ nomine legẽIuliãPapiã,& legẽ Iuliam Norbanã ſignificari. Reſtat vt illud admoneamus, queadmodũ regula Catoniana ad illas leges,propter diſſimilem temporum rationem non pertinebat, ita propter eandem ipſam cauſſam ad ea quæ ſub conditione vel in diem incertum relinquuntur,non pertinere.ſicuti de inſtitutionibus conditionalibus traditur in l.pen.D. *h.t.*de legatis autem conditionalibus in d. l. cetera, 41. §. 1. D. de legat. 1. quippe, cùm ſub conditione relictum, nõ ante conditionis euentum peti poſſit.ac pari ratione, ſupradicta regula non poteſt ad legatum vſus, vel viusfr. vel habitationis pertinere: quoniam eiuſmodi legatorum dies, non ante diem aditæ hereditatis cedit. l.3. D.*h.t.*l.cum legato,17. D.quand. dies leg.quo loco meminiſſe oportet id quod Vlp. monet, incapacitatem quæ inter teſtamenti, & mortis tempus heredi contingit,ei non nocere.l.6.§.1.D.de hered.inſtit. Quod autem Paulus in l.2. hoc tit. diſputat de eo qui dixerat SI FILIA *mea nupta erit*:referendum eſſe cenſeo ad ambiguitatem verbi ERIT, quod interdum ad præſens, interdum ad futurum tempus referri docet nos Vlp.in l.verbum Erit, 122.D.de verb.ſignif. & Agell. lib. 17. cap.7. qua de re libri ſuperioris cap.1. copioſè diſſeruimus. Supereſt l.3. D.*h.t.* vbi pro HEREDITATES quidam reponendum cenſent LIBERTATES: propterea quod libertatum dies non ante aditam hereditatem cedit.§.libertatibus,C.de cad.toll. l.nam cum,18.D.quand dies legat. hereditates autem puræ relictæ ſine dubio ad Regulam Caton. pertinent l.pen. D.de reg.iur.l.7, & l.8.D.de lib.& poſtum. Sed Papiniani verba captanda non ſunt: menſque potius ſpectanda. nam cùm eadem enuntiatione, & coniunctim ſcripſerit de legatis quæ mortis tempore in ſuſpenſo ſunt, & ſimpliciter de hereditatibus: probabile eſt eum de iis hereditatibus ſenſiſſe, quæ ſimiliter mortis tempore pendent: ſiue ex conditione, ſiue ex die. veluti ſi ſeruus ex die liber eſſe iuſſus eſt, purè autem heres inſtitutus.l.9.§.pen.D.de hered.inſtitut. vel incapax inſtitutus cum capere poterit. l.in tempus,62. D.eod.

A *Quid ſit regula Iuris: & quid lex, Reſponſa Iuriſc. & cauſſæ conſectio differant à regula. vbi explicatur l.1.D.de regul.iur.*

CAP. XVIII.

PAulus Regulam iuris ita obſcurè ac perplexè definit, vt qui ſententiam illius commodè intellexerit, neminem adhuc, meo quidem iudicio, repererim. Regula eſt, inquit, quæ rem quæ eſt,breuiter enarrat.quod ſi ſic accipiendum eſt, quaſi dixerit, Quæ qua de re agitur,breuiter
B exponit, & Rem pro Litem antiqua Iuriſconſultorum conſuetudine accipi dicamus: ridicula definitio videbitur. nam facti narratio vel Conſultorum eſt,vel Oratorum: Regulæ verò ſunt Iuriſconſultorum pronũtiata:&, vt Græci dicunt,κυρίαι δόξαι, id eſt(vt Cicero conuertit) ratæ ac firmæ ſententiæ: quales apud medicos ſunt qui ἀφορισμοὶ dicuntur: quòd (vt Galenus ſcribit) διὰ βραχυτάτων ἅπαντα τὰ τοῦ πράγματος ἴδια ἀφορίζουσι. Obſcurè igitur Paulus Regulam dixit eſſe
C orationem quæ rem quæ eſt,breuiter enarrat:cum Regula ſit ſententia quædam generalis,quæ ex plurimum legum mente à Iuriſconſultis notata atque animaduerſa,paucis verbis ſummam quandam earum conſenſionem & tãquam harmoniam complectitur.nam eius quidem materia eſt,Mens & conſenſio legum,longa & diuturna Iuriſconſultorum obſeruatione notata.cauſſa efficiens eſt, Acumen Iuriſconſultorum plurimum legum conſenſionem in ſummam quandam contrahentium.Forma autem eſt Sententia ipſa paucis iiſque ne-
D ceſſariis verbis ſummam illam expediens: finis verò facilior æquitatis ac iuris ciuilis cognitio. Quæ omnia planius intelligentur, ſi modò quæ ſit inter Legem & Regulam differentia, diligenter obſeruemus; quod an ab vllo noſtrorum Interpretum vſque adhuc factum ſit, quidem affirmare non auſim, præſertim cùm ne ipſi quidem Triboniano videatur quidquam huiuſmodi vnquam in mentem veniſſe. itaque quæ perſpicuè & confeſſione omnium Leges ſunt, aut ſcriptæ, aut non ſcriptæ:eas pro Regulis nobis obtrudit. qualis eſt,
E ne longè abeamus,quæ capite ſecundo refertur:Fœminas ab omnibus officiis ciuilibus remotas eſſe. quaſi verò quiſquam ignoret,hoc ſemper, etiam antè Iuriſconſultorum genus natum, populi Roman. ius fuiſſe: aut cuiquam obſcurum ſit,quod ibidem traditur, Fœminas fideiubere pro aliis non poſſe, Senatuſconſulti Velleiani ius ſit: aut illud, Fœminis non licere pro aliis poſtulare, ex edicto prætoris natum ſit: aut illud, Fœminas iudices eſſe non poſſe, moribus populi R. tribuatur aperte in l. cùm prætor,D.de iudic. Lex igi-
F tur eſt,quam populus certo & cognito omnib.iure cõſtituit: Regula verò quam Iuriſconſulti ex pluribus Legum capitibus notatis inter ſeque comparatis eleuerunt:vt non omnino incommodè dicere poſſimus,Leges eſſe tãquam voces & ſonos ſingulos: Regulam verò eſſe tanquam harmoniam & concentum. cuiuſmodi illæ ſunt quæ Veterum definitiones appellantur: veluti: Duas cauſſas lucratiuas in eandem rem ac perſonã non concurrere:Ex quibus cauſſis inficiando lis creſcit, ex iis cauſſis non debitum ſolutum condici non
G poſſe. Noxa caput ſequitur: Tot ſunt ſtipulationes, quot res: Agnatione ſui poſthumi teſtamentum rumpitur. Indiſtinctè datus tutor, in totam litem datus videtur. Quanquam hoc quoque loco conſiderandum eſt, nullàne inter iuriſcõſultorum reſponſa & iſtas Regulas, differentia ſit:& an omnia eorum reſponſa pro Regulis habenda ſint.quòd ſi vlla differentia eſt, quæ

nam reſponſa pro Regulis numerãda ſint,& quæ item nõ ſint. quod, meo quidem iudicio, non incommodè ſic conſtitui poterit, ſi dicamus hoc inter Iuriſconſultorum reſponſa & Regulas diſcrimen eſſe: quòd illa plerunque certis perſonis ac rebus finita & circũſcripta ſunt:&, vt Græci dicunt, ὑποθετικὰ: hæ verò ſemper ad genus vniuerſum pertinent, infinitæque ſunt: & (vt Græci dicunt) θετικαί. Quod ſi quando Iuriſconſulti conſulationem ad genus vniuerſum reſpondendo reuocent:& ſi quod illorum reſponſum θετικὸν atque infinitimum eſt, non tamen continuò pro Regula habendum eſt: ſed tum demum cùm diuturna multorum Iuriſconſultorum approbatione, eam auctoritatem adeptum erit. Nunc reliqua videamus. Cùm enim Paulus dicat, non ex Regula ius ſumi, ſed ex iure quod eſt Regulam fieri, abſurdum hoc videri alicui poſſit: quippe cum & Iuriſconſultorum reſponſa iuris ciuilis partem conſtituant: & paſſim Regulæ veteres ad controuerſias quæ ad genus illud pertinent diſceptandas, à nobis proferantur. Intelligendum eſt igitur, cùm Regulæ ex vario & multiplici iure, id eſt ex pluribus legum capitibus concipiantur: ac propterea ius ſit Regula ipſa antiquius: quippe ex quo Regula naſcatur: ſi quando Regula pro lege ac iure citetur, hoc non propterea fieri, quod ab ea ius tanquam ex ipſo fonte & capite ſumatur: ſed tanquam ex lacu qui ex variis fontibus longè deductus & ad vſum quotidianum paratus ac deriuatus eſt. Denique (vt vulgus loquitur) non principaliter, ſed ſecundariò: propterea quòd Regulæ ſunt tanquam communes loci qui ad vſum quotidianum, & ad vitandum altè repetendi iuris laborem parati atque inſtituti ſunt. Iam verò quod Paulus ait Sabinum dixiſſe Regulam eſſe tanquam CAVSÆ CONIECTIONEM: (ſic enim rectè in Florentinis libris legitur: cùm in aliis CONIVNCTIO nullo ſenſu legeretur) videndum eſt diligenter, ne ſimilitudinem longius quàm ratio ipſa ferat, producamus. Cùm enim cauſſæ coniectio ſit, (vti ſcribit Aſconius) cum litigatores qui cõperendinati ad conſtitutum venerunt, ſummatim & quaſi per indicem cauſſæ ſuæ argumentum, & tanquam ſtatum exponunt: denique eum qua de re agitur, breuiter enunciant: certum eſt multis in rebus diſſimilem eſſe Regulam à cauſæ coniectione: primum quòd hæc hypothetica eſt, & certæ perſonæ ac rei finibus continetur: illa verò ad genus vniuerſum pertinet: deinde hæc ferè interrogandi modo, vt pote quæſtio, proponitur: illa verò definitè ait quid, aut negat. Ecquanam igitur in re inter ſe ſimiles ſunt? nimirum vt cauſſæ coniectio iura omnia litigatoris in ſummam aliquam contrahit, & (vt ait Aſconius) in breue cogit: ſic Regula complurimum legum capita ſtrictim breuitérque complectitur, & eorum (vt ſic loquar) ſuccum elicit. Quod autem poſtremò loco Paulus addit, Regulam ſimul cum aliquo vitiata eſt, ſuum officium perdere: etſi perquam dilucidè ac perſpicuè dictum eſt, noſtrorum tamen hominum ineptiis atque argutiis inobſcuratum fuit. Senſus eſt enim: Cùm officium Regulæ ſit regere controuerſias, ſi ea praua & vitioſa ſit: nunquam officium ſuum faciet: nam (vt ait Lucretius) Denique vt in fabrica, ſi praua eſt regula prima, Omnia mendoſe fieri atque obſtipa neceſſe eſt. At noſtri ad Exceptiones hoc referunt: quaſi verò Exceptiones aliquid in regula vitij demonſtrent: ac non potius, illud à regula ſecretum ac remotum eſſe oſtendant: ac propterea moneant, ne cum illa confundantur. Quod ab exemplo facillimè intelligetur. Paulus ait regulam vulgarem eſſe, Patrem filio vtiliter ſtipulari: l. quod dici-

A tur, 130. D. de verb. oblig. Idem poſtea excipit, ſtipulationes quibus factum in perſonam confertur. Vtrùmne igitur hæc exceptio regulam vitiat, vt amplius officium ſuum non faciat: an potius ipſam declarat, & ne quod ab ea alienum eſt, cum ea confundatur, monet? Quod idem de illa altera iudicandum eſt: l. quod dicitur, 86. eo de tit. vbi Vlpianus ait, à regula Tot eſſe ſtipulationes, quot res: excipiendas eſſe res quæ expreſſæ non ſunt. Sed operæ pretium videtur, quæ ad eam legem multis poſt primam editionem annis obſeruauimus,
B planius exponere. Ergo verba illa REM QVÆ eſt, ſic interpretor, quaſi dixiſſet Ius quod eſt. nam rei quæ eſt narratio cauſidici propria eſt. l. 1. C. de lit. conteſt. eáque propriè Cauſſæ coniectio dicitur, cùm litigatore ſummatim id in quo cauſſa conſtitit exponunt, vt ex Aſconio ſupra demonſtrauimus. Agellius libr. 5. cap. 10. *Litem cum Euathlo conteſtatur, & cum ad iudices coniicienda conteſtandaque cauſſæ gratia veniſſent.* Quibus ex verbis facilè intelligitur, cauſſæ coniectionem in conteſtanda lite fieri ſolitam. Liuius lib. 39. *Erant*
C *de rebus ſingulis in breue coacta cauſſa.* Afranius apud Nonium: *Cauſſam coniicere apud te volo: ambo adeſte.* Quod autem ſequitur EX IVRE QVOD eſt, planiſſime oſtendit, ius regula eſſe antiquius. l. in his 15. D. de legib. quandoquidem regulæ ex iuris & æquitatis ratione ſumuntur. cuius rei inſigne exemplum extat in l. 5. §. pauonum, D. de acquirend. rer. dom. Sed duo ſunt regularum genera: vnum, quo vetuſtiſſimi ſunt vſi, cùm & ex æquitate, & ex plurium legum mente generalem aliquam ſententiam conſtituebant, quæ ab omnibus pro-
D babatur, velut in l. 1. §. veteres, de acqu. poſſ. *Veteres putauerunt, & hæc fuit regula.* vnde illa Iuriſconſultis vſitata, INTER *omnes conuenit.* l. 12. D. qui ſatiſd. cog. *Placuit prudentibus.* l. 31. De vulg. ſubſt. l. 54. D. mandat. *Ab omnibus receptum eſt.* l. 11. §. 4. D. de actionib. emp. *Poſt magnas varietates obtinuit.* l. 32. D. de obl. & act. *Receptũ eſt propter vtilitatem publicam.* l. 8. D. depoſ. Earum porro ſententiarum interdum vnus aliquis auctor ac princeps erat, vt M. Cato eius regulæ, quæ ex eo Catoniana dicta eſt: vt C. Aquilius Gallus, eius de
E qua in l. penult. D. de leg. 1. Quintus Mutius in l. 4. §. 1. D. de vſu & habit. Ac fere magis memoriæ quàm litteris hæ ſententiæ mandabantur. vnde illa peruulgata *Quod per manus traditũ eſt*, l. 10. D. de iure codic. *Quod vulgo traditum eſt.* l. 11. de ſeruitut. l. 11. D. pro empt. *Sed mihi traditum eſt hoc iure nos vti.* l. 57. D. de manumiſſ. teſt. Eiuſque generis ſunt illæ veteres, Vnicuique licet ſuo iuri renũtiare. l. penult. C. de pact. Tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt. l. 1. D. de auct. tut. Omnia iudicia ſunt abſolutoria. Falſa demonſtratio legatum non vi-
F tiat. Et hæ ſunt quæ vulgò DEFINITIONES, vocantur. l. omnis, 202. D. de reg. iuris vnde Q. Mutij liber ὅρων ſiue definitionum, ex quo ſumpta eſt. l. 73. D. eod. Indéque illud peruulgatum VETERES DEFINIERVNT. §. vlt. Inſt. de oblig. quaſi contract. l. 97. D. de ſolut. Atque hæ ſunt propriè quæ Regulæ iuris ciuilis appellantur. l. 13. §. regula, D. de liberis & poſtum. dicuntur etiam Cõſtitutiones ciuiles. l. 1. D. de priu. delict. Ciuilis conſtitutio eſt, inquit, pœnalibus actionib. heredes non teneri. Item in l. ſi ſeruum, 91. §. 2. D. de verb. oblig. dicũ-
G tur & Sententiæ auctorum. l. 4. §. labeo, D. de dol. except. Alterum genus eſt earum, quas Iuriſconſ. poſt Impp. conſtitutiones ſcripſerunt: vt Paulus, Vlpianus, Modeſtinus, Martianus, quorum omnium libri Regularum paſſim commemorantur. In quibus regulis etiam legum, & conſtitutionum, & Senatuſconſultorum & Iuris prætorij ſententiam breuiter perſtrinxe-

ſtrinxerunt, vt ſtudioſorum memoriæ ſeruirent. Ea- A
rum inſigne exemplum extat in libro ſingulari Regu-
larum Vlpiani tit. 2. vbi legis Æliæ Sentiæ, legis Pa-
piæ Poppeæ, legis Furiæ Caniniæ ſententiæ bre-
uiter exponuntur. Ac tales ſunt ſub tit. de reg. Iuris
lex 38.l. 62.l.65.l. 101. & aliæ complures: quas Senten-
tiarum nomine verius meo Iudicio, quàm Regula-
rum, appellaremus. Quod autem ſequitur, Vt pri-
mum regula in aliquo vitiata eſt, eam ſuum officium
perdere: vel, (vt ait l.202.eod.tit.) ſubuerti: video refer-
ri vulgo ad exceptiones. quod certè concoquere vix B
poſſum: quandoquidem exceptiones regulam potius in
exceptis caſib. confirmant, quàm vitiant. l.20.§.1.de
man.teſt.l. 12. §. idem reſpondit. 23.D.de inſtruct. leg.
Multa ſunt in iure ſingularia, quæ propter vtilitatem
publicam cõtra ſtrictam iuris rationem recepta ſunt. l.
14.l.15.D.de legib.l.141.D.de reg.iur.l.ſingularia,15.D.
de reb.cred. Licebítne dici per illa regulã vitiari? certè
nihilomagis quam ius commune per priuilegia. veluti:
Regula iuris ciuilis eſt, Neminem ex parte teſtatum, ex
parte inteſtatum decedere. Militibus tamẽ hoc priuile- C
gium tribuitur. an idcirco vitiari regula dicetur, & ſuũ
officium perdere? certè nihilomagis quam per benefi-
cia diuiſionis, puta, reſtitutionis in intregrum, ſenatuſ-
conſulti Velleiani, bonorum poſſeſſionis, quod datur
emancipato, trium aut quatuor liberorum. Regulam i-
gitur non vitiant exceptiones, ſed terminant, finiunt,
limitant, circumſcribunt, vt eatenus valeant, quatenus
per exceptionem non limitãtur. quod Africanus aper-
tiſſimè oſtendit in.l.quod vulgo, 2. D.pro emp. his ver-
bis: *Quod vulgo traditum eſt, eum qui exiſtimat ſe quid* D
emiſſe, nec emerit, non poſſe pro emtore vſu capere: hacte-
nus verum eſt, &c. Itemque Papinianus in.l.ſtichum, 95.
§.2.D.de ſolution. his verbis: *Quod vulgo iactatur, Fi-*
deiuſſorem qui debitori heres exſtitit, ex cauſſa fideiuſſio-
nis liberari, toties verum eſt, quoties rei plenior &c. Dicet
aliquis, Quid igitur eſt Regulam vitiari? reſpõdeo, vitia.
eſſe alia inſita, alia aduentitia, & extrinſecus accidentia.
Vitia ſunt Inſita, cuiuſmodi paſſim videmus poſterio-
res Iuriſconſultos in vnius alicuius antiquioris Regu-
lis, ſiue ſententiis, ſiue præceptis notaſſe, veluti in l.pe- E
nu.D.de acq. rer.domi. vbi Paulus vitia regularum ali-
quot Labeonis notat. item in.l.filius, 16.D.qui teſt.fac.
vbi Marcellus vitium regulæ à Pomponio traditæ ſi-
militer notat. Item l.1.de off.eius cui mand.Iuriſd. His
demum caſibus regula ſubuertitur, ac ſuum officium
perdit. Quoniã (vt ſcribit Fabius lib.2.cap.13.) Præcep-
ta καθολικὰ rarò reperiũtur, vt non labefactari parte a-
liqua, aut ſubrui poſſint. Sed vbi regulis generalibus ex-
ceptio ſubiicitur. nõ inſitum vitium notatur, ſed exter-
num potius & aduẽtitium excluditur, vt caſum excep F
tum regula non contineri intelligatur. Veluti, cùm Sa-
binus hanc tradidiſſet, Prius teſtamentum rumpitur cũ
poſterius ritè perfectum eſt: Vlpianus hanc exceptio-
nem ſubiiciens, Niſi forte poſterius iure militari factũ
eſt: non vitiat regulam, vt ſuum officium perdat: ſed ca-
ſum qui regula non cõtinebatur, excludit, l.2. D. de in-
iuſt.rupt. Sic cum Sabinus illam tradidiſſet, Obſides te-
ſtari non poſſunt: Vlpianus ſubiecit, Niſi eis id permit-
tatur, l.obſides, 11. D. qui teſtam. fac. qua exceptione re-
gulam illam non vitiat, aut euertit, ſed ſuis terminis cir- G
cumſcribit.

Quid ſit populum fieri fundum, in oratione M. Tullij pro L.Cornelio Balbo, & Agellij locus emendatus.

Cap. XIX.

VEtus eſt loquutio, Populum fieri fundum,
quę à Cicerone crebrò vſurpatur in ea quam
habuit pro L.Cornelio Balbo, non tam anti-
quitate & inſolentia verbi, quàm Cicero-
nis ipſius opera, qui aliquid præſidij ex illius obſcuri-
tate, tanquam in latebra, quærebat, obſcura. nam Sext.
Pompeius ita locutionem interpretatur, vt ad eam in-
telligendam non multum præterea deſideremus. Fun-
dus, inquit, dicitur populus eſſe rei, quam alienat,
B hoc eſt, auctor. Quibus ex verbis facile intellectu eſt,
dici tum populum aliquem fieri fundum, cùm in re
quapiam ſua abalienanda auctor eſt: id eſt, approbator.
quod non tantùm de populo, ſed etiam de quouis au-
ctore ab antiquis vſurpari ſolitum: argumento eſt illud
Lyſitelis adoleſcentis apud Plautum: qui cùm Charmi-
dis abſentis filiam à Lesbonico virginis fratre in v-
xorem ſibi dari pactus eſſet: vbi reuerſum patrem au-
diuit, ita loquitur:

Nũc mihi is properè cõueniẽdus eſt, vt quæ cũ eius filio
C *Egi, ei rei fundus pater ſit, potior eo:* hoc eſt,

Vt filio qui mihi ſuam ſororem abſente patre deſpon-
derat, auctor ſit. quod ab exemplo ſuperiore non alie-
num eſt: quippe, cùm puellæ quæ nuptum collocarentur
atque in manum darentur, quodammodo abalienari
viderentur. Simillima illius Cornelianæ cauſſæ ratio
eſt. Cùm enim Balbus Gaditanus ciuis natus eſſet, ſeſe
tamen pro ciue R. gereret, negabat Accuſator eum po-
tuiſſe ſeſe in alienam ciuitatem dicare, niſi populi ſui
conſenſu: præſertim fœderati: hoc eſt, eius qui ſuum
D ius integrum in ſuos ciues ex fœderis pactione ac legi-
bus retineret. nam cùm is qui ſe in alienam ciuitatem
dicat, ab ea in qua prius fuit, abalienatur, conſenta-
neum eſt, populum cuius ille eſt ciuis, & præſertim fœ-
deratum, auctorem atque approbatorem illius abalie-
nationis fieri. Atque hoc nimirum illud eſt, quod Ci-
cero ſignificat ab Accuſatore dictitatum in illo iudicio
fuiſſe: cùm ita ſcribit: Negat ex fœderato populo quen-
quã potuiſſe, niſi is populus fundus factus eſſet, in hanc
ciuitatem venire. At Cicero qui cauſſæ ac tempori ſer-
E uire, non verbi vim verè explicare inſtituerat, Legem
dè auctoritate populi exquirenda oratoriè ſic eludit,
vt diſputet fundos eos dici populos, qui ius aliquod
populi R. aſciuerunt: quaſi in quibus illud, tanquam in
fundo, reſideat. Totum, inquit, hoc iudices in ea
fuit poſitum ſemper ratione atque ſententia, vt cùm
iuſſiſſet populus R. aliquid, ſi id aſciuiſſent populi ac
Latini, & ſi ea lex, quam nos haberemus, eadem in
populo aliquo, tanquam in fundo reſediſſet, vt tum le-
ge eadem is populus teneretur. Quod ſine dubio magis
F oratoriè, quàm verè dictum eſt. Neque enim præciſè
atque abſolutè dicitur, Populus fundus: ſed coniun-
ctè Populus fieri, vel eſſe alicui fundus: neque rurſus
ob eam cauſſam fieri fundus dicitur, quòd in eo lex ali-
qua tanquam ædificium in fundo ponatur: ſed quòd ci-
uibus ſuis nouo & aſcito iure vtentibus fundamento,
id eſt firmamento ſit, item vt auctores ſiue patres, ſiue
tutores, ſiue venditores firmamento eſſe ſolent aliis,
qui eorum auctoritatem ita ſequuntur, vt ea perinde
nitantur quaſi ædificia fundo. Denique vt rem verbo
G abſoluam, hæc locutio non ad ſubſtantiæ aut qualita-
tis, ſed ad relationis categoriam pertinet: quoniam
cùm dicimus Populum eſſe fundum, hoc ſignifica-
mus ſuis ciuibus eſſe fundum, vt hoc illúdve faciant:
veluti vt ſe pro ciuibus R. gerant: vt illa populi R. lege
ac iure vtantur. Tum enim Populus illis firmamenti lo-
co eſt: quo tanquam fundamento nitantur. Eſtque hoc

cum iis quæ ſuperius dicta ſunt, ſanè conſentaneum: vt A nulla res alicuius Populi ſine ipſius iuſſu atque auctoritate alienetur. Cùm enim nouum populi R. ius aſciſcitur, antiqua ciuitatis iura, inſtituta, & leges amittũtur. Eóque illud pertinet quod Cicero adſcribit, cùm lex Iulia lata eſſet, qua lege ciuitas eſt ſociis ac Latinis data, magnam contentionem Heracliensium & Neapolitanorum fuiſſe, cùm magna pars in iis ciuitatibus iuris ſui libertatem ciuitati anteferret: id eſt, cùm fundus atque auctor ſuis ciuibus eſſe nollet, vt ciuitatis ſuæ leges ac iura dimitterent. Eodem etiam pertinet, q̃ B apud Agelliũ ſcriptum eſt: lib. xvj. cap. xiij. Municipes ſuo iure vſos, neque vlla populi R. lege aſtrictos eſſe: *cùm nunquam populus eorum fundus factus eſſet*. Sic enim is locus legendus eſt: non vt vulgo Po. Ro. eorum fundus, &c. Itaque quod Cicero ait, ſe ſi Gaditani Cornelium ciuem ſuum repeterent, illis reſponſurum: Legem populum. R. iuſſiſſe de ciuitate tribuenda: hoc genere legum fundos Populos fieri non ſolere: refutari facilè ab aduerſario poterat: cùm diceret, Hoc quidem legum genere fundos Populos fieri non ſolere: quippe C quia ad ſuum ius ciuile non adſciſcerent: ſed ſi quis ex ſuis ciuibus eo beneficio vti vellet, id ei ius non fore prius quàm vniuerſus Populus, fundus atque auctor ei in eam rẽ factus eſſet. Atque hæc quidem ita ſcripſerã & edideram anno CIↃ. IↃ. LXI. quæ nunc animaduerto à duobus doctiſſimis viris aliquanto poſt tempore pari prope modo promulgata & confirmata fuiſſe. Animaduerti præterea Dionyſ. Lambinum in ſuis ſcholiis in Orat. Ciceron. pro Cæcina, ſcripſiſſe Georgium Buchananum ſingulari doctrina virum, diſputaſ- D ſe in extremo illius Orationis ſcribendũ ita eſſe: *Multo etiam minus quæri* A. CÆCINA *fundus ſit, nec ne: me tamen idipſum docuiſſe, fundum eſſe* CÆCINAM. cùm in libris omnibus vulgo ſcriptum ſit vtrobique CÆCINÆ, ſecundo caſu. vt Fundus dicatur, pro Colonus: ea ratione qua Populus dicebatur fundus. Buchanani iudicio nemo plus tribuit, quàm ego. ſed quo minus ei aſſentiar, hæc obſtant: primùm quod fundum hominem dici, pro ciue, pro eo qui iuris ciuilis particeps eſt, nuſquam legi. præterea præcipua totius iſtius cauſſæ E vis in eo vertitur, vtrum Æbutius, an Cæcina, fundi iſtius controuerſi ſit dominus. nam ſi Æbutius dominus non fuit, certè iniuſtè dominum aditu ſui fundi prohibuit. Quod verò Buchananus ait, nuſquam niſi perleuiter tactum fuiſſe, Cæcinam fundi dominum eſſe: videamus ne mendum ſit memoriæ. quid enim aliud (tota pag. 192. editionis meæ) actum eſt, vbi Cicero multis verbis contendit, Æbutium non ſibi, nec ſua pecunia fundum illum emiſſe: ſed & Cæſenniæ, & de ipſius pecunia? F

Lacunæ aliquot in eadem Oratione pro Balbo indicatæ: & ſimul menda quædam typographorum ſublata.

Cap. XX.

FAcit ſuperior diſputatio, vt quoniam librum hunc optimum Ciceronis in manib. iam habeo, menda quædam typographorum quæ non paucos ipſius locos fœdè contaminant, indicanda exiſtimem: & huius præſtantiſſimi ſcriptoris ſtudioſos noſtris hiſce obſeruatiunculis adiuuan- G dos putem. Ergo iam inde ab ipſo orationis exorſu atque initio, lacunam illam indicabimus, de qua ante verba hæc, NAM CETERIS A QVIBVS EST DEFENSVS, ex eo licet coniecturam facere, quia cùm Orator cœpiſſet ea quæ in ſuperioribus Cornelij defenſoribus erant, cum iis quæ in ſeipſo ad eadem defenſio-

A nem ſuſcipiendam valebant, comparare: poſtrema tamen pars quæ fuit potiſſima, & qua Cicero ſuperiorem ſe aliis fuiſſe dicit, non reperitur. Cum enim ita ſe intuliſſet, *Quæ ſunt igitur meæ partes? auctoritatis tanta, quantam vos in me eſſe voluiſtis, vſus mediocris, ingenij minimè voluntate paris*: cùm, inquam, hęc Cicero dixiſſet: requiri neſcio quid in hanc ferè ſententiam videbatur: Studiorum verò, & amicitiæ longè ſuperior mea quàm aliorum, qui ante me dixerũt, ratio eſt. Quę ſententia cùm illi ſuperiori loco reſpondet, SI STVDIA, B AB AMICISSIMIS, &c. tum aditum ad proximum inſequentem patefacit: *Nam ceteris à quibus eſt defenſus, eum debere plurimum video: ego quantum ei debeam, alio loco oſtendam.* Et profecto ita eſt, vt etiam alter locus, qui non longè à concluſione abeſt, perſpicuè oſtendat, nonnulla de Cornelij in Ciceronem meritis in exordio dicta eſſe. ſic enim Cicero loquitur: *Quorum ego teſtimonio ac precibus munus hoc meritum huic, &, vt à principio dixi, iuſtam & debitam gratiam refero.* Videndum etiam an locus ille qui paginis aliquot interiectis ita le- C gitur IPSA DENIQVE IVLIA, *qua lege ciuitas eſt ſociis & Latinis data, qui fundi populi facti non eſſent ciuitatem non haberent*: videndum, inquam, an non multis verbis deminutus ſit: vt huiuſmodi certè aliquid deſideretur, & locus in hanc ſententiam legatur: *Ipſa denique Iulia, qua lege ciuitas eſt ſociis & Latinis data, ita lata eſt, vt beneficio ciuitatis omnes afficerentur: non vt qui fundi populi*, &c. Propterea enim ſuperiores illas de iure ciuili Leges, Furiam ſcilicet, & Voconiam protulit, & poſtremò Iuliam: vt illud probaret, quod ſuperius ſi- D gnificarat, aliorum populorum auctoritatem, non in populi R. iure, ſed in ipſorum rebus & commodis deſiderari. Itaque ne verſus quidem inſequens integer atque incorruptus videtur: nam vbi ſic legitur: *Itaque magna contentio Heracliensium ac Neapolitanorum fuit: cùm magna pars in iis ciuitatibus iuris ſui libertatem ciuitati anteferret.* Legendum enim videtur, CIVITATI NOSTRÆ ANTEFERRET. Neque verò locus ille alter prætermittendus videtur, quem nemo (vt opinor) nõ duabus vocibus deminutum eſſe iudicabit: qui E modò ſententiam paulo attentius conſiderabit. *Simul illud neſciebat, prædiorum nullam eſſe gentem: emtionibus ea ſolere ſæpe ad alienos homines, ſæpe ad infimos non legibus tanquam tutelas, peruenire.* Quis enim non videt, deeſſe aliquid & locum ita reſtituendũ eſſe: TANQVAM TVTELAS AD AGNATOS, PERVENIRE. Atque hæc quidem ex ingenio & coniectura eruditis viris conſideranda propoſuimus. Illud & ex antiquo libro & meliore auctore proferemus. nam qui locus in eadem oratione ſic legitur, ATQVE *vt ego ſentio, iudi-* F *ces cauſa dicta eſt temporis magis, ego nõ huius, inquã, genere iudicij plura dicam*: & ab omnibus typographis rectè tanquam vitioſus aſteriſco notatus eſt: is locus in antiquo codice ita pulcherrimè ſcriptus eſt: *Atque vt ego ſentio, iudices, cauſſa dicta eſt temporis magis huius vitio, quam hominis: neque ego de tam iniquo iudicij genere plura dicam.* Sed de lacunis, hactenus: nam de typographorum mendis addendum etiam aliquid videtur: vbi enim ſic legitur: *Cuius igitur? reuera nullius: actione accuſatoris, eius vnius qui donauit. qui ſi adductus gratia minus idoneũ* G *hominem præmio affeciſſet.* &c. ego pro QVI SI, perexigua mutatione adhibita, reponendũ exiſtimarẽ, QVASI: cùm alioqui nulla ei loco ſententia ſubſit: vt neque in verſu inſequẽti, vbi verbũ FECISSET, ſine dubio reponendũ eſt: hoc modo: *Si denique aliquid feciſſet, quod nõ cõtrà ac liceret factũ diceretur.* Vt illud omittã, quòd vox MALI, quæ paulò poſt, illo in loco ſequtur, *Omnis eiuſmodi*

eiuſmodi mali reprehenſio : neque in antiquis, neque in omnibus impreſſis adiecta eſt : & ei loco plus mali, quàm boni affert. Illud etiam ad hũc eundem ordinem pertinet, quod in interiore oratione vulgo ſic legitur: *Ac ſicubi eſſet lex id Gellia & Cornelia quæ definitæ poteſtatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, ſuſtuliſſet.* Conſiderandũ enim videtur, ecquid potius, INDEFINITE, aut (vt ſemper ipſe loquitur) INFINITE, legẽdum ſit: hoc cenſu: Etiam ſi fœdere Gaditano exceptum eſſet, vt neminem Gaditanum ciuem. R. fieri liceret: tamen lex quæ generaliter & indefinitè ita ſcripta eſt. VTI ciues R. ſint ij, quos Cn. Pompeius de conſilij ſententia ſingillatim ciuitate donauerit: cùm (vt vulgo loquimur) indefinita idem quod vniuerſalis valeat: illam ſuſtuliſſe exceptionem videretur: vt quouis ex populo ius eſſet Cn. Pompeio hanc alicui ciuitatem impertiri, ſiue Gaditanus is eſſet, ſiue alterius ciuitatis ciuis: definitè autem poteſtatem lex feciſſet, ſi nominatim certam aliquam ciuitatem Pompeio preſcripſiſſet, ex qua ſola ei ciuem aliquem R. facere liceret: quod cùm à Ciceronis cauſſa, tum ab illius totius loci ſententia alieniſſimum eſſet, facilè, vt ſpero, quiuis vel mediocriter attentus iudicabit.

Ad L. 1. D. de ſeruit. ruſtic. præd. vbi Via, actus, itineris differentia explicatur: & quid ſit Iumentum.

CAP. XXI.

NIhil eſſe arbitror in ſcholis noſtris pernicioſius diſſimulatione antinomiarum, & diſſenſionum, quæ inter veteres Iuriſconſ. fuerunt: quarum in numero animaduerto fuiſſe quæſtionem de harum trium Ruſticarum ſeruitutum definitione: itineris, actus, & viæ. Nam has dupliciter inter ſe differre conſtat, genere vſus, & ſpacio loci. de quo quidem ſpacio nullum fuiſſe certamen conſtat: quoniam viæ latitudo lege XII. tab. definita eſt: itineris autem & actus arbitraria fuit: dum tamen in illo ſatis eſſet ſpacij ad eundum: in hoc, ſatis ad iumentum agendum. l. 8. l. 13. §. 2. D. de ſerui. ruſtic. nempe pedum quattuor: vt Varro memoriæ prodidit. fortaſſe, inquiens, ab eo quattuor, quòd ea quadrupes agitur. ſed Feſtus: Actus eſt, inquit, iter inter vicinos quattuor pedum latus. Sed de genere vſus animaduerto diſceptatum inter illos fuiſſe. Nam Paulus quidem & Modeſtinus nullum inter Actum & Viam diſcrimen reliquerunt: neque plus eſſe in via, quàm in actu cenſuerunt: ſed vtramque ſeruitutem ploſtrorum, iumentorum, armentorum & vehiculorum communem eſſe ſtatuerunt. Qui actum habet, inquit Paulus, & ploſtrum ducere, & iumentum agere poteſt. l. 7. §. 1. D. eod. Actus eſt, inquit Modeſtinus, vbi & armenta traiicere, & vehiculum ducere liceat. l. inter, 12. D. eod. quinetiam Marcellus: Is cui via vel actus debebatur, inquit, vt vehiculi certo genere vteretur, alio genere vſus fuerat. l. is. cui, 11. D. quemad. ſeruit. amitt. quinimo interdũ Iter & Actus appellari videntur, quæ prius dictæ fuerant Via & Actus velut in l. pen. D. de euict. At Pomponius & Vlpianus Actum iumenti, Viam vehiculi propriam eſſe putarunt. vt quemadmodum Iter proprium eſt peditum & equitum: ſic Actus proprius eſſet agaſonum & mulionum: Via verò aurigarum. Nam ille Actum definit ius agendi iumentum: Viam verò ius ducendi vehiculum. l. ſi tam anguſti, 13. D. de ſeruit. Si iumentum, inquit, duci poterit, non etiam vehiculum, Actus videbitur acquiſitus. Quibus verbis apertiſſimè plus eſſe ſtatuit in Via, quàm in Actu: minus autem in
A Actu, quàm in Via. Et ſecundum eandem ſententiam Vlpianus Iter & Actum ita contineri via ſcripſit, ſicut Vſus Vſufructu continetur. Nam cùm dixiſſet acceptilatione partis nihil agi, ſed totius obligationem manere: Siquis, ait, Viã ſtipulatus, Iter aut Actum ſeparatim accepto tulerit, nihil egerit. at ſi coniunctim & Iter & Actum accepto tulerit, debitorem Viæ liberauerit. l. etſi, 13. §. 1. D. de acceptilat. quippe, cui non licet quod minus eſt, ei quod plus eſt non licet. Cui, inquam, iumentum ſeparatim agere non licet, ei multo minus iu-
B mentum cum vehiculo agere licebit. Et ſanè hanc differẽtiam vel ipſa vocabulorum notatio declarat. nãm Varro Actum ab agendo, Viam à vehendo deducit, Et Iſidorus: Via eſt, inquit, quà ire vehiculum poteſt. Quinetiam Paulus Viam conſtitui poſſe negat, niſi qua vehiculum ire poteſt. l. via, 23. D. de ſeruit. ruſtic. ſed quod ſubiicit, ALIOQVIN ITER ERIT, NON VIA: credo ita emendandum eſſe, Alioquin iter aut actus erit, non via. Quòd ſi Iulianus eum, qui iter debet ei rectè comparat, qui quinque debet eum ve-
C rò qui actum debet, ei qui decem debet: l. qui vſumfructum, 58. D. de verbor. obligat. certè nihil abſurdi eſt dicere, eum qui viam debet ei qui quindecim debet poſſe comparari. quandoquidem in Via & Iter & Actus continentur. d. l. 13. §. 1. De acceptil. l. 1. §. 1. De ſeruit. ruſtic. Quæ cùm ita ſint, magnopere ſanè in mea priſtina ſententia confirmor, vt in d. l. 1. Vlpiani ſcripturam emendemus: atque adeo veterem emendationem noſtram amplificemus, hoc modo: Iter eſt ius eundi ambulandi hominis: NON ETIAM iumẽ-
D tũ agendi. Actus eſt ius agẽti iumẽtum, NON ETIAM vehiculum. Via eſt ius eundi agẽdi, ET AVEHENDI. Nam & actum & iter in ſe Via continet. Quẽadmodũ enim Vlp. in itinere definiendo docuerat, non modo quale, ius eo contineretur, ſed etiam quale non contineretur: eodem modo veriſimile eſt eum in actu definiendo vtrumque notaſſe: neque quidquam abſurdius eſt, quàm qui dixerat plus eſſe in via, quàm in actu, eundem nihilo minus eſſe in actu, quàm in via. Verbũ autem AMBVLANDI in Viæ defi-
E nitione idcirco mutauimus, in AVEHENDI, quòd & Eundi verbo ſatis perſpicuè Ambulatio contineretur: & proprietas Viæ, quæ in vehendo poſita eſt, alioquin amitteretur. Fieri autem poteſt, vt Pompon. & Vlpian. verborũ proprietatem ſecuti ſint, Paulus autem & Modeſtinus loquendi conſuetudinem in vulgus receptam. fortaſſe ex illa XII. tab. lege, SI via ſit immunita, quà volet iumentum agito: cum Iumẽti nomine non tantùm onerarium, verùm etiam vehiculare ſignificaretur. Vnde etiam conſuetudo fluxit, vt Iumenti appellatione vehiculum contineretur: auctorib. Nonio Marcello, & Agellio lib. 20. ca. 1. Itaque vſitata ſtipulationũ formula vt IRE AGERE LICEAT & actum & viam ita complectitur, vt nihil neceſſe ſit addere verbum VEHERE Ex quibus admirari Seruij Honorati & Iſidori diſſenſionem licebit: quorum ille ſic ſcribit: Via, id eſt actus dimidius: quà poteſt ire vehiculum. Nam Actus duo carpenta capit, propter euntium & venientium vehiculorum occurſum. Iſidorus vero contrà: Via eſt, qua poteſt ire vehiculum. nam duos a-
G ctus capit, propter euntium & venientium vehiculorum occurſum. Ita Seruius in Actu duas vias, Iſidorus autem in Via duos actus ponit. Verùm hæc quidem de Grammaticorum & Iuriſconſultorum diſſenſionib. dicta ſint. qualem ſi quis neget fuiſſe inter Neratium Priſcum & alios, in vrbanarum & ruſticarum ſeruitutum definitione, vix credam eum ſatis attentè

cōparaſſe l.2.D.de ſeruit.ruſti.& l.4.D.ex quib. cauſſ. pign.vna cum l.vrbana 198.De verb.ſignific.l.1.D. cōmun.præd.& §.2.Inſt.De ſeruitut.

Aliquot menda libro Ciceronis de Officiis primo ſublata.

CAP. XXII.

CIcero libro de Officiis primo, duo Iuſtitiæ genera fecit:prius vt ne cui noceatur,alterum vt communi vtilitati ſeruiatur. contrà quoque duo Iniuſtitiæ genera conſtituit,alterum eorum qui inferunt,alterum eorum qui ab iis quibus infertur,ſi poſſint non propulſant iniuriam.Hoc autem poſterius perſequens,ſic ſcribit:*Itaque videndum eſt,ne non ſatis ſit id,quod apud Platonem eſt in philoſophos dictum, quòd in veri inueſtigatione verſentur,quódque ea quæ plerique vehementer expetunt,de quibus inter ſe digladiari ſolent,contemnant,& pro nihilo ducant propterea iuſtos eſſe.Nam dum alterum iuſtitiæ genus aſſequuntur, inferenda ne cui noceant iniuria, in alterum incidunt. Diſcendi enim ſtudio impediti,quos tueri debent, deſerunt.*Verùm hoc in loco mirum eſt animaduerſum adhuc à nemine fuiſſe duo hæc verba deeſſe: INIVSTITIÆ GENVS:vt ſic legatur: *Nam dum alterum iuſtitiæ genus aſſequuntur, in alterum iniuſtitiæ genus incidunt.* Primum, quia vox ALTERVM ad ſecundum iniuſtitiæ genus reſpicit,vt ex inſequentibus verbis apparet: quibus illud exponens,ait,*quos enim tueri debent, deſerunt.*Deinde quia incidere in genus Iuſtitiæ,pro committere,peccare,delinquere, Latinè,vt opinor, non dicitur.Sed paucis verſibus interiectis locus eſt,qui facilè omnem dubitationem tollit: vbi ſic ſcribitur: *Qui dum altero iniuſtitiæ genere vacant,in alterum incidunt, deſerunt enim vitæ ſocietatem, &c.* Quinetiã paulo pòſt aliud mendum video,vbi ſic legitur: *Sed incidunt ſæpe tempora,cum ea quæ maximè videntur digna eſſe iuſto homine,eóque quem virum bonum dicimus, commutãtur, fiúntque contraria.vt non reddere depoſitum, etiam ne furioſo promiſſum facere.*Legendum enim ita eſſe, VT REDDERE DEPOSITVM, non etiam in furioſo promiſſum facere:& loci ſententia perſpicuè declarat, & locus libri tertij ſimillimus,vbi ſic loquitur. *Ergo & promiſſa non facienda nonnunquam, neque ſemper depoſita reddenda ſunt. ſi gladium quis apud te ſanæ mentis depoſuerit:repetat inſaniens:reddere, peccatum ſit: non reddere,officium.*Verùm hæc quidem ex ingenio. Illud ex antiqui codicis auctoritate,quod ſubſequitur. Nam vbi vulgo legitur:*Quæque pertinent ad veritatem,& ad fidem,ea negare interdum,& non ſeruare ſit iuſtum*: Manuſcriptus liber MIGRARE luculenter ſcriptum habuit:inſigni & præclara ſententia. ſiquidem Migrare legem pro tranſilire,tranſgredi, peccare, idem auctor alibi eleganter dixit.vt libro de Legibus tertio, Quòd quis earum rerum migraſſit,noxiæ pœna par eſto.

De vſuris ruſticanis ex conſtitutione Iuſtiniani Nouella xxxiiij.

CAP. XXIII.

IVſtinianus Nouella xxxiiij.vbi modum vſurarum definit, quas ab agricolis ſtipulari liceat:ſummatim hoc conſtituit, vt pro annua minutarum frugum vſura non amplius octaua modij parte,in ſingulos modios exigatur:pro vſura pecuniarum,ſiliqua in ſolidos ſingulos.Minutas autem fruges cum Cicerone appello,quas noſtri ſpecies:velu

A ti triticum,hordeum,auenam, & quæ legumina vulgo nominantur. Huius autem vſuræ rationem nuper accuratè perpendens,eámque ad legitimarum vſurarum proportionem reuocans,paruo calculi labore adhibito animaduerti,Iuſtinianum apud barbaras gentes,Scythiam nimirum & Mœſiam, pro conſuetudine ſermonis popularis ita locutum eſſe: cùm Latino ſermone vtens,dicturus fuiſſet:Frugum quidem vſuram eſſe debere centeſimam:pecuniæ verò numeratæ, trientem. Quod hoc modo facilè cuiuis perſpicere licebit. Nam

B ſi in ſingulos modios octaua modij pars admetienda eſt:hoc eſt vnus tertiarius:in modios centenos,duodeni modij annuatim præſtandi erunt. Hæc autem centenarij numeri pars eſt propemodum octaua: quatuor enim ad numerum centenarium,tantummodo deſunt. Nam octies duodecim,efficiunt nonaginta ſex. At vſura centeſima dicitur,cum in ſingulos centenos duodecim penduntur.hic enim eſt,quem Aſſem vſurarium facimus. Vt facilè appareat, Iuſtinianum barbaris nationibus leges Romanas tradentem(quibus legibus v-

C ſuram centeſimam in mutuo frugum minutarum conſtitutam fuiſſe conſtat) nulla perexigui diſcriminis ratione habita ſatius duxiſſe, populari earum ſermone vtendo, intelligi, quàm exactam rationem ſtricte & preſſè obſeruantem,ſcrupulum imperitæ & tardæ multitudini iniicere.Quod eodem modo,contraria tamen ratione,facere in vſura pecuniaria voluit. Nam in illa frumentaria vſura quatuor deſunt,hîc, quatuor ſuperant.Cùm enim ſi Latinis leges dediſſet, & Latinè locutus eſſet,dicturus fuerit, non amplius triente ab a-

D gricolis exigendum eſſe: Scythico ſermone cùm Scythis loquens, nulla paruuli diſcriminis ratione ducta, ſiliquas ſingulas dixit,in ſingulos aureos. qua ratione quatuor tantummodo ad exactam trientis proportionem decurſo anno ſuperſunt.Nam Aureus ſolidus per illa tempora pendebat quattuor ſcrupula, ſcrupulum autem ſenas ſiliquas. Ita in aureo quattuor & viginti ſiliquæ reperiuntur:vt iam appareat,cùm ſi triens penderetur,in ſingulos centenos quaterni annui, id eſt, ſiliquæ nonaginta ſex præſtarentur: nunc cùm ſiliquæ

E ſingulæ in aureos ſingulos penduntur: ſi centeni ſint aurei,quaternos aureos annuatim pendi, cum ſiliquis quattuor:id eſt,centum ſiliquas. Ex quo intelligitur, quanta fuit in octaua frumentaria ad centeſimam defectio, tantam eſſe in ſiliqua pecuniaria ad trientem exuperantiam.quæ quia parua admodum eſt, nihil fuit incommodi,vti rotundo numero,populi Romani conſuetudinem imitantes:à quo Centumviri perpetuò dicebantur,cùm tamen centum & quinque eſſent.verùm hæc quidem ita ſe habent. Quod autem de Aſſe vſu-

F rario diximus,ſic accipiendum eſt, vt in libello de Vſuris docuimus:Iuriſconſultos à Græcis hoc ſumpſiſſe:vt ſortem quantacunque illa eſſet,ſemper ad numerum centenarium redigerent. Ipſos autem hoc excogitaſſe,vt quia ſumma vſura eſt, cùm centeſima ſortis parte per ſingulos menſes ſoluenda duodenos quotannis numos in ſingulos centenos pendimus:propterea ſummum hunc vſurarum gradum, in quo duodecim numi annui ſunt,Aſſem vſurarium nominarent, & ex eo,non menſtruo,ſed annuo ſingulas aſſis partes ſuis

G nominibus appellarent. Siquidem & Bes,& Semis,& Triens vſurarius non ex menſtrua,ſed annua penſione appellatur: cùm ſcilicet annis ſingulis octoni, aut ſeni,aut quaterni in ſingulos centenos penduntur.

Ad

Ad L. ex aſſe, 52. D. ad legem Falcid. itémque de Detractione ſiue diminutione ex teſtamentis.

CAP. XXIIII.

QVoniam hæc lex & obſcura eſt, & variè mendoſéque cum in Accurſianis, tum in vulgatis libris deſcripta, ad eam rectè interpretandam quædam neceſſariò præmunienda ſunt. ac primùm illud, quod etiam Luſitanus vir ingenioſiſſimus huius tituli interpres, animaduertit: proponi ſpeciem de liberto maiore centenario, de quo lex Papia cauerat, vt ſi pauciores quàm tres liberos haberet, quos ſibi heredes faceret, ne minus ſuo patrono, quàm virilem ſuorum bonorum partem relinquerat. §. poſtea, De ſucceſſ. lib. Ducentos igitur aureos apud Marcellum Iuſtiniani inſtituto accipiemus, pro ducentis ſeſtertiûm millibus: quæ lex Papia nominarat: quemadmodum in lib. de re numaria docuimus. Secundò intelligendum eſt, legitimam illam patroni partem nullis neque legatis, neque fideicommiſſis onerari potuiſſe, ſed integram & ſolidam ei relinqui debuiſſe l. patronus, 29. D. de legat. 2. l. ſi patronus, 43. D. de bon. lib. ſi ea ſolida relinqueretur, tum quæuis legata relinqui, cuiuis, & quantũuis extraneo licuiſſe. l. 3. in fi. D. ſi quid in fraud. patr. ſi minus relictum eſſet, tum patrono licuiſſe pro ſuo iure & ſine Pr ętoris interuentu de cuiuſque portione tantum detrahere, quantum ad ſupplendam ſuam legitimum opus eſſet. quoniam vbi quid lege & ipſo iure permiſſum eſt, Prætoris officium non deſideratur. l. 1. §. ad eos, D. ad leg. falcid. quod idcirco notari oportuit, quoniam alia in his cauſſis Prætorij iuris ratio eſt. quo iure patrono bonorum contra tab. poſſeſſio conceditur, & teſtamento per eam reſciſſo, nihil de legatis debetur, niſi ſi quid coniunctis perſonis relictum eſt: nempe parentibus & liberis defuncti, eiuſdémque vxori & nurui. quod enim extraneis relictum erat non debebatur. l. 1. D. de legat præſt. l. 1. C. de bon. poſſ. contr. tab. quam præt. l. 4 D. de condit. & demonſt. Tertio notandum eſt, plures ex eadem hereditate teſtamentaria detractiones iure ciuili nõ permitti ſed vnicam dumtaxat: veluti Papiæ, vel Falcidiæ. nam ex vtraque ſimul non permittuntur. l. 1. §. pen. D. ſi cui plus quam falcid. l. Papinian. 8. §. quarta autem, §. vnde ſi quis, §. ſi quis impubes, D. de inoff. teſt. Poſtremò ſciendum eſt, legata quæ debentur iis quæ non debentur augeri. l. 5. §. ſi legata, D. de leg. præſt. l. etſi. contra, 35. D. de vulg. ſubſt. His conſtitutis, deinceps Florentini & Haloãdrini librorum ſcripturam ſequentes, ſpeciẽ hoc modo proponemus: Libertus maior centenario cum filium vnicum, & ducentos in bonis aureos haberet, filio ſuo centũ viginti legauit, reliqua (hoc eſt octaginta) extraneo. Quærebatur quemadmodum patrono deſtituto ſubueniri poſſet? Nam ſi Papiam legem ſequamur res expedita eſt. Patronus enim neque quidquam extraneo præſtabit, & cum illa octoginta ſibi retinuerit, vt quod ad ſuam dimidiam deeſt, ſupplere poſſit, viginti filio detrahet. Ita centum aureos, quantum ei lege Papia conceſſum erat, conſequetur. In eámque ſententiam reſpondiſſe Vlp. videtur: in d. l. 1. §. penul. D. ſi cui plus quam Falcid. vbi in ſpecie huius noſtræ ſimillima, in qua patronus ex aſſe inſtitutus fuerat, legata autem legitimam ipſius onerabant, cẽſet rationẽ faciendã eſſe legis eius, quę patronos vocat: nimirum huius noſtræ Papiæ non autẽ Falcidiæ, & certè ita eſt, vt patrono multo præſtabilius ſit, vti Papiæ legis beneficio, quàm Falcidiæ: cùm illud multo vberius ſit & liberalius. Hæc cum ita ſint, longè tamen aliter Marcellus ſtatuit. non tantum enim legatum cẽtum viginti aureorum filio ſolidum relinquit, verùm etiam inſuper adiungit, legatum extraneo præſtari. quę ſentẽtia cùm illi quem ſuperius ſignificaui acuto & ingenioſo viro abſurdiſſima videretur, non dubitauit dicere negationẽ hoc loco deeſſe: legendúmque: LEGATVM EXTRANEO NON PRÆSTARI: quod quidem iuri conſentaneum eſſe, paulo antè demõſtrauimus ex l. 1. D. de legat. præſt. At ſi hoc admittamus, permagnũ incommodum ſequetur, quia neque Papiæ, neque Falcidiæ legi hac ratione locus eſſe poterit. illi, quia non integra patrono debita pars atribuetur: huic, quia multò plus quam quarta eidem heredi patrono relinquetur. Quare repudiata illa mutatione peruulgatam & Accurſianı, & Florentini, & Haloandrini librorũ ſcripturam retinebimus, vt præſtitum à patrono legatum extraneo dicamus, non tamen ſolidum, ſed (vt Marcellus loquitur) deminutum: retenta ſcilicet ab eodem patrono Falcidia: hoc eſt aureis quinquaginta: vt triginta tantum extraneo præſtiterit. Nam etſi ciuili iure nihil de illo legato patronus deberet, tamen de ſuo iure remittere, & Falcidia contentus reliqua extraneo, quamuis indebita, præſtare voluit. l. ſi patronus, 11. D. de donat. Ac ſimiliter in hoc cauſſarum genere videmus iure prętorio cõparatum eſſe, vt ſi patronus quoquomodo defuncti iudicium agnouerit, à bonorum poſſeſſione contra tabulas excludatur. l. 3. D. ſi quid in fraud. patr. l. 6. §. vlt. D. de bon. lib. Itaque multo verior eſt Florentinæ quàm Accurſianæ ſcripturæ ratio, in illo quidem loco: QVOD EXTRANEO PRÆSTAT LEGATVM. nam vox QVOD pro Quia vſurpata eſt. quaſi dixiſſet, Deminutio legati, ſiue partis tantùm præſtatio proficiat filio ad integram ſummam ei legatam conſequendam. Niſi enim patronus eo legato præſtando teſtatoris iudicium agnouiſſet, & ſolido legis Papiæ beneficio vti voluiſſet, viginti filio detraxiſſet: quæ cum octoginta reliquis coniuncta legitimam ſuam impleſſent. Cùm autem multa in illius interpretis ſomniis vitioſa ſunt, tum illud in primis quod ait DEMINVTIONIS verbũ poſitum pro EXONERATIONE, vel (vt ſic loquamur) non præſtatione, & recuſatione legati. quo nouo genere dicendi nunquam Iuriſconſultos eſſe vſos arbitror. Nam deminutionem Marcellus propriè dixit, pro Detraxionem, quam in legato extraneo præſtando patronus fecerat, cui ſi ſolidum legatum præſtiſſet, poſtea in facienda legi Falcidiæ ratione per indebiti condictionem triginta filio detraxiſſet, viginti tantum extraneo. l. 1. §. ſi legatarius, D. ad leg. Falcid. hoc eſt, quartam cuiuſque illorum legati partem: cùm hac ratione benignius & liberalius agat cum filio, cui nihil detrahit: neque tamen illiberaliter cum extraneo cui triginta indebita condonat. Atque hanc noſtram interpretationem ecce iam video ab Vlpiano confirmatam, in d. l. filium, 5. §. ſi legata. D. de legat. præſt. vbi ſimiliter ſcribit, ſi libertus filio & extraneo legarit, ſiquidem patronus eius iudicium agnoſcens, vtrũque præſtare legatum velit, ita, vt in iis præſtãdis Falcidię locus ſit, patronum de vtroque ſuam Falcidiam detracturum: ſin autem præſtare extraneo legatum nolit, eam recuſationem filio ad ſuum ſolidum conſequendũ profuturã. Neque mouere nos debet, quod ait, ſi patronus vtrunque legatum præſtaret, non tãtùm extranei, ſed etiam filij legatum reſciſſum atque amputatum iri. quia facilis ſolutio eſt ex patroni liberalitate, qui cùm extraneo, ſi voluiſſet, nihil pręſtitiſſet, nunc ei liberaliter triginta cõdonauit atque ita de vtroque (vt dixi) bene meritus eſt. Nam & filię

ſupra ſuum ſemiſſem viginti reliquit, & extraneo partem eius legati, ex quo nihil debebat, cōdonauit. Deinceps reſpōdendum eſt ad §.pen.l.1.D. ſi cui plus quam. Primum igitur animaduertendum eſt, in illa ſpecie nō extraneo, ſed ſoli filio legatum fuiſſe: in quo momentum permagnum eſt: neque id vno modo: ſed quicuncem purè, ſeptuncem ſub conditione. Ergo quantum ad ſummas quidem attinet, læſa certè & deminuta eſt patroni pars legitima: ſed quantum ad legandi modum, incertum eſt.l.1.§.interdum, D.ad l.Falcid. quia ſi conditio deficiat, tùm ſolidā quidem ſuam legitimam teſtatoris iudicio conſequetur: & ex ſeptunce, ſemiſſem retinebit. ſin conditio exiſtat, cùm ea pendente hereditatem adierit, ſola quarta cōtentus eſſe cogetur. Stultus igitur fuerit, niſi re integra Papiæ legis beneficium Falcidiæ detractioni præferat, & maturè ſuum ſemiſſem capiat. ac pari ratione videmus, vbi conditio inſtitutioni adiecta eſt, contra tabulas poſſeſſionem non dari. l. 3. §. ſed ſi ſub, & l. ſed ſub conditione, 18. D. de contr. tab. Supereſt, vt eius quem diximus Luſitani interpretis alia peccata quædam oſtendamus: ne quis fortè adoleſcens falli imprudens poſſit. verùm id parcè, &(vt noſtra conſuetudo ſemper tulit) modeſtè faciemus. Nam primum omnium abſurdiſſima eſt peruulgata illa ſcriptura, quam ne Accurſius quidem probat, quam tamen interpres ingenioſus Florentinæ antepoſuit: LEGAVIT filio centum, viginti extraneo reliquit. quaſi verò quidquam in hac cauſſa interſit inter, *Legauit*: & *Reliquit*: aut non ſatis fuiſſet dicere, *Legauit filio centum, viginti extraneo*. Deinde ſi hæc ſcriptura retineatur, & ita cauſa cōſtituatur, quis non videt, neque Papiæ, neque Falcidię legi vllū in hac ſpecie rerelinqui locum? illi, quia cum filio nō plus ſuo ſemiſſe relictū ſit, integer ſemis alter patrono relictus eſt. huic verò multo minus cùm patrono pro quinquaginta (quæ pars hereditatis quarta eſt) octoginta relinquantur. Tertium peccatum in eo eſt, quod ait, patronum in ſua legitima portione legatis onerari potuiſſe, ſi ea coniunctis perſonis relinquerentur: ſalua tamen Falcidia. quod apertè pugnat cum §.poſtea, de ſucceſſ. lib. & aliis locis, quibus id quod ſuperius monuimus confirmatur, debitam patrono partem neque legatis, neque fideicommiſſis onerare licuiſſe, ne pars ex legibus verecundiæ patronali debita minueretur. l. ſi patronus, 11. D. de donat. l. cum patronus, 28. D. de legat. 2. l. ſi pa-

A tronus, 45. D. de bon. lib. Quartum eſt, vbi ait, centum filio legata, ſolida ei deberi, propterea quod extraneo patronus nihil pręſtat. quid enim ſi pręſtaret, & teſtatoris iudicium agnoſceret? an eo minus aliquid filio deberetur? Quintum eſt, quod patronus ex ſemiſſe inſtitutus poteſt contra tabulas petere, ex aſſe inſtitutus non poteſt. Imò patronus neque ex aſſe, neque ex debita portione inſtitutus petere contra tabulas poteſt. nam qua de re queri poſſet? cùm ei tantum pro ſuo iure capere liceat, quantum ei lex alterutra permittit. l. 3. §. 2.
B D. ſi quid in fraud. l. 3 §. toties. D. de bon. lib. quinetiam patronus ex quantulacunque parte heres inſtitutus ſit, tamen quoquo modo ſuam portionem ſupplere poſſit, ab illa bonorum poſſeſſione ſummouetur. l. ſiue patronus, 21. §. 1. D. de iur. patron. Sextum, quod patronus hoc caſu à prætore adiuuandus eſt, & legati extraneo relicti onere leuandus. Nam, vt paulò antè dictum eſt, quod ipſo iure & legis alicuius beneficio cui R. permiſſum eſt, in eo prætoris auxilium non deſideratur, l. cum ſine, 11. D. de Carb. edi. l. in cauſſę, 16. D.
C de minorib. Velut in hac cauſſa, cū lex Papia ſemiſſem hereditatis patrono attribuat, licebit patrono, hereditatem adeundo, ſemiſſem illum pro ſuo iure capere: neque neceſſe habebit, petita à Prætore contra tab. poſſeſſione teſtamentum reſcindere. Septimùm, quod patronus ex aſſe inſtitutus idcirco non poteſt petere contra tabu. quoniam illa petitio non niſi adita hereditate patrono datur l. illud, 4. D. cōtra tabul. quo ſomnio nihil fere abſurdius adhuc auditum eſt. nam in hac ſpecie patronus ex aſſe inſtitutus proponitur: qui ſi he-
D reditatem adierit, qua fronte contra tabulas petet, quas adeùndo comprobauit? l. 3. §. 1. & §. ſi patronus. l. filius 42. §. 1. D. de bon. lib. Ineptiſſima autem eſt allegatio l. illud, 4. D. contr. tab. nam illo caſu non patronus inſtitutus heres fuerat, ſed alius. etſi autem illa poſſeſſio regulariter contra lignum datur, tamen quæ patrono promiſſa eſt non niſi contra heredem poſt aditionem datur. l. quod vulgo, 19. D. eod. l. 3. §. 1. D. de bon. lib. Sed nimis vrgeo. quæ verò conſequuntur, refutatione indigniora ſunt, Quantum autem ad §. inſe-
E quentem attinet, nemini dubium eſſe debet, quin nihil aut parùm admodum cum hoc legis principio commune habeat: itaque vox ENIM, quæ in Noricis libris legitur ſine dubio delenda eſt.

OBSERVATIONVM
LIBER TERTIVS.

Ad §. cum ita, & §. ſequent. l. ſi is qui, D. de rebus dubiis. vbi Coniunctionis & Diſiunctionis differentia, & vis enuntiationis vniuerſalibus proponitur.

CAP. I.

NON intelligo quid ſit, quod Iulianus his verbis ſcribit: *Cum ita ſtipulationem concipimus, Si hominem aut fundum non dederis, centum dari ſpondes? Vtrumque eſt faciendum, ne ſtipulatio committatur. id eſt ſiue alterum ſiue neutrum factum ſit, tenebit ſtipulatio, &c.* Non intelligo inquam, quid ſit, quòd in diſiūctiuis enuntiationibus vtrumque verum eſſe oporteat: cum Diſiunctiua definiatur quæ per diſiunctionis notam concepta de incerta parte affirmat: atque adeò cum v-

F no poſito, alterum tollitur; & altero ſublato, alterum ponitur; veluti, Aut dies, aut nox eſt. l. hæc verba. 124. D. de verb. ſign. Itaque cum illud aut illud legatur, non plura, ſed vnum legatum eſt: quoniam alterutrum duntaxat debetur. l. cum illud. 25. D. quand. dies leg. ced. l. ſi illud aut illud. 27. D. de leg. 2. ſic ex diſiunctiuis conditionibus alterutrā impleri ſatis eſt. l. cum pupillus. 78. §. 1. D. de cond. & demōſt. l. 5. D. de cōd. inſt. Et cū quis illud aut illud ſtipulatus eſt, quāuis non vnū. ſed vtrunque in ſtipulationem deduxerit: l. inter ſtipulantem. 83. §. ſi ſtipu-

§.ſi ſtipulanti D.de verb.obl. tamen vnum ſolum in obligatione eſt.l.ſiquis ſtipulatus.112.l.ſi ſtipulatus. 76. D.eod. Quare videamus, ne AVT, quæ diſiunctionis nota eſt, pro ET coniunctionis nota, librarij errore poſita ſit. Quod ſequentia Iuliani verba demonſtrare videntur. *Idémque eſt* (inquit) *cum propoſitis ſpecialiter pluribus rebus, quas fieri volumus, ita ſtipulamur: Si quid eorum factum non erit: veluti, Stichum & Damam, & Erotem ſiſti? ſiquis eorum non ſteterit, decem dari? Neceſſe eſt enim omnes eſſe ſiſtendos, vt ſtipulatori ſatiſfiat.*

A

Rectè Iulianus. Nam cum plures res in ſtipulationem deducuntur, tot ſunt ſtipulationes, quot res, & ſingulæ debentur.l.ſcire debemus.29.l.quod dicitur.86.D.de verb.obl. Et cum plures res legantur plura legata ſunt, & ſingula debētur.l.2.D.de leg.2. Sequitur apud Iulianum: *Vtrum ita concipias ſtipulationem, Si illud aut illud factum non erit: an hoc modo, Si quid eorum factum non erit, quæ vt fierent, comprehenſa ſunt: hoc intereſt, quòd quamuis altero facto verum ſit, hoc aut illud verè factum eſſe: non ideo tamen verum erit, hoc aut illud factum non eſſe. nā ſimul ea poſſunt eſſe vera quāuis inter ſe cōtraria ſint.* Locus eruditiſſimis quibuſq; obſcurus videtur. quare adhibito exēplo illuſtrandus eſt. Titius à Mæuio ita ſtipulatus eſt: Dauum aut Stichum te manumiſſurū ſpondes? Si illud aut illud factum non erit, centū dabis. Pòſt Titius Dauum manumittit, Stichum non manumittit. Titius commiſſam eſſe ſtipulationem contendebat, & centū ſibi à Mæuio deberi: quoniā veriſſimū eſt, hoc aut illud factū non eſſe. nā Stichus manumiſſus non eſt. Vrget igitur verborum formulam ac ſonū Titius. Mæuius ex contrario pro ſententia pugnat. Iulianus reſpondet, in iſtis deſiunctiuis quamuis altero facto verum ſit hoc aut illud factum eſſe, non ideo tamen verum eſſe hoc aut illud factum non eſſe, nam ſimul ea poſſunt eſſe vera, quāuis inter ſe contraria ſint. Rationē ſuperius expoſuimus, quia diſiunctiua enuntiatio non de certa aliqua ſed de incerta parte affirmat: quaſi ſcriptum fuiſſet, *Si non illud aut illud factum erit.* quæ multò cautior formula fuiſſet, minúſque ambiguitatis continens. Iulianus autem hanc rationem ſubiungit, quia cum ſignificatio non ex vniuerſo, ſed ex aliquo ſumitur, ſi veri aliquid inde ſit, veram efficit, totam enuntiationem: id eſt, cum enuntiatio non vniuerſalis eſt, ſed particularis, vt ea vera ſit, ſatis eſt vel ſingularem eſſe veram: veluti, Quidam contractus ſcripturā deſiderāt: ſatis eſt ſi de Emphyteuſi verū id eſſe probetur.l.1.C.de iur.emphyt. Sequitur apud Iulianum: *Sicut è contrario duæ rationes pugnantia continentes, ſimul falſæ ſunt, veluti: Teſtator ita ſcripſit. Si omnes mei liberi impuberes deceſſerint, Titius heres eſto. Quidam puberes deceſſerunt, alij impuberes.* Duæ vniuerſales orationes ſimul falſæ ſunt. Omnes puberes deceſſerunt. Omnes impuberes deceſſerūt. *Id accidit*, inquit, *quoniā ſignificatio ſumitur ex vniuerſo:* id eſt quoniam enuntiatio vniuerſalis eſt, cuius falſa aliqua particula totam falſam enuntiationem efficit. veluti, Omnes apud inferos vmbrarum vagantur modo: Solus ſapiens Tireſias totam orationem falſam efficiet. Quòd autem grandioribus literis ſcriptum eſt: *Si qui liberorum partim puberes, partim impuberes deceſſerint:* primum abſurdum eſt: cum formulæ & teſtatoris verba non ſint, ſed Iuliani. Deinde vox QVI, meo iudicio tollenda eſt: cum aliqui partim puberes, partim impuberes eſſe nō poſſint, quia pubertas indiuidua eſt: ſed eius errore adiecta videtur, qui vetuſtam locutionem ignorabat: Hominum partim docti, partim indocti ſunt. quam veteribus vſitatā fuiſſe, nemo mediocriter in literis verſatus ignorat.

B C D E F G

Sequitur alterius formulæ tractatio: *Si quid eorum factum non erit, centum dari?* quam ad coniunctiuam enuntiationem referendam eſſe non dubito: de qua paulò ante propoſuerat, *Stichum, Damam, Erotem te ſtaturum ſpondes? Si quid eorum factum non erit, centum dare ſpondes?* Differentias autem inter hanc coniunctiuam & illam diſiunctiuam oſtendit, primùm quod coniunctiua vniuerſalis eſt: diſiunctiua particularis. *Animaduertendum eſt*, inquit Iulianus, *quid ſit de quo quæritur.* nam cū ita concipio, Si illud aut illud non fuerit, quæri debet, an aliquid factum non ſit. At ſuperius apertè cōtrarium ſtatuit: vt vera eſſe diſiunctiua probetur, duntaxat probandum eſſe, an aliquid factum ſit, nō autem an factum non ſit. Idque vel tacente vel reclamāte Iuliano res ipſa, & Dialecticæ ratio, & ſenſus communis clamitat. Legendum igitur arbitror, *Si illud aut illud:* coniunctionis nota, non diſiunctionis. nam in coniunctiuis, ſi aliquid factū nō ſit, vnica pars falſa totā enūtiationē falſā efficit. Qui ſtipulāti promiſit, ſe & hoc & illud facturū niſi ſingula effecta reddiderit, ſtipulationē cōmittit.l.ſi quis ita.129.D.de verb.obl. Tū Iulianꝰ preſſè vtriuſq; differētiā exponit. Illiꝰ diſiūctiuæ effectus hic eſt, vt neutrum fiat. nā ſtipulatio, *Niſi vel hoc vel illud fiat, centū dabis?* nō antè cōmittitur, quàm ſi neutrū factum eſſe conſtet: vt ſuperius docuimus. Huius autem coniunctiuæ effectus hic eſt, vt vtrunque fiat. nam ſtipulatio, *Niſi & hoc & illud fiat, cētum dabis?* committitur, etiam ſi quid factum fuerit: ſi modo factū aliquid non fuerit. Tum ſubiungit Iulianus: *Nec in illa diſiūctiua prodeſt ſtipulanti ad pœnam committendam & petendam ſi aliquid à promiſſore factum non fuerit: ſi modo alterutrum factum ſit.* neque in coniunctiua prodeſt eidē aliquid feciſſe, ſi modò aliquid non fecerit ſingula enim fieri neceſſe eſt: Quæ cum ita ſe habeant, ſequi etiam illud, vt Titius Mæuio apud prætorem coniunctim & aceruatim dicat: Aio te cædem, ſacrilegium, & adulterium feciſſe. tum eum ſic legibus (vt moris fuit) interroget: Eorum quid quæ tibi obiiciuntur, feciſti? Mæuius autem ſimpliciter reſpondeat, NON: perinde reſpondiſſe videatur, quaſi dixiſſet. Nihil illorum feci. Tum ſequitur apud Iulianum: *Si quis autem plura in ſtipulatum deducat, quorum vnum fieri velit, ita comprehendere debet: Illud aut illud fieri ſpondes? Si nihil eorum factum erit, tantum dabis?* Quæ verba perſpicuè oſtendūt cùm hic diuerſa quæſtio a ſuperiore proxima proponatur, in proxima formula non AVT particulam diſiunctiuam retinendam, ſed & coniunctiuā reſtituendā eſſe. nā vbi plures cōditiones cōiunctim datæ ſunt, ſingulis parendum eſt: vbi diſiunctim, cuilibet tantū.l.ſi plures.5.D.de cond.inſtit.l.ſi quis ita.129.D.de verb.obl.l.cum pupillus.78.§.vltim. De cond. & demonſtrat: Quæ cùm ita ſint, primum perſpicuum eſſe arbitror harum ſtipulationum non eundem, ſed planè contrarium effectum eſſe, *Si illud aut illud non feceris:* &, *Si quid eorum quæ vt fierent ſuperius comprehenſum eſt, non feceris.* Et vtriuſque effectus pugnantiam dilucidè à Iuliano expoſitam fuiſſe. Deinde priori diſiunctiuæ ſatisfieri, ſi alterutrum duntaxat fiat. poſteriori coniunctiuæ non aliter, quam ſi vtrunque factum ſit. Quid ergo ſi poſteriorem ſic commutemus? *Si quid eorum factum erit, quæ vt non fierent, comprehenſa ſunt?* Abſurditas intelligetur ex vtriuſque præcedentis formulæ: *Spondes te illud aut illud facturum? &, Spondes te neque illud neque illud facturum?* ecquis ſibi differētiam oſtendi poſtulet? Abſurditas igitur eadem erit in poſterioribus: *Si illud aut illud factum non erit. Si quid eorum factum erit, quæ vt non fierent, comprehenſa ſunt.*

Particula NON *duobus in locis reſtituta, tribus ex locis ſublata. Et Depoſitarius qualem culpam præſtet.*

CAP. II.

PRior locus eſt in l.fundum.20.D.de euict. vbi qui Męuio fundum ſuum obligarat,poſtea Titio eundem vendidit, ea lege, vt quamuis res oppignerata cum onere ſuo ad emtorem tranſeat,tamen eo nomine Titius non obligaretur.Poſtea fundum eundem à Titio redemit:qui ei de euictio ne cauit. Quæritur,an in ea cautione excipiendũ,id eſt nominatim exprimendum ſit; fundum illum non pro Titio,ſed pro illo venditore obligatum eſſe. Sed quia etiam non excepto eo, ſi venditor eo nomine contra Titium ageret,doli exceptione depelleretur,NON EST excipiendum cautione,quòd pro eo ſit obligatus.Alter locus eſt in l.naturales.101.D.de oblig.& act.vbi NON *competit*,propterea legendum arbitror,quia conſtat inter omnes naturalium obligationum nomine actionem nullam cõpetere.l.ſi pupill⁹.127.D.de verb.obl. Quòd autem nonnulli locum ſic interpretantur, vt obligatio naturalis duplex:ſit naturalis ciuilis,quæ actionem parit:& naturalis pura, quæ repetitionem impedit: quis non videt, quantopere à Latina Vlpiani oratione abhorreat? Præſertim autem à bipartita diſtributione,l. fideiuſſor.16.§.2.D.de fideiuſſ.Sẽſus igitur hic erit, naturales obligationes quæ ſola æquitate ſuſtinentur (vt ait l.Stichum,95.§.naturalis.D.de ſolut.)non ex ea ſola æſtimari,ex qua naſci non ſolet actio: ſed ex ea æquitate,quæ tanta eſt,vt repetitionem impediat. Sumatur exemplum ex l.cum is qui.32.§.2.D.de cond.indeb.vbi mulier dotem,quam falsò ſe debere exiſtimans præſtitit, ideo non repetit, quia pietatis cauſſa naturalem obligationem induxit. Rectè autem Bartolus animaduertit, locum illum non de quauis muliere intelligendum eſſe,ſed de ea tantùm, in qua pietatis nomen locũ haberet:nimirum in matre, aut auia arg.l.1.l.2.l. ſi alimenta. C. de neg.geſt. l. Neſennius.34.D.eod.nam in extraneo dotem per errorem præſtante, indebiti condictio locum habet.l.ſi donaturus.9.§.1.de cond. cauſ. dat.Ergo ſi extraneus dederit,etſi æquitas ſubſit, veluti ſi locuples inopi & egenti puellę dotem dederit,tamen non idcircò naturalis dicetur obligatio:ſed tum demũ, cùm tanta erit æquitas,vt condictionem impediat: veluti ſi mater aut auia dotem conſtituerit.Quæ cum ita ſint,non putarem dubitandum,quin duo verſus è gloſſa in contextum inducti ſint,in d.l. fideiuſſor.16. D. de fideiuſſ. Atque hæc quidem de reſtituenda duobus in locis negatione hactenus. De tollenda verò tres locos deinceps proferemus: quorum prior eſt in l.quæſitum. 12.§.pen.D.de inſt.vel inſt.legat.vbi quæritur, An particularis enumeratio legato generis ſubiuncta,genus illud reſtringat: vt facilè appareat, ita legendum eſſe *Si quis fundum ita vt inſtructus eſt,legauerit, & adiecerit,* CVM *ſupellecti,vel* CVM *mancipiis,vel* CVM *vna aliqua re qua nominatim expreſſa erat:* niſi fortè rectius ſit: QVAM *nominatim expreſſerat.* Subauditur enim, *Expreſſam in illa particulari enumeratione.* Vlpianus autẽ Papinianam reſpõſum præciſè & obſcurè commemorat: quod planius & explicatius profertur in l.legata.D. de ſupell.lega. Alter locus eſt in fine l.1. D. de rer. permutat.vbi ſic legendum arbitror: *Igitur ex altera parte traditione facta, ſi alter rem nolit tradere,in hoc agemus vtique; quod intereſt noſtra illam rem accepiſſe, de qua conuenit. Sed & vt res noſtra contrà nobis reddatur, condictioni locus eſt,quaſi re non ſecuta.* Nam ſatis conſtat,re

A tradita ciuilem obligationem naſci, & perſcriptis verbis in factum actionem:*in qua actione* (inquit Paulus in l.5.ill.ti.) *id veniet, non vt reddas quod acceperis, ſed vt damneris mihi,quanti intereſt mea,illud de quo conuenit, accipere:vel ſi meum recipere velim, repetatur quod datũ eſt &c.* Tertius eſt in l.quod Nerua.32.D.depoſ.vbi nõ tantùm negationem tollendam arbitror: verumetiam LEVIOREM pro LATIOREM reſtituendum,Nam dolum tantùm & latam culpam in depoſito præſtari ſemper,vt opinor,inter Iuriſconſultos conſtitit. Cur enim B à depoſitario,cuius nulla verſatur vtilitas,diligentia requireretur?l.ſi vt certo.5.§.2.D.commod.l. contractus. 23.D.de reg.iur.l.1.§.2.de oblig.& act. Itaque Iuſtinianus in §.4.quib.mod.cont.*Depoſitarius*,inquit,*culpæ nomine*,id eſt,deſidiæ ac negligentiæ, *non tenetur.* Itaque ſecurus eſt, qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſit: quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit,ſuæ facilitati id imputare debet. Atque hæc quidem de naturali contractus cõditione vera ſunt. Interdum tamen quæritur, an propter accidens leuis in de- C poſito culpa præſtetur:veluti,ſi depoſitarius diligentior ſuis in rebus ſit, quàm vt communis & vſitata cæterorum hominum conſuetudo fert? Video enim & Neruæ & Celſo placuiſſe,vt tanta à depoſitario diligentia exigatur, quantam ſuis rebus adhibet:quaſi minor diligẽtia dolo non careat. quod tamen Proculo diſplicebat. neque fortaſſe cõmunis hominum vita, & ſuperius expoſita ratio patitur. Vtcunque ſit, ſatis conſtat, leuem culpam dici ſolitam,cùm minor quàm in propriis diligentia ponitur.l.heres.25.§.non tantum.D.fam.erciſc. D l.ſocius ſocio.72.D.pro ſoc.l.mulier.22.§.3.D.ad Trebell.l.1.D.de tut.& rat.diſt.act.Leuiſſimam autem,cùm exactior quàm in ſuis rebus diligentia præſtatur.l. 3. D. de peric. & commod.l.1.§.1. D. de oblig.& act.Quod cùm ita ſit, quæro, quorſum illud legis illius initium pertineat: *Quod Nerua diceret, latiorem culpam dolum eſſe,Proculo diſplicebat,mihi veriſſimum videtur.* Nam primùm omnium difficile dictu eſt, atque adeò incredibile videtur, Proculum illam peruulgatam ſententiã improbaſſe,qua dici ſolet, culpam latam dolo æquipa- E rari: vel dolum in lata culpa ineſſe.Deinde vt eam ſententiam.Proculus improbarit:quorſum tamen illa quæ ſubſequuntur,pertinent?non enim de latiore,ſed de leui culpa quæſtio proponitur.Non quæritur,inquam,an lata culpa in depoſito pręſtanda ſit,ſed an leuis:hoc eſt, quantam quiſque ſuis in rebus adhibet. Quaſi ſcriptum à Celſo de contractu depoſiti diſputante ſic fuiſſet:*Quod Nerua diceret,leuiorem culpam dolum eſſe*:hoc eſt, interdum in depoſito præſtandam. Nam in verſu quoque conſequenti particulam NON, eſſe ſuperuaca- F neam,quis non videt?cum vſitatam hominum diligentiam ſignificet: quæ tamen ab eo depoſitario, de quo quæſtio erat,ſuperabatur.

Pecunia fœneratitia,aut in prædiorum emtionem depoſita, vtrum mobilis:an immobilis cenſenda ſit.

CAP. III.

HAc de re Pragmatici ſumma inter ſe contentione, atque adeò iracundia decertarũt:que- G madmodum patet ex Boerij deciſ.Burdegal. 209. vbi vigintiquinque celebres enumerat Doctores, qui mobilem iſtiuſmodi pecuniam eſſe defendebant:quorum in ſententiam duo Senatus ſui conſulta commemorat: quatuordecim autem,qui contrà diſputabãt. Ac Paponius quidem in libro de S.C.Gallicis XVII. cap. IIII. Burdegalenſem hanc diſcipli-

nam pragmaticis tradit, vt iure Gallicis moribus recepto pecunia in prædiorum emtionem parata mobilis cenſeatur. Sed aliquot ab hinc annis editus eſt liber Egidij Magiſtri, primi Senatus Pariſienſis Prætoris, cui titulus eſt, *Deciſiones notabiles Parlamenti Pariſienſis*: cuius in capite poſtremo, quod eſt de præconiis, defendit eiuſmodi pecuniam pro immobili numerandam eſſe. Mirum eſt autem, ſi in Iuriſprudentia locus iſtiuſmodi quæſtioni fuit, quid ita non venit in mẽtem veteribus Iuriſconſultis eam tractare. Intelligendum eſt igitur, pecuniam, ſimpliciter conſideratam, eſſe rem corpoream & mobilem. Qua de cauſſa mobilium legato comprehenditur. l. ſi chorus. 79. §. 1. D. de legat. 3. neque dubitandum eſt, cùm in ſententiis exequendis, res mobiles dicuntur primo loco eſſe capiendæ: l. à diuo Pio. 15. §. 2. D. de re iud. quin otioſa numerata pecunia apud debitorem repoſita, potiſſimum in eo ordine locũ obtineat: arg. l. 1. §. diminutio. D. de vet. in poſſ. mit. l. ſi quis ſepulcrum. 12. §. vlt. D. de religioſ. Subtiliter autem pecunia bifariam conſideratur: modò in concreto, vt corpus in ea ſpectetur: modò, idque frequentius, in abſtracto, tanquam quantitas & valor. qua de cauſſa ſæpenumerò reb⁹ corporeis opponitur. l. quiſquis. 95. D. de leg. 3. l. planè. 34. §. 2. D. de leg. 1. l. ſi is cui. 94. D. de ſolut. l. Lucius. 24. D. depoſ. l. ſed etſi. 10. D. de acceptilat. l. ſi pœnæ. 19. §. ſi falſo. D. de condict. indeb. quemadmodum in teſſera frumentaria dicimus, non corpus, ſed quantitatem ſpectari. l. Titia. 87. D. de legat. 2. Sed longe alia ratio eſt eius pecuniæ, quæ in nominibus eſt. nam apertiſſimè & à mobilibus & ab immobilibus rebus ſeparatur, interque iura numeratur, in d. l. à diuo Pio. §. ſic quoque. & §. penul. D. de re iud. vbi ſtatuitur, vt nomina pecuniaria poſt excuſſionem rerũ mobilium & immobilium pignori capiantur. facit l. ſeruum. 44. §. cùm qui. & l. legatum. 105. D. de legat. 1. & l. heredes. 25. D. famil. ercisc. vbi ea quæ in corporibus ſunt, iis quæ in nominibus ſunt, opponuntur. Item l. ait prætor. 10. §. præterea. D. quæ in fraud. cred. vbi res & obligationes inter ſe opponuntur. item l. vltim. D. de donat. vbi nomina ſeparantur à rebus mobilibus. item. l. 1. §. exacto, C. de rei vx. act. l. quam Tuberonis, 12. §. in peculio, D. de pecul. l. 2. l. 3. C. de quadrien præſcript. vbi res mobiles & immobiles ab iis quæ in iure conſiſtunt ſeparantur. Qua de cauſſa abſurda illa Baldi diſputatio eſt, *An monachi, quibus interdictum eſt, ne immobilia poßideant, pecuniam apud argentarios habere poßint*. Neque verò multo ſubtilior altera illa quæſtio eſt, de pecunia pupillari ad prædiorum emtionem ſepoſita. quorſum enim huc pertinet l. 3. §. vſuras. D. de cont. tut. act. vbi tutor ex eiuſmodi pecunia vetatur ſibi ſatisfacere? quid argumenti res habet, vt inde diſputetur, rem eſſe immobilem? non enim ſi qua pecunia propter deſtinationem inter res teſtatoris mobiles cẽſeri deſiit, vt in d. l. ſi chorus. §. 1. D. de legat. 3. idcircò immobilis eſſe incipit. Aliud eſt enim, ſimpliciter deſinere eſſe mobilem: aliud, inter res teſtatoris mobiles cenſeri. Itaque non magnopere huc pertinet. l. 2. C. de ſeruit. & aqua. vbi Imp. ſcribit, aquæ ducendæ ſeruitutem, exemplo rerum immobilium tempore acquiri. Nã aliud eſt, iura & res incorporales cenſeri rem immobilem: aliud, iura quædam rei immobilis eis tribui. Alioqui quorundam rerum mobilium precioſarum cauſſa, dupla perinde vt immobilibus, præſtatur: l. emptori. 37. §. 1. D. de euict. idcircò immobiles cenſerentur. Multò verò minus mihi eorum opinio probatur, qui proferunt Nouell. v 11. vbi Iuſtin. ſtatuit, vt ciuiles annonæ magnæ Conſtãtinopolitanæ eccleſiæ cenſeantur immobiles, in ea lege qua ſtatuit, Ne res illius eccleſiæ immobiles alienari liceat. Atque vnà cum ciuilibus annonis colonos & mancipia ruſtica coniũgit. An igitur hæc quoque immobilia cenſebuntur? Imò verò quia priuilegium eſt, contra iuris ordinarij rationem ſingulariter à Iuſtiniano inductum, ex contrario ratiocinabimur, annonas ciuiles non magis quàm cætera iura omnia res immobiles non eſſe. Manauit autem hæc abſurda Pragmaticorum quæſtio, ex iis municipalibus ſtatutis, in quibus nihil adſcriptum erat de rebus quæ pondere, numero, menſura conſtabant: quam tamen legum Romanarum perpetuam fuiſſe conſuetudinem, nemo ignorat, ex. l. 1. §. non ſolum. D. ad leg. Falc. l. 2. D. de reb. cred. l. res in dotem. 42. D. de iur. dot. aliíſque ſexcentis.

Ecquanam & qualis Legati procõſulis iuriſdictio fuerit. & an Quæstoribus & legatis lictores adtributi fuerunt.

Cap. IIII.

INfelicem ferè, qui in hac explicanda quæſtione ſumitur, laborem puto: partim quoniam eius cognitio ad vſum vitæ & fori infructuoſa eſt: partim quia quæ ad illam pertinent, ita conciſè, ſpinoſè, ac perplexè à Triboniano tradita ſunt, vt non docendi, ſed cruciandorum potius ingeniorum conſilio fragmenta illa ſparſiſſe videatur. Nam primùm quantum ad iuriſdictionem, traditur in l. 1. §. 1. de offic. eius. Eum qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habere: ſed eius qui mandauit iuriſdictione vti. quod idem ſcribitur in l. ſolet. 16. D. de iuriſd. Item in l. 2. D. de off. eius. Eum cui mandata iuriſdictio eſt, conſilium exercere non poſſe. At in l. legatus. 13. de off. proconſ. ſcriptum eſt, Legatum proconſulis nihil proprium habere, niſi ei mandata iuriſdictio fuerit. nam qui ante mandatum, proprium quidquam eſſe negat, idem poſt mandatum proprium aliquid eſſe affirmat. Itaque Cicero in Orat. pro Flacco: Gratidianus legatus, inquit, ad quem eſt aditum, actionem ſe daturum negauit, re iudicata ſtari oſtendit placere. Prętereà ſi nihil proprium habet legatus, quomodò appellari ab eo procõſul poteſt? l. 2. D. quis & à quo. an non ipſe proconſul appellari ab ſeſe videbitur? qua de cauſſa in l. 1. traditur, ab iis quibus mandata iuriſdictio eſt, non eum qui mandauit, ſed ſuperiorem appellari. Age, cętera videamus. Tribonianus in l. 2. & l. 3. de off. proconſ. negat apud legatum manumitti licere: propterea quòd legis actionem non habet. At idem in l. 17. D. de manu. vind. Sed & apud legatum, inquit, manumittere poſſumus. Et verò quãtula ei poteſtas relinqueretur, ſi (quæ res omnium maximè fauorabilis eſt) libertatis datio tranſigi apud ipſum non poſſet? præſertim cùm videamus apud Cicer. Ver. 1. Quæſtorem Verrem iuriſdictionem habuiſſe, iudicium conſtituiſſe, in bonorum poſſeſſionem miſiſſe, mulierem Veneri in ſeruitutem addixiſſe. Suetonius Cæſare: Quæſtori Hiſpania vltiore obuenit. vbi, cùm mandato prætoris iure dicendo conuentus circumiret &c. Et tamen traditum eſt in l. cum prætor. 12. D. de iud. nemini ius eſſe iudicem dare, niſi cui per legem aut principem nominatim permiſſum eſt. Ex quo cõſequitur poteſtatem dandi iudicis legato permiſſam, vel lege vel cõſtitutione principis nominatim ei attributam fuiſſe: cum tamen in l. legatus. 12. de off proconſ. ſcriptum ſit, legatum mandata ſibi iuriſdictone iudicis dandi poteſtatem habere. quaſi iuriſdictionis mandato tacitè ac

vt ipſa ea poteſtas contineretur:ſicut in l. 1. §. 1. D. de ſuſpect.traditur,mandata iuriſdictione vniuerſum ius dicentis officium,munus,poteſtatem tranſlatam intelligi.Sed tamen de tutoris datione quid dicemus?nam ſi ea neque imperij,neque iuriſdictionis eſt(vt ait.l.6.§.1. de tutel.) quomodo legatus dare tutores poterit ex l. penult.D.de offic.proconſ.cum (vt ſuprà dictum eſt) nihil proprium habere dicatur?Denique cui neque imperium mandari poteſt , neque mandata iuriſdictione quicquam tamen proprij tributum dicitur , d.l.1.§.1.de off.eius.Eiuſdem modi quæſtio eſt de ſuſpecti iudicio: quam tamen quæſtionem Vlp.in l.1.§.1.D.de ſuſp. disertè profitetur dubiam,id eſt,contrariis Iuriſconſultorum diſputationibus agitatam fuiſſe : ſed tamen idem affirmat,generalis iuriſdictionis mandato , eam tacitè contineri,atque in mandatarium transferri.quod idem Macer ſcribit in l.4.de off.eius. Et tamen Marcianus in l.1.§.ſuſpecti.D.ad Turpil. Suſpecti, inquit, tutoris accuſatio pro tribunali tãtum examinari poteſt:& nullus alius de huiuſmodi quæſtione,quàm præſes,pronũtiare poteſt.*Quo teneam vultus mutãtem Prothea nodo*? Verùm hæc quidem de iuriſd. Deinceps de imperio videamus.nam Vlp.in l.6.de off.proc.Nemo poteſt,inquit,gladij poteſtatem ſibi datam , vel alterius coercitionis,in alium transferre.quod idem traditur in l.1. de off.eius.At Marcianus Trebium legatum nominat , in l.excipiuntur.14.de ſenatuſconſ.Silan. qui domino in ſuis ædibus interfecto de impubere ſumi ſupplicium juſſerat.Verumenimuerò quid eſt quòd tantula de re dubitemus ? cum ex omnium hiſtoriarum memoria conſtet,non modò licuiſſe,verumetiam ſolenne atque vſitatum fuiſſe præſidibus prouinciarum,vt legatis ſuis non modò eiuſmodi aliquod imperium , verumetiam ſummum,merum,vehementiſſimum mandarent:exercitum denique,belliſque adminiſtrationem committerent.cuius rei cùm apud alios auctores,tum verò apud Cæſarem innumera exempla extant : vbi vnam hanc inter Proconſulis & Legati imperium differentiam eſſe oſtendit, quòd illud proprium eſt , hoc fiduciarum: *Alia ſunt,*inquit,*Legati partes atque Imperatoris:alter omnia agere ad præſcriptum,alter liberè ad ſummam rerum conſulere debet.*Et lib.2.*Non ſe ignorare quod eſſet officium Legati,qui fiduciariam operam obtineret.* Eodémque illud Ciceronis pertinet,qui cũ Ciliciæ Proconſul eſſet,ſecúmque Q.Fratrem legatum eduxiſſet, decedens,& ad Atticum ſcribens:*Rectiſſimum* , inquit, *videbatur fratrem cum imperio relinquere.*Idem de prouinc.Conſul.Atque hanc Macedoniam tenui præſidio, atque exigua manu,etiã ſine imperio,per Legatos nomine ipſo populi R.tuebamur.Idem in Sextiana : De me vno Patres conſcripti decreuerunt , vt qui prouinciam cum imperio obtinerent,qui Quæſtores Legatique eſſent,ſalutem & vitam meam cuſtodirent. Denique frequens in libris noſtris mentio eſt de procuratore Cæſaris, qui cùm fiſcalibus tantum rationibus inſtitutus eſſet,ſæpenumerò tamen in abſentis Præſidis locum ſuffectus,vniuerſum eius imperium& iuriſdictionem obtinebat.l.2.C.de pœn.l.ex conſenſu.13.§.1.de appell.l.3.C.vbi cauſ.fiſc.l.4.C.ad leg.Fab.de plag. Videamus igitur,quemadmodum ex his tot difficultatibus nos expedire, & tam pugnantes inter ſe ſententias conciliare poſſimus.Quam ad rem nobis Vlp. viam oſtendere videtur in l.1.D.de off.eius & l.1.§. ſi quis autem.ad Turpil.vbi multum intereſſe oſtendit, vtrum legatus præſens ſit,an abſens, & in aliam ciuitatem miſſus.nam cũ Præſes ipſe vel Prætor præſens adeſt, nihil duobus imperiis ac duabus iuriſdictionibus opus eſt:i-

A taque partem tantum iuriſdictionis mandare ſolet. l.2. & l.4.§.1.D.de dam.infec. Vbi verò peregrè legatus mittitur,tum & imperium & iuriſdictionem illi mandari poſſe arbitror:adeò vt quamuis parua de re mittatur,tamen ei lictor attribui ſoleat:quemadmodum Verri legato videmus lictorem Corneliũ à Dolabella proprætore Aſiæ attributum,Ver.III. Præterea in eadem oratione alterum extat teſtimonium,his verbis: Quoniam quidem in Achaiam,Aſiam,Pamphyliam,ſumptu publico & legationis nomine cum imperio & ſecuribus,

B mercator ſignorum tabularúmq. pictarum miſſus eſt.Item in lib.Epiſt.fam.12.epiſt.vlt. Illud non nimium probo quod ſcribis,quò illi animo æquiore ferrent,te tuis etiam legatis lictores ademiſſe.Quinetiam de Quæſtoribus Verrina IV. hoc teſtimonium extat: Quæſtores vtriuſque prouinciæ, qui iſto Prætore fuerant,cum faſcibus nuſquam præſtò fuerunt. Nam tantiſperdum Metellus in prouinciam veniret,Quæſtores cum imperio Verres reliquerat. Idem in epiſt.ad Curionem:Ego de prouincia decedens Quæſtorem Cæ-

C lium præpoſui,prouinciæ.Item in Planciana: Plancius Quæſtor ſimulac Dyrrachiũ me tetigiſſe audiuit, ſtatim ad me,lictoribus dimiſſis,veſte mutata, profectus eſt.Nam hoc ius ſtante Republ.fuiſſe,facilè ex locis ſuperioribus intelligitur:quod tamen ſub Cæſaribus retentum omni ex parte non fuiſſe,oſtendit l. 1.D.de off. eius cui.vbi Vlpian.ait,ea quæ à lege aut principe tributa ſunt,mandata iuriſdictione non transferri ; quæ verò iure magiſtratus competunt,mandari poſſe.quaſi verò vllus magiſtratus populi Rom.fuerit , ſine certa

D lege & expreſſo populi iuſſu inſtitutus.Quod igitur de lege illo loco dicitur,non ad veteres antiquæ Reipub. leges referendum eſt , ſed ad nouas tranſlato in Cæſares imperio latas,& ab iis ad conſtituendam arbitratu ſuo Rempub.accommodatas. Ac nimirum hoc illud eſt,quod in §.1.ſubiungitur , more maiorum iuriſdictionem quidem tráſferri,ſed merum imperium quod lege datur,non tranſire.Nam morem maiorum,qui tamen legibus ſcriptis conſtitutus erat,legibus nouis oppoſuit, quarum legum nouarum exempla paucis ante

E verſibus ediderat. Similiter autem donationem inter coniuges moribus interdictam Vlpian.ſcribit,in l.1.de donat.int. cùm Dionyſius lib. 3. eam Romuli legem fuiſſe affirmet:ac meo iudicio in xii.tab.leges relatam. Quod idem de iure patriæ poteſtatis dicendum arbitror ex l.8.D.de his qui ſunt ſui.

Gloſſa quædam indicata, quæ in contextum recepta ſunt.

CAP. V.

F PRimus locus eſt in l.ſi non ſortem, 26.§.ſi centum.D.de condict.indeb.vbi Vlpianus ait:*Si centum debens,fundum ducentorum ſoluit, tametſi placeat rem pro pecunia ſolutam, liberationem parere: tamen quia nemo inuitus ad cõmunionem compellitur,totum condici: neque fieri confuſionem partis rei cum pecunia.* quæ duo poſtrema verba neque ego, neque Accurſius intelligit:qui Confuſionem notat vſurpari pro Compenſatione, vel contributione: quaſi verò alterutri earũ in parte redundante locus eſſe poſ-

G ſit.Denique ſi communio admitteretur , non cum pecunia, ſed cum altera parte pars altera confunderetur. Itaque verba illa duo , CVM PECVNIA, ex gloſſa interpretis imperiti in textum irrepſiſſe arbitror. niſi fortè CVM ALTERA Vlpianum quis ſcripſiſſe malit: & gloſſator aliquis imperitè PECVNIA ſubſcripſerit,Secũdus eſt in l.fideiuſſor.16.§.2.D.de fideiuſſ.vbi verſus illos

illos duos è gloſſa ſumptos arbitror: *Naturales obliga-
tiones non ex ſolo æſtimantur, &c.* primum quoniam a-
lio loco, hoc eſt in l. naturales .10. D. de oblig. & act. Vl-
piano attribuuntur. Deinde quia ſeriem orationis Iulia
ni apertiſſimè perturbant, atque interrumpunt. Deni-
que quoniam ineſſe in iis vitium aliquod alio quodam
loco diſputauimus. Tertius eſt in l. periculi. 5. D. de
naut. fœn. vbi verba illa, *Plurimum pecuniæ dederim:* ſi-
ne dubio delenda ſunt: ſubiecta ſcilicet ab imperito in-
terprete, ſub verbo EROGARO: quod ſine controuer-
ſia reponendum eſt, pro EROGATVRO. vt locus ſic
legatur: Nec dubitabis, ſi piſcatori erogaro in appara-
tũ, vt ſi cepiſſet, redderet. &c. Quartus eſt in l. generali.
32. §. duas. D. de vſufr. leg. vbi verba illa, MENTE CAP-
TI DATÆ, ex gloſſa ſumta ſunt. niſi quis legere malit,
Portionis filio mente capto datæ. Sed illud multo pla-
nius eſt.

Ad l. 3. D. de vſur. Mora per litis conteſtationem commiſſa fructus deberi.

CAP. VI.

Ex tertia D. de vſur. non immeritò iudicatur
obſcurè ſcripta eſſe. Eius tamen ſententiam
hoc modo explicari poſſe confido, ſi primùm
illud intelligamus, eius regulæ qua dicitur, *Eum à quo
petitur per litis conteſtationem, in mora conſtitui*, excep-
tionem hanc eſſe, *niſi cum Falcidiæ locus eſt.* Tum enim
heres petenti fideicõmiſſario non reſtitutionem ſim-
pliciter & abſolutè, ſed totius reſtitutionem, non iniu-
riâ eam denegat. l. qui ſolidum. D. de legat. 2. Cùm e-
nim calculus ob detractiones adhibendus ſit, & fami-
liæ erciſcundæ iudicium locum habeat: l. ſi ex aſſe. 40.
D. fam. erciſc. valet illa regula de qua Paulus ſub codẽ
tit. ſcribit: *Si quis ſolutioni quidem moram fecit, iudicium
autem iuſtè accipere paratus fuit, moram feciſſe non vi-
detur.* l. ſi quis. 24. & l. ſciendum. 21. de vſur. Cùm igitur
Imp. decreuiſſet, vt heres fiduciarius, qui moram poſt
condemnationem fecerat, fructus vſque ad ſententiam
perceptos reſtitueret: non etiam eos, quos iuſtorum
dierum tempore perceperat: abſurdum hoc, ſi regula-
riter rem ſpectemus, videbatur. Regulariter enim mo-
ra per litis conteſtationem commiſſa fructus deben-
tur. l. ſed etſi. 25. D. de petit. hered. Quòd ſi ante con-
demnationem debentur, multo magis poſt condem-
nationem. Abſurdum eſt enim, moram per condem-
nationem purgari. Papinianus ergo reſpondet, decretũ
illud ad eum caſum reſtringendum eſſe, quo mora an-
te ſententiam commiſſa non fuerat: veluti, cùm Falci-
diæ detractioni locus fuit. Quæret aliquis: Cur igitur
Imperator eo caſu iubet heredem fructus ante ſenten-
tiam perceptos reſtituere, cùm tamen moram nondum
feciſſet & reſpondetur, in pœnam moræ poſt condem-
nationem commiſſæ. Cùm enim moram etiam tum
fecerit, apertè oſtendit, ſe etiam ante ſententiam mala
fide & fraudandi animo iudicium ſubiiſſe. Verba au-
tem illa, *Intermiſſo legitimo tempore*: dupliciter intelligi
poſſunt. Primùm vt non Imperatoris, ſed Papiniani
verba ſint: quaſi dixiſſet, Imperatorem nominatim de-
creuiſſe duntaxat de fructibus ante ſententiam percep-
tis, non etiam de iis qui legitimo tempore percepti fue-
rant: vt verbum INTERMISSO, pro omiſſo & præter-
miſſo intelligamus: quaſi nullam eius temporis Impe-
rator mentionem feciſſet. Poſſunt etiam ſic intelligi,
quaſi Imperator diſertè temporis illius fructus heredi
remiſiſſet: hac equitate, quod cùm tempus illud à lege
liberum reis datum ſit, non putarit pœnam illam ab ſe

A nouo more in reos irrogatam, etiam ad illud tempus
prorogandam eſſe.

Ad l. quod legatur. D. de iudic. & l. vn. C. vbi fid. pet.

CAP. VII.

IN l. quod legatur. 38. D. de iudi. mendum eſ-
ſe ſuſpicor, vbi ſic legitur: Si autem per in rẽ
actionem legatum petetur, etiam ibi peti de-
bet, vbi res eſt. Non enim de petendo ſuſce-
B pta illa bipartita diſputatio eſt, vt in l. vlt. C. vbi in rem
act. ſed de ſoluendo. SOLVI ergo pro PETI corri-
gendum arbitror præſertim cùm poſtea de exhibenda
& vindicanda re loquatur. Moleſtior aliquanto eſt ſcru-
pulus ex l. vn. C. vbi fid. petat. Cùm enim Imperator
ſcribat, non dubitandum eſſe, quin ibi petendum ſit fi-
deicommiſſum, vbi hereditas poſita eſt: vi ipſa ſignifi-
cat, ibi demum peti oportere, alio omni excluſo loco.
At non modò Licinnius illo loco ſcribit vindicari le-
gatum poſſe, vbi repertum & exhibitum eſt: verume-
C tiam Vlpianus multò apertius in l. ſed etſi. 52. §. vlt.
eod. Rurſus aliis locis traditur ibi eſſe præſtandum, v-
bi res relicta eſt: hoc eſt (vt veteres quidam interpretati
ſunt) vbi teſtamentum factum eſt: quoniam heres de-
functi forum ſequitur. l. cum res, 47. l. ſi ſeruus, 108. D.
de legat. 1. aliis verò vbi res ipſa eſt. d. l. 38. & l. 52. §. vlt.
aliis verò vel vbi res eſt, vel vbi actum eſt. l. ſi res,
10. & ſequent. D. de rei vindic. Puto autem veram hu-
ius explicandę controuerſię rationem hanc eſſe, de qua
noſtri Doctores ne per ſomnium quidem cogitarunt:
D vt ſub illa Rubrica Cod. agatur de vniuerſalibus fidei-
commiſſis: in duabus aliis legibus, de rebus ſingulari-
bus per fideicommiſſum relictis. Meámque coniectu-
ram verbum illud legis SED ETSI, perſpicuè confir-
mat: *Si res per fideicommiſſum relicta*, &c. Nam legem il-
lam Quod legatur, ad rei ſingularis legatum pertinere,
nemo negauerit. De vniuerſalibus autem teſtimonium
eſt in l. ſi fideicommiſſum. 50. D. de iudic. quæ cum illa
C. Rubrica ſine dubio congruit.

E *Traiectiones quibuſdam locis animaduerſæ: videlicet in tex. l. 1. C. quand. non pet. part. & apud Cicer.*

CAP. VIII.

VErba illa l. 1. C. quand. non petend. part. *Ceſ-
ſante legitimà ſucceſſione*, veteribus interpre-
tibus obſcura videntur. mihi verò inexplica-
bilia: niſi aliquãto poſterius reponantur. vt lo-
cus ſic legatur: *Quoties pluribus liberis bonorũ poſſeſſio de-
fertur, ceſſãte legitima ſucceſſione, beneficiũ edicti perpetui
F quibuſdam omittentibus, his ſolis qui bonorum poſſeſſionẽ
agnouerint portionem non petentium, accreſcere.* Con-
iecturæ cauſſam mihi verba illa præbuerunt, HIS SO-
LIS. Nam ſenſum hunc eſſe arbitror: vt non peten-
tium liberorum portio iis ſolis liberis qui petent, ac-
creſcat: ceſſante legitima ſucceſſione, id eſt remotis iis
qui ex capite Vnde legitimi, venire vellent: non autem
emancipatis: vt quoſdam interpretari video. nam
hi ex capite Vnde liberi vnà cum ſuis à Prætore ad-
mittuntur. §. emancipati, Inſt. de hered. ab inteſt. Hanc
G enim ſucceſſorij edicti eſſe ſententiam, nemo neſcit:
vſque adeò. vt quandiu ſpes ſit ſuum heredem aliquem
defuncto exſtiturum, tamdiu legitimis locus nõ ſit: pu-
ta ſi defuncti vxor prægnans ſit. l. inter agnatos. 5. D.
vnd. legit. ac iam video eandem veterum quorundam
interpretum ſententiam fuiſſe: cùm ibi Accurſio poſi-
ta illa clauſula ſit: Et hunc verſum CESSANTE

&c.pone in fine. Similes traiectiones notauimus ſuperiore libro ad l.vlt.D.de gradib. & §.1. ſi quadrup. Neque me, neſcio cuius reprehenſiones, quidquam mouent. Similes etiam,quandoquidem mihi iam in mentem veniunt, apud Ciceronem quaſdam obſeruaui:in quibus illa eſt ſub fine Verrinæ VII. vbi puto verſum hunc alieno loco poſitum fuiſſe: *Etenim tacita magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ & apertæ.* Nihil enim eum ſuperioribus commune habet. Potius videtur ſeptem pòſt verſibus reponendus: hoc eſt,poſt illum locum: *Quare quid habent eorum inimicitiæ periculi, quorum animos iam antè habueris inimicos & inuidos, quàm vllas inimicitias ſuſceperis?* Huius autem coniecturæ cauſam, quæ perſpicua eſt, nihil attinet exponere. Eiuſdem generis peccatum alterum animaduerto in lib. de Orat. 1. Hanc enim totam periodum, *Nam qui non poteſt, qui vitioſè facit,quem denique non decet,hunc ad id quod facere poſſit detrudendum puto*: hanc,inquam,periodum octo pòſt verſibus reponendam arbitror:hoc eſt, poſt illa verba: *Quam ad vos exhortandos adcommodaui orationem meam.*

Ad l.7.D.de cap.minut.vbi de tutela iure copioſè diſſeritur.

CAP. IX.

TAndè aliquando cõfido me legis huius ænigma diſſoluiſſe,quod Tribonianus,male vbiq. de noſtris ingeniis meritus, nobis in cruciatũ poſuerat. Nam in contextum Pauli verborũ emblema de ſuo inſeruit, quod animaduerſum facilè tenebras omnes diſcutiet. Emblema autem eſt in illo verſu *Ex nouis legibus & hereditates* ET TVTELÆ *plerumque ſic deferuntur,vt perſona naturaliter deſignẽtur.* Quod enim de tutelis dixit, falsò ac temerè Paulo Iuriſc. attribuit.Nam ex nouo Anaſtaſij & Iuſtiniani iure ſumptum eſt: quorum ille conſtituit vt quemadmodum imperio ſuo frater emancipatus ad legitimam fratris & ſororis hereditatem admittebatur, eodem etiã modo ad legitimam eorũ & liberorum eorũ tutelã vocaretur: l.pen. C.de legit.tut.l.5.C. de curat. fur. hic autem,vt quæ perſonę ex iure cognationis ad legitimas ſucceſſiones imperio ſuo admiſſæ fuerant,eædem etiã ad tutelas vocarentur: l.vlt.§.pen.C.de legit.hered. At Pauli ætate nullæ iſtiuſmodi tutelæ fuerunt, quæ cognationis iure deferrentur l.2. C.de legit.tut.neque ad fiduciarias, quæ patribus, aut fratribus, aut patruis emancipati deferebantur referri hoc poteſt:de quibus agitur in l.4.D. de legit.tut.& § 1. de fiduc. tut. primùm quoniam non de impuberis emancipatione hic agitur, vt in l. 2.D.de legit.tut.ſed nominatim de eius,cui tutela deferebatur.deinde quoniã hic agitur non tantùm de capitis minutione,quæ ante tutelam delatam contigit, verum etiã poſt ipſam delatam & ſuſceptã. Veluti cùm duo fratres in familia manſerũt,& maior patre mortuo impuberis tutelam legitimam gerit. Nam ſi ſe arrogãdum dederit,tutelam amittit.l.5. §.vlt. D. de legit. tut. legem igitur adhibita paraphraſi ſic interpretor: *Tutelas nõ amittit capitis minutio: exceptis his quæ in iure alieno poſitis perſonis deferuntur.* Propter minimam(inquã) capitis minutionem ius tutelæ non amittitur, teſtamẽtariæ ſcilicet, & datiuæ. nam quæ defertur perſonis in alieno iure poſitis, hoc eſt,iis qui cùm agnati eſſent per adoptionem in alienam familiam, alienúmque ius peruenerunt, hæc inquam, tutela, quæ vulgo legitima dicitur, capitis minutione perimitur. veluti ſi Titius duos habens filios, maiorem in adoptionem de-

A derit,& poſtea deceſſerit, minoris impuberis tutela lege XII.tab. deferebatur maiori. ſed quia per adoptionem capite minutus eſt, & in alieno iure, patris ſcilicet adoptiui, poſitus, idcirco ea legitima tutela perit. nam,(vt ait Vlpian tit.Regul.11.) legitima tutela, capitis minutione amittitur. quod idem traditur in §.1. verſ. ſed & capitis, Inſt.quib. mod. tut. fin. l.2. C.de legit.tut.l.5.§.vlt.D. eod. Nunc ad paraphraſim redeamus. Igitur (inquit Paulus) teſtamento dati vel ex lege Atilia,aut Iulia,vel Senatuſconſulto, erunt nihilo- B minus tutores. quoniam, vt iiſdem locis traditur, neque teſtamentaria, neque datiua tutela propter minimam capitis minutionem amittitur. Minima capitis minutione tutoris (inquit Imperator) veluti ſi ſe in adoptionem dederit,legitima tantùm tutela perit: ceteræ non pereunt. d.§. 2.quib. mod.tut.fin. & Vlpian. d. tit.11. Si capite diminutus fuerit tutor teſtamento datus, non amittit tutelam. Sequitur apud Paulum: *Sed legitimæ tutelæ ex* XII. *tab. interuertuntur eadem ratione qua hereditates exinde legitimæ, quia agnatis deferun-* C *tur,qui deſinunt eſſe familia mutati.* Quod idem de hereditatibus traditur in l. capitis, 11. D.de ſuis & legi.l.1. D.vnde legitim.l.5. D. vnde cognat. neque vllius indiget interpretationis. Quod autem ſubiungit, *Ex nouis autem legibus & hereditates & tutelæ plerunque ſic deferuntur, vt perſonæ naturaliter deſignentur.* vt ecce, *deferunt hereditatem Sen.conſulta matri & filio*: ex parte quidem facilè intellectu eſt: quoniam legibus antiquis deferebantur & hereditates & tutelæ iis perſonis, quæ non naturali, ſed ciuili nomine deſignantur: puta ſuis D heredibus: quod nomen merè ciuile eſt. l. vlt. D. de bon.damnat.item conſanguineis & agnatis:quæ nomina ſimiliter mere ciuilia ſunt. l.vlt. §.1. D.de gradib.§. minus ergo, 10.Inſt.de hered.ab inteſt. At cùm Tertullianum matri, Orficianum filio hereditatem defert, non tanquam matrifa.aut filiofa.defert(quæ ciuilia nomina ſunt: l.4. D.de his qui ſunt ſui vel) ſed tanquam matri & filiæ naturaliter,propter communem ſanguinis rationem: qua contemplatione hæc nomina naturalia ſunt.l.adoptiuus,14.§.1.D.de rit.nupt. Et ſanè ita E eſt, vt Tertullianum ad eas matres propriè pertineat, quæ matresfa. non ſunt: hoc eſt, quæ in viri manum non conuenerunt. nam quæ materfa. erat, per legem XII.tab.filio ſuo, vt conſanguinea: ipſis agnatis, vt agnata ſuccedebat:ſicut Vlpian.tit. Regul. 22. & Caius in Collectan. tit. 16. teſtantur. At quæ in viri manum non conuenerat, cùm agnata non eſſet, per Tertullianum in agnatorum locum erecta erat: vt Imp.loquitur in §. 1. De ſucceſſ. cognat. Cùm igitur hereditates illæ non propter agnationis, ſed propter cognationis & F communis ſanguinis cauſſam deferantur, conſentaneum eſt,eas propter minimam capitis diminutionem non amitti.l.1.§.capitis. D.ad Tertul. l.capitis, 11. D.de ſuis & legit. quoniam ciuilis ratio iura naturalia perimere non poteſt. l. 8. D. de cap.min. §.minus ergo,10. de hered.ab inteſt.l.iura ſanguinis,8. D. de regul.iur.§. 4.De legit.agnat.tut. Atque hæc quidem (vt dixi) pro ea parte qua Paulus hereditates nominat, certiſſima ſunt.Sed quod eodem loco ſubiectum eſt, ET TVTELÆ Triboniani additamentum eſt, Pauli ſcripturam G ad ius illud nouum accommodãtis,quod partim ab Anaſtaſio, partim à Iuſtiniano inductum fuiſſe diximus quo loco non prætermittendum eſt, §.poſtremum, tit. Inſt.de legit. tut.ex eadẽ fere Triboniani officina prodiiſſe:vbi ſummatim ſcribit,ex legitimis tutelis,eã quidem quæ agnationis iure defertur, quauis capitis deminutione perimi: quæ verò cognationis, media & maxima

& maxima duntaxat.nam legitimas cognationum tutelas intelligit,quæ(vt dixi)ab Anaſtaſio & Triboniano introductæ ſunt.

Locus Suetonij de Iuriſconſultis,in vita Caligulæ examinatus.

CAP. X.

DE *iuris quoque conſultis* (inquit Suetonius) *quaſi ſcientiæ eorum omnem vſum abolitur us, ſæpe iactauit,ſe effecturum, ne quid reſpondere poſſint præter eum.* Sabellicus & Beroaldus, doctiſſimi viri,Suetonij interpretes,cum eius loci ſententiam idoneam non viderent, ſcribunt ſe veteres libros conſuluiſſe,& pro EVM,reperiſſe ÆQVVM.Eámque ſcripturam vterque vehementer probat, atque amplectitur:quaſi Iuriſconſulti,Caligula auctore,*non ius, ſed æquum reſponſuri eſſent.*Quæ vox non Caligulæ tyranni,qualem illum Suetonius deſcribit, ſed Traiani potius,vel Auguſti, aut alterius parentis patriæ videtur.Nam ius eſt(ait Vlpianus)ars æqui & boni. Eſt autem ius propriè (inquit Donatus in Terentium) quod omnia recta & inflexibilia exigit:æquitas autem, quæ de iure multum remittit.Itaque.Ser. Sulpitium Cicero Philipp.IX.dilaudat,quòd non magis iuris conſultus, quàm iuſtitiæ fuerit,& quæ proficiſcebantur à legibus & à iure ciuili, ſemper ad facilitatem æquitatémque retulerit.Quod fuiſſe Iuriſconſultorum omnium bonorum officium,Paulus teſtatur l.90.D. de reg.iur. *In omnibus*(inquit)*maximè tamen in iure æquitas ſpectanda eſt.*quo tamen in genere plerumque ſub auctoritate iuris ſcientiæ perniciosè errari ſcribit Celſus in l.ſi ſeruum.§.ſequitur videre.D.de verb.obl.Et Paulus,quod æquitas ſuggerebat,etſi iure deficiebatur,tamen reſpõdendum putauit.l.2.§.quamquam autem.D. de aq. & aq.plu.arcend.Quare nõ ſine cauſſa mirari aliquis poſſit,quidnam in illo Caligulæ dicto tyrannicum & improbandum Suetonius notet:cum optimi potius Principis videatur,Iuriſconſultos ad ſuum officium, quod in æquitate reſpõdenda conſiſtit,reuocare.Neque mihi dicat aliquis eò pertinere.l.1.C.de legib.& conſt.vbi Conſtantinus ita ſcribit:*Inter æquitatem iuſque interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet & licet inſpicere.* Nam,vt ea tum fuerit propria Principum poteſtas,tamen laudanda Caligulæ liberalitas fuit,qui eam cum Iuriſconſultis communicandam putauit. Quare videndũ eſt,ne pro ÆQVVM reponẽdum ſit ECCVM, id eſt,Ecce eum?vt ſubaudiatur, à quo ius petendũ eſt: quaſi ex Traſymachi ſententia(de qua eſt apud Platonem)id demum ius ſit,quod potentiori placuit. quam vocem tyrannicam & Caligula dignam eſſe,& orationi Suetonij conſentaneam, nemo, vt opinor, inficiabitur.Sic enim Claudij Cęſaris tyrannide minutam Iuriſconſultorum auctoritatem fuiſſe, patet ex Ludo Senecæ,his verbis: Agatho & pauci cauſidici plorabant, ſed planè ex animo. Iuriſconſulti è tenebris procedebant,pallidi,graciles, vix habentes animam,tamquam qui tum maximè reuiuiſcerent.Ex his vnus cùm vidiſſet capita conferentes,& fortunas ſuas deplorantes cauſidicos,accedit,& ait:Dicebam vobis.Non ſemper Saturnalia erunt.Turpiſſima tamen Iuriſconſultorum arte ſua flagitioſe abutentium vitia, declarat Ammiani Marcellini locus,quem ex libro ipſius XXX.ſubſcribemus:Secũdum genus eſt eorum,qui iuris profeſſi ſciẽtiam,quam repugnantium ſibi legum aboleuêre, diſſidia, velut vinculis ori impoſitis reticente iugi ſilentio. vmbrarum ſunt ſimiles propriarum.Hi velut fata natalitia præmõſtrantes, vultus grauitate ad habitum compoſita triſtiorem, ipſum quoque venditant quod oſcitantur. Hi vt altius videantur iura callere, Trebatium loquuntur & Caſellium & Alfenum, & Auruncorum, Sicanorúmque iamdiu leges ignotas,cum Euandri matre ab hinc ſeculis obrutas multis,& ſi volũtate matrem tuam finxeris occidiſſe,multas tibi ſuffragantes abſolutionem lectiones reconditas pollicentur, ſi te nummatum ſenſerint. Porro ne hoc quidem loco illud omittẽdum videtur, quod me amicus quidam meus nuper admonuit,hominem neſcio quem,opinor, Colonienſem, qui nuper commentarios in Tranquillum edidit,hanc meam emendationem & coniecturam Ioãni Corraſio tribuere: neque tamen locum aut librum indicare.

Loca quædam apud Liuium & Iuriſconſ. emendata: ſez. in l.7.D.ad leg.Iul.maieſt.& in l.1. D.de fluminib.

CAP. XI.

LIuius lib. 27. ita ſcribit: *Aediles plebeij fuêre C.Seruilius & Q.Cæcilius Metellus. Seruiliũ negabant iure,aut Tribunũ pl.fuiſſe,aut Aedilem eſſe:quòd patrem eius,quem Triumuirũ Agrarium occiſum à Boijs circa Mutinam eſſe,opinio per decem annos fuerat,viuere,atque in hoſtium poteſtate eſſe ſatis conſtabant.* Planius autem lib.30.demonſtrat, legem eam fuiſſe, ne qui patrem apud hoſtes haberet, tantiſper magiſtratum caperet.Sic enim ſcribit: *Conſul C.Seruilius nulla memorabili re in prouincia geſta, patre C.Seruilio & C.Lutatio patruo ex ſeruitute poſt decimum ſextum annum receptis, qui ad vicum Tannetum à Boijs capti fuerant.Hinc patre,hinc patruo latera circundantibus, priuato magis quàm publico decora inſignis Romam redijt. Latum ad populum eſt, ne C.Seruilio fraudi eſſet, quòd patre,qui ſella curuli ſediſſet,viuo,cùm id ignoraret. Tribunus pleb. atque Aedilis fuiſſet:contrà quam ſancitum legibus erat.*Sed videamus,ne pro VIVO legẽdũ ſit SERVO, mutatione nõ magna, & ſatis ad legis rationẽ accõmodata.Verũ hęc quidẽ Liuio data ſit opera.Nũc ſimilia quædam menda in libris noſtris indicabimus: quorũ primus eſt in l.7.D.ad leg.maieſt. vbi ſic legitur, *Sed & milites,qui cauſſas alias defendere nõ poſſunt, admittuntur ad hanc accuſationẽ.* Nam pro DEFENDERE corrigendum cenſeo DEFERRE.argumento ita perſpicuo,vt explanatione nõ egeat,ex l.mulieres,13.D.de accuſat.& l.deferre,18.§.1.D.de iur.fiſc.Alter locus eſt in l.1.§.ſi inſula,D.de flumin.vbi ſic ſcriptũ eſt:*Si inſula in publico flumine nata fuerit,inque ea aliquid fiat, non videtur in publico fieri.Illa enim inſula eius eſt, cuius ripã contingit:aut ſi in medio alueo nata eſt,eorum eſt,qui propè vtraſque ripas poſſident.* Nam pro CONTINGIT legẽdum eſſe arbitror CONTEGIT:ſicuti paulo ante dixerat OPERIT.vt à principio paragraphi repetatur,ſiue ſubaudiatur verbum Flumen: quemadmodum ad verbum Poſſident ſubauditur Prędia:vt in l.7.§.3.D.de acquir.rer.domin.Locus autem verbo CONTINGIT idcirco nullus eſt, quia pugnant hæc inter ſe, Inſulam eſſe,& Ripam contingere: quo ipſo Continens dicitur. nata autem inſula cis alueum fluminis idcirco eius eſt, ſi cuius ripam flumen exundat,vel cuius ripam flumen contegit, atque operit,quoniam natura æquum eſt,vt commoda cum incommodis compẽſentur:l.1.§.vltim. D.de aqua pluu. vt quoniam flumen vicini ripam occupauit,quaſi quędam compenſatio fiat eius ripę amiſſę cũ inſula enata.l.7.§3.l.inter,29.D.eod.vbi Põponius Superfundi dixit, quod hoc loco Vlpianus Contegere

An præſes deportandi ius habeat.

CAP. XII.

QVæri video ab omnibus, quid cauſſæ ſit, cur Præſes prouinciæ gladij poteſtatem habeat. l.6.§. qui vniuerſas. D. de off. præſ. ius tamen deportandi non habeat: vt vulgò putatur ex l. inter pœnas.6.D.de interd.& releg.l.1.D.quan.appell.l. 1.§.2.D.de legat.3.l.6.§.eius qui.D.de iniuſt. rupt. Sunt qui hanc cauſſam afferunt, quoniam ea tantùm ex mero imperio ſibi quis aſſumere poteſt, quæ lege ſpecialiter data ſunt. l. 1. §. qui mandatam. D. de off. eius cui mand. Præſidi datum eſſe ius gladij, ius dandi in metallum, ius relegandi.l.relegatorum.7.§.1.D.de inter.& releg. ius confiſcandi & deportandi nulla lege datum eſſe.l.vn.C.ne ſin.iuſſ.prin.& d.l.6.de int. & releg. Sed videamus, ne hoc falſum ſit, quod dicitur, ea quæ meri imperij ſunt, ſingillatim enumeranda eſſe: neque diſputationi ex comparatione minoris locum eſſe.quia vulgò traditur, cui licet quod plus eſt, eidem licere id quod eſt minus.nam ille textus l.1. de off.eius, &c. nihil huiuſmodi ſignificat:ſed hoc tantùm, merum imperium à lege dari, iuriſdictionem à magiſtratu. Præterea patet ex l.3. D.de. off. præſ. & l.ſi in aliam.7. §.vlt. D.de off. proc.non ſingularum rerum, quantumuis minutarum poteſtates enumerandas fuiſſe, ſed de iis ex Dialecticæ ratione æſtimari potuiſſe. Iam verò quod attinet ad l.vn.C.ne ſin iuſſ.an non perſpicuè demonſtrat, iis qui in ſummo imperio ac poteſtate ſunt, vi ipſa ſui imperij ac magiſtratus, confiſcandi ius permiſſum eſſe:ceteris verò minoribus iudicibus vſurpare hanc poteſtatem non licere. Quare videamus, ne verius ſit, quod etiam video placuiſſe Dino, in c.cui licet. D. de reg. iur. locos illos ſuperiores intelligendos eſſe de eo præſide, qui ſubiectas imperio ſuo inſulas non habet, vt nominatim deportare in certam inſulam non poſſit:ſin autem habeat, poſſit.arg.l. relegatorum. 7.D.de int.& releg. vbi eadem in relegandis diſtinctio adhibetur. nam Vlpianus in d.l.6. de interd. &. l. 1. D. quand.appel. nominatim ſententiam præſidis appellat, qua in inſulam damnauit: ſed cùm inſulam non haberet, ad principem refert, vt inſulam aſſignet. Error autem ab initio natus videtur ex his verbis, d.l. inter pœnas. HOC ENIM EPISTOLA D. SEVERI AD FABIVM CHILONEM EXPRESSVM EST. Quaſi pronomen HOC, & ad Præſidem & ad Præfectum vrbi pertineret: cum ex l. 1. D.de off. præſ. vrb. planiſſimè intelligatur, eam epiſtolam ad ſolius vrbi Præfecti officium definiendum pertinuiſſe.

Muliebrem veſtem pro VIRILEM *apud Pomponium poſitã videri in l.inter veſtem,33.D.de aur.& ar.leg.*

CAP. XIII.

MIrum omnibus videtur, neque ſanè iniurià, cur ſtipulanti promittens veſtem omnem muliebrem, etiã eam qua domi pro virili vtebatur, promiſiſſe intelligatur: legans autem non videatur. quod vtrunque Pomponius eodem in libro tradidit, l.ſi mihi & Titio, 110. §.1.D. de verb.oblig.& l.inter veſtem,33.D.de aur.& arg.leg. vbi de Senatore quodam loquitur, quem Qu.Mutius ſcripſerat, domi in triclinio muliebribus cœnatoriis vti ſolitum fuiſſe. Diuerſitatis autem ratio hæc vulgò profertur, quòd in legatis ſolius teſtatoris mens ſpectatur, in ſtipulationibus partis vtriuſque. Atqui cùm in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæ-

A ſtio.l.ille aut ille. 25. D. de legat.3.Hic autem quæ nam ambiguitas eſſe poteſt? cùm tanta verborum proprietas vſurpata ſit. Quid enim? an quia paterfam.muliebri veſte pro virili eſt abuſus, propterea muliebris eſſe deſiit, ac virilis eſſe incœpit? Abuſus potuitne naturalem formam extinguere? Neque mihi dicat aliquis, ſimiliter vrbana & ruſtica mancipia ex vſu patrisfam. æſtimari.l.quemadmodum,12.de ſupel.leg.l. ſeruis vrbanis.99.D.de leg.3.l.vrbana,166.D.de verb. ſig. nam aliud eſt vſus, aliud abuſus: aliud eſt vſus rerum indiffe-
B rens, aliud abuſus, notam & maculam afferens: vt Vlpianus ait in l.veſtis,23.§.2. D. de aur.& argen.leg.virũ ſine reprehenſione & vituperatione muliebri veſte vti non poſſe. Iam verò quod ad ſtipulationem attinet, ſi qua in illa obſcuritas ſubeſſet, quamobrem ſecundum ſtipulatorem illam interpretaremur? contra regulam l. cum quæritur, 26. D. de reb.dub. & l. ſtipulatio iſta, 38.§.1. D. de verb.oblig. Neque verò commodè dici poteſt, parcendum illius Senatoris exiſtimationi fuiſſe. Cur enim ſi ſtipulanti promiſiſſet, viui læderetur exiſti-
C matio:ſi legaſſet, ei parceretur mortuo? Quod eodem modo reſponſum volumus ad l.ſi quis,9. D.de trit.vin. vbi omnia vini appellatione contineri dicuntur, quæ vini numero paterfam. habuit: ſiue ſit acetum, ſiue ceruiſia, ſiue zythum, ſiue hydromel, ſiue quiduis aliud. Nam præterquam quòd ſine reprehenſione abuti nominibus iſtis licet, aliis non licet: Sabinus ibi perſpicuã & exploratam teſtatoris mentem fuiſſe proponit. Cum igitur ſumma verborum proprietas adhibita ſit, ac proinde ambiguitas nulla ſuperſit: quid eſt, cur teſtato-
D ris aut contrahentium mẽtem ſpectemus? Quanquam longè diſſimilis teſtamentorum ac ſtipulationum ratio eſt. nam in illis voluntas explorata verborum proprietati quamtumuis ſtrictæ anteponitur, eique vim affert.l.non aliter,69. D.de legat.3.l.in legatis,21.C.de legat. In his verò verborũ proprietas dominatur.l.quicquid.99. D. de verbor.oblig. Itaque ſi teſtator muliebres veſtes legarit, & conſtet eam ipſius voluntatem fuiſſe, vt etiam viriles quaſdam comprehenderet, ſine dubio debebuntur. Quod eodem modo de virilibus
E legatis intelligendum eſt, ſi quaſdam muliebres comprehenderit. Atque hoc nimirum illud eſt, quod Pomponius ſcribit, Ante omnia dicendum eſſe legatam eam eſſe de qua ſenſerit teſtator, non quæ re vera muliebris, aut virilis ſit. Quare videndum eſt, ne in d. l.33. MVLIEBREM pro VIRILEM imperitus aliquis ſubſtituerit. primum quia Pomponius initio capitis quæſtionem propoſuerat de legato virilis veſtis. quod cùm totius diſputationis caput ſit: quis non miretur notatum & obſeruatum id à noſtris non fuiſſe? Abſurdum
F eſt autem, cùm initiò propoſita ſit quæſtio de legato virilis, poſtea reſponderi de legato muliebris. Commodiſſimè igitur dicemus, legato veſtis virilis abuſiuã illam muliebrem nõ contineri. Deinde, quia ſi Senator ille Titio veſtem omnem ſuam virilẽ legaſſet, Mæuio verò veſtem omnem muliebrem, nemo dubitaret, quin & Mæuio palliola illa muliebria deberentur, & Titio non deberentur. Ac proinde apertiſſimè, falſum illud eſſet, quod his ſcriptum eſt verbis: *Qui ſi legaret muliebrem veſtem, non videretur de ea ſenſiſſe, qua ipſe quaſi
G virili vtebatur.* Nam multò turpius ac fœdius eſſet Titio, cui viriles legatæ eſſent, eas attribui: atque ita commodiſſimè inter ſe & legatum & ſtipulatio conueniẽt. Nam vt legato virilis veſtis, abuſiua illa veſtis non cõtinebatur, ſic nec æquum eſt, eam ſtipulatione contineri: quoniam verborum proprietas eam interpretationem repudiat. Et rurſus quemadmodum ſtipulatione

veſtis

veſtis muliebris illa quoque abuſiua continebitur, ſic legato continebitur.

An mulieribus teſtimonij dictio ſit.

CAP. XIIII.

MOuet dubitationem primùm, quòd in pleriſque legis actionibus teſtes ciues Rom. puberes requirebantur, vt de mancipationibus & teſtamentis, quæ fiebant per æs & libram: apud Caium & Vlpianum in Regulis: & de diuortiis in l. nullum, 9. D. de diuort. deinde more Romano cui teſtimonium denuntiabatur, ei auris attrectabatur: cùm tamen mulierem liberam attingere alieno fas non eſſet. Tum quod Agellius lib. 6. c. 7. ſcribit, nulli fœminæ dicendi teſtimonij ius fuiſſe. Qua de cauſſa eũ Caiæ Terraciæ, virgini Veſtali honos habendus eſſet legẽ latã fuiſſe vt eſſet teſtabilis. id eſt, vt ei teſtimonij dictio eſſet. Corn. Tacitus lib. 2. Ceterùm Vrgulaniæ potentia adeò nimia ciuitati erat, vt teſtis in cauſſa quadam quæ apud Senatum tractabatur, venire dedignaretur. miſſus eſt Prætor, qui domi interrogaret. cùm virgines Veſtales in foro & iudicio audiri, quoties teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit. Non dixiſſe autem, niſi lege lata id eis permiſſum fuiſſet, locus ille Agellij demonſtrat. Eò accedit, quòd Conſtantinus Imp. in l. 1. C. Theod. de rapt. virg. his ſcribit verbis: *Mulierem à poſtulationibus & teſtimoniis, omnibúſque rebus iudiciariis antiqui penitus remouerunt.* Contrà tamen videmus in l. ex eo. 18. D. de teſtib. & l. qui teſtamento. 20. §. mulier. D. de teſtam. Vlpianum argumentari ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis teſtimonium dicere condemnatam mulierem: etiam mulieres teſtimonij in iudicio dicendi ius habere. Præterea Papinianus in l. in quæſtionibus. 8. D. ad leg. Iul. maieſt. ſcribit, in quæſtionibus læſæ maieſtatis etiam mulieres audiri. Quibus tamen ex locis & Iuriſconſultorum argumentationibus apparet certum ea de re ius non fuiſſe, ſed diſputatione & ratiocinatione inducendum fuiſſe. Quare videndum eſt, ecquid neceſſaria diſtinctio ſit, hoc modo: Vt in legis actionibus, quales fuêre mancipatio, diuortium, in iure ceſſio, adoptio, cretio, & ſimiles: mulieres aduocari ac rogari teſtes ius non eſſet. Reliquis autem in rebus, quarum non aduocantur teſtes, vt criminum, aut delictorum, quorum, vt dixi, non rogati, ſed fortuiti teſtes eſſe ſolent: tum mulieres teſtes eſſe poſſent. quemadmodum domeſticorum etiam teſtimonium interdum admitti videmus, in l. conſenſus. 8. §. ſuper plagis. C. de repud. cum tamen regulariter in legitimis actibus aduocatio vel rogatio neceſſaria ſit. l. hæres. 21. §. vlt. D. de teſtam. l. hac conſultiſſima. 21. in fin. C. eod. In ceteris ad fidem rei geſtæ faciendam etiam non rogatus teſtis audiatur. l. ad fidem 11. D. de teſtibus. l. vltim. §. vltim. Cod. de codicil. Eiúſq. rei teſtimoniũ exſtat apud Aſconiũ in Milonianæ argumẽto, vbi ſic ſcribit: Virgines quoque Veſtales dixerunt, mulierem ignotam veniſſe ad ſe: quæ Milonis Mandato votum ſolueret, quòd Clodius occiſus eſſet. Vltimæ teſtimonium dixerunt Sempronia Tuditani filia, ſocrus P. Clodij, & vxor Fuluia: & fletu ſuo magnopere eos qui aſtabant, commouerunt. Hæc cum ita ſint, videtur tamẽ ex Nouella Imp. Leonis XLVIII. Romano iure permiſſum mulieribus fuiſſe, teſtes in cõtractibus adhiberi. quod ille vehementer improbat, & à pudore huic ſexui natura adiuncto alieniſſimum eſſe ſtatuit: vt quaſi Scythicæ mulieres arma cum viris gerentes in hominum conuentum prodire audeant, vetátque, ne deinceps niſi in negotiis muliebribus, quale eſt de partu & ventre inſpiciendo, teſtes adhibeantur. quò pertinet illud Plinij de viris illuſtrib. vbi de Saturnino commemorans: Quendam, inquit, libertini ordinis ſubornauit, qui ſe TI. Gracchi filium fingeret. Ad hoc teſtimonium Sempronia ſoror Gracchorum producta non precibus nec minis adduci potuit vt dedecus familiæ agnoſceret. Cicero Verr. III. *Malleolus à me productus, & mater atque auia: quæ miſeræ, flentes, euerſum à te puerum patriis bonis eſſe dixerunt.* Et mox: *Cur ſodalis vxorem, ſodalis ſocrum, domum denique totã ſodalis mortui contra te teſtimonium dicere: cur pudentiſſimas lectiſſimáſque fœminas, in tantũ virorũ conuentum inſolitas, inuitáſque prodire cogis? Recita omniũ teſtimonia.* TESTIMONIA MATRIS ET AVIÆ.

De imaginario duello vindiciarum: & aliis veterum Germanorum ritibus.

CAP. XV.

MIrum videtur omnibus, Germanorum veterum, hoc eſt, Francorum, Longobardorum, & Gothorum iudiciariam conſuetudinem hanc fuiſſe, vt multò maximam ſuarum litiũ partem duello, ſiue ſingulari certamine dirimerent. Sed illud alicui magis mirum videri poſſit, quod hoc loco memoratu dignum iudicauimus, Romanorũ veterũ illã quoque conſuetudinem fuiſſe, vt in rei vindicatione (qua nulla frequentior actio eſt) duelli iudicio vterẽtur: ſiue id ſua ſpõtę inſtituiſſent, ſiue ex Germanorum inſtitutis ſumpſiſſent: à quibus Latium æquè ante Romã conditam, vt poſt tantum ipſius conſtitutum imperiũ, occupari potuiſſe, nihil abſurdi eſt. Quam tamen diſputationem Germanis, patriæ virtutis adſertoribus relinquo. Vtcumque ſit, in legibus Alemannorum, quæ cum cæteris Germanicis editæ ſunt, caput his ſcriptum verbis reperio, tit. 85. *Si qua contentio orta fuerit inter duas genealogias, de termino terræ eorũ, & vnus dicat: Hic eſt noſter terminus. alius reuadit in alium locum, & dicit: Hic eſt noſter terminus: Ibi præſens ſit Comes de plebe illa, & ponat ſignum vbi iſte voluerit terminum, & girent ipſam contentionem. Poſtquam girata fuerit, veniant in medium, & præſente comite tollant de ipſa terra, quod Alemani* CVRFFODI *dicunt, & ramos de ipſis arboribus infigant in ipſam terram quam tollunt. Et ille genealogia qua cõtendunt, leuent illã terrã præſente Comite, & cõmendent in ſua manu, ille inuoluat in fanone, & ponat ſigillũ, cõmendet fideli manu, vſque ad ſtatutũ placitũ. tũc ſpõdeant inter ſe pugnã duorũ. Quãdo parati ſunt ad pugnã, tunc ponant ipſã terrã in medio, & tangant ipſam cũ ſpatis ſuis, cũ quibus pugnare debẽt: & teſtificetur Deũ creatorẽ, vt cuius ſit iuſtitia ipſius ſit & victoria: & pugnẽt. Qualis de ipſis vicerit, ille poſſideat eã contentionẽ, & illi alij præſumptuoſi, quia proprietatem contradixerunt, componãt cum* XII. *ſolidis.* Item in legib. Baioar. tit. 24. *Qui propriam Allodẽ vendunt, vel quaſcunque res, & ab emtore alter abſtrahere voluerit, & ſibi ſociare in patrimonium, tunc dicit emtor ad venditorem: Terram, aut quæcunque fuerit res, abſtrahere mihi vult vicinus meus, aut quis fuerit. Et iſte reſpondet. Ego quod tibi donaui, cũ lege integra & verbis, teſtificatione firmare volo ſuper* VI. *noctes fiat cõſtitutũ. ſic deinde dicat vteriſque, cũ vtraque partes cõueniũt. Cur inuadere conaris territoriũ, quod ego iuſtè iure hereditatis donaui? & ille alius ecõtrà: Cur meũ donare debuiſti, quod mei anteceſſores tenuerũt? Iſte verò dicit: Non ita, ſed mei anteceſſores illud tenuerũt, & mihi Allodẽ reliquerũt: & veſtita eſt illius manu, cui tradidi,*

& firmare volo cũ lege. Et paulo pòſt: *Si cauſſa fuerit inter* A *illos pugna, dicat ille, qui vvadium ſuſcipiat: minſtè territorium meum alteri firmaſti, id eſt Faruuiſotu: ipſum mihi debes reddere: & cũ* XII. *ſolidis componat. Tunc ſpõdeatur pugna duorum, & ad Dei pertineat iudicium.* His igitur veterum Germanorum inſtitutis cõſimilem populi Rom. vindiciarum conſuetudinem reperio: quam triginta ab hinc annis in Commentariis orationis pro Cęcina expoſui. primùm, vt pacta & conſtituta cum aliquot amicis die, in rẽ præſentem & agrũ controuerſum venirent: tũ vt in illo agro sũptis ex arbore ſurculis ſiue B feſtucis, ambo litigatores imaginario duello inter ſe de pugnarent. Vnde *Manu conſertum* vocare dicebantur, literæ S. eliſa, more antiquo, vt in Comment. XII. tabu. expoſuimus: pro, Manus conſertum. Dicebant & illud certaminis ſimulacrum, *Vim feſtucariam:* &, *Vim fieri moribus.* Agell. lib. 20. cap. 9. *Manum conſerere eſt, quia de re diſceptabatur, in repræsẽti, ſiue ager, ſiue quid aliud eſt, cũ aduerſarius aduerſariũ ſimul manu penderet, in ea re omnibus verbis vindicare: hoc eſt, vindicia correpta manus in re atque in loco præſenti conſerere.* Deinde vim illam C feſtucariam appellat, quam veræ ac ſolidæ opponit: vt apud Ennium.

Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt, regnũmque petunt, vadunt ſolida vi.

Sæpe in orat. Cicer. pro Cæcin. moribus vis illa fieri dicitur: vt ſub initium Cõment. notauimus. Summa igitur hæc ſtatuatur: Cum hæc barbarica dimicandi ratio ex moribus Romanorum ſublata eſſet, antiquitatis vſurpandæ cauſſa inſtitutum fuiſſe, vt eius duelli ac dimicationis ſimulacrum quoddam retineretur: ſi- D millima ratione, qua vera liberorum venditione moribus ſublata, ſimulacrum tamen Emancipationis inſtitutum eſt: qua XII. tab. lege de perfidi debitoris corpore diſſecando moribus abrogata, ſectio bonorum eius inſtituta eſt: multáque alia generis ẽ iuſdẽ, quę ex antiquitatum R. ſtudio venire cuiuis in mentem poſſunt. Quod autem initiò de populi R. moribus cũ Germanicis inſtitutis congruentibus dictum eſt, licet etiam obſeruare in Anteſtationibus, in quibus aurem attrectari ſolitam, vulgò notum eſt: & nos in XII. tab. fragm. E expoſuim⁹. At in legib. Baioar. tit. 2. caput hoc reperio: *Si quis teſtẽ habuerit, per aurẽ tractũ de qualibet cauſſa, finita ratione, & hoc cõfirmãt per teſtes. poſt hæc nõ debet repetere, nec inquirere illũ, à quo finiuit rationẽ ſuã. Et ſi voluerit, tũc per teſtes defẽdat ſe, illi teſtes teſtificẽt, ſicut ſcit, vnde ad teſtẽ per aurẽ tract⁹ fuit.* Itẽ in legib. Ripuar. tit. 62. *Et vnicuiq; alapas donet, & torqueat auriculas, vt ei poſtmodũ teſtimoniũ præbeat.* Plinius lib. 11. cap. 45. *Eſt in aure ima memoriæ locus, quẽ tãgentes atteſtamur.* Similli- F ma videtur fuiſſe ratio eius coemptionis, quã in matrimoniis cõtrahendis adhiberi ſolitã, vulgò notum eſt ex Boetio in Top. Cicer. & Seruio Honor. in Virgil. Nã in legibus Sax. tit. 6. *Qui viduã,* inquit, *ducere velit. offerat tutori pretiũ emtionis eius cõſentiẽtibus ad hoc propinquis.* Et tit. 17. *Lito Regis liceat vxorẽ emere vbicunq; voluerit.* Et Burgũd. tit. 14. *Si mulier ſine liberis defũcta fuerit, maritus vxoris pretiũ quod pro ipſa dabatur, nõ requirat. Similiter defuncto ſine filiis marito, non requirat mulier.* Atque hæc quidem hactenus. Quod autem de Germanorum aut Gallorum coloniis in Italiam ante Romam G conditam effuſis ſuperius diximus, vno hoc Liuij loco confirmabimus, quem ex lib. ipſius 5. deſcribemus: *Thuſcorum ante Romanorum imperium latè terra mariq́ue opes patuêre, mari ſupero inferóque, quibus Italia inſulæ modo cingitur. quantum potuerint, nomina ſunt argumento. quod alterum Thuſcum communi vo-* A *cabulo gentis, alterum Adriaticum mari ab Adria Thuſcorum colonia vocauêre Italicæ gentes. Hi in vtrumque mare vergẽtes incoluêre vrbibus duodenis terras, &c.* Thuſcos autem hodie quoque Theutich Germani appellant: vnde Teruſtio, & Theutones Cor. Tacito, ceteriſque ſcriptoribus.

Liuij locus inſignis. Mulieres in perpetua tutela vel virorum poteſtate.

CAP. XVI.

B LOcus eſt inſignis in libr. Liuij XXXIX. de cuius interpretatione vidi multos, qui propter obſcuritatem deſperarent. Quare videndum eſt, ecquid ei lucis afferre poſſimus. Agit autem eo loco Liuius de præmio indici Bacchanalium tribuendo: *Vtique Hiſpalæ Feccenniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet: vtique ei ingenuo nubere liceret: neu quid ei, qui eàm duxiſſet, ob id fraudi ignominiæque eſſet.* Cõ- C ſtat inter omnes, iure ciuili mulieres innuptas in perpetua tutela fuiſſe: ac propterea bonorum ſuorum alienãdorum ius ac poteſtatem nullam ſine tutoris ſui auctoritate habuiſſe: ſiue id inter viuos, ſiue mortis cauſſa facere vellent. Itaque paulo ſuperius Liuius de eadem Hiſpala loquens, ita commemorat: *Quin eò proceſſerat cõſuetudine capta, vt poſt patroni mortem, quia in nullius mànu erat, tutore a Tribunis & prætore petito cùm teſtamentum faceret, vnum Ebutium inſtitueret heredem.* Conſtat præterea mulieres nuptas in virorum ſuorum D manu poteſtatéque fuiſſe. nam de vtroque dubitare nos Vlp. in Regulis non ſinit. Fuit autem lex in XII. tab. *vt quod rei familiaę ſuæ paterfam. legaſſet, ita ius eſſet:* Quibus verbis latiſſima (inquit Pomponius) poteſtas tributa videtur & heredis inſtituendi, & legata, & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi. l. verbis legis. 120. D. de verb. ſign. His præmunitionis loco poſitis, ſequitur vt intelligamus, Diminuere apud antiquos vſurpatũ fuiſſe pro alienare. Cicero in Epiſt. ad Q. frat. 2. *Is mihi dixit ſe ad procuratores ſuos literas miſiſſe, quæ mihi viſæ* E *ſunt iniquiſſimæ, ne quid de bonis quæ L. Octauij Naſonis fuiſſent, cui L. Flauius heres eſt, diminuerent, antè quàm C. Fũdanio pecuniam ſoluiſſent. Itémq; miſiſſe ad Apollonienſes, ne de bonis quæ Octauij fuiſſent, diminui paterentur, priuſquã Fũdanio debitũ ſolutum eſſet. Hæc mihi veriſimilia non videntur. ſunt enim à prudentia tua remotiſſima. Ne diminuat heres? quid ſi inficiatur? quid ſi omninò nõ debetur? quid? Prætor ſolet iudicare deberi?* Diminuere Cicero in eadẽ cauſſa dixit, quod Vlpian⁹ diſtrahere in l. diuus. 5. D. de hered. pet. Planius autem Præ- F tor in l. ait prætor. 7. D. de iur. delib. *Si iuſta cauſſa eſſe videbitur, bona interea diminui vetabo.* Tum Vlpianus: *Quid ſit autem Diminui vetabo, videamus. His verbis Prætor alienationẽ impedit, verumtamẽ actiones exerceri nõ patitur.* Et multa quæ ſequũtur. Itémque in l. itẽ veniũt. 20. §. itẽ placere. & §. ait ſenatus. & l. ſeq. D. de pet. hered. l. ſi creditores. 31. in fi. D. de reb. auct. iud. Sic Cicero in ea pro Sylla: *Vt quæ cauſſa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinendæ poſſeſſionis, ea Cincio nõ fuerit, prædiis diminutis.* Cum igitur Fecenniæ mulieri innup- G tę ius nõ eſſet quidquam de ſuis bonis alienare ac diſponere, lege lata poteſtas ei dãdi, diminuendi, hoc eſt, arbitrio ſuo diſponendi & alienãdi perinde data eſt, ac ſi ei viri ſui teſtamẽto legata eſſet. Nã cũ materfam. in mariti ſui manu & familia eſſet, quemadmodũ ex Vlpiani Regulis & innumeris aliis locis iampridẽ intellectũ eſt: lex illa XII. tab. quę tãtùm ius teſtamentis tribuit.

eo producta eſt, vt etiam alienandorũ bonorum poteſtatem mulieribus permitti teſtamento virorũ liceret. Sic Dio lib.49.ſcribit, Auguſtum Imp. Liuiæ vxori, & Octauiæ ſorori poteſtatem dediſſe, τὰ σφέτερα ἄνευ κυρίου τινὸς διοικεῖν. Gentis autem enuptio, quid ſit, docet idem Liuius lib.10. cùm ita ſcribit: *Virginiam Auli filiam, patritiam, plebeio nuptam L. Volumnio, Conſuli, matronæ, quòd è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt.* Quibus ex verbis patet, Gentis enuptionem fuiſſe ius, vel è patritia gente in plebeiam, vel contrà è plebeia in patritiam familiam innubendi. Liuius lib.4. *Quod priuatorum conſiliorum vbique ſemper fuit, vt in quam cuique fœmina cõueniſſet domũ, nuberet: ex qua pactus eſſet vir domo, in matrimonium duceret.* Poteſtas igitur Fecenniæ permiſſa eſt nõ modò è gẽte ſua enubendi, ſed etiam ſine tutore auctore nubẽdi. quod ceteris non licuiſſe, vel vnus hic orationis pro Flacco locus documento eſt. *In manũ (inquit) conuenerat. nũc audio. Sed quæro, vtrum vſu, an coemptione? Vſu non potuit. nihil enim poteſt de tutela legitimà ſine omniũ tutorũ auctoritate diminui. coẽptione? omnibus ergo auctoribus.* Quo in loco DIMINVI, pro ALIENARI & vſucapi, vſurpatum eſſe, cùm ea ex reipſa perſpicuum eſt, tum ex illo Epiſt. ad Att. loco in lib.1. *De Tadiana re mecũ Tadius locutus eſt, ſe ita ſcripſiſſe, nihil eſſe iam quod laborares, quoniam hereditas vſucapta eſt. Id mirabamur te ignorare: de tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil vſucapi poſſe.* Sequitur Tutoris optio. nam cùm lege XII. tabul. ſanctum eſſet, vt mulieres innuptæ in proximi agnati tutela eſſent, Iuriſcõſulti ex interpretatione ſuperioris illius legis ſtatuerunt, ſi vir vxori ſuę tutoris ſibi arbitratu ſuo deligendi poteſtatẽ legaſſet, vt id ius vxori eſſet. Atque hoc nimirum illud eſſe arbitror, quod Cicero in Muraniana Iuriſconſultos exagitans, ait eos inueniſſe genera tutorum quæ poteſtate mulierum continerentur. nam cauillatoriè ſic locutus eſt: pro, Quorum deligendorum mulieri poteſtas eſſet. Atque hæc quidem ita ſe habent. Poteſt tamen ita locus accipi, quaſi quod de teſtamento loquitur, ad ſolam tutoris optionem pertineret. Quod autem ſequitur, latam legem vt Fecenniæ nubere ingenuo liceret, non idcircò additum eſt, quaſi libertæ ingenuo nubere ius non eſſet: ſed quia ſcortum nobile fuerat, quemadmodum Liuius paulo ſuperius demonſtrauit. Conſtat autem, earum quæ corpore quæſtum fecerant, nuptias infamiam afferre. l. 1. D. de infam.

An definitio actionis à Iuſtiniano tradita, æquè reali vt perſonali actioni conueniat.

CAP. XVII.

ACtio eſt ius perſequendi quod ſibi debetur. Hanc definitionem ſolis in perſonam actionibus conuenire, iampridem demonſtraui: de quo reprehendi me ab obtrectatoribus video. quibus hoc loco reſpondere & ſatisfacere inſtitui. Solis igitur perſonalibus conuenire dixi, propterea quòd reales actiones non ad id quod debetur, id eſt dari fieriue oportet: ſed ad id quod actor ſuum eſſe intendit, pertinẽt. l. actionum, 25. D. de oblig. & act. Addendum igitur fuit: SVVM VE EST. nam quod ſuum cuiuſque eſt, ad obligationes & perſonales actiones nõ pertinet. l. 3. D. illo tit. l. in rem, 23. D. de rei vindicat. Denique neque quod ſuum eſt, per perſonalem: neque quod ſibi debetur, per realem quiſquam perſequitur. §. ſic itaque, 14. de actionib. & qui ſibi dari poſtulat, id poſtulat, vt quod ſuum non eſt, ſuum fiat. l. vbi

A autem, 75. in fin. D. de verbor. obligation. Dari enim quod iam ſuum eſt, domino non poteſt. d. §. ſic itaque. & §. ſed ſi rem, 5. de legat. Dicebat autem aliquis: At enim *Quod ſuum eſt*, interdum vſurpatur pro *Quod ſibi debetur.* l. qui autem, 6. §. 2. D. quæ in fraudẽ. l. nihil dolo, 129. de regul. iur. l. purè, 5. §. ſi eum. D. de exception. dol. l. de hereditate, 5. C. de petition. hereditat. Adiuuemus diſputatoris induſtriam. Similes textus extant in l. ſi debitoris, 7. D. de ceſſion. bonor. l. à diuo Pio, 15. §. quòd ſi res. D. de re iudic. l. ſi quis, 12. D. de nouation. l.
B pupillo, 96. §. 1. D. de ſolution. l. quod placuit, 37. D. de iur. fiſc. Sed ad illa omnia parata reſponſio eſt: eáque duplex. prior eſt huiuſmodi: Argumentum iſtud nihil ad inſtitutam diſputationem pertinet. Valet enim ad probandum, definitionem hanc, Actio eſt ius perſequendi quod ſuum eſt, plenam eſſe, & ad vtranque actionis ſpeciem pertinere: ſed ad confirmandam Iuſtiniani definitionem, in qua pro *ſuum eſt*, poſuit SIBI *Debetur*, nihil pertinet. Quid ergo eſt? Valebítne actionis illa definitio, Actio eſt ius perſequendi quod ſuum
C eſt? Nihil profectò minus. non enim ſi aliquid quod ſuum eſt, perſonali actione perſequimur, continò quidquid perſonali actione perſequimur, ſuum eſt. Quomodo? Omnes enim actiones, quæ ad faciendum pertinent (veluti ad domum aut nauem ædificandam) non id quod ſuum eſt, perſequuntur. Innumeræ actiones, quæ ad dandum pertinent (veluti pœnales ex furto, vel rapina, vel iniuria) non id quod ſuum eſt perſequuntur. Actiones ex maleficio perſonales, niſi quæ mixtæ ſunt, non ad id quod ſuum eſt perſequendum pertinent. qua
D de cauſſa odio furum inductum eſt, vt illo ſingulari caſu condictio furtiua concedatur. l. 1. & paſſ. D. de cond. furt. & d. §. ſic itaque. de act. Denique aliud eſt, *ſuum eſſe*: aliud, *ſibi deberi*. l. Quintus Mutius, 27. §. 2. & l. ſcribit, 34. D. de aur. & argẽt. leg. vbi maritus legãs vxori ſuum argentũ, dicitur non legaſſe id quod ſibi debebatur ex quo viciſſim intelligitur, legantem argenteum quod ſibi debebatur, non intelligi legaſſe quod ſuum erat. Sed ex ſecunda reſponſione facilius tota res intelligetur. Nam cauſſa morbi reperta, ſimul curatio reperietur.
E Ergo quod in d. l. qui autem, & reliquis omnibus obiectis dicitur, Creditores ſuum recipere: non ſic accipiendum eſt, quaſi dictum eſſet, SVAM REM: ſed hoc modo, SVVM IVS. veluti, qui decem aureos mutuo datos certi condictione perſequitur, & cauſſam obtinet, nequaquam dicitur ſuam rem perſequutus, aut adeptus (mutuum enim dicitur, quod de meo tuum fit. l. 2. §. 2. de reb. credit. ac proinde creditor ſuos nummos dicere quos credidit, non poteſt) ſed ius ſuum. Sic cõmodator & depoſitor, ſi perſonales commodati & de-
F poſiti actiones inſtituant, non rem ſuam, ſed ius ſuum, & quod ſibi debetur, perſequi intelligentur. at ſi in rem actione vtantur, rem ſuam. l. officium, 9. D. de rei vindic. Sic vbi dominus rem depoſitam vindicat, depoſitor autem depoſiti actionem intendit, ille ſuam rem perſequi dicitur: hic verò ſuum ius: id eſt, quod ſibi debetur, quod ſibi dari fieri oportet. l. bona fides, 31. ad fin. D. depoſ. Veriſſimum igitur videtur, definitionem Actionis à Iuſtiniano traditam, ad ſolas perſonales pertinere. quas propriè Actiones appellari, & cõmune no-
G men ſuum ac peculiare plerunque facere, teſtis eſt Vlp. in l. pecuniæ, 178. D. de verb. ſign.

Inſignis error Triboniani in l. 1. D. de acceptilat. vbi Accepti lationis vera definitio proponitur, & contractus mutuos claudicare non poſſe adſeritur.

Cap. XVIII.

NVnquam, opinor, non malè de nobis meritus eſt Tribonianus. ſed in l.1. D.de acceptil. peſſimè meritus videtur. nam cum in illo principio & exorſu tractationis de acceptilationibus definitionem tradere deberet communi acceptilationi accommodatam, imperitiſſimè ex Modeſtini libro eam ſumpſit, quę ad Aquilianam pertinebat. Primùm illa pars, *liberatio per mutuam interrogationem*, referri ad cõmunem acceptilationem nõ poteſt: in qua vna tantùm ex parte interrogatio eſt: ſed ad Aquilianam perſpicue pertinet: vti patet ex l.& vno.18.§.1.D.illo tit. Deinde in eo quod ſubſequitur, *Qua vtriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio:* quæri poteſt, quomodo vtrinque liberatio contingeret, niſi vtriuſque obligatio ſubeſſet? quid igitur ſi vna tantùm ex parte obligatio ſubſit? quinetiam poteſt vtraque ex parte eſſe obligatio, cum tamen vna tantùm ex parte liberatio contingat. veluti: Titius Mæuio centum debet ex mutuo: Mæuius illi mille ex legato. Ponamus Titium nouaſſe obligationem: poſt roganti Mæuio accepto tuliſſe. cui dubium eſt, quin ſolus Mæuius liberetur, Titius obligatus maneat? qua de cauſſa Labeo in l. vlt. D. eod. Si ego tibi, inquit, acceptum feci, nihilomagis ego à te liberatus ſum. Quinetiam quamuis contractus vltrò citróque obligatorij vnà ex parte cõſiſtere nõ poſſint d.l.vlt.D.de accep.l.1.& l.5.De reſcin.vendit.l.bona fides, 50. D. de act.empt.tamen Paulus in d.l.vlt. verum hoc eſſe ait, tantiſperdum res integra eſt. at vbi res interceſſit, poteſt vna ex parte liberatio contingere, vt ex altera non contingat. veluti, ſi conuenerit, ne dominus à colono mercedis nomine quid peteret, atque adeò acceptilatio interuenerit, atque ita colonus liberatus ſit, non tamen idcircò dominus liberatus eſt: l.ſi cõuenerit, 56. D.de pact. Item ſi tibi habitationem locauero, mox penſionem remittam, ex locato tamen & conducto agi poterit. l.ſi tibi, 5. D.locat. abs te ſcilicet, vt in reliquum tempus colere liceat: à me verò, vt colere cogaris: Eodémque pertinet l.quoties, 34.§.ſi colono. D. de vſufr. Ex quibus etiam diſputari poſſet, quæ definitè & ſecundum quid à Paulo in d.l.vlt. ſcripta ſunt, nimiũ infinitè Tribonianum complexum eſſe: cùm in d.l.1. ita ſcripſit: *Quia vtriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio:* cum verius ſcripſiſſet, *Quia interdum vtriuſque, &c.* Vnde intelligitur, acceptilationẽ non rectè definiri vltrò citróque liberationem: cùm id quibuſdã tantùm in caſibus verum ſit, in quibuſdam falſum: vt ex illo Labeonis & Pauli loco perſpicuum eſt.

Hereditas vtrum defuncti, an heredis perſonam ſuſtineat.

Cap. XIX.

COntrouerſum olim hoc ius fuiſſe, teſtatur Vlpianus in l.hereditas, 34. D. de acquir.rer. domin. vbi tamen affirmat, tandem multis iuris argumentis comprobatum fuiſſe, vt defuncti, non heredis perſonam ſuſtineat. At eius cõtrouerſiæ tam multæ paſſim maculæ in libris noſtris relictæ ſunt, vt me tantæ Triboniani ſocordiæ pudeat. Caius quidem vexatam hanc inter Proculianos & Caſſianos quæſtionem fuiſſe teſtatur, in l. ſi ex ea, 28. §. vlt.D.de ſtipulat.ſeru. vbi ait Caſſianos exiſtimaſſe, cũ qui poſtea heres exſtitit, videri ex mortis tẽpore defun-

A cto ſucceſſiſſe: eiuſque rei argumentum eſſe, quòd heredis familia ex mortis tẽpore funeſta facta eſt. Et certè paſſim recepta illa ſentẽtia eſt, vt quandocũque illa hereditas aditur, ſtatim à mortis tempore adita intelligatur. l.138. l.omnia, 193. & l.ſeq. D.de regul.iur. l.heres, 54. D.de acq.hered. quo ex præcepto Iulianus ratiocinatur actiones hereditati quæſitas heredi quæſitas intelligi. l. 1.§.4. D. de iniur. quo pertinet l.heres.22. l.in eo, 33.§. vlt. l.hereditas, 61. D.de acq.rer.dom. l.cum hereditas, 9. C.depoſ. l.nouatio, 24. D.de nouat. l.liber, 13.§.2, D.ad B leg.Aquil. Iauolenus autem, vt cùm ſeruus hereditarius ſtipulatus eſt, tempus præſcriptionis non ex adita hereditate, ſed ex quo agi potuit, computetur. l.4. D.de diuerſ.temp.præſcript. quod ex Caſſio ſumptum eſſe, palam eſt in l.ſi ſeruus, 25. D.de ſtipul.ſer. cuius tamen poſtremum verſum rectiſſimè Ant. Goueanus adulterinum, & ex gloſſa imperiti hominis deſcriptum oſtẽdit: niſi forte pro ID EST reponendum ſit NON. ſed magis placet totum illum poſtremum verſum imperiti interpretis gloſſæ adſcribi. At ex contrario Vlp. & Paulus a- C pertè ſtatuunt ſeruum hereditarium heredi futuro nominatim ſtipulantem nihil agere: quoniam heres ſtipulationis tempore extraneus erat, non dominus. ſi tamen in rem & indefinitè ſtipulatus fuerit, ſtipulationem valere: quoniam hereditati ſtipulatus intelligitur. l.ſi vnus, 27.§. vlt. D.de pact. l.ſeruus, 16. D.de ſtip.ſeru. ſignificans, ex regula Catoniana, ſtipulationem, quæ ab initio non conſtitit, ex poſtfacto non confirmari. quod tamen non ita dilucidè ſcripſerat in l.interdum, 73.§.1.D. de verb.oblig. Et in eandem ſententiam Iulianus ſcribit, D non modò ſeruum hereditarium (qui tamen quandiu hereditas iacet propriè nullius eſt) heredem inſtitui poſſe, vt heredi futuro hereditatem acquirat, verùm etiam ſeruum alieni poſtumi, qui poſt teſtatoris mortem natus erit. l.eius ſeruũ, 64. D.de hered.inſt. cùm tamẽ alieni poſtumi inſtitutio apud veteres nullius eſſet momẽti. §.1. Inſt.de bon.poſſeſſ. §.poſtumo, Inſtit.de legat. Ex quo Iuſtinianus veriſſimè ratiocinatur, hereditatem nõ heredis futuri, ſed defuncti perſonam ſuſtinere: quippe, cùm ſeruus etiam eius qui heres fieri non poſſet, tamen E inſtitui heres poſſet. §.4 Inſt.de her.inſt. nam hereditati acquirit, cui acquiri potuit, non heredi, cui non potuit. quod idem de legato quod hereditario ſeruo relictũ eſt traditur in l.legatum.116.§.2. D.de legat.1. l.debitor, 82. §.vltim. D. de legat. 2. Neque obſtat quod dicitur, eius demum ſeruum inſtitui heredem poſſe, cum quo teſtamenti factio eſt. l.non minus, 31. D.de her.inſt. quoniam, vt ait Paulus, teſtamenti factio requiritur fuiſſe, non cum herede inſtituto, qui ſerui hereditarij dominus factus eſt, ſed cum defuncto. l.ſeruus, 52. D.de he- F red. inſt. Ecce autem alteram inſuper opinionem nouam. Nam Modeſtinus in l.ſeruus, 35. D.de ſtipulat.ſeru. Seruus hereditarius, inquit, & heredi futuro, & hereditati rectè ſtipulatur. Vbi Accurſius ridiculè tantam Triboniani ſocordiam tegere conatur, qui tamen alio eiuſdem tituli loco ingenuè confeſſus erat, fuiſſe ſuo tempore nonnullos, qui diſſenſiones illas agnoſcerent. ad d. l.ſeruus, 16. D. eo. Hæc cum ita ſint, tamen ſciendum eſt, in iis cauſſis quibus factum perſonæ requiritur, iacẽtem hereditatem pro domino non haberi: ac proinde G illi acquiri per ſeruum hereditarium non poſſe. cuius rei primum exemplum eſt in hereditate ſeruo hereditario delata. nam etſi rectè is inſtitui heres poteſt, d.l.non minus, 31.§.1. tamen adire ſine iuſſu domini non poteſt. l. hereditas, 61. D. de acquir. rer. dom. l. ſi quis, 25.§. iuſſum. D.de acquir.hered. Pari ratione vſus fructus acquiri

quiri per ſeruum hereditarium non poteſt. quoniam,
vſusfructus ſine perſona, quæ fructus percipiat, conſti-
tui non poteſt. d. l. hereditas, 61. §. vlt. & l. vſusfructus, 26.
D. de ſtipul. ſer. l. 1. §. 1. D. quand. dies leg. vſusfruct. ced.
Item poſſeſſio rerum hereditariarum iacenti heredita-
ti non acquiritur. quia poſſeſſio facti eſt & animi; hoc
eſt poſſidenti factum & ſcientiam atque animum re-
quirit. l. 1. §. Scæuola. D. ſi is qui teſt. lib. Excipitur tamē
cauſſa peculiaris in qua ſeruus poſſeſſionem hereditatis
acquirit, ſicuti domino furioſo, vel ignoranti. l. qui à
ſeruo, 16. D. de oblig. & act. l. pen. D. de capt. & poſtlim.
reuerſ. l. quod ſeruus, 74. D. de acquir. poſſ.

*Periculi nomine non indicē & breuiarium, ſed iudicij diſ-
crimen, & dubium litis euentum ſignificari.*

Cap. XX.

SVnt qui Periculi nomine contendant inter-
dum indicem ſiue libellum deſignari, ex la-
tiori ſcriptura contractum. in eáque ſignifi-
catione accipiendam Rubricam Codicis, De
ſententiis ex periculo recitandis; quod lingua noſtra
dicimus Extractum, Græci ἐπιτομήν; Latini veteres (vt
Seneca teſtatur) Summarium & Breuiarium. Idem quo-
que de illo Frumentariæ loco iudicant: *Ordo ſcribarum
eſt honeſtus. quis negat? eſt verò honeſtus: quòd eorum ho-
minum fidei tabulæ puplicæ, periculáque magiſtratuum
committuntur.* Quam interpretationem fateor me quō-
dam prima eius ſpecie captum ita probaſſe, vt eam lau
datis ipſius auctoribus etiam in Commentarios meos
retulerim. Sed re poſtmodum attentius ſpectata &
cognita facilè animaduerti, longè aliam Ciceronis
mentem eo loco fuiſſe: vocémque illam *Periculum*,
non ad ſcripturam aliquam & breuem libellum, ſed
potius ad diſcrimen quod ex periculoſo iudicij euentu
poteſt alicui accidere, referendam eſſe. Cùm enim pro-
uincialium magiſtratuum adminiſtratio literis diligen-
tiſſimè conſignaretur, vt non modò ratio Senatui red-
di poſſet, verumetiam ſi Repetundarum ageretur, ac-
cuſatoribus ſatisfieri: quemadmodū paſſim ex Verri-
nis conſtat: aptiſſimè quibus illarum tabularum cuſto-
dia committitur, committi periculum dicitur. non quò
tabulæ ipſæ ſint periculum, ſed figura Rhetoribus fa-
miliari: vt cùm caput noſtrum alicui nos committere
dicimus, cui vitam, fortunas, exiſtimationem commit-
timus. Sic enim idem Cicero in Cluentiana: *Eius igitur
quem ſibi offenſiorem, Oppianico familiariſſimum ſciebat
eſſe, potiſſimum & ſuum ſcelus, & illius periculum com-
mittebat.* item aliquanto pòſt: *Tu periculum capitis, tu
iudicium ſceleris, tu fortunas alterius literis conſcriptas in
iudicium afferas?* Nam quia periculoſi ſunt iudiciorum
euentus, propterea iudicium ipſum Periculi nomine
appellatur. vt in ea, pro Licin. Archia. *In eiuſmodi perſo-
na, quæ propter ocium ac ſtudium minimè in iudiciis pe-
riculiſque tractata eſt.* Sic Quintilianus lib. 12. cap. 7.
Paſciſcendi, inquit, *ille piraticus mos, & imponentium pe-
riculis pretia.* Loquitur de patronis & cauſſidicis, qui
de parte litis paciſcūtur cū clientibus: quæ pacta ſimi-
liter improbantur in l. ſumptus. D de pact. Cicero pro
Milone: Atque hūc ille vir ſūmus ſcelere ſolutū peri-
culo liberauit. id eſt, iudicio abſoluit. Feſt. Pomp. Reus
populum comitiis obſecrabat per Deos, vt eo periculo
liberaretur: iubebat magiſtratus eū reſecrare, ne popul⁹
religione obligaretur. Iam verò abſurdū eſt exiſtimare,
ſcribis breuiaria tantùm & indices cuſtodiendos com-
mitti ſolitos: ac nō potius ſingula vniuerſæ iuriſdictio-
nis acta & cōmētaria. vt l. inter eos. 33. D. quib. ex cauſſ.

A maior. quæ non ſummatim & per indicem conficiebā-
tur, ſed acuratè, ſtudioſè & diligenter. Cicero pro Do-
mo: *Scribæ qui nobiſcum in rationibus monimentiſq; ver-
ſantur.* Idem Verr. v. *Si hæc edicta non ex ipſius tabulis
totidem verbis recitare poſſem, ſicuti faciā. Da quæſo ſcri-
bæ. recitet ex codice. Edictum de profeſſione.* Et mox: *Reci-
ta hoc quoque quod poſtulat, totū recita. Edictum de iudi-
cio in octuplum.* item in Diuinatione: Cùm iiſdem literis
illius Prætura & tua Quæſtura conſignata ſit, aſportare
te velle ex Sicilia literas ſuſpicātur. Eodem præterea il-
B lud accedit, quòd ſi Periculi nomen breuem aliquam
ſcriptionem ſignificaret, aliquoties opportunitate o-
blata apud auctores reperiretur. velut in illo Philipp. 1.
An in commentariolis, & chirographis, & libellis ſe v-
no auctore prolatis acta Cæſaris firma erunt? &c. Pli-
nius lib. Epiſt. 1. Sedeo pro tribunali: ſubnoto libellos:
conficio tabulas: ſcribo plurimas, ſed illiteratiſſimas, li-
teras. Sic in libris noſtris, breuis libellus appellatur. ve-
lut in l. & in epiſt. 22. C. de fideic. Verùm obiicitur alter
Æmilij Probi locus in Epaminōda: *Vnū*, inquit, *ab iudi-
C cibus petiuit, vt in periculo ſuo coſcriberent, Epaminōdas
à Thebanis morte multatus eſt, &c.* Quaſi verò petie-
rit vt illa iudices in libello ſententiæ ſuæ adſcriberent:
quæ momēto temporis deleri extinguique poſſent, vel
certè aut ſolis iudicibus, aut ſolis ciuibus Thebanis no-
ta eſſent. cùm Plutarchus (vt Lambinus quoque oſten-
dit) teſtetur Epaminondam petiiſſe, vt id in ſepulcro
ſuo perpetuæ memoriæ cauſſa inſcribendum curarent:
vtique Græcia vniuerſa intelligeret, Lacedæmonios E-
paminondæ opera à Thebanis eſſe ſuperatos. Itaque
D στήλην Plutarchus & Aelianus (vt ille idem docuit) non
γραφίδιον, aut neſcio quid huiuſmodi ad ſcriptitationē
pertinens dixerunt. Quare non dubito, quin SEPVL-
CRVM eo loco reponendum ſit, quemadmodum in
Aldino codice ſcriptum eſt. Nam quantum ad Cicero-
nis locum, qui ex lib. de Legib. 1. ita profertur. *Qui in i-
ſto periculo non vt à poeta veritatem exigunt*: ego in o-
mnibus quos videre potui, vocem LIBELLO comperi.
& cum ita vulgò legatur, Non vt à poeta, ſed ab hiſto-
rico veritatem exigunt: dixi alio loco, melius videri, ſi
E ſic emendetur: Non vt à poeta delectationem, ſed vt ab
hiſtorico veritatem exigunt. Quantum ad Codicis
rubricam attinet, abſurdum eſſet exiſtimare, conſtitu-
tutum fuiſſe, vt ſententiæ per indicem, id eſt ſumma-
tim tantum, ac non potius integræ recitarentur. Hoc
enim Index ſignificat. vt Philip. 1. *Hic enim eſt legis in-
dex* (id eſt, argumentum) *vt tres in tertia decuria iudi-
cent, qui libere iudicare non audeant.*

De tranſuectionibus equitum, ad l. 2. D. de in ius voc.

F

Cap. XXI.

IN *ius vocari nō oportet* (inquit Vlpianus) *eum,
qui equo publico in cauſſa publica trāſuehatur.*
Ego Vlpianum ſcripſiſſe ſic arbitror: Qui e-
quo publico in cēſu PVBLICE TRANSVE-
HATVR. Nam Cenſus equitum dicebatur, interdum
quę aliàs Tranſuectio, alias Probatio, alias Recognitio
equitum appellata eſt. De cenſu teſtimonium hoc ex-
tat apud Ciceronem in ea pro Cluentio: *Non enim
G mihi ex exemplum ſummi clariſſimi viri, P. Africani
prætereundum videtur, qui cum eſſet Cenſor, & in equitū
cenſu C. Licinius Sacerdos prodiiſſet, clara voce, vt omnis
concio audire poſſet, dixit, ſe ſcire illum verbis conceptis
peieraſſe: ſi quis cōtra (illū) dicere vellet, vſurum eſſe eum
ſuo teſtimonio: deinde cum contrà nemo diceret, iuſſit equū
traducere.* Liuius lib. 29. Equitū deinde cēſus agi cœptus

eſt:& ambo fortè Cenſores equum publicum habebāt. Agell.lib.4.cap.20.ex libro Maſurij Sabini Iuriſc. Cēſores P.Scipio & M. Pompilius cùm equitum cenſum agerent,equum minus ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem eius vberrimum & habiliſſimum viderunt. Et cur, inquiunt, ita eſt, vt tu ſis,quàm equus,curatior? Quoniam, inquit, ego me curo: equum Statius meus. De Probatione exemplum hoc extat apud Valer.Max. libro 2.cap.2. Equeſtris verò ordinis iuuentus omnibus annis bis vrbem ſpectaculo ſui ſub magnis auctoribus celebrabat, die Lupercalium, & equitum probatione. De recognitione verò & Tranſuectione fidem hic locus faciet apud Suetonium in Octauio: *Equitum turmas frequenter recognouit: poſt longam intercapedinem reducto more tranſuectionis, ſed neque detrahi quemquam in tranſuehendo ab accuſatore paſſus eſt: quod fieri ſolebat.* Idem in Caligula: *Equites Rom. ſeuerè curioſeque, nec ſine moderatione recognouit: palam adempto equo, quibus aut probri aliquid, aut ignominia ineſſet.* Idem in Claudio: *Recognitione equitum iuuenem plenum probri, ſed quem pater probatiſſimum ſibi affirmabat, ſine ignominia dimiſit.* Val.Max.lib.2.cap.9. Cùm equitum cēturias recognoſcerent,& ipſi eorum eſſent in numero &c. Iuuat etiam Plutarchi locum inſignum de hac equitum recognitione deſcribere. *Moris fuit,* inquit, *vt equites Rom. vbi ſtipendia confecerant legitimúmque militiæ tēpus impleuerant, vt equum ſuum ad Cenſores in forū deducerēt, rationéſque referrent, quoties & quibus ducibus ſtipendia meruiſſent, atque ab iis miſſionem peterent: quam illi aut honeſtam, aut ignominioſā, pro cuiuſque merito à Cenſoribus auferebant. Cum igitur Gellius & Lentulus Coſſ. honorificè in foro & tribunali conſiderent, equites recognitionis cauſſa tranſuecti ſunt. Pompeius viſus eſt in forum deſcendens, cùm aliis Conſulatus inſignibus ornatus, tum etiā equum manu ducens. Vbi ad Cenſores acceſſit lictores ſummonit: equúmque ſuum ad tribunal adduxit magna populi admiratione & ſilentio: Cenſoribus verecundia ſimul & lætitia affectis. Tum eorum natu maior ſic illum interrogauit: Rogo te, Pompei magne, omniáne ex lege ſtipendia confeciſti? Cui Pompeius magna voce ita reſpondit: Omnia confeci, & quidem me Imperatore. Quod vt populus audiuit, exclamauit.* Fuit autem alterum etiā Tranſuectionis genus, inſtitutum à Qu. Fabio Maximo Rulliano, vt Dionyſius Halic. lib.6. & Liuius li.9. extremo, & Valerius lib. 2. & auctor de viris illuſtrib. cap.32. teſtantur, vt idib. Quinctilibus equites olea coronati, & trabeati in Capitolium veherentur, donáque ſibi à ſuis ducibus ob rem fortiter geſtam data oſtentarent. vnde nonnulli ſuſpicantur hoc in loco pro cauſſa publica, legendum eſſe IN CAPITOLIVM:& mendum ex CAP. nobis natum eſſe. Sed quemadmodum non dubium eſt, quin ius iſtud quod Vlpianus hoc loco commemorat, ad illam tranſuectionem accommodari poſſit: ita perabſurdum eſſet exiſtimare, reſtrictè de illa locum hunc interpretandum eſſe. primùm, quia trecentis ante Rullianum annis & Cenſura & illa Equitum tranſuectio inſtituta fuerat. deinde, quia Vlpiani ætate cenſum quidem equeſtrem duraſſe, & equites publicos equos habuiſſe non dubium eſt: at de Rullianica illa pompa, quæ Iulio menſe fiebat, nullam prorſus video apud Spartianum, Capitolinum, & eiuſdem ætatis hiſtoricos mentionem interponi.

An vſusfr. ſit pars dominij, ſiue rei ſubſtantialis.

CAP. XXII.

Ac de re dubitatum inter veteres fuiſſe, patet ex l. ſi à reo.70.§.1. D. de fideiuſ. Dubitationem affert, primùm, quòd cum ſeruitus ſit qualitas: l. quid aliud. d[illegible] b. [illegible] uſ. l. qui fundum.12. D. quem. ſeru. amit. [illegible] viuetur pars ſubſtantiæ dici poſſe. Itaque paſſim aliud eſſe dicitur ſubſtantia, veluti corpus prædij ſeruientis: aliud ius illo prædio fruendi: vt l.3. §. ſi ius. D. de reb. cor. l. ſi domus.71.§.1. D. de leg. 1. ſicuti aliud eſt prædium, aliud ſeruitus prædialis, aliud ager vectigalis, aliud emphyteuſis. l.1. D. ſi ag. vectig. Secundo, ſi vſusfru. eſt pars fundi, ſequitur, vt neque is qui fundi detracto vſufr. dominus eſt, totius fundi dominus ſit, & is qui vſusfru. dominus eſt, partis quoque fundi ſit dominus: quorum vtrúmque abſurdum eſt. l. rectè,25. de verb. ſign. nam neque vlla ex parte fundi dominus eſt. l. falſus.43. in fin. D. de furt. neque ſimpliciter dominus. l.1.§.1. D. ad Silan. eodémque modo in agro vectigali alter corporis dominus eſt, alter iuris. l.1. D. ſi ag. vect. Tertio grauiter pugnare videtur Vlp. in l. & per iuſiuran. 13. §. illud. D. de acceptil. vbi ſcribit, eum qui fundum ſtipulatus vſumfr. aut viam accepto facit, nihil agere. quoniam illæ fundi partes non ſunt: ſed aliud ab eo quod in ſtipulationem deductum eſt. Verùm his non obſtantibus, veriorem contrariam ſententiam eſſe arbitror: vt vſusfr. in multis caſibus dominij pars ſit: ſicuti ſcribit Paulus in l. 4. D. de vſufr. eiúſque rei argumenta paſſim extant: velut in l. qui vſufru.58. D. de verb. obl. vbi qui fundum ſtipulatus poſtea vſumfr. ſtipulatur, prius totum, deinde partē ſtipulatus dicitur: viciſsímque qui fundum promiſit, quia vſumfru. debet, rectè fideiuſſorem in vſumfr. dare, tanquam in debiti partem, poteſt. d. l. ſi à reo. 70. §.1. de fideiuſ. quod multò magis de eo dicitur, qui fundum pleno iure promiſit. l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. 1. D. de verbor. obl. Similiter qui è duobus ſeparatis legatis fundi & vſusfruc. illum elegit, quamuis legatum vſumfr. repudiet, tamen hunc quoque ſimul elegiſſe intelligitur. l. ſi Titio 10. D. de vſufr. legat. viciſsímque qui de non petendo fundo pactus, poſtea vſumfr. petit, pacti, exceptione depellitur. l. ſi vnus. 27. §. item ſi pactus. D. de pact. Item cui fundus legatus eſt, eidem quoque vſuſfructus etiam alienus, id eſt, alteri iam ante ceſſus & conſtitutus, legatus intelligitur. l. Mæuius. 66. §. fundo. D. de legat. 2. ac multò magis qui heredi ipſi ceſſus & cōſtitutus fuerat: quoniam (inquit Papin.) fructus portionis inſtar obtinet. l. cum filius. 76. §. dominus de legat. 2. Ob eámque cauſſam inter duos, quorum vni fundus alteri vſusfr. legatus eſt, placuit & cócurſum eſſe, & ius accreſcēdi: vt illi pars vſusfr. dimidia huic altera dimidia debeatur. l. ſi tibi. 6. D. de vſufr. ear. itaq; amittente fructū eo, cui legatus vſusfr. fuerat, magis iure accreſcendi ad alterū peruenire dicitur, quam ad proprietatē redire. l.3.§. non ſolùm. D. de vſufr. accreſ. Et ob eandē cauſſam qui alij fundū, alij vſumfr. eiuſdem fundi legat, eo conſilio vt ille prior nudā proprietatē habeat, errore iuris lapſus dicitur, in l. ſi alij. 19. D. de vſufr. leg. vni enim fundum, detracto vſufr. alteri fundi vſumfru. legandum fuiſſe. vbi P. Faber doctiſſimè & ingenioſiſſimè animaduertit, particulam VEL inducendam eſſe. Denique ſi fundus duobus, tertio vſusfr. legetur, non triens ſingulis, ſed huic ſemis, illis alter ſemis debebitur. l. Sempronius.26.§.1. de vſufr. leg. l. ſi proprietas.9. D. de vſufr. accreſ. Reſtat igitur vt ſuperioribus obiectionibus reſpondeamus. quod vt commodius fiat, adhibenda diſtinctio eſt inter vſumfruct. merum & mixtum. nam cùm merum ſit ius in alieno prædio, & ius diuulſum ac ſeparatum à ſubſtantia, ſiue à corpore prædij, conſentaneum eſt, eum ſubſtantiæ partem dici non poſſe: non magis quàm alterius generis ſeruitutes, quæ prædiales dicuntur: aut quoduis aliud genus oneris in

cris in prædium in alienum impoſiti. l. vlt. §.1. de contr. empt.l.1.§.ſi heres.D.ad Trebell.l.Caius.D.de ann.leg. Itaque non mirum eſt, ſi quis ſeruitutis illius dominus eſt, nullam tamen in prædio dominij partem habere dicatur. Atque ex contrario, ſi qui prædij detracto vſuſfruc. dominus eſt, eius totius dominus dicitur. nam vi ipſa totius dominus eſt, quamuis iam in effectu non fruatur: ſicuti pupillus, vxor, filiusfam. debitor pigneratitius & ſimiles: qui quamuis in præſentia pleno dominij iure non fruantur, nihilominus tamen domini cenſentur: adeò vt etiam agri vectigalis propietarius dominus dicatur in d.l.1. D.ſi ag. vect. Eodémque modo reſpondendum eſt ad d.l.&per iuſiurandum.de accept. vbi Vlp. apertiſſimè de mero vſuſfr. loquitur, cui prædiales ſeruitutes comparat. nam vt iter, actus, via, quatenus ſeruitutes ſunt, domino prædij nullæ ſunt: ſimiliter vſusfr. quatenus ſeruitus eſt, domino in ſuo prædio nullus eſt.l.quod noſtrum.63.D.de vſufr.l.vtifrui.5.D.ſi vſusfr.pet. Longè verò diſſimilis mixti vſusfr. ratio eſt. nam cum in ſuo toto inſit, & ſuo munere fungatur, veriſſimum partis nomen obtinet: ſicut Ariſtot.lib.Polit. 1.ſcribit, eas demum verè propriéque Partes dici, quæ ſuo toti adhæreſcunt, ſuúmque munus obeunt, vt rota in vehiculo. Quæ verò auulſæ ſunt impropriè & ὁμωνύμως tantùm partes dici: ſicuti manus lapidea aut ferrea, tantùm nominis cauſſa manus appellatur. Cùm igitur in plena proprietate vſusfruct. ſit vis & efficientia, & tanquam anima ipſius prædij: ſicuti fructus ſolo cohærentes pars prædij cenſentur: l.fructus.44.D. de rei vind.l.ſi ſeruus.61.§.ſocaui.D. de furt. ſicut ius alienandi, ius oppignerandi, dominio ineſt, fructúſque rei dicitur: l.vlt.D. de vſur. ita vſusfr. in proprietate confuſus pars dominij, eaque principalis habenda eſt. Fundus denique & vſusfr. vna res cenſendi ſunt, ſicuti fundus & fructus pendentes, area & ædificium.l.vlt.§. pen. D. quæ in frau. cred. Atque ita diſtinguuntur apertiſſimè duo vſusfr. in l.ſi cum argentum. 21.§.penul. D.de except.rei iudicat. Quæ cum ita ſe habeant, ſanè non putarem ſententiæ Vlpiani de acceptilatione locum eſſe, ſi mixtus vſusfr. proponeretur. nam cui plenũ fundi dominium debetur, quam ob rem non vel agri partem, vel vſumfru. accepto facere poſſit, non video: non magis quàm vt qui fundum legauit, adimere poſtea nominatim vſumfruct. non poſſit.l.2. D.de adimendis legatis.

Habitationis definitio & explicatio eiúſque cum vſu & Precario differentia

CAP. XXIII.

HAbitatio, de qua inter vſus & vſusfr. tractationem diſſeritur, definiri poteſt locus gratis alicui per ſe ad certum tempus habitandi cauſſa conceſſus. Dixi autem Habitationem locum eſſe, non ius aut ſeruitutem, aut habitandi actum: quoniam & ſi eiuſmodi nomina pleraque ſint aut iuris veluti Legis actio, Iuriſdictio, Tutoris datio, Teſtamẽti factio, Teſtimonij dictio: aut facti & actionis ipſius, veluti In iure ceſſio, Vſucapio, Stipulatio, Delegatio: tamen hoc nomen neque ad ius, neque ad actionem refertur, ſed potius ad locum: velut in l. ſi cui.12. D. quib. mod. vſusfruct. Si qui balneum legarat, ex eo habitationem fecerit. item in l. Seiæ.20.§. Caio.D.de inſt. vel inſt.leg. *At ſi habitationis id eſt ædificij inſtrumentum legaſſet, &c.* itémque in l. penult. D.de ſupell.leg.l.6. D.de alim.& cibar. quæ fuit cauſſa cur Viuianus dixerit, commodati actionem eo nomine competere, quaſi cõmodata domus fuiſſet.l.1. D.commod. l. ſi gratuitam. 17. D. de perſcript. verb. Pari ratione Ambulationem veteres dixerunt, pro loco, in quo ambulatur: veluti porticu. vt in l. ſi vnus. 13. §. fructuarius D.de vſufruct. *Geſtationes vel deambulationes arboribus infructuoſis opacas atque amœnas habens.* Cicer. de Orat.2. *Poſtero die cum illi maiores natu ſatis quieſſent, in ambulationem ventum eſſe dicebat.* Item ad Atticũ: *Noſtram ambulationem velim cum poteris inuiſas.* Vitruuius libr.5. *Circa theatrum ſunt porticus & ambulationes.* Sic Sationes in Verrinis crebrò dicuntur, pro locis ſatis: itémque Arationes, pro aratis. Et huc pertinet quod ait Modeſtin. in l. penult. D.de cap.min, *Legatum habitationis in facto potius quàm in iure conſiſtere, ac propterea capitis minutione non amitti*: hoc eſt, non eſſe ius prędio impoſitum, & perſonæ quæſitum, quales ſunt ſeruitutes: ſed onus certo ædificio impoſitum, qualis eſt annua præſtatio ex certo fundo: de qua in l. Caius.13.D. de ann. leg. item ius cœnaculi ſuper alterius ædificio immittendi: de quo in l.cum ædificiũ.24.& l.ſequẽ.D. de ſeruit.vrb. Denique, vt planius res intelligatur, habitationem quę iuris gentium eſt, non eſſe à iure ciuili cõfirmatam, ſicuti ſeruitutes: ob eámque cauſſam neque capitis deminutione perimi, quia iuris gentium inſtituta ciuilibus inſtitutis non perimuntur.l.8. D.de cap.min. neque non vtendo amitti: quia hæc vſucapionis pars quædam eſt, quam ciuile inſtitutũ eſſe conſtat. l.ſi habitatio.10. D.de vſu & habit. Quoniã tamen cui locus vel teſtamento, vel per cõtractum ad habitandum conſtitutus eſt, is habitandi ius habet: propterea definiri quodammodo Ius poteſt: ſicuti Imp. appellat ius quoddam proprium ac ſeparatum ab vſufruct. & vſu. §. vlt. Inſt. eod. & ſic apertiſſimè vſurpatur in l. habitatio.11. C. de vſufr. ob eámque cauſſam Vlp. in d.l. ſi gratuitam. à Viuiano diſſentit, & propter illam iuris & obligationis rationem ſtatuit, conſultius eſſe perſcriptis verbis actionem inter dominum & habitatorem cõcedere. Addimus autem GRATIS: quoniam habitatio duplex eſt vna mercenaria: ex qua locati actio naſcitur. l.1.D.de migrand.l.nec ſemel.12. §.1.D. quand. dies legat. altera verò gratuita: quæ quaſi ſeruitus eſt, & plerumque cum vſuf.& vſu coniũgitur, eaſdémque actiones habet: eáque ipſa eſt, de qua nunc agimus. Nam qui habitationem concedit, donare mercedem intelligitur, l.in ædibus.9. D. de don. niſi renumerandi cauſſa concedat.l.Aquilius.27.D.eod. atque hoc modo habitatio à conductione ſeparatur. l.1. §.1. de his qui deiec. vel effud.l.ſi mercedem 53.in fin.D.de act.empt. neque enim locatio ſine mercede conſiſtit. l. ſi conuenerit. 23. D. com. diuid. Quod cùm ita ſit, perſpicuum eſt, Habitationem beneficium eſſe, ac ſpeciem donationis: cuius tamen vſus omnis non tam in iure, quam in facto & actu ipſo conſiſtit. Initium tamen conuentionis ſpectandum eſt, ſi fortè de mercede conuentum à principio fuerit.l.5. D.locat. Iam illud PER SE propterea ſubiunctum eſt, quoniam ius habitationis non modò ita perſonale eſt, ſicuti vſusfr. vt cum perſona non extinguatur: d.l.ſi habitatio.10. de vſu & hab. & l.ſi habitatio. 9. D. quan. dies leg. ced. verumetiam vt alteri donari, vẽdi aut locari nõ poſſit.l.ſinque eo.11.D.de vſu & hab. Per ſe nãque habitator incolere debet, non per alium.l.4. & l.8. D.eo. tametſi cum ſuis id eſt cum ſua familia ei habitare permittatur.l. penul. D. de precar. d.l.4. D.de vſu & hab. Verùm adeò reſtrictè familiæ nomen definitum eſt, vt dubitatum ſit de marito, ſiue cui nupta mulier eſt, ſiue cui poſtea nupſerit. d.l.4. vbi Q.Mutius primus auctor fuiſſe traditur, vt etiam mari-

ſum liceret in habitationem admittere: cuius auctoritatem alij poſtea ſecuti (vt dici ſolet, ſententias iuris paulatim increſcere. l. quæſitum. 12. §. ſed ſi fundus. D. de inſtr. vel inſtr. leg.) ſenſim hoc ius eò produxerunt, vt vir libertos, & hoſpites, & clientes admitteret: mulier liberos, parentes, ſocerum, poſtremò etiam libertum. Sed de inquilinis, à quib. merces recipitur, video inter Sabinianos & Proculianos diſceptatum fuiſſe: quoniã merces fructus eſt, non vſus. l. 2. eod. Poſtremò additũ eſt AD TEMPVS: qua nota Precarium ab Habitatione diſtinctum eſt. l. & habet. 15. §. 1. D. de precar. nam qui precario habitat, ex nuda domini voluntate pendet, vt illo annuente migrare cogatur: habitatori verò certũ tempus, ac plerunque vitæ ſpatium concedi ſolet. l. ſi habitatio. 10. D. de vſu & hab. l. ſi quis vnas. 32. D. de vſufr. Supereſt, vt quid inter vſum & habitationem conueniat, quidve interſit, conſideremus. nam ſimilitudo quidem hæc eſt, quòd vſus & habitatio in effectu idem ſunt: eaſdémque perſonas poteſt habitator, quas vſuarius, recipere l. ſi habitatio. 10. D. de vſu & hab. ſicuti vſuarius per ſe habitare debet, non per alium, neq. ius ſuum transferre in alium poteſt: ita nec habitator. d. l. 10. & l. ſeq. ſicut vſus indiuiduus eſt, ſic etiam habitatio
A l. vſus. 19. D. eod. nam ſicut vſus ex vſuarij, ſic habitatio ex habitatoris neceſſitate definitur. quemadmodum Pompo. ſcribit, eum qui habitationem ſibi paciſcitur, videri vſum paciſci. l. ſi quis vnas. 32. D. de vſufr. Differentiæ autem hæ notari poſſunt. Vſus eſt ſeruitus, ſiue qualitas prædij, perſonæ ſeruientis. at habitatio eſt locus, vel certè ipſe habitandi actus. nam per categorias differentiæ commodiſſimè explicantur. Vſus eſt quidẽ iuriſgentium inſtitutum. §. vlt. de vſu & hab. ſed tamen à iure ciuili conformatum, id eſt certis adquirendi &
B amittendi modis conſtabilitum. qua de cauſſa capitis minutione, qui ciuilis modus eſt, amittitur. §. 1. de vſu & habit. Habitatio verò iure ciuili conformata non fuit: ſed in facto ipſo relicta. ſicuti de pactis dicitur in l. ſi vnus. 27. §. pactus. D. de pact. & de operis ſeruorum: quæ propterea capitis diminutione non amittuntur. l. 1. & l. 2. D. illo tit. Vſus tum in vrbanis, tum in ruſticis prædiis conſtitui poteſt: habitatio non niſi in vrbanis. Vſuarius præter habitationem habet ea, quæ ad ſuum & ſuorum victum cultúmque ſufficiunt, l. plenum. 12. §. 1. D.
C de vſu & hab. habitator nihil præter habitandi facultatem. qua de cauſſa cibaria & veſtitus ab habitatione ſeparantur. l. 6. D. de alimentis & cibariis legatis.

OBSERVATIONVM
LIBER QVARTVS.

De ceris, tabulis, libris, codicibus, codicillis, paginis, voluminibus, pugillaribus, membranis, in quibus veteres ſcribebant. & emendatus Suet. Ner. itémque l. 1. D. de bon. poſſ. ſec. tab.

CAP. I.

DIfficilius eſt his de rebus doctè dicere, quàm vulgò exiſtimetur. Itaque rei dilucidandæ cauſſa paulo altius exordium ſumemus. Ligneas olim & cera oblitas tabulas fuiſſe, in quibus veteres ſcribebant, ne pueris quidem hodie ignotum eſt. Acernas plerunq. fuiſſe verſus ille Ouidij demonſtrat, lib. Amor. 1.

Non ego victrices lauro redimire tabellas,
Nec Veneris media ponere in arce morer.
Subſcribam, Veneri fidas ſibi Naſo tabellas
Dedicat: at nuper vile fuiſtis acer.

Hinc μετωνυμικῶς lignum pro tabulis ligneis. Elegia ſequenti:

Ite hinc difficiles funebria ligna, tabellæ.
Túque negaturis cera referta notis. Et mox,
Proiecta in triuiis iaceatis inutile lignum.

Inde etiam Bonorum poſſeſſio contra lignum, pro contra tabulas. quod primus Duarenus indicauit in l. 19. D. de bon. poſſ. contr. tabu. In iis tabellis ſtylo ferreo præacuto primis temporibus ſcribebant: poſtea Romę inſtitutum eſt, vt oſſeo ſcriberetur. *Græci,* inquit Iſidorus, *& Tuſci primum ferro in ceris ſcripſerunt: poſtea Romani iuſſerunt, ne graphiam ferreum quis haberet. unde & apud ſcribas dicebatur,* CERAM FERRO NE CEDITO. *poſtea inſtitutum eſt, vt in cera oſſibus ſcriberent: ſicut indicat Atta in Satyra dicens:*

Vertamus vomerem in terram mucronéque aremus oſſeo.

Item Soſipater lib. Gramma. 1. *Titinnius, Velim ego oſſe arare campum cereum. Varro quoque, Oſſe, inquit, ſcribebant, non oſſo.* Videntur autem ſcribæ ad illam vſitatam locationis legem ioculariter alluſiſſe, quam Alfenus cõmemorat REDENTOR SILVAM NE CEDITO, néue cingito, &c. l. in lege, 29. D. locat. Stilum au-
D tem Ouid. in illa eadẽ Elegia Graphium appellat:

Quid digitos opus eſt graphium laſſare tenendo?
Hoc habeat ſcriptum tota tabella, veni.

Plautus Bacchid.

Affer cito ſtilum, ceram, & tabellas, & linum.

Nunc de Ceris dicendum eſt, quæ cum Tabulis illo antiquo more copulantur, de quo ſcribit Paulus in l. ſæpe, 53. D. de verb. ſign. velut in illa nuncupationis formula quam Vlp. tit. Regul. 20. cõmemorat: *Hæc vt in his tabulis ceriſve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor.*
E item in l. 1. D. ad leg. Corn. de Falſ. Qui in rationibus, tabulis, ceriſve vel alia qua re falſum fecerint. Plautus Pſeudolo:

Per ceram & linum literáſque interpretes
Salutem mittit. Et mox,
Pro lignea ſalute vis argenteam
Remittere illi?

Hygenus de limitibus agrorum. *Has conternationes ſorte quidam Tabulas appellauerunt, & à prima cera primam tabulam appellauerunt.* Lego VT à prima. Huius
F rei explicatio, vt dixi, difficilis eſt. neque me aliter expedire poſſum, niſi dicamus Ceræ nomine ſpatium in quo ſcribebãtur ſignificari, vel potius articulum, & nomen, ſiue caput: vt plerumque Aſconius loquitur: vt quot in codice explicato articuli perſcripti apparebãt, tot ceræ numerarentur, ac proinde etiam tot tabulę. nã Tabulas etiam pro ſpatiis ſcribendi video vſurpari. Quintil. lib. 10. cap. 3. *Relinquenda autem in vtrolibet genere* (de tabulis & membranis loquitur) *vacuæ tabellæ, in quibus libera adiicientis ſit extenſio. nam interim pigri-*
G *tiam emendandi anguſtia faciunt, aut certè nouorum interpoſitione priora confundunt.* Vacuas tabellas dixit, pro Vacua ſpatia, & margines: qui rarò in tabulis relinquebantur;

bantur: vt ex ſubiectis verbis intelligitur. *Ne latas quidem, inquit, vltra modum eſſe ceras velim, expertus iuuenem ſtudioſum alioqui, prælongos habuiſſe ſermones, quia illos numero verſuum metiebatur: idque vitium quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codicibus eſſe ſublatum.* Idem lib.1.cap.1: *Nam neque errabit, quemadmodum in ceris (continebitur enim vtrinque marginibus) neque extra perſcriptum poterit egredi.* Ouid. eadem Elegia xi.

Perlectis reſcribat multa iubeto:
Odi cum latè ſplendida cera vacat.
Comprimat ordinibus verſus oculóſque moretur
Margine in extremo litera raſa meos.

Et hinc Primæ, Secundæ, Tertiæ, Quartæ, Imę denique ſiue Extremæ ceræ appellatio. Horat. lib.2. Satyr.5.

Qui teſtamentum tradet tibi cumque legendum,
Abnuere, & tabulas à te remouere memento.
Sic tamen vt limis rapias quid prima ſecundo
Cera velit verſu: ſolus multíſne cohæres
Veloci percurre oculo.

quem in locum Porphyrio: *Prima cera, inquit, prima tabula. nam in prima tabula ſecundo verſu heredis nomen continetur.* Teſtator igitur in prima cera & primo verſu ſuum nomen ſcribebat: idque antiquitus, (hoc eſt, ante Neronis conſtitutionem) obſeruabatur. velut in l. Lucius, 88. §. vlt. D. de legat.2. tū in eiuſdem ceræ ſecundo verſu heredis nomen adſcribebatur. In ſecunda verò cera ſecundi heredes, quos plerumque Subſtitutos appellamus. Secundi autem idcirco, quoniam in ſecunda (vt dixi) cera ſcribebantur: neque olim licebat ante heredis inſtitutionem vel ſubſtituere vel legare. §. ante heredis, Inſtit. de legat. quapropter Secundus heres tum ex loco, tum ex ordine ſcripturæ & ceræ cenſebatur. at nouo iure ex gradu & ordine ſuccedendi cenſetur: quia permiſſum fuit non modò ſubſtitutionem ante heredis inſtitutionem ſcribere, l. 2. §. ſed ſi quis, D. de vulg. ſubſtit. verùm etiam legata d. §. ante heredis. itaque in illa l.2. exemplum hoc profertur, Si filius meus intra pubertatem deceſſerit, Titius heres eſto. tum deinde Filius heres eſto. Dicamus de Ima ſiue Extrema cera. Sueton. in vita Iulij: *Nouiſſimo teſtamento tres inſtituit heredes, ſororum nepotes: C. Octauium ex dodrante & L. Pinarium, & Q. Padium ex quadrante. reliquos in ima cera. Decimum Brutum etiam in ſecundis heredibus.* Hanc Imam ceram Scæuola Imam teſtamenti partem appellat in l. codicillis, 34. D. de vſufr. legat. Cicer. Extremam vocat. Verrin. III: *Deinde, inquit, in codicis extrema cera, nomen infimum in flagitioſa litura fecit.* Quem locum Pedianus interpretans, id eſt, inquit vltima tabula, vltima parte tabulæ. An quo modo dicimus Extremo libro primo, pro in fine? ſic enim placere nonnullis animaduerti. Cicero de diuin.1. *Satis enim defenſa religio eſt in ſecundo libro à Lucilio: cuius diſputatio tibi ipſi, vt in extremo tertio ſcribis, ad veritatem eſt viſa propenſior.* Sed mihi aliter videtur. Nam Imam ſiue extremam ceram, aut tabulam interpretor infimum articulum, in infima tabulæ parte perſcriptum. Itaque Plauti locum illum in Curculi.

Noui edepol nomen. nam mihi iſtoc nomine
Dum ſcribo, expleui totas ceras quattuor:

ſic interpretor, quaſi dixiſſet, quattuor articulos, vt Pedianus noſter loquitur. Neque mihi dubiū eſt, quin apud Sueto. in Nerone mendum ſit fœdiſſimum, in illis verbis: *Aduerſus falſarios tunc primum repertum, ne tabulæ, niſi pertuſæ, ac ter lino per foramina traiecto, obſignarentur. Cautum vt in teſtamentis* PRIMÆ *duæ ceræ teſtatorum modò nomine inſcripto vacuæ ſignaturis oſtenderentur.* A Nā quis non videt IMÆ potius ſcripſiſſe Suetonium: ſi modò meminerit illius cautionis quam Imp. exponit in §.4. de pup. ſubſti. vt ſi ſubſtitutio pupillo periculoſa videatur, teſtator eam in inferioribus partibus ſcribat, eamque partem proprio lino, propriáque cera conſignet: & in priore parte teſtamenti caueat, ne inferiores tabulæ viuo filio & adhuc impubere aperiantur. Quo loco illud ſummè obſeruandum eſt, quod ſuperius diximus, Tabulas inferiores aut ſuperiores dici, quas alij Ceras appellarunt: nos Aſconium ſecuti articulos: B ſiue ſpatia creata in quib. ſcribebatur. Caius lib. Inſt.2. tit.4. *Pupillaris ſubſtitutio, inquit, in extrema pagina teſtamenti fieri debet, vt pars illa in qua ſubſtitutio pupillaris ſcripta eſt, quandiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obſignata permaneat, & prior pars teſtamēti, in qua heres ſcriptus eſt, reſeratur.* Paulus Sent.5. tit.25. *Amplißimus ordo decreuit, tabulas adhibitis teſtibus ita ſignari, vt in ſumma marginis ad mediā partem perforatæ, triplici lino conſtringantur, atq. impoſitæ* (ſic lego) *ſupra linum ceræ ſigna imprimātur.* Cuius inſtituti exempla extant C in l.1. §.pen. & vlt. D. de ſecund. tab. Eodem etiam illud Plauti pertinet in Bacchid.

Cedo tu ceram ac linum actutū. age obliga: obſigna citò.

Cicero Catil.3. Ac ne longe ſit, Quirites tabellas proferri iuſſimus quæ à quoque dicebantur datæ. primùm oſtendimus Cethego ſignum cognouit. nos linum incidimus. Nunc dicamus de Codicibus: quorum duo genera reperio, vnum propriè nominatum, quod pluribus inter ſe contextis per extremas oras tabulis ſiuè paginis ita cōſtabat, vt in gyrū conuolueretur. de quo D Varro apud Nonium: *Quod antiqui plureis tabulas cōiunctas Codices dicebant, à quo in Tyberi naues Codicarias appellamus* Seneca de breuit. vit. *Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipſum appellatus, quia plurimū tabularum contextus Caudex apud antiquos vocatur: vnde Publicæ tabulæ Codices dicuntur: & naues per Tyberim Caudicariæ.* Has tabulas etiam paginas appellari ſolitas arbitror. Cicero ad Att.6. *Reſpondebo primum poſtremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ moleſtiæ fuit.* Idem ad Tironem, lib. 16. *Variè ſum affectus tuis literis, valde priore pagina per-* E *turbatus.* Idem, ad Attic.6. *Quoniam reſpondi tuæ paginæ poſtremæ primā mea, nūc ad primam reuertar tuam.* Quibus ex locis & aliis cōpluribus exiſtimare licet epiſtolas non tātum complicari ſolitas, vt vir doctus exiſtimauit, ſed interdum etiam conuolui: vnde Volumina epiſtolarum, apud eundem auctorem ſatis frequenter. Alterum puto non voluminis modo conuolui ſolitum, ſed ita compactum fuiſſe, vt nunc libri noſtri compinguntur, vt plurium foliorum ac paginarum eſſet. Plin. lib. 2. c. 7. vbi de fortuna loquitur: *Huic omnia expen-* F *ſa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium ſola vtranque paginam facit.* Cic. in Orator. *Etenim (vt ſcis) quaſi in extrema pagina Phædri his verbis loquens Socrates inducitur.* Valde autem mihi nouum videtur, quòd vir doctus in epiſtolis ad Atticum ſcripſit, librorū paginas circa lignū inuolui ſolitas fuiſſe, idque lignū Vmbilici nomine appellatum: quod vel ex eo refelli poteſt, quod ſuperius de lini traiiciendi & perforandarū tabularū more diximus: vel hinc potius, quod vmbilicū Porphirio interpretatur ornamentum G ex ligno vel ebore, quod obuoluto libro imponebatur: vnde notū prouerbiū, Ad vmbilicū ducere librū, pro perducere ad exitum & finem. Codices autem & tabulæ interdum promiſcue dicebantur: vti patet ex eo Quintiliani loco, quem paulo ante ex decimo ipſius libro produximus. interdum tabulæ pro ſcriptura ipſa: velut apud Vlp. in l.3. D. de tab. exhib. *Si tabulæ in pluri-*

bus codicibus ſcripta ſint, vnum teſtamentum eſt. Sed apud eundem vox CODICIBVS tollenda eſt in l.1.§.4.D.de ſecund.tab. in illo loco: *Sed ſi in duobus* CODICIBVS *ſimul ſignatis alios atque alios heredes ſcripſerit, & vtrũque extet* nam vox VTRVMQVE ad exemplar refertur de quo dixerat, *Si quis in duobus exemplaribus fecerit teſtamentum.* & perſpicuè duos proponit caſus: vnum ſi quis in duobus exemplaribus idem teſtamẽtum ſcripſerit, vnum extet, alterum non extet: alterum, cum vtrumque extat. Exemplar Vlp. dixit, Florentinus Exemplum in l.vnum, 24.D.qui teſt.fac. Vnum teſtamentũ, inquit, plurib. exemplis cõſignare quis poteſt. Proculus Exemplarium. in l.Sempronius 47.D.de legat.2. *Binæ tabulæ teſtamenti eodem tempore exemplarij cauſſa ſcriptæ, vt vulgo fieri ſolet, eiuſdem patrisfa. proferuntur.* Papinianus, Tabulas in l. vlt.D.de his quę in teſt.delẽ. *Pluribus tabulis eodem exemplo ſcriptis vnius teſtamenti voluntatem complent.* Iuſtinianus autem Codices. §.ſed & vnum, De teſtam. *Sed & vnum,* inquit, *teſtamentum pluribus codicibus conficere quis poteſt.* Quibus ex locis intelligitur, Tabulas, Codices, Exempla, Exemplaria interdum pro eadem re vſurpari. tametſi proprie Codices ſint tabulæ plures inter ſe iunctæ, contextæ, conglutinatæ. Tabulas & Codicem Cicero pro eodem vſurpauit in ea pro Comœdo: *Solent fere dicere, qui per tabulas hominis honeſti pecuniam expenſam tulerunt: Egóne talem virum corrũpere potui, vt mea cauſſa falſum in codicẽ referret?* Et paulò poſt: *Non conficit tabulas? imo diligentiſſime. Non refert parua nomina in codicem? imo omnes ſummos.* Item aliquanto poſt: *Quod ſi eandem auctoritatem habent aduerſaria, quam tabulæ: quid attinet codicem inſtituere?* Nam Codicis nomen de ceratis tabulis vſurpari, locus ille Verrinæ III. quem ſupra protulimus oſtendit. Deinceps dicendum eſt de Codicillis, & Pugillaribus, qui à tabulis propriè nihil niſi breuitate differebant. itaque vt in tabulis propriè nomina debitorum ſcribebantur, ſic etiam in pugillaribus. Paulus l. in commodato, 17.§.1.D.commod. *Si pugillares mihi commodaſti, vt debitor mihi caueret.* Et pugillares dicti, quòd ſtilo in iis literæ pungerentur, item vt in codicillis: in quibus ſi paucis verbis ſcribẽdum erat, ſcribere quouis loco ſolebant. veluti teſtamenti appendiculã & acceſſionem aliquam: vt Iuriſcõſultis notum eſt. item epiſtolas: vt apud Ciceronem frequenter: velut ad Quint.Fratr. ep.13.lib.2. *Epiſtolam hanc cõuicio efflagitarunt codicilli tui,* Item lib.fam.9. *Harum ad te exemplum in codicillis exaraui.* Seruius Ciceroni lib. 4. *Puer Acidini mihi obuiam venit cum codicillis, in quibus erat ſcriptum, paulo ante lucem Marcellum diem ſuũ obiiſſe.* Plinius tamen epiſtolas plerunque in charta exarari ſolitas his ſignificat verbis li.13.c.13. *Aut cur, ſi tã hic erat vſus, Bellerophõti codicillos datos, nõ epiſtolas prodidit.* vbi locum illum Homeri deſignat, Ἰλιάδ ζ.

Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

Poſtremò ne illud quidem omittendum eſt, quamuis & codices & tabulæ propriè ex ligno cera oblito conſtarent, poſteriorib. tamen temporibus cùm vſus chartarum & membranarum frequens eſſet, permiſceri hęc vocabula conſueſſe. l.1. D.de tab. exhib. Caius in l.argentarius, 10.§.1.D. de edend. *Scilicet vt non totum cuique codicem rationum, totáſque membranas inſpiciendi deſcribendíque poteſtas fiat.* Multum tamen & in materia, & in ſcribendi ratione interfuiſſe, ſatis notum eſt. nam illæ ligno & cera, hæ pellib. conſtabant. in illis ſtilo, in his calamo ſcribebatur. Quint.10.c.3. *Scribi optime in ceris, in quib. facillima eſt ratio delẽdi: niſi forte viſus infirmior membranarum potius vſum exiget: quæ, vt*

A *iuuant aciem, ita crebra relatione, quoad intigantur calami, morantur manum, & cogitationis impetum frangunt.* Librorum autem appellatio poſtremis temporib. generalis fuit: & volumina omnia, in quacunque materia ſcripta eſſent, complexa eſt. d.l.librorum. de leg.3. Cic. Verr.IV. *Literæ lituræque omnes aſſimulatæ, expreſſæ de tabulis in libros transferuntur.* Paul.Sent.3. tit.6. *Libris legatis,* inquit, *charta, volumina membranæ, & philuræ cõtinentur. Codices quoque debentur.* Ex contrario tamen interdum Volumen eſt, quod plures libros continet. B veluti *ſi quis totum Homerum* (inquit Vlp.) *in vno volumine habeat, non quadraginta octo libros computamus, ſed vnum Homeri volumen pro libro accipiendum eſt.* Interdum Volumen & Liber pro eodem vſurpantur: velut in 2. ad Herenn. *Quoniam ſatis huius voluminis magnitudo creuit, in altero libro exponemus.* Tum enim ſinguli libri ſingulis voluminibus continebantur: & in iis calamo ſcribebatur. Plaut. Pſeudolo.

Quaſi in libro cum ſcribuntur calamo literæ,
Stilis me totum vlmeis conſcribito.

C Vehementer autem admirari me fateor, quid iis in mẽtem venerit, qui literas & epiſtolas in cereis tabellis ſcribi ſolitas negarunt. Plaut. Pſeudolo.

Cur inclementer dicis lepidis literis,
Lepidis tabellis, lepida conſcriptis manu? Et mox:
Phœnicium Callidoro amatori ſuo
Per ceram, & linum literáſque interpretes
Salutem mittit.

D *An ſeruitutes vſucapi vel præſcribi poſſint. itémque Vſucapionis & Præſcriptionis differentia: & quid ſit vetuſtatis auctoritas.*

CAP. II.

HAc de re quid dici in vtramque partem poſſit, conſiderandum eſt. Nam primùm omnũ in ſeruitutes vſucapionem non cadere, vel ex eo videtur, quòd lex XII. tab. nominatim de rebus corporalibus ſcripta eſt. qua de cauſſa vſucapio rerum corporalium maximè propria dicitur, in l. vſu- E capionem. 9.D.de vſucap. ſeruitutes autem ſunt iura & res incorporales. l.1.D.de rer.diuiſ. neque obſtat l.ſeruitutes. 20.D. de ſeruit. vrb. vbi tigno immiſſo per cauſſam ipſius tigni conſuetudo habendi poſſideri dicitur. nam ibi de retinenda ſeruitute Paulus agit: nos autem de adquirenda tractamus. Secundum argumentum exſtat in l.ſeruitutes. 14.D.de ſeruit. vbi ſeruitutes ruſticorum prædiorum propterea negantur poſſe vſucapi, tum quod incorporales ſunt, tum quòd non continuam poſſeſſionem habent. nam iter, actus, via, natura F ſua intermiſſionem habent. l.cum vſusfr.13.D.de vſufr. leg. Tertium eſt, quòd vſucapio ſine poſſeſſione non procedit. l.ſine poſſeſſione. 25. D.de vſurp. Natura autem ſeruitutum hæc eſt, vt poſſideri non poſſint. l.ſi ædes. 32.§.2.D.de ſeruit.præd. vrb. Quartũ exſtat in l.4. §.vlt. D.de vſurp. vbi lex Scriboniana dicitur ſuſtuliſſe vſucapionem, quæ ſeruitutem conſtituebat. Quod cùm indefinitè ſcriptum ſit, indiſtinctè intelligendum eſt, ſiue vrbanorum, ſiue ruſticorum ſeruitutes ſint: & ſiue in ſolo, ſiue in ſuperficie conſiſtant. Neque G verò ratio eius legis fuit, quia qui ædes vniuerſas poſſidet, non continuò ſingula tigna in his illud immiſſa poſſidet. l. qui vniuerſas. 30. D. de adq. poſſ. ne videlicet eadem res ſimul & vt mobilis, & vt immobilis poſſideatur: quod neque naturalis, neque ciuilis ratio patitur. l. eum qui ædes. 23. D. de vſurp. non enim de tigno illo immiſſo poſſidendo & vſucapiendo

hic

hîc quærimus, ſed de ſeruitute. Ex contraria verò par- A
te argumenta hæc pugnant. Primùm eſt in l. ſi quis
diuturnum. D. ſi ſer. vind. vbi ius aquæ ducendæ diu-
turno vſu & longa quaſi poſſeſſione adquiri dicitur.
Secundum in l. foramen. 28. D. de ſeru. præd. vrb. vbi qui
foramen proluendi pauimenti cauſſa habuit, ſiquidem
è cœlo aqua pluuia per illud fluit, tempore ſeruitutem
adquirit. Perpetuã enim cauſſam in ſeruitutibus vrba-
nis eſſe oportere, & naturalem, quæ non intermitta-
tur. Tertium in l. apparet. 5. §. penul. D. de itin. act. priu.
vbi qui ſeruitutem iure impoſitam non habet, habet B
tamen veluti longæ poſſeſſionis prærogatiuam, inter-
dicto vti poteſt tametſi non tam de iure ſeruitutis ibi
agitur, quàm de quaſi poſſeſſione ſeruitutis retinenda:
cuius cauſſa interdictum illud comparatum eſt. In hac
igitur argumentorum contentione, adhibenda duplex
diſtinctio eſt. Primùm vt ſeruitus alia conſtituatur, quæ
vſum perpetuum habeat, alia quæ non habeat: l. 14. D.
de ſeruitut. Continuam poſſeſſionem habent, quæ in
ſuperfice ſunt: veluti tignũ immiſſum. d. l. foramen. & l.
1. §. caput. & §. loquitur. de aq. quotidia. & l. 1. D. de font. C
& de tigno immittendo, in l. ſeruitutes. 20. D. de ſeru.
præd. vrb. Intermiſſionem habent, quæ in ſolo conſi-
ſtunt, velut iter, actus, via. l. ſeruitutes. 14. D. de ſer-
uit. vel proluuies pauimenti non ex aqua pluuia. d. l. fo-
ramen. vel aquæductus ex ciſterna, vel puteo, vel ſta-
gno. l. 1. §. 1. D. vt in flumin. public. vel calcis coquendæ,
arenæ fodiendæ, & ſimiles. Deinde intelligendum eſt,
aliud eſſe vſucapionem, aliud præſcriptionem. Vſuca-
pio propriè eſt rerum corporaliũ. d. l. vſuc. D. de vſurp.
& earum quæ in Italico ſolo ſunt, non etiam quæ in D
prouinciali. l. cum ſponſus. 12. §. is cui. D. de public. in
rem. & l. finita. 15. §. ſi de vectig. D. de damn. infect. &
propter legem XII. tabularum anni aut biennij eſt. §. 2.
de vſucap. l. vnic. C. de vſucap. transform. Præſcriptio
verò etiam antiquis temporibus, id eſt ante Iuſtiniani
conſtitutionem propriè dicebatur de longo tempore,
hoc eſt decennij inter præſentes, vicennij inter abſen-
tes: auctore Paulo lib. Sent. 2. ti. 2. §. longi. & tit. 5. §. res o-
lim. Itaque vſurpatur in l. qui alienam. 54. D. de euict. l.
ei à quo 21. D. de vſurp. Propriè autẽ dicebatur de præ- E
diis prouincialibus, quæ cùm vectigalia, aut tributaria
eſſent, relinquebatur, vt eorũ proprietas ac dominium
directum populi R. maneret: poſſeſſio verò & ius vten-
di fruendi, vtile denique dominium, (vt vulgo loqui-
mur) ſiue quaſi dominium, poſſeſſorum eſſet. arg. l. 1. D.
ſi ag. vect. Quod ſi bona fide poſſeſſum eſſet per lon-
gum tempus, tum idem vtile dominiũ adquirebatur. ne-
que tantùm præſcriptio, id eſt exceptio contra vindicã-
tem dabatur, verumetiam actio vtilis. l. ſi quis. 10. D. ſi
ſeru. vind. l. ſi quis emptionis. 8. C. de præſc. trig. an. l. 2. F
C. de præſc. long. temp. Itaque qui vectigales agri & tri-
butarij vſucapi poſſe negantur in d. l. cum ſponſus: iidẽ
longi temporis poſſeſſione præſcribi dicũtur in d. l. ſi fi-
nita. Ergo ſumma diſputationis ita conſtituenda eſt, vt
quæ continuam poſſeſſionem ſeruitus nõ habet, ea ne-
que vſucapi, neq; præſcribi poſſit: quæ habet, quamuis
propter legem Scriboniam vſucapi non poſſit, tamen
longo tempore adquiratur. Cuius doctrinæ teſtimonia
extãt primum in l. 1. C. de ſer. & aq. vbi ius tigni immit-
tendi, quod vſum habet non intermiſſum, longi tem- G
poris conſuetudine, dicitur non ſeruitutem, ſed vicem
ſeruitutis obtinere: id eſt, quaſi ſeruitutem. Secundum
in l. 2. C. eod. vbi aquæ ductus ſeruitus exemplo rerum
immobilium tempore adquiri dicitur. Tertium in l. ſi
aliena. 10. §. 1. D. de vſurp. vbi dicitur, hoc iure nos vti, vt
ſeruitutes per ſe nuſquam longo tempore capi poſſint,
ſed cum ædificiis poſſint. Quartum d. l. 1. in fi. D. de aq.
plu. vbi ius vetus aquæ ducendæ, dicitur eſſe quaſi ſer-
uitus. Decennio igitur vel vicennio præſcribentur. Ne-
q; obſtat d. l. 1. in fi. & l. 2. & l. vlt. D. illo tit. vbi iſta quaſi
ſeruitus vetuſtate obtineri dicitur. vetuſtas autem defi-
nitur tempus infinitum: id eſt, cuius memoria non ex-
ſtat. l. 2. §. ductus. D. de aq. quot. & æſt. l. ſi arbiter. 28. D.
de probat. Id enim quod dicitur de aquæductu, non ex
priuato, ſed ex publico intelligitur. l. ſi manifeſt. 7. C.
de ſeru. & aq. l. 4. C. de aquæduct. cùm ſcilicet leges a-
gris dicerentur, ab iis qui agros conſtituebant, l. quod
principis. 23. D. de aq. & aq. plu. arcen. vt non mirum ſit,
ſi in rebus, quæ iuris ſunt publici, longi temporis poſ-
ſeſſio non ſufficiat. l. vſucapionis. 9. D. de vſurpat. ſed
vetuſtatis infinitæ auctoritas requiratur. l. 3. §. ductus.
D. de aq. quotid. Reſtat vt ſuperioribus argumentis
reſpondeamus. Mirum enim videatur, vſucapionem
lege XII. tab. non permiſſam, & tamen à lege Scribo-
nia prohibitam. Arbitror autem equidem ius illud vſu-
capiendarum ſeruitutum non ſcriptum fuiſſe, ſed taci-
to populi conſenſu, & mala conſuetudine per conſe-
quentiam legis XII. tab. introductum. Morem autem
illum vſque eò inueteratum fuiſſe, vt iam in ciuitate ius
faceret: ac proinde opus Scribonia lege ad illud abro-
gandum fuiſſe. Deinde non obſtat eadem lex Scribo-
nia. nam illa de vſucapione lata eſt, per quam iu-
ſtum dominium & plenum adquirebatur. l. Iulianus.
17. in fi. D. de rei vind. nos autem de præſcriptione lo-
quimur, per quam vtile, ſiue quaſi dominium tantùm
adquiritur, & quæ vel exceptionem tantùm concedit:
vnde nomen præſcriptionis traxit. l. 5. D. de diuerſ. &
temp. act. vel certè vtilem tantùm actionem. l. ſi quis
emtionis. 8. C. de præſcr. trig. ann. l. 2. C. de præſcr. lõg.
temp.

Quid ſit IMPETRIRI. *Loci aliquot apud Ciceronem emendati.*

CAP. III.

QVo doctiſſimi viri animaduerterunt, & an-
notarunt in lib. Ciceronis de Diu. 1. Impetri-
ri, legendum eſſe pro Impetrari: eſſéque hoc
vetus & augurale verbum: vt in illo Plauti:
Impetritum, inauguratum eſt. quouis admittunt aues. Sed
nemo quod ſciam, explicat propriè, quid ſibi hoc ve-
tus verbum velit. Ego ex loco Ammiani Marcellini,
quem ſubſcribam, coniecturam capio, Impetrire aues
dici, cùm pedibus terram attingunt. Locus eſt lib. 14.
vbi de Saracenis loquens: *Vltro enim,* inquit, *citróque
diſcurſantes, quidquid inueniri poterat, momento parui tẽ-
poris vaſtabant: miluorum rapaci vita ſimiles: qui ſi præ-
dam deſpexerint celſius, volatu rapiunt celeri: aut ſi impe-
trirint, non immorantur.* itaque in illo Valerij loco, quẽ
illi docti viri proferunt, legendum putarem, VEL IM-
PETRITO. Priſco etiam inſtituto rebus diuinis opera
datur, cum aliquid commendandum eſt, precatione:
cum expoſcendum, voto: cum inquirendum, vel extis,
vel ſortibus, vel impetritò. Videtur tamen ſenſim hoc
vocabulum pro diuinare generaliter vſurpatum: vt ex
vna ſpecie genus appelletur. *Olim auibus* (inquit Ci-
cer.) *magna res impetriri ſolebant:* id eſt, augurio diuina-
ri. Et quoniam pauliſper extra nidum noſtrum volita-
mus, age, nõnullos præterea Ciceronis locos emende-
mus. Ergo in exorſu orationis pro M. Marcello vitium
eſſe arbitror in his notis, P. C. próque iis reponendas,
C. C. hoc eſt, C. Cæſar. Primùm, quia veriſimile eſt C.
Cæſarem, cuius ſumma in illo iudicio poteſtas erat, pri-

mo loco appellatum fuiſſe. Deinde quia verba illa (*partim dolore, partim verecundia*) commodè ad Cæſarem referuntur: quia dicit ſe dolore & verecundia deterritum ab eo appellando, contra quem arma geſſerit. Quin & illud (*M. enim Marcello vobis P. C. reddito*) declarat tum demum orationem ad Patres conſcriptos conuerſam fuiſſe. Adiuuat etiam coniecturam locus in fine Orationis: *Sed vt vnde orſa eſt, in eo terminetur oratio*, &c. hoc eſt, à Cæſare appellando. Rurſum in eadē Oratione, vbi ſic legitur: *Vt etiam ille ſit melior, qui in acie cecidit, quàm qui in cauſſa animā profudit*: corrigēdū puto, ANIMAM NON PROFVDIT. vt modò dixerat: *Ingratus eſt, iniuſtúſque ciuis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum.* Nam ſenſus eſt: Eum meliorem ciuem habendum eſſe, & minus à Cæſaris & Reip. partibus abhorrentem, qui in prælio animam ac vitam profudit, quàm qui ſimul cum cauſſa & partibus non etiam animum abiecit. Abiecerūt cauſſam, qui arma relinquerunt vel ſua ſponte, vel coacti. Abiecerunt ſiue profuderunt animam, qui ſimul cum armis odium & pugnandi animum depoſuerunt. Non profuderunt autem, qui (vt modò locutus eſt) armis depoſitis, animum retinent armatum. Ludit autem ex ambiguitate verbi: Profundere animam, & Profundere animum: quaſi dixiſſet meliores eos eſſe qui in acie animam profuderunt, quod fuit conſtantiæ: quàm qui in cauſſa animum non profuderunt, quod eſt pertinaciæ. Eſt & alter in eadem Oratione locus, quem vacare vitio non puto: *Parietes huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt, quòd breui tempore futura ſit illa auctoritas in his maiorum ſuorum & ſuis ſedibus.* Nam parietum maiores dici, nunquam memini. videtúrque potius legendum; Quod breui tempore illa maiorum noſtrorum auctoritas in his ſuis ſedibus futura ſit.

Definitio doli mali

CAP. IIII.

VLpianus ſcribit diſſenſionem de doli mali definitione fuiſſe inter Seruium & Labeonem: de qua nos primo Obſer. libro diſſeruimus. Sed quoniam videmur nunc poſſe planius & aliquantò enodatius rem omnem explicare, tātulum laborem ſtudioſorum cauſſa capere non grauabimur. Animaduertimus enim dolum altius repetito, non tamen ſummo genere, idem eſſe, quod iniuriam conſultò factam. Itaque quæ impubes ætas iniuriæ capax non eſſe dicitur in l. 5. §. & ideo. D. ad legem Aquil. eadem alio loco dicitur doli capax non eſſe: l. impuberis, 23. D. de furt. l. 1. § hoc edicto. D. ne vis fiat. l. 3. de ſepulchr. viol. Dixi autem CONSVLTÒ, nam dolus caſui fortuito, errori, imperitiæ opponitur. l. 7. D. de iuriſd. l. 2. §. hæc actio: D. vi bon. rapt. l. 7. l. 8. D. ad leg. Aquil. item iuſto timori, in l. ſi quis, 49. D. eod. item luſui & ioco, in l. 3. D. de ſer. corrup. Itaque dolo facere generaliter is dicitur, qui ſciens & malitioſè iniuriam facit: ſiue illa publica ſit, vt in criminibus & delictis: ſiue priuata, vt cùm in re pecuniaria damnum datur. Itaque lex Cornelia de ſicariis eam demum cædem coercet, quæ dolo malo facta dicitur. l. pen. D. illo tit. & in. l. ſi quis, 10. eo. cum inſula dolo malo exuſta dicitur. Itémque in publicis pactionibus ac fœderibus. Si populus R. illis legibus defecerit dolo malo: apud Liuium lib. 1. Ex quibus intelligitur, dolum ſummo & extremo genere propriè nihil aliud eſſe, quàm conſilium. & quemadmodum conſilium aliud eſt bonum, aliud malum: ſic dolus alius bonus, alius malus dicitur: in d. l. 1. D.

A de dol. mal. vt cùm à medentibus ægri falluntur: aut cùm captiuus ex hoſtium poteſtate fallaciter euadit. l. nihil, 26. D. de capt. ac proinde dolo malo facere dici propriè, qui ſciens & conſultò iniuriam facit: vt in fœdere cum Ætolis, apud Liu. 33. Imperium maieſtatémque populi R. gens Ætolorum conſeruato ſine dolo malo. neque dolum malum tam in fraudatione & effectu, quàm in conſilio & affectu conſiſtere: vt de iis venditoribus dicitur, qui commendandi cauſſa, non decipiendi multa dicunt & promittunt. l. quòd venditor, B 37. D. de dol. mal. nullúmque genus iniuriæ vel publicæ vel priuatæ admitti ſine dolo malo poſſe. Iam illud intelligendum eſt, dolum vindicari vel lege, vel ſine lege: tum in publicis, tum in priuatis iniuriis. Nam in pleriſque publicis iudicia publica legibus cōſtituta ſunt: maieſtatis, de ſicariis, de falſo: quædam autem ſunt, quæ nulla lege nominatim vindicata ſunt ſed generaliter ſub nomine Stellionatus comprehenduntur. l. 1. & paſſ. D. ill. tit. Similiter autem in priuatis iniuriis dolus malus partim lege, partim ſine lege vindicatur: C quod Cicero in Offic. notauit. *Lege* XII. *tab.* inquit, *dolus tutoris vindicatur: item lege Lætoria, circumſcriptio adoleſcentum.* Eodémque pertinet lex Aquilia de damno iniuria dato, per quam dolus vindicatur. Sine lege vindicabatur in bonæ fidei contractibus officio ſcilicet & iuriſdictione prætoris: propter vim formulæ bonæ fidei, cui nihil magis contrarium eſt quàm dolus malus. l. 7. de dol. mal. Verùm cùm innumeris modis dolus admitteretur, qui legitimis & ordinariis actionibus comprehendi non poterant: exortus eſt C. D Aquilius, qui generalem formulam actionis inſtituit, qua, deficientibus aliis, vti ad vindicandum dolum liceret. Neque enim locus huic actioni conceditur, niſi cùm aliæ omnes deficiunt: ſed eum demum dolum, qui ſimulatione aut diſſimulatione conſiſtit: veluti ſi mihi perſuaſeris, vt optem ſeruum quaſi optimum, cùm ſit deterrimus: vel vt repudiem hereditatem luculentam, quaſi ſoluendo non ſit: vel compeditum meum ſeruū, quaſi miſericordia ductus, ſolueris eo animo, vt fugeret. l. ſi quis, 9. D. de dol. mal. De hoc autem dolo tecto E & inſidioſo cùm actio primùm à C. Aquilio prodita fuiſſet, Cicero tū in Offic. tum in Topic. teſtatur, eū huiuſmodi definitionē adhibuiſſe, *cū aliud agitur aliud ſimulatur*: quàm idem Cicero luculentam, & ab homine definiendi perito confectam ſcribit. Itaque Ser. Sulp. Dialecticæ artis non minus, quàm iuris ciuilis peritus, pòſt etiam Sex. Pedius eam ſecuti ſunt, ſicut Vlp. teſtatur in l. 1. D. de dol. mal. & l. 7. §. dolo. D. de pact. Labeo verò improbauit. cui Vlp. illo loco non minus apertè ſuffragatur, quàm hoc loco dilucidè refragatur: vbi F Pedij definitionem perſpicuè comprobat: quod etſi non libenter, verè tamen, vt opinor, affirmo. Verùm vtcunque ſit, mirum iampridem mihi viſum eſt, Seruij definitionem à Labeone reprehenſam: quoniam (vt ipſe ait) poteſt ſine ſimulatione id agi, vt quis circumueniatur. quod ſanè perobſcurum videtur: cùm ipſum *Circumueniendi* verbum fraudem, fallaciam, inſidias denique ſignificet. vnde illud in Bruto: *Circumuenior Iudices, niſi ſubuenitis. Illa quid dicat neſcio. metuo inſidias.* Poteſt, inquit Labeo, & ſine dolo malo aliud agi, G aliud ſimulari, vt cùm quis per diſſimulationem ſua vel aliena defendit. quaſi verò non eum demum dolū malum Aquilius definierit, de quo formulam conſcripſerat: vt putidum videatur, eius verba captare, ac non ſic excipere, quaſi nominatim dixiſſet, Cùm malitioſè aliud agitur, aliud ſimulatur. Itaque dolus malus fieri ab eo dicitur, non modò qui fallendi cauſſa obſcurè loquitur,

quitur, ſed etiam qui inſidioſè & obſcurè diſſimulat. l. ea quæ, 43. in fin. D. de contrah. emp. Præterea cum Labeo repudiata Seruij definitione, alteram hanc affert: *Dolus eſt machinatio ad alterum circumueniendum, fallendum, decipiendum adhibita:* ecquid tandem noui affert? Poteſtne circumuentio fallacia, deceptio, ſine ſimulatione aut diſſimulatione intelligi? Nam quod Vlpiani locus vulgò ſic legitur, *Dolum malum Seruius definit machinationem quadam alterius decipiendi cauſſa, cùm aliud agitur, aliud ſimulatur:* iampridem demonſtrauimus aut abſurdiſſimè à Labeone reprehenſum, atque aliis ſyllabis, idem tamē ſignificātibus, expoſitū: aut, quod ad Labeonis exiſtimationē apti⁹ eſt, totū illū verſum, *Machinationem alterius decipiendi cauſſa*, vt adulterinum è libris noſtris delendum eſſe. quid enim aliud, battologia detracta, Labeonis definitione, quàm illa Seruiò & Pedio attributa, continetur? Cur illā Pedij Vlpianus probabit: *Dolus malus eſt, quoties circumſcribendi alterius cauſſa aliud agitur, aliud ſimulatur:* illam verò Seruio attributam improbabit: *Dolus eſt machinatio alterius decipiēdi cauſſa, cùm aliud agitur, aliud ſimulatur?* Sed hac de re ſatis ſuperiore libro dictū eſt. Illud non prætermittendum videtur, quamuis Aquilius formulam actionis eorum tantùm caſuum nomine conſtituerit, in quibus ſimulatio & diſſimulatio interueniſſet: vel (vt Labeo voluit) machina & ars decipiendi & circumueniendi cauſſa: poſterioribus tamen Iuriſconſultis placuiſſe, Prætoriam doli actionem & exceptionem, ex edicto perpetuo poſterioribus ſeculis introductam, multò longius ac propè infinitius producere: nimirum etiā in eos caſus, quibus nulla ſimulatio aut diſſimulatio interuenerit. veluti cùm quis ſeruum, aliúdve animal, quod alter mihi promiſerat, occidit. l. arbitrio, 18. §. vlt. & l. ſeq. eod. cùm is qui fundū debebat, ædificia diruit, arbores excidit. l. 7. §. 1. cùm is apud quem teſtamenti tabulæ depoſitæ ſunt, eas corrupit. l. ſi quis, 36. eod. cùm quis ſine cauſſa ſtipulatus ex ſtipulatu agit. l. 2. §. 3. de dol. except. cùm quis aduerſus pactum conuentum petit. §. 4. eo. vbi dicitur generaliter dolo facere illum, quicunque id quod quaque exceptione elidi poteſt, petit. item cùm heres damnatus à debitore non petere, nihilominus petit. l. dolo facit, 8. eod. vſque eò, vt dolus omnimodo puniatur, etiamſi non alteri, ſed ei qui eum admiſit, damnoſus ſit.

Effectus litis conteſtationis, tam ij qui meliorem quam qui deteriorem actoris condicionem efficiunt.

Cap. V.

PRimus litis cōteſtationis effectus eſt, vt inſtitutam actionē producat atque perpetuet. l. nā poſtea, 6. §. 2. D. de iureiuran. l. vlt. D. de fideiuſſ. tutor. Producuntur temporales. nā ex annuis tricennales fiunt: ex tricennalibus, quadragenariæ. l. vlt. C. de præſcript. trigin. ann. Perpetuantur, quæ morte peribant. nam in hæredes transferuntur. l. omnes, 139. D. de regul. iur. l. ſciendum, 58. D. de obl. & act. nō modò quæ ex contractu, ſed etiam quæ ex delicto naſcuntur. l. omnes, 26. D. eo. Et hoc eſt quod dici ſolet, temporales actiones per litis conteſtationem in tutum redigi. l. ordinata, 24. D. de lib. cauſſ. Itaque hereditatis petitio per litis cōteſtationem ad heredem tranſmittitur ſine litis conteſtatione non tranſmittitur: apud Paul. Sentent. 1. tit. 13. & l. 6. §. vlt. D. de inoffic. teſtam. Secundus litis conteſtationis effectus eſt, vt obligationem nouet, non tamen in ſubſtantia, ſed in forma dumtaxat. l. aliam, 29. D. de nouat. Nouatio enim quæ voluntaria & legitima facta eſt, obligationis ipſius eſſentiam immutat: cōteſtatio verò formam dumtaxat: veluti vt ex temporali perpetuam faciat. d. l. vlt. C. de præſcript. trigin. ann. qua de cauſſa nouatio prioris actionis priuilegium extinguit: conteſtatio non extinguit. d. l. aliam. Nouatio voluntaria vſuras ſiſtit. l. nouatione, 18. D. eod. Conteſtatio non ſiſtit. l. lite, 35. D. de vſur. Tertius litis conteſtationis effectus eſt, vt interitus rei litigioſæ periculum in reum trāſferat. l. illud, 40. D. de hered. petit. l. item ſi is. §. vl. D. de rei vindic. Sed hac de re, quæ valde perplexa & obſcura eſt, copioſè in libro quæſtionum illuſtrium explicatum eſt. Quartus, vt ex bonæ fidei poſſeſſore, malæ fidei poſſeſſorem efficiat: ac proinde illum ad fructus, partus, acceſſiones, cauſſam denique omnem præſtandam cogat. l. certum eſt. 22. C. de rei vindic. l. cum fundus, 31. D. de rei vindic. l. quæſitum, 91. §. vlt. D. de leg. prim. l. 38. §. 4. de vſur. Quintus, vt ſtipulatio pœnæ committatur, eiúſque conditio exiſtat. l. ſi Titius, 9. D. de verb. oblig. l. cū quærebatur, 13 D. iud. ſol. l. ſi pacto, 14. C. de pact. Sextus, vt rem cōtrouerſam in bonis creditoris faciat. l. ſi cui, 12. D. de verb. ſignific. l. iniuriarum, 28. D. de iniur. Septimus, vt in pari cauſſa occupantis, id eſt antreuertentis meliorem conditionem efficiat. d. l. ſi Titius, 9. D. de verb. oblig. l. inter eos, 19. D. de re iudic. l. ex duobus. 16. D. de duob. reis ſtipul. Octauus, vt facultatem adiecto ſoluendi, aliúdue pro alio præſtandi, debitori adimat. l. ſi quis ſtipulatus, 57. D. de ſolut. l. fideiuſſor, 16. D. de fideiuſſ. Nonus, vt procurator litis dominus fiat: eámque ſuo iam quodammodo nomine perſequatur. l. procurator, 11. D. de dol. except. l. 1. §. vlt. D. de appellat. adeò vt procuratorem inſtituere poſſit. l. procuratoribus, 22. & ſeq. C. de procurat. ac proinde ſi vice mutua conuenitur, æquitate compenſationis vti poteſt. l. in rem, 18. D. de compenſat. Decimus, vt quaſi delegatio facta intelligatur: quia in eum cui mandatæ ſunt actiones debiti cauſſa transfertur. l. delegare. 11. D. de nouat. l. 3. C. eod. Vndecimus, vt qui ſe temerè liti obtulit, abſolui iudicio non poſſit, l. is qui ſe, 25. D. de rei vind. Duodecimus, vt pro cōſorte litis abſente agi, & defendi ſatiſdationibus præſtitis liceat. l. 2. C. de conſort. lit. Decimus tertius, vt opere à vicino facto, damnum omne contingens ab eo reſtituatur. l. ſi tertius. 6. §. officium. l. ſupra iter. 11. §. officium. D. de aq. pluu. Decimus quartus, vt in actionibus noxalibus purgare mendacium non liceat. l. electio. 26. §. neque. D. de noxal. act. Atque hi quidem effectus meliorem actoris conditionem efficiunt. Hi verò deteriorem. Primus, vt neque recuſari, neque declinari iudex, neque ab eo ante ſententiam appellari liceat. l. apertiſſimi. 14. C. de iudic. l. 4. C. de iuriſdicti. Secundus, vt creditor, qui cum vno è fideiuſſoribus litem conteſtatus eſt, diuiſam petitionem redintegrare in omnes non poſſit, l. liberū 16. C. de fideiuſſ. tametſi vno electo alter non liberetur. l. vl. C. eod. Tertius, vt qui plus petiit, amplius pœnitere non poſſit. l. 1. C. de lit. conteſt. Quartus, vt mutare procuratorem, niſi cauſſa cognita, non liceat. l. poſt litem. 17. D. de procura. Quintus, vt defenſor litis reuocari nō poſſit. l. is cuius 64. D. de procurat. Sextus vt qui litem cum procuratore ſine ſatis datione ratihabitionis conteſtatus eſt, petere amplius cautionem non poſſit. l. Pōponius. 40. D. de procurator.

An & quantum inter furioſum & prodigum interſit.

Cap. VI.

TRibonianus in Regulas Iuris hāc retulit ſententiam: *Furioſi, vel eius, cui bonis interdictum eſt, nulla voluntas eſt.* l. 40. de reg. iur. in

quo iudicium eius deſiderari poteſt. Nam cùm Pomponius ſcripſiſſet, in amittendo nullam eſſe, neque furioſi, neque prodigi voluntatem (quod nonnulli referendum putant ad l. ſed hoc ita 20. D. de aq. pluu.) Tribonianus ex ſpecie genus conclusit. quaſi verò eadem prodigi, quæ furioſi ratio ſit: cùm in illo, neutram in partem voluntas ſit: in hoc, ad adquirendum quidem rata ſit voluntas, ad amittendum nulla. Sed de genere vniuerſo videamus. Furioſorum duo genera ſunt. Nã alij perpetuum, alij intermiſſum furorem habent: l. pen. C. de curat. furioſ. Qui perpetuò furioſi ſunt, ab omni, & publico, & priuato negotio gerendo remoti ſunt: quippe, qui ſenſum non habeant. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. D. ſolut. matr. nec voluntatem. l. qui ſeruum. 47. D. de adq. hered. nec intellectum: adeò vt per omnia, & omnibus abſentium, dormientium, & ignorantium loco habeantur. l. 2. §. furioſi. D. de iur. codicil. §. furioſus. de inutil. ſtipulat. l. ſi à furioſo. 24. D. de oblig. & act. l. 1. §. 1. D. de adq. poſſeſ. qua de cauſſa ſi quid deliquerint, ſatis ipſo furore puniri dicuntur. l. cõgruit. 13. cum l. ſeq. D. de offic. præſid. Hinc conſtitutum eſt, vt neque dominium adquirere ipſi per ſe poſſint, ſuúmque augere commodum: l. ſi à furioſo. neque poſſeſſionem aut adipiſci: l. 1. §. 1. D. de adq. poſſ. aut retinere: d. l. 4. §. 1. D. de vſurp. aut amittere: l. ſi is qui. 27. D. de adq. poſſ. neque adeò hereditatem adquirere, ne per curatorem quidem, niſi neceſſarij heredes ſint. d. l. furioſus. 63. D. de adq. her. l. 1. §. furioſi. D. de ſucceſſor. edict. neque bonorum poſſeſſionem edictalem per eundem obtinere: ſed tantùm decretalem. l. 2. §. ſi quis ex liberis. D. ad Tertyl. l. vlt. C. de curat. fur. neque contractum vllum gerendo obligare, vel obligari. l. 1. §. vlt. D. de oblig. & act. ne naturaliter quidem: qua de cauſſa nec pro iis obligari fideiuſſor poteſt. l. ſi à reo. 70. D. de fideiuſſ. multò minus igitur vxorem ducere. l. patre. 8. D. de his qui ſunt. aut nuntium ei mittere. d. l. ſi cùm dotem. 22. §. ſi maritus D. ſolut. matr. & l. 4. D. de diuort. aut liberis matrimonium contrahentibus conſentire. l. ſi nepos. 9. §. 1. D. de rit. nup. l. ſi furioſi. 25. C. de nupt. minimè autem omnium magiſtratum gerere: tametſi dignitatem ſtatúmque omnem retineant. l. qui furere. 20. D. de ſtat. hom. l. nec mandante. 8. §. 1. D. de tut. & curat. dat. ſicuti etiam vxorem. d. l. patre. At qui intermiſſum furorem habent, intermiſſionis quidem tempore negotia tum publica, tum priuata rectè gerunt. nam & iudicium exercere poſſunt. l. cum prætor 12. & l. cum furioſus. 39. D. de iud. & teſtamentum facere, aliiſve facientibus teſtes eſſe. l. qui teſtamento. 20. §. qui furioſi. D. de teſt. l. furioſum. 9. C. qui teſt. facere poſ. De tutela quæri poteſt. Nam Modeſtinus quidem, & Vlpianus in l. 10. & 12. D. de excuſ. ſcribunt furorem, non in totum excuſare: ſed efficere, vt curator interim detur. An igitur interualli tempore, tutor: furoris verò, curator tutelam geret? Ego periculoſam hanc pupillo fore alternationem arbitrarer, putarémque tum demum curatorem deſtituturum, cum omninò tutor ſapere cæperit. arg. l. ſi hereditas. 10. §. ſi furioſus. D. de teſta. tut. Neque verò ſuperiora exempla mouent: nam earum rerum ſunt, quæ paucis vel horis, vel diebus expediri poſſunt. Deinceps de prodigis videamus: quorum à furioſis longè diſſimillima ratio eſt. Bonis autem interdicitur non modò maribus, ſed etiam fœminis. l. & mulieri 15. D. de tut. & cur. dat. vbi quod de mulieribus luxurioſè viuentibus traditur, de iis interpretari, quæ palàm corpore quæſtum faciunt, nulla ratio eſt. Etſi autem prodigi perſæpè furioſis comparantur, cùm in ſuis fortunis furioſum exitum faciant: l. his qui.

A 13. D. de tut. & curat. qua de cauſſa nec ab iis emi poteſt. l. ſi ſciens. 26. D. de contr. empt. nec ab iis poſſideri: l. ſi ab eo. 12. D. de vſucap. vt nec teſtamentum facere, nec aliis facientibus teſtes adhiberi poſſunt. l. is cui lege. 18. D. qui teſtam. facere poſſ. tamen cùm ipſorum emolumentum agitur, priuata omnia negocia, etiam ſine tutore auctore, gerere poſſunt. l. ex caſtrenſi. 18. § 1. D. de caſtr. pecul. Nam & ſtipulando alios ſibi obligare poſſunt. l. 6. D. de verb. oblig. & obligationem nouare. l. 3. D. de nouat. & hereditatem ipſi per ſe adire. l. 5. D. de B adq. here. Quid de negotiis publicis? Et cùm lege Roſcia etiam in ludis, & conſeſſu theatrali certus iis quaſi maculoſis locus attributus eſſet: non dubium eſt, quin eorum haberi in comitiis ratio non poſſet. An autem retinere, vt furioſi, magiſtratum poſſint, abſurda eſſet quæſtio: cùm iis tantiſper dum annum ſuum obirent, interdici bonis non poſſet: quos ne in ius quidem vocari liceret. Quòd ſi Senatores eſſent, à Cenſoribus notabantur. Sed de priuatis iudiciis quid dicemus? Verùm ſi quidem litigatores in eos conſentirent, ne- C que de re grauiore ageretur, non video cur à Prætore dari non poſſent: niſi fortè ij eſſent, qui vel à Senatu moti eſſent. dicta l. cùm prætor. de iudic. vel eiuſmodi nota digni.

De ſpecie generalibus verbis ſubiecta, & emendata l. 12. D. de inſtrument. legat. & l. 70. De legat. 3.

Cap. VII.

D QVod de genere vniuerſo cautum eſt, etiam de vnaquaque ſpecie cautum intelligitur: niſi fortè de ſpecie aliqua propriè & peculiariter ſit cautum. Tum enim particularis illa cautio quaſi quædam exceptio eſt à genere vniuerſo, vt ſpeciem de qua propriè cautum eſt, alterius diuerſi generis conſtituat. l. ſi peculium. 20. D. de manum. teſt. Exemplum in legibus ſuppeditat Vlp. in l. ſanctio 41. D. de pœn. in præceptis ſententiarum, l. moris. 10. §. ſunt autem. D. eod. in ſtipulationibus, l. ſtipulationes. 53. D. de verb. oblig. de legatis verò plena ſunt omnia. Inſigne autem E vnum aut alterum proferemus: vnde intelligetur verum id eſſe, non modò ſi prius legatum vniuerſum, poſtea ſpecies enumeratæ ſint: ſed etiam ex contrario, ſi prius ſpecies, deinde genus legatum ſit. Ergo in l. cùm de lanionis. 18. §. cui fundum. & §. quidam. D. de inſt. vel inſt. leg. qui legato toto, quaſdam poſtea partes nominatim enumerat, totum ad eas partes reſtrinxiſſe intelligitur. Item. l. Sciæ. 20. D. eod. vbi legatum totius in teſtamento factum, ad partes nominatim in codicillis enumeratas reſtringitur. contrà verò Iauolenus Caſ- F ſelij & Labeonis ſententiam aduerſus Ofilium & Trebatium defendit, in l. heres meus. 100. §. 1. de legat. 3. vbi qui duas ſtatuas marmoreas, & poſtea marmor omne legarat, reliquas ſtatuas legaſſe non iudicatur. quod idem Pomponius probat in l. 1. D. de aur. vel argent. & Proculus in l. vlt. §. 1. D. de trit. vin. leg. vbi genus poſt aliquot indiuidua enumerata ſubiectum ad eam ſpeciem reſtringitur, cuius illa ſunt indiuidua. Sed non leuiter aduerſari videtur l. quæſitum. 12. §. pen. D. de inſtr. leg. vbi Vlp. ait, Papin. reſpondiſſe partem le- G gato totius generis ſubiectam non coanguſtare, ſed redundare. quo tamen loco (vt id obiter admoneamus) ſupereſſe negatio videtur: itáque affirmatè legendum: QVÆ NOMINATIM EXPRESSA ERAT: vel potius, QVAM NOMINATIM EXPRESSERAT. Sed ſolutio ſumenda eſt ex illo vlteriore Papiniani reſponſorum loco, in l. legata. 9. D. de ſuppel. leg. vbi duo enume-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rationis genera conſtituit: vnum ex imperitia teſtatoris, quod refert ad l. non ſolent. 94. D. de reg. iur. alterum ex certa demonſtratione, quæ generis definiendi, & circumſcribẽdi vim obtinet. Verùm haud paulo difficilior reſponſio eſt ad l. pediculis. 32. §. Labeo. D. de aur. & arg. vbi Paulus ait, eum qui lanam & linum legarat, etſi ſpeciale verbum VERSICOLORIA ſubiungat, tamen etiam lanam non verſicoloriam legaſſe, quaſi ſuperuacanea verborum multiplicatio ea fuiſſet: & ſiue lanam ſimpliciter legaſſet, etiam verſicoloriam deberi: ſiue verſicoloriæ nomen ſubieciſſet, etiam naturalem contineri. Difficilis inquam hæc obiectio eſt, primùm quia & regulæ ſuperiori, & propè communi cuiuſque notioni aduerſatur. Quis enim, ſi teſtator dicat, Lanam, linum, purpuram, verſicoloria do, lego non iudicabit, ſolas eas res tinctas, & verſicolorias deberi? deinde quia Vlp. apertè ſcribit in l. ſi cum lana 70. D. de leg. 3. ſi cui lana legata ſit, id legatum videri, quòd tinctum non eſt: & verſicolorum appellatione, ea quæ tincta non ſunt, non contineri. Quod autem ead. l. §. 4. ita ſcriptum eſt: *De verſicoloribus videndum eſt.* Et conſtabat apud veteres, lanæ appellatione verſicoloria non contineri: ſed ea omnia legata videri, quæ tincta ſunt, & netæ: quod, inquam, ita ſcriptum eſt, quis non videt mendoſum eſſe? primùm enim pugnantia Vlp. loqueretur: vt appellatione lanæ ea legata viderentur, quæ tincta ſunt. quod principio legis negarat. Deinde reſponſio ad propoſitam quæſtionem nihil pertinet. quod etiam Accurſius animaduerſum, & mirum multis vſum eſſe teſtatur. Corrigendũ igitur ſic arbitror: *Et conſtat apud veteres, lanam appellatione verſicolorium non contineri.* vt poſt infert: An purpuræ appellatione verſicolorium cõtineatur. Ego arbitror ea quæ tincta non ſunt, verſicoloribus non annumerari.

Ex negocio alteri geſto vtrum directa an vtilis actio concedatur.

CAP. VIII.

REgula iuris eſt, vt alterius conuentio alteri non profit. quæ regula in extraneis adeò vera eſt, vt ne procurator quidem ſuo contractu adquirere domino actionem poſſit. l. 1. C. per quas perſo. l. cum per eos. 7. C. ſi quis alt. vel ſib. quãquam aduerſari multa videntur. nam Bulgarus quidem, & Iohannes, & Accurſius, eóſque ſecuti ceteri exiſtimant, eius regulæ tantùm exceptiones eſſe. Sed ego Martini ſententiam probabiliorem eſſe arbitror, vt regula de ſtricto iure, directiſque actionibus: loci autem alij de bono & æquo, vtilibúſque actionibus intelligantur. Quod enim Accurſius ait, parum intereſſe, vtrum quis directa an vtili experiatur: l. actio. 47. D. de negot. geſt. quis non videt ad iudicia extraordinaria id referendum eſſe? de quibus Paulus nominatim & apertè diſputat. Ergo pro Martini ſententia hæc faciunt. Primùm l. Iulianus. 13. §. ſi procurator. 21. D. de act. emp. vbi procurator vendens, vtilem domino venditi actionem parit. item l. 3. C. de donat. quæ ſub mod. vbi donator paſciſcens vt donatarius rem alteri reſtituat, ei vtilem actionem benigna iuris interpretatione à Principib. facta conciliat. Item l. ſi res tuas. 8. C. ad exhib. vbi ex pacto deponentis aut commodantis rem alienam, vt illa domino reddatur, vtilis actio domino poſt illius mortem conceditur. Item l. quodcumque. 45. §. 2. D. de verb. oblig. vbi pater ſtipulans dari ſuæ filiæ poſt mortem ſuam, ei vtilem actionem etiam non heredi adquirit. Item l. ſi procuratori. 39. D. de verb. obli. vbi procurator præſentis ſtipulans, vtilem domino ex ſtipulatu actionem parit. Item l. 2. l. 3. l. 4. D. rem pup. ſal. vbi Vlpian. ait, ſeruum publicum ſtipulantem rem pupilli ſaluam fore, non ipſo quidem iure, ſed tamen vtilem ex ſtipulatu actionem pupillo parare. Item l. ſi cùm venderet. 13. D. de pign. act. vbi creditor in pignore vendendo adquirere debitori actionem poteſt: ſed actionem in factum. Item l. Caius Seius. 45. D. ſol. matr. vbi auus maternus dotem ab ſe datam ſibi neptive reddi ſtipulatus, vtilem nepti moriens actionem relinquit: & id fauore nuptiarum, & maximè propter affectionem perſonarum. Item l. pater. 7. C. de pact. conuent. vbi patet dotem nepotibus pactus reſtitui, vtilem eis ex æquitate actionem adquirit: cùm tamen neque extraneus adquireret. l. ſi genero. 26. C. de iur. dot. neq; adeò mater ſuis liberis. l. 4. C. de pact. conuent. His enim omnibus in locis diſertè ac nominatim Vtilis actio appellatur: vt facilis argumentatio ſit, iis in locis, vbi dari ſimpliciter actio dicitur, id non de directa, ſed de vtili intelligendum eſſe. veluti in l. quod procurator. 67. D. de procur. præcipuè autem in l. 2. D. de inſtit. act. vbi Vlp. teſtatur, Marcellum contra receptam aliorum ſententiam primùm induxiſſe, vt dominus ex contractu inſtitoris actionem habeat, ſi modò rem ſuam ſeruare aliter non poſſit. Similiter cùm in l. Publia. 26. D. depoſ. Paulus ait, matrem cauere poſſe, vt ſi moriatur, res quam depoſuit, filio ſuo reddatur: quis non videt Paulum ex æquo & bono vtilem illi filiæ actionem concedere? quaſi ea mortis cauſſa donatio fuiſſet. cùm contrà Papinianus directum atque aſperum ius ſpectans, apertiſſimè neget, illam donationem eſſe. l. donationes. 31. §. pen. D. de donat. Nã quòd nonnulli propter affectionem perſonarum ſingulare illud ius eſſe diſputant, perſpicuè refellitur in d. l. 4. C. de pact. conuent. vbi mater dotem filiæ ſuę reddi cauere non poteſt: cùm tamen auus ſuis nepotibus poſſit. d. l. pater. 7. eod. Præterea cùm Vlp. in l. in omnibus. 5. D. de ſtip. præt. ſcribit, & procuratorem, & inſtitorem per omnes ſtipulationes prætorias domino actionem parere: quis non videt ex d. l. 2. l. 3. & l. 4. D. rem rat. hab. eam vtilem intelligendam eſſe? Quæ cùm ita ſint, conſentaneum eſſe arbitror in caſu l. certi condictio. 9. §. penul. D. de reb. cred. vtilem quoque actionem intelligi: vbi Paulus ait, *Si quis ſuos nummos, quaſi alterius, eiuſque nomine mutuò det: etiam abſenti & ignoranti certi condictionem parere:* quemadmodum de rebus alienis depoſitis dictum eſt ex l. ſi res. 8. C. ad exhib. Hoc enim propter quotidianum rerum creditarum vſum ſingulariter introductum eſſe, cõſtat ex l. 2. §. 4. D. de reb. cred. vbi traditur, iure communi mutuum non contrahi, niſi cùm creditoris nummi fuerunt: quemadmodum videmus propter quotidianum vſum ſingulariter receptum eſſe, vt per procuratorem adquiri poſſeſſio poſſit. l. 1. C. de adq. poſſ. & precarium pignoris conſiſtat. l. 6. in fi. D. de prec. Vbi autem iure communi deficiente ſuccedit æquitas, ibi vtilem actionem concedi, patet ex l. 2. §. quamquam. D. de aq. pluu. vt ſuperius dicebamus, vtilem actionem ipſi iuri opponi: in l. 4. D. rem pupill. ſal. Neque verò illud prætermittendum eſt, Iuriſconſultos propter huius diſputationis perplexitatem interdum duplicem in eo cuius opera vtimur perſonam cõſiderare: procuratoris, & miniſterium officiúmque præſtantis: hoc eſt, quaſi pars quædam noſtri ſit. l. & licet. 15. D. de pecun. conſtit. l. ſi quis ſolutioni. 24. §. vlt. D. de vſur. l. 3. in princip. D. quod vi aut clam. Atque hęc quidem de adquirenda, imponendáve alicui obligatione dicta ſint. Quod autem ad eam tollendam at-

tinet, ita diſtinguendum eſt, vt onus quidem alienæ obligationis tollere liceat: eius autem actionem non liceat. Nam ſolutione & nouatione liberari alterum etiam inuitum poſſe, conſtat ex l. ſolutione. 23. & l. ſoluere. 53. D. de ſolut. At debitorum pactionibus creditorum pactiones neque tolli, neque mutari poſſe, patet ex l. filius. 23. & l. debitorum. 25. C. de pact. l. cùm res. 22. C. de donat.

De ceſſione & tranſmiſſione: & quid ſit Diem vel tempus cedere. itemque emend. Vlp. in Reg.

Cap. IX.

Sciendum eſt, legatorum diem dupliciter cedere: primùm ad tranſmiſſionem, cùm is dies eſt, quo legatum ad heredem legatarij tranſmittitur. quò pertinet tit. Dig. quand. dies leg. Hic iure antiquo fuit à morte teſtatoris, nouo iure ab apertis tabulis, ex lege Iulia caducaria: nouiſſimo rurſus à morte teſtatoris. l. 1. §. igitur, C. de cad. toll. quod tamen de puris legatis aut in diem certum relictis intelligendum eſt. l. ſi dies, 21. D. quand. dies leg. nam quæ ſub conditione vel in diem incertum relicta ſunt, non ante conditionis euentum cedunt. l. 5. §. 1. eod. l. 1. §. ſin autem ſub condit. C. de cad. tol. Cedere præterea dicitur dies ad obligationem: cùm is dies eſt, quo heres obligatur legatario, nempe adita demum hereditate. prius enim nullus eſt, qui debeat legatum, vel à quo peti poſſit. l. cedere: 213. D. de verb. ſigni. l. 7. l. huiuſmodi, 13. D. quan. dies leg. nam hereditas iacens legata non debet, ſed æs alienum duntaxat. Verùm adita hereditate quaſi cõtrahi ab herede obligatio intelligitur. §. heres. de oblig. quaſi contr. l. 3. D. quib. ex cauſſ. in poſ. Ergo ſi quidem purum legatum eſt, heres confeſtim obligatur. ſin autem ſub conditione, aut in diem incertum, tum aut diei aut conditionis euentus expectatur. d. l. cedere. Atque hæc quidem ita ſe habent. nam quod Bartholus in d. l. 1. de caduc. tollen. ceteríque Bartholum ſecuti addebant, cedere præterea diem ad tranſlationem dominij, itémque ad petitionem, pro nihilo habendum eſt. nam quantum ad priorem, imo verò ad vtrumque, antiquo iure differentia erat inter legatum vindicationis & damnationis, vt iam omnibus notum eſt ex Vlp. Regul. tit. de legat. neque dubium eſt, quin hodie rei legatæ dominium non ante aditam hereditatem cedat: tametſi propter retrotrahendi fictionem à tempore mortis ceſſiſſe intelligitur. l. à Titio, 64. D. de furt. l. legatum ita, 80. D. de legat. 2. in iis tamen quæ ſub conditione aut in diem relicta ſunt, euentum expectari conſtat, d. l. 1. §. ſin autem ſub condit. & l. Sempronius Attalus, 26. D. de vſufruct. legat. De die verò quo peti legata poſſunt, ſeparatim, fruſtra quæritur: cùm illa inſpectio ſub ſecundo ceſſionis genere comprehendatur. Nunc vt ad inſtitutum veniamus, illud ſecundo loco ſciendũ eſt, Stante Republ. ius hoc fuiſſe vt ſi mortis teſtatoris tempore deficeret is, cui quid teſtamento relictum fuiſſet, ea bona tanquam vacantia & caduca publicarentur. Nam *Caduca* veteres dicebant, quæ qui ſibi delata exciperet, non extabat. Cicero de Orat. 3. *Noſtra eſt poſſeſſio, in quam quaſi caducam atque vacuam nobis occupatis inuolauerunt.* Hinc illud Vlp. tit. Regul. 17. *Quod quis ſibi teſtamento relictum, ita vt iure ciuili capere poſſit, aliqua ex cauſſa non ceperit, Caducum appellatur: veluti ceciderit ab eo. Quod ſi poſt teſtatoris mortem capax eſſet is, cui quid teſtamento relictum fuerat, quamuis ante aditam hereditatem aut apertas tabulas deficeret, tamen ius ſuum ad heredem tranſmitte-*

A *bat.* Hæc iuris antiqui ſumma fuit. Euerſa Repu. & ærario bellis ciuilibus exhauſto, imperante Auguſto, lata lex eſt, quæ modò Iulia, modò Papia, modò Caducaria nominatur: vt ius illud Caduci, vſque ad hereditatis aditionem produceretur, & deficiente illo die herede, vel legatario, legatum caducum fieret. l. 1. §. 1. C. de caduc. toll. Excipiebantur tamen caſus quidam: veluti, ſi parentibus aut liberis vſque ad tertium gradum relictum aliquid fuiſſet. Putóque illud eſſe quod *Caducum receptitium* Vlp. appellat. tit. Regul. 19. vbi tamen B & mendoſè legitur *Ereptitium*, & particula VEL tollenda eſt: ne abſurdè Vlp. ſcripſerit, Lege nobis acquiri caducum: quod non nobis, ſed ærario vel fiſco acquiritur. Receptitium autem eodem modo dictum eſt, quo Receptitius ſeruus: de quo in Comment. verb. Iur. expoſuimus. Poſtea verò Iuſtinianus teſtatur, factum S. C. fuiſſe, quod ius illud caduci coercuit, atque intra diem apertarum tabu. reſtrinxit: vt quamuis legatarius aditionis tempore deficeret, tamen ſi die tabularum apertarum capax eſſet, legatum ad ipſius heredes C tranſmitteretur. d. l. 1. §. 1. de cad. toll. Sed quoniam S. C. illud ad legem Papiam pertinet, propterea ius de apertis tabulis paſſim in libris noſtris ei legi attribuitur: velut apud Vlp. tit. Regul. 24. *Legatorum*, inquit, *dies cedit per legem Papiam ex apertis tabulis teſtamenti.* Verùm hoc loco quæſtio exoritur, Quomodo relictum, quod ante aditionem hereditatis acquiſitum dici non poterat, ad honorati heredem tranſmitti dicatur? cùm nemo plus iuris transferre in ſuum heredem poſſit, quàm ipſe habeat. l. quoniam. 7. C. de iur. delib. Placuit igitur D vt non pertinere, aut delatum aut debitum legatum eſſe, ſed eius dies ceſſiſſe diceretur. Pertinere namque, propriè dicitur, quod præſens debetur, & agnoſci, peti, ac repudiari poteſt: veluti purum legatum à morte teſtatoris l. ſi dies, 21. quand. dies leg. aut conditionale, exiſtente conditione l. 5. §. 1. D. eod. & l. ſi pecunia. 12. §. 1. D. de legat. 2. Denique pertinere dicitur, quòd omninò debetur, cuius dies & ceſſit. & venit: Cedere verò, quod nondum præſens debetur, ſed ob cauſſam iuſtam (veluti teſtamentũ) deberi cœpit. peti propE ter nondum aditam hereditatem nondum poteſt. l. cedere, 213. de verb. ſignif. l. huiuſmodi, 13. D. quan. dies leg. Quod vt planius intelligatur, ſic habendum eſt: Cedere propriè eſt abire. vt apud Cicer. in Catone: *Horæ cedunt, & menſes, & dies, & anni: neque præteritum tempus vnquam reuertitur.* Similiter Cedere tempus dicitur, cùm temporis præſtituti pars abiit, atque effluxit. l. 1. de iur. & fact. ignor. l. 4. de adult. neque tantùm dicimus, Dies cedit: verumetiam, Dies cedere incipit. velut in l. 5. §. vlt. quand. di. leg. Itaque qui ſic inſtitutus eſt, vt F in diebus centum adeat, duobus tribúſve diebus præteritis dicere poterit, ſibi dies cedere: pro abire, labi effluere. quod de bonorum poſſeſſione traditur in l. 2. & l. 5. C. qui admit. ad bon. Quamuis autẽ legatum (quod ſciam) non dicatur cedere, ſed legatorum dies, tamen operæ cedere dicuntur præciſè. nam prius indicuntur, deinde cedunt, ad extremum prætereunt. l. ſi quis, 13. l. quoties, 24. D. de oper. libert. Quinetiam interdum (quod mirũ videatur) prius venerit dies oportet, quàm cedere incipiat. velut in legatis in diem incertam relictis: Cùm pubes erit: cùm magiſtratum inierit. nam G niſi tempus illud præterierit, niſi, inquam, dies venerit, legati dies cedere non poteſt. l. ſi dies, 21. D. quan. dies leg. Poſtea tamen conſuetudine loquendi factum eſt, vt etiam cedere legati dies dicatur, non tantùm legatarij reſpectu, ſed heredis ipſius: cùm ſcilicet legatarius, propter hereditatem nondum aditam, plenum legati

legati dominium adeptus non eſt:quam autem dominij A
cauſſam habet,eam ſi nunc moriatur,in ſuum heredem
transfert. quanquam cedere legati dies interdum dici-
tur,ſimpliciter ſolius legatarij reſpectu, non iure trans-
miſſionis:velut in l.cum vxori, 4.C. illo tit. Sed vſita-
tum eſt, ac regulare, diem dici cedere, cùm debendi
quidem cauſſa ſubeſt, ſed eius dies nondum venit. l. ſi
dies,21. D.quan.dies leg.moriente autem legatario an-
tequam veniat, nimirum antequam hereditas adeatur,
cauſſa illa debendi ad ipſius heredem transfertur: etiãſi
natus eo tempore nondum fuerit. l.ſi in perſona,21.C. B
de fideicom. Atque hic nimirum Ceſſionis effectus
eſt ſolennis ac præcipuus: vt cuius dies ceſſit, id ad
heredem eius cui ceſſit tranſmittatur.l.2. & l.3.D.quan.
dies leg.ced. Qua de cauſſa Theophilus ceſſionem in-
terpretatur legati nondum percepti tranſmiſſionem ad
heredem.Sed & Vlp. *Heredis aditio*, inquit, *moram le-
gati quidẽ petitioni facit,ceſſioni diei non facit*.l.heredis,
7.D.quan.dies leg.Item alio loco: *Si poſt diem*,inquit,
*legati cedentem, legatarius deceſſerit, ad heredem ſuum
tranſfert*.l.5. D.eo. quod etiam de patre,cuius filio ali- C
quid legatũ fuit,intelligendum eſt.l.ſi vxorem.5. C.de
cond. infert. itémque de matre. l. apud, 8. C. de ſuis
& legit. Tranſmitti autem intelligimus ius petendi, &
actionem, neque illam directam, ſed vtilem duntaxat.
l.3.§.eleganter,19.D.de S.C.Silan. Ac notanda eſt La-
beonis definitio: *Id demum legatum ad heredem tranſ-
mitti,quod certum eſt debitum iri,ſi adeatur hereditas*.l.ſi
Titia, 22. D.eo. non quo is ſolus Ceſſionis effectus ſit,
ſed(vt dixi) ſummus ac præcipuus. nam Cedere dicitur
etiam vſusfr.qui tamen non trãſmittitur.l.2.& l.3.D.eo. D
itémque & cedendi & debendi vſusf.dies eſt.l.1.D.quã.
di.vſusfr.lega. Hereditas autem & bonorum poſſeſſio
tum demum tranſmittuntur,cùm illa adita,hæc agnita
eſt.l.quoniam,7.C. de iur.delib.l.4. C. qui admitt. ad
bon.Neque enim dicimus hereditatem,nec hereditatis
diem cedere:ſed hereditatem aditam tranſmitti,non a-
ditam non tranſmitti.d.l.7.& l.1.§.in nouiſſimo. C.de
caduc.toll.Adiri autem poſſe ſtatim à morte teſtatoris
etiam ante apertas teſtamẽti tabulas.d.l.1.§. cum igitur.
Verùm hæc quidem de lege Papia, & S.C.ad eam per- E
tinentibus hactenus. Iuſtinianus autem legem illam
abrogans, iúſque antiquum renouans, omne Caduci
ius ſtatim à teſtatoris morte ſuſtulit:ſanxítque,vt lega-
ta ex die mortis teſtatoris etiam ante apertas tabulas
cederent,ſtatim à morte teſtatoris adiri poſſent,& tan-
quam plenè debita in heredes tranſmitterẽtur.d.l.1.§.in
nouiſſimo. C. de cadue.tollen. vt facilè intelligatur,
quod apud Vlp.in l.5.quan.dies leg.ita legitur:*Si purum
legatum eſt,ex die mortis dies eius cedit*:interpolatum à
Triboniano fuiſſe.cùm Vlp.ita ſcripſiſſet:*Ex die aper-* F
tarum tabularum. quia nouo iure, nec apertura tabula-
rum, nec aditio hereditatis expectatur, imò ne ſcientia
quidem legatarij requiritur.l.vlt.C.quã.dies legat. At-
que hæc quidem primum de puris legatis intelligenda
ſunt.nam quæ in diem relicta ſunt,ſi certa dies eſt:velu
ti,Kal.Ian.centeſimis:dies tanquam in puris legatis,ſta-
tim poſt mortem cedit.d.l.1.§.cùm igitur.& l.ſi dies,21.
D.quan.dies leg. Sin incerta: veluti, Cùm pubes erit:
prius(vt ante dixi)veniat dies oportet, quàm cedat, id
eſt,non ante diem à teſtatore præſtitutum, diei ceſſio G
ad tranſmiſſionem valet. quod idem de conditionali
legato conſtitutum eſt. l. ſi dies, 21. D. eo. d.l.1.§.ſin
autem. C.de cad.toll. nam vt legatum in diem certam
puro: ita in incertam, conditionali comparatur. l.1.&
l.dies,75.D.de con.& demonſtrat. Verùm hæc in lega-
tis quidem locum habent. at in ſtipulationibus, diſ-
A ſimilis ratio eſt. nam qui ſub conditione ſtipulatus eſt,
quamuis ante illius euentum decedat, tamen in here-
dem actionem tranſmittit, ſi poſtea conditio euenerit.
§.ex conditionali.de verb.oblig.l.quæ legata,18.de re-
gul. iur. Itaque ſub conditione ſtipulatus, pendente
conditione creditor numeratur. at cui ſub conditione
legatum eſt,pendente conditione, non eſt creditor.l.is
cui, 42. de obligat.& act.l.in fraudem,27.D. qui & à
quib. Differentiæ ratio eſt, quoniam ſtipulationes ex
præſenti vires accipiunt: legata ex die aditionis here-
B ditatis pendent.l. vſusfr. 26. de ſtipul. ſeru.quinetiam,
quamuis ſtipulatus in omnem euentum,veluti,Siue na-
uis venerit,ſiue non venerit: certiſſimus creditor intel-
ligatur. l. Iulianus, 60. D. de cond. indeb. tamen
cui ſimili modo legatum eſt,creditor non putatur.cauſ
ſam enim ex qua debeatur,præcedere oportet,vt tranſ-
miſſioni locus ſit. l. huiuſmodi, 13. D. quan. dies legat.
quamuis certum ſit,debitum iri.l.1.§.1.de condit.& de-
monſtr. Præterea quædam exceptiones notandæ ſunt.
Nam in libertatis, vſus, vſusfructus, habitationis lega-
C to, idem ceſſionis,qui adquiſitionis dies eſt: nimirum
adeundæ hereditatis. in libertate namque neceſſaria
hereditatis aditio eſt,cùm libertas non niſi adita here-
ditate competat l. nam cum, 8. quan. dies legat. In v-
ſufructu verò hæc cauſſa eſt, quoniam in eo nulla
tranſmiſſio eſt. cùm enim perſonalis ſit, ad heredem
nõ tranſfertur.ac propterea fruſtra dies eius vel à mor-
te teſtatoris, vel ab adita hereditate cedere diceretur:
vti ſcribit Imper.in d.l. 1.§. excepto.de cadu. tollen.l.2.
& l.3.D.quan. dies leg. Summatim igitur in hac diſpu-
D tatione quinque hæc verba notando & diſtinguenda
ſunt:Cedere,Deberi,Pertinere,Peti poſſe,Tranſmitti.
Cedit,quod nondum debetur, ſed deberi cœptum eſt.
l.213.de verb.ſign. Atque idcirco peti nondum poteſt.
l.7.l.ſi dies,21.D.*h.t.*Debetur,quod & ceſſit,& peti po-
teſt.l.13.eo.Pertinet,quod & ceſſit,& debetur,ac pro-
inde peti poteſt. d.l.21. Tranſmittitur, quod cedit qui-
dem,ſed eius petitio in heredem transfertur.l.2.l.3.eod.
Ad extremum,ne hoc quidem prętermittendum vide-
tur, ius iſtud tranſmiſſionis videri olim in iis tãtùm le-
E gatis locum habuiſſe, quæ per vindicationem relicta
fuerant:arg.l.nec ſemel,12. §.penul.D. quan.dies legat.
ced.cui iungendus Paulus lib.Senten.3.tit.6.§. per vin-
dicationem.

*Mira conſtictatio in quæſtione,de Depoſito,vt tantumdem
reddatur,& emendata l.9.§.1.D.depoſ.*

Cap. x.

MAgni Papiniani magna ac propè incredibi-
F lis hæſitatio eſt in quæſtione. An ex depoſi-
to pecuniæ ea lege vt tantumdem reddatur,
vſuræ ex mora debeantur: in l. Lucius. 24. &
l.ſeq.§.1.D.depoſ.nam depoſitum id demum vult eſſe,
cum idem reddi oportet:quòd ſi conuenerit,vt tantun-
dem ſolueretur,egreditur(inquit)ea res notiſſimos de-
poſitos terminos. Cùm autem ex ſtrictis contractibus
vſuræ non niſi ſtipulatæ debeantur, abſurdum conſe-
qui putat,ſi dicamus, illud depoſiti genus eſſe mutuũ,
& per illam conuentionem in creditum abiri,vt tamen
G ex illa conuentione vſuræ debeantur.l.Titius.24.D.de
perſc.verb.l. idémque.10.§.ſi quis Titio. l. qui negotia.
34.D.mãd.l.ſi pro patre.10.§.2.D.de in rem verſ. Qua-
re dubitans, hæſitans, æſtuans, quamuis diſputarit il-
lud depoſitum non eſſe, tandem tamen in fine legis
concludit, vſuras ex illo depoſiti genere nudo pacto
deberi.quod ſi ita eſt, ſanè bonæ fidei conuentionem

illam fuiſſe oportet: quandoquidem in iis demum cõtractibus vſuræ ex pacto peti poſſunt. l.cum quidam.17. §.ex locato. D.de vſur.l.5. C. de pact.int. emp. l.ſocii.60.D. pro ſoc. Priori Papiniani ſententiæ apertiſſimè Alfenus aduerſatur in l. in nauem.31 D.loc. vbi duo rerum depoſitarum, æquè vt locatarum, genera eſſe affirmat. Vnum, cùm idem: alterum, cùm tantundem, reddi conuenit: ac per hoc poſterius in creditum iri. cùm quis pecuniam numeratam (inquit) ita depoſuit, vt neque clauſam neque obſignatam traderet: nam ſatis eſſe, ſi tantundem ſolueretur. Paulus autem, quem notas in Papinianum ſcripſiſſe conſtat, ſecundum Alfeni ſententiam inconſtanter vſuras eius pecuniæ nomine deberi ſcribit, in l.ſi ſacculum.29.§.1.D. depoſ. Sed quod paulo antè in l. Publia.26.§.1.de pacto vſurarum ſcripſerat, mirum videri poteſt. nam cùm ex depoſito pecuniæ pactum eſſet, vt vſuræ ſoluerentur, reſpondit, (inquit textus) eum contractum depoſitæ pecuniæ modum excedere. Et ideo ſecundum conuentionem vſuræ quoque actione depoſiti peti poſſunt. Vbi duo mihi perobſcura, ne dicam abſurda, videntur: primum ex illa conuentione, quæ depoſitum non eſt, vſuras ex pacto deberi: cum (vt ſup. diximus) ex ea conuentione, qua in creditum abitum eſt, ex pacto non debeantur. Tum illud abſurdius: quia hoc depoſitum non eſt, depoſiti actionem competere. vt mihi dubium nõ ſit, Paulum à Papiniano diſſentientem, ſic ſcripſiſſe: Eum contractum depoſitæ pecuniæ modum NON excedere: quod etiam Accurſio ſuboluit, & Alfeni ſententiæ cõſentaneum eſt. Age nunc ceteros audiamus. Nam Vlpianus aſſiduus propè Pauli aduerſarius, auctorum factionibus munitus, in l.certi condictio.9.§. vlt.& l.ſeq. D.de reb.cred. Neruam, Proculum, Marcellum oppoſuit, quibus placuiſſe ſcribit, Conuentionem hanc, non depoſitum, ſed Quaſi mutuum eſſe: certique cõdictionem ex illa competere. Quid igitur nos homunculi, in illa ſiue principum ſiue Gigantum concertatione, ſtatuemus? quid verò ſi Papinianum ipſum, vt aliàs nõ ſemel, ſecum in hac quæſtione pugnaſſe oſtendamus? nam cùm illa lib. Quæſt. IX. ſcripſiſſet, tamen lib. Reſponſorum III. ita ſcripſit: Qui pecuniam apud ſe non obſignatam vt tantundem redderet, depoſitam, ad vſus proprios conuertit, poſt moram in vſuras quoque iudicio depoſiti condemnandus eſt. l.die ſponſaliorum.25.§.1.D.depoſ. Ad extremum ne illud quidē ſatis intelligere me fateor, quod Alfenus ſcribit in d.l. in nauem: ſi fabro argentum dederim, vt mihi ſcyphum faciat, aut aurum, vt annulum: ea conuentione in creditum iri, & dominium mutari, atque aliud pro alio reddi. Nam etſi aliud eſt materia, aliud ſpecies ex ea facta. l.ſi conuenerit.18.§.pen. D.de pign.act.l.6.D.de aur.& arg.leg. tamē, vel ex eo intelligi poteſt, materiam in eius qui dedit, dominio permanere, quòd quantum ad caſus fortuitos qui ſine culpa contingunt, eius periculo ſit.l.2.in fi.l.item quæritur. 13 §.ſi gemma.D.locat.l.ſi ſeruus.27.§.ſi calicem.D.ad legem Aquil. quamuis, quantum ad furtum, quod ſine culpa non accidit, conductoris periculo ſit.l.eum qui emit.14. §.qualis. D. de furt. Sed nimirum hæc cõtentio nata eſt ex illa altera diſputatione, cũ materia datûr quæ immutatur, vtrum venditio an locatio ſit.l.2.l.conuenit.65.D.de cont. empt. quam diſputationem alio loco expoſuimus. Quid verbis opus eſt? nam iſtam Alfeni ſententiā ita perſpicuè Pomponius repudiat, in l.ſcribit.34. D. de aur.arg.& vt diſſimulari tam aperta diſſenſio ſine calumnia non poſſit. Licet, inquit, apud aurificem ſit aurum, dominium tamen non mutauit. manet enim eius qui dedit:

A *Ceterarum rerum. Emendata l.27. ad legem Aquiliam.*

CAP. XI.

VEtus locutio vſurpatur in lege Aquilia, cuius tertio capite Vlpianus ita ſcriptum fuiſſe teſtatur: Ceterarum rerum, præter hominem & pecudem occiſos, ſi quis alteri damnum faxit, &c. l.ſi ſeruus.27.§.ſi ſeruus D.ad leg. Aqui. pro eo quod vulgò dicimus, Quantum ad ceteras res. Sic in edicto Ædilium: Ceterarum rerum, quantum damnum B datum factúmve ſit, dupli. l.quia vulgò.42.D.de ædil. edict. Sic Terentius in Adelphis: Nolim ceterarũ rerũ, te ſocordem eodem modo. Cicero in Catone Maiore: Sæpenumerò admirari ſoleo, cùm ceterarum rerum tuam excellentem M. Cato ſapientiam, tum vel maximè quòd, &c. Et multo poſt: Cùm hominis natura morte diſſoluitur, ceterarum rerum perſpicuum eſt, quo quæque diſcedant. id eſt, Quantum ad ceteras res, tametſi ad vocem *Quæque* referri poſſet, niſi vetuſtatem in hac locutione notaremus. Sic in Inſtitut. tit. Si C quadrup. paup. fec. Si aduerſus ea factum erit, quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnatur. ceterarum rerum, quantum damnum datum ſit, dupli: hoc eſt, ceteris in rebus. Quæ cùm ita ſint, valdè nuper ſum admiratus doctiſſimi viri Lambini ſcholia in orationem pro Quintio, in illum locum: Sanè ceterarum rerum paterfam. & prudens & attentus. Nam cùm obiter eo loco annotaſſem, antiquam eſſe locutionem, & è Græcis fontibus deriuatam: tamē corruptum eundem locum eſſe putauit. nam Quò per- D tinet (inquit) illud *Ceterarum rerum*: aut quò referendũ eſt? Itaque corrigendum putat *cetera*. de qua correctione doctiores iudicabunt. Admonet etiam me caput illud legis Aquiliæ tertium, eius coniecturæ, quæ mihi aliquot ab hinc annis in mentem venit. Nam in illis verbis: *Præter hominem & pecudem occiſos*, mendũ ſubeſſe arbitror: vel potius ea verba è gloſſa in contextum irrepſiſſe: itaque potius ſcriptum ab Aquilio fuiſſe, *Ceterarum rerum, ſi quis alteri damnum faxit, quod aliquod animal præter hominem & pecudē occiderit, quod* E *vſſerit, fregerit, &c.* quam emendationem Imp. oſtendit in §.3. Inſt. eodem titul. abſurdúmque eſſet RVPTI appellationem etiam ad cædes producere. nam Rumpere, vulnerare quidem ſignificat, ſed non occidere. l. ſi ſeruus.27.§.rupiſſe. D.ill. titu. aliúdque eſt Vulnerare, aliud Occidere. l.in lege.44.D.eod. Qua de cauſſa alia dicitur eſſe actio de vulnerato, alia de occiſo. l. qui occidit.30.§.vlt.l.illud.32.§.vlt.D.eod. adeò vt primùm de vulnerato, poſt etiam de occiſo agi poſſit. l. ſi vulnerato.46.eod.

F *Diſſenſiones notatæ inter veteres Iuriſc. à Triboniano in libris noſtris relictæ, & inter alias: Natus ex ſerua prægnante quo ſtatu habendus.*

CAP. XII.

PRima eſt in quæſtione de nato ex ea quæ aliquo grauiditatis tempore ſerua fuit: in qua video Vlpianum à Martiano diſſentire. nam in Vlpian. Regul. titul. v. ſententia hæc pro- G fertur: In his qui iure contracto matrimonio naſcuntur, conceptionis tempus ſpectatur: in his autem qui non legitimè concipiuntur, editionis. itémque in l. imper. 18. D. de ſtat. hom. Si ei, inquit, quæ ex iuſtis nuptiis concepit, aqua & igni interdictum eſt, ciuem R. parit. Eandémque ſententiam Caius lib. Inſt. 1. tit. 4. ſecutus eſt: vbi etiam affirmat hanc regulam iuris eſſe. At

Martianus

Martianus in l.5. §.2. D. de ſtat. hom. illam Vlpiani diſtinctionem apertè repudiat. Nec intereſt(inquit)iuſtis nuptiis concepit,an vulgò.Simulque rationem ſubiungit:quia non debet calamitas matris ei nocere qui in vtero eſt.eámque Martiani ſententiam Imp.probauit in §.1.Inſt.de ingen.contrà verò,Caius:Qui non legitimo, inquit Matrimonio concipitur,ſi mater eius prægnans ex ingenua ancilla facta fuerit,ſeruus naſcetur.quia non legitimè, ſed vulgò conceptus eſt. Ex quo apparet non Imperatoris alicuius conſtitutione ius illud inductum fuiſſe,cuius voluntas pro ratione fuiſſet,ſed,cùm inter Iuriſconſultos ea de re certaretur, Marcianum eorum ſententiam ſecutum, qui libertati fauebant. Pro Vlpiano tamen & Caio pugnabat, quòd vulgò concepti matris conditionem ſequuntur. l.cum legitimæ.19. D.de ſtat.hom.quippe qui patrem demonſtrare non poſſunt. l. 23. l. 24. D. de ſtat. hom.nec aliam niſi maternam originem habent. l.1. D. ad municip. Mater autem non ex conceptione , ſed ex partu & editione cenſetur.l.eius qui.9. D.eod.l.is cui. 18. D. quand.dies leg.Itaque mater non cenſetur,quę concepit,ſi ei mortuus naſcitur. l.qui mortui.129. D.de verb.ſignific. At qui ex iuſtis nuptiis concepti ſunt,patrem potius ſequi videbantur: quia pater eſt, quem iuſtæ nuptiæ demonſtrant l.5. D.de in ius voc. & patris qualitas benignè ex conceptionis tempore ſpectatur l.2.§.1.D.de decurion. l.7. §.1. D. de Senator.vt non inſubtiliter diſputari videatur , in conceptione, patrem, in editione, matrem ſpectandam. Sed libertatis fauor ſubtilitatem ſuperauit. Vtcunque ſit,nihil huc pertinet l.3.D.quib.ad lib. procl.nam in odium matris quæ ſe venire paſſa eſt, ius illud introductum eſt. Altera diſſenſio eſt in quæſtione , an conductor de damno ab alio dato teneatur? quod Iulianus negarat.Marcellus & Vlpianus affirmarunt in l.ſed de damno.41.D.locat.Qui fuit igitur Triboniani ſocordia, ſtultitia, temulentia, qui damnatam & repudiatam illam eandem Iuliani ſententiam,tamen alio loco pluribus verbis expoſitam,nobis pro bona & recepta & probata propoſuit?in l.ad eos.19. D.cōmod.

Ad l.vlt.D. de ſeru. export. Seruus cum manumittendi pacto venditus an ipſo iure liber ſit,& Triboniani notata ſocordia.

CAP. XIII.

Conſtat inter omnes, duas fuiſſe conſtitutiones varias de pacto manumittendi in mancipiorum venditione interpoſito. Vnam Hadriani quæ manumiſſionem requirebat: alteram Marci,quæ ipſo iure libertatem tribuebat.l.vlt.D. de ſeru.export.l.2.l.3. C.ſi mancip.ita fuer. Sed mirum eſt, quòd cum Scæuola Marci conſtitutionem ignorarit, in d.l.vlt.Vlpianus tamen diſertè teſtetur, eum ex illa diſputationis ſuæ argumentum ſumſiſſe in l.verum eſt. 11. §. 1. D. de minor. quod perſpicuè illorum errorem coarguit, qui Scæuolam ad Marci imperium non perueniſſe affirmant. Ne multis morer, credo quo tempore Scæuola Digeſtorum libros edidit,ex quibus d.l.vl.deſcripta eſt, nondum editam illam Marci conſtitutionem fuiſſe : at quo tempore Quæſtionum libros edidit promulgatam fuiſſe : quos libros Vlpianus citat in d. l. verum eſt. Alioqui Scæuola de iure interrogatus , ineptiſſimè & abſurdiſſimè ex iure abrogato reſpondiſſet. Sunt qui ſcribant , Scæuolam alia de re conſultum , quàm de qua Marci conſtitutio edita eſt. Conſultationem fuiſſe de venditore,qui legem dixerat , non vt ſeruum emtor manumitteret , ſed vt ſeruus poſt emtoris mortem liber eſſet. quod veriſſimum eſt. At D. Marcum conſtituiſſe , vt ſeruus ea lege venditus vt manumitteretur, ceſſante emtore ipſo iure liber eſſet. Quod ſi ita eſt , ſummæ ſtultitiæ Claudius Triphoninus arguitur: qui ad illam Scæuolæ conſultationem ex Marci conſtitutione reſpondit : & quæſtionem Scæuolæ propoſitam ex illa decidit. ſed non ita eſt. Nam & Claudius apertiſſimè ſcribit,Marci conſtitutionem eum caſum nominatim complexam fuiſſe, quo venditor in tempus mortis emtoris libertatem diſtulit.& Imp.Alexander in l.3.C.ſi mancip.ita fuer.eandem conſtitutionem pertinere non tantùm ad caſum quo emtoris factum præſtandæ libertatis cautum eſt: verumetiam ad eum , quo ſine emtoris facto venditus homo liber eſſe iuſſus eſt.Sed ecce rurſus alia diſputatio ex l.qui Romæ.122.§. Flauius.D.de verb.oblig.vbi Scæuola negare exiſtimatur ſeruum cum manumittendi pacto venditum ipſo iure liberum eſſe : ac propterea pœnam in ſtipulatione deductam deberi. Ego dupliciter reſpondeo : Primùm legem illam ſumptam eſſe ex libris Digeſtorum Scæuolæ , quos dicebam editos fuiſſe ante Marci conſtitutionem:deinde illi Scæuolæ reſponſo nihil Marci conſtitutionem obeſſe, neque vlla ex parte ad quæſtionem Scæuolæ propoſitam pertinere. neque enim quærebatur , an manumittendi cauſſa donatus ipſo iure liber eſſet:ſed tantum,an quia manumiſſus non fuerat, peti ex ſtipulatu pœna poſſet: quod affirmat Scæuola rectiſſimè , propterea quod etiamſi quæſtio illa poſt Marci reſcriptum propoſita fuiſſet, etiamſi homo ille liber ipſo iure & Marcianæ conſtitutionis beneficio fuiſſet,nihilò ſecius tamen pœna in ſtipulatum deducta , debebatur:idcircò, quia reuera manumiſſus ab emtore non fuerat. quamuis enim nihil donatoris intereſſet,tamen conſtat actionem ex ſtipulatu,etiam vbi nihil intereſt,competere.l.ſtipulatio.38.§.alteri.D.ill.tit.At Diocletianus tyrannus pro imperio contrarium ſtatuit in l. vlt. C. ſi mancip. ita fuer. Neque verò aſſentior iis, qui putant , Scæuolam in illo loco Marcianæ conſtitutionis verba ita mordicus retinuiſſe , vt cùm de homine vendito ſcripta fuiſſet , ad donatum produci nollet, cùm tamen vſitatum ſit, earum conſtitutionum quæ de libertate ſunt,interpretationes benignè,quoad res patitur,produci.l.generaliter.§.ſi quis ſeruo.D.de fideic.libertat.quod in hac quæſtione Papinianus incunctanter fecit in l. pen. D. qui ſin.manum.l.cauſſam.20.D.de manumiſſ.& multo magis Paulus in l. Paulus. 38. D. de lib.cauſſ. Itémque Imperatoris in l. 1. C.ſi mancip. ita fuer. quanquam in donatore marito aliud eſt:quoniam illa donatio dominiũ non mutat.l.7.§.vxori.D.de donat int.vir.&vx.Sed ob obiici poteſt l.ſi fundum. 81.§. Stichum. D.de leg.1. vbi Marci conſtitutio non porrigitur ad ſeruum legatum. Verum animaduerti debuit, legem illam è Iuliani libris eſſe , qui Hadriano imperante floruit,& eandem illam Hadriani conſtitutionem ſecutus eſt, quam Scæuola reſpexit in d.§.Flauius.quib.omnibus ex rebus de Triboniani & ſociorum cęcitate dicam,an ſtupore,cuiuis exiſtimandi copia eſt.

Pauli & Modeſtini loca in diſquiſitionẽ vocata: & quid Commendare & Deponere differant.

CAP. XIIII.

Edita ſunt nuper veterum Iuriſconſultorum Collectanea fragmenta quędam,ſingulari P. Pithœi doctiſſimi viri beneficio, vbi ſub tit. de depoſ. mendum eſſe arbitror : illo loco, qui ex Pauli Sent.2.ſic profertur:Depoſitum eſt, quaſi

diu poſitum, Seruandum eſt, quod ad breue tempus cuſtodiendum datur. quaſi Deponere ſit in longum tempus ponere: propter particulam DE, quæ (vt ait Vlpianus) augendi vim obtinet. l. 1. D. ill. tit. qui fuit Stoicorum mos patrius (id eſt Iuriſconſultorum, quorum plerique ſectam illam ſecuti ſunt) vt notationes vocabulorum magis ad diſciplinam, quàm ad veritatem dirigerent: velut in verbis Mutuum, Poſſeſſio, Teſtamentum, Donatio, & ſimilibus. Sed tamen (verè vt dicam) locus ille Pauli mihi magnoperè ſuſpectus eſt, magiſque ita placeret: Depoſitum eſt, quaſi poſitum diu ſeruandum: Commendatum eſt, quod ad breue tempus cuſtodiendum datur. Quaſi inter illa nihil præter temporis ſpacium interſit. l. 186. D. de verb. ſign. Itaque commendari corpus dicitur, quod alibi dicitur, Temporis cauſſa deponi, donec iuſtę ſepulturę & æternæ ſedi mandetur. l. & ſi quis. 14. §. impenſa. l. ſi quis. 40. D. de relig. præterea ſub eod. tit. §. 1. alter Modeſtini locus, æquè mihi ſuſpectus, ſic legitur: Commodati iudicio conuentus etiam culpam præſtare cogitur. qui verò depoſiti conuenitur, de dolo, non etiam de culpa condemnandus eſt. Commodati enim contractu, quia vtriuſque contrahentis vtilitas interuenit, vtrúmque præſtatur: in depoſiti verò, cum ſola deponentis vtilitas vertitur, ibi dolus tantum præſtatur. ſed & in ceteris quoque partibus iuris, iſta regula cuſtoditur. At huic planè contraria Vlpiani diſputatio exſtat in l. ſi vt certo. 5. §. ſecundo, D. commod. Commodatum (inquit) plerunque ſolam vtilitatem continet eius, cui commodatur. Similitérque Africanus in l. ſi ſeruus. 61. §. circa. D. de furt. Circa commodatum (inquit) aliud exiſtimandum. quòd tunc eius ſolius commodum qui vtendum rogauerit, verſetur. Et mox: Quoniam nulla vtilitas commodantis interuenit. Idémque Caius ſcribit in l. in rebus. 18. D. commod. vbi in commodato regulariter leuiſſimam culpam præſtari oſtendit, quoniã regulariter in eo ſolius accipientis vtilitas verſatur. cui congruit l. tertia, D. de per. & commod. l. prima, §. is quoque. D. de obl. & act. §. is cui. Inſtit. Quib. mod. re contr. Quòd ſi fortè vtriuſque gratia commodetur res, tum Caius illo eodem loco ſolam leuem culpam præſtari oſtendit: quemadmodum ex contrario, ſi ſolius commodantis vtilitas verſaretur, ſola culpa lata præſtaretur. l. 5. §. interdum, eod. titul. Quæ cùm ita ſint, videndum eſt, ecquid ille Modeſtini locus commodius legi ſic poſſet: Commodati contractu, quia vel ſolius accipientis, vel vtriuſque vtilitas verſatur, &c. Atque hæc quidem ad titul. Collectaneorum, x. Sequenti autem titulo mendoſus hic locus, Rudem accipere poſſunt poſt† inter* palam: corrigi ſic poteſt: *Poſt interuallum.*

Mutuationes pro Mutui dationes: Contentione pro Conditione, & emend. l. vlt. D. de iureiur.

CAP. XV.

NIhil me contumelioſa mouet obtrectatoris diſputatio, quominus veterem meam ſententiam retineam, & *Mutuationes* reponam in verbis S. C. Velleiani, locúmque ſic reſtituam: Quod ad fideiuſſiones & mutuationes quibus pro aliis interceſſerint, &c. vbi vulgo mendosè legitur: *Mutui dationes.* Nam vt mulier intercedere dicitur non credendo, ſed fideiubendo, vel expromittendo, vel oppignerando, vel conſtituendo, vel cõpromittendo, denique obligatione in ſe ſuſpicienda: ſic non mutuum dando, ſed mutuum accipiendo: non ſti-
A pulando, ſed ſpõdendo: non denique (vt vulgus loqui-
tur) actiua, ſed paſſiua obligatione intercedere dicitur.
Itaque de hoc muliebris interceſſionis genere Africa-
nus tractans, aliquot locis *Mutuandi* verbum disertè
vſurpat. l. vir vxori, 17. in princ. & §. vlt. & l. tutor. 19. §.
cùm haberes. D. ad Vell. & in l. 3. C. eo. mulier fidem
ſuam interponere dicitur, non pro eo qui mutuum dat,
ſed pro eo qui accipit. veluti, ſi cum Titius à me mu-
tuum peteret, quia ſuſpectas ipſius facultates habebam,
maluerim ipſius vxori vel matri credere. Denique mu-
B lier non mutum dando (vt iam dictum eſt) ſed mutuan-
do intercedit: vt l. 4. l. quidam, 29. D. ad Velleian. Mu-
tuatio ergo debitoris eſt: Mutui datio creditoris. § 1. In-
ſtit. de oblig. quæ re contrah. l. ciuitas, D. de rebus cre-
dit. Præterea notandum eſt, quod ſubiicitur, PRO A-
LIIS. Nam Senatus non opitulatur mulieribus mu-
tuum dantibus, ſed mutuum pro aliis accipientibus. Si
mulier meo rogatu tibi ſuos numos crediderit, (quod
fieri quotidie Vlpian. ſcribit in l. 9. §. ſi numos, D. de
reb. cred.) non iuuatur S. C. quia nullam in ſe vel ſuam
C vel alienam obligationem ſuſcepit. imo verò duas ſibi
obligationes adquiſiuit: vnam mandati aduerſus me,
alteram mutui aduerſus te. l. Quintus, 49. §. vlt. l. qui
mutuam, 56. D. mandat. ſiquidem mulier pecuniam il-
lam tanquam ſuam numerauit. l. non vnde, 7. C. ſi cert.
pet. Sed iam redeo in memoriam me alio in harum
Obſeruat. loco, hoc eſt lib. 1. cap. 15. huic reprehenſioni
reſpondiſſe. Ad extremum ne illud quidem prætermit-
tendum eſt, vbi legitur TAMETSI ANTE deeſſe par-
ticulam IAM. vt ſit, Tametſi iam ante. Nam hæc ver-
D ba non ad inſequentem Senatuſconſulti clauſulam,
ſed ad exordium referenda ſunt: hoc ſenſu: Tametſi
iam ante tranſlatitium erat Prætoribus ita ius di-
cere, vt aduerſus mulieres, quæ pro aliis interceſſiſſent
actionem non darent: cum eas virilibus officiis fungi
non æquum videretur: tamen Senatus exiſtimans eam
rem ſibi quoque curæ eſſe oportere, Conſulibus ea de
re ad Senatum referentibus ita cenſuit: &c. Virilia au-
tem officia Senatus intelligit non ſtipulationes & mu-
tuationes, alióſue contractus quibus fœminæ non mi-
E nus ferè quàm viri quotidie implicantur: ſed ſolas in-
terceſſiones quibus ſe in virorum negotiis interpo-
nunt: l. 1. l. 2. D. *h. t.* l. 8. C. eo. vbi interceſſiones appellan-
tur viriles obligationes, id eſt quæ ſolis viris conue-
niunt, & à muliebris ſexus verecundia & pudore alie-
næ ſunt. Indéque nata dubitandi cauſſa eſt, vtrum in vi-
rorum tãtùm, an etiam in mulierum negotiis intercef-
ſiones prohiberentur, quam Paulus ſuſtulit lib. Sentent.
2. titul. 11. non propter illam rationem, ſed propter rei
familiaris periculum, quod per illas interceſſiones ſub-
F ibant. l. 1. D. illo titul. Non ita diſſimili in genere eſt al-
tera hæc emendatio, vt pro CONDITIONE repona-
mus CONTENTIONE, duobus locis in l. vlt. D. de iu-
reiuran. vbi ſic legitur: Et conuenit vt ab omni condi-
tione diſcederetur, ſi pupillus iuraſſet. Item: Actum
inter eos vt ſi iuraſſet ſe dare non oportere, ab omni
conditione diſcederetur. Nam cùm iuſiurandum rei
iudicatæ vim obtineat, atque adeò aduerſarius aduer-
ſarium controuerſiæ iudicem conſtituat. l. 1. D. quar.
rer. except. videmus paſſim dici, Per iuſiurandũ ex con-
G uentione præſtitum ab omni contentione diſcedi: vt l.
ſi quis iuraſſet, 43. D. de cond. indeb. l. nam dam-
nato, 18. C. ex quib. cauſſ. inf. ſimilitérque ab
omni controuerſia per iuſiurandum
diſcedi, in l. iuſiurandum, 40. D.
de iureiur. l. 1. §. 2. D. quar.
rer. except.

Caſus fatales. tempeſtas. vis multiplex. Emendata l. cum duobus, 52. §. 3. D. pro ſoc.

CAP. XVI.

DAmna quæ imprudentibus accidunt (inquit Vlpianus) hoc eſt, damna fatalia, ſocij nõ coguntur præſtare. Ego PRVDENTIBVS emendãdum arbitror. primùm, quia furta quæ prudentibus & diligentibus accidere poſſe negat, fatalibus damnis opponit: Ideóque (inquit) ſi pecus æſtimatum datum ſit, & id latrocinio aut incendio perierit commune damnum eſſe. quod ſi à furibus ſubreptum ſit. proprium eius detrimentum eſſe. Quòd ſi furta imprudentibus accidunt, & fatalia damna furtis opponuntur, conſentaneum eſt, ea prudentibus accidere. Deinde ſatis conſtat, fatales caſus dici, qui prouideri humano conſilio non poſſunt. l. quæ fortuitis. 5. C. de pign. act. l. 2. §. ſi eo tempore. D. de admin. rer. ad ciuit. l. 1. §. is quoque. D. de oblig. & act. l. 4. C. de pericul. tut. quales enumerantur in l. contractus. 23. §. animalium. inf. de reg. iur. ſed commodius videtur has eius ſpecies facere. Prima eſt vis diuina. l. fluminum. 24. §. Seruius. inf. de damn. inf. quæ aliis locis appellatur Vis maior, θεῖα: in l. ſi merces, 25. §. vis maior. D. locat. & à fatali damno ſeparatur in l. 2 §. 1. D. de peric. & commod. Plinius eam Tempeſtatem appellari ſcribit. veluti grandines & procellas: lib. XVIII. cap. XXIX. ex quibus locis intelligitur, Vim maiorem eam definiri poſſe, quæ cœlitus immiſſa prouideri humana diligentia non poteſt. Et quoniam Plinius eam Tempeſtatem appellat, imbres quoque maiores ad eum numerum referendos arbitror, præſertim qui labem afferunt: hoc eſt, agri ſuperficiem ſiue cruſtam auferunt. l. ex conducto, 15. §. 1. & l. vlt. D. locat. Item Fulgura, vnde fulguritæ arbores dicuntur: itémque incendi, iiſdem fulguribus immiſſa. Item naufragia quæ fragoribus cœli & tempeſtatibus fiunt. & vim ventorum quæ arbores deiicit. Ad hanc vim cœleſtem referenda eſt & illa tacita, quam Plinius eodem loco ſcribit Sterilitatem appellari, cum ſilente cœlo, nullo ſentiente, frugibus pernicies allata eſt: quam alij (inquit) Rubiginem, alij Vredinem, alij Carbunculum appellant. Vredinem Vlpianus appellat in d. l. ex conducto, 15. § 1. D. locat. Secunda ſpecies eſt, Vis naturalis: qualis eſt Terræ motus. ſic enim appellatur in l. Marcius. 59. D. loca. itaque ad eam chaſma referemus, ſiue hiatũ, aut fragorem qui terræ motu contigit, vt fundus non appareat. d. l. ex conducto, 15. §. 1. D. locat. Cicero Labem appellat. velut in 1. de Diuinat. Tantos terræ motus factos eſſe. vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terręque deſederint. Et aliquanto pòſt: Delata etiam ad ſenatum labes agri Priuornatis, cùm ad infinitam altitudinem terra deſediſſet, Apuliáque maximis terræ motibus conquaſſata eſſet. Tertia eſt Vis humana, aduerſus quam nihil cuſtodia prodeſt, vt ait l. ſi ea res. 31. D. de act. emt. l. 2. D. quod met cauſſ. veluti Rapina, tumultus, latronum hoſtiúmve aut piratarum incurſus. d. l. ex conducto. §. 1. & l. ſi quis domum. 9. §. imperator. D. locat. Quarta eſt vis beſtialis, cùm beſtię frugibus perniciem afferunt: vt vis gracculorum, & ſturnorum, & locuſtarum, de qua in d. l. ex conducto. §. 1. Quinta eſt Vis fluuialis, cum inundatione fluminis, fundus periit. l. ſi in venditione. 10. D. de commod. & peric. Cùm hæc iampridem ſcripſiſſem, incidiſſémque poſtea neſcio quid aliud agens, in illum Virgilij locum:

Nunquam imprudentibus imber obfuit.

veni in ſuſpicionem emendandum eſſe PRVDENTIBVS: potius quàm vt Seruij aut aliorũ quos ille merito deridet, opinionem ſequamur. niſi fortè AFFVIT potius corrigamus. quaſi dixiſſet imbrem tam multis ante quaſi prænuntiis ſignificari, vt nunquam improuiſo accidat, nunquã imprudẽtes opprimat. velut Æneid. 2.

In ſomnis ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector
Viſus adeſſe mihi.

An edictum Aedilitium ad locationes pertineat & de actione redhibitoria.

CAP. XVII.

TEntatum nuper video. ecquid actio redhibitoria etiam ad locationes produci poſſit: propterea quod emtio & locatio iiſdem regulis iuris conſiſtunt. l. 2. D. loc. addi etiam poterat, cùm ex vi & natura bonæ fidei, redhibitio etiã in emti iudicium veniat. l. ex emto. 11. §. redhibitionem. D. de act. emt. in pari cauſſa etiam ad locatum & conductũ produci poſſe. Etſi autem Vlpianus in l. ſciẽdum. 63. D. de ędil. edict. dilucidè neget, Ædilium edictum ad locationes pertinere, tamen ſi ædes in quinquẽnium conduxero, ac primo anno deprehendero eſſe peſtilẽtes, inſalubres, malè ſanas, quid mihi (inquiũt) non liceat agere redhibitoria, vt locator ædes ſuas recipiat, & recedamus à locatione & conductione? Sed videamus ne diſſimillima ratio ſit. Nã cùm Redhibere ſit efficere, vt quod vtrimque habebatur, vtrimq; reddatur: l. redhibere, 21. D. de ędil. edict. commodiſſimè poſt reſciſſam emtionẽ & venditionem, re ab emtore, pretio à vẽditore reddito, redhibitio dicitur, quoniã vterque habebat. nam Habere verbum emtionis & venditionis proprium eſt. obligatur enim venditor vt præſtet habere licere. l. venditor. 8. D. de euict. In locatione & conductione non dicimus Habere, ſed Frui. nã locator obligatur, vt præſtet frui licere. l. 9. l. ſi fundus. 33. l. ex conducto. 15. D. locat. neque vel qui locat dimittendæ, vel qui conducit adipiſcendæ poſſeſſionis animum habet. l. ſi pignus. 37. ſup. de pignor. act. Non mirum eſt igitur, ſi vbi non habetur, ibi non redhibeatur. Altera cauſſa eſt, quia in emtione & venditione par & habitionis & redhibitionis ratio eſt. tantundem enim à venditore habet emtor, quantum ab emtore venditor. cùm pretium per æqualitatem quantitatis rem exæquet: vt ait Paulus. l. 1. D. de contr. emt. Itaque vt contractus parem vtriuſque rationem efficit, ſimiliter redhibitio quæ contractus reſciſſio eſt, parem vtriuſque ſtatum efficit. Vtrumque in integrum reſtituit: quaſi neque emtio, neque venditio interueniſſet, hoc eſt quaſi neque res à venditore, neque pretium ab emtore traditum fuiſſet. l. cum autem, 23. §. Iulianus. l. facta, 60. D. de ædil edict. At in hoc contractu diſſimilis in vtramque partem ratio eſt. nam neque merces rem exæquat. neque ſi redhibitio fieret, par vtraque ex parte ratio eſſet. redderet enim inquilinus domum, hoc eſt ius vtendi per quinquennium: locator verò, vel nihil ſi nondum mercedem, accepiſſet, vel ſi vnius anni prærogatiuam accepiſſet, tamen quod redderet, cum quinquennio comparandum non eſſet: vt vnico caſu pariatum aliquid in redhibendo videretur, nimium, ſi conductor totius quinquennij penſionem prærogaſſet. Verùm in re perſpicua, quid opus eſt argumẽtis? nam Sabinus in l. qui bona. 13. §. de illo. D. de damno. inf. Si conductor (inquit) ab initio vitioſas ædes conduxit, ſibi imputet: ſin ædes vitium poſtea fecerunt, ex conducto experiatur. Idémque à Seruio, Labeone, Sabino traditum, Vlp. teſtatur, ſi quis ſaltum paſcuum lo-

cauerit, in quo mala herba naſcatur. vt ſi ignorans id fecerit, ſimpliciter à contractu dicedatur, & penſionem non petat. l. ſed addes. 19. §. 1. D. locat. Ac nimirum illud eſt, quod Accurſius quodam loco ſcribit, eſſe mirabile, quod actione ex conducto quæ comparata eſt ad contractum tuendum, tamen agitur ad eum reſcindendum. veluti cum vſufr. legato ei qui conduxit, agit ipſe vt mercedes nõ præſtet. l. quoties. 34. §. ſi colono. D. de vſufr. quod idem de actione emti & venditi vſuuenit. in l. ex emto. 11. §. ſi quis virginem. D. de act. emt. Neque verò me mouet, quod in Græcis libris ad l. pen. C. de locat. reperitur conſtitutio vel Anaſtaſij vel Zenonis, vt & conductori liceat intra annum à contractu diſcedere. Immò verò cum hæc noua conſtitutio ſit perſpicuũ eſt, aliud antè illam promulgatam iuris fuiſſe. Superiorem autem diſputationem etiam illud adiuuat, quòd ex aduerſo latere ſi cõductor re cõducta malè vteretur, locatori daretur locati actio ad eum expellendum. l. 3 C. de loc. l. quæro. 54. §. inter. D. ill. tit.

Variæ diuerſis in locis emendationes, & actionem vbi nihil intereſt non competere.

Cap. XVIII.

IN l. ſi per errorem, 15. D. de iuriſd. mendum eſſe arbitror in voce *Præſidem*, legendúmque PRÆTOREM. Primum quia de Prætore nominatim propoſita quæſtio eſt: deinde cũ in prouincia vnicus Præſes eſſet, alius pro alio adiri non potuit. Romæ verò plures Prætores fuiſſe cõſtat: quorum diſtinctæ iuriſdictiones erant. Quare ſi de fideicommiſſis ad vrbanum Prætorem aditum fuiſſet ab iis, qui eum de ea re ius dicere exiſtimarent, error iuriſdictionem impediſſet. l. 2. quæ cum illa lege coniungenda eſt. D. de Iudic. perinde vt ſi de locationibus ad Ædiles adiſſent. l. ſciendum, 61. D. de ædil. edict. Præterea in l. ſi qui ſeparatim, 10. §. 1. D. de appellat. pro *Notionem Principis*, legendum arbitror *Notionem Prætoris*, quod hic Quintiliani locus oſtendit in lib. 3. Non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud Conſules. Maior enim prætoria iuriſdictione ſumma eſt. id eſt: Summa quam petis maior eſt, quàm vt de ea fideicommiſſarius Prætor cognoſcat. Accedat & l. 2. D. ſi quis caut. vbi pro SI NON *prius* id negotium tranſactum ſit: corrigendum cenſeo, vt in vulgatis libris: *Si modo prius* tranſactum ſit, quàm iudicio ſiſti oporteret. nam qui cauit ſe iudicio ſiſti, ſi certam pœnam in ſtipulatione promiſerit, certi actione tenetur. l. 1. §. 3. D. ill. tit. ſin minus, incerti in id quod actoris intereſt. l. qui autem, 12. §. 1. eo. l. vlt. D. ſi quis in ius vocat. Quapropter ſi nihil intereſt, vt pote qui tranſactum eſt, priuſquam ſiſti oporteret, impunè promiſſio dereretur. nam vbi pœna ſtipulata non eſt, regulariter actio ſi nihil intereſt, non datur. l. ſi procuratori, 8. §. mandati. D. mand. l. qui fundum, 32. D. locat.

Vtrum legitima in corporibus, an in æſtimatione ſoluenda ſit.

Cap. XIX.

COmmunis & recepta opinio eſt, ex corporibus ſoluendam eſſe: & eius ſupplementum ex ipſis peti poſſe, propter l. ſcimus §. repletionem. C. de inoffic. teſt. quæ ratio tametſi vnic[illegible]feratur, & ab omnibus approbata ſit, tamen

A abſurda & inepta eſt. nam Iuſtinianus illo loco ſubſtantiam patris non appellat prædia, & ceteras res corporales. quid enim ſi maxima bonorum eius pars in pecunia & fœnore conſiſtat? ſed ſubſtantiam patris opponit aduentitiis lucris filij: vt ſi patris ſubſtantiam filij ſubſtantiæ opponeret. denique ridiculum eſt, ſubſtantiæ verbum ad res corporales ſolas referri. Multo probabilior potuiſſet argumentatio ſumi ex l. Falcidia, ad cuius inſtar ita hæc legitima inſtituta eſt, vt plerique exiſtimẽt, etiã appellationẽ ex ea ſumpſiſſe. Falcidius autem

B heres quartam ex quibuſuis rebus detrahit. l. linea margaritarum, & l. Plautius, & paſſ. D. ad legem Falc. Et profectò ſic ſe res habet, vt ante Iuſtiniani Nouellam filius iſto modo legitimam petere potuiſſet. Sed tota hæc diſputatio per illam Nouell. 115. ſublata eſt. Cùm enim hæc legitima nullo alio quàm inſtitutionis & hereditatis titulo relinqui poſſit. §. πρὸς δὲ τούτοις: ac proinde quotieſcunque iſtius legitimæ mentio fit, toties filius heres fit: ſequitur vt ei ſemper familiæ erciſcundæ actio competat: ac proinde tota de legitimæ

C ſolutione diſputatio arbitri fidei & poteſtati committenda ſit. l. 2. C. de inoffic. don. Neque ad rem pertinet. l. 2. C. quan. & quib. quart. vbi decurionis hereditas in quatuor partes diſtribuitur, & ſors ducitur, vt vna decurionibus obueniat. quia caſus ille ſingularis eſt, & illius quartæ proprius multo minus l. non amplius. 26. §. vlt. D. de legat. quia non de hereditate, ſed de legatis ibi agitur. Quamuis ergo pater filio pecuniam attribuerit, & filius eam attributionem ratam habuerit, non tamen prohibetur ſupplementum in aliis rebus

D petere, adhibito familiæ erciſcundæ arbitrio: vtpote verus & inſtitutus heres. Patri autem ius eſſe filio totam legitimam vel in pecunia, vel in corporibus attribuere dubitari non debet: cum ſatis conſtet, inſtitutionem in rebus certis factam valere. l. 1. & l. ex facto. & paſſ. D. ad leg. Falcid.

Quæſtiones aliquot de legitima & ſupplemento legitimæ ex tractatu Guidonis Papæ Pragmatici.

E

Cap. XX.

PRima eſt in quæſtione CCCCLXXVIII. Vtrum fructus à parentibus percepti, eis in legitimam imputantur. Fructus in legitimam liberorum imputari, perſpicuè docet Vlpianus. in l. Papinianus. 8. §. vnde ſi quis. D. de inoffi. teſt. Hoc tamen in liberis primi gradus correctũ eſt, per Zenonem in l. iubemus. 6. C. ad Trebel. Nam etſi legitimam non nominat, tamen cum duæ quartæ iure ciuili non detrahantur, vt alio loco probauimus: dubitari non debet, quin quod de Falcidia & Pegaſiana ibi ſtatuitur,

F ad legitimam quoque pertineat, præſertim cum Pegaſiana odioſa ſit: quippe quæ contra teſtatoris voluntatem detrahatur: l. Titia. 86. D. ad leg. Falc. Legitimam autem eſſe fauorabilem, dubitari non poſſit, propter tam multa priuilegia & iura extraordinaria ei cùm ab aliis Impp. tum præſertim à Iuſtiniano conceſſa. Quod autem Guido quærit de aſcendentibus, obſcurum videri poteſt: eum ſatis conſtet, priuilegium illud Zenonis ſolis primi gradus liberis conceſſum eſſe. nam ſi ne

G ad nepotes quidem producitur, multo minus ad aſcendentes. Verùm cùm ex nouo iure Nouellæ CXV. §. aliud præterea: legitimarij omnes heredes ſint, hoc eſt legitima hereditatis titulo nominatim relinquenda ſit, ac proinde erciſcundæ familiæ iudicium inter illos competat. l. 2. C. de inoff. donat. l. 2. §. 2. D. famil. erciſc. conſentaneum eſt, vſitatum ius heredum inter

ter eos locum habere, vt fructus ante illud iudiciũ percepti, hereditarias portiones augeant. l. non eſt ambiguum. 9. C. famil. erciſc. hoc eſt, vt fructus in aſſem hereditarium confuſi, portionem legitimæ maiorem efficiant, ſiue de nepotibus, ſiue de aſcendẽtibus agatur. Rurſus alia quæſtio ab eodem proponitur cap. XCIII. An filius recipiens quod ſibi minus legitima cum hac adiectione relictum eſt, vt ea parte contentus ſit: petitioni ſupplementi renuntiare videatur. Miror hac de re dubitatum eſſe, quæ meridiana luce clarior eſt. primum ex Nouel. c XVIII. §. εἰ δὲ τινες. vbi Iuſtinianus cauſſam hanc ipſam, & his ipſis terminis circumſcriptam, decidit: & nihilominus impleri legitimam ab heredibus ſtatuit. Deinde ex l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff. teſt. vbi omnis adiectio, adſcriptio, clauſula, modificatio, & quoduis deniq. grauaminis genus quo legitima læditur, pro non ſcripto haberi iubetur. Prętereą ex l. ſi quando. 35. §. 1. C. eo. nam ſi etiã pactum filij cum patre de lædenda legitima conuentum, improbatur: quanto magis ſolius patris voluntas, conſenſu filij deſtituta? Sequenti autem §. generaliter ſtatuitur, ſolam illam filij receptionem, ſine expreſſa teſtificatione renuntiationis, nullum legitimæ præiudicium adferre. Sequitur ſub eo. cap. 3. quæſtio: An filius, cui legitima cum hac adiectione relicta eſt, ne amplius quidquam petat, poſſit nihilo minus maternam dotem petere. Ridicula ſanè quæſtio, & Guidone tam erudito viro indigna: qui tamen eam in Senatu ſuo quotidianam eſſe teſtatur. Nam ſi legitimæ ſatisfactum eſt, ecquid amplius filius petere in parentis bonis & hereditate poterit? cùm ſatis ipſa lege, nihilominus illa, patris cautione nõ addita, à reliquis hereditatis partibus excluſus ſit. Denique ſi legitimæ præciſè ſatisfactum eſt, neque quidquam amplius adiectum, ſtulta & ridicula illa dubitatio eſt. dotem enim maternam non tanquam filius, aut heres, & de hereditate poſtulat: ſed tanquam creditor & quiuis extraneus. Quis autem dubitet, filium emancipatum, cui pater debebat pręter ſuam legitimam, ſua quoque nomina exigere, tanquam extraneum creditorem poſſe? Denique tota iſta controuerſia per fam. erciſcundæ iudicium diſceptabitur, l. fũdus. 51. §. 1. D. fam. erciſ. At ſi quid amplius legitima cum hac adiectione relictum eſt, dummodo nihil amplius petat, putat Guido adhibendam diſtinctionem, vtrum dixerit, Nihil petat de bonis, an de hereditate. quod cuiuſmodi ſit, non intelligo. cùm hoc quoque caſu fam. erciſcundæ iudicium omnia iſta complectatur. d. l. fundus. §. ſi ego. & l. non poſſumus. 7. D. ſi pars her. pet. l. 2. C. fam. erciſc. Mirum eſt autem, Guidonem non protuliſſe l. 8. §. vlt. cum l. ſeq. D. de legat. ſec. præſertim cùm in d. l. 9. ex Pan. Flor. vox DOS, quæ aliis in libris corrupta fuerat, reſtituta ſit. Summa hæc eſto: Etiamſi teſtator ita dixiſſet, Nihil petat à meis heredibus: tamen onus hereditarium non ſolus ſuſtinere deberet, ſed pro rata dũtaxat ſuæ portionis hereditarię hoc eſt, quia creditor heres inſtitutus eſt, pro ea parte confunderetur actio: vt pro rata eius quod legitimam ſuperat, dotis exactio illi decederet. l. ſi cõpenſandi. 6. C. de her. inſti. l. vt debitum. C. de her. act. l. 1. C. ſi cert. pet. l. ſi ab eo. C. de negot. geſt.

Particula NON *tribus locis reſtituta, & an per liberam perſonam conſtitui poſſit.*

CAP. XXI.

PRimus eſt in l. ex conducto. 15. §. vbicunque D. locat. vbi ſic legitur: Supra denique damnum ſeminis ad colonum pertinere declara-

A tur. nam Vlp. Seruij definitionem in §. 1. expoſitã interpretatur. Ea fuit huiuſmodi. Vim, cui reſiſti non poteſt, dominus colono præſtat. An igitur (inquit Vlpianus) colonus actione ex conducto quod ſua intereſt conſequetur? minimè inquit: ſed hoc tantum, ne mercedes ſoluat. quia ęquitati, quæ in hoc iudicio dominatur, conſentaneum eſt, ne ſupra damnum ſeminis amiſſi mercedes agri præſtare cogatur. vt aliquanto antè ſub finem legis totidem verbis ſcripſerat. Corrigendum igitur arbitror: AD COLONVM NON
B PERTINERE. Secundus eſt in l. 7. §. voluntas. D. de adq. rer. dom. & §. ſi duorum. 20. Inſt. de rer. diuiſ. Locum enim legendum ſic arbitror: Quod ſi fortuito, & non voluntate dominorum confuſæ fuerint materiæ, NON idem iuris eſſe placuit. Nam cum vera & germana ſocietas conſenſu contrahatur, ſi dominorum voluntas non acceſſerit, ſocietas eſſe non poteſt. qua de cauſſa cùm vterque rei ſuæ dominium retineat, vindicatio competit: vt Imp. ſeq. verſic. demonſtra. Oſtendebat autem exemplum eius ſocietatis quæ re con-
C trahi dicitur in l. 4. D. pro ſoc. id eſt, tacitè, rebus in commune collatis. vt cum duorum vina voluntate ipſorum confuſa ſunt, aut auri & argenti maſſæ conflatæ, aut cum ex vino vnius & melle alterius mulſum factum eſt. Eodem accedit Theophili auctoritas, qui locum illum perſpicuè cùm negatione legit: οὐ τὸ αὐτὸ δὴ γίνεται. Quòd ſi vera vulgata lectio fuiſſet, commutandum eſſet cum τῷ αὐτῷ: vt olim adoleſcens in Cõment. Inſt. vulgatæ lectionis auctoritate inductus, emẽdandum exiſtimaram. Tertius eſt in l. & licet. 15. D. de
D conſt. pec. vbi Paulus ſic ſcribit: Licet libera perſona ſit, per quam tibi conſtitui, non erit impedimentum quod per liberam perſonam adquirimus. quia miniſterium tantummodo hoc caſu præſtare videtur. Legendum enim arbitror, *Per liberam perſonam non adquirimus*. Primùm enim, quis ignorat veterem iuris regulam fuiſſe, Per extraneam perſonam nihil adquiri poſſe? §. pen. Inſt. per quas perſ. l. 3. D. quod vi aut clàm. l. ſi quis ſolutioni. 24. §. 2. D. de vſur. l. cum vnus. 12. D. de reb. auct. iud. Cum igitur quæſtio eſſet, An per liberam
E perſonam conſtitui poſſet: dubitandi autem cauſſa eſſet, quòd per liberam perſonam nihil adquiri poteſt: Paulus ei dubitationi ſatisfacit, cum ait, regulam illam impedimento non fore: propterea quod illa libera perſona miniſterium tantum præbet. vt in l. quod meo. 18. procurator. D. de adq. poſſ. l. ſi quis ſolutione. 24. §. 2. D. de vſur.

Tignum, pro Signum: Intra, pro Extra, Vlterior: pro Interior: Et, pro Aut.

F

CAP. XXII.

NOn intelligo quid ſit quod Caius ſcribit in l. ſi merces. 25. §. vis maior. D. loc. ſi dolia vel tignum tranſportandũ aliquis cõduxerit, exactiſſimam diligentiam requiri: ac proinde leuiſſimam culpam præſtari neque vlcus illud attingo, quod alio loco demonſtraui, vtrum in contractu locati leuis tantùm culpa præſtetur, ex regula l. 5. §. 2. D. commod. an verò etiam diligentia: vt in l. in iudicio.
G 28. C. de loc. & §. vlt. Inſt. eod. ſed hoc quæro, quamobrem in tigno deportando tam exacta diligentia requiratur? Suſpicor igitur reponendum *Signum*: quo verbo ſimulacrum aut ſtatuam ſignificari nemo neſcit: l. Titia, 38. §. vlt. D. de aur. & arg. leg. vnde Sigillum, diminuto verbo, in l. 19. §. idem Celſus. D. eod. l. 12. §. Papinianus. D. de inſt. vel inſt. leg. Suſpicor etiam

mendum eſſe in l.vlt. D.de off.præf.vb.vrbi ſic legitur: A Præfectus vbi cum termino vrbis exierit, poteſtatem non habet:extra vrbem poteſt iubere iudicare. Legendum enim arbitror INTRA *vrbem*.primùm propter l. cum prætor.12.§.1.D.de iudic.ex qua intelligitur dubitari potuiſſe,an Præfectus vrbi iudicē dare poſſet:quoniam id lege permiſſum ei non erat: ſed propter vim imperij more loc illi conceſſum reſpondetur.dum tamen intra vrben, id eſt intra vrbis terminos iudicare iuſſerit. quos ad centeſimum miliarium pertinere oſtendit.l.1.eod.tit. Puto etiam mendum eſſe in l.obſer- B uandum.19.D.de off.præſid.vbi ſcribitur,mandatis cōtineri, ne Præſides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant: legendúmque arbitror INTERIOREM.nam Cicero ad Qu.Frat.hac ipſa de re ſcribens,in prouincia verò ipſa(inquit)ſi quem eris nactus,qui in tuā familiaritatem penitus intrarit,qui nobis antè fuerit ignotus, huic quantum credendum ſit, vide. Et paulò pòſt. Atque etiam è Græcis ipſis diligenter cauendæ ſunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum.Sueton.in Auguſto:Referam C nunc interiorem ac familiarem eius vitam. Poſtremò, videndum eſt in l.9.in fi.D.de rei vind.ecquid commodius legeretur, Ab omnibus qui tenent aut habent reſtituendi facultatem peti poſſe:quam vt vulgò legitur, Qui tenent & habent. Nam alijs locis demonſtratur, Rei vindicatione agi licere, non tantum aduerſus eos qui tenent,verùm etiamqui habent reſtituendi facultatem: veluti cùm filiusfa. aut ſeruus tenet, aduerſus patrem autem aut dominū agitur.l.filius.34.§.1.D.de pet. hered.l.depoſui.38.D.de pecul.

An heres fiduciarius propter omiſſionem inuentarij ſua quarta multetur.

CAP. XXIII.

HAnc quæſtionem tractat Guido Papius cap. 53.cui occaſionem præbuit Nouella prima, qua Iuſtinianus ſtatuit,vt heres legatis & fideicommiſſis ſingularibus grauatus, intra annum inuentarium conficiat:alioqui,vt legatariis & fi- E deicommiſſaris omnibus de ſuo, quaſi res interuerterit, ſatisfaciat. Sed Iuſtinianus nihil planè de fideicommiſſis vniuerſalibus ea lege ſtatuit. Vnde conſequitur.illa iuri veteri & ordinario relicta eſſe.vbi enim de iuris antiqui abrogatione non conſtat, eo ſtandum eſt vulg.l.ſancimus.C.de præſt.leg.l.præcipimus. C.de appell. Fuit autem iuris antiqui atque adeò edicti perpetui Rubrica exſtitit, vt legatorum & fideicommiſſorum ſeruandorum cauſſa caueretur. D. vt legat. & fid.toto ti. & l.4. C. vt in poſſ.leg..l.mulier. 22.§.mu- F lier.D.ad Trebel.l.cum tale.72.§.1. D.de cond. & demonſt. quibus ex locis patet, fideicommiſſarium ab herede exigere ſolitum cautionem de ſingulis rebus rectè reſtituendis : ac proinde earum inuentarium ac perſcriptionem fieri ſolitam. Iuſtiniani autem Nouellam ad caſum fideicommiſſi vniuerſalis,non pertinere, vel hinc licet intelligatur,quòd pœna amiſſi inuentarij ab eo conſtituta conuenire in eum caſum non poteſt. nimirum, vt quantitatem rerum relictarum de ſuo expleat.nam in vniuerſalibus fideicommiſſis nulla quan- G titas exprimitur. Hæc cùm ita ſint, patet abſurdam hanc eſſe quæſtionem.Cum enim edictum perpetuum hanc fideicommiſſario cautionem præpoſuerit, ſtultitiæ ſuæ imputare debet, ſi eam non exegerit. neque ſi heres eam ab ſe non poſtulatam non præſtiterit, propterea pœna dignus eſt: non magis quàm ſi fructus ex puro fideicommiſſo ſibi ceperit, cum eo fideicommiſſarius non peteret. dict. l. mulier. 22. §. ſi heres. ad Trebell.denique ſatis conſtat,neglıgentiam ſuam cuique imputandam eſſe. l.3. D.de tranſact. l.rem hereditariam. D.de euict. l. vlt. D. ad Sillan. & quod quis ſua culpa damnum ſentit,non intelligi damnum ſentire. l. quod quis. 203. De reg. iur. illud tamen ſcire oportet, nouo Zenonis iure cautionem iſtam liberis primi gradus remiſſam eſſe,ſi vel fratribus vel liberis ſuis reſtituere rogati ſint.l.iubemus, 6. C.ad Trebel. Poſtremò illud tenendum eſt, inuentarium quod Iuſtiniani beneficio ſolet ab heredibus fieri,ex l.vlt.C.de iur.delib. ſiquidem factum ſit, ad omnes iſtas res prodeſſe. nā & cauet heredi à creditoribus, & legatariis ac fideicommiſſariis omnibus ab herede.

An valeat teſtamentum in quo filius,non directo,ſed poſt inſtitui demum mortem inſtitutus eſt,eique per fideicommiſſum ſubſtitutus.

CAP. XXIIII.

IVſtinianus in Nouella CXV.§.aliud quoque, ſtatuit,vt liberi nominatim heredes inſtituātur: neque ſatis ſit, eis fideicommiſſi nomine aliquid relinqui : & ſanctionem adhibuit, vt alioqui teſtamenta nullius momenti haberentur.neque autem inſtitutio, neque exheredatio numeratur, niſi quæ ritè facta eſt.l.non putauit.8.D.contr.tabul. Ritè autem inſtitutio fieri dicitur : quæ verbis ſollemnibus, directis, ciuilibus, legitimis, & ex formula facta D eſt. cuiuſmodi hanc non eſſe ſatis conſtat. verbis enim ciuilibus nulla neque inſtitutio,neque in extranei inſtituti locum ſubſtitutio, niſi ſtatim à morte teſtatoris, fieri poteſt.l.hereditas.34. D.de hered.inſt.l.verbis.7.D. de vulg.ſubſt. vbi verba ciuilia ſic accipienda ſunt, id eſt, quæ fideicommiſſariis opponuntur. nam Vlpianus tit. Regul. XXV. Fideicommiſſum eſt, inquit, quod non ciuilibus verbis, ſed præcatiuè relinquitur. Itaque Græcè fideicommiſſum ſcriptum valebat: cùm neque inſtitui heres, neque legatum relinqui Græcè antiquo iure poſſet : vt ibidem Vlpianus ſcribit. Excipiuntur tamen milites,qui ex priuilegio & ſingulari iure ſubſtituere vltra pubertatem verbis directis poſſunt.l Centurio,15.eo.Fruſtra ergo teſtator verbum *Inſtituo* vſurpauit : cùm excepta ſubſtitutione pupillari,neque alteri attribuere heredem poſſimus, neque nobis ex certa die inſtituere. d. l.34. D.de her. inſtit.vt facilè appareat, totam iſtius teſtamenti ſcripturam, nihil niſi fideicommiſſum continere:neque verbi abuſione iuris ciuilis regulas immutari.l.nec ſeruus,41.D. de pecul. Quare fruſtra obiicitur l. ſcimus,36. §. cum autem. C. de inoffic. teſtamen.vbi Iuſtinianus fideicommiſſum iſtud eo valere iubet, vt inofficioſi querelam excludat:&dilatione obliterata ac pro non ſcripta habita,legitimam ſtatim reliquiſſe videatur. Potuit enim Iuſtinianus pro ſuo imperio & inſtitutionum & fideicommiſſorum naturam immutare: quod ei familiare fuit. nos non poſſumus: ſed eius alteram legem ſequi cogimur, qua ſtatuit teſtamentum illud nullius eſſe momenti, in quo filius non heres nominatim inſtitutus eſt, quamuis fideicommiſſum ei relictū fuerit. d.nou.CXV.§.aliud quoque.Ineptè autem obiicitur l.ex facto,43.§.Lucius.D.de vulg. ſubſtit. l. ſi filius, 75. de her. inſtit. non enim à ſubſtitutione vulgari ad reſtitutionem fideicommiſſariam argumentari poſſumus. nam illa heredes iure directo facit:hæc quaſi legatarios partiarios.Illa certis & ciuilibus verbis conſtabat: hæc arbi-

arbitrariis. Illa iure ciuili valebat: hæc prætoris tuitione, qui heredes non facit. illa denique teſtatori heredem inſtituit: hæc ipſi heredi beneficiarum attribuit. nam ex rigore iuris illa proficiſcitur: hæc ex voluntate & beneficio ipſius heredis. §.1.& §.2.de fideic.hered.& apud Vlp.tit.Regul. xxv.

An ex donatione abſenti facta, notario pro eo ſtipulante, dominium in donatarium, etiam ante acceptionem, tranſlatum ſit.

Cap. xxv.

GVido Papius deciſ.Gratianop. xlix. ex Bartholi ſententia id affirmat: & a ſuo Senatu decretum eſſe ait. Sed videamus, ne ſatis tutum id ſit. nam ſiue ius Digeſtorum ſpectemus (quo iure propter legem Cinciam traditio requirebatur: l.3.& l.4.C.TH.de donat.) certum eſt, rem abſenti donatam, quamuis miſſa ſit, non tamen prius eius fieri, quàm ab eo accepta ſit. l.abſenti, 10.D. de donat. niſi forte filio, ſeruóve aut procuratori (per quos poſſeſſio adquiritur) ea mente data ſit, vt ſtatim eius fiat. d.l.abſenti, in fin. l.qui mihi, 13.D.eo. l. per ſeruum, 37. §. vltim. D. de adquir. rer. domin. Quòd ſi nouum Iuſtiniani ius ſpectemus, quo iure nudum donationis pactum obligationem parit: l.ſiquis argentum. 35. §. ſed ſiquidem. C. de donat. tamen idem alibi oſtendit, rei donatæ dominium ante traditionem non transferri. hoc eſt, Nouel. clxii. vbi conſtitutionem illam ſic declarat, vt non ante rei donatæ traditionem, eius vindicatio donatario permittatur. quippe, cum traditionibus, non nudis pactis rerum dominia transferantur. l. traditionibus. C. de pact. Neque ad rem pertinet, quod Guido ſcribit, eſſe inter Pragmaticos receptum, vt ex notarij ſtipulatione abſenti ius quæratur. ſtipulationis enim ſubſtantia non in eo conſiſtit, vt corpus aliquod noſtrum faciat: ſed vt aliquem nobis obliget ad dandũ, aut faciendum l. obligationum. 3. D. de oblig. & act. Ergo ſi maximè ius obligationis ex eiuſmodi ſtipulatione quęſitum eſſet, at non certe dominium: vt in d. Nou. clxii. Quare ſiue donator, ſiue abſens donatarius ante acceptionem moriatur, nihil actum eſt. l. ſi ego. 9. §. 1. D. de iur. dot. l. hoc iure. 19. §. 3. D. de don. ac ne tum quidem, ſi is cui tradita res eſt vt donet, antequam donet, moriatur. l. 2. §. 2. D. eod. facit. l. ſi epiſtolam. 65. D. de adqu. rer. dom. Quod autem Pragmatici ex Bartholi auctoritate diſputant, notarium eſſe ſeruum publicũ, ac proinde acceptare & ſtipulari eum poſſe pro ſingulis ciuibus, etiam ſine mandato: videamus vt ſatis verum ſit, cum illæ tres leges, quas proferunt, propriè ac præcipuè de pupilli perſona loquantur. l. non aliter. 18. D. de adopt. l. 1. §. exigere. D. de magiſtr. conueniend. l. 2. C. de magiſt. conuen. Etſi autem Tabelliones ſint publici conſcriptores inſtrumẽtorum, veluti contractuũ, & teſtamentorum. l. contractus, 15. C. de fid. inſt. l. ambiguitates, C. de teſt. l. 9. §. & nonnunquam, D. de pœn. non tamen ſi quis publicus ſeruus eſt, idcirco ſingulorum ſeruus eſt. l. 6. §. 1. D. quod cuiuſque vniu. l. ſed ſi. 10. §. 1. D. de in ius voc. quinetiam ſyndici, quamuis eſſent vniuerſitatis actores, tamen ad ſtipulationes interponendas data opera conſtituebantur. l. vlt. D. quod cuiuſq. vniuerſ.

Aduerſus aliquot deciſiones Pragmaticorum ex eodem Guidone Papio vbi oſtenditur odioſam eſſe filiorum præteritionem.

Cap. xxvi.

ADuerſus deciſionem Guidonis cap. dxxix. Vtrum pater, &c. ita ſtatuendum eſt: Filio præterito pater neque vulgariter, neque A pupillariter poteſt ſubſtituere. quia ſi nullus eo teſtamento inſtitutus eſt, pro nullo numerantur. l. 1. in fi. D. de vulg. ſin autem aliquis inſtitutus eſt, gradus is in quo hereditas verſatur, ſi ab eo filius præteritus eſt, non valet. l. ſi poſtumus, 14. §. quod vulgò. D. de lib. & poſtum. Quare deiecta & euerſa inſtitutione, reliquę omnes teſtamẽti partes corruũt. l. 3. D. de iis quę in teſta. de l. etiã ſi filius viuo patre decederet. l. ſi filius, 7. D. de liber. & poſtum. Primum Guidonis argumentum eſt ex ſimilitudine exheredati filij: ſed planè infirmum. nam exhe B redato filio, conſtat inſtitutio: quod teſtamenti fundamentum eſt. at præterito, intercidit, reliquámque ad ſe ruinam attrahit. l. inter cetera. 30. D. de lib. & poſtu. Alterum eſt ex Nouell. cxv. vt cum de appellat. & auth. ex cauſſa, C. de lib. præter. vbi dicitur ex cauſſa exheredationis vel præteritionis irritum eſſe teſtamentum, quantum ad inſtitutiones: cetera verò firma permanere. Sed reſpondemus, inſtitutionum nomine ſubſtitutiones comprehendi, quia Iuſtin. in d. Nouel. nominatim verbum illud cetera de legatis, fideicommiſſis, C libertatibus & tutelis interpretatur: & in eadem non de præteritione, ſed de exheredatione filiorum loquitur. Quod autem profertur ex l. filio præterito. D. de iniuſt. rupt. primũ noua quæſtio mutatis ſuperioribus terminis proponitur. nã ſi filius ſuo iuri volet cedere, nolenti nulla fiet iniuria. Deinde Vlp. dilucidè fatetur, iſtud cõtra ſummi iuris rationem ex bono & æquo tolerari poſſe. Itaque quæ extraordinaria ſunt, ad iuris ordinarij rationem non pertinent. l. quod contra, D. de regul. iur. Ad extremum quod profert ex l. qui fundum, ad D leg. Falcid. nihil ad rem pertinet: cùm hic de præterito filio quæſtio ſit: ibi autem de duobus filiis alter nominatim inſtitutus ſit, alter nominatim exheredatus, atque adeo in ſuperioris locum ſubſtitutus. Summa huc redit, Præteritionem filiorum vſque eò inuiſam atque odioſam Iuriſconſultis fuiſſe, vt propter illam ſemper, quo ad poſſent, teſtamenta oppugnarent. Itaque cum inſtitutio conſiſtere non poſſit, nihil ex eo teſtamento cõſeruari poteſt. Poteſt & hoc argumentum afferri. Conſtat hoc ſubſtitutionis genus, quod filiis exheredatis E pupillariter attribuitur, ad bona eorũ aduentitia valere: ac proinde non dubium eſt, quin Guido de præteritione diſputans, de iiſdem bonis hæc intelligat. Ponamus nunc alium neminem inſtitutum heredem fuiſſe: ſed ſimpliciter teſtatorem dixiſſe, Si filius intra tutelæ ſuæ annos moriatur, Titius ei heres eſto dubium nemini eſt, quin nihil actum ſit. Argumentum igitur ex maiore hoc erit: Si pater non poteſt in ſuis ipſius bonis pupillariter ſubſtituere, multo minus in filij aduentitiis poterit. Quod enim Guido ſumit, factam hoc caſu in F ſtitutionem, ineptum eſt: quoniam, (vt iam antè docuimus) inſtitutio à qua præteritus eſt filius, nihil niſi ſomnium eſt.

Aduerſus eiuſdem deciſiones ccccxxvi. *An lex filio*, dcxvi. *In remiſſione* dxcvii. *Item & ſecundo.*

Cap. xxvii.

AN lex Filio præterito, D. de iniuſt. rupt. locum habeat in filio à matre præterito. Quæ G ſtio non ſatis explicatur. Nam dubitãdi cauſſa antiquo iure nulla fuit. quo matris præteritio non modò ipſo iure valebat, ſed etiam pro exheredatione valebat. Dubitationem igitur facit Nouella cxv. vt cum de appell. vbi præteritio matris, quæ tacita exheredatio eſt, improbatur. quare præclarè quęritur, an eã probare filius poſſit. Neque argumẽ-

tum ex d.l.filio, ſatis commodè ſumi poſſe videbatur:
quia Papinianus id reſpõdere ſe fatetur ex æquo & bo-
no,contra iuris ordinarij rationem. Quod autem con-
tra iuris rationem inductum eſt, non eſt producendum
ad conſequentias. Argumentũ autem Guidonis de ver-
bis legis nullum eſt. Nã innumera quotidie reſponden-
tur à iuriſconſultis,non ex verbis legis,ſed ex ratione &
ęquitate,& comparatione parium vel minorum:quales
ſunt diſceptationes omnes quę ex ſcripti & non ſcripti
cõtentione naſcuntur. Vera tamen eſt Senatus deciſio:
vt matris præteritio probari à filio contra Iuſtiniani
Nouellam poſſit.quia cùm ius illud in filiorũ fauorem
ſingulariter inductum ſit,non tam iuri publico deroga-
re,quàm iuri ſuo priuato renunciare videtur.quæ cauſ-
ſa etiam Papinianũ in eam ſententiam adduxerat. Ne-
que obſtat d.l.quòd cõtra: quia vt Papiniani reſpõſum,
ſic hoc quoq; S.C.ex ęquo & bono cõtra iuris rationẽ
inductum eſt.Quod autem poſtea quæritur,An filius in
d.l.filio,poſſit dicere teſtamẽtum nullum poſt annum:
dubitandi cauſſa fuit, quia bonorum poſſeſſiones ſunt
annuę.Hic autem filius neque cõtra tabulas, neque vn-
de liberi,anni ſpacio poſtulauit.Sed ineptum eſt,dicere,
ius filiorum fam. in hereditate patris ex albo Prætoris
pẽdére.Suitas enim à iure ciuili eſt.l.ſuum heredem,13.
C.de iur.delib. præſcriptiones autem annorum XXX.
contra actiones inſtitutę ſunt.Ius autem filiifam.non in
actione,ſed in continuatione dominij, patre etiã viuo
adepti,poſitum eſt.l.in ſuis. D.de liber.& poſtum. & l.
in ſuis,14.D.de ſuis & legitim. Vnde Imperator Diocle
tianus in l.licet,8.C.de iur.deliber.ſtatuit,filiosfam.nul-
la lõgi temporis præſcriptione à vindicanda hereditate
ſua excludi poſſe:quanquam cùm Arcadius poſtea iura
omnia triginta annorum ſpatio præſcripſerit.l.3.C. de
præſcr.30.ann.probabilior Senat9 ratio videtur:pręſer-
tim cùm omnium fere Doctorum auctoritate nitatur.
Poſtremò quòd quęritur, An filius pręteritus antequã
teſtamentum nullum dicat,decedens,illud confirmare
videatur. Ego neque quę dubitandi cauſſa ſit,neque v-
tram Guido ſententiam ſequatur,ſatis intelligo. Ex iis
quidem quæ proximè dicta ſunt, planum eſſe arbitror,
filio ius illud ſuum non niſi vel teſtata renũtiatione,vel
annorum XXX.lapſu perire. Eóque pertinet l.7. D. de
lib. & poſtum.l. 2. C.de poſtu.& l. apud hoſtes.8.C. de
ſuis & legit. vt dubitãdum non ſit,quin ius ſuum ad he-
redes ſuos tranſmittat.

*An donatio facta primo filio naſcituro, notarij ſtipulatio-
ne munita, valeat.*

CAP. XXVIII.

GVido Papius deciſione CCLXVII. Pactũ fa-
ctũ,&c. ſcribit à Senatu ſuo decretũ,valere.
propter l.ſi inter virum.24. D.de pact.dotal.
& l.diui, verſ. pactis. C. de nat. lib.Proferri
potius debuit l.Seia.42. D.de mort.cauſſ.donat. & l. 3.
C.de donat.quæ ſub mod. Sed facilis ad illas obiectio-
nes reſponſio eſt: non agi in illis de donatione facta di-
rectò à donatore, in nondũ natum. quæ, meo iudicio,
iure non cõſtat.nam ſiue veteris legis Cincię ius ſpecte-
mus,quęnam aut mãcipatio aut traditio fieri potuit? ſi-
ue ius nouum, quo ſolo pacto naſcitur obligatio: l. ſi
quis argentum. C.de donation. quænam inter donato-
rem & nondum natum conuentio intercedſſit? eò acce-
dit,quod donatio ſine acceptione euaneſcit.l. Seia.42.
D.mort.cauſſ.donat.l.quidam referunt,13.D.de iur.co-
dicill.at hoc caſu perſona quæ recipiat deficit.item do-
natio ſine affectu & animo recipientis non conſiſtit. l.
in omnibus,55. D. de oblig.& act.adeò vt diſputatũ ſit,
an infãti emãcipato cuius nullus adfectus eſt,vtiliter do-
A naretur l.3.C.de adq.poſ.l.ſi quis,26.C.de don.Quid er-
go eſt? Agitur ſcilicet in illis locis nõ de donatione di-
rectò in nondum natum collata:ſed de pacto in alterius
donationis conuentionẽ inſito. Conſtabat enim dona-
tio inter Seiam & Titiũ:eaque vel mãcipatione vel tra-
ditione confirmata erat.ſed in illa donatione additum
pactum fuerat.vt ſi filius naſceretur, tũ ad eum res do-
nata rediret, quo ex pacto exceptio naſcituro adquire-
batur.ex vulg.l.pacta cõuenta.D.de contr. emt.l.iuriſ-
gentium.de pact.Et eodẽ pertinet.l.pater pro filia.7.C.
B de pact. conuent. tam ſup. Quærit idem Guido deciſ.
CCXXII. In donatione,&c.An donatione,cauſſa mor-
tis conferri in abſentem, cui notarius ſtipulatur, poſſit.
Scribit autem à Senatu ſuo decretum, vt poſſit. quam-
uis in l.inter mortis.38.D.de mort.cauſſ.donat. dicatur,
donationem mortis cauſſa fieri, cum præſens pręſenti
donat.Sed alio loco docuimus,donationẽ mortis cauſ-
ſa in abſentem collatam iure fideicommiſſi cenſeri.l.
miles,79.l.cum pater,77.§.donationis,26.D.de legat.2.
vt iam non mortis cauſſa donatio ſit,ſed mandatũ poſt
C mortem collatum, vt alicui quid detur:quod mandatũ
fideicommiſſi & legati vim obtinet: quorum ad exem-
plum mortis cauſſa donationem capi conſtat.l.2. D.de
publician.l.1.§.ſi quis,D.quor.legat.ex quo intelligi de-
bet, fruſtra in huiuſmodi relictis notarij ſtipulationem
interponi:cùm ne donatarij quidem ſtipulatio requira-
tur:ſed ſimplex fideicommiſſi agnitio: denique mortis
cauſſa donatio legatis cõparatur.l.vlt.C.de mort.cauſſ.
donat.quamuis non ab inteſtato relictæ.l.ſi filius,20.D.
de legat.præſtand.

D *An pactio in matrimonio facta valeat, vt pater primo naſ-
cituro filio aliquid donet.*

CAP. XXIX.

DIctum eſt alio loco donationem conferri in
nondum natum non poſſe: quia non habet,
in quo conſiſtat: id eſt,cui ex lege Cincia vel
mancipetur, vel tradatur. Iſta autem obliga-
tio vt res donetur,naturę donationis contraria eſt:cuius
hæc conditio eſt, vt liberaliter fiat,& non ab inuito, &
obligationis iure coacto extorqueatur. vt Papinianus
E loquitur in l.Seia.42.D.de mort.cauſſ.don.facit l.1.& l.
donari.29.D.de donat.l.nec ignorans.10.C.eod.Neque
ad rem pertinet l.cum quidam.24.D.de leg.ſec.vbi ro-
gatus alicui reſtituere, indignum eligere poteſt. non
magis quàm l.cum pater.77.§.pen.eod.vbi non dona-
tio,ſed fideicommiſſum eſt: ſicut in §.donationis.26.
ead. l. vbi non donatio in ignorantem confertur, ſed
verum fideicommiſſum. Denique Papin. in d.l. Seia,
perſpicuè oſtendit, huiuſmodi donationem in perſona
filiorum initium non cepiſſe: neque ab inuito extor-
F queri poſſe.Quod verò Guido Papi9 deciſ. DVI.In cõ-
tractu,&c.quęſiuit, An donatio promiſſa filio primoge-
nito,ſi filia naſcatur,ei debeatur:ex iure ciuili putarem
dubitari nõ poſſe,quin debeatur. cùm maſculinus ſex9
sẽper fœmininũ cõplectatur.l.ſeruis legatis.81.D.de leg.
tert.l.qui duos mulos.62.eo.l.inter ſtuprũ.101.§.vlt. &
l.pronũtiatio.195. D.de verb.ſig.l.Lucius.63.§.quęſitũ.
D.de legat.3.Sic q filiis ſuis tutores dedit, filiab9 quoq;
dediſſe intelligitur.l.ſi ita ſcriptum.45. D.de leg.2.Sed
quib9 in locis primigeniorũ ius receptũ & ſolis marib9
G attributum eſt,cõſuetudo ius aliud induceret.ſolent e-
nim nobiles noſtris morib9 primo filio multa cõcede-
re,vt familiæ dignitas & amplitudo ſeruetur. Vt proba-
bilius ſit,regionis conſuetudinem attendere.l. heredes.
21.§.ſi quid.in fi.D.de teſtam.l.librorum.52.§.quod ta-
men.D.de leg.3.l.Labeo.7.D. de ſuppell. leg. l.ex. vſu.
10.D.de trit.vin.leg.

OBSER-

OBSERVATIONVM LIBER QVINTVS.

Ad l. qui familiæ. 37. D. fam. erciſcund.

Cap. I.

QVi familiæ erciſcundæ iudicio agit, nõ confitetur aduerſarium ſibi eſſe coheredem, inquit Scæuola. Contrà autem Græci (vt teſtantur, qui eorum libris fruuntur) ὁ κινῶν τὸ τῆς διαιρέσεως δικαστήριον, ὁμολογεῖ τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ συγκληρόνομον εἶναι. Vtrũq; verũ eſt: negatio & relinqui, & tolli poteſt. locus & affirmatiuè & negatiuè rectiſſimè legitur. nam cum duplex hoc iudicium ſit, vterque in eo & actoris & rei partes obtinet. l. 3. §. 3. D. ill. tit. l. actionis. 37. D. de oblig. & act. quapropter iurare vterque cogitur, neque calumniæ cauſſa litem intendere, neque calumniæ cauſſa ad inficias ire. l. inter coheredes. 44. §. familiæ. D. ill. tit. verùm tamen qui ad iudicium prouocat, pro actore habetur. l. in tribus. 13. D. de iudic. Cùm autem exerceri hoc iudicium, niſi inter coheredes, non poſſit: l. cum putarem. 36. D. ill. titu. & inter quos hereditatis controuerſia eſt, inter eos hoc iudicium non conſiſtat: l. 1. §. quinimò. D. ſi pars her. petat. l. fundi. 18. D. de except. ſequitur, vt qui prouocat, & prior diuiſionem poſtulat, neceſſariò confiteatur aduerſarium ſibi coheredem eſſe: quomodo Græci rectiſſimè ſcripſerunt. At qui iudicium accipit, quamuis negare poſſit, eum ſibi coheredem eſſe, quam controuerſiam idem iudex cognoſcet, l. prima in fin. D. ill. titu. tamen non vtique aduerſarium ſibi coheredem eſſe fatetur: quomodo Scæuola intelligendus eſt, qui Agendi verbo (quod promiſcuum eſt) in rei perſona eſt vſus l. prima, D. de except.

Emendata l. 5. D. ſi vſuſfr. petet.

Cap. II.

MEndum eſſe arbitror in illis Vlpiani verbis: Quod ſi fortè qui agit, dominus proprietatis non ſit, quamuis fructuarius ius vtendi non habeat, vincet tamẽ iure quo poſſeſſores ſunt potiores: licet nullum ius habeant. nam vocem FRVCTVARIVS tollendam puto: propterea quòd illo loco Vlpianus docere inſtituit, quãuis negatoria actio propriè comparata ſit domino, aduerſus eum qui prædio ipſius vti frui conatur, ne ab eo in pleno dominio ſuo inquietetur. d. l. 5. in principio. & §. vltimo eam tamen non tantùm proprietario concedi, verum etiam accommodari poſſeſſori, qui ne ipſe quidem ius vtendi fruendi habet: ſi modò aduerſus eum vti velit, qui neque ipſe vtendi fruendi ius habebat. propter regulam, quæ in pari cauſſa poſſeſſorem potiorem eſſe conſtituit. Vox ergo *Fructuarius* ex ineptiſſima gloſſa exorta eſt, cum vox *Poſſeſſor* reponenda potius fuiſſet.

Ad l. ſi eum duorum. 32. D. de ſtipul. ſeru.

Cap. III.

INgenuè fateor à me non intelligi, quod Paulus illo loco ſcribit, Inter duos vnius ſerui fructuarios, nullam iuris communionem eſſe. teſtatúrque Accurſius indifficilem eum locum veteribus viſum fuiſſe: mihíque Reinerij ſola interpretatio placet, nullam iuris inter eos cõmunio-
A nem eſſe diuiſibilem. ſed Pauli conſuetudo & orationis Latinæ ratio eiuſmodi ſupplemẽta repudiat: quæ, ſi arbitrio noſtro comminiſci liceret, nullæ vnquam probatæ à Dialecticis enunciationes contrariæ fuiſſent. Scriptum igitur à Paulo arbitror fuiſſe DIVISIO, non autem COMMVNIO: vel certè, *Separata communio.* vt vt in l. arbor. 19. §. 1. D. comm. diuid. Quæ communio, iuris ſeparatim intelligi poteſt? Quod ſi nulla inter fructuarios eſſet communio, quomodo Paulus vtile communi diuidundo iudicium illis concedendum eſſe
B ſubiunxiſſet?

Quæſtiones de Trebellianica ex Guidonis Papÿ tractatis.

Cap. IIII.

PRima eſt in quæſtione CLXXXVIII. An Trebellianica de piis fideicommiſſis debeatur? Puto ſic diſputari poſſe. Vbi de veteris iuris abrogatione non conſtat, eo ſtandum eſt. l. ſancimus. C. de legat. præſtand. l. præcipimus. C.
C de appell. Etſi autem conſtat de Falcidiæ abrogatione in piis legatis, Nouell. c x x x i. de eccleſ. canon. §. ſi verò heres. tamen nuſquam idem de Trebellianica conſtitutum legitur: neque quod illa Nouella Iuſtiniani lege in heredum incommodum inductum eſt, producendum & ampliandum videtur. vulg. l. cum quidam, 15. D. de liber. & poſtum. Sed altius ęquitas eruenda eſt. Cùm enim heredem Falcidicum fauorabilem eſſe cõſtet: l. poteſt heres, 71. D. ad leg. Falcid. Pegaſianum verò non fauorabilem, quippe cui certum eſt nihil à te-
D ſtatore præter inane nomen relinqui: l. Titia, 86. in fi. D. eo. æquitas poſtulat, vt quod Iuſtinianus aduerſus fauorabilem induxit, multo magis in odioſo valere debeat. Altera eſt in Quæſt. DCVII. An Trebellianica inuito fideicommiſſario in vna re detrahi poſſit? Quarta de ſingulis rebus debetur, quæ propterea ipſo iure pro illius quantitate minuũtur. l. Lineam, 26. l. Plautius, 49. D. ad leg. Falcid. l. 2. C. eo. l. is qui ſola. 80. D. de legat. prim. & planiſſimè omnium in l. in quantitate. 73. §. in diem. D. ad leg. Falcid. Sed aut inter heredem & fi-
E deicommiſſarium conuenire debet: aut ſi non poteſt, ad arbitrum familiæ erciſcundæ recurrendum eſt. arg. l. non amplius, 26. §. vlt. & l. ſeq. D. de legat. prim. Ei namque arbitrio locum hic eſſe, patet ex l. ita tamen, 27. §. ex Trebelliano. D. ad Trebell. l. ſi ex aſſe, 40. D. famil. erciſc. verùm quid in iis fideicommiſſis dicetur, quæ in diem aut ſub conditione relicta ſunt? nam eorum quæ nondum debentur nomine peti iudicium nõ poteſt. l. non quẽadmodum. D. de iudic. Putarem igi-
F tur, quoniam facultas alienandi res fideicommiſſo obnoxias (quæ antiquo iure heredi dabatur: l. 3. §. res quæ. D. ad Trebell. nouo Iuſtiniani iure ſublata eſt. l. vlt. §. Sed quia. C. comm. de legat.) non licere heredi rem certam ſibi alienandi cauſſa deligere, niſi ex ea cauſſa quæ nominatim cõceſſa eſt ex Nouell. xxxix. de reſtitut. hoc eſt, dotis aut donationis propter nuptias. In quo etiam obſeruandum erit, ne heres hac poteſtate abutatur: & rem aliquam eximiam ſibi deligat: ſed

mediocritatẽ ſeruet.vt in l.legato.37.D.de legat. prim. A l.ſi qui ſargentum.35.§. 2. C. de donati.l.vlt. §. ſed & ſi quis.C.comm.de legat.

An pater poſſit per fideicõmiſſum in dote filiæ ſubſtituere.

Cap. v.

DOs per patrem filiæ data in fideicommiſſum vniuerſale à filia relictum non cadit l.à filia. 62.D.ad Trebell.quia non modò quæ aliunde quàm ex teſtamento veniunt, in fidei- B commiſſum vniuerſale non cadunt:l.debitor,59.§.1. vbi de dote nominatim agitur, D.eo. verùm ne ea quidem quæ alio quàm hereditatis titulo obuenerunt.l. ſi Titius,96.D.de legat.3.facit l.mulier, 22.§.cum proponeretur. D.ad.Trebell.l.pater filiã,14.D.ad legem Falcid.l. ſequens quæſtio,68.D.de fideicomm. ſecũd. Verùm vbi nominatim de dote reſtituenda rogata eſt,debetur.l.vlt.§.filiæ,D.de legat.2.Ratio eſt, quia donatio facta filiæfami. patris morientis ſilentio confirmatur. Hoc autem caſu pater non tacuit: quemadmodum in C ſuperiore: vbi nihil nominatim de dote cauerat:Hoc tamen ita locum habebit,dum ſuam quartam Pegaſianam filia incolumem habeat. vel potius trientem ſuum legitimarium. nam vtrumque certè iure ciuili non obtinebit:vt alio loco diximus.Denique, filia de dote reſtituenda ita grauari poteſt, dum & ea de re nominatim rogetur, & legitimam integram obtineat. Neque ad propoſitum pertinet l.Lucius.78.§.filiam,.ad Trebel. nam ibi non à patre filia,ſed ab vxore maritus rogatus proponitur.Quòd ſi dos minor eſt quadrante legitima- D rio,quod ad illum deeſt, ſupplebitur.ſin autem maior, quod ſuperabit,propter expreſſam de dote reſtituenda rogationem reſtitui debebit. Quod ſi Pragmaticis & inueteratæ conſuetudini de duabus quartis opera nauãda eſt, ſequeretur filiam de reſtitutione rogatam, primùm in ſuam legitimam imputaturam dotem : deinde Trebellianicam ei ſuperaddendam.ſic,vt ſi dos ſuperaret trientem legitimũ, quod ſuperaret cum parte Trebellianicæ compenſaretur. Sed hac ipſa de quæſtione copioſius in Quæſt.illuſtribus diſſeruimus. Ad hãc au- E tem quæſtionem nihil omninò pertinet l.Lucius. 78.§. maritus D. ad Trebell. quoniam ibi quæritur non an pater filiam, ſed an maritus vxorem de dote reſtituenda grauare poſſit.

Emendata l.penul. D.de donati.int.vir. & vxor. & examinata regula: Conſenſus nuptias non concubitus facit: & quid vxor & Concubina differant.

Cap. vi. F

VItioſè & imperitè Tribonianus ſub tit. D. de regul. iur. hanc generaliter & indefinitè ſententiam pro regula iuris propoſuit: Nuptias non concubitus,ſed conſenſus facit:quaſi ſola conuentione matrimonia contraherentur.quod perſpicuè falſum eſt. nam conuentione in manum, & deductione certe in mariti domum opus eſt, quantumuis magna conſenſio, animorúmque conuentio fuerit l. mulieri, 5. & ſeq. D. de rit.nup. l. cui fuerit, 15. D.de condit.& demonſtr.Itaque in hac l.cui fuerit,vn- G de Regulam illam ſumptam eſſe conſtat, Vlpia. non abſolutè de omni muliere ita loquitur, ſed præciſè de ea quę in mariti quidem domum deducta fuerat,in cubiculum autem, nondum.quod eodem modo dici poteſt de l.cum hic ſtatus,32.§. ſi mulier. D.de donat.int. vir. Quare videamus ne Tribonianus in illud ſophiſma incurrerit, quod Dialectici appellant à dicto ſecundũ quid ad dictum ſimpliciter.nam ita concipi regula debuit: In muliere domum deducta nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Manet tamen grauis obiectio ex l.penult. D.de donat.int. vir. & vxor.in cuius initio dilucide Scęuola ſcribit,matrimonium ſolo conſenſu intelligi & ante in domum deductionem, & ante tabularum confectionem. Quinetiam Caius in l.4.D.de pignor.ſtatuit,nuptias intelligi,quamuis teſtationes in ſcriptis nullæ ſint.Quod ſi ita eſt, non modò apertiſſimè Scæuola pugnabit cum l.cum in te,6.C.de donat.ante nupt.verùm etiam ipſe ſecum,idque in ea.l. pen. cuius in primo. §. ſtatuit,donationem factã virgini in mariti hortos deductæ,ſi facta ſit ipſarum nuptiarum die, in vna diæta antequam ad alteram tranſiret, vbi nuptiæ celebrandæ eſſent, valere. Qua de re cum Accurſium conſuluiſſem, animaduerti varias eius loci ſcripturas atq. interpretationes fuiſſe:quas tamen omnes ad extremum ſcribit, non benè ad literam deſcendere.His enim ipſis verbis vtitur. Itaque re diutius deliberata, ſtatui vocem RESPONDI, quæ notis ſcriptura fuerat R N D I,& in Florent.libris deeſt, pro particula NON reponendam eſſe: hoc ſenſu, plurimum attinuiſſe, hoc eſt plurimum referre, vtrum in quæſtione expreſſum eſſet tempus deductionis, an confectionis tabularum. quia antè deductionem facta donatio valeat:vtrum autem antè, an poſt confectionem tabularum, nihil interſit. Has enim etiam poſt contractum matrimonij commodè confici: l.4. D.de pignor.l.neque ſine, 13. C. de nupt. Iſtam enim præciſe reſpondendi conſuetudinem Scæuolæ fuiſſe, nemo his in libris verſatus ignorat. Quare quod intulit, Conſenſu matrimonium intelligi, non ad domum deductionem, quam de matrimonij ſubſtantialibus eſſe voluit:ſed ad tabularum confectionem referendum eſt: quaſi diceret,ſolo conſenſu etiam ſine tabulis & ſcriptura.In regula autẽ quæri poterit, ſi in muliere domum deducta nuptias non concubitus, ſed conſenſus faciat: quid de caſtrato,aut puella nondum viri potente dicendum ſit: cum in neutro nuptiæ intelligantur, quamuis magna conſenſio fuerit.l.2.D.de adopt. l.ſi ſerua,39.§.1. D.de iur.dot.& l.penult.D.quand.dies leg.l.4.D.de rit. nupt. ſi vxor,13.§.penul.D.ad leg.Iul.de adult. l.quod vir, 65. D.de donat.int.vir.l.quæſitum,17.§.vlt.D.de reb.auct. iud.poſſ. Ergo intelligendum eſt, cùm in nuptiis duo iura conſiderentur,naturale & ciuile: non prius quòd à ciuili eſt, ſpectari: quàm id quòd à naturali eſſe debet, ſubſit & antecedat. Sed vbi poteſtas eſt, actum à iure ciuili non requiri.l.mulierem.5. & ſeq.D.de rit.nupt.l. cum hic ſtatus,32.§.ſi mulier.D.de donat.int.vir.l.filiã, 6.D.de his qui ſunt ſui vel al.Huc etiam pertinet, quod ſolus conſenſus,id eſt animus & affectio,nuptias à concubinatu diſtinguit. l. 4. D. de concub. Nam inter vtrumque hæc conueniunt,primùm conſuetudo & conuictus:l.in liberæ,24.D.de rit.nupt.l.ſtuprum,34.D.de adulter.deinde quod vtrumque ſine teſtatione & ſcriptis fieri poteſt. d.l.in liberæ,& l.3.D.de concub. vbi tamen clara & ingenua concubina excipitur. tertiò, in neutro res, (id eſt corporum cõmixtio) requiritur.l.licet.8.C de inceſt.nupt.& d.l.3. D.de concub.vbi etiam quinquagenaria haberi concubina poteſt, cõtrà quàm in vxoribus ex lege Papia.Poſtremò pleno honore dilectio in vtraque locum obtinet.l.cum tabulis.16.D.de his quæ vt indig. Vnica re differt vxor à concubina:nimirum dignitate, & (vt antè dixi)conſenſu, id eſt affectione maritali.l.item legato.49.§.1.D.de legat. tert.l. donationes.31.D.de dona.

An pre-

An præſentia tertij tacentis in actu alterius illi præiudicet. A

Cap. VII.

PRimùm notandum eſt, Præſentiam intelligi
non tantum corporis, ſed animi: hoc eſt,
intelligētis quid agatur.l.1.in fi.& l.non mul-
tum.14.D.de auct.tut.l. diem proferre. 27. §.
pen.D.de arbit.deinde ex obſeruatione ſtatuēdum eſt,
nullam in hac quæſtione certam tradi poſſe regulam
ac definitionem quamobrem ſpecies ſingulatim no-
tandæ ſunt. Præſentia patris in filiæ ſponſalibus, aut B
nuptiis tacentis, pro conſenſu & auctoritate numera-
tur.l. in ſponſalibus. 7. D. de ſponſal.l.5. C. de nuptiis.
At contrà Præſentia tutoris dum pupillus negocium
gerit, tacentis, pro auctoritate non valet: nam Aucto-
rem fieri eſt dicere ſibi probari, quod agitur.l. 3. D.de
auctor. tut. Præſentia domini de, cuius, re quiſpiam in
ſuo teſtamento legat, & tacentis & ſubſcribentis ei
non præiudicat.l. Caius. 39. D.de pign. act. at contrà,
Subſcriptio tertij, cuius res oppigneratur, pro conſenſu
numeratur.l. fideiuſſor. 26.§.1. D.de pignor. Præſentia C
creditoris, dum debitor pignus vendit, tacētis, ei ius pi-
gnoris non adimit. l. ſicut. 8. §. non videtur.15. D. qui-
bus mod.pig.ſolu. At contrà, præſentia creditoris, dum
ſeruus oppigneratus manumittitur, aut fiſcus hypo-
thecas diſtrahit, tacentis, pignoris remiſſionem inducit.
l.1.& l.ſi hypothecas.8. C. de remiſſ.pig. Præſentia le-
gatarij in rei ſibi legatæ diuiſione ab heredibus facta, &
tacentis & teſtis, ei non præiudicat. l. Titia. 34. D.de
legat. ſec. At contrà, Præſentia ſocij dum alter in re
communi aliquid facit, tacentis, ei præiudicat.l. Sabi- D
nus.28. D. comm. diuid. Præſentia tacentis, dum fide-
iuſſor à tutore nominatur, eum vt fideiuſſorem obli-
gat.l.4.§.vlt.D.de fideiuſſor.tut. Præſentia patris, dum
filius decurio nominatur, tacentis, ipſum quaſi fideiuſ-
ſorem obligat.l.2 D.ad municip.l.honores.7.§. vlt. D.
de decur. Præſentia patris dum filio pecunia creditur,
tacentis, S.C. Macedonianum impedit.l.ſi tantum.12.D.
ad Macedon. Præſentia coheredis, dum alter coheres
vniuerſa prædia diſtrahit, tacentis, facit vt partem quo-
que ſuam vendidiſſe intelligatur.l. quidam.12. D.de e- E
uict. Præſentia fideicommiſſarij, dum heres fundum fi-
deicommiſſum vendit, tacentis, facit, vt non rem, ſed
eius precium petere poſſit.l.ſi fundum, 92.D.de legat.
1. Præſentia impuberis, dum ei mutua pecunia tutore
auctore datur, tacentis, eum obligat. l.impuberis.13.D.
de auctor.tutor. Præſentia vicini, dum à vicino nouum
opus fit, tacentis, ei præiudicat.l.Labeo, 19.D.de aqua
pluu.arcend.

Particula NON *apud Iulianum reſtituta & Intereſſe ali-* F
cuius quando dicatur.

Cap. VIII.

LOcus eſt in l.in iure, 24. D.de cond.& demō,
vbi hæc Iuliani ſententia profertur: Quoties
per eum cuius intereſt conditionem impleri,
fiat quominus impleatur, perinde habetur, ac
ſi impleta conditio fuiſſet. Rectius enim eadem ſen-
tentia cum negatione legitur, Vlpiani nomine.l.in iu-
re, 161. D. de regul.iur. propterea quòd is ſignificatur G
cui vtile eſt, conditionem non impleri. Vſitatum eſt
autem in libris noſtris, vt eius intereſſe dicatur aliquid
fieri, vel non fieri, cui expedit fieri, vel cui vtile eſt
non fieri: propterea quòd Id quod intereſt definitur v-
tilitas quæ ſine alterius impedimento percipi potuiſ-
ſet.l.ſi commiſſa, 13.D.rem rat.hab. De priore exempla

A hæc ſunt. Publicè intereſt, dotes mulieribus conſer-
uari.l.1. D.ſolu.matr. Publicè intereſt, damnatos ſta-
tim puniri.l.conſtitutiones, 16. D. de appellat. Patris
intereſt, filiam dotatam habere, & ſpem quandoque
recuperandæ dotis.l.pater, 71.D.de euict. Studioſi inte-
reſt, ſibi è bibliotheca libros exhiberi.l. penul. D. ad
exhibend. De poſteriore autem hæc proferri poſſunt.
Cuius intereſt, non ſubripi, is actionem furti habet.l.
10. D. de furt. quod Vlp. apertiſſimè ſic interpretatur,
cui vtile eſt.l.eum qui, 43.§.vlt. D.de furt.& Iuſtin. cui
B expedit rem non perire: cuius intereſt rem ſaluam eſſe
§.furti, 12.Inſtit.de oblig.quæ ex delict. Et §.ſeq. Domi-
ni nihil intereſt eam rem non perire, cum à fullone
rem ſuam perſequi poſſit. Sic in l.ait lex. 21. §.1. D.ad
leg.Aquil. Serui occiſi corpus æſtimamus, quanti inter-
fuit noſtra non eſſe occiſum. De vtroque autem exem-
plum eſt in l.& heredi, 21.§.vlt.& l.fideiuſſoris, 23.D.
de pact.

Queſtiones aliquot feudales ex tractatis Guidonis Papij.
C *Laudimia. An princeps alienandi ius habeat.*

Cap. IX.

GVido quæſtione CCCCLXVII. quærit, V-
trum proprietarius an fructuarius de re feu-
dali laudare, aut inueſtire debeat. Abſurdiſſi-
ma hæc quæſtio eſt: ſi ius Langobardicum
quod nobis in duobus Feudorum libris traditum eſt
ſpectemus. Nam in prædio feudali vel Seniorem ſpe-
ctamus, vel vaſſallum ſi vaſſallum, conſtat eum tan-
D quam vſufructuarium eſſe.lib.2.tit.23.§.vlt.& lib.1.tit.
25. Fructuarius autem alterum facere fructuarium non
poteſt.l. ſi vſusfr. 66. D. de iur.dot.l.videamus.19. D.
de iur. ſi verò Seniorem ſpectemus, penes eum pro-
prietas manſiſſe dicitur.lib.2.tit. 8.in fin.quod idem de
emphyteuta dicitur in l.1.D. ſi ager vectig. vbi locatio
in tempus perpetuum dominium non mutat. l. non ſo-
let.39. D.locat. Conſtat autem ſolius Senioris ius eſſe,
inueſtire: & laudimia recipere, tanquam *εἰσδεκτικά*, quæ
ab emphyteuta nouo præſtantur, vt à directo domi-
E no recipiatur.l.3.C.de iur.emphyt. Itaque mirum eſſet
in iure Langobardico, quod Guido ſubiungit, lau-
des & vendas ad fructuarium pertinere, propter l. vſu-
fructu. 7. D. de vſufru. vbi obuentiones omnes quæ ex
ædificiis, ex arcis, & ceteris quæcumque fundi fructua-
rij ſunt, ad fructuarium pertinere dicuntur. Sed ani-
maduertendum fuit, obuentionum alias reales eſſe,
quæ ex re ipſa, vel propter rem ipſam debentur: quas æ-
quum eſt poſſeſſori concedi, propter rationem con-
trariorū: quia rei quoque onera ſuſtinent.d.l.7.§.1.& l.
F vſuf.58.D.eod. alias verò, vt ita dicam, perſonales: quæ
propter ius perſonæ debentur, veluti vt fidelitas præ-
ſtetur. lib.2. titu.5. & titul, 26. vt ſi alteruter deceſſerit,
iuſiurandum renouetur. lib. 2.tit.24.§. 1. vt reuerentia
& honos ſeniori præſtetur: ſicuti patrono à liberto.l.
liberto.9.D.de obſeq.pat.l generaliter, D.de in ius voc.
l.ſi patronus. D. de iure iur. Conſtat autem laudas &
vendas non ob rem, ſed ob perſonam deberi: vt ſit te-
ſtificatio & agnitio quædam auctoris beneficij: ſicuti
cenſus qui ex prædiorum prouincialium venditione
G fiſco pēdebatur.l.7.C.ſin.cenſ.vel reliq.& illud *εἰσδε-*
κτικὸν quod agri vectigalis directo domino debetur. d.
l.3. C.de iur.emphyt. Ergo vſufructuarius omnes qui-
dem ex re & ob rem obuenientes, fructus percipiet. d.
l.7.& l.Mæuius, 66.§. pen. D. de lega. 2. Sequitur alte-
ra ex cap. DLX. An dominus feudi vaſſallo incōſulto a-
lienare ſuum dominium poſſit: quam queſtionē Guido

tur) confirmauit: tributa quæ veſtra erant, ſuſtulit. Sic igitur tractari hoc argumentum poteſt: Nam ſi centuriata vel tributa prima comitia ſunt, bina autem de iiſdem magiſtratib. habentur: relinquitur, vt Curiata ſecunda ſint: quandoquidem quartum comitiorum genus nullum eſt. ſimúlque intelligitur quod ſuperius diximus, primis quidem temporibus curiata comitia vera fuiſſe, id eſt ſuffragia in iis ferri ſolita, pòſt verò tantum auſpiciorum & religionis cauſſa: vtpote cum Curiæ ſacrorum eſſent & religionis domicilia, quaſi quæ noſtris temporibus Parœciæ dictæ ſunt. ciúſque rei locus alter aliquanto pòſt inſequens documento eſt. vbi Cicero demonſtrat, vera Curiata comitia fuiſſe, cum in iis ſuffragia ferrentur: adumbrata verò eſſe cœpiſſe, cum dicis cauſſa, & auſpiciorum vſurpandorum gratia tantùm celebrata ſunt. Sint igitur (inquit) decemuiri, neque veris comitijs, hoc eſt populi ſuffragiis, neq. illis ad ſpeciem atque ad vſurpationem vetuſtatis per XXX lictores auſpiciorum cauſſa adumbratis cōſtituit. Quibus ex verbis intelligitur, Ciceronis tempore non modò ſuffragia curiatim lata non fuiſſe, ac ne XXX quidem curias conuocatas, ſed tantummodo ſingulos earum lictores dicis cauſſa & vſurpandæ vetuſtatis gratia conueniſſe. Quintum argumentum præbet apud Agellium Meſſala cum ita ſcribit: Reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia. Ideo illi minores, hi maiores magiſtratus appellantur. minoribus creandis magiſtratibus, tributis comitiis magiſtratus, ſed iuſtius curiata datur lege. maiores centuriatis comitijs fiunt. Qui locus planiſſimè oſtendit, minoribus magiſtratibus poteſtatem tributis comitijs dari, ſed poſtea iuſtiorem pleniorémque curiatis. Sextum argumentum eſt ex Liuij lib. VI. vbi ſic ſcribit: Penes quos ſunt auſpicia more maiorum? nempe penes patres. nam Plebeius quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur. nobis adeò propria ſunt auſpicia, vt non ſolum quos pópulus creat patricios magiſtratus, non aliter quàm auſpicato creet: ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus: & priuatim auſpicia habeamus: quæ iſti ne in magiſtratibus quidem habent. Quibus ex verbis patet, nulla in iis mandandis magiſtratibus auſpicia fuiſſe, qui auſpicato non crearentur. Atqui minores magiſtratus, veluti Quæſtura, Aedilitas Curulis, auſpicato creantur: vt ille ſuperior ex Agellio prolatus locus oſtendit. Ex quo conficitur, cùm tributis comitiis crearentur, quæ auſpicata non erant, magiſtratum iis alio quodam comitiorum genere dari ſolitum, quæ auſpicata erant: quæ ſi centuriata non erant (vt ſatis conſtat) relinquitur, vt curiata fuerint. Itaque Cic. Philipp. 2: Quæſtores factus, inquit, deinde continuò ſine S.C. ſine ſorte, ſine lege ad Cæſarem cucurriſti. Tributa autem comitia auſpicata non fuiſſe, vel ille vnus ex Dionyſij lib. IX. locus demonſtrat, vbi Publilij Voleronis legem commemorat, vt plebeij magiſtratus, tributis comitiis crearentur: quoniam in ijs neque ſacerdotes, neque augures eſſe oportebat. Supereſt vt obiectioni ex Pediano ſumptæ reſpondeamus. Sic enim ſcribit: Prærogatiuæ ſunt tribus quæ primæ ſuffragium ferunt, ante iure vocatas: mos enim fuerat, quo facilius in comitijs concordia populi firmaretur, bina de iiſdem candidatis comitia fieri: quorum tribus primæ prærogatiuæ dicebantur, quòd primæ rogarentur, quos vellent Conſules fieri. ſecundæ iure vocatæ, quòd in his ſequente populo (vt ſæpe contingit) prærogatiuarum voluntatem, iura omnia complerentur. Intelligendum eſt igitur, quod Dionyſ. multis verbis lib. IV. demonſtrat, centuriatis comitiis à

A Ser. Tullio inſtitutis, vim omnem ſuffragiorum penes eos fuiſſe qui maximi cenſus erant: adeò vt cum equitum, primæque claſſis centuriæ numero plures eſſent, quàm reliquarum claſſium omnes centuriæ (erant enim equitum XVIII, peditum LXXX.) vix vnquam reliquarum centuriarum ſententia exquireretur. Itaque tandem inſtitutum fuit, ad firmandam (vt Pedianus loquitur) populi concordiam, vt ſorte prærogatiua duceretur: quæ ſors æquè in aliquam poſtremæ vt ſummæ claſſis centuriam cadere potuit. Cùm igitur inſtituta
B illa ſortitio eſt, bina quodammodo comitia eſſe cœperunt: prærogatiuæ centuriæ, quæ antiquitus ferè ſola iudicabat, & poſtmodum aliarum quę pro ſuo iure ſuffragia ferebant: quanquam haud ſcio an ſatis commodè à Pediano dicatur, bina fuiſſe: cùm iſta ratione totidem comitia numerari poſſint, quot centuriæ ſuffragia ferebant: neque dubium ſit, iis quidem qui in hoc ſtudiorum genere verſati ſunt, quin multa ſint apud Pedianũ quæ facilè refelli ac repudiari poſſint. vt nō magnopere iſtius locis auctoritate moueri debeamus: quo
C tamen ferè ſolo tota Sigonij diſputatio nititur.

Decem menda ſublata ex l. periculi, D. de naut. fœn. Pœnæ & Culpæ, itémque vſuræ & pœnæ differentia periculi precium. Erogandi verbum. Iactus retis.

CAP. XII.

ADeo corrupta & contaminata hæc lex eſt, vt cùm aliis multis, qui eam & olim & nuper
D interpretari conati ſunt, tum etiam mihi ignoſcendum putem, ſi adoleſcens libro Obſeruationum primo, eius ſententiam adſequi non potuerim. Nūc verò animaduerto propoſitum fuiſſe Scęuolę, demonſtrare differentiam inter Precium periculi, & Condicionem pœnalem: hoc eſt, inter eam conuentionem qua periculum certo precio recipitur: & eam qua pœna ſi quid factum non erit, promittitur. atque ita definire, In iis demum periculum recipi, & quaſi periculi precium ſtatui, quæ in aleæ ſpeciem cadunt: hoc
E eſt, eorũ factorum nomine, quæ in fortuna & caſu poſita ſunt: veluti, Do piſcatori, venatori, aucupi decem ea lege, vt ſi nihil ceperit, nihil reddat: ſi multum ceperit, tum & ſortem & inſuper quinque aut decē reddat. Niſi enim fortuitus ſit euetus, ecquod periculũ fingi poteſt? Itē erogo athletæ centũ vt ſe alat & exerceat, ea lege, vt ſi non vicerit, nihil reddat: ſi vicerit, centum quinquaginta reddat (nam hanc fœnerationem vſitatam fuiſſe, patet ex l. vlt. §. 2. D. quod met. cauſ.) quorum nullum in hominis quantumuis periti poteſtate ſitum eſt: ſed in
F alea, fortuna, caſu, l. nec emptio, 8. D. de contrah. emt. l. cum hereditatem, 7. D. de hered. vel act. vend. Item ſi vicino erogaro centum, ea lege, vt venam auri aut theſaurum in ſuo quærat: & ſi nihil repererit, mihi ſors pereat: ſi repererit, centum quinquaginta præſtet. nam theſaurus donum Fortunæ appellatur in l. ſi is qui, 63. D. de acq. rer. domin. Quibus omnibus aliiſque ſimilibus in caſibus pœnali conuentioni locus eſſe non poteſt. quandoquidem pœna, niſi ab eo, qui quod in ſua
G poteſtate fuerat, prætermiſit, deberi non poteſt. vt poſterius dicemus. De pœna igitur in iis demum quæ in hominis poteſtate, arte, & induſtria poſita ſunt, caueri, Scæuola ſubiungit. veluti, Do tibi decem, vt Stichum manumittas: ſi Stichum non manumiſeris, quindecim dabis: aut ſi nauem non feceris: aut ſi morbum hunc meum non curaueris, ac per te ſteterit, quo minus conualeſcam. quoniam pœna culpæ plectendæ cauſſa

inſtituta eſt:neque aliter quàm ſi fraus, & culpa commiſſa ſit,debetur.l.aliud,131. D. de verb. ſigni. Culpa autem eſt,cùm quis quod in ſua poteſtate eſt, prætermittit,l.ſi ea res,31.de act.emt. qua de cauſſa conditiones illiuſmodi Poteſtatiuæ à Iuſt.appellantur l.1.§. ſin autem aliquid,C.de cad.toll.Eius porro differentię duplicem effectum eſſe Scæuola ſubiungit:primùm,vt in pœnalibus conuentionibus, legitimus vſurarum modus ſeruetur:in præſtationibus periculi, non ſeruetur: ſed inſtar nauticæ pecuniæ de immenſo lucro conuenire liceat.Alter effectus eſt,vt in periculi pretio obligatio ex nudo pacto augeatur:in pœnali conditione nõ augeatur, ſed ſtipulatio neceſſaria ſit. quod iuri ciuili conſentaneum eſt. Nam vt in pecunia nautica propter receptionem periculi æquum eſt,non modò ingentem vſuram permitti,ſed etiam ex nudo pacto permitti,l.in quibuſdam,7.D.de naut. fœn. ita in iis quæ maius & grauius periculum continent,(qualia illa ſunt aleatoria,de quibus diximus) æquũ eſt propter receptionem tanti periculi ex nudo pacto incrementum obligationis admitti : ídque eo magis,quia creditor incrementum illud non petit,niſi ex debitoris lucro & certo & magno,& cuius adipiſcendi facultatem ſuo beneficio debitori præbuit.At in iis quæ pœnalem conditionem recipiunt, obligatio ex nudo pacto incrementum non admittit:ſed tantum per ſtipulationem,vt in l.promiſſis,37.C.de tranſact.l.cum quid,71.l.continuus, 137.§. ſi vt aliquid.& paſſim aliis ſexcentis locis, D.de verb. oblig.§.vlt.Inſt.eod. Vſuræ tamen incrementum poteſt admittere:aut pœnæ in vſuræ vicem : dum tamen intra modum legitimæ vſuræ coerceatur:ſicuti de emtione & venditione dicitur in l.Iulianus,13. §. ibidem, D.de act.emt. Sed inter illam & hanc noſtram pœnæ conuentionem hoc intereſt,quòd neque illa verè propriéque pœna eſt,ſed vſura,vel pœna in vſuræ vicem, & progreſſu temporis adaugeſcens.l.pecuniæ, 9.l.pœnam,44.D.de vſur.l.lecta,40.D.ſi cert. pet. hæc verò proprie pœna eſt,& pœna culpæ in promiſſo negligendo cõmiſſæ,ac ſemel tantùm infertur. Præterea pœna illa intra modũ legitimæ vſuræ coercetur: vt iã ex Pap. diximus.Hæc verò de qua loquimur,propter receptionem periculi,iure antiquo,immenſa & infinita fuit, ſicut illa pecuniæ traiectitiæ:vt ait Paul.lib.Senten.2.tit. 14.de vſur.Iure nouo ad eiuſdem exemplum eſt centeſima,l.eos qui.26.§.pen.C.de vſur. Neque obſtat.l. vlt.§.2.D.quod met.cauſſ.vbi athleta à fœneratore coactus vltra quantitatem debitæ pecuniæ promittere, reſtituendus dicitur.Nam debita pecunia non tantùm de ſorte,verũ etiam de lucro & parte præmij intelligitur.Quæ cùm ita ſint,facile intellectu eſt,quàm abſurdè legis noſtræ initium ſic legatur:*Periculi precium eſt & ſi conditione quamuis pœnali non exiſtente recepturus ſis quod dederis,& inſuper aliquid præter pecuniam.*Imò verò ex contrario:Non ſi quæuis pœnalis conditio adhibita eſt,continuò periculi preciũ dici poteſt.Ecquod enim in ſe periculum recipit is, qui Titio decem dat, vt Stichũ manumittat:& niſi manumiſerit, quindecim ſtipulatur?Quare particula NON ex illius ſententiæ medio ſub initium reuocanda eſt,ſublata particula ET: ſimúlque pro QVAMVIS legendum QVAVIS,hoc modo:*Periculi precium non eſt, ſi conditione quauis pœnali exiſtente,&c.*Pœnales enim conditiones eas appellat, in quibus de pœna conuenit.Exiſtere autem conditionem oportet,vt pœna debeatur:quoniam in ſtipulationibus pœnæ,tum exiſtit conditio,ac proinde committitur ſtipulatio,cùm id quod fieri conuenerat, factum non eſt,l.ita ſtipulatus.115.D.de verb.oblig.Atque hoc

A iam adoleſcens videram:& hoc ex loco tollendam eſſe negationem diſputaram.Age,reliqua videamus.*Si modò in aleæ*(inquit) *ſpeciem non cadat,veluti ea ex quibus condictiones naſci ſolent:vt ſi manumittas,ſi non illud facias,ſi non conualuero.* quæ idcircò perſpicuè vitioſa ſunt,quia nullũ ex ſubiectis exemplis in aleæ ſpeciem cadit,ſed omnes illę conditiones(vt Iuſtinianus loquitur)poteſtatiuæ ſunt:Si non manumittas:Si nauem non feceris:Si morbum non curaris,quantum in te eſt. Primus igitur verſus:*Si modò in aleæ ſpeciem non cadat*: pa-
B rentheſi includendus eſt. neque enim ad exempla ſequentia pertinet,de manumittendo: de proximè Romam eundo:de curando ægroto:in quibus nihil omnino aleatorium eſt.Hæc igitur ſententia eſt: In iis demũ periculi precium eſt,quæ in aleæ ſpeciem cadunt.quod à nobis ſuperius demonſtratũ fuit, & paulo pòſt confirmabitur.E duobus verò mendis quæ conſequuntur, alterum adoleſcens animaduerteram : & *Condictiones* pro *Conditiones* reſtitueram:ſicut in l.ſi pater,76.D.de iur.dot.l.4.ſed multo melius in l.6.D.de donat.int.vir.
C & vx. alterum verò video ex Græcis libris emendari: vt,*Si non manumiſeris*,cum negatione legatur. Significat enim Scæuola, Periculi precium eſſe non poſſe in iis contractibus, ex quibus naſci condictiones ſolent: quo loco Condictiones eas intelligit, quæ naturales appellãtur,quoniam ex bono & æquo conceduntur.l.in ſumma,65.§ 3.& l.ſeq. D. de condict. indebit. veluti cauſſa dati, vel ob rem dati:quæ ex his cauſſis naſci ſolent.l.videamus,38.§.2.D.de vſur.l.Senatus, 35. §.1. D.de mort.cauſ.don.nam etiam ex conuentione de pe-
D riculo ſuſcipiendo naſci condictio ſolet.quippe,perſonalis actio:vt in Mutuo cum acceſſionis pacto.l. rogaſti,11.§.1. D. ſi cert.pet.ſed ea condictio quæ eſt certi: quoniam certa ſumma in conuentionem deducta eſt: Si in piſcatu ceperis,& ſortem & inſuper tantũ dabis? At ea negotia ex quibus naturales condictiones,& perſcriptis verbis actiones naſcuntur, Do centum vt manumittas,& niſi manumiſeris,ea reddas: incertæ & incerti condictiones appellantur.l.duo,19 §. 1. de precar. quippe,cùm per eas petatur id quod intereſt, quod in-
E certum eſſe conſtat.l.vlt. D. ſi quis in ius voc. Quod ſi contractibus illis pœna ſubiiceretur, certi condictio naſceretur.quia pœna neque poteſt eſſe,niſi certa : neque poteſt peti,niſi certi condictione.l.ſi pœnam, 68. D.de verb.obli.§.non ſolum,7.Inſt.eod.Sequitur: *Etc. nec dubitabis*.vbi non dubito,quin reſtituendũ ſit: *At nec dubitabis*: cùm apertè ſuperioribus ſpeciebus has poſteriores opponat:vt duobus verſibus interiectis ſic legatur:*In his omnibus*(ſublata particula AVTEM) *& pactum ſine ſtipulatione ad augendam obligationem pro-*
F *deſſe.*Cuius rei æquitatem oſtendimus, propter receptionem periculi ad traiectitiæ pecuniæ exemplum accommodatam eſſe.Quod verò interiectum ita eſt : *Si piſcatori erogaturo in apparatum plurimum pecuniæ de derim.*iampridem Obſeru.4.demonſtrauimus:legendum eſſe EROGARO :cui ſubiectum illud ab imperito interprete gloſſema fuerat:*Id eſt plurimum pecuniæ de derim.*Eroganda autem & adnumeranda idcirco præſens pecunia eſt,quoniam hoc Quaſi mutuũ eſt, & re contrahitur.atque ita Erogãdi verbum in creditis pecuniis
G vſurpatur in l.pen.& l.vlt.D.de in rem verſ.Neque obſtat,quod dicitur in l.ſi tibi,17.D.de pact.l. rogaſti, 11. §.1.D.ſi certum pet.Ex mutuo eatenus tantùm obligationem cõtrahi,quatenus erogatum eſt:pactum de incremento adiectum,nullius eſſe momenti:quoniam,vt ſuprà dictum eſt,ſingulare ius in iis caſibus receptum eſt,in quibus creditor periculum in ſe recipit. Quo lo-

co exo-

co exoritur quæſtio, quo nomine cõtractus iſte, in quo periculi precium eſt, appellari debeat. nam etſi Precij nomine appelletur, tamen idcirco Emtio, venditio dici non poteſt; quoniam hæc nudo conſenſu contrahitur: & quamuis nihil datum ſit, tamen Iactus retis venditus intelligitur, d.l. nec emtio, de cõtrah. emt. At illæ conuentiones re contrahuntur, & pecunia (vt modo dicebamus) erogãda eſt. Quid igitur, ſi locationis & cõductionis nomine appelletur? Vt cùm quis columnam aut ſignum fictile aut marmoreum ſuo periculo deportandum conducit? ſed receptum eſt, ne in bonæ fidei iudiciis fortuiti & fatales caſus præſtentur, l. in iudicio, 28. C. locat. adeò vt etiam ſi periculum ſuſcipiatur, tamen fatales caſus veluti naufragiorum & latrociniorum excipiantur, l. 3. §. miratur, D. nau. cap. ſtab. quo modo intelligenda eſt l. qui mercedẽ, 40. D. locat. Præterea in locatione & conductione operis faciendi ab eo qui pecuniam accepit, certum opus effectum & ἀποτέλεσμα præſtari oportet. At in his cõuentionibus operis euentus non modo incertus eſt, verumetiam, vt Scæuola ſignificat, fortuitus & aleatorius. Iam verò ad innominatos contractus idcirco referri non poteſt, vt quoſdam affirmaſſe video: primùm quod innominati contractus, qui bonæ fidei contractibus finitimi ſunt, ipſi quoque bonæ fidei ſunt: vt in tractatu de perſcriptis verbis euicimus. In iis autem pœna deduci in pactum, niſi pro modo legitimæ vſuræ non poteſt, d.l. Iulianus, §. ibidem, D. de act. empt. Concludendum igitur, contractus iſtiuſmodi nihil niſi veras fœnerationes eſſe: qua de cauſſa, lex iſta ſub tit. De naut. fœn. ſubiecta eſt: & lucrum quod creditor exiſtente conditione paciſcitur, nihil niſi fœnus eſſe. quod tamen propter periculi ſuſceptionem & nudo pacto deberi poteſt, neque intra legitimum vſurarum modum coercetur.

Ad l. quæ legata, 18. D. de reg. iur. cui adiungenda eſt l. 144. §. 1. & l. 146. eod. vbi de legatorum condicionalium & ſtipulationum differentia.

Cap. XIII.

AD heredem ea legata tranſeunt, quæ aut purè, aut in diem certum relicta ſunt. l. ſi poſt diem 5. D. quand. dies legat. Sed quæri poteſt, quorſum iſta præfatio pertinet? vt illud contritum & vulgare præceptum tradatur: Legatum filiofamil. relictum patri adquiri. cùm nemo ignoret, ne momento quidem in filij perſona conſiſtere. l. placet. 79. D. de adquir. hered. Præterea quid illud eſt, quod addidit, EODEM CASV? nam vt verba concepta ſunt non alia elici interpretatio poteſt, quàm legatum filiofam. relictum eo mortuo patri eius adquiri. quaſi verò, ſi viuo & incolumi filio, patri adquiratur: dubitet quiſquam, ad quem eo mortuo pertineat. Sed nihili hæc videatur: præut illud eſt, quod ſequitur: ALITER atque quod ſtipulati ſumus. nam hoc perſpicuè falſum eſt. ſtipulationes enim omnes legatis de quibus agitur ſimiles, id eſt, purè & in diem certum conceptæ, eadem planè conditione ſunt. nã & mortuo ſtipulatore ad heredem tranſeunt. l. 2. §. 1. l. 38. De verb. oblig. & à filiofa. factæ patri adquiruntur. l. quæcunque, 45. D. de verb. oblig. Neque mihi dicat aliquis, hæc verba de conditionalibus ſtipulationibus intelligi oportere: abſurdum enim eſſet, poſitam de puris legatis quæſtionem fuiſſe: & de conditionalibus ſtipulationibus reſponderi. Quare aut valde contaminatam & mutilam, aut de conditionalibus totam hanc ſcriptam fuiſſe regulam arbi-

A tror: idque Martini Coſiæ interpretatio demonſtrat, quæ ſub nomine Bulgari edita eſt, qui verba illa, Diuerſum eſt in ſtipulatione: non puris, ſed conditionalibus legatis perſpicuè ſubiecit, vt ſententia hæc fuerit: *Quæ legata nobis ante conditionis euentũ mortuis ad heredẽ noſtrum non tranſeunt, eadem per nos his, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu non adquiruntur: aliter atque quod ſtipulati*, &c. Nam legata ſub conditione relicta nobis ante conditionis euentum mortuis ad heredes non tranſmitti conſtat ex l. 1. §. ſin autem, C. de cadu.
B toll. & l. huiuſmodi, 13. D. quand. dies legat. Rurſus eadem filiofa. relicta, ſi condicio poſt emancipatione euenerit, patri non adquiri, ſed ipſi legatario, patet ex l. ſi vſusfructus, 14. in fi. D. quand. dies leg. l. ſi legati, 28. D. de pignor. & l. ſi vxorem. 5. C. de condit. inſert. Nunc optimè & conſentientiſſimè congruit, quod ſequitur: Aliter atque quod ſtipulati ſumus, eiſque ſubiecta explicatio: Nam & ſub conditione ſtipulantes. Vt tota ſententia de conditionalibus & legatis & ſtipulationibus (vt antè dictum eſt) concepta fuiſſe intelligatur. nam
C ſtipulatio conditionalis, & quamuis poſt ſtipulatoris mortem conditio exiſtat, in heredem tranſmittitur: §. cum quis, 16. de inutil. ſtipu. §. 4. in fin. de verb. olig. & eadem à filiofa. facta quamuis ante conditionis euentum ille liberatus ſit, patri adquiritur, l. ſi filiusfa. 78. de verb. oblig. l. vlt. de ſtipul. ſeru. Reſtat, vt differẽtiæ cauſſam inueſtigemus: nam quod Martinus affert, quem ſecutus eſt Accurſ. in l. ſi vxorem, 5. C. de cond. inſert. in ſtipulationibus, filij operam interuenire: in legatis, nullam: plane abſurdum eſt. rationem enim affert, cur ſti-
D pulationis ſpes, ſtipulatore ante conditionis euentum mortuo, ad heredem tranſmittatur: ſed cur eadem patri adquiratur, emancipato filio non affert: atque adeo huic iuri contraria eſt. Veram igitur eſſe rationem arbitror, quia in ſtipulationibus conditionalibus, obligatio non differtur in tempus, ſed ipſo ſtipulandi momẽto contrahitur. l. vſusfructus, 26. de ſtip. ſeru. Cùm enim verborum obligatio ſit, ipſis verbis pronunciandis concipitur. vt ſiquidem conditio euenerit, pure contracta obligatio intelligatur. quoniam euentus condi-
E tionis retrotrahitur ad tempus contractus. l. 64. D. de verb. oblig. l. potior, 11. §. 1. D. qui pot. in pign. ſin conditio defecerit, nunquam contracta intelligatur. l. 8. D. de peric. & commod. Atque hoc eſt quod dicitur, In ſtipulationibus tempus contractus ſpectari. l. non omne, 144. §. 1. ſumto ex l. filiusfam. 68. D. de ver. oblig. & in l. potior eſt, 11. §. 1. D. qui pot. in pign. Legata autem ex die aditionis hereditatis pendent. qua de cauſſa præmortuo legatario caduca fiebant. d. l. 1. §. ſin autem. C. de cad. toll. idque oſtendit l. is cui ſub conditione,
F 42. D. de oblig. & act. Præterea quid ſi vindicationis modo legatum fuiſſet: quo caſu nulla erat obligatio an non omnis legati vis in conditionis euentum collata fuiſſet? Verùm quid ſi legis huius initium ſic interpretaremur, vt prima differentia hæc eſſet, & de purè conceptis eſſet: Non ſi quæ ſtipulationes in heredem trãſmittuntur, eædem continuò etiam patri & domino adquiruntur. nam electio in ſtipulatione recepta ad heredes tranſit. l. ſi ſtipulatus fuerim, 76. D. de verb. oblig. at patri dominòve non adquiritur. l. vlt. in princ. D. eod.
G quod idem de ſtipulatione Ire agere, diſputare aliquis poſſet. Primùm hæ tantùm exceptiones eſſent duos caſus continentes, quæ nihil impedirent, quo minus tradi regula contraria poſſet. Deinde factum illius electionis perſonale eſt. d. l. ſi ita, 76. Poſtremò in ſtipulatione Ire agere, Habere licere, & ſimilibus, facta neque patri, neque domino adquiruntur. l. ſtipulatio

iſta,38.§.hi qui, D.de verb.oblig. §. 2.de ſtipul. ſeru.l. qui heredi,44.D.de cond.&demonſt. In eo verò quod ſequitur vocem DOMINI tollendam arbitror: ſiue quia patris quoque poteſtas comprehenditur: ſiue quia non iſto (quod ſciam) modo Iuriſconſulti loquuntur. In quibuſdam certè manuſcriptis & impreſſis deterius, ſic legitur: Etſi libertate nobis præſtita à dominis conditio exiſtat.

Vexata diſſenſio Iuriſconſultorum in quæſtione de arbore, quæ in vicini fundum ramos, aut radices porrexit.

CAP. XIIII.

PRimum omnium ſciendum eſt, antiqua lege XII. tab. ad Solonis exemplum inſtitutum fuiſſe, vt qui arborem in ſuo ſereret, minimùm quinque pedes à vicini agro vacuos relinqueret. nam pro confinio quinque pedes eadem lex conſtituit.l.vlt.D.fin.reg.& apud Harmenop. lib.2.tit. 4.& Ciceronem lib.de legib.2. Secundò ſciendum eſt, fundos confines interdum eſſe communes pro diuiſo, interdum pro indiuiſo. Illi diuiſi ſunt regionibus, hoc eſt fune, & veluti linea tranſducta.l. inter eos, 29. De adq.rer.domin. Et hæc linea modò Finis, modo Confiniū appellatur. veteres Gloſſæ, συνορίαν vocāt. Atque in hoc genere verba hæc *In confinio* & *Prope confinium* promiſcuè vſurpantur. l.7. §.vlt. & l.ſeq. D.de adq.rer. domin.l.4.§.vlt.& l.ſeq.D.fin regund. itaque quod Imperator dixit. Prope confinium, in §.ſi Titius, D.de rer. diuiſ. Theophilus vertit, ἐν τοῖς ὅροις τῶν δύο ἀγρῶν. His poſitis deinceps quadripartita diſputatio proponitur. primū enim de glande, tum de ramis, tertiò de radicibus, poſtremò de diruta, ſucciſáve arbore diſſerendum eſt. Ergo ſi arbor à Titio in agro ſuo poſita eſt, quamuis in vicini Mæuij fundum proclinata fructus in illum iacet, tamen Titij fructus manent, eique tertio quoque die in Mæuij agrum ingredi legendæ glandis cauſſa, ius eſt, partim ex lege XII.tab. partim ex Prætoris edicto: auctore Pli.li.16.c.5.& Vlp.in l.1.D.de gland.leg. quòd ſi Mæuius eam immiſſo pecore depauerit, ad exhibendum Titio tenebitur.l.Iulianus,9.§.1.D.ad exhib. De ramis, eadem ratio eſt. nam (vt ait Paul.lib.Sent.5.ti. 6.) arbor quæ in vicini agrum imminet, niſi à domino ſublucari, id eſt coerceri, circumcidi non poteſt. ſed ſi recuſet, à vicino luxuries ramorum compeſcetur. quod idem traditur in l.1.§.vlt. D.de arbor.cæd. Sed de radicibus, quid iuris? Nam Pomponius quidem ſtatuit ſi arbor mea in vicini fundum radices porrexerit, adeo vt ex eius fundo alatur, tamen & arborem & radices meas permanere: propterea quod in meo fundo origo eius fuerit, id eſt intra meos fines orta eſt. ac proinde vicino ius non eſſe, illas radices recidere, ſed tantùm agere, mihi non eſſe ius (ſicuti tignum, aut proiectum) immiſſum habere.l.6. §.1. D.arb.furt.cæſ. l.2. D.de arb.cæd. quod idem etiam in Baſilicis traditur lib. LX.tit.de arboribus, 16. Alexander verò interdictum etiam competere ſtatuit, vt eas radices iubear recidere, & niſi recidero, vicino id facere liceat: ad exemplum interdicti, ſi arbor in alienum agrum impendebit. l.1. C. de interdict. Similitérque Venuleius in l.vltim. D.quod vi aut clam: radices quæ in meo fundo ſunt, reſpondit eſſe vicini cuius in fundo arbor eminet: quippe, acceſſiones principalis. quibus verbis ſignificat, radices, æquè vt ramos, acceſſiones eſſe trunci: atque id quod partis acceſſioniſque loco eſt, ex eo quod principale eſt, cenſeri. quemadmodum de purpura ſimilibúſque rebus traditur in l.ſed ſi meis, 26.D.de adquir.rer.dom.l.in rem a-

A ctio, 23. §.2.& §.4. D.de rei vindic. l.cum aurum, 19.§. peruenimus, D. de aur.& arg.leg. At Caius & Marcianus longè aliter ſtatuerūt. nam potiſſimam arboris partem diſputant eſſe radices: quaſi radices vita ſint arboris.l.3.D.arb. furt.cæſ. denique quaſi reliquæ partes arboris, atque adeo truncus ipſe acceſſionis loco ſit. atque idcirco arborem prope confinium à vicino meo in agro ſuo poſitam, ſi in meum fundum radices omnes egerit, totam meam effici: ſi partem dumtaxat, pro diuiſo communem eſſe, hoc eſt, pro regione cuiuſque
B prædij vt ſingulorum partes, demiſſo è ramis perpendiculo, definiantur. neque rationem pati poſſe, vt alterius arbor ſit, quàm cuius ex fundo alitur atque ſuſtentatur: aut non eorum communis ſit, quorum ex fundis alitur.d.l.7.§.vltim.& l.ſequen.D.de adquir.rer. dom. Planius dico vt quiuis intelligat: Pomponius & truncum, & ramos, & radices, totam denique arborem eius manere affirmat, cuius in agro & finibus truncus conſpicitur: Caius autem & Marcianus eam communem effici contendunt pro diuiſo: id eſt pro regione
C cuiuſque prædij quæ tamen communio eſt verbo tantum: nam illa funiculi diuiſione facta reuera proprietas eſt ſingulorum, pro regione cuiuſque agri. l.recte, 25.§.1.D.de verb.ſignif.l.6.§.1.D.comm.præſt. Vtcunque ſit, ſecundum iſtam Caij & Marciani rationem, iuri de glande tertio quoque die legenda, & de arboribus ſublucandis tum demum locus erit, cùm omnes arboris radices eius agri finibus continebuntur, in quo arbor eminet. quod ſi in vicini fundum ſeſe porrexerint, locus ei iuri non erit: ſed fructus, & rami, & radices
D communes erunt. quod à Pomponij & Venuleij ſententia immane quantum diſcrepet. Age, reliqua videamus. Supereſt enim quæſtio de arbore exempta, euulſa, eruta, ſucciſa. de qua tria hæc præcepta memoratu digna tradi video. primum eſt, quod per ſeparationem rei ſubſtantia mutatur, nouámque ſpeciem & appellationem aſſumit. quia quæ prius arbor erat, nunc lignum & eſſe & dici incipit. l. ligni, 55.§.1. D.de legat.3. alterum eſt, quod quæ, dum terræ cohærebat, immobilis, & pars fundi cenſebatur. l. 40. D. de act.
E emt. l. 44. D. de rei vindic. ea poſtquam exempta eſt, mobilium numero haberi incipit. l. eum qui 23. D. de vſurpat. quod idem de lapide exciſo traditur in d.l.8.D. de adq.rer.dom.l.pen.D.de cont.emt.& de tigno in binarum ædium contignatione poſito, & poſtea exempto: in l. binas, 36. D. de ſeru. vrb. Tertium eſt, quod quæ in confinio ſtans arbor reuera communis non erat, quamuis in cōmuni fundo eſſet, ac proinde ad communi diuidundo iudicium non pertinebat: ſed certis partibus ac linea diuiſa intelligebatur pro portione cu-
F iuſque prædij communis, quaſi perpendiculo ex arbore ſumma in confinij lineā demiſſo: eadem de terra exempta communis eſſe incipit: ſiue (quod idem eſt) quæ antea communis erat pro diuiſo, poſt auulſionem incipit eſſe communis pro indiuiſo: propterea quod partes dominij, quæ antea ex confinio & linea dicernebantur, per arboris auulſionem confunduntur: ac proinde tum demum in communi diuidundo iudicium veniunt.d.l.19.D.comm.diuid. His ita conſtitutis, vt iam ad inſtitutum redeamus: permagnam non Pauli
G ab aliis, ſed & ab ſe ipſo, & ab aliis diſſenſionem animaduerto. nam cùm in d. l. arbor, 19. apertiſſimè ſtatuiſſet, arborem auulſam ita cōmunem fieri, ſicuti duabus maſſis duorum dominorum conflatis tota maſſa communis eſt, hoc eſt pro indiuiſo, ac proinde pro incertis & confuſis partibus: l.8.D.de adq.rer.do. & conſequenter ad communi diuidundo iudicium pertinet:

net:d.l.19.tamen idem Paulus in l.penult.in fin.D. pro ſocio:non minus apertè ſcribit, naturali rationi conuenire,tantam vtrumque partem in ligno habere,quãtam in ſtante arbore prius habuerant: nempe certam finitam,& diuiſam. Poſtremò ne illud quidem omittendum eſt, quattuor has voces: EIVS SIT CVIVS FVNDVS,ab illa l.pen.tollendas eſſe, non tantum vt otioſas & futiles, verum etiam vt mendoſas & vitioſas.deinde in d.l.8.D.de adq.rer. dom. tres iſtas voces deſiderari:PRO DIVISO VEL,vt locus ſic legatur:ET SVNT PRO DIVISO VEL INDIVISO COMMVNES. nam cum in vulgata ſcriptura dubitandi cauſſa nulla ſit,probabile eſt,Martianum monuiſſe, lignum & lapidem pro indiuiſo communem fore, & ad communi diuidundo iudicium pertinere,ſiue diuiſum, ſiue indiuiſum commune illud prædium eſſet.

Multum intereſſe,vtrum duobus res eadem diuerſis contractibus vendita,an oppignerata ſit.

CAP XV.

Non poſſum aſſentiri opinioni eorum, qui nuper diſputare cœperunt,nihil intereſſe, vtrum eadem res duob.vendita ſit, an oppignerata. Nam quod Paulus tradit in l. qui duobus,21.D.de leg.Corn.de falſ.eum qui duobus vendidit,pœna falſi coerceri: non ex iuris ratiocinatione, & Iuriſc.diſputatione id verum eſt,ſed ex D. Hadriani conſtitutione,vt Paulus eo loco diſertè affirmat. nam ſi diſputationes iuris ſequeremur,æquè rei iampridem venditæ noua venditio conſtaret,vt cuiuſuis alterius alienæ,l.rem alienam,28.D.de cont.emt.quod vel ex eiuſdem oppigneratæ venditione, & diſſimulata oppigneratæ obligatione intelligi poteſt. atque adeò ex contrario eiuſdem rei aliquanto antè venditæ oppigneratione. neque enim crimen illud eſt, niſi mendacium periurio coniunctum ſit.l. vl. D. ſtellion. ſed ſimpliciter reſpondetur,rei alienæ pignerationem non valere.l.1.l.2.C.ſi alien.res pig. niſi fortè diem in inſtrumento prætulerit,& (vt vulgò dicimus)anticiparit: ac mutuum accipiens tertio die menſis, ſcribat ſe mutuũ illud accipere Kalendis, ſuámque rem oppignerare, quam ſecundo eiuſdem menſis vendiderat: tum enim falſi tenetur.l.ſi à debitore,28.D.de fal.nimirum ob adulteratum inſtrumentum, & falſum in tabulas relatũ l.1.§.1.l.inſtrumentorum,16.§.1.D.ill.tit. Cùm igitur Hadriani conſtitutione venditio rei venditæ crimen legitimum,ordinariúmque factum eſſet, neque quidquam de rei pigneratæ oppigneratione ab vllo cautum:quæſitum eſt inter Iuriſconſultos,quidnam iuris eſſet?ac reſponſum eſt,quoniam fraus in oppigneratione facta,proxima eſt eius,quæ in venditione committitur,eam ad crimen ſtellionatus,quod extraordinariũ, &(vt Rhetores loquebantur)inſcriptum eſt,referendã. l.1.C.de crim.ſtel.l.tutor,§.contrariam. l. ſi quis in pignore.§.vl.D.de pig.ac.Quemadmodũ.n.in priuatarũ rerum contractibus,cum eiuſmodi negocium geſtum eſt,quod proximũ eſt ordinario,ſiue ei qui nomen habet,ad extraordinariam perſcriptis verbis actionem cõfugimus:ſic in criminibus & maleficiis fieri ſolet, vbi titulus criminis deficit,(vt Vlp.loquitur) ad ſtellionatũ deſcendimus.l.3.D.ſtellionat.Nequaquam igitur ratiocinandum eſt,fraudem in venditione commiſſam idcircò in ordinarium falſi iudicium vocari, quia venditor mentitus eſt ſuam eſſe. Quàm crebrò enim accidit,vt venditores ea de re nihil pronuntient? ſed quia vendunt,ſuum vendere præſumuntur. Præterea quid reſpondebimus ad l. vlt. D.ſtellion. vbi non modò qui mentitus eſt ſuas eſſe res quas oppignerabat, verum etiam peierans mentitus eſt, tamen non falſi ſed ſtellionatus teneri dicitur? Eodémque modo nequaquam diſputandum eſt, fraudem,quæ in oppigneratione admiſſa eſt, idcircò ad extraordinarium ſtellionatus iudicium reuocari, quia venditor tacuit tantùm,& diſſimulauit.quid enim?ſi liberum eſſe dixerit,ac mentitus eſt? an idcircò legitimum & ordinarium falſi crimen dicemus?At legitima & ordinaria iudicia non diſputatione, vt dixi, ſed legibus & S.C.& conſtitutionibus Principum conſtituuntur. Itaque non dubium eſt, Modeſtinum in dict.l.vltim. idcirco ſenſiſſe debitorem peierãtem ſuum eſſe pignus,ſtellionatus teneri,quoniam nulla lege aut S.C. Principiſve conſtitutione crimen illud ad falſi iudicium redactum fuerat.

Mendum apud Ciceronem ſublatum.

CAP. XVI.

Docuimus in lib. Quæſt. illuſt. Legis actiones non niſi coram atque inter præſentes celebrari ſolitas,in quibus Mancipatio fuit. Itáque ſi abſens abſenti mancipio dare volebat, alterutrius ſeruum adhiberi oportebat. Qua de cauſſa mendum eſſe apud Ciceronem arbitror lib. Epiſt. ad Attic.13. epiſt.48.in his verbis: Veſtorius ad me ſcripſit, vt iuberem mancipio dari ſeruo ſuo pro mea parte Hetereio cuidam fundum Brinnianum:vt ipſe ei Puteolis rectè mancipio dare poſſet. Eum ſeruum, ſi tibi videtur,ad me mittes. Corrigendum igitur arbitror: *Vt iuberem mancipio dare ſeruum ſuum.* Species enim hæc fuit: Cicero à Brinnio heres cum aliis quibuſdam inſtitutus fuerat,ep. 13. Is ſuam Brinniani fundi partem vendere cuidam Hetereio,ciui Puteolano,volebat:cui negocio ſe Veſtorius interponebat. Erat autem certum Mancipationis carmen, quod non niſi inter præſentes pronunciari oportebat. Cùm Veſtorius ad Ciceronem venire non poſſet, Ciceroni ſcripſerat,ſe miſſurum ad eum ſeruum quendam ſuum, quem Cicero, certa prõnũciata formula, iuberet mancipio dare Hetereio ſuam illius fundi partem: vt Veſtorius cui per ſerui ſui perſonam mandatum illud fuerat,Puteolos proficiſceretur ad Heterium,eíque partem illam eandem manciparet. nam ſeruus Veſtorij domini perſonam in illis legis actionibus,ceteríſque legitimis actibus ſuſtinebat.

Emendata l.quarta,§.primo,D.de naut.fœn.

CAP. XVII.

Papinianus ita ſcripſiſſe creditur: Pro operis ſerui traiectitiæ pecuniæ gratia ſecuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem centeſimæ non vltra duplum debetur. Ego tres illas voces NON VLTRA DVPLVM tollendas arbitror, hac de cauſa:quoniam illa pœnæ ſtipulatio pro operis ſerui quib.dominus carebat, non modò non vltra duplum, ſed ne ad duplum quidem vſque deberi poteſt. Non vltra duplum, quia centeſima ſortem non adæquat, niſi quarto poſt octo annos menſe: quandiu non puto vnquam poſt repertã nauigandi artẽ quenquam ſeruum κερμακόλλυτον in expectãda poſt diẽ periculi pecunia,& debitore aſſectando,cunctatum eſſe. Non ad duplum: quia fraus legibus vſurariis fieret, quæ certum vſuris modum præſcripſerunt, quem per ſtipulationem pœnæ,vice vſurarum præſtandæ excedere non licet. l. Iulianus, 13. §. ibidem, D.de act.empt

l.pecuniæ,9.l.pœnæ,44.D.de vſur.l.cùm allegas,15.C. eod. Quid ergo eſt? Cum videlicet ita Papin. ſcripſiſſet: *Ad finem centeſimæ debetur.* vel Tribonianus, vel alius neſcio quis Latinæ linguæ non minus imperitus, ſubaudiuit *Penſionis.* quaſi ſcriptum eſſet, *Vſque ad finem centeſimi menſis debebitur: vltra centeſimum menſem idcirco nō debebitur, quia duplū ſortis excederetur.* quod, vt dixi, perabſurdum eſt: neque veriſimile eſt vnquam accidiſſe, vt κερμακόλυτες per annos octo & amplius quatuor menſes in exteris regionibus debitorem aſſectaretur ac per tantum temporis ſpacium in dies ſingulos operarum illius nomine aliquid præſtaretur. Gloſſam autem illam idcirò non puto gloſſis Tribonianicis recentiorem eſſe, quia Græci dicuntur ita locum illum conuertiſſe: μέχρι τῆς ἑκατοστῆς, οὐχ ὑπὲρ τὸ διπλοῦν. Alioqui crediidiſſem voces illas duas NON VLTRA, ſubiectas pro gloſſa illarum AD FINEM, poſtea verò in contextum receptas, & ab imperito aliquo vocem DVPLVM adiectā fuiſſe. cum illā ſcilicet familiarem Papiniano locutionem nō intelligerent. *Ad finem*: qua ſimiliter idē vſus eſt in l.in inſulam,42.§.1 D.ſolut. matr.& l.pater,17.§ 1. D.de caſtr.pec. Et hanc emendationem verſus inſequens confirmat: in quo de modo tantùm legitimæ vſuræ non etiam de duplo, Papinianus reſpondet, quaſi ſummatim ita ſcripſiſſet: Poſt diē periculi ſiue pœna pro operis, ſeparatim, ſiue vſura ſeparatim, ſiue vtraque coniunctim ſtipuletur, finis centeſimæ vſuræ ſeruandus eſt: quem legitimum & ſolennem vſurarum modum fuiſſe, cōſtat ex l.ſi pro mutua, 8.C.de reb.credit. Simillimam autem gloſſematis ineptiam lib. Obſeruat. 4. indicaui ſub eod.tit. l.5. vbi pro EROGATVRO, legendum eſt EROGARO: & illa verba, *Plurimum pecunia dederim*, gloſſema eſſe.

Notata diſſentio inter Paulum in l.rem alienā, D.de pig. act. & Modeſtinum in l.ſi Titio, D.de pignor.

CAP. XVIII.

NOn puto vllo ingenioſo vel Alciati, vel Duareni cōmento tegi poſſe diſſentionem Pauli in l.rem alienam,41.D.de pign.act.& Modeſtini in l.ſi Titio,22.D.de pignor. in quæſtione, An ſi dominus rei quam debitor pignori obligauit, ei debitori ſucceſſit, hypotecaria actio concedatur? Vtroque quidem loco Pigneratitia nominatur: ſed generali verbo, pro Hypotecaria. nam quantum ad Pigneratitiam attinet, quæ perſonalis eſt & debitori ſoluto debito contra creditorem datur, ſatis cōſtat eam competere. nam cùm heres defuncto ſuccedat, & eadem perſona cum defuncto cenſeatur, non dubium eſt, quin heredi poſt ſolutum debitum pigneratitia contra creditorem detur, vt pignus recuperet, l.ſi vxor, 12. C.de pignorib. de hypothecaria dubitatio permagna eſt. nam quantum ad directam, conſtat eam non dari: primùm propterea quòd rei alienæ pignus purè non conſtituitur. l.ſi fundus,16.§.alienam. D.de pig. deinde quoniam abſurdum eſſet, in heredem dari actionem, quæ aduerſus ipſum defunctum non competiiſſet. l. 3. D. itiner. act.priuat. l.inuitus,156.§.cum quis. D.de regul.iur. Certum eſt autem creditorem non potuiſſe aduerſus ipſum debitorem agere hypothecaria de ea re, quam alienam oppignerarat. neque enim quiſquam, niſi dominus, rei alicui imponere onus poteſt. l.8. D.de comm.præd. Quid igitur de vtili dicemus? Nam Paulus eam apertè creditori dandam negat: quippe, cùm neque ſermo, neque ſententia edicti hoc ferre poſſit: *Quod à quoquam quauis de cauſſa hypoteca obligatum*

A *eſſe dicetur: eius rei perſequendæ cauſſa creditori iudicium dabo.* Nam hypotheca quæ in defuncto non conſtituitur, in herede conualeſcere non poteſt: ne quod ab initio non conſtitit, ex poſtfacto conualeſcere videatur, l. quod ab initio. D.de reg. iur. Contrà tamen Modeſtinus: Etſi, inquit, directò non conualeſcit, tamen vtilis dabitur. quid ita? an propter vtilitatem contrahentium & æquitatem, vt heres, qui in ius defuncti ſucceſſit, eius factum præſtet. l.6.in fin. D.ad qu.& aq.pluu. l.filiū, 31.D.de lib.cauſ. quod veriſimilius eſſe arbitror: ita tamen,

B vt, quoniam Edicti ſententia non congruit, æquitas poſtulat, vt nō vtilis hypothecaria, ſed in factum à Prætore actio concedatur: velut in ſpecie l.3.§.interdū, l.9.§.ſi tibi decem. D.de ad exhib. l.in rem actio, 23.§. item quæcunque, D. de rei vindic. l. ſi heres, 63. D.de leg.2. In contrario verò caſu, nimirum cum debitor ei cuius rem oppignerarat, heres exſtitit, nō modò perſpicua æquitas vtilem requirit, verumetiam Edicti ſententia: quaſi aliena res ſub conditione oppignerata ſit, ſi debitoris eſſe cœperit: vt exiſtēte cōditione iam tum à

C conuentionis tempore obligata eſſe videatur. d.§.alienam.& l.5.C.ſi res alien. quare ſiue debitor, qui domino ſucceſſit, rem poſſideat, patietur hypothecariam ſine exceptione doli. ſin autem à creditore rem petat, exceptione doli repelletur. l. 7. §. ſed etſi, D. ad Macedon.

Ad l.qui cum alio, 19.D.de reg.iur. Item heres an rectè filiofa.legatum ſoluat.

CAP. XIX.

D IN hac lege multa obſcura ſunt. nam vt illud omittam, quòd tria hæc VEL EST VEL, aut otioſa ſunt, aut certè ad regulam tradendam non accommodata: cùm alterutrum abeſſe poſſit, vt l.idem iuris,8.D.ad legem Aquil. primum quæro quid illud ſit, quòd cum propoſitum fuerit, oſtendere diſſimilitudinem inter eos qui ſponte, & eos qui non ſponte contrahunt: tamen poſteaquam in illis de contrahenda obligatione dictum eſt, in his ſubiici-

E tur de diſtrahenda, hoc modo: Qui ſponte contrahunt, in contrahenda obligatione noſſe debent conditionem eorum quibus cum contrahunt. Qui verò non ſponte contrahunt, in diſtrahenda obligatione non ignari debent eſſe conditionis eorum quibuſcum diſtrahunt. nam quæ in fine de heredib. dicuntur, conſenſu omniū de legatis præſtandis intelliguntur. Iam verò quid illud eſt, quòd cum Regula vniuerſalis eſſe debeat, & quod de legatariis dicitur, etiam in creditoribus locum habeat: tamen ſoli legatarij propriè & peculiariter no-

F minentur. nam æquè contractum videri etiam cum creditoribus, atque adeo cum coheredib. patet ex l.3.in fin.& l.4.D.ex quibus cauſis.in poſſ. §.3. de oblig. quæ quaſ.ex contr. l.heredes,25. . non tantum, D.famil.erciſc. Sed his remotis, nunc de Regula videamus. Primùm hanc Sabini ſententiam non eſſe, vel ipſa verborum conceptio demonſtrat. Deinde concipi eam ſic poſſe arbitror, vt in obligatione tum contrahenda, tum diſtrahenda conditio eius quocum negocium geritur, nota eſſe debeat: niſi fortè iuſta ignorātiæ cauſſa ſit: ve-

G luti ex communi opinione, quæ pro veritate cenſetur, vt l.3.D.ad Maced. l.1.D.de exercit. Ac de contrahenda quidem exemplum exſtat optimum in l. ſi Titius, 48.D.de fideiuſſ. vt illa vulgata omittam, quod ſi quis crediderit filiofam. pupillo, furioſo, prodigo, aliòve modo cum illis contraxerit, non excuſatur ſi dicat, eorum ſibi conditionem ignotam fuiſſe. quod tamen de

milite

milite ſecus obſeruatur, l.ſi ignorans, 50. D.locat. De diſtrahenda verò exemplum exſtat in eo quod traditur, filiofam. rectè ſolui non poſſe.l.filiusfamil.22.D.de ſolut.l.filius,23.C.de pact. Item nec pupillo, nec furioſo, niſi quatenus in rem eorum verſum erit. l. pupillo, 15. D.de ſolut. l.ſi debitor,16. D.de dol.excep. vti nec ei, qui pro tutore gerit.l.debitores,28. D.de ſolut. aut qui litis procurator eſt.l.hoc iure,86. D.eod. Ex quibus intelligitur, verbum CONDICIONIS hac in lege ad ſeruos aut filiosfamil.reſtringendum non eſſe: ſed ad eos omnes pertinere, qui vel contrahendi vel diſtrahendi negocij ius non habent. Simul etiam diſputari poteſt, vt cauſſa illa vtraque comprehendatur, & cõtrahendæ, inquã, & diſtrahendę obligationis: verbũ CONTRAXIT, quod pręſentis eſt temporis, non conuenire, potiúſque concipiendam hoc modo regulam videri: Qui cum alio contraxit, vel eſſe vel fuiſſe debet non ignarus, eius conditionis: vt Eſſe, ad diſtrahendi, Fuiſſe, ad contrahendi tempus referatur. Verùm hæc leuiora ſunt. Illud grauiſſimum, quod ex hoc loco ſumma omnium conſenſione traditur, heredem rectè filiofa. legatum perſoluere, neque in eo requiri, vt ipſius conditionem cognouerit. Qua de re primùm proferri textus debuit: deinde demonſtrari regulam illam ſuperiorem, qua generaliter traditur, filiumfa. debitum accipere non poſſe, in legatis non valere. Præterea refragatur apertiſſimè textus in l.ſi vſusfr. 14.§. pen. D.quand. dies legat. nam ſi heredi non imputatur, cùm diſertè iuſſus eſt non alij dare, quàm filio: licebit ex contrario ratiocinari, ei imputari, ſi clauſula illa nominatim adiecta non ſit: quod etiam confirmatur eodem argumento ex l. vbi purè, 19. D.ad Trebel. l.fideicommiſſa, 11.§.ſi filio, D. de legat.3. atque adeo ex. §.vlt. d.l.ſi vſusfru. ſi minoris comparationem perpendamus. Iam verò quid de creditoribus dicemus? nam ſi heres propterea excuſatur, quia non ſponte cum legatariis contraxit: numquid idem de creditoribus hereditariis dicemus? Proferatur ergo textus aliquis contrarius illi generali regulæ, de ſolutione non rectè filiofa. præſtanda quo planum fiat heredem rectè filiofa. defuncti creditori ſoluere poſſe. Et ſanè cùm hæc regula ex eodem Vlpiani libro deſcripta ſit, vnde illa l.ſi vſusfructus. haud ſcio an vterque locus ſatis integrè à Triboniani librario deſcriptus ſit.

Emendatio & interpretatio §. Marius, l.6. D.mand. vbi de redemtione litis agitur.

Cap. XX.

VBi vulgò ſic legitur, *Videbatur autem mihi iudicatũ ſolui fideiuſſiſſe & quaſi redemtor litis extitiſſet*: credo legendum ita eſſe: *Videbatur autem mihi quaſi iudicatum ſolui fideiuſſiſſet. non quaſi redemtor litis extitiſſet.* cum negatione, quę illo loco neceſſaria eſt. nam duplex proponitur pactio: vna certè mercedis pro fideiuſſione, quæ nõ improbatur: altera de parte litis, quæ improbatur: cum aduocatus procuratórve litis euentum ſuo periculo præſtat, vt ex Marcelli ſententia in fine huius. §. demonſtratur: quæ redemtio iudicij aut litis, appellatur. l.litem, 15.C. de procur.& l.ſi contra. 20. C. mand. M.Tull. Verr.2. Vt primùm è prouincia redit, redemtio eſt huius iudicij facta grandi pecunia. vbi Pedianus: Artifices (inquit) corrumpendorum iudicium pacti ſunt cum Verre, & redemerunt omnem procurationem iudicij corrumpendi ſuo periculo. abſolutioníſque præſtandæ. Quærebatur ergo, cùm ille fideiuſſor damnatus fuiſſet, an

A contrario mandati iudicio conſequi à Daphnide poſſet quanti damnatus fuerat? Vlpianus fatetur, viſum id ſibi primùm fuiſſe: quippe, cùm eiuſmodi fideiuſſores, ſi etiam defenſionem ſuſceperunt, vtique quod ob rem iudicatam præſtiterunt, conſequantur: vt idem ait in l.iã tamen.5. §.in hac, D.iud.ſol. Rectè igitur Vlpianus: *Videbatur mihi quaſi iudicatũ ſolui fideiuſſerat*: vel, *Quia fideiuſſerat.* An etiã *quaſi* vel *quia* redemptor litis exſtiterat, idem Vlpiano viſum fuiſſe dicemus? Sic quidem peruulgati libri teſtantur. quod planè abſurdum B eſt, & Vlpiani exiſtimatione indignum, cùm ea pactio iure ciuili interdicta nominetur in d.l.ſi contra, C.mãd. Negatiuè ergò ſic legendum arbitrarer, vt ſupra docui, *Non quaſi redemptor litis exſtitiſſet.* Quamobrem igitur (inquiet aliquis) diuerſam Imperatorum ſententiam Vlpianus probauit? nimirum quoniam præter fideiuſſionem ad litis redemtionem acceſſerat. quia non contentus mercede pacta pro fideiuſſione, inſuper acceſſerat ad talem redemtionem quæ iure ciuili interdicta eſt.l. ſumtus, 53. D.de pact. l.1.§. ſi cui. D.de extraord. C cogn.& apud Fab.lib.12.cap.7.

Ad §. generaliter. l.22. D.de regul. iur. arbitrij alieni duplicem eſſe condicionem.

Cap. XXI.

HVius quidem regulę exemplum exſtat certiſſimum in l.hæc venditio, 7. D.de contr.emt. itémque in l.ſi in lege, 24. D.locat.& l.6.D. pro ſoc. Sed ad regulam concipiendam nihil D attinuit domini vel procuratoris perſonam nominare: cùm idem iuris etiam in extraneo eſſe conſtet. d.l.ſi in lege. iuncta l.veluti, 77. D.pro ſoc. & l.ſocietatem, 76. cum ſeqq. D.eod. nam (vt alibi Celſus ſcribit) ea ferè mens eſt perſonam arbitrio ſubſtituentiũ, vt quia ſperent eum rectè arbitraturũ, id faciant: non quia vel immodicè obligari velint. Quare dubitandum mihi quidem non videtur, verba hæc Vlpiani fuiſſe propriè ad ſpecialem caſum d. l.7. pertinentia, quæ nobis Tribonianus pro regula negligenter edidit: cùm & generalius E & verius ita concipi potuiſſet: Arbitrium in certam extranei perſonam collatum ſiue in bonæ fidei contractibus, ſiue in teſtamentis, ad viri boni arbitrium redigitur.l.1.D.de lega.2.l.ſi filiæ pater, 43. D. de legat. 3. Iſto eodem modo ad alteram obiectionem reſpondendum erit. nam ſi quis dicat, Emtionem aut locationem in domini arbitrium collatam, ad viri boni arbitrium non redigi, ſed planè nihil actum videri, l.vlt. C. de contr.emt. l.ſi merces, 26. D.locat. demonſtrandum erit de cõdicione nominatim & diſertè conceptam eſſe F regulam: neque condicionis verbum longiùs producendum eſſe. nam in ſtrictis quoque contractibus idem obtinere, teſtis eſt l.à Titio, 108. D.de verb. oblig. l.ſub condicione, 8.D. de oblig. & act. tametſi ob fauorem dotis regula inflectatur, l. 3. C.de dot. promiſſ. Sed de hoc toto Arbitrij genere ſic habendum eſt: duplicem eius condicionem eſſe: alteram, vt certam in perſonam collatum eam non egrediatur: itaque illo non arbitrante, nihil actum intelligatur. d.l. ſi merces.& l.vltim. ſimul etiam in l. ſi coita, 75. D. pro ſoc. vbi Celſus ait, G hoc vi ipſa huic pactioni ineſſe, vt niſi nominatus arbitretur, nihil actum intelligatur, quod idem in ſtipulationibus locum habet. l.ſi quis arbitratu, 43. D.de verb.oblig. Altera condicio hæc eſt, vt arbitrium in certam perſonam collatum, vbi pronuntiatum eſt, ad viri boni æquitatem redigatur: quod ſuperius demonſtratum eſt in bonæ fidei iudiciis locũ habere: ſed in ſtipulatio-

nibus contrà: vt etiam pœna ab eo qui non paruerit debeatur, argum.d.l.ſi quis arbitratu. Quæ cùm ita ſint, videamus ne ſatis cautè Martinus hoc loco ſtatuat, In ſubſtantialibus bonæ fidei contractuum, arbitrium in perſonam certam collatum, nunquam ad bonum virum redigi: quia verum hoc eſt, ſi pronunciatum non fuerit: at ſi fuerit, redigi arbitror, tam in ceteris bonæ fidei contractibus, quàm in ſocietate: de qua teſtimonium eſt in d.l. ſi coita, 75. & l. inſeqq. D. pro ſoc. Nihilo probabilius videtur, quod alij putant, ſemper redigi: quaſi non tam perſonæ, quàm æquitatis arbitrium inſertũ ſit. Nam vt omittamus.d.l.ſi merces, & d.l.vltim. certè Celſus apertiſſimè ſtatuit, in d.l.ſi coita, quamuis non nominatim pactum ſit, vt niſi nominatus arbitretur, nihil actum ſit: tamen id ipſa tacitè ei conuentioni ineſſe, neque illos quidquam adiuuat l.1.de legat.2. aut l.ſi filiæ, 43. de legat.3. in quibus arbitrium in certam perſona collatum, ſemper redigi dicitur ad boni viri æquitatem, quia nominatus iniquè ſtatuerat. Redigi nanque ad boni viri arbitrium aliud nihil eſt, quàm corrigi. Cùm igitur pronũciatum à nominato fuit, quo modo redigeretur? Quod verò exiſtimant, verba dictæ l. ſi merces, falsò à Triboniano adſcripta eſſe Caio, ex Iuſtiniani conſtitutione, l.vlti. C. de contrahend. emt. ego contrà Caij verba ſtatuo à Triboniano vſurpata & tranſcripta in Iuſtiniani conſtitutionem: quandoquidem apertè fatetur, multos veteres Iuriſconſultos in ea ſententia fuiſſe: quorum in numero Caium & Celſum habendos eſſe, ſatis ex ſuperioribus intelligi poterit.

Ad quæſtionem Guidonis Papæ lxxxij. quo tempore actio ad legitimam præſcribatur.

CAP. XXII.

NVgatoriam hanc totam eſſe Pragmaticorum diſputationem, ſic intelligi poterit. Quintuplex legitimæ nomine actio iure ciuili cõparata eſt. Prima in perſonam, quæ inficiando creſcit, l.ſi quis, 33. C.de inoffic.teſtam. Altera item in perſonam, Expletoria, ſiue Conditio ex lege, l.omnimodo, C.eod. Tertia, petitio hereditatis: ex Nouel.c x v.§.ἀλλὰ πρὸς τούτοις. Quarta, Familiæ erciſcundæ.l.2.C.de inoff.don.l.2.§.1.D.fam.erciſc. Quinta, Interdictum Vti poſſidetis, propter poſſeſſionis cõtinuationem in liberis, l.in ſuis, 14.D.de ſuis & legit.l. in ſuis, 11. D.de lib. & poſt. cùm igitur actiones perſonales x x x. annos durent, l.3.C.de præſcr.trig.ann.l.2. C.de conſt.pec.& rurſus hereditatis petitio tantundem, l.hereditatis, C.de pet. hered. abſurdum eſt, exiſtimare, actionem legitimæ quinquennio præſcribi: præſertim cùm Imp. in l. licet, 8. C. de iur. delib. apertè ſtatuat, filiosfa. nullo longi temporis præſcriptione à vindicanda hereditate paterna excludi. Sed Bartoli argumentum, quo Guido nititur, conſiderandum eſt: quoniam, inquit, hæc actio in Querelæ locum ſuffecta eſt: quam ſatis conſtat, quinquennio præſcribi, l. contra maiorem, 16.l.ſi quis filium, 34. in fin.l.ſcimus, 36.§. vlt.C.de inoff.teſt.& l.2.C.quib.in cauſſ.in int.reſt. Reſpondendum igitur, primum falsò putari Actionem expletoriam ſuffectam fuiſſe in locum querelæ: quia Iuſtinianus in l.omnimodo, §.ſi verò, dilucidè teſtatur ſe querelam integram & intactam relinquere, cùm aut exheredatus, aut præteritus eſt filius. Deinde vt ſuffecta ſit, non tamen idcircò naturam eius imitatur: imò vim & effectum habet planè contrarium: nam querela parentum verecundiam lædebat, cùm eos furoris argueret: hæc conſeruat, & (vt Iuſtinianus ait) ad naturæ verecundiam inducta eſt. §. vlt. de inoff. teſt. illa teſtamentum funditus euertit, l.cum mater, 28. D.eod. hæc illud tuetur, & ſupplementum dumtaxat petit. Quod verò idem Papius eod. cap. numer. 2. quærit, Vtrum ſupplementum ab heredibus tantum, an etiam à legatariis peti poſſit? priuſquam reſpondeam, viciſſim quæro ex eo, Quo teneam vultus mutantem Prothea nodo? nam hoc loco Guido ſtatuit, à ſolis heredibus petendum, contra ſui Bartoli oraculum. At idem Guido, Singul. 968. ſiue ἀπὸ νοῦ, ſiue ἀπ' ὄνου delapſus, diſertè ſecundum Bartoli ſententiam, ab vtriſque petendum reſpondit. Rurſus idem ipſe Guido noſter conſil.103. cõtra Bartolum reſpondit, à ſolis heredibus petendum. Sed conſentaneum eſt, filium & per hereditatis petitionem partem ſuam vindicare poſſe aduerſus omnes poſſeſſores.l.in familiæ, 20.C.fam.erciſc. & familiæ erciſcundæ iudicio agere, l.coheredib.17.C.eo. quod autem heres in legatis præſtandis fecit, id in illud ipſum iudicium venire.l.& puto, 16.§.3.l.inter coheredes, 44. §.2.D.eod.

Locorum aliquot emendatio.

CAP. XXIII.

CRedo eſſe mendum in l.ſi pignore, 22.§.penul.D.de pig.act. vbi ſic legitur: *Si poſt diſtractum pignus debitor.* legendúmque, *Si poſt contractum*. quia neque ad quæſtionem Vlpiani pignoris diſtractio quidquam pertinet, neque verò ei locus eſſe poteſt. Item in §.ſeq. vbi ſic legitur, *Si verò nullum emolumentum talis venditio attulit*: etſi defendi fortaſſe à pertinaci aliquo poſſet, aptius tamen & rectius videtur CONDITIO, pro pacto duplæ: vt ſatis conſtat Conditionis verbum ſexcentis locis pro pacto vſurpari, velut apud Cicer. Verrin. 2. Ea manſit in cõditione atque pacto vſque ad eum finem. Vbi autem verſu inſequ. legitur: VENDERET, item PROMISIT: nemo, vt opinor, Latinæ conſuetudinis peritus dubitabit corrigendum eſſe VENDIDIT & PROMISISSET. Non ex diſſimili mendorum genere illud eſt in l. quamuis, 8.§.ſi cum eſſem, D.ad Velleian. vbi ſic legitur: VT PERINDE OBLIGERIS. nam PROINDE reſtituendum, nemo in Latinis auctoribus verſatus negauerit: vox enim PERINDE ſemper ad comparationem pertinet: quæ in illo loco nulla eſt. Fœdius autem aliquanto illud mendum eſt in l.Lucius, 27. D.depoſ. vbi ſic legitur: NVLLA DENVNTIATIONE A DOMINO FACTA. Sublata enim A, particula, corrigendum eſt: NVLLA DENVNTIATIONE DOMINO FACTA: in quo cauſſa conſiſtit. Nam ſi denunciatio à L. Titio facta ſerui domino fuiſſet, dominus ſuo nomine obligatus in ſolidum fuiſſet. Nunc cùm eius depoſiti nullã vnquam mentionem audiuerit, actione depoſiti de peculio, quatenus tantum in peculio eſt, tenetur: quæ aduerſus dominum comparata eſt, quo ignorante ſeruus cõtraxit, l.quod autem, §.ſimili, D.quæ in frau.cred.l.ſi ſeruus, 13. D.de precar.§.præterea, Inſt.quod cum eo.l.1.§. licet autem, in fi.& §.ſeq.D.de exercit.

Aliorum aliquot locorum emendationes.

CAP. XXIIII.

PRimus eſt in l.vlt.D. de condic.ind. vbi PVBLIVM MÆVIVM mendosè legitur, pro L. TITIVM. de quo pro propoſita quæſtio fuerat. Secundus eſt in l. Caius Seius, 39. D.de pig.act. vbi

quod

quod ita ſcriptum eſt: QVEM DE LVCIO TITIO EMI. ſine controuerſia ita corrigendū eſt, QVEM DE CAIO SEIO EMI. Tertius eſt in l.3.§.1.D.cōmod. vbi ſic legitur: *Propriè enim dicitur res nō reddita, quæ deterior redditur.* cùm ad Vlpiani quęſtionem aptius multò ſit, hoc modo: *Dicitur res reddita, quæ nō deterior redditur.* quod idem in depoſito iuris eſt, l.1 §.ſi res depoſita, D. depoſ. vbi Vlpia. oſtendit, nihil intereſſe, vtrum res non reddatur, an deterior reddatur. Nō abſimile mendū irrepſit in librum M. Tullij, qui Lælius inſcribitur, eo loco, quem ſubſcribā: *Eſt igitur prudentis ſuſtinere, vt curſum, ſic impetum beneuolentiæ, quo vtamur in amicitia, quaſi aquis tētatis: ſic aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum.* Nam eum quidem locum mendoſum eſſe, omnes viderunt. quemadmodum autem quiſque correxerit, piget dicere. mihi autem ſumta ſimilitudo videtur, non ab iis qui vadū tentant, vt flumen tranſeant: quemadmodum Lambinus & Manutius exiſtimarunt: ſed ab agitatoribus, qui (vt aliquoties vidi) in extremo curriculo, vbi equos ad curſum incitant, defoſſum habent lacum, vt ſi freno ſuſtinere currentis equi impetum non poſſint, tamen equus ſe ſua ſponte tentatis in eo lacu aquis, & earum altitudinem formidans, ſiſtat. Sic igitur corrigēdum videtur: *Eſt prudentis ſuſtinere, vt curſum equi quo vtamur, aquis tētatis: ſic impetum beneuolentiæ in amicitia, periclitatis moribus amicorum.* Cicero de legib. 2. Nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi, cùm ad multa acceſſerim, vt vix pede tentare id poſſim.

Aduerſus deciſionem Guidonis Papæ xcvj. an legitimam in dotis cauſſam alienare teſtator prohibere poſſit.

CAP. XXV.

SVmma quæſtionis eſt: An ius ſit teſtatori prohibere filium ſuam legitimam, etiam in dotis cauſſam, alienare? Primùm omnium, ius non eſt teſtatori, adimere filio liberam de ſua legitima diſponendi facultatem. ſiue quia legitimæ nullum grauamen imponi poteſt, l. quoniam in prioribus, 32. C. de inoffic. teſta. ſiue quia quæ aliunde quàm ex teſtamento veniunt, in fideicommiſſi reſtitutionem non cadunt, l. debitor, 59. l. ſi poſtulante, 67. §. vlt. D. ad Treb. l. pater filiam, 14. D. ad leg. Falc. Legitima autem liberis non ex teſtamenti cauſſa, ſed ex directo legis beneficio prouenit. Nou. xviij. in princip. idque ſæpè alibi demonſtratum eſt. Ne multa: Iuſtinianus omnem tergiuerſandi occaſionem ſuſtulit, per Nouel. xxxix. in qua dilucidè ſtatuit, legitimam liberorum non ſupponi (vt Iuliani verbo vtar) fideicommiſſi grauamini. Et de hac re, ſaltem de arrogati quarta, quæ huic par eſt, textus eſt optimus in l. ſi arrogator, 22. D. de adopt. Quòd ſi alienatio legitimæ filio interdici non poteſt, multo minus in dotis cauſſa: & præſertim eius dotis, quæ filiæ à patre datur: vt in iſta Guidonis controuerſia. Conditiones enim quę contra bonos mores inſeruntur, aut humanitati contrariæ ſunt, pro nihilo habendæ ſunt: l. conditiones, 9. l. cōditiones, 14. l. quidam in ſuo, 27. D. de cond. inſt. veluti, inquit, ne parentibus aut patronis alimenta pręſtentur. Hanc autem in illo eſſe genere, Ne filiæ dos detur: nemo niſi humanitatis expers negauerit: ſiue quia dotium cauſſa ſemper & vbique præcipua eſt, publicéque intereſt eas conſeruari, l. 1. D. ſolut. matr. l. 2. D. de iur. dot. ſiue quia parentum officium eſt, filiabus dotem conſtituere, l. vlt. C. de dot. promiſſ. l. capite, 19. D. de rit. nupt. vt facilè appareat, nullum inofficioſum teſtamentum dici poſſe, ſi hoc non eſt, in quo auus ſuæ nepti dotem dari prohibet. Sed cùm benignè de parentum erga liberos voluntate ſentiendum ſit, & exheredationes interpretatione refutandæ, l. cùm quidam, 19. D. de lib. & poſtum. Iuriſconſulti officium eſt, ſtatuere, nunquam id in iſtius aui teſtatoris mentem incidiſſe, vt dotem ſuæ nepti dari prohiberet. Sed quid opus eſt verbis? cùm Scæuola in l. à filia, 22. D. ad Trebel. reſponderit, dotem per patrem filiæ datam in fideicommiſſum vniuerſale ab ea relictum non cadere: & Iuſtinian. dicta Nouell. xxxix. diſertè ſtatuat, vt filia hereditatem reſtituere rogata, præter ſuam legitimam, aliquid dotis ſuæ nomine de ceteris reb. detrahere poſſit. Neque obſtat filij iuſiurandum, & promiſſio de teſtatoris voluntate obſeruanda: ſiue quia neque iuſiurandum iniquæ rei ratum eſt, l. iuriſgentium, §. & generaliter, D. de pactis, l. 5. C. de legib. l. pen. C. de tranſact. ſiue quia promiſſio illa contra bonos mores non eſt obligatoria, l. ſtipulatio hoc modo, D. de verb. oblig. &, vt ipſi Canoniſtæ ſcribunt, ne iuramentum quidem contra bonos mores eſt obligatorium. Ergo quia benignè de parentum in liberos voluntate ſentiendum eſt, vt not. l. vlt. C. commun. vtriuſque iudic. potius exiſtimandum erit, neque auum in teſtamento ſcribendo, neque filium in eo comprobando quidquam eiuſmodi cogitaſſe. Iuſiurandum autem ad ea, de quibus cogitatum non eſt, non produci, ſatis conſtat ex lege vltima, C. de non nu. pec. l. 2. §. vlt. D. qui ſatiſd. cog.

Aduerſus eiuſdē Guid. Papij duas deciſiones ccccxxvij. & ccxxviij. vbi oſtenditur, nepotes non eſſe ſed fieri ſuos heredes repræſentatione.

CAP. XXVI.

SVmma prioris quæſtionis hæc eſt, An filius iurans ſe teſtamentum patris obſeruaturum, legitimæ & Trebellianicæ renunciaſſe intelligatur. Hoc capite vſurpari fortaſſè lubentianum illud poſſet: Aut non intelligo de quo conſulatur, aut valdè ſtulta iſta conſultatio eſt. plus enim quàm ridiculum eſt, dubitare, an eiuſmodi filij iuſiurandum ad legitimam aut Trebellianicam pertineat, niſi de ea cautum in teſtamento fuerat: & interdictum filio, ne illam detraheret. Atqui prohibitionem iſtam nullius eſſe momenti, Iuſtin. apertè ſtatuit, Nouell. cxv. Vt cùm de appel. §. εἰ δέ τινες κληρονόμοι. & argumentum ſatis idoneum exſtabat in l. quoniam in prioribus, 32. C. de inoff. teſt. Quòd ſi ſpecialis filij renunciatio & pactio cum heredib. ea de re interueniſſet, non dubium eſt, eam, etiam nullo iureiurando adhibito, valituram: ex aperta conſt. Iuſtin. in l. ſi quando, 35. §. & generaliter, C. eod. Alterius autem quæſtionis quæ præponitur cap. 28. ſumma eſt: An nepos ex filia quæ legitimæ ſuæ renuntiarat, eam legitimam contra teſtamentum aui petere poſſit? Guido reiicit nos ad Bartolum, qui diſtinguit, vtrum nepos iſta ex ſua, an ex matris perſona ſuccedat: hoc eſt, vt ipſe ait, vtrum nepotes filiis præmortuis auo ſuccedant, an nepos ex filio præmortuo vnà cum patruo: quia illo caſu ex ſua perſona ſuccedet: ac proinde legitimam petere poterit. hoc, ex filij perſona quam repræſentat. ac proinde non poterit: ne plus iuris ſucceſſor, quàm is cuius in locum ſucceſſit, habere videatur. Mirum eſt Bartolum dixiſſe, & Guidonem ceteróſque omnes adſtipulatos eſſe, nepotes ex filiis præmortuis auo ex ſua perſona ſuccedere: contra legem & XII. tab. & Velleiam, l. 1. §. filius, D. de ſuis & legit. §. cum filius, de hered. quæ ab inteſt. l. 2. l. 3. l. 4. C. de ſuis & legit. l. 2. C. de lib. pręter.

vnde ſatis intelligitur, nepotes non eſſe,ſed fieri ſuos heredes ſucceſſione: & (vt vulgus loquitur) repræſentatione: ob eámque cauſſam hereditatem aui non in capita,ſed in ſtirpes diuidi.Ecce autem aliam Guidonis ſapientiam. nam ſub quæſt. dxcviij. nu. 2. hanc ipſam quæſtionem tractans, indiſtinctè ſtatuit, nepotem viua filia non poſſe. Reſpondendum igitur, iſtam filiæ renunciationem patre ſuperſtite factam, nepoti neque ea mortua, neque ea ſuperſtite, ius oppugnandi auiti teſtamenti adimere. quia in querela locus eſt ſucceſſioni,& præcedentibus excluſis, patet tamen aditus inſequentibus.l. ſi is qui,31.l.ſi non mortis 25.l.pater filium, 14. D.de inof.teſt.facit text.in l.3.§.ſi emancipatus, in fi. D. cont. tab. ſed tamen ſi filia auo ſuperſtes querelam repudiaſſet,aut quinquennio tacuiſſet,nepos excluderetur.l.ſi quis filium,34.C.eod.l.cum mota, 6. C.de tranſact.

Gloſſæ aliquot locis indicatæ. Conſobrinorum duo genera. Stringere numos quid ſit.

Cap. XXVII.

PRimus eſt in l. 3 §. vlt. D. de vſur. vbi ad illa Papiniani verba, *Non ſine rubore deſiderabuntur vſuræ:* ineptus neſcio quis adiecit, Id eſt, *non exigentur.* quod poſtea ſic immutatum eſt:*Ideóque non exigentur.*Secundus eſt in l.qui pupillam, 7. D. ad leg. Iul. de adult. vbi cùm ad verbum DESTINATAM TESTAMENTO,quidam ſubſcripſiſſet,Id eſt, *Denominatam*: poſtea gloſſa hæc in contextum recepta eſt, vt apparet ex l.non eſt matrimonium, 66.D.de rit.nupt.Trãquill.in Iulio:Sibíque filiam eius in matrimonium petiit, Fauſto Syllæ deſtinatam.Tertius eſt in l.ſed ſi damnum,9.§. vlt. D. de pecul.vbi ſic legitur:*Marcellus autem melius eſſe, præſtare creditori.* nam quis non videt,verba hæc MELIVS ESSE,gloſſema fuiſſe ſub verbo PRÆSTARE,ſubſcriptũ:& ab imperitis in Vlpiani verborum contextum receptum? Quartus eſt in l.1.D.de æſtimat.vbi ſic legitur:Quoties enim de nomine contractus alicuius ambigeretur, cõueniret tamen aliquam actionem dari,*dandam æſtimatoriam perſcriptis verbis actionem*: vbi vox ÆSTIMATORIAM ſine dubio ex gloſſa eius ſumta eſt, qui generalem regulam ad hanc æſtimatoriæ cauſſam reſtrinxerat. Quintus eſt in l.quinetiam,55.D.de rit.nupt. vbi verba illa: AVT MATERTERAM ex gloſſa ſumta ſunt ad ſuperius verbum MATREM ſubſcripta,quod luſcioſus librarius ſcripſerat pro AMITAM. nam cùm ſemi doctus aliquis animaduertiſſet, vocem MATREM ei loco non quadrare,propterea quòd mater patris adoptiui filio adoptiuo planè extranea eſt, ac neque agnationis aut cognationis aut affinitatis vinculo ei tenetur: ſcripſit in gloſſa AVT MATERTERAM. quod tamen æque vt aliud mendoſum eſt, quoniam hæc quoque plane extranea eſt: cùm per adoptionem neque matertera, neque auunculus, neque cognatus denique vllus quæratur.l.ſi qua mihi, 12.§.1. D.de rit.nupt.l.qui in adoptionem,23.D.de adopt.qua de cauſſa etiam patris adoptiui ſororem vterinam ducere permittitur.d.l. ſi qua, in fi.Simillimúmque mendum iam pridem partim ab Haloandro, partim à Florentinis ſublatum eſt in l.per adoptionem,17.§.vlt. D. de rit.nupt. vbi vulgò ita legebatur: *Vtique autem amitam & materteram, amitam magnam & materteram magnam prohibemur vxorem ducere,etſi per adoptionem nobis cõiunctæ ſint.* quẽ in locum vox MATERTERAM bis vitioſiſſimè recepta fuerat:quem tamen eodem modo vides à Connano mendoſiſſimè productum fuiſſe: ſed huius rei fuſior explicatio reiecta eſt à nobis in lib.Commentationum XXIII. ſub rub.de rit. nupt. Quod verò apud Paulum lib.Sent.4.ti.11.video eſſe,qui verba hæc ET MATERTERÆ tollenda eſſe cenſent, plane abſurdum eſt. Veriſſime namque Paulus duo Conſobrinorum verè propriéque ſumptorum genera ſtatuit.vnum eorum,qui ex duabus ſororibus nati ſunt: quæ natis inuicem materteræ ſunt.alterum eorum, qui ex fratre & ſorore nati ſunt:quorum ille hunc Amitinum, hoc eſt Amitæ filium, appellat: hic verò illum Conſobrinum,hoc eſt, Auunculi filium. Nam, vt ait Imper.Amitæ tuæ filij, Conſobrinum te appellant, tu illos amitinos.§.quarto gradu.Inſtitu.de gradib.vt facilè appareat vere propriéque Conſobrinum dici, non modò materteræ, ſed etiam auunculi filium: rectiſſiméque iſto modo apud Paulum legi: Conſobrinus,conſobrina:id eſt,auunculi & materteræ filius filia:neque fruſtra (vt annotatum à quibuſdam video) Paulum adieciſſe: Itémque conſobrini,qui ex duabus ſororibus naſcuntur. Age tẽtemus etiam altero in loco, quem ſimillimo errore contaminatum fuiſſe ſuſpicor in l. quicũque.8. D.ad leg.Corn. de falſ.vbi ſic legitur: *Qui nummos aureos partim raſerint, partim tinxerint,vel finxerint.*Tingi poteſt argenteus aureo colore: ſed aureus quorſum tingeretur? Videamus,an cum Vlpianus STRINXERINT,ſcripſiſſet, luſcioſus,aliquis poſuerit TINXERINT:aliquis autem ſemidoctus ad marginem ita ſcripſerit; VEL FINXERINT.Aureum autem numum ſtringere eſt circumcidere.Nonius:Stringere,inquit,eſt interdum exſcindere. Virg.Geor.2.Tunc ſtringe comas,tunc brachia tonde. & in Bucol.Hic vbi denſas Agricolæ ſtringunt frõdes. Vindicat ergo lex Cornelia qui de numis aureis partẽ aliquam, vel lima deraſerint, vel forcipe detraxerint. Atque ita Lucretius Stringendi verbo vſus eſt, pro demere,detrahere.Sed quæ ſunt rerũ primordia,nulla poteſt vis ſtringere. Mouet tamẽ locus ille Pauli lib. ſent. v.Quíve numos aureos argẽteos adulterauerit,lauerit, conflauerit,raſerit,corruperit,vitiauerit, &c. Vbi ſane quid ſit lauare numos aureos non intelligo: deliberandúmque arbitror, nunquid FLAVERIT potius à Paulo ſcriptum fuerit:vt cum Triumuiri auro,arg. flandó,feriundo dicebantur: poſt vero nota hæc ſubiuncta ſit, CONFLAVERIT.

Aduerſus aliquot deciſiones Guidonis Papæ.vbi de codicillis,& teſtamento contra bonos mores ſcripto.

Cap. XXVIII.

APud Guidonem Papium Deciſ. dxv. quæritur, An legatum in codicillis vxori factum, quo remiſſa eſt conditio indicandi heredib. argenti reconditi, ſub qua conditione aliud eidem legatum in teſtamento relictum fuerat, valere poſſit? Huic quæſtioni, remotis diſputationib.ita reſpondendum fuit: Quæcunque in codicillis ſcribuntur,perinde habentur,ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent. l.2.§.1.D.de codicil.Vnde apparet,mentionem codicillorum in hac quæſtione eſſe ſuperuacaneam. Reliqua igitur conſultatio eſt, An valeat legatum quo donatur vxori quodcunque ex recondito κειμηλίῳ ceperit. Et puto diſtinguendum eſſe:vtrùm in reliquo patrimonio ſatis ſit, vnde æri alieno & quadranti Falcidico ſatisfiat: an non ſatis ſit. nam ſi ſatis eſt, nemo neſcit, legati dominium ipſo iure ſine heredis facto in legatarium transferri. l. legatum, 80. D. de legat. 2. ſin autem ſatis non ſuperſit, tum exigendum à muliere illius

reconditi

reconditi rationem ſed benignè & leniter:quaſi totum A hoc negotiū eius fidei teſtator cōmiſiſſet:vt in l.ſi ſeruus,119.de leg.1.vbi ſi ſeru⁹ vetitus eſt rationes reddere, ſcrupuloſa inquiſitio non fit.facit.l.ſi quis rationes,9. D.de lib.leg.ſed præſertim l.cum neceſſitatem,18. C. de fidei.Quod autē diſputatur hoc loco, an quæ in teſtamento contra bonos mores ſcripta ſunt, rata eſſe poſſint? ſumendum fuit ex l.ſi quis inquilinos,112.§.ſi quis,de leg.1.l.nemo poteſt,55.D.eod.l.quod bonis,15. §.1.& §.vlt. D.ad leg.Falc. Nam quod de eo teſtamento profertur, in quo tutori remittitur conditio ratio- B num reddendarum, aut fructuario cautionis de fruendo ex boni viri arbitrio: videamus, ne à propoſito remotius ſit.cū illi & ex æquitate naturali,& ex iure ciuili ad id tenerentur. quorum neutrum in iſta muliere locum habuit. Præterea quod idem Guido Deciſione 466.in ſuo parlamento quæſitum ſcribit, An inſtitutus in re certa Trebellianicam detrahere poſſit? ſanè cum illius Parlamenti ſententia perſpicuè pugnat. l.ſi quis priore,29. D.ad Trebell. vbi in re certa inſtitutus & hereditatem reſtituere rogatus, quartam ſupplere C poſſe dicitur. Quare diſtinctione opus eſt:vtrum in re certa inſtitutus ſolus ſit inſtitutus, an cum aliis. nam ſi ſolus eſt, detrahit: quippe, qui ex aſſe inſtitutus intelligitur.1.§.ſi ex fundo,& l.ex facto,35.D.de hered.inſt.ſin autem coheredes habeat, quia tum legatarij habetur loco, l.quoties,13. C.de hered.inſt. detrahere nihil poterit.l.mulier,22.§.vl.D.ad Trebell. Ius enim Trebellianicæ detrahendæ niſi heredi directo,& qui quaſi heres rogatus eſt,non competit:legatario aut fideicomiſſario non competit. l.lex Falcidia,47.§.vlt. D.ad leg. D Falc.l.Lucius Titius.78.§.heres,D.ad Trebel.

Ad l.bona fides,57.D.de reg.iur.Bis idem exigi non poteſt,& emend.l.51.D.de re iudic.

Cap. XXIX.

NE rerum quidem natura patitur, vt bis idem corpus exigatur: non magis,quàm vt bis præſtetur.l.planè.34.§.2. D.de legat.1. ſed bona fides facilè patitur, vt bis idem petatur: ta- E metſi æſtimatio ex alterutra actione neceſſario præſtetur.eiuſque rei exemplū eſt in l.ſi is qui,18.D.de oblig.& act. l.non eſt nouum,10. D de act.empt. Multo verò magis bona fides patitur, vt ſemel æſtimatio, mox etiam res ipſa & petatur & exigatur:veluti ex duabus lucratiuis cauſſis concurrentibus. §. ſi res aliena,6.de legat.l.Mæuius,66.§.1. D.de legat.2. d.l.planè,§.1.de legat.1.non enim idem ſunt Res & æſtimatio.l. fundum, 28.D.de nouat. vbi prius fundum, mox eiuſdem æſtimationem ſtipulatus, rectè ex vtraque ſtipulatione a- F cturus dicitur. Quare videndum eſt, vtrum ad actiones in rem hæc regula reſtringenda ſit, an potius in illa interponendum, *Ex eadem cauſſa*, vt ſit, Bona fides non patitur,vt bis idem ex eadem cauſſa exigatur.Neque enim amplius quam ſemel res mea eſſe poteſt: ſæpius autem deberi poteſt.l.& an eadem,14.§.2.D.de except. rei iud.Ex eadem autem cauſſa & res & pretium deberi non poteſt.l.venditor,21.D. de hered.vel act.vend.Denique,ſiue res, ſiue quantitas debeatur, bona fides non patitur,vt bis idem eadem ex cauſſa exigatur,l.pro ſo- G cio 38. §.1. D. pro ſoc.l.5. D. de fideiuſ. l.9.§.1.D. de tribut.l.4.§. ſi quis pupillo, D. de dol. excep. Hæc cùm ita ſint,facilè intelligitur,quemadmodum huc referri debeat. l. ſi quis dolo, 51. D. de re iudic. aut l.3.§. inde quæritur.D.de tab.exib.quas vulgò pugnare inter ſe exiſtimant. Ergo illud ſcire oportet, Actiones illas quas perſonales eſſe conſtat, ſi quidem debitor ipſe contumax fuerit mixtas eſſe,hoc eſt,in litis æſtimatione rei perſecutionem comprehendere. ſin autem alius contumax fuerit, eſſe meras. Certum eſt autem, quoties pœnales mixtæ cum rei perſecutoriis concurrunt,has ab illis conſumi: quoties meræ,non conſumi. Ergo ſi heres legatum debens, quia tabulas non exhibuit,litis æſtimationem præſtiterit, legatū eo amplius non debebit: quoniam in pœnali mixta res comprehenſa eſt.Si autem alius contumax fuerit,non liberatur debitor meram enim ille pœnam præſtitit. velut in l. vlt.D.ne quis eum qui in ius. Similiter ſi debitor miſſum à Prætore creditorem ipſe repulerit, ex pœnali mixta, quæ eſt ex edicto, Ne vis fiat ei, &c. debitum quoque ſoluerit. ſin autem alius repulerit, idémque ille contumax meram pœnam ſoluerit, liberatus debitor non erit. Quid ergo, ſi quis alius contumax fuerit, debitor autem eius conſilij auctor, quanti ea res erat, præſtiterit?quæ ſpecies eſt d.l.ſi quis dolo, D.de re iud. Paulus reſpōdet,improbum creditorem fore,qui quod ſemel à debitore accepit, id eſt rem, vnà cùm pœna contumaciæ,per litis ſcilicet æſtimationem,iterum velit conſequi. Debitor in creditoris fraudem fundum vendiderat. Cùm id creditor ignoraret, poſtulauit, vt rei ſeruandę cauſſa in bonorum poſſeſſionem mitteretur. Emtor eum non admiſit. Quare perſpicuum eſt, non DEBITOR pro VENDITOR eo loco reponendum eſſe, vt quibuſdam placere video: ſed leuiſſima tantum mutatione DEBITO pro DEBITOR corrigendum.Neque abſimile eſt, quod traditur in l. Stichum, 95.§.dolo,D.de ſolut.& l.nec vllam.13.§.pen.D.de hered.pet.ſi qui dolo poſſidere deſiit, litis æſtimationem præſtet, eum qui poſſidet non liberari. ſin autem poſſeſſor ipſe vel rem vel æſtimationem reſtituerit, eum qui dolo poſſidere deſiit, liberari. Item quod traditur in l.ſi propter,22.D.de act.rer.amot.mulierem quæ viro rerum amotarum agenti litis æſtimationem præſtitit, aduerſum eum vindicantem exceptionem habere.

Menda variis in locis indicata.

Cap. XXX.

CRedo mendum eſſe in l.3.§.ſi pupillus. D. de tutel.vbi ſic legitur, *Si pupillus cū tutore litem agere vult*:atque ita corrigendum, LEGE AGERE VULT: ſicut apud Vlpian.Regul.titul.11.Moribus tutor datur mulieri pupillóve, qui cum tutore ſuo lege aut legitimo iudicio agere vult. Neque tamen negare auſim, Triboniani aut eiuſdem modi alicuius architecti facinus id fuiſſe, qui veterem locutionem, vel ſciens propter ſublatas formulas, vel ignorans propter Latinæ linguę imperitiam immutarit. Ac nuper idem facinus indocti hominis animaduertiſſe videor apud Cice.Tuſcul.2.in illo loco: *Spartæ verò pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, vt multus è viſceribus ſanguis exeat.* Credo enim legēdū VIBICIBUS. Plinius lib.30. Verberum vulnera atque vibices pellibus ouium recentibus impoſitis obliterantur. Sic apud Saturninum, INIVRIAM pro IRAM emendandum arbitror in l.aut facta,16.§.1.D.de pœn.in illo loco:Verbera impunita ſunt à magiſtro illata vel parente quoniam emendationis, non iniuriæ gratia videntur adhiberi puniuntur, cum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt.Nam neque frequentior vlla locutio illa eſt, *Pulſare aliquem per iniuriam*, & dilucidior contentio exiſtit inter magiſtrum qui emendandi cauſſa & extraneum qui per iniuriam pulſauit. Neque abſimile illud

vitium eſt, quod nuper apud Ciceronem obſeruaui in lib. de Amicitia: *Quare ſibi habeant ſapientiæ nomen, & inuidioſum & obſcurum.* vbi non dubito reſtituẽdum eſſe INVISVM: pro nondum viſum, niſi per ſomnium & optatum. Sic enim paulo antè dixerat: *Sed eam ſapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo eſt cõſecutus. nos autem ea quæ ſunt in vſu, vitáque communi, nõ ea quæ finguntur: aut optantur, ſpectare debemus.* Sic autẽ alio loco: *Sacra manibus immiſſa dixit*, pro, *nõ viſa.* Superioribus autem librariorum peccatis cõſimile illud eſt in l. Areſcuſa, 15. D. de ſtat. homin. vbi pro PARTVRIENTE, videtur reponendum eſſe PARIENTE: cùm apertiſſimè Iuriſcõſultus nõ de parturitionis tempore, quod longiuſculum eſſe poteſt, ſed pariendi momento loquatur. Itémque in l. libertus, 15. D. de in ius voc. vbi pro POENA REMISSA, non dubito reponendum eſſe COMMISSA: præſertim cùm fruſtra quæreretur, an remiſſa eſſet pœna, niſi prius eam commiſſam eſſe conſtaret: ad quam ſolam quæſtionem Paulus reſpondet: neque de ſequenti verbum vllum facit.

Aduerſus Guidonis Papæ Quæſt. cccij. ccclj. dxx. & dlxxij. vbi de vniuerſali & ſingulari fideicommiſſo agitur: itémque de confectione Inuentarij.

CAP. XXXI.

QVærit Guido, An quæ liberi per actionem expletoriam adepti ſunt, in fideicommiſſum vniuerſale veniant? Non mirum eſt, quæſtionem hanc à nemine tactam fuiſſe, vt Guido teſtatur: ſed mirum eſt, ab illo proponi: cùm ſatis conſtet, ſupplementum partem eſſe totius. partem autem eiuſdem eſſe iuris, cuius eſt totum, l. ſi vnus, 28. §. item ſi pactus, D. de pact. Cùm ergo Iuſtin. non modò in l. quoniam in prioribus, C. de inof. teſt. ſed & in Nouell. 39. de reſt. dot. rer. oſtendat, Legitimam fideicõmiſſo grauari non poſſe: ſtultum eſt dubitare, vtrùm id ad eius partem duntaxat pertineat. Iulianus autem d. Nouel. XXXIX. planius etiam loquitur: Primùm quidem, inquiens, liberis Falcidiæ modus præcipuus deducatur: & non ſupponatur fideicommiſſi grauamini. Quod verò Guido eodem cap. nu. 2. quærit, An donata filio vniuerſali fideicommiſſo contineantur? planè abſurdum eſt, propter apertiſſimam deciſionem l. ſequens quæſtio, 68. de legat. 2. Rurſus quod nu. 3. proponit, An ex pupillari ſubſtitutione percepta, vniuerſali legato contineantur: dubitandi cauſſa obiici hæc poterat, quòd quæ aliunde quàm ex teſtatoris bonis veniunt, vniuerſali fideicommiſſo non continentur: vt omnibus notum eſt. quæ verò in pupilli perſona verſata eſt hereditas, non amplius defuncti hereditas appellatur. qua de cauſſa in pupillari ſubſtitutione vnum teſtamentum, duæ hereditates dicuntur, l. 2. §. tertio, & l. patris, 20. D. de vulg. ſubſtitut. §. 3. Inſtitut. de pupil. ſubſtitut. Sed reſpondendum eſt, per aditionem ſubſtituti ex duabus hereditatibus vnam cõfuſione fieri, l. paterfamilias. 28. D. de bon. auct. iud. poſſeſſ. ibi: At cum ſubſtitutus filio, hereditatem adiit, poſtquam pupillus ſe paternæ miſcuit hereditati, tunc hereditas & patris & filij vna eſt: & in omni ære alieno quod aut patris aut filij fuerit, etiam inuitus heres obligabitur. Hac de cauſſa etiam videmus vnam Falcidiam in vtraque hac hereditate ſeruari, l. in ratione, D. ad legem Falcidiam. Quod verò idem Guido quæſti. ccclj. quærit, An heres poſtulante fideicommiſſario cogatur rerum hereditariarum inuentarium conficere? non minus abſurdum eſt. Dubitandi enim cauſſa propterea nulla

A fuit: quia iure ſcripto, edicto inquam perpetuo, nominatim cautum id fuerat, toto titulo Vt legat. & fid. ſeruand. D. & l. quarta, C. vt in poſſeſſionem legat. Vnde intelligitur, totam illam iuris partem Pragmaticorum noſtrorum oculos præteruolaſſe. Quærendi autem occaſionem ſumſerunt ex Nouell. 1. & hanc quæſtionem tractauimus alio harum Obſer. loco. illud vnum adiiciemus, cauſſam propter quam Iuſtinianus in fideicommiſſis ſingularibus inuentarium exegit, in vniuerſalibus non exegit, hanc fuiſſe: quia in il-

B lis heres ad certam quantitatem præſtandam adſtrictus eſt: in his verò, quantitas nulla nominata aut præſcripta eſt. Rationis autem reddẽdæ neceſſitatem heredi à teſtatore remitti poſſe, patet ex l. cùm neceſſitatẽ, 18. C. fideicõmiſſ. l. 2. l. 4. C. vt in poſſeſſ. legat. Neque verò minus abſurda illa quæſtio eſt, cap. dxx. An heres rogatus, quod mortis ſuæ tempore ſupererit, reſtituere, pro ſuo arbitrio alienare poſſit? Nam hac de re ius dilucidè & nominatim ſcriptũ exſtat in Nouell. cviij. cuius ſumma hæc eſt: Vt, quod mortis tempore

C ſupererit, reſtituere rogatus, non amplius quadrante reſtituere teneatur: & eum tamen, ſi aliud nihil habeat, in dotis cauſſam, captiuorum redemptionem, & alimenta neceſſaria poſſit conſumere. Sed quod cap. dlxxj. quærit, An inuentarium poſt diem trigeſimum inchoatum, quamuis intra nonageſimum abſolutum ſit, nullius momenti ſit? in eo dubitatio ſumma eſt, ſi verba Iuſtiniani ſpectemus in l. vltima, Cod. de iur. deliber. §. ſin autem. vt intra triginta dies (inquit) exordium capiat. Sed huic verborum captioni æquitatis

D ratio præponderat. quia non ſi ante diem trigeſimum inchoata ſit deſcriptio, propterea fraudis committendæ ſublata heredi facultas eſt: multos enim inſuper dies habebit, quibus perfidioſè in rebus hereditariis verſari poſſit. Itaque Imperat. in §. donec, remiſſiùs ita locutus eſt: Inuentarium conſcribatur intra tres menſes. quid enim, ſi primo & trigeſimo die cœptum eſſet? Denique culpa hæc ſcriptoris tota eſt. nam ſi verba legis ita concepiſſet: Ante diem trigeſimum inchoetur, & ſine intermiſſione continuetur: cùm om-

E nem dubitandi occaſionem ſuſtuliſſet, tum etiam multo melius iis omnibus, quorum intereſſe poterit, conſuluiſſet. Ad eam verò quæſtionem quæ poſtea numero ſexto proponitur: An fideicommiſſarius omiſſum ab herede inuentarium, conficere ipſe poſſit? ita reſpondendum fuit: Hoc beneficium heredibus quidem propriè attributum eſt à Iuſtiniano, neque vlla in eius conſtitutione fideicommiſſariorum mentio fit l. vltima, C. de iur. deliber. Sed parium comparatio poſtulat, vt etiam illis accommodetur:

F cùm Senatus (vt Marcellus loquitur) quodammodo in partem hereditatis recipi voluerit fideicommiſſarium: & haberi heredis loco pro qua parte ei hereditas reſtituta eſt. l. poſtulante, 45. in fin. D. ad ſenatuſconſult. Trebellian. l. ſi filius, quinta, §. 1. D. quod cum eo, &c. Sequitur eod. num. altera quæſtio: An inuentarium ab herede factum, prodeſſe fideicommiſſario poſſit? quod Bartolus negare dicitur propter l. ſi heres pecuniam, 71. D. ad Trebell. & l. heres à debitore, 21. D. de fideiuſſ. vbi ſcribitur, eas obligationes quas heres ſibi

G ſtipulando quæſiuit, reſtituta hereditate fideicommiſſaria, ſine ſpeciali ceſſione non prodeſſe. At verò acta res illa erat priuatim ab herede, & ſuo nomine priuato. ſtipulando enim ſibi quiſque, non alteri adquirit, l. ſtipulatio iſta, 35. §. alteri, D. de verborum obligationib. Inuentaria autem iſtiuſmodi, quę adhibitis tabulariis fiunt, publicam fidem & auctoritatem obtinent. l. 1. & paſſ.

A & paſſ.C.de tabul.l.vltim.C.arb.tutel.neque vnius,aut alterius,ſed generaliter omnium illorum cauſſa fiunt; quorum intereſt,ſicuti Vlp.ſcribit in l.2.D.teſt.quem. aper.teſtamenti inſtrumentum non eſt vnius hominis: hoc eſt,heredis : ſed vniuerſorum quibus quid illic adſcriptum eſt. quin potius publicum eſt inſtrumentum. Verùm quod proponit in Deciſ.352. An inuentarij confectio tutori à teſtatore remitti poſſit, planè abſurdum eſt: cùm id perſpicuè definitum fuerit in l. vlt.C.arb.tut. Ergo illud addendum fuit,remiſſionem iſtam reuocandam eſſe ad æquitatem. l. 5. §. Iulianus (in vulg.l.quidam decedens) D.de admin.tut. hoc eſt, vt negligentia quidem in illo diſſimuletur : dolus autem arguatur.l.ſi ſeruus vetitus,119.D.de legat.1.nemo enim iuspublicum remittere poteſt, nec mutare formam antiquitus conſtitutam. An tutori confectio inuentarij à iudice remitti poſſit? curioſa quæſtio, cuius rariſſimus aut ferè nullus eſt vſus. Ad vtramque pertinet l.vtilitatem, D. de confir.tu. vt apud iudicem plus pupilli vtilitas,quàm teſtatoris voluntas valeat. Ergo non niſi grauiſſima de cauſſa : veluti in l. 2. C. quand. B & quibus.

OBSERVATIONVM
LIBER SEXTVS.

Ad l. Attius,38.D.de adquiren.rer.domin. Alueus à flumine relictus cuius eſſe incipiat. Alluuionis & eluuionis differentia.

Cap. I.

AD hanc legem duo notanda ſunt: corruptela ſcripturæ turpiſſima, & antinomia inſignis inter Alfenum & Pomponium,quam nobis Triboniani ſocordia reliquit.Prior pars legis ita fœdè tum in peruulgatis,tum in Florentinis libris deprauata eſt, vt referre pigeat. ſed ab Haloandro feliciſſimè reſtituta eſt,hoc modo: *Attius fundum habebat ſecundum viam publicam.inter viam & flumen erat ager L.Titij.Flumen paulatim primùm omnem agrum qui inter viam & flumen eſſet,ambedit:deinde & viam ſuſtulit. Poſtea rurſus minutatim receſſit.& alluuione*(Legendũ ELVVIONE) *in antiquum locum rediit.*Poſterior autem legis pars,in qua reſponſum Alfeni continetur, rectiſſime in Florentinis libris deſcripta eſt.quam vt intelligamus, primum hæc tanquam τοπογραφία exponenda eſt.

Ager Sempronij	Etſi enim nulla Semproniani a-
Flumen Padus	gri nominatim mentio fit , ta-
Ager L.Titij	men rectiſſime Accurſius ani-
Via publica	maduertit,tertium aliquem eſſe
Ager Attij	oportere,qui(vt ait Alfenus)trãs

flumen agrum poſſidebat. Quæſtio igitur multiplex proponitur:ac primùm omnium dubitatur, ad quem pertineat vetus alueus à flumine in agrum Titij detorto relictus. Alfenus reſpondit,*Cùm flumen agrum L.Titij & viam publicam ſuſtuliſſet,eum agrum eius factum eſſe,qui trans flumen fundum habuiſſet.*Quam ſententiam nunquam ita obſcurè Alfenus concepit,quo neminem conſtat ſcriptorem inter noſtros Iuriſconſultos nitidiorem extare. ſed adhibita interpretatione obſcuritatem tollemus. Reſpondit igitur, cum flumen naturalem alueum relinquens agrum L.Titij & viam publicam ei continentem ſuſtuliſſet, ibíque nouum ſibi alueum feciſſet, eum agrum, (id eſt veterem alueum iam aridum & propter ariditatem in agri formam redactum)factum eſſe Sempronij, qui trans flumen fundum habuiſſet. nam hoc certum & exploratum ius eſſe conſtat, vt alueus à flumine relictus iis quorum proxima ſunt,prædia,adquiratur.l.adeo, 7.§.4.D.de adquir. rer.domin.§.quod ſi naturali,D.de rer.diuiſ.l.1.§. 4. D. de fluminib. eiúſque perſpicua eſt æquitas : quia ſi flumen in eorum prędia exundaſſet,hoc eis damno ceſſiſſet.quare ſecundum naturam eſt,ad quem damni periculum pertinet,ad eundem etiam commodum & emolumentum pertinere.

C Sequitur ſecunda quæſtio : Nam cùm poſtea(inquit Alfenus) idem illud flumen paulatim retro rediiſſet, (hoc eſt, relicto L. Titij ſolo in priſtinum ſuum alueum reuertiſſet,non repente,& vno impetu, ſed ſenſim,paulatim, minutatim,)reſpondi ademiſſe ei,cuius factus eſſet, & addidiſſe ei,cuius trans viam eſſet : hoc eſt,ademiſſe Sempronio terram, quam ab ſe relictam ei quondam attribuerat, & ad quam nunc redierat.agrum autem l. Titij, quem nunc reliquerat, addidiſſe Attio, qui trans viam fundum habebat. quoniam eius D fundus(inquit)proximus flumini eſſet:hoc eſt, cùm regulariter alueus à flumine relictus ei accreſcat,qui proximè illud prædia poſſidet,vt paulo antè dictum eſt:cõſentaneum eſſe, vt terra quæ quondam L.Titij fuerat, quámque ab ſe occupatam flumen ei ademerat, & qua pro alueo vſum erat, Attio accreſcat, qui proxime alueum illum prædia poſſidet. quæ ſententia etſi dura & acerba eſt, vt ager L.Titio per flumen ademptus & ab eodem poſtea relictus, ei non reſtituatur, ſed alteri attribuatur, tamen ſuos auctores habuit : vt Ca- E ius teſtatur in d. l. adeo, 7.§.4. D.de adquir.rer.dom. quinetiam Imperator eam ſecutus eſt in §. quod ſi poſt aliquod,D.de rer.diui. & rationem habere hanc videtur, quoniam ager L Titij à flumine occupatus, & in alueum excauatus,propter mutatam formam interiiſſe videbatur. Ille ager qui fuerat, deſiit eſſe mutata propria forma : inquit Caius & peruulgata ſententia eſt, quamuis corpus idem maneat, tamen mutata forma ſpeciem interiiſſe.l.mulieris,13.§.1. D. de verb. ſignif.l. 7.§.1.D.ad exhib. Verùm vtcunque ſit,aliud iam viden- F dum eſt.Nam perſpicuum eſt, Alfenum diſtinxiſſe inter caſum lenis ac letæ reuerſionis fluminis,& inter caſum ſubitę ac repentinæ.Nã hoc caſu maluiſſe.L.Titio ſuum ſolum reſtitui:non autem Attio adiudicari.quam eandem diſtinctionem Caius & Imperator iiſdem locis amplexi ſunt.itémque Vlpian. in l. 1. §. ſi foſſa, D. de flumin. vbi rationem hanc adfert,quoniam flumen per illam repentinam exundationem & ſubitam reuerſionem alueum non fecit: ac proinde formam agri non mutauit:neque fit publicum, quod aqua operuit : non G magis,quàm Nilus, qui ſui incremento Ægyptij, alicuius agrum operuit. & hoc idem inculcat in d.l.1.§.2. eod. Verùm hanc diſtinctionem atque ſententiam ita dilucidè itáque diſertè Pomponius decidet in l.ergo, 30.§.3. D.de adquir.rer.domin. vt ſine præſtigiis & cõ-

mento ſophiſtico diſſimulari tanta Triboniani ſocordia non poſſit. quinetiam in eodem Pomponij loco, item vt in illo Alfeni paulo antè, pro ALLVVIO reſtituendum apparet ELVVIO. nam cùm alluuionem conſtet eſſe incrementum latens, & ab alluendo nomen inueniſſe: tamen Pomponius abſurdiſſimè duplicem faceret: vnam lenem & lentam, alteram repentinam & cum impetu. quod mihi perridiculum videtur, vt repentina fluminis exundatio ſubita tempeſtate facta, alluuionis nomine appelletur: cuius tantam eſſe lenitatem conſtat, vt cerni oculis non queat. Itaque non dubitabo in fine legis eiuſdem Alfeni, pro ALLVVIONE reſtituere ELVVIONE, vbi eius clauſulæ ſententiã expoſuero. Sequitur enim poſtrema quæſtio. Quid futurum ſit via publica, quam flumen vnà cum L. Titij agro occuparat, & nunc in ſuum naturalem alueum reuerſum reliquerat? *Reſpondi*, inquit, *id quod publicum fuiſſet, nemini acceſſiſſe, ſed ad ſuam priſtinam cauſſam rediiſſe*: hoc eſt, ſolũ, in quo quõdam via publica fuerat, neque L. Titij factum fuiſſe, quoniam etiam ſuum ſolũ perdidit: neque Attij, quoniam etiam perereptam & ſublatam viam publicam de ſuo fundo ſupplere cogitur. Vicinus, inquam, & qui prope viam publicam prædia poſſidet, ſi ea via vel fluminis iniuria, vel ruina perierit, de ſuo eam ſupplere, & alteram præſtare cogitur. l. ſi locus, 14. §. vlt. D. quemadmod. ſeruit. amitt. quoniam ſicuti alluuionis commodum ad ipſum pertinet, ita damnum eluuionis pertinere ad ipſum debet. Nunc ſupereſt obiectio, cui Alfenus in hac clauſula reſpondet: Dixerit enim fortaſſe quiſpiam: Atqui publica via quæ inter flumen & fundum Attij intercedebat, videtur impedimento eſſe, quominus ager, qui trans viam eluuione relictus eſt (hoc eſt ſolum illud quod quondam L. Titij fuerat) Attij fiat. nam ſuperiùs dictum eſt, locum à flumine relictum ei cedere, qui finitimum ei fundum habet. Attius autem non habebat finitimum, quia via intercedebat. Reſpondet ergo Alfenus, illam interiectam viam publicam idcirco non eſſe impedimento, quia ipſa quoque vna fundi pars eſt: hoc eſt, quamuis via publica reſpectu modi & menſuræ non eſt pars fundi finitimi. l. litora, 51. D. de contrah. empt. l. id quod, 7. §. vlt. D. de pericul. & commod. tamen reſpectu eluuionis aut ruinæ pars fundi eſt: quoniam ab initio de fundo ſumta ſemper ex eodem præſtanda eſt.

Ad l. ſi fœnebris, 13. Cod. ad S.C. Velleian. Velleiano quomodo fraus fiat. Intercedere mulierem, quid ſit.

CAP. II.

INiquiſſima legis illius ſententia eſt, Vt mulier quæ mutuã pecuniam eo conſilio ſumpſit, vt illam in mariti vſus & commoda conſumat, Velleiani exceptione non adiuuetur: licet creditur illius conſilij particeps & conſcius fuerit. Itaque pro LICET reponendum eſſe arbitror NISI. nam in cauſſa Velleiani recepta hæc regula eſt, vt mulieri quæ pro alio interceſſit, non aliter ſuccurratur, quàm ſi creditor eam id facere ignorarit. l. 4. l. iuro, 12. l. vir vxori, 17. & l. ſeia, 28. §. 1. D. ad Velleian. l. 1. l. 2. l. 4. C. eo. ſi quidem Vlp. in l. 4. ſcribit, mulierem, quæ à me pecuniam mutuam eo conſilio ſumſit, vt eam in alterius vſus conſumeret, cùm illud eius conſilium ignorarem, hoc S.C. non adiuuari. Ex quo per contrarium diſputari poteſt, ſi conſilium non ignorarim, ſed particeps & conſcius fraudis S.C. factæ fuerim, adiuuari. Sic Africanus in dict. l. vir vxori, ſcribit, receptam hanc fuiſſe inter Iuriſc. ſententiam, vt ſi mulier eo ani-

A mo mutuetur, vt confeſtim marito credat, non adiuuetur, ſiquidem creditor conſilium ipſius ignorarit. Ex quo ſimiliter concludi poteſt, ſi non ignorauerit, adiuuari. Eiuſque rei æquitas eſt euidentiſſima: quia fraus S. C. fieri intelligitur, cùm creditor fidem & nomen mulieris ſequi mauult, quàm viri, cuius forte ſuſpectas facultates habet. l. vlt. §. 3. D. eod. titul. Scæuola autem in d. l. 28. §. vlt. apertè ſcribit, mulierem quę mutuo acceptam pecuniam in mariti vſus impendit, ita demum adiuuari, ſi creditor eam intercedere ſcierit. quaſi Inter- B cedere mulier dicatur, non modò quæ palàm & apertè conſtitutam iam antè in mariti perſona obligationem in ſe transfert: verùm etiam quæ ab initio inſtitui in ſua perſona obligationem patitur, vt confeſtim acceptam ſuo nomine pecuniam in mariti vſus impendat: quippe, cùm per illam principalem obligationem in eius nomine inſtitutam quæſitus interceſſioni color intelligatur: vt ſub illius obligationis ac nominis mulieribus prætextu interceſſio occultetur. Id quod in S. C. prætermiſſum Prætor in edicto perpetuo ſuppleuit: C vt teſtatur. l. cùm ad eas, 19. Cod. *h. t.* Non tamen inficior, Regulariter nihil ad creditorem attinere quam in rem pecunia mutua ſumatur, neque vſqueadeò curioſum illum eſſe oportere. l. doli, 19. §. vlt. D. de nouat. tametſi quibuſdam in cauſſis ea curioſitas requiratur: velut in actione de in rem verſo: quæ non aliter ei qui ſeruo alterius credidit, conceditur, quàm ſi ſeruus pecuniam in rem domini conuerterit. l. 3. §. ſed ſi acceptans. D. de in rem verſ. item in exercitoria, quæ non aliter ei qui magiſtro nauis credidit in nauem inſumpturo con- D ceditur, quàm ſi exploratum habuerit, res ad vſum illum neceſſarias eo loco comparari poſſe. l. vlt. D. de pecul. Sed in cauſſa Velleiani nulla eiuſmodi curioſitas requiritur: tantùm hoc quæritur, an creditor ſine vlla curioſitate conſilium illius mulieris reſciuerit: quia ſciẽtia hæc, fraudem & fallaciam arguens, punitur.

Ad L. 2. C. mandat.

CAP. III.

E IN hac lege verbum MANDATI aut omnino delendum eſt, aut alieno loco poſitum in ſuam ſedem reſtituẽdum. hoc modo: *Cùm ex cauſſa mandati fideiuſſionis pecuniam patrem tuum exoluiſſe proponas: habes actionem, qua non ſolum pecuniam, ſed etiam pignora in obligationem deducta potes conſequi.* Species hæc fuit. Marcellini pater mandatu Titij pro eo fideiuſſerat. ei Titius pignoribus, vel potius hypothecis cauerat. Aliquantò pòſt non ſoluente reo fideiuſſor pecuniam fideiuſſionis (id eſt pe- F cuniam ad quam per fideiuſſionem ſuam obligatus fuerat) exoluit. Quærebatur, quibus rationibus ad ſuum peruenire, ſiue quod ſibi eo nomine aberat recuperare poſſet? Imp. reſpondet quidem in hac lege, ſed multo planius & dilucidius in l. ſi tibi, 8. C. eod. duplicem competere Marcellino aduerſus Titium actionem: vnam perſonalem, nimirum contrariam mandati actionem: per quam pecuniam ſolutam exiget: l. 6. eod. l. mã dati. 14. C. de fideiuſſ. l. idémque, 10. §. fideiuſſores. D. mandat. alteram realem, nimirum hypothecariam, per G quam rei ſibi obligatæ poſſeſſionem reuocabit, etiam ab ipſo Titio, ſi eam rem poſſideat. l. ſi quis ſeruum, 36. D. de noxal. act. l. ſi inter, 21. §. vlt. D. de pignorib. At in recepta & inueterata ſcriptura falſitas erat perſpicua: quòd Marcellinus per mandati actionem ius pignoris conſequi poterat. nam hoc perſpicuè abſurdum eſt atque idcirco tot ac tã variæ & incertæ interpretationes tum à Gloſ-

tum à Gloſſa, tum à Doctoribus excogitatæ. quia cùm mandati actio perſonalis ſit, non rei poſſeſſionem, ſed obligatam perſonam perſequitur. l. actiones, 25. D. de oblig. & act. Itaque verba hæc, HABES ACTIONEM QVA, ſic accipienda ſunt, quaſi ſcriptum eſſet, Habes duplicem actionem, vnam qua pecuniam, alteram qua pignus conſequêris. Diſſimilis autem ratio fuiſſet, ſi Titius debitor, non Marcellino fideiuſſori, ſed ipſi creditori res ſuas pignori obligaſſet. nam eo caſu non cōpetiiſſet hypothecaria Marcellino propter ſolutionem ab ſe factam. Neque enim fideiuſſor per ſolam ſolutionem adquirit hypothecariam actionem: ſed ceſſione illius actionis opus fuiſſet. Opus, inquam, fuiſſe Titium, Marcellino ſuam actionem hypothecariam cedere. d. l. mandati, C. de fideiuſſ.

Ad L. pen. D. de legib. Ius neceſſitate introductum. Comitiorum ius ademtum populo per Imp.

CAP. IIII.

OMne ius (ait Modeſtinus) aut conſenſus fecit, aut neceſſitas confirmauit, aut firmauit conſuetudo. Ego vel reponendam vocem EXPRESSVS, vel certè ſubaudiendam arbitror. nam Conſuetudo, æquè vt Lex, conſenſu conſtat, l. 32. eo. ſed hoc differt, quòd in lege conſenſus expreſſus eſt, in hac tacita conuentio, l. 35. eod. Itaque Cicero libro de Inuent. 2. Conſuetudinis, inquit, ius eſt, quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobauit. Verùm quod eſt ius neceſſitate introductum? Vtrum id, de quo multis illius tituli locis dixerat, quod deficiente iure ſcripto cogit neceſſitas ex ratiocinatione aliqua & ſimilium inductione producere? an verò, quod per Senatuſconſulta introductum eſt? &, ſi fortè verius hoc videtur, an ea neceſſitas intelligenda eſt, de qua in l. 2. §. deinde, de origin. iur. *Quia difficile plebs conuenire cœpit, populus multo difficilius in tanta turba hominum, neceſſitas ipſa curam Reipubl. ad Senatum deduxit.* Sic enim placere quibuſdam video: quibus idcirco aſſentiri non poſſum, quia vt neceſſitatem hoc loco ad ſenatuſconſulta referamus, tamen quis non videt, neceſſitatem intelligendam eſſe, qua populus cogitur parére iuri per Senatum conſtituto, propter Legem Regiam, qua ſuum omne ius in Principem tranſtulit, cuius auctoritate ſenatuſconſulta fiebant. Ibi verò neceſſitatem dicit, non parendi, ſed transferendæ in ſenatum legiſlationis, propter difficultatem (vt ait Tribon.) comitiorum habendorum. Itaque Iuſtinianus in §. lex eſt, de iur. natur. gent. & ciuil. non dixit, *Neceſſe fuit*, ſed, *Aequum viſum eſt, Senatū vice populi conſuli.* Quorum tamen neutrum erudito cuiquam probabitur: cùm ſatis conſtet, non propter difficultatem conuocandi populi tranſlatam in ſenatum legiſlationem fuiſſe: verùm artibus & conſilio Imperatorum, qui Populo ius comitiorum & libertatem ſenſim adimebant: vt eſt apud Tacitum & Suetonium multis locis; & intelligi poteſt ex l. prima, D. ad legem Iul. de ambitu. Vtcunque ſit, conſiderari etiam poteſt, an neceſſitatis nomen ad ius ratiocinando & argumentando inductum referri poſſit: vt paulo antè dicebamus. Primùm, quia cùm populus per legem Regiam in tantam Principis & ſenatus poteſtatem conſenſerit, ius ſenatuſconſultorum & Conſtitutionum non videtur ab eo, quod conſenſu inductum eſt, ſeparandum. Deinde, quoniam argumentationem Ariſtoteles ἀνάγκην appellat, vt cùm definit συλλογισμὸν, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. Et alio loco: ὅταν τὸ μὲν ἐξ ἀνάγκης ᾖ τὸ συμπέρασμα ἐξ ἀνάγκης

A *Ad l. quo tutela, 73. D. de regul. iur. Redire hereditas quæ dicitur. Teſtari de tutela & pecunia. Emend. l. 22. D. de cond. & demonſtr.*

CAP. V.

VEra quidē illa enuntiatio eſt, Quò tutela redit, eodem hereditatem redire. Nam REDIRE propriè dicuntur, quæ lege deſtinata ſunt. l. ſi quis, 11. D. de teſt. tut. Terent. Ea lege ad me redierunt bona. Neque dubium eſt, quin legitimæ tutelæ ad eos redeant, ad quos lege reditura eſſet hereditas, ſi pupillus non eſſet. Sed duabus de cauſis minus commodè concipi hæc Regula videtur. primùm, quia ſubiuncta exceptio nihil ad eam pertinet, ſed ad contrariam & reciprocatam. deinde, quia non propter tutelas, hereditates deferuntur: ſed contrà, tutelæ propter hereditates. §. 1. de legit. patron. tut. qua de cauſſa conſequentiam hereditatis Vlp. appellat in l. 3. D. de legit. tut. vbi hæc eadem & ſententia & exceptio commodè explicatur. Scripſiſſe igitur Mutium ſic arbitror: EO TVTELA REDIT, QVO HEREDITAS PERVENIT. Similíſque tranſpoſitio admiſſa eſt in l. ſi filio, 6. D. de confirm. tut. & l. 1. D. ſi ager vect. Et de legitima agnatorum & patronorum tutela exemplum eſt in l. 1. & l. 3. D. de legit. tut. Seq. §. nemo. Tutelæ teſtamentariæ datiò pars eſt patriæ poteſtatis. l. impuberi, 40. D. de admin. tut. nam in l. 12. ita eſt: VTI PATERFAM. SVPER TVTELA LEGASSIT. Itaque teſtamento dari tutores non poſſunt, niſi iis qui in teſtatoris poteſtate ſunt. l. 1. D. de teſt. tut. mater igitur ipſo iure non poterit, l. 2. D. de confir. tut. neque pater filio emancipato, l. 1. D. de confir. tut. filióve naturali, l. naturali, 7. D. eodem. neque quiuis extraneus, quamuis impuberem heredem inſtituat, ſed ex æquitate à magiſtratu omnes illi confirmantur. d. l. 1. & l. 4. & paſſ. D. eód. Sed aliquanto ſubtilior huius capitis interpretatio adferri poteſt: vt huius regulæ ratio proferatur ex l. ſæpe, 53. de verb. ſign. Cùm dicitur (inquit) SVPER PECVNIA TVTELAVE REI SVÆ. (ſic enim legendum arbitror) diſiuncta pro coniunctis accipienda ſunt. tutor enim ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. Lex igitur XII tab. tutelam quidem à patrefam. teſtamento datam cōfirmat: ſed ita demum, ſi cum tutela rem, id eſt, hereditatem ſuam coniunxerit. quia cum tutela ſit acceſſio, paterfam. de tutela ſine pecunia teſtari non poteſt: de pecunia ſine tutela, poteſt. l. ſæpe, 53. D. de verbor. ſignific. l. 6. D. de legit. tut. vt quantum ad pecuniam pertinet, teſtatus: quantum ad tutelam, inteſtatus ſit. §. 2. de legit. agn. tut. Itaque ſi, quia nemo hereditatem adiit, inteſtatus à pecunia deceſſit, à tutela quoque inteſtatus deceſſiſſe intelligetur, l. ſi nemo, 9. D. de teſtam. tut. Quid ergo, ſi filium exheredet? nam exheredatio ſui ius extinguit. l. 1. §. pen. D. de ſuis & legit. Et tamen dari exheredato tutorem poſſe conſtat, ex l. 4. & l. ſi hereditas, 10. §. 2. l. ſi pater, 31. D. de teſt. tut. An quia ſui heredes hîc non ex teſtamento, ſed ex inteſtato intelliguntur? At neque vnquam ex teſtamento ſui heredes dicūtur: & apertè hîc de teſtatoribus agimus? Potius igitur dicendum eſt, Q. Mutium non ſimpliciter de ſuis heredibus locutum eſſe: ſed definitè de ſuis heredibus, quos cum moritur, teſtator habuit. Exheredatio autem ante aditionem hereditatis nulla eſt. l. filium, 20. D. de bonor. poſſ. cont. tab. Sed rurſus obſtabunt verba legis XII. tabul. nam iſto modo paterfam. non teſtabitur ſuper tutela rei ſuæ. An igitur dicemus, tutorem exheredato datum ipſo iure non probari, ſed, item vt ceteras dationes inutiles, à magiſtratu propter patris auctoritatem confirmari? quod ſignificari videtur in l. 3. D. de

confirm.tut.ibi, AVT non vt lege præcipiebatur. Quod autem de poſtumis ſubiungitur, facile intellectu eſt ex d.l.prima, D.de legat.3. Sequens §. vi factum. ſiue hæc regula, ſiue definitio eſt, (nam ex Q.Mutij ὅρων libro ſumpta dicitur) pertinet ad interpretationem verborum Interdicti Quod vi aut clam, l.1.§.2. D.ill.tit. vbi Vlp. hanc definitionem appellat. neque aduerſatur l.3. D.de itin.actúque. vbi dicitur idem eſſe Vi, quòd Clàm facere. nam Vi facit, qui coram prohibente facit: Clam facit, qui prohibitus, remoto prohibente facit. l. is qui in puteum, 11.§. interdictum, D.quod vi aut clam. Seq. §. quæ in teſtamento. Idem traditur in l. 2. D. de his quę pro non ſcript. eiúſque exemplũ eſt in l. in teſtamento, 22. D.de cond.& demonſt. quæ ex eodem Alfeni libro ſumta eſt: & ſtatuit, heredem iuſſum facere monumentum ad exemplum eius quod non reperiretur, pœnam non committere: vbi tamen mendoſè in vulgatis legitur: IN SCRIPTVRA NOMEN DEESSET. in Florent. IN SCRIPTVRA NON TVM ESSET: cùm paulo attentiùs cogitanti facilè appareat legendum eſſe, INSCRIPTIO NON ITA ESSET. vt monimenti inſcriptionem, id eſt epitaphium intelligamus. Hac autem de cauſſa neque incerti heredis valet inſtitutio. l. in tempus, 62.§.1. D. de hered.inſt. neque incerti tutoris datio, l.tutor, 20.& l.duo ſunt, 30. D. de teſtam. tute. neque legatum incertæ perſonæ relictum. §. legari, 23. de legat. neque rei incertæ legatum. l. cum poſt, 69.§.3. D.de iur.dot. neque libertas incertæ perſonæ relicta. l. cum ex pluribus, 31. D.de manu. teſtam. In legatis tamen dubitationem mouet l.ſi quis ſeruum, 8. ſi inter, D.de legat. 2. ſed ibi rectiſſimè Accurſius admonuit, heredem alterutri gratificari, cùm neutri quidquam deberet. Incertas igitur perſonas intelligamus, non ſtatim, ſed poſt auditas vtriuſque argumentationes. nam vtrique agere aduerſus heredem licebit, & ſe altero potiorem oſtendere. Quemadmodum autem ſi non apparet, vtri legatum ſit, neutri legatum eſt: ſimiliter ſi non apparet vtri ademtum ſit, neutri ademtum eſt. l.3.§. ſi duobus, D.de adim.lega. Neq; aduerſatur l.ſi fuerit, 10. D.de reb.dub. nam in illa ſeparatim, in hac cõiunctim illis legatum fuerat. Itaque vt quos in legando teſtator diſiunxerat, in adimendo quoque diſiunxiſſe intelligitur: ſimiliter quos in legando coniunxerat, in adimendo quoque coniunxiſſe iudicatur. Quod autem de teſtamentis hoc loco dicitur, idem de actione traditur in l.5.§. vlt. D.de rei vind.

Ad l.1.C.de ordin.iudic. Status cauſſa apud quos iudices. liberalis cauſſa quem habeas iudicem.

CAP. VI.

QVæ hac lege proponitur quæſtio, eſt huiuſmodi. An iudicio de petitione hereditatis apud pedaneum iudicem pendente, incidens cauſſa ſtatus ad Præſidem reuocari poſſit? Primùm omnium notandus eſt error Gloſſæ & Doctorum, qui legis huius ſententiam idcircò peruerterunt, quòd exiſtimarunt in ea tradi, Præſidem non habere notionem de cauſſa liberali, ſiue de quæſtione ſtatus. quod eſſe abſurdiſſimum, patet ex l.ſi pater, 7. C.ne de ſtat. def. l. 4. D. ſi ingen. eſſe dic. l. 5. C. de ord. iud. l. pen. C. vbi cauſſ. ſtat. agi deb. l. 2. C.de ped. iudic. Erroris tamen anſam præbuit ſcriptor huius legis, cum plus ſenſit, minus ſcripſit, in illis verbis: ET SI *ſuper ſtatus cauſſa cognoſcere non poſſit*, in quibus vox IVDEX neceſſariò ſupplenda eſt: cùm ſatis conſtet, pedaneos iudices in prouinciis de cauſſis ſtatus iudicare non potuiſſe. d. l.ſi pater. Romæ autem vtraque hæc controuerſia, quæ eſt de cauſſa liberali, & de rupto teſtamento, apud Centumuiros agi debuiſſet: vti patet ex Cicer. in lib. de Orat. 1. & l.inter pares. 38. de re iud. & apud Paul. lib. ſent. 5. tit. 16. vbi de fide generis loquitur. è quibus tamen Decemuiri interdum his de rebus cognoſcebant, vt in ea pro Cæcin. & pro Dom. apparet, itémque ex l. 5. & l. 7. D. de inoff.teſt. Neque obſtat l. cognitio, 8. & l.ſi pariter, 9. D.de lib.cauſ. vbi actor in cauſſa liberali à Prætore ad Iudicem remittitur. Conſtat enim in eiuſmodi cauſſis plures fuiſſe iudices, l. Pomponius, 36. & l.ſeq. de re iud. eóſque maiores, l. non diſtinguemus, 32.§. cauſſa, de recept. Itaque apud Plautum in Rudente ſic legitur: Me miſerum, quem modò damnauit ad Recuperatores Pleuſidippus: abiudicata eſt à me Palæſtra: itémque apud Suet. in Veſpaſ. ingenuam (inquit) & ciuem R. recuperatorio iudicio pronuntiatam patre aſſerente. Quare ſecũdo loco adhibenda pręmunitio eſt, ex Regula: Agnatione poſtumi præteriti teſtamentum rumpitur. l.1. de iniuſt. rupt. l.quod dicitur, 12.& l.ſeq. de lib.& poſtum. Tertiò cauſſa ita conſtituẽda eſt: vt Sempronius heres inſtitutus hereditatem petierit ab iis, qui eam poſſidebant, pupilli cuiuſdam nomine: cùm ſe heredem teſtamento ſcriptum eſſe contenderet: Tutor autem ruptum fuiſſe agnatione poſtumi teſtamentum dicebat: qua de re iudicium conſtitutum, liſque conteſtata fuerat, nulla de ſtatu mentionem interpoſita. Cùm ea lis apud pedaneum iudicem penderet, Sempronius puerum teſtatoris filium eſſe negabat, fortaſſe poſt menſes ab ipſius morte vndecim agnatum. Hæc extrinſecus oblata quæſtio, dicitur *Incidens*, propterea quòd extra formulam iudicij conſtituti oborta eſt, vt l.1. C. de of.rec.prou. Eſt autẽ eiuſmodi, primùm, vt præiudicialis ſit. §. pręiudiciales, de act. deinde, vt à pedaneo diſceptari non poſſit. d. l.ſi pater. poſtremò, vt per minorẽ cauſſam maiori cognitioni pręiudicium fieri non poſſit. maior enim quęſtio minorem cauſſam ad ſe trahit. l.per minorem, 54. D.de iudic.& l.rei maioris, 21. D.de except. Itaque vbi quæſtio ſtatus in aliud iudicium interuenit, priore loco diſceptanda eſt. l. 2. in f. hoc tit. Quærebatur ergo, an pendente hereditatis iudicio, cauſſa ſtatus incidens reuocari ad præſidem poſſet? Dubitandi cauſſa erat, quia iudici omnium rerum officium incumbit quæ in iudicio verſantur. l.ædiles, 25.§. ſciendum, D.de ædil. edict. & quoniam vbi iudicium ſemel acceptum eſt, ibi finem accipere debet: l.vbi, 30.& l.ſi quis poſtea, 7. D.de iud. l. pen. D.de iuriſd.om.iu. Cõtrarium tamen Imp. reſcripſit. Cuius reſcripti æquitas hæc eſt: Quoniam eiuſmodi quæſtio incidit, de qua iudex delegatus ſtatuere non poterat: vt dictum eſt ex d.l.ſi pater. Atque ex eo ſuperioris obiectionis ſolutio intelligitur. Adſcribit autem Recuperatorium iudicium nihilominus ad exitum perduci poſſe. quod idem ſtatuitur in l.3. C.de iud. vbi rationem expoſuimus: quoniam aliud eſt cognoſcere pronuntiandi cauſſa, l.de qua re, 74. de iud. aliud obiter, ſummariè & incidenter. Sic in l.pen. D.de his qui ſunt ſui vel alien. non ſi iudex alendum partum pronũciet, continuò etiam veritati præiudicium facit: ſed optimè omnium in l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi vel parens, D. de agnoſcend. liber. vbi iudex ſummatim cognoſcere iubetur, non tamen vt ius faciat. Et huc pertinet, quod dicitur in l.5. C. de off.rect.prou. etſi minor iudex veritatem inueſtigauerit, nullam tamen maiori iudici iniuriam irrogari. Nihil autem huc pertinet edictum Carbonianum, vt ſi is qui cùm inter liberos impuberéſque ſtatus controuerſiam patiatur, iudicium in pubertatis

tempus

tempus differatur, ne præiudicium eius ſtatui fiat. l.3.§. A ſi quis liber, & §. ſeq. D. de Carb. edic. quoniam illis caſibus pupillus ipſe bonorum poſſeſſionem poſtulat. In hac verò lege hereditas ab eo petebatur. nam Carboniana poſſeſſio datur impuberib. liberis, quib. & de ſtatu & de bonis paternis controuerſia infertur.

Refutata vulgaris opinio, quòd feudum ſit contractus.

CAP. VII.

INueterata opinio eſt feudum eſſe contra- B ctum, atque adeo contractum innominatum, & ſtricti iuris. Sed videamus, ne huic receptæ ſententiæ aduerſetur: primùm, quòd ſi feuda regalia ſunt, quæ à Principibus conferuntur, non contractus, ſed pactiones publicæ appellantur, l.5. D. de pact. ſi feuda inferiora ſunt, multo minus. quia contractus de re priuata & familiari, & quæ in commercio eſt, fiunt, l.7.§. ſi paciſcar, D. de pact. l. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram, D. de verb. oblig. feudum autem clientela eſt, potiſſimum ad caput & ſalutem Senioris, C vel vtriuſque potius, Senioris ſcilicet & Vaſſalli inſtituta: quæ conuentio in eorum negociorum numerum, quæ contractus appellantur, non cadit. Deinde, Contractus lucri & negotiationis cauſſa fiunt, l. actionum, 25.§.1. D. de oblig. & act. à quo feudi natura & ratio abhorret. quia feudum proprium non eſt, niſi beneficium ſit, & à liberalitate proficiſcatur. lib.1. tit. 27. quod enim pecunia emitur, improprium eſt. lib. 2. tit. 24. Tertiò contractus ab initio voluntarij, poſtea verò neceſſarij ſunt: neque ſine vtriuſque voluntate diſſolui D poſſunt, l. ſicut, 5. C. de oblig. & act. at feudum refutari à Vaſallo, id eſt, remitti & reſtitui Seniori, quoties ei commodum eſt, etiam inuito poteſt. lib.2. tit.38. Quæſtio verò, Vtrùm feudum bonæ fidei, an ſtricti iuris contractus ſit? planè abſurda eſt: quoniam illa diſputatio in iis demum iudiciis locum habet, quæ ordinaria fuerunt & formulam habuerunt à Prætore iudici pedaneo præſcriptam, l. actio, 47. D. de neg. geſt. qua de cauſſa Perſecutio fideicommiſſi, quæ formulam non habuit, ab Vlpiano extraordinaria nomina- E tur, titul. Regul. 19. Cauſſas autem feudorum apud Pares Curię agi diſceptariſque ſolitas, nemo eſt qui neſciat, ex lib.1. tit.10. lib.2. tit.22. & paſſ.

Menda quædam apud Ciceronem indicata legatio libera. Cretio, Seceßio, ſeceßus.

CAP. VIII.

NOn placet quod in editione poſtrema operum Ciceronis Lambinus locum ex lib. de F legib. 3. ſic emendandum adnotauit: *Legationem aliquam nimirum oratio iſta poſtulat, aut eiuſmodi quampiam cretionem liberam atque ocioſam.* cùm in libris omnibus aut CESSATIONEM: aut certè CESSIONEM legeretur. Primùm enim ſatis conſtat, hereditatum obeundarum cauſſa plerumque liberas legationes dari ſolitas, vt in Agrar. 1. Hereditatum obeundarum cauſſa, quibus vos legationes dediſtis, quò & priuati & priuatum ad negocium exierunt, &c. Quare cùm Legationem Cicero nominauit, miſſionem quo- G que adeundarum hereditatum cauſſa complexus eſt. Deinde quis non videt vocem EIVSMODI verbum illud CRETIONIS ferre non poſſe: nam ea vox conſequens plus complectitur, quàm antecedens, vt cum dicimus, Prætore opus eſt, aut eiuſmodi aliquo magiſtratu. Atqui legationis nomen generalius eſt cretione: nam legatio profectiones omnes complectitur obeundorum priuatorum omnium negociorum cauſſa ſuſceptas: non tantum igitur hereditatis obeundæ, ſed etiam aliorum, veluti, Voti ſoluendi: vt ad Attic. 2. Atque etiam libera legatio voti cauſſa datur. Item 3: Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus, vt nulla re impedirer, quin, ſi vellem, voti cauſſa ſuſcipere poſſem. Præterea ſyngrapharum & nominum perſequendorum cauſſa. vt de legib. 3. Qui legatione hereditates aut ſyngraphas ſuas perſequuntur. Huc accedit, quòd Cretio non ſpecies legationis, aut miſſionis eſt, ſed actio legis & ritus ipſe cernendi. Denique, quomodo voces illæ cōiunctæ inter ſe cōgruunt: CRETIO & LIBERA ATQVE OTIOSA? cur enim ocioſa potius quàm negocioſa cretio diceretur? Videndum igitur, ecquid SECESSIONEM commodiùs reponeretur: nam verbum certè aliquod legatione latius ſententia poſtulat. Hoc autem verbo quid ſignificetur, ex locis infra ſcriptis intelligi poterit. Sueton. Caligul. Prætorium virum ex ſeceſſu Anticyrę, quam valetudinis cauſſa ſuſceperat, &c. Idem Tiberio: Statuit repente ſecedere, ſéque è medio quam longiſſimè amouere. Et paulò poſt: Confeſſus eſt nihil aliud ſeceſſu deuitaſſe ſe &c. Item, Rediit octauo poſt ſeceſſum ann. Pompo. l.2. §. poſt hunc, D. de orig. iur. Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. Vlpian. l. quid tamen, 21. §. ſi arbiter, D. de recep. Si eius ſit auctoritatis arbiter, vt in ſeceſſibus ſoleat agere. Verùm hæc quidem de voce CRETIONEM: quo in verbo non tantùm locum illum mendoſum arbitror, ſed etiam in illo ſuperiore: vbi ISTA ORATIO in recentibus, in antiquis HISTORIA legitur, vitioſè, meo iudicio: pro, ISTA OPERA. Legationem aliquam nimirum opera iſta poſtulat. nempe, conſcribendæ hiſtoriæ: de qua Tullius tota illa pagina illos inter ſe locutos facit. Neque abſimile mendum video in Orat. pro C. Rabirio: vbi pro C. CVRTIVS reſtituendum eſt ex Orat. pro Poſtu. in qua CVRIVS identidem ſcribitur. Affinitas autem inter illos hæc fuit, quòd C. Curius eques Rom. Publicanus Rabiriam huius Rabirij ſororem in matrimonio habuit: ex qua ſuſceptus erat C. Curius, qui, quia patre mortuo natus erat, Poſtumus dictus eſt. deinde cum ab hoc Rabirio auunculo ſuo adoptatus fuiſſet, C. Rabirius Curianus appellatus eſt: eo more, quem nemo mediocriter quidem eruditus ignorat.

Emendatur & explicatur l. amitæ, 5. C. commun. de ſucceſ. Adfinitatis nomine nulla ſucceßio.

CAP. IX.

COnatos quidem alios video hanc legem emendare, ſed (vt mea opinio fert,) non ſatis feliciter. nam quid illud eſt, quod aiunt filium amitæ meæ & eiuſdem priuignum, ſi ex eadem matre, diuerſo patre nati ſunt, inter ſe fratres vterinos eſſe? Quod ſanè cuiuſmodi ſit, coniectura aſſequi non poſſum. Nam quomodo duo, quorum vnus amitæ filius eſt, alter eiuſdem priuignus, ex vna eadémque matre nati, & inter ſe fratres vterini eſſe poſſunt? Cauſſæ igitur conſtitutio in prima legis parte ita fingenda eſt. Amita mea nupſit Titio, qui filium Primum ex altera vxore ſuſceperat. Primus iſte Amitæ meæ priuignus efficitur. Poſtea ex iſto nouo matrimonio naſcitur filius, nomine Secundus, Titio & Amitæ meę communis. Dein Titius & Amita mea, & Secundus inteſtatò moriuntur. Quæritur, ad vtrum Secū-

di hereditas pertineat : ad me qui fui conſobrinus ipſius,ac proinde cognatus:an verò ad Primum , quem dico Amitæ meæ priuignum tantum , id eſt, affinem fuiſſe ? Affinitatis autem iure nullam ſucceſſionem deferri,l.3.& l.affinitatis,7.C.eo.titul.Contrarium tamen Imp.reſcripſit,hac æquitate : quia Primus non tantum Amitæ meæ priuignus fuit , verumetiam Secundi defuncti conſanguineus : hoc eſt , frater ex eodem patre, quamuis ex diuerſis matribus : ac proinde non modò iure agnationis mihi præferendus, verumetiam prærogatiua gradus : quia ſecundo agnationis gradu eſt , ego cognationis tantum quarto. Sequitur altera legis pars,in qua cauſſa ita conſtituenda eſt. Amita mea quæ ex Titio Primum genuerat, nupſit Caio, qui ex priore vxore filium , nomine Secundum , ſuſceperat. Primus Caio, Secundus Amitæ meæ priuignus efficitur. Inter illos autem neque cognatio, neque affinitas contrahitur , l.generali , 44. D.de rit. nupt.l. Titia,135.de verb.obl. §.mariti , 8.Inſt.de nupt. Porrò ex hoc nouo matrimonio nulli communes liberi naſcuntur. Cùm Amita prius , mox Amitinus meus Primus inteſtato deceſſiſſent , controuerſia inter me & Secundum defuncti ſucceſſione exorta eſt.Hanc enim Secūdus cauſſam afferebat,quòd cùm Amitæ meæ priuignus fuiſſet, quaſi frater defuncti videretur.Imperator reſcripſit,me eſſe præferendum , quippe conſobrinum , ac proinde cognatum,l.1. C.vnd.legit. cùm ille, vt iam docuimus, omninò extraneus ac ne affinis quidem ſit.Ex quo perſpicuè intelligitur , reſcriptum ita emendandum atque inflectendum eſſe , vt hanc habeat ſententiam.Nam ſi amitinis tuis alio etiam patre natis, nunquam eorum matri niſi priuigni quæſiti ſunt: vel paulò explanatiùs: Nunquam eorum matri ex nouo matrimonio cōmunes liberi nati,ſed priuigni tantùm quęſiti ſunt. Ac pari eadémque ratione videmus eum qui fratri meo conſanguineo frater vterinus eſt,mihi cognatum non eſſe, l.vlt §. ſecundo gradu,D.de grad.Quod verò alij ſic emēdabāt,NON CONSANGVINEI EORVM MATRIS PRIVIGNI SVNT:mihi planè obſcurū eſt nā cui, non prorſus inſano, venire in dubiū poſſet,an priuigni mulieris eis eſſent conſanguinei , qui prius ex ipſa & alio marito nati fuerant ? Simul etiam ex ſuperioribus cognoſci poteſt,quemadmodum intelligendum ſit,quod Imper. ſtatuit in l.vlt. C. ad Tertull. matrem ſuccedere filio defuncto , vnà cum ſuperſtite filio , vel priuigno. Nam filius defunctus , de cuius ſucceſſione ambigitur, intelligendus eſt procreatus fuiſſe ex nouo marito,qui antea ex altera vxore filium ſuſceperat, quem huic nouæ vxori priuignum adduxerat. Cùm igitur iſte ſuperſtes priuignus,defuncti filij conſanguineus fuerit , non dubium eſt , quin ei ſuccedere debeat:mater autem ex Iuſtiniani conſtitutione vnà cum ipſo. Atque hæc quidem hactenus , quanquam corollarij loco illud adſcribendum videtur,quòd prior cauſſæ conſtitutio fingi etiam poteſt hoc modo. Amita mea genuit ex Titio Primum.poſtea diuortio facto Titius ex Mæuia Secundum ſuſcepit. Hi duo filij ſunt inter ſe fratres conſanguinei. Mortua Mæuia , Titius reconciliata gratia iterum Amitam meam vxorem reduxit. Ita Secundus amitæ meæ priuignus factus eſt. Poſtea moritur Amitaque ita multo pòſt Primus inteſtatus. Ego conſobrinus ac proinde cognatus credens Secundum nullo alio quàm affinitatis iure niti poſſe,illius defuncti hereditatem,vtpote amitini,vindico. Secundus contrà vindicat: hac de cauſſa, quòd & agnatus ſit,& Secundum à defuncto gradum obtineat:quippe,conſanguineus hoc eſt , ex eodem patre natus , quamuis ex diuerſis matri-

A bus.nam hic Conſanguineus dicitur,& remotioribus agnatis præfertur,nedum cognatis , qualis eſt conſobrinus,l.1.§.penul. D.de ſuis & legit.Imperator reſcripſit, non eſſe dubitandum , quin Secundus præferendus ſit, partim propter ius agnationis, quia conſanguineus eſt: partim propter ius cognationis,quia qui agnatus,idem vtique & cognatus eſt.l.penu. D.vnd. legit. Poſtremò, quia ſecundo tantum gradu diſtat à defuncto : vt pote frater.Conſobrinus verò tantum cognatus eſt,& quarto gradu.

B *Ad l.1.& l.3.D.ad leg.Pompe.de parricid.fratrum differentia:itémque Amitinorum & patruelium. & emend.l.4.D.de teſtib.*

CAP. X.

CRedo in l.1. D.de parricid. verba illa, FRATREM SORORЕM , PATRVELEM MATRVELEM, idem ſignificare,quod fratrem, ſororémve , conſanguineum , conſanguineam,vterinum, vterinam. Vt hac lege teneri intelligatur,non modò qui fratrem ſororémve ex eodem patre, C eadémque matre , vel ex eodem tantum patre natum natámve interfecerit , verum etiam qui ex eadem matre tantum : quam fratrum diſtinctionem Paulus attingit in l.vlt. §.ſecundo gradu, D.de gradib.cùm aliis locis frater per patrem coniunctus paſſim Conſanguineus appelletur.l.3.C.de legit.tut.§.1.§.ceterum , D. de legit.agnat.ſucceſſ. per matrem verò , vterinus , l.pen. & vlt. C. de legit. hered. l.fratres. 28. C. de inoffic. teſtam. Cauſſæ autem quæ me ad hanc coniecturam adduxerunt , ſunt huiuſmodi. Primùm , quòd illa verba D PATRVELEM MATRVELEM præpoſterè alioqui poſita viderem ante PATRVVM, AVVNCVLVM, *amitā, materteram*.cùm hi,ad tertium,illi,ad quartū gradū referantur. Deinde, quia fratres ſororéſque patrueles videbam mox illis verbis comprehendi : CONSOBRINVM CONSOBRINAM: quæ generalia eſſe conſtat, & præter patrueles , etiam amitinos comprehendere.l.1. §.quarto gradu,l.vlt.§.quarto gradu,D.de grad.§.quarto gradu, Inſtit.eod.Tantum autem abfuit,vt ſuperflua verba in eam legem conferrentur, vt ne neceſſaria qui- E dem omnia collata ſint : multáque Marcianus ex paritate rationis & ſententia ſupplenda doceat. l. 3. eod. nam illi potiſſimum deficiunt , MATERTERAM, NVRVM, SOCERVM, NOVERCAM : quæ omnia ne in vulgatis quidem Codicibus reperiuntur. Tertia autem & ſumma cauſſa eſt , quia idem Marcianus legem illam interpretans perſpicuè demonſtrat , ſolum CONSOBRINI CONSOBRINÆ nomen in ea vſurpatum fuiſſe. verùm ex parium & minorum comparatione facilè F intelligi poſſe , omnes agnatos cognatóſque , qui pari propioréve gradu ſunt, legis ſententia complecti. Etſi enim Marciani locus fœdiſſimè contaminatus eſt , tamen qui tum in lingua Latina, tum in iure mediocriter verſatus eſt, facilè animaduertit, ita corrigendum eſſe: Sciendum eſt lege Pompeia de conſobrino , etiam eos pariter complecti,qui pari propioréve gradu ſunt : tollendáq; illa omnia COMPREHENDI SED NON. cùm enim COMPLECTI Marcianus patiendi ſignificatione vſurpaſſet,ſicuti Cicero nonnunquam,itémque Vlpianus in l. cùm quaſi, 30. §. in furioſi, D. de fidei.libert. G gloſſematarius autem adſcripſiſſet , COMPREHENDI , vel (vt in aliis codicib. legitur) COMPREHENSVM ESSE:poſtea librarius imperitus gloſſam in Marciani verborum contextum recepit. Legendum autem non PROPRIÓVE , ſed potius PROPIOREVE , cùm per ſe ſententia demonſtrat,tum etiam l.1.D. ad leg.Iul. repet. vehementérque dubitare me fateor , an non rectiùs

ctiùs ita legeretur in l. 4. D. de teſtib. vbi vulgo ſcriptum eſt PRIORE. nam etiam in Collect.an.titul.9. ita legitur: Homines inuiti in reum teſtimonium ne dicant, qui ſobrinus eſt ei reo, propioréve cognatione coniunctus, &c. Item l.5. D. de iniur. Non iudicet, qui ei qui agit ſobrinus eſt, propiúſve eorum quenquam cognatione attinget. Item in legis Seruiliæ fragmentis QVEI-VE. EI. SOBRINVS. SIET. PROPIVSVE. EVM. EA. COGNATIONE. ATTINGAT. Negationem quidem auerruncandam, nemo, vt opinor, eruditus negauerit. nã ſi cõſobrini ratio habita eſt, qui quartũ gradum obtinet, quanto magis matertere & fratris ſororíſve filiorum filiarúmve habenda erit, qui tertio gradu ſunt? Deinde, quidni etiam propatruus, proamita, proauunculus, promatertera ex ſententia continebuntur, quæ pari cum conſobrino gradu ſunt, hoc eſt quarto. Poſtremò ne hoc quidem corollarij loco prætereundum videtur, quod in Græcis libris ita ſcriptum eſt. Ὁ φονεύων πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ παππὸν, ἢ μάμμην, ἀδελφὸν, ἢ ἀδελφὴν, θεῖον ἢ θείαν, ἀνεψιὸν, ἢ ἀνεψίαν. quibus poſtremis verbis non auunculus & matertera deſignantur, quẽadmodũ quibuſdã placuiſſe video: ſed (vt eſt apud Marcianum) Cõſobrinus Conſobrina: vt in Gloſſario, Cõſobrinus ἀνεψιός. & alio loco: ἀνεψιός, cõſobrinꝰ. ἀνεψιοὶ ἐκ δύο ἀδελφῶν ἀῤῥένων, Patrueles: ἀνεψιοὶ ἐκ δύο ἀδελφῶν θηλειῶν, Amitini. quod poſtremum tamen falſum eſt. nam hi verè proprièque Conſobrini ſunt, quaſi Conſororini. l.1.§. quarto. l. vlt. §. quarto, D. de gradib. Amitini autem cum Conſobrinis comparantur: vt hoc eodẽ lib. alio loco docuimus, ex §.4. Inſtit. de gradibus.

De auguriis & auſpiciis antiquis Populi R. & Diuinationum varijs generibus.

CAP. XI.

SVmma Populi R. religio in auſpiciis & auguriis poſita erat. neque quidquam agere vel publicè vel priuatim, niſi Diis conſultis, licebat. Nihil domi (inquit Cicero) nihil militiæ per magiſtratus ſine Augurum auctoritate geſtum, ratum eſſe poterat. Itaque in auſpicata dicebantur, quæ infauſtè & infeliciter inſtituta erant. Conſulebantur autem Dij primùm per exta hoſtiarum: quam ad rem adhibebantur Aruſpices. nam eorum erant extiſpicia: cùm iecur, aut cor cæſæ beſtiæ, ceteráque inteſtina, eorúmque tum habitum, tum colorem inſpicerent: quorum partem aliam inimicam, aliam familiarem appellabant. caput autem iecinoris potiſſimum obſeruabant: ſi nullum erat, triſte putabatur: ſi auctum erat, ſignum optimum. Secundum genus erat auſpiciorum: quàm ad rem Augures adhibebantur, qui propterea Iouis interpretes, conſiliarij, adminiſtri dicebantur. Hi augurales libros habebant: quorum ex diſciplina fauſtáne, an infauſta Dij ſignificarent, cognoſcebant. Dicebatur autem Auſpicium, quaſi auiſpicium. quamquam etiam ad alia ſigna præter aues Auſpiciorum nomen productum eſt. Sed Auſpiciorum ſex genera reperio. Vnum erat liberum, cùm cęlo libero auium volatus vel occentus obſeruabatur. nam ſi coruus à dextra volabat, ſi cornix à ſiniſtra, bonum auſpicium erat. Liuius: Ante Conſulem hæc dicentem coruus voce clara occinuit: quo lætus augurio Conſul, &c. Ad volatum pertinet etiam Impetritum. de quo Plautus, Impetritum, inquit, inauguratum eſt. quouis admittunt aues. Impetrire autem Aues dicebantur, cum pedibus terram attingebant. Ammianus lib. iiij. de Saracenis loquens: Miluorum rapaci vitæ ſimiles, qui ſi prædam deſpexerint celſius, volatu rapiunt celeri: aut ſi impetrarint, non immorantur. Legendum igitur IMPETRIERINT. vt alio quodam loco docuimus. Cicero de Diuinat. Olim auibus magnæ res impetriri ſolebant, id eſt, augurio diuinari. Ad hoc liberi auſpicij genus pertinebat Spectio, id eſt, cùm de cælo ſeruabatur. Erat autem de cælo ſeruare, obſeruare, num vel tonitru audiretur, vel fulgur videretur. Nam in Auguralibus libris hæc lex fuit: Ioue tonante, fulgurante comitia populi habere nefas. Non modò autem in vrbe, ſed etiam in agro de cælò ſeruabatur: cùm Augures agri regionem certo carmine & lituo definiſſent, vnde in omnes cæli partes liber aſpectus eſſet: quę regio Templum ab iis dicebatur. ſi à lęua vel tonuiſſet, vel fulguraſſet, bonum auſpicium erat: vnde ſiniſtra auſpicia pro bonis dicebantur. ſin à dextra dirum & triſte auſpicium habebatur. Auſpicia autem alia maiora, alia minora erant: ac maiora quidem, quæ magis rata erant. indéque magiſtratus maiores dicebantur, qui maioribus auſpiciis creabantur: minores, qui minoribus. Non tantum autem Augures de cælo ſeruabant, verum etiam magiſtratus omnes patricij. Verùm Augures ſpectionem tantùm habebant: Magiſtratus verò & ſpectionem & obnuntiationem. Eſt autem Obnuntiare, denunciare ne comitia habeantur, ne cum populo agatur: nam ſi obnuntiationi non obtemperatum eſſet, ratum quod agebatur, nõ erat. Itaque vbi obnunciatum erat, protinus comitia dimittebantur. ac ſi augures ſenatum monerent, contra auſpicia legem latam eſſe, ſenatus decernebat, ea lege populum non teneri. Sæpe autem apud Ciceronem mentio fit legis Æliæ, qua lex Augurum vetus aucta fuerat, vt obnuntiationibus pareretur, ſiue ſeruatum de cęlo reuera fuiſſet, ſiue non fuiſſet. Nunquam igitur de cælo ſeruabatur, quin obnuntiaretur, ſiue proſpera, ſiue aduerſa ſigna viſa eſſent: cùm proſpera confirmarent id quod cum populo ageretur, aduerſa impedirent. Cicer. de legib. 2. Quid maius eſt, ſi de iure quærimus, quàm poſſe à ſummis imperiis, & ſummis poteſtatibus comitia tollere? concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? quid grauius, quàm rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus augur, ALIO DIE, dixerit? quid magnificentius, quàm poſſe decernere, vt magiſtratu ſe abdicent Conſules? quid religioſius, quàm cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid? legem, ſi non iure rogata eſt, tollere? nihil domi, nihil foris per magiſtratus geſtum ſine eorum auctoritate poſſe cuiquam probari? Alterum auſpicij genus dicebatur Coactum: cùm ex pullis in cauea incluſis auſpicium fiebat: quod Tripudium dicebatur. nam Pullarius pullis eſurientibus, offam, id eſt, cibum, obiiciebat. ſi offa obiecta fruſtellum aliquod ex illorum paſcentium ore in terram cadebat, Tripudium dicebatur, quaſi Terripauium (ait Cicero) quia quod decidebat, terram pauibat: ac tum Soliſtimum, id eſt, optimum, fauſtum, proſperum auſpicium dicebatur: ſi nihil decidebat, infauſtum erat: neque magiſtratibus rem vllam aggredi, niſi pullis addicentibus & tripudio ſoliſtimo nuntiato, licebat. Fuit & auſpicij genus duplex ad rem militarem pertinens: quorum vnum dicebatur Peremne, cùm Imperatores per amnem cum exercitu tranſibant: atque hinc magiſtratus in campum Martium euntes, vt aliquid agerent, Petroniam aquam in Tyberim profluentem auſpicatò tranſibant. Alterum erat ex acuminibus, hoc eſt, ex acie & mucrone telorum, haſtarum, ſpiculorum, pilorum, enſium: ſi acies ſplenderet, ſi non hebes, non retuſa eſſet. Itaq. fauſtum portendi videbatur, cùm ſignifer fixũ ſignum facilè & celeriter euelleret: infauſtũ, ſi magna

vis in euellendo adhiberetur. Erat etiam aliud Auſpicium,quod dicebatur Ex diris,id eſt , exſecrationibus: quæ certis verbis conceptæ in caput & perniciem alicuius prōnunciabantur. Itaque creditum eſt. M. Craſſum bellum aduerſus Parthos,à quibus ipſe captus,exercitus autē cæſus eſt,infauſtis auſpiciis geſſiſſe , quod Atcio tribuno pl. diras ei obnuncianti parére noluiſſet. Earum in Deuotionis formula mentio fit. Diui, quorum eſt poteſtas popoli Ro. Quiritium,meiq; Diſque manes, vos placo venerórque,veniam peto , obſecróque,vti popolo R. Quiritium vitam ſalutémque proſperetis:vti ego agam præ me formidinem,metúmque omnem Cæleſtium, Inferúmq. omnium diras, ſicuti verbis nuncupaſſo,ita pro re poblica popoli R.Quiritium vitam ſalutémque meam Diis manibus Tellurique deuoueo. Ad hanc porrò religionis partem pertinebant etiam ſortes,vaticinationes,ſomnia, terræ fremitus,mugitus,& viſa inuſitata,ceteráque , quæ quia (vt ait Cicero)oſtendunt,portendunt,monſtrant, prædicunt:oſtenta,portenta, monſtra , prodigia dicebantur. Eodem etiam Omina referenda ſunt, propter quæ vt idem ait,omnibus rebus agendis, QVOD BONVM fauſtum,felix,fortunatum eſſet,præfabantur. Nam omen vox fuit oportunè ad rem gerendam emiſſa : vt Liuius interpretatur. Verùm hæc quidem hactenus , & quaſi per Satyram,vt eſt in vetere prouerbio:quæ tum demum eruditis probatum iri ſperabo,cùm amico integerrimo,Baſilio AMERBACHIO,Iuriſconſulto clariſſimo,doctiſſimo,politiſſimo,cuius fidei priorem huius libri editionem commendaui, probata eſſe intellexero.

Notatur mirifica perplexitas in diſputatione de iure adcreſcendi.

CAP. XII.

QVod ſæpenumero ſum profeſſus,nullam toto iure noſtro ſpinoſiorem ac perplexiorem eſſe diſputationem,quàm eſt illa de iure adcreſcendi,ſtatui nunc liquidò ; tanquam ea quæ oculis cernuntur,demonſtrare. Animaduerti enim tres à iuriſconſultis diſtinctiones fieri , ſed eas valde inter ſe pugnantes,atque contrarias. Nam alij bipartitò tantùm diſtingunt , vtrum res per damnationem , an per vindicationem legetur: & illo quidem modo nullum omnino eſſe ius adcreſcendi ſtatuunt , hoc eſt ſiue coniunctim,ſiue diſiunctim legetur. Hanc enim eſſe ad ſummam Vlpiani ſententiam ſub tit. Regul. 24. cùm ex ipſius verbis cognoſcitur,tum etiam primus illarum interpres docuit : ſi modò pro IN SOLIDVM DEBETVR (quod conſtat eſſe abſurdiſſimum)reponamus,ſicut ei viſum eſt, PARTES DEBENTVR: vel potius,Singulis in ſolidum ab initio,concurſu partes debentur. Verùm vtcunque ſit,huic nouæ Vlpiani diſtinctioni Proculus & vterque Celſus & alij complures ita perſpicue aduerſantur , vt me propemodum tantæ diſſenſionis pudeat. nam ſi ambo(inquit Celſus) legatum vindicent(ecce legatum per vindicationem)ſuam quiſque legati partem habebit , nec pars omittentis alteri adcreſcet. Quibus verbis apertè oſtendit, interdum etiam vbi per vindicationem legatum eſt , tamen iuri adcreſcendi locum non eſſe.l.& Proculo , 20. D. de legat.2.l.duobus,85.D.de legat.1.Quid amplius? Imperator ipſe teſtatur , ne alteram quidem huius diſtinctionis partem antiquitati omnino placuiſſe. Nam cùm dicat , vbi diſiunctim per damnationem legatum eſt,vtrique ſolidum deberi,hoc eſt vni rem,alteri æſtimationem:idque in hoc vno tantummodo damnatio-

A nis genere antiquitati placuiſſe : an non perſpicuè ſignificat,in contrario caſu , nimirum vbi coniunctim per damnationem legatum eſt, concurſu partes fieri, ac proinde altero deficiente, alterum iure adcreſcendi ad eius partem venire? Hactenus de prima diſtinctione dictum ſit. Venio ad ſecundam. Nam alij longe aliam ac diſſimilem inducunt,atque illi vehementer contrariam:vtrum res coniunctim,an diſiunctim , ſiue(vt interdum loquuntur,) ſeparatim legata ſit: neque inter vindicationis aut damnationis formulam diſtinctionē B vllam adhibent. ſed generaliter ita ſtatuunt,ſi res duob. coniunctim legata ſit , veluti Primo & Secundo Stichum lego:omnimodo ius adcreſcendi inter illos eſſe: ex quo efficitur,vbi diſiūctim legata eſt,veluti, Primo Stichum lego,Secundo Stichū lego:ius adcreſcendi nō eſſe. Sic enim hæc duo vocabula Coniunctim & Diſiunctim Imperator interpretatur apertiſſimè,in §.ſi eadem,8.Inſt.de legat.& l.1.§.hoc ita tam variè,C.de cad. toll.itémque Vlp.in l.1.§.interdum,D.de vſufr.adcreſc. Et huius diſtinctionis auctorem modò ſignificauimus C fuiſſe Proculum,cuius opinio vtrique Celſo, Iuliano, Iauoleno,Caio , Marcello & Paulo probata eſt. Celſi quippe duo hæc præcepta extant : Coniunctim legari, eſt totam rem ſingulis legari partes autem concurſu fieri.l.coniunctim,80.D.de legat.3. Toties ius adcreſcendi eſt:quoties in duobus qui in ſolidum habuerūt, res concurſu diuiſa eſt.l.3.D.de vſuf.adcreſc. Quib.ex regulis inter ſe iunctis hæc ſine dubio concluſio conficitur:Vbi coniunctim legatum eſt,ſingulos in ſolidū vocari:vbi in ſolidum vocati ſunt,concurſu partes fie- D ri:vbi concurſu partes fiunt,ibi ius eſſe adcreſcendi. ac proinde à primo ad vltimum, quoties coniunctim legatum eſt,toties ius eſſe adcreſcendi.l.ſi ſeruo,31.D.de ſtatu lib.l.Titio,34.&l.ſeq.D.ad leg.Aquil.quippe,cùm omnes coniuncti vnius tamen perſonæ vice fungantur: hoc eſt , non plus vniuerſi habeant , quàm ſi vni legatum eſſet.l.planè,34.D.de legat.1.Et hęc eſt eiuſdem regulæ Celſi poteſtas atque ſententia , vt inter eos demum ius ſit adcreſcendi, quibus ſolidum legatum eſt d.l.3.D. de vſufr. adcreſc. Quod cùm ita ſit , & hæc E condicio propriè ac ſpecialiter legatis coniunctim relictis tribuatur,quis dubitet , quin illud ex contrario efficiatur , vbi diſiunctim legata relicta ſunt ibi ius adcreſcendi non eſſe?ac proinde ſuperiorem illam Vlpiani diſtinctionem repudiari , vtrum per damnationem, an per vindicationem legatum fuerit. Sed longe maior iam audietur contentio. nam primùm omnium Imperator,vel potius Iuriſc. vnde is locus deſcriptus eſt,Proculianam iſtam,diſtinctionem ita dilucidè repudiat,vt non facile quidquam viderim alienius. Si ea- F dem res(inquit)duobus legata ſit,ſiue coniunctim,ſiue diſiunctim,(attendat lector hæc verba)ſi ambo perueniant ad legatum,ſcinditur inter eos legatum : ſi alter deficiat,totum ad collegatarium pertinet. Hæc Imp. in §.ſi eadem,8.Inſt.de legat. Addo etiam illud. Nam Pomponius & Vlpianus diſtinctionem illam apertè illudunt. Si duobus(inquiunt) res eadem coniunctim legata ſit,pars deficiens,alteri capienti non adcreſcit:ſed ei ſola ſua pars debetur.l.ſi duobus,16.l.planè, 34. §.ſi coniunctim,D.de legat.1. Quibus ex locis difficile di- G ctu eſt,non hanc illorum mirificentiſſimam opinionē fuiſſe,ius adcreſcendi in legatis nomen eſſe inane: neque vllo ei caſu locum dari : nam ſi etiam in coniunctim relictis illud repudiant,quanto magis in diſiunctis repudiabunt?quod etiam duobus argumentis confirmare licet:quorum hoc prius eſt, quia quantum ad ius adcreſcendi,non ſunt coniuncti , qui ſine parte ſcripti

ſunt:

ſunt: vt ait Vlp. in l. item quod, 17.§.1.D.de here.inſt. alterum autem eſt huiuſmodi: Quibus res eadem coniunctim ſed definitis cuique partibus legata eſt, iis ius adcreſcendi non conceditur. l.1.verſ.ceterum, D. de vſuf. adcreſc. nam hæc eſt quæ dicitur Verbis facta coniunctio, in qua ius adcreſcendi nullum eſſe conſtat. l. & Proculo, 20. D.de legat.1. l. re coniuncti, 89. D.de legat. 3. Quibus res eadem coniunctim indefinitis partibus legata eſt, ij æquis ex partibus, ac proinde quaſi certis & definitis, ad legatum vocati intelliguntur. l. legata, 19. §.vlt.D.de legat.1. l.cum quæſtio, 23.§.1.C.eod. l. interdum, 13. D.de hered.inſt. Quare quibus res eadem coniunctim indefinitis ex partibus legata eſt, ij ius adcreſcendi non habent: quandoquidem eadem tacitæ & intellectæ diuiſionis poteſtas eſt, quæ expreſſæ. d. l.19. §. vlt.D.de leg.& l.quoties, 9.§.3.D.de hered.inſt. Poteſtne igitur vlla de re vnquam vel maior, vel magis ridicula fuiſſe inter veteres Philoſophos dimicatio, quàm fuit inter noſtros Iuriſc. de iure adcreſcendi? Et tamen ne hæc quidē tota contentio eſt. nā cùm ex ſuperioribus alij in ſola coniunctione ius adcreſcendi admiſerint, in diſiunctione repudiarint, alij ne in coniunctione quidem admiſerint; ecce iam alij, qui etiam in diſiunctione admittendum eſſe contendant. l. Mæuio, 41. D. de legat. 2. vbi cum ſeparatim & partes fundi & totus fundus legatus fuiſſet, Iauolenus nihilominus ius inter illos adcreſcendi eſſe ſtatuit: & partem ceſſantem pro portione legati cuique eorum quibus fundus ſeparatim legatus fuerat, adcreſcere. Sed quonam argumento? hoc nimirum, quod quamuis oratione ſeparati ſint, tamen re coniuncti ſunt, hoc eſt in vnius eiuſdémque rei communionem vocati. quo ſolo argumento inductus Imperator hanc Iauoleni ſententiam probauit in §.ſin verò non omnes: tametſi hanc cauſſam adſcribat, Quia ſermo teſtatoris omnibus primâ facie ſolidum aſſignare videtur, ſi alij concurrant, primi legatum minuitur. Age deinceps ad tertiam diſtinctionem accedamus: quam Paulus præcipuè exponit in l. re coniuncti, 85. D.de legat.3. & l. triplici, D.de verb.ſignif. vt Coniunctio triplex ſit, vna re tantùm: Primo Stichum lego: Secundo Stichum lego: altera re & verbis: Primo & Secundo Stichum lego: tertia verbis tantùm: Primo & Secundo Stichum ex æquis partibus lego. In prima concurſu partes fieri, legatum inter concurrentes ſcindi: locum eſſe iuri adcreſcendi. l.7. C.de legat. l.1.§. pen.D.de vſufruct.adcreſc. In ſecunda ſimiliter, altero deficiente alterum ad ſolidum admitti. d.l. ſi ſeruo, 31. D.de ſtatulib. l.Mæuio, 41.D.de legat.2. ac proinde parem eſſe vtriuſque naturam & conditionem vt ſcilicet per vtramque formulam æquè tota res ab initio legata intelligatur: ſinguli in ſolidum à teſtatore vocentur: concurſu tantum partes fiant: denique in vtraque ius ſit adcreſcendi; quod etiam Imper. iis verbis planiſſimè oſtendit, quæ paulo ante protulimus ex §. ſi eadem, Inſt.de legat. In tertia verò, quæ fit verbis tantùm, nullum eſſe ius adcreſcendi, ſine vlla varietate conuenit: quandoquidem ſuæ cuique legatario partes ab ipſo teſtatore, attributæ, ac definitè ſunt: vt etiam ſi vnius pars vacet, alteri tamen ſola pars ei nominatim attributa concedatur. quaſi ſingulæ res ſingulis attributæ fuiſſent. l. huiuſmodi, 84. §. penultim. D. de legat. 1. l. re coniuncti, 89. D. de legat. 3. l.1. in princip. D. de vſufr. adcreſc. Quid igitur? de hac diſtinctione quid dicemus? quantum ad partem ipſius tertiam attinet, nihil eſt dubitationis, quin Iuriſconſulti conſenſerint quoniam huiuſmodi legatarij teſtatoris (vt dixi) verbis ſeparati ſunt, neque propriè rei eiuſdem collegatarij di-

A ci poſſunt. ſed partis ſolius idque iam inde à iudicio teſtatoris d.l. 89. ſingulæ autem & ſeparatæ partes ſingulæ res numerantur. l. rectè, 25. D.de verb. ſignif. ſed quantum ad duas ſuperiores, nihil alienius fingi poteſt. primùm, quia quos ali, atque adeo Imperator ipſe in d. §. ſi eadem. de leg.& l.1.§. hoc ita tam varie. C.de cad. toll. Diſiunctos appellat, Paulus apertiſſimè Coniunctos vocat: ſed re tantum coniunctos deinde cùm iſtis Diſiunctis Proculiani ius adcreſcendi denegent, Paulus illis concedit. hac in parte Iauolenum ſecutus: vt ſu- B perius diximus, ex l. Mæuio, 41. D. de legat. 1. Num quidnam amplius? Cùm alij plerique Coniunctis idem illud ius adcreſcendi concedant, tamen Pomponius (vt dixi) & Vlpianus illud iis adimunt. l. ſi duobus, 16. l. plane, 34. §. ſi coniuncti, D.de legat. 1. Iam verò cùm Paulus illam Vlpiani de dānatione & vindicatione diſtinctionem ſilentio prætermittit, annon apertè oſtendit, eam ab ſe deſpici ac repudiari? Ne tamen ab omnib. Pauli contemni ſententiam putemus, facit Imp. eodem illo loco, vbi non modo re & verbis, C ſed etiam re tantùm coniunctis ius adcreſcendi concedit. ita tamen, vt quos Paulus Coniūctos vocat, ipſe Diſiunctos appellet. quod idem fecit Caius lib. Inſt. 2. titul. de legat. vbi perpetuo Coniuncti legari interpretatur pluribus legari. quos Paulus dixit Re & verbis coniunctos: Diſiunctim vero legari, interpretatur ſingulis legari, quos Paulus dixit Re tantum coniunctos. Sed & Vlpianus aſſiduus, (vt aliàs perſæpe diximus) Pauli æmulus in l.1.§. interdum, D.de vſufr. adcreſc. Non ſumus coniuncti (inquit) ſi mihi fundus ſeparatim to- D tus, & tibi ſimiliter fuerit relictus. Atenim, dicet fortaſſe quiſpiam, & verò à multis iam dictum eſt, aliter atque aliter Iuriſconſulti Coniunctos & Diſiunctos appellant. nam qui re tantùm coniuncti ſunt, verbis tamen diſiuncti ſunt: viciſſimque qui verbis coniuncti ſunt, re tamen ſunt coniuncti. Itaque non vocabulorum varietas, ſed res ipſa potius ſpectanda eſt. Primùm miſera eorum fortuna & condicio diſcipulorum eſt, qui præceptorib. vti coguntur cōtrariis nominib. rem eandem appellantibus: cùm etiam ſola nominum diuerſitas E plus ſatis obſcuritatis diſcentium ingeniis afferat. deinde quis eſt tam vecors, qui æquo animo ferre poſſit, vt vnum idémque vocabulum contrariè & contrariis in reb. vſurpetur? quale illud eſt, Re Coniuncti ſunt (inquit Paulus) quibus ita legatum eſt, Primo Stichum lego; Secundo Stichum lego. d.l. re coniuncti. At Vlp. & Iuſtinianus, Diſiuncti ſunt quibus ita legatum eſt, Primo Stichum lego: Secundo Stichum lego. d.l.1.§. interdum D.de vſufr. adcreſc. §. eadem, D.de legat. §. hoc ita tam varié. C.de cad. toll. quibus Caius (vt dixi) lib. Inſt.2. F ſuffragatur. Poſtremò cui probari hoc poteſt, verbis tantum coniunctis legari poſſe? cùm, vt omnes fatentur, verbis tantum coniuncti propterea coniuncti non ſint, quia diuiſio partium res plures efficit: neque inter verbis coniunctos maior communio ſit, quàm inter eos quibus res ſingulæ & diuerſæ ſeparatim, & diuerſis orationibus legatæ ſunt. l. huiuſmodi, 84. §. pe. D.de legat.1. l.pen. D.de vſufr. adcreſc.

Ad l. ſi tibi, 17. §. de pignore, D. de pact. Hypotheca nudo conſenſu contrahitur & diſſoluitur. Ciceronis locus emend. Verr. V. G

CAP. XIII.

CRedo in hoc §. Pauli ſcripturam ita reſtituendam eſſe: NASCITVR PACTO ACTIO ET TOLLITVR. TOLLITVR AVTEM & quæ ſequuntur. quod vt intelligatur, ſcien-

dum eſt pignoris nomen hoc loco abuſiuè, vt ſæpe aliàs, pro hypotheca vſurpatum eſſe. l. 1. D. de pignerat. act. pignus eſt contractus: hypotheca pactum nudum: l. 23. C. de pignorib. l. 4. l. 17. § 3. D. eod. pignus re, id eſt traditione cōtrahitur: hypotheca nuda conuentione l. 4. D. de pignorib. l. 33. §. qui pignori, D. de vſurpat. pignus eſt iuris gentium & ciuilis: hypotheca, iuris prætorij: ex illo ciuilis & in perſonam naſcitur actio, ex hac prætoria, & in rem. §. item Seruiana, Inſtit. de action. His poſitis quæſtio hæc Paulo propoſita vulgo exiſtimatur: An vt actio hypothecaria nudo pacto naſcatur, ſic contrario nudo pacto ipſo iure tollatur. Neminem vidi, qui non exiſtimet Paulum reſpondiſſe nudo pacto non tolli, ſed per exceptionem tantùm. At ego ne Paulo quidem, ſi reuixiſſet, hoc affirmanti credendum putarem. quid enim certiùs eſt, quàm quo quæque modo contracta obligatio eſt, eodem in contrarium acto reſolui, l. 35. l. 153. D. de reg. iur. quæ conſenſu contrahuntur eadem etiam nudo diſſenſu diſſolui? l. 80. & l. pen. D. de ſolut. Itaque paulo ante dictum erat, obligationem legitimo pacto contractam, legitimo pacto ipſo iure diſſolui: l. 6. D. de pact. Pari ratione naturalis obligatio pacto nudo contracta, pacto nudo diſſoluitur. l. Stichum, 95. §. naturalis, D. de ſolut. & quæ ciuilis obligatio pacto nudo, id eſt conſenſu contrahitur, eadem pacto nudo diſſoluitur. l. 2. D. de reſcind. vend. l. 27. §. 2. & l. 58. D. de pact. denique prius pactum per poſterius eliditur: vt ait Paulus l. 27. §. pactus ne peteret, eod. Omne pactum, inquit idem, poſteriore pacto diſſoluitur ſemper enim nouiſſimum quodque ſeruatur. lib. Sent. 1. ti. de pact. Cùm igitur obligatio, & legitimo, & naturali, & ciuili pacto contracta, per contrarium pactum ipſo iure tollatur: quidni etiam iure prætorio contracta iure prætorio tollatur? Nam quod quidam ſcribunt, hypothecam ab illis ciuilibus contractibus ſeparari in l. contrahitur, 4. D. de pignorib. plane abſurdum eſt, cum apertiſſimè inter ſe coniungantur: nam vt ex emtione, ſic ex hypotheca nudo pacto concipitur obligatio. l. 4. D. de fid. inſtrum. denique teſtimonium extat apertiſſimum, & quod nullum calumniandi locum relinquit, in l. 2. C. de remiſſ. pign. quod obligatio pignoris nudo conſenſu & contrahitur & diſſoluitur. itémque in l. maior, 23. C. de pignorib. quod creditor qui obligationem hypothecariam remiſit, amplius illam perſequi non poteſt: atque hoc ipſum in Scholiis noſtris ad vtramque legem editis iampridem admonuimus. Dicendum eſt igitur, idem in hanc legem mendum irrepſiſſe, quod in manuſcriptis libris, frequenter occurrit, cùm è duabus vocibus geminatis altera omittitur: legendúmque NASCITVR PACTO ACTIO: ET TOLLITVR. TOLLITVR AVTEM &c. vt prius TOLLITVR ad ius referatur, hoc eſt ad ius honorariū, poſterius ad exceptionem. Cū autem alia innumerabilia eiuſdem modi menda iampridem apud veteres auctores indicaui, tum illud quod nuper aliud agens deprehēdi, lubet adſcribere. ex Verrina Oratione V: vbi ſic legitur: *Nonnunquam etiam liberius Timarchides adhibebatur. Mulieres autem nuptæ nobiles præter vnam mimi Iſidori filiam, quam iſte propter amorē ab Rhodio tibicine abduxerat, Pippa quædam vxor Aeſchrionis Syracuſani.* Nam inter *Abduxerat* & *Pippa* deſideratur verbum ERAT. quod etiam inſequens ſententia demonſtrat, *Erat & Nice facie eximia.* Verùm, vt dixi, plena exemplorum ſunt omnia. Addamus etiam illud alterum ex Orat. pro M. Marcello: *At ſi tui nihil cogitant ſceleris, cauendum eſt, ne quid inimici. qui? omnes enim qui fuerunt, &c.* Nam qui Ciceronis conſuetudi-

A nem norit, ſi diligenter attendat, non dubitabit alterum *Inimici?* cum interrogationis nota interponendum eſſe. Quare vt rem omnem concludamus, confirmo hanc Paulo propoſitam quæſtionem fuiſſe, An per pactum de non petenda debita (verbi gratia) ex mutuo pecunia, actio de pignore (hoc eſt actio hypothecaria) per exceptionem tollatur. D. C. eſt, vt non tolli videatur, primùm quia nihil de remittenda hypotheca nominatim expreſſum eſt: ſed tantùm de remittenda pecunia debita. deinde quia pactum de vna re factum ad
B aliam non producitur, l. 27. §. pacta. D. de pact. C. Th. quia quamuis nihil expreſſè ac nominatim, de remittenda hypotheca cautùm ſit, tamen etiam pacta tacita exceptionem pariunt: vt dictū eſt ad l. 2. & l. 3. eo. ti. Tacitum autem pactum in hac cauſſa interueniſſe, ex eo arguitur, quòd pignus per ſe ſine principali obligatione conſiſtere non poteſt. Itaque qui de remittendo debito & principali obligatione paciſcitur, etiam de remittendo pignore & acceſſoria obligatione paciſci intelligitur. l. creditricem, 7. Codice de remiſſ. pignor. l. 5.
C §. penul. l. 13. D. quibus modis pign. vel hypoth. ſol. ſublata enim principali obligatione ſimul etiam acceſſoria tollitur obligatio. l. debitor, 59. D. ad Trebell. ſiue illa ſit pignoris. l. 6. D. quib. mod. pign. ſol. ſiue pecuniæ conſtitutæ. l. 19. D. de conſtit. pecun. denique diſſoluta rei principalis obligatione ſimul omnes acceſſiones liberantur. veluti, fideiuſſores, adpromiſſores, hypothecæ, pignora, l. in omnibus, 43. D. de ſolut. l. granius, 71. D. de fideiuſſ. Duo igitur in hoc themate pacta interuenerunt, vnum expreſſum de principali obligatione: al-
D terum tacitum de acceſſoria. Sicuti autem principalis per exceptionem pacti expreſſi tollitur, eodem modo acceſſoria per exceptionem pacti taciti. d. l. 5. §. pen. Et certè ſi pignoris obligatio tacito pacto inducitur. l. 4. D. de pact. multo magis tacito pacto diſſoluitur. arg. l. Arrianus, D. de oblig. & act. Atque hoc modo vtrique dubitandi cauſſæ pariter ſatisfactum eſt. Porro non quemadmodū remiſſione principalis obligationis acceſſoria tollitur, ita remiſſione acceſſoriæ principalis tollitur. nam etiā ſi pignus remiſſum ſit, manet tamen
E principalis obligatio: vt diximus ad l. 3. D. de pact. & patet ex l. etſi pignus, 18. D. quæ in fraud. credit.

Ad l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. Res integra. Venditio perfecta quando dicatur.

CAP. XIIII.

HAc lege quattuor explicantur quæſtiones nō minus commodè quàm breuiter. Eius autem argumentum concipi ſic poteſt. Qui rem e-
F mit cum pacto reſtituendi, oblato à venditore precio obligatur etiam ad fructus poſt oblatum precium reſtituendos. Species facti fingi ſic poteſt. Sempronius vendidit centum aureis fundum ſuum Titio, ea lege, vt ſi intra decem annos vel quocunque tempore precium offerret, fundus ſibi reſtitueretur. poſt annos decem Sempronius Titio centum aureos offert: ac poſtulat ſibi fundum reſtitui. Titius recuſat: hac (vt credi par eſt) de cauſſa, quòd à venditione ſemel contracta recedi, niſi re integra, non poteſt. l. 3. D. de
G reſcinden. vend. l. 1. C. quand. lic. ab emt. Vbi autem traditio ſubſecuta eſt, non poteſt amplius dici res integra, ſed venditio impleta. l. ſi quis alienam, 46. D. de act. emt. l. 4. C. ill. tit. Imperator tamen contrarium reſcripſit, quoniam pacta in bonæ fidei contractibus incontinenti adiecta, actionem ex illis competentem informant. l. nec ex prætorio, 27. D. de regul. iur. l. pa-

cta

ēta conuenta,72.de contrah.emt.l.7.D.de pact.Secunda quæſtio eſt, Qua actione Sempronius aduerſus Titium vti debeat:perſcriptis verbis,an ex emto & vēdito ? quod potius videbatur, quoniam (vt modò diximus,) pactum incontinenti adiectum actionem informat.ſed Imp.reſcribit, etiam perſcriptis verbis actionem ei competere. Cuius rei ratio,vt opinor, hæc eſt: quia non tam propriè videtur hic eſſe contractus emtionis & vēditionis,(ex quo emti venditi formula naſcitur) quàm nouum negotij genus propinquū & affine illi contractui, ex quo genere perſcriptis verbis actiones concipi ſolebant.l.1.2.3.& paſſ.D.de perſ.verb. ſed præſertim & ad noſtrum propoſitum aptius ex l. ſi vir,12.D.ill.tit.ac ſimillimum Vlpian.reſponſum videre licet in l.Labeo,50.D.de contr.emt.vbi cùm Labeo ex pacto incontinenti appoſito dediſſet actionem perſcriptis verbis,Vlpianus adiecit etiam actionem ex vendito competere: itémque Paulus in l.ſi conuenit,6.D. de reſcind.vend. Tertia quæſtio eſt,de fructibus quos Titius poſt oblatum & recuſatum precium percepit, an illos vnà cum fundo reſtituere teneatur. nam dubitandi cauſſa eſt, quoniam emtione & venditione perfecta fructus omnes & commoda rei venditæ emtori cedunt. l.fructus,13.l.pen. C. de act. emt.l.Iulianus,13. §. ſi quid ſeruo, D.eod. Sed Imperator contrarium reſcribit, quia contrariorum per eadémque ratio eſt: quare ſicuti venditor moram in tradendo faciens fructus omnes præſtat:l.ſi ſterilis, 21.§.cùm per venditionem,l.ſi ea res, 31. D.de act.emt. ita emtor iſte moram in oblato precio recipiendo cōmittens fructus præſtare cogitur.l. 4.§. 1.l.5. D.de leg. commiſſ. In mora autem conſtitutum eſſe emtorem per oblationem precij patet ex l.interdum,73.§.vlt.D.de verb.oblig. l.qui decem,72. D.de ſol.l.obſignatione,9. C.eod. Quarta quæſtio eſt, An huius pacti condicio ab heredibus impleri poſſit.quod Imp.reſpondet poſſe,quoniam cōdicio in heredes tranſit.l.ſi quis ſi Titius,57.l.qui Romæ, 122.§.Agerius,D.de verb.oblig. & ratio perſpicua eſt, quia pleriique tam heredibus noſtris,quàm nobiſmetipſis paciſcimur:vt ait l.ſi pactum,9.D.de probat.

Variæ variorum locorum obſeruationes:& ſeptem leges emendatæ.

CAP. XV.

PRimus eſt in l.ſolutam,49.in fin.D.de ſolut. & liberat.vbi pro SATISDATIONIS reſtituendum eſt SATISFACTIONIS:quod verbum etiam in compluribus antiquis libris ſua ætate extitiſſe Accurſius teſtatur.Non enim ſatiſdatione,ſed ſatisfactione pignus liberatur:vt hoc loco acceptilatione.l.5.in fin.& l.6. D.quibus mod.pign.ſol.vbi Vlpianus ſcribit, improbatā Attilicini ſententiam exiſtimantis,ſi debitor paratus ſit ſatiſdare, vt hypotheca liberetur,hypothecam liberari. Secundus eſt in.l.rem alienam,41.D.de pignorat.act.vbi Alciatus lib.parerg. 7. c. 4. pro particula NON reponendum cenſebat NVM. quaſi non negatiuè, ſed interrogatiuè vel dubitatiuè Paulus ſcripſiſſet. quod ſanè perquam abſurdum & docto viro indignum eſt: quemadmodum ex verſu ſequenti planiſſime intelligitur. vbi Paulus illo caſu hypothecariam creditori denegat. idcirco, quia pignus non eſt confirmatum eo quod dominus rei obligatæ debitori qui rem alienam obligarat, ſucceſſit. Vno tantum caſu concedebat Paulus hypothecariā creditori, cum dominus debitori heres extiterat: nempe ſi dominus conuenerat de pignore, & mentitus e-

A rat creditori rem eſſe in debitoris illam obligantis dominio,aut certè non refragabatur dominus debitori rem tanquam ſuam obliganti. Huic autem Pauli ſententiæ Modeſtinus apertè aduerſatur in l. ſi Titio, 22.D.de pignorib.vbi ęquitatem ſequutus,non obſcurè oſtendit quemadmodum duriori Pauli ſententiæ ſit reſpondendum: in illis verbis, *Ex poſtfacto pignus directò quidem non conualeſcit.* Hoc enim ſignificat, Quāuis per aditionem hereditatis dominus rei obligatæ non confirmet pignus, quia hereditatis aditio non retrotrahitur,
B ſicuti ratihabitio: tamen dominus debitori ſuccedens nō debet factum ipſius infirmare.quia quod is fecit cui heres ſum,perinde eſt ac ſi ipſe feciſſem. l.6.§. vlt.D.de aqua pluu.arc.l.cùm à matre,14. C.de rei vindic.Tertius eſt in l.nouiſſima,19.D.iudicat.ſol.vbi ſcriptum ita eſt: *Et in futurum tempus permanens factum demonſtrat.* nullo ſenſu, vt quiuis Latinè intelligens exiſtimare poteſt. Reſtituendum arbitror, *Et in futurum tempus permanans futurum factum demonſtrat.* Neque enim permanere factum illud dici poteſt, quod non-
C dum cœptum eſt. ſed vis illius nouiſſimæ clauſulæ morte promiſſoris non extincta permanat in poſterum tempus, & futurum heredis factum ac dolum demonſtrat.Ac perſpicuè Venuleius ſequēti verſu id declarat, his verbis:*Verbū Afuturúmque eſſe ad omne tēpus refertur.&c.* Quartus eſt in l.ſed non,16.D.de iniur.vbi Accurſius menda duo indicauit, quæ tamen antehac neglecta ſunt.Prius eſt in verbo ÆQVVM, pro quo in alijs libris ſcriptum eſſe teſtatur INIQVVM:alterum eſt in verbo PORTIONES pro quo PETITIONES aliis
D in libris legi demonſtrat:nondum rectè fortaſſe:ſed tamen ad veram ſcripturam indagādam accommodatè. Legi enim mallem PRÆSTATIONES. Atque hoc modo aptiſſimè Pædius & Paulus cum Caio conſentiunt:qui in Inſtitut.ſcribit,æquum eſſe,non pro ea parte qua dominus quiſque eſt,iniurię fieri ęſtimationem: ſed ex dominorum perſona & qualitate: quia non ſeruo,ſed ipſis facta iniuria intelligitur. Ponamus Stichū qui patroni & liberti ex æquis partibus communis ſeruus erat, verberatum à Titio in dominorū iniuriam
E fuiſſe. Hāc iniuriam viginti aureis æſtimari. Si imparibus paria tribuantur, iniuſtitiæ ſpecies eſt. itaque tres illi Iuriſconſ. (ſed Pædius primus huius ſententiæ auctor fuit)concorditer ſtatuerunt,non eſſe iniquum, pro maiori parte damnari patrono Titium, quàm pro qua dominus eſt:velut in propoſita ſpecie,in quindecim aureos:vt relinqui quinq; liberto relinquātur. Iudicis igitur officio iniuriarum æſtimatio ex æquo & bono ſecundum huius actionis naturam permittetur. Et hoc eſt, quod Paulus Pædij ſententiæ adiunxit, Petitiones
F dominorum, ſiue præſtationes dominis præſtandas officio iudicis æſtimari oportere non autem PORTIONES: quod verbum hoc loco ferri nullo modo poteſt: cùm iam inter illos certæ ac definitæ partes dominij ſint,neque vllus in illis vel æſtimandis vel conſtituendis locus iudici relinquatur. Quintus eſt in l.3.§.1.D.de ſepulc. viol. vbi prò illis verbis CESSABIT EIVSDEM PERSONÆ teſtatur Accurſius aliis in libris ſcriptum eſſe, *In eiuſdem perſona pœna.* ſed plena emendatio erit, IN EIVS.quod & ſuperior & inſequens verſus a-
G pertiſſimè demonſtrant.Sextus eſt in l.2.§.idem Nerua 17.D.ne quid in loco publ.vbi ſcriptum ita eſt:Non eſſe ab re,re de ea interdicto vti.cùm Haloander rectiſſimè reſtituerit, *De ea re.* nam quod doctus quidam Grammaticus ſcribi ſic volebat, *Non eſſe ab re deo interdicto vti:* more priſcis ſcriptorib. & poetis vſitato: valde & à Iuriſconſultorum & ab illius ætatis ſcribendi

conſuetudine alienum eſt. Septimus eſt in l.ſi rerum,5. D.de vi & vi armat.vbi nos Accurſius monuit legi in aliis libris SI METV. quæ veriſſima ſcriptura eſt:vt intelligatur non interdictum vnde vi,ſed actionem quod metus cauſſa eo caſu competere.l.metum,9.§.ſed etſi. D.quod met.cauſſ.

Deceſſione actionis & delegatione.

CAP. XVI.

CEdere,mandare,præſtare,exhibere,transferre actionem,promiſcuè vſurpantur.l.ſi ſic legatum,75.§.1.in fin. D.de legat.1.l.heredem,14. D.mand.nam Cedere actionem dicitur is,qui competentem ſibi actionem ab ſe alienat,& in alterum transfert: vt eadem Ceſſionis ſit vis in rebus incorporalibus, quæ eſt in corporalibus Traditionis.l. vlt. C. quand.fiſc.vel priu.itaque ſicuti rei donatæ vel venditæ dominium ſine traditione non transfertur, ita donatæ vel venditæ actionis dominium ſine ceſſione non transfertur.l.3. D.pro ſoc.l.vlt. D.de donat.l.poſſeſſio, 49.§.vlt.D.de adquir.poſſ.l.6.C.de obligat.& act.l.naturalis,5.§.pen.D.de perſc. verb. l.tutori,20. C.de neg. geſt.l.7.C.ſi quis alt. vel ſib.l.ſi res, 50.D.de euict. Sed quæri video:vtrum ei cui ceſſa actio eſt,directa competat an vtilis dumtaxat. Procuratori quidem vtilem tantùm actionem competere, ſuſpicor ex eo, quòd cùm antiquo iure nemo alieno nomine lege agere poſſet: poſtea ſuadente vtilitate contra directi iuris rationem receptum fuit, vt conſtituere procuratorem liceret. l. nemo,123.D.de reg.iur.§.1. Inſtit.per quos ag.poſ. Verum ei,cui ceſſa,mandata,præſtita eſt actio, non dubito, quin directa competat: hoc eſt, ea ipſa quæ cedenti competebat.l. ex legato, 18. C.de legat. l.5.& l.8. C.de hered.action.l.4.C.ſi cert.pet.quemadmodum ei qui procurator in rem ſuam factus eſt. l. ſed ſi tantum, 13.D.de pact.qui quod per ceſſam ſibi actionem à debitore exigit.ſibi exigit, nec ei qui eum conſtituit reſtituere cogitur.l.1.§.in propria,D.quand appell.ſit.euentus enim iudicij ad ipſum pertinet.l.qui ſtipendia,9.C. de procur.ſed alia ratio eſt Procuratoris, vt ita dicam, vulgaris.nam cum is alieno nomine agat, alienámque actionem exerceat, conſentaneum eſt, vt quod à debitore noſtro per actionem noſtram conſecutus eſt,mandati actione nobis præſtet.l.licet, 42.§.2.D.de procur. Sciendum eſt tamen,non rarò vſuuenire,vt quo caſu ex ceſſione directa competit, eo caſu ſine ceſſione vtilis accommodetur: quod ius ex Principum reſcriptis natum eſt:veluti,ſi nomen debitoris venditum fuerit. l.8. C.de hered.vel act.vend.aut ſi legatum. l.ex legato, 19. C.de legat.aut ſi in dotem datum.l.2.C.de oblig.& act. aut ſi in ſolutum datum,l.6.C.eod.l.vlt. C.quand.fiſc. vel priu.aut ſi oppigneratum.l.cùm conuenit, 20.D.de pignorib.l.poſtquam,7.C.de hered.vel act. vend.aut ſi hereditas vendita fuerit.l. 5.l. 7.l. 8.C. eod. l. ſi cum emtore,16.D.de pact.aut ſi alieno abſentis nomine pecunia credita ſit. l.4. C.ſi cert.pet.ſi ex communi geſtu præſtitum aliquid fuerit. l. 1. §. nunc tractemus, D. de tut. & ration. diſt. Ac pari modo ſi quis pro debitore alieno ſoluerit, non modo ex ceſſione directam habet in illum actionem creditoris nomine,tam perſonalem, quàm hypotecariam: l.6. l.7. C. de obligat. & act. verùm etiam vtilem ſuo nomine ſine ceſſione. l. 4. C.ſi cert pet.l. 5. 7.8. C.de hered.vel act. vnde accidit, vt quamuis ſecundum regulas iuris debitor mei debitoris debitor meus non ſit: l. eum à quo, 16. C. de ſolut. l.ſi is qui, 8. C. depoſ. tamen vtilitatis cauſſa ceſſis &

A mandatis mihi à debitore meo contra ſuum debitorem actionibus debitor mei debitoris meus debitor eſſe incipit.l.vlt. C.quand.fiſc.vel priu. Sed hoc caſu intelligendum eſt, inutilem eſſe ceſſionem actionis, ſine pacto venditionis antecedente. nam cum debitor, pro quo etiam inuito & ignorante, ſolutio facta eſt, ipſo iure liberetur:l.ſolutione,23. D.de ſolut.ac proinde ſolutione pro debitore facta creditoris actio ipſo iure perimatur: neceſſe eſt, ante ſolutionem venditionis pactum interponi: quaſi creditor pecuniam acci- B piat ſolutionis loco:& pro ſuo debitore:ſed quaſi pretium ſuæ actionis:quam illi ſoluenti vendidit. l. Modeſtinus.76.D.de ſolut.l.cum is qui,36. D.de fideiuſſ.l.5. D. de cenſib. Poſtremò ne illud quidem omittendum eſt, aliud eſſe Cedere actionem, aliud Delegare. Qui cedit, nihilominus eam re integra retinet, id eſt vſque ad litis conteſtationem: vt nihilominus eam exercere ſuo nomine poſſit.l.3.C.de nouat.l.3.C.mandat.ſed res integra eſſe deſinit, poſtquam is cui ceſſa eſt, vel denuntiauit, vel litem conteſtatus eſt, vel pecuniæ par- C tem accepit,d.l.3.C.de nouat.l.2. C.de oblig.& act.vbi verò lis conteſtata eſt, is qui ceſſit, actionem amiſit: quia per litis conteſtationem delegatio fieri intelligitur.l.delegare,11.D.de nouat.l.2.D.ſolut mat. Qui verò debitorem ſuum delegat, actionem ſuam amittit. propterea quòd omnis delegatio nouationem in ſe cōtinet.nam per nouationem fit delegatio,& priſtina extinguitur actio. qua de cauſſa delegatio ipſo iure liberat delegantem,& pro iuſta præſtatione eſt.l.quod debetur,51.D.de pecul. ſolutionis, inquam, vicem obti- D net.l.quamuis, 9.§.3. D.ad Velleian. quia delegatus ab illo liberatur. quippe,qui ei cui delegatus eſt,ſtipulanti ſe ſoluturum promiſit.l.delegare, 11.& l.ſeq. D.de nouat.& ob id delegatio non fit niſi debitoris voluntate: cùm ceſſio etiam inuito eo & ignorante fieri poſſit. l. 1.l.6.C.de nouat.l.tertia,C.de hered.vel act.vend.

Ad l.ſi maritus,43.D ſolut.matrim.Maritus quatenus damnetur.

CAP. XVII.

E VEndoſam eſſe hanc legem & Accurſius,& alij omnes fatentur:ſed quemadmodum reſtituēda ſit,nemo adhuc(quod ſciam)expoſuit. nam Florentina quidem ſcriptura nullam habet ſententiam: Vulgata autem, perſpicuè falſa eſt: in qua ſic legitur. *Neque mandare actiones debet.* Solus Haloander meliorem nactus codicem ita reſtituit: *Neque amplius habebit,mādare actiones debet.*quæ ſententia veriſſima eſt. ſed cū Florentiæ ſcriptū ita ſit, *Neq; F amplius neq; habebit mādare actiones:*facilè eſt ex ſcripturæ veſtigiis ſuſpicari,Scæuolā ſic edidiſſe:*Neque amplius habebit,debebit mandare actiones.* Nam quæſtio Scæuolæ propoſita hæc fuit:An vir dotem diuortio facto reddere damnatus, cùm pecuniam non innumerato,ſed in nominibus tantam haberet, quanta ſatis erat ad dotem reſtituendam, ſi ea nomina exegiſſet, dandis in ſolutum nominibus liberaretur. D. C. eſt, vt non liberari videatur,quia quamuis datio nominum in ſolutum interdum liberationem pariat: l. quod debi- G tor, 51. D.de pecul.l.etiam, 19.in fin. D.ſolut. matrim. tamen hoc non niſi volente creditore contingit. nam inuitus creditor ea in ſolutum accipere non cogitur.l. eum à quo,16. C.de ſolut.l.non aduerſæ. 15. C.ſi cert. pet. is enim cui creditur pro emtore eſt.l. Modeſtinus,76.D.de ſolut.l.cum is qui, 36. D.de fideiuſſ. inuitus autem nemo emere cogitur. l.nec emere, 16. C.de iur.

iur. delib. quia periculum in ſe ſuſciperet. ac pari ratione damnatus ad ſoluendum neque pignoribus, neque fideiuſſoribus dandis liberatur. l.4.§.1. D.de re iudic. C. T.R. liberatum iri maritum, ſi nomina in ſolutum offerat, & ſuas in debitores actiones cedat. ſed hoc ex iure ſingulari, & ex cauſſa priuilegij, quod marito conceditur, vt in id tantum quod facere poſſit damnetur. Falſum eſt autem, quod vulgo à Doctoribus traditur, maritum condemnatum in id quod facere poteſt, etiam deducere quantum ſibi ad victum ſatis futurum eſt: propter. l. inter eos, 19. D.de re iudic. Nam Paulus in illa lege diſertè ſcribit, hoc priuilegium iis ſolis conceſſum eſſe, qui ex ſua liberalitate conueniuntur. Neque vero nobis aduerſatur, quod vt quibuſdam in cauſſis ſatis eſt nomina pro pecunia dare, neque ceſſione actionum opus eſſe: quoniam habenti nomina vtiles actiones ſine ceſſione conceduntur, velut in caſu l.1.& l.2.C.de oblig.& act.l.emtor, 5.C.de hered.vel act.vend. & aliis locis quos ſuperiore proximo capite protulimus: Scæuolæ, inquam, reſponſo nihil hoc aduerſatur: qui hoc loco non ſubtiliter diſcrimen inter directas & vtiles actiones notandum putauit: ſed contentus fuit pinguius & breuius reſpondere, quod erat in hoc genere & certius & vſitatius, vt dando in ſolutum nomina ſimul actiones ſuas accipienti mandaret: qua de re proximè vt dixi, copioſius explicatum eſt.

Ad l. ſi plures, 9. §.1. D. de pact. Vnus plurium, plures vnius perſonam interdum ſuſtinent.

Cap. XVIII.

ARbitror inſigne mendum eſſe in illo loco, vbi ſic legitur. NAM *difficile eſt, vt vnus homo duorum vicem ſuſtineat.* nam cum ſuperius tam multis exemplis demonſtratum ſit, vnum plurium vicem ſuſtinere, credo Vlpianum, ſcripſiſſe NEC DIFFICILE. quandoquidem vnus ex correis, vnus ex argentariis ſociis, vnus ex contutoribus, omnium vicem ſuſtinet. l.4. D.de auct. tut. vnus tutor plurium pupillorum conſortium vice numeratur. l.3. ſi is qui, 31. §. vlt. D.de excuſat. Et pari modo vnus ſeruus plurium communis omnium dominorum vicem ſuſtinet. l.1. §. communes, D.de ſtipul. ſeru. & vnus actor, ſiue ſyndicus, totius vniuerſitatis: & vnus legatus totius ciuitatis: & vnus Fecialis totius populi: & vnus ex magiſtratibus totius collegij. l. imperatores, 21. §.1. D. de appellat. Verum igitur eſt, vnum plurium vicem facillimè ſuſtinere, cùm vniuerſorum vna eadémque cauſſa eſt: cùm eorum cauſſæ inter ſe conſentiunt. At ſi diuerſæ cauſſæ ſint, aut inter ſe pugnantes, tum hoc non modò difficile, verum etiam impoſſibile eſt. Difficile eſſe dicitur, aduocati ſimul & aſſeſſoris officio fungi: & duabus neceſſariis rebus vnũ ſufficere. l. nemo, 13.C.de aſſeſſor. Impoſſibile autem eſſe dicitur, velut in ſpecie legis 6. C. de poſtul. vbi dicitur eundem aduocare & iudicem eſſe in eadem cauſſa non poſſe. Item in ſpecie l. ille à quo, 13. §. 2. D. ad Trebell. vbi Prætor heres inſtitutus dicitur non poſſe ſe ipſum cogere vt adeat: quia naturalis ratio non patitur vt idem & cogat, & cogatur: idem iubeat, & pareat: non magis quàm vt aliquis ſibi ipſe creditor ſit, & debitor. l. cum filio, 11. D.de leg. 1. l. ſi ei cui, 41. D.de euict. & vt pro eodem & eidẽ ſit obligatus. l. ſi quis, 56. §.1. D.de fideiuſſ. Quinetiam ex contrario interdum plures vnius perſonam ſuſtinẽt præſertim propter eiuſdem rei communionem. veluti plures fratres conſortes vnius loco habentur. itaque non plures eorum tutelæ, ſed vnà tantùm numeratur. l.3. l.4. l. ſi is qui tres, 31. §.2. D.de excuſat. §. item tria, Inſt. eod. & cùm plures in vnius locum ſuccedũt, pro ſingulari perſona numerãtur. l. cui fundus 56. D. de condit. & demonſtr. l. non eſt nouum, 10. D.de act. emt. ſic municipium, decuria ſocietas pro vna perſona cẽſentur. l. mortuo, 22, D.de fideiuſſ. & tres emancipati aduerſus duos in poteſtate retentos vnius loco ſunt in ſpecie l. 2. §. ſi tres, D. de collat. bon. Neque mouere quemquam debet, quod dicitur in l. 3. & l.4. D.de adopt. Conſulem apud ſe ipſum emancipari poſſe. nam ipſius actus ſolemnitas, ipſius loci auctoritas vbi legis actio peragitur, pro magiſtratu eſt. Nihilomagis obſtat. l. tutorem, 22. D.de his quę vt indig. vbi tutor, idémq; legatarius, contrarias agere poſſe cauſſas & contrarias ſuſtinere perſonas dicitur. nam & pupilli nomine teſtamentum impugnare, &, ſi victus ſit, nihilominus ſuum legatum petere poſſe. Diuerſa enim illa negocia ſunt: diuerſiſque nominibus tutor agit: ſuo nimirum, & pupilli nomine. quare nihil vetat eundem diuerſis ex cauſſis diuerſas perſonas ſuſtinere vt in l. vlt. D.de poſtul. l. aduerſus, 30. D.de inoff. teſt. §. pe. Inſt. e. l. ſi non ſubſcripſiſti, 15. l. ſancimus, 25. C.de admin. tut. Atque hæc quidem de priore mendo dicta ſint. Sequitur alterum huic proximum, & finitimum: vbi ſic ſcriptum eſt: NAM NEC IS qui plures actiones habet: vbi reponendum eſſe cenſeo. NAM ET IS. Paulus enim tum hoc loco tum initio legis docet ex numero actionum numerum creditorum æſtimari. nam etſi plures perſonæ ſint, ſi tamen vnam eandémque actionem habeant pro vno numerantur: & vice verſa, ſi vnus plures actiones habeat aduerſus eum qui vnam habet plurium loco habetur. Etenim ſi is cui plures res vel ſummę debentur, tot habet actiones, quot ei res debentur, etiam ſi omnes vna ex ſtipulatione illi debeantur: l. quod dicitur, 32. D. de euict. conſentaneum eſt, vt plurium creditorum loco numeretur. itaque cui plures res vel ſummæ legatæ ſunt, pluriũ legatariorũ vicem ſuſtinet. l.2. D.de lega. 2. & legatarius ſi ſui collegatarij heres exiſtat, duorum vicem ſuſtinet. l. ſi mihi 12. D.de legat. 1. & creditor ſi alterius creditoris heres ſit, duorum creditorum. l. non eſt nouum, 10. de act. emt.

Ad l. non figura, 38. D. de obligatio. & act. Scriptura non facit debitorem ſed res, non chirographum ſed cauſſa chirographi: item quid ſit Nominum & literarum obligatio.

Cap. XIX.

CRedo in hac lege pro ORATIONE legendũ eſſe RATIONE. quoniam inſulsè & perridicule Paulus admoneret, eum qui ſcripſit ſe pecuniam alicui debere non obligari figura literarum, id eſt lineamentis ſcripturæ longis aut breuibus, Latina vel Græca forma exaratis, vel colore atro aut rubro, aut quouis alio. Nam hoc quidem ſenſu Figuram aut formam, aut notas literarum veteres dixerunt. Tacit. lib. 11. Nouas literarũ formas addidit, comperto Græcam literaturam non ſimul cœptam abſolutámque. Et mox: Et formæ literis Latinis quæ veterrimis Græcorum. Cicero Notas appellat. Tuſcul. 1. Aut qui ſonos vocis qui infiniti videbantur paucis literarum notis terminauit. Idem de diuin. 2 Itaque perfracto ſaxo ſortes erupiſſe, in robore inſculptis priſcarum literarũ notis. Sed hæc interpretatio (vt dixi) ridicula eſt. Potius igitur Figuram literarum Paulus dixit pro Scripturam ipſam, ſiue chirographũ: quo ſenſu Imper. ita locutus eſt: Scriptura qua cautum eſt ac-

cepta, quæ negas tradita, obligare te contra fidem veritatis non potuit.l.6. C. de compenſat.Item alio loco, Dotem numeratio, non ſcriptura dotalis inſtrumenti facit.l.1. C. de dot.caut.Itaque vbi ſoluta pecunia eſt, quamuis ſcriptura & figura literarum perduret, neque inducta aut cancellata ſit, tamen quia ſublata obligationis cauſſa eſt, ſublata obligatio intelligitur l.condictionis, 26. C.locat.l.inductum, 22. C.de ſolut. l.5. C.depoſ.l.qui tabulas, 27.D.de furt. Et certè ita eſt,vt ex priuata ſcriptura nulla contrahatur obligatio: quod idem apertiſſimè traditur in l. Publia, 26.§.vlt.D.depoſ. l.vlt. D.de inſtit. Quid ergo eſt? Non ex ſcriptura & chirographo (inquit Paulus) ſed ex ratione quam exprimunt literæ obligatio naſcitur:hoc eſt ex cauſſa præcedentis obligationis, quæ in chirographo ſpecialiter exprimitur:& propter quam cauſſam chirographum conſcribitur. veluti, ſi qui pecuniam ex cauſſa emtionis, aut conductionis, aut tranſactionis debebat, chirographo ſuo cauerit, ſe tantam pecuniam ex illa cauſſa debere, vt in l.aduerſus, 5.l. ſi tranſactionis, 11.C.de non numer.pec.in illis verbis:Si ex præcedente cauſſa debiti in chirographum quantitas redacta ſit. Item: An iuſta cauſſa debiti præceſſerit.Nam vt ex chirographo certa ſit obligatio, neceſſe eſt obligationis cauſſam exprimi.non quò ex priuata ſcriptura naſcatur obligatio, ſed vt præcedentis obligationis teſtimonium extet. Sic enim Imp. in l.vn.C.Th.ſi cert.pet. de chirogr. Ad illuminandam hereditarij debiti fidem cauſſas oportet illius(fœnoris)approbari vbi interpres: Et cauſſas,inquit,ipſius debiti vnde obligationem contraxit, exponat. Pari etiam modo videmus dominum qui ſe ſerui ſui debitorem in ſuis tabulis fecit, neque debitionis rationem expreſſit, nuda illa ratione non fieri debitorem l.4. in fin. princip.l.non ſolum,49.§.2. D.de pecul. Ac pari ratione ſemper in actionibus in perſonam cauſſam exprimi oportet: quod in actione in rem non obſeruatur.l.& an eadem,14.§. pen. D.de except.rei iudic. Pari etiam modo in ſtipulatione requiritur,vt cauſſa propter quam ſtipulatio fit, exprimatur. l.2. §.3. D.de dol. except. Sed inter Scripturam & Stipulationem hoc intereſt,quòd ex ſtipulatione ſine cauſa ciuilis naſcitur obligatio. dari enim oportet, quod ſtipulatione promiſſum eſt: ait Imp. §. 2. Inſt. de except. ſed propter oppoſitam doli aut non numeratæ pecuniæ exceptionem obligatio illa prætoris auxilio inefficax redditur. d.l. 2.§.3. At ex chirographis ſine cauſſa factis nulla naſcitur obligatio: vt dictum eſt ex l. 5. & l.11. C. de non num. Quid igitur de Nominum obligationibus dicemus?Idem ſcilicet, quod de ſtipulatione. Nam ex argentarij expenſilatione ipſo iure ciuilis naſcebatur obligatio:quemadmodum Imp.his teſtatur verbis: Olim ſcriptura fiebat obligatio,quæ nominibus fieri dicebatur. §.1.de obligat.lit.quæ tamen non aliter efficax erat,quàm ſi cauſſa expenſilationis expreſſa fuiſſet. vnde illud Terentij in Phormione: Hoc temerè nunquam amittam ego à me, quin teſtes adhibeam Cum dem: & quamobrem dem commemorabo. Nam aliquanto pòſt illud ſequitur:Tranſi ſodes ad forum: atque illud mihi argentum iube rurſum reſcribi. Phorm. Quod? Ne ego perſcripſi porro, quibus debui. Ac nimirum hoc illud eſt quod dici vulgo ſolebat, Pecuniam deberi certis nominibus.Cui contrarium erat,Incertis:velut in l.1. D. ad Macedon. Qui pecuniam, ne quid amplius dicatur, incertis nominibus crederet: id eſt tacita ex cauſſa. Cicero in Frumentar. Certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primùm pro ſpectatione & collybo. deinde pro neſcio quo cerario. Item in Quinctiana: Moritur C.Quinctius: qui tibi (vt ais) certis nominibus grandem pecuniam debuit. Sed ſublatis ex vſu nominum obligationibus Iuſtinianus teſtatur receptum fuiſſe, ex Impp. conſtitutionibus, vt poſt certum tempus, (nempe quinquennium)ex nuda ſcriptura obligatio naſceretur.Sic fit, inquit, vt & hodie ſcriptura obligetur, & ex ea naſcatur condictio. Poſt legitimum ergo tempus ex nuda ſcriptura & inani chirographo naſcitur obligatio etiam ſine cauſſa. ſed hoc ſingulari iure & bono publico inductum eſt,ad coercendam eorum ſocordiam, qui intra legitimum tempus querelam non numeratæ pecuniæ conteſtari neglexerant. Ergo ante quinquennium, vel nouo iure ante biennium, non figura literarum, id eſt non cautione & ſcriptura priuata aliquis obligatur, ſed ratione & cauſſa obligationis, quæ in illa ſcriptura exprimitur: puta ex cauſſa creditæ pecuniæ.d. §.2. de except. Ac pari ratione dicere poſſumus, Non ſono vocis, non pronuntiatione interrogationis & reſponſionis, quaſi ſuſurris magicis, aliquem efficaciter obligari: ſed ratione & cauſſa quæ in ſtipulatione exprimitur. d. l. 2.§.3. D. de dol.except. Neque verò quidquam huc pertinet,quòd in l.ex pluribus,89.D.de ſolu. nominatur actio ex chirographo per debitorem cauto. Nã hoc ex conſuetudine forenſi accipiendum eſt:quaſi dixiſſet,actio ex cauſſa in chirographo expreſſa.

Notata quædam Triboniani emblemata.

Cap. xx.

INtercalares quoſdam Triboniani verſus obſeruaſſe videor non modo in Pandectis, verum etiam in Codice Iuſtiniani: qualis ille eſt in l.neque mater, 14. C. de iur.dot. VEL LEGE SPECIALITER EXPRÆSSA. nam ætate Diocletiani nullam fuiſſe legem arbitror, quæ matrem cogeret filiæ dotem dare de ſuo. quamuis pater quidem lege Iulia coactum fuiſſe teſtimonio eſt l.capite, 19.D. de rit. nupt. ſed quemadmodum rectiſſimè Accurſius monuit, illis verbis deſignari Iuſtiniani conſtitutionem in l. cognouimus, 12. C. de hæret. ita mihi facile perſuadeo, clauſulam illam à Triboniano Diocletiani reſcripto agglutinatam fuiſſe: cùm ſignificaret illa lege ſpecialiter ac nominatim cautum fuiſſe, vt non modò pater, verum etiam mater orthodoxæ filiæ dotem de ſuo erogaret. Ex eodem emblematum genere appendiculam illam eſſe arbitror in l.1. C.de reb. cred. NISI SPECIALITER HOC LEGE EXCIPIATVR. nam cum vetus eſſet iuris regula, Cauſſam iureiurando deciſam non retractari: Iuſtinianus autem in l. vlt. C.eod. tit. nouum ius induxiſſet, vt ſiquis herede deferente iuraſſet ſibi legatum eo teſtamento relictum, quod tum non apparebat,tum deinde reperto teſtamẽto eum peieraſſe apparuerit,condici ſolutum legatum poſſit: Tribonianus ad illud Antonini reſcriptum clauſulam illam ex hac noua & ſpeciali lege attexuit.

An ſcriptum ad non ſcriptum produci liceat.

Cap. xxi.

SCripti & voluntatis frequentiſſima inter Iuriſconſultos quæſtio eſt: inquit Quintilianus: & pars magna controuerſiarum iuris hinc pendet. Itaque dici vix poteſt, quàm magna ſit huiuſmodi quæſtionum ac diſceptationum in libris noſtris copia: quarum diiudicandarum rationem in

nem in tanta iudiciorum humanorum varietate dicam, an infirmitate? variam & incertam eſſe neceſſe eſt. Id quod ab exemplis intelligetur. Priore autem loco ea quibus ſcriptum ad non ſcriptum, expreſſum ad non expreſſum non producitur, exponemus. I. Lege XII. tab. inſtitutio poſtumi, qui poſt mortem intra decem menſes naſceretur, non producebatur ad poſtumum, qui poſt teſtamētum, ſed ante mortem naſcebatur. Itaque lege Velleia opus fuit: quamuis id fuiſſe teſtatoris conſilium videretur. l. Gallus, D. de liber. & poſtum. Atque ita duo Poſtumorum genera inducta ſunt, vt alij eſſent è lege XII, alij Velleiani. quemadmodum autem antiqua lege inſtitutus, lege Velleia non erat inſtitutus: ita viciſſim ex hac inſtitutus, ex illa præteritus cenſebatur quoniam caſus omiſſus pro omiſſo habebatur, neque ſuppleri eum interpretatione licebat. l. commodiſſime, 10. D. eod. II. Olim ſubſtitutio facta filio impuberi, ſi heres non eſſet, non proderat ſubſtituto ſi filius ante tutelæ ſuæ annos decederet. ne caſus vulgaris ſubſtitutionis expreſſus ad omiſſum pupillaris caſum interpretatione produceretur. itaque Diuorū fratrum cōſtitutione opus fuit. l. 4. D. de vulg. ſubſt. III. Pari modo ſubſtitutio facta poſtumò vulgariter ad pupillarem non porrigebatur, non magis, quàm pupillariter ad vulgarem. itaque Iuſtiniani conſtitutione opus fuit. l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi teſtatur magnam hac in re Papiniani & Vlpiani dubitationem fuiſſe: qui hanc voluntatis eſſe quæſtionem cenſebant, hoc eſt non ad Iuriſconſult. ſed ad iudicem pertinere: quem ex re & cauſſa coniecturam de teſtatoris voluntate facere oporteret. IV. Permultæ cauſſæ ſunt, in quibus caſus mortis ad deportationem non producitur: velut in l. ex qua parte, 121. §. 2. D. de verbor. oblig. vbi ſtipulatum dari cùm promiſſor morietur, ad eum deportatum nihil pertinet. cui conſentit l. cùm pater, 77. §. hereditatem, D. de legat. 2. l. ſed ſi mors, 13. D. de donat. int. vir. & vx. l. cùm pater, 77. D. de legat. 2. l. 5. D. de bon. damnat. l. intercidit, 59. D. de condit. & demonſt. in quibus omnibus traditur, ea quæ in mortis tempus collata ſunt, nihil ad deportationis tempus pertinere. V. Statutum de liberis non producitur ad liberos naturales: l. ex facto, 17. §. 2. D. ad Trebell. VI. Relictum ſeruo ſi ad libertatem ex teſtamento peruenerit, ſi vel ante mortem teſtatoris manumiſſus, vel ingenuus pronuntiatus fuerit, ei non debetur. l. ſeruo, 58. D. de condict. indeb. VII. Pactum de dote reddenda ſi mulier moriatur, non producitur ad caſum ſi diuerterit: viciſsímque pactum de caſu diuortij ad mortis caſum non extenditur. l. ſi cum dotem, 22. D. ſolut. matrim. VIII. Relictum alicui in caſum liberorum ad caſum adoptatorum non producitur. l. fideicōmiſſum, 76. D. de condit. & demonſtr. l. ſi ita quis, 51. §. 1. D. de leg. 2. Propoſita ſunt exempla. quibus omiſſa pro omiſſis habentur, neque expreſſi caſus ad omiſſos producuntur. Ageſis, deinceps contraria nonnulla proferamus. quorum primum eſt ex l. 1. §. filium, D. de bonor. poſſ. contr. tab. & l. 4. §. 2. D. de bon. libert. vbi quod Prætor edixerat de bonorum poſſeſſione filio mortuo danda nepoti, etiam ad caſum deportati filij producitur. Secundum eſt ex d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, D. de lib. & poſtum. vbi inſtitutio nepotis in caſum mortis filij etiam ad caſum eiuſdem emancipationis & deportationis porrigitur. Tertium eſt ex l. Titius, 25. §. 1. D. de liber. & poſtum. vbi is quem teſtator in vtero eſſe putans, cùm iam natus eſſet, heredem inſtituit, non præteritus, ſed rectè inſtitutus eſſe dicitur: qua in cauſſa caſus expreſſus ad non expreſſum interpre-

A tatione producitur. Quartum eſt ex l. fideicommiſſa, 11. §. ſi cui ita, D. de legat. 3. l. mulier, 22. D. ad Trebell. l. ſi ita, 15. D. quand. dies legat. ced. vbi relictum alicui ſi morte patris ſui iuris erit, eidem emancipato deberi dicitur: viciſsimque relictum ſi emancipatus erit, & vel morte vel deportatione patris ſui iuris effectus fuerit. l. 3. C. de inſt. & ſubſt. l. vlt. C. de donat. ſub mod. l. 1. §. ſed etſi, D. quand. dies legat. ced. l. 1. §. & ſui, D. de bonor. poſſ. contr. tab. l. 2. D. quod cum eo qui in al. quibus ex locis adnotari ſolet, vtrum eorum quorum eadem B poteſtas eſt vel fiat, vel eueniat, nihil intereſſe. Quintum eſt ex l. Iulianus, 45. D. de cōdit. & demonſt. vbi iuſſus heredi decem dare, ſi ei decem ſibi ab illo debita accepto tulerit, teſtatori paruiſſe dicitur. Sextum eſt ex l. vlt. D. mandat. vbi rogatus fideiubere pro Titio, ſi mādauit vt ei crederetur, rogantem æque ac ſi fideiuſſiſſet, obligaſſe dicitur. Septimum eſt ex l. ſi quis ita, 16. §. vlt. D. de teſtament. tut. vbi tutor datus poſtumo ei etiam datus intelligitur, qui viuo agnatus eſt. Octauum ex l. fiſtulas, 78. D. de contrahend. emt. vbi venditor fun- C di promittens fiſtulas acceſſuras, etiam promiſiſſe intelligitur, acceſſurum caſtellum, ex quo fiſtulis aqua duceretur. Idémque promittens aquam acceſſuram, etiam inter aquæ promiſiſſe intelligitur. l. qui fundum, 40. §. 1. D. eod. Verùm hæc quidem hactenus. de quibus quid ſtatui oporteat, ſi quis percontetur, non difficile eſſe arbitror reſpondere, fruſtra regulam in ſcabris & aſperis requiri: facti & voluntatis & æquitatis cauſſas quæ variæ ac multiplices ſunt, iudicis religioni atque officio permittendas eſſe. l. quęſitum, 13. D. de teſtib. l. D de acceſſionibus, 14. D. de diuerſ. temporal. l. ordinem, 15. D. ad municip. l. 1. §. 1. D. ad Turpillian. rectiſſiméque Lycurgum paucis de rebus leges ſtatuiſſe, litium diſceptationes iudicum arbitrio, ac fidei & religioni permiſiſſe: quod per ſæpe fieri oportere docet etiam l. in fundo. 38. D. de rei vindic. Frequēter tamen ex eo quod legiſlator expreſſit, mens & conſilium ipſius in non expreſſis colligitur, vbi par cauſſa eſt. eáque interpretatio crebro dicitur eſſe ex æquitate, hoc eſt ex vtilitate, quæ mater eſt æquitatis. Itaque qui edicta Prętorum ex E vtilitate commendant, ex æquitate commēdant, quam peperit vtilitas.

Ad l. pen. D. de iudic. iudicum & Arbitrorum diuerſa genera; itémque Notionis & iuriſdictionis differentia.

Cap. XXIII.

OBſcura hæc verba ſunt, VEL EX LEGE ALIQVA CONFIRMATVS EST. Nam Vlpianus iudicium à litigatoribus ſumptorum F duo facere genera videtur: vnum eorum qui ex compromiſſo ſumebantur, alterum eorum qui partium quidem conſenſu ſumpti, ſed tamen lege aliqua confirmati erant: quorum exemplum aliquod quæri video ex Pandectis aut Codice. nam arbitrorum qui cognoſcendæ diſceptandæque controuerſiæ munus recipiebant (vnde Recepti nomen, vt alio loco docuimus) duo hæc fuiſſe genera ſatis conſtat: vnum eorum qui ſine adiecta compromiſſi pœna communi partium conſenſu ſumebantur: alterum eorum qui com- G promiſſarij erant: quæ duo genera perſpicuè ſeparantur in l. pen. C. de pact. & l. vlt. §. ſed ne quis, C. vbi & apud quem. At eorum qui lege confirmabantur vnicum extare videbatur exemplum in conſtitutionibus Iuſtiniani duabus: hoc eſt in l. pen. & l. vl. C. de iudic. quibus eorum iudicum poteſtatem auctoritate ſua cōfirmat, qui communi litigatorum conſenſu delecti

ſunt. Et arbitros, inquit, eligere, & ad eos venire, & ſic litem appetere, quaſi arbitri fuerint ab Imperiali culmine delegati. Sed videamus ne arbitros Vlpianus eos ſignificet, qui familiæ erciſcundæ finibus regundis, & communi diuidundo adhiberi ſolebant. Hos enim lege XII. tab. nonnullos etiam Mamilia lege confirmatos fuiſſe conſtat. l. 1. D. fam. erciſc. Cicero de legib. 2. Nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex XII. tres arbitri fines regemus. Quinque ergo Iudicum genera Vlpianus fecit, primum eorum, qui iuriſdictioni præſunt: ſiue (vt loquitur in l. prima, D. eodem.) tribunali. tametſi haud ſcio an & planius & commodius latiore verbo Notionis vti potuiſſet. vti conſtat ex l. notionem, 99. D. de verb. ſignificat. & l. 1. §. 1. D. de offi. præf. vrb. l. cum hi, 8. D. de tranſact. l. principaliter, 13. C. de liber. cauſſ. l. vlt. in fin. D. de oblig. & act. l. 2. C. de pedan. iud. quamuis nonnunquam Notio à Iuriſdictione diſtinguatur, & ad ea reſtringatur, quæ cognitionis ſunt dumtaxat. velut in l. ait Prætor, 5. D. de re iudic. l. vlt. §. 1. & §. vlt. D. quod met. cauſſ. l. 4. C. quomod. & quand. iud. Verùm vtcunque ſit, primum iudicum genus Vlp. facit eorum ipſorum quos Paulus lib. Sent. 5. tit. 5. ait rem iudicatam facere. Res iudicatæ, inquit, videntur ab his, qui imperium poteſtatémque habent: vbi non dubito quin legendum ſit POTESTATEMVE. item vt aliis ſexcentis auctorum locis. l. D. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. D. quod quiſque iur. Secundum iudicium genus Vlpianus facit eorum, qui à principe poteſtate aliqua præditi ſunt: hoc eſt, qui magiſtratus quidem non erant, ſed à Principe poteſtatem & dignitatem aliquam acceperant, quorum aliquot exempla proferenda ſunt. nam primum omnium huiuſmodi fuit Præſes prouinciæ, qui magiſtratus non fuit: & apertè ſeparatur à magiſtratibus in l. hos accuſare, 12. D. de accuſat. l. 3. D. quod met. cauſſ. cognitionem tamen & iudicationē eum habuiſſe, facile intelligitur ex l. ſæpe, 8. & l. ſeq. & paſſ. D. de offic. præſid. Præfectus annonæ, qui magiſtratus quidem vnus erat, vt ait l. 2. §. capta. D. de orig. iur. earum tamen cauſſarum actionem habebat, quæ ad annonam pertinebant. l. mulierem, 13. D. de accuſat. l. vlt. in fin. D. ad leg. Iul. de annon. l. 1. §. eſt autem, D. de exercit. act. Item Præfectus ærarij qui quamuis magiſtratus non eſſet, de caducis tamen & bonis vacantibus iudicabat. l. Arrianus, 42. D. de iur. fiſc. l. cùm quidam, 13. D. de his quæ vt indign. ex qua ſumenda eſt interpretatio l. penul. D. de his quæ in teſt. del. atque ex iis intelligitur in l. prima, § hoc interdictum, D. ne quid in loc. public. pro PRÆFECTI EORVM reponendum eſſe, PRÆFECTI ÆRARII. Item Præfectus vigilum etſi magiſtratus non erat, d. §. capta. tamen cauſſarum quarundam cognitionem habebat. l. 3. §. 1. D. de offic. præf. vigil. Item procuratori Cæſaris, quamuis nec magiſtratus eſſet, nec iudex in lite priuatorum idoneus. l. 1. C. de iuriſd. omn. iud. nec in lite priuatorum ius dandi iudicis habebat, l. ex conſenſu, 23. §. 1. D. de appell. multarum tamen cauſſarum notio permittebatur. l. 8. §. tranſactiones, D. de tranſact. l. 2. C. ſi aduerſ. fiſc. l. ſi heredum, C. de tranſact. Tertium porro iudicum genus Vlpianus facit eorum, qui ab iis dati ſunt, quibus dandi iudicis poteſtas permiſſa eſt. quē Paulus eo quem diximus loco ſcribit ex eorum auctoritate inter partes datum, qui cum imperio vel poteſtate ſunt. planiùs quàm Vlpianus in l. eum qui, 13. D. de iuriſdict. vbi ait eum qui iudicare iubet magiſtratum eſſe oportere. nam magiſtratus verbum Vlpianus latius vſurpauit, cùm etiam ij qui propriè magiſtratus non ſunt iudicis dandi poteſtatem habeant. d. l. ſæpe, 8. & paſſ. D. de offic. præſid. de iis autem tractatur in l. cum

A Prætor, 12. D. de iudic. & in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. De iudice à Conſulibus dato exemplum extat in l. 11. §. 2. D. de appellat. de dato à Præfecto vrbi & Præfecto prætorio in l. 1. D. quis à quo appell. de dato à magiſtratibus populi R. in l. vlt. eod. tit. l. à diuo Pio, 15. D. de re iudic. Quartum iudicum genus facit Vlpian. eorum qui ex compromiſſo ſumpti ſunt quippe, cùm diſceptandæ dirimendǽq; controuerſiæ poteſtatem habeant. l. Pomponius, 13. §. pen. D. de recept. qua de cauſſa Iudices paſſim appellantur. velut in l. cum lege, 41. D. eod. l. 4. D. de
B tutorib. & curatorib. l. pen. C. de arbitr. neque obſtat quod Paulus illo loco ſcribit, eos rem iudicatam non facere. & aliis locis dicitur, neque iudicati actionem neque exceptionem ex illorum ſententia concedi. l. 2. D. eod. l. 1. C. eod. quia non alia eorum ſententiæ executio eſt, quàm pœnæ compromiſſæ exactio. l. 1. l. 2. l. diem, 27. §. 2. D. eo. quæ tamen dicitur etiam executio. l. non diſtinguemus, 32. §. Iulianus, & l. ſi ſeruus, D. eod. dicitur etiam Executio. l. ſed ſi, 9. §. 2. D. eod. Quintum autem & poſtremum Iudicum genus facit (vt dixi)
C Vlpianus eorum, qui partium quidem conſenſu ſumpti, legis verò alicuius auctoritate confirmati erant. quales eſſe diximus eos qui in tribus mixtis actionibus iudicabant. nam de duabus quidem prioribus teſtimonium ex lege XII. tab. protulimus: de communi autem diuidundo per conſequentiam argumentari licet: quoniam res quæ ab erciſcundæ familiæ arbitro indiuiſæ relictæ ſunt, ad huius arbitri iudicium referuntur. l. ſi filia, 20. §. famil. D. famil. erciſc.

D *An ſententia ius vel inter litigatores vel inter extraneos faciat.*

Cap. XXIII.

QVoniam de iudicum generibus quatuor diximus, non alienum videtur hanc diſputationem ſubiungere. Reſpondemus igitur, ſententiam regulariter ius non facere, niſi quadantenus. Itaque per iudicis pronuntiationem rei litigioſæ dominium neque adimitur cuiquam, neque tri-
E buitur. ſed tantùm per legem, aut S. C. aut conſtitutiones, quæ legis vim obtinent. adeo vt nec Prætor, nec Conſul facere quenquam alicuius rei dominum poſſit. §. 2. Inſtit. de bonor. poſſeſſ. l. 3. D. ſi vſuſf. pet. §. 1. Inſt. de fideicom. hered. Vnica hæc iudicibus poteſtas permittebatur, vt ex animi ſui ſententia pronuntiarēt, declararent, iudicarēt, rem illius eſſe, aut illius non eſſe. l. & ex diuerſo, 35. §. 1. D. de rei vindic. l. ſi inter, 15. D. de except. rei iudic. l. Pomponius, 40. §. 2. D. de pro-
F curat. Quocirca Papinianus in l. 3. §. vlt. D. de pignorib. negat ei quæſitam actionem, qui per iudicis iniuriam in rei vindicatione cauſſam obtinuit, per quam eam rem à poſſeſſore vindicare poſſit. Ac pari modo Vlpianus negat ſententiam qua res emtori euicta eſt, auctori nocere. l. ſi per imprudentiam, 51. D. de euict. Sciendum eſt tamen, rem iudicatam ius facere quadantenus, atque (vt Iuriſc. loquuntur) ſecundum aliquid, quippe, quæ multas ad res præiudicium afferat: nō modò vt victis obſit, verùm etiam interdum ipſis victoribus. Victis, quoniam eandem rem vindicantes rei iudi-
G catæ exceptione non modò repelluntur: ſed etiam ipſo iure plerumque repelluntur: hoc eſt, vt ne illis actio cōcedatur. Quamuis enim Imp. ſcribat, nihilominus actionem durare, & ideo ipſo iure de eadem re iterū agi poſſe: §. item ſi de except. tamen plerumque Prætor actionem denegabat, & petitorem iubebat exceptioni, ſiue defenſioni rei, rem iudicatam allegantis, parere. l. 6. D. de ex-

de except. rei iud. Sic enim legendum eſt. EXCEPTIONI PARERE: ſicut in libris Accurſianis ſcriptum eſt: nō autem EXCEPTIONEM PARERE, vt in Florent. & Haloandrinis. quod planè ineptum atque abſurdum eſt. Eſtque hæc magnopere notanda differentia, inter hanc exceptionem, & alias vſitatas: quoniam hęc plerumque apud Prætorem allegata ipſo iure actionem perimit: propter rerum iudicaturum auctoritatem, atque vt aliquis ſit litiū finis. d.l.6. & l.2. & l.5. C. de re iud. vnde vetus illa lex, quam ſæpe Quintilianus commemorat: Bis eadē de re actio ne eſto. l.1. & paſſ. D. ill. tit. qua de cauſa poſt rem iudicatam nullus eſt trāſactioni locus: quia tranſactio non niſi de re dubia & incerta fieri ſolet. l. eleganter, 23. §.1. D. de condict. indeb. res autem iudicata pro veritate habetur. l. 207. D. de regul. iur. Victoribus autem res iudicata præiudicium facit: velut in ſpecie l. ſi ſeruus, 50. §.1. D. de legat.1. vbi ſententia contra teſtamentarium heredem in ſubſtituti gratiam lata dicitur ius facere, QVOD ATTINET AD IPSIVS PERSONAM, vt eum legatariis & creditoribus obliget. quo in loco pro NVMQVID non dubito quin Vlp. ſcripſerit QVIDNI. cùm alioqui ſcripturus ita fuiſſet: Nūquid cauſſæ eſt, cur legatariis non teneatur? Eſtque animaduertendum, quod Vlpian. dixit, *Quod ad ipſius perſonam.* Nā hoc illud eſt, quod ſuperius dicebamus Quadantenus, vel Secūdum quid Huic autem ſententię occurri videtur poſſe primùm ex adiudicatione, quæ in tribus mixtis iudiciis fieri ſolet: quoniam per eiuſmodi adiudicationem dominium adquiri Vlpianus tradit tit. Regu. 19. & Imp. in §. pen. de offic. iud. Verùm intelligendum eſt, non tam iudicis pronuntiatione dominium illud tribui, quam lege: nempe XII. tab. quæ arbitris horum trium iudiciorum poteſtatem dedit non tam adiudicandi dominij, quam diuidendi, & ſuam cuique litigatori partem aſſignandi: cum iam ante confuſè dominium penes vniuerſos eſſet. Obſtare præterea videtur l. Papinianus, 8. §. ſi ex cauſſa, & l. qui repudiantis, 17. in fin. & l. cum mater, 28. D. de inoff. teſt. vbi ſententia cōtra teſtamentum quaſi inofficioſum lata ius facere dicitur. Sed reſpondemus, ſingulare hoc ius fuiſſe Centumuiralium iudiciorum: propterea quòd inofficioſum iudicantes, ſimul iudicabant defunctum teſtamenti factionem non habuiſſe. l.2. l.5. & d.l.17. §.1. D. eod. Quinetiam obſeruatum & (vt Paulus loquitur) adnotatum eſt, D. Adrianum in plurimis cauſſis illi iuri derogaſſe. d.l.28. eòque pertinere arbitror l.1. D. de except. rei iudic. Fuêre præterea nonnullæ cauſſæ fauorabiles, quarum gratia ſententiæ pronuntiatio ius faciebat: veluti cauſſæ ſtatus, præſertim cùm apud maiores iudices exercerentur. itaque filius aut liber aut ingenuus pronūtiatus ius illud obtinet. l.1. in fin. & l.2. D. de lib. agnoſc. l. ingenuum, 25. D. de ſtat. hom.

Varia variarum locorum adnotationes: & quattuor legum emendatio.

CAP. XXIIII.

PRimus eſt in l. bonæ fidei, 48. §. vlt. D. de adq. rer. dom. vbi pro VEL SVBREPTÆ SINT (quomodo in Florent. libris ſcriptum eſt) video eſſe qui ex manuſcriptis libris reponendum cenſeant, QVÆ SVBREPTÆ SINT. In quo nihil opus fuit ſcriptorum librorum auctoritate: cùm hæc vulgata & Accurſiana ſcriptura ſit. quam tamen idcirco repudio, quia duplicem caſum Paulus ſimiliter hoc loco complectitur, atque Vlpianus in l. qui vas, 48. §. ancilla, D. de furt. priorem, ſi apud furem oues conceperint, & prægnantes venierint: alterum ſi oues apud dominum conceperint, & prægnantes ſubreptæ ſint. Vtroque igitur caſu Paulus ſcribit fœtum earum ad bonæ fidei emtorem pertinere. quod cum aliis pleriſque locis conſentaneum eſt, vbi fœtus idcirco dicuntur ad bonæ fidei emtorem pertinere, quia fœtus pecudum in fructu numerantur: fructus autem ad eundem ſine dubio pertinent. l. in pecudum, 28. D. de vſur. l. 4. §. lana, D. de vſurpat. Secundus eſt in d. l. qui vas, §. ancilla, vbi nihilomagis probare mutationem illam poſſum, NON IDEM IN PECVDIBVS ſeruandum eſt. nam in omnibus libris ex contrario rectiſſimè affirmatur, idem hoc caſu iuris eſſe in pecudum fructu, quod in ancillarum partu. nempe, vt ſi pecus apud bonæ fidei emtorem & conceperit & ediderit, fœtus editus furtiuus non ſit, non tamen, vt etiam vſucapi poſſit. neque enim Paulus hanc iuris paritatem inter fœtum & partum ad vtramque ſuperioris ſententiæ partem producit: quandoquidem, vt mox ſubiungit, partus in fructu non numeratur: fœtus numeratur. §. in pecudum, 28. Inſt. de rer. diuiſ. l. vetus, 66. D. de vſufr. Tertius eſt in eadem illa l.4. §. idem dicendum eſt, D. de vſurpat. vbi verſus ille SI FVNDVM ALIENVM &c. quē neque Florentini neq; Haloandrini libri agnoſcunt, ſpurium eſſe fateor: ſed gloſſam agnoſco non inſciti veteris interpretis ad illum §. adſcriptam. Nam cùm Paulus de vna ſpecie ſcripſiſſet, eum qui pro herede poſſidentem, ac proinde bona fide poſſidentem, expuliſſet, vſucapere nō poſſe: interpres hoc de vna ſpecie dictum ad genus totum pertinere oſtendit. neque iis aſſentior, qui alium in locum verſum illum transferendum putarunt. Quartus eſt in l.3. §. minorem, D. de minorib. qui corruptiſſimè & in Accurſianis, & in Haloandrinis libris editus, pòſt ex Florentinis libris ita reſtitutus eſt, vt tamē vna deſit emendatiuncula. nam pro DIEM NATALIS SVI, ſi reponamus DIE NATALI SVO, nihil ad integram Vlpiani ſententiam decrit. Plaut. Pſeudolo:

Mittam hodie huic ſuo die natali malam rem magnam & maturam.

Vlpianus l.5. D. qui teſt. fac.

Teſtamentum ipſo natali ſuo feciſſe.

Seruitutes qua mente Paulus dixerit, neque ex bonis eſſe, neque extra bona. l.1. D. de vſufruct. leg.

CAP. XXV.

QVæſtio fuit huiuſmodi, An vſus fructus itineris aut viæ legari poſſit: hoc eſt, An is qui ſeruitutem itineris, aut viæ, aut aquæ ductus in vicini fundo habet, eius vſuſfructum alicui legare poſſit, vt legatarius illa ſeruitute quandiu viuet vtatur. Dubitandi cauſſa erat, vt legari poſſe videretur, quoniam S. C. cauetur, inquit Paulus, vt omnium quæ in bonis ſunt, vſuſfructus legari poſſit. Vlpianus dixit, Omnium quæ in patrimonio ſunt. l. 1. D. de vſufr. car. rer. imo verò etiam quæ extra patrimonium ſunt legari vſuſfructus poteſt: nempe rerum alienarum. l.5. D. eod. nam heres eius rei æſtimationem præſtat. Certum eſt autem ſeruitutes eſſe in noſtro dominio, l. ſęper, 15. §. hoc interdicto, D. quod vi aut clam. itaque vſuſfructus dicitur eſſe in bonis fructuarij, eiuſque fructuarius eſſe dominus. l. in venditionem, 8. D. de reb. auct. iud. poſſ. & l.3. D. ſi vſuſfr. pet. nam cùm id in bonis noſtris eſſe dicatur, cuius vel obtinendi cauſſa datur actio, vel retinendi cauſſa exceptio: l. metum, 9. §. licet, D. quod met. cauſſ. l. rem in bonis, 52. D.

de adq.rer.dom.l.bonorum, 49. D.de verb. ſignif.cui
dubium eſt, quin itineris vel retinendi cauſſa exceptio,
vel vindicandi cauſſa ciuilis competat actio?l.1.& paſſ.
D.ſi ſeruit.vind. Neque ad rem pertinet, quod Accur-
ſius ſcribit, ſeruitutem idcirco eſſe in bonis noſtris,
quoniam in prædiis noſtris non eſt:ſed in alienis, cùm
ſeruitutem habere in re noſtra non poſſimus: l. quid-
quid,10.D.commun.præd.Nihil,inquam,mouere hoc
nos debet: quoniam, vt modò dicebamus, Senatus e-
tiam eius rei quæ in alterius bonis eſt, conſtitui vſum-
fructum permiſit. Neque rurſus argutæ diſputationi
locus eſſet, ſi quis diceret, quaſdam res eſſe in bonis,
quaſdam extra bona, quaſdam verò tertij generis:nimi-
rum ex bonis: nam In bonis eſſe, & Ex bonis eſſe, pro-
miſcue Iuriſconſulti vſurpãt:quod vel ex hac ipſa lege
prima D.de vſufr.leg.perſpicuum eſt:itémque ex l.2.§.
in hac actione,17.D.vi bon.rap.iuncto §.2. Inſt.eo.tit.
vbi res commodata, depoſita, locata, pignorata modò
dicitur eſſe in bonis, modò ex bonis. quod idem etiam
animaduerti licet ex l. 8. C. de pign. act.l.& l.non tan-
tum,19.D.de hered.petit.l.itaque, 12. D.de furt. l.8.§.ſi
debitor.D.quemad. pign.l.facta, 63. D.ad Trebel.l.3.§.
diuus,D.de iur.fiſc. l.2.§.hæc actio,D.ſi quid in fraud.
patr.l.electio, 26.in fin. D.de noxal. act. l.2.in fin.D.ſi
ex nox.cauſſ. Verùm his nō obſtãtibus, Paulus contra-
rium reſpõdet:legari ſcilicet vſumfructum itineris, aut
viæ, aut alterius prædialis ſeruitutis non poſſe: &
rationem ſubiungit: quia ſeruitutis eſſe ſeruitus non
poteſt. quippe, cùm ſeruitus ſit accidens: accidentis
autem nullum ſit acidens. prædialis denique ſeruitutis
ſeruitus non eſt, quia ſeruitus eſt prædij ſeruitus, & tum
à prædio, tum etiã prædio debetur. l.cum eſſent, 33. in
fin. D.de ſeruit. ruſt. atque hanc ipſam ob cauſſam pi-
gnus ſeruitutis conſtitui non poteſt: hoc eſt, non po-
teſt is qui in alieno ſeruitutem habet, eam dare pi-
gnori.l.ſi is qui,11. §.vl. D.de pignorib.quia ſi daret, &
creditor eam venderet, non modò alia noua eſſet ſer-
uitus, verùm etiam alius quàm prædij dominus eam
conſtitueret.quod iuris ciuilis ratio non patitur, tamet-
ſi ex æquo & bono.propter vtilitatem contrahentium,
Pomponius concedendum putet creditori, cui domi-
nus prædij ſeruituri pignori ſeruitutem dedit, vt eam
alteri vicino vendat: quoniam id ſine prædij ſeruientis
damno fieri poteſt.l.ſed an viæ,12. D.ill.tit. Deinceps
videndum eſt, quemadmodum ſuperiori obiectioni
reſponderi poſſit. quod Paulus his tentat verbis: Quia
id (nempe ſeruitus) neque ex bonis, neque extra bona
ſit. quod etſi obſcurè admodum dictum videtur, tamen
vel eo confirmari poteſt, quod ait l. Iulianus, 10. D.
de curat. furioſ. in bonis noſtris ea dici, quæ alienare
poſſumus: extra bona, quæ non poſſumus. qualis eſt
ſubſtitutio quæ nondum competit. quam Paulus extra
bona noſtra eſſe ſcribit. l.42. D.de adq.rer.dom.Nam
certum eſt ſeruitutem prædio noſtro conſtitutam ſe-
paratim alienari, & cedi alteri à nobis non poſſe. ſi ce-
dere illam alteri volumus, neceſſe eſt prædium no-
ſtrum, cuius ipſa ius eſt, ſimul eodémque tempore alie-
nemus, tum enim ſeruitus prædium ſequetur, tanquam
vmbra corpus: vel potius tanquam qualitas, conditio &
habitus: vt Celſus loquitur in l. qui fundum, 12. D.
quemad. ſeru.amit.& quemadmodum dicimus muta-
tione domini rem cum ſua cauſſa tranſire: ſic domino
prædij ſiue ſeruienti, ſiue dominantis mutato, ſeruitus
prædialis vna cum prædio transfertur.l.traditio, 20.§.
1.D.de adq.rer.dom.l.ſi aquæ,47. D.de contrah.emt.l.
qui fundum, 12. D. quemad. ſeru.amit. idque adeo ve-

A rum eſt, vt dominus fundum ſuum alienans ſeruitutem
ei debitam excipere, & ſibi ſeruare non poſſit. l.ſi quis
vnas,32. D.de vſuf. Cùm igitur alienare ſeparatim & per
ſe ſeruitutem non poſſimus, verum eſſe apparet, quod
Paulus dixit, eam in bonis noſtris non eſſe. Quòd ſi in
bonis noſtris non eſt, neceſſe eſt eam extra bona noſtra
eſſe, ac proinde in alienis bonis. quia certè nullius dici
non poteſt. Sed ne hoc quidem videtur dici poſſe: quia
ſi in alienis bonis eſſet, hoc eſt eius qui fundi ſeruientis
eſt dominus, tum illi eam alienare liceret. quod nulla
B iuris ratio patitur. nam etſi pluribus conſtitui ſeruitus
eundi, puta, vel agendi poteſt, tamen ſolida ſingulis cō-
ſtituitur:atque ita non vna, ſed plures ſeruitutes fiunt:
quarum vnam altera nō impedit.l.2.§.1. & l.per quem,
14,D.de ſeru.ruſti.l.qui per certi, 15. D.comm.præd.l.
4.D.de aq.quotid. Quid igitur dicemus? nimirum, ſer-
uitutes prædiales, de quib. ſolis Paulus loquitur, idcir-
co in bonis & patrimonio noſtro non propriè dici poſ
ſe, quia non tam noſtræ ſunt, quàm prædiorum noſtro-
rum iura:&(ſi ſic loqui liceret) in bonis prædiorũ no-
C ſtrorum. quemadmodũ enim perſonales ſeruitutes per-
ſonis, debentur nō prędiis, l.ſi quis,32.D.de vſuf.ita prę
diales ſeruitutes non perſonis debentur, ſed prędiis.l.4.
l.ſi mihi,20.§.vl.D.de ſeru.ruſti.viciſſimq; non eas per-
ſonę debent, ſed prædia.l.6.§.Labeo.D.ſi ſeru.vind.sũt
enim, vt dixi, conditiones & qualitates agrorum, quib.
agri afficiuntur, cum iis ſeruitutes imponuntur. l.quid
aliud,86.D.de verb.ſign.l.qui fundum,12. D.quemad.
ſeru.amit. Reſtrictè igitur & abſciſè Paulus verbum
IN BONIS, quo Senatuſconſultum vſum eſt, interpre-
D tatur: cùm certè latiore ſignificatione negari non poſ-
ſit, quin illæ ſeruitutes prædiales in dominio noſtro
ſint. ſicuti Vlpianus aſſiduus Pauli æmulus diſertè lo-
quitur in d.l.ſemper, D.quod vi aut clam. Itaque quod
hoc loco Paulus ſubiungit, quamuis vſusfructus itine-
ris aut viæ, qui iuris eſt, legari non poſſit, tamen eundi
agendi facultatem, quę facti eſt, legari poſſe:pari modo,
totidemque verbis de perſonalib. ſeruitutibus traditur
in l.ſi vſusf.66.D.de iur.dot. l.arboribus,12.§.2.D.de v-
ſuf.l.ſi is qui,11.§.2. D.de pig.ſed præcipue in l.nō vti-
E tur,38.& l.cui vſusf.67.D.de vſuf.l. vſusf.19.D.de vſur.
vt facilè intelligatur, ſeruitutes perſonales, quas in bo-
nis noſtris eſſe conſtat, non magis eſſe in bonis, quàm
prædiales. Videamus nunc qua ratione extra bona no-
ſtra eſſe dicantur. Nã cùm etiam alienarum rerũ legari
vſusfructus poſſit, (vt diximus ex l.5.D.de vſufr. ear.
rer.) ſi vſusfructus itineris legari non poſſit (quia iter in
bonis noſtris non eſt) tamen cum etiã quæ extra patri-
monium noſtrum ſunt, vtiliter legentur: §.non ſolum,
Inſt.de legat.cōſentaneum videtur, quaſi alienũ aliquid
F legari poſſe, vt eius æſtimatio ab herede præſtetur. Sed
Paulus reſpõdet, ne hac quidẽ ratione legari ſeius vſum
fructum poſſe:propterea quod iter non modò propriè
& ſubtiliter noſtrum non eſt, verùm ne alienum qui-
dẽ, aut in alterius bonis. quippe, cùm prædij noſtri ius
ſit & conditio, vt modò dicebamus:non autem in bo-
nis eius, qui prædij ſeruientis dominus eſt: quia neque
ſeruire res ſua cuiquam, neque prædium vllum ſeruire
ſibi ipſum poteſt: vt ait l.cùm eſſent, 33.in fi.D.de ſeru.
ruſtic. Ex quib. ita diſputatis liquido concludi licet,
G ſeruitutem prædialem propriè neque in bonis noſtris
eſſe, quia per ſe ac ſeparatim alienare illam non poſſu-
mus: neque extra bona noſtra eſſe partim quia ſimul
cum fundo noſtro illam trãsferre & alienare poſſumus:
partim quia fundi ſeruientis dominus illam alienare &
alteri cedere non poteſt.

OBSER-

OBSERVATIONVM LIBER SEPTIMVS.

Extricatio Molinæi de ſeruitute communi fundo conſtituta.

Cap. I.

EXſtat tractatus Caroli Molinæi de indiuiduitate ſeruitutis,quem Extricationem labyrinthi inſcripſit. de qua quid mei iudicij ſit,aperiam, ne quem forte iuris ſtudioſum illius quantumuis viri magni tricæ impediant.Cõſtat inter omnes, ſeruitutis prædialis ius eſſe indiuiduũ.l.6.§.nec ſi forte, D.quẽadm.ſerui.amitt.ac proinde ſeruitutẽ neq; inter viuos neq; per teſtamentũ conſtitui ex parte vel per partem poſſe.l.pro parte,11.D.de ſeruit.l.2.§.ex his,D.de verb. oblig. l.3. D.de ſeruit.leg.ſiue quoniã vſus eius pro parte nullus eſſe poteſt.l.viæ,17.D.de ſeruit.ſiue quia fundus non magis poteſt eſſe partim liber,partim ſeruus, quàm homo:cuius ſtatus vnus & indiuiduus eſſe dicitur.l.9.in fin.D.de liber.cauſſ.quapropter aut toti fundo ſeruitus imponitur,acquiriturue,aut nulli parti.d.l. pro parte,D.de ſeruit.Etſi autem pro parte fundi ſeruitus conſtitui non poteſt, tamen ad partem fundi poteſt.Certa autem pars fundi fundus eſt.l.recte,25.D.de verb.ſignifi.imo non eſt pars fundi,ſed fundus l. 6.§.1. D.comm.præd.Vtcumque ſit, ex hoc iuris præcepto multiplex diſciplina percipitur: quam vt potero meo more,id eſt planè ac dilucidè, non Molinæi labyrinthum aut tricas, ſed Theſei filum ſecutus exponam. Prædium igitur aut totum vnius domini proprium eſt, aut commune plurium. ſi prædium vnius in ſolidum eſt,tum is dominus aut toti ſuo prædio ſeruitutem ſtipulatur, aut eius parti. ſi toti fundo, non dubium eſt, quin & valeat ſtipulatio,& teneat promiſſorem,quamdiu ſcilicet ſtipulator ſolidum prædium retinebit:nam ſi partem alienet, corrumpet ſtipulationem: ait l.pro parte,11.D.de ſeruit.alio loco dicitur, euaneſcere obligatio.l.ſi ſub vna,136.§.1.D.de verb. oblig. alio loco extingui.l.pen.§.2.D.eod.& ratio aperta eſt, quia ſeruitus cuius natura indiuidua,per ſolidum fundum, atque adeo per omnes fundi glebas diffuſa eſt, nunc per diuiſionem,interitum accipit.eſt autem regula iuris,vt quod in eum caſum incidit.vnde incipere non potuit, vitietur.d.l.pen.§.2.D.de verb.oblig. Sin autem totius fundi dominus ſtipuletur ſeruitutem parti ſui fundi, ab initio inutilis ſtipulatio eſt: quia per partes adquiri non poteſt.l.6.§.1.D.commun.præd. neque ex poſtfacto confirmari poterit, ſi ſtipulator partem alteram poſtmodum adquirat:partim propter Catonianam ſuperioris regulæ contrariam. vt quod ab initio non valuit,ex poſtfacto non conualeſcat.l.1. & paſſ.D.de regul.Caton.§.nec in pendenti,D.de inutil.ſtipul.partim quia ſtipulatio ex præſenti ſtatu & tempore vires capit,non autem ex incerto futuri temporis euentu pendet.l.vſusfructus, 26. D.de ſtipul.ſer.l.continuus,137. §.cùm quis, D. de verb. oblig. Sequitur altera inſpectio,ſi fundus plurium ſit communis: in qua duplex diſtinctio adhibetur.quarum hæc prior eſt: vtrum omnes ſtipulentur,an vnus dumtaxat. nam priore caſu dubium nemini eſt,quin ſtipulatio valeat:quia præſtari omnibus ſeruitus poteſt.l.ſi vnus,19.D. de ſeruit. adeo vt ſi plures extent vnius ſtipulatoris heredes, omnibus in ſolidum debeatur.d.l.penul.§.2. D. de verb.oblig. qua in lege animaduertendum eſt, quod Paulus ſcri-

A bit, eum qui ſtipulatus eſt viam ad fundum communem,ſi duos heredes reliquerit, non extingui obligationem: quamuis res in eum ſtatum deducta ſit vnde incipere non potuit:non eſſe intelligendum de eo, qui fundo communi ſtipulatus eſt: ſed de eo, qui toti ſuo prędio,ſeruitutem adquiſiuit.deinde verſiculo ſequenti pro ET *per partem*: ſcribendum eſſe AT *per partem*: vt ſit ἀνθυποφορά, pro AT ENIM: cui mox reſponſionem ſubiungit his verbis: *Adquiſita tamen conſeruatur,&c.* Illius autem ſententiæ conſimile teſtimonium B exſtat in d.l.ſi vnus,19. D. de ſeruit.ruſtic. vbi rectiſſimè & in Florentinis, & in Haloandrinis libris ſcriptum eſt: *Quia dari ei poteſt à te: ne ſi,&c.* vehementerque Molinæi incogitantiam ſum admiratus, qui non modò vulgatam ſcripturam acriter defendit, verùm etiam hanc tanquam mendoſam ac vitioſam repudiat: cùm tamen parem eandémque eſſe vtriuſque ſcripturę ſententiam,& vulgatæ inquam,& Florentinæ, cuiuis facile appareat. Sed operæpretium eſt hoc argumentum paulo planius exponere.Sciendum eſt enim non C tantum ſeruitutem, verum etiam ſeruitutis nomine contractam obligationem eſſe indiuiduam.nam cuius rei partes nullæ ſunt,nec obligationis ipſius vllæ partes eſſe poſſunt.quapropter cum aliæ obligationes hereditariæ,per legem XII.tabul.inter coheredes proportionibus hereditariis diuidantur, tamen obligatio ſeruitutis nomine contracta, ne iuris quidem intellectu diuidi per partes poteſt.l.heredes,25.§.an ea. D. famil. erciſcun.l.ſtipulationes,72.D.de verb.obligat.veluti ſi viæ ſtipulator aut promiſſor plures heredes reliquerit, D ſinguli promiſſoris heredes in ſolidum tenebuntur: ſinguli ſtipulatoris heredes in ſolidum agent.l.viæ, 17. D.de ſeruitut.quippe,cum heredes in omnia defuncti iura ſuccedant,neque contractæ obligationis conditio ex perſona heredum mutetur.l.2.§.ex his, D. de verb. obl.quid igitur fiet?nam iniquum eſt,quod vnus ſolus præſtare in ſolidum debebat,id à pluribus eius ſucceſſoribus in ſolidum præſtari:ac vice verſa, quod vni in ſolidum debebatur, id pluribus ipſius ſucceſſoribus in ſolidum præſtari.Mero tamen iure actio in ſolidum E & ſingulis & aduerſus ſingulos competit. Sed quamuis in ſolidum ſint actiones, tamen officio iudicis condemnatio per partes fiet.nam in id quod intereſt, in tantum,inquam, quanti ea res eſt, id eſt in pecuniam quæ diuiſionem recipit,fiet condẽnatio:vt ſinguli promiſſoris heredes pro portionibus hereditariis præſtare pecuniam cogantur:viciſsímque ſingulis ſtipulatoris heredibus pro partibus hereditariis pecunia præſtetur.d.l.heredes,§.an ea,& §.ſeq.D.fam.erciſcun. d. l.2. §.ex his,D.de verb.oblig. cùm tamen dilucidè pateat, F parem eandémque eſſe vtriuſque ſcripturę ſententiam. ſed ad rem redeamus.Nam ſi vnus tantùm ſtipuletur, inutilis ſtipulatio eſt:quia partis dominus neq; pro ſua parte poteſt adquirere ſeruitutem, quia fundus partim ſeruus,partim liber eſſe non poteſt: neque pro parte aliorũ: quia per liberam perſonã illis adquiri non poteſt.l.5.l.6.D.commun.præd.d.l.pen.§.2.D.de verb. oblig.quo loco animaduertendum eſt, quoſdam Iuriſconſultos ſtipulationem illam in totum repudiaſſe:

quoſdã verò cõprobaſſe:quaſi adiectio alterius pro ſuperuacuo haberetur: neque vtile per inutile vitiaretur. d.l.5.D.cõmun.præd.quò pertinet l.fundus, 64.D.de cont.emt.Reſtat altera diſtinctio,quæ tamen magis ad promiſſoris partẽ pertinet.Nã ij quorum fundus communis eſt, vel pariter vnóq; tẽpore omnes ſeruitutem cedunt: vel ſeparatim & diuerſis temporibus. priore caſu, ceſſio ſine dubio vtilis eſt. poſteriore vero caſu, mero ciuili iure eſt inutilis. quia partis dominus neque pro ſua parte ſeruitutem communi fundo poteſt adquirere, propterea quod fundi conditio (vt modo diximus) indiuidua eſt: neque pro parte ſocij: quia nemo deteriorem alterius facere conditionem poteſt, & in fundo alieno ius aliquod imponere. Sed in hunc locum illa Pauli quæſtio incurrit, An prior illa ceſſio per ſubſequentem alterius ſocij ceſſionem confirmari poſſit? Quod Paulus ſubtili ratione iuris fieri poſſe negat:duabus de cauſſis,vt res indicat. Primùm propter regulam Catonianam, ſecundum quam ſuperius dicebamus ſtipulationum ius non ex incerto futuri temporis euentu pendere,ſed ex præſenti tempore ac ſtatu vires capere,d.l.26.D.de ſtipul. ſer.l.continuus, § cum quis,D.de verb.oblig. deinde quoniam vltima ceſſio, æquè vt ſuperior, infirma eſt: neque quod per ſe infirmum eſt,per aliud æque infirmum cõfirmari poteſt.ſicuti de hereditate inutiliter teſtamento data dicitur, quæ codicillis confirmari non poteſt.l.2.§.3. D.de iur. codic. cùm tamen ſi teſtamentum vel poſtea vel antè factum iuſtum eſt, codicilli ex eo vires ſumant.l.3.§.vltim.&l.5.D.eod, Verum hæc quidem mero ciuili iure (vt diximus) ita diſputantur. Nam Paulus eodem loco teſtatur, vſu fori, & moribus aliud ex æquitate receptum fuiſſe:nempe ſuperiorem ceſſionem confirmari per poſteriorem poſſe. l. vlt. D.comm. præd.adeo vt interea pertuitionem Prætoris vires habeat: quia Prætor fidem in pactionibus datam ſeruat: neque permittit ei qui ceſſit & fidem dedit, eum cui promiſit, vſu ceſſæ ab ſeruitutis prohibere. quod ſi nouiſſimi ſocij ceſſio & voluntas acceſſerit, tum ita prior ceſſio confirmabitur, vt ipſo iure valere incipiat. d.l. vlt.& l. per fundum,11.D.de ſeruit ruſtic. Neque aliunde quærenda ſolutio eſt ad d.l. 26. D.de ſtipul.ſeru.niſi quod Paulus ibi de mero iure loquitur, hic autem ex iure,ex æquitate,& vſu fori recepto Paulus reſpondet.ſed commodius videtur illam Pauli diſputationem planius exponere,eámque ex iis tricis,quibus ſe Molinæus impediuerat,extricare.

Ad l.vlt.D.commun.præd.ſeruitus ab vno ex dominis imponi non poteſt.Ceſſionis tranſmiſſionis & legati differentia.Reconciliari mutuum quid ſit.

Cap. II.

HAnc legẽ Paulus ita preſſè ac ſubtiliter ſcripſit, vt meritò inter obſcuras & ſpinoſas numeretur. itaque paraphraſi adhibita eam non tantum ex ſentib.& dumetis totius argumenti,verum etiam ex tricis Molinęi extricare conabimur. Etſi ergo ſubtili ratione iuris vbi plures vnius fũdi domini ſunt,& non pariter(id eſt,ſimul vnóque tempore) ſed ſeparatim ac diuerſis temporibus ſeruitutem in communem fundum cedunt, ſeruitutem illi fundo nõ imponunt. l.per fundum,11. D.de ſeruit. ruſt.l.2. D.de ſeruit.tamen,propter vtilitatem rerum,vſu fori ac moribus receptum eſt, vt ceſſiones diuerſis temporibus factæ valeant: & quæ prius ſeparatim facta mero iure non valebat, propter poſteriorem conualeſcat. fictió-

A que in hac cauſſa inducatur, vt diuerſa ceſſionum tempora pro vno habeantur: ac prioris ceſſionis tempus ad poſterius reducatur. d. l.per fundum, D.de ſeruit. ruſt. Cùm enim poſtremus dominus cedit, ſimul omnes alij, qui prius ceſſerant, cedere finguntur. atque ita ceſſio priorum per nouiſſimam confirmatur, & conualeſcit contra regulam Catonianam:& ſubtilem iuris rationem vt dixi:ſed ex æquitate & per tuitionem Prætoris,qui fidem in conuentione datam ſeruari iubet. Igitur hic actus(id eſt illa prima ceſſio)tantiſper in pen-
B denti erit,donec nouiſſimus ſocius ceſſerit. *Seq.§.& ideo.* Verùm in hac cauſſa illud animaduertendum eſt, oportere eũ qui primus ceſſit eodem inſtatu eodémque iure permanere.nam ſi non mãſerit,ſed vel defunctus ſit, vel alio genere puta deportatione aut damnatione in metallum, mutatus ſit,aut aliquo modo partem ſuã alienarit, pòſt deinde alter ſocius ceſſerit,nihil agetur.nouiſſima inquam,ceſſio ſubſequens non confirmabit ſuperiorem.quia cùm is qui primus ceſſit fingatur nũc demum cedere:oportet eum talem eſſe tem-
C pore nouiſſimæ ceſſionis,vt poſſit cedere: ne fictiones iuriſ.abſurdum & impoſſibile aliquid contineant.cuiuſmodi fictiones monſtroſæ appellantur.§.4.de adop. quale illud eſſet,ſi quod per ſe infirmum eſt, reduceretur ad id quod minus etiã firmum eſt, vt ab infirmiore confirmaretur: ſicuti Papinianus ait, abſurdum fore,ſi per codicillos qui ex teſtamento vires capere debeant, ipſum teſtamentũ confirmaretur.l.quod per manus,10. D.de iur.codic. quod cõtra in ratihabitione contingit: in qua poſterius tempus retrotrahitur ad pręteritum,vt
D poſterior actus, qui per ſe firmus eſt, anteriorem infirmum ſtabilitate ſua confirmet.ac pari ratione videmus codicillos ante captiuitatem cõfirmatos poſtea in captiuitate,vel poſt amiſſam teſtamẽti factionem ſcriptos, propter ſtatus mutationem,non valere.l.quædam,7.D. de iur. cod. Concluſa igitur nobis hæc ſit diſputatio, ceſſiones diuerſis temporibus factas rectè fingi vno tẽpore factas, ſi modo ij qui priores ceſſerunt, vſque ad nouiſſimam ceſſionem eodem in ſtatu permanſerint: quippe cùm nouiſſima ceſſio non retroducatur ad
E priorem, ſed cõtrà prior ad poſteriorem vnde apparet poſteriorem ceſſionem factam à ſuperſtite poſt illius mortem qui ceſſit,vel poſt alienationem ab eo factam, non valere ad confirmandam ſeruitutem: ſed tantiſper pendere,dum heres vel nouus emtor nouam ceſſionem faciat. Et hoc eſt quod ait Paulus: *Rurſus hic actus* (nempe primi cedentis qui vel defunctus eſt, vel alienauit)pendebit,& in incerto manebit,donec nouus ſocius(heres puta vel emtor) ceſſerit. Nunc extra Pauli diſputationem quæſtionem ex Celſo proponamus. An
F licebit ei qui primus ceſſit,eum cui ceſſit vſu ceſſæ ſeruitutis prohibere? Sanè(inquit Celſus)ſummo iure id liceret. quia communi fundo ſeruitus adquiri per vnum ex dominis non poteſt. l.2. D.de ſeruit. ſed benignior interpretatio inducta eſt,propter fidem conuentionis, ne interim prohibere liceat. Tuitione igitur Prætoris valebit ea ceſſio, quæ ipſo iure non valeret. l. per fundum,D.de ſeruit.ruſtic. *Seq.§.idem iuris.* Hactenus de ceſſione à pluribꝰ facta diſſeruimus.nũc vice verſa de ceſſione pluribus facta videamus. in qua tri-
G plex illud ius obſeruatur,quod in ſuperiore cauſſa ſeruari diximus: primùm vt cùm pluribus dominis ceditur, poſtrema facta ceſſio eam quæ prioribus facta eſt, confirmet. deinde vt prima ceſſio tantiſper pendeat, dum per nouiſſimam confirmetur. Valet tamen interea tuitione Prætoris, quamuis mero iure non valeat. poſtremò,vt ſi in perſona ſocij aliquid eorum acciderit

quæ

quæ dicebamus, nempe vt is cui nondum ceſſum eſt non eodem ſtatu permaneat, ceſſio aliis facta per nouiſſimam ceſſionem nouo domino (heredi, inquam, aut emptori) facta non confirmetur. quare ita demum prima ceſſio per nouiſſimam confirmabitur, ſi omnes ſocij eodem ſtatu permaneant, ſiue qui cedunt, ſiue quibus ceditur, *Seq. §. Ergo & ex diuerſo.* Quid dicemus in caſu contrario, ſi ei qui nondum ceſſit aliquid eorum contigerit? Neque enim ferri poteſt altera Molinæi deliratio, diſputantis particulam NON hoc in loco tollēdam eſſe: primùm quia ſuperius in §. *Et ideo,* dictum eſt, de eo qui ceſſit, & poſtea defunctus eſt: deinde quia verba illa *Ex diuerſo* vſitata ſunt Iuriſconſultis de caſu ſuperioris proximi contrario dicere incipientibus. Quid igitur dicemus ſi is ſocius qui non ceſſit antequam cederet vel deceſſerit, vel partem ſuā alienarit? Paulus propter eandem cauſſam, hoc eſt propter indiuiduam ſeruitutis naturam, reſpondet, idem quoque iuris ſtatuendum eſſe: nempe, vt ſucceſſor eius (heres ſcilicet aut emptor) non poſſit per ſe ac ſeparatim cedendo ſuperiores ceſſiones ſeparatim factas confirmare: ſed neceſſe eſſe, vt deintegro omnes cedant: non tamen pariter & vno tempore: quia tantum illis temporis ad cedendum permittitur, quo dare facere vel diuerſis temporibus poſſint (nam prius verbum POSSVNT rectiſſimè ab Haloandro ſublatum eſt) hoc eſt, quantum opus eſt non modò ad ceſſiones vno tempore ab omnibus faciendas, & ſeruitutem per patientiam ab omnibus conſtituendam, verùm etiam ad eaſdem diuerſis temporibus (ſi ita res feret) faciendas. Vni autem ſocio vel vnus ex ſociis ſolus cedere non poteſt, propter naturam ſeruitutis (vt ſæpe diximus) indiuiduam. *Seq. §. Idémque dicendum eſt.* Quod diximus de ceſſione plurium diuerſis temporibus facta, idem ſeruatur, ſi è duobus fundi dominis vnus ſeruitutem inter viuos ceſſerit, alter poſtea teſtamento legauerit. nam prioris ceſſio quæ interea pependerat, per legatum poſtea relictum adita hereditate confirmatur: quia heres eius non cedit. ſed cùm legata ſeruitus recta via tranſeat in legatarium. l. ſi partem, 19. §. 1. D. quemadmod. ſeruit. amitt. teſtator ipſe inter viuos ceſſiſſe intelligitur. quia quandocunque aditur hereditas, ſtatim à morte teſtatoris adita fingitur. l. 138. l. 193. & l. ſeq. de regul. iur. ſeruitus autem pro parte legari non poteſt l. pro parte, 11. §. primo, D. de ſeruit. quod idem dicendum eſt, ſi omnes ſocij legent, & eodem tempore legatorum omnium dies cedat: hoc eſt, vno tempore omnium hereditas adeatur. tum enim quamuis diuerſis temporibus teſtamentum fecerint, tamen quia pariter legatorum omnium dies cedit, pariter ceſſiſſe finguntur. neque mirum videri debet, quòd Paulus ſignificat diem legati in hac cauſſa cedere, quo tempore aditur hereditas. neque enim de tranſmiſſione hic agitur, cuius dies eſt & antiquo & nouiſſimo iure à morte teſtatoris, vti docet Vlpian. titul. Regul. 25. & Imperator. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol. ſed agitur de die, quo legati obligatio contrahitur, & legatum debetur, qui non poteſt eſſe niſi adita hereditate, cùm antea nemo ſit, qui debere, vel à quo peti poſſit. §. heres, Inſt. de oblig. quaſi contr. l. tertia, D. quibus ex cauſſis in poſſeſſ. Quòd ſi diuerſis temporibus eorum hereditas adiretur, ſecus eſſet. quia cùm dies legatorum non vno tempore cederet, ſed vnus heri, alter hodie adiret, illā defunctorum quaſi ceſſio & ſeruitutis conſtitutio diuerſis temporibus facta intelligeretur: ac proinde ſeruitus inutiliter per partes conſtituta eſſet.

Seq. §. nec enim. Nunc ſubiicitur illa dubitatio, An quemadmodum antea dicebamus, ceſſionem à priore factam in ſuſpenſo eſſe, donec fiat nouiſſima, quæ ſuperiorem confirmet: ſimiliter legata ſeruitus adita vnius teſtatoris hereditate tantiſper pendeat, dum alterius teſtatoris hereditas adeatur. Paulus reſpondet, diſſimilem eſſe cauſſam ceſſionis & legati: quia ceſſio actus eſt viuentium: legatum verò defunctorum. non autem defunctorum, item vt viuentium actus ſuſpendi poſſe. vbi animaduertendum eſt Paulum non dixiſſe, omnes viuentium actus ſuſpendi poſſe. quod apertè falſum eſt. ſed non vt quidam viuentium actus ſuſpenſionem recipiunt, ita quidam defunctorum actus ſuſpenſionem admittunt. Ceſſio ſeruitutis ſuſpenſionem admittit: ex benignitate iuris moribus recepti. Donatio inter coniuges ſuſpenſionem admittit ex benigno conſtitutionum iure. l. cum hic ſtatus, D. de donat. int. vir. l. res vxoris, 24. §. vlt. Cod. eod. Mutuum ſuſpenſionem recipit. nam ſi alieni nummi crediti conſumantur, reconciliari mutuum dicitur. l. nam etſi, 13. l. non omnis, 19. §. vltim. D. de reb. cred. l. ſi quis pro eo, 56. §. ſi nummos, D. de fideiuſſ. ſed alij ſunt actus viuentium, qui ſuſpenſionem non recipiunt. qualis eſt ſtipulatio purè concepta: vt ſuperius diximus ex l. 26. D. de ſtip. ſer. & l. continuus, §. cum quis, D. de verbor. obligat. Cur autem defunctorum actus ſuſpenſionem non admittant, duplex, mea quidem ſententia, ratio reddi poteſt. prior, quia teſtatorum voluntates ex ſe ipſis firmæ eſſe debent, non ex incerto futuri temporis euentu pendere, & extrinſecus ſuſpendi. l. illa inſtitutio, 32. D. de her. inſt. l. 3. D. de ſeru. leg. Itaque purum legatum, ſi poſt aditionem hereditatis extrinſecus ſuſpendatur, inutile eſt. l. cū filius, 76. §. ſeruus, D. de leg. 2. altera eſt, quia ſemel adita hereditate omnis defuncti voluntas rata conſtituitur. l. ſi patroni, 55. §. 2. D. ad Treb. quare cùm adita vnius hereditate, conſtituta iam tum ab vno ex defunctis ſeruitus intelligatur, ac proinde pro parte vnius ex ſociis: conſentaneum eſt, illam partis conſtitutionem non modò eſſe inutilem, verùm etiam per inſequentem alterius heredis aditionem confirmari non poſſe: quoniam in ſuſpenſo eſſe non potuit.

Ad l. 7. §. quod fere, D. de pact. de verbis ſtipulationum & pactorum.

CAP. III.

VErſum hunc totum adulterinū eſſe arbitror, NISI CONTRARIVM *ſpecialiter adprobetur, quo non animo ſtipulantium hoc factum eſt, ſed tantùm paciſcentium.* A Triboniano, inquam, totum hūc verſum ſubiectum eſſe arbitror, cùm Vlpiani ſententiam ſuo more ad noui ſui iuris normam inflecteret: quod illius inſtitutum compluribus aliis harum Obſeruationum locis notauimus. Nam certè apud antiquos nemini vnquam in mentem veniſſe arbitror, illam verborum formulam ROGAVIT TITIVS, SPOPONDIT MÆVIVS ad pactiones nudas referre. cùm ea cōſtaret ad ſolam ſtipulationem contrahendam pertinere. l. lecta, 40. D. de reb. cred. l. ex ea parte, 121. & l. ſeq. §. Flauius. l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. Chryſogonus. D. de verb. oblig. l. his verbis, 8. l. reos, 11. §. vlt. D. de duob. reis. l. & vno, 18. D. de accepti. adeo, vt etiam ſi ſimpliciter in inſtrumento ſcriptum fuiſſet, promiſiſſe aliquem, perinde haberetur, quaſi ſtipulatione præcedente reſponſum fuiſſet: vt ait Paulus lib. ſent. 5. tit. 7. & §. ſi ſcriptum, Inſt. de inutil. ſtip. & l. Titia quæ, §. idem reſpondit, D. de verb. obli. Denique Latinæ linguæ conſuetudo ferre hanc verborum abu-

ſionem non poteſt, vt Stipulandi & Spondendi vocabula in nudis pactionibus vſurpentur. Sed iure nouo per Leonis conſtitutionem inductum eſt, vt non ex verborum formulis, ſed ex mente & animo pronuntiantium ſtipulationes interpoſitæ cenſerentur. Sic enim ſcribit: Omnes ſtipulationes, etiam ſi non ſolemnibus vel directis, ſed quibuſcunque verbis conſenſu cõtrahentium conſtitutæ ſunt, ſuam habere firmitatem. l. omnes, 10. C. de cont. ſtipul. Sed & Tribonianus in §. 2. de verbor. oblig. Solemnitate ſublata, inquit, ſenſum & conſonantem intellectum ab vtraque parte quibuſcunque verbis expreſſum eſt. item in §. poſt mortem, de inutil. ſtipul. Conſenſu contrahentium ſtipulationes valent. Quibus ex locis facilè intelligitur, nouo iſto iure quamuis ſolemnia ſtipulationis verba pronuntiata ſint, tamen non aliter contractam ſtipulationem cenſeri, quàm ſi inter contrahentes hoc actum ſit: hoc eſt, quam ſi ſtipulationis celebrandę cauſſa illa verborum conceptio pronuntiata fuerit. quemadmodum iure antiquo non aliter facta nouatio intelligebatur, quàm ſi nouandi animus & voluntas adfuiſſet. l. vl. C. de nouat. §. pen. Inſt. quib. mod. oblig. ſolu. Huc accedit, quod Iuſtinianus in l. 4. §. vlt. C. de recept. arb. dilucide teſtatur, conſueta ſtipulationum verba & ſubtilem, imò magis ſuperuacaneam obſeruationem ab aula, id eſt, à foro & communi conſuetudine conceſſiſſe. Quæ cùm ita ſint, perſpicuum eſt, quamuis Imperatorum & Pragmaticorum Græcorum inſtituto Stipulandi & Spondendi verba etiam ad pactorum nudorum ſignificationem abuſione tanſlata ſint, tamen Vlpiani ætate ſuam illis ſedem in ſolemnium tantum verborum obligationibus contrahendis retentam & conſeruatam fuiſſe.

De Prætoriis cognitionibus.

CAP. IIII.

NOtum eſt iam omnibus, Prętorem non exercuiſſe priuata iudicia, ſed iudices dediſſe priuatos homines, qui de cauſſis pecuniariis cognoſcerent, eáſque vel ex bono & æquo, vel ex formula diiudicarent. Complures tamen fuiſſe cauſſas de quib. Prætores ipſi & notionem & iudicium ſuſcipiebant lex illa Ciceronis demonſtrat: *Iuris diſceptator qui priuata iudicet, iudicarive iubeat, Prætor eſto.* Sed has cauſſas extraordinarias fuiſſe animaduerto primùm ex l. pecuniæ, 178. §. 2. D. de ver. ſigni. vbi perſecutiones fideicommiſſorum extraordinarias appellat, eaſque iuri ordinario perſpicue opponit. nam dę fideicommiſſis Vlp. ita ſcribit tit. Regul. 25. Fideicommiſſa, inquit, non *per formulam petuntur, vt legata: ſed cognitio eſt Romæ quidem Conſulum aut Prætoris, qui fideicommiſſarius vocatur.* &c. Eiuſdem rei argumentum præbet l. 1. §. 2. D. de rei vind. vbi peti liberi dicuntur vel actionibus, vel interdictis, vel cognitione prætoria. item l. 3. §. 1. & §. 2. D. de lib. exhib. vbi Cognitio Prætoris opponitur interdictis, quæ iuris ordinarij fuiſſe Aggenus Vrbicus his demonſtrat verbis: *De poſſeſſione fit controuerſia, quoties de totius fundi ſtatu, hoc eſt iure ordinario litigatur.* Et huc inſignis ille Suetonij locus pertinet in Claudio: Alium, inquit, interpellatum ab aduerſariis de propria lite, negantémque cognitionis rem, ſed ordinarij iuris eſſe, agere cauſſam confeſtim apud ſe coegit. Cùm igitur hæ cauſſæ extraordinariæ eſſent, atque ab ipſo Prætore diſceptarentur, ſolebat Prætor in edicto, pro illo vſitato & tranſlatitio verbo, IVDICIVM DABO: alterum illud vſurpare, ANIMADVERTAM.

A velut in l. 1. D. de minorib. l. item apud, 15. §. ait Prætor, & §. quod ait Prætor, D. de iniur. qua de cauſſa cognitio illa Animaduerſio interdum appellatur. velut in d. l. item apud, 15. §. quod ait, 22. quæ aliis locis Iuriſdictio quoq; dicitur latiore verbo. l. 4. §. 1. & l. qui bona, 13. §. qui damni, D. de damn. infect. l. 1. §. poteſt, D. de op. no. nunt. quo verbo ita ſe cognitionem ſuſcepturum pollicebatur, vt eam alteri mandare non poſſet: non magis quàm ſi lege, aut S.C. certæ cauſſæ cognitio ei mandata fuiſſet. l. 1. D. de off. eius cui mand. l. 8. in princip. & §.
B ſi Prætor, & §. ſi cum lis, D. de tranſact. vbi Prætor cui per S.C. mandata fuerat cognitio de tranſactionibus alimentorum, eam ipſe ſuſcipere iubetur, neque alteri mandare permittitur. Superioris generis fuit edictum de minoribus reſtituendis. d. l. 1. D. ill. tit. VTI, inquit, QVÆQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM. Itaque cognitionis Prætoriæ nominatim mentio fit in l. in cauſſæ, 13. §. interdum, D. eod. & præſertim in l. minor. 39. D. de euict. Omnium denique reſtitutionum Prætoriam fuiſſe cognitionem, patet ex l. 3. D. de
C in int. reſt. itémque in bonorum poſſeſſionibus dandis l. 3. §. penul. D. de bon. poſſ. l. 2 §. dies, D. quis ord. in bon. poſſ. item in dandis iis actionibus, quæ non competere, ſed dari, aut concedi, aut accommodari dicuntur. nam quæ iure ciuili competebant, denegari à Prætore non poterant. quæ ab illo dabantur, pleræque cum cauſſæ cognitione dabantur. velut actio de dolo. l. ſi quis, 9. §. vlt. D. de dol. mal. item actio iniuriarum. d. l. item apud, 15. §. ait Prætor, & §. quod ait, D. de iniu. item in lite poſt operis noui nunciationem. l. 1. §. poteſt, D. de ope.
D no. nun. item in cautione damni infecti. l. 4. §. 1. D. de dam. infect. item ſi quid in fraudem patroni factum eſſe dicetur. l. 1. D. ſi quid in frau. item in lite conteſtata mortuo procuratore in dominum transferenda. l. poſt litem, 17. & ſeqq. D. de dol. item in lite cum legato conteſtanda, ſi dies actionis extitura eſt. l. ſed etſi, 28. §. ſed etſi, D. de iudic. Neque verò Prætorum tantùm hæ cognitiones extraordinariæ fuerunt: ſed interdũ & Principis & aliorum magiſtratuum: vti patet ex tit. Dig. De variis & extraord. cognit.

E

In iure quæ res peragerentur. In iure & in iudicio differunt. lege agere quid ſit.

CAP. V.

SVperiori diſputationi finitima hęc inſpectio eſt. Ac vulgo quidem notum eſt, aliud eſſe In iure, aliud In iudicio: præſertim ex l. amplius 15. D. rem, rat. hab. In iure igitur agi ea dicebãtur, quæ à Prætore vel pro tribunali, ac de ſuperiore
F loco, vel de plano ſella poſita peragebantur. pro tribunali, veluti quæ cauſſa cùm conſilio cognita decernebantur. l. 9. §. vbi decretum, D. de off. procon. l. omnia, 71. D. de reg. iur. l. 2. §. 1. D. de bon. poſſ. de plano, ea quæ ex edicto per libellum expediebantur, & quia plana erant, accuratam cauſſæ cognitionem non requirebant. l. 2. §. dies, D. quis ord. in bon. poſſ. quarum rerum exempla ſuperiore capite ſatis multa protulimus. Ius enim dicebatur, nõ tantum de ſuperiore loco, verum etiam ex inferiore, ſella tamen (vt opinor) poſita. l. penultim. §. penul. D. de iuſt. & iur. l. 4. §. 1. D. de
G interrogat. vbi NON ſi domi vel in itinere legendum eſſe docuimus. In iure præterea iudicia priuata conſtituebantur: de ſuperiore loco, ſi cauſſæ cognitionem poſtulatio actionis requirebat: de inferiore, ſi non requirebat: vt paulo ante demonſtrauimus. Cicero de inuent. 2. Tranſlationes in iure plerunque verſantur.

verſantur.ibi enim & exceptiones poſtulantur,& certo quodam modo agendi poteſtas datur.& omnis conceptio priuatorum iudiciorum conſtituitur: quæ autem in ipſis iudiciis rarius incidunt,eiuſmodi ſunt,vt per ſe minus firmitudinis habeant. Sic Cornific. ad Heren. I. Hac parte conſtitutionis Græci in iudiciis, nos in iure plerunque vtimur. In iure ſimiliter litis conteſtationes fiebant, & conſequenter Delegationes quæ lite conteſtanda fieri intelligebantur. l. delegare, 11. D. de nouat.l.2.D.de obligat.& action.l.3.C.de nouationib. In iure litigatores inter ſe manus conſertum vocabant: vt locus Agellij notiſſimus demonſtrat. In iure ceſſiones fiebant, per quas dominium adquirebatur: eo ritu quem Vlpian.titul. Regul.3.declarat.ſed bonorum ceſſiones quæ ab iis qui ſoluendo non erant fieri ſolebant, non tantum in iure, verum etiam extra ius fieri poterant. l.vlt. D.de ceſſ. bon. In iure laudari ac fieri auctorem oportebat eum, qui euictionis ac iudicij periculum in ſe recipiebat. quippe, cùm aduerſus eum præſentem & non defugientem auctoritatem ſed eam agnoſcentem actio inſtitueretur. Cicero pro Cæcina: Actio eſt in auctorem præſentem, Quando te in iure conſpicio,poſtulo anne fias auctor. cuius formulæ notas Val.Prob. edidit. eiuſque rei argumentũ præbet l.1. C.vbi in rem act.& l.ſi fundo, 53. l. Herennius, 63. D.de euict. tametſi generaliter etiam Auctor dicebatur, qui ſuo periculo ſecum agi patiebatur. Sic enim Feſtus: Cognitor eſt, qui litem alterius ſuſcipit, coram eo,cui datus eſt.Procurator autem abſentis nomine auctor fit. Itaque etſi Tutor extra ius plerumque auctor fiat iis rebus quæ eum pupillo geruntur, tamen ſi quid ex iis controuerſiæ naſcatur, in iure ſe profiteri auctorem debet. Neque verò illud prætereundum eſt, moris fuiſſe,vt is qui iuri præeſſet, iiſque rebus quas in iure peragi oportebat eùm primùm in tribunal aſcendiſſet, verba hæc ſollemnia pronuntiaret: LEGE AGITE. Seneca lib.I.de ira: Illa ſollemnia verba cõcipiam, & l.agi iubebo, non iratus, ſed ſeuerus. Vopiſcus in Valeriano: Iube, vt lege agatur, ſitque Aurelianus heres ſacrorum, nominis, & bonorum, totiúſque iuris Vlpio Crinito.Ammianus lib.22.Ipſe lege agi dixerat, vt ſolebat:ſtatímque admonitus Iuriſdictionem eo die ad alterum pertinere,& ipſe mutauit.

Ad rubricam Digeſtorum de vi & vi armata, & emend.l.1.eiuſd.tit.

CAP. VI.

TRibonianus ſub hac rubrica multa turbat. nam cùm Impp.conſtitutionibus, & præſertim Græcorum pleraque in his interdictis immutata fuiſſent, ea ſic permiſcuit, ac perplexæ tradidit,vt quæ cuiuſque propria fuerint, hodie internoſci non poſſint.Ego vim triplicem notatam olim à Prætoribus animaduerto, Quotidianam armatam,& ſine armis. Quotidianam Cicero in Orat. pro Cæcina nominat illo loco: In illa vi quotidiana non ſatis eſt poſſe docere ſe deiectum &c. Feſtucariam Agellius lib.20. cap.9.propter eam cauſſam quam multis ante annis in illius Orat.commentariis expoſuimus, & poſtea quodam harum Obſeruat. loco perſtrinximus. Hæc vis moribus fieri dicebatur:armata autem contra bonos mores.l.1.§.vi poſſidere,D.*h.t.*Cicero in eadem: Placuit Cæcinæ de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem venirent,vt de fundo Cæcina moribus deduceretur.Item,Ad eum fundum profectus eſt,è quo ex conuentu vim fieri oportebat. Item:

A Si facta vis eſſet moribus, ſuperior in poſſeſſione retinenda non fuiſſet.Item,Vt vis ac deductio moribus fieret. Item:Ipſe porro Cæcina cur ſe moribus deduci volebat?Porro eius quotidiani interdicti (ſic enim Cicero appellat) quod de vi Feſtucaria comparatum erat, exercendi forma hæc fuit. Qui deiectus fuerat, apud Prætorem his verbis vtebatur: QVANDO TV me ex illo fundo,cum eum poſſiderem,vi deieciſti,poſtulo,vt me in eum reſtituas. Si reus negare deiectionem non poterat, poſtulabat tamen à Prætore hanc ſibi exceptionem B dari: SI NON A ME VI, clam, precario poſſidebas.nam eum qui hoc modo poſſidebat impunè deiicere licebat: dum tamen id ſine armis fieret: vt Cicero in eadem Oratione oſtendit:& Paulus lib.Sent. 5. tit. 6. §. qui vi. idque obſcure ſignificatur in l.1. §.vi poſſidere,& §.qui à me, & l.ſed ſi vi, 14.l.cum fundum, 18.D.*h.t.* Vbi ad Recuperatores ventum erat,duæ probationes actori incumbebant, vna deiectionis, alteræ ſuæ poſſeſſionis. Quas probationes Cicero quodam loco callidè conturbat.Vno tamen loco vere ſic expli- C cat: In illa vi quotidiana non ſatis eſt poſſe docere, ſe deiectum(hæc eſt prima probatio:ſequitur altera:) niſi oſtendere poſſit,cùm poſſideret, tum deiectum. (mox tertiam ſubiungit, ſed mendoſe.) Ne id quidem ſatis eſt: niſi doceat ita ſe poſſediſſe,vt nec vi, nec clam, nec precario à me poſſideret. Aſtutè autem Cicero & callidè hanc probationem ad actorem refert: Nam cùm hæc rei intentio ſit, ſatis conſtat reum in exceptione partibus actoris fungi oportere & exceptionem, velut intentionem,implere.l.19.D.de probat. Itaque Cicero D continenter ſecum ipſe pugnat, veréque ita pronuntiat: Is qui ſe reſtituiſſe dicit,magna voce ſæpe confitetur,ſe vi deieciſſe: verùm illud addit, Non poſſidebat: vel etiam,cùm hoc ipſum conceſſit,vincit tamen ſponſione, ſi planum facit,ab ſe illum aut vi, aut clam, aut precario poſſediſſe.Ad ſecundam probationem alter ille locus pertinet: Cur ergo aut in illud quotidianum interdictũ VNDE ILLE ME VI DEIECIT, additur CVM EGO POSSIDEREM: ſi deiici nemo poteſt, qui non poſſidet? Ac mea quidem ſententia dubitari non de- E bet, qui illa vetuſtiſſimæ legis Thoriæ verba ad hoc quotidianum interdictum referenda ſint. quæ nonnulli ad vim armatam referebant: EX. POSSESSIONE. VI. EIECTVS. EST. QVOD. EIVS. QVI. VI. EIECTVS. EST. POSSEDERIT. QVOD. NEQVE. VI. NEQVE. CLAM. NEQVE. PRECARIO. POSSEDERIT. AB. EO: QVEI. EVM. EA. POSSSESSIONE. VI. EIECERIT. nam (vt mox docebimus) armata vis atrocior erat,quàm vt hanc exceptionem reciperet denique addi eam ſolitã in mitiſſimo interdicto vti poſſidetis, pa- F tet non modo ex l. 1. D. vti poſſidet. verum etiam ex Feſt. Pom. in voce Poſſeſſio. Verùm hæc quidem de vi Feſtucaria,ſiue quotidiana, & quotidiano ipſius interdicto hactenus dicta ſint.Deinceps ad vim armatam accedamus. Nam eius perſequendæ ratio atque ordo hic fuit: Qui vi armis deiectus fuerat,his apud Prętorem vtebatur verbis: Quando tu me ex illo fundo coactis armatíſque hominibus vi deieciſti,poſtulo vt eò me reſtituas.Tum Prætor purum,& ſine vlla exceptione iudicium dabat: SI PARET Titium à Mæuio vi G armatis hominibus ex illo fundo deiectũ fuiſſe, neque Mæuius eum reſtituat;tum quanti ea res erit,tanti Męuius damnetur. Duas enim illas exceptiones quas in quotidiano interdicto adhiberi diximus,Prætor omittebat: CVM POSSIDERET; &, SI NON VITIO AB ADVERSARIO POSSIDERET. Nam odio vis armatæ comparatũ erat, vt ſiue deiectus poſſidebat,ſiue nõ,

& ſiue vitio poſſidebat, ſiue iuſtè, tamen reſtitui iuberetur. Cicero in eadem: P. Dolabella Prætor interdixit, (vt eſt conſuetudo) de vi armatis hominibus, ſine vlla exceptione, tantum vt vnde deieciſſet, reſtitueret. Item: Cur in hoc interdictum de hominibus armatis non additur, CVM EGO POSSIDEREM? Item: Oſtendo ex hoc interdicto de armatis hominibus qui poſſit oſtendere non poſſediſſe eum qui deiectus ſit condemnari tamen ſponſione neceſſe eſſe, ſi fateatur eſſe deiectum. Hæc cùm ita ſint, nunc videamus quam turbulentè Tribonianus omnia iſta permiſcuerit. Ac primum hoc ſumo, quod mihi à doctis omnibus conceſſum iri ſpero, totam illam vis feſtucariæ vindicandæ rationem ante perpetuum edictum ita ſublatam, itaque obliteratam fuiſſe, vt eius nullam Iulianus in edicto componendo mentionem reliquerit: ſed duplicem tãtùm vim notarit, vnam armatam, alteram ſine armis. nam illius antiquæ nullum prorſus neque in Pandectarum libris, neque in Pauli ſententiis veſtigium reliquũ eſt. ſed cùm hanc vim duplicem Iuriſconſulti ad rubricam VNDE VI tractaſſent, Tribonianus autem vtriuſque perſequendæ formulas ab Imperatoribus præſertim Græcis abrogatas videret foro ſuo ſeruiens totam illam Iuriſconſ. diſputationem ita confudit, vt quæ Iuriſconſulti de vi ſine armis propriè & diſtinctè tradiderunt, ad vim armatam referret. Vim ſine armis vi Armatæ oppono, atque ita video Ciceronem antiquam illam vim quotidianam appellaſſe. Dupliciter, inquit, homines deiiciuntur: aut ſine coactis armatiſque hominibus, aut per huiuſmodi rationem ac vim. Ad duas diſſimiles res duo deuincta interdicta ſunt. DEVINCTA autem dixit, vt alibi Copulata. neque illis aſſentior qui DIIVNCTA ſubſtituũt. Duo nãque fuerũt duplicis (vt dixit) rei cauſſa propoſita interdicta. quod cùm Vlp. admonuiſſet in l.2.§.vlt. D. de interd. Tribonianus ſtultiſſimè pro DVO ſubſtituit ALIQVA. quod etiã ab aliis ante me animaduerſũ eſſe video. Et ſanè ita eſt, vt vim armatam Iuriſconſulti vi ſine armis opponant. d.l.1.§. ex interdicto, 26. vbi propter vim armatam interdictum liberto aduerſus patronum, liberiſque aduerſus parentes dari ſcribunt: propter alteram non concedunt, quãuis eam atrocem appellent, & atrocitatem facinoris habere ſcribant: quandoquidem atrox facinus eſt ciuis R. libertatem imminuere, ac non liberam cuique rerum ſuarum poſſeſſionem relinquere. Primum autem illius opinionis noſtræ argumentum eſt, quòd cùm tam apertè Cicero teſtetur in interdicto de vi armata non quæri an deiectus poſſidebat, ſed tãtum an deiectus ſit, atque idcirco in eo non addatur illa exceptio quę adhiberi in quotidiano conſueuit, CVM POSSIDERET QVI EIECTVS EST: tamen Tribonianus ad illud interdictum hanc Vlpiani ſententiam retulit: §. 13. ead. l. Interdictum hoc nulli competit niſi ei qui tunc cum deiiceretur poſsidebat. nec alius deiici viſus eſt, quàm qui poſſidet. Quam ſententiam cum alio loco confirmaſſet, nimirum in §. hoc interdictum, 27. ead. leg. turpe tamen in eum locum irrepſit mendum. Nam in Florent. & Haloand. codicibus ſcriptum ita eſt: Nam alij quàm ei qui poſſidet interdictum vnde vi competere, argumentum præbet, quod apud Viuianum relatum eſt ſi quis me vi deiecerit, meos non deiecerit, non poſſe me hòc interdicto experiri: quia per eos retineo poſſeſſionem, qui deiecti non ſunt. Locum igitur interiecta negatione ſic corrigamus: Non alij, quam ei qui NON poſſidet. quemadmodum video iam in libris Accurſianis rectè ſcriptum fuiſſe. Nam hæc inter ſe congruũt, Interdictum hoc non alij competere, quàm ei qui

A tum poſſidebat, cùm vi deiectus eſt: & ei ſoli competere, qui propter deiectionem poſſidere deſiit. nam (vt ait Vlpian.) poſſeſſor ẽ oppugnat, & vi amiſſam poſſeſſionem reſtituit: l.1.§.3. D. vti poſſidet.

Alterum argumentum eſt, quod cùm & Cicero & Iuriſconſulti teſtentur ſolitam in quotidiano interdicto adhiberi exceptionem Cùm deiectus neque vi, neque clam, neque precario à me poſſideret, in altero interdicto de vi armata, non adhiberi l.1.§. qui à me, 19. & l. ſed ſi vi, 14. D. *h.t.* tamen Tribonianus in Inſtitut. in- B diſtinctè ad interdictum vnde vi hoc refert. Nam ei qui vi deiectus eſt (inquit) proponitur interdictum vnde vi, per quod is qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem: licet is ab eo qui deiecit vi, vel clam vel precario poſſidebat: tametſi Paulus quoque non minus indiſtinctè ſic locutus eſt lib. Sentent. 5. tit. 6. Qui vi, aut clam, inquit, aut precario poſſidet ab aduerſario, impunè deiicitur. Tertium argumentum eſt, quòd cùm proprium illud ſit quotidiani interdicti, vt anno terminetur: d.l.1. D. *h. tit.* l.5. C. de except. l.1. C. vnde vi: illud au- C tem de vi armata ſit perpetuum: vt Cicero teſtatur lib. epiſtol. 15. epiſt. 16. Tribonianus tamen illã annui temporis definitionem ad hoc interdictum de vi armata retulit. in l.3.§. hoc interdictum, 7. D. *h.t.* quod eſſe abſurdiſſimum vel ex eo intelligi poteſt, quod ſi Prætor abſurdum fore iudicauit furti manifeſti actionem ab ſe proditam anno terminari, propter facinoris indignitatem, §. 2. Inſtit. de perpet. & tempor. act. quanto abſurdius fuiſſet, vim illam turbulentam anno exacto inultam manere? Verùm hęc quidem hactenus. Nũc vt D cauſſam, quæ Tribonianum ad hanc confuſionem impulit, intelligamus, illud ſcire oportet, Imperatorum, ac præſertim Græcorum, conſtitutionibus nouum hoc ius inductum fuiſſe, vt ſublata differentia vis armatæ & vis ſine armis, quocunque modo, & ſiue dolo, ſiue clam, ſiue quocunque modo, ſiue vi priuata, ſiue vi publica, poſſeſſio adempta, turbata, inquietata fuerit, ea per hoc interdictum vindicaretur: qua de cauſſa ſimplex hoc interdictum Imp. in d. §. propoſuit. Alterum fuit, vt vis adhibita confeſtim ſine vlla mora & E cunctatione reformaretur. qua de cauſſa Momenti, ſiue Momentariæ poſſeſſionis interdictum hoc appellarũt. l.8. C. vnde vi. modo Momenti beneficium. l.1. C. ſi de moment. poſſ. l.1. C. ſi per vim vel al. mod. modò Celerem reformationem: vt in l.14. D. de agric. & cenſ. quoniam celeriter & quamprimum vis reformanda eſt, neque appellatione, aut compenſationis obiectione retardari poterit. d.l.1. C. ſi de moment. poſſ. l. vlt. C. de compenſ. Dixi, Quocũque modo: hoc eſt, etiam extra vim publicam, aut priuatã. d.l.8. item errore, vel in- F curia domini: vt in l.5. C. eod. item quamuis abſens dominus fuerit, atque adeo vacua poſſeſſio l. vlt. C. eod. & l.1. C. ſi per vim vel al. mod. Dixi, Non modò adeptam, aut ereptam, verùm etiam turbatam. Nam hoc interdictum etiam iure veteri ad quamuis rationem turbandæ poſſeſſionis pertinebat. Veluti ſi quis in arando, vel ſerendo, vel ædificando liberum rei alienæ vſum impediat. l. vim facit, 11. D. *h. t.* Ex quo Canoniſtarum & qui eos imitati ſunt Pragmaticorum error coarguitur, qui turbationem ad interdictum Vti poſſidetis re- G tulerunt. Neque enim illi ſuffragatur l.3.§.1. D. vti poſſi. vbi Vlpian. ait, interdictum illud ei ſufficere, qui ædificare in ſuo prohibetur. quia videtur poſſeſſionis controuerſiam facere, qui prohibet alterum vti ſua poſſeſſione. Nam cùm illud interdictum retinendę poſſeſſionis ſit, & duplex ſit, non dubium eſt, quin ille prohibitor vel ſolũ ſe, vel certe cum altero prohibere diceret:

ret: velut in prox. §. vbi inquilinus, qui naturaliter poſ-
ſidet, prohibere volebat dominum ædes ſuas reficere.
Falſum igitur eſt quod aiunt, Vim turbatiuam ad Vti
poſſidetis: expulſiuam, ad Vnde vi pertinere. nam vtra-
que ad hoc vnum interdictum pertinet: niſi cum vterq;
de retinenda poſſeſſione contendit. Iam verò ne illud
quidem omittendum eſt, præter illam Vim triplicem,
de qua ſuperius diximus, iuris auctores aliam vim du-
plicem induxiſſe: publicam & priuatam: quarum vtram-
que ad publica iudicia retulerunt. l. præſes, 10. D. de pœ-
nis. l. 1. D. *h. t.* l. 4. C. ad legem Iul. de vi. l. 5. D. eod. Fal-
ſum eſt autem quod vulgò traditur, Vim publicam eam
demum dici, quæ fit cum armis: priuatam eam demum,
quæ fit ſine armis. Nam per contrarium & publica ſine
armis fieri poteſt, & priuata cum armis. De priore teſti-
monium eſt in l. 7. D. ad legem Iul. de vi publ. Si quis
magiſtratus ciuem R. aduerſus prouocationem verbe-
rauerit, torſerit, in publica vincula duci iuſſerit. quod i-
dem Paulus ſcribit lib. Sentent. 5. tit. 26: cuius ſenten-
tiam Iſidorus mendosè tranſcripſit in ſuum lib. 5. cap.
26. De poſteriore teſtimonium præbet eodem loco I-
ſidorus his verbis: Vis priuata eſt, ſi quiſquam ante iudi-
cium armatis hominibus quemquam è ſuo deiecerit,
vel expugnauerit. vt dubitandum non ſit, quin rectè o-
lim apud Paulum lib. Sentent. 5. tit. 26. ſcriptum ita fuiſ-
ſet, Lege Iulia de vi publica & priuata tenetur qui quē
armatis hominibus poſſeſſione deiecerit. Nam ſi in de-
iiciendo vis armatis hominibus commiſſa eſt, & publi-
ca & priuata vis eſt: ſi ſine armis, priuata tantùm l. 4. C.
vnde vi. l. 5. C. ad legem Iul. de vi publ. atque ita intelli-
gendum eſt, quod ait Vlpianus in d. l. 1. D. *h. t.* Ne quid
per vim admittatur etiam legibus Iuliis proſpectum eſt
publicorum & priuatorum. Nam vbi cum armis facta
vis erat, accuſatori licebat, vel de vi publica, vel de vi
priuata reum facere: quemadmodum Vlpianus docet in
l. ſi præſes, 32. D. de pœnis.

Variæ variorum locorum emendationes In bello amiſſum quid dicitur, & quinque leges emendatæ.

Cap. VII.

PRimus eſt in l. 64. 1. D. de adq. hered. vbi Ac-
curſius ita ſcriptum habuit: *Si non adierit fi-
lius diu tamen poſſedit pater hereditatem, cre-
dendus eſt adiiſſe hereditatem.* Haloander, *V-
terque adiiſſe*, vitioſè. quia ſemel adeunda eſt. l. ſi ſolus,
80. in fin. D. eod. Florentinus autem liber, *Admiſiſſe.*
quod veriſſimum eſt: quoniam nuda voluntas in adi-
tione ſufficit. l. pro herede, 20. l. gerit, 88. D. eod. §. vlt.
de hered. qualit. In aditione ſolemnitas verborum re-
quiritur: in agnitione, non requiritur. l. ſi filius, 10. C.
de petit. hered. quare non eſt probanda in illum locum
Acccurſij notatio, quòd ex tempore ſolemnitas præſu-
mitur obſeruata. Secundus eſt in l. 1. D. pro ſoc. in qua
verba hæc VEL SVB CONDICIONE à Triboniano
ad Pauli ſcripturam adiecta eſſe, documento eſt l.
pen. C. eod. vbi Iuſtinianus hoc noui ſe iuris inducere
profitetur, vt ſocietas rectè ſub condicione contraha-
tur: ſublata veterum Iuriſconſultorum dubitatione.
Tertius eſt in l. bello, 18. D. de excuſat. vbi verba hæc
omnia CVIVSCVMQVE SEXVS VEL ÆTATIS
SINT: alieno loco poſita eſſe arbitror: totámque le-
gem ita reſtituendam: Bello amiſſi ad tutelæ excuſatio-
nem proſunt. quæſitum eſt autem qui ſunt iſti: vtrum hi
qui in acie ſunt interempti, an verò omnes omnino qui
per cauſſam belli parentibus ſunt abrepti: cuiuſcunque
ſexus vel ætatis ſint: in obſidione forte. melius igitur

A probabitur, eos ſolos qui in acie amittuntur, prodeſſe
debere. hi enim pro republica ceciderunt. Nihil enim
abſurdius eſt, quàm exiſtimare, mulieres, virgines,
pueros etiam infantes in aciem inſtructam admiſſos
fuiſſe: vt omittam veterum conſuetudinem, qua vir
virum legere ſolebat. Mendi autem occaſionem præ-
buiſſe videtur is, qui deſcriptori decurtatum Vlpiani
locum exſcribendum tradiderat. Nam pro his verbis:
Hi enim pro republica ceciderunt: conſtat ex Inſtitu-
tionibus Vlpianum ita ſcripſiſſe: Hi enim qui pro re-
B pub. ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere
intelliguntur. Ceterum dubitandi cauſſa in hac lege
illa fuit vulgata ſententia, quod in bello amiſſum dici
ſolebat, quod per cauſſam belli amiſſum fuerat: vt i-
dem Vlpianus ſcribit in l. 1. §. 1. D. de incend. & nauf.
Sed in cauſſa excuſationum & vacationum, aut præ-
miorum propter numerum liberorum, illa interpreta-
tio admiſſa non eſt. de vacationib. teſtimonium eſt in l.
vlt. D. de vacat. muner. quoniam liberi in obſidione, aut
in itinere, aut in hybernis morbo amiſſi dici nō poſſunt
C pro republica cecidiſſe. De præmiis idē puto iuris fuiſ-
ſe in ſeptimo capite legis Iuliæ de marit. ord. Vt priori
ex Conſulibus faſces ſumēdi poteſtas eſſet, non qui plu-
res annos natus eſſet, ſed qui plures liberos quā collega
aut in ſua poteſtate haberet, aut bello amiſiſſet: apud
Agell. lib. 2. c. 15. Quartus eſt in l. ſicut, 8. §. ſi plures, D.
quib. mod. pig. vel hypoth. vbi non dubito verborum
ordinem conturbatum, atque ita reſtituendum eſſe: Si
plures dederint pignori pro indiuiſo, & cum vno cre-
ditor paciſcatur ne hypothecæ ſit, deinde ab eo petat:
D etiam ſi hic cum quo pactus eſt ſolidum fundum poſ-
ſideat, quia de parte pro indiuiſo conuenisſet, non re-
pellit eum à toto. Quod enim ſic omnibus in libris,
Florentinis, inquam, Accurſianis & Holandrinis ſcrip-
tū eſt, *Poſſideat pro indiuiſo: quia de parte conueniſſet*: ne
Accurſius quidem abſurde ſcriptum ignorauit. qui, ne-
que ſi pro indiuiſo poſſidebat, inquit, in ſolidum poſ-
ſidebat: neque ſi in ſolidum, pro indiuiſo. Senſus eſt: Si
plures fundum pro indiuiſo communem pignori de-
derint, ſinguli pro ſua tantùm portione dediſſe intelli-
E guntur. quia pro portione tantùm ſunt domini: cum
plures vnius eiuſdemque rei domini in ſolidum eſſe nō
poſſint. Quod ſi poſtea creditor cum vno ex iis pactus
ſit, ne res ſit pignori, remiſſum pignus intelligitur pro
ipſius portione dumtaxat. Quapropter ſi poſtea idem il-
le fundum totum poſſidere cœperit, pro parte quidem,
quæ ipſius ante fuerat, repellere creditorem poterit, à
toto verò non poterit, quamuis totum poſſideat. Quod
argumentum fuſius tractatum eſt in l. 3. §. vlt. D. qui
potior. & l. 7. §. vlt. ſup. *h. t.* Quintus eſt in l. reſcriptis, 9.
F D. de diuerſ. & temp. præſcrip. vbi vitioſiſſimè in Florē-
tinis quidem libris ſcriptum eſt, Reſcriptis cautū fuiſſe,
vt in rebus mobilibus locus ſit præſcriptioni diutinæ
poſſeſſionis: cùm in Accurſianis rectè ſcriptū eſſet RE-
BVS SOLI. quo modo locum illum reſtituendum eſ-
ſe, patet ex eo quod Imperator ſcribit Principalibus
conſtitutionibus longi temporis præſcriptionem indu-
ctam fuiſſe: §. quod autem, Inſt. de vſucap.

G *Ad Authent. ex cauſſa, Cod. de liber. præter. de querela inoſſicioſi, & de exheredatione.*

Cap. VIII.

HAnc epitomen ita confusè & perplexè tum
Accurſius, tum Doctores & Pragmatici
omnes tractarunt, vt me ſæpenumero tantæ
abſurditatis puduerit. Itaque ſententiam

eius hoc loco perſpicue ac dilucidè explanare inſtitui. Sciendum eſt enim, ius nouum per hanc epitomen induci, ſumptum ex Nouella CXV: quæ iuri antiquo magnopere derogat. Nam antiquo iure is qui exheredatus fuerat, querelam inofficioſi habebat, per quam ſi vincebat, omne teſtamentum euertebat: ac proinde legata nulla debebat. l. 8. §. ſi ex cauſſa l. Titia, 13. D. de inoff. teſtam. ſin autem vincebatur, quia ſcripti heredes manebant, legata omnia debebat. Is verò qui præteritus fuerat, ſi quidem à matre, auóve materno, pro exheredato habebatur. quia ſilentium illorum pro exheredatione eſt. l. 4. §. 2. D. de bon. poſſ. contr. tab. §. vlt. Inſt. de exhered. lib. ſin autem à patre, auóve paterno, in cuius erat poteſtate, teſtamentum ipſo iure nullum erat: ac proinde nec inſtitutio valebat, nec legata debebantur. l. 1. & paſſ. D. de iniuſt. rupt. teſt. l. inter cetera, 30. D. de lib. & poſt. Præterea iure antiquo exheredatio recte fiebat & cum elogio, & ſine elogio: hoc eſt nulla ſubiecta exheredationis cauſſa. l. 14. §. 2. D. de lib. & poſt. at hoc iure nouo, nempe Nouellæ CXV. nulla exheredatio fit recte ſine elogio, & cauſſa exheredandi adiecta, non qualibet, ſed vna aliqua ex iis quas Iuſtinianus ſolas idoneas & legitimas eſſe ſtatuit. ex quo efficitur, vt iure nouo nulla exheredatio fiat ſilentio, ne à matre quidem auóve materno. Ponamus iam exheredatum aliquem. ſi exheredatus eſt ſecundum ius nouum, paratum habet ſubſidium querelæ inofficioſi, per quam ſi vincat, euertet & inſtitutionem & omnes teſtamenti partes: ac proinde legata non debebit. ſin autem ſecundum ius antiquum, hoc eſt ſine adiecta cauſſa, aut ſilentio matris auíve materni, tunc valet quidem ipſo iure teſtamentum: ſed quia exheredatio non eſt facta ſecundum ius nouum, non erit locus querelæ. ſed exheredatus vindicabit hereditatem ex Nouella. Ita teſtamentum irritum fiet tantùm ex parte inſtitutionis & exheredationis, ſed ceteræ teſtamenti partes firmæ manebunt: vt ſcilicet legata & fideicõmiſſa præſtentur. quod ius mirificum ac plane ſingulare hac Nouella inductum eſt, vt euerſa inſtitutione nihilominus legata debeantur. eáque legatarij petãt non ab herede inſtituto, (vt regulariter fieri ſolet) ſed à filio præterito vel exheredato, & per Nouellæ beneficium ad hereditatem reſtituto.

Ad l. 2. & l. 3. D. de pact. videlicet de redditione pignoris vel chirographi.

CAP. IX.

QVæſtio eſt non inſubtilis: Cur redditio pignoris non æque habeat vim taciti pacti de non petenda ſorte, ſicut redditio chirographi habet vim de non petendo debito. Accurſius ſcribit Martino & Hugolino placuiſſe, cauſſam hanc eſſe diuerſitatis, quia chirographum eſt ius obligationis, quod ille falſum eſſe libere affirmat: & vere, meo iudicio, affirmat: non tantùm quia (vt ipſe ait) obligatio ſine chirographo per ſe conſiſtit. l. contrahitur, D. de pignorib. verùm etiam quoniam alioqui amiſſo chirographo amitti diceretur obligatio: contra l. cum inſtrumentis, 10. C. de fid. inſt. Nec minus falſum eſt, quod, ij qui Martini ſententiam ſequi malunt, ſcribunt chirographo contineri principalem obligationem. nam quid hoc eſt, Principalem? cùm in cauſſa chirographi vnica ſit obligatio. at Chirographum neque obligatio eſt, neque continet obligationem imo nihil aliud eſt, quàm teſtimonium contractæ obligationis. l. qui chirographum, 19. D. de legat. 3. l. cùm res, 12.

A C. de probat. Accurſius autem Iohannis ſententiam probat, quàm equidem lubenter probarem, niſi aliã probabiliorem in manibus haberem. quòd ſcilicet redditi chirographi nullus eſt vſus, nulla vtilitas: pignoris redditi multiplex eſſe vſus poteſt ſiue ad vtendum, ſiue ad vendendum, locandum, commodandum, alteri denique oppignerandum. ac verum quidem eſt, vtilitatem chirographi apud debitorem hanc eſſe, quòd perfectæ ſolutionis coniecturam inducit. l. pecuniæ, 14. C. de ſolut. ſed vſus ille aduerſus ſolum credi-
B torem valet. præter vſum illum, alterum vix ac ne vix quidem reperies. Dici etiam ſecundum Iohannis ſententiam hoc amplius poſſet, non mirum eſſe, ſi pignoris redditio non inducat remiſſionem principalis obligationis. quoniam quo quæque modo contracta obligatio eſt, contrario modo diſſoluitur. l. prout, 80. D. de ſolut. itaque ſicuti pignoris obligatio re & traditione contrahitur, ita re id eſt retraditione diſtrahitur. l. 1. §. creditor, D. de oblig. & act. Verùm quid hoc pertinet ad principalem obligationem? quæ cum alia re (pu-
C ta mutua pecunia) contracta ſit, etiam alia re, hoc eſt ſolutione, diſſoluenda eſt. Atque hæc quidem vera diſputatio eſt. ſed meo iudicio alia ſubtilior excogitari poteſt. vt ſcilicet dicamus, non eſſe diſparem effectum redditi chirographi, & redditi pignoris. imo plane conſimilem. nam ſicuti redditio chirographi iure Prætorio extinguit cauſſam chirographi, hoc eſt ipſam obligationem perſonalem: ita redditio pignoris cauſſam pignoris extinguit: hoc eſt ipſam obligationem realem. Principalem autem obligationem quæ & diuerſa eſt,
D & perſonalis, extinguere non poteſt. Ex quo non ineleganter diſputari poteſt, non eſſe in illis duabus legibus cauſſam diuerſitatis quærẽdam, cùm ſi effectum vtriuſque redditionis ſpectemus, diuerſitas nulla ſit.

Variæ variarum locorum emendationes.

CAP. X.

PRima eſt in l. ea quæ, 57. D. de donat. int. vir. & vx. vbi deeſſe aliquid apparet in fine li-
E terarum, quas Paulus in ea lege propoſuit. nam aut ita ſupplendum eſt, QVÆ MIHI *hac die donationis cauſſa dare voluiſti, darem reſtituerem, daturam reſtituturam me ſine vlla dilatione ſpondeo*: vel DATVRAM *reſtituturam me ſine vlla dilatione ſponderem ſpondeo.* niſi potius hoc modo: *Ita vti ſupra ſcriptum eſt ſpondeo.* Neque tamen exiſtimandum, ſtipulationem inter abſentes factam fuiſſe: ſed cùm prius inter præſentus coram interpoſita fuiſſet, poſtea relatam in literas perſcriptámq; fuiſſe. velut in l. his verbis, 8. D. de duob. reis. & l. ſi quis ſtipulatus, 128. §. Chryſogonus, D. de verb. oblig. Credo præterea Pomponium in l. 44. D. de acquir. rer. dom. pro MARINIS, quod vulgo legitur, ſcripſiſſe AERIIS. in illo loco: *Ex bonis quoque noſtris capta à beſtiis marinis aut terreſtribus deſinunt noſtra eſſe, cùm effugerunt beſtiæ noſtram perſecutionem.* Nam cùm de MARINIS beſtiis verbum Vlpian. nullum fecerit, ſed quæſtionem de lupo, qui paſtori porcos eripuerat, tum verò continuò hæc ſubiungit: *Quis denique manere noſtrum dicit, quod auis tranſuolans ex area aut*
G *ex agro noſtro tranſtulit.* Poſtremò abſurdum videtur, quęſtionem de pręda à marinis beſtiis ablata, proponere. Tertia eſt in l. ſed ſi, 17. §. 2. D. de iniur. vbi deeſſe has notas arbitror L. A. vel potius id quod ſignificabant: nimirum, LEGE AQVILIA. Et, ſi ſeruus deceſſerit (inquit Vlpian.) dominum eius agere poſſe lege Aquilia Labeo ait. quia de damno, quod per iniuriam factum eſt, aga-

eſt,agatur. Nam hoc caſu actionem illam domino cõpetere,Perſpicuum eſt ex l.item apud,15.§.ſi quis ſeruo, D.e.& l.qui ſeruum, 34.D.de obli. & act. Quarta eſt ſub eodem tit.in l.iniuriarum, 13.§. 4. vbi pro QVAMVIS reſtituendum eſt, QVIA NON. niſi quis Labeonem pugnantia loqui dixerit. Quinta eſt ſub eod. tit.in l.non ſolum,11.§.3 vbi pro *Si in hoc te* CONDVXERIM: reponẽdum eſſe non dubito,vel PERDVXERIM, vel certè INDVXERIM.

Ad l.ſi non ſortem,26.§.ſi cum centum,4. D. de condict. indeb.de ſolutione ſpeciei pro pecunia.

CAP. XI.

EXiſtimo duo hæc verba CVM PECVNIA tollenda eſſe, vt gloſſam interpretis importuni & imperiti: locúmque ita ſcribendum eſſe: *Licet enim placuit, rem pro pecunia ſolutam parere liberationem, tamẽ ſi ex falſa debiti quantitate maioris precij res ſoluta eſt,non fit confuſio partis rei.nemo enim inuitus compellitur ad communionem.* Marcelli enim hæc argumentatio eſt:Nemo inuitus ad communionem compellitur.l.vlt.C.commun.diuid. Si ſpecies maioris precij,quàm quanti eſt debita quantitas,volenti creditori ſoluta liberationem pareret, naſceretur inter ſoluentem & accipientem, etiam inuitos,communio pro indiuiſo. nam pars debitam quantitatem adæquans eius efficeretur, qui eam acciperet: altera exſuperans in ſoluentis dominio permaneret. atque ita confuſio partis rei fieret: quia vtraque pars communis vtriuſque pro indiuiſo efficeretur. Quare illa ſolutio admittenda non eſt: ſed tum demum ſpecies pro pecunia ſoluta liberationem pariet, cùm pro ſolido fiet accipientis.l.ſi quis aliam, 46. D.de ſolut.Et hac eadem de cauſſa Paulus ſcribit, quamuis impenſæ dotem minuant, tamen ſi fundus ſit,nulla ex parte dotalem eſſe deſinere.ſcilicet partis rei cõfuſio fiat,& pro parte indiuiſa efficiatur mariti,pro altera parte mulieris. l.ſi is qui,56.§.2.D.de iur.dot.Hoc igitur modo reſtitutam à nobis ſcripturam confirmamus. Vſitatam autem & receptam ſic refellimus. Receptus eſt inter Doctores hic error, quòd ſpeciei cum quantitate non fit compenſatio: vt notum eſt iis qui in eorum commentariis verſati ſunt. Itaque Accurſius & omnes ad vnum tum veteres, tum recentiores interpretes, verbum CONFVSIO interpretati ſunt pro COMPENSATIO. quaſi Marcellus dixiſſet, partis fundi compenſationem non fieri cum pecunia. quod plane abſurdum eſt.nam(vt docuimus ad Rubr. C. de compenſat.) ſpeciei quidem cum quantitate non fit compenſatio ipſo iure,ſed fit officio iudicis.l.ſumptus, 48.l.emptor.65. D. de rei vindic.l.6. C.de compenſat.l. fructus, 7. §. ob donationes, D.ſol. mat.l.in rebus,18.§.vlt. D.commod. l.1.§.3. D. de contrar.tut.act.

Ad l.5.§.1.D.de rei vind.vbi de metallorum mixtorum ſeparatione.

CAP. XII.

MAgna interdum menda ſub vna vel ſyllaba, vel litera latere, magnúmque momentum in puſillis mutationibus poſitum, nemini dubium eſſe arbitror. Eius rei aliquot ſub hoc capite argumenta proferemus: quorum vnum vetus eſt. Iampridem enim admonuimus in l. 2. D. ad leg. Aquill. reſtituendum eſſe VE, pro VEL: in illo loco, QVADRVPEDEM VEL PECVDEM. quem errorem etiam Accurſius ſenſerat. Video tamen eſſe nonnullos illius Obſeruationis noſtræ obtrectatores, quibus non parãdam eſſe reſponſionem, ſed carduos præbendos cenſeo. Quid enim certius eſt,quàm Aquilium non diſiunctim Quadrupedem, aut Pecudem in lege ſua poſuiſſe, ſed coniunctim Quadrupedem pecudem: ſiue(vt Imp.loquitur) Quadrupedem quæ pecudũ numero ſit? Nunc indicare aliud non minus turpe mendum in vna ſyllaba inſtitui ad l.5.§.1. D.de rei vindic.vbi ſic legitur: *Sed ſi deduci nõ poſſit,vtputa ſi æs & aurum mixtũ fuerit,pro parte eſſe vindicandum.* Qui locus quãtopere & veteres & recentiores interpretes conturbarit,licebit cuiuis ex Caroli Molinæi diatriba cognoſcere,quam ſub fine libri ſui de commerciis & vſuris coniecit. Pomponius enim & Vlpianus exiſtimaſſe videntur plumbum cum argento mixtum deduci ac ſeparari poſſe: æs cum auro mixtum non poſſe. In quo tantis Iuriſconſultis fieri grauem arbitror iniuriam: præſertim cùm Calliſtratus eorum artificum mentionem faciat,qui eius ſollertiæ periti erant l. Caius, 12.D.de adquir.rer.dom. Præterea quis non videt,locutionem illã ferri non poſſe: *Si æs & aurum mixtum fuerit?* nam vel MIXTA FVERINT, vel(vt paulo ſuperius)æs cũ auro mixtũ fuerit,quiuis Latinæ linguę peritus dixiſſet. Quare pro ET non dubito reponendũ eſſe VEL: vt de plurimum ære,vel de plurium auro ſimul confuſo Vlpianus loquatur: qui ſine controuerſia Pomponij ſententiam paulo ante in fine legis tertiæ probatã interpretatur. *Si quid,*inquit Põponius,*quod eiuſdẽ naturæ eſt, ita confuſum eſt atque cõmixtum, vt deduci & ſeparari non poſſit, non totũ,ſed pro parte eſſe vindicandum.* Quinetiã extat alio loco hæc eadem Pomponij ſententia, quæ rẽ omnem vno verbo conficit in l.quidquid,27.D.de adquir. rer.domin.vbi ſic loquitur: *Quicquid infecto argento alieni argenti addideris, non eſſe totum tuum argentum fatendum eſt.* nam INFECTO coniunctim, vt in vulgatis libris,non(vt in Florentinis) IN FACTO diſiunctim legendum eſſe, facile ex integræ legis diſputatione intelligitur. Quinetiam credo apud Caium in l.adeo, 7.§. voluntas,D.de adquir.rer.domin. voces has duas VEL AVRVM in illo loco deeſſe: *Siue eiuſdẽ generis ſint materiæ,veluti vina miſcuerunt, vel argentum conflauerunt.* Nam ita continuò ſubiicit: *Siue diuerſæ veluti ſi alius vinum,alius mel,vel alius aurum,alius argẽtum.* Sed & Imperator locum illum in Inſtitut.ita trãſcripſit: *Aut maſſas argenti vel auri conflauerint.* Vtcunque ſit patere ex ſuperioribus Pomponij & Vlpiani locis arbitror,mendum eſſe apud Caium in l.7.§.voluntas, itémque apud Iuſtinianum in §. ſi duorũ,D.de rer.diuiſ.& pro IDEM IVRIS EST: cum negatione legendum, NON IDEM: vt in poſterioribus Inſtitut. commentariis demõſtrauimus. Licebit etiam in hoc caput referre illam alteram minimi maximi mendi correctionem in Prætoris edicto, SI CVIVS QVID DE BONIS CVM IS METV, AVT SINE DOLO MALO REIPVBLICÆ CAVSSA ABESSET: l.1.D.ex quib cauſſ.maior. Vbi ſi quis neget legendum eſſe REI VE PVBLICÆ, facilè quàm attentè titulum illum integrum legerit,oſtendet.

An Trebelliana detractio prohiberi à teſtatore poſſit: ſimul emendatur l.1.§.inde Neratius,D.ad Trebell.

CAP. XIII.

DVbitandi cauſſa eſt, primùm quia Falcidia, cuius ad exemplum Pegaſiana inducta eſt, neque in totum, neque ex parte prohiberi poteſt.l. in bonis,15.D.ad leg.Falcid.l.nemo,

55. D. de legat. 1. Sed huic argumenro reſpondere aliquis poſſit, Pegaſi.nam non vſquequaque Falcidiæ parem eſſe. quia lex Falcidia vetandi modo concepta eſt: DVM NE MINVS quarta parte heres capiat. l. 1. D. ad leg. Falc. quod etiam Vlpian. confirmat Regul. tit. 24. adeo, vt quod plus legatum eſt, ipſo iure minuatur. l. in quantitate, 73. circa fi. & l. lineam, 26. D. ad leg. Falcid. At Pegaſianum permitendi modo conceptum eſt: *Cenſuit* (inquit Imperator) *vt ei qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, liceret quartam partem retinere, &c.* §. 4. de fideicom. hered. Secundum argumentum eſt, quod ſi teſtator heredi hoc lucrum adimeret, in periculum deſerēdi ſuum teſtamentum adduceret: cùm heredes ob nullum lucrum adire hereditatem nollent: quę fuit Pegaſianæ detractionis inducendæ ratio. d. §. 4. de fideic. hered. Sed huic argumento & periculo poſt Pegaſianum. S. C. locus relictus eſt nullus. cùm eius præcipuo capite (vt Imp. loquitur) inſtitutum fuerit, vt heres ſcriptus adire nolens per Prætorem adire fideicommiſſarij periculo cogeretur, & quartæ beneficium amittere. §. ſed quia, 6. verſ. ſed etiam, eo tit. Tertium argumentum eſt, ex l. 1. §. inde Neratius, D. ad Trebell. vbi heres qui rogatus totam hereditatem ſine vlla detractione reſtituere alij, rogato & ipſi alij reſtituere, dicitur tamen poſſe non modò liberalitate vti (ex quo certe intelligitur illam teſtatoris prohibitionem nullam ei neceſſitatem attuliſſe) verùm etiam primo fideicommiſſario permittere quartam (quam ipſe detrahere noluit) retinere. Ex quo perſpicuum eſt, heredem, etiam inuito & prohibente teſtatore, vel ſibi quartam detrahere; vel alteri eam detrahendam permittere Mouet me tamen textus apertiſſimus in l. pœnales, 32. §. vlt. D. ad legem Falcid. Vbi diſertè ſcribitur teſtator ita fidei heredis commiſiſſe, vt totum quidquid ex teſtamento cepiſſet, reſtitueret. Mouet me caput illud S.C. Pegaſiani, quod Imp. præcipuum appellat, vt ſi heres adire nolit, cogi tamen per Prætorem poſſit. Mouet me, quod idem Imp. nouo iure ſtatuens vt Falcidiam prohibere liceret, nullam de Trebelliana mentionem interpoſuit: quaſi communi iure illa prohibitio permiſſa eſſet. Nouell. 2. Mouet me præterea ſummum illud iuris axioma, Trebellianæ beneficio non vti niſi heredem, & heredis iure. l. mulier, 22. §. vlt. D. ad Trebell. fideicommiſſarium eo beneficio non vti. l. 47. §. vlt. D. ad leg. Falci. l. 1. §. denique, &. §. ſeq. & l. 59. §. vlt. D. ad Trebel. l. coheredi, 41. quod ſi heredem, D. de vulg. ſubſtit. ſed præſertim in l. ſi patroni, 55. §. 2. D. ad Trebell. vbi Papinianus apertiſſimè ſcribit, fideicommiſſarium, qui totam hereditatem ſibi ſine vlla deductione reſtitutam recepit, ſi ipſe quoque rogatus ſit alij reſtituere, totum reſtituere cogendum & eius rei rationem hanc affert, quia vbi ſemel adita eſt hereditas, teſtatori ſatisfactum eſt, cuius rata omnis voluntas per additionem conſtituitur: hoc eſt, cùm quartæ deductio non ob aliam cauſſam inſtituta ſit, niſi vt heres illo prę mio ad hereditatem adeundam inuitaretur, ſi ſemel illam adierit, ſiue gratis & liberaliter, ſiue coactus, teſtamēto ſatisfactum eſt: neque amplius illa detractio permittēda eſt: eo magis, quòd illa detractio odioſa eſt: quia contra teſtatoris volūtatem per S.C. inducta eſt. l. Titia, 86. D. ad Trebell. Quare veterem meam ſententiam retineo, vt vox HERES ex illius. §. fine tollatur, & Liberalitatis verbum, non ad heredis, qui ea vti non potuit, ſed ad teſtatoris perſonam referatur: hoc ſenſū: Priorem fideicommiſſarium qui iure communi quartæ detractionem non habet: l. 47. §. vlt. D. ad leg. Falcid. iure tamen ſingulari habiturum, ſi eam eſſe teſtatoris voluntatem appareat, vt ſuam illam liberalitatem, qua erga ipſum vſus eſt, cùm ei ſolidum & illibatum ſuū patrimoniū reſtitui iuſſit, propriè ad ipſum tātùm pertinere, non etiam ad ſecundum fideicommiſſarium produci vellet. Nam vbi teſtatoris voluntas apparet, vt fideicommiſſarius quartam detraheret, hoc caſu odioſa detractio eſſe non poteſt: cùm ea quæ teſtatoris voluntati conſentanea ſunt, fauorabilia eſſe debeant, neque vllam aut dubitationem aut interpretationem admittant. l. heredes, 57. §. cum ita. D. ad Trebell. l. cum virum, 16. C. de fideicom. Poſtremò ne hoc quidem prætermittendum eſt, multo commodius illum §. Inde Neratius, in Haloandrinis, quàm in Florentinis libris editum fuiſſe. nimirum hoc modo: ROGATO ET IPSI ALII RESTITVERE, RESTITVAT. Nā quod placere quibuſdam video, vt initio pro: RESTITVERE reponatur RESTITVERIT, plane abſurdum eſt: quia declarationem voluntatis teſtatoris de tota hereditate ſine vlla detractione reſtituenda non tantum obſcurat, verùm etiam extinguit atque obliterat. Quæ cùm ita ſint, tamen illud ſciendum eſt, huic quæſtioni locum in libris primi gradus non eſſe: quoniam in illis perſonis Trebelliana legitimæ locum obtinet. l. ſi vt allagas, 11. C. ad leg. Falcid. l. filium, 24. C. famil. erciſcun. l. iubemus, 6. C. ad Trebell.

Ad l. Pomponius, 13. §. quæſitum, D. de adquirend. poſſeſſ. Poſſeſſio ſucceſſoris an coniungatur: itémque de temporum continuatione in vſucapione.

CAP. XIIII.

EXiſtimo verba hæc perperam à librario deſcripta fuiſſe: *Sed ſubtilius eſt, quod in emtorem & in heredem id quoque probari:* atque alterum verbum in alterius locum migraſſe: ſcriptúmque fuiſſe ab Vlpiano hoc modo: *Sed ſubtilius eſt, quod in heredem & in emtorem quoque probari.* niſi potius *Herede & Emtore* in ſexto caſu probabilius ſit: vt Haloander edidit. ſed hoc parui refert. Vlpianus igitur hanc quæſtionem tractat: An ſucceſſoris poſſeſſio cum ſuperioris poſſeſſione coniungatur: vel An mala ſucceſſoris fides bonæ ſuperioris fidei ſuperueniens præſcriptionem abrumpat. Varium autem & incertum hoc ius fuiſſe ſuo tempore Scæuola teſtatur in l. 14. D. de diuerſ. tempor. idque etiam apparet ex. l. ſi ædes, 32. §. 1. D. de ſeruit. vrb. præd. & §. diutina, Inſti. de Vſucap. Nam Iulianus quidem, qui ſub Adriani imperio vixit, ita reſpondit, quaſi diſtinguendum fuiſſet vtrum vniuerſalis, an ſingularis ſucceſſor proponeretur. priore caſu quo iuris ſucceſſor proponitur, malam ſucceſſoris fidem non nocere opinor, quia heres defuncti perſonam ſuſtinet. mala autem defuncti poſſeſſoris fides bonæ ipſius fidei ſuperueniens præſcriptionem non interrumpit. l. bonæ fidei, 48. §. 1. D. de adq. rer. domin. vt omittam, quòd etiam non adeunte herede tamen hereditas cœptum tempus impleret. l. nunquam, 31. §. penul. & l. cœptū, 40. D. de vſurpat. poſteriore autem caſu (veluti ſi venditor, & emtor proponeretur) aliud fuiſſe iuris: Iulianus oſtēdit: tempora inter venditorem & emtorem non continuari. nam cum diuerſæ perſonæ eſſent, cùm, inquam, emtor non iuris, ſed rei ſucceſſor ſit, atque idcirco perſonam venditoris non ſuſtineat, diuerſis quoque præſcriptionibus integris opus eſſe indicabant. Et hoc eſt, quod Vlpia. his verbis ſignificat: plenius & vberius eſſe ius ſucceſſionis vniuerſalis, quàm emtionis, quæ rei ſingularis ſucceſſio eſt: atque idcirco ſi poſt cœptam à venditore vſucapionem alienatus

natus ſit fundus, eam interpellari: & de nouo inchoandam eſſe. At Diui Seuerus & Antoninus Caracalla diſtinctionem illam ſuſtulerunt:& ſubtilitatem (vt Vlpianus hoc loco tradit) ſecuti ſtatuerunt, quod in herede idem in emtore quoque probandum eſſe.d.§.diutina.vbi verba hæc, *Inter venditorem quoque & emtorem coniungi tempora D. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt*:abſurdum eſſet ad alium caſum referre, quam ad illum ipſum quem Imp. eo loco tractabat:nimirum cum mala ſucceſſoris fides bonæ ſuperioris poſſeſſoris fidei ſuperuenit:& hanc appendiculam ſic interpretari, Si vterque bonæ fidei poſſeſſor fuerit: quia neque quæſtio (vt dixi) ab Imp. propoſita ferre hanc interpretationem poteſt: neque ſententia ipſius proxima, vbi ſe conſtituiſſe ſcribit, tempora inter anteceſſorem bonæ fidei, & ſucceſſorem malæ fidei etiam ad vſucapionem abſoluendam continuari.l.1.§.quod & in rebus,C.de vſucap.transform. vt omittam, quod ius iſtud de continuãda præſcriptione, cum vterque bonæ fidei poſſeſſor eſt, paſſim vt receptum traditur in Pandectis. velut in l. id tempus, 14. D. de vſurpat. l.2. §.vlt. D.pro empt. l. de acceſſionibus,14. D.de diuerſ.& tempor. præſcript. vt illorum Imperatorum reſcripto ad hoc ius conſtituendum opus non fuerit. Rectè igitur Vlpianus, qui & Iuliani & Seueri atque Antonini ætate poſterior fuit, poſt eorum ius receptum ſub Alexandro reſpõdit, ſubtilius dici, quod in herede probatum eſt, idem etiam in emtore probari: ſecundum illud Seueri & Antonini reſcriptũ. Subtilius autẽ ideirco, quia in vſucapionibus initiũ magis, quàm acceſſio ſpectatur. Quod ſi vſitatam ſcripturam retineremus, abſurdiſſime Vlpianus & contra omnem iuris rationem ſcripſiſſet, mala heredis fide præſcriptionem à defuncto bona fide inchoatam abrumpi. quemadmodum paulo ante demonſtratum eſt. Ac pari modo videmus Vlpianum contra Iuliani ſentẽtiam ſcripſiſſe, propter D. Seueri reſcriptum Iuliano contrarium in l.ſi Titio,61.§.1.D.de legat.2.

Quod dicitur, pacta incontinenti appoſita ineſſe contractui, vtrum æque in ſtrictis, vt in bonæ fidei iudiciis locum habeat.

Cap. XV.

SÆpenumero admonui multas inter Paulum & Vlpianum æquales, & eiuſdem laudis æmulos, diſſenſiones interceſſiſſe. cuius rei placet inſigne hoc loco teſtimonium proferre. Nam Vlpianus in l.7.§.1. D.de pact. ita ſcribit: *Pacta in bonæ fidei iudiciis informant ipſam actionem. Solemus enim dicere, Pacta conuenta ineſſe bonæ fidei iudiciis.* Quod ſi Vlpianus exiſtimauit, pacta æque in ſtrictis, vt in bonæ fidei iudiciis ineſſe, quid õpus fuit, cum tam accuratè ſpeciem illam bonæ fidei iudiciorum identidem exprimere? Imò cui non illa repetita ſpeciali adiectione non videtur ſignificaſſe, ſi hoc iuris fuit in bonæ fidei iudiciis, non idem ius in ſtrictis fuiſſe quandoquidem cõtrariorum (vt dici ſolet) contraria ſunt conſequentia. At ex cõtrario videmus Paulum in l.lecta.40.D.de reb.cred. diſertè affirmare, pacta incontinẽti facta ſtipulationi ineſſe. Tantum ne? Imò verò in l.4.D.de pact. videmus illum hoc amplius adieciſſe, pactũ non modo expreſſum, verùm etiam tacitum ineſſe ſtipulationi. vbi verbũ hoc ſic interpretatur, *Perinde atque ſi hoc expreſſum in ſtipulatione fuiſſet.* Quib⁹ ex verbis intelligitur, quid ſit, *Ineſſe contractui ex parte actoris.* quãquam exemplo res erit illuſtrior. Nam ſi quis dotis cauſſa centum ſtipulat⁹ poſtea repudiũ mittat, Paulus ait ſtipulationem euaneſce-

A re. Quid eſt, ſtipulationem euaneſcere? nẽpe adeo vim illius omnem extingui, vt ſi ſtipulator actionem à Prętore poſtulet. Prætor eum ſummoueri iubeat, neque actionẽ ex directo & ſummo iure cõcedat; cuius emendandi cauſa exceptionem ſubiiciat, velut in.§.1.& paſſ. Inſti.de excep. Ac pari modo idẽ Iuriſconſultus in l.ſed etſi,21.D.ſolut.matrim. dixit, actionem dotis per ſumptus neceſſarios à marito factos qui ſortem adęquant, euaneſcere. quia Prętor cognitis ſumptibus in res neceſſarias factis mulierem de dote agentem ſummouebit.
B Quemadmodũ igitur Prętor ſi apud ſe proferretur cautio, ita ſub expreſſa cõditione cõcepta, *Titius ſtipulãti Mæuio centũ dotis cauſſa promiſit, ſi nuptiæ ſequãtur*: nuptiis nõ ſecutis petentem Mæuium ex ſtipulatu actionẽ ſumoueret; eodem modò quamuis expreſſa illa conditio non fuerit, eundem ſummouebit. quippe, cum pactũ illud tacitè ac vi ipſa ſtipulationi ineſſe intelligatur. Quod eodem modo de ſpecie inſequẽti dicendum eſt, vbi conuenerat, vt quãdiu ſoluerentur vſuræ ſors non peteretur: quamuis purè ſtipulatio concepta eſſet. Nã ſi
C debitore vſuras ſtatis temporibus ſoluente nihilominus debitor ſortem ex ſtipulatu petere inſtitueret, actio ei denegaretur l.qui in futurũ, 57.D.de pact. Pactum igitur non modò bonę fidei iudicio, verùm etiam ſtipulationi ſubiunctum ex parte actoris ineſſe ſtipulationi dicitur, duobus modis: ſed valde inter ſe contrariis ac repugnantibus. nam vno modo ineſt ad actionem reformandã, altero ad eam impediendam. Reformatur autẽ actio, cùm vel minuitur vel augetur: Minuitur, velut in ſpecie.d.l.lecta.& l.tutor,41.§.1.D.de vſur. ſi is qui mille
D aureos Kal. proximis ſtipulanti ſpõponderat, continuo paciſcatur, vt ſibi liceat per decem puta penſiones ſoluere. Nã Kal. proximis ſtipulator petere tantum de nos aureos: poterit ne in pluribus petẽdi periculum incidat. Et huc pertinet locus inſignis in §.huic autem.31. Inſtit. de action. quod actio ex ſtipulatu totidem verbis concipienda eſt, quot & quibus ſtipulatio concepta eſt. *Vt eodem modo petat* (ait Imperator) *quo ſtipulatus eſt.* Augetur autem actio, veluti ſi poſt contractam emtionem continuo conuenerit, vt emtor precij tardius ſoluti v-
E ſuras pręſtet. Nam eas venditor ex vendito actione petere poterit, perinde ac ſi in ipſo gerendo negocio expreſſe cautum id fuiſſet. Quod idem de pecunia depoſita traditur in l. Lucius,24.& l. Publia,26. D.depoſ. Impeditur autem actio, velut in illis duab⁹ ſpeciebus, quas ex l.4. De de pact. ſuperius commemorauimus.

Variorum locorum emendationes. & maximè de Iuriſdictione & imperio.

F
Cap. XVI.

PRimus eſt in l.3.D.de iuriſd. vbi Mixtum imperiũ eſſe dicitur, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione cõſiſtit. Scripſiſſe Vlpianũ arbitror, QVOD ETIAM IVRISDICTIONI INEST. pro, quod etiam iuriſdictioni adiunctum eſt. non enim iuriſdictio imperio ineſt: vt ex Quęſtoribus rerum capitalium intelligitur: qui imperium quidem habebant, iuriſdictionem autem ciuilem non habebant: imò imperium ineſt iuriſdictioni.
G l.1.in fi.& l.vlt. D.de off.eius. vbi Mixtum imperium dicitur, quod iuriſdictioni cohęret, ſine quo illa exerceri non poteſt. Merum quidem magiſtratui ineſt. l.1.D.eod. qua de cauſſa mandari non poteſt. l.6.& l.11. D. de off. Proconſ. at Mixtum imperium iuriſdictioni ineſt, eiúſque acceſſio eſt: & cui iuriſdictio mãdatur, eidẽ neceſſariò mandatum imperium intelligitur. d.l.1.§.1.& l.vlt.

D.de off.eius.Quod verò ſequitur, Iuriſdictionem eſſe
etiam iudicis dandi licentiam:video eſſe qui putent ita
emendandum eſſe,Iuris dicendi licentiam : quod pace
doctiſſimi viri dixerim,valde abſurdum eſt. quid enim
aliud Iuriſdictio eſt , quàm poteſtas iuris dicendi de eo
cuius quis notionẽ ſuſcepit? l.notionem,99.D.de verb.
ſignif.l.1.§.1.D. de off. præf. vrb.l.3.§.1. D. de lib.exhib.
Secundus eſt in l.ſicut,8.§.ſed ſi quæritur,in fin.D.ſi ſer-
uit.vindic.vbi pro IN DOMINO ÆDIVM reponendũ
eſt DOMINIO.tum ex vulgatis, tum ex Haloandrinis
libris.quia vt ſi ageretur de dominio ædium , reſtitue-
retur quod dolo malo actum eſſet, ita in cauſſa ſeruitu-
tis.quinetiã res officio iudicis reſtituitur cum ſua cauſ-
ſa.l.qui reſtituere.68.D.de rei vindic.§.ſi ad exhib.Inſt.
de offic.iudic.Tertius eſt in l.aqua,9. D. quemadmod.
ſeru.amit.vbi mendoſe in vulgatis & Accurſianis libris
ſcriptum eſt SI IN PARTEM AGRI: pro PARTEM A-
QVAGII:vt in Florentinis & Haloãdrinis libris legitur.
non enim aquagiũ aut aquæductũ quiſquam habet in
ſuo , ſed in alieno. ſignificat autem Iauolenus eum qui
ſeruitutem habet,quamuis ea non plene vtatur, ſed mi-
nore modo,tamen eã non amittere,ſed retinere.quem-
admodum enim de parte itineris Paulus ſcripſerat in
§.vltim.l.prox.ita de loco aquagij Iabolenus ſtatuit,ſi a-
qua non vſque ad loca inferiora aquagij,ſed ad partem
fluxerit. Quartus eſt in l.2.D.de his qui not. infam. vbi
ſic legendum eſſe contendo. Et ſi princeps dimiſerit,
NEC adiecerit ignominiæ cauſſa ſe mittere, vt plerun-
que facit , non dubitabis & ex edicto Prætoris eum in-
famia eſſe notatum.cum in libris omnibus vitioſe lega-
tur ET ADIECERIT.nam ſi adiecit,quænam dubitan-
di cauſſa ſubeſſe poterit?& ſi vero ſine ignominię mẽ-
tione dimiſſus eſt,nihilominus ignominia miſſus intel-
ligitur: ait Macer in l.miles.13. §.miſſionum , D.de re
milit. Quintus eſt in l.furti, 6.§.1.D. eodem titul.
vbi pro NEC ERGO quod in Florentinis & Haloandri-
nis vitioſe ſcriptum eſt , reponendum ex Accurſianis
arbitror NEC EGO.

*Ad l.1.§.cum prædium, D.de pignorib.vſucapio,adquiſi-
tio non perimunt ius pignoris.Dominij & pi-
gnoris cauſſæ ſeparatæ.*

CAP. XVII.

DVplex obſcuritatis cauſſa eſt in hoc §. prior,
propter preſſam & conciſam Papiniani di-
ſputationem , altera propter vocem ETE-
NIM , pro qua non dubito quin Papinianus
ſcripſerit SEDENIM. qua voce vſus eſt aliis in quibuſ-
dam locis. nam ETENIM ad rationem reddendam v-
ſurpatur:quod dici hoc loco non poteſt : indéque pars
obſcuritatis(vt dixi)nata eſt.Summa autem quæſtionis
hæc eſt : An creditor , cui fructus vna cum fundo pi-
gnerati ſunt, illos à bonæ fidei emtore conſumptos v-
tili Seruiana repetere ab eodem emtore poſſit. Titius à
Mæuio mille aureos mutuatus prædium ei ſuum pig-
nori dedit. ſimul nominatim pactus eſt , vt fructus quo-
que pignori eidem eſſent. Idem Titius fructus illi' fun-
di Cornelio bona fide illos ementi vendidit ac tradidit.
Hos Cornelius conſumpſit. Quærebatur , an Mæuius
eos vtili Seruiana repetere à Cornelio poſſet. D. C. vt
poſſe videatur,ſumitur ex argumento à ſimili,quod eſt
in vſucapione fundi. quemadmodum enim vſucapio
quæ dominij adquiſitio eſt,non perimit ius pignoris , l.
7.C.*h.t.*l.44. §. non mutat , D.de vſurp.l.44. §.1. D.de
dam.inf. ita conſumptio fructuum à b.f. poſſeſſore fa-
cta , quæ ipſa etiã acquiſitio eſt, perimere ius pignoris
non videtur.Fructus porro à b.f. poſſeſſore cõſumptos

A eidem adquiri ſatis conſtat.l.4 §.2. D.fin.reg.l.qui ſiue,
25.§.7.D.de vſurp.Cur autem rei adquiſitio pignus non
perimat,ratio in promptu eſt,quoniam vna quæque res
cum onere ſuo ad adquiſitorem tranſit.l.67.D.de cont.
emt. C. T. R. quia fructus de quibus agitur nunquam
(inquit Papin.) in bonis Titij debitoris fuerunt. Quæ
verba perſpicue oſtendũt, contractam in hac ſpecie ἀν-
τίχρησιν fuiſſe:hoc eſt, conuentionem,vt creditor tan-
diu fructus rei traditæ ſuos faceret, dum ei ſatisfieret.l.
11. §. 1. D. *h. t.* nam alioqui certum eſt rem pignera-
B tam in debitoris dominio permanere. l. reſcriptum
12. inf. titul.proxim. l.35. §.1.D. de pignor. act.ſed rei
oppigneratæ fructus tacite ipſi quoque pignerati intel-
liguntur.qua de re diximus ad l.ſi dominium , 9. C.*h.t.*
Sententia igitur hæc eſt: Cum fructus illi nunquam Ti-
tij debitoris fuerint , ſed primùm Mæuij creditoris ex
cauſſa ἀντιχρήσεως,deinde Cornelij emtoris ex cauſſa
conſumptionis , Mæuius eos quaſi ſibi obligatos vtili
Seruiana petere non poterit:quoniã hæc actio ei demũ
conceditur,qui probauit rem ſibi obligatam,tum cum
C ſibi obligata eſt,in debitoris bonis fuiſſe.l.ante omnia,
20.D.de probat.Ex quo ſuperioris obiectionis ſolutio
intelligitur. quod enim ſimile eſſe videbatur , Papinia-
nus diſſimile eſſe oſtendit hoc modo:Fundum tibi meũ
obligaui.Eundem Sempronio Caius vẽdidit.Sempro-
nius vſu cepit. Iam ante dictum eſt tibi ius pignori ſal-
uum manere.l.7.C.*h.t.*quoniam(inquit Papin.)quęſtio
pignoris ab intẽtione dominij ſeparata eſt:ſiue(vt idem
alibi loquitur.)pignus nulla ſocietate dominio coniun-
gitur.l.44.§.non mutat,D.de vſurp.hoc eſt,non ſi quis
D rei dominium vſucepit,vtique ius pignoris in eam cõ-
ſtitutum vſucepit. alterius enim fuit rei dominium, al-
terius ius pignoris:cauſſæ dominij & pignoris ſeparatæ
ſunt.Dominium mei fundi manſit penes me , vſquedũ
à Sempronio plene vſucaptus eſt.quod de fructibus in
hac ſpecie pigneratis dici non poteſt. quia nunquam in
debitoris bonis fuerunt. Et hanc eandem diſtinctionẽ
Paulus ſequitur in l.Paulus,29.§. 1.inf.*h.t.*in illis verbis:
Si dominium eorum ad eum peruenit , qui obligauit.
Conſtat etiam alteram eſſe permagnam differentiam
E inter cauſſam pignoris & dominij.quòd vna eadémque
res plurium in dominio eſſe in ſolidum non poteſt : at
pluribus obligata eſſe poteſt.l.pen.D.de except.rei iud.
Quæ cùm ita ſint,facile perſpicuum eſſe arbitror, quod
ſuperius diximus, vocem ETENIM ferri in hoc §. non
poſſe. quia Papinianus non reddit prioris dicti ratio-
nem : vt omnes exiſtimarunt : quibus error propterea
obiectus eſt : ſed vocem SEDENIM ſic intuliſſe, quaſi
ad Conſultoris diſputationem,qui ſimilem eſſe vſuca-
pionis cauſſam putabat,in hanc ſententiam reſpondiſ-
F ſet: Verùm quidem eſt , vel Non ſum neſcius pignoris
cauſſam vſucapione non perimi : ſicuti fructuum con-
ſumptione perimitur.ſed diſſimilis ratio eſt.nam vſuca-
pitur res quæ in dominio alterius vſque ad finem legi-
timi temporis fuit. at fructus iſti pignerati nunquam in
eius dominio fuerunt , qui eos obligarat.Separatim e-
tiam adnotandum eſt,Papinianum non ſine cauſſa po-
ſuiſſe fructus eſſe conſumptos. quia ſi extarent , & res
non ſufficeret , vindicari poſſent.l.ſi fundus,16.§.inter-
dum,inf.*h.t.*

G *An partus ancillæ furtiuæ ſit pars ipſius. Iuriſconſultis in-
terpretari,non ſupplere licet, eorúmque mos in
allegandis aliorum ſententiis.*

CAP. XVIII.

TVrbulentia Iuriſconſultorum diſſentio fuit
in hac quæſtione.nec mirum, cùm Vlpianus
ingenuè fateatur magnæ quæſtionis fuiſſe,

An

An partus ancillæ ſit pars ipſius.l.7.§.1. D.de except.rei iudic.quanto igitur illa maior quæſtio eſt, An partus ancillæ furtiuæ apud furem conceptus, apud bonæ fidei poſſeſſorem editus poſſit vſucapi? Ac verum quidem eſt, furis heredem eodem quo furem ipſum loco & numero haberi: quandoquidem heres vitiorum defuncti ſucceſſor eſt. l. ſi ego, 11. §. partus D. de Publician.l.qui vas, 48.§.ancilla, D.de furt.l.ancillæ, C.eod. Sed quæſtio eſt de bonæ fidei poſſeſſore, qualis eſt emtor ignarus furti, aut donatarius. Furtiuum ergo partum illum eſſe, ac proinde vſucapi non poſſe, Iulianus aperte affirmat in l.penul.D.de ſtat.hom.cuius ſententiam Pomponius & Vlpian.adeo ſecuti ſunt, vt etiam ſi non natus, ſed exacto mortuæ matris ventre extractus ſit, idem iuris eſſe ſtatuant. d. l. ſi ego. §.partus.in eadémque ſententia Marcellum fuiſſe, Vlpianus teſtatur in l.ſi aliena, 10. §. 2.D.de vſurpat. de ſe ipſo autem in d.l.qui vas, D.de furt. Cuius opinionis cauſſam hanc illis fuiſſe arbitror, quòd partum ancillæ partem eſſe exiſtimarent, atque idcirco eadem macula & vitio affectum eſſe quo mater ipſius fuerat. Eiúſque rei complura argumenta exſtant. velut in l. equis, 8. l. partum, 10. l. reſpondit, 14. l. 7. §. 1.D.de except.rei iudic.vbi Paul. & Vlp.tradunt, eum qui prægnantem ancillam petit, etiam partum ipſius petere videri: quoniam ex ea re eſt, quæ petitur, inquit Vlp.id eſt, pars ipſius. item in l.vlt. D. de adqu. rer. dom. vbi partus in eius dominio eſſe dicitur, cuius in dominio ancilla eſt ipſius partus tempore.item in l.ancillarum, 27. D.de petit. hered.vbi partus ancillæ hereditariæ etiam hereditarius eſſe dicitur.item in l.1. C.de part. pig. vbi partus ancillæ pignoratæ apud creditorem editus eodem pignore teneri dicitur. quod idem traditur in l. ſi conuenit, 18. §.2. D. de pign.act.l.1, D.de Saluian.interd.l.Paulus, 29.§.1.D. de pignorib. Item in l.cum pater, 77. §. pater, 17.D. de legat. 2. vbi cui filiæ mancipia in dotem data, cuíve vxori donata legantur, eidem partus ex illis editi deberi dicuntur.Item in l.1. C.ſolut.matr. & l. cum poſt.69. §.vlt.D.de iur.dot.l.ſi marito, 31.§.vlt.D.ſolut.mat.vbi ancillæ dotalis partus etiam dotalis eſſe dicitur niſi fortè æſtimata ancilla doti data ſit.l.Licinnius, 48.D.de legat.2.l.ſi mancipia, 18. D.de iur. dot.l.pé.§.3.D.ſolut. mat.item in l.vltim. §. Proculus, D.quæ in fraud. cred. vbi ancilla prægnans in fraudem creditorum alienata etiam partus eius reſtituendus eſſe dicitur, quaſi ſcilicet pars ipſius.item in l.penultim.C.de act.emt.vbi ancillæ partus vna cum ancilla vendi intelligitur. quinetiam Papin. & Tryphon.ſtatuunt eum, cui quod ex ancilla naſcetur legatum eſt, ſi ancillam emerit, etiam partum emiſſe intelligi, atque idcirco eius precium ei ab herede deberi.l.ſi quod.73. D.de legat.2. l.in bello, 12.§.vlt. D.de captiu.item in l.ancilla, 60.D.de furt.vbi African. ait, ancillam fugitiuam non ſui tantum corporis furtum facere, ſed etiam ſui partus qui poſt fugam editus eſt. Atque hæc quidem ſecundum Iuliani, Pomponij, Marcelli & Vlpiani ſententiam dicta ſint: quorum hæc communis opinio eſt, partum ancillæ furtiuæ apud furem conceptum, apud bonæ fidei poſſeſſorem editum furtiuum eſſe neque vſucapi licere. Ecce autem altera ex parte Ceruidius Scæuola, qui diſertè ac dilucidè contrà diſputat in d. l. ſi aliena, §.2. D.de vſurpat. vbi hanc ſuæ ſententiæ cauſſam affert, quia partus ancillæ furtiuæ ipſius pars non eſt. quod etiam inculcatur in l. partum, 26. D. de verb. ſignif. quaſi ſic diſputaret, cùm res diuerſæ ſint, ancilla & ipſius partus, non æquum eſſe, vt par eadémque vtriuſque conditio ſit. cuius rei argumenta hæc eſſe poſſunt: primum ex

A l. 4. D. de vſur. vbi ancillam ſibi dari ſtipulatus, non etiam partum ſibi dari ſtipulatus intelligitur: quoniam aliud eſt ancilla, aliud partus deinde in l. inter ſtipulantem, 83.§.illud. D.de verb.oblig.vbi qui prægnantem ancillam ſiſtere promiſit, eam ſine partu ſiſtens in eadem cauſſa illam ſiſtere dicitur. item in l. ſi prægnans, 42. D. de euict. vbi euicto partu ancillæ prægnantis venditæ venditor negatur poſſe de euictione conueniri. Proferri etiam aliud videtur poſſe argumentum, hoc modo. Quod lex XII. tab. & lex Atinia de re
B furtiua ſtatuit, vt non poſſit vſucapi, præciſè & reſtrictè accipiendum eſt, neque ad ipſius partũ producendũ: ex qua cauſſa, inquit Iulianus, ancillam vſucapere liceret, niſi lex XII.tab.vel Atinia obſtaret, ex ea cauſſa, neceſſe eſt partum vſucapi. l.non ſolum, 33. D.de vſurpat. Iuriſconſultis enim obſcura & ambigua legum verba interpretari permiſſum eſt, caſus autem à lege omiſſos ſupplere, & ſcriptum ad non ſcriptum interpretatione producere, nunquam licuit. l. commodiſſimè, 10.l.Gallus, 29.§.quod ſi filium, D.de lib. & poſtum.l.ſi
C verò, 64 §.pen. D.ſolut.matr. Hæc igitur cùm ita ſint ſupereſt vt conſideremus vtra ſententia probabilior, atque ad veritatem propenſior eſſe videatur. Sed mihi Iuliani diſputatio verior videtur ea de cauſſa, quam ſuperius expoſui: nimirum quia cum fœtus confeſſione omnium pars ſit corporis & viſcerum matris: l.1.§.1.D. de inſpic. vent. atque idcirco eodem vitio affectus eſſe intelligatur non dubitandum videtur, quin vitium à fœtu conceptum ei etiam in lucem edito adhæreſcat. tota enim huius rei æquitas in eo poſita eſt, vt ſi
D fœtus, dum in vtero eſt, vitium conceperit, id quod natum eſt, inſitum & ingeneratum illud vitium retineat.

Quod vero Ceruidius diſputabat, partum mulieris partem non eſſe, cùm aliis argumentis refellitur, quæ ſupra cõmemorauimus, tum etiam ex l. ancillæ, 12. C. furt.vbi partus ancillæ furtiuę apud furẽ editus, quãuis iam aliud corpus eſſe videatur, tamen furtiuus eſſe dicitur, & materna labe affectus: atque ob id vſucapi non poſſe. item ex l.4.C.de vſucap.vbi partus ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei emtorem conceptus & edi-
E tus, quamuis mater propter maculam furti vſucapi non poſſit, tamen quia fœtus apud bonæ fidei emtorem conceptus maculam illam non concepit vſucapi poſſe dicitur. Supereſt vt videamus, cùm Vlpianus huius legis auctor in inſcriptione proferatur, an Scæuolæ ſententiam probans ſuam illam quam diximus repudiet. quod non arbitror: quamuis locus à Triboniano mutilus nobis ſit traditus. Sed non eſt nouum, vt Iuriſconſulti aliorum interdum ſententias ſimpliciter commemorent, quas tamen neque probent, neque
F improbent.velut.in l.1.§.per contrarium, D.de dot. re. leg.vbi Vlpianus Iuliani ſententiam refert, exiſtimantis libertum orcinum cui legatum peculium eſt, de peculio actione conueniri poſſe: cum tamen in l.1. §. item heres, D.quand.de pecul.ſcribat, ambiguũ & cõtrouerſum illud fuiſſe: ſibi autem verius videri non dandã aduerſus eum de peculio actionem: ſed ex Cæcilij ſententia tantum aduerſus heredem. Pari modo cùm idem Vlpian.ſcripſiſſet in l.ſi filius, 14. D.de reb.cred. Marcellum exiſtimaſſe nõ licere patri condicere pecuniam
G filio donatam, & ab eodem filio numeratam creditori à quo conſumpta ſit: tamen in l.ſed ſi, 9.§ 1. D.de Senatuſconſ. Macedon. refert Iulianum in contraria ſententia fuiſſe. Ex quibus de Triboniani & ipſius ſociorum diligentia in Pandectis iuris conſarcinandis, facile eſt exiſtimare.

Incogitantia Triboniani multis locis indicata: præſertim in tradendo iure abrogato.

CAP. XIX.

FAlſo gloriatus eſt Tribonianus ſe nihil redundans aut ſuperfluum nobis in Pandectarum libris reliquiſſe. Nam quæcunque variis locis de retentione vel coercitione ob mores dicuntur, abrogata ſunt à Iuſtiniano in vlt. §. vlt. C. de repud. Sed locos aliquot indicabimus. Paulus in l. 5. D. de pact. dot. ait non valere pactum ne de moribus a- B gatur: quippe, cum pactum aduerſus leges factum nullius momēti ſit. Actio autem de moribus lege Iulia de adulteriis inſtituta fuerat. arg. l. nullum, 9. cum inſcript. D. de diuort. l. miles, cum inſcript. & l. ſi vxor. 13. §. 3. l. pen. D. de adulter. Idem ſubiungit, non valere pactum vt plus vel minus exigatur: nempe, quàm illa lege conſtitutum fuerat. quoniam contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis: vt ait l. ſtipulatio, 19. D. de verb. oblig. Sequitur l. rei iudicatæ, 15 §. 1. Sol. mat. vnde verſus ille delendus fuit: Morum verò coercitionem C non habet. nam etſi iure antiquo actio de moribus heredi mariti non concedebatur, vt ait l. 1. C. TH. de dotib. tamen hodie non magis ipſe marito, quam eius heredi conceditur. Huc accedat l. vno, 39. D. eod. quæ tota omitti à Triboniano propter eandem cauſſam debuit. Vbi autem dicitur paria delicta mutua compenſatione diſſolui, nihil contra Imp. Antonini reſcriptum dicitur: quod Auguſtinus lib. 2. de adulter. coniug. ad Pollentium ita retulit commodius, quam vt ſcriptum eſt in l. ſi vxor, 13. §. iudex, D. de adulter. *Quæ res poteſt D & virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis rem inter vtrumque componere.* Nihil, inquam, hæc inter ſe differunt. Nam particula ET pro ETIAM poſita eſt. & particula NON, pro *Non tantùm:* vſitato apud ſcriptores more velut in l. vlt. §. vlt. D. de ædil. edicto. vbi *Non ſpatio ſeruiendi* Venuleius dixit, pro Non tantùm: l. præcipiunt, 37. D. eod. Eodem pertinet l. æſtimatis, 50. eod. tit. cui cōiungenda eſt l. vlt. D. de pact. dotal. nam in hac lege non tantum illa duo Labeonis verba prætermitti oportuit *Volente vxore*, verùm etiam duos E verſus integros quibus Iauoleni nota comprehenditur in illa verò totum illud interpungendum fuit: *Si neque volente, neque ratum habente muliere veniſſent.* Species hæc erat. Ius fuit olim vt marito liceret fundum dotalem voluntate vxoris alienare. l. 1. §. cum & lex, C. de rei vx. act. fuit & ius alterum vt res æſtimatas alienare ſine vxoris voluntate poſſet: quippe, quæ quaſi venditæ ſibi fuiſſent, ac proinde in ipſius dominio & eiuſdem periculo eſſent vt ait Imp. §. & cum lex, C. de rei vx. act. l. plerumque, 10. C. de iur. dot. Verùm in hac ſpecie pa- F ctum in contrahenda dote interceſſerat, vt ſi quę res æſtimatæ ſoluto matrimonio extarent, eæ ipſæ tantidem æſtimatæ redderentur. Maritus ergo ſine vxoris voluntate res quaſdam alienarat. Soluto matrimonio mulier eaſdem vindicabat. Vtraque in lege reſpondetur, eam recte agere, & venditionem ſine ſua voluntate factam poſſe irritam habere. l. cum pater, 77. §. qui dotale, D. de legat. 2. non propter naturam contractus dotis: ſecundum quam alienare res æſtimatas inuita muliere permittitur. Sed propter pactum in contrahendo in- G terpoſitum, quod illi contractui formam ac legem dedit, & cuius ea vis fuit, vt propter reſtituendi obligationem faceret æſtimationem nō eſſe propriè emtionem. l. quoties, 5. l. ſi inter, 21. C. de iur. dot. Atque ita Tribonianus ſignificat, res æſtimatas propter illud pactum de iis ipſis reddendis interpoſitum, ſine vxoris voluntate

A alienari non poſſe. ipſius voluntate poſſe, quaſi venditioni conſentiens illi pacto renūtiaſſe videatur, l. creditor, 158. D. de regul. iur. l. 2. C. de remiſſ. pigno. quod tamen pugnare video cum Iuſtiniani conſtitutione in l. 1. §. & cum lex, C. de rei vxor. act. §. 1. Inſtit. quib. alien. lic. vbi cùm generaliter & indiſtinctè prohibeat res dotales etiam voluntate vxoris alienari & eiuſmodi alienationem irritam eſſe ſtatuat, cauſſámque hanc adſcribat, Ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum conuertatur: non video quomodo per eiuſ- B modi conſtitutionem liceat, mulieribus illi pacto de ſuis rebus dotalibus conſeruando non dico tacitè, ſed ne expreſſè quidem renuntiare.

Varia menda variis ex locis ſublata & oſtenſa patriæ & maritalis poteſtatis differentia.

CAP. XX.

PRimus locus eſt in fi. l. tam ex contractibus, C 57. D. de iudic. vbi ſic legitur, *Tranſactio vel iudicati datur.* abſurdiſſime: cùm in vulgatis commodius ſcriptum ſit, *Tranſlatio iudicij datur.* Sed multo commodius & ad Florētinæ ſcripturæ rationem aptius ita legeretur. *Tranſlatio iudicij, vel actio iudicati datur.* Loquitur autem de tranſlatione iudicij, quæ procuratore vel defenſore mortuo in ipſum dominum confertur de qua & ceteris iudicij tranſlationibus diximus in Epitomatis, ſub titul. D. de procurat.

Secundus eſt in l. 2. D. de feriis. Nam vbi ſic legitur, D *Curatores dentur, vt officij admoneantur, ceſſantes excuſationes allegentur.* corrigendum cenſeo, *Officij admoneantur ceſſantes, excuſationes allegentur.* Tertius eſt in l. 1. D. de offic. Conſul. vbi ſic legitur, *Cùm ipſe ſit qui ex Senatuſconſulto conſilij cauſſam examinat.* Emendo leui commutatione: *Ex ſententia conſilij, cauſſam examinat.* id eſt cum conſilio cauſſam cognoſcit. Quartus eſt in l. 1. §. & generaliter, D. de ventr. in poſſ. mitt. nam vbi ſic legitur: *In familiā inducatur:* non dubito quin Vlpianus ſcripſerit, *In familia educetur.* nam puer, qui iā natus E eſt in familiā cum ipſa luce inductus eſt: ſed vt in ea educari poſſit, Prętor prouidet. *Partui,* inquit Vlp. *in hoc fauetur, vt in lucē producatur: puero vt in familia educetur: partus enim iſte alendus eſt.* Quintus eſt in l. iniuriarum, 13. §. ſi quis, 4. D. de iniur. vbi pro QVAMVIS non dubito quin reponendum ſit, QVIA NON. vt ſit: Et ait Labeo, non teneri iniuriarū qui non paſſus eſt aliquid in alicuius honorem decerni puta imaginem, aut aliud quid tale. quia non hoc contumeliæ cauſſa faciat. non enim ſi quis non patiatur aliquid in hominem alterius F decerni, continuò cōtumeliæ cauſſa id feciſſe exiſtimādus eſt. Sextus eſt in l. 1. D. de diuort. vbi vitioſe legitur in vulgatis libris dirimi matrimonium morte, captiuitate vel alia contingente ſeruitute vtriuſque eorum. nam alterutri contigiſſe ſeruitutem ſatis eſt: quādoquidem inter ciues tantum Romanos matrimonium conſtat. Itaque Haloander ALTERVTRIVS repoſuit: Florentinus autem liber VTRIVS. Sed VTRIVIS commodius legeretur, vt potius ad verbum CONTINGENTE, quam ad inſequens referatur. Sed grauius eſt G Triboniani mendum, qui verbum CAPTIVITATE, vt erat à Paulo ſimpliciter poſitum, reliquit: cùm tamen ius illud ab Imperatore ſuo mutatum in Nouell XXII. finxerit à Iuliano ſimiliter interpolatum in l. vxores. 6. ill. tit. itemque à Paulo in l. non vt à patre, 8. D. de captiu. in qua diſcrimen inſigne notandum eſt inter patriam & maritalem poteſtatem: quod quamuis

uis vxor quæ in manum conuenit, in viri manu ac poteſtate ſit, vt filius: multo tamen facilius à viri poteſtate liberatur, quàm filius à patris. nam viri captiuitate vxor ſtatim ipſo iure ſine ſpe ipſius inuitæ recuperandæ ſoluta eſt: patris captiuitate ius patriæ poteſtatis pendet: ſi fortè recuperari poſtliminio poſſit. l. in bello, 12. §. D. 1. c. Septimus eſt in l. cùm quidam, 30. D. de A adquirend. hered. nam vbi D. Pius dicitur reſcripſiſſe Conſulibus, credo equidem Vlpianum ſcripſiſſe CONSVLENTIBVS: ex more & inſtituto eorum magiſtratuum qui principes de incerto iure conſulebant, cuius conſuetudinis veſtigia extant in l. debitoribus, 31. D. de re iudic. l. 3. D. de teſtib. l. diuus, 7. D. de in integr. reſtitut.

OBSERVATIONVM

LIBER OCTAVVS.

De clauſula codicillari, & fallaci ac periculoſa Doctorum ſententia: itémque de ſcriptura ad teſtamentum parata. quæ vis illius ſit.

CAP. I.

MAgnam certè clauſulæ codicillaris vim ac poteſtatem eſſe, Iuriſconſulti voluerunt: vt apparet ex l. ex ea, 29. D. de teſtament. l. 3. D. de teſtam. mil. adeo vt per eam vis omnis teſtamenti in fideicommiſſum & codicillos conuertatur. l. quærebatur, 19. D. de teſtam. mil. ſed Theodoſius ei plane immenſam atque immodicam poteſtatem attribuit in l. vlt. C. de codic. vt per eam heredes ab inteſtato venientes intelligantur, quaſi per fideicommiſſum, rogati hereditatem ſcriptis heredibus reſtituere. quam ſententiam Docto- D res & pragmatici plerique omnes ſic arripuerunt, vt ea in quamplurimis caſibus abutantur. nam illorum hanc eſſe communem (vt loquuntur) opinionem, vulgo iam notum eſt: quamuis Accurſius, aut neſcio quis alius, diſſentiat in Auth. ex cauſſa, C. de liber. præter. nam illam Gloſſæ acceſſiunculam Bartholus Accurſij fuiſſe negat. Vtcunque ſit, illud conſtat, antiquo iure fideicommiſſum & ab inteſtato & per codicillos, etiam teſtamento non confirmatos relinqui potuiſſe. l. ex teſtamento, 29. C. de fideicommiſſ. l. 8. D. de iure E codicill. §. non tantum, Inſtitut. eod. & apud Paul. Sentent. 4. tit. 1. ex quo ſingularem caſum licet animaduertere, quo ſimul & ex teſtati & ex inteſtati cauſſa ſuccceditur. quia qui teſtamentum fecit, idem poteſt codicillos ab inteſtato facere. l. quia autem, 6. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. Theodoſius autem mirandum in modum ſe præter ius antiquum effudit, in d. l. vlt. quemadmodum iam oſtendemus. nam primum omnium ſatis conſtat, in teſtamentis interpretandis animum & voluntatem defuncti potiſſimùm ſpectari. l. in conditionibus, 19. D. F de condit. & demonſt. neque vllam voluntatis quæſtionem admitti, vbi de teſtatoris mente & conſilio conſtat. l. non aliter, l. illud aut illud, D. de legat. 3. Atqui certũ eſt teſtatorem qui aliquem heredem inſtituit in eo teſtamento quod exitum non habuit, animũ habuiſſe non precario rogandi, ſed directis verbis imperãdi: non fideicommittendi, ſed inſtituendi: non tranſmittendi ſuam hereditatem ad extraneum per interpoſitam heredis legitimi perſonam, ſed directò in eum quaſi de manu in manum conferendi: non denique de- G libandæ ſuæ hereditatis & quadrantis heredi ſuo legitimo relinquendi, ſed ſolidum aſſem inſtituto quaſi in manum tradendi. Quare admirandum videtur, ſi iudicium defuncti aliam in partem, contra manifeſtam

C ipſius intentionem, contorquere liceat. Eiſque ſententiæ refragari videtur vſitata regula, qua dicimus, eum, qui non codicilli, ſed teſtamenti faciendi animum habuit, ſi codicillum fecit, omni ex parte inteſtatum deceſſiſſe: ac ne codicillum quidem feciſſe l. 1. D. de iur. codic. Ac pari ratione dici iure antiquo ſolebat, ſcripturæ imperfectæ ad teſtamentum paratæ, quamuis fideicommiſſaria ſit, tamen vim eſſe nullam. l. ſi veritas, 23. C. de fideic. l. fideicommiſſa, 11. §. 1. D. de legat. 3. d. l. ex ea, 29. D. de teſtament. Quod tamen Theodo- D ſius diſertè his abrogauit verbis: Si teſtator, qui decreuit facere teſtamentum, id adimplere nequiuerit, inteſtatus videtur eſſe defunctus, niſi complexus ſit, vt vim etiam codicillorum ſcriptura debeat obtinere d. l. vlt. §. 1. D. de codicill. Iam verò quid ad ius antiquum reſpondebimus, quo iure conſtat in fideicommiſſis relinquendis opus fuiſſe verbis ad fideicommittendum accommodatis? ſi minus certis & expreſſis, certè tamen ad ſignificandam fideicommittentis voluntatem idoneis. l. omne, 11. C. commun. de legat. l. verbum, 11. E C. de fideic. non enim tanta illius clauſulæ vis erat, vt etiam tacitè legitimos heredes obligaret: verbis enim precariis opus erat. d. l. 29. C. de fideic. vel nutu ad alterius interrogationem accommodato. l. nutu, 21. D. de legat. 3. Itaque quibus in locis iſtius iuris mentio fit, ſimul precariorum verborum mentio ſubiungitur. velut in d. l. 29. Si non ab inteſtato quoque ſuccedentes rogati probentur. Item in l. quia autem, 6. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. Fratrem ſuum ſcripſit heredem, & codicillos fecit ab inteſtato. petiitque à fratre, vt F ſi legitima hereditas ad eum peruenerit, fideicommiſſa præſtaret. item in l. generaliter, 24. §. ex teſtamento, 10. D. de fideicom. libert. Si quos non à legitimis quoque heredibus reliquerit. item in l. Lucius, 88. §. vltim. D. de legat. 2. & l. tertia, D. de iur. codicill. Quare durum admodum videtur, vbi nulla fideicõmiſſi verba reperiuntur, ſed ſimpliciter clauſula codicillaris adiecta eſt, ibi fideicommiſſi onus legitimo heredi impoſitum exiſtimare. Verumtamen, dicet aliquis, ita ius ſcriptum eſt: vt quodam loco Vlpianus G loquitur. Quare deinceps videndum eſt, an illa Theodoſij conſtitutio in quouis inualidorum teſtamentorum genere locum habeat. Primum autem genus eſt teſtamenti non iure facti: in quo locum eſſe huic regulæ, ſiue vitium ſit in defectu ſolemnitatis,

parte inſtituto pars ſuæ portionis dimidia, hoc eſt: ſex totidē Secundo relinquentur: atque hoc modo abnormis diſtributio ad ſolemnem vnius aſſis rationē redigetur. Progrediamur iam paulo longius, & exemplum de tribus ſubiungamus. Primus ex beſſe, Secundus ex triente heredes ſunto. Tertius heres eſto. Vlpianus ait, Tertium in alium aſſem venturum. quaſi teſtator cenſeatur XXIV. vncias feciſſe, & ſecundum duas priores regulas, quia duodecim Primo & Secundo diſtribuit, totidem Tertio ſine parte inſtituto attribuiſſe. Detrahatur nunc vnicuique illorum trium pars ſuæ portionis dimidia: hoc eſt Primo quattuor vnciæ, Secūdo duæ, totidem Tertio reliquentur. Atque hac ratione vnicus as ille ſolēnis quem quærimus reperietur. Licebit etiam planius exemplum ex Græcorum conſuetudine aſſumere. Ponamus in hereditate centum aureos fuiſſe. teſtatorem qui ducentos eſſe ſemiaureos (puta, florenos) volebat, Primum ex ſexaginta, Secundum ex quadraginta heredes inſtituiſſe: Tertium ſine parte illis adiunxiſſe. Si vnicuique illorum pars attributæ ſibi portionis dimidia hoc eſt Primo triginta, Secundo viginti ſemiaurei demantur, & qui iis adempti ſunt Tertio attribuantur, centum ſoli aurei in hereditate reperientur. Nunc de quattuor inſtitutis exemplum videamus. Primus mihi ex ſemiſſe heres eſto. Secundus ex triente. Tertius ex ſextante. Quartus mihi heres eſto. Tribus illis vniuerſis vnciæ attributæ ſunt duodecim ac proinde Quarto as ſecundus. quaſi teſtator vigintiquattuor vncias feciſſet. Detrahatur vnicuique trium Primorum pars ſuæ portionis dimidia: hoc eſt Primo tres vnciæ, Secundo duæ, Tertio item duæ: & quæ demptæ ſunt Quarto attribuantur. Hac inita ſubductáque ratione, duodecim dumtaxat variæ ad ſummam reperientur. Verùm hæc quidem de vnico aſſe completo & altero adiuncto dicta ſint, copioſius fortaſſe quàm res poſtulabat. ſed firmum & ſtabilem gradum facere ad ea quæ conſequuntur voluimus. Deinceps igitur de dupondio completo videamus, qui caſus eſt nobis ab initio propoſitus. Nā Vlpianus quidem illo loco ait, eum qui completo in alios dupondio ſine parte inſtitutus eſt, non in alium aſſem, ſed in TRIENTEM venturum. quem locum ita video in margine quorundam impreſſorum librorum interpretatum fuiſſe: *Id eſt, non in alium aſſem venturum, vt tantum capiat, quātum alij heredes, ſed tres potius aſſes, fient, quorum ſingulos ſinguli capient.* Alius autem recentior eandem ſententiam cōmutatis verbis ſic enuntiauit: *Quod aliis locis Vlpianus dixerat In alium aſſem, ſi ratio ad ſollemnem vnius aſſis diſtributionē reuocetur, ſignificat in ſemiſſem. Non ergo ſemiſſem feret Tertius ſed trientem: ceteri quibus dupondium erogatum eſt, beſſem.* Verùm in hac interpretatione magnum fortaſſe deſiderare iudicium aliquis poſſet primum, quia quod aliis locis dicimus, *Venire in aliū aſſem*, idem eſt, (ratione ad vnū aſſem reuocata) quod, Venire in ſemiſſem, præciſè & reſtrictè ad eū caſum pertinet, quo vnicus as expletus eſt. quod Paulus apertiſſime oſtendit, adiecto verbo PRIORIS ASSIS. lib. Sent. 3. tit. 4. Quemadmodum igitur vno aſſe completo Venire in alium aſſem, eſt venire in ſecundum aſſem: eodem modo Dupondio completo, venire in alium aſſem, eſt venire in tertium. At Vlpianus apertiſſimè monuit, id fieri non oportere. Præterea quod de TRIENTE ſubiungitur, perſpicuè cùm ſuperioribus eiuſdem Vlpiani verbis pugnat. Quid enim aliud eſt, vnius aſſis ratione ſeruata in trientem venire, quàm Dupondio completo in alium, id eſt, tertium aſſem venire? Emendādū igitur eſſe apparet, TRESSEM,

A vel (vt ante dixi) TRIPONDIVM. vt ſit ſenſus, Eum non in tertium aſſem venturum, vt ratione ad vnum aſſem redacta trientem obtineat. ſed cùm teſtator triginta ſex vncias facere voluerit, cenſeri partem indefinitam partibus definitis exæquaſſe, & dimidiam hereditatis ſuæ partem iis quos ex definitis partibus inſtituerat, attribuiſſe alteram dimidiam ei quem ſine parte inſtituit, reliquiſſe: ſecundum illas duas priores regulas, quas ſuperius propoſuimus. Sed hæc planius ab exēplis intelligentur. Sumemus autem ab initio facillimum & prope puerile exemplum.
B Primus ex XII. Secundus item ex XII. heredes ſunto. Tertius heres eſto. Quid intereſt vtrum dicamus, ratione ad aſſem vnum reuocata, Tertius in trientem venturus eſt, Primus autem & Secundus in beſſem: an ſecuti numeri exſuperantiam, hoc modo: Tertius venturus eſt in aſſem tertium: Primus & Secundus in duos priores? At Vlpianus diſerte commonet hunc Tertium non eſſe in tertium aſſem admittendum. Ecquam nam igitur rationem inibimus? nimirum eiuſdem illius regulæ ana-
C logiam ſequemur: atque ita dicemus: Quemadmodū aſſe vnico impleto propter ſuperfluam vnius aſſis adiectionem vnica detractio fiebat, ita dupondio impleto, propter ſuperfluam duorum aſſium adiectionem, binæ detractiones faciendę ſunt. veluti (vt in proximo exemplo conſiſtamus) ſi Primo ex XII. vnciis inſtituto ſex ademeris, & Secundo totidem, ſenæ apud vtrumuis illorum vnciæ remanebunt: quæ ſollemnem aſſem ita explebunt: vt nihil tertio ſuperſit. At ſi denuò illis dimidiam huius dimidiæ detraxeris, ſupererunt Pri-
D mo tres vnciæ, Secundo totidem, atque ita Tertio reliquæ ſex vnciæ relinquentur. Age: deinceps exemplum de quattuor inſtitutis adiungamus: Primus ex XII. Secundus ex VI. Tertius item ex VI. vnciis heredes ſunto. Quartus heres eſto. Prior detractio Primo ſex adimet: Secundo, tres: & Tertio item tres. Poſterior detractio Primo tres: Secundo ſeſcunciam; Tertio item ſeſcunciam auferet. Ita ſex penes illos vncię remanebunt. Tertio reliquæ ſex vnciæ relinquentur. Quod eodem modo (ἀναλόγως tamen) in tripondio comple-
E to ſeruari oportet. verūtamen (vt dixi) proportione ſeruata. nimirum vt propter ſuperfluam trium aſſium adiectionem tres quidem detractiones fiāt: ſed duæ priores ex dimidia: vt in dupōdio completo. tertia verò nō dimidiæ, ſed tertiæ partis dumtaxat. Nam ſi Primo & Secundo & Tertio ſingulis duodenas vncias teſtator attribuerit, Quartum autem ſine parte inſtituerit, prima detractio ſingulis ſex vncias auferet: ſecunda item tres qua ratione nouem illis relinquentur. Adhibeatur iam ad extremum propter aſſem tertium tertia detra-
F ctio hæc non dimidiæ futura eſt, nimirum ſeſcunciæ: ſed tertiæ duntaxat: hoc eſt, vnius vnciæ. Atque ita vnicuique illorum trium vnciæ binæ relinquuntur: hoc eſt, ad ſummam, ſex. Quòd ſi totidem Quarto attribuantur, ſolemnis vnius aſſis diſtributio ſine vllo errore reperietur. Quid? in quadruplo completo quæ ratio inibitur? nimirum vt propter ſuperfluam quattuor aſſium adiectionem quattuor detractiones fiant: prima dimidiæ, vt duo tantum aſſes illis relinquantur. ſecunda item dimidiæ vt vnicus illis ſuperſit. tertia autē
G duarum tertiarum, vt octo illis vnciæ ſuperſint. poſtrema quartæ: vt ſingulis ſeſcuncia relinquatur. Nam hoc modo, cùm quattuor ſeſcunciæ ſex vncias faciant, reliquæ ſex vnciæ Quinto ſine parte inſtituto ſine errore vllo relinquentur. Quæ cùm ita ſint, credo me planiſſimum feciſſe, verbum TRIENTEM in illo loco ferri nullo modo poſſe: ſed vel TRIPONDIVM vel

TRESSEM reſtituendũ eſſe. Nam vt As in ratione numaria minimum numum ſignificat, vnde Treſſis pro tribus aſſibus vſurpari ſolebat: ita cum As pro ſolido accipitur, Treſſis pro tribus ſolidis vſurpatur. denique Treſſis verbum duabus in rebus ponitur nam cum agitur de pecunia, tres aſſes æreos ſignificat, cũ de aliquo ſolido & toto (veluti de hereditate) tres aſſes, id eſt triginta ſex vncias, quod idem de Tripondio in libro De re nummaria primo docuimus. Varro de ling. 4. Treſſis à tribus aſſibus & pro portione vſque ad Nonuſſis. Idem lib. 8. Treſſis ex Tribus æris quod ſic pro aſſibus nonnunquam æs dicebant antiqui. Mætianus: Aſſis appellatio, inquit, ad rerum ſolidarum hereditatiſque totius demonſtrationem pertinet. Fannius:

Nunc dicam ſolida quæ ſit diuiſio libra,
Siue aſſis. nam ſic legum dixêre periti.
Ex quo quod ſoli cupimus perhibemur habere
Dicimur aut paris domini pro partibus huius.

Item Mætianus, Aſſem inquit, hac nota ſcribas, Dupondium hac nota ſcribas: Treſſem hac nota ſcribas. æque enim ſedecim ſextantes totidémque ſicilici tres aſſes efficiunt. Reſtaret iam vt Theophili autoritati, quæ obiici nobis poſſet, ſatisfaceremus, quoniam in d. §. videamus, Inſtit. de hered. inſtit. hanc ipſam tueri ſententiam videtur, quam ſuperius refutauimus. Sed quoniam ei obiectioni in nouis noſtris in eum locũ commentariis ſatisfecimus, illinc aſſumi poterunt, ſi qua hoc loco deſiderabuntur.

Loci duo Ciceronis de pluris petione ex libr. de Orat. 1. & Actionem conſumi quid ſit. itémq. exceptio pro adiectio: & exceptionum varia genera.

CAP. III.

PRior eſt de prima ſpecie plus petitionis, quæ fit re, ſiue quantitate. Petitor, cuius cauſſam Hypſæus agebat, plus petebat à tutore, quàm quantũ lex XII. tab. à tutore exigi permittebat. Octauius tutoris patronus ſi ſatis cautus, & ſatis peritus iuris fuiſſet, plus petitionem diſſimulaſſet. nam ſi actor actionem in illam ſummam impetraſſet, cauſſa cecidiſſet. Verum Octauius imperitia iuris lapſus reclamabat plus ſecum agi, quàm quod erat in actione: id eſt plus à ſe peti: neque intelligebat, actorem ſi tantam ſummam in iudicium deduxiſſet, fore vt litem amitteret. l. 1. C. de plus petit. l. 1. D. de interrog. in iur. fac. Sed exoritur dubitatio: Cùm plus petitionis periculum nullum ſit in bonæ fidei iudiciis: cuius generis tutelæ actionem eſſe conſtat: quid ſit, quod in hoc tutelæ iudicio mentio eius fiat? Sed intelligendum eſt, Oratorem illum quem Scæuola perſtringit, non ſpeciali tutelæ actione vſum eſſe, ſed altera quæ Rationibus diſtrahendis appellatur, lege XII. tab. prodita in duplum eius, quod tutor ex re pecuniáve pupilli ſubtraxiſſe arguetur. quo in duplo ſimplum ineſt: vt actio verè mixta dici debeat. l. tres tutores. 55. D. de admin. tut. l. 1. §. conſiderandum, D. de tutel. & rat. diſtr. quòd ſi tutelæ iudicio ſpeciali actum eſt, quoniam generalis illa actio eſt, agi hac amplius non poteſt: at ſi hac, tamẽ illa ob res ſubreptas ſupereſt. d. l. 1. §. pen. Veriſimile eſt igitur, Oratorem illum totum duplum pœnæ nomine petiiſſe: ac proinde plus, quàm lege licebat, poſtulaſſe. Atque hæc quidem de priore loco dicta ſint. Alter locus eſt de plus petitione quæ tempore committitur: in qua Cicero ſignificat hoc fuiſſe iuris, vt quemadmodum in ea cauſſa qua loco plus petitur, loci adiectio impedit ne malè agi videatur. § loco, 30. D. de a-

A ctionib. ita in ea cauſſa in qua tempore plus petitur, diei adiectio impedit, ne cauſſa petitor cadat. quod ſanè animaduerſione dignum eſt. neque vſquam à me lectum aut animaduerſum memini. Id autem hoc exemplo intelligetur. Stipulatus ſibi Kal. Martiis dari, Februario menſe promiſſorem in ius vocat ſi reus ſapiat, tacebit, & plus petitionem diſſimulabit. primùm quia petitor præſenti iudicio propter pluris petitionem ſua ſpõte corruet: & à iudice damnabitur. deinde ſi dãnatus iterum agere eadem de re inſtituat, rei iudicatæ excep- B tione excludetur. Quod olim dicebatur, Actionem cõſumi. Nam Imperator, Si intra tempus egerint, inquit, obiectáque ſit ex exceptio, (nempe Niſi eius pecuniæ dies nondum venerit) neque eo iudicio quidquam conſequebantur, propter exceptionem: neque poſt tempus olim agere poterant: cùm temere rem in iudicium deducebant, & conſumebant: qua ratione rem amittebant. §. appellatur, Inſt. de except. vbi DEDVXISSENT ET CONSVMPSISSENT idcirco legendum arbitror, quoniam iterum agentes rem in iudicium non dedu- C cebant: ſed cùm à Prætore actionem poſtulabant, ſummouebantur: & denegabatur illis actio, ex lege antiqua, Bis de eadem re actio ne eſto. Iure igitur Craſſus Oratorem illum deridet, qui promiſſoris illius cauſſam agens, poſtulabat, vt exceptio hæc in formula iudicij adiiceretur, CVIVS PECVNIÆ dies fuiſſet. quod petitoris cauſſa, inquit, comparatum fuiſſe non intelligebat. Quæ verba idcirco ſummè notanda ſunt, quoniam exceptionem illo loco Craſſus non rei & defenſoris intelligit, ſed ipſius petitoris. Nam actores incerti D erant & de tempore dubitabant, atque in poſtulando iudicio cautionem hanc adhibebant, vt non purè, ſed cũ adiectione diei, actionem peterent: hoc ferè modo: Si paret illum mihi centum aureos dare oportere, cuius pecuniæ dies venerit. Nam hoc eſt, quod Cicero his ſignificat verbis: Poſtulabat, vt illi vnde peteretur, vetus atque vſitata exceptio daretur, CVIVS Pecuniæ dies fuiſſet. quod petitoris cauſſa comparatum eſſe non intelligebat. Exceptionem autem pro adſcriptione, adiectione Appendicula dici ſolitam, multis ex locis E conſtat: veluti ex l. 1. §. ſunt qui, D. ne quid in flum. pub. l. 1. §. 3. & 4. D. Vti poſſid. ſed planiſſimè in l. quæro, 39. D. de actionib. emti. vbi quæ prius generalis adiectio dicta eſt, poſterius diſertè generalis exceptio appellatur. Cicero pro Cæcina: Hoc tibi reſpondeo, adſcripſiſſe eundem Syllam in eandem legem SI QVID IVS NON ESSET ROGARI, &c. Idem pro Domo ſua: Tuleram, inquit, vt mihi liceret. Quid non exceperas, vt SI QVID IVS NON ESSET ROGARI &c. Vſitata autem erat hæc adſcriptio non ex parte reorum, qui F alioqui ſuam imperitiam ac ſtultitiam prodidiſſent: ſed ex parte actorũ, qui per illam appendiculam ſibi à periculo plus petitionis cauebant. quoniã adiectio diei, itẽ vt loci, vitium petitionis purgabat: & impediebat, nè malè agi videretur. At Orator, quem Craſſus irridet, rei defenſor erat, & quàm exceptionem ſiue adiectionem actor incautus omiſerat, (quæ tamen vetus atque vſitata erat) eam ipſe ſtultius & imperitius in formula iudicij à Prætore conſtituendi adiungi poſtulabat: non intelligens eam & actori profuturam, & ſibi nocitu- G ram. quia ſi ille inficiator (inquit Cicero) probaſſet iudici à Prætore dato ante petitam eſſe pecuniam, quàm eſſet cœpta deberi, (quod Imperator dicit Præmaturè, & Ante tempus) damnaretur quidem actor in illius litis ſumptus: reus autem illo iudicio abſolueretur. Veruntamen cùm petitor rurſus (id eſt ſua die) peteret, reus non potuiſſet ei rei iudicatæ exceptionem opponere.

quia

quia non eadem erat pecunia nam ſuperiore iudicio eam demum pecuniam petierat, cuius dies fuiſſet: hoc eſt, ſi qua illo die deberetur. nulla autem illo die debebatur. At poſteriore iudicio peteret eam, quæ verè tum debebatur. qua de cauſſa exceptione rei iudicatæ excludi non poterat, quoniam aliam pecuniam petebat. Et hoc eſt, quod mendoſè in omnibus libris legitur: *Ne petitor exceptione excluderetur, quòd ea res in iudicium antea non veniſſet.* cùm ita potius legendũ ſit: *Ne petitor exceptione excluderetur:* (tum deinde grandioribus literis) QVOD EA RES IN IVDICIVM ANTEA VENISSET. quibus grandioribus literis vſitata exceptionis rei iudicatæ formula deſignatur. velut in l. ſi mater, 11. §. itē Iulianus, D. de except. rei iudic. QVOD RES IVDICATA SIT INTER ME ET TE. & hanc fuiſſe frequentem concipiendarum exceptionũ formulam, vt plerumque per QVOD inciperent, nemo iam ignorat: præſertim ex l. ſed et ſi, 25. §. item ſi rem, D. de hered petit. l. poſt litem, 13. l. fundi, 8. D. de except.

Notata quædam in tit. D. de rer. diuiſ. & Caij Inſtitut. Pecunia plerumque incorporalis & πάτηρ pro πράτηρ.

CAP. IIII.

TOllenda eſt vox NAM importuniſſimè coniecta in l. 1. D. de rer. diuiſ. & §. 1. Inſti. de reb. corporal. ex illo loco: *Nec ad rem pertinet, quòd in hereditate res corporales continentur.* NAM *& fructus qui ex fundo percipiũtur corporales ſunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerũque corporale eſt.* Tergemina enim obiectio perpetua oratione proponitur ἀσυνδέτως, de iis rebus quæ in hereditate, vſufructu, obligatione continentur. ſimúlque tergemina ſolutio ſubiũgitur: quæ & ordine & numero ſuperiori obiectioni reſpōdet. *Nam* (inquit) *& ipſũ ius hereditatis, & ipſum ius vtendi fruendi & ipſum ius obligationis incorporale eſt.* Quod verò ita ſcriptum eſt, QVI EX FVNDO PERCIPIVNTVR ita obſcurum eſt, vt facile mihi perſuadeam, Caium hoc amplius adiecіſſe: EX FVNDO FRVCTVARIO, vel VSVARIO. Illud obſcurius eſt, quod ait, In obligationibus plerũque res corporales contineri: veluti fundum, hominem, pecuniam. nam pecuniam plerũque rerum incorporalium nomine contineri, patet ex l. qui heredis, 46. D. de condict. indeb. l. quiſquis, 95. D. de legat. 3. l. ſi heres, 68. D. ad Trebell. l. ſed & ſi, 10. D. de acceptil. & aliis compluribus locis. Neceſſe eſt igitur, Caium in pecuniæ obligatione non ſummã & quantitatem ſpectaſſe, quæ ſine dubio incorporalis eſt, ſed ipſa corpora nummorum: quæ nonnunquam accidit in obligationem venire, vt in ſpecie l. Lucius, 24. D. depoſit. l. plane, 34. §. 2. D. de legat. 1. Porro ex l. 2. D. eod. perſpicuum eſt, mendum eſſe in Inſt. quod iampridem notauimus, cùm illud interiectum eſt: QVÆDAM PVBLICA: vbi ſine dubio legendum eſt. QVÆ EADEM PVBLICA: quandoquidem & quadripartita tantum diuiſio eſt, non quinque partita: & quę communia modò dicuntur, alibi Publica promiſcuè appellantur. Eiuſdem autē generis emblema illud eſt, in l. 5. D. eod. Retia ſiccare, & ex mari reducere: quod, meo iudicio, ex diſputatione de iure litorum tranſlatum eſt in §. 2. in fin. Inſti. e. ti. vbi aliud quoque mendum eſt in illo loco: Flumina omnia publica ſunt: nam vox PENE interponenda eſt, vt ſic legatur, Flumina pene omnia, ex l. 3. D. eo. in fin. cum ſatis conſtet fluminum quædam eſſe publica, quædam priuata. l. 1. §. 1. D. de flumin. Age, referamus etiam in hunc locum ſex menda quibus contaminatum eſſe a-

A nimaduerti primum Caij Inſtitutionum librum tit. 6. vbi veterem emãcipationis formulã exponit. nam cùm emtor ſiue venditor adumbratus ſimpliciter FIDVCIARIVS dicendus ſit, quippe, qui ad tempus fiduciariam emtoris & manumiſſoris operam præbebat, neque in eius perſonam nomen PATRIS vllo modo conuenire poſſit: ſexies tamen non PATRIS FIDVCIARII ei tribuitur. quæ mihi res & aliis omnibus antehac propter Caij auctoritatem errorem obiecit: vt illum emtorem manumiſſorémque fiduciarium,
B PATREM FIDVCIARIVM appellaremus. abſurdè, vt pluribus demonſtrauimus ſub tit. Inſt. de fiduciaria tutel.: quoniam Patris nomen illi fiduciario emtori conuenire nullo modo poteſt. Cogitanti autem mihi vnde naſci error ille multiplex potuerit. quid in mentem venerit, exponam. Librum illum qualiſcunque eſt Græcè ab aliquo ſcriptum fuiſſe, facile mihi perſuadeo. neque enim Latina illius oratio cùm Iuriſconſultorũ veterum conſuetudine vllo modo conſentit. Cum autem hic fiduciarius initio quidem emtor, pòſt tertiam
C verò manumiſſionem venditor eſſet, qui πράτηρ Græce dicitur, fieri poſſe arbitrabar, vt interpres (quem nō admodum doctum fuiſſe apparet) pro πράτηρ, vel legerit, vel legendum exiſtimarit πάτηρ cuius tamen coniecturæ iudicium doctioribus viris facile permitto.

Quo iure filia vel nepotes præteriti ſcriptis heredibus adcreſcant: ad verba Vlp. tit. regul. 22.

CAP. V.

D FIlia (inquit Vlpianus) nepos, neptis, ſi præteriti ſunt, valet teſtamentum, & ſcriptis heredibus adcreſcunt: ſuis quidem heredibus in partem virilem: extraneis autem in partem dimidiam. Hęc ille tit. Regul. 22. quibus Paulus hęc addit: Suis autem & extraneis æquis partibus inſtitutis filia præterita adcreſcens (ſic emendo) tantum ſuo auocabit, quantum extraneo. Sentent. 3. tit. 4. Nunc quærendum eſt, quo iure hæc adcretio & auocatio inducta ſit. nam lege XII. tab. ſimpliciter ita ſcriptum fuiſſe vi-
E detur, Paterfam. vti ſuper familia tutelave ſui heredis legaſſit, ita ius eſto, neque vlla filiorum, filiarum, & nepotum diſtinctio adhibita, vel portionum eiuſmodi definitio facta videtur ſed potius Iuriſconſ. interpretatione, qui ſimiliter legem de filio ter venundando intra filij perſonam coercuerunt, neque ad filiam & nepotem, niſi pro vna mancipatione, produxerunt. l. 8. D. de iniuſt. rupt. teſt. Paul. Sentent. 3. ti. 4. Eò accedit, quod ius adcreſcendi à Iuriſconſultis excogitatum & inductum fuiſſe non obſcurè demonſtrat Imper. in l. 1. C. de
F caduc. toll. Verùm ex contrario difficile dictu videbatur, eam fuiſſe Iuriſconſultorum auctoritatem, vt tantùm ius nouũ de portionibus hereditariis aliter atque aliter pro perſonarum conditione, qualitate & numero inducerent. præterea iuri adcreſcendi non niſi inter coniunctos locum eſſe voluerunt: qua de cauſſa ius coniunctionis illud idem appellarunt. Liberi autem præteriti non videbantur dici poſſe coniuncti, cùm plane omiſſi à teſtatore fuiſſent. Sed tamen re diutius quæſita & deliberata magis mihi placuit, Iuriſconſultorum
G hoc totum inſtitutum fuiſſe, vt quam regulam in iure adcreſcendi Iuriſconſulti ſtatuerunt, eam in hoc vario perſonarum genere obſeruarent. Regulam autem hanc fuiſſe conſtat, vt qui re & verbis inter ſe coniuncti eſſent, iis qui re tantùm coniuncti ſunt, pręferatur, vt ſoli deficientis ſocij partem obtineant. l. 142. D. de verb. ſig. portio verò eius qui re tantum coniunctus eſt, defi-

ciens iis proportionibus hereditariis adcreſcat. l. 59. §. 3. D. de hered. inſtit. l. 41. D. de legat. 2. veluti Titius & Mæuius heredes ſunto. Caius heres eſto. Titius & Mæuius in vnũ ſemiſſem vocabuntur, & (vt Paulus ait) cogentur. alter ſemis Caio relinquetur. l. 11. l. 59. §. Titius, D. de hered. Inſtit. l. 7. D. de vſufr. adcreſc. Quare Titio vel Mæuio deficiente, quadrans Titij ſoli Mæuio, vel quadrans Mæuij ſoli Titio adcreſcet. l. 63. D. de hered. inſtit. Quibus conſequenter Iuriſconſ. ſtatuerunt, vt ſi pater ita dixerit Titius & Mæuius mihi heredes ſunto, filium autem præterierit: teſtamentum non vitietur (nam Iuriſconſulti teſtamenta, quoad poſſunt, ſua interpretatione ſuſtinent) ſed teſtator tacitè filiam ſuam re coniunxiſſe, verbis diſiunxiſſe intelligatur: quaſi addidiſſet Filia mea heres eſto. qua formula ſemiſſem illi deberi dictum eſt. Quod ſi palam ſic ſcripſerit, Filij mei Primus & Secundus heredes ſunto: etſi filiam præterierit, tacitè tamen eam inſtituiſſe videtur: non modò diſiunctim, vt cùm extranei inſtituti fuerunt: ſed etiam coniunctim & re & verbis: propter naturalem perſonarum coniunctionem, & familiæ vnitatem, cuius perſonæ omnes vnius perſonæ vicem obtinere dicuntur. l. 56. §. 1. D. de fideiuſſ. l. 10. D. de option. legat.

De curatoribus prodigorum & Inteſtatus quis dicatur, itémque emend. l. 18. D. de teſtam.

Cap. VI.

Credo curationem prodigorum, quæ modò legitima, modò ex lege XII. tab. introducta dicitur, non propriè legitimam, ſed quaſi legitimam fuiſſe: hoc eſt, non expreſſis verbis legis, & nominatim ac propalam inſtitutam fuiſſe: ſed interpretatione Iuriſconſultorum, propter hereditatum conſequentiam: ſicuti de patronorum tutela dicitur in l. 3. D. de legit. tutor. & apud Vlp. titul. Regul. 11. Nam cùm lex ita ſcripta eſſet: *Si furioſus exiſtet, agnatorum gentilsúmque in eo pecuniáque eius poteſtas eſto*: & ratio hæc legis eſſet, vt qui eam ſucceſſionem ſperarent, iidem bonorum tuendorum curam ſuſciperent: l. 1. D. de legit. tut. Iuriſconſulti, æquitatis & rationis ſimilitudine adducti, ſtatuerunt, quod lex de furioſis ſanxerat, id etiam ad prodigos producendum eſſe: propterea quod furioſorum faciunt exitum: vt ait l. his qui, 12. §. vltim. D. de tutor. & curat. dat. Nihil igitur mouere nos debet l. ſæpe, 12. D. de curat. fur. §. 2. Inſt. de curat. §. 1. eod. tit. apud Vlp. tit. Regul. 12. vbi dicitur curationem furioſi ac prodigi è lege XII. tab. eſſe. nam, vt dixi, patronorum tutela, atque etiam parentum manumiſſorum, perſæpe legitima dicitur: quam tamen propter hereditatum conſequentiam Iuriſconſultorum interpretatione introductam fuiſſe conſtat: ſecundum illam Q. Mutij regulam, Quò hereditas, eodem tutela redit. l. 73. D. de regul. iur. neque nouum eſt, ea dici legitima, quæ non verbis ſed ſententia legis inducta ſunt l. 6. D. de verb. ſignific. Ac ſimiliter factum videmus, vt Vlpianus ita ſcripſerit: Lege XII. tab. prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio. l. 1. D. de curat. fur. & l. is cui, 18. D. qui teſtam. fac. poſſ. cùm tamen mox ſubiungat, eam interdictionem morib. introductam fuiſſe. vbi verba Vlpiani ante annos XXX. ita reſtitui: *Sed (quod moribus quidem ab initio introductum eſt) ſolent hodie Prætores &c.* Denique Vlpianus eodem loco dilucidè ſcribit Prætores dare ſolitos curatorem prodigo ad exemplum furioſi. quod primum huius noſtræ diſputationis argumentum eſſe volumus. Sequitur ſecundum, ex eo, quod quemadmodum Iuriſconſulti

A non modò ad exemplum legitimæ agnatorum tutelæ quaſi legitimam patronorum tutelam inſtituerunt & inſuper ad exemplum Quaſi legitimæ ſecundam Quaſi legitimam, parentum manumiſſorum, eodem modo poſtquam ad exemplum legitimæ furioſorum tutelæ inſtituerunt Quaſi legitimam prodigorum tutelam, ad extremum etiam (vt iura ſenſim ſolent excreſcere) inſtituerunt quaſi legitimam mente captorum, ſurdorum, & mutorum: omnium denique qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. §. 2. Inſt. de curat. l. his qui, 12. D. de
B tutor. & curat. dat. Tertium argumentum multo certius exſtat apud Vlpian. tit. Regul. 12. vbi ſcribit, ingenuo prodigo, ſi quidem heres teſtamento patris factus eſt, ex lege curatorem dari non potuiſſe: nam ei ſoli ex lege dari, qui ab inteſtato heres patri ſit factus. atque idcirco à Prætore ei dandum eſſe. quod, meo iudicio, Vlpianus ſcripſit contemplatione alterius capitis, in quo ita ſcriptum eſt: *Si paterfa. inteſtato moritur, agnatus proximus familiam habeto.* ſecundum quam legem Paulus ſic ſcribit: Inteſtato parente mortuo agnatis de-
C fertur tutela. l. 6. D. de legit. tut. Sic igitur Iuriſconſulti ratiocinati ſunt: Lex non vocat agnatos ad curationem familiæ: Lex non iubet agnatorum poteſtatem eſſe in agnati pecunia, niſi cum pater ipſius inteſtatò mortuus eſt. Et ratio legis hæc fuit, vt iis demum onus imponeretur tutelæ, qui ſucceſſionis commodum expectarent. d. l. 1. D. de legit. tut. vnde regula illa Q. Mutij ſuperius tradita, Quò hereditas redit, eò tutela peruenit. At ſi parens prodigi inteſtatò deceſſit, & Prætor eidem bonis interdicat, tum certè quia neque inter viuos,
D neque mortis cauſſa quidquam ex illis bonis deminuere poterit: l. is cui, 18. Qui teſt. fac. ipſo iure ad agnatos deferetur. Quapropter æquum eſt, vt qui commodum bonorum expectant, eorum tuendorum & conſeruandorum curam ſuſcipiant. Quid ergo ſi parens eum heredem teſtamento inſtituit? quidni etiam agnato ipſius proximo curatio ipſius deferetur? Nam caput illud legis, quo inteſtati hereditas agnato proximo defertur, non ad parentem inteſtatò mortui, ſed ad ipſum inteſtatò mortuum pertinere videtur. Reſ-
E pondeo, quoniam inteſtatus deceſſiſſe non dicitur, qui cùm teſtari non poſſet, teſtatus non eſt: l. 1. D. de ſuis & legit. neque enim qui teſtatus eſſe non poteſt, propriè dici poteſt inteſtatus. Quare Iuriſconſulti legem illam ſic interpretati ſunt, Si inteſtatus moritur, qui teſtatus mori potuit, agnatus proximus familiam habeto. vt quoniam contrariorum contraria ſunt conſequentia, ſic ex contrario ratiocinentur, Si teſtatus moritur, qui inteſtatus mori potuit, agnatus familiam non habeat. quod Vlpian. d. tit. Regul. 12. illis exponit ver-
F bis: Si ingenuus ex teſtamento heres factus male bona diſſipat, huic ex lege dari curator agnatus non poterat: quoniam non ab inteſtato, ſed ex teſtamento heres factus eſt. Quid igitur de furioſo dicemus? An ſi pater eum heredem fecit, & poſt annum ætatis XXV. furioſus eſſe cœperit, agnatus proximus familiam non habebit? nam hoc pari ratione concludi videbatur. Sed Vlpianus de ſolo prodigo hæc ſtatuens, non obſcurè furioſum excludit. Cuius rei ratio non aliunde petenda eſt, quam ex eo quòd tota hæc ſpectat diſputatio: ni-
G mirum Iuriſconſultis non licuiſſe eſſe ingenioſis in verbis legis de furioſo tam expreſſis, ac tam dilucidis. & quamuis furioſi pater heredem illum teſtamento facto inſtituiſſet, tamen ſi poſt annum ætatis XXV. furioſus eſſe vel inciperet, vel perſeueraret, agnatum nihilominus eius curatorem fore. Atque hoc caſu verbum Inteſtati impropriè etiam ad eũ pertinuiſſe, qui cùm teſtari

ſtari non poſſet,nec teſtatus eſt.qualis eſt ſeruus,vel filiusfa. in peculio non caſtrenſi. nam illi nec teſtati nec inteſtati dici poſſunt. Quænam igitur huius inter furioſi & prodigi agnatum differentiæ ratio eſt?nimirum hæc,quam ſuperius diximus: quoniam legitima furioſi tutela nominatim & expreſſis ipſius verbis legis inſtituta eſt: at prodigi tutela ex interpretatione & ſententia,propter hereditatis conſequentiam, à Iuriſconſultis inducta eſt.

Variæ variis in locis emendationes,itémque Turnebi vocata in diſquiſitionem emendatio in Piſoniana Maialis pro Animalis.

CAP. VII.

PRimus eſt in l. 3. §. item feras, D.de adquir. poſſ. quem ita cum negatione legendum puto: *Sed eos piſces qui in ſtagno ſunt, aut feras, quæ in ſyluis non circumſeptis vagantur à nobis non poſſideri*: vbi vulgo legitur, SILVIS CIRCVNSEPTIS. Quemadmodum enim Paulus piſces qui in piſcinis incluſi ſunt,iis opponit,qui in ſtagno vagantur: ſic feras,quæ viuariis, hoc eſt,incluſis ſaltibus coercentur, iis opponit, quæ in apertis & minime circunclusis ſiluis vagantur. Et Viuaria eodem ſenſu nominantur in l. vſufructuarium,62. D.de vſufruct. Secundus eſt in l. ſi bene,33.D.de vſuc.vbi PRÆSES PROVINCIÆ vitioſe ſcriptum eſt, ſiue à librariis, ſiue à Triboniano. nam cùm illa lex ſumpta ſit ex lib. Vlpiani De offic. curatoris reip. & conſtet officium eiuſmodi Curatorum fuiſſe,vt pecuniæ publicæ collocandæ & adminiſtrandæ procuratorem haberent, dubitari non debet Vlpianum ſcripſiſſe CVRATOR REIP. de cuius hac in re officio conſtat ex l.2. §.4.& l.vl. D.de admi. rer. & l.vl.§.qui amœnam, D.de munerib. & honor. Tertius eſt in l.Cicer.de legib. III.in illis verbis: Neque ſolum iis præſcribendus eſt imperandi,ſed etiã CIVIBVS obtemperandi modus.Nam cum illo toto loco de ſolis magiſtratibus loquatur,vocem CIVIBVS vt adulterinam abiudico. quod etiam illis verbis confirmatur: Nam & qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſtè paret, videtur qui aliquando imperet dignus eſſe. Cùm igitur non perpetuos eſſe magiſtratus velit,modum illis & imperandi & vbi magiſtratu abierint obtemperandi præſcribit. Quartus eſt in eiuſdem Oratione in Piſonẽ:in illis verbis:Ego prouinciam Galliam &c. quam cum Antonio communicaui, quod ita exiſtimabam tempora Reip. ferre: vbi reponendum cenſeo COMMVTAVI. Macedoniam enim Cicero ſortitus fuerat,quam cum Gallia,quæ Antonio obuenerat,commutauit:vt Dio apertiſſime teſtatur.Sed iam video illã emendationem à Lambino viro doctiſſ. in ſuis ſcholiis interpoſitam. Quintus ſit igitur in eadem Orat. in illis verbis: Cum quidam Tribunus pl. ſuo auxilio magnos ludos facere iuſſiſſet: vbi ante annos XXX.multis teſtibus repoſuit ex Aſconio MAGISTROS. quod tamen etiam feciſſe poſtea Manutium & Lambinũ animaduerti.ſed res eſt eiuſmodi, vt duos dominos ferre poſſit. Quod verò Adrianus Turnebus vir ſingulari eruditione præditus tertio pòſt verſu pro IN KAL. IAN. reſtituere ſe ſcribit ex antiquo libro IN III. KAL. videamus ne probari alicui non poſſit. quia nullã tũ eiuſmodi poteſtatem Piſo habebat. Itaque paulo ante Q. Metellum deſignatum Conſulem C.Piſoni iam Conſuli & imperium obtinenti, & poteſtatem in Sext.Clodium habenti oppoſuit.Sextus eſt in eadem Orat.in illis verbis: Conſulem ego tum requirebam:conſulem,inquam,non illum quidem,quem in hoc ANIMALI inuenire non poſſem.vbi ex Iſidoro iidem doctiſſimi viri, Turnebus inquam, & Lambinus reponendum cenſent MAIALI: quem porcum caſtratum Iſidorus interpretatur.Sed vt Ciceronis conſuetudinem omittam, quæ ab iſto conuitiorum genere planè aliena eſt,quàm aptè, quæſo, cum Caſtrati mentione cõgruunt, quæ tam ſæpe & tam acriter de ſtupris & ſcortationibus paſſim à Cicerone Piſoni obiiciuntur? velut in ea de prouinc.Conſul. vbi ſcribit virgines nobiliſſimas ſe in puteos abieciſſe, & morte voluntaria nefariam illius turpitudinem depuliſſe. Eò accedit, quod vbi de Piſone loquitur crebrò verbum hoc Animalis vſurpat,cuius rei & hæc ipſa,& item Sextiana Oratio ſatis multa exempla ſuppeditat.

De caducis legionis: ad l.4.§.eadem, D.de fideicom.libert.

CAP. VIII.

IAmpridem mihi diſplicuit mutatio,quam olim probaram apud Vlpianum, vbi de caducis legionis mentionem facit, quo loco CADVCARIIS LEGIBVS reponendum eſſe arbitrabar:ex eodem Vlpiano tit Regul.28.Sed animaduerti poſtea,Caduca legionis dici,bona militis, quæ agnatis & cognatis ipſius omnibus vſque ad quintum gradum deficientibus, legioni deferebantur ex Impp. Adriani conſtitutione. nam vt vacantia paganorum bona fiſco committebantur, ita bona militis propter delictum aliquod militare damnati bona in arcam legionis aut vexillationis deferebantur.De Adriani conſtitutione teſtimonium eſt in l.6.§.eius qui,in fin. D. de iniuſt. rupt.teſt. de legitimis heredibus aut cognatis vſque ad quintum gradum, partim in ead. l.partim in l. 2.D.de veteran.& milit.ſucceſſ.l.2.C.de heredita.decurion. Damnatus igitur miles teſtamenti quidem factionem amittebat.ſed ei à quo damnabatur ius erat in ſententia pronuntianda teſtandi facultatem ei permittere.l.ſiquis, 22. §.1. D. de legat. 3.id quod plerumque fieri ſolitum,atque etiam debere,patet ex l.1. D.de veteran. & milit. ſucceſ. Sin autem inteſtatus decedebat, tum aut agnati,aut ipſis deficientibus cognati vſque ad quintum gradum ſuccedebant:aut omnibus deficientibus,legio:quæ hoc caſu Caducaria dici poterat: quandoquidem Caducarij vetuſto verbo dicebantur, qui fiebant heredes in bona eius qui heredem non habebat.

Emendationes aliquot ope Harmenopuli indicatæ.

CAP. IX.

PRima eſt in l.de ætate,11.§.vltim. D.de interrogat.nam pro RESPONSI docet Harmenopulus lib.1.tit.2.legendum RESPONDENTI: *Licet reſponſi pœnitere, ſi nulla captio ex eius pœnitentia ſit actoris*. nam alioqui vox EIVS quò referatur non habebit. Item mox verba hæc abundare oſtendit, INSTRVCTVS QVID FACIAT. Sic.n.legit: *Si quis poſtea plenius inſtrumentis vel epiſtolis amicorum iuris ſui ſit edoctus*. Altera eſt in l.3.§.vlt.D.de accuſat.vbi ſic ſcriptũ eſt: *Si accuſator deceſſerit,aliáve qua cauſſa eum impedierit quominus accuſare poſſit*. Quanto melius Harmenopulus lib.1.tit.2. QVOD MINVS REVM PERAGERE POSSIT? καὶ διεξελθεῖν ἐμποδισθῇ τῇ κατηγορίᾳ. Tertia eſt in l.1. D.ſi quis caut. *In ſingulos dies dinumerari Prætor iubet præter eũ diẽ*. Harmenopulus interponit vocem REO: vel *Ei qui ſe iudicio ſiſti pro-*

*miſit.*nam eod.tit.καθ' ἡμέραν,inquit, λογίζεται τῷ ὀφεί- A λοντι πρὸς ςῆναι:ſed hæc leuis emendatio eſt.item vt illa l.1.§.ſi quis vltra,D.de quęſtionib. *Aut qua alia de cauſſa in ſe confiteatur.*vbi Harmenop.ti.4.CONFINXIT legiſſe videtur: ſicut in epiſtola D. D. fratrum καθ' ἑαυτὸ ψευδεῖαι. Quartam lubenter admitto in l. 2. §.2. D.de pœn. Ceterum ſi prouocet,nondum damnatus videtur. Imò,Non dānatus.οὐκ δοκεῖ καταδικασθῆναι Sed illud Harmenopuli mendū eſt non ferēdum in l. non diſtinguemus,32.§.de liberali,D.de recept.vbi pro POPVLARI ACTIONE,perabſurde legit PVPILLARI ACTIONE: B περὶ ὀρφανικῆς ἀγωγῆς eod.lib.1.tit.4.Quinta vehementer arridet in l.2.D.de pact.Labeo ait conuenire poſſe, vel inter preſentes,vel inter abſentes per epiſtolam vel per nuntiū.συμφωνεῖ τις ἢ ἀπὼν καὶ παρὼν, καὶ διὰ ἐπιστολῆς καὶ ἀγγέλου.li.1 ti.9. Sextam ferre nō poſſum,quā tamen doctis nonnullis viris vehementer probari animaduerto.nam in l.penult.D.de ſeruit.vrb.præd.video eſſe qui pro PARIETE COMMVNI reponendum putent, PARIETE COECO. propter Harmenopuli auctoritatem, qui τυφλὸν τοῖχον conuertit, quam ſcripturam Græci o- C mnes (vt video)ſecuti ſunt.Baſilic.58.tit.7. Sed eorum argumentis alio quodam harum Obſeruationum libro reſpondimus.

Ad l.ſi quis,10.D.ſi ſeruitut.vindic. An tempore ſeruitus adquiratur:an vſucapiatur.ſeculū & ſeculares ludi.

CAP. X.

AD proximam ſuperiorem diſputationem pertinet conciliatio quę à nonnullis excogitata eſt inter l.ſeruitutes, 14.D.de ſeruit. & l.ſi quis, 10. D.ſi ſeruit vind.Putat Luſitanus, vir doctus & ingenioſus, vſucapione quidem adquiri ſeruitutem non poſſe:tempore adquiri poſſe.quod Saliorum fortaſſe carmen eſt, quod Fabius ſcribit, ne ab iis quidem qui canebant intellectum fuiſſe. Tempus, inquit, eſt modus adquirendæ ſeruitutis, ſicuti pactio, ſtipulatio legatum. Sed quid aliud eſt rerum omnium aliarum vſucapio,niſi adquiſitio per vſum & poſſeſſionem legitimi temporis? l.2. C.de ſeruit. & aq.l.3.D.de vſurpa.Quod verò ait,vſucapionem earum demum eſſe rerum,quæ in dominio noſtro eſſe poſſunt,ſeruitutes autem in bonis noſtris non eſſe: propter d. l.1.D.de vſufr.legat.ac proinde vſucapi non poſſe:ſuperius hoc quale ſit demonſtrauimus. Videamus igitur quid ſit, quod Vlp.ait,ſeruitutes longo tempore poſſeſſas, vtilem poſſeſſori actionem parere, quamuis poſſeſſor ius nullum aliud, nullúmue alium titulum alleget, quàm longam poſſeſſionem.quod idem confirmat in l.apparet,5.§.penu. D. de itin. actúque priu.itémque Scæuola in l. vlt. D.de aq.pl.arc.& Imp. Antonin.in l.ſi manifeſtè,7. C.de ſeruit.& aq.vnde Accurſius & alij Accurſium ſecuti notant,Seruitutes ſine titulo præſcribi poſſe. Nam huic Accurſij ſententiæ perſpicuè aduerſatur l.4.C.de pręſcript.long.temp.vbi Imp.negat,pręſcriptionem longi temporis ſine titulo procedere. Itaque cùm Iuſtinianus ſcribit, vtilem actionem ei,qui longo tempore poſſedit accommodari: ſimul illam exceptionem adiungit,ſi quidem emtionis,vel donationis,vel alio quouis titulo rem illam bona fide poſſederit. l. ſi quis,8.C.de præſcript.trig.ann. Difficilis nodus hic videtur:neque mihi facile receptam gloſſæ & Doctorum ſententiam probari patiar, vt ſeruitus præſcribi ſine titulo & iure alio quàm poſſeſſionis diuturnitate poſſit. Quid ergo eſt?Opinor ſupradictā legem Si quis,ſumptam ex libro Vlpia. ad edictum LIII. coaſſandam eſſe cum l.1. §.vlt.D.de aq. pl. arc. quæ ex eodem libro deſcripta eſt.vbi Vlp.idem quod hoc loco ſcribit, vetuſtatem poſſeſſæ ſeruitutis tituli vicem obtinere, & ei qui longo tempore poſſedit, vtilem actionem ad eam vindicandam accommodari. Sed quæri poteſt, quantum tandem illud longum tempus Vlpianus ſignificet. Et reſpondemus, Labeonem & Paulum in l. ſeq. §. idem Labeo docere id eſſe, cuius memoria non exſtat, ſed tamen quod ex iis auditum eſt qui memoria tenebant:quod idem Pomp.docet in l. 3. §.ductus,D.de aq. quot.& æſtiu.Atqui ſpacium hoc veteres Seculum ap- B pellabant:vnde Ludorum Secularium nomen,quos viuus nemo meminerat. ſed ex patribus qui memoria tenebant audierat.nam Seculum definiebant, in quo eſſet orbis ætatis.Orbem autem vocabant ætatis (inquit Cenſorinus) dum natura humana ad ſementē reuertitur:quam γενεὰν Græci quidam dixerunt. Seculum autem Varro & Feſtus interpretantur ſpacium annorum centū.ex quo duci coniectura poteſt. Vlpianum in hac lege ſic potius ſcripſiſſe, PER ANNOS FORTE CENTVM:quā vt eſt in vulgatis libris, FORTE TOT. quod C ſanè abſurdum videri poteſt. cùm & Labeo & Paulus & Pomponius in illa vetuſtate definienda non tempus requirant, quod vulgo dicitur, Poſt homines natos, vel Poſt hominum memoriam:ſed potius Ante hominum memoriam, & Ante hanc hominum ætatem. Quemadmodum igitur in ludis Secularibus inuitare præco ſolebat ad ludos, quos neque ſpectaſſet quiſquam, neque ſpectaturus eſſet:ita titulum & (vt Pompon.loquitur)originem poſſeſſæ ſeruitutis Iuriſconſulti requirunt,quam neque vidiſſet quiſquam,neque me- D miniſſet,ſed ab iis qui meminerāt audiſſet.Non neceſſe eſt,inquit Labeo,ſuper eſſe qui meminerint:ſatis eſt, ſi ſuperſint,qui ab iis audierint,qui memoria tenuerint. Quibus verbis nemo dubitarit quin circiter centum annorum ſpacium apertè ſignificetur. Quæ cùm ita ſint, facile intelligi poteſt, quid de lege Scribonia exiſtimari oporteat, quæ ſeruitutem vſucapionem ſuſtuliſſe dicitur in l. 4. §. vlt. D. de vſurpat. nam vſucapionem quidem illa lex ſuſtulit, quæ biennij ſpatio com- E plebatur:idque propter crebras eorum lites & contentiones qui ſe debere ſeruitutem negabant, quàm ſibi alij vindicabant. ſed centum annorum auctoritatem quàm Iuriſconſulti defenderunt, tollere non potuit. quippe cum hæc æquiſſima ratione nitatur, quòd veriſimile non ſit plures ordine dominos & prædij alicuius poſſeſſores adeo incogitantes, aut potius adeo ſocordes fuiſſe vt ſeruitutem in ſuo prædio per annos prope centum poſſideri ſinerent, niſi eam certa orgine certóque iure ac titulo niti cognouiſſent.

F *Ad l.ei fundo.19.D.de ſeruitut.ſeruitus nulla quæ inutilis:inutilis autem vel ſua natura vel per accidens.*

CAP XI.

SVperiori animaduerſioni proxima eſt altera eiuſdem docti & acuti hominis conciliatio l.quoties, 15.cum l.ei fundo,19. D.de ſeruit. nam cùm Pomponius ſcripſiſſet ſeruitutem prædialem conſtitui non poſſe, niſi cuius aliquis vſus, aliquod commodum, aliqua vtilitas ad vicini prædium G redire poſſet, (vbi enim vicini non intereſt, ſeruitutem nō intelligi)tamen Labeo ſubiungit, aquæ ductum adquiri meo prędio poſſe,quamuis aqua meo prędio vtilis non ſit:*Videamus*,inquit ille,*ne inutilis ſeruitus, ſeruitus ſit:veluti aquaductus: quam prædij ſeruitutem eſſe conſtat, licet aquam mihi ducere non expediat.* Putat igitur vir eruditus, aquæ ducendæ ſeruitutem conſti-

tui

tui poſſe, quamuis aqua illa vicino ſit inutilis. In quo magnopere ab eo diſſentio. propterea quòd ſeruitutum ea natura eſt, vt alicui ſeruiant, atque vtilitatem afferant:ſi non ſeruiant,dici ſeruitutes non poſſunt.veluti ne vicinus in ſuo fundo ſedeat, ambulet,lauet, dormiat, Græcè aut Latinè loquatur. l. ſicut, 8.§. vlt.D.ſi ſeruit.vind.& d.l.quoties, D.de ſeruit.quemadmodum enim ex parte ſeruientis prædij debet patientia domini, ita ex parte dominantis debet eſſe vſus,ſiue actio quam alter patiatur:neque patientia ſine actione intelligi poteſt. Sed duo Florentini libri menda quemadmodum vulgarium librorum ſcriptura corrigenda ſit,non obſcurè declarãt.Prius eſt in illis verbis: DEDERE DVCERE. alterũ in illis DEBERE HABERE. Sic enim Labeo ſcripſerat, SI AQVAM ALICVI DEBERI NON EXPEDIRET. Sed cum prior librarius nullo ſenſu ſcripſiſſet DEBERE, ſemidoctus aliquis repoſuit DVCERE. poſtea verbum DEBERE ex antiquo libro in margine annotatum temerè vna cum verbo HABERE coniunctum fuit. Sententia igitur hæc eſt: Aliud eſſe, Seruitutem ſua natura eſſe inutilem: quales illæ ſunt, quas modò dicebamus: aliud per accidens aut loci aut temporis eſſe inutilem: quæ tamen alio vel loco vel tempore poſſit eſſe vtilis.Licere ergo ei, qui ſuũ fundum vendit, hanc ei legem dicere, vt vicino aquæ ductum debeat, quamuis hoc tempore vicinus ea nec ageat, nec vtatur. quædam enim iura nos habere poſſe, quamuis illis hoc tempore non vtamur. Ac nimirum hęc ipſa eſt Labeonis ſententia in l.Labeo,10.D.de ſeruit.ruſt.eiuſmodi ſeruitutem rectè conſtitui, vt aquam in alieno quærere,& inuẽtam ducere liceat.quam Paulus confirmat in l. vltim. ſi ſeruit. vind. & ſecundum eandem ſententiam Vlpia.ſcribit, rectè conſtitui ius opus faciendi in alieno, vt ſeruitute commodius vti liceat.l.damni,30. D.de damn.inf. Quare nihil dubitandum arbitror,quin duo illa verba DEDERE DVCERE, funditus, tollenda ſint: & in eorum locum verbum DEBERI reſtituendum: ſequenti autem verſu pro DEBERE HABERE, ſublato priore verbo,ſolum poſtremum retinendum:ſicut in libris Accurſianis rectiſſime ſcriptum eſt.

Nerati diſſenſio ab aliis Iuriſconſultis in diſtinctione vrbanarum & ruſticarum ſeruitutum.

CAP. XII.

REctiſſimè animaduertit idem vir doctus capite ſequenti Neratium vrbana prædia loco diſtinxiſſe à ruſticis in l.2.D.de ſeruit. ruſtic. præd.cum alij Iuriſconſulti ea inter ſe non loco, ſed materia & qualitate diſtinguant. veluti Paulus in l. vrbana, 198. D.de verb.ſignif.& Imper.in l.ſi prædium, 16. C. de præd. min. ſed quod idem vir doctus ſubiungit, ruſtica ædificia,quæ materia, inquit,non loco, ab vrbanis ſeparantur, eſſe prædia ruſtica, neque propriè dici ædificia, quoniam ædes & ædificia, coniugata ſunt:villas autẽ nemo ædes appellat: in eo probare ſententiam eius non poſſumus. primò quoniam illa Neratij ſententia ab aliis Iuriſconſ. exploſa eſt.deinde quoniam ipſemet Neratius, in cauſſa illatorum & inductorum eam ſententiam non probat. nam & prætoria & ſtabula & meritoria quæ extra vrbem ſunt, in vrbanorum prædiorum numerum refert:vt ſcilicet quę in illa illata ſunt, tacitè pignori obligata pro mercede cenſeantur. Cuius Neratij ſententiæ hanc credo rationem fuiſſe,quia prætorij, quod voluptatis cauſſa comparatum eſt,aut ſtabuli, aut alterius meritorij nullus eſt A alius reditus, qui tacitè obligari poſſit: ſicut in prædiis ruſticis. quapropter ius taciti pignoris in huiuſmodi prædiis concedit,etiam ſi non habitationis cauſſa conducta haberentur,ſed alterius rei cauſſa:puta ſeruandarum mercium vel frugum. cuiuſmodi eſt horreum.l.3. ſuprà eod. tit. Neque verò illam eruditi viri diſputationem adiuuat, quod ait ædes, & ædificium eſſe coniugata: villã autem à nemine appellari ædes: propter l. fundi, 211. D. de verb. ſignif. Nam Florentinus in illo loco diſertè nos admonet,id quidem verum eſſe,ſecũ- B dũ vſitatum & popularem vſum loquendi. quibus verbis ſignificat aliam eſſe Iuriſconſultorum propriam & peculiarem loquendi conſuetudinem: vt videmus in l. licet,103.D.de verb.ſignif.l.2.D.de vſurpat. & certè ita eſt.nam Columella lib.1.cap.6. vrbanam villam appellat, quam dominus voluptatis cauſſa ſibi in agro ædificauit: quia etſi in agro eſt, vrbani tamen ædificij vſum præſtat. Sed certè vſitata conſuetudo villam omnem quantumuis ſumptuoſam prædium ruſticum appellabat. Itaque Plinius epiſt. lib. 6. vbi de Camiliana villa C reficienda loquitur. Ruſticorũ,inquit,prædiorũ adminiſtratio poſcit durum aliquem & agreſtem, cui neque labor ille grauis nec cura ſordida nec triſtis ſolitudo videatur. Rectiſſime igitur contra vulgarem linguæ Latinæ conſuetudinem,quam Neratius ſecutus eſt, concludemus,omnia ædificia ſiue in vrbe,ſiue in agro ſint, prędiorum vrbanorum numero habenda.d.l.1.D.commun.præd. d.l.198. D.de verb.ſignific.ac proinde non ruſticorum (vt Neratius in d.l.2.ſcripſit) ſed vrbanorũ prædiorum ſeruitutes eſſe, licere prætorium altius tol- D lere,& officere prætorio vicini:cloacã habere per vicini domum vel prætorium: quia villa in agro ædificata, vrbani prædij numero habetur: viciſſimque hortus in vrbe quæſtuoſus, veluti olitorius, ruſticum prædium æſtimatur: denique & in vrbe poſſe ruſticum eſſe prædium, & extra vrbem vrbanum. Quinetiam veriſſime illud ſubiungi poteſt, quamuis vrbanæ ſeruitutes à ruſticis non tantum genere prædij, ſed etiam natura & vſu ipſo differant: quoniam ruſticæ omnes in patiendo, vrbanę tam in patiendo, quam in non faciendo conſi- E ſtunt:tamen quæ vrbanæ ſunt,ruſticas fieri poſſe: viciſſimque quæ ruſticæ ſunt, vrbanas.nam aquæductus aut itineris ſeruitus ſi per domum conſtituatur, vrbana dicetur:ſi per agrum,ruſtica.l.ſi ego,11.§.1.D.de Public.l. iter,14.D.commun.præd.

An aqua quærendæ tantùm non etiam eiuſdem ducendæ ſeruitus rectè conſtituatur.

CAP. XIII.

F AGeſis,& quod ex eodem diſputationis genere, in eodemque ordine reliquum caput eſt, exſequamur. Putat idem vir doctus Labeonem non ideo pugnantia ſcripſiſſe, in l.Labeo,10.D.de ſeruit.ruſt.& l.vlt.ſi ſeruit vind. quoniam aliud eſt iter aquæ,aliud aquæductus. nam ex meo fonte aquæductum tibi me poſſe cedere, licet per meum non ducas:hoc eſt,inquit,licet per meum tibi aquæ iter non dem.Sed quomodo tibi aquęductum ex meo fundo poſſum concedere,vt non ſimul eius per meum fũ- G dum ducendæ ſeruitutem concedam? Credidit igitur Labeo in d.l.vlt. eius aquæ quæ nondum extaret, iter (id eſt riuum) ideo concedi non poſſe, quoniam riuus certo in fundi loco conſtituitur. inuenta autem aqua, quæ pluribus forſitan fundi locis exquirenda eſt, commodius fortaſſe per alium locũ duci poſſet.Neque verò cõtrarium ſcripſerat in d.l. Labeo.nam ibi agebatur

de iure aquæ quærendæ, hic de iure riui per quem illa inuenta duceretur. quod præmaturum conſilium eſſe putabat, prius agi de loco, per quem aqua duceretur, quàm illa quæſita & inuenta eſſet. ſed Paulus eius ſententiam non probat: quia ſi valet pactum vt aquam tibi quærere & inuentam ducere liceat: quidni etiam adiũgi eidem poterit, vt eam per certum ac definitum fundi locum ducere liceat? aut verò per certum modum, puta per riuum apertum, aut lapideum, aut per fiſtulas, & canales. Nam hoc nimirum eſt, quod paulo ante dicebamus, etiam ſeruitutem conſtitui poſſe, quæ certo vel loco vel tempore eſſet inutilis: puta vt aquam mihi ducere liceret, cuius tamen nulla in præſentiarum ad meũ prædium commoditas & vtilitas rediret. l. ei fundo, 19. D. de ſeruit.

Ad l. ex meo, 24. D. de ſeruit. ruſtic. 10. D. de aq. quotid. vbi de Aquæductu.

CAP. XIIII.

FOedum eſſe mendum arbitror in illis verbis: PROCVLVS CONTRA. neque verò hanc poſteriorem vocem Haloander agnouit: neque adeo ſatis exputare poſsũ, qua in re Proculus à Labeone (quem eiuſdem ſectæ fuiſſe conſtat) magnopere diſſentiat: niſi quod ſententiam à Labeone latius ac liberius enuntiatam contrahit ac reſtringit. Summa quæſtionis hæc eſt: An mihi liceat ex aquæductu, quem in fundo Mæuij habeo, vicino meo commodare: id eſt vicino meo gratificari, vt partem illius aquæ aliquam abducere, in ſuum fundum poſſit. neque enim de ſeruitute prædiali ex aquæductu conſtituenda hic agitur, ſiue quia ſeruitus ſeruitutis conſtitui non poteſt, ſiue quia ius aquæductus non niſi ex capite & fonte conſtituitur. l. ſeruitus, 9. D. *h. t.* ſed agitur de iure perſonæ concedendo, quod cùm ipſa ſimul interire oporteat. Quam ad rem nemo mediocriter in libris noſtris verſatus non reſponderet, diſtinctione opus eſſe, vtrum aqua iam in meum fundum ingreſſa ſit, an nõ ſit. Nam ſi iam ingreſſa eſt, quid Mæuij intererit, vtrum eam ſoli mihi & meo prædio ſeruem, an illius vſum ſexcentis aliis concedam? cùm omnes partes mei fundi in quem aqua ducitur, eiuſdem numero ſint: hoc eſt, pro vna eadémque numerentur: ſicut idem Labeo loquitur, in l. 2. §. illud Labeo, 10. D. de aqua quot. apud quem ita omnino legendum eſt: non vt apud Accurſiũ, & Haloandrum corruptè, vel EIVSDEM NVMERI: vel EODEM NVMERO. Dixit autem vnius eſſe numeri, quia fundo debita ſeruitus omnibus ipſius partibus debetur. l. via, 23. §. vlt. D. de ſeruit. ruſt. Quare poſteaquam aqua ex fonte Mæuij in meum fundum ingreſſa eſt, poſſum ex ea meo vicino commodare, eique concedere, vt vel totam, vel eius partem aliquam in ſuum fundum abducat, & per quam volet fundi meam partem inflectat atque cõtorqueat. neq; enim quidquam, Mæuij intereſt id fieri. Quid igitur ſi aqua nondum è Mæuij fundo egreſſa, nec in meum ingreſſa eſt? Nimirum æquum eſt, mihi non licere, cuiquam facultatem concedere aquam per Mæuij fundum educere. l. cùm eſſent, 33. §. vlt. D. eod. ſiquidem hoc aliter fieri non poteſt, quin iter aquæ mutetur, & per alteram Mæuiani fundi partem dirigatur, quàm per eam in qua mihi ſeruitus aquæductus acquiſita eſt. nam ſi meus fundus ad læuam erit, vicini fundus ad dextram, iter aquæductus mihi cõſtituti quod ad læuam dirigebatur, ad dextram contorquendum erit: contra regulam iuris prædialis, vt aquæductum certo loco conſtitutum aliò transferre

A & contorquere nõn liceat. l. ſi cui, 9. in fi. D. de ſeruit. l. ſi mihi, 21. D. de ſeruit. ruſtic. l. vlt. D. de aq. quotid. At ſi vicinus aqua mihi ex ſeruitute à Mæuio debita ita in ipſius fundo vti poſſit, vt eam non per aliam ipſius fundi partem in ſuum deducat, quam in qua mihi ſeruitus adquiſita eſt, tum verò nihil vetat, quominus ei ex aqua illa commodare poſſim. quippe, cùm hac quoque ratione nihil Mæuij interſit. Quæ cùm ita ſint, atque hanc Proculianæ notæ ſententiam eſſe opporteat, neminem dubitaturum arbitror, quin aut vox CONTRA, B vt in Haloãdrinis libris, tollenda ſit: aut potius in CONTRAHIT mutanda. vt *Contrahere* Pomponius dixerit, pro *coercere & reſtringere*. quaſi Labeonis ſententiam aliquanto liberius (vt dixi) conceptam Labeo ita coercẽdam ac reſtringendam putarit, vt ita demum vera ſit, dummodo ne vicinus per aliam Mæuiani fundi partem aquam illam à me ſibi conceſſam ducat, quàm in qua ſeruitus mihi adquiſita & conſtituta eſt. d. l. 33. §. vltim. eod. vnde apparet non modo pronomen MEAM, quod omnibus in libris reperio, tollendum, eſſe, quia ſci- C licet non de meo, ſed de Mæuiano fundo agitur: verùm etiam POSSIT rectiſſime in libris Florentinis legi: vbi in aliis POSSIM nullo ſenſu ſcriptum eſt. nam ſenſus eſt, Proculum ita Labeonis ſententiam contrahere, vt ne in partem (vel per partem) Mæuiani fundi aliã, quàm ad quam (vel in qua) ſeruitus mihi adquiſita eſt, ea vti poſſit. nam ſi aliter illa vti non poſſit, quàm ſi ipſius iter aliam in partem inflectat, commodare illi ex meo aquæductu non potero: ne contra naturam huius ſeruitutis faciam, vt aquę ductus locum immutem, & iter ip- D ſius alio contorqueam.

Varia variorum locorum emendationes. Opinio vitiat ſi veritatem vincat, & Budæi emendatio quædam examinata.

CAP. XV.

PRimus eſt in l. 3. §. ſciendum, D. de off. præf. vigil. vbi enim ita præpoſtere ſcriptum eſt, *Vt curam adhibeant, omnes inquilinos admonere*: reſtituendum ſic arbitror: *Et omnes in-* E *quilinos admonere, vt curam adhibeant*, ne negligentia &c. neque fore quemquam exiſtimo Latinæ conſuetudinis peritum, & in libris noſtris verſatum, quin hunc veriſſimum & rectiſſimum eſſe ſcripturæ ordinem agnoſcat. Ac ſimilem traiectionem animaduerto in l. ſed ſi, 10. §. parentes, D. de in ius voc. vbi ſic ſcriptum eſt, *Parentes patroni etiam adoptiui excipiuntur*: cùm in vetere manuſcripto mihi quidam eruditus vir affirmarit ſcriptum eſſe, *Patroni parentes, etiam adoptiui.* quæ ſcriptura multo planior eſt. Tertius eſt in l. ſi quis, F 10. §. 1. D. ſi ſeru. vind. vbi Florentinus liber ſcriptum ſic habet: *Quicunque aquam non ducere impediunt.* Vulgati autem ſic: *Aquam ducere impediũt*, quam varietatem etiam Accurſius notauit. Ego minima mutatione adhibita pro NON reſtituendum affirmo NOS. neque in rę perſpicua plurib. verbis vtendum puto. Vlpianus ſignificat. hanc actionem ab actione aquæ pluuiæ arcendæ hoc differre, quòd hæc non in quemlibet datur, ſed tãtum in dominiũ operis: illa vero in quemlibet, qui nos impediat. l. 4. D. de aq. & aq. plu. Quartus eſt in l. 4. D. G ſi quis caut. vbi ſcriptum ita eſt, *Si forte in exilium ſalua ciuitate abiit, vbi defenſori eius exceptio iſta proderit.* pro quibus non dubito quin ita ſcribendum ſit: *Vt ſi defenſor eius, exceptione iſta poterit.* ſiue quia defenſori non prodeſt exceptio, ſed exuli: ſiue quia ſequenti verſu locutus ita eſt, *Exceptione vti non poſſit.* & mox, *Vt exceptione vtatur.* Quintus eſt in l. 1. §. 3. D. de offic. præf. vrb. vbi credo equidem

do equidem doctiſſimo viro affirmāti ſe in codice antiquo ſcriptum ita vidiſſe *Si fame qua eos comprimat*.Sic enim etiam in vulgatis ſcriptum extat. ſed non aſſentior reponendi ſcripturam illam pro Florentina, qua nihil rectius fingi poteſt, *Si famem qua eos premant*.nam vox *Domini* ſubaudienda eſt. Probo tamen aliqua ex parte librum eiuſdem in l.4.§.2.D.de offic. proconſ.vbi ſcriptum ita eſt, *Et maxime recuſando ne publice vel priuatim occurrant ei*.cùm in Florentino libro ſcriptum ſit *Excuſantis*:pro quo ſi *Recuſantis* reponatur,optimis & idoneis verbis ſententia conſtabit. Sextus eſt in l.1. D.quod quiſq.iur. vbi verius hi duo abſurdiſſime Prætoris edicto tribuuntur, cùm illos Vlpiani eſſe conſtet: *ſcilicet vt quod ipſe quis in alterius perſona aequū eſſe crediderit id in ipſi' quoq; perſona valere patiatur*.vbi tamē IPSIVS pro SVA Vlpianus vſurpauit. Sed & in ipſius edicti verbis vox QVANDOQVE ſecundo poſita videtur pro QVOCVNQVE.nam etſi commodiſſime priore loco poſita eſt, pro Aliquando: tamen vox POSTEA poſteriore loco poſita illam repudiat. nam *Quandoque poſtea* non ſatis Latine dici videtur. Septimus eſt in l.4.§.ſi ſeruus,D.de edend.vbi verba hæc ex vetuſto codice manuſcripto reſtituenda ſunt, *Etiam ſi neſciuit eum argentariam facere*.vt locus ſic legatur,*Dominus de peculio de in rem verſo tenetur: etiam ſi neſciuit &c.*

Octauus eſt in l.argentarius,10.§.1.eod.ti.vbi tum in eodem libro,tum etiam in vulgatis ita rectiſſime ſcriptum eſt:*Edi autem ratio ita intelligitur,ſi à capite edatur: nam ratio niſi à capite inſpiciatur,intelligi non poteſt*.quā emendationem etiam Haloandri liber confirmat.

Nonus eſt in l.1.D.ſi quis ius dic.non obt.vbi vocem NON alieno loco poſita in ſuum ordinem reſtituenda eſt:hoc modo: *Si quis rem mobilem vindicari à ſe paſſus eſt,ſed duci eam vel ferri paſſus non eſt*. Docet enim Vlpianus eum non obtemperare ius dicenti,qui etiam in extrema iuriſdictionis parte contumax eſt: veluti cùm iubēte magiſtratu rem exhibuit, eámque vindicari paſſus eſt, ſed cùm euicta res iudicio fuiſſet,eam vel ferri vel duci paſſus non eſt.l.habere,57.D.de euict. Decimus eſt in l.Seia,42.D.de mor.cauſſ.don.vbi cū ita ſcriptum eſſet,*Incurrebat haeſitatio non extorquendæ donationis, quæ nondum in perſonam filiorum initium acceperat*. Accurſius ingenuè fatetur legi in quibuſdā libris, CAVTIONIS. quod ſine dubio rectum eſt: dum tamen ita locus repleatur,*Non extorquendæ cautionis, quia donatio nondum &c.*neque in re perſpicua pluribus verbis vtendum puto. Vndecimus eſt in l.2 §. ſi à pupillo,D. pro empt.vbi rectiſſimè ſcriptum extat in libris omnibus,*Vt hic plus ſit in re,quàm in exiſtimatione*.niſi forte, cùm Accurſius teſtetur in quibuſdam additam negationem,potius ita legamus: *Vt hic non plus ſit in exiſtimatione,quam in re*.Nam eorum plane repudianda opinio eſt, qui ſimpliciter ita præpoſtere legendum putabant,*Vt hic plus ſit in exiſtimatione,quàm in re*.quod iuri ciuili perſpicuè aduerſatur.quoniam vbi plus eſt in opinione quàm in veritate, error vitiat id quod agitur. velut in l.qui putat,15.D.de adq.here.vbi autem plus eſt in re,ſubſtantia,varietate, valet id quod agitur.velut in hac ſpecie, vbi propterea procedere vſucapio dicitur. itémq; in ſpecie §.ſi ſub,ſup.hac ipſa lege, & §.ſi quis rē ſuam,Inſt.de legat.l.4.D.de manumi.vind.l.pen.§.4.D. de iur. & fact. ignor. l.in ſumma,65.§.1.D.de cond.indeb. Hoc autem caſu ideo plus eſt in re,quàm in opinione,quoniam cùm pupillus ita proximus eſſet pubertati vt ipſius corporis aſpectus emtorem fefelleri t,(quę probabilis cauſſa eſt.l.minor,32. D.de minoribus) meritò cenſetur & intellectum & voluntatem tradendæ poſſeſſionis idoneam habuiſſe.l.1.§.hoc edicto, Ne vis fiat ei qui in poſ.l. pupillum,111.D.de re.iu.l.4.§. denique Iulianus D.de dot.except.l.heredibus,13.D.de dol. mal.Itaque Paulus hoc ipſo loco ſubiūgit furioſi cauſſam directo iure eſſe diſſimilem:quippe, qui neque cōſenſum neque ſenſum habeat.l.furioſi 40.D.de reg.iur. l.2. §. furioſus,D.de iur. codic. l.ſi cum dotem, 22.§.ſi maritus,D.ſolut.matri.ſed tamē vtilitate ſuadente, hoc eſt ex benigna interpretatione, aliud Iuriſconſultis placuiſſe.quod idem tradit in l.pignori, 13. §.1.ſup.*h.t.* in qua tamen ſententia vix eſt, vt Vlpianum ipſius æmulum fuiſſe exiſtimem.l.4.§.idem ſeruandum, D.de dol. except.Poſtrema obſeruatio erit ad l.3.§.3.D. de donat. int. vir. nam cum in omnibus ſic legatur: Sed & his quæ ſunt in eorum poteſtate ſi fuerit donatum, vel in quorum ſunt poteſtate,non valebit donatio:ſi modò vir & ſocer in eiuſdem ſunt poteſtate: Budæus putat ſenſum poſcere, vt legatur SI NON. Quod valde abſurdum eſt.quoniam ob hanc ſolam cauſſam donatio inter has perſonas prohibetur,ne fraus legi fiat: quæ ſine dubio fieret,ſi cui donare non licet, ei donaretur,cuius ille in poteſtate eſt.velut in l.cum hic,§.oratio,12.& l. ſi cuius ſocero,14.eod.

Notata quædam in Pandectis Triboniani emblemata. Multarum taxatio permiſſa iudici. Donatoris cauſſa quàm mariti fauorabilior.

CAP. XVI.

NOtata ſunt à nonnullis eruditis viris quædam in Pandectis Triboniani facinora,quibus illarum ius vetus interpolauit, & ad Imperatoris ſui regulam inflexit. Nos quoque non paucis locis eiuſmodi quædam protulimus. quorum numerum hoc capite augebimus. Nam in l.ſi feriatis, 36. D. de recept. exiſtimamus totum hunc verſum ad Vlpiani ſententiam additum à Triboniano fuiſſe: NISI ALIA LEGE EADEM dies feriata,in qua ſententia dicta, eſt excepta. Nam hunc verſum affirmare audeo ſumptum fuiſſe ex Valentini conſtitutione in l.omnes dies,7.C.de feriis:vbi ſic loquitur:*Vt nec apud ipſos arbitros vel à iudicibus flagitatos, vel ſponte electos vlla ſit cognitio iurgiorum*. Ex eodem emblematum Tribonianicorum genere arbitror illam eſſe appendiculam l.ſi qua pœna,244.D.de verb.ſignif. quam à Pandectis Florentinis abeſſe notæ quædam teſtantur: NISI CVM LEGE EST CONSTITVTVM QVANTAM DICAT. quæ verba facile mihi perſuadeo ſumta eſſe ex l.vl.C.de mod.mult.vbi Imp.multarum quantitatum & ſummam definiūt,quarum taxatio antea iudicū arbitrio permittebatur:vti conſtat ex l.aliud fraus, 131. §. 1. D.de verb. ſignif. quod tamen à poſterioribus Cæſaribus immutatum eſt:vti patet ex l. 2. C. de epiſc. audient.& l.2.C.ne liceat petent.Ad hoc quoque interpolationum genus tria hæc verba referenda eſſe arbitror, SEMPER ET VBIQVE: in l.1. D. ſolut.matrim. cuius rei argumento ſunt eæ Iuſtiniani conſtitutiones, quibus abrogato iure antiquo dotis cauſſam iubet eſſe præcipuam,id eſt potiorem aliis:cùm antiquo iure non eſſet. veluti vt & tacitam hypothecam habeat, & omnibus creditoribus chirographariis etiam antiquioribus præferatur.l.in rebus 30.C.de iur.dot.l. 1. §. 1.D. de rei vx.act. item vt etiam in hypotheca ſua tacita prioribus creditoribus hypothecariis preferatur.l.aſſiduis.12. C.qui pot.in pign.ex quibus intelligitur, Paulum ſcribere non potuiſſe, dotis cauſſam SEMPER aliis potiorem & fauorabiliorem eſſe.Minus etiam dicere po-

tuit VBIQVE. quia lege Iulia de fundo dotali prohi- A bebantur alienari bona mulieris, dumtaxat quæ in ſolo Italico eſſent. Iuſtinianus autem nouo iure conſtituit, vt nec prouinciales fundi etiam volente muliere alienare liceret. l. 1. §. & cum lex, C. de rei vx. act. §. 1. Inſt. quib. alien. lic. Quin ne iure quidem Iuſtinianico verū eſt quod Tribonianus addidit, SEMPER. nam in condemnatione donatoris & mariti, qui in id quod facere poſſunt conueniuntur, donatoris cauſſa dote potior & fauorabilior eſt. ſi quidem in donatore condemnando æs alienum deducitur, in marito non deducitur, B l. patronus, 17. l. inter eos, 19. l. & exheredatum, 49. D. de re iudic. l. maritus. 54. D. ſol. matr.

Quo iure pars ſerui communis ab vno dominorum manumiſſi alteri domino accreſcat.

CAP. XVII.

IVre antiquo ſeruus communis ab vno ex dominis manumiſſus liber non fiebat. quia cùm partim proprius, partim alienus eſſet, l. C 2. C. de cōmun. ſeru. manum. pro parte manumittentis, liber fieri non poterat. quandoquidem vnus eſt hominis ſtatus, iſque indiuiduus neque pro parte ſeruus manet. l. ſi pariter, 9. in fin. & l. duobus, 130. D. de lib. cauſſ. l. iudicatæ, 29. D. de except. rei iud. rurſus pro parte non manumittentis, ſeruo alieno dari libertas non poteſt. quia dominorum poteſtatem in ſeruos illibatam eſſe oportet, neque cuiquam ius ſuum detrahi: §. 3. D. de his qui ſunt ſui vel alien. & ob eam cauſſam ſeruus communis heres ſiue cum libertate, ſiue ſine li- D bertate illo iure antiquo ſeruus manebat: quia pro parte liber fieri non poterat: l. verum, 63. §. pen. D. pro ſocio. l. Plautius, 49. D. ad leg. Falcid. & apud Vlpian. tit. Regul. 22. Accidebat igitur, vt dominus manumittens partem ſuam amitteret: eáque alteri adcreſceret: vt ait Vlpian. tit. Regul. 2. & Paul. Sent. 4. tit. 12. Sed quæri video, quo iure titulóve adcretio illa contingeret. Sunt enim qui titulum pro derelicto proferant. quaſi ius adcreſcendi propterea competat, quia manumittens partem ſuam pro derelicto habuerit. non manumit- E tens autem, eam occuparit. qua ratione quæ pro derelicto habita ſunt adquiri conſtat. l. 1. D. pro derelict. Sed quæ pro derelicto adquiruntur, iure gentium adquiruntur. At pars manumiſſi ſerui non iure gentium, ſed iure ciuili adquiritur. quia vera hæc donatio eſt: cuiuſmodi adquirendi modum ciuilem eſſe conſtat. quippe lege Cincia, aut lege Iuſtiniani conſtitutum. Neque obſtat l. quod ſeruus, 36. D. de ſtipul. ſer. vbi habitio pro derelicto dicitur eſſe genere quodam donatio. nam his verbis impropriè aliquid dici ſignificatur. ve- F lut apud Cæſarem lib. Bell. ciuil. 2. Induciarum quodam genere miſericordia facto aduentus Cæſaris expectabatur. At ſerui communis manumiſſio non genere quodam, ſed verè propriéque donatio eſt. Cùm enim manumittens ſciat manumiſſum liberum ex parte non fore, ac proinde futurum vt ſua pars ſocio adcreſcat, facile intelligitur donandi animo manumiſiſſe: idque Imperator non obſcurè ſignificat: cum hunc alienandi modum retulit ſub titul. Inſtitut. de donationib. §. vltim. Atque hoc modo ſingularem caſum licet G animaduertere, quo pars ſerui manumiſſa parti non manumiſſæ cedit: nempe, ſi ſeruus communis vnius ex dominis teſtamento manumiſſus, & ab eodem redemptus ſit. nam cùm vindicta ſeruo proprio imponenda ſtatim libertas ſeruo competeret, conſentaneum erat, eandem ſeruo communi impoſitam ſtatim ius adcreſcendi ſocio attribuere. Verùm in teſtamentaria manumiſſione aliud iuris erat. nam vt libertas teſtamento relicta non ſtatim competebat, ſed mortuo demum teſtatore: ita ſerui teſtamento manumiſſi pars non ſtatim ſocio adcreſcebat, ſed morte demum manumittentis ſubſecuta. qua in cauſa licet rurſum animaduertere quo caſu manumiſſio ſerui communis (quam ſuperius inutilem eſſe dicebamus) fieri poteſt vtilis. nempe, ſi à teſtatore redemptus fuerit. l. 6. §. vlt. D. de hered. inſtit. l. ſi ſeruus, 18. D. de vulg. ſubſtit. Tum enim æque poterit valere manumiſſio, atque ſi ab initio proprius, non communis fuiſſet: nec illi iuri adcreſcendi locus relinqueretur. Atq. ita (contra quàm ſuperius dicebamus) pars ſerui nō manumiſſa parti manumiſſæ cedit. Quod ſi à teſtatore redemptus non eſſet, neque libertas ſeruo, neque ſocio ius adcreſcendi competeret. nam quo caſu libertas ſeruo proprio manumiſſo competeret, eodem caſu ius adcreſcendi competit: vt eodem loco Vlpianus ſcribit. At ſeruus proprius liber & heres eſſe iuſſus, nō eſſet teſtamento liber, niſi & heres eſſet. nam à ſemetipſo, non ab alio libertatem capit. l. 6. §. vlt. D. de hered. inſtit. l. ex parte, 58. D. de adquirend. hered. Prius igitur ſit heres oportet, vt ſit locus iuri adcreſcendi. Heres autem niſi iuſſu alterius domini eſſe non poteſt. at iuſſu alterius domini heres factus per aditionem in ſolidum eſt effectus domini iure hereditario, etiam pro altera ſui parte, quæ eſt in hereditate. Quare dominus alteram partem adquirit non iure adcreſcendi, ſed iure hereditario: perinde atq; ſi ſeruus proprius ſine libertate inſtitutus heres fuiſſet, quo caſu iure antiquo non conſtabat inſtitutio. §. 1. Inſtit. de hered. inſt. l. pen. C. de neceſſ. ſer.

An mortis cauſſa donatio vtriuſque partis præſentiam requirat, ad l. inter mortis, 38. D. de mort. cauſſ. donation.

CAP. XVIII.

QVod annos ab hinc XX. profeſſus ſum in libello De donationibus, iterum profiteor & contendo, locum illum Marcelli mendoſum eſſe, vbi ſcriptum eſt, Mortis cauſſa donari, quod præſens præſenti dat. primùm quia cauſſa, cur in illa donatione præſentia vtriuſque partis, potius quàm in ceteris iuris gentium conuentionibus requiratur, omnino nulla eſt. non enim legis actio eſt, quales emācipatio, manumiſſio, adoptio numerantur: quæ præſentiam vtriuſque deſiderant: vt in Quæſt. illuſt. docuimus ad l. actus, 70. D. de reg. iur. conuentiones autem iuris gentium inter abſentes & per nuntios aut epiſtolas fieri, notum eſt ex l. 2. cum ſimilib. D. de oblig. & act. Deinde quia donatio inter viuos rectè in abſentem, ac proinde aut per nuntium aut per epiſtolam conferri dicitur. ſicuti copioſè docuimus ad l. 6. C. de donat. veluti ſi abſenti mittas qui ferat, aut quod ipſe iam habeat ſibi ipſum habere iubeas. l. 4. l. abſenti, 10. D. de donat. d. l. 6. & l. ſi aliquid, 13. C. eod. Cur autem mortis cauſſa donatio non æquè conferri in abſentem poſſit, cauſſam excogitari poſſe non arbitror. quinetiam eius exemplum extat, donationis, inquam mortis cauſſæ per internuntium factæ in l. ſed interim, 11. §. 1. D. de donat. inter vir. & in l. 26. D. depoſ. Huc accedit quòd cùm hæc donatio etiam ante Iuſtiniani conſtitutionem ad legatorum inſtar redacta ſit, l. 2. D. de Publician. l. Marcellus, 15. l. etſi, 18. l. illud, 37. D. de mort. cauſſ. donat. l. vlt. C. eod. cauſſa proferri nulla poteſt, cur legare abſenti liceat, mortis cauſſa donare non liceat. Poſtremò cū Marcellus in ea quā tractamus lege mortis cauſ-

ſa ca-

ſa capionem à mortis cauſſa donatione eo differre ſtatuat, quòd in illa is qui dari vult neque quidquam de ſuo, ſed de alieno largitur:neque præſens erogari, ſed & in diem & conditionis implendæ cauſſa dari iubet: comparatio & contentio illa quam Marcellus inſtituit, perſpicuè poſtulat, vt ex contrario ſubiungat, in mortis cauſſa donatione eum qui dat, de ſuo, non de alieno largiri:& in præſens,non in diem, aut ſub condicione dare. Quare veterem meam ſententiam arctè retineo:ac planè mihi perſuadeo, locum illum Marcelli mendoſum eſſe. tametſi quemadmodum ad amuſſim illum reſtitui oporteat, non facile dixerim: ope veterum librorum deſtitutus.nam in Latina quidem Baſilici libri editione(Græcam videre mihi adhuc nō licuit) video Heruetum interpretem ita conuertiſſe: Mortis cauſſa donatio eſt,quę datur illico:mortis cauſſa capio, propter implendam condicionem.vt fortaſſe ſuſpicari aliquis poſſit, non ita Marcellum ſcripſiſſe, QVOD PRÆSENS PRÆSENTI DAT: ſed hoc potius modo: QVOD PRÆSENS DATVR. quemadmodum apud Ciceronem lib.Offic.2.Quamquam quod præſens,tāquam in manum,datur,iucundius eſt,&c. niſi forte quis malit: QVOD IN PRÆSENTI DAT. ſicut apud Græcos ἐν τῷ παρόντι. Sic enim Veteres loquebantur, Liuius 4. bell. Maced. Daret talenta centum argenti in præſenti, & quinquaginta talenta in ſingulos annos,per annos octo. Sed tamen ſi in eiuſmodi contentione qualem Marcellus inſtituit, contraria contrariis opponenda ſunt: cùm Marcellus mortis cauſſa capionem deſcribat eam,per quam is qui dari iubet, nō modò nihil de ſuo largitur: verùm etiam ſub condicione dari iubet: probabilius eſt Marcellum in deſcribenda mortis cauſſa donatione vtrumque ſimiliter coniunxiſſe: atque in hanc fere ſententiam ſcripſiſſe: QVOD QVIS DE SVO ET PRÆSENS DAT. vt vox PRÆSENS non ad perſonam,ſed ad tempus referatur. velut in illo Ciceronis,quem modo protulimus loco:itémque in illo Terentij:Præſens quod fuerat malum in diē abiit. Nam cùm donatio non niſi traditione perficiatur,l.1.l.vlt.§.Lucius,D.de donat.l.4.C.de contr.empt. neceſſe eſt eum qui donat præſens dare aut in manum, aut certè per manum, hoc eſt per interpoſitam perſonam.adeo vt per ipſam traditionem rei dominium illico transferatur:quod tamen deficiente condicione,(veluti ſublato mortis periculo)per rei vindicationem,aut per condicionē recuperat.l.1.C.de donat.quę ſub mod.

Particula NON *aliquot locis reſtituta.*

CAP. XIX.

PRimus eſt in l.nouare, 20. D.de nouat.vbi cùm vulgo ſic legatur, *Item procurator omnium bonorum:* rectiſſime Accurſius admonuit in quibuſdam libris extare negationem, & ita ſcriptum eſſe: NON ITEM PROCVRATOR. quam veram ſcripturam eſſe oſtendit l.4.C. ill.tit. vbi Imperator eodem modo ſcripſerat: *Neque* CITRA *voluntatem tuam nouationem facere*: quemadmodum Modeſtinus *Sine ſpeciali mandatu domini*: in l. procurator,63.D.de procurat.quo tamen loco vox CONTRA perperam ſubſtituta eſt.quamquam quid illa negatione opus eſt,recte quidem Latinè intelligentibus?nam ea etiam non addita contendo Pauli verba ſatis ad hāc ſignificandam ſententiam fuiſſe: propterea quòd illa verba(Tutor poteſt,ſi pupillo expediat)ſic accipienda ſunt quaſi parentheſi incluſa. quod ſi fiat, apertiſſima hæc erit,& apertiſſimis expreſſa verbis.Pauli ſententia:*Pu-*

A *pillus*, inquit,*ſine tutoris auctoritate non poteſt nouare.* item *procurator omnium bonorum.* ſubauditur enim *Non poteſt nouare*:vel, Nihilo magis nouare poteſt, ſine ſpeciali mandato domini. tametſi dilucidior oratio Pauli interpoſita negatione futura eſt. Secundus eſt in l.3. D.de public.iud. vbi non minus mendosè ſic ſcriptum eſt: Publica accuſatio reo vel rea antè defunctis permittitur: quàm verè & commodè Haloander reſtituit, NON PERMITTITVR. Etſi enim vulgatis in libris ſcriptum eſt: PERIMITVR, itáque legi Accurſ. teſte-

B tur,Græci etiam verbo ἀναιρεῖται vtantur:tamen & planior illa ſcriptura eſt, minúſque vitioſam continet regulam,propter l.in ſenatus,15.§.ſi propter, & §.ſeq. D. ad Turpill. l.ex iudiciorum.20. D. de accuſat.& multo vſitatior ac frequētior illa eſt locutio: vt apparet ex l.1. l.5.l.de crimine, 12.l.cum rationibus, 16.D.de his qui accuſ. poſſ. vt omittam, quòd ſi PERIMITVR legeremus,inſtitutam fuiſſe accuſationem ac litem conteſtatam oporteret: ac proinde ſub verbo ANTE abſurdè ſubaudiendum eſſet, Ante ſententiam, vel Ante con-

C demnationem:& hac ratione(vt dixi)vitioſa & mendoſa regula traderetur:quod mēdum hoc pacto deuitabimus.Sed alteram maioris momēti emendationem proferamus.Nam tertius eſt in l.4.§.quòd ſi is,4.D.de dol. except.vbi Accurſius teſtatur magnam ætate ſua ſcripturæ varietatem fuiſſe:cùm in quibuſdam legeretur, SI SIT PARATVS: in aliis SI NON PARATVS. item in quibuſdam A DEBITORE ACCEPERIT: in aliis AB EMTORE. Speciem autem quam ibidem proponit,repudiare non poſſumus. ſed eam paulo planius expone-

D mus. Titius creditor petierat à Caio ſuo debitore centum aureos. aliquantò pòſt decidit,& tranſigit cum eo, fore ſe octoginta contentum. Deinde Caius Seio mandauit, vt à Titio ſuum nomen emeret, pollicitus ei ſe cum fide ſoluturum. Seius Caij fidem ſecutus nomen illud emit,pretiúmque perſoluit:idéque ea re ſic à Titio ſtipulatus eſt:Si per te fiat,quominus à Caio pecuniam exigam, centum & decem dabis? Titius nihilominus aliquantò pòſt iterum cum Caio egit, & pecuniam quam ſibi debebat per iudicem abſtulit: cùm Caius

E (vt credi par eſt, itáque Accurſius coniecit) probare tranſactionem illam non potuiſſet. Cuius fallaciæ certior factus Seius,agere ex ſtipulatu cum Titio cœpit,& ab eo centum & decem illos aureos in ſtipulatum deductos petere.Quęſitum ab Ofilio dicitur,Si Titius paratus non ſit reddere quantum ab emtore acceperat, an doli exceptione ſummoueri poſſit? Ofilius reſpondiſſe dicitur, non ſummoueri:neque doli exceptionem ei nocituram. Quod ſane cuiuſmodi ſit,ne ſuſpicione quidem aut coniectura aſſequi vllo modo poſſum.nam

F qua fronte Titius acceptam & à Caio debitore ſuo, & poſt à Seio emtore pecuniam retineret, neque quidquam ei ex vtrauis ſumma redderet? aut quo colore doli mali exceptionem eidem obiiceret?Itaque aquam mihi hoc loco hærere fateor, & cupere ab aliquo erudito viro doceri. Interea putarem non vnam negationem (vt Accurſius quoſdam exiſtimaſſe teſtatur) ſed vtranque delendam eſſe: locúmque ita ſcriptū ab Vlpiano fuiſſe:*Si venditor nominis paratus ſit reddere quantum ab emtore acceperit, nocituram doli mali excep-*

G *tionē*: hoc eſt, Cùm Seius experiri actione ex ſtipulatu aduerſus Titium nominis venditorem cœperit, & Titius reſponderit ſe paratum eſſe quod ab ipſo acceperit, reddere: non denegandam eſſe Titio doli mali exceptionē:quaſi cum Titij iactura locupletari velit,qui præter id quod pro nominis ad ſe emti pretio exſoluerat, inſuper aliquid abradere conetur: nempe decē aureos,

quos pœnæ nomine ſtipulatus fuerat. quia nihil intereſt vtrum per illum non fiat,quominus emtor à debitore pecuniam exigat,an acceptam ab emtore eo nomine pecuniam reſtituat : cum vtrouis modo Seium emtorem indemnem faciat. Vtrum autem A DEBITORE,an AB EMPTORE legamus, ad ſummam Ofiliani reſponſi nihil intereſt. quin etiam vtrūque ſimul non incommodè coniungi poteſt:vt ſic legatur, *Quantum à debitore aut ab emtore acceperit.* quomodo mihi vero ſimilius videtur ſcriptū ab Vlpiano fuiſſe. Quartus eſt in fin.l.qui ſeruum,34.D.de oblig. & action. B vbi Accurſius teſtatur in quibuſdam libris ſcriptum eſſe VERIVS EST NON REMANERE. quod pugnat apertiſſimè cum clauſula ſequenti & reſponſi ratione ſubiuncta : ſi modò ex illa negationem quoque tollamus:& ſic legamus : Quia ſimplo accedit, & ſimplo ſubducto locum habet:hoc eſt, cùm actio legis Aquiliæ mixta ſit,& præter ſimplum æſtimationem triginta dierum habeat, ſi per actionem Commodati ſimplum ablatum ſit,eo ſubducto,id eſt ex Aquilianæ actionis ſumma detracto & delibato,remanet ac locum habet C hæc actio in reliquū:hoc eſt in pœnam & acceſſionem triginta dierum.l.vnde quæritur,7.§.1.D.commod.

Ad initium l.8.D.de ſeruitut. An ſeruitus vt in tuo cœnare,ambulare liceat an rectè conſtituatur.itémq; de aliis ſeruitutibus,quæ amœnitatis cauſſa dicuntur.

CAP. XX.

QVærebatur,An hæc ſeruitus fundo tuo vtiliter imponeretur,vt mihi in tuo deambulare,cœnare,pomum decerpere liceret. Video D eſſe qui veterem veterum quorundam interpretum ſententiam amplectantur, vt neque prædialis, neque perſonalis huiuſmodi ſeruitus conſtitui poſſit. ſed tamen conuentionem hanc ad contrahendam obligationem valere.velut in l.12.D. de ann.legat.vbi legatum valere dicitur,vt ex prædiis remotis certum ſalicis aut arundinis pondus certo prædio præbeatur. ſicut in l.vlt.§.vlt.D.de contrah.empti.vt certus frumenti numerus ex certo prædio alicui præſtetur. De prædiali ſeruitute facile aſſentior: neque quemquam fuiſſe Doctorum arbitror,qui non agnoſcat & hanc legem ad titulum De ſeruitutibus prædialibus pertinere, & earum tantum rerum conſtitui prædialem ſeruitutem poſſe,quæ prædio dominanti ſint vtiles.l.quoties, 15. D.de ſeruit.l.1.D.commun.præd.l.ergo,15.in fin. D. de ſeruit. ruſtic. certum eſt autem nullam ex mea in tuo deambulatione vel cœnatione vtilitatem ad prædium

A peruenire poſſe. De perſonali verò ſeruitute diſſentire me hæc cogit ratio, quod perſonales ſeruitutes neque conſtitui tantùm poſſunt vtilitatis perſonæ cauſſa, neque duæ tantùm numerandæ ſunt,nempe vſus & vſusfructus:vt vulgo exiſtimatur.ſed & plures numero ſūt, & non modò vtilitatis,verùm etiam amœnitatis,& voluptatis cauſſa rectè conſtituuntur.veluti ſeruitus aquæductus,quæ delectationis & amœnitatis cauſſa interdum conſtitui dicitur in l.3.D.de aqu.cott.& æſt. item ſeruitus proſpectus,vt gratior & amœnior ſit viſus. l.3. B l.inter 15.l.ſi arborem,17.D. de ſeruit.vrb. præd. item ſeruitus geſtandi in alieno,propter ſalubritatem, voluptatem,oblectationem animi,quàm perſonalem ſeruitutem Vlpianus diſerte nominat in l.Mela.14.§.1.D. de alim.legat. Quòd ſi geſtādi ſeruitus imponi tuo fundo poteſt,quidni etiam ſpatiandi,aut cœnitandi imponi poſſit?quoniā(inquit vir eruditus) illa in alieno deambulandi facultas,nec vſui nec fructui ſimilis eſt: & quę non his duabus ſeruitutibus perſonalibus ſimiliter adſimilantur,ſeruitutes perſonales non ſunt. Atqui ne-C mo dixerit aquæ hauſtum(quia paſſim inter prædiales ſeruitutes numeratur) vſui vel fructui conſimilem videri:quem tamen Vlpianus perſonæ ſeruitutem interdum eſſe affirmat:item vt pecoris ad aquam appulſum, itémque ius meas vuas aut legumina in tuo exprimendi d.l.Mela.§.1.quod idem de iure in tuo venandi, vel aucupandi, ſi voluptatis cauſſa id fiat, dici poteſt ex l. diui,16.D.de ſeruit.imò etiam de iure apricandi in ſole,valetudinis cauſſa:vt ne mihi ſolē adimas.d. l.ſi arborem,D.de ſeruit.vrb. Neque quidquam huc illæ ſu-D pradictæ leges pertinent de certo frugum genere ex vno prædio alteri attribuēdo.quoniā in iis nō agitur de voluptate,aut oblectatione animi, aut amœnitate loci: ſed nominatim de onere prædio alicui imponendo, & vtilitate certæ perſonæ aſſignanda. Dubitari autē poſſet de l.vlt.§.vlt. C.de ſeru.& aq.vbi Iuſtinianus vetat, ne vicino ſic liceat ædificare,vt ventū impediat in area vicini vbi fruges triturantur.nam Accurſius teſtatur ea de re contentionem ortam inter Hugolinum & Iohānem atque Azonem. Hos enim credidiſſe conſtitutam E ſeruitutem fuiſſe,non arcendi ventū ab area:ac proinde vicino alterius ędificare non licuiſſe. Hugolinus autem ſpecialem hanc fuiſſe Iuſtiniani conſtitutionem in fauorem fructuum.cuius ſententiam veriorem eſſe non dubito:ac generaliter ab Imp.cōſtitutum, ne cuiquam deinceps liceret ædificando excludere ventum ab area vicini.quod illa poſtrema conſtitutionis verba demonſtrant: *Ne fructuum inutilitatem faciat.*

OBSERVATIONVM
LIBER NONVS.

De poſſeſſione & variis poſſeſſionum generibus.item Habere,Tenere quid ſit.

CAP. I.

POſſeſſio, ſi genus ſpectemus, vix ac ne vix quidem definiri poteſt. Ælius Gallus definiebat vſum rei. quod non puto ceteris placuiſſe.nam etiam proprietarij rem vſuariam, & fructuariam, & locatam,& commodato vel precario conceſſam poſſident,quamuis eius vſum non habeant. Vulgus definit F ius retinendæ rei.qua definitione non modò omnium malæ fidei,verum etiam permultorum bonæ fidei poſſeſſorum detentio excluditur, qui rem alienam bona quidem fide,ſed tamen non iure poſſident. veluti cùm vxor rem ſibi à viro donatam poſſidere dicitur. l.1.§. 2.D.pro don.aut is cui res legata, deinde ademta fuerat l.vlt.D.pro legat. Video eſſe,quibus hæc Theophili defi-

li definitio probetur: Νομὴ δ'ἐστὶν σωματικοῦ πράγματος
κατοχὴ, συντρεχούσης τῆς ψυχῆς δεσπόζοντος. eſt detentio
rei corporalis, concurrente animo domini: id eſt ani-
mo eam pro ſuo poſſidendi. Sed per hanc quoque mul-
ti bonę fidei poſſeſſores excluduntur: quales ſunt com-
modatarij, conductores, vſurarij, fructuarij, & qui pre-
cario re vtuntur. abſurdúmque eſt dicere, inter poſſeſ-
ſionem atque dominium ius intereſſe dũtaxat, non af-
fectionem: quia idem eſſe debet affectus poſſeſſoris, &
veri domini: vt ſcilicet vterque pro ſuo poſſideat. qua-
ſi verò conductor & alij quos modo diximus, domi-
ni animum aut opinionem ſiue affectionem habeant. l.
ſi ſeruus, 22. §. 1. D. de noxal. act. Quid igitur ſi hoc mo-
do genus poſſeſſionis ſummum definiremus? Poſſeſſio
eſt detentio rei vel animo & corpore ſimul, vel animo
dumtaxat. nam corpore ſolo poſſeſſio nulla eſt. l. 1. §. 1.
l. qui iure, 41. D. de adq. poſſ. animo ſolo, & adipiſci,
& retineri, & amitti poteſt. §. quinetiam, De interd. l. 4.
C. de adq. poſſ. l. 8. D. eod. l. 53. D. de reg. iur. l. 3. §. in a-
mittenda. l. 17. §. 1. D. de adq. poſſ. Huius autem defini-
tionis explanatio ex varia & multiplici eius diuiſione
intelligetur. Prima autem & ſumma hæc eſt: vt quam-
uis pinguius & latiore ſignificatione tam de corporali-
bus, quam de incorporalibus rebus vſurpetur: l. vlt. D.
vti poſſ. l. 2. §. vlt. D. de precar. l. 2. D. commun. præd. ta-
men poſſeſſio propriè dicatur rerum corporalium: l. 3.
D. de adq. poſ. quaſi poſſeſſio, incorporalium. veluti ſer-
uitutum & ſi qua alia iura ſunt. l. 4. §. ſi viam, D. de v-
ſurpat. l. 3. §. vlt. D. de vi armat. & quoniam traditio poſ-
ſeſſioni reſpondet, propriè quoque hæc rerum corpo-
ralium eſſe dicitur, non autem incorporalium. l. ſeruus,
43. §. 1. D. de adq. rer. domin. l. vlt. D. de ſeruit. Al-
tera poſſeſſionis diuiſio eſt, vt alia Naturalis, alia Ciui-
lis dicatur. Naturalis, eſt detentio rei alienæ, cum affe-
ctione poſſidendi. Dixi, Detentio: quia tota hæc poſſeſ-
ſio facti eſt, & Tenendi verbo ſimplex factum conti-
netur. l. 9. D. de rei vindic. l. 1. §. 4. D. quod legat. veluti
cùm filius aut ſeruus res peculiares vel alias poſſidet. l.
24. l. 49. §. 1. D. de adq. poſſ. l. 38. §. 5. D. de verb. oblig.
l. 2. §. vlt. D. pro hered. Dixi, Rei alienæ: ſicut in l. 115. D.
de verb. ſignif. quia rei ſuæ detentio ciuilis eſt, & pleno
dominij iure poſſeſſio continetur. Dixi, Cum affectio-
ne poſſidendi: quia vbi animus deeſt, ceſſat poſſeſſio.
l. 3. §. in amittenda, l. 17. §. 1. l. 41. D. de adq. poſſ. quam-
uis enim quis corpore præſens ſit, tamen vbi animus a-
beſt, velut à furioſo, ibi non magis corporis ratio habe-
tur, quàm mortui, aut dormientis, cuius in manu ali-
quid poſitum eſt. l. 1. §. 1. eod. Ciuilis dicitur, quæ iure
ciuili ſic probata eſt, vt etiam ſolo iuris intellectu con-
ſtet. itaque definiri ſic poteſt: Ius habendi rem ſuam,
quam aut alius, aut nemo naturaliter tenet. Dixi, Ius:
quia qui hanc habet, ipſo iure poſſidere dicitur, non
corpore: hoc eſt iuris fictione. veluti heres ſuam portio-
nem, cùm legatarius totum legatum poſſidet. l. 1. §. 3.
D. quod legat. Dixi, Habendi: quia verbum hoc vtriuſ-
que poſſeſſionis commune eſt: hoc eſt, eius qui rem
& ſuam & alienam obtinet. l. 38. §. habere, D. de verb.
obligat. l. 188. D. de verb. ſignif. Dixi, Quam alius tenet:
quoniam hic animo ſuo poſſidet, ſed corpore alieno.
veluti dominus per colonum, per inquilinum, per ſer-
uum l. 24. l. 25. D. de adq. poſſ. ſic qui depoſuit, ciuiliter
poſſidere dicitur. l. 17. §. 1. D. de poſſeſ. item is qui com-
modauit: l. 8. D. commod. item qui precario conceſſit. l.
3. §. 4. D. de adq. poſſ. l. 3. D. vti poſſid. l. 6. §. 1. l. 15. §. 4. D.
de precar. item debitor, qui pignus tradidit. l. 36. D. de
adq. poſſ. Dixi, Aut nemo. veluti cùm quis peregrè
proficiſcens neminem ſuorum reliquit, qui eius nomi-

A ne teneret. l. 3. §. 4. §. ſaltus, l. 6. §. vlt. l. 25. §. 1. & §. 2. D.
de adq. poſſ. item cum ſeruus in fuga eſt, neque tamen à
quoquam poſſidetur. l. 1. §. per ſeruum, D. eod. Na-
turalis porro bifariam diuiditur. nam quædam dicitur
Corporalis, ſiue iniuſta: quædam naturalis, ſiue iuſta. l.
24. D. eod. Corporalis dicitur, vſus rei alienæ quæ à
malæ fidei poſſeſſore detinetur: hoc eſt, ab eo qui rem
alienam ſciens pro ſua poſſidet. l. 10. C. de adq. poſſ. ve-
lut in re mobili fur, aut raptor. l. 67. D. de furt. in im-
mobili, inuaſor. l. 1. D. vti poſſid. l. 24. D. de adq. poſſ. i-
B tem qui pro poſſeſſore poſſidet. §. ſequens, Inſt. de in-
terd. l. 13. §. 1. D. de hered. petit. item qui rotam ſuo vehi-
culo aptauit, vel naui tabulam, vel ſcypho anſam iun-
xit, ciuiliter non poſſidere dicitur, ſed potius corpora-
liter. l. 7. D. ad exhib. Naturalis dicitur eius qui ſciens
in alienæ rei poſſeſſione naturaliter incumbit: ſed non
ſuo nomine: id eſt, non titulo, non opinione, non ani-
mo, non mente, non affectione, non cogitatione domi-
ni: ſed planè alieno nomine: qua de cauſſa Nuda hæc
poſſeſſio dicitur. in l. 66. D. de euict. id eſt, ſine titulo
C domini. veluti, conductor, commodatarius, depoſita-
rius. l. 7. §. 6. D. commun. diuid. l. 38. §. 5. D. de vſur. l. 2. §.
1. D. pro hered. item creditor pigneratitius. l. 3. §. vlt. D.
ad exhib. l. 16. §. 3. D. de pignorib. l. 22. §. 1. D. de nox. act.
l. 4. §. vlt. D. de pign. act. l. 15. §. 1. D. qui ſatiſd. cog. item
qui precario rogauit. d. l. 22. item vſufructuarius. l. 12. D.
de adq. poſ. item emphyteuta & poſtremo loco item
ſequeſter l. 39. D. de adq. poſſ. l. 17. §. 1. D. de depoſ.
Quo tamen loco notanda eſt alia Iuriſcõſultorum ar-
gutia, qui hos non poſſidere, ſed potius in poſſeſſione
D eſſe dicunt. l. 9. D. de rei vindic. quia non ſibi, ſed do-
mino poſſident. l. 1. C. commun. de vſucap. item fru-
ctuarius, colonus, inquilinus. l. 6. §. D. de precar. l. 2. C.
de præſcript. 30. ann. Sciendum eſt tamen perſæpe has
ſtrictas appellationes confundi, & permiſceri: & eam
quæ propriè naturalis eſt, Corporalem: quæ corporalis
eſt, Naturalem appellari. Prioris abuſionis exempla
hæc ſunt: nam is qui precario rogauit corpore poſſi-
dere dicitur. l. 15. §. 4. D. de precar. item creditor pigne-
ratitius. l. 40. D. de pignerat. act. l. 1. §. per ſeruum, D. de
E adq. poſſ. item conductor. l. 1. C. commun. de vſucap.
Rurſus ex diuerſo quæ corporalis eſt Naturalis dicitur,
veluti cum quis vi, aut clam ab alio poſſidet. l. 1. §. qui
à me, D. de vi armat. l. 1. §. vltim. D. vti poſſid. item qui
rem à coniuge donatam tenet. l. 1. §. 5. D. de vi arm. nam
iure ciuili certè non poſſidet: ait l. 26. D. de donat. int.
vir. l. 1. §. ſi vir, D. de adq. poſſ. Idémque etiam in Ciuilis
poſſeſſionis nomine vſuuenit. nam Ciuilis dicitur e-
tiam eius, qui rem alienam ignorans pro ſua poſſidet:
quæ, bonæ fidei poſſeſſoris propria eſt l. pen. C. de furt.
F Sequitur altera Naturalis poſſeſſionis diuiſio. nam alia
eſt ad vſum, cuius generis ſunt omnes ſuperiores: alia ad
cuſtodiam tantùm: veluti creditorum, qui in bono-
rum poſſeſſionem debitoris mittuntur. l. 3. §. credito-
res, D. vti poſſid. item ſequeſtri, cui litigatores cuſto-
diam tantum, non etiam poſſeſſionem ceſſerunt. l. 17. §.
1. D. de poſ. item eius qui à Prætore miſſus eſt in poſſeſ-
ſionem crediti ſeruandi cauſſa, vel ventris, vel legatorũ,
vel dotis, vel damni infecti cauſſa. l. 3. §. vlt. l. 10. D. de
adq. poſſ. l. 9. D. de rei vindic. l. 12. D. ex quib. cauſſ. in
G in poſſ. Rurſus Poſſeſſio ſuo nomine alia eſt bonæ fi-
dei, alia malæ fidei. l. 3. §. pen. D. de adq. poſſ. eadémque
rurſus alia eſt cum titulo, nempe, cùm quis iuſtam poſ-
ſidendæ rei cauſſam vel habet, vel iuſto errore ductus ſe
habere putat: qualis eſt, pro herede, pro emtore, & aliæ
ſimiles. alia ſine titulo, quæ dicitur pro poſſeſſore: cùm
quis neque veram poſſidendi cauſſam habet, neque

ſe habere putat: veluti fur, & raptor: vel habet quidem, ſed iniuſtam. l. pro herede, 11. cum ll. ſeqq. D. de petit. hered. l. quod vxor, 16. D. de adq. poſſ. §. 3. D. de interd. l. 26. D. de donat. int. vir. & vx. addi etiam hanc oportet. quòd poſſeſſio alia eſt iuris, ſine vllo corpore. veluti bonorum poſſeſſio, quæ à Prætore datur, & vniuerſitatis eſſe dicitur & ſine vllo corpore. l. 3. §. 1. D. de bon. poſſ. l. 119. l. 208. D. de verb. ſignif. alia eſt facti quæ non eſt ſine corpore, & rerũ eſt ſingularum. l. 19. D. ex quib. cauſſ. maior. itaque qui à Prætore bonorum poſſeſſionem impetrauit, poſtea ſingularum rerum poſſeſſionem ab eo petit, qui pro herede, vel poſſeſſore poſſidet per interdictum Quorum bonorum §. 2. D. de interd. illa igitur dominium poſſeſſionis tribuit, hæc ſimplex poſſidendi factum continet, & commodum. de quo Imp. in §. retinendæ, Inſt. de interd. & l. vlt. C. de rei vind.

Ad l. 2. §. 1. D. ſoluto matrimon. vbi Dotis profectitiæ, iura explicantur: itémque pacti & Stipulationis differentia.

CAP. II.

NOn poſſum probare docti & ingenioſi Luſitani ſententiam, qui verba hæc ET DOS A PATRE PROFECTA SIT, non Vlpiani eſſe diſputat, ſed Triboniani. Sciendum eſt enim ſingularia quædam in cauſſa dotium recepta eſſe, vt veriſſimè ius earum abnorme & inuſitatum dici poſſit. nam vt primum dos à patre filiæfamilias data eſt (quem ad caſum peculiariter Vlpiani locus pertinet) in bonis trium perſonarum eſſe incipit: patris, filiæ, & mariti. de marito, conſtat ex l. in rebus, 30. C. de iur. dot. de patre verò & filia, patet primùm ex l. 3. l. ſi cum dotem, 22. §. 1. D. ſolut. matr. vbi dos profectitia patris & filiæ communis eſſe dicitur. item ex hoc ipſo loco, vbi Vlpianus ait, dotem eſſe patris & filiæ. & l. qui hominem, 24. §. ſi gener, D. de ſolution. vbi filia dicitur eſſe in cauſſa dotis particeps & ſocia obligationis patris. Itaque quemadmodum dici ſolet, quod commune eſt meum eſt, ſic interdũ pater dicitur eſſe dominus dotis, interdum filia eiuſdem domina. velut in l. 2. C. de bon. quæ lib. vbi dicitur, ſi qua bona filiæfamilias nuptæ poſt mariti mortem obuenerint, ea filiæ adquiri, non patri: vſumfructum tamen patri deberi. ſed ſi dos à patre profecta fuerit, pleno iure ad eum redire. Quod ſi, inquit, ab ipſo parente dotis cauſſa præſtitum fuerat, ad eum reuertatur. Contra verò aliis in locis dos dicitur abſceſſiſſe à bonis patris. l. vlt. D. de dot. collat. alibi dos dicitur filiæ adquiſita. l. cum dos, 7. D. de pact. dotal. & quamuis donare pater filiæfamilias non poſſit, tamen, iure ſingulari, dotis cauſſa donationem factam valere. l. Pomponius, 35. D. fam. erciſc. item dotem à patre profectam cõfeſtim in ipſius filię patrimonio fieri. l. 3. §. ergo etiam, D. de minorib. l. 4. D. de collat. bon. l. pater filiæ, 71. D. de euict. vbi dos à patre profecta non tam in patris bonis numeratur, ſed in bonis mulieris. qua de cauſſa neque publicatis patris bonis ſimul dos publicatur. l. cum de in rem, 6. D. de vſur. neque pater rem doti datam alienare poteſt. l. rem quam, 22. C. de iur. dot. Huius autem communionis effectus hi ferè ſunt. primum vt neque pater, neque filia ſeparatim poſſit deteriorem dotis condicionem facere. l. quoties, 29. D. ſolut. matr. l. cum dos, 7. D. de pact. dotal. deinde vt in dote, ſoluto per diuortium matrimonio repetenda vtriuſque cõſenſus requiratur: hoc eſt, vt neque pater niſi adiuncta filię perſona & voluntate, neque filia ſine patris conſenſu de dote experiri poſſit. de patre teſtimonium in d. l. 2. §. 1. D. ſolut. matr. itémque a-

A pud Vlpian. tit. Regul. 7. vbi ſic ſcribit: Diuortio facto, ſi mulier in poteſtate patris ſit, pater adiuncta filiæ perſona habet actionem: ſiue aduentitia, ſiue profectitia dos ſit. qui locus receptam hanc, quam tuemur, ſcripturam apertiſſimè confirmat. De filia teſtatur idem auctor in l. ſi cum dotem, 22. §. 1. D. ſolut. matr. Itaque neque ſi pater ſolus egerit, actio filię competens conſumpta erit: neque ſi ſola filia egerit, ſuam actionem pater amittit. l. 2. & l. filiæ, 7. C. ſolu. matr. l. ſi cum dotem, 22. §. eo autem tempore, D. eod. l. Titia, 34. §.
B qui inuita, D. de legat. 2. l. pater filiam, 14. D. ad leg. Falcid. l. poſt nuptias, 28. D. de iur. dot. adeo vt ſi pater abſente filia dotem petat, cauere cogatur, filiam rem ratam habituram. l. vlt. D. rem rat. hab. l. non ſolum, 39. §. ſi de dote, D. de procurat. Notandus eſt & alter effectus ex d. l. 2. §. 1. D. ſolut. matr. vt neque ſi quis iuſſu patris dotem ſibi reddi ſtipulatus ſit, filiæ: neque ſi mandatu filiæ: patri ſua pereat actio. acturum enim nihilominus patrem adiuncta filiæ perſona, quæ tamen ſuam in alium actionem tranſtulerat. adeó vt ne filiæ quidem
C obſit illa ſtipulatio, quominus pater adiuncta ea experiri poſſit. quod tamen contra ſcripſiſſe videtur Pomponius in d. l. cùm dos, De pact. dotal. vbi ait, pactum filiæ obeſſe, ſiue ſola, ſiue cum patre experiatur: hoc eſt, pacti exceptione excludi. ſed intelligendum eſt, aliam eſſe pacti, aliam ſtipulationis naturam. pacto enim communis obligatio tolli pro parte poteſt. ſtipulatione verò, acceptilatione, nouatione non poteſt. aut enim tota permanet, aut in ſolidum extinguitur. l. ſi vnus, 27. §. quod ſi nõ, D. de pact. l. 3. D. de liberat. legat. l. & per iuſiurandum, 13. §. vltim. D. de acceptil. l. auus. 10. D. de pact. dotal. l. auus, 13. D. de pact. Atque hæc quidem de profectitia dote data filiæ in poteſtate retentæ hactenus dicta ſint: ad quam cauſſam ſolam ſpecialiter hic Vlpiani locus pertinet. nam quæ de aduentitia dote ſupra dictus vir eruditus ſubiecit, nulla ex parte ad hanc diſputationem pertinent. Quod ſi de dote profectitia emancipatæ filiæ à patre data nonnihil dicendum eſt (hanc enim etiam profectitiam appellari, conſtat ex. l. 3. §. ſi pater, D. de iur. dot.) res vno verbo tranſigetur. nam ſi
E matrimonium diuortio ſolutum eſt, ea patri reſtituenda non eſt: ſed mulieris lucro cedit: quippe, cum pater emancipatæ filiæ extraneus cenſeatur: vt de hac ipſa cauſſa traditur in l. vltm. §. ſimili, C. de iur. dot. l. 1. §. extraneum autem, C. de rei vx. act. vbi pater qui filiam in poteſtate non habet, extraneus eſſe dicitur. adeo, vt etiam ſi ante litem conteſtatam eam emancipauerit, agere fruſtra dicatur, vtpote tanquam extraneus. d. l. ſi cum dotem, §. eo tempore. ſin autem morte matrimonium diremptum eſt, idem etiam eſſe iuris in pari cauſ-
F ſa oportuit: ſed ex ęquitate patri ſuccurſum eſt, vt amiſſa filia, ſolatij loco, dos ei reddatur. ne ſimul & filiæ amiſſæ, & pecuniæ iacturã faciat. l. iure, 6. D. de iur. dot. l. filiæ, 59. D. ſolut. matr. l. pater filiæ, 71. D. de euict. l. 5. D. de bon. damnat.

Ad l. ſi pactum, 54. D. de pact. Moram ſuam cuique nocere.

CAP. III.

G IN fine huius legis pro MORAM NON FECERAT, ſcripſiſſe Iulianum arbitror *Moram mihi fecerit* quippe, cum in vulgata ſcriptura dubitandi cauſſa nulla omnino ſubſit. quia certi iuris eſt in mora non eſſe eum, à quo res peti propter exceptionem non poteſt. l. lecta, 40. D. ſi cert. pet. denique ſi debitor per interpellationem in

mora

mora conſtituatur, ecquæ poteſt poſt pactum de nõ
petendo bonæ fidei interpellatio fieri? cùm debitor
exceptioñe tutus verè debitor non ſit, l. debitor, 108.
D. de verb. ſignif. Quæſtio igitur hæc ponatur: An
debitor, quocum poſt moram pactum de non peten
do factum eſt, rei debitæ periculum præſtet. Species
autem huiuſmodi: Titius mihi Kal. Ianuar. Stichum
debebat. is moram in ſoluendo fecit. poſt moram
pactus ſum de non petendo. ac tum Stichus mor-
tuus eſt. Quæritur, an Titius propter moram pericu-
lum illius interitus præſtare debeat? D. C. eſt, vt de-
bere videatur: quia damnum poſt moram accidens
moratoris periculo eſt, l. 6 D. de vſufr. legat. l. quod
te, 5. D. ſi cert. pet. C. T. R. quia pactum de non pe-
tendo non modò moram contrahi prohibet, verùm
etiam illam iam contractam purgat, l. ſi ex legati, 23.
D. de verb. oblig. nam cùm creditor de non petendo
pactus ſit, quamuis ipſo iure actionem habeat, tamẽ
propter pacti conuentionem; efficacem actionem
non habet. nulla autem mora intelligitur ibi fieri, v-
bi nulla petitio eſt, l. 88. D. de regul. iur. l. ſciendum,
21. D. de vſur. neque quidquam intereſt, ipſo iure
quis actionem non habeat, an per exceptionem in-
firmetur, l. 112. D. de regul. iur. ſimiliter ſecunda ſti-
pulatio, ſiue pura, ſiue condicionalis ſit, moram pur-
gat: & periculum à debitore auertit, l. ſi Stichum 8.
l. quoties, 14. D. de nouat. l. qui decẽ, 70 §. 1. D. de ſol.

Libera legatio, Cretio libera, Cuſtodia libera, Teſtamenti factio libera.

CAP. IIII.

QVi libera legatione abeſt, non videtur reip.
cauſſa abeſſe: quia non publicæ, ſed priuatę
rei, negocij, commodi cauſſa profectus eſt,
l. 14. D. de legat. Fuit autem S. C. ne cui pu-
blicè legato, quamdiu in legatione eſſet, vel ſuã vel
alienam rem gerere liceret, l. 8. §. 1. l. 10. l. 11. §. 1. l. 12. D.
eod. itaque Cicero nihil turpius eſſe ſcribit, quàm
quemquam legari, niſi Reipub. cauſſa, lib. de legib. 3.
Concedebantur tamen interdum legationes ſenato-
ribus, ad ſua priuata negocia proficiſci cupientibus:
ídq; honoris & dignitatis cauſſa: ac plerumque per
ſpeciem religionis: veluti voti ſoluendi: quemadmo-
dum ex Agraria 2. iampridem demonſtrauimus. qua
de cauſſa Votiuæ illæ legationes dicebantur. Quin-
etiam quò maiorem auctoritatem haberent, ij qui
prouinciis prꝫerant lictores illis adtribuebant. Cice-
ro famil. 12. *C. Anicius negociorum ſuorum cauſſa
legatus eſt in Africam legatione libera. à te peto,
quod ipſe in prouincia facere ſum ſolitus, non roga-
tus, vt omnibus ſenatoribus lictores darem, quod
quod idem acceperam & cognoueram à ſummis viris fa-
ctitatum &c.* Liberæ autem hæ legationes dice-
bantur, non quòd nullo finitæ eſſent tempore, vt
Amicus noſter exiſtimauit: & quia redire & abire
ei, qui eam impetrarat, quandoque licebat. nam
quinquennium iis lege Iulia præſcriptum erat: vt
Cicero teſtatur ad Attic. 15. epiſt. 12. *Habent*, inquit,
*liberæ legationes definitum tempus lege Iulia: nec facilè
addi poteſt, ídque adeo genus legationis, vt cùm velis,
introire, exire liceat. bella eſt autem huius quinquennij
licentia.* Quinetiam video iis quoque qui Reipubl.
cauſſa cum Proprętoribus mittebantur, hoc ius con-
ceſſum. nam Cicero ad Atti. 6 ep. 3. *Solum*, inquit, *ha-
beo pretorium:* (de ſuo fratre loquitur) *Pontinus enim
ex pacto & cõuento. (nã ea lege exierat) iã à me diſceſſe-
rat.* Sciẽdũ eſt igitur, tribus de cauſſis has legationes
liberas dici ſolitas: primùm, quia liberum erat ei,

A qui impetrarat, eo beneficio vti, vel non vti: cùm a-
liæ legationes eſſent neceſſariæ. Cicero Phil. 1. *Qua
cùm audire mallem, quàm videre, haberémque ius lega-
tionis liberum, ea mente diſceſſi*, &c. Idem ad Attic. 2.
ep. 18. *Hanc ego teneo, ſed vſurum me non puto.* Secun-
da huius vocabuli origo eſt, quia totum illud quin-
quennium, in quibus vellent negociis gerendis con-
ſumere licebat. Tertia, quia tali legatione impetra-
ta non certa regio, atque prouincia illis præfinieba-
B tur, in qua ſuum negocium gererent: ſed eis liberum
erat in quæ volebant loca proficiſci: quaſi cum ma-
numiſſo dicebatur, *Abi quò voles.* Ac pari propera-
tione liberæ ſenatoribus cuſtodiæ concedebantur,
quæ opponi artioribus, id eſt carceribus, vinculis,
& militaribus cuſtodiis ſolebant: quia laxiùs illis
ambulare ac ſpaciari licebat. Salluſt. Catil. *Senatus
decernit, vt abdicato magiſtratu, Lentulus, itémque cè-
teri in liberis cuſtodiis haberẽtur.* Cicero Catil. 1. *Quid,
quòd tute ipſe in cuſtodiam dediſti? quid quod vitandæ
C ſuſpicionis cauſa apud Metellum te habitare velle di-
xiſti? à quo non receptus etiam ad me venire auſus es at-
que vt domi mea te aſſeruarem, rogaſti.* Et mox: *Sed
quàm longè videtur à carcere atque à vinculis abeſſe
debere, qui ſe ipſum iam dignum cuſtodia iudicarit?* Hie-
ronymus aduerſ. Vigilant. *Senatoriæ videlicet digni-
tatis ſunt: vt non inter homicidas, teterrimo carcere, ſed
in libera honeſtáque cuſtodia recludantur.* Liuius tamẽ
Liberum conclaue carceri oppoſuit. vbi de Baccha-
nal. loquitur, *Conſules*, inquit, *Ædilibus curulibus
D imperarunt, vt ſacerdotes eius conquirerent, comprehen-
ſóſque libero conclaui ad quæſtionem ſeruarent.* Sed iam
reliqua videamus. *Quæ forma*, inquit idem Emen-
dator noſter, *& Cretionem liberam dicit* XIII. *ad At-
ticum, quæ teſtamẽto ſcribitur his verbis: Cernito, quum
volueris, nõ adſcripto centum dierum ſollemni tempore.*
Quod certè tam erudito viro excidiſſe valde miror.
nam Cicero lib. ad Att. 13 ep. 44. Cretionem liberam
dixit, non cui nulla præſcripta erat dies (quis enim
aut creditor hereditarius, aut legatarius id ferre
E poſſet?) ſed quia teſtator contra ius cõmmune pote-
ſtatem heredi fecerat, vel per ſe, vel per procurato-
rem adeundi. quod Cicero his demõſtrat verbis: *Ex
eis cognoui cretionem Cluuij (ô Veſtorium negligen-
tem.) liberam, teſtibus præſentibus, ſexaginta diebus. me-
tuebam ne ille arceſſendus eſſet. nunc mittendum eſt, vt
meo iuſſu cernat.* Aditio hereditatis, inquam, actus
eſt legitimus, qui præſentiam heredis requirit: pro-
curatorem non patitur, l. 90 D. de adq. hered. ac ni-
mirum hæc ipſa cauſſa eſt, cur liberę legationes à ſe-
F natoribus poſtulabantur, vt ipſi coràm hereditates
ſibi relictas cernerent: & verba ſollẽnia pronuncia-
rent: *Hanc hereditatem adeo, cernóque.* Quid verò ab-
ſurdius eſt, quàm dicere cretionis tempus ſollemne
nunquam pauciorum dierum, quàm centum fuiſſe?
quantum ſcilicet ad deliberandum heredibus à Prę-
tore conceſſum eſt. nam Vlpianus tit. Regu. 22. per-
ſpicuè demonſtrat, definiendi ad cretionem tempo-
ris arbitrium penes teſtatorem fuiſſe: velut in hac
cauſſa, ſexaginta dierum. Sic enim rectiſſimè non-
G nullis in libris ſcriptum eſt: cùm in aliis *Teſtibus ſe-
xaginta duobus*, legatur. quo nihil obtuſius dici po-
teſt. nam cuius amentiæ fuiſſet, vel tantam teſtium
multitudinem exigere, vel ſexaginta duos teſtes po-
tius, quàm ſexaginta requirere? Æquè autem abſur-
dum illud eſt, quod ſequitur. *Quibus hereditatis
cernendæ cauſſa libera legatio dabatur, iis rectè dici li-
beram cretionem dari: ſcilicet, vt legatio, ita cre-*

tio, ſit ſine re, id eſt, profectionis color, potius quàm hereditatis adquiſitio. Nam quid hoc verbi eſt, aut ecquis vnquam ita locutus eſt, *Liberam cretionem à Senatu dari?* niſi fortè illud abſurdius eſt, apud Ciceronem lib. de legib. 1. vbi vulgò *Ceſſionem* ſcriptum eſt, reponere *Cretionem.* quod ſomnium refutauimus libro harum Obſeruat. 6. cap. 8. vbi docuimus reponendum eſſe SECESSIONEM liberam atque otioſam. præſertim cùm Cretio ineptiſſimè otioſa diceretur. Poſtremò quoniam de libera legatione, libera cuſtodia, libera cretione diximus, ne libera quidem teſtamenti factio prætermittenda eſt: quam militibus permiſſam à Cæſaribus fuiſſe teſtis eſt l. 1. & l. 28. §. vlt. D. de teſtam. mil. vt ſcilicet non eſſent teſtamentariis ſollemnitatibus adſtricti, ſed liberum eis eſſet quoquo modo vellent & quoquo modo poſſent (vt Imperator loquitur) teſtari. itaque libertatem teſtamentorum hanc Quinctil. appellat lib. 3. cap. 6. qua eadem forma libertatem legationis, cuſtodiæ, cretionis, non incommodè dicere poſſemus.

Ad l. vltim. C. de pact. inter emt. & vendit. vbi de quibuſdam pactis inutilibus diſputatur.

C A P. V.

IN hac lege tale aliquid deeſſe adfirmo: *vel quoquomodo in alterum alienare.* Vt ſic deinceps legatur, *Vel alio modo humano iuri eum eximere, vel quoquomodo eum in alterum alienare.* niſi fortè amplius quiddam deſideretur. quandoquidem neque ratio illa quæ conſtitutioni ſubiungitur, quidquam ad eam pertinet: neque noui iuris per conſtitutionem inducti ratio vlla redditur. Quorum vtrumque ex Pomponij ſententia intelligetur, quam Triboniani vecordia nobis reliquit in l. penult. D. de pact. quam hac noua Conſtitutione abrogari conſtat: præſertim cùm vna ſit ex quinquaginta Deciſionibus, quas omnes correctorias fuiſſe non ambigitur. De duobus ergo pactis veteres dubitarunt; vno, ne emtori fundum conſecrare, altero, ne illum alienare liceat. Quantum ad prius attinet, permagni poterat venditoris intereſſe. quid enim ſi tres fundos contiguos haberet, quorum cùm intermedium venderet, eundi ſibi ſeruitutem ad tertium fundum pactus eſt? nam ſi emtor dedicet, certum eſt ſeruitutem ea religione exſtinctum iri, l. ſeruitutes, 14. in fin. D. de ſeruit. l. refectiones, 11. D. commun. præd. Neque ad rem pertinet, quod Prætor ea demum pacta ſe ſeruaturum oſtendit, quæ à re paciſcentis priuata remota ſunt, veluti quæ ad ſtatum Reipubl. & religionem pertinent, l. 7. §. ſi paciſcar, D. de pact. non enim directò de religione pactum iſtud interponitur, ſed de eo quod paciſcentis pecuniariter intereſt: veluti de ſua ſeruitute. Ac pari ratione videmus, etiam vtile eſſe pactum, in venditione fundi, ne ante eum piſcari in mari liceat, l. venditor, 13. D. commun. præd. idque ſumma æquitate, quia licet cuique legem rei ſuæ dicere: vt ſatis notum eſt. ac perſæpe pactum precij pars eſſe ſolet. Quod ſi nihil venditoris intereſſet, ſicuti regulariter nihil alterius intereſt, quid in meo faciã, vel non faciam: l. 8. §. vltimo, D. ſi ſeruitu. vind. l. quoties, 15. D. de ſeruit. tum pactum erit inutile: quod Pomponius ſpectata... q; hoc caſu ſtipulatio pœnalis erit neceſſaria, l. quod locus, 11. D. de religioſ. & ſumtib. funer. quæ idcircò adiici ſolet, vt quãuis ſtipulatoris nihil interſit, tamen pœna debeatur, l. 38. §. alteri, D. de verborum obligationibus, l. penultim. D. ſi quis cau-

A tionibus. Neque verò confeſſoriæ actioni locus eſſe poteſt. quia vindicari ſeruitus in re, quæ humani iuris & noſtri patrimonij eſſe deſiit, non poteſt, d. l. 14. De ſeruit. l. 25. D. de rei vindicat. Reſtat alterum pactionis genus, ne fundum in alterum quoquo modo alienare liceat: quam pactionem neceſſe eſt temporalem eſſe: ne ſcilicet inuito venditore, & quamdiu victurus eſt, alienare liceat. nam iniquum eſſe dicitur, ingenuis hominibus non eſſe liberum rerum ſuarum arbitrium, l. 2. D. ſi à par. quis manumiſ. ſed
B tamen conſtat, ſæpe permagni intereſſe, qualem quiſque vicinum habeat, l. 1. §. ſed ſi rem, D. ſi quid in fraudem patron. Adeò vt interdum homines propter vicinum ab emtione deterreantur, l. quod ſæpe, 30. §. vltim. D. de contrahend. emtion. Et notum eſt illud Heſiodi, πῆμα κακὸς γείτων: item illud Themiſtoclis, præconem iubentis bonum vicinum prædicare. Subtiliùs etiam ſuſpicor diſputatum eſſe ab antiquis, ſi pactum hoc ad ſeruitutem prædio imponendam pertinuiſſet. quia tum ſine dubio eſ-
C ſet inutile, cùm ex eo naſci actio nulla in fundum alienatum poſſet. alioqui magis ipſe fundus vindicaretur, & euinceretur emtori, quàm ius in fundo: quod planè abſurdum eſt. quia ſeruitus non eſt fundus, ſed ius fundi. deinde quia per hoc pactum *Ne me inuito alienes,* non magis tuus fundus meo ſeruiret: quàm tuo meus. Quòd ſi poſt alienationem ſeruire deſineret, nõ igitur alienatus ſeruiret. ac proinde tam meus tuo, quàm tuus meo ſeruiret. Verùm omnes iſtiuſmodi diſputationes, Iuſtinianus, vt antè
D dixi, pro imperio ſuſtulit, d. l. vltim. C. de pact. inter emt. & vendit.

Notata inſignis Paulli & Vlpiani diſſenſio, in l. 27. §. ſed ſi id actum, D. de pact. vbi de plus petitione agitur.

C A P. VI.

PAulli hæc verba ſunt: *Sed ſi id actum inter nos ſit, ne decem mihi, ſed Stichus præſtetur, poſſum efficaciter de Sticho agere: nulla exceptione opponenda.* Quæ verba non video quemadmodum cum Vlpiani præceptis conſen-
E tiant: qui in l. 7. §. quinimo, eod. titul. tam accuratè & tam multis verbis tradiderat, pactum ex interuallo (quale illud eſſe conſtat) interpoſitum neque immutare, neque reformare actionẽ. quod idem Pomp. confirmat in l. nec ex prætorio, 27. D. de reg. iur. vbi ait, Actionum modum vel lege vel per Prætorem introductum, priuatorum pactionibus non immutari. Cuius rei rationem Vlpianus in d. §. quinimo, non ſemel, ſed ſæpius hanc eſſe oſtendit, ne ex pacto actio naſcatur. Sed cauſſa hęc planius explicãda eſt.
F Iuſtinianus docet, quibus quæque verbis ſtipulatio concepta eſt, iiſdem verbis eius actionem concipiẽdam eſſe. itaque qui decem aut Stichum ſtipulatus eſt, eum his agere verbis debere: Aio te mihi decem aut Stichum dare oportere, §. huic autẽ, 31. Inſt. de action. l. 44. §. modus, D. de oblig. & act. l. vbi autẽ, 75. §. qui illud, D. de verb. oblig. Quid igitur ſi ſub alternatione illa ſtipulatus, aliquanto poſt pactus ſit, ne decẽ, ſed Stichũ petat? poteritne dicere, Aio te mihi Stichũ dare oportere? Paullus quidem hoc loco di-
G ſertè adfirmat. Vlpianus autem vehementer negat: & hanc, vt dixi, rationẽ adfert: quia ſi hoc admitteremus, actionis modus ex pacto aliquantò poſt interpoſito immutaretur: hoc eſt, qui modus ſua natura diſiunctiuus erat, per pactum efficeretur purus, contra d. l. 27. D. de reg. iur. & d. l. 7. D. de pact. At qui pro diſiunctiua actione, qua vti debuit,

debuit, puram intendit, plus petit, ac proinde plus petendo cauſſa cadit: vt eodem loco Imperator pluribus verbis expoſuit. Verba autem Vlpiani hæc ſunt: *Poſt diuortium conuenit, ne tempore ſtatuto dilationis dos reddatur, ſed ſtatim, hoc non valebit: ne ex pacto actio naſcatur.* hoc eſt, actio mulieris ad dotem annua, bima, trima die repetendam, per pactum ex interuallo factum non immutabitur vt ei agere ſic liceat, Aio te mihi trecenta præſenti die dare oportere: ne ſcilicet actio vel ex pacto naſcatur, vel per pactum immutetur. Ageſis, pergamus ad verſ. inſeq. *Si generaliter*, inquit, *mihi hominem debeas, & paciſcar ne Stichum petam, Stichum quidem petendo pacti exceptio mihi opponetur. alium autem hominem ſi petam, rectè agam.* Atqui conſtat eandem eſſe rationem generis, quæ eſt diſiunctionis in ſtipulationem deductæ, l. cum is, 32. §. vlt. D. de cond. indeb. conſtat, inquam, cum qui genus ſtipulatus ſpeciem petit, plus petere: ac plus petendo cauſſa cadere. *quoniam*, vt Imp. loquitur, *electionem aduerſario tollit, cui ſtipulationis iure liberum fuit aliud ſoluere, quàm quod peteretur.* Quod cùm ita ſit, permirum mihi videri fateor, quod Paullus hoc loco ſcribit, eum qui pactus eſt, ſe certam ſpeciem non petiturum, aliam ſpeciem petendo rectè acturum. primùm quoniam, vt Imp. ait, qui ſic agit, plus petit: & qui plus petit, malè agit: ac proinde cauſſam amittit. deinde quoniam, ſi hoc admitteremus, etiam illud admittendum eſſet, per pactum ex interuallo factum naturalem actionis modum immutari: hoc eſt, pro formula quæ de genere concipienda fuerat, vti licere formula per quam certa ſpecies peteretur. Videamus ergo nec hæc inſignis ſit Paulli & Vlpiani diſſenſio: niſi fortè hoc extremo perfugio vti placet, Paullum hæc ſcripſiſſe de iudiciis extraordinariis, in quibus teſtatur ſuo tempore formularum conceptionem obſeruatam non fuiſſe: Imperatorem autem de ordinariis, in quibus formularum ſollemnia reſtrictè obſeruabantur, l. actio, 47. D. de negoc. geſt. Quod ſi qua ratione admitti poſſet, Triboniani tamen ſocordiam nullo commento quiſquam excuſare poſſet.

Gloſſæ quædam aliquot in locis indicatæ.

CAP. VII.

PRimus eſt in l. ſi quis, 7. D. de iudic. vbi verba hęc poſtrema, QVASI PRAETERITVS, non dubito ex gloſſa imperiti interpretis eſſe ſumta. qua enim ratione ſe præuentum diceret, & conſultò ad illud iudicium vocatum, ab eo, qui quid euenturum eſſet, diuinare non potuit? Itaque Harmenopulus lib. 1. titu. 2. apertè verba illa vt ſpuria repudiauit. Ὁ κληθεὶς, inquit, *εἰς δικαστήριον καὶ μετὰ ταῦτα στρατευσάμενος, ἢ ἄλλου φόρου γεγονὼς οὐ δύναται περὶ τῆς αὐτῆς δίκης ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἴδιον φόρον.* Alter eſt in l. ſtatuliberi, 9. D. de ſtatulib. vbi ſcriptum ita eſt: *Vel ex negocio geſto, contractu, pertinet:* facilè quiuis perſpicit vocem CONTRACTV ex interpretis ſemidocti gloſſa ſumtam fuiſſe. Tertius eſt in l. 2. §. 2. D. de religio. vbi verſum hūc totum, & falsò & temere Prætoris edicto tribui contendo: *Qui hoc fecit in factum actione tenetur, & pœna pecuniaria ſubijcietur.* Nā aut Vlpiani eſt, Prætoris edictum interpretantis, aut potius gloſſematarij alicuius qui ex ſequentium legum ſententia clauſulam illam ſubtexuit. Quartus eſt in l. cui quæ, 84. D. de leg. 3. vbi verba hęc duo, EXTRA VRBEM, ſubdititia eſſe arbitror. *Cui quæ Romæ eſſent*, ait Iauolenus, *legata ſunt, ei etiam quæ cuſtodiæ cauſſa in horreis*

A *extra vrbem repoſita ſunt, debentur.* Satis notum eſt, horrea paſſim fuiſſe in vrbe, quorum publica prope cuſtodia erat, l. 1. l. 4. C. locat. l. 3. §. ſi effracturæ, D. de offic. præf. vigil. Extra vrbem fuiſſe, nuſquam legi. Credo igitur duo eſſe hac in lege obſeruāda: nempe HORTIS pro HORREIS reponendū: nam in hortis cōplures ciues habitaſſe conſtat, l. 5. §. domū, D. de iniur. l. pen. D. de donat. int. vir. & vx. deinde cùm Hortos conſtet extra vrbem fuiſſe, probabile eſt interpretē ſub voce HORTIS gloſſam hanc ſubieciſſe, EX-
B TRA VRBEM. Pædian. in Milon. Pompeius plerumq; non domi ſuę, ſed in hortis manebat. Sueton. Claud. Abiecta ſpe dignitatis ad otium conceſſit, modò in hortis & ſuburbano, modò in Campaniæ ſeceſſu deliteſcens. Paullus, l. 4. §. tertio, D. de penu legat. Si autem extra vrbem, Romæ tamen ſit, ſed etſi in hortis ſit vrbi iunctis, idem erit dicendum.

Ad l. 1. §. penultim. D. de coniung. cum emancip. vbi de partitione bonorum inter emancipatos liberos & non emancipatos agitur.

C

CAP. VIII.

LOcum hunc omnes eſſe fatentur obſcuriſſimum: nonnulli etiam deprauatum adfirmant: quibu ſmagnopere adſentior: ſed nō ea parte, qua primo verſu integro interpolato eum mirificè trāsformant. Tractatur enim hæc ab Vlpiano quæſtio. Tres erant fratres. vnus emancipatus. duo in poteſtate retenti: quorum alter duobus relictis filiis, vno in poteſtate aui, altero emancipato, vita exceſſit. Auo mortuo, filius emancipa-
D tus beneficio Prætoris vtitur, vt ſibi ex eius hereditate partem ferre liceat. Quæritur, quemadmodum bona ſua, quæ ex eodem edicto fratribus conferre debet, partiri eum oporteat? Reſpondetur, tres eum facere partes oportere: & ſuperſtiti filio trientem dare: ſibi alterum retinere: nepotibus tertium conferre: quia nepotes in filiorum gradum ſuccedentes, etiam in hac Collationis cauſſa eodem iure vti debent, l. 2. §. ſi duo, D. de collat. bon. l. 1. §. ſi pater e-
E mancipatus, 4. D. de coniung. cum emancip. Atenim, dicet aliquis, emancipatus emancipato non confert. Soli ergo nepoti in poteſtate retento conferri totum illum trientem oportet. Grauis hæc quibuſdam videtur obiectio. ſed mihi perfacilis ad eam reſponſio parata eſt. quia collatio illa non ſimul & coniunctim ambobus nepotibus deferetur: ſed ei vni dumtaxat, qui in aui poteſtate permanſerat. emancipatus autem frater, huius edicti beneficio, dimidiam ei partem auferet: atque ita non directò,
F ſed per interpoſitam fratris perſonam, ſextantem ex patrui emancipati bonis conſequetur. quia frater in poteſtate retentus, ſi liberos non habet, fratrem emancipatum admittere cogitur, l. 1. §. emancipatus, D. h. t. Sed quid eſt, quod Vlpianus ſubiicit, *Quamuis hi minus quàm patruus ex hereditate aui, concurrente patre, ſint habituri?* Nam cùm in filij ius locúmque ſucceſſerint, (qui pari eodémque iure fuerat cum fratre pariter in poteſtate retento) quomodo minorem quàm patruus, imò quàm pater ipſo-
G rum, portionem obtinerent? cùm in filij locum ſuccedentes nepotes ad ipſius condicionem redigantur: vt ait l. 6. §. 1. D. de hered. inſt. ac pari eodémque iure vtantur, l. 7. §. 1. D. de adq. hered. 2. C. de lib. præterit. Crederem igitur, pro QVAMVIS reponendum eſſe QVIA NON: & ante verbum CONCVRRENTE præponendam iterum particulam NON. hoc ſenſu

Quia nepotes iſti, (cùm pater ipſorum ante auum defunctus vnà cum ſuis fratribus, eorumdē patruis, ex aui hereditate nihil acceperit) tantumdem habituri ſunt in hereditate aui, quantum vteruis patruorum: nimirum trientem. quomodo? quia nepos emancipatus, huius edicti beneficio, ſextantem feret: alter ſextans, penes ipſius fratrem manebit. Id quod Vlpianus hoc argumento confirmat. Portiones quæ ex bonis emancipati patrui conferendæ ſunt, definiuntur pro modo portionum, quæ ex aui hereditate vnicuique obueniunt, l.2.§.ſi duo, & l.ſi nepotes, 7.l.ſi filius, 10.D.de collat.bon.l.1.§.nunc videamus, verſ.& puto, D.de coniung. cum emancip. Nepotibus iſtis in patris præmortui locum ſuccedentibus triens ex aui hereditate competit: ſuo, ex iure ciuili: emancipato, ex edicto Prætoris. Etiam ex patrui emancipati bonis æquam cum ipſo partem auferre debent. Sunt qui paragraphi principium ſic immutent, vt pro his verbis, VNVS NEPOS *in poteſtate, alius nepos emancipatus*: illa ſubſtituant: *Alio emancipato duo nepotes in poteſtate.* Sed audax negocium eſt, in tantam verſum illum integrum mutationem, præſertim aduerſus librorum omnium auctoritatem inducere: neque quemquam fore arbitror, qui facilè tantam nouationem ferat. quamquam quid opus eſt verbis? cùm hæc eadem ſpecies, quam illa nouatio inducit, modò paulo antè perpauculis interpoſitis verſibus in eadem lege tractata fuerit. nam Vlpiani verba, vnà cum aptiſſima & certiſſima gloſſæ interpretatione, hæc ſunt: *Si alius emancipatus ſit filius*, qui non habet filios in aui poteſtate retentos, *alius in poteſtate retentus*, & alius emancipatus, ex quo remanſerunt duo in poteſtate nepotes: & ſic duo filij emãcipati, & tertius in poteſtate, *filius emancipatus*, ex quo nullus eſt nepos, *his duobus nepotibus*, natis ex altero emancipato, *vnam partem tantùm conferet: & patruo eorum, qui in poteſtate manſit, vnam partem dabit: tertiam ipſe habebit.* Hæc Vlpianus: cuius hanc eandem ſententiam Celſus etiam ſuperiore titulo explicarat in l.7.D.de collat. bon. vbi iuncta gloſſæ veriſſima interpretatione ita loquitur: *Si nepotes*, in poteſtate conſtituti, *in locum filij*, emancipati, qui fuit eorum pater, *ſucceſſerunt, vna portio his conferri debet*, à patruis, *vti*, id eſt, ſicuti, *bonorum poſſeſſionis vnam partem habeant*, legendum eſt HABENT. Nam hoc modo rectiſſimè legem illam in gloſſa interpretatam, hinc poteſt intelligi, quòd neque aliis confertur, quàm in poteſtate retentis, quibus pars hereditatis detrahitur: neque alij conferunt, quàm emancipati, qui partem heredibus legitimis detrahunt, l.1.in princ.& §.toties, l.2.§.2. D.de colla.bon.l.ea demum, 6 l ſi emancipati, 9. C. eod.l.1.§. emancipatis, D.de coniung.cum emancip.

An vndecimo menſe natus legitimus habeatur.

CAP. IX.

Nobilis & vexata hæc quæſtio eſt. Nam vt legitimus eſſe videatur, argumenta hæc ſunt: Primùm D. Adriani decretum, de quo Agellius libr.3.cap.16. his ſcribit verbis: Romæ fœminam bonis atque honeſtis moribus, non ambigua pudicitia, in vndecimo menſe poſt mariti mortem peperiſſe, D. Adrianum cauſſa cognita, decreuiſſe, in vndecimo quoque menſe partum edi poſſe: idque ſe ſtatuere dicit requiſitis veterum Philoſophorum & Medicorum ſententiis. Secundum ſumi poteſt ex Hippocratis, Ariſtotelis & aliorum

A ſummorum Philoſophorum auctoritate, quæ apud Iuriſc. plurimùm in his cauſſis valet, l.ſeptimo, 12.D. de ſtat.hom.l.3.§. vlti. D. de ſuis & legitimis, l.13.D.ſi pars hered.petat Ergo Hippocrates in libro περὶ τροφῆς, & in libr. περὶ ὀκταμήνου, & in libr. περὶ σαρκῶν, itémque Ariſtoteles in libr. de hiſt. animal.7 cap.4. mulieres interdum menſes vndecim vterum ferre adfirmant. quod etiam Varro libro rerum diuin.14. teſtatur: vt eſt apud Agellium, eodem loco. Vnde illud feſtiuum ex eiuſdem comœdia: Si quis filius vnus pluréſue in decem menſibus gignuntur, ij, ſi B erunt ὄνοι λύρας, exheredes ſunto. Quòd ſi quis vndecimo menſe κατ' Ἀριστοτέλην natus erit, Accio idem quod Titio ius eſto. Et in eandem ſententiam Plinius libro ſeptimo, capite quinto: Homo, inquit, incerto gignitur ſpatio. Veſtilia Pompeij coniunx Suillium Rufum vndecimo genuit menſe. Tertium argumentum ſuppeditat L. Papirij Prætoris R. decretum, quod in paribus cauſſis ius facit, l.3.§.1.D.de condict. cauſſa dat. l.pater meus, 29. D. de legat.2.l. C vltim.D.de adq.hered. Nam Agellius eodem loco ita ſcribit, Quod in Plinio libr.7. legimus, quia extra fidem videri poteſt, eius verba poſuimus. Maſſurius auctor eſt, L.Papirium Prætorem ſecundo herede lege agente bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, cùm mater partum ſe XIII. menſibus tuliſſe diceret: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum ei videtur. In quam ſententiam Iouianus Pontanus vir eruditiſſimus in libr.Sentent.Ptolom. Sent.51. Ipſe, inquit, à grauiſſimis viris accepi, Ni- D colaum Picinium clariſſimum Ducem, XII. menſe editum. Sed & Auicenna lib.de animal. nono adfirmat, ſe pro certo accepiſſe, mulierem XIV. menſes vterum geſſiſſe, & puero dentes paulò pòſt enatos. Neque verò, quantum ad illum Plinij locum attinet, iis adſentiri poſſum, qui dicunt ſe in ſcriptis codicibus aliter eum locum ſcriptum reperiſſe: nimirū X. pro XIII. Nam neque hodie exſtare librum vllum ſcriptum arbitror, ætate Agellij antiquiorem. &, ſi de X. tantùm menſib. Plinius ſcripſiſſet, quid nā me- E moratu dignum prodidiſſet, cùm ea de re lex XII. tabul. tam dilucida exſtaret? præterea quorſum illud pertineret, quod diſertè Agellius profitetur, illā Plinij narrationem extra fidem videri? Verùm his non obſtantibus, probabilius, & Iuris ciuilis regulis conuenientius eſſe arbitror, legitimum vteri ferendi tēpus decem menſium ſpacio terminari. Primùm propter illam XII. tab. legem, quam & Agellius ſuprà dicto loco commemorat, & Paull. ſignificat, lib. Sen- F tent.4.cap.9 Ratio Pythagorei numeri hoc videtur admittere, inquit: vt aut ſeptimo pleno, aut decimo menſe partus maturus videatur. Vnde illud legis Papiæ caput. Vt ſi poſt mortem viri intra X. menſes vxor ex viro pepererit, ſolidum ex eius bonis capiat: teſte Vlp. tit.16. Indidémque illa peruulgata poſtumi inſtituendi formula: Si quis mihi poſt mortem meam in decem menſibus proximis natus erit, l. Gallus, D.de liber.& poſtumis, l.vlt.C.l.eo.vlt. D.de fid. lib.& ſecundùm eam iuris rationem Plautus in Tru- G culento ita ſcripſit:

Mater ancillas iubet

Quoniā iam decumus menſis aduentat prope, &c.

Item in Ciſtellaria,

Tum illa quam compreſſerat,

Decimo pòſt menſe exacto huic peperit filium.

Et Virgil.Eclog.4.

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Menſes

Menſes autem Decemuiri Græcorũm inſtituto, à quibus leges ſuas acceperant, non ad Solis, ſed ad Lunæ curſum admenſos eſſe, primùm ex illo Ciceronis loco intelligitur, libr. de natur. deor. 2. Adhibetur Diana ad partus, quòd ij matureſcũt, aut ſeptem nonnũquam aut plerumque nouem Lunæ curſibus: qui quia menſa ſpatia conficiunt, Menſes nominantur. deinde ex eo quòd anno demum dumtaxat menſium vtebantur: vt Macrobius docet, libr. 2. ca. 12. & Cenſorinus in libr. de die natal. Plutarch. in quæſt. Roman. & Seruius in libro Georg. 1. Qua de cauſſa Ouid. lib. Faſt. 1. ita ſcripſit,

Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis;

Itémque lib. 3.

Annus erat decimum cum luna receperat orbem;
Hic numerus magno tunc in honore fuit.

Locum autem illum Paulli Cenſorinus eodem libr. ſic exponit: Pythagoras dixit, partus eſſe genera duo: alterum ſeptem menſium, alterum decem. Sed priorem aliis dierum numeris conformari: aliis poſteriorem. Et paulò pòſt: Pythagoras partus duos eſſe dixit, alterum minorem, quem vocat ſeptimeſtrem: qui ducenteſimo & decimo die poſt conceptionem exeat ab vtero. alterum maiorem decimeſtrem, qui edatur die ducenteſimo ſeptuageſimo quarto. Eorum prior ac minor ſenario numero continetur; alter maior maiore numero ſeptenario, quo tota humana finitur; vt & Solon ſcripſit, & Iudæi in dierum omnium numeris ſequuntur. Ex quibus omnibus diſputari videtur poſſe, Legem XII. tab. eum demum legitimum partum haberi voluiſſe, qui non vltra ducenteſimum ſeptuageſimum quartum conceptionis diem editus eſſet. Secundum argumentum ſuppeditat Vlpi. in l. 3. §. vlti. D. de ſuis & legit. vbi ait poſt decem menſes mortis natum non admitti ad legitimam hereditatem. In quam ſententiam illud eſt quod ſcribit Plutarc. in Alcibiade: Regem Agim ex eo potiſſimum arguiſſe Leotychidem ex ſe genitum non fuiſſe, quem vxor Timea pepererat, quòd decem integris menſibus ab ea abfuiſſet; atq; idcircò eum filium non agnouiſſe: neque Leotychidem ad regni hereditatem admiſſum fuiſſe.

Neque verò ad rem pertinet, quod à quibuſdam in hanc diſputationem iniici video ex l. vltim. D. de adqu. rer. dom. vbi Venuleij ſententia in libris Flor. ita profertur: Cùm prægnans mulier legata aut vſucapta pariat, eius fiet partus, cuius eſt ea cui emeretur, non cuius tunc fuiſſet, cùm conciperet. Nam quòd Amicus noſter pro CVI EMERETVR, emendat, CVM ENITERETVR, rectiſſimum eſſe conſtat: ſed eius emendationis laus Haloandro debetur. neque ingenuum fuit, optimo & doctiſſimo viro ſuam laudem inuidere. Quòd verò pro VSVCAPTA, idem reponẽdum putat VENDITA, videamus ne ſatis probari poſſit. Nam etſi cùm mater enixa eſt, bonæ fidei poſſeſſoris non fuit, tamen quia tranſacto anno per vſucapionem adquiſita eſt, per fictionem dominium eius retrotrahitur: vt etiam à tempore partus, in bonæ fidei poſſeſſoris dominio fuiſſe, & ei peperiſſe videatur. l. partum, 10. D. de vſur. l. 3. C. de ing. manumiſſ. l. 2. D. pro ſuo. quippe, cùm neque vindicari puer ſeparatim, neque pronunciari potuerit alterius fuiſſe, quin eadem opera mater eiuſdem eſſe pronunciaretur. l. vlt. C. de lib. cauſ. Nam quo iure partus cuiuſquam eſt, niſi quo mater eiuſdem eſt? l. partum, 7. C. de rei vind. Quòd ſi annuum domini

A ſilentium non modò ancillæ dominium bonæ fidei poſſeſſori tribuit, ſed etiam partus dominium eidem confirmat, cui dubium eſt, quin hoc dominium retrotrahatur? vt retro fuiſſe domina fingatur, quæ reuera non fuit. l. penul. §. 2 D. de caſt. pecul. cùm ſatis conſtet, ea quæ confirmantur ſemper fictione iuris retrotrahi. l. ſi mortis, 40. D. de mort. cauſ. donat. l. donationes, 25. C. de donat. int. vir. & vx. l. 4. D. pro donat. Superioribus autem argumentis breuiter ita B reſpondendum eſt. Primùm multum intereſſe, inter inchoatum menſem decimum, & tranſactum. Nã Iuſtinianus in Nou. 39. apertè loquitur de ea quę ὄντα ἐξάμηνος τὸ ἔτος κατὰ τὸν ἑνδέκατον μάλιστα παρατεινόμενον ἔτεκεν nondum exacto anno, ſub exitum menſis vndecimi pepererat: & paulò pòſt πρὶν τοῦ πλῆρες τοῦ ἔτους. At Hippocrates docet interdum vſu venire, vt partus certis de cauſſis, ad vndecimum menſem differatur, aut certè differri videatur: cùm tamen legitimus menſium decem numerus conſtet. Demonſtrat enim eo C dem modo tardiores partus ſub initium vndecimi mẽſis accidere, quo modo præcoces ſub initium ſeptimi mẽſis fiunt. Tardioris autem cauſſas eſſe duas; vnam veram, alteram opinatam. Veram eſſe duplicem, vnam ex parte mulieris, ſi fortè tum conceperit, cùm maiore ex parte menſes defluxerint: quoniam ad tempus partui vſitatum addi eos dies oportet, per quos ſanguis expurgari conſueuerat, hoc eſt, in ſingulos menſes ternos. Alteram ex parte viri, cùm ſemen humidius & excrementoſius tardius D concoquitur. Opinatam eſſe, cùm mulier menſem dimidiatum, quo concepit, pro integro computat. Nam cui menſes fluunt (verbi gratia) dies octo, ea ſi nono die conceperit, octo ſuperiores ei inutiles fuẽrint, quos tamen integro menſi attribuit. Iam verò ſi mulier, quæ circa plenilunium concepit, dimidiatum hunc menſem pro integro computet, geſtationum tẽpori quindecim dies ſuperaddet: qui ſi ſeptẽ quadragenis iungãtur (quæ quadragenę nouẽ menſes integros cum dimidio conſtituũt) videbitur ſibi E mulier menſes vndecim vterũ geſtaſſe: cũ tamẽ reuera ſeptẽ tantũ quadragenas (dies ſcilicet 280.) cõpleuetit. Sic. n. omnes illos Hippocratis locos nobis nuper vir ingenio & doctrina excellẽs Theodorus Zuingerus Medicus nobiliſſ. ad quem ea de re retulimus, interpretatus eſt. Locus autem Hippocratis à Lalamentio doctiſſimo & nouiſſimo (vt opinor) interprete ita conuerſus eſt. lib. περὶ ἑπταμήνου cap. vlt. Ex quibus omnibus colligitur, naturæ quadã neceſſitate fieri, vt pleræq; mulieres circa plenilunium, aut F etiam pòſt in vtero concipiant. Itaque perſæpe vndecimum menſem attingere, & dies ducentos octoginta. hæ autem dierum ſeptem quadragenariis, vterum gerere ſibi videntur. Nam ſi mulier poſt medium menſem cõcipiat, partus in vndecimum menſem (dũ ſcilicet abſolutus ſit & perfectus circuitus) neceſſitate quadam, & lege naturæ differetur. Hæc Hippocrates. Quantum autem ad eorum auctoritatem attinet, qui duodecimo, tertio, & decimo quarto menſe, interdũ edi partus ſcripſerunt, facilis re G ſponſio eſt ex Theophraſti auctoritate, Iuriſconſultos ſcilicet, non quid ἐν παραλόγῳ, & præter vſitatum naturæ ordinem, ſed quid ἐπὶ τὸ πλεῖστον, & plerumque accidat ſpectare: τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. l. 3. D. ſi pars heredit. pet. & l. ſed & ſi reſtituatur, §. ſi paterfam. D. de iudic. l. ſi quis, 9. D. de liber. & poſtum. l. 64. D. de regul. iur. Cui conſentaneum illud eſt Ariſtotelis Ethicorũ 5. τὸ ἐπὶ τὸ πλεῖον λαμβάνεται

νόμος Ac proinde caſus illos raros & inopinatos ad facti quæſtionem, id eſt, ad Iudicis boni viri arbitrium redigendos eſſe.l.quæſitum,13.D.de teſtib.l. continuus,137.§.2.D.de verbor.oblig.l.penul.in fin. D.ad legem Falcid.

De ſuorum heredum appellatione, & quæ nominis illius etymologia ſit. Itémque de Exheredationis & Abſtenſionis iure.

Cap. x.

VErbum hoc, SVVS HERES, non eſt populare & oratorium: ſed eſt verbum Iuris, forenſe, & diſciplinæ noſtræ proprium. Aliud eſt loquendi genus Oratorum, aliud Iuriſconſultorum.l.1.D.de vſurpat.l.licet capitalis, D.de verbor.ſignific. SVORVM nomen ex lege XII. tabularum natum eſt l.liberorum,220.D.de verb. ſignif.ex Iure ciuili eſt.l.vltim.D.de bon.damnat. Itaque propria quædam ſunt huius nominis, & ab vſu populari remotiſſima, quæ breuiter exponenda ſunt. Primũ qui SVVS HERES ab auctoribus noſtris appellatur, non tantùm poſt eius mortem cui ſuccedit heres eius dicitur: verùm etiam ipſi viuo ac ſuperſtiti iam heres appellatur: ante mortẽ, κατὰ πρόληψιν post mortem, κατ᾽ ἀναφοράν, de qua priore loco diſſerendũ eſt. Nã SVVM HEREDEM eum appellamus, qui non magis alteri, quàm ſibimetipſi heres eſt: quem Græci αὐτοκληρόνομον dicunt: quia pater defunctus in filij perſona rediuiuus quodammodo videtur. ſicut de Phœnice Lactantius cecinit:

Ipſa ſibi proles, ſuus eſt pater, & ſuus heres.

Item Ouid.lib.de Pont.2.

Viuit enim in nobis facundi lingua parentis,
Et res heredem repperit illa ſuum.

Itaque relatiuum SVVS in hac cauſa non eodem modo & ſenſu apud nos, vt apud Oratores & Grammaticos vſurpatur. Oratorum more auctores noſtri loquuntur, cùm ita ſcribunt, Mulier ſuum filium in poteſtate non habet.l.5. C. de adopt. Aliquis agnoſcit filium ſuum, aut non agnoſcit, quaſi non ſuum.l. 6.D.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Patri filius ſuus teſtis eſſe non poteſt. Vlp.tit. Regul. 20. Adoptatus ab aliquo, quaſi ex filiofamil. viuo natus, efficitur nepos ſuus l.ſi is qui,44.D.de adopt. Quinetiam aliud eſſe dicunt Agnoſcere ſuum partum, aut ſuum filium: aliud agnoſcere ſuum heredem. quia non continuò ſi quis ſuum filium agnoſcit, etiam ſuum heredem agnoſcit.l.1.§.Iulianus, & §.§.ſeq. & l.3.D.de agnoſc.liber. Nam in his locutionibus vox SVVS refertur ad patrem. at cùm forenſe verbũ vſurpamus, refertur ad eum ipſum, qui ſuus heres eſt. Vt cùm dicimus, Mulier ſuum heredem paritura eſt: id eſt, eũ qui ſuus heres patri defuncto futurus eſt: vt ait Vlp. l.cum quædam,31.§.1.D.de adq.hered. A qua conſuetudine non abhorret illud quod Iuriſc. SVOS furioſis opponunt.l.Fulcinius,7.§.adeò autem, D.quibus ex cauſſ.in poſſeſ. quia Sui dicuntur, qui ſuæ mentis, & ſuæ poteſtatis ſunt. Furioſi autem è poteſtate exiſſe dicebantur, vt ait M.Tull.Tuſc.3. Item quòd eum dicant in ſuam tutelam veniſſe, qui decimumquartum ætatis compleuit annum.l.5.D. quibus ex cauſſ. in poſſeſ.eat.l.51.De legat.3. Itaque non quomodo ſuus heres dicitur, ita ſua hereditas dici poteſt. Diuerſa enim relatio eſt. Et ſecundùm hunc Oratorum morem dicimus ius eſſe alicui ſuum mortuum in ſepulcrum inferre: mortuum in ſuum, aut alienum lo-

A cum inferre. Captiuos manumiſſos redire ad ſuos,
vel remanere apud ſuos.l.5.§.vlt. D.de capt.eodémque modo illud accipiendum eſt in Eunucho Terentij;

Patunla
Hinc eſt abrepta. eduxit mater pro ſua.
Soror dicta eſt. cupio abducere, vt reddam ſuis.

Itaque Priſciano adſentiri non poſſum, qui libro 17. ita ſcribit: Diſcretionis cauſſa, vel abundantiæ ſolet
B cum genitiuo poſſeſſoris addi nominatiuus poſſeſſiui, vt Suus eſt Homeri mos. intelligitur enim non alterius. &, Suus Ciceronis filius heres eſt patri conſtitutus. SVVS dicitur ad diſcertionem illius, qui ſecundùm leges Suus non eſt, id eſt, ſub poteſtate patris legitimi non eſt. Priſciano, inquam, hæc ſcribenti adſentiri non poſſum. Nam vt dicimus, Suus Homeri mos, vel Suus Ciceronis ſeruus aut libertus: l. alimenta,16.§.1.D.de alim.leg.l.cum ſuæ,71. & ſeqq. D.de legat.3. quidni etiam de emancipato dicemus,
C Suus Ciceronis filius? At ſi dicam vt Suus Ciceronis heres, cum de filiof. loquimur, verbum Iuris vſurpamus. Sic quæ mulier ſuum filium habere dicitur, eadem ſuum heredem habere negatur. l. 4. §. 2. D. de bon.poſſ.cont. tab. & qui dominus apud acta ſeruũ filium ſuum nominat, liberum quidem eum facit, at ſuum heredem non facit.l.1.§.ſimilique modo, C.de lat.libert.toll. §.vlt. Inſt.de adopt. Videntúrque Iuriſconſulti diſcrimen in horum verborum ordine conſtituere, quaſi interſit vtrum dicamus Suus he-
D res, an Heres Suus. velut in l.6.in princip. & §.vlt.D. de inoff.teſt. ſicuti conſtat magni referre vtrum dicamus Bonorum poſſeſſio, an Poſſeſſio bonorum. Sic vulgari conſuetudine dicimus, Flora meretrix populum R. heredem ſuum inſtituit. cùm tamen, vt dixi, mulier ſuum heredem habere non poſſit: adeò vt filius à matre heres inſtitutus illi ſit heres extraneus. §.3.Inſti.de hered.qualitat.& differ. Itaque non ſi quem teſtator ſibi heredem facit, vtique ſuum heredem facit.l.8.§.1.D.ſecund.tab. Quinctil.lib.5 cap.
E 16. Quem quis heredem ſuum eſſe voluit, carum habuit, habet, habebit. Interdum tamen ſuum heredẽ dici video, pro Heredem ſuum: ſed admodum raro, & quaſi Iuriſconſulto per imprudentiam exciderit: velut in l.hoc articulo,29.D.de hered.inſt. Quibus ex locis eorum ſtultitia coarguitur, qui ſic loquendum putant; Habeo, vel Non habeo meum heredẽ. non autem, Habeo, vel Non habeo ſuum heredem. at noſtri auctores ſic loquuntur: Mulier ſuum heredem non habet. Perduellionis reus ſuum heredem
F non habet.§. interdum,5. Inſtit. de hered.ab inteſt. Spado ſuum heredem habere poteſt.l.adrogato,40. §.vlt.D.de adopt. Spes eſt ſuum heredem defuncto exiſtere.l.pen.§.1.D.vnd.legit. Filius patri ſuus heres eſt.l.quæ vtiliter, 45. §. vltim. D.de negot.geſt. Nepos quidam tam patri, quàm auo ſuus heres eſt. l.ſi filius,16.de liber.& poſt. Liberi ex iuſto matrimonio nati ſui & legitimi ſunt patri.l.imperialis,23.§ 1. C.de nupt. Heres ſuperſtiti abuſiuè tamen interdum dicitur: veluti adgnatus proximus. Cicero pro M.Æ-
G milio Scauro: Si mehercule, Iudices, pro M.Tubulo dicerem, quem vnum ex omni memoria ſceleratiſſimum & audaciſſimum fuiſſe accepimus, tamen non timerem venenum hoſpiti aut conuiuæ ſi diceretur cœnanti ab illo datũ, cui neque heres neque iratus fuiſſet. Mulier quæ viro in manum conuenit in ſui heredis locum ei venit: ait Agellius lib.18.c.6. Natus contendit ſe ſuum heredem eſſe. l.1.§.ſi quis.l.8.

D.de

D.de Carbon.edict. Filiusf. dum ignorat ſe ſuum heredem exſtitiſſe, deceſſit. l.pen.§.1.D. de caſtr.pecul. Inuito alicui ſuus heres agnaſcitur. l.in bello, 12.§ 3. D.de captiu. Filius natus ſuum ſe dicere poteſt. l.1.§. Iulianus, D.de agnoſc.liber. Secunda huius nominis proprietas hæc eſt, quòd (vt paulò antè diximus) Suus heres dicitur Titio κατὰ πρόληψιν qui ei adhuc viuenti & ſuperſtiti iam quaſi quodammodo ſocius, particeps & coheres erat: vt per ipſius mortem non nouam & alienam hereditatem, ſed pleniorem & liberiorem veteris hereditatis adminiſtrationem adeptus videatur. Quapropter etiam ignorans, atque adeò nondum apertis tabulis heres eſt. l.3. C.de iur. delib. quinetiam inuitus & nolens heres eſt. Qua de cauſſa neceſſarius quoque appellatur. Quarum rerũ omnium teſtimonia demonſtranda ſunt. Societatem intercedere, patet ex illo Terentij loco in Heauton. *Donec ſaluus redierit meus particeps.* Itémque ex illo Auſonij:

Iuſta quidem ſeries patri ſuccedere: verùm
Eſſe ſimul dominos, gratior ordo piis.

Itémque ex eo, quod cùm vxor, quæ viro in manum conuenerat, & in familiam nupſerat, in vitæ & bonorum omnium ſocietatẽ adſcita eſſet: l.1.D.de act. rer.amot. l.4.C.de crim.expil hered. idcircò ſua heres viro fieri dicebatur: teſte Agellio lib.8.c.6.& Vlpiano Regul.tit.22.& tit.23. ſed & de communione dominij inter patrem & filiumf. Paullus ita ſcribit: In ſuis heredibus propter continuationem dominij nullam videri hereditatem fuiſſe: quaſi olim viuo patre domini fuiſſent, & eo mortuo non tam hereditatem percipere, quàm liberiorem bonorum poſſeſſionem adipiſci. l.in ſuis, 11.D.de lib.& poſt. Similiter Imp. Sui, inquit, heredes ideo appellantur, quia domeſtici heredes ſunt: & viuo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur. §.2 Inſtit.de hered. qualit. Item alio loco: Et ſtatim morte parentis quaſi continuatur dominium. § 4. Inſt.de hered ab inteſt. Quod autem neceſſarij appellentur, cùm ex iiſdem Inſt.locis patet, §.2.de hered.qualit. tum etiam ex l.57.de adquir.hered. atque vno tantùm caſu Voluntarij fiunt, ſi ſub conditione inſtituti ei paruerint. l.iam dubitari, 86.D. de hered.inſt. eiúſque appellationis cauſſa hæc eſt, quia, quod ad ciuile ius attinet, non modò ignorantes, verumetiam inuiti, iure ipſo, tacito iure, ſine vllo vel ſuo, vel Prætoris facto, heredes ſunt. d.§.4.& l.pen.§.pen. D. de bon. libert. l.pen.§.1.De caſt.pecul. hoc eſt, etiam ante apertas tabulas, & ſine aditione, ſine cretione, ſine geſtione pro herede. l.3.§.vltim.D.de hered. inſt. l.in ſuis, 14.D. de ſuis & legit. l.8.& l.13.C.de iur.deliber. itaque furioſus, licet voluntate & conſenſu careat, tamen Suus heres apparet atque exiſtit: ait Imp. l.vlt.§.1.C.de curat.furioſ. l.furioſus, 63. D.de adq.hered. Denique quia nullum inter defuncti mortem & ſui heredis exiſtentiam interuallum eſt: ſed prorſus idem tempus eſt, idémque momentum mortis & exiſtentiæ: l.ſi poſt mortem, 68. D.de legat.1. l.1.§.3.D.ſi quis omiſſ.cauſſ.teſt. idcirco vbi Suus heres eſt, nunquam iacere dicitur hereditas: quæ paſſim antequã adita & poſſeſſa ſit, iacere & vacua eſſe dicitur. Quinetiam cùm iam ipſo iure heredes ſint, fruſtra inſtituuntur heredes, niſi ob hanc vnam cauſſam, ne obliuione præteriti videantur, & teſtamentum iniuſtum faciant. & ob hanc ipſam cauſſam ſoli ſui heredes exheredari poſſunt. Exheredationis verbum in extraneo ineptum eſt: ait l.quidam, 132.D.de ver-

A bor.oblig. Exheredari enim nemo, niſi qui iam heres eſt, poteſt. Inuitos autem illos heredes exiſtere, vel ex eo conſtat, quòd quamuis Prætor iis abſtinendi poteſtatem faciat, nudum tamen nomen heredum retinent. l.6.§.2. l.pen.§ pen.D.de bon. libert. l.1.§ 3. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. non eſt ſine herede, qui ſuum heredem habet, licet abſtinentem ſe: ait Vlp. in l.cum quaſi, 30. §. ſed etſi, D. de fideicom. libert. quoniam ad hoc tantùm valet abſtentio, ne oneri-
B bus hereditarijs teneantur, l.neceſſarijs, 57.D.de adquir.here. l.2.§.liberi, D.ad Tertyl. quinetiam nudũ illud heredis nomen non eſt ſine effectu. Quod enim animaduerſione dignum eſt, pupillares tabulas ſuſtinet. vt etiam ſi filius heres teſtamento patris ſcriptus eius ſe hereditate abſtinuerit, tamen intra pubertatem moriens, ſubſtitutum ſibi à patre heredẽ habeat. l.12.D.de vulg.ſubſt. l.28.D.de reb. auct.iud. l.4.& l.42 D.de adq.hered. quinetiam legata ſuſtinet. d.l 12 in fin. Ac notatu digna eſt ea verborum
C proprietas, qua Iuriſconſulti in diuerſis heredum generibus vtuntur. Extraneos heredes appellant Voluntarios, quia in eorum arbitrio poſitum eſt, vtrum heredes eſſe velint, nec ne. Suos verò appellant Neceſſarios, quoniam velint nolint heredes ſunt. Rurſus extraneos dicunt fieri heredes, adquirere & adire hereditatem: quaſi qui aliam in domum & alios in fines tranſeant, & noui aliquid conſequãtur. Suos verò dicunt exiſtere, immiſcere, retinere. Exiſtere Theophilus interpretatur, ἀναφαίνεσθαι. Imperator,
D apparere. d.l.vlt.§.1.C.de curat.furioſ. quaſi quorũ lumen (propter maius patris lumen) obſcurius, nunc, illo exſtincto, magis appareat. Immiſcere verò vel retinere dicuntur, quaſi qui rebus iam olim ſuis vt domini vtuntur, quaſi res iam olim ſuas liberiùs nunc adminiſtrent. l.etſi quis, 14.§.plerique, D. de religioſ. l.pen.D.de ſeq.viol. l.ſi ſeruum, 71.§.3. D.de acq.here. Similiter extranei dicuntur repudiare: Sui abſtinere. l.4.C.de repud hered. Poſtremò ad hanc ſecundam proprietatem illud notandum eſt, Cùm ſuus heres
E etiam patre viuo heres, & quaſi coheres illi ſit, illud quoque conſequi, vt eo etiam viuo interdum ſuus heres eſſe deſinat. nimirum ſi capite minutus fuerit. l.1.§.ſi filius. & l.capitis, 11. D.de ſuis & legit. l.Gallus, §.vltim.D.de lib.& poſt.§.minus autem, 10.de hered.ab inteſt vel ſi patre viuo ab hoſtibus captus eo mortuo apud illos deceſſerit. d.l Gallus, § idem vidẽdum. quod ſingulariter notandum eſt, vt aliquis nõ modò viuo alteri heres ſit, verùm etiam poſſit ei heres eſſe deſinere. Tertia huius verbi proprietas hæc
F eſt: quòd ſuus dici non poteſt, niſi qui idem ſimul heres eſt. Ac ſtultiſſimè diceret aliquis, ſuum heredẽ, aut ſuum poſtumum eodem modo dici, quo ſuum agrum, aut ſuum librum. Multò plus eſt in verbo SVVS, quàm in verbo HERES. Cui ſuitas ademta eſt, vt puta capite minuto, eidem hereditas ademta eſt. l.6. §.pen.D.de bon.poſ. d.l.1. & l.capitis, 11. D. de ſuis & legit. At cui hereditas ademta eſt, veluti exheredato, non continuò ſuitas adempta eſt. l.1.§.pen. D.de ſuis & legit. neque viciſſim patria in eo poteſtas ex-
G ſtincta. nam etiam exheredato pater, qui exheredauit, tutorem adſcribit. l.4.D.de teſt.tut. itémque pupillariter ſubſtituit. §.6.Inſt.de pupil.ſubſt. neque verò cuiquam teſtamento tutor adſcribi, niſi ſuo heredi, poteſt. l.75.D.de reg.iur. ſed & exheredatus ſacrorum iura retinet. l.6.D.de religioſ. retinet matrimonium, liberos, tutelam. l. ſi maritus, 46. D. famil.erciſc. retinet ius familiæ & adgnationis, & cõſangui-

nitatis,l.vlt. D.vnd.legit.l 1.§. vlt.de ſuis & legit.i-
taq; reliquos adgnatos excludit l.2.§ 1. eod.retinet
ius patronatus. l.1.§. ſed etſi, D.de adſig.libert.reti-
net dotem ſuæ filiæ ab auo paterno datam. l.6.D.de
collat.bon.quamuis ius illud ambiguum ſit.l.79.D.
de iur.dot.Quinetiam quia ſui nomen retinet,etiam
ſui heredis nomen retinet,ſed tamen nudum & ſine
re.l.6.§.2.D.de bon.libert. l.2.§.4.D.ad Tertyll. pri-
mùm quia qui ſemel heres eſt, non deſinit eſſe he-
res,ſaltem nomine.l.7.§.pen. D.de minorib.l.ei qui,
88.D.de hered.inſt.deinde quia exheredatio,niſi a-
dita ex teſtamento hereditate,vim habet nullam.l.
filium,20.D.de bon.poſſ.cont.tab.l.9.§.2.D.de liber.
& poſtum. & ob id querela inofficioſi ante aditam
hereditatem non naſcitur. l. 8. §. ſi condicion.D.de
inoff.teſtam. Sed etſi per nepotis filij ſui perſonam
heres fiat,magis dicitur fieri neceſſarius, quã Suus
l 6.§.interdum,D.de adq.hered.Neque verò moue-
re nos debet, quòd Vlpianus in d.l.1.§.penult.D.de
ſuis & legit.ita ſcribit: *Etiam ſi ſui heredes non extite
rint patri,vt puta exheredatos.* quaſi neget exhereda-
tos ſuos heredes eſſe. Non enim ad ius & nomen
Sui heredis illa Vlpiani verba pertinent,ſed ad rem,
& effectum retentæ hereditatis.quaſi ſimpliciter i-
ta ſcripſiſſet, *Etiam ſi heredes non exſtitiſent.* nam ex-
heredatus,vt modò dicebamus, ſui heredis nomen
retinet,ſed nudum,& inane tantùm,ac ſine re. Ac
valde alienum eſt,quod Amicus meus neſcio quo lo
co ſcripſit,probari ex illa lege Exheredatos ſuorum
nomen amittere,ac proinde etiam legitimorũ. quo-
niam,inquit, qui non ſunt ſui, nec legitimi ſunt.l.
ſcripto,D.vnd.lib. Non enim generaliter Vlpianus
in hac lege adfirmat, eum qui ſuus non eſt, non eſſe
adgnatum: quo nihil abſurdius fingi poſſet.alioqui
frater quia ſuus nõ eſt,nec adgnatus eſſet.quid ergo
eſt?negat ſcilicet, nepotem illum de quo agebatur,
hoc eſt nepotem ex filio exheredato, ad quem nepo
tem aui hereditas à ſcripto herede omiſſa redibat,
dici poſſe ſuccedere tãquam adgnatũ:& tamen quia
neceſſariò ad eum hereditas redibat, quamuis verè
propriéque vt ſuus ſuccedere non poterat,(quia pri
mum gradum nunquam obtinuerat) idcircò potius
abutendum Sui heredis nomine, quàm illum ab aui
hereditate remouendum. In hac cauſſa ſimilis exhe
redationis eſt abſtentio.Nam qui ſe paterna heredi-
tate abſtinet,etſi hereditatem amittit, ſuitatem ta-
men retinet.Non decedit ſine herede,qui ſuum he-
redem relinquit, quamuis ſe abſtineat:inquit l.cum
quaſi,30.§.ſed etſi,D.de fidei.liber.Adeò vt ciuili iu
re creditorib.hereditariis teneatur. l. neceſſariis,57.
D.de adq.here. Non eadem omnino illius cauſſa eſt,
cuius pater poſt ſuam mortem perduellionis damna
tus eſt. quia in tanti criminis odium contra iuris re-
gulas inductum eſt,vt quamuis ſubtilitate iuris ſuus
ſit,ac proinde ſuus heres,nudo ac inani nomine: ta-
men cùm fiſcus hereditatem auferat,non modò he-
res,ſed etiam ſuus eſſe deſinat,adeò vt etiam ſacro-
rum iura perdat.l.1.§.3.D.de ſuis & legit. §. interdũ,
5.Inſt.de hered.ab inteſt.Longè verò alia captiuita-
tis ratio eſt.Nam per eam vtrumque nomen & ſui ſci
licet & heredis in ſuſpenſo eſt.l.9.§.2. D. de lib. &
poſt.l.illa inſtitutio,32.§.1.de hered inſtit.§.interdũ,
de heredit.ab inteſt.Alia quoque fiduciarij heredis
cauſſa eſt. nam etſi fideicommiſſarius rem habeat,
heres tamen non eſt.imò qui teſtamento heres inſti
tutus eſt,etiam reſtituta hereditate, & heredis no-
men & iura ſepulcrorum retinet. l. quia perinde,
A 42.D.ad Senat.Trebell. Poſtrema huius verbi pro-
prietas eſt,quòd ſuus heres non dicitur, niſi qui ſi-
mul & in poteſtate morientis eſt, & primum in eius
familia gradum obtinet.veluti filius,aut eo de fami-
lia ſublato,nepos.horum enim vtrumque concurrat
oportet.l.7.D.ſi tabul.teſt.nul.§.5.Inſt.de hered.qua
lit.& diff.l.vlt.§.1.D.de gradib.l.poſtumorum,18.D.
de iniuſt.rupt.teſt.§.3.Inſt.de exhered.liber. Itaque
ſi nepos Ciceroni ex filiof.natus ſit,rectè quidem di
B cemus,Suus Ciceronis nepos:ſed non,quomodo cre
didiſſe Priſcianus videtur,vt ſuus Ciceroni heres ſit:
quia quamdiu filiusf.primum,id eſt,ſuum in familia
gradum locúmque obtinet,tamdiu nepos ſuus heres
dici non poteſt, ſiue naturalis ſit,ſiue per adoptionẽ
nepos factus. nam mortuo demum auo ſuus heres
patri efficitur.l.6.l.ſi quis, 10.& ſeq. D.de adopt.Et
quod dicitur,licere nepotem in filij locum adopta-
re,vt ſcilicet iam tum ſuus heres efficiatur, intelli-
gendum eſt de nepote prius emancipato,vel ex filio
C emancipato.l.1.§.qui habebat.l.3.§.1.D. de bon poſſ.
cont.tabul.l. 2.§. liberi,D.ad Tertyll. Atque hæc
cauſſa eſt, cur auus adoptare nepotis loco, ſine filij
ſui conſenſu,non poſſit:ne videlicet huic inuito ſuus
heres adgnaſcatur. §. & tã filium, Inſt.de adopt.d l.
10.D.eo.ti. Quæ cùm ita ſint, credo equidẽ verbum
EMANCIPATO ſuperuacaneum eſſe in §.poſtumo,25.
Inſtit.de legat.vbi ſic legitur: Eſt autem alienus po-
ſtumus,qui natus,inter ſuos heredes teſtatori futu-
rus non eſt. ideóque ex EMANCIPATO filio conce-
D ptus nepos extraneus erit poſtumus auo. Nam ſiue
ex emancipato, ſiue ex retento in poteſtate conce-
ptus ſit,ſuus dici auo non poteſt.§.3. Inſt.de hered.
ab inteſt.§.2.de hered. qualit. qua de cauſſa tutor ei
dari aui teſtamento non poteſt. l. quo tutela, 73.§.1.
D.de regul.iur.l.1. D.de teſt.tut.quippe,qui ſuus (vt
diximus) ei dici non poſſit:niſi fortè filius ante auũ
decederet:qui caſus neque ad Imperatoris inſtitutũ
pertinet,& paſſim tractatur à Ceruidio in l. Gallus,
de lib.& poſt. Alioqui certum eſt,ei demum dari à
E teſtatore tutorem poſſe, qui ſuus illi heres futurus
eſt.vt non ſine ratione tentari poſſit,legem XII.tab.
ita conceptam potius fuiſſe, SVPER PECVNIA SVA,
TVTELAVE SVI HEREDIS: quàm, vt vulgò legitur,
TVTELAEVE SVAE: vel TVTELAVE SVAE REI.l.ſæpe
53.D.de verb.ſignif.& apud Vlp.tit. Reg.11.quia tu-
tores nec niſi ſuo heredi,nec ipſius rei, ſed perſonæ
dantur.l.quo tutela, 73.§.1.D.de regul. iur. l. 4.l.14.
D.de teſt tut.l.tutores,18. C de excuſ.tut. atque id-
circò tutor etiam exheredato dari poteſt.l.4.l. ſi he-
F reditas,10.§.2.l.ſi pater, 31.D.de teſt.tut.

De Locis quibuſdam orationum Ciceronis in Verrem. Digitum,manum,dextram tollere veterib. quid ſit.

Cap. XI.

MIror virum doctum,& mihi (vt ſpero) ami-
cum in ſuis Variis lectionibus maluiſſe
ſcribi in Frumentaria *Et populo ſe ac corona*
G *daturum:* vbi libri omnes etiam MS.quos
mihi videre contigit,ſcriptũ habent *Populo ſe ad co-
ronam.* Nam,vt in commentariis eiuſdem Orat.do-
cuimus, fruſtra Cicero redundans verbum, quod i-
dem ſignificat,poſuiſſet. Potius igitur ſignificauit,
Hortenſium ſe populo ad ciuicam coronam recipiẽ
dam quaſi C.Verre ciue ſeruato dediſſe: ob eámque
cauſſam ceruiculam ſuam iactaſſe.Non minus etiam
miror,

miror, quod paulo pòſt idem vir eruditus monuit, Aſconium in Antonij homonymia erraſſe: cùm Cicero ſcripſiſſet Antonium Oratorem fabulas non confeciſſe: Aſconius autem id ad Antonium curatorem oræ maritimæ retuliſſet. Iampridem enim idem ego in iiſdem commentariis admonueram. Quod autem in illo Præturæ vrbanæ loco *Digitum tollit Iunius patruus*, non contentus interpretatione mea, putauit Iunium idcircò digitum ſuſtuliſſe, quòd ſe auctorem eius locationis profiteretur: vel adſentiretur & acceptaret eam locationem: multo magis ſum admiratus: cùm tam apertè docuerim moris fuiſſe, vt qui in turba pluris liceri vellet, digitum tolleret. Sic enim Cicero Verrina V: *vtrum eſt æquius eum qui manu quæſierat, an eum qui digito licitus ſit poſſidere?* Item Ambroſ. Epiſt. 1. lib. 2. *Sed non ille ſolùm liber, qui dominum licitatorem non pertulit, aut tollentem digitum non vidit.* Sed longè aliud eſt, quod de mancipe Feſtus ſcribit: *Manceps*, inquit, *dicitur, qui quid à populo emit, conducitve, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emtionis eſſe: qui idem Præs dicitur, quia tam debet præſtare populo quod promiſit, quàm is, pro quo Præs factus eſt.* Nam licitatores digitum in turba tollebãt, vt audirentur: at vbi à Cenſoribus addicta res erat, tum Manceps manum totam tollebat, vt ſignificaret, ſe redemtionis auctorem eſſe: hoc eſt licitationis periculum ſuſcipere. ad quam conſuetudinem alluſiſſe Ciceronem animaduerti in ea de prouin conſul. *Cùm palam*, inquit, *Romanus Imperator inſtructo exercitu dexteram tendens non ad laudem milites hortaretur, ſed omnia ſibi emta & vendita eſſe clamaret.* Multo verò minus probandum eſt, quod ad extremum ſubiungit, non eſſe illo eodem loco legendum: *Proſcripta atque edicta die*: ſed *edita*. nam Edicere diem vetus eſt locutio: vt apud Liuium lib. 26. *Diem comitiis conſules edixerunt.* Idem lib. 35. *Præmittere edictũ, quo comitia creandis Conſulibus ediceret.* Item lib. 22. *Legionibus ſcriptis Tybur diem ad conueniendum edixit.* Sequitur ille locus ex Verrina vltima: *Cùm hæc omnia, quæ polliceor, cumulatè tuis proximis plana fecero:* vbi vir idem doctus reponit, *Eius proximis.* Lambinus autem, qui hanc emendationem non eſſe Latinę linguæ conſentaneam veriſſimè adfirmauit, reponendum cenſet: *Teſtibus productis*: longè admodum à receptæ ſcripturæ veſtigiis. Ego vtramque mutationem vehementer improbo: neque dubito, quin Hortenſium & alios Verris patronos, atque aduocatos Cicero ſignificet, qui in iiſdem ſubſelliis ſedebant: vt facilè ex aliquot Aſconij & Ciceronis locis intelligitur. Sequitur ille ex Diuinatione: *Quæ C. Verres in Quæſtura, quæ in legatione, quæ in Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia patrarit, &c.* Vbi tentatur, an pro *Italia* reponẽdum ſit *Sicilia*. quoniam nulla exſtat accuſatio criminum Verris in Italia commiſſorũ. quaſi verò non in illius Orat. Commentariis docuerimus verba hæc ad vrbanam Verris Præturam referenda eſſe: & Prætorem vrbanum in Præfecturas Italiæ imperium habuiſſe. Sequitur ille ex Orat. pro Roſc. Amerin. *Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus:* vbi ex Soſipatro interponitur: *Nomen refertur in tabulas Sex. Roſcij.* quod quidem valde probo: quandoquidem aliquanto pòſt Orator ita loquitur: *Cùm ille confirmaret, ſeſe nomen Sex. Roſcij de tabulis exemturum.* ſed ita probo, vt tamen aliquid præterea deeſſe confirmem: in hanc ferè ſententiam: *Bona eius proſcribuntur: hominis, &c.*

A *De teſtamentis per æs & libram: & vnde Nuncupatiuum teſtamentum dictum ſit.*

Cap. XII.

Mirari non immeritò aliquis poſſit, quod Plutarchus & Theophilus ſcribunt, in his teſtamentis alium fuiſſe familiæ emtorem, alium heredem. cùm hereditatis nomine familiã contineri conſtet, l. pronunciatio, 195. §. 1. D.
B de verb. ſignif. l. vlt. in fin. C. eod. Abſurdum etiam videri poſſit, quòd cùm neque naturalis neque ciuilis ratio patiatur, vt rerum dominia poſt dominorũ mortem ab ipſis diſcedant, non magis quàm alienatio conferri alicui poſt ipſius mortem poteſt: l. ſi ego, 9. §. 1. D. de iur. dot. l. penul. D. de his quæ pro non ſcript. tamen alienationes quæ per teſtamentũ fiunt iure ciuili receptæ ſunt. Vtrique huic difficultati animaduerti Iuriſconſultorum veteres hoc ingenioſo commento ſuccurriſſe: vt qui inſtituere ſibi here-
C dem vellet, familiam ei ipſi ſuam manciparet, quaſi inter viuos alienatio fieret: neque enim primis temporibus alius heres erat, quàm is ipſe, qui familiæ emtor erat. quod cùm Theophilus non obſcurè declarat, tum etiam ex illis Vlpiani verbis cognoſci poteſt: titul. Regul. 20. *Quoniam familiæ mancipatio inter teſtatorem & familiæ emtorem fit.* nam hoc ritu obſoleto Iuſtinianus ex contrario ſcribit, totum negocium quod agitur teſtamenti ordinandi gratia hodie inter teſtatorem & heredem agi. Poſt verò cùm
D ſæpenumero accidiſſet, vt heres inſtitutus teſtatoris vitæ inſidiaretur, aliud rurſus commentum excogitarunt, vt dicis cauſſa vnus familiæ emtor fiduciarius adhiberetur: alter verò ſecretò in tabulis heres ſcriberetur; cui fiduciarius ille poſt teſtatoris mortem mancipatam ſibi familiam emanciparet. nã contracta fiducia opus ad eam remeat: non minus quàm in liberorũ emancipationibus, & manumiſſionibus ſeruorum; qui pro capite precium dabãt, l. 4. D. de manumiſſ. & hac de cauſſa nihil veta-
E bat, quominus heres ſcriptus teſtis in eiuſmodi teſtamentis adhiberetur: vt Imper. teſtatur in §. ſed neque, Inſtit. de teſtament. ordin. Vnde illud Ciceronis in ea pro Milone: Cyri teſtamentum palàm obſignaui cum Clodio: & illum heredem & me ſcripſerat. Quæri etiam non immeritò poterit, cur cùm in illo teſtamentorum genere quinque tantùm teſtes requirerentur, Iuſtinianus autem ſcribat inſtitutum obſignandi teſtamenta per ſeptem teſtes ex Prætoris edicto manaſſe: apud Ciceronem tamen hoc edi-
F cti caput exſtet, non à Verre confictum, ſed, vt res indicat, tranſlatitium: *Si tabulæ teſtamenti proferantur obſignatæ non minus multis ſignis, quàm è lege oporteat: ſecundùm eas bonorum poſſeſſionem dabo.* Reſpondeo, Legem Corneliam teſtamentariam illo Verris edicto deſignari, quæ & certum teſtium numerum & eorumdem obſignationem in teſtamentis præfinierat: vt vehementer admirari ſubeat, quòd Iuſtinianus illo loco teſtium numerum, ac præſertim obſignandi morem à Prætore introductum fuiſſe, ſcri-
G bat: niſi fortè quinque teſtibus contenta Lex Cornelia fuerit, Prætor autem duos adiunxerit. ſed de obſignandi ritu, quid ſtatuere poſſimus, non reperio. Supereſt illa quæſtio: Cur vulgò dicatur Nuncupatum teſtamentum id eſſe, quod ſine ſcriptura, ſolo teſtatoris ſermone conſtat: & quod ipſe palàm coram teſtibus lingua nuncupauit, §. vlt. Inſtit. de teſtam. ordin. l. vlt. D. de iur. codicill. l. heredes, 21. D. de teſtam

l.2.C.de bonor. poſſeſſ. ſecundùm tabul.cùm tamen Vlpianus eodem loco,& Iſidor.lib.Orig 5. nuncupādi formulam his tradat verbis: *Hæc vti in his tabulis ſcripta ſunt, ita lego.* quò eodem illa poteſt adiungi quæſtio, Cur dubitatum fuerit, an Prætor qui ſimpliciter bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas pollicitus fuerat, dare poſſit ſecundùm nuncupationẽ, d.l.2. cùm tamen, vt modò dicebamus, nuncupatio tabulis & ſcripturæ coniuncta eſſet. Vtrique autem reſpondemus, Nuncupationem dupliciter vſurpari ſolitam: primùm in teſtamentis per æs & libram, ea forma & ritu, quem modò demonſtrauimus. deinde ſine ſcriptura, ſola pronunciatione teſtatoris, ex verbis legis: *Vti lingua nuncupaſſit, &c.* & cùm vetus illa formula in deſuetudinem abiiſſet, Nuncupati teſtamenti appellationem huic ſoli propriè adtributam & relictam fuiſſe.

De ciuium Romanorum toga.

CAP. XIII.

TOgatorum nomine Conſtantinopolitani Imperatores cauſſarum patronos & aduocatos paſſim appellant, ſub tit. Cod. de aduoc. diuerſ. iud. & l. vlti. C. de ſportul. aliiſque locis. At ſtante imperio Romano Toga veſtis erat ciuium R. ita propria, vt non alio veſtis genere iis vti in publico liceret: ac ne in prouinciis quidem, quẽadmodum ex Orat. Cicer. pro Poſtumo intelligi poteſt. Peregrinis autem ius togæ non fuit, l. ſi accepto, 32. D. de iur. fiſc. Carent togæ iure, quibus aqua & igni interdictum eſt: ait Plin. epiſt. 4. Virgilius, 12. *Romanos rerum dominos, gentémque togatam.* Laberius: *Idcircò ope noſtra dilatatum eſt dominium togatæ gentis.* Dicemus autem primùm de forma, tum de menſura, poſtremò de colore. Formam togæ animaduerto rotundam fuiſſe præter ſinum vel à dextra vel à ſiniſtra. cuius rei mihi auctor eſt Quinctilianus lib.11.cap.3. vbi ſic ſcribit: *Ipſam togam rotundam eſſe, & aptè caſam velim. aliter enim multis modis fiet enormis. pars eius prior mediis cruribus optimè terminatur: poſterior eadem proportione altiùs quàm iunctura.* Dionyſius libr.3. vbi de Tarquinio Rege loquitur, eã ἡμικύκλιον appellat, id eſt, ſemicircularem: cùm ſcilicet aperta tunica geſtabatur. Itaque quaſi velo, ita toga ſine manicis vtebantur. Cicero Catil.2. *Velis amictos, non togis.* Liuius 8. vbi de Decio loquitur, qui ſe pro patria deuouit: *Pontifex*, inquit, *eum togam prætextam ſumere iuſſit: & velato capite, manu ſubter togam ad mentum exerta ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantem ſic dicere.* &c. Et hac de cauſſa inſtitutũ fuit, vt ne adoleſcentibus ſumta virili toga brachium exerere per annum vnum liceret. Cicero pro Cælio: *Nobis quidem olim annus erat vnus, ad cohibendum brachium toga, conſtitutus.* Seneca declamat.5. *Apud patres noſtros,* inquit, *qui forenſia ſtipendia auſpicabantur, nefas putabatur, brachiũ extra togam exerere.* Quibus ex locis de effrenata Romanorum impudicitia exiſtimare licet. Itaque animaduerti, etiam vbi adoleſcentes in militiam proficiſcebantur iis dari à parentibus aut cognatis Cuſtodes ſolitos. Cicero in eadem Orat. *Eadémque erat, ſi ſtatim merere ſtipendia cœperamus, caſtrenſis ratio ac militaris. quæ in ætate niſi quis ſe ipſe ſua grauitate, & caſtimonia, & cum diſciplina domeſtica, tum etiam naturali quodam bono defenderet, quoquo modo à ſuis cuſtoditus eſſet, tamen infamiam veram effugere non poterat.* Quem opinor locũ A Ser. Honoratus ſignificans, ſcribit à M. Tullio ſcriptum, cuſtodes dari ſolitos adoleſcentibus ad militiam euntibus, quibus primo anno regerentur. vnde illud Virgilij:

Cuſtodem ad ſeſe comitémque impubis Iuli
Epytidem vocat.

Hinc illud Plauti in Moſtell.

Ad legionem cum itant, adminiculum
Eis darunt tum aliquem cognatum ſuum.

B Dicamus nunc de ſinu, qui & Lacinia vocabatur, quaſi pars veſtis lacera. Quinctilianus lib.11 *Veteribus nulli ſinus, perquam breues poſt illos fuerunt. Itaq; etiam geſtu neceſſe eſt vſos eſſe in principiis eis alio, quorum brachium, ſicut Græcorum, veſte continebatur.* Fuiſſe autem credo Sinum ſiue laciniam partem panni aſſutam dextræ aut ſiniſtræ togæ parti ſupra imum, qui in humerum vel ſiniſtrum, vel dextrum reiiciebatur. Quinctil. eodem loco: *Sinus decentiſſimus, ſi aliquanto ſupra imam togam fuerit: nunquam certè ſit* C *inferior. Ille qui ſub humero dextro ad ſiniſtram obliquè ducitur, velut balteus, nec ſtrangulet, nec fluat. pars togæ, quæ poſtea imponetur, ſit inferior.* Et paulò pòſt: *Sinum verò in dextrum humerum ab imo reiicere, ſolutum ac delicatum. Illud verò refellendum quod quidam reiectâ in humerum toga cum dextra ſinum vſque ad lumbos reduxerunt. Macrob. Saturn.3. Hortenſius vir ex profeſſo mollis & in præcinctu ponens omnem decorem. fuit n. veſtitu ad mundiciem curioſo: &, vt benè amictus iret, faciem in ſpeculo ponebat: vbi ſe intuens togam corpori* D *ſic applicabat, vt rugas nõ fortè, ſed induſtria locatas artifex nodus conſtringeret: & ſinus ex compoſito defluens nodum lateris ambiret.* Sueton. de Cæſare acceptis vulneribus decumbente: *Toga,* inquit, *caput obuoluit. ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit: videlicet, ne qua corporis pars inhoneſtè nudaretur.* Proximum eſt, vt de togæ menſura videamus. Nam ad talos vſque demitti ſolitã, ſatis conſtat *Togam,* inquit Quinctilianus, *Veteres ad calceos vſque demittebant vt Græci pallium. idque vt fiat, qui de geſtu ſcripſerunt, Plotius,* E *Nigidiúſque præcipiunt. quo magis miror Plinij ſecundi, docti hominis, & in hoc vtique libro pene etiam nimium curioſi, perſuaſionem, qui ſolitum id facere Ciceronem velandaram varicum gratia tradit: cùm hoc amictus genus in ſtatuis eorum quoque, qui poſt Ciceronem fuerũt, appareat.* Menſuram autem fuiſſe vlnarum ſenum Horatius indicat, Epod. 4.

Vides ne ſacram metiente te viam,
Cum bis ter vlnarum toga: vbi Porphyrio: *Hanc,* inquit, *eſſe iuſtam togæ menſuram intelligendũ.* Cornut.

F in Perſ. Sat.5. *Toga,* inquit, *eſt dicta, quòd velamento ſuo corpus tegat, atque operiat. Eſt autem purum palliũ forma rotunda & fuſiore atque inundante ſinu, & ſub dextro veniens, ſuper humerum ſiniſtrum ponitur: cuius ſimilitudinem in operculis ſimulacrorum vel picturarũ aſpicimus, eáſque ſtatuas Togatas vocamus. Toga verò Romani in pace vtebantur, belli autem tempore, paludamentis. Menſura togæ, ſenas vlnas habebat.* Hæc Cornutus. Cingi autem togam non ſolere niſi laxius, & circundata lacinia, facilè ex illa ſinus reiectione in- G telligitur. neque me locus ille Macrobij mouet, in lib. Saturnal.2. vbi Ciceronem ſcribit, de Cæſare dixiſſe, *Præcinctura me decepit: Iocatus in Cæſarem*, inquit, *qui ita toga præcingebatur, vt trahendo laciniam, velut mollis incederet: adeò vt Sylla, tamquam prouidus dixerit Pompeio: Caue tibi illum puerum malè præcinctum.* Nam, vt mittamus memoriæ peccatum in Macrobio, cuius à Suetonio perſpicuè conuincitur, non abſurdè

abſurdè dici poteſt, *Cinctum toga* dixiſſe Macrobiũ, pro *Amictum*. hoc ſenſu, Caue puerum malè ſe ſua toga præcingentem: & eius ſinum nimium in dextrum pedem demittentem. eiúſque rei argumento eſt hic Tibulli verſus lib. 1.

Tunc procul abſitis, quiſquis colit arte capillos:
Effluit effuſo cui toga laxa ſinu.

Valer. li. 2. *Iuſſit eum toga lacinijs abſciſſis amictum, diſcinctáque tunica indutum, nudis pedibus adeſſe.* A. gell. lib. 11 *Obtentu togæ tamquam ſe amiciens.* Seruius Honor. *Gabinus cinctus*, inquit, *eſt toga ſic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat.* Iſidorus: *Gabinus cinctus dicitur, cùm ita reponitur toga, vt togæ lacinia, quæ pòſt reijcitur, adtrahatur ad pectus, ita vt ex vtroque pendeat:* Reſtat vt de togæ colore diſſeramus: quem ex quibuſdam auctorum locis candidum, album, niueum fuiſſe, licet exiſtimare. Nam Martialis quidem in lib. 4 illud exſtat:

Spectabat modò ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis.
Cùm plebs & minor ordo, maximúſque
Sancto cum duce candidus ſederet.

Prudentius autem aduerſ. Symmachum:

Exſultare patres videas. pulcherrima mundi
Lumina, conciliúmque ſenum geſtire Catonum,
Candidiore toga, niueum pietatis amictum
Sumere.

Sed videamus, ne ſatis certa illa ſint argumenta: quãdoquidem de ludis & ſpectaculis & feſtis diebus auctores in illis locis loquuntur: quibus veriſimile eſt candidiore toga Romanos vti conſueſſe. Itaque Cicero in ea quam contra Vatinium dixit, ei obiecit, quòd in Q. Arrij epulo adcubuiſſet atratus: cùm & Arrius conuiuij dominus, & cetera multitudo albata eſſet. Eodem etiam illud Tertulliani refero ex lib. de reſurr. carn. *Si famulum tuum libertate mutaueris, & veſtis albæ nitore, menſáque honoratur*, &c. Iam verò quid de Candidatis dicemus, quos ex eo ſic dictos conſtat, quòd candida toga vterentur? vnde Oratio Ciceronis inſcripta, *In toga candida*. Valer. lib. 4. cap. 5. vbi de Circercio loquitur, qui Præturam vna cum Cn. Scipione petebat: *Vt vidit*, inquit, *ſe omnibus centurijs Scipioni anteponi, templo deſcendit, abiectáque cãdida toga, competitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit.* Liuius, lib. 49. *Fuluius Flaccus, quia Ædilis curulis deſignatus erat, ſine toga candida, ſed maxima omnium contentione petebat.* Neque verò moueri nos oportet illo eiuſdem auctoris loco ex lib. 47. *M. Cato ante alios teſtes conſpiciebatur, cuius auctoritatem perpetuo tenore vitæ pactam toga candida eleuabat.* Nam Liuius ſignificat, Catonem illo die, quo teſtimonium aduerſus competitorem ſuum Glabrionem dicturus erat, quaſi feſto quodam die, quo de inimico certiſſimam victoriam relaturus eſſet, contra decorum candidã togam induiſſe: atque ea in re leuitatem quandam oſtendiſſe. Nihilo magis me mouet illud Agellij lib. 3. cap. 4. Africanum cùm reus eſſet, neque barbam deſiſſe radi, neque non candida veſte vti, neq; fuiſſe cultu ſolito reorum. Nam aut ad feſtos dies hoc referendum arbitror, qui in Africani reatum incurre-

A bant: aut ad fiduciam & ſecuritatem oſtendendam, & ad accuſatorum ſuorum ludibrium id factum interpretor: aut potius ad vtrumq;. Minus me illud Iſidori mouet: *Fit toga addito quodam genere cretæ candidior.* Imò verò ſignificat, non vno colore togas omnes candidas fuiſſe: ſed quaſdam adhibita illa creta cãdidiores. Nihilo magis me illud Martialis mouet:

Non amet hanc vitam quiſquis me non amat, opto:
Viuat, & vrbanis albus in officijs.

B Nam, vt opinor, illorum officia ſignificat, qui candidatos & magiſtratum petentes omnium domos obeuntes adſectabantur. Ex quibus omnibus etiam intelligitur nihil huc illud Titinnij poëtæ veteris apud Nonium pertinere: *Qui in togis candidis ſunt, tunicis ſordidis.* cùm id ad feſtos dies aptiſſimè referri poſſit: ac fortaſſis comœdi alicuius ioculare dictum ſit, in eos qui cum togis albis ſpectatum venerant: Qualem igitur togis colorem adtribuemus? nam pullum certè locus hic Suetonij in Auguſto repudiat: *E-*
C *tiam habitum veſtitúmque priſtinum reducere ſtuduit: ac viſa quondam pro concione pullatiorum turba, indignabundus & clamitans: En ait,*

Romanos rerum dominos, gentémque togatam.

quamquam infimam plebem hoc colore vti ſolitam, idem in eadem aliquanto pòſt declarat: *Sanxit*, inquit, *ne quis pullatorum in media cauea ſederet.* itémq; Quinct. lib. 2. *Femur, pectus, frontem cedere mirè ad pullatum circulum facit.* & lib. 6. *Imperitis ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt.* denique atratos reos ceteróſque
D in luctu ac præſertim publico eſſe ſolitos, multis ex Liuij, & Dionis & aliorum teſtimoniis cõſtat. Quòd ſi coniecturæ locus eſt, fortaſſe non aberrabimus, ſi quotidianis togis colorem cineritium tribuamus: qualis natiuus lanæ nondum tinctæ color eſſe ſolet: Candidiores autem togas dicamus fuiſſe veſtes niueo colore tinctas, quę certis ac ſollemnibus diebus ſuperiniici quotidianis cineritiis ſolebant: quáſque idcircò Liuius INVESTIMENTA nominat, lib. 4. his verbis: *Placet tollendæ ambitionis cauſſa Tribunos Pl. le-*
E *gem promulgare, ne cui album inueſtimentum addere petitionis cauſſa liceret.* ſic enim ſcriptum in vetuſtis codicibus non modò B. Rhenanus, vir ſumma laude dignus, verùm etiam alij teſtantur. Eiúſque rei vel documento, vel certè argumento eſt ille Valerij locus, quem paulò ſuprà protulimus: *Cicereius templo deſcendit, abiectáque toga candida, Scipionis ſuffragatorem agere cœpit.* Non enim abiecta vna toga candida, confeſtim alteram candidam inſpectante populo ſumſit: ſed inueſtimento illo abiecto, ſoláque quotidia-
F na toga retenta, Scipioni ſuffragatus eſt. Ac planè ſic malo, quàm vt N. Gruchius vir inſigni eruditione præditus his interpretatur verbis: Ea lege cautũ fuiſſe, ne liceret cum toga candida aliam veſtem induere: ad vitandam ſcilicet omnem ex geminis veſtibus ſuſpicionem ambitus, & numorum ad corrũpendum populum in ſinu occultorum: vt ſcilicet candidati vnicam ac ſimplicem togam candidam, cùm ad ſupplicandum populo venirent, induerent. quaſi verò antea duabus togis candidis vſi fuiſſent:
G ac non illis ſatis fuiſſet, vnicam habere.

OBSERVATIONVM LIB. X.

LEGVM ALIQVOT INTERPRETATIONEM ET AVCTORVM EMENDATIONES CONTINENS: poſt mortem Auctoris ex variis ipſius ſchedis collectus.

De origine & progreſſu Iuris Iuſtinianici.

Cap. I.

IVs quod vulgò Ciuile appellant, nos Iuſtinianicum dicere poſſumus, veteris iuris interpolatio eſt: Itaque pauca de huius ortu atque incremẽtis commemoranda ſunt. Prima Romani iuris origo, fluxit ex legibus regiis: hoc eſt ex iis, quas Reges populi Rom. primis Reip. temporibus conſcripſerunt. Earum pleræque à Ser. Tullo ſcriptæ ſunt, vt Halicarnaſſæus & Tacitus teſtantur. Omnes autem à Sex. Papirio Iuriſc. in volumen vnum collatæ ſunt, quod ius Papirianum appellatum fuit. Sed exactis Regibus, lege Terentia omnes ferè abrogatæ fuerunt. In earum locum xij. Tabularum leges ſubrogatæ ſunt, quæ maxima ex parte ab Athenienſibus & Lacedæmoniis ſumtæ, & in duodecim æneas tabulas relatæ, atque inſculptæ, ſummam in Rep. Romana auctoritatem habuerunt, de quibus ſcitum eſt illud Auſonij:

Ius triplex, tabulæ quod ter ſanxêre quaternæ
Sacrum, priuatum, populi commune quod vſquam eſt.

Tripartita enim earum fuit diſtributio: de iure ſacrorum, de publico, & de priuato. Tertia iuris Rom. pars ex legis actionibus acceſſit, quas Iuriſconſulti, qui temporibus illis ferè Pontifices fuerunt, directis, hoc eſt, certis ac ſollemnibus verbis compoſuerunt. Formulas enim omnium rerum, quæ vel publicè, vel priuatim gerebantur, confecerunt. Eáq; pars iuris ex illorum qui ſcripſerunt nominibus appellata eſt: veluti, ius Flauianum, ius AElianum. Hinc apud Varronem Hoſtilianæ, & Manilianæ actiones, quæ omnes ad vſum fori & vitæ communis pertinebant. Quarta pars in eorumdem Iuriſc. θεωρίᾳ ſiue διανοίᾳ hoc eſt prudentia, diſquiſitione, & inueſtigatione veri, & quaſi ſcholaſticis diſputationibus, poſita fuit: quas illi paſſim Viſiones appellant, l. 49. §. in omnibus, D. mand. l. 8. §. 2. ad Vellei. Vnde Prudentes dicti, & eorum ars Iuriſprudentia, quæ in iuſti, atq; iniuſti ſciẽtia poſita eſt. Et quia de iuſto atq; iniuſto conſulebãtur, Iuriſconſulti: eorũdémq; interpretationes, Prudentiũ reſpõſa dicebãtur, quorũ ſtetit auctoritas à xij. Tabulis perlatis, vſque ad Imp. Philippum, hoc eſt, annos circiter ſeptingentos. cùm mirificæ plerumque inter ipſos concertationes vigerẽt: præſertim ob duas ſectas, Sabinianorum ſcilicet, & Proculianorum. Fuerat Q. Tubero publici priuatiq; iuris peritiſſimus. Is duos diſcipulos habuit, Atteiũ Capitonem, & Antiſtium Labeonem, qui diſſidium in hanc diſciplinam inducere cœperunt. Nam cùm Atteio, Maſſurius Sabinus: Labeoni, Nerua pater ſucceſſiſſet, acceptam à præceptoribus diſcordiam vehementer auxerunt: quam poſtea eorum diſcipu-

A li, Sabini quidem Caſſius, Neruæ autem Proculus eò perduxerunt, vt duæ iam tum familiæ contrariæ, ex eorumdem nominibus appellatæ ac propagatæ ſint. Nam qui Caſſium ſequebantur, Caſſiani: qui Proculum, Proculiani dici cœpêre, l. 2. §. pòſt hanc, D. de orig. iur. Quinta pars acceſſit ex legibus populi Rom. quarum quæ à maioribus Magiſtratibus ferebantur, proprio nomine Leges: quæ à minoribus, Plebiſcita dicebantur. Harum ſimiliter tripartita fuit diſtributio. nam aut de iure ſacrorum, aut de pu-
B blico, aut de priuato ferebantur. Sexta pars ex Prætorum Vrbanorum edictis fluxit, quæ primis temporibus publicè in albo, id eſt, tabula dealbata proponebantur: vt ſcirent ciues quemadmodum quiſq; Prætor anno ſuo ius dicturus eſſet. Nam cùm annuũ tantùm Magiſtratum gererent, edictum eorum Annua lex dicebatur. Tota porrò eorum iuriſdictio his tribus continebatur verbis, Do, Dico, Addico. ac certis tantùm diebus pro tribunali in ſella eburnea ſedentes ius dicebant, ſiue reddebant. vnde illud
C Ouidij de iis diebus,

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.
Faſtus erit, per quem, lege licebit agi.

Tandem lege Cornelia cautum fuit, vt Prætores ex edicto perpetuo ius dicerent: quod Aſconius in orat. pro Cornelio, & Dio lib. 36. teſtantur. Ad extremum Adrianus Cæſar cum Saluio Iuliano Iuriſc. edictum perpetuum conſcripſit, atque in illud vniuerſum ius contulit, quod nonaginta nouem comprehendit libris. Itaque ex eo deinceps Prætores o-
D mnes ius dixerunt, l. 2. C. de vet. iur. enucl. Septima fuit acceſſio, Rep. ad Cæſares tranſlata, ex Impp. Conſtitutionibus, quæ ab Auguſto initium cœpêre: quarum multitudo, cùm ad Diocletiani tempora in immenſum excreuiſſet, tandem imperio Conſtantini magni in duos Codices collatæ ſunt, quorum alter Hermogenianus, alter Gregorianus, ex Compoſitorum nominibus, appellatus eſt. Octaua Theodoſiano Codici debetur: in quem Theodoſij Imp. mandato, omnes Conſtantini Magni & inſequentium
E Impp. Conſtitutiones relatæ ſunt, anno Chriſti 428. Quo tempore Iuriſprudentiæ ſtudium tribus potiſſimùm in vrbibus florebat: Romæ, Conſtantinopoli, & Beryti. Syriæ oppido: in quibus Iuris anteceſſores magno adoleſcentium concurſu, eam diſciplinã profitebantur. Status hic Romani iuris fuit Iuſtiniano imperante. Nam etſi Conſtantinus Romani imperij ſedem Byzantium tranſtulerat, (quam idcircò nouam Romam, & ex illo ſuo nomine, Conſtantinopolim appellauit, & quia in Oriente Græca lin-
F gua vtebantur, multò maximam Latinarum actionum ac formularum partem ſuſtulerat:) vetus tamẽ iuris Ciuilis appellatio retinebatur: cùm Imp. Iuſtinianus, ſuaſore atque impulſore Triboniano, capitali homine, & facinoroſo, ceteroqui bonarum omnium ar-

nium artium imperitiſſimo, vniuerſam illam Iuris formam hoc ordine interpolare cœpit. Nam primùm omnium partim ex tribus illis, quos anteà nominaui, Codicibus: partim ex ſuperiorum Impp. Conſtitutionibus, Codicem vnum componi, cúmque ex ſuo nomine Iuſtinianicum appellari iuſſit. Secundo loco, ex veterum Iuriſc. ſcriptis, quæ innumera fuerunt, ſummam quandam arbitratu ſuo per XVI. Iuriſperitos, triennij ſpacio, componi, eámque Digeſtorum vel Pandectarum nomine inſcribi imperauit. Digeſta, quia veterem (vt ſibi videbatur) confuſionem in ordinem redegerat. Pādectas, quia quæ ad ius ciuile pertinent, omnia complectebatur: quod factum eſt anno Chriſti 533. Tertiò, ſub anni tertij exitum Inſtitutiones, quæ iuris elementa continerent, per tres Iuriſperitos conſcribi, ſimúlque Codicem amplificari, & emendari iuſſit, nequid in eo à Pandectarum & Inſtitutionum libris alienum relinqueretur, qua de cauſſa dictus eſt Codex repetitæ prælectionis: quo vno iam in foro & ſcholis vtimur. Quartò cū leges quottidie nouas Triboniani conſilio promulgaret, quibus non modò ius antiquum, verùm etiam ſuum illud recens immutabat: quartum edi librum imperauit, in quem nouæ illæ conſtitutiones ſenſim, vtquæque promulgabatur, nullo ordine conferrentur: qui propterea Νεαραὶ, hoc eſt, Nouellæ, inſcriptus eſt, & patrum atque auorum memoria dicebatur Authentica: quibus ferè geſtis rebus, morari inter homines Iuſtinianus deſiit, Anno Chriſti IↃ LXVII.

Ad l.46. D. de adq. poſſ.

CAP. II.

QVæſtio Africano propoſita hæc fuit: An heres, ex eo teſtamento, quod falſi arguatur, rectè hereditatem adeat. Hanc autem quæſtionem ea ratione & methodo tractabimus, quam veteres Iuriſconſultos potiſſimùm ſecutos eſſe conſtat. Dubitādi ergò hęc cauſſa ſubeſt, vt non rectè adire videatur, quoniam in omnibus actibus legitimis certum animi iudicium eſſe oportet. Nam quodcúmque animi deſtinatione agendū eſt, veram & certam ſcientiam requirit, inquit l.in totū,76.l.quidquid,49.D.de reg.iur. Itáq; vetus hæc fuit Cretionis formula, Hanc hereditatē adeo, cernóque. Vbi cernendi verbum pro decernendi & certo conſilio iudicióq; agendi poſitum eſſe Varro lib. de ling. IV. teſtatur. Idémque patet ex l. pupillus,9. D.de adq.her. in illis verbis, Neque ſcire, neque decernere, & l.is qui,13.§.1.eod. ac vice verſa ſimiliter, qui repudiat, de ſuo iure certus eſſe debet, l.in repudianda,23.D.eod. tamdiu autem pendet falſi cognitio, quamdiu heres de iure teſtamenti incertus eſt, certo animi iudicio vti non poteſt. qua de cauſſa tantiſper effectus teſtamēti pendet, l.pen.D.de vſur. nā cui teſtamenti vires dubiæ ſunt, hereditatem adire non poteſt, l.eum qui,§ 1.D.de adq.hered. Potiſſima autem ſcientia quæ in herede requiritur, eſt de iure ac veritate teſtamenti: veluti vtrum teſtator mortuus ſit, nécne, vtrum teſtandi ius habuerit, an non, puta quòd paterfa. aut filiusf. fuerit, l.heres,32.D.eo. interdum etiam amplius requiritur, veluti vtrum purè, an ſub condicione, & qua ex parte ſit inſtitutus, d.l.32.l.ex ſemiſſe,75.D.eo. ſui verò ſtatus ignorantia heredi nihil nocet, puta vtrū ipſe paterfa. an filiusf. ſit, l.6.§.2.& l.ſed etſi,34.D.eo. vtrum pupillus ſit, an pubes, l.qui ſe pupillum,96.eod. Atque hæc quidem pro dubitādi cauſſa ita propoſita eſſe volumus. Quibus nō obſtantibus Africanus reſpondet diſtinctionē adhibendā eſſe, vtrū heres ipſe falſum cōmiſiſſe arguatur, an alius. Nam ſi heres ipſe arguatur, idcircò eum rectè aditurum, quia quantum ad ipſum attinet, verum eſt teſtamentum, & de viribus teſtamenti certus eſt, l.nec is,17.l.cum quidam,30.§.vlt. D.h.t. ſuæ namque conſcientiæ quilibet teſtis eſt idoneus, l.2.C. de fid. ſin autē alius arguatur, etenim Africanus ſubdiſtinguit. nam aut incertus eſt, an accuſatus falſum cōmiſerit, aut certus eſt, eū nō cōmiſiſſe, priore caſu non rectè aditurum: quoniā plerúmque alter alterius innocentiæ conſcius non eſt, l.ſi poſtremus,54 §.vlt.D.de lib. & poſt. vbi hæc exheredatio improbatur: Ille quem ſcio ex me natum non eſſe. Et hoc eſt quod Africanus his ſignificat verbis: *ſi alter arguatur citra conſcientiam eius.* vbi rectè Haloander interpunxit, vt ſit ſenſus: ſi alter arguatur, cuius innocentiæ conſcius heres non ſit: cuius innocentiam heres exploratam non habeat. Poſteriore autem caſu, Africanus ait, hereditatē rectè aditurum: veluti, ſi exploratum habeat, teſtatorem perduellionis falsò accuſatū fuiſſe, l. Pannonius,86. §.rei, D.de adq.her. quod eodem modo vetus Regula de eo ſtatuebat, qui, cùm poſtumus eſſet à filio poſtumo heres, ſciebat viduam prægnantem non eſſe, l.cùm qnidam,30.§.1.D.eo. Atque hoc fortaſſe modo Feudiſtarum inſtitutū excuſari poſſet, vt in Vaſallorum periculis curatores adhiberētur, qui de innocentia aliorum adfirmarent, quos illi Sacramentales appellant, lib.1.tit.4.§.2.& tit.26.& lib.2.tit.33. §.2. tametſi ex legibus Barbaricis Saxonum & Burgundionum videri poteſt, liberiùs id receptum fuiſſe. Ex iis autem quæ dicta ſunt, ſuperioris obiectionis ſolutio perſpicitur: tum demum. ſ. aditionem valere, cùm heres de teſtamēti viribus certus eſt, quia ſcit vel eum qui arguitur, innocentem eſſe: atq; hoc modo veteri regulæ ſatisfactum, vt in actibus legitimis certum iudicium adhibeatur, l.quidquid,49. de reg.iur. tametſi, vt ingenuè fatear, non ita liquidum hoc ius Africani videri poſſet: quandoquidem multa ſciri putantur, quæ tamen ignorautur. Itaque Vlpianus ita demum valere de non prægnante opinionem ſubiungit, cùm illa heredis præſumtio vnà cum veritate concurrit: hoc eſt, cùm eam euentus cōprobauit: vti patet ex illa ſubtili eiuſdē diſputatione de eo qui non prægnantē eſſe viduā credebat in d.l. 30.§.2. hoc tit. vt veriſimile ſit Vlpianū ad hāc noſtrā quæſtionē reſponſurū fuiſſe, tantiſper aditionis effectum pendere, dū à iudicibus pronunciatum fuerit, eū qui falſi arguatur, innocentē videri, atq; ita intelligendū, quod idē in eiuſdē legis extremo ſtatuit, Si certus ſum nō eſſe falſum teſtamentū, quod falſi arguatur, poſſū adire hereditatē: vt. ſ. tū demū rata ſit aditio, cū is qui arguitur iudicio abſolutus eſt: quoniā res iudicata pro veritate habetur. Supereſt, vt videamus, qualis huius quæſtionis ſit vſus, ad hoc ſcilicet, vt heres qui non rectè adiit, néq; hereditatem adquiſierit, neq; hereditati ſe adſtrinxerit, quos aditæ hereditatis effectus eſſe conſtat ex, l.5.l.6.l.8. D. h.t.l.1.& paſſ.C.de her.act. quare altera aditione opus erit, l.mater,19.D.de inof.teſt. Neq; obſtat quod hereditatis aditio actus eſt legitimus, qui non iteratur, l.ſi ſolus,80.in fin.D.de adq.hered. Nam hoc de iis actibus accipiendum eſt, qui rectè atque ordine peracti ſunt. qua de cauſſa qui hereditatem non rectè repudiauit, nihil egiſſe, ac proinde poſteà poſſe adire dicitur, l.is qui,13.D.eod.

Ad l. vltim. C. de vſufr.

CAP. III.

VSVSF. per filium aut ſeruũ quæſitus vtrum illorum, an patris, aut domini morte finiatur. Cùm autem Imp. adfirmet, contentionem hac de re inter Sabin. & Procul fuiſſe, videndum eſt, quemadmodum vtramque in partem diſputari poſſint. Vſumfr. quidem atque adeò vſum filiofa. legari poſſe conſtat, patríque & domino adquiri, l. filiof. 17. D. de vſu & hab. Pro Sabin. igitur qui domini morte finiri vſumf. diſputabant, hoc pugnat, primùm quòd ſeruus per ſe, ac ſine dominio conſideratus, non habet idoneam ſuſtinendi vſusfru. perſonam, l. hereditas, 61. §. j. de adquir. rer. dom. l. vſusf. 26. D. de ſtip. ſer. nam alijs in rebus neque ciuili, neque prætorio, neque extraordinario iure perſonam habere intelligitur, l. nullo, 7. D. ad l. Corn. de falſ. l. 1. D. de iure delib. l. qui teſtamento. §. ſeruus, D. de teſtam. Secundò, ſi domini morte non finiretur, ſed ad ipſius heredem manaret, trãſmiſſio in vſufr. & perſonæ mutatio admitteretur: quæ vſuſfruct. naturæ contraria ſunt, l. 2. l. 3. D. quand. dies leg. l. vel ſi ſeruo, 15. D. fam. erciſ. Tertiò, regula iuris eſt, vt quæ iuris ſunt, adquiri à ſeruis, & in eorum perſona verſari non poſſint: verùm ea tantùm quæ facti ſunt, l. ſtipulatio iſta, 38. §. hi qui ſunt, D. de verbor. oblig. Itaque cùm vſucapio iuris ciuilis ſit, in ſeruilem perſonam non cadit. Vſusfr. autem etſi facto & perceptione fructuum conſtat, l. 1. quand. dies vſusf. tamen nomen eſt iuris, & ciuilis. qua de cauſſa legitimis modis exſtinguitur: vt capitis minutione, l. 1. D. quib. mod. vſusf. am. quæ in ſeruilem perſonam non cadit. Quartò, legitimi perimendi vſusfru. modi VII. numerantur à Paullo lib. Senten. 3. tit. 6. in quibus ſerui manumiſſio, (de qua hîc æquè, vt de morte quæritur) locum non habet. Pro parte verò Proculianorum ex contrario adferri poteſt, primùm Valentis & Iuliani diſputatio: vt ſeruorum perſona ſit aliqua in legatis recipiendis: atque adeò legata vires ex ipſorum perſona capiant. quod ex eo cogi volunt, quia ſeruo alieno legari poteſt, quod ipſius domino non poteſt. veluti res domini, aut quod ei purè debetur, l. debitor, 82. §. 2. de leg. 2. quò pertinet l. cum filiof. 11. D. de leg. 1. Denique mortis cauſſa donatum filio vel ſeruo adeò ad ipſorum perſonam refertur, vt iis ante donatorem mortuis reuocetur, l. ſi filio, 13. D. de mort. cauſ. don. Secũdò Iuſtinianus in l. 15. ſuprà hoc tit. teſtatus eſt, partem veterum Iuriſconſultorum in ea ſententia fuiſſe, vt ſeruo, etiam pro parte tantùm, alienato, per quem adquiſitus vſusfr. fuerat, vſusf. amitteretur, hoc nimirum argumento, quaſi ſuſtineri vſusfru. per ſeruum quæſitus ſine ipſius perſona non poſſet. Quinetiam Iulianus in l. cùm ita, 16. §. 1. D. quand. dies leg. ced. cùm ſeruus à domino ſuo legatus, cui ſeruo legatus fundi vſusf. ab alio fuerat, poſt aditam huius, ante aditam alterius hereditatem deceſſiſſet, reſpondit, vſumfr. exſtingui. qui tamẽ, ſi ſeruus poſt aditam hereditatem mortuus fuiſſet, ad eum cui legatus ſeruus fuerat, pertineret. Eò accedit, quòd cùm Africanus ſcribat in l. filiofa. 17. D. de vſu & hab. cùm vſus ædium ſeruo legatur, poſſe dominum etiam abſente ſeruo habitare: non obſcurè ſignificari videt, eo mortuo vſum illum interiiſſe. Hæc cùm ita eſſent, Tribonianus hac lege ſtatuit, vt neque filijfam. neque ſerui morte vſusfr. finiatur: ſed penes patrem dominúmque perduret. ſin pater moriatur, penes filium maneat. de domini morte nihil addidit. Quantum ad primum, in eo Tribonianus Sabinianorum ſententiam ſecutus eſt: quorum probabilior diſputatio videtur: quoniam ſerui nullam Iuris ciuilis communicationem habent, l. qui teſtamento, 20. §. ſeruus, D. de teſtam. ſed quantum ad partem alteram, qua patre mortuo ſuperſtiti filio vſumfru. adiudicat, in eo perſonæ mutatio fit apertiſſimè: contra omnem iuris

B rationem, & vſusf. naturam, qui neque ad heredem tranſmitti, neque extraneo cedi poteſt. Quam verò rationem huius partis ſubiungit, ea ſuperiori parti perſpicuè aduerſatur: quod nemo doctorum non animaduertit. adeò vt Bartol. apertè ſcribat, rationem illam nihil operari. Nam ſi teſtator filij perſonam plerumque ſpectat, quídni vſusfr. æquè illius, vt patris morte, finiretur? Quantum autem ad domini mortem, de qua Tribonianus nihil ſtatuit, quid dicemus? finiri vſumfruc. an potius ad alterum ſerui

C dominum tranſire? Verùm illa probabilior eſt. nam hoc poſteriore modo perſonæ mutatio contra vſuſfru. naturam contingeret. Videamus igitur quemadmodum in propoſita quæſtione probabiliter concludi poſſit. tametſi non ſatis de ea inter veteres Iuriſc. conueniſſe, facilè cùm ex Iuſtiniani teſtimonio, tum ex locis ſup. propoſitis cognoſci poteſt. Ac profectò ita eſt, vt ſeruus per ſe ac ſine domino conſideratus idoneam ſuſtinendi vſusfru. perſonam non habeat, d. l. vſusfr. 26 de ſtip. ſer. Quare (vt ad l. 15. di-

D ximus) concludendum videtur, primùm cùm vſuſfruct. facto & iure conſtet, factum in perſona ſerui, ius in illa domini conſiſtere: neque alterum ſine altero idoneam ſuſtinendi vſusf perſonam ſuſtinere, l. 5. §. 1. D. quib. mod. vſusf. deinde teſtatoris mentem ac voluntatem in hoc negocio præcipuè ſpectandam eſſe: propter l. filiofa. 42. D. de cond. & demon. iuncta l. filio, & l. pen. C. de iur. delib. vt ſi cuius perſonam teſtator ſpectarit, eius morte vſusfr intercideret: velut in l. vlt. D. de mort. cauſ. don. Deinceps

E ſuperioribus obiectionibus reſpondendum eſt. nam quantum ad primam, (vt omittam quòd illa fuiſſe videtur ſingularis Valentis & Iuliani diſputatio) differentia eſt inter cetera legata, & legatum vſusf. nam illa recta via ab eo qui legauit ad legatarium tranſeunt, l. à Titio, 64. D. de furt. vſusfr. autem per heredem conſtituendus & tradendus eſt. nam ex teſtamento perſonalis actio, ex conſtitutione vindicatio competit, l. 1. in fin. D. quand. dies vſusfr. l. 1. in princip. Quib. mod. vſ. amit. Vſusf. autem ſeruo lega-

F tus, tamen domino conſtituitur. Quantum ad l. cùm ita, reſpondendum eſt, Iulianum non dixiſſe finiri vſumf. quia finitur is demum qui conſtiterat, l. Titio, 96. D. de cond. & dem. l. ſi ſeruo, 18. D. quib. mod. vſ. amit. ſed exſtingui. quaſi non vſumfr. ſed eius ſpem & expectationem amitti ſignificet. Quantum ad Africanum, cuius eo ſubtilior diſputatio eſt, quia vſum qui iuris eſt, & habitationem quæ facti eſt, coniunxit: reſpondendum eſt: quamuis antiquitus cùm vſus, tum habitatio ſtrictiſſimè interpretaretur, vt

G patet ex l. 4. D. de vſu & hab. Africanum regulam iuris ſecutum eſſe, vt in teſtamentis pleniùs defunctorum voluntates acciperentur: quia ſi non liceret patri aut domino in illis ædibus habitare, plerumque inane teſtatoris beneficium fuiſſet, cùm plerique filijfam. præſertim iuuenes, potiſſimùm autem ſerui ſeorſim niſi raró non habitarent, contra

tra,l.ſi fundum,81.§.qui fundum,in fi.de leg j. Verùm hæc quidem de mortis caſu hactenus. De cap. autem minutione media & maxima, ius vetus Imperator reliquit: quo iure interire dicuntur homines æquè per illas, vt per mortem, l.verum eſt,63.§. pen.D.pro ſoc In minima verò nouum ius inſtituit: quod cuiuſmodi ſit,ſup.l.proxima docuimus.In manumiſſione verò, idem ius ſtatuit, quod in alienatione ſup.ſtatuerat: nimirum vt domino vſuſf.conſeruetur: quamuis eorum diſputatio aduerſaretur, qui contendebant ſerui manumiſſione primùm perſonam mutari, nouúmque hominem exiſtere: vt ſup. dictum eſt. Deinde vſumfruct. qui in ſerui perſona ſaltem pro parte, id eſt, quatenus in facto conſiſtit, verſabatur, æquè ipſius manumiſſione, vt morte finiri: cùm manumiſſio morti comparetur,l.inter omnes,46.D.de furt.

Ad l. quæ dotis, 33.D.ſol.matrim.

CAP. IIII.

AN maritus qui extraneo ſtipulanti dotis partem ſoluto matrimonio ſe redditurum ſpopondit, cùm dotem nullam acceperit, tamen ob aditam ab ſe damnoſam vxoris hereditatem ex illo ſtipulatu teneatur. Maritus cui vxor centum dotis nomine promiſerat, Titio ſtipulanti ſpoponderat, ſe ſoluto matrimonio quartã partem illius dotis redditurum. Idem à muliere heres inſtitutus damnoſam ipſius hereditatem adierat. Quærebatur an Titio ex illa ſtipulatione teneretur. D.C.eſt, vt non teneri videatur, quia eius quod nullum eſt, nec deberi, nec intelligi pars poteſt, nullius enim pars nulla eſt. at neque viua, neque mortua muliere vlla dos fuit. non viua, quia nunquam numerata eſt: non mortua, quia ſoluendo hereditas nõ fuit. quare dotis quæ nulla vnquam fuit deberi pars non poteſt. Præterea dos non fictione, ſed naturali ratione conſtat, l.1. C. de dot.caut. ac proinde quod in dotem datum non eſt, repeti non poteſt, l.1. C.de donat.ant.nupt. ſi nõ repeti, nec etiam reſtitui: vnde concludi videtur poſſe, exceptionem non numeratę dotis marito concedi oportere ex l.3.C. de dot caut. C.T.R propter mirificam fictionem iure ciuili in adeundis hereditatibus introductam. non qualem hic videmus ab interpretibus commemorari: vt qui alicuius hereditatem adit, eius perſonam excipere ac ſuſtinere videatur. ac proinde in ius & onera ipſius vniuerſa ſuccedere, l.59.D.de reg.iur. quid enim hęc fictio ad hanc priorem legis partem pertinet, in qua non de vxoris, ſed de mariti ipſius creditore quæritur? cũ ſi illi fictioni locus eſſet, maritus potius ſubleuãdus quã onerãdus eſſet? quid ergo eſt? nẽpe ex cõtrario, vt mortua vxor ſuperſtitis viri perſonã ſuſtinere videatur: hoc eſt bona viri ſuperſtitis retro fingãtur fuiſſe bona defunctę vxoris: quæ fictio ex cõfuſione iurium defunctæ cum iuribus ſuperſtitis introducta eſt. quoniam vbi creditor debitoris hereditatem adijt, ſicut hoc caſu contingit, creditor id quod ſibi à defuncto debebatur, reperiſſe in hereditate, atque inde ſibimetipſum ſoluiſſe intelligitur, l. Stichum.95.§.aditio, D.de ſolut l.debitori, 50.D.de fideiuſſ.l. ſi id quod,21. D.de lib.leg. vbi talis aditio dicitur obligationem confundere, perimere, & quaſi ſolutionem inducere. Et hoc eſt quod alibi traditur, hereditatẽ qualiſcumque ſit, ſi modò hęc heredem inuenerit locupletem & ſoluendo eſſe, l.libertus,36. D.de bon.libert. Quod cùm ita ſit, Africanus con-

A cludit, maritum fingi dotem, quæ ſibi debebatur, in vxoris hereditate reperiſſe, & eam ſibimetipſum ſoluiſſe, quod his comprehendit verbis: *Maritum ſecũ penſaſſe*: hoc eſt, debiti ſui (quod fuit xxv. aureorum, quos Titio ſpoponderat) cum credito ſuo (quod fuit aureorum centum) compenſationem feciſſe: ſcilicet, vt viginti quinque Titio perſoluris, tamen ſeptuaginta quinque ex hereditate accepiſſe. Obiectionis autem ſolutio ex ſuprà dictis perſpicitur, quòd B quamuis reuera dos nulla fuerit, maritus tamen propter aditionem hereditatis iura ſua ita cum vxoris iuribus confudiſſe fingitur, vt & ipſius bona videantur fuiſſe bona vxoris, viciſſimque onera vxoris ipſius onera; & conſequenter vt ceteris etiã creditoribus (quod in extremo Africanus monet) timeatur: hoc eſt non tantùm illi Titio ſtipulatori, qui mariti creditor eſt, ſed etiam hereditarijs vxoris creditoribus: quippe, cùm per aditionem heres non modò commoda, verùm etiam onera hereditatis in ſe reci- C pere, & æri ſe alieno obligaſſe intelligatur, l.8.D.de adq.hered.l.3.§.vlt. D.quib.ex cauſſ.in poſſ.ac tantò minus in hereditate reperiſſe; quaſi hereditas ipſi heredi ſoluerit: vt ait Paullus, l. ſi is cui,41.§.pen.D. de euict. Supereſt, vt quæramus quo conſilio Titius ad ſtipulandam illam dotis partem à muliere adhibitus fuerit. nam adhiberi potuit vel vt mandatarius, vel vt donatarius, vel vt mulieris ipſius creditor. Sed ſi vt mandatarius adhibitus fuiſſet, & nunc à marito exigeret, continuò heredi mulieris (hoc eſt D ipſi marito) mandati actione reddere cogeretur, ac proinde ex ſtipulatu agens repelleretur exceptione, Dolo facis, qui petas quod ſtatim redditurus es. Sin autem vt donatarius, ſiquidem mortis cauſſa, valebit donatio: & dos illa recepticia dicetur, l.mortis, 31 §.2.D.de mort.cauſſ. don. & apud Vlp.tit. Regul. 6. ſi mera donatio eſt, æquè valebit, ſed oportebit mulierem actionem tanto ante ſperatam & nõdum natam credere Titio, l.3.C.de donat. Quòd ſi vt creditor mulieris adpoſitus eſt, tum interueniſſe dele- E gationem dicemus, quia debitrix mulier maritum vice ſua debitorem dedit, & volentem dedit, quia delegatus maritus Titio creditori promiſit; delegatum verò pro ſatisfactione valet. Ac pari modo, ſed vice verſa, mulier promiſſura viro dotem poteſt eo delegante alteri promittere, l.ſi mulier, 59. D.de iur. dot. Vnde intelligitur, regulam, quam illo loco Marcellus tradit, Mulierem alij quàm marito dotis nomine obligari minus poſſe, non reciprocari. Videmus enim hoc caſu maritum alij quàm vxori dotis F nomine obligari, ſed differẽtię ratio perſpicua eſt: nã mulier alteri dotẽ promittens, ei nubere videretur.

Summa de imputationibus in Trebellianam: & ſimul explicata l.in quartam,91.D.ad leg.Falc.

CAP. V.

IMputatur primùm id quod iure hereditario capitur, veluti cùm heredi fideicommiſſo grauato pars aſſis vel res aliqua ſingularis aut ſumma titulo inſtitutionis relicta eſt. nam hæc omnia hereditariæ portionis ipſius partem G faciunt, l.1.§.2 § 3.D.ad Trebell.§.prætereà, Inſt. de fidei. her. Falcidia enim iure hereditario retinetur, l.14.D.ad leg.Falc. Secundò id quod præcipere, deducere, accipere, retinere iuſſus eſt, §. ſi quis vna, de fid.hered.l.1.§ ſi heres, D.ad Trebell. In quo tamẽ diſtinctio adhibenda eſt. Certum eſt.n.præceptioni locũ non eſſe, niſi coheres adiectus ſit; ne ſi ſolus ſit, heredi à ſemetipſo legetur, l.77.De legat.2.at cohe-

res partem à ſe accipit, partem à coherede, quaſi ex legati cauſſa, l. prima, §. ſi quis, D. quod legat l. deducta, 58. §. acceptis, D. ad Treb. Ergò quam partem heres à ſemetipſo accipit, quia iure hereditario capit, eam verè propriéque in ſuam Pegaſianam imputabit: quam verò à coherede, quia iure legati capit, eam verè propriéque non imputabit, l. in quartam, 91. D. ad leg. Falcid. De fructibus maior quæſtio eſt. nam fructus quidem heredi inſtituto regulariter in ſuam quartam imputantur, l. filiusfamiliàs 18. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. in fideicommiſſariam, 18. l. deducta, 58. §. antè diem, D. ad Trebellian. à qua tamen regula liberi primi gradus excipiuntur; quibus hoc priuilegium Imp. Zeno iure ſingulari conceſſit, vt fructus medio tempore perceptos in Pegaſianam non imputent, l. ſexta, Codic. ad Trebellian. per quam ſine dubio abrogatur l. octaua §. vnde ſi quis, D. de inoffic. teſtam. quod idem de vſuris & mercedibus prædiorum intelligendum eſt, dict. l. 18. & dict. l. 58. In eadem tamen regula diſtinctio inter purum & condicionale fideicommiſſum adhibenda eſt. Nam fructus ex hereditate per fideicommiſſum purum relicta, ſi quidem antè aditionem percepti ſunt, fideicommiſſario debentur, l. ita tamen, 27. §. D. dict. l. 58. ad Trebell. quippe cùm pars ſint hereditatis, & hereditatem augeant, l. 25. De hered. petit. qui verò poſt aditionem percepti ſunt, heredis fiunt l. mulier, 22. §. ſi heres, l. poſtulante, 44. §. ſanè, & §. vltim. eodem. quia poſt aditionem hereditas ſuum nomen amiſit & eius qui adijt patrimonium efficitur. qua de cauſſa ſua ex re percipere illos intelligitur, dict. l. 18. ad Trebell. deinde quia heres negligentia fideicommiſſarij fructus percipit, vt ait dict. l. 22. § ſi heres. Quod ſi fideicommiſſum ſit in diem, aut ſub condicione, primùm eadem quam ſuperius diſtinctio temporis adhibenda eſt. fructus enim antè aditionem perceptos partem hereditatis eſſe conſtat. at in perceptis poſt aditionem hoc iuris eſt, vt ſi heredis cauſſa dies adiecta ſit, fructus intereà percepti ipſius fiant: ſin fideicommiſſarij, ipſi reſtituendi ſint, l. ſi ita relictum, 43. §. Pegaſus, De leg. 2. l. iulianus, 15. l. liberto, 21. §. libertum, D. de ann. legat. l. 3. §. cum Pollidius, De vſur. Tertiò imputatur, quod ex mortis cauſſa donatione aut capione conſequitur, dict. l. 91. & l. 93. D. ad leg. Falcid. præſertim cùm ad exemplum legatorum redactæ ſint, vt olim diximus ad §. primo Inſt. de donation. quamquam mortis quidem cauſſa capiones legati vel teſtamenti iure non capiuntur, l. Mæuius 55. D. de condict. & demonſtrat. l. octaua, D. ſi quis omiſſ. At donationes inter viuos non imputantur, cùm ex teſtamento non veniant; niſi fortè Pegaſianæ detractionis contemplatione factæ ſint, argument. l. cum quo, 56. §. vltim. D. ad leg. Falcid. ſicuti nec in legitimam imputantur niſi ea condicione factæ ſint, l. ſi non mortis, 25. D. de inoffic. teſtam. dict. l. cum quo, §. vltim. ad leg. falcid. l. ſi quando, 35. §. & generaliter, Codic. eod. nam donatio inter viuos à bonis morientis ſeparata eſt: quarta autem debetur eorum bonorum tantùm quæ morientis fuerunt, l. cum quæritur, 6. Codic. de inoffic. teſtam. Quartò imputatur dos,

A quæ cum in legitimam liberis imputetur, l. quoniam nouella, 29. Codic. de inoffic. teſtam. l. prima, §. qui à nobis, Codic. de rei vxor. act. & legitima propter eius incrementum à Iuſtiniano inductum ſola iſto iure detrahatur, non dubium eſt, quin illa in Pegaſianam imputetur. Denique ſatis conſtat, donationem propter nuptias imputari, dict. l. quoniam, Codic. de inoffic. §. vltim. Inſtit. eod.

B *Regulæ aliquot de fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus, ad quotidianum fori vſum magnoperè pertinentes.*

Cap. VI.

PRimùm, fideicommiſſo grauati nemo vltrà quantitatem, quam à defuncto accepit, poteſt, l 9. Cod. de fideicom. l. 1. §. ſi is qui. l. debitor, 59. §. ea quæ dotari, D. ad Trebell. C l. patet, 4. Cod. ad leg. Falcid. l. filiusfam. 114. §. 3. D. de legat. 3.

Secundò, Antiquo iure fideicommiſſariæ ſubſtitutiones produci in infinitum poterant, l. Lucius, 88. §. inſtituto, D. de legat. 2. Nouo iure extendi vltrà quartum gradum non poſſunt: & inſtitutus heres facit primum. Nouell. 159.

Tertiò, Qui fideicommiſſo grauatus eſt, ſi quidem heres ſit, quartam (quæ Trebellianica dicitur) relictæ ſibi ſiue portionis, ſiue rei, retinere poteſt. D Nam illa retentio non tantùm de vniuerſalibus, ſed etiam de particularibus fideicommiſſis permittitur, §. 4. ſuprà, tit. proxim. l. 1. §. hodie, D. ſi cui pluſquam. Itaque vſque ad illius portionis quantitatem alienare rem fideicommiſſo obnoxiam poteſt, l. 3. §. res quæ, D. ad Trebell. l. vltim §. vlt. D. de leg. 2. l. 36. D. de vſufr. legat. ſi quid amplius alienarit, per fideicommiſſarium vindicatur, l. vltim. §. ſed quia, Codic. comm. de legat. l. Titius, 54. D. ad Trebell. Alius autem propter heredem Trebellianica E non vtitur, l. lex Falcidia, 47. § vltim. D. ad leg. Falc. l. ſi patroni, 55 §. 2. D. ad Trebell.

Quartò, Trebellianicæ detractio prohiberi à teſtatore in liberis quidem primi gradus non poteſt: quoniam in illis perſonis legitimæ locum obtinet, l. ſi vt allegas, 11. C. ad leg. Falc. in ceteris heredibus inſtitutis poteſt. argum. l. pœnales, 32. § vltim. D. eod. vbi heres totum quidquid cepit, reſtituere iubetur. item argum. §. ſed quia Inſt. de fid. hered. vbi heres adire nolens, per Prætorem adire fideicommiſſarij F periculo cogitur. denique cùm Imperator etiam Falcidiam prohiberi permiſit, neque de Trebellianica mentionem vllam fecit, non obſcurè oſtendit, prohibitionem illam iure communi vſitatam fuiſſe.

Quintò, filius fideicommiſſo grauatus iure ciuili non plus ſua legitima retinet, l. 8. § quarta autem, D. de inoffic. teſt. l. 6. Cod. ad Trebell. Nouell. 39 Sed in quibuſdam locis, ſtulto Canoniſtarum errore iam recepto, duas portiones detrahit. legitimam, iure G filij: quæ iure nouo triens eſt: hoc eſt vnciarum quattuor. Nouell. 18. Trebellianam iure ſcripti heredis: quæ dicitur eſſe quadrans beſſis reliqui: vt ſcilicet duarũ ſit vnciarũ. Atqui cùm Imperator non tantũ eã portionẽ auxerit, quam filius retinet vt filius, verũ etiã eam quã detrahit vt inſtitutus: neceſſariò dicendũ erit, eum duos trientes, hoc eſt beſſem ex aſſe

auferre: conuerſa Iuſtiniani ratione, qui beſſem heredi, trientem filio attribuerat. Quid igitur, ſi quinque liberi ſint? Nimirum ex eadem Nouella duos ſemiſſes auferent: hoc eſt, aſſem integrum: atque ita nihil heredi à Canoniſtis relinquetur.

De notis ſollemnibus ſiue ritibus, qui à Populo R. in actibus legitimis adhibebantur.

Cap. vii.

MVltis ritibus vti Populus Rom. in actibus legitimis ſolebat: quos animi cauſſa iuuat hunc in locum ex variis auctoribus collectos atque obſeruatos congerere. Mirifica igitur Populi Rom. in omnibus gerendis negotiis ſiue cautio ſiue diligentia, ſiue ſuperſtitio fuit: quod vel ex ominibus, & prodigijs & ſomnijs cuiuis licet animaduertere. Apud antiquos, inquit Valerius lib. 2. non ſolùm publicè, ſed etiam priuatim nihil gerebatur, niſi auſpicio priùs ſumto. Hinc omnibus in rebus certas & ſollemnes verborum formulas adhibebant: adeò vt etiam à Lanijs carnes conceptis verbis emerent: quod Varro libr. de re ruſtic. 2. demonſtrat. Hinc etiam illi ritus, ſiue ſymbola, quibus vti in actibus legitimis ſolebant: veluti in ſponſalibus, vt ferreum annulum darent, Plinius lib. trigeſimotertio, cap. primo. Hi quoque qui ob legationem acceperant aureos, in publico tantùm vtebantur eis: intra domos verò ferreis. quo argumento etiam nunc ſponſæ annulus ferreus mittitur, iſque ſine gemma. Poſtea autem aureus dari cœpit. Tertullianus in Apologet. aduerſ. gent. capit. ſexto: Aurum nulla norat, præter vnico digito, quem ſponſus oppignerasſet pronubo annulo. Iſidorus lib. vigeſimo Etymolog. Fœminæ non vſæ ſunt annulis, niſi quos virgini ſponſus miſerat. Item in lib. de diuinis officijs: Quod in primis nuptijs annulus à ſponſo ſponſæ datur, fit vel propter mutuæ dilectionis ſignum, vel vt eo pignore eorum corda iungantur. Eiúſque rei exemplum exſtat in l. ſi donatæ, *36*. §. primo. D. de donat. inter vir. & vxor. Item in contrahendis nuptijs, vt aquam & ignem adhiberent, qua de re multa ex Varrone, Feſto, Seruio, in comment. verbor. iuris expoſuimus. Idque ad matrimonij ſubſtantiam pertinuiſſe, patet ex l. penultim. D. de donat. inter vir. & vxor. Eius autem ſymboli varias Plutarchus in Problem. cauſſas exponit, ſed ego conuictus tantùm coniugalis eas fuiſſe notas exiſtimo. Iam in domum deductæ vxori claues dabantur: vt ſignificaretur (ait Sext. Pompeius) ei rerum omnium domeſticarum, quæ clauibus concludi ſolent, curam ac cuſtodiam, totam denique domum ac rei familiaris adminiſtrationem ei committi. In diuortijs autem claues adimebant. Cicero Philip. 2. Frugi factus eſt. Mimam illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit. ex XII. tabulis claues ademit, exegit, &c. Quod inſtitutum Plutarchus Numæ attribuit, in ipſius vita. Ambroſius in Epiſtol. 65. Mulier offenſa claues remiſit, domum reuertit. Item in operis noui prohibitione lapilli iactu ſollemni vtebantur: vt eſt apud Vlpianum in l. de pupillo, 5. l. meminiſſe, decem, D. de oper. nou. nunt. Item in emancipa-

A tionibus liberorum, & manumiſſionibus ſeruorum, alapas impingebant, quas ῥαπίσματα Iuſtinianus appellat. l. vltim. Codic. de emancip. & Nouell. 81. Cornutus in Perſium, Quoties manumittebant, eos alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant: Cùm Perſius ita ſcripſiſſet:

Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama.

B Seneca in Epiſtol. ad Lucilium, Philoſophiæ ſeruias oportet: vt tibi contingat vera libertas: non differtur in diem, qui ſe illi ſubiecit. ſtatim circum agitur. Tonſis præterea pileum imponebant, l. directis, 10. Codic. de teſt. manumiſſ. & apud Non. Marcell. & Liuium lib. quadrageſimoquinto, Polybius eum Regem indignum maieſtate nominis tanti tradit pileatum capite raſo obuiam ire legatis ſolitum: libertúmque ſe populi Rom. ferre, & ideò inſignia ordinis eius gere-
C re. Feſtuca præterea eos attingebant: auctore Plutarcho, in libello de ſera Dei vindicta. Plautus in Milit. glorioſ. *Quid ea? ingenua an feſtuca facta libera eſt?* Eiúſque rei argumentum ſupereſt in l. 2. Codic. ſi aduerſ. libert. & l. igitur, 12. §. ſecundo D. de liber. cauſ. Item in vſurpationibus, id eſt, interrumpendis vſucapionibus, ſurculum arboris defringebant. Cicero de Orat. III. Etiam hac inſtituendo diuiſione vtuntur: ſed ita, non vt iure aut iudicio, vt denique recuperare amiſ-
D ſam poſſeſſionem, ſed vt ex iure ciuili, ſurculo defringendo, vſurpare videantur. Item in vindicijs manum conſerebant. Agellius lib. vigeſimo capit. nono. Manum conſerere eſt, qua de re diſceptabatur in re præſenti, cùm aduerſarius aduerſarium manu prenderet, in ea re omnibus verbis vindicare: id eſt, vindicta correpta manus in re atque in loco præſenti conſerere. Hinc vim moribus fieri apud Ciceronem in ea pro Cæcina: quod commiſſis feſtucis, quas vindicias
E appellabant, ludicra concertatione fiebat. Item in ſponſionibus annulum tradebant. Plin. lib. trigeſimotertio cap. primo. Celebratior quidem vſus cum fœnore cœpiſſe debet: argumento eſt conſuetudo vulgi, ad ſponſiones etiamnum annulo exſiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arra velocior: vt planè adfirmare poſſimus, numos ante apud nos, mox cœpiſſe annulos. Item in teſtationibus aurem adtrectabant. Plin. lib. vndecimo, cap. quadrageſimoquinto. Eſt in aure i-
F ma memoriæ locus, quem tangentes adteſtamur. Plautus Perſa: Nónne anteſtaris? Tuáne ego cauſſa carnifex cuiquam mortali libero aures adteram? Horat. libr. Serm. 1. licet anteſtari? Ego verò oppono auriculam: rapit in ius. Item in emtionibus rerum mancipij æs & libram adhibebant: eóque ære libram percutiebant. Plin. lib. trigeſimotertio cap. 3. Libralis & dupondius appendebatur aſſis: qua conſuetudine in his emtionibus, quæ mancipij ſunt, etiam nunc libra interponitur. Caius
G in collectan. Is qui mancipium accipit, æs tenens, ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio. Iſque mihi emtus eſt hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram. Idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi precij loco. Vnde etiam tranſlata conſuetudo ad teſtamenta, vt quaſi emtione res transferretur, per æs & libram fierent. Item in auctionibus, ſi quis quid pluris liceretur,

digitum tollebat. Cicero Verrina I I I. Adcurrunt tamen ad tempus tutores: digitum tollit Iunius Patruus. Et Verrina v. Vtrum eſt æquius eum qui manu quæſierat, an eum qui digito licitus ſit, poſſidere? Puto etiam in adquirenda poſſeſſione, ſedis poſitionem fuiſſe. quam coniecturam ex his Paulli verbis capio, in l.1.D de adq.poſſ. Poſſeſſio appellata eſt, vt & Labeo ait, à ſedibus: quaſi poſitio: quia naturaliter tenetur ab eo, qui inſiſtit, dominiúmque rerum ex naturali poſſeſſione cœpiſſe. Prætereà in herede inſtituendo moris fuiſſe videtur, vt teſtator ſuum heredi annulum traderet. Valerius Max. lib. 7.cap.9. Cùm præ ſe ſemper tuliſſet vnum illum ſibi eſſe heredem, moriens etiam annulos ei ſuos tradidiſſet. Item: T.Barrulus Lentulo Spintheri decedens ſuos annulos perinde atque vnico heredi tradidit. Item: Sempérque annulos quoque ſuos ei tradidit: videlicet nequid ex ea hereditate, quam non erat aditurus, amitteret. Iuſtinian. lib.12. de Alexandro Magno ſcribens: Sexto die, inquit, præcluſa voce exemtum digito annulum Perdiccæ tradidit: quæ res gliſcentem amicorum diſſenſionem ſedauit. Nam & ſi non voce nuncupatus heres, indicio tamen electus eſſe videbatur. Æmilius Prob. in Cumene: Alexandro mortuo, cùm regna ſingulis familiaribus diſpartirentur, & ſumma rerum tradita eſſet tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum ſuum dederat, Perdiccæ, ex quo omnes coniecerant, eum regnum ei commendaſſe quoad liberi eius in ſuam tutelam perueniſſent. Quod idem Diodorus libr. decimo octauo commemorat: ᾧ καὶ ὁ βασιλεὺς, inquit, τὸν δακτύλιον τελευτῶν ἐδεδώκει. Videndum etiam ecquid in oppignerandis rebus moris fuerit, vt pugno contingerentur, aut manu compreſſa prehenderentur. Caius in l. 238.§. 2.D. de verb. ſignif. Pignus, inquit, appellatur à pugno, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Vnde etiam videri poteſt, verum eſſe quod quidam putant, Pignus propriè rei mobilis cõſtitui. Poſſit etiam aliquis exiſtimare moris fuiſſe, in obligationibus vt dicis cauſſa promiſſor necteretur: Item vt in ſolutionibus vt vinculum ſolueretur. Varro: Nexum eſt quodcumque per æs & libram geritur. Idque Necti dicitur. Hinc apud Cicer. libr. de legib. 2. Legatarius qui non vult ſoluere quaſi ex teſtamento, ſtipulatur ab herede, & per æs & libram ab eo accipit. ita legatarius, inquit, heredem ſoluit: Huc etiam referri poteſt quod Iſidorus, non optimus tamen auctor, libr. Etymol.5 cap. trigeſimo quarto, ita ſcribit, Mandatum dictum quòd olim in commiſſo negocio alter alteri manum dabat. Et paulò pòſt: Stipulatio dicta eſt à ſtipula. Veteres enim quando aliquid ſibi promittebant, ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes, ſponſiones ſuas agnoſcebant. Atque hæc quidem hactenus. Nam quod exiſtimant nonnulli, moris fuiſſe, vt in hereditatum aditionibus digitos concreparent, propter Ambroſij locum in libr. de offic. 3. videamus ne ab Ambroſij ſententia planè alienum ſit. Nam verba ipſius in libr. 3. cap. vndecimo, hæc ſunt: Non ego in hereditatibus adeundis digitorum percuſſiones, & nudi ſucceſſoris ſaltationes notabo. (Vulgò vitioſè legitur Salutationes) nam hæc etiam vulgò notabilia. Non ſimulatæ piſcationis compoſitas copias vt emtoris illiceretur adfectus. Cùm autem Am-

A broſius his tribus libris contra tres Ciceronis de officijs libros diſputare inſtituerit: hoc capitis initio tres Ciceronis locos perſtringit, quorum primus his ſcriptus eſt verbis: Itaque ſi vir bonus haberet tantam vim, vt ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius inrepere. Ludit autem Cicero, proinde quaſi diceret: Si digitum mouerit. Nihil aliud Ambroſius ſignificat. Nam digitis concrepandis aliquid efficere, prouer- B biale eſt, pro facilè & nullo negocio conficere. vt apud eundem Agraria II. Qui ſimul ac Decemuiri concrepuerint, armati in ciues, & expediti ad cædem eſſe poſſint. Huc verò etiam pertinet, quod ſcribit Plinius libr. 28. Pollices cùm fauemus premere etiam prouerbio iubemur.

Ad l.1.D. de iuſt. & iur.

Cap. VIII.

C NOn immeritò mirum videtur, quod Vlpianus ait Ius à iuſtitia adpellatum eſſe: nam ſiue analogiam ſpectemus & ſicut à ſapiẽte ſapientiam, ſic à Iuſto iuſtitiam deducamus, iuſtum autem à ius: ſiue in vocabulo notionem ponamus, vt iuſtitia dicatur quæ ſuum cuique ius ſiſtit: quemadmodum in Iuſtitium & Solſtitium antiquior eſt Iuris & Solis vox quàm compoſita, ita iuris vocabulum eſſe conſtat. Verùm intelligendum eſt aliam eſſe philoſophorum, aliam Grammatico- D rum in inquirenda verborum origine rationem. Idque Iſidorus his oſtendit verbis lib. Etymol. 10. cap. 1. Licet origo nominum vnde veniat à philoſophis eam teneat rationem, vt per denominationem homo ab humanitate, ſapiens à ſapientia nominetur; quia prius ſapientia, deinde ſapiens: tamen claret alia ſpecialis in origine quorundam nominum cauſſa: ſicut homo ab humo, vnde propriè eſt adpellatus. &c. Eadémque ratione liber à libertate deducitur in § 1. Inſtit. de iur. perſon. Sic cùm ſerui- E tus definiatur conſtitutio iurisgentium, l. quarta D. de ſtat. hom. priùs conſtituta ſeruitus fuerit oportet quàm vlli ſerui fuerint. Porrò in hac ipſa l.1. non intelligo cur Vlp. definiat ius, artem boni & æqui; cùm bonum & æquum ſit pars iuris, id eſt diſciplinæ & artis iuris. Ius enim, quod Iuriſconſulti profitentur, duabus conſtat rebus, æquitate naturali (quæ bonum & æquum ſempiternum adpellatur in l. penult. eod. neque vel ſcribi, vel in artem redigi certiſve præceptis definiri poteſt, l.10.11.12. F De legibus, l. de acceſſionibus 14. D. de diuerſ. temp. præſcr.) & ſcripto iure quod finitum eſſe & poteſt & debet, l.2 D. de iur. & fact. ignor. Prætereà ſatis conſtat æquum bonum opponi iuri ſtricto. AEquitatis vis eſt duplex: ait Cicer. in Partit. cuius altera directi & veri & iuſti: & vt dicitur, boni & æqui ratione defenditur. Rurſus quod idem ait priuatum collectum eſſe ex naturalibus, gentium, & ciuilibus præceptis, non video cur de publico iure non idem dici poſſit: cùm & à natura G religio ſit, & à iure gentium Imperiorum quoque & magiſtratuum rationem à natura inſtitutam, à gentibus comprobatam quis non videt? Iam verò quod Caius l. 9. ſcribit, Ius gentium eſſe quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, nónne naturalis & gentium iuris rationem confundit? veluti libertas & perſonarum æ-

qualitas.

qualitas iuris naturalis eſt. at dominatio & ſeruitus iurisgentium, l.64.D.de cond.indeb.l.4.D.de iuſt.& iur. l.32. De reg.iur. qua de cauſſa iuri naturali contrariæ dicuntur in §.4.de iur.nat. gent. Caritas aduerſus omnes homines quaſi cognatione inter ſe iunctos naturæ iuris eſt,l.3.De iuſt.& iur.l.nam hoc, 14. De cond.indeb.at bella & captiuitates iuri gentium adtribuuntur, l.5.De iuſt.& iur.

Ad l. licet, 19.C.de pact.

Cap. ix.

AN pactum duorum,vt qui ſuperuixerit alterius rebus potiatur,pro mortis cauſſa donatione valeat. Nam pro teſtamento quidem valere idcircò non poteſt, quia pactũ eſt duorum conſenſus, l. 1. D. de pact.teſtamentum autem voluntas & vnius tantùm patrisf. de vniuerſo ſuo iure pro ſuo arbitrio ſtatuentis, l.1.D.de teſtam.l.verbis,de verb. ſignif. Prætereà ſi pactum illud de rebus vniuerſis factum eſſet, teſtandi facultas vtrique parti adimeretur. ſuis enim heredibus nihil præter nudum & inane heredum nomen relinquerent. Cùm autem teſtamenti factio iuris ſit publici,priuatorum pactis adimi non poteſt, l. 3. D.de teſtam.l.pactum,15.C.h.t.l.teſtamenti,23.C.de inoff. teſt.l.cum duobus,52. §. idem reſpondit, D. pro ſoc. De mortis igitur cauſſa donatione, dubitandi ratio hæc ſubeſt, quia hæc duorum amicorum diſpoſitio ſeparatim per ſingulos conſiderata nihil aliud eſt, quàm donatio cauſſa mortis. Cùm vnus dixit,dono tibi,ſi mihi ſuperſtes fueris, viciſſimque alter dono tibi, ſi mihi ſuperſtes fueris, per quam diſpoſitionem dominij tranſlatio in temporis morte poſterius confertur: quæ vſitata nota eſt donationis mortis cauſſa,l.ſi mortis,29.D.de mort.cauſſ. donat. quamuis etiam donatio inter viuos, quæ poteſt ex certo tempore fieri,conferri in mortis tempus poſſit,l.donatio.25.C.de donat. C.T. R. idque tribus de cauſſis.primùm,quoniam hoc iure donatio non erat cõuentio nec contractus,vt ex ea naſceretur obligatio. quinimò paſſim obligationi opponitur,l.8.l.18.D.de donat.l.3.§.1.De oblig.& act. Opponitur etiam contractui.l.20.l.46.D.locat.l.12.De iur.dot.Itaque donatio mortis cauſſa non obligat donantem: liberum enim negocium eſt, quod mutata ipſius voluntate confeſtim euaneſcit,l.2.D.ill.tit. At conuentio illa mutuæ obligationis contrahendę cauſſa facta eſt,vt alter alteri ad dandum obligetur; vel potius vt heredes ſuos ad tradendum,& implendam conuentionem obliget. Verùm, iure, quod Diocletianus in hoc reſcripto ſequitur,obligatio poſt contrahentis mortem conferri non poterat, §. poſt mortem, 10. Inſt.de inutil.ſtip.l.quodcumque,45. §. 1. D.de verb. oblig.l.dubium,C.Th.de diuerſ.reſcript. Ex quibus intelligi volumus, nihil intereſſe, vtrum totas res ſuas alter alteri poſt ſuam mortem promiſerit,an verò earum partem duntaxat. Altera æquitatis cauſſa eſt,quoniam hoc eodem iure donatio cauſſa mortis traditionem requirebat,quam in hac conuentione non interueniſſe conſtat. ſed tantùm ſcripturam & pactum duorum de ſuis heredibus ad implendum promiſſum & res tradendas obligandis: alioqui ſi traditio interueniſſet, ratã fuiſſet donatio, l. ſi qui, 26.D.de mort. cauſſ. Tertia cauſſa eſt,quoniã iſtiuſmodi conuentiones de mutuis ſucceſſionibus, quæ

A votum captandæ mortis inducunt, contrà bonos mores cenſentur,l.4.C.de inutil.ſtipul. Græci vocãt σύμφωνον ἀλληλωκληρονομίας:Harmenop.lib.1.ti.9.& ti.16.§.vlt.& lib.Baſil.11.ti.1.§.pen. vt omittam quod ita ius ciuile conſtitutum eſt, vt pactis hereditatis non relinquantur,l.5.C.de pact. conuent.ne ſcilicet teſtandi libertas adimatur, l.1.C de ſacroſan.eccleſ: Quæ cùm ita ſint,tamen Imperator ſubiungit,aliud iuris in militum perſona obſeruaui: non tamen ſimpliciter ex militari priuilegio,quo militibus conceſ-
B ſum eſt, vt quælibet eorum voluntatis ſignificatio pro iuſto teſtamento valeat,l. milites, 15. C. de teſt: mil.l.Lucius,40.D.eod.ſed (vt Dioclet. loquitur) ſi pactum illud conſcripſerint ſuper extremo vitæ ſpiritu.quod Græci iiſdem locis diligenter monuerunt illis verbis:ἐπὶ παράταξιν ἐξιόντες:vt facilè intelligatur pactum hoc commilitonum non omni tempore factum adprobari,ſed eo demum tempore,quo ſunt in procinctu & ad prælium ituri. Sed iam exoritur illa dubitatio: cùm Imp. Iuſtinianus ſanxerit, non
C modò vt pacta de donando efficacem obligationem pariant,l.ſi quis,35.§.ſi vero, C.de donat. verumetiã vt actiones & ab heredibus & aduerſus heredes incipiant:l.1.C.ill.tit.l.ſcrupuloſam, 11.C. de conſt.ſtip. numquid hoc nouiſſimo iure ex huiuſmodi conuentione paganorum heredes obligentur; quod equidem probabilius eſſe arbitror: propter ſublatam à Iuſtiniano differentiam illam, quæ olim magna erat inter hæc verba: Cùm moriar, cùm mortuus fuero, poſt mortem meam. vt qui iam promittit ſe poſt
D mortem ſuam daturum, æquè ſuum heredem obliget,ac ſi promiſiſſet ſe cùm moreretur daturũ,l.hereditarium 7.D.de reb.auct. iud.l. nam etſi, 7. D. de cond.indeb.l.vlt.C.de cont.ſtipul.ex qua etiam animaduertendum eſt, ex iſtiuſmodi conuentionibus obligationem quidem in nomittentis perſona incipere,actionem autem aduerſus ipſius heredem cõpetere. quam ob cauſſam & ſecundùm hoc ius nouiſſimum crederem equidem falli Doctores, qui multis locis magnificè diſputant, hanc formulam)
E Dono tibi cùm moriar, eſſe donationẽ mortis cauſſa.quod iure antiquo diſputari poterat ex l. mortis, 15.in fin.D.de manumiſſ.l. Seia 11. D.de dot. præleg. ſed cùm hoc iure donatio inter viuos rectè fiat ex certo tempore,l.donatio, 25.C.de donat.& ex Iuſtiniani conſtitutione non requiratur præſens traditio ad præficiendam donationem, ſed ex illa promiſſione & donatione concipiatur obligatio in perſona donatoris,ſanè probabile eſt,eam obligationem ſtatim poſt ipſius mortem actionem in perſona here-
F dis parere. Poſtremò ne illud quidem omittendum videtur vbi ſub finem huius legis ita ſcriptum eſt: Ob communem mortis fortunam, legendum videtur, *Martis*:velut in Epiſt.Cicer.6. libr. 6. Nam cùm omnis belli Mars communis, & cùm ſemper incerti exitus præliorum ſint, &c. Et pro Sextio: Nimiùm communem Martem belliq; caſum metuentis.Et de Orat.3. Ex quo genere ſunt hæc, Martem belli eſſe communem.vbi tamen vox belli ſuperuacanea videtur.

G

Ad l. 1. C. de pact. pig.

Cap. x.

VEndvm ex hac lege tollendum eſt: atque hoc modo legendum: cessvrvm se creditoribvs hypotheca venditionem

NON CONTRAXIT. Nam quæſtio eſt huiuſmodi: An debitor,qui pactus eſt,niſi intra certam diem pecuniam ſolueret,ſe creditori ſua hypotheca ceſſurum: eius venditionem contraxiſſe intelligatur. D.C.eſt, vt ſaltem condicionalem contraxiſſe videatur: quia pactum ex continenti adhibitum bonæfidei contractui,pars eſt contractus:l.in bonæ,13.C.de pact.quare conueniſſe hoc inter contrahentes videtur, vt creditor tanti rem ſibi iam pignoris cauſſa traditam emtam habeat, quantum ei debetur: ſalua tamen hypotheca:id eſt,ſuperfluum precij:l. penult.D.qui potior in pig.hab.denique hæc fuiſſe lex commiſſoria pignoris,vt ſi debitor pecuniam ſua die non ſolueret pignus creditori cõmitteretur, l.3.C. de pact. pignor.ac proinde emti & venditi obligatio contrahitur quoniam rei pignoratæ dominium debitori in pœnam non ſolutæ pecuniæ auferetur: & creditori adquiritur.C.T.R.quoniam lex commiſſoria locum non habet in hypotheca, ſed tantùm in pignore: propterea quod hypotheca nuda conuentio eſt, id eſt ſine rei traditione. nuda autem conuentione rei dominia non transferuntur,l.traditionibus,20.C.de pact. Et ſi enim iure prætorio de hypotheca datur actio ex pacto nudo:l.ſi tibi,17.§.2. D. de pact.tamen cùm rei traditio non adhibeatur, nulla poteſt eſſe retentio. At in pignore ius eſt retentionis ex cauſſa rei traditæ, & ſub condicione venditæ. Repugnant autem habere rem ſibi obligatam,& eandem habere iure dominij commiſſam:quia rei ſuę pignus non conſiſtit l.45.D.de reg.iur.Reſcribit igitur Imperator hanc conuentionem neque fiduciam eſſe, neque legem commiſſoriam, ſed ſimplicem conuẽtionem, vt debitor creditori ſua hypotheca cedere cogatur:ac tam creditor iure pignorum communi in ea re vti poſſit atque illam diſtrahere. Nam cùm per illam ceſſionem ex hypotheca pignus factum ſit,conſentaneum eſt,vt creditor illam ſibi traditam vendere pro iure creditorum poſſit,l.ſi in hoc,14.C. de diſtract.pign. Non diſſimilis eſt lex hypothecæ, de qua tractatur in l.penult. C.de pign. act.l.3.C.de pignor.l.ſi in hoc,14.C. de diſtr. pign. vt non ſoluta pecunia, eam occupare liceat, vel pro ſuo iure, vel adhibita præſidis auctoritate: qua de re in iis locis diſſeruimus.

Ad l.14. & l.15. C. de teſtibus.

CAP. XI.

SVB his legibus duæ tractari quæſtiones ſolent:quatum prior hæc eſt, an idonei teſtes ſint, qui ſe credere vel arbitrari dicũt, non autem ſe ſcire & compertum habere: quod à Pragmaticis dicitur,Teſtimonium de credulitate. dub.cauſſa eſt, quoniam veteres in teſtimoniis prohibendis non dicebant Scio, ſed Arbitror. Cic.in Frumentaria:Primum illud verbum conſideratiſſimum noſtræ conſuetudinis Arbitror,quo nos etiam hinc vtimur cùm ea dicimus iurati quæ comperta habemus, quia ipſi vidimus, ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit atque omnia ſe ſcire dixit. Et certè ſic ſe res habet,vt & memoria plerumque fallax ſit, qua de cauſſa propter temporis interuallum teſtes non eandem fidem habere dicuntur, l.3. §. 4.D.de Carbon.edict.fallaces etiam ſunt interdum ipſi ſenſus,vt quidam vidiſſe videantur quæ non viderũt & audiſſe quæ non audierunt.Tertul.aduerſ.gent.Cæcitatis duæ ſpecies facilè concurrunt, vt qui non vident quæ ſunt, videre videantur quæ non ſunt. Ne

A multis moror. Vix vna aut altera in libris noſtris reperitur, vbi diſertè certa teſtis ſcientia requiratur, videlicet in h.l.& in l.13.C.de fid.inſtrum.Quinetiã animaduerti locum cap.Leuit.5.vbi teſtimonium ex auditu admitti videtur: Cùm peccauerit quiſpiam & audierit vocem blaſphemiæ cuius ipſe teſtis ſit, quia vel viderit vel cognouerit, niſi renunciarit feret iniquitatem eius.nam verbum cognouerit, non poteſt non ad auditionem referri. Sed iam dictum B eſt ad tit.Cod.de teſtib.totam hanc teſtimoniorum auctoritatem & fidem in iurati iudicis prudentia & religione poſitam fuiſſe, l.3.§.3. D.de teſtib. Altera ſequenti lege tractatur quæſtio,an teſtes ante litem conteſtatam audiri poſſint. quod Pragmatici vulgò adpellant,examen ad futurum. Duo veteres interpretes diſſenſerunt. Iohannes diſputabat,non eſſe audiendos.Martinus contrà.Iohannis ſententiã Papa ſecutus eſt in Decretal.titu. vt lite non conteſtata,&c. Ergo ex iuſtis cauſſis, quæ paſſim hodie in C iudiciis obſeruantur, examen illud non improbarem,venia ſcilicet à iudice poſtulata,& parte aduocata: veluti, ſi teſtes eſſent ſenes aut valetudinarij, aut longinquam aliquam vel periculoſam profectionem ſuſcepturi, nam illa teſtium interrogatio videtur quædam eſſe prærogatiua futuræ litis,quam etiam iiſdem de cauſſis repræſentari licere, patet ex l.3.§.4.D.de Carbon.edict.

Ad l.5. D. de confirmandis tutoribus.

CAP. XII. D

QVæſtio Papiniano propoſita eſt, an magiſtratus municipatus quos Prætor iuſſit cõfirmare tutores patrui teſtamento datos debuerint cautionem ab iis exigere. D.C. eſt, vt non debuiſſe videantur,quia regulariter à tutoribus teſtamento datis cautio non exigitur, l.4.l. 17.de teſtament. tut. §.1.Inſtit.de ſatiſdat.tut.l.6.de confirmand.tutorib.C.T.R. quia tutor non iure teſtamento datus, & ideo confirmatus, non eſt tutor E teſtamentarius,ſed datiuus,l.iure noſtro,26.§.vlt.& l.ſeq.D.de teſtam.tut.Obiectioni autem Papinianus reſpondens ſimul æquitatem ſui reſponſi demonſtrat: Nec voluntas eius, inquit, qui tutorem dare non potuit,magiſtratum excuſat quaſi diceret, diſſimilis cauſſa eſt tutoris à patre dati, & dati à patruo. Primùm quia patris teſtimonium pro ſatiſdatione valet ait,l.20.C.de epiſcop.audiend.Patrui teſtimonium non eius diem momenti eſſe ſolet. Deinde tutor à patre datus, verè Teſtamentarius eſt, (à F quo genere ſatiſdatio exigi non ſolet) neque à quoquam confirmandus eſt. At tutor à patruo datus, non verò teſtamentarius eſt,quoniam non ex patrui teſtamẽto, ſed ex Prætoris decreto,(inquit,l.26.)id eſt & confirmatione poſt teſtamentum facta, tutor eſt datiuus denique tutor eſt non teſtamentarius à quo genere exigi ſatiſdatio ſolet. Poſtea Papinianus æquitatem ſui reſponſi hoc argumento confirmat. Si Prætor (cuius imperium infinitis partibus maius eſt quàm ius municipali magiſtratui conceſ- G ſum) tamen non poteſt tutorem teſtamento datum confirmare,ſiue inquiſitione, ſiue decreto, ſiue tribunali, ſiue cauſæ cognitione,quanto magis municipalis magiſtratus ad illum tutorem cõfirmandum dati, ſiue ſatiſdatione exacta confirmare illum non poterunt. Antecedens patet ex l.17.de teſtam.tut. vbi inquiſitio decretum requirit.Ergo tribunal & cõſilium cum cauſſæ cognitione, l.2.de off.eius cui iuriſd.

riſd.mand.(quam vide)cum vulgatis ll.71.105.de reg. iur.l.9.de off.procouſ l.2.8.D.de bon poſſ.l.8.§.Prætor, D.de tranſ. Ex quibus cauſſis perſpicuum eſt, abſurdam eorum eſſe opinionem qui putarunt tutores non iure teſtamento datos, non modò ex inquiſitione confirmandos, ſed & ſatiſdatione onerandos eſſe. Nam alterutrum ſufficit. Si à Prætore confirmentur, inquiſitio adhibebitur: ſi à magiſtratibus municipalibus, ſatiſdatio.

Ad l. quidam, 15. D. de probat.

CAP. XIII.

Ivs legis ſummarium ita conſtitui poteſt: Cautio, in qua quis qualis nominatur, ſtatum quidem ipſius non confirmat, ſed in eum tamen qui ſcripſit, onus contrarium probandi reiicit. Vel ſic: Scriptura per quam quis fatetur ſe accepiſſe tamquam à tali, non facit ipſum talem, ſed tantùm onus contrarium probandi in ipſum transfert. Species facti perfacilis eſt, nec poteſt dilucidiùs proponi quàm ab ipſo Iuriſconſulto propoſita eſt. quare ſtatum quæſtionis & cardinem in quo conſultationis huius conſultatio vertitur, tantùm proponemus. An cautio ſcripta à quibuſdam, quaſi patruis, & data alicui, quaſi fratris defuncti filio, ſtatum eius confirmet. Nam dubitandi cauſſa eſt, vt videatur eius ſtatum confirmare, quia profeſſio parentum, veluti matris aut aui, recipi & fidem facere dicitur in l. proxima ſequẽti, D. de prob. quinetiam matris profeſſio tantum ſtatui ſui filij præiudicium facit, vt in ipſum onus probationis transferat, l. Imperatores, 29. §. j. D. de teſtibus. Contrarium tamen Imp. reſcripſit, ſcripturam illam non confirmare ſtatum eius quem fratris filium nominauit: ſed tamen probationis onus in illos reiicere. quod idem confirmatur per l. non epiſtolis, 13. & l. ſeq. C. de probat. Decidendi cauſſa eſt, quoniam illi qui ſe quaſi patronos ſcripſerunt conſtituerunt alterum in quaſi poſſeſſione fratris filij, vt in ſpecie l. circa, 14. D. h. t. Certum eſt autem ei qui eſt vel in poſſeſſione vel in quaſi poſſeſſione onus probandi non incumbere. Nam hoc poſſeſſionis & quaſi poſſeſſionis eſſe dicitur, vt qui poſſidet non cogatur probare, l. 2. C. h. ti. & l. vltim. C. de rei vind. l. is qui deſtinauit, D. eod. §. Commodum, Inſt. de interdict. Status autem & libertatis, ingenuitatis, ſeruitutis, libertinitatis dici ſolere poſſeſſionem & quaſi poſſeſſionem conſtat ex l. 8. l. 14. l. 18. D. de probat. l. eam quæ, 21. C. de lib. cauſſ. l. 7. §. vlt. D. eod. Pertinet autem hæc diſputatio & controuerſia ad præiudicia, ſiue ad præiudiciales actiones, in quibus agitur de cauſſa ſtatus, in quibus actor eſt, actoriſque partes, id eſt probandi onus ſuſtinet, qui habet intentionem ſecundum id quod intendit, l. 12. D. de except. Ex quo exoritur illa quæſtio, Cùm iſti aduerſarij actores erũt, & intendent illum fratri ſui defuncti filium non fuiſſe, ac proinde negabunt, quomodo negationem illã ſuam probabunt? cùm vulgò dicatur, per rerum naturam factum negantis nullam eſſe probationem, l. actor, 23. C. de probat. Huic dubitationi didici aliquando ſic reſponderi poſſe, Negationes quaſdam eſſe quæ implicitam adfirmationem contineant, cùm reipſa ſint adfirmationes potius quàm negationes: veluti, ſi quis neget ſe illo die Romę fuiſſe, vi ipſa adfirmat ſe alio quodam loco fuiſſe, de quo eſt bonus text. in l. pen. C. de cont. ſtipul. ſi quis neget teſtatorem ſanæ mentis fuiſſe, vi ipſa adfirmat, eum furioſum fuiſſe,

A l. 5. C. de codicill. Has igitur negationes quæ adfirmationem in ſe continẽt, probare facile eſt. Ex quo concludimus iſtos aduerſarios, de quibus hîc agitur, quamuis verborum figura negent illũ fratris filium fuiſſe, tamen vi ipſa adfirmare, illum alterius filium fuiſſe: ac proinde onus probandi ſimiliter illis incumbere, vt ei qui negat ſuum eſſe filium ex ſe & vxore ſua natum. Nam id docere cogitur, probando ſcilicet illum alienum eſſe filium, vt expreſſi[illegible] rbis

B traditur in l. non nudis, 14. C. de probat. vel probando ſe per biennium abfuiſſe, vel aduerſa valetudine laboraſſe, vt traditur in l. 6. D. de his qui ſunt ſui vel al. iur.

Gloſſæ quibuſdam locis indicatæ apud Ciceronem.

CAP. XIIII.

Icero Ver. II. Quid igitur? quòd tota Sicilia, quòd omnes Siculi, omnes negociatores, omnes publicę priuatæq; litteræ Ro-

C mæ ſunt, nihil ne id valebit? Nam illa verba *Quod omnes Siculi*, quis non videt gloſſam eſſe interpretis ſub illis ſuperioribus ſubiunctam: *Tota Sicilia*? Quinetiam ita locum reſtituendum eſſe contendo: Quod tota Sicilia, quod omnes publicani, omnes negociatores. nam in huius generis ſermone plerumque publicanos cum negociatoribus coniungi ſolitos nemo in illis Orationibus verſatus ignorat. Eſt & alius locus mihi ſuſpectus Verr. VI. his verbis: Itaque ab illis qui principes in ea ciuitate erant

D præcipitur & negocium datur Quæſtoribus & Ædilibus vt noctu excubias agerent ad ædes ſacras. Credo enim cùm ſcriptum eſſet *& ædit.* & librarius legiſſet *Ædilibus*, neque verbum *Cuſtodibus* ſatis cum *Ædilibus* cõueniret, mutaſſe *Cuſtodibus* in *Quæſtoribus*. Quorſum enim Quæſtores ad vigilias agẽdas? Itaque non ita multò pòſt, vbi ſimili de re agitur, ita ſcripſit: Illi noctu facta manu armatiq; veniunt, fores ædis effringunt. Æditui cuſtodéſque maturè ſentiunt. Et in eadem Orat. Quæ ſacra per ſummam ca-

E ſtimoniam virorum ac mulierum fiunt, eadem per illius ſtuprum ac flagitium eſſe violata. pro *virorum* reſtituendum ſine dubio *Virginum*. Loquitur enim de ſacris & religione Cereris: vt paulo antè: In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris perantiquum: quod viri non modò eiuſmodi eſſe, ſed ne eſſe quidem ſciebant. aditus enim in id ſacrarium non eſt viris. ſacra per virgines ac mulieres confici ſolent.

An mediator, conciliator, internuncius idoneus ſit teſtis eius negocij in quo ſuam operam interpoſuit.

F

CAP. XV.

Vstinianvs Nou. xc. de teſtibus, §. penu. vetat ne mediator inuitus teſtimonium dicere cogatur, niſi vtraque pars conſentiat. quem in locum Accurſius ſcribit, mediatorem non eſſe teſtem idoneum niſi vtraque pars conſenſerit: & rationem ſubiungit, quoniam propter adfectionem, ſtudium & cupiditatem quam

G habet vt negocium cõfectum ſit, ſuſpectus eſſe poteſt. Contrà tamen Beluiſius, Angelus & alij plerique ſentiunt, & Barbat. hanc communem eſſe adfirmat in Conſil. 11. à Ioue principium, vol 3. Col. 10. Credo diſtinguendum eſſe, vtrum ab vtraque parte adhibeatur, an ab vna dumtaxat. Si ab vtraque, audiendus eſt. Cuiusrei inſigne exemplum in Orat. pro Comœd. de Cluuio qui inter Faunium & Flauium

iudex fuerat ſiue arbiter honorarius.nam cuius fide vſus erat ei fidem abrogare non poteſt: vt de teſtibus dici ſolet,l.ſi quis,13.C.de teſtib.l.vlt.D.eod.Sin autem vna tantùm ex parte,valebit quidem eius teſtimonium aduerſus eum qui eius eſt vſus opera,ſed aduerſus alterum,ſi recuſet,non valebit. Epiſtola & nuncius æquiparantur.nam Epiſtola eſt nuncius mutus:nuncius epiſtola loquens,l.2. D.de pact.l.1.§.vlt. D.de contr.emt.l.1.D.de procurat.l.2.D.de oblig.& act.l.1. D.mand. Qua de cauſſa rectè Accurſ.notat Nuncium epiſtolæ vicē gerere, in l.& licet,15. D.de pec.conſtit.l.cùm mancipium,51 D.de ædil.edict.at epiſtola non facit fidem niſi aduerſus eum qui ſcripſit & eam miſit,l Publia,26.§.vlt.D.depoſ.l.emtor, 47 §.Lucius,D.de pact.l.cùm taberniam,34. §. 1. D. de pignor.l.imperatores, 29. D. de probat.l.ea quæ, 57.D.de donat.int.vir.& vx.l.Titius, 24. De pecun. conſt.l.dotale, 15.D.de iur. dot.l.qui negocia,34.D. mand. Similiter ergò de Internuncio. & huius rei certiſſimum argumentum eſt, quod cùm per interpoſitam perſonam aliquid gerimus, non ſatis eſt internuncium mittere, ſed neceſſe eſt illum internuncium teſtem in ſuo mandato exponendo adhibere & teſtato denunciare,veluti Repudium fieri per internuncium,l.2.D.de diuort. at ſeptem teſtes requiruntur,l.9.D.eod. Quod eodē modo de eo per quem mandatum aut ſocietas renunciata eſt, ſtatuendum eſſe arbitror.

Aditialis Cœna.

CAP. XVI.

VArro de agricult.3.ca.6. Pauones primus Q. Hortenſius augurali adijciali cœna poſuiſſe dicitur. Quem locum totidem verbis extulit Macrobius Saturn. 3. cap.13. At Plinius lib.10.c.20. Pauonem, inquit, cibi gratia Romæ primus occidit Orator Hortenſius aditiali cœna ſacerdotij. Sic enim doctiſſimus Gelenius edidit.idq; puto eſſe probabilius: vt quemadmodum Comitialis dicitur à Comitio,ſic Aditialis ab aditu: cùm aliquis ab Auguribus cooptatus quo die inaugurabatur cœnam in collegio præberet, eáque ſic initiabatur,vt Magi,de quib.Plin.30.c.2.Magicis,inquit,etiam cœnis eum initiauerat. Loquitur de Tyridate Mago,qui Neronem ea cœna exceperat. Aditialis ergò ab adeundo Augurum collegio ſic dici videtur, vt ſi initialis cœna fuiſſet: id eſt, qualis magiſtratibus,quo die magiſtratum inibant. Varro de ling.Lat.iv.Quartus gradus vbi eſt aditus & initia Regis,quò ſi non perueniam, ſcientiam ad opinionem aucupabor.quod etiam nonnunquam in ſalute noſtra facit,cùm ægrotamus, medicus. Quem locum interpretor,Quartus & ſummus gradus in originibus verborum explicandis eſt tamquam aditus & initia Regis,hoc eſt,tamquam veſtibulum regni,tamquam aditus ad Regiam dignitatem: nimirum ad principatum in hac commentatione conſequendum.Dici etiam poſſet *Additialis* ab addendo: vel *Adijcialis* ab adijciendo: quod nouus Augur.in aliorum collegium adderetur, adijceretur,id eſt reciperetur,adlegeretur,cooptaretur. Varro de ling. Lat.iv.Vicus Ciprius à Cipro:quod ibi Sabini ciues additi conſederunt: qui à bono homine id adpellauerunt.nam ciprum Sabini bonum.Sueton.Vitell.13. Famoſiſſima ſuper ceteras fuit cœna ei aduentitia à fratre,in qua duo millia lectiſſimorū ciuium,ſeptem auiū adpoſita traduntur. Athenæus ὁδοιπορικὸν:Plutarch.

A tar.Sympoſ. ὑποδεκτικὸν δεῖπνον adpellant. Plautus Bacchid. Viaticam.

An vaſſallus abſque ſenioris permiſſu feudum hypotheca obligare poſſit.

CAP. XVII.

QVod de pignore lib.feud.2.tit.8.§.3.& tit. 55.§.1.ſtatutum eſt, vt vaſſallus ſine domini B permiſſu feudum ſuum obligare non poſſit,quæri video an idem etiam de hypotheca cautum videatur.quod Baldus & Baldum ſecuti ferè omnes feudorum interpretes negant. quorum argumenta qualia ſint ignoro Diſputari quidē in eam ſententiam ſic poſſe video: Cui feudum hypothecæ obligatum eſt,is cùm debitor fruſtratur,eius tamen poſſeſſionem ſine Præſidis auctoritate occupare non poteſt: quamuis pactus ſit vt non ſoluente debitore ſuo iure poſſeſſionem ingrediatur,l. C 3.C.de pignor.ad hypothecæ ergò commodum peruenire,id eſt vendere ſine eius qui iuri dicundo præerat auctoritate non poterat.Is autem iuris feudalis peritus poſſeſſionem non dabit.Ponamus dediſſe.tamen proſcribendum eſt feudum & publica auctione vendendum, l.4.l quæ ſpecialiter, 9.C. de diſtr. pign.l 3.C.de iur.domin.impetr.At Friderici conſtitutio,d.tit.55. prohibet venditionem, etiam priuatam.Ponamus nullum ad emtionem accedere,ſupererit vt creditor ius dominij à Principe poſtulet,l.1.& D paſs C.de iur.domin.impetr.at is ſui huius iuris admonitus numquam concedet.Sed his non obſtantibus, verior mihi contraria ſententia videtur:vt vaſſallus feudum ſuum neque pignori neque hypothecæ obligare ſine Senioris permiſſu poſſit. nam aut lex pignoris vendendi in contractu poſita eſt,aut omiſſa & ſimpliciter contracta hypotheca,aut nominatim conuentum ne vendere liceat, l.4.D.de pign. act.Si conuenit vt vendere liceat, pactio contra ius publicum feudale facta nullius momenti eſt, l. 7.§. E ait Prætor, D. de pact. ſi nihil nominatim ea de re cautum eſt, quo caſu cautum videtur ne liceat, l.3. D.quæ rei pign.oblig.aut nominatim cautum eſt ne liceat,nihilominus tamen creditori poſt tertiam denunciationem vendere licebit,l.4. D.de pign.act.& apud Paullum lib.ſent.2.ti.13.Quod ſi id non liceret, inanis eſſet & eluſoria pactio.

An conatus delinquendi pro delicto habeatur.

F

CAP. XVIII.

INcredibile eſt quàm abſurda & perplexa ad hanc quæſtionem Doctores in ſcholas noſtras inuexerint.Intelligendum eſt igitur ius Rom.ita comparatum fuiſſe, vt conſilium delinquendi æquè vt delictum ipſum vindicaretur. Cicero in Miloniana: Niſi quia res perfecta non eſt,ideò punienda non fuit:quaſi exitus rerum, non hominum conſilia legibus vindicentur: minus G dolendum fuit re non perfecta;ſed tamen puniendum certè nihilominus.Paullus lib.ſent.5.tit.23.Qui hominem occiderit,aliquando abſoluitur:& qui nō occidit,vt homicida damnatur: conſilium.n.vniuſcuiuſque,non factum puniendum eſt.Neque dubito quin vox *Deliberatione* reſtituenda ſit apud Cicer, lib.off.3.in illo loco :In ipſa.n.dubitatione facinus ineſt etiamſi ad id non peruenerint: ergò ea deliberanda

randá omninò non ſunt, in quibus eſt turpis ipſa deliberatio. Itaque non modò lege XII. tab. verùm etiam Cornelia, qui cum telo fuerit hominis necandi cauſſa, pro homicida punitur, l. is qui cum, 7. C. de ſicar. nam in maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus, l. diuus, 14. D. de ſicar. Non factum quæritur, inquit Vlp. ſed cauſſa faciendi, l. verum eſt, 39. D. de iniur. Itaque qui hominem vulnerarit vt occidat, pro homicida damnatur, l. 1. D. de ſicar. Item in maieſtatis crimine, pari pœna voluntas ſceleris, vt effectus punitur, l. quiſquis, 5. C. ad leg. Iul. maieſt. Item, qui ſeruo ſuaſit vt domino furtum faceret, quamuis id domino ſeruus indicarit, & furti & ſerui corrupti tenetur, l. ſi quis ſeruo, 20. C. de furt. Sic ſollicitatores alienarum nuptiarum, & matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, tamen propter voluntatem pernicioſæ libidinis extrà ordinem puniuntur, l. 1. D. de extraordin. crimin. ſic monialem de matrimonio ſollicitans capite plectitur, l. ſi quis, 5. C. de epiſc. & cler. ſic qui venenum emit, vt patri daret, quamuis id dare non potuerit, damnatur, l. 1. D. de parricid. & qui dignitate prædítus prohibitas nuptias tentarit, pro conamine punitur, l. 1. C. ſi quacumque præd. dignit. & qui transfugere ad hoſtes volens intercipitur, pro transfuga damnatur, l. 1. §. is qui, D. de re milit. Neque obſtat l. fugitiuus, 225. De verb. ſign. nam illa lex ad ſeruorum vitia & noxas referenda eſt. Non obſtat l. 1. D. quod quiſque iur. & l. cogitationis, D. de pœn. vbi Vlp. lib. 3. ad Edictum caput illud interpretans ſcribit, Cogitationis pœnam nemini imponi: quia nihil obfuit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum. nam illud neque crimen neque delictum eſt: quin potius pro iure numeratur, l. pen. D. de iuſt. & iur. & ſi quid iniuriæ eſt, non in conſilio decernendi vel poſtulandi, ſed in ipſo decernendi vel poſtulandi facto poſitum eſt. Iam verò vt intelligatur, falſas eſſe peruulgatas diſtinctiones de pœnitentia, conatus furandi aut rapiẽdi ad exitum perductus, quamuis pœnitentia interuenerit & res reddita ſit, punitur, l. qui ea mente, 65. D. de furt. l. quid ſit, 17. D. de ædil. edict. l. pen. D. de vi bonor. rapt. Contrà conatus patroni libertum in ſeruitutem petentis, tum deinde mutato conſilio deſinentis, non punitur, l. in ſeruitutem, 16. §. 1. D. de bon. libert. Item qui falſam monetam mutato conſilio non perfecit, non punitur, l. qui falſam, 19. D. de falſ. & qui inſtitutam in libertum accuſationem deſeruit. l. qui cùm maior, 14. §. 1. D. de bon. libert. & qui ab inſtituta inoffícioſi querela deſtitit, l. Papinianus, 8. §. meminiſſe, D. de inoff. teſtam. quibus addenda l. ſæpè, 53. D. de verb. ſignif.

OBSERVATIONVM LIB. XI.

QVI CONTINET EARVM LEGVM INTERPRETATIONEM, QVÆ VVLGO DIFFICILES HAbentur & obſcuræ: & quarum pars ab auctore iam pridem edita ſub hoc ipſo Legum obſcuriſſ. titulo.

Ad l. Lecta, 40. D. ſi cert. pet.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Pactum de ſorte per partes ſoluenda, continenter adiectum ſtipulationi ſortis & vſurarum, ita per vniuerſam ſtipulationem fuſum intelligitur, vt etiam vſurarum obligationem pro rata penſionum diuiſiſſe iudicetur.

IN AVDITORIO.) Magiſtratus olim in foro, vel in Comitio ius reddebant: qui locus erat in foro, tectus, vbi Prætor vrbanus ponere ſuam ſellam ſolebat. Pòſt in auditoriis quibuſdam ius reddi cœpit, vt tum ex Fabio, & Plinio, tum præcipuè ex Cornelij Taciti lib. de Oratore intelligitur. Quantum, inquit, viriũ detraxiſſe orationi auditoria & tabularia credimus, in quibus iam ferè plurimæ cauſſæ explicantur? Itaque auditorij meminit hic ipſe in l. contra. 54. D. de re iud. & Vlp. l. mulier. 22. D. ad S. C. Treb. l. minor. 18. D. de minoribus.

PRAEFECTI PRAETORIO.) Hoc enim magiſtratu functum eſſe Papinianum, Imperatore Septimio Seuero, Spartianus & alij teſtantur.

QVINDECIM MVTVA.) Quindecim denariorum millia. nam eo tempore fere ad denarium rationes conficiebant it, auctore Voluſio Metiano. quod ipſum ex ſimili Paulli reſpõſo comprobatur in l. ſi ita. 126. §. 1. l. ſcire debemus, 29. D. de verb. oblig. l. Publia. 26. §. 1. D. depoſit. & aliis locis compluribus. Quare non dixeris Denaria xv. id eſt, xv. millia. nam veteres denaria & denarios promiſcuè vſurpabãt: quemadmodum in lib. de re numaria docuimus, partim ex Didymo, partim ex l. 26. D. depoſ. & l. 8. D. de acceptil. aliiſque ſimilibus locis. neque alia Denariorum mentio fit in l. Sticho, 40. §. 2. D. de ſtatulib. ſed ſimpliciter Numorum. quod generale nomen eſſe in eodem libro demonſtrauimus.

NVMERATA DE DOMO.) Donatus in Terentium: Tunc, inquit, in foro & de menſæ ſcriptura, magis quàm ex arca, domóque vel ciſta pecunia numerabatur. Et alibi: Reſcribi, id eſt, reddi, ſeu per menſæ ſcripturam dari: quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit ſcriptura. Reſcribere dicebant pro renumerare. Reſcribi ergo eſt, per ſcripturam, id eſt, de menſæ ſcriptura, dari. Vnde hodie additur chirographis, Domo ex arca ſua, vel ex menſæ ſcriptura. Hæc Donatus. vnde illud Scæuolæ in l. 26. D. de cõſt. pec. Decem quę L. Titius ex arca tua mutua acceperat. Hanc autem obſeruationem à nobis iampridem editam, expoſitam, & promulgatam, multi poſtea pro ſua promulgarunt.

RECTE DARI.) Antiqua locutio, in ſtipulationibus vſurpari ſolita. Varro lib. de re ruſtic. 2. cap. 2. Sanas rectè eſſe, habereque rectè licere, hæc ſic rectè fieri ſpondes? Item apud Paullum d. l. ſi ita: Eáq; proba rectè dari Calendis futuris ſtipulatus eſt. Sed

exemplorum plena ſunt omnia.

KALENDIS FVTVRIS.) proximis, l. eum qui Calendis, 41. D. de verb oblig.

SI DIE SVPRA SCRIPTA.) Haloander, SI EA DIE. Fortaſſe ſic, SI die ſua ſupraſcripta ſumma, &c. ſicut in l qui Romæ, 122. D. de verb. oblig. nam frequenter in antiquis libris menda huiuſce generis reperiūtur.

AD QVEM RES PERTINEBIT) infra dicet heredi.

SATIS EO NOMINE FACTVM.) Aliud eſt enim ſoluere, aliud ſatisfacere. Illud, pecunia numeranda fit: hoc pignore, fideiuſſoréve conſtituendo. quæ differentia cùm in promtu ſit, teſtimonio non indiget.

EO AMPLIVS) id eſt, præter ſortem. nam his verbis etiam ea quæ antecedunt comprehenduntur, l. 54. D. de legat. 3.

QVO POST SOLVAM.) Legendum, QVOAD POST, vt ſit ſenſus, Si ſortem non ſoluam, tum vltra eam ſortem vſuram pendam, quoad vſque ſortem integram perſoluero. quod eodem modo in d. §. Chryſogonus. corrigendum eſt ſic enim hac ipſa lege paulo inferius, Quoad tardius ſoluta eſſet.

POENAE NOMINE.) Nam vſura quæ non præſens, ſed ſub non ſoluendi condicione ſtipulatur, pœna eſt, itáque appellatur: velut in l. cum ſtipulati, 90. de verb. oblig.

IN DIES TRIGINTA.) Mendoſè in vulgatis libris XXV. vnde Accurſij & Doctorum errores manarunt innumerabiles. Veteres vſuras in menſes ſingulos pendebant, nō in annos, l. 8. §. ſi integra, D. de tranſact. d. l. 90. de verbor. oblig. Dies autem erat, Idus cuiuſque menſis. Hinc illud Horatij, *Omnem relegit Idibus pecuniam.*

DENARIOS CENTENOS, DENARIOS SINGVLOS.) Quā vſuram centeſimam appellari, nemo neſcit.

CONVENITQVE INTER NOS.) Hactenus duplex ſtipulatio. Sequitur pactum conuentum vtrique continenter & vno contextu ſubiectum: vt per partes ſortem ſoluere liceret. nam de vſuris nihil omnino expreſſum eſt.

VT PRO MAEVIO.) Alij omnes Pub. Mæuio, quod ſine dubio rectum eſt.

EX OMNI SVMMA.) Quaſi ſcripſiſſet, Ex omni, inquam, ſumma: vt intelligatur, primam trecentorum penſionem poſt diem à contractu centeſimum debitum iri.

DENARIOS TRECENOS.) Trecenos dicebant, & Trecentos pari eadémque ſignificatione.

HEREDIVE.) Quod ſuperiùs ſic expreſſit, ad quem ea res pertinebit.

DE OBLIGATIONE VSVRARVM.) Id eſt, verum integræ ſortis, & ex die ſtipulationis, an cuiuſque tantùm penſionis ſua die non ſolutæ & ex mora vſuræ deberentur. Ingens hoc diſcrimen fuit, quod nemo ex quinque Doctoribus quos conſului vſquam animaduertit. nam alter Iuriſconſultus, qui totius ſortis vſuras poſt menſem quinquageſimum deberi diſputabat, ſummam vſurarum conficiebat ad ſeptem millia denariorum quingentos. Paullus autem ad centum quinquaginta denarios dumtaxat. quo immane, vt dixi, diſcrimen fuit. Idque etiam ex menſis cuiuſque rationibus cognoſci licet. nam ſors integra ſingulis menſibus parit vſuras centum quinquaginta denariorum. penſio verò menſtrua, non niſi trium.

NVMERVS MENSIVM.) Quinquaginta, ſiue annorum quattuor & menſium inſuper duorum.

STIPVLATIONI INESSE.) vſitata hæc locutio eſt,

A Pactum ineſſe contractui, pactum ineſſe iudicio. Dicebant etiam pactum contineri contractu, l. 72. de cont. emt. pacta legem dare contractui, l. 7. §. quinimo, D. de pact. Huius autē locutionis ſententia hæc eſt: Pactum ſtipulationi continenter adiectum adeò in illam inſitum ac transfuſum intelligi, vt iam non pactum, ſed pars ſtipulationis cenſeatur, velut in hac ſpecie: Mæuius qui reuera nudis verbis pactus fuerat, fingitur tamen verbis ſollemnibus ita ſtipulatus

B fuiſſe: Trecentenos denarios ſingulis menſibus, & quoad tardiùs ſolues centeſimas vſuras dare ſpondes? Itaque cùm actiones ſecundum ſtipulationis verba, concipiendæ ſint: vt ait Imp. §. huic autem, 31. de action. non illis verbis intentionem ſuam concipere Mæuius debuit, Aio te mihi ſortis nomine quindecim millia: vſurę autem nomine ſeptē millia quingentos dare oportere: ſed potius his verbis: Aio te mihi trecentos ſingulis menſibus denarios dare oportuiſſe: & vſurarum nomine ternos. vel hoc mo-

C do: Aio te nunc ſortis nomine quindecim denariorum millia dare oportere: vſuræ verò nomine denarios centum quinquaginta. nam pactum quod in ſtipulationem transfuſum eſt, actionem ex illa competentem immutauit, correxit, reformauit: vt ait Vlp. d l. 7. §. quinimo. Inerit ergo pactum contractui ex parte actoris, vt actionis quantitatem imminuat: hoc eſt, vt pro quindecim millibus, quæ petere finito primo menſe potuiſſet, nunc petere tantùm poſſit trecentos. Diligenter autē notanda eſt hæc Paul-

D li doctrina, quòd pacta incontinenti non modò bonæ fidei contractui adpoſita ei inſunt, vt multis locis traditur: verumetiam ſtipulationi adiecta. quod etiam confirmat l. petens, 27. C. de pact.

VSVRAS CVRRERE.) In hac centeſimæ vſuræ ſpecie denarios ternos.

PECVNIAE PENSIONIS.) Illud ſuperius gloſſema eſt.

QVAENAM IPSA SORS.) velut in hac ſpecie, poſt primum menſem peti non poterant niſi trecenti denarij, ſortis nomine reliqua pars, hoc eſt, quatuorde-

E cim millia ſeptingenti debebantur quidem, ſed propter pactum peti non poterant. pactum enim ſortis ſolutionem in penſiones diuiſerat, & vniuerſæ præſtationem in quinquageſimi menſis exitum diſtulerat. Paullus igitur acutiſſimè ius Titij debitoris ſic expoſuit: Non debitæ ſortis non debentur vſuræ. ſumma quattuordecim millium & ſeptingentorum denariorum nō ante quinquageſimum menſem debetur. ergo illius ſummæ vſuræ non debentur. Ex aduerſo notanda eſt Mæuij creditoris incogitantia:

F qui tam incautè paſſus fuerat pactum, vt verè dicam captioſum tam callidè ſubiici. Licebit etiam hoc modo ſubtilem & acutam Paulli ratiocinationē explicare. Vſurarum modus ex ſortis proportione definitur. veluti qui trecentos ſortis nomine quot mēſibus debet, vſuræ centeſimæ nomine non niſi ternos denarios debet. Atqui finito primo menſe Titius propter pactum non debuit ſortis nomine niſi ternos. & ſimiliter finito ſecundo menſe non niſi duorum præteritorum menſium vſuras debebit: nō

G autem inſequentium. quippe, cùm inſequentes penſiones, id eſt, reliquæ ſortis partes propter pactum interpoſitum non debeantur. quòd ſi non debeantur, quomodo vſuræ deberentur: cùm acceſſio intelligi ſine principali non poſſit?

QVIDAM DICEBANT.) DICEBAT, vt opinor, Paullus ſcripſit: ſicut infra, *Vt ille putabat*, non incredibile eſt Vlpianum Paulli riualem hoc verbo deſignari.

PRIORE

PRIORE PARTE. Imò poſteriore ſtipulatione:vel, ſi gemellam hanc eſſe ſtipulationem dicamus, Poſteriore ſtipulationis parte. Itaque planè mihi perſuadeo, vitium eſſe in verbo VENISSENT. corrigendúmque, ac legendum numero ſingulari, VENISSET. Verba autem illa, NON ETIAM VSVRARVM parentheſi includenda eſſe. Nam certè ita eſt: nullam in pacto vſurarum mentionem eſſe factam, ſed ſortis dumtaxat: ac proinde probabiliter diſputari ab Vlpiano potuiſſe, pactum non ad vſuras quæ in poſteriore parte ſtipulatas fuerant, ſed ad ſortem tantùm, quę in priore ſtipulatione ſimpliciter, id eſt, non partitis penſionibus venerant, referri oportere. quod etiam verſus inſequens apertiſſimè declarat.

TANTVM AD EXCEPTIONEM VALERE.) Nam ineſſe ex parte actoris, vt actionem ſortis & vſurarum reformaret, ſed ex rei tantùm parte locum habere, vt ei ad exceptionem prodeſſet: hoc eſt, vt ſortis quidem petitionem imminueret, vſurarum non imminueret. deniq; vt creditori petenti poſt primum mẽſem quindecim millia ſortis nomine, opponi pacti exceptio poſſet: SI NON *incontinenti conuenit, vt trecenos tantùm refundere debeam.* Petenti autem centum quinquaginta denarios menſtruos vſuræ nomine obiici non poſſet. quippe, cùm de vſuris partiendis nihil nominatim conueniſſet. Vlpianus igitur cõtendebat pactum non reformaſſe ſtipulationem niſi in ſorte. Paullus autem & in ſorte & in vſuris.

EX DIE STIPVLATIONIS.) Non autem ex die moræ. &certè niſi adhibitum hoc pactum fuiſſet, verum eſt ex die ſtipulationis eam debitam fuiſſe, l. ſi ita quis, 135. de verb. oblig.

ATQVE SI ID NOMINATIM EXPRESSVM) Perinde ac ſi pactum ita conceptum fuiſſet, vt integræ ſortis vſuræ ex die ſtipulationis deberentur.

PETITIO DILATA.) Diuiſa in penſiones, ac proinde dilata.

QVO MORAM FECIT.) Quia eatenus tantùm vſuræ debentur, quatenus ſors debetur.

TAMEN VSVRARVM OBLIGATIO.) Ferri fortaſſe hæc poſſit ſcriptura, hoc ſenſu: Si vera eſſet alterius opinio, vt pactum non prodeſſet niſi ad exceptionem, hoc eſt, ad ſummouendam vniuerſæ ſortis petitionem, tamen vſuræ non debebuntur, quoniam vſurarum obligatio non committetur ipſo iure. quippe cùm vſuræ ex credita pecunia non niſi adhibita ſtipulatione & ex mora debeantur, l. Titius, 24. D. de perſcr. verb. l. 3. C. de vſur. l. ſi pro parte, 10. D. de in rem verſ. atqui in pactum (vt ita dicam) ſtipulatitium, (id eſt, in ſtipulationem transformatum) deductæ non ſunt. mora verò integræ ſummæ commiſſa non eſt: quia non eſt in mora, qui exceptione tutus eſt, l. 88. de reg. iur. Sed videamus, ne Paullus multo & commodiùs & coniunctius ita ſcripſerit: TVM Vſurarum obligatio ipſo iure committeretur. ſubaudiendum enim, *Quod eſſet dictu abſurdiſſimum.* nam his verbis quantum incommodum quantúmque abſurdum ex Vlpiani ſententia conſequeretur, multò planius oſtendit.

SI QVANTITATEM QVAE MEDIO TEMPORE.) Veluti, ſi vel Tuſculanum agrum, vel centena ita ſtipulatus ſim, Si vxorem duxero: & adiecero, vt exſiſtente cõditione non modò ager, ſed etiam fructus omnes interea percepti mei ſint, vel centena mihi præſtentur, petere ea poſſum, l. huiuſmodi. 64. D. de verb. oblig.

A IDEM ET IN VSVRIS.) Id eſt, ſtipulari poteſt, hoc modo: Promittis mihi meam ſortem duodecimis Kalendis ſoluere? Et, niſi tum ſolueris, promittis vſuram ſingulorum menſium, qui ex hoc die ad vſque illum diem effluxerint? Sed niſi hoc adiectum nominatim eſſet, peti non poſſent.

Atque hæc quidem Paullus non minus (vt mihi quidem videtur) ſubtiliter quam confidenter. Sed videamus ne ſubtilitas hæc verè illud ſit, quod dici ſo-
B let. Summum ius, ſumma iniuria. Nam primùm omnium, vſura hæc in pœnam ſtipulata eſt. at tantũ abeſt vt hæc debitori pœna ſit, vt contrà maximum ei vberrimúmque quæſtum adferat. nam ſi rem ipſam, vt æquum eſt, perpendamus, & eam cum tanta ſortis ſumma conferamus, reperietur hæc vſura vix eſſe ſemunciaria: quam vſuram debitori non pœnam, ſed quæſtum eſſe maximum, nemo non videt.

Secundo loco, creditor bonus & beneficus, qui pecuniam ſuam petenti debitori benignè credidit, dam-
C num iſto modo facit inſigne: tum quòd ſortem ſuam repetere non poteſt, tum quòd ei ſors illa ferè prorſus inutilis atque infructuoſa eſt. non enim lucrum, vt dixi, ſed detrimentum maximum eſt, ſemunciariam tantùm vſuram percipere.

Tertio, quia indignum & miſerum eſt, quod gratificandi & commodandi debitori cauſa fecit, vt ei liceret per partes ſoluere, id ei tantum damnum adferre. Et, vt ait Africanus in l. ſi ſeruus, 63. §. quod verò, D. de fur. iniquum eſt, damnoſum cuique ſuum offi-
D cium eſſe.

Quarto, veriſimile eſt eum, cùm ita pactus eſt, nullo modo de vſuris cogitaſſe, ſed de ſorte dumtaxat, de qua nominatim cautum eſt. Quod ſi captio huiuſmodi toleretur, fraudatio apertiſſima & indigniſſima comprobabitur.

Quod autem ad argumenta Paulli pertinet, quæ ſuperiùs duo eſſe docuimus, ita non incommodè reſpondere poteſt. Prius argumentum hoc erat: Pactum per vniuerſam ſtipulationem fuſum eſſe. Reſponde-
E mus enim id intelligi, quum ſimplex eſt vniúſque rei ſtipulatio & non duarum rerum diuiſarum ac diſſimilium. Huius autem ſtipulationis duæ partes ſunt diuerſæ atque diſſimiles: nimirum ſortis & vſurarum, l. 90. de verb. oblig. l. 23. D. de except. rei iud. quinimo duæ ſtipulationes nominatim adpellantur ab Africano in l. centum, 8. D. de eo quod cert. loc. Quapropter humanius videtur, vt pactum de vna parte nominatim factum, ad eam ſolùm pertineat: nec ad alteram cùm tam immoderato detrimento traducatur. Nam
F quemadmodum Paullus ipſe ſcribit in l. ſi vnus, 27. §. pacta, D. de pactis. Pactum, certa de re factum ſuis finibus ac terminis coercendum, nec ad aliam producendum eſt.

Secundum argumentum erat, fore alioqui vt ſine mora vſura peteretur. quod argumentum numquam profectò me vel tantillum mouit: cùm ſatis conſtet nominatim ſtipulationem interpoſitam fuiſſe. &, vbi ea interpoſita eſt, moram conſuetudine populi Rom. non deſiderari.

G *Exemplum artis Hermagoreæ.*

Deinceps ita cauſſa conſtituatur. P. Mæuius credidit L. Titio quindecim denariorum millia, eáque ſtipulatus eſt ſibi reddi Kal. proximis: &, niſi ea die redderetur, vſurã centeſimã, nimirũ ſingulis mẽſibus cẽtũ quinquaginta denarios. Tũ pactũ inter eos continuò factũ eſt, vt Titio liceret ſortẽ per partes ſoluere, nimirũ trecẽtenos denarios in ſingulos mẽſes. Quin-

quaginta mẽſes ſine ſolutione abierũt. Mæuius ex ſtipulatu petere inſtituit & ſortẽ integrã, & ſortis integræ vſuras, quæ ſeptẽ milliũ denariorũ & inſuper quingentorum ſummam conficiunt. Titius recuſat, nec amplius ſe debere contendit, quàm cuiuſque penſionis ſua die non ſolutæ vſuras, quæ quinquageſimo menſe exacto conficiunt centum dumtaxat & quinquaginta denarios. nam penſio ſortis menſtrua erat trecentorum denariorum: ac proinde illorum menſtrua vſura centeſima trium denariorum: Intentio eſt, Aio te mihi ſortis nomine dare oportere quindecim denariorum millia, vſuræ verò nomine ſeptem millia, quingentos. Hæc intentio iuſta eſt, (& vt Pragmatici noſtri loquuntur) fundata. cautio enim tantæ pecuniæ ſtipulatæ & promiſſæ in iudicium proferebatur. Depulſio Mæuij, Non debeo. Quæſtio eſt, An debeat. Ratio Titij: quia pactum ſtipulationi continenter adiectum ei ineſſe fingitur. Firmamentum Mæuij, At pactum nominatim, præciſè & reſtrictè de ſorte factum ad vſuras non producitur. ac proinde, vbi duæ ſtipulationes ſunt, quarum prior de ſorte, poſterior de vſuris facta eſt, ad priorem tantùm ſtipulationem pertinet: non autem ad poſteriorem, in qua ſimpliciter ac non partitis penſionibus cautum de vſuris fuit. Diſceptatio ex ſcripti & ſententiæ cõtentione naſcitur: vtrum regula qua traditur pactum cõtinenter adiectum ineſſe ſtipulationi, vbi duæ ſtipulationes continenter factæ proponuntur, vtrique ſtipulationi, an potius ei ſoli inſit, in qua de eadem re cautum fuerat, de qua pactum nominatim factũ eſt. Paullus reſpondet, vtrique ineſſe: quaſi duæ ſtipulationes continenter & vno contextu factæ pro vna cenſeantur: & rationem ſubiungit, quoniam debitum vſurarum ad ſortis proportionem reuocandum eſt, vt pro qua parte ſors debetur, pro rata vſuræ debeantur. Quare cùm in hac ſpecie ſortis debitum diuiſum & dilatum ſit, vſurarum quoque debitum diuiſum ac dilatum eſſe intelligitur. Idque hoc etiam argumento confirmat, quoniam alioqui vſurarum obligatio ipſo iure committeretur: quod eſſet abſurdiſſimum. quoniam ex credita pecunia vſuræ, non niſi adhibita ſtipulatione debentur, l. vſura, 121. D. de verb. obligat. Propterea autem ipſo iure committeretur, quia in neutram ſtipulationem deducta fuerat. non certè in priorem, quoniam in ea de ſorte dumtaxat actum eſt nihilomagis in poſteriorem, quoniam in ea, vſura non eſt ſtipulata niſi ex mora: quare non niſi quatenus mora ſingulis menſibus commiſſa eſt, (nempe in trecentos) vſura debetur: trium ſcilicet denariorum mora enim non committitur, vbi nondum debetur.

Exemplum Partitionis, ſiue ἀναλύσεως.

TVNC EO AMPLIVS.) Enunciatio I. Apud Romanos ex vſurarum ſtipulatione ius dicebatur. Rationem in libello de Vſuris expoſuimus. quoniam creditoris intereſt, vſu carere ſuæ pecuniæ.

PACTA INCONTINENTI.) Sequitur II. Pacta continenter adiecta ſtipulationibus vim ex iis, quaſi in ipſis inſita, ad reformandam actionem ſumunt, l. petens, 27. C. de pact.

PERINDE ESSE AC SI.) Seq. III. Pactum de ſorte continenter adiectum ſtipulationi ſortis & vſurarum, etiam in vſuras valet.

IPSO IVRE NON COMMITTETVR.) Seq. IIII. Vſuræ pecuniæ creditæ ipſo iure non debentur, l. 1. & 3. C. de vſur. Quum autem dicimus, Ipſo iure: A hoc ſignificamus ſua ſponte, ſiue alieno & aduentitio adiumento: vt hoc loco, ſine ope ſtipulationis.

A QVO PER EXCEPTIONEM.) Seq. V. Non eſt in mora qui exceptione munitus eſt, l. nulla, 88. D. reg. iur. l. ſciendum, 21. D. de vſur. l. ſi pupillus, 127. de verb. oblig.

SI QVANTITATEM.) Seq. VI. Qui fundum aut quantitatem ſub condicione ſtipulatur, ſtipu- B lari etiam medij temporis fructum, quantitatémve ſi condicio exſiſtat, poteſt, l. huiuſmodi, 64 D. de verb. oblig.

Ad l. vinum, 22. D. ſi cert. pet.

CAP. II.

HVIVS legis argumentum hoc eſto: Vini mutuò dati æſtimatio, ſi aut dies, aut locus ſolutioni dictus eſt, pro diei locíve ratione ineũ- C da eſt: ſin minus, ad tempus litis conteſtatæ, locíque vbi petitum eſt, precium reuocanda, l. vlt. D. de condict. tritic. Nunc illius partitionem ſiue analyſin videamus, ac prima quidem enunciatio hæc eſto: Re de vino reddendo iudicata, eius æſtimatio ineunda eſt, l. vlt. D. de condict. tritic. l. 3. D. de act. emt. quod tamen contra conſtitutum videtur in l. 2. ſuprà, cod. & l. 1. §. 1. D. de obliga. & act. vbi regula hæc traditur Re mutuò data, alteram eiuſdem omnino generis reddendam eſſe. veluti vinum pro vino, D triticum pro tritico, pecuniam pro pecunia: hoc enim propriè eſt Mutuum facere, pro pari reddere. Verùm duobus caſibus vſu venit vt neceſſaria ſit æſtimatio. prior eſt, cùm par omnino, eiuſdémque generis res non repetitur, quod in vino præſertim frequentiſſimè accidit. neque enim nouum vinum pro veteri rectè redditur, l. 3. D. ſi cert. petat. Alter eſt, cùm eiuſdem generis res reperitur illa quidem, ſed quo tempore res iudicatur, aut pluris eſt, aut minoris, quàm quanti ſuperiore tempore fuerat: &, ſi plu- E ris eſt, debitor dare rem recuſat, æſtimationem alterius temporis offerens: ſin minoris, creditor ſuperioris temporis meliorem æſtimationem petit.

Sequitur II. In vino re iudicata æſtimando, tria tempora in rationem vocantur: contractus, litis conteſtatæ, & condemnationis. Nam contractus tempus ob eam cauſſam ſpectatur, quia quod reddendum eſt ex ea quantitate æſtimandum eſt, quæ mutuò habetur: cùm ita quæritur, quanti tunc temporis data eſt. In ea autem æſtimanda, ratio temporis res F fuerit. Rurſus litis conteſtatæ tempus propterea ſpectatur, quia in condemnatione facienda, præſertim in ſtrictis iudiciis, ea quantitas ſpectatur, quæ nominatim petita & actionis formula comprehenſa eſt. Sententiæ autem idcircò, quoniam mora & tergiuerſatio debitoris litigantis ei lucro eſſe non debet.

Sequitur III. enunciatio: Vini mutuò dati æſtimatio aut ex præſtituta ſoluendi die, aut, ſi ea adiecta non fuit, ex tempore accepti iudicij facienda eſt. d. l. vlt. De tritic. vbi Caſſius & Caius idem confirmant. G itémque l. quoties, 59. De verbor. oblig. vbi Iulianus, Quoties, inquit, in diem oleum quis ſtipulatur, eius æſtimationem eo tempore ſpectari oportet, quo dies obligationis venit. Item l. ſi Kalendis, 11. D. de re iudic. vbi Celſus de facto in obligationem deducto idẽ ſcribit. Æquitas autem huius ſententiæ pauliſper conſideranda eſt. Nam quod ad contractus quidem tempus attinet, nulla ratio erat æſtimationem ad illud

lud reuocari: ſiue quia ſi eiuſdem bonitatis frumentum exſtaret, frumentum redderetur: nunc autem æſtimatio, frumenti debiti vicem ſuſtinet. ſiue quia contractus mutui hoc ius eſt, vt creditor omnem totius temporis, quod à die contractus ad diem ſolutioni præfinitam excurrit, vtilitatem & commodum, debitori largiatur: ſic, vt ſi contractus tempore vinum eſſet viginti ſolidorum, præſtitutæ verò diei tempore eſſet decem, aut trium dumtaxat, debitor vtilitatem illam omnem ſibi haberet, & par frumentum reddendo liberaretur. & viciſſim ſi multò pluris nunc eſſet, tamen quia debitor mutuum facere, id eſt, par pro pari reddere obligatus eſt, quanti quanti frumẽtum nunc eſt, par tamen frumentum debet. Quod autem ad rei iudicatæ tempus attinet, propterea eius ratio non habetur, quia in ſtrictis iudiciis (cuiuſmodi noſtrum eſt, de rebus creditis & vino mutuo dato) quanti quæque res fuit cùm Iudex datus eſt, ſpectatur: non autem quanti poſterius eſſe potuit: quippe cùm Iudex ad certã ſummam quæ nominatim in formula iudicij præſcripta eſt, ita ſit adſtrictus, vt neque ad eam addere, neque de ea quidquam detrahere poſſit: neque enim quæ poſt acceptum iudiciũ accidunt, ad eius cognitionem vllo modo pertinent. Hoc autem iudicium de mutuo ſtrictum eſt: & iam verſamur in tractatu, Si certum petatur: noſtræque actionis formula diſertè certam vini menſuram, puta viginti amphoras, complectebatur. Quare nihil vobis aduerſatur, quod hoc modo diſputari poſſet, debitorem in mora fuiſſe, moræ autem hoc ius eſſe, vt non modò nullam moratori vtilitatem adferat, verumetiam omne damnum ac diſpendium quod ex ea naſcitur in ipſum transferat: non modo quod in re eſt, quo in numero eſt, quanti plurimi æſtimabo: Verùm etiam quod eſt in acceſſione, & extrinſecus accidit, vt id quod intereſt, & fructus & partus, l. mora, l. videamus, cum ceteris peruulgatis, D. de vſur. qua de cauſſa Pomponius in l. 3. D. de act. emt. ſcribit, Si per venditorem vini mora fuerit, quominùs traderet, condemnari eum oportere, vtro tempore pluris vinum fuit: vel quo venit, vel quo lis in condemnationem deducitur. Ex quo idem hoc quoque caſu dicendum videretur: vt cùm debitor moram commiſerit, propterea quanti plurimi toto illo tempore quod à die præſtituta ſolutioni, ad diem condemnationis fluxit, tanti eum eſſe damnandum. Sed, vt modò dicebamus, quantitas illa quæ poſt acceptum iudicium excreuit, ad huiuſce actionis ſtrictæ Iudicem non pertinet. Pomponius autem de emti actione quæ bonæ fidei eſt loquitur: in qua iudex non ad certam ſummam adſtrictus eſt, ſed infinitam poteſtatem habet arbitratu ſuo iudicandi, quantum alterum alteri dare facere oporteat. Supereſt tamen alterius temporis conſideratio: nimirum quod à die præſtituta ſolutioni, ad diem litis conteſtatæ excurrit. nam ſcholæ noſtræ perſuaſum habent, Sabinum hoc loco conſtituere, nunquam litis conteſtatæ tempus ſpectandum eſſe, ſed ſolam præfinitam ſolutioni diem: ſic vt, ſiue pluris, ſiue minoris tunc fuerit, tamen tanti ſemper quanti illo tempore fuit, debitor damnandus ſit. quod ſi ita eſt, & vinum ſoluendi tempore fuerit quindecim aureorum, iudicij autem accepti tempore fuerit viginti: tamen cõdemnationem in aureos dumtaxat quindecim faciendam eſſe. In quo profectò eruditiſſimorum hominum

A iudicium deſidero: quid enim dicemus? fraudatorem ex ſua mora & ceſſatione lucrum facturum? & quod creditorem qui ei gratificatus eſt, & liberaliter commodauit, ex re ſua ſibi habere oportuit, propter alterius fruſtrationem amiſſurum? fraudatorem autem propter ſuam ceſſationem id in ſe tranſlaturum? Et quid ſi eiuſdem generis frumentum in foro exſtaret, cuius generis mutuò datum eſt? Liceretne debitori non frumentum reddere, ſed B eius temporis quo contractum eſt, æſtimationem perſoluere? an non hoc modo occaſionem debitoribus præberemus, eóſque quaſi oblato præmio ad ceſſandum, fruſtrandum, & iudificandum inuitaremus? Faceſſat igitur tam abſurda & iniqua huius æquiſſimi reſponſi interpretatio: & deinceps defendamus Caſſium, Sabinum, Iulianum & Caium auream illam regulam tenuiſſe: vt fruſtrator non modò nullam ex mora ſua vtilitatem percipiat, ſed etiam creditorem omnis damni expertem præſtet: ac C propterea quod reſponderunt, SI DICTVM ESSET QVO TEMPORE REDDERETVR, QVANTI TVNC FVISSET, Sic interpretemur: quaſi additum fuiſſet, SI QVIDEM pluris tunc fuiſſet, quàm accepti iudicij tempore: ſin minus, æſtimationem ad litis conteſtatæ tempus reuocandam eſſe. Verùm hæc lentiùs ſine cauſarum conſtitutione diſputantur. Primùm igitur primæ quæſtionis exemplum proferemus. Quidam mutuò vini decem amphoras accepit, quæ tum quindecim aureorum e- D rant: neque ſolutioni diem præſtituit. Aliquantò pòſt cùm vinum viginti aureorum eſſet, creditor agere cum eo inſtituit: eúmque tandem condemnat: ac propterea in exſequenda ſententia, cùm vinum eiuſdem generis non exſtaret, aureos XX. poſtulat: Intentio, Æſtimatio eius temporis quo vinum petere inſtitui, ſpectanda eſt. D. Imò eius quo mutuò datum eſt. Q. Vtrius temporis æſtimatio ſequenda ſit? R. Quia in mutuo quanta ſumma accepta eſt, eadem pariter æquabiliterque debetur: E tu verò plus quàm quantum crediſti poſtulas. F. At precium in vini locum ſuccedit: Id eſt, Imo eandem ſummam poſtulo: quia ſi vinum exſtaret, eandem mihi menſuram redderes, cuius tantùm eſſet precium, nunc quia non exſtat, precium eius loco numeras. Diſceptatio ex contrariè ſcriptis naſcitur. An cùm ex mutuo par tantùm ſumma debeatur, vbi tamen ad æſtimationem veniendum eſt, quia precium loco rei ſuccedit, præſentis temporis æſtimatio debeatur? Id eſt eius temporis, quo F vinum petitum eſt: quia perinde eſt ac ſi litigatio non eſſet, ſed ſine controuerſia ſtatim debitor adpellatus ſoluiſſet.

Sequitur ſecundæ cauſſæ conſtitutio. Qui vini decem amphoras mutuò acceperat, quo tempore vinum erat aureorum quindecim, diémque ſolutioni Kalendas Maias præſcripſerat, moram interpoſuit. Kalendis Maij Vinum erat viginti. Poſteà vilius factum eſt, & cœpit eſſe quindecim, cùm creditor vinum petere inſtituit, debitorémque per iudi- G cem damnauit. In exſequenda ſententia, ſiue quia eiuſdem generis vinum non exſtabat, ſiue quia vinum accipere precio iam diminuto creditor recuſabat, ad æſtimationem ventum eſt. Creditor petiit viginti, quanti vinum fuit diei præſtitutæ tempore. Intentio, Debentur mihi viginti, quanti vinũ fuit die præſtituta. D. Imò quindecim, quanti tum fuit cùm à me vinũ

ſcilicet minoris eſt vinum, aut pluris. Nam ſi pluris eſt, aperiri feneſtra videretur creditoribus, obſeruandi ſuos debitores eo loco, vbi fruges eſſent quàm plurimi: quod quia iniquiſſimum eſt, propterea idem hoc quoque loco dicendum arbitror, quod proximo caſu diximus, hanc quæſtionem ex legis noſtræ principio ac fundamento eſſe intelligendam: id eſt, de ea obligatione, quæ in diem concepta eſt: & debitorem ſua die non ſatisfeciſſe, ſed moram commiſiſſe, quam hac ratione plectimus. At ſi minoris ſit vbi petitur, tum aut dies dicta non eſt, aut dicta eſt. Si non eſt, ac proptereà nulla mora interpoſita eſt, nihil amplius debitor debet. Sin autem cùm dies præſtituta fuiſſet, debitor creditorem fruſtraſſet: nunquam Sabinum credam ita ſenſiſſe, vt huius tantùm loci æſtimationem minimam ſequatur iudex: Sed præter eam petendum eſſe, id quod propter moram interfuiſſe conſtabit: Atque hæc quidem de legis Vinum interpretatione dicta ſint: nunc quia paragraphus tertius, legis tertiæ, D. de act. emt. ad hanc eandem de vini æſtimatione diſputationem pertinet, non incommodum fore arbitror, ſi eius Analyſin exponamus. Prima igitur enunciatio hęc eſto: Vini venditor poſt moram vtro tempore vel contractus vel ſententiæ pluris vinum fuit, ita condemnandus eſt. Sequitur II. Vini venditor, poſt moram vtrubi pluris vinum fuit, vel vbi vænit, vel vbi agitur condemnandus eſt. Sequitur III. Vini venditor mora per emtorem facta & ex eo loco in quo vilius ſit & ex iudicij accepti tempore condemnandus eſt. Nunc ſyntheſin, quam argumenti loco præponere ſolemus, ſic colligemus: Vini venditor poſt ſuam moram vtro tẽpore, vel contractus, vel ſententiæ, item vtro loco pluris vinum fuit, condemnandus eſt: at poſt emtoris moram, vtrubi fuit vilius: item ex actionis die.

Ad l. Frater à fratre, D. De condict. indeb.

CAP. III.

LEgem hanc, quam omnes ſcholæ noſtræ inter obſcuriſſimas ac difficillimas numerãt, ita ſum nuper interpretatus, vt non modò à recepta omnium Doctorum explicatione longiſſimè diſcederem: verùm etiam ſcripturam planè commutarem, & negationem pro adfirmatione reponendam eſſe putarem. Quoniam autem eo tempore neque Doctorum noſtrorum argumenta refutaui, neque legis Analyſin explicaui, qua Methodo in iſtis labyrinthis quaſi Ariadnes filo vti conſueui, placet nunc ecquid mea me tum opinio fefellerat, paululum conſiderare. Argumentum igitur hoc eſto. Quod fratri aut patri naturali ex cauſſa debitum, ſolutum erit, id ex ea parte tamquam indebitum cõdicetur, qua ex parte ad illos peculium peruenerit. Participatio namque peculij naturalem obligationem, qua ex parte illud acceptum eſt, exſtinguit.

Pecuniam mutuatus.) Primo loco quærendum videtur, vndénam hanc pecuniam filiusfam. acceperit, cùm ſatis conſtet, omnia filiifam. ciuili quidem iure, patri, cuius in poteſtate eſt, continuò adquiri. Reſpõdetur ex peculio. Verùm ex vtro peculio, Caſtrenſíne, an profectitio, aut verò ex aduentitio? Et cùm Africanus toties obligationem ex iſto mutuo contractam, naturalem adpellet, non dubium eſt, quin ex profectitio vel, aduentitio ea pecunia deprompta ſit: quoniam quæ ex caſtrenſi creditur, ciuiliter debitorem obligat, l. 2. D. ad Macedon. Atque hac quidem in re mihi cum cæteris omnibus interpretibus ſumma conſenſio eſt. In duabus autem aliis quæſtioni-

A bus ſumma diſſenſio. Primùm in ea qua quæritur, cui naturalis illa obligatio quæſita ſit? Vtrúmne patri, an fratri creditori, an verò etiam vtrique. Deinde in illa, quando & quomodo illa obligatio diſſoluta ſit? Nam quod quidem ad priorem quæſtionem attinet, alij eam obligationem ſoli patri, alij vero fratri & patri ſimul quæſitam eſſe exiſtimant. Qui verò ſoli fratri creditori eam quæſitam eſſe dicat, hominem ex iis arbitror eſſe neminem. Idque ob hanc vnam cauſſam, quia regula eſt in l. placet, 79. D. de adq. here. B quia dicitur, Quæſita per filium ipſo eodem momento patri adquiri. Sed videamus ne doctiſſimi viri aliquantum in ea re ab vſitata prudentia ſua diſceſſerint. Cùm enim nulla alia de re in hac tota quæſtione agatur, quàm de obligatione naturali, ſequi etiam illud oportet, vt ſi quæratur, quemadmodum illa vel contrahatur, vel adquiratur, vel diſſoluatur: non aliter reſpondeatur, quàm naturaliter. Vt enim quæ ciuilia ſunt, non niſi ciuiliter, ſic etiam quæ naturalia ſunt, naturaliter intelligi debent. Quod cùm ita ſit, C non dubium eſt, quin quemadmodum naturalis illa obligatio etiam noſtrorum confeſſione, naturaliter concepta & contracta eſt, quippe cùm filiusf. Filiof. pecuniam crediderit: ſic etiam naturaliter adquiratur: id eſt, ei cui remotis omnibus iuris Quiritium inuentis adquireretur. Is autem eſt filius ipſe creditor. Quod enim regula illa dicit, A filiofamil. quæſita, ſtatim ipſo momento patri adquiri: totum hoc ex iuris Quiritium ſubtilitate, & patria poteſtate à Romulo inſtituta proficiſcitur. Repugnant igitur Naturalem D eſſe obligationem, & de ea tamquam ciuiliter, id eſt, ex iuris ciuilis ſubtilitate & inuentis adquiſita diſputare. Iam verò quod ad alteram quæſtionem attinet, ecquonam modo & quando naturalis iſta obligatio diſſoluta ſit, ſcholæ noſtræ vno ore clamitant, id per patrisfamilias mortem factum eſſe: quia quoties debitor ſuccedit creditori exſtinguitur obligatio. Verùm hoc noſtris vſuueniſſe videtur, quod iis qui de via aberrant, ſolet accidere. Nam cùm quis de principio vel minimùm ab- E errauit, quò longiùs progreditur, eò longiùs longiúſque abſcedit. Similiter noſtri malo poſito fundamento, nihil rectè poſtea ſuperſtruere potuerunt. Naturalem obligationem, & naturaliter contractam, dixerunt ciuiliter patri quæſitam eſſe: nunc vt errorem errore cumulent, dicunt eam ciuiliter diſſolui. Quod certè doctiſſimis viris indignum fuit. Totum enim iſtud, Patrisfamil. morte contractam inter filium & fratres obligationem exſtingui, è iuris ciuilis fontibus fluxit, eſtque ab F illa, quam ſuperiùs poſuimus, analogia longè alieniſſimum. Quemadmodum enim naturalis obligatio naturaliter & contracta & adquiſita eſt, ſic etiam naturaliter diſſolui debet: quemadmodum vulgata regula percipit: Quo quidque modo contractum eſt, id contrario modo diſſolui. Diſſoluitur autem hæc obligatio, vt Africanus ait, perfraterni peculij communicationem, quæ à iure quidem ciuili excogitata & inuenta eſt: ſed cùm G ea primum facto, id eſt, participatione peculii, quæ naturalis eſt, deinde iure conſtet, id eſt, ſubtilitate iuris Quiritium, quod totum ciuile eſt: Natura quod in ea naturale eſt amplectitur, & per illud obligationem contractam, naturaliter exſtinguit. Sic enim Africanus ſcribit: Naturalem obligationem hoc ipſo ſublatam eſſe, quòd peculij partem frater ſit conſecutus. Quibus ex verbis perſpicuè intelligitur,

A nequaquam per patris mortẽ exſtinctam naturalem obligationem fuiſſe: quippe cùm etiam poſtea perduret: ſed per ſolam peculij communicatioẽ. Quod ſi iam tum cùm pater moreretur, exſtincta fuiſſet obligatio, quemadmodum noſtri exiſtimant: nunc quomodo iterum per peculij communicationem exſtingueretur? Quod ſi Africanus eam tum demum tolli pronunciat, cùm peculij pars capitur, ſequitur vt agnoſcamus eam etiam poſt patris mortem, & vſque ad perfectam hereditatis diuiſionem duraſſe. B Eodémque pertinet, quod poſterius idem Africanus ſcribit. *Si debitori fratri ſuum peculium prælegatum eſſet, poſſe creditorem id quod ſibi naturaliter debetur, ex eo deducere.* Nam vnde deducendi facultas, niſi ex obligatione naturali? Quod ſi debitum naturale tamdiu durauit, dum in hereditate partienda de peculio prælegato deduceretur, nemo non videt, quàm abſurdum & ridiculum ſit, quod noſtri ſtatuerunt, id per patris mortem exſtinctum fuiſſe. *An repetere poſſit.* C Dubitandi cauſſa in eo poſita eſt, quia naturalis debiti ſoluti repetitio nulla eſt, l. naturales, 10. D. de oblig. & act. l. fideiuſſor, 16. §. 2. D. fideiuſſ. cuius regulæ rationem vel ex eo licet intelligere, quod Vlpianus in l. ſtichum, 95. §. naturalis, D. de ſolut. pronunciat, firmamenrum quo naturalis obligatio nititur, nullum aliud eſſe, quàm æquitatem. Repugnant igitur ex bono & æquo aliquid deberi, & id per imprudentiam ſolutum condici.

Exſtitiſſet repetiturum.) Sic omnes quos adhuc videre licuit, tum impreſſi, tum manuſcripti libri. D Id autem ſcholæ noſtræ ſic interpretantur, Cùm obligatio naturalis patri quæſita per ipſius mortem exſtincta ſit, propter regulam quæ dicitur, cùm debitor creditori ſuccedit, obligationem exſtingui: ſi frater ille debitor ab illa naturali obligatione liber ac ſolutus, tamen per imprudentiam exſoluerit, repetiturum: primùm pro qua parte heres exſtitit, (ponamus autem æquas hereditatis fuiſſe partes: quinquaginta igitur illo nomine repetet) deinde item pro altera, E pro qua frater creditor heres exſtitit, quia ſuum peculium participauit. Hæc (vt verè dicam) in mentem tam magnis venire potuiſſe, vehementer miror. Primùm enim fratrem debitorem ab obligatione naturali per patris mortem ſolutum ac liberatum eſſe aiunt: cùm tamen toties ac tam perſpicuè Africanus noſter dicat, eum non antè liberari quàm frater creditor partem ex ipſius peculio ceperit. Deinde vtramque naturalem æquitatem quę in iſta cauſa propoſita fuit, apertiſſimè violant. Nam & illam priorẽ, quæ vetabat naturalis debiti ſoluti vllam eſſe repe- F titionem, funditus euertunt: totum enim quod perſolutum eſt, condici volunt: & illi alteri quam Africanus elegantiſſimè patefecit, vt ei qui naturale debitum agnouit, ſuum peculium relinquatur, directò aduerſantur: totum enim illud quod ex fratris peculio alter accepit, ei relinquunt. Præterea cum exiſtiment, ſe totum creditori fratri ademiſſe, qui primùm quinquaginta (vbi cauſſa) ex fratris peculio, deinde centum crediti nomine acceperat, illi tamen cen- G tum iſta dumtaxat adimunt, quinquaginta autem peculiaria integra relinquunt. Sed nimis multa de nugis. Nos quod noſtri officij eſt, agamus. Nam octo, vt opinor, ab hinc annos, re diu multúmque deliberata, memini me in eam opinionem veniſſe, vt legendum cum negatione putarem NON REPETITVRVM, eámque ſententiam doctiſſimis multis viris, qui mihi principio vehementer aduerſabantur, probaſſe. Hanc veterem opinionem meam nondum animum inducere potui, vt abijcerem. Tota enim Africani diſputatio eò redit deníque, Naturalem debitoris fratris obligationem eatenus exſtingui, quatenus ex ipſius peculio ad creditorem fratrem peruenit: vti paucis pòſt verſibus apertè pronunciat. Peculium autem profectitium, aduentitiúmve intelligimus, quod iure ciuili cum hereditate paterna confunditur, l. 1. D. ſi à parente quis man. l. certum, 13. C. famil. erciſc. contra naturæ certè, id eſt æqui boníque rationem: quid enim rationis aut argumenti res habet, pecuniam multa vnius induſtria, & ſudore partam, cum altero ignauo fortaſſe & inerti communicare? Sed hoc patriæ poteſtatis ius à populo R. Quiritium inſtitutum fuit. Itaque cùm ad Africanum ea cauſſa delata eſſet, qua frater creditor in diuidenda patris hereditate partem ex fratris debitoris peculio ceperat, pręclarè reſpondit, Debitorem qui naturale illud debitum imprudens perſoluerat, ex ea parte quæ ad fratrem peruenerat tantum repetiturum, quantum debiti ſumma exſuperabatur. Dicet aliquis, an non creditoris fratris peculium æquè vt alterius cum hereditate paterna confuſum eſt? quod cùm ita ſit, quid eſt, quod debitor partem ſui peculij ad fratrem perueniſſe quæratur, cùm viciſſim alterius peculij pars ad ſe peruenerit? Huic obiectioni neceſſariò occurrendum eſt: & reſpondendum, cauſſam de qua ad Africanum relatum eſt, ita conſtitutam fuiſſe, vt qui mutuò pecuniam accepit, aliquantò vberius & copioſius peculium habuerit: neque enim dicere poſſumus creditorem nihil in peculio habuiſſe: quippe ex quo creditam illam pecuniam deprompſerit. Verùm vt ad Africani verba redeamus, non immeritò dubitari poſſet, quamobrem priùs quàm ad ſummam quæſtionem reſpondeat, iſta pręfatione vtatur: EX EA quidem parte, qua ipſemet filius debitor ſuum peculium in adeunda patris hereditate conſecutus eſt, non repetiturum. Quorſum enim iſtud pertinebat? cùm neque in ea re quidquam exiſtere dubitationis poſſit, & ad ſubleuandum debitorem nihil omnino attineat quærere, nunquid nam è ſuo ſibi reſeruarit: ſed potius quid alter ex propriis ipſius bonis ad ſe auerterit. Verùm ne nimium litigioſi videamur, melius erit fortaſſe totum iſtud ſilentio prætermittere.

Patri hæres exſtitiſſet.) Præciſè, & obſcurè totidem ferè verbis, nihilo maiore negocio, planiùs dicere potuit, Pro ea parte quam ipſe in diuidunda patris hereditate de ſuo peculio ceperat.

Frater heres exſtiterit.) Et partem è fratris debitoris confuſo cum hereditate paterna peculio, ceperit.

Ita repetiturum, ſi non minus.) Quin tu potius vno verbo rẽ expedis? Tantũ repetiturũ quantum iſta peculij participatio debiti perſoluti ſummã exſuperat.

Peculio ſuo.) fratris debitoris.

Ad fratrem.) creditorem.

Si non minus.) Id eſt, ſi præter naturale creditum receptum, nihilominus in partienda hereditate totam eam peculij fraterni partem accepit, quam ei ius ciuile attribuebat. Ex quo intelligendum videtur, fratrem debitorem, debitum illud naturale ante hereditatis diuiſionem perſoluiſſe: fratrem creditorem nihilominus integram peculij fraterni partem accepiſſe, quàm ſi nihil ei perſolutum fuiſſet.

Quæ fuiſſet.) Subaudi, ſi res eſſet in integro: id eſt, ſi primus nõdũ fratri ſuo ſatisfeciſſet: ſed hereditatis partitio ante illius debiti ſolutionẽ cõtigiſſet: tum enim per peculij participationẽ tolleretur: neq; amplius

ius

ius vllũ (vel ipſa natura iudice) creditori relinqueret. A

Adeò vt ſi:) Huius loci ſententiam cùm olim non ſatis attendiſſem, idem, quod alij, credidi: confirmari ſcilicet ſuperiorem proximam ſententiam. At re attentiùs cogitata, perſpicuè cognoui, nihil hanc appẽdiculam, nihil, inquam, prorſus ad proximam ſententiam pertinere. Nam in illa vis declaratur participationis peculij: quam eſſe tantam Africanus ſcribit, vt naturalem obligationem æqui boníque neruis ac viribus conſtantem exſtinguat. hæc autem appendicula, re inuerſa demonſtrat, quanta vis ſit naturalis o- B bligationis: quam ſanè mirabilem eſſe Africanus oſtendit: quia cum ciuilem actionem non pariat, deducendi tamen facultatem præbet. cuius rei fortaſſe hæc cauſſa eſt, quia vis naturalis obligationis eſt, vt quod natura debetur, veniat in compenſationem, l.6. D. de compenſat. qua de cauſſa debitori cui ſuum peculium prælegatur, id imputatur, quod ex naturali obligatione debebat. vtut autem ſe res habeat, ſiquis pugnaciter cum Africano vellet contendere, & ex nobis quærere, quorſum additamentum iſtud pertineat, haud ſcio ecquid ſatis adpoſitè reſpondere poſſemu.

Ex eo fieret.) Pro hereditaria portione.

Maximè conſequens.) Argumentum ex comparatione minoris. ex quo intelligitur, participationem peculij non tantùm liberationem adferre, ſed etiam obligationem: idque etiam aduerſus extraneũ, quippe cùm peculium cum onere ſuo tranſeat, l. D. de pecul. ſic igitur Africanus ratiocinatur. Multò durius eſt obligari extraneo pro fratre, quàm obligationem in ipſum fratrem quęſitam amittere. Qui verò fratris peculium participat, extraneo propter illam participationem pro fratre obligatur: actione ſcilicet de peculio: longè ergo faciliùs quæſitam in illum obligationem propter eandem peculij participationem amittet.

Extraneo.) Qui in eadem familia non eſſet: qui neque filius, neque ſeruus eius patrisf. eſſet.

Ab eo.) extraneo creditore.

Exactum.) Nam creditor extraneus filiumfa. etiam ciuiliter obligatum habet, l. Si quis cum filio, D. de pecul.

Quem.) filium, patris morte ſui iuris factum.

Re integra.) Cùm filius debitor nondum extraneo creditori ſatisfeciſſet.

Ita peculium.) fratris, qui extraneo debet.

Diuidi.) inter fratres coheredes.

Indemnis.) Vt caueat is qui vult fratris peculium communicari, ſe redditurum eam partem quam accipiet, ſi frater debitor poſteà cogatur creditori ſatisfacere. Subeſt autem vis argumenti ex comparatione minoris in hanc, vt opinor, ſententiam. Graue eſt adquiſita ſibi in fratrem obligatione ſpoliari: ſed multò grauius & acerbius eſt, pro eo alligari extraneo, pro eo litem & iudicium ſuſcipere, pro eo iudiciales moleſtias ac labores ſuſtinere. quapropter ſi quod minùs conueniebat, vt qui peculium participat, id cogatur facere, conuenit tamen: multò magis conueniet, quod erat conuenientius, nimirum vt quęſitam in fratrem obligationem amittat: quia qui aliquem ab extraneo indemnem præſtare debet multò magis à ſeipſo. Deinceps igitur ad legis Analyſin accedamus.

Pecuniam mutuatus.) Enunciatio I. Mutuum inter fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, contrahitur. Cùm enim Africanus dicat MVTVATVS EST, ſequitur vt mutuum contractum eſſe fateamur. Quod tamen de naturali obligatione intelligendum eſt: id eſt, de æquo & bono: non autem de iure Quiritium, quo iure contractus & lites eorum qui in alicuius patrisfa. manu ac poteſtate ſunt non à Prætore vrbano, neque in foro, ſed ab ipſo patrefa. in familiæ ſuæ finibus & priuatis parietibus diſceptantur.

Quæſitum eſt, an repetere.) Sequitur II. Pecuniæ quæ naturali tantùm iure debebatur, ſolutæ, nulla repetitio eſt, l. naturaliter, 13. l. iudex, 28. D. de condi. indeb. l. hoc iure, 19. §. 4. D. de donat. l. naturaliter, 10. D. de oblig. & act. l. heres, 16. §. 2. D. de fideiuſſ. Cùm enim dicit, Quæſitum eſt, ſignificat ſcilicet id quæri & in dubium vocari, propter illam regulam, quam hoc loco pro ſecundo enunciato propoſuimus: cuius æquitatẽ Triphonius in l. ſi quod domino, 64. D. hoc tit. ſic explicat: vt enim inquit, libertas naturali iure continetur, & dominatio ex iure gentium introducta eſt: ita debiti, vel non debiti ratio in condictione naturaliter intelligenda eſt.

Non repetiturum.) Sequitur III. Qui fratri natu- C rale debitum perſoluit, pro qua parte patris hereditatem adiens, ſuum ipſe peculium retinet, nihil repetit. Qua de re cum in cauſſæ conſtitutione, cum in Grammatica interpretatione diſſeruimus.

Si non minus.) Sequitur IIII. Qui fratri naturale debitum exſoluit, tantumdem repetet, quantum ex ſuo peculio ad fratrem peruenerit. Cuius rei rationem mox declarat: nimirum, quoniam eatenus ſublata obligatio eſt.

Naturalem enim.) Sequitur V. Naturale fratris D debitum qua ex parte alter peculium ipſius participat, exſtinguitur. Quod etiam poſterius oſtendit, cùm ait, Si nihil ex peculio apud patrem remanſerit, non repetiturum: nam manere naturalem obligationem &c. Huius autem ſententiæ perſpicua eſt æquitas. Nã cùm de obligatione naturali hoc loco agatur, quę tota (vt Vlpianus ait in l. Stichum, 95. l. naturali, D. de ſolutionib.) æqui & boni ratione nititur, annon æquũ eſt, fratrem creditorem, qui propter naturæ, id eſt boni & æqui rationem, contra iuris Quiritium inuenta E perſolutum ſibi naturale debitum retinet, propter eandem naturæ legem, integrum fratri peculium relinquere: quamuis ei ius Quiritium partem ex eo aliquam adtribuat?

Sit conſecutus.) Seq. VI. Peculium tum profectitium, tum aduenticium, hoc iure cum hereditate paterna confunditur, l. 1. D. ſi à parent. quis l. certum, 13. C. famil. erciſc. l. licet filiæ, C. de collat.

Adeò vt ſi prælegatum.) Seq. VII. Ex peculio à patre prælegato, naturale fratris debitũ deducitur. Ve- F luti: centum erant in peculio vnius. Is autem viginti fratri debebat. In partienda hereditate, & prælegato excipiendo, viginti deducentur, ſic, vt peculij nomine non amplius octoginta ad illum perueniant. Deducit enim id quod ſibi naturaliter debebatur, ex ea parte peculij, quæ ad ipſum perueniſſet, ſi non fuiſſet prælegatum. In quo ſanè mirabilis quædam vis obligationis naturalis perſpicitur: quæ etſi ciuilem actionem non parit, l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, D. de pact. tamen in hereditatis diuiſione tribuit ius fratri cre- G ditori, debitum deducendi. Cuius rei fortaſſe hæc cauſſa eſt, quia vis naturalis obligationis eſt, vt quod natura debetur, veniat in compenſationem, l. 6. D. de compenſat. qua de cauſſa debitori, cui ſuum peculium prælegabatur, iam id imputabatur, quod ex naturali obligatione debebat.

Conſequi potuiſſet.) Seq. VIII. Extraneus qui filio-

credidit, patre mortuo, poteſt actione de peculio ab ipſius coheredibus ſuum ex eo peculio repetere, l. his conſequentur, 18. §. ſi filius. D. fam. erciſ. l. quæſitum, 30. §. 1. D. de pecul. Etenim qui cum filiofa. peculium habente contrahit, cùm ipſum filiumfa. in ſolidum adſtringit, tum ipſius patrem, aut coheredes, de peculio ſibi oblig. l. ſi quis cum filio, D. de pecul.

Iudicio familiæ.) Seq. IX. filius à quo creditor extraneus poſt patris mortem exegit, à coheredibus peculium pro rata recuperat, l. certum eſt, 15. C. famil. erciſc. l. his conſequenter, 18. §. ſi filius. D. eod.

Ita peculium dimidi.) Sequitur X. Is cuius peculium coheredes participant, poteſt ab iis, vt ſe indemnem creditori ſuo pro rata participationis præſtent, petere: quippe cùm extraneus creditor filium ſibi in ſolidum obligatum habeat: patrem autem aut coheredes, de peculio, d. l. ſi quis cum filio. D. de pecul.

Longè magis in eo.) Sequitur XI. Qui fratrem aduerſus extraneum, idem eundem in multò magis aduerſus ſeipſum præſtare indemnem debet. facit l. ſi negocia, 31. D. mandat. l. altius, D. ſi ſeruit. vindic. l. cũ in eo, D. de pac. l. antepen. D. de admi. tut. Supereſt vt cauſſæ conſtitutionem exponamus. Duo fuere filiifa. fratres, in eiuſdem patris poteſtate. vterque peculiũ profectitium aut aduentitium habebat: ſed alter altero aliquantò copioſius. Qui vberius habebat, (verbi cauſſa) Primus, cuius peculium mille aureorum erat, à ſecundo, qui quingentos tantùm habebat, centũ mutuatus eſt: itáque naturali obligatione ei ſe aſtrinxit patre mortuo, cùm Primus exiſtimaret ſe fratri actione aliqua, illius mutui nomine, teneri, ſolidum ei perſoluit. Aliquantò pòſt inter ſe patris hereditatem diuidunt in qua cùm vtriuſque peculium confuſum & permixtum eſſet, Primus quidem ex ſecundi peculio ducentos quinquaginta aureos abſtulit: Secundus autem ex Primi, quingentos. Ita ſubducta ratione, & eo, quod Primus ex ſecundi peculio acceperat, compenſato, ſecundus ex Primi peculio 250. aureos adeptus eſt. Tandem Primus de iuris ciuilis ratione admonitus, quo iure naturalia iſta debita exigi non poterant, condictione indebiti agere aduerſus fratrem ſuum inſtituit, illámque 100. aureorum perſolutam ſummam repetere. Intentio, Centum te mihi reddere oportet, quippe indebita per imprudentiam ſoluta, D. non oportet. Q. an oporteat? R. quia æquitatis ratio poſtulat, vt naturalis debiti ſoluti nulla repetitio ſit. F. At eiuſdem æquitatis ratio non ferebat, vt tu quidquam ex peculio meo caperes: éſtque id à iure ciuili contra naturalis æquitatis rationem inſtitutum. quoniam igitur tu naturali æquitate pugnas, mihi quoque viciſſim liceat, eiuſdem me naturalis æquitatis ratione tueri. Diſceptatio ex contrariè ſcriptis, id eſt, æquitatis duplicis contentione, naſcitur: An æquitas quæ naturalis debiti ſoluti repetitionem impedit, ex altera æquitate, quæ ſuum cuique filiof. integrum peculium ſeruabat, & fratres ab eo remouebat, modificata ſit? Africanus hac de re conſultus, cũ vno verbo planè ac dilucidè reſpondere poſſet, naturalem primi obligationem eatenus exſtinctam eſſe, quatenus ſecundus ex ipſius peculio conſecutus eſſet: quoniam æquitas cum æquitate compenſanda eſt: perplexè tamen ac tortuosè de principio reſpondere ſic maluit: Primum vtique quidem non repetiturum pro ea parte, qua ipſe patri heres exiſtens, partem ex ſuo peculio ceperat: de quo neminem tam alienum à ſanitate eſſe arbitror, qui dubitare vllo modo poſſet: neque verò ad illius ſubtilis quæſtionis diſceptationem

A tionem magnoperè proferendum fuit. Quid enim ad ius fraterni crediti reſtringendum pertinet, quod ipſe de ſuo conſequutus eſt? Sed reliqua videamus. Pro ea verò parte, inquit, qua ſecundus frater ipſius patri heres exſtiterit, ac propterea partem ex primi peculio in hereditate partiunda cœperit, ita repetiturũ, ſi non minùs ex peculio ſuo ad fratrem ſecundum peruenerit, Id eſt, vt rem vno verbo complectamur, repetiturum. Quia cùm naturale debitum integrum an-

B tea recepiſſet, poſtea tamen in hereditate patris diuidenda totam illam fraterni peculij partem accepit: id eſt, nihilo minus accepit ex fratris peculio, neque magis æquitatis naturalis in diuidendo fratris peculio rationem habuit, quàm ſi antea nihil ex debito naturali recepiſſet. Quod cùm ita ſit, æquum eſſe, vt centum illa perſoluta repetantur, quia iure naturæ, quæ ſola in hac controuerſia dominatur, naturalis obligatio quæ fuiſſet, ſi res eſſet integra, & ſi nondum debitor quidquam ſoluiſſet, hoc ipſo ſublata videre-

C tur, & reuera tolleretur, quòd ſecundus partem ex fratris ſui peculio conſecutus eſſet. Atque hæc quidem de priore legis capite hactenus dicta ſint. Deinceps ad alterum accedamus: in quo nouum omnino controuerſiæ genus proponitur. Itaque argumentum huius capitis eſſe fortaſſe poterit. Quòd naturaliter debitum filius patri, patérve filio, poſt emancipationem ſoluit, repeti non poteſt: quia naturalis obligatio per emancipationem non tollitur.

Si nihil ex peculio.) Sic Africanus, Tantùm enim

D ad propoſitam quæſtionem opus fuit. nam illam alteram partem, Si quid remanſiſſet, repetiturum: facilè ex ſuperiore diſputatione intellectam iri exiſtimauit: vbi perſpicuè docuit, Eatenus naturalem inter fratres obligationem exſtingui, quatenus creditor debitoris peculium participauit. Parem autem eſſe fratrũ obligationis rationem, & eius quæ inter patrem & filium detracta eſt, nemo ignorat. Itaque ſiue ad fratrẽ, ſiue ad patrem creditorem, fratris filij ac debitoris peculium peruenit, naturalis obligatio pro parte pe-

E cuniæ acceptæ diſſoluitur.

Argumento eſſe.) Verùm ecquænam dubitandi ratio ſubeſt? mihi quidem argumentum iſtud, quod Africanus proferr, ſignificare atque adeò apertè oſtendere videtur, hanc ſolam ſubeſſe: quia ſui iuris adeptio, ſiue migratio de familia, videtur naturalem obligationem exſtinguere. Cùm enim obligatio naturalis eiuſdem familiæ finibus coerceatur, id eſt, inter eos ſolos vim habeat, qui in eadem familia ſunt, quemadmodum ciuiles obligationes eos ſolos obligant, qui

F eiuſdem ciuitatis ſunt: ſequitur, vt migratio de familia ſimiliter naturalem obligationẽ exſtinguat, quẽadmodum exilium & migratio de ciuitate ciuiles obligationes diſſoluit, l. vlt. D. de duob. reis, l. ſi debitor, 47. D. de fideiuſſ. Sic igitur huic obiectioni reſpondebimus, Regulam eſſe in iure ciuili, Quo quidq; modo contractum eſt, id contrario modo, qui ex eodem genere ſit, diſſolui, qui ex alio genere ſit, nõ diſſolui, l. eas, D. de cap. minut. Itaq; naturalia quidẽ naturalibus modis, ciuilia ciuilibus diſſolui: veluti patria

G poteſtas emãcipatione, ſtipulatio nouatione tollitur. At quæ naturalia ſunt ciuilibus modis non perimuntur, inquit Iuſtinianus, §. 4. de legitim. agnat. tut. l. 8. D. de capit. minut. Cùm autem naturalis obligatio non ciuili iure contracta ſit: ſed naturali, conſentaneum eſt, vt per emancipationem, quæ tota iuris ciuilis eſt, non diſſoluatur. Et profectò ita eſt, vt naturalis obligatio (quemadmodum ſuperiùs dictum eſt) ſola

ſola æquitate nitatur: & (vt ita dicam) Æquitas ſola naturalem obligationem animat, planéque ſuſtinet: quare cùm æquitas per emancipationem non tollatur, ne obligatio quidem naturalis per illam exſtingui poteſt. Eámque Africani mentem fuiſſe, verba illa ſignificant, NAM MANERE NATVRALEM OBLIGATIONEM. Subaudiendum eſt, Etiam poſt emancipationem: ac proinde hanc ſubeſſe ſententiam, naturalem oligationem non eſſe per emancipationem exſtinctam. Ad illud autem ſuperius argumentum ſumtum ex ſimili, ſic reſpondebimus: In hoc ſimili illud eſſe diſſimile, quòd cauſſa obligationum ciuilium eſt ipſa ciuilitas: id eſt qualitas & condicio ciuis: tota enim poſita eſt in forma, quippe cum ſtipulatio nihil niſi forma ſit. At naturalium obligationum cauſſa eſt æquitas, d.l. Stichum, D. de ſolut. Itaque nulla in iis forma eſt, ſed ſola materia, quæ, etiam poſt emancipationem in ſuo ſtatu permanet. Verùm hæc quidem ita ſe habent. Nunc ad Africani argumentum accedamus, in quo fortaſſe deſiderari aliquid poſſet. Cùm enim Africanus de eo caſu reſpondiſſet, quo pater nihil de peculio retinuerat, nunc argumentum adfert ex eo iure, quod conſtitutum eſt de patre, qui totum peculium retinuerat. Nam quo caſu extraneus intra emancipationis annum poteſt cum patre de peculio agere, niſi cùm pater peculium emancipati filij retinuit? Itaque optimus Accurtius hoc loco ita ſcribit: Argumentum domini Africani non eſt neceſſarium. Sed videamus ne vir optimus Africani ratiocinationem non ſatis attentè conſideret. Etſi enim de principio pater filij peculium retinuit, poſtea tamen illud extraneo reddidit: ac nihilominus poſt redditum peculium obligatio naturalis durat: proptérque illa viginti detrahit, non patriæ poteſtatis, ſed illius obligationis iure.

Deduceret pater.) Veluti, Filius centum habuit in peculio. Viginti patri debuit: extraneo verò centum. Pater illum emancipat: peculiúmque ipſius retinet vniuerſum. Intrà annum agit aduerſus patrem extraneus: & centum, id eſt, vniuerſi peculij ſummam petit. Pater pro ſuo credito, cuius obligatio etiam poſt emancipationem durat, viginti detrahit: reliqua octoginta extraneo concedit. Hîc pater nihil de peculio retinet patriæ poteſtatis iure, de qua retentione Africanus in reſponſione ſua locutus erat: ſed quodcumque retinet, id ſolum obligationis naturalis iure retinet.

Non repetet.) Siue peculium, id eſt, reliquam peculij partem retinuit: quod enim debet, inde eſt: ſiue nihil retinuit, quia naturalis obligatio poſt emancipationem erat: naturalis autem debiti ſoluti nulla repetitio eſt.

Manere naturalem obligationem.) Etiam poſt emancipationem. Subeſt enim hæc ſententia: quaſi dixerit, naturalem obligationem per emancipationem exſtinctam non eſſe.

Quod pater debuiſſet.) Siue ergo retentum, ſiue non retentum ſit peculium, nihil ad hanc quidem quæſtionem intereſt: quia non id, quod in peculio eſt, petitur: ſed inſuper id quod pater filio debuit, quaſi ea aduenticia quædam peculij pars ſit. Tota igitur hæc diſputatio ſolo iſto fundamento nititur: quod naturalis obligatio per emancipationem non tollitur.

Computetur.) Veluti, Filius qui octoginta in peculio habebat, extraneo debebat centum. Eidem filio pater viginti debebat, qui eum aliquanto pòſt emancipat. Extraneus actione de peculio centum à patre A poſtulat: octoginta quidem quæ verè in peculio erãt: viginti verò, quæ filio naturaliter debita ad peculium pertinuere: eiúſque partem quandam eſſe dicebat: quippe cùm etiam poſt emancipationem naturalis illa obligatio, qua filio adſtrictus erat, permanebat. Sed quæri poteſt, quo iure extraneus aduerſus patrẽ de iſtis viginti ageret, cùm ex obligatione naturali agi non poſſit? quin etiam multò mirabilius eſt, quòd de quo creditor filius aduerſus debitorem patrem a- B gere non poſſet, de eo ipſius filij creditor extraneus poteſt agere. Verùm hæc vis eſt de peculio actionis, quæ tota æquitate ſumma nititur: vt illa in peculio etiam naturaliter à patre debita imputet.

Si extraneus heres.) Hoc modo: Pater qui filio centum debebat, heredem extraneum inſtituit, filium exheredauit. Eo mortuo extraneus ille heres, exiſtimans ſe aliqua actione teneri filio propter debitum paternum, pecuniam ei perſoluit. Deinde eam quaſi indebitè ſolutam condicit. Intentio, Centum re mihi C reddere oportet; quippe indebitè ſoluta. D. Non oportet. Q. An oporteat? R. Quia debiti naturalis ſoluti nulla repetitio eſt. Hic firmamentum extraneo nullum reliquum eſt: quia naturalis illa obligatio non tantùm poſt patriæ poteſtatis interitum, & ſui iuris adeptionem durat, verùm etiam patris morte in heredem extraneum transfertur, l. Si eius pupilli, D. ad Trebell.

Exheredato ſoluerit.) Ex quo intelligitur, ius à filio in patrem per contractum quæſitum, per exhereda- D tionem non admitti.

Sequitur nunc huius eiuſdem capitis partitio.

Non repetiturum.) Enunciatio I. quod emancipatus patri qui nihil ex peculio retinuit naturali ex cauſſa debitum exſoluit, repeti non poteſt, l. Sed ſi dem. §. 1. D. Pecul.

Manere naturalem.) Sequitur II. Naturalis inter patrem & filium obligatio niſi quid ex peculio apud patrem remaneat, etiam poſt emancipationem durat.

E *Extraneo agente.*) Sequitur III. Extraneo de peculio agente pater quod ſibi filius debet deducit.

Intra annum.) Sequitur IIII. Actio de peculio aduerſus patrem poſt filij emancipationem annalis eſt, l. 1, & paſſ. D. quand. de pecul. act.

Non repetet.) Seq. V. Quod natura debitum pater emancipato filio diſſoluit, repetere non poteſt.

Si extraneus.) Seq. VI. Quod extraneus heres, filio naturaliter à patre debitum diſſoluit, repetere non F poteſt.

Computetur.) Seq. VII. Extraneo agente de peculio, quod pater emancipato filio naturaliter debuit, computatur.

Hunc noſtrum commentarium atque coniecturã de huiúſce legis interpretatione & ſcriptura primùm edidimus anno 1558. eius verò defenſionem nouámq; cum Cuiacio & Leſcurio diſputationem retulimus ad calcem libelli Quæſtionum illuſtrium: quòd præter legis interpretationem alia eſſent quæ loci illius G magis propria viderentur.

Ad l. Pacta conuenta, 72. D. De contrah. emt.

CAP. IV.

ARgumentum legis Pacta conuenta, 72. D. de contrah. emt. non incommodè videtur ita concipi poſſe: Pactum de adminiculis con-

A tractus poſt emtionem factum ſi quid ei detrahat, contractui ineſt : ſin addat, non ad actionem, ſed ad exceptionem valet. At ſi de precio, idque re integrâ factum eſt, noua contracta emtio intelligitur. Verùm antequam eius interpretationem ingrediamur, pauca nobis propter interioris diſputationis obſcuritatem præmunienda ſunt. Intelligendum eſt igitur, Pactum, Pactionem, Conuentum, Conuentionem, & coniunctè, Pactum conuentum, nomina eſſe generis, ad omnia pertinentia, de quibus negocij contrahendi, B tranſigendíque cauſſa conſentiunt, qui inter ſe agunt, l.1.D.de pact. Nos rei explicandæ cauſſa Pacti nomen ſumemus: eiúſque duas ſpecies conſtituemus: quarum altera Contractus, altera Pactum nudū vulgò adpellatur. Contractus, eſt pactum de negocio gerendo inter duos pluréſve conuentum, quod per ſe ac vi ſua obligationem parit. Geri autem negocium dicitur, cùm de aliquo dando faciendóve contrahitur: id eſt, cùm de re familiari alicuius aliquid decedit, quod ad alterum accedat. Id quod Vlpianus in l. Iuris C gentium, D. de pact. cauſſam adpellat: nimirum, quòd negocio contracto dandi faciendive cauſſa in altero ſubeſt, quoniam alter fecit dedítve. Pactum autem eſt, conuentio, qua non principaliter negocium aliquod geritur, ſed id quod ad geſtum negocium aliqua ex parte pertinet. Itaque idem Vlpianus eodem loco apertiſſimè nudam pactionem adpellat, in qua nulla ſubeſt cauſſa, præter conuentionem. Item in l. ſolent, 15. D. de præſcript. verb. perſpicuè opponit nudam pactionem ei, quæ habet in ſe aliquod negocium, quē D admodum in l. legem, 10. Cod. de pact. Nuda pactio ei opponitur, in qua pecunia datur, & de ea reddenda conuenit. Vt non incommodè, meo iudicio, dicere poſſimus, aliud eſſe Pactum ſolidum, πραγμάτικον τον-μαλήςικον negociale: in quo nimirum negocium contractum eſt: aliud verò Pactum nudum, quaſi ſolitarium, & per ſe factum, ſine negocij geſtione: id eſt, ſine datione & facto. Denique vt rem in pauca conferamus, Pactum ſolidum, qui contractus adpellatur, ad materiam ſiue ſubſtantiam, reíque naturam pertinet: Nudum verò ad formam, ſiue accidentia, quæ ineſſe rei & abeſſe ab ea poſſunt, ſine ipſius interitu. Veluti, ne duplæ cautio præſtetur, vel vt cùm fideiuſſore præſtetur, quæ ex hac ipſa lege noſtra exempla ſumta ſunt. Vbi Papinianus iſtas contractuum appēdiculas atque acceſſiones, Adminicula, verbo fortaſſe non admodum appoſito, adpellat: eáque cum ſubſtantia comparat. Vlpianus autem in d. l. iuris gentiū, hæc etiam exempla profert: Ne ſtatuto tempore dos reddatur, ſed ſtatim: Vt in tutelæ actione maiores quàm ſtatutæ vſuræ præſtentur: quæ omnia Vlpianus ibidem extra naturam contractus adpellat. Secundo loco intelligendum eſt, pactum nudum aliud eſſe Detrahens, aliud verò Adijciens. Detrahens dicitur, quod de naturali contractus forma aliquid detrahit. Veluti naturalis forma emtionis & venditionis hæc eſt, vt venditor in rebus precioſis caueat de dupla, l. emtori duplam, D. de euictionib. Ponamus, perfecto contractu, re tamen integra, conueniſſe inter contrahentes, ne cautio illa præſtetur: quia pactum iſtud de forma aliquid ademit, propterea Detrahens adpellatur. Hoc autem pactum detrahens ſiue ex continenti, ſiue ex interuallo interponatur, ſemper valet: quod noſtri Iuriſconſulti obſcuriùs dicunt contractui ineſſe, vel contractu contineri. Adiiciens autem pactum duplex eſt. Aliud enim eſt, Inſitum, nimirum quod ex continenti, id eſt, in ipſo negocio gerendo interponitur: veluti vt cautio duplæ per fideiuſſorem præſtetur. Itaque Vlpianus in dicta l. Iuriſgent. Ea, inquit, pacta inſunt, quæ legem contractui dant, id eſt, quæ in ingreſſu contractus facta ſunt. Aliud verò eſt Aduentitium, & quaſi Attextum: nimirum, quòd ex interuallo & poſt perfectum cõtractum appoſitum eſt: quod rurſus bipartitò conſiderandum eſt: aut enim materiam & ſubſtantiam adtingit, quo caſu non tantùm contractui ineſt, ſed etiam ipſum renouat, atque adeò nouus contractus euadit, atque efficitur: vt ex fine legis noſtræ perſpicuè intelligitur: vbi pactum de ſubſtantialibus contractus factum, euadit contractus. Quod ſi accidentia dumtaxat & formam adtingat, atque (vt Papinianus noſter loquitur) adminicula, tunc valet illud quidem, non tamen omnino, ſed ex parte dumtaxat: quoniam obligationem non format, ſed reo exceptionem parit. Itaque Vlpianus: ſolemus, inquit, dicere, Pacta conuenta ineſſe bonæ fidei iudiciis. Sed hoc ſic accipiendum eſt, vt ſi quidem ex continenti pacta ſubſecuta ſunt, etiam ex parte actoris inſint: ex interuallo, non inerunt: nec valebunt, ſi agat, ne ex pacto actio naſcatur. Atque hæc quidē præmunitionis loco dicta ſint, quorū prænotio quàm neceſſaria ſit, facilè ex iis quæ conſequentur, intelligetur. Nunc ad interpretationem Grammaticam accedamus.

Pacta conuenta.) Pactiones de forma contractus. nam hoc loco pacta nuda intelliguntur. Omnes quidem contractus habent ipſo iure naturalem quandam formam. ſed licet ex ea detrahere, aut ei aliquid adiicere.

Poſtea facta.) Id eſt, poſt perfectum contractum: ſed tamen re adhuc integra.

Contineri contractu videntur.) Id eſt, Valent, vim ſuam obtinent, mutandæ formæ vim habent.

Adijciunt.) Ad formam: idque poſt perfectum contractum.

Non ineſſe.) Hoc commodiùs dicitur, quàm ſuperiore caſu: quia ſi reciperetur adiectio nouæ formæ, ineſſet in contractu.

E *Quod locum habet.*) Niſi me vehementer animus fallit, Pronomen, Quod, referendum eſt ad vtrumque ſuperius: & de detrahente, & de adiiciente: quaſi dixiſſet, Quòd vtrumque locum habet, &c. Exemplum enim vtriuſque pacti ſubiungit.

Adminicula.) Poſterius apertiſſimè Verbum ſubſtantiæ huic loco opponit. Quod cùm ita ſit, ſequitur, vt adminicula dicta intelligamus, pro Additamētis, Acceſſionibus, Appendiculis: de quo non ſinunt nos dubitare exempla quæ ſubiiciuntur.

F *Ne cautio dupla.*) Hoc eſt exemplum pacti detrahentis: quia forma naturalis contractus emtionis & venditionis hæc eſt, vt venditor caueat emtori, ſed ſi euincatur, id eſt, iudicio auferatur, duplum ei præſtaturum: id eſt, precium acceptum cum altero tanto. Id enim in rebus precioſis fieri ſolebat, l. emtori duplam, D. de euict. Ponamus igitur perfecto contractu pactum conuentum eſſe, vt hæc forma detrahatur. Hoc pactum valet, & ſeruatur, & ineſt (vt ita loquar) contractui.

G *Cum fideiuſſore.*) Forma naturalis huius contractus eſt, vt cautio ſine fideiuſſore præſtetur. Quare ſi conuenerit vt fideiuſſor addatur, nemo non videt, hoc exemplum eſſe pacti adiicientis. Nunc quærendum eſt, quamobrem iſtud pactum non inſit? Et reſpondetur, quia ciues Romani nudo pacto non obligantur. At ſi hoc pactum contractu contineretur, venditor non

non tantùm ad rem tradendam,ſed etiam ad fideiuſſorem præſtandum obligatus eſſet.Itaque quod dicitur, Detrahens ineſſe, nihil aduerſatur: quippe cùm ex eo nulla maior obligatio naſcatur, imo alleuetur. Cùm enim per pactum venditori permittitur, vt de dupla non caueat,ad quam tamen ex naturali contractus forma tenebatur,perſpicuum eſt,eius obligationem alleuari.

Non valet pactum.) Emtori ſcilicet: neque enim de venditore hoc intelligi poteſt. Vt facilè appareat, hoc non ad prius exemplum referri,ſed ad poſterius, quod emtori prodeſſe poſſet. Ergo ſi ageret emtor, non poſſet ſimul poſtulare, vt fideiuſſor daretur. Quia venditor ciuis Romanus obligari pacto nudo non potuit.

Idem vires habebit.) Id eſt proderit emtori ad exceptionem,ſi aduerſus eum venditor egerit. Nam ſi venditor precium poſtulet, neque fideiuſſorem offerat, emtor exceptionem petet, SI NON cautionem duplæ cum fideiuſſore promiſeris. Non nimirum eſt igitur,quod proſit ad exceptionem, non ad actioné. Nam actio ex forma obligationis formam recipit: ſimulatque obligatio concepta eſt, ſimul etiam actionis forma concepta eſt. At formula iudicij concepta non eſt, neque enim Prætores vllis formulis alligabantur:ſed æquitatem ſeruabant, & pro ſuo arbitratu contra iuris ſummi rationem exceptiones addebant.

Non immerito.)Scilicet quia tum adtingitur materia, non forma:vt non mirum ſit, ſi pactum quamuis poſt perfectum contractum, de materia factum, euadat contractus.Atq; hoc nimirum illud eſt, quod Vlpianus ſcribit in d.l.Iuris gentium. Adeò autem bonæ fidei iudiciis pactiones poſtea factæ (ſic enim legendum eſſe,non autem Exceptiones, cùm ego ante quadriennium teſtibus multis probaui, tum etiam vir doctiſſimus Iacobus Cuiacius animaduertit:)quę ex eodem ſunt contractu, inſunt, vt conſtet in emtione ceteriſque bonæ fidei iudiciis, re nondum ſecuta poſſe abiri ab emtione.Quas enim pactiones ex eodem contractu Vlpianus adpellat, eas perſpicuum eſt intelligi,quæ naturam, ſubſtantiam, & materiam contractus adtingunt: quippe cum has illas opponat, quas paucis antè verbis dixerat, Extra naturam contractus eſſe.Si igitur,inquit,in totum poteſt, cur non & pars eius pactione mutari poteſt. Quare ſiue conuenerit vt in totum ab emtione abeatur, ſiue vt precium imminuatur,augeatúrve,quia materia tunc adtingitur,nouus contractus efficitur.Itaque ſic infert: Quòd cùm eſt, etiam ex parte agentis pactio locum habet: vt & ad actionem proficiat nondum re ſecuta,eadem ratione.Veluti ſi conuenerit,vt prẹter mille aureos,quod fuerat conſtitutum precium, ducenti addantur,creſcet venditoris actio. Qua de cauſſa ibidem ſubiungitur:Nam ſi poteſt tota res tolli, cur non & reformari?vt quodammodo quaſi renouatus contractus videatur. Atque hæc quidem hactenus,deinceps cauſſæ conſtitutionem explicemus. Qui cum filio venditore conuenerat,vt ſibi certo precio fundus eſſet venditus, poſt perfectum contractum cum eodem pactus eſt, vt ſibi de duplo fideiuſſorem daret. Antequam Titius ſatiſdaret,egit ex vendito, & precium poſtulauit.Cùm in ius ad Pretorem ventum eſſet,& de conſtituendo iudicio ageretur,emtor exceptionem poſtulabat, EXTRA QVAM SI pactum de ſatiſdatione duplæ conuentum inter nos fuit.Vénditor eam exceptionem addi oportere negabat,quod

A abſoluto iam & perfecto contractu,& poſt conceptá atque conſtitutam contractus formam pactum illud interpoſitum fuiſſet. Pacta autem de forma contractuum facta,per ſe,ac ſua ſponte conſiſtere non poſſent:ſed ea demum quæ in contrahendo gerendóque negocio interpoſita,eo quaſi adminiculo niterentur: & vim non ſuam ac naturalem,ſed adſumptam& aduentitiam haberent. Intétio igitur emtoris hæc fuit: Pactum de ſatiſdatione duplæ,quamuis re contracta

B & perfecta interpoſitum,tamen ex vi contractus vires ſumit. D.Non ſumit.Q.An aſſumat?R.Quia pactú quod per ſe conſiſtere non poteſt, multò minus mutare formam contractus ſemel conceptam & conſtitutam poteſt. F. At æquius eſt,pacta inter bonos viros honeſtè conuenta,quàm iuris ſubtilitatem obſeruari. Diſceptatio ex iuris & æquitatis contentione naſcitur. An æquius ſit pacta bono modo conuenta quàm iuris ciuilis argutias obſeruari? Sequitur altera ex fine legis cauſſæ conſtitutio. Qui de certo fundo

C mille aureis emendo vendendóque conuenerant, aliquantò poſt,re adhuc integra, id eſt, neque pecunia numerata,neque fundo tradito,pacti ſunt, vt ad precium mille aureorum ducenti accederent,& precium fundi mille ducentorum aureorum eſſet.Cùm venditor fundum tradidiſſet,mille ducentos aureos ab emtore petere inſtitit. Emtor recuſabat,hanc adferens cauſſam:quia pactum nudum eſſet:non immixtum& interpoſitum in ipſo negocio contrahendo.Intentio venditoris,Mille ducentos aureos te mihi dare opor-

D tet ex pacto inter nos conuento. D.Imo mille dumtaxat. Q.Vtrum precium debeatur? R. Quia Pactum iſtud de augendo precio,eſt pactum nudum,à quo reformari actio ſemel concepta & conformata non poteſt. Nam pactum nudum eſt, quod ad ſuperiorem contractum reformandum aliquanto pòſt interponitur. F.Imo eſt pactum ſolidum, & negociale:quia pactum nudum eſt, cùm quid de ſuperioris contractus forma reſtituenda conuentum eſt:& ſemper ad ſuperius aliquod negocium refertur. At hoc de materia

E & ſubſtantia negocij contrahendi factum eſt. Itaque per ſe ac vi ſua conſiſtit,neque vires ex ſuperiore negocio mutuatur. Diſceptatio ex ſcripti ambiguitate naſcitur. Vtra pacti nudi definitio verior ſit. Et reſpondetur hanc poſteriorem eſſe.Nunc ſupereſt,vt legis Analyſin exponamus.

Contineri contractu.) Enunciatio I.Pacta poſt emtionem facta, ſiquid ei detrahant, in contractu inſunt,ſin adiiciant, non omnimodo, l. Iuris gent.D. de pact.

F *Quæ adminicula ſunt.*)Sequitur II.Adminicula emtionis ſunt in numero pactorum, quæ poſterius facta ineſſe aut non ineſſe dicuntur.

Ne cautio dupla.) Sequitur III. Pactum ne duplæ cautio præſtetur,quia detrahit,quamuis poſterius factum,tamen ineſſe, creditur, l.nec prætorio,29.D.de regul.iuris.

Vt cum fideiuſſore.)Sequitur IIII.Pactum vt de dupla ſatiſdetur,quia emtioni adiicit, non vſquequaq; in contractu ineſt.

G *Idem vires habebit.*)Sequitur V. Pactum ex interuallo adiiciens, non actori actionem, ſed reo exceptionem parit.

Emtionis ſubſtantia.) Seq. VI. Emtionis ſubſtantia ex precio conſiſtit,l.2.D.eod.l.emti,C.eod.

Noua emtio interceſſiſſe.) Seq. VII. Cùm integris omnibus de augendo deminuendóve precio conuenit:noua emtio, ſublata priore, contracta intelligi-

gitur, dict. l. iuriſgent. & l. ſi quam, D. de reſcind. vend.

Ad l. in quartam, 91. D. ad leg. Falc.

Cap. v.

IVre *hereditario.*) Enunciatio I. In quartam falcidianam ea quæ iure hereditario heres capit, imputantur, l. quod autem, 74. D. ad leg. Falcid. Iure autem hereditario capi dicuntur, veluti qua ex parte aſſis, quáve ex re ſingulari heres inſtitutus eſt. Cùm enim imputari propriè dicatur id, quod eius de quo agitur pars eſt: illa autem quæ modò diximus, hereditariæ portionis eius qua de agitur partem faciant: conſentaneum eſt, ea illius portionis quadrante numerari. Quæri autem video, cum Falcidiæ nomen generale ſit, & legitimariã quoque ac Pegaſianam detractionem complectatur: ecquid hæc regula generaliter ad illas omnes pertinere videatur. ſed cùm Marcianus Falcidiam nõ præciſè, & abſolutè nominarit, verùm LEGEM Falcidiam coniunctim dixerit: probabilius eſt, eum de ſola falcidiana detractione ſenſiſſe: præſertim cùm continuò pôſt qua in re diſſimilis Pegaſianæ ratio ſit, oſtendat.

Iure legati.) Sequitur II. Quæ legati, fideicommiſſi, condicioníſve implendæ cauſſa heres legatis grauatus capit, ei in Falcidiam non imputantur, d. l. quod autem, & duab. inſeq. Cuius rei ratio inueſtiganda eſt. Nam quod quidẽ ad condicionis implendæ cauſſam attinet, Vlp. eodem loco rationem hanc ſubiungit: quia non hereditario iure, ſed mortis cauſſa capiuntur, id eſt, non ex teſtatoris patrimonio ſed aliunde obueniunt. In legato verò, & fideicommiſſo, altiùs eruenda cauſſa eſt. Ac primùm illud obſeruandum eſt, locum huic quæſtioni eſſe non poſſe, niſi cùm plures heredes inſtituti ſunt: quippe, cùm heredi à ſemetipſo inutiliter legetur, l. qui filiabus. 17 & l. ſeq. D. de legat. 1. Quod autem ita legatum eſt, ſic diuiditur, vt eius partem heres à ſe capiat, partem à coherede, l. deducta, 58. §. acceptis, D. ad Trebell. quod enim dicitur in illa l. *& quidem totum*: ad eum caſum referendũ eſt, quo heres abſtinuit. Hoc cùm ita ſit, & (quemadmodum paulò antè diximus) ea demum imputentur, quæ illius quo de agitur pars ſunt: illud conſequitur, vt quæ legati nomine heres à coherede accipit, propterea in falcidianum quadrantem non imputentur, quia non illius aſſis, de quo quadrans detrahendus eſt, nimirum qui in legatis conſumtus eſt, pars ſunt: ſed alterius diuerſi & diſcreti. nimirum eius portionis hereditariæ, quæ coheredi adtributa eſt. Quamquam ea quidem pars quam à ſe accipit, de coheredis aſſe non ſumitur. interit enim illa, atque exſtinguitur. quod ab exemplo faciliùs erit intelligi. Qui ducenta in bonis habebat, Titium, & Mæuium heredes inſtituit. Dein Titio decem prælegauit Sempronio. Quamuis Titius legatum Sempronio ſoluens, viginti quinque ex eo (vt ita dicam) corpore, Falcidiæ nomine detrahat, nihilominus tamen ſuum legatum à Mæuio coherede conſequetur. non quidem integrum. ſibi enim ipſi quinque debet: qui (vt antè diximus) intereunt. ſed reliquos quinque aureos. Quod eodem modo & de fideicommiſſis particularibus & de condicionis implendæ cauſſa datis intelligendum eſt, l. quod condicionis, 36. & l. quod ſtatu liber, 41. D. de mort. cauſſ. donat. Simul etiam videmus, quemadmodum illi argumento ſatisfieri poterit, ſi quis ita diſputaret, quoniam contrariorum eadem diſciplina

A eſt, cùm heres voluntate defuncti mortis cauſſa capionibus grauatus quartam ex ipſis detrahat, l. pen. C. ad leg. Falc. l. inter mortis, 38. D. mort. cauſ. donat. quidni etiam cùm ex ipſius voluntate illas conſequetur, ſibi in quartam imputabit? Reſpondendum eſt enim: cùm corporis de quo detractio facienda eſt pars non ſint: ſed longè alio & diuerſo ex corpore manarint, abſurdum eſſe, illas in ipſum imputari.

Siue lectatum.) Sequitur III. Quæ fiduciarius heres B legati fideicommiſsive cauſſa capit, ei in Pegaſianam imputantur. Facit l. 3. § ſi debita, D. de bon. libert. vbi ſimiliter legata, fideicommiſſa, & mortis cauſſa tum donationes, tum etiam capiones, patrono in ſuam debitam portionem imputantur. Huius autem rei & tantæ inter duas iſtas quartas differentiæ ratio perdiu quæſita, neque tamen adhuc inuenta eſt. Nam communis quidem noſtrorum opinio eſt, ab Azone, vt opinor, ducta, cauſſam eius hanc eſſe: quia falcidicus heres, onera ſolus hereditaria ſuſtinet. Pegaſianus C autem pro exigua parte dumtaxat: hoc eſt, pro rata ſui quadrantis, §. ſed quia, De fideicomm. hered. l. 1. §. penul. D. ad Trebell. quod tamen vel illis in mentem venire potuiſſe, vel tanto omnium aſſenſu comprobatum eſſe, meritò quiſpiam mirari poſſit. Cui namq; dubium eſt, quin par vtriuſque illius heredis ratio & cauſſa ſit? Nam, etſi Pegaſiana cum ære alieno confuſa heredi adtribuatur, falcidiana autẽ deducto priùs ære alieno: tamen idem ad extremum vtriuſque eſt exitus: cùm, ſiue antè, ſiue pôſt dodrantis & quadrantis D partitionem, æs alienum deducatur, ſemper heres falcidicus pro ſua portione illius onera ſuſtineat. vt in effectu nulla inter vtrumque heredem differentia ſit. Itaque Bartholus alteram excogitauit rationem, quam intelligi poſſe ſcribit ex verbis legis Falcidiæ: in quibus quarta hereditatis penes heredem relinqui dicitur: ac proinde iure hereditario percipi. At in verbis S.C. Pegaſiani, cùm dicitur heredem retinere quartam poſſe, non adiicitur verbum hereditatis: & ideo, inquit, ſi non capiatur iure hereditario, imputa- E tur in quartam. Quibus in paucis Bartholi verbis peccata licet non pauca deprehendere. Primùm. n. quod ait, Pegaſianum quadrantem non eſſe quartam hereditatis: quæro igitur, cuiúſnam tandem rei quarta ſit? quæro præterea, an Iuſtiniani verba hæc: Senatus cẽſuit, vt ei qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, &c. perſpicuè clamitent, Pegaſianã quartam, hereditatis quartam eſſe? Quod verò idem ſubiungit, falcidianam hereditario iure capi, Pegaſianam non capi, ſanè quàm F abſurdum, & illo erudito viro indignum eſt. cum Vlpianus in l. mulier, 22 §. vlt. D. ad Trebell. tam apertè ſcribat, vt ſenatuſconſulto locus ſit, non ſufficere de hereditate rogatum eſſe: ſed quaſi heredem rogari oportere. & in l. ſi legatus, 30. §. multum, eod. quoties quarta retinetur, eam iure hereditario retineri. Quare aliunde ratio illius differentiæ inueſtiganda eſt: quam ego quidem in Inſtitutionum Commentariis, annis ab hinc ferè decem, ita expoſueram: quaſi heres falcidicus fiduciario fauorabilior eſſet: quemad- G modum ſuperioribus libris perſæpe teſtati ſumus ex l. Titia, 86. D. eod ac proinde duriùs cum hoc atque acerbiùs, quàm cum illo agendum eſſet. Verùm huic ſententiæ, cuius nondum me pœnitet, tunc locus eſſet, ſi differentia illa iudicio hominum, ac non potius rei ipſius natura & cõdicione introducta fuiſſet. quod etſi paulo abſtruſiùs eſt, tamen paucis adhibitis adminiculis & quaſi inſtrumentis ſic eruemus. Primùm

enim

enim tenendum illud eſt;quod antea diximus: imputari ea demum quæ illius corporis vnde detractio facienda eſt,pars ſunt. Deinde locum huic quæſtioni non eſſe,niſi vbi coheres adſcriptus eſt , à quo quid heredi fiduciario legatum eſt. Tertiò,quod ita legatum eſt,eius partem ipſum à ſemetipſo accepturum, partem à coherede. Poſtremò , cùm ei legatum eſt, qui reſtituere coheredi iuſſus eſt,priùs ab eo legatum quàm Pegaſianam peti oportere : quippe,cùm legatũ iure directo debeatur:Pegaſiana verò extra ordinem per cognitionem Prætoris tantùm : vt apud Vlp.tit. Reg.25.Quibus omnibus ita conſtitutis, facilè intelligi poſſe arbitror, naturam harum rerum ferre non poſſe,vt quam partem à ſemetipſo heres fiduciarius accipit(quoniam ea pars eius corporis portio eſt,vnde quarta detrahenda eſt:hoc eſt,eius quod coheredi reſtituendum eſt)ea in illam non imputetur. Sed ab exemplo faciliùs tota res intelligetur. Ergo qui ducenta in bonis habebat, Titium & Mæuium heredes inſtituit. Dein Titium rogauit, vt Mæuio ſuam portionem hereditariam reſtitueret. Mæuium autem eidem viginti dare damnauit. Quæſitum eſt,quantum Titius in erciſcunda familia retinere poſſit. Reſpondetur,vigintiquinque dumtaxat. quoniam ex viginti quæ illi legata ſunt,decem quidẽ priora , quæ à ſe accipit,eius corporis pars ſunt , vnde detractio facienda eſt:qua de cauſſa in illam detractionem imputantur. Decem verò altera,non eiuſdem certè corporis pars ſunt : vnde detractio facienda eſt. qua de cauſſa imputari in illam non poſſunt. ſed quoniam in familia erciſcunda ea tamquam debita retinebit,ſi poſtea Pegaſianum quadrantem petat , exceptione doli & compenſationis remouebitur. quaſi Pegaſiani S.C. ſententia hæc eſſet , vt quoquo titulo , & nomine quarta ſemel adepta ſit,ſatis S.C.factum eſſe videatur : quippe , cùm duplex eadem de re detractio non admittatur,l.Papinianus,§. quarta autem , §. vnde ſi quis,& §.ſi impubes, D.de inoff.teſt. l.3.§.ſi debitor, D.de bon.libert.nam cùm hoc vnum S. C. propoſitũ ſit,vt quoquomodo heredem ad hereditatem adeundam alliciat , ſi modò præmium eius operæ aliquod habeat,eius mentem ſic accipiemus : quaſi conceptũ his verbis fuiſſet : Quartam hereditatis partem retinere poſſit,niſi tãtumdem aliunde adeptus ſit. Quod autem de vera imputatione diximus , planiùs etiam intelligetur , ſi fingamus fiduciarium heredem non coheredi , ſed extraneo alicui rogatum eſſe reſtituere:coheredem autem, damnatum ei viginti dare. tũc enim quia Pegaſianam ex alio corpore,legatum item ex alio diuerſo poſtulat,vtrumque obtinebit: neque legatum in Pegaſianam imputabitur. quia, quemadmodum duplex ex eodem corpore detractio non conceditur,ſic nihil abſurdi eſt, ex duobus diuerſis corporibus duas diuerſas detractiones fieri. eiúſque rei exemplum exſtat in l.2.D.ad Trebell.

Præcipere,deducere.)Sequitur IIII. Quæ præcipere,deducere,retinere fiduciarius heres iubetur,ei pro ea parte quam à ſe accipit , in Pegaſianam imputantur.Qua in re ſuperior illa diſtinctio,qua in legatis vſi ſumus , adhibenda eſt : vt heres fiduciarius præceptionum iſtarum partem à ſemetipſo iure hereditario , partem à coherede legati iure capere intelligatur,l.1.§.ſi quis ex mortis,D.quod legat.Itáque intelligendum eſt,quod obſcuriùs fortaſſe quàm ſatis fuit, à Marciano traditum eſt in l.ſi legatus, 30.§ multum D.ad Trebell.itémque à Iuſtiniano,§.ſi quis vna,8.de fid.hered. cùm heres rem aliquam præcipere iuſſus A eſt,eam illũ non hereditario iure,ſed ex legati cauſſa præcipere. Id enim ex ea demum parte intelligendũ eſt,quam à coherede accipit,d.l.1. & l. deducta,58.§. acceptis.D. eod. Ex quo ſequitur , vt præceptiones iſtæ,quemadmodum de legatis ſuperiùs diximus , pro ea tantùm parte quam heres à ſe accipit , verè & propriè in Pegaſianam imputentur.pro ea verò parte, quam à coherede accipit,non imputentur. Etſi autem de huius loci ſententia ſatis ex iis ſolis verbis, B quæ vulgò proferuntur,conſtet: tamen vt liberè meã ſententiam exponam,facilè mihi ex ſermonis conſuetudine perſuadeo,verſum integrum ex Marciani ſcripto effluxiſſe:locúmque ita ſcriptum ab eo fuiſſe: IN QVARTAM id ei imputatur , pro ea parte quam à ſeipſo accipit.Pro ea verò parte,&c.

Huiuſmodi autem menda vbi dictiones repetuntur frequentiſſimè in veterum auctorum libris accidiſſe , qui in antiquorum codicum lectione verſati ſunt,non ignorant.

C *Pro ea vero parte.*)Sequitur V. Quam legati præceptioniſve partem coheres à coherede accipit, ea extra quartam numeratur. Quorum verborum non hanc puto eſſe ſententiam,quaſi Marcianus Extra quartam,pro,Supra quartam,aut Præter quartam,dixiſſet. quemadmodum heres Falcidianus præter quartam falcidianam legata conſequitur , vt neque imputentur in eam;neque compenſentur.tametſi receptam hanc vulgo & comprobatam huius loci interpretationem eſſe ; animaduerto. quid ergo eſt? D Ego verba hæc EXTRA QVARTAM EST:ſic interpretor,Extra quartæ naturam & condicionem. Quartæ autem Pegaſianæ cõdicio ea eſt , vt oneribus hereditariis obnoxia ſit,d.l. ſi legatis,30.§. multum intereſt, D.eod.§.3.de fid.hered.l.1.& l.2.C.ad Trebell.quæ verò non quartæ nomine accipiuntur, cuiuſmodi hæc pars eſt,quam à coherede conſequitur , libera ab iis oneribus,& planè immunia ſunt:quemadmodum ibidẽ traditur. Quo tamen loco animaduerti , ſingularẽ quandã diſtinctionẽ adhibendã eſſe. nam eo poſito, E quod ſuperiùs traditũ à nobis eſt:priùs id quod Pegaſianæ nomine debetur,petendũ eſſe: ita diſſerendum eſt:Legatũ iſtud,aut par eſſe Pegaſianæ,aut illa maius eſſe,aut minus.Si par eſt,veluti ſi ei vigintiquinq; legata ſunt,qui centũ reſtituere iuſſus eſt:cũ ab ſe duodecim & ſemiſſem , hereditario iure:à coherede tantũdẽ ex legati cauſſa ceperit: amplius nihil petere poterit.Sin autẽ legatũ Pegaſiana maius eſt,veluti ſi triginta legata ſunt:quindecim quidẽ à ſe accipiet,quæ ſola quartæ accepta feret : & intra quartam , id eſt, F quartæ naturam & condicionem,obtinebit: reliquos quindecim à coherede extra quartam,eiúſque condicionem ex legati cauſſa conſequetur, vt nullis hereditariis oneribus ſit obnoxius,dict. §. ſi quis vna , de fid.hered.Quòd ſi in legato minùs eſt,veluti ſi decem tantùm legata ſunt: tum verò quinque illa , quæ à ſe accipiet,quartæ imputabit : reliquos quinque, extra quartam legati nomine obtinebit.ita tamen,vt inſuper quindecim ſupplendæ Pegaſianæ nomine poſtulare poſſit : quemadmodum colligitur ex l.ſi legatus, G 30.§.vlt.D.ad Trebell.vbi tamen mendum eſt,in Florentinis quidem libris,fœdiſſimum : & cùm ex loci ſententia,tum etiam ex vulgarium librorum auctoritate ita corrigendum:Si princeps ſit inſtitutus rogatúſque,&c.

Accepta pecunia.)Sequitur VI. Qui accepta pecunia reſtituere rogatus eſt , ei quod accipit in Pegaſianam imputatur,l.acceptis,93.in fi.D.eod. Duplici-

ter autem accipi iubetur. Primùm abſolutè & imperſonaliter: veluti, Acceptis decem portionem tuam reſtitue. Deinde adiecta perſona, Acceptis à Mæuio decem, illi reſtitue. Primo caſu, verè & propriè imputatio admittitur: quoniam illa quæ ſic accipiuntur, corporis illius reſtituendi, de quo facienda detractio eſt, pars ſunt. Ac nimirum hoc illud eſt, quod Papinianus his verbis ſignificat: quaſi retentam & præceptã pecuniam, &c. Secundo caſu, fatendum eſt, veram & germanam imputationem non eſſe, ſed quia quaſi hereditatis precium eſt, Diui Pij conſtitutione inductum eſt, vt quaſi permutatio & compenſatio quædam inducatur: de qua compenſatione perſpicuum teſtimonium eſt in l. fideicommiſſum, 11. §. cùm eſſet, D. de legat. terr.

Sed & quod implendæ.) Sequitur VII. Quod fideicommiſſarius implendæ condicionis cauſſa heredi fiduciario præſtat in Pegaſianam imputatur cui ſententiæ ita perſpicuè aduerſari creditur Mæcianus in l. in ratione, 30. §. tametſi, D. 5. tit. vt planè tota hæc periodus hoc ex loco tollenda videatur: præſertim cùm ea à Florentinis, fortaſſe etiam, vt nonnulli teſtantur, à Græcis libris abſit. Sed ex contrario tamen mouet me, primùm quod Marcianus mox Falcidianæ differentiam oſtendens, ita infert: SI QVID VERO. Quibus verbis aduerſatiuum, vt ita loquar, aliquid ſubiici, nemo negauerit. Deinde, hoc ipſum apertè confirmatur in l. acceptis, 93. in pr. h. tit. idque bifariam. Primùm quia accepti à fideicommiſſario numi dicuntur, imputandi in Pegaſianam fuiſſe, niſi poſt mortem reſtitui eſſent iuſſi. Deinde, quia cùm in his ipſis acceptis numis centum, fideicommiſſum admittatur, ſatis patet, eos quaſi quodammodò pro precio hereditatis accipi; cùm ab eo cui nihil relinquitur, fideicommiſſum relinqui non poſſit, l. ab eo, Cod. de fideicom. Neque mihi dicat aliquis, expreſſam ibi condicionis figuram non eſſe; quaſi verò aliquid inter iſtas formulas interſit: Acceptis à Mæuio centum, hereditatem ei redde: Si Mæuius tibi centum dederit, ei redde. Quare videndum eſt, quemadmodum Mæciani obiectioni ſatisfacere poſſimus; quod quidem alio loco à nobis eſt expoſitum. Vlpian. enim in l. 3. §. vltim. D. de bon. damnat. ſimillima quæſtione diſputans, non obſcurè ſignificat, atque adeò apertè oſtendit, diſtinguendum eſſe, vtrum de defuncti patrimonio profectum illud ſit, an non. Nam ſi aliunde profectum eſt, quoniam alio ex corpore ſumitur, quàm de quo detractio facienda eſt, in illius partem imputari non poteſt: eiúſque rei exemplum exſtat in l. pater filiam, 14. h. t. Et huc pertinet l. quòd condicionis, 36. D. de mort. cauſſ. donat.

In Falcidiæ computationem.) Sequitur VIII. Quæ implendæ condicionis cauſſa heres à legatariis accipit, in falcidianam ei non imputantur, dicta l. id autem, 75. & l. ſi pupillus, 21. D. eod. cuius rei ratio ex ſuperioribus intelligitur; quia non eius corporis, vnde Pegaſiana detrahenda eſt: ſed planè alterius, eiúſque omnino diuerſi pars ſunt. Ex his intelligitur, quanta inter Falcid. & Pegaſ. differentia ſit, & quàm hoc quidem in genere, legata fideicommiſſis exæquata non ſint: nam heres falcidicus, legata ſemper vltra quartam retinet: fiduciarius verò partem quartæ imputat, partem compenſat; quam ipſam tamen non

A ſupra aut vltra ſuam quartam obtinet, ſed extra quartæ naturam & condicionem.

Ad l. vlt. D. de cond. inſtit.

CAP. VI.

ARGVMENTVM LEGIS.

B *Filius ſub faciendi condicione inſtitutus & nihilo facto moriens, ſi ſubſtitutos nepotes habet, iis in ſua vita locum ex teſtamento facit: ſin minus, legitimus heres eſt. &, ſi dandi condicio fuiſſet, mortuus demum ſubſtitutis locum faceret: qui ſubſtituti ſi non eſſent, inteſtato auo ſuccederent.*

Ita demum.) Enunciatio I. filiusfam. inſtitui ſub condicione, niſi quæ poteſtatiua ſit, non poteſt, l. 4. D. de hered. inſtit. Ratio duplex eſt: quarum prior intelligitur ex l. filius à patre, 30. D. de lib. & poſt.

C quia inſtitutus ſub condicione caſuali, ſi pendente condicione deceſſerit, poſt ſuam mortem inſtitutus intelligitur ex repugnantibus. quia repugnant, Eſſe ipſo iure verum heredem: & teſtamento deſignari ſub incerto futuri temporis euentu. Ergò neceſſe eſt exheredationem in defectum condicionis adhiberi: alioqui ſubſtitutus non admittetur, l. cùm dubitari, De hered. inſtit. l. libertus, 20. §. exiſtimo, D. de bon. lib.

Alexandriam ierit.) Sequitur II. Condicio fa-

D ciendi extremo vitæ tempore impleri non poteſt. Extremum vitæ tempus adpellamus moriendi momentum, quod in vita deputatur, l. qui duos, 18. §. 1. D. de manum. teſtament. l. heres meus, 79. De cond. & demonſt. Cùm igitur fieri eo momento nihil poſſit, propterea dictum eſt condicionem faciendi impleri eo tempore non poſſe.

Decem dederit.) Sequitur III. Condicio dandi extremo vitæ tempore impleri poteſt. cuius rei ratio mox conſtabit.

E *Nomine filij.*) Seq. IV. Condicio dandi per alium impleri poteſt, l. areſcuſa, in fi. D. de ſtat. hom. & l. 1. §. ne autem, C. de cond. toll. vbi docetur, quando etiam faciendi condicio per alium impleri poſſit. Vtrum autem hæc dandi condicio ſemper impleta per filium cenſeatur, an non: quæri video à noſtris. Sed Papinianus in fi. legis, ſatis oſtendit non ſemper pro impleta cenſeri: cùm ait, nepotes non ſubſtitutos ab inteſtato heredes fore. nam ſi condicionem filij nomine impleſſent, filius ex teſtamento heres

F fuiſſet.

Admittit viuo filio.) Id eſt, condicio faciendi à filio neglecta moriendi tempore, quod in vita deputatur, facit vt, quaſi repudiata ab eo hereditate, ſubſtituti admittantur. quod idem de coherede traditur in l. 4. de hered. inſtit. vbi Iulianus ait, filium ſub faciendi condicione inſtitutum, ſi condicioni non paruerit, ſubmotum eſſe. Ratio autem eſt, Ne in poteſtate ſit filij patrem ſuum arbitratu ſuo inteſtatum facere: atque

G ita & ſubſtitutionem & coheredis inſtitutionem euertere.

Nepotes.) Subſtitutos: vt ſup. in cauſſa poſuit. Filius ergò heres ex teſtamento non erit: condicionem enim negligens, negligere inſtitutionem videtur.

Viuo filio.) Quia cùm hæc condicio extremo

tremo vitæ tempore impleri non poſſit, ſequitur vt eo viuo deficiat: ac proinde ſubſtituti nepotes eodem momento teſtatori ſuccedant.

Admittit.) Sequitur V. Filiusfam. ſub faciendi condicione inſtitutus, nihilo facto decedens, ſubſtituto locum facit.

Si neminem.) Sequitur VI. Filiusfam. ſub faciendi condicione inſtitutus, ſi neminem ſubſtitutum habeat, nihilo facto decedens, legitimus heres eſt, l.5. D. de hered. inſtit. Rationem poſteriùs exponemus: quia condicio quæ poſtremo vitæ momento impleri non poteſt, eo momento ac proinde in vita deficit: vnde conſequitur vt ipſe viuens heres ab inteſtato fuerit: quaſi omiſſa teſtati cauſſa, inteſtati cauſſam delegerit, l. 1. §. qui ſub condic. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.

Neminem ſubſtitutum.) adde, vel coheredem, ex d. l.4. De hered. inſt.

Legitimus heres patri.) Iulianus in dicta l.5. Inteſtato patri heres erit. nam condicionem negligens, teſtamenti cauſſam omittere & illam inteſtati deligere videtur, dicta l.1. ſi quis omiſſ. De ſuo enim iure arbitratu ſuo poteſt ſtatuere. At ſi ſubſtitutum aut coheredem habeat, facere illis iniuriam prohibetur.

Dum moritur.) quia, vt mox dicetur, condicio non faciendi, moriendi momento impletur. Moriendi autem momentum in vita deputatur, l. heres meus, D. de cond. & demonſtr.

Morte defeciſſe.) id eſt, in vita defeciſſe. nam Morte dixit pro Moriendi momento: quod in vita deputari diximus. Vbi VII. notanda eſt enunciatio: Cui, ſi quid fecerit heredi ſcripto, ſi idem non fecerit legatum eſt, eo, ante quam faceret, mortuo, legati dies cedit. Qua ex re patet, non faciendi condicionem moriendi momento impleri. Quare, etſi dubitandi cauſſa hæc ſuberat, quòd ei poſt mortem legatum fuiſſet, cùm numquam verum eſſet illum in Capitolium non adſcendiſſe niſi poſt ipſius mortem, tamen quia moriendi momentum, vt ſæpè dictum eſt, vitæ adtribuitur, ei adhuc viuenti legatum relictum intelligitur.

Legati diem ceſſiſſe.) Id eſt, eum morientem adquiſiſſe legatum, & ad ſuos heredes tranſmiſiſſe. vt l. vlt. D. quand. dies leg. ced.

Viuo filio non admittit.) Sequitur VIII. Nepotes filio ſub condicione dandi inſtituto, ſi is ninihilo dato moriatur, poſt eius mortem ex teſtamento heredes ſunt.

Non admittit.) Id eſt, admittit quidem, ſed mortuo demum filio. quamdiu enim inſtitutioni locus eſt, tamdiu ſubſtitutioni locus non eſt. Inſtituto autem filio locus eſt, vſque dum condicio deficiat: ea autem poſt eum demum mortuum deficit. ergò Nepotes ſubſtituti poſt eum demum mortuum admittuntur. Ex quo differentiæ ratio intelligitur. nam in condicione faciendi reſponſum erat viuo filio nepotes admitti: hoc eſt, mortis filij momento, quod in vita deputatur: quippe, cùm ea condicio iam tum deficeret.

Subſtituti ſi non eſſent.) Sequitur IX. Filius ſub condicione dandi inſtitutus, ſi nepotes, ſed non ſubſtitutos habeat, iis ab inteſtato locum facit. cuius rei ratio ac differentiæ inueſtiganda eſt. nam filiusfa. ſub condicione dandi inſtitutus, nemine ſubſtituto ſi ni-

A hilo facto decedat, heres eſt ab inteſtato, vt ſup. diximus. at ſub condicione dandi, ſic & inſtitutus & decedens, non ipſe ab inteſtato heres eſt, ſed nepotibus ab inteſtato locum facit.

Ad l. filius quem, 24. C. fam. erciſc.

CAP. VII.

B ARGVMENTVM.

Qui fideicommiſſo hereditatem reſtituit, quod plus quarta ſibi recepiſſe probabitur, familiæ erciſcundæ iudicio fideicommiſſariis reſtituere cogetur.

Interpretatio.

Habentem fundum.) fruendum ſibi à patre viuo datum. nam hoc erat conſuetudinis antiquæ. Vnde etiam participes filij dicebantur à patribus, vt apud C Terentium: Donec ſaluus redierit meus particeps. Et Verrina tertia: Quibus cuum viui bona noſtra partimur. Hinc Sex. Roſcius ruſticum prædium filio ſuo fruendum dediſſe dicitur à Cicerone, in ea pro filio. Eiúſque rei exemplum exſtat in l.4. & l.13. ſupra hoc ipſo tit. vbi res à patre ſic datæ, in profectitio peculio numerantur. Ceteri autem de prælegato dictum intelligunt. quorum iudicium admiror, cuum ea de re nulla prorſus in lege noſtra literula reperiatur.

Verbis precariis.) Rogo, peto, deprecor, vt eſt apud D Paull. lib. Coll. 4. nam hoc fideicommiſſum eſt, quod precariis verbis concipiebatur.

Poſt eius euentum.) Sic liber manuſcriptus. Vulgati hoc amplius, Poſt eius condicionis euentum. quod quidem adſcriptum gloſſema vetus codex habuit. Sed in hoc vis nulla eſt.

Hereditaria parte prædij.) Tres facio heredes fuiſſe, paribus ex partibus inſtitutos: ac propterea tertiam huic filio fundi partem obueniſſe.

In quartæ rationem retenta.) Sic vetus codex: cuum E alij *ratione*, in ſexto caſu ſcriptum habeant. Quartam intelligimus partis hereditariæ, quæ S.C. Pegaſiano conceſſa eſt iis qui partes ſuas hereditarias reſtituere rogati ſunt. nam cuum emolumenti nil expectaretur, multi hereditates repudiabant. Vnde accidebat vt neque fideicommiſſarij quidquam inde conſequerentur. Ergo *in quartæ rationem retenta*, hoc eſt, in quartam imputata: in partem eius quadrantis, qui rebus aliis complendus erat, adtributa.

Vice mutua percepit.) Nam illius fundi duas partes F coheredibus ſuis ceſſerat. Viciſſim autem ab illis res alias acceperat. *Et compenſato* dixit, pro Imputato. *Vice autem mutua*, pro Viciſſim, locutio eſt Iuriſconſultis noſtris familiaris, vt l. pe. D. de præſcript. verb. l.6. D. ſi cert. petat. l. qui non militabat, 78. D. de hered. inſt.

Si quid deeſt.) ad quadrantis abſolutionem.

In ſupplementum deducto.) Aut Deducto poſuit pro Adiecto, quod à Latinæ linguæ conſuetudine alienum videtur: aut, quod fortaſſe probabilius eſt, *ad*-G *iecto* reſtituendum eſt. adiicitur enim ſupplendo, non detrahitur. niſi fortè ſic locutus eſt, vt Iuſtinianus in §. omnes, De actio. In qua actione earum etiam rerum quas fugiendo ſeruus abſtulerit, æſtimatio deducitur.

A ceteris.) Id eſt, fideicommiſſariis. Ceteros enim à coheredibus perſpicuè diſtinguit. Neque

omnino coheredes hoc verbo ſignificari poſſunt.

In eo fundo ſoluetur.) Id eſt, quod ex eo fundo, in quadrantis rationem, fideicommiſſarij filio reliquerint. Fideicommiſſarij debebant illi quadrantem. In eius rationem primum omnium fundi partem hereditariam ſoluerunt, ſiue reliquerunt. Hoc eſt quod ait, Soluere in fundo. nam in fundo facta eſt illa præſtatio.

Supra quartam habens.) Significat partem illam fundi, quæ in quartæ rationem imputata eſt, minoris æſtimatam in iſta ſolutione fuiſſe, quàm quanti reuera erat: ac propterea, in eius ratione quadrantem exſuperatum eſſe. Poteſt etiam accipi ſic, vt fructus ab herede percepti ſignificentur: &, cuum ij non fuiſſent in quartæ rationem imputati, coheredes id in mentem poſtea reuocaſſe, animaduertiſſéque plus ſe in eo fundo relinquendo heredi ſoluiſſe, quàm debebant. nam fructus perceptos in quartam imputari, nemo eſt qui neſciat, ex l. in fideicommiſſaria, 18. l. mulier, 22. §. ſi heres, l. ex aſſe, 28. D. ad S.C. Trebell. l. 3. C. eod. tit. Nec obſtat Zenonis conſtitutio in l. iubemus, 6. eod. qua fructus perceptus à filiis in quartam non imputari permittit. Primùm, quia poſterior eſt hac Diocletiani conſtitutione: deinde, quoniam ad longè alium ab hoc noſtro caſum pertinet. nimirum cuum filij rogantur poſt mortem ſuam reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerint.

Reddere compellitur.) Fideicommiſſariis. idque familiæ erciſcundæ iudicio: de quo titulus inſcriptus eſt: nam hoc iudicium inter heredem & fideicommiſſarios conuenire, notum eſt ex l. ſed & eius, 25. & l. ſi ex aſſe, 41. D. ad Trebell. l. ita tamen, 27. §. ſi ex Trebelliano. D. ad S.C. Trebell. Ita cum huius tractatus inſcriptione lex noſtra conuenit.

Cauſſæ conſtitutio.

Lucius Titius trecenta in bonis habuit: in his fundum quendam vnius & viginti aureorum, quem Lucio filio ſuo beneuolentiæ cauſſa fruendum dedit. Cuum aliquantò pòſt idem Titius teſtamentum faceret, Lucium filium ſuum vnà cum duobus aliis extraneis heredem inſtituit: ſimúlque rogauit, fideique ipſius commiſit, vt ſuam hereditatis partem duobus fratribus ſuis, itémque Mæuio & Seio alumnis ſuis reſtitueret, ſi heres à ſocero ſuo relinqueretur. Mortuo Titio, tres heredes inſtituti, hereditatem inter ſe ſic partiuntur, vt Lucio tertia tantùm pars eius fundi, quo patre viuo fruebatur, obueniret. reliquas duas ceſſit ſuis coheredibus: à quibus vice mutua pro earum precio quattuordecim aureos accepit, ac præterea res alias hereditarias vſque ad centum aureorum ſummam. Poſt annos aliquot, cuum Lucius interea eius fundi fructus percepiſſet, & fortaſſe fundi precium ac bonitas creuiſſet, à ſocero ſuo defuncto heres relinquitur. ita portio ipſius hereditaria fideicommiſſariis, quippe exſiſtente condicione deberi cœpit. Conſtat autem, eum heredem qui portionem ſuã reſtituere rogatus eſt, ex beneficio Pegaſiani S.C. ius habere, quadrantem eius partis ſibi retinere. Ne multa: negocium ita conficitur, vt pro ſuo quadrante retineat primùm partem illam fundi hereditariam, eo precio quanti ſibi æſtimata in hereditate diuidunda fuerat, nimirum ſeptem aureis. deinde quattuordecim aureos retineat, quos mutua vice, pro reliquis duabus fundi partibus à coheredibus acceperat. Poſtremò, quia quattuor aurei ad conficiendum qua-
A drantem deerant in ſupplementum quattuor aureos adiicient, vt iam vigintiquinque Lucius habeat. Aliquanto pòſt fideicommiſſarij re paulò diligentiùs conſiderata, animaduerterunt partem illam fundi pluris eſſe quàm quanti in quarta conficienda æſtimata fuerat: fortaſſe quòd precium eius excreuerat, vt modò dicebamus: aut reuocarunt in memoriam fructus eius partis, ab herede pẽdente cõdicione perceptos, non fuiſſe illi in quartã imputatos: ac propterea plus
B ei aliquantò fuiſſe quartæ nomine relictum, quàm quantum relinqui oporteret. Petere igitur incipiunt ab eo, vt quod in eo fundo plus ſolutum eſſet, redderetur. Fructus enim petere non poterant, propter l. in fideicommiſſaria, 18. §. 1. D. ad S.C. Trebell. vbi Scæuola ſic ſcribit: Quoties quis rogatur hereditatem reſtituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hereditatis. fructus autem non hereditati, ſed ipſis rebus accepto feruntur. Cuum ille recuſaret, familiæ erciſcundæ iudicium in eum inſtituunt. Intentio eſt:
C Debes nobis id quod ſupra quartam habes; reſtituere. D. Non debeo. Q. An debeat. R. Quoniam quartæ rationem ineundo, mecum tranſegiſſe videmini. F. Imò aliud eſt quartæ æſtimatio & attributio, aliud tranſactio. Diſceptatio ex definitione naſcitur, vtrũ qui ratione inita, ſubductáque quartam heredi attribuunt, cum eo tranſegiſſe videantur. Imperator reſpondet, nequaquam. Cogendúmque heredem eſſe, quod à fideicommiſſariis in eo fundo acceperat, quatenus ſupra quartam habebat, eis reſtituere. Eique
D reſcripto reperio Scæuolæ reſponſum, admodum conſentaneum, in fin. l. Lucius Titius, 28. D. ad S.C. Trebell. his verbis: Heres eius, qui poſt mortem ſuam rogatus erat vniuerſam hereditatem reſtituere, minimam quantitatem quam ſolam in bonis fuiſſe dicebat, his quibus fideicommiſſa debebantur, reſtituit. Poſtea repertis inſtrumentis apparuit, quadruplo amplius in hereditate fuiſſe. Quæſitum eſt an in reliquum fideicommiſſi nomine conueniri poſſit. Reſpondit, ſi non tranſactum eſſet, poſſe.

E Confirmatur etiam æquitas huius reſcripti, argumento vulgatæ regulæ, quæ iubet eiuſdem eſſe commodum cuius eſt incommodum. Conſtat enim, ſi ſine dolo vel culpa heredis, detrimentum aliquod in hereditate accidiſſet, illud fideicommiſſariam partem imminuturum fuiſſe, l. mulier, 22. §. ſed enim D. ad S.C. Trebell. l. domus, 58. D. de leg. 1. Ex quo neceſſariò ſequitur, vt quod fuerit emolumenti etiam illam augeat. quemadmodum Celſus ait in l. ſcribit, 33. D. ad Trebell. iniquum eſſe, ad fideicommiſſariũ damnum
F pertinere, ad quem augmentum non pertinet. ac propterea ſi bonitas & precium illius fundi creuiſſet, non heredis, ſed fideicommiſſariorum hoc emolumentum eſſe oportere.

Partitio.

Quem habentem fundum.) Enunciatio I. Non ſi fundum filio fruendum pater dedit, eum idcircò illi prælegaſſe intelligitur, l. certum eſt, 13. & l. 4. hoc tit. vbi Impp. ſcribunt, prædia data liberis fruenda, in pecu-
G lio profectitio numerari: & peculia profectitia, poſt mortem patris in hereditate diuidenda ad communionem reuocanda eſſe.

Verbis precariis.) Seq. II. Fideicommiſſa precariis verbis relinquenda ſunt.

In quartæ rationem.) Seq. III. Rogatus portionem ſuam hereditariam reſtituere, quartam eius partem retinere poterit.

REDDE-

REDDERE COMPELLITVR.) Seq. IIII. Qui ex hereditate reſtituta plus quarta retinuit, familiæ erciſcundæ iudicio illud reſtituere cogitur, l.Lucius.78.in fin. D.ad Treb.

Atque hæc quidem annos ab hinc amplius ſeptem ita ſcripſeram: cuum poſtea meam hanc ſententiam eruditis quibuſdam viris diſplicere animaduerti, & eam huius legis interpretationem referri, quę de prælegato agi ſtatueret: atque hoc amplius, nouam & vſque adhuc inauditam doctrinam ex hac ipſa lege induci: Legata videlicet heredi reſtituere rogato relicta, ei in ſuum quadrantem non imputari, ſed præter quadrantem lucri nomine cõdonari. quaſi cauſſæ iſtius conſtitutio hæc eſſet: cuum tres filij vna cum aliis quattuor extraneis heredes inſtituti fuiſſent, primo autem filio fundus prælegatus: dubitari an in reſtituendo fideicommiſſo fundus iſte filio in quartam imputandus eſſet. ponamus fundum eſſe ſeptingentorum aureorum: tres in illo partes ſpectandas, vnam, inquiunt, hoc eſt ſeptimam filius ſibi in quartam imputabit: quippe quam à ſemetipſo & hereditario iure accipiet, l.in quartam, 91. D. ad l.Falcid. alteram verò quæ aureorum eſt quadringentorum, quam legati iure à quattuor proximis coheredibus accipit, quibus viciſſim portionem ſuam reſtituit: non imputabit, ſed patietur ſibi compenſari cum eo quod ab iis quartæ nomine poſtulabit: tertiam quæ aureorum eſt ducentorum, quam à reliquis duobus accipit, ſupra quartam obtinebit. Quid hoc eſt? nam primum omnium ſi hoc admittatur, ecquanam igitur ex parte lex noſtra cum ſua rubrica & inſcriptione quæ de familiæ erciſcundæ iudicio eſt, conueniet? In i ta enim conſultatione ne minima quidem huius actionis ſuſpicio eſt. Quæro præterea, ſi legatus fundus heredi in quartam non imputatur, quid ita ſecunda illa eius fundi pars quæ quadringentorum aureorum eſt, & à quattuor proximis coheredibus legati nomine filio debetur, non ei ſupra quartam lucri nomine condonatur? Atenim non imputabitur, inquiunt, ſed compenſabitur. Quodnam igitur iſtud compenſationis genus eſt, cuum filius non modò nihil debeat, ſed in reſtituenda hereditate duo nomina poſtulet: quadrantem ſcilicet integrum, & præterea fundi ſex partes? quamquam vt nondum reſtitutam hereditatem ponamus, & compenſationem propter fideicommiſſum debitum fingamus, tamen ecquid tandem in effectu iſta tota compenſatio eſt niſi mera & pura imputatio? Rurſus qua ex cauſſa fideicommiſſarij compenſationem iſtam niſi imputationis iure inducent? denique ſiue compenſationem, ſiue imputationem iſtud adpellemus, tamen nonne vtrocumq; modo de filij petitione tantumdem decedet? ſic, vt de fundo legato nihil prorſus ab iſtis quattuor heredibus conſequatur. Iam verò quid de tertia eiuſdem fundi parte dicemus, quæ ducentorum aureorum eſt, & à ſexto ac ſeptimo legata fingitur? Eámne igitur filio ſupra ſuam quartam condonabimus? Atqui Imperator diſertè ſic loquitur: SVPRA QVARTAM HABENS, REDDERE COMPELLITVR. Quidnam igitur heres legati nomine ſupra quartam habiturus eſt, ſi quidem id reddere compellatur? Quod enim poſtrema hæc duo legis verba: REDDERE COMPELLITVR, ad primam legis vocem FILIVS, & ad fideicommiſſum referenda eſſe dicuntur, videamus ne vel pueris Grammaticam diſcentibus probari nõ poſſit: cuum verba illa SVPRA QVARTAM HABENS, quò referantur, & à quo regantur, non habeant. vt

A omittam quòd verbum RECEPIT abſurdiſſimè poſitum oporteret pro PERCEPTVRVS ERAT. Sed de re perſpicua ſatis ſupérque dictum arbitror: præſertim cuum & ex d.l.in quartam, & ex æquitatis ratione ſatis conſtet, totum hunc fundum qui prælegatus fingitur, quantus quantus eſt, filio in ſuam Falcidiam imputandum eſſe: ac proinde ad eam ſupplendam ex fideicommiſſo centum aureorum reſtituto, duodeuiginti tantùm aureos à fideicommiſſariis deberi.

B *Ad l.vn.C.de ſent.quæ pro eo quod inter.*

CAP. VIII.

LEGEM hanc in Diſputatione noſtra de eo quod intereſt interpretati ſumus. Eius tamen verba videamus ecquid hoc modo inſtitutóque noſtro explicare rectè poſſimus. Argumentum igitur hoc eſto: In eo quod intereſt æſtimando, ex cauſſa quidem certorum caſuum, duplum finis eſt: ex incertis caſibus, res arbitrio iudicis ita committitur, vt id ſolùm damnum, de quo reuera C conſtiterit, compenſari iubeat. Id quod non tantùm vbi de dámno, ſed & vbi de lucro agitur, valet.

Dubitationes antiquæ in infinitum.) Enunc. I. Infinitæ veterum de eo quod intereſt dubitationes fuerũt quod nequaquam mirandum eſt, cùm ea quæſtio in facto, id eſt, in coniecturali cauſſarum ſtatu, qui ad I.C. nullo modo pertinet, tota verſetur, l. quatenus. De reg.iur.l.vlt.D.de ſtipul. præt. Itaque rectè Scæuola, cùm de incertis factis quæreretur in l.13. § 1.D. de ann.leg. Reſpondi, inquit, non poſſe abſolutè re- D ſponderi, cùm multa oriri poſſint, quæ pro bono ſint æſtimanda. Ideóque huiuſmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda eſt. Et in l.14.D.de diuerſ.& tempor. De acceſſionib. poſſeſſionum, inquit, nihil in perpetuum, neque generaliter definire poſſumus. conſiſtunt enim in ſola æquitate. Et Celſus l. in fundo, 38.D de rei vind. Bonus iudex, inquit, variè ex perſonis cauſíſque ſtatuet.

Melius nobis viſum eſt.) Sequitur II. Iuſtinianus tractationem eius quod intereſt, certis finibus ac ter- E minis circumſcribere voluit. Qua in re nobis de ſumma ſua vel ſapientia, vel ſtultitia exiſtimandi copiam facit: qui quod per annos ſeptingentos, tam multi & tam ſapientes Iuriſconſulti excogitare non potuerunt, vel potius fieri non poſſe iudicarunt, id ſe confiſus eſt poſſe nullo negocio conficere.

Et omnibus contractibus.) Sequitur III. In omnibus contractibus caſus quidam ſunt, qui certam naturam vel quantitatem habent. Intelligit autem caſus eius quod intereſt. Nam etſi contractus alij ſint F rerum certarum, alij incertarum, l.ſtipulationum,74. D. de verb. oblig. tamen in quibuſuis contractibus cùm id quod conuentum eſt, non præſtatur, communiter & quadam ratione ſumma eius quod intereſt, æſtimari poteſt.

Dupli quantitatem.) Sequitur IIII. Iuſtiniani lege ratio eius quod intereſt, in caſibus certis & quotidianis duplo terminatur. Cuius rei æquitatem ſuperiùs expoſuimus.

Quod reuera inducitur.) Sequitur V. Iuſtiniani le- G ge in caſibus incertis æſtimatio eius quod intereſt ita prudentiæ iudicis permittitur, vt id ſolùm damnum de quo reuerà conſtiterit, reſarciri iubeat. Id eſt, cui reuera cauſſam efficientem ſubeſſe cõſtiterit.

Eas tantummodo pœnas.) Sequitur VI. Naturæ cõgruum eſt, eas tantùm pœnas exigi, quæ vel moderatè petuntur, vel ipſo iure definitæ ſunt.

Sed etiam in lucro.) Sequitur VII. Iuſtiniani con-

ſtitutio non tantùm vbi de damno, ſed etiam vbi de lucro agitur, locum habet.

Veteres ſtatuerunt.) Sequitur VIII. Veteres rationem eius quod intereſt, non in damno tantùm, ſed etiam in lucro habuerunt. Harum autem enunciationum teſtimonia in Diſputatione noſtra, De tribus quartis, ſatis multa protulimus. Cauſſæ verò conſtitutio in hoc loco qui non hypotheſin, ſed generalem doctrinam continet, locum non habet. Vide etiam vberiorem & poſteriorem huius legis tractationem in Epitom. ſub tit. de vſur. & fruct.

Ad l. Eam quam, C. De fideicommiſſ.

Cap. IX.

ARgumentum l. eam quam, hoc videtur eſſe. Qui impuberi quem teſtator iure adoptatū putabat, pupillariter verbis precariis ac ſimpliciter ſubſtitutus eſt, impubere mortuo, ab eo qui ab inteſtato hereditatem obtinet, petere fideicommiſſum poteſt. Antequam autem ad cauſſæ conſtitutionem accedamus, pauca quædam præmunienda ſunt. Primùm, Inſtitutionem eius qui iure adoptatus, falsò credebatur, nullius momēti eſſe, l. ſi pater, & l. nec apud. C. de hered. inſtit. l. aufertur, 46. D. de iure fiſ. Deinde, cùm ex teſtamento non aditur hereditas, nihil eorū quæ in eo teſtamento relicta ſunt, ac ne fidei quidem cōmiſſum valere, l. ex teſtamento, C. de fideicommiſſ. Poſtremò, vbi inſtitutio per ſe firma per accidens aliquod incommodum extrinſecus vitiatur, reliquas teſtamenti partes valere, l. Titia 13. D. de inoffi. teſt. His præpoſitis, cauſſæ conſtitutionē videamus. Falco puellam quam non iure adoptarat, quaſi ſuam, & iure adoptatam, heredē inſtituit. deinde pupillariter eidem ſic ſubſtituit: ſi ea ante annum ætatis XII. moriatur, Titio & Mæuio hereditatē meā reſtitui iubeo. Mortuo Falcone, frater eius agnationis iure & ab inteſtato hereditatem petit: hanc adferens cauſſam, quia inſtitutio heredis non valeret. quippe cùm ea eſſet heres inſtituta pro iure adoptata, quæ tamen rectè adoptata non fuerat. moritur puella ante annum duodecimum: ea mortua, ſubſtituti hereditatem petunt. Intentio ſubſtitutorum: Subſtitutioni locus eſt, cùm eius condicio exſtiterit, D. Non eſt. Q. An ſit? R. Quia nihil ex eo teſtamento, in quo heredis inſtitutio non valet, valere poteſt. F. Hoc verū eſt, cùm inſtitutio per ſe non valuit, quia vitium aliquod erat inſitum: quia vitio aliquo inſito laborabat. ſed non cùm extrinſecus aliquid obuenit incommodi: vt hîc, vbi iuſta, æqua, & legitima erat inſtitutio: verùm ob errorem teſtatoris exitum habere non potuit. Diſceptatio ex ſcripto & ſententia naſcitur: An regula qua traditur Omnes teſtamenti partes ex vitio inſtitutionis corrumpi, intelligenda ſit de vitio inſito: non autem de aduentitio, & extrinſecus obueniente. Et reſpondetur, ita intelligendam eſſe: ac proinde ſubſtitutis hereditatem reſtituendam eſſe: primùm quia per ſe iuſta & firma fuit inſtitutio: quippe cùm ea ſit heres inſtituta, quæ iure inſtitui potuit. Deinde, quoniā æquius eſt, certæ teſtatoris voluntati in ipſius hereditate adtribuenda ſeruire, quàm propter aliquem ipſius errorem iis eam adtribuere, quos ab illa remotos fuiſſe conſtabat. Nunc ad verborum interpretationem accedamus.

Eam quam.) Vel, Ea quam, legendum eſt: vt in aliis nonnullis libris: vel Eam quam, ita ſcriptum eſt, vt illud Virgilij, Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: quòd A etiam Accurſius animaduertit. Refertur autem ad verbum, Deceſſerit: quaſi ſcriptum ſic eſſet, Siue ea quam inſtituerat, deceſſerit, &c.

Siue quæſita.) Quæſita dixit generaliter, pro occupata, & recepta. Nam neque immiſcere ſe puella potuit, quæ verè adoptata non erat: neque adire, cuius inſtitutio vim nullam habuerat.

Cùm tamen ſimpliciter.) Quidā reponunt TANTVM: quorum equidem iudicium admiror, cum hæc vox a- B pertiſſimè ad illud ſuperius, ſiue quæſita, ſiue non quæſita referatur.

Simpliciter.) Obſcurum verbum, niſi communem ſententiam ſequamur, vt poſitum ſit pro imperſonaliter, omnino, ἁπλῶς &, vt Iuriſconſulti loquuntur, in rem, hoc modo, Puella, heres eſto: Si impubes moriatur, volo meam hereditatem Titio reſtitui: vt non addiderit, Volo ab ea reſtitui. Simpliciter ergo ſubſtituere, & perſonam heredis nominare cui alter ſubſtitueretur: inter ſe tamquam contraria opponuntur.

C *Antequam duodecimum.*) Qui caſus eſt pupillaris ſubſtitutionis.

Verbis precariis.) Fideicommiſſi modo. nota autem illa verba ſunt ex Vlpiani Regul. & Paulli ſentent.

Nihil prohibet petere.) PETI, vt in aliis libris, commodiùs legeretur.

Ab ipſis heredibus.) Si ea hereditatem, quaſi vtiliter inſtituta, occuparit, quæ illa mortua ad agnatos ſuos redierit.

Vel ab iis.) Sunt qui hæc verba tollant: quibus equi- D dem quid in mentem venerit, coniectura adſequi nō poſſum: præſertim cùm caſum illum lex noſtra complexa ſit, quo aduerſus legitimos heredes poſſeſſores, ſubſtituti agebant.

Non valere.) Propterea quòd heredis inſtitutio anima eſt teſtamenti: & vt ait Paullus, in l. quod per manus, 10. de iur. codicil. ex heredis inſtitutione teſtamentum vires accipit.

Verbis relicta directis.) Hoc quid ſit, fateor me diuinare non poſſe. nam illorum ſequi ſententiam, qui he- E reditatem hoc loco pro ſubſtitutionem interpretantur, nulla ratio eſt: ſiue quia totius iſtius legis oratio huic interpretationi aduerſatur: ſiue quia etiam ſi precariis verbis ſubſtitutio facta eſſet, nihilò magis valeret. Putarem igitur illa verba redundare, & ſic accipienda eſſe, quaſi dictum eſſet, cùm vtiliter ex ipſis teſtamenti verbis adiri potuit hereditas: vel, cū iis verbis concepta eſſet inſtitutio, vt vim ſuam haberet. Hanc enim ſententiam proxima verba requirūt: NON CVM ILLA SIC DATA EST, VT ESSET &c. alio- F qui precaria verba directis oppoſuiſſet, ſed, vt dixi, fruſtrà: quoniam vtrum directis, an precariis verbis ſubſtitutum ſit, ad præſentem quidem cauſſam nihil intereſt. Nunc autem ita loquutus eſt, quaſi dixiſſet: cum iis verbis, eóque modo relicta eſt hereditas, vt adiri & capi potuerit. Non autem, cum iis verbis eóque modo data atque relicta eſt, vt adiri non potuerit. Sed fortaſſe quæret aliquis, Numquid idē fuiſſet, ſi ſic ſcriptum eſſet: ADIRI NON POTVIT? cum ſatis conſtet, relicta in teſtamento ex quo adiri non potuit he- G reditas, non valere. Sanè idem fuiſſet. quin etiā quòd Imperatores ſcribunt regulam intelligendam eſſe, cū inſtitutio iuſta & vtilis fuit, multò magis verum eſt, quandò vtilis non fuit: quoniam vbi inutilis fuit inſtitutio, ex teſtamento non aditur hereditas: quippe cùm teſtamentum vires accipiat per heredis inſtitutionem, l. quod per manus, 10. D. de iure codicil. neq; poſſit vllum teſtamentum valere, quod heredem non habet, l.

habet,l.3.D.de his quæ in teſt.del. Reſpondendum igitur eſt, regulam quam legitimus heres obiecit, de ea inſtitutione intelligendam eſſe, quæ per ſe iniuſta atque inutilis fuit: veluti ſi inſtitutus eſſet heres,quo cum teſtamenti factio non eſſet. At inſtitutionem de qua in lege noſtra quæritur, per ſe iuſtam, vtilémque fuiſſe: quippe cùm nullum prorſus in perſona heredis vitium eſſet:ſed per accidens vitium aliquod extrinſecus obueniſſe, nimirum errorem teſtatoris.vt appareat non inſitum,ſed aduentitium vitium iſtud fuiſſe. Præterea comparantur inter ſe teſtatoris error, & ipſius certa atque explorata voluntas:quem conſtat prætuliſſe ſubſtitutum heredi legitimo,& maluiſſe ſuam hereditatem ad illum venire, quàm ad proximum agnatum.vt multò ęquius videatur certæ teſtatoris voluntati ſeruire, quàm propter aliquem ipſius errorem contra ipſius voluntatem vni ſuam hereditatem adimere, & alteri adtribuere. Itaque ſimiliter videmus Verriua tertia,retineri ſubſtitutionem pupillarem ex ea inſtitutione, quæ locum non habuit. Nam Prætor Verres ſubſtitutis pupillæ Annię hereditatem adtribuit,nimirum quia inſtitutio per ſe iuſta fuerat: ſed propter incommodum aliquod aduentitium, hoc eſt propter nouum Verris edictum,vim ſuam retinere non potuerat.

Non iure adoptata.) Quo caſu cùm pro iure adoptata inſtituta eſſet,non valebat inſtitutio, d.l. ſi pater,C.de hered.inſtit.

Infamilia.) Adoptati namque in adoptatorum familiam,gentem, noménque tranſibant.

Alioqui.) Hoc verbum propriè & commodè vſurpatur:éſtque hæc illius vera & propria ſedes. Senſus eſt enim,Hæc ita ſubtili iure ſtatuuntur de ea,quæ in familia non fuit:alioqui ſi in familia fuiſſet,iure communi ſubſtitutio valuiſſet.

Ab inteſtato à ſucceſſoribus.) Sic rectè,ſubſtitutus enim à legitimo herede poſtulabat.

Conſequenter.) Id eſt, congruenter cum iure communi conſtitutionum pupillarium. Supereſt nunc vt legis analyſim exponamus.

Nihil prohibet fideicommiſſum.) Enunciatio I. Pupillaris ſubſtitutio ei quæ adoptiua credebatur ſimpliciter & verbis precariis facta, etiam aduerſus legitimum heredem valet. Cùm enim ſimpliciter ſubſtitutio facta ſit,perinde videtur eſſe,ac ſi teſtator dixiſſet,vt in l.Titia,13.D.de inoffic teſtam.Quæ ſupra dari iuſſi,ea dari volo ab omni herede qui mihi erit, etiam iure inteſtati.

Non valere.) Sequitur II. Relicta eo teſtamento ex quo adiri directè hereditas potuit, ſi ex teſtamento hereditas non adeatur, non valent.

Non cum illa.) Sequitur III. Relicta eo teſtamento,in quo ſic data eſt hereditas,vt tamen ab heredibus ab inteſtato petenda ſit, nihilominus valent.

Reſpondere coguntur.) Sequitur IIII. Heredes adoptiuæ puellæ cui pupillariter ſubſtitutum eſt, ea impubere mortua tenentur.

Ad l. vlt.C.de inſtit.& ſubſt.

Cap. x.

A HÆc lex dicitur eſſe ſimillima, l.precibus,8. C.de impub.& al.ſubſt.quam in lib. 1.Reſp. amicabil. expoſuimus, huiúſque hoc argumentum eſt:Qui poſtumo, *Cui mater coheres* adiuncta eſt,ita ſubſtitutus eſt, ſi non naſceretur: eo nato & impubere mortuo locum non habeat:at ſi vel is non naſcatur,vel mater ante eum moriatur,habet. Sequitur cauſſæ conſtitutio. Qui prægnantem B vxorem credebat, in teſtamento ſic ſcripſit, poſtumus & vxor heredes ſunto. Si poſtumus natus non erit, Titius eſto. Teſtatore mortuo poſtumus natus eſt,& aliquantò pòſt impubes moritur. Mater inteſtati filij hereditatem ex Tertulliano S.C. vindicabat. Subſtitutus contra eam ad ſe ex D.Marci conſtitutione reuocabat:quæ verba vulgaris ſubſtitutionis,Si filius heres non erit, proinde interpretatur ac ſi adſcriptum fuiſſet,Si heres erit & impubes moriatur:verba enim illa quibus teſtator vſus fuerat: SI NA-C TVS NON ERIT, idem valere ac ſi ſcriptum fuiſſet, Si heres non erit; eáſque duas formulas inter ſe reciprocari, propterea quod nullo alio caſu poteſt accidere vt poſtumus heres non ſit, quàm ſi non naſcatur,Intentio matris,Non eſt locus ſubſtitutioni,quia facta eſt ſub condicione ſi non naſcatur, Natus autem eſt, D. Imò eſt locus Q. An locus ſit? R. Quia ex Marci conſtitutione vulgaris ſubſtituendi formula tacitè pupillarem continet. Hæc autem verba, Si natus non erit,idem valent ac ſi dictum eſſet,Si heres D non erit: quia nullo alio caſu heres non eſt, quàm ſi non naſcatur,quippe cum ipſo iure heres ſit, etiam ſi non immiſceat. F. At conſtitutio D. Marci ſic intelligenda eſt, niſi æquitas cum verbis teſtatoris conſentiat. Nam illa vim adfert verbis: Quare æquius eſt matrem ex natiua verborum proprietate & vſitata ſententia,quàm extraneum ex contorta & coacta interpretatione ſuccedere. Diſceptatio ex ſcripti & ſententiæ contentione naſcitur, an legiſlator non ſenſerit vim verbis faciendam,vbi æquitas cum ver-E bis facit. Ego reſpondendum putarem non ſenſiſſe, quia hoc caſu vis dupliciter adfertur verbis.Primùm quia verba hæc SI NATVS NON ERIT ſic interpretamur,Si naſcatur,& heres non erit: deinde quia verba hæc, Si heres non erit,ſic interpretamur, Si heres erit,& ante pubertatem moriatur, vtrumque autem hoc caſu falſum eſt. Nam in hac controuerſia,& natus,& re vera heres fuit poſtumus. Iuſtinianus autem ſcribit Papinianum hanc cauſſam addidiſſe, SI ENIM ſuæ ſubſtantiæ partem vxori reliquit, multò F magis luctuoſam hereditatem filij matri relinqui voluit.Quod mihi ſanè mirum viſum eſt,cùm ſatis conſtet ſubſtitutiones ad ſummouendos heredes legitimos inſtitutas eſſe,& teſtatorem,ſi eam mentem habuiſſet,potuiſſe matrem & pupillum,inuicem ſubſtituere:potius igitur exiſtimarem Papinianum ita ſenſiſſe duplicem illam vim verbis non eſſe adferendam ex conſtitutione D. Marci aduerſus matrem, de cuius apud teſtatorem gratia ex eo conſtaret quod heres vnà cum poſtumo inſtituta fuiſſet,

OBSERVATIONVM LIB. XII.

QVI PRIVS RESPONSIONVM AMICABIL. PRIMVS INSCRIPTVS FVERAT.

Quæ ſint pacti conuenti vires: & explicata l. Pacta conuenta. 72. De contr. emt.

Cap. I.

HIs nominibus non idem ſignificatur, Pactum, Pactio, Pactum conuentum, Pactum nudum. nec Conuentum dicitur, quaſi, nihil præter conuentionem habens. Primùm enim ſi pactum & conuentum idem eſſent, ea neque Paulus lib. Collect. 1. diſtinxiſſet, tit. de pact. & cõuẽr. neque Cicero pro Cæcina: Quæ indicia, aut ſtipulationis, aut pacti, & conuenti formula. & de Orat. 2. In foro tabulæ, teſtimonia, pacta, conuenta, ſtipulationes, cognationes, affinitates. Deinde videmus, Pactum conuentum apertiſſimè dici pro contractu in l. duo. 71. D. pro ſoc. Duo, inquit, ſocietatem coïerũt, vt grammatica docerent. De ea re, quæ voluerunt fieri, in pacto conuento ſocietatis perſcripſerunt. Quin etiam pro contractu Pactionis nomen vſurpabant, l. falſi, 20. D. de falſ. Qui obligationem pactionem fecerunt, & l. 3. D. de vſuf. Pactionibus & ſtipulationibus vſufructus conſtituitur. Plerumque tamen pactum conuentum pro Nuda conuentione dicebant: vti patet ex collatione l. 4. D. de pignor. & l. 1. D. de pign act. & tot. tit. de pact. Ceterùm Pactum nudum eſt conuentio iuris Prætorij, de negocio gerendo, quod naturalem tantùm obligationem aut contrahit, aut diſtrahit, l. 5. §. 2. D. de ſolut. l. ſolent, 17. D de perſc. verb. l. 5. C. de pact. Contractus, conuentio iuris ciuilis, de negocio gerendo, quod ciuilem tum obligationem, tum actionem parit, l. 1. §. 1. D. de pact. duo tamen pacta nuda ſunt, eáque Prætoria, ex quibus efficax competit actio: Conſtitutum, & Hypotheca, l. 1 D. de pec. conſt. l. 1. D. de pignor. act. Ne dixeris Pacta, quæ adiiciuntur ex continenti, neque parere actionem, ſed formare contractum, l. cùm dotem, 10. C. de iur. dot. Imò & contractum & eius actionem ita formant, informant, reformant, vt etiam pariant actionem non per ſe, ſed quà in contractibus inſerta, pars eius eſſe intelliguntur. Nã hoc eſt quod dicitur, INESSE contractui, l. 7. §. quinimò, D. de pact. pacta contractu contineri, l. 72. D. de contr. emt. l. 23. D. de reg iur. Itaque ex pacto vſurarum, aut fideiuſſoris dandi, emtionis contractui continenter inſito, naſcitur actio de vſuris, aut de fideiuſſore, l. 3. C. de vſur. l. 5. C. de pact. int. emt. l. 72 D. de contr. emt. Itémque in depoſito, l. 24. & l. 26. §. 1. D. depoſ. Ne dixeris, Si re integra ex interuallo pactum fiat de ſubſtantia contractus, dari actionem, non quidem ex pacto, ſed ex noua emtione. Nam ex contrario Vlp. in l. 7. § adeò, D. de pact. diſertis verbis adfirmat, ex parte agentis pactionem locum habere, vt etiam ad actionem proficiat: neque reſolutum eſſe contractum aucto poſtea, vel imminuto precio, ſed veterem renouatũ, & quaſi interpolatum remanere. Idq́; ex Pomponij ſententia: quem tamen video contrarium ſcripſiſſe in l. 2. D. de reſc. vend. & adſtipulatorem Paullum habuiſſe in l. 72. §. 1. D. de contr. emt. quamuis Papinianus eam quæſtionem dubiam & cõtrouerſam fuiſſe dixiſſet. Poſtremò ne dixeris in d. §. adeò, pro *Exceptiones* legendum eſſe, *Depactiones*. Nã Exceptiones in illo loco vſurpantur pro Pactiones, velut in l. 43. eod. tit. & l. ſi tibi. 13. D. de perſ. verb. Idq́; ſatis dilucidè verbum FACTAE oſtendit: vbi ſic legitur: *Exceptiones poſtea facta*: id eſt, pactiones ex interuallo factæ. Porrò luculentiorem habes legis huius interpretationem lib. ſuperiore, cap. 4.

Quo tempore ſit interponenda tutoris auctoritas in negocio pupilli.

Cap. II.

VIDEO eſſe qui in hac tractanda quæſtione ita ſcribat: Caius in l. 9. §. tutor. D. de auct. tut. ait, tutorem ſtatim in ipſo negocio debere auctorem fieri. Sed ſimul video Caium interpoſuiſſe verbum PRAESENS: quod ille perperam prætermiſit, neque obſcurum eſt, Caium ad interponendæ auctoritatis ſollemnitatem duo requirere: præſentiam tutoris in gerendo negocio, & profeſſionem auctoritatis, ſiue adprobationis, ſtatim vt negocium peractum eſt. Itaque ſic infert: POST TEMPVS verò, aut per epiſtolam interpoſita eius auctoritas nihil agit. Quod cùm ita ſit, credo veram Auctoritatis definitionem hanc eſſe: Auctoritas tutoris eſt expreſſa probatio eius negocij, quod inter pupillum & extraneum præſente tutore geritur. nam expreſſio & pronunciatio requiritur, l. 3. D. de auctor. tut. qua de cauſſa mutus tutor eſſe non poteſt, l. 1. in fin. D. de tutel. Nunc duas proponi video quæſtiones, ad quarum neutram mihi noui Diſputatoris placet reſponſio. Prior hæc eſt, vtrum perſeuerantia præſentiæ tutoris requiratur, quamdiu negociũ geritur, ab initio ad extremum: an ſatis ſit, eum peracto demum & concluſo negocio aduenire, quamuis in ipſo tractatu & geſtu negocij non interfuerit. Et reſponderi video, hoc ſatis eſſe, propter l. ſi quis, mihi, 25. §. iuſſum, D. de adquir. hered. vbi Vlpianus ait. Tutoris auctoritatem interponi peracto negocio. Sed Vlpiani verba calumniari non oportet: verùm ex illo ſuperiore Caij loco ſuppleri, in quo additum eſt, tutoris præſentiam in re gerenda, in ipſo tractatu, in ipſo geſtu negocij requiri: & confeſtim, hoc eſt, in re præſenti, in ipſo loci & temporis veſtigio pronunciationem auctoritatis adhiberi. Præterea ſi teſtis ad legitimum aliquem actum adhibitus durare vſque ad negocium confectum debet: vt Vlp. loquitur in l. qui teſtamento, 20. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ. quantò magis tutor, qui non, vt teſtis & ſpectator, ſed vt actor & negocij dominus intereſt? l. qui fundum, 7. §. 3. D. pro emt. l. tutor, 27. D. de admin. tut. Huc accedit, quod Paullus diſertè ſcribit, tutorem non modò non mutum, ſed nec ſurdum eſſe oportere. propterea quod non modò loqui debet, inquit, hoc eſt pronunciare probari ſibi id quod geſtum eſt, verùm etiam audire, l. 1. in fin. D. de tutel. at quemadmodum omnia tutor audiet, adtendet, intelliget, ſi poſt peractum demum nego-

A negocium ſuperueniat? & ad peractā fabulam, tamquam minus poſt ſipatium latitans, repente exſiliens exclamet, Plaudite, Auctor ſum. Altera quæſtio eſt huiuſmodi: An tutoris auctoritas ante geſtum negocium interpoſita valeat? cui reſponderi video, valere. ſanè directò contra illud Caij præceptum, in quo tutoris in negocio gerendo præſentiam cum auctoritatis præſtatione copularat. Nam etſi verbi huius proprietas hæc eſt, vt Auctoritas præcedere debeat: B ſicuti Romæ cùm patres dicebantur auctores fieri eorum de quibus ad populum poſtea ferebatur: tamen contra antiquam verbi conſuetudinem in pupillorum gratiam inſtititutum eſt, vt tum demum interponatur, cùm negocium geritur: quaſi adprobatio tutoris à taciturnitate incipere, & ad extremum in expreſſam deſinere debeat, d. l. 9. §. pen. D. de auct. tut. præterea cùm Paullus requirat, vt tutor non modò loquatur, & ſe auctorem atque adprobatorem eſſe pronunciet: verùm etiam vt omnia percipiat, atque C audiat: d. l. 1. in fin. D. de tutel. quemadmodum audiſſe dicetur, qui (vt noui diſputatoris verbis vtar) poſtquam tractatum omnem intellexit, eúmque probauit, mox abſcedente illo pupillus & extraneus inter ſe contractum habuerunt. Eò accedit l. nunquam, 31. §. 1. D. de vſurpat. vbi Paullus diſertè ſcribit, tutorem initio venditionis iutet pupillum & extraneum contractæ fruſtra auctoritatem interponere. neq; (quod nouus interpres fecit) verba hæc interiecit, Nondum intellecto totius tenore contractus. Nam etiam ſi D priùs intellexiſſet, & pupillo conſilium dediſſet, vt eo modo contraheret, tamen ad implendam actus legitimi ſollemnitatem eum intereſſe oporteret. quippe qui non alienum, ſed ſuum ipſe negocium gereret: atque id negocium, cuius ipſe periculum ſubiret. l. 1. & paſſ. C. de petic. tut. quid verbis opus eſt? Tutoris auctoritas actus eſt legitimus, & ex eorum numero qui neque diem neque condicionem recipiunt, l. curatorem, 19. D. de auctor. tut. l. cùm in vna, 17. D. de adpellat. l. etſi, 8. D. de auct. tut. itaque non vt actus E iuriſgentium rectè inter abſentes per nuncium aut per epiſtolam perficiuntur: l. 1. §. vltim. D. de contr. emt. l. 1. D. locat. ita tutoris auctoritas rectè ab abſente interponitur, d. l. 9. §. vlt. D. de auct. tut. quocirca quamuis venditio per epiſtolam ab abſente pupillo facta valeat, tamen neceſſe eſt eam epiſtolam coram teſtibus in tutoris præſentia recitari, & hunc illi ſubſcribere, ſe auctorem eſſe. d. l. 9. §. vlt. D. de auct. tut. Obiicitur l. 1. in fin. D. de ſolut. vbi Vlpian. ait, creditorem, qui à debitore pecuniam accipit, conſtituere F debere in quod velit ſolutum, ſed conſtituere in re præſenti: hoc eſt (inquit Vlpianus) ſtatim atque ſolutum eſt: cùm tamen Imperat. ſcribat, rectè ante ſolutionem id fieri, l. ſi vſuras, 21. C. de vſur. Sed expedita reſponſio eſt. Primùm quia non ſi creditori ante ſolutionem id facere liceat, continuò idem tutori licet, alia enim eſt tutoris, alia creditoris ratio. Itaque Imp. in eadem illa lege apertè ſcribit, licere id creditori non modò ante, ſed etiam poſt ſolutionem facere. At nemo dixerit, tutorem poſt peractum nego- G cium rectè auctoritatem interponere. qua de re video etiam inter nos conſtare. In re præſenti ergo Vlp. dixit, pro In ipſo loci ac temporis veſtigio, dum adhuc & pecunia præſens eſt, neque aliò tranſlata eſt: & creditor ac debitor eodem adhuc loco præſentes ſunt, neque alium ſe in locum contulerunt. quod ſanè magnopere cum illa noſtra ſuperiore Caij verborum interpretatione congruit: vt tutoris auctoritas in re præſenti interponatur: hoc eſt, antequam vel pupillus vel extraneus ex eo loco vbi negocium geſſerunt, exceſſerit. Minus etiam aduerſatur, quod Vlp. in Collectaneis ſcribit, Neratium exiſtimaſſe valere auctoritatem à tutore præſtitam mulieri, cùm per epiſtolam ſeruo libertatem mittit: contrà quàm Iulianus ſcripſerat, eo tempore debere auctoritatem præſtari, quo peragitur libertas. Nam Iulianus iuris regulam, quam ſuperiùs ex Caio expoſuimus, rectiſſimè ſecutus eſt: vt in ipſo negocio peragendo, & nō antè, auctoritas præſtaretur. Neratius verò contra iuris rigorem in fauorem libertatis aliter exiſtimauit: cuius ſententiam probabiliorem quibuſdam viſam fuiſſe nunquam iis mirum videbitur, qui innumerabiles libertatis fauores cōtra ſubtilitatem iure noſtro receptos animaduerterunt, l. generaliter, 24. §. ſi quis ſeruo, D. de fideic. liber. l. vlt. C. de patr. poteſt. l. quoties, 20. l. libertas, 122. D. de reg. iur.

Ad l. Si quis, 22. D. de leg. 3. Poſteriùs geſta prioribus derogare.

CAP. III.

Deum habeo teſtem meo me Marte (vt dicitur) notaſſe verſum hunc totum vt ſpurium & à Triboniano interiectum: ***Sed hoc ita locum habebit, ſi ſpecialiter dixerit prioris voluntatis ſibi pœnituiſſe, & voluiſſe, vt legatarius plura legata accipiat.*** Cuius meæ coniecturæ & opinionis, has ferè cauſſas habui, primùm quia genus hoc dicendi Tribonianicā ſcribendi conſuetudinem apertè redolet. deinde quia ſi teſtator expreſsè & dilucidè coram teſtibus profeſſus eſſet, ſe conſilium illud ſuum mutaſſe, ecquidnam dubitationis ſupereſſet, de quo, non dico Iuriſconſultum, ſed baiulum aut calceolarium aliquem conſuli oportuiſſet? tum præterea ſimillimam videmus Marciani & Scæuolæ ſententiam in l. diui, 6. §. 2. D. de iur. codicil. & l. vlt. in princip. D. de legat. 2. vbi codicilli ſine teſtatoris ſcriptura & ſignaculo facti ab eo, qui tamen in ſuo teſtamento diſertè cauerat, ne aliàs fides iis haberetur, quàm ſi ſua manu ſcripti & obſignati eſſent: valere tamen dicuntur: & ratio his verbis à Martiano ſubiicitur: ***Quoniam ea quæ poſtea geruntur, prioribus derogant:*** quod ſic accipiendum eſt, ea quæ poſtea à ſciēte (vt in dicta l. ſi quis, in princip.) & ſuperioris ſuæ promiſſionis memore geruntur, prioribus derogant: quoniam teſtator prius conſilium abieciſſe, & nouum cepiſſe intelligitur. quaſi dixiſſet, Quę poſtea etiam tacitè gerūtur, prioribus, etiam expreſsè geſtis, derogant. Itaque huius rei exempla paſſim videre in teſtamentis licet. veluti, cùm quis vicos legauit, quorum poſtea ſe fines deſcripturum dixerat, ſi eos non deſcripſit, cùm deſcribendi ſpacium & facultatem haberet, tacitè mutaſſe conſilium intelligitur, l. cùm pater, 77. §. vlt. D. de legatis, 2. quo argumento Iuſtinianus conſtituit, vt ſi quis heredem inſtituerit ſub ea condicione, quam adſcripturus erat, ſi non adſcripſerit, prius abieciſſe conſilium, & purè illum heredem inſtituiſſe videatur, l. pen. C. de inſtit. & ſubſtit. quod idem de partibus hereditatis, quas teſtator adſcribere deſtinauerat, Vlpianus contra Marcellum adfirmat in l. 2. D. de hered. inſtit. quo ex loco, & Vlpiani aduerſus Marcellum diſputatione, non dubito quin arguenda ſit Triboniani ſocordia in l. quoties, 9. §. tantumdem, D. eod. vbi Marcelli propoſita eſt ſententia Vlpiani diſputationi & illi Iuſtiniani conſtitutioni apertiſſimè contraria. Quod enim poſteriùs

Vlpianus adiicit: *Quam ſententiam & ipſe & nos probamus*: quis non videt ad inſequentem ſententiam, non ad priorem illam pertinere? Quod verò quidam putant condicionis adiectionem vel obliuione, vel repentinæ mortis interuentu omiſſam, & præſtandi polliciti morte præreptam facultatem: planè abſurdum eſt. nam & conſultò fuiſſe omiſſam oportet, atque (vt ſuperiùs ex hac quam tractamus lege diximus) à ſciente, & ſui polliciti memore: & qui addendi ſpacium ac facultatem habuerat liberrimam: vt iam illa commodè concipi tradíque ſententia poſſit: Qui quid in ſuo teſtamento addendi animum habuit, neque tamen, cùm eius rei facultatem haberet, quidquam addidit, eum addendi animum abieciſſe videri. argumento ſumto à contrariis ex l. ſi quis cùm, 25. D. de teſtam. quò pertinet l. 3. C. de inof. l. tres tutores, 55. §. vlt. in fin. D. de admin. tut. l. in confirmando, 8. C. de confir. tut. Pari ratione quamuis legata expreſsè relicta ſint, poſteriore tamen etiam tacita voluntate adimuntur. veluti alienatione rei legatæ non neceſſaria. vel exortis capitalibus inimicitiis, vel aliis modis expoſitis in l. 3. §. vlt. l. nihil, 16. l. rem legatam, 18. D de adim. legat. l. 4. §. præterea, D. de dol. except. l. in fraudem, 15. §. 1. l. militis, 36. §. pen. D. de teſtam. mil. l. ſi quis eum, 15. D de vulg. ſubſtit. Pœnitentiæ autem & mutari conſilij probatio ei incumbit, qui hoc intendit, l. fideicommiſſum, 27. C. de fideic.

An conferri legatum in arbitrium alienum poſſit.

CAP. IV.

IN hac quæſtione tam apertè video Vlpianum & à Pomponio & à Modeſtino diſſentire, vt me ſophiſmatum & ſolutionũ quas nonnulli comminiſcuntur, magnopere pudeat. Nam Vlpianus in l. 1. D. de legat. 2. diſertè adfirmat, legatum in alterius arbitrium conferri poſſe. Modeſtinus autem in l. nonnumquam, 52. D. de condict. & demon. In alienam, inquit, voluntatem conferri legatum non poteſt. Quid ampliùs? nam addi ad diſſenſionem nihil videtur poſſe. Imò vero cùm Vlpianus illo poſito dixiſſet, nihil has inter ſe formulas in effectu differre, Si Titius in capitolium aſcenderit, lego: Si Titius voluerit, lego. Modeſtinus libro de differentiis ſeptimo eas ipſas formulas tractans, apertè adfirmat, eas vſque adeò inter ſe differre, earúmque differentiam tantopere valere, cùm prior vtilis ſit, poſterior ſit inutilis: quoniam inquit, ſi prior expreſſa poſteriorem in ſe tacitè continet, tamen expreſſa nocet, non expreſſa non nocet. quibus verbis haud ſcio an planiùs & expreſſiùs potuiſſet Modeſtinus Vlpiani ſententiam improbare: cùm Vlpian. verba quaſi Penelopes telam (vt in prouerbio eſt) retexat. Quemadmodum Vlpianus ex contrario à Pomponio diſſentiens, eius verba retexuerat in l. ſi quis Sempronium, 68. D. de heredib. inſtit. quæ Vlpiani ſententiæ perſpicuè aduerſatur. & Caium adſtipulatorem habet in l. ſi ita legatum, 65. §. 1. D. de legat. 1. vbi ſimiliter ſcribit, aliud eſſe iuris ſi quid tacitè continetur, aliud ſi verbis exprimatur. Illud non eſt omittendum, rectiſſimè in libris omnibus apud Vlpianum ita ſcriptum fuiſſe: *In alterius arbitrium conferri legatum, veluti condicio, poteſt.* neq; reponendum eſſe CONDICIONEM. quia ſententia Vlpiani hæc eſt: Sicuti cõdicio legati in alienum arbitrium conferri poteſt: putà, Si Titius in capitolium aſcenderit: ita legatum poteſt: putà, Si Titius voluerit. quod etiam idem oſtendit in l. fideicommiſſa, 46. D. de fideic. libert. vbi ſuã A illam ſuperiorem ſententiam iiſdem verbis iterans ita ſcribit: Si ſcriptum ita ſit, Si Titius voluerit, Stichum liberum eſſe volo: valere libertatem: quia condicio potius eſt: quemadmodum ſi mihi legatum eſſet: Si Titius capitolium aſcenderit. nam condicionale legatum eſt: vt ait Caius in d. l. ſi ita legatum, §. 1. D. de legat. 1. & in l. ſi ita expreſſam, 69. D. de cond. & demonſtr. Poſtremò negari non poteſt quin Vlpianus differentiam ſtatuerit inter merum, plenum, liberum B arbitrium: & inter arbitrium boni viri. nam in illud conferri legatum non poſſe opinor, quia cùm legatum legis modò imperatiuè concipiatur: vt idem ait Regul. tit. 24. abſurdum eſſet, quod ex mero, libero, & abſoluto teſtatoris imperio pendet, id in alterius voluntatem arbitriúmque conferre. præſertim cùm teſtamentorum iura per ſe ipſa firma eſſe oporteat, non ex alieno arbitrio pendere, l. illa inſtitutio, 32. D. de hered. inſt. In arbitrium autem boni viri, hoc eſt in heredis aut extranei, tamquam boni viri, non modò C fideicommiſſum, verùm etiam legatum conferri poſſe: apertè Vlpianus adfirmat in l. ſi ſic legatũ, 75. D. de legat. 1. l. fideicommiſſa, 11. §. ſic fideicommiſſum, & §. ſeq. D. de legat. 3. l. fideicõmiſſa, 46. D. de fideic. libert.

Heres, Dominus, Paterfamilias. item pro herede, & pro domino gerere quid differant.

CAP. V.

PRo herede gerere & Pro domino gerere, hoc differunt, quòd qui pro herede gerit, v- D tique pro domino gerit: qui pro domino gerit, non continuò pro herede gerit. poteſt enim non quaſi heres id agere, ſed quaſi alio iure dominus: vt loquitur Vlpian. in l. pro herede, 20. D. de adq. hered. eiúſque rei exemplum caſtrenſe peculium ſuppeditat, cuius pater, filio inteſtato mortuo dominus fieri dicitur: at eius teſtamento inſtitutus, heres eius efficitur, l. 1. l. 2. l. 9. §. dicebam. D. de caſtr. pecul. Ac veteres quidem Heredis nomine Dominum adpellabant: vt præter Iuſtiniani teſtimonium E iam olim & primus omnium demõſtraui ex illo Paulli verſu: Abſtuli hãc cuius heres numquam erit poſt hunc diem. Itaque Feſtus, Heres, inquit, apud antiquos pro domino ponebatur. Sed cùm Tryphoninus in l. pen. §. pater, D. de caſt. pec. ita loquitur: Si pater, vt heres, viuo filio vindictam ſeruo caſtrenſi impoſuit: nequaquam exiſtimandum eſt eum dixiſſe, VT HERES, pro, Vt dominus: ſed pro, Quaſi iam anticipatione quadam heres: quia pater à filio milite in caſtrenſi peculio heres inſtitutus, fingitur non nouam F hereditatem adipiſci, ſed eam antè viuo filio adeptam continuare: vt ibidem Tryphoninus oſtendit: conſimili ferè ratione, qua dicimus filiumfam. etiam viuo patre heredem eſſe: mortuo, ſuum heredem exſiſtere: hoc eſt ſuarum quodammodo rerum pater filio ſuccedens pleniorem ac liberiorem dominationem adipiſci, l. in ſuis, 11. D. de lib. & poſt. nam etiam pene ad propria bona venire dicitur, l. prima, §. largius, D. de ſucceſſ. edict. Quæſtio igitur hæc fuit: An pater viuo filio caſtrenſem ipſius ſeruum vtiliter G manumittat. Ad quam Tryphoninus cum diſtinctione reſpondet, Aut manumiſit vt dominus, aut vt heres: anticipatione ſcilicet. ſi manumiſit vt dominus & poſtea heres inſtituatur, inanis erit manumiſſio: quoniam euentus conſilio non reſpondit. ſin autem filius inteſtato deceſſerit, vtilis erit: propterea quòd retro fingitur pater etiam viuo filio dominum habuiſſe: quaſi cùm ſeruum manumittit, occupet futuram

ram dominationem exercere. ſin autem manumiſit tamquam per anticipationem heres, & poſtea filius inteſtatò moriatur, fruſtrà manumiſerit. quòd ſi heres inſtituatur, & euentus conſilio reſponderit, vtiliter fecerit: quaſi iam tum occuparit futuram hereditatem adminiſtrare. Quare vt valeat manumiſſio, duo concurrere oportet: nempe vt aut pater tamquã dominus manumittat, & ab inteſtato filio dominus relinquatur: aut tamquam heres manumittat, & teſtamento filij heres efficiatur. Quæ cùm ita ſint, rectè Græci locum illum ita conuerterunt, ὡς μέλλων τοῦ παιδὸς κληρονομεῖν. nam hæc ſententia eſt, ὡς οὐ μόνον μέλλων κληρονομεῖν, ἀλλὰ ἤδη νῦν κατὰ πρόληψιν κληρονόμος. Sed hæc patris poteſtas ceteris in rebus non admittitur: in cauſſa libertatis, propter eius fauorem, adeò permittitur, vt Tryphoninus fateatur ſe in hoc reſponſo ſummum ius ſecutum eſſe: contrariam enim ſententiam humaniorem & fauorabiliorem futuram: vt ſcilicet vtroque illo caſu rectè & vtiliter collata libertas eſſe cenſeatur: quaſi pater iam tum viuo filio occuparit futuram dominationem interponere, vt Pomponius loquitur in l. duo fratres, 78. D. de adq. hered. vbi interponere dominationem dixit, pro Exercere, hoc eſt pro domino, vel pro iure domini adminiſtrare. Neque verò exiſtimandum eſt, dominum eum demum dici, qui proprietatem vel nudam, vel plenam aliquo iure nactus eſt: qui vſumfructum habet, dominum, niſi per abuſionem non dici. Nam cùm hoc ſpecialiter Vlpianus retulerit ad S. C. Silanianum, abſurdum eſt ad alias cauſſas contorquere, l. 1. §. 1. D. ad S. C. Silan. & certè ita eſt, vt qui vſumfructum legitimo aliquo & ciuili modo nactus eſt, eius (iure Quiritium) dominus dicatur: l. 3. D. ſi vſufr. petar. vti qui ex cauſſa fideicommiſſi vſumfructum adeptus eſt, negatur eſſe verè propriéque dominus: qui verò legitimè & ciuiliter adeptus eſt, verè propriéque dominus eſſe dicitur. Sed & cùm Vlpianus patremfa. definit, qui in domo dominium habet, non idcircò abuti eo verbo exiſtimãdus eſt, quia paterfa. eſt etiam qui in aliena domo ius habet in ſuam familiam. non enim Vlpianus addidit, In ſua domo: ſed indefinitè, In domo, id eſt in ſua familia, cuius vniuerſæ Pater antiquo more dicebatur. & hoc ſenſu Domus vocabulum crebro ab antiquis vſurpatum fuiſſe, nemo vel mediocriter eruditus ignorat. Itaque Iſidorus ex auctore antiquo: Dominus, inquit, per deriuationem dictus quod domui præſit, & cunctæ familiæ dominetur quò etiam pertinere vetus illud videtur: *O domus, quàm diſpari dominaris domino!* Paterfam. autem & Dominus olim promiſcuè dicebantur. Macrob. libr. Saturn. 1. Maiores noſtri omnem dominis inuidiam, omnem ſeruis contumeliam detrahentes Dominum Patremfamilias, ſeruos Familiares adpellabant. Illud fortaſſe non prætereundum eſt, quamuis verbum Heres deductum ab Hærendo videatur, quia iuri vniuerſo defuncti & actionibus hæret: vt ait Vlp. l. ille à quo, 13. D. ad Treb. tamen Plauti verſum in Menechmis, ex quo Lambinus interpres doctiſſimus id probari credidit, longè aliò pertinere.

Feciſti funus, abſenti me, prandio.
Cur auſus facere, cui ego æquè ac heres hæream?

Neque enim verba hæc, *cui hæream*, ad Menechmũ referenda ſunt, vt paraſitus ei ſe adhærere dicat: ſed ad prandium, cui funus à Menechmo factum, id eſt quod à Menechmo conſumptum credebat. nam poſt funus dari conuiuium ſolebat, quod Silicernium vo-

A cabant. id heredes ſilentes cernebant. ſed ibi tamen perpetuò hærebant. Quare verba illa, *Cur auſus es facere*, parentheſi includenda ſunt, & cum interrogatione notanda: Tum ſic excipienda ſententia, Feciſti funus, abſenti me, prandio, cui prandio ego nihil guſtans hæream quemadmodum heredes in funebri prandio hærere impranſi ſolent. Ex quibus intelligi poteſt, quàm opportunè Lambinus ad huius loci interpretationem vulgatum illud Gallorum pragma-
B tionum traxerit, *Le mort ſaiſit le vif*: quod ſic interpretatur, Mortuus viuum apiſcitur, ſiue prehendit: cùm contrà, Saiſite verbum Galli priſco more vſurparint, pro eo quod Feudiſtæ dicunt Inueſtire: cùm hoc ſignificarent Motiens tradit poſſeſſionem viuenti, & ſuo ſuperſtiti heredi: quod in iure ciuili in ſuo herede verum eſt, in extraneo ineptè diceretur: vt aliis locis demonſtrauimus. Sed hæc in Grammaticis alienam artem tractantibus facilè diſſimulanda ſunt.

C *Ad l. dotalem, 61. & l. hæc actio, 65. D. ſolut. matrim. Maritus dotalem ſeruum manumittit.*

Cap. VI.

HAs quinque leges ex ordine omnes ad legẽ Iuliam de maritandis ordinibus pertinere, neminem dubitaſſe vnquam arbitror. nam & trium legum inſcriptiones id apertè profitentur, diſertéque traditur à Paullo in l. filius, 14. §. 2. D. de falſis. & gloſſæ ac Doctores ad vnum omnes idem vna voce clamitant. Itaque iidem omnes actio-
D nem quæ in l. 65. ſine nomine deſignatur, & ad eam cauſſam pertinet, quam ſuperioribus quattuor legibus Iuriſconſulti tractarunt, ſummo conſenſu declarant eſſe Condictionem ex illa lege Iulia. vt valde mirum ſit hominem hac ætate repertum eſſe, qui cùm ſe noui aliquid & inauditi allaturum profeſſus eſſet, in hæc verba prorupit: *Hæc eſt, hæc eſt illa diu perquiſita, necdum ab interpretibus inuenta actio, de qua agitur in l. hæc actio, D. ſolut. matrim. nempe Condictio ex lege Iulia.* Atqui Bartholus tot ante ſeculis, itémque Al-
E bericus, & Baldus, & Paullus Caſtrenſis hanc ipſam interpretationem nobis per manus tradiderant. Nam Bartholi quidem legem illam interpretantis hæc verba ſunt, *Dic, quòd hæc lex loquitur de condictione ex lege Iulia, quæ datur contra maritum in id quod conſequitur à liberto.* Quid? Baldus eandem illam actionem quemadmodum interpretatur? *Ego*, inquit, *dixi in ſumma, quòd hoc eſt ideo, quia Condictio ex lege Iulia de maritandis ordinibus, de qua hic continuè loquitur, continet extraordinarium remedium.* Sed priùs audiendus
F erat Albericus de Roſate: qui ad dict. l. 62. num. 3. ita loquitur: *Quærit gloſſa qua actione maritus teneatur. Ego dico Condictionem ex Lege dari: vt in l. ſi poſtulauerit, in fin. & l. ſeq. D. de adulter.* Prodeat nunc Paullus Caſtrenſis, & verba illius audiantur. *Hæc actio*, inquit, *eſt Condictio ex lege Iulia de maritandis ordinibus, competens ad id quod maritus fuit conſecutus, tamquam patronus.* Quod ſi ſummatim harum legum ſententia complectenda eſt, ne hunc quidem laborem recuſabimus. Seruus dotalis manumiſſus fuerat à marito. Id
G enim illi in libertatis fauorem permiſſum fuit, l. ſeruum, 21. D. de manum. l. 3. C. de iur. dot. Idem ſeruus teſtamento patronum illum ſuum heredem inſtituit. Quærebatur, an mulier illã hereditatẽ quaſi ex cauſſa dotis à marito adeptam, repetere vnà cum reliquis rebus dotalibus poſſet. Reſpondetur, diſtinguendum eſſe, vtrum maritus inuita, an volente vxore, aut negocium eius gerens id feciſſet. nam primo caſu,

rei quidem vxoriæ actionem (quæ non niſi ſoluto matrimonio competit) ad hanc cauſſam non pertinere. propterea quod per illam actionem ſolæ res dotales repetuntur: ſeruus autem ille, manumiſſione alienatus, dotalis eſſe deſierat, l. 63. ſolu. matrim. ſed lege Iulia & Papia cautum fuiſſe, vt quidquid maritus eo nomine conſecutus fuerat redderet. Cùm autem mulier actione de dote ad id repetendum vti non poſſet, confugiendum eſſe ad illud actionis genus, quod ſolet ex iis legibus competere, quibus noua quidem obligatio, ſed ſine certa iudicij & actionis formula conſtituta eſt: nempe Condicionem ex lege, l. 1. D. de cond. ex leg. Quòd ſi voluntate mulieris maritus manumiſiſſet, cùm ſcilicet ſeruum vxor donare marito vellet, (nam hoc donationis genus manumittendi cauſſa inter coniuges permiſſum eſt, l. maritus, 22. C. de don. inter vir.) tum eam nihil repetituram, l. ſi conſtante, 24. § ſi vir, D. h. t. qui locus totidem literis ineptiſſimè à Triboniano inculcatus eſt in l. 62, & 64, eod. titu. Sin autem mulieris negocium vir gerens manumiſiſſet, tum quæcunque iure patronatus maritus conſecutus eſſet, redditurum: non autem alia, ſi qua fortè vt libertus in patronum contuliſſet. Potuit autem iure antiquo prodeſſe mulieri, ſeruum à viro manumitti: quia mulieres iura patronatus non habebant, niſi ex lege Papia ingenuæ duobus liberis honoratæ: libertinæ autem tribus: vt ab Vlpiano traditum eſt titul. Regul. vltim. in fin.

Ad l. Sed etſi, 25. D. de donat. int. vir. & vxor. Donatio inter coniuges impedit vſucapionem. & Donatio rei alienæ inter coniuges ad quid valeat.

Cap. VII.

NIHIL mutandum eſt in hac lege, neque alium in locum transferenda negatio eſt, quàm quo loco tum in Accurſianis, tum in Florentinis libris poſita eſt. Neque enim in vulgatis, ſed in ſolius Holoandri codicibus negatio principio legis omiſſa eſt: vbi typographus fortaſſe imprudente Holoandro ita ſcriptum reliquit: *Quia etſi mortis cauſſa donaretur ei &c.* quod ſine controuerſia vicioſum eſt: vt ex iis quæ ſubiungam intelligetur. Quæſtio Terentio Clementi propoſita hæc fuit: An vxor, cui bona fide accipienti maritus bona fide rem alienam donauit & tradidit, mortuo marito eam vſucapiat. Titius ſcyphum Mæuij quem ſuum eſſe credebat, vxori ſuæ, quæ idem exiſtimabat, mortis cauſſa donauit. Titio mortuo vidua ſcyphum illum per legitimum ad vſucapiendum tempus poſſedit. quærebatur, an illum vſucepiſſet. D. C. eſt, vt illum non vſucepiſſe videretur, quia vicioſa illa fuit donatio: quippe inter coniuges prohibita. quæ prohibitio rei vicium adfert, vt illius vſucapionem impediat, l. ſi fundum, 16. D. de fund. dot. C. T. R, quoniam donatio coniugum in id tempus collata, quo coniuges non erunt, taciturnitate confirmatur: quaſi ſit donatio mortis cauſſa, l. ſi cum, §. vlt. & ll. ſeqq. D. de donat. int. vir. atqui vis iſtius donationis in tempus ſoluti matrimonij, hoc eſt, poſt donatoris mortem collata eſt. omnis enim coniugum donatio poſt Seueri Orationem donatoris taciturnitate haberi cœpta eſt pro mortis cauſſa donatione, l. cùm hic ſtatus, 36. §. 1. D. eod. Neque Terentius Clemens Paulli ſententiæ ſuperiore proxima lege propoſitæ ſuffragatur, quaſi omnis inter coniuges donatio vicioſa eſſet. quod certè non obſcurè illis verbis oſtendit SED ETSI. quæ tantumdē valent ac ſi dixiſſet, IMO ETSI. vel hoc modo, Præter Paulli ſententiam illud etiam adfirmo, atque contendo: *Etiam ſi conſtāte matrimonio, &c.* quam Terentij diſputationem video munitam auctoritate Trebatij & Pomponij in l. 3. D. pro donat. hac verò in lege duplici argumento ab ipſo confirmatam. quorum hoc prius eſt: Donatio rei alienæ inter extraneos facta vſucapiendi occaſionem donatorio præbet, l. 2. D. eo. l. Ariſto. 18. §. penul. l. qui alienam, 33. D. de donat. Donatio inter coniuges quæ donantem pauperiorem non facit, (qualis eſt rei alienæ donatio, per quam nihil de donantis patrimonio decedit) habetur pro donatione inter extraneos, neque vnquam fuit prohibita, l. ſi ſponſus, 5. §. conceſſa, 7. & §. cùm igitur, D. h. t. Quare donatio inter coniuges de re aliena facta donatario vſucapiendi occaſionem præſtat, d. l. 3. D. pro donat. Alterum argumentum ſumtum eſt ex comparatione minoris: Cui licet quod plus eſt, eidem licet quod minus eſt. Atqui propter ius antiquum, ius (inquam) Oratione Seueri antiquius, minus erat probabile donationem inter coniuges non mortis cauſſa, ſed inter viuos factam vſucapiendi facultatem præſtare. quod tamen in hac admittitur: quoniam eiuſmodi fuit alienæ rei donatio, vt pauperiorem maritum non faceret, d. l. 3. Quare, vt iam ipſius Terentij verbis hanc ratiocinationem concludamus, licèt mortis cauſſa donatio interuenerit, tamen ea quaſi inter extraneas perſonas fieri intelligenda eſt in ea re, quæ, quia aliena eſt, vſucapi poteſt. Hac plana & facili interpretandi ratione Iuriſconſultorum ſcripta non minus dilucidè explicantur, quàm obſcurè, perplexè, & tortuoſè à tenebricoſis ingeniis implicantur.

Ad l. 1. C. de mort. cauſſ. donat. An donatio mortis alienæ cauſſa rectè fiat. itémque de fideicommiſſis. & ſubſtitutione directa & fideicommiſſaria.

Cap. IIX.

IN hac lege particulam NON deeſſe arbitror: atque ita reſtituendum eſſe locum, *Si mortis cauſſa donatio non perficiebatur*, vel potius, *Perficitur.* vt ſit ſenſus: Si portio rei duobus donatæ à præmortui herede, non traditur donatario ſuperſtiti: vel, Si præmortui donatarij heres ſuperſtiti donatario portionem petenti deneget. Sic enim multis locis *Perfici traditione donatio* dicitur, pro *Impleri & conſummari.* velut in l. 1. C. de iur. fiſci. l. 1. l. 6. l. vlt. §. pen. D. de donat. l. 4. C. de contr. emt. Alioqui ſi & veterum & recentiorum interpretationem admitteremus, & Imperator hoc ſignificare voluiſſet, Si donator voluit mortis cauſſa donare: ita potius ſcripſiſſet, *Si mortis cauſſa donatio fiebat.* quaſi donationem inter viuos illis verbis excludere voluiſſet. qua in ſententia omnes ad vnum interpretes eſſe animaduerto, non ſatis conſideratè, meo quidem iudicio: quemadmodum poſteriùs intelligetur. Priùs enim admonendi ſumus, duplicem in hac ſpecie donationem eſſe factam: vnam inter viuos, alteram mortis cauſſa: quod ex hac cauſſæ conſtitutione perſpicietur. Caius inter viuos donauit Seio & Mæuio fundum integrum, ea lege, vt altero præmortuo eius portio ad ſuperſtitem pertineret. Hæc ſecunda portionis donatio non inter viuos (vt apparet) facta eſt, ſed mortis cauſſa. non tamen ipſius donatoris, ſed alterutrius donatarij præmorientis. ſciendum

eſt

eſt enim donationem non tantùm ſuæ, ſed etiam alterius mortis cauſſa fieri ſolere, l. 3. infra, h.t. l. 8. l. mortis, 11. l. mortis, 18. D. eod. Seio præmortuo Mæuius ab ipſius herede extra iudicium petit, vt donationem illam mortis cauſſa factam perficere & Caij voluntatem implere velit. Cùm heres recuſaret, quærebatur an Mæuius fideicommiſſi actione experiri aduerſus illum poſſet. D.C. vt non poſſe videatur, duplex proferri poteſt. neque vllius legis commodam ſine dubitandi cauſſa interpretationem vllam eſſe arbitror. Prior hæc eſt, quia mortis cauſſa donatio, eo iure quod Alexander in hac lege ſequitur, præſenti traditione perficiebatur, l. inter mortis, 36. D.h.t. At in hac ſpecie donator neq; dat, neq; tradit in præſenti portionẽ Seij Mæuio, ſed tãtùm donationi directę legem illam adſcribit: vt poſt Seij mortẽ ea portio ad Mæuium pertineat. quæ adiectio in donationibus olim non admittebatur. neque enim promiſſionibus, ſed traditionibus dominia rerum transferuntur, l. 20 C. de pact. donatio autem ſicuti ex donantis parte præſens alienatio eſt, ita ex donatarij præſens adquiſitio, l. 9. §. vlt. D. de donat. neque obſtat l. donatio, 25. C. eod. vbi donatio ex certo notato tempore valere dicitur. nam illa lex eſt Conſtantini noua, quæ ius nouum aduerſus huius antiqui iuris regulas inducit. Altera dubitandi cauſſa eſt, quia portio Seio donata & tradita conſeſtim ei adquiſita fuerat: neque amplius in donatoris patrimonio cenſebatur, d. l. 9. §. vlt. at fideicommiſſum imponi aliunde quàm de ſubſtantia bonorum fideicommittentis non poteſt, l. debitor, 59. §. ea quæ dotem, D. ad Trebell. l. ab eo, 9. C. de fideic. onerari, inquam, is demum fideicommiſſo poteſt, ad quem morte fideicommittentis aliquid ex ipſius bonis peruenit, l. 1. §. pen. D. de legat. 3. C. T. R. propter mirificam fideicommiſſorum naturam & condicionem, quibus vſque eò contra iuris ciuilis regulas fauetur, vt non modò à teſtato, verùm etiam ab inteſtato relicta valeant, l. 4. C. de codicill. l. 1. §. 2. l. recuſare, 62. §. 1. D. ad Trebell. & non modò expreſſis verbis, verùm etiam nutu & nuda ſignificatione voluntatis rectè relinquantur, l. & in epiſtola, 22. C. de fideicomm. l. 5. §. 1. D. de re iudic. per tacitam, inquam, voluntatem, quæ ex coniecturis colligitur rectè inducuntur, l. fideicommiſſum, 11. §. hæc verba, l. Pamphilo, 39. D. de legat. 3. denique præclarum exſtat Scæuolæ reſponſum, & ad hanc quæſtionem maximè appoſitum, vt ſubſtitutio directa codicillis facta, atque idcirco inutilis, tamen ex benigna interpretatione trahatur ad fideicommiſſariam: vt ſi duo ſint heredes inſtituti, & directò inuicem ſubſtituti, tamen is qui ab inteſtato ſucceſſit, præſtare ſuperſtiti fideicommiſſum debeat, l. Scæuola, 76. D. ad Trebell. Patere igitur iam arbitror, conſultum Imp. Alexandrum fuiſſe non de donatione mortis ipſius donatoris cauſſa facta: nam Caij donatio, ſimplex, directa, & traditione perfecta fuerat, cui generi fideicommiſſum imponi non licet, l. cùm quis, 37. §. pater, D. de legat. 3. fideicommiſſum enim ſpecies eſt mortis cauſſa capionis: donatio directa viuentium eſt, & à viuente in viuentem confertur. Quid ergo eſt? Conſultus videlicet Imperator fuerat de ſecunda donatione cauſſa mortis alterutrius donatarij: de qua etiam ſola reſpondet: ac ſtatuit, vt ſi heres præmortui donationem illam non perficiat, hoc eſt ò ij defuncti portionem ſuperſtiti Mæuio non tra-

A dat, tum Mæuio liceat fideicommiſſi actione cum eo experiri, propter non obſcuram Caij donatoris voluntatem iniungendi fideicommiſſi: cùm in inſtrumento donationis adſcripſit, velle ſe altero mortuo portionem eius ad ſuperſtitem pertinere. quorum verborum eadem vis eſt, ac ſi dixiſſet, Fidei veſtræ committo, vt qui prior veſtrum morietur, is ſuam portionem ſuperſtiti reſtituat. Vnde intelligitur, quæ ſit inter hanc legem differentia, & le-
B gem tertiam, infrà de donat. quæ ſub mod. nam in hac ſolus donator pro ſuo iure de re ſua conſtituit, & non obſcurè fideicommiſſum iniunxit: qua de cauſſa fideicommiſſi competere dicitur actio: in illa ſecundus donatarius ſibi cauerat pacto in conficienda donatione interpoſito: qua de cauſſa vtilem ex illo pacto actionem habere dicitur: idque ex benigna interpretatione. Reſtat, vt ſuperioribus obiectionibus reſpondeamus. nam quantum ad priorem attinet, dicendum eſt, quoniam in hac ſecun-
C da donatione manifeſta eſt voluntas iniungendi fideicommiſſi, eam non tam ad donationis normam & regulas exigendam eſſe, quàm pro fideicommiſſorum fauore & libertate relaxandam: in quibus ſatis conſtat, traditionem in poſterum tempus differri. Quantum autem ad ſecundam attinet, verum quidem eſt, quo tempore portio præmortui reſtituenda fuit, eam in fideicommittentis patrimonio non fuiſſe: ſed nihilominus verum eſt, quo tempore donator fideicommiſſum iniunxit, eam in
D ipſius bonis & dominio fuiſſe ac proinde illi licuiſſe, legem rei ſuæ dicere, l. legem, 9. C. de donat. l. ob res, 20. D. de pact. dotal. l. 2. C. de donat. quæ ſub mod. Quæ pertinent ad l. 2. & l. 3. huius tit. relata ſunt in Scholas noſtras: quarum (ſi quid fortè adſcribi hoc intereſt) teſtes ſunt complures honeſti viri, qui eas Baſileæ ſummo ſtudio receperunt.

Ad l. quinetiam, 55. §. 1. D. de rit. nupt. vbi de nuptijs
E *agitur quæ propter adfinitatem contrahi non poſſunt.*

CAP. IX.

VERBVM MATERIAM ferri hoc non poteſt. neque dubito, quin pari incogitantia coniectum huc fuerit pro voce AMITA, qua iampridem irrepſerat apud eundem Iuriſc. Caium, & eundem ipſius ad Edictum librum, in l. per adoptionem, 17. in fin. D. de rit. nupt. vbi
F pro AMITAM ineptiſſimè & Accurſiani & peruulgati omnes libri MATERNAM habebant. quem errorem Haloander primus ſuſtulit, cui poſtea Florentini libri auctoritatem addiderunt. Emendationis autem noſtræ cauſſa hæc eſt, quia neque mater, neque matertera patris adoptiui (quæ hoc loco pariter nominantur) vllo vel agnationis, vel cognationis, vel adfinitatis iure cum adoptato coniuncta eſt. De agnatione ex eo conſtat, quòd neutra ne patri quidem adoptiuo agnata eſt. non qui-
G dem mater: quia filio mater agnata non eſt, ac ne in familia quidẽ eius eſt. l. 7. D. de cap. minut. l. qui in adoptionem, 23. D. de adopt. minus autem matertera: quia ne patri quidem agnata eſt: quippe, per fœminam coniuncta. De cognatione verò patet ex eo, quia cùm per adoptionem cognatio non contrahatur, certè neque patris adoptiui mater,

neque ipſius cognati adoptiuo filio cognati eſſe poſſunt, l.4.§.1. D.de gradib.denique quibus adoptatus agnatus non fit,iis cognatus nō fit,d.l.23.D. de adop. Quinetiam tantum abeſt,vt nuptiæ cum patris adoptiui matertera prohibitæ ſint,vt etiam vterinæ ipſius ſororis nuptiæ permittantur, l. ſi qua mihi, 12.§. vlt.D.de rit.nupt. Cùm igitur & mater & matertera etiam conſtante adoptione extraneæ fuerint filio adoptato, non video qua ratione nuptiæ huic cum illis interdictæ ſint: præſertim poſt adoptionem emancipatione diſſolutam.quod tamen de matre tradi in fine d.l.23. rectiſſimè Accurſius animaduertit. cui perſpicuè aduerſatur vulgata ſcriptura,d. l.quinetiam. Mutationem autem noſtram confirmat reciprocatio à Caio eodem loco ſubiecta: AVT NEPTEM EX FILIO. quod enim de Amita (vt ſcribendum eſſe diximus)& fratris filio dixerat, mox idem de patruo & fratris filia enunciat.Neque verò me mouet,quòd nuptiæ cum vxore adoptiui patris interdicuntur:l.adoptiuus,14.in princ.& §.2.D.eod.quoniam etſi affinitas propriè per adoptionem non contrahitur:l.4.§. ſen.D.de gradib.abuſiuè tamen affinitatis nomina in adoptione vſurpantur: vt & patris adoptiui vxor, quaſi ſocrus:& filij adoptiui vxor,quaſi nurus eſſe videantur. Quid igitur?an illas permitti nuptias cenſebimus? Cum matertera quidem patris adoptiui nullam eſſe video prohibendi cauſſam idoneam:quandoquidem etiam cum vterina ipſius ſorore permittuntur:vt paulò ante dictum eſt. cum matre autem, etſi nulla quidem ſumma ratio aut lex in Pandectis poſita prohibet, pudoris tamen & verecundiæ ratio habita eſt: vt quamuis adoptato ne conſtante quidem adoptione auia fuerit, ſicuti Paullus diſertè ſcripſit: tamen cùm per id tempus mater adpellata ſit,ſanctitas adpellationis etiam poſt diſſolutam adoptionem permanere exiſtimetur. qua tota de re copioſè diſſeruimus in Diſputat. noſtra de Caſtis inceſtiſve nuptiis.

Ad l.vlt.§.vlt.D.de ſeruit. vrban. prædiorum. Ianuam in publico quatenus producere vel aperire liceat.

Cap. x.

EXſtant huius loci duæ duorum doctiſſimorum virorum interpretationes, quarum neutram probo.Duarenus credidit Ianuam in publico aperire,eſſe ianuam in publicum ita reiicere,vt fores aperiantur in viam publicam,ſicuti mos erat Græciæ: quam interpretationem alter veriſſimè,meo iudicio, & rectiſſimè repudiat: quia Romæ,inquit, hic mos numquam inualuit. Et certè ita eſt,vt præter Dionyſ. Halic. Plinium,Aſconium, quos vterque protulit, Plutarchus in vita Publicolæ morem illum Græciæ proprium fuiſſe demonſtret. neque mihi dubium eſt,quin ita ſit intelligendus ille Seruij Honorati locus: Fores propriè dicuntur, quæ foris aperiuntur:ſicut apud veteres fuit. Sed vehementer admirari me fateor, quod idem ſcribit,ſpeciem Scæuolæ propoſitam hanc fuiſſe,quaſi L.Titius qui parietem cæcum è regione ædium P. Mæuij habebat eum parietem aperuiſſet, & ianuam in publico feciſſet: quæreretur autem an Mæuius qui nullam Titio vicino ſeruitutem debebat, eum prohibe-
A re poſſet, tantùm propter inuidentiam, quòd Mæ-
uius iniquo animo ferret, Titium ianuam illam in
publico aperuiſſe, & ſuam aduerſam contueri. Scæ-
uolam autem reſpondiſſe,nullam huic inuidentiæ pa-
ratam actionem eſſe, & iniquum videri, ſi non lice-
ret,ianuam in ſuo aperire, qua exeat in viam publi-
cam, propter conſpectum vicini. Sæpenumero,in-
quam,mirari ſoleo,tam erudito viro iſtud in mentem
veniſſe: cùm anus, opinor, nulla tam excors reperiri
B poſſit,quæ de iure tam aperto dubitet. Et verò cuius
amentiæ fuiſſet, Conſultorem hæc in ſua quæſtione
adieciſſe, CVM NEQVE *luminibus P. Mæuij,neque i-
tineri vicini officeret?* nam quomodo vicinus è regione
mearum ędium ianuam aperiens,vel luminibus meis,
vel meo itineri officeret? Cauſſam igitur ita conſti-
tuo:vt L.Titius non P.Męuij vicinus fuiſſet aduerſus
& è regione poſitus(quemadmodum ille credidit)ſed
proximus & fortaſſe contiguus. Cuius generis men-
dum obſeruatu digniſſimum oſtēdimus hoc ipſo lib.
C cap.29.deinde vt non fores extrorſus Græcorum mo-
re aperuerit,(vt Duarenus exiſtimauit)ſed antas ia-
nuæ ſiue antepagmenta ſic protulerit,vt ea tamen in-
tra legitimum ambitus ædium ſuarum ſpacium coer-
ceret: hoc eſt intra ſpacium duorum pedum & ſemi-
pedis:vt ſuperiore capite demonſtratum eſt. Id enim
Conſultor his oſtēdit verbis: *Quatenus ſtillicidij rigor
& tignorum protectus competebat:* hoc eſt,quatenus te-
ctum ambitus ædium patiebatur.longiùs enim ædifi-
care ianuam, eiúſque latera & antepagmenta profer-
D re, propter interdictū Prætoris non licuiſſet: ne vel
publico loco, atque itineri, vel vicino damnum ali-
quod inferretur. quod vicini damnum Vlpianus de-
finit amiſſionem commodi quod quis ex publico cō-
ſequebatur:veluti,inquit,ſi cui proſpectus,ſi cui adi-
tus fiat deterior, aut anguſtior, l. 2.§.meritò, D.ne
quid in loc.pub.Atq; ita verba illa interpretor, *Neq;
luminibus P.Mæuij vicini officeret:* id eſt proſpectui
in viam publicam,aut in forum,aut in compitum,aut
in aliquem denique locum publicum:non autem *Lu-
E men de cælo*:quod valde abſurdum eſt.Mæuius autem
in hac ſpecie non de ſuo damno, ſed de publico mo-
uere controuerſiam cogitabat:quaſi Titius illis ante-
pagmentis & fortaſſe gradibus ſubiectis iter publi-
cum impediret. Scæuola igitur reſpondit,Mæuio nul
lam actionem ad eum prohibendum competere. non
interdictum de loco publico: quia Titius antas ſuas
intra protectum & ambitum ſuarum ædium coercue
rat:non actionem vllam negatoriam:quia neque ſuis
luminibus & proſpectui, neque itineri & viæ offece-
F rat.Supereſt illa clauſula, NEQVE STILLICIDIVM NE
VICINI DOMO CADAT: quæ in Accurſianis & Halo-
andrinis libris ita legitur: IN VICINI DOMVM. v-
trobique mendoſè.quomodo enim ex illarum anta-
rum pluteo,ſiue ſupercilio aqua pluuia cadere in vi-
cini domum potuiſſet? Crederem igitur pro IN DO-
MVM vel NE DOMVM reponendum eſſe,ANTE DO-
MVM: vt ſenſus ſit, cùm illud ſupercilium & prote-
ctum rectè collocatum eſſet, neque verſus Mæuij ia-
nuam propenderet, vt aqua pluuia in illam partem
G laberetur. Nam illam interpretationem mirificam
NEQVE STILLICIDIVM NE VICINI DOMO CA-
DAT, id eſt, neque officeret ne ſtillicidium vicini
domo cadat, pro Ex vicini domo: tum demum for-
taſſe recipiam, cum Latinæ linguæ memoriam ex a-
nimo meo exuero.

Ad l ſi

Ad l. ſi vnquam, 8. Cod. de reuoc. donat. vbi de inofficioſis donationibus, & patria poteſtate in liberis exheredandis agitur.

CAP. XI.

Feliciſſimè vadum hoc tentauit Accurſius, neque minùs feliciter veteres Doctores quamplurimi eum in hoc tranſeundo vado ducem ſecuti ſunt: vt hæc noua ſit noui generis conſtitutio nunc primum ab Imp. Conſtantio contra iuris antiqui rationem inducta, quæ non generaliter de omnibus donationibus, nouum hoc ius introduxit, ſed propriè ac ſpecialiter de iis quæ ab orbis patronis in libertos ſuos collatæ eſſent. nam cum antiquo iure nulli donatori liceret propter agnatos ſibi liberos donationem reuocare, ſed ipſius tantùm liberis agnatis concederetur, vt donationes parentum inofficioſas non in totum, ſed pro modo legitimariæ ipſarum portionis reſcinderent: l. ſi totas, 5. C. de inoffi. donat. nunc Imp. Conſtantius nouum ius in patronorum donationibus in libertos collatis inducit, vt ipſimet patroni donationes ſuas in libertos ſuos collatas reuocarent, & non ex parte reuocarent, ſed funditus & in totum reſcinderent. quemadmodum accuratè & copioſè in Scholis noſtris ad illum Cod. titulum demonſtrauimus: repudiata recentiorum quorumdam Doctorum ſententia, quam olim, eorum auctoritate permoti ſecuti eramus. Quare in præſentia ea tantùm argumenta refellemus, quæ aduerſus Accurſij & veterum ſententiam excogitata eſſe video. Primum eſt, quòd legis huius ratio æquè in omnibus donatoribus valet: nẽpe coniectura pietatis: quia veriſimile eſt, neminem extraneo donaturum fuiſſe, ſi de liberis ſibi poſtea naſcituris cogitaſſet, l. cùm auus, D. de cond. & demonſtr. l. 6. §. cùm autem, C. de inſt. & ſubſt. Verùm huic argumento multiplex parata reſponſio eſt. quarum hæc prima eſt: duplicem eſſe nouæ huius conſtitutionis rationem: vnam ex præſumta donatorum erga ſuos liberos benignitate: de qua fatemur in omnibus donatoribus pari modo exiſtimandum eſſe, l. vlt. C. commu. vtriuſque iud. l. cùm quidam, 19. D. de lib. & poſt. Alteram in donatariorum erga donatores eorúmve liberos officio & naturali obligatione: quam eſſe ab aliis donatariis, (nempe alienis & extraneis) longè diſſimillimam, nemo qui vel inæſtimabile manumiſſionis beneficium, vel ius patronatus attenderit, non fatebitur. quippe, cùm etiam patronorum liberis ius illud patronatus concedatur: teſte Vlpian. tit. Regul. 28. & 29. Accedit altera illa diſparitas. nam donatio regulariter præſumitur facta ob meritum aliquod donatarij, l. nec adierit, 9. D. pro ſoc. quid igitur, ſi quis donatarius (hoc eſt alius quàm bertus) ita ſit de donatore meritus, (veluti in l. 34. §. 1. D. de donat. ob donatoris ſalutem ab ipſo conſeruatam) vt plus etiam quàm ſuorum bonorum vel partem vel vniuerſitatem ei naturali iure debeat: quo iure licitum donatori dicemus fore, donationem in illum collatam propter agnatos ſibi poſtea liberos reſcindere? Quantum autem ad illam humaniſſimam Papiniani ſententiam attinet, ex l. cùm auus, D. de condict. & demonſt. perfacilis ſolutio eſt: multum intereſſe inter teſtamentum & donationem inter viuos. quoniam vt quis bona ſua vniuerſa extraneo largiatur, tamen ſperare poteſt, ſe deinceps vel ex co-

A gnatorum & amicorum hereditatibus, legatis, liberalitatibus, vel ex ſuo labore, induſtria & opera nonnihil adquiſiturum, quod liberis, ſi qui poſtmodum ſibi agnaſcantur, poſſit relinquere. At moriens nihil ſe amplius adquiſiturum ſperare poteſt, & quantitas patrimonij ex mortis tempore æſtimatur, l. Papin. §. quarta, D. de inoffic. teſtam. qua de cauſſa ex benigna præſumtione voluntatis ipſius erga ſuos nepotes Papinianus his ſuccurrendum putauit. quo adiu-

B mento in donatorum liberis non vtimur: quia donator ſatis ipſe per ſe cogitare potuit, quemadmodum, ſi ſibi poſt donationem liberi agnaſcerentur, iis ſuccurrendum eſſet: vt omittam quod donatori ſemper relinquitur, vnde tueri ſe honeſtè poſſit: idque ſubducto ære alieno, l. inter, 19. l. cùm ex cauſſa, 30. l. & exheredatum, 49. & l. ſequen. D. de re iudic. l. qui ex donatione, 12. l. qui id quod, 33. D. de donar. Poſtremò ſi parenti licet in ſuo teſtamento vel ſuperſtites, vel poſtea naſcituros liberos alienis & extraneis inſtitu-

C tis exheredare, l. in ſuis, 11. in fin. D. de liber. & poſtum. l. 3. & paſſ. D. de iniuſt. rupt. quidni eidem licebit excluſis liberis naſcituris, bona ſua vel eorum partem extraneo donare? nam ſicuti liberis contra officium exheredatis, ita etiam contra officium per immodicam donationem excluſis querela conceditur, vt ſuam legitimariam portionem auferre poſſint, l. 1. & diſperſe, C. de inoff. donat. Secundum argumentum ſumi video ex l. cùm tale, 72. § 1. D. de condi. & demonſt. quaſi quod de liberti & patroni perſonis

D eo loco conſtituitur, etiam in extraneorum perſonis valere oporteat. quod enim Imper. permiſerat liberto, cui quid patronus legarat, ſi ab ipſius liberis non recederet, Mutianam cautionem offerre: diſputatur etiam in extraneorum perſonis permiſiſſe. Sed hoc negat Accurſius, quem ceteri ſecuti ſunt: & rectè negant. quia non tam ominoſum ac deteſtabile eſt, extraneum mortem extraneorum expectare, quàm vel matrem (de qua priùs Papinianus dixerat) ſuorum liberorum: vel libertum ſui patroni liberorum: qui

E ſunt etiam (vt paulò antè diximus) eiuſdem patroni. Tertium ſumitur ex l. 1. C. de reuocan. donat. vbi quod dicitur, patrono licere propter ingratitudinis cauſſam reuocare donationem in libertum collatam per emtionem prædiorum ipſius nomine factam, diſputatur etiam ad aliorum donationes pertinere. quod Accurſius non minùs negat, & rectè negat. quia neque ſpeciem illam donationis, neque aliam vllam licuit vnquam extraneo donatori propter ingratitudinis cauſſam reſcindere: ſed tantùm patrono, cui ſoli

F concedi ingrati actio ſolebat, l. 1. l. 7. §. 1. D. de cap. min. l. penul. C. de oper. liber. l. 6. D. de inoffic. teſtam. Romæ namque nulla fuit in ceteros ingrati actio: vt Seneca & Quinctil. teſtantur. Abſurdè autem huc contorquetur argumentum ex l. filiæ, C. famil. erciſcund. & l. cùm hic ſtatus, §. 1. D. de donat. int. vir. in quibus hoc tantùm traditur, res emtas filiæ aut vxoris nomine à patre aut marito ſua pecunia, illis donatas intelligi, non enim quæritur in illa, l. 1. C. h. t. an intelligantur res donatæ liberto fuiſſe: ſed

G cùm donatæ eſſent, an propter cauſſam ingratitudinis eas reuocare patronus poſſet. de quo neque in vtrauis iſtarum legum mentio vlla interponitur, neque rectè interponi potuit. Verùm hæc quidem hactenus. ex quibus intelligitur, ſi parenti donatori poteſtas reuocandæ donationis non permittitur, multò minùs ipſius heredibus permittendam eſſe, l. aliud eſt, §. abſurdum, l. in

omnibus,§. non debet, D.de reg iur. Neque ad rem pertinet l.3. C. de donar. quæ ſub mod.per quam (vt in Scholis demonſtrauimus) nouum & inuſitatum ius ex quorundam Impp.benignitate contra veteris iuris regulas inducitur, vt heres eius cui donator poſt certum tempus reſtirui res alteri donatas voluit, condictitia actione vti poſſit. quippe, cùm ſecundus ille donatarius voluntate donatoris de rebus ſibi poſt aliquod tempus reſtituendis pacto in donatione interpoſito ſibi cauiſſet,l.cùm quis,37.§.3.D.de legat. 3. cùm alioqui iure ciuili antiquo donationes ad tẽpus fieri nõ poſſent,l.2.C.ill ti.l.vlt.C.de legat. Sed quoniam pleniùs (vt dixi) atque vberiùs quæ ad hanc nouam Conſtantij conſtitutionem pertinent, in Scholis noſtris expoſuimus, ſi quid huic loco deeſſe videbitur, inde cuiuis adſumere licebit.

Ad l.7. §.ſi vir, D ſoluto matrimonio.vbi de Impenſis in lapidicinas à marito in fundo dotali factas agitur.

CAP. XII.

CREDO in hac lege verba illa omnia ET FVNDVM FRVCTVOSIOREM FECERIT, non eſſe Vlpiani: ſed à Triboniano ſumta ex Iauoleni veriſſima diſputatione aduerſus Labeonem in l.vltim.D.de fund.dotal.quid enim abſurdius fingi poteſt, quàm ad conſultationem his conceptam verbis: An mulier ſoluto matrimonio præſtare viro debeat ſumtus in lapidicinas aperiendas factos,per quas vir fundum fructuoſiorem fecerat: reſpondere vel abſolutè, lapidicinas non eſſe fructuoſas: vel diſtingui oportere, vtrum fructuoſæ ſint,annon? Quid enim ad eum qui interrogatur,attinet, dubitare de eo, quod in quæſtione pro vero ponitur, & non (vt Scæuola dicere ſolebat) ſecundùm ea quæ proponuntur,reſpondere? Propono tibi fundum dotalem iſtis fodinis meliorem & fructuoſiorem factum: tu ex me quæris vtrum melior an deterior ſit redditus. Ac verum quidem eſt lapidicinas interdum in fructu numerari, cùm ſcilicet plus reditus ex iis percipitur, quàm ex antiqua ſuperficie: vineatum, putà, vel aruorum, l.ſi cuius,13.§. inde eſt quæſitum,D.de vſufruct.l.ſi fundus, 8.D. ſolut.matrim.ſiue,vt his locis Vlpianus & Iauolenus ſcripſere,cùm alij lapides in emtorum locum renaſcuntur: interdum verò non numerari:nempe,vbi non renaſcuntur,l.ſi ex lapidicinis,32.D.de iur.dot. Sed cùm in conſultatione propoſitum fuiſſet, fructuoſiorem eſſe factum fundum, facilè Vlpianus intelligere poterat,idcircò fructuoſiorem eſſe, quia lapides renaſcebantur,& amplior erat ex illis ſubterraneis prouentus, quàm quantus antea ex priſtina ſuperficie ſiue cruſta redibat. Itaque pugnant hæc inter ſe apertiſſimè,Fundum fructuoſiorem factum eſſe:quod initio poſitum fuerat:& Marmor exſcindi ſolitum in fructu non eſſe: quod Vlpianus in reſpondendo ſubiecit.Rurſus pugnant illa inter ſe,Fundum à viro fructuoſiorem factum fuiſſe: & Impenſas ab eo in meliorando fundo factas non deberi,l.vtilium,8. D. de impenſ.in res dotal. nam vtiles impenſas dici, cùm fructuoſior res dotalis effecta eſt, Vlpianus etiam teſtatur titu. Regul. de dotib. verùm ita ſe res habet, vt dixi: Cùm Vlpianus Iauoleni ſententiam aduerſus Labeonem in propoſitâ Labeoni con-

A ſultatione ſecutus eſſet, Tribonianus eodem iudicio quo duas illas conſimiles leges totidem prope verbis in eodem libro inculcauit. In proponenda conſultatione verba illa ex Iauoleni reſponſo interpoſuit:ineptè ſanè & abſurdè. quoniam Vlpianus ad eandem conſultationem reſpondebat, de qua interrogatus Labeo fuerat: in qua certè nulla iſtiuſmodi meliorationis mentio facta reperietur,d.l.vltim. D. de fund. dotal. quòd ſi melior & fructuoſior factus fundus
B proponeretur,omnis dubitandi cauſſa præciſa in conſultatione fuiſſet. Cùm hæc iampridem ſcripſiſſem, admonitus ſum exſtare docti hominis obſeruationẽ, qui cùm ſtare hunc Vlpiani locum hoc modo ſcriptũ non poſſe animaduerteret,eum ita correxit,vt pro ET tantùm reſtitueret NEC hoc modo,Nec fundum fructuoſiorem fecerit.Sed videamus,ne hoc quoque modo in idem vicium deuoluamur: vel potius dum illud vicium quod ſuprà demonſtrauimus,vitare volumus, in contrarium ſtultorum more incurramus. Nam ſi
C conſultor poſuit, fundum aut deteriorem, aut certè non fructuoſiorem factum fuiſſe: qua mente Vlpianus reſpondiſſet, diſtingui oportere, vtrum fructuoſior factus fundus fuiſſet,an non fuiſſet? Conſultationem autem hanc Labeoni ſimpliciter propoſitam fuiſſe conſtat, An mulier ſoluto matrimonio impenſas præſtare debeat factas à marito in lapidicinis inſtituendis.ad quam cùm Labeo nimium abſciſè reſpondiſſet,quia deterior res dotalis facta erat,impenſas à muliere non deberi:cautiùs Iauolenus & Vlpia-
D nus reſponderunt, fieri poſſe, vt deterior: fieri etiam poſſe,vt fructuoſior fundus factus ſit.priore caſu,nihil deberi:poſteriore deberi.propter regulam ab omnibus receptam,vt mulier in impenſas vtiles à marito factas teneatur, l.quinta,in fin. & l. octaua, D.de impenſ. in res dotal. & dicta l. vltim. D. de fund. dotal.

Ad l.Cùm pater,77.§.qui dotale,D.de legat.2.

E

CAP. XIII.

CRedo pro illis verbis FIDEICOMMISSI NON TENERI,Papinianum ſcripſiſſe *Fideicommiſſi nomine teneri.*& librarij peccatum ex vſitato Scriptorum compendio natum eſſe, cùm prior hac nota,NOĪE vſus eſſet. Sed ſpecies videnda eſt.Vir qui dotalem fundum centum,putà,aureorum ſine vxoris voluntate,ac proinde contra legem Iuliã
F de adulteriis Titio vendiderat,neque dum ab illo precium exegerat,cùm ſuprema ſua ordinaret,vxori aliquid legauit: ſimúlque Titio emtori fideicommiſit, vt eo amplius precium quod debebat, nempe centũ illos aureos,ei præſtaret. Duplex quæſtio exorta eſt: quarum hæc fuit prior: An Titius fideicommiſſum deberet. In qua dubitandi cauſſa nulla reperta eſt: propterea quod inter omnes conſtat, fideicommiſſum rectè ab omni debitore relinqui,l.ſi pecunia,77. l.ſi ſeruus,108.§.qui margarita,D.de legat.1. Itaque
G Accurſius teſtatur fuiſſe,qui cùm receptam, & huic noſtræ contrariam ſcripturam admirarẽtur, dixerint, conſtare quidem non deberi: ſed apud ſtultos & imperitos. Altera verò quæſtio fuit, An mulier poſt acceptum legatum & agnitum viri teſtamentum, teſtificans ſe venditionem ab eo factam ratam non habere, vindicare fundum illum à Titio emtore poſ-

poſſit? In qua dubitandi cauſa perſpicua eſt: quoniam alienatio fundi dotalis contra legem Iuliam facta, ipſo iure nulla eſt, l. 4. & paſſ. D. de fund. doc. Paull. Collect. 2. tit. 22. Contrarium tamen Papin. reſpondet: conſtare quidem, Titium fideicommiſſi nomine teneri precium offerre. ſed ſi mulier illud recuſet, & ſe fundum ipſum malle habere intendat, (cùm illum fortaſſe pluris æſtimet, quàm quanti fuerat venditus) tum exceptionem doli Titio aduerſus illam dati oportere: quaſi dolo mulier vtatur, quæ cùm viri iudicium ex ea parte, qua lucrum cepit, adprobarit, nunc illud ex altera parte oppugnet, l. nam abſurdum, 7. D. de bon. libert. ac pari modo videmus mulierem heredem à viro inſtitutam à fundi dotalis ſine ſua voluntate venditi petitione ſubmoueri, l. dotale, 13. §. vl. D. de fund. dot.

De aqua per rotam tollenda. ad l. 2. D. commun. præd.

CAP. XIV.

VLpianus negat valere iure ciuili ſeruitutem aquæ per rotam ex flumine vel caſtello tollendæ vel hauriendæ: ſed tamen eam cōuentionē iure Prætorio tuendā eſſe. Qua in ſententia interpretanda duo video adferri præcepta, quorum (vt leuiſſimè dicam) neutrum probo. Prius eſt, ſententiam illam de flumine publico intelligi non poſſe: ſed de priuato tantùm. quia fruſtra ceditur aquæ hauſtus ex flumine publico, l. 3. §. vltim. D. de ſeruit. ruſtic. quippe, cùm illius vſus iure gentium ſit publicus, atque omnibus pateat, l. 3, D. de fluminib. ac proinde nihilomagis ſeruitus in flumine publico conſtitui poſſit, quàm in mari, l. venditor, 13. D. commun. præd. Sed cùm Vlpianus ea de re dubitatum fuiſſe teſtetur, ambigui cauſſa inueſtiganda eſt. Ergo pro ſeruitutis defenſione adferri hoc poteſt: Si maximè ſeruitus aquæ ex flumine publico per rotam hauriendæ conſtitui non poſſit, quidni tamen aquæ per rotam hauſtæ per tuum prædium in meum adducendæ ſeruitus conſtitui poterit? tametſi nihil prohibet, quominus ex flumine publico aqua in proximum prædium ducatur: ait l. 2. D. de fluminib. l. 3. §. ſi aquam, D. de aq. quotid. Neque verò quidquam huc pertinet lex Quinctia de aquæ ductibus, à Frontino li. 2. prodita. partim quoniam illa non de flumine publico ſcripta eſt, ſed de aquis publicis, quæ in vrbem Romam ducebantur per riuos, ſpecus, fornices, fiſtulas, caſtella, tubulos &c. quos forare lex illa vetat, peioréſve facere, quominus ea aqua in vrbem Romam cadere, fluere, peruenire poſſit. partim quia ſpecies Vlpiano propoſita non modò pertinere potuit ad eam fluminis partem quæ infra vrbem erat, verùm etiam ad alia flumina quæ Romam non ducebant. Ex contraria parte dubitandi cauſſa hæc fuit: quòd quamuis ſupradictis legibus tradatur, aquæ ducendæ ius ex flumine publico à Principe impetrandum eſſe: tamen etiamſi & à principe impetratum ſit, vt per rotam haurire, & à vicino, vt per ipſius fundum ducere liceat, non tamen idcircò videtur hanc dici prædialē ſeruitutem poſſe: partim quia ſeruitutes prædiales non poſſunt niſi & prædiis priuatis, & à priuatis prædiis deberi, l. 4. l. ſi mihi, 20. §. vlt. D. de ſeruit. ruſtic. partim quoniam aquæ hauriendæ ſeruitus niſi ex capite ipſo conſtitui non poteſt, quod in hac ſpecie publicum eſt, l. 9. D. de ſeruit. ruſtic. geminum autem in eadem ſpecie ius conſtitutum proponitur hauriendi ex publico, & ducendi per priuatum. Priuſquam dicam quid mihi conſtituendum videatur, alterum præceptum nouum conſiderandum eſt. Nam longè minus illud probare poſſum, quod ſubiungitur, Ius aquæ ex priuato flumine hauriendæ idcircò non poſſe dici ſeruitutem prædij, quia vix eſt vt tanta aquæ copia prædium indigeat, vt adhiberi organa oporteat: non poſſunt autem ſeruitutes conſtitui, vltra quàm opus ſit ad prædia, l. ergo, in fin. D. de ſerui. ruſtic. quod ſanè cuiuſmodi ſint, nō ſatis intelligo: quandoquidem inter omnes conſtat, ſolam inutilitatem ſeruitutis conſtitutionem non impedire, l. ei fundo, 19. D. de ſeruit. denique conſtitui ſeruitus in priuato flumine nihilominus poteſt, quàm in quouis alio priuato loco, l. 1. §. item ſi amnis, D. de fluminib. Quid igitur dicemus? Nimirum quæſtionem hanc de eo intelligendam eſſe, qui cùm à Principe ius aquæ per rotā ex publico flumine tollendæ hauriendæque impetraſſet, poſtea cum vicino conuenerat, vt ſibi aquam illam in caſtellum immiſſam per ipſius prædium ducere in ſuum liceret: quæſitúmque fuiſſe, an illa facultas rectè Seruitus adpellari poſſet. Cùm autem eorum probabilior ſententia videretur, qui ſuperioribus argumentis vſi cenſebant hanc propriè Seruitutem non eſſe, Vlpianus reſpondit, propter Imperatoris reſcriptum eam conuentionem tuitione Prætoris defendendam eſſe. quoniam quibus in cauſſis æquitas & vtilitas verſatur, in iis cauſſis ſi minus iure ciuili ſeruitus valer, vtilis tamen (vt ita loquar) iure Prætorio ſeruitus conſtituitur, l. 1. §. vlt. D. de ſuperfic. l. 4. D. de ſeruit. l. 9. §. 1. D. vſufruct. quemadm. cau. Supereſt vt de caſtello videamus: quod propter ſermonis coniunctionem interpretari apud Vlpian. cogimur de eo receptaculo, quo aqua per rotam hauſta infunditur: velut in l. 1. §. ait Prætor. & §. ſequen. D. de aqua quotid. Dubitandi autem cauſſam de caſtello hanc fuiſſe arbitror, quia cùm ex capite hauſtus aquæ ſeruitutem conſtitui oporteat, vt ſuprà diximus: caſtellum, quod naturalem & perpetuam cauſſam non habet, caput huius ſeruitutis eſſe non potuit, l. foramen, 28. D. de ſeruit. vrban. pręd. Ad extremum ne illud quidem omittendum videtur, Rotam de qua mentio fit in l. 40. §. 1. D. de contrahend. emt. non illam eſſe hauſtoriam, de qua hoc loco mentio fit, itémque in illa lege Quinctia, & apud Vitru. libro 10. cap. 9. quemadmodum abſurdè traditum ab omnibus animaduerto. ſed eiuſmodi rotam eſſe, qualē in compluribus puteis, ac pręſertim Aureliis in Gallia noſtra videre licet, cui axis ligneus fune inuolutus adiicitur, per quam aqua, ſuſpēſa ſitula, trahitur. Rota, inquit Paullus, per quam aqua traheretur, nihilominus ædificij eſt, quàm ſitula. Non dixit, vt hoc loco Vlpianus, Hauritur. Sed abſurdum eſt, vt dixi, putare in ædificiis & priuatis puteis eiuſmodi rotæ hauſtoriæ locum eſſe, qualem Tiguri, vrbe Heluetiorum nobiliſſima, vidiſſe me in publico flumine commemini.

Ad l. 1. D. de reb. dub. vbi de fundorum & prædiorum æſtimatione.

CAP. XV.

HANC legem emendaui lib. Obſeruat. 1. ſex & viginti ab hinc annis. Sed quoniam animaduerti noſtram emendationem

tribus eruditis viris non probari, optimum factu iudicaui ſententiam meam pluribus verbis exponere. Ac primum omnium, ne quis noſtram hanc emendationem temeritatis accuſet, iterum teſtificabor Azonem, Accurſium, Bartholum, Caſtrenſem, & alios quos mihi videre licuit, omnes fateri locum hunc in antiquis nonnullis libris ſine negatione ſcriptum eſſe: ob eámque cauſſam legem hanc duobus modis, hoc eſt, (vt ipſi loquuntur) affirmatiuè & negatiuè interpretari ſolent. Cauſſam igitur ita conſtituemus: Cornelius duos habuit fundos, Mæuianum & Seianum. quorum ſinguli, vetere poſſeſſorum conſuetudine, ſena prædia continebant. cùm idem Cornelius tria prædia Mæuiano finitima in proximo haberet, cœpit illa Mæuiano adtribuere, & in rationes Mæuiani referre expenſa & accepta illorum trium prædiorum : ſic, vt Mæuianus fundus nouem iam prædiis conſtare videretur. quæ res ad definiēdum fundorum modum valere plurimum exiſtimatur, l. qui ex toto, 8. l. quod in rerum, 24. § 2. D. de legat. 1. Idem Cornelius moriens ita ſcripſit, Titio fundum Mæuianum aut Seianum do lego. Non erat dubium, quin Titio permiſſa eſſet optio : propter regulam ab Vlp. traditam tit. Regul. 24. cui conſentit l. Lucio, 23. D. de legat. 2. Mæuianum igitur optauit, confiſus fore, vt non modò ſex illa antiqua prædia, verùm etiam tria nuper eidē adtribui ſolita Mæuiani adpellatione continerētur: ac proinde legato ſuo cederent. quia fundorum modus ex inſtituto ac deſtinatione patrisfa. plerumque æſtimatur, & ex rationibus quas de ipſorum impendiis ac fructibus conficiunt l. prædiis, 91. §. Titio, & §. qui domum, l. vxorem, 48. §. legauerat, D. §. de legat. 3. l. Seiæ, 20. tyrannæ, D. de inſtru. leg. l. Caius, 85. §. vlt. D. de leg. 2. l. pen. §. vlt. D. ſi ſeruit. vindic. Ex contrario heres diſputabat, Mæuiani fundi nomine ſola illa ſex prædia intelligi, quæ quondam ei ſpecialiter adtribui ſolebant: propter regulam qua dicimus, in legatis præſtandis, re dubia, heredi potius quàm legatario fauendum, vt heres quàm minimè oneretur, l. ſi ita ſit, 14. in fi. D. de legat. 1. l. nummis, 75. D. de legat. 3. l. ſi ita, 43. l. Sempronius, 47. D. de lega. 2. adeò vt ſi non appareat de quo fundo teſtator ſenſerit, electio ſit heredis, l. legato, 37. §. 1. D. de legat. 1. Diſceptatio igitur ex ambiguitate verbi nata eſt, vtrum fundi Mæuiani adpellatione ſolus ille antiquus ſex prædiorum fundus intelligatur, an potius hic recentior, ex Cornelij domini rationibus & ſcribendi conſuetudine amplificatus. De qua conſultus Papinianus acutè animaduertit diſtinctionem adhibendam eſſe : vtrum Mæuianus fundus in literis & rationibus Cornelij amplificatus & tribus prædiis auctus magno precio Seianum ſuperaret, an non. priore caſu, amplificationem illam & acceſſionem Mæuiani nomine non contineri: poſteriore, contineri. Qua in diſtinctione quid Papinianus ſpectarit, paucis verbis in prima horum librorum editione ſignificaram: quam vtrum Reprehenſores animaduerterint, necne, nondum ſatis noui. Sic igitur diſputabam : Papinianum naturam legati optionis ſpectaſſe, cui locus eſſe non poteſt, niſi vbi ſimul dubitationi & deliberationi locus eſt : quid enim aliud eſt optio, niſi condicionum duarum aut plurium non admodum diſparium electio? l. cùm ita, 9. §. 1. D. de opt. legat. l. vlt. C. commun. de legat. Itaque vbi ſumma eſt diſparitas, ſtultiſſimus dicitur qui deteriorem condicionem eligit, §. ceterùm, Inſt. quod cum eo. Vt igitur huic optioni locus ſit, neceſſe

A eſt non magnam eſſe inter Seiani & Mæuiani amplificati precium differentiam. Atqui fundorum precia non tam ex prædiorum numero & iugerum modo æſtimantur, quàm ex vbertate agrorum, ſalubritate regionis, amœnitate loci, vicinitate oppidi, fluminis, fontis, itémque ex iuribus & qualitate multiplici, quæ omnia deſcribuntur à Iuriſc. in l. quiſquis, 15. & l. ſeq. C. de reſcind. vend. l. verùm 11. §. ſed hæc, D. de minorib. l. 1. §. vlt. D. de adq. pluu. l. ſi cui, 54. D. de legat. 2. B l. 1. §. ſed ſi rem, 10. D. ſi quid in fraud. patron. Non ſi, inquam, fundus aliquis plurium prædiorum eſt, quàm alter, continuò pluris ac maioris precij eſſe, quàm alter exiſtimandus eſt. Quare Papinianus non tam latifundium, & amplificatam Mæuiani fundi acceſſionē in rationibus domini factam ſpectari ait oportere, quàm eius precium & æſtimationem: atque idcirco ſi Mæuianus cum illa acceſſione non immodicè Seiani precium exſuperet, tum vniuerſum legato ceſſurum: propterea quod optioni & electioni locus relictus C eſt: quippe, in re dubia & ancipiti, ſin autem immodicè exſuperet. propter eandem cauſſam ſolùm veterem Mæuiani modum legato ceſſurum: acceſſionem illam non ceſſuram: quoniam in tam immenſo diſcrimine locus eſſe optioni non poteſt: ac veriſimile eſt teſtatorem, cùm illa diſiunctione vtebatur, Mæuianū aut Seianum, rerum non admodum precio differentium optionem feciſſe. Reſtat, vt Reprehenſorū ſententiam conſideremus. quorum primus ſic loquitur: *Si fundi Seiani precium non magno diſtat ab eo, qui* D *ſpeciatim, ac propriè Mæuianus adpellatur, hic tantùm legatus videbitur.* Hoc cuiuſmodi ſit, exputare ſatis non poſſum. quandoquidem de illo ſpeciali & anguſto Mæuiano nulla vnquam inter legatarium & heredem orta diſſenſio eſt. ſed tantùm de amplificato, & (vt idē vir doctus adpellat) vniuerſali, ſiue potius de acceſſione illi adiuncta in literis & rationibus Cornelij, domini & teſtatoris: quam acceſſionē vnà cum antiquo ſex prædiorum numero legatarius Mæuiani adpellatione contineri, ſuóque legato cedere contendebat. E *Contrà,* inquit idem, *ſi fundus Seianus non minoris ſit, quàm vniuerſa illa poſſeſſio plurium prædiorum, vniuerſa poſſeſſio legata videbitur.* Ne hoc quidem dilemma ſatis intelligo. Sic enim illud proponi neceſſe eſt. Aut Mæuianus amplificatus magno precio ſuperat Seianum, aut non magno. At prior ille caſus ab hoc interprete perperam omiſſus eſt, atque hac mirifica ratione diſtinctio propoſita: Aut Mæuianus anguſtus non magno precio Seianum ſuperat: aut amplificatus ſimiliter non magno ſuperat. quod, vt opinor, longiore F reprehenſione indignum eſt. Videamus quid alter vir doctus acutiùs adferat. *Si Mæuianus, vetus,* inquit, *non multum diſtet à precio fundi Seiani, is ſolus videbitur legatus: non etiam prædia quæ acceſſerunt.* Hæc eadem quæ ſuperioris ſententia eſt: eadémque reſponſione digna. Neque enim de anguſto Mæuiano vlla vnquam fuit controuerſia: numquam illum legatarius petiit, ſed auctum & amplificatum dumtaxat. *Quod ſi,* inquit idem, *precium fundi Seiani longè ſuperat æſtimationem Mæuiani illius veteris, non ille vetus tantùm* G *legatus erit, ſed etiam vniuerſa poſſeſſio.* De ſolo veteri denuò diſtinctionem proponit: quæ in nouo & amplificato tantummodò requirebatur, neque vnquam de veteris & anguſti precio dubitatum eſt: vt iam dixi: ſed tantùm de nouo & amplificato : cuius precium trium illorum prediorum acceſſione vehementer augeri potuit in tantum, vt deliberationi & optioni locus apud ſanæ quidem mentis legatarium nullus eſſet:

eſſet:vnde omnis in hac quæſtione dubitandi cauſſa rata eſt.nam legatarius ex patrisfa.deſtinatione & rationibus illum cenſeri oportere contendebat:vt præter veterem & anguſtum fundum,inſuper trium prędiorum amplificationem obtineret. Tertio diſputatori, quia neque legem vllam protulit, neque quidquam noui præter ceteros attulit,ſatis,abundéque in ſuperioribus reſponſum puto.

Subſtitutionem verbis directis à milite factam non trahi ad fideicommiſſum, ſed iure directo & militari priuilegio valere. Ad l.centurio, 15. D.de vulg.& pupill. ſubſtit.

Cap. XVI.

Tractari ſolet hæc quæſtio ad l.Centurio,15. D. de vulg. & pup. ſubſt. cuius hæc ſpecies eſt:Miles qui filios in poteſtate habebat,ita teſtamentum ſcripſit:Filij mei heredes ſunto:ſi filij mei intra quintum & viceſimum ætatis ſuæ annum deceſſerint,Sempronius heres eſto. Quærebatur,An ſubſtitutio valeret. Dubitandi cauſſa,vt non valere videretur,hæc erat: quia ſubſtitutio hæc directò,inquit Papinianus,id eſt directis & ciuilibus verbis facta erat. Cui formulæ non niſi in pupillaribus ſubſtitutionibus locus eſt: quia pupillaris ſubſtitutio poſt pubertatem continuò euaneſcit, l.verbis, 7.l.in pupillari, 14.D. eod.quòd ſi poſt pubertatis tempus producatur, precariis & fideicommiſſariis verbis vtendum eſt.Papinianus tamen ex temporum differentia ita ſuum reſponſum moderatur,vt hanc ſubſtitutionem intra pubertatem quidem iure communi valere ſtatuat, & Sempronium mortuo pupillo,qui patri heres exſtitit,non modò bona patris,verumetiam propria bona FILII capere. Sic enim caſu ſecundo legendum eſt,non(vt vulgò legitur) FILIO. & ſic idem locutus eſt in l.coheredi,41. §.quæ ita locum,D. h.t.vbi proprias filij facultates adpellat: eámque pupillaris ſubſtitutionis vim eſſe conſtat,§.1.Inſt.de pupill.ſubſtit.l.precibus, 8.C.de impub. & aliis ſubſtit. poſt eam autem ætatem,patris tantùm bona cum fructibus in hereditate repertis conſequi:non iure communi,quo iure iſtiuſmodi directæ ſubſtitutiones poſt pubertatem euaneſcunt: vt modò dicebamus:ſed ex iure ac priuilegio militari: quo militibus conceſſum eſt,quoquo modo velint,&quóquo modo poſſint de ſuis bonis teſtamentum facere,l.1.& paſſ. D.de milit. teſt.Atque hoc quidem Papiniani reſponſum eſt.quo ex reſponſo ſingularia quędam obſeruanda ſunt.quorum hoc primum eſt:Productionem ſubſtitutionis pupillaris à milite factam non valere poſt pubertatem in bona filij propria,ſed in ipſius militis bona dumtaxat,l.5.D de milit.teſt.cuius rei ratio hæc eſt,quia Cōſtitutiones quæ liberam militibus teſtandi facultatē permiſerunt, nominatim de ipſorum bonis mentionem faciunt,l.1.D.de milit.teſt.in illis verbis: *Sufficiátque ad bonorum ſuorum diuiſionem faciendam nuda voluntas teſtatoris.* neque legem XII. tab.abrogarunt, vt patrifam.teſtari liceat, dum tamen de re ſua, non etiam de aliena teſtetur,l.verbis,120.D.de verbor.ſignif.l.cùm pater,77.§.mando, D.de legat.2. Secundò loco illud ſummè notandum eſt,Subſtitutionem pupillarem à milite vltra pubertatem productam, filiò impubere mortuo,iure militari valere,l.in teſtamento,6.C.de reſt.milit.ibi, *Licere militibus proprio priuilegio etiam heredibus extraneis, poſtquam heredes exſti-*

A *terint,mortuis ſubſtituere.* quod Imperat. in dicta l.precibus indiſtinctè valere voluit,ſiue expreſsè, ſiue cōpendio vltra pubertatem producta ſit. Sed huic ſententiæ grauiter aduerſari creditur quod Imp in eadē lege ſcribit. nam quod Papinianus hoc loco ſignificat hanc ſubſtitutionis directæ productionem ex iure & priuilegio militari valere, Imperator nominatim exprimit VELVTI *ex cauſſa fideicommiſſi valere.* Quibus ex verbis plerique interpretes & veteres &

B recentiores in hac quoque ſpecie productionem illā iure fideicommiſſi valere exiſtimant: hoc eſt,ſubſtitutionem verbis directis à milite factā trahi ad cauſſam fideicommiſſi. quaſi verò non hæc inter ſe pugnent,Directis verbis ſubſtituere,& Verbis fideicōmiſſariis: Ex priuilegio militum valere, & Iure fideicommiſſi valere.nam ius fideicommiſſi, ius eſt commune.at neque priuilegium ius commune eſt, neque ius commune priuilegium.imò priuilegium eſt,quod non eſt ius commune: viciſsímque ius commune eſt,

C quod non priuilegium. Certum eſt autem,licere per verba fideicommiſſi producere ſubſtitutionem vltra impuberem ætatem, l. coheredi, 41. §.cùm filiæ:ibi, *Cùm ſubſtitutionis condicio puberem ætatem verbis precariis egreditur.* D.de vulg. ſubſt. & §. vlt. Inſt.de pup. ſubſt.per verba autem directa & ciuilia non licere,d. l.7.& l.14.D.eod. Quare huic obiectioni iampridem ita reſpondi: aliud eſſe *Ex cauſſa fideicommiſſi*, aliud *Velut ex cauſſa fideicommiſſi:* quomodo Imp. locutus eſt.nam illud veritatem ſignificat, hoc verò ſimilitu-

D dinem dumtaxat. Similitudo quam Imp.ſpectauit in tribus verſatur:in tempore,in rebus,& in perſonis.In tempore, quia ſicut in cauſſa fideicommiſſi fiduciarius heres ad tempus bona teſtatoris obtinet,poſt tēpus reſtituit:ita mater de qua ibi agebatur,bona quorum heres erat legitima ſubſtituto poſt ſuam mortē reſtituere debebat.In rebus,quia ſicuti per fideicommiſſariam ſubſtitutionem non ſucceditur in bonis filij,ſed teſtatoris tantùm,d.l.coheredi,§.quod ſi heredem, D.h.t.l.ex facto, 17.D.ad Trebell.ita per illam

E militarem ſubſtitutionem non ſucceditur in ipſius filij bonis,ſed in bonis militis dumtaxat.In perſonis autem,quia ſicuti per fideicommiſſum non ſucceditur filio heredi,ſed teſtatori:eodem modo per hanc militarem ſubſtitutionem non ſucceditur filio poſt pubertatem morienti,ſed ipſius patri dumtaxat.&quēadmodum mater ex cauſſa fideicommiſſi petitione hereditatis teneretur ſubſtituto, ſi per fideicommiſſum ſubſtitutum fuiſſet: ita cùm ſit heres filij legitima,& eius hereditatem obtineat,tenebitur ſubſtitu-

F to eadem hereditatis petitione. Nihil igitur neceſſe eſt hanc directam militis ſubſtitutionem, quæ per ſe & ſuo ſingulari iure ac priuilegio ſatis munita eſt,trahere ad cauſſam fideicommiſſi,quaſi vt quæ per ſe & ſua ſponte inutilis fuiſſet,per cauſſam fideicommiſſi, valeat:ſicuti videmus in l.Scæuola, 76.D.ad Trebell. ſubſtitutionem in codicillis factam, quæ futura erat inutilis, benigna interpretatione ad fideicommiſſi cauſſam trahi.Nam ibi agitur de pagano,qui iure cōmuni: hîc de milite,qui ſuo priuilegio eſt vſus.Quòd

G ſi directa hæc militaris ſubſtitutio tamquam fideicommiſſum valeret, non diceretur fruſtra fieri in d.l. verbis: quoniam in fideicommiſſo nec ætatis nec tēporis ratio ducitur. Cùm autem hanc meam ſententiam annis ab hinc tribus & viginti promulgaſſem, tum anno ſuperiore animaduerti eandem quoque Fulgoſij mentem fuiſſe, cuius viri auctoritate valde me confirmatum eſſe agnoſco. Nam quod Accurſius

exiſtimabat, ſubſtitutionem hanc ad fideicommiſſum trahi, ſi mater interueniret, ſicut in caſu, d l. precibus: vbi autē non interueniret, iure directo valere: plane abſurdum eſt, neq; vllius legis auctoritate probari poteſt. nam ſi filius etiam à patre præteritus, militis patris priuilegium non impedit, nec eius teſtamētum facit nullum, §. ſed ſi, Inſt. de exhered. lib. quo iure mater, id eſt vxor militis, illud impediret? Quare ſupereſt, vt concluſa nobis hæc ſit ſententia, Subſtitutionem verbis directis à milite factam poſt pubertatem non trahi ad fideicommiſſum, ſiue mater ſit in medio, ſiue non ſit: & ſiue expreſsè ſiue cōpendio facta ſit, valere intra pubertatem iure communi, poſt pubertatem ex iure & priuilegio militari, & iure directo, non iure fideicommiſſi. Supereſt, vt de fructibus in hereditate inuentis diſpiciamus, quos Papinianus ſubſtituto deberi ſcribit. vnde diſputare aliquis poſſet, diſſimilem eſſe fideicommiſſariæ & huius noſtræ ſubſtitutionis rationem. vulgò enim traditur fructus in fideicommiſſariam hereditatem non venire, l. in fideicommiſſariam, 18. l. poſtulante, 44. §. ſanè, & §. vltim. ad Trebell. nam qui rogatus eſt hereditatem reſtituere, id rogatus eſt reſtituere quod eſt hereditatis. at fructus poſt aditam hereditatem percepti nō ſunt hereditatis. quia cùm hereditas per aditionem deſinat eſſe hereditas, & patrimonium heredis dici incipiat, meritò fructus poſtea percepti non hereditati, ſed rebus ipſis accepto feruntur, l. in fideicommiſſariam, 18. D. ad Trebell. hoc eſt, non adquiruntur iure hereditatis, & iure ciuili: quia tempore aditionis non erant in hereditate, ſed iure gentium adquiruntur, pro cultura & cura, ſicut à quouis bonæ fidei poſſeſſore rei ſingularis. quare fructus illi fideicommiſſarium non ſequuntur, dict. l. 18. & l. poſtulante, 44. §. ſanè, & §. vlt. D. eod. Verùm huius obiectionis ſolutio in promptu eſt. nam quod dicitur fructus in fideicommiſſariam hereditatem non venire, intelligitur de fructibus qui poſt teſtatoris mortem heredis opera percepti ſunt, nec in hereditate ſunt inuenti: ſed qui in hereditate inuenti ſunt, vel etiam pendentes tempore mortis fuerunt, ij ſine dubio cum vniuerſitate hereditatis reſtituendi ſunt. quod ſatis apertè declarat l. ita tamen, 27. §. 1. D. eod.

Ad l. precibus, 8. Cod. de impub. & al. ſubſtitut. vbi itidem de ſubſtitutionibus agitur, & an fideicommiſſario debeantur fructus in hereditate inuenti.

Cap. XVII.

HÆc lex planè gemina eſt ſuperioris: eiúſq; argumentum eſt huiuſmodi. Subſtitutio filiofam. impuberi à milite, vxorem ſuperſtitem relinquente, in primum caſum facta, ſiquidem filius & heres & impubes moriatur, euaneſcit: itaque filio ſuccedit mater. at cùm in ſecundum facta eſt, & vltra pubertatem vel expreſſa vel non expreſſa ætate producta, filio poſt pubertatem mortuo, mater hereditatem ipſius ita capiet, vt tamen patris bona ſubſtituto reſtituat. Nunc illud præmuniendū eſt, Primum ſubſtituendi modum eſſe, qui per vulgarem ſubſtitutionem fit: nimirum cùm ita dicitur, Si ille heres non erit, ille eſto. Secundum eſſe, qui fit per pupillarem, his verbis: Si filius meus antè pubertatē moriatur, ille heres eſto. Diui autem Marcus & Verus conſtituerunt, vt ſi pater impuberi filio in alterum ca-

A ſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligeretur, ſiue filius heres non extiterit, ſiue extiterit, & impubes deceſſerit, l. 4. D. de vulg. ſubſt. l. 4. C. de impub. & al. ſubſt. Porrò autem S.C. Tertullianum Adriano Imper. factum eſt, vt liberorum inteſtatorum hereditas matribus concederetur. Poſtremò intelligendum eſt, pupillarem ſubſtitutionem iure communi vltra pubertatis tempus produci non poſſe: iure verò militari poſſe, l. verbis, 7. l. in pupillari,
B 14. & l. ſeq. D. de vulg. ſubſtit. His ita propoſitis, deinceps cauſſam hoc modo conſtituemus. Teſtator miles, qui filium impuberem in poteſtate habebat, & ſuperſtitem vxorem illius filij matrem relinquebat, ita ſcripſit: Filius heres eſto. ſi filius herēs erit & intra pubertatem aut poſtea deceſſerit, Sempronius heres eſto. Filius hereditati ſe immiſcuit. deinde poſt pubertatē deceſſit. Quærebatur, vtrū ad ipſius matrē, an ad Sēproniū ſubſtitutū bona patris pertinerēt. nam pro matre hæc pugnabant, quòd cùm ſubſtitutio directis
C verbis facta poſt pubertatem euaneſcat, d. l. verbis, D. de vulg. ſubſt. conſentaneum eſt, excluſo ſubſtituto, matrem filio inteſtato ex S.C. Tertulliano legitimam heredem eſſe: ac proinde patris bona, quæ in filij hereditate inuenta ſunt, ad eam pertinere. Ex altera parte pro ſubſtituto diſputabatur hoc modo, quòd cùm teſtator miles fuiſſet, (cui hominum generi conceſſum eſt, quoquo modo velint de ſuis bonis diſponere,) directa illa ſubſtitutio, ſiue directę illius ſubſtitutionis productio, quæ in pagano inutilis fuiſſet, in
D milite valere ex militari priuilegio debebat: vt directò ſubſtitutus hereditatis petitionem aduerſus matrem defuncti filij habeat, & mater ei bona patris reſtituere cogatur. Imp. ea de re conſultus reſcribit, meliorem ſubſtituti cauſſam eſſe: non quidem iure communi, quo pagani vtuntur: ſed iure & priuilegio militari, quo miles ille teſtator directis verbis Semproniū poſt filij pubertatem ſubſtituerat. ac proinde matrē, filij ſui inteſtati heredem, debere illi ſubſtituto teſtatoris bona reſtituere: ad exemplum fideicommiſſariæ
E hereditatis: quod Imperator illis verbis ſignificat, VELVTI EX CAVSSA FIDEICOMMISSI. Sed hæc apertiùs ex ea paraphraſi qua legem hanc explanauimus, intelligentur. Manifeſtiùs exprimere debueras, vtrum maritus quondam tuus miles defunctus, qui teſtamento iure militari facto, cōmunem filiū veſtrum impuberē heredē inſtituit, eíque Sempronium ſubſtituit: in primum caſum ſubſtituerit, nimirum Si heres non erit, Sempronius eſto: an in ſecundum, Si ante pubertatem aut poſtea, ſine liberis deceſſerit, Sem-
F pronius heres eſto. Nam priore caſu non dubium eſt, quin filio, qui ſe immiſcuit, ac proinde deficere conditionem fecit, ante pubertatem mortuo, ad te omnimodo ipſius hereditas ex Tertulliano S.C. pertineat. quia conſtat hunc eſſe certiſſimum pupillaris ſubſtitutionis caſum. Dixit autem OMNIMODO, vel (vt in aliis) OMNINO: ſignificans vniuerſam hereditatem filij, & quā patris bona extabant, & quā bona quædā filio obuenerant, & quæ filius adquiſierat, ad matrem pertinere. At poſteriore caſu diſtinctio adhibenda
G eſt, vtrum filius intra pubertatem, an poſtea deceſſerit, nam ſi impubes deceſſit, quoniam hic quoque notiſſimus eſt pupillaris ſubſtitutionis caſus, dubium non eſt, quin ad ſubſtitutum hereditas pertineat. neque in hac cauſſa militare priuilegium quidquam facit. quoniam vſque ad pubertatem valet hæc teſtatoris diſpoſitio, non iure militari, ſed iure communi, putà pupillaris ſubſtitutionis. ſiue EXPRESSE (ſic legen-


gendum eſt)ſiue compendio ſubſtitutionem produ-
xerit:hoc eſt ſiue certam ætatem (putà 25. annorum)
expreſſerit,ſiue nullam,ſed ſimpliciter dixerit,Si poſt
pubertatem moriatur.nullius enim momenti hæc ad-
iectio eſt: neque in hac cauſſa militare priuilegium
quidquam facit.quoniam vſque ad pubertatem valet
hæc teſtatoris diſpoſitio, non iure militari, ſed iure
communi,putà pupillaris ſubſtitutionis. At ſi poſt pu
bertatem filius deceſſerit,tum verò ad te quidem (i-
pſius matrem)eius ex S.C.Tertulliano ſucceſſio per-
tinet:ſed quia maritus quondam tuus miles, pro ſuo
iure & priuilegio militari ſubſtitutionem illam vltra
pubertatem produxit, idque illi Conſtitutiones per-
miſerunt,ſubſtitutus hereditatis petitione agere ad-
uerſus te poterit,vt ſibi hereditatem illam reſtituas,
velut ex cauſſa fideicommiſſi: hoc eſt, quemadmodũ
heredes fiduciarij ſolent commiſſam ſibi hereditatẽ,
vnà cum fructibus in hereditate inuentis, fideicom-
miſſariis reſtituere:ſicuti ſuperiore capite abundè de-
monſtratum eſt ex l. Centurio,15. D. de vulg.ſubſtit.
Deinceps quæ obſeruatione digna ſint, videamus:
quorum illud primum eſt,quod Imp.hoc loco ſcribit,
certi iuris eſſe filiofam.cui pater vulgariter ſubſtitue-
rat,& herede & impubere mortuo, eius matrem ip-
ſius heredem eſſe.nam Iuſtinianus in l.vlt.C.de inſti-
tut.& ſubſt.tanto poſt ſcribit, ius hoc vſque ad ſuam
ætatem in incerto & ambiguo manſiſſe:nimirum in-
terpretationem D. Marci non pertinere ad eum ca-
ſum,quo legitima hereditas ex verbis ſubſtitutionis
ad matrem perueniret:præſertim cùm in illo Iuſtinia
ni caſu mater eſſet coheres filio adſcripta: qua ad-
ſcriptione(in qua non leue pondus eſt)noſter hic ca-
ſus ab illo ſuperatur. Intelligendum eſt igitur, ius il-
lius caſus multò fuiſſe obſcurius,quàm noſtri:& in il-
lo verba multò magis matri aduerſari, quàm in no-
ſtro:quia in illo caſu filius natus non erat,neque ſcie-
batur,vtrum conceptus eſſet,an non: hîc verò natus
erat,& certus. Itaque duplex in illo caſu vis adfer-
tur verbis.nam SI NATVS NON ERIT,interpretamur,
Si heres non erit:deinde SI HERES NON ERIT,pro SI
ERIT & impubes moriatur.

Ad l.6.D.quemadmod.ſeruit. amittatur.vbi de finitione agrorum & viis publicis & priuatis.


CAP. XVIII.

SCripſeram antehac videri mihi pro ITA DI-
VISVS legendum eſſe,SEMITA DIVISVS. quã
emendationem video ei non probari, qui
ſcribit fundum numquam neque via,neque
ſemita diuidi, ſed tantùm regionibus certis: & diui-
ſionem quæ fit per latitudinem vię duas ſemitas face-
re:quæ per longitudinem viæ, duas vias facere, non
duas ſemitas. Sed videamus,ne non tantùm regioni-
bus & lineis fundus diuidatur, verùm etiam via, atq;
adeò ſemita, ſiue duabus ſemitis. Siculus Flaccus de
limit.agr. Viæ,inquit,ſi finẽ faciãt, adtendendũ erit
quales viæ, & quomodo.nã & ſępe incidũt in finib⁹,
& ſæpe trans viã aliqui poſſeſſores particulas habẽt.
quędam ergo vię aliquando fines tranſeunt poſſeſſio
num.Hæc ille. Regionibus autem fundus diuiditur
ad proprietatem, vt ex vno plures fiant, l. 6. §. 1. D.
commun.pręd.At via certo & finito loco conſtituta,
ſecatur fundus ad vſum vicini,hoc eſt,non vt plures
fundi fiant:(nam vnus manet & ſolidus & indiuiſus,
ſiue vnius domini ſit,ſiue plurium) ſed vt vicino ire,

A agere per locum inter illos conſtitutum liceat.Priua-
tæ vię,inquit Flaccus,ad finitiones agrorum non per-
tinent,ſed ad itinera iis præſtanda. Ergo viæ & vici-
nales & communes in finibus incipiunt.non enim fi-
nium cauſſa diriguntur,ſed itinerum. Item Aggenus:
Plerumque,inquit,via dum cum limite currit, etiam
ſi vicinalis eſt,aut lignaria, aut priuata, finẽ præſtat.
Hæc ille. Quòd ſi & regionibus & via diuidatur fun-
dus,duæ fiunt ſemitæ:id eſt,duæ partes viæ, ſed ple-
B rumque inutiles.quoniam dimidiatus tranſitus,tran-
ſitus non eſt. vſus denique viæ indiuiduus eſt, l. viæ,
17.D.de ſeruit.Sed quid eſt diuiſio per latitudinẽ viæ?
nempe, cùm funiculus plurium fundum diuidens ita
per tranſuerſam viam extenditur, vt lineæ tranſuer-
ſariæ fiant:veluti,vt funiculi pars vna Orientem, al-
tera Occidentem ſpectet:viæ pars vna Meridiem,al-
tera Septentriones:denique,ſi po-
pulariter loqui volumus, vt ſignũ
crucis in prædio efficiatur: hoc
modo:



C Veteres quales modò no-
minaui hunc dixerunt Kardinem,
illum Limitem duodecimanum.
dixerunt etiam Prorſum & Tranſ-
uerſum.At per longitudinem viæ
ſic interpretor,cùm linea fundum
diuidens mediã viã
interſecat: hoc mo-
do.



Sic igitur Celſus
diſtinguit: Fundus
D plurium dominorũ,
qui ſeruitutem de-
bet, is aut certo loco debet, aut infinito.ſi certo lo-
co,rurſus diſtinguendum eſt, vtrum communis ma-
neat pro indiuiſo:an regionibus diuidatur, vt ſinguli
pro diuiſo ſuas partes habeant.& rurſus ſi diuidatur,
vtrum ſecundùm longitudinem viæ diuidatur, an ſe-
cundùm latitudinem viæ. Si per longitudinem viæ,
quia plures fundi fieri intelliguntur, plures etiã fiunt
ſeruitutes:quot enim fundi ſunt, tot ſunt ſeruitutes.
E quo caſu altera vſurpando retineri,altera non vtendo
amitti poteſt: neque vnius amiſſio alteram exſtin-
guit.quia cauſſa earum ita ſeparata eſt, quaſi ab ini-
tio duobus fundis duæ ſeruitutes iniunctæ fuiſſent.
neque hac in re quidquam eſt difficultatis, cùm du-
bitationis cauſſa nulla ſit.Vbi ergo dubitatio illa eſt,
quam Celſus tantus Iuriſconſultus, prædicat? nimi-
rum vbi fundus SEMITA diuiſus eſt:ſiue,vt idem pau-
lò pòſt loquitur,per latitudinem Viæ. quid ita? quo-
niam hoc caſu reuerà & naturaliter duo fundi ex v-
F no facti ſunt,& tamen propter vtilitatem rei,duæ il-
læ partes pro vno fundo habentur. vt ſcilicet quale
fuit ius viæ ante diuiſionem, tale maneat poſt diui-
ſionem.quid eſt, Propter vtilitatem rei?ne ius ſerui-
tutis conſtitutæ exſtinguatur,ſi dimidiata & interru-
pta via concedatur, quæ nullum niſi tota & integra
vſum præſtat,l.viæ, 17.D.de ſeruit. l. vlt. D.de ſeruit.
ruſtic. quid enim mihi viæ & tranſitus ſeruitus pro-
derit, ſi non vltra medium vicini fundum mihi pro-
gredi liceat?l.ſi prius,17.§.2.&§.vl.D.de aqua & adq.
G pluu.tota igitur via vel vſurpando retinetur, vel non
vtendo amittitur.Etſi enim re vera fundi ſunt plures,
tamen fictione iuris vnus fundus eſſe intelligitur. a-
lioqui niſi hanc fictionem admittamus,per diuiſionẽ
à vicinis factam mea mihi ſeruitus peribit:quod eſſet
iniquiſſimum, vt alieno facto ius meum imminuetur:
quemadmodum Celſus paulò pòſt loquitur. Partis i-
gitur vſurpatione pars altera conſeruatur.quaſi com-

munis ille fundus integer & indiuiſus manſiſſet. quo caſu vel tota ſeruitus retineretur, vel tota non vtendo amitteretur, l.vna,18.D.de ſeruit.ruſtic. Quare SEMITAM interpretor non vt in l.157. D.de verb. ſignification. dimidiam itineris partem per longitudinem: vt ſi latitudo itineris ſit pedum quattuor, ſemita ſit duorum: ſed Semitam interpretor viæ ſemiſſem, per per longitudinẽ: vt ſi via ſit longa centũ paſſus,& per medium diuiſa ſit, vnaquæque ſemita quinquagenũ ſit paſſuum. Itaque fundum interpretor SEMITA DIVISVM, quaſi dixiſſet duabus ſemitis. Neque huic diſputationi aduerſatur, ſi fortè inciderit (ait Celſus: & certè peradmodum raro illud accidit) vt is cui ſeruitus viæ debetur, vteretur ſemita, ſiue dimidiata via, quæ per alterum dumtaxat fundum fuerit. non enim idcircò fundus alter remotior non vtendo reliqua parte liberabitur. quandoquidem vnum, atque indiuiduum viæ ius eſt. Menda autem huius generis complura licet apud auctores animaduertere, cùm librarij partem vocabuli dimidiam omittunt. cuiuſmodi eſt illud quod mihi iam in mentem venit ex libro Ciceronis de Oratore primo: vbi cùm Antonius Carneadis cum Menedemo diſputationem multis verbis expoſuiſſet, tandem illam eandem Carneadis orationem perſequens, ita loquitur: Quibus dicere Carneades ſolebat, ingenium tuum Craſſe vehementer admirans, me ſibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in diſputando eſſe viſum. Nam ADIICERE legendum eſſe, non facilè quiſquam qui paginam illam integram perlegerit, dubitabit.

Ad l.domum,57.D.de contrahen.emt.

CAP. XIX.

IN hac lege vbi ſic legitur, *vt ſiquidem amplior domus pars exuſta eſt, non compellatur emtor perficere emtionem:* Haloander repoſuit, *Non tantùm compellatur.* Quod cùm ab illo rectiſſimè additum ſit, ſententiam tamen optimam euertit, niſi altera item particula NON interponatur, & locus ſic legatur: *Non tantùm non compellatur emtor perficere emtionem, ſed etiam quod fortè ſolutum ab eo eſt repetit.* Valde autem abſurdum eſt quod noſter Obtrectator diſputat, tolli à nobis elegantiſſimam ſcribendi rationem: cùm illa quam reſtituimus nulla neque elegantior, neque commodior reperiri poſſit. velut in l.1. §.vlt.D.quand.dies vſuſf. *Non ſolùm vſuſf. ante aditam hereditatem dies non cedit, ſed nec actio de vſufructu.* At enim REPETET verbum ſequitur, non REPETAT. imò in Haloandrino libro de quo agebamus, & cui particulam NON deeſſe contendebamus, *Repetat,* apertè ſcriptum eſt. neque conſimili genere dicendi Pomponium vſum in l. ſi fundum, D.de cond,& demonſt. facilè quiuis eruditus iudicabit.

Ad l.vlt.C.Commod. vbi de commodati lege & condicione agitur, itémque differentia oſtenditur inter Compenſationem & Retentionem.

CAP. XX.

Ex Obſeruat. aduerſariis lib.9.cap.37.

Nunquam verò dixi in l.Vltim. Cod. commod. pro Commodati *legendum eſſe Commendati (quod titulus non ferebat) ſed dixi incidiſſe illam conſtitutionem corruptam in Triboniani manus, & ideo non animaduerſo mendo poſuiſſe eum illam ſub ti. Commod. cum debuiſſet*
A *mendo ſublato ponere ſub tit. Depoſ. in quo ſunt etiam de commendato eorumdem Imp. conſtitutiones* VI. & IX.

PErincommodè accidit, cùm ei fidem habui, qui Commendatum in hac lege pro Commodatum nobis obtruſit. quaſi Commendati verbo Imperator pro depoſito vſus eſſet. ſicut in l.186.D.de verb.ſign. Nam in hac lege non de compenſatione agitur, ſed de retentione. Summa e-
B nim quæſtionis hæc fuit: An rei commendatæ retentio commodatario propter debitam ſibi à commodatore pecuniam concedatur. Dubitandi cauſſa eſt, vt concedi videatur, quoniam aliis locis dicitur, rei cõmodatæ retentionem propter impenſas in eam factas permitti, vt tantiſper pignoris loco res apud cõmodatarium maneat, dum ei impenſæ refundantur, l.creditoris,15.§.vlt.D.de furt.l.ſi quis rem, 20. D. de adquir.poſſ. nec diſſimili ratione creditor ob neceſſarias impenſas in rem pignoratam factas eius reten-
C tionem habere dicitur, l.8. D.de pign.act. item is cui nomen debitoris pignori datum eſt, cùm ſpecies aliqua ei deberetur, ſi ſpeciem illam exegerit, pignoris vice illam retinere poterit, l.ſi conuenerit,18.D.eod. Contrarium tamen reſpondetur, tribus de cauſſis. Primùm quia retentio illa, naturæ contractus commodati repugnat. Naturalis enim commodati lex & condicio eſt, vt res ad certum vtenda modum accipiatur, eóque expleto reſtituatur, l.in commodato,17.§. ſicut,D.commod. hæc, inquam, huius contractus lex
D & tacita conuentio eſt, idque inter contrahentes agi intelligitur. Quod autem in contrahendo actum eſt, præſertim ſecundùm ipſius contractus naturam, id pro cauto habendum eſt, l.3.D.de reb.cred. At commodatarius, qui rem commodatam pro pignore debiti alia ex cauſſa contracti retinet, vſum eius peruertit: & commodato contra eius naturam abutitur. Altera cauſſa eſt, quia bona fides (quæ in hoc contractu dominatur) non patitur hanc præberi amici fallendi facultatem, vt ſub prætextu accipiendi rem ad exi-
E guum tempus vtendam, ea poſtea inuito domino retineatur: atque hoc modo beneficium ſuum benefico fraudi ſit. Nam commodatum, vt eſt, ſic etiam beneficium adpellatur, dict.l.17.§.ſicut, D.comm. Iniquum eſt autem ſuum cuique officium damnoſum eſſe, l.7. D.teſtam.quemadmod.aper. Poſtrema cauſſa eſt, quia creditori ſatis abundéque aliunde cautum eſt, cùm ei propria comperat actio pecuniæ creditæ, per quam ſine fraude ad ſuum peruenire poſſit. vbi autem talis competit actio, inciuilis alienæ rei retentio eſt, l.ſi
F defunctus,10.C.arbit.tutel. Superioris autem obiectionis ſolutio eſt facilis. Diſſimillima enim illius & huius retentionis cauſſa eſt. nam illius cauſſa poſita erat in re ipſa, quæ ſine dubio peritura fuerat, niſi per impenſas neceſſarias conſeruata fuiſſet. hæc verò ex cauſſa debiti remotiſſima extrinſecus adſumitur. Illius æquitas naturalis eſt, manifeſtáque domini eam recuſantis improbitas, qua de cauſſa retentiones per doli exceptionem fieri dicuntur, l.in hoc, 14. §.1. D. commun. diuid. l. ídque, 45.§.1.D. de act. emt. l.1.D.
G quib.mod.pignor.ſoluat. l.heredes,21.D.de tribut. l.ſi in area,33.D.de cond.indeb. & ob eandem rem antiquo iure retentio, ſiue (vt Vlpian. loquitur) detentatio dotis (quæ alioqui maximè fauorabilis eſt) marito, ſoluto matrimonio, concedebatur, l.5. D.de impenſ.in res dot.& apud Vlpian.in Regul.tit.de dotib. & §.taceat, C.de rei vx.act. quinetiam cùm antiquo iure compenſatio in depoſiti cauſſa non admitteretur, vt

tur,vt Paullus teſtatur Collect.2.tit.12.tamen propter
illam æquitatis naturalis rationem, id eſt ob impen-
ſas neceſſarias retentio concedebatur:ſicut Modeſti-
nus tradit in Collectaneis tit.10.illis verbis: Res de-
poſita ſi ſubripiatur,dominus habet furti actionem,
quamuis eius apud quem res depoſita eſt,interſit, ob
impenſas in rem factas retinere. Quod ſi propter im-
penſas retentio concedebatur,ſane propter præſtita
ſeruo depoſito cibaria multò magis conceſſam fuiſſe
non dubito:quamuis eorum mutua petitio in directo
depoſiti iudicio competeret:vt eodem loco Modeſti-
nus ſcribit,quem Tribonianus retulit in l.actione,23.
D.depoſ.interpoſitis tamen duobus hiſce verbis,de-
prauatę certè in homine illo Latinitatis teſtib.SERVO
CONSTITVTO δύλυ παρατιθεμένυ.pro Seruo depoſito.
Quod ita concipere Latinè debuit:Actione depoſiti
conuentus cibariorum ſeruo depoſito præbitorum
nomine apud eundem iudicem vtiliter experitur.Sed
hinc ſubobſcura quæſtio ex tranſuerſo exoritur : Si
commodati retentio propter mutuum debitum non
conceditur, quid eſt, quod compenſatio tamen per-
mitti dicitur in l.rebus,18.§.vlt.D.commod.& in §.in
bonæ,Inſt.de actionib.vbi ſola depoſiti actio eximi à
compenſatione dicitur:ac proinde in commodati &
ceteris omnibus permittitur:quandoquidem exce-
ptio in caſibus non exceptis regulam confirmat,l.tri-
bunus,20.§.vltim.D.de milit.teſtam. Retinere autẽ
multò minus eſt,quam compenſare:cùm retentio ad
breue tempus fiat,compenſatio in perpetuum. Sed
reſpondeo, compenſationem in cauſſa commodati
nihilomagis admittendam eſſe,quàm in cauſſa depo-
ſiti: ſed rem ipſam reſtituendam : ſicuti de depoſito
Paullus ſcribit d.lib. Collect.2.tit.12.ſed cùm dicimus
compenſationem in cauſſa commodati fieri, hoc ad
eos caſus pertinet,quibus commodata res ad æſtima
tionem,ac proinde ad quantitatem redigitur:nimirũ
cùm commodatarius rem non reſtituit,aut quia cor-
rupta,vel deminuta, vel amiſſa eſt,l.1.§.non tantùm,
15.& §.ſeq. D. depoſ. aut verò quia reſtituere non
vult, ſed litis æſtimationem ſufferre mauult: l.3.§.in
hac,D.commod.l.qui reſtituere, 68.D. de rei vindic.
nam his caſibus officio iudicis continetur,vt ſpeciẽ,
propter quam compenſatio poſtulatur, æſtimet.ac tũ
æſtimationis cum debita quantitate compenſatio-
nem faciat,d.§.in bonæ, de act.l.6.C.de compenſat.
l.7.§.ob donationis, D.ſol.matr.

*An patri cui hereditas per filium quæſita eſt, ſi fideicom-
miſſo grauatus ſit, quartam detrahere liceat. ad
l.cum filio. 11.D.de legat.1.*

CAP. XXI.

HÆc quæſtio tractatur à Papiniano in l.cum
filio,11.D.de legar.1.ad quam intelligendam
illud præmuniendum eſt: Cùm filius aut ſer-
uus heres inſtitutus patri aut domino per a-
ditionem hereditatem adquirit,eos nihilominus ve-
rè propriéque heredes eſſe: quia is demum heres eſt
qui recto iure,id eſt directis ciuilibúſque verbis, in-
ſtitutus eſt. qua de cauſſa illos ipſos adire heredita-
tem oportet,cùm aditio ſit facti: factum autem per-
ſonæ cohæreat, neque à ſeruo in dominum tranſeat,
l.44.D.de condic.& demonſtr. Non igitur commo-
dum & emolumentum, quod quis ex iudicio defun-
cti conſequitur,eum heredem facit.nam etiam bonæ
fidei poſſeſſor,& fideicommiſſarius hereditate reſti-
tuta commoda hereditatis conſequitur.neque tamen

A idcircò propriè heres dicitur: neque pater qui filio in
caſtrenſi peculio ab inteſtato ſucceſſit, l. filiusfamil.
13.D.ad leg.Falcid.quia bona filiifamil.militis ad pa-
trem perueniunt,non hereditatis,ſed peculij nomine
l.1.l.2.D.de caſtrenſ. pecul. denique iuſſus heredi da-
re, ſi ſeruus heres inſtitutus eſt, domino dando non
liberatur,dict.l.qui heredi,44.D.de cond.& demon-
ſtrat.l.3.l.8.§.vltim.D.de vulg.& pupil.ſed & illis ver
bis.Qui mihi heres erit,is filio meo impuberi moriẽ-
B ti heres eſto : dominus, qui per ſerui perſonam heres
eſt,non comprehenditur,l.3.§.hoc autem,D.de legat.
præſt.Propriè igitur & abſolutè pater & dominus he
res dici non poſſunt: ſed cum adiunctione Heres per
filium,heres per ſeruum,l.ſi alienus, 62.D.de legat.2.
l.2.D.de petit.hered.l.8.§.vlt.D.de vulg.ſubſtitut.l.9.
§.illud,D.de interrogation. quin ne propriè quidem
hereditatem nanciſci dicitur, ſed potius hereditatis
commodum,dict.l.62. Secundò illud ſcire oportet,pa
trem filij heredis inſtituti onerari fideicommiſſo poſ-
C ſe,dict.l.11.& l.4.D.de legat.3.& apud Vlpian.regul.
25.vbi hoc amplius ſubiungit, legato eumdem onera
ri non poſſe:ne videlicet heredi à ſemetipſo legari vi
deatur.legatorum durior & artior condicio eſt,quàm
fideicommiſſorum. nam in his teſtatorum voluntas
dominatur:in illis iuris rigor & regulæ obſeruantur,
l.19.Cod.de fideicom.l.4. Cod. de verbor.ſignificat.l.
cùm proponebatur,64.D.de legar.2.Nunc,vt ad quę-
ſtionem propoſitam accedamus, diſtinctio adhiben-
da eſt: Vtrùm pater rogatus ſit extraneo, an filio fi-
D deicommiſſum præſtare.Nam vtrumque onus impo-
ni patri heredis licere,conſtat ex dict.l.62. D. de le-
gat.3.l.4.D.de legat.2.l.11.D.de legat.1.Ac filio quidẽ,
cùm ſui iuris factus erit vel per mortem, vel per e-
mancipationem.Ergo ſi extraneo præſtare fideicom-
miſſum debeat,Papinian.reſpondet,ei quartæ detra-
ctionem competere:ſi filio,non competere. cuius rei
cauſſam hanc adfert,quia cùm extraneo præſtare iuſ-
ſus eſt,fideicommiſſum ex perſona filij vires accipit:
cùm filio,ex perſona patris. Quod dictum obſcurius
E videtur:ſed ita accipiendum eſt. Quartæ detractionẽ
ſoli heredi inſtituto permiſſam eſſe,l.mulier, 22.§.vl-
tim.D.ad Trebellian. quemadmodum ſolius heredis
gratia Falcidia inſtituta dicitur, in l. pater, 71. D. ad
leg.Falcid.neque enim ſi cui onus fideicommiſſi im-
poſitum eſt, continuò ei quartæ detractio permitti-
tur.nam omnibus quidem ad quos ex alicuius here-
ditate commodum peruenit, relinqui fideicommiſ-
ſum poteſt:veluti fideicommiſſario,legatario, dona-
tario mortis cauſſa,l.1.§.4.D.de legat.3.ſed illis quar-
F tæ detractio non permittitur,l.47.§. vltim. D.ad leg.
Falcid.l.1.§.denique, & §.ſequen.l.59.§.vltim.D.ad
Trebellian. l.coheredi, 41. §.quod ſi heredem,D.de
vulg.ſubſtitut. Cùm igitur pater extraneo debet,
quia tamquam ex perſona filij, ac proinde tamquam
heres debet,ideirco pro ſuo iure,id eſt pro iure here-
dis quod obtinet,Falcidiam exercebit. Cùm autem
filio debet,quia non poteſt tamquam ex perſona fi-
lij debere,(ne vnus idémque ſibi creditor & debitor
fingatur,l.heres,21.§.quod ſi ſtipulatur, D.de fideiuſſ.
G l.ſi id quod, 21. D.de libe. leg.) non poteſt tamquam
heres debere. Debebit igitur tamquam quilibet,ad
quem ex defuncti hereditate commodum aliquod
peruenit. Omnis autem qui quid ex defuncti iudicio
percepit,fideicommiſſo grauari poteſt:vt ſuperiùs di
ctum eſt. Soluet igitur tamquam quilibet beneficio
affectus: quartam autem, quia heredis perſonam filij
reſpectu ſuſtinere non poteſt, non detrahet. pater

denique ex eo tenetur: non quod heredis vicem obtineat, ſed quòd ad eum peruenit: vt ait l. Neſennius, 22. §. ſeruo, D. ad leg. Falcid.

Non rectè nuper tentatum fuiſſe, aduerſus heredem non dari actionem ex contractu, ſi dolus defuncti arguatur.

CAP. XII.

SI heres ex defuncti contractu in ſolidum tenetur, in quo nullus defuncti dolus arguitur, multò magis teneri eum conuenit, vbi dolus eius verſatus eſt, l. hoc iure, 152. §. 2. D. de regul. iur. ſed tamen non ſimiliter ex vtroque tenetur. Nam ex cauſſa negocij contracti, (veluti, cōmodati, depoſiti, tutelæ) tenetur in ſolidum: hoc eſt etiam ſupra vires hereditatis: propterea quòd onus eſt hereditarium: actio, inquam, hereditaria eſt, quæ ex perſona defuncti initium ſumſit. quare ſi ex aſſe heres eſt, in ſolidum tenebitur: ſi ex parte, pro rata: ſecundùm legem XII. tabul. At ex cauſſa doli catenus tantùm tenetur, quatenus ad eum peruenit: hoc eſt, quatenus hereditas ex defuncti dolo locupletior ad eum peruenit, l. 5. D. de calumniat. l. ad ea quæ, 157. D. de reg. iur. vbi verba illa *Non tantum in id quod peruenit*, ad doli rationem referenda ſunt: illa verò, *Verùm etiam in ſolidum*, ad negocium in contractu geſtum. vt ſcilicet tam doli, quam calculi ratione teneatur, l. Sabinus, 29. D. de dol. mal. quippe, cùm heres ex defuncti delictis non teneatur, nec ſuccedat, l. penul. D. de damn. infect. l. pupillum, 111. §. 1. D. de regul. iur. Idq́, apertè Vlpianus oſtendit in l. 3. D. de vi armat. Ex facinoribus defunctorum de eo quod ad heredem peruenit actio datur. ſufficit enim non in lucro verſari eum heredem, non etiam damnum ſubire. Quare videamus ne vox DOLO tollenda ſit ex §. 2. Inſtit. de perpet. & temp. act. Aliquando, inquit, etiam ex contractu actio contra heredem non competit, cùm teſtator doloſè verſatus ſit, & ad heredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Nam ſine dubio heres ex contractu obligatur: idque in ſolidum, quamuis nihil ex eo contractu peruenerit, quatenus negocium geſtum ſpectamus quod enim geſſit is, cui heres ſum, ipſe geſſiſſe videor, l. 6. §. vlt. D. de aqua pluu. arcend. quatenus autem dolum ſpectamus, ſi quid peruenerit, doli ratione, quatenus peruenit, tenetur. ſi nihil peruenerit, non tenetur, d. l. 3. D. de vi armat. Hæc cùm ita ſint, videamus de tutorum heredibus quid ſtatui conueniat. nam tutores quidem ex leui culpa teneri, & tantam diligentiam præſtare, quantam vel ipſi vel alij patresfam. in ſuis rebus adhibent, conſtat ex l. 1. D. de tutel. & rat. diſtrah. & l. 33. D. de admin. tut. Cùm autem quæritur, cuius culpæ nomine eorum heredes teneantur, indiſtinctè reſpondetur, eos latæ tantùm tutorum culpæ nomine teneri: negligentiæ, non teneri. Dixi, Indiſtinctè: quoniam nihil intereſt, vtrum tutelæ actione ſuo an defuncti nomine conueniantur. De iis qui ſuo nomine conueniuntur, teſtimonium exſtat in l. 1. & l. 4. D. de fideiuſſ. conuen. de tutorum culpa, in l. 4. D. de magiſtr. conuen. nimirum ex regula iuris, qua dicimus, Heredes ex defuncti cōtractu, in quo defuncti dolus arguitur, teneri: l. ex depoſiti, 12. l. ex contractibus, 49. D. de oblig. & act. l. vlt. D. de fideiuſſ. tut. ſed tamen eatenus dumtaxat, quatenus ad eos peruenit: vt iam ſuperiùs diximus. idque etiam apertiſſimè traditur in l. 1. C. de hered. tut. Heredes tutoris, inquit, ob negligentiam, quæ non latę culpę cōparari poſſit, condemnari non oportet: Quod quiuis Latinè do-

A ctus ſic, opinor, interpretabitur: Heredes tutoris ob latam ipſius culpam condemnari oportet: ob leuem non oportet. nam in l. vlti. eiuſd. titul. dilucidè traditur, heredes ob non adminiſtrata, quæ adminiſtrare tutor debuit, (quæ ſine dubio lata culpa eſt) teneri: & Non lata culpa pro leui ſimiliter ponitur in l. 2. C. de magiſtr. conuen. Quæ cùm tam perſpicuè & inter ſe, & cum iuris ratione conſentiant, non dubitabo repudiare & illam nuper proditam Græcorum inter-

B pretationem, quę Latinam legem corrumpit: τοὺς κληρονόμους τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ μεγάλης ἀμελείας, οὐ προσήκει καταδικάζεσθαι: & particulam NON in eadem l. 1. retinere: non tam Doctorum omnium, qui eam legem ſic interpretati ſunt auctoritatem ſecutus, quàm ipſam iuris rationem ac veritatem. quam etiam hoc argumento confirmabimus. Certum eſt heredibus tutorum comparari heredes magiſtratuum, d. l. 4. D. de magiſtr. conuen. qua in lege magiſtratus ob leuem, eius heredes ob latam tantùm culpam teneri dicun-

C tur. vbi abſurdum eſſet quærere, vtrum de magiſtratuum, an de ipſorum heredum culpa tractetur. eamdémque ſententiam rectiſſimè videmus exponi in l. 2. C. ill. titu. his verbis: In heredes magiſtratus, cuius non lata culpa idoneè cautum pupillo non eſt, non ſolet actio dari: hoc eſt, cuius leuis culpa coarguitur. Quid verbis opus eſt? cum Imp. in l. curatoris, 17. C. de negoc. geſt. apertiſſimè ſcripſerit heredes & ſucceſſores curatoris latam ipſius culpam præſtare? Atque hæc quidem ita ſe habent: quæ tamen ſic accipienda

D ſunt, ſi modò ex tutoris delicto aliquid ad ipſius heredes peruenerit. quoniam eatenus ex defuncti contractu de ipſius dolo datur in heredem actio, quatenus ad heredem peruenit, §. 2. Inſt. de perpet. & temp. l. ex depoſiti, 12. l. toties, 44. l. hoc iure, 152. §. 3. l. ad ea quæ, 157. §. 2. D. de regul. iur. l. itaque, 28. D. de dol. mal.

Ad l. ſtipulatio, 38. §. eum qui, 17. D. de verbor. obligat. & l 79. D. de legat. 1. Stipulationis adiecto facta qua vis ſit. Eraſmi εὐστοχία in emendatione cuiuſdam legis.

E

CAP. XXIII.

VLPIANVS ſtatuiſſe ſic putatur, eum qui ita dicat, Mihi, decem & Titio decē, eadem decem, non alia decem dixiſſe: ac proinde ſola quinque ſtipulatori deberi propterea quod Titij adiectio fuit inutilis: cùm extraneo inutiliter ſtipuletur, d. l. 38. §. alteri. At video eſſe, qui ſcribat Eraſmum in epiſtola quadam ad Dorpium putaſſe verbum DECEM priore loco tollendum eſ-

F ſe. quaſi non aliud Vlpianus hoc §. ſcripſiſſet, quàm quod Iulianus ſcripſerat in l. eum qui, 56. & Pomponius in l. ſi mihi, 110. eod. tit. ſed temere id Eraſmum feciſſe: quoniam ſi ſtipulatio ita concepta fuiſſet, nulla ambiguitas ſuperfuiſſet. Ego conſideratè & prudenter, & verè id Eraſmum feciſſe mihi perſuadeo, duabus de cauſſis. prior eſt: quoniam in iis ſtipulationibus quibus adiecto ſtipulamur, & præſertim vbi pecunia in ſtipulatum deducta eſt, duæ ſunt ſtipulationes: vna vtilis, qua nobiſmet

G ipſis ſtipulamur: altera inutilis, qua extraneo. vtilis autem per inutilem non viciatur, l. 1. §. ſed ſi, eod. tit. itaque adiecto quidem non adquiritur obligatio, ſtipulatori verò pro ſua parte adquiritur, l. pen. §. 2. D. eod. l. cùm decem, 71. D. de ſolut. l. 3. C. de contr. ſtipul. l. 3. C. de inutil. ſtip. Quare qui ſibi & alteri decem ſtipulatur, quinq; quidem inutiliter alteri ſtipulatus eſt, reliqua verò quinque ſibi vtiliter, d. l. 56. &

56.& l.110.D.de verb.oblig. Pari ergo ratione qui ſibi A
decem & alteri decem,vel ſibi & alteri dena ſtipula-
tur,ſola poſteriora decem inutiliter ſtipulatus dice-
tur:priora ſibi rectè & vtiliter. Altera cauſſa hæc eſt,
quoniam huiuſmodi perſonarum coniunctio rei com
munionem inducit: ſicut ait Iulianus in d.l.56.qua de
cauſſa ſi certa ſpecies,(puta domus,)duobus coniun-
ctim legata eſſet,pars deficiens alteri capienti adcre-
ſceret,§.ſi eadẽ,8.Inſt.de lega.cũ ſimilib.at in pecunia
ſimilibúſq, rebus quæ pondere,numero,menſura cõ- B
ſtant,nõ propriè cõmunio eſſe intelligitur:quoniã hę
res natura ſua diuiſionem recipiunt, l. cùm Stichus,
29.D.de ſol.l.nam etſi,13.§.1.D.de reb.cred.atq; idcir-
cò in huiuſmodi rerũ legatis ius adcreſcendi non ad-
mittitur,l.eũ qui,56.D.de verb.oblig.l. ſi quis, 79.D.
de legat.1. quemadmodum igitur ſi vtilis vtraque ex
parte ſtipulatio fuiſſet, (quod certè in duobus ſtipu-
landi reis accidiſſet)ſumma viginti ex duabus ſũmis
decẽ&decẽ coaceruata,cõmunis illorũ fuiſſet,atq;in
diuidẽdo ſinguli dena tuliſſent,l.reos,11.§.1.D.de duo- C
busreis.ita hoc caſu cũ coniunctio vna tãtùm ex par-
te ſit vtilis,vna tantùm decem debebuntur. ſicuti de
legato traditur duobus coniunctim relicto, quorum
alter in rerum natura non eſt. nã cùm legatũ ex hac
parte pro non ſcripto habeatur,ſola dimidia pars al-
teri capienti adtributa ei debebitur:neque pars dimi
dia deficiens ei adcreſcet,l.ſi duobus,16.l plane,54.§.
ſi coniunctim,D.de legat.1.At enim ſi Eraſmi ſenten-
tiã ſequamur,qui adyta noſtra temerare eſt auſus,nul
la ſuberit ambiguitas:quaſi ſignificetur, Vlpianũ ab- D
ſurdè ea de re ſcripſiſſe, in qua nulla eſſet dubitatio.
Verùm huic ego obiectoni ſic reſpondeo. Primũ hac
eadẽ ratione ſtultitiæ damnandũ eſſe Iulianum,dam-
nandũ item Põponium,qui in d.l.56.& l.110.totidẽ fe-
rè verbis hanc ipſam Vlpiani ſententiã in qua nulla
dubitatio ſubeſſe dicitur, nobis tradiderunt. deinde
quis pręſtabit adeò exploratum hoc ius eſſe omnibus,
vt ambigendi cauſſa nulla ſubſit? cùm Iauolenus ſta-
tuat, eũ qui ſibi & Titio fundum emit,totum ſibi e-
miſſe,& extranei perſonã ſuperuacuo adieciſſe,l.fun- E
dus,64.D.de contr.emt. Solutio quidẽ in prõptu eſt:
ſed certè non cuiuis. Primùm quia non adcreſcendi
iure totus illi fundus emtus intelligitur:ſed quoniam
extranei(vt dixi)adiectio erat inutilis.deinde quoniã
diſſimilis cauſſa eſt emtionis & ſtipulationis.nam il-
lius natura indiuidua eſt: quoniã vno precio conſtat,
l.cùm ex cauſſa,139.D.de ver.obl.in ſtipulatione ſum-
marũ quot ſunt ſummæ tot ſtipulationes numerãtur,
l.ſcire debemus,29.eo.Quid?de legatis in quibus va-
let cõiunctio, quid dicemus?nã Iulianus quidẽ in d.l. F
56 ſcribit eum qui legat Primo & Secundo decẽ,non
aliud ſenſiſſe,quàm vt vnà decẽ communiter duobus
legaret:ac proinde quina tantũ ſingulis deberi,nõ de-
na.ſemel.n.decẽ legata ſunt. At ecce idẽ Iulianus a-
lio loco non eſſe ambigendũ ſcribit, quin dena dixiſ-
ſe videatur,qui decem dixit,l.ſi quis,79.D.de legat.1.
Obſcurè profectò,ne dicã abſurdè: vt quiuis Latinè
vel mediocriter eruditus,ſi modò animũ adtendat,fa
cilè perſpiciet.Itaq; cùm æquitatem Doctores noſtri
magis quàm Latini ſermonis rationem ſpectarent,& G
DENA exiſtimarent idem eſſe,quod viginti: veriſſimè
animaduerterunt hanc fuiſſe Iuliani ſententiam, vt
quini aurei ſingulis deberentur. nam qui relinquit
decẽ (inquit Bartholus) non videtur relinquere de-
na:ſiue viginti,hoc eſt decẽ vni, & decem alteri: ſed
quinque ſingulis dũtaxat. Mendosè, inquit Ant.Au-
guſtinus,quia Dena non ſignificãt viginti,ſed potius

A ſingulis decem,lib.Emend.3.ca.1.quis negat? ſed hæc
Latini ſermonis imperitia eſt,non iuris,& æquitatis.
nam æquitatẽ vidit Bartholus,Latinitatem Auguſti-
nus.credid itq; Bartholus æquiſſimè Iulianum ita ſcri
pſiſſe:vt NON dena dixiſſe videatur,qui decem dixit,
(vbi ſubaudiendũ eſt,Sed quina.)quemadmodũ ſcri-
ptum ab illo fuiſſe,iam pridem adoleſcens cùm argu-
menta conficerẽ exiſtimaui. qua de cauſſa legis illius
argumentum ita concepi, Qui duobus decem legat,
B nõ dena ſingulis,ſed quina legaſſe intelligitur: ſimúl-
que ad oram mei libri particulã NON adieci.quam meã
ſententiam apertiſſimè confirmat l.vbi fideiuſſor,24.
D.de ſolut.vbi qui pro duobus dena fideiuſſerat,obli-
gatus eſſe dicitur in viginti:& ſiue viginti, ſiue dena
ſoluerit,vtrumque liberaſſe. Quo loco ridiculè Bar-
tholus & alij Bina idem valere exiſtimarũt,quod Vi-
ginti:errore ab Accurſio primùm nato, qui in l. ſi ita
ſtipulatus,127. D.de verb.oblig.ita ſcribit,DENA pro-
priè ſignificat bis decem & in l.ſciendum,D.de legat.
C Trinos idem valere, quod ſex.& l.nam etſi, 13. D. de
reb.cred. Quina,id eſt quinque & quinque. Verùm
hæc non hominũ fuit culpa,ſed temporum. nam hu-
ius certè diſputationis æquitatem animaduerterunt.

Ad l.multum intereſt,34.D.de verb.oblig.Commercium cui non eſt,an ſtipulari poſſit.

CAP. XXIIII.

IN hac lege poſt illa verba, *An quis promit-
tat*,deeſt verſus hic integer: *Rem cuius com-*
D *mercium habere non poteſt*. Primùm quia po-
ſtrema legis oratio perſpicuè ad hanc diſiun-
ctionis partem reſpondet.deinde,quia qui promittit
rem cuius ipſe quidem commercium habet,ego verò
non habeo, ſibi non nocet: id enim ſtipulatus ſum
quod neque petere,neque accipere poſſum.At ſi pro-
mittat rem,cuius ipſe cõmercium non habet,ſtipula-
tor habet, valet ſtipulatio:neque idcircò inutilis iu-
dicanda eſt,quòd eam promiſſor dare nõ poſſit. quia
non facit inutilem ſtipulationem difficultas præſta-
E tionis. quare id quod ſtipulatoris intereſt præſtabit,
id eſt pecuniam,l.2.§.1.D.de verbo. oblig.neque verò
frequentiùs vmquam librarij peccarũt, quàm in hoc
genere,cùm verbum vnum aut plura conſimilia ſub-
ſequebãtur. Sententia igitur hæc eſt:Si ſtipuler rem,
cuius commercium habes,ego non habeo:inutilis eſt
ſtipulatio: quoniam id ſum ſtipulatus, quod etiam ſi
offerres,tamen accipere non poſſem. quare mihi meã
in ſtipulando ſtultitiam imputare debeo. at ſi ſtipu-
ler rem, cuius ego quidem commercium habeo, tu
F non habes,vtiliter ſtipulatus videor:tibíque imputa-
re culpam debes:quæ tibi(vt ait Vlp.)nocebit: quo-
niam id præſtare cogeris, quanti mea intereſſe iudi-
cabitur.ac pari ratione videmus, heredem dare iuſ-
ſum id,cuius commercium non habebat, legatarius
habebat,eius æſtimationem debere, l.mortuo, 49.§.
2.D.de legat.2. quod eodem modo reciprocari pote-
rit:vt ſi dare id iuſſus ſit cuius commercium habebat,
legatarius non habebat, nihil debeat. Sed grauiter
obſtare videtur l.ſed ſi res,40.D.de legat.1. Nã quod
G amicus meus putat particulam NON ex poſteriore lo-
co tollendam eſſe, primùm ex libris Baſil.refellitur:
in quibus ſcriptum ita eſt: οὗτινος τὴν κτῆσιν οὐκ ἔχω,
ὅτι δύναμαι αὐτὸ τιμηθῆναι quinetiam Martianũ hu-
ius ſcripturæ confirmatorem habemus in l. filiumfa.
114. §. ſi quid, D. eodem. Quare videndum eſt cùm
Vlpianus illo loco fideicommiſſarium à legatario
perſpicuè diſtinguat, an ſpecialiter de fideicommiſ-

ſo,non autem de legato vtrumque illum locum accipi oporteat. & exemplum ex eo ſumi, quod Vlp.tit. Regul.25. ſcriptum reliquit: Latinos Iunianos fideicommiſſum capere poſſe,legatum non poſſe.denique ſatis conſtat multò fauorabiliorem eſſe fideicommiſſorum cauſſam,quàm legatorum. ex codicillis qui teſtamentum præcedunt, fideicommiſſum peti poteſt, §.penult. D. de codicill. legatum non poteſt,ſi teſtamento confirmati non ſunt,l.codicillis.18.D.de ann. legat.l.ſed etiam,31.D.de legat.1.

Ad l.6.& l.7.D.de vſurpat. Momentum. Dies naturalis & ciuilis. CAP. XXV.

NEgo quemquam eſſe ſatis peritum Latinæ conſuetudinis, & in antiquis auctoribus volutatum, qui hanc ſententiam rectè conceptam putet: *In vſucapionibus non à momento ad momentum, ſed totum poſtremum diem computamus.* Itaque Accurſius teſtatur ætate ſua variam eius legis ſcripturam fuiſſe. nam in quibuſdam libris ſcriptum ita fuiſſe, *Sed ad totam diem computamus poſtremum*:in aliis verò, *Diem totum computamus poſtremum.* Haloander verò, *Totum ad poſtremum diem computamus.* Viglius autem & alij nonnulli, *Sed tantùm poſtremum diem.* Video tamen non deeſſe,qui putent ſatis Latinè ſcriptum in Florentinis & vſitatis: pro *Totum diem extremum pro momento temporis accipimus.* cùm tamen contrariam Vlpiani mentem eſſe conſtet, vt Momentum extremi diei pro toto & pleno die accipiamus: hoc eſt, ortum & initium extremi diei pro completo die haberi,l.in vſucapione,15.D.de diuerſ.temp. præſc. Docuimus ad l.5.D.qui teſt. fac. poſſ. Naturalem diem ab ortu ad occaſum XII. horis conſtitiſſe: Ciuilem à media nocte ad inſequentem noctis partem mediam, XXIV. horis,l.8.D.de fer.& apud Cenſor. de die nat. itaque ſupremæ anni noctis poſteriores ſex horæ alterius anni ſunt, qui incipit ex Kalendis: vt ait Quinctil. apud Macrob.lib.Sat.1.c.3.& Agell.3.c.2.Iuriſconſulti autem in quibuſdam rebus naturalem diem ſequuntur, & de momento ad momentum, rationem habent. velut in ætate minorum qui reſtituendi ſunt,l.3.§.minorem,D.de minorib.item in exitu temporalium actionum,l.6.D.de oblig.& act. In quibuſdam aliis pinguius & fauorabilius diem ortum, cœptum,inchoatum,pro pleno, exacto, completo numerant.velut in lege Iulia Papia de anniculi ætate,l.134.D.de verb.ſign.item in XII. tab. de ætate teſtatorum.l.5.D.qui teſt.fac.item in lege Ælia Sentia de ætate manumittentium, l. 1. D.de manumiſſ.item in muneribus & honoribus annus cœptus, inquit Vlp. pro pleno habetur.hoc enim fauoris cauſſa conſtitutum eſt,vt pro plenis inchoatos accipiamus, l. 8. D. de mun. & hon. Et Paullus: Hadrianus iuſſerat eum annum quem quis ingreſſus eſſet,pro impleto numerari,l.qui filium, 74. D. ad Trebel.denique in vſucapionibus ita ſeruatur, vt etiam ſi minimo momento nouiſſimi diei poſſeſſa ſit res, nihilominus completa vſucapio dicatur: nec totus dies exigitur ad explendum conſtitutum tempus, d. l. 15. de diuerſ. temp. præſcript.Quod cùm ita ſit conſentaneum eſt Vlpianum in hac lege ita ſcripſiſſe: *In vſucapionibus non à momento ad momentum, ſed ortum poſtremum diem pro pleno computamus.* eámque ſententiam neceſſariò exigit lex ſequens:vbi tamen Vlpianus dixit HORA SEXTA NOCTIS pro POST HORAM SEXTAM NOCTIS: tametſi poſt datum horæ ſextæ ſignum dici poteſt ſextam eſſe & ſextam non eſſe.ſexta eſt plena,quæ præ- A teriit. ſexta non eſt, quia ſeptima iam cœpta eſt. & ſeptima non amplius eſt ſexta:vt Mathematici diſputent. Probabilius eſt igitur, ſcripſiſſe Vlpianum POST SEXTAM:ſicuti ſcripſit in l.11. D.de manumiſſ. & d.l.5. §.1.D.qui teſtam. fac. quæ huius ſeptimæ legis mendum apertiſſimum oſtendunt.

Ad l.ſi is qui,15.D.de vſurpat. Poſtliminio reuerſus an id quod ſeruus poſſedit vſuceperit.

CAP. XXVI.

B NEc infeliciorem adhuc me reperiſſe legem arbitror, nec tamen vllam à me feliciùs reſtitutam. quod hoc modo planum facere conabor. Conſtat inter omnes Marcellum à Iuliano hac in quæſtione diſſenſiſſe:An poſtliminio reuerſus id quod ſeruus eo apud hoſtes abſente poſſedit,vſucepiſſe intelligatur. Quod ſi hoc Marcellus negat,neceſſe eſt Iulianum adfirmaſſe. Negare Marcellum,verba hæc illius oſtendunt: *Quemadmodum enim poſtliminio reuerſus plus iuris habere poteſt in his* C *quæ ſerui egerunt,quàm his quæ per ſe vel per ſeruũ poſſidebat?* Et hoc ipſum eſt,quod Tryphoninꝰ ſcribit Marcellum ſtatuiſſe, *nihil intereſſe,ipſe qui reuerſus eſt poſſediſſet,an ſubiecta ei perſona,* l.in bello,12. §. facti, D.de captiu.Certũ eſt autẽ,ſi ipſe poſſediſſet, interruptam vſucapionem fuiſſe: quia captiuus poſſidere deſinit: nec vſucapio ſine poſſeſſione cõſiſtit. poſſeſſionẽ aũt quæ facti eſt,poſtliminij fictionẽ non recipere,d.§.facti,l.deniq;,19.D.ex qb.cauſſ.maior.Marcellus igitur indiſtinctè cenſebat,ſiue dominus ipſe per ſe aut ſer- D uum,ſiue ſeruus poſſediſſet, vſucapionẽ per captiuitatẽ impediri:neq; dominũ fingi medio tẽpore poſſediſſe. Quòd ſi Marcellus à Iuliano diſſenſit,neceſſe eſt Iulianum contra ſenſiſſe, nẽpe fingi dominũ medio tẽpore poſſediſſe. idq; apertè Paullus in hac ipſa lege teſtatur, ſed apertiùs ipſe de ſe Iulianus in l.bona,22.§.2.D.de captiu.vbi ſic loquitur: *Quæ peculiari nomine ſerui captiuorum poſſident.in ſuſpenſo ſunt: nam ſi domini poſtliminio redierint, eorũ facta intelliguntur, ſi ibi deceſſerint, per legem Corneliam ad heredes eorum* E *pertinebunt.* Ac de priore quidẽ caſu & poſtliminij fictione,quid vterq; ſenſerit, perſpicuũ eſt.Nũc de poſteriore & fictione legis Corneliæ, videamus. Nam cùm Iulianus verbo rẽ trãſegerit,& planè ac directò ſcripſerit rẽ à ſeruo poſſeſsã,ad heredes eiꝰ, qui apud hoſtes mortuus eſt pertinere,tamẽ Paullus in hac lege propter contrariã Marcelli ſentẽtiã dubitatũ eſſe adfirmat,an per legẽ Corneliã ad ſucceſſores eiꝰ pertineat. Sed hoc parui refert, dũ vtrã in partẽ Paullus inclinet,intelligere poſſimus. quod ex eo verborum F contextu,quẽ in hac lege videmus, nego cuiquã mortalium adparere. Ea igitur retexamus & in ſuũ ordinẽ, hoc modo reducamus: *Marcellus poſſe plenius fictionem legis accipi.* hoc eſt,Marcellus notat,quantum ad poſteriorẽ caſum,quo captiuus apud hoſtes deceſſit,legis quidẽ Corneliæ fictionẽ poſſe pleniùs accipi,ſicuti Iulianus accepit: in quo Iuliano adſentitur: nẽpe vt quod ſeruus eius qui apud hoſtes eſt, emerit, ſi dominus ibi deceſſerit, ad eius heredes pertineat: G quaſi eodẽ momẽto deceſſerit, quo captus eſt: heres autẽ ipſius,vel potius hereditas adquiſierit,& vſuceperit,l.pen.D.de captiu.tũ continẽter ad illã Marcelli ſentẽtiã hæc ratio ſubiiciatur: *Nã hereditatẽ in quibuſdã vice perſonæ fungi receptũ eſt.* Mox illud ſubiungatur quod deeſſe contendo: IN POSTLIMINIO CONTRA ESSE.tum illud quod ſupereſt ſubiiciatur: *Quemadmodum enim poſtliminio reuerſus plus iuris habere poteſt in his quæ per ſeruum poſſidebat, cùm ad hoſtes perue-*

nit

nis?ideóque in ſucceſſoribus locum non habere vſucapionem. A vt hæc Marcelli diſtinctio ſit:Qui ab hoſtibus captus eſt,aut ibi decedit:ac proinde legis Corneliæ fictione captiuitatis tempore deceſſiſſe fingitur: quo caſu Iuliano adſentitur:vt legis fictio plenius accipiatur,& captiui defuncti heredes adquiſiſſe,poſſediſſe, vſucepiſſe intelligantur: aut poſtliminio reuertitur: quo caſu fictio poſtliminij pleniùs accipi non poteſt, vt ipſe poſſediſſe, & vſucepiſſe fingatur. quia poſſeſſio facti eſt. Poſtliminij autem fictionem cauſſæ facti B non recipiunt,d.l.12.§.facti,& dict.l.19.ex quib.cauſſ. maior. itaque vel intetrupta vel impedita vſucapio eſt:ac proinde Iuliano Marcellus refragatur: qui in d. l.bona,dixerat,ſi dominus reuertatur ei adquiſita eſſe,quæ ſeruus poſſederar. neque enim Marcellus(vt Tryphoninus teſtatur)quidquam intereſſe volebat, vtrum ipſe dominus poſſediſſet,an eius ſeruus,dict.§. facti, in fin. ſed quemadmodum ceteri Iuriſconſulti omnes conſenſetant,ſi dominus ipſe poſſediſſet, per ipſius captiuitatem interrumpi vſucapionem, l. ait C Prætor,23.§.1.D.ex quib.cauſſ.maior. d.l pen.in princip.D.de captiu.ita diſputabat abſurdum eſſe plus iuris ex eo quod ſe inſcio ſeruus egerat ipſi tribui, quã quod ipſe per ſemetipſum egerat:ac proinde hoc caſu non procedere vſucapionem. Verùm hæc quidem de Iuliani & Matcelli contentione dicta ſint. Reliquum eſt,vt quid poſteriores Iuriſconſulti ptobarint conſideremus. quorum hanc video fuiſſe diſtinctionem:vt ſi domini nomine & ex re ipſius ſeruus poſſediſſet, vſucapio non ptocederet: propter eam rationẽ D quam ſemel aut iterum expoſuimus:ſin autem peculij nomine & ex re ſua peculiari, tum vſucapio procederet.quam & Vlpiani & Paulli ſententiam fuiſſe oſtendit,d.l.pen.D de captiu.& d. l. 23. §.hi planè,D. ex quib.cauſſ.maior.& ad hanc ſpeciem Iuliani quoque regulam propriè pertinuiſſe, teſtatur diſerta ipſius oratio in d.l.22.§.2.D.de captiu. Marcelli autem contrariam fuiſſe opinionem oſtendunt illa ipſius verba in hac noſtra lege à Paullo prodita: *Quemadmodum plus iuris habere poteſt in his quæ ſerui egerunt,* E *quàm in his quæ per ſeruum poſſidebat?*

Ad l.qui negocia,34.D.mandat.de mandatario cui conceſſum eſt pecunia exacta vti pro credita.

CAP. XXVII.

IN hac lege Africano gemella hæc propoſita eſt quæſtio,An ſi conuenerit, vt mandatarius qui pecuniam exegit,illa pro ſibi cre- F dita vtatur,vſuráſquè debeat, & mutui condictione, & ad vſuras teneatur. Itaque bipartitò ei reſpondet.nam quantum ad condictionem, non mutari ſtatuit obligationem mandati in obligationem mutui:propterea quod mutuum non nuda pactione, ſed re & numeratione contrahitur,l.1. D.de oblig.& act.ex datione ſubſtantiam capit.§.1.D.de obligat.ex conſenſ. ex re tradita initium obligationis ſumit, l.1. D.de rer.permut.ac pati modo creditum nuda ratione contrahi negatur,l.4.§.non ſolum,49.§. vlt.D.de G pecul.Ex contrario Vlpia.apertè ſtatuit, mutuum in hac ſpecie non contrahi,l.ſingularia,15.& l.9.§.vlt.D. de reb cred propterea quòd non nuda hæc pactio eſt ſed receptione pecuniæ firmata quia procurator à debitore domini numos accipiens quaſi lõga manu vel potius per manus ab ipſo domino accipere intelligitur.quod apertè confirmatur argumento l.pen.D.de adq.rer.domin.vbi epiſtola tabellario tuo tradita tibi per manus tradita eſſe dicitur, l.cum qui,14.§.vlt. D.de furt.Quantũ autem ad vſuras, dubitandi cauſſam hanc Africanus ipſe proponit,quia numi procuratoris periculo ſunt: quæ res notiſſimos mandati fines excedit:ſicuti de depoſito traditur in l.Lucius,24. D.depoſ.l.9.§.vlt.D.de reb.cred.& in creditum itionis propria eſt,l.incendium,11 C.ſi cert.pet.Sed contrarium nihilominus reſpondet: vſuras idcircò præſtandas eſſe,quia receptum eſt, vt in bonæ fidei contractibus vſuræ ex pacto debeantur,l.2.C.de vſur.l.5. C.de pact.int.emt.l.Lucius,24.l.Publia, 26.§.1.D. de poſ.Atque hoc quidem modo Africanum reſpondiſſe fateor: ſed cùm animaduerterem Vlpianum apertiſſimè illi aduerſari,in d.l.9.§.vlt.& l.ſingularia,15.D. de reb.cred. ne fortè Triboniani maieſtatẽ dicam,an exiſtimationem?imminui paterer & hanc in pręclaris ipſius monimentis antimoniam admittere cogerer, dicebam videri mihi fore probabilius,ſi legeremus in fine huius reſponſi, PRÆSTARE NON DEBEAT. quandoquidem vſuræ in mutuo numquam ex pacto nudo debentur,ſed tantùm per ſtipulationem, l.Titius,24. D de perſcript.verb.l idémque 10.§.3. D.mandat.quo in loco Vlpianus hanc Africani opinionem non minus apertè quàm in aliis locis repudiat. Neque mihi dixerit aliquis,iſto modo ſententias iuris increſcere. Nam tum demum iuris ſententiæ inaugeſcunt, cum omnes aut plerique Iuriſc. ad eam rem inter ſe conſentiunt.vbi verò vnus aliquis ab alteto diſſidet,non ius paulatim increſcit,ſed vix dum natum & conſtitutum euertitur.

Ad l.tale. 40. D. de pact. Liberari per pactum. Profiteri. Confiteri.

CAP. XXVIII.

PACTVM non tantùm quo debitum remittitur, ſed etiam quoduis aliud, vel in rem concipitur, vel in perſonam. adde inſuper tertiam mixti pacti ſpeciem,partim in rem, partim in perſonam,l.qui in futurum, 57.D.de pact. Pactum in rem non dubium eſt,quin & heredi debitoris proſit,& verò etiam ſingulari ſucceſſori: velut emtori,aut donatario,l.ſi tibi,17.§.pactum,D.eod.At pactum in perſonam non prodeſt heredi, l.idem,25.§. 1.D.eod. Perſonale pactum,inquit Paullus, ad alium non pertinet:quemadmodum nec ad heredem.Quod ſi heredi non prodeſt,qui iuris vniuerſi ſucceſſor eſt, quãtonüinus ei prodeſſe poterit,qui rei ſingularis eſt ſucceſſor?quod contrà tamen Sabinus, (fortaſſe nouo exemplo ac nullo more) diſputaſſe traditur in d.l. 17.§.pactũ.cui tamen ſubſcripſiſſe videtur Põponius & Marcianus.ille in pacto de vẽdendo pignore, quáuis in eo creditoris dũtaxat perſona cõprehenſa fuerit:vt ſc.etiã ad ipſius heredẽ pertineat,l.8.§.pe.D.de pig.act.Marcianus autẽ tantã pacti perſonalis vim eſſe ſtatuit,vt & perpetuã exceptionẽ pariat, & hypothecã liberet,l.5.D.quib.mo.pig.ſoluat. Sed in his illorũ diſceptationibus rectiſſimè Vlpianus præcipit, conſiderandũ eſſe,non quibus verbis conceptum,ſed qua mente & intentione pactum interpoſitũ fuerit,l. 7.§.pactorum, D.de pact. Quid igitur,ſi creditor ita pronunciauit, *Profiteor te non teneri?* Video eſſe,qui ſic ſcribat: *Non dicit, Profiteor me nihil à te petiturum: quibus verbis non abrogat obligationem: ſed Profiteor te non teneri: quibus plane verbis abrogat obligationem ipſam.* Hoc verò mirari aliquis poſſit, Correctori

& Emendatori noſtro tam incogitanter excidiſſe. nã quis vnquã antehac audierat, per pactũ obligationẽ abrogari? cũ inter omnes cõſtet, queadmodum certi & legitimi quidã ſunt cõtrahendarũ obligationũ modi, ita certos & legitimos eſſe earundẽ diſtrahendarũ modos, in quibus pactũ non numeratur, l.44.D.de oblig.& act.l.prout,50.D.de ſol.conſtat, inquã, inter omnes, ciuilẽ obligationẽ non diſſolui, perimi, exſtingui, ipſo iure tolli per pactũ de non petendo, §.præterea, Inſt.de excepr.l.5.C.de pact.l.27.§.pactus,D.eo. præterea quomodo illa profeſſio ſola emiſſa voce debitorẽ ipſo iure liberaret, cùm ne conſcripta quidẽ, & in inſtrumentũ collata liberet? quæ quidẽ ſcriptura, vulgò Apocha dicitur, l.ſi accepto,19.§.1. D.de acceptil. Hucaccedit, quòd ne liberationis quidẽ legato (quãuis legatũ ex lege XII.tab. vires habeat, ac legis vim obtineat) ipſo iure debitor liberatur, ſed tantùm per exceptionẽ, l.3.§.2.& paſſ. D.de lib.leg. Quod autẽ multis locis dicitur, debitorẽ per pactu de non petendo liberari, non de iure ipſo dici notum eſt, ſed de tuitione Prætoris, & per exceptionẽ, d.l.5. C. de pact. l.3 §.1.D.de cõſt.pec. l.ſi ſtipulatus,15.§.1.D.de fideiuſ. Quæ cùm ita ſint, perſpicuũ eſt, eum qui ſic loquitur, *Profiteor te non teneri*, non id ſignificare, Profiteor te obligatione ſolutũ ac liberatum eſſe: ſed hoc potius, Profiteor te, quantũ ad me attinet, liberatũ eſſe. Multò verò abſurdius eſt, quod adſcriptũ video, *Verba hæc, Profiteor te non teneri, pacti generalis vim idcircò habere, quia plus eſt Profiteri, quàm confiteri:* vt Nonius docuit. quod idem etiam Caper Grammaticus totidem verbis tradidit. Neque.n. quiſquã ignorat, Profiteri eum dici, qui ſponte atque vltro aliquid prædicat, & præ ſe fert: Confiteri verò, qui ab altero prouocatus vel expreſsè vel tacitè aliquid fatetur. velut in Rabiriana: Quamobrem fateor, atque etiam, T.Labiene, profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli & importuna &c. Sed in hoc cauſſarum genere, quis non videt nihil omnino intereſſe, verũ quis vel dicat, vel ſcribat: Profiteor, te non teneri: an Fateor, Confiteor, Proteſtor, Adſero, Dico, Notum facio, Teſtificor te non teneri. Itaque & Profiteri ſimpliciter vſurpatur pro Adſere, l.quod res,21.Cod.de excuſ.tut.& Confiteri, pro Polliceri, l.antiquæ, 23.§.ne autem,& l.vlt.C.ad Vell. quinimo Apocham definiri videmus profeſſionẽ ſolutæ pecuniæ, l.pecuniæ,14. C.de ſolut.quæ profeſſio quid aliud eſt, quàm ſimplex Confeſſio, ſiue Teſtificatio? vt facilè adpareat, verbum *Profiteor*, hoc loco idẽ valere quòd aliis locis *Aio*, vel *Dico*, vel *Notum facio*. velut in l.ex pluribus, D.de ſolut. Titius dico me accepiſſe à Mæuio &c.& in l.Lucius, 24. & l. Quinctus,28.D.depoſ. ac iam facilè intellectu ſit, cur Papinianus hoc pactum *Profiteor non teneri*, generaliter eſſe accipiendũ putet, atq; ad heredes debitoris pertinere, nempe quia perinde valet, ac ſi creditor ita pronũciaſſet, Notũ facio, Aio, Dico, Prędico, Teſtificor, te à me liberatum eſſe: neq; mẽ quidquam vnquam iſto nomine petiturum, non magis quàm ſi naturaliter pecuniam mihi debitam exſoluiſſes.

Ad l. Actus legitimi, D. de regul. iuris.

CAP. XXX.

HÆc certè cuiuſmodi ſint, adſequi coniectura vix poſſum. primùm, quia ridiculum eſt, vbi quid de procuratore præcipitur. intelligi ſine mandato procuratorem datum, l.1.l. ſed & hæc,35.l.Pompon.40.§.vlt.D.de procur. Deinde, quoniam vbi de procuratore ad certum negociũ putà ad acceptoferendũ, ac ſimul de ipſius mandato
A mentio fit, non dubium eſt, quin illud mandatum de eodem ipſo negocio gerendo intelligatur: vt non minus certa, quàm ridicula hæc futura fuiſſet Paulli ſententia, *Per procuratorem nec liberare quiſquam acceptilatione ſine mandato acceptoferendi poteſt.* qua de re ne Paulli quidem ſeruulus mediaſtinus dubitare potuiſſet. Quid ſi dixiſſet, *Sine mandato nouandi*, vt huic obſeruatori placuit ex l.4.C.de nouat? primùm, hæc allegatio falſa eſt, quia nihil tale illa lege continetur.
B Deinde, ridiculum id fuiſſet. quoniam ſi procurator acceptoferre ſine nouatione non poteſt, d.l.13.§. tutor. qui ad acceptoferendum procurator conſtituitur, idem ad nouandum, tacitè, eadémque opera conſtitui intelligitur, arg.l.2.de iuriſdict. Veterem igitur emendationem meam retineo, vt pro *Sine mandato*, legamus *Sine nouatione*. Idque eò lubentiùs, quod eã anno,573 à me primùm editam, animaduerti poſtea erudito viro anno,575 placuiſſe, lib.Semeſt.2.c.22. vbi etſi profitetur, ſe boni Iuriſc.inſtituto ſuum cuiq; tribuere, meum tamen nomen per obliuionem, vt credi
C par eſt, præteriit. Vtcumque ſit, regula iuris antiqui hæc fuit: Acceptilatio eſt actus legitimus, qui per procuratorem expediri non poteſt. Obſtant.n.verba formulæ perſonalia, Quidquid te mihi &c. l.idem,25. §.perſonale,D.de pact. Sed cùm poſtea Iuriſconſulti multa eius regulæ incommoda cognouiſſent, vtilitatis cauſſa remedium hoc (vt Vlpianus adpellat) excogitarunt, vt nouatione procuratores vterentur: ac tũ demum accepto facerent. Porrò qui ex quindecim
D integris libelli mei paginis vnicam tam auidè reprehendit, an non probare reliquas videtur? At quotuſquiſque hodie ſcriptor reperietur, cui non aliquis eiuſmodi momus obtrectare poſſit? Quamquam reprehenſio hæc ferenda non eſt. Nam ſi per procuratorẽ ſerui electio fieri non poteſt, deleatur huius veriſſimæ ſententiæ auctoritas, in l.ſi is qui,66.D.de procurat.l.cum debitore, 17.D.rem rat. hab. vbi & electio rectiſſimè fieri per procuratorem dicitur. & tota hæc reprehenſio manifeſtæ ſtultitiæ cõuincitur. denique,
E quid ſi vel ægrotaret, vel abeſſet is, cui optio legata eſt, quidni per procuratorem optare & eligere poſſet?

Mitto, quod proferri ſimul Triphonini rationem oportuit, hanc filij indignationem eſſe, l.filius,22.D. il.ti. quæro enim, annon plures vnius eiuſdemq; præcepti adferri rationes poſſint? At ego præter Papiniani & Triphonini rationes hanc eſſe adfirmo potiſſimã, quòd querela hæc aduerſus matrẽ inſtituta demẽtiæ & furoris illam argueret, l. 2. l.5. D.eod.quod eſſet à filij pietate alienum, qui parem matri ac patri
F pietatem debet, l.4.D. de curat. furioſ. Neque verò illa fuit ad propoſitam diſputationem accommodatiſſima ratio prætermittenda, quòd quamuis propria illa eſſet filij iniuria, neque cum patre communis, (cui alioqui agere iniuriarum liceret: l.ſed ſi,17.§.filio,D.de iniur.) tamen cùm hic pater eſſet, admittendus ad querelam, ſine mandato inſtituendam, quaſi voluntarius procurator videbatur, l.ſed & hæc, 35.D.de procurat.niſi lege antiqua cautum fuiſſet, ne quis alieno nomine, lege, aut iudicio ageret. Nam
G quod ſubiicitur, *Iure antiquo ne volente quidem domino licuiſſe procuratoribus alieno nomine agere*, tum demum probabo, cùm aut contra Iuſtiniani auctoritatem planum factum erit procuratorum vſum, illo iure antiquo fuiſſe: aut iniuriam ex inofficioſo vindicari per procuratorem non licuiſſe: cùm tamen etiam ex lege Cornelia procurator ad iniuriarum actionem dari ſoleat, l.licet,42.§.1.D.de procur. Porrò nouum

nouum igitur habemus Canoniſtam, qui cùm Dy-
nus Bonifacio Papæ octauo ſcripſiſſet, iuris illius ſui
regulam imaginationi mentis ſuæ adplicari non poſ-
ſe, primus induxit, nullos eſſe actus legitimos, qui diē
& condicionem recipiant. Cuius ſententię duo video
eſſe capita, quorum (vt verè dicam) neutrum intelli-
go. prius eſt, quòd omnes actus legitimi purè fiunt.
Nam pura in iure noſtro iis opponuntur, quibus ne-
que dies, neque condicio adiecta eſt, l. etli, 3. D. de
auct. tut. §. 3. Inſtit. de verbor. oblig. quæ pura ſunt, ex
præſenti tempore ſtatum capiunt: alia ex temporis,
aut condicionis euentu pendent, l. vſusfructus, 26. D.
de ſtipul. ſeru. Atqui teſtamentum, qui actus eſt, (vt
inter omnes conſtat) legitimus, diem & condicionem
recipit. Nam teſtamentum, quod tribus verbis purè
fieri poteſt, Titius hæres eſto, l. 1. D. de hered. inſtitut.
totidem aliis verbis condicione augeri poteſt: Si vxo-
rem duxerit, vel, Cùm capere poterit, l. in tempus, 62.
D. de hered inſtit. neque quidquam notius eſt, quàm
heredis inſtitutionem, & in diem, & ſub condicione
fieri poſſe, §. pen. Inſt. de hered. inſtit. l. ſi mater, 33. D.
de vulgar. ſubſtit. Pari modo, quamuis tutoris in iure
datio, neque diem, neque condicionem recipiat, ta-
men teſtamentaria recipit, l. 8. §. 1. l. 11. D. de teſt. tut. l.
6. §. 1. de tutel. §. 3. de iis, qui tutor. teſt. §. 2. De Att. tut.
§. 2. Quib. mod. tut. fin. quā tamen actū eſſe legitimū &
legitimis verbis fieri ſolitā, patet ex l. vlt. C. de teſt.
tut. Verbis autē ipſius legis inductā, teſtimonio eſt l.
ſæpe, 53. ibi, SVPER PECVNIA TVTELAVE SVA. D. de
verb. ſignif. Sic manumiſſio per vindictam purè fie-
bat. at quæ per teſtamentum, etiam in diem & ſub
condicione, l. 17. l. 23. D. de manum. teſt. Vnde ſtatuli-
berorum condicio in ſuſpenſo eſſe dicitur, l. penult. §.
vlt. C de neceſſ. her. inſt. Alterum mihi obſcurum ca-
put eſt, quod hæc locutio: *Quidam actus legitimi reci-
piunt diem vel condicionem*, hoc tantùm ſignificat, *Qui-
buſdam actibus legitimis apertè diem vel condicionem
adijci*. Primùm enim admodum inconcinnè, ne dicam
pueriliter, Papinianus ita ſcripſiſſet, *Actus legitimi,
qui recipiunt dici vel condicionis adiectionem, in totum
viciantur, per temporis aut condicionis adiectionem:* cùm
ſatis fuiſſet, ſemel id vel in exordio, vel in extremo
ponere: hoc modo, Actus legitimi quibus adiicitur
dies vel condicio, in totum viciantur. Deinde, quis
ignorat, vſitatum hoc eſſe loquendi genus, & Iuriſ-
conſultis familiare, vt dicant res quaſdam recipere a-
liquid, aut non recipere, pro, naturam earum hanc eſ-
ſe, vt aliquid aut ferre poſſint, aut ferre non poſſint.
veluti, Quædam obligationes recipiunt diuiſionem,
quædam non recipiunt: ait l. 2. D. de verb. oblig. quæ-
dam recipiunt partis præſtationem, quædam non re-
cipiunt, ait ead. l. 2. & l. 72. D. eod. quidam contractus
dolum tantùm recipiunt, quidam etiam culpam reci-
piunt, ait l. 23. D. de reg. iur. quod humani iuris eſſe de-
ſiit, ſeruitutem non recipit, l. 4. D. commun. præd. res
mobiles vſucapionem recipiunt, l. vſucapionem, 9. D.
de vſurpat. obligationes operarum interdum & dimi-
nutionem, & augmentum & mutationem recipiunt,
l. interdum, 34. D. de op. lib. Liberi hominis corpus nō
recipit æſtimationem, Serui hominis corpus recipit,
ait l. 3. D, ſi quadrup. Quemadmodum igitur, cùm di-
cimus operis efficiendi ſtipulationem non recipere
diuiſionem: certæ pecuniæ, recipere: hoc ſignifica-
mus, eius diuiſione corrūpi, aut corrumpi ſtipulatio-
nem: vt loquitur d. l. 72. pari modo cùm dicimus, A-
ctus quoſdam non recipere diem aut condicionem,
quoſdā recipere, ſine dubio illud ſignificamus, Quoſ-
A dā actus dici vel condicionis adiectione viciari, quoſ-
dam non viciari. Quamquam, quid opus eſt verbis?
cùm abſurdiſſimè Papinianus ita ſcripturus fuiſſet,
*Actus legitimi, qui recipiunt dilationem, in totum viciā-
tur, per dilationis adiectionem.* Nam ſi recipiunt, ſi pa-
tiūtur, ſi ferunt, certè ſine ſui corruptione, ſine vicio,
ſine interitu, id patiuntur, & ferunt. Sed quod ait, ma-
lè dici aliud eſſe actus legitimos aliud legis actiones
& legis actiones definiri, in l. 2. De orig. iur. qui-
B bus inter ſe ciues diſceptant, ex XII. tab. Nec enim
has ſolas dici eſſe legis actiones, ſed tantùm adpella-
ri legis actiones, ſicut Caius in Inſtit. dum enarrata
formula ceſſionis in iure ſubiicit, Idque legis actio
vocabatur, certè non definit legis actionem. Imò re-
ctè, & verè dicimus, tantùm inter has, & illas intereſ-
ſe, quantum inter genus, & ſpeciem. Nam omnis le-
gis actio, legitimus actus eſt. At non ſi quis eſt actus
legitimus, continuò legis actio dici poteſt: quia legis
actiones eæ demum dicuntur, quæ ex verbis legis cō-
C ceptæ ſunt, quarum quædam in iure exercebantur, &
apud magiſtratum, cui propterea legis actio eſſe dice
batur, l. 1. C. de adoptionib. l. 1. D. de offic. iuridic. Ale-
xand. l. 2. §. vltim. & l. ſequen. D. de offic. Proconſul.
quo in genere fuit in perſonam aut in rem actio: ci-
uilis denique omnis, & criminalis actio, ſiue accuſa-
tio: item adoptio, emancipatio, manumiſſio per vindi
ctam, in iure ceſſio, nominis in reos relatio, ſiue accu-
ſatoris inſcriptio in crimen, quibus etiam addo, que-
relam inofficioſi teſtamenti Extra ius verò, veluti ar-
D rogatio, in ius vocatio, anteſtatio, mancipatio, teſta-
menti nuncupatio, vſurpatio per infractionem ſur-
culi, cretio, hereditatis aditio. Legitimi autem actus
dicuntur, etiam qui ex legis mente & ſententia, ſine
vllius certæ legis expreſſis verbis inſtituti ſunt: velu-
ti legati optio, conuentio in manum, repudium, diuor
tium, in diem addictio, acceptilatio: de quibus ſingu-
lis explicauimus. Quod autem ſequitur, legis actio-
nes non definiri, (vt in Quæſt. illúſt. dixeram) in l. 2.
D. de orig. iur. quibus ciues inter ſe diſceptabant: ver
E ba ipſa teſtimonio ſint: *Ex his legibus*, inquit, *actiones
compoſitæ ſunt quibus inter ſe homines diſceptarent: & ap
pellatur hæc pars iuris legis actiones.* Perperam igitur
Tribonianus. Nam Pomponium magnæ partis illius
hiſtoriæ auctorem non fuiſſe, iampridem ex ſtilo & ge
nere dicendi demonſtrauimus. ſed huius rei diiudi-
candæ poteſtatem, nec Apuleij nec Sidonij diſcipulis
facilè permittemus. Denique, ſi ea pars iuris qua eæ a-
ctiones, quibus inter ſe ciues diſceptant, ſpecialiter
legis actiones adpellatur, cui dubium eſt, quin legis
F actiones ſpecialiter definiantur, quibus inter ſe ciues
diſceptāt? quandoquidē (vt Dialectici loquūtur) defi-
nitū & definitio inter ſe reciprocantur. Deinde, quod
ait malè, inter legis actiones, vel actus legitimos nu-
merari ſtipulationē, vocationē in ius, in diē addictio-
nē, ab iis qui & legē cōmiſſoriam olim numerarūt in-
ter leges Populi R. ſed nimirū hoc illud eſt, quod Tul-
lius quodā loco ſcribit, homines eſſe quoſdā, qui an-
quirūt, in quos acerbitatis ſuæ virus euomant. Mēda-
ciū eſt, quod mihi falsò & impudenter obiicitur, ſcri-
G ptū à me fuiſſe, ſtipulationē legitimum actum fuiſſe.
Numquam id mihi vel excidit, vel in mentem venit.
Sed tamen, vt ſtudioſorum vtilitati conſulamus, com
modiſſimum videtur: quæſtionem proponere, quam-
obrem acceptilatio inter actus legitimos referatur,
ſtipulatio nō referatur. Nam vtraq; fit inter præſen-
tes, vtraq; interrogatione & reſponſione conſtat, v-
traque certis verbis concipitur. Ego, pro mea virili

parte,ſic ſentio, neque ſtipulationem, neque nouationem, neque quamuis acceptilationem, ſed Aquilianam dumtaxat in eum numerum referendam eſſe: hac de cauſſa: quoniam illæ neque ex vlla lege,neq; ex vllius legis ſententia inſtitutæ fuerunt,& cùm adſiduè, cùm etiam leuibus de rebus frequentabantur. Vulgaris autem acceptilatio ex ſententia vſitati iuris inducta erat, vt quo quidque modo contractum fuerat,contrario modo tolleretur,l.ferè, D.de regul. iur. Aquiliana verò primùm auctoritate Iuriſconſulti nobilis inducta & moribus recepta, legis vim obtinebat.arg. §.1.D. de adquiſ.per arrogat.& § 1.De fideic.hered.ſicuti formulæ de dolo malo,& de nepote poſtumo, viuo adhuc filio, herede inſtituendo eiuſdem ſummi viri auctoritate inductæ ſunt: deinde non niſi ad cauſſas grauiores adhiberi poterat, cùm ſcilicet tolli,quibuſcumque aliis modis,contractas obligationes placebat:hoc eſt, non modò verbis, verũ etiam re,conſenſu,nominibus,l.1.l.8.l.18. D.de acceptil.præterea non modò non quotidiano, & vſitato iuri conſentanea erat, verùm etiam iuri ciuili aduerſabatur.quippe, cùm obligationes alio, vt dixi, modo,quàm verbis contractas,verbis ſoluere nitebatur, contra l.pen.D.de ſolut.& alias conſimiles. Sed iam ad reliquas criminationes properemus.

In ius vocationem,& dixi,& iterum dico,legis eſſe actionem: cùm in legibus XII. tabul. caput hoc fuiſſe conſtet,*Si in ius vocet,atque eat.ſi pedem ſtruit manum endo iacito.* Addictionem autem in diem,cur nõ legitimum actum adpellemus, cùm & certis ac ſollemnibus verbis conciperetur? l.1. D. de in diem addict.& ſollemnis adpelletur,in l.quæ ſpecialiter,9.C. de diſtr.pignor. l. quæcumque, 5. C.de fid.inſt.& iur. haſt.fiſc.& multis conſtet formulis, quas in quodam conſilio, quod Dei voluntate iam editum eſt,accuratè dinumerauimus.De lege commiſſoria iam dudũ, ante annos opinor viginti,calumniatoribus reſpondi,non illum meum,ſed typographi,vel potius pueri, & glutinatoris ipſius peccatum fuiſſe: qui,cùm in ea capſula,in quam voces à litera L.incipientes congeſſeramus, verbum illud reperiſſet, temerè in primam editionem noſtri de verbis iuris commentarij retulit. Sed cùm adoleſcens multis antè annis tantum in Verrinarum commentariis, pòſt etiam in libello de legibus ſpecimen meorum in antiquitates ſtudiorum oſtendiſſem, quis, niſi peruerſo ac prauo ingenio,tãtam mihi ἀνιςορησίαν,obiicere voluiſſet,vt crederem, pactionem commiſſoriã fuiſſe publicam populi Ro. legem? Sed heus tu, qui mihi alienum peccatum tam inuidioſè obiicis, & legem commiſſoriam commemoras,numquid Gliciæ tuæ legis oblitus es,& tantæ in Antiquitatibus Romanis imperitię,vt toties dicere,& inculcare auſus ſis, Romanas leges interdum ex latorum cognominibus adpellatas,atquę in his Norbanam, Perduceam, Poppæam,& Allienam fuiſſe? quaſi hæc ciuium R.cognomina fuerint,non familiarum certiſſima nomina, vt iam pridem Fuluius Vrſinus, & alij eruditi viri in libris famil. Rom. docuerunt. Quàm turpe eſt tot vlceribus obſitum alienas (vt in prouerbio eſt)papulas obſeruare? Verùm procuratoris dationem idcirco & dixi, & iterum dico,actum legitimum fuiſſe, quia procurator dari ſine ceſſione actionis; id eſt, ſine mandato,non poteſt. imò procuratorem ad agendum dare, nihil aliud eſt, quã actionẽ cedere,mandare, præſtare, exhibere: quoniã ita ius ciuile comparatum fuit,vt actionẽ vni quæſitã exercere alter ſine ceſſione non poſſet, l.1.Codic.per quas perſon.l.quæcumque, 11. D. de oblig. & act.l.7. C.ſi quis alt.vel ſib.l.naturalis, 5.§.pen. D. de præſcr. verb.l.tutori,20.C.de neg.geſt. Cùm autem cedi dicitur actio,directa cedi actio intelligitur, l. emtor.5. l.ex nominis,8.C.de hered.vel.act.vend.l.4.C.ſi cert. pet.& apertiſſimè omnium in l.vlt. C. quand.fiſc.vel priuat. Ac verum quidem eſt, procuratoris dationem neque lege ſcripta inſtitutam, ſed moribus inductã: neque certis & ſollemnibus,ſed nudis & vulgaribus verbis fieri ſolitam: §. 1. per quos ag. poſſeſ.& apud Paull.Collect.1. tit. 3. ſed cùm ceſſione actionis conſtet, nihilo minus dici legitimus actus poteſt quàm acceptilatio,quæ vel vnius Iuriſconſ.auctoritate,vel potius fori conſuetudine in vſum recepta eſt.Adpellationem autem cur dubitemus in actus legitimos referre: cùm & actus ſit ciuilis,qui ſecundùm legem fieri dicitur, l. præſes.27.D.de iudic. ac ſollemniter fiat, aut apud acta,aut libello: & tantæ ſit auctoritatis, poteſtatis,iuris,vt ſententiam à iudice pronunciatam (rem omnium grauiſſimam) illicò perimat,atque extinguat,l.1.§.vltim. D. ad Senatuſc. Turpill.l.2.§.vlt. de pœn.Iuſiurandum porrò,quod vulgò iudiciale dicitur,quid eſt,cur ab hoc numero ſeiungamus? cùm & acceptilationis vim habere dicatur,l.iuſiurandum, 40. D.de iureiur.& certis verbis apud iudicem ita cõciperetur,vt ſi ſeruata formula non eſſet,fruſtra iuratum, atque idcircò iterandum iuſiurandum eſſet,l.3. §.vlt.& l.ſeq.& l.quem per ſalutem, 33. D.de iureiur. & ſecundùm illud iudex in diſceptanda controuerſia ſententiam pronunciaret,d.l.3 §.1.& l.34.eod.adeò vt in quibuſdam cauſſis maiorem habere vim,quàm res iudicata dicatur,l.2.D.eod.

Venio ad tutoris auctoritatem, quæ fuit expreſſa probatio eius negocij,quod à pupillo,præſente tutore geſtum eſt,l.4.l 9.§ pen.l.10.D.de auct. tut.l.1.in fi. de tutel. Nam is demum auctor eſſe dicitur,qui præſens pronunciat,ſe probare,quod actum eſt, l.pupillus, 11. de adq. rer. domin. l.pupillus,89. de regul.iur. Qua de cauſſa mutus tutor eſſe non poteſt, d.l.1. §.eo. Iam cùm vſurpatio, & ſurculo defringendo, & aliis formulis ad vſucapionem interrumpendam accommodatis fieret,atque (vt ex trinoctij vſurpatione probabile eſt) lege XII. tab.inducta eſſet, non video,cur ab hoc eodem ordine ſegreganda ſit. Vadimonium verò, & comperendinationem, quorum vtrumque certis verborum formulis conſtabat, & legum expreſſis verbis inductum erat, quid eſt, cur legitimos fuiſſe actus negemus? Reſtat teſtimonij dictio,forenſis certè actus, & iudicialis:quem Imperator in l.pen. C.de hæretic. Actum legitimum ita liquidò ac diſertè adpellat, vt neque cauillandi neque calumniandi locus ſuperſit. Commemoratur Carneades,qui cauſſas ſæpe bonas ingenij calumnia ludificari ſolebat. Sed neque Carneadem habemus aduerſarium,neque iudices Bœotos ac ſtupidos. Poſtquam Iuſtinianus Manichæos à teſtimoniis excluſit, mox de Montaniſtis,& aliis ſcribens, *Quibus*,inquit,*pro reatus ſimilitudine omnis legitimus actus interdictus eſt.* Quod verbum, quia latè admodum patet, mox ita ſubiungit, *Omne teſtimonium, ſicut & alias legitimas conuerſationes, ſancimus eſſe interdictum.* hoc eſt,præter teſtimonium,etiam alios omnes actus legitimos, qui in cœtibus forenſibus exercentur.

Explicatur l.petens,27.C.de pact. CAP. XXX.

REctiſſimè & Accurſius & Accurſium ſecuti Doctores ad hanc legem,docuerunt, pactum ex continenti adiectum ſtipulationi, ei ineſ-

ei ineſſe ex parte actoris. Neq; .n. diſtinguit hæc lex verum ſtipulatio ſit adiecta pacto, an pactum ſtipulationi. quinimò apertiſſimè clamitat, nihil intereſſe vtrũ anteceſſerit pactũ, an poſt ſtatim adiunctum fuerit. Quãuis enim in ſpecie Imperatori propoſita ſtipulatio pactũ ſecuta dicatur, (vt plerumq; fieri ſolebat: l.7.§.quod ferè, D.h.t.) tamẽ idẽ cõtinuò ſubiicit, nihil intereſſe, vtrũ ſecuta ſit, an præceſſerit. Malè igitur qui ſic ſcribit: *Stipulatio adiecta pacto obligat: pactum adiectũ ſtipulationi non obligat.* Nam pactu quod continẽter adiicitur, ita ſtipulationi inſeritur, vt pars ipſius fiat: & quãuis per ſe nullã obligationem pariat, tamẽ inſitũ in ſtipulationẽ ipſius actionẽ informat: perinde quaſi in ipſa pronũcianda expreſſum fuiſſet: vt ait Paullus in l.4. in fi. D.h.t. Itaq; idẽ auctor in d.l. lecta, 40. D.ſi cert.pet. *Dicebã*, inquit, *pactũ ſtipulationi adiectũ ineſſe ſtipulationi.* Quo quid planiùs aut apertiùs dici potuit? Et hoc idẽ Celſus non obſcurè ſignificat in l.ſin autem, 29. D. de pact. ſed multò apertiùs Paullus, cùm hoc verum eſſe ſtatuit, nõ modò ſi pactũ verbis expreſſum, verùm etiã ſi tacitè intellectũ fuerit. Ac pari ratione Imp. ſcribit, ſi inter contrahentes pactum ſit, vt fideiuſſor non niſi excuſſo reo conueniatur, pactum valere: ac proinde in ſtipulationem inſitum creditoris actionem impedire, l.iure, 5. C. de fideiuſſ. Quod verò de bonæ fidei contractibus ſubiicitur, laboris fuit ſuperuacanei: cùm innumeris locis hoc idem tradatur: ac præſertim in l.7. §. quinimo, D.de pact. l.in bonæ, 13. C. eo. l.2. C.de pact int. emt. l.3. C.de ædil.act. l.6. D. de reſcind. vend. Sed quod de differentia bonæ fidei & ſtrictorum contractuum adiectum eſt, mihi perquam obſcurum videtur. *Si quo caſu pactum*, inquit, *ex interuallo factum bonæ fidei iudicio ineſt, tam ex parte actoris, quàm ex parte rei.* At numquam antehac auditum fuerat, *Pactum ex interuallo bonæ fidei contractui interpoſitum ineſſe ex parte actoris.* planiſſiméque refellitur ex d.l.13. C.de pact. & d.l. 7. §.idem reſponſum, D. eod. aliiſque locis innumeris: ex quib. intelligitur, pacta ex interuallo facta numquam ad actionem vel pariendam, vel infirmandam valere, ſed tantùm ad exceptionem. De parte rei iampridem in Quæſt. Illuſtrib. admonuimus (nuſquam ita locutos eſſe Iuriſconſultos) quod tamen admodum ſerò animaduerti. vt dicerent *Pactum aliquod ineſſe ex parte rei*: ſed tantùm *Locum habere ex parte rei.* velut in d.l.7.§. quinimo, in fin. quod nihil aliud eſt, quàm defenſori ad exceptionem prodeſſe: quia ſolent (inquit Vlp.) ea pacta, quæ poſtea interponũtur, parere exceptionem. Eiuſdẽ generis illud eſt, *Neutra ex parte ſtricto iudicio ineſt*: quod iam falſum eſſe docuimus. quia pactum poſt mutuum aut ſtipulationem contractam quantumuis longo interuallo interpoſitum, ex parte rei locum habet: hoc eſt, ei ad exceptionem prodeſt, §. præterea, D. de except. l. intra, 41. & aliis compluribus, D.de pact. Sed reliqua audiamus. *Conſequens eſt, vt quæ hãc differẽtiam extorſit ratio, etiã illã cõſtituat in pactis factis ex continenti.* At iã demõſtratum eſt, neq; vllã eſſe in hoc genere differentiã, neq; vllã differẽtię rationẽ excogitari poſſe: & pactũ incontinẽti adiectũ æquè ſtipulationi vt bonæ fidei cõtractui ineſſe. Iã verò qualia illa ſunt: *Hæc differẽtia efficit. vt in mutuo ex pacto incontinenti facto nõ petãtur vſuræ: & ſi datis decem conuenerit vndecim reddi, vt nõ amplius quàm decem debeantur, l.rogaſti, §.1. D.de reb.cred.* At nõ illa differentia, (quæ nulla eſt) hoc efficit, vt tale pactũ ſtricto mutui contractui cõfeſtim adhibitũ ei nõ in-

A ſit: ſed hæc potius certiſſima iuris regula, quòd obligatio quę re cõtrahitur nõ niſi quatenus res data eſt contrahitur, l.ſi tibi, 17. D.de pact. l.9. C.de non num. pec. Quamobrẽ ergo, dicet aliquis, pactũ vt cui decẽ creduntur, non niſi nouem debeat, valebit, & contractui cui adiectum eſt, inerit? quia nimirũ aliã vis eſt pacti detrahẽtis, alia verò adiicientis: vti Paullus docuit in l.pact.72. D.de contr.emt. nam pactum naturæ contractus ſtricti iuris detrahens ſiue ſit de ſub-
B ſtãtia, ſiue de adminiculis, ſi ex cõtinenti adhibitum fuerit, ineſt ex parte actoris: hoc eſt, eius actionẽ informat: ſi ex interuallo, locum habet ex parte rei: hoc eſt, reo ad exceptionẽ prodeſt. Prioris partis, quãtum ad ſubſtantiam attinet, teſtimoniũ expoſuimus ex d. l.rogaſti, §.1. D.de reb.cred. De adminiculis autẽ non incõmodè ſumi teſtimonium poteſt ex l.inter eos, 51. D.de fideiuſſ. nam etſi ea ſit fideiuſſionis natura, vt ſinguli fideiuſſores in ſolidum teneãtur, tamẽ ſi in fideiuſſione pactum appoſitũ fuerit, vt ſinguli pro vi-
C rili tantũ parte teneãtur, pactum hoc ex parte actoris ineſſe dicitur. itẽ ex l.lecta. de reb.cred. vbi ſi confeſtim poſt ſtipulationẽ conuenerit, vt vſurę per partes ſoluantur, ſtipulationi pactũ ineſſe dicitur. Poſterioris autem partis, quæ eſt de interuallo, exemplum exſtat in l.27.§.ſi cùm decem, D.de pact. vbi ſi is cui viginti credita fuerant conuenerit, vt non amplius quàm decem debeat, pacti exceptionem adquirere dicitur. quod idem traditur in l.5.C.eod. tit. Sumi verò etiam eiuſdem rei exemplum poterit ex
D l.intra, 41. D. eo. vbi ſi creditor, quantumuis multò poſt mutuum datum tempore, conuenerit, vt ſi debitor ante certam diem debiti partem ſoluat, acceptilatione totius ſummæ liberetur, negatur quidem pactum ex parte creditoris ineſſe: hoc eſt actionem eius imminuere: ſed ſimul adfirmatur ex parte debitoris locum habere, id eſt, ei ad pacti exceptionem prodeſſe, vt ſi parte illa ſoluta, nihilominus cõtra fidem pactionis in ſolidam ſummã conueniatur, pacti ſe exceptione tueri poſſit. Duci etiam exem-
E plũ poteſt ex l.tutor, 41 §.1. D. de vſur. nam cùm mutui natura ſit, vt debitor acceptam ſummam ſemel reddere debeat, tamen ſi quantumuis longum poſt mutuum contractum tempore pactus ſit, vt ſibi per partes ſoluere liceat, pacti ſe exceptione tueri poterit. Hæc cùm ſint, tamen alia pacti adiicientis cauſſa eſt. nã ſi qui mutuo decem accepit, ſtatim cõuenerit, vt vndecim reddat, non obligatur: nec pactum hoc creditori ad actionem prodeſt: ſiue quia quæ re contrahitur obligatio non niſi quatenus res data eſt cõ-
F trahitur: ſiue quia ſi additamentũ illud ex eo pacto deberetur, ex pacto naſceretur actio: quod ius nõſtrũ non patitur: vt Vlpianus crebro inculcat in d.l.7.§. quinimo. ſiue etiam quia in ſtrictis cõtractibus, vſuræ non niſi nominatim in ſtipulationem deductæ debentur, l.Titius, 24. D.de perſ.verb. l.3. C. de vſur. Sed iam huic diſputationi modus imponendus eſt: dum illud reliquũ attenderimus. *Ineſſe ex parte actoris eſt ex pacto competere prepararique actionẽ, quæ non paratur ex pacto ſtipulationi adiecto ex continenti.* At
G plenus eſt tractatus Dig. de pactis præceptis planè contrariis: quòd cùm dicimus pactum ineſſe ex parte actoris, nihil aliud ſignificamus, niſi pactum fieri partem contractus, vt actionẽ ex ipſo competentem formet, reformet, informet, interpolet: quẽadmodũ pluribus exẽplis demõſtrauimus in lib. Quæſt. Illuſt. ſed præſertim in Scholis noſtris ad tit. Digeſt. de pactis: quæ (vt ſpero) propediem euulgabuntur.

OBSERVATIONVM LIB. XIII. QVI ANTEA RESPONSIONVM AMICABIL. SECVNDVS inſcribebatur.

Ad l. apud Proconſulem, 17. D. de manum. vind. Manumitti quando apud Proconſulem poſſit. Lege agere quid ſit.

CAP. I.

NEQVAQVAM probanda eorum ſententia eſt, qui putant in hac lege pro SED ET APVD LEGATVM *eius manumittere poſſumus*: legendum eſſe interpoſita negatione *Manumittere non poſſumus.* primùm propter duorum, vt aiunt, manuſcriptorum librorum auctoritatem: deinde propter l. 2. D. de offic. Proconſ. vbi Martianus ait neminem apud legatum Proconſulis poſſe manumittere. Nam & librorum veterum copia nobis fuit, quorum in nullo commentum illud reperimus: & Martiani oratio dilucidè oſtendit, non ſimpliciter & præcisè verſum illum vltimum accipiendum eſſe, ſed cum adiectione ſuperiùs propoſita, ſiquidem nondum in prouinciam ingreſſus eſt. quam adiectionem Haloander vel ex veteris codicis auctoritate, vel certè ex eruditi alicuius veteris interpretis gloſſa ſub finem huius noſtræ legis adſcripſerat: hoc modo, *Sed & apud legatum eius manumittere poſſumus, ex quo prouinciam ingreſſus eſt.* neque obſcurum eſt clauſulam d. l. 3. apud Martianum pendere ex ipſius legis exordio: vt ſit ſenſus: Apud Proconſulem, ſimulátque vrbe Roma egreſſus eſt, licèt nondum prouinciam ſit ingreſſus, manumitti ius eſt. penes legatum autem non tanta poteſtas eſt: ſed tum demum id ei conceditur, cùm & prouinciam tetigit, & in varias prouinciæ ciuitates à Proconſule mittitur. Itaque Vlpianus in l. 1. D. de offic. eius cui, & l. 1. §. ſi quis autem, D. ad Turpill. multum intereſſe oſtendit, verum legatus præſens ſit, an abſens, & in aliam ciuitatem miſſus. Denique nemini dubium eſſe debet, quin & iuriſdictio & imperium & verò etiam lictores, faſces, ac ſecures legatis à ſuo Proconſule in varias ciuitates miſſis darentur. Cicero pro Flacco: Gratidianus legatus ad quem eſt aditum, actionem ſe daturum negauit. re iudicata ſtari oſtendit placere. Paullus in l. 12. D. de offi. Procon. Legatus mandata ſibi iuriſdictione iudicis dandi ius habet. Cicero Verrin. 3. Quoniam quidem in Achaiam, Aſiam, Pamphiliam ſumtu publico & legationis nomine cum imperio & ſecuribus mercator ſignorum tabularúmque pictarum miſſus eſt. Idem lib. Fam. epiſt. 12. epiſt. vlt. Quò animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademiſſe. Sed pleni ſunt Cæſaris commentarij eorum imperiorum, quæ mandare variis ſuis legatis ſolebat, cùm etiam partem exercitus ſui committere illis plerumque ſoleret. Quare ridiculum eſt dubitare, an apud legatum manumittere ſeruulum aliquem liceret, cùm ei non modò iuriſdictio, verùm etiam imperium mandari cum exercitu & faſcibus & ſecuribus ſoleret. Sed tamen iuriſdictionem illi talem à Proconſule nominatim mandari oportere, patet ex l. 1. & paſſ. D. de offic. eius cui mand. nam ante D. Marci conſtitutionem ne dandi quidem tutoris, aut ſuſpecti remouendi poteſtatem legatus habebat, l. 1. D. de tut. & curat. dat. l. 1. D. de ſuſpect. quod intelligo iure legationis. nam ſi ſpecialiter ea mandata poteſtas à Proconſule ſuo legato fuiſſet, mihi non dubium eſt, quin rectè mandata videretur. quod Macer in d. l. pen. his demonſtrat verbis: *Cognitio de ſuſpectis tutoribus mandari poteſt. imo etiam ex mandata generali iuriſdictione eam contingere conſtitutum eſt.* Neque verò mirari ſatis poſſum, quòd ad commentum iſtud confirmandum profertur illa Iuris regula: *Nemo alieno nomine lege agere poteſt.* quaſi eam non de priuato tantùm, ſed etiam de eo cui magiſtratus iuriſdictionem mandauit, intelligi oporteat: hoc eſt, quaſi legatus Proconſulis nomine lege agere non poſſit. Quid? Gratidianus ille de quo paulò antè dictum eſt, cùm actiones dabat, denegabat, iudicia conſtituebat, verum lege agebat, an non? Cùm Paullus ait, Legatum mandata ſibi iuriſdictione iudicum dandorum poteſtatem habuiſſe, verum ſuæ an mandatæ ſibi iuriſdictionis nomine atque auctoritate legatus ille iudices dabat? Longè aliter Papin. *Qui mandatam, inquit, iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet: ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtitur,* l. 1. § 1. D. de offi. eius cui. Alieno igitur nomine, non ſuo, lege agit. Neque ad rem pertinet l. 8. D. de tut. & curat. dat. vbi Vlp. ita ſcribit: *Nec mandante præſide alius tutorem dare poterit.* Non enim verbum MANDANTE de mandata iuriſdictione intelligendum eſt: ſed de ſpeciali aliquo mandato extra iuriſdictionem. alioqui pugnaret apertiſſimè cum illa D. Marci oratione quam paulò antè commemorauimus. Quid verbis opus eſt? Carnifex quem lege egiſſe veteres omnes auctores ſcribunt, cùm de damnato ſupplicium ſumebat, verúmne ſuo, an magiſtratus & legis iure, auctoritate, nomine, lege agebat? Liuius lib 26. Id ita eſſe ratus, præconi imperauit, vt lictores lege agere iuberet. Item: Lictor viro forti adde virgas, & in eum primum lege age.

De internecidij iudicio & teſtamento intern. ad l. 14. C. TH. de accuſ.

CAP. II.

NOn placet coniectura, vt in l. 14. C. Th. de accuſat. legatur, *Qui vel internecini exerit actionem:* quaſi actio internecini teſtamenti ſignificetur: propter hęc Sext. Pompeij verba: *Internecinum teſtamentum eſt, propter quod dominus eius interfectus eſt.* Nam cùm in Codice Theod. ſcriptum ita ſit, *Qui vel internecini exerit actionem, vel crimen ſuſpectæ mortis intendit, ſeſe accuſationi ſubſcribat:* & Iſidorus Homicidium, Parricidium, Internecidium coniungat: non dubitandum conſeo, quin INTERNECIDII

CIDII reſtitui oporteat:quemadmodum Adr.Turnebus apud Iſidorum rectiſſimè repoſuit. Idque eò magis, quoniam Anianus legis illius interpres nullam omnino de teſtamento mentionem facit,ſed Internecidium ſimpliciter homicidium interpretatur: *Quicumque alium*, inquit, *de homicidij crimine periculoſa vel capitali actione pulſauerit, &c.* Itaque Iſidorus: *Internecidij* inquit, *ſignificatio eſt quaſi hominis quadam enecatio.nam præpoſitionē Inter præponebant.* Cùm autem illa Impp. conſtitutio Internecidij iudicium criminationi ſuſpectæ necis opponat, probabile eſt Internecidium dici ſolitum homicidij manifeſti & explorati crimen,quod ita certum eſt, vt negari omnino non poſſit. Ingenuè autem fateor me non ſatis cauſſæ videre,quamobrem Sext. Pompeius Internecinum teſtamentum interpretetur,propter quod dominus eius necatus eſt. Iſidorus autem Internecidam, qui falſum teſtamentum fecit, & ob id hominem occidit. Nam Dominum teſtamenti pro Teſtatore dici non memini. & verò vt diceretur, cauſſam non video cur Internecinum diceretur teſtamentum propter quod ſolus teſtator necatus eſt. cùm inter omnes conſtet, Internecionem dici ſolitam plurimorum cædem:& bellum Internecinum, quod interitum adfert quamplurimis: quoniam veteres hac voce Inter augendi cauſſa vtebantur: vnde Interbibere,& alia ſub Interdicendi verbo à me iampridem notata. Videndum igitur ecquid Interneciuum (ſic enim potius Latina conſuetudo poſtulat) teſtimonium diceretur (ſic enim apud Iſidorum ſcriptum eſt) propter quod internecio,& reo falſis teſtimoniis oppreſſo, & periuris teſtibus omnibus accidit. nam lege XII. tab. cautum fuiſſe,vt falſi teſtes è ſaxo Tarpeio deiicerentur,vulgò notum eſt ex Agellij lib.20. cap.1.quòd ſi etiam Teſtamentum interneciuum diceretur,ex eo fluxiſſe hanc adpellationem putarem, quòd & necem teſtatori à ſubiectore teſtamenti, & cùm ipſi ſubiectori, tum etiam falſis omnibus ipſius teſtibus adferret. Poſterioribus tamen legibus pœna illa vetus in aquæ & ignis interdictionem,tandem etiam in deportationem mutata eſt.nam Paullus lib. Collect.5.tit.25. Humiliores, inquit, capite puniuntur, honeſtiores publicatis bonis in inſulam deportantur. Vt mirari interdum ſubeat, quomodo vox CAPITIS in alterum eiuſdem Paulli locum irrepſerit, qui in Collectaneis ſub tit.9.ſic legitur: *Quæ facinora in honeſtiores pœna* CAPITIS *vindicari placuit:humiliores verò aut in crucem tollantur,aut beſtiis ſubiiciuntur.* Nam etſi deportatio capitalis pœna eſt,plerumque tamen in hoc præceptorum genere à pœna capitis ſeparatur. Iam verò cui non abſurdum videatur quod Iſidorus ſubiungit,ſi quis teſtamenti ſubiectorem eundémque opinati teſtatoris interfectorem accuſaſſet, bonorum poſſeſſionem ei dari ſolitam fuiſſe?cur enim illi potius, quàm interfecti, vel liberis, vel aliis legitimis heredibus? tametſi præmium quidem illi dari ſolitum, facilè ex conſimilibus cauſſis intelligitur. Supereſt locus Philippicæ XIII.qui nunc ope veterum librorum ita commodiſſimè legitur: *De improbis*, inquit, *& audacibus. nam ſic eos adpellat clariſſimus vir: quæ ſunt vrbanarum maledicta litium. non iniuſtæ belli internecini notæ:teſtamenta,credo,ſubiiciunt, aut eiiciunt vicinos, aut adoleſcentulos circumſcribunt.* vbi, *Internecina teſtamenta ſubiiciunt*, ſi quis reponere tentaret,doctorum omniū irriſione luderetur. Queritur enim orator,quòd P.Seruilius in ſententia contra Antonium & Antonianos dicenda leniore verbo

A illos Improbos & audaces adpellarat: cùm Hoſtes potius adpellari oporteret: quippe, qui bellum aduerſus Rempubl. interneciuum & exitiale mouiſſent. itaque vt notæ & ſtigmata perditis mancipiis ad prodendam ſcelerum memoriam inuruntur, ſic Cicero Antonianis verborum atrocium notas imponi cupiebat,eóſque Hoſtes patriæ à Senatu declarari. Quis verò vnquam fando audiuit,Internecini teſtamenti ſubiectores in litibus vrbanis & forenſi- B bus iudiciis adpellari,potius quàm ſimpliciter Teſtamenti ſubiectores: cuius adpellationis frequentem apud Tullium & alios auctores mentionem fieri,nemo,vel mediocriter in illis verſatus, ignorat. Cùm autem Interneciua bella & Interneciua odia ſemper in Ammiani Marcellini libris legantur, facilè in illa permaneo ſententia,vt ſic potius,quam Internecina dicantur. Ammiani lib. 30 Petiit autem in Francia poſtea: quam dum interneciuè vaſtando perrumpit auidiùs,oppetiit &c. Item lib.ſeq. Diremit tamen in- C terneciua certamina cedens veſpero dies. Videmus tamen Orcinum & Orciuum ab antiquis dictum. nam vt Orcinus libertus ſemper in libris noſtris adpellatur, ſic Orciuus theſaurus in epitaphio Næuij: Itaque poſtquam eſt Orciuo traditus theſauro.

De veritate lectionis §. ſed & perſonarum, l. cum hi, D. de tranſact.

CAP. III.

D TVRPE eſt difficiles habere nugas, & ſtultus labor eſt ineptiarum. Scribatur in hoc §. SEGNIORIS an SEQVIORIS, non eſt tanti, vt pluribus verbis, præſertim ab iis qui ius ciuile profitentur, diſputari debeat. Valde placuiſſet SEGNIORIS, quoniam idem hic Vlpianus noſter in eodem homine nomen hoc poſuit:nempe in eo,qui ſufficere ſibi non poteſt, qui ad nullius rei adminiſtrationem ſufficit: vt ipſe loquitur in l. ſed vnius, 17. §. quod autem, 11. D. de iniur. Non tamen diſplicet SE- E QVIORIS. velut apud Liuium lib.2. Inuitus quod ſequius ſit de ciuibus meis loquor. Atq; ita video Haloandrum edidiſſe. Sed SEQVIORIS dicere ſolebant, vbi linguis parcebāt,vt plerumq; in voce SECVS accidebat. velut in Quinctiana: Cùm in altera re cauſſæ nihil eſſet,quin ſecus iudicaret ipſe de ſe:quod Iudicium eſt grauiſſimum. Item Epiſt.lib.3.ad Appium: De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe. Id ſi correxeris, mihi valde gratum erit. Sed nulla ratio eſt exiſtimare Vlpia- F num hoc loco pepercisse verbo SEGNIORIS: cùm illud acerbius ſubiecerit, *Qui de alimentis pendeat.* quo in homine Segnitiæ & inertiæ verbum vſurpat, l. 3. §. qui ob ſegnitiem, D. de ſuſpect. tut. Paullus autem deſidiæ deditum adpellat, l. 25. §. 1. D. de probationib. Magis igitur, vt verbo vno concludam, magis,inquam, placeret, *Segnioris.* vtro tamen legatur modo,nihil omnino intereſt:neque vel opes Græciæ (vt quondam magnus ille Græcus orator dixit) in ea re poſitæ ſunt,vel digna res videtur, de qua qui ſe Iuriſconſultos profitentur,diutius diſputent.

G *Ad l. Imperatores, 14. D. de ſeruitut. vrb. præd. Seruitus luminum Pes ſeſtertius ambitum ædium.*

CAP. IIII.

NON poſſum quin eorum ſententiam improbem, qui ſubiiciunt in hac lege vocem LVMINVM pro vſitata NVLLI: quæ omnibus in libris ſine vlla varietate reten-

ta eſt. nam hæc mutatio iuri ciuili perſpicuè aduerſatur. Satis conſtat, inter ſeruitutem luminum, ſeruitutem ne luminibus officiatur,& ſeruitutem altiùs non tollendi,præter cetera, hoc intereſſe, quòd prima debetur ab ædibus contiguis,ſecunda ab ædibus è regione poſitis,tertia tam à contiguis, quam à non contiguis. Sed de prima, quæ ſola hoc loco proponitur, videamus. Seruitutis luminum hæc vis eſt, vt vicinus mea lumina, id eſt meas feneſtras, in aream ſuam excipiat, atque vt mihi liceat meas feneſtras in ſuam aream immittere, l. quarta, l. lumen, 16. l. penultim. D. h. tit. Ex quo illud neceſſariò ſequitur, vt conſtituta mihi luminum ſeruitute vicino in area ſua ædificare non liceat: tantùm abeſt, vt ei mea lumina obſcurare liceat. nam ſeruitus luminum etiam ſeruitutem ne luminibus officiatur in ſe continet, l.inter,15.D.eod. Quod cùm ita ſit,quomodo conſtituta mihi luminum ſeruitute locus illi quæſtioni eſſe poterit, quam iſta noua ſcriptura proponit: An vicino liceat in area ſua ædificare, vel intermiſſo pedis ſeſtertij ſpacio,vel non intermiſſo? Nam tali ſeruitute conſtituta ſiue paries communis ſit, ſiue meus ac proprius, lumen feneſtris meis in illius area debetur: quod ius luminis ridiculum eſſet exiſtimare tantuli interualli ſpacio conſeruari poſſe. Quid ergo eſt? ius nempe vetus Impp. commemorant, vt qui nullam ſeruitutem debet, hoc eſt nec luminum, nec ne luminibus officiatur, ei liberum ſit in area ſua ædificare, dum tamen legitimum ſpacium inter ædificia intermittat. Legitimum autem interuallum inter ædes vrbanas conſtat eſſe pedem (vt lex XII. tabul. locuta eſt) ſeſtertium: quem Ambitum ædium veteres adpellabant: hoc eſt duos pedes & ſemipedem: quemadmodum alio loco demonſtrauimus ex Varronis libr. de ling. 4. Voluſio Mætiano, Sext. Pomp. & Iſidoro lib. 16. dimidium ſcilicet ſpacij quinque pedum, quod ex eadem lege inter vicinorum agros intermiſſum vſucapi non poterat: vt iam omnibus notum eſt. Perperàm enim hoc legitimum ſpacium Accurſius refert ad interuallum x. aut xv. pedum, quod præſcriptum eſt in l.ſi cui,9.& l.Mæniana, 11. C de ædif. priua. nam illud interuallum pertinet ad ædes publicas, & ad Mæniana, quibus hac ratione à periculo incendij cautum fuit. Sed videndum eſt,quemadmodum illi obiectioni reſponderi poſſit: quid opus fuerit iſtud reſcribi ab Imperatoribus, In ſuo ſolo poſſe dominum ædificare, modò ſi ſolum illud nulli ſeruitutem debeat. quandoquidem ita vetus ac notum ius illud ambitus ædium erat omnibus,vt de eo dubitari non poſſet. proinde quaſi non ſexcenta Imperatorum reſcripta exſtent,quibus non ius aliquod nouum,ſed vetus, tritum, vſitatum, tranſlatitium reſcripſerunt. Cuius rei ſi quis teſtimonium exquirat,quam volet Codicis Iuſtinianici partem aperiat. Verùm vtcumque ſit, illud conſtat, ridiculum hoc Imperatorum reſcriptum futurum fuiſſe, ſi ei qui vicino luminum ſeruitutem debebat, poteſtatem feciſſent ædificandi in area ſua tantulo pedis ſeſtertij ſpacio intermiſſo. partim quia tantulum ſpacium non prohibuiſſet,quominus ius immittendorum luminum & feneſtrarum atque aſpectus impediretur: partim quia qui talem ſeruitutem debet, ne xv. quidem pedum intermiſſo ſpacio ædificandi poteſtatem habet, ſi quidem mea lumina obſcuraturus eſt. Lumina autem immittere & Feneſtras immittere idem valere, patet ex l.penultim.D.h.titu.

A *Ad l. Imperatores, 7. D. de public. & vectigal.*

CAP. V.

NEMINI dubium eſſe debet, quin pro EXEMPLO reponi oporteat EX EMTO: quemadmodum in ſuis libris manuſcriptis legi complures teſtantur: ſed ſimul reſtitui o- B portuit EOSQVE: pro EOQVE. cùm veriſſimile non ſit Papirium bis in tam anguſta periodo verbum IDEO vſurpaſſe. præſertim cùm hæc legis clauſula pendeat à verbo RESCRIPSERVNT: quod ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſt. hoc modo: Reſcripſerunt prædia conueniri, & ideo poſſeſſores ſoluere debere, & actionem ex emto aduerſus ſuos auctores habituros.

Ad l. 1. Cod. qui pro ſua iuriſdict. iud. dar. poſſ. vbi Parendi, Imperandi, iubendi verba C *expoſita.*

CAP. VI.

PLACET quidem in hac lege verbum PATIENTIAM emendari. ſed ſuſpicor PARENTIAM potius reſtituendum, quàm PATIENTIAM. idque propter analogiæ rationem, quam ſpectare Varro ſtudioſè ſolebat. nam vt ab Audio Audientiam, ſic ab Audeo Audentiam dice- D bant: vt à Valeo, valentiam: ab Inuideo Inuidentiam: ab Indulgeo Indulgentiam: ſic à Sapio Sapientiam à Scio ſcientiam, à Conſcio Conſcientiam. Ergo etiam, vt ab Obedio, Obedientiam: ſic à Pareo Parentiam non Patientiam dictam arbitror. idque eò magis, quia Parentes antiqui dixerunt eos qui parebant, ſiue parentiam præſtabant. velut apud Salluſt. vbi Sullam facit cum Rege Boccho ſic locutum: *Dein parentes abundè habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium ſatis fuit.* Nam Parentes E antiquo more adpellat, quos vulgò Subiectos dicimus. Cicero de Offic. 1. Quinetiam ob has ipſas cauſſas & parentiores habuerunt exercitus, & fortiores. Et quoniam Labeonis auctoritate freti priſcorum verborum proprietates exquirimus, non alienum videtur contrarij verbi rationem animaduertere, in l. medicus, 26. D. de oper. lib. vbi Alfenus, (quo nemo elegantiùs Latinè locutus eſt,) ita ſcripſit: *Medicus libertus quòd putaret, ſi liberti ſui medicinam non facerent, multò plures imperantes ſibi habiturum &c.* Duare- F nus autem rectiſſimè aduerſus Alciatum docuit, ægrotos idcircò Imperantes dici, quòd medicis, (qui plerumque vel ſerui vel liberti erant,) imperarent vt quæ ad depellendum morbum opus eſſent, curarent: vbi Senecæ præclarum hunc locum profert ex lib. de benefi. 6. *Me non tamquam amicum vidit, ſed tamquam imperatorem.* Cui alterum non diſſimilem in lib. 3. reperio, *Imperauit medico, eidémque ſeruo ſuo, vt ſibi venenum daret.* Animaduerto tamen Imperandi & Iubendi verba plerumque à medicis vſurpata. G Terent. in Andr. Poſt deinde quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui date. Et mox: Non imperabat coràm quid opus facto eſſet puerperæ. Quinetiam promiſcuè videntur veteres Imperandi verbo vſi fuiſſe. velut in illis duobus Salluſtij. & Ciceronis locis quos doctiſſimus Alciatus protulit: *Iugurtha,* inquit Salluſtius, *vbi armis viriſque & pecunia ſpoliatus eſt, cùm ad imperandum Tiſdrum vocaretur, rurſus cæpit*

cœpit flectere animũ ſuũ. Nam Iugurtha vocabatur ad audiendum quæ ſibi imperarentur. Cicero epiſt. penultim. lib. 9. *Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius. Sic enim antiqui loquebantur.*

Ad l. Gaurus, 10. D. de ſeruit. vrban. prædior. Heres deteriorem fructuarij condicionem facere non poteſt.

CAP. VII.

NIHIL mutandum eſt in libris noſtris, vbi bona & commoda ſententia bonis & commodis verbis expreſſa eſt. velut in illo loco SI ALTERI AEDES, ALTERI ALIARVM VSVMFRVCTVM LEGAVIT. quæ verba nonnulli ex ingenio contra omnium codicum auctoritatem ſic immutant, SI ALTERARVM AEDIVM VSVMFR. Nam quæſtio illius loci hæc fuit: Cùm quis binas ædes haberet, vnas Titio, alterarum vſumfructum Mæuio legauit: quarum proprietatem heredi reliquit: an heres ſuas tollendo Titij lumina obſcurare poſſit? Quemadmodum autem Marcellus ſuperiore quæſtione reſponderat, non eſſe dubitandum, quin liceret heredi tollendo ædes hereditarias, legatarum luminibus officere: propterea quod liberæ proponutur ædes fuiſſe, neque ſeruitutem vicinis ædibus legatis debuiſſe: libertatem autem heres, adeũdo hereditatem, amittere non potuit: eodem modo in hac ſpecie reſpondit, quia relictę ſibi ædes nihilomagis ſeruitutem debuerunt, poſt aditam, quàm ante aditam hereditatem: idcircò ei licere illas tollere, & vicini ædibus officere. neque enim vti quiſquam ſuo tollendi & ædificandi iure prohibetur, neque dolo facit, qui ſuo iure vtitur, l. 9. D. eod. Sed duplicem video proferri nobis obiectionem. prior eſt ex l. ſi is qui, 30. D. de vſuf. vbi Paullus Marcelli, huius ipſius auctoris, ſententiã profert, non ad hunc noſtrum caſum, ſed ad illum alterum accommodatam. proinde quaſi nihil aliud de iſto quæſtionum genere Marcellus ſcripſiſſet, quàm quod Tribonian. in hac lege noſtra retulit. Secunda obiectio eſt ex l. vſu. 7. §. hac ratione, & l. ſi cuius, 13. §. item Nerua, D. de vſuf. vbi Labeo ſcribit, non licere proprietario ſuas ædes altiùs inuito fructuario tollere: quaſi verò in epiſtola Gauti, & conſultatione Marcello propoſita, vlla vel tenuiſſima mentio facta ſit de conſenſu aut diſſenſu fructuarij: ac non ſimpliciter ex verbis propoſitis hæc conſultatio intelligẽda ſit: An liceat heredi proprietario ſuas ædes tollere (non diſſentiente aut contradicente fructuario) in damnum vicinarum ædium? aut quaſi non liceat proprietario ſeruitutem adquirere, etiam inuito fructuario, l. ſed ſi quid, 15. §. vlt. D. de vſufr. quod facere fortaſſis heres iſte cogitabat, reficiendo ædes, quas nullo iure reficere tenebatur, l. ſed cum, 65. §. 1. D. eo. Sed ageſis. Tertiam inſuper obiectionem de noſtro adferamus. Venit enim mihi in mentem, diſputaturum fortaſſe quempiam, dubitandi cauſſam in hac noua quæſtione & ſcriptura probabiliorem & ſpecioſiorem videri, quàm in ea, quæ ex vulgata ſcriptura naſcitur. meritò enim dubitari poſſe, an heres tollendo ædes hereditarias officere vſufructuarij ædibus poſſit. propterea quòd heredi concedi non oportet, vt legatum à teſtatore vſumfructum imminuat: & deteriorem fructuarij condicionem faciat, d. l. ſed ſi quid, §. proprietatis, D. de vſufru. l. heres, 12. D. de vſufr. leg. Sed in promptu ſolutio eſt. par enim eadémque prorſus dubitandi cauſſa ſubeſt in eo, cui ſimpliciter ædes legatæ ſunt, atque in eo, cui merus illarum vſusfructus relictus fuerat. quoniam ædium legato, etiam vſusfructus continetur, l. ſi Titio, 10. D. de vſufr. lega. l. eum qui, 56. §. ſi à te, l. qui vſumfr. 58. D. de oblig. & act. l. cogi, §. inde quæritur, D. ad Trebell. Quare cùm teſtator Titio ædes legans intelligatur plenum ædium ius & mixtum vſumfructum eidem legaſſe, vt iis commodè vti & frui poſſet: eadem dubitandi ratio manebat, An heres cui nuda aliarum ædium proprietas in hereditate relicta fuerat, deteriorem Titij condicionem poſſet facere. Cui pari modo Marcellus reſpondet, vt in altero caſu reſponderat, quem Paullus tradidit: nempe cœlum ſolo cedere: & cùm heres adeundo hereditatem altiùs tollendi libertatem non amiſerit, ſuo eum iure ac libertate vti poſſe, d. l. 9. eod. & l. ædes. 8. & l. ſeq. C. de ſeruit. & aqu.

Ad l. reus delatus, 7. D. de muneribus & honoribus. Tempus definiendis cauſſis capitalibus præſtitutum. Reis petere honores licebat.

CAP. VIII.

NON puto vllam Triboniani culpam in hac lege poſſe coargui. nam etſi tempus definiendis cauſſis capitalibus antiquo iure fuerit annuum, l. 1. C. Th. Vt intr. ann. crim. nouo autem iure ſit bienne, l. vlt. C. vt intr. cert. temp. tamen aliud eſt tempus definiendi cauſſas capitales, aliud petendi nouos honores. prætetea non ſi reatus vltra biennium durare poteſt, idcircò non ante biennium exſtingui poteſt. iudici enim breuius tempus præfinire licuit, l. 6. D. ad Turpil. l. 7. C. qui accuſ. poſſ. Falli potuit vir eruditus ex eo quod Imp. Alexander ſcribit ab ſe & ſuis parentibus conſtitutum fuiſſe, ne reis poſtulatis petere nouos honores liceret, l. 1. C. de reis poſtul. l. libertus, 17. §. in quæſtionibus, D. ad municip. Falli etiam potuit ex eo quod Paul. Manutius ſcribit in Epiſt. at Atticum legem fuiſſe, vt ne in comitiis & petitione magiſtratuum eorum ratio haberetur, qui rei poſtulati eſſent. In quo me ab eo diſſentite multa cogunt. primum enim quod ait Aſconium in commentariis Orat. contra competit. id ſcribere, bona venia dictum ſit, apertè falſum eſt. quod hæc illius verba declarant: *Itaque cùm profeſſus deinde eſſet Catilina, petere ſe conſulatum, L. Volcatius Tullus Conſul conſilium publicum habuit, an rationem Catilinæ habere deberet, ſi peteret conſulatum. nam quærebatur repetundarum Catilina. ob eam cauſſam deſtitit à petitione.* Quod idem de loco Ciceronis in Bruto reſponſum volumus. Nam hæc illius verba ſunt: *Is ex ſummis & fortunæ & vitæ ſordibus in Prætura Conſul factus eſſet, ſi rationem eius haberi licere iudicatum eſſet.* Nam ſi lex eiuſmodi aliqua fuiſſet, vocata res in Senatus deliberationem non fuiſſet. quinetiam videmus, niſi lege aliqua nominatim cautum fuiſſet, reis petere honores licuiſſe. Nam in Agraria II. his ipſe verbis vtitur: Reus denique quo minus Decemuir fieri poſſet, exceptum non eſt. Præterea vt lex Romæ & de populi R. magiſtratibus aliqua fuerit, nihil tamen ad hunc noſtrum aut Marcianum locum, aut ſupradictã Alexandri conſtitutionem illud pertinuiſſet. nam euerſa Rep. & in vnius dominatum tranſlata tota illa petẽdorum à populo magiſtratuum ratio ex vſu ſublata eſt: cùm Auguſti imperio magiſtratuum creatio Principi & commiſſa & permiſſa fuiſſet: vt patet ex l. 1. D. de ambit. & Suetonio in vita Auguſti. At ius hoc poſterius tantùm ad munera & honores munici-

pales pertinuit:quos petere municipibus reis ante il-lam Alexandri & parentum eius conſtitutionem li-cuiſſe,conſtitutio ipſa declarat. Eò accedit quod Iu-riſconſulti hac de re,hoc eſt, de honoribus intra mu-nicipia petendis , & interpretatione conſtitutionis illius,vt de re obſcura & dubia conſulebantur,& re-ſponſa dabant,d.l.Lucius,§.idem reſpõdit,D.ad mu-nicip & d.l.reus, De muneribus.& l. 6.§.2. D.eod. Iam verò etiam reos poſtulatos dignitatem priſtinam re-tinuiſſe,Papin.teſtatur in l.libertus,17. §. in quæſtio-nib.D.ad municip.ſed nihil æquè nouum eſt,vt illud Calliſtrati, etiam flagellis ab Ædilibus cæſos ad ho-norum petitionem admittendos fuiſſe, l.eos,12.D.de Decurion. Concluſa igitur nobis hæc ſit ratio, Con-ſtitutionem Alexandri , quæ reos poſtulatos à nouis honoribus petendis excludit,interpretationem hanc recipere,vt ſiue accuſator deſtiterit, ſiue priuatim a-bolitionem petierit, ſiue per medium legitimi tem-poris ſpacium proſecutus non fuerit , ſiue iuſta ex cauſſa impeditus fuerit, tum reo poſtulato petendo-rum honorum facultas permitteretur. De deſiſtente accuſatore teſtimonium eſt in d.l.6.§.2.D.de mun.& hon.de abolitionem priuatim petente , aut iuſta ex cauſſa impedito , l. aut priuatim, 10. D. ad Turpill. de non proſequente & non inſtante per medium le-gitimi temporis ſpacium. primum argumentum ex-ſtat in l.Lucius,§.idem reſpondit:his verbis *Medio tempore honorem appetere.* alterum in d.l.in S.C.§. qui poſt, D.ad Turpil. his verbis: *Qui poſt inſcriptionem anno vel biennio agere non potuerint , variis præſidum oc-cupationibus vel etiam ciuilium officiorum neceſſitati-bus deſtricti,in S.C.non incident.* Nam ſi præciſè Iuſti-nianus biennij tempus reis ad honores petendos præ-ſtituiſſet,qua fronte Tribonianus addidiſſet,VEL AN-NO?ſed hoc ipſum nimirum ſignificauit,quod planiùs in hac l.reus,illis verbis: *Poſt annum quam reus dela-tus eſt.* vt iam dubitari non debeat, quin & olim iure Theodoſiano,(quo annus reatui præſtitutus erat) li-cuerit reo,ceſſante & quieſcente per ſex menſes ac-cuſatore , nouos honores petere: & nunc iure Iuſti-nianico (quo biennium definitum eſt) liceat poſt an-nuam accuſatoris ceſſationem idem facere : ſi modò, vt hoc loco ſubiicitur,annua illa ceſſatio non arte & fraudibus rei euenerit : ne cui, contra regulam iuris ſuus dolus & calliditas profuiſſe videatur , l. 1. D. de dol.except.veluti hoc caſu,in fruſtratoriis dilationi-bus poſtulandis, l.2.C.vt intr.cert.temp. Cur autem hæc vel ab Imperatoribus,vel à Iuriſconſultis eorum conſtitutiones interpretantibus indulgentia reis po-ſtulatis tributa ſit,non erit obſcurum , ſi fauores reis tribui & à legibus & Iuriſcõſultis ſolitos cogitemus. quorum in numero hunc fuiſſe probabile eſt,vt quo-niam accuſator per medium illud tempus ceſſaſſet, boni omnis loco illa ceſſatio haberetur : quaſi accu-ſator rei innocentiam perſpexiſſet,atque idcircò pœ-nitentia ductus ab actione deſtitutus eſſet:ac proin-de aditus ad honores petendos reis poſtulatis æquè pateret, vt olim Romæ ſtãte Rep. etiam ad ſummos magiſtratus petendos patuit : in municipiis autem numquam niſi per Alexandri aut ipſius parentum conſtitutiones præcluſus fuerat. Sed hic error, vt di-ximus,ex eo potiſſimùm manauit,quòd tempus defi-niendis cauſſis capitalibus præſtitutum,non fuit di-ſtinctum à tẽpore quo nouos honores petere licuit. non enim ſi vltra biennium reatus non ducat , idcir-cò qui in reatu eſt poſt annum petere nouos hono-res non poteſt.

A *De Fuſidio Iuriſconſulto.*

Cap. IX.

QVis aut qualis ille Iuriſconſultus fuerit Fu-fidius, cuius mentio fit duobus Pandectarũ locis,& vtrum albus an ater , breuis an lon-gus fuerit , non magnopere puto ad Tribo-nianicam Iuriſprudentiam intelligendam pertinere. Illud certè adfirmari liquidò videtur poſſe,nequaquã eum fuiſſe cui Cicero & Plinius ſcribunt M. Scaurũ B tres de ſua vita libros inſcripſiſſe. nam in l. 5. D. de aur.& argu. leg profertur ab Africano locus ex libro Quæſtionum Fufidij ſecundo, vbi Fufidius Atilicinũ commemorat neſcio quid ſcripſiſſe. Atqui Atilicinũ conſtat Proculi ætate floruiſſe , eique nonnullas epi-ſtolas ſcripſiſſe, l. Atilicinus Proculo ſuo ſalutem,17. D.de pact.dotal.Proculum autem referendum ad Vi-tellij & Othonis ætatem plerique cenſuerunt.tamer-ſi Paullus,in l.35.D.de ſeruit.ruſtic. Atilicinum teſtẽ C citet reſcripti Cæſaris ad Statilium Taurum miſſi: quo nomine Conſules non paucos fuiſſe reperio: ſed poſtremum ſub Claudio Cæſare,anno V.C.796.vna cum L.Quinctio Criſpino. Ex quibus facilè intelle-ctu eſt,Fufidium hunc noſtrum poſteriorem illo Scau ri familiari non minus annis LX fuiſſe.vt omittã,quòd ne Claudium quidem illo Cæſaris nomine ſignificari puto:cùm iſtiuſmodi reſcriptorum conſuetudo non-dum illis temporibus inoleuiſſet.Quin ne illud quidẽ omittendum videtur,quòd Græci interpretes non Fu D fidium,ſed Aufidium verterunt:cuius Aufidij cogno-mento Namuſæ mentionem quamplurimis Pande-ctarum locis fieri,nemo eſt qui neſciat.

Ad l.Si emtione,34.D.de contrah.emt. Ambigua & Obſcura differunt.& l.veteribus,39.D.de pact. expoſita.

Cap. X.

E ALIVD eſt ius obſcurum,aliud ambiguum:ait Quinctil.lib.7.ca.10.Obſcura dicuntur,quæ nullam interpretationem facilè recipiunt. Ambigua , quæ duas aut plures facilè reci-piunt. Nam obſcurè loqui dicitur,qui quid ſenſerit, ignoratur.Ambiguè verò,qui vtrum ſenſerit,dubita-tur,l.cùm Stichus,29. D. de ſolut.l.3. D.de reb.dub.l. 80.D.de verb.oblig. Non probarunt auctores noſtri Chryſippi ſententiam: Omne verbum natura eſſe am biguum neque illam Diodori : Nullum verbum eſſe F ambiguum.Quidquid autem ambiguum eſt,id etiam obſcurum eſt:ſed non contrà. Quæſtiones autem de obſcuro vel ambiguo noſtri auctores adpellant Quæſtiones facti , non iuris. quoniam in iis quæri-tur quæ fuerit mens contrahentium , quid inter contrahentes actum ſit : vt ait l. eum qui Kal. 41.D. de verb.oblig.l.34.D.de regul.iur.l. vbi eſt , 21. D.de reb.cred.l.80.§.1. D. de contrah. vend. itaque conie-cturis probabilibus diiudicantur , l. ſi ſeruus,50.§.vl-tim.D.de legat. 1. l. vtrum, 47. D. de donat. int. vir. G Nunc videamus quæ ſententia ſit l. veteribus , 39. D.de pact.Nam hæc quæſtio proponitur: In obſcuro pacto vtrum aduerſus venditorem an emtorem , v-trum aduerſus locatorem an conductorem interpre-tatio facienda ſit. Sic enim hæc quæſtio intra ſuos terminos coercenda eſt. Papinianus teſtatur, ve-teribus placuiſſe , pactionem aduerſus vendito-rem & locatorem interpretandam eſſe , in quo-rum

rum poteſtate fuit legem apertiùs dicere quod idem traditur in l.Labeo,21.l.cùm in lege, 33. D. de contr. emt.l.in contrahenda,172. D.de reg. iur. quæ adiecto ſuo momento ponderanda eſt. non enim ſimpliciter dicit interpretationem ſemper contra venditorem fieri,ſed coniunctè contra venditorem, qui potuit & debuit pactum apertiùs exponere. quod idem, etiam de ſtipulatione traditur in l.ſtipulatio,38.§.in ſtipul.l. quidquid,99.D.de verb.oblig. l. cùm quæritur,26.D. de reb.dub.Ex quo (meo iudicio) intelligi debet,ſi nō venditor,ſed emtor pactum adiecerit, obſcuritatem aduerſus eum interpretandam eſſe. Neque probanda eorum opinio eſt,qui putant,pactum ſemper à venditore dici.quod ſexcentis exemplis refelli poteſt.nam quis dubitat ab emtore hæc pacta proficiſci: vt venditor non nudè,ſed ſatiſdato de dupla caueat,l.pacta, 72.D.de contrah. emp. vt ſi res intra certum tempus emptori diſplicuerit, inemta ſit, l. 3. D.de contrah.emt.vt dolus malus à venditore abſit,vt præter rem principalem quædam accedant,l.ſi cùm fundum, 68.eod.veluti ruta cæſa,l.fundi,17.§.ſi ruta,D.de act. emt.denique huius noſtræ ſententiæ dè obſcuro pacto ab emtore profecto aduerſus eum interpretando exemplum exſtat in l.ſi emtione,34. D.de contrahen. emt.vbi ſi conuenerit vt præter fundum Stichus accedat,& duo ſint Stichi,reſpondetur eum Stichum deberi,de quo venditor ſenſerit, ac proinde viliorem. nimirum propter illam cauſſam,quoniam emtor apertiùs verum optaret exponere debuit.Ac planè abſurdum eſt in illa lege EMTOR pro VENDITOR reponere. Quod enim ſubiicitur,nihil intereſſe quanti ſit acceſſio, commodiſſimè referri poteſt ad venditorem, ſi fortè quò faciliùs emtorem poſſit allicere, dixerit ſe non tantùm fundum, ſed etiam villicum, aut alium illius fundi peritum agricolam vendíturum. denique pactum ſæpenumero precij pars eſt, l.fundi, 79.D.de contr.emt.l.ſi ſterilis,21.§ pen. D.locat. Nunc vt ad ſummam quæſtionem redeamus, illud ſcire oportet, in obſcuri ſermonis interpretatione primùm diſtinctionem adhiberi, vtrum in ſollemnibus formulis obſcuritas orationis admiſſa ſit, an in bonæ fidei cōuentionibus. priore caſu interpretatio ad proprietatem ſermonis redigitur:velut in ſtipulationibus: ita tamen, vt actus potius ſuſtineatur, quàm euertatur. l.quoties,80.l.quidquid,99.D.de verb.oblig. Quod ſi etiam verborum proprietas ambigua eſt, aduerſus eum qui planiore oratione vti debuit, interpretatio facienda eſt,l.cùm quæritur,26.D.de rebus dub.l.ſtipulatio,38.§.in ſtipul. D. de verbor.obligat. Neque obſtat l.eum qui Kalendis,41.D.eod.quia niſi illa interpretatio admitteretur,promiſſore ſemper in Kalendas differente,actus eluderetur. At in bonæ fidei conuentionibus tria hæc præcepta ſunt: primum,vt ea interpretatio repudietur, quæ actum valere non ſinit,l.vbi autem,21.D.de reb. dub. l. cùm hic ſtatus, 32.§.2.D.de donat.int.vir.Secundū eſt,vt mens & intentio ſpectetur eius, qui verba protulit: hoc eſt, id quod actum eſt,l.in ambiguis,96.D.de reg.iur.qua de cauſſa voluntatis quæſtiones iſtæ adpellantur, l. ille aut ille,25. D. de leg.3. exquiritur enim quid inter vtramque partem conuenerit, quid veriſimilius ac probabilius ſit illos inter ſe conſenſiſſe, l. ea lege,51. D.locat. l. 34. D. de reg. iur.l.inſulam, 13. Qui pot. in pign.l.nepos,125.D.de verbor.ſign. vbi legendum ita cenſeo, *Nam qui ambiguè loquitur,id loquitur,quod ex his quæ ſenſit ſignificatur.* Id autem in iudicis coniectura & exiſtimatione poſitum eſt, l. voluntatis,7.Cod. de fideicommiſſ.vt id quod veriſimilius eſt ſequatur, l.in obſcuris, 114. D. de regul.iur.& in qua non tam verborum proprietas, quàm negocij geſti natura & conſeruatio dominantur, l.6.§.1. D. de contrah.emt. l.quoties, 67. D.de regul. iur.l.ſi tibi, 20. D. de rebus credit.l.8. §. ſi debitori, D. quibus mod. pign. l. vltim. D. quæ res pign. Coniectura autem dicitur, cùm ex verbis elicitur ea ſententia, quæ verbis expreſſa non eſt.Quinctil.lib.3.cap.6.ſcribit eam à coniectu dictam eſſe, hoc eſt directione quadam rationis ad veritatem. vnde etiam ſomniorum interpretes Coniectores vocantur.Cicero de diuin.1. Coniectura enim nititur. ea fallit fortaſſe nonnumquam. ſed tamen ad veritatem ſæpiſſimè dirigit. Tertium eſt,vt ſi perſpici voluntas non poſſit,tum ad id quod æquius,humanius, benignius eſt, interpretatio dirigatur,l.57.D de regul.iur.Semper enim quidquid dubium eſt humanitas inclinat in melius: vt ait Seneca lib. Epiſt.81. Humanius autem videtur, vt aduerſus eum qui ſermone obſcuro vel ambiguo eſt vſus, fiat interpretatio. vt apparet ex coniunctione l. ſi ſeruitus,23.D.de ſeruitut.vrb.& l.cum in lege.33.D.de contrahen.emt.quârum duarum legum coniunctio ſummè obſeruanda eſt. Eiúſque rei duplex ratio eſt: primùm quoniam ſibi imputare debet, quod non apertiùs ſuam voluntatem expreſſerit:vt ſuperiùs dictum eſt.deinde quoniam is qui obſcuro ſermone vtitur, meritò ſuſpectus eſſe debet, quaſi non ingenuè, non candidè, non ſyncerè in gerendo negocio verſetur, ſed fraudem aliquam occultet,& aduerſario inſidias tendat,l.ea quæ,43.§.vltim.D.de contr.emt.itaque idem dicimus de iis qui perfuſoriè loquuntur, id eſt non diſertè, non expreſsè, ſed perplexè & confusè, quia quædam reticent. veluti ſi venditor fundi non apertè exprimat qualis ſeruitus debeatur,ſed ſimpliciter dicat,Quæ ſeruitutes debentur,eę debebuntur, l.qui libertatis,59.§.vltim. D. de euict. l.quæro,39.D. de act.emt.Huic autem regulæ obiici ſolet l.inſulam, 13.D. qui pot.in pign. ſed cùm venditor prioris anni penſionem ſibi tam apertè exceperit, multò veriſimilius eſt eum ſibi potius quàm aduerſario proſpexiſſe.cuius rei exemplum ex ſtat ad hanc diſputationem accommodatiſſimum in l.ea lege,51.D.locat.

Ad l. ſi quis officium,38.D.de rit.nupt.Vbi de Arrarum ſponſalitiarum iure & antiquitate diſſeritur.

Cap. XI.

CVM capiti mederi debeamus, interdum reduuiam curamus, quod hoc loco Amico noſtro vſuuenit: itémque in illo altero, quem huic obſeruationi coniungemus:lib. Obſ.4. cap.22.Ego tres iſtos verſus Triboniano acceptos ferendos puto: *Quamuis ſponſare non prohibeatur. ita ſcilicet vt ſi poſt officium depoſitum noluerit mulier nuptias contrahere,liceat ei hoc facere:arris tantummodo redditis quas acceperat.* Coniecturæ autem meę cauſſas aperiā, vt ſpero, non contemnendas.nam primum omnium *ſponſare* verbum Triboniani potius videtur eſſe,quàm Paulli,aut cuiuſquam eorum Iuriſconſultorum,quorū ex ſcriptis Pādectæ cōſarcinatę ſunt,quandoquidē nuſquā alibi verbū illud in Pādectis reperitur,neq; puto temporibus illis vſitatū fuiſſe. Huc accedit, quod

Arrarum ſiue ſponſalium ſiue ſponſalitiarum (vtroque.n.nomine adpellantur) nuſquã animaduerto ab antiquis Iuriſconſultis mentionem vllã interponi: vt probabilius videatur, earum inſtitutum ad Imperatores, Iuriſconſultis illis poſteriores, referendum. Poſtremò, leges vtriuſque Codicis, Theodoſiani, inquã, & Iuſtinianici, quæ mentionem arrarum illarum faciunt, teſtantur eas primùm ita reſtitui ſolitas, vt inſuper triplum redderetur. poſtea redactam reſtitutionem fuiſſe ad duplum, certis tamen caſibus ad ſimplum: veluti ſi matrimonium legibus aut conſtitutionibus eſſet interdictum. velut hoc caſu, cùm is qui in prouincia poteſtatẽ officiúmve aliquod adminiſtrat, nuptias cum prouinciali muliere contraxit, l. vltim. §. quę ita, C. de ſponſal. quod cùm eſſet ius poſtremum, Imperatorum ſcilicet Leonis & Anthemij, in eóque nihil à Iuſtiniano immutatum eſſet, Tribonianus in hoc emblemate ſeruauit: his verbis: *Arris tantummodò redditis quas acceperat.* Nam ſi Paullus huius clauſulæ auctor fuiſſet, non ſimplices arras reddendas dicere potuiſſet, ſed ex antiquo iure quadruplicatas. tametſi huic Triboniani emblemati grauiter aduerſari creditur, l. 1. C. ſi rect. prouinc. vbi tres Impp. arras acceptas lucro iuſſerunt mulieribus cedere. Cui malo video nunc ex Græcorum commentis hanc adferri medicinam, quòd tres Impp. id ſtatuerunt de iis, qui prouincias adminiſtrant, eorúmve participes ſunt: lex autem noſtra loquitur de iis qui in prouinciis officiũ adminiſtrant. Verùm vt omittam quod Participum nomine ſine dubio comprehenduntur ij qui officium aliquod ad illorum imperium pertinens adminiſtrãt, iidem tres Imperatores in conſtitutione quam in eadem vrbe Theſſalonica, & eodem die, & eodem anno, & eodem fortaſſe menſe promulgarunt, dubitandi cauſſam omnem ſuſtulerunt, l. 1. C. ſi quacumque præd. dignit. vbi non *Participes* aut *Conſiliarios* nominant, ſed apertè *Quacumque præditos dignitate:* Item *Qualibet præditos poteſtate:* Item, *Cuiuſcumque ſortis occaſione poteſtatis vtatur.* De eodem die patet ex ſubſcriptionibus, nempe XV. Kal. de eodem anno, Gratiano A. V. & Theodoſio A. I. Coſſ. nam quod in Iuſtiniani vulgatis libris ſcriptum eſt, A. II. emendari ex Theodoſiano conuenit A. V. De eodem anno idẽ credo, vt pro KAL. IVL. reponatur KAL. MAII. tametſi hoc parui refert, neque pugno quin quod de nuptiis duobus antè menſibus conſtitutum fuerat, idem duobus pòſt menſibus de ſponſalibus conſtitutum fuerit: tollendæ dubitationis eius cauſſa, quam videmus in l. oratio, 16. D. de ſponſal. Supereſt igitur vt de conciliatione harum duarum legum videamus. Nam cùm mulieri liceret acceptas arras non reddere, honeſtas autem retinere vetaret, atque idcirco vſitatum eſſet acceptum munus vnà cum perſona repudiare, veriſimile eſt Tribonianum in hac lege id quod & honeſtius & vſitatius erat ſecutum fuiſſe.

Ad l. omnia, 34. C. de epiſc. & cleric.

CAP. XII.

INDICIS pollicitatio de Niconis nomine in hac lege reſtituendo, ſummam mihi primo adſpectu magnæ alicuius rei expectationem commouit. Nomen enim vnius alicuius eſſe credidi ex illis priſcis Heroibus, delectis viris, qui in Argo naui petierunt pellem inauratam arietis. Vbi presbyteruli, boni cuiuſdam homunculi & pauperum puerorum curatoris, nomen eſſe audiui, fluctus in ſympulo excitatos perſpexi. neque tamen cur NICONIS pro OECONOMI vocabulũ reponeretur, cauſſam ſatis idoneam animaduerti. cùm neque alij, quibus codicum optimorum copiam fuiſſe conſtat, illud in ſuis libris repererint, & vſitata ſcriptura ſententiam habeat commodam atque idoneam. Cur enim Orphanotrophus non generali Oeconomi nomine adpelletur, cùm Imperatores eum puerorũm tutorẽ, adoleſcentum verò curatorem, adpellent: & qui minores parentibus ac ſubſtantiis deſtitutos ſuſtentandos ac velut affectione paterna educandos ſuſcepit: l. orphanotrophos, 31. D. h. t. & Nouell. 131. c. 15. Ex eo verò quòd *Memorati viri curam* Imperator dixit, ratiocinari proprium viri nomen deeſſe, & *Niconis* pro *Oeconomi* reponendum, nulla planè ratio eſt: cùm in aliis permultis huius tituli legibus *Memorati* aut *Memoratorum* nomen vſurpetur: vbi tamen nullum proprium nomen, ſed adpellatiuum ſolum, Epiſcoporum putà, aut Diaconorum aut eiuſmodi clericorum ac ſacerdotum poſitum fuerat.

Ad l. Fulcinius, 7. §. illud ſciendum, D. ex quib. cauſſ. in poſſ. Statuæ in fin. ſtationes Iuriſconſultorum.

CAP. XIII.

CVM qui in foro eodem agat, ſi circa columnas aut ſtationes ſe occultet, videri latitare, veteres reſponderunt. Sed columnarum nomine nequaquam intelligendæ ſunt eæ, quibus porticus in ambitu fori ſuſtinebantur: vt docet Vitruuius lib. 3. cap. 1. nam quæ potuit eſſe latitatio poſt columnam aut ſtatuam, niſi perdricum ſimilis, quæ ſi quo in angulo caput occultare poſſint, bene ſe occultas putant? Columnas igitur potiſſimùm intelligo, quæ baſilicas ſuſtinebant, ad quas tribunalia poſita erant, & iudicia centumuiralia, decemuiralia, ſeptemuiralia, quinqueuiralia exercebantur: adſtantibus atque attendentibus iis, quorum idcirco Stationes hoc loco adpellantur. Vitruuius eodem loco: *Vti eos qui apud magiſtratus ſtarent, negociantes in baſilica ne impedirent.* Stationes enim à columnis ita ſeparantur, vt in nuncupationis formula, Tabulæ à ceris. In his tabulis ceríſve: & in l. ſæpe, D. de verb. ſignific. Quinctil. lib. 12. cap. 5. Certè cùm in baſilica Iulia diceret, (de oratore Trachillo loquitur) quattuor autem iudicia (vt moris eſt) cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum & laudatum quoque ex quattuor tribunalibus memini. Plinius Quadruplex iudicium adpellat, lib. Epiſt 6. & in 2. de huius generis ſtationibus loquitur. Quare vehementer probo STATIONES hoc loco: neque reponi STATVAS ferre vllo modo poſſum. Ac ſtationum quidem nomen generale eſt, varióſque hominum congreſſus ſignificat: veluti militum, apud Cæſarem perſæpe. Item mercatorum, vt in l. item apud, 15. §. conuicium, D. de iniur. Si quis ad domum tuam venerit te abſente, conuicium factum eſſe dicetur: idem etſi ad ſtationem vel tabernam ventum ſit. Item municipum aut colonorum in vrbe Roma: velut in illo Sueton. Neron. cap. 37. Saluidieno Orphitio obiectum eſt, quòd tabernas tres de domo ſua circa forum ciuitatibus ad ſtationẽ locaſſet. Sic. n. ſcribendũ eſt, non CIVITATIS. Itẽ ſtudioſorũ iuris in atriis iuriſprudẽtiũ. Agell.

Agell.13.c.13. Quæſitum eſſe nemini in pleriſque Romæ ſtationibus ius publicè docentium, aut reſpondentium. Sed ſtationes illas omnes ab iis excludimus, quas Vlpianus hoc loco ſignificat: neque in earum pleriſque quidquam impedimenti fuiſſe arbitramur, quo minus debitorem in ius vocare, & ſi pedem ſtrueret, manum in illum iniicere liceret. Solas enim hoc loco ſignificari putamus, quæ iuris iudiciiue audiendi ac circumſiſtendi cauſſa fiebant, vel in baſilicis, vel in foro: veluti ad columnam Mæniam, vt hanc quoque in columnarum veterum numero potiſſimam ponamus.

De quibuſdam interpunctionibus.

CAP. XIIII.

VLpiani ſententia in l.5.D.quod falſ.tut. auct. appendix eſt legis primæ & tertiæ ſub eodem titulo. ſed eam Tribonianus ſuo more interiecta Paulli ſententiola interpolauit: neque quidquam in interpunctione vicij ſubeſſe hoc modo facilè apparebit. *Prætor*, inquit, ſcienti non ſuccurrit: ei enim ſua ſcientia nocet, interdum tamen, quamuis regulariter ſcientia noceat, reſtitutio ex hoc edicti capite facienda eſt: veluti ſi in ius à falſo cuiuſdam pupilli tutore vocatus, cùm iudicium detrectaret, clamitans illum falſum tutorem eſſe, tamen ad iudicium accipiendum ſit à Prætore compulſus. Quid opus eſt nodum in ſcirpo quærere, & eas loquendi figuras Vlpiano adſcribere, quibus nuſquam vſus oſtendatur? At Paullus ita vt diximus locutus eſt in l.cùm de lanionis, 18.§. cui fundum, D. de inſtr. vel inſtr. leg. Tametſi mancipia inſtructi fundi ſint, tamen videri eos ſolos legatos eſſe, qui nominati eſſent. Non abſimilis eius presbiteri ciuis R. fuit argutia, dicam an potius ineptia, in l.2.§. idem Nerua, 17. D. ne quid in loc. publ. vbi Vlpianum ita loquentem facit: *Non eſſe ab red eo interdicto vti.* propterea quod vetuſtiſſimi Latini literam D. inter duas vocales plerumque interponere ſolebant. quaſi verò Vlpianus vel concurſum vocalium vmquam deuitarit, vel adeò priſci & obſoleti ſermonis in vſum reuocandi ſtudioſus fuerit, vel vſitata ſcriptura præſertim Haloandri libris confirmata, non Vlpiani conſuetudini valde conſentanea ſit. *Non eſſe ab re de ea re interdicto vti.* Sed iam alia videamus. nam in l. communi, 24. D. de bon. lib. nihil video quamobrem vlla interpunctio mutetur: dummodo Haloandri librorum auctoritatem ſecuti legamus SIVE VIVO pro VEL VIVO. hæc enim ſententia eſt. Patronus qui à liberto iuſiurandum exegit ne vxorem ducat, per legem Æliam Sentiam iure patronatus multatur, l. 8. §. 1. D. de in ius voc. nec tantùm ipſe, verùm etiam ipſius liberi, l. qui contra, 15. D. de iur. patron. Titius duos habuit patronos. eorum alter iuſiurandum illum adegit. alter qui extra hanc culpam eſt, ſiue mortuo liberto ſuperuixerit, partis vtriuſque debitæ poſſeſſionem ſolus habebit: ſiue viuo liberto deceſſerit, ſolis ſuis liberis ius vtriuſque illius partis petendæ relinquet. Dixit autem Iulianus, *Poſſeſſionem ſolus habebit*: præciſa locutione, pro ad ipſum ſolùm aut ipſius liberos ea poſſeſſio redibit. Quod ſi Florentinos libros ſequuti particulã VEL retineremus, nemini debet eſſe dubium, quin poſt verbũ DECESSERIT duo puncta interponẽda eſſent. quia certum eſt demortui patroni filium à ſuperſtite patrono in liberti bonis excludi, l.ſi libertus, 23.§. 1. D. de bon. lib. l. pen. D. de aſſig. lib. tametſi ambiguum, & controuerſum ius inter Iuriſconſultos fuiſſe conſtat, vtrum patrono qui in culpa eſt viuo, an mortuo ius patronatus filio ipſius pereat. Celſus putauit, patrono, qui iuſiurandum exegit, viuo ius patronatus ad ipſius filium non tranſire: mortuo, tranſire, d. l. adoptiuum, 8. §. vltim. D. de in ius voc. Paullus nec viuo nec mortuo tranſire, ſed vtroque caſu filio perire, l. qui cõtra, 15. D. de iur. pa. Vlp. operarum quidem petitionem mortuo patrono tranſire: hereditatem & bonorum poſſeſſionem non tranſire, l. 4. D. de oper. lib. Quid? Iulianus huius noſtræ legis auctor quid ſenſit? ius patronatus etiam viuo eo patrono, qui iuſiurandum illud exegit, ad ipſius filium tranſire, d. l.8. in fi. D. de in ius voc. Deinceps reliqua videamus. In l. ſi finita, 15. §. ſi publicus, 2. D. de dam. inf. verba hæc SI QVID VICIO LOCI AVT OPERIS FIAT, non Vlpiani eſſe arbitror, ſed interpretis. Satis conſtat, cautionis de damno infecto formulam hanc fuiſſe, Si quid damni loci aut operis vicio fiat, præſtitutum iri: quemadmodum proximo §. demonſtratum eſt. Quare cùm Vlpianus admonere vellet, ſi publicus locus publicè reficeretur, non eſſe cauendum de damno infecto: non neceſſe habuit addere vſitatæ cautionis verba; ſatis illi fuit damni infecti cautionem ſimpliciter nominare. Viſum eſt tamen veteri alicui gloſſatori ſub illis verbis DE DAMNO INFECTO interpretationem illam ſubiungere, quam tamen neceſſariam non fuiſſe, ex proximi §. verbis facilè intellectu eſt: in verſ. Notandum: vbi quidquid ad huius loci interpretationem pertinet copioſè demonſtratur. Innumerabiles autem huiuſmodi veterum interpretum gloſſas librariorum incogitantia in contextum receptas, quamplurimis horum librorum locis demonſtrauimus. Illud non prætermittendum arbitror, commodiùs multò Haloandrum edidiſſe, *Legem operi dandam*, quàm vt in Florentinis ſcriptum eſt, OPERIS. vt ſæpe in inſcriptionibus antiquis, & in Verrina III. *Lex operi faciundo*. Verùm hæc quidem hactenus. Pergamus ad ea quæ ad iuris peritiam attinent. λεπτολογήματα prætereamus.

Ad l. 1. D. de remiſſionib. vbi de Nunciatione noui operis & eius remiſſ. agitur.

CAP. XV.

IN hac lege §. item Iuliano, pro REMISSIO duobus locis reſtituendum arbitror NVNCIATIO. primùm quia Iuliani ſententia quæ illo loco commemoratur, verbo illo expreſſa eſt, l.2.D.de oper. nou. nunc. deinde quia ridiculè, & imperitè quæreretur, Vtrum iſtis caſibus remiſſio vtilis eſſet, an inutilis: cùm in denunciatoris poteſtate ſit, vtrum velit nunciationem remittere, an non: neque dubium ſit, quin ſi renunciare nunciationi velit, vtilis & efficax remiſſio futura ſit: quandoquidem etiam ſola conuentione renunciare illi poteſt, non adhibito Prætore; cuius partes nullæ ſunt, vbi nunciator ſua ſponte ab inſtituta lite diſcedit, l.1.§. poteſt, D. eod. Quamuis enim ordinarium ſit, & plerumque fieri ſoleat, vt qui nunciationem remittit, apud Prætorem id faciat, atque adeò Prætor ipſe nunciationem miſſam faciat: tamen aut per conuentionem partium (vt dixi) aut per ſatiſdationem miſſa fieri poteſt nunciatio, l.5.§. ſi is cui, 16. D. eod. cùm ſcilicet is cui nunciatum eſt ſatiſdat ſe demoliturum opus, quod facere inſtituerat, ſi apparuerit, eum iure id non feciſſe, l. Prætor. 20. D. eod. Sed Iuliani ſententia videnda eſt: qui

credebat fructuário competere vtilem actionem cõfeſſoriam ſeruitutum nomine, quę fundo fructuario debentur à vicino: quam ſententiam Tribonianus vecordi mēte (vt ſolet) tum hoc loco tum etiam in d.l.21. nobis tradidit, cùm eam alibi à Labeone & Nerua repudiatā fuiſſe teſtetur, l.1.D. ſi vſusf. petat. & l.1.§.vlt.D.de oper.nou.nunc. Vtcumque ſit, Iuliani hæc erat collectio. Is qui ſeruitutem vindicare poteſt, nouum opus nunciare poteſt. ſicuti de ſeruitute ne luminibus officiatur traditur in l. inter ſeruitutes,15.D.de ſeruit. vrb. & de ſeruitute altiùs non tollendi, in l.& ſi fortè,6.§.primo,D.ſi ſeruit. vind. idémque generaliter traditur in l. de pupillo, 5.§.& bellè, l.non ſolum,8.D.de op.nou.nunc. l. in iudicio, 47.D.de fam.erciſc. Atqui fructuarius vindicare ſeruitutem poteſt: quia ius habet vtendi ſeruitutibus fundo fructuario debitis. Ergo fructuarius nouum opus nunciare poteſt. Labeo & Nerua diſſenſerunt, hac de cauſſa: quia ſi impediatur vti ſeruitute prædio debita, retinebit eam per vindicationem ſuæ ſeruitutis, nempe vſusfructus. non autem vindicabit viam, putà, vel iter vſusfructus: l.5.§. vtrum, D.ſi vſusf.petat. quippe, quia ſeruitus ſeruitutis non eſt, l.1.D.de ſeruit.legat. Sed ponamus veram eſſe Iuliani ſententiam, vt fructuario Ius ſit nouum opus nunciare vicino, qui ſeruituti eius officere molitur. poſt nunciationem quæri dicitur, an etiam renunciare & remittere nunciationem poſſit: vel potiùs, an ei liceat à Prætore poſtulare, vt nunciationem miſſam faciat:&, ſi id impetrarit, vtrum vtilis, an inutilis illa remiſſio futura ſit. quæ dubitatio nimium quantum abſurda (vt dixi) & inepta eſt. nam ſi vel nuda pactione, vel ſatiſdatione, quæ extra Prætoris officium fit, nunciatori licet nunciationem remittere, & ab inſtituta lite deſiſtere, quidni etiam id ei apud Prætorem facere liceat? cùm id gratum Prætori futurū ſit, vt litigatores quàm primum ab omni controuerſia diſcedāt? d.l.1.§.poteſt. & l.quidam,21.D.de reb.cred. Verius igitur eſt, Vlpianum Iuliani ſententiam ipſius verbis tranſcripſiſſe: Triboniani autem librarium, cùm ad Rubricam de remiſſionibus animum aduerteret, *Remiſſio* poſuiſſe pro *Nunciatio*. Quod cùm ita ſit, mirari ſatis nō poſſum, quid in mētem erudito viro venerit, vt priore loco pro VTILIS reponeret INVTILIS: poſteriore, contrà, *Inutilis* pro *vtilis*. nam quod ait, tunc eſſe vtilem remiſſionem, cùm nunciatio non tenet: id eſt, cùm is qui nunciauit, ius nunciandi non habuit: atque idcirco cùm fructuarius ſecundùm falſam Iuliani ſententiam, ius nunciandi habeat, ſecundùm eandem ſententiam inutilem eius remiſſionem fore: quid igitur de pactione dicemus? an non licebit fructuario pœnitere, & ſponte ab inſtituta controuerſia deſiſtere? quod ſi abſque Prætore id licebit, quidni apud Prætorem idem licebit? Atenim Vlp. ſcribit, eatenus miſſam fieri nunciationem quatenus nunciator nunciandi ius non habuit, l.1.in princip. l. de pupillo,§.ſi is cui,& aliis locis.D.ill.tit.l. 1. D. de remiſſ. Sed facilis reſponſio eſt. nam remiſſio alia fit ipſo iure ex Prætoris edicto: vt non teneat nunciatio: interdum fit nunciatoris poſtulatu, vt per Prætoris decretum reſcindatur. prioris exemplum eſt in d. l.1. D. de remiſſ. & l. 1. D. de ope. nunciat. Cùm enim Prætor ait, *Nunciationem miſſam facio*: hoc ſignificat, eo ipſo quòd non iure facta eſt, iam tum vt primùm facta eſt, miſſam eam facio, irritámque habeo. *Verba Prætoris oſtendunt* (inquit Vlp.) *remiſſio-* A *nem ibi demum factam* (à Prætore ſcilicet, & ipſo iure) *vbi nunciatio non tenet.* Non loquitur de ea quæ fit poſtulatu nunciatoris, ſed de ea quam Prætor habet pro irrita & non iure facta. Itaque ſecundùm falſam illam Iuliani ſententiam fructuarij nunciatio vicino facta tenebat, eiuſdémque poſtulatu facta eidem remiſſio vtilis futura erat. domino verò facta nunciatio nec tenebat, nec vtilis futura erat remiſſio. Atque hæc quidem hactenus. cete- B rùm quod idem vir eruditus in fine huius legis pro DETENTIONEM repoſuit PETITIONEM, in eo vehementer illi adſentior, propter l.ei fundo, 19. D. de ſeruitut.

Ad l.qui viam,14.D.de oper.non.nunciat. Nunciatio.quib.in ſeruitutibus locum habeat.

CAP. XVII.

SVPERIORE proximo capite dictum eſt, C ei cui ſeruitus debetur, ius eſſe nunciandi nouū opus, ſi quid contra ſeruitutem fiat, l. 1.§.1.D.de ſuperf. Huic ſentētię cuius etiam Iulianus auctor eſt, vehementer ipſe idem Iulianus aduerſari videtur: cùm in hac lege ſcribit, eum qui viam habet fruſtra nouum opus domino in via ædificanti nunciare. debere potius ſeruitutem petere. Dici autem vix poteſt, quàm multæ & quàm variæ tum ab antiquis, tum etiam à recentioribus interpretibus ſolutiones excogitatæ ſint. quarum D illa vulgò probabilior viſa eſt, quàm Iohannes & Azo commenti ſunt: in vrbanis ſeruitutibus nunciationi locum eſſe, in ruſticis non eſſe. ſed hoc falſum eſt. nam & viæ ſeruitus non tantùm ruſtica eſt, verùm etiam vrbana: ſi cui per alterius aream ius eundi ceſſum eſt. nec ſtillicidij ſeruitus ruſtica eſt, in qua tamen locus nunciationi nullus eſt, ſi is qui eam debet, ſic etiam ſupra ſtillicidium ædificet, vt tamen ſtillicidium in ſuas ædes aut aream admittat, l. ſeruitutes, 20. §. vlti.D. de ſeruit.vrb. Itaque Mar- E tinus quem nonnulli & veteres & nouiſſimi interpretes ſecuti ſunt, aliam ſolutionem excogitauit, quaſi hoc ſpeciale eſſet in ſeruitutibus altiùs non tollendi, proſpectui aut luminibus non officiendi, & oneris ferendi, l.inter, D. de ſeruit.vrb. l.de pupillo,§. ſextus, l.non ſolū, in princip.D. de oper.nou.nūc.l.& ſi fortè,§.1. Si ſeruit.vindic. Sed hæc ſolutio abſurda eſt: cùm ea ipſa, ex quibus potiſſimùm ſententia ſuperior concepta eſt, ab ipſa excludantur, & in exceptionem conferantur. Quare moderandum eſt po- F tius huic ſententiæ, atque ita ſtatuendum. cùm duplex ſit natura ſeruitutum, nempe vt aliæ in non faciendo, aliæ in patiendo conſiſtāt: l.quoties,15.§.1. D. de ſeruit. in illis nunciationi noui operis locum eſſe, in his non eſſe. neque obſcura ratio eſt: quia promiſſio patiendi non continet promiſſionem non faciendi: ſed ex contrario promiſſio non faciendi continet promiſſionem patiendi. de priore Iulianus in hac lege profert exemplum viæ. nam ſi mihi viam debeas & nihilominus in ea ædifices, cauſſa eundi, agendi G ſeparata eſt à cauſſa tui operis inhibendi. quocirca confeſſoria mihi actio comparata eſt, Aio mihi ius eſſe per tuum fundum eundi: non autem negatoria, Nego tibi ius eſſe in illo loco ædificandi. tametſi in effectu ſi per confeſſoriam actionem vicero, opus tuum inhibebo: vt Paullus ait in l. ſi eo loco, 9. D. ſi ſeruitus vind. Alterius exemplum eſt in ſeruitute luminum, ne vicinus altiùs ædes tollat.

tollat. nam ſi tollere cœperit, licebit ei nouum opus nunciare, l. ſeruitutes, 15. D. de ſeruit. vrb. Quod idem de aliis duabus ius eſſe paulò ante demonſtrauimus. Sed hæc cùm ita ſint, grauiter obſtare videtur ſeruitus oneris ferendi: quæ cùm omnium maximè videatur in patiendo conſiſtere, tamen noui operis nunciationem admittere dicitur, d.l. 6. in fin. D. ſi ſeruit. vind. Sed animaduertendum eſt, ſingularem quandam & abnormem & quaſi ſpuriam huius ſeruitutis naturam eſſe. nam cùm duplex ſeruitutum natura ſit, vt ſuperiùs dicebamus, nempe vt vel in non faciendo, vel in patiendo conſiſtant: tamen hæc videtur etiam in faciendo conſiſtere: nempe in tuendo & reficiendo pariete, vel columna, quæ meum onus ſuſtineat. quia contra Galli ſententiam Seruij auctoritas obtinuit, d.l. 6. §. etiam, & l. ſicut, 8. §. diſtant, D. eod. quippe, cùm huius ſeruitutis lex his verbis concepta ſit, *Paries oneri ferundo, vt nunc eſt ita ſit*. l. eum debere, 33. D. de ſeruit. vrb. qua de cauſa etſi per ſe hæc ſeruitus videtur in patiendo conſiſtere, tamen per conſequentiam etiam in faciendo vel non patiendo conſiſtit: hoc eſt, in reficiendo pariete, & non patiendo illum labi ac ruere. neque in effectu quidquam intereſt, vtrum dominus parietem demoliatur, an ruere patiatur. Verùm hæc quidem hactenus. Nunc quoniam de noui operis nunciatione tam ſæpe diſputauimus, non alienum videtur ius illius ſummatim exponere. nam Prætoris edictum de nouis operibus quadruplex fuiſſe animaduerto, Primùm fuit de noui operis nunciatione, quæ fuit denunciatio teſtato facta vicino, ne inchoatum opus exſequeretur, l. 1. C. ill. tit. l. 1. §. 2. D. quod vi aut clam. fiebat autem aut denunciantis ſolius, aut etiam Prętoris auctoritate, l. 1. D. h. t. alterum fuit de opere demoliendo, quod aduerſus nunciationem factum eſt, ſiue iure, ſiue iniuria inchoatum eſſet, l. Prætor. 20. §. 1. D. eod. Tertium fuit de remiſſione, quę fuit renunciatio denunciationis per Prætorem fieri ſolita, vt vicino inchoatū ab ſe opus exſequi liceret, l. 1. D. de remiſſ. Quartum fuit de opere faciendo poſt præſtitam ſatiſdationem demoliendi operis, ſi poſtea cognitum fuerit, iure factum non fuiſſe. Primo edicto nec actio, nec interdictum continebatur. Secundo & tertio interdicta duo continebantur, quorum prius fuit reſtitutorium, l. Prætor, 20. D. h. t. alterum fuit prohibitorium, quo Prætor vim fieri vetabat, quominus opus faceret is, qui ſatiſdederat de demoliendo, ſi poſtea conſtitiſſet iure factum non fuiſſe. d.l. Prætor.

Quo tempore S.C. Silanianum factum eſſe videatur.

CAP. XVIII.

QVo tempore S.C. hoc factum ſit, & à quo nomen ſumſerit, non facillimè definiri poteſt. Conſul quidem in Faſtis reperitur C. Silanus vnà cū Dolabella, anno DCCLXII. Sed alij etiam eodem nomine reperiuntur Conſules ſuperioribus temporibus fuiſſe: velut anno DCXLIIII: item anno DCXCI. Præterea ſi verum ſcripſerunt Græci, qui Seruium illius S.C. interpretem faciunt, Silanus ille Dolabellæ collega planiſſimè repudiatur. Vbi enim ſcriptum eſt in l. 1. §. hoc autem, 13. D. h. t. ET AIT SEXTVS, auctores Baſil. ediderunt ὁ σέρϐιος. Huc accedit, quod veriſimile non eſt, Senatum non ante Auguſti imperium vltioni iuxtà & ſecuritati (vt Tacitus loquitur) proſpexiſſe: pręſertim Sullanis A & Cinnanis temporibus: quibus tot ciues domi paſſim interficiebantur. Itaque plena Ciceronis Oratio Cluetiana eſt earum quæſtionum, quæ de ſeruis ſiue de familia necatorum habebantur. Neque contrariam ſententiam adiuuat, quod alterius S.C. ad illud Silanianū pertinentis mentio fit in l. in cognitione, 13. D. ill. tit. facti Lepido & Tauro coſs. non enim ſi quid noui Senatus illo anno decreuit, continuò verum eſt Silanianū hoc S.C. anno duntaxat vno B antiquius fuiſſe. nihil enim illo S.C. de ſeruorum quæſtione conſtitutum eſt. Vlpianus autem in l. 1. D. ill. titu. dilucidè teſtatur, multa S. C. de quæſtione habenda introducta fuiſſe. cùm tamen duorum tantùm mentio fiat: Silaniani, inquā, & Neroniani: quod quia Claudio Nerone II. & Piſone coſs. factum eſt, modò Claudianum, modò Piſonianum, modò Neronianum promiſcuè adpellatur.

Ad l. 2. Cod. de paſcuis public. & priuat.

CAP. XIX.

C IN vulgatis libris ita ſcriptum eſt: *Hac conditione à publicis pratis ac amœnis paſcuis animalia militum prohiberi præcipiat.* In Codice Theodoſiano ſub eod. titul. l. 3. lib. 7. planiſſimè ſcriptum eſt APAMENIS: vt nemini, qui conferendi laborem capiet (capere autem Studioſi omnes debebunt) vllo ad hanc emendationem ingenioſo monitore opus fuerit: niſi qui ocio fortè abuti vellet.

De conſtitutione Honorij à Triboniano diuulſa, & varijs locis collocata. & Rectoris prouinciæ iuriſdictio in delictis. D

CAP. XX.

LEGES Codicis Theodoſiani complures à Triboniano diſtractas, & particulatim variis locis collatas fuiſſe, nemo ferè, impenſiùs in libris noſtris verſatus, ignorat. Ac præclara quidem animaduerſio eſt, legem, cauſſas, 8. C.T.H. de iuriſd. tribus locis diſpartitam fuiſſe. hoc eſt, l. pen. C. de accuſat. l. 8. C. vnde vi: & l. 1. C. de abig. E ſed hæc animaduerſio cuiuſuis operæ eſt. illa laborioſior, quo conſilio impulſus Tribonianus tripartitam illam diuiſionem fecerit: vt iam non τὸ ὅτι ſed τὸ διότι ſpectemus. Digna igitur quæſtio videtur, in qua paulliſper elaboremus. Duabus enim de cauſſis hoc feciſſe Tribonianum arbitror. Primùm vt illam Arcadij & Honorij conſtitutionem abrogaret, deinde vt delictorum confuſionem in illa lege poſitam, ineptiam denique ſcriptoris exſtingueret. Nam ſumma illius Conſtitutionis hęc eſt: Ne Rector F prouinciæ leuiorum delictorum iuriſdictione oneretur: ſed eorum tantùm criminum quæ accuſatoris inſcriptionem requirunt. Leuiorum autem delictorum exempla hæc octo commemorat: fugitiui ſerui receptum: furtum manifeſtum, & nec manifeſtum: furtum animalis, ſerui, vel rei mobilis: vim bonorum raptorum: furtum aliquantuli fimi aut terræ: direptionem caſæ paruulæ: poſſeſſionem ſine vi turbatam: pecus abactum. At quod illius legis caput fuit, ſummo ſilentio ſepultum eſt, neque illius vſquam in G vlla trium illarum legum mentio vel minima interpoſita eſt: vt ne criminum illorum quæſtio ad Rectoris prouinciæ iuriſdictionem pertineret. Eò accedit, quòd querela illatæ iniuriæ ipſius iuriſdictioni relicta eſt, l. ſi quis, 8. C. de accuſat. vnde facilè ratiocinari poſſumus, etiam vi bonorum raptorum & caſæ expilatæ crimen eiuſdem iuriſdictioni (abrogata illa Honorij conſtitutione) permiſſum

fuiſſe. Cōfuſionem autē illorum delictorum & legis ipſius ineptiā idcirco exſtinguere Tribonianus voluit, quia cùm furtum manifeſtū & nec manifeſtum cōſtitutio expreſſiſſet, mox quaſi diuerſas delictorū ſpecies ſubiungit, furtum rei mobilis, furtū ſerui, aut animalis, furtum fimi aut terræ: cuius confuſionis credo etiam interpretem Anianum puduiſſe: vbi furti manifeſti & nec manifeſti vocabula reticuit, & hæc in illorum locum ſuppoſuit: *Certum furtum, id eſt detentum vel peruentum.* Item cùm eadem conſtitutio animal ſubreptum nominaſſet, mox ſubiunxit Animal abactum. Cùm vim bonorum raptorum, & caſæ expilationem expreſſiſſet, mox paruam & minimam rem illam adpellat. cùm tamen Iuſtinianus ſcribat bonorum raptorum actionem tum etiam competere, cùm quis rem vnam, licet minimam eripuerit: §.1. Inſt. de bon. vi rap. quippe, cùm non rei precium, ſed facinoris audaciam ſpectari oporteat.

Ad l.2 §.quod obſeruari. C. de iureiur. propt. calumn. Ex animi ſui ſententia iurare, quid ſit.

CAP. XXI.

CETERVM Romanorum hanc fuiſſe vſitatam & ſollemnem iuriſiurandi formulam, VT EX ANIMI SVI SENTENTIA diceret, ne pueris quidem hodie ignotum eſt. His verbis quid ſignificarent, docet Quinct. lib.8. cap.5. *Sententiam,* inquit, *veteres quod animo ſenſiſſent, vocauerunt. Id cùm eſt apud Oratores frequentiſſimum, tum etiam in vſu quotidiano quaſdam reliquias habet. nam & iuraturi* EX ANIMI NOSTRI SENTENTIA, *& gratulātes* EX SENTENTIA *dicimus.* Itaque valde mihi olim prima ſpecie placuit vt in d. §. quod obſeruari, ſcriberetur potius EX *animi ſui ſententia*, quàm (vt eſt in vulgatis) EX *animi ſcientia.* Sed re paulò attentiùs cogitata verius eſſe animaduerti, quod & Accurſiani & Haloandrini libri ediderunt: iis de cauſſis quas deinceps exponam. Primùm quia non eſt veriſimile veterem illam Romani iuriſiurandi formulam Iuſtiniani tempore retentam atque vſurpatam fuiſſe: præſertim ſublatis imperio Conſtantini Romani omnibus formulis, & certis verborum ſollemnium conceptionibus. Deinde quia ſuperiora proxima Iuſtiniani verba demonſtrant *Scientiam* hic vſurpari pro certa cauſſæ notitia & cognitione iuris quo illa nititur. *Conuenit*, inquit, *& ipſos iureiurando affici: quia ipſi cauſſam ſcientes ad eam perueniunt.* id eſt, notam habentes cauſſæ iuſtitiam & æquitatem. Et mox: *Non pupilli, ſed ij qui tutelam gerunt ſcire poſſunt cauſſam.* Sic etiam Terent. Phormione.

Ni noſſem cauſſam, crederem vera hunc loqui.
Et mox:
An quiſquam iudex eſt, qui poſſit noſcere
Tua iuſta, vbi tute verbum non reſpondeas.

Huc accedit, quod Imperator mox ſubiungit: accidere poſſe, vt eiuſmodi cauſſa in iudicium deducatur, cuius tutor liquidò iura & iuſta non norit. *Licet,* inquit, *vera cauſſæ natura forſitam alia eſt, tamen quod quiſque credit & exiſtimat, hoc eſt iurandum.* Quibus verbis apertè oſtendit, ſe priùs de ea cauſſa locutum, cuius ſciētiam & notitiam tutor haberet: vt de illa iurare poſſet. tametſi credendum non eſt, ita conceptam iuriſiurandi formulam fuiſſe, vt tutor diceret EX *animi mei ſcientia.* ſed cùm tutores plerúmque ius ſuorum pupillorum notum & compertum habeant, æquiſſimum eſſe, vt iurent ſe cauſſam & iuſta noſſe: aut (vt mox ſubiungit) ſi hoc liquidò non poſſint,

A exiſtimare ſe bonam cauſſam habere, & bona inſtantia vti: quemadmodum paulò ante ſub initium legis locutus eſt. Itaque quod hic de tutoribus conſtituit, idem de aduocatis litigatorum ſtatuerat in l.7.§.patroni, C. de iudic. *Non patrocinentur,* inquit, *cognito, quod cauſſa ſibi credita ſit improba.* Item. *Sed etſi tale ſibi cognitū fuerit* &c. Quid verbis opus eſt? cùm etiam illa verba EX ANIMI SENTENTIA vſurpari interdum ſolerent, vbi de iurerando ne cogitabatur
B quidem. velut in l.3.§. eiuſdem, D. de teſtib. *Ex ſententia animi tui te aſtimare oportet quid aut credas, aut parum tibi probatum arbitreris.*

Ad l.in illa, 8. D. de verb. oblig. de diſputatione Iuriſconſultorum in cauſſa obligationis ſub condicione ſimul & in diem collata.

CAP. XXII.

VIx dici poteſt, quanta fuerit Triboniani, in hoc genere diſputationis, ſocordia. nam cùm Iuriſconſulti quidam diſputarent, cō-
C miſſa condicione diem nihilominus expectandum, alij contrà non eſſe expectandum: Tribonianus illius diſſenſionis maculas paſſim in libris noſtris reliquit. quarum operæ precium eſt aliquot hoc loco teſtimonia proferre. Priùs igitur eorum ſententias exponemus, qui diem expectandum cenſuerunt. quorum duplicem rationem fuiſſe animaduerto: nempe quoniam eiuſmodi obligatio nō tātum ſub condicione, verùm etiā in diem collata, nōn ante diem committitur, l. ſi eum, 10. §.1. D. ſi quis caut.
D & l.8. D. de verb. oblig. vbi Paullus idcirco reſtatur, & Sabinum & Proculum ſtatuiſſe, eum qui ſtipulatus eſt pœnam, niſi Stichus ſibi Kalendis daretur, mortuo Sticho pœnam petere ante Kalend. nō poſſe: quoniam obligatio ſub cōdicione ſimul & in diem concepta eſt. vbi legendum cenſeo (quod obiter dictum ſit) LICET QVO AD CONDICIONEM, vſitato Iuriſconſultis more, & repudiatis nugis, quas nonnulli nimis argutè commenti ſunt. Alteram rationem Papin. profert. in l. inſulam, 114. D. eod. nempe quia
E ſtatus obligationis cui dies certus ab initio definitus eſt. ex poſtfacto non immutatur: qua de cauſſa cēſet eum qui inſulā intra bienniū fieri ſtipulatus eſt, ante finē biennij agere nō poſſe: quamuis nō tantùm reſidui temporis ſupereſit, quo ædificari inſula poſſit. Deinceps aliorum ſentētias videamus: quarum hanc fuiſſe rationem arbitror: quia cauſſa dilationis ſublata ſimul ſublata dilatio videtur. Nam Proculus in l. ſtipulatus, 113. D. de verb. oblig. in hac ſtipulatione Si opus ante Kalend. effectum non ſit, decem dabis?
F ita ſtatuit, vt ſi certum atque exploratum eſſet, ante eum diē opus effici nō poſſe, pœna ante Kalend. commiſſa ſit: ac peti poſſit. Item Papinian. in l. ita ſtipulatus, 115 eod. Stipulatio, inquit, ſub condicione concepta, nō antè cōmittitur, quàm fuerit declaratū (puto legendū EXPLORATVM) reum promittendi ſiſti non poſſe. ſed etſi ita ſtipulatus fuero, Si in capitoliū non aſcēderis, cùm primum certum eſſe cœperit, te in capitolium aſcendere non poſſe, pœna committitur. Itē Pompon. in l. hoc iure, 10. D. eod. Si Titius, in-
G quit, ante Kal. non venerit, ſimulatque exploratum fuerit, eum venire non poſſe, veluti ſi ante Kal. mortuus fuerit, ſtipulationem committi. Item Vlp. in l. ſtipulationes, 72. §. vlt. eod. Si quis inſulam fieri ſtipulatus eſt, inquit, vt primum cœpit mora faciendæ inſulæ fieri, vt non tantum tēporis ſupereſit, quo ædificari inſula poſſit, tū pœnam peti poſſe. Itē Paullus in l. ſi quis, 72. D. de adq. hered. ſi Primo heredi ſcri-

ſcripto vt intra Kal. adeat, Secundus ſi ille non adierit, ſit ſubſtitutus, & Primus ante diem deceſſerit, ſtatim locum eſſe ſubſtituto. Quinetiam video aliam proferri nouam ac noui generis diſtinctionem. Nam Pomponius in l. 4. D. de cond. & demonſtrar. ita demum probare hanc ſententiam videtur, ſi articulus TVM adiectus fuerit: hoc modo: Si non ante Kal. id factum erit, tum tantam pecuniam dabis. proinde quaſi ſi adiuncta illa ſyllaba non fuiſſet, aliud iuris ſtatui oporteret. cùm tamen inter omnes conſtet hanc linguæ Latinæ conſuetudinem fuiſſe, vt vbi condicio SI præpoſita fuerat, ſemper articulus TVM aut ſubiungeretur, aut tacitè ſubiunctus intelligeretur, & pro expreſſo haberetur. velut in illa ſollemni iuriſiurandi formula: *Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter.* &c. Plautus Amphitr. *Id ego ſi fallo, tum te ſumme Iupiter.* Ex quibus intelligitur articulum illum non præciſè & reſtrictè ad deſignati temporis punctum & articulum referri oportere: ſed latiùs ad tempus impletæ aut deſertæ cõdicionis. velut in l. vxori, 33. D. de vſufr. legat. Peracto quinquennio, tum eum fundum illi dari volo. item in l. lecta, 40. De reb. cred. Si die ſupraſcripta ea ſumma ſoluta non erit, tum pœnæ nomine &c. item in l. in ſubſtitutione, 31. De vulg. ſub. Si filius meus impubes deceſſerit, tum Titius heres eſto. item in l. pen. D. de teſt. tut. Titius tutor eſto. Si is non vixit, tum Plautium tutorem do. Videtur tamen Pomponio ſuffragari Vlpianus in l. ſtipulationes, 72. §. 1. D. de verb. oblig. Si ante Kal. opus perfectum non erit, tum quanti id opus erit, tantam pecuniam dari. nam ad diem dictam referri obligationem cenſet. Verùm ecce rurſus alterum nouæ diſtinctionis genus. Nam Paullus in l. ſi eum, 10. §. 1. D. ſi quis caut. in quæſtione, ſi homo ſiſti promiſſus ante diem perierit, quando pœna peti poſſit: ſtatuit, ſi dolo promiſſoris perierit, non ante pœnam peti poſſe, quàm dies venerit: propterea quod tota obligatio in diem collata eſt. Quid igitur ſi ſine promiſſoris dolo perierit, an dies expectanda erit? quod perquam abſurdum eſt: vt melioris condicionis ſit, qui dolum admiſit, quàm qui nõ admiſit, l. ſi ſeruum, 91. D. de verb. oblig. & vt ſuus alicui dolus proſit l. verum, 63. §. tempus, D. pro ſoc. Quare in ea lege non dubitandum arbitror, quin vox SINE deſideretur vt ſic legatur SINE DOLO PROMISSORIS. Paullum autem non de homine libero occiſo, ſed de ſeruo locutum, demiror ne Accurſium quidem animaduertiſſe.

Ad l. 3. D. de ſeruitut. legat. Via communi fundo qualiter debeatur. Diem legati cedere quando dicatur.

CAP. XXIII.

QVOD in hac lege vicium notatur, nullum omnino eſt: quod non notatur, adeò magnum eſt, vt valde mirer, illud à tot eruditis & ingenioſis viris adhuc animaduerſum nõ fuiſſe. Nam duos poſtremos legis verſus ſuo loco motos, & in alienum abſurdiſſimè tranſlatos eſſe contendo: atque ita legis initium deinceps ſcribendum: *Si vterque fundum vindicaſſet, ſine via legatum fundo ceſſurum. quia alterius legatarij perſona impedimento eſſet, quominus ſolidus fundus cum via vindicaretur: neque adquiri per partem ſeruitus poſſet.* Nam quæ fuiſſet mens Marcelli, quæve ratio, vbi fundus duorum ſociorum iampridem ex alia quàm teſtamenti cauſſa communis erat, docere, neutrum eorum ſolidum fun-

A dum cum via vindicare poſſe? Quorſum enim, aut qua fronte vel is qui iampridem dominus eſt, ſuum vindicaret, vel is qui ex parte tantùm dominus eſt, ſolidum ſuum eſſe peteret? Sed breui explanatione res fiet illuſtrior. Quattuor enim huius legis ſpecies eſſe animaduerto: quarum illa primo loco proponitur: Teſtator fundum ſuum Tuſculanum Mæuio, & ad eundem viam per alium ſuum fundum Sempronianum legauit. Tum eundem fundum Tuſculanum B ſine via Titio legauit. Hi duo re coniuncti ſunt, & in vindicando quidem fundo legato concurrunt. Sed de via dubitatum eſt: An vindicare ambo fundum cum via poſſint? Dubitandi cauſſa eſt, vt poſſe viderentur, quia fundus illis communiter legatus eſt. communem autem fundum habentibus via vtiliter legatur, l. 2 D. h. t. Contrà tamen Marcellus reſpondet: duabus de cauſſis, quæ tamen in vnam, vel potius geminam concurrunt. primùm quoniam alterius legatarij perſona (nempe Titius cui via legata non eſt) impe- C dimento eſt, quominus ſolidus fundus cum via vindicari poſſit, neque ab ambobus, neque ab altero: quippe, cùm vnus ex ſociis adquirere communi fundo ſeruitutem non poſſit, l. ſi vnus, 19. D. de ſeruit. ruſtic. neque ſeruitus adquiri pro parte poſſit, l. pro parte, 11. D. de ſeruit. l. proprium, 5. D. commun. præd. Atque hoc modo qui verſus vicioſiſſimè in finem legis tranſlatus abſurdiſſimam ſententiam habebat, nunc in ſuum locum reſtitutus commodiſſimam nobis ſententiam præbet. Sequitur altera ſpecies in verſicu- D lo *Et ſi prius.* Mæuius deliberante Titio fundum cum via vindicat. Poſtea Titius legatum repudiat. Quærebatur, vtrum viæ legatum Mæuio ſaluum futurum eſſet, an inutile? Dubitandi cauſſa eſt, vt inutile fore videatur, propter eandem iuris regulam, quia via legari pro parte non poteſt, l. pro parte, 11. D. de ſeruitut. Contrà tamen Marcellus reſpondet: quia cùm Titius legatum omiſerit, via non pro parte, ſed tota Mæuio legata intelligitur. Agè, reliqua videamus. Teſtator vni ſoli fundum ſub condicione, viam purè E legauit. Pendente condicione dies legati ceſſit: hoc eſt, hereditas adita eſt. hæc enim eſt diei ceſſio, vt deberi legatum incipiat, l. 1. §. nouiſſimo, C. de caduc. toll. pòſt exſtitit condicio. Quærebatur, vtrum vtile, an inutile legatum foret? D. C. eſt, vt videatur vtile futurum, quoniam hanc teſtatoris mentem ac voluntatem fuiſſe conſtat, vt & fundus & via legatario cederent. C. T. R. propter regulam qua dicimus, Legatum purum ſtatim cedere, neque per condicionem extrinſecus adhibitam ſuſpendi, l. vlt. §. vlt. D. com- F mun. præd. condicio, inquam, extrinſecus adhibita diei ceſſionem in puro legato nõn moratur. quare cedente legati die aut ſtatim legatario legatum adquiritur, aut numquam adquiritur, l. cùm filius, 75 §. ſeruus, D. de legat. 2. Quod eodem modo de inuerſa ſpecie iudicandum eſſe Marcellus monet, eáque res pari modo expedita eſt. Reſtat poſtrema ſpecies in verſ. *Et reſponſum eſt:* Teſtator duobus fundum communem habentibus viam legauit: vni ſub condicione, alteri purè. Pendente condicione dies legati ceſ- G ſit. Quæſitum eſt, vtrum vtile an inutile legatum futurum ſit. D. C. eſt, vt legatum vtile videatur, ſi modò condicio exſtiterit. nam propter condicionis euentum communiter vtrique legatario viæ legatum cedere videtur, quaſi vtrique purè relictum fuiſſet. quia condicio exſiſtens condicionale legatum purum effecit. C. T. R. irritum & inutile legatum fore: quia neque purum legatum ſuſpendi, neque ſeruitus aut

pro parte, aut communi fundo per vnum ex ſociis adquiri poteſt. Atque hoc quidem modo ferri poſſet ea mutatio, quam in hunc locum tentari video, vt pro DECESSISSET reponatur DIES CESSISSET. Sed videamus, ne vbi bona & idonea vſitatæ ſcripturæ ſententia conſtat, temerarium ſit quidquam contra conſentientem librorum auctoritatem immutare. Quid enim ſi legamus, vt in Accurſianis & Haloandrinis libris ſcriptum eſt, *Et pendente condicione deceſſiſſet*: vt ſubaudiatur, non ipſe teſtator (neque enim hoc ferri poſſet) ſed is cui ſub condicione via legata eſt, D.C. eſt vt legatum valere videatur & ſuperſtiti prodeſſe: quia duobus fundum communem habentibus vtiliter via legatur, d. l. 2. D. h. titu. C.T.R. propter eandem iuris ciuilis rationem & ſubtilitatem, quam modò demonſtrauimus: quoniam purum legatum adita hereditate ſtatim Titio adquiſitum fuiſſet, ſi via vel pro parte vel per vnum ex ſociis adquiri potuiſſet. nunc quia non poteſt, idcirco viæ legatum exſtinctum eſt. Itaque neque Titio proderit, neque ad Mæuij heredem tranſmittetur: cùm ei nihil ante condicionis euentum deberi cœpit. Quod ſi poſt euentum condicionis deceſſiſſet, tranſmittere potuiſſet: quoniam exſiſtente condicione legatum ad eum pertinuit, d. l. 5. D. quand. dies leg. l. ſi pecunia, 12 §. 1. D. de legat. 2. l. ſi partem, 19. §. 1. D. quemadm. ſer. amit. ac proinde vtiliter vtrique legatario dies legati ceſſiſſet: viáque legata communi Titij & Mæuij fundo communiter adquiſita fuiſſet, d. l. 2. D. h. t. Atque hoc quidem modo ſua conſtat idonea toti huic legi ſententia: cui ſi vulgata clauſula nunc ſubiungeretur, neminem fore arbitror, qui non videat, equinam humano capiti ceruicem adiunctum iri.

Ad l. 7. §. & generaliter, & l. 27. §. pacta, D. de pact.

CAP. XXIIII.

Pactum à iure communi remotum.

FERRI hæc interpretatio nō poteſt: Pactum à iure communi remotum, id eſt remotum à Republica, vel contrarium reipublicę. Latini ſermonis ratio commentum iſtud repudiat. Vlpianus ipſe veram interpretationem modò indicauit, Contra iuris communis formam: vel Contra iuris communis regulas: vt in l. contra, 28. D. eod. tit. Sed vehementiùs abhorret à linguæ Latinæ conſuetudine ſcriptura Florentini libri, NEC LEGARI. nam quis tandem aut Apuleius, aut Sidonius Apollinaris vnquam ita locutus eſt, *Pactum à iure communi remotum ſeruari non oportet nec legari, nec iuſiurandum de hoc adactum ſeruandum eſt?* Numquid enim ſignificaret, Pactum illud à iure communi remotum legari non oportere? Sed iam ſæpius dictum eſt, vbi ſua conſtat vſitatæ ſcripturæ ſententia, bona prę-ſertim & commoda, mutationi locum dari non oportere, prę-ſertim abſurdæ, cuiuſmodi hanc eſſe conſtat. Vetus igitur & vſitata tum Accurſiani tum Haloandrini libri ſcriptura retineatur NEC LEGATVM. qua nihil commodiùs fingi poteſt. quamuis ſi particula VT interiiceretur, aliquantò commodior eſſet ſententia: *Pactum à iure remotum ſeruari non oportet, vt nec legatum, nec iuſiurand. ſeruandum eſt.* Rectiſſimè quoque ſcriptum eſt in l. 27. §. pacta, eod. tit. Pactum à re priuata remotum non eſſe ſeruandum. nam tale pactum ei Paullus adplicat, quod publicam cauſſam adtingit. Prætor autem de iis demum pactis in hoc

A edicto ſtatuit, quæ ad rem priuatam & familiarem pertinent. pactiones enim quæ a re cuiuſque priuata remotæ & alienæ ſunt, atque ad Rempublicam pertinent, quales ſunt pactiones pacis, aut induciarum, Publicæ adpellantur, & ad belli duces, aut Feciales pertinent, l. 5. ſupr. hoc tit. Pacta igitur priuatorum remota eſſe non debent neque a re priuata & familiari, vt cauſſam publicam adtingant: neque à iure communi, vt eius regulis & præ-
B ceptis aduerſentur. nam fieri de re priuata poſſe, & tamen iuris regulis aduerſari, nemo non videt.

Ad l. contra, 14. Cod. de re militar. Legio numeri. Comitatenſes. palatini. vexilla. vexillationes.

CAP. XXV.

RECTISSIME ſcriptum eſt in hac lege SEV DE COMITATENSIBVS: neque quidquam mutandum eſt. quod hoc modo planiſſimè
C intelligetur. Aliud eſt eſſe in numeris, aliud in legione. Tirones iam lecti etſi publicis expenſis iter faciunt, tamen priuſquam in numeros relati ſint, neque iuſti milites ſunt, neque iure militari vtuntur. hoc enim & ius & nomen iis demum conceditur, qui cincti & in numeros relati ſunt, l. 4. l. 39. §. 1. §. ex eo, 42. D. de teſtamen. mil. l. 16. C. eod. l. milites, §. miſſionum, l. vlt. D. de re milit. itaque Legiones à numeris ſeparantur in l. nemo, 13. C. de re milit. quod hac in lege, multò apertiùs factum eſt. nam cùm mi-
D nùs ſit eſſe in Legione, quàm in numeris, ac proinde leuius ſit ex Legione transferre, quàm ex numeris, idcirco Imperator ſcribit ſe interdicere Comitibus, & Ducibus non modò ne quem militem iniuſſu ſuo transferant à numeris in numeros, verùm etiam (quod leuius eſt) ne à Legionibus in Legiones. Qui verò Comitatenſes & Palatini fuerint, vetus Gloſſarium his oſtendit verbis: Παλατῖνοι κοινῷ ὀνόματι πάντες ἐκαλοῦντο οἱ ἐν τοῖς κατὰ τὸ παλάτιον θησαυροῖς ὑπηρετοῦντες ταξεῶται. ἀλλ' οἱ μὲν ἀεὶ τῷ παλατίῳ προ-
E σεδρεύοντες ἐλέγοντο κομιτατίνσιοι· κομιτάτον γὰρ ὁ τόπος ἐν ᾧ διάγει ὁ βασιλεύς. hoc eſt, Palatini generali nomine dicebantur omnes adparitores, qui Palatij theſauris operā dabant, iiſq; miniſtrabant: qui verò palatij cuſtodes perpetui erāt, dicebantur Comitatenſes: Comitatus enim adpellatur is locus in quo ſolet Imperator conſiſtere. Quibus ex verbis petenda interpretatio eſt l. quoniam, 38. C. de decurion. Illud non omittendum videtur, non modò Legiones Comitatenſes fuiſſe, verùm etiam vexillationes, l. 2. C.
F de hered. decur. Legiones peditum fuerunt, vexillationes equitum, l. veteranis, 9. D. quando prouoc. non neceſſ. Vegetius lib. 2. Equitum alæ dicuntur ab eo, quòd ad ſimilitudinem alarum ab vtraque parte protegant acies: quæ nunc Vexillationes vocantur, quia velis, hoc eſt Flāmulis, vtuntur. Eas Vexillationes etiā à numeris ſeparari video in l. 8. C. de erogat. milit. ann. Cedrenus, ὅτι Βιξιλλατίωνες οἱ Ῥωμαίων ἱππεῖς· καὶ Βίξιλα παραπετάσματα ἐκ πορφύρας καὶ χρυσοῦ, εἰς τετράγωνον σχῆμα πεποιημένα· ταῦτα ἐξαρτῶντες ἐπὶ
G μακρῶν δοράτων, κύκλῳ παραπορευόμενοι τὸν βασιλέα, καλύπτουσιν αὐτόν· ἅτινα δὴ αὐτὰ λεγόμενα φλάμουλα. Id eſt, Vexillationes dicuntur Romanorum equites, ſiue potius equitum turmæ. & Vexilla vela ſunt ex purpura & auro in formam quadranguli confecta. Hæc longis contis ſuſpenſa circum Imperatorem ferunt, eiuſque latus tegunt. Hæc fuerint fortaſſe, quæ Flammula dicuntur. Hactenus Cedrenus. Maiores

iores noſtri in Gallia vexillum ſanctius regium Auri flammam vel flammulam adpellarunt.

Ad l. cùm adpellatio, 23. C. de adpellat.

CAP. XXVI.

NE hoc quidem loco quidquam omnino mutandum eſt: nec recepta lectio damnanda. Nam & Rhodopen & Hæmum inter inſigniores Thraciæ montes & Plinius & Vibius Sequeſter enumerant. ſed & Ptolemæus Geo-
B graph. 3. ὁρίων, inquit, τῆς ἐπισήμων τῆς Θράκης, ὁ μὲν αἷμος τὸ ὄρος, καὶ τὸ παρὰ τὴν συναφὴν τῆς κάτω μυσίας ἐκτεταμένον. εἰ δὲ ῥοδόπη τὸ ὄρος, ὑπὲρ τὸν νέσον ἐκτεταμένον. &c. Neque moueri quemquam oportet Notitia Imperij, vbi ſub diſpenſatione viri ſpectabilis vicarij diœceſeos Thraciæ hæ prouinciæ numerantur, Rhodopa, & Hæmimontus. quaſi verò aliud ſit Hæmimontus, quàm Hæmus mons: aut quiſquam tam hebes ſit, vt non intelligat, gemellum hoc nomen è duobus illis coniunctis conſictum fuiſſe: cuiuſmodi
C nominum figmenta innumera licet cuiuis apud illius ſeculi Scriptores animaduertere.

Ad l. Seiæ, 20. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat. Inſtructi fundi legato quæ contineantur.

CAP. XXVII.

TESTATOR fundum ſuum inſtructum, vnáque villicos, & quam ei pecuniam ex reliquis rationum colonus debebat, Seiæ legauit. De oleo, vino, frumento, veſte ſtragu-
D la, & ea qua ibi vti ſolebat, itémque aliis rebus quas ibidem vſus ſui quotidiani cauſſa paratas habebat, mentionem nullam fecit. Aliquanto pòſt in codicillis ita ſcripſit: *Seiam* (ſic legendum eſt atque ita Haloander edidit) *habere volo fundum quem ei reliqui, ita vt inſtructus eſt ruſtico inſtrumento, ſuppellectile, pecore & villicis, cum reliquis colonorum, & apotheca.* Eo mortuo Seia deberi ſibi contendit, præter hæc omnia in codicillis enumerata, inſuper etiam oleum, vinum & frumentum, ceteráque vſus quotidiani cauſ-
E ſa parata. Quærebatur, an hæc omnia legato cederent. Dubitandi cauſſa eſt, vt cedere viderentur, quoniam ex Iuriſconſultorum auctoritate receptum eſt, vt inſtructi fundi adpellatione hæc omnia contineãtur: vt ait l. 1. & l. 2. C. de verb. ſignif. l. quæſitum, 12. §. ſed ſi fundus, l. ſi ita, 15. §. 1. D. de inſtr. leg. Scæuola tamen contrarium reſpondet: hac de cauſſa: quia quãuis defunctus in teſtamento verbis illis vſus fuerat, *Fundum inſtructum*, tamen cùm in codicillis ſpecies
F inſtrumenti nominatim enumeraſſet, intelligebatur verba illa latiora reſtrinxiſſe, & ſcripturæ teſtamentariæ derogaſſe: neque alia inſtrumenta quàm quæ nominatim recenſuerat legare voluiſſe. certarum enim ſpecierum enumerationem, præſertim in codicillis factam, legatum latioribus verbis relictum intra ſpecies illas coercere, l. cùm de lanionis, 18. §. cui fundum & §. vlt. D. h. t. legata, 9. D. de ſuppell. legat. Itaque dici non poteſt, quantopere mihi hæc emendatio placeat, vt pro INSVPER reponatur INSTRV-
G CTVM. Sed quid tandem illud eſt, quod mox ſubſequitur: *Quos ſanè per obliuionem teſtamentariæ ſcripturæ feciſſet?* Nam ſi non conſultò, ſi non certo conſilio, ſed per imprudentiam & obliuionem teſtamentariæ ſcripturæ id fecit, quæ ratio eſt, eius obliuionem legatario nocere? quandoquidem ſemper certum conſilium teſtatoris eſſe oportet: vt Vlpianus ſcribit tit. Regul. 20. neque teſtatoris obliuio cuiquam nocere

A debet. §. poſtumi, Inſt. de exhered. lib. Quid igitur dicemus? primùm vocem illã SANE hoc loco ineptiſſimè vſurpatam fuiſſe: cuius rei neminem Latinæ conſuetudinis peritum iudicem recuſo. deinde aut pro illa voce reponendum eſſe NON: aut potius NISI: vt ſit NISI QVOS *per obliuionem* &c. argumento certiſſimo, l. legata, 9. D. de ſuppell. leg. vbi Papin. ita loquitur: *Legata ſuppellectilis cùm ſpecies ex abundanti per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur.*
B Ergo ſi certo conſilio & non per imperitiam enumeratæ ſunt, legato derogatur. quod Scæuolam hoc loco reſpondiſſe contendo. neque ignotum eſt, teſtatoris imprudentiam neminí nocere, l. 1. C. de poſtum. hered. inſt. l. qui iure, 7. D. de teſtam. mil. l. qui graui, 11. D. de iur. codicill. l. demonſtratio, 18. D. de cond. & demonſtr. Nouam autem illam noui generis interpretationem *Quos poſt obliuionem teſtamentariæ ſcripturæ feciſſet*, id eſt, *Quòd in teſtamento id obliuione præteriiſſet*, tum demum probabo, vbi Latini ſermo-
C nis conſuetudinem omnem dedicero. Quid enim alienius dici poteſt, quàm *poſt obliuionem*, id eſt, *Per obliuionem?* vel *Poſt obliuionem teſtamentariæ ſcripturæ*, id eſt, *Inſcribendo teſtamento aliquid obliuione præterire?*

Ad l. quæſitum, 12. §. idem reſpondit, 21. D. de inſtr. vel inſtr. legat. Cuſtodia in horreis.

CAP. XXVIII.

VBI mendum in hoc §. eſſe arguitur, ibi nullum prorſus animaduerto. vbi nullum nota-
D tur, ibi duas ſubeſſe maculas arbitror. quarum prior eſt in illis verbis. *In proconſulatum profecturus.* quod genus dicendi nouum eſt, & inſolens omnino. neque enim *In proconſulatum proficiſci* dicimus, ſed *In prouinciam.* Itaque receptam Accurſij & Haloandri ſcripturam retineo, *In proconſulatu?* caſu ſexto: quaſi dixerit *In proconſulis comitatu.* tametſi probabilius eſt, cùm ita notarum compendio ſcriptum fuiſſet, PROCOS. COMITATV, vel PROC. COMITATV librarium hallucinatum ſcripſiſſe PROCON-
E SVLATV. Huc accedit, quòd illa ſcriptura Vmbrium Proconſulem, & cum proconſulari imperio in prouinciam proficiſcentem faceret: quod perſpicuè Papiniani verbis aduerſatur. Alterum mendum ſubeſſe non quidem adfirmare audeo, ſed certè ſuſpicor, in voce HORTIS. Sic enim tum in Accurſij, tum in Haloandri libris legitur, caſu ſexto: vbi tamen Accurſius teſtatur ſcriptum in quibuſdam libris fuiſſe, MORTIS. Ego Vlpianum ſuſpicor ſcripſiſſe HORREIS: primùm quia ſubiungit, ſupellectilem idcirco dela-
F tam eò fuiſſe, quo tutiore loco ad tempus peregrinationis eſſe poſſet. Certum eſt autem hortos extra vrbem fuiſſe, multóque tutiorem vrbanæ domus quàm hortorum cuſtodiam fuiſſe. præterea ſimilem videmus propoſitam eſſe ſpeciem in l. Seiæ, 20. §. vlt. D. h. t. vbi ſuppellex tantiſper in horreis condita fuerat, quo tutiore loco haberetur: vulgóque iam notum eſt horreorum cuſtodiam Romę tutiſſimam & quaſi publicam fuiſſe, l. 1. & l. 4. C. locat. vbi copioſiùs ea de re diſſerui. Quare in hoc §. dubitandi cauſſa hæc fuit,
G vt ſuppellex in horreis condita non videretur legato contineri, quia ne inſtructi quidem fundi legato ea cedunt, quæ teſtator non vſus ſui cauſſa, ſed cuſtodiæ gratia in eam contulit. veluti ſi quid in horreis condidit: l. quæſitum, 26. §. ſed ſi fundus. verſ. ſed ſi quia eò, D. h. t. aut ſi quid ad tempus peregrinationis recondidit, l. prędia, 27. §. 1. D. eod. Contrà tamen Vlp. reſpondit: propterea quod ſuppellex, in domo eſſe

ſolita legato inſtructæ domus continetur, d.l. Seiæ, §.vlt & l.cum de laniouis,18.§.Sabinus, D.eod.l.ſi vxori,39.§.1.D.de aur.& arg.leg.l.quæſitũ,78.§. vlt.D. de leg.3. Neq; tamen diſſimulandũ eſt, cùm ciues R. cõplures habitare in hortis extra vrbem valetudinis aut ſeceſſus cauſſa ſolebant, l. lex Cornelia, 5.§. domum, D. de iniur. l. pen.D.donat.int.vir.ſi Vmbrius noſter in hortis familiam reliquerat, & partem ſuppellectilis ad vſum domus ſuæ paratam peregre profecturus eò cuſtodiæ cauſſa contulerat, non modò nihil in hac lege mutandum eſſe, verùm etiam verſa vice HORTIS pro HORREIS reponendum in l. cui quæ,84. D. de legat. 3. nam eiuſmodi horrea publica extra vrbem fuiſſe, qualia in vrbe demonſtrauimus, neque legi, neque probabile eſſe arbitror. Quinetiam ſuſpicari licet, verba hæc duo EXTRA VRBEM ex interpretis alicuius gloſſa in contextum irrepſiſſe. Quod autem inuerti ſpeciem video, quaſi Proconſul teſtator, Vmbrius autem legatarius fuerit, locúſque ſic legatur: Relicta ſuppellectili à Claudio Vmbrio Primo, ſanè difficile eſt vt probem. Primùm quoniam iſto modo Vlpianus Claudium Proconſulem ineptè patremfa. adpellaret, deinde quia Proconſulem faceret domui & ſuppellectili ſuæ diffitentẽ partẽ illius ſuæ ſuppellectilis in horrea vel hortos contuliſſe. quaſi verò qui Romæ cum proconſulari imperio ac dignitate in prouincias mitterentur, non ſatis tuto loco menſas aliquot & partem ſuæ ſuppellectilis domi ſuæ relinquere potuiſſent. Huc accedit, quòd ne Vlpiani quidem orationi ſatis conſentaneum illud abſonum & vaſtum dicendi genus videtur: *Domo per fideicommiſſum relicta cum ſuppellectili ab Claudio Herminiano clariſſimo viro, Vmbrio Primo*: pro eo quod quiuis Latinè mediocriter exercitatus diceret; *Domo cum ſuppellectili à Claudio Herminiano clariſſimo viro relicta per fideicommiſſum Vmbrio Primo.*

Ad l.qui Romæ,122.§ Flauius, D.de verb.oblig. Vbi de pacto ſerui manumittendi in eius alienatione.

Cap. XXIX.

DVAE fuerunt Imperatorum conſtitutiones de pacto in ſerui vẽditione appoſito, vt intra certum tẽpus manumittatur. prior fuit Adriani, vt emtor manumittere cogeretur: altera Marci, vt poſt emtoris moram ſeruus ipſo iure liber eſſet, l.vlt.(quæ cùm principem in hac diſputatione locum obtineat, prætermitti non debuit) D.de ſer. export.& l. 2.& l. 3. C. ſi mancip. ita fuer. alien. Quod autem de venditione Imperatores conſtituerunt, id æquitate naturali placuit ad donationem producere, l.1 C.ill.tit.l.pen. D. qui ſin. manum. Flauius Stichum ea lege donauit, vt manumitteretur, ſimúlque pœnam, ni manumitteretur, ſtipulatus eſt. non eſt manumiſſus. duplex quæſtio exoritur. Prior eſt, An Flauius donatarium de libertate conuenire poſſit? hoc eſt, an agere perſcriptis verbis poſſit, vt Stichum manumittat? Scæuola reſpondet, nihil proponi, cur non poſſit. quippe, cùm Adriani conſtitutio de venditione concepta etiam ad donationem producta ſit. Altera quæſtio eſt, An Flauius poſt donatarij moram petere ſupradictam pœnam actione exſtipulatu poſſit? Idem reſpondet poſſe, Cui meritò interpretes obiiciunt l.vl. C.ſi manci. ita fuer. vbi Impp. reſcripſerunt, cùm huiuſmodi ſtipulatio pœnalis venditioni ſubiecta eſt, non rectè pœnam peti: propterea quod poſt emtoris moram

A poteſtas condicionis repræſentata eſt: hoc eſt, ſeruus ipſo iure ex Marci conſtitutione liberatus eſt, d.l.2. & l.3.C.ill.tit.& l.Paullus,38.§.1.D.lib.cauſſ. Huic obiectioni noua hæc ſolutio proponitur: Marci conſtitutionem ſcriptam fuiſſe nominatim de ſeruis venditis, Scæuolam aut de donatis conſultum fuiſſe: & quamuis Scæuola Marci temporib. de iure reſponderit, tamen reſponſum hoc ſuum antè promulgaſſe, quàm ſupradicta ipſius Conſtitu-
B tio de ſeruis venditis ad donatos producta fuerit. Sed videamus ne longè alia Scæuolæ mens conſiliúmque fuerit. nam cui dubium eſſe poteſt, quin iniuſtior cenſendus ſit donatarius, qui ex pacto ſeruum quem gratis accepit non manumiſit, quàm emtor, qui precium exſoluit, etenim vt emtor non ſoluat pœnam, at certè precium amittit: atque ita non impunè diſcedit. At donatarius, ſi pœnam ab eo inutiliter ſtipularemur, impunè & ingratè donatorem ludificaretur. Quare non dubitandum arbitror, quin, vt
C primum Marci conſtitutio de venditione promulgata eſt, confeſtim Iuriſconſultorum interpretatione ad donationis cauſſam producta fuerit: quandoquidem & naturalis & ciuilis æquitas id flagitat, ne ſua cuique fruſtratio proſit. l. ait Prætor, 10. §. pen. D. quæ in fraud.cred. Ecquam igitur aliam obiectionis illius ſolutionẽ adferemus? Hanc nimirum, quòd in venditione quidem fruſtra pœnæ ſtipulatio interponitur, d.l.vlt. C. ſi mancip. ita fuer. quaſi emtor amiſſione precij ſatis pœnæ ſuſtineat. In donatione
D autẽ, de qua Scæuola nominatim conſultus eſt, rectè & vtiliter pœnæ ſtipulatio adiicitur, ne in donatorem impunè ingratus, eúmque ludificatus appareat. Cuius noſtræ coniecturæ argumentum præbet primùm l.ſi fundum, 81. §. Stichum, D. de legat. 1. vbi cùm ſeruus ea lege Sempronio legatus eſſe, (legatum autem donationis ſpeciem eſſe conſtat) vt niſi eum manumitteret, ſeruus Titio cederet, non manumittente Sempronio, Iulianus reſpondit, Titio Stichum deberi. ne ſcilicet impunè (vt antè dixi) lega-
E tarius teſtatorem fruſtraretur. Item Paullus in l.5.§. quod ſi tale, D. de perſc.verb. vbi ſtatuit, ab eo cui pecunia data eſt, vt ſeruum ſuũ manumitteret, ſi non manumiſerit, pecuniam condici. ne videlicet donatarius impunè donatorem ludificetur. Illud ad extremum prætermittendum non eſt, non immeritò mirum videri poſſe, quòd cùm Scæuola Marco Imperante de iure reſponderit, tamen in d.l.vlt. D. de ſer. export. contra Marci conſtitutionem apertiſſimè reſponderit, atque idcirco Claudij Triphonini ſup-
F plemento in ea lege opus fuerit. cùm tamen in l. verum,11.§. 1. D. de minorib. & eiuſdem conſtitutionis mentionem faciat, & ſecundum eam reſpondeat. Sed iampridem in Epitomatis reſpondimus, neceſſariò dicendum eſſe, quo tempore libros Digeſtorum ſcripſit, nondum editam illam conſtitutionem fuiſſe: cùm Quæſtionum libros ſcripſit, editam promulgatámque fuiſſe. nam ἁμάρτημα μνημονικὸν in Scæuola, vel quouis altero Iuriſconſulto arguere, piaculi inſtar apud hoc ſeculum noſtrum videretur.

G *Ad. l. Meniana, Cod. de ædif.priuat. ἐξῶσται mæniana. proiecta ſolaria. hypotheca. belsocamini. ſeſtertius pes.*

Cap. XXX.

NON eſt firmum argumentum: Theodoſius in hac lege decem pedum ſpacium inter mæniana conſtituit: Ergo mæniana Græcè dicuntur ἐξῶσται: quia Conſtantinus

teſtatur

teſtatur ſpacium illud conſtitutum fuiſſe inter ἐξώ-
στας, ſiue ἡλιακοὺς. nam Conſtantinus lib.2.tit.4.non
ad hanc legem præciſè reſpexit, ſed potius ad inſe-
quētem, vbi Zeno ſpacium illud inter ἐξώστας ſiue ſo-
laria relinqui iuſſit. Verumtamen ſi verum eſt in ve-
teribus libris manuſcriptis vocem ἐξώστας reperiri,
nihil repugno:dum tamen illud maiore obſeruatio-
ne dignum teneamus, & mænianorum & exoſtarum
vocabula plerumque abuſiuè & impropriè vſurpari.
Nam mæniana verè propriéq; fuerunt, quæ, ad Mæ-
nij Cenſoris exemplum, vltra latitudinem ædium in
media ipſarum parte proædificabantur, vt ex iis ſpe-
ctare in viam publicam liceret: quemadmodum ex
Aſconio, Feſto, Iſidoro iam omnibus etiam ſemido-
ctis notum eſt. Et ad ea puto Vlpianum reſpexiſſe,
cùm in l.2.§.3.D.ne quid in loc.publ.ſic ſcripſit:*Cùm
quidam velum in Mæniano immiſſum haberet, qui vici-
ni luminibus officiebat, vtile interdictum competit.* Nam
etſi Ammianus ſcribit, priſcis quondam legibus ea
mæniana vetita fuiſſe, tamen eodem loco non obſcu-
re ſignificat, eas leges deprauatis ſenſim moribus ne-
glectas aliquamdiu fuiſſe. Latius tamen hoc nomen
productum eſt etiam ad ea proiecta, quę non in viam
publicam, ſed in priuatam vicini aream emitteban-
tur:quæ generali nomine Proiecta vocantur, l.ſerui-
tutes, 20. D. de ſeruit.vrb.l.malum; 241.§.1. D.de ver-
bor.ſignif.ac pari modo Exoſtarum nomine proiecta
illa ſignificari, patet ex Theophilo in §.æquè, Inſt de
action.vbi inter vrbanas ſeruitutes, quæ proiecta
Imperator adpellatat, Græce vocat ἐξώστας. ſed & E-
xoſtarum nomine adpellari cœperunt ea, quæ Iuriſ-
conſulti Solaria nominant, Græci verò ἡλιακοὺς. velut
in l.vlt.h.t. σολάρια ἤτοι ἐξώστας κατασκευάζειν. itémque
in Nouell. Leonis vlt. vbi ſimiliter ἡλιακοὺς ἐξωστάρια
nominat:ſed abuſiuè & impropriè, vt ibidem apertè
profitetur. nam ea Solaria ſignificat, quæ, niſi me a-
nimus fallit, etiam Hypæthra Iuriſconſulti adpellāt.
vtroque autem nomine ſignificabantur loca plana,
in ſuprema ædium parte, fruendi ſolis cauſſa, meri-
diei oppoſita, & plerumque ſine tecto:tametſi non-
numquam plumbeis laminis tecta fuiſſe, demonſtrat,
d.l malum, 142. D. de verb.ſignif.opinor, augendi ca-
loris cauſſa.nam, vt docet Cornutus in ſat.Perſij IIII.
veteres vbi ſe perunxerant, aliquamdiu in ſole conſi-
ſtebant, vt corpus oleum imbiberet. Perſius:

Vt ſi vnctus ceſſes, & figas in cute ſolem. Iuuenal.

Noſtra bibat vernum contracta cuticula ſolem.

Atque hos puto Heliocaminos à Iuriſconſultis
adpellari, l.ſi arborē, 17. D.de ſeruit.vrb.Cic.ad Att.
lib.12. *Pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo,
à te nitidum ſolem vnctúmque repetemus.* vbi fortaſſe
VVIDVM pro *Nitidum* reponendum eſt. Sed ad rem.
Si vicini (vt ſæpe accidebat) vicina inter ſe ſolaria
habebāt, facilis erat inuicem commeatus. vnde illud
Plauti in Milit.Glorioſ.

*Niſi mirum eſt facinus, quomodo hæc hinc potuerit
tranſire:*

*Nā certè neque ſolariū hic apud nos eſt, hortus nullus,
Neque feneſtra niſi clatrata.*

Cùm autem ita vicina inter ſe ſolaria & hypæthra
eſſent, ne vicinæ inter ſe familiæ curioſiùs inſpice-
rent, præſertim ſi quando vncti (vt dixi) in ſole con-
ſiſterent, moris fuiſſe video, vt vela interponerent.
quorum mentio fit in l.quæſitum, 12. §. ſi domus, D.
de inſtr.vel inſt.leg. Deinceps cetera videamus. Nam
in hac lege illud obſeruatu digniſſimum eſt, non eſ-
ſe veriſimile, quod tamen adfirmari video, ſpacium

A illud decem pedum ad ea mæniana pertinuiſſe, quæ
in viam publicam vtraque ex parte ſpectabant, &
è regione ſiue ex aduerſum ædificata erant. nam ſi
cœli adſpectus tam anguſtus in publica via relinque-
retur, quęnam incolis liberi aeris fruendi facultas re-
linqueretur? eiúſque rei argumento eſt, quod in hac
eadem lege conſtituitur, vt deinceps inter ædificia
vacuum decem pedū interuallum relinquatur, quod
eſſet abſurdiſſimum, ſi ad viam publicam referretur,
B & impoſſibilem mænianorum ædificationem effice-
ret inter quæ par interuallum relinqui iubetur. Cre-
do igitur priorem huius legis partem, quæ ſpacium
inter mæniana definit, ad viam publicam referendā,
quam multò latiorem pedibus decem fuiſſe oportet:
alteram verò legis partem, quæ ambitum ædium de-
finit, ad altera ædium latera pertinuiſſe, in quibus æ-
dificari mæniana non poterant: & nouum Theodoſij
inſtitutum hoc fuiſſe, vt ædium ambitus quem lex
XII.tab.pede ſeſtertio, hoc eſt ſpacio duorum pedum
C & ſemipedis, definierat, deinceps quadrupletur, ſitq;
pedum, vt Theodoſius ſtatuit, decem, quod etiam
Rex Gundebaldus in Burgundionum legibus his te-
ſtatur verbis: *De ſeruitute luminis, vel aëris ſimiliter cō-
ſtitutum, vt inter priuatorum fabricas decem pedes: inter
publicas quindecim dimittantur, ſecundum legem Theo-
doſij.* Illud verò etiam oſtendit l.9.huius tit.vbi quin-
decim pedum ſpacium, quòd inter priuata & publica
ædificia relinqui iubetur, perſpicuè referendum eſt
non ad viam publicam, ſed ad altera duo ædium la-
D tera: vt facilè appareat, ſpacium illud inter mæniana
relinqui iuſſum, non ad oppoſita ex aduerſum & è re-
gione mæniana referendum eſſe, ſed ad ea quæ in vno
eodémque viæ publicæ latere exſtruebantur. cuius
rei documento eſſe poteſt, quod Imp.Leo tam multis
verbis ſcribit, ſpacium illud idcirco inter mæniana
relinqui iuſſum, ne vicinæ familiæ inter ſe reſpectare
ac ſpeculari poſſent: fortaſſis etiam ne ab vnius ædi-
bus in alias tranſiretur: quemadmodum ſuperiùs ex
Plauti Comœdia demonſtrauimus. Poſtremò in hac
E lege obſeruandum fuit mendum apertiſſimum in vo-
ce OBSTRVCTIONE, pro qua EXSTRVCTIONI reponē-
dum eſt: vt ſit ſenſus, Si quis volet mæniana è regio-
ne publici horrei exſtruere, is ita ſuum ædificium in-
ſtituat, vt mænianorum exſtructioni quindecim pe-
dum interuallum ſeruet. Quin ne illud quidem præ-
termittendum eſt, permirum meritò videri poſſe, cur
cùm & Theodoſius & Zeno tam apertè leges iſtas
duas ſcripſerint de modo Exoſtarum & Heliacorum,
decémque pedum interuallo inter Exoſtas relin-
F quendo, tamen Imper. Leo in d.Nou.ſcribat, nullum
ſuperiorum Imperatorum quidquam ea de re conſti-
tuiſſe. niſi fortè dicamus, hanc quidem Theodoſij le-
gem apertè ad ſola mæniana (quæ in viam publicam
ſpectabant, & ad ſolas prouinciales ciuitates, in
quibus ædificabantur, pertinuiſſe: legem Zenonis ad
ſolam Conſtantinopolim: id quod negari certè non
poteſt: Leonem autem de ſolariis & hypæthris tan-
tùm ſcripſiſſe, ſed eius legem generaliter ad omnes
imperij ciuitates pertinuiſſe.

G

*Ad l. eos qui iure, 40. D. de ſeruit. urban. prædior.
Paries cæcus. Vni altero inuito in re communi
nihil facere licet.*

CAP. XXXI.

NIHIL in hac lege mutandum eſt, ne ſi Har-
menopuli quidem & Græcorum omnium
accedat auctoritas.lib. epit.2. & Baſilic.58.

tit.7. rectéque in omnibus & vulgatis & manuſcriptis legitur PARIETE COMMVNI. neque pro *communi* reponendum eſt CAECO. nam paries inter vicinos medius, aut alterutrius illorum proprius eſt, aut vtriuſque communis. Si meus eſt, nulla dubitatio eſt, quin pro meo iure aperire cæcum parietem poſſim. quippe, quem pro eodem iure poſſum etiam euertere: ex contrario ſi ſolius vicini eſt, nihilomagis dubium eſt, quin eum niſi conſtituta ſeruitute aperire non poſſim, l.altius, 8.C.de ſeruit.& aqu.neque veriſimile eſt, vel tam ſtolidam conſultationem Paullo propoſitam fuiſſe, vel illum voluiſſe ſuum ad talem conſultationem reſponſum literis & memoriæ mandare. Sin autem paries communis eſt, tum verò non immeritò quæri poteſt, an per parietem communem mea mihi lumina immittere in vicinum ædificium liceat. nam dubitandi cauſſa hæc ſubeſt, quoniam in re communi neutri dominorum ius eſt quidquam inuito altero facere: ac ne communem quidem parietem reficere, l.8.l.in re.26. D. de ſeruit.vrban.l.Sabinus, 28.D.commun.diuidund.l.an vnus, 11.D.ſi ſeruit. vind. Sed Paullus ita demum hoc vicino non licere reſpondit, ſi ius luminis immittendi non habuit. quibus verbis ſignificat, ſi ius illud habuit, ſi luminum ſeruitus ei debebatur, tum licere. Quare videndum eſt, quemadmodum in pariete communi luminis ſeruitus conſtitui poſſit. Et quidem in ipſo pariete communi non poteſt. quoniam nulli res ſua debere ſeruitutem poteſt, neque tota, neque ex parte d.l.in re. res autem communis pro parte vtriuſque ſocij propria eſt. Quid ergo eſt? nimirum etſi in pariete communi deberi ſeruitus non poteſt, tamen per parietem communem poteſt: vt ſcilicet per parietem communem meas feneſtras in tuum ædificium immittam. Quid verò ſi etiam in pariete communi ius immittendæ feneſtræ longi temporis præſcriptione adquiſiero? quo caſu cæcus paries non eſt, ſed apertus & feneſtratus. & tamen mihi ius erit aperire per alteram partem, per quam ſeruitutem non habeo, atque vti confeſſoria actione, mihi ius eſſe feneſtram in ædificium tuum immittere. Quare & Græcorum errorem, vt refutatione indignum, planè repudio: & vſitatam ſcripturam, vt magno Iuriſconſulto dignam, retinendam cenſeo.

Ad l. ſi per errorem, 15. D. de iuriſdict. Inſcientia nullum habet conſenſum.

Cap. XXXII.

IN hac lege verba illa IN PRAESIDEM vel ex gloſſa incogitantis alicuius interpretis temerè ſumta ſunt, vel cum illis commutanda ſunt, IN PRAETOREM. quod cuiuis quãtumuis lippo perſpicuum eſt. Illud maiore obſeruatione dignum eſt, in fine legis, pro IMPERITIAM, reponendum videri INSCIENTIAM. quod hoc modo planum fieri poterit. Ius hoc fuit Romæ, ſi litigatores ſcientes prudentes in eum Prætorem cuius de ea re iuriſdictio non eſſet, conſentirent, vt quod is ius dixiſſet, ratum eſſet, l.1.D.de iuriſd. Qui de pecunia credita litigabant, cùm crederent L. Titij Prætoris fideicommiſſarij illam iuriſdictionem eſſe, conuenerunt, vt in ius ad illum adirent. itáque adierunt. Prætor decreuit. quærebatur, an ratum illud decretum eſſe oporteret. Dub. cauſſa eſt, vt ratum eſſe videatur, quia cùm ſua ſponte ambo copulati ad illius tribunal

A adierint, in eum conſenſiſſe, inque ea voluntate perſeueraſſe videntur, l.ſi conuenerit, 18.D.h.t. Contrà tamen Vlpianus reſpondit, quia neq; conſenſus, neque conuentio, neque voluntas ſine vera & certa ſciẽtia intelligitur, l.2.D.de iudic.in illis verbis: *Conſenſiſſe videntur qui ſciunt ſe non eſſe ſubiectos iuriſdictioni, & in eum conſentiunt*, item in l.1.Cod.de iuriſdict. *Et vos incongruum eſſe vobis iudicem, ſcientes tamen audientiam eius elegiſtis.* Quare ſcientia requiritur, vt
B conſentire aliquis dicatur. INSCIENTIA enim nullum habet conſenſum: vt ait l.ad probationem, 23.Cod.de locat. nulla voluntas eſſe intelligitur, niſi ſcientis: ait l.ſæpe, 63.D.de re iudic.& quod certo conſilio faciendum eſt, niſi certa & vera ſcientia fieri non poteſt, l.in totum, 76.D.de regul.iur. Quod cùm ita ſit, & inſcientia errorem pariat, totúmque hoc ius in litigatorum ſcientia aut inſcientia poſitum ſit, non dubitandum videtur, quin pro IMPERITIAM Vlpianus ſcripſerit INSCIENTIAM. nam quale tandem ęnigma illud
C eſt, *Error imperitiam detegit*? cùm error & imperitia idem ſint, l.ſed hoc, 20.D.de adq.& adq.pluu. At cùm dicimus *Error inſcientiam detegit*, hoc ſignificamus, Cùm inſcientia litigatoris errorem illum pepererit, perſpicuum eſt eius errorem & falſam credulitatem oſtendere eum inſcientem & imprudentem id feciſſe. ac proinde cuius ſcientis actus vtilis & efficax fuiſſet, eius inſcientis actum inutilem & inefficacem eſſe oportere, l.1.l.7.l.quod quis, 50.D.de cond.indeb.l.cuius, 53.D.de regul.iur. neque enim videntur qui errant
D conſentire, l.nihil, 116.D.eod. neque vlla voluntas errantis intelligitur, l.ſed hoc, 20.D.de adq.pluu.

Ad l.ſinguli 14.Cod.de accuſationib. Accuſare per procuratorem ſuffragia emendicata.

Cap. XXXIII.

E TRIA ſunt in hac lege Obſeruatione digna. Primùm eſt, Triboniani falſitas, qui ea fingit Imperatores ſcripſiſſe, de quibus nihil cogitarunt. nam cùm authenticum horum Impp. reſcriptum eò ſpecialiter pertineat, vt iudex qui decurioni atrocem iniuriam intulit, non per Procuratorem ab ordine deſtinatum, ſed per præſentem, qui ſe in crimen ſubſcribat, apud præfectum prætorio accuſetur, l. conceſſum, 15.C.TH.de accuſat. tamen Tribonianus ſic illud interpolauit, vt in aliam partem detorqueret: nempe, vt præfectus prætorio,
F non ordinis decretum, & ea quæ perſonæ publicæ ad ſe deſtinatæ mandata eſſent, ſpectaret: ſed & accuſationem & ſubſcriptionem & idoneam criminis probationem exquirat. quia vetus regula iuris eſt, ne per procuratorem accuſare liceat, l.penult.D.h.t. quinctiam ita contexta hæc lex eſt, vt recipere contrariam interpretationem poſſit. nam Emendicata decurionum ſuffragia ſic accipere poſſumus, quaſi obtinendę commendationis cauſſa eblandita. Cicero pro Sextio: Recita quid decreuerint Capræ decuriones. DE-
G CRETVM DECVRIONVM. Non recito decretum officio aliquo expreſſum vicinitatis, aut clientelę, aut hoſpitij publici, aut ambitionis aut commendationis gratia. Alterum notatu dignum eſt, quod DECRETORVM vicioſè ſcriptum videtur, pro DECVRIONVM. non enim, aut ſuffragia decretorum, aut emendicata decretorum ſuffragia dici poſſunt. Decreta enim ſunt vniuerſorum. Duobus autem verbis Impp. vſi ſunt, non

ad vni-

ad vniuerſos, ſed ad ſingulos propriè pertinẽtes. nã & Emẽdicatio ſtipis intelligitur à ſingulis: & ſuffragia vel pũcta ſunt, vel voces ſingulorũ. atq; ita Emẽdicata ſuffragia vſurpantur in l. ſcriniis, 7. C. de palatin. ſacrar. largit. & l. qui ad ſacerdotium, 75. C. TH. de decurionib. præterea ſuffragia tamquã cauſſæ ſunt decretorum: ipſa verò decreta ſuffragiorum effectus. Tertium animaduerſione dignum eſt, quòd verba hæc *Relationibus à publicis perſonis deſtinandis*, nequaquam ad ea quæ Notoria vel Notaria dicebantur, pertinent: ſed ad ea, quæ mãdata & iniuncta ſunt perſonis, ad præfectum præt. deſtinandis, vt decurionum nomine illi exponant, & referant. vt ſit ſenſus, Non eſſe fidem temerè tribuendam aut literis Decurionũ fauore & gratia expreſſis, aut relationibus factis ab iis perſonis, quæ publicè ad præfect. præt. criminandi alicuius cauſſa mittuntur. nam hoc ferè ſenſu Relationis quoque verbum vſurpatur in l. ſecunda, Cod. de naufrag. l. 2. C. de relat. l. iubemus, 34. C. de adpellat. Notoria verò ſiue Notaria fuere denunciationes, quę per officium, hoc eſt per apparitores præſidum ipſis præſidibus fiebant, l. 6. D. ad Turpill. quos apparitores olim Stationarios dici ſolitos, teſtatur l. ſi quis, 31. C. TH. D. de epiſc. eccleſ. & cler. de quibus notoriis cum ſatis cautum eſſet in l. 7. C. h. t. ſuperuacaneum fuiſſet iterum de iis in hac lege conſtituere.

Ad l. per curatorem, 90. D. de adquir. hered. Hereditas an rectè adeatur per procuratorem: item Curator an admittatur in ſollemnibus.

Cap. XXXIIII.

VTRAQVE ſcriptura bona eſt, & vulgaris & Florentina. nam hereditas neque per curatorem adiri poteſt, neque per procuratorem. ſed cùm & Accurſiani & Haloandrini & manuſcripti libri, quorum quidem habere mihi copiam licuit, ſcriptum habeant PROCVRATOREM, facilè mihi perſuadeo, primam ſyllabam à Florentinarum ſcriptore prætermiſſam fuiſſe. Hereditatis enim aditio legis actio eſt. vti docuimus cap. Illuſt. quæſt. 34. Omnes autem legis actiones agentis præſentiam requirunt, neque alieno nomine fieri poſſunt, l. nemo, 123. D. de reg. iur. denique familiæ mancipatio quæ in teſtamentis adhibebatur, inter duos præſentes, teſtatorem ſcilicet, & familiæ emtorem fiebat: vt ait Vlpian. titul. Regul. 20. Et ob eam cauſſam, quoniam, inquam, hereditatis aditio legis actio eſt, quæ præſentiam requirit, ſenatores R. qui heredes in prouinciis inſtituti fuerãt, liberam à ſenatu legationem impetrare ſolebant, vt ſibi eò proficiſci, & hereditates ſibi relictas adire liceret, l. 14. D. de legatio. Cicero Agraria 2. *Hereditatum obeundarum cauſſa quibus vos legationes dediſtis, tamen auditus profectò, quàm graues eorum aduentus ſociis veſtris eſſe ſoleant.* Cùm autem ius hoc eſſet commune, tamen Priuilegium Cæſaris hoc fuit, vt adire per ſuum procuratorem hereditatem poſſet, l. 1. §. vlt. D. de offic. proc. Cæſ. Porrò quæ cauſſa procuratorem in hereditatis aditione non admittit, eadem ab illa curatorem excludit, niſi fortè ſi quando aliter res expediri non poteſt. velut in muto inſtituto, l. ſeruo, 65. §. pen. D. ad Trebell. & eadem cauſſa eſt, cur dici ſoleat in ſollemnibus (quales ſunt legis actiones) non admitti Curatorem, l. curatorem, 19. D. de auct. tut. l. cùm in vna, 17. §. 1. D. de adpellat. Deinceps de tutore videamus.

A Quod enim reſponderi video, *vt per procuratorem adiri hereditas non poteſt, ita nec per tutorem niſi pupillus infans ſit: l. potuit, Cod. de iur. delib. l. ſeruo inuito, § ſi pupillo, D. ad Trebell.* quaſi pupillus infans per tutorem hereditatem adeat: vereor vt ſatis probari poſſit. nam in neutra certè illarum legum hoc reperietur. ſed contrà potiùs apertiſſimè Mætianus ſcribit, bonorum quidem poſſeſſionem adquiri per infantis tutorem poſſe: l. ſi pupilli, 11. D. de bon. poſſ. (quippe,
B quæ adquiri etiam per procuratorem poteſt) hereditatem autem adquiri tutore auctore, *Sine heres*, inquit Mætianus, *inſtitutus infans eſſet, pro herede tutore auctore gerere poſſe videtur. ſiue de bonorum poſſeſſione agitaretur, peti ei per tutorem poſſet.* Quid igitur dicemus? nam infanti certè ſubueniendum eſt, vt eodem loco Mætianus ſcribit. Sed paulò ante ſubueniendi modum oſtenderat: nempe, vt ſeruus infantis tutore auctore adiret: & cretionis verba pronunciaret. quæ ratio propter vtilitatem pupillorum paribus in cauſſis
C obſeruabatur: vti paret ex l. 2. & l. ſeruum, 6. D. rem pupill. ſalu. for. Cur autem bonorum poſſeſſio adquiri per procuratorem poſſit, non ea cauſſa eſt *quia ius ciuile eſt aſperum & directum, ius prætorium mite & moderatum*: ſed quoniam hereditatis aditio, item vt ceteræ legis actiones, ſollemniter & certo ritu certáque verborum formula fiebat: bonorum autem poſſeſſio totúmque ius Prætorium ſollemnitatum & formularum expers eſt.

D

Ad titul. Cod. vt nemini liceat in emt. ſpecier. Emtio, coemtio, canon frumentarius, commeatus, σιτώνησις.

Cap. XXXV.

NON ſatis cauſſæ video, cur quidquam in hoc titulo mutetur: aut pro EMTIONE reponatur COEMTIONE, niſi veterum librorum cogat auctoritas. primùm quia
E quæ Coëmtio eſt, eadem certè ſimpliciter etiam Emtio eſt. itaque Emtum non Coëmtum frumentum dicebatur, quod prouinciæ populo Rom. quotannis certo precio æſtimatum mittebant: vt paulò poſt dicemus. deinde quia pari, &, quod idem valet, vocabulo paſſim adpellatur Comparatio: velut in C. Th. libr. XI. titul. XV. *De publica comparatione.* & l. 1 & ſeq. eod. titul. & l. 1. & l. vlt. C. de quib. munerib. vel præſtat. l. 1. C. vt nemin. lic. in emt. ſpec. quæ tamen à Græcis modo συνωνὴ vocatur, vt ſæpe in l. 2, C. eod. in-
F terdum etiam συνώνητον. velut in l. 1. d. tit. *Ad comparationem diuerſarum ſpecierum quod Synonetum adpellatur, actores procuratoréſque*, &c. Vtrumque à verbo συνωνέομαι. Herod. lib. 1. vbi de Cleandro loquitur Commodi Imp. familiari: ἀθροίζων χρήματα καὶ σῖτα πλεῖστον συνωνούμενος, καὶ ἀποκλείων, ἤλπιζε προσάξεσθαι τόν τε δῆμον, καὶ τὸ στρατόπεδον. Ac pari modo vbi ſcriptum eſt in d. l. 1. vt nemin. lic. *Cum in quacumque prouincia fuerit indicta ſpeciei alicuius comparatio*: auctores Baſilic. ſic ediderunt, συνωνὴ τινος εἴδους. vbi ſcri-
G ptum eſt in l. vlt. C. de frum. vrb. Conſt. *Ad coëmtionem frumentariam*, εἰς προχρείαν συνωνῆς. vt facilè appareat, quinque hæc vocabula συνωνὴν, συνώνητον, comparationem, emtionem, coëmtionem, promiſcuè vſurpari, pro commeatu publico qui Principis auctoritate in prouinciis pari precio comparabatur, quo in foro venibat, vt certis ciuitatibus aut exercitui ſuppeditaretur. nam de

commeatu Romanæ vrbis mentio fit ſub tit. Cod. de canon. frument. vrbis Rom. vnde intelligitur, certum illum & quaſi legitimum frumenti numerum, qui quotannis mittebatur, Canonem adpellari ſolitum. Ioſephus quidem libell. Iud. 2. cap. 16. ſcribit Alexandrinos ſua ætate quattuor menſium annonam plebi R. quotannis ſuppeditaſſe. Verùm ea non coëmtio erat, ſed vectigal. De commeatu Conſtantinopoleos, mentio fit ſub. titul. ſequent. & apud Socratem lib. 2. capit. 13. vbi ex Alexandria quoque certum commeatus modum ſine precio quotannis illuc deportari ſolitum teſtatur. Poſtea verò Imperatoribus placuit, ex finitimis regionibus Alexandriam quoque comportari, l. 2. C. de frument. Alexand. poſtremò de commeatu publico exercitus, teſtimonio eſt l. 2. Cod. de quib. munerib. Etſi autem alia vis eſt vocabuli συνωνῆς, alia σιτωνῆς, aut σιτωνίας plerumque tamen his duobus illud continetur. propterea quod σιτωνὴ dicitur quaſi σιτώνησις, frumenti coëmtio, l. 2. D. de vacat. & immun. & ſub Rubr. Cod. de munere ſitoniæ, lib. 10. Pedianus autem teſtatur Frumenti Decumani aut æſtimati nomine omne genus penſitationis contineri, Canonis, Oblationis, Indictionis. Item alio loco, qui ad inſtitutum noſtrum pertinet, Sicilia, inquit, dabat decumanum frumentum, quod ab aratoribus exigebatur ſine precio: dabat emtum pro quo ex S.C. pecunia ſoluebatur: dabat æſtimatum, quod decretum Prætor in cellam, hoc eſt in vſus cellæ æſtimare ſolebat, accipiens: cùm interdum pro frumento pecuniam ſumeret.

Ad l. vſufructuarius, 61. D. de vſufructu. Imponere riuum, columnas, tigmum.

Cap. XXXVI.

NIHIL in hac lege mutandum cenſeo, neque placet RIVVM pro TECTORIVM ob eam vnam cauſſam reponi, quia nemo vnquam ſic loquutus eſt, *Parieti riuum imponere*. non certè ſi de eo riuo Neratius hic ageret, de quo Prætor interdixit ſub Rubr. de riuis. Sed riui nomine hoc loco vel fiſtulam intelligi contendo, vel flumen: de quibus exſtat hæc Proculi ſententia: *Fiſtulæ, quibus aquam duco, ſi ruptæ parietem tuum inundant, rectè mecum ages ius mihi non eſſe flumen ex meo in tuū parietem fluere.* l. fiſtulas, 13. D. de ſeruitut. vrb. Quemadmodum igitur tueri quidem fructuario vetus parietis tectorium, aut atrij pauimentum licet: l. vſumfr. 7. §. vlt. D. de vſufr. nouum autem imponere, non licet: l. 44. D. eod. ita fiſtulas, tubulos, canales, riuos, ſtillicidia, flumina vetera tuendi quidem ius habet: noua autem inſtituendi, non habet. Neque verò illo dicendi genere offendi quemquam oportet, *Parieti riuum imponere*. nam eodem modo dixit idem Neratius, *Parieti tectorium imponere*: d. l. 44. Vlpianus autem *Super parietem columnas imponere*: l. 8. §. 1. D. ſi ſeruit. vind. & Caius: *Tignum in parietem immittere*: l. poteſt, 16. D. commun. præd. & Q. Mutius, *Fiſtulam in riuo ponere*: l. Quinctus, 15. D. de ſeruit. ruſtic. & Pomponius, *Fiſtulas per quas aqua ducitur, ædibus alienis applicare*: l. ſi fiſtulæ, 18. D. eod. Quin ne illud quidem omittendum videtur, valde abſurdum futurum fuiſſe, ſi Tribonianus vnam eandémque vnius eiuſdémque Iuriſconſulti ſententiam bis ſub vno eodémque titulo vnis eiſdémque verbis poſuiſſet. Denique, vt rem vno verbo tranſigamus, Riuum in ea-

A dem re vſurpari, hoc eſt pro aquæ canali parieti adplicato, patet ex l. 5. §. ſi quis viuos, & §. ſeq. D. de oper. nou. nunc.

Ad l. ſtatuliberi, 29. D. de ſtatuliberis. Quæ ſit ſtatuliberi condicio in delictis.

Cap. XXXVII.

B NE hoc quidem loco mutandum quidquam eſt, præter vnum illud exiguum, quod Haloander docere moleſtos & dociles homines potuit: vt in fine principij pro ET IDEO ſcribatur IDEO ET. primùm quoniam auctores Baſilicon ſcripturam hanc retinuerunt: καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐγκλήμασι τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις δούλοις ὑφίστανται. deinde quoniam Vlpian. in l. moris, 9. §. vlt. D. de pœn. dilucidè oſtendit, ius iſtud ſiue à Q. Mutio, ſiue à Pomponio traditum, ante D. Pij conſtitutionem obſeruatum fuiſſe. *Statuliberum*, inquit, *quaſi liberum*
C *iam puniendum, D. Pius Saluio Martiano reſcripſit.* Quorſum enim id D. Pius conſtituiſſe diceretur, ſi ante ipſius conſtitutionem hoc ius fuiſſet? deinde quorſum illa particula IAM pertineret, niſi aliud antea iuris fuiſſe ſignificaret? quam conſtitutionem Modeſtinus ſecutus eſt in l. ſtatuliber, 14. D. de quæſtionib. tametſi fatendum eſt, non ita liquidum hoc ius per ea tempora in tormentis & quæſtionibus ſeruilibus fuiſſe, quæ propter aliorum crimina adhibentur, vt fuit in propriis ipſorum criminibus. nam
D cùm & D. Pius & alij reſcripſiſſent, de ſeruis poſſe quæſtionem haberi in cauſſis pecuniariis, ſi aliter erui veritas non poſſet: tamen de ſtatuliberis aliter obſeruatum Martianus tradit in l. Diuus, 9. §. vlt. D. eod. ſed & Paullus ſtatuliberum in adulterij à domino ſuo commiſſi cauſſa torqueri poſſe, teſtatur l. edictum, 8. §. vlt. D. eod. Tryphoninus autem ita torqueri etiam aliis in cauſſis poſſe, ſi aliorum quæſtionibus oneretur, l. is cui, 19. D. eod. Denique quis non videt mutationem illam SET NON, pro ET IDEO, nimium
E quantum à receptæ ſcripturæ veſtigiis abhorrentem, ferri ab auribus eruditis non poſſe? præſertim cùm Haloandri ſcripturam & elegantem & vſitato Pomponij ſtilo maximè conſentaneam eſſe conſtet.

Ad l. vlt. D. de ſolut. Mandatum morte exſtingui: & mandati dua genera.

Cap. XXXVIII.

SI qua lex in libris noſtris incorrupta eſt,
F hanc eſſe incorruptiſſimam arbitror. nam cùm peruulgatum iuris præceptum ſit, mandatum morte mandatoris exſtingui: l. mādatum, 15. C. mandat. Paullus tamen ita concipi & formari poſſe mandatum oſtendit, vt etiam poſt mandatoris mortem effectum habeat. veluti ſi obligatio non præciſè ex mandato, ſed potius ex ſtipulatione conſiſtat. exempli cauſſa, ſi tibi mandauero, vt à Titio debitore meo ſtipuleris tibi poſt mortem meam ſolui, & is tibi ſoluerit, heres tamen meus ab illo ni-
G hilominus pecuniam petat: quæritur an rectè tibi ſoluerit, hoc eſt an ſit liberatus. Dubitandi cauſſa eſt, vt non rectè ſoluiſſe videatur, quia mandatum morte diſſoluitur: ſiue (vt planius eloquamur) vis omnis mandati morte mandatoris euaneſcit. æquiſſima ratione, quia finita voluntate mandatum exſtinguitur, leg. ſi verò 12. §. ſi mandauero, D. mand. mandatoris autem voluntas morte ipſius finitur

finitur. qua de cauſſa debitor cui ſimpliciter mandatum eſt, vt Titio ſolueret, ſi ſciens mandatorem mortuum Titio ſoluat, non liberatur, d. l. inter, 12. §. 2. D. eod. l. cùm pater, 77. §. Mæuio, D. de legat. 2. quod idem ſimiliter traditur de pacto inter creditorem & debitorem conuento, vt alteri ſoluatur: quod pactum mandati vim obtinere, patet ex l. ſi cum, 82. D. de ſolut. Contrarium tamen Paullus reſpondet, & hanc cauſſam ſubiūgit: *quia talis eſt lex obligationis* in diem contractæ: quod ſic interpretor: quia quamuis mandatum morte diſſoluatur, tamen obligatio de ſoluendo poſt mortem meam per ſtipulationem contracta, poſt mortem meam durat: vt dixit Iulianus in l. inter cauſſas, 26. D. mandat. nam mandando tibi vt ab eo ſtipulere, ſimul intelligor ei mandaſſe, vt tibi promittat: ac proinde non amplius mihi ſit efficaciter obligatus. debitor autem iuſſu creditoris alicui ſoluens, æquè à ſuo creditore liberatur, ac ſi creditori ipſi ſoluiſſet, l. inuito, 12. C. de ſolu. l. fugitiuus, 19. D. eod. l. ſi ſolutum, 11. §. ſolutam, D. de pignor. act. Vnde obiectionis ſolutio intelligitur: quod mandatū de ſtipulando non eſt poſt mandatoris mortem collatum, ſed ita conceptum, vt ipſo adhuc viuente non modò impleri poſſet, verùm etiam impletum ſit. obligatio verò dandi per ſtipulationem contracta poſt tempus mortis collata eſt. certum eſt autem, ſtipulationem rectè in diem & tempus conferri. Quod ſi me mortuo rectè ſoluitur, etiam me inuito ſolui tutò poteſt: vt Paullus ſubiungit. quippe, cùm non tam ex meo mandato, quàm ex mandatarij ſtipulatu ſit obligatus, l. aliud, 106. D. de ſolut. Atque hæc quidem de priore legis parte hactenus dicta ſint. nunc poſterior pars videnda eſt, in qua Paullus ſubiungit, aliud eſſe, ſi mandatum ita poſt mortem collatum eſſet, vt non niſi poſt mortem impleri poſſet. veluti ſi debitori meo mandaui, vt tibi poſt meam mortem ſolueret. nam cùm deſinente voluntate mandatum deſinat, perſeuerare mandati obligatio, exſtincta per mortem voluntate, non poteſt. Verùm huic reſponſo aduerſari quamplurimæ leges videntur, vbi traditur mandatum rectè poſt mortis tempus conferri, ac tum mandatoris morte non exſtingui. velut in l. mortis, 18. §. Titia, D. de mort. cauſſ. vbi Iulianus ait, mandatum vt debitori ſuū chirographum poſt mandatoris mortem reddatur, morte non exſtingui. Quare intelligendum eſt, duo eſſe genera mandati, aliud enim eſſe negocium ſiue contractum inter viuos: aliud verò mortis cauſſa, atque idcirco ad vltimæ voluntatis ſpeciem referri, quia non niſi poſt mortem obiri atque impleri poteſt. Cuius generis mandatum illud eſt, de quo Iulianus reſpōdit. neque enim ad contractum ſiue actum inter viuos ſpecies illa pertinet, ſed mortis cauſſa donatio fuit, cuius madatarius erat conſcius: vel potius fideicommiſſum, cuius vis niſi poſt mortem nulla eſt. Dixi autem Cuius mandatarius erat conſcius: propter, l. cùm pater, 77. §. Mæuio, D. de legat. 2. vbi Papin. diuerſum eſſe oſtendit, ſi debitor cui creditor animo mortis cauſſa donandi mandat at vt Titio debitam pecuniam ſolueret, illam donandi voluntatem ignorabat, ſed ſimplex ſoluendi mandatum eſſe putabat: quia ſimplex eiuſmodi mandatum morte diſſoluitur, vt diximus ex l. inter, 12. §. 2. D. mandat. Quod eodem dicendum eſt de mandatis quæ non niſi mortis cauſſa iniunguntur. veluti vt monumentum fiat: vel fundus ematur, in quo monumentum aut ſepul-

A ctum fiat, l. ſi vero, 12. §. vlt. & l. ſeq. D. mandat. nam illa mandata nequaquam ad edictum Prætoris de contractu mandati & ad actus inter viuos pertinent: ſed potius ad vltimas voluntates: veluti cùm teſtatores funeris ſui curam alicui mandant, l. etſi quis, 14. §. 2. & § idem Labeo, 12. D. de religioſ. item cum funerandi munus delegatum alicui dicitur, l. ſi quis, 12. §. 2. D. eod. vel monumenti faciendi munus alicui mandatur, l. in teſtamento, 27. D. de cond. & demonſtr. Quinetiam cauſſæ quædam fauorabiles ſunt, quibus hoc ſingulare ius conceditur, vt mandatum morte non exſtinguatur. veluti dotis cauſſa, cuius fauor hic eſſe dicitur, vt mandatum de muliere dotanda mandatoris morte non exſtinguatur, l. ſi ego, 9. §. 1. D. de iur. dot. quod ius fortaſſis ad ſimiles pias cauſſas produci poteſt. Nihil autem huc pertinet, quod Caius ſcribit in l. ſi quis alicui, 27. §. 1. D. mand. ſi ſeruū ea lege tibi tradidero, vt eum poſt meā mortem manumittas, obligationem conſiſtere. quoniam mandatū quidem exſtinctum eſt, vt ſuperius ex Iuliano dicebamus: ſed obligatio propter pactum in contractu emtionis adpoſitum perſeuerat: quia talis eſt lex obligationis in diem & tempus collatæ. Quæ cùm ita ſint & Paulli ſententia cōmoda, commodiſque verbis concepta ſit, nequaquam ordo verborum huius legis ſic immutandus eſt, vt ita legatur: *Ei qui mandato meo ſtipulatus eſt, poſt mortem meā rectè ſoluitur*: primùm, quoniam ſubiecta verbis illis ratio *Quia talis eſt obligationis*, neq; ſententiā idoneam vllam haberet, neque vlla ex parte cum ſuperiorib. cohæreret: deinde quoniam æquè ſtulta fuiſſet Paulli reſponſio, vt Conſultoris quæſtio, de ea ſpecie in qua dubitandi cauſſa nulla omnino fuiſſet. quod idem eodémque modo de poſteriore legis parte dicendum eſt. Quídni enim aliquis mandati meo alteri obligatus æquè illi poſt meam mortem rectè ſoluat, vt poſt meam vel ambulationem vel æquitationem? Sed iam reliqua videamus.

Ad l. filius, 42. D. de bon. libert. An adoptatio bonorum poſſeſſionem impediat: item an exheredatio ius petendæ b. p. adimat.

CAP. XXXIX.

MENDOSA certè hæc lex eſt, ſed non qua in parte remedium adhiberi video: verùm illo potius loco, TALIS ADOPTIO NOCERET. Scribendum eſt enim NON NOCERET, antiquis libris auctoribus, de quibus Accurſius teſtatur: ſed præſertim poſtulante atque adeò flagitante ſententia. Abſurdum eſt enim dici adoptionem nocere ad petendam bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti: cum Prætor eam æquè adoptatis vt non adoptatis deferat, ſi modò non emancipati, ſed in poteſtate retenti ſint, l. 1. §. 4. D. contr. tab. l. 1. §. liberos, D. ſi tabu. teſtam. null. l. ſi libertus, 23. l. patroni, 39. D. de bon libert. quippe cùm ius patronatus capitis minutione non perimatur, l. ſed ſi hac, 10. §. 2. D. de in ius vocan. l. 4. D. ſi tab. teſt. nul. Cauſſa igitur ita conſtituenda eſt: Titius cùm duos haberet filios, vnum exheredauit: alterum heredem reliquit. Qui heres exſiſtit, fratrem exheredatum adrogauit, atque ita herede eo relicto deceſſit. Qui exheredatus fuerat, contra tabulas liberti paterni, à quo præteritus fuerat, bonorum poſſeſſionem

T ij

petebat. Quærebatur, an admitti deberet? Dubitandi cauſſa eſt, (& hæc tandem vera reperietur.) vt admittendus videretur, quia quamuis exheredatio ius illius petendæ poſſeſſionis adimat, l. 8. D. de contr. tab. tamē hic exheredatus nō petit bonorū poſſeſſionem, tamquam liberti Titii patris ſui naturalis, à quo exheredatus eſt: ſed tamquam liberti patris ſui adoptiui, à quo heres relictus eſt: & per adoptionem ius illud amiſſum recuperauit. adoptiui enim ſi modò in poteſtate retēti ſint, ad hanc bonorum poſſeſſionem admittuntur: vt paulo antè dictum eſt. Cùm igitur & per adoptionem ius petendæ poſſeſſionis recuperarit, & à patre adoptiuo heres relictus ſit, & eam poſſeſſionem petat tamquam liberti patris adoptiui, æquum eſt, eum ad illam poſſeſſionem admitti. Contrà tamen Papin. reſpondet: quoniam, inquit, cui non exheredato talis adoptio non noceret, eidem exheredato prodeſſe non debet. nam verbum NOCERE quod ſecundo loco poſitum eſt, Papinianus vſurpauit pro *Non prodeſſe.* quod etiam Accurſius animaduertit: quamuis ſententiam non viderit. Idque etiam ſubiecta ratio dilucidè oſtendit: *quoniam*, inquit, *quæ pœna legibus aut edicto exheredatis irrogatur*, vt à bonis libertorum excludantur, *adoptionis remedio non obliteratur.* hoc eſt, quoniam iniquum eſt adoptionis cōmentum exheredatis prodeſſe: iniquum eſt, inquam, pœnam iuſtæ exheredationis legibus & edictis adprobatam, per adoptionis commentum eludi, & adoptionis figmentum ad illudendam legum pœnam valere. Quid verbis opus eſt? nam cùm Paullus ad hoc præceptoris reſponſum notam infraſcriptā ſubiungit, perſpicuè oſtendit verbum NOCERE pro non PRODESSE vſurpatum fuiſſe. Nam ſuperiorem obiectionem noſtram, & opinionem Papinianicæ contrariam adprobans, ita ſcribit: *Ei qui alio iure venit* (nempe adrogationis) *quàm eo quod amiſit* (nempe per exheredationem) *non nocet id quod per exheredationem perdidit, ſed prodeſt quod habet*: nempe ius adoptionis, quippe quæ illi per exheredationem à bonis liberti patris naturalis ſummoto nouum ius in bonis liberti patris adoptiui tribuit. Ex quo ſolutio argumenti quo Papinianus nitebatur, perſpicuè adparet. Supereſt vt quæramus an ferri hæc poſſet ſcriptura, ſi verborum ordine commutato ita legeretur: *Nā cui non adrogato talis exheredatio noceret, nocere debet adrogato.* quo dici nihil poſſe alienius arbitror: primùm quia ſubiecta ratio de pœna legibus & edictis conſtituta, nō ad adrogationē pertinet, ſed ad exheredationem. Sic enim diſputatur: Pœnam exheredationis per commentum adoptionis eludi non oportere. Deinde quæ mens, vel potius quæ amentia eius eſſet hominis, qui ſic diſputaret: Si non adrogato nocet exheredatio, multò magis adrogato? Cur enim magis adrogato noceret, quàm non adrogato? cùm pœna exheredati non ex adrogatione, vel non adrogatione pendeat, neque quidquam ad adrogationem pertineat: ſed ex eius impietate, quæ iudicio parentis notata eſt.

Qua lege diuortia permiſſa ſint, & quo tempore primum Romæ diuortium contigerit.

CAP. XXXIX.

DIFFICILIOR hæc quæſtio eſt, quàm prima ſpecie videatur. nam ſi lege XII. tabul. diuortia nominatim permiſſa erāt, quid eſt, quod Pōponius narrat, legis actiones, id eſt,

A certas & ſollemnes formulas agendi ea quæ legibus VII. tabul. inſtituta fuerāt eodem ferè tempore à Iuriſconſultis compoſitas fuiſſe, quo leges illę promulgatæ fuerant: l. 2. §. deinde, D. de orig. iur. cùm tamen Agellius lib. 4. c. 3. teſtetur, quingentis ferè annis poſt vrbem conditam, nullas rei vxoriæ vel actiones vel cautiones Romæ apud Iuriſconſultos exſtitiſſe ſed tum primùm neceſſarias eſſe viſas, cùm primum diuortium à Sp. Caruilio factum eſt, anno Vrbis
B ƆXXIII. idque ſummum auctorem Ser. Sulpitium memoriæ mandaſſe. Præterea ſi certum aliquod ius diuortiorum illa lege conſtitutum fuiſſet, quid eſt, quod Cicero lib. de Orat. 1. commemorat, aliquantò ante ſuam ætatem vſu patrum memoria veniſſe, vt paterfam. qui ex Hiſpania Romam veniſſet, cùm vxorem prægnantem in prouincia reliquiſſet, mortuúſque eſſet inteſtatò, & ex vtraque filius natus eſſet, quæſitum de duobus ciuium capitibus fuiſſe: & de puero, qui ex poſteriore natus erat, & de eius ma-
C tre: quæ, ſi iudicaretur certis quibuſdam verbis non nouis nuptiis fieri cum ſuperiore diuortium, in concubinæ locum duceretur: Hæc ille: vbi certa verba ſine dubio ſignificat illa ſollemnia vulgo iam nota ex l. 2. D. de diuort. RES TVAS TIBI HABETO. quæ à Iuriſconſultis poſt illud Caruilianum diuortium compoſita conceptáque fuiſſe, facilè ex aliis conſimilibus intelligitur. Neque verò cogit nos Caius in l. pe. D. de adulter. credere, lege XII. tib. ius aliquod certum de diuortiis ſancitum fuiſſe: quamuis ex ipſius
D libro in XII. tabulas exſcripta ſit: *Si ex lege*, inquit, *repudium miſſum non ſit, mulier adhuc nupta videtur.* Nam legis nomine nihil vetat, quominus legem Iuliam de adulteriis intelligamus, qua lege cautum de diuortiis fuiſſe, perſpicuum eſt ex l. 1. D. vnd. vir. & vx. l. nullum, 8. D. de diuort. l. ſi non, 35. D. de donat. int. quod eodem modo dici poteſt de l. ſi vnus, 27. §. quod & in. D. de pact. & l. de die, 14. & ſeqq. D. de pact. dotal. vbi legibus cautum dicitur, vt dos ſoluto matrimonio A.B.T. die reddatur. Etenim ne his qui-
E dem locis cogimur ad leges XII. tabu. illas Iuriſconſultorum noſtrorum ſententias referre, potius quàm ad illas de diuortiis & adulteriis. Vnus ille Ciceronis vrget locus ex Orat. Philip. 2. qui in libris vulgatis ita legitur: *Mimam illam ſuas res ſibi habere iuſſit: ex duodecim tabulis cauſſam addidit: exegit.* Sed poſtea exorti ſunt magni & eruditi viri H. Ferrarius, P. Victorius, G. Faërnus, qui ex quibuſdā, vt aiunt, manuſcriptis libris eum locum ita commutarunt: *Suas res ſibi habere iuſſit ex XII. tabulis: claues ademit. exegit.*
F Cui cōmutationi cur adſentiri nō poſſim, hæc cauſſa eſt: quia video Ciceronē in Topicis ſatis planè oſtēdere, ius antiquum fuiſſe, vt cuius coniugis culpa diuortiū accidiſſet, is pœnā aliquam ſubiret quod ius copioſè quidem Vlpianus in Regulis exponit, ſed, vt credi par eſt, ex lege Iulia multò magis. quàm ex XII. tab. Neque tamen inficior morib. & Iuriſconſultorū ingeniis inſtitutum fuiſſe, vt ſi vir vxorē exigeret, claues ei ademeret: ſi mulier diuerteret, claues redderet. nam in omnibus ferè legis actionibus eiuſ-
G modi formulas quaſdā interponebāt. ac planè abſurdum eſt, quod illi docti viri tradiderunt morē claues adimēdi lege XII. tabul. nominatim inductum fuiſſe. Iuriſconſultorū, inquam, inuentum hoc fuit: itē vt actio de moribus, & iudicium rei vxoriæ, vbi ſollemnia illa verba poſuerant, QVOD ÆQVIVS MELIVS. Sed ſanè legis XII. tabul. inſtitutum fuit, vt cuius coniugis culpa diuortium accidiſſet, is pœnam aliquam

quam ſubiret: ac proinde qui nuncium remitteret, vt is eius renunciationis cauſſam adderet. quod illo loco planiſſimè Cicero demonſtrat, quem deinceps ita reſtituendum cenſeo: *Res ſuas ſibi habere iuſſit. ex* XII. *tabulis cauſſam addidit. claues ademit. foras exegit.* quod penultimum verbum D. Lambinus ex Nonio feliciter & commodè reſtituit. Quod autem de tempore dotis ſoluto matrimonio reddendæ diximus, etſi Ciceronis ad Atticum epiſtolæ teſtantur, hoc ius multò antiquius lege Iulia de adulteriis fuiſſe, tamen probabilius mihi videtur Iuriſconſultorum inſtitutis, quàm verbis XII. tabularum accepto ferendum eſſe. Nunc proximum eſt, vt ad Pomponij locum reſpondeamus. quo nihil eſt facilius, ſi modò illud meminerimus, quod idem eodem loco demonſtrat, Iuriſconſultos earum potiſſimè rerum formulas inſtituiſſe, quarum aut frequentem aut certè aliquem eſſe in foro & ciuitate vſum perſpexerant. nulla autem per ea tempora, neque duobus pòſt ſeculis Romæ diuortia fuiſſe, deinceps demonſtrandum eſt. Nam in poſtremum illud in hac diſputatione ſupereſt, quo tempore primum Romæ diuortium acciderit. qua in re mirificam licet veterum auctorum diſſenſionem animaduertere. nam Valerius quidem lib. 2. cap. 1. *Repudium*, inquit, *inter vxorem & virum à condita vrbe vſque ad viceſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſit.* quem eundem numerum Dionyſius quoque libro ſecundo prodidit: ὁμολογεῖται, inquiens, ἐντὸς ἐτῶν εἴκοσι καὶ πεντακοσίων μηδένα ἐν Ῥώμῃ διαλυθῆναι γάμον. Agellius autem lib. 4. cap. 3. annum vrbis conditæ numerat viceſimum tertium & quingenteſimum. ſed idem in lib. 17. cap. vlt. *Anno*, inquit, *poſt R. C. quingenteſimo vndeuiceſimo Sp. Caruilius primus diuortium fecit.* vt facilè appareat illum initio capitis rotundum numerum neglecto eo qui excurrebat, ſeruaſſe. Sed quid de Plutarcho dicemus, qui in vita Romuli extrema ſcripſit: ἐν ἔτεσιν τριάκοντα καὶ διακοσίοις. quem eundem numerum etiam in vita Numæ extrema retinuit. Πεντακοσίοις igitur ſine cunctatione repoʋamus: nec tantum auctori præſtantiſſimo peccatum hærere patiamur. Poſtremò Tertullianus in Apologetico annos prodit ferme ſexcentos. cùm tamen in libro de monogamia ſcribat, Poſt annum ſexcenteſimum. vt facilè appareat, nihilominus apud Agellium reponendum eſſe *Sexcenteſimum*, quàm apud hunc *Quingenteſimum*.

Ad l. Publia, 26. §. vlt. D. depoſit.

CAP. XL.

BVDAEVS hanc fuiſſe veterum conſuetudinem oſtendit, vt adſcriberent ET QVOD EXCVRRIT, ſi qua ſumma leuior maiorem fortè excederet. veluti ſi quis deberet (vt in hac ſpecie) ſeſtertium decem millia, & inſuper ſeſtertios quinquaginta numos. ſic enim compendio dicebant: *Seſtertium decem millia, & quod excurrit.* Idémque in numeris maioribus facere ſolitos, ex Auguſtino probat. Quod verò Anton. Auguſtinus libr. Emend. 4. cap. 16. idem probari poſſe putat ex Mætiani libro de aſſe, planè alienum eſt. *Ingenioſiſſimè*, inquit ille, *cùm ad denarium ratio conficitur, excurrentis æris nota inuenta eſt, quæ ſedecies multiplicata id efficeret.* Nam Mætianus eo loco Excurrens æs, adpellat, non quod maiorem ſummam pauculis aliquot numis exſuperat, ſed, (vt ipſe aliis locis adpellat) præſcriptum, præpoſitum, prænotatum, in priori ſcilicet tabulæ margine: his notis, -X-A--HS-. quemadmodum copioſè oſtendimus in libr. de re numaria: vbi de rationibus ad denarium, quinarium, ſeſtertium conficiendis, explicauimus. Duos igitur in tabella margines Antiqui relinquebant: quorum in ſiniſtro vel numerum excurrentem ſcribebant, ſi rationes conficiebant: vel, ſi ſententiam aliquam ſcripſerant, additiunculam aliquam reiiciebant. Sic enim Fab. lib. x. *Relinquenda in vtrolibet genere vacua tabella, in quibus libera adiiciendi ſit excurſio. Nam interim pigritiam emendandi anguſtiæ faciunt, aut certè nouorum interpoſitione priora confundunt.* Atque hæc quidem ad gratiam Amico referendam hactenus.

VACANTIAE VINDEMIALES IOH. BASII FRISII,

ſiue

DE FATVITATE BASIANA.

Epiſtola Iohannis Vuilhelmi Neonebelli Ihenenſis ad nobiliſſimum virum Do. Heinricum à Gunteroda.

QVOD iampridem optaram, nobiliſſime Heinrice, vt mihi liceret docentem V. C. FRANC. HOTMANVM audire, id mihi nuper, Dei beneficio, Baſileæ contigit. Quæres quantum profecerim? Reſpondebo, me tibi eius rei exiſtimandæ copiam ex hac Epiſtola facturum. Nuper enim incidi in librũ quendã hoc titu. inſcriptum: PARADOXARVM DISPVTATIONVM IOH. BASII FRISII. quẽ cùm obiter percurriſſem, animaduerti, doctiſſimos, quoſq; & celeberrimos viros, qui trecẽtis ferè hiſce annis in ius ciuile ſcripſerũt, cõtumelioſiſſimè ab illo vexati, vel (vt verius dicã) lacerari. ſed præſertim Alciatum & Hotmanum. quamquam (ſi Iuriſconſultos noſtros audire volumus) neutri eorum iniuriarũ actio hoc nomine nata ſit. quãdoquidẽ nec furioſi, nec mente capti, qui animi affectu carent, iniuriam facere poſſe dicuntur: quippe, quæ ex affectu æſtimatur, l. 3. §. 5. D. de iniuriis. Baſium autem non tãtùm ex fatuorum, ſtultorum, mente captorum, amentium, verùm etiam ex furioſorum eſſe numero, confido te ex his paucis, quos ſubiungam ipſius libri floribus eximiis facilè cogniturum. Nam vt porcorum ſanitas aut lepra ex ipſorum lingua, ſic hominum cõſtantia aut furor, ex ipſorũ oratione deprehenditur. Loquere, vt te videã: inquibat ille ſapientiſſimus Apollinis oraculo iudicatus. Qua de cauſſa Iuriſconſulti tradunt, furioſam orationẽ, furoris eũ qui loquitur coarguere. l. pen. D. de condit. inſtit. Furoris autem Baſiani duo genera eſſe animaduerto, Vnum Terapontigonicum adpello: quo quaſi Plautinus ille Terapõtigonus ſuas victorias, ſpolia & manubias iactat: quas, vt ille perduellibus victis, ſic iſte doctoribus omnibus, terra mariq; per inſomnium ſuperatis, venditat. vt hunc librum non alio conſilio edidiſſe videatur, quàm vt hoc apud imperitos ſuæ famæ & factis monumentum conſtitueret. quod certè

peroptatò illi vſu venit. Nam (vt præclarè Quinctilianus ſcripſit) Qui ſtultis erudiri videri volunt, ſtulti eruditis videntur. Alterum furoris genus adpello Rabioſum. Sed prioris exempla & teſtimonia quædam proferenda ſunt. Ergo libro 3. cap. 11. pag. 203. Iohannes Baſius Friſius Iuriſconſultus paradoxiſſimus ita loquitur. *Studioſus lector hanc noſtram doctrinam diligenter animo infigat. quia etſi trecentos in Doctorum euoluẽdis ſcriptus falleret annos, nihil ſimile ac tã ſolidũ in hac materia eſt deprehẽſurus.* Papę! Quàm beati ſunt quibus hoc Baſiano ſeculo naſci licuit? qui plus vtilitatis vno menſe ex vnius Baſij libris haurire poſſunt, quàm Neſtor totis tribus ſeculis, ex omnium Doctorum commentariis percipere potuiſſet. Non diſſimilis illa iactatio eſt, pag. 39. *Nunc pergamus ad alia, ipſis adhuc incognita & inaudita Doctoribus.* Item altera illa palmaria, qua pollicitator paradoxiſſimus promittit, ſe diremturum pugnam inter eos Iuriſconſultos quos ait nõ modò numquam inter ſe diſſenſiſſe, ſed etiam concordiſſimè inter ſe congruere. Nam pag. 52. ita ſcribit: *Doctores Iuriſconſultum non intellexerunt: promiſimus autem nos pugnam inter Iulianum & Papinianum in hiſce diremturos reſponſis. Cuius eò facilior eſt remotio, quoniam nulla omnino inter eos ſubeſt diſcordia.* Mirum, ſi medicinam Baſius feciſſet, ni crus fractum obligaſſet Æſculapio, brachium autem Apollini. An non conſentaneum tibi videtur ſuo libro indicem appoſuiſſe, cùm illum Paradoxarum diſputationum nomine inſcripſit? Ex eodem Terapontigonico genere illud eſt, pag. 192. *Hæc omnia noſtra ſtudioſus diligenter notet. quia quàm male Doctores hæc intelligant, aut explicent, ſuo malo tandem, ſerò alioqui animaduertet.* Non abſimilis etiam illa eſt voluminis ſui clauſula, pag. 290. *Ex his apparet Alciatum cum ceteris omnibus ineptire. à nobis autem ita nouè eſt hoc declaratum reſponſum, ad quod nunc ſubſiſtere cogimur, ob rerum publicarum in Belgio, quò vocamur, neceſſitatem.* Deus Hiſpanis iſtis malè faxit: qui nobis tantam diſcendi iuris facultatem, tantúmque Doctorem eripuerunt, Senati columen, præſidium popli. qui ſi quo in prælio inter ſclopetarios, ſeu potius ſi quo in gurguſtio, in campis cuticulindoniis inter compotores fortiter pugnans occubuerit, digniſſimus illo Epitaphio videtur, quod in Africani ſepulcro inciſum memorant:

A ſole ex oriente vſque ad Mæoti paludes
Nemo eſt qui factis me æquiparare queat.

Neque enim ſecutus eſt Baſius conſilium Petri de Ferrariis, in proœmio ſuæ practicæ: vbi deterret homines ab appetendo gradu Doctoratus, ne ad ſuſtinendam illam dignitatem nimium ſtudere compellantur. non enim ſtudere aut ſapere Baſius voluit ad ſobrietatem. Vt enim Flauius ſcriba cornicum, ſic Baſius doctorum omnium oculos confixit. Neſcio conſulere, inquit, Petrus de Ferrariis, alicui perſonæ, niſi forſitan alicui clerico aut magno diuiti, quòd in hac ſciẽtia ad gradum Doctoratus adſcendat, ſed ad ſobrietatem ſapere ſufficiat gradus enim iſte redigit hominem de libertate in ſeruitutem.

Venio iam ad alterum Baſianorum furorum genus, quod idcirco Rabioſum adpello, quoniam vt rabioſi canes obuium quemque quamuis quietum & placidum, mordent: ita Baſius eruditos omnes & claros Iuris interpretes conuiciis, quaſi lapidibus, inſectatur.

Hecubam (inquit Comicus) *Craij eſſe prædicabant canem.*

A *Quia omnia mala ingerebat, quemque aſpexerat.*

Alciatum ergo Baſius pag. 4. ſic allatrat: *Non ſatis adſequi poſſumus, quid Alciatum in tam ſupino errore detinuerit.* Item pag. 9. *Alciatus deluſum relinquit lectorem. Sed vtriuſque & Alciati & Zaſij nobis diſplicere confuſionem proteſtamur.* Muſæ; veſtram fidem: quæ nobis tamdiu Amaſium hunc veſtrum inuidiſtis, & noſtra ingenia à neſcio quibus Alciatis & Zaſiis illudi ſiuiſtis:

B *O ſtultas hominum mentes, ô pectora cæca,*
ſtudioſorum Iuris ſcilicet,
Qualibus in tenebris vitæ quantiſque periclis
Degitis hoc æui?

Quanta enim Baſij aduerſus omnes alios Doctores qui Ius ciuile patrum & maiorum memoria interpretati ſunt obualgulario ſit, vel hinc exiſtimare poteris: *Deſinãt Doctores* (inquit pag. 104.) *talibus commentis illudere ſtudioſis, ac Iuris legúmque germanum inuertere intellectum.* Item pag. 27: *Sed vt alij Doctores,* C *ſic & Cumanus cum ſuis nugatur.* Item pag. 35. *Mirum ac plus mirum, Doctores adeò oculatos, in re tam manifeſta tanto impegiſſe tempore.* At eadem pag. quos antea Oculatos adpellarat, eoſdem confeſtim Cæcos ſtupidóſq; nominat: *Stupidi*, inquit, *ac plus quàm cæci Doctores ac Ductores.* Item pag. 36. *Colligat ex his lector, quantis erroribus ac friuolis ſuis diſtinctiunculis Doctores Ius noſtrum inuoluant, & quàm temerè, nullóque iudicio Reſponſa alligent. Nec minus inſulsè ab Iaſone argumentum adducitur.* Item pag. 49. *Caſtrenſis* D *ac Iaſonis reiicienda ſunt ſcripta ac conficta dogmata.* Item pag 96. *Ecce argumentum vnde Iaſon tantum conſecutus eſt honoris, vt in ſcriptis de eo gloriari non erubeſcat. Sed ego iſtud argumentum commodiſſime ſic remoueo.* Item pag. 107. *Fortè ex his D. Vuiglius non procedere ſuam vidit ſententiam. ſed quemadmodum hoc tutò faceret non ſatis percepit.* Ita Baſius ne ſuo quidem populari tanto viro pepercit, ac ſus Mineruam (vt in prouerbio eſt) docere inſtituit. Item pag. 110. *Ipſemet autem Iaſon, mirum quomodo ſe inuoluat, dum lupum* E *auribus tenet. Ac ei quod dici ſolet, Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim.* Item pag. 126. *Doctores nunquam intellexerunt quid eſſet,* ESSE SVVM. Multo verò minus tu phreneticè intelliges. Nam ESSE SVVM, & ESSE PHRENETICVM, inter ſe opponuntur, l. Fulcinius 7. §. adeò, D. quibus ex cauſ. in poſſeſ. Item pag. 142. *Valeant ergo Doctores cum talibus inconſideratè prolatis, & tandem accedant veritati.* Quid ais? mi Heinrice. An non Baſius noſter occinere tibi Horatianum illud videtur:

F *Leporem venator vt alta*
In niue ſectatur, poſitum ſic tangere nolit.
Captat & apponit; meus eſt amor huic ſimilis. nã
Tranſuolat in medio poſita & fugientia captat.

ſic Baſius omnia paradoxa, omnia inaudita, nihil vulgare, nihil contritum in ſuis libris poſuit; Odi profanum vulgus, & arceo: inquit. Veluti pag. 151. *Nos neque cum Doctoribus, neque cum Alciato in Pomponij explicatione conſentimus.* Et mox: *Quia Doctores in Labyrinthum inciderunt inextricablem.* Item pag. 168. G *Quòd ſi vel mica ſalis Doctoribus hic fuiſſet, vidiſſent facile extra dubium fore.* At ſi tu Baſi vel micam bonæ mentis, ſi ſanum ſinciput habuiſſes, non iſtomodo neque tam impudenter in tantos viros tuum iſtud virus euomuiſſes. Item pag. 170. *Huic indubitabili teſtimonio, ita ab Alexandro Iaſone, & Alciato reſpondetur, vt dignum non exiſtimem, quod referatur.* Item pag. 181. *Diſcant ergo Doctores*

aliter

aliter loquendum de præteritione. Item pag. 182. *Nec minus vacillat, ac puerile eſt Philippi Cornei contra Fulgoſium argumentum.* Item pag. 190. *Sed quis crederet viros tot & tantos Iuriſconſultos, huiuſmodi figmentis ac vanitatibus acquieuiſſe?* Item pag. 191. *Miſeri autem Doctores ac iudicio infirmi crediderunt, &c.* Et paulò pòſt: *Hanc rationem non vidiſſe Doctores, aut fortè viderunt, ſed non intellexiſſe eos demirandum eſſet, niſi ſic quàm ſæpiſſimè accideret.* Papæ; vt ſæpe ſumma ingenia in occulto latent! Quattuor iam anni ſunt, ex quo Baſianæ iſtæ mirabilitates paradoxiſſimæ in lucem prodierunt: neque tamen vſque adhuc in notitiam noſtram peruenerant.

Verſiculos in me narratur ſcribere Baſſius.
Non ſcribit, cuius carmina nemo legit.

Ex eodem impudentiç genere illa ſunt, pag. 207. *Quã malè, frigidè, ac abſque omni fundamento Doctores ſenſerint, breuiter annotabimus.* Item pag. 217. *Doctorum nemo eſt, qui perpenderit atque hoc vti par erat, diſcuſſerit.* Item pag. 225. *Doctores cum iſtis ſuis figmentis, vmbris & laruis, vbique depugnant, ac vt erronea ſunt, ita ex errore in errorem illos trahunt.* Tu verò, Baſi, ſiue laruatus, ſiue ceritus es, cur non te potius piari iubes, quàm tot mala in quemque Doctorẽ, qui tibi primus in mentem venerit, ingeris? Quæ (malùm) iſta nouorum Lupercorũ natio eſt? Luperci, inquit Plutarchus, fanaticorum more tota vrbe diſcurrebant: & manu ſcuticam geſtantes, quemcumque obuium habebãt, ſcutica feriebant. διαθέοντες ἐν περιζώμασι, καὶ καθικνούμενοι σκύτη τῶν ἀπαντώντων. Eiuſmodi videmus hac ætate ſcriptores neſcio quos, quorum libri contumelioſis in quemque vocibus referti ſunt. Ex eodem Baſianæ inſaniæ genere illa ſunt pag. 242. *Bartholi & Alciati tam inanis eſt ſolutio ad hoc argumentum Scæuolæ, quòd vix digna videatur relatu.* Item pag. 243. *Hæc Reſponſa tam manifeſtè Bartholi confodiunt ſententiam, quòd mihi mirum videretur, quomodo aliqui ex modernis eum ſecuti ſint, niſi appareret eos nimio nouitatis, & à communi decedendi ſtudio abductos aliquando fuiſſe.* Verùm hæc Heinrice noſter, nimis multa. Nam (vt iam antè dixi) perpetua eſt hæc Baſij, per vniuerſum ſuum volumen, doctiſſimorum quorumq; virorum, ſiue increpatio, ſiue increpitatio. vt nõ pluris Bartholum, Baldum, Alexandrum, Zaſium, Alciatum, facere videatur, quàm ex imo ſonitus ilocaliter editos: vt quaſi ſcurra ſingulis Doctoribus ſingulos ex imo ſonitus præbuerit. ſicuti Diuus Auguſtinus lib. de Ciuit. Dei 14. capit. 23. ſcribit: Nonnullos poſſe ab imo ita numeroſos pro arbitrio ſonitus edere, vt ex illa etiam parte cantare videantur. Quem in locum Ludo. Viues ſcribit; ſe quoque eiuſmodi neſcio quem in aula Imperatoris Maximiliani vidiſſe, qui quàm multos vellet ab imo ſonitus ederet. Quamquam Baſius noſter vbi ad extremum ſuarum increpitationum anhelitum, id eſt, vbi ad Hotmani nomen peruenit, tum verò non inanes ſonitus edere, non vinolentum furorem (vt quondam ille dixit) effundere, ſed planè quidquid bilioſi excrementi ſupererat, euacuaſſe videtur. Nam libro quarto capite octauo pag. 256. hoc eum verborum honore dignatus eſt: *Hotmanus adeò proteruus ac maledicus in Scæuolam Iuris C. exſiſtit, vt extremæ audaciæ ac temeritatis homo videri poſſit, ac debeat.* Item eadem pag. *Ego Hotmano dictum velim, ipſum adeò ſeſe rudem in explicatione legis* GALLVS *præſtitiſſe, quòd non ſolum illam adſecutus non ſit, verùm quòd in ipſis iuris fundamentis turpiter hallucinatus ſit.* Et pag. ſeq. *Hotmanum Iuris*

A *fundamenta non retinuiſſe: Hotmani inſulſos eſſe intellectus.* Item pag. 253. *Hæc ineptiſſima ac præter abſurditatem falſa eſt ſententia Hotmani, ac mirum eſt adeò imperitè hominem locutum fore.* Quid cenſes? Heinrice Nobiliſſime: An non tibi fanatica illa audire videris?

Euæ, atque heu Bromie, quò me in ſyluam venatum vocas?
Audio. Ecce Apollo mihi ex oraculo imperat,
B *Vt ego illi Hotmano oculos exuram ardentibus lampadibus.*

Vtrùm tandem hæc Baſij increpatio, an potius cloaca videtur, per quam tanta ſordiũ colluuies fluit: Quod eò etiam probabilius videtur, quia fatetur ſe hæc *Louanij in Vacantijs vindemialibus* effudiſſe: opinor cùm aluum vindemiali bromio commotam exoneraret. Quinetiam illud ſubiungit, ſe tum à Louanienſibus adoleſcentibus increpitatum, & eo nomine irriſum fuiſſe. Nam pag. 259. ſic loquitur: *Cùm Lo-*
C *uanij in vacantiis vindemialibus, hanc legem* GALLVS *publicè repeterem, nonnulli in Iure adhuc malè verſati, poſtquam ſcripta Hotmani in hanc legem legiſſent, demirabantur ac ſtupebant, me tantum operæ illi impendiſſe. qui pòſt tamen firmioribus ac melioribus iactis fundamentis libenter mecum de huius legis materia & intellectu contulerunt. Præmonitus itaque lector incautus ne ſeducatur poſthac.* O nos tali præmonitore beatos! quibus præmonitore quidem opus fuit, ſed non quomodo Baſius intelligi voluit. Nam vt cùm cloacæ exhau-
D riuntur, præmonitore opus eſt, vt ſibi omnes à fœtore caueant: ſic nobis præmonitore opus eſt, vt ab illo rabioſulo moloſſo caueremus.

Sed operæ precium eſt conſiderare, qua tandem de re Baſius præcipuè cum Hotmano litiget. Quæſtio eſt de poſtumo, quem omnes ad vnum & Iuriſconſulti & Doctores, tum antiqui, tum recentiores, ſummo conſenſu, ſine vlla varietate duplicem faciunt, SVVM & ALIENVM. Quid igitur ſi tibi apertè demonſtrem, Heinrice nobiliſſime, tamquam ea quæ oculis cer-
E nuntur, Baſium non magis intelligere, quid ſit SVVS, aut ALIENVS, quàm quid ſit Chimera in vacuo bombinans: vt Sorbonicum prouerbium vſurpemus. Vtrum tandem ſtatuemus, illum, tamquam furioſum ad agnatos & gentiles deducendum; an potius Doctorem in omni ſtultitiæ genere, cum capitio viridi & cymbalis deſignandum eſſe? Agè, audiamus non Oribaſij, ſed Onobaſij ea de re paradoxam (vt appellat) diſputationem. Quamquam ſatius fore arbitror priore loco Iuriſconſultorum ea de re præcepta
F cognoſcere. Nam Iuſtinianus quidem in §. poſtumo. 25. de legat. ita ſcribit: *Eſt autem alienus poſtumus, qui natus inter ſuos heredes teſtatori futurus non eſt. ideoque ex emancipato, filio conceptus nepos extraneus erit poſtumus auo.* Item §. 3. de hered. quæ ab inteſt. *Poſtumi (inquit) qui ſi viuo parente nati eſſent, in poteſtate eius futuri forent, ſui heredes ſunt.* Sic Vlpian. Regul. tit. 22. *Poſtumi quoque liberi. i. qui in vtero ſunt, ſi tales ſunt, vt nati in poteſtate noſtra futuri ſint, ſuorum heredum numero ſunt.* Et Caius inſtit. 2. tit. 8. *Poſtumi qui, ſi viuo patre*
G *nati fuiſſent, in poteſtate eius futuri erãt, ſui heredes ſunt.* Nunc cum his Iuriſconſultorum verbis Baſij paradoxiſſimam & mirabiliſſimam diſputationem conferamus: *Scitu ſeptimis neceſſarium eſt* (inquit pag. 227.) *Doctores omnes vtrimque in eo fundamento erraſſe, quòd eum ſuum poſtumũ conſiteãtur, quicunq; natus inter ſuos futurus eſt heres: è contrà eum tãtùm eſſe alienũ poſtumũ, qui inter ſuos non eſt futurus heres.* Quid audio? Docto-

res omnes erraſſe in definitione SVI & ALIENI PO-
STVMI, quam tamen ex Iuriſconſultorum ſcriptis to-
tidem literis exſcripſerunt? quam non ſuis, ſed ipſo-
rum Iuriſconſultorum verbis tradiderunt? Sed ope-
ræ precium eſt huius rei cauſſam cognoſcere. *Neque
enim*(inquit Baſius) *in toto Iure noſtro demonſtrabitur,
ſuum poſtumum, quem dici ex eo, quòd ſuus ſit aut poſſit
eſſe. Immò merè confictum eſt, quod de tali differentia ra-
tione Suttatis inter ſuorum & alienorum poſtumorum de-
nominationem docent. Vt enim* MEVS *eſt poſtumus qui
ex me & vxore naſcitur, ita alienus eſt, qui non ex me &
vxore naſcitur, quiſquis is fuerit.* Adeſte ſtudioſi om-
nes, atque animis erectis auribúſque ad nouam Baſij
diſciplinam adtendite. Nam iſta Baſij ratione, qui ex
mea nuru & filio, quem in poteſtate habebam præ-
mortuo, mihi naſcitur, alienus mihi poſtumus eſt. vt
valde ſuperuacaneam Aquilius Gallus operam ſu-
ſceperit in concipienda eius inſtituendi formula.
Neque enim aliò tota illa nobiliſſima lex pertinet.
Sed ad reliqua pergamus. *Nam* ALIENVS, (inquit Ba-
ſius) *dicitur, non ex Iuris, ſed facti diſtinctione. non ex eo
quòd heres futurus ſit ſuus, vel extraneus; ſed quia ex a-
lio natus, ad alium patrem naturaliter de facto pertineat.
Neque memini me legiſſe in Iure, ſuum poſtumum ali-
quem adpellari eo ſenſu, intellectu, & ſignificatione; quòd
ego teſtator dicere poſſem, Habeo ſuum poſtumum: pro vt,
Habeo ſuum heredem, aut: Inſtitui ſuum poſtumum,
quemadmodum, Suum heredem inſtitui. Vt ſit ſenſus, In-
ſtitui eum, qui meus eſt poſtumus, non magis, quàm ſi di-
cerem, Habeo ſuum fratrem, librum, domum, aut agrum.
quo quid eſt ineptius?* Auditiſne hæc vos adoleſcentes
ſtudioſi, qui ætatē in Pandectarum libris conſumitis?
Nimirum alter hic Flauius Scriba nobis exortus eſt,
qui cornicum oculos configat. Non peragrat loca:

Vllius ante
Trita ſolo. iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire, iuuátque nouos decerpere flores.

Sed reliqua audiamus SVVS *enim* (inquit Baſius) *non
ſignificat Latinè, eum, qui meus eſt, ſed qui Alienus eſt.
Ideóque meum poſtumum non rectè Latinè ſuum poſtu-
mum adpellauero. Cùm ergo Iuriſconſulti auctoritate de-
ſtituamur, quod contra ſuum vſum loquendi, ſuum ad-
pellaremus meum, committendum non eſt, vt in tali ſi-
gnificatione vſurpemus. Itaque alieno poſtumo* (Adten-
dite hìc omnes omnium Academiarum Iuriſc. ſum-
mi, infimi, medioxumi, atque animum ad has non E-
picuri, ſed Baſij κυρίας δόξας aduortite) *non opponen-
dus ſuus, ſed meus poſtumus: erítque hæc legitima diuiſio,
Quòd omnis poſtumus aut meus eſt, aut alienus. Neque
aliter in iure vſurpatur hæc dictio,* ALIENVS, *quàm ad op-
poſitionem eius quod meum eſt. Sic alienus ſeruus, aut
meus, ſeu proprius ſeruus, mea res, aut aliena legatur: æ-
dificio in meo vel alieno ſolo. Sic nec heres alius eſt ſuus, a-
lius verò alienus; ſed extraneus aut neceſſarius. vt mirum
ſit, quomodo Doctores hoc non animaduerterint,* SVVM &
ALIENVM *poſtumum, malè diſtingui, ſeu opponi: cùm nuſ-
quam in iure opponantur, & cùm loquendi modo & vſui
repugnet, & cum ſuus poſtumus non minus ſit mihi alie-
nus, quàm ſuus liber eſt à me alienus & non meus.* Ha-
bes, mi cariſſime atque optatiſſime Heinrice, baſim
ac fundamentum huius increpationis, quam Baſius
aduerſus V. C. Hotmanum inſtituit: quem Baſium,
niſi ex Friſio quodam viro & nobili & erudito co-
gnouiſſem ob paruulam corporis ſtaturam, per ludi-
brium à ſuis popularibus hoc Baſij nomine eſſe ad-
pellatum, credidiſſem, equidem ex eo denominatum
quod, vt Accurſius ab accurrēdo iuris erroribus, no-

A men inuenit (vt in gloſſa quadam ſcriptum legimus)
ita Baſius quaſi Iuriſprudentiæ baſis felici hoc ſecu-
lo exſtitiſſet. Apage, qui Papinianum legalis doctri-
næ theſaurum, & Iuris Aſylum adpellant: qui Bar-
tholum lucernam Iuris: qui Oldradum patrem legū:
qui Baldum omniſcium, id eſt, Hippiam quendam
παντοδαπῆ, (quòd nihil in Iure ignorarit) adpellandum
cenſent: quamuis Alexander dicat cerebrum ipſius
ita in eius capite volitaſſe, ſicuti aues volitant in aë-
B re. Habemus noua & nunquam antehac audita Ba-
ſij, Baſſi, Baſſuli oracula: qui quaſi pygmæus cū grui-
bus, ita Baſſulus cercopithecus cum tot claris & ma-
gnis Doctoribus dimicauit. Itaque quamuis corpore
non ſit longus, qualem Cynum fuiſſe memorant, in-
genio tamen & doctrina valde longus eſt ſimul & la-
tus. ſicuti Bartholus quærit, Cur Iuriſconſultus dixe-
rit in l. 1. D de Iuriſdict. Ius dicentis officium eſſe la-
tiſſimum, & non longiſſimum. *Petrus (inquit) reſpon-
det, quia ſapientia conſiſtit in latitudine, non in longitudi-
C ne: Nam rarò longus inuenitur ſapiens. Sed hæc ſolutio,
(inquit) diſpliceret Cyno, quia ipſe fuit nimis valde longus.*
Beatus ergo Baſſulus noſter, & multò beatior Cyno,
qui non modò latitudinem, verumetiam longitudinē
ſapientiæ conſecutus eſt: natura exiguus, maximus
ingenio Vt non ſine cauſſa ſtudioſos omnes ad ſuas i-
ſtas Paradoxas diſputationes legendas cohortetur.
Quia ſi trecentos (vt ipſe loquitur) annos in libris a-
liorum conſumerent, non tantum vtilitatis percipe-
rent. Poſtumorum ergo peruulgata illa & recepta in
D ſcholis noſtris diuiſio, vt alij dicantur SVI, alij verò
ALIENI, deinceps explodatur: atque in illius locum
Baſiana hæc noua ſubſtituatur, vt poſtumi alij ſint
Noſtri, alij verò Alieni: negemúſque Iuriſconſultos
veteres commodis verbis vti in Iure tradēdo potuiſ-
ſe. O Mariane Socine, qui Angeli Politiani iactatio-
nes compeſcuiſſe diceris, cùm ille abs te interroga-
tus, quid eſſet SVVS HERES, repente obmutuit! quid
ageres ſi iam ex Baſio noſtro didiciſſes, ineptè & ri-
dicule nomen Sui heredis à Iuriſconſultis & Docto-
E ribus confictum, dicendúmque MEVS & ALIENVS
heres? Angelus Politianus (inquit poſt Alciatū Cor-
raſius) vir Græcè Latinéque doctiſſimus, cum in gloſ-
ſematis iuris Ciuilis iactaret ſe vel Accurſium ſupe-
rare poſſe, rogatus à Mariano Socino (Iuriſcon. ætatis
ſuæ doctiſſimo) quiſnam in Iure ciuili ſuus heres di-
ceretur, parum feliciter obmutuit. At ſi hoc Baſiano
ſeculo natus Angelus Politianus fuiſſet, præcepto-
rémque Baſium nactus eſſet, quid diceret? An non
Socinum ipſum ſiue ſeniorem ſiue iuniorem obmu-
F teſcere coëgiſſet? O Louanienſes vacantiæ vinde-
miales quantum vtilitatis & commodi ſtudioſæ iuris
iuuentuti adtuliſtis, quæ nobis inſignia hæc Baſij pa-
radoxa protuliſtis! Sed quoniam illa de poſtumis ſuis
& alienis diſputatio tibi fortaſſe nobiliſſime Heinri-
ce, forenſis nimium, ac iuridicialis, obſcurior etiam
& ſpinoſior, atque à populari intelligentia paulò re-
motior videri poterit: operæ precium eſſe arbitror, a-
liam magis popularem proponere, ex qua de longiſ-
ſima & excelſiſſima Baſſuli noſtri ſapientia commo-
G dius facere coniecturam poſſis. Sumatur ergo illa pa-
radoxa diſputatio, quam Baſius tractat de partu, qui
vndecimo menſe natus eſt. Nam lib. 4. c. 6. pag. 247.
ita loquitur. *Mirum nobis ſemper viſum fuit quomodo
Alciatus tam temere in Imperatorem inueheretur, atque
huc vſque quod exſtiterit nemo, qui iniuriam Iuſtiniano
illatam vindicauerit, quaſi Imperator illegitimum eſſe
vndecimi menſis partum dixiſſet. Nou. 39. de reſtitut. &*

ea quæ

ea quæ vndec. menſ. par. Cùm enim plus quàm decies iterum atque iterum legiſſe eam conſtitutionem nos putemus, nunquam tamen eum potuimus elicere intellectum, quòd Iuſtinianus illic ſtatueret ac pronunciaret contra eos partus qui vndecimo menſe ederentur. Hæc Baſij verba ſunt, totidē litteris exſcripta: quæ certè aut mortales omnes, qui trecentis ab hinc annis eam Nouellam interpretati ſunt, ſummæ vecordiæ, aut Baſiolū noſtrum longiſſimæ & latiſſimæ ſtultitiæ coarguit. Nego vllum vel antiquum vel recentiorem eſſe interpretem, qui vnquam dubitarit, An Iuſtinianus eo loco ſtatuerit, partum mulieris, poſt vndecimum à morte mariti menſem, pro illegitimo & adulterino habendum eſſe. Si Baſius Cuiacium haud paulo meliorem quàm ipſe eſt Iuriſc. & nouiſſimum eius Nouellæ interpretē audire volet, illius hæc verba ſunt: *Secunda pars huius Nouellæ eſt de muliere quæ parit vndec. menſ. poſt mortem viri, id eſt, quæ ex ſtupro parit. partus enim hic iuſtus non eſt, ſi edatur ſub finem menſis vnd:cimi.* Quòd ſi verba ipſa Iuſtiniani audire malumus, is ſic loquitur, ὥστε οὐκ εἶναι δυνατὸν εἰπεῖν ὡς ἐκ τοῦ τελευτήσαντος γένοιτο τὸ βρέφος. οὐ γὰρ ἂν εἰς τοσοῦτον ἡ κύησις ἐξετάθη χρόνον. Quæ verba Haloander ita conuertit: Vt nequaquam ex defuncto fœtum ſuſceptum poſſemus dicere. neque enim fœtura ipſa in tam longum tempus protenſa eſt. Vetus autē interpres hoc modo: Vt non eſſet probabile dicere, quia de defuncto fuiſſet partus: neq; n. tēpus conceptionis in tantum extenſum eſt. Quid ad hæc Vindemialis noſter euacuator? adfirmat ſe plus quàm decies atq; iterū & iterum (id eſt, vt opinor, tricies) legiſſe illam conſtitutionem. nunquam tamen eum elicere potuiſſe intellectum, quòd Iuſtinianus illic pronunciaret contra eos partus, qui vndecimo menſe ederentur. Hæc illius verba ſunt. Quid igitur, Baſiole noſter, in illa Nouella Imperator noui Iuris conſtituit? *Non diſcutitur* (inquit Baſius) *poſſit nec ne vndecimo menſe edi partus legitimus: cùm de facto conſtaret quòd poſt vndecimum & duodecimo pareret nempe menſe mulier.* Item aliquantò poſt pag. 249. *Hæc conſtitutio Iuſtiniani (ſi ab Alciato rectè intellecta, aut ſaltem lecta fuiſſet) non accuſaniſſet Iuſtinianum, quòd conſtituiſſet vndecimo mēſe legitimum non naſci partum.* Item paulò pòſt: *Quid ſtatuit Iuſtinianus de partu vndecimo menſe procreato? Nihil. In quo diſſentit Iuſtinianus ab Ariſtotele, & aliis ab Alciato allegatis, volētibus vndecimo menſe naſci poſſe partū: Nihil. In quo meruit Iuſtinianus inſimulari ab Alciato? Certe in nullo.* Vbi ſunt, qui negabāt rhetoricari poſſe Baſium, & ſuam orationē cōplexionibus & aliis ſententiarum figuris illuſtrare? Deinde alio loco? *Tantùm hoc*, inquit, *conſtituit Iuſtinianus, vt illa mulier ea pœna teneretur, quæ conſtituta eſt aduerſus eas mulieres, quæ intra annum luctus, poſt mariti mortem nubunt: hoc eſt, vt donatione antenuptiali à marito facta priuaretur.* Ὦ παραδοξότατον Nouellarum interpretem! Vtra igitur odio maiore digna eſt, quæ ex nuptiis palàm, ſed intra annum luctus, contractis, an quæ ex ſtupro & flagitio concepit? Perſpicuè ergo Imperator conſtituit, vt mulier quæ ſtupro ſe intra annum poſt mariti mortem polluerat, propter iniuriam & defuncto & liberis illatam, eadem pœna teneatur, qua coërcentur eæ, quę intra annum luctus ad ſecundas nuptias commigrant. Quod etiam Angelus in illam Nouellam his exponit verbis: Mulier intra tempora luctus fornicans, ita quòd ſit certum ex primo matrimonio ſobolem non exſiſtere, illis pœnis punitur, quas patitur nubens intra tempora luctus. Quid iam de Baſio Friſio, docti omnes Friſij, quorum tanta vbique terrarum copia eſt, immo verò ipſi agnati & gentiles Baſij ſtatuent? niſi quòd anteà dicebamus, curandum vt quam primum laruatorum more & modo pietur. quamquam, vt veriſſimè ille cecinit:

> *Tu multo thure litabis,*
> *Hæreat in ſtultis breuis vt ſemuncia recti.*

Tricies ſcribit ſe Nouellam illam legiſſe, neq; tamē, quod luce meridiana clarius erat, videre aut ſuſpicari potuiſſe. An non prodigij ſimile videtur, hominem vllum Latinè intelligentem exſtitiſſe, qui tot chartas typographicas tam vtiles, tam caras, iſta tanta ſpurcitie contaminare, fœdare, polluere in animum induxerit? Et neſciuit antea Baſius, eum quem laceſſebat, fœnum habere in cornu?

> *Et fragili quærens illidere dentem*
> *Offendit ſolido?*
> *Adlatres licet vſque nos, & vſque:*

inquit alter poëta:

> *Et gannitibus improbis laceſſas,*
> *Certum eſt hanc tibi pernegare famam,*
> *Olim quam petis in meis libellis,*
> *Qualiſcunque legaris vt per orbem.*
> *Nam te cur aliquis ſciat fuiſſe?*
> *Ignotus pereas miſer neceſſe eſt.*

Scribit Baſiolus noſter pag. 24. Doctorem quendam in Friſia ob vanitatem & leuitatem, Grillardum adpellari ſolitum: alium propter ſtupiditatem Marcolphum: alium propter ignorantiam Akabuk. Feſtiua iſta ſunt Baſij acroamata. quid? quónam illum nomine adpellabimus? Vtrùm Scarabæum, qui ſtercoreis iſtis ſcriptitationibus delectetur? an Pygmæogruem, de quo præclarum illud eſt in Satyra & huic Baſiolo noſtro conuenientiſſimum:

> *Ad ſubitas Thracum volucres, nubémque ſonoram*
> *Pygmæus paruis currit bellator in armis,*
> *Mox impar hoſti, raptúſque per aëra, curuis*
> *Vnguibus à ſæua fertur, grue, ſi videas hoc*
> *Gentibus in noſtris, riſu quatiare.*

An potius Mirloretum? quo nomine Galli, Moriones in ſcenam cum cymbalis & tintinnabulis prodeuntes, adpellant: quibus tintinnabulis Baſius fortaſſe nō minùs vtiliter, quàm elleboro, ad morbum hunc ſuū depellendum, vti poterit. quandoquidem Aſclepiades phreneticorum mentes, ſæpe per ſymphoniam ſuæ naturæ reddidiſſe dicitur. Quid? an potius Friſiæ ſuæ propudium, maculam, dedecus? qui doctiſſimos quoſque viros, & de litteris ac iuuentute iampridem optimè meritos merentéſque lutulentis iſtis conuiciis, quaſi lapidibus, inſectatur? An potius Euacuatorem vindemialem, qui in vacantiis vindemialibus tantum bilioſi excrementi in iſtam libri ſui cloacam effuderit, tu nobiliſſime Heinrice, pro tui ingenij elegantia ſtatues. Nam, vt ille dixit, ohe, iam ſatis eſt, ohe libelle. Ego interea DEVM orabo, vt Baſio meliorem mentem impertiat: quod & aliquando futurum ſpéro: quandoquidem etiam ſtultis (vt in prouerbio eſt) dies mederi ſolet: & charitatis Chriſtianæ cauſſa vt quamprimùm fiat, opto. Vale, Baſileæ, Kal. Martii, 1579.

FINIS.

PRÆCIPVA HVIVS DISPVTATIONIS CAPITA.

1 *Barbam viros à feminis diſcernere.*
2 *Eandem maturi conſilij indicium eſſe.*
3.5. *Ex antiquis plurimos tonſos plurimóſque intonſos fuiſſe:*
4 *quod & inter Philoſophos obſeruatum eſt.*
6 *Barbam crinéſque antiquitus ſacrificatos fuiſſe.*
7 *Sed & infantibus dum nomen imponebant, crines totondiſſe.*
8 *In adoptionibus idem obſeruatum fuiſſe.*
9 *& in quibuſcumque initiationibus, vt in nuptiis,*
10 *in extremo vitæ ſpiritu,*
11 *in ſeruorum manumiſſionibus,*
12 *in Clericorum initiatione.*
13 *Capillorum raſuram indicem triſtitiæ fuiſſe.*
14 *demiſſionem etiam:*
15 *tum & omnem raſuram.*
16 *ideò in funeribus ſolitum crines ſacrificare.*
17 *Sed & miſerationis ergò capillos & demiſſos & raſos fuiſſe.*
18 *Hebræorum ſacerdotes intonſos fuiſſe, & pœnæ loco raſos.*
19 *Comam & Barbam in Franciæ principibus antiquitus ſacroſanctam fuiſſe.*
20 *Raſuram denique ſorditiæ, malitiæ, & impudicitiæ imputatam fuiſſe quemadmodum & caluitiem.*

ANTONII HOTMANI I.C.

ΠΩΓΩΝΙΑΣ,

SIVE DE BARBA, EX DIVERSIS VETERVM AVCTORVM OBSERVATIONIBVS, DIALOGVS.

FVit mihi, quadam die, cum viris literatiſſimis, non minus vtilis quàm iucunda ſanè deambulatio, cùm & cælo ſereno frueremur, & inter arbores mirifico cultoris artificio gratiſſimas, prope riuulum præterfluentis aquæ, qui leniter medium diſſecabat agellum, animi magna remiſſione ſpaciaremur. Nam poſt multos ac varios, vltrò citróque, ſermones inter nos habitos, cùm vnus ex noſtris, nimirum Pogonias, barbam ſuam, quæ illi tenus medio pendebat pectore, erecta ad cælum facie, hilariter vtraque manu componeret, Miſopogon (placet enim his nominibus eos nuncupare) ridens, eius in explicandis pilis curam, vt nimiam, irridere viſus eſt. quod Pogonias cùm animaduertiſſet, ſubiratus ex Luciani ſcriptis hæc verba, quæ tunc illi in promptu erant, protulit. γελοῖόν μοι καὶ ἔδοξεν, εἰ σὺ ἀπὸ τοῦ πώγωνος ἀξιοῖς κρίνειν τοὺς φιλοσοφοῦντας αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων. [Δημώναξ.] De philoſophia, inquit Miſopogon nil moror, ſed quæſo, num huiuſmodi pilorum, ne dicam ſetarum, prolixitas, hoc præſertim æſtiuo tempore, tibi moleſta eſt. hibernis nempe frigoribus, neque niues quæ hac in parte reſidebant. eò te inducere potuerunt, vt hanc quam tanti æſtimas, comminuere iuberes barbam. num itaque hi nûc qui nos vrunt calores, plus etiam angunt? abiice, te per noſtrâ amicitiam oro, iſtas naturæ incommoditates. efficit enim mutuus amor noſter, vt, quemadmodum eſt ingenij humani, etiam moleſtiæ tuæ particeps ſiam. POG. Deſine Miſopogon in poſterum nos iocis inſectari: quamuis enim illa te vulgi opinio teneat, neque tuo tamen, neque eorum arbitrio, quibus nudi & effeminati vultus placêt. mentum depilabo. etſi tuus erga nos tantus eſt amor, aut potius tantum eſt abs re tua ocij tibi, nôſtra etiam vt cures; hoc vnum reſponſum habeto, minus nobis hanc barbam quantú-

A uis promiſſam, incommodam fore, quàm ſi vultus deformitatem, aut ſi mauis naturæ defectum, pati cogeremur. MISOP. Sed quæ poteſt eſſe hac in re deformitas? POGON. Num quæſo deformitatem adpellas quæ formam corporis aut tollit, aut corrumpit, &, vt ait Arrianus in Epicteto, ſexus diſcretos confundit? [Lib.1.ca. 6.] Quæ venuſtior forma eſſe poteſt quàm ea quæ à natura nobiſcum ingeneratur, creſcit, & quæ in ſe habet notam quandam roboris ac virium? Vix enim B fiet, ſi medicis fides eſt adhibenda, vt is fortis corpore non ſit qui piloſus eſt: cùm huiuſmodi, vt ita dicâ, corporis partes, ex calido & humido proueniant. [Gal. lib. 11. de vſu part.] neque parum confert huiuſmodi habitus ad hominis obſeruandos mores & dignoſcendum quidquid interitus in animo reconditum habet. Et ſanè motum in ipſis capillis videmus, arrigeréque conſpiciuntur, ſi quid homini acciderit quo perturbetur. Virgilius: *Steterúntque comæ.* Sophocl. ὥστε πάντας ὀρθίας στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας. [Οἰδ. κολ.] & mox: ἐς δ᾽ ἄκραν C δεῖμ᾽ ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν. id eſt, in ſummos crines capitis ſubiit metus. φόβην enim pro crine accipi ait Pollux παρὰ τὸ φοβεροὺς καὶ τοὺς κομῶντας. MISOP. Relinque verò has Phyſicorum rationes; nam vtrum ego excrementa adpellem, aut verò corporis partes aut membra nomines, nihil intereſt. Fateor enim hoc verum eſſe quod ait Lactantius: Barbæ ratio incredibile eſt quantum conferat ad dignoſcendam [Cap.7.de opif. Dei] corporis maturitatem, & ad differentiam ſexus, vel ad decorem virilitatis ac roboris, vt videatur omni- D no non conſtatura fuiſſe totius corporis ratio ſi quidquam aliter eſſet effectum. POG. Quanta itaque in nuditate illa futura deformitas fuiſſet, ſi hęc deeſſent quæ tantum valent ad pulcritudinem? nam qui proximè ad eam ætatem accedunt, qua ſe ſuáque tueri poſſunt, ea ratione puberes adpellantur, qui non ſolùm ex annis, ſed etiam habitu corporis ſaniores mente exiſtimantur. Itaque ait Clemens Alexandrinus hos [Lib.3.pædag.ca.3]

nus hos pilos Deum opt.max. tanti feciſſe, vt eos ſimul cum prudentia iuſſerit hominibus adeſſe. Quare Græci dicunt γενειάω, id eſt, barbam emitto, pubeſco; & mentum Græcè dicitur ἀνθερεών, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πρότερον ἐξανθεῖν τὸ γένειον, canitiémque maturæ indicem ferunt ſapientiæ, multíque ingenij: quandoquidem, vt notant Dialectici, hoc eſt proprium hominis in ſenectute canum fieri. quinetiam Numa canus fuit à prima ætate, vt adnotauit Seruius in hos verſus Virgilij;

Lib.6. Æneid.

noſco crines incanáque menta.
Regis Romani, primam qui legibus vrbem
Fundauit. idémque multis contingere iuuenibus indicat Pindarus, Ὀλ. δ.

φύονται δὲ καὶ νέοις
ἐν ἀνδράσι πολιαὶ
θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας
ἐοικότα χρόνον.

Vlp. Tit. 11. l.f. Codic. Quand. tutel. off. l. 4. Cod. qui teſt. fac. po. Cap 3. de deſp. imp.

Et licet aliquando inter Iuriſconſultos exploſo Caſſianorum iudicio Proculeiani obtinuerint, vt puberes non habitu corporis, ſed annis iudicarentur, maximè cuum quartumdecimũ annũ expleuerint, licet nondum vigoris emerſiſſent veſtigia, tamen conſtat eorum iudicio quorum nunc viuimus ſcitis ac decretis, Caſſianorum pręualere ſententiam, & eos demum impuberes adpellari, quibus, vt ait Nonius Marcellus, propter tenerã ætatẽ nulla pars corporis pilat: quia verò barba maxillarũ veſtimẽtũ à natura producitur, Latini veſtem barbam adpellauere. Virgilius:

Lib.7. Æneid.

Aurea cæſaries ollis atque aurea veſtis:

Ideóque Nonius & Seruius impuberes Inueſtes notãt adpellatos fuiſſe. Misop. Vera ſunt iſta quæ dicis; ſed quid ad noſtram ratiocinationẽ pertineãt, non planè video. Pubes enim propriè lanugo eſt, quæ vt plurimùm marib. decimoquarto anno, feminis autẽ duodecimo, circa pudenda oriri incipit; quod quia maturitatis eſt ſignũ, factũ eſt vt mas pubes vocetur cuũ primùm ad generandũ aptus eſt, & femina ſimiliter ad concipiendũ. Itaq; non ſine ratione, cùm circa feminas præſertim impudica videretur illa inſpectio habitudinis corporis, ab Imperatoribus conſtitutum eſt ætatis tantùm haberi rationẽ. Neque enim ex ſolo adſpectu probatur ętas vt Caſſianis placebat: ſed nec Priſci obtinuit ſentẽtia, qui eũ puberẽ eſſe cenſebat, in quẽ vtrumq; concurrebat, habitus corporis & numerus annorũ: nẽpe inhoneſtũ fuiſſet, ſi inſpectione lanuginis circa pudẽda, puella matura aut immatura iudicanda eſſet. Quemadmodũ de Taxillorũ conſuetudine vetera quædã referũtur, & ridiculosè apud eos vſitata, cuũ quia filias præ inopia locare non poterant, in ipſo ætatis flore in publicũ eas producebant cum tuba & claſſicis, & multitudine cõuocata, accedenti primùm humero tenus detegebant, poſtea anteriora. Pog. Hoc Plato prius cenſuerat, conuenienciã enim ætatis ad nuptias, nuditate non ſolùm mariũ, ſed etiã feminarũ conſpici debere exiſtimauit. τὴν δὲ τοῦ τῶν γάμων χρόνου συμμετρίαν τε καὶ ἀμετρίαν ὁ δικαστὴς σκοπῶν κείσθω· γυμνοὺς μὲν τοὺς ἄρρενας, γυμνὰς δὲ ὀμφαλοῦ μέχρι θεώμενος τὰς θηλείας. idque & à Græcis & à Romanis mangonibus ſolitũ fieri, cuũ puellas quaſdã proſtituẽdas vendebãt, ſatis notũ eſt. ἰδοὺ τὸ χοῖρον Ἑλλήνων νόμῳ ait quidam in Ariſtophane. nam porca δέλφαξ dicebatur inquit Athenæus lib.9. inde Heſychius δελφάκιον pudendũ muliebre eſſe ait, quod cuũ nondũ penè adoleuit, ſed eſt adhuc tenerũ ac delicatum. at verò ὡραίων γάμων, χοῖρον adpellant. ſignificantes puellas dignas eſſe nuptiarum, nõdũ δὲ δελφύας μήπω συμπεπηγότας τοῖς σώμασι, vt Euſtathius explicat,

l.3. de minorib. l. 3. Codic. Si minor ſe maior. Vlp. Tit. 11. l.f. Codic. Quando tut. vel cur.
Strabo lib. 15.
Lib. 11. de Leg.
Achar.

A οἰδ. ξ. Et refert Suetonius Auguſtũ, ad condicionẽ honeſtarũ feminarũ quærẽdã, amicos habuiſſe, qui matresfamiliãs & adultas ætate virgines denudarent, atque perſpicerent tamquam Thoranio Mangone vẽdente: ad eámque Priſci ſententiam accedit Seruius, dum ait Virgilium hoc verſu,

Æneid. 7.

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis,

Non eandem rem iteraſſe, ſed ſecundum ius locutũ fuiſſe, in quo & annorũ ratione & ex habitu corporis B ætas probatur. Misop. Hoc nemo neſcit, & vulgare eſt: nam & Varro libro ſecundo De re ruſtica notat ideo in nuptiis ſollemne fuiſſe porcas immolare. Et in Iudiciis, ſi de ætate controuerſia eſſet, nudari puerũ apud Cẽtumuiros iuſſiſſe refert Quinctilianus in Inſtit. quod notat declam. 279. his verbis: Poſtea nudari filium atque in conſpectu iudicum conſtitui voluit: ſed tandem de pudendis iſtis non eſt noſtri inſtituti quæſtio. Si verò pubertatem ad mentum referas, fiet vt pubes ante octauum decimum annum nemo poſſit dici: nam tunc primùm barba incipit naturaliter C naſci, cuum plena pubertas eſt, id eſt, cuũ octodecim annos puer attigit: quò pertinent illi verſus Ouidij:

l. adrogatio de adopt.

Martia ter ſenos proles adoleuerat annos,
Et ſuberat flaua iam noua barba comæ.

Philoſtratus libro ſecundo Apollonij Faractẽ Regẽ Indiæ ſic loquutũ fingit: χρὴ γὰρ νέον ὄντα ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονὼς τύχῃ, τοῦτί δ' οἶμαι καὶ παρ' ὑμῶν ἐφήβου μέτρον, &c. nã & ad eã vſque ætatẽ dudum pueris alimẽta data fuiſſe, quemadmodũ puellis vſque ad quartũ D decimum annũ, Vlpianus teſtis eſt. Mela ait, D. de alim. legat. & non deſuerũt qui tutelã in annũ octauũ decimum geri geſſerunt, l. pater Seuerianã, D. de condit. & demõſtr. Paull. lib. 3. Coll. tit. de Teſtam. Spadones, inquit, eo tẽpore teſtamentũ facere poſſunt, quo plerique pubeſcunt, id eſt anno decimo octauo. nã & apud Thucydidem Scholiaſtes ad hæc verba Periclis μέχρι ἥβης ſic ſcribit, μέχρι ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν. & adhuc inter libros Feudorum legitur Conſtitutio Friderici Impe. lib. 2. tit. 53. vbi pacẽ inter ſubditos obſeruandã E cẽſet à decimo octauo anno vſque ad ſeptuageſimũ. & hanc ætatem Longobardis legitimam fuiſſe ex eorum libris ſatis conſtat lib. 2. leg. Longob. tit. de prohib. alien. min. ſed hęc hactenus. Iam enim faſſus ſum barbam non parum conferre ad decorem & ſexus differentiam; at non video quid opus ſit ita promittere, ac in modum hircorum producere: nam ſi Grãmatico Acroni credendum eſt, barbam in ſingulari numero, in plurali verò hircinas adpellamus, barbigeras etiam pecudes adpellauit capellas Lucretius F lib. 5. & 6. nam & barbas de quadrupedibus dici Seruius notauit ad hunc locum Virgilij:

In Horat. de Arte Poët.
Lib. 3. Georg.

Nec minus interea barbas incanáque menta.
Cyniphij tondent hirci.

Num verò ad ornatum magis faceret eã ita radere. vt neque prolixitas moleſta ſit, neque etiã eius reſecatio vllo modo vultus dignitatẽ offendat: quemadmodum qui vngues ſuos imputant, decentius facere mihi videtur, quàm vngulani iſti ſcabroſi & ſordidi? Pog. Sanè ego te ſuſpicor ex illorum Antiochenorũ G genere eſſe, in quos Iulianus eximius Imperator librum compoſuit qui tuo nomine inſcribitur. Vidiſtin? Misop. Quid ni? ſcripſit nimirum Apologiam in illos qui hircum eum vocabant, quòd barbam incomtam gereret, teſtibus Zonara, Socrate, Sozomeno, & ceteris illius temporis ſcriptoribus. Erãt enim Antiocheni omnes vt ſuſpicor, ſine barba. Martialis:

Lib. xi.

Vnus de cunctis animalibus hircus habet cor,
Barbatus viuit, ne ferat Antiochum.

Sed extra omnem animi motionẽ, quid eſt, quod hîc Imperator contra illos Antiochenos ad ſui cultus defenſionem adfert? taces; nil quidquam enim; at volo eos iure Miſopogonas vocari: hoc enim nomine mihi futuri ſunt multò cariores: quid tandem apud te tacitus meditaris? Pog. At errabam: parce verò, neque enim iam riſum continere poſſum: tu fortaſſe ex il-
Cõ. 5. de lis antiquis barbaris Britannis deſcendiſti, quos ait
Bell. Cæſar ſolitos fuiſſe vt adſpectu horridiores eſſent in
Gall. pugna, capillos ac barbam radere præter labrum ſuperius. Hac enim forma te intueor inferiorem barbam amputaſſe, ſuperiores verò pilos ſummo cultu educaſſe, quos Græco vocabulo vulgus hodie Muſta-
Plutarc. ces adpellat, Tritem. in Chron. Hirſaug. pag. 91. reci-
de ſero tat priuil. Gregorij Papæ 7. vbi fratres laici numeran-
num. tur qui adpellantur Barbati, contra illud Lacedæmo-
vin. niorum & noſtrorũ Subchartuſianorum inſtitutum κείρεσθαι τὸν μύστακα. Misop. Et tu fortaſſe Longobardus es referunt enim hiſtoriæ hircinarum (vt cum A-
Paul. crone loquar) adeò curioſos fuiſſe Longobardas, vt
Diac. reſoluerent quoque vxorum ſuarum cęſariem, & fluxam comam adaptarent earum genis, quò traditis armis ludificarent hoſtem: quem morem fortaſſe ab
In verbo Athenienſibus acceperant. Apud eos enim, ait Sui-
λοχ- das, mulieres pilos ſuos ita adaptabant vt viri eſſe vi-
μας. derentur. Pog. Quid? num potius in me imaginem aliquam antiquæ illius Romanæ grauitatis agnoſcis?
Liu. lib. ferunt enim Roma capta, Gallos victores, plebis ædi-
5. ficiis obſeratis, patentibus atriis principum, maiorem cunctationem tenuiſſe aperta quàm clauſa inuadendi: adeò haud ſecus quàm venerabundi intuebantur patres in ædium veſtibulis ſedentes præter ornatum habitúmque humano auguſtiorem, maieſtate etiam quam vultus grauitáſque oris præ ſe ferebat ſimillimos diis. ad quos velut ſimulachra verſi, cuum ſtarent, M. Papirius vnus ex his dicitur Gallo barbam ſuam, vt tum omnibus promiſſa erat permulcenti, ſcipione eburneo in caput incuſſo, iram mouiſſe; atque ab eo initium cædis ortum, ceteros in ſedibus ſuis trucidatos. Et antiquos omnes barbam nutriſſe hinc coniectura eſt, quòd antiquiorem Bac-
Lib. 4. chum καταπώγωνα adpellatum fuiſſe ſcribit Diodorus Siculus, διὰ τὸ τοὺς ἀρχαίους πάντας πωγωνοτροφεῖν.
Lib. 2. ideò vocabantur intonſi. Ouidius:
Faſt. *Hoc apud intonſos nomen habebat auos.* Iuuenalis
Satyr. *Et credam dignum barba dignúmque capillis*
vlt. *Maiorum.*

Misop. O magnam dementiam Papirij, ceterorúmque! Num rectius feciſſent ſi depoſita iſtiuſmodi vultus atrocitate fortiter dimicando cecidiſſent? Sed neſcis quid mihi iam venerit in mentem? ſimillimi ſunt noſtri τερατουργοὶ ἀστρολόγοι, qui eadem vultus impudentia & Cælum, & Solem, & Lunam, ceteráſque Dei obſcuras fabricationes intuentes, ſuis ratiocinationibus futura prædicant, Philoſophique dici volunt, & ſolos ſapientes eſſe autumant: indulgentes inſano & inepto labori vltra humilitatis ſuæ terminos euagantur, & oculorum lippitudine inuoluti, & cælum ipſum & ipſa ſidera audaci cupiditate tranſcendunt, in eáque barbam demiſerunt, ſupercilíumque ſuſtulerunt. Philoſophiam faſtu & habitu
Lib. 1. metiuntur, inquit Symmachus. At ſi quid Reipub.
epiſt. 25. conſeruandę cauſſa aut in propagandis finibus, hoſtibus expellendis, conſeruanda vrbe, iudiciis legibúſque munienda, elaborandum ſit, prorſus ignari ſunt, & ocioſi figuris ſuis incumbunt. Quid dicam de ſophiſtis illis gymnaſiaſticis, qui dum in interpunctionibus literarum & verborum angulis verſantur, in eo

A tamen barbam ſuam demittunt, ac velut de imperio, aut magna aliqua re deliberaturi triſtiores efficiunt vultus; inceſſu graui, ac voce demiſſa, ſententias ſuas quaſi oracula pædagogico ingenio proferunt, & ſe omnium artium magiſtros profitentes; de omnibus rebus ineptè diſſerunt; ſibique inuicem contrarij, vanis & infinitis declamationibus digladiantes, iuueniles animos totos occupant, ſcholáſque ſuas ſectis innumeris commaculant. O pueriles ineptias, inquit
B Seneca, in hoc ſupercilia ſubduximus, in hoc barbam Epiſt.
demiſimus, hoc eſt quòd triſtes docemus & pallidi! 49.
Pog. Mouiſti riſum: tot ſunt enim hodie qui Catonis aut aliorum Sapientum imaginem referunt, cùm lõgè differant animo, vt mihi iam repetendum videatur illud edictum barbatorium de amputanda priuatorũ hominum barba, quod ego ſi Iuriſconſultus eſſem, lubens interpretarer in iſtiuſmodi ſophiſtas qui plus habent ſetarum in mento quàm ſenſus in mente. Sed iam illud Horatianum rediit in mentem:

C *Quid? ſi quis vultu toruo, ferus & pede nudo* Epiſt. 19.
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem,
Virtutémne repræſentet, moréſque Catonis?

Quos enim ait Catones videri velle, ſanè hi ne mores quidem, ſed quæ ſunt externa imitãda ſibi proponunt: at ſi conuertas in eos oculos, nihil præter faſtũ, fucúmque inuenies. In eos vulgò dicitur, Barba non facit Philoſophum: cuius prouerbij ſi auctorem requiras, non denegabit tibi hac in re vt & in ceteris locupletiſſimus Eraſmus. Verùm eos, qui Philoſophi In Chil.
D ſunt, animíque magnitudinẽ oris vultúſque conſtantia prædicant, barba illa promiſſa mirum in modum, Miſopogone decet. Placétque mihi maximè illud Nicandri Lacedæmonij, qui quodã percunctante, cur Plutarc.
comam barbámque nutriant Spartiatæ: Ariſtotelis in Apo-
lib. 1. Rhet. ca. 9. ἐν Λακεδαίμονι κομᾶν, καλὸν· ἐλευθερίας ph.
γὰρ σημεῖον· οὐ γὰρ ἐστι κομῶντα ῥᾴδιον οὐδὲν ποιεῖν ἔργον θητικόν. Quia, inquit, omnium pulcerrimus ac minimè ſumtuoſus viro ſuus cuique ornatus eſt: taléſque vult eſſe Chriſtianos Clemens Alexandrinus, dum Lib. 3.
E ait nefas eſſe barbam capillúmque vellere, quæ eſt Pædag.
pulcritudo congenita & ingenua. Misop. De coma 3. & 11.
nihil diſſentio Pogonotrophe, lubénſque omitto Syneſij encomium Caluitij contra Dionem, incertíque auctoris hac de re acroſtichia carmina. Retulit enim In verbo
Suidas, verúmque puto eum dixiſſe, Philoſophos co- κομή-
mam aluiſſe ſiue ex tolerantia, ſiue ex tenacitate. ſic σας.
enim Sidonius Apollinaris de quodam Claudiano Lib. 4.
ſcribit: Et licet crinem barbámque non paſceret, à epiſt. 11.
F collegio tamen complatonicorum ſolo habitu & fide deſociabatur. tum etiã Fauſtum laudat, quòd non Lib. 9.
cæſariẽ paſcere, neq; pallio aut claua velut ſophiſti- epiſt. 9.
cis inſignibus gloriari ſoleret. Pogon. Imò verò Stoicis prolixa erat barba, capilli autem raſi, &c, vt ait Iuuenalis, erat illis ſupercilio breuior coma. Mart. li. xi.

Tondeat hic inopes Cynicos & Stoica menta,
Colláque puluerea nudet equina iuba.

Itaque, vt refert Lucianus in Ermotimo, erat illis ἐν χρῷ ἡ κουρὰ καὶ ὁ πώγων βαθύς. & inde lux adferẽda ver-
G bis Arriani lib. 1. c. 2. αὐτὸν ἤν Ἐπίκτητε διαξύρησαι ἂν ἦ φιλόσοφος, λέγω οὐ διαξυρῶμαι. Nã hoc ei philoſopho Stoico vicio imponebatur, quòd capillos radi nollet barbámq; demittere. Ad Herodẽ Atticũ, inquit Agell. Lib. 9.
conſularem virum ingenióque amœno & Græca fa- cap. 2.
cundia celebrem adiit, nobis præſentibus, palliatus quiſpiam & crinitus, barbáque propè ad pubẽ vſque porrecta, ac petit æs ſibi dari εἰς ἄρτους. Tum Herodes interrogat quiſnã eſſet. Atque ille vultu ſonitúq; vocis ob-

A cis objurgatorio Philoſophum ſe eſſe dicit, & miratus quoque addit, cur quærendum putaſſet quod videret. Cedrinus ſcribit in Vrbe Conſtantinopolitana in thermis Zeuxippi, Homeri ſtatuam fuiſſe, cuius barba demiſſa erat, capillus ſimilis ex vtraque parte caluariæ rarus. MISOP. Quod vides ſæpiſſime barbam in Philoſophis derideri, hoc de Stoicis intelligendum eſt, quibus nomen Philoſophi inuidebant ceteri. Barbam verò prolixam veteres præter hos aluiſſe non legi; quinimò Suidas teſtis eſt, B Platonem quendam Comicum irridere ſolitum fuiſſe barbam Epicratis oratoris, quaſi rem nouam & inſolitam: neque enim barbam quis longam & prolixã habere poteſt, qui nõ aut ſordidus ſit aut nimiũ curioſus. At barbã quis non reprehendat incultam?

Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento
Virgil. lib.6. *Canities inculta iacet.*

hæc horridiorem reddit vultum, miniméque humanum, niſi quotidiano labore impenſaque, Philoſopho indigna, ita culta & elaborata ſit, vt potius C fucus videatur, quàm naturalis decor. Philippus Macedo dicebat, Qui in pilis infidus eſt, eum ne putes in rebus gerendis eſſe fide dignum. (Suidas in verbo λεόντιος) Ego de Philoſophis præſertim loquor, à quibus fucus omnino abeſſe debet. Sanè decet habitum corporis munditiis cultum, ſed virilem eſſe, in quo perſonæ decor, & multus animi candor appareat. Apuleius, quum (Apol.1.) aliquando, quòd nimis curioſus eſſet, argueretur, ſordidum maluit ſe putari: capillus ipſe, inquit, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decoris D promiſſum dixère, vides quàm non ſit amœnus & delicatus, horrore implexus atque impeditus ſtupeo tormento, abſimilis & inæqualiter hirtus & globoſus & congeſtus, prorſus inenodabilis diutina incuria non modò comandi, ſed ſaltem expediendi & diſcriminandi. Meliúſque Martialis in Pannicum:

Pectere te nolim, ſed nec turbare capillos:
Splendida ſit nolo, ſordida nolo cutis.
Nec tibi mitratum, nec ſit tibi barba reorum:
E *Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.*

Sed ſi vacat, & niſi tibi moleſtum eſt, etiam capillos & barbam veteres amputaſſe audiamus: ἔτι, inquit Plutarchus De defectu oraculorum, καὶ ἡμῖν οὐ μικρὸν ἀποδείκνυται πρᾶγμα λανθάνειν ξυρὸν τὰ σώματα τοὺς ἥρωας ἐντυχόντες Ὁμήρῳ ξυρὸν ὀνομάζοντι. idque poteſt (Lib.1.) colligi ex eo quod ait Diodorus Siculus, legem Ægyptiorum (qui omnium antiquiſſimi erant) fuiſſe, ne quis peregrè profectus, priùs quàm reuerſus eſſet, crines deponeret; ad exemplum Oſiridis qui vouerat Deo non priùs comam tonſurum quàm in Ægyptum reuerteretur. Et refert Diogenes Laërtius in Pittaco, Tyrrhæum eius filium cùm ſederet in tonſtrina Cumis, iniecta ſecuri ab ærario fuiſſe necatum. Memoratur de Dionyſio Syracuſanorum tyranno, qui quum ob iniuſtam dominationem ita timeret, vt ne tonſori quidem collum committere auderet, tamen tondere filias ſuas docuit; & quum ab ipſis adultis ferrum remouiſſet, tamen inſtituit, vt candentibus iuglandium puraminibus capillum ſibi ac barbam adurerent. Idem feciſſe fertur Alexandrum Phæreum. Arabes, Abantes, & Miſij, ne in conflictu belli hoſtibus prædæ forent, anteriorem capillum raſitabant. quò pertinet illud Homeri:

(Vide Alex. ab Alex. lib.5. Gen. cap. 28. Cæl. Rhod. lib.7. cap.23. lib.18. cap.20. Il.12.13.)

Τῷ δ᾽ ἅμ᾽ Ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες.

feruntq; Curetas & Ætolos pariter quũ à fronte eſſent capillati, & crinibus ab hoſtibus raperẽtur frõtem abraſiſſe, & ab occipite cæſariem nutriſſe quod de Alexandro Macedone proditum eſt, qui barbam militibus radi iuſſit, ne hoſti prædę anſam præberet. (Athen.) De Romanis quidem ſcriptum legitur ante annum CCCLIIII. ab vrbe condita, tonſores in Italiam nõ veniſſe, Romanóſque intonſos vſque ad hæc tempora fuiſſe. Sed poſteà vt cultiora fuerunt ingenia, adducente P. Ticinio Mena ex Sicilia tonſores primus omnium radi quoque inſtituit Africanus: ſequénſq; (Plin. lib. 7. cap.59.) diuus Auguſtus cultris ſemper vſus eſt, quod ſeruis vilioribus erat inhibitũ, qui intõſa coma capillóque (Varroni fine lib. 2. de re Ruſtica) hirto fuere: fuitque animaduerſum ante Adrianum Cæſarẽ Imperatores barbã ſemper raſitaſſe: ipſe enim ex Cæſaribus primus promiſſa barba inceſſit & capillo. Romanóſq; omnes tõderi vulgò conſueuiſſe teſtimonio erit locus Varronis in γεροντοδιδάσκαλος à Nonio citatus: Quotiens Priſcus homo, ac ruſticus (In verbo nundinæ.) Romanus inter nundinũ barbã radebat. Virg. Eclo.

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat.

Cedrinus refert Mauricium Imperatorem more Romano barbam totondiſſe: & Ammianus cuiuſ- (Lib.22.) dam Iuliani Imperatoris tonſoris meminit, qui tantũ ex arte compendij habuit, vt vicenas diurnas annonas poſſideret, totidémque pabula iumẽtorũ, quæ vulgò dictitabant capita, & annuũ ſtipendium graue abſque fructuoſis petitionibus multis. Suetonius teſtis eſt Galbam vulſo corpore quũ eſſet, galericum quidem adaptaſſe & adnexiſſe, at faciem quotidie raſitaſſe, ac pane madido linere conſueſſe, idque conſtituiſſe à prima lanugine, ne vnquã barbatus eſſet. refertque Xiphilinus ex Dione tonſorẽ Traiani mẽtum raſiſſe, quòd hic vetus ciuium Romanorum ac principum erat mos. Adrianus verò primus barbam nutriuit. & Romanæ quidẽ puellæ maturę viro compoſitum capillum Palladi offerebant: Trœzenę puellæ Hippolyto crinem conſecrabant: ſic enim Diana eum Veneris dolo peremtũ alloquitur in Euripide:

Σοὶ δ᾽, ὦ ταλαίπωρ᾽, ἀντὶ τῶνδε τῶν κακῶν
Τιμὰς μεγίστας ἐν πόλει Τροιζηνίᾳ
Δώσω· κόραι γὰρ ἄζυγες γάμων πάρος,
Κόμας κεροῦνταί σοι δι᾽ αἰῶνος μακροῦ,
Πένθη μέγιστα δακρύων καρπουμένῳ.

In Sicyonia verò ὑγιείας, id eſt, Sanitatis ſimulachrum fuit, cui virgines crines reſecare & dicare ſolebant. Athenienſes quum ex ephebis exceſſiſſent, (Plutarch. in Theſeo.) primitias crinium deferebant; & quum anteriorem comam circa tempora, aut poſteriorem crinem Apollini & fluminibus tonderent, æuo ſuccedente, Theſeus anteriorem capillum Delphis dedicauit, vnde Theſeis tonſura prodita eſt: cuius exemplo iuuenes quum ex ephebis exceſſiſſent, anteriorem comam Phœbo & Æſculapio aut Libero obtulere, idque ab omnibus Græcis vulgò factitatum fuiſſe probat Petrus Victorius. & apertiſſimè ex Homero colligitur, vbi ait Achillem dedicaſſe crinem Σπερχειῷ ποταμῷ quem locum rectè interpretatur commentarius his verbis, ἔθος ἦν τοῖς ἀρχαίοις μετὰ τὸ ἀνδρωθῆναι τῆς νεότητος τὰς κόμας ἀποκείρειν τοῖς ποταμοῖς. τούτους γὰρ ἀρχὴν ἐνόμιζον τῶν ἀνατροφῶν αἰτίους εἶναι. & alibi refert Neſtorem Palladi ſic ſacrificaſſe:

(ἔθος δὲ ὅτι, τότε τῆς μὲν ταῦτα τελευτῆς ἐκ παιδὸς ἐκ ἰὼν θόντας εἰς Δελφοὺς ἀπαρχὰς τοῦ Θεοῦ τῆς κόμης.)

G Εὔχετ᾽ ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.

Romanos magnæ indolis adoleſcẽtes primã lanuginẽ Diis cõſecraſſe, ſatis notũ eſt: De qua re ſic ſcribit Diõ: lib.48. de Octauiano: ἀμέλει τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος, αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε. καὶ ὁ μὲν τὸ ἐφεξῆς ἐπελειοῦτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι notaturq; in Tiberio, eum præter morem barbam poſuiſſe ſine vllo

(Lib.6. Variæ. cap. Ιλ. ψ. Οδ. γ.)

Xiphil. honore. Iuuenalia etiā feſta in honorē barbę Neronis A
inſtituta fuere, cùm tamen comā aleret. Moris enim
erat Romæ iuuenibus, quum primum barbam depo-
nerent, numini dicare, exhilararéq; diē ſacris & con-
uiuiis. qua de cauſſa videtur Iuuenalis ad hoc alluſiſſe:

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati.

& vt ex Tranquillo diſcimus, Nero barbam primam
conditam in aurea pyxide & precioſiſſimis marga-
ritis adornatam Ioui Capitolino conſecrauit. Talis
Lib.9. conſecrationis meminerunt Martialis & Statius co- B
Lib.2. Siluar. mam Earini Germanici liberti celebrantes, quum
eam cum gemmata pyxide & ſpeculo ad Perga-
meum Æſculapium dedicandam mitteret. Cælius
Lib.3. Rhodiginus refert ſub Sixto Pont. maxim. qui quar-
cap.24. tus eius erat nominis compertum Romæ in via Ap-
pia è regione conditorij Ciceronis, muliebre cada-
uer, quod ex inſcriptione coniectatum eſt Tulliolæ
fuiſſe, id erat aromatibus ita conditum, vt temporis
iniuriam non ſentiret. In eo viſebantur capilli aureo
implicati reticulo, ſumma omnium admiratione. Et C
fuiſſe Romæ capillatæ Deæ aram teſtatur Plinius, v-
Lib.6. bi Veſtales capillos ſuos deferebant, & in arbore ca-
cap.25. pillari, quemadmodum putat Feſtus, ſuſpendebant,
Lib.20. vel (vt Petrus Crinitus de literis humanioribus be-
de ho- ne meritus, mauult) eos capillos ſubter felicem ar-
neſt.diſ. borem terra obtegebant: quemadmodum virginibus
cap.6. Dialis cautum fuiſſe narrat Gellius. Conſuetum e-
Lib.10. tiam fuit apud quoſdam, dum infantibus nomen im-
cap.15. ponerent, tondere. eáque de cauſa vſurpata eſt illa
formula loquendi, qua etiam vſus eſt Gregorius Na- D
zianzenus in Apologetico ϖρὶν ἀποθέσθαι χνόον τὴν
πρώτην τρίχα pro eo quod Latini dicunt, Vixdum ex
ephebis exceſſerat, adhuc admodum infans. cuius
conſuetudinis meminit Cromerus libro ſecundo
Hiſtoriæ Polonicæ. Piaſtus, inquit, filio primam co-
mam gentili ritu tonſurus & nomen impoſiturus a-
micos ad conuiuium & cærimoniam inuitauerat. &
mox in Ziemouiſto: Septimum annum puer attigerat
quo prima coma pueris gentili ritu attonderi & no-
men imponi ſolebat. Hinc fortaſſis hodie in ſacro E
Confirmationis ſacramento Mos tondendi capillos.
Denique initiationis cuiuſcumque myſterium hoc
erat tonderi, veluti adoptionis: cuius rei non modò
veteres atteſtor Græcos & Romanos, ſed & Gallos
& Longobardos, & alios recentiores, apud quos mo-
ris fuit capillum barbámque ponere in ſanctioris cu-
iuſdam deditionis argumentum. ſic enim ſcribit Ai-
Lib.1. moinus; Alaricus iuxta morem antiquorum barbam
cap.20. Clodouei tangens, adoptiuus factus eſt ei pater
Lib.4. deinde, Gregorius Romanorum Patricius promiſit F
cap.32. Taſoni, quòd barbam eius præſcindens (iuxta mo-
Lib.4. rem antiquorum) eum ſibi adoptaret in filium Hunc
cap.14. morem apud Longobardos fuiſſe teſtatur Paullus
Diaconus, apud quos amicitiæ firmiſſimum erat ar-
gumentum, ſi quis barbam apud aliquem totondiſ-
ſet. refertque idem auctor, Luitprandum regem
Luit.6. Longobardorum Pipinum filium Martelli hu-
cap.15. maniſſimè excepiſſe capillo eius ſucciſo. idem nar-
Lib.4. rant Aimoinus & Otto Friſing. ſic etiam de eodem
cap.57. ſcribit Abbas Vrſpergenſis: Carolus Pipinum filium G
Lib.5. ſuum ad Luitprandum regem Longobardorum pro
cap.6. Lib.8. tondenda cæſarie miſit. Idem Bonfinius in hiſtoria
dec.1. Vngarica, & Paullus Æmilius libro ſecundo hiſtoriæ
Francorum, vbi & hæc ſubiicit: Nobiles Longobar-
dorum Spoletini Ducatus incolæ, qui auxilio aduer-
ſus Francos Deſiderio regi Longobardorum ire re-
cuſarunt, Romam profecti, in fidem Pontificis ve-
nientes, capillum barbámque ponebant; quod apud
eos ſanctioris deditionis erat argumentum. Sed & id
in omnibus penè initiationibus obſeruabatur, vt in
nuptiarum celebratione, Auſonius:

Et quatuor iuuenes, totidem innuptæq; puellæ Eidil.17.
Omnibus in morem tonſa coma, &c.

Martialis:

Tondebit pueros iam noua nupta tuos. Lib.11.

Iuuenalis: Satyr.6.

Iámque à tonſore magiſtro pecteris.

qua de cauſſa Lucanus, quum contemtum illorum
rituum in Catone deſcriberet, ſic ait:

Intonſos rigidam in frontem deſcendere canos
Paſſus erat, mæſtámque genis increſcere barbam.

Sed & quicumque moribundus erat, cultro Ditis
ad ſedes Tartari deſcenſurus tonſioni initiari dice-
batur. hoc norat Euripides in Alceſte:

Ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν.
Ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσει τρίχα,

vbi interpres ait ὡς ἔθος ὄντος τὸν θάνατον τοῦ μέλλον-
τος ἀποθνήσκειν τὴν κόμην τέμνειν. ex his Macrobius
hos verſus Virgilij interpretatus eſt; Li.4. Æneid.

Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygióque caput damnauerat Orco:
Ergo Iris croceis per cælum roſcida pennis
Deuolat, & ſupra caput aſtitit: hunc ego Diti
Sacrum iuſſa fero, téque iſto corpore ſoluo:
Sic ait, & dextra crinem ſecat.

Quid verò, num in ſeruorum manumiſſionibus
hoc erat vſitatiſſimum? nec ad id probandum diu-
tius inſiſterem, niſi vulgò viderem ineptè pleroſque
ſeruos omnes fuiſſe antiquitus tóſos adſerere; ideó-
que prouerbium apud Græcos fuiſſe cuius meminit
Suidas, δοῦλος ὤν, κόμην ἔχεις, id eſt, cùm ſeruus ſis, co-
mam habes. Tantùm enim abeſt ſeruos Romæ ton-
ſos fuiſſe, vt illis ne quidem tonderi ius eſſet. horum
enim dicebatur Græcè ἀνδραποδώδης θρίξ, vt ait i-
dem Suidas, id eſt, ſeruilis & abiectiſſimus pilus ſine
tonſura & pectine, quem tum demum adornare in-
cipiebant, quum manumiſſione in libertatem reuo-
cabantur. Liberorum enim tantùm hominum erat
eſſe comatos, id eſt, crines adornare, longéque dif- Can.3.
ferebat κόμη à verbo θρίξ. vt quando Clemens Ro-
manus libro primo Conſtitutionum apoſtolicarum
ait οὕτω τὴν τρίχα σου τῆς κόμης μὴ παραπτίζειν, quan-
tum nimirum differt capillus à coma vel cæſarie. Æneid.
Cæſaries enim dicta eſt à cædendo, vt ait Seruius 1.
Grammaticus, id eſt ferro ſæpius adornando, quia
coma ſæpius ferro colitur: alioque in loco admonet Æneid.
antiquo more viros ſicut mulieres compoſuiſſe ca- 10.
pillos: quod verum eſſe, inquit, & ſtatuæ antiquo-
rum docent, & perſonæ quas in tragœdiis videmus
ſimiles in vtroque ſexu. quantúmque ad ornatum
pertinet, Græci βόστρυχον & πλόκαμον huiuſmodi cæ-
ſariem adpellabant, qualem Euphorbum geſtaſſe ce-
cinit Homerus, auro videlicet religatam, quum in
bellum proficiſceretur: qui etiam Achiuos eadem ra-
tione ſæpius adpellat καρηκομόωντας & inſtrumen-
to quodam quod κρώβυλον vocabant, capillos im-
plicare ſolitum erat; vt eſt apud Thucydidem, cu-
ius Interpres ſic ſcribit lib. 1. ἐκαλεῖτο τῶν μὲν ἀν-
δρῶν κρώβυλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παίδων 10.4.
σκορπίος. Refert Syneſius in quadam epiſtola, Græ-
cum vetus fuiſſe prouerbium, quod veretur pro-
ferre in libro quem De caluitij laude conſcrip-
ſit, οὐδεὶς κομήτης ὅς τις οὐ ψηνίζεται. id eſt, nemo
comatus eſt, qui non præcidatur, vel (vt alij ex
ſenten-

ſententia volunt) prædicet, hoc enim verbum obſcœnè accommodat in quendam Ioannem, qui quum ingenuus videri vellet, cæſariem & comam impenſè, ſummóque ſtudio quotidie ad libidinem pectebat. Tales etiam erant hi, qui, teſte Suida, σαλπιγγολογχυπηνάδαι dicebantur, id eſt, tubis, haſtis, barbáque formidabiles, parum verò fortes. Agè verò audiamus Senecam. Quid, inquit, illos otioſos vocas quibus apud tonſorem multæ horæ tranſmittuntur, dum decerpitur ſi quid proxima nocte ſuccreuerit, dum de ſingulis capillis in conſilium itur, dum aut diſiecta coma reſtituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur; quomodo iraſcitur ſi tonſor paulò negligentior fuit, tamquam viuum tonderet? quomodo excandeſcunt ſi quid ex iuba ſua in annulos ſuos reciderit? quis eſt iſtorum qui non malit Rempublicam ſuam turbari quàm comam? qui non ſolicitior ſit de capitis ſui decore, quàm de ſalute? qui non comptior eſſe malit, quàm honeſtior? hos tu otioſos vocas inter pectinem ſpeculúmque occupatos? Refértque Columella in præfatione libri de Re Ruſtica, capitum capillorúmque concinnatores non ſolùm audiuiſſe, ſed & vidiſſe. Hic erat mi Pogonias ingenuorum cultus. Seruorum autem abiectiſſimus capillus erat. Hincque mos fuit Romanis, quum ſeruum manumitterent, hunc vilem capillum abiicere, túncque primùm radere: quod in Prufia Bithyniæ rege obſeruatum eſt, qui bello Mithridatico, Perſeo Macedonum rege capto, ſe libertum populi Romani profeſſus eſt, capite raſo & pileato. Ad hunc morē ſic alluſit Iuuen. Satyr. ſecunda:

Si potes & debes, pulſandum vertice raſo
Præbebis quandoque caput. & Plautus:
Vt ego hodie raſo capite caluos accipiam pileum.

Lib. de breuit. vitæ. 11.

Polyb. li. 3. Liu. li. 45. Appian. de bello Mithrid.

Putóque hac ratione, latronem illum inſignem Italum qui vocabatur Bulas, id notare voluiſſe, quum centurionem quendam cepiſſet, ac libertum ad Seuerum Imperatorem raſo capite remitteret cum his verbis: Nuncia dominis tuis, vt ipſi ſeruos ſuos alant ne latrocinentur. cauſſam huius ritus cōiectatus eſt Nonius Marcellus, quòd tempeſtatem ſeruitutis tūc ſerui effugere videbantur, quaſi naufragio liberati. Nam & Petronius Arbiter ait non licuiſſe cuiquam mortalium in naue, neque vngues, neque capillos deponere, niſi quum pelago ventus iraſcitur. Artemidorus rationem reddens quare raſuræ ſomnium, nautis naufragium deſignet, & ægrotis extremum vitæ diſcrimen, Quòd, inquit, naufragi & à diuturno morbo ſe colligentes radi conſueuerant. ναυαγήσαντες μὲν γὰρ ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου ξυρῶνται οἱ ἄνθρωποι. Lucianus etiam in fine Ermotimi, δοκῶ δέ μοι, inquit, οὐκ ἀλόγως ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ναυαγίων ἀποσωθέντες ἐλεύθεροι. ἅτε καὶ σωτήρια τήμερον ἄξειν. tum etiam in illo Dialogo qui περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων inſcribitur, depingit eos qui ex naufragio liberati narrant, quæ ipſis acciderint, τοῖς ἱεροῖς ἐξυρημένοι τὰς κεφαλάς. & non eſt incredibile ad hoc prouerbium alluſiſſe D. Paulum, quum tutò nauigaturos ſocios ſperare iubet. οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ κεφαλῆς πεσεῖται. Actor. Apoſt. cap. 27. Sidonius certè Apollinaris illius memor ritus ſic ſcribit lib. 9. epiſt. 9. Philoſophia quæ violenter è numero ſacrilegarum artium exemta, raſo capillo ſuperfluæ religionis, ac ſupercilio ſcientiæ ſecularis, amputatiſque peruenuſtarum veſtium rugis, myſtico amplexu iam defæcata tecum coniunxit. & hæc hactenus. Vnde verò apud noſtros mos venerit quo clerici tondeantur,

Xiphil.

Lib. 1. c. 23.

A malè plerique putant, eam eſſe rationem quòd ſerui inſtar diuino officio mancipentur: ea enim eſt cauſſa quòd cæſaries, quæ à veterib. ſummo in honore erat, & cultus capillorum reprehenderetur in illis. Ait enim Hieronymus, raſio capitis eſt temporalium omnium depoſitio. Theodorus Balſamon παπάλητραν hanc tonſuram adpellat canone vigeſimoprimo Synodi in Trullo habitæ. Clemens Romanus libro primo conſtitutionum Apoſtolicarum, canone

Can. duo. 12. qu. 1. can. prohibente 23. q. 4.

B tertio ſic ſcripſit. πιστῷ γὰρ σοὶ ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔξεστί σοι τρέφειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ ποιεῖν εἰς ἕν, ὅ ἐστι πατάλιον, ἢ ἀπόλυμα, ἢ μεμερισμένην τηρεῖν, οὐδὲ μὴν ὀγκοποιεῖν ἢ διαξαίνοντα τι καὶ πλάσσοντα οὔλην διατιθέναι ἢ ξανθοποιεῖν αὐτήν. ἐπείπερ δὲ ὁ νόμος ἀπαγορεύει φάσκων ἐν τῷ δευτερονομίῳ, οὐ ποιήσετε ὑμῖν σισόην. hoc Anacleti Pontificis maximi inſtitutum fuiſſe recenſet Platina. Videtúrque id à Diuo Paulo præceptum, quum ait, viro ignominiam eſſe ſi comam nutriat, mulieri verò gloriam eſſe: quoniam capilli pro

1. Cor. 11.

C velamine ei dati ſunt. Carthaginienſis etiam quartæ ſynodi profertur huiuſmodi canon: Clerici neq; comam nutriant neque barbam. Et hoc ab Alexandro tertio repetitum fuiſſe dicunt Canoniſtæ, cap. Clericus, de honeſtate clericorum. tenéntque mulieri comam Deum dediſſe in memoriam ſubiectionis. Tum verò quæ de mulieribus commemoras, ſatis notum eſt ſemper ornatui comam fuiſſe, & in nuptiarum celebratione ſponſas ſparſis capillis ſeniſque crinibus incidere Feſtus teſtatur; maritúmque talem co-

Can. 44.

Can. 2. dist. 30.

D mam haſtæ cuſpide diſtinxiſſe. Et Vlpianus Iuriſcōſultus refert puellas ſibi comatas mulieres exornaſſe. Clericis ergo & omnibus Chriſtianis tonſura capitis index eſt ſpreti ſplendoris & apparatus. Sicque faſtum & delicias Clodouei regis Franciæ in coma inſectatus eſt Rhemigius Epiſcopus, libertati Francorum minimè detrectans. Qui verò tonſuram illam pœnæ genus fuiſſe exiſtimant, eo quòd exſtent Imperatorum Conſtitutiones, quibus crinium tonſione expiari debebant crimina: hi mea ſententia ma-

l. item legato ff. de leg. 3.

Act. Apoſt. cap. 18. & 21.

E ximè falluntur. Neque enim animaduertunt, ſolitum olim fuiſſe in monaſteria tamquam in inſulas maleficos & ſycophantas relegare. POGON. Siſte paulùlum Miſopogone; nam ad ea quæ de barbis clericorum dixiſti, Ioannes Pierius Valerianus fuſiſſimè reſpondit ſub Clemente ſeptimo, ampliſſima oratione quam pro ſacerdotum barbis habuit, vbi quàm malè Canon Carthaginienſis Concilij & Alexandri tertij decretum legantur, liquidò demonſtrat. Quod & comprobat Franciſcus Turrianus

F in ſuis Annotationibus, in prædictos Clementis Romani canones, vbi adſerit Chriſtianos comam quidem raſiſſe, barbam verò nutriſſe. Et quæ ex tam multis auctoribus recitas; ſunt hæc quidem pulcra, ſed cum bona venia dixerim nullius exempli. Poſſem enim plures alios recenſere populos qui barbam & comam tanti fecerunt, vt ſi eos in medium ſuffragiorum cauſſa eductos producerem, vererer ne pœna legis Corneliæ de ambitu tenerer. Sanè enim antiqui Galli comati dicebantur, quòd, vt ait Dio-

Baron. in vol. 1. annal. eccleſ. pag. 540.

Lib. 4.

G dorus Siculus, flauam comam quàm ſæpiſſimè calcis ablutione lauarent; barbam verò nobiliores circa malas quidem radebant, at eam quæ à mento dependet prolixas alebant. Indi capillum pectebant ſæpius quàm tondebant, barba ſemper intonſa. Denique & plures alij, quos recenſere nihil proderit. Nam ex diuerſis moribus nulla certa regula aut ratio colligi poteſt. Quid dicam de Polonorum

Diod. lib. 3.

tonſura, quibus Cazimiro Rege ſuo ex Monaſterio reuocato indictum eſt, vt omnes rotunda capillorum tonſura eſſent infra auriculas? Sed & refert Suidas (*In verbo ἀπονοία.*) Venetis acceſſiſſe ſub Iuſtiniano, vt nouam capillorum rationem inierint, nullam ob cauſſam, niſi quòd ocioſi ſemper aliquid noui moliebantur. Radebant enim capillos ſecus quàm ceteri mortales. nam muſtacem & barbam nuſquam attingebant, ſed quàm promiſſam ſemper alere mōre Perſico ſtudebant, capillos verò anteriores ad vſque tempora detondebant; poſteriores quàm longiſſimos dependere nulla ratione ſinebant. Qui fit vt tam varius fuerit pilorum cultus? varia ſcilicet & inconſtans hominū opinio, varij mores gentiū, varia deniq; valetudo efficit, vt quæ incommoditatis alicuius depellendi cauſſa reperta ſunt primò, pòſt haberi cœpta ſint ad ornatum etiam corporis & dignitatem. Nimirùm fuere qui cùm pili iis rufi eſſent, hircumque fortaſſis redolerent, fœtorem illum dum tonſione & raſura euitare ſtudebant, ne nouo cultu aliquid ſuſpicandum relinquerent, alios ad idem agendum incitarunt. Præſertim id locum habet apud aulicos, qui velut ſimiæ, cùm ſine ratione principum quæ ſunt externa vbique æmulantur, videri volunt iis ſimillimi: dúmque nihil agunt, fortaſſe in limine aut atriis domus regiæ ocioſi, neſcio quam ſportulam expectantes, & ex plebis ſanguine, vt ita dicam, ac viſceribus opulentiam parantes, totam ætatem conterunt, induſtriámque omnem ſuam collocant in vanis huiuſmodi rebus velut antiqui illi quos hiſtoriæ memorāt (*Diod. lib. 3.*) Æthiopes, qui adeò ſuum Regem ęmulabantur, vt ſi quādo aliqua corporis parte debilitaretur, aulici omnes ſua ſponte dolerent, turpe exiſtimantes Rege claudo aut monoculo, omnes claudos aut monoculos non eſſe. Sic etiam ferunt Platonis familiares (*Plutarc. de diſcr. vere amu. ab adult.*) contractos humeros expreſſiſſe, & Ariſtotelis amicos balbutiem illius imitari ſolitos: rurſus Alexandri Regis aulicos familiares ceruicem inflexam & in dicendo vocis aſperitatem reddidiſſe. Miſop. Ad eos propiùs accedunt aulici noſtri forenſes, non dico eos quos Pragmaticos vulgus nuncupat, & Demoſthenes σπερμολόγυς καὶ περιτρίμματα τῆ ἀγορᾶς. Hi.n. adeò auidi ſunt inter diſcordantes amicos aut propinquos vel adfines ſimultatum & tantis occupationibus diſtenti, vt vel ocium quidem ne habeant excogitandi ea quæ ad decus & honeſtatem apprimè homini neceſſaria ſunt. ſed de his loquor, qui ocium deſidiámque amplexantes vix è matris vtero egreſſi, primis labris Iuriſprudentiam nedum attigerint, Iuriſconſulti tamen videri volunt, & poſtquam paucos dies in foro deambulando contriuerunt, nihil aliud agentes, quàm vt cum Demoſthene dicam: περιϊόντες αὐτῆ πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγορὰν, λέγεταί τι καινόν, tum demùm magiſtratibus toto pectore inhiāt & ita ſuperclioſè honores ambiunt, quos poſtquàm legitimo ſcilicet commercio conſequuti fuerunt, quaſi iam nihil aliud ſperantes, in perpoliendis ſuis pilis toti incumbunt. omnia denique agunt ad faſtum, pompam & delicias. Pogon. Sed has nugas relinquamus, & quod rationi conſentaneum eſt, conſideremus. Comam enim humaniores viros reddere & hilariores dicebat Lycurgus, vt ait Plutarchus, (*Li. 2. Aethiop.*) præſertim eos quos natura produxit mites, benignos & dulces. Heliodorus ſic dicebat: κόμη, τὺς μὲν ἐρωτικὺς ἱλαρωτέρυς, τὺς δὲ λῃστρικὺς φοβερωτέρυς ἀποδείκνυσι. Itaque ait ibi Cnemonem comæ abraſiſſe ὅσον εἰκὸς ἦν ἔλαττον κομᾶν τῦ λῃστρικῦ τὸ ἁβρότερον. Et conſtat

A apud antiquos vſitatum fuiſſe deprecationis loco barbam tangere. Homerus ἰλ. κ.

Ἠ, καὶ ὁ μὲν μὶν ἔμελλε γενείυ χειρὶ παχείῃ
ἤ ψάμενος λίσσεσθαι

Et per barbam deprecari moris fuiſſe, Euripidis hi (*In Hecub.*) verſus oſtēdunt: ἀλλ' ὦ φίλον γένειον αἰδέσθητί με. deinde. Ἀγάμεμνον ἱκετεύω σε τῶν δὲ γονάτων καὶ σῦ γενείυ δεξιᾶς τ' εὐδαίμονα. & hoc vult Plinius dicens, Antiquis (*Libr. 11. ca. 45.*)
B Græciæ in ſupplicando mentū attingere morē fuiſſe. Sic adhuc Euripides in Oreſte, πολλὰς γενείυ τῦ δ' ἂν ἐκτεῖναι λιτάς. id eſt, multis per mentum hoc rogaturū precibus. & in Medea: μὴ πρὸς γενείυ κρύπτε συνδυλον σέθεν. & ait Seruius veteres non ſolùm comas (*Lib. 6. Aeneid.*) ornaſſe, ſed etiam barbam; eiuſque rei ex ſtatuis ſumit argumentum. Quin radere indicium erat neglectæ venuſtatis. Suetonius de Octauio ſic loquitur: Et in capite comando tam incurioſus vt raptim compluribus ſimul tonſoribus operam daret, ac
C modò tonderet, modò barbam raderet. Conſtátque raſuram triſtitiæ mœrorí ſque indicem fuiſſe. Quod & in muliere notaſſe viſus eſt Accius in Amphyt. hoc verſu quem citat Nonius: Sed quænam hæc eſt mulier, funeſta veſte, tonſura lugubri? Plutarchus id in libro De ſuperſtitione apertè docet. Imò etiam ſupercilium in mœrore radere moris fuiſſe, refert Artemidorus. Et Argiuos victos à Lacedæmoniis (*Lib. 1. ca. 27.*) amiſſis Tyriis deplorandæ calamitatis cauſſa capillos barbámque reſecaſſe, contra verò victores
D Lacedæmonios in argumentum publicæ lætitiæ barbam & comam relaxaſſe, ſcribunt Herodotus & Plutarchus in Lyſandro. Sicque ad hanc rem ait (*Lib. 1.*) Seneca, Si regem in luce media errantem ad rerum (*Lib. 5. de benef. ca. 6.*) naturam admiſiſſet, vſque eò ignarum, vt quo die ſolis defectio fuit, regiam clauderet, & filium, quod in luctu ac rebus aduerſis moris fuit, tonderet. Athenienſes ἀπατυρίαν celebrantes, vt parentes defunctos lugerēt, capite raſo in medium procedebāt, inquit Xenophon (*Lib. 1. de Græc.*): μέλανα ἱμάτια ἔχοντας, καὶ ἐσθῆσιν χρῷ κεκαρμένυς. Vrbe Sybari à Crotoniatis dire-
E pta, vniuerſi Mileſij capita deraſerunt, & ingentem luctum ediderunt. Herodotus teſtis eſt in De- (*Lib. 4.*) lo, pueros puelláſque innuptas cęſis crinibus paren- (*Lib. 9.*) taſſe: & alibi refert Perſas audita Maſiſtij cæde ſe ipſos & equos & iumenta totondiſſe; & in prouerbio fuit iis qui ſummo dolore adficiebantur, ad viuum vſque tonſos eſſe, quaſi hos malum non leuiter attigiſſet. Sic enim chorus Sophoclis in Aiace miſerrimam Tecmeſſam alloquitur: ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ
F τῦτο. id eſt, hoc mali nuncium te ad viuum pertingit. Iob in ſuis lamentationibus dicitur totondiſſe caput ſuum ac ſcidiſſe pallium. Iulius Firmicus libro De errore prophanarum religionum, ita de Ægyptiis ſcribit: In adyto habent Oſiridis ſepultum idolū, hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita, vt miſerandū caſum Regis ſui turpitudine dehoneſtati defleant capitis. Eademq; referuntur à Plutarcho lib. de Vid. & Oſirid. Diodorus Siculus eadē de iiſdem notans; (*Lib. 1.*) ἀλλὰ μὴν, inquit, καὶ καθ' ἣν μὲν οἰκίαν εὑρεθῇ κύων τε-
G τελευτηκώς, ξυρῶνται πάντες οἱ κατ' οἶκον ὄντες ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ποιοῦνται πένθος. Quibus locis difficilis erit (*Lib. 2.*) intellectu Herodotus dicēs, τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος ἅμα κήδεϊ κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς, τὺς μάλιστα ἱκνέεται. αἰγύπτιοι δὲ ὑπὸ τῦ θανάτυ ἀνιεῖσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι, τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ γενείῳ, τέως ἐξυρημένοι. Id eſt, Apud ceteros homines more receptum eſt, vt in luctu ſtatim capita radantur,

& eo-

& eorum potiſſimùm ad quos iure luctus pertinebat. Ægyptij verò in morte ſuorum ſinunt capitis barbæque pilos creſcere, qui antea tonſi fuerant. Sed huius diuerſitatis conciliandæ hanc eſſe rationem puto; quòd, vt ait D. Gregorius 1. Pont. max. mos veterum fuit, vt quiſquis ſpeciem corporis ſui capillos nutriendo ſeruaret, eos tempore afflictionis abſcinderet; & rurſum qui tranquillitatis tempore capillos abſcinderet, eos in oſtenſione afflictionis nutriret. lib. 2. Moral. ca. 17. Et, vt antè dictum eſt, magna eſſet inter raſuram & tonſuram differentia, propria nimirùm ſignificatione: nam promiſcuè & indifferenter ſæpiſſimè vſurpata hæc vocabula fuiſſe non eſt ignotum. Itaque cùm ab omnibus eſſet barba & coma frequenti tonſione culta, accedente luctu, aut radebatur, aut verò neglecta, ſinebatur augeri & increſcere. nam capillos quidem vagari ſinere, hominis eſt aut ſordidi aut crudelis; omnino verò amputare, furentis aut fatui. Itaque Artemidorus in ſomniis cùm raſuram indicium eſſe dixit mœroris, tonderi verò voluptatis eſſe adfirmauit. κείρεσθαι δὲ ὑπὸ κυρίως ἀγαθὸν πᾶσιν ὅπως δηλοῖ, ἔστι γὰρ ὡς εἰπεῖν ἀπὸ τοῦ καρῆναι, καὶ τὸ χαρῆναι κατὰ παραλλαγὴν στοιχείου ἐκδέξασθαι. Satiſque conſtat moris fuiſſe Romæ cuum triſte aliquid accidiſſet, capillum ſummittere, ſordidóque capillo & demiſſo prodire: Sordidati, inquit Cicero Ver. 4. maxima barba & capillo Romæ biennium propè fuerunt. Quod à Caligula factum fuiſſe refert Suetonius, qui morte Druſillæ audita, adeò mœroris impatiens fuit, vt repentè ab vrbe noctúque profugerit, ruſuſque redierit barba capillóque promiſſo.

Lib. 7. cap. 24. Et hoc indicat Plinius in quadam epiſtola, vbi ait moris fuiſſe reis capillos ſummittere. Liuius lib. 2. Dec. 2. Ad hoc promiſſa barba & capilli efferauerant ſpeciem oris. & libr. 4. Decad. 5. Alexandrini legati ſordidati barba & promiſſo capillo cum ramis oleæ ingreſſi curiam, procubuerunt. Iulius Cæſar, teſte Suetonio, audita clade Turriana barbam capillúmque ſummiſit, nec antè dempſit quàm vindicaſſet.

De Antonio victo refert hæc Plutarchus: καὶ κόμην μὲν ἀτημελῆ καὶ βαθὺν πώγων μετὰ τὴν ἧτταν εὐθὺς ἦν αὐτῷ καθειμένος. Herodianus ait Macrinum Antiochiæ barbam nutriſſe mœſtitiæ cauſſa. Et Gellius refert Claudium Aſellium tribunum plebis cùm eſſet reus, in contemtum populi barbam non deſiiſſe radere. Nec ſolùm id ab his qui contumeliam patiebantur fiebat, ſed à populo, aut etiam à cognatis. Sic enim ſcribit Liuius: Coniecto in carcerem Manlio, ſatis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multóſque mortales capillum ac barbam promiſiſſe. Sed & Seneca teſtatur Romanos in honorem alicuius quem lugebant, veſtem ſordidam ſumſiſſe, & barbam capillóſque demiſiſſe. Et quia hoc plerumque ad calumniam & iniuriā, quaſi accuſationis loco fiebat, vt ſcribit Iuriſconſultus Vlpianus, quia fortè, vt apparet ex eodem Senecæ loco, ambulabat eadem via quis cum eo, quem alicuius criminis conſcium arguebat, eiuſque veſtigia calcabat: ideò Venuleius refert vetitum fuiſſe ne quis veſtem ſordidam rei nomine in publico haberet, capillum ſummitteret, barbámve demitteret, niſi ita coniunctus eſſet adfinitate, vt inuitus in reum teſtimonium dicere cogi non potuiſſet. Ad hoc pertinet illud Senecæ, *Soluite crinem, per colla fluant mœſta capilli.* Quibus ex locis apparet, antiquitus capillos longos quidem gerere

(Margin notes, left: Lib. 5. — Lib. 3. cap. 4. — Lib. 6. — Contr. 30. — l. 15. de iniur. — l. 39. eo. Tit. — Trad. act. 1.)

A moris fuiſſe, ſed ita contextos & compoſitos, vt ornatui eſſent, mœſtitiæ verò cauſſa demitti. Cuius rei neminem ſcio, quem ad teſtimonium certiùs citare poſſim quàm Ioſephum, apud quem Sameus Herodē accuſatum obiurgat, quòd præter morem reorum nō demiſſo capillo κόμην ὑποθρέψας prodierit, ſed τὴν κεφαλὴν κεκοσμημένος τῇ συνθέσει τῆς κόμης. Sic etiam Cicero pro Roſcio Amer. Ipſe verò ait quemadmodum compoſito & delibuto capillo paſſim per forum
Lib. 14. antiq. cap. 77.
B volitet. Alij verò, quemadmodum diximus, non demittebant crines, ſed eos omnino radebant. Exempla multa hac de re Plutarchus in Pelopida poſuit: Thebani enim Pelopida mortuo omnes vt indicarent luctum, raſerunt non ſolùm ſe, ſed & equos. Alexander Magnus audita Phocyonis nece, raſit non ſolùm crines equorum & mularum, verumetiam radi iuſſit ciuitatis murorum apices, vt viderentur vnà lugere; hoc eſt enim indicium mœroris & luctus. Hoc Admetum Regem Phæreorum in
C morte Alceſtis vxoris fieri iuſſiſſe ita refert Euripides:

Τέθριππά τε ζεύγνυσθε, καὶ μονάμπυκας
Πώλους, σιδήρῳ τέμνετ' αὐχένων φόβην.

Suetonius narrat in Caligula Regulos quoſdam, audita Germanici morte, barbam poſuiſſe, & vxorum capita raſiſſe, ad iudicium maximi luctus. Atque in antiquorū funeribus id ſollemne fuiſſe patet. Herodianus ait Antoninum Imperatorem, libertū quemdam ſepelientem, vt Achillem imitaretur, omni ge- Lib. 4.
D nere animalium circa corpus mactato, etiam capillum conſectare voluiſſe: cúmque eſſet raro capillo, & crinem quæreret, vt imponeret ignibus, & ridiculus propterea eſſet, quos habebat tamen totondiſſe. Cuius ſollemnitatis ratio refertur ab Homero, cuum ait Achillem flendo Patroclum, vt iuſta ei Ιλ. ψ.
ſolueret, crines raſiſſe.

Κείρεσθαί τε κόμην ἐπεὶ οὔ μ' ἔτι δεύτερον ὧδε
Ἵξετ' ἄχος κραδίην ὄφρα ζωοῖσι μετείω.

Id eſt, Ne vnquam poſtea plorem quoad vixero.
E Deinde narrat omnes Achiuos Patroclum ſuis capillis cooperuiſſe, Achillem verò flauam comam abſcidiſſe:

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην.

ab Euſtathio appellatur πενθήριος πλοκαμός. Sic Sophocles in Aiace, quum Teucer eum ſepulturæ mandat, iubet filio eiúſque matri vnà ſecum capillos offerre. Ιλ. β.

Κόμας ἐμὰς καὶ τῆσδε καὶ σαυτοῦ τρίτου
Ἱκτήριον θησαυρόν.

F & in Electra Oreſtes in Agamemnonis ſepulcro ſic ait:

Ἡμεῖς δὲ πατρὸς τύμβον, ὡς ἐφίετο,
Λοιβαῖσι πρῶτον καὶ καρατόμοις χλιδαῖς στέψαντες.

& aliquanto pòſt Electra ſic loquitur:

——— σὺ δὲ
Τέμνουσα κρατὸς βοστρύχων ἄκρας φόβας,
Κ' ἀμοῦ ταλαίνης, σμικρὰ μὲν τάδ' ἀλλ' ὅμως
Ἄχω, δὸς αὐτῷ τήνδ' ἀλιπαρῆ τρίχα.

tum in Oreſte:

G Κόμης ἀπαρχὰς καὶ χοὰς φέρουσ' ἐμάς.

Alexander Magnus Hephæſtione mortuo dicitur κείρεσθαι ἐπὶ τῷ νεκρῷ τὴν κόμην. Plato in Phædro: Σωκράτης καταψήσας οὖν μου τὴν κεφαλὴν καὶ ξυμπιέσας τὰς ἐπὶ τῷ αὐχένι τρίχας (εἰώθει γὰρ ὁπότε τύχοι παίζειν μου εἰς τὰς τρίχας) αὔριον δὴ ἔφη ἴσως ὦ Φαίδων, τὰς καλὰς ταύτας κόμας ἀποκερῇ. erat enim moriturus Arrian.

Socrates: Itaque, inquit Phædon, contrectans poſteriores capitis mei capillos, quibuſcum ſæpiſſimè ludere ſolebat, Cras, dixit, ô Phædon forſitan hanc pulchram reſecabis comam. Et ſanè etiam ſetis iuuencorum ſacrificari in ſepulturis legimus apud Lib. 6. Æneid. Virgilium:

Quattuor hic primùm nigrantes terga iuuencos
Conſtituit, frontique immergit vina ſacerdos:
Et ſummas carpens media inter cornua ſetas
Ignibus imponit ſacris libamina prima.

Orat. 8. Pulchrè itaque Maximus Tyrius comam eſſe dicit τὸ τελευταῖον δῶρον ἤδη καλλωπισμένῳ. Sed & nouiſſimè ex Froiſſardo didicimus Gaſtone de Foix mortuo patrem ſuum mœſtitiæ capillos omnino amputaſſe. Porrò & in reatu conſuetum fuiſſe miſerationis ergô crines radere, ſatis conſtat ex Sido- Lib. 1. ep. nio Apollinari, quum ita ſcribit: Pauci medij dies, & in tractatorium frequens Senatus procedit noſter ad curiam, paulò antè detonſus punicatúſque, quum accuſatores ſemipullati atque concreti, nuncios à Decemuiris operirentur, & ab induſtria ſqualidi præripuiſſent miſero debitam miſerationem ſub inuidia ſordidatorum. Id verò apertiùs patet ex Suetonio de Vitellij ſupplicio hæc dicente: Per totum vitæ ſpacium reducta coma ceu noxij ſolent. Apud Hebræos inſtitutum legitur, vt Nazareni, hi videlicet qui vt liberiùs vacarent legi, ſe à commercio profanorum abdicabant, non tonderentur: & in Num. 6. omni tempore ſeparationis ſuæ cautum erat ne nouacula tranſiret ſuper caput Nazareni, niſi ſi quando caſu fortuito mortuus fuiſſet quiſpiam coram eo. Sa- Leu. 19. cerdotibus Deus optim. maxim. vetuerat, ne in rotundum attonderent comam, nec raderent barbam. Atque vt Regis Hebræorum Dauidis legatos irride- Paral. 1. cap. 19. ret Hanon, ferunt hiſtoriæ eos raſiſſe, tum etiam præcidiſſe tunicas eorum à natibus vſque ad pedes: qui cuum abiiſſent & hoc Dauidi mandaſſent, iuſſi ſunt ab eo, manere in Hiericho, donec creſceret barba, ne contumelioſi eſſent. Ideò etiam ait Æmoinus mo- Lib. 4. hiſtor. Fránc. cap. 2. nachus, Sadregeſilum ducem Aquitanorum à Dagoberto Rege Francorum, fuiſſe flagellis cæſum, & barbæ raſione deturbatum. Apud Indos qui maximum aliquod delictum perpetrauerat, à Rege tonderi iu- Serm. 42. bebatur; ἰσχάτης οὔσης ταύτης ἀτιμίας, inquit Stobæus ex Nicolai ſcriptis. Et apud Francos promiſſa barba intonſúſque capillus regiæ nobilitatis olim inſigne erat. vnde Clodionem Regem comatum cognominatum fuiſſe tradunt. Et Clodoueus, vt in Cal. Rhod. lib. 15. c. 8. principio dicebas, cæſatiem prolixam gerebat, vt & omnes quotquot fuere antiqui Reges Franciæ, vt teſtatur Egninardus Caroli Magni alumnus. Sic enim ait: Et opes & potẽtia Regni penes Palatij præfectos qui Maioreſdomus dicebantur, & ad quos ſumma imperij pertinebat, erant: neque Regi aliud relinquebatur, quàm vt regio tantùm nomine contentus, crine profuſo, barba ſummiſſa, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret. Agathias itaque ait Clo Lib. 1. Goth. damirum filium Clodouei regis Franciæ ipſúmq; Aureliæ Regem, in bello contra Burgundiones occiſum fuiſſe, ab illiſque agnitum, quòd in eo comam profuſiorem, quæ illi ad tergum protendebatur, animaduertiſſent. Neque enim, inquit, fas erat Francorum Imperatoribus comam tondere, ſed à pueris intonſi manent, atque adeò vt à tergo his defluant crines, nam à fronte diſcriminati vtrimque feruntur. Nec ſanè Turcarum more Barbarorúmque impexi & ſqualidi ſordidioréſque capilli his ſunt vel aliâs calami-

A ſtrati & indecenter perplexi, ſed varia his ſuperinfundunt vnguenta, & diligenter pectendo expoliũt: idque perinde præcipuum & regium decus conſtitutum eſt, ſolis vt regibus permittatur; nam ſubditi circumtonſi ſunt omnes, nec prolixior his coma conceditur. Hactenus ille Itaque refert Gregorius Turonenſis Clodoueum Charaicum Regem vinctum totondiſſe; quoniam verò minabatur ſibi cæſatiem ad creſcendum laxare, ipſum interfeciſſe. Digna verò B Chrotildis Reginæ hiſtoria, quæ ab eodem auctore recenſeatur. Filios Clodomeri, Childebertus patruus deliberabat vtrum inciſa cæſarie vt reliqua plebs viuere permitteret an interficeret, ad Chrotildem matrem quæ hos paruulos nepotes vnico affectu diligebat, miſit Arcadium cum forcipe, ac euaginato gladio optionem ei dans vtrum inciſis crinibus eos viuere iuberet an iugulari. Quæ reſpondiſſe fertur, ſatius ſibi eſſe mortuos quàm tonſos videre. Refert etiam de Gundebaldo, qui filius Clotarij Regis puta- C tus diligenti cura enutritus fuerat, vt regum iſtorum mos eſt, crinium flagellis per terga demiſſis. De eo- Lib. 3. c. 6 dem Aimoinus monachus ſic ſcripſit: Gundebaldus in Galliis natus, moréque regum à matre enutritus (vti cõſuetudo antiquis Franciæ fuit Regibus) capitis comam gerebat profuſam. Porrò morem hunc vſque ad Petri Lombardi Pariſiorum Antiſtis tem- Beatus Renanus lib. 2. rer. Germ. pora aiunt duraſſe, quem is velut indecentem & ineptum tollendum perſuaſerit. atque hæc illis Francis antiquiſſimę obſeruationis eſſe, teſtimonio eſt Clau- D diani verſus ad Stiliconem:

---- *ingentia quondam*
Nomina crinigero flauentes vertice Reges.

Qua de cauſſa ait Gregorius Turonenſis Francos Rheno tranſacto Thuringiam tranſmeaſſe, ibíque iuxta pagos vel ciuitates reges crinitos ſuper ſe creauiſſe. Sed eò redeamus vnde digreſſi ſumus. Nam raſura illa ſi ad naturam referenda ſit ratio, intemperiem notat: hoc enim fieri ſolitum eſt ab iis qui aut ſordidi natura ſunt, aut calorem ægrè moleſtéque ferunt. E Quemadmodum de Iulio Cæſare referr Suetonius, Circa corporis curam, inquit, moroſior, vt non ſolùm tonderetur diligenter ac raderetur, ſed velleretur etiam, vt quidam exprobrarunt. Ægyptiorum ſacerdotibus pro more fuiſſe prodidit Herodotus nedũ men- In Euterp. tum ſed totum corpus eradere, ne quid iis inter Deorum cultum, aut pediculi aut alterius ſordis crearetur. Refert Suidas id mulieribus Romanis aliquando In verbo ἀφροδίτη. accidiſſe, quum ſcilicet prurigine adeò laborarent, neceſſe habuiſſe caput totúmque corpus vellere, qua- F propter ſimulachrum Veneris confinxiſſe pectinem ferentis & barbatæ vt ea ſibi capillos reſtauraret. Sed & hæc raſura ſummæ impudicitiæ mollitieíque imputata eſt. P. Sulpicio Gallo homini à P. Scipione Africano qui teſte Gellio his vſus eſt verbis: Nam qui quotidie vnguentatus aduerſum ſpeculum ornetur, cuius ſupercilia raduntur, qui barba vulſa feminibúſque ſubuulſis ambulet, &c. eum ne quiſquam dubitet quin idem fecerit quod cinædi ſolent. Hoc verò impudicitiæ ſignum interpretatus eſt Cicero in Caiũ Pro Roſc. Comœd. G Fannium, his verbis: Oro atque obſecro vos qui noſtis, vitam vtriuſque conferte; qui non noſtis, faciem vtriuſque conſiderate, nónne ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, clamitare calliditatem videntur? nónne ab imis vnguibus, vſque ad verticem ſummum, ſi quam coniecturam adfert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? qui idcircò capite & ſu-

& ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur. A Caluities etiam, ad quam propius hæc raſura accedit, opprobrio maximo erat. Eliſeus cuum aſcendiſſet in Bethleem, puerique illuſiſſent ei dicentes. Aſcende calue, maledixit eis: egreſsique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Itaque etiam Homerus de Therſite viro omnium turpiſſimo ait:

Φοξὸς ἔην κεφαλήν, ψεδνὴ δ᾽ ἐπενήνοθε λάχνη.

Id eſt, paruum caput illi erat, cui adhuc rarus percurrebat capillus. B Iulius Cæſar, inquit Suetonius, caluitiei deformitatem iniquiſſimè ferre obtrectatorum ſæpè iocis obnoxiam expertus eſt, ideóque deficientem capillum reuocare à vertice aſſueuerat. Tiberiũ quia caluus erat, deriſit Seianus, qui Floralibus omnia caluitiorum miniſterio peragebat, lumen quoque diſcedentibus à theatro per puerorum raſis capitibus quinque millia præbuerat. Sed & Galba cùm vulſo corpore eſſet, galerum capiti propter raritatem capillorum adaptauit, & annexit, vt nemo dignoſceret. C Domitianum etiam caluitio ita offenſum fuiſſe, vt in contumeliam ſuam traheret ſi cui ioco vel iurgio obiectaretur. & libellum De cura capillorum edidiſſe idem auctor teſtis eſt. Sanè verò vt tandem me colligam, hæc vulſura capitiſque raſio mitæ eſt deformitatis; ab hiſque nimirùm inuenta, qui ne hic defectus ſibi eſſet opprobrio, vt cæteris pares eſſent, tonſuram ad raſionem vſque introduxerunt: cuum tamen penitus hoc fatuitatem redoleat. abraſuráque eiuſmodi neſcio quid ſapientiæ homini detrahere videtur. Quod obſeruari plerique teſtantur in iis qui ſecretioris Philoſophiæ ſunt profeſſores. Sed & illius magni Samſonis vires tum demum defecerunt, cuum à Dalila raſus eſt. Ferúntque huiuſmodi Philoſophos omnino intonſos eſſe, quam ad rem alluſit hoc verſu Plautus in Rudente:

Capillum promittam, optimum eſt, occipiámque hariolari.

Apollonius Tyanæus etiam præſtigiator magnus comatus fuit teſte Philoſtrato. Quid verò commemorem de Numa Pompilio, quem dicunt à Ioue impetraſſe, vt hominis capilli ad faſcinationem prodeſſent? Lubens omitto Æſculapij mentionem qui prolixa barba ſemper à pictoribus & poetis fingitur. Miſop. Iam à principio memini me dixiſſe non ita crines barbámque amputari debere vt quis caluus omnino eſſe videatur. Sed id honeſtum decúſque putaui, ſi quis non ita promittat barbam, verùm eo pacto comminuat, vt nihil tamen deſit decoris virilis & honeſtatis. atque ideò niſi tibi aliud videtur, ſatis hac de re luſimus, tu tuo more viuito & nos ama.

Poſtea ſatis corporis & animi exercitatione recreati, cuum iam receptui propinqua nox caneret, rediimus, & omnes qui vnà eramus, plauſimus eorum ingenio, & induſtriæ.

FINIS.

TYPOGRAPHVS IVRIS STVDIOSIS S.

REDIT ad vos, humaniſſimi adoleſcentes, expetitus ille De verbis Iuris commentarius: ſed ita redit, vt iam planè nouus, & (verè vt loquar) rediuiuus videri poſſit. Fuerat enim ſuperior editio Francofordienſium nundinatorum importunitate & præpoſteris flagitationibus ſic extorta, vt abortio veriùs, quàm matura editio videretur. Nam cùm autor illius ita per id tempus in ſuis Inſtitutionum commentariis dies noctéſque occupatus eſſet, vt ſatis ad illam editionem perpoliendam vacui temporis nō haberet: victus autem adſiduis multorum flagitationibus eas nobis arculas tradidiſſet, in quibus verba Iuris literarum ordine congeſſerat: optimum factu putauimus, quamplurima augendi voluminis cauſſa partim ex Theophilo, Harmenopulo, Connano, Duareno, partim etiam ex Gruchio, Manucio, Sigonio, & aliis nonnullis collecta, certos in locos inſerere: quo in negocio (verè & ingenuè fatebimur) neque ordo qui in Dictionariis conficiendis exquiritur, obſeruatus: neque ea in multis verbis collocandis adhibita diligentia fuerat, quam huius operis ratio poſtulabat. Et tamē non tam potuit hæc ſiue editio, ſiue abortio immatura videri, cuiuſmodicumque tandem illa fuerit, quin & multis probata ſit, & paucis nundinis à Librarijs noſtris diſtracta. Cùm autem huius autor Commentarij, qui nullum neque finem neque modum benè de vobis merendi facit, alijs ſuis lucubrationibus perfunctus eſſet, opus hoc illi ſub incudem reuocandum, & maiore aliquanto cura atque diligentia perpoliendū tradidimus. Quod cùm ſuperioribus menſibus nobis reddidiſſet, animaduertimus, id ab eo præſtitum in illo fuiſſe, quod ſummum poëtam Virgilium tradunt de ſuis verſibus elaboratis dicere ſolitum: eos ſe vrſæ more parere, & lambendo demum effingere. Nam (vt Plinius ſcribit) vrſarum fœtus carne ſunt primùm informi, ſine oculis, ſine pilo: vngues tantùm prominent: poſtea verò adſiduè lambendo paulatim calefaciunt, & figurant. Idem igitur huius Commentarij autorem in hoc ſuo opere effeciſſe perſpicietis. Nam aliena omnia, quæ voluminis augendi cauſſa hinc atque illinc deſcripta fuerant, ſuſtulit: & quæ confuſa perturbatáque videbantur, ea ſuum in locum atque ordinem ita diligenter ac ſtudioſè redegit, vt iam abſoluto Dictionario frui commodè ad ſummas ſtudiorum veſtrorum opportunitates poſſitis. Quòd ſi qui erunt, quibus nondum ſatisfeciſſe videbitur, ij velim meminerint, quod editione ſuperiore autor ab ijs deprecatus erat. primùm vt illud Varronis cogitent: QVI DE VERBIS MVLTA DIXERIT COMMODE, POTIVS BONI CONSVLENDVM, QVAM QVI ALIQVID NEQVIVERIT, REPREHENDENDVM. Deinde vt ipſius in hoc opere perpetuam ſcribendi conſuetudinem conſiderent. qui cùm aliorū quorumdam, præſertim clarorum virorum, peccata grauiſſima glorioſè reprehendere, atque ijs exaggerandis laureolam apud imperitos quærere potuerit: ſuo tamen pudori ac naturæ ſeruire maluit: tantúmque ſibi ab omni obtrectatione refugiendum putauit, vt etiam illorū errata, quoad in ipſo fuerit, diſſimularit. Cùm enim homo ſit, (vt ait ille apud Comicum) humani à ſe nihil alienum putat. Humanum autem hoc vel maximè animaduertit, quòd quibus in rebus ſibi quis attentiſſimus ac diligentiſſimus fuiſſe videtur: tamen in ijs ipſis acerrimis atque attentiſſimis cogitationibus ſuis, poſtea, vel ſua ſponte, vel aliunde admonitus, grauiter ſe dormitaſſe ſentiat. quo lubentiùs in hoc ſe modeſto ſcriptionis genere continere ſolet, quippe cùm (vt ipſe de ſe ingenuè profitetur) interdum animaduertat, vbi ſe multo plus quàm alios vidiſſe exiſtimatat, ibi tamen maximè ſe omnium allucinatum eſſe. Quare ſi qua erunt in hoc opere, quæ doctorum hominum reprehenſione digna eſſe videantur, veſtrum erit, adoleſcentes humaniſſimi, pro veſtra in literarum cultores beneuolentia, hoc in opere ęſtimando non vſque eò vicia peccatáque perpendere, quin ſimul tum laborum ac lucubrationum quotidianarum, quas autor veſtra cauſſa ſuſcipit, tum etiam eius vtilitatis, quam ex hoc libro capere poteſtis, nonnullam rationem ducatis. Valete adoleſcentes humaniſſimi, & fructuoſis aliorum laboribus, dum vobis licet, fruimini. Deus ſtudia veſtra fortunet.

***

INDEX RESPONSIONVM AD VARIAS QVORVMDAM REPREHENSIONES.

Abdicatio.
Bucularij.
Cædere pignora.
Comperendinatio.
Doliare vinum.
Furta per lancem & licium.
Lytæ.
Munus.
Nobilis.
Odones.
Parabolani.
Patritij.
Priuatus.
Rubrica.
Saltus.
Sacramentum.
Sponſio.
Syntheſis.
Vdones.

INDEX EMENDATIONVM.

L. mulieris,13.De verbo.ſignific.ſub voce ABESSE.
L. qui venenum,236.D.eod.ſub Ἀκρόδρυα.
L.36.D.locat.ſub AVERSIONE.
L.7.De Iuriſd.ſub AVREVS.
L.quæſitum,12.De Inſt.fund.ſub CELLARARIVS.
L.5.§.6.D.commod.ſub CHIROGRAPHVM.
L.6.De penu legat.ſub COCTIATORIA.
L.3.De offi.præf.vigil.ſub CALCIATVS.
L.21.§.1.De auro & arg.ſub COLVM.
L.pen.De extraord.crimi.ſub COMMATA.
Rubr. De condict. cauſſ. dat.ſub CONDICTIO cauſſa dat.
Rubr.Commodati,depoſiti,ſub ACTIO commod. depoſ.
L.ſilua,D.de verb.ſig.ſub NOVALIS.
L.37.D.de op.libert.ſub O.D.M.
L.6.De offic.præſid.ſub LVMEN.
L.15.D.de act.emt.ſub LINES.
L.10.D.de iuſtic.& iur.ſub IVSTICIA.
L.20.D.de act.emt.ſub EMTIONIS.
L.Labeo,28.de probat.ſub Ἐν πλάτει.
L.17.De vſur.ſub FORNICARII.
L.13.D.de vſuſ.ſub GESTATIONES.
L.2.ad s.c. Velleian.ſub INTERCEDERE.
L.17.D.ſi ſeruit.vind.ſub LINES.
L.2.D.de iudic.ſub MVLTAM DICERE.
L.8.De acceptilat.ſub SENSVM.
L.8.de except.ſub TRIPLICATIO.
L.19.§.5.D.de auro & arg.ſub NAVALIA.
L.10.De ædil.edict.ſub CONSANARE.
L.2.ad Sen.Vell.ſub D.E.R.I.C.
L.ſi vitem, 22.D.quod vi aut clam.ſub DEPRIMERE.
L.vlt.de ſenator.ſub DIGNITATVM.
L.1.Si quadrup.ſub DOLO.
L.munus,214.De verb.ſig.ſub DONVM.
L.eum qui,de iuriſd.ſub MAGISTRATVS ALII.
L.101.De verb.ſig.ſub MORBVM.
L.17.De act.empt.ſub PVTEA.
Paulli lib.Collect.11.ſub CONCVBINA.
L.3.D.de gradib.ſub SOBRINI.
L.52.D.pro ſocio.ſub VELAMENTVM.
L.6.D.de bon.damnat.ſub VENTRALE.
L.19.§.6.D.de aur.& arg.ſub OBSIDIANI.
L.25.D.de aur.& arg.ſub PEDALES.
L.16.D.de ſeruit.vrb.ſub PRAEFIXVM.
L. 4. D.de his qui not. ſub PRAEVARICATOR.
L.1.D.de præuaric.ſub PRAEVARICATOR.
L.3.D.de ſuppell.leg.ſub TORALIVM.
L.19.D.de aur.& arg.ſub VEIENTANI.
L.72.D.de ſolut.ſub VI IPSA.
L.2.D.ad leg.Rhod.ſub VLTRO.

COM-

COMMENTARIVS VERBORVM IVRIS.

LITERA A.

A LITERA ſalutaris à Cicerone dicitur in ea pro Milone: quòd, vt ſcribit Aſconius, ſi videbatur iudicibus bona cauſſa, abſoluebant reum: notámque abſolutionis, A literam in tabella, quam à Prætore accipiebant, ſcribebant. Cicero: Quòd niſi vidiſſet poſſe abſolui eum qui fateretur, cùm videret nos fateri, neque quæri vnquam iuſſiſſet, nec vobis tam ſalutarem hanc in iudicando literã, quàm illam triſtem dediſſet. Eadem nota fuit in ſuffragiis & comitiis legum, qua ſe Ciues repudiare rogationem ſignificabant. Nam duæ dari tabulæ ſolebant, quarum in altera, R. V. id eſt, Vti rogas, ſcriptum erat: in altera, A. id eſt Antiquo, antiqua ſequor, noua non placent. Eſt enim, vt Feſtus primo lib. ſcribit, Antiquare in morem priſtinum reducere.

A CERTO herede legare: certo heredi, vt legatum aliquod præſtet, mandare, ſic, vt ab illo debeatur ſolo. Cicero in Top. Si paterfamiliâs vxori ancillarum vſumfructum legauit, mortuo filio mulier vſumfructum non amittet. Idem pro Cluentio: Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniam à filio, ſi qui natus eſſet: ab ſecundo herede nihil legat. Marcellus l. 6. D. de auro & argento: Seia ab herede P. Mæuio ita legauit. Iulianus l. quæſitum, 91. D. de legat. & fid. 2. Si filiusfam. qui filiũ habebat, heres inſtitutus fuiſſet, an ab eo, filio eius legari poſſet? Reſpondi, cùm poſſit à filio patri legari, & cet. Item: Si mihi ſeruus à te herede legatus fuerit. Neratius l. à Titio, 64. D. de furt. A Titio herede homo Seio legatus, ante aditam hereditatem Titio furtum fecit.

A DVVMVIRO, pro, Imperio vel permiſſu Duumuiri. Vlpianus l. ſi quis, 52. §. 6. D. de furt. Si fugitiuum meum quis quaſi ſuum à Duumuiro, vel ab aliis qui poteſtatem habent, de carcere vel cuſtodia dimitteret, an is furti teneretur? In vulgatis libris, DIMITTERE, ACCIPERET: vt ſit poteſtatem dimittere: quod mihi non probatur. Nam ita hoc dictum eſt, vt alibi, Ab aliquo ſe liberare.

A LIBERIS, pro, quamdiu liberos habebit. Terentius, l. ſed ſi, 62. §. 2. D. de condit. & demonſt. Quũ vir vxori, ſi à liberis non nupſerit, in annos ſingulos aliquid legauit, quid iuris ſit? Iulianus reſpondit, poſſe mulierẽ nubere, & legatũ capere. Quòd ſi ita ſcriptũ eſſet, Si à liberis impuberib. nõ nupſerit, legẽ locũ non habere: quia magis cura liberorũ quàm viduitas iniungeretur. id eſt, Quamdiu liberi erunt impuberes. Papinianus l. cum tale, 72. D. eod. Cùm tale legatum eſſet relictum Titiæ, ſi à liberis non diſceſſerit, &c. Similiter Paullus Collectan. lib. 2. tit. XXXI. Potior quis eſse debet, inquit, non ſolùm à gradu generis, ſed & à ſubſtantia rei familiaris. Similiter in Cluentiana Cicero dixit: Non modò dicendi à reo, ſed ne ſurgendi quidem poteſtas erat: id eſt, pro reo.

A SE prædia nulla venundari, vetuſtè Impp. dixerunt in l. 1. C. debitor. vendit. pig. pro, A ſua familia nulla ſua prædia. Scriptura, inquiunt, teſtamenti complexus eſt debitor nulla à ſe prędia venundari. Id eſt, Cauit ne vlla ſua prædia vendantur. Accurtius autẽ: A SE, id eſt ab ipſo creditore. quod abſurdũ eſt.

A.T.M.D.O. Aio te mihi dare oportere, vt Valerius Probus teſtatur: quæ perſonalis actionis fuit formula, quia perſona rei nominatim in agendo notabatur: & ſtricti iudicij, quia ſimpliciter, ait Cicero, aſperè & directò Oportere de certa definitáq; ſumma dicebatur. Aio verò antiqui pro adfirmo & contendo dicebant, auctore Nonio: vnde Aientia Cicero adpellat, quæ Græci forenſi & litigioſo verbo κατηγορικά.

A TITIO perſoluere, de Titij numis perſoluere. Cicer. ad Attic. lib. V. Homines non modò non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe à me ſoluere. quod enim Prætori dare conſueſſent, quòd ego non acceperam, ſe à me quodammodo dare: id eſt, de mea pecunia. Idem in Planciana, in fi. Sinite me quod vobis fretus huic ſæpe promiſi, id à vobis ei perſoluere. Plautus Menhæm. Da ſodes à te: pòſt reddidero tibi. Me. Imò cedo abs te. Interdum tamen ab Aliquo ſolui dicitur, cùm exacta à debitore pecunia numeratur. vt Epiſtola ad Attic. VII. Quinctus laborat, vt tibi quod debet ab Egnatio ſoluat. id eſt, exactam ab Egnatio debitore ſuo. Hinc natę illę ſunt Prætorum formulæ:

A B aliquo poſſidere, pro, poſſeſſionem ab aliquo certo nactum eſſe, alicuius certi hominis poſſeſſionem obtinere. Prætor in l. 1. Vti poſſid. Vti eas ædes nec vi nec clàm alter ab altero poſſidetis. Vi ergo ab aliquo poſſidere, eſt vi poſſeſſionem illi ſoli eripuiſſe, eámque vi obtinere. Hinc

A B aliquo vti re quapiam dicitur, qui illi præcisè rei ſuę vſum ademit, eúmque quoquo modo retinet. Prætor in l. 1. D. de itin. actúq; priu. Quo itinere actúque nec vi nec clàm, nec precariò ab illo vſus es. Nam hoc eò pertinet, vt nominatim notetur is, à quo vſum actorem non oportuit: neque ſatis eſt, ſi infinitè à quouis alio vſus eſſet. Sic

A b aliquo aquam ducere, eſt non vndecumque aquam ducere, ſed ex illius qui præciſè nominatur fundo deductam habere. Prætor in l.1.D. de aqua quo tid. Vti hoc anno aquam non vi, non clàm ab illo duxiſti. Sic

A b aliquo abſolui: quod in voce Abſolui explicabitur.

A b h i n c centum annis: Vetus locutio, quæ (pace quorumdam dixerim) non hoc ſignificat quod vulgari lingua dicere ſolemus, De poſt centum annos: hoc eſt, vt Latini dicunt, poſt centum annos, vt, poſt homines natos: ſed centeſimo ab hinc anno, vel Annus nunc agitur centeſimus. Alfenus l. proponebatur 76. D. de iudic. Populum eumdem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuiſſet. Item, Nos ipſi non iidem eſſemus qui ab hinc anno fuiſſemus. Cicero Verrina I I I. planiſſimè hoc demonſtrat: Quæſtor Cn. Papirio cos. fuiſti ab hinc annos quattuordecim. Nam à Pompeio & Craſſo c o s s. ad Papirij conſulatum totidem anni numerantur. Idem in ea pro Q. Roſcio: Quo tempore? ab hinc annis quattuor. Repromittis tu ab hinc triennium Roſcio. Idem Verrina I I I I. Horum pater ab hinc duos & viginti annos eſt mortuus. Et paulo pòſt: Ipſos viginti annos hereditas ab his petita non eſt. Et rurſus: Offendit illum menſem comitialem fuiſſe comitiis ab hinc triginta diebus habitis, id eſt, trigeſimo antè die. Huc etiam illud Chariſij pertinet, qui libro primo ſic ſcribit: Antè annos ab hinc decẽ natus Veteres dixerunt, quod eſt, ante annos decem natus.

A b r e o, pro defenſor, & patronus rei. Ad Heren. lib. 2. Conſiderandum eſt, ne aliud accuſatoris criminatio contineat, aliud defenſoris ratio purget: quod ſæpe conſultò multi ab reo faciunt, anguſtiis cauſſæ coacti:

A b a c t o r e s, vide Abigei.

A b a l i e n a r e vetus verbum eſt, ciuilis Iuris, hoc eſt ciuium Rom. proprium, peregrinis hominibus non commune: quo perfecta rei alicuius alienatio ſignificabatur. Itaque Vlpianus l. abalienarum, 67. D. de verborum ſignifi. Abalienatum, inquit, non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditũ tamẽ rectè dicitur. Abalienatio verò eſt, eius rei quę mãcipi eſt aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt: vti ſcribit Cicero in Topic. quo ex loco tria notanda & obſeruanda ſunt: primùm, cum ſex ſint adquirendarum rerum modi, quos Vlpianus in regulis enumerat mancipatio, traditio, vſucapio, in iure ceſſio, adiudicatio, lex: duos tantùm ſolos eſſe, quibus res à dominio noſtro in alienum traducantur, mancipationem ſcilicet, & in iure ceſſionem. Quod tamen Paullus, homo Græcus, litigioſus, naturâ controuerſus, & hoſtis antiquis Iuriſconſultis additus, ſuo more cauillatur in l. Abalienationis, 28. D. de verb. ſignifi. Abalienationis verbum, inquit, etiam vſucapionem continet: vix eſt enim, vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi. Quaſi verò quis ſciens prudens rem ſuã vſucapi patiatur: aut ſi fortè quis eo animo ſit, res ex maiore parte iudicandæ non ſint: aut ſi iudicandæ nõ ſint, qui patitur vſucapi, non pro derelicto rem ſuam habeat, ac proinde alienare non dicatur, quia verbum hoc certam & alienantis, & eius in quem alienatio fit, perſonam complectatur, l. in omnibus, 55. D. de obligat. & actionibus. tametſi vſucapionem tertium eſſe modum quo res perfectæ abalienantur, conſtet ex eodem Vlpiano tit. 1. & xix. Secundò ex hac defi-

A nitione intelligitur, abalienationem earum tantùm rerum dici, quæ mancipi ſunt: non etiam earum quæ ſunt nec mancipi. Sed cùm Vlpianus in Regul. traditionem dicat propriam eſſe rerum nec mancipi, quid eſt quod Cicero ait, abalienationẽ fieri? Subdifficilis nodus hic videtur, quẽ tamen explicare conabimur. Nam Cicero non ſimpliciter traditionem dixit, ſed traditionem nexu: quo verbo mancipationem ſignificari Boëtius, non apertè ille quidem ac nominatim,
B ſed tamen ita ſignificat, vt ſatis intelligatur. Cum enim nexus formulam ritũmque ex Caio Iuriſconſulto deſcribit, indicat nexum ad mancipationem pertinere. Ex quo intelligitur, Abalienationem mancipatione & in iure ceſſione fieri: traditione autem nuda, hoc eſt ſine nexu & libra, fieri non potuiſſe. Poſtremò ex eo loco conſtat, Abalienationem propriam ciuiũ Rom. fuiſſe, non etiam peregrinorum.

A b a m i t a, inquit Caius, eſt abaui ſoror, l. 3. D. de gradib. ab aliis autem ferè Amita maxima di-
C citur.

A b a v v n c v l v s, ab matertera, id eſt, abauiæ frater & ſoror: ait Caius l. 3. D. de grad. & affin.

A b a v v s, inquit Feſtus, dicitur, qui abeſt ab auo, & eſt auus aui. Hinc quartus pater à Virgilio nominatur Æneid. x. Ille tamen noſtra deducit origine nomen: Pilumnúſque illi quartus pater.

A b a v v s eſt proaui paterni, aut materni pater: Abauia, proauiæ paternę, aut maternæ mater: ait Paul-
D lus l. 10. §. 8. D. de gradib.

A b d i c a r e, inquit Nonius, eſt familia abiicere. ſumtum autem à Græcis videtur, qui patrem ἀπειπεῖν, filium autem ἀποῤῥηθλῶαι dicebant. Itaq; Quinctilianus libro I I I. cap. VI. Abdicatum interpretatur, qui à familia patris abalienatus eſt. nam Græca quidẽ locutio per præconem id pronunciari ſolitum indicat. Et Plato libro de legibus X I. perſpicuè id oſtendit: ἐὰν οἱ πατέρες βύλονται τὸν ὑὸν ὑπὸ κήρυκος ἐναντίον ἁπάντων ἀπειπεῖν, ὑὸν κατὰ νόμον μηκέτ' εἶναι. Si patres
E velint filium per præconem coram omnibus abdicare, ne amplius ſecundum legem ſit filius. Sæpe autem poſtea ἐκκηρύττειν, & ἀποκηρύττειν dicit. Hinc abdicatio, de qua Imp. l. 6. C. de pat poteſt. ſic ſcribit: Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos vſurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur. Fabius libro 7. cap. 4. Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, vt ſi abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, velut pẽdentis, & adhuc in condicione poſiti: quales ſunt in
F quibus abdicatur filius qui non pareat patri. Videtur autem hæc abdicatio in iure apud Magiſtratum fieri ſolita, qua parentes teſtificabantur ſe iis de cauſſis quas proferebant, ſuos liberos à ſua familia remouere, neque deinceps in liberorum loco numerare velle. totáque hæc ratio Græcorum fuit. nam Romani emancipatione vtebantur. Quinctilianus autem exempla puerilium exercitationum ex Grecorum fontibus proferre conſueuit. quod cùm ex aliis locis innumeris conſtat, tum etiam ex lib. I I I. cap. V I. lib. V I I. cap.
G I I I I. quod idem de Senecæ & Quinctiliani maioris declamationibus dictum volo. Sed ecce, qui mecum diſputare geſtiunt: & eorum opinionem, qui Abdicationem à populi Ro moribus alienam eſſe putant, ex ignoratione hiſtoriæ manaſſe adfirmant. Suetonius enim de Octauio ſic ſcribit: Nepotem Agrippam, ſimúlque priuignum Tiberium adoptauit in foro lege curiata ex quibus Agrippam breui ob ingenium ſordidum

didum abdicauit, ſepoſuitque Surrentum. Valerius autem lib. v. cap. VII. Ceſetus, inquit, cùm abdicare filium ſuum iuberetur à Cæſare, reſpondit: Celeriùs tu mihi Cæſar omnes filios meos eripies, quàm ex his ego vnum nota pellam mea. Sed facilis reſponſio eſt: Suetonium, nempe, Valerium & ſimiles ſcriptores à iuris profeſſione alienos, frequentiſſimè verbis iuris abuti. quod de Valerio quidem vel ex cap. de teſtamentis ita notum eſt, vt puridùm ſit teſtimonia proferre. Suetonius igitur Abdicandi verbo, pro Emancipare & ablegare eſt vſus: quod Plinius lib. VII. cap. XLV. oſtendit. Pudenda, inquit, Agrippæ, ablegatio. & paulo pòſt: Abdicatio Agrippæ poſt adoptionem, deſiderium poſt relegationem. Valerius autem pro Exheredatione poſuit. quemadmodum Cicero Exheredationem pro Emancipatione, in Orat. pro domo ſua: Exheredabit igitur pater filium, cum poſterius ita ſcribat: Nam adoptatū emancipari ſtatim, ne ſit eius filius qui adoptarit. Hoc Valerius quoque oſtendit: cum de nota loquitur. velut eo. lib. c. IX. Non ſolum filium non notauit, ſed etiam decedens dominum omnium eſſe voluit. Minus mouet quod Cicero & Valerius de Torquato ſcribunt, qui filium domi damnatum è conſpectu ſuo abire iuſſit. quaſi verò parentum in liberos animaduerſio, Græcorum abdicatio ſit. Vide infrà Ἀποκήρυξις.

Abdicare ſe magiſtratu, eſt ante tempus magiſtratum deponere. Pompon. l. 2. §. 13. D. de orig. iur. Et cuum placuiſſet leges quoque ferri, latum eſt ad populum, vti omnes magiſtratu ſe abdicarent. Papinianus in l. penult. D. de offic. præſ. Legatus Cæſaris abdicando ſe, non amittit imperium. Moris etiam erat, vt quibus imperium certa de cauſſa abrogandum erat, ij dignitati & exiſtimationi ſuæ conſulentes, per ſe & quaſi ſua ſponta magiſtratum deponerent, ſeſeque priuatos redderent. quod in P. Lentulo Prætore factum videmus in tertia Catilinaria, de quo Senatus cenſuit, vt cum ſe Prætura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur. P. Lentulus, inquit, quamquam patefactus indiciis & confeſſionibus ſuis, iudicio Senatus non modò Prætoris ius, verùm etiam ciuis amiſerat, tamen magiſtratu ſe abdicauit. Hoc autem Græci ἀφίστασθαι τῆς ἀρχῆς dicunt. Plato libro XI. De legibus: ἐὰν δὲ ἀδικίᾳ δόξῃ κακῶσαι τὸν ὀρφανὸν, πρὸς τῷ τιμήματι, τῆς ἀρχῆς τῶν νομοφυλάκων ἀφιστάσθω· τὸ δὲ κοινὸν τῆς πόλεως ἕτερον νομοφύλακα ἀντὶ τούτου καθιστάτω. Id eſt, Quòd ſi iniuria videatur affeciſſe pupillum, præter litis æſtimationem, magiſtratu nomophylacis ſe abdicato: Reſpublica verò in comitiis alium nomophylacem in eius locum ſufficito. Sic Cicero ad Atticum: Itaque tutela me abdicare cogito. quod Vlpianus tit. Regul. XI. ſic interpretatur, Eſt dicere nolle ſe tutorem eſſe. Sed deponere magiſtratum propriè dicebantur, qui eum confecto tempore populo Romano reddebant. Abrogare autem ſuo loco explicabitur. Interdum tamen,

Abdicare Conſulatu & deponere Conſulatum promiſcuè: vt apud Cic. De nat. Deor. II: Augures ad Senatum: ſenatus vt abdicarent: Conſules abdicauerunt. Et paulo pòſt: Conſules ſummum imperium ſtatim deponere, quàm id tenere punctum temporis contra religionem.

Abdicare, decreto recuſare, ac denegare. Pōponius l. 2. §. 13. de orig. iur. Qui cum animaduerteret, Appium Clodium contra ius vindicias filiæ ſuæ à ſe abdixiſſe, & ſecundum eum qui in ſeruitutem ab eo ſuppoſitus petierat, dixiſſe: id eſt, decreto recuſaſſe, ac

A denegaſſe. Nam cùm tribus verbis in decretis vterentur, Do, dico, addico: cùm ſecundum aliquem vindiciæ dicerentur, ab altero abdici dicebantur. Hinc aues in auguriis abdicere regionem dicuntur, quam improbant, ac ſequi tenerique vetant. Cicero lib. De diuin. I. Cúmque in quattuor partes vineam diuiſiſſet, treiſque partes aues abdixiſſent, quartam partem, quæ erat reliqua, in regiones diſtribuit. Quemadmodum ergo Dicere, Dare, Decernere vindicias ſecundum B aliquem à Pomponio & Liuio dicitur Magiſtratus, qui cuipiam litis vindiciarum victoriam decernit: ſic Abdicere vindicias ab aliquo Pomponius dixit, pro abnegare & recuſare: quod ipſum Abdicare quoque ſignificat. Nonius enim de vocabulis improprius: Abdicare, inquit, non ſolùm de patris facto poteſt dici, quod eſt familia abiicere, ſed rem quamlibet negare. Pacuuius Atalanta, Mortem oſtentant, regno expellunt, conſanguineam eſſe abdicant.

Abducere comitem mulieri Labeo ſic interC pretatur, non modò manu à mulieris comitatu detrahere ac remouere: verùm quoquo modo efficere, vt eam deſerat. Vlpianus l. item apud, 15. §. abducere, D. de iniur. Abduxiſſe videtur, vt Labeo ait, non qui abducere comitem cœpit, ſed qui perfecit, vt comes cum eo non eſſet. Abduxiſſe autem non tantùm is videtur, qui per vim abduxit, verum is quoque qui perſuaſit comiti, vt eam deſereret. Iniuria autem in comite abducēdo duplex eſt, primū quia pudicitia attētatur: deinde quia abduci tantū res dicuntur à ſtultis D & ſtupidis, vt in Eunuchum Donatus adnotauit: Multæ ſunt cauſſæ quamobrem cupio abducere. Etiam, inquit, hoc verbo gratificatur Phædriæ cuum dicit, Abducere à Thraſone, tamquam à ſtulto, & mentis experte.

Abduci mulier dicitur à marito cum diuortium fit. Donatus in illud Terent. Hecyr. Et filiam abduxit ſuam: Abduxit, inquit, propriè. Acerſi enim dicitur ad maritum: Abduci à marito ad diuortium. Sic Virgilius: Et gremiis abducere pactas.
E
Abesse res dicitur, non modò quæ in rerum natura non eſt, cuiúſve precium domino abeſt, ſed etiā ea cuius corpus manet, forma mutata eſt: ait Vlpianus l. Mulieris, 13. & Paullus l. ſequenti, D. de verb. ſign. Et ideo, inquit, ſi corruptæ redditæ ſint, vel transfiguratæ, videri abeſſe: quoniam plerumq; plus eſt in manus precio quàm in re. Quo in loco non dubito, quin QVAMQVAM pro QVONIAM legendū ſit: hoc ſenſu, Quamuis ita rei forma mutata ſit, vt recens forma pluris ſit F quàm vel ipſius rei corpus, tamē res abeſt, l. vlt. D. de vſu & habit. Veluti ſi ex patera ſcyphū affabrè ac ſingulari artificio confecerim, vt iā multo pluris ſit, quā antea: res tamen abeſſe iudicatur. Patera. n. vt ſpecies omnis, ex forma denominatur. Falſum autem alioqui dixiſſet, cùm ait, plerumque plus eſſe in manus precio, quàm in re. Nam etſi interdum id vſuueniat, vt in tabula picta, de qua Paullus in ſequenti lege diſputat, non tamen id plerumque, ſed perraro accidit.

Abesse, verbum relatiuum eſt: cùm enim G abeſſe aliquem dicimus, locum ſimul vnde abeſt, cogitatione comprehendimus. Cuiuſque ergo loci ratione vbi quis deſideratur, abſentiæ nomen intelligitur: diligentérque Iuriſconſulti de abſente diſputantis propoſitum ſpectandum erit. veluti cum de tribunalibus Vlpianus loquitur in l. abſentē, 199. & l. collegarū, 173. D. de verb. ſign. Abſentem, inquit, accipere debemus eum qui non eſt eo loci in quo lo-

co petitur. Non enim trans mare abſentem deſideramus, & ſi fortè extra continentia vrbis ſit, abeſt. ceterùm vſque ad continentia, non abeſſe videbitur, ſi non latitet: Cùm, inquam, Vlpianus ita loquitur, dixiſſe falſum videtur. Nam in eo qui in ius vocatus ſeſe in iudicio non ſtitit, quamuis in foro ipſo eſſet, niſi tamen ad tribunal adeſſet, commiſſam abſentiam dicimus. Vnde illud præclarum Antonini reſponſum in l. Diuus, 7. D. de in integ. reſtit. De eo igitur qui in iùs vocandus eſt, Vlpiani locum accipi oportebit. Sic cùm dicimus in l. 1. D. de verbor. obligat. l. 3. Cod. de cont. ſtip. l. 3. C. de inutil. ſtip. inter abſentes ſtipulationem non rectè contrahi: non eos abſentes intelligimus qui extra continentia vrbis ſunt: ſed qui eo in loco non ſunt, vbi exaudire inter ſe poſſint. Sic in denunciatione ob damnum infectum: Abeſſe, inquit Vlpianus, videtur & qui in iure non eſt, l. 4. §. 3. D. de damn. infect. Hinc & abeſſe interdum dicitur is qui adeſt, & adeſſe contrà qui abeſt. Nam miles qui Romæ militat, pro Reipub. cauſſa abſente numeratur, l. milites, 7. D. de quibus cauſ. maior. & furioſus per omnia abſentis habetur loco, l. 2. §. 2. D. de iure codicil. Et tutor, qui dum pupillus contrahit, præſens eſt, ſed quid agatur non adtendit, abeſſe dicitur, l. non multum, 14. D. de auctor. tut. Et res quæ caſu adfuit, abeſſe videtur, l. quæſitum, 79. in fin. D. de legat. & fideicom. 3. Contrà ſeruus qui diſciplinę ac ſtudiorum cauſſa aliò miſſus eſt, adeſſe iudicatur, d. l. quæſitum, & l. Seiæ, 20. in fin. D. de legat. 3. Et qui ſui commodi cauſſa ac dolo malo abeſt, pro abſente numeratur, l. 4. §. 5. D. ex quibus cauſſis maior.

Abigere partum, eſt immaturum fœtum eiicere. Triphonius l. Cicero, 39. D. de pœnis: Mileſiam quandam mulierem, quòd ab heredibus ſecundis acceptа pecunia, partum ſibi medicamentis ipſa abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam. Quæ verba ex oratione Ciceronis pro Cluentio deſcripta ſunt. Vlpianus l. ſi mulierem, 8. D. de ſicariis: Si mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe, quo partum abigeret, conſtiterit: eam in exilium Præſes prouinciæ exiget. Vſurpatur etiam ſimpliciter à Marciano l. 4. D. de extraord. criminibus. Eam quę data opera abegit, à Pręſide in exilium dandam. Hinc

Abactvs venter dicitur à Paullo libro Collect. iiii. titu. ix. pro fœtu venenis & medicamentis eiecto. Abortus, inquit, vel abactus venter partum efficere non videtur.

Abigei, inquit Vlpian. propriè hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi ſtudium tamquam artem exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes, l. 1. § D. de abig. Hinc

Abigeatvs, crimen quod abigendo committitur, l. 2. D. eod. l. 5. §. qui deſertionis, D. de re milit. Dicuntur autem Abigei nonnumquam etiam Abactores. Itaque Paullus libro Collect. v. titu. xviii. Abactores, inquit, ſunt, qui vnum equum, duas equas, totidémque boues, capras decem, aut porcos quinque abegerint. Eodémque modo adpellantur ab Impp. in l. conſenſu, 8. C. de repud. Sed intelligendum eſt numero pecorum auerſorum diſtingui Abigeos à furibus: ſiquidem vnius ouis auerſio, fures facit: duarum aut plurium, Abactores, l. aut facta, 16. §. quantitas, D. de pœnis.

Abire in creditum, non omnino idem eſt quod Credere: ſed tantùm eas res credere, quæ accipientis fiunt: hoc eſt, quæ functionem non in ſpecie, ſed in genere recipiunt: veluti pecuniam, frumentum, vinum, & alias res, quarum non corpus redditur, ſed quantitas. Vlpianus l. 5. §. 8. D. de tribut. act. Sed ſi dedi mercem meam vendendam, & exſtat, videamus ne iniquum ſit, in tributum me vocari: & ſiquidem in creditum ei abiit, tributio locum habebit. Enimuerò ſi non abiit, quia res venditæ non deſinunt eſſe meæ, &c. Idem l. 3. §. 1. D. ad Senatuſcon. Macedon. Et ideo etſi in creditum abiit filiofamiliâs, vel ex cauſſa emtionis, vel ex alio contractu, &c. Atque hæc quidem paulò breuius: quòd in voce credendi, multò ſubtilius à nobis explicata ſunt.

Abivdicare & Adiudicare contraria ſunt. Nam abiudicare eſt iudicio aliquid auferre. Cicero Verrina 11. Nulla res cuiuſquam tam patria atque auita fuit, quę non ab eo, imperio iſtius, abiudicaretur. Liuius libro iiii. Audiere patres Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati defeciſſe.

Abivrare, eſt, vt Seruius Æneid. viii. ſcribit, rem creditam periurio negare. Salluſtius in Catilin. Sed ea ſæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat. De Sempronia loquitur. Plautus Perſa: Nec metuo, quibus credidi hodie ne quis abiuraſſit mihi. Cicero autem libro ad Atticum 1. Abiurare dixit, pro ſponſionem factam iureiurando abnegare. Tulliola noſtra munuſculum tuum flagitat: & me ſponſorem adpellat. mihi autem abiurare certius eſt, quàm dependere. Plautus in Ruden. Qui falſas lites falſis teſtimoniis petunt, quíque in iure abiurant pecuniam.

Abnepos, Abneptis, hi ſunt, ait Paullus pronepotis proneptis filius filia. l. 10. §. 8. D. de grad.

Abnvtare, ſæpe abnuere. Feſtus libro 1. Hinc,

Abnvtivvm, diſſenſio, voluntas contraria, ſed ſine actione ad impediendum exprompta. Paullus l. 83. D. de verborum obligat. Qui ſpondet dolum malum abeſſe, abfuturúmve eſſe, non ſimplex abnutiuum ſpondet: ſed curaturum ſe, vt dolus malus abſit.

Abolitio criminum dicitur à Iuriſconſultis, cùm accuſati nomen de reis eximitur, ſic, vt accuſationis inſtitutæ memoria funditus exſtinguatur. Papinianus l. abolitio, 8. D. ad S.C. Turpil. Abolitio aut publicè fit ob diem inſignem, aut publicam gratulationem, vel ob rem proſperè geſtam, aut priuatim actore poſtulante, aut accuſatore mortuo, vel ex iuſta cauſſa impedito, quo minus accuſare poſſit. Ea autem duplex eſt: publica, quæ principis ſenatúſve auctoritate fit, vt iam dictum eſt: priuata, quæ rei, accuſatoríſve poſtulatu conceditur. Poſt illam, etiam ab eodem repeti reus intra dies xxx. poteſt, l. 1. C. de gen. abolit. l. aut priuatim, 30. D. ad Turpillian. poſt hanc ab alio repeti poteſt: ab eodem, non poteſt, l. 3. §. D. de accuſat. l. 1. C. de abolit.

Abominari, eſt omen auerſari. Hinc apud Iuriſconſultos, qvod abominor, dictum videmus, pro eo quod Cicero crebrò ſic extulit: Quod Deus omen auertat, deteſtetur, obruat. Scæuola in l. Lucius, 85. D. de heredibus inſtit. Si mihi Titius heres eſſe noluerit, aut, quod abominor, priùs moriatur, &c. Idem in l. Lucius, 88. § filiam, De legat. & fideicom. ſecundo: Si, quod abominor, neque filia mea heres erit.

Abpatrvvs idem qui patruus maximus, hoc eſt abaui frater, l. 3. D. de gradibus.

Abro-

ABROGARE legem,eſt legem ferre, populúmque rogare,ne amplius aliqua lex valeat, & omnino tollatur.nam, vt ait Modeſtinus in l. derogatur, 102. D.de verborum ſignificat. Abrogatur legi (videtur tamen LEX reponendum) cum prorſus tollitur: Derogatur legi,cum pars detrahitur. Cicero ad Atticū: Nulla lex eſt,quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis.Idem libro de Legibus II.Eas tu leges rogabis, quæ numquam abrogabuntur. Hinc Vlpianus Regul. cap. 1. Abrogatur, inquit, cum prior lex tollitur.

ABROGARE alicui magiſtratum dicitur, qui legem fert ad populum, vt is magiſtratu ſuo ſpolietur. Cicero in Corneliana:Nec vehementius eſt, oſtendere ſe laturum inuito collega, quàm ipſi collegæ magiſtratum abrogare: nec criminoſius, tribus ad accipiendam, quàm ad collegam reddendum priuatum introuocare. Vbi Aſconius:L.Trebellius Tribun.pleb.cum perſeueraret intercedere, introuocare tribus Gabinius cœpit, vt Trebellio magiſtratū abrogaret:ſicut quondam Ti.Gracchus Tribunus M. Octauio collegæ ſuo magiſtratum abrogauit.

ABS,præpoſitio à Græco deducitur ἀψ, ſignificat autem retractionem in partem poſteriorem.Feſtus libro primo: Itaque in coniunctione,verbi cui præponitur vim auget:vt in Abnoctare, Abalienare,Abdicere,Abiudicare,Abuti: quæ ſingula ſuis locis exponentur.

ABS præpoſitio in accepti tabulis vſurpabatur: cuum eius nomen perſcribebatur, vnde accepta pecunia in codicem referebatur. hoc modo: Abs T. Pomponio accepi H-S decies Kalend. Maij, Q. Metello,Q.Hortenſio coss. Cicero in Oratore: Vna præpoſitio eſt ABS, eáſque nunc tantùm in accepti tabulis manet, nec his quidem omnium: in reliquo ſermone mutata eſt.

ABSCISE, præciſè,imperfectè,non plenè.Calliſt. l.ſemper,5.§.2.D.de iure immunit. Demonſtratur variè, nec abſciſè, numerum liberorum ad excuſationem prodeſſe.

ABSOLVERE creditorem,pro dimittere, eíque ſatisfacere. Vtrum quòd ligati ſunt,quibus debetur aliquid,vt putat Donatus: an quòd adpellandi flagitandíque negocio ac moleſtia creditores liberentur: vnde etiam dimitti dicuntur? Vlpianus l.37.D.de vſur.Et in contraria negociorum geſtorum actione vſuræ veniunt,ſi mutuatus ſum pecuniam, vt creditorem tuum abſoluam.Terentius Adelph. Ego ad forū ibo,vt hunc abſoluam.Sumtum è Græcorum conſuetudine videtur,qui ἀπολύειν,& ἀπαλλάττειν dicunt.

ABSOLVERE iudicio, pro liberare, non vexare moleſtia iudiciali.Iulianus in l.14. D.iudicat.ſolui. Quotiens ex ſtipulatione iudicatum ſolui ob rem non defenſam agitur cum fideiuſſoribus, non eſt iniquum caueri,dominum priore iudicio abſolui: id eſt, non oppugnatum iri.Item Iauolen.l.fullo, 90. D. de furt.Si furti egiſſet prius,quàm ex locato cum eo ageretur,& antequam de furto iudicaretur,locati actione liberatus eſſet:& fur ab eo abſolui debet. Hinc

ABSOLVI ab aliquo,liberari ab ea controuerſia,quam ab aliquo patiebatur.Paullus l.ſi in re,19.D. de noxal.act. Sed etſi alterutri noſtrûm in ſolidum noxæ ſit deditus,& ob id ab vtroque dominus ſit abſolutus,alteri teneri communi diuidundo iudicio. Cicero pro Comœdo:Iudici hic denunciauit,abſolutus eſt.Item,Cur de fundo decîdit,& iudicio non abſoluitur? cur tam imperitè facit, vt nec Roſcium A ſtipulatione alliget, neque à Fannio iudicio ſe abſoluat?

ABSOLVERE pignus, pro luere. Paullus libro Sententiarum 2.cap. 5. Creditor, ſi ſimpliciter ſibi pignus depoſitum diſtrahere velit, ter antè denunciare debitori ſuo debet, vt pignus abſoluat,ne à ſe diſtrahatur.

ABSTENTVS, qui tutoris auctoritate ab adeunda hereditate reuocatus eſt. Scæuola l.penult. B D.de auctorit.tut.An ſecundum hæc acta adoleſcens à bonis patris abſtentus ſit: reſpondit,proponi abſtentum. Vlpianus l.1.in fin.D.vt in poſſeſ. legat. Si certum ſit repudiatam, vel omiſſam hereditatem, vel abſtentos neceſſarios heredes.Item Papinianus l.vlt. D.Si quis cautionib.

ABSTINERE ſe hereditate, & retinere hereditatem, contraria ſunt: in iiſque ſolis ponuntur, qui ſui & domeſtici heredes adpellantur: vti Iuſtinianus docet ſub titu. De hered.qualitat.& differ.lib. In- C ſtit.II.at extranei vel adire, vel repudiare dicuntur. vnde titulus libro Cod.ſexto, De repudianda vel abſtinenda hereditate. Quomodo enim qui in familia ſunt,quæ antiqua conſuetudine hereditatem ſignificat,adire,ac non potius retinere dicerentur? Quare Vlpianus in l.ſi patronus,12.ſub fin. D. de bon.libert. Si patroni filius emancipatus, inquit, noluerit adire hereditatem,vel qui in poteſtate eſt,retinere: nihilominus,&c.Adire dixit eum,qui cùm aliam in familiam,tamquam in coloniam demigraſſet, nunc ad pri- D ſtinam familiam reuocatur:retinere verò qui in ea familia ſemper māſit.qui ſi nihil adtingat,& ab omnib. rebus temperet, abſtinere ſe dicitur. repudiare verò quomodo?cum,velit nolit,heres ſit.qua de cauſſa Neceſſarius adpellatur, vt eodem loco Iuſtinianus docet:cum etiam viuo teſtatore, quamuis nihil minus cogitaret,tamen heres eſſet, vt l.in ſuis, II. de liberis,& poſtum.Hinc illud Pomponij l.impuberibus,11. D.de adquirenda vel omitten.heredit. Impuberibus liberis, inquit, omnimodo abſtinendi poteſtas fit: E puberibus autem ita, ſi ſe non immiſcuerint. Abſtinere igitur in ſuo, eſt quod Repudiare in extraneo:rurſus Retinere vel Immiſcere, quod Adire in extraneo. quæ omnia generaliter his continentur verbis Adquirere vel Omittere:vt ex titulo Digeſtorum conſtat, de adquirenda vel omittenda hereditate,libro XXIX.

ABVTI veteres dicebant pro eo quod eſt, vtendo conſumere, conficere, extinguere. Cato de re ruſtica: Linito vſque adeò, donec omnem F caſeum cum melle abuſus erit. Cicero Verrina III. Niſi omni tempore quod mihi lege conceſſum eſt, abuſus ero, querêre. Loquitur de legitimis horis accuſatori ad dicendum præſtitutis, quibus eum Hortenſius non tantùm vti, ſed etiam abuti volebat:id eſt,vſque ad extremum vti. Idem libro de Inuent.II. Poſtremò quas ad defenſionem rationes reo dabimus, iis accuſator ad alios ex culpa eximendos abutetur. Idem in Epiſtol. ad Varronem: Quæ igitur ſtudia magnorum hominum G ſententia vacationem habent etiam publici muneris, iis concedente Repub. cur non abutamur? id eſt, ad ſatietatem vſque vtamur. Hinc apud Iuriſconſultos æs res in abuſu non vſu conſiſtere dicuntur, quarum vſus, niſi pereant, nullus eſt: ſiue quæ vtendo conſumuntur. Vlpianus l.5.§.1.De vſufruct.rer.quæ vt. Si pecuniæ ſit vſusfructus legatus,vel aliarum rerum, quæ in vſufructu conſiſtunt,

videndum an ceteræ res quæ in abſumtione ſunt, condici poſſint. Item: Quæ in vſufructu pecuniæ diximus, vel ceterarum rerum quæ ſunt in abuſu, eadem & in vſu dicenda ſunt. Hinc illud Ciceronis in Topic. Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus enim non abuſus, relictus eſt. Vbi Boetius, Vtimur iis quæ nobis vtentibus permanent: iis autem abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt. Vlpianus l. plenum, 12. §. 1. de vſu & habit. Vſuarius horto, pomis, holeribus, & aqua vtetur, non vſque ad compendium, ſed ad vſum: ſcilicet, non vſque ad abuſum. Eodem modo καταχρῆσθαι Græci dicunt: vt Paullus 1. ad Corinthios, capite VII. καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι: hoc eſt, Sic vtentes hoc mundo, vt ne abutamur: id eſt, ſic vtentes quaſi vſuarij, non autem vt proprietarij.

ACCEPTILATIO, vide Acceptum ferre.

ACCEPTVM ferre, ſcribere ſe ab aliquo accepiſſe. Scæuola l. 89. D. de ſolut. Titius Mæuius dico me accepiſſe, & habere, & accepto tuliſſe à Caio Titio reliquum omne, &c. Alfenus l. 6. D. de manumiſſ. Sed ſi interea dum eum manumitteret, acceptum ſeruo retuliſſet. Iulianus l. 48. §. 1. D. de iure dot. Hanc pecuniam generum petere debere: exactam, acceptam legatis referri. Florentin. l. 35. D. de pigner. act. Primùm vſuris quas iam tunc deberi conſtat: deinde ſi quid ſupereſt, ſorti accepto ferendum eſt. Patet igitur tribus de cauſſis accepto ferri ſolitum. primùm, ſi pecunia ſic accepta eſſet, vt ei à quo accepta eſſet, deberetur. Cicero Verrina III. Propter quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expenſum tulit. Deinde, ſi non deberetur pecunia, ſed tantùm qua de cauſſa accepta eſſet, referretur. vt cùm ex legato vendito, locato accepta ferebatur. Poſtremò, cùm id quod debitum erat reciperatur. vt cùm à creditore vel vſura, vel pars ſortis receptæ accepto ferebatur. Locus enim Florentini, aliíque complures id oſtendunt. Ex quo intelligi debet, moris fuiſſe in tabulis, vt qui ſuum reciperent, primùm debitoris nomen, cui expenſum tulerant, expungerent: deinde in alteram paginam acceptum ferrent. Plaut. Ciſtell.

Nunc quod reliquum reſtat, volo perſoluere.
Vt expungatur nomen, ne quid debeam.

Hinc

ACCEPTILATIO, quæ generali nomine ſignificat, in tabulas acceptæ pecuniæ relationem: ſpeciali verò, & proprio à Iuriſconſultis bifariam intelligitur. aut enim Vulgaris eſt, aut Aquiliana. Vulgaris eſt, quæ vna ſtipulatione conſtat: cùm is qui verbis obligatus eſt, à ſuo creditore ſtipulatur ſic, Quod tibi debeo, habéſne acceptum? l. an inutilis, 8. §. 2. D. de acceptil. Cùm enim creditor & illius nomen expunxiſſet, & æs acceptum ei retuliſſet, reſpondebat, Habeo, acceptúmque tuli. neque ad aliam, quàm verborum obligationem adhiberi hæc ſtipulatio poterat: quam ineptum eſt ab Aquilio proditam exiſtimare. Aquiliana enim acceptilatio mutua & reciproca ſtipulatione conſtat, & ad omnes omnium generum obligationes exſtinguendas excogitata eſt. eáque ſola definitur à Modeſtino in l. 1. D. eod. Liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio. quod ex formula ipſius planius intelligitur apud Florent. in l. & vno, 18. D. eod.

ACCEPTVM facere, idem quod acceptum habere, l. 7. & alibi perſæpe, De acceptil. vt in formula, A. Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.

ACCEPTO ſiue acceptum rogare dicitur, qui ſtipulatur an id quod promiſit, creditor acceptum habeat: vti patet ex l. 6. & l. 8. §. 1. & 3. & alibi perſæpe, D. de acceptilat.

ACCEPTO liberare, eſt accepti rogatione liberare: cuum ei qui ſtipulatus eſt an id quod promiſit acceptum creditor habeat, reſpondetur habere, l. 8. §. 1. & 3. & alibi frequenter, D. de acceptil.

ACCESSIO interdum dicitur obligatio quæ principali adiuncta eſt: vt cum fideiuſſor, aut adpromiſſor datus eſt. Paullus l. 91. §. 3. D de verbor. obligat. Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationem. Acceſſiones an perpetuent, dubium eſt. Pomponio perpetuare placet: quare enim facto ſuo fideiuſſor ſuam obligationem tollat? Item, Acceſſionibus quoque ſuis, id eſt, fideiuſſoribus, perpetuant obligationem. Interdum autem pro diſiunctione quæ in obligatione adiuncta eſt, vſurpatur. vt apud eumdem in l. obligationum, 44. §. penult. D. de obligat. & act. Acceſſio in obligatione aut perſonæ, aut rei fit. Perſonæ, cum mihi aut Titio ſtipulor: rei, cùm mihi decem, aut Titio hominem ſtipulor.

ACCESSIONVM nomine intelliguntur ea generaliter omnia, quæ tum ex re qua de agitur orta ſunt, veluti fructus, partus, vſura: tum extrinſecus ei acceſſerunt, veluti id quod per alluuionem adcreuit, aut vſusfructus qui per conſolidationem proprietati adiungitur. Vnde titulus libro Digeſto. XXII. de vſuris & fructibus, & cauſſa, & omnibus acceſſionibus. Propriè autem ea demum continentur, quæ extrinſecus accedunt, cùm Cauſſæ adpellatione generaliter hæc omnia comprehendantur, l. præterea, D. de rei vindic.

ACCIDERE præcisè Veteres ominis cauſſa dicebant, cùm mortem nominare nollent. Iulianus in l. quidam, 25. D. ad Trebellian. A te heres peto, vt filio meo prima quaqua die, aut ſi prius quid ei acciderit, matri eius des, &c. Hinc Pomponius l. in vulgari, 162. § 1. D. de verborum ſignific. Si quis, inquit, ita in teſtamento ſcripſerit, Si quid filio meo acciderit, Damas ſeruus meus liber eſto: mortuo filio, Damas liber erit. licet enim accidant & viuis, ſed vulgi ſermone etiam mors ſignificatur. Cicero lib. de inuent. II. Cuius heres non illo in teſtamento quiſquam ſcriptus erat, ſi quid pupillo accidiſſet. Idem in Antonium: Si quid mihi humanitus accidiſſet: multa autem impendere videbantur præter naturam, prætérque factum. Idem in Pompeiana: Qui cum ex vobis quæreret, ſi in vno Pompeio omnia poneretis, ſi quid eo factum eſſet, in quo ſpem eſſetis habituri? Græci dicunt, εἴ τι πάθοι.

ACCIPERE inter & Capere, Vlpianus hoc intereſſe ſcribit, quòd Capere cum effectu accipitur: Accipere, etſi quis non accepit vt habeat, l. aliud, 71. D. de verborum ſignificationib. Hinc perſæpe accipi ea dicuntur, quæ oblata placent, & non recuſantur: vt cùm accipi lex dicitur, quæ adprobatur. Itáque Iulianus locutus eſt in l. ei qui, 13. D. de condit. inſtit. Ei, inquit, qui ita legatum accepit, ſi decem dederit. Sed multo apertius Vlpian. in l. 1. §. ſanè D. ſi quis omiſſ. vbi ait legatarios qui quid in teſtamento acceperunt, ſi poſſeſſionem per fraudem tranſtulerint, carituros his quæ ſibi relicta ſunt.

ACCIPERE iudicium, eſt pati à Prætore dari in eam rem iudices, de qua mouetur controuerſia.

Paullus

Paullus l.2.§.1.D.Si ex nox.cau. Compellendum putat Vindius,vel iudicio eum ſiſti permittere,vel iudicium accipere. Vlpianus ex edicto Præt.l.8.§.3.D.de procurat. Procuratorem ad litem ſuſcipiendam datum,pro quo conſentiente dominus iudicatum ſolui expoſuit,iudicium accipere cogam. Paullus l.35. §.2. D.de iureiur.& Vlpianus in l.1.in princ. D. Si ex nox. cau.vbi tamen Accurſius,Iudicium pro ſententia poſitum interpretatur. Cicero pro Quinctio:Iudicium quin acciperet in ea ipſa verba quæ Næuius edebat, non recuſare. Obſeruandum igitur,moris fuiſſe,vt actor qui iudicem à Prætore peteret,formulam ipſam in quam iudicium peteret,certis conceptiſque verbis proferret:veluti,C. Aquilius iudex eſto.Si pateret Septimium Octauio centum debere, tum Septimius damnetur.

ACCIPERE vxorem filiusfamil. potius dicitur, à patre nimirum, quàm vxorem ducere. quippe cùm patri committatur puella, potius in huiuſmodi condicionibus,quàm marito.Hæc Donatus in Phormionem Terent.

ACCEPTARE pro accipere, Papinianus tribus locis dixit:primùm in l.tale,40.§.2.D.de pact.Singuli creditores à ſingulis heredibus vſuras acceptauerũt. deinde in l.alio,9.in fin.D.de alim.& cib.leg.tertiò in l.Seio,10.in fin.de annuis leg.

ADCOMMODANDI verbo Iuriſconſulti vtuntur,cùm quid benignè ex æquo & bono contra ſummi iuris regulas conceſſum ſignificant. Veluti cum vtiles actiones adcommodari dicunt in l.vxor,55.in fi. D.de donat.inter vir.l.eleganter,24.D.de pig.action. l.1.C.de inoffic.teſta.l.vlt.D.de tranſact.Sic Iuſtinianus in §.curſus, 5. de actionib. Quod genus actionis, inquit,quibuſdam & aliis ſimili æquitate motus Prætor adcommodat. Sic Terentius in l.filio, 48. de rit. nupt. Filio patroni,inquit,in libertam paternam idẽ iuris quod ipſo patrono daretur, ex ſententia legis adcommodatur.Itaque Cicero Adcommodationem magiſtratuum præclarè dixit Verrina v.his verbis:Ex huiuſmodi initio atque ex liberalitate & adcommodatione magiſtratuum, conſuetudo æſtimationis introducta eſt.

ADCRESCERE dicitur alicui res, cum ei qui iam partem habet, accedit atque adiungitur. veluti cùm inſula fundo adcreſcere dicitur, in l.inſula,56.& l.ergo,30. D. de adquiren. rerum domin.aut cum ei qui non ſolus heres,ſed ex parte tãtùm inſtitutus eſt, reliqua pars accedit,l.interdum,13.§.1. D.de heredib. inſtitut.§.hereditas,Inſtitut.eod.Hinc ius adcreſcendi apud Iuriſconſultos celebratur, cùm hereditatis, reíve legatæ pars, quæ in quopiam de heredibus legatariiſve deficit, alteri adtribuitur,l.ſi ex pluribus, 9.D. de ſuis & legit.l.ſi duobus,12.D.de bono.poſſeſſio.contra tab. Hinc tit.lib. Pand.v11. De vſufructu adcreſcendo.Vide,Ius adcreſcendi.

ACCVRSIVS, vide FRANCISCVS ACCVRTIVS.

ACCVSARE, inquit Seruius,& incuſare hoc differunt.Incuſare,propriè eſt ſuperiorem arguere: vt in Terentio pater ad filium, Quid me incuſas Clitipho? Accuſare verò, vel parem, vel inferiorem: vt in eodem ad maritũ vxor,Me miſeram,quæ nunc quam ob cauſſam accuſer neſcio. Et hoc proprietatis eſt: licet vſus iſta malè corrumpat.Hæc Seruius Æneid.1.

ACCVSARE, non à Cudo, & Cuſo, vt Priſcianus putat,ſed à Cauſſa deductum coniugata verba oſtendunt:Recuſo,Excuſo,Incuſo.fictum enim eſt in- A ſtar Græci αἰτιᾶσθαι, & ad publica iudicia tantummodo adcommodatum eſt. Hinc

ACCVSATIO, eſt eius criminis cuius qui reus legitimè factus eſt,apud iudicem,cuius de ea re notio eſt,expoſitio. Dixi,Criminis,non autem Delicti aut Maleficij, quòd illo nomine fraudes ex quibus Reſpub.læditur,intelliguntur: Delicti aut Maleficij,priuatæ noxiæ.vt ſuo loco demonſtrauimus. Dixi,Reus legitimè factus eſt. quod & Paullus ſcribit in l.3.§.2. B D.de accuſat. Si libelli inſcriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur.& Vlpianus in l.7.Ante accuſationem ſubſcriptionem eſſe neceſſariam, itémque vt perſonas quibus reum facere non licet, exciperemus. vt l.1. &.l.2. eod. Dixi, Cuius notio eſt: vt ordinem iudiciorum notaremus, de quo ſcribit Vlpian.in l.7.§.vltim.& Papinian. in l.vltim. D.eod.Dixi,Expoſitio,non Delatio: quòd Deferendi verbum ad id tempus pertineat, cuum reus fit, & libellus inſcriptionis datur: vt in Verrinas orat. expo- C ſuimus:& Paullus ſignificat dict.l.3. de accuſat. Hoc enim,inquit,lege Iulia publicorum cauetur:& generaliter præcipitur omnibus qui reum aliquem deferunt.

ACCVSATIO à maledicentia quid differat, oſtendit Cicero in ea pro Cælio,his verbis: Aliud eſt, inquit,maledicere,aliud accuſare. Accuſatio crimen deſiderat,hominem vt notet, argumento probet,teſte confirmet.Maledictio autem nihil habet propoſiti,præter contumeliam : quæ, ſi petulantiùs iactatur, D conuicium:ſi facetiùs, vrbanitas nominatur. Sumta autem hæc ex Orat. Demoſth. pro Creſiphonte videntur, vbi ſic loquitur: Καί τοι καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορῶν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι, τῷ, τὴν μὲν κατηγορίαν ἀδικήματ' ἔχειν ὧν ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ τιμωρίαι. τὴν δὲ λοιδορίαν, βλασφημίας, ἃς κατὰ τὴν αὑτῶν φύσιν τοῖς ἐχθροῖς περὶ ἀλλήλων συμβαίνει λέγειν. Et in eamdem ſententiam Iſocrates in Panegyric. χρὴ δὲ κατηγορεῖν μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας, νουθετεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ τοιαῦτα πράττοντας.

E ACETVM extinguendi cauſſa parari ſolitum, Vlpian.l 12.§.12.D.de inſtit.vel inſt.teſtatur:itémque in l.7.§.pecori,D.de pen.leg. Quod Macrobius lib.Satur.vii.declarans: Quid aceto frigidius? inquit,quod culpatum vinum eſt.Solum enim hoc ex omnibus humoribus creſcentem flammam violenter exſtinguit: dum per frigus ſuum,calorem vincit elementi.

ACINATICIVM, vinum ex acinis vinaceis aqua maceratis confectum. Vlpianus in l.9. De trit. vin.& ol.Acinaticium,inquit,vini legato continebi- F tur.Mallem tamen ACINACIVM, aut ACINATICVM. Eius conficiendi rationem lege apud Caſſiodorum lib.x11.Var.epiſto.ad Canonic. Venet.

ACONITAM, herba venenata ac peſtifera, vt ſcribit Plin.lib.27.cap.3. Itaque à Martiano inter venena connumeratur in l.3.§.1.D.ad leg. Cor.de ſicar.

ADQVIRERE, eſt,inquit Varro,ab ad & quærere,ipſum quærere ab eo quòd,quæ res vt recuperaretur,datur opera.Hæc ille lib.de ling.v.

ADQVIRERE rerum dominium, aut poſſeſſio- G nem dicimur,cùm illa iure aliquo ciuili,hoc eſt ea ratione,quæ iure ciuili ad dominij,poſſeſſioniſve tranſlationem inſtituta eſt,nanciſcimur. Dominij namq; adquirendi ſex modi ſunt: mancipatio, traditio, vſucapio,in iure ceſſio,adiudicatio,lex.Poſſeſſionis autẽ plures: pro emtore, pro herede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro ſuo, &c. Plus ergo eſt, Adquirere, quàm aut Adipiſci, aut Nanciſci.

nam qui rem inuenit, aut cui pignori data, aut commodata, aut apud quem depoſita res aliqua eſt, aut ſi ex permutatione alicui res tradita eſt, cum ipſe non ſatisfaciat, nactus adeptúſve rem aut poſſeſſionem rectè dicitur: adquiſiſſe verò, nequaquam.

Ακρόδρυα Gaius in l. qui venenum, 236. D. de verb. ſignif. ſcribit apud Græcos omnes arborum ſpecies continere, quo tamen loco haud ſcio an non BACCARVM potius, aut FRVCTVVM legendum ſit, cùm inter omnes conſtet, ἀκρόδρυα dici (vt Suidas teſtatur) πάντας τοὺς τῶν δένδρων καρπούς.

ACTA propriè dicuntur quæ geſta ſunt ab eo, qui togatus in Repub. cum poteſtate imperióque verſatus eſt. Nam Imperatorum res geſtæ dicuntur. Cicero Philip. 1. An in commentariolis, & chirographis, & libellis acta Cæſaris, firma erunt: quæ ille in æs incidit, in quo populi iuſſa, perpetuáſque leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur? & paulo pòſt: Ecquid eſt, quod tam propriè dici poſſit actum eius, qui togatus in Repub. cum poteſtate imperióque verſatus ſit, quàm lex? quære acta Gracchi. leges Semproniæ proferentur: quære Syllæ. Corneliæ. Poſtea autem conſuetudine ſermonis factum eſt, vt literæ omnes de quorumlibet iudicum ſententiis perſcriptæ, Actorum nomine cenſerentur. Hermogen. l. 46. D. de re iud. Actorum verba emendare tenore ſententiæ perſeuerante, non eſt prohibitum. Item quodcumque apud ius dicentem ad cauſſam ſiue publicam, ſiue priuatam pertinens, geſtum, ciúſque auctoritate literis mandatum eſſet. Imp. l. 2. Codic. de edend. Is apud quem res agitur, acta publica, tam criminalia quàm ciuilia exhiberi inſpicienda ad inueſtigandam veritatis fidem iubebit. Hinc ſeruum actis interuenientibus nominare ſuum filium, apud Imp. §. vlt. de adop. Et Donationes actis interuenientibus inſinuari, §. 1. de donat. id eſt, cuius rei memoria in literas publicas relata ſit.

ACTIO cum ab agendo dicta ſit, generali ſignificatione quidquid omnino agi ſolet, complectitur. Itáque & hiſtrionum & oratorum & fabrorum actionem dicere ſolemus. Verùm in Iuriſconſultorum ſcriptis facile eſt intelligi, ad eas actiones contractam hanc eſſe ſignificationem quæ ad ius pertinerent: hoc eſt, ad eos ritus qui à Iuriſconſultis excogitati ſunt: veluti nexum, emancipationem, manumiſſionem per vindictam, ceſſionem in iure, teſtamentum per æs & libram: & ſi qui ſunt generis eiuſdem. Porrò cum illa omnia certa verborum conceptione fierent, tandem conſuetudine loquendi res eò perducta eſt, vt actio vulgò pro formula & conceptione verborum diceretur. Et cùm ea præcipua videretur, qualis aduerſus ciuem intenditur, inde factum eſt, vt Actio plerumque pro querela in iudicio aduerſus aliquem propoſita vſurpetur. Tum enim ab Agere quod Queri ſignificat deducitur. niſi fortè Queri aliquànto plus ſit, quàm Agere. vt in Orat. pro Cælio: A quo quæram ſi prodierit, primùm cur ſtatim nihil egerit: deinde, ſi id queri quàm agere maluerit, cur productus à vobis potius, quàm ipſe per ſe? Agere autem pro queri, aut poſtulare, Cicero multis locis vſurpat, vt pro Cæcinna: Si te hodie domum tuam redeuntem armati homines aditu prohibuerint, quæro quid acturus ſis? Item, Quid ergo eſt? impunè feci: nam quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio, non habes. Item: Quid negligentius maioribus noſtris, qui tantæ rei prætermiſerint actionem?

ACTIO eſt formula vel conceptio verborum, quibus iudicium à Prętore certa de cauſſa poſtulatur. Vel ſic:

ACTIO eſt formula iuris ſui recuperatorio iudicio perſequendi, ab eo qui legis actionẽ habet, data.

ACTIO apud veteres nihil aliud quàm formulam ſignificabat: quaſi quis dicat, rerum priuatim agendarum modus, & forma Iuriſconſultorum & pragmaticorum ingeniis excogitata. itaque vulgò Legis actiones vocabantur, quoniam earum rerum de quibus Lex XII. ſcripta erat agendarum formam, ritúmque præſcribebant. Pompon. l. 2. de orig. Ex his, inquit, legibus eodem tempore ferè actiones compoſitæ ſunt, quibus homines inter ſe diſceptarent: quas actiones ne populus prout vellet inſtitueret, certas ſollemnéſque eſſe voluerunt. & adpellatur hęc pars iuris, Legis actiones. Quibus ex verbis apparet, Legis actiones olim id fuiſſe, quod nunc vulgus Formularium practicæ adpellat. in eam enim ſententiam à Varrone, Cicerone: & aliis, Manilianæ, & Hoſtilianæ actiones nominantur. patétque ex Varrone rerum adquirendarum, ſtipulationúmque formulas etiam in ruſticanorum hominum manibus verſatas fuiſſe, à Manilio & Hoſtilio Iuriſc. compoſitas: citantúrque in Pandectis Valentis, & Venule libri De actionibus: illius ſeptẽ, huius decem, quos conſtat eodem argumento ſcriptos eſſe, quo Paulli librum ſingularem De conceptione formularum. Varro lib. De re ruſt. II. Paulò verboſius hæc, qui Manilij actiones ſequuntur Lanij, qui ad cultrum bouem emunt. Loquitur de ſtipulationibus. Cicero pro Muræna: Gloria militaris veſtris formulis atque actionib. anteponenda eſt. Idem ad Attic. lib. VI. Nec verò pauci ſunt auctores, Cn. Flauium Scribam faſtos protuliſſe, actionéſque cõpoſuiſſe. Et libro de Orat. I. Expoſitis à Cn. Flauio primũ actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiosè digeſta generatim componerent. Item in eod. Et credo, in illa militis cauſſa, ſi tu aut heredem aut militem defendiſſes, ad Hoſtilianas te actiones, non ad tuam vim & oratoriam facultatẽ contuliſſes. Varro libr. De ling. V. Itaq; quibus res erat in controuerſia, ea vocabatur lis. Ideo in actionibus videmus dici, Quam rem ſiue litẽ dicere oportet. Cicero Phil. IX. Neq; conſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere.

ACTIONVM autem non tantum quæ ex contractibus, ſed etiam, quæ ex delictis naſcerentur, formulas conſtitutas fuiſſe, cùm aliis ex locis patet: tum etiã ex his Arnobij verbis, in lib. aduerſ. Gent. IIII. Ac ne veſtras aures conuicio aliquis petulatiore pulſaret, de atrocibus formulas conſtituiſtis iniuriis.

ACTIONES, orationes apud populum iudicéſve habitæ. Cic. lib. de art. Rhetor. II. Quòd ſi nunc id agant, velle ſe ſcire, qui lator ſit, qui ſint accepturi, ſe actiones videre & diſſuadere velle. Aſconius in Cornelianæ argumen. Cicero ipſe ſignificat, quatriduo Cornelium defendiſſe, quas actiones contuliſſe eum in duas orationes apparet. Sic Verrinæ actiones fortaſſe non incommodè numerari ſeptem poſſent, pro Orationes ad Verris cauſſam pertinentes. Sed ne actionum ſignificatio conturbetur, quæ duæ tantùm fuerunt, numquam, quod ſciam, ab antiquis ita nominatæ ſunt.

ACTIO, inquit Celſus, nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi iudicio, quod ſibi debetur, l. nihil aliud, 51. D. de oblig. & act. quibus verbis apparet Celſum Actionem intellexiſſe poteſtatem à Prætore datam, cauſſam ſuam apud iudices recuperatoréſve agendi: vt ex vtriuſque oratione quid æquitas ratióque iuris po-

ris poſtulet,ſtatuant.veluti cùm dicimus, Actionem
vel iudicium poſtulare, pro, Iudicem poſtulare,& fa-
cultatem apud eum cauſſam noſtram agendi. Ex quo
facilè intellectu eſt, eam definitionem ad eorum tē-
porum rationem adcommodatam eſſe,quibus ab an-
tiquorum iudiciorum ordine receſſum erat.

Actio pro Actus. Vlpianus in l.3.§.vlti.C.de do-
nat.inter vir. Nam celeritate coniungendarum in-
ter ſe actionum vnam actionem occultari. Sic vide-
tur legendum in l. verum eſt,31.D.de regu.iur. Quod
enim impoſſibile eſt,neque pacto, neque ſtipulatio-
ne poteſt comprehendi,vt vtilem actionem,(aut fa-
ctum) efficere poſſit.nam illa duo verba AVT FA-
CTVM: puto eſſe ex gloſſa,cùm aliquis ſub verbo A-
CTIONEM ſubſcripſiſſet,aut actum.

Actionis verbum, inquit Vlpianus, & ſpe-
ciale eſt,& generale;nam omnis actio dicitur,ſiue in
perſonam,ſiue in rem ſit petitio. ſed plerumq; actio-
nes perſonales ſolemus dicere.Petitionis autem ver-
bo in rem actiones ſignificari videntur. Perſecutio-
nis verbo extraordinarias perſecutiones puto con-
tineri:vtputa fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt,
quæ non habent iuris ordinarij exſecutionem, l. pe-
cuniæ,178.D.de verbor. ſignifi. itáque diſtinguuntur
in l.18.D.de acceptilat.

Actiones ædilitiæ dicuntur,quæ edicto Ædi-
liū Curulium conſtitutæ ſunt. C. de Ædil. act. & §.1.
Inſt. Si quadrup. paup. Earum autem tres in iure ci-
uili ſpecies maximè reperio:Redhibitoriam, Quan-
to minoris,& In factum. Redhibitoria,eſt quæ em-
tori aduerſus venditorem datur vt mancipium red-
hibeat, id eſt,recipiat, preciúmque acceptum reſti-
tuat,l.redhibere,D.de Ædil.edict.quod quattuor de
cauſſis accidit:propter morbum,propter viciū, cùm
pronunciatum eſt quid adeſſe quod abeſt, vel abeſſe
quod adeſt:poſtremò,cùm ex Ædilium edicto vendi-
tor non cauit. Quanto minoris actio præcisè dicitur,
pro quanto minoris res fuit,quæ vendita eſt.datúrq;
emtori ſimiliter contra venditorem iiſdem de cauſſis
quibus Redhibitoria: & eo amplius,propter eos qui
vicio animi ex conſuetudine laborant, l.1.l.2.l.3.& l.
4.D.eod. In factum autem emtori ſimiliter datur ad
precium recuperandum,cùm aut rem emtam ſine iu-
dice redhibuit, aut venditor mancipij nationem nō
pronunciat:aut cùm ita emit,vt niſi intra certam diē
placuerit, redhibeatur: aut indefinita die intra dies
LX.l.quòd ſi nolit,31.eod.aut cùm ornamenta manci-
pij deſunt,l. Ædiles,eod.Differūt præterea tempore.
nam Redhibitoria, ſex menſium: Quanto minoris,
anno:In factum,ſexaginta dierum ſpacio circumſcri-
pta eſt,d.l.ædiles,eod.

Actionvm, inquit Vlpianus,genera ſunt duo:
in rem,quæ dicitur Vindicatio: & in perſonam, quæ
Condictio adpellatur.In rem actio eſt,per quam rem
noſtram, quæ ab alio poſſidetur, petimus:& ſemper
aduerſus eum eſt,qui rem poſſidet.In perſonam actio
eſt,qua cum eo agimus,qui obligatus eſt nobis ad fa-
ciendum aliquid vel dandum.& ſemper aduerſus eū-
dem locum habet,l.25.D.de oblig. & actionib.

Actio pro accuſatio. Papin. l.1.D.de crim.ſtel-
lion. Actio ſtellionatus neque publicis iudiciis,neq;
priuatis actionibus continetur. hoc eſt, Hæc accuſa-
tio non è legibus publicorum iudiciorum eſt, ſed ex-
traordinaria. Similiter Rubrica eſt lib.Cod.Quando
actio ciuilis criminali præiudicet.

Actio æſtimatoria quanto minoris, vide ſuprà,
actiones ædilitiæ.& infrà, Quanto minoris.

A Actio æſtimatoria ſiue de æſtimato,eſt actio in
perſonam, per quam in rem aliquam vendendam re-
cepit, vel rem ipſam incorruptam reddere cogitur,
vel ipſius æſtimationem,l.1.D.de æſtimat.

Actiones arbitrariæ dicebantur, in quibus nō
reſtrictè certum quid poſtulatur, ſed id tantùm quod
æquius melius iudici videbitur, qui propterea verius
Arbiter diceretur: quippe qui totius rei arbitrium ac
poteſtatem habeat. Earum autem duæ ſunt ſpecies,
B vna in qua duplex quodammodo ſententia pronun-
ciatur,& prior quidem his ferè verbis, Arbitror de-
bere te aduerſario hac ratione ſatisfacere:ante ſecun
dam porrò in litem iuratur. Altera in qua & vna ſen-
tentia profertur,nec in litem iuratur, §.præterea,27.
de actionib.

Actiones bonæ fidei conciſa locutione dicun-
tur,in quarum formulis Prætor adiiciebat EX BONA
FIDE. Cic. in Topic. In omnibus igitur iudiciis, in
quibus EX FIDE BONA eſt additum, primus earū
C vſus eſt.Item lib. De Offic. III. Q. Scæuola ſummam
vim eſſe dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus
adderetur EX FIDE BONA. Ibidem,Quid ſibi dare
facere oporteat ex fide bona. Nam in quibus hoc
additum non erat, iudici dato formulam & ſummam
ſibi à Prætore præſcriptam ac definitam egredi non
licebat. At in bonæ fidei iudiciis (ait Imper.§.29.de
actionib.) libera poteſtas permitti videtur iudici ex
bono & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui o-
porteat.

D Actiones ſtricti iudicij dicuntur, in quibus
præfractè iudicium à Prætore definitur, & quaſi ad
viuum reſecatur, vt iudici à verbis formulæ ne tan-
tillum quidem recedere liceat. Cicero de iis loquens
in Orat.pro Q.Roſcio:Quid eſt in iudicio? directum,
aſperum,ſimplex.SI PATERET TANTAM PECV-
NIAM DARI OPORTERE. Hic niſi planum facit
tantam pecuniam ad libellam ſibi deberi; cauſſam
perdit.Iudices enim(quippe priuati homines) pote-
ſtatem iudicandi nullam, niſi quam à magiſtratu, &
E qua de re acceperant,habebant.Veluti,L.Caſſius iu-
dex eſto.Si apparet aureos viginti Næuio dare opor-
tere Sempronium,eum tantæ pecuniæ condemnato.
Poterat L.Caſſius de aureis XX.iudicium ſtatuere: de
vno minus aut amplius,non poterat:non accepta ſci-
licet à Prætore poteſtate.Nam poteſtates & imperia
ſunt penes magiſtratus:Iudices autem priuati(vt di-
ximus)homines erant.itaque ſi maximè vndeuiginti
deberentur, quia tamen viginti petita ſunt, petitorē
iudex damnabit. Vnde illud vulgatū,vt qui plus pe-
F teret,cauſſa caderet.Officium ergo iudicis eſt,conſti-
tuere ſimpliciter debeantúrne viginti aurei, an non
debeantur:non autem de aureorum numero arbitra-
ri.Tranquillus Claudio:Nam & iis qui apud priuatos
iudices plus petendo formula excidiſſent,reſtituit a-
ctiones.De ſtrictis iudiciis loquitur,in quibus ſi peti-
tor aſſe vno plus poſtulaſſet,condemnabatur.

Actio ad exhibendum, eſt actio in perſonam,
per quam qui in rem qualicumque actione acturus
eſt,eius rei ſibi in publico poteſtatem,vt experiatur,
G fieri poſtulat,l.2.& l.3.D.ad exhib.

Actio Caluiſiana eſt actio in perſonam, qua
patroni vtuntur ad ea reuocanda,quæ liberti in ipſo-
rum fraudem alienarunt,l.1.§.ſi plurib.l.2.& l.3.§.ſi in-
teſtatus,& l.vltim. D. ſi quid in fraud.patro.l.2.D.ſi à
par.quis manumit.

Actio calumniæ,vetus erat actio, per quam is,
qui litem alicui calumnioſè intenderat, damna-

túſque fuerat, decimam eius quod petierat partem aduerſario ſoluere cogebatur. vti docet Imper. §. 6. de pœna tem. lit.

Actio damni iniuria, aduerſus eum competit, qui damnum iniuria dederit: vt quãti plurimi res vel anno proximo, vel triginta diebus proximis fuerit, tanti damnetur, pro caſibus qui ex lege Aquilia cognoſcuntur. ritu. de lege Aquil. in Inſt. & Pand. Dicitur autem Actio damni iniuria, præciſè: pro Damni iniuria dati. itaque apud Ciceronem legitur in Orat. pro Q. Roſcio. quum in libris noſtris frequenter INIVRIÆ in ſecundo caſu legatur.

Actio cõmodati eſt perſonalis actio, per quam id quod gratis alicui vtendum dedimus, reddi nobis poſtulamus. vti docet Imp. §. 2. quib. mod. re cont.

Actio communi diuidundo dicitur, quæ datur iis qui res quas vel voluntare, vel fortuna inter ſe cõmunes habent, per arbitrium diuidi, & ſi quid alter alteri debeat, præſtari poſtulant. Paullus l. 1. D. com. diuid. Hoc iudicium ideo neceſſarium fuit, quod pro Socio actio magis ad perſonales inuicem præſtationes pertinet, quàm ad communium rerum diuiſionẽ.

Actio condictitia, actio perſonalis, in qua cõdicimus. Imper. §. quib. mod. re cont. Datúrque agenti contra eum propter repetitionem Condictitia actio; nam perinde ei condici poteſt, SI APPARET eum dare oportere, ac ſi mutuum accepiſſet. Vlpian. l. ſi quis, 24. D. ſi cert. petat. Sed illa condictitia actione id perſequi debet, per quam certum petitur. item in l. ſi duo, 13. §. 2. D. de iureiuran. & l. vxor, 55. de donat. inter vir.

Actio conducti, ſiue ex conducto, eſt actio in perſonam, per quam is qui vel rem vtendam, vel opus faciendum conduxit, ſiue recepit, vt vel re ſarta tecta vtatur, vel operis perfecti mercedem conſequatur, poſtulat.

Actio confeſſoria, eſt per quam rem noſtram ab alterius poſſeſſione in dominium noſtrum vindicamus. vti docet Imp. §. 2. de action.

Actio conſtitutoria, eſt qua cum eo agitur, qui vel pro ſe, vel alio ſoluturum ſe ſine vlla ſtipulatione conſtituerit. vti docet Imp. §. 8. & §. 9. de actio. itémque toto tit. de conſt. pecun. D.

Actio de albo corrupto, eſt qua quiuis de populo agere aduerſus eum qui Prætoris edictum corrupit, poteſt: vt quinquaginta aureorum pœna multetur. vti docet Vlp. l. 7. D. de iuriſd. omn. iud.

Actio de arboribus ſucciſis, ex duodecim Tab. eſt actio in perſonam, per quam qui alienas arbores cæciderit, æris XXV. damnatur. hanc enim conſtitutam pœnam fuiſſe Plin. lib. 17. c. 1. teſtatur. Paullus l. 28. §. 6. D. de iureiur. Colonus cum quo propter ſucciſas fortè arbores agebatur ex locato, ſi iurauerit ſe ſuccidiſſe, ſiue è lege XII. Ta. de arboribus ſucciſis, ſiue, &c. Hinc Rubr. Arborum furtim cæſarum, lib. Pand. 46.

Actio de dote, eſt actio in perſonam, quæ diuortio facto mulieri de dote exigendam aduerſus maritum datur, & maritum in id tantum quod facere poteſt, damnat. l. maritum, 12. l. 13. l. 14. D. ſolut. matrim.

Actio de effuſo, deiecto, ſuſpenſo, eſt actio in perſonam, quæ aduerſus eos intenditur, qui eum in locum quà vulgò iter fit, aliquid effuderint, deiecerint, ſuſpenderint, cuius caſus alicui nocuerit, nocerève ſuſpenſum potuerit, l. 1. & l. 5. D. de his qui deiec. vel effud.

A Actio de in ius vocato vi exemto, eſt qua cum eo agitur, qui in ius vocatum exemit, dolóve eximendum curauit, vt quanti ea res ab actore æſtimabitur, damnetur, l. 1. & l. 5. D. ne quis eum qui in ius voc.

Actio de in rem verſo, eſt actio in perſonam, per quam pater dominúſve, cuius filius ſeruúſve cũ aliquo ſine ipſius volunrate contraxit, ſiue quid in rem ipſius verſum erit, totum præſtare cogitur: aut ſi quid non ſit verſum, quatenus peculium patietur. vti docet Imper. § 4 Quod cum eo qui in al.

B Actio de iureiurando, eſt per quam is qui aduerſarij poſtulatu deberi ſibi pecuniam iurauit, ita eum damnari poſtulat, ſi planum faciat ſe illius poſtulatu iuraſſe. vti docet Imp. §. 12. de action.

Actio de moribus, vide Iudicium de moribus.

Actio de paſtu pecoris ex lege XII. Tabul. inſtituta eſt, cùm in meo fundo pecus tuum depaſtum eſt. nec enim de pauperie noxalis actio ſufficiebat: quia paſtus pecoris, nec pauperies, nec damnum eſt, C l. qui ſeruandarum, 14. §. vlt. D. de præſcript. verb. l. 2. §. in beſtiis, D. ſi quadr. pauper.

Actio de parre patronóve in ius vocato, eſt per quam filius emancipatus aut libertus qui patrẽ patronúmve ſine Prætoris venia in ius vocauit, pœna quinquaginta aureorum damnatur, l. pen. D. de in ius voc.

Actio de peculio, eſt per quam is qui cum filiofam. ſeruóve contraxit, contra patrem dominúmve ita agit, vt quoad profectitium peculiũ ferre poſD ſit, ſoluere damnetur. vti docet Imp. §. 10. de action. & D. toto tit. de pecul. Sciendum eſt autem, non certam quandam actionis ſpeciem hanc eſſe, quæ per ſe conſtet: ſed adiectionem qua principalis actio deſignatur. nam ſi depoſiti, commodati, mandati filiusfa. obligatus ſit, datur aduerſus patrem actio depoſiti ex peculio, commodati ex peculio, mandati ex peculio, l. 5. § cui congruit, D. de pecul. l. depoſiti, eod. l. 1. C. quod cum eo, &c.

Actio depoſiti directa eſt perſonalis actio, per E quam id quod apud aliquem depoſuimus, reddi nobis poſtulamus: vti docet Imp. §. 3. quib. mod. re cont.

Actio depoſiti contraria, eſt actio in perſonam, per quam qui depoſitum recepit, quod in eo tuendo aſſeruandóque impendit, poſtulat. Hinc Rub. in Pand. Depoſiti vel contraria. Sic enim legendũ eſt.

Actio de tigno iuncto dicitur, qua vtitur dominus tigni aduerſus eum qui ipſius tignum ædibus vineíſve ſuis adiunxit: per quam non ipſum tignum, ſed duplum conſequitur. vti docet Vlp. l. 1. D. de tig. F iuncto.

Actio directa (quum actioni contrariæ opponitur) ea formula eſt, quæ quum certam ob cauſſam inuenta atque inſtituta ſit, ad eandem ipſam cauſſam adcommodatur. veluti Lex XII. Tab. Pro ſocio actionem inſtituit, aut ea ex lege ſcilicet inſtituta eſt. Quoniam vtriuſque ſocij cauſſa inſtituta hæc actio eſt, Directa vtrimque nominatur. At in tutela, mandato, & depoſito inuenta primùm eſt actio tantùm pupillo in tutorem, mandatori in mandatarium, & G deponenti in depoſitarium. quare quæ his in cauſſis dantur actiones, quia illæ ipſæ ſunt maximè, quæ primùm inſtitutæ ſunt, Directæ nominantur. Et quoniam vſu rerum poſtulante intellectum eſt, viciſſim quoque dandas eſſe tutori in pupillum mandatario in mandatorem, depoſitario in deponentem, certis de cauſſis actiones: conceſſæ quoque ſunt eædem ipſæ antiquitùs inſtitutæ conceptæque formulæ, quas Dire-

Directas, cùm ad ſua negocia referuntur, nominamus: ſed quia non ad ſuam cauſſam propriè adcommodantur, Contrariæ nominantur. quaſi dicas, Eædem ipſe actiones, ſed ad contrariam partem adcommodatæ.

Actio directa dicitur, quum eius ipſius aduerſus quem agitur, non autem alterius nomine intenditur. veluti Actio noxalis, quia contra dominum non ſuo, ſed ſerui nomine intenditur, directa non eſt. ſed ſi qui ſeruitute noxam nocuit, poſteà manumittatur, quia ſuo nomine lege Aquilia conuenitur, Directa pulſari dicitur. Iuſtinianus §.3. de nox.act. At ſi manumiſſus fuerit, directò ipſe tenetur, & exſtinguitur noxæ deditio. ex diuerſo quoque directa actio noxalis eſſe incipit. nam ſi liber homo noxiam commiſerit, & is ſeruus tuus eſſe cœperit, incipit tecum eſſe noxalis actio, quæ antè directa fuiſſet. Idem, §. vlt. Quòd cum eo, &c. Id quod iuſſu patris dominíve cõtractum fuerit, quodque in rem eius verſum erit, directò quoque poſſe à patre dominóve condici, tamquam ſi principaliter cum ipſo negocium geſtum eſſet. Ex quo apparet actionem quod iuſſu, & ſimiles, directas dici non poſſe: quippe quæ aduerſus patrem dominúmve non ipſorum, ſed filij ſeruíve nomine intendantur.

Actio emti, ſiue ex emto, eſt, actio in perſonam, per quam qui rem quampiam emit, venditorem & quæ lingua nuncupata ſunt, præſtare, & ſi nominatim nihil conuenit, rem tradere, eámque vel emtoris facere, vel euictionis nomine obligari cogit. vti docet Vlpian.l.11.D.de act. emt.

Actio exemta dicitur, quum agi poſſe deſiit. Vlpian.l.26.§.4.D.ex quib.cauſ.maior. Siue cui per magiſtratus actio exemta eſſe dicetur. Itẽ Actio exemta ſic erit accipienda, ſi deſiit agere poſſe. Locutio deducta eſt ab exemtione reorum, de qua ſuo loco diximus.

Actio exercitoria, eſt actio quæ in exercitorem, qui ſeruum naui præpoſuit, de eo quod cum eo ſeruo illius rei cauſſa geſtum fuit, in ſolidum conceditur. Is enim ad quem quotidianus nauis quæſtus redit, Exercitor dicitur: & moris erat, vt ſeruum ei rei præficerent, quem Magiſtrum adpellabant, l.1.& paſſ. D.de exercit.act.

Actio ex ſponſu, vide Spondere, & Sponſus.

Actio ex ſtipulatu, eſt actio quæ ei competit qui ſibi aliquid incerti dari fieríve ſtipulatus eſt. veluti quidquid vini hoc anno ex vineis tuis colligetur. vti patet ex ca. Inſt. de verb.oblig.in princ.

Actio ex ſtipulatu doti exigendæ, eſt actio in perſonam, per quam vxor dotem ſuam ſoluto matrimonio à marito condicit, l.penult. C.de iure dot.& l. vnica, C.de rei vxor.act.

Actio familiæ erciſcundæ dicitur, quæ datur coheredibus poſtulantibus vt & hereditas diuidatur, & ſi quid alter alteri debeat, præſtetur. nam Erciſcere familiam, hereditatem diuidere ſignificat. eius autem formula in rem eſt: vis & natura, qualis eſt actionis in perſonam. Vlpian.l.22.§.3.D.famil.erciſc. Hoc iudicium ex duobus conſtat: id eſt, rebus atque præſtationibus: quæ ſunt perſonales actiones.

Actio Fauiana, eſt actio in perſonam, quæ patronis eorúmve liberis conceditur, ad ea reuocanda quæ in ipſorum fraudem liberti alienarunt, l.videamus, 38.§.in Fauiana, D. de vſur.l.1.& paſſ. D. ſi quid in fraud.patron. Ei gemina eſt Caluiſiana, de qua ſuo loco diximus.

A Actio finibus regundis, eſt quæ confinibus conceditur, poſtulantibus vt quod cuiuſque proprium ſit, ab arbitro definiatur: & ſi quid ab alterutro commiſſum ſit, reſarciatur. Eius autem formula eadem eſt quæ vindicationis: vis autem & natura eadem quæ condictionis. vti docet Paullus in l.1.D.finium regũd. Finibus autem regundis hæc ab antiquis adpellata eſt actio: item vt Familiæ erciſcundæ, Communi diuidundo, Rationibus diſtrahendis: quod cui-
B uis ex Cicerone licet intelligere: ſed, vt opinor, poſteaquam à Græcis hominibus ius ciuile tractari cœptum eſt, hæc mutatio, cuiuſmodi aliæ alibi permultæ ſunt, hoc in loco contigit.

Actio funeraria, eſt actio in perſonam, per quã is qui pro officio ſuo, veluti delectus à teſtatore, vel heres ſcriptus, vel ſuo ordine cognatus funerandi defuncti cauſſa ſumtus fecit: eos ab eo ad quem ea res pertinet, recuperat, l.12.§.2.& perpetuo tract.de relig.& ſumt. Dicitur & Funeratitia à Pomponio, l.
C 30.D.eod. tit. vel ſic,

Actio funeraria eſt, qua qui defunctum ſuis ſumtib. funeratus eſt, eam pecuniam ab heredibus condicit. Vlp.l.17.D.de reb.auct.iud. Verum ita demum priuilegium habet funeraria, ſi is cuius bona veneunt, funeratus ſit.

Actione furti concepti tenetur is, apud quem furtum quæſitum & inuentum eſt: ait Paullus lib.11. Sent.tit.31.

Actio furti concepti dicitur, quæ in eum inten-
D ditur, apud quem teſtibus præſentibus furtiua res quæſita & inuenta eſt: quamuis ipſe fur non ſit. apud Imp.§.4.de oblig.quæ ex del.

Actio furti manifeſti eſt, qua quadrupli pœna ab eo qui manifeſtus fur eſt, exigitur: nec manifeſti, qua à nec manifeſto, dupli. ait Imp. §.17.de oblig.quæ ex del.

Actio furti non exhibiti aduerſus eum datur, qui furtiuam rem apud ſe quæſitam & inuentam non exhibuit. ait Imp.§.4.de oblig.quæ ex delict.

E Actio furti oblati, competit ei cui res furtiua oblata eſt, vt apud eum potius, quàm cum qui obtulit, conciperetur: ait Imp. §.4.de obligation.quæ ex delict.

Actio furti prohibiti aduerſus eum eſt, qui furtum quærere teſtibus præſentibus volentem prohibuerit.§.4.de oblig.quæ ex delict.

Actio ſiue petitio hereditatis, eſt actio in rem, quæ aduerſus illos qui ius pro herede vel pro poſſeſſore habent, vel rem hereditariam licet minimam
F poſſident, intenditur: l.9. D.de pet. hered. habet tamen præſtationes quaſdam perſonales, vt puta eorum quæ à debitoribus ſunt exacta, & preciorum, l. 25.§.13.eod.tit.

Actio furti ope conſilióque facti, aduerſus eum datur, cuius ope conſilióque furtum factum eſt. ait Imper.§.9.de oblig.quæ ex del. Eius formulam Cic. lib.de nat.ur. hanc fuiſſe ſcribit, Ope conſilióque tuo furtum aio factum eſſe.

Actio hypothecaria, quæ & quaſi Seruiana, &
G vtilis Seruiana, interdum Seruiana, & Pigneratitia vocatur, eſt actio in rem, per quam creditores quib. res aliqua ſiue mobilis, ſiue immobilis oppignerata eſt, rem illam, ſi fortè in alterius poſſeſſionem inciderit, ſibi vindicant. vti docet Imp.§.7.de action.

Actio in rem, eſt quæ conceditur ei, qui rem quam alter poſſidet, ſuam eſſe intendit: vt ea res ipſius eſſe pronuncietur. ſicut Imp. docet in §.1.de act.

ACTIO in perſonam, eſt quæ aduerſus eum intenditur qui ex contractu vel delicto obligatus eſt, vt aliquid dare facere dânetur. ait Imp §.1.de action.

ACTIO inofficioſi teſtamenti, quæ interdum etiam Accuſatio, interdum Querela nominatur, dicitur ea quæ tum liberis, tum parentibus, tum etiam fratribus iniquè vel præteritis vel exheredatis datur, vt ſi iudices violatum officium cognoſcant, reſciſſo teſtamento hereditatem iis quibus naturæ iure debetur, adiudicent, l.1.& paſſ.D.de inoffic.teſtam.

ACTIONES in rem ſcriptæ dicuntur, quæ vi ipſa in perſonam quidem ſunt, ſimpliciter tamen & abſolutè ſine vllius perſonæ notatione ſcriptæ & conceptæ ſunt. cuiuſmodi ſunt ad exhibendum, Quod metus cauſſa, Ex cauſſa interdictorum. nam IN REM vetus locutio eſt, quæ, vt ſuo loco docebimus, nihil aliud ſignificat, quàm generaliter, infinitè, & ſine certæ alicuius perſonæ deſignatione. Itaque Perſonales actiones ſemper aduerſus eundem, hoc eſt eum qui in iis nominatus eſt, dantur: at hæ aduerſus quemuis. vide IN REM.

ACTIO malæ tractationis, aduerſus maritum facto diuortio dabatur vxori, diuortij culpam in illum transferenti. Fabius libro VII.cap.III. Non diſſimiles autem abdicationum actionibus ſunt malæ tractationis actiones. nam & ipſæ habent eandem in accuſationibus moderationem. Idem libro, III.cap.II. Sed in ſcholaſticis quoque nonnumquam euenit, vt pro narratione ſit propoſitio. nam quid exponet, quæ Zelotypum malæ tractationis accuſat? cùm totum crimen vno verbo in qualibet actionis parte poſito ſatis iudicetur. Eiúſque iudicij exemplum exſtat apud eundem Declamat.VIII.& XVIII.

ACTIO malè geſtæ procurationis in foro, nominatur à Fabio lib.VII.cap.IIII.

ACTIO inſtitoria, eſt actio in perſonam, quæ in eum qui ſeruum inſtitorem tabernæ præfecit, ex eo quod cum eo ſeruo eius rei cauſſa geſtum erit, in ſolidum conceditur. Eſt autem inſtitor, qui quæſtuariæ alicui negociationi præficitur: quòd (vt ait Vlpianus) negocio gerendo inſtet, l.1.& paſſ. D.de inſtitor.act.

ACTIO ingrati, excepta Macedonum gente nuſquam data eſt: ait Seneca lib.III.de benef. Nam cùm difficilis eſſet, inquit, incertæ rei æſtimatio, tantùm odio damnauimus, & inter ea reliquimus quæ ad vindices deos remittimus. nam optima beneficij pars perit, ſic vt certæ pecuniæ ex conducto aut ex locato detur. Hoc enim eſt in illo, quod dedimus vel perdituri, quod permiſimus accipientium arbitrio. ſi adpello, ſi ad iudicem voco, incipit non beneficium eſſe, ſed creditum: nec erit glorioſa res, gratū eſſe, niſi tutum eſt gratum non eſſe. Fabius de ſcholaſtica exercitatione loquens libro VII. cap. IIII. In actione ingrati, inquit, quæritur an is cum quo agitur, acceperit beneficium: quod rarò negandum eſt: ingratus eſt enim qui negat. an quantum acceperit, reddiderit: an protinus qui non reddiderit, ingratus ſit: an potuerit reddere: an id quod exigebatur, debuerit.

ACTIO locati, ſiue ex locato, eſt actio in perſonam, per quam qui quempiam vel in prædio colendo, vel in opere faciendo locauit, ea quę in contrahēdo conuenerunt, illum ex æquo & bono præſtare cogit, l.2.& l.17.C.locat.l.ſi merces, 25.D.eod.

ACTIO legis, vide Legis actio. item ſuprà Actio.

ACTIO mandati directa, eſt actio in perſonam, per quam qui alicui mandatum dedit, quanti ſua intereſt ob id quod alter vel non confecit, vel non tem- A peſtiuè renunciauit, ab ipſo poſtulat, l.22.§.11.& l.27.§.2. D.mandati.

ACTIO mandati contraria, eſt actio in perſonam, per quam qui alterius mandatum ſuſcepit, quod in eo conficiendo de ſuo impendit, ab altero poſtulat. Hinc tit.in Pand. Mandati, vel contraria. ſic enim legendum eſt.

ACTIO negatoria, eſt per quam actor negat aduerſario id licere, quod niſi ſibi ſeruitus deberetur, ei B liceret: vti docet Imp.§.2.de action.

ACTIO negociorum geſtorum, eſt actio in perſonam, qua qui alterius negocium ſine mandato ac ſua ſponte geſſit, quidquid eo nomine illi vel abeſt, vel abfuturum eſt, à domino repetit: viciſſimque illi actus ſui rationem probare, & ſi quid vel non vt oportuerit geſſerit, vel ex his negociis retinet, præſtare cogitur. vti docet Caius l.2.D.de negoc.geſt.

ACTIO negociorum geſtorum, Directa quidem aduerſus eum inſtituitur, qui abſentis negocia, ſine C mandato geſſit: Contraria verò, aduerſus eum cuius negocia geſta ſunt, de eo quod alterum alteri ex æquo & bono dare facere oportet.

ACTIO noxalis eſt actio in perſonam, per quam is, cuius ſeruus noxam aliquam commiſit, aut litis æſtimationē ſufferre, aut ipſum hominem noxæ dedere cogitur. vti docet Imp.tit.de nox.act.in principio.

ACTIO noxalis de pauperie, eſt actio in perſonam, per quam is, cuius quadrupes, quæ cicurum numero ſit, alicui damnum dederit, aut litis æſtimatio- D nem præſtare, aut ipſam quadrupedem noxæ dedere cogitur, l.1.D. ſi quadrup. vbi obſcurius Vlpianus eſt locutus, cuum ait hanc actionem locū habere, cuum feritate commota nocuit quadrupes: & paulo pòſt, Cuum contra naturam fera mota, pauperiem dedit. Significat autem eas, vt dixi, quæ cicures ſunt, vt equum. bouem, mulum, quæ nonnumquam feritate commota id eſt, laſciuia quadam ferociunt, vt ſi mulam equus olfecerit: & tamen contra naturam, id eſt, præter naturalem manſuetudinem. Cicures enim na- E tura ſunt manſuetæ. Verùm aliud eſt in iis quæ Cicures non ſunt, ſed Beſtiæ adpellantur eodem loco ab Vlpiano, veluti vrſi, leones, pantheræ. In his enim ceſſat hæc actio.

ACTIO oneris auerſi, erat actio in perſonam, quæ aduerſus nautam intendebatur, cuius in naue onus (id eſt ſarcina aliqua) interuerſum ac ſubreptum eſſet. nam Auertere pro furari apud antiquos ita frequens eſt, vt putidum ſit exempla conquirere. Alfenus l.31.D.locat. In naue Saufeij quū cumplures fru- F mentum confuderant, Saufeius vni ex his frumentum reddiderat de communi, & nauis perierat. quæſitum eſt, an ceteri pro ſua parte frumenti cum nauta agere poſſint oneris auerſi actione? Item, Siue eius generis eſſent merces quæ nautis traderentur, vt cōtinuò eius fierent, & mercator in creditum iret, non videretur onus eſſe auerſum: quippe quod nautæ fuiſſet. Alciatus autem ADVERSI oneris actionem adpellat, cuum vector rem alienam non aduertit & curauit vt debuit, lib. Pareg.6.cap.28. quod ſanè homi- G ne docto indignum eſt, vt nihil acerbius in eius παρέργων libros nunc dicatur.

ACTIO Pauliana à Prætore Paulo inſtituta eſt, qua creditores quorum in fraudem bona ſua debitor alienauit, bonorum poſſeſſione à Prætore impetrata, ea bona perinde ac ſi numquam à debitore tradita fuiſſent, vindicare poſſunt. nam vt ait Paullus l.38.§.3. D.de vſur. per actionem Paulianam quæ in fraudem cre-

creditorũ alienata ſunt, reuocantur. nam Prætor id agit, vt perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet.

Actiones perpetuæ dicuntur, quæ olim nullo temporis ſpacio terminabantur: cuiuſmodi erant omnes ciuiles actiones, id eſt, quæ ex legibus, ſenatuſconſultis, aut conſtitutionibus naſcuntur. nunc autem in rem actiones decem aut viginti terminantur annis, perſonales verò triginta, §. 1. de perpe. & temp.act.l.3.C.de præſcript.30.ann.

Actio pigneratitia, vt ex verbi notatione intelligitur, actio eſt ad pignus perſequendum inſtituta. Eſt autem triplex: ſed vſurpatur propriè de ea quæ debitori aduerſus creditorem, cui ſua pecunia ſoluta eſt, repetendi pignoris cauſſa conceditur, l.ſi rem.9.§.3.D.de pign.act.eáque Directa eſt. nam Contraria etiam prodita eſt, quæ creditori aduerſus debitorem datur ob ſumtus neceſſarios in rem oppigneratam factos, l.ſi neceſſarias, 8.& l.tutor, 16.§.1. D.eod. Itáque titulus intelligendus eſt, De pigneratitia actione, & contraria: ſic enim legendum eſſe, iampridem docuimus. Præterea eſt Seruiana pigneratitia duplex: nimirum prior à Prætore, & poſterior ad exemplum Prætoriæ à Iuriſconſultis inſtituta: quæ pigneratitiæ nonnumquam nominantur, vt l. 3 §.1.D. ad exhib.l. Titius, 9. D. quib. mod. pig. l. rem alienam, 41.D.de pign.act.

Actiones pœnariæ dicuntur à Fabio, quæ à noſtris vulgò Pœnales, quibus pœnam commiſſam perſequimur, vt furti, rapinæ, legis Aquiliæ. Fab.lib.VII. cap.IIII. Sed etiam in formulis, cùm pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſſam partimur, an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat.

Actiones populares dicimus, quæ ſuum ius populo tuentur: inquit Paullus in l.1.D. de pop.act. inter Priuatas, autem, Publicas & Populares hoc intereſt, quòd priuatæ actiones ſunt, quæ rei priuatæ ſunt, & ei ſoli cuius intereſt, conceduntur. Populares verò non quod priuatim alicuius; ſed quòd publicè intereſt perſequuntur: ac proinde cuiuis de populo conceduntur: veluti de albo Prætoris corrupto, de ſepulcro violato. Publicæ verò accuſationes ſunt, quæ lege aliqua certa publicorum iudiciorum conſtitutæ ſunt: vt eius criminis de quo lex lata eſt, à certo Prætore quæſtio exerceatur. Illæ à Prætore vrbano, hæ à Quæſitore certo exercebantur, l.non diſtinguemus, 32. §. de liberali, D. de recep. arb. vbi Paullus ait populares actiones, maiores iudices habere debere. illæ pecuniariã, hæ capitis pœnam imponebant: illæ infamiam non pariunt, hæ pariunt omnino. Popularium autem aliæ rem publicam directò propriè, ac per ſe: aliæ coniunctim ſpectant, propriè, vt actio de albo corrupto, l. ſi quis id quod, 7. D. de iuriſd. itaque ſi plures petant, Prætor magis idoneum deliget, l.ſi plures, 2.de popul. ac. proinde nemo eam in bonis ſuis habere dicitur, l.penul.eod.l.ſi quis pro eo, 56.§.vlt.de fideiuſſ. Coniunctim, vt ſepulcri violati. in quibus, is cuius maximè intereſt, præfertur, ac propterea conſtituere procuratorem poteſt, l.3.eod.l. 3.de ſepul. viol. De iiſdem, popularibus actionibus Zonaræ locus lib. II. intelligendus eſt, vbi ſcribit Romulum eos omnes qui ætate militari eſſent, in Legiones diſtribuiſſe: εἰς δ᾽ ἄλλους, inquit, τῷ δήμῳ ἐκέχρητο, καὶ τὸν δῆμον ποπούλους ὀνόμαζεν. ὅθεν καὶ τὰς δημοσίας βίβλους τὰς νομικὰς ποπλικὰ κέκληται, ἡ δημαρχικὴ ἀγωγή. Quem locum ſic interpretor: Aliis verò, pro populo (id eſt, pro vrbana multitudine) eſt vſus: eóſque populi nomine adpellauit. qua de cauſſa etiam in libris ad leges pertinentibus, popularis actio vocatur, quæ à Græcis δημοτικὴ nominatur. Sed eius loci fructus non ita magnus eſt.

Actio quanto minoris, vide Quanto minoris, & Actiones ædilitiæ.

Actiones præiudiciales, vide Præiudicium.

Actio perſcriptis verbis, Præscriptis verbis actiones.

Actio pro ſocio, eſt actio in perſonã, per quam qui non fortuna, ſed voluntate res communes habent, diremta communione quod ex dolo culpáve inter ſe debent, poſtulare poſſunt, l.31. & ſeq. D.pro ſocio.

Actio Publiciana duplex eſt: & altera alteri ex aduerſo reſpondet. Prior ei conceditur, qui cùm rem alienam iuſta ex cauſſa, bonáque fide aliquamdiu poſſediſſet, poſtea illam caſu amiſit. nam ſi is qui nunc poſſidet, dominus non eſt, Prætor æquius eſſe cenſet eum qui iuſta ex cauſſa illam adquiſiuit, quàm eum qui caſu eam nactus eſt, obtinere. Itaque permittit ei rem illam ita petere, quaſi iam vſucepiſſet. Poſterior autem aduerſo caſu datur, cùm quis aut Reipub. cauſſa abſens, aut apud hoſtes per ſubiectas ſibi perſonas rem alienam vſucepit: & is cuius res vſucapta eſt, neminem in ciuitate nanciſci potuit abſentis defenſorem, aduerſus quem agendo vſucapionem interrumperet: nam Prætor ei permittit, ita rem ſuam petere, quaſi vſucapta non fuiſſet, §.namque, & §.ſeq.de actionib.l.1.& paſ.D.de publicia.in rem act.l.1.& paſſ. D.ex quib.cauſ.maior.

Actio quaſi Seruiana (quæ hypothecaria propriè vocatur, quemadmodum ſuperiùs demonſtratum eſt) eò dicitur, quia Seruiana de rebus coloni propriè inſtituta eſt: quas is pro mercedibus fundi oppignerаſſet. Æquitatis autem ratio poſtulauit, vt omnibus etiam aliis creditoribus daretur. Ergo inter Seruianam & quaſi Seruianam triplex differẽtia eſt. nam illa de coloni, hæc de cuiuſuis alterius debitoris rebus inſtituta eſt. illa directa eſt, hæc vtilis. illa de rebus mobilibus, hæc de immobilibus conceditur, §. item Seruiana, de actionib.

Actio quod iuſſu dicitur, quæ aduerſus eum datur, cuius ſeruus ipſius iuſſu cum aliquo contraxit, vt ipſe in ſolidum quanti ea res eſt damnetur. nam qui cum ſeruo iuſſu domini contrahit, non ſerui, ſed ipſius domini fidem ſequi videtur, l. 1. & paſſim, D. quod iuſſu.

Actio quod metus cauſſa, eſt actio in perſonam, per quam is à quo per vim vel metum res extorta eſt, quadruplum ab eo qui rem extortam poſſidet, conſequitur. Eius autem natura tacitè continetur, vt qui Iudicis iuſſu rem ipſam actori reſtituit, abſoluatur, vti docet Im.§.26.de actionib.

Actio rationibus diſtrahendis, eſt actio perſonalis lege XII. tab. quæ datur aduerſus eum, qui in tutela gerenda rem pecuniámve pupilli ſubtraxit: vt dupli damnetur, in quo tamen ſimplum ineſt, l. 1.§. pen. & l.ſeq. D.de tut.& rat.diſt.l. tres tutores, §.D. de admin.tut.

Actio Redhibitoria, vide Actiones ædilitiæ.

Actio rei vxoriæ, erat olim actio in rem, per quam vxor dotem ſuam ſoluto matrimonio repetebat. Dos enim (vt ſcribit Boetius) licet matrimonio conſtante in bonis viri ſit, eſt tamen in vxoris iure, & poſt diuortium velut res vxoria peti poteſt. Et Imper.l.penul.C.de iur.dot. Dos & ab initio

vxoris fuit,& naturaliter in eius permanet dominio. non enim quòd legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta vel confuſa eſt.hæc ille. Quòd ſi in danda dote interueniſſet ſtipulatio, eam diremtô matrimonio redditum iri,Ex ſtipulatu actio naſcebatur.quam ſolam Iuſtinianus illa ſublata ſupereſſe doti repetendæ voluit:ſiue ſtipulatio interueniſſet, ſiue nulla aut inutilis interueniſſet. vti patet ex l. vn. C. de rei vxor. action.

ACTIO reſciſſoria,eſt in rem actio,quam Prætor ei,cuius rem aduerſarius dum ex iuſta cauſſa abeſſet, vſucepit,reſciſſa pro imperio & pro nihilo habita vſucapione concedit: vt eam rem nihilominus quàm ſi vſucapta non eſſet,vindicet. vti docet Imp.§.5. de actionib. vnde intelligitur, finem huic actioni non hunc eſſe propoſitum,vt vſucapionem reſcindat: ipſum enim Prætorem id pro imperio cauſſa cognita facere:ſed vt res à poſſeſſore vindicetur. vti patet ex l. 21.& l.22.D.ex quib.cau.maior.

ACTIO reſtitutoria dicitur, quæ in veterem debitorem,pro quo mulier interceſſerat, ea muliere liberata reſtituitur, l. quamuis,8. §.6.& 7. D.ad Velleian.l.8.C.eod.

ACTIO reuocandæ donationi dicitur, qua vtitur is qui rem quampiam donauit, aduerſus eum cui donauit,ſi eum ingratum probauerit. Rem enim donatam per hanc actionem recuperat, l.vlt.C.de reuoc. donat.& §.2.de donat.

ACTIO Seruiana eſt,per quam dominus prædij, eius rei quam ei colonus pro mercedibus oppignerauit,poſſeſſionem ab eo qui eam tenet, vindicat.nam, vt ait Papinianus in l.66. D.de euict.etſi Seruiana in rem actio eſt,nudam tamen poſſeſſionem auocat.

ACTIO ſerui corrupti, competit in eum cuius hortatu conſilióve ſeruus alienus fugerit,aut contumax aduerſus dominum factus eſt, aut luxurioſè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus ſit. in qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo ſeruus abſtulerit,æſtimatio deducitur, l. 1. & paſſ.D.de ſer.corrupt.

ACTIO Sequeſtraria, eſt actio in perſonam, per quam is qui rem aliquam litigioſam apud ſequeſtrũ depoſuit,eam impleta depoſitionis condicione ab ipſo repetit.vti patet ex l.9.§.2.D.de dolo malo.Pomp. l.ſi in Aſia,12.D.depoſ. Cum ſequeſtre rectè agetur depoſiti ſequeſtraria actione. Vlpian. l. ſi quis, 9.§.2. de dol.mal. Quoniam neque mandati, neque ſequeſtraria Seium conuenire potes,&c.

ACTIO ſubſidiaria dicitur ea, quæ contra magiſtratus inſtituta eſt, qui aut omnino à tutoribus vel curatoribus ſatiſdari non curauerunt,aut non idoneè paſſi ſunt caueri,§.ſciendum, de ſatiſdat. tut. l.1.& l. 4.D.de magiſt.conuen.l.1.§.7.D.de tut.& rat.diſt.nomen autem ex eo reperit. nam quemadmodum Subſidiarij propriè dicebantur Triarij, qui dum primus & ſecundus ordo pugnabant, vt ait Feſtus, ſubſidebant:eodem modo primo loco tutores,tum eorum fideiuſſores,poſtremò quaſi res ad Triarios pupillo rediderit,magiſtratus conueniuntur.

ACTIO tributoria,eſt actio in perſonã,quæ in dominum datur, quo ſciente vnà cum ſeruo in merce peculiari contractum eſt, niſi res æquabiliter inter creditores partitus ſit:nimirum vt alia tributio fiat. l. 1.& paſſ.D.de tribut.act.

ACTIO tutelæ eſt actio bonæ fidei, ex quaſi cõtractu nata, quæ finita tutela contra eum datur qui

A tutelam adminiſtrauit vt rationes edat,& reddat, l. 1.§. 2.D.de tut.& rat. diſt. vel vt quod ex tutela dari fieri oportet, tanti damnetur, l.pen.D.rem pup.ſal. for.eſtque actio generalis, l.pro ſocio,38.D. pro ſoc. Nam ſi quid ſubſtraxit,ſpecialis actio lege XII. tab. in duplum inſtituta eſt, Rationibus diſtrahendis:de qua ſuo loco dictum eſt.

ACTIO vectigalis,eſt actio in rem, qua vtitur is qui vectigalem fundum conduxit, aduerſus poſſeſſo-

B rem & eos à quibus eum fundum conduxit, l. 1. D.ſi ager.vectig. Vlpianus,l.15.§.13.D.de damn.infec.Si de vectigalibus ædibus non caueatur,decernendum eſt, vt eodem iure eſſet,quo foret is qui non cauerat.poſt quod decretum vectigali actione vti poterit.

ACTIO venditi, ſiue ex vendito,eſt actio in perſonam,per quam qui rem vendidit,precium,eiúſque poſt rei traditionem,quamuis precariã,vſuras, itémque ſumtus in rem factos, & quod inter contrahendum pactum ſit,poſtulat.vti docet Vlpian.l.13.§.17.D.

C de actio. emt.

ACTIO vi bonorum raptorum eſt, per quam ab eo qui rem eripuit, quadruplum intra annum exigitur,in quo ſimplum ineſt:poſt annum,ſimplum dumtaxat.ait Imperator,ſub tit. Vi bon. rap.in principio.

ACTIO vtilis, vide Vtiles actiones.

ACTOR, in iudiciis dicitur quicumque cauſſam agit:quemadmodum actores in theatris, qui fabulas agunt. Cicero in Bruto, Eodem anno etiam Moloni Rhodio dedimus operam, & actori ſummo cauſſa-

D rum & magiſtro. Horatius in Arte, Conſultus iuris, & actor cauſſarum mediocris.Terent.in Prol.Heauton t.Oratorem voluit eſſe me, non prologum: veſtrum iudicium fecit:me actorem dedit. Sed hic actor tantùm poterit à facundia, quantùm ille potuit cogitare commodè, qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum. Hæc propriè. Factum eſt autem loquendi conſuetudine, vt actores dicantur nũnc ij tantùm, qui ad iudicium prouocauerunt. Cicero in Partit. Cùm eſt in inficiando reus, accuſatori hæc

E duo prima ſunt:ſed Accuſatorem pro omni actore & petitore adpello. Idem etiam in vocabulo Reus venit.

ACTOR ſeruus,dicitur idem qui diſpenſator,nimirum qui pecuniæ domini tum exigendæ, tum diſpenſandæ præeſt,l.5.§.3. D. de doli except. l. Sticho, 40.§.3.D.de ſtatulib. Hinc apud Vlpianum, Actor, pro ſeruo præſtantiſſimo & optimo,in l.legato,37.D. de leg.& fid.lib.30. Legato generaliter relicto,veluti hominis,nec optimus,nec peſſimus accipitur.Itaque

F homine legato,actorem non poſſe eligi. Vide DISPENSATOR. Plautus Atrienſes adpellat.

ACTOR dicitur qui & ſyndicus:id eſt, qui aliorum cauſſam agit. vt Cicero, cùm Siculorum cauſſam aduerſus Verrem ageret: Me, inquit, actorem delegerunt. Hinc, qui à municipiis, collegiis, aliíſque corporibus actionum inſtituendarum cauſſa cõſtituebantur. Actores à noſtris adpellantur. Caius l. 1.§.1.D.quod cuiuſque vniuerſit. Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cu-

G iuſque alterius eorum nomine proprium eſt, ad exemplum reipublicæ habere res communes, arcam communem, & actorem, ſiue ſyndicum: per quem tamquam in republica quod communiter agi fieríq; oporteat, agatur fiat.

ACTOR publicus,ſeruus publicus. Tacitus lib.2. Mancipari ſingulos actori publico iubet, ſcilicet vt in Libonem ex ſeruis ſaluo S.C.quæreretur.

ACTOR

Actor in tribus mixtis iudiciis dicitur. qui ad iudicium prouocauit, l.13. D. de iudic.

Actor dicitur is, quem tutor vel curator ad agendum quaſi procuratorem auctore Prætore conſtituit, l.1. C. de act. à tut. vel cur. l. tutor, 6. D. quand. ex fact. l. ſi actor, 10. C. de adpellat. Ergo Curator ad patrimonij totius: Actor ad litium tantum admininiſtrationem inſtituitur. ille à magiſtratu deligitur: hic à tutore vel curatore proditur, à magiſtratu confirmatur. Tutor curatoris adiuncti ſibi periculum non præſtat, actoris verò præſtat, §. vlt. de curat. vbi copioſiùs hæc expoſui.

Actvarivs, pro ſcriba publico. Tranquillius in Iulio: Quam orationem non immeritò Auguſtus exiſtimat magis ab actuariis exceptam malè ſubſequentibus verba dicentis, quàm ab ipſo editam.

Actvm eſt, Donatus in And. In ſumma rerum deſperatione ponitur Actum eſt, Ilicet. Hæc res ſecundum ius ciuile dicitur: in quo cauetur ne quis rē actam apud Iudices repetat. Sic ipſe in Phormione: Actum, aiunt, ne agas. Idem in Adelph. Actum eſt, dicitur in ea re, de qua iam lata ſit ſententia.

Actvs generale verbum eſt, ait Vlpianus, ſiue verbis, ſiue re quid agatur: vt in ſtipulatione, vel numeratione. Contractus autem vltrò citróque obligatio, quod Græci συνάλλαγμα vocant, veluti emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas. Geſtus rē ſignificat ſine verbis factam, l.19. D. de verb. ſignifi.

Actvs ab agendo dictus eſt: éſtque ſeruitus prædialis, quæ ius armentum gregémve per prædium alienum agendi complectitur. A via autem & itinere hoc differt, quòd iter eſt proprium hominum, actus pecudum, via vehiculorum. vnde ſequitur, vt itinere actus, actu via latior atque amplior ſit: homo enim tranſire per anguſtiorem aditum, quàm grex aut armentum poteſt, & rurſus grex per ſpacium anguſtius quàm vehiculum. Quare qui actum habet, habet & iter: qui viam, actum & iter. at hoc non reciprocatur: tametſi quoniam is qui vehem ducit, iumentum agit, frequenter Agendi verbo via quoque continetur. veluti ſi quis eundi agendi ſeruitutē promittat. hæc enim formula & pecoris coniuncti vehicularis actum complectitur. Itáque illud Seruij in quartum Æneidos, intelligendū eſt: Via, inquit, eſt actus dimidius, quà poteſt ire vehiculum. nam Actus duo carpenta capit propter euntium & redeuntiū occurſum. Atqui Varro in libris de ling. Lat. Viam octo pedes latam eſſe dicit, Actū verò quattuor dumtaxat. quod Caius confirmat in l. 8. de ſeruit. ruſt. Præterea Iuſtinian. ſub. tit. de ſeruit. præd. Et iter, inquit, & actum in ſe via continet. Vſum ergo & loquendi conſuetudinem Seruius reſpexit: ſed in definitionibus ac differentiis proprietas verborum explicanda eſt.

Actvs, diſpenſatio, adminiſtratio pecuniæ. Scæuola l.40. §.3. D. de ſtatu lib. Stichus ſeruus meus actor, ſi rationem omnem actus ſui heredi meo reddiderit, liber eſto.

Acvisse vinum dicitur ab Vlpiano in l.1. D. de peric. & comm. rei vend. quod in acetum degenerauit. Si vinum venditum acuerit, inquit, vel quid aliud vicij ſuſtinuerit, emtoris erit damnum.

Acvs cum margarita quam mulieres habere ſolent, enumerantur ab Vlpiano in l. argumento, 25. §. ornamentorum, D. de aur. & arg. Itaque Feſtus, Acus dicitur, inquit, qua ornatrix vtitur. Pertinebat autem ad comam exornandam. Hinc illud Martial.

Figat acus tortas, ſuſtineátque comas.

A Et Tertullianus de pœnit. Cedo acum crinibus diſtinguendis, & puluerem dentibus elimandis.

Actvaria nauis, vide Naues actuariæ.

A dagnatos & Gētiles, prouerbium eſt è iure ſumtum cùm aliquem mente captum eſſe ſignificamus; propter leg. XII. Tab. Si furioſus exſiſtet, agnatorum Gentiliúmque in eo pecuniáque eius poteſtas eſto; Varro lib.1. De rè ruſt. de vitib. loquens: Duo in primis ſpectaſſe videntur Italici homines in colendo:

B poſſéntne fructus pro impenſa ac labore reddere: & vtrum ſaluber locus eſſet, an non: quorum ſi alterutrum decollat, & nihilominus vult colere, mente eſt captus, atque ad agnatos & Gētiles eſt deducendus: Columel. lib.1. Porcius quidem Cato cenſebat in emendo agro inſpiciendóque præcipuè duo eſſe conſideranda, ſalubritatem cæli, & vbertatem loci: quorum ſi alterutrum deeſſet, & nihilominus vellet incolere, mente eſſe captum, atque ad agnatos & Gentiles deducendum.

C Ad beſtias dari, bifariam vſurpamus, primùm de damnatis, qui lacerādi beſtiis obiiciuntur, l. quòd ad ſtatum, 12. D. de pœn. l.1. D. de veter. l. 8. D. de falſis. Itaque ad beſtias damnati crebrò dicuntur: vt in l. ad beſtias, 31. D. de pœn. l.6. D. de pecul. l. eius qui, 8. in ſi. D. de teſt. Tum præterea de iis qui operas ſuas vt cum beſtiis pugnent, locare conſueuerant: quos Cicero in Sextiana Beſtiarios adpellat. Sic accipienda l.1. D. de Ædil. edict. l.3. §.1. Iul. D. de teſtib. l. 4. D. de accuſat. l.1. §. qui operas, D. ad Tertull.

D Ad ferrvm, vide Ferro damnati.

Ad gladivm, vide Ferro damnati.

Ad manum in promptu: quod Vlpianus dixit, præ manu. Africanus l.19. §. 2. D. ad S. C. Vell. Ego quia ad manū numos non habebā, ſtipulanti tibi promiſi.

Ad reſponſum Græcè ἀποκρισιάριοι, dicebantur, qui vice magiſtri militum præſentalium reſpōſa militibus dabant & quaſi ab eo præſcripta edebant. Vt in Nouell. de præt. Lycaon. ἰχέτω γε μὲν καὶ ad reſponſum, ἤτοι ἀποκρισιαρίους πρὸς τὴν στρατιωτικὴν εὐκοσμίαν. Item Nouell. ſeq. de Prætore Thrac. 26. & de moder. helenop. 28. Item l. vlt. C. de re milit. Et

E Scrinium auri Ad reſponſum, l. Scriniis. 7. C. de palar. ſacr. ſcrin.

Ad Sabinum Ad Plautium, Ad Vrſeium Ferocem, Ad Minicium, ad Q. Mutium, cuum in Pandectis legimus, hoc intelligimus, Ad libros Sabini, Plautij, Vrſei, Minicij, Mutij. Et ferè notæ ſunt poſteriorum Iuriſconſultorum, qui veterum ſcripta vel corrigunt, vel interpretantur: vti patet ex l.18. D. de

F hered. inſt. l.140. de verb. oblig. l.24. de inſtit. vel inſt. l.48. D. de iur. dot. & l.8. l.10. l.34. D. de aur. arg. & mund. itémque locis innumeris.

Ad vrbem magiſtratus dicebantur, qui cum poteſtate prouinciali, aut nuper è prouincia reuertiſſent, aut nondum in prouinciam profecti eſſent, ſed extra vrbē manebant: vt in Verrin. III. explicauimus.

Addicere, verbum eſt ſummum è tribus Prætoriis: hoc eſt ex illis tribus, quibus uniuerſum Prætoriis imperium ac poteſtas continebatur: Do, Dico,

G Addico. nam addicendo ius faciebat: veluti cùm in ceſſionibus, addicebat: cùm in vindiciis, cùm in bonorum poſſeſſionibus: item cùm aliquem ſuis creditoribus in ſeruitutem addicebat, aut furioſum atque amentem cauſſa cognita decernebat.

Addicere in bonorū ceſſionibus. Vide Ceſſio.

Addicere bona, meo iudicio, Prætor tum dicitur, cùm aut ſecūdo decreto bonorum poſſeſſio-

nem largitur, hoc eſt, poſſidere iubet: aut cùm eius bona qui iudicatum facere non poteſt, petitori adtribuit. De priore hoc exemplum eſt in Verrina III. Domus erat plena: noua iura, noua decreta, noua iudicia petebantur: mihi det poſſeſſionem, mihi ne adimat: in me iudicium ne det, mihi bona addicat. De poſteriore apud Plautum in Pœnulo:

Quid tu dubitas, quin extemplo tibi
Duplicet, vbi auri & hominis fur leno ſiet,
Neque id vnde efficiat, habet: vbi in ius venerit,
Addicet Prætor familiam totam tibi.

Vtriuſque exemplum eſt in Verrina II. Simul in iure dicendo bonorum poſſeſſionúmque contra omnium inſtituta addictio & condonatio.

ADDICERE dementem & inſanum rationibus neceſſariis, Cicero in Paradoxis tranſlatè dixit, conſuetudinem Prætoris exprimens, qui legis XII. Tab. imperio furioſos & dementes eorúmque familiam, id eſt, fortunas omnes agnatis gentilibúſque addicebat. Ego verò, (inquit, de Clodio amico ſuo ſentiens) te non ſtultum, vt ſæpe: nō improbum, vt ſemper; ſed dementem & inſanum rationibus addicā neceſſariis.

ADDICERE iudicem ſcriptū eſt in l. cum furioſus, 39. & l. iudex, 46. D. de iudic. pro Dare, decernere. Vide infrà, ADDICERE IVDICIVM. ſic quoque legitur in l. 4 §. 1. de eo quod cert. loc. & l. ſi qua, 7. C. fam. erciſcund. Sic in lege Mamilia ex lib. Var. auct. de limitib. Déque ea re curatoris, qui hac lege erit, iuriſdictio, reciperatorúmq; datio, addictio eſto. Et mox: Eius magiſtratus de ea re iuriſdictio eſto. iudicíſque datio, addictio eſto.

ADDICERE liberum, eſt liberum pronunciare. Cicero lib. VII. ad Attic. Vſurpari vetus illud Druſi Prætoris in eo, qui eadem liber non iuraret: me iſtos liberos non addixiſſe: præſertim cum adeſſet nemo à quo rectè vindicarentur. Hoc in manumiſſionibus per vindictam fiebat.

ADDICERE litem, in XII. Tabul. pro Secundum aliquem iudicare. Agell. lib. 17. cap. 2. Poſt meridiem præſenti litem addicito.

ADDICERE proprium eſt Prætoris, rem alicui vt eius fiat pro poteſtate adtribuentis. Traductum poſtea verbum in magiſtros auctionum: à quibus in eos qui rem, niſi precium intra diem certum augeatur, emtori adtribuunt, poſtea deriuatum eſt. Hinc titu. lib. Pand. XVIII. De in diem addictione: cuum venditor ea condicione rem emtori addicit, ſi intra certum tempus nulla ad precium fiat adiectio. Ad eam Plautus alludit in Captiueis:

Ageſis roga emtum: ſi quis meliorem adferet,
Quæ tibi atque amicis placeat condicio magis.
Quaſi fundum vendam, meis me addicam legibus.

Alloquitur Ægio Paraſitū, cui cœnā promittit, ſed parcā: quare illum monet, vt ſi melior offeratur, arripiat.

ADDICTI dicebantur apud veteres, qui pecuniæ damnati quòd iudicatum facere non poſſent, nexi in ſeruitutem creditoribus addicebantur. vt ille Veturius, de quo ſcribit. Val. Max. lib. 6. cap. 1. Quinctil. lib. 5. Quod autem proprium non erit, differens erit: vt aliud eſt ſeruum eſſe, aliud ſeruire: qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet. Qui ſeruus eſt, ſi manumittatur, fit libertinus: non item addictus. Et lib. 7. Seruus cuum manumittitur, fit libertinus: Addictus, recepta libertate eſt ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non conſequetur: Addictus, ſoluendo citra voluntatem domini conſequetur. Ad ſeruum nulla ex pertinet: addictus legem habet. Propria li-

A beri, quæ nemo habet niſi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addictus. Cicero pro Flacco: Iſte cùm iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. Hoc autem quoddam ſeruitutis genus fuiſſe, argumento eſt Liuij locus ex lib. VI. quem ſubiiciam:. Tum verò ego, inquit, nequidquam hac dextra Capitolium arcémque ſeruauerim, ſi ciuem commilitonémque meum tamquam Gallis victoribus captum in ſeruitutem ac vincula duci videam. Inde rem creditori palàm populo ſoluit: libráque & ære liberatum emittit.

B

ADDICI iudex, pro dari à Prætore, & certæ controuerſiæ diſceptandæ adtribui, apud Papinianum in l. cum furioſus, 39. Paullum in l. Iudex, 46. & Pomponium in l. ſi in iudicis, 80. D. de iudic. Itáque legitur in Florentinis libris: cùm in aliis Additus legatur. item vt apud Paullum in l. debitor, 59. in fin. D. ad Trebell. & leg. 4. in fin. de eo quod certo loco.

C ADDICI bona libertatis cauſſa in iure legimus multis locis, vt l. vlrim. Cod. de teſtamen. manum. l. 2. & l. 4. D. de fideicom. lib. & apud Imp. de eo cui libert. hoc autem ſic intelligendum eſt, vt cui heres non exſtat, eius bona cuiuis, qui ſe æs alienum ſoluturum caueat, libertatum conſeruandarum cauſſa adtribuantur: vt etiam ſeruorum manumittendorum, ſi conſentiant, patronus efficiatur. quòd ſi fiſcus vacantem hereditatem occuper, libertates pręſtet. quod ius à D. Marco inſtitutum traditur in l. 6. & l. vlt. Cod. de teſt. manum.

D ADÆRARE, æſtimare: quaſi ad æris precium redigere. Vnde Adærata prædia, ex quibus æs certum præſtabatur, l. 1 C. de collar. donat. poſſ. lib. X. Vnde Adærario, æſtimatio ad æris precium, l. vlt. C. de milit. veſt. l. 14. C. de erogat. milit.

ADEMTIO legatorum dicitur, cùm teſtator ea legata quæ alicui adtribuerat, adimit: vel his verbis, non do, non lego: vel aliis mutatam teſtatoris voluntatē ſignificātibus, l. 1. & paſſ. D. de adim. & trāsf. leg.

ADIECTIO, melior condicio: cuum quis rei ven-

E ditæ intra præſtitutam diem precium vel pecunia, vel qua alia ratione adauget. Vlpian. l. 4. D. de in diem addict. Si res in diem addicta interciderit, vel ancilla deceſſerit, an partus vel fructus eius nomine adiectio admitti poſſit: id eſt precij amplificatio. Item l. 10. & l. 11. & alibi perſæpe, ſub eodem tit.

ADIICERE iudicium, eadem forma qua Addere: de quo ſuperiùs diximus. Macrob. Satur. 1. cap. XVI. Trebatius ait, nundinis magiſtratum poſſe manumittere, iudiciúmque adiicere. Vide ſuprà ADDICERE

F IVDICEM.

ADIGERE arbitriū, vetus locutio, pro Agere ad arbitrium, Vtrumque autem dicimus, Arbitrium adigere, & Arbitrū adigere. & eſt ſimilis ſignificatio quę illius, Agere in iudicium, vel ad iudicium. Cicero pro Q. Roſcio: Quæ cuum ita ſint, cur non arbitrium pro ſocio adegeris Q. Roſcium, quæro. Idem lib. De Offi. III. Itaque Calpurnius cuum demolitus eſſet, cognouiſſetque Clodium ædes poſtea proſcripſiſſe, quàm eſſet ab Auguribus demoliri iuſſus, arbitrium illum ad-

G egit, Quidquid ſibi dare facere oporrere ex fide bona. Et in Topicis: Quemadmodum ſi in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines magis agrorū videtur eſſe, quā vrbis, finibus regūdis adigere arbitrū non poſſis: ſic ſi aqua pluuia in vrbe nocet, quoniā res tota magis agrorū eſt, aq̄ pluuię arcēdę adigere nō poſſis arbitrū.

ADIRE & cernere hereditatem, itémque pro herede gerere, heredis eſt alieni: immiſcere, ſui ac neceſſa-

neceſſarij. Nam ille aliunde ad alienam familiam accedebat: eóque his vtebatur verbis, Cuum me Mæuius heredem inſtituerit,eam hereditatem adeo cernóque:vt ait Vlpianus tit.Reg. xxII. At filiusfa.permanebat,neque aliud quidpiam noui cœptabat, niſi quòd quas res antea non adtigerat, earum ſe liberæ adminiſtrationi tum immiſcebat.

ADIRE & repudiare dicitur heres qui alienus ac voluntarius eſt:Immiſcere & abſtinere,qui neceſſarius.apud Imp.§.6.de hered.qualit.

ADIVDICARE eſt,non (vt in actionibus in rem fieri ſolet) declarare & pronunciare aliquem alicuius rei dominum eſſe, ſed rei dominium alicui iudicio ſuo adtribuere. quod iudicibus mixtarum actionum permittitur. vti docet Imp.ſub tit.De offic.iud. vnde rectiſſimè colligimus, horum iudicum atque arbitrorum ſententias ius facere,dominiúmq; transferre. Id enim eorum officio continetur,vt ait Vlpianus l.22.& alibi perſæpe,D.famil.erciſc.

ADIVDICARE & abiudicare contraria ſunt.Cicero contra Rullum ad Quirit. Volet eſſe popularis, populo R. adiudicabit. non ſumet ſibi tantum, non appetet:iudicabit Alexandriam Regis eſſe, à populo Rom.abiudicabit.

ADIVDICARE apud Scæuolam l. 21. §. 3. D. de ann.leg.vbi Præſes prouinciæ ex nominibus hereditari. rum debitorum eligit idonea nomina,& in cauſſam legati Reip.adiudicat.poſt cuius ſentẽtiam Reſpublica à pleriſque adiudicatis ſibi pecunias percipit. Adiudicat,id eſt,iudicio adtribuit,adſignat,proprium eſſe decernit.

ADIVDICARE cauſſam alicui, ſecundum aliquem iudicare. Cicero de Orator. II. Nam hoc neceſſe eſt, vt is qui nobis cauſſam adiudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, &c. Item: Qui locus eſt talis, vt plus habeat adiumenti, quàm incommodi, hunc iudico eſſe diſcendum: vbi plus mali,quàm boni reperio, id totum abiudico atque reiicio.

ADIVTOR tutelæ dicitur,quem (vt ſcribit Pomponius) ſolet Prætor permittere tutoribus conſtituere, qui non poſſunt ſufficere adminiſtrationi tutelæ:ita tamen vt ſuo periculo eum conſtituant, l.ſolet,13.D.de tutel.

ADMISSIONALES dicebantur, qui admittendis,ſiue introducendis ad Imp.hominibus præerant, l. vlt. de diuerſ.off.lib. Cod. XII. Lamprid.in Alex. Salutabatur verò quaſi vnus de ſenatoribus, patente velo,admiſſionalibus remotis. Vopiſcus in Aureliano:Qui magiſter admiſſionum Valerij principis fuit. Sæpe vſurpatur à Marcellino.

ADNEPOS, adneptis:hi ſunt, abnepotis vel abneptis filius, filia: pronepotis vel proneptis nepos, neptis,l.1.§.5.& l.vlt.§.adnepos,D.de gradibus.

ADNOTARI dicitur, qui abſens in reos refertur. nam in grauioribus criminibus Magiſtratus qui abſentem in reos recipiebat,edicta proponebat,quibus illi denunciabat fore,vt niſi intra annum adeſſet,eius bona confiſcarentur:vti Martianus docet l.1.& l.2.D. de requir.vel abſent. Hinc

ADNOTATIO apud Macrum in l. 4. eod. tit. illa in reos relatio.

ADNOTATVS cenſibus in l.quiſquis,16.C.de ep. & cler.idem qui Adſcriptitius. Nam in l. ſi quis, 20. eod.Cenſibus adſcriptus adpellatur.

ADNOTARE quoque eſt cùm præſes notat qua quemque damnatũ pœna dignum cenſeat, idque ad

A Imperatorem reſcribit,l.1.D.quand.adpell.l.6.§.præſides, D. de interd.& releg.l.1.§.1. D.nihil innouand. Plin.lib.epiſt.x. Fuerunt ſimilis amentiæ, quos quia Romani ciues erant, adnotaui in vrbem remittendos.

ADNOTATIO Principis, Vide Pragmatica ſanctio.

ADOLESCENS à noſtris dicitur,qui intra annum decimumquartum & viceſimumquintum ætatem a-
B git.nam ante decimumquartum pupillus adpellatur. Hinc titulus Rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore.lib.D.46.vide ÆTATIS gradus.

ADOPTITIVS, ex adoptato filio natus: ait Feſtus.

ADOPTIO nomẽ generale eſt,cuius altera ſpecies Adoptio,altera Adrogatio adpellatur. Illa,cuum eos qui in parentis poteſtate ſunt, imperio Magiſtratus adoptamus:hæc, cuum eos qui ſui iuris ſunt, & principis auctoritate,l.2.D.de adoptionib.

C ADOPTIO eſt actus legitimus, per quem extraneus in alienam familiam iúſque filiifam. ſuſcipitur. Dixi, Actus legitimus, Papinianum imitatus in l.77. D.de reg.iur. quia non moribus, ſed lege duodecim tabularum inſtitutus eſt.Dixi,Extraneus,eum ſignificans qui ſuus non eſt: ſiue planè ſit extraneus,ſiue etiam agnatus. Dixi,In ius filiifa. quia nullius alterius cognationis ius quæri per adoptionem poteſt. Eſt igitur Adoptare idem quod optione facta deligere, atque in familiam ſuam adſciſcere. quemadmodum
D cooptari in ſenatum dicebantur,qui delecti à Cenſoribus in Senatorum numerum referebantur.

ADOPTIO, inquit Caius in Inſtit. eſt naturæ ſimilitudo, vt aliquis filium habere poſſit, quem non generauit.

ADOPTIONIS duæ ſunt ſpecies. nam cuum in familiam, inque liberorum locum extranei ſumuntur,aut per Prætorem id fit,aut per populum. Quod per Prætorem fit,adoptio dicitur:quod per populum, adrogatio. Adoptantur autem,cùm à parente,in cu-
E ius poteſtate ſunt,tertia mancipatione in iure ceduntur: atque ab eo qui adoptat, apud eum penes quem legis actio eſt,vindicantur. Adrogantur ij,qui cuum ſui iuris ſint,in alienam ſeſe poteſtatem tradunt:eiúſque rei ipſi auctores fiunt. Sed adrogationes non temerè nec inexploratè committuntur. Nam comitia arbitris etiam Pontificibus præbentur, quæ Curiata adpellantur. Ætas quoque eius qui adrogare vult,an liberis poſtea gignundis idonea ſit:bonáque eius qui adrogatur, ne inſidioſè appetita ſint, conſideratur.
F Iúſque iurandum à Q. Mutio Pontifice Maximo conceptum dicitur, quod in adrogando iuraretur. Sed adrogari non poteſt,niſi iam veſticeps.Adrogatio autem dicta,quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fit. eius rogationis verba hæc ſunt:Velitis,iubeatis, vt L. Valerius, L.Titio tam iure legéque filius ſiet, quàm ſi ex eo patre matréque familias eius natus eſſet: vtique ei vitæ necíſque in eum poteſtas ſiet,vti pariendo filio eſt.hoc ita, vt dixi,vos Quirites rogo.Hæc ex Agellio lib.5.cap.
G 19.vbi tamen PATRIENDO legendum arbitror.

ADOPTIO, inquit Theoph.eſt actus legitimus naturam imitans, ad eorum qui liberos non habent, ſolatium inuentus.§.1.de adopt. Verùm vtrum hoc ex Accurſij gloſſa ſumtum eſt,& ex Placentini Ioanníſve commentariis,vt Theophilus illorum ætate poſterior eſſe videatur: an contrà tum illi, tum hic noſter ex tertio quopiam, cuius Latina exſtaret hæc

definitio, totum hoc exſcripſerunt?

ADPLVMBATVRA & Ferruminatio ſic differunt, quòd hæc per eandem materiam facit confuſionem: illa non idem efficit, ſed coniungit & connectit tantùm: ait Paullus in l.in rem, 23.§.4.D.de rei vindic.

ADPROMISSOR eſt, qui quod ſuo nomine promiſit, idem pro altero quoque promittit: inquit Feſtus. quo tamen loco haud ſcio an vox ALTER deſideretur: vt locus ſic legatur: QVI QVOD ALTER SVO nomine promiſit. nam Pomponius in l.5.§.2. de verb. oblig. Satiſacceptio, inquit, eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, vt adpromiſſores quoque ab eo accipiantur: id eſt, qui idem promittant. Item Vlp. l. in omnibus, 43. D.de ſolut. In omnibus ſpeciebus ſtipulationum etiam acceſſiones liberantur: putà adpromiſſores, hypothecæ, pignora Quibus ex locis conſtat. Adpromiſſorem eundem eſſe qui & fideiuſſor dicitur, l.ſi verò, D.ſolut.mat.

ADRESPONSVM, vide ſuprà AD.

ADSCRIBERE ſibi in teſtamento dicuntur, qui alieno in teſtamento ſibi aliquid quaſi à teſtatore adtributū vel ſua, vel eorum qui in ſua parte ſunt, manu adſcribunt. vnde Rubric. De his qui ſibi in teſt. adſcrib.

ADSCRIPTI, inquit Feſtus, dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent vt eſſent coloni. Hinc Adſcriptitij agricolæ dicti ſunt, certis agris ſic adtributi, vt iis adhæreſcerent, quaſi poſſeſſionum ipſarum pars eſſent: bonáque omnia dominis prædiorum adquirerent, & ſimul cum iis alienarentur, l. 6. & paſſ. C.de agricol. & cenſit. Vide plura in voce, Cenſiti.

ADSERERE, vide Aſſerere.

ADSESSORES, vide Aſſeſſores.

ADSIGNARE Inſtrumento, pro ſubſignare, apud Scæuolam, l.20.D.de auct.& cont.tut.

ADSISTERE, quod Cicero Adeſſe: patrocinari, aduocatum eſſe. Vlpianus, l.54.D.de rei vindic. Nec propterea quis, ſi poſtea cognouerit rem ad ſe pertinere, quòd alij eam vindicanti ſuam eſſe adſiſtebat, dominium ſuum amiſit.

ADSTIPVLATOR, vide aſtipulator.

ADVENA eſt, quem Græci ἄποικον adpellant: ait Pompon. in l.pupillus, 239.§.4.D.de verborum ſignif. hoc eſt, qui in aliena ciuitate ad tempus cōmoratur.

ADVENTITIA dicuntur, quæ fortuitò & aliunde quàm vſitata conſuetudine manarunt. Itaque de teſtamentaria hereditate Cicero loquens Verrina III. Homo Ligurem accuſare venit, qui in re aduentitia atque hereditaria tam diligens, tam adtentus eſſet. Item in Orat. pro Poſtumo: Aduentitia pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. Sic Iuriſconſulti Aduentitium peculium, item Aduentitiam dotē adpellant eam, quæ aliunde quàm à patre profecta eſt. vide Peculium, item Dos. Sic Aduentitium lucrum in l.non debet, 41. D. de reg.iur. In re obſcura melius eſt fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

ADVENTITIVM peculium, vide Peculium.

ADVERSARIA dicuntur tabulæ ad quotidianum vſum paratæ, in quibus curſim & negligenter ea ſcribimus, quæ pòſt accuratiùs in certas & perpetuò manſuras tabulas ordine ac diſpoſitè perſcribimus: deductáque ex eo adpellatio videtur, quòd ibi ſtatui ſoleant, vbi nobis adſiduè obuerſentur: quaſi aduerſus nos poſita. vnde etiam aduerſarij dicti, quaſi in quos perpetuò incurramus, vel qui ſe nobis adſiduè opponant, hoc enim propriè aduerſari ſignifi-
A cat. Cicero pro Q. Roſc. Non habere ſe hoc nomen in codicem accepti & expenſi relatum confitetur, ſed in aduerſariis patere contendit.

ADVERSVS, inquit Feſtus, aut contrarium ſignificat, aut idem quod erga. Et Chariſius: Aduerſus, inquit, ad animi motum refertur: vt, aduerſus illum facio. Interdum autem promiſcuè accipitur. Hinc,

ADVERSVS, pro ſecundum. Vlpian. tit. Reg. xx. Qui dedititiorum numero eſt, nec quaſi peregrinus
B teſtari poteſt, quoniam nullius certæ ciuitatis ſit, vt aduerſus leges ciuitatis ſuæ teſtetur. Item tit. XXVI. Bonorum poſſeſſio datur, aut contra tabulas teſtamenti, aut aduerſus tabulas inteſtati. quod paulo pòſt interpretatur Secundum tabulas. & Caius l.5. D.v ſurpar.& vſucap. Naturaliter interrumpitur poſſeſſio, cuum quis de poſſeſſione vi deiicitur, vel alicui res eripitur. quo caſu non aduerſus eum tantùm qui eripit, interrumpitur poſſeſſio: ſed aduerſus omnes. id eſt, ipſius commodo, ſed omnium.

C ADVLTER & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferunt. Feſtus.

ADVLTERIVM & ſtuprum differunt. nam propriè inquit Papinianus, adulterium in nupta cōmittitur, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine: ſtuprū verò in virginē, viduámve committitur. quod Græci φθορὰν adpellant, l.6.§.1.D.ad leg.Iul.de adulter. Hinc,

ADVLTERARE pro corrumpere. vt, adulterare monetam, in l.aut facta, 16. in fi.D.pœn. adulterare
D rationes, in l.1.D.de ſeruo corrupt. Hinc,

ADVLTERATORES monetæ in d.l.aut facta, 16. in fin.D.de pœn. Hinc,

ADVLTERINVM, pro corruptum. vt Adulterini numi, paſſ.ſub.tit.ad leg. Cor.de Falſ. Adulterinæ ſtateræ, l.6.§.vlt.D.de extraord.criminib. Adulterinum teſtamentum, l.6.D.ad leg.Corn.de Falſ.

ADVOCARE generaliter ſignificat conuocare. propriè autem ad ius pertinet: & ſignificat, homines vel patrocinij, vel conſilij vel teſtimonij cauſſa con-
E uocare. Hinc Aſconius Verrin. 1. Aduocatum in iudicio dicit eum eſſe, qui vel ius ſuggerit, vel præſentiam ſuam amico commodat: etenim moris erat in iudiciis tum priuatis, tum publicis, amicos omnes aduocare, quorum auctoritate moueri poſſe iudices putabantur: vt in ea pro Quinctio docuimus. Hinc Vlpianus in l 1.§.aduocatos, D. de extraord.criminibus. Aduocatos ſcribit accipiendos omnes omnino qui agendis cauſſis quoquo ſtudio operantur. Quamquam Aſconius illo eodem loco patronum definiat
F eum, qui orator eſt, & verba facit: & Vlpianus in l.1. D.de præuaric.& in l.3.eod.titul. Patronum ab Aduocato diſtinguat: generaliter tamen ſæpe vſurpatur. vt cùm legimus Aduocationibus interdicere, l. 8.D. de poſtul. l. 9. D. de pœn. Aduocationes poſtulare, l. 25.§.4.D.ex quib.cauſ.maior. Aduocationem ſuſcipere, l.9. D. de offic. præſid. Atque hæc quidem de patrocinij & conſilij aduocationibus. Teſtimonij autem cauſſa conuocatos, vulgò Aduocatos dici, patet ex orat. pro Cæcina: vbi Aduocati dicuntur ij, qui in
G rem præſentem deducebantur, vt de vi moribus facienda teſtes eſſent. Patet etiam ex Pœnulo Plauti, vbi certis aduocatis præſentibus Agoraſtocles ſuum apud lenonem ſeruum & pecuniam deprehendit. Pomponius l.18.D.rat.rem hab. Prout intereſt agentis quòd litigat, quòd conſumit, quòd aduocat, quòd damnatus ſoluit. Niſi fortè Aduocat pro aduocatos iuriſperitos cōſulit. ſed ſuperior magis arridet. Hinc enim

enim Aduocatio apud Marcianum in l. 1. D. ad leg. Corn. de fal. Item, inquit, ob inſtruendam aduocationem, teſtimoniáve pecuniam acceperit, pactúſve fuerit. Et Hermogen. l. 20. eiuſdem tit. Falſi pœna coërcentur, & qui ad litem inſtruendam aduocatione, teſtibus, pecuniam acceperunt. Non igitur ij Plautini aduocati tenebantur, qui ab Agoraſtocle ſine mercede dimiſſi, inter ſe illud admurmurabant.

Iniuriam illic inſignitè poſtulat:
Noſtro ſibi ſeruire nos cenſet cibo.

Verùm vt de re dicamus, Locus ille ſignificare videtur Aduocationes fuiſſe hominum iuris non imperitorum: teſtes verò, quorumuis.

Advocatvs fiſci, Vide patronus fiſci.

Aedes ab aditu: quòd plano pede adibant. itaque ex ædibus efferri præco etiam eos dicit, qui è tabernis efferuntur: & omnes in cenſu villas, inde etiam dicimus ædes. Hæc Varro lib. De ling. 1111. Feſtus autem ſic: Aedes, domicilium in aditu poſitum ſimplex, atque vnius aditus. Florentinus autem in l. fundi, 111. D. de verb. ſignif. In vſu, inquit, vrbana ædificia, ædes ruſticæ, villæ dicuntur. Quod etiam Cicero & alij obſeruant. Duobus autem ædes conſtant: ſolo ſiue area, & ſuperficie, l. ſolam, 49. D. de rei vind. l. cum qui, 23. D. de vſurpat. l. ſi fundum, 81. §. 3. D. de legat. primo.

Aedicvla, ædis ſacræ particula, alicui Deo propriè dicata, quæ & cella dicitur. Paullus l. 9 D. de leg. Iul. pecul. At qui priuata ſacra, vel ædiculas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi merentur. Liuius libro xxxv. Iiſdem diebus ædiculam Victoriæ virginis propè ædem Victoriæ M. Portius Cato dedicauit biennio poſtquam vouit.

Aediles, Vide in adpendice Indicem magiſtratuum.

Aedilitiæ ſtipulationes dicuntur, quæ ab Ædilibus ex ipſorum officio ac iuriſdictione decernuntur iis in rebus, quarum ipſi iuriſdictionem habent, l. ſtipulationum, 5. D. de verb. oblig.

Aedilitiæ actiones, vide ſuprà, actiones ædilitiæ.

Aenvm Paullus in l. cum de Canionis, 18. §. 2. D. de inſtit. leg. dicit eſſe vas, quod ſupra focum pendet, in quo aqua ad potandum calefit.

Aeqvvm dicitur, quod vſquequaque par & ſimile eſt. propriéque in eo magiſtratu dicitur, qui non variè ius dicit: vt potentibus aliter, tenuibus verò & infimæ ſortis hominibus aliter: ſed pariter æquabilitérque omnibus. Cicero in ea pro Muræna: Huius ſors ea fuit quam omnes tibi optamus, iuris dicundi, in qua gloriam conciliat magnitudo negocij: gratiā, æquitatis largitio. qua in ſorte ſapiens Prætor offenſionem vitat æquabilitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. Itaque propriè nihil aliud Æquum, aut Æquitatem eſſe, quàm ius, facilè mihi perſuadeo. videóque Ciceronem in Partit. ſic vſurpaſſe: Æquitatis, inquit, vis eſt duplex: cuius altera directi, & veri, & iuſti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur: altera, &c. Cùm autem benignius aliquantò & mitius ageretur, Æquum bonum, pro Ius benignum quaſi prouerbij figura dictum puto. nam Bonum, benignum eſſe, & Iouem optimum dici, quaſi beneficentiſſimum, nemo neſcit. Hinc illa formula, Æquum bonum, & Æquius melius in arbitrio rei vxoriæ: vt ipſe in Offic. ſcribit. Sic in Bruto: Deinde æquum bonum, teſtamentum, ſententias voluntatéſque tutatus eſt. Hinc ſenſim conſuetudine

A loquendi Æquum & bonum coniunctim, tandem etiam ſeorſim Æquum. Terentius, Nimium ipſe durus eſt, præter æquúmque & bonum. vbi Donatus, Potuit, inquit, ET, non addi: Præter æquum bonum. Cicero in Bruto: Craſſus multa contra ſcriptum pro æquo & bono dixit. Et pro Cæcina: Ex æquo & bono, non ex callido verſutóque iure rem iudicari oportet. Imp. l. 1. C. de legib. Inter æquitatem iúſque interpoſitam interpretationem, nobis ſolis & oportet
B & licet inſpicere. Hinc illa definitio apud Vlp. in l. 1. D. de iuſtit. & iur. Ius eſt ars æqui & boni: hoc eſt, Diſciplina iuris, eſt diſciplina controuerſias ex bono & æquo diſceptandi. Hinc illud Conſtantini in l. 8. C. de iudic. Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ æquitatíſque, quàm ſtricti iuris rationem. Hinc Paullus in l. quod ſi, 24. de minorib. Non ſemper, inquit, ea quæ cum minoribus geruntur, reſcindenda ſunt, ſed ad bonum & æquum redigenda ſunt. Suetonius in Claudio: Nec ſemper præſcripta
C legum ſecutus, duritiam lenitatémque multarum ex bono & æquo perinde vt afficeretur, moderatus eſt,

Aeqva lance ſeruari Modeſtinus dixit in l. non tantum, 20. D. de re iudic. prouerbiali loquendi genere, pro pariter æquabilitérque, vt apud Græcos, ἴσῳ σταθμῷ: Maritus, inquit, in quantum facere poteſt condemnandus eſt: quod & in perſona mulieris æqua lance ſeruari æquitatis ſuggerit ratio. Sic Imp. in l. cum quis, 10. in fin. D. de natur. lib. Quapropter, inquit, ſancimus, in huiuſmodi caſibus omnes libe-
D ros ſiue ante dotalia inſtrumenta editi ſint, ſiue poſtea, vna eadémque lance trutinari.

Aeqvitatem Iuriſconſulti aliam naturalem faciunt, aliam ciuilem. Naturalis eſt, quam vniuerſum genus hominum ſocietatis communis retinendæ cauſſà, ſola natura duce ac magiſtra conſtituerunt. veluti depoſitum reddere: emtorem acceptare, precium ſoluere: & viciſſim venditorem accepto precio rem tradere, mercedem operario pendere. Ciuilis autem dicitur, quam non omnes homines, ſed vnius
E tantùm ciuitatis participes, ſolius ſuæ ciuitatis cauſſa conſtituerunt: veluti, vt ſi reus capitalis iudicij aliquid apud me depoſuerit, id in publicum referam. Vtriuſque autem exemplum eſt præclariſſimum apud Triphon. l. 31. D. depoſ. & l. 1. D. ſi quis teſtam.

Aerarivm populi R. in æde Saturni fuit, vbi & quæ ſignata in vrbe fuerat, & quæ ex vectigalibus deportata pecunia erat, recondebatur. eíque tum Tribuni, tum Quæſtores ærarij præerant: & quæ pecunia ab Senatu alicui adtributa erat, eam illi adnu-
F merabant. Differt autem à fiſco ſic, vt illud populi, hic Principis dicatur. quemadmodū ſub voce Fiſcus expoſuimus. Interdum tamen Populi ærarium Publicum dicebatur: Fiſci verò, priuatum. Vulcatius in Auidio: Senatus illum hoſtem adpellauit: bonáque eius proſcripſit, quæ Antoninus in priuatum ærarium congeri noluit. quare Senatu præcipiente in ærarium publicum ſunt relata.

Interdum tamen

Aerarivm & fiſcus pro eodem vſurpantur.
G Marcianus l. 1. §. 5. D. de leg. Cor. de Falſ. Qui officio depoſito non reſtituerunt tutelam, cū fiſco contrahere non poſſunt. ac ſi quis aduerſus hanc legē profectus ærario obrepſerit: vt perinde puniatur, ac ſi falſum cōmiſiſſet. Paullus l. 13. D. de iur. fiſci, Si quis antequam cauſſa eius ad ærariū deferatur, profeſſus eſſet, eam rem quam poſſideret, capere ſibi non licere: ex ea partem fiſco inferet. vide, Fiſcus.

Æ R A R I V M poſtremis temporibus de ſolo principe vſurpatum eſt: fuitque duplex: vnde vtrumque ærarium dicitur in l. vii. C. de Quæſtorib. lib. x. alterũ enim largitionum, ſiue rerum priuatarũ Auguſti. Auguſtæúe fuit: l. 1. C. de locat. præd. ciuil. alterum ſacrarum largitionum, ſiue theſaurorum: qui tamen propriè Fiſcus dicebatur: vt ſub ea voce docebimus. Vtriuſque Ærarij proprij erant Suſceptores, id eſt quos nũc Receptores adpellamus: proprij Rationales, proprij Comites. Imp. Zeno l. 2. C. de quadr. præſcript. Data licentia intra quadriennium contra ſacratiſſimum ærarium actiones exercere, ita tamen, vt poſtea nec ſacratiſſimum fiſcum pulſare liceat. Iuſtinianus autem in §. vlt. de vſucap. differentiam hanc non ſatis obſeruauit, ſed quod Zeno illo loco Ærarium adpellauit, Imperatoriam domum nominauit: Qui à noſtra, inquit, vel venerabilis Auguſtæ domo aliquid acceperint. At in l. 3. de quad. præſ. priuatam principis ſubſtantiam adpellat.

Æ R O S A pecunia, ære mixta. Scæuola l. 102. D. de ſolut. Creditor oblatam à debitore pecuniam, vt alia die acceptturus diſtulit. mox pecunia, qua illa Reſp. vtebatur, quaſi ærosa iuſſu principis ſublata eſt. Sic Plinius aurum æroſum dixit lib. 33. cap. 5.

Æ S nunc generale nomen eſt, pro quouis pecuniæ ſignatæ genere. quia primis temporibus Romani æreis numis vſi ſunt. Hinc Vlpianus, Etiam aureos numos, inquit, æs dicimus, l. etiam, 159. de verb. ſignif. Et Seneca lib. de Benef. v. Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percuſſum: quale apud Lacedæmonios fuit, quod vſum pecuniæ numeratæ præſtat.

Æ s alienum, eſt, ait Vlpianus, quod nos aliis debemus: Æs ſuum, eſt, quod alij nobis debent, l. 213. D. de verbor. ſignific. Plinius libro trigeſimoquarto, capite decimo: Non erat, inquit, apud antiquos numerus, vltra centum millia: itaque & hodie multiplicantur hæc: vt decies centena millia, aut ſæpius dicantur. Fœnus hoc fecit, numúſque percuſſus, & ſic quoque æs alienum etiamnum adpellatur.

Æ S T A T E M, inquit Vlpianus, incipere ſic peritiores tradiderunt, ab æquinoctio verno, & finiri æquinoctio autumnali, & ita ſenis menſibus æſtas atque hyems diuiditur, l. prima, §. 23. D. de aqua quotid. & æſt.

Æ S T I M A T A pœna ab antiquis ab ære dicta eſt, qui eam æſtimauerunt ære, ouem decuſſis, bouem centuſſis: hoc eſt, decem vel centum aſſibus. Feſtus.

Æ S T I M A T I O litis, vide Litis æſtimatio.

Æ S T I M A T O R I A actio, vide Actio æſtimatoria.

Æ T A S apud Romanos duplex erat: Seniorum, & Iuniorum. Seniores erant poſt annum ætatis quintum & quadrageſimum: Iuniores poſt ætatem militarem vſque ad quadrageſimumquintum annum. Hoc ex Dionyſ. Halic. lib. IIII.

Æ T A T I S gradus quinque Varro putat eſſe diuiſos, vnumquemque ſcilicet præter extremum in annos quindecim. itaque primo gradu vſque ad annum quartumdecimum pueros dictos, quòd ſint puri, id eſt impuberes. Secundo ad trigeſimum annum adoleſcentes, ab adoleſcendo ſic nominatos. In tertio gradu qui erat vſque ad quinque & quadraginta annos, iuuenes adpellatos, eo quòd Rempubl. in re militari poſſent iuuare. In quarto vſque ad ſexageſimum annum ſeniores vocitatos, quòd tũc primùm ſeneſcere corpus incipiat. Inde vſq; ad finem vitæ vniuſcuiuſq;

A quintum gradum factum, in quo qui eſſet, ſenex adpellatur: quòd ea ætate corpus ſenio laboret. Hæc Cenſorinus libro De die nat. cap. XIIII. Iuriſconſulti autem gradus quidem ætatis totidem fecerunt, ſed ita, vt mentis potius & iudicij, quàm corporis, incrementíque rationem ducerent. mihíque Hippocratis potius quàm Varronis ſecuti diuiſionem videntur. nam is, vt eodem loco Cenſorinus ſcribit, primũ gradum anno ſeptimo terminat. quod eodem modo Iu-
B riſconſulti faciunt, qui ætatem illam omnem Infantiã adpellant, l. ſi infanti, 18. C. de iure deliber. ex qua interpretanda eſt l. ſi infantis, 55. D. de vſufr. ſecundum autem ad annum decimum quartum producit: quo anno pueritia terminatur à Iuriſconſultis, & pubertas incipit, l. vlt. C. quando tut. eſſe deſin. l. 2. C. arbir. tut. l. 3. C. de teſtam. tut. l. 1. C. de Carbon. tertium autem ad duodetrigeſimum extendit: vt bis ſeptem anni huic ætati adtribuantur. & adoleſcentia totum id tempus adpelletur, quo exacto media ſiue conſtans
C ætas eſſe incipiat. Iuriſconſulti verè qui, vt modò diximus, non tam corporis, quàm animi ingeniique incrementum conſiderant, hos quattuordecim annos in tres diuidunt partes. nam quattuor primos, nimirùm adúſque decimumoctauum, plenam pubertatem perducunt, §. vlt. quibus manumit. licet, l. adrogato, 40. D. de adoption. Cicero ineuntem adoleſcentiam adpellat in Catone. eo namque anno cauſſas agere licebat, l. 1. D. de poſtul. quippe cùm anno antè prætexta depoſita virilem togam ſumere ſolerent, & in forũ
D ad cauſſas audiendas deſcendere. Ab anno verò decimooctauo ſeptem continuos, nimirum adúſque vigeſimumquintum, adoleſcentiæ: non tam, vt dixi, corporis, quàm ingenij & iudicij adtribuunt. nam adoleſcentes per illud tempus Forum & iudicia frequentabant, rerúmque maximarum ſpectatores erant: cùm interea ætas illa non ſatis matura & conſtans videretur, l. 1. D. de minorib. Reliquum tempus ætati conſtanti tribuunt: quia tunc virilis vigor completur: vt ait Vlpianus in d. l. 1. de minorib. Itaque ætas illa mo-
E dò Robuſta, modò Iuſta: modò Legitima nominatur, l. 15. §. lex Iulia, D. de adult. l. 2. §. 1. D. de vacat. mun. l. vlt. C. de his qui ven. ætat. Marcellus autem in l. non aliter, 69. D. de legat. tertio, Iuuentutem illam adpellat: Exiſtimari, inquit, poſſet Iuuenis, is qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad incipiat inter Seniores numerari. Itaque conſtantem ætatem Romani ad annum ætatis quinquageſimum, quod ſenectutis initiũ eſt, producunt. Hoc enim anno ſenectutis initium eſſe ab antiquis factum, Cicero in Catone teſtatur: cu-
F ius verba, quòd ſuperiorem diſputationem confirmant, ſubiiciam. Loquens igitur de M. Valerio Coruino: Cuius, inquit, inter primum & ſextum Conſulatum octo & quadraginta anni interfuerunt. ita quantum ſpacium ætatis maiores ad Senectutis initium eſſe voluerunt, tantus illi curſus honorum fuit. Item: Sunt pueritiæ certa ſtudia. num igitur ea deſiderant adoleſcentes? ſunt & ineuntis adoleſcentiæ. num ea
G iam conſtans requirit ætas, quæ media dicitur? ſunt etiam eius ætatis. ne ea quidẽ à ſenectute quæruntur. ſunt extrema quædã ſtudia ſenectutis. ergo vt ſuperiorũ ætatũ ſtudia occidunt, ſic occidũt etiã ſenectutis. Hæc ille in Catone. In libro verò de Amicitia ita loquitur, vt ſimiliter adoleſcentiam ab anno ferè decimo octauo incipiat: pueritiæ verò non modò annos quattuordecim adtribuat, verùm aliquos vſque ferè ad adoleſcentiam: quam ætatem ineuntem adoleſcentiam: ſuperiùs adpellauit. Atque earum, inquit, rerum

rũ exemplũ ex ſimilitudine capiebat ineuntis ætatis, quòd ſummi puerorum amores ſæpe vnà cum prætexta, ſumta toga deponerentur: ſin autem ad adoleſcentiam perduxiſſent, dirimi tamen interdum contentione, &c. Xenophon autem ætatem quattuor in partes diſtribuit: alios enim adpellat παῖδας, alios ἐφήβους, alios τελείους ἄνδρας, alios τοὺς ὑπὲρ τὰ ϛρατευματικὰ ἔτη γεγονότας. Pueritiam autem vſque ad annum decimumſextum perducit. Adoleſcentiam verò decennem facit, hoc eſt vſque ad annum vigeſimumſeptimum: vnde virilem ętatem exorditur, quam per viginti quinque annos producit: hoc eſt, vſque ad annum quinquageſimum ſecundum: à quo Senectutem incipit.

ÆTATEM ita Ser. Tullus deſcripſit, vt qui minores eſſent annis ſeptemdecim, Pueri: qui maiores, vſque ad annum quadrageſimumſextum, Iuniores: qui hac ætate grandiores, Seniores adpellarentur. Hæc Agellius libro 10. cap. 28.

ADFINES ſunt (ait Modeſtinus) viri & vxoris cognati: dicti ab eo quòd duæ cognationes quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, l. 4. §. 3. D. de grad. & adfin. vel ſic.

ADFINES ſunt, & qui aliorum cognatam habęt in matrimonio & quorum propinquam alter vxorem duxit: vt Adfinitatem pingui quadam Minerua dicere poſſimus alteram Accedentem, hoc eſt eorum qui aliorum cognatam duxerunt: alteram Stantem, hoc eſt eorum qui alterius coniugis cognati ſunt. qua de re in Partitionibus planius explicauimus.

ADFINIS impropriè pro Cognato vſurpatur ab Vlpiano in l. ſi ſponſus, 5. §. vlt. D. de donat. inter vir. & vx. nam quem prius Cognatum, eundem mox Adfinem adpellat. Item à Tryphonino in l. vlt. D. vbi pupill. educ.

ADFINIA, confinia. Paullus l. 12. D. fi. reg. Non enim termini, qui ſingulos fundos ſeparabant, obſeruari debent, ſed demonſtratio adfinium nouos fines inter fundos conſtituere.

ADFINITAS eſt ius quoddam inter vnum coniugem & alterius cognatos inſtitutum. neque vnquã hoc verbum ponitur, niſi vbi ius quoddã ſubeſt. quare cùm Modeſtinus ait in l. 4. de gradib. Adfines eſſe viri & vxoris cognatos, ita intelligendum eſt, ac ſi diceret, Titij & Titiæ cognatos Caio & Caiæ adfines eſſe: non autem viri cognatos, vxoris cognatis adfines eſſe: vt quidam putant. nam ſi adfines eſſent, quęreretur primùm quænam eſſent eorum adfinitatis nomina: deinde quod ius inter eos ſit conſtitutum.

ADFINITAS, impropriè & abuſiuè pro neceſſitudine. Neratius l. quod Seruius, 8. D. de cond. cau. dat. Non magis id repeti poſſit, quàm quod ſponſa ſponſo dotis nomine dederit, donec maneat inter eos adfinitas: id eſt propinquitas illa, vel potius ſpes proximæ communionis. nam ſponſa ſponſo propinquauit, ad eiúſque fines eo animo acceſſit, vt primo quoque tempore in familiam ſe ſui ſponſi penitus immergat. Verùm hoc planiùs intelligitur ex l. non ideo, 5. C. de hered. inſtit. vbi de teſtamento quęritur, in quo quæ vxor erat, adfinis adpellabatur. Gordianus enim impropriè poſitum adfinis verbum ſignificat: Non ideo minus, inquit, vxor tua iure heres videtur inſtituta, quòd non vxor, ſed adfinis teſtamento nominata eſt.

ΑΦΟΣΙΩΣΕΩΣ χάριν, dicis cauſſa, perfunctoriè. Modeſtin. l. 13. D. de excuſat. tut. Ἀποχρῆ δὲ ἐν τοῖς τῆς προθεσμίας ἐντυχεῖν μόνον, ἐὰν γὰρ μετὰ ταῦτα μὴ ἔχων ἀπολειφθῇ, οὐκ ἔσται παραγραφικός. ὥσπερ ἐὰν ἐξ ἀφοσιώσεως χάριν μόνον ἐντύχῃ, &c. Sufficit autem intra præſtitutum tempus adeſſe tantùm. nam ſi poſtea non ſua voluntate aberit, temporis præſcriptione non repelletur. quapropter ſi dicis cauſſà & perfunctoriè dumtaxat adſit, &c. Alij tamen aliter eum locum arbitratu ſuo conuerterunt.

AGASO propriè dicitur ſeruus qui iumenta curat: inquit Acron. Alfenus l. vlt. D. ſi quad. paup. Agaſo cuum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit.

AGENTES in rebus ſub Rub. C. de agent. in reb. dicuntur, qui aliquam Reip. partem adminiſtrant: & iis qui in ſacris ſcriniis militant, hoc eſt, quorum opera in publicis literis, tabulis, codicibus totoque illo negocio literario conſumetur, opponuntur: quaſi hi Agentes in literis, vel codicibus dici poſſent. Agentium in rebus, genera hæc ſiue gradus ſub illa Rubr. memorantur. vt alij ſint tribuni ſcholarum, alij primicerij, ſenatores, ducenarij, biarchi, circitores, equites, tyrones. Erant & Curioſi ex eodem genere. Exacto autem militiæ tempore pro laborum præmio principes agentium in rebus dicebantur: l. 1. C. de princip. agent. in reb.

AGER, inquit Varro lib. De ling. 4. dictus eſt, in quam terram quid agebant, & vnde quid agebant fructus cauſſà. Fabius libro 1. cap. 6. Sed cui non poſt Varronem ſit venia, qui agrum quòd in eo agatur aliquid, dictum Ciceroni perſuadere voluit: Varronis ergo libros eſſe, qui de ling. Latina exſtant, hinc licet intelligatur: vt ſtili ſimilitudinem, quod maximum ſemper eſſe iudicaui cognoſcendi auctoris argumentum, omittam. Vtcumque ſit, Agrum noſtri Iuriſconſulti dicunt, locum eſſe ſine ædificio: & alibi, ſine villa, l. 27. & l. 211. D. de verb. ſignif. vide FVNDVS.

AGER Quæſtorius, vide Quæſtorius ager.

AGER limitatus, vide Limitatus ager.

AGERE, inquit Feſtus, interdum ſignificat iurgari: vt cùm dicimus, Agir cum eo furti. Tranſlata enim locutio eſt in forum ac iudicia: pro Litigare, & iudicio contendere. vnde etiam Agere dicitur is, qui excipit, l. prima, D. de except. vide ACTOR.

AGERE forum, vide infrà, Forum agere.

AGERE lege, vide infrà, Lege agere.

AGERE Rempub. pro Adminiſtrare Remp. Paullus in l. 35. §. 3. D. ex quib. cauſſ. Qui in prouincia eſt, ſimul agere Rempubl. cœpit, ad ſimilitudinem abſentis habetur.

AGI, vide Ferri.

AGITATORES, curruum in ſacris certaminibus rectores. Vlpianus l. 4. D. de his qui not. infa. Et generaliter ita omnes opinantur, & vtile videtur: vt neque thumelici, neque xyſtici, neq; agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt, ceteráque eorum miniſteria qui certaminibus ſacris deſeruiunt, ignominioſi habentur. vel ſic:

AGITATORES, aurigæ in ſacris certaminibus qui equos currúmque agitant. Vlpian. l. 43. in fin. de act. emt. Planè ſi in tantum precium excediſſe proponas, veluti ſi ponas agitatorem poſtea factum, vel pantomimum.

AGITARE, pro agere, litigare. Paullus l. 73. D. de fideiuſſ. Poſtea victo eo dominus reuerſus iterum de ea re agitabat.

AGNATA dicuntur, non quæ alicunde nata ſunt: ea enim Enata dicuntur: ſed quæ ad alia, id eſt, con-

tra, ſiue iuxta alia quædam nata ſunt. Itaque filius patri naſci dicitur cùm ad patrem cogitatio refertur: agnaſci verò, cùum ad agnatos & propinquos. Cicero lib. De orat. I. Num quis eo teſtamento quod paterfa. antè fecit, quàm ei filius natus eſt, hereditatem petit? nemo. quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum. Naſci filius apertè dicitur viuo patri: agnaſci mortuo. quia cogitatio poſtumi naturæ non ad patrem, ſed ad propinquos refertur. Idem pro Cæcina: Cui filius agnatus ſit, eius teſtamentum non eſſe ruptum, iudica. Vlpian. l. 3. D. de iniuſt. rupt. Poſtumi per virilem ſexum deſcendentes ad ſimilitudinem filiorum nominatim exheredandi ſunt: ne teſtamentum agnaſcendo rumpant. Et in fin. Licet autem poſtumus præteritus agnaſcendo rumpat. Itaque Papinianus l. 7. D. ſi Tab. teſt. null. nepotem auo ſine dubio non eſſe agnatum adfirmat.

AGNATI ſunt cognati virilis ſexus, ab eodem orti, l. 2. D. de ſuis & legit. vel ſic:

AGNATI & cognati hoc differunt, quòd in agnatis & cognati continentur, in cognatis non vtique & agnati. Verbi gratia, patris frater, id eſt patruus, & agnatus eſt, & cognatus: matris autem frater, id eſt auunculus, cognatus eſt, agnatus non eſt, l. 5. D. vnde legit. vel ſic:

AGNATI ſunt, qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti ſunt: quaſi à patre cognati, l. 7 D. de legit. tutor. Vide Cognati, & Cognationis nomen.

AGNOMEN, vide NOMEN.

AGONOTHETÆ. Suidas, Ἀγωνοθέτης ὁ ἐν τοῖς σκηνικοῖς· ἀθλοθέτης δὲ, ἐν τοῖς γυμνικοῖς. Agonothetes, inquit, in ſcenicis: Athlothetes, in gymnicis. & Iul. Pollux, Ἀγωνοθέτης, ἀγώνων διαθέτης: id eſt, qui certamina conſtituebant. Arcadius l. vlt. §. 1. D. de munerib. Maſtigophori quoque qui Agonothetas in certaminibus comitantur, & Scribò magiſtratus perſonali muneri ſeruiunt. Hinc ἀγωνοθετεῖν, certaminibus præeſſe, eáque moderari. Modeſt. l. 10. D. de pollicit. καθιερῶ ἀγῶνα, ἀγωνοθετοῦντος καὶ προκαθεζομένου τοῦ ἀνδρός μου. id eſt, Dedico certamen, cui præſit, ac præfectus ſit vir meus. Hinc ἀγωνοθεσία, ea curatio ac præfectura, apud Vlpianum, l. 20. §. 5. D. famil. erciſc.

AGRI occupatorij Flacco dicuntur, qui & arcifinales: quos videlicet in ea terra quam occupauerant non quatenus colere poterant, ſed quantum in ſpe colendi reſeruauerant, vicinos colendi victure arcendo ſibi ſumſerant.

AGRICOLÆ ſerui, vide Serui agricolæ.

ALBINI, quos Græci κονιατὰς adpellant, aiunt Impp. l. 1. de excuſat. art. lib. C. 10. ij dicuntur, qui calce pura parietes illinunt. Tectorium enim quod ex calce pura fit, Albarium opus vocatur Vitruuio. niſi fortè nomen ſpeciei pro genere vſurparunt, quod veriſimilius videtur.

ALBVM, alba Tabula, in qua atramento ſcribebatur, quod ex hoc Ciceronis loco intelligitur, quem ex lib. De orat. II. deſcribam. Res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Max. efferebátque in album, & proponebat Tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi. Vbi tamen REFEREBAT corrigendum putarem. Quòd ſi in album res illæ referrentur, facilè intellectu eſt, non literas, vt Theophilus exiſtimauit: ſed Tabulas ipſas albas fuiſſe. quod etiam ſuſpicari libet ex Plauti Perſa, vbi Paraſitum de quadruplatoribus ſic loquentem facit: Si id fiat, næ iſti faxim nuſquam appareant, Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona, vt autem Pontifices res geſtas, ſic Prætores edicta ſua in album referebant, & proponebant Tabulam in publico, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi, quemadmodum anno quiſque ſuo ius dicturus eſſet. Paullus l. 9. D. de iuriſd. Si familia alicuius album corruperit, non ſimiliter hic edicitur, vt in furto. Vlpian. l. 7. eod. Si quis id quod iuriſdictionis perpetuæ cauſſa, non quod, prout incidit, in albo, vel in charta, vel in alia materia propoſitum erit, dolo malo corruperit. Album autem Latini ſimiliter dixerunt, vt Græci λεύκωμα. nã in albo leges ſcribebantur? Demoſth. contra Timocratem, ex Solonis legibus; Ὁ δὲ τιθεὶς τὸν καινὸν νόμον, ἀναγράψας εἰς λεύκωμα, ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων: Qui communem legẽ feret, is eam in albo perſcriptã pro Eponymis proponat. Exſtat etiam in Pandectis lib. L. Rubrica, De albo decurionum ſcribendo, vbi quo ordine ſcribi decuriones debeant, præcipitur. Illud obſeruatu dignum eſt, quod aliquando notanimus: moris fuiſſe, vt Album hoc Prætoris penderetur, ſic tamen vt de plano legi poſſet. Itaque Auſon. in Gratiar. act. Has ego literas tuas, inquit, in omnibus pilis atq; porticibus, vnde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandauero. Lamprid. in Alexand. Tacebantur ſecreta bellorum, itinerum autem dies publicè proponebantur, ita vt edictum penderet ante menſes duos.

ALCHEMIA, ſiue Alchymia. ars furioſa, qua de re copioſè diximus in libello de iure Alchemiæ.

ALDERICVS Iuriſconſultus, in Italia Ius Ciuile profeſſus eſt circiter annum M.CXC. eius plerumq; Accurſius in Gloſſis mentionem appoſuit.

ALEÆ emtio dicitur à noſtris, cùm incertus euentus emitur: veluti cum piſcator iactum retis vendit, vel auceps pantheram. Pomponius in l. nec emtio, 8. D. de contrah. emt. Aliquando & ſine re venditio intelligitur: veluti cùm quaſi alea emitur. quod fit, cùm captum piſcium, vel auium, vel miſſilium emitur. quia ſpei emtio eſt. Vlpianus in l. nam hoc, 2. D. de hered. vel act. vend. Incertum rei venire dicit.

ALEXANDER Tartagnius, Iuriſconſultus, Imolenſis fuit: Patauij, Ferrariæ, & Bononiæ, annos propè triginta Ius ciuile interpretatus eſt: relictiſque libris compluribus, homo quinquagenarius, anno M. CCCCLXXV mortem obiit.

ALIAS, Aliter, Alioqui, particulæ Iuriſconſultis vſitatæ: quæ facere condicionem dicuntur. vti patet ex l. diuortio, 35. D. de negoc. geſt. l. alias, D. de iureiurando, l. ſi finita, §. ex hoc edicto, D. de damn. inf.

ALICVLÆ recenſentur ab Vlpiano inter pueriles veſtes, in l. 23. §. 2. D. de aur. argen. quo verbo quid ſignificetur, hominem qui exponat inueni adhuc neminem: ſed & ALICVBI vulgatis in libris legitur. Legendum putarem ALLICVLÆ, vt manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honeſtæ apud Romanos erant, vt patet ex Agell. lib. 7. cap. 12. nam, vt ait Heſychius, ἄλλιξ, χιτὼν χειριδωτός: Allix, inquit, tunica chirodota: id eſt, manicata. Hoc enim verbo Scipio Africanus apud Agellium vtitur.

ALIENARE, eſt in alium ius ſuum transferre: nam cum effectu verbum hic accipitur. Itaque Vlpianus non propriè Alienatum dici ait, quod adhuc in dominio vẽditoris manet. venditum tamen rectè dici, l. 67. D. de verb. ſign. Seneca autem lib. de Benef. v. Alienationem ait eſſe, rei ſuæ iuriſque ſui in alium tranſlationem. vide ſuprà ABALIENARE.

ALIMENTA & Cibaria differunt. nam illorum nomine

nomine ea omnia continentur, ſine quibus ali corpus non poteſt: horum verò, tantùm quæ ad cibum pertinent. Itaque Iauolenus Alimentorum legato & cibaria, & veſtitum, & habitationem contineri tradit, l.6. D.de alim.& cib. Vlpianus autē Cibariorum legato, ea contineri negat, l. 21. D.eod.

ALIMENTARII, quibus alimenta legata ſunt: eadem ratione qua Donatarij, aut legatarij, l. pen. §.1. D. ad leg. Falcid. l. 8. §. eam tranſact. D. de tranſact.

ALLECTI, inquit Feſtus, dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum ſunt numerū adſumti: nam Patres dicuntur, qui ſunt patritij generis: Conſcripti, qui in ſenatu ſunt ſcriptis adnotati.

ALLEGARE ſe ex ſeruitute in ingenuitatē, pro adſere: apud Vlpianum, l.28.§.1.D.de lib.cau.

ALLODIVM & Feudum contraria verba ſunt, à Gothis deriuata: quibus Ortenſius in libris de Feudis frequenter vtitur. Allodium enim vulgò adpellant, quod ab omni clientela liberum ac ſolutum eſt: vel cuius cauſſa poſſeſſor nemini fidem atque obſequium debet. & (vt noſtri loquuntur) quod ita alicuius proprium eſt, vt à nemine alio niſi à Deo recognoſcatur. Eius verbi originem Germanicam eſſe arbitror: & ex ALS, & LEVD conflatam: quaſi prædia illa non militibus, quorum opera duces vſi fuerant, adtribuerentur: ſed ſubactis populis relinquerentur, vt ea iure optimo, id eſt eo quo antea poſſederant, iure poſſiderent. Vide in diction. feudali.

ALLVVIO, inquit Iuſtinianus, eſt incrementum latens: id eſt, ita lentē progrediens, vt nō appareat, §. præterea, de rer. diuiſ. nam, vt ait Caius, per alluuionem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligere non poſſimus quantum quoquo momento temporis adiiciatur, l.7. §.1. D. de adquiren. rer. dom. Sed videamus ne Iuſtiniani definitio, ſi ad exactum iudicium reuocetur, abſurda videri poſſit. nō enim Alluere, augere eſt, ſed adtingere & adſpergere. Cicero pro Sex. Roſcio: Ita iactantur fluctibus, vt numquam alluantur. Item Verrina VII: Non alluuntur a mari mœnia extrema, ſed influit in vrbis ſinum portus. Alluuio ergo eſt adiunctio & adpulſus fluminis, ripam cōtingentis. Hinc Alluuius ager, quem paulatim fluuius in agrum reddit: id eſt, qui ex alluuione factus eſt: vt eſt in libro Variorum auct. De limitib. Sed cum iſto adpulſu & adtritu adfluentis aquæ detractio illa conglutinatióque contingeret, ac proinde per alluuionem adquiſitio fieret, adquirendi modum, quod incrementum latens verè definitur, Iuriſconſulti Alluuionem vocarunt: eique definitionem illam adcommodarunt, rerum vim non verborum proprietatem ſpectantes.

ALTERNATIO propriè eſt per vices ſucceſſio vt Feſtus ſcribit. Iuriſconſulti autem pro Diſiunctione vſurpant: cum dicitur, illud aut illud, l. 7. §. quod autem, D. de iniur. l.2.§.2. D. quod cert. loc. vbi Vlpianus loquitur de rerum alternatione, locorum alternationi mixta. Vſurpatur etiam impropriè pro complexione, & ambarum rerum coniunctione. Vlpianus l.9. D de ſer. corrupt. Qui cum extraneo agit, ſiue recepit, ſiue corruperit, agere poteſt: qui cum ſocio, ſine alternatione. Hoc eſt, Extraneus vtroque caſu tenetur: ſocius, hoc vno dumtaxat, ſi corrupit.

ALTERVM tantùm, id eſt, tantundem amplius. Iulianus l.13. D. de lib. & poſtu. Ita enim ſecundùm voluntatem teſtantis filius altero tanto amplius habebit, quàm vxor: item vxor altero tanto amplius, quàm filia. Paullus l.9.§.5. D. de public. Quod illicitè publicè priuatimque exactum eſt, cum altero tanto paſſis iniuriam exoluitur, ſic in l.18. in fi. D. de alim. & cib. & l.9. D. de vſur. & l.27. de adulter. Plautus etiam Tribus tantis dixit, in Trinumo:

Frumenti quando albi meſſis maxima eſt
Trib. tantis illi minus reddit, quàm obſeueris.

Cic. in Orat. Pes qui adhibetur ad numeros partitur in tria: vt neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe parti, aut altero tanto, aut ſeſquimaiorem eſſe.

ALVAROTVS, Iuriſconſultus nobilis, Patauij natus, leges ibidem publicè interpretatus eſt, nonnulliſque commentariis relictis propè ſeptuagenarius circiter annum M.CCCCLIII. vita exceſſit.

AMATORIVM poculum, de quo mentio fit in l. ſi quis, §. abortionis, D. de pœn. & l.3.§.1. D. de ſicar. medicamentum ad alliciendum amorem adcommodatum. quo potionatum Caligulam à Cæſonia vxore, Suetonius ſcribit. Philtra autem à Græcis & Poëtis adpellantur: de quibus Iuuenal. ſat. VI. Ouid. lib. de arte II. Ioſeph. Antiquit. IX.

AMBITIOSA, gratioſa, in gratiam alicuius non iure conceſſa. Vlpianus l.3. D. de minor. Denique D. Seuerus huiuſmodi Conſulum vel Præſidum decreta quaſi ambitioſa eſſe interpretati ſunt. Nam ambitio plerumque ſtudium conciliandæ gratiæ ſignificat: vt Verrina IIII. Si abs re iſtam rem pater tuus alicuius amici rogatu, benignitate aut ambitione inductus petiſſet, &c. Item Ep.1. ad Q. Frat. Præſertim cum mores ad nimiam lenitatem atque ambitionem incubuerint. Græci τὸ ἀρεσκεύεσθαι dicunt, & ambitionem ἀρέσκευμα.

AMBITVS, iter quod circumeundo teritur. nam Ambitus, circuitus. ab eo Duodecim tabularum interpretes ambitum parietis circuitum eſſe deſcribūt. Hæc Varro. Feſtus autem ſic: Ambitus propriè dicitur circuitus ædificiorum, patens in latitudinem pedes duos & ſemiſſem: in longitudinem idem quod ædificium. Cicero in Topicis: P. Scæuola id ſolùm eſſe Ambitus ædium dixit, quoad parietis communis tegendi cauſſa tectum proiiceretur: ex quo in eius ædes qui protexiſſet, aqua deflueret. Sic enim eum emendandum locum, docuimus lib. Obſeruat. 1. cap. 26.

AMBVLARE, pro non vno in ſtatu permanere, ſed mutari Iuriſconſulti vſurpant. Sic,

AMBVLATORIAM eſſe teſtatoris voluntatem vſque ad mortem, dicitur in l. quod ſi. 4. D. de adim. legat. Sic,

AMBVLATORIAM condicionem Papinianus adpellat in l. ſeruus, 34. D. de ſtatut. lib. cùm eam ſignificaret, quæ non in vnius tantùm ſed etiam in plurium heredum perſona rectè impleri poſſit. Sic legis,

AMBVLATORIA poteſtas in l. etit, 10. D. de fund. dotal. & obligationes cum capite Ambulare, l. tutelas, 7. §.1. D. de cap. minut. emtiones per plures perſonas Ambulaſſe, l. ſed vbi, 15. D. de minoribus.

AMETHVSTVS ἀμέθυστος, gemma quæ ex eo nomen inuenit, quòd vſque ad vini colorem accedens, prius quàm eum deguſtet, in violam deſinit, fulgórque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, ſed in vini colorem deficiens: vt ait Plin. lib. 37. cap. 9. Eius facit Vlpian. mentionem in l. 19. §. 6. D. de aur. arg.

AMFRACTVM eſt ab origine flexum duplici.dictú ab ambitu. & frangendo.ab eo leges iubent in directo pedum octo eſſe, in amfracto ſexdecim: id eſt,in flexu. Hæc Varro De ling.vi.vbi legem xii. notat,de qua ſcribit ſic Caius in l.8.D.de ſeruit.ruſt. Viæ latitudo ex lege duodecim Tab.in porrectum octo pedes habet:in amfractum, id eſt,vbi flexum eſt, ſedecim:

AMICA, vide Pellex.

AMICOS,inquit Paullus,adpellare debemus,nõ leui notitia coniunctos: ſed quibus fuerint iura cùm patrefam.honeſtis familiaritatis quæſita rationibus, l.223.de verb.ſignifi.

AMINEVM vinum, idem quod Falernum.nam Aminei fuerant, vbi nunc Falernum eſt: inquit Macrob.lib.Satur.3.cap.vlt. Eius mentio fit in l.vlt.§.1. D.de trit.vin.& ol.Vinum amphorarium,Amineum, Græcum,& dulcia omnia.Vbi tamen Alciatus ἄμυρον reponit:à quo vehementer diſſentio.nã quod de Comenſis ſui obſeruatione nobis narrat,ei loco nõ conuenit:ſed hæc potius,Genus poſt aliquot ſpecies enumeratas ſubiectum,ad eam ſpeciem reſtringitur, cuius illa ſunt indiuidua. nam OMNIA DVLCIA,genus eſt.cuius duæ ſunt ſpecies, cibi videlicet, & potionis. huius autem erãt illa indiuidua, vinum Amphorarium,Amineum, Græcum.quare generis nomẽ ad eam contrahitur ſpeciem , cuius illa ſunt indiuidua.AMINEVM autem ſine diphthongo legendum eſſe, ex Auſonij verſu Beroaldus in Columellam demonſtrat, Solus qui Chium miſcet & Amineum. Beroaldus inquam hoc docuit,tum etiam Alciatus,quẽ ſanè non hoc tantùm loco deprehendi ſuos hortulos ex illius fontibus irrigaſſe. Seruius autem in illud Georgic.ii.

Sunt & Amineæ vites firmiſſima vina.

Amineum,inquit,vinum dictum eſt,quaſi ſine minio.nam album eſt.

AMITA patris mei ſoror: quia ſimiliter tertia à me ſit,atque auia.videri poteſt dicta , ex eo quòd ab antiquioribus Auita ſit vocitata.ſiue Amita dicta eſt, quia à patre meo amata eſt, nam plus ſorores à fratribus diligi ſolent: videlicet propter diſſimilitudinẽ perſonarum, quæ ideo minus habent diſſenſionis, quo minus æmulationis.Ex Sex.Pompeio.

AMITA,eſt patris ſoror,ait Paullus l.10.§.7.D.de grad.& adfin.

AMITA magna, eſt aui ſoror, ait Paullus l.10.§. 8.D.de gradib.

AMITA maior,ait Paullus, eſt proaui ſoror, patris vel matris amita magna, l. 10.§. 8.D.de grad.& adfin.

AMITA maxima eſt, ait Paullus, abaui ſoror,patris vel matris amita maior,l.10.§.10.D.de gradib.

AMITINI, amitinæ,ſunt,ait Caius, qui quæúe ex fratre & ſorore propagantur,l.1.§.1.D. de grad.& adfin.idem Paullus l.10.§.8.eod.

AMOVERE, inquit Donatus, propriè eſt ſaxum de loco mouere.denique eſt non auferre,ſed remouere.Iaque Iuriſconſulti quibus in perſonis notare furti infamiam noluerunt,in iis hoc verbum vſurparunt: velut ſuis heredibus, quaſi non ex familia rem auferant,l.ſi ſeruum,71.§.Prætor,D.de adq.hered.in ſeruis domini teſtamento manumiſſis, l.Titia, 59.§.1. D.de man.teſt.præſertim autem in coniugibus: inter quos etiam Rerum amotarum actio inſtituta eſt,earum rerum nomine quas diuortij conſilio auerterint.de quo exſtat tit.Rerum amot.

A AMPHITAPA, ἀμφίταπα, veſtimenta vtrimq; villoſa:apud Vlpian.l.23.§.2.D.de aur.argen. nam , vt ait Heſychius, ἀμφιτάπης, χιτὼν ἑκατέρωθεν ἔχων μαλλούς: id eſt, veſtis vtrimque villos habens. quod idem Nonius tradit.

AMPHORA, vas cuiuſuis materiæ,duarum vrnarum capax,figura cubi,rei cuiuis continendæ: vt vino,oleo,&c.Itaque Iulianus l. 206. de verb. ſignific. Eandem,inquit, cauſſam amphoratum eſſe: vt cuum
B vinum habeant , tum in vaſis vinariis: cuum inanes ſint,tum extra numerum vinariorum ſint: quia aliud in his addi poſſit. Eius mentio fit apud Vlpia.l.15.§.4. D.de vſufruct.apud Pomp. Iulianum , Proculum pro vaſe vinario,l 2.l.5.& l.6.de trit.vin.& l.vlt.in fi.D.de leg.Rhod. Hinc

AMPHORARIVM vinum, quod è dolio in amphoras eſt diffuſum:apud Proculum l.vltim.§.1.D.de triti.vin.& oleo.

AMPLIATIO à Comperendinatione hoc dif-
C fert,quòd illa libera eſt, & in Iudicum poteſtate poſita:hæc neceſſaria, & legis vi atque imperio inſtituta: illa ſæpius fieri poterat, hæc ſemel tantùm: illa in id tempus quod Iudicibus placebat alteram actionem differebat, hæc in perendinum diem dumtaxat. Prima differentia patet ex Verrina III. vbi Cicero ait, Antea vel iudicari primò poterat, vel Amplius pronunciari. Item,Etiam ſi lex ampliandi poteſtatem faciat,tamen iſti turpe ſibi exiſtiment,non primò iudicare.Item:Cùm hęc omnia tanta contentione,tantis
D copiis agerentur,tamen tanta vis iſtius iniuriæ, tanta in iſto improbitas putabatur, vt, de Philodamo, Amplius pronunciaretur. Neceſſariam autem comperendinationem fuiſſe,illud eiuſdem declarat, Adimo enim comperendinatum:quod habet lex in ſe moleſtiſſimum,bis vt cauſſa dicatur. quod aut mea cauſſa potius eſt conſtitutum,quàm tua,&c. Item:Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus, antea vel iudicari primò poterat,vel Amplius pronunciari. Secunda differentia cognoſcitur ex eo, quòd Vale-
E rius libro ſexto cauſſam C. Cottæ repetundarum accuſati ſepties ampliatam ſcribit. Et Cicero in libro De claris Oratoribus cauſſam quorundam publicanorum tribus ampliationibus prolatam. In comperendinatione autem numerum duarum actionũ præſtitutum fuiſſe, locus quem ex Verrina III. protuli, apertè oſtendit. Tertiam differentiam partim verbi notatio quam Pedianus etiam declarat,partim locus Ciceronis in Bruto demonſtrat: Vnum,inquit,quaſi
F comperendinatus medium diem fuiſſe. Ex quo intelligitur plures in ampliatione interponi potuiſſe : in cõperendinatione, nequaquã. Quòd autem vir eruditione ſingulari præditus,qui Verrinarum interpretes ſcribit in eo loco,tamquam in luto adhæſiſſe,duas ſtatuit differentias: de poſteriore, cuum antiquiorem fuiſſe Ampliationem ſcribit (ſi tamen hæc differentia numeranda eſt) facilè adſentior. In priore non poſſum: vbi ampliationem in Iudicum arbitrio tantùm poſitam fuiſſe ſcribit: Comperendinationem,in reorum poſtulatione,& Iudicum poteſtate ſimul: &
G niſi alteruter,aut vterque petiſſet,de comperendinatione iudices cogitaturos non fuiſſe.Locus enim Aſconij, quo ſolo firmamento hæc viri doctiſſimi opinio coniecturáque nititur, longè aliò mea quidem ſententia pertinet.Is autem in Argumento II. Verrinæ eſt,his verbis: Expoſitio conſilij ſui, vt cùm iudicibus deliberatio,videtur inducta: in qua oſtenditur certandum cum Hortenſio aſtutia, non vtendo

horis

horis omnibus ad dicendum: ad tollendam, ſi fieri poſſit, comperendinationem, per teſtes crimina comprobando. Quibus verbis dici hoc ab Aſconio vir doctiſſimus in ſuo libro De legibus exiſtimat: Sperabat Cicero cauſſa patefacta & probata, futurum, vt de tollenda comperendinatione à iudicibus impetraret. fruſtra enim Cicero conatus eſſet tollere. ac ne conatus quidem eſſet, ſi neceſſaria fuiſſet. Verùm, vt antè dixi, aliò pertinere locus Aſconij videtur: nimirum eò, vt illa calliditate & aſtutia Cicero vtens qua eſt vſus, hoc eſt, ſimpliciter teſtibus interrogandis crimina exponens, & perpetuam orationem omittens, Hortenſio defendendi facultatem priore actione adimeret. quod eo ipſo conſilio Ciceronem adſecutum, Pedianus ipſe in extremo eiuſdem Orationis demonſtrat: Quibus rebus, inquit, adeò ſtupefactus Hortenſius dicitur, vt rationem defenſionis omitteret. Et Cicero Verrina tertia: Vereret, ne quem nemo prima actione defendere auſus eſſet, eum ego bis accuſare non poſſem. Item in quinta: Qui teſtes interrogari priore actione nolueris, & iis tacitum os tuum præbere malueris, quamuis & te & patronos tuos ingenioſos eſſe dicito. Item in ſeptima: Quoniam priore actione vt patroni tui dictitant, noua quadam ſapientia, vt omnes intelligunt, conſcientia tua teſtem nullum interrogaſti. Item Aſconius in ſecundæ argumēto: Qua arte ita eſt fatigatus Hortenſius, vt nihil contra, quod diceret, inueniret. Item in media tertia: Aſtutia Ciceronis hæc fuit, vtendo teſtibus, vt nihil reliqui eſſet Hortenſio, niſi vt eos interrogare poſſet. dicendi autem facultatem nullam ei dedit, nihil ipſe dicendo. Satis apertè, opinor, docuimus, adſecutum fuiſſe Ciceronem id quod contendebat, nimirum, vt comperendinatio tolleretur, non legis permiſſu, ſed aſtutia & calliditate. Sublatam autem ideo comperendinationem, quia ſi fuiſſet comperendinatio, ſemel atque iterum defenſus Verres fuiſſet. Nunc autem defenſus non eſt. Itaque poſt perpetuam orationem Ciceronis, & quinque libros pronunciatos, ſemel tantùm defenſus fingitur, quaſi vnica actione tranſactum iudicium ex Cæcilia vel Acilia lege fuiſſet. Hæc & alia complura in Commentariorum editione altera copioſius: cui ne præiudicium adferatur, in meis quidem optatis, in aliorum autem beneuolentia & comitate poſitum eſt.

AMPLIARE hominem, & Primus cœtus, pro Ampliare cauſſam, & Prima actio. Auctor Rhetor. ad Herenn. lib. IIII. Nam quid fuit, Iudices, quare in ſententiis ferendis dubitaueritis, aut iſtum hominem nefarium ampliaueritis? non apertiſſimæ res erant crimini datæ? non omnes hæ teſtibus comprobatæ? non contrà tenuiter, & nugatoriè reſponſum? Hic vos veriti eſtis, ſi primo cœtu condemnaſſetis, ne crudeles exiſtimaremini.

AMPLISSIMI ordinis nomine, Senatorius intelligitur: vtpote omnium ſummus ac digniſſimus. Paullus l. 21. §. 2. D. de legat. & fid. lib. 32. Columnis ædium vel tignis per fideicommiſſum relictis, ea tantummodo ampliſſimus ordo præſtari voluit, &c. idē in l. ampliſſimi, 4. & l. ſeq. C. de excuſ. tut.

AMPLIVS, quam vim habeat, tractatur in l. verbum, 82. de verb. ſign. l. ſi ſeruus, 108. §. ſi ita, de leg. 1. l. ſi pure, 54. de leg. 3.

AMPLIVS non peti, cautio eſt vetuſtè ſic adpellata, pro Non petitum iri. Sic Dari fieri pro Datum & factum iri, Iudicatum ſolui, Rem ratam haberi, pleruMque in Pandect. Plenè autem ita cautio illa concipitur: Non petiturum eum cuius de ea re actio, petitio, perſecutio eſſet: & ratum habituros omnes, ad quos ea res pertineret, l. procurator, 23. D. rem ratam hab. Cicero eleganter in Bruto ea eſt vſus: At verò tibi ego Brute non ſoluam, niſi prius cauero Amplius eo nomine, neminem cuius petitio ſit, petiturum. Vſurpat & in Orat. pro Q. Roſcio: & lib. ad Attic. 1. & Famil. 13.

ΑΝΑΚΡΙΣΙΣ, interrogatio rei, præſertim ſi tormentis quæratur. Marcellus l. 6. D. de cuſt. & exhib. Et ideo cuum quis ἀνάκρισιν faceret, iuberi oportet venire Irenarchen.

ANADEMATA, ἀναδήματα, Paullus inter capitum ornamenta muliebria recenſet in l. 26. D. de aur. arg. item vt Heſychius, qui ſcribit eſſe εἶδος κόσμου ἐπικεφαλῆς. Itaque à Polluce lib. 5. in mundo muliebri ἀναδήματα numerantur.

ANATOCISMVS, ἀνατοκισμός, regeneratio, renouatio. Cicero Epiſt. ad Att. lib. VI. poſuiſſe videtur, pro fructibus vſuræ in ſortem redactæ: non autē ſimpliciter pro vſura vſuræ, vt lib. De vſuris primo docuimus. Latinè autem epiſt. 1. verbum interpretatur: Confeceram, inquit, vt ſoluerent centeſimis ſexennij ductis cum renouatione ſingulorum annorum.

ANCONES, ἀγκῶνες, vaſa ſunt cubitalia, vt origo vocabuli declarat. Eorum Paullus meminit in l. 13. D. de inſt. vel inſt.

ANECLOGISTVS, ἀνεκλόγιστος, rationibus reddendis liber ac ſolutus. Vlpianus l. 5. §. 5. D. de adminiſt. tut. Quidam decedens filiis ſuis dederat tutores: & adiecerat, Eóſque anecologiſtos eſſe volo. Et ait Iulianus, tutores niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, damnari debere: quamuis teſtamento comprehenſum ſit, vt aneclogiſti eſſent. Iidem plerumque dicuntur ἀνυπεύθυνοι.

ΑΝΕΞΕΤΑΣΤΟΣ, rationibus reddendis, ſiue ſubducendis ſolutus. Scæuola l. 23. §. 2. D. de pecu. leg. ὅσους κατέλιπον ἐλευθέρους, καὶ τὰ ληγάτα, αὐτοὺς τούτους βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστους: Quibuſcumque libertatem & legata reliqui, eos ipſos reddendis rationibus ſolutos eſſe volo. Alibi autem ἀνεκλόγιστοι adpellantur, & ab aliis ἀνυπεύθυνοι.

ANGARVS, ἄγγαρος, operarius. Eſt autem vox Perſica, vt ſcribit Heſychius, σημαίνει δὲ καὶ τοὺς βασιλικοὺς γραμματοφόρους: Hos vulgus noſtrum poſtas, quaſi poſitas curſorum ſtationes adpellat. Vnde Angaria, operæ publicè ob negocium aliquod obortum. cui celeriter prouidendum eſt, impoſitæ. Impp. l. 11. C. de ſacroſanc. eccleſ. Neminem ab angariis, vel parangariis, vel plauſtris, vel quolibet munere excuſari præcipimus, &c. Quidam in Pand. Græcis ſic legi teſtantur, ὅτι δὲ ἀγγαρεία μὲν ἡ πάροδος ἡ διὰ τῆς δημοσίας ὁδοῦ τῆς καὶ δρόμον ἐχούσης. ὡς τυχὸν ἐντεῦθεν ἐπὶ τόπον. παραγγαρεία δὲ ἡ διὰ τῆς πλαγίας ὁδοῦ καὶ ὅτι τὸ παλαιὸν ἦν ὁ πλατὺς δρόμος ὁ λεγόμενος διὰ ὀχημάτων. Vt Angaria ſit, qua curſus publicus eſt: Parangaria verò, in obliquū. vnde Rubri. lib. C. XII. De curſu publico, angariis, & parangariis.

ANGELVS Vbaldus, Iuriſconſultus, nobilis, Peruſij natus, Baldi frater, Patauij Ius Ciuile docuit, magnáque de eo volumina ſcripſit. Floruit circiter annum M.CCCC.

ANGVLARIVS, pro angularis, id eſt, quadratus, vel triangulus. Proculus l. 69. D. de contrah. emt. Rutilia Polla emit lacum Sabatenem angularium, & circa eam lacum pedes decem.

ANNIVERSARIA condicio percipiendi redi-

tus, id eſt, annua, vnoquoque anno reuertens, apud Scæuolam l.21.§.6.D.de annu.leg.

Annona, propriè rei frumentariæ: ſed promiſcuè pro quóvis alimentorum genere vſurpatur: vnde lex Iulia de annona, lib. Pandect. 48. Et ſic accipitur, l.1.& l.vlti.D.de mun.& hon.itémque paſſim in Pandect.vſurpatur, & pro certa definitáque cibariorum annuorum ratione: veluti cùm Lampridus ait, Alexandrum dediſſe medicis annonas binas & ternas. Indéque in libris noſtris Annonæ ciuiles adpellatæ ſunt, l.iubemus, 14.C.de ſacroſanct.eccle.l.vn.§ cum autem, C.de rei vxor.act.quæ & panes ciuiles nominantur in l.vlti.§.præterea. C.de iure dot.

Annonæ præterea dicebantur, quas prædiorũ prouincialium domini, conductoréſque tuendi exercitus cauſſa quotannis præbebant. vti patet ex tit.C. de annon.& tribut.vnde intelligitur Annonas in ſpeciebus conſtitiſſe: hoc eſt pane, carne, frumenro, vino, palea &c. Tributa vero in corporibus: hoc eſt equis, iumentis, veſtibus, pecunia.

Annotatio, vide Adnotatio.

Annotatio dici videtur Principis reſcriptũ, ſua manu ſubnotatum, in l.iubemus, 10.C.de ſacroſ. eccleſ.l. vlt.C.de diuerſ.reſcript.vide Adnotari, & Pragmatica.

Annulorum aureorũ ius: vide, Ius annulorũ.

Annus alius dicitur Naturalis, alius Ciuilis: vel ſic:

Annus alius naturaliter numeratur, alius ciuiliter. Naturalirer numerari dicitur, cùm à momento ad momentum ratio ducitur: Ciuiliter, cùm à die ad diem: ſic, vt qui ad extremum anni diem peruenerit, annum abſoluiſſe videatur, l.aunnculus, 132. & l.134. D.de verb.ſignific. Naturalis annus exigitur in nuptiis. Nouel.74.& 100.in pupillis & minoribus, l.vlti. C.quando tut.deſin.l.3.§.minorem, D.de minorib.in præſcriptionibus temporalium actionum, l. 6. de oblig.& act.in Carboniana poſſeſſione: l.1. C.de Carbon. edict.

Ciuilis annus exigitur in teſtamenti factione, l.5.D.de teſtam.in manumiſſione ex l. Ælia Sentia, l. 1.D.de manu.in vſucapione, l.5.& l.7.D.de vſurpat. In lege Papia, l.auunculus, 134. D.de verborum ſignific.

Annus alius dicitur continuus, alius vtilis. Continuus eſt, qui CCCLXV diebus continuis conſtat, l 4. §.Stichus, D.de ſtatulib. Vtilis, qui è totidem diebus, ſed ad agendum vtilibus conſtat: id eſt, quib. experiundi poteſtas eſt: vt Prætor loquitur in l.1.D.quæ in fraud.credit. Sic accipitur in l.ſi cum except.14.§. poſt annum, D. de eo quod met. cau.l.1.D.quan.de pecul.act.l.1.D.quæ in fraud. cred. l. 1. D. de diuerſ. temp.præſcript.

Annus litium. Seruius in illud Æneid.11. Si omnes vno ordine habetis Achiuos Idque audire ſat eſt iamdudum ſumite pœnas. Vno ordine, inquit, id eſt, vno reatu. & eſt de antiqua tractum ſcientia: quia in ordinem dicebantur cauſſæ propter multitudinem vel tumultũ feſtinãtiũ, cùm erat annus litiũ Iuuenalis:

Expectandus erit qui lites inchoët annus.

Annua die, pro Anno: in l.1.D.de dot.præleg.

Annua, bima, trima die, vetus locutio eſt: pro Anno, biẽnio, triennio. Pompon.l.8.§.3. D.de pigner. act. Si annua, bima, trima die triginta ſtipulatus, acceperim pignus, & cetera. Vlpianus l.3.D.de ann.legat.& fid. Si legatum ſit relictum annua, bima, trima die, triginta forte: dena per ſingulos debentur annos. Alfenus l.19.D.de pact.dotal. Aliud eſt ſi pater pro filia dotem promiſit, vt annua bima, trima, quadrima, quinto anno dos à ſe redderetur, &c. Pomponius l.6.§.1.D.de cõtr.emt. Si fundus annua, bima, trima die ea lege veniſſet, vt ſi in diem ſtatutum pecunia ſoluta non eſſet, fundus inemtus foret.

Annua præciſè dicuntur, quæ plenè Annua cibaria: vnde Rubri.lib.33.de annuis legat. Iuuenal. Sũt quæ tortorib. annua præſtent. Seneca lib. De element.1. Maſſiliæ parricidiam continuit: & annuum illi præſtitit, quanrum præſtare integro ſolebat.

Anquirere pecunia & capite veteres dicebãt, pro multam irrogare, vel ad populum ferre de multa vel capite alicuius, vt eam populus aut iubeat, aut antiquet. Liuius libro octauo: Capite anquiſitum ob rem bello malè geſtam de Imperatore nullo, & cetera. Idem lib. XXVI. Cùm Tribunus plebis pecunia anquiſiſſet, tertiò capitis ſe anquirere diceret. Idem libro ſexto: Sunt qui Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores ſunt.

Antapocha, vide Apocha.

Ante diem, vetus eſt locutio, cuius interpretationem nemo adhuc, quod ſciam, expoſuit. nam idem apud veteres ſignificabat, quod ipſo die: quaſi dicerent, Ante diei exitum. nam in die præſtituenda tota dies continetur. Labeo l.inſulam, 58. D.locar. In operis locatione erat dictum, antè quam diem effici deberet &c. Cæſar com. de bello ciuil.1. Polliceri ſe in prouinciam iturum, neque ante quem diem iturus ſit, definire: Id eſt, quo die: vel ante cuius diei exitum. Falſum igitur, quod à quibuſdam traditur, veterem illam loquendi conſuetudinem propriè ad id tempus quod ante ſolis exortum eſſet, pertinere. cùm contrà pertineat non modò ad ſolis occaſum, ſed etiam ad dimidium noctis proximæ. quem ciuilis diei terminum fuiſſe, nemo ignorat.

Antecessorum nomine iuris doctores ac magiſtros intelligi, perſpicuum eſt ex locis innumeris. Itaque Heſychius, ἀντικίνσωρ, inquit, ὁ τὺς νόμυς μυσταθικῶς. Iuſtinianus in conſtit. cuius initium eſt, Omnẽ, & in ea quæ eſt De compoſit.dig. Theophilum & Dorotheum iuriſperitos & facundiſſimos Anteceſſores cuum adpellaſſet, poſtea dicit, illum Conſtantinopoli, hunc Beryti iuris profeſſorem fuiſſe. vt appareat eos, quos Græci ἐξηγητὰς, interdum προηγητὰς adpellant, id eſt, interpretes, magiſtros, præceptores, ea ætate Anteceſſores ab antecedendo, item vt illos à prę eundo dictos eſſe. Suidas etiam ἐξηγητὰς iuris legúmque Doctores interpretatur. Iuſtinianus in d.l.omnem, Quatenus, inquit, tam prudentia veſtra, quàm ceteri anteceſſores qui eandem artem in omne æuum exercere maluerint, & cetera.

Antecessor, prior magiſtratus, cui alter ſuccedit: qui alibi Deceſſor dicitur. Cicero, ſemper Prior. Paullus l.55.D. de iudic. Edictum quod ab anteceſſore datum eſt, in numero trium edictorum connumerari debet. planè licet omnis ab anteceſſore numerus finitus ſit, ſolet ſucceſſor vnum edictum dare.

Antestari quid ſit, demonſtrat Acron his verbis in Serm.Horat.libro primo, Sat. IX. Denunciantes litem anteſtatos habebant, quibus præſentibus conueniebat, ita vt aurem illis tertiò vellerent. Solebant enim teſtium aures tenere, & ita dicere: Memento quòd tu mihi in illa cauſſa teſtis eris, quod eſt Anteſtari. Aliter, Olim qui anteſtabantur, auriculam contingebant. Ideóque Poëta ait, Libenter auriculam obtuli. Tangens autem auriculam his verbis loquebatur, Licet anteſtari? ſi ille reſpondiſſet, licet:

licet: iniectione manus aduerſarium ſuum in iudicium trahebat. quòd ſi anteſtatus non eſſet, & manum inieciſſet, iniuriæ reus conſtitui poterat. Plautus in Perſa, Leno ad Satyrionem paraſitum, Nónne anteſtatis? & paraſitus, Tuâne ego cauſſa carnifex Cuiquã mortali libero aures adteram? Aliter: Anteſtari, id eſt, teſte vti, ꝙ iudicij cauſſà volo manũ iniicere nam hæc erat conſuetudo, ſi quis vadato non paruiſſet, ei aduerſarius aliquem de præſentibus anteſtabatur, id eſt, tangebat eius aurem, & dicebat, Licétne anteſtari? ſi reſpondiſſet ille, licet: tunc iniiciebat vádatus manum in eum qui non paruiſſet, & ducebat in iudicium: aliter ſi inieciſſet manum, iniuriarum poterat accuſari. Hæc Acron, & Porphyrio ferè in eandem ſententiam. Horatius eo loco,

--Et quo tu turpiſſime? magna
Exclamat voce, & licet anteſtari? ego verò
Oppono auriculam, rapit in ius.

Plautus in Curcul.

Licet anteſtari? M. non licet.
Ph. Iupiter te malè diſperdat miles, inteſtatus viuito.

ANTIADES, ἀντιάδες, tumores in extremis faucibus ex inflammatione nati. Vlpian. l. 14. §. 4. D. de Ædil. edict. Si quis ἀντιάδας habeat, an redhiberi quaſi vicioſus poſſit, quæritur. & ſi ἀντιάδες hæ ſunt, quas exiſtimo, id eſt inueteratas: & qui iam diſcuti non poſſunt faucium tumores: qui ἀντιάδας habet vicioſus eſt. Cornelius Cel. eas Tonſillas vocat, lib. 6. cap. 10.

ANTICHRESIS, ἀντίχρησις, mutuus vſus, vt verbi notatio declarat. Sic enim is contractus dicitur, quo pignus ita datur, vt quoad debitor ſatisfaciat, eo creditor vſuræ nomine vtatur fruatur. Marcianus l. ſi pecuniam, 33. de pignerat. act. Si pecuniam debitor ſoluerit, poteſt pigneratitia actione vti ad recuperandam ἀντίχρησιν. nam cuum pignus ſit, hoc verbo poterit vti. Idem l. ſi is qui bona, 11. §. 1. D. de pignor. Si ἀντίχρησις facta ſit, & in fundum aut in ædes aliquis inducatur, eouſque retinet poſſeſſionem pignoris loco, donec illi pecunia ſoluatur. Huiuſce contractus exempla exſtant apud Papin. l. 1. §. pacto, D. de pignorib. Modeſtinum in l. 39. de pig. act. Paullum l. 9. §. vltim. D. de ſupell. leg. Impp. l. ſi ea lege, 17. l. ſi ea pactione, 14. C. de vſur. in Nouell. 32. 33 34. 130. Vide quæ diximus in lib. De vſuris.

Ἀντίδωρα, mutua dona, remunerationes. Vlpian. l. 25. §. 8. D. de hered. petit. Nec ſi donauerint, locupletiores facti videbuntur: quamuis ad remunerandum ſibi aliquem naturaliter obligauerunt. planè ſi ἀντίδωρα acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos quatenus acceperunt. velut genus quoddam hoc eſſet permutationis.

ANTINOMIA, pugnantia legum contrariè ſcriptarum. Imp. de concep. dign. §. 6. Nulla itaque in omnibus prædicti codicis membris antinomia (ſic enim à vetuſtate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem ſibi vindicet locum: ſed ſit vna concordia, vna conſequentia aduerſario nomine conſtituto.

ANTIPHERNA, ἀντίφερνα iuncto ex ἀντὶ & φερνῆ nomine, dicuntur ea quæ maritus conſtãte matrimonio vxori ſuæ quaſi remunerandæ dotis cauſſà largitur. Iuſtin. l. vlt. C. de donat. ante nupt. Ita & in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alij, debet eſſe aperta licentia & conſtante matrimonio

A talem donationem facere: quia quaſi ἀντίφερνα hæc poſſunt intelligi, & non ſimplex donatio.

ANTIQVARE, verbum ſollemne, quo populus R. vtebatur, cùm ſignificabat ſe legem quæ ferebatur, non recipere. itaque Feſtus lib. 1. Antiquare, inquit, eſt in morem priſtinum reducere. Cicero lib. De legib. III: Vos item, vt video, legem antiquaſtis ſine tabella. Liuius lib. IIII: Profertur tempus ferendæ legis: quã, ſi ſubiecta inuidiæ eſſet, antiquari apparebat.

B ANTIQVIOR, potior, carior, Paullus l. 19. §. 4. D. de cap. & poſtl. Quia diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentib. Romanis, quàm caritas liberorũ. Cicero: Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quàm regnum & poſſeſſiones ſuas.

APICES iuris, ius ſummum, ſubtilis & ſpinoſa diſputatio, in qua æqui & boni ratio nõ habetur, ſed res ad viuum reſecatur. Vlp. l. 29. §. 3. D. mand. De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus iuris diſputare: ſed de hoc tantùm, debitor fuerit,
C nécne.

APISCI, pro Adipiſci. Vlp. l. 40. D. de donat. int. vir. Quod apiſcendæ dignitatis gratia ab vxore in maritum collatum eſt, &c. Vlp. l. 25. §. 3. D. de hered. petit. Quòd ſi ab initio quidem iuſtam cauſſam habuit apiſcendæ poſſeſſionis. Paullus l. 1. § 2. D. de adqui. & amitt. poſſ. Apiſcimur autem poſſeſſionem per noſmetipſos. & l. 3. Et apiſcimur poſſeſſionem corpore & animo. Hermogenianus l. 15. D. de. Carb. edic. Hæc bonorum poſſeſſio, ſi ſatiſdatum ſit, non tan-
D tùm ad poſſeſſionem apiſcendam; ſed ad res etiam perſequendas prodeſt.

Ἀποκήρυξις abdicatio. Imp. l. 6. C. de pat. pot. Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos vſurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur. Hinc ἀποκήρυκτος, ὁ ἐπὶ ἁμαρτημάτων ἐκπεσὼν πατρῴας τῆς οἰκίας: id eſt, qui ob peccata è patris familia eiectus eſt. Suidas καὶ ἀποκηρύττοντες ἀντὶ τοῦ πιπράσκοντες. οὕτω Δημοσθένης καὶ Πλάτων, οἱ δὲ φασι διαφέρειν ἐκποίητον ἀποκηρύκτου. ὅτι ὁ μὲν ἀποκήρυ-
E κτος, ἐπὶ κολάσει ἐκβάλλεται. ὁ δὲ ἐκποίητος ὑπὸ τοῦ φύσει πατρὸς εἰς ἕτερον οἶκον δίδοται προθέσει. vide Abdicatio.

APOCHA, ἀποχή, παρὰ τὸ ἀπέχειν, id eſt recipere: acceptilatio, ſcriptura qua nos debitam pecuniam recepiſſe teſtamur. Vlpian. l. 19. §. primo, D. de accept. Inter acceptilationem & apocham hoc intereſt, quòd acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit: apocha non aliàs, quàm ſi pecunia ſoluta ſit. Vel ſic:

F APOCHA eſt cautio, in qua creditor ſe pecuniam à debitore accepiſſe teſtatur, l. plures, 18. C. de fide inſtru. l. vlti. §. 2. D. d. condict. indeb. l. 27. in fi. D. de furt. Antapocha verò, qua debitor ſe pecuniam debitam creditori perſoluiſſe teſtatur: quod in penſionibus annuis in quibus præſcriptionis obiectio timetur, fieri Imp. ſuadet in d. l. 18. C. de fide inſtr. vbi Antapocha definitur exemplar (exemplum dicendum fuit. id eſt deſcriptio) apochæ cũ ſubſcriptione debitoris, creditori datum. Si voluerit, inquit, is qui apocham
G conſcripſit, id eſt creditor: vel exemplar cum ſubſcriptione eius qui apochã ſuſcepit, ab eo accipere: omnis ei licentia hoc facere concedatur, neceſſitate imponenda apochæ ſuſceptori antapocham reddere. Verba autẽ hæc VEL ANTAPOCHAM ſuſcipere, quæ vulgo interpoſita ſunt, rectè complures docti viri auctoritate manu ſcriptorum codicum, & Iacobi gloſſographi, cuius Accurſius meminit, abiudicant.

Apocrisiarii, ἀποκρισιάριοι, propriè Reſponſales, dici poſſunt. Interdum hoc nomine adpellantur, qui in aula Imperatoris eccleſiarum cuiuſque diœceſis negocia gerebant, quaſi earum legati. Vnde in Nouell. vi. quomodo oport. ex §. κἀκεῖνο γε μὴν, Iuſtinianus ſcribit: διὰ τῶν τὰ πράγματα πραττόντων τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ὡς ἀποκρισιαρίους καλοῦσιν. Eodem nomine adpellantur Nouell. xxv. qui vice magiſtri militum præſentalium reſponſa militibus dabant: vnde Adreſponſum dicuntur: ἐχέτω δὲ ἀριστοτον, ἤτοι ἀποκρισιαρίους πρὸς τὴν στρατιωτικὴν ἐνωμοσίαν. Rurſus Nouel. cxxiii. §. κατ᾽ οὐδένα, 57. Monialium apocriſiarius dici videtur, qui earum negocia procurat, qui vetatur in earum cœnobio habitare. & rurſus §. προνοεῖν, 65. vt ſi monachi aut monachæ negocij aliquid foris habeant, ne tamen per vrbem curſitent: ἀλλ᾽ εἴτινα ἀναγκαίαν ἀπόκρισιν ἔχοιεν, διὰ τῶν ἰδίων ἀποκρισιαρίων ταύτην πράττοιεν. Plura multo de iiſdem præſcribit Nouell. cxxxiii. de monach.

Ἀπόφασις, ſententia, dictum, reſponſio. Vlpian. l. 1. §. 1. D. de adpell. ὑπάρξῃ τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν: Liceat iis, qui volent, aduerſus reſponſum adpellare. Loquitur de reſcripto principis, qui ab iudice quopiam de aliquo negocio conſultus reſponderat. Apud Dialecticos autem plerumque pro Negatione ponitur.

Apostoli, qui & literæ dimiſſoriæ dicuntur, inquit Martianus, libelli erant, qui ab eo à quo adpellatum erat ad eum qui de adpellatione cogniturus erat, reſtandæ adpellationis cauſſa dabantur, l. 1. D. de libell. dimiſſ. ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν, quod mittere ſignificat, l. dimiſſoriæ, 106. de verb. ſignif.

Apotheca, ἀποθήκη, cella, locus rebus quibuſuis ad tempus condendis idoneus. Vlpian. l. 12. §. 16. D. de inſtr. vel inſt. Inſtructo autem fundo, & bibliothecam, & libros qui illic erant, vt quoties veniret, vteretur, contineri conſtat. ſed ſi quaſi apotheca librorum vtebatur, contrà erit dicendum: id eſt, locum vbi temporis cauſſa libros reponebat. Vlp. in l. 21. §. 6. D. de furt. & l. 5. §. 3. D. de his qui deiec. vel effud. pro loco vbi vinum eſt temporis cauſſa repoſitum, vſurpat. item vt illa l. 12. §. 15. de inſt. vel inſt. Vina quoque, inquit, ſi qua ibi fuerint vſus ipſius cauſſa, continentur. ſed ſi qua eò congeſſerat, non vſus ſui cauſſa, ſed cuſtodiæ gratia, non continebuntur. vina etiam quæ in apothecis ſunt, non cedent. Et l. 11. §. 3. D. locat.

Appanagium, Francicum vocabulum, pro ea parte bonorum, quæ Regis Franci liberis natu minoribus concedi ſolet: poſtquam natu maximus regnum patre mortuo adeptus eſt. Eius autem ius & condicio hæc eſt, vt directum dominium Rex in ea parte retineat: &, ſi poſteri virilis ſexus deficiant, ad regem redeant. Paullus Æmilius hiſtoricus, inſtitutum iſtud refert ad Regum noſtrorum expeditiones Hieroſolymitanas. non multò concinniùs, quàm quòd pragmatici noſtri, Andrea Tiraquello teſte, verbi originem à pane quotidiano deducunt. Verbum enim, vt dixi, plane Francicum eſt: Abbannen, forbannen, ausbannen, Germani hodie quoque pro excludere, & remouere, vſurpant. quorũ hoc vicium eſſe, vt B. & P. promiſcuè pronunciẽt, nemo ignorat. Ergo regni portio quæ reliquis liberis quaſi excluſionis nomine dabatur, abbannagiũ ſiue appannagiũ dictum eſt: quaſi quis partem excluſoriam dicat. Sed hac de re copioſè diximus in Francogallia noſtra &

A in Comment. De Feud.

Apparitores (de quibus mentio fit in l. 3. D. de ſer. fugit. l. vlt. §. vlt. D. quod met. cau.) verbum generale eſt, eóque omnes qui magiſtratui apparere ſolent, eiúſque imperio præſtò eſſe, intelliguntur: veluti ſcribæ, accenſi, interpretes, lictores, viatores, præcones. vt in Verrina iii. explicauimus. Apparitores ex eo nomen inueniſſe quòd magiſtratui apparerent, Ciceronis verba in Cluentiana declarant: Quid ſibi

B autem illi ſcribæ, qui lictores, quid ceteri quos apparere huic quæſtioni video, volunt? Hinc,

Apparitio, pro Apparitoribus. Vlp. l. 23. §. 3. D. quod met. cauſ. Per vim apparitione Præſidis interueniente.

Appellare dicitur inferior ſuperiorem, cuum ad eum, vt alloquatur, accedit. Vlpian. ex Præt. edicto in l. 1. D. ex quib. cauſ. maior. cvvm ve magistratvs de ea re adpellatvs esset. Et Aſconius in illum Verrinæ iii. locum,

C vbi Verres heredem quendam hominem priuatum adpellaſſe dicitur: adpellat, inquit, iniurioſum verbum in perſona Prætoris. adpellatio enim eſt inferioris ad potiorem. Hinc,

Appellare, verbum iuris, cùm is qui à magiſtratu aliquo iniuriam paſſus eſt, vel parem vel ſuperiorem magiſtratum adit, & vt illud decretum, reſcindat, petit. veluti cùm Prætor contra Prætoris, aut Conſul contra Conſulis, aut Cenſor contra Cenſoris, aut Tribunupl. contra cuiuſuis magiſtratus de-

D cretum adpellatur. Hinc adpellare, ab inferioris iudicis ſententia ad ſuperiorem prouocare. Vlp. l. 1. D. de adpel. Adpellandi vſus quàm ſit frequens, quámque neceſſarius, nemo eſt qui neſciat: quippe cùm iniquitatem iudicantium, vel imperitiam re corrigat, licet nonnumquam bene latas ſententias, &c.

Appellare debitorem, eleganter & propriè pro eo quod crebrius dicitur interpellare, id eſt, ab eo id quod debet repoſcere. Iulianus l. 16. in fi. D. de fideiuſſ. Veriſimile eſt id actum, vt cuum adpellatus

E reus non ſoluiſſet, fideiuſſor teneretur. ſed etſi reus antequam adpellaretur, deceſſiſſet, fideiuſſor obligatus non erit. In eandem ſententiam illud eſt Columellæ lib. 1. cap. vii. Vel optima nomina non adpellando fieri mala. fœnerator Alfius dixiſſe fertur. Vulgus, non ſollicitando.

Appellare, inquit Vlp. eſt blanda oratione alterius pudicitiam adtentare. & paulo pòſt, Aliud eſt adpellare, aliud adſectari. Adpellat enim qui ſermone pudicitiam adtentat: adſectatur, qui tacitus

F frequenter ſequitur. adſidua enim frequentia quaſi præbet nonnullam infamiam, l. 15. §. 17. D. de iniur. Valerius lib. 6. cap. 1. Cui Cominius Tribunus pl. diem apud populum dixit, quòd Cornicularium ſuum ſtupri cauſſa adpellaſſet.

Applicationis ius fuiſſe videtur, vt qui peregrinus ſeſe in ciuis alicuius Romani quaſi patroni fidem & clientelam ita dedidiſſet, ſi is inteſtatò mortuus eſſet, eius hereditatem patronus obtineret. Cicero lib. De orat. 1. Quid, quod in Centumuirali iudi-

G cio certatum eſſe accepimus? qui Romam in exiliũ veniſſet, cui Romæ exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem quaſi patronum adplicuiſſet, inteſtatóque eſſet mortuus, nónne in ea cauſſa ius adplicationis, obſcurum ſanè & ignotum, patefactum in iudicio, atque illuſtratum eſt à patrono?

Apvd te, vide Peneste.

Apvd aliquem obligari, pro Alicui obligari. Iulianus l.

lianus l.16.D.de fideiuſſ. Fideiuſſor obligari non poteſt ei, apud quem reus promittẽdi obligatus non eſt.

Aqva diurna eſt, quæ interdiu ducitur: Nocturna, quæ noctu, l. ſi prius, 17. D. de aq. & aquæ pl. l. ſi communem, 10. D. ſi ſeruit. amitt.

Aqva perennis, dicitur quę perpetuò fluit, neque vnquam areſcit, l.1. §. loquitur, D. de aq. quotid.

Aqvæ ſalientes dicuntur, quæ ex fiſtulis erumpunt, & supernè deſiliunt, l.2. D. de ſuppell. leg. l. impenſæ, 79. D. de verb. ſignific.

Aqva pluuia, eſt quæ de cælo veniens creſcit imbri. Eius nocentis duæ ſunt formæ, alia loci vicio, alia manu nocens: ait Cicero in Top. Vel ſic:

Aqvam pluuiam dicimus, inquit Vlpianus, quæ de cælo cadit, atque imbre excreſcit. ſiue per ſe hæc aqua cæleſtis noceat, vt Tubero ait: ſiue cum alia mixta ſit, l. 1. §. 1. D. de aq. & aq. plu. Huic opponitur aqua iuris. Salluſt. in Iugurth. Apud Thalam, non longè à mœnibus aliquot fontes erant, & Capſenſes vna modo, atque ea intra oppidum, iugi aqua, cetera aqua vtebantur.

Aqva profluens ſeparatur à Flumine, §. & quidem, de rer. diuiſ. videtúrque tantùm à Flumine differre, quantum pars à toto. Flumen enim eſt, quod integrum fluminis vſum præbet: veluti nauigandi, piſcandi, lauandi. Aqua profluens eſt, pars eius quantumuis tenuis, quæ non integrum fluminis vſum præſtat, ſed potandi & abluendi tantúm. Eum denique quem aqua non profluens præſtare poſſet: vt ſtagni aut putei. Ex quibus intelligi debet, aquam profluentem nihil aliud eſſe, quàm aquam fluminis. Cicer. de Offic. 1. Ex quo ſunt illa communia, Non prohibere aquam profluentem: pati ignem ab igne capere. Vbi tamen Aqua profluẽte legendũ putarem.

Aqva quotidiana ab æſtiua, inquit Vlpian. vſu differt, non iure. Quotidiana ea eſt, quæ duci aſſiduè ſolet, vel æſtiuo tempore vel hyberno, etiamſi aliquando ducta non eſt. ea quoque dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſſione temporis diuiſa eſt. Æſtiua autem ea eſt, qua æſtate ſola vti expedit: ſicut dicimus veſtimenta æſtiua, ſaltus æſtiuos, caſtra æſtiua, quibus interdum etiam hyeme, plerumque autem æſtate vtamur, l. 1. §. 1. D. de aqua quotid. & æſti. Vel ſic:

Aqva quotidiana eſt, quæ cuum aſſiduè duci poteſt, tum vt aſſiduè ducatur, comparatur: Æſtiua verò, quæ cuum æſtate duci poteſt, tum vt eo tantùm ducatur tempore, comparatur: vti patet ex l. 1. D. de aqua quot.

Aqvagivm eſt, inquit Feſtus, quaſi aquę agium, id eſt aquę ductus. Pomp. l.3. §.5. D. de aq. quot. Dummodo ne fundum domino, aut aquagium riualib. deterius faciat. Iauolen. l.9. D. quemadm. ſeruit. amitt. Aqua ſi in partem aquagij influxit, etiam ſi non ad vltima, &c. Pompon. l.15. D. de ſeruit. ruſt. Et quod vellet, in riuo facere liceret, dum ne domino prædij aquagium deterius faceret.

Aqvarii ſerui dici videntur in l. quæſitum, 12. §.22. D. de inſtru. & inſt. leg. qui aquarum cuſtodes & hydrophylaces adpellantur in l. decernimus, 10. C. de adq. duc. lib. x.

Aqvædvctvs eſt ius aquam ducẽdi per fundum alienum, l.1. D. de ſer. præd. ruſt. l. 1. §. hoc interdictum, D. de riuis.

Aqvilices, qui aquæ eliciẽdæ ſunt artifices: apud Tarrũtenum l. vlt. D. de iur. immun. de quib. vide Vitruuium lib. 8. cap. 1. & Plin. lib. 26. cap. 6.

A Aqviminale, Paullus apertè pro vaſe aquario vſurpat in l.3. in princip. D. de ſupel. leg. & paulo pòſt: Nam & pelues argenteas, & aquiminalia argentea, & menſas, &c.

Aqviminarivm, non potorium, ſed eſcarium vas fuiſſe, Pomponius in l. 21. § 2. D. de aur. arg. leg. ſic tradit: Sed de aquiminario Caſſius ait, cuum alteri argentum potorium, alteri eſcarium legatum eſſet, eſcario cedere. Item Vlpianus l. 29. §. 5. eiuſd.
B tit. Si cui eſcarium argentum legatum ſit, id ſolum debebitur, quod ad epulandum in miniſterio habuit id eſt, ad eſum & potum. vnde de aquiminario dubitatum eſt: & puto contineri. nam & hoc propter eſcam paratur.

Aratrvm inducere, moris fuit Romanis cuum vrbem aliquam euertiſſent, vt eam funditùs delerent. Modeſtinus l.21. D. quib. mod. vſuf. Si vſuſfructus ciuitati legetur, & aratrum in ea inducatur; ciuitas eſſe deſinit: vt paſſa eſt Carthago. ideóque quaſi mortę
C deſinit habere vſumfructum. Horat. lib.1. Carm.

Iræ altis vrbibus vltimæ ſtetere cauſſæ cur perirent
Funditùs, imprimerétque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens:

Cicero Philip.11. Caſilinum coloniam deduxiſti, quò erat paucis annis antè deducta, vt vexillum videres, & aratrum circumduceres.

Arbiter vetuſtè dicebatur pro teſtè. vnde illud, Remoris arbitris, pro ſine reſte, & in ſolitudine. Po-
D ſtea dictus Arbiter, quiuis tertius, qui extra iudicium ad duorum controuerſiam explicandam adhibetur. Sunt autem eorum duo genera. nam alij ad ſummam controuerſiam diſceptandam ſic adhibentur, vt abſoluendi & condemnandi poteſtatem habeant: qui vulgò Recepti, & Compromiſſarij adpellantur: de quibus mox dicemus. alij verò ad incidens aliquod & aduentitium negocium explicandum dantur, qui neque abſoluendi neque damnandi ius habent. de quibus in l. cum fideicommiſſum, 7. D. de confeſſ. ta-
E lis eſt is qui in Falcidiæ controuerſia ad defuncti bonorum quantitatem æſtimandam & conſtituendam datur. de quo in l.1. §. cùm dicitur, D. Si cui plus quàm per leg. item qui in ſatiſdationibus ad fideiuſſores probandos adhibetur: de quo in l. arbitro, D. qui ſatiſd. cog. Arbiter autem compromiſſarius dicitur ciuis Rom. ex compromiſſo à litigatoribus ſumtus, cui Prætor diſceptandæ arbitrio ſuo controuerſiæ poteſtatem dedit: hiſque tribus potiſſimùm à Iudice diſcrepat: quòd Iudex priuatus eſſe debet, Arbiter etiam
F cum Imperio eſſe poteſt, l.2. & l.3. D. de arbit. Illi propter Prætoris Imperium, huic propter compromiſſum parendum eſt. Ille ex formulæ prætoriæ præſcripto: hic ex arbitrio ſuo ſententiam pronunciat. Hinc illud Ariſtot. libr. Rhetor.1. ὁ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ, ὁ δὲ δικαστὴς τὸν νόμον. καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη, ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ. Arbiter, inquit, æquitatem ſpectat: Iudex verò legem. & idcirco Arbiter repertus eſt, vt æquitas valeret. Plura vide infrà, ſub verbo, Iudex.

G Arbiter, inquit Feſtus, dicitur iudex, quòd totius rei habeat arbitrium & facultatem.

Arbitrorvm genera ſunt duo: vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum: parẽre debeamus. quod obſeruatur, cuum ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt. alterum eiuſmodi, vt ad boni viri arbitrium redigi debeat: etſi nominatim perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat. veluti cuum lege

locationis comprehenſum eſt, vt opus arbitrio locatoris fiat, l.76.& l. 77. D. pro ſocio.

Arbitrari, ſtatuere, iudicare. veluti Arbitrari inſcitum, pronunciare inſcitum atque imperitum. Plaut. Merc.

Annos natus ſexaginta qui erit, ſi quem ſcribimus.
Seu maritum, ſiue hercle adeò cœlibem ſcortarier,
Cum eo nos hic lege agemus: inſcitum arbitrabimur:
Et per nos quidem hercle egebit, qui ſuum prodegerit.
Neu quiſquam poſthac prohibeto adoleſcentem filiũ,
Quin amet & ſcortum ducat, quod bono fiat modo.
Si prohibuerit, plus perdet clàm, quàm ſi nõ prohibuerit.
Hac adeò vt ex hac nocte primùm lex teneat ſenes.

Arbitra'ri in patiendi ſignificatione, pro æſtimari. Vlp. l.12.§.3.D. de relig. Sumtus funeris arbitrantur pro facultatibus vel dignitate defuncti.

Arbitrariæ actiones, Vide Actiones bonæ fidei.

Arbitrarivm, inquit Feſtus cuum adhuc res apud arbitrum geritur.

Arbitratv boni viri, vide Boni viri arbitratu.

Arbitrivm, inquit Feſtus, dicitur ſententia quæ ab arbitro ſtatuitur.

Arbitrivm recepiſſe videtur, qui iudicis partes ſuſcepit, finémque ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturũ pollicetur, l.13.§.2.D. de recept. qui arb.

Arbitrivm præter communem ſignificatio- animaduerti vſurpari ſolitum in funeribus pro mercede Libitinariorum, veſpillonum, pollinctorum: eorum denique omnium qui funera curabãt. Cicero in Piſoniana: Eodem & loci veſtigio & temporis, arbitria non mei ſolùm, ſed patriæ funeris abſtuliſti. Et pro domo: Videre prætextatos inimicos, nondũ morte complorata arbitria petentes funeris. Et poſt reditum in ſenatu: Nondum palàm factum erat concidiſſe Rempub. cùm tibi arbitria funeris ſoluebantur.

Arcarivs ſeruus, dicitur cui arcę in qua domimini pecunia condita eſt, procuratio commiſſa eſt. idem qui Actor, aut Diſpenſator. Scæuola l. 41.§. vlt. D. de fid. libert. Stichus arcarius probante domino nomina fecit, & rationes à Domino ſcriptas exhibet, nec poſtea nomẽ vllum fecit Scriptas accipe, ſubſcriptas & ſubſignatas: vt apud Paullum l.126.§.2. D. de verb. oblig.

Arcabii præfectorum dicuntur ſub Rub. C. de ſuſceptorib. & arcar. quibus eorum quæ in arcam præfecti prætorio inferuntur recipiendorum cura commiſſa eſt. nam in prouinciis alia in fiſci rationes, alia in arcam præfecti præt. inferebantur: eorúmque ita ſeparata & diſcreta erat procuratio, l. vt nihil inter ſe commune haberent, l. duos tabellarios, 13. C. eod. l.3. C. de can. largit. tit.

Archiatri, medicorum principes, artis ſuæ peritiſſimi, qui in Cæſaris comitatu medicinã exercent, l.6. C. de profeſ. & med. l. 2. C. quibus nõ obiic. lõg. tẽp. & ſub rub. C. de comitib. & arch. ſacr. palat.

Archiepiscopi, vide infrà, Metropolitani.

Archimandritæ dicuntur cœnobiorum præfecti, l.4. C. de ſumm. trinit.

Archimimvs, ἀρχίμιμος, mimorum, id eſt eorum hiſtrionum qui alienos geſtus imitando deridẽt, princeps. Iulianus l.25. D. de ope. lib. Nam ſi quis pãtomimum, vel archimimum libertum habeat, & eius mediocris, &c.

Archigerontes in l.5. C. de epiſ. And. Alciatus interpretatur qui procurãt negocia aulæ princi-
A palis. legémque ita reſtituit, Archigerontes diœcetæque ἐργασίας ταμείων, non niſi Chriſtiani dirigantur: id eſt, qui quæ ad victum principis palatinorúmque pertinent, coëmunt. Hæc ille. numquam autem ἀρχιγέροντες pro ea re vſurpari audiui. Suſpicater igitur, leuiſſima mutatione adhibita, locum ſic corrigendum: Archigerontes & diœcetæ ergaſticorum, non niſi Chriſtiani, &c. Eſt autem ἀρχιγειτῶν ab ἀρχιγειτόω deducto verbo, qui principatum tenet, fa-
B brorum ſcilicet, vt in opificiis publicis & regiis: qui & Ἀρχιτέκτων adpellatur. Nam Ergaſticos meo judicio nominat operas, quæ in publicis operibus conductæ ab aliquo quaſi principe & magiſtro gubernantur. ἀρχιγέροντες verò ſeniorum principes declarat, quod verbum ad huiuſce legis ſententiam quemadmodum adcommodari debeat, non diſpicio.

Archigvbernvs, ex ἀρχὸς & κυβερνήτης iuncto nomine, princeps gubernator, omnium gubernatorum primus. Iauolenus l. 46. D. ad S.C. Trebell. Seius Sa-
C turninus archigubernus, teſtamento reliquit heredem Valerium Maximum trierarchum.

Archivm, ἀρχεῖον propriè domus principis. Hinc factum, vt tabularium, ſiue cella in qua inſtrumenta publica, quaſi in Principis cuſtodia, reconduntur, Archium adpelletur. Vlpian. l.9.§.1.D. de pœnis: Solet & ſic, ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archio forte vel gramatophylacio. Sic apud Iuſtin. Nouell. xv. & Nouell. LXXIIII. ἀποτιθέσθω χάρτην ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀρχείοις:
D τουτέστιν, ἐν τῷ ἱερῷ κειμηλιοφυλακίῳ. Hinc,

Archiotæ, qui archiorum cuſtodes ſunt: in l. vlt. §. hi quoque, de mun. & hon.

Archontes, ἄρχοντες, annui magiſtratus apud Athenienſes: quorum ex nominibus, item vt Romæ ex Conſulum, anni numerabantur. Cic. lib. de Fato Græcum nomen renuit: Morietur Epicurus, cuum duo & ſeptuaginta annos vixerit, archonte Pitharato. Plinius tamen magiſtratum Latinè dixit lib. 33. Nonaginta annis ante Praxibulum Athenienſium
E magiſtratum. Hadrianus autem pro quouis magiſtratu poſuit in l. 48. D. de iud. τοὺς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσι ἐνιαυτῷ, μήτε εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων. Magiſtratus quo anno magiſtratum gerunt, neque propriam agere cauſſam, ſiue agendo ſiue defendendo, &c. Ergo τοὺς ἄρχοντας dixit pro ἐν ἀρχῇ γενομένους.

Area, inquit Varro, vbi frumenta ſecta terantur, & areſcant. propter horum ſimilitudinem loca in vrbe pura, Areæ. Itaque Florentinus in l. fundi, 211. D.
F de verb. ſign. Area, inquit, in vrbe dicitur locus ſine ædificio. Plerumque autem pro ſolo, in quo ædes poſitæ ſunt, vſurpatur: qua de cauſſa Ædificij pars eſſe dicitur in l. ſeruitutes, 20.§.2. D. de ſeruit. vrb. & in l. qui res, 98. §. vlt. D. de ſolut. vbi Paullus ait, Aream eſſe inſulæ partem, & quidem maximam: cui etiam ſuperficies cedit.

Arena, pro loco vbi certamina præbebantur, qui ſpargi arena ſolebat. Vlpianus, l. 4. D. de accuſat. Sed & calumnia notatis ius accuſandi ademtũ eſt, itẽ his
G qui cum beſtiis depugnandi cauſſa in arenam intromiſſi ſunt. Tryphon. l. vlt. D. de fugit. Si in arenã fugitiuus ſeruus ſe dederit, ne iſto quidẽ periculo diſcriminis vitæ tantùm ſibi irrogato, &c. Hinc Arenarius, qui in arenam certandi cauſſa deſcendit. Calliſtratus l.38. D. de op. lib. Nec arenarius manumiſſus tales operas patrono præſtare debet: quia iſtæ ſine periculo vitæ præſtari non poſſunt. Hine,

ARENARIVS, qui in arena publicè pugnauit. Arcadius l.21.§.2. D. de teſtib. Si ea rei condicio ſit, vbi arenarium teſtem vel ſimilem perſonam admittere cogimur, &c. Item in l.1.C.de natural.lib.

ARGENTARII, ciues Romani, qui tum Romæ, tū in prouinciis rei numariȩ negociationē exercebāt: vnde & Numularij & Mēſarij nominātur. nā ad eos duabus de cauſſis pecuniæ deferebantur, quemadmodum ex Vlpiano intelligimus in l.24.§.2 D.de reb. auct.iud. aut enim deponebantur ſine fœnore, propter fidem publicam dumtaxat: id eſt, vt tutiore loco quàm priuatis in ædibus adſeruarentur. nam in æde Caſtoris recondebantur. Plautus in Curcul.

Sub veteribus ibi ſunt, qui dant, quíque accipiunt fœnore.

Pone ædem Caſtoris ibi ſunt, quibus credas malè.

Iuuenalis.

Quanto capitis diſcrimine conſtant
Incrementa domus, ærata multis in arca
Numus, & ad vigilem ponendi Caſtora numi.

Aut ſub vſuris ipſis pecuniȩ credebātur: quas deinde fœnori collocabant. Hinc Argentariorum rationem Donatus Terentij interpres ſignificans: Tunc, inquit, in foro & de menſæ ſcriptura, magis quàm ex arca domóque, vel ciſta pecunia numerabatur. De qua conſuetudine cuum Syngrapham interpretabimur, dicendi erit locus. Hinc conſtat quamobrem Vlp. l.10.D.de edendo, ſcribat, Argentariorum officium atque miniſterium publicam habere cauſſam: & hanc principalem eorum operam eſſe, vt actus ſui rationes diligenter conficiant: & l. 4. Argenrarios ſingulorum rationes conficere. Hos verò tabernas circum forum habuiſſe cōſtat. vnde Circūforaneum æs Cicero adpellat epiſt.1. lib. ad Attic. 11. Liuius lib. 26. Annibal, inquit, vocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc eſſent, iuſſit venire, id eſt, eas quæ tum erant: nam aliæ poſtea ſunt additæ. Has à Tarquinio rege in foro poſitas Dionyſius Halic. lib. III. docet his verbis: τήν τε ἀγορὰν ἐν ᾗ δικάζουσι καὶ ἐκκλησιάζουσι, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιτελοῦσι πολιτικὰς πράξεις, ἐκεῖνος ἐκόσμησεν, τοῖς γαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις κόσμοις περιλαβών. id eſt, Forum in quo ius dicitur, & conciones fiunt, aliáque ad Remp. pertinentia tranſiguntur, ille tabernis & aliis ornamentis circundatum exornauit. De his tabernis Vlpianus loquens in l. 32. D. de cont. emt. Qui tabernas, inquit, argentarias, vel ceteras quæ in ſolo publico funt, vendit, non ſolum, ſed ius vendit: cuum iſtæ tabernæ publicæ ſint, quarum vſus ad priuatos pertinet. Ad eas autem tabernas, auctiones fieri ſolitas patet ex l.18. D.de heredit.petit. & l. 88. D.de ſolutionib. & iis quæ in Orat. pro Cæcina explicauimus.

ARGENTVM aliud eſt factum, aliud infectum, aliud ſignatum: quas omnes ſpecies Vlpian.enumerat in l.19. D. de furt. Factum eſt, vnde artifex opus aliquod, veluti lancem aut pateram effecit. Infectum, quod rude & adhuc in maſſa eſt. Signatum, quod ſigno publico notatum, numi, atque pecuniæ adpellationem recipit. Liuius lib. 34. Secundo die aurum argentúmque, factum infectúmque & ſignatum. Infecti argenti fuit pondo decem & octomillia. Facti vaſa multa omnis generis. Signati argenti octoginta quattuor.

ARGENTVM purum putum Alfenus Iuriſconſultus lib. 34. D. ſcribit eſſe valde purum ſicut nouum nouitium dicimus, & propriū propitiū, augere

A atque intendere volentes noui & proprij ſignificationem. Hoc tamen Agell.lib.6 cap.5.reprehendit, & ait putum eſſe à purando dictum, & ob eam cauſſam prima breui ſyllaba pronunciari. Putum autem argētum eſſe, quaſi exputatum, excoctúmque, omníque aliena materia carens, omnibúſque ex eo vitiis detractis, emaculatum & candefactum.

ARGENTVM puſulatum, vide Puſulatum.

ARMILLÆ humerorum & brachiorum ornamen-
B ta muliebria, ab Armus deducto nomine: apud Vlpian. l. 25. §.4. D.de aur.arg. Plaut. Menahemis, Vbi hercle armillæ ſunt, quas vnà dedi.

ARRA, ſiue arrabo dicitur, quod precij numerandi quaſi pignus datur. Arræ autem inſtitutæ videntur in auctionibus, cuum æris aliquantulum daretur, quòd plauſtra grauis æris eò vehi incommodum fuiſſet. nam quod arræ nomine datur, argumentum eſt emtionis & venditionis contractæ: ait Imp. tit. de emt.& vend. in princ.

C ARRABO, pecunia ſic data vt reliquum reddatur. hoc verbum à Græco ἀῤῥαβὼν: inquit Varro. Sunt tamen qui Syriacum adſerant: à quibus Arabon hoc ipſum dicatur.

ARRABO, pignus. Terent. in Heauton.

Reliquit filiam adoleſcentulam:
Ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento.

Item aliquanto pòſt de eadem,

Num iuſſi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit?

D ARRÆ ſponſalitiæ dicuntur munuſcula, quæ ſponſis quaſi coëmtionis futuræ prærogatiua dabantur. tit. C. de ſponſal.& arris ſponſalit. quæ tum reſtituebantur, cùm ſine culpa eius qui eas dediſſet, nuptiæ impediebantur. Is enim qui dederat, ſi nolebat matrimonium contrahere, amittebat: qui acceperat, duplum: atque adeò, ſi tantùm in ſtipulationem deductum eſſet, quadruplum reddere cogebatur. Eædem etiam pignora dicuntur in l. vn. C. ſi rect. prouinc.

E ARS Ludicra, ars Ludionum, id eſt, hiſtrionum, aut comœdorum. Marcer l.14. D.de pœn. Si miles artem ludicram fecerit, vel in ſeruitutem ſe venire paſſus eſt, capite punitur.

As, libræ pondus: cuius duodecim partes Vlpianus enumerat in l.ſeruum, 50.§.vlt.D.de hered.inſt. Vnciam, Sextantem, Quadrantem, Trientem, Quincuncem, Semiſſem, Septuncem, Beſſem, Dodrantem, Deuncem, Aſſem. Itaque cùm totum Iuriſconſulti ſignificabant, ſæpe Aſſem nominabant: quia diuidua
F omnia ad Aſſis partes reuocabant. Hinc,

EX ASSE heres dicitur, cui vniuerſa hereditas relicta eſt. Hinc,

EX ASSE auferri hereditas, quæ vniuerſa aufertur, l.2.C.de his quæ vt indig.

EX ASSE debere, l.1.D.vt.legat.no.caueat.

EX ASSE poſſidere, l.pen.D.qui ſatiſd.cog.

ASCETERIA ἀσκητήρια, loca exercitationi: parata. nam ἀσκέω exerceo ſignificat, & ἀσκητὴς exercitator. Hinc ſeceſſus olim à Theologiæ ſtudioſis pa-
G rati, in quibus ſe animo vacuo ac libero in eo ſtudio exercerent, Aſceteria nominantur in l. omnia, 33.& alibi ſæpe. C.de epiſ.& cler.

ASCRIPTITII, vide Adſcriptitij.

ASPARGO, vicium ex pluuia, vndáve contractum. Calliſt. l. 4.§.2.D.ad l.Rhod. Si vicenum merces duorū fuerūt, & alterius aſpargine decē eſſe cœperūt. Et infrà, Adhuc nūquid & ſi aſpargine propter

iactum res deteriores factæ ſunt. Alij libri, ASPERGINE. In vetuſtis autem pleriſque Conſpargo, & Aſpargo legitur.

ASSECTARI matronam dicitur, qui tacitus frequenter ſequitur: quæ iniuria in iure ciuili exiſtimatur: vt conſtat ex l. 15. §. 17. de iniur. nam, vt ait Feſtus, matronæ à magiſtratibus non ſubmouebantur, ne pulſari contrectarique viderentur, néve grauidæ concuterentur. Sed nec viri earum, ſedentes cum vxoribus, cum vehiculo deſcendere cogebantur.

ASSERERE manum, eſt admouere: quòd ea quoque quæ in terram dimittuntur ſeri dicuntur. vnde etiam ſeræ adpellantur, quia foribus admotæ opponuntur defixæ poſtibus, quemadmodum ea quæ terræ inſeruntur. Feſtus lib. 1. ſignificat autem eam conſuetudinem qua veteres vtebantur cùm rem quampiam vindicabant, & manu prehendebāt. Plautus Rudente de piſcibus loquens, Siquidem cepi, mei ſunt habeo pro meis: nec manu aſſeruntur, neque illinc partem quiſquam poſtulat. Hinc cùm è ſeruitute in libertatē aliquis vindicabatur. Aſſeri dicebatur. Varro li. de lingua v. Aſſerere manu in libertatem, cùm prehendimus, inquit. Terentius, Ego illā aſſero cauſſa manu. vbi Donatus, Aſſertores, inquit, dicuntur vindices alienæ libertatis. Paullus lib. Collect. v. cap. 1. Poſt ſuſceptum liberale iudicium, ſi aſſertor cauſſam deſeruerit, in alium aſſertorem omne iudicium transferri placuit. Hinc Iudicium liberalis cauſſæ ASSERTIO vocatur, & à Quinctiliano lib. v. cap. 11. Aſſertio ſecunda: cùm aſſertore victo cauſſa iterū agitur. vide LIBERALI cauſſa manu aſſerere.

ASSESSORES dicti ſunt ſublatis ordinariis iudiciis, Iuriſperiti, qui tum in publicis, tum in priuatis iudiciis, non modò Romæ, verùm etiam in prouinciis, coloniis, municipiis ab iis qui iudicium exercent, in conſilium, publico conſtituto ſalario, adhibebantur. Eorúmque officium in his ferè cauſſis conſtabat: cognitionum, poſtulationum, libellorum, edictorum, decretorum, epiſtolarum, l. 1. & paſſ. D. de offic. aſſeſſ. Eos Paullus in l. pen. Conſiliarios adpellat. Lampridius in Alexand. Seuero, Aſſeſſorib. ſalaria inſtituit: quamuis ſæpe dixerit eos eſſe promouendos, qui per ſe Remp. gerere poſſent, non per Aſſeſſores: addens militares habere ſuas adminiſtrationes, habere literatos, & ideo vnumquemque id agere debere, quod noſſet.

ASSESSORII libri dicuntur de iis rebus ſcripti, quas agi viderunt Iuriſconſulti, cum aſſeſſores eſſent, l. nam & nocere, 12. D. de pact. l. 5 §. hac lege, D. de iniur.

ASSIDVVS quidam per d ſcribunt, quaſi ſit à ſedendo figuratum: ſed errant. nam cùm à Seruio Tullio populus in quinque claſſes eſſet diuiſus, vt tributum prout quiſque poſſideret, inferret: ditiores qui aſſes dabant, Aſſidui dicti ſunt: & quoniam ſoli negociis puplicis frequentes aderant eos qui frequentes aſſunt aſſiduos ab aſſibus dixerunt. Hæc Chariſius lib. 1.

ASSIDVVS in XII. Tabulis pro locuplete, & facilè munus faciente. Dictus ab aſſibus, id eſt, ære dando, cuum id tempora Reipub. poſtularent: aut à muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate. Aſſiduo, inquit lex, vindex aſſiduus eſto: Proletario ciui quiuis volet, vindex eſto. Agell. libro 16. capite 10.

ASSIDVVS, eſt locuples, vt ait Ælius: adpellatus ab ære dando quare cuum lex aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe iubet, locupletem iubet lucupleti: ait Cicero in Topicis.

ASSIGNARE libertum, inquit Modeſtin. hoc eſt, teſtificari cuius ex liberis libertum eum eſſe voluit, l. 107. D. de verb. ſignif. nam vetus Senatuſconſultum fuit, quo poteſtas patribusfa. permittebatur, ſi duos pluréſve liberos iuſtis nuptiis quæſitos in poteſtate habeant, de liberto libertáve ſua ſignificandi, cuius ex liberis ſuis eum libertum, eámve libertam eſſe velint, l. 1. D. de aſſig. liber. Hæc autem ſignificatio Aſſignatio dicitur: Aſſignari quippe libertus dicitur, qui à patre alicui ex liberis quaſi peculiaris ac proprius adtribuitur, vt poſt mortem patris is ſolus filius patronus ei ſit. & Aſſignare aliud nihil eſt, quàm ius patronatus ad plures pertinens vni propriè ac peculiariter adtribuere, in eúmque ſolùm contrahere.

ASTIPVLATOR à Cicerone dicitur, qui vadimonij teſtis adhibetur. nam in Quinctiana: Profecti ſunt, inquit, familiares & Albij & Quinctij. dicent hi quoque teſtimonium. Literæ P. Quinctij. teſtes tot. quibus omnibus cauſſa iuſtiſſima eſt cur ſcire potuerint, nulla cur mentiantur. cum aſtipulatore tuo comparabuntur. Et in Piſonem: Quaſi quiſquā tā inops fuerit vmquam, qui iſto non modò propugnatore tutiorem ſe, ſed aduocato aut aſtipulatore paratiorem ſe fore putaret. Et huc pertinere ille Murgmar locus videtur: Ipſi denique, vt ſolent loqui, non dicere pro nobis, non ſpondere, non vocare domum ſuā poſſunt.

ATAVVS, ait Paullus, eſt abaui vel abauiæ pater, proaui vel proauiæ auus, aui auiæque proauus, patris vel matris abauus, l. 10. §. 9. D. de grad. & adf.

ATRIENSES, ſiue Atriarij ſerui dicuntur, quibus atrij cura commiſſa erat, l. 1. §. caupones, D. naut. caup. ſtab. l. in lege, 203. D. de verb. ſignif. l. 8. D. de inſtruct. vel inſt.

ATROX iniuria dicitur, quæ cum grauiore aliqua contumelia coniuncta eſt: in qua æſtimanda facti, loci, perſonæ, membri ratio condicióque perpenditur, l. Prætor, 7. & l. ſeq. D. de iniur.

ATTENTARI pudicitia dicitur, cuum id agitur vt ex pudico impudicus fiat, l. 10. D. de iniur.

ATYPVS, ἄτυπος, qui non habet in lingua explanatam vocum impreſſionem: vt qui lingua ſunt paulo craſſiore. nam τύπος formam ſignificat, quæ imprimitur: vt ἄτυπος dicatur, cuum ea forma malè alicui rei imprimitur. Vlp. l. 10. §. 4. D. de Ædil. edict. Quæſitum eſt an balbus, & blæſus, & atypus, íſque qui tardius loquitur, & varus, & vatius, ſanus ſit. & opinor eos ſanos eſſe.

ATTRIBVTVM, vide Tributum.

AVCTIONALIA, tabulæ auctionariæ, inſtrumēta auctionis, l. 1. §. officio, D. de tut. & rationib.

AVCTOR is dicitur, à quo quis auctoritatem, id eſt, ius domini in rem quampiam accepit. Cicero Verrin. VII. Tū illi intellexerūt, ſe id quod à malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe: id eſt, ab eo qui vendendi auctoritatem nullam habebat. Item, pro Cæcina: P. Ceſennius auctor fundi. Plaut. Curcul. Nec nobis auctor vllus eſt, nec voſmet eſtis vlli. Declinatum autem videtur verbum ab auctionibus, in quibus ei qui plurimùm auget, res addicitur: & ex ea auctione atque adiectione ſua, auctoritatem ſibi in rem emtam comparat. nam ab Augēdo deductū Grammatici veteres teſtan-

teſtantur:& nota illa oſtendit:quæ eſt apud Valerium A Probum,qua veteres vtebantur A V C. quæ auctor ſignificat:& in antiquis monimentis ſic ſcriptum eſſe plerique teſtantur. Cuum ergo Auctor is propriè diceretur,cui propter ſummam auctionem & licitationem res addicta eſſet,& Auctoritas ius ex ea auctione quæſitum:tranſlatum poſtea fuiſſe vocabulum putamus ad eos, qui rem quoquomodo abalienarent.vt cuum quæreretur ex eo qui rem acceperat, vnde ſibi ius in eam comparaſſet, ſuum illum quaſi auctorem B nominaret,qui ſibi ſuam auctoritatem tradidiſſet.vnde ſenſim in eos quoque quorum ſententiam & conſilium ſequimur,quaſi ius quoddam ita ſentiendi certum & conſtitutum haberent,conſuetudine ſermonis tranſlatum eſt.nam verbi gratia cuum inſtitutum eſt, vt legum quæ comitiis centuriatis ferrentur,ante initum ſuffragium patres auctores fierent,id eſt vt S. C. prius aliquid decerneretur,poſtea illud idem à populo iuberetur:ea lex hanc vim habebat, vt quaſi in euictionibus,poſſeſſionúmque controuerſiis poſſeſſor C ſuum auctorem à quo ius ſuum adeptus eſt laudat,ita populus conſilij ſui auctorem ac ſuaſorem ſenatum laudare poſſet. Liuius lib.1. Decreuerunt (de patribus loquitur) vt cùm populus regem iuſſiſſet,id ſic ratum eſſet,ſi patres auctores fierent.Hodiéque in legibus, magiſtratibúſque rogandis vſurpatur idem ius: priuſquam populus ſuffragium ineat,in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt. Quòd ſi quis vel αὐθέντης, vel αὐτὸς vocabula nobis obiiciat, indéque propter literarum ſimilitudinem auctorita- D tem dictam putet,is Dionis verba audiat,qui lib. LV. ſic ſcribit:ΕΒΟΥΛΕΥΟΝΤΟ μὲν, ἡ δὲ γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλὰ αὐκτώριτας ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος τούτου δηλοῖ. ἐλλωνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. id eſt,Conſulrabant autem Senatores(abſente Cæſare ſcilicet) & eorum ſententia perſcribebatur.non tamen quaſi rata effectum habebat: ſed erat Auctoritas, vt eorum ſententia nota eſſet. Tale enim quiddam vis huius E verbi declarat: quod vno verbo Græcè exprimi non poteſt. Paullus l.ſi fundo, 53. de euict. Si cùm poſſit emtor auctori denunciare,non denunciaſſet,ideóque victus fuiſſet.Modeſtinus l.Herennius, 63. eod. Seia fundum à Titio emerat, & quæſtione mota fiſci nomine auctorem laudauerat. Hinc,

A V C T O R ſecundus. Vlpian.l.4.D.de euict. Illud quæritur,an is qui mancipium vendidit, debeat fideiuſſorem ob euictionem dare,quem vulgò Auctorem ſecundum vocant. Hinc, F

A V C T O R I T A S, titulus, ſiue ius quo quid poſſidemus. Itaque Scæuola in l. vlt. D. de pigner. act. quod principio Inſtrumentum emtionis adpellauit, paulo pòſt Inſtrumentum auctoritatis nominat.

A V C T O R I T A S, euictio,periculi præſtatio.Paullus lib.Collect.2.cap.17.Venditor,ſi eius rei quam vendiderit,dominus non ſit, precio accepto auctoritatis manet obnoxius: id eſt euictionis. ſubauditur autem nomine.Item, Res emta mancipatione & traditione perfecta,ſi euincatur, auctoritatis venditor duplo te- G nus obligatur.

A V C T O R I T A S, firmamentum,robur,firmitas, &,vt ita loquar,validitas. Scæuola l.vlt. D.de aqu.& aqu.pluu. Solere eos qui iuri dicundo præſunt, tueri ductus aquæ, quibus auctoritatem vetuſtas daret,tametſi ius non probaretur. id eſt in quibus vetuſtas pro titulo valeret.

A V C T O R legis dicebatur, qui cuum ea dignitate præditus eſſet, vt eius oratione commoueri populus poſſet,ab iis qui leges ferebant, deligebatur, vt eas ſuaderet,ac populo probaret. Itaque Auctor legis & ſuaſor idem eſt: Cicero in Bruto: Ipſe etiam Piſo & cauſſas egit, & multarum legum,aut auctor,aut diſſuaſor fuit.Idem lib.de Legib.3.Itaque,inquit,iſti rationi neque lator quiſquam eſt inuentus, nec auctor vnquam bonus.

A V C T O R A R E, Auctoramentum & Auctoratio,vide Exauctorari.

A V C T O R A R I, pro auctorem eſſe,auctoritatem ſuam interponere.Pomp.l.4.D.de auct.tut.Et ſi pluribus datis tutoribus vnius auctoritas ſufficiat, tamen ſi tutor auctoretur,cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non eſt.Vlpian.l.9.D.quòd falſo tut.auct. Huius actionis exemplo danda eſt actio aduerſus eum qui dolo malo adhibuit, vt alius auctoraretur inſcius.

A V C T O R E M eſſe, eſt dicere ſe id probare quod agitur,etiam ſine interrogatione:ait Paullus in l.3.D. de auct.tutor.

A V C T O R E S iuris dicebantur Iuriſconſulti,quibus permiſſum erat (vt ait Imperator) iura condere. Vlp.ex Diuorum fratrum reſcripto in l.17. D. de iur. patro.Et Proculum ſanè non leuem iuris auctorem in hac opinione fuiſſe. & paulo pòſt, Plurium etiam iuris auctorum, ſed & Saluij Iuliani amici noſtri clariſſimi viri hanc ſententiam fuiſſe. Martianus ex reſcripto Diui Pij:An mora facta intelligatur,neq; conſtitutione vlla,neque iuris auctorum quæſtione decidi poſſe.Aggænus Vrbicus:At Caſſius Longinus, vir prudentiſſimus, iuris auctor hoc ſtatuit,vt quidquid aqua lambendo abſtulerit,id poſſeſſor amittat.

A V D E N T E R, pro temerè,audacter, liberiùs quã par ſit.Vlp.l.1.§.5.D.ſi pars hered.pet. Non audenter itaque dicitur, vbicumque meritò quis incertus eſt, &c.Sic in l.gallus,in fi.D.de lib.& poſt. Niſi quod,licet audenter, poſſis dicere, &c. nam illa duo verba quaſi per parentheſim legenda ſunt.

A V D I T O R I V M, locus in quo iudices audiendæ cognoſcendæque controuerſiæ, cauſſa conueniunt. Paullus l.lecta,49.D. ſi cert.petat. Lecta eſt in auditorio Æmilij Papiniani præfecti prætorio, Iuriſconſulti, cautio huiuſmodi. Vlpian.l.minor,18.D.de minoribus. Princeps perrarò ſolet permittere induci in auditorium ſuum eum, qui per infirmitatem ætatis captum ſe dicat. Item: Poſt ſpeciem in auditorio eorum finitam. Item:Permiſerunt in auditorio ſuo examinari. Sic apud eundem in l.mulier, 22.D.ad S.C. Trebell.apud Paullum l.contra,54.D.de rei vindic.

A V E R S I O N E, vel per auerſionem emere, locutio eſt à Iuriſconſultis vſurpari ſolita,cuum res multę ſimul, atque aceruatim vno precio venduntur.multas autem intelligo,ſiue illæ plurium ſint generum,ſiue vnius:ſed numero,aut pondere,aut menſura diuidantur. Aſconius hac in re vocem S E M E L vſurpat, Sectores,inquit,ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorũ ſemel auctionabantur:ac poſtea ſingulas quaſque res populo vendirabant. Putóque non ab Auertendo deductum vocabulum,ſed ab Auerrendo:quaſi cuum omnia ſimul & vniuerſè tamquam per euerriculum auerruntur. vnde Vniuerſa dicuntur propriè, quæ vnum in locum ſunt conuerſa. Exemplum eiuſmodi emtionis perſpicuum eſt in auctionibus,de quibus diximus: cuum res non ſingulatim & ordine diuenduntur:ſed vniuerſę vno precio ſimul atque acer-

Z iiij

uatim auferuntur. Vlpiã.l.4.§.1.D.de peric. & comm. A
Si auerſione vinum venit, cuſtodia tantùm præſtan-
da eſt. Et §.ſeq. Vino autem per auerſionem vendito,
finis cuſtodiæ eſt auehendi tempus: id eſt non ad mẽ-
ſuram: vt ipſe idem locutus eſt in l. 1 §.1. eodem titul.
Modeſtin.l.62.§.2.D.de cont. emt. Res in auerſione
emta ſi non dolo venditoris factum ſit, ad periculum
emtoris pertinebit. Vlpian.l.1.§.7. de exercit.act. E-
xercitorem eum dicimus, ad quem obuentiones &
reditus omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, B
ſiue à domino nauem per auerſionem conduxit. id eſt
non in certam partem, vt certum onerum numerum
imponeret: ſed vniuerſè. quod apertiſſimè Paullus
docet in l.vlt.in fin. D. de leg.Rho. Si conduxiſti na-
uem amphorarum duo millium, & ibi amphoras por-
taſti, pro duobus millibus amphorarum precium de-
bes. Paullus, Imò ſi auerſione nauis conducta eſt, pro
duobus millibus debetur merces: ſi pro numero im-
poſitarum amphorarum merces conſtituta eſt, con-
trà ſe habet. nam pro tot amphoris precium debes, C
quot portaſti. Perſpicuè Paullus eum qui per auerſio-
nem conducit, ei qui ad certum onerum numerum
conducit, oppoſuit. Florentinus in l 36.D.locat. O-
pus quod auerſione locatum eſt, donec adprobetur,
conductoris periculo eſt (ſic puto legendum non PE-
RICVLVM.) quod verò ita conductum ſit, vt in pedes
menſuráſque præſtetur, eatenus conductoris pericu-
lo eſt, quatenus admenſum non ſit. Hęc cuum ita ſint,
haud ſcio an ADVERSIONE potius, quàm AVERSIONE
legendum ſit, quomodo in Florentinis libris vbique D
legitur, & AFVISSE pro Adfuiſſe, aut Abfuiſſe.
nam & Fab.lib. XII. veterum pleróſque Auerſa pro
Abuerſa dixiſſe teſtatur: & quamuis quæ ad nos ad-
uertimus, ab alio auertamus, vt non magni intereſſe
videatur: emtor tamen & conductor aduerſione rem
accipere dicentur, non auerſione. vt non incommodè
dici poſſe videatur, cuum de venditore aut locatore
loquimur, Auerſione: cuum de emtore & conducto-
re, Aduerſione ſcribendum, & pronunciandum eſſe.

AVERSIONE vendere, Pomponius Confusè E
vendere dixit in l.36.D.de Ædil.edict.

EX AVERSIONE iugulare videtur Hircius di-
xiſſe in lib. de bello Hiſpan. pro, à tergo adoriri, & ab
occipitis parte cædere. Quorum, inquit, reſponſis vl-
trò citróque acceptis, & redditis, cùm ad noſtros ſe
reciperent; qui extra oppidum fuiſſent: illi de præſi-
dio inſecuti ex auerſione legatos iugularunt.

AVERTA, de qua in l. quoniam, 12 C.de curſ.pu-
blic. ita explicatur à Græcis interpretibus, auctore
Budæo qui eos ſcriptores penes ſe habuit. ἤδη Ἀϐέρτα, F
τουτέστι, τὸ ὑπομάσχαλον ὅπερ ἐπιφέρονται κατὰ τοῦ νώτου.
καλεῖται δὲ ἀϐέρτα ἐκ τοῦ ἀποστρέφεσθαι. Auerta, inquit Bu-
dæus, vocatur ex eo, quòd auerſa ſit. eſt enim hypo-
maſchalon, id eſt lora latiora quæ per terga equi iu-
galis excurrunt ſub alis eius ſuccincta.

AVERTERE, interuertere, ſurripere. Vlpian.l.3.D.de
crim.ſtell. Sed & ſi quis merces ſuppoſuerit, vel ob-
ligatas auerterit, vel ſi corruperit, æquè ſtellionatus
reus erit. Idem l.1.§.7.D. ſi is qui teſt.lib. Sed & in o-
mnibus quæ interfuit heredis non eſſe auerſa, locum G
habet hæc actio. Idem l.7.§.2.D.de trib.act. Sed etſi
mercem perire paſſus eſt, aut eam auertit, aut vilioris
data opera diſtraxit, &c. Cæſar Com. III. bell. ci-
uil. Stipendium equitum fraudabant, & prædam
omnem domum auertebant. Et mox: Falſum ab his
equitum numerum referri, quorum ſtipendium auer-
terent. Hinc,

A AVERSIONIS actio: de qua vide Actio oneris
auerſi.

AVOCARE alicui, pro ab aliquo. Vlp. l.36.D.de
nox.act. Nec oberit quòd Seruiana poteſt ei homo a-
uocari.

AVREORVM anulorum ius, vide infrà, Ius aureo-
rum annulorum.

AVREVS centum continet ſeſtertios, vt ex his
Dionis verbis intelligitur ex libro LV. quæ ſic conuer-
B timus: cuum Auguſti domus in palatio conflagraſſet,
multíque multa illi conferrent, nihil accepit, niſi tan
tum à populis aureum, à priuatis verò drachmam. Au
reum enim ego quoque numum, qui drachmas vigin-
tiquinque valet, more noſtro adpello. Et Græcorum
quidam quorum libros, quòd Attico dicendi genere
ſcripti ſunt, legimus, ſic ipſum vocarunt. Hæc Dio.
Cuum igitur drachma denario Romano apertiſſimè
à Plutarcho in Camilli vita æſtimetur, apparet Dio-
nem aureum pro centum ſeſtertiis vſurpaſſe: cuum
C ſcilicet in vigintiquinque denariis tot ſint ſeſtertij.
quod ex Taciti & Tranquilli duobus collatis inter ſe
locis facilè intellectu eſt. Nam quòd hic Othonem
ſcribit excubanti cohorti diuidere ſolitum, quoties
cœna principem acciperet, viritim vnum aureum: Ta
citus idem commemorans centenos ſeſtertios nomi-
nat. Quæ cuum ita ſint, crederem equidem locum il-
lum apud Imp.§.3.de ſucceſſ.lib. qui & me & alios cõ-
plures exercuit, leui commutatione ſic ſanari poſſe,
vt hæ duæ voces CENTVM & MILLE locum inter
D ſe commutarent: id eſt altera in alterius locum ſucce-
deret. Nam ſi hoc modo legatur vt mox ſubiiciam, o-
mnia quadrabunt: Si quidem libertus & liberta mino
res centenariis ſint, id eſt minus mille aureis habeant
ſubſtantiam (ſic enim legis Papiæ ſummam interpre-
tati ſumus, vt pro centum ſeſtertiis vnus aureus com-
putetur) nullum locum habeat patronus, &c. Cuum
enim centum ſeſtertij aureum efficiant, centum quo-
que ſeſtertiorum millia, mille aureos conficiant ne-
ceſſe eſt. Atque huic errato ſimile aliud eſt in l.1. Si a-
E ger vectig. in vocibus Tamdiu, & Quamdiu: quod ta-
men Haloander emendauit. Hoc præterea probatur
ex eo quod ſcribit Vlpian. in l.1.§.5.D.de var. & extra-
ord. licitum aduocatorum honorarium pro ſingulis
cauſſis vſque ad centum aureos fuiſſe. Nam Corn. Ta-
citus lib. XI. ſcribens de Claud. Cæſare, qui pecuniis
pro aduocationibus capiendis modum impoſuit, ait
eum ſtatuiſſe modum vſque ad dena ſeſtertiûm, quæ
egreſſi repetundarum tenerentur. Sic enim lego in ſe-
cundo caſu, vt ſubaudiatur millia: ſicut in omnibus
F antiquis auctoribus. Quapropter cuum audimus li-
bertum, qui patronum ſine venia in ius vocarit, quin-
quaginta aureis multari, l.15.& l.24.& l.25.D.de in ius
voc. perinde accipiendum eſt, ac ſi dictum eſſet, H-S.
quinque millibus. vt cuum is qui edictum corrupe-
rit, quingentis aureis multari dicitur apud Vlp.l.7.D.
de iuriſdict. continuò intelligimus H-S quinquagin-
ta millia: quæ ſanè ſumma permagna eſt: continet e-
nim ſcutatos Gallicanæ pecuniæ mille ducentos quin
quaginta. vt mihi Haloandri lectio probabilior eſſe
G videatur, qui non QVINGENTORVM, ſed
QVINQVAGINTA poſuit. præſertim cuum
huius quoque varietatis n s optimus Accurſius ad-
moneat. Quinquaginta enim ſcutatos Gallicos cen-
tenos vicenos quinos efficiunt. Huc accedit, quod i-
dem Vlpian. eadem in lege ſcribit, eos qui inopia la-
borant, corporalem pœnam ſubire: Hermogenianus
autẽ in l.10. D. de accuſ. eos eſſe pauperes conſtituit,
qui

qui minus quinquaginta in bonis habent. Verùm vt ad rem redeamus:cuum ſcribit Caius in l.25. D.de S. C.Silaniano, præmium accuſatori ſeruorum conſtitutum eſſe in ſingulos ſeruos quinos aureos , & qui manumiſſi erunt denos:ſimiliter intelligendum eſt,illi quidem ,quingentos ſeſtertios,id eſt ſcutatos duodecim & ſemiſſem:huic verò mille,id eſt ſcutatos vicenos quinos. & apud Venuleium in l.6.§.2.de repetund.ſancitum eſſe , ne magiſtratus plus doni numeris in anno accipiant , quàm quod ſit aureorum centum:ſic accipiendum eſt,ac ſi ſcriptum eſſet , H-S decem millium : id eſt ſcutatorum ducentorum quinquaginta. Verùm hac tota de re copioſè diſſeruimus in libris noſtris.De re numaria.

Avrichalcvm,inquit, Sex. Pompeius,quidā putant compoſitum ex ære & auro ;ſiue quòd colorē habeat aureum. Orichalcum ſanè dicitur , quod in montuoſis locis inuenitur. mons etenim Græcè ὄρος adpellatur. Marcianus l.45.D.de cont.emt.Quemadmodum ſi vas aurichalcum pro auro vendidiſſet ignorans,tenetur vt aurū quod vendidit præſtet. Seruius Æneid.XII. Apud Maiores Orichalchum precioſius metallis omnibus fuit. namque ſicut Lucretius dicit , cum primùm homines ſyluas incendiſſent , nullarum adhuc rerum periti, terra caſu fertilis omnium ex incendij calore deſudauit metalla : inter quæ Orichalcum precioſius viſum eſt, auri & æris duritiem poſſideret. Nam primùm de auro ſecuris facta diſplicuit cauſſa mollitiei , ſimili ratione & argenti contemtus eſt vſus , mox Orichalcū placuit,donec veniretur ad ferrum: vnde etiam ſæcula ita dicuntur fuiſſe diuiſa. Orichalcum autem fuiſſe precioſum,etiam Plautus docet , qui ait in Milite glorioſo, Ego iſtos mores Orichalco contrà cōparē.

Avrvm coronarium,de quo exſtat Rubrica lib. Cod.x.aliud fuit,atque illud vetus, de quo priore loco diſſerendum eſt,Nam Seruius quidem Honoratus in illum Æneid. VIII. locum , Ipſe ſedens niueo candentis limine Phœbi, Dona recognoſcit populorum, aptátque ſuperbis Poſtibus : Aurum,inquit,coronarium dicit : quod hodiéque à victis gentibus datur. Imponebant autem hoc Imperatores propter conceſſam vitam. ideo dixit DONA. nam ſi hoc non eſſet,ſpolia diceret.Hæc Seruius.Cic.in Piſonem:Mitto aurum coronarium , quod lex & decerni & accipi vetat,niſi decreto triumpho.Et in Rullum,Quod ad quemque peruenerit ex præda,ex manubiis, ex auro coronario. Agellius autem lib.v.cap.VI. Triumphales,inquit,coronæ ſunt aureæ,quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur.Id vulgò dicitur Aurū coronarium.Hæ antiquitus è lauro erant.poſt fieri ex auro cœptæ.Poſteriorum autem Cæſarum temporibus inſtitutum fuit,vt ciuitatum decuriones coronas aureas munificentiæ cauſſa principi darent.vel indulgentiarum lętitia,vel ob res proſperè geſtas.vti paret ex lib.C.TH.XII.cap.XIII.

Avthenticæ tabulæ:primariæ, vnde tamquā ex fonte exempla deſumta ſunt. Vlp.l.4.in fi.D.fam. erciſc.Heredem enim exemplum debere dare: tabulas verò authenticas ipſum retinere,aut in æde deponere.Idem l.8. Plerumque enim authenticæ rationes ſunt neceſſariæ actori ad inſtruenda ea,&c. Sic in l. vlt. D. Teſt. quemad.aper. exemplum teſtamenti ab A authentico diſtinguitur.Imp.l.3.C.de diuerſ.reſcript. Sancimus vt authentica ipſa atque originalia reſcripta,non exempla eorum inſinuentur.

Avtomata, αὐτόματα, opera quæ per ſe ipſa mouentur:vt horologia.Hinc fictum ab Vlp.verbum Automataria,in l.41.§.7.de legat.& fid.lib.30.Sed automataria, inquit, aut ſi qui canthari , per quos aquæ ſaliunt,poterunt legari.

ΑΥΤΟΦΥΕΣ, natiuum,non aduentitium,aut ar- B tificioſum.Vlp l.70.D.de leg.& fid.lib.32. Si cui lana legetur,id legatum videtur,quod tinctum non eſt,ſed αὐτόφυες. ſiue autem facta eſt,ſiue infecta : lanæ adpellatione continetur.

Avvncvlvs, matris meæ frater.traxit adpellationem ab eo,quòd æque tertius à me,vt auus eſt:ſed non eiuſdem iuris. ideóque vocabuli facta deminutio eſt.ſiue auunculus adpellatur,quòd aui locum obtineat,& proximitate tueatur ſororis filium. Ex Sext. Pompeio.

C Avvncvlvs eſt matris frater : ait Paullus in l. 10.§.7.D.de gradibus.

Avvncvlvs magnus eſt auiæ frater:ait Paullus l.10.§.8.D.de grad.& adfin.

Avvncvlvs maior,is eſt(ait Paullus)proauiç frater , patris vel matris auunculus magnus, l.10.§.9. D.de gradib.

Avvncvlvs maximus eſt (ait Paullus) abauiæ frater,patris vel matris auunculus maior, l.10.§.10.D. de gradib.

D Azo, Iuriſconſultus nobilis,Bononiæ, vbi primū interpretari publicè ius ciuile cœpit,natus: cùm propter æmulorum inuidiam ad Montiſpeſſulanam ſcholam inde profectus eſſet , ibíque aliquandiu magna cum laude docuiſſet , tandem in patriam reuocatus, magnam & docendo & ſcribendo nomini ſuo gloriā famámque conciliauit. Scripſit Codicis ſummā,quæ totius iuris ciuilis epitomam quandam complectitur. item magnos apparatus ſuper Digeſto veteri. Obiit ibidem anno à Chriſto nato M.CC. Verba illius in prin- E cipio Summæ ſuper trib.poſt.C.hæc ſunt:Apud montem Peſſulanum Inſtitutionum ſummas confeci : poſtea in patriam reuerſus ſum. inde duobus menſibus nondum exactis accerſitus ſum Bononiam:ibiq; continuo biennio iura tradidi,alios præceptores ad lumē inuidiæ prouocaui,ſcholas eorum diſcipulis vacuaui, iuris arcana pandidi,legum contraria compeſcui, occulta potentiſſimè reſeraui. Et(quod fuit mirabilius) etiam rogatus vt de legibus ſermonem facerem, rem non nouam adgreſſus ſum:cunctiſque coram vocatis F ſcholaribus morem geſſi , mox tranſacto triēnio cum tripudio & gaudio repatriaui:& vacare propoſui.Porrò ſubito ex inopinato ſocij mei , & multi alij de Bononia ſecuti ſunt me:vt legerem multiplicatis ſermonibus rogauerunt , ac precibus conſanguineos meos (qui rogarent)adhibuerunt.togatus annui & legi: & diuina fauente gratia , ſatis honorabiles ſcholas per quadriennium habui.exacto quadriennio iterum domum apud montem Peſulanum redij. Ibíque mihi cordi fuit,trium librorum Codicis titulos vtiles , & G Digeſtorum quos noſtræ ſummę primæ non complectuntur , ſub ſummulis comprehendere : nouáſque ſummas veteribus adgregare.

D.de iniuſt.rupt. Commentarios in omnes Iuris ci-
uilis libros conſcripſit: tantóque in omne literarum
genus ardore animi fuiſſe fertur, vt etiam ſenex He-
bræorum linguam,& Mathematica didicerit, cuius
rei documento eſſe poteſt is liber quem Tyberiadis
nomine inſcripſit. Carus etiam Imperatori Carolo
IIII. propter ingenij doctrinæque præſtantiam fuiſſe:
ab eoque is Doctorum iuris ordo plurimis ornamen-
tis decoratus eſſe traditur. Obiit Peruſij,annum agẽs
ætatis XLVI. an.à Chriſto natoM.CCCLV. Pleriq; no-
thum illum fuiſſe ſuſpicantur ex iis quæ ſcripſit in l.
quidam cum filium,D.de verbo.oblig. Tantã in iudi-
ciis auctoritatem adſecutus eſt, vt Paulus Caſtrenſis
conſil. CCLXXXVIII. ſcribat, temerarium eſſe ab eius
opinione diſcedere. Iaſon autem in Rubr. C. de iur.
emphyt.ſcribit ſe ei⁹ veſtigia ſemper adorare. Barth.
autem Socinus in conſil.XXXI. num.XV. & in conſil.
XLIX.num.VI. Tom.IIII. Barth. opinioni in iudicando
eſſe adhærendum,& eius auctoritatẽ in foro ſeruari.

Bartholi autem de ſe ipſo teſtimonium, in d. l.
quidam cum filium,D.de verbor.oblig.eſt huiuſmo-
di: Habui magiſtrum qui me primas literas docuit,
Petrum de Aſſiſio,qui ſua doctrina me talem reddi-
dit,vt in decimo tertio anno ætatis meæ, cœperim
iura audire ſub domino Cino de Piſtorio in ciuitate
Peruſij:ſub quo ita profeci, vt vigeſimo anno Bono-
niæ repetendo & diſputando publicè de iure reſpon-
derim,& anno viceſimo primo Doctor creatus ſim.
In tractatu autem ſuper extra vagan. ad reprimendũ,
ſcribit ſe à Carolo quarto Imperatore in conſiliorum
&domeſticorum numerum eſſe cooptatum:eundém-
que Carolum ſibi poſteriſque ſuis,qui legum Docto-
res eſſent,dediſſe ius legitimandi, & concedendi ve-
niam ætatis. In tractatu autem de inſignib.& armis,
ſcribit ſibi ab eodem Imperatore conceſſum, vt in
ſuis inſignibus haberet leonem rubrum cum caudis
duabus,in campo aureo.

Basilica, βασιλική, propriè Regia dicitur: ſed &
regiarum ſimilitudine,quæ loca ampla & ſpacioſa e-
rant,Baſilicæ nominata ſunt: quibus Romanum fo-
rum ornatum fuiſſe,nemo ignorat. Loca igitur am-
pla & publicis vſibus adcommodata, Baſilicæ nomi-
nantur in l.inter ſtipulantem,83.§.ſacrum, & l.conti-
nuus,137.§.cum quis,D.de verbor.oblig. Itaque iudi-
cia in iis exerceri ſolita,patet ex illo Fab.lib.XII.Tra-
chali oratoris vocem, cùm in Baſilica Iulia diceret,
auditam laudatámque fuiſſe ex quattuor tribunali-
bus.item ex illo Plin.in Epiſt. Deſcenderam in baſili-
cam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendi-
natione reſpondere debebam. In iiſdem tabernas ve-
nalitiarios habuiſſe patet ex l. 32. §.3. D. de auro arg.
vbi mentio fit de argento quod teſtatrix negociatrix
venale in baſilica propoſitum habebat. Similiter in
Curia librorum tabernas fuiſſe,Aſconius in Miloniа-
næ argumento teſtatur.

Bastaga, corruptum ex βαςάγμα: ferculum por-
tandis rebus fiſcalibus adcommodatum:vti patet ex
l.3. de cohortalibus.lib.Cod.XII.vnde dicti.

Bastagarii, l.4.& 8.C.de muri leg.

Beatvs, inquit Varro libro de lingua IIII. is
qui multa bona poſſidet:& is Opulentus,ab ope: cui
ex opimæ. Hinc Vlpian. Bona dicta ſcribit, quòd
beent,hoc eſt bearos faciant:quod Beare ſit prodeſſe,
l.49.de verb.ſignif.

ΒΕΛΟΣ.Eo nomine,inquit Caius,vulgò quidẽ id
ſignificatur,quod ab arcu mittitur: ſed nõ minus om-
ne ſignificatur, quòd mittitur manu ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι,

A admonet nos Xenophon:nam ita ſcribit, καὶ τὰ βέλη
ὁμοῦ ἐφέρετο,λόγχαι,τοξεύματα,σφενδόναι,πλεῖστοι δὲ
λίθοι. Et tela ſimul ferebantur,haſtæ,ſagittæ,fundæ
tum plurimi lapides. Hæc in l. ſi caluitur, 233. D.de
verb.ſign.

Beneficivm in iure ciuili pro priuilegio ferè
dicimus:hoc eſt pro iure præcipuo quod certæ alicui
perſonæ, vel ætati, vel ſexui, vel condicioni propriè
adtributum eſt. Perſonæ,vt in l.3.D.de conſtit.prin.
B Beneficiũ imperatoris, quòd à diuina ſcilicet eius in-
dulgentia proficiſcitur,quàm pleniſſimè interpretari
debemus. Ætati,vt beneficium reſtitutionis in inte-
grum,quod minoribus annis XXV.conceditur.Sexui,
vt beneficiũ S.C.Velleiani,quod mulierib.quæ pro a-
liis interceſſerint,datur.Certæ condicioni,vt benefi-
ciũ epiſtolæ D.Adriani,quod fideiuſſorib.datur, vt ſi
vnus in ſolidũ cõueniatur,de ſua virili parte excipiat,
l.inter,26.& l.ſeq.D.de fideiuſſ. Itẽ Beneficiũ,ne qui
pluris quam facere poſſint,damnentur.de quibus co-
C gnoſce ex l.ſunt qui,16.& multis ſeq.D.de re iud. Itẽ,
Beneficium ceſſionis,vt iis qui magno ære alieno op-
preſſi,ſoluendo non fuerint, bonis apud magiſtratum
cedere liceat,l.1.C.qui bon.ced.poſſ.

Beneficivm,largitio aliqua ex ærario, quæ ci-
uibus R.dumtaxat,quorum egregia opera in bello ex-
ſtitiſſet,commendatione Imperatoris, Tribunive ſui
deferebatur.Cic.pro Archia:Teſtamentum ſæpe fecit
noſtris legibus,& adiit hereditates ciuiũ R. & in be-
neficiis ad ærariũ delatus eſt à L.Lucullo Prætore, &
D Conſule.Vegerius lib.II.Beneficiarij ab eo adpellati,
quòd promouentur beneficio Tribunorũ. De his be-
neficiis locum Ciceronis interpretor lib.Ep.v.ep.XX.
Quod ſcribis de beneficiis, ſcito à me & Tribunos
mil.& præfectos, & contubernales dumtaxat meos
delatos eſſe.in quo quidem ratio me fefellit.liberum
enim mihi tẽpus ad eos deferendos exiſtimabam da-
ri: poſtea certior factus ſum, triginta diebus deferri
neceſſe eſſe,quibus rationes retuliſſem. Salluſt.in Iu-
gurth.Milites benignè adpellare (de Sylla loquitur)
E multis rogãtib.aliis per ſe ipſe dare beneficia,inuitus
accipere,ſed ea properãtius quã æs mutuũ reddere.

Beneficio alicuius,pro opera alicuius. Vlpia-
nus l.ex dãni,40.§.1. D.de damn.inf. Conſequens eſt
dicere detrimentum hoc,quod beneficio eius contin
git,ſarcire eum debere.id eſt, culpa eius.Idẽ l.cõmu-
ni,7.§.8. com.diuid. Quia hæc pars beneficio alte-
rius venditori acceſſit.Idem l.inter omnes. 46.D.de
furt. Competit.n.actio non ideo quia nunc abeſt,ſed
quia vmquam beneficio furis abfuerit.
F Beneficiarii dicebantur milites, qui vaca-
bant muneris beneficio: econtrariò munifices voca-
bantur,qui non vacabant,ſed munus Reip.faciebant,
Feſtus lib.II.

Berylvs,cuius mentio fit in l. vlt.D.de publ.
lapillus eſt in India originem habens,qui in ſexangu-
las formas adteritur, vt hebetem coloris lenitatem
angulorum repercuſſu excitet ad vigorem:inquit So-
linus.Idémque Plinius lib.37.cap.5.

Bestias plerumque Iuriſconſulti quæ feræ na-
G turæ ſunt,adpellant.Caius l.2.§.1.D.ad leg.Aquil.Lõ-
gè magis beſtiæ in pecudum numero non ſunt:veluti
vrſi,leones, pantheræ. Vlpian.l.prima,§.quarto,D.ſi
quadrup. In beſtiis quoque propter naturalem feri-
tatem hæc actio locum non habet.& ideo ſi vrſus fu-
git, & ſic nocuit, non poteſt quondam dominus
conueniri. Idem in l.1.§. beſtias, D.de poſtul. Be-
ſtias, inquit, accipere debemus, ex feritate magis

quàm ex animalis genere. Itaque Vlpianus tit. Regul. A xix, beſtias à quadrupedibus quæ collo dorſóve domantur, ſeparat: & ait Camelos & Elephantos eſſe ex rebus nec mancipi: quia beſtiarium numero ſunt. Vide Feræ.

BESTIARII, qui ludis publicis cum beſtiis pugnabant: qui à Iuriſconſultis Ad beſtias damnati adpellantur. Cicero in Sextiana: Sed habet defenſiones duas. primum do, inquit, beſtiarios. Lex eſt ſcripta de gladiatoribus. Item: Præclara ædilitas. vnus leo. du- B centi beſtiarij. vide ſuprà. AD BESTIAS.

BIBLIOTHECÆ, inquit Feſtus, & apud Græcos, & apud nos, tam librorum magnus per ſe numerus, quàm locus ipſe in quo libri collocati ſunt, adpellantur. Hæc ille lib. III. Nerua autem in l. librorum, 52. §. ſed ſi, de leg. tertio, tria Bibliothecæ nomine ſignificari ait: locum, armarium, libros. vbi traditur bibliothecæ legato locum quidem non deberi, armarium verò ita deberi, ſi teſtatorem ita ſenſiſſe appareat, aut niſi domui adfixum aut annexum ſit: libros C verò ſine dubio contineri.

BIS eadem de re ne ſit actio. Hoc, inquit Fabius, in iure obſcuro eſt. ſolet enim illud quæri quò referatur hoc bis: ad actorem, an ad actionem, lib. 7. ca. 6. Et huc illud Cicer. pertinet lib. Acad. II. De re eadem egit, alio modo. Quò videtur in Oratore alluſiſſe, cùm ita ſcribit: Scitum eſt enim quod Carneades noſter dicere ſolebat, Clitomachum eadem dicere, Carneadem autem eodem etiam modo dicere.

BISPELLIO, idem, opinor, qui verſipellis, id eſt D veterator, planus, πολύτροπος. Marcell. l. 72. §. 4. D. de ſolutionibus, Num ergo & ſi biſpellionem, aut aliàs turpem dederit hominem, idem ſit: Vlpianus l. 31 D. de euict. Si ita quis ſtipulanti ſpondeat, ſanum eſſe, furem non eſſe, biſpellionem non eſſe, & cetera, inutilis ſtipulatio quibuſdam videtur. vbi tamen VISPELLIONEM errore in Florentinis libris peruulgato legitur. Item vt apud Metianum in l. 7. D. ad s. c. Trebell. Quid enim ſi morbo adplicitus, Alexandriam iuſſus fuit adire? vel nomen Viſpellionis teſtatoris ferre? E BISPELLIONIS enim legendum vtrobique arbitramur, quo nomine hominem duarum pellium ſignificari conſtat. Eius autem adpellationis origo in Arcadum fabula poſita eſt, quam Plin. lib. 8. cap. 22 exponit: Ij certos homines ſtagnum quoddam tranſmiſſos in lupos transfigurari tradunt, & poſt annos nouem eo in habitu confectos, idem ſtagnum remeantes, priſtinum habitum recipere. vnde Verſipelles dicti. & apud Fabium. Eandem recipere veſtem. Ad hanc fabulam alluſit ſine dubio Perſius Sat. 5. his ver- F ſibus:

Sin tu cuum fueris noſtræ paulo antè farinæ,
Pelliculam veterem retines, & fronte politus,
Aſtutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem:
Quæ dederas ſuprà repeto, funémque reduco.

Biſpellionem igitur ſeruum eundem dici puto, qui & Verſipellis: id eſt perfidioſum, fallacem, fraudulentum. Alij tamen VESPILLONEM, alij VESPERTILIONEM: alio etiam alij modo legendum putant. quorum G omnium coniecturis, ſi Biſpellio legeretur, ſcripturam Florentini codicis anteponeremus. Nam quod quidem ad Veſpillonis nomen attinet, cum & Libitinarios, & Veſpillones, & Pollinctores, liberos homines fuiſſe conſtet, aut certè ſeruos publicos: difficile eſt eorum ſequi ſententiam, qui in iſtis omnibus Pandectarum locis in quibus verbum hoc ad ſeruos referetur, nomen illud reponendum exiſtimarunt.

BISSEXTVS, dies qui quarto quoque anno intercalatur: inde ficto nomine, quia duobus diebus cõtinuis bis dicimus Sexto Kalend. Mart. duos videlicet dies pro vno computantes. qua de cauſſa Celſus in l. cùm biſſextus, 98. D. de verborum ſignific. ſcribit, nihil referre vtrum priore, an poſteriore die quis natus ſit: quoniam illud biduum pro vno die habetur. quod Vlpianus confirmat in l. 3. §. minorem, D. de minoribus. Eam rem explicat Macrob. lib. Saturn. I. cap. XIII. itémque Ammianus Marcell. lib. XXVI. his verbis: Anni interuallum trecentis & ſexaginta quinque diebus & noctibus concluditur: & horis ſex, aduſque meridiem plenam: annique ſequentis erit poſt horam ſextam initium, porrectum ad veſperam. tertius à prima vigilia ſumens exordium, ad horam noctis extenditur ſextam. quartus à media noctis vſque ad claram lucem. Ne igitur hæc computatio variantibus annorum principiis, & quodam poſt horam ſextam diei, alio poſt ſextam excurſo nocturnam, ſcientiam omnem confundat, & autumnalis menſis inueniatur quandóque vernalis, placuit ſenas illas horas, quæ quadriennio viginti & quattuor colliguntur, in vnius diei noctiſque adiectæ tranſire menſuram.

BOETHI in l. vlt. de Tabular. lib. Cod. x. βοηθοὶ, alibi Adiutores adpellantur, qui officialibus vel morbo, vel negociorum magnitudine impeditis additi, laborem illorum ſubleuabant, l. 3. C. de diuerſ. offic. l. 10. C. de numerar.

BOMBYCINA veſtimenta quorum meminit Vlpia. l. 23. §. 1. D. de aur. arg. leg. ex bombycib. vermiculis dicuntur: qui, vt Plinius lib. 11. cap. 22. ſcribit, telas aranearum more texunt, ad veſtem luxúmque fœminarum, quæ Bombycina adpellantur.

BONA in iure ciuili generaliter adpellantur ea omnia, quorum inter homines commercium eſt: ſiue corporalia, ſiue incorporalia, ſiue mobilia, ſiue immobilia, l. vxori, 37. D. de vſu & vſufr. leg. vbi Paullus ait, vſufructu bonorum legato & prædia, & mancipia, & ſupellectilem, & verò etiam kalendarium contineri.

BONA verò ſic diuiduntur, vt alia naturaliter ſic adpellentur, alia ciuiliter, l. bonorum, 49. D. de verb. ſignifi. Naturaliter bona dicuntur, quæ reuera & effectu bona ſunt: quia (vt Vlpianus ait) beant, id eſt beatos efficiunt. vnde Beati dicti, qui (vt Varro libro De lingua IIII. teſtatur) multa bona poſſident. vnde Plautus in Pœnul. Bonam ego quàm beatam primò dici mauolo. In hanc ſententiam illa ſunt in l. ſubſignatum, 39. de verb. ſignifi. bona intelliguntur cuiuſque, quæ deducto ære alieno ſuperſunt, & l. non poſſunt, 11. D. de iure fiſc. id bonorum cuiuſque eſſe intelligitur, quod æri alieno ſupereſt. Ciuiliter bona dicuntur, quæ cùm reuera bona nõ ſint, loquendi tamẽ conſuetudine ſic adpellantur: tantùm, quòd ius patrisfam. vniuerſum contineant. Itaque ſucceſſio in ius vniuerſum alicuius quamuis damnoſa ſit, bonorũ tamen poſſeſſio adpellatur, l. 3. D. de bono. poſſ. l. nam quod, 14. cum l. ſeq. D. ad Trebell. Hinc Africanus in l. bonorum, 208. D. de verb. ſignific. Bonorum, inquit, adpellatio, ſicut hereditatis, vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis, & non ſingulares res demonſtrat. Opinor, quia ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον res æſtimantur ac denominantur.

BONA fides propriè dicitur, cuum quod promiſſum eſt, præſtatur. nam is cui quid promittitur, promittentis fidem ſequitur: quam ſi promiſſor liberat, bona:

bona: ſin minus, mala nominatur. Plautus Moſtellaria,

TR. De vicino hoc proximo
Tuus emit ædes filius, TE. bona fide?
TR. Siquidem es argentum redditurus, tum bona:
Si redditurus non es, non emit bona.

Sueton. in Auguſto: Eidem populo promiſſum quidem congiarium repoſcenti, bonæ fidei ſe eſſe reſpondit. Hinc Vlpianus in l. ex emto, 11. D. de act. emt, præclarè ſcribit, nihil magis bonæ fidei congruere, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt. & l. cùm venderem, 21. D. locat. Bona fides exigit, vt id quod conuenit, fiat. l. 2. in fin. D. de admin. rer. ad ciuit. l. 13. D. commun. præd.

BONA fide plerumque id fieri dicitur, quod ſincerè, candidè, ſimpliciter & apertè fit: cui cõtrarium eſt Dolo malo, fucatè, aſturè, artificiosè, vt apud Proculum l. 68. D. de contr. emt. Exiſtimo te in exigendo non ſolùm bonam fidem, ſed etiam diligentiam præſtare debere: id eſt, non ſolùm vt à te dolus malus abſit, ſed etiam vt culpa. item in l. 3. in fi. D. pro ſoc. & l. 56. de reg. iur. l. 2. de ſeparat. Hinc,

BONA fide poſſidere dicitur, qui ignorat rem alienam eſſe, l. 3. D. ad leg. Fla. de plagiar. & l. 22. §. petitam, D. de petit. here. Itaque bonæ fidei poſſeſſor quis eſſe deſinit, ex quo cognouit rem alienam eſſe, l. 48. D. de adqui. rer. dom. qua de cauſſa poſſeſſores omnes poſt litem conteſtatam malæ fidei eſſe intelliguntur, l. 28. §. etiam, D. de petit. hered. l. 45. de rer. vindic.

BONA fides, pro æquo & bono. Caius l. 5. D. de oblig. & act. Palàm eſt inter eos naſci ex contractu actiones mandati, quibus inuicem experiri poſſent de eo, quod alterum alteri ex bona fide præſtari oportet. Tryphon. l. 31. D. de poſſeſ. Bona fides quæ in contractibus exigitur, æquitatem ſummam deſiderat.

BONA Caduca in iure dicuntur, quę in fiſcum deferuntur: velut in l. cũ fiſco, 9. D. de ſen. ſillan. l. item veniunt, 20. §. præter hæc, D. de hered. pet. l. 3. D. de his quæ in teſt. del. Propriè autem quæ teſtamento alicui relicta, quoniam ea capere non poteſt, in fiſcũ rediguntur. veluti cùm lex ei dotem adimit, qui contra eius interdictum vxorem in prouincia ſua ducit, eámque fiſco attribuit: caduca Dos dicitur à Paullo l. ſi quis, 38. D. de ritu nupt. quemadmodum caduca glans in lege XII. dicebatur, quæ deficiente eo qui legat, ex arbore decidit, l. ſylua, 30. de verb. ſigni. Hinc ille Craſſi iocus in lib. De orat. III. Noſtra eſt inquam omnis iſta prudentiæ doctrinæque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam atque vacuam, abundantes ocio, nobis occupatis inuolauerunt. Hinc ille alter Ciceronis in C. Antonium Philipp. X. Quem niſi in via caducæ hereditates retardaſſent, volaſſe eum, nõ iter feciſſe diceres. Caducas hereditates facetè dixit, pro iacẽtes, quæ ipſi abſenti relictæ necdum ab eo aditæ atque adquiſitæ fuerant: Facetè, inquam, ita locutus eſt. non verè aut propriè. nam Caducum, auctore Vlpian. propriè dicitur, quod quis ſibi teſtamento relictum, ita vt iure ciuili capere poſſit, aliqua ex cauſſa non ceperit, quaſi ab eo ceciderit: veluti ſi legatarius poſt mortẽ teſtatoris ante Tabulas apertas deceſſerit. Hæc ille tit. Regul. XVII. Iuſtinianus autẽ in l. 1. C. de cad. toll. tribus modis ea quæ teſtamẽto relicta ſunt, deficere demõſtrat: ſi quid PRO NON SCRIPTO habeatur, ſi IN CAVSSA CADVCI, aut ſi quid CADVCVM ſit. Pro

A non ſcripto ducitur, quod ab initio defecit, vt cùm mortuo legatum hereditáſve defertur: In cauſſa caduci eſt, quod poſt teſtamentũ ante teſtatoris mortẽ deficit: veluti ſi legatarius teſtatore viuo moriatur. Caducum eſt, quod mortuo teſtatore ante Tabulas apertas deficit, veluti ſi tum legatarius moriatur. Atque hæc quidem ſubtiliter à Iuriſconſultis ita diſputantur: cùm alioqui caduca omnia dicantur, quæ illis excidunt quibus iure ciuili debebantur. veluti B cùm lex Pappia Poppæa iubet, vt quæ ad orbos ex teſtamentis perueniunt, eorum pars dimidia fiſco adtribueretur, pars illa caduca dicitur. vnde illud Iuuenal. de vxore quæ marito liberos ex adulterio pariebat:

Iura parentis habes propter me, ſcriberis heres,
Legatum omne capis, necnon & dulce caducum.

BONA caſtrenſia, vide Peculium.

BONA gratia diſſolui matrimonium: formula iuC ris antiqui: vt ex Nouella XXII. intelligitur: in qua Iuſtinianus Græcè ſcribens, eam formulam Latinis verbis vſurpauit: διαλύονται δὴ ὃν ζωῇ συμβαλόντων γάμοι, οἱ μὲν καὶ πρόφασιν εὔλογον, οἱ δὲ καὶ Bona gratia καλοῦνται. & Nouell. CXVII. κἂν εἰ Bona gratia, διαλυθῶσι συμβαίνῃ τὸν γάμον. Dicebatur autem, cùm alter ab altero non propter vllam culpam, animorúmve offenſionem, ſed vel ſua ſponte, vel legitima aliqua de cauſſa diſcedebat. vt Vlpiani verba oſtendunt l. cùm hic ſtatus, 32. §. ſi diuortium, D. de donat. D inter vir. Plerique enim cum bona gratia diſcedunt: plerique cum ira ſui animi & offenſa, & l. 6. D. de diuort. vbi exemplum huius diuortij profertur, in eo qui captus ab hoſtibus quinquennium fuerat. item in l. veri. 60. l. 61. l. 63. D. de donat. inter vir. vbi noſtri ſcribunt bona gratia dirimi matrimonium, veluti ſi propter ſacerdotium, ſterilitatem, ſenectutem, valetudinem, militiam, ſatis commmodè retineri matrimonium non poteſt. Iuſtinus edicto, 11: καὶ Bona gratia τὴν οὕτω προϊοῦσαν λύσιν τῶν γάμων τῇ πατρίῳ καE λοῦντας φωνῇ.

BONA vacantia dicuntur, eadem quæ & caduca, nimirum quæ illius fuerunt, cuius heres nullus eſt, l. 1 C. de bon. vacant. hæc autem olim quidem publicabantur: ſicuti Vlpia. tit. Reg. XVIII. ſignificat, nunc verò confiſcantur, & quadriennij tempus iis nunciandis præſcribitur. l. intra quattuor, 10. D. de diuerſ. temp. & l. quamuis, 18. D. de vſucap. Vacantia autem dici quæ & Caduca, paret ex l. vlt. C. TH. de bon. vacant. & l. 2. cum aliis complur. tit. ſeq.

F BONÆ fidei actiones, vide Actiones bonæ fidei.

BONÆ fidei emtor eſſe videtur, inquit Modeſtinus, qui ignorauit eam rem alienam eſſe: aut putauit eum qui vendidit, jus vendendi habere: puta procuratorem aut tutorem eſſe, l. 109. D. de verb. ſign.

BONI conſulere, æqui boníque facere. Fabius lib. 1. cap. 6. Sitne Conſul à conſulendo, an à iudicando: nam & hoc Conſulere Veteres adpellauerunt. vnde adhuc remanet illud, Rogat, boni conſulas: id eſt bonum iudices. Vlpian. l. 3. D. de decurion. Boni conG ſulere debeat humanitatis ſententiæ, nec decurionatum recipiat. Vlpian. leg. 12. §. 1. D. de iure dot. Quia boni conſulere mulier debet, quòd fuit æſtimatus.

BONI viri arbitratu veteres dicebant, cùm neutrius eorum quorum res agebatur, ſed eius cuius nihil ea in re intererat, probatio erat. Cato De re ruſtica: Oleũ cogi rectè, ſatiſdato arbitratu L. Manlij.

Si quid redemtoris opera domino damni datum
erit, reſoluito. id viri boni arbitratu deducetur. Item:
Oleam facito recte arbitratu domini, aut cuſtodis.
Si quid redemtoris opera domino damni datum e-
rit, viri boni arbitratu deducetur. Item: Vinum
venditum dabitur in triduo proximo, viri boni ar-
bitratu deguſtato. hoc eſt, neutrius eorum quo-
rum res agitur: ſed eius cui mentiri bono non eſſet.
Item: Si quid dominus, aut familia, aut pecus emtori
damni dederit, viri boni arbitratu reſoluetur. Si quid
emtor, aut paſtores, aut pecus emtoris, domino
damni dederit, boni viri arbitratu reſoluat. Paulus
l. 24. D. locat. Si in lege locationis comprehenſum
ſit, vt arbitratu domini opus adprobetur, perinde
habetur, ac ſi viri boni arbitrium comprehenſum
fuiſſet. idémque ſeruatur, ſi alterius cuiuſlibet arbi-
trium comprehenſum ſit. nam fides bona exigit, vt
arbitrium tale præſtetur, quale viro bono conuenit.
Atque hoc eſt, quod Catonem puto illis verbis ſi-
gnificaſſe, Bono domino, capit. 14. Huic operi, in-
quit, precium ab domino bono, qui bene præbeat
quæ opus ſunt, & numos fide bona ſoluat. Item: Lo-
co ſalubri, bono domino hæc quæ ſupra precia poſi-
ta ſunt peſtilenti, vbi æſtate fieri non poteſt, bono
domino pars quarta precij accedat. Vlpianus l. 1. D.
de legat. lib. 2 Placet in teſtamentis legatum in alte-
rius arbitrium collatum pro viri boni arbitrio acci-
pi. Hoc eſt, pro eius arbitrio, cuius nihil intererit
fallere.

Bonitarivs, verbum eſt à Theophilo & ſi-
milibus fictum: item vt eius contrarium Quiritarius.
Duplex eſt, inquit dominium: legitimum, quod iure
Quiritium competit & adpellatur dominus iure
Quiritario: naturale, quod in bonis eſt, vnde Boni-
tarius dominus dicitur. Cauſſam autem harum ad-
pellationem ex Vlpiani Regulis ſubiiciemus: In bo-
nis tantum alicuius ſeruus eſt, vel hoc modo, Si ci-
uis Romanus a ciue Romano ſeruũ emerit, iſq; tra-
ditus ei ſit, neq; tamen mãcipatus ei, neq; in iure ceſ-
ſus, neq; ab ipſo anno poſſeſſus ſit. nam quamdiu ho-
rum quid fiat, is ſeruus in bonis quidẽ emtoris eſt: ex
iure Quiritium autem, vẽditoris eſt. vide, in bonis.

Bonorvm emtio, modus fuit antiquus per vni-
uerſitatem adquirendi, de quo diſſeritur in Inſtitut.
ſub tit. De ſucceſſ. ſub. moris enim erat, vt in bonis
debitoris vendendis, vnus bonorum emtor conſti-
tueretur, qui ſemel atque vno precio ea vniuerſa
coëmeret. cuius moris veſtigia exſtant in l. Aufidius,
29. D. qui. ex cauſ. l. cum bona, 16. eo. tit. l. Imperato-
res, 60. D. de pact. Ex quibus illud intelligitur, quod
nunc complectar paucis. nam ille emtor aut vnus
erat ex creditoribus, aut extraneus. cùm emiſſet, tum
omnibus ſatisfaciebat in ſolidum: reliquum ſibi ha-
bebat. quòd ſi diffidebat, ne paria facere poſſet, tum
antequam emeret, cum creditoribus decidebat: itá-
que ad emtionem accedebat.

Bonorvm poſſeſſio, eſt ius perſequendi reti-
nendíve patrimonij, ſiue rei quæ cuiuſque cum mo-
ritur, fuerit, l. 3. D. de bonor. poſſeſ. eáque in re here-
ditati eſt ſimilis, quòd vtraque & commoda & in-
commoda complectitur: & quamuis bona ſoluen-
do non ſint, tamen & hereditas & bonorum poſ-
ſeſſio dicitur, & vtriuſque vna eadémque vis & ef-
ficientia eſt. Diſcrepant autem in eo, quòd illa iuris
ciuilis eſt, nec Prætoris auctoritatem in adeundo de-
ſiderat: hæc verò tota prætoria eſt, in eiúſque bene-
ficio poſita: cùm Prætor heredem facere non poſſit,
A vt ait Imp. §. 2. eod. Eſt autem à Prætore iuris veteris
tum emendandi, tum confirmandi cauſſa inſtituta:
eáque non tantùm ab inteſtato, ſed etiam ex teſta-
mento defertur, l. 6. D. de bono. poſſ. vbi Vlp. ait, eam
à Prætore ad ius percipiendarum hereditatum am-
plificandum inſtitutam eſſe. Lex enim XII. Tab. gen-
tium familiarúmque conſeruationem ſolam ſpecta-
rat: Prætor verò ſanguinis ac naturæ rationem habuit
maiorem. Ex teſtamento duæ dari ſolent, Contra ta-
B bulas, & Secundum Tabulas Ab inteſtato, octo: quas
paulo pòſt breuiter enumerabimus.

Bonorvm poſſeſſio, & poſſeſſio bonorum lõ-
gè inter ſe differunt. Illa ad bonorum vniuerſitatem,
id eſt, vniuerſi iuris ſucceſſionem pertinet, & in per-
petuum tempus decernitur: hæc non ad ſucceſſio-
nem, ſed ad cuſtodiam & ad tempus conſtituitur: ve-
luti cùm venter, aut creditor, aut legatarius in bono-
rum poſſeſſionem mittitur.

Bonorvm poſſeſſio contra Tabulas locum habet,
C cùm paterfam. teſtamentum quidem fecit, ſed in eo
liberos emancipatos, qui ſi in poteſtate manſiſſent,
ſui futuri erant, præteriit: hoc eſt, neque nominatim
inſtituit, neque nominatim exheredes fecit. indéque
dicitur à Tryphonino Contra ſignum dari, l. quod
vulgo, 19. D. de bonor. poſſ. contra Tab. Filiis tamen
familiàs etiam hæc bonorum poſſeſſio conceditur.

Bonorvm poſſeſſio ſecundum Tabulas, eſt ea quã
Prætor teſtamenti Tabulas ac ſcripturam ſequens,
eique obtemperans, inſtitutis heredibus largitur, l. 1.
D & paſſ. D de bon. poſſ. ſec. Tab.

Bonorvm poſſeſſio Vnde liberi, eſt quæ liberis
tum emancipatis, tum ſuis ab inteſtato conceditur,
vt parentis inteſtatò defuncti bona poſſidere Præto-
re auctore poſſint, l. 1. D. quis ordo in bon. l. 1. §. ſed vi-
dendum, de ſucceſſor. edict.

Bonorvm poſſeſſio Vnde legitimi, dicitur quæ a-
gnatis ab inteſtato defertur: ídque ex lege XII Tab.
Præterea autem quotieſcumque vel lex, vel ſenatus
defert hereditatem, ex hac parte eam peti oportet, l.
E 1. l. 2. l. 3. & l. 5. D. vnde legit.

Bonorvm poſſeſſio Vnde decem perſonæ, dicitur
quæ decem perſonis quæ manumiſſori extraneo præ-
feruntur, conceditur, l. ſi ad patrem, 10. D. de ſuis &
legi. Decem autem perſonas intelligimus infrà ſcri-
ptas, filium, filiam, nepotem, neptem, fratrem, ſoro-
rem, patrem matrem, auum, auiam.

Bonorvm poſſeſſio Vnde cognati, dicitur quæ co-
gnatis proximis ab inteſtato defertur: in quib. agna-
ti emancipati, quibus Vnde legitimis non competit,
F continentur, l. 1. & paſſ. D. vnde Cognati.

Bonorvm poſſeſſio Vnde qui ex familia, eſt
quæ liberis, tam naturalibus, quàm adoptiuis, itém-
que vxori quæ ipſius in manum conuenerat, ab inte-
ſtato deferebatur. Sic enim hanc poſſeſſionem intel-
ligendam eſſe plurib. verbis in Commentariis Inſti-
tutionum demonſtrauimus.

Bonorvm poſſeſſio Vnde patronus, patrona, libe-
ri, parentéſque illorum vocantur, eſt quæ ab inteſta-
to liberto ſuprascriptis perſonis defertur, §. ſunt au-
G tem de bonor. poſ. & apud Vlp. titul. Regul. 28. & 29.

Bonorvm poſſeſſio Vnde vir & vxor, dicitur quæ
viro ab inteſtata vxore, & viciſſim huic ab illo con-
ceditur, quoties deficit omnis parentum, liberorum-
ve ſeu propinquorum legitima, vel naturalis ſuc-
ceſſio, fiſco excluſo, l. 1. D. vnde vir. & vxo. & l. 1.
Cod. eod.

Bonorvm poſſeſſio Vnde cognati manumiſ-
ſoris

ſoris eſt, quæ patroni cognatis ab inteſtato liberto conceditur: quorum ius quoddam ſingulare fuiſſe, Iuſtinianus non obſcurè ſignificat, §. pen. de ſucceſſ. lib.& Vlp. tit. Regul.1.& 28.

Bonorvm poſſeſſio alia Edictalis dicitur, alia Decretalis. Edictalis eſt, quæ ita à Prætore in edicto promiſſa eſt vt cauſſæ cognitionem non deſideret: ſed & de plano, tamquam re certa & explorata, & quocumque die, peti poſſit, l.1.§.1.D. ſi Tabu. teſt. nul.l.30.§.1.de adquir.hered. Cuiuſmodi ſunt ſeptem illæ bon. poſſ. quas ſuperiùs enumerauimus. Decretalis verò eſt, quæ cauſſæ cognitionem deſiderat: ac propterea non niſi pro tribunali decerni poteſt, l.2 §. dies, D. quis ord. in bon. poſſ.l.1.§. decretalis, D. de ſucceſſ. edict. Huius generis ſunt Carboniana, Ventris in poſſ. mittendi, eius qui captiui furioſiúe nomine mittendus eſt. Illa ordinaria eſt: hæc non eſt, l.3. §. vlti. D. de Carbon. edict. l. filium, §. ſi quis contra, D. de legat. præſt.

Bonorvm poſſeſſio alia cum re, alia ſine re. Cum re, ſi is qui accepit cum effectu bona retineat: ſine re, cùm alius iure ciuili euincere hereditatem poſſit: veluti ſi ſuus heres inteſtato ſit.

Bonorvm poſſeſſio ſine re, eſt cùm ſuus heres euincere hereditatem iure legitimo poſſit. Hæc Vlpianus tit. Reg.28. Eiúſque rei veſtigia ſuperſunt in l. filiis, C. de inoffic. teſta.l. poſtumus, D. de iniuſt. teſt.l.1.§.pen.D. Si Tab. teſt.null.

Bonvm nomen, debitum facile, & idoneum, & quod exigi non difficulter poſſit. Paul. l. inter cauſſas, 26.§.2.D. mand. Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. Hinc illud fœneratoris Alfij apud Columellam lib.1. cap. 7. Bona nomina non adpellando fieri mala.

Bpabeytai, Vlpian. l.4. D. de his qui not. infam. Deſignatores autem quos Græci βραβευτὰς adpellant, artem ludicram non facere Celſus probat: quia miniſterium, non artem ludicram exerceant. & ſanè locus iſte hodie à principe non pro modico beneficio datur. Iul. Pollux lib. 3 τοῖς μὲν μυσικοῖς, κριταὶ κάθηνται, τοῖς δὲ γυμνικοῖς, ἐφεστᾶσι βραβευταὶ, καὶ μαστιγονόμοι, καὶ ῥαβδοῦχοι. id eſt, Ac Muſicis quidem iudices adſident: Gymnicis verò præſunt Brabeutæ & Maſtigonomi, & Rhabduchi. βραβευταὶ autem dicuntur, quòd βραβεῖον, id eſt, præmium victoribus deſignent, hoc eſt decernant. Qua ex voce Gallicam noſtrã braue, dimanaſſe mihi facilè perſuadeo: quòd qui brauium reportant, inſolentes videantur.

Brephotrophivm, βρεφοτροφεῖον, domus alendis infantibus parata, l. illud, 16.l. ſancimus, 18.C. De ſacroſ. eccleſ. vide Curotrophium.

Brevi manu, vide Manu breui.

Breviariæ rationes, quæ in breue contractæ ſunt. Scæuola l. vlti. D. de pecul. legat. An peculio prælegato, & centum aurei, & vſuræ eorum debentur cum rati nibus breuiariis, & ſortem & vſuras complexus ſit. Vlpianus in l.3.§.6. tit. ſequen. Logarium opinor, hoc adpellat. Suetonius Calig. Ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationum offerendi, paropſidem leguminis porrexiſſe.

Brevis, libellus in quo quid ſcriptũ eſt, Impp. l. vlti. de cõuenien. fiſci debit. lib. Cod.x. Inter chartulas confiſcati briuis quidam adſeueratur inuentus, qui nomina debitorum contineret. Lamprid. de Alexandro: Milites ſuos ſic vbique ſciuit, vt in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militantium. Sic in l. pen. in fi. C. de canõ. larg. l. vlti. C. de

A conueniend. fiſ. debet, l.1.C. de excuſat. artific.

Bvccinvm, conchæ genus, purpuris conficiendis idoneum. Plin. lib. 9. cap. 36. Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem eſt materia: ſed diſtat temperamento. Duo ſunt genera: Buccinum minor concha, ad ſimilitudinem buccini, quo ſonus editur. Vlpian. l. 70. §. 5. de legat. fid. lib.32. Purpuræ autem adpellatione omnis generis purpuram contineri puto. ſed coccum non continebitur: Buc-
B cinum, & ianthinum continebitur. Florentinus liber fvcinvm.

Bvccellatvm, panis ad vſus diuturnitatem excoctus, quo milites paſci in caſtris ſolent: vti ſcribit Marcellinus lib. xvii. eius fit mentio in l. 1. C. de erogat. milit.

Bvcvlas, quarum ſtructores Paternus vocationem numerum habere ſcribit in l. vlt. D. de iur. immun. inſtrumentum puto illud eſſe cuius meminit Vitruuius lib.10. cap.15. in quo ſucc ula inditur, cata-
C pultis exercendis parata. Sunt qui Buccularios in Aduerſariis ſuis legere malint, & galeatum fabricatores interpretentur: ex ea galearum parte quæ Buccula dicitur, impoſito nomine. Sed videamus, ne & fabrorum ærariorum nomine ſuperiùs à Paterculo comprehenſi ſint, & abſurdum ſit galearum potiùs quàm reliquorum armorum fabricatoribus immunitatem concedi.

Bvlgarvs, Iuriſconſultus in Italia nobilis floruit circiter annum M. CXC. cœpítque vnà cum aliis
D gloſſulas Iuris ciuilis libris adſpergere: quibus eſt Accurſius poſtea multum vſus, eiúſque honoris cauſſa, perſæpe meminit.

Bvprestis, animal venenatum ac peſtiferum, vt ſcribit Plin. lib.30. cap.4. Itaque inter venena connumeratur à Marciano in l. 3. §. 1. D. ad leg. Cornel. de ſic. vbi tamen bvbrostim vicioſè legitur.

Bvrdo. Laurentius Val. lib. Eleg.4. Hinnulus dicitur, inquit, qui patre equo, matre aſina genitus eſt, quem quidam Burdonem nominant. Vlpian. l.
E 49. de legat. & fid. lib. 32. Item legato continentur mancipia: item iumenta, vel lectica, vel ſella, vel burdones.

Litera C.

C Litera, condemnandi nota erat quam Prætor in publicis iudiciis dare iudicibus ſolebat in tabella cerata ſcriptam: vt ſi reus damnandus videretur, eam in vrnam conii-
F cerent: quemadmodum in Verr. III. Pedianus ſignificat. itaque triſtis à Cicerone adpellatur in ea pro Milone: Quòd niſi vidiſſet poſſe abſolui eum qui fateretur, neque quæri vmquam iuſſiſſet, nec nobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam, quàm illam triſtem dediſſet.

C, litera Gaius notatur, quæ inuerſa Ɔ mulierem declarat: qui tam Caias eſſe vocitatas, quàm Caios, etiam ex nuptialibus ſacris apparet. Fabius lib. 1. cap. 1.

G Cacabvs, vas in quo pulmentarium coquitur: vti Paull. docet in l.18.§.2. D. de inſt. vel inſt. & Vlp. l.19. §.5. de aur. & arge. Varro De litig.4. vas in quo cibum coquebant.

Cadere cauſſa, pro litem perdere ab antiquis dicebatur, fortaſſe quòd vti comœdiæ ſtare dicebantur quæ placebant, ſic & cauſſæ. Terent. prolog. Ph. Quòd ſi intelligeret, cũ ſtetit olim noua, actoris

opera magis ſtetiſſe, quàm ſua. Et Donatus duobus in locis: Agi, inquit, dicitur fabula cùm recitatur: ſtare, cùm placet. Sic Cicero in epiſt. ad Lentulum: Cùm in Senatu pulcerrimè ſtaremus, quòd iam illam ſententiam Bibuli, &c. Paullus autem lib. Collectan. I. cap. x. Cauſſa cadimus, inquit, aut loco, aut ſumma, aut tempore, aut qualitate. Iuſtin. §. 12. de actionib. Si quis agens intentione ſua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat, cauſſa cadebat: id eſt rem amittebat. Cicer. lib. de Orat. I. Hypſæus maxima voce à Prætore contenderet, vt ei quem defendebat, cauſſa cadere liceret. Paullus l. 45. §. 5. D. de iur. fiſc. De quo cauere compellitur, vt ſi vſus is contra interdum fuerit, cauſſa cadat. Papinianus l. 71. §. 3. D. de condit. & demonſt. Quòd ſi maritus vicio ſuo cauſſa ceciderit; neque ſoluendo ſit. &c. Dici etiam ſolebat, pro eodem.

CADERE formula. Fabius libro III. In omnibus ferè cauſſis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſunt quæſtiones: an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere. Sueton. in Claudio: Nec ſemper præſcripta legum ſecutus, duritiam lenitarémque multarum ex bono & æquo moderatus eſt. nam & iis qui apud priuatos iudices formula excidiſſent, reſtituit actiones. Quo ex loco patet, Cadere formula in ſtricti tantùm iudicij actionibus vſurpari ſolitum: Cauſſa verò cadere, in omnibus.

CADVCA bona, vide Bona caduca.

CADVCÆ hereditates, vide Bona caduca.

CADVCARIA lex, vide lex Caducaria, in Indice legum Rom.

CADVS, vaſis genus, quod Metretes dicitur, decem congiorum capax, apud Vlpia. l. 15. §. 4. D. de vſuf. & l. 6. l. 14. & l. 15. D. de trit. vin.

CÆDERE pignora, pro vendere & auctione diſtrahere. Cicero in procemio lib. III. de Orat. An tu cùm omnem auctoritatem vniuerſi ordinis pro pignore putaris, eámque in conſpectu populi R. concideris, me his pignoribus exiſtimas poſſe terreri? non tibi illa ſunt cædenda, ſi craſſum vis coërcere: hæc tibi eſt excidenda lingua, qua vel euulſa, ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Quo ex loco vir quidam eruditus, popularis meus exiſtimabat, pignora concidi & frangi. Egò in libello De ſenatu demonſtraui ex Nonio, Cædere ab antiquis vſurpatum pro conſumere. quam totam meam diſputationem poſtea ſtudioſi quidam mihi oſtenderunt translatam à Ioanne quodam Sario in ſuum libellum De ſenatu Romano: qui anno demum M. D. LXIII. editus eſt: cùm meus annis ante amplius quinque promulgatus fuiſſet.

CÆMENTA, lapides fracti & rudes, quibus ædificia conſurgunt. Iauol. l. 57. D. locat. Terram in eam aream amplius quàm fundamenta cæmentitia locatoris erant, congeſſit.

CÆRITES Tabulæ quæ dicantur, Agellius lib. XVI. cap. XIII. his docet verbis: Primos municipes ſine ſuffragij iure Cærites eſſe factos accepimus: conceſſúmque illis, vt ciuitatis R. honorem quidem caperent, ſed negociis tamen atque oneribus vacarent: pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditiſque. Hinc Tabulæ Cærites adpellatæ, verſa vice, in quas referri iubebant quos notæ cauſſa ſuffragiis priuabãt. Pedianus in Diuin. Qui plebeius erat, in Cæritũ Tabulas referebatur, & ærarius fiebat: ac per hoc

A non erat in albo centuriæ ſuæ: ſcilicet ad hoc vt ciuis
eſſet, ſed tãtummodo vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet.

CÆSARES cur imperatores omnes dicti ſint, vide initio noſtrorum comment. in Inſtitut.

CÆSARIENSES & Cæſariani paſſim lib. Cod. x. pro miniſtris, ſiue officialibus, aut apparitoribus procuratoris Cæſaris. Adpellantur & Catholiciani, vt ſuo loco dicetur. ex l. pen. §. vlti. Cod. de bon. pro-
B ſcript.

CAIVS, Caia, nomina in matrimoniis quæ per coëmtionem fierent, vſita: VBI TV CAIVS, ET EGO CAIA. quib. verbis, vt Plutarchus ſcribit, quaſi paciſcitur ſibi commune cum viro dominium, & par imperium domi. ac ſi diceret, Vbi tu es familiæ princeps ac dominus: ecce ego adſum familiæ princeps & domina. Quod Cicero facetè exagitans in Muræniana, Quia, inquit, in alicuius libris exempli cauſſa id nomen inuenerunt, putarunt, omnes mu-
C lieres, quæ coëmtionem facerent, Caias vocari. Valerius Max. Ceterùm, inquit, Caia vſu ſuper omnes celebrata eſt: fertur enim Caiam Cæciliam, Tarquinij Priſci Regis vxorem, optimam lanificam fuiſſe. & ideo inſtitutum fuit, vt nouæ nuptæ ante ianuam mariti interrogatæ quænam vocarentur, Caiam eſſe ſe dicerent.

CALATA comitia, vetuſto verbo dicuntur pro Aduocata, & per præconem indicta, à Græco καλῶ: vnde Calendæ dictæ. vt Macrob. ſcribit lib. Sat. I. cap.
D XV. itáque veteres comitia omnia Calata nominabant: & Iuſtinianus Calatis comitiis, teſtamenta fieri ſolita tradit, pro Comitiis conuocatis. cùm Agellius libro 15. cap. 27. ſcribat, in concione populi ea fieri conſueſſe.

CALENDÆ, Calendarium, &c. vide Kalendæ.

CALANTICA eſt tegmen muliebre, quod capiti innectitur. Mar. Tull. in Clodium: Túne cuum vincirentur pedes faſciis, cuum Calanticam capiti adcommodares. Ex Nonio. Vlp. in l. 25. §. D. de aur. arg.
E Ornamentorum hæc, vittæ, mitræ, ſemimitræ, calantica. Florentini tamen CALAVTICA.

CALCIARIVM, quantum ſatis eſt calceorum, pro perſonæ qua de agitur condicione. Vlpia. l. 8. §. 7. D. de tranſact. De calciario, quoque, arbitrio Prætoris tranſigendum eſt. Idem l. 21. D. de alim. & cib. Diariis & cibariis relictis, neque habitationem, neque veſtiarium, neque calciarium, deberi palàm eſt. Trãquill. in Veſpaſian. Claſſiarios qui ab Oſtia & Puteolis Romam pedibus commeant, petentes conſtitui
F aliquid ſibi calciarij nomine, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, iuſſit poſt hac excalciatos curſitare.

CALCIATVM apud Paullum in l. 3. §. 3. D. de offic. præf. vig. legi puto pro FALCIATVM: id eſt, falcibus muralibus (de quibus Cæſar & alij meminêre) quæ diruendis ædibus inflammatis parantur, inſtructum. Tacitus lib. 19. Paulum inde moræ dum è proximis agris ligones, dolabras, & alij falces, ſcaláſque conuectant.

G CALCEATVM autem de calceis vel peronibus, vel mulleolis interpretari, quid eſſet rationis? quid enim ad Iuriſconſultum, calceatus an diſcalceatus vigilium præfectus noctus coërcet?

CALCVLVS, pro rationibus & computatione: vnde tit. lib. Cod. II. de Errore calculi. vt apud Vlp. l. 5. §. ſi rogat. D. de don. inter vir. & xv. l. I. D. quæ. ſent. ſin. adpell. l. 8. D. depoſ. Hinc,

Calcvlatores, qui ſuas operas in rationibus ſubducendis locabant. Vlpianus l. 7. §. 2. D. de oper. lib. Nam huius quoque eſt miniſterium, ſi fortè vel librarius, vel nomenculator, vel calculator ſit. Modeſtinus l. 25. D. de excuſat. Μὴ δὲ λιβραρίους, μὴ δὲ καλκουλάτορας, οὓς διαψηφιστὰς λέγομεν, ἔχειν ἀλειτουργησίαν: id eſt, Neque librarios, neque calculatores, quos Diapſephiſtas vocamus, habere immunitatem. Item l. 4. de prof. & med. lib. Cod. 10. & l. 1. §. 2. D. de var. & extraord. cognit.

Caligatvs miles, manipularis, gregarius. Vlpian. l. 2. D. de iis qui not. infa. Dimiſſum accipere debemus militem caligatum, vel ſi quis alius vſque ad centurionem, vel præfectum cohortis. Arrius l. 6. §. 3. D. de re milit. Sed & caligatus, qui metu hoſtium languorem ſimulauit, in pari cauſſa eis eſt. Venul. l. 9 D. de cuſt. & exhib. Is autem qui exercitum accipit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet. Iuſtinianus Nouell. LXXIIII: ἀλλὰ οὐδὲ γεωργοὺς ἢ στρατιώτας ἐνόπλους, οὓς ὁ νόμος καλιγάτους καλεῖ. τουτέστιν, εὐτελεστέρους καὶ ἀφανεστέρους.

Caligati autem à caligis adpellantur, quod erat gregariorum militum calceamentum. Cornelius Tac. lib. 1. Iam infamis in caſtris genitus in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam adpellant: quia plerumque ad conciliandа vulgi ſtudia eo tegmine pedum induebatur. Idem ſcribit Tranquill.

Calvisiana actio, vide Actio Caluiſiana.

Calvitvr, inquit Marcellus, eſt fruſtratur: tractum à caluis inimicis, quòd ſint omnibus fruſtratui. Plautus in Caſina, Nam vbi domi ſola ſum ſopor manus caluitur. Complura Nonius exempla protulit, ex quibus Caij reſponſum facilè intelligatur in l. 233. D. de verb. ſign. Si caluitur, & moretur & fruſtretur. vt SI CALVITVR, verba ſint legis duodecim, quam interpretatur: cetera, ſua: id eſt gloſſæ & interpretationis. Erat autem in lege, SI CALVITVR, PEDEM'VE STRVIT, MANVM ENDO IACITO.

Calvmniari verbum generale eſt omnem ingenij malitiam complectens. Cic. de Repub. II: Vt Carneadi reſpondeatis, qui ſæpe optimas cauſſas ingenij calumnia ludificari ſolet. Idem pro domo: Cauſſa quæri ſolet adoptandi: illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Et mox: Quæ maior calumnia eſt, quàm venire imberbem adoleſcentem, & dicere filium ſenatorem ſibi velle adoptare. vt facile appareat Calumniam Latinis idem eſſe, quod Græcis σόφισμα. Propriè autem ad fraudes reorum contrahitur: hoc eſt, tam actorum, quàm defenſorum: & tam publicorum, quàm priuatorum iudiciorum. Vnde Iuramentum calumniæ, quod litigatores, cùm iudicium acciperent, interponebant. Hinc Paullus lib. Collectaneorũ 1. cap. v. Calumnioſus eſt, inquit, qui ſciẽs prudénſque per fraudem negocium alicui comparat. Hinc,

Calvmniator in priuata re dicitur, qui non debitum petit, l. pen. D. ne quis eum qui in ꝯ per calumniam petere, qui alterius vexandi cauſſa, non iure petit, l. 29 §. vlt. D. de lib. cauſſa, l. 46. D. de petit. hered. l. 3 §. 1. D. vt in poſſ. leg. Hinc,

Calvmniæ actio illa antiqua, de qua ſcribit Imp. §. hæc autem, de pœn. tem. litig. quæ in partem litis decimam actores multabat: & poſt ſententiam pronunciatam victori aduerſus eum qui damnatus erat, dabatur.

A Camelasia, Camelorum curatio & præfectura, niſi fortè CAMELARIA legendum ſit à Camelariis, vt Argentaria, Sagaria, ab Argentariis & Sagariis. Camelarij namque qui camelorum curam habent, dicuntur. Arcad. l. vlt. §. 1. D. de mun. & bon. Camelaſia quoque ſimiliter perſonale munus eſt: nam ratione habita & alimentorum & camelorum, certa pecunia camelariis dari debet, vt ſolo corporis miniſterio obligentur. Budæus tamen Camelaſia, καμηλ-
B λασία legendum putat.

Camvm, potionis genus apud Vlpianum in l. 9. D. de tritic. vin. mihi ignotum.

Cancellare, delere, expungere, quòd qui ſcripturam delent, ducto in arrectum & tranſuerſum calamo quaſi cancellos efficiunt. Scæuola l. 47. D. de pact. Si quod inſtrumentum apud me remanſit, vanum, & pro cancellato habebitur. Vlpian. l. 2. D. de his quæ in teſt. Cancellauerat quis teſtamentum, vel induxerat.

C Cancellarivs, idem, opinor, qui actuarius: inde ducto nomine, quòd eius officium, id eſt, cellula in qua ſcribere conſueuit, cancellis munita ſit. vnde tit. lib. C. 1. De adſeſſoribus, & domeſticis, & cancellariis iudicum. Nam cuum actuarij officium libellis, ſiue chartulis ſit refertum, & frequentes habeat interuentores, neque ab illorum colloquio prohibetur, & ab amittendarum chartarum periculo abeſt. Hæc ego cùm Argentorati primùm ſcripſiſſem, anno M. D. LV. cellæ actuariorum, quam illi Cancellariam ad-
D pellant, forma & exemplo admonitus: cùm, inquam, primus omnium, hanc iſtius vocabuli notationem expoſuiſſem: & ab inueterata opinione cancellandorum, ſiue delendorum actorum receſſiſſem: poſtea ſententiam hanc meam quàm plurimis placuiſſe animaduerti: qui tamen meum nomen ſuo more tacuerunt. Vidi etiam præclara veterum teſtimonia, à nonnullis prolata, quibus mea coniectura confirmatur. in his autem illud inſigne eſt ex Caſſiodori lib. XI. Variarum: Hoc igitur laudabile præiudicium
E ſententiam gratioſam, militiam domeſticam à XII. indictione Cancellorum tibi decus adtribuit: vt conſiſtorij noſtri ſecreta fideli integritate cuſtodias. Per te præſentandus accedat: per te noſtris auribus deſiderium ſupplicis innoteſcat. iuſſa noſtra ſine ſtudio venalitatis expedias. Et paulo pòſt: Reſpice quo nomine nuncuperis. Latere non poteſt quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas ianuas. Et quamuis ſtudioſè claudas, neceſſe eſt, vt te cunctis aperias. nam
F ſi foris ſteteris, meis emendaris obtutibus. ſi intus ingrediaris, obſeruantium non potes declinare conſpectus. Cancellarij etiam mentionem obſeruaui in deſcriptione antiqui marmoris, quod Romæ eſſe aiunt: his verbis: Ex auctoritate Turci Aproniani v. c. vrbis. Ratio docuit vtilitate ſuadente conſuetudine micandi ſummota, ſub exagio potius pecora vendere, quàm digitis concludentibus tradere, vt adpenſo pecore capite, pedibus, & ſeruo lactante, & ſubgulari lanio cedentibus, reliqua caro
G cum pelle & interaneis proficiat venditori ſub conſpectu publico fide ponderis comprobata, vt quantum caro occiſi pecoris adpendat, & emtor norit, & venditor: commodis omnibus & præda damnata, quam Tribunus, officium, cancellarius & ſcriba de pecuariis capere conſueuerant, quæ forma interdicti & diſpoſitionis ſub gladij periculo perpetuo cuſtodienda mandatur. Exſtat & apud Flo. Vopiſcum, in

Carini vita mentio de Cancellario, quam ſubſcribam. Amicos optimos quoſque relegauit: peſſimum quemque elegit, aut tenuit. Præf. vrbi vnum ex cancellariis ſuis fecit: quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici. Quam tamen lectionem, vt liberè quod ſentio exponam, concoquere non poſſum: vereorque ne ANCILLARIIS potius ſit legẽdum, quo nomine ipſe idem vtitur, lenocinij ac libidinis miniſtros ſignificans.

CANDIDATI principis, vide Quæſtores candidati.

CANON publicus dicebatur commeatus quem prouinciales quotannis populo vel Romano, vel Conſtantinopolitano, vel Alexandrino gratis ac ſine precio vllo mittebant: qui ſpeciebus his conſtabat, frumento, vino, carne, oleo, &c. vti conſtat ex tit. C. lib. x. & C. T H. De canone frumẽt. vrb. Rom. De frum. vrb. Conſtant. De frum. Alexan. Hinc,

CANONICARII, qui principis nomine ac mandatu canonem exigebant, l. 9. C. de exact. tribut.

CANON largitionaliũ titulorum, ſub Rub. C. lib. x. dicebatur præſtatio quæ in priuatum Principis ærarium conferebatur, vnde largitiones ab ipſo fiebant.

CANTHARI in l. 41. §. 7. D. de legat. & fideicom. tertio, fuiſſe videntur imagũculæ, & ſigilla quædam ex quibus ſalire aqua ſoleret; fortaſſe ad cantharorum animalium, aut verò ad canthari vaſis, quo potari Liber pater ſolebat, ſimilitudinem efficta. Sed Automataria, inquit, aut ſi qui canthari per quos aquæ ſaliunt, poterunt legari. Auſonius Edyll. x v i. Harum verticularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum: Elephantus bellua, aut aper beſtia, anſer volans, & mirmillo in armis ſubſidens, venator & latrans canis. quin & turris, & cantharus, & alia huiuſmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio ſcientius variegant.

CAPERE, inquit Vlpianus, aliud eſt quàm accipere. Capere cum effectu accipitur: accipere, etſi quis non accepit vt habeat. ideóque non videtur quis capere, quod erat reſtituturus: ſicut perueniſſe propriè illud dicitur, quod eſt remanſurum, l. 71. D. de verb. ſignif. Quibus ex verbis apparet, Capere, eſſe iuris: Accipere verò, facti. vt cùm dicimus Capere ex teſtamento, Capere hereditatem, legatum, fideicommiſſum: idem enim valet, quod iure ſibi adquirere. vt cùm ita ſcribitur: LVCIVS Titius cùm capere potuerit, heres eſto, l. in tempus, 62. D. de hered. inſtit. l. ſi is qui, 11. D. de vulg. & pupill. l. cum autem, 25. in fi. D. de Ædil. edict. vnde ſolidum capere non poſſe dicuntur, quibus id adquirendi ius non eſt, l. ſi quis, 72. l. qui non militabat, 78. in fi. D. de hered. inſtituend. l. ſi is qui, D. de vulg. & pup. l. 5 D. de iur. fiſc. vſque adeò autem verbum Capere iuris eſt, vt etiam pecuniam cepiſſe dicatur, qui ab obligatione liberatus eſt, l. 2. D. de calumniat. l. ſi quis, 115. D. reg. iur. l. Neſennius, 22. in fin. D. ad Falcid. Hinc,

CAPERE vſu, & Capere poſſeſſione, & præciſè capere ſine vlla adiũctione: pro adquirere, l. ei à quo, 21. & l. cum qui, 23. D. de vſurpat. l. bonæ fidei, 48. §. 1. D. de adq. rer. dom. Hinc,

CAPIO vſu, & vſucapio, & præciſè ac ſimpliciter Capio, in d. l. bonæ fidei, & alibi paſſ. ſub. tit. de vſurpat.

CAPI dicuntur virgines Veſtales, Flamines Diales, Pontifices, Augures, cuum ſacerdotes creantur. Capi autem virgo propterea dici videtur, quia

A Pontificis Max. manu reprehenſa, ab eo parente in cuius poteſtate eſt, veluti bello capta abducitur. Agellius lib. 1. cap. 12. Sic Vlp. tit. Reg. x. In poteſtate parentum eſſe deſinunt, quæ virgines Veſtæ capiuntur. Fortunat. Rhetor. lib. III. In elocutione proprietas verborum captanda eſt. vt ſi dictatorem dictum dicas: Flaminem proditum: Veſtæ virginem captam.

CAPITATIO, vide infr. poſt CAPVT.

B CAPTARE aliquem Veteres dicebant, pro, Alicuius hereditatem captare, id eſt, blandiciis & illecebris aucupari, Martial.

Scis te captari: ſcis hunc qui captat auarum:
Et ſcis quid captat, quid, Mariane, velit.
Tu tamen hunc tabulis heredem ſtulte ſupremis
Scribis: & eſſe tuo, vis, furioſe loco.
Munera magna quidem miſit: ſed miſit in hamo:
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?

Vlp. in l. 1. D. Si quis aliq. teſt. Qui dum captat he-
C reditatem, prohibuit teſtamentarium introire, &c. Dicitur captare teſtamentum. Seneca lib. de Benefic. v i. An vt eos qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas habere eadem quæ deſignatores & libitinarios vota? Hinc,

CAPTATORIA inſtitutio dicitur, quæ mutuæ inſtitutionis captandæ & quaſi aucupandæ cauſſa facta eſt. cuiuſmodi eſt hæc in l. 20. in fi. D. de cond. inſtit. Titius ſi me heredem inſtituet, heres eſto: aut hæc, Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in
D tabulis ſuis recitauerit, ex ea parte heres eſto, l. 1. D. de his quæ pro non ſcript. Quare ſi de inſtitutione iã facta teſtator loquatur, non erit captatoria. veluti ſi dicat: Qua ex parte Titius me heredem inſtituit, ex ea parte Mæuius heres eſto: illa inſtitutio captatoria non eſt. quia in præteritũ, non in futurum inſtitutio collata eſt. ait Paulus in l. 71. & l. 20. D. de hered. inſtit. Papinian. in l. 70. eod. Captatorias inſtitutiones, inquit, non eas Senatus improbauit, quæ mutuis adfectionibus iudicia prouocauerunt: ſed quarum con-
E dicio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis.

CAPSARIVS, artifex capſarum, Paternus l. vlt. D. de iur. immun. Quibuſdam vocationem munerum condicio tribuit, vt ſunt menſores, capſarij, & artifices.

CAPSARIVS, qui mercede ſeruanda in balineis veſtimenta ſuſcipit: inquit Paullus in l. 3. §. 3. D. de off. præf. vig.

CAPSARIVS, qui puero ad ludum eunti libros in capſula defert. Vlp. l. 13. D. de manum. vind. Si collectaneus, ſi educator, ſi pędagogus, ſi nutrix, vel alum-
F nus, vel capſarius, id eſt, qui portat libros. Suetonius Nerone: Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis vno prandio pariter necatos.

CAPVT propriè dicitur quodcumque in recenſione numerum efficit: quod dialectici indiuiduum adpellant. Hinc in armentis ac gregibus, quot beſtiæ ſunt, tot capita numerantur, l. 1. vlt. & l. 3. D. de rei vindic. l. 13. D. de pignorib. Vnde in locum demortuorum alia ſubſtituere, apud Vlpian. l. 8. & l. 70. D. de vſufr. quo eodem modo Vlpian. in l. pronun-
G ciarum, 195. D. de verb. ſignifi. ita ſcripſit: Et cum paterfa. moritur, quotquot capita ei ſubiecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere. Hinc Tributum capitis dicitur à noſtris, quod in ſingulas perſolas imperatur, l. 3. & l. vlt. D. de cenſib. Hinc cenſa dicuntur ciuium capita, cuum à Cenſorib. in luſtris condendis, eorum nomina in tabulas publicas relata ſunt. Hinc apud Papinianum l. 11. §. 2. D. de bon. poſſ. qui ſe adrogandum

adrogandum dat, cum capite fortunas quoque ſuas in aliam domum ac familiam transferre dicitur. id eſt, cum ſua perſona, vt vulgus loquitur. Hinc diuiſio in capita, cui opponitur ea quæ in ſtirpes dicitur, de qua ſub IN explicabimus. Hinc cuũ ordinis alicuius quoddam ius eſt proprium ac præcipuum, ſi quis ex illo ordine moueatur in quo caput ſiue numerum obtinebat, capite minutus dicitur: id eſt iure illo quod illius ordinis erat propriũ, priuatus ac deminutus. quomodo fortunis deminutus Latinè dicitur, qui in iis priuatus ac ſpoliatus eſt. Hinc capitis deminutio apud Iuriſcõſultos. Nã in eo tractatu Caput, ſine dubio ius ſignificat, ex eo alicui quæſitũ, ꝙ caput ſiue locũ in ordine aliquo, cuius erat illud ius, obtinet. Qua de cauſſa Paullus in l. 3. in fi. D. de cap. minut. Seruum capite minui negat: quia nullum, inquit, ius habet. Exempli cauſſa, liberis hominibus, qui nondum tamen tribum obtinẽt, facultas eſt (quæ & libertas adpellatur) quidlibet faciendi. quare qui in eum ordinẽ (ſic enim Cicero loquitur) cooptatur, caput iam habere dicitur. vnde ſeruus qui pro libertate precium perſoluit, precium pro capite ſoluere dicitur, apud Plautum & Iuriſconſultos frequentiſſimè, id eſt vt liceat illi caput in ordine libertorum obtinere. qui ſi poſtea libertate mulretur, capite, id eſt iure libertorum minutus dicetur, l. vlt. D. de cap. minut. Eadem eſt ratio in ciuibus, quorum eſt ius multiplex, proprium ac ſingulare, vt nexorum, hereditatum, vſucapionum. Nam ſi quis ciuitate priuetur, veluti per aquæ & ignis interdictionem, capite, id eſt iure ciuitatis deminutus dicetur, d. l. vlt. & apud Iuſtin. §. 1. de ca. deminut. Eadem præterea eorum ratio qui in aliqua familia caput obtinent. Familiam autem duobus modis intelligimus: primùm vniuerſam aliquam agnationem, vt Tulliorum: deinde cuiuſque patrisfa. domum, vt M. Tullij, ex l. 195. §. 1. D. de verb. ſig. Nam iis quidem qui eiuſdem gentis ſiue agnationis ſunt, vt omnibus Tulliis, iura certa cõpetunt: veluti legitimarum hereditarum, tutelarum, &c. item vt iis qui filiifam. ſunt, veluti, iura ſui. Quòd ſi vel paterfa. aliquis, vt Clodius, adrogandum ſe dederit: vel filiusfam. emancipetur: capite, id eſt eo iure quod ille in gente & agnatione Clodiorum, hic in patris familia obtinebat, minuetur. eóque neque Clodius Gentilis dicetur, vt ait Cicero in Top. neque tutelas habebit legitimas, quæ agnatis debentur, l. 6. D. de cap. minut. & apud Iuſtin. §. vlt. de legit. agnat. tut. neque emancipatus ſui heredis ius obtinebit: vt ait idem in §. 4. de exhered. lib. vt dubium nemini eſſe poſſit, quin ſi conſuetudo tuliſſet, etiam Senatores qui Senatu mouentur, & Equites quibus equus publicus adimitur, & verò etiam ſeruuli, qui manumiſſione vel alienatione de familia tolluntur, capite minuti rectè dicerentur: ius enim in ordine ſuo eorum vnuſquiſque quamuis exiguum obtinebat. Itaq; Paullus d. l. 3. Seruile caput adpellat, id eſt partem vnam ſeruilis familiæ: quomodo bouem, aut ouem, vnum in grege caput, id eſt partem vnam gregis dicimus. Verùm vt aliis in rebus innumeris, communis adpellatio ad certas ſpecies reſtringitur, ac reuocatur: ſic in hoc tractatu Capitis adpellatio ad eos tres ordines hominum, ſcilicet liberorum, ciuium & familiarum contracta eſt.

CAPITIS minutio eſt, ſtatus mutatio, l. 1. D. de cap. min. vel ſic, Eſt ademtio iuris eius, quod quis vel ex libertate, vel ex ciuitate, vel ex agnatione proprium habebat. vnde triplex eſſe dicitur: maxima, media, minima.

A CAPITIS deminutio maxima eſt, cuum & libertatem, & ciuitatem, & familiam amittimus. Media, cuum amittimus ciuitatem, libertatem verò retinemus. Minima, cuum & libertas & ciuitas retinetur, familia tantùm mutatur, l. 11. D. de capit. minut.

CAPITE deminutus adpellatur, qui ciuitate mutatus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus eſt: & qui in hoſtium poteſtatem venit: & cui aqua ignique interdictum eſt.

B Feſtus.

CAPITAL, inquit Feſtus, facinus quod capitis pœna luitur. vetuſtè nimirum, pro Capitale. Arrius l. 6 §. 4. D. de re milit. Si quis commilitonem vulnerauit, ſiquidem lapide, militia reiicitur: ſi gladio, capital admittit. Calliſtrat. l. vlt. D. de term. mot. Alia quoque lege Agraria quam Diuus Nerua tulit, cauetur, vt ſi ſeruus ſeruáve inſciente domino dolo malo fecerit, ei capital eſſet. Cic. de Legib. lib. 2. Quíque non paruerit, capital eſto. Plautus, Numquam ædepol fugiet, tametſi capital fecerit.

C CAPITALIS rei damnatus intelligitur is, cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio ſit, l. 13. D. de bon. poſſ. Item,

CAPITALIS rei damnatum ſic accipimus (inquit Vlp.) ex qua cauſſa damnato vel mors, vel etiam ciuitatis amiſſio, vel ſeruitus contingit, l. 2. D. de pœnis; & l. 4. D. ſi quis caut. Hinc,

CAPITIS accuſationem Labeo exiſtimat eam eſſe, cuius pœna mors aut exſilium eſſet, l. 10. D. de iure

D patron. & CAPITIS accuſaſſe libertum is demum patronus videtur, qui tali iudicio appetit, cuius pœna aut ſupplicium habuit, aut exſilium quod ſit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur, l. 14. §. 2. D. de bon. libert. Modeſtinus, l. 103. D. de verb. ſig. Licet Capitalis Latinè loquentibus omnis cauſſa exiſtimationis videatur, tamen adpellatio Capitalis, mortis vel amiſſionis ciuitatis intelligenda eſt. Item,

CAPITALEM fraudem admittere, eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit.

E veteres enim Fraudem pro pœna ponere ſolebant, l. 23. §. 2. D. de Ædil. edict.

CAPITIA Vlpianus inter muliebres veſtes recenſet, l. 23. §. 1. D. de aur. arg. Nonius autem capitum tegmina interpretatur.

CAPVT liberum, pro homine libero veteres dicebant. vnde illa Seruij definitio in l. 1. D. de tut. Tutela eſt vis ac poteſtas in capite libero. & apud Agellium lib. V. cap. XIX. Tutoribus in pupillos tantam eſſe auctoritatem fas non eſt, vt caput liberum fidei ſuæ

F commiſſum alienæ ditioni ſubiiciant. Cicero aliam Verrina IIII. Hic alteram decuriam Senatoriam iudex obtinebit? hic de capite libero iudicabit? Et Vlpianus titul. Regularum XI. Qui liberum caput mancipatum ſibi vel à parente, vel à coëmtore, &c. Hinc,

CAPVT liberum facere, pro manumittere. Plautus in Mercat. Liberum caput tibi faciam paucos menſes. Hinc,

PRO CAPITE pecuniam ſoluere: id eſt, pro libertate. Cic. lib. de Offic. III. Vt ſi prædonibus pactum

G pro capite precium non adtuleris, nulla fraus eſt, ne ſi iuratus quidem id non feceris. Plautus in Pœnulo: Cùm argentum pro capite dedimus, noſtrum dedimus, non tuum: liberos nos eſſe oportet. Et in Perſa: Vt des mihi numos ſexcentos, quos pro capite pendam. Et in Rudente: Doctè atque aſtutè ego illi pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, vt ſim liber, ac me emittat manu. Quam eandem locutio-

nem vſurpat Iulianus in l.ſeruus, 10. D. pro emt.& l. eo tempore,50.§.vlt.D.de pecul.

CAPVT noxa ſequitur: prouerbium apud Iuriſconſultos,l.1.§.14.D.depoſ.& l.qui ex pluribus, 20.& l.vlt.D.de nox.act. in quo vox CAPVT pro perſona quæ caput habeat, & cum qua lege agi poſſit, poſitum eſt. veluti,quamdiu Dauus meus eſt ſeruus,eius ſum caput:neque enim ſerui caput habent: vt ait l.3. in fin. D. de cap. minut. At ſi eum Sempronio vendam, Sempronius eius caput efficietur: ſin verò manumittam,iam ipſe caput habere incipiet. vnde pro capite pecuniam dare dicuntur ſerui, qui libertatem à ſuis dominis emunt.& in eandem ſententiam Paullus ſcribit in l. tutelas, 7. D.de cap. minut. actionum ex delicto venientium obligationem cum capite ambulare.itémque in l. 17. D. de furt.quod dicitur Noxam caput ſequi, ſic interpretatur, obligationem ab initio contractam caput nocentis ſequi.

CAPITA in Codicis libris dicuntur pabula iumentorum:vt auena,fœnum,paleæ, quæ magiſtratuũ iumentis Imperatoris præſcripto præbebantur: quia in ſingula capita certa quantitas dabatur. Ammianus lib. XXII. Totidémque pabula iumentorum,quæ vocantur Capita.Horum auctor videtur laudari Valentinianus in l.prouincialium, 8.C.de erogat.mil.ann. vt meminerint,inquit,fœnum militibus iuſtis capitibus præſtandum iuxta legem Diui Valentiniani. Eóque pertinet Rub. C. de annonis & capitu adminiſtrantium,&c.dicebantur autem annonæ, quæ familiæ præbebantur. Hinc in l.2. C.de offic.præf.præt. afr. Notitia pro annonis & capitu per ſingulos annos præbendis. Et Nouel. VIII. de prohib. magiſtratuum emt.§. ἐκεῖνο μέντοι. vt eius apparitio duplices annonas & capita habeat.

CAPITATIO, tributum quod in ſingula capita penditur:ſiue pro liberarum perſonarum numero: vt l.vlt.C.de annon.& tribut.& l.8. C. de ſacroſ.eccleſ. quæ illius pars eſt: ſiue pro numero villicorum & mancipiorum quæ in agris ſunt: vt l.ſi minor, 9.C.de act.emt. Sed,vt opinor,alia eſt publica penſitatio pro ſingulis agris, de qua in l.vlt.C.ſine cenſ. vel reliq. nam illa in perſonarum capita, hæc in agrorum iugera pendebatur.

CARBONVM adpellatione neque materiam,neque titiones,neque alia ligna cocta ne fumum faciant,contineri: Vlpianus ſcribit in l.carbonum,167.D.de verb. ſignif.& l.ligni,55.in fin.D.de leg 3.

CARBONIANA bonorum poſſeſſio, vide S. C. Carbonianum in adpendice.

CARCER, inquit Seruius,eſt vndecumque prohibemur exire: dictus ſecundum Varronem,quaſi arcer,ab arcendo.locum autem in quo ſeruantur noxij, carcerem dicimus numero tantum ſingulari. Hæc ille lib.Æneid.1.& v. Vlpian.l.aut damnum,8.§.ſolent, de pœn.Solent Præſides in carcere continẽdos damnare, vt in vinculis contineantur, ſed id eos facere non oportet: nam huiuſmodi pœnæ interdictæ ſunt. carcer enim ad continendos homines,non ad puniẽdos haberi debet. Hæc Vlpian. At Ciceronis tempore,hoc eſt,ſtante Republica,quoniam in carcerem damnati coniiciebantur,ibíque de iis ſupplicium ſumebatur: idcirco in Catilinaria II. ipſe ſic loquitur: Sentiet in hac vrbe eſſe Conſules vigilantes, eſſe egregios magiſtratus,eſſe fortem ſenatum, eſſe arma, eſſe carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifeſtorum ſcelerum maiores noſtri eſſe voluerunt.

CAREVM, frutex peregrinus,gentis ſuæ nomine
A adpellatus, culinis principalibus laudatiſſimus ex ſua gente,id eſt Caria. vt Plinius lib.19.c.8.teſtatur. Eius meminit Paullus in l.5. D.de pen.legat. Ergo non CARREVM à Carris,vt Alciatus putat, neque Cæreum,neque Carynon legendum.

CARNIFEX populi R.non modò ciuis Romanus non erat, ſed ne in vrbe quidem domicilium habebat. Cicero pro C. Rabirio perduell. Sed moreretur priùs acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm in
B eius concione carnifex conſiſteret, quem non modò foro,ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu Cenſoriæ leges,ac vrbis domicilio carere voluerunt. Venit autem in mentem ex Plauti Pſeudulo,ſuſpicari eum extra portam Metiam domicilium habuiſſe.

P. Iam hic ero:verùm extra portam Metiam currendum eſt prius.
C. Quid eò? P. Lanios inde accerſam duo cum tintinnabulis,
Eadem duo greges virgarum inde vlmearum adegero,
C
Vt hodie ad litationem huic ſuppetat ſatis Ioui.
In malam crucem iſtic ibit Iupiter lenonius.

Crux autem non erat, ſed deponebatur in campo Martio,vt ex illa eadem oratione intelligitur.Et cùm damnatus collo in furcam inſerto virgis ad necem cæſus eſſet,tum vnco gutturi eius impacto à carnifice extra vrbem trahebatur. Iuuenalis:

Qua ſtantes ardent,qui fixo gutture fumant,
Et latum media ſulcum deducit arena.

D Propertius,

Et bene cùm fixum mento diſcuſſerit vncum,
Nil erit hoc:roſtro te premet anſa ſuo.

CARPENTARIVS,carpentorum artifex, apud Tarentinum l.vlt.D.de iure immunit.

CASEARIA taberna apud Vlpianum in l.8.§.4. D.ſi ſeruit.vind.dicitur,in qua fumigari ſolent caſei. moris enim fuit in pleriſque Italiæ locis, colorandi, ſiccandíque caſei gratia,fumum aut ex culmis,aut ex malignis viridibúſque lignis facere. Columella lib.7.
E cap.8.de caſei faciendi ratione loquens:Eſt etiam,inquit,non ingrati ſaporis muria perduratus, atque ita maligni,vel culmi fumo coloratus. Vlpianus:Non putare ſe ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia iure immitti poſſe.In Flor.lib.legitur CASIARIA.

CASITARE, frequentatiuum à cadere. Paullus l. 20.§.3.D.de ſeruit.vrb.præd. Si ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit,non licet domino ſeruientis areæ ibi ædificare,vbi caſitare cœpiſſet ſtillicidium.

CASSIANI, Sabiniani, Proculiani, dicti ſunt qui
F Caſſij,Sabini,& Proculi ſectam inſtitutionémque ſecuti ſunt: de quibus quæ Pomponius ſcribit in l. 2 D. de orig.iur.ad ſummam hæc ſunt. Fuit Q. Tubero publici priuatíque iuris doctiſſimus. eius duo fuêre diſcipuli, Ateius Capito, & Antiſtitius Labeo: quorum alter magiſtri præceptis adhæreſcens, alter ingenij fiducia pleraque innouans, diſſidium quoddam in iuris ciuilis diſciplinam inuexerunt. nam cuum Ateio Maſſurius Sabinus, Labeoni Nerua pater ſucceſſiſſet, acceptam à magiſtris diſcordiam
G vehementer auxerunt.quam poſtea eorum diſcipuli, Sabini quidem Caſſius, Neruæ autem Proculus eò perduxerunt, vt duæ iam tum familiæ contrariæ ex eorum nominibus adpellatæ ac propagatæ ſint. nam qui Caſſium ſequebantur, Caſſiani: qui Proculum, Proculiani dici cœpêre. pòſt ſecuti ſunt Caſſium quidem Cælius Sabinus, Proculum verò Pegaſius: vnde Sabinianorum & Pegaſianorum nomina. Quorum

rum diſſenſionibus ac præceptionibus contrariis imbuti poſtea Iuriſconſulti Iauolenus, Neratius, Iulianus, & ceteri, quorum ex ſcriptis compoſiti ſunt ij quibus nunc vtimur Pandectarum libri, mirificas cōcertationes, vt Iuſtinianus teſtatur, in hanc legum diſciplinam importarunt.

CASTELLVM quid ſit, Frontinus libro I. De aquæduct. ſic declarat: Eſt ferè nunc in vſu, cùm plures quinariæ impetratæ fuerint, ne in viis ſæpius conuulneretur vna fiſtula, excipiatur in caſtellum: ex quo ſinguli ſuum modum recipiant. Vlpianus autem interpretatur receptaculum, quod aquam publicam ſuſcipit, l.1.§.28 D.de aqua quotid.& æſt. Feſtus tradit diuidicula fuiſſe, quæ nunc ſunt caſtella, ex quibus à riuo communi aquam quiſque in ſuum fundum ducit. Vlpianus l.17.§.5. D.de act.emt. Caſtella plumbea, putea, opercula puteorum, ædium eſſe conſtat. De caſtellis Vitruuius lib.8.cap.7. Mentio fit in l.78. de cont.emt.l.37.§.2.de act.emt.

CASTRATI, vide Spado.

CASTRENSE peculium: vide Peculium caſtrenſe.

CASVS à Iuriſconſultis dici conſueuit pro controuerſia quæ nata eſt, quaſi quæ acciderit, & caſu contigerit. Cicero verò Cauſſam adpellat. vt Verrina III. Tantum quòd hominem non nominat: cauſſam quidem totam perſcribit. Item: Nuſquam enim ſcribis, neque tu aliud quidquam edicto amplecteris, niſi eam cauſſam, pro qua pecuniam acceperas. Hinc Seneca in prologo Declamat. Declamabat autem Cicero, non quales Controuerſias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur: quas Theſeis vocabant. Controuerſias nos dicimus: Cicero Cauſſas vocabat.

CASVS fortuiti dicuntur in iure noſtro, qui præuideri humano conſilio non potuerunt, l.2.§.7. de admin.rer. quales ſunt latronum, piratarúmve inſidiæ, naufragia, incendia, illuuiones, mortes non oblatæ, l. in rebus, 18.D.commod. Itaque fata & damna fatalia adpellantur in l.1.§.ſi magiſtr.D de magiſtr.cōueniēd.

CATADROMVS, κατάδρομος: decurſio, vel deſcenſus concitatior. Paullus l.penult.D.de act.emt. Si ſeruus ante venditionem periculoſam rem facere ſolitus eſt, culpa tua id factum eſſe videbitur. puta eum fuiſſe ſeruum qui per catadromum deſcendere, aut in cloacam demitti ſolitus eſſet. Quo in loco Catadromi nomine puto ſignificari deſcenſum ex grue machina admodum periculoſum.

ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ, portus ad quem plurimum adpelli ſolet. Vlp.l.4.§.4.D. de off.proconſ. Ingreſſum etiam hoc eum obſeruare oportet, vt per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris eſt: & quas Græcia ἐπιδημίας adpellat, ſiue κατάπλουν obſeruare, in quam primùm ciuitatem veniat, vel adplicet. magni enim facient prouinciales, ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam, & huiuſmodi prærogatiuas.

ΚΑΤΑ ΠΟΔΑΣ, iiſdem veſtigiis ſubſequēdis, quaſi dicas, ad pedes, eorúmq; veſtigia. Iuſtinianus de cōpoſit.D.§.17. Niſi tantùm ſi velit eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eáq; conſequētia, ſub qua & voces Romanæ poſitæ ſunt: hoc quod Græci κατὰ πόδα dicunt. hæc ille. Xenophon De venatione, θηρατέος ἢ κατὰ πόδας, ὥσπερ ὁ λαγώς: venandus non iiſdem veſtigiis inſequendis, vt lepus. Plato in Sophiſta, κατὰ πόδα γε ὦ Θεαίτητε ὑπέλαβες. id eſt planè adſecutus es. planè intellexiſti. Idem lib. De legib.XI κιβδηλείας δ᾽ ἐπιτηδεύμασιν ἕπεται κατὰ πόδα καπηλείας ἐπιτηδεύματα: hoc eſt, Poſt præcepta de adulte-

A ratione, proximè ſequitur vt de cauponatione præcipiamus.

CATHOLICIANI, καθολικιανοὶ dicuntur in l.penult.§.vlt.C.de bon.proſcript. officiales Catholici, id eſt Procuratoris fiſci: qui & Cæſariani eodem loco adpellantur. Catholicum enim qui totius prouinciæ fiſcalem procurationem gerebat, nominarunt.

CATILLVS, eſt ſuperior pars molæ: ait Paul. in l.18.§.3.D.de inſtruct.& inſt.

B CATONIANA regula, eſt M.Catonis ſententia, ſiue axioma ex plurium legum mente notatum atque obſeruatum: QVOD ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret, id legatum quandocūque deceſſerit non valere, l.1.& poſt. D.de reg.Caton. cuius hæc ratio atque æquitas videtur eſſe: quia cùm teſtatoris certam mentem atque voluntatem eſſe oporteat, eum præſentis temporis condicionem ſpectaſſe, déque ea ſtatuiſſe iudicamus: non autem incerto futuri temporis euentui rem commiſiſſe. quippe C cùm alioqui teſtamenta non ex teſtatorum mente, quæ in iis dominari debet, ſed ex fortuna & caſu penderent. Plura in Obſeruat.lib.II.cap.III.

CAVERE verbum fuit Iuriſconſultorum propriū ac præcipuum: quippe qui aliis cauere dicebantur, cū ne ab aduerſario caperentur, certis adhibitis formulis prouidebant. vnde illud Ouid. lib. de arte amandi I.

Illo ſæpe loco capitur conſultus amore:
Quíque aliis cauit, non cauet ipſe ſibi.

D Et Cicero in epiſt.ad Trebatium: Tu qui ceteris cauere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedario decipiaris, caueto. Hinc illud Plauti in Epidico: Hic poterit cauere rectè, iura qui & leges tenet.

CAVERE, eſt ſibi proſpicere, & ſe contra fraudis ac perfidiæ periculum munire. Hinc,

CAVTIO, pro tabulis in quibus contractum negocium perſcriptum eſt. Paullus in l. lecta, 40. D.ſi cert.pet. Lecta eſt in auditorio Papiniani cautio huiuſmodi: Lucius Titius, &c. Cicero Verrina III. Ete-E nim qua ſtultitia fuiſſem, ſi quam diem qui iſtum excipiendum redemerunt, in cautione viderunt, cùm ita cauerent, ſi poſt kalend. Ianuar. in conſilium iretur: in eam diem ego, cùm potuiſſem vitare, incidiſſem. Item pro Domo: Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum, &c. Seneca libro de Benefic.VII. Video iſthic diplomata & ſyngraphas & cautiones, vana habendi ſimulacra. Hinc Vlpianus in l.5.§.6.D.comm. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographum: debitorem tuum cauere iuſſeris, &c. Et in l.in F commodato, 17.§.3. D. eod.l.4. D.quæ res pign.oblig. poſſ.l.3.D.famil.erciſc.l.2.C.de non num.pecun.l.penult. §. vlt. D ad leg.Falcid. Cauetur ergo creditoribus illo modo: cauetur præterea pignoribus, vt l.vlt. §.ſi legatarius, D.quor.legat.l.18.§.pœn.D.de pignor. act. Cauetur etiam prædibus & prædiis: id eſt, fideiuſſoribus & hypothecis. vt apud Ciceronem Verrina III. Prædibus & prædiis populo cautum eſt. Et apud Liuium libro XXII. Animaduertendum eſt autem, eū cui fideiuſſores dantur, dici propriè Cauere. Vnde il-G lud Ciceronis in Bruto: At verò tibi ego Brute non ſoluam, niſi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem petiturum. Vlpianus l.ſi rem, 9.§.3.D.de pigner.act. Satisfactum accipimus, quemadmodum voluit creditor: ſiue aliis pignoribus ſibi caueri voluit, &c. Sic Caius l.1.D.qui ſatiſd.cog. Satiſdare dicimur aduerſario noſtro qui pro eo quod à nobis petiit, ita cauit, eum hoc nomine ſecurum faciamus. Atque

hæc quidem propria ſignificatiò eſt. Vulgò tamen

Cavere & ſatiſdare Iuriſconſulti ſic diſtinguunt, vt qui datis fideiuſſoribus ac ſponſoribus promittit, ſatiſdare dicatur: qui verò ſine fideiuſſoribus, cauere. Vlpianus l.2.§.6.D.de iudic. Sed vtrum nuda cautione, an ſatiſdato, Marcellus dubitat: mihi videtur, ſola promiſſione. ſic l.2.§.ſed vtrum, D.de iudic. l.3.& l.pen.D.de petit.hered.l.1.D.de ripa muniend.

Cavtela pro cautione apud Caium in l.ſi plures, 14.D.depoſ. Vlpianum in l.ſi defunctus, 15. D.de procurat.& l.quamuis, 6.D.de pign.act.

Cavpo, eſt qui cauponam exercet, l.1.§.4. D. naut. caup.

Cavssa in iure noſtro variè vſurpatur. Interdum enim pro lite ponitur: vt cùm dicimus Cadere cauſſa: quemadmodum ſuperiùs ſuo loco docuimus. Interdum verò pro hypotheſi, id eſt argumento vnde lis naſcitur. Itáque in l.cauſſas, 16. C. de tranſact. & l.1.C. de reb.cred. à lite diſtinguitur, eiúſque ſignificationis teſtimonia ex Cicerone & Seneca paulo antè protulimus ſub voce casvs. Ridiculum eſt autem in l.11.D.de verb.ſign.& l.9.D.ſi cert.petat.ac ſimilibus exiſtimare, Cauſſæ vocabulum vſurpari pro contractu aut obligatione. nam illis locis & ſexcentis ſimilibus planè & Latinè cauſſæ verbum poſitum eſt. Interdum autem cavssa ſignificat, quod noſtri titulum, hoc eſt dominij poſſeſſioniſve auctoritatem adpellant. vt cùm dicimus, Cauſſa lucratiua, vel cauſſa onerosa. Nonnumquam

Cavssa ſignificat ius & condicionem rei: veluti ne vſucapta ſit, item fœtum & partum, & partus partum, omnem denique rei vtilitatem. Itáque intelligenda eſt Rubrica, De fructib.& omni cauſſa. Vnde illud Paulli in l.cum fundus, 31 D.ſi cert.petat. Cùm fundus petitus eſt, poſt iudicium acceptum cauſſa omnis reſtituenda eſt: id eſt, omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtandæ tempore ſolutus fuiſſet. Item in l.præterea, 20 D.de rei vindic. Nec enim ſufficit corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt, vt & cauſſa rei reſtituatur: id eſt, vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus ille homo fuiſſet. Sic accipitur in l.Iulianus, 9.§.quantum, D.ad exhib. §.4. de offic.iud. l.2. l.3. l.8.D.de Vſur. l.4.§.vnde, 6. l.1. §. hanc actionem, D.depoſ. l.7. C. ad exhib. Quare cùm dicimus ſeruitutes omnes cauſſas habere perpetuas, l. foramen, 28. D. de ſeruit. vrb. ſic intelligendum eſt: earum ius atq; condicionem hanc eſſe oportere, vt iis perpetuò adſiduéque vti liceat.

Cavssa alia dicitur Lucratiua, alia Onerosa. Lucratiua eſt, propter quam accipienti nihil abeſt: veluti ſi quis quid vel hereditatis, vel legati, vel donationis, dotíſve nomine ſit adſecutus, l.5.D.de vſucap. l.4. D.de manumiſſ. l.82 §.fundus, de legat.1. l.83.§.ſi rem, de verb.oblig. Onerosa verò eſt propter quam aliquid abeſt: veluti cùm quid emtum aut conductum eſt.

Cavssa, forma, modus, ratio. Paullus l. 44. de oblig.& act. Obligationũ ferè quattuor cauſſæ ſunt: aut enim dies in his eſt, aut condicio, &c. id eſt, Obligationum concipiendarum forma eſt quadruplex. Idem l.85 de verb. obilg. In exſecutione obligationis ſciendum eſt quattuor cauſſas eſſe: id eſt, exſecutionis formam ac rationem eſſe quadruplicem.

Cavssa, in l.1.D.de obligat.& act. quaſi pro negocio vſurpatur. vbi Caius ſcribit, obligationes naſci aut ex cõtractu, aut ex maleficio, aut ex variis cauſſarum figuris. quod ſic intelligo: Ex iure quodam à puro contractu, puróque maleficio ſecreto, per ſéque ac propriè conſtante: ex variis cauſſis, quæ neque contractus, neque maleficia ſunt, ſed illorum adfines.

Cavssam propriam eam eſſe palàm eſt, ait Vlpianus, cuius emolumentum vel damnum ad aliquẽ ſuo nomine pertinet, l.1.§.8.D.quando adpell.ſit.

Cavssa, eſt propter quam quid fit. de qua Fortunatianus Iuriſconſ. in Rhetor. ſic ſcribit: Cauſſa eſt, aut impulſiua, ὀρεκτικὴ, vt ira, odium: aut ratiocinatiua, λογικὴ, vt lucrum, hereditas. Harum vtraque eſt aut, efficiẽs, vt cùm dicimus, Illa ratione prouocatus eſt: quod ποιητικὸν αἴτιον Græci vocant: aut adiuuans, vt cùm dicimus, Etiam illa cauſſa acceſſit: quod ὑπερθετικὸν αἴτιον Græci adpellant: aut prohibens, vt Imo habui cauſſam non faciendi, ne ad inimicum meum hereditas perueniret: quod κωλυτικὸν αἴτιον Græci nũcupant. Hęc ille. Ratiocinatiuam autem adpellat, quã vulgus noſter Finalem: quæ ita verè & propriè cauſſa eſt: cùm altera impropriè ſic dicatur, vt argumenta ex illa ſola ducantur, ex hac non ducantur.

Cavssaria miſſio, vide Miſſio.

Cavteria apud Marcianum in l.item pictoris, 17.D.de inſt.vel inſtr. dicũtur ferramenta quibus pictores qui ceris pingebant, in pictura tabularum inurenda vtebantur. Ea pictura Encauſtice dicebatur: de qua Martialis:

Encauſtus Phaeton tabula tibi pictus in hac eſt.

Cavtio iuratoria, eſt promiſſio ſine fideiuſſoribus, ſolo interpoſito iureiurando præſtita, fore, vt reus in iudicio aduſque litis exitum permaneat. vti docet Imp.§.1. de ſatiſdat. Et de Cautione iuratoria mentio fit in l.17.C.de dign. l.12.C.de prox.ſacro.ſcri. l. vlt.C.de princip.agent.lib.12. l.vn. C. vt omn.iudic.

Cavtio de rato, eſt, cùm defenſor alterius promittit dominum ratum habiturum id, quod ſuo nomine egerit: ne ſi fortè iudicio vinceretur, reuerſus dominus rem qua de actum eſt, ſuam eſſe peteret, l.ſeruum, 33 in fi.D.de procurat.

Cavtio de dolo erat (vt opinor) Aquiliana illa formula tantopere à Cicerone celebrata: quam euerriculum malitiarum omnium adpellat. nam Actionis nomine formulam Cicero ſignificat. Locum autem habebat, cùm petita iudicio res eſſet, vereretúrque petitor, ne quid dolo malo poſſeſſor interea committeret. itaque apud iudicem poſtulabat ab eo, vt ſibi repromitteret, ſe nihil in ea re dolo malo facturum: hoc modo, Spondes ab ea re qua de agitur, dolum malum abeſſe, abfuturum eſſe?

Cavtio non numeratæ pecuniæ, dicitur chirographum debitoris, qui ſibi creditam pecuniam ſcripſit, quæ tamen numerata non fuit, l.1. de cauta & non numerat. C. qui Gregorianus inſcriptus eſt.

Cavtio Muciana eſt, qua legatarius cui quid ſub condicione non faciendi legatum eſt, id ſe numquam facturum promittit: à Q. Mutio Iuriſc. inſtituta. Cùm enim de illius cõdicionis euentu numquam ante legatarij mortem conſtare poſſet: ac propterea ipſe teſtatoris beneficio per totum vitæ ſuæ tempus carere cogeretur: neceſſariò Q. Mutius eam cautionem in vſum induxit. Quo verbo quamuis nuda promiſſio vulgò contineatur, l.1.D.qui ſatiſd.cog. videtur tamen etiam ſatiſdatio in hoc genere intelligenda eſſe. partim quia in l.hoc genus, 106.& l.cum ſub hac, 67.D. de condit. & demonſt. Satiſdatio diſertè adpellatur: partim quia in legatis grauioribus, probabile eſt fideiuſſionem interpoſitam fuiſſe. Itaque Iuſti-

nianus

nianus Nouell.xxii.vbi copioſè de hac Mutiana cautione loquitur,interdum etiam iuſiurandum & hypothecam exquirit.Illius autem ea vis eſt,vt ſtipulatione commiſſa,qui contrà fecerit, vel rem cum fructibus,vel quanti ea res eſt, reſtituat, l.cum ſub hac,67. l.heres,79.§.2.D.eod. Etſi autem de legatis à Mutio concepta ſit, ad hereditates tamen transferri poteſt. Itaque Vlpianus in l.7.D.eod. Mutianæ, inquit, cautionis vtilitas conſiſtit in condicionibus, quæ in non faciendo ſunt conceptæ:vtputa, ſi in Capitolium nō aſcenderit, Si Stichum non manumiſerit. nec ſolùm in legatis placuit, verùm in hereditatibus quoque idem remedium admiſſum eſt.

CEDERE propriè eſt,abire. Hinc,

CEDERE foro dicuntur argentarij (in l. vlt.D. de curat.bon.l.quoties,D.depoſ.) qui tabernam deſerunt,& argentariam facere deſierunt. & apud Iuuenal.Satyr.11. Hinc,

CEDERE lite dixit Caius, pro victum ſe fateri, & à iudicio victum abire: Si heres ſcriptus, inquit, reſtituerit hereditatem, & poſtea de hereditate controuerſiam paſſus,victus ſit,aut lite ceſſerit,durare actiones conſtat,&c.ſic in l.ſi de communi,D.ſi ſeruit. vindic. Hinc,

CEDERE bonis dicuntur debitores, qui cùm æri alieno ſatisfacere non poſſunt, ex bonis ſuis abeunt, eáque creditoribus poſſidenda conceduntur.quod lege Iulia inſtitutum fuiſſe, patet ex l. 4. C.qui bon. ced. poſſ.& Rub.C.Theodoſ. Qui bon. ex lege Iul.ced. poſſ. Hinc,

CEDERE in iure dicebantur, qui rei ſuæ dominium in alium transferebant,à quo ipſi abibant. Vlpianus tit.Reg.19. In iure ceſſio fit per tres perſonas, in iure cedentis,vindicantis,addicentis. in iure cedit dominus: vindicat is cui ceditur: addicit Prætor.& Boëtius in Topica Ciceronis: Apud Magiſtratum is cui res in iure cedebatur, eam tenens ita vindicabat: HVNC ego hominem ex iure Quiritum meum eſſe aio.deinde poſtquam hic vindicarat,Prætor interrogabat eum qui cedebat,an contra vindicaret:negante eo,aut tacente,tunc ei qui vindicarat,rem addicebat.Hæc ille. Opinor autem ex vindiciarum conſuetudine ſumtum hoc fuiſſe: in quibus alter virgula quaſi haſta pellebat,alter verò cedebat. Hinc,

CEDERE dicimur etiam in rebus incorporalibus,cùm earum ius in alium transferimus.veluti cùm Actiones, aut Seruitutes cedi, paſſim in iure noſtro legimus.Nam(vt Vlpianus ſuprà d.tit.ſcribit)in iure cedi etiam res incorporales poſſunt: velut vſusfructus, & hereditas, & tutela legitima, & libertas. Hinc,

CESSICVS tutor,ab eodem dicitur,cui tutela in iure ceſſa eſt.Et Ceſſitia tutela, quæ ita ceſſa & tranſlata eſt.

CEDERE propriè eſt,abire. Itaque Cicero in libro de Senectute, Horæ, inquit, cedunt, & dies,& menſes,& anni:nec præteritum tempus vnquam reuertitur.Et apud Iuuenal.cedit hora: Et quod loquor inde eſt. Hinc cedere tempora dicuntur in iure noſtro,quorum pars abiit, l.1.D. de iur.& fact.l.4.de adult.& l.6.D.de Calum. Hinc,

CEDERE diem Iuriſconſulti dicunt, cùm certi temporis pars effluit.veluti cùm quis Kalend. Ianuarij die ſtipulatus eſt, ſibi proximis Kalend. dari: vel cùm in locatione dies operi faciendo præſtituta eſt Kalend. Febr.triduo quatriduóve exacto,rectè tres quattuórve dies ceſſiſſe dicentur. qua de cauſſa Vlp. A in l.213.D.de verb.ſignif.Cedere diem,inquit,ſignificat incipere deberi pecuniam. Similiter ſi quis ita ſit heres inſtitutus, Cernito in diebus centum, quibus ſcierit poteritque:quot dies effluxerint, ex quo ſcierit atque potuerit, tot illi dies cedere rectè dicentur: at quibus neſcierit,non dicentur: neque enim illi cōputantur. Sic in libris noſtris dies legatorum cedere dicuntur,cùm pars aliqua legitimi temporis, quo illa legatariis deberi cœpta ſunt,effluxit:ſub.tit.Quando B dies legat.ced.Poſitum igitur illud ſit, quod ex ſuperioribus conſtat,diem tum dici cedere,cùm præſtituti alicuius temporis pars effluxit.Vbi verò præſtitutum tempus nullum eſt,non niſi impropriè dici poſſe: velut in d.l.cedere,213.de verb.ſignif. Vbi purè quis ſtipulatus fuerit,inquit,& ceſſit, & venit dies. Non enim abiit & venit ſimul.Sed hoc ad iuris effectum refertur:quia tum peti poteſt.Quòd autem ſequitur, VBI in diem quis ſtipulatus eſt,ceſſit dies,ſed nondum venit:ibi videtur PROCESSIT dicendum potius fuiſ- C ſe,CEDIT. neque enim omnes adhuc ceſſerunt: ſed quotidie abeunt. Illud autem poſtremum, VBI ſub condicione,neque ceſſit,neque venit dies: nimirum quoniam abire dies non poteſt vbi nulla eſt.nam in puris & condicionalibus, quæ poteſt ratio abeuntiū dierum ſubduci, cùm dies nulla ſit? an non hoc eſſet ſine numeris Arithmeticam facere? at in ſtipulationibus in diem,dierum numerus computatur:& rectè dicitur,Vnus & alter,itē Tertius aut quartus dies abiit.

CEDERE operæ eadem ſignificatione dicuntur, D qua cedere legata. præciſa enim vtrobique locutio eſt:quæ plena ſic effertur, Cedere dies,quibus operæ aut legata debebantur. Vnde illud Vlpiani l.ſi quis, 13.D.de oper.lib. Iudicium de operis tunc locum habet, cùm operæ præterierint. Præterire autem non poſſunt, antequā incipiant cedere:& incipiunt,poſtquam fuerint indictæ.Et l.quoties,24.D.eod. Operæ in ſtipulationem deductę,ex die ſtipulationis cedunt: at eæ quas patronus à liberto poſtulat,confeſtim non cedunt, ſed poſtquam indictæ ſunt.id eſt:quia ſtipu- E lationes operarum tacitè ac vi ipſa præſtitutum tempus habent, atque in diem conceptæ ſunt,diebus tribus quattuórve ſine pręſtatione operarum elapſis rectè dicemus, tot dies aduerſus libertum à ſtipulatione facta ceſſiſſe. Quæ verò operæ ſine ſtipulatione debentur, earum dies non ante indictionem cedunt: quippe cùm tempus earum præſtandarum non ante indictionem præſtitutum fuerit.

CEDERE hereditas dici ſolet in iure ciuili, inquit Seruius Honoratus in illud ex lib.Æneid.III. Et F patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito. Secundum ius,inquit, locutus eſt. quia vxor viri domiciliū ſequitur.Iuncta ergo Hectori,facta Troiana eſt. Cedere igitur hereditatem dici Seruius putauit,pro Cōpetere,vel delatam eſſe,aut quæſitam. Videamus tamen ne locutio hæc ex eodem potius genere ſit, quo illæ proximæ:cùm aut legata,aut operas cedere dicimus,quarum dies ceſſit. præſertim propter Cretionis formulam,CERNITO in diebus centum, &c.

CESSIM ire, apud Alfenum pro retrò cedere: G vel, vt ipſe paulo pòſt loquitur, retro redire.in l.ſi ex plagis,52.§.2.D.ad leg.Aquil.Sic Iuſtinus lib.2. Commiſſo prælio ite ceſsim, inhibete remos, & à bello diſcedite.

CELLARIVS ab Vlpiano in l.quæſitum,12.§.ſi in aliqua,D.de inſtruct.& inſtrum.interpretatur,ſeruus ideo præpoſitus vt rationes ſaluæ ſint. Qua de re nuſquam me legiſſe memini: & cùm in antiquis li-

bris Cellarius legatur, haud ſcio an ita rectiùs eo loco reponeretur: & is ſeruus intelligatur, de quo Plautus & Columella mentionem faciunt, quiq; præpoſitus erat vt cellæ rationes ſaluæ eſſent. de quo etiam legitur apud Caium in l. nominatim, 24. D. de manum. teſtam. & l. vxorem, 41. §. 1. D. de legat. tertio.

ΚΕΝΟΤΑΦΙΟΝ, inquit Florentinus, eſt monumentum memoriæ cauſſa factum, quo neque corpus, neque reliquiæ illatæ ſunt, l. 42. D. de relig. Verbum pro verbo, inane ſepulcrum ſignificat. nam κενὸς inanis, τάφος ſepulcrum. Tale deſcribit Virgil. lib. Æneid. 3. cuius verſus ſignificat Marcianus in l. 6. §. 4. D. de diuiſ. rerum.

Sollemnes tum fortè dapes & triſtia dona
Libabat cineri Andromache, manéſque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanē
Et geminas cauſſam lachrymis ſacrauerat aras.

Lampridius in Alexandro: Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulcrum ampliſſimum meruit.

CENSERE, inquit Iabolenus, eſt conſtituere & præcipere. Vnde etiam dicere ſolemus, Cenſeo hoc facias: & ſenatum aliquid cenſuiſſe, inde Cenſoris nomen videtur eſſe tractum, l. cenſere, 111. D. de verb. ſignif.

CENSERI, in precio haberi, & æſtimatione aliqua dignari. Vlpianus l. 1. D. ad municipal. Sed ſi ex patre Campano, matre Puteolana: æquè municeps Campanus eſt. niſi fortè priuilegio aliquo materna origo cenſeatur: id eſt, dignata & decorata ſit. Idem l. 1. § 2. D. de iuſt. & iur. Videmus enim cetera quoque animalia, feras etiam iſtius iuris peritia cenſeri: id eſt, quaſi iuris iſtius peritia celebrari, eximia laude ac prædicatione ornari. Papin. l. vlt. D. de ſuis & legit. priuatorum cautionem legum auctoritate non cenſeri: id eſt, propriè non dignari, vel non dignas duci quę parem cum legibus auctoritatem habeant.

CENSITI agricolæ ſub Rub. C. de agric. & cenſ. dicti ſunt, qui agrorum quos colebant, dominis ſic addicti erant, vt ne ſuum quidem peculium in poteſtate haberent, capitis cenſum dominis penſitarent, actionem cuum iis nullam, niſi ex ſuperexactionis cauſſa haberent: vendi denique cum ipſis agris poſſent. qua de cauſſa etſi non omnino ſerui, at certè quaſi ſerui numerabantur. dicebantúrque Adſcriptitij, quaſi agris illis adſcripti & obnoxij: vt ſuo loco diximus. Hæc autem omnia paſſim ex d. tit. de agricol. & duobus tit. inſeqq. facilè colliguntur.

CENSOR, vide ſub tit. de Magiſtratibus, ſuo loco: in adpendice.

CENSVS, propriè eſt actio ipſa Cenſorum ciues R. & eorum bona recenſentium. de quo apud Pomp. in l. 2. §. poſt deinde, D. de regul. iur. Duplex enim cenſus fuit: vnus perſonarum, cùm ciues ſinguli in ſua tribu, claſſe, centuria, nomina ſua, vxorum, liberorum, libertorum ſeruorúmque ſuorum, item cuiúſque ætatem, & quam vrbis regionem habitarent, iureiurando dato profiterentur. Alter cenſus erat bonorum: cùm iidem patresfa. ſua prædia cum vrbana, tum ruſtica, ſeruorum pecudúmque numerum, fundorum inſtrumenta, ſuppellectilem, pecuniæ denique numerum profitebantur. Quod & Dionyſ. Halic. tradit l b. 4. & Liuius lib. ſeptimo, & 39. Hinc,

CENSVS pro bonis fortuniſque omnibus. Cic. pro Q. Roſcio: Quem tu ſi ex cenſu ſpectas, ciuis R. eſt. Vlpian. l. cogi, 16. D. ad Trebell. Hoc idem & ſi patrimoniū fuerit rogatus reſtituere, & ſi facultates, & ſi quid habeo, & ſi cenſum meum, & ſi fortunas meas, & ſi ſubſtantiam meam. Hinc,

CENSV manumitti dicebantur ſerui, qui luſtrati cenſu Romæ iuſſu dominorum inter ciues Ro. cenſum profitebantur: ait Vlp. tit. Regul. 1: Hinc,

CENSVI cenſendo agri propriè adpellantur, inquit Feſtus, qui emi & venire iure ciuili poſſent. Cicer. in ea pro Flacco: Illud quæro, ſint ne iſta prædia cenſui cenſendo? habeant ius ciuile? ſint, néc ne ſint mancipi? ſubſignari apud ærarium, apud Cenſorem poſſint: in qua tribu deniq; iſta prædia cēſuiſti. Hinc,

CENSVS dictus eſt, tributum quod prædiis prouincialibus imponebatur, & fiſco pendebatur. Conſtant. l. 2. C. ſine cenſ. vel reliq. Qui comparat, cenſum rei comparatæ agnoſcat, neque liceat alicui rem ſine cenſu vel comparare, vel vendere. Sic l. 2. Cod. TH. de cont. emt. Item l. vlt. Cod. illo tit. Omnes pro iis agris quos poſſident, publicas penſitationes agnoſcant. RELIQVA autem ibidem dicuntur cenſus quos venditores prædiorum fiſco debent, neque dum perſoluerunt. Hinc,

CENSVALIS forma apud Vlp. l. 4. & paſſ. D. de cenſib. Et

CENSVALIS profeſſio, l. 7. C. de donat. Et

CENSVALES tabulæ ac libri, l. 4. C. de agric. & cenſit. Et

CENSVALE officium, l. 18. C. de teſt.

CENTENARII dicuntur à noſtris, qui centum millia H-S in bonis habent, vt ſcribit Imper. §. 2. de ſucceſſ. lib. qui, vt ait Aſconius, more veterum Cenſi dicebantur. De centenariis Vlpia. frequenter in l. 16. D. de iure patron. & ſub Rubr. ad leg. Falcid. qua de cauſſa Suidas, κεντηνάριον, inquit, νομισμάτων ποσότης. Quod autem apud Imper. § ſeq. legitur Centum millia H S, centenis aureis comprehendi, falſum eſt. non enim centeni, ſed milleni aurei ſiue ſolidi centum ſeſtertium millia conficiunt. quapropter aut hallucinatum eſſe Tribonianum, aut locum corruptum in Inſtit commentariis docuimus. vide Aureus.

CENTESIMÆ dicuntur vſuræ, cuum ſingulis Kalendis pars ſortis centeſima vſuræ nomine perſoluitur. Vel ſic:

CENTESIMA vſura eſt, cuum ob centum aureos pro toto anno penduntur aurei duodecim, hoc eſt propter centū aureos vno quoq; menſe aureus vnus: qui ſi cum centum iſtis aureis conſideretur, omnino centeſimus eſt: quare nec iniuria talis vſura Centeſima adpellatur. eadem verò ratione intelligi oportet vſuram quadrantem, trientem, ſemiſſem, beſſem. Harmenop. tit. de vſur. vide Vſura centeſima.

CENTESIMVS annus finis vitæ longæui hominis eſt, ait Caius l. 56. D. de vſuf.

CENTIES aureorum, præciſa locutione pro Centies centena millia aureorum. Celſus l. 88. de verb. ſignif. Tantum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt. ſic dicimus, Centies aureorum habere: qui tantùm in prædiis, ceteriſque ſimilibus rebus habet, Paul. l. 97. D. de legat. & fid. lib. 32. Pone, inquit, in condito centies aureorum eſſe, quæ in vſum ſumi ſolerent. Sic Decies ſeſtertium, pro Decies centena millia H-S. vt innumeris locis in Verrinas demonſtrauimus.

CENTONES, faſciculi ex pannis aut linteis ſordidis compacti, quibus ædium inſtrumenta detergūtur. Apud Vlpian. l. 12. §. 12. D. de inſt. vel inſtrum. poſitū videtur pro iis qui perticis impoſiti aceto immerguntur ad incendium exſtinguendum.

CENTVMVIRI, vide ſub tit. de Magiſtratib. in adpendice.

CENTVMVIRALE iudicium noſtri dicunt, pro actione, ſiue querela inofficioſi teſtamenti, in l. vlt. C. de petit. her. l. Titia, 13. D. de inoffi. teſtam. l. petitor, 30. D. de liber. legat.

CERNO dictum à creo, id eſt à creando: ab eo quòd cuum quid creatum eſt, tunc denique videtur. hinc illud in teſtamento, FACITO VIDEANT TE ESSE HEREDEM. Itaque in cretione adhibere iubent teſtes. Varro lib. de ling. v. itémque lib. vi. Apud Plautum: Cùm ego antea te amaui, & mihi amicum eſſe creui: valet conſtitui. Itaque heres cuum conſtituit ſe heredem eſſe, dicitur cernere: & cuum id fecerit, creuiſſe. Hinc,

CRETIO, certū dierum ſpacium, definitur ab Vlpiano tit. Regularum 22. quod dabatur heredi inſtituto ad deliberandum, vtrum expediret ei hereditatem adire, nécne. Et Iſidor. lib. v. Etymol. Cretio, inquit, eſt certus numerus dierum, in quo inſtitutus heres aut adit hereditatem, aut finito tempore cretionis excluditur. nam ita dicitur, Ille heres mihi eſto: cernitóque intra dies tot. Hinc eod. loco Vlpianus: Cernere, inquit, eſt verba cretionis dicere ad hunc modum: CVM me Mæuius heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo cernóque.

CERNERE, & pro herede gerere, hoc differunt, quòd qui cernit, verba cretionis pronunciat, quæ retulit Vlp. tit. Reg. XXII. Cuum me Mæuius, &c. qui pro herede gerit, re tantùm ipſa heredem ſe eſſe declarat. vt ſi auctionem faciat, ſeruis cibaria mandet. Itaque Paullus in l. 9. D. de adq. hered. Pupillus, inquit, ſi fari poſſit, cum tutoris auctoritate poteſt hereditatem adquirere. Si fari poſſit, id eſt, ſi verba cretionis pronunciare poſſit.

CERTAM legem in rem adferre, quod vulgus dicit, Allegare legem in propriis terminis. Ad Heren. lib. I. Hic certa lex in rem nulla adfertur, & tamen multæ adferuntur, è quibus ratiocinatio naſcitur.

CERTARE cum vſuris fructibus prædiorum, dicuntur, quorum vectigalia vix aut ne vix quidem vſuris perſoluendis paria eſſe poſſunt. Cicer. Catil. II. Meo beneficio tabulæ nouæ proferentur, verùm auctionariæ. neque enim iſti qui poſſeſſiones habent, alia ratione vlla ſalui eſſe poſſunt. quod ſi maturiùs facere voluiſſent, neque (id quod ſtultiſſimum eſt) certare cum vſuris fructibus prædiorum: locupletioribus his & melioribus ciuibus vteremur.

CERTIORARE, pro Certiorem facere. Vlpia. l. 20. §. 9. D. de here. pet. Niſi fortè is cui denunciatum eſt, eum certiorauerit: ſed nō ſi certiorare potuit, nec fecit. Idem in l. 4. D. de inter. act. Simul etiam portionis pro qua quiſque heres exſtitit, ex interrogatione certioretur.

CERTVM in iure dicitur id, cuius qualitas & quantitas adparet: l. ſtipulationum, 74. D. de verb. oblig. vbi Caius ſcribit, Certum eſſe, quod ex ipſa pronunciatione adparet quid, quale, quantúmq; ſit: vbi tamen vox Quid, quæ ad ſubſtantiæ categoriam pertinet, abundare videtur: quia qualitas ſubſtātiam præſupponit, vt vulgò loquimur. Hinc,

CERTVM corpus propriè Iuriſconſulti adpellant, quod dialectici Indiuiduum: Incertum verò, quod illi genus. qua de cauſſa inter ſe opponuntur, in l. 1. §. non ſolùm, D. ad leg. Falcid. Hinc,

CERTVS locus dicitur, cuius qualitas & quātitas definita eſt: veluti fundus Tuſculanus: vel fundi Tuſculani tria iugera, l. ita ſtipulatus, 115. D. de verbor. oblig. leg. 4. D. pro emp. l. 1. de euic. l. 6. D. de ſeruitut. Incertus verò, cuius aut qualitas, aut quantitas non apparet. leg. cùm poſt, 69. §. gener. D. de iure dot. Veluti qui pro indiuiſo dicitur: qui propterea certæ parti opponitur, in l. 1. §. hoc interdictum, D. vti poſſid. leg. 1. D. de euic. leg. placet, 25. D. quib. mod. vſuſfruct. amit. & leg. ſi is cui, 94. D. de ſolut. vbi Papin. apertèque quantitatem opponit ei, quod pro indiuiſo habetur. Hinc,

CERTVS homo dicitur, cuius qualitas definita eſt: nam de quantitate non laboratur, qualitas autem aut nomine oſtenditur, aut demonſtratione. nomine: vt Pamphilus, Dauus: demonſtratione, vt ſi digito notemus: veluti cùm dicimus, Hunc hominem meum eſſe aio. vel natione: vt Syrus, aut Phryx, aut Lydus: vel loco, vt frumentum, quod in illo horreo eſt: veſtis, quæ in illa arca eſt: aut alia quadam nota, vt filius Areſcuſæ, l. Quinctus, 10. D. de aur. arg. l. planè, 34. §. 2. leg. cùm res, 47. §. 1. l. ſed ſi, 51. l. ſi ſeruus, 108. §. qui quinque, D. de leg. 1. Contrà verò Incertus homo dicitur, cuius qualitas definita non eſt: veluti cùm in genere teſtator ſcripſit, Hominem illi do lego, l. vbi autem, 75. D. de verb. obl. & l. cùm incertus, 13. D. de leg. 1. l. heredes, 25. §. ſi incerto. D. fam. erc. neq; enim qualis ſignificetur, intelligitur. Sic,

CERTA dies dicitur, cuius numerus definitus eſt: veluti Kalendæ Ianuariæ centeſimæ. Incerta autem, cuius tempus incertum eſt: veluti cùm pubes erit, cum in familia nupſerit, cùm magiſtratum inierit. l. ſi dies, 21. D. quand. dies leg. qua de cauſſa Vlpia. in l. talis ſcriptura, D. de legat. 1. diem incertum condicionem adpellat.

CERTVM vinum aut frumentum dicitur, cuius & qualitas & quantitas adparet: Incertum, cùm aut neutra, aut alterutra tantùm definita eſt: veluti ſi quis dicat, vini amphoras centum, vel etiam, vini Campani amphoras centum: Incertum dicit, propterea quòd quantitatem tantùm exprimit, qualitatem prætermittit. Campani enim vini multa genera ſunt. Quòd ſi adiiciat, Optimi: tum qualitatem expreſſerit, ſed ſi Boni diceret, nequaquam. bono enim aliud eſt melius. Quinetiam,

CERTVM dicit, qui vinum quod in apotheca eſt, aut triticum quod in horreo eſt, dicit. hoc enim idem eſt ac ſi diceret, quale quantúmque in illa apotheca, aut illo horreo eſt: quæ omnia traduntur in l. ſtipulationum, 74. & l. ſeq. l. triticum, 94. D. de verb. obli. l. cùm res, 47. §. 1. de legat. primo.

CERTA pecunia dicitur, cuius qualitas cum quātitate expreſſa eſt: veluti, HS decem millia, aut pecunia quæ in illa arca eſt. idem enim valet, ac ſi diceret, qualis quantáque in illa arca eſt, l. 7. §. penul. & l. vlt. D. de cont. emt. Incerta verò cuius aut qualitas aut quantitas expreſſa non eſt. veluti, aureos dare ſpondes? vel, Numorum decem millia dabis? numorum enim genera ſunt innumera. Eóque pertinent l. cùm poſt, 69. §. gener. D. de iur. dot. l. planè, 34. §. 2. l. ſed ſi, 51. l. ſi ſeruus, 108. §. qui quinque, D. de legat. primo.

CERVICALIA: veſtis nomine contineri Vlpi. ſcribit in leg. 25. §. 1. D. de aur. argen. quòd ſi ad muliebrem mundum ea pertinent, ſignificari putarem eo nomine quæ Græci ἐπιτραχήλια nominant, quæ Iul. Pollux in mundo muliebri recenſet. ſin vitilia ſunt, ea dici putarem, quæ frigoris vitandi cauſſa ceruici circumdantur.

Cervcia, eâ ſunt quæ legati Græcorum ferrê ſolebant, ne quis eorum corpora violaret, l.8. D. de diuiſ.rer.

Cessare impropriè pro numquam fuiſſe, Papi. l.97. D.de ſolut. Cuum ex plurib. cauſſis debitor pecuniam ſoluit, vtriuſque demonſtratione ceſſante: id eſt, ſine vlla demonſtratione.

Cessio in iure communis alienatio eſt & mancipi rerum, & nec mancipi: quæ fit per tres perſonas, in iure cedentis, vindicantis, addicentis. vide Vlpia. titul. Regulatum, 19. & ſuprà in voce cedere.

Cessicvs tutor, & Ceſſitia tutela: vide Tutor Ceſſicus. item Cedere.

Ceteroqvin, alioquin. Vlp. l.29. D. de iure fiſc. Sed enim hæc pœna magis eſt, vt aduerſus ipſum locum habeat, qui delatorem redemit. ceteroquin aduerſus heredem eius tranſire non debet. Idem l.35. §.3. D.de hered.inſt. Intelligendum erit rerum Italicarum ſignificatione eas contineri, quas perpetuò quis ibi habuerit, atque ita diſpoſuit, vt perpetuò haberet. ceteroquin ſi tempore quo trâſtulit in alium locum, &c.

Ceterorvm & Reliquorum adpellatione, ait Vlp. etiam omnes continentur, vt Marcellus dixit circa eum, cui optio ſerui legata eſt, ceteri Sempronio. nam tenrat, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere, l.160. D.de ver.ſig. l.17. de opt.leg.

Chartæ adpellatione & noua & deletitia côtinetur, l.4. D. de bonor. poſſ. ſecund. Tab. Chartis autem legatis neque libri iam facti, neq; cœpti ſcribi, neque membranæ, neque ceteræ ad ſcribendum materiæ debentur, l. librorû, 52. §.4. & l.Chartis, 76. de legat.3.

Chartiaticvm, merces quæ officialibus pro chartis datur, l. 6. D. de bon.damnat. eâque vox apud Xonaram obſeruata eſt: ἐπόπτας προςβάλλετο ἐπισχύτων ἐπάνξειν σφᾶς τὰ δημόσια. ἀπαιτεῖσθαι δὲ καὶ ὑπὲρ χαρτατικοῦ ἐπὶ τῷ νομίσματι δύο κεράτια. eodem modo dictum videtur quo Cerariû, Verrina v. quod pro cera pendebatur.

Chartopratæ, χαρτοπράται, l.1.C.de collegiat. & chartop. dicuntur qui chartis quæ in vrbem ex prouinciis comportabuntur, vendêdis præerant.

Chasma, χάσμα, terræ hiatus, Ciceroni labes dicitur. Vlp. l.11 §. 4. D.de minor. Prædia fuerût, quæ chaſmate perierunt, inſulę exuſtæ ſunt, &c. Idem l.4. D. de cenſib. Quare & ſi agri portio chaſmate perierit, &c. ſic l. 47. §. vlti. de legat. 1. l. 10. D. de peric. & commod.

Chartvlarii, dicuntur qui largitionales titulos retractabanr: in l.3. C.de canon.largit. id eſt, qui chartas & codices tractabant earû expenſionû, quæ priuato principis ærario illatæ, magna ex parte in largitiones inſumebantur.

Chirographvm, χειρόγραφον, priuata cautio manu alicuius vel ſcripta, vel ſubſcripta. itaque generale nomen eſt, ad omnes eiuſmodi cautiones pertinens, l.pen. D.de teſta. & ſæpe apud Ciceronem, & alios veteres. fecit autem côſuetudo, vt chirographum propriè adpelletur συμβόλαιον γραμματεῖον, vt ait Heſychius: id eſt, cautio ad contractus pertinens: & propriè libellus quo quis pecuniam ſe debere ſcripſit. Itaque Aſconius in Verrinam III: Inter ſyngraphas, inquit, & cetera chirographa hoc intereſt, quòd in ceteris, tâtum quæ geſta ſunt ſcribi ſolêt: in ſyngraphis, etiâ côtra fidê veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata

A pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolet, more inſtitutoque Græcorum, & ceteræ Tabulæ ab vna parte ſeruari ſolent: ſyngraphæ, ſignatæ vtriuſque manu, vtrique parti ſeruandæ traduntur. hæc ille. Hinc,

Chirographvm inane dicitur, cuum id quod debitum, perſolutum. Vlpian. l.18. D.de ſolut. Solutione, chirographo inani facto, & pignoribus liberatis, nihilominus creditor, vt inſtrumenta ad eum contractum pertinentia ab alio quàm debitore exhibeantur, agere poteſt. Idem l.41. D.ad leg. Aquil. Verumtamen in herede legatario diuerſum: quibus teſtamenta, penè chirographa ſunt: id eſt, cautiones debitarum pecuniarum. loquitur de eo qui teſtamentum deleuerit. Idem leg.5. §.6. D.commod. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographum debitorem tuum cauere feceris, &c. vbi tamen chirographo legendum potius arbitrarer. Hinc, (B)

Chirographarivs creditor dicitur, qui ſibi chirographo cauit. Paullus l. 38. §.1. D.de priuileg.cred. (C) Reſpublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponuntur autem iis qui Hypothecarij dicuntur, l.cùm tibi, 10. C.qui pot.in pign. & l.4. & l.6. C.de priuil.credit. Hinc,

Chirographarivs debitor, qui ſua manu cautionem creditori dedit: in l.pen. C.de nouat. Et,

Chirographaria pecunia, quæ ſine pignore per chirographum ſolum debetur, tit. Cod. Etiam ob Chirog. pecun.

Chlamydes, Vlp. in l.23. §.2. D.de aur.arg.re- (D) cenſet inter veſtimenta puerilia. Et ſic Varro de liberis educandis, apud Nonium: Vt puellæ, inquit, habeant potius in veſtitu chlamydas, &c.

Chomata, χώματα, Vlpian. in l.pen. D.de extra crim. aggeres interpretatur, qui aquam Nili coërcent.

Cibaria dicuntur, quæ ad quemque alendum ſatis ſunt. ſub Rubr. de aliment. & cibar. itaque neque veſtiaria, neque habitatio eo nomine continetur, l.4. l.6. l.12. l.13. l.21. D. eod. tit.

(E) Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.
Ex auro arma dedit, capit area: at iſta nouenum
Centenum illa boum precio æſtimata.

Prouerbium eſt, quo Iuſtinianus vtitur in præfat. ad Antecelſores: Quia, inquit, veſtris temporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualem & apud Homerum patrem omnis virtutis, Glaucus & Diomedes inter ſe faciunt, diſſimilia permutantes χρύσεα χαλκείων, &c. Fabula eſt apud Homerum lib. Iliad. (F) vi. de Diomede Græco, qui cuû ſingulari certamine cum Glauco Troiano pugnaturus videretur, ab illo gentis ipſius nomen quæſiuit. cuúmque ſe antiquam ſuorum maiorum hoſpitij cum illa gente neceſſitudinem agnoſcere dixiſſet, veterator Diomedi ſuadere cœpit, vt renouandæ neceſſitudinis cauſſa arma inter ſe commutarent. Iuſtinianus ergo ſuorum librorum cum illis antiquorum permutationem, ſimillimam eſſe dicit eius permutationis, qua Glaucus cum Diomede vſus eſt: quod mediusfidius (G) ab illo Cyclope veriùs dictum eſt, quàm ſperabat.

Chrysolithvs, χρυσόλιθος, gemma aureo colore tranſlucida, vt ait Plin. lib.38. cap.9. quaſi dicas, Lapis aureus: cuius facit Vlpianus mentionem in leg. 19. §.6. D.de aur.arg.

Cilicia, inquit Aſconius, texta, de pilis in caſtrorum vſum atque nautarum. Hinc vela Cilicia dicuntur Vl-

tur Vlpiano, quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluuia laborent, l.12.§. 12. de inſt. vel inſt.& l.13.§. 2.de actio emt. Seruius in illud Georg.3.

Nec minus interea barbas, incanáque menta
Cinyphij tondent hirci, ſetáſque comantes
Vſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.

In vſum, inquit, caſtrorum ideo dixit, & quia de ciliciis poliuntur loricæ, & teguntur Tabulata turrium, ne iactis facibus ignis poſſit adhærere.

B Cinctvs, pro eo qui ad militiam conſcriptus, miles factus eſt. Marcellus l.Titius, 25. D.de teſtam. mil. Titius priuſquam Tribunus legionis factus eſſet, teſtamentum, fecit & poſtea cinctus manente eodem teſtamento deceſſit. Paullus l.quod dicitur, 38. §.1. D. eod. Miles teſtamentum fecerat. deinde non ignominiæ cauſſa miſſus, rurſum cinctus eſt in alia militia. Moris fuit antiquis, vt togati ciues Romani eſſent in militia: ſed prælium inituri, præcingerentur. Inde Teſtamenta in procinctu, quemadmodum Plutarchus in Coriolano teſtatur. ſed eo more ſublato, C cingulum manſit perpetuó. vnde qui ab Imperatore ignominia adficiebantur, plerumque diſcingebãtur. qua pœna vſum Marcellum Liuius lib. 7. teſtatur: Auguſtum verò, Suetonius.

Cingere arborem, vetuſtè pro deglabrare, ſiue delibrare: vt ait Paullus in l.cædere, 5.D.arb.furt.cæſa. qua ſignificatione vſurpat hoc verbum Vlpianus in l.furtim, 7.§.2. eod. Siue autem quis ſuis manibus, ſiue dum imperat ſeruo arbores cingi, ſubſecari, cædi. & Alfenus l.in lege, 29. D. locat. Redemtor ſyluam ne cædito, néve cingito, néve deurito.

D Circitores, circuitores: ſic enim antiqui loquebantur. vnde & Circites apud Feſtum, circuli ex ære facti: & Circites anni apud Varronem, à bruma ad brumam. Vlpianus autem in l.5. D. de inſtit. act. Vulgò, inquit, circitores adpellamus eos quibus Veſtiarij vel Linteatearij dant Veſtem circumferẽdam & diſtrahendam.

E Circvlatores, περιοδευταὶ, vagi homines, & circumforanei, qui circumplicati colla ſerpẽtium amplexu terrorem ſpectãtibus incutiunt: apud Paullum in l. vlt.D.de extraor. crimin.

Circvmdvcere, inducere, delere. Hinc Circumduci cauſſa dicitur, cùm ob id quia deſerta eſt, eius nomen ex cauſſarum albo eximitur. Paullus l. acta, 45.D.de re iudic. Acta apud ſe habita, ſi partes conſentiant, & iudex hoc permiſerit, poteſt iubere ea die circumduci. Vlpianus l. 73.§.1. D. de iudic. Tum circumducendum erit edictum peremtorium. neque F cauſſa cognoſcetur, &c. Sic in l.diui. 27.§. 1. D. de liber.cauſ. l.6.C.quomod.& quand.

Circvmlvvio, inquit Feſtus, eſt ius quoddã prædiorum: vbi fortaſſe, Prædiatorium legi debet. Eſt autem Circumluuio, cum parte aliqua diuiſum flumen, agrum alicuius ita ambit, vt inferius vnitum illum in inſulæ formam redigat, l.adeò, 7. §. quod ſi, D. de adquir.rer.domin.

G Circvmscribere plerumque fallere ſignificat, vt apud Græcos περιγράφειν. Paullus l. exceptiones. 7.§. 1. de exception. Si quis fideiuſſerit pro minore vigintiquinque annis circumſcripto. Plerumque autẽ in minoribus hoc verbũ vſurpatur. Cicero lib.Offic.111. Circumſcriptio adoleſcentum lege Lætoria vindicata eſt. Pro Cluent. Cùm omnis ab his fraus, omnes inſidiæ, circumſcriptionéſque adoleſcentium naſcerentur. Sic in l.10. §. 1.& l.17. D. de minorib. l.17.D.de dolo.

A Cisivm, vehiculi genus eſt biroti inquit Nonius. vnde Ciſiarius, qui ciſij ductor. atque auriga. Vlpianus l. 13. D. locati. Item quæritur ſi ciſiarius, id eſt, caruchatius dum ceteros tranſire contendit, ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit. Cic. pro Sex. Roſcio: Decem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſijs peruolauit.

Cita hereditas, diuiſa. vide Erectum.

Citare præco dicitur, quem pro tribunali ſtans & vociferans, in iudicium euocat. Cicero pro Flacco: Citat præco magna voce legatos Æmonenſes. Citabat autem iudices, reos, & teſtes. Marcellus leg. 7. D. de in integ. reſtituit. Itaque ſi citatus non reſpondit, & ab hoc more pronunciatum eſt, confeſtim autem pro tribunali te ſedente adiit, exiſtimari poteſt non ſua culpa, ſed parum exaudita voce præconis defuiſſe: ideòque reſtitui poteſt. Vlpian. leg. 73. D. de iudic. Et poſt edictum peremtorium impetratum, cum dies eius ſuperuenerit, tunc abſens citari debet: & ſiue reſponderit, ſiue non reſponderit, agetur cauſſa, & pronunciabitur. Sic l. 20. D. de teſtib. l.10. D. de pub.iud.

Civilia verba, quæ etiam directa iure adpellantur, verba ſunt formularum ciuilium, hoc eſt quæ ad ius ciuile adcommodatæ olim à Iuriſconſultis fuerunt. ex eo nimirum quòd hæc pars iuris, propriè non numquam, Ius ciuile adpellatur; vti Pomponius docet l.2.de origin.iur. ſiue quòd vernaculum eſſet, neque ab exterarum gentium inſtitutis ſumtum: ſiue quòd ſoli ciues iis legis actionibus ac formulis vti poſſent. Papinianus l. 7. de vulga.& pupilla. Verbis ciuilibus ſubſtitutionem poſt quartum decimum annum ætatis fruſtra fieri conuenit. Vlpianus titulo Regul. xxv. Fideicommiſſum eſt, quod non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquitur. hoc eſt, non iis formulis quæ ad heredum inſtitutionem adcommodatæ ſunt, ſed precatiuis.

Civilia iudicia, vide Iudiciorum alia criminalia.

Civiliter, eo modo eáque formula quam Iuriſconſulti excogitarunt & tradiderunt. Hinc Pomponius in l.pen.D.de ſolut. ſcribit verborum obligationem ciuiliter per acceptilationem tolli, non rei naturam ac ſubſtantiam: id eſt, conſenſum & pactum ſpectans: ſed modum ac formam aduenticiam cum Vlpian. in l.8. in fin.D.de acceptil. apertè dicat, Acceptilationem eſſe iuriſgentium: quatenus ſcilicet, pactum conuentum, id eſt ſubſtantiam ipſius actus cõſideramus. vt acceptilationis materia ſit iuriſgentium, forma verò iuris ciuilis.

Clam factum, vide Vi factum.

Clam facere id dicimur, quod eo inſciente facimus, quem id prohibiturum eſſe ſuſpicabamur. vti patet ex l. 6.§. vlti.D.quod vi.

Clam poſſidere dicimus eum, qui furtiuè ingreſſus eſt poſſeſſionem eo ignorante, quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne faceret, timebat, l.6.D.de adquir. poſſeſſ.

Clarigationem videtur Liuius *lib. viii.* dixiſſe pro iis quæ nunc Repreſalia vocamus: Veliterni, inquit, iuſſi trans Tyberim habitare: vt eius, qui cis Tyberim deprehenſus eſſet, vſque ad mille pondo clarigatio eſſet: nec priùs quàm ære perſoluto is qui cepiſſet, extra vincula captum haberet.

Clarissimi, & Clariſſimatus, vide Dignitatum.

Clarissimarvm fœminarum nomine Se-

natorum filiæ, niſi quæ viros clariſs. ſortitæ ſunt, non habentur. tādiu igitur clariſſima fœmina erit, quamdiu Senatori nupta eſt, vel clariſſimo: aut ſeparata ab eo alij inferioris dignitatis non nupſit, l. 8. D. de ſenatorib. l. 22. §. primo, ad municip.

CLAVI, vtrum in veſtibus retinacula dicuntur gemmæ vitreæ inſtar habentia, quibus tamquam clauis pars veſtis alteri parti coniuncta retinetur, quos ſimilitudine gemmarū, *Boutons* Galli adpellant? Vlpian. l. 19. §. 1. D. de aur. arg. Quemadmodum claui aurei & purpuræ, pars ſunt veſtimentorū. idem Pomponius libris epiſtolarū: Et ſi non ſunt claui veſtimentis conſuti, tamen veſte legata cōtineri. Idem l. 23. §. 1 Et quæ his acceſſionis vice cedunt: quæ ſunt inlitæ picturæ, clauique qui veſtibus inſuūtur. An potius ornamenta veſtiū, purpurea, acu picta & capitum clauorum inſtar habentia: quibus intextis Equitū & Senatorū tunicę inſigniri ſolebāt. vnde apud Feſtū Clauata veſtiméta dicuntur clauis intertexta. cùm quidē Clauorū alij lati eſſent, quibus Senatorū, alij Auguſti, quibus Equitū tunicæ decorabātur. Varro lib. de lingua VIII: Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera plagula ſit anguſtis clauis: altera latis: vtraque pars in ſuo genere caret analogia. Ouid. lib. Triſt. IIII.

Curia reſtabat: claui menſura coacta eſt.
Maius erat noſtris viribus illud onus.

Fabius lib. XI. cap. vlt. Cui lati claui ius non erit, ita cingatur, vt tunicę prioribus oris infra genua paulū, poſterioribus ad medios poplites vſque perueniant. latum habentium clauum modus eſt, vt ſit paulum cinctis ſummiſſior. Quibus ex verbis intelligitur, Senatorum tunicam multo breuiorem equeſtri fuiſſe. Clauum autem purpureum opinor inſtar habuiſſe capitis eorum maiorum clauorum, qui foribus & valuis adfigi ſolent. Vide, LATVS CLAVVS.

CLAVSVLA codicillaris dicitur, quæ in teſtamētaria ſcriptura ſubiungitur, vt ſi minus teſtamenti, ſaltem codicillorum vim atque auctoritatem obtineat. Eius autem duæ formulæ fuerunt: prior hæc, vt ſi iure teſtamēti non valeat, iure codicilli valeat, l. vlt. C. de codicil. l. ſi iure. 11 C. de teſtam. manumiſſ. l. coheredi. 41. §. 2. de vulg. ſubſtit. altera ſic: ἐπὶ πάσης ἐξουσίας: quacūque ratione poterit: quoquomodo poterit, l. ex ea ſcriptura, 26. D. de teſtam. l. 3. D. de milit. teſtam. l. Lucius, 89. §. vlt. D. de legat. ſecūdo. Quin & Rogatio legitimorū heredum, ſine vlla ſcriptura, pro clauſula codicillari valet, l. ex teſtamento, C. de fideicom. l. generaliter, 24. §. ex teſtament. D. de fideic. libert.

CLIENTES noſtros, ait Proculus, intelligimus liberos eſſe, etiam ſi neque auctoritate, neque dignitate, neque viribus nobis pares ſunt, l. 7. D. de capt. & poſtlim. l. 3. D. de vſu & habit. l. 3. C. de nouat. l. 89. D. de furt. l. 5. § 1. D. de his qui deiec. vel effud. Romulus plebeij ordinis hominibus à Patribus diſcretis, ne qua inter eos diſſenſionum materia relinqueretur, vnicuique ex plebe permiſit, quemcumque ex patribus vellent patronum, cooptare. Hæc autē inter eos iura conſtituit. Patroni quidem vt quæ clientes iura & legitima ignorarent, eos docerent. quod ſignificat Horatius Epiſtol. lib. II.

Romæ dulce fuit, & ſolemne recluſa
Mane domo vigilare, clienti promere iura.

Eorum abſentium æquè ac præſentium, neque ſecus, quàm parentes liberorum curam gererent: cauſſas & priuatæ & publicæ rei ſuſciperent: denique tū priuatim, tum publicè eorum commodis & rationibus conſulerent. Viciſſim autem vt clientes ad collocandas patronorum filias dotem, ſi opus eſſet, conferrent: patronos, aut ipſorum liberos ab hoſtibus captos redimerent: multas, ſi quæ deberentur, eorum nomine perſoluerent: ſi qui ſumtus publicè faciendi ſint, partem contribuerent. Vtriſque autem hanc legem impoſuit, vt neque inter ſe accuſare, neque aut teſtimonio aut ſuffragio lædere, inimicitiáſve exercere iis liceret. hæc ferè ex Dionyſ. Halic. lib. I. & Plutarch. in Romul.

CLIPEVS & ſcutum ſignificat, & imaginem: vt docet Chariſius lib. 1. & Plinius lib. 35. cap. 3. atque in hanc ſignificationem vſurpatur ab Vlpiano in l. ſi verò, ſi id quod, D. de his qui eff. Nam & cùm pater in pergula clipeum vel tabulam expoſitam habuiſſet, &c.

CLOACARIVM, pecunia purgandis cloacis adtributa. Vlp. l. 27. §. 3. D. de vſufr. Si quid cloacarij nomine debeatur, vel ſi quid ob formam aquæductus, &c. & in l. 39. §. 4. de legat. & fid. lib. 30. Heres cogitur legati prædij ſoluere vectigal præteritum, vel tributum, vel ſolarium, vel cloacarium, vel pro aquæ forma.

COACTORES olim in auctionibus dicebantur quaſi quæſtores quidam, qui ab iis quibus ſingulæ res in auctione adtributæ fuerant, precium exigebant: quaſi collectores, quia pecunias cogebant, id eſt, colligebant. Scæuola in l. 40. §. 5. de ſtatu lib. Argentarius coactor, cùm penè totam fortunam in nominibus haberet, ſeruis actoris libertatem ita dedit. Horat. lib. Serm. 1.

Nec timuit, ſibi ne vicio quis verteret, olim
Si præco paruas, aut fuit ipſe, coactor,
Mercedes ſequerer. vbi Acron:

Præcones dicebantur, inquit, qui ſtabant ad haſtam: nunciabant enim precia oblata. Coactores autem mercenarij eorum, qui habebant argentariam. Sunt autem Argentarij, qui habent ſummam rerum venalium. Argentarium dicimus eum qui habet ſummam diuitiarum, à quo accipiunt forani. Coactor, qui exigit numos à circumforanis. Aliter: Coactores dicuntur argentarij in auctionibus, qui pecunias cogunt. ipſi ſunt conuectarij. Hæc Acron. De his quoque Cluentianæ locus quem ſubiiciam, intelligendus eſt. Quidam ex amicis Saſſiæ recordatus eſt, ſe nuper in auctione quadam vidiſſe, in rebus minutis aduncam ex omni parte dentatam & tortuoſam veniſſe ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circumſecari videretur. ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe. Alij verò in ea pro Poſtumo Coactores adpellantur, vt in eius ſcholiis expoſuimus.

COACTILIA, quæ veſti cedere Vlpianus ſcribit in l. 25. §. 1. D. de aur. argen. Bayſium virum doctiſſimum ſecutus, eas veſtes interpretor, quæ ex lanis & villis coactis fiunt, quas vulgò Feltros adpellamus. Lanæ, inquit Plinius, & per ſe coactæ veſtem faciunt. lib. 8. cap. 48. Sunt tamen qui COACTAM ex antiquis libris emendent. vt coactæ dicantur præciſè pro veſtes quæ ex lana & villis coactis fiunt.

COADVNARE, coniungere, vnam è pluribus facere. Vlpianus l. 9. in fin. D. de pact. Nam in hunc caſum ſpectabimus ſummas plures: quia illæ excedunt in vnam ſummam coadunatæ.

COACTORIA vaſa apud Paullum in leg. 6. D. de pen.

de pen.leg legi videtur pro Cocinatoria, id eſt, Coquinatoria, id eſt, Coquinatoria. nam C. pro Q. frequenter in antiquis libris reperiri, notum eſt. Vaſa autem Coquinatoria eadem eſſe palàm eſt, quæ Plinius Coquinatoria nominat, in lib.33. cap.11. à verbo Coquinari, quo Plautus eſt vſus: item vt hoc à Coquina. Meam coniecturam vulgata lectio cōfirmat, in qua legimus CONCINNATORIA: & Accurſij gloſſa, qui ſi legiſſet Cōcinnatoria, numquam ita interpretatus eſſet, id eſt, deputata ad coquendum. Sed omnem Vlpianus dubitationem adimit, apud quem in l. 19.§.5. D.de aur.& argen.ſic planè legitur.

COCCVM, frutex fullonius, ait Bayfius, cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarū præcipuus, cuius copia ſumma in ea parte Hiſpanię, quę Tudertania adpellatur. Vlpian. l.70.§.5. D.de legat.& fid. lib. 32. Purpuræ autem adpellatione omnis generis purpuram contineri puto: ſed coccum non continebitur. Paul.l.78.§.5. D.de legat.& fid. lib. 32. Coccum quod proprio nomine adpellatur, quin verſicoloribus cederet, nemo dubitauit.

CODICES à libris Vlpianus ſeparat in l. librorum, 52. D.de legat. tertio. Propriè autem de tenuibus Tabulis dicuntur. Seneca lib. ſingulari De breuitate vitæ: Hoc quoque quærentibus remittamus, quis Romanis primus perſuaſit, nauem conſcendere. Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipſum adpellatus, quia plurium Tabularum contextus Caudex apud antiquos vocabatur. vnde publicæ Tabulæ Codices dicuntur, & naues nunc quoque quæ ex antiqua conſuetudine per Tyberim commeatus ſubuehunt, Caudicariæ vocantur. Hinc,

CODICILLI diminutiuè, qui ex Tabulis cera illitis, ſed multò quàm illi breuioribus & paucioribus conficiebantur: ob eam cauſſam, vt facilè quò cuique commodum eſſet, circumferri & in ſinu geſtari poſſent. Hinc,

CODICILLI, ſcriptura qua defunctus leuiter ac ſine vlla ſollemnitate voluntatem ſuam teſtatus eſt, de eo quod poſt mortem ſuam fieri cupit. Eorum autem alij ſunt fideicommiſſarij, alij directi. Fideicommiſſarij ſunt, in quibus ſcriptor verbis vtens precatiis, ſuam de rebus omnib. quæ teſtamentis comprehendi ſolent, heredi ſuo petitionem expoſuit. Directi, in quibus directis ciuilibúſque verbis ſcriptoris voluntas de legatis dumtaxat alicui relinquendis expoſita eſt. Hæc ex Inſtit.ſub tit.de codicil.ſummatim. Codicilli etiam pro diplomatis, ſiue ſcriptura qua Princeps magiſtratum vel honorem alicui mandauit: apud Hermog.l.adminiſtrantes, 41.D.de excuſat.tut. l.1.C.vt omnes iudic.

CODICILLI ſemper pluratiuo numero proferuntur: ſicut pugillares: & liberi: ait Caius in l. non eſt, 148.D. de verb.ſignific. In ſingulari tamen Codicillus ponitur à Diocletiano l.non codicillum, 14. & à Iuſtiniano l.cùm antiquitas, 28. C. de teſtam. item l. vlt.C.famil.ercisc.

CODICILLARIS clauſula, Vide CLAVSVLA codicillaris.

COEMTIO dicebatur, cùm vir & vxor ſeſe inuicem emerent. vnde matrimonium per coëmtionem, de quo alibi diximus. Seruius in illud Geor.1. Téque ſibi generum Tethys emat omnib. vndis. Quod ait Emat, inquit, ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo ſe maritus & vxor inuicem emebāt: ſicut habemus in iure. vide VXOR.

COENACVLVM, Varro De Lin. 4. ſic interpretatur, Vbi cubabant, Cubiculum: vbi cœnabant, Cœnaculum vocitabant. poſteaquam in ſuperiore parte cœnitare cœperunt, ſuperior domus vniuerſa, Cœnacula dicta. Vitruu. etiam lib.2.cap.8.teſtatur ædes Romæ priùs vnius contignationis fuiſſe, ſed poſtea propter incolarum multitudinem, multarum. Ad auxilium, inquit, altitudinis ædificiorum res ipſa coëgit deuenire. Itaque pilis lapideis altitudines exſtructæ, cœnaculorum ſummas vtilitates perficiunt. Cœnacula autem tenues homines conducere atque incolere ſolebant. Vnde Iuuenalis:

Rarus venit in cœnacula miles.

Quippe ad homines egentes, quorum in ædib. expilari nil poſſit. Vlpia.l.1.§.5.D.de his qui effud.vel deie. Si filius fa. cœnaculum conductum habuit, & inde deiectum vel effuſum quid ſit, &c. item §.8. Si plures in eodem cœnaculo habitent: & ex l.5. adparet in cœnaculis cubicula fuiſſe, exedras, conclauia, cetera̓que habitationi neceſſaria.

COENACVLARIVS, qui cœnaculum conduxit. Vlp.l.11.§.5.D.de pig. act. Hinc,

COENACVLARIAM exercere dicetur, qui quæſtus ſui cauſſa conducta cœnacula aliis locat. Vlp.l. 5.D.de his qui deiec.vel eff. Nam etſi quis cœnaculariam exercens, ipſe maximam partem cœnaculi habebat, ſolus tenebitur.

COENOBIA, κοινόβια vnde dicantur, & quamobrem monaſteria ſic adpellentur, Iuſtin. oſtendit Nouell.cxxiii.de Eccleſiaſt.diuerſ. cap.§. ἐν πᾶσι, 56. Ἐν πᾶσι, inquit, τοῖς μοναστηρίοις, ἅπερ κοινόβια καλοῦνται, κελεύομεν ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας οἰκεῖν, καὶ κοινῶς τρέφεσθαι, καὶ ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντας κεχωρισμένους καθεύδειν. In omnibus monaſteriis, quæ Cœnobia dicuntur, iubemus in vna domo omnes habitare, & communiter ali, & vna in domo ſeorſim dormire. Quod idem ſtatuit totidem verbis Nouell. v. de monachis.

COERCERE, tum de pecuniaria, tum de corporali pœna vſurpatur: nam & Coërcere pignorib. dicitur in l. 4.§.1.D.de dām.inf.& lib.de Orat. 3. Pignoribúſque ablatis Craſſum inſtituit coërcere. At in lib. de Legib. III. Magiſtratus ciuem nec obedientem multa, vinculis, verberib. coërcento. Sic in l.6.D.de pœn. l.nemo, 70.D.de regul.iur.l.2. in fi. D.de pub. iudic. Hinc,

COERCITIO, animaduerſio in facinoroſos: quæ duplex: eſt, Grauis & Modica. Grauis eſt, veluti cùm gladio, aut metalli pœna, aut deportatione, aut verberibus animaduertitur, quæ etiam Capitalis dicitur in l.noxis, 200.D.de verbo.ſignifi. Modica eſt, veluti vt quis in carcerem ducatur, aut virgis cædatur, l.2. D.de in ius voc. l. vlt. D.de offic. eius cui mand. l. ſi quid, D.de offic.Proconſ.

COERRARE, Paullus in l.3.§.3.D.de off.Præf.vig. vſurpat pro Oberrare, &, vt opinor, cum aliquo comitatu. Sciendum eſt, inquit, Præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare calciatum, cum hamis & dolabris. Vbi tamen FALCIATVM mallem: id eſt, falcibus muralibus, quibus ædes inflammatæ dirueren tur, inſtructum.

COÆSTIMARE, ſimul æſtimare: apud Celſum l. 67.§.1. D.de furt.

COGNATIONIS nomen, ait Paul. à Græca voce dictum videtur. Συγγενεῖς enim illi vocant, quos nos Cognatos adpellamus. Agnati ſunt per patrem cognati ex eadem familia: qui autem per fœminas coniunguntur, Cognati tantùm nominantur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc intereſt, quod

inter genus & ſpeciem. nam qui eſt aghatus, & cognatus eſt. non vtique autē qui cognatus eſt, & agnatus eſt, l. 10. § 1. D. de grad & adfin.

Cognati, ait Modeſtinus, ab eo dici putantur, quòd quaſi vnà cōmuniterue nati, vel ab eodem orti, progenitive ſint, l. 4. §. 1. D de grad. & adfin.

Cognati, inquit Vlpian. adpellati ſunt, quaſi ex vno nati, aut, vt Labeo ait, quaſi cōmune naſcendi initium habuerint, l. 1. D. vnde cognati.

Cognatio eſt ius quoddam inter certas perſonas, quæ natura vel legis fictione inter ſe cognatæ ſunt, inſtitutum. eius enim duæ ſunt ſpecies: Naturalis & Ciuilis, l. 17. § 1. D. de adopt. Naturalis cognatiò eſt, communio ſanguinis quam habent ij inter ſe, qui ex eodem progenitore orti, quaſi riuuli ex eodē fonte deducti dimanarunt. Ciuilis autem, quæ per adoptionem contrahitur, non ſanguinis, ſed iuris communio eſt, l. 4. §. 1. D. de gradib. quæ ſic fortaſſe non incommodè definiri poterit, vt dicatur eſſe communio eiuſdem iuris quod habent ij inter ſe, qui naturaliter cognati ſunt, per adoptionem cōtracta. ſed quoniam ea non vera, ſed ficta & adumbrata cognatio eſt, idcircò definiri neque à nobis ſolet, neque verò ſatis abſolutè poteſt.

Cognati propriè dicuntur, quaſi cum aliquo nati, l. 1. D. vnde cognat. quare non immeritò dubitabatur an nepos poſt aui mortem conceptus, auo cognatus eſſet. Iulianus tamen in l. 8. D. de ſuis & legit. Nam quòd in conſuetudine, inquit, nepotes cognati adpellantur, etiam eorum poſt quorum mortem concepti ſunt, non propriè, ſed per abuſionem, vel potius ἀναφορικῶς accidit: id eſt, relatione ad vitam aui facta. Nam quod Alciatus lib. Diſp. primo diſputat, his poſterius verbis Iulianū dixiſſe, Generis verbum per abuſionem dici de ſpecie: videamus ne ſatis cautè dictum ſit. cuum ad argumentum quod ex definitione vocabuli ſumi poſſet, Iulianus hæc referat: neque horum verborum additio faciat, vt genus in ſpecie κατ᾽ ἀναφορὰν ponatur, ſed verè per abuſionem id dicatur: concinniùs tamen per relationem ad aui vitæ tempus factam. Et eadem ratione Vlpianus in l. 7. D. de ſenat. diſputat, cum qui poſteaquam pater ſenatu motus eſt concipitur, ſenatoris filium non eſſe. Sed vide hac t ta de re in Diſputatione noſtra De caſtis nuptiis, itémque De grad. cognat.

Cognitor eſt, qui litem alterius ſuſcipit, corā eo cui datus eſt. Procurator autem abſentis nomine auctor fit. Feſtus. Vide Aduocatus: item Procurator.

Cognomen, vide Nomen.

Cognoscere, propriè dicitur iudex, qui litigatores audit, eorúmque cauſſam diſceptat, l. 1. D. de conſt. princ. l. 4. §. 1. D. de eo quod cer. lo. l. 2. C. de interd. Hinc,

Cognitiones, dicuntur Prætorum ac iudicum, qui cauſſas audiūt, l. 1. §. per hunc, D. de rei vindic. l. 13 §. 1 D. de minorib. l. 4. D. de offic. eius cui mād. l. 1. D. de offic. adſeſſ.

Cognoscere inſtrumenta, inquit Vlpian. eſt relegere & recognoſcere, l. 56. D. de verb. ſign.

Cohortales dicebantur Præſidum prouinciarum officiales perpetui quibus manſionum equorum cura plerumque mandabatur. ſub Rubr Cod. de cohortalib. lib. XII. Miites adpellantur in Rubr. C. de heredit. decur. cohortal. & ſancitur, vt iis ſine ſucceſſore mortuis, bona eorum ad ceteros eiuſdem prouinciæ cohortales pertineant.

Coire in alienam litem dicuntur, qui alicui calumnioſè litem ſtruant, vt quod ex condemnatione in rem alterius redactum fuerit, inter eos communicetur, l. 6. D. de vi priuat. Plinius lib. Epiſtol. v. Queſtus eſt venire aduocationes, venire preuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex ſpoliis ciuium magnos & ſtatos reditus. In eandem ſententiam dixit Macer, Coire in accuſationem innocentium, l. 2. D de conceſſ.

Koinon, pro Reſpublica, vt Commune apud Ciceronem perſæpe. Calliſtratus l. 37. D. de iud. Diuus Hadrianus τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν Græcè reſcripſit.

Collatio bonorum (de qua tractatus duo ſunt in libris noſtris) eſt contributio certæ partis bonorum inter fratres, propter paternæ ſucceſſionis rationem à Prætore inſtituta. nam cūm Prætor contra ius ciuile emancipatos, vnà cum ſuis ad paternam hereditatem admiſiſſet, ſui autem bona omnia à ſe quęſita confuſa cum hereditate paterna haberent: emācipati verò quæ extra familiam quæſierant, ſeorſim ſibi adſeruarent: iniquum videbatur ſuos conferre, emancipatos autem nihil conferre, ſe auferre tantùm. quare Prætor edixit, vt emancipati volentes ad participandam patris hereditatem accedere, tantam partem è ſuis bonis quæ ſibi extra familiam quæſierunt, conferrent, quantam ex hereditate auferrent: non ſinguli, ſed omnes ſimul. quippe cùm omnes emancipati vnius locum obtineant. Itaque ſi duo ſint ſui, duo emancipati, quamuis emancipati ſinguli ex hereditate quadrantem auferant, tamen ex ſuis bonis non ſinguli, ſed ambo quadrantem conferent. Conferuntur autem antiquo iure Aduentitia & Profectitia: hodie ex Iuſti. conſtitutione, Profectitia tantùm, l. vlti. C. de collat. Emancipati inter ſe nihil cōferunt. nam cùm alter alteri nihil auferat, non ipſorum cauſſa ſimpliciter, ſed propter ſuorum rationem & reſpectum, Prætor collationem inſtituit. l. ſi emancipati, Cod. eod. l. 1. & paſſ. D. eod.

Collectarius, ἀργυραμοιβός, ἤτοι κέρμα ἀντὶ ἀργυρίου ἀλλασσόμενος: inquit Suidas: id eſt argentarius campſor, & pro argenro monetam viciſſim tribuens. Acron quoque in Horatium collectarios pro coactoribus argentariorum accipit. Impp. l. 16. C. ſi cert. petat. Quiſquis iudici fœnebtem pecuniam mutuauerit, ſi in prouincia fuerit verſatus, quaſi emtor legum atque prouinciæ, vel ſi quis collectarius, honoris precium dederit ambienti, exſilij pœna vnà cū ipſo iudice plectetur. id eſt, ſi quis argentarius crediderit pecuniam ei quem ſciebat ambire honorem, & eum hac pecunia emturum. Hæc doctiſſimus Alciatus lib. Diſpunct. 4. cap. 2.

Collegarum adpellatione hi continentur, ait Vlpianus, qui ſunt eiuſdem poteſtatis, leg. 173. D. de verb. ſig.

Collegæ, inquit Varro, dicuntur, qui vnà lecti ſunt. itaque omnibus ferè in rebus collegæ dicebantur: in magiſtratibus quidem, ij qui eiuſdem ſunt poteſtatis, l. 173. D. de verbo. ſignifi. item qui eandem tutelam aut curatelam ſimul adminiſtrant: l. 2. C. de admin. tut. l. 14. l. 46. D. eodem. Item, Qui eiuſdem hereditatis ſunt participes, id eſt, coheredes, l. Paullus, 101. D. de ſolutio. Hinc,

Collegia, quæ & ſodalitates dicuntur, ſiue conuentus certorum hominum a tem aliquam certam factitantium: vt piſtorum, nauiculariorum, item eorum qui vectigalia, aurifodinas, argentifodinas, ceteráve huiuſmodi munia exercent; l. 1. D. quod cuiuſque

iuſque vniuerſ. l.1. & paſſ. D. de colleg. Ea collegia à Rege Numa inſtituta eſſe, ſcribit Plutarch. in eius vita, Valerius lib.1. & Plin. lib. 34. cap. 1. déque iis Cic. in ea pro domo, & Sextiana mentionem facit. Hinc,

Collegiati, qui & corporati. vti patet ex Rubr. Cod. De collegiat. & carthoprat. lib. xi. & ex l. qui ſub, 8. C. de ſacroſ. eccleſ.

Colludere dicuntur, qui quod in ſpeciẽ ex animo facere videntur, id ſimulatè & fictè agunt inter ſe, aliorum ſenſibus illudentes. Hinc Præuaricatores colludere dicuntur in l. 1. D. ad Turpill. l. 7. §. penul. D. de dol. l. 3. D. de adulter. Hinc ſub titu. D. de colluſione detegenda, Colluſio dicitur, cùm tertius conueniente domino ita in ingenuitatem proclamat, vt eum ingenuum decerni patiatur.

Collyrium, κολλύριον, παρὰ τὸ κωλύειν τὸ ῥεῖν: id eſt, quod fluxum impediat, ac ſiſtat. medicamentum eſt ad oculos pertinens. Imp. §. 22. de rerum diuiſio. Aut ex ſuis & alienis medicamentis emplaſtrum aut collyrium. De collyriis Corn. Celſus copioſè lib. 6. ca. 6. Paullus l. 18. §. 6. de inſt. vel inſt. In inſtrumento medici eſſe collyria & emplaſtra, cetera eius generis Caſſius ſcribit.

Colonus, qui agrum certa mercede conductũ colit. nam Inquilinus in vrbe dicitur, Colonus in agro, l. res pignoris, 37. D. de adquir. poſſeſ. l. vlti. D. vnde vi & vi arm. Hinc,

Colonia, fundus colono locatus, l. 24. §. 3. D. locat. l. Seiæ. 20. §. colonus, D. de inſtruct. leg.

Coloni, de quibus exſtat Rubr. C. de agric. cenſ. & colon. liberi homines erant, qui ea condicione agros colebant, vt & certam eorum nomine penſionem præſtarent, neque vnquam ab ijs diſcederent. adeò vt terra ipſorum quodammodo domina videretur. quin etiam triginta annorum poſſeſſione ius illud ab agrorum dominis adquirebatur. quod ex D. titu. C. de agric. & præſertim ex l. 19. intelligitur.

Colonus partiarius, vide Partiarius.

Colum niuarium, vas quo veteres iniecta niue vinum colabant, id eſt tranſmittebant: partim vt alſius biberent, partim etiam vt liquidius. Pompon. l. 21. D. de iur. & arg. In argento potorio etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum eſt veluti colum niuarium, & vrceoli. Martialis de colono niuario, in Apophor.

Setinos, moneo, noſtra niue frange trientes,
Pauperiore mero tingere lina potes,
Et de ſacco niuario.
Attenuare niues norunt & lintea noſtra.
Frigidior colo. non ſalit vnda tuo.

Colum pro Coſtum legi puto apud Pomponium in l. 21. §. 1. D. de aur. arg. leg. Vide Coſtum.

Columnæ, vide Structiles.

Comiter alterius populi maieſtatem conſeruare, Proculus in l. 7. C. de capt. & poſt l. ſic interpretatur, Hoc enim adiicitur, vt intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non vt intelligatur alterum non eſſe liberum. quod Idem Cicero in Orat. pro Balbo demonſtrat: Primum, inquit, verbi genus hoc conſeruandi, imperantis eſt, non precantis. deinde cùm alterius populi maieſtas conſeruari iubetur, de altero ſiletur, certè ille populus in ſuperiori condicione cauſſáque ponitur, cuius maieſtas fœderis ſanctione defenditur. Item ad verbum, Comiter: Comes, inquit, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viam, beni-
A gnè, non grauatè: Communiter quidem certè non conuenit.

Comites magiſtratuum prouincialium dicebantur, qui prouincialibus magiſtratibus vel Senatus, vel ipſorum magiſtratuum voluntate ac iudicio, publicorum negociorum adiutores atque adminiſtri adiungebãtur: quales erant Quæſtores, legati, ſcribæ, accenſi. Cicero ad Att. lib. 8. ep. 1. Ei ſtatim reſcripſi: hominémq; certũ miſi de comitib⁹ meis. Recens autem
B Cicero è prouincia redierat, neq; dũ in vrbẽ ingreſſus erat. Sic in eadẽ: Nec me A. Lepidi, Lucinij, Volcatij, Ser. Sulpicij comitũ pœniteret. Poſtea Comitũ nomine, Iuriſperiti prouincialiũ magiſtratuũ adſeſſores adpellati ſunt: quos magiſtratus arbitratu ſuo delectos ſecum abducebant, l. οὐ μόνον, 19. §. ὁ πριμιπιλάριος, D. de excuſat. vide ſuprà, Aſſeſſores. Paullus l. 12. §. 1. D. de vacat. & immun. Comites præſidum & proconſulum procuratorúmve Cæſaris, à muneribus vel honoribus & tutelis vacant. Sic in l. 1. §. ſed ſi, D. de ex-
C traord. l. 5. D. de repetund. l. 16. de offic. præſid. l. 4. D. de offic. adſeſſ. Sueton. in Iulio: Sanxit ne quis ſenatoris filius, niſi contubernalis, aut comes magiſtratus peregrè proficiſceretur. Hinc,

Comites adpellati ſunt poſterioribus temporibus, qui Præfecti alicui muneri fuerunt. veluti.

Comites conſiſtoriani, qui intimo principis conſilio adſiſtebant.

Comites ſcholarum, qui earum gubernationem gerebant.

D Comites rei militaris, qui ei præfecti erant.

Comites ſacri ſtabuli, qui equorum principis curam habebant.

Comites & archiatri ſacri palatij.

Comites domeſticorum.

Comes ſacrarum largitionum, ſiue theſaurorum, qui principis ærario præfectus erat, & donis imperialibus ac largitionibus præerat.

Comes priuatarum largitionum, ſiue rerum, qui præfectus erat rebus ad vſus proprios principis adtri-
E butis: in quibus numerabantur bona caduca, & vacantia, l. 3. & l. vlt. C. de bon. vac. l. vlt. C. de fide haſtæ fiſci. Κόμης τῶν πριβάτων paſſim in Nouellis adpellatur.

Comitem in quo abducendo fit iniuria, debemus accipere, inquit Vlpian. eum qui comitetur, & ſequatur. & ita Labeo Comitem definit, qui frequentandi cuiuſque cauſſa, vt ſequeretur deſtinatus, in publico priuatóve abductus fuerit, inter comites vtique & pædagogi erunt, l. 15. §. 12. D. de iniur.

F Commagenam Pomponius in l. 21. §. 1. D. de aur. arg. numerat inter ea vnguenta quæ valetudinis cauſſa parata ſunt. Plinius lib. 10. cap. 22. & lib. 27. c. 4. ex Comagena Syriæ parte nomen ſumſiſſe: fierique ex adipe anſerino in vaſe æreo cũ cinnamo multa niue obruto, acrigore gelido macerato. Commagena tamen ea regio dicitur à Plinio, Ptolomęo, & reliquis.

Commata, inciſa, ſiue meatus aperti per quos aqua Nili poſſit in agros influere. Vlp. l. pen. D. de extraor. criminibus. Commata etiam & diacopi, qui in
G aggeribus fiunt, & cetera. In lib. Flor. chomata, vitioſè: cum de commatibus, qui in chomatibus fiunt, Vlpianus loquatur.

Commeatus, ſpacium quod commeandi, id eſt eundi & redeundi militibus, priuati negotij gerendi cauſſa, conceditur, l. 1. l. 3. §. qui ad diem, D. de iure milit. l. 4. §. vlt. D. ad municip. Item,

Commeatus, ſpacium ad eundum & agen-

dum in via publica l.2.§.hoc interdictum, & §. deinde, D.ne quid in loc.pub.

Commendare nihil aliud eſt quàm deponere: ait Vlpian l.186. D.de verb. ſign.l.24.&l.26.D.depoſit. Hinc illud Ciceronis de legib.2. ſacrum ſacróve commendatum qui clepſit, rapſitve, parricida eſt.

Commentarivs principis apud Modeſt.in l.32. D. ex quibus cauſ.maior.eſt libellus in quo princeps eorum omnium nomina perſcribit, quibus aliqua Reipub. procuratio commiſſa eſt. Et hoc inquit, ad Tribunos militum, & præfectos, & Comites Legatorum qui ad ærarium delati, aut in commentarium Principis relati ſunt. id eſt, ad eos magiſtratus magiſtratuúmve comites, qui vel à populo R. vel à Principe in prouincias mittuntur. alias enim populi, alias Principis prouincias fuiſſe, ſuo loco demõſtrauimus. In ærarium verò, qui populi: in commentarium principis, qui ipſius magiſtratus erant, referebantur. Budæus longè aliter locum interpretatur. ſed meam ſententiam Vlpian. l. 4 §.1. D. de int. act. confirmat, vbi magiſtratus populi R. à prouinciarum Præſidibus diſtinguit.

Commentarienſis, poni videtur pro Tabulario ſiue actuario, qui publicas literas perſcribit, atque adſeruat. Paul. l.45. §.6. D. de iure fiſci, Quoties apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtulanda eſt, vt meritò iis vti liceat: eáque manu Commentarienſis adnotanda ſunt. Hinc,

Commentarienſis, cuſtos ac præfectus carceris, qui vinctorum nomina in commentario, id eſt libello perſcribit, Impp. l.4. C. de cuſt. reorum. Ad commentarienſem receptarum perſonarum cuſtodia obſeruatióque pertineat: nec putet, & cetera. Item l. penult. D. de bon. damn. Sed nec pati optiones ſiue Commentarienſes ea pecunia abuti. item l. 9. D. de cuſtod.reor.

Commercivm (vt ait Vlp. tit. Regul. xix.) eſt emendi vendendique in vicem ius, id eſt rerum legitimo aliquo modo adquirendarum. vt l.5. D. de iuſt. & iur. Hinc,

Commercivm earum rerum non eſſe dicitur, quorum adquiri dominium non poteſt, l.6. & l.34. §. omnium, D. de contr. emt. l.1. §.1. D. quę res pig. l. vlt. D. de act. emt. quales ſunt ſacræ, ſanctæ, religioſæ, publicæ. Hinc,

Commercivm certæ rei non habere dicitur, cui non licet eam rem ſibi adquirere. l. multum intereſt, 34 D. de verb. obli. §.1. de inutil. ſtipul.

Commilitivm, ſocietas militiæ, quam inter ſe commilitones habent. Thryphoninus l. 19. D. de caſtr. pecul. De hereditate ab agnato commilitone data, Scæuola noſter dubitabat: quia potuit & antè notus & amicus dare: potuit & non dare, niſi commilitium auxiſſet. nobis ita videtur. ſi ante commilitium factum ſit teſtamentum, non eſſe peculij caſtrenſis eam hereditatē. Vſus eſt & Fabius, & Plinius Iunior.

Comminvs, continuò, ſine intermiſſione. Venuleius l.137. D. de verb. oblig. Continuus actus ſtipulantis & promittentis eſſe debet, vt tamen aliquod momentum naturæ interuenire poſſit, & comminus reſpondere ſtipulanti oportet. Idem l.3. de pignoribus. Pompon. l.3. D. de pign. act. Si quaſi recepturus à debitore tuo comminus pecuniam, reddidiſti ei pignus. Virgil. lib.1. Georg.

Quid dicam iacto qua ſemine comminus arua
---Inſequitur?

Committi verbum iuris, cùm quid commiſſum id eſt factum eſt, propter quod aliquid debeatur. vnde Rubrica lib. Cod. 4. & D.39. de vectigalib. & commiſſis. Hinc,

Commiſſa dicuntur, inquit Aſconius, quæ cōtra teſtatoris voluntatem facta aut non facta, ab herede, multa aliqua pœnáque plectuntur. Hinc,

Commiſſa hereditas ea dicitur, in qua id commiſſum eſt, quamobrem alteri debeatur. Iuſſus heres fuerat in foro ſtatuas ponere: niſi poneret, Veneri Erycinæ multatus eſt. mortuo teſtatore non poſuit. commiſſa multa dicitur, & hereditas, à Cicerone Verr. 1. quoniam id commiſſum eſt, quamobrem ei auferatur. Hinc,

Commiſſa dicuntur in iure, & In commiſſum cadere, quæ fiſco propterea debentur, quia quid factum aut non factum eſt. Veluti ſi quis apud publicanos profeſſus non eſt, l. vlt. & paſſ. D. de publ. Vlp. l. cōmiſſa, 14. eo. Quod commiſſum eſt, inquit, ſtatim deſinit eius eſſe, qui crimen contraxit: dominiúmque rei vectigali adquiritur. Hinc,

Commiſſa pœna dicitur quę debetur, l.4. §. Cato. & l. ſeq. & paſſ. D. de verborum obligat. item ſub tit. de recep. arb. & apud Quinctil. lib. 7. capit. 5. Cic. Verrina v. & in Cluentian. l. Lucius, D. de act. emt. Hinc,

Commiſſa ſtipulatio, cùm id quod per eam promiſſum eſt, debetur. paſſim ſub tit. de verbor. oblig. Item,

Commiſſa obligatio, l.1. §. vlt. D. de ſtipul. ſeruor. Item,

Commiſſa deuotio capitis à Cicerone in ea pro Domo: cùm ſe voti reum fateretur, & caput deuotum debere. Hinc,

Commiſſoria lex: de qua vide infrà, Lex commiſſoria.

Commodatvm eſt contractus, quo gratis alicuius rei vſus ita conceditur, vt accipiens ſummam in ea ipſa reddenda diligentiam præſtare debeat, l.1. D. de oblig. & act.

Commodatvm & vtendum datum Labeo ſic differre putauit, vt genus & ſpeciem: commodari enim rem mobilem, non etiam ſoli: vtendam dari, etiam ſoli. ſed adparet, inquit Vlp. propriè commodatam rem dici & quæ ſoli eſt idque & Caſſius exiſtimat. Viuianus amplius etiam habitationem commodari poſſe ait, l.1. D. commodati.

Commvnis res eſt vel cum ſocietate, vel ſine ſocietate. cum ſocietate, veluti inter eos qui eandem rem emerunt: ſine ſocietate, veluti inter eos quibus eadem res teſtamento legata eſt, l.2. D. com. diuidun.

Commvni diuidundo iudicium eſt, quod inter eos redditur, qui rem quam ex alia atque hereditaria cauſſa communem habent, diuidi, ſimúlque quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet, dari fieri poſtulant. ex quo intelligitur, præcipuam huiuſce iudicij cauſſam eſſe, diuiſionem: aut potius ſuæ cuiuſque partis demonſtrationem. qua ex parte realis potius, quàm perſonalis hęc actio eſt, quippe qua non dari nobis quod alterius eſt, ſed quod noſtrum eſt demõſtrari petimus. at verò qua ex parte petimus, Quidquid ex bona fide te mihi dare facere oportet, tum perſonalis actio eſt, non ad diuiſionem, ſed ad præſtationem pertinens, argument. l.2. & l.3. D. commun. diuidund.

Compaſcvvs ager dicitur, in quo vicinis communiter compaſcendi ius eſt. Cicero in Topic.

Si com-

Si compaſcuus ager eſt, licet compaſcere. Scæuola l. pen. D. ſi ſeruit. vind. Plures ſaltum communem vt ius compaſcendi haberent, mercati ſunt. Et paulo poſt, An pars illorum fundorum aliquid iuris ſecum huius compaſcui traxerit.

COMPENSATIO eſt debiti & crediti inter ſe contributio, l.1.D.de compenſ.

COMPERENDINATIO & Ampliatio ſic differunt, quòd in lege comperendinationis numerus actionum duarum præſtitutus eſt: Ampliationis nullus eſt certus numerus, præterea in Ampliatione iudicari primò poterat: in Comperendinatione, non niſi poſt ſecundam actionem. vt in Verrinam iu. explicauimus. vide Ampliatio.

COMPETERE, verbum eſt Iuriſconſultis noſtris familiare, pro idoneum & aptum eſſe. Itaque

COMPETENS iudex paſſim dicitur, cuius, de re controuerſa vel iuriſdictio, vel iudicandi poteſtas eſt, l.penul.D.de iuriſd omn.iud.l.2.D.ſi quis in ius voc.l. pen.D.iud.ſolui. Et ad differentiam iudicis dati dicitur, l.pen.D.iud.ſol.l.ſed & hæ,35.D.de procur.

COMPETENS tribunal, apud quod ius fuit de re cognoſci, l.ſed & hæ,35.§.1.D.de procur. Hinc,

COMPETERE actio dicitur, cùm alicui propriè cōuenit, l. qui habebat, §.ſcripti, D.de manumiſſ. teſt.

COMPETENTES vſuræ, l.1.C.ſi maior fact.

COMPETERE liberrates, quæ ex teſtamento debentur, l.7.D.de petit.hered.l.8.D.de inoff.teſtam.

COMPROMISSVM dicitur certa pecunia, ab vtroque litigatore mutuò promiſſa, ni Arbitri ſententiæ pareant.

COMPROMISSVM plenum adpellatur, quod de rebus controuerſiis ve compoſitum eſt. nam ad omnes controuerſias pertinet, l.21.§.6.D.de recept.qui arb. Hinc,

COMPROMISSARIVS iudex id eſt, ex compromiſſo ſumtus in l.41.D.de recept. qui arb. l. vlt.C. de teſtib.l.penult.C. de pact.

CONCEPTIO, formula. Cicero de Inuen.lib.II. In iure exceptiones poſtulantur, & quodammodo agendi poteſtas datur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum conſtituitur. Paullus l.3.D.de accuſat. Libellorum inſcriptionis conceptio talis eſt. Pompon.l.5.§.1.D.de verbor. obligat. Stipulatio eſt verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, &c. Sic,

CONCEPTIO iuriſiurandi, l.34.§. ſi de qualitate, D.de iureiur.

CONCEPTVM furtum dicitur, ait Imp. cuum apud aliquem teſtibus præſentibus furtiua res quæſita & inuenta ſit. nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamuis fur non ſit: quæ adpellatur Concepti. §.4.de oblig.quæ ex del ct.& apud Paul.lib.Collect. 2.cap.31. Cicero Catilin.3.vt nullum in priuata domo furtum vnquam ſit tam palam inuentum quam hæc tanta in Remp. coniuratio manifeſtò inuenta atque deprehenſa eſt.

CONCILIVM Veteres dicebant de plebis parte aliqua, quæ ad concionem in foro conueniebat. Hinc,

CONCILIVM edicere, non comitia, debet is, qui non vniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe iubet: ait Lælius Fœlix apud Agellium lib. XV. cap. XXVII.

CONCILIVM aduocare, ſeu Conuocare dicebatur Tribunus plebis qui concionem ad plebem habiturus eſſet. Cicero in Vatiniana: Num quando tibi moram adtulerit, quominus concilium aduocares, legémque ferres, quòd eo die ſcires de cælo eſſe ſerua-

A tum? Item: Ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere, & concilium conuocare? numquem ex omnibus Tribunis pl. qui ſeditioſi fuerunt, tam audacem audieris fuiſſe, vt vmquam contra legem Æliam, aut Fuſiam concilium conuocaret? Item pro domo, Centuriata comitia & concilium aduocatum oppoſuit. L.Sylla victor Volaterranis ciuitatem adimere non potuit. Conſulari homini P.Clodius ciuitatem adimere potuit, cōcilio aduocato, cōductis operis, &c.

B CONCINNATORES litium, id eſt, architecti, fabricatores, ſtructores, Vlp.l.9.§.2.de off.Proconſ. Nec adeò diſſimulare, ſi quos cauſſarum concinnatores vel redemtores deprehendat. id eſt, qui lites calumnioſè alicui conflare ſoleant. nam Concinnare, antiqui pro Facere. Plautus in Captiu.

Qui me inſanum dictis concinnat ſuis.

CONCIONEM habere, vide Cum populo agere.

CONCIPERE, certis verbis aliquid comprehēdere. Vnde Concipere iuſiurandum, eſt certam iuriſ-
C iurandi formulam præſcribere, l.34.§. ſi de qualit.& §.pen.D.de iureiur. Cic de Offi.III. Quod ex animi tui ſententia iuraueris; ſicut verbis concipitur iure noſtro, id non facere periurium eſt. Idem pro Cluent. Africanus quòd eſſet cenſor, & in equitum cenſu C. Licinius ſacerdos prodiiſſet, clara voce dixit ſe ſcire, illum verbis conceptis peieraſſe. Hinc,

CONCIPERE ſtipulationem apud Vlpianum in l.61.l.71.l 115 D.de verb.oblig.& l.99.ſtipulatori liberum fuit verba latè concipere. Hinc,

D CONCIPERE vadimonium apud Cice.lib.ad Q. Frat.2.Trebatium, inquit, quòd ad ſe miſertim, perſalsè & humaniter etiam gratias mihi agit. negat enim in tanta multitudine eorum qui vnà eſſent, quemquā fuiſſe qui vadimonium concipere poſſet. Hinc,

CONCIPERE libellos adpellatorios, apud Vlp.l. 1.in fi.D.de adpell.

CONCVBINA, eſt mulier quæ conſuetudinis, nō matrimonij cauſſa retinetur, arg.l.34.D.de adult.

CONCVBINA dicebatur ea, quam quis non ma-
E riti animo, ſed concubitus tantùm cauſſa ſine ſtupri tamen crimine, flagitióve domi habebat. Dixi, NON MARITI ANIMO, quia concubinam ex ſola animi deſtinatione æſtimandam eſſe, Paullus ſcribit in l.4. D.de concub.quin & Papinianus in l. donationes, 13. D.de don.reſpondit, ſi quæratur, an maritalis honor & adfectio interceſſerint, perſonis comparatis, vitę cōiunctione, perpendendum eſſe: neque enim tabulas facere matrimonium. & apud eundem in l. cum tabulis, 16.D.de his quæ vt indig.mentio fit Caſſiani viri cla-
F riſſimi, qui mulierem ingenuam, pleno honore dilexerat, cuius tamen filia ex concubinatu ſuſcepta, vulgò quæſita dicitur. Neque ſatis fuiſſet dicere SINE NVPTIIS. nam in mulieris honeſtæ liberæ conſuetudine, quamuis nuptiis celebratæ non fuerint, tamen nō concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt, vt ait Paullus l.in liberæ, 24.D.de rit.nupt. Dixi, SINE STVPRI CRIMINE. quoniam Vlp. in l.1. D.de concub. ſcribit, eas demum ſine metu criminis in concubinatum haberi poſſe, in quas ſtuprum non committitur:
G veluti ſi ingenuam mulierem honeſto loco natam, & quæ corpore quæſtum non feciſſet, ſine teſtatione in concubinam duxiſſet. tunc enim ſtuprum non cōmittitur, d.l.3.de concub. Dixi, SINE FLAGITIO: vt illud ſignificarem quod Vlpianus in l.1. ſcribit: Nefariam eſſe coniunctionē, ſi quæ patris concubina fuit, in filij aut nepotis cōcubinatū ſeſe tradat, aut ex contrario. quippe cū genus quoddā inceſtus eſſe hoc vi-

deatur. Apparet ergo legibus permiſsũ concubinatũ A
fuiſſe, ac proinde impune concubinã habere licuiſſe,
d.l.3.D.de concub.& l.cum tabulis, 16. D.de his quæ
vt indig. vbi Papinianus ait, in ea quæ ſe in alterius
quàm patroni concubinatum dabat, ſtuprum non
committi. quin & Maſſurius in l. 144. D. de verb.ſi-
gnif.ſcribit eam quæ cùm vxor non ſit, cum aliquo
tamen viuit, vero nomine amicam, paulo honeſtiore
concubinam adpellari. Tametſi Marcellus ſcribat, eã
quæ ſe in alterius quàm Patroni concubinatum dedit, B
matrisfamiliâs honeſtatem non retinere, l.probrum,
41.D.de rit.nupt. Sed quæri video, an & mariti con-
cubinam habere poſſent. quod vulgò ab omnibus ne-
gatur propter l.1.C.de concub. vbi Conſtantinus Im-
perator id vetat. At ego ipſius legis argumento ad-
ducor vt credam, ante Conſtantinum id licuiſſe.
Cur enim id tum ille prohibuiſſet, niſi quia licebat?
Verùm vt ea de re paulo fuſiùs explicemus: Primum
omnium exemplum eius rei habemus apud Cicero-
nem in libro de Orat. 1. vbi loquitur de eo, qui vxo- C
rem in Hiſpania reliquerat, Romæque alteram duxe-
rat, neque nuncium priori miſerat. quia ſi iudicaretur
certis quibuſdam verbis, non nouis nuptiis fieri cum
ſuperiore diuortium, in concubinæ locum eam duxiſ-
ſe videbatur. quæ dubitatio tamen poſterioribus le-
gibus ſublata eſt, ex l.nullum, 7.D.de diuor. & l. eum
qui, C.de adulter. Sed vtcumque ſit, adparet olim ei
qui vxorem habebat, licuiſſe alteram mulierem in
concubinam ducere. Tametſi Conſtantini lege id po-
ſtea vetitum ſit: & verò etiam Iuſtiniani in l. vltima, D
C. commun. de manumiſſ. apud quem locum illum:
Hominibus enim vxores habentibus, concubinas
habere, nec antiqua iura, nec noſtra concedunt: de
lege Imperatoris Conſtantini intelligendum cenſeo;
quod & interpreti Accurſio placuiſſe video. Quid?
quod Marcianus in l.3.D.de concub. ſcribit, adulte-
rium per concubinam non committi: qua de re dubi-
tari non poterat, niſi in eo, qui vxorem haberet. Ita-
que ſic infert: Nam quia concubinatus per leges no-
men adſumſit, extra legis pœnam eſt. itaque ſtipula- E
tione pœnæ caueri de ea re videmus in l.121.§.1. D.de
verb.oblig. Mulier ab eo cuius in matrimonium cõ-
ueniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi concubinæ, tẽ-
pore matrimonij, conſuetudinem repetiſſet. Obiici-
tur lex vltima, in fi.D.de diuor. vbi ſcribit Vlpian. pa-
tronum qui libertam ſuam in matrimonio habebat,
ſi concubinam adhibeat, renunciaſſe matrimonio vi-
deri. Quid tum poſtea? quaſi verò eo ipſo quòd con-
cubina adducatur, cum vxore diuortium fiat. Quid
ergo eſt? Dico Vlpiani diſputationem ſuis finibus F
coërcendam eſſe, loquitur enim de patrono, qui tan-
tiſper in matrimonio libertã habere iudicatur, quam-
diu alienum ab ea animum non oſtenderit. Vbicum-
que, inquit, vel tenuis intellectus videri poteſt, nolen-
tis nuptam, dicendum eſt diuortium eſſe factum. Ex
quo intelligitur in libertarum diuortio, neque ver-
borum formulam, neque ſeptem teſtium conteſtatio-
nem requiri, ſed leuiſſimam dumtaxat abalienati a-
nimi ſignificationem ſufficere: veluti ſi quam aliam
appetierit, vel concubinam adhibuerit. Mouet me G
Paullus lib. Collecta.11. his verbis: Eo tempore quo
quis vxorem habet. concubinam habere non poteſt.
Concubina igitur ab vxore ſolo delicto ſeparatur.
Sed videamus ne quid operis noui nobis aut Annia-
nus aut alius aliquis eo in loco molitus ſit: & poſte-
rior ſententia demonſtret, cum ſine negatione legen-
dum eſſe. Quid enim vox IGITVR ſignificat? aut quis

ſenſus eo ex loco idoneus poteſt elici, ſiue SOLO DE-
LICTO, ſiue SOLO DELECTV legamus? At hoc
modo ſenſus erit aptiſſimus, Qui vxorem habet, po-
teſt & concubinam adiungere: vxorem verò non po-
teſt. Quid igitur intereſt inter vxorem & concubinã
adiungere? Quid, inquam, intereſt vtrum vxorem a-
liquis an concubinam adiungat? Nihil omnino, in-
quit: præter hoc vnum, quòd in vxore adiungenda
delictum eſt: in concubina verò, nequaquam. Quod
ergo ait, CONCVBINA IGITVR, ſic intelligatur:
Adiuncta igitur concubina, ab vxore adiuncta ſolo
delicto ſeparatur. Alioqui falſum eſſe delictũ eſſe, ſi
quis concubinã habeat: vti ſuperiùs docuimus. Quòd
ſi cui SOLO DELECTV legendum placet, non
repugnabo, & ſenſum hunc aptiſſimum oſtendam:
quòd ſolus delectus ſiue animi deſtinatio, diſcernit
vxoris adiunctionem ab adiunctione concubinæ, nã
vt ex l.4. dictum eſt, Concubina ſola animi deſtina-
tione æſtimatur. Verùm hæc quidem hactenus. Nunc
illud adiiciamus:

CONCVBINARVM alias libertas, alias ingenuas,
alias ſeruas fuiſſe. Libertę autem inuitis ſuis patronis
in concubinatum aliis ſe dare non poterant, l.1 de cõ-
cub. Quòd ſi qua in patroni ſui concubinatu erat,
quæſitum eſt, an alteri dare ſe in matrimonium prohi-
beatur. nam initium dictæ l.1. ita ſcriptum eſt, vt pu-
gnare inter ſe videatur: adeò vt quidam priorem par-
tẽ adulterinam eſſe diſputent. ego verò ex lege vlti-
ma, D.de diuort. vocem ALTERI non de extraneo,
ſed de altero patrono intelligendam puto. Quod au-
tem ad ingenuarũ concubinatũ attinet, quattuor tan-
tùm caſibus eum permitti reperio: ſi ea obſcuro loco
nata ſit, ſi corpore quæſtũ fecerit, ſi teſtatio ea de re
interpoſita ſit, ſi mulier adulterij crimine dãnata ſit,
l.1.& l.3 de concub. Ancillæ autem vtrum concubi-
næ fuerint, quæri poteſt: cùm ſatis conſtet, ancillarum
omnium vſum ſuis dominis licitũ permiſſũmq; fuiſſe.
ſed tamẽ & ancillas cõcubinas fuiſſe video in l.pen.
D.de reb.aut.iud, l.deniq;, 8. D.de pig.& l.vl.C.cõmu-
nia manum. Sequitur vt aliquot inter vxorẽ & concu
binam differentias exponamus. Prima autem & ſum-
ma in animo & voluntate poſita eſt: vt ait Vlp. in l.i-
tem legato, 49.§.1. D. de legat. tert. vbi ſcribit, nihil
admodum vxorem à concubina niſi dignitate differ-
re: & l.donationes, 31.D.de donat. Liberam mulierem
quæ maritali honore dignatur, non pro concubina,
ſed pro vxore habendam eſſe. neque enim tabulas ma
trimonium facere. quod idem traditur in l.in literæ,
24.D.de rit.nupt. Secunda hæc eſt, quòd vxor iuſto-
rum liberorum quærendorum cauſſa, &, vt ait Demo-
ſthenes, τῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως: concubina verò,
voluptatis aut cultus corporis dumtaxat adſciſcitur.
Nam corporis cultum in iis pono, quæ vel quinqua-
genariæ, vel ſexagenariæ ſunt: quas haberi concubi-
nas poſſe, patet ex l.1. D. de concub. Ex quo ipſo Ter-
tia differẽtia intelligitur. Quòd in vxore ex lege Pap-
pia Poppea ſpectatur ætas: in cõcubina, modò annis
xii. ſit maior, non ſpectatur. Quartã differentiã Paul.
in l.vlt. demonſtrat: vbi ait, Prouincialem magiſtra-
tum poſſe ex ſua prouincia concubinam habere: cùm
in vxore aliud ſit iuris, l.ſi quis officium, 38. de rit.nup.
Quinta differentia eſt, quòd cùm donationes in vxo-
rem non valeant, l. 1. & paſſim, de donat. inter vir.
eæ tamen quæ in concubinam collatæ ſunt, reuoca-
ri non poſſunt: nec ſi matrimonium inter eoſdẽ fue-
rit contractum, ad irritum recidit, quod antè iure
valeat. l. donationes, 31. D. de donat. l. ſi prædia,
58. de do-

58. de donat. intet vir. Sexta etiam apparet ex eo quod vxor forum domiciliúmqúe mariti ſequitur, l. exigere. D. de iudic. concubina; verò, nequaquam. l.de iure,37. in fi. D.ad munipal.

Cocvbina, vide Pellex.

Concvrsv partes fieri dicuntur in legatis, cùm teſtator duobus pluríſve legatariis rem eandem ita legauit, vt iis non diſtinctè ac ſeparatim partes certas adtribueret, ſed potius rem ſolidã relinquere videretur, l.coniunctim,80.D.de legat.3. Verùm cùm vtrimque vterque ad rei, putà fundi alicuius poſſeſſionem adquirendam accedit, vbi ad medium peruenerunt,& concurrerunt: quo in loco obuij inter ſe facti ſunt, ibi partis quiſque ſuæ fines conſtituunt. vt Salluſtij verbis vtar: qui in Iugurthino ſimilem quãdam finium inter Carthaginienſes & Cirenenſes rationem inſtitutam ſcribit. Hi legatarij, re coniuncti dicuntur: alij quorum partes ab initio factæ ſunt, verbis coniuncti, l.re coniuncti,89. D.de legat.3.l.triplici, D.de verb.ſignif.

Concvtere, vi ac terrore poteſtatis aliquid à ciuibus aut ſociis exprimere. Vnde,

Concvssionis crimen, l. 1. D.de concuſſ.l. vlt.C.de mod. mult.l.vn.C.ex delict.defunct.l.4.C.ad legem Iuliam repetund.

Concvssionis autem crimen dicitur, cùm quis ab eo quem iudicij magiſtratúſve terrore adfecit, eius periculi deuitandi cauſſa pecuniam extorquet. nam concuſſum metu dicimus, pro perculſum & perturbatũ: vnde Rubric.de concuſſione lib.Pand. 47.& apud Cic.Tuſc.4. Terror definitur, metus concutiens.

Condicere, inquit Imp. priſca lingua eſt denunciare. nunc verò abuſiuè dicimus Condictionem, actionem in perſonam eſſe, qua actor intendit dari ſibi oportere. nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.§.15. de action. Liuius lib. 1. ex Anci Regis formula: quarum rerum, litium, cauſſarum cõdixit paterpatratus populi R. Quiritium patripatrato Latinorum,&c. id eſt, denunciauit.

Condicere alicui cœnam Cicero & Suetonius dixerunt, non pro inuitare ad cœnam, quemadmodum vulgo placere video: ſed pro indicere cœnã, & denunciare ſe adfuturum. Craſſus (inquit ille ad Lentulum ſcribens) vt quaſi teſtata Populo Ro. eſſet noſtra gratia, penè à meis laribus, in prouinciam eſt profectus. Nam cùm mihi condixiſſet, cœnauit apud me, in mei generi Craſſipedis hortis. Suetonius in Tiberio: Sex. Claudio libidinoſo ac prodigo, ſeni cœnã ea lege condixit, nè quid ex conſuetudine immutaret, aut demeret. Sed in libris Iuriſconſultorum, Cõdictio eſt (vt ibidẽ Feſtus ſcribit) in diẽ certum eius rei, qua de agitur denunciatio. Moris enim fuiſſe, vt iudicio à Prætore conſtituto diem ex ſuo commodo litigatores ſumerent, quo in iudicium venirent, vetera illa demonſtrant, apud Plautum in Curculione, & Agellium libro decimoſexto, capite tertio: Si ſtatus condictúſve dies cum hoſte. Sed multo planiùs locus ille in Orat. pro Comœdo rem omnẽ explicat: Quid enim factũ eſt? veniſti domũ vltrò Roſcij: quod temerè commiſiſſes in iudicium vt denunciares, rogaſti vt ignoſceret, te adfuturum negaſti: deberi tibi ex ſocietate nihil clamitaſti. quo in loco Denunciare dixit Cicero, quod Iuſtinianus hoc loco Cõdicere. Sed hoc nemo neq; planiùs, neq; elegantiùs exponit Aſconio, qui Verrina iii. ſic ſcribit: Comperendinatio eſt, ab vtriſque litigatoribus, inuicem ſibi denunciatio in perendinum diem. namque cùm in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem: qui dabatur poſt tertiũ diem (ſic enim legendum puto, non Trigeſimum) quo dato, deinde inter ſe in perendinum diem, vt ad iudicium venirent, renunciabant. Hæc Aſconius. Eodémque notæ illæ pertinent, apud Valerium Probum, I.D.T.S.P. In diem tertium, ſiue perendinum. quam formulam in Muræniana Cicero exagitat. Eôdem etiam illud Macrobij lib. 1. cap.xvi. pertinet. Comperendini dies dicuntur, quibus vadimonium licet dicere: Stati, qui iudicij cauſſa, cum peregrino inſtituuntur.

Condicere pro ſimul dicere, vt fit in pactionibus. Pomp.l.66.de cont.emt. In vendendo fundo quædam etiam ſi non condicantur, præſtanda ſunt.

Condictio duplex eſt: altera certi, altera incerti.

Condictio certi, eſt actio per quam certum petitur: hoc eſt, quod adparet, quale quantúmque ſit, l.6.l.9. l. 24.D.ſi cert. petat. l. 28.§. exceptio, D.de iureiur.

Condictio incerti, eſt per quam incertum petitur: veluti liberationes, cautiones, & ea quorum incerta æſtimatio eſt.l.5.l.8. D. de act.emt.l.2.§.aliud, de donat.l.4.D.de vſur. Itaque illius formula hæc erit: si pateret Aurelium Licinio ſtipulanti centum ſpopondiſſe, tum Aurelius centum Licinio dare damnas eſto. Huius verò hæc: si pateret Æmilium Cornelio ſtipulanti hominem ſpopondiſſe, tum quantum ex eo ſtipulatu Cornelio Æmilium dare facere oportebit, tanti Æmilius damnetur.

Condictio cauſſa dati cauſſa non ſecuta (ſic enim legendum eſt, non data) eſt actio in perſonam, per quam quæ aliquid certam ob cauſſam dedit, niſi cauſſa ſecuta ſit, id eſt reuera, atque in effectu conſtet, id repetit, l.1.& toto tract.de cond.cauſſa dati,&c.

Condictio ex lege, quæ & Condictitia ex lege nominatur, generaliter omnis perſonalis actio dicitur, quæ ex obligatione naſcitur, quam noua quædam lex introduxit, quæ quo genere actionis agendum eſſet, non cauit, l.1.D.de cond.ex leg.

Condictio ex ſcriptura, eſt actio in perſonam per quam is qui ſe pecuniam alicui debere ſcripſit, ſiue ea numerata ſit, ſiue non ſit, ſoluere cogitur: dum tamen ſi data non ſit pecunia, poſt biennium actio intendatur. nam antea non numeratæ pecuniæ exceptione excluditur. vti docet Imp. tit.de lit.obl.& l.14. C.de non num.pecun.

Condictio dati ob turpem vel iniuſtam cauſſam, eſt actio in perſonam, per quam qui turpi iniuſtáve de cauſſa quid dedit, ſi quidem in accipiente ſolo turpitudo fuit, repetit, l.1. & tot.tract.de cnod. ob tup.

Condictio Triticiaria, eſt actio in perſonam, per quam res omnes excepta pecunia numerata, condicuntur: ſiue ſint mobiles, ſiue immobiles, l.1.D. cond.tritic.

Condictio indebiti, eſt actio perſonalis, per quam id quod per errorem non debitum ſoluimus, reddi nobis poſtulamus, l.1.& paſſ. D.de cond.indeb.

Condictitia actio, quæ & præciſè Condictitia dicitur, nihil aliud eſt quàm condictio. Imp.§.1. quibus mod.re cont. Datúrque agenti contra eũ propter repetitionem Condictitia actio. Item Vlpianus l.24.D.ſi cert.pet. At idem Vlp.in l.13.§.2. D. de iureiuran. Atque ideo, inquit, neque furti, neque condictitia teneri: quia condictitia, inquit, ſolus fur tenetur.

Conditio, eſt pactio certam legem in ſe con-

tinens,ait Donatus in And. Terent. Vel ſic, A

CONDITIO, eſt lex negocio alicui adpoſita, vnde ipſius euentus pendet,l.37.& l.39. D.ſi cert.petat.

CONDITIONVM duo ſunt genera. aut enim poſſibilis eſt, aut impoſſibilis. poſſibilis,quæ per rerum naturam admitti poteſt: impoſſibilis, quæ non poteſt.Paullus lib.Collectan.3.cap.6.

CONDITIONVM poſſibilium genera ſunt tria: aut enim ex caſu & fortuna pendent, veluti ſi filius naſcatur:quæ idcirco Caſuales à Iuſtiniano adpellantur:à nobis Fortuitæ non incommodè nominari poſſunt aut ex hominis voluntate, veluti ſi ſeruum manumittat: quas idem Poteſtatiuas, nos Voluntarias adpellare poſſumus.aut miſtæ ſunt,quarum euentus, ait idem,ex fortuna & perſonæ voluntate pendet:veluti ſi victoriam reportet,l.1.§.ſin autem aliquid,C.de cad.toll. B

CONDITIO alia certa eſt,alia incerta. Certa cōdicio eſt,quę omnimodo exſtatura eſt: veluti,Si intra Kalendas digito cælum non tetigero,l.in illa ſtipulatione,D.de verb. oblig. Item, Siue nauis ex Aſia venerit,ſiue non venerit,l.neceſſariò, 8.§.1. D.de peric. & commod. Incerta condicio eſt, quæ an impleatur, incertum eſt:vt,Si nauis ex Aſia venerit.Dubium eſt enim,vtrum ventura ſit nauis,an non. C

CONDITIO rurſus alia dicitur faciendi,alia dādi:illa cùm adpoſita lex eſt, vt quid fiat:hæc, vt quid detur, l. 31. §. 1. ad Trebell.l.68. D.de ſolut.l.82.D.de condic.& demonſtr.

CONDITIO interdum nihil aliud eſt, quàm pactio. Vnde illud Cic.lib. De inuent.II. Cùm omnes peritur. milites eſſent,niſi ad hanc pactionem veniſſent,vtrum ſatius fuerit amittere milites,an ad hanc condicionem venire. Sic in Topic. Si quæratur,à naturáne ſit ius,an ab alia quaſi condicione & pactione hominum. Hinc, D

CONDITIO pro pactione nuptiarum: in l.vlt.D. de ſponſalib.l.vlt.D.de proxenet.l.19.& l.36.D.de rit. nupt.l.65.D.de iudic. Hinc Feſtus,Conuenta,inquit, condicio dicebatur, cùm primus ſermo de nuptiis & earum condicione habebatur. Hinc, E

CONDITIONE tua non vtor: formula erat, renunciandi ſponſalibus,l.2.D.de ſponſal.

CONDITIONALIS, cui condicio adiecta eſt vt conditionalis ſtipulatio,aut legatum, l. 44. D.de verb.oblig.& ſub tit.D.de cond.& demonſt. Item,

CONDITIONALITER,pro ſub condicione,l.quę res, D.de verb.oblig.& paſſ.in libris noſtris.

CONDITIONALES Imp. Leo tabularios interpretatur in l.ſcripturas, 11. C. qui pot. in pign. nimirum qui ea conditione munus illud adepti ſunt, ne ad vllum aliud adſpirent.Condicionales ſerui adpelantur in l. defenſionis, 7. C. de iur. fiſc. F

CONDVCERE: vide infrà,Locare.

CONDVCTOR eſt, qui vel rei alienæ vſum, vel alieni operis perfectionem certa mercede pacta recepit.

CONDVCTOR operis, pro redemtor.Iauol.l.44. D.de fideiuſ. Et quia opus effectum non erat,alij locaſti:& cuum poſterior conductor ſatis non dar et,ipſe opus feciſti. G

CONFERRE, vide Collatio bonorum.

CONFESSORIA actio,verbum è Græcorū Iuriſconſultorum fontibus deriuatum : pro Actio verbis Aientibus concepta:cui opponitur Negatoria. Vſurpatur autem in ſeruitutū vindicationibus, cùm quis ſuā eſſe ſeruitutem petit,l.2.& l.4.§.1.D. ſi ſerui.vind.

l.pen.§.vlt.D.ſi vſusfr.petat.neque vmquam niſi aientibus verbis concipitur:ne in caſu quidem legis 4.D. ſi ſeruit.vind.vt in Comment. Inſt.docuimus. Dicitur & Confeſſoria actio in lege Aquilia,quæ ex confeſſione rei, id eſt aduerſùm reum qui confeſſus eſt, datur,l.inde Neratius, 23.§. vlt.l.proinde,25.§.1.D.ad leg.Aquil.

CONFINES dicuntur, quorum prædia linea tantùm diſtincta ſunt: vel quorum vnius finis,alterius etiam finis eſt. Vicini verò, quorum prædia parietibus diſterminata ſunt.Itaque Confinium in ruſticis, Vicinitas in vrbanis prædiis ponitur: vti docet Paullus l. 4.in fin.D.finium regund.l.29.D.de ſeruit.ruſt.

CONFISCARI, fiſco committi : in fiſcum,id eſt Principis ærarium redigi, l.vlt.§.pe.D.de bon.eorum qui.Sueton.in Domit. Confiſcabantur alieniſſimæ hereditates,vel exſiſtente vno qui diceret audiſſe ſe, &c.Vſurpatur etiam de perſonis: vt

CONFISCATVS tutor dicitur in l. 9. §.pen. D. de tut.& rat.diſt.cuius bona fiſco commiſſa ſunt.Sueton.Caligul. Prætereuntes duos equites R. locupletes,ſine mora corripi,confiſcaríque iuſſit.

CONFVNDI dicuntur iura, quæ in eandem vel perſonam vel rem inciderunt.veluti

CONFVNDI obligatio dicitur, cùm idem debitor & creditor ſimul effectus eſt:hoc eſt,cùm alter in alterius ius ſucceſſit, l.debitori, 50. l.grauius,71.D.de fideiuſſ.l.6.& l.14.C.ad leg. Falcid.l.5.C.de heredit. act. Similiter

CONFVNDI ſeruitutes dicuntur, cùm vtrumque prædium,id eſt & id quod ſeruit,& id cui ſeruitus debetur,eiuſdem domini efficitur,l.1.& l.15. D.quemad. ſeruit.amitt.l.7.D.de fund.dotal. Similiter

CONFVNDI vſusfructus dicitur,cùm fructuarius proprietatem adeptus eſt,l.4.D. vſufruct. quemadm. cau l.6.D.de manum.teſtam.

CONFVGA,qui ad aſylum confugit,l.præſenti,5. C.de iis qui ad eccl.conf.l.ſi qua.22.C.de epiſ.& cler.

CONGIARIVM, vas congij vnius, id eſt ſextariorū ſenū capax:apud Paullū in l.13.D.de inſt.vel inſt.

CONIECTIO cauſſæ.Paullus in l. 1. D. de reg iur. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, &,vt ait Sabinus,quaſi cauſſæ cōiectio eſt. Hoc quid ſit,declarat Aſconius : Cuum,inquit,in rem aliquam agerent litigatores,& pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem:qui dabatur poſt trigeſimum diē (legendum autem & corrigendum arbitror,Poſt tertium diem) quo dato, deinde inter ſe perendinū diē, vt ad iudicium venirent denunciabant.quò cuū eſſet ventum, antequam cauſſa ageretur, quaſi per indicē rem exponebant.quod ipſum dicebatur Cauſſæ coniectio, quaſi cauſſæ ſuæ in breue coactio. hæc ille. Coniectionem autem non pro Coniectu,ſed pro Cōiectura dictam opinor:item vt Quæſtio apud eundem pro Quæſtura, quaſi vnde de tota diſceptatione iudex coniiciendi facultatem habeat. Vt ergo cauſſæ coniectio rem ſtrictim & anguſtè continet,ſic Regula id quod iuris eſt breuiter ſummatímque complectitur.Hinc illud apud Agellium libro quinto, capite decimo:Et cuū ad Iudices coniiciendæ conſiſtendæque cauſſæ gratia veniſſet:& quæ ſequuntur,Et apud Afraniū,vt Non.Marcellus refert:Cauſſam coniicere apud te volo:ambo adeſtis:profuturos arbitror.

CONIVNCTIO in hereditatibus & legatis triplex obſeruata eſt: aut re,aut verbis, aut re & verbis ſimul,l.coniūcti,89.D.de leg.tertio, l. triplici,142.D. de verb.ſign. Re coniunctio eſt,cū duobus ſeparatim res ea-

res eadem legata eſt, hoc modo: Titio fundũ Tuſculanum do lego. eundem fundũ Mæuio do lego. Verborum coniunctio eſt, cùm pluribus res eadem definitis partibus legata eſt: veluti, Titio & Seio fundũ æquis partibus do lego. Re & verbis coniunctio eſt: hoc modo, Titio & Seio fundum lego.

CONNVBIVM, eſt vxoris iure ducendæ facultas. Vlpianus tit. Reg. XXV. Seruius autem, Cõnubium, inquit, eſt ius legitimi matrimonij.

CONSANARE, pro cõſaneſcere. Vlpianus l.10. D. de Ædilit. edict. Si homini digitus ſit abſciſſus, membríve quid laceratũ, quamuis cõſanauerit, ſi tamen ob eam rem dominus vti poſſit, non videri ſanũ eſſe. Haud ſcio tamen an CONSANVERIT vnica literula ſublata, veriùs legeretur.

CONSANGVINEOS, generaliter Caſſius definit eos, qui ſanguine inter ſe connexi ſunt, l.1. §.7. D. de ſuis & legit. & l. ſi ſpurius, D. vnd. cogn. Propriè verò,

CONSANGVINEI, ſunt fratres ex eodem patre nati. nec requiritur, an etiam eandẽ matrem habuerint: ait Imp. §.1. de leg. agn. ſucc. l.3. C. de legit. tut. l.1. l.3. & l. 6. C. de legit. hered.

CONSANGVINEI quoque generaliter tam pro paterni, quàm pro materni generis cognatis, vſurpantur, l.1. & l. conſanguinitatis, C. de legit. hered. l. 1. C. de imp. lucrat.

CONSCRIPTI patres: vide in libello De Senatu, in adpendice.

CONSERERE manus dicebantur in vindiciis, qui vim moribus, feſtucas inter ſe, quaſi haſtas, dicis cauſſa, committentes, faciebant. qua de re diximus in Comment. Orat. pro Cæcina. Lex autem duodecim tabul. de qua Agellius libro vigeſimo, capite nono commemorat, his fortaſſe verbis concepta erat: SI QVI in iure manum conſerunt, vtrique ſuperſtitibus præſentibus vindicias ſumunto. vnde illud Ennij:

Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt.---

Item illud Ciceronis in primo de Orat. Multiſque præeſſem, qui te ex iure manu conſertum vocarent. Dicebatur enim Manu conſertum antiquè, pro Manus: eliſa litera s, eo more de quo Cicero in Oratore diſputat.

CONSILIVM, conſeſſus eorum qui cauſſam vel publicam vel priuatam, cum Prætore, aut Iudice cognoſcunt. vnde illa peruulgata, Cauſſa cum conſilio cognita, Conſilium præbere, Conſilium vocare, Cõſilium dimittere, De conſilij ſententia.

CONSILIVM & Mandatum hoc differunt: quòd Mandatum ſpecies quædam eſt imperij, quod pro ſocietate generis humani receptũ eſt, vt quod cuique negocium datum eſt, id mandatoris periculo conficiatur. Conſilium autem ab imperio prorſus alienum eſt, nec vllam voluntatis eius qui conſilium dat, ſignificationem habet. Itaque rem conſultoris arbitrio permittit: nec, vtrum fiat, néc ne, laborat. Itaque ex cõſilio nulla naſcitur obligatio: at ex mãdato naſcitur. Hæc ex l. prima, in fine, & l. ſecunda, D. mand. & l. conſilij, D. de regul. iur.

CONSOBRINI, conſobrinæq; ſunt, ait Caius, qui quæve ex duabus ſororibus naſcuntur, quaſi Cõſororini, l.1. §.1. l. vlt. §. eod. D. de grad. & adfin.

CONSOBRINI à patruelibus quid differant, vide Patrueles.

CONSOBRINI & Amitini ſic differũt: qui duobus ex fratrib. naſcũtur, Patrueles: qui duabus ex ſo-
A roribus, Conſobrini: ex fratre & ſorore, Amitini inter ſe nominantur. l. vlt. §.4. D. de gradib. Vbi Paullus ait, hos omnes à pleriſque, velut à Trebatio, generali nomine Conſobrinos adpellari. Nonius autem in extremo ſic ſcribit: Amitini fratrum maris & fœminæ filij, Conſobrini ex duabus editi ſororibus, quaſi Cõſororini. Quod autem Paullus illa l. vlt. §.8. ſcribit, ſororum fratrúmque meorum nepotes nepté ſque conſobrinos eſſe: obſcurum videtur. nam illi nõ
B Conſobrini, ſed Sobrini adpellantur. Reſpondetur autem Paullum ita ſenſiſſe, vt qui inter ſe ſobrini ſũt, leui abuſione dici inuicem poſſint Conſobrini: veluti ſi qui inter ſe fratres ſunt, ſe Cõfratres adpellarẽt.

CONSOCERI dicuntur, ait Theoph. quorum alterius filia, alterius filio nupſiſſet. §. 9. de nup. Vtitur Vlpian. l.32. §. proinde, D. de donat. inter vir.

CONSOLIDATIO eſt proprietatis cum vſufructu coniunctio. Imp. §. 2. de vſufruct. Vel ex contrario: ſi vſufructuarius proprietatem rei adquiſierit:
C quæ res conſolidatio adpellatur. Hinc fructuarius proprietatem adquirens, conſolidare dicitur, l.3. & l. 6. D. de vſufr. adcreſ. Hinc apud Iauol. l. à libert. 35. D. de bon. libert. ſolida proprietas dicitur, in qua vſuſfructus ineſt. itémque apud Paullum l. Sempronius, 26. §.1. de vſuf. leg.

CONSORTIO, communio. Papin. l.96. §.3. D. de ſolut. Nec in arbitrio eius electio erit, cuum debitor precium pignoris conſortioni ſubiecerit: id eſt, promiſcuè vtrique debito pignus ſubiecerit.

D CONSPONSORES à Cicerone dicuntur, qui à Iuriſconſultis correi debendi: id eſt, qui eiuſdem obligationis ſunt debitores. Cic. ad Attic lib.12. Tamen velim des operam, vt inueſtiges ex conſponſorum tabulis, ſítne ita. Idem Leptæ: De tuo negocio quod ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit.

CONSPONSOS antiqui dicebant fide mutua colligatos. Feſtus.

CONSTITVERE iudicium vel quæſtionem, in pu-
E blicis dumtaxat iudiciis, dicitur Quæſitor, qui iudicum reiectione vtrimque facta, certos conſtituit iudices, qui ſibi iurati in conſilio adſint, & ſecum cognoſcant: in priuatis verò iudiciis, cuum Prætor vrbanus iudici aut Recuperatoribus à litigatoribus acceptis, poteſtatem de cauſſa cognoſcendi & iudicandi facit Cicero pro Cæcina: Qui igitur conuenit, quæ cauſſa fuerit ad conſtituendum iudicium, eandem moram eſſe ad iudicandum. Vel ſic,

CONSTITVERE iudicium Prætor in priuatis
F cauſſis dicitur, cuum agendi poteſtatem, litigatoribus: iudicandi verò, iudicibus ſumtis permittebat.

CONSTITVERE iudicium dicitur Prætor, in priuatis cauſſis, qui vel purum vel cum exceptione iudicium decernit. Cicero in Partit. Quare de conſtituẽdis actionibus, accipiendis, ſubeundiſque iudiciis, de excipienda iniquitate actoris, de comparanda æquitate ante iudicium tractandum videtur.

CONSTITVERE, eſt creditori ſine ſtipulatione promittere, ſe pecuniam vel à ſe vel ab altero de-
G bitam, certo die ſoluturum: veluti ſi tibi Kalen. Iuniis debeam, & nudo pacto, id eſt, ſine ſtipulatione promittam, me Kal. Maij ſoluturum. Vel ſic,

CONSTITVERE, eſt quod iam debetur daturum facturúmve ſe, vel pro ſemetipſo, vel pro alio ſine ſtipulatione promittere. l.1. & paſſ. D. de conſtit. pecun. Græci κατατάξασθαι dicunt. Demoſth. contra Theocrinẽ: ὡς ὧν καὶ παρ' αὐτοῦ Θεοκρίνῃ ὡμολογεῖται τοῦτ' εἶναι

τὸ ὄφλημα, καὶ κατετάξατο τοῖς φιλέταις ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ. .Hinc, A

CONSTITVTORIA, ſiue Cóſtitutitia actio dicitur, quæ in eum qui ſe ſoluturum conſtituerit, datur, his ferè verbis: Si adpareat Mæuiũ Titio pecuniam conſtituiſſe, eámque pecuniam cùm conſtiruebatur, debitam fuiſſe, neque Mæuius aut ſoluat, aut faciat id quod conſtituit: ac per actorem non ſteterit quo minus fieret quod conſtitutum eſt, tum Mæuius damnetur, l.16.l.17.l.18.D.de conſtit.pec. B

CONSTITVTVM, vocabulum ad ius ciuile pertinens. Et ſignificat diem tempúſque communi conſenſu indictum, quo ſe aliqui in loco certo ac conſtituto ſiſtant. Cicero in Orat. pro Cælio: Cuum ſit iis confitendum, numquam ſe ne congreſſu quidem & conſtituto cœpiſſe de tantis iniuriis experiri. Et in epiſt. ad Att. lib.11. epiſt.1. Atque eo die cogitabam in Anagnino, poſtero autem die in Tuſculano, ibi vnum diem v. Kal. Igitur ad conſtitutum. Et eleganter tranſtulit in epiſt. ad Marium: Si quod conſtitutũ C habes cum podagra, fac in alium diem differas. Varro De re ruſt. lib. II. Scr. fam. enim manè ſalutaui, cuum alius eum ſalutaſſet, alius conuiciatus eſſet, qui tam ſerò veniſſet ad conſtitutum.

CONSTITVTIONES Principum generaliter omnia illorum placita dicuntur: hoc eſt, Reſcripta, Decreta, Edicta, l.1. D.de cóſtitut.princip. l.5.§.conſtitutio, D.vt in poſſ.legat. l.4.D.de manumiſſ.

CONSTITVTIONVM aliæ generales ſunt, aliæ D perſonales. Generales ſunt quæ ad omnes pertinent: Perſonales verò ſunt, in quibus propter certæ perſonæ rationem, à iure communi receſſum eſt: quæ & Priuilegia adpellantur. Hæc ex d. l. 1. & l. 3. C. de legib. & §. quod Principi, De iur. natur.

CONSTITVI ſeruitutes tunc demum dicuntur, cùm iis vti quis cœpit. conſtituuntur enim per patientiam, vel traditionem, l.13.§.1.D. de Publician. l. 3.D.de vſuf. l.1.in fi.D.de ſeruit.ruſtic.

CONSVETVDO, iuris pars eſt, quæ fortaſſe ita E non incommodè definietur: Ius quod vſu diuturno & maiorum moribus ſine vllis literis conſtitutum, non minus quàm quod ſcriptum eſt, vſurpatur, l. 32. & ſeq. D. de legib. Vſus enim vetuſtas eius iuris firmamentum eſt. Vetuſtas autem ex maiorum moribus repetenda eſt. arg. l. more maiorum, 15. D. de iuriſd.om.iud. l.1.§.1.de offic. eius cui mandat. l. pœna, 9.D.de parricid. Quare cùm maiores propriè dicuntur vſque ad tritauum. l.10. D. de adfin. & grad. ſequitur vt minimum centum annorũ ſpacium requi- F ratur: nimirum vt ſinguli gradus plena pubertate alios ſuperent. Itaque apud Liuiũ libro XXVII. Prætor contendebat Flamines ius in ſenatum introëundi non vtendo amiſiſſe: quia nec patrum nec auorum memoria quiſquam id ius vſurpaſſet.

CONSVLI populus dicebatur Romæ, cùm lex rogabatur. nam Feſtus, Rogatio eſt, inquit, cùm populus conſulitur. Cic. de Legib. III. Qui agent, non plus quàm de ſingulis rebus conſulunto. Et in Miloniana: Nihil de eius morte populus conſultus, nulla G quæſtio decreta à ſenatu eſt. Et in ea pro Domo: Si populus de iſta re conſultus eſſet.

CONSVLI res dicitur, de qua ad ſenatum relatum eſt: vti patet ex lege operis faciundi, cuius partem adſcripſimus in voce Duumuiratus.

CONTESTARI litem dicuntur duo aut plures aduerſarij, quòd ordinario iudicio vtraque pars dicere ſolet, Teſtes eſtote. Item alibi,

CONTESTARI, eſt cuum vterque reus dicit, Teſtes eſtote. Feſtus. vide LIS CONTESTATA.

CONTESTATÒ, teſtibus adhibitis. Vlpia.l.1.§. 7. D. de agn. & al. lib. Si neque conteſtatò dixerit eam ex ſe prægnantem non eſſe.

CONTEXTV vno fieri dicitur, cuum actus alienus nullus intermixtus eſt. Vlpian. l.21.§.3.D.qui teſt. fac. poſſ. Vno contexru actus teſtari oportet. eſt autem vno contextu, nullum actum alienum teſtamento intermiſcere, l.75. de legat.3.

CONTINVI dies, vide Dies.

CONTINVVS annus, vide Annus.

CONTRA legem facit, quid id facit quod lex prohibet. l.28. D. de legib. & ſenat.

CONTRAHERE, præcisè inter Iuriſconſultos quod veteres plenè dixerunt, Res contrahere: cùm videlicet vltrò citróque aliquid dabatur: hoc eſt, cùm vnus accipiebat, alter dabat. Liuius lib. XXI. Iam inde haud ſecus quàm in pace res inter ſe contrahere, vendendo, emendo, mutuum dando argentum, creditúmque ſoluendo auderent. Hinc,

CONTRACTVS eſt negocium inter duos pluréſve data opera geſtum, vt vel vterque inuicem, vel alter alteri obligetur, l. Labeo, 19 de verb.ſignif. l. rogaſti, de præſcr.verb. l. ſi in area, de condict.indeb.

CONTRACTVVM autem duo ſumma genera ſunt. nam alij Nominati dicuntur, quibus certum nomen Latinæ linguæ conſuetudo impoſuit, veluti emtio, locatio: alij verò innominati: Do vt des, Do vt facias, Facio vt des, Facio vt facias. qui propterea ſic adpellantur, quia nullum ex Latinæ linguæ cõſuetudine certum ac proprium nomen habent. tametſi enim prima ſpecie ad nominatorum ſimilitudinem accedere videantur, tamen propter iuris ciuilis ſubtilitatem ab iis magnopere diſcrepant. l.1. & paſſ. D. de præſcript. verb.

CONTRACTVS rurſus alij dicuntur bonæ fidei, alij Stricti iuris: qua de re vide Actio bonæ fidei.

CONTRACTVS μετωνυμικῶς interdum pro ipſo contractus inſtrumenro vſurpatur: vt contentum pro continenti. cùm tamen aliud eſſe Contractum, aliud inſtrumentum vel ex eo intelligatur, quod paſſim traditur valere contractum etiam ſine inſtrumento l. cum inſtrumentis, C. de fid. inſt. leg. cùm res, C. de probat.

CONTRAHERE fiduciam, vide Fiducia.

CONTRAHERE alicui, pro Cum aliquo. Vlp. leg.8.§.10.D.ad S.C.Vell. Si cuum eſſem tibi contracturus, mulier interuenerit, vt cum ipſa potius contraham.

CONTRARIA iudicia, vide Actiones directæ.

CONTRIBVTIO perſæpe pro cõiunctione & cumulatione variarum ſummarum. velut in legis Falcidiæ ratione ineunda, cùm varia legata cumulantur, vt de dodrantis quantitate adpareat, Contributio fieri dicitur, l.1.§. interdum omnimodo, l. in ratione, 11. §. quod vulgò, D. ad leg. Falcid. & l.1. in princ. D. Si cui plus quàm per leg.

CONTVBERNALIS, ſerui coniunx. nam Vxoris nomen in libera ponitur. Vlp. l. 12.§. 16. de inſt. vel inſtr. Contubernales quoque ſeruorum, id eſt vxores & natos inſtructo fundo contineri verum eſt. Scæuola l.41.§.14.D. de fid. lib. December diſpenſator meus, Seuerus villicus, & Victorina villica Seueri contubernalis in annos octo liberi ſunto. Paullus, l. 81. D. de cond. & demonſt. Stichus, ſi rationes reddiderit, cum contubernali ſua liber eſto.

CONTV-

Contvbernales dicuntur, inquit Feſtus, à tabernis, quæ fiebant ex tabulis, vnde & Tabernacula ſunt dicta, licet ex tentoriis & pellibus fiant. Africanus l. 21. D. commod. In exercitu contubernalibus vaſa vtenda communi periculo dedi. Et pòſt: Habiturum me actionem cum contubernalibus conſtat, pro cuiuſque parte. vide Tabernæ.

Contvbernivm propriè ſeruile connubium. Paullus lib. Collectaneorum 2. cap. 20. Inter ſeruos & liberos matrimonia contrahi non poſſunt, cōtubernium poteſt. Et ſic accipitur in l. 11. §. 1. D. de adult. l. 14. §. ſeruiles, D. de rit. nup. l. 7. C. de libe. cauſ. l. 9. C. de neceſſ. ſer.

Contvmax eſt, ait Hermogenianus, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgò Peremtorium adpellatur, literis euocatus, præſentiam ſui facere contemnit, l. 53. §. 1. D. de re iudic. l. 5. D. de pœn. l. 7. & l. 8. C. quom. & quand. Itē qui Prætoris imperio non obtemperat, l. 1. §. propter, D. de poſt. l. 19. D. de dol. l. 3. §. cōdemnatio, D. de tab. exhib.

Contvmelia, inquit Vlp. à cōtemnendo dicta eſt, l. 1. D. de iniur. Similiter Seneca. lib. De tranquil. vitæ 11. Contumelia, inquit, à contemtu dicta eſt: quia nemo, niſi quem contemnit, adficit tali iniuria. nemo autē meliorē maiorémque contemnit, etiā ſi facit aliquid quod cōtemnētes ſolēt. vide Iniuria.

Contvrbare vocabulum eſt ad rationes pertinens: & eſt, poſthabitis prioribus creditoribus poſterioribus ſatisfacere. Cic. pro Plancio: Verùm fac me multis debere, & in his Plācio. Vtrum igitur me conturbare oportet, an ceteris, cuum cuiuſque dies venerit, hoc nomen quod vrget, nunc cuum petitur diſſoluere. Plerumque tamen Conturbare eſt creditori non ſatisfacere, paria nō facere. Vlp. l. 5. §. 2. D. de inſtit. act. de ſeruulo piſtoris loquens, qui pecuniam præſentem à quopiam acceperat, vt per dies ſingulos ei panem præſtaret. Si conturbauerit, inquit, tenebitur piſtor, ſi ei ita dari ſummas permiſit: id eſt, ſi eis à quibus panum precium acceperat, non ſatisfecerit. Alfenus l. 16. D. de in rem verſ. Seruus boues vendiderat, alios redemerat, numos vēditori non ſoluerat, poſtea conturbauerat: id eſt, pecuniam diſſiparat.

Convenire, propriè eſt debitorem adpellare. & ſic interdum ſumitur. Caius l. 41. D. de her. petit. Si quo tempore conueniebatur poſſeſſor hereditatis, pauciores res poſſidebat, deinde aliarū quoq; rerum poſſeſſionem adſumſit, eas quoque victus reſtituere debebit: ſiue ante acceptum iudiciū, ſiue poſtea adquiſierit poſſeſſionem. Hinc,

Convenire dicitur, etiam qui in ius vocat Idem l. 29. D. de procur. Si actor malit dominum potius conuenire, quàm eum qui in rem ſuam procurator eſt. Sic in l. 45. D. de rei vindic. l. 7. C. de præſcript. 30. ann.

Convenire in manum, vide Vxor. item, Materfamiliàs.

Convenire in matrimoniū dicitur mulier quę nubit. Papin. l. 121. §. 1. D. de verb. oblig. Mulier ab eo in cuius matrimonium conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi concubinæ, tempore matrimonij, conſuetudinē repetiſſet. Idē l. 15. D. de ritu nupt. Nec in matrimoniū conuenire nouercā eius, qui priuignæ maritus fuit. Agellius lib. 18. cap. 7. Matronā eſſe quæ in matrimoniū cum viro cōueniſſet: mattemfa. quę non in matrimonium tantùm, ſed etiam in manum mancipiúmq; mariti veniſſet. Paullus autem in l. 134, D. de verb. oblig. Coire in matrimoniū, pro Cōuenire dixit.

A Conventionis verbum generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi, tranſigendíque cauſſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. nam ſicuti conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnū locum colliguntur & veniunt, ita & qui ex diuerſis animi motibus in vnum conſentiunt: id eſt in vnam ſententiam decurrunt. l. 1. §. 1. D. de pact.

Conventio publica eſt, quæ fit per pacem, quoties inter ſe duces belli quædam paciſcuntur, leg. 5. D. B de pact.

Conventio legitima eſt, quæ lege aliqua confirmatur, l. 6. D. de pact.

Conventvs, inquit Feſtus, vno modo intelligitur, cuum à magiſtratibus iudicij cauſſa populus congregatur. Id autem in præfecturis Italiæ potiſſimùm fiebat, tum etiam in prouinciis. Cicero in Sextiana: Qua de cauſſa & tum conuentus ille Capuæ P. Sextio gratias egit: & hoc tempore iidem homines nomine commutato, coloni decurionéſque beneficium P. Sextij teſtantur. In prouinciis autem vrbes C certæ, ac potiſſimùm metropoles, conſtituebantur, ad quas è locis vicinis vadimonia promittebantur, vt earum Rectores cum aliquot Equitum R. conſilio ius de controuerſiis dicerent. Idem Verrina VII. Scitote oppidum eſſe nullum, ex iis oppidis in quibus Prætores conſiſtere & conuentum agere ſolēt, &c. Sueton. de Iulio: Quęſtori vlterior Hiſpania obuenit, vbi cum iure dicundo conuentus circumiret. Item; Cùm ex citeriore Gallia conuentibus peractis ad exercitum rediret. Cæſar de bell. ciuil. 5. Quiera Gallia in Italiam D ad conuentus peragēdos proficiſcitur. Idem com. VI. Frumentóque exercitui prouiſo, in Italiam ad conuentus agendos profectus eſt. Atque hoc nimirum illud eſt, quod veteres Forum indicere, & Forum agere, dicebant: vt infrà, ſuo loco exponemus Liuius lib. XXXI. Siculorum ciuitatibus Syracuſas, aut Meſſanam, aut Lilybæum indicitur concilium. Prætor R. conuentus agit. eo imperio euocati conueniunt. excelſo in ſuggeſtu ſuperba iura reddentem ſtipa E tum lictoribus vident. virgæ tergo, ſecures ceruicibus imminent, & quotannis alium atque alium dominum ſortiuntur.

Conversatio, habitatio. Vlpian. leg. 12. §. 1. D. de relig. & ſumt. Senatuſconſulto cauetur, ne vſus ſepulcrorum permutarionibus polluatur: id eſt, ne ſepulcrum aliæ conuerſationis vſum accipiat. hoc eſt, ne quis aliam ob cauſſam quàm ſepulcri & religionis ibi habitet, aut verſetur: vt ex edicti verbis intelligitur, quæ idem Vlpian. refert in leg. 3. D. F de ſepul. viol.

Convicivm, inquit Vlpianus, dicitur, vel à concitatione, vel à conuentu: hoc eſt, à collatione vocum. cuum enim in vnum complures voces conferuntur, conuicium adpellatur, quaſi conuocium. leg. 15. §. 3. D. de iniur. Rectè Vlpian. etſi à Laurent. Valla reprehendatur, qui Conuicium à vicio non à vocibus deductum putat. nam Cic. in Orat. pro Sextio Vlpianum tuetur, cùm ita de P. Clodio loquitur: Et is qui antea cantorum con G uicio conciones celebrare ſuas ſolebat, cantorum ipſorum vocibus eiiciebatur. Clodij enim cantores per ridiculum adpellat eos, quos ille data opera ad ſuas conciones euocabat, vt ſibi apud populum concionanti pro conſuetudine adclamarent: Benè & præclarè, bellè & feſtiuè. quem morem populi R. fuiſſe nemo neſcit ex libr. De Orat. III. ex Quinctiliano, & nonnullis orationibus Ciceronis.

Manutius autem doctiſſimus eius orati nis interpres, Sextianę locum ſic interpretatur, quaſi Clodius cantores adhibuiſſet, qui modulatis vocibus populi oblectandi cauſſa concionantis vocem ſubſequerentur. de quo more fateor me nihil adhuc legiſſe: tametſi Gracchi eburneolam fiſtulam meminerim, quam longè aliò pertinuiſſe conſtat. Similiter,

CONVICIVM pro ſtrepitu & vocum multitudine Cic. vſurpat in ea pro Archia: Quia, inquit, ſuppeditat nobis vbi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures conuicio defeſſæ conquieſcant. Et Verr. VII. Erant autem conuiuia, non illo ſilentio Prætorum atque Imperatorum: neque eo pudore, qui in magiſtratuum conuiuiis verſari ſolet: ſed cum maximo clamore atque conuicio.

CONVICIVM igitur bifariam intelligendum eſt: cùm ſcilicet, aut plurium hominum voces, aut etiam vnius hominis plures & repetitæ voces in vnum aliquem conferuntur. Itaque ſuperiora illa Vlpiani verba intelligenda ſunt: non vt argutator neſcio quis exiſtimauit. nam de plurium vocibus, illud eſt in Piſonem: Si os tuum ferreum Senatus conuicio verberari noluiſti. Et in Epiſt. Cùm ei magnum conuicium fieret à cuncto Senatu. De vnius compluribus vocibus, illud pro Quinctio: qui poſſet ſcurræ diuitis quotidianum conuicium ſuſtinere. Et ad Heren. lib. IIII. Pueri aures pędagogi conuicio adſuefactę. Et perpetuò igitur, id quod Vlpianus dixit verum eſt: & hæc propria eſt huius vocabuli ſedes. illa precaria, cùm etiam ad maledictum aut cõtumeliam ſemel pronunnunciatam transfertur. vt apud Ciceronem pro Cælio: Maledictio autem nihil habet propoſiti, præter contumeliam: quæ ſi petulantiùs iactatur, Conuiciũ: ſi facetiùs, Vrbanitas nominatur. item apud Paullum in l. iudici, 42. D. de iniur. Iudici ab adpellatoribus conuicium fieri non oportet. Et apud Arnobium lib. aduerſ. gent. IIII. Ne veſtras aures conuicio aliquis petulantiore pulſaret, de atrocibus formulas conſtituiſtis iniuriis.

COPIÆ, ſunt cibaria quæ publicè præbentur. Papinianus l. ob negocium, 20. D. de cõpenſat. Ob negocium copiarum expeditionis tempore mandatum curatorem condemnatum, &c. Valerius lib. V. cap. I. Obuiam illi P. Corneliũ Scipionem Quæſtorem Capuam miſit, cenſuitque vt ei domus Romæ quamoptima conduceretur: & copiæ non ſolùm ipſi, ſed etiam comitibus eius publicè præberentur. Plin. in Panegyr. Emit fiſcus quidquid videtur emere. inde copiæ, inde annona.

CORACINVS, παρὰ τῦ κόρακος, quaſi dicas coruinus: color niger: vt ex Strabone intelligitur, qui lib. XII. de nigerrimo pecorum Laodicenſium colore loquens, τὴν κόραξιν χρόαν adpellat. Paullus l. 78. §. D. de legat. & fid. lib. 32. Coccum quod proprio nomine adpellatur, quin verſicoloribus cederet, nemo dubitauit. quin minus porrò coracinum, anthyſginũ, aut melinum ſuo nomine, quàm coccum, purpuráve deſignatur.

CORAM aliquo. Florentinus l. 209. D. de verb. ſignif. Coram Titio aliquid facere iuſſus, non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. Itaq; ſi furioſus aut infans ſit, aut dormiat: non videtur coram eo feciſſe. ſcire autem, nõ etiam velle is debet: nam & inuito eo rectè fit quod iuſſum eſt. Sic in l. 25. §. ſi coràm D. de adqui. heredit.

CORBIS, vas vimine contextum. Vlpianus l. in inſtrumẽto, 8. D. de inſt. vel inſtru. Cogendi, quemadmodum torcularia, corbes, falceſque meſſoriæ. Hinc Per corbem vini menſuram facere, apud Vlpianum in leg. 1. §. 4. D. de peric. & commod. cuum ſcilicet vinum ex doliis venditor effunderet, quia non intra tempus idoneum dolia exinaniret. Corbem igitur adhibebat, quæ ad effundendum erat aptiſſima, vt quantum eſſet effuſum, adpareret.

CORNICVLARII in lib. C. dicuntur, officiales qui cornibus ſecretarij præſunt: hoc eſt, in conſilio præfecti prætorio armati ſtabant: vnde Rub. libr. 12. De cohortalib. princip. corniculariis: & l. 1. l. 3. C. de adparit. præf. præt. l. 3. C. de offic. diu. iud. Tarruntinus eos inter immunes numerat, l. vlt. D. de iur. immun. Pedianus in Verrin. Accenſus, inquit, nomen eſt ordinis & promotionis in militia: vt nunc dicitur Princeps, vel Commentarienſis, aut Cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia ſumta ſunt.

CORNICVM oculos configere, prouerbium eſt de iis dici ſolitum, qui quamuis acutos, ingenioſos & cautos homines, tamen in fraudem inducunt. Sumtum à cornicibus, quòd aues ſint cautiſſimæ, & facilè inſidias prouidentes. Hinc Cn. Flauius qui formulas cautis Iuriſconſultis ademit, cornicum oculos confixiſſe dicitur.

CORONARIVM aurum, vide Aurum coronarium.

CORPORALES res dicuntur quæ tangi demonſtrarique poſſunt, l. 1. §. hæ autem, D. de rer. diui. ex quo intelligitur, ſola indiuidua rerum corporalium nomine contineri: quippe quæ ſola ſub ſenſus cadãt. quod cùm ita ſit, perſpicuum eſt, cùm Vlpianus illo loco hæc exempla ſubiungit: veluti fundus, homo, veſtis, aurum: ceteráque quæ ſpeciei nomine à Dialecticis, generis à Iuriſconſultis adpellantur, intelligendum eſſe, de hoc fundo, putà Tuſculano: hoc homine, putà Dauo. nam cùm in genere fundum hominémve dicimus, rem vniuerſam ſignificamus. res autem vniuerſæ cadere ſub ſenſus non poſſunt, quippe à quibus ſint remotiſſimæ.

CORPORVM tria genera Paullus tradit in leg. rerum. 30. D. de vſurp. & l. in rem, 24. D. de rei vindic. Vnum quod continetur vno ſpiritu, & Græcè ἡνωμένον vocatur: vt homo, tignum, lapis, & ſimilia: alterum quod ex contingentibus, hoc eſt pluribus inter ſe cohærentibus conſtat: quod συνημμένον vocatur: vt ædificium, nauis, armarium. tertium quod ex diſtantibus conſtat: vt corpora plura non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta: veluti populus, legio, grex. In hanc ſententiam vide Plutarch. in Præcep. connub. & Senec. lib. Epiſt. XVII.

CORPORALITER iurare, vide Iurare corporaliter.

CORPORATI, collegæ, qui eiuſdem ſocietatis ſunt & corporis. Impp. l. non plures, 4. C. de ſacroſ. eccl. Nulli alij corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate conceſſa. Hinc Rub. C. lib. XI. De priuilegiis corporatorum vrb. Romæ. Eiuſmodi ſunt, de quibus Rubricæ poſt illam conſequuntur: Piſtores, Suarij, ſuſceptores vini, frumenti, olei, &c. Impp. in l. qui ſub, 8. C. de ſacr. eccleſ. Collegiatos eoſdem adpellant.

CORRADERE, eſt cum difficultate ſummam aliquam ex venditione redigere. Vlp. l. 5. D. de admin. & peric. tut. Ita autem depoſitioni pecuniarum locus eſt, ſi ea ſumma corradi, id eſt colligi poſſit, vt comparari ager poſſit.

CORRECTORES prouinciarum in libris noſtris adpellãtur, quibus pars aliqua prouinciæ regẽda tradita eſt.

dita eſt. l. ex omnibus, 10. & l.pen. D. de offic. præf. Trebel.in Tetrico Tyranno: Eum quem triumphauerat, correctorem totius Italiæ fecit. Vopiſcus in Aureliano: Tetricum triũphatum correctorẽ Lucaniæ fecit. Sic in l.vlt.C.vt omn.iud.& apud Marcellinum lib. x v.

Costvm, Marcianus in l.vlt.§ 5. D.de publican. inter ſpecies ad vectigal pertinẽtes recenſet. de quo Plin.lib.12. cap.12. ſic ſcribit: Radix & folium Indis eſt maximo precio. Radix coſti guſtu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili. Et li.22.cap.24. Odorum cauſſa vnguentorúmque & deliciarum, ſi placet, etiam ſuperſtitionis gratia emantur, quoniam thure ſupplicamus & coſto. Cuum autem hos Marciani & Plinij locos cum illo Pomponij confero, vbi odorum vnguentorúmque meminit in l. 21.§.1.D. de aur. arg. venio in ſuſpicionem, pro Colum, cuius verbi ſenſus eo quidem loco fortaſſe nullus eſt, reponendum eſſe Coſtũ. De quo tamẽ iudicium doctioribus relinquo.

Cotoria, locus vnde cotes exſcinduntur. Alfenus l.15.D.de publican. Cæſar cuum inſulę Cretæ cotorias locaret, legem ita dixerat.

Crabattvs, κράβατος, lectulus meridiando idoneus. Scæuola l.20.§.8.D. de inſt. vel inſt. Inſtructis domibus legatis, crabattus argento inaurato tectus mortis Titiæ tẽpore in domibus non eſt repertus, ſed in horreis tantiſper conditus.

Cratitivs paries, qui rectis cratibus infixis, tum aliis tranſuerſis illos preſsè circumplicantibus conſtat. Vitruuius lib. 2. cap. 8. Craticij verò velim quidem ne inuenti eſſent. quantũ enim celeritate & loci laxamento proſunt, tãto maiori & cõmuni ſunt calamitati: quod ad incendia, vti faces, ſunt parati. Vbi cur faces à nonnullis legatur, non diſpicio: cuum reuera faſciculorum exemti, adeóque optimorum vicem obtineant: vt ex ſepibus, cuiuſmodi hac ætate permultæ cratitiæ ſunt cognoſci poteſt. Vlp.l.52.§. 2. D. pro ſocio, Si vicini ſemipedes inter ſe contulerunt, vt ibi cratitium parietem inter ſe ædificarent ad onera vtriuſque ſuſtinenda, &c.

Credendi adpellatio generalis eſt: ait Vlpia. in l. 1. D. de reb.cred. Nam cuicumque rei adſentiamur alienam fidẽ ſecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Hæc ille. Siue ergo pecuniam aliáſque res, quæ non in ſpecie, ſed in genere redduntur: ſiue quid aliud, cuius ſolutio ſpeciem, id eſt indiuiduum ipſum creditum exigat (vt in depoſito & pignore) alterius fidei committamus, rectè credere dicimur. quod ipſum intelligitur ex l. ſequẽti, §.3.& l.10.l.15.l.19. & aliis. Aliud autem eſſe credere, aliud In creditum ire, mihi quidem animaduertiſſe videor ex eadem l.2. vbi Paullus ait: Mutui dationem in iis rebus conſiſtere, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt: quoniam eorum datione poſſumus in creditum ire, quia functionem in ſuo genere recipiunt. In ceteris autem rebus ideo in creditum ire non poſſe, quia functionem in ſua ſpecie non recipiunt. Vt ſignificare videatur, Mutuum dare, idem eſſe quod in creditum ire: iiſdémq; in rebus poni hoc vtrumque verbum: in iis autem, in quibus Depoſitũ, aut Pignus, aut Commodatum exercetur, Iri in creditum non poſſe. Quam differentiam qui vmquam expoſuerit, inueni adhuc neminẽ. Sed profectò niſi vera eſſet, perridiculè Paullus dixiſſet, Credẽdi verbũ ad Cõmodatum aut Pignus non pertinere: quod cõtrà duobus pòſt verſibus ipſe idẽ adfirmat, & in lege proxima Vlp. diſertè cõfirmarat. vt illud omittã, quòd

A ineptiſſimè alioqui ſuperiùs dixiſſet, Mutui dationem in pondere, numero & menſura conſiſtere, quoniam creditum in iiſdem conſiſtit. quod apertiſſimè continuò pernegans: Creditum, inquit, conſiſtit extra eas res, quæ pondere, numero, menſura continentur. vt duæ videlicet ſpecies ſub credendi verbo ſubiiciantur, Mutui datio, ſiue in creditum itio: & altera quæ generis ſui nomen retinens, adpellatur Creditum. Et profectò ita eſt, vt Iuriſconſulti tum demũ B hoc verbum In creditum eundi vſurpent, cuum res accipientis facta eſt. veluti Alfenus, qui ſine controuerſia omnium eorum, quorum ex ſcriptis Pandectarum libri maximè compoſiti ſunt, optimè ac latiniſſimè loquutus eſt. Is igitur in l.31.D.locati: Rerum, inquit, locatarum duo ſunt genera: vt aut idem redderetur, ſicuti cuum veſtimenta fulloni curanda locarentur: aut eiuſdem generis redderetur, veluti cuum argentum puſulatum fabro daretur, vt vaſa fierent: aut aurum, vt annuli: ex ſuperiore cauſſa, rem domini C manere: ex poſteriore, in creditum iri. Atque hoc ipſum eſt, quod Paullus dicebat, iis rebus in creditum iri, quæ functionem in ſuo genere recipiunt. Africanus l.19. in fin. ad S.C. Vell. An verò, inquit, perinde habendum ſit, ac ſi initiò ego pecuniam mulieri credidiſſem, ac rurſus tu mihi in creditum iſſes. Vlpia. in l. 5. §.8. de trib. act. Sed ſi dedi mercem meam vendẽdam, & exſtat, videamus ne iniquum ſit in tributum me vocari. & ſiquidem in creditum ei abiit, tributio locum habebit. enimuerò ſi non abiit, quia res ven- D ditæ non deſinunt eſſe meæ, quamuis vendidero, niſi ære ſoluto, &c. Denique idem aliis locis obſeruatum reperies: vt apud Vlpia. l.3.§.1. ad S.C. Maced. & Mæcianum, l.65.§.vlt. ad S.C. Trebell.

Creditores, inquit Vlp. accipiendos eſſe cõſtat eos, quibus debetur ex quacumque actione, vel perſecutione, vel iure ciuili, ſine vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel extraordinario, ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub exceptione. l. 10. D. de verborum ſignificat. & Caius l. ſeq. Creditorum ad- E pellatione non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſſa debetur.

Cretio, eſt certorum dierum ſpacium, quod datur inſtituto heredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hereditatem, nécne. velut, Titius heres eſto: cernitóque in diebus centum proximis, quibus ſcieris poteriſque: niſi ita creueris, exheres eſto. Vlp. titul. Regularum xxii. Impp. l.17.C. de iure delib. Cretionum ſcrupuloſam ſollemnitatem hac lege penitus F amputari decernimus. vide Cernere.

Cretio aut vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris, in qua adiiciuntur hæc verba, Quibus ſcieris, poteriſque. Continua, in qua non adiiciuntur. Vlpia. titulo Regul. xxii.

Crimen, à delicto ſiue maleficio Iuriſconſulti perſpicuitatis ſtudio, plerumque ſic diſtinguunt, vt Criminis nomine capitalis fraus intelligatur, quibus Reſpublica læditur, veluti cædes, falſitas, adulteriũ. Delicti verò, priuata noxia, qua priuatim quiſque G læditur, veluti furtum, iniuria & cetera. Vlpianus l. 17.§. 16. D.de Ædilit.edict. Noxas accipere debemus priuatas, hoc eſt eas, quæcumque committuntur ex delictis, non publicis criminibus. Hinc Rubrica eſt, De priuatis delictis. lib. Digeſt. 47. & apud Iuſtinia. titul. De obligat. quæ ex delict. & item quæ quaſi delicto naſcuntur, lib. Inſt. 4. Nonnumquam tamen Crimina, eáque priuata nominantur. Vlpian.

l.1.§.1.D.de pœn.Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorum,vel priuatorum criminum qui extra ordinem cognoſcunt Præfecti vel Præſides,vt eis qui pœnam pecuniariam egenres eludunt, coërcitionem extraordinatiam inducant.

Crimen, pro criminatione. Vlpian.l. 7. D. de accuſat. Cauẽt itaque ſinguli quod crimen obiiciãt, & præterea perſeueraturos ſe in crimine vſque ad ſententiam. Priori verbo delictum, poſteriori accuſatio ſignificatur. Paullus l.109. D.de reg. iur. Nullũ crimen patitur is qui non prohibet, cuum prohiberi non poteſt. Macer.l. 2. D. de concuſſ. Sed ſi ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus ſit,&c. Sic l.3. C.de calumniat.l.109.D.de reg.iur.l. 21. D. de ſenat.Silan. Sic,

Crimen ſuſpecti, id eſt criminatio, accuſatio. Vlpia.l. 1.§.1.D.de ſuſp.tut.Sciendum eſt ſuſpecti crimen ex lege XII. Tab.deſcendere. Cicero Verr.III. Quærat non ſolùm quemadmodum noſtro crimini, verumetiam quo pacto ſuæ cõfeſſioni poſſit mederi.

Criminalia iudicia,vide iudiciorum alia criminalia.

Crimina legitima,id eſt, quorum iudicium lege aliqua publicorum iudiciorum eſt c nſtiturum. Vlpian.l.3.§.1.D. de crim. ſtell. Pœna autem ſtellionatus nulla legitima eſt,cuum nec legitimum crimen ſit.ſolent autem ex hoc extra ordinem plecti.

Crina Pompon in l.21. §.1.D. de aut.arg.numerat inter ea vnguenta, quæ valetudinis cauſſa ſunt parata.niſi fortè crinonia legendum ſit, vt ſit oleum ex lilio confectum, & odoramentis conditum. nam Crinonis Plin.lib.21.cap.5.meminit,quod lilium rubens adpellat.alij tamen crina retinent,vt ſit lilium poſitum, pro vnguento crinino.

Crocvphantia,opinor eſſe ornamenta villoſa, quæ ſub reticulis contexta per eorum plagulas adparent.id enim origo vocabuli κροκύφαντος, declarat. Vlpian.in l.25.§.4. D.de aut. arg. Ornamentorum hæc, inquit:vittæ, mitræ, ſemimitræ, reticula, crocuphantia. Alciatus autem & alij eruditi homines alio vocabulo cõquirẽdo mirabiliter exercẽtur.

Cvlleus, vas omnium capaciſſimum, vrnas continens quadraginta. In eum inſuebatur parricida cum cane,gallo gallinaceo, ſimia,& vipera. vti ſcribit Modeſtin.l.9. D. de lege Pomp.Culleorum quoque meminit Scæuola in l.vlt.D.de pign. act.& Vlp. l.3.in fi.D.de trit.vin.& ol.

Cvlpa non idem eſt,quod negligentia, ſed eius conſequens: quemadmodum laus diligentiæ conſequens eſt.Triplex autem numeratur:Lata,leuis & leuiſſima.Culpa lata eſt,quæ minimæ diligentiæ eſt (vt Latini Dialectici loquuntur) repugnans: vt Græci, μαχόμενον:quippe quæ ſummæ diligentiæ,cui minima diligentia opponitur, ſit conſequens. Itaque qui minimam diligentiam debebat, eam ſi non adhibuit,in culpa lata eſſe dicitur:quæ doli finitima eſt. quod & Celſus in l. quod Nerua, D. depoſit. demonſtrat:vbi ait, eum qui minimam diligentiam non adhibet, fraude non carere. Atq; hoc nimirum illud eſt, quod ait Paullus in l. 226.de verb.ſign.Magna negligentia, culpa eſt: magna culpa, dolus eſt. Quod ſic accipio, vt minima negligentia pro nulla numeretur:ſed magna negligentia dumtaxat,quæ ſiue ſumma, ſiue mediocris,ſiue minima diligentia prætermiſſa ſit, culpa eſt:magna autem culpa, doli ſpeciem habeat: vt l.1. D.ſi menſ.falſ.& l. ſi fideiuſſor, 29. D. mandati: vbi Vlpian. ait, diſſolutam negligentiam propè dolum

A eſſe.Itémque l.1.§. is quoque,3.de obligat. & act.& l. quæſitum, 8.§. 3. D.de precar. vbi idem ſcribit, eum qui precariò rogauit,nullius culpæ nomine teneri.niſi eius quæ dolo proxima eſt: quod nemo non videt ad latiſſimam culpam & minimam diligentiam pertinere. & item in l.223.de verb.ſig.Lata culpa eſt non intelligere, id quod omnes intelligunt:veluti,meum frumentum aut vinum apud te depoſitum, corrumpi:niſi illud interdum moueatur,hoc repleatur. Si tamen

B ne hanc quidem diligentiam in tuo adhiberes extra culpam eſſes.quoniã (vt Iuſtinianus ait) qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, non ei, ſed ſuę felicitati id imputare debet.§ pen eod.infrà,eod. Item,ſi cùm tibi mandaſſem, vt mihi certum hominem emeres,&tu gratia ductus,paſſus ſis alium emere:Vlp.in l.ſi procurator, 8.in fi.D.mand.ſcribit hanc latam eſſe culpam: aut cùm fideiuſſor pro debitore ſoluiſſet,neque eum, cùm poſſet,certiorem redderet. l.ſi fideiuſſor,29.D.eod.Culpa leuis dicitur, cũ is qui

C mediocrem diligentiam debebat,nõ eã præſtitit, ſed minimam dumtaxat:l.mulier, 29. §.3.D.ad Trebell.vbi Vlpianus apertiſſimè leuem culpam ſcribit eſſe, conſuetam cuiuſque ſuis in rebus negligentiam. Itaque intelligendus eſt idem in l. cùm res,47.§.3. D.de leg.1.Item Caius in leg.quod ſæpe, 3.§.4.D.de cont. emt.vbi ait talem cuſtodiam à venditore deſiderari, qualem bonus paterfam. ſuis rebus adhibet:& l.ea igitur, 14.& leg.eleganter, 24. §. vlt. D. de pignorat. act. Nam creditor in pignore mediocrem diligentiã

D debet:non autem exactiſſimam,ait Iuſtin.§.vlt. quib. mod.re cont. hoc eſt, non qualem diligentiſſimus aliquis,& vnus è multis: ſed qualem magna pars patrumfam. adhibere conſueuit. Itaque ſic ſeruos aut mulos onerare vt debilitentur (dum tamen dolus abſit) Vlpian.illo in loco leuem culpam adpellat. Similiter Paullus in l.ſi putator, 31.D.ad legem Aquil.eum qui cùm in priuato putaret arborem,& ramum deiiceret, hominem occiderit, culpæ teneri:culpam autem eſſe,quòd cùm à diligenti prouideri potuiſſet,nõ

E eſſet prouiſum. Quare leuiſſima culpa eſt,cùm is qui ſummam diligentiam debebat,non eam præſtitit,ſed mediocrem tantùm. Summa autem diligentia eſt, quam diligentiſſimus quiſque & maximè frugalis atque induſtrius paterfam. reb. ſuis adhibet. de qua ſcribitur in l. ſocius, 72. D. pro ſocio. l.in lege,44.ad leg. Aquil. & l.in rebus,18.D.commod. ſed præcipuè in leg ſi merces, 25.§.qui columnam, D.locat.vbi ait tum abeſſe culpam, ſi omnia facta ſunt quæ diligentiſſimus quiſque obſeruaturus fuiſſet. item leg. 1. §.

F is quoque, D. de oblig. & act.vbi Caius ſcribit,commodatarium exactiſſimam diligentiam commodatæ rei debere: nec ſufficere, ſi talem diligentiam adhibeat, quam ſuis rebus adhibet, ſi alius diligentiòr cuſtodire potuerit. cui conſentit Paullus in l. 3. D.de de petic.& com. rei vend.

Cvm particula,ita coniungendi vim habet,vt tamen non ſemper indiuiduè ac neceſſariò coniungat. Itaque etſi cùm ita legatum eſt, Titio cum Seio do lego:vtriſque legatum intelligitur: ſicuti vtrumque

G legatum eſt, cùm fundus cum domo legatus eſt, leg. ſi quis, 112. §. 1. D. de leg.1. tamen poterit alter ſine altero ad legatum admitti,l.ſi quis, 21. eo.tit.argumento edicti, ventrem cum liberis in poſſeſſionẽ eſſe iubebo:nã etſi non ſint liberi, vẽter in poſſeſſionẽ mittetur, d. l.ſi quis, & l.ſi ita.13.in fi.D.de manũ. teſt.Itẽ vt in illo, Stichus cùm rationes dederit cum cõtubernali ſua, liber eſto,l.ſi ſeruo,31.D.de ſtatulib.

Cvm quattuordecim annorum erit factus, &c, Si quattuordecim annorum erit factus, vtrubique eadem condicionis vis eſt. niſi quòd hac ſcriptura per condicionem tempus demonſtratur: illa, per tempus condicio, l.ſi Titio, 22. D. quand. dies legat.

Cvm imperio eſſe dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium. Cum poteſtate eſſe dicebatur, de eo qui à populo alicui negocio præficiebatur. Feſtus. Ita diſtinguuntur imperium & poteſtas, l.7.& l.10. D. de vi pub.

Cvm popvlo agere, eſt rogare quid populum quod ſuffragiis ſuis aut iubeat, aut vetet. Concionem autem habere, eſt verba facere ad populum ſine vlla rogatione. Agell. lib.13. cap.14.

Cvm potestate, vide Cum imperio.

Cvm sacco adire, eſt poſtulare vt ſibi eueſtigiò, atque eodem temporis puncto pecunia ſoluatur. Paullus l.105. D. de ſolut. Quod dicimus in eo herede qui fideiuſſori teſtatoris, id quod ante aditam hereditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim ſoluere, cum aliquo ſcilicet temperamento temporis intelligendum eſt. nec enim cum ſacco adire debet. Alciatus autem, fortaſſe vt noui aliquid adferre videretur, ad heredem hoc refert, quaſi hereditatem cum ſacco adire non debeat.

Cvppæ, vaſa vinaria in quibus muſta coquuntur, & deferuntur eorum meminit Vlpian. l.15. §.4. D. de vſufr. & Scæuola in l.93. §.3. de legat. & fid. lib.32. Item vaſa vinaria, inquit, id eſt cuppæ & dolia, quæ in cella defixa ſunt. Alfenus autem in l.31. D. locati, pro vaſe frumentario poſuit: Quòd ſi ſeparatim, ait, Tabulis, aut peronibus, aut in alia cuppa cluſum vniuſcuiuſque triticum fuiſſet.

Cvratio, ſiue Curatela, eſt poteſtas adminiſtrandi bona eius, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporiſve vicium præeſſe rebus ſuis non poteſt. Inter Tutelam autẽ & Curationem hoc intereſt, quòd Tutela eſt poteſtas in capite libero, id eſt in perſona pupilli: Curatio verò, niſi illa furioſi ſit, rei & cauſſæ datur. Tutor inuito & ignoranti datur: Curator inuito adoleſcenti non datur. Tutela anno xiiii. finitur: Curatio anno xxv.

Cvrator alius eſt Legitimus, alius Honorarius. Legitimus dicitur, qui datus eſt iis, quib. lex xii. Tabularum dari iubet: nimirum furioſis & prodigis. Honorarius dicitur, qui à Prætore datur ei, qui nuper pubes factus, idoneè ſua negocia gerere non poteſt: item ſurdis, mutis, perpetuo morbo adfectis, l.1. & paſſ. D. de curat. furioſ. l.48. de admi. tut. l.1. §. vlt. D. de mun. & hon. l.14. §. pen. D. de ſolut.

Cvrator bonorum dicitur, qui à Prætore imponitur bonis eius qui vel abſens eſt, vel cui heres non exſtat, vel qui apud hoſtes eſt: vt ea vel vendat, vel tueatur: l.1. & paſſ. D. de curat. bon. dand. l.90. D. de ſolut. l.22. de minorib. l.22. de auctor. iud. l.1. de munerib. & hon. l.15. D. ex quibus cauſſ. maior.

Cvrator reipub. qui Græco vocabulo λογίϛης nuncupatur (l.3. C. de mod. mult.) magiſtratus erat municipalis ex decurionibus creatus (l. vlti. D. de adminin. rer.) qui pecuniæ publicæ adminiſtrandæ, vectigalibus locandis, operibus locíſque publicis curandis præerat. De pecunia teſtimonium exſtat in l.2. §.4. & l. vlt. D. de admin. rer. & l. vlt. §. qui annonam, D. de mun. & hon. vbi dicitur curatorem ad colligendos ciuitatum publicos reditus eligi ſolere. de prædiis & vectigalibus, in l.3. & l. vlt. D. de admin. rer. de operibus, in d. l. vlt. & l. ad curatoris, 46. D. de damn. A inf. vbi dicitur ad curatoris Reipub. officium ſpectare, vt dirutæ domus à dominis exſtruantur. De locis, in l.3. §.3. D. quod vi aut clam. Notandum autem quod Papyrius ſcribit in l. vlt. §. pen. de admin. Curatorem etiam nomine collegæ teneri, ſi interuenire & prohibere eum potuit.

Cvrator ventris dicitur, qui viduæ mulieri grauidæ relictæ cibum, potum, veſtitum, tectum pro facultatibus defuncti, & pro dignitate eius atq; mu- B lieris ex defuncti bonis præbeat, l.1. §.14. & l.15. D. de vent. in poſſ. mitt. l. pen. §. etſi, D. de rit. nupt. l.8. D. de cura. fur. l.48. de admi. tut.

Cvrax, pro diligenti & ſolicito. Caius l.18. D. de Ædil. edict. Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, vigilacem eſſe aut ex frugalitate ſua peculium adquirentem adfirmauerit.

Cvria, locus Romæ vbi Senatus cogebatur: vt curia Hoſtilia, Pompeia, Iulia. Hinc,

Cvria in municipiis & coloniis pro loco in quo C conſilium publicum habebatur, l.3. D. quod cuiuſque vniu. l. communium, 9. C. de nat. lib. Cicero Verrin. iiii. Deinde vt in curia Syracuſis, quem locum illi Buleuterium vocant, ſtatuam poſuerunt. Hinc,

Cvriales dicti, conſilij publici participes: qui etiam Decuriones adpellantur, l.ſi quis, 12. Cod. de epiſc. & cler. vbi qui Curialis, idem poſtea Decurio nominatur: & l. pen. C. de hered. decur. l.21. l.22. l.25. C. de decurionib.

Cvriosi ſub Rub. Cod. de curioſ. & ſtat. dicun- D tur, quibus publici curſus tuendi cura commiſſa erat: hoc eſt, vt à magiſtro officiorum paſſim ad vias publicas miſſi, ſi qua contra publici curſus leges admiſſa eſſent, inquirerent. (vnde Curioſorum nomen repertum.) ita tamen vt neque vocationem, neque prehenſionem haberent, l.1. & l.4. eod. Eorum autem inquiſitio ferè in his verſabatur: ecquis ſine principis venia curreret, aut vltra finem à principe perſcriptum: ecquis rhedam aut duas rhedas poſceret, cum ei veredi, aut vnius tantùm rhedæ poteſtas facta eſſet.

E Cvriæ, ſunt partes in quas Romulus populum diuiſit: ſic dictæ, quòd tunc Reipub. curam per ſententias partium earum expediebat, l. ſecunda, D. de orig. iur. vel ſic:

Cvriæ erant triginta vrbis partes à Romulo Rege factæ, in quas totus populus ita diuiſus erat, vt vnaquæque curia propria ſacra ac proprios ſacerdotes haberet.

Cvriatæ leges ſunt, quæ ad populi curias feruntur, l.2. D. de orig. iur. hoc eſt, quæ curiatis comitiis F rogabantur: cùm populus per curias ſuffragia inibat. Eæ de imperio magiſtratus ferebantur: déque aliis nonnullis reb. vide cvriata in Indice legum.

Cvrotrophivm, κυροτροφεῖον, domus alendis pueris deſtinata. κῦρος enim puerum ſignificat. Vtitur Iuſtin. l. illud, 16. C. de ſacroſ. Differt autem à Brephotrophio, βρεφοτροφείῳ: quòd in hoc infantes recentéſque partus aut expoſiti, aut parentibus egentibus nati alebantur: in illo, pueri grandiuſculi, qui nondum labore ſuo victum ſibi parare poterant.

G Cvrsvs pvblicvs quam Græci δημοσίαν ὁδὸν adpellant, via eſt, qua Principis literæ, aliáve ad eius vſus neceſſaria plerumque feruntur aguntur. ſub Rub. C. de curſ. pub. & l.4. C. de offi. præſid. vnde Curſuales equi, & Curſuales rhedæ, quibus in angariis & curſu publico Principis cauſſa vtebantur.

Cvrvlis ſella dicebatur, auctore C. Baſſo, ſupra quam ſenatores qui magiſtratum curulem, id eſt ma-

iorem geſſiſſent, confidentes, in curru honoris gratia in curiam vehebantur. Agellius lib.3.cap.18.

CVSTODES, obſeruatores, qui actiones notant, animaduertunt, quaſique ſpeculantur. Vlpian. l.3.D. de admin.tut.de honorariis tutoribus loquens: Dati ſunt enim quaſi obſeruatores actus eius & cuſtodes. Nam cuſtodes erant propriè iuuenum, vt ex Cicerone Seruius declarat, quibus ad militiam euntibus anno primo Rectores darentur. Vnde & qui quempiã obſeruat, ne quid ſuffuretur, Cuſtos adpellatur. Cic. Verr.7. Quod vbi iſti nunciatum eſt (loquitur de Verre, & naue prædonum capta) ſtatim Quæſtori Legatóque ſuo cuſtodes miſit complures, vt omnia ſibi integra quamprimum exhiberentur. Hi ſi rationes quoque perſcriberent atque conficerent, ἀντιγραφεῖς à Græcis dicebantur.

CVSTODIA, vide Vinculum.

CVSTODIÆ nomine carcer tantùm publicus intelligitur, l.9.D.ex quibus cauſ.ma.

CVSTODIÆ, pro iis qui in cuſtodia ſunt. Modeſt.l.12.D.de pub.iud. Cuſtodias auditurum, tam clariſſimos viros, quàm patronos cauſſarum adhibere debere. Item l.12.D.de cuſtod. & exhib. l.6.D. offic. Proconſ. l.18.§.penul.D.de quæſt.l.penul.D.de fer.

CYDONIVM, κυδώνιον, Plinius Cotoneum adpellari Latinè ſcribit. Et Macrob.lib.7.capi.7. Nec hoc præterea, inquit, quòd ex fructibus arborum illi ſunt frigidiores, quorum ſuccus imitatur vini ſaporem: vt mala ſeu ſimplicitia, ſeu granata, ſeu cydonia quæ cotonea vocat Cato. Vlpian. in l.9. D. de tritic. vin. & ol. Cydoniun vinum adpellat ex malis cotoneis confectum: Cydonium, inquit, & ſi qua alia ſunt, quæ non ex vinea fiunt, vini adpellatione non continebuntur.

CYLINDRI, lapilli teretes & oblongi, cylindrorum inſtar: de quibus Plinius lib.38. cap.5. Paullus in l.32.§.vlt.D. de aur. atgen. Cuum quædam ornamentum mamillarum ex cylindris trigintaquattuor legaſſet, &c.

CYMBIA, Seruius pocula eſſe ait ad cymbæ ſimilitudinem facta. de quibus Paullus in l.32.§.1.D.de aur.arg. Cymbia argentea cruſtis aureis illigata.

CYNVS Iuriſconſultus nobilis Piſtorij natus, Diui Muxellani auditor, Bononiæ ius ciuile profeſſus eſt, libróſque de eo non paucos ita ſcripſit, vt ſemper à Pontificiis canonibus abhorreret. In interpretatione l.quoties, C.de iud.ſcribit, Canonicos Iuriſcõſ. feciſſe ſibi iura pro libitu voluntatis ſuæ, & leges ciuiles eos ſeruare ad commodum ſuum non autem contra ſe, propter ambitum ſecularis iuriſdictionis vſurpandæ, & non propter aliud. Floruit circiter annum M. CCC. XX.

LITERA D.

D LITERA datum ſignificat, vt in extrema præfatione Inſtitut. D.C.P. id eſt, Datũ Conſtantinopoli. & alibi frequenter.

DACTYLIOTHECA, annulorum capſula. δακτύλιος enim annulus eſt, θήκη, capſula, ſiue arcula, vbi quid reconditur. Vlpia. l.52. §.7. D. de leg. & fid.lib.32. Idem Pompon.in dactyliotheca legata tractat: & ait annulos quoque contineri, non ſolùm thecam quæ annulorum cauſſa parata ſit. Et Paullus l.53. Annulis legatis dactyliothecæ non cedunt. Plin. lib. 37.cap.1. Gemmas plures, quod peregrino adpellant nomine Dactyliothecam, primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus. Celſus l.67. D. de

A furt. Nec refert in digito habeat annulum, an dactyliotheca, quem cuum depoſito teneret, habere pro ſuo deſtinauerit: id eſt, in digito, an in dactyliotheca.

DAMNAS, antiqui dicebant cũ quaſi pœnæ cauſſa quempiam damnabant. vt in s.c. apud Frontinum lib.11.de aquęduct. Si quis aduerſus ea dommiſiſſet, in ſingulas res in dena millia damnas eſſet. Et in lege, quam eodem loco profert: Reficere, reſtituere, damnas eſto. item in lege Manilia: quam in Adpendice re-B citauimus. Hinc,

DAMNAS eſto, dicebat Teſtator, cùm heredem dare alicui damnabat. quod legatum propterea Damnationis adpellatur ab Vlpiano tit. Regul. XXIIII. & Caio lib.Inſt.2.cap.3. & paſſim in Pandectis. Eáque formula etiã multitudinis numero vſurpatur: Illi heredes Mæuio dare damnas ſunto, l. ciuitatibus, 122. §. 1. de legat. 1. l. nomen, 34. §. 1. D. de legat. 3. Hinc,

DAMNATVS heres dicitur, à quo ita per Dam-C nationis formulam legatum eſt, l.5.D.de act.emt.l.7. §.1.de annuis leg.l.4.§.vlt.l.35.& l.36. D. de leg. 1.l.44. §.ſi duo, D.fam.erciſc.

DAMNVM & damnatio, ait Paullus, àb ademtione & quaſi deminutione patrimonij dicta ſunt, l. 3.D.de damn.infect.

DAMNVM, inquit Varro, à demtione, cuum minus re factum, quàm quanti conſtat.

DAMNVM iniuria datum in lege Aquilia dicitur, quod cum damno iniuriam adtulit, l.ſi quis, 49.D. D ad leg.Aquil. hoc eſt cùm propterea damnum illatum eſt, quod non eſt cautum, quod caueri & debuit & potuit. Hinc,

DAMNI iniuria iudicium, ſiue Actio: præciſè, pro Actio nomine damni iniuria dati. Cicero pro Q.Roſcio: Lite conteſtata, iudicio damni iniuria conſtituto. Item: Cùm lis conteſtata cum Flauio damni iniuria eſſet.

DAMNVM infectum eſt, ait Caius, damnum nondum factum, quod futurum veremur, l.2. D. de dam. E infect.

DAMNI infecti promiſſio eſt, quoties quis promittit ſi quod damnum vicio ſuo contigerit, ſua reſtitutione eſſe penſandum: ait Boëtius in Top.Cic.

DAMNI, ſiue eius quod intereſt, tres ſunt ſpecies. prima eius quod neque à lege, neque ex partium conuentione definitum eſt, ideóque probandum & quantumcumq; erit (ex regula tamen l.vn.C. ſenten. quæ pro eo quòd) adiudicandum. quæ quidem prima ſpecies generis ſui nomen retinet, & adpellatur. Id F quod intereſt. Altera autem ſpecies eius eſt, de cuius ſumma integra, & quantacumque futura eſt, inter partes conuenit, quæ in iure adpellatur Pœna, l.vlt.D.de Prætor.ſtipul.l.8.§.2.D.Ratam rem hab. Tertia ſpecies eius eſt, de cuius ſumma non integra, nec quantacumque ad extremum eſſe poteſt, ſed quanta ſit per ſingulos menſes, ipſo iure definitum eſt, ſic vt quamuis pluris vel minoris interſit, ſola tamen ea ſumma præſtetur. vt patet ex l.vltim.D.de peric. & comm.rei vend. Et hæc à nobis quoniam ex vſus diuturnitate G pendet, Vſura, ſiue Interuſurium adpellatur.

ΔΑΝΕΙΖΕΣΘΑΙ, pro muruo accipere, Scæuola l.34. §.1. D. de pignor. & hypoth. δανεισάμενος παρά σου δηνάρια πεντακόσια, παρακαλῶ σε, &c. Cuũ ab te quingentos denarios mutuatus eſſem, rogaui te, &c. Scæuola l. 88. §. 25. D. de legat. & fid. lib.31. Βούλομαι δὲ τὰς ἐμὰς οἰκίας μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων μου, μήτε δανείσασθαι κατ' αὐτῶν. ἐὰν δέ τις βούληται αὐτῶν.

αὐτῶν τῇ πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτῆς, ἢ δανείζεσθαι κατ' αὐτῆς, &c. Volo autē ędes meas à meis heredibus neq; vēdi, neque mutuam pecuniam ſub earum pignore accipi. quòd ſi quis eam quam in ipſis habet partem velit vendere, aut ſub eius partis pignore mutuum accipere. Nam κατ' αὐτῆς, ſignificat quod vulgus dicit, Super eo. Quod idcircò admonui, ne quis hominis eruditi auctoritate permotus, crederet hoc loco δανείζεσθαι poſitum pro Pignori opponere. Sequitur enim: ἐξουσίαν ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, ἢ δανείζεσθαι ἐπ' αὐτῷ, id eſt, Poteſtatem habeat vendendi ſuo coheredi, aut mutuam pecuniam ſub eodem ſumendi.

Dardanarii dicuntur, qui annonam mercéſve coëmtas tantiſper ſuppriment, dum cariùs eas vendendi occaſio ſe offerat: a Dardano, nobili Mago nominati. Vide Vlpian. l. 6. D. de extraord. crimin. & l. 37. D. de pœn. Iulius Pollux ἀναπιπράσκοντας & ἀναπωλοῦντας, hoc genus hominum adpellari ſcribit. nam Propolos eos nominat, quos Iuriſconſulti Proxenetas. Dardanarius autem non malè Thales ille ſapiens adpellari potuiſſet, (qui olearum inopiam prouidēs, omnes coëmit, & anno inſequenti vendidit: vt ſcribit Ariſtoteles.) ſiquidem eum quæſtum turpiſſimum factitare voluiſſet.

Dare, propriè eſt dominium transferre. § ſic itaque, 14. de actionib. Itaque ſtipulationes de dando conceptæ hanc vim habent, vt dominium ſtipulatoris efficiatur, l. vbi autem, 75 in fin. D. de verb. oblig. l. ſi ita, 25. D. de cont. emt. neque enim videntur data, quæ eo tempore quo dantur accipientis non fiunt, l. non videntur, 167. de reg. iur.

Dare facere, vetus fuit formula actionis in perſonam: qua id quod aliqua de cauſſa debebatur, peti ſolebat: ſiue id in dando ſiue in faciendo conſtaret, l. actionum, 25. D. de obliga. & act. ſoluta enim pro ſeparatis in ea formula accipiuntur, l. ſæpe, 53. D. de verborum ſignificat. hoc eſt, vt alterutrum tantum debeatur. Vſurpatur in l. vlt. D. commun. præd. l. 18. §. 1. D. de acceptil. l. 13. D. de inoff. teſt.

Dare iura, eſt imponere ſiue præſcribere leges. Virgil. lib. Æneid. i. Iura dabat legéſque viris. Idem lib. v. Indicítque forum, & patribus dat iura vocatis. Liuius libro xxx. Roma an Carthago iura gentibus daret, ante craſtinam noctem ſcituros.

Dare vindicias Secundum ſeruitutem, Ab libertate in ſeruitutem, Contra libertatem: locutiones veteribus vſurpatæ, pro Decernere eum quo de agitur tantiſper ſeruum eſſe. Liuius libro tertio: Iudicēte ab libertate in ſeruitutem vindicias non dediſſe. Item: Vindiciáſne ab libertate in ſeruitutem dederit. Aſconius in Cornelianam: Quis fuerat ille ex Decēuiris, qui cōtra libertatē vindicias dederit. Cōtrà,

Dare vindicias ſecundùm libertatem, à ſeruitute in libertatem, contraria loquendi genera: quibus eodem loco Liuius eſt vſus.

Datiui tutores propriè ſunt, qui neque lege, neque teſtamento inſtituti, ſed à magiſtratu dati ſunt: Attiliani ſcilicet, & Iuliani, l. Datiuus, 7. D. rem pup. ſal. l. generaliter, 40. C. de epiſco. & cleric. l. vlt. C. de legit. tutoribus. Vlpianus tamen titulo Regul. xi. Datiuos adpellat, qui teſtamento dati ſunt.

Datuiri, vetuſtè pro Datum iri. Vlpian. l. 58. §. 15. D. de verbor. obligat. Si quis ſtipulatus à Mæuio fuerit fundum Titio datuiri.

Debere, eſt iure aliquo teneri ad aliquid vel dandum, vel faciendum. Cicero in Paradoxis: Tu

A poſſe te dicito, quandoquidem potes: debere ne dixeris, quoniam nihil quiſquam debet, niſi quod eſt turpe non reddere.

Debitvm, τὸ χρέος & Debitum liberorum ſubſidium, & Debita portio, & Debitum naturale, paſſim adpellatur in libris noſtris ea portio paternæ hereditatis, quæ liberis iure ciuili adtributa eſt, l. ſcimus 36. in princip. & §. illud, C. de inoff. teſt. l. ſi totas, 3. C. de inoff. donat. & Nouell. xviii. ὁ δὲ (inquit Imp.) καὶ

B χρέος καλοῦσι. Et paulò poſt: καὶ τῆς φύσεως πρότερον θεραπευθείσας τὰ εἰκότα, οὕτως ἐπὶ τὰς ἔξω φιλοτιμίας χωρεῖν.

Debitor intelligitur, à quo inuito exigi pecunia poteſt: ait Modeſt. l. 108. D. de verb. ſign. l. 16. §. fideiuſſor, D. de fideiuſ. Itaque Debitor deſinit eſſe is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem, l. Marcellus, 66. D. de verb. ſig. Hinc Debitor vſurarius, pro eo qui ſub vſura pecuniam debet. Papinianus l. 7. D. de vſur. Debitor vſurarius creditori pecuniam obtulit: & eam cuum accipere no

C luiſſet, obſignauit ac depoſuit.

Debitviri, vetuſtè pro Debitum iri. Vlpianus l. 1. §. 3. de dot. prælegat. Et mulierem agentem ex teſtamento cauere debere, defenſuiri heredem aduerſus maritum. ergo maritus item debebit cauere, aduerſus mulierem defenſuiri, ſi prior agat. Et §. ſequenti, Non aliàs eum legatum conſecuturum, quàm ſi cauerit heredes aduerſus mulierem defenſuiri. Item apud eundem l. 11. §. 17. D. de legat. & fid. lib. 32. & l. 14. de nox. act. & l. 10. & l. 38. de reb. cred.

D Decaproti, & Decaprotia, vide Decemprimi.

Decemprimi, qui & δεκάπρωτοι plerumque nominantur, erant viri decem ex Decurionum ordine conſtituti, qui tributorum exactioni ita præerant, vt ſi qua detrimenta fiſcus defunctorum culpa contraheret, ipſi ſuis ſumtibus reſarcirent. eorum namq; adminiſtratio nequaquam in Reipubl. gubernatione ciuitatéque regenda ac defendenda verſabatur, ſed potius in ſumtibus Reipubl. cauſſa faciendis. Illa au-

E tem munera Iuriſconſulti Perſonarum, hæc verò Patrimonij adpellant. Hermogen. l. 1. D. de mun. & honor. Patrimonij ſunt munera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimatus. Arcadius autem in l. 18. §. 3. eiuſd. tractat. Decaproti, & Icoſaproti tributa exigentes, & corporale miniſterium gerunt, & pro omnibus defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciunt. Cicero pro Sex. Roſcio: Itaque Decurionum decretum ſtatim fit, vt Decemprimi proficiſcantur ad L. Syllam.

F Decemprimatvs, decemprimorum munus. Hermogenianus l. 1. D. de mun. & hō. Patrimonij ſunt munera rei vehicularis, item nauicularis, Decemprimatus.

Decemviri litibus iudicandis. vide ſub Magiſtratus, in adpendice.

Decessor ab Vlpiano dicitur, qui magiſtratu in prouincia functus de ea accedente ſucceſſore decedit, l. 4. §. 3. D. de off. proconſ. Spartian. in Peſcennino: Peſcenninum mihi laudas: agnoſco. nam & deceſ-

G ſor tuus manu ſtrenuum, vita grauem dixit.

Decidere, vide Tranſigere.

Decidere damnum, pro tranſigere de damno, Vlpian. l. 46. §. 3. D. de furt. Si quis eorum pro fure damnum deciderit, dici oportet, ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe eum. Item, Si proponas communem ſeruum ſurreptum, & alium ex dominis pro fure damnum decidiſſe, qui non de-

cidit, habebit furti actionem. Item apud African. l. 61.§.1.eod.l.7.de condict.furt.l.9. §. nunc videndum, De minoribus. A

Decies, præciſa locutione, pro Decies centena millia: quod in Verrinas demonſtrauimus. Papin. l.77. §.2.D.de condit.& demonſt. Cuum vxori mandatum eſſet, vt moriens filiæ communi decies reſtitueret, &c.

Decimæ, ſiue Decumæ, vectigal dicitur, quo decima frugum pars quotannis penditur. fuit autem olim à Moſe in Iſraclia Repub. ſic inſtitutum. nã cùm regionem vniuerſam in tribus, ſiue partes duodecim diuidi iuſſiſſet: tamen ei tribui quæ Leuitica dicebatur, partem adſignari vetuit. hac de cauſſa: ne cùm eã tribum in ſacris procurandis occupatam eſſe vellet, ſi ager ei adſignaretur, ſtudium & operam ſuam in re ruſtica & agro colendo conſumeret. Sanxit ergo, vt reliquæ tribus frugum ei ſuarum decumas penderẽt. Earum autem tria licet obſeruare genera: vnum quod ſibi Leuitæ victus quotidiani cauſſa retinebãt. Num. 19. Leuit.27. Deut.14.& 18.& 26. Alterum, quod iidẽ de ſuis decumis ſacerdotalibus ad eorum cibaria præbebant. de quo Num.18. Poſtremum, quod iidem tertio quoque anno viduis, pupillis, & peregrin s impertiebantur. de quo Leuit.14.& 26. B C

Decoctores dicuntur, qui debitam pecuniã cùm ſoluendo non ſint, auferunt. Impp. l. 40. D. de decurion. lib. C.10. Quilibet principalium, vel decurionum, ſi vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adſcriptionibus, &c. D

D. C. S. De conſilij ſententia. Auctor Val. Probus, apud quem tamẽ Conſulis mendoſè legitur, pro CONSILII. Cicero Verrina VII. Cum conſilio cauſſam Mamertinorum cognoſcit, & de conſilij ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronunciat. Harum autem ignoratio notarum errorem apud Vlpianum peperit in l. vn. D. de offic. conſul. vbi ſic legitur, Cùm ipſe ſit, qui ex ſenatuſconſulto conſilij cauſſam examinat: pro EX SENTENTIA CONSILII. E

Decreta principum dicuntur, quæ princeps cauſſa cum conſilio cognita, & vtraque parte audita pronunciauit, vt in l.3.D.de iis quæ in teſt.del.

Decvmani, vide Mancipes.

Decvriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd initio cuum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit, l.239.§.5.D.de verbo.ſignific. Vlpianus in l.7.§.ſolet, D. de interd. & releg. Item poteſt alicui pœna iniungi, ne honores adipiſcatur: nec ea res facit, vt Decurio eſſe deſinat, cùm fieri poſſit, vt quis Decurio quidem ſit, ad honores autem non admittatur. nam & Senator quis eſſe poteſt, & tamen honores non petere. F

Decvriones, Senatores erant coloniarum aut municipiorum. Iuriſconſulti in municipiis duos hoſce ordines quaſi contrarios numerant, Plebeios & Decuriones. Ex Decurionum autem ordine, item vt Romæ ex Senatorum, Magiſtratus creabantur. Paullus l.7.§.2. D. de Decurion. & fil. Is qui non ſit Decurio, Duumuiratu, vel aliis honoribus fungi non poteſt. quia Decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur. Vlpian. l.2.§.1.D.eod. Et quidem quantum pertinet, ne fuſtibus caſtigetur, non nocet plebeio patre eſſe natum, ſi poſtea honor decurionis patri eorum acceſſerit. G

Dedisse, inquit Paullus, intelligendus eſt etiam is, qui permutauit, vel compenſauit, l.76.D.de verb.ſign.

Dedititii generaliter dicuntur omnes qui ſe dediderunt: ſed propriè

Dedititii dicebantur ij, qui cùm à ſocietate populi R. defeciſſent, poſtea metu perterriti ſeſe ei dedebant. Itaque Liuius lib. VII. Campanorum legationis principem in ſenatu Romano ita loquentem facit: Nos populum Campanum vrbemque Capuam, agros, delubra deûm, diuina humanáque omnia in veſtram P.C. populique R. ditionem dedimus. quidquid deinde patiemur, Dedititij veſtri paſſuri. Et paulo pòſt: Peterent pro ſocietate amicitiaque vt Dedititiis ſuis parcerent. Quoniam autem multo deteriore quàm ciues R. condicione ac iure erant. propterea factum eſt, vt Dedititij liberti, vel potius Dedititiorum numero liberti dicti ſint, qui pœnæ cauſſa vincti ſunt à dominis, quibus veſtigia ſcripta fuerunt, qui propter noxam torti, nocentéſque inuenti ſunt: quive traditi ſunt, vt ferro aut cum beſtiis depugnarent, vel in cuſtodiã coniecti fuerunt: deinde quoquo modo manumiſſi. vti ſcribit Vlp. tit. Reg.1. Et Caius lib.1. Dedititij ſunt, inquit, qui poſt admiſſa crimina ſupplicijs ſubditi, & publicè pro criminibus cæſi ſunt, aut in quorũ facie vel corpore quæcumque indicia aut igne aut ferro impreſſa ſunt, vt deleri non poſſint. Vide §. vlt. de libert. l. vn. C. de lat. libert. & ſub Rubr. De dedit. lib toll.

D.E.R.I.C. notæ quibus in Senatuſconſultis ſcribẽdis vtebantur, pro De ea re ita cenſuerunt. Vt apud Agellium lib.4 cap.6. Quod C. Iulius L. filius Pontif. nunciauit, in ſacrario in regia haſtas Martias mouiſſe, D.E.R.I.C. vt M. Antonius Conſul hoſtiis maioribus Ioui & Marti procuraret. item apud Vlp. l. item, 20.§.Præter, 6.D.de hered pet. De qua re ita cenſuerunt. Idem in l.2.D.ad Sen. Velleian. Quod M. Silanus, &c. verba fecerunt, &c. quid de ea re fieri oporteret: de ea re ita cenſuerunt. vbi tamen CONSVLVERVNT imperiti librarij C. literam interpretati ſunt. Agell. lib.15. cap.2. Quod verba facta ſunt de Philoſophis & Rhetoribus, De ea re ita cenſuerunt. Sic in epiſtola Cælij ad Cic. lib.8. Quod M. Marcellus Cos. V. F. de prouinciis Conſularibus D.E.R.I.C. vti L. Paullus, &c. Et eadem epiſtola rurſus aliquoties. Scribebatur etiam ita, D.E.R.V.I.C. De ea re vniuerſi ita cenſuerũt.

Defectæ ſenectutis homo, id eſt ſenectute confectus, exacta ætate. Vlp. l.12.§.3.D.de vſuf. Vt puta ægrotanti ſeruo vel infanti, vel defectæ ſenectutis homini. Sic,

Defectvs ætate eadem ſignificatione dicitur l.3 § ignoſcatur, D.ad Silanian.

Defendere, eſt eandem vicem quam reus ſubire, l.51.D.de procur.

Defendere, eſt id facere quod dominus in litem faceret, & cauere idoneè, l.35.§.2.D.de procur.

Defendi rectè hoc eſt, iudicium accipere, vel per ſe, vel per alium, ſed cum ſatiſdatione: nec ille videtur defendi, qui quod iudicatum eſt non ſoluit, l.63. D.de iudic.

Defendi in maiorib. in int. reſtituendis, non is videtur cuius ſe defenſor ingerit, ſed requiſitus ab actore, non eſt defenſioni defuturus, l.21. §.3. D.ex quibus cauſ. maior.

Defensores ciuitatis ſiue locorũ ſub Rub. C. de defenſ. ciuit. & alibi plerúque, fuiſſe videntur quaſi Tribuni plebis. itaq; Parentes plebis adpellantur in l. 4. C. illo tit. & Defenſores plebis, l.1. C. de offic. iurid. Alex.

Alex. Creabantur autem de ſententia Epiſcopi, cleriorum,& decurionum,non ex horum ordine, ſed de aliorum ciuium copia:idque in quinquennium:vt plebem atque etiam decuriones ipſos ad officialium,& iudicum iniuriis certiſque vexationibus tuerentur: reos in maleficio deprehenſos in iudicium adducerent:vtique de priuatis rebus vſque ad quinquaginta ſolidorum ſummam, deque ruſticanorum hominum pecuniariis controuerſiis, ius dicerent : neque eo ſe munere ſuſcepto,ſine Principis venia abdicarent.quę omnia ex illo C.capite delibauimus.

DEFENSORES Reip.dicebantur delecti actores cauſſæ communis, qui Græce ſyndici, vt ſuo loco diximus: hoc eſt, per quos tamquam in repub. quod communiter agi fieri oporret, agitur fit,l.1.& l.vlt.§. defenſores,D.de mun.& hon.l.1.Cod.de offi.eius qui vic.alic.l.1.§.tutores,D.quand.adpell.

DEFERRE nomen, & Accuſare differunt. nam deferre nomen dicitur, qui legibus interrogat apud Prætorem : vt ſi interrogatus neget, eius nomen in reos referatur.denique deferre nomē idem eſt, quod Reum facere. Accuſare verò eſt, agere cauſſam & ſuū reum in iudiciū adducere. Terent.l.10.D.de iur.patro. Qui nomen detulit,accuſaſſe intelligendus eſt. De patrono loquitur,qui ſi liberti nomen detulerit, non minus à bonorum poſſeſſione remouetur,quàm ſi accuſarit. Lex vetabat eum patronum qui libertum capitis accuſauit,ad eius hereditatem vocari. patronus nomē detulit. quærebatur,an excludendus eſſet. Cicero in Orat. pro domo: Mortem eius ſe velle perſequi dixit. nomen Sex. Properrij detulit. accuſare alienæ damnationis ſceleriſque ſocius propter calumniæ metum non eſt auſus.

DEFERENDI autem nominis formula fuit: L.Titius profeſſus eſt ſe Mæuiam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quòd dicat eam cum C. Seio,&c. adulterium commiſiſſe, l.3.D.de accuſat. vide, Reum facere. Hinc,

DELATORES, qui crimina deferunt, l.1 §.pen. D.de iur.fiſ.

DEFERRI hereditatem , & obuenire hereditatem, differunt. Obuenit, quæ ipſo iure,& quaſi ſua ſpōte ad aliquem peruenit: nimirum, quæ legitimæ adpellantur. Defertur verò propriè, quæ teſtatoris voluntate in alienos tranſlata eſt. Abuſiuè tamen etiam teſtamento delata, lege obuenire dicuntur, l.lege,130. D.de verb.ſign.

DEFERRI legatum propriè dicitur, cùm eius agnoſcendi poteſtas eſt: hoc eſt, poſteaquam adita eſt hereditas: adquiritur.n.tum demum, cùm agnoſcitur, l.ei qui ita,13.D.de condir.inſt.l.cùm verò,26.D.de fideic.libert. Itaque delatum repudiari poteſt: adquiſitum non poteſt, l.1.§.decretalis, D.de ſucceſſ.edict.

DEFENSORES ciuitatum, qui ad earum cauſſas agendas lecti, qui & ſyndici adpellantur, l.1.l.vlt.§.defenſores, D.de mu.& honorib.l.1.§.tutores, D.quand. adpell.ſit,l.10.D.de vacat.mun.

DEFICERE debitores dicuntur, quorum facultates ita imminutæ ſunt, vt iam ſoluendo non ſint, l. 3.§.multa, D.de iur. fiſc. vnde Defectus facultatibus, apud Vlp. l.ſi extraneus,33.D.de im.dot.

DEFICERE condicio dicitur, cùm non exſiſtit, l. 2.& paſſ.D.de cond.inſt. paſſ. ſub Rubr.de condit. & demonſt. Hinc,

DEFECTVS & defici condicione dicitur, cui condicionis euentus non reſpondit, l. quæ ſub , 8.in fi.D.de condict. inſt.l.40. & l.mulieri,74.D.de condi.
A & demonſtr.l.ſi quis,13.de ſtatu lib.

DEFICERE heredes dicuntur, qui hereditatem non agnoſcunt:& Deficientes patres, quarum nemo heres exſtitit, l.5. D.de vulg.& pup. l.8.de alimen. & cib.

DEFICERE dicuntur, qui ab his quorum ſub imperio ſunt deſiſtunt,& in hoſtium numerum ſe conferunt. ſed & hi quos Senatus hoſtes iudicauit, vel lege lata: vtique vſque eò vt ciuitatem amittant, l.5.§.1.D.
B de cap.min.

DEFINITIO, regula, Iauol.l.202. Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt. Harmenop. πᾶς τεχνικὸς κανὼν σαθρός ἐστι.

DEFRVTVM, adpellabant muſtum, quod ex duabus partibus ad tertium redegerant deferuefaciendo: inquit Varro de Vita P.R. apud Non. Vlp.l.9. D.de tritic. Vini legato defrutum contineri negat, quòd potius conditura ſit. Ideo ſic. Proculus autem dulcis vini legato contineri ait, l.vlt. eiuſd.tit.l.12.§.ſi in a-
C liqua,de Inſtruct.

DEFVNCTORIE facere dicimus, quod non ex animo, ſed quia vi cogimur, vel debemus facimus: hoc vnum ſpectantes, vt officio noſtro defuncti dicamur. Vlpian.l.2.§.16.D.ad ſ.c.Tertyll. Non ſolum autem quæ non petiit, coërcetur: ſed & quæ defunctoriè petiit. Impp.l.vn. C.de num.tut. Si tres tutelas vel curas eodem tempore non defunctoriè ſuſceptas adminiſtras, onere quartæ tutelæ non grauaberis.

D DEIECTIO duplex eſt : armata, & non armata. Qui armata deiicitur, quamuis non poſſideat, aut vitioſè poſſideat, reſtituitur, l.14.D.de vi & vi arm. qui non armata, nequaquam, niſi poſſideat.

DELATORES dicuntur, quales olim Quadruplatores ferè dicebantur: qui præmij & quæſtus cauſſa rem ad fiſcum pertinentem vltrò deferunt: veluti qui crimina, aut caduca, vacantia, commiſſave bona, theſaurive inuentionem fiſco denunciant, l.2.& paſſ. D.de iur.fiſci.

E DELEGARE, ait Vlpianus, eſt vice ſua aliū reum dare creditori , vel cui iuſſerit, l.11.D. de nouat. Hinc,

DELEGATIO, alterius debitoris in ſuum locum ſubſtitutio. veluti, cùm debitorem meum creditori meo adſigno, vt ab eo petat. paſſ. ſub Rubr.de nouat. & delegat. Seneca lib.de Benef.v. Quamuis non interuenerint numi, ſed delegatione & verbis perfecta ſolutio ſit. Tranſlatè etiam Cicero in ea pro Fonteio: Quid ſi hoc crimen optimis nominibus delegare poſ-
F ſumus, & ita, vt non culpam in alios transferamus? Nam idem eſt, quaſi dixiſſet, In debitores locupletes. cùm ſignificet eos in quos illud crimen transferet, iuſtas excuſationes habituros.

DELEGARE, demandare, committere, onus imponere. vnde Delegati iudices dicuntur, quibus rei iudicandæ munus mandatum eſt, l.5.l.11.l.14.C.de iudic.

DELICTVM à crimine quid differat, vide Crimen à Delicto.

DELINQVERE minus eſt quàm peccare. vnde
G obligationes ex delictis priuatis naſci dicuntur: accuſationes ex criminibus. Cic.de inuent. 2. Nam neceſſe eſt qui velit peccare, aliquando primùm delinquere.

DELPHICAS apud Paullum in l.3.D.de ſupel.leg. interpretor tripodum cortinas ex ære factas: quæ inde dictæ ſunt, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur: vt ſcribit Plin.lib.34.cap.3.

DEMENS veteribus idem qui furioſus : vt Cic. Tuſcul.IIII. teſtatur. Sed apud Iuriſconſ. noſtros Demens à Furioſo diſtinguitur: & is adpellatur qui non vſquequaque, ſed ex parte tantùm errore mentis adfectus eſt, quem Cicero eodem loco ſtultum adpellat: velut is fuit de quo D. Pius loquitur in l. his qui, 12.D. de tut. & curat. dat. Exépla exſtant in l. ſi furioſi, 25.C. de nupt. l. 2. D. de in offi. teſta. l. tam dementis, 21. D. de epiſc. aud. l. 6. D. de curat. fu. l. vlt. §. 1. C. de admin. tut.

DEMOMSTRATIO, eſt quæ nominis vice fungitur, l. 6. D. ſi cert. petat. l. 6. de rei vindic. l. nominatim, 34. D. de condi. & demonſt. vbi Florentinus adſcribit, Demonſtrationem à Condicione hoc differre, quòd illa rem factam oſtendit, hæc futuram: id eſt, illa rem certam, hæc in certo futuri temporis euentu poſitam oſtendit, l. nuper, 85. D. de lega. 3. Hinc Stichus qui meus eſt, demonſtratio: Qui meus erit, condicio adpellatur, l. 6. de legat. 1.

DEMINVTVM de hereditate intelligitur, ſi quid vſucaptum eſt, & ob id de hereditate exiit, l. 21. D. de hered. pet.

DEMINVTVS capite adpellatur (inquit Feſtus) qui ciuitate mutatus eſt : & ex alia familia in aliam adoptatus : & qui liber alteri mancipio datus eſt : & qui in hoſtium poteſtatem venit: & cui aqua ignique interdictum eſt. vide Capitis deminutio.

DEPACTVS, inquit Vlpianus, dicitur turpiter pactus, l. 3. §. 1. D. de calumniat. quaſi verò non & Depaciſci aliquis honeſtè poſſit. ſed edictum de Calumniatoribus Vlpianus interpretabatur. præterea, quod ad illius excuſationem plurimum valet, Syrus, non Romanus erat. Depaciſci, eſt pactione tranſigere: inquit Donatus in illum Terentij locum Phorm. Iam depaciſci morte cupio. Cicero Verr. 5. Equitem Romanum ſcitote biduum cibo tectóque prohibitum: biduum Leontinis in foro cuſtodiis Apronij retentum atque ſeruatum: neque antè dimiſſum, quàm ad condiciones eius depactus eſt. Idem pro S Roſcio Amer. Cum illo contra hos inire conſilia, horum conſilia illi enunciare, cum illo partem ſuam depaciſci, hiſce aliqua fretum hora ſemper omnes aditus ad Syllam intercludere. Item de Inuentione lib. 2. Quidam Imperator cùm ab hoſtibus circumſideretur, neque effugere vllo modo poſſet, depactus eſt cum eo vt arma & impedimenta relinqueret, milites educeret. Conſtant. l. 1. C. TH. de rapt. virg. Si quis nihil cum parentibus puellæ ante depectus, inuitam eam rapuerit, & cetera.

DEPERDITVM intelligitur, quod in rerum natura eſſe deſiit, l. 21. D. de her. petit.

DE PLANO, id eſt, ex æquo loco: veluti vnde magiſtratus in tribunal, quod editiore in loco poſitum erat, conſcendebant. Itaque De Plano & Pro tribunali opponuntur. Vlpianus l. 3. §. 6. D. de bonorũ poſſ. Si cauſſa cognita bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur, quàm pro tribunali. quia neque decretum de plano interponi, neque cauſſa cognita bonorum poſſeſſio alibi quàm pro tribunali dari poteſt. Item l. 2. §. 1. D. quis ord. in bon. Sed non ſeſſionum dies numerabuntur: ſi modò ea ſit bonorum poſſeſſio, quæ de plano peti potuit. quid ſi ea quæ cauſſæ cognitionem pro tribunali deſiderat, vel quæ decretum expoſcit? Similiter in l. 1. §. 4. D. ad s. c. Turpil. & l. 18. in fin. D. de quæſt. & l. 9. §. 3. D. de offic. proconſ. Huc autem alludens Seneca lib. de Clement. 1. Hæc tamen, inquit, magnanimitas in bona fortuna latiorẽ locum habet, meliúſque in tribunali quàm in plano cognoſcitur. Sueto. de Tiberio: Siquidem reorum elabi gratia rumor eſſet, ſubitus aderat, iudicéſque aut è plano, aut è Quæſtoria tribunali legum, & religionis admonebat. Hinc illæ notæ, V.D.P.R.L.P. Vnde de plano rectè legi poſſit.

DEPORTATIO, exſilij ſpecies atrociſſima: cùm quis ita ciuitate ſua multabatur, vt vinctus neruo aut compedibus in nauim aliquam imponeretur, ſeruíſq; publicis vt eum in inſulam certam transferrent, traderetur. Teren. Phor.

Tant.ine affectum hominem quemquam eſſe audacia?
Nónne hoc publicitùs ſcelus hinc deportarier in ſolas terras.

Sic in l. 1. §. 2. de legat. 3.

DEPORTATI dicuntur quibus Princeps inſulas adnotauit. Vide plura in voce EXILIVM.

DEPORTATIO in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit, l. 2. §. 1. D. de pœn. l. 3. D. ad leg. de pec.

DEPONERE, pro demoliri & diruere. l. 3. §. ſed etſi, D. fin. regund. l. 2. §. ſi quis, D. ne quid in loc. pub. Hinc,

DEPOSITIO ædificij apud Vlpia. in l. metum, 9. Idem, D. quod met. cauſſ.

DEPOSITVM eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt: dictum ex eo, quòd ponitur. præpoſitio enim DE auget depoſitum : vt oſtendat totum fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet, l. 1. D. depoſiti.

DEPOSITVM eſt contractus quo res aliqua ea lege apud alterum deponitur, vt is dolum tantùm & nonnullã in ea ipſa reddenda culpã præſtare debeat.

DEPOSITVM in ſequeſtre propriè dicitur, quod à pluribus in ſolidum certa condicione cuſtodiendũ reddendúmque traditur, l. 6. D. depoſiti.

DEPRECIATVS, vilior factus, cuius precium imminutum eſt. Paullus l. 22. D. ad leg. Aquil. Sed & eius ratio haberi debet, quo cetera corpora depreciata ſunt.

DEPRIMERE vitem, dicitur qui eam in terram deductam defodit, vt anno inſequenti renouetur. Cato de re ruſt. cap. 32. Arbores facito vti bene maritæ ſint, vitéſque vti ſatis multæ adſerantur, & ſicubi opus erit, de arbore deiiciantur, & in terram depriman tur, & biennio pòſt præcidito veteres. Venuleius l. ſi vitem, 22. D quod vi aut clàm: Si Vitem meam ex fundo meo in fundum tuum depreſſeris, eáque in fundo tuo coaluerit, vtile eſt interdictum : Radices quæ in fundó meo ſint, tuas fieri, quia his acceſſiones ſint. Sic autem locum reſtitui, cuum omnibus in libris DEPREHENDERIS legatur.

DERECTARII, qui domos alienas furandi animo introeũnt. Vlpianus l. 7. de extraord. crimin. Item, Derectarij adpellantur, hoc eſt, hi qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi ſunt. Paullus libro Collect. 5. c. 4. Quoties quis pulſatur, vel cuius domus introitur ab iis qui vulgò Derectarij adpellantur. Vtitur & Vlp. in l. 1. D. de effractorib.

DERELICTÆ res ſiue pro derelicto dicuntur, quorum dominium poſſeſſionémque dominus ex animo ſuo abiecerit, l. 1. & l. 2. D. pro derelict. vbi Iulianus ait eas deſinere ſtatim eſſe domini, non fieri autem alterius niſi poſſeſſæ fuerint.

DESERERE accuſationem dicuntur, qui inſtitutam accuſationem non perſequuntur. Hinc,

DESER·

Desertores, qui ſ. c. Turpiliano libris quinque mulctantur, l.1.& paſſ. D. illo tit.

Derogare eſt propriè cuum quid ex lege vetere quo minus fiat, ſancitur lege noua. Derogare ergo detrahere eſt, ait Feſtus.

Derogatur legi, cuum pars detrahitur, ait Modeſtinus: abrogatur legi, cuum prorſus tollitur, l.102.D. de verbor.ſignif.

Deserta promiſſio, contemta, non obſeruata. Vlpian. l.4. §. 2. D. Si quis cautionibus. Quæſitum eſt an poſſit conueniri, ne vlla exceptio in promiſſione deſerta iudicio ſiſtendi cauſſa facta obiiciatur: & ait Atilicinus conuentionem iſtam non valere. Paullus in l.ſeq. Contemtam adpellat. Et ſenſus eſt: An valeat conuentio, ne ſi promiſſio facta cauſſa ſiſtendi iudicio, deſeratur, & negligatur, vlla exceptio excuſatióque adferatur. Alciatus autem in Parergis diserta emendat. ſanè quàm, vt ipſius vtar verbo, παρέργως. Doctoribus tamen iudicium relinquo.

Deserere vadimonium, dicitur, qui ſe ad vadimonium & cōdictum diem non ſiſtit. vide vas.

Desertor eſt, ait Modeſt. qui per prolixum tempus vagatus, reducitur, l.3. l.4. §.pen. & l.5. D. de re milit. vlt. C. ex quib. cau. ſet.

Desideria paſſim in libris noſtris, pro libellis, quibus quid à Principe, magiſtratúve poſtulatur ac deſideratur. Vulgùs Requeſtas vocat. Sueton. Auguſt. Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntiū deſideria excipiēs, vt quendam ioco corripuerit, quòd ſic ſibi libellum porrigeret, quaſi elephanto ſtipem. Sic in l.4. §. ingreſſus, l.9 §. obſeruare, D. de off. proconſ. l.3. de adpell. recept. l.3. C. de poſtul.

Designatores. Vlp. l.4. D. de his qui not. infa. Deſignatores autem quos Græci βραβευτὰς adpellant, artem ludicram non facere Celſus probat, quia miniſterium, non artem ludicram exerceant, & ſanè locus iſte hodie à principe non pro modico beneficio datur. Et hoc loco adparet, Deſignatores dictos fuiſſe Vlpiano, qui præmia victoribus decernerent: non qui quaſi viatores eſſent. Donatus in Adelp. Terentij: Deſignare, eſt rem nouā facere. Nam deſignatores dicti, qui ludis funebribus præſunt: credo, ob eam cauſſam quod ipſis ludis multa fiant noua, & ſpectāda. Sed videamus ne ex eo potius nomen inuenerint, quòd præmia Victoribus deſignēt, id eſt decernant, atque vt nunc loquimur adſignent: quæ poſtea ex Deſignatorum decreto eis perſoluantur. vnde & deſignati Conſules dicuntur, quibus decretus eſt Conſulatus. & locum ſepulcro pedes triginta deſignare dixit Cicero, pro eo quod dicimus Adſignare. Horatius: Deſignatorem decorat lictoribus atris.

Desistere dicitur, non qui diſtulit, ſed qui perſequendi inſtituti animum ac voluntatem abiecit, l.21. D. de minoribus, l.13. D. ad Turpill. l.6. §. ſi quis, D. de munerib. & hon. l.10. D. de iudic.

Diaconissæ à Iuſtiniano dicuntur Nouell. vi. quomod. op. epiſc. §. ἐπάγομεν: quæ annos circiter quinquaginta natæ, & aut virgines, aut vnius mariti coniugium expertæ baptiſmati & aliis ritibus operam nauabant.

Diæta, δίαιτα, παρὰ τὸ διαιτᾶν· id eſt, viuere. Locus in parte ædium ſuperiore, vbi cibus capitur: cœnaculū. Vlp. l.13. §.7. D. vſuf. Sed neque diætas trāſformare, vel cōiungere ei permittitur. ſic in l.1. §. hoc

A autem, D. ad Silan. l.32. D. de donat. Hinc,

Diætæ hypocauſtæ, quæ igne ſubiecto calefiunt, l.55. §.2. de legat.3.

Diæta, pro manſione in hortis, l.penult. §. vlt. D. de donat. int. vir. & vx. l.13. D. de vſur. l. ſenat. 45. §. 1. D. de lega. 1. Hinc,

Diætarii ſerui, qui in diætis ſeruiunt, l.12. §. idem, D. de inſtruct. fund.

Despondere & ſpondere hoc differunt, quòd
B puellæ pater eam ſpondere dicitur: adoleſcentis verò, eandem deſpondere. Terent. Andria.

-- hac forma impulſus Chremes
Vltrò ad me venit, vnicam gnatam ſuam,
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret:
Placuit, deſpondi.

Item Adelphis,

Mitio, Quin iam virginem.
Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiæ.

Vbi Donatus Deſpondet puellam qui petit: ſpondet,
C à quo petitur. Rectè ergo ſocer futurus, Deſpondi, dixit. Similiter Cicero lib. De Orat.1. Cùm Ædilitatem P. Craſſus peteret, cúmque maior natu, & iam Conſularis Sergius Galba adſectaretur, quòd Craſſi filiam C. filio ſuo deſpondiſſet. Hinc Sponſalia. Florentinus ita definit in l.1. de ſponſ. Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio nuptiarum futurarum. Significat autem puellæ patrem ſpondere ſe daturum, adoleſcentis verò, ſe accepturum. Et ſic vſurpatur à Marciano in l.7. D. de adult. & l. miles, 11. §. 7. D. eod.

D Destinare pro definire. Marcellus l.94. de verb. oblig. Alioquin ſi cum deſtinare genus & modum vellet, non fecit: nihil ſtipulatus videtur.

Destitui teſtamentum dicitur, cùm heres ex eo nullus exſiſtit. l. in quantitate, 73. D. ad leg. Falcid. §.3. Inſtit. eod. quia non adita ex teſtamento hereditate; nihil in teſtamento relictum valet. l. eam quam, C. de teſtam.

Desultores dicebantur qui in ſacris certaminibus binos agentes equos, altero relicto in alte-
E rum facile deſiliebant. Vlp. l.20. D. de præſcript. verb. Si tibi equos venales experiendos dedero, vt ſi in triduo diſplicuiſſent, redderes, túque deſultor in his cucurreris, & viceris, &c.

Detestari, eſt abſenti denunciare: inquit Paullus in l.39. § 2. D. de verbor. ſignificat.

Detestatio, inquit Vlp. eſt denunciatio facta cum teſtatione, l.40. D. de verb. ſignific.

Detestatum, eſt teſtatione denunciatum: ait Caius in l.238. §.1. D. de verb. ſignificat.

F Detrimentum, inquit Varro, à detritu, quòd ea quæ trita, minoris precij. ab eadem mente Intertrimētū, ab eo quòd duo quæ inter ſe trita, & deminuta.

Detrectare, pro declinare, deuitare, ſubterfugere. Vlp. l. hos accuſare, D. de accuſat. Eum qui Reip. cauſſa abfuerit, dum non detrectandi leges cauſſa abeſt. vbi corruptè legitur retractandi. Item in l. inuiti, D. de teſtib. Qui non detrectandi teſtimonij cauſſa abierit. Item in cap. vii. legis Iuliæ de adult. Ne quis inter reos referat eum, qui tum ſine detrecta-
G tione, Reip. cauſſa abeſt. quod mox interpretatur, vitandi criminis cauſſa. veluti, cùm olim liberæ legationes ſuſcipiebantur. Cic. Verr. ii. Quoniam criminum vim ſubterfugere non poterat, procellam temporis deuitauit. Et de Off. ii. Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluit.

Diacopi, παρὰ τὸ διακόπτειν, inciſa, ſiue inciſia, id eſt aditus in aggeribus Nili patefacti, per quos in ar-

ua influere aqua poſſit. Vlp.l.penult.D.de.extr. crim. Commata etiam & Diacopi, qui in aggeribus fiunt.

Diarivm, quotidianus victus. Vlp.l. 21.D. de ſupel.leg. Diariis, inquit, vel cibariis relictis, neque habitationem, neque veſtiarium deberi palàm eſt.

Diatretvs calix, διάτρητος cælatus, tornatilis, ἀπὸ τȣ̃ διατρέω, Vlp.l.ſi ſeruus, 27.§.18. D. ad leg. Aquil. Si calicem diatretum faciendum dediſti, ſi quidem imperitia fregit, &c.

Diatretarivs cælator, qui tornata opera facit. eius mētio fit in l.1. de excuſat.artific.lib. Cod. 10. Alij accipiunt eos, qui ex margaritis & gemmis calices perforant. Cuiuſmodi illud fuit quod iam ex Verrina VI. commemini: Erat, inquit, vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla excauata cum manumbrio aureo.

Dica, δίκη, lis, actio. Terent. in Phormion. *En vnquam iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam? Et tibi ſcribam dicam.* Cicero Verrina 4. Scribitur Heraclio dica. Sed paulo pòſt identidem δικὰς dixit καταχρηστικῶς, pro δικάστας. vt, Interea dies aduenit, quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat: paratus ad hanc dicam ſortiendam venerat. Item: Id ei poſtera die venit in mentem, è lege Rupilia ſortiri dicas oportere. educit ex vrna tres, iis vt abſentem Heraclium condemnent, imperat.

Dicere de inofficioſo, pro inofficioſum teſtamentum dicere. Scæuola l.20. D. de inoff. teſt. Qui de inofficioſo vult dicere, licet negetur filius, &c. vide Inofficioſum teſtamentum dicere.

Dicere doti & promittere dotem, differunt. Dicere, eſt certis ac ſollemnibus verbis ſine ſtipulatione polliceri: Promittere verò, cum ſtipulatione Vide Vlp.tit. Reg. VI. & Caium Inſtitut. 2. cap.9. Hinc Dictio dotis à promiſſione ac ſtipulatione diſtinguitur in l.3. C. TH. de inceſt.nupt. & l.vlt. C. Theod.de dotib.

Dicere legem, eſt condicionem in contractu adponere. Nam lex contractus adpellatur pactum in principali negocio adpoſitum. Vlp. in l. quo tutela 73. de reg. iur. Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alij cauere poteſt. Sic in l. legem, C.de pact. l.1.C.de pact. conuent.

Dicere multam, pro imponere, l.131.D.de verb. ſignif.l.2.§.vlt.D.de iudic.vide Multam dicere.

Dicere vindicias, pro Dare, vel addicere, in l. 2. §.initium, D. de orig. iur. Liuius lib. III. Inuidiæ proximus, quòd in vrbe fuerat, cùm iniuſtæ vindiciæ dicerentur.

Dicere ſententiam exiſtimatur arbiter, qui ea mente quid pronunciat, vt ſecundum id diſcedere eos à tota controuerſia velit, l. 19. §.1.D. de recept. qui arbit.

Dicis cauſſa, Varro antiquam eſſe locutionem ſcribit, & eadem ab origine deductam vt verbum Dico: indidémque illud vetus manaſſe, In manipulis caſtrenſibus dicibus. Quod ſi ita eſt, coniecturam facere licebit dicis caſum eſſe à recto dex declinatum, vt ſit Dex, Dicis, ex Dico: item vt Iudex iudicis, à iudico, & Index indicis, ab indico: Lex legis, à lego: Dux ducis, à Duco. Nam ſi iuncto verbo Iudex, auctore Varrone, dicitur qui ius dicit, veriſimile eſt voce ſimplici ſimiliter eum qui dicit, Dicē adpellatū. Præterea idē Varro lib. De analog. 3. docet ex numero multitudinis vocem ſingularē cognoſci poſſe. Videmus enim, inquit, ex his verbis Trabes,

A duces: de extrema ſyllaba E literam excluſam: & ideo in ſingulari factum eſſe Trabs, Dux. Quare ſi Manipuli caſtrenſes Dices quidam adpellantur, perſpicuum eſt, opinor, vel Dix in ſingulari fuiſſe: vel (quod veriſimilius videtur) Dex, item vt Iudex & Index. Hæc de vocis origine, quam ego Varronis auctoritate victus, Latinam quàm Græcam eſſe malo: tametſi olim aliter ſenſerim. Nunc de locutionis ſententia, quæ ſanè coniecturam noſtram adiuuat. Omnes e-

B nim vno ore conſentiunt, Dicis cauſſa id fieri quod alia nulla de cauſſa fit, niſi vt factum eſſe dicatur: vt cuum ſcribit Caius in l.4. D. Commod. Sæpe enim ad hoc commodatur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant. veluti in nexis ac mancipiis, cuum ære libram percutiebat Manceps, idque æs dabat ei à quo mancipium accipiebat quaſi precij loco, inquit Caius: numus ille dicis tantùm cauſſa tradebatur, cuum alibi pecunia numeraretur. itémque in omnibus adumbratis ſiue imaginariis contractib.

C quibus vno numo emtio perficiebatur. numus enim aliam nullam ob cauſſam tradebatur, niſi vt qui ei contractui quaſi teſtis ac ſpectator intereſſet, dicere ac teſtari poſſet pecuniam fuiſſe traditam. Sic cuum Vlpianus ſcribit in l.1.D.ad S.C. Syll. Excuſantur ſerui qui auxilium tulerunt ſine dolo malo. nam ſi finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commētum illi proderit: cuum, inquam, ſic ſcribit Vlpianus, hoc ſignificat, Si non animo domini defendendi, ſed tantùm propter Dicem, id eſt,

D propter eum qui aderat ac dicere poterat ſeruum conatum eſſe ſuum dominum defendere: hæc ſimulatio nihil illi proderit. vtuntur Cicero Verrina VI. & Plin. lib. 22. Sic interdum legis cauſſa fieri aliquid dicebatur: vt apud Martial. ad Quinctum:

Quæ legis cauſſa nupſit tibi Lælia: Quincte:
Vxorem potes hanc dicere legitimam.

Dictare actionē ſiue iudicium, locutio eſt Iuriſconſultis familiaris, quæ vſurpatur in l.13.§.1.D.iudic. ſol. leg. 3. §.1.de minorib.l. vlt. pro dote, l. 22.§.4.de

E nox. act. l. 112. de verb.oblig. Quid autem ea ſignificetur, patet ex Vlpiani verbis quæ ſubiiciam ex l.1. D.de edendo. Qua quiſque actione agere volet, eam edere debet, vt proinde ſciat reus vtrum cedere, an contendere vltrà debeat. Edere eſt etiam deſcribendi copiam facere, vel in libello complecti, & dare vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album, & demonſtrat quod dictaturus eſt, vel id dicendo quo vti velit.

Dictio dotis, vide Dicere dotem.

F Dictio teſtimonij, pro Ius dicendi teſtimonij vt Factio teſtamenti, quod ſuo loco declaratum eſt Terent. Phormione:

Seruum hominem cauſſam orare leges non ſinunt,
Neque teſtimonij dictio eſt.

Dictvm à promiſſo ſic diſcernitur. Dictum accipimus quod verbotenus pronunciatum eſt, nudóque ſermone finitur: Promiſſum autem poteſt referri & ad nudam promiſſionem ſiue pollicitationem, vel ad ſponſum, l.19.§.1.D.de Ædil.edict.

G Die annua, bima, trima: vide annva.

Dies partim naturalis eſt, partim ciuilis. naturalis, eſt tempus ab exoriente ſole ad ſolis occaſum: cuius contrarium tempus, eſt nox, ab occaſu ſolis ad ortum. Ciuilis autem dies vocatur, tempus quod fit vno cæli circumactu, quo dies verus & nox continetur: vt cùm dicimus aliquem dies triginta tantùm vixiſſe. relinquitur enim etiam noctes intelligi. Huiuſmodi

A iuſmodi dic Romani à media nocte ad mediã nocte eſſe exiſtimarunt. indicio ſunt ſacra publica, & auſpicia etiam magiſtratuum: quorum ſi quid ante medium noctis eſt actum, diei qui præteriit adſcribitur: ſi quid autem poſt mediam noctem, & ante lucem factum eſt, eo die geſtum dicitur, qui eam ſequitur noctem. In his horis quattuor & viginti qui naſcuntur, eundem diem habent natalem. In horas duodecim diuiſum eſſe diem noctémq; in totidem, vulgò notum eſt. ſed hoc credo Romæ poſt reperta B ſolaria obſeruatũ. Hæc Cẽſorinus de die nat. libr. 19.

Dies more Romano à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. Itaque quidquid in his vigintiquattuor horis, id eſt duab' dimidiatis noctibus & luce media actum eſt, perinde eſt, quaſi quauis hora lucis actum eſſet. hæc Paullus l. 8. D. de feriis. Hinc cuum horis duodenis tũ dies tum noctes conſtarẽt, facilè intelligitur quid ſit, quòd Vlpianus ait diem ſupremum anni viceſimi, pridie Kal. natalis diei poſt horã noctis ſextã agi. l. 5. D. qui teſt. fac. poſſ. C l. 1. D. de manum. l. 6. & 7. D. de vſurp. & vſucap.

Dies, aut feſti ſunt, aut profeſti, aut interciſi. Feſti diis dicati ſunt, Profeſti hominibus, ob adminiſtrandam rem priuatam publicámque conceſſi: Interciſi deorum hominúmque communes ſunt. Feſtis inſunt ſacrificia, epulæ, ludi, feriæ: Profeſtis, faſti, comitiales, comperendini, ſtati, præliares. Interciſi, in ſe, non in alia diuiduntur. illorum enim dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt ius dicere. Faſti dies ſunt, quibus licet fari Prętori tria verba. D Do, dico, addico. His cõtrarij ſunt Nefaſti. Comitiales ſunt quibus cum populo agi licet. & faſtis quidem lege agi poteſt: cum populo, non poteſt: comitialibus vtrumque poteſt. Comperendini, quibus vadimoniũ licet dicere: Stati, qui iudicij cauſſa cum peregrino inſtituuntur. Macrobius libr. Sat. 1. cap. 15.

Dies alij Continui adpellantur, alij Vtiles. Vtiles dicuntur, qui faſti olim dicebãtur: hoc eſt, quibus experiendi iuris poteſtas eſt. l. 1. D. de diuerſ. tempo. præſcript. l. miles, §. quædã, D. de adult. l. iure, C. eod. E continui verò ſunt συνεχεῖς καὶ διηνεκεῖς: hoc eſt non interrupti, ſed connexi, cohærentes: tam vtiles, quàm (vt ita loquar) inutiles. l. 2. D. de colluſ. deteg. l. 24. D. ad Velleiã. l. 31. D. de adult. l. 8. D. de his qui not. infam. l. 38. D. de excuſat. tut.

Dies alia certa, alia incerta. Certa eſt, cuius tẽpus certum ac definitum eſt: veluti Kalendis Auguſti, aut Iulij. Incerta autem (quemadmodum ſcribit Paullus in l. ſi dies, D. quand. dies leg.) cuius tempus F incertũ eſt. veluti, cùm pubes erit, cùm in familia ſua nupſerit, cùm magiſtratum inierit. Sic in l. 1. D. de cond. & demonſt. l. talis, 30. D. de legat. primo, l. dies, 75. D. de cond. & demonſt. vnde intelligimus Diem incertum condicionis vim obtinere.

Diffisvs dies dici putatur idem qui prolatus, in l. 27. & l. 33. D. de recept. qui arb. id eſt, cuum negocium quod certa die confici debuit, in diem alterum reiicitur. Vlp. l. 2. §. 2. D. Si quis cautionib. Lex XII. Tab. ſi iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo G ſontico impediatur, iubet diem iudicij eſſe diffiſum. Sic enim legitur in Pand. Flor. Budæus Diffuſum legendum putat: itẽ vt apud Agellium lib. 14. cap. 2. & Liuium libr. 9. legitur. A quo equidem non abhorreo: cuum diffundi alium in diem negocium dici poſſit, item vt vinum, quod ex dolio in aliud vas transfunditur.

Diffvsa, diuerſis diſiunctiſque in locis ſita. Paullus l. decreto, 24. D. de adminiſt. tut. Quotiẽſque vel diffuſa negocia ſunt, aut dignitas, vel ætas, aut valetudo tutoris id poſtulet. Imp. l. teſtamento, 11. Cod. de excuſat. tut. Sed propter latè diffuſum patrimonium, an tibi adiungi aliquos curatores oporteat. Item l. 3. Cod. In quibus cauſſ. tut. hab. Propter latè diffuſum, id eſt, in diuerſis locis conſtitutum patrimonium adiungi aliquos curatores, &c.

Diffvsvm vinum, vide infrà Vinum diffuſum.

Digitvs, eſt pars minima agreſtium menſurarum: inde vncia habet digitos tres: vt eſt in lib. var. auct. De limitibus. Paullus l. 37. D. de ſeruit. ruſtic. Δίδωμι καὶ χαρίζομαί σοι δακτύλιον ὕδατος: Do concedóque tibi digitum aquæ: id eſt, tubulum qui digitum vnum ſit latus.

Dignitatvm genera quattuor poſtremorum Imperatorum ætas fecit. Alij namque Perfectiſſimi, Clariſſimi alij, ſuperiores Spectabiles, ſupremi Illuſtres adpellabantur. Perfectiſſimatus dignitas prima erat, ad quam cuiuis niſi qui ſordida condicione eſſet, aditus patebat: vt ex lib. Cod. XII. tit. 33. intelligitur. Clariſſimatus autem dignitatem inferiorem ſpectabilitate fuiſſe Theodoſius l. 5. de prox. ſacror. lib. C. 10. demonſtrat: Ii quoque in quos hanc clariſſimatus conferimus dignitatem, cum ſpectabilibus etiam habere ſeſe reuerentiam recognoſcant. Itaque Clariſſimi à Spectabilibus diſtinguuntur, l. vn. C. de annon. & cap. Item vt ab Illuſtribus in l. 1. C. vbi Senat. vel clariſſimi. Quicumque non illuſtri, inquit Conſtantinus, ſed clariſſima tantùm dignitate præditus, &c. itémque Nouella Conſt. LXXI. Spectabiles porrò Magiſtratus erãt, vt Proconſules, Auguſtales, Comites Orientis, ſicuti conſtat ex l. 32. C. de adpell. & Nouell. Conſt. VII. & XX. extremis. Illuſtribus autem eos inferiores fuiſſe, Imperatores d. l. 32. demonſtrant: vbi adpellari à Spectabilium ſententiis ad illuſtres perſonas iubent. quod idem ex l. 36. eiuſd. tit. cognoſcitur. Hac Illuſtris nota maior nulla eſt. Nam etſi Conſules & Patricij ſuperiores eſſent illuſtribus, nulla tamen iis nota dignitatis adtribui ſolebat. Itaque Iuſtinianus eos hoc modo ſignificat, Qui ſuprà illuſtres ſunt: vti conſtat ex l. 26. C. de vſur. & l. 36. C. de adpellat. & §. 9. de iniur. Illuſtres autem eos fuiſſe qui ſententiæ in ſenatu dicendæ ius haberent, in l. vlt. D. de ſenat. non Vlpianus, meo iudicio, ſed Tribonianus tradit: quod alibi quoque diximus. Hos verò poſtremorum Impp. ætate fuiſſe dignitatum gradus, qui antea non erant, vel hinc licet intelligatur, quod ait Vlpian. in l. 8. de ſenat. fœminarum tantiſper dici clariſſimam, dum ſenatori vel clariſſimo nupta eſt. Sed & Lampridius in Seuero: Præfectis prætorio ſuis, inquit, ſenatoriam addidit dignitatem, vt viri clariſſimi & eſſent, & dicerentur: quod antea vel rarò fuerat, vel omnino non fuerat. Vlpian. l. 100. de ver. ſignif. Specioſas perſonas accipere debemus clariſſimas perſonas vtriuſque ſexus, item eorum qui ornamentis ſenatoriis vtuntur. Ex quibus verbis clariſſimos & ſpecioſos ſiue ſpectabiles eoſdem Vlpiani tempore dici conſueſſe, nemo non videt.

Dilapidare, diſperdere, decoquere, opinor, à Lapide in quo præcones qui auctione vendebant, ſtabant. Vnde prouerbium apud Ciceronem, De lapide emtus. Vlpianus l. 11. §. 5. D. de minoribus Minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit: melior eſt cauſſa eius qui accepit, & vel dilapidauit, vel perdidit. Item l. 25. §. 8. D. de pet. hered.

Diligentia, eſt quæ culpæ è regione reſpon-

det, l. ſi cùm, 68. D. de cont. emt. Ea autem triplex eſt Infima, mediocris & ſumma. Infimæ reſpondet è regione culpa lata: mediocri, culpa leuis: ſummæ, culpa leuiſſima, vide CVLPA.

DIMISSORIÆ literæ dicuntur, ait Modeſt. quæ vulgò Apoſtoli dicuntur. Dimiſſoriæ autem dictæ, quòd cauſſa ad eum qui adpellatus eſt dimittitur. l. 106. D. de verb. ſignif. l. vn. D. de lib. dimiſſ.

DIMITTERE creditorem, ſatisfacere, ſit vt amplius moleſtus non ſit. Vlpian. l. ait Prætor, 10. D. quæ fraud. cred. Ceterùm ſi creditores dimiſit, & alios ſortitus eſt: ſiquidē dimiſſis prioribus quos fraudare voluit. Item in l. quæris, 28. D. de pact. dotal. l. 1. de diſtr. pign. l. 16 D. qui pot. iu pign. l. 3. in fin. D. de ſeparat.

DIMITTERE debitorem, iudicio abſoluere. Vlpian. l. 4. D. de decret. ab ord. fac. Ambitioſa decreta decurionum reſcindi debent, ſiue aliquem debitorem dimiſerint, ſiue largiti ſunt.

DINVS Muxellanus Iuriſconſultus nobilis, Bononiæ Ius ciuile profeſſus eſt circiter annum M. CCC. Commentarios in eam diſciplinam complures ſcripſit, in quibus doctrinæ puritatem cum primis ſecutus traditur.

DIPLOMA, παρὰ τὸ διπλοῦσθαι, id eſt, duplicari: literæ magiſtratuum, quibus alicunde exeundi poteſtas datur. Modeſt. l. 27. §. 2. D. ad leg. Cornel. de falſ. Qui ſe pro milite geſſit, vel illicitis inſignibus vſus eſt, vel falſo diplomate vias cōmeauit, pro admiſſi qualitate grauiſſimè puniendus eſt. Cicero ad Atticum libro decimo: De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitij inſimularem. Ego autem, quia ſcripſeras te proficiſci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) eo te habere cenſebam, & quia pueris diploma ſumſeras: id eſt literas à Magiſtratu aliquo, quibus tibi ac pueris M. & Q. Ciceronū filiis ex Italia diſcedendi poteſtas daretur.

DIPLOMA præterea ſumitur pro literis quæ à Principe impetratæ ſunt, vt æquis publicis diſpoſitis vti liceat. Priuatis enim abſque principis diplomate curſus publicus olim non permittebant, l. nullis, C. de curſ. public. cuius moris meminit Plinius libro decimo Epiſt. ad Traianum, cum pleriſque aliis. Venuleius l. 137. §. 2. D. de verbor. obligat. Vt qui Epheſi daturū ſe ſpoponderit, neque diplomate diebus ac noctibus, & omni tempeſtate contemta iter continuari cogatur. Et paulo pòſt: Quòd ſi diplomate vſus, aut felici nauigatione, maturius quàm quiſque peruenerit Epheſum, id eſt, dupla, ſiue altera tanta celeritate vulgò vtuntur. Vbique tamen DVPLOMATE viciosè legitur. eſt enim originis Græcæ, à verbo διπλόω, vt antè dixi. Plautus Syngraphū adpellat. nā in Capteiueis Ægio ſic loquitur:

Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi:
Eadem opera à Pratore ſumas ſyngraphum.
TYTID. *Quem ſyngraphum?*
ÆGIO. *Quem hic ferat ſecum ad legionem,*
hinc ire huic vt liceat domum.

DIOECETES, διοικητὴς moderator, gubernator. Vnde Diœcetæ ergaſticorum, meo iudicio, dicuntur in l. 5. C. de Epiſc. aud. qui operariis præſunt, iiſq; mercedem perſoluunt. Vide, Archigerontes.

DIRECTA in iure dicuntur, quæ ſimplicia ſunt, atque ita per ſe conſtant, vt aliunde non adiuuentur. Hinc,

DIRECTA in teſtamentis dicuntur, quæ rectà à teſtatore in eum quo de agitur, nulla alterius opera interpoſita, &, vt vulgus loquitur, immediatè tranſeunt. veluti, ſi quis dicat, Dauus liber eſto: poſt eius mortem Dauus vi ſolius teſtamenti & ſine cuiuſquā alterius opera libertatem obtinebit, & mortui libertus habebitur. At ſi ita dicat, Rogo te heres, vt Dauo libertatem impertias, quia Dauus heredis opera in libertate conſequenda indiget, idcirco non directò, ſed per obliquum à teſtatore libertatem accepiſſe dicetur: & libertus non mortui, ſed heredis habebitur. Hinc,

DIRECTA illa libertas dicitur, quippe quæ à teſtatore ipſo datur, non autem per obliquam fideicommiſſi viam, & quaſi per anfractū. Libertas enim fideicommiſſaria deflexiſſe videtur à teſtatore ad legatarium, & à legatario in libertum. Imp. §. 3. de ſing. reb. per fid. Directa, inquit, libertas tunc dari videtur, cuum non ab alio ſeruum manumitti rogât, ſed velut ex ſuo teſtamento libertatem ei competere vult. Sic in l. 1. §. in quibus, D. ſi cui plus quàm. l. 2. §. 1. D. de iur. codicill. l. 12. D. ſi quis omiſſ. l. vn. C. de leg. Fuſ. Canin. Hinc,

DIRECTA inſtitutio, & Precaria opponuntur in l. quærebatur. 19. D. de teſt. milit. item:

DIRECTÒ & per fideicommiſſum, l. libertates, 16. D. de fideic. liber. Hinc actionum aliæ

DIRECTÆ adpellantur, quarum ſcilicet formulam is qui agit directò ac ſimpliciter ex verbis legis vſurpare poteſt: aliæ vtiles, quæ non ex ſimplicibus verbis legis, ſed ex æquo & bono vtilitatis cauſſa contra iuris ſummi ſeueritatem conceduntur. l. qua actione, 7. §. 3. & l. item ſi, 9. §. 1. & 2. D. ad leg. Aquil. §. ceterùm, 9. Inſtit. eod. tit. l. actionis, 37. D. de oblig. & act. l. actio, 47. D. de neg. geſt. Hinc,

DIRECTÆ actiones contrariis opponuntur: de quibus diximus ſub voce ACTIO directa.

DIRECTA & obliqua concio ſiue oratio dicitur apud Iuſtia. lib. 38. Quam orationem obliquam Pompeius Trogus expoſuit: quoniam in Liuio & Salluſtio reprehendit, quod conciones directas pro ſua oratione operi ſuo inſerendo hiſtoriæ modum exceſſerint.

DIRECTARII, vide Derectarij.

DISCEPTATOR, qui iudicis arbitríve munere fungitur. Vlpianus l. 3. §. 1. D. de arbitr. Quoniam nō deberent decipi, qui eum quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt. Cicero ad Sulpicium lib 13. epiſt. 27. Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquā controuerſiam vocarentur, te arbitro: &, quod commodo tuo fieri poſſet, te diſceptatore vterētur. Hinc Diſceptatio pro cognitione & iudicio. Vlpianus l. cum hi, 8. §. Si cui, 16. D. de tranſact. Hæc omnia habent diſceptationem Prætoris, & pro vtilitate alimentarij recipienda ſunt.

DISCIDIVM, diſſidium, diuortium. Paullus l. non à patre, 8. D. de captiuis, l. 11. §. vlt. D. de adulter.

DISCVSSORES ſub rub. C. de diſcuſſoribus dicuntur, qui in prouinciis fiſcalibus rationibus ſubducendis præfecti ſunt, earúmque confectionem ſuo periculo præſtant. quantum enim illis deeſt, tantum de ſuo præſtare coguntur. l. 1. C. illo tit. Eorum mentio fit in l. pen. C. quor. adpell. non recip.

DISERTIONES, ait Feſtus, ſunt diuiſiones patrimoniorum inter conſortes.

DISIVNCTI dicuntur quibus ſeparatim res eadem legata eſt. Vel ſic:

DISIVNCTIM legatum dicitur iis, quorum ſinguli ſingulis enunciationibus ad rē eādē vocātur.

l. vn. C.

l. vn. C.de cad.toll. l.1. §. interdum, D.de iur.adcreſ. veluti, Titio Dauum do lego: Mæuio Dauum do lego.§.ſi eadem, 8. Inſt.de legat. l. triplici, 142. D.de verb.ſignif.l.re coniunctì,89 D.de leg.tertio.vbi Re coniunctio hæc vocatur. Nam qui re coniungit, verborum quidem & linguæ ſono diſiungit: mente verò atque intelligentia coniungit. quoniam vnius eiuſdémque rei communionem inter illos inducit.

DISIVNCTIVVM eſt, veluti cùm dicimus, Aut dies eſt, aut nox eſt: quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: item ſublato altero, neceſſe eſt tolli alterum, l.hæc verba,124 D.de verb.ſignif. Hinc,

DISIVNCTIVO modo, vel Diſiunctim legari dicútur, quæ ſub alternatione legantur, l.cùm illud, 25.D.quando dies legat.l ſub diuerſis,51.l.cùm pupillus,78.& de cond.& demonſt.

DISIVNCTA autem pro coniunctis interdum accipi, docet Paullus in l. ſæpe, 53. D. de verb.ſign.

DISPENDIVM, inquit Varro, dicitur, ideo quòd in diſpendendo ſolet minus fieri.

DISPENSATOR, ab ære impendendo. Idem: Feſtus autem ſic,

DISPENSATORES dicti qui æs penſantes expendebant, non adnumerabant. Hinc deducuntur expenſa, ſiue diſpenſata, vel compenſata.

DISPENSATOR, idem qui actor, ſeruus qui domini rationes adminiſtrat, pecuniámque diſpenſat. vt Eros Ciceronis diſpenſator in lib.ad Attic.xv. Mecianus l.35. D.de fideicom. lib. Heredi & legatario remittendam interdum proprij ſerui manumittendi neceſſitatem, ſi vel vſus tam neceſſarius eſſet, vt eo carere non expediret: veluti diſpenſatoris, pedagogíve liberorum. Imp. § 5. Mandati: *Si debitores manumiſſo diſpenſatore Titij per ignorantiam liberto ſoluerint, liberati eos.* Vbi Theophilus: Diſpenſator, ait, eſt ſeruus, qui fœnori dare conſueuit pecuniam domini. Paullus l.51. D. de ſolut. Diſpenſatori qui ignorante debitore remotus eſt ab actu, rectè ſoluitur. Iulianus l.12. D. de inſtit. Et ideo vtilis inſtitutoria aduerſus me tibi competet. mihi verò aduerſus te, vel de peculio diſpenſatoris, ſi ex conducto agere velim: vel de peculio vicarij, quòd ei mercem vendendam mandauerim. Caius l. vlt.§.3. D.de verbor. obligat. Poteſt contingere, vt tam ſtipulator quàm promiſſor ante aliquod tempus ſuo quiſque diſpenſatori notum fecerit, in eum diem futuram ſtipulationem, ac demandaſſet promiſſor quidem ſuo diſpenſatori, vt daret: ſtipulator autem ſuo, vt acciperet. Paulius l. 51. D. de ſolut. Diſpenſatori qui ignorante debitore remotus eſt ab actu, rectè ſoluitur. Is quas crediderat pecunias exigere ſolebat, vt patet ex l. 62. eod.

DISPVNGERE inſtrumenta, inquit Vlpianus, eſt conferre accepta & data, l.56. D. de verb. ſignif. Sic.in l.6. §.vlt.D.de ſtatulib. Seneca libr. de Benef. IIII. Apud me iſtæ acceptorum expenſorúmque rationes diſpungentur.

DISSIPARE ædificium, diruere, l.3.§.pen.D. de incend.ruin.

DISTRAHERE, pro vendere. Vlpianus l.3. D. de cont.emt. Si res ita diſtracta ſit, vt ſi diſplicuiſſet, inemta eſſet, conſtat non eſſe ſub condicione diſtractam. Origo vocabuli ex auctionibus nata eſt, in quibus res propriè diuendi & diſtrahi dicuntur, quia non vni addicútur, ſed pluribus varia in loca res emtas adſportantibus.

DISTRAHERE rationes, lex XII. tab. dixiſſe, pro ſubtrahere, interuertere: in actione. Rationib. diſtrahẽdis, aduerſus eú qui in tutela gerenda quædã interuertit. l. tres tutores, 55. D.de admin.tut. Cicero Phil. v. excluſit illum à Rep. diſtraxit, ſegregauit.

DISTRICTE, prorſus, omnino. Et diſtrictè, pro Et profectò ita eſt, vt: Et certè ſic ſe res habet, vt Vlp.l. 7.§.5. D.de minorib. Et diſtrictè probandum eſt in rebus quæ fortuitis caſibus ſubiectæ ſunt, non eſſe minori aduerſus emtorem ſuccurrendum.

DISTRICTE, præciſè, præfractè, reſtrictè, religioſè. Vlpian. l. 13. D.de procur. Hæc neque paſſim admittenda ſunt, neque diſtrictè deneganda. Vlpian.l.15.de recept. qui arb. Licet autem Prætor diſtrictè edicat ſententiam, ſe arbitrum dicere coacturum.

DISTRICTIO, difficultas, anxietas, impedita ratio. Paullus l.16. D.de recept.qui arb. Quod ſine vlla diſtractione ipſius interdum futurum eſt.

DIVERSORIVM Accurſius in l.3 D. In quibus cauſſ.pignor. rectè ſic interpretatur, Statio in qua diuerſi generis merces adferuntur. Aliis locis Diuerſorium eſt mercenarium hoſpitium, quò ex itinere aliquantiſper commorandi cauſſa diuertimus. vnde illud Cic. in Caton. Ex iſta vita ſic diſcedo tamquam ex hoſpitio: non tamquam ex domo. commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. Et lib. Famil. VI. Nam & villa & amœnitas illa commorationis eſt, non diuerſorij.

DIVIDERE ſententiam. Vide in Adpendice cap. de Senatu & S.C.

DIVINATIO eſt iudicium, quo duo pluréſve, qui ſe præponi in accuſando volunt, de accuſatione ſibi deferenda contendunt. ex eo autem deductum nomen putamus, quòd cuum in hoc iudicio iudices non de præterito, ſed de futuro ſtatuant, vter ſit rectius accuſaturus (quod totum opinabile eſt, coniecturáque nititur) diuinare dicantur, eorúmque iudicium opinabilis diuinatio. Vlpianus leg.15.D.de accuſat. Si plures exſiſtant, qui eundem in publicis iudiciis accuſare volunt, iudex eligere debet eum qui accuſet, cauſſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel de dignitate, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſſa. Hoc in publicis iudiciis. In popularibus autem Prætor eligebat idoneiorem: inquit Paullus in l.2 D.de popul. act. Vide Fab. lib. 3. capite 10. & lib. 7. cap.4. Agellium lib.2.cap.4.

DIVORTIVM, inquit Modeſtinus, inter virum & vxorem fieri dicitur: repudium verò ſponſæ remitti videtur. quod & in vxoris perſonam non abſurdè cadit. l.101.§.1.D.de verb.ſig.

DIVORTIVM, vel à diuerſitate mentium dictum eſt: vel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium. l.2.D.de diuort.

DIVORTIVM, inquit Paullus, & Repudium hoc differunt. quòd repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non rectè autem ſponſa diuortiſſe dicitur. quòd Diuortium ex eo dictum eſt, quòd in diuerſas partes eunt, qui diſcedunt, l.191.D.de verb.ſign.

DIXI. Moris fuit, inquit Aſconius, cuum ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hãc ſibi neceſſitatem finiendæ orationis imponere, vt dicerent ad vltimũ, Dixi: quod etiam ab vtraque parte oratione conſumta, vt in conſilium dimitterentur, Prætor ſoleret pronunciare Dixerunt. Hæc ille. Vbi tamen PRÆCO corrigendum eſſe docui, in Notis in Aſcon. quam meam ſententiam Fabius adiuuat, libro vndecimo: Iudex in priuatis, Præco in publicis dicere

de cauſſa iubet. Nam vt initiò pronunciabat Dicite, ſic in extremo Dixerunt. Eam autem correctionem meã vide non neminẽ qui ſuũ in librum tranſtulerit.

Do,dico,addico:verba ſunt,quibꝰ vniuerſa Prætoris Iuriſdictio cõtinebatur: de quibꝰ Ouid. li.Faſt.II.

Ille nefaſtus erit,per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit per quem,lege licebit agi.

Dabat enim iudices, Recuperatores,arbitros:dabat iudicia,actiones,exceptiones: dabat poſſeſſionẽ.Dicebat ius,dicebat multam,dicebat viã in vindiciarũ litibus: Addicebat in ceſſionibus , in bonis controuerſis, in vindiciis.Itaque in legibus antiquis finium regundorum apud Higynum ita legitur: Déque ea re curatoris qui hac lege erit, iuriſdictio, recuperatorúmque datio addictio eſto. Si curator hac lege non erit, tunc quicumque magiſtratus in ea colonia iuridicundo præerit, de ea re iuriſdictio, iudiciſque datio addictio eſto. Cicero Verrina III. Domus erat plena.noua iura,noua decreta, noua iudicia petebantur. mihi det poſſeſſionem, mihi ne adimat,in me iudicium ne det, mihi bona addicat. Item: Simul in iure dicendo bonorum poſſeſſionúmque contra omnium inſtituta addictio & condonatio. Varro libro De lingua V. Dies faſti, per quos Prætoribus omnia verba ſine piaculo licet fari: contrarij horum nefaſti:per quos dies, nefas fari Prætorem: Do, dico,addico. Itaque non poteſt agi. neceſſe eſt enim aliquo eorum vti verbo,cùm lege quid peragitur.

Dolo, eſt aut flagellum, intra cuius virgam latet pugio: aut,ſecundum Varronem, ingens contus cum ferro breuiſſimo. Dolones autem à fallendo dicti ſunt: quòd decipiant ferro, cùm ſpeciem præferant ligni. Hæc Seruius Æneid. lib. VII. Vtitur autem hac voce Alfenus in l. ſi ex plagis, 52. §.1. D. ad leg. Aq. Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolo inerat, verberare tabernarium cœperat. Sic enim eum corrigendum eſſe locum, vbi antea DOLOR legebatur, iampridem eruditi viri animaduerterunt. mihi quoque videor ſimile mendum animaduertiſſe in l. 1.§.2. D. ſi quadrup. vbi Vlpianus ſic ſcribit:Et generaliter hæc actio locum habet quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit. ideóque ſi equus dolore concitatus, calce petierit, ceſſarit iſtam actionem. ſed eum qui equum percuſſerit,aut vulnerauerit, in factum magis quàm lege Aquilia teneri. nam DOLONE legendum eſſe, meo iudicio verba hæc oſtendunt. Sueto. in Claudio:Reperti & equeſtris ordinis duo in publico, cum dolone,ac venatorio cultro. Heſychius, Δόλωνες,inquit,ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα.

Dolium,vas cuiuſuis materiæ & menſuræ, rei præterea cuiuſuis capax. nam, vt ait Iulianus l. 206. D. de verbo.ſignif.dolia tamdiu in vaſis vinariis habentur,quamdiu vinum habent. cuum ſine vino eſſe deſinunt,in eo numero non ſunt.Idem l. 26.D.de inſtitut.vel inſt.leg.Dolia fictilia, item plũbea, quibus terra adgeſta eſt,& in his viridiaria poſita,ædium eſſe Labeo & Trebatius putant.Vlp.l.3. D.de trit. vin. In doliis non puto verum,vt vino legato & dolia debeantur.maximè ſi depreſſa in cella vinaria fuerint, aut ea ſint, quæ per magnitudinem difficilè mouentur. Item l.8.in fin.D.de inſt.vel inſtit. Conſeruãdi, quaſi dolia licet defoſſa non ſint & cupę. Item Paullus l.76. de cont.emt.Dolia in horreo defoſſa, ſi non ſint excepta,&c.Et Proculus l.15.D.de trit.& vin.dolia in vaſis vinariis nõ eſſe, ex Trebatij ſententia fatetur. Hinc,

Doliarium, non locus vbi dolia,ſed vas ipſum ampliſſimum & capaciſſimum:apud Caium in l.35.§. 6. D. de cont. emt.Sed & ſi ex doliario pars vini venierit,veluti metretæ centum, veriſſimum eſt antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. Hinc,

Doliare vinum,quod adhuc in dolio eſt,necdum diffuſum. cuius vendendi legem Cato in lib.De re ruſt.cap.148.exponit. Vlpianus in l 1.§.vlt.D.de peric.& com. Si doliare vinum emeris,nec de tradendo eo quidquam conuenerit,&c.Hæc ita annos ab hinc ſeptem ſcripſeram,& edideram: cùm poſtea ſententiam meam Adriano Turnebo placere animaduerti lib.Aduerſ.1.cap.1. vbi Proculi locum huic conſentaneum profert ex l.vinum,15.D.de tritic.vin.& ol.Patet autem ex l.3. §.1.& l.cui vinum, 6.& l. vino,14.& d.l.vinum.15.& l. ſeq.eiuſd. tract. conſeruari vina ſolita in doliis, quæ poſtea diffunderentur, hoc eſt transfunderentur in amphoras,cados,vrnales.

Dolus alius bonus eſt,veluti quo à medentibus falli ægros, non tamen decipi,Lucretius poëta teſtatur: inquit Donatus in Eunuchum.alius malus, qui decipiendi tantùm cauſſa paratus eſt. Itaque Feſtus,

Doli, inquit, vocabulo nunc tantùm in malis vtimur: apud antiquos autem in bonis rebus vtebantur. Vnde adhuc dicimus,Sine dolo malo:nimirum quia ſolebat dici & bonus. Et Vlpianus in l.1. D. de dolo malo. Veteres,inquit, dolum etiam bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant: maximè ſi aduerſus hoſtem latronémve quis machinaretur. Dolum malum C. Aquilius definiit, cùm aliud ſimulatur: teſte Cicerone libro De offic. III. & in Topic. qui eam definitionem ſanè luculentam,& ab homine definiendi perito perfectam ſcribit. Eámque definitionem ſecutum eſſe Seruium Sulpitium argumento eſt l. 1. D. de dolo malo. vbi Vlpian.ſic ſcribit:

Dolum malum Seruius quidem ita definit,machinationem quandam alterius decipiendi cauſſa, cuum aliud ſimulatur, & aliud agitur.Labeo autem, poſſe & ſine ſimulatione id agi,vt quis circumueniatur: poſſe & ſine dolo malo aliud agi, aliud ſimulari: ſicuti faciunt qui per eiuſmodi diſſimulationem deſeruiunt, & tuentur vel ſua vel aliena. Itaque ipſe ſic definiit, dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum,decipiendum alterum adhibitam.Labeonis definitio vera eſt.Hæc Vlpianus,cuius tamen diſputatio meo iudicio verbis illis vel à Triboniano,vel à quopiam alio amplificata eſt: MACHINATIONEM quandam alterius decipiendi cauſſa. Sumta enim videri ex l. 7. §.4.D.de pact.diſputauimus in libro Obſeruat.primo,cap.19.

Domeſtici in libris Cod. dicebantur, οἱ κατὰ ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται: vt Suidas ſcribit. hoc eſt, qui non in acie, ſed domi protegendi ſacri lateris curam habebant: & (vt ſcribitur in l.8.C.Th. de domeſt.) familiarius militabant,& domeſtici protectores erant. Eorum porrò alij pedites,alij equites fuerunt. l.vlt. C.de domeſt.& protect. & qui ſacram purpuram adoraturi accedebant,ab iis duci & comitari ſolebant. l.1. eod.tit.Qui verò in acie protegere latus Principis ſolebant, Protectores dicebantur:de quibus ſuo loco dicemus.

Domicilium non domus,aut habitatio facit ſed vbi quis larem,rerúmque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit,vnde rurſus non ſit diſceſſurus,ſi nihil

nihil auocet: vnde cùm profectus eſt,peregrinari videtur,l.7.C.de incol.lib.x.l.5.§.18. D. de iniur.& l.in lege,203. D.de verb. ſig.vbi Alfenus ſcribit,Domum eam vnicuique noſtrûm debere exiſtimari, vbi quiſq; ſedes & tabulas haberet,ſuarúmque rerum conſtitutionem feciſſet. Item Cic.pro Archia: Ar domicilium Romæ non habuit: is qui tot annis ante ciuitatem datam,ſedem omnium rerum ac fortunarum ſuarum Romæ collocauit. Iſque Incola dicitur:à Græcis πάροικος,l.pupillus,239.D.de verb. ſig. Senatores etiamſi vbi velint,commorandi arbitrium impetrauerint,domicilium Romæ retinent. Vidua mulier amiſſi mariti domicilium retinet: liberti, eorúmque filij, patroni manumiſſoris domicilium ſequuntur,l.22. D.ad municip.miles verò ibi domicilium habere videtur, vbi meret,ſi nihil in patria poſſideat,l.23.eod.Sine domicilio an eſſe quis poſſit, aut an duo domicilia habere poſſit,Vide l.27.eod.

Dominivm, eſt ius ac poteſtas re quapiam tũ vtendi,tum abutendi, quatenus iure ciuili permittitur.nam,vt ait Imperator, rei quiſque ſuæ eſt arbiter ac moderator. Atque hoc vnum eſt,quo differt vſusfructus à ſolido dominio: tametſi Cicero ludens ad Curium ſcribat id cuiuſque eſſe proprium, quo quiſque vtitur ac fruitur. Vſus enim in vſufructu eſt,non abuſus:vt ipſe idem in Topicis declarat.at verò vſusfructus pars dominij eſt:vt ait Paullus l.3.de vſufruct. Diximus autem, Quatenus iure ciuili permittitur,vt tum eos qui vſumfructum non habent, tum eos quibus alienare nõ licet, exciperemus: de quibus titulus eſt,libro Inſtit.2.tum etiam ſuperficiarios,& emphyteutas:quibus non directa, ſed vtilis actio iure ciuili datur,l.1.D.Si ager vectig.& l.1.D.de ſuperfic.

Dominivm aliud eſt naturale,aliud ciuile.Naturale eſt,quod gentium omnium commune eſt: hoc eſt, quod iis modis adquiritur, quibus gentes omnes in adquirendis rebus vtuntur:veluti occupatione,captiuitate,traditione. Ciuile eſt,quod ciuium Romanorum proprium eſt,qua de cauſſa ius Quiritium adpellatur.Conſtat autem tribus modis:mancipatione, vſucapione,in iure ceſſione:vti docet Vlp.tit.Regul. 1. quamquam à Iuſtiniano ſublata illa differentia eſt, l.vn.C.de nud.iur.Quirit.l.vn.C.de vſucap.transf.vide,in bonis.

Dominivm non modò corporalium,ſed & incorporalium rerum dicitur.nam vſusfru.dominium dicitur in l.3.D.Si vſusfr.petat.& generaliter ſeruitutum in l.ſemper,15.§.hoc interdicto,D.quod vi aut cl.

Dominii ius impetrare dicuntur creditores, qui à principe impetrant vt pignora quorum emtor repertus eſt nullus, ſibi addicta dominij iure poſſidere liceat,l 1.& paſſ. C.de iur.dom.impet.l.5.§.ſi fundus, D.de reb.eor.

Dominvs & Domina vocabula erant, quibus vir & vxor teſtandi coniugij cauſſa ſeſe inuicem adpellabant.Iuſtin.Nouell.LXXIIII. καὶ παρέασι μάρτυρες, ἀκινδυνως ψευδόμενοι, καὶ ὅτι κυρίαν ἐκάλει τὴν συνοικοῦσαν ὁ ἀνήρ, κἀκείνη τοῦτον ὁμοίως ὠνόμαζε.Hinc illud teſtatoris in l.vxori,41.D.de leg.tert. Vxoris fidei commiſit in hæc verba: Peto abs te domina vxor, ne ex fundo Titiano partem vindices. Item in l.Titia.19.§. qui marco,D.de annuis legat. Domina ſanctiſſima, ſcio te de amicis tuis curaturam. Item in l.vlt.D.de aur.& arg.Vxori ſuæ teſtamento ita legatum eſt:Sempronię dominę meæ hoc amplius argentũ balneare.

Domvs propriè dicitur, vbi quiſque paterfam.ſuas ſedes ac tabulas habet,ſuarúmque rerum conſtitutio-
A nem fecit,l.in lege,203.D.de verbor.ſignific.Sed plerumque

Domvs latiùs accipitur: pro quouis loco in quo quis habitat,ſiue proprio,ſiue alieno,vt l.5.§.domum D.de iniur.l.8.in fi.l.22.D.de adul.l.1 §.domum,D.de aleæ luſ.l.1.§.1.& §.domum, D. de liber.agnoſc.l.4.§. Prætor ait,D.de damn.infect. Hinc,

Domvs pro familia, id eſt pro iis qui tum ex vna gente, tum etiam in eiuſdem patrisfa.poteſtate ſunt,
B l.pronunciatio,§.communi,D.de verbor. ſig. l pen.§. vlt. D.de contr.tab. Hinc,

Domesticvm funus, quod idem etiam familiare adpellatur:in l.2.D.de in ius voc.l 4.D.ſi quis caut. Hinc,

Domestica furta, quæ ſerui dominis, liberti patronis,vel mercenarii iis apud quos degunt,faciunt l.11.§.1.D.de pœn. Hinc,

Domesticvm teſtimonium,l.2. C.de teſtib l. pen.D.eod.quale eſſet parentum,liberorum,fratrum,
C patruorum,item ſoceri,generi,vitrici,priuigni,ſobrini,patroni,liberti,&c.l.4.D.eod.

Donari videtur,ait Papin.quod nullo iure cogente conceditur,l.29.D.de donar.

Donaria,apud Iuſtinianum,pro dona,ἀναθήματα.Sancimus nemini licere,ſacra vaſa,veſtem,ceteráque donaria, quę ad diuinam religionem neceſſaria ſunt,&c.Seruius tamen Honoratus, Donaria,inquit, propriè loca ſunt,in quibus dona reponuntur deorũ. Et alibi:Donarium vbi ponuntur oblata. Item Cor-
D nelius Fronto: Donum, quod diis datur.Inde vbi dona ponuntur,Donarium adpellatur.

Donatio dicta eſt à dono,quaſi dono datum:rapta à Græco.nam hi dicunt δῶρον καὶ δωρεῖσθαι. Hæc Paullus l.Senatus, 35. D.de mort.cauſſ.donat. vbi tamen vocem καὶ vacare arbitror.Senſus eſt enim Donationem non Dationem eſſe:hoc enim verbum omnibus modis conuenire,quib.res abalienantur:nam& mutuo dare dicimur,cùm pecuniam abalienamus, & venditor qui tradit,vel emtor qui numerat, dare di-
E citur,§.ſic itaque, De actionibus nimirum emto,vel vendito,vel ſoluto,vel doti,vel fœnori.ſed Donationis verbum numquam,niſi cùm dono aliquid,hoc eſt liberalitatis cauſſa datum eſt,vſurpatur. Donatio igitur,vt ait Paullus, à dono eſt: neque creditor donare dicitur,qui mutuo dat:vel debitor,qui ſoluto: vel ſocer,qui doti.ſed quoties dono aliquid datum eſt,tum hoc nomen vſurpatur. videntúrque Latini veterem hanc locutionem, Dono aliquem dare, vel donare à Græcis ſumſiſſe, qui τινὰ δῶρον δωρεῖσθαι dicunt, cùm
F liberalitatis & munificentiæ ſolius cauſſa rem alicui traditam ſignificant.

Donationis verbum ſimpliciter loquendo, inquit Vlpianus, omnem donationem comprehendiſſe videtur,ſiue mortis cauſſa ſiue non mortis cauſſa fuerit,l.67.§.1.D.de verb.ſig.

Donatio eſt conuentio dominij liberaliter trãſferendi cauſſa,ſine negocij geſtione,inſtituta.alia inter viuos adpellatur, alia mortis cauſſa, alia propter nuptias.

G Donatio inter viuos proprio nomine dicitur, quæ neque mortis neque nuptiarum,ſed à viuente in viuentem ſolius liberalitatis cauſſa fit,l.1. D.de dona. l.Senatus,35. de mort.cauſ.ſoláque voluntatis teſtatione ſic perficitur,vt traditionis neceſſitatem adferat,publicis literis conſignati,niſi quingentos aureos ſuperet,non debeat:ab ingrato tamen repeti certis de cauſſis poſſit.d.l.eo.l.35.& pe.C.eo.l.vlt.C.de reu.don.

DONATIO moctis cauſſa eſt, quæ propter manifeſtum aliquod mortis periculum fit, l.1.l.2 & ſeq.D. de mort cauſ.dona. Inter ſuperiorem autem & hanc illa differentia eſt, quòd hæc fit propter mortis periculum, illa ſiue per.cu o: hæc fit ab eo qui ſe quàm donatarium habere mallet, illa ab eo qui donatarium, quàm ſe.l.ſena.35.D.de mort.cauſ. hæc incerta & ſuſpenſa eſt, faciléque euaneſcit: illa certa & præſens, difficillimé que conuellitur.

DONATIO propter nuptias dicitur, quæ tum ante, tum poſt contractas nuptias à viro in mulierem confettut: ait Impet.§.3. de donat.& l.20.C. de donat. ant.nupt.

DONATIO ante nuptias, quam eandem ſponſalitiam adpellamus, olim fuit ea, quam ſponſi & ſponſę inter ſe conferebant. tam enim à ſponſa in ſponſum, quàm à ſponſo in ſponſam exercetur. Sed Iuſtiniani lege hæc donatio nomen mutauit, & propter nuptias adpellata eſt: quoniã conſtante matrimonio tum fieri, tum augeri poteſt. l. vlt.C.eod. ſi tamen ante nuptias conſtituatur, ſuũ ac propriũ nomen ac ius retinet, vocatúrque ſponſalitia largitio. at ſi poſt nuptias, à Iuſtiniano propter nuptias adpellatur. Græcè autem ἀντιφέρνη: propterea quòd à marito viciſſim in gratiam dotis tribuitur: nec ſimplex donatio ſit, qualis eſt ea quæ inter virum & vxorem prohibita eſt: ſed propter dotis donationem, & ipſarum nuptiarum adfectionem: vt idem ſcribit.

DONATIO honoris cauſſa, eſt quam vxor marito ad honorem ac dignitatẽ aliquam conſequendam facit. Caius l.42.D.de donat int. vit. Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta eſt alia cauſſa donationis, quam dicimus honoris cauſſa. vt ecce ſi vxor viro Laticlauij petendi gratia donet, vel vt equeſtris ordinis fiat, vel ludorum gratia.

DONATIO inofficioſa: vide INOFFICIOSA donatio.

DONATIVA ſunt, quæ militibus extra ordinem dantur. Paullus l.qui excubias, D.de re milit. Ex cauſſa deſertionis reſtitutus in militiam, non aliter medij temporis ſtipendium & donatiua accipit, niſi hoc liberalitas principis ei ſpecialiter indulſerit.

DONVM & munus differre inter ſe, Vlpianus quidem & Marcianus ſcribunt in l.inter, 194.& l.munus, 214.de verb. ſig. ſed eorum differentiam ita obſcurè exponunt, vt pugnantia loqui videantur. nam Paullus donum eſſe genus ait, munus ſpeciem: contrà Marcianus in hoc genus: in illo, ſpeciem conſtituit. Aliud ſanè eſſe donum, aliud munus, illud argumento eſt, quòd vetuſtiſſima lex Cincia non præciſè de donis aut de muneribus, ſed cõiunctim de donis & muneribus ſcripta eſt: Ne quis ob cauſſam orandam donum munúſve caperet. Item lex Iulia repetundarum: Ne Vrbani magiſtratus plus doni, muneris in anno accipiãt, quàm quod ſit aureorum centum.l.6.illo tit. item lex Iulia Pappia: Ne quis donũ, munus, operas præter eas, &c. dare, facere, prę ſtare cogatur.l.qui libertinus, 37.D.de oper. lib.l.vlt. D.de lib.cenſ.d.l. ſæpe. 53. de verb.ſig. Item in mandatis Principum: Ne Proconſules d. num, munúſve capiant.l.Solent, 6.D.de offic. Proconſ. Sic Plaut.in Ciſtell.

Inde in amicitiam inſinuauit cum matre, & mecum ſimul: blanditiis, muneribus, donis. Et Cicer. in Cluentiana: Tantum donis datis muneribus perfecerat. Et pro Archia, Quòd quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur. Item in l.plebiſcito, 18.D.de offic.Præſid.& l.

A Campanus, 47.D.de oper.lib. Videndum igitur remota aliorum auctoritate, quid inter donum ac munus interſit. nam Seruius quidem Virgilij interpres, Donum propriè ſuperiorum deorũ eſſe, ait: Munus verò inferiorũ. Donatus autem in Teren. Donum propriè deorũ: Munus hominũ. Quod cùm ita ſit, plus eſſe certè donũ voluerunt, quàm munus. qua de cauſſa etiam in ſuperioribus exemplis ferè ſemper priore loco collocatur, vt non incommodè fortaſſe dicere poſſimus:
B Donum eſſe maiorum rerum: munus verò minorum. nam Pomp.in l.ſed ſi, 31.§.ſi vir. D.de dona int.vit. Si vir, inquit, vxori munus immodicum Kalend. Martiis aut natali die dediſſet, donatio eſt. Itaque & regna & regiones & oppida & prædia ceteráſque res immobiles dono dari, paſſim legimus: muneri dari, legiſſe me non memini. quin & abſentes res donari rectè dicuntur: munera autem mitti, & pręſentia offerri: l.munus, 18.D.de verb.ſign.f. qua de cauſſa fortaſſe Gallica lingua noſtra Præſentia nominamus, quæ præſenti in
C manus dantur. Rectè ergo Vlpia. donum quaſi genus facit: munus, ſpeciem: propterea quòd quæ muneri dantur, dona omnia ſunt: at non contrà. Atque hæc quidem generatim de rebus omnibus dicta ſint. nam quod Vlpia. eo loco ſcribit, ſanè non vniuersè dictum arbitror: ſed proprie ac præcipuè de libertorum in patronos grati animi ſignificatione. Donum, inquit, genus eſt: munus autem donum cum cauſſa: vtputa natalitium: nuptalitium. Significat enim ea munera quę liberti patronis eorúmve liberis aut coniugibus, na-
D tali nuptiarúmve die dabant. Nunc ad Marciani diſputationem accedendum eſt: qui in d. l. 214. munus à dono ita diſtinguit, vt illud dicat eſſe neceſſarium: hoc verò voluntarium, ſiue ſpontaneum. quod quidẽ facilè intellectu eſt, ſi modò munera pro iis oneribus intelligamus, à quibus qui liberi ſunt, immunes adpellantur, d.l.munus, 18.eo.tit. quãquam in eo genere diſputationis munera cum donis contendere, nulla ratio eſt. Sed quoquo modo ſe res habeat, quídnam tamen illud eſt, quod mox ſubiungit: Non quodcum-
E que munus, id & donum accipi: at quod donum fuerit, id munus rectè dicitur: nam quæ adeò inter ſe pugnant, vt alterum ſit neceſſarium, alterum voluntarium, difficile dictu eſt, ea generis inter ſe ac ſpeciei vicem præſtare poſſe: præſertim autem ſi id quod neceſſarium eſt, genus facere velimus. Videndum igitur, num multo verior & certior ſit Paulli ſententia, qui donum genus conſtituit, eiúſque duas ſpecies facit: quarum altera in generis ſui nomine conſiſtit, altera munus adpellatur. Quòd ſi ita eſt, conſideran-
F dum etiam videtur, ecquid particula NON ſuo loco mota ſit & in alienum tranſlata, quaſi ita rectiùs legatur: Sed in ſumma, in hoc ventum eſt, vt quodcumque munus, id & donum accipiatur: at non quod donum fuerit, id etiam munus rectè dicatur. De quo tamen nihil adfirmo: veteris codicis auctoritatem expecto: iudicium eruditioribus viris integrũ relinquo.

DOS, pecunia nuptiarum cauſſa data: vt ait Varro lib.11. vel ſic:

G DOS eſt pecunia nuptiarum cauſſa ita marito data, vt eam pro domino conſtante matrimonio penes ſe habeat: quippe quæ propter onera matrimonij, id eſt ad alendam vxorem detur.

DOS aut profectitia eſt, aut aduentitia. Profectitia eſt, inquit Vlp. quam pater mulieris dedit. tit. Regularũ vi. vel ſic quæ à patre vel parente virilis ſexus profecta eſt, de bonis vel facto eius, l.5.D.de iur.dot, l.vn.

l.vn.§.&vt plenius, C. de rei vxo. act. l. 4. C. de collat. l. 2. D. ſolut. mat. Aduētitia eſt, quæ à quouis alio vel ex ipſius mulieris bonis data eſt. l. 5. §. ſi pater, D. de iur. dot.

Dos caduca dicitur, quæ confiſcata eſt. l. ſi quis, 38. §. j. D. de rit. nupt.

Dos receptitia ſpecialiter dicitur, quã extraneus dãs, vt ea ſibi redderetur ſtipulatus fuit. Vlp tit. Reg. vi. Caius l. 31. §. 2. D. de mort. cau. don. Sed & dos quam quis in mortem mulieris à marito ſtipulatur, capitur ſanè mortis cauſſa. cuius generis dotes receptitiæ vocantur.

Dotalis fundus dicitur, qui viro dotis nomine traditus eſt: vt eius dominium eatenus illi adquiratur dum eius impediatur alienatio. l. 1. & paſſ. D. de fũd. dotal. l. 5. D. de ſolut. mat.

Dotes prædiorum dicuntur emolumenta quædam, non ipſis innata, ſed aduētitia, & aliunde quæſita, eiſque adſignata. quæ inde adpellationem ſumſerunt, quod prædiorum oneribus ac ſumtibus tolerandis adtributa ſunt, vt dotes in matrimoniis.

Dotes prædiorum Papinianus vocat inſtrumēta, quæ prædiis ſic adtribuuntur, vt dotes nuptis. Dotes prædiorum, inquit, quæ Græco vocabulo ἐνθῆκαι adpellantur, cum non inſtructa legantur, legatario non præſtantur, l. 2. § 1. D. de inſt. vel inſt. Papinianus l. 52. § 2. D. de fideiuſſ. Fideiuſſores à colonis datos etiam ob pecuniam dotis prædiorum teneri conuenit. Columella lib. 4. cap. 30. Pedaminum iugorúmque & viminum proſpiciendorum tradenda ratio eſt. hæc enim quaſi quædam dotes vineis antè præparantur. Eóque pertinet illud Vlp. in l. 9. §. 6. D. de vſufruct. Nam etſi vſusfructus fundi fuerit legatus, & ſit ager vnde palo in fundum cuius vſusfructus legatus eſt, ſolebat paterfam. vti vel ſalice, vel harundine, puto fructuarium, &c. Mentio fit in l. 20. §. 1. & §. prædia, D. de fund. inſt. l. 34. de legat. ſecundo, l. 67. §. vlt. De leg. 3. vide infrà Enthecæ.

Dromones, nauigia celerrima, quaſi curioſa opinor à Iuſtiniano vocari in l. 2. C. de off. præfect. præt. Afri quos Celoces latini adpellant, à celeritate, vt ſcribit Nonius: Milites, inquit, conſtituas. qui poſſint & ipſum traiectum ſeruare, & omnia quæcumque in partibus Hiſpaniæ, vel Galliæ, ſiue Francorum aguntur, viro ſpectabili duci denunciare. In quo traiecto etiam Dromones quantos prouideris, ordinari facias.

Dvcere, verbum eſt proprium dominorum, qui ſua mancipia abducunt. Itaque

Dvcas licet, dici ſolebat in auctionibus: cùm licitatori addictum mancipium fuiſſet. Vnde illud lib. de Orat. III. Quanti addictus? mille numûm. nihil addo: ducas licet. Hinc,

Dvci ſerui dicebantur, qui noxæ nomine dediti, in aliorum dominiũ tranſibant, l. 2. D. ſi ex nox. cauſ. l. quod ait, 31. D. de noxal. l. vel in, 36. D. de procur. Hinc,

Dvci in cauſis liberalibus dicebantur ſerui, contra quos vindiciæ in ſeruitutem datæ fuerant, l. duob. 30. D. de lib. cauſ. Hinc,

Dvcendis de liberis, Prætoris interdictum. Si L. Titius in poteſtate L. Litij eſt, quo minus eum L. Titio ducere liceat, vim fieri veto, l. 3. D. de lib. exhib. Item in l. 1. D. vtrub. Vtrubi hic homo quo de agitur, &c. quo minus is eũducat, vim fieri veto. Hinc,

Dvci obærati dicebantur, qui addicti creditoribus in ſeruitutem fuerant. Terent. *Ducent damnatum domum.* & in xii. tab. Aſt qui ei endo iure vim

A dicit, ſecum ducito. Hinc,

Dvci vxor dicebatur, quæ propter coëmtionem in iure mariti erat: qua de re mox dicemus. Hinc,

Dvci, producta verbi vſurpatione, dici conſuetum de iis, qui in ius ducerentur: propterea quòd ad magiſtratum ita raperētur, ac vi abducerentur, quaſi poteſtas ex lege in eos eſſet. Vnde Rubr. in Edict. Prætoris: QVI NEQVE DVCANTVR, NEQVE SEQVANTVR. Hinc,

B Dvcere in carcerem, quia manus in eos qui ducuntur iniectione, quaſi poteſtas quædam adepta eſt. l. 2. de in ius vocar. l. 2. §. exactis, D. de orig. iur. Cicero in ſecunda Agraria: Ergóne is conſul qui timeam ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi Tribunus pl. duci iuſſiſſet?

Dvcere pugnum, cædere pugno. Paullus l. 4. D. de iniur. Si cùm ſeruo meo pugnum ducere vellem, in proximo teſtantem inuitus percuſſerim: iniuriarum non teneor.

C Dvci vxor dicebatur, quæ ex patris domo, in mariti domum eo ritu, quem infrà deſcribam, deducebatur. Primùm auguriis captatis, factíſque ſacrificiis, ignem & aquam adtingebant: vti Varro ſcribit, & Feſtus, & Plutarchus in Problem. quòd generationis cauſſa in calore & humore poſita ſit: eiúſque rei veſtigium eſt in l. penult. D. de donat. inter vir. vbi Scæuola ſignificat aquæ & ignis adhibitione nuptias celebrari. Tunc nuptam vir è ſinu matris dicis cauſſa rapiebat: aut ſi ea non erat, ex proxima neceſſitudine,
D quòd, vt ait Feſtus, ea res feliciter Romulo ceſſerat. pòſt flameo amiciebatur nuptæ nouæ caput, ominis boni cauſſa: quòd eo adſiduè vtebatur Flaminica, id eſt, Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortiũ. Hinc nuptam & Varro & Seruius adpellatã tradunt, quòd ei caput velabatur. Ita deducebatur nupta à prætextatis tribus, quorum vnus præibat facem tenens ſpineam. E ſpina autem ea fax erat, quoniam idē fecerant paſtores qui Sabinas rapuerant: vti Plinius libro xvi. teſtatur. & præibat fax, quòd non niſi veſperis e-
E xortu nubentes in viri deducebantur domum. Duo reliqui manu nuptæ brachia ſuſtinebant, puerorúmque & puellarum cantibus inter ſe reſpondentium ea deductio celebrabatur: O hymen hymenæe, hymen, ô hymenæe. Plutarchus quinque fuiſſe faces ſcribit, quòd is numerus maximè nuptiis conueniret. Cùm autem ad mariti limen ventum erat, tum poſtes oleo inungebat nupta, eóſque laneis vittis ornabat: vnde vxorũ nomen Varroni, & Seruio, & Feſto, quaſi Vnxores. Limen autem adtingere, religio erat: ne, vt
F Varro putat, à ſacrilegio inchoarent, ſi depoſituræ virginitatem calcarent rem Veſtæ, id eſt numini caſtiſſimo violatam. Ingrediente illa, Talaſſio voce magna clamabatur: ea de cauſſa, quæ ex primo Liuij omnibus nota eſt. Plautus,

Senſim ſuper attolle limen pedes noua nupta.

Catulus, Transfer omine cum bono limen aureolos pedes, raſilémque ſubi forem. Cùm autem in cubiculum deducta eſſet, prætexti brachia mittebant, ac diſcedebant: pronubæ, bonæ fœminæ, quæ ſemel nu-
G pſerant, eam in lecto geniali collocabant. ſic enim lectus vocabatur, qui nuptiis ſternebatur in honorem genij: vnde & adpellabatur, vt ait Feſtus. Tum maritus pueris nuces ſpargebat, vt Iouis omne (quod Varro ſcribit) matrimonium celebraretur, & nupta matrona eſſet ſicut Iuno: quia nuces in Iouis tutela erãt. Rapi etiam ſolebat fax prætextati qui prelux erat, ab vtriuſque amicis, ne aut vxor eã ſub lecto viri ea no-

ĉte poneret: aut vir in ſepulcro comburendam curaret: quo vtroque mors propinqua alterius captari putabatur. Neque prætermittendum quod Feſtus ſcribit, Cingulo nouam nuptam præcingi, quod vir in lecto ſoluebat, factum ex lana ouis: vt ſicut illa in glomos ſublata coniuncta inter ſe ſit, ſic vir ſuus ſecum cinctus vinctúſque eſſet. Hoc Herculano nodo vinctum vir ſoluit, ominis gratia. vt ſic ille Felix ſit in ſuſcipiendis liberis, vt fuit Hercules, ſeptuaginta liberos reliquit.& paulo infrà, Cinxiæ itē Iunonis nomē ſanctũ habebatur in nuptiis, quòd initio coniugij ſolutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta. Hęc Feſtus. Atq; nupta erat hæc quidē antiqui. pòſt verò inſtitutũ eſt, etiã abſentis viri domũ duci vxor poſſet. Pōponius l.mulierē, 5. D.de ritu nupt. mulierē abſenti per literas eius, vel per nuncium poſſe nubere placet, ſi in domum eius deduceretur. eam verò quæ abeſſet, ex literis vel nuncio ſuo duci à marito ſuo non poſſe. deductione enim opus eſſe in mariti, non in vxoris domum. Quod eleganter Paullus libro Collectan. vndecimo, ſic complexus eſt: Vir abſens vxorem ducere poteſt, fœmina abſens ducere non poteſt: quippe quæ deduci non poteſt. deductione igitur omnino opus eſt. Domus enim viri, matrimonij domicilium ait Pomponius dicta l.mulierem, & l.ceterùm, §.mulieri, D.de vſu & habitatio. l.cùm in te, C.de donat. inter vir.& vxor. Auguſtinus lib. de ciuit. Dei VI. cap. 19. Sed domum ducenda eſt quæ nubit. adhibetur Deus Domiducus. ſic enim eum Deũ qui ei ſollemni deductioni pręerat, adpellabant Scæuola l.Seia, *66.* de donat. inter vir. Scia Semptonio cuum certa die nuptura eſſet, antequam domum deduceretur, donauit tot aureos. item, Virgini in hortos deductæ ante diem tertium quàm ibi nuptiæ fierent, cuum in ſeparata diæta ab eo eſſent, die nuptiarum prius quàm ad eum tranſiret, obtulit decem aureos dono.

DVLCIVM legato hæc continentur, mulſum, paſſum, defrutum, & ſimiles potiones: item, vuæ, fici, palmæ, caricæ, l.vlti. D.de trit.vin. Item Paullus libro Collectaneorum tertio: Dulcibus legatis ſapa, defrutum, mulſum, dulce etiam vinum, palmæ, caricæ, vuæ paſſæ debebũtur. Plautus Pſeudulo: *Quid ſi opus ſiet, vt dulce promat, indidem, ecquid habet? Rogas? Murrinam, paſſum, defrutum, melinam.*

DVPLA, pro Duplum. vnde Duplæ cautio: cùm emtor ſtipulabatur à venditore duplum precium rei, ſi ea euinceretur. quod in precioſarum rerum venditionibus fieri ſolebat, l.48.l.56.D.de euict.l.31.§.quia, D.de act.emt.l 20.in fine, D.de lib. cauſ.l. 48. ad leg. Falcid. Varro libro de re ruſt. ſecundo, capite decimo: Si res mancipio non datur, dupla promitti ſolet: aut, ſi ita pacti, ſimpla. Vlpianus in l.qui erat, 49. D. famil.erciſcun. Hos demum venditores ad duplę cautionem compelli ſcribit, qui ſponte ſua diſtrahunt. ceterùm qui officio diſtrahentis funguntur, non debere adſtringi. vide Euictio.

DVPLICIA interdicta adpellantur, in quibus ita par vtriuſque litigatoris condicio eſt, vt vterq; tam actoris, quàm rei partes obtineat: veluti Vti poſſidetis, & Vtrubi: in quibus non vnus ſolus poſtulat, ſed ambo copulati in ius veniunt, & inuicem apud Prætorem aliquid poſtulant, l.2.D.de interd.§.penult. Inſtit. eodem tit.

DVPONDIVS, à duobus ponderibus: ideo quòd as erat libræ pondus, inquit Varro libro de Lingua IV. & ſic apud Vlpianum, l. item ſi, 17. & ſeq. D.de

A heredi. inſtituen. Vnde,

DVPONDII iuris auditores primo anno quondam adpellati, verbo ridiculo: quaſi dicas, Iuriſconſultos Diobolares. Iuſtin. in præfat. Pandectarum.

DVVMVIRI in coloniis & municipiis ſummi magiſtratus: item vt Romæ Conſules. Vlpianus l.1.D.de albo ſcrib. Scribantur eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt: puta qui Duumuiratum geſſerunt, ſi hic honor præcellat. Sic

B in l.vn.D.ſi quis ius dic. non obtemp. l.6.§.1. quod cuiuſq.l.1.§.ſi inter. de magiſtr. conueniend. l.vlti. D.ad municip. l.vlti. C. de iudic. l.3.§.vltimo, D.de pecul. vide, MAGISTRATVS municipales. Hinc,

DVVMVIRATVS, pro ipſo magiſtratu. l.1.D.de alb. ſcrib.l.1.C de tempor.adpell. Hinc,

DVVMVIRALIS, qui Duumuiratum geſſit: d.l.1.de albo ſcrib.

E LITERA.

C E CONTRARIO, pro viciſſim, vice verſa: apud Papinia.l.11.§.1. D.de duob. reis conſt.

Ἐκτίσειν τὰ τῆς κηδεμονίας, curationis nomine ſatisfacere, rationes referre, reliqua ſoluere. Modeſt. l.49. D.locat. εἰ ἐπίτροποι γενόμενοι πρὶν ἐκτίσαι τὰ τῆς κηδεμονίας μισθῶται Καίσαρος γενέσθαι κωλύονται. Tutores facti prius quam procurationis ſuæ nomine ſatisfecerint, prohibentur aliquid à Cæſare conductum habere.

Ἑκυρός, vide SOCER.

D EDERE ſub tit. De edendo, nihil aliud eſt, quàm proferre & exponere. Hinc,

EDERE actionem eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti & dare, vel dictare. item aduerſarium noſtrum ad album producere, & demonſtrare quid dicturi ſimus, vel id dicendo quo vti velimus. l.1.D.de edendo. Dioclet. l.2. C. HERM. de calumniat. Quotieſcumque ordinatis actionibus aliquid petitur, ideo petitor cogitur ſpecialiter genus litis edere, ne plus debito, aut eo quod competit, po-

E ſtuletur. Itaque quodcumque petatur, ſpecialiter deſignari debet petitionis ſumma vel quantitas, cùm genus litis editur.

EDERE & Reddere rationes multum differunt, ait Pomponius. nec is qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem videtur, etiam ſi quod reliquum ſit apud eum nō ſoluat. l.89.D.de verb. ſign.

EDERE diem eſt vel dictare, vel tradere libellũ, vel codicem proferre. l.6.§.6.D.de edendo.

F EDERE iudicium, ſiue actionem, eſt profiteri & enunciare qua actione vſuri ſimus, Iulianus l. 22.§.4. D.rem rat.hab. Si procurator iudicium de hereditate ediderit, deinde dominus fundum petierit. Sic l.2.D. pro donat. l.4.§.mandaui, D. de doli excep. l.accipientis, 15. D.de auct.tut.

EDERE nomen, eſt profiteri nomen vt in numerum referatur. Vlpianus l.1.D.de off.conſ. Conſules & ſeorſum & ſinguli manumittant. ſed non poteſt is qui apud alterum nomina ediderit, apud al-

G terum manumittere.

EDERE operas dicitur libertus, pro dare, præſtare, præbere operas. Vlpianus l.9 D.de oper.lib. Proprietas earum & in edentis perſona, & in eius cui eduntur, conſiſtit. Iauolenus l.21. Operæ loco edi debēt, vbi patronus moratur, ſumtu & vectura patroni.

EDICERE, propriè denũciare eſt, vt quid fiat, aut nō fiat: τὰ γὰρ ἐπιτάγματα καὶ τὰς διαγραφὰς τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων

ἀδίκων, ἐδίκτα οἱ ῥωμαῖοι καλοῦσιν: inquit lib.v. Dionyſius Hal. hoc eſt: Præcepta enim ac præſcripta rerum iuſtarum atque iniuſtarum, Edicta Romani adpellãt.

Quamquam

Edicendi verbo, ſubeſſe videatur vis prædicẽdi, & in poſterum denunciandi. vnde illud Cicer. in lib. de Finib. II. Eſt enim tibi Prætori deſignato edicendum, quæ ſis obſeruaturus in iure dicendo. Edicendum, dixit, pro denunciandum & diuulgandum: id quod fixa Tabula, & libello palam propoſito fiebat. qua in re verbũ hoc ferè ſemper vſurpatur. vnde

Edicta tria, quibus abſens aduerſarius in iudiciũ vocatur. l. ad peremtorium, 68. & ſeq. D. de iudic. l. cùm verò, 26. §. euocari, D. de fideic. libert. quæ Græci προγράμματα adpellant. Fortunatianus Rhetoric. lib. I. Edicto vel præconio quomodo fit? Cuius ſeruus fugerat, libello propoſito, vel per præconem nunciãs, dixit daturum ſe denarios mille ei, qui ad ſe ſeruum perduxiſſet. Et apud Caſſiodorum lib. Var. I. atque ideo edictali programmate definimus, &c. Indéque verbi conſuetudinem manaſſe arbitror, vt illud in Codicis libris toties legamus: HAC EDICTALI LEGE Sancimus, &c. Ex eadem verbi origine

Edicta dicebantur Romæ, quæ Prætores antequam ius redderent, ſolebant proponere, vt ſcirent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſéque præmuniret. l. 2. § 5. D. de orig. iur.

Edicunt autem non Prætores tantùm, ſed & magiſtratus omnes.

Edicit Conſul Gabinus, in Sextiana orat. vt L. Lamia eques R. ab vrbe abſit, millia paſſuum ducẽta.

Edicunt Piſo & Gabinius Coſſ. vt Senatus qui veſtem propter Ciceronem mutarat, ad veſtitum rediret.

Edicunt Cenſores apud Agellium lib. XV. cap. II. ſibi Latinorum Rhetorum ſcholas non placere.

Edicunt Tribuni pl. apud Ciceronem Verrina IIII. ne quis Romæ eſſet, qui rei capitalis damnatus eſſet.

Edictum aliud eſt perpetuũ, aliud tẽporale. Perpetuũ eſt, quod à Prætore iuriſdictionis perpetuæ cauſſa proponi dicitur. in l. 7. D. de iuriſdict. nimirũ quod Prætores inito magiſtratu proponebant, quo ciuibus denũciabant, quemadmodũ anno ſuo ius dicturi eſſent. Temporale verò, quod etiam Peculiare dicere poſſumus, eſt πρόγραμμα quod certi negocij oborti cauſſa proponitur. vt illud Verris, vt Calẽdis Decẽb. adſit Sthenius Syracuſis. itẽ, Ne quis frumentũ ex area tolleret, &c. Exoritur. inquit Cicero, peculiare edictum repentinum, &c. Vlpianus l. 7. D. de iuriſd. Si quid id quod iuriſdictionis perpetuæ cauſſa, nõ quod prout res incidit, in albo, vel in charta, vel in alia materia propoſitum erit, corruperit, &c. Cicero in Vatiniana: Edixeritne C. Memmius Prætor, ex ea lege, vt adeſſes die trigeſimo? De ſuperiore ſic loquitur Aſconius in Cornelianæ argumento: Aliam, inquit, legem Cornelius, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit, vt Prætores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerẽt. quæ res tũ gratiam ambitioſis Prætoribus qui variè ius dicere adſueuerant, ſuſtulit. Sic enim locũ interpretor, nõ quòd in horas (vt quidã ſcribit, quẽ alij ſecuti ſunt viri doctiſſimi) edicta ſua Prætores mutarent: ſed quòd ex edictis ſuis ius nõ dicerẽt. Cuius rei Verres à Cicerone quoque libro Acc. primo accuſatur: Tum verò, inquit, in magiſtratu contra illud edictum ſuum ſine vlla religione decernebat. Neque enim id factum vſquam reperietur, vt quis plura edicta perpetua propoſuerit.

A Edictum perpetuũ etiam alia ſignificatione dicitur, quod vnum ac ſimplex in omnes annos, atque in perpetuum cõpoſitum eſt. Nã Prætores olim arbitratu ſuo edicta, quæ leges erãt annuæ, ſcribebãt. idq; eorũ honori tribuebatur, vt in annũ ſuum ius conſtituerent. Itaque quo edicto ſuperioris anni Prætor vſus erat, inſequens ferè nõ vtebatur. alioqui eius edictum Tranſlatitiũ dicebatur. Sed poſtea ea diminuta
B cum illa populi Roma. magiſtratuũ quoq; poteſtate: conſtitutũ eſt, vt Edictũ vnum componeretur, ex quo Edicto omnes in poſterũ tempus Prætores perpetuò ius dicerẽt: quod idcirco perpetuum eſt adpellatum. Huius rei auctorẽ fuiſſe D. Adrianum, Iuſtinianus in l. 2. C. de vet. iure enucl. teſtatur: Edicti verò ſcriptorẽ Cod. Saluium Iulianũ. Cuum ipſe Iulianus, ait, legum & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor, &c. item, Et hoc non ipſe ſolus, ſed & Diuus Adrianus in compoſitione edicti, &c. idem tradit præterea in l. 10.
C C. de cond indeb. Eutropius libro nono: Poſt eum Saluius Iulianus Rempublicam inuaſit, vir nobilis & periciſſimus, nepos Saluij Iuliani, qui ſub diuo Adriano perpetuum compoſuit edictum. Ex his igitur, quæ inter illud ſuperius edictum perpetuum, & hoc poſterius differentia ſit, facilè intellectu eſt. cuum illud ob eam cauſſam ſic dicatur, quòd in vniuerſum Præturæ vnius tempus valeat: cuum temporalia, in partem dũtaxat, veluti menſem vnum aut alterum vim habeãt: hoc verò, ad omnes omnium Prætorum iuriſdictio-
D nes pertineat: cuum antea quotannis noua ferè edicta proponerentur. Ac de hoc ipſo intelligendũ eſt quod Hermogenianus ſcribit l. 2. D. de ſtatu. hom. De ceteris pòſt, Edicti perpetui ordinem ſecuti, & his proximos atque coniunctos adplicantes titulos, vt res patitur, dicemus. Item in l. vlti. in fin. D. de adpel. recip. l. 5. D. de extraord. crimin. l. 21. D. de lib. con.

Edicta principum dicuntur, quibus non ad certam aliquam controuerſiam de qua conſulti ſint reſpondent, ſed generaliter de re quapiam, quaſi no-
E uam aliquam legem conſtituunt, vt l. hac edictali, 6. C. de inceſt. nup.

Edictales dicebantur, & hoc nomine decorabantur, qui annum vnum in legum ſtudio verſati, alterum etiam adiungebant: ducta ſcilicet adpellatione ab Edicto, cui cognoſcendo tum operam nauant. Imp. in epiſt. ad Anteceſſores. §. 3. In ſecundo autem anno, per quem ex edicto eis nomen antea poſitum, & à nobis probatur, &c.

Edictares bonorum poſſeſſiones dicebantur,
F quæ ex Prætoris edicto ſine cauſſæ cognitione de plano dabantur: cùm aliæ quæ Decretales vocabantur, cauſſa cum conſilio cognita pro tribunali decernerentur. l. 1. §. 1. D. ſi Tab. teſtam. l. cùm quidam, 30. §. 1. D. de adquir. hered.

Editio, pro natiuitate, ortu. Vlpian. l. 2. §. 1. D. de decurion. Si conceptus ſit à plebeio, mox ante editionem pater eius decurionatum adeptus, ante editionem amiſerit, &c.

Editiuus iudex dicitur, quem vna pars eligit:
G inquit Seruius Egl. III. Cicero pro Plan. Neque enim quidquam aliud in hac lege, niſi editicios iudices es ſecutus.

Editus, tus, tui, pro ſtercus quod ab armentis editur, id eſt, egeritur. Vlpianus in l. 55. §. 4. D. de leg. & fid. lib. 32. In quibuſdam prouinciis & editu bubum ad hanc rem vtuntur. Non enim ab Edo quod veſci ſignificat (vt Accurſius putauit) ſed ab Edo quod

priorem productam habet, id eſt ἐκδῦναι deducitur: vt ſint reliquiæ cibi quas natura deiicit ac reſpuit.

EFFECTV, re ipſa, & (vt vulgus loquitur) de facto. Paullus l. is qui, 15. D. de legat. præſtand. quia effectu fratris aufert partem dimidiam, & l. 5. in fin. D. commod. Verùm in vehiculo commodato pro parte quidem effectu me vſum habere. item l. 5. §. 1. D. quod cum eo, l. 1. §. qui minorem, D. vt legat. nom. cau. l. ſi habitatio, 10. D. de vſu & habit. l. decimaquarta, in fi. D. commun. diuid.

EFFRACTORES plerumque dicuntur, qui vi fores parietéſve diripiendi expilandíque cauſſa perfringunt. interdum etiam, qui vt è carcere effugiant, parietes eius perfodiunt. vt ſub tit. de effract. & expil. itẽ l. 3. §. 1. D. de offic. præf. vigil. l. aut facta, 16. §. tẽpus, D. de pœn. Cicero in Vatin. Licet impunè per me parietes in adoleſcẽtia perfoderis, vicinos compilaris.

Εἰνάτερες (ait Modeſt.) apud Græcos dicuntur, duorum fratrum vxores: quod vno verſu, ait Modeſtinus, idem Homerus ſignificat.

Ἤ τινὲς γαλόων, ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων:

Siue alicubi inglorium, aut inaterum ſpecioſis peplis, l. 4. §. 4. D. de grad. & adfin.

Εἰσιέναι δίκην, cauſſam agere. Paullus l. 48. de iudic. τοὺς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐνιαυτῷ μήτε εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων. Magiſtratus quo anno cum imperio ſunt, neque propriam agere cauſſam ſiue agendo, ſiue defendendo, &c. Demoſth. περὶ στεφάνου: ϗ γραφεὶς, τὸν ἀγῶνα τοῦτον παρανόμων εἰς ὑμᾶς εἰσῆλθον, ϗ ἀπέφυγον: id eſt, Et reus factus, cauſſam hãc violatarum legum apud vos dixi: & ſum abſolutus.

EIICERE, pro abortire, & immaturum partum abigere: cuum Edere ſit maturum parere. Vlpianus l. 27. § 14. D. ad leg. Aquil. Si mulier pugno vel equa ictu à te percuſſa eiecerit, Brutus ait Aquilia teneri, quaſi rupto. Plinius libro 11. Vulua eiectitio partu melior, quàm edito. Gręci ἐκβάλλειν, dicunt: & partus eiectitios tum ἐκτρώματα, tum ἐξαμβλώματα.

Ἐλαιώνης, curator oleo coëmendo. Arcad. l. vlti. D. de mun. & hon. Cura quoque emendi frumenti, olei. nam harum ſpecierum curatores quos σιτώνας & ἐλαιώνας adpellant, creari moris eſt.

ELECTRVM, aurum argento mixtum: quod fit de tribus partibus auri & vna argenti: vt ait ex Plinio Seruius Grammat. quamquam aliæ ſunt electri ſpecies: ſed hæc ſola (vt opinor) celebratur in iure noſtro. vt l. 7. §. voluntas, D. de adquirendo rerum dom. 4. D. de legat. primo, §. 4. Inſtitut. de rer. diuiſ. Tertull. aduerſus Hermogen. Electrum licet ex auro & argento fœderatum, nec argentum tamen, nec aurũ adpellabo: ſed electrum.

ELENCHI, Margaritę. Eos, inquit Plinius libro 9. cap. 35. adpellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura, in pleniorem orbem deſinentes. hos digitis ſuſpendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria eſt. Ex quibus Paulli locus intelligitur in l. 32. §. vlt. D. de aur. arg. Item, inquit, cuum inaures, in quibus duæ margaritę, elenchi, & ſmaragdi duo, legaſſet, & poſtea elenchos eiſdem detraxiſſet: & quæreretur an nihilominus detractis elẽchis inaures deberentur: reſpondit deberi, ſi maneant inaures, quamuis Margarita eis detracta ſint.

ELEMPORIA, elæemporia, olei coëmendi cura. Arcad. l. vlt. §. 2. D. de mun. & hon. Elẽporia & oſpratura apud Alexãdrinos patrimonij mun' exiſtimatur.

ELICES, ſulci aquarij, qui in ſegetibus fiunt, vt per eos aqua pluuia educatur. Vlpianus l. 1. §. Labeo, D. A de aqua & aq. pl. Sulcos tamen aquarios qui Elices adpellantur, ſi quis faciat, aquæ pluuiæ arcendæ eos teneri ait. Columella libr. 2. ca. 8. Sed quamuis tempeſtiuè ſementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patentes liras, crebróſque ſulcos aquarios, quos nonnulli Elices vocant, faciamus. Item lib. 11. cap. 8. Eodẽ tempore foſſas riuóſque purgare, & elices ſulcóſque aquarios conuenit facere.

ELOGIVM, teſtificatio de certo homine: vt de inB quiſitione criminum alicuius rei, quæ ad magiſtratũ cuius ea de re notio eſt, mitti ſolet. Modeſtinus l. tertia, D. de re mili. Deſertorem auditum ad ſuum ducẽ cum elogio præſes mittit. Marcianus l. 6. D. de cuſt. rer. Non omnes ex fide bona elogia ſcribere compertum eſt. item, Irenarchæ cuum adprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis & receptatoribus, & interrogationes literis incluſas atque obſignatas ad cognitionem magiſtratus mittant. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi ſunt.

C ELOGIVM, oratio de re quapiam data opera, id eſt ob nullam aliam rem, perſcripta. Vlpianus l. 38. §. 2. D. de Ædil. edict. Idcirco elogium huic edicto ſubiectum eſt. cuius verba hæc ſunt, &c. id eſt de induſtria, vt de pecore nominatim caueretur, hęc clauſula ſubiecta eſt. Vlpianus propriè vſurpauit. nam Elogiũ cùm in bonam partem accipitur, eſt teſtificatio de homine certo, ei vni propria, neque alteri conueniẽs. vt illud de Attilio Calatino: Vno ore cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum.

D ELOGIVM in malam partem, notatio quædam (ſic enim notationes Cenſoriæ dicebantur) exheredationis cauſſam perſtringens. Africanus l. 14. §. 2 D. de liber. & poſt. Non enim videri quaſi filium exheredatum eſſe, cuum elogium pater cuum filium exheredaret, propoſuiſſet. id eſt exheredationis cauſſam. Sic in l. 1. §. idem ait, D. de Carbo. edi. l. 9. C. de ſuis & legi. Cic. in Cluentiana: Vnum eſt etiam quod maximè me conturbat: quòd elogium recitaſti de teſtamento Cn. Egnatij patris hominis honeſtiſſ. idcirco E ſe exheredaſſe filium, quòd ſi ob Oppianici damnationem pecuniam accepiſſet. Quinct. lib. VII. cap. IIII. Sed nonnumquam etiam reus hic totius ſummam conſtituit, ſi exheredatũ à ſe filiũ pater teſtatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricẽ amauerit.

EMANCIPATIO, eſt imaginaria liberorum venditio, quæ ad ſimilitudinem eius excogitata eſt, quam olim Romulus inſtituerat, nam is cauerat. vt ſi pater filium ter mancipaſſet, id eſt vendidiſſet, filiã autem ſemel: ij ſui iuris efficerentur. poſtea verò ad F ſpeciem atque vſurpationem vetuſtatis inſtitutum eſt, vt pater apud Prætorem alicui cuius fidem ſequebatur, & qui ob eam cauſſam Fiduciarius pater dicebatur, filium ſuum dicis cauſſa ter, filiam ſemel vendens, eos hac ratione de manu ac poteſtate ſua dimitteret. Quid autem ab Emancipatione Abdicatio differat, ex iis quæ ſub eo verbo dicta ſunt, facilè eſt intelligi.

EMANCIPATI duobus modis intelliguntur: aut ij qui ex patris iure exierunt, aut ij qui aliorum fiũt doG mini. quorum vtrumque fit mancipatione. Feſtus lib. 5. apud quem DOMINII in genitiuo legendum nõ dubito: vt ij ſignificentur, qui verè ac non ſimulatè venditi ſunt. Nam (vt multis ex locis conſtat)

EMANCIPARE veteres dicebant, pro alienare & vendere. vt in Catone Maiore: Senectus ita honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet: ſi nemini emancipata eſt. Et apud Plautum in Bacchidib.

Nűc mulier tibi me emãcupo?tuus ſum,tibi operã do.
Et Philipp.2. Tum iſte venditum atque emancipatũ
Tribunatũ conſiliis veſtris oppoſuit. Et in lib. 1. de
Finibus:Quid L.Torquatus cùm illam ſeueritatem
in eo filio adhibuit quem in adoptionem D. Silano
emancipauerat.

Emanere, eſt diutius extra caſtra vagari,l. 3. §.
is qui.D.de re milit. Hinc,

Emansor, qui extra caſtra vagatus tandem re-
uertitur, d.l.3.§.emanſor, l.4.& l.5. D. eod. Differunt
autem Emanſores à deſertoribus eo,quo Errones à
Fugitiuis.

Embamma, à Græco ἐμβάπτειν, i.intingere.vn-
de intinctum Plin. adpellat. & eſt condimentum ex
aceto intingendis obſoniis paratum. Vlp.l. 9. §. 1. de
contrah.em.Ceterùm ſi vinum non acuit,ſed ab ini-
tio acetũ fuit,vt embãma,aliud pro alio veniſſe vide-
tur. Idem l.9.§.1.de triti.vin.Si acetum quis legaue-
rit,embãma cõtinebitur:quia aceti numero fuit. Er-
go ſimile quiddam eſt, vt quod Roſaceum, aut Hya-
cinthinum,aut Sambuceum adpellamus.

Ἐμβατευτικὸν ius, Alciatus li.Parerg.1.cap.36. id in-
terpretatur,quod & quandam detentationem reſpi-
cit,& rei poſſidendæ facultatem : tametſi proprietas
vera ad alium pertineat.quale eſt ius ſuperficiarij,vel
eius qui fundum vectigalem poſſideat. ἀπὸ τοῦ ἐμβα-
τεύειν,quod eſt ingredi,& intrò pedem ferre. Vlp.l.3.
§.4.de reb.eor.qui ſub. Si ius ἐμφυτευτικὸν, vel ἐμβα-
τευτικὸν,habeat pupillus, videamus an diſtrahi hoc à
tutoribus poſſit. Hæc Alciatus,cui adſentior.etenim
de poſſeſſione à Prætore impetrata locum interpre-
tar.,quemadmodum nonnulli faciunt,nulla ratio eſt:
nam quo id exemplo venderetur?

Emblemata, ἐμβλήματα, παρὰ τὸ ἐμβάλλειν,
dicuntur cruſtæ & ornamẽta exemtilia,quæ ſcyphis,
vbi commodum eſt,adponi,adimíque poſſunt. Vlp.l.
7.D. ad exhib. Idem & ſi armario vel naui tabulam
meã,vel anſam ſcypho iunxeris,vel emblemata phia-
læ, vel purpuram veſtimento intexeris , &c. Idem l.
17 & Paullus l.32.§.1.D.de aur.arg.mund.& apud Ci-
ceronem Verrina 7.frequentiſſimè.Item l.3.§.1.D.de
tri. vin.

Embola, ἐμβολὴ, in l. iubemus, 10. C. de ſacroſ.
eccl.pro trãſuectione annonæ ſumitur.Iubemus nul-
lam nauem ante felicẽ embolã, vel publicarũ ſpecie-
rũ tranſuectionẽ publicis vtilitatibus ſubtractã ex-
cuſari poſſe.Hoc autẽ in l.inſequẽti ſic extulit, Cùm
ad feliciſſimam expeditionẽ noſtri numinis debeant
ſolita nobis miniſteria exhiberi.

Emere, inquit Feſtus, quod nunc eſt mercari,
antiqui accipiebant pro ſumere.vide Emtio.

Emere antiqui pro conducere ponebant. vide
Redemtores.

Emeritvm, emolumentum quod veteranis e-
meritis ſtipẽdiis obuenit.Modeſt.l.3.§ 3. D.de re mil.
Quî militiæ tempus in deſertione impleuit, emerito
priuatur.& paulo pòſt: Et ſi expleto militię tempore
redeat,vt veteranus reſtituetur, & emerita accipiet.

Emphanistica, ἐμφανιστικὰ, Nouella LVI. (πα-
ρὰ τὸ ἐμφανίζειν,quod eſt profiteri,publicare) dicun-
tur,quæ clerici dare ſolebãt , cũ in numerũ & ordinẽ
clericorũ magnæ eccle.Cõſtant.cooptarẽtur. Sic ἐμ-
φάνισιν διατάξεων, promulgationẽ conſtitutionũ ad-
pellat in Rub.Nouel.LXVI.vetus interpres inſinua-
tiones viſitato verbo adpellat.

Emphytevsis, cõtractus eſt à Zenone Imp.
primum nominatus, cùm fundus ea lege fruẽdus da-
A tur , vt quotannis certa penſio ſoluatur: & quamdiu
ea ſoluetur , ſi numquam fundus ad dominum re-
deat:quod ſi toto triennio ſoluta penſio non ſit: tum
fundus domino committatur : & quoties fundus a-
lienabitur, quinquageſima precij pars domino pen-
datur : totius autem interitus periculum, ad domi-
num : partis , ad colonum pertineat. vbi Zeno ait
ius emphyteuticarium neque conductionis , ne-
que alienationis eſſe titulis adiiciendum:ſed hoc ius
B tertium eſſe ab vtriuſque memoratorum contractuũ
ſocietate ſeparatum,conceptionémque ac definitio-
nem habere propriam. Huius autem originem con-
tractus vocabulum ipſum demonſtrat. nam ἐμφυτεύ-
ειν,conſerere eſt: vt facilè adpareat,tum illum vſur-
pari cœptum , cum agri deſerti atque inculti non fa-
cilè colonum reperiebat : qui cum impendium ma-
gnum in illorum culturam & conſitionem, atque(vt
nunc loquimur)meliorationem feciſſent , ab iis diſ-
cedere cogerentur. Inſtitutum igitur,vt non ad tem-
C pus,ſed in perpetuum , vel certe ad tempus longiſſi-
mum illi agri locarentur: ea lege vt quamdiu merces
ſolueretur , tamdiu vel certè vſque ad longiſſimum
illud tempus retinerentur. Plura de eo vide in no-
ſtris Inſtit.comment.

Emphytevsis, ἐμφύτευσις: παρὰ τὸ ἐμφυτεύειν, quod
inſerere eſt:genus eſt locationis,quo inculti ac deſer-
ti agri colono alicui ea lege in perpetuum locantur,
vt quàmdiu præſtituta merces ſoluatur, nunquam ad
dominum reuertantur,& niſi quid aliud conuenerit,
D totius rei interitus ad dominum pertineat,partis ve-
rò ad ipſum colonum.l.1.C.de iure emphyt.Impp.au-
tem hoc ius modò Emphyteutic. modò Perpetua-
rium adpellant:vt §.2.de loc.& cond.& l.1.C.de offic.
conſ. ſac.palat.

Emplastrvm, ἔμπλαστρον παρὰ τὸ ἐμπλάττειν.
Corn. Cel. lib.5.cap.17. definit medicamentum quod
liquati aliquid accipit, ita vt ex multis componatur,
quæ in vnum poſtea miſcentur. Imp. §.22. de rer. di-
uiſ. Aut ex ſuis & alienis medicamentis,emplaſtrum
E aut collyrium. Paullus l.18. §. 6. de inſtit. vel inſt. In
inſtrumento medici eſſe collyria & emplaſtra,& cet.
eius generis Caſſius ſcribit:

Emponemata, ἐμπονήματα Iul.in Nouell.VII.
Ne res eccleſ. alien. ita definit : quæ labore contra-
hentis, in agro meliorata ſunt.

Emtio eſt contractus iuriſgentium de quan-
titate cum corpore commutanda ſola inter ſe pa-
ctione contrahentes obligans. Vel ſic:

Emtio & venditio eſt contractus bonæ fidei,
F inter quos iure ciuili licet factus , de re certa certo
precio,in perpetuum domini iure obtinenda. Ita ra-
tio hæc rerum adquirendarum à Mancipatione diſ-
cernitur:quæ non contractus eſt, ſed actus, vt vulgò
loquimur,id eſt legis actio. Rurſus à locatione diſtin
guitur,quia res conducta neque iure domini , neque
in perpetuum obtinetur.

Emtio & permutatio ſic differunt. I. In emtione
res pro numis datur : in permutatione, res pro re,vel
numus pro numo, vel, vt certius loquamur, precium
G pro precio : vt equus cũ boue, vel numus Gallicus cũ
Italico. II. In emtione ex ſola conuentione naſcitur
obligatio:in permutatione ex rei traditione tantùm.
III. In illa venditor tenetur tantùm ad poſſeſſionem
præſtandam : in hac rei dominium transfertur. IIII.
Illa rei alienæ traditione poteſt conſiſtere : hæc ve-
rò nequaquam. V. Ex illa venditor vna tenetur
actione , nimirum eius quod intereſt : in hac,

qui rem accepit duabus tenetur actionibus aut condictione, aut petitione eius quod intereſt, l. 1. D. de rer. permutat.

Emtionis verbo lex XII. tabularum alienationem omnem complexa eſt, ait Pomp. l. ſtatuliberi, 29. in fi. D. de ſtatulib. Ego verò animaduerti Varronem in lib. De re ruſtic. plerumque hac in re verbum illud vſurpaſſe. vt libro II. cap. x. In emtionibus dominum legitimum ſex ferè res perficiunt. pro In adquiſitionibus. Item cap. VIII. Sequitur quartum de emtione. Fit alterius, cùm à priore domino ſecundo traditum eſt.

Emtionis & venditionis verbis veteres promiſcuè vtebantur: ait Caius in l. 19. D. de act. emt. & ven. Quod ego interpretor in locationibus & conductionibus. quia hæc Caius ſcribit ad Titulum de Publicanis: quod magnopere adtendendū puto. nunquam enim reperietur, opinor, eum qui pecuniā pro re ſibi vendita numerat, venditorem ab antiquis eſſe dictum. Conductores autem operum aut vectigaliū, Redemtores ab antiquis adpellatos eſſe, nemo eſt qui neſciat. Itáq, eūdem Caium ſcripſiſſe in lege inſequenti facilè mihi perſuadeo: vbi non IDEM EST ſed ID EST, legendū puto: vt quod in commentario ſuo ſcripſerat, planius interpretaretur: id eſt, in locatione & cōductione. ac leges eſſe permultas, hoc initio, nemo neſcit. Venditionis aut & emtionis exemplum ex Verrina tertia proferemus. Vbi illa conſuetudo in bonis (prædibus, prædiíſque) vendendis, omnium Conſulum, Cenſorum, Quæſtorū denique, vt optima condicione ſit is, cuia res ſit, cuium periculū? id eſt, Vbi eſt conſuetudo illa vetus in operibus locandis, vt is qui cōduxit, aliis omnibus anteponatur? Sic enim locum illum in commētariis explicauimus. aliter atque Aſconius, aut Budæus, aut alij: fateor. ſed lector locum animaduertat, & in hac controuerſia ſuum iudiciū interponat. nam adhuc qui meam cauſam improbaret, reperi neminem.

Emtvm paratum hoc differunt, quòd in emto paratum ineſt: in parato, non cōtinuò emtum continetur, l. 47. §. 1. D. de leg. & fid. lib. 32. Paratum ergo generis nomen eſt: emtū ſpeciei, l. 45. l. 46. l. 47. l. 49. l. 78. eo.

Encavstvm, ἔγκαυστον Imp. Leo adpellat, reſcripta Principis purpurea inſcriptione inſignita: hoc eſt cocti muricis & triti conchylij cruore, l. ſacri, 6. C. de diuerſ. reſcript.

Endo procinctu inquit Feſtus, id eſt, in procinctu. ſignificat autem cuum ex caſtris in prælium exitū eſt: procinctos quaſi præcinctos, atque expeditos. nā apud antiquos togis incincti pugnaſſe dicuntur.

Enthecæ, ἐνθήκη, impoſita inſtrumenta, ſiue dotes prædiorum. Iſidorus ſic: Enthecam Græco ſermone repoſitam rei copioſam ſubſtantiam adpellamus. Papin. l. 2. §. 1. D. de inſtr. vel inſt. Dotes prædiorū, quæ Græco vocabulo ἐνθῆκαι adpellantur, cuum non inſtructa legantur, legatario non præſtantur. Vlpianus l. 68. §. 3. D. de legat. & fid. Prædiis cum his enthecis, quæ in ea poſſeſſione ſunt, relictis, &c. vide Dotes prædiorum.

Ἐν πλάτει, locutio eſt Iuriſconſultis familiaris, idem ſignificans quod laxè, non anguſtè, neque preſſè. nam vt ait Heſychius, πλατεῖα, τὰ ἐν πλάτει γεώμορα μεγάλα. id eſt, πλατεῖα dicuntur paſcua longè lateque patentia. Ex quibus patet deductam locutionem ex iis, qui nō in aliquo angulo & anguſto loco, ſed in cāpis latè patētib. verſātur. Labeo l. 28. D. de prob. Nū aliquis meminerit quo die aut quo cōſule factū ſit, ſed

A num hoc aliquo modo probari poſſit, quādo id opus factum ſit. & hoc ita quod Græci dicere ſolent ἐν πλάτει. poteſt enim hoc memoria non teneri intra annum puta L. aut LX. factum. Sic enim eum legendū eſſe locum in Obſeruationibus demōſtraui. Iulianus l. 13. D. de ſolut. Ratum autem habere dominus debet, cuum primum certior factus eſt. ſed hoc ἐν πλάτει, & cum quodam ſpacio temporis accipi debet.

B Vlp. l. 12. §. 2. D. ratā rē hab. Hoc autē ἐν πλάτει accipiendū, & cū quodā ſpacio temporis nec minimo nec maximo. Et rurſus l. 3. D. de cond. tritic. Vt ſi quis diceret: Hoc tēpus accipiendū eſt in cāpo, nō in angulo: id eſt longū, nō breue. Eſt enim à tēpore ad locū trāſlatio. Et ſimillima locutio eſt apud eoſdem Iuriſconſultos Παρατατικῶς, de qua ſuo loco dicturi ſumus.

Ἐπιβατηγοὶ naues eædem quæ vectoriæ, id eſt vectorū ductrices: iuncto nomine ex Ἐπιβάτης, i. vector, & ἄγω duco. Vlp. l. 1. § 5. D. de exercit. act. Quædam e-

C nim naues onerariæ: quædā, vt ipſi dicunt, ἐπιβατηγοὶ ſunt: & pleróſque mādare ſcio ne vectores recipiant, & ſic vt certa regione & certo mari negocietur.

Ἐπιδημίαι, viæ tritæ & peruulgatæ, per quas plerumque ad vrbem aditur. ex Δῆμος, id eſt populus cōficto nomine. Vlpian. l. 4. §. 4. D. de offic. Proconſ. Ingreſſum etiam hoc eum obſeruare oportet, vt per cā partem prouinciç ingrediatur, per quam ingredi moris eſt. & quas Græcia ἐπιδημίας adpellat, ſiue κατάπλουν obſeruare. Hinc,

D Ἐπιδημητικὰ ſub Rubr. Cod. de metat. & epidemet. dicuntur, pecuniæ aut munera quæ prouinciales metatoribus dabant, ne diuerſorium militibus illac tranſeuntibus in ædibus ſuis adſignarent.

Ἐπιμεληταί, curatores. Vlpian. l. 46. §. 1. de administr. tut. Sempronij bona Reſpubl. iuſſu præſidis poſſedit. quorum bonorum magiſtratus Reipublicæ tres curatores conſtituerunt, qui apud Græcos ἐπιμεληταὶ vocantur.

E Ἐπὶ πάσης ἐξουσίας, vſurpatum eſt, apud Paullum in l. 29. D. qui teſt. fac. pro Quacumque ratione & modo fieri poterit. ſcribit enim Paullus, ſcripturam ad teſtamentum paratam, vim teſtamenti non habere: niſi hæc ei verba defunctus ſubſcripſerit, Hoc teſtamentum quacumque ratione poterit, ratum eſſe volo.

Episcopvs ἐπίσκοπος, propriè ſpeculator. hinc ad eos qui aliis quibuſdam obſeruandis & cuſtodiendis præfecti ſunt, ad quos ſumma negocij pertinet, hoc nomē tranſlatum. vt patet ex epiſt. Cic. 10. lib. ad Att. 7. Aread. l. 18. §. 1. D. de mun. & honor. Item epiſcopi,

F qui præſunt pani, & ceteris venalibus rebus quæ ciuitatum populis ad quotidianum victum vſui ſunt, perſonalibus muneribus funguntur.

Epistola, pro cautione. Scæuola l. vlt. D. de pec. conſt. L. Titius Seiorum debitor deceſſit: hi perſuaſerunt P. Mæuio quòd hereditas ad eū pertineret: & fecerunt, vt epiſtolam in eos exponat debitorem ſe eſſe quaſi heredem patrui ſui confitentem. qui & addidit epiſtolç ſuæ, quod in rationes ſuas, &c. Marcellus l. 34. D. de pign. act. Petiit à creditore, vt fundum

G certo precio emtum haberet: & cuum impetraſſet, epiſtolam qua ſe vendidiſſe fundum creditori ſignificaret, emiſit. l. emtor, 47. D. de pact. l. vlti. D. de inſtit. l. 24. l. 26. l. 28. D. depoſ. l. 34. D. de pig. act.

Epistolæ principum, quæ & Reſcripta Principum adpellantur, dicebantur quibus illi vel ad poſtulata præſentium, vel ad ad magiſtratuum abſentium conſulationes reſpondebant. l. 1. D. de conſt. princip.

princip. Exemplum exſtat in l. ſed addes, 19. §. 8. D. locat. l. Diui fratres, 17. D. de iur. patro. l. 3. D. de teſtibus, l. debitoribus, 17. D. de re iudi.

EPISTOMIA, ἐπιςόμια, non ſunt foramina per quæ aqua effluit, vt Alexandrinus neſcio quis putauit: nam ab ἐπιςομίζειν confictum vocabulum adparet, quod ſignificat os claudere, ſiue obturare. vnde ἐπιςόμια clauſtra ſiue obturaméta canalium. Paullus lib. Collect. 3. cap. 9: Inſtruméto balneatorio legato, balneator ipſe & ſcamma, & podia, fiſtulæ, miliaria, epiſtomia, rotæ aquariæ continentur. Vbi tamen aut AQVIMINALIA legendum putarem: aut FAMILIARIA EPISTOMIA, id eſt fiſtulis adplumbata: vt de Epitomiis in l. 17. §. 5. D. de act. emt.

EPITONIA, ἐπιτόνια, ab ἐπιτείνεσθαι, id eſt intendi, ſunt inſtrumenta quibus funes intenduntur. qualia pleriſque in Germaniæ locis cernuntur, rota inſtructa, & puteis adplumbata eo ordine vt terni & quaterni ſimul aquam eodem ex puteo haurire poſſint, funiculo per rotam demiſſo. Vlpian. l. 17. §. D. de act. emt. Caſtella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia fiſtulis adplumbata, aut quę terra continentur, quamuis non ſint adfixa, ædium eſſe cõſtat.

EPVLVM, conuiuium plebi datũ. Paullus l. 122. D. de leg. & fideic. lib. 30. Ciuitatibus legati poteſt etiã quod ad honorem ornatúmq; ciuitatis pertinet, ad ornatum, puta quod ad inſtruendum forũ, theatrum, ſtadium legatum fuerit. ad honorem, puta quod ad munus edendum, venationémve, ludos ſcenicos, ludos Circenſes: aut quod ad diuiſionem ſingulorum ciuium, vel epulum relictum fuerit.

EQVITIVM, armentũ equorum. apud Vlp. l. 70. D. de vſufr. & l. 12. §. 3. D. de vſu & hab.

ERECTVM patrimoniũ, nondum diuiſum. Feſtus lib. v. Erectum, quod fit inter cõſortes, vt in libris legum Romanarũ legitur. Erectum à coërcendo dictũ: vnde & Erciſcundæ, & Erciſci. Citũ autẽ vocatũ eſt à ciẽdo. Ad hũc locũ illud Seruij pertinet lib. Æneid. VIII: Donatus, inquit, hoc loco cõtra metrũ ſentit dicens, Citę, diuiſæ: vt eſt in iure, Erecto, nõ cito: i. patrimonio vel hereditate non diuiſa. Hæc illi. mirum autẽ videtur mihi, niſi apud vtrumq; ERCTVM non ERECTVM legẽdũ ſit. vt Erctũ dicatur, quia cũ hered. diuiſa eſt, alter ab alterius parte ercetur. Hinc,

ERCISCVNDÆ familiæ actio ex XII. tabul. de qua ſub tit. D. famil. erciſc. Cic. in 1. de Orat. Nec ſi parui nauigij & magni eadẽ eſt in gubernãdo ſcientia, idcirco qui quibus verbis erciſci oporteat, neſciat, idem erciſcundæ familiæ cauſſam agere non poſſit. vide Actio familiæ erciſcundæ.

EREMODICIVM ἐρημοδίκιον, deſertum iudiciũ: vt origo vocabuli demõſtrat. Itaq; ἐρήμην Heſychius μονομερῆ ἀγῶνα interpretatur, id eſt iudicium ex vno litigatore cõſtans. ſed quod idẽ addit, cũ reus abſens damnatur, ad noſtrũ eremodiciũ non pertinet: quod non modò ad rei, ſed & ad actoris abſentiã Iuriſcõſulti referũt. nam de actoris abſentia locus eſt apertiſſimus in l. ait Prætor, 7. in fi. D. de mino. Item & in eremodiciis minori ſubuenitur, inquit Vlpia. cõſtat autẽ omnis ætatis hominibus reſtaurationẽ eremodicij præſtari, ſi ſe doceat ex iuſta cauſſa abfuiſſe. De rei verò abſentia idem ſic loquitur in l. cum quærebatur, 13. D. iudic. ſol. Cuum quærebatur, ſi interpoſita iudicatũ ſolui ſtipulatione, cuum quis rem non defenderet. poſtea ex eremodicio ſententiã eſſet paſſus, an ob rem iudicatam clauſula committatur. Et Iuſtinianus in l. properandum, 11. §. 2. C. de iudic. D. de iudic. Sin autem reus abſuerit, & ſimilis eius proceſſerit requiſitio, quemadmodum pro perſona actoris diximus: etiam abſente eo eremodicium contrahatur. Item aliquanto pòſt: Cuum autem eremodicium ventilatur, ſiue pro actore, ſiue pro reo, examinatio cauſſæ ſine vllo obſtaculo celebratur.

EREMODICII exemplum, Paullus in l. vlt. D. ad S.C. Treb. proponit, vbi Polycrates, cuum eius aduerſarius Phœbus μονομερῶς egiſſet, victus eſt. Nam vt ſcribit Heſychius, Ἐρήμη, μονομερὴς δίκη: ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος ἐπὶ τὴν κρίσιν ἡττηθῇ. Ereme, inquit, eſt iudicium vna ex parte conſtans, cuum reus qui ſe non ſtitit in iudicio, condemnatur.

ERGASTERIA, ἐργαστήρια, officinæ fabrorum átque opificum: itémque tabernæ in quibus merces venduntur, Imper. l. ſi cohortalis, 12. Cod. de cohort. Qui diuerſarum rerum negociationibus detinentur, trapezitas ſcilicet, vel gemmarum, argentíque & veſtium venditores, apothecarios etiam, ceteróſque inſtitutores aliarum mercium, quibuſcumque ergaſteriis adhærentes. Sic l. 2. C. de epiſc. & cleri. leg. 2. C. de met. & epidim. leg. 9. C. de oper. publ. leg. 26. §. illos. C. de vſur.

ERGOLABI in Rub. Cod. De monopol. & conuentu ergolaborum, qui mercede conducti operantur. Suidas: ὥσπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ δεικνῦμεν ἐργολάβον καλεῖν τὸν ὑπέρ τινων ἔργων μισθὸν λαμβάνοντα, καὶ ἔχοντα τοὺς συνεργαζομένους, οὕτω καὶ οἱ ῥήτορες ἐξεδέξαντο τοὺς ἐργολάβους.

ERIPERE, eſt de manibus auferre per raptum. l. 4. D. ne quis eum qui in.

ERONES, vide infrà PERONES.

ERRO propriè ſic definitur, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumtis ſerius domum redit. l. 7. §. 13. D. de ædil. edict. l. 1. §. vlt. D. de ſer. corrup. l. fugitiuus, 225. D. de verb. ſign.

ERROR calculi dicitur, cùm in ratione ſubducenda per imprudentiam erratum eſt: ſic, vt tranſactio falſa ſuper eo errore facta ſit, l. 1. C. de err. calcul.

ERROR vel facti, vel iuris eſt. Facti eſt, cùm aut quod factum eſt, neſcitur, factum: aut quod non factũ eſt, factum putatur. veluti ſi quis eum cuius bonorũ poſſeſſio ipſi deferebatur, deceſſiſſe ignoret: aut alterum bonorum poſſeſſionem accepiſſe putat. l. prima, D. de iur. & fact. ignor. Iuris error eſt, cùm id quod certi & conſtituti iuris eſt, ignoratur. d. l. prima, & l. nona, §. tertio, D. eodem, l. ſecunda, §. ſi à pupillo, D. pro emt. l. ſi fur, 32. §. primo, D. de vſurpat.

ESCALE argentum, pro Eſcario apud Modeſtin. l. 8. D. de ſupp. leg.

EVECTIONES dicuntur in l. 3. C. de. curſ. pub. Principis literæ, quibus alicui poteſtatem facit publicis equis curſalibus vtendi. Earum autem vſus priuatis interdicitur: & magiſtratibus, ceteriſque qui in officio ſunt, permittitur l. nullus, 11. C. eod. Tractoriæ adpellantur ſub Rub. de tractoriis & ſtat.

EVERTERE patrimonium, diſperdere. Vlpianus l. 1. D. ſi fam. furt. feciſ. Ne cuum plures furtum admiſerint, euertant domini patrimonium, ſi omnes dedere, aut pro ſingulis æſtimationem litis offerre cogatur. Sic apud Cicer. pro Sex. Roſc. Hunc funditus euertit bonis. & Verrin. 3. Euertere aliquem omnibus fortunis. Hinc,

EVERSOR pro prodigo, nepote, diſſoluto, qui patrimonium ſuum profundit. Caius libro Inſtit. 1. tit. 8. Sub curatore ſunt minores ætate, maiores euerſores, inſani qui euerſores aut inſani ſunt,

eiicere & expellere ſignificat. Hinc Heſychius, ἐξι-ϐρασθεῖν. inquit, ἐκϐληθεῖν, ἀποῤῥιφεῖν.

EXCEPTIO (ait Vlpia.) dicta eſt quaſi quædam excluſió, quæ interponi actioni cuiuſque rei ſolet ad excludendum id, quod in intentionem condemnationémve deductum eſt, l.2. D.de except. Excludendum autem dixit, pro Eiiciendum, & amputandum. nam Excipere propriè detrahere eſt: indéque dicta Exceptio eſt, quòd partē aliquam de vniuerſo actoris iure detrahat. Quapropter eius formula vſitata B hęc erat, EXTRA QVAM: vel NISI SI vel SI NON. quaſi defenſor aliqua ex parte veram eſſe actoris intentionem fateretur, ſed tamē cum exceptione. Qua de cauſſa Paullus in l. exceptio, 22. D. eod. formulam hanc SI NON, quæ tota condicionalis eſt, ſignificās, ita ſcribit:

EXCEPTIO eſt condicio, quæ modò eximit reū damnatione: modò minuit damnationem. vide Præſcriptio. Poteſt etiā Exceptio inde videri dicta, quòd actoris orationem ſubſequatur. Nā Excipere, eſt ſe- C qui. Vide excipere ſermonē alterius, pro reſpondere. Et ſæpe apud Virgil. veluti Æneid.9. Excipit Aſcanius. Cæſar Ciuil.3. Hunc Labienus excepit, vt cùm Cæſaris copias deſpiceret, &c.

EXCEPTIO eſt ea rei defenſio, quæ non omnem actoris intentionem excludit, ſed eius partem dumtaxat. nam exceptiones earum dumtaxat rerum dari ſolebant, quæ facti erant, non iuris: id eſt, quæ actionem ipſo iure non exſtinguerēt. quippe, quæ non erant à iure ciuili inſtitutæ ad actiones tollendas & D perimendas.

EXCEPTIONVM aliæ perpetuæ & peremtoriæ dicuntur: quæ ſemper agentibus obſtant, & ſemper rem de qua agitur, perimunt. ait Imper. §. 6. de except. vel ſic: quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, l.3. D. eo. tit. Aliæ verò temporales & dilatoriæ: quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt. dicta lege tertia. vel ſic:

EXCEPTIONES perpetuæ & peremtorię ſunt, quæ & obiici ſemper poſſunt, quippe quæ nec vllo E temporis ſpacio, nec rei vllius mutatione amittuntur: & ſemel obiectæ ita exſtingunt obligationem, vt ea repeti poſtea non poſſit: cuiuſmodi eſt de dolo malo de metu, de pacto, de iureiurando.

EXCEPTIONES temporales & dilatoriæ ſunt, quæ & ad tempus tantùm obiici poſſunt, & obiectæ actionem tantùm differunt, atque aliud in tempus reiiciunt.

EXCEPTIO doli mali conceditur ei, qui cùm dolo malo inductus, ſtipulanti promiſiſſet, iure ciuili F obligatus erat. Eius formula hæc erat, NISI DOLO MALO inductum eum ſtipulāti promiſiſſe adpareat, l. prima, & paſſ. D. de doli & met. except.

EXCEPTIO in factum conceditur, ei qui errore inductus ſtipulanti promiſerat, & iure ciuili contra æquum & bonū obligatus fuerat. EXTRA QVAM EVM IVSTO ERRORE inductum ſtipulanti ſpondiſſe adpareat. vt l. Iulianus, 7. D. de doli except.

EXCEPTIO Iuriſiurandi permittitur ei, qui actore Iuſiurandum deferente iurauit ei ſe nihil debere: G NISI ADPAREAT eum deferente actore iuraſſe, ſe nihil debere, l.3. & 14. D. de iureiuran. Item ei datur, qui petitore deferente, ſuam eſſe rem qua de in iure agebatur, iurauit, l. ſed & ſi poſſeſſori, D. eod. NISI ADPAREAT eum petitore deferente, rem ſuam eſſe iuraſſe.

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ, conceditur ei, qui quaſi ſtatim credituro ſtipulanti ſpopondit, iuréque ciuili obligatus eſt: NISI NON NVMERATAM FVISSE PECVNIAM adpareat. Eſt autem inſtituto Iuſtiniani biennis facta. l. in contractibus, C. de non numera. pecun.

EXCEPTIO pacti conuenti, eſt quæ aduerſus actionem opponitur, per quam aliquid à nobis petitur, quod nos quidem præſtaturos promiſimus: ſed poſtea inter nos ne id peteretur, conueniſſe adfirmamus. vti docet. Imper. §. ſecundo, de excep.

EXCEPTIO pacti conuenti, conceditur ei debitori, quo cum creditor de non petendo pactus erat, & qui tamen nihilominus iure ciuili obligatus manebat. l. iuriſgentium, D. de pact. NISI CREDITOREM de non petendo pactum fuiſſe adpareat.

EXCEPTIO procuratoria, inquit Vlpianus, eſt exceptio qua reus dicit non licere procuratorio nomine agi: nec prorſus litem inficiatur, ſed perſonam euitat. l.2. §.3. D. de exceptio.

EXCEPTIO quod metus cauſſa datur ei, qui cum metu adductus ſtipulanti promiſiſſet, iure quidem ciuili obligatus erat, Prætori tamen propter iniquitatem & aſperitatem iuris ciuilis, dignus hoc præſidio videtur. leg.1. & paſſ. D. de dol. mal. & met. SI NON METV inductum ſtipulanti promiſiſſe adpareat.

EXCEPTIO rei iudicatæ conceditur ei, qui cùm in iudicio eiuſdem rei quæ nunc ab ſe iterū petitur cauſſam obtinuerit, denuò tamen in ius vocatus eſt: NISI REM illam qua de agitur, iudicatam eſſe adpareat. l.1. & paſſ. D. de except. rei iudic.

EXCIPERE veteres dixerunt pro Paciſci. Item pro cauere: Cicero Verr. vii. Nominatim cautum & exceptum ſit fœdere, ne nauem dare debeat. Item in Cluentiana: In omnibus legatis, quibus exceptum eſt, de quibus cauſſis aut magiſtratum capere non liceat, &c. Varro lib. de re ruſt. ii. In emtionibus iure vtimur eo, quod lex præſcripſit. in ea enim alij plura, alij pauciora excipiunt. quidam enim precio facto in ſingulas oues, vt agni chordi duo, pro vna oue adnumerentur, & ſi cui vetuſtate dentes abſunt, &c. Pedianus in diuinat. Mæuius cùm domum ſuam venderet Catoni & Flacco Cenſoribus, vt ibi baſilica ædificaretur, exceperat ius ſibi vnius columnæ. Vlpian. l. ſi tibi, 13. D. de præſcrip. verb. Quia ſibi certum precium excepit: id eſt, pactus eſt. Idem in leg. ſi venditor, 10. D. de religioſ. Si venditor fundi exceperit locum ſepulcri ad hoc vt ipſe poſteríque eius illò inferrentur. Item in leg. in emtionibus, 43. D. de pact. Hinc,

EXCEPTIO pro pactio: in l.3. D. de reſcind. vend. l. pacta conuenta, 72. in fin. D. de cont. emt. l. iuriſgentium, 7. §. adeò, D. de pact.

EXCONSVLE, conſularis, qui Conſulatu functus eſt. Imper. ad Anteceſſores, Tum per Tribonianum virum magnificum, magiſtrum & exquæſtore ſacri palatij noſtri, & exconſule.

EXCVBICVLARII, qui cubicularij munere functi ſunt. Impp. l.13. de excuſat. lib. Cod. x. Maximarum culmina dignitatum conſiſtoriani quoque comites, notarij etiam noſtri, & cubicularij omnes atque excubicularij ab omnibus ſordidis muneribus vindicentur.

EXCVTERE aliquem, eſt in alicuius facultates inquirere, & videre vtrum ſoluendo ſit. nécne. l.1. §. ſi inter. D. de magiſt. conuen. l. prima, C. de reuoc. his quæ in fraud. Hinc,

EXCVSSATVS pro Excuſſus. Paullus l.46. §.6. D.

de admin.tut. Non priùs ad eos reuerti pupillus poteſt, quàm omnes tutores excuſſati fuerint.

EXECVTOR, qui à Prætore rei iudicatę exſequédæ cauſſa mittitur. vel ſic:

EXECVTOR eſt, qui poſt ſententiam inter partes audita omni & diſcuſſa lite prolatam, rei iudicatæ vigorem ad effectum perducit. l. penul. C. de exſecut. rei iudic. l. tertia, §. ſi exſecutor, D. de negoc. geſt. l. 4. D. de adpellat.

EXECVTORES negotiorum dicuntur, vt opinor, viatores, qui quæ ad iudicium conſtituendum, exercendum & exſequendum pertinebant, agebant, l. vlt. D. de teſtib. l. 13. & l. vlt. D. de iudic. l. 15. C. de teſtib. l. cum clericis, 25. C. de epiſc. & cleric. §. tripli. de actionib.

EXERCITVI præeſſe dicimus eum, qui legionem vel legiones cum ſuis auxiliis ab Imperatore commiſſas adminiſtrat. l. 2. §. 2. D. de his qui not. inf.

EXERCITOREM eum dicimus, ad quẽ obuentiones & reditus omnes perueniunt: ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauem per auerſionem conduxit vel ad tempus, vel in perpetuum, l. 1. §. 7. D. de exercit. act.

EXHEDRA, ἐξέδρα, propriè conclaue in quo ſellæ poſitæ ſunt complures, colloquendi cauſſâ. Vlpianus lege 5. §. 2. D. de his qui deiec. vel effud. Oportebit Prætorem æquitate motũ in eum potius dare actionem, ex cuius cubiculo vel exhedra deiectum eſt: licèt plures in eodem cœnaculo habitent. Cicero libro quinto de Finibus, pro conclaui vbi philoſophi ſedentes diſputarent, vſurpat. Et in libro de Orat. tertio, Craſſum lectulo in exhedra poſitũ dormientem facit.

EXHEREDARE propriè eſt, eum qui ipſo iure heres deſignatus erat, ab hereditate remouere. Itáq; verbum hoc in ſuis tantùm heredibus vſurpatur: in extraneis, res inepta eſt: inquit Paullus in l. quidam, 132. D. de verb. obl. Animaduerti tamen impropriè & abuſiuè verbum hoc etiam ad eos transferri qui præteriti ſunt: non tantùm filios, verumetiam agnatos: in eo loco lib. 1. de Orat. quem olim aliorum quorundam auctoritate adductus, corruptũ arbitrabar. Res delata eſt ad Centumuiros, cùm miles domum reueniſſet, egiſſetque lege in hereditatem paternam teſtamento exheres filius: id eſt, præteritus. Sic in Philip. orat. 11. fratrem ad quem, vtpote proximũ agnatum hereditas pertinebat, exheredatũ legimus, pro ſilentio prætermiſſum: & eo ſilentio quaſi excluſum ac deiectum de ſpe certa & explorata quam habebat. Igitur, inquit, fratrem exheredans, te faciebat heredem. Sic Cornificius lib. ad Herennium IIII. Hereditas aliqua obuenit? non poteſt dici: ſed etiam à neceſſariis omnibus exheredatus eſt. Sic in Cluentiana: P. Ælij teſtamento propinquus exheredatus cùm eſſet, heres hic alienior inſtitutus eſt.

EXHEREDATIONIS formula duplex eſt: aut enim nominatim liberi exheredantur, aut inter ceteros. Vide Nominatim: &, Inter ceteros.

EXHIBERE, eſt in eadem cauſſa præſtare, in qua fuit cuum iudicium acciperetur, vt quis copiam rei habens poſſit exſequi: actione quam deſtinauit in nullo caſu quem intendit, læſa. l. nona, §. 4. D. ad exhib. vel ſic:

EXHIBERE, eſt facere in publico poteſtatem, vt ei qui agat, experiundi ſit copia, l. 2. D. ad exhib.

EXHIBERE minus eſt quàm Reſtituere, inquit Gaius. Nã Exhibere eſt præſentiã corporis præbere: A Reſtituere, eſt etiam poſſeſſorem facere, fructúſque reddere. pleraque præterea reſtitutionis verbo continentur. l. 22. D. de verbo. ſignifica.

EXHIBET, inquit Labeo, qui præſtat eius de quo agitur præſentiam. nam etiam qui ſiſtit, præſtat eius de quo agitur præſentiam, nec tamen eum exhibet. & qui mutum, aut furioſum, aut infantem exhibet, non poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè adpellari poteſt. B l. 246. D. de verb. ſignifi.

EXHIBERE in interdicto De lib. ho. exhib. eſt, vt ait Vlpia. in publicum producere, & videndi tangendíque hominis facultatem præbere. propriè autem exhibere eſt extra ſecretum habere. l. 3. §. 7. D. de hom. lib. exhib.

EXHIBERE in tractatu de tabulis exhibendis, hoc eſt, inquit Vlpian. materiæ ipſius apprehendendæ copiam facere. l. 3. § 5. D. de tab exhib.

EXHIBERE, pro alere & educare. Vlpianus l. prima, C D. de offic. præfe. vrb. Sed & patronos egentes de ſuis liberis querentes audiet, maximè ſi ægros ſe eſſe dicant, deſiderentque à libertis exhiberi. Sic l. prima, §. ſi pupillus, D. de tut. & rat diſtrah. l. quinta, D. de lib. agnoſc. l. vlti. de in rem verſ.

EXILIVM, ab ex & ſolum fictum eſſe verbum, Feſtus, Nonius & Seruius ſignificant his verbis: Solum ſignificat locum. hinc Exſules dicuntur, ſolo patriæ ſuæ pulſi. Item, Exſules dicuntur extra ſolum. Item, Exſul, quaſi trãs ſolum miſſus, aut extra ſolum D vagus. Item, Exſulat, id eſt extra ſolum ſuũ habitat. Quicumque ergo ſiue ſua ſponte, ſiue pœnę, ignominiæ've cauſſa extra ſolum ſuum habitant, Exſules dicuntur. quorum tamen tria genera reperio. nam alij Interdicti, alij Relegati, alij Deportati nominantur: quod illa inſcriptio declarat in libro Pandect. XLVIII: De interdictis, relegatis & deportatis. Interdicti dicuntur, quibus interdictum eſt certi loci aditu commercióque. veluti ſi quis Roma abeſſe iubeatur à Conſule: vt L. Lamia eques Rom. quem P. Gabinius E Conſul iuſſerat ab vrbe abeſſe millia paſſuum ducenta. Item ſi cui à præſide prouinciæ, veluti Siciliæ, aditu ſuæ prouinciæ interdicatur. Cuius rei exẽpla ſuppeditant in l. ſeptima, §. 4. l. 5. l. 6. D. eodẽ. & l. eius qui, 8. D. de teſtament. Relegatorum autem duo genera ſunt. alij namque propriè Relegati dicuntur, cùm in locum aliquem ab hominibus amicis, & notis remotum amandantur: vt Ouid. qui in Pontum abire iuſſus eſt: qua de cauſſa ita ſcribit,

Arua relegatum iuſſiſti viſere Ponti.

F Cic. lib. de Offic. III: Criminabatur etiam quò Titum filium, qui poſtea eſt Torquatus adpellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet. Alij verò impropriè Relegati dicuntur, qui nõ modò nõ amandantur aliò, ſed certum in locũ quodammodo includũtur: & quaſi circũſcribũtur. vt cùm præſes dãnat aliquẽ ne domo ſua prodeat: in l. vlt. D. de interd. quod feciſſe Verres dicitur à Cicerone, Verrina IIII. qui iudicem illum qui ſecundum Heraclium iudicarat, in ſenatu eſſe, locíſque & commodis publicis vti ve- G tuit. Suetonius in Claudio: Ipſe quoſdam nouo exẽplo relegauit, vt vltra lapidem tertium vetaret egredi ab vrbe. Item cùm quis patria excedere vetatur, iubetúrve certis in vicis morari: qua de re loquitur Vlpian. in leg. 7. §. ſolet, eod. eáque eſt, meo iudicio, quam Marcianus latam fugam adpellat in l. 5. eod. Vbi ait latam fugam eſſe, cùm omnibus locis interdicitur præter certum locum. Nam latam fugam

Græcus

Græcus homo dixit, non facultatem liberè vbiq; vagandi,vno loco excepto, ſignificans: ſed φυγὴν potius demonſtrans , id eſt exſilium ab omnibus locis præterquam ab vno:quaſi dicas,hominem ab omnibus locis præterquam ab vno aliquo fugatum. ſic enim Græcè nonnumquam noſtri loquuntur, vt notauimus in l.1.D.de ſponſal. Sponſalia eſſe mentionem, pro μνηστείαν. Adparet igitur neque corruptum illum eſſe locum,vt Budæus & alij exiſtimant , & hanc latã fugam ex aduerſo reſpondere Interdictioni. ſi quidem Interdictio dicitur , cuum quis certi loci aditu: Lata fuga verò cùm certi loci exitu prohibitus eſt. quod paucis hiſce annis apud Allobroges vſurpari vidi,cùm decreto Senatus piſtor quidam vrbe ſua exire per vniuerſum vitæ ſuæ tempus eſt prohibitus. quam multam exſilij nomine rectè à Iuriſconſultis adpellari,locus quem ex orat.Cicer.pro Sextio ſubiiciam,oſtendit: Idémque tu,cum his atque huiuſmodi conſiliis,ac facinoribus nomine C.Cæſaris clemẽtiſſimi,atque optimi viri,ſcelere verò atque audacia tua M.Bibulum foro,curia, templis, locis publicis omnibus expuliſſes,incluſum domi contineres:cúmq; nõ maieſtate imperij,non iure legum,ſed ianuæ præſidio , & parietum cuſtodiis conſulis vita tegeretur, miſeríſne viatorem , qui M. Bibulum domo vi extraheret, vt id quod in priuatis ſemper eſt ſeruatum , id te Tribuno pleb. Conſuli domus exſilium eſſe non poſſet. Deportati porrò dicebantur, qui ciuitate ſua multati,vincti(vt veriſimile eſt)neruo,aut compedibus,in nauim aliquam imponebantur, ſeruíſque publicis vt eos in inſulam transferrent,tradebãtur:idq; atrociſſimum exſilij genus erat,quod (vt modò dixi) ius omne ciuitatis & agnationis adimebat,l.6.D.eod. l.4 D.de gradib.l.ſunt quidam,17.D.de pœn.& l. 1.D. de hered.inſtit. Itaque neque capere quidquam ex teſtamento ciuis R. deportati poterant , neque ius vllum in ſua priſtina ciuitate retinebant,l.eius qui,8. D.de teſtament.l.ſi pater,9.C.de ſent.paſſ. Denique mortuorum loco habebantur.§.Cum autem.Quibus mod.ius pat. Hinc illud Iulij Cæſaris edictum apud Suetonium: Deſinant,inquit,vltrà quærere, mihíque, qui compertum habeo,credant:aut quidem vetuſtiſſima naui impoſitos quocumque vento in quaſcumque terras iubebo auehi. Sic Terent. in Phormione:

Tantáne affectum hominem quemquam eſſe audacia?
Nónne hoc publicitùs ſcelus hinc deportarier in ſolas
terras?

Id eſt,in ſolitudinem,vt ait Donatus. Triplex igitur inter Deportationem & Relegationem differentia eſt. Deportati capitis minutione adficiũtur itaque & ciuitatem & familiam ei amittunt. Relegati verò, non minuuntur:ſed & ciuitatem & bona iuráque omnia retinent,l.deportatorum, 8.C.de pœn.l.6.l.7.§. 1.D.de interdict.relegat.vbi Vlpian.ait, ſiue ad tempus,ſiue in perpetuum quis fuerit relegatus, & ciuitatem Romanam retinet , & teſtamenti factionem non amittit:quod idem traditur in d.l.8.de teſtamen. & l.4.de interd.vbi Vlp. ait , relegatum in poteſtate ſua liberos retinere: quia & alia iura ſua omnia retinet. Altera differentia eſt, quòd Deportati perpetuo exſilio damnantur: Relegati verò, plenum ad tempus,d.l.7.§.1.de interd. Tertia , quòd deportati , vt verbi vis declarat,ſeruis publicis traduntur vincti,vt eos in nauim impoſitos in ſolas terras transferant: vt loquitur Terentius. Relegati verò exire iubentur his verbis, ILLVM prouincia illa, inſulíſque eis relego,excederéque debebit intra illum diem d.l.7.§.

A his qui,eod. Atque hæc quidem ita propriè ac ſubtiliter diſputantur. Verùm intelligendum eſt, pinguis plerumque nos iſtis vti verbis, vt qui interdicti propriè ſunt,relegati dicantur. Itaque Gallus Ælius Relegatos apud Feſtum ita definit , quibus ignominiæ, aut pœnæ cauſſa neceſſe eſt ab vrbe Roma , alióve quo loco abeſſe, lege, ſenatúſve conſulto,aut edicto magiſtratuum. Sic Vlp.in l.7.§.his qui, ſcribit eis qui relegantur,ita magiſtratus fari ſolitos,Te illa prouin

B cia exire iubeo.Sic de L.Lamia Cicero loquens in ea pro Sextio:Eum,inquit,in concione relegauit,edixítque vt ab vrbe abeſſet millia paſſuum ducenta. Maximè verò verbum Exſilij confunditur atque permiſcetur. Cùm enim generale ſit(vt ſuprà diximus) tamen ad deportationis ſpeciem plerumque & quaſi propriè reuocatur,& à Relegatione remouetur.vt in l.2.D.de pœn. Capitalia,inquit,iudicia ſunt,in quibus pœna mors,aut exſilium eſt:hoc eſt aquę & ignis interdictio. per has enim pœnas eximitur caput de

C ciuitate.nam cetera,non exſilia,ſed relegationes propriè dicuntur:tunc enim ciuitas retinetur.In eandem ſententiam Ouid.lib.Triſt.II.

Adde quòd edictum quamuis immite mináxque,
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.
Quippe relegatus,non exul,dicor in illo:
Parcáque fortunæ ſunt tibi verba mea. Item,
Nec mea conceſſa eſt alijs fortuna,nec exſul
Edicti verbis nominor ipſe tui.
Arua relegatum iuſſiſti viſere Ponti,
D *Et Scythicum profuga findere puppe fretum.*

Item Triſt. v.

Ipſe relegati,non exulis vtitur in me
Nomine:tuta ſuo iudice cauſſa mea eſt.

Nomen igitur exſilij , quod generale eſt, plerumque ad ſpeciem Deportationis ita contrahitur , vt de ea ſola intelligatur. Marcianus autem in d.l.5.de interdict. ad ſolam interdictionem & relegationem contraxit. Vbi cùm dixiſſet,exſilium eſſe triplex,tamen duplex dumtaxat ponit:ſpeciémque pro genere con-

E ſtituit.quemadmodum ex iis quæ ſuperiùs dicta ſunt, facile intellectu eſt. Atque hæc quidem de exſilio:cuius in Pandectis mentio fit,ſatis multa.nunc illud ſcire oportet, ſtante Repub. diſſimillimam fuiſſe rationem exſilij,quàm poſtremis temporibus fuerit. Nam (vt Cicero ſcribit in Orat.pro Cæcina) exſilium non ſupplicium erat, ſed perfugium, portúſque ſupplicij: nam qui volebant pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem,ſolum vertebant:hoc eſt ſedem ac locũ mutabant.Itaque nulla,inquit,in lege noſtra reperie-

F tur,vt apud ceteras ciuitates, maleficium vllum exſilio eſſe multatum.ſed cùm homines vincula ignominiáſque vitant,quæ ſunt legib.conſtitutę,confugiunt quaſi ad aram, in exſilium : qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent,non prius ciuitatem quàm vitam amitterent.qui nolunt,non adimitur his ciuitas,ſed ab his relinquitur atque deponitur. Sic Cæſar in oratione de coniuratis apud Salluſtium , Eodem illo tempore maiores noſtri Græciæ morem imitati,verberibus animaduertebant in ciues : de condemnatis ſummum

G ſupplicium ſumebant.Pòſt autem lex Porcia,aliæque leges paratæ ſunt, quibus legib.exſiliũ damnatis permiſſum eſt.Et paulo ſuperiùs : An quia lex Porcia, ac aliæ item leges condemnatis ciuibus non animam eripi,ſed exſilium permitti iubent ? Et Polyb.in eandẽ ſententiam , libro 6. itémque Cic.in orat. pro Domo ſua.Scire autem illud oportet , moris tum fuiſſe, vt quibus ciuitas lege adimeretur , iis non exſilium

nominatim irrogaretur, ſed aqua & igni interdiceretur: quod in Commentariis orationis pro Cæcina iam pridem docuimus: & ſuperiùs ſub verbo, Aqua & igni. Vt dubitare nemo poſſit, quin cùm exſilio dãnatum aliqem per id tempus legimus, de aquæ & ignis interdictione intelligẽdũ id ſit. Sed quæri video de C. Verre, de Fabricio & aliis, qui cum rei lege aliqua publicorum iudiciorum facti eſſent, ſeséque damnatum iri viderent, ſua ſponte ciuitatem relinquebant, vtrúmne exſilium illud adpellandum ſit: & ſi exſilium eſſet, vtrum legitimum, an voluntarium? Reſpondemus autem noſtra quidem ſententia, veriſſimum iſtud exſilium fuiſſe, nec voluntarium adpellandum, ſed & legitimum, & coactum, & neceſſarium: legitimum, quia leges quibus erant rei facti, ciuitatem iis adimebant. itaq; abſentes condamnabãtur: vt in Verrinam II. iampridem docuimus. Coactũ autẽ ac neceſſariũ, quia non ſponte ac libenter diſcedebãt, ſed quoniã fore videbãt, vt paucis pòſt diebus dãnati ciuitatẽ relinquere cogerentur. Malebant igitur abſentes, quàm præſentes eam infamiam ſubire.

Eximere & Eripere in tractatu Ne quis in ius vocatum vi eximat, hoc differunt, quòd Eripere eſt de manibus auferre per raptũ: Eximere, quoquo modo auferre, l. quarta, D. ne quis eum qui in ius.

Eximi de reis dicitur, cuius nomen cùm ipſe in reos relatus eſſet, deletum eſt, l. hi tamen, 11. in fine, D. de accuſat. l. ſi interueniẽte. 12. D. ad S.C. Turpill. vbi Vlpianus abolitione interueniente de reis eximi aliquem ſcribit. Cicero etiam Verrina IIII. ſignificat accuſatore abſente id fieri: Quo tempore, inquit, omnis illa mea feſtinatio fuit cum periculo capitis, ob eã cauſſam, ne tu ex reis eximerêre, ſi ego ad diem non adfuiſſem. Item Verr. VI. Condemnare Diodorum non audet: abſentem de reis eximit. Et Pedianus in Cornelia. Poſtero die cùm P. Caſſius adſediſſet, & citati accuſatores non adeſſent, exemtum nomen eſt de reis Cornelij.

Exemta actio dicitur quæ peremta eſt, cùm deſiit quis agere poſſe, l. 1. & l. 26. §. actio, D. ex quib. cauſ. maior.

Exiſtimatio eſt, inquit Calliſtratus, dignitatis illęſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro auctoritatem legum aut minuitur, aut conſumitur, l. 5. D. de extraord. cognit.

Exorcisare. Vlpianus l. 1. D. de extraord. cognit. Non tamen ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi, vt vulgari verbo impoſtorum vtar, exorciſauit. non ſunt iſta medicinæ genera, tametſi ſint qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione adfirment. hæc ille. ἐξορκίζειν eſt abiurare, & exſecrari. Talium imprecationum quibus morbi expelli credebantur, meminit Plinius lib. 28. capit 2. Lucas etiam in Actionibus Apoſto. cap. 19. de præſtigiatoribus quibuſdam commemorat, qui ſe dæmonas poſſe pronunciato Chriſti nomine profligare profitebantur: quos ἐξορκιστὰς adpellat. Mentio fit in l. 6. C. de epiſc. & cler. Et omninò conſtat illam exorciſandi, hoc eſt, dæmonas eiiciendi, poteſtatem Paſtoribus Eccleſiæ primitiuæ Dei munere conceſſam: eámque annos ad trecentos duraſſe. Tertull. in Apolog. contr. gent. Edatur hic aliquis ſub Tribunalibus veſtris, quem dæmone agi conſtet. Iuſſus à quolibet Chriſtiano loqui, ſpiritus ille ſe dæmonem confitebitur de vero, quam alibi Deum de falſo. Plura vide apud Lactant. lib. de falſ. ſap. IIII. cap. XXVII.

Expeditio, propriè profectio cum expeditis militibus. Salluſt. Iugurth. Marius interea exercitu in hybernaculis compoſito, cum expeditis cohortibus & parte equitatus proficiſcitur in loca ſola. Et paulo pòſt, de eodem loquens, Pauidi ſine decore ad Syllam profugiunt, quem Conſul in expeditionẽ proficiſcens Proprætorem reliquerat. Imp. tamen pro caſtris poſuit in princ. tit. de milit. teſt. vbi teſtamentorum leges non exigit ab iis qui in expeditionibus occupati ſunt. nam in §. 4. Quatenus, inquit, militant, & in caſtris degunt.

Experiri, vel Experiri ius (vtrumque enim dicitur) lege agere eſt. inde deducto verbo, quòd qui rem aliquam iudicio petunt, ij quod iuris ſe habere ad eam rem petendam arbitrantur, id ad iudices tentandi & experiũdi cauſſa exponũt. Liuius lib 50. Prætor, inquit, L. Petilio dixit, ſeſe eos libros in ignem coniecturum eſſe. priùs quã id faceret, ſe ei permittere, vti, ſi quod ſeu ius, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia facturum. Paullus l. 1. D. de in ius voc. In ius vocare, eſt iuris experiũdi cauſſa vocare. Vlp. ex Prætoris edicto in l. 4. D. vi bon. rapt. In eum in anno, quo primũ de ea re experiundi poteſtas fuerit, in duplum, &c. S. cl. 3. §. hæc pœna, D. quod quiſque iur. l. 1. de diuerſ. temp. act.

Expatritius, qui patritiatum depoſuit. Zeno l. 3 C. de ſenat. vel patrit. Quoties viro fortè patritio, vel expatritio, vel ei quem Prætorianæ, &c.

Expilatores, qui ſunt atrociores fures: hoc eſt enim expilatores, inquit Vlp. l. 1. §. 1. D. de effract. l. aut facta, 16. D. de pœ.

Explicare pecuniam, quod Græci πορίζειν, Latini Curare. Calliſtratus l. 31. D. de re iud. Si qui tamen per contumaciam magis, quàm quia non poſſint explicare pecuniam, differant ſolutionem: id eſt, In promtu non habeant.

Exponi infantes dicebantur à parentibus, cùm abiiciebantur, vt aut à prætereuntibus ſuſciperẽtur, aut inedia perirent: vnde Donatus: Exponere, inquit, eſt morti tradere, & obiicere. Terent. in Hecyra: *Cõtinuò exponetur: hic tibi nihil eſt quidquam incommodi.* Contrarium eſt, Tollere: vt in Andria. Quidquid peperiſſet, iuſſit tolli: id eſt, educari. Hinc Rubri. C. de infantibus expoſitis: & Nouell. CLIII. περὶ τῶν χαμαιριφῶν βρεφῶν: id eſt, de infantibus humi repertis: vbi ſtatuit, vt omnes liberę condicionis ſint. De hac nefaria Romanorum conſuetudine vide Lactant. Firm. lib. de vero cultu VI. cap. XX. & Tertull. Apolog. cap. IIII. & IX.

Expreſſim, diſertè, nominatim. Paullus l. 98. §. 3. D. de ſolut. Quod ita poteſt admitti, ſi hoc ipſum expreſſim agebatur.

Expromiſſor dicitur, qui pro alio nouandi animo promittit, l. vltim. D. ad Macedon. l. ſi mulier, 22. D. ad Velleian. l. ſeptima, §. quarto, D. de dol. mal. l. quarta, §. primo, D. de re iudic. l. quarta, D. de condic. cauſſ. dat. l. qui libertinus, 37. D. de oper. libert. Itaque differt Expromiſſor à Fideiuſſore, ſiue Adpromiſſore. nam ille ſolus obligatur: hic cum alio. ille reus principalis eſt: hic acceſſorius. Illum qui dat, liberatur: hunc verò qui dat, obligatus manet, l. vt res, 53. D. de contrahen. emtion. l. quod ſi, 10. Digeſt. de pigno. act. l. quod ſeruus, 56. D. de pecul. l. 5. §. ſi pater, D. de iur. dot.

Exquæſtor, Quæſtorius, qui Quæſtura eſt functus. Hoc ex Iuſtiniani Præfatione Græca cum Latina collata intelligitur. quarum in hac ſic legitur. Quæ omnia confecta ſunt, per virũ excelſum necnon prudentiſſi-

dentiſſimum magiſtrū,Exquæſtore & exconſule Tri-
bonianum:in altera verò hoc modo,ἅπερ ἅπαντα συν
τίθεταί καὶ ἐκπεπόνηται καλῶς τε, καὶ τῆς παρ' ἡμῶν κελεύσεως
ἀξίως παρά τε Τριβωνιανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου καὶ σοφωτάτου μα
γίστρου καὶ ἀπὸ κυαιστόρων τῶν ἡμετέρων βασιλείων, καὶ ὑπάτων.
Exrogare, eſt ex lege vetere aliquid eximere
per nouam legem. Feſtus.
Extrahere iudicium, producere, prorogare,
proferre. Paullus l.10.D.ad exhib. Si optione intra
certum tempus data, iudicium in id tempus extra-
ctum eſt,quo fruſtra exhibetur, &c.
Extranei heredes,vide Heredes extranei.
Extrarii heredes,iidem qui extranei.
Extraneus poſtumus,idem qui alienus. vide
Poſtumus alienus.
Extra ordinem fieri dicuntur,quæ legitimo &
vſitato ordine non obſeruato fiunt. Hinc,
Extraordinariæ cognitiones dicebantur,
quas Prætores Præſidéſque præter vſitatam offi-
cij ſui conſuetudinem ſuſcipiebant, l.1. & paſſ.D.de
extraord.cognit.l.2.D.ex quib.cau.maior.l.1.§.eſt au-
tem,D.de exerc.act.l.ſi quis ſepulcrum,12. D. de re-
lig.& ſumt.l.quod ſi,24.§.vlt. Tit.de minorib. Hinc,
Extraordinariæ perſecutiones:apud Vl
pian.in l.pecuniæ,178.D.de ver.ſign.veluti fideicom-
miſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt quæ non habent iuris
ordinarij exſecutionem,id eſt,in quibus formularum
conceptio non vſurpatur,l.actio, D.de neg.geſt.& a-
pud Vlp tit.Reg.25. Hinc,
Extraordinarium auxilium reſtitutionis
in integrum adpellatur,l.in cauſſæ,16. D.de minorib.
propterea quòd tota ex Prætoris cognitione pende-
bat,neque vlla certa actione poſtulari poterat,l.quod
ſi,24.in fi.D.eod. Hinc,
Extraordinaria actio ea dicitur, quæ lo-
co interdicti datur,propterea quòd interdictis agen-
di ritus ſublatus eſt.tot.tit.de interdic.ſiue extraord.
act.quæ pro his compet. Hinc,
Extraordinaria pœna in §. in ſumma,9.
de iniur.cuius arbitrium officio iudicis permittitur,l.
vlt.C.eod.l.qui iniuriarum,43.l.vlt.D.eod.
Extraordinaria crimina dicuntur quæ nō
lege aliqua publicorum iudiciorum,ſed extra ordinē
magiſtratus imperio ac poteſtate exercentur. Vnde
legitima crimina extraordinariis opponuntur ab Vl-
piano l.3.D.de crim.ſtell Idem in l.vlt. D.de priu.de-
lic. Si quis actionem quæ ex maleficiis oritur,velit
exſequi:ſiquidem pecuniariter agere velit,ad ius or-
dinarium remittendus erit,nec cogendus erit in cri-
men ſubſcribere. enimuerò ſi extra ordinem eius rei
pœnam exerceri velit,tunc ſubſcribere eum in crimē
oportebit. Idem in l.vltim.D. de furt.Meminiſſe o-
portebit,tunc furti plerumque crimine aliter agi, &
eum qui agit in crimen ſubſcribere: non quaſi publi-
cum ſit iudicium, ſed quia viſum eſt temeritatem a-
gentium etiam extraordinaria animaduerſione coër-
cendam. Et in eandem ſententiam Paul.l.9.§.3.D.de
publi.vectig. Vlpia.l.1.in princ.D.de incend.nauf.&
rui.l.3.§.1.de crim.ſtell. & alibi perſæpe. Hinc titulus
lib.Pan.XLVII.de extraordin.criminib. Hinc illa ex-
traordinaria quæſtio nobilis in Milonem conſtituta:
cuius rei quæ ratio fuerit, explicandum hoc loco vi-
detur.Nam cuum eſſent leges,eſſent quæſtiones ordi
nariæ de cæde, vel de vi, quibus ſui Prætores, ſiue
Quæſitores præeſſent, quibúſque reus poſtulari Milo
poterat: Pompeius tamen Conſul creatus legem de
vi promulgauit, qua nominatim cædem in Appia via

A factam comprehendit: in qua id quoque ſcriptum e-
rat,vt Quæſitor ſuffragio Populi crearetur: creatúſ-
que eſt Cn.Domitius Ahenobarbus, apud quem Mi-
lonis cauſſa extra ordinem acta dicitur,quòd non ve
teribus legibus apud ſuum Prætorem, ſed noua lege
data opera perlata,apud certum Prætorem, id eſt de
induſtria creatum, acta ſit. quæ quidem [illegible] pœnam
grauiorem,& formam iudiciorum breuio[illegible]m damna-
to conſtituebat, quàm illa vetus & vſitata: ſicuti do-
B cet Aſconius. quinetiam quas tabulas aliis legibus
Quæſitores ipſi ſuis iudicibus dabant,eas non Domi-
tius Quæſitor,ſed Pompeius Conſul diſtribuit. Itaq;
nouum iudicium Cicero illud adpellat: & obſcurè
Pompeij factum accuſans: Quantum,inquit,luctum
in hac vrbe fuiſſe à noſtris patribus accepimus,cuum
P.Africano domi ſuæ quieſcenti illa nocturna vis eſ-
ſet allata? quis tum non gemuit? quis non arſit dolo-
re? Num igitur vlla quęſtio de A[illegible]ricani morte lata eſt?
certè nulla. quid ita? quia non al[illegible]inore clari ho-
C mines,alio obſcuri necantur,id eſt:Qu[illegible]na cō
ſtituta eſt in eos qui cædem fecerint,ea lege quicum-
que ſiue clarū,ſiue obſcurū hominem interfecerit,te-
netur:neq; noua lex,nouū iudicium,noua pœna extra
ordinē ſtatuēda eſt.Sua n.cuiq; crimini ordinaria per-
petuáq; quæſtio lege conſtituta erat,vt ait idē in Bru
to:perpetuæq; ob eam cauſſam quęſtiones dicebātur,
quia forma iis per leges publicorū iudiciorū præſcri-
pta atq; conſtituta perpetuò ſeruabatur: nec quēad-
modum antea fiebat,vt quodq; crimē admittebatur,
D Quęſitor nouus nouáq; iudicij forma conſtituebatur.
Quod ſi quando tamen contingeret,tum verò extra
ordinem dicebantur agi iudicia, quia ſcilicet contra
vſitatū iudiciorum ordinem ac rationē exercebantur:
vt tum in Milonis cauſſa factum eſſe conſtat. Nam ſi
Milo apud eum Prætorem,qui de vi iudicium eo anno
exercebat,accuſatus fuiſſet,neq; nouus Quæſitor cō-
ſtitutus:vtrum tamdem ordinarium, an extraordina-
riū illud iudicium fuiſſet? Quare adſentiri doctiſſimo
viro non poſſum,qui Milonis iudicium, idcirco quòd
E erat de vi,extra ordinem factum fuiſſe tradit:& illud
Tuccij de quo ſcribit ad Ciceronē Cælius lib.8.ep.8.
propterea extra ordinem habitum fuiſſe, quia de vi
reus eſſet factus. Ordinariam.n.fuiſſe de vi quæſtio-
nē,ſuúmque,item vt alias,Prætorem certum habuiſ-
ſe,conſtat ex locis innumeris. Cauſſam tamē cur hoc
Tuccij iudicium extra ordinem exerceretur, aliam à
Milonis iudicio fuiſſe,locus epiſtolæ perſpicuè demō
ſtrat,cuum id iudicium prætermiſſis aliis de vi reis o-
mnibus,quamuis priùs factis,primo quoque tempo-
F re factum eſſe teſtatur:neque de Quæſtore nouo crea-
to mentionem vllam faciat. Cuius rei quæ ratio fue-
rit,vt verè dicam,coniectura adſequi non poſſum.ne-
que enim Lutatia lege,quæ quotidie,feſtis etiam (vt
ait Cicero pro Cælio) ludorúmque diebus de vi iudi-
cium exerceri iubebat,ſed & Plautia,& poſt ludorum
dies acta cauſſa eſt.niſi fortè dicamus, quemadmodū
in quæſtione inter ſicarios parricidij crimen extra or-
dinē ac primo quoque tempore in iudicium vocaba-
tur,vt conſtat ex libro de Inuent.2. (parricidij.n.cri-
G men iudicij de ſicariis partem fuiſſe, Roſciana oratio
declarat) eodē modo in quæſtione de vi Plautia lege
conſtituta,crimina quædā fuiſſe,de quibus propter a-
trocitatē ordine reorū neglecto ſtatim iudicandū eſ-
ſet.In quibus,ſi ſuſpicioni locus eſt,vis ingenuis alla-
ta non poſtrema fuit. Quare cuum Sempronium ho-
minem & cognomento & colore Rufum, εἰρωνικῶς
Cælius mel ac delicias Ciceronis adpellet (quo ver-

quitur,l.filiusfamil. 16. D.de teſtament. Vlpianus tit. Reg.xxii. Heredes inſtitui poſſunt,qui teſtamenti factionem cum teſtatore habent.

Factores, pro criminum auctores.Macer.l.7. D.de cuſt.& exhib. Solent præſides prouinciarum in quibus delictum eſt,ſcribere ad collegas ſuos, vbi factores agere dicuntur.

Factvm & geſtum,vide Geſta & Facta.

Fænvs, vide Fenus.

Falciatvs, vide Calciatus,& Hama.

Falcidia lex quæ fuerit,cognoſce ex Indice legum Romanarum. vſurpatur autem Falcidiæ verbum perſæpe,pro quadrante, quem ea lex heredi adtribuebat.vt ſub titu.ad leg. Falcid. item pro quarta. S.C.Trebellian.l.1.§.Neratius,l.51.l.55.l.58.& paſſ. D. ad Trebell.item pro portione liberis debita, quia & ea quarta eſt:l.Papinianus,8.§.vnde,D.de inoffic.teſt. l.quæ nuper,31.C.eod.

Familiæ adpellatio quàm variè accipiatur,docet copioſè Vlpianus in l.195.D.de verb.ſignific.

Familiares olim dicebantur,qui ſerui erãt.Macrob.lib.Sat.1.cap.11. Nam & noſtri maiores omnem dominis inuidiam, omnem ſeruis contumeliam detrahentes,dominum, Patremfamiliâs: ſeruos,Familiares vocauerunt. Seneca libr.Epiſto.vi.ep. 47. Ne illud quidem videtis,quàm omnem inuidiam maiores noſtri dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxerint? Dominum, Patrem familiæ adpellauerunt: ſeruos (quod etiam in mimis adhuc durat) Familiares. Inſtituerunt diem feſtum, non quo ſolùm cum dominis ſerui veſcerentur, ſed quo vtique honores illis in domo gerere,ac ius dicere permiſerunt:& domum Remp.puſillam eſſe iudicauerunt.

Familiæ adpellatione,inquit Vlpianus,liberi quoque continentur. Vnicus ſeruus familiæ adpellatione non continetur, ne duo quidem familiam faciunt,l.40.§.2.D.de verbor.ſign. Cicero eodem modo in Orat.pro Cæcin. Quid enim facilius eſt, quàm probari iis,qui Latinè ſciant, in vno ſeruulo Familiæ nomen non valere?& paulò pòſt:Neque dubium eſt, quin ſi ad rem iudicandam verbo ducimur,non re,familiam intelligamus quæ conſtat ex ſeruis pluribus: quin vnus homo familia non ſit.

Familiæ erciſcundæ iudicium eſt, quod inter coheredes ideo redditur, vt & hereditas diuidatur, & quod eo nomine alterum alteri dare facere oportebit,præſtetur.qua igitur ex parte diuiſio poſtulatur, ea ex parte in rem actio eſt: alia verò ex parte perſonalis actio eſt aduerſus eum,qui nobis ad dandum faciendum perinde obligatus eſt, ac ſi conuentum pactúmque inter nos fuiſſet,vt nobis obligatus eſſet, l. 1.& paſſ.D.famil.erciſcun.

Famosa in iure dicuntur, quæ famam & exiſtimationem lædunt,infamiámque adferunt. Hinc,

Famosa iudicia, quorum damnatio infamiam adfert,l.7.D.de iniur.l.vltima,D.ſi lib.ingen.l.1.§.denique,D.de dol.mal.

Famosi libelli,qui dolo malo ad infamiam alicui conciliandam parati ſunt. l. aut facta, 16. D. de pœn.& l.vnq.C.de famoſ.lib.

Famosvm carmen quod ad alterius ignominiam factum eſt,l.is cui, decima octaua, D. de teſtament.l.ob carmen,21.D.de teſtib.

Famosi autem homines dicuntur,iidem qui infames, l. 2. §.vlt. D.de his qui inf.not.l.mulierem,13. D.de accuſ.l.2.§.ſi mater,D.ad Tertyll.

Fanatici, propriè ſacerdotes, qui furore
A correpti in fanis oracula fundebant. vt apud Vergil: lib.Æneid.6.& Luca.lib.5.Iuuen.Sat.2.

-- *Et crine ſenex fanaticus albo,*
Sacrorum antiſtes.

Ij porrò furore illo adfecti caput iactare,& comas excutientes rotare ſolebant:vt ait Fabius lib.11. cap. iii. ex quo qui atræ bilis abundantia caput iactant,Fanatici quoque adpellantur ab Vlpiano,in l.1.§.5.D.de ædil.edict.Si ſeruus,inquit,inter fanaticos non ſemper
B caput iactaret, & aliqua profatus eſſet, an nihilominus ſanus videretur.Quod paulò pòſt adpellat,Circa fana bacchari.Lamprid.in Heliogab. Iactauit autem caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi deuinxit.

Fatale damnum, Vlpianus in l.3.§.1. D.naut. caup.adpellat,quod hominis prudentia præcaueri ac prouideri non poterat:quale eſt naufragij, latrocinij, aut piratarum.Item l.2.§.2.D.pro ſocio. Damna quæ imprudentibus accidunt,hoc eſt damna fatalia, ſocij
C non cogentur præſtare. Sic l.3.D.de inſtr.vel inſt.l.2. Codic. de condict. furt. l. 5. §. quod verò, Digeſt. commod.

Fatales dies Impp.adpellant, qui peragendis adpellationib.præſtituti ſunt.l.2. C.de temp.adpell.l. 32.C.de adpell.l.vlt.C.vbi ſenat.

Faviana actio, vide Actio Fauiana. Eadem quibuſdam locis Fabiana dicitur.

Feciales à Numa primùm inſtituti ſunt,è nobiliſſimis familiis delecti,qui eo munere per omne vi-
D tæ tempus fungerentur. Dionyſius libro ii. eorum procurationem ſeptem in partes deſcribit. i. Vt viderent ne populus Rom. vlli fœderatæ ciuitati bellum inferret.ii. Vt ab exteris nationibus res iniuria ademtas,repeterent.iii.Vt poſtulata facere recuſantibus bellum indicerent.iv. De iniuria contra fœdus illata cognoſcerent, & qui noxam nocuiſſet, dederent.v.De legatorum iniuriis cognoſcerent,& vt fœderum conditiones ſeruarentur,viderent.vi. Pacem facerent: eam quæ minus rectè facta eſſet,reſcinde-
E rent.vii. De eo quod Imperator contra iuſiurandum feciſſet,cognoſcerent. Varro De vita populi Roma. Itaque bella & tardè & nulla licentia ſuſcipiebant: quòd bellum,nullum niſi pium, putabant geri oportere:& prius quàm indicerent bellum iis,à quibus iniurias factas ſciebant, Feciales legatos repetitum mittebant quattuor,quos Oratores vocabant. Si cuius legati violati eſſent,quid feciſſent,quamuis nobiles eſſent,vt dederentur ciuitati ſtatuerunt:Fecialéſque xx. qui de his rebus cognoſcerent, iudicarent &
F ſtatuerent,conſtituerunt.

Felinvs Iuriſconſultus nobilis, Ferrariæ natus, ius ciuile tum in patria, tum etiam Piſis complures annos magna auditorũ celebritate docuit:monimentíſque ingenij ſui compluribus relictis, circiter annum D.vita exceſſit.

Fenvs ab eo dictum eſt,quòd pecuniam pariat increſcenti tempore,quaſi fetus,aut fetura.nam & Græcè τόκος dicitur,ἀπὸ τοῦ τίκτειν,quod eſt parere. Varro libro tertio de Latino ſermone:Fenus autem dictũ
G à fetu,& quaſi fetura quadam pecuniæ.nam & Catonẽ & ceteros antiquiores ſine O litera Fenus pronũciaſſe contendit,vt Fetus & Fecunditas.Hæc Nonius.

Fenvs & feneratores, & lex de credita pecunia fenebris,à fetu dicta, quòd crediti nũmi alios pariãt, vt apud Græcos eadem res τόκος dicitur.Feſtus.

Fenvs adpellatur naturalis terræ fetus, ob quã cauſſam & numorum fetus fenus eſt vocatum, & de

ea re leges funebres. Feſtus.

Fenerare pecuniam dicimur, cuum eam ita collocamus, vt quaſi à re fecunda, ita ab ea aliquam inſuper pecuniam, quaſi fetum eius exigamus.

Feneratio eſt occupatio pecuniæ, ad quæſtum aliquem ex numis creditis, ſine vllo creditoris vel impendio, vel labore, vel periculo exigendú, inſtituta: quæ ob eã cauſſam à Platone, Ariſtotele, ceteríſque magnis viris dãnata eſt, quia fructus quæritur ex re quæ natura ſua ſterilis eſt. neq; enim numi ſua ſpõte & ſine hominis induſtria fructum ferunt. Præterea Iuris ciuilis axioma eſt, non alteri quamq; rẽ quæſtui eſſe debere, quàm cuius periculo eſt, l. ſi is qui, 13. §. 1. D. commod. Credita autem pecunia non feneratoris, ſed ſolius debitoris periculo eſt. Inter vſuram autem propriè & ſpeciatim ſumtam, & Fœnerationem hoc intereſt, quòd illa non ad quæſtum faciendum, ſed ad id quod intereſt compenſandum inſtituta eſt: quoniam vt Paullus ſcribit, vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur, l. cum quidã. §. ſi pupillo, D. de vſur. At feneratio ad lucrum ex nudis numorum corporib. ſine vllo labore & periculo faciendum excogitata eſt.

Fenerator, ſicut M. Varro in lib. 3. De ſermon. Latino ſcripſit, à fenore eſt nominatus. Fenus autem dictum à fetu, & quaſi à fetura quadam pecuniæ parientis atque increſcentis. Agell. lib. 16. cap. 12.

Fenvs nauticum eſt, quod pro pecunia traiectitia, id eſt, quæ trans mare creditoris periculo deportatur, ſoluitur. vt patet ex tit. de naut. fen. lib. Pand. 2. Vnde etiam maritima vſura nominatur in l. 6. eo. tit. vide Nautica pecunia.

Feræ dicuntur in iure noſtro, non præcisè, quæ natura feroces ſunt: quales ſunt vrſi, leones, pantheræ: quæ propriè Beſtiæ adpellantur, l. 1. §. beſtias, D. de poſtul. & l. 2. C. ad leg. Aquil. ſed generaliter omnes quibus immenſa atque infinita liberè vagandi vis à natura inſita eſt: quales ſunt lepores, damæ, cerui: quorum feram eſſe naturã nemo negat: inquit Caius in l. 5. D. de adq. rer. dom. l. 3. §. item feras, de adquir. poſſeſſ. Itaque apes, pauones, columbæque agreſtes Feræ adpellantur, d. l. 5. de adquir. rer. dom. Generaliter autem Feris manſuetæ opponuntur, quibus ſcilicet illa liberè & infinitè vagandi vis inſita non eſt: quales ſunt quæ gregatim paſcuntur: vt oues, capræ, boues, equi, muli, aſini d. l ſecunda, ad leg. Aquil. item gallinæ, anſeréſve chortales, l. 5. de adquir. rer. domin.

Feriæ alię ſunt repentinę, aliæ ſollemnes, l. tertia, C. de dilationibus. Repentinę ſunt, quas re feliciter geſta Principes indicunt, l. 1. C. de feriis. Sollemnes verò, quæ ſunt anniuerſariæ ac legitimæ. Itaq; feriæ ſollemnes feriis extra ordinẽ indictis opponũtur in l. 26. §. 5. D. ex quibus cauſ. maior. veluti ob res proſperè geſtas, & in honorem principis. l. 1. C. de feriis.

Feriæ latinæ. vide infra Latinæ feriæ.

Feriarvm publicarum genera ſunt quattuor. aut enim ſtatiuæ ſunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ. Et ſunt ſtatiuæ vniuerſi populi communes, certis & conſtitutis diebus, ac menſibus: & in faſtis, ſtatis obſeruationibus adnotatæ. Conceptiuæ ſunt, quæ quotannis à magiſtratibus vel ſacerdotibus concipiuntur, in dies vel certos, vel etiam incertos: vt ſunt Latinæ, Paganalia, Sementiuæ, Compitalia. Imperatiuæ ſunt, quas Conſules vel Prætores pro arbitrio poteſtatis indicunt. Nundinæ ſunt paganorũ, id eſt ruſticorũ, quib. conueniũt negociis propriis, vel mercibus prouiſuri. Sũt prætere a propriç feriç familiarum, vt Claudiæ, vel Æmiliæ: ſeu Iuliæ, ſiue Corneliæ: & ſi quas ferias proprias quæque familia ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruat. Ex Macrob. lib. 1. cap. 16.

Feriatici dies, pro Feriati, vel feſti. Vlpia. l. 2. D. de feriis, Diuus Marcus effecit, de aliis ſpeciebus Prætorem adiri etiam diebus feriaticis. Adpellantur autem ſub eo tit. Feriæ, dies omnes quibus magiſtratus propter vacationem publicam ius non dicit: veluti propter meſſem, aut vindemias, aut depoſitum magiſtratum: vt cùm in l. 5. Vlpianus ſcribit, Pridie Kalendas Ianuarias magiſtratus neque ius dicere, nec ſui poteſtatem facere conſueuerunt.

Ferre iudicem alicui, pro iudicio aliquem laceſſere, & iudicem offerre. Cicero pro Qu. Roſcio: Quem ego ſi ferrem iudicem, refugere non deberet; cùm teſtem producam, reprehendere audebit? Liuius libro tertio: Proinde vt ille iterum ac ſæpius prouocet, ſic ſe iterum ac ſæpius iudicem illi ferre, ni vindicias in ſeruitutem dederit.

Ferri, inquit Caius, propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: portari ea quæ quis iumento ſecũ ducit: agi ea quæ animalia ſunt, l. 235. D. de verb. ſig.

Ferro damnati, vel Ad ferrum damnati dicuntur apud Vlp. tit. Reg. 1. & l. 8. D. de teſtam. non qui ad beſtias damnantur: nam in l. 8. perſpicuè hæc ſeparantur: ſed qui vt cum gladiatorib. pugnẽt, damnantur. Itaque Suetonius de munere gladiatorum loquens in Nerone: Exhibuit, inquit, ad ferrum etiam quadringentos Senatores. Dicitur hæc pœna, & Ad gladium, l. ſi quis filio, 6. §. irritum, 4. D. de iniuſt. rup. l. ſi quis mihi, 25. §. ſi quis plane, D. de adq. hered. Id autem ſupplicij genus à Conſtantino abrogatum eſt: in l. 1. C. de gladiat.

Ferrvminatio, eſt conglutinatio ex ea materia, cuius eæ res ſunt, quæ conglutinantur. Paul. l. 23. §. 4. D. de rei vind. Si ſtatuæ ſuæ ferruminatione iunctum brachium ſit, vnitate maioris partis conſumi. Item: Non idem in eo quod adplumbatum ſit: quia ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem: plumbatura non idem efficit. Pomp. l. 27. D. de adquir. rer dom. Quidquid in facto argento alieni argenti addideris, non eſſe tuum totum argentum fatendum eſt. ac contrà, ſi tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, alienóve argento ferruminaueris: non dubitatur ſcyphum tuum eſſe.

Fevdvm & Allodium, vocabula ſunt Gottica & Langobardica: quorum originem nemo adhuc quod ſciam, ne Germanorum quidem quiſquam, expoſuit: Feed apud Germanos bellum ſignificat, vnde in conſtitutionibus Caroli magni Fœdoſus dicitur qui hoſtis eſt publicus. Prædia igitur bello occupata, quæ victor ea lege colenda & fruenda militibus ſuis tradebat, vt eum perpetuò dominum agnoſcerent, ſéq; illius homines, hoc eſt quaſi clientes profiterentur, Feuda dicebãtur. Qui verò accipiebat, Vaſſus, & Vaſſallus quaſi dicas Famulus, adpellabatur. quamquam qui latiniſſare voluerunt, nomine paulo honeſtiore quàm famuli aut ſerui, homines adpellarunt. Vnde illa ſollemnis in feudis accipiendis formula, Vt Fides & hominium præſtetur: quod etiam poſtea barbarius, Homagium dictum eſt. Contra autem prædia non bello capta, ſed ſubiectis & debellatis populis optimo iure relicta, Allodia dicta ſũt ab Als Leudt deducta vt opinor origine: quoniã plebeis & ſubiectis, eodem iure quo antea, poſſidebantur, relicta eſſent. Num Leudes quoque pro ſubiectis (quæ vox Germanorum

norum eſt) à Gregorio Turonenſi, Aimonino Monacho & eiuſdem ætatis ſcriptoribus vſurpari ſolitos, obſeruatum eſt? Sed (inquit Gregorius lib. 3.) ille muneribus placatis à Leudibus ſuis defenſatus eſt, & in regno ſtabilitus. Item lib. 1 x. Similiter conuenit, vt nullus alterius Leudes nec ſolicitet nec venientes recipiat. Feuda igitur prædia ſunt, propter quæ fides & hominium, hoc eſt quaſi obſeruantia quædam debetur. Allodia, propter quæ nihil debetur, & quæ iure optimo poſſidentur. Ac Feuda quidem ab initio quaſi precario tantùm dabantur, vt ea dominus quoties ei commodum eſſet repeteret. Poſtea verò inſtitutum eſt, vt etiam in perpetuum tempus, ſub fidei & hominij conditione traderentur. Cùm autem lib. Obſeruat. 11. ſcripſiſſem, Feudorum ius videri mihi ex Gotthorum & Lãgobardorum inſtitutis manaſſe: nonnulli opinionem hanc ineptam adpellarunt: quia Gerardus qui Langobardus fuit, & primum de feudis librum conſcripſit, ius feudorum antiquiſſimum fuiſſe ſcribit. vbinam igitur illa Gerardi verba ſunt? Nam paulo quidem poſt initium ita loquitur: Antiquiſſimo tempore ſic erat in dominorum poteſtate connexum, vt quando vellent poſſent auferre. poſtea verò eò ventum eſt, vt per annum tantùm firmitatem haberent. deinde ſtatutum eſt, vt vſque ad vitam, &c. Hæc igitur verba quemadmodum ad feudorum originem aptè referre poſſumus? Iam verò vt Gerardus antiquiſſimam eorũ originem diceret, quid tamen abſurdi eſt, antiquiſſima tempora numerare illa, quibus primùm Gotthi Italiam occuparunt, prout ea ſunt, quibus Gerardus & Obertus ſcripſêre? Ad mores autem populi R. feudorum originem referri, & Feudum à fide deduci nihilo magis mihi probatur, quàm quod nonnulli Valuaſores à Valuis, alij vaſſallos à vaſis nobilium deduxêre. Sed his de rebus, hactenus: proprius enim dicendi locus alibi conſtitutus eſt.

Fevdvm genus eſt clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, vt & ipſe, & ipſius poſteri atque heredes, beneficij auctorem perpetuò agnoſcant, & quaſi pro patrono colant: eiúſque caput, exiſtimationem, & fortunas tueantur. Illius enim cauſſa & origo hæc fuit, vt victores cùm gratiam ſuis ducibus, præfectis, ac militibus pro opera in bellis ac prœliis egregiè nauata referrent, honoribus & fortunis Italorum in illos transferendis: tum etiam certos ſibi deuinctos, & tamquam deuotos clientes haberent, quorum opera bello partam regionem, in poſterum, ſi opus eſſet, tueri poſſent: quos ſua lingua modò Valuaſores, modò Vaſſallos adpellarunt. Vnde tres Feudorum gradus facti ſunt, ſummus, medius, infimus. Summus ordo eſt principum ac procerum, qui lingua illorum Capitanei regni, Duces, Marchiones, & Comites adpellati ſunt: & à Rege tum illis honoribus adficiebantur, tum etiam Italiæ oppidis ac vicis, locupletum etiam victorum arcibus ac villis donabantur. Quæ Feuda quia partem aliquam Regiæ dignitatis obtinebãt (qui enim Duces & Marchiones nunc adpellantur, Reguli olim fuerunt) idcirco Regalia dicta ſunt. Itaque poteſtas eis data eſt cudendæ pecuniæ, creandorum magiſtratuum, ſalinarum & fodinarum exercendarum, caducorum, confiſcationũ, earumque functionum quæ Angariæ & Parãgariæ adpellantur: quæ iura vulgò iura Regaliæ (corruptè, vt opinor, pro Regalia) nominãtur. Medius ordo eorũ fuit feudorũ, qui principis illius ordinis proceres, Regis conceſſu, ea lege aliis inferioris dignitatis hominibus dabant, vt Vaſſalli ipſos ſecundum regem eius beneficij auctores ac patronos agnoſcerent, & pro capite ac fortunis ipſorum, ſi vſus ferret, pugnarent. Quo in numero ij qui vulgò illorum lingua Barones, ac Maiores Valuaſores, ſiue Vaſſalli adpellantur, fuerunt: qui patronos quidem illos agnoſcebant, ſed tamen, vt iam dixi, ſecundùm Regem. Infimus ordo eorum fuit, quæ à ſecundi ordinis Vaſſallis in priuatos conferebantur: ſiue illi nobiles eſſent, quam nobilitatem armis pepererant: ſiue ignobiles: nam vtrique eadem qua ſuperiores iuriſiurandi formula obligabantur: quæ ab Oberto neſcio quo, in eo libro, qui vulgò Vſus Feudorum inſcribitur, barbarè & fœdè perſcripta, ſolam hanc habet, quàm antea dixi, ſententiam: vt cliens patroni ſui caput, exiſtimationem, ac fortunas, quoquo modo poterit, contra quencumque aduerſarium, ſolius Regis maieſtate excepta, tueatur. Hæc ex 11. noſtrarum Obſeruationum lib.

Fictio de iis qui apud hoſtes ſunt, duplex eſt: altera Poſtliminij, altera legis Corneliæ. Illi locus eſt, cùm captus ab hoſtibus in ciuitatem reuertitur. tum enim numquam à ciuitate abfuiſſe fingitur. l. retro, 16. & leg. in bello, 12. §. 1. & leg. bona, 22. D. de captiuis. §. 4. Inſtit. Quib. mod. ius pat. Corneliæ autẽ fictioni locus eſt, cùm captiuus apud hoſtes moritur. vt in ciuitate deceſſiſſe fingatur. vide leg. lege Cornelia, 12. D. de teſtament. l. lex Cornelia, 28. D. de vulg. ſubſt.

Fide alterius pecuniam mutuam ſumere, eſt, dato fideiuſſore ſumere. Cicer. pro Flacco: Hic hercule cornici oculum, vt dicitur: nam hunc Hermippum, hominem eruditum, perculſit: eius enim fide ſumſit à Fufiis. Securus Hermippus Tennum proficiſcitur, cùm iſte ſeſe pecuniam, quam huius fide ſumſerat, à diſcipulis ſuis diceret Fufiis perſoluturum. Item in ead. Pecuniam ſumſit mutuã à Sex. Schola, qui tamẽ reddidit P. Veratij lectiſſimi hominis fide. Vulgò tamen mendosè ſcriptum eſt fide.

Fide aliena, vel ſua, iubere aut promittere: vide Fideiuſſor.

Fideicommissa ideo adpellata ſunt, quia nullo vinculo iuris, ſed tantùm pudore eorum qui rogabantur, continebantur. ait Imp. tit. De fid. libert. in princ.

Fideicommissvm, eſt quod non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquẽtis. Vlpian. titulo Regularum xxv.

Fideicommissorvm alia ſingularia ſunt, alia vniuerſalia. Singularia ſunt, quæ ſingularum rerum fiunt: veluti, Rogo te heres vt Sempronio fundum illum reddas, reſtituas. Vniuerſalia verò, totius hereditatis: veluti, Peto à te vt hereditatem illi meam reſtituas.

Fideicommissarivs dicitur, is cui heres rogatus eſt hereditatem reſtituere. &

Fideicommissaria hereditas, quam heres rogatus eſt alteri reſtituere.

Fideivssor dicitur, qui fide ac periculo ſuo ſuadet, vt id de quo agitur, fiat: quoniam eius euentum præſtat. vt l. Lucius, 24. D. de fideiuſſ. Peto des ei numos fide ac periculo meo. Itaque cùm has paſſim formulas legimus, Stichum aut decem fide tua iubes? Quantam pecuniam credidero, fide tua eſſe iubes? Mille modios tritici fide tua eſſe iubes? Si reus quadraginta non ſoluerit, fide tua eſſe iubes? cùm inquã

has formulas legimus, ſubauditur perpetuò, Iſti credita. nam Iubere, pro velle, ſuadere, cupere, hic vſurpatur: vt veteres in his locutionibus adnotarunt, Iubeo te ſaluere, Iubeo te bono animo eſſe. Aliud autem eſt Fide ſua iubere, aliud Fide ſua promittere. Fide ſua reus principalis promittit, cùm ipſe ſua ſpōte ſpōdet: vt medic⁹ apud Plautū in Menæchmis,

Sanum futurum mea ego id promitto fide.

Fide aliena promittit, cùm fideiuſſorem, aut vadem, aut prædem præbet. At fide ſua iubet, qui auctor ac ſuaſor eſt, vt alteri quid credatur. Vnde Fideiuſſorem Donatus definit, auctorem credendi. Ergo Fideiuſſor & fide ſua iubet, & fide ſua, non autem aliena promittit: at reus & ſua & aliena promittit. Fideiuſſorem autem veteres Sponſorem adpellabāt. vti nominatur etiam in l. fideiuſſores, 68. D. eo. Varro: Spondet qui dicit ſua ſponte Spondeo. ſpondet etiam ſponſor qui idem vt faciat obligatur. Itaque à Cicerone perpetuò adpellatur. Scæuola l. creditor, 60. §. 1. Mandat: Quamuis idoneè repromiſſuram tibi Titiam matrem puellæ dotem ſciam, tamen & ipſe quo magis conciliem animum tuum domui meæ, fidem meā interponere non dubito. Quare ſcias quodcumque ab ea ex hac cauſſa ſtipulatus fueris, id me mea fide eſſe iuſſiſſe ſaluum te habiturum.

FIDES eſt (vt ait Cic. libr. de Offic. 1.) dictorum conuentorúmque conſtantia & veritas: inde dicta, quòd fiat, quod dictum eſt. Et in lib. de Repub. vt Nonius auctor eſt: Fides nomen ipſum mihi videtur habere, cùm fit, quod dicitur. Hinc Vlp. in l. ex emto, 11. D. de act. emt. Nihil magis, inquit, bonæ fidei congruit, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt. Ergo

FIDES bona eſt, cùm id quod dictum ac promiſſum eſt, bene ac rectè fit. l. cùm venderem, 21. D. locat. vnde illud Auguſti apud Sueton. qui populo promiſſum congiarium repoſcenti, Bonæ fidei ſe eſſe reſpondit. Sic Plaut. in Moſtell. TR. *De vicino hoc proximo tuus emit ædes filius*: TE. *Bona fide?* TR. *Siquidem es argentum redditurus, tum bona: Si redditurus non es, non emit bona.*

FIDEM ſuam liberare fideiuſſor dicitur, cùm creditoribus ſatisfacit: vel cautione ſcilicet, vel fideiuſſoribus datis. Cicero pro Flacco: Hermippus tamen Fufiis abſentibus ſatisfacit, & fidem ſuam liberat.

FIDVCIA, eſt contractus quo fidem alterius ſecuti, rem ei aliquam ſimulandi tantùm cauſſa mancipamus: inde ducta adpellatione, quòd nulla alia re, quàm fide ac probitate emtoris freti eam venditionem interponimus. vnde Fiduciarius emtor ille rectè adpellabitur: quemadmodum heres fiduciarius dicitur, cuius fidei ſuam hereditatem teſtator ad tempus tantùm credit. Hoc cùm ita ſit, illud iam ſcire oportet, olim formulam emancipationis hanc fuiſſe, vt pater filium ſuum alicui dicis cauſſa venderet, ab eóque numos aliquot acciperet: ac tum emtor hominem illum ſibi venditum manumitteret. quòd cùm iterum ac tertiò factum eſſet, eueniebat vt ex lege Romuli filius è poteſtate patris exiret. is autem qui eum manumiſerat, patronus eius efficeretur, ac proinde patronatus iure, ipſius inteſtatò mortui, quaſi liberti heres eſſet. Cautio igitur à Iuriſconſultis inuenta eſt hæc, vt poſt duas venditiones, totidémque manumiſſiones, pater ita iam tertiò filium venderet, vt ſibi viciſſim ab emtore reuenderetur: ac tum eum ipſe manumitteret, vt eius inteſtatò morientis heres eſſet.

A quo demum caſu contracta fiducia dicebatur, quia viciſſim à patre accepta fuerat, quaſi vltrò citróque facta. Contrahendi enim verbum reciprocationem in ſe quandam habere, teſtis eſt Labeo, l. 19. D. de ver. ſig. Differunt igitur Fiduciam contrahere, & Fiduciā interponere. nam fiducia interponitur, cùm ſemel tātùm atque ab vno accipitur. veluti (inquit Boëtius) ſi quis tempus dubium timens, amico potentiori fundū mancipet, vt ei cùm tempus ſuſpectum prætererit, B reddat. vel cùm pater ille filium ſuum emtori adumbrato vendit, confiſus ab eo continuò filium ſuum manumiſſum iri: vel cùm teſtator ſuam hereditatem alicui ad tempus credit, confiſus illam ab eo alteri nominato reſtitutum iri. At contrahi fiducia dicitur, cùm viciſſim ac mutuò interponitur. veluti cùm poſt tertiam venditionem adumbratus emtor ita patri ſuum filium reuendit, vt eum pater continuò manumittat. vt l. 2. §. obiicitur, D. ad Tertull. nam ſi contrahere fiduciam nihil aliud eſſet, quàm interponere: C ſemper contrahenda fiducia emancipatio celebrata fuiſſet. nunc Iuſtin. apertè teſtatur in Inſtitutionibus, emancipationes non contracta fiducia fieri poſſe: & ſi factæ olim fuiſſent, patrem filio ſuo inteſtato ſucceſſurum non fuiſſe. §. vlti. de legit. agn. ſucceſſ. Nonnulli autem Fiduciam interpretantur legem reuendendi venditioni adhibitam. à quibus idcircò diſſentio, primùm quia Fiducia non pactum, ſed verus principaliſque contractus eſt: deinde quia iſta ratione nunquam emancipatio non contracta fidu- D cia facta fuiſſet. Eſt autem Fiduciæ locus inſignis, à nobis hoc loco deſcribendus: cùm Narbazanes apud Curtium lib. 5. Darium alloquēs: Auſpicium, inquit, & imperium alij trade interim, qui tamdiu Rex adpelletur, donec Aſia decedat hoſtis. Victor deinde regnum tibi reddat hic. Et paulo pòſt. Compoſitis rebus, iuſto Regi tibi fiducia reſtituet imperium.

FIDVCIARIA hereditas, id eſt fidei eius cui E relicta eſt commiſſa, vt eam alteri reſtituat. Vlpian. l. 9. de reb. cred. Sed etſi ex ſenatuſconſulto agetur, competit hæc actio: veluti ſi is cui fiduciaria hereditas reſtituta eſt, agere volet.

FIDVCIARIVS dicitur is, in quem ſimulatè aliquid ad tempus ea lege alienatur, vt vel nobis ipſis, vel ei quem nominauimus reſtituat. Hinc,

FIDVCIARIVS heres apud Iauol. leg. Seius, 46. & leg. 67. D. ad S.C. Trebell. is qui heres ſimulatè & ad tempus ſcriptus eſt, dum eam hereditatem alteri vero ac perpetuo heredi reſti- F tuat. Hinc,

FIDVCIARIA hereditas eodem loco, quæ fidei illius credita & commiſſa eſt. Hinc,

FIDVCIARIAM operam legatus Imperatori ſuo præſtare dicitur à C. Cæſare, cui imperium ad tempus commiſſum eſt, vt eo exacto Imperatori ſuo illud reſtituat. Hinc,

FIDVCIARIVS pater dicitur is à Caio in Inſtit. cui pater verus filium ſuum ſimulatò mancipat. Quę cùm ita ſe habeant, dubium nemini eſt, quin

G FIDVCIARIA tutela dici deberet ea, quæ alicui ad tempus commiſſa eſſet, atque concredita: &

FIDVCIARIVS tutor is, cuius fidem in ea tutela ipſi ad tempus credenda ſecuti eſſemus. Verùm conſuetudine ſermonis à recta via nominis pauliſper deflexum eſt: vt in commen. Inſtit. expoſuimus.

FIDVCIARIVS ſeruus, pro Oppigneratus, Paullus lib. Collect. 2. ca. 12. Quidquid creditor per fiduciariū ſeruum

ſeruum

ſeruum quæſiuit, ſortem debiti minuit.

Figlina officina figuli. Iauolenus l.25.§.1. de inſtr. & inſt. Quidam cuum in fundo figlinas haberet, figulorum opera maiore parte anni ad opus ruſticum vtebatur.

Figlinvm opus, arte figuli perfectum. Paullus l.19.§.1.D. de ſeruit. vrb. præd. Iuxta communem parietem cameram ex figlino opere factam iure haberi licet.

Filiabvs in teſtamentis ob diſcrimẽ ſexus, ait Plinius dici conſueuiſſe: cùm his tantùm nominibus adiici ſoleat, quæ numero plurali es literis terminātur: vt cupiditates, dignitates, vel quæ vs, vt anus, manus, ſenatus, fluctus. Hæc Chariſius lib.1.

Filii adpellatione omnes liberos intelligimus: ait Paul. in l.84.D. de verb. ſig.

Filiifa. & filiæ ducūtur, quæ ſunt in aliena poteſtate. nam qui ex me & vxore mea naſcitur, in mea poteſtate eſt. l.4.D. de his qui ſunt. vel ſic:

Filiifamilias dicuntur, qui ex iuſto matrimonio procreati ſunt (nam alij s. p. id eſt, ſine patre, & ſpurij nominantūr) vel pro eo ac ſi nati ſic eſſent, habentur, & in eum locum adoptantur.

Filivm, eū definimus, qui ex viro & vxore eius naſcitur: ait Vlpia. l.6. de his qui ſunt ſui vel al.

Filivm ſenatoris accipere debemus, non tantùm eum qui naturalis eſt, verùm adoptiuū quoque. neque intererit à quo vel qualiter adoptatus fuerit: nec intereſt an in ſenatoria dignitate conſtitutus eū ſuſceperit, an ante dignitatem ſenatoriam. Senatoris filius e.t & is, quẽ in adoptionem acc pit: quamdiu tamen in familia eius manet. l.5.& l.6 D. de ſenator.

Finalis quæſtio, quæſtio de finibus, finium regundorum iudicium. Pap. l.11. D. fi. reg. In finalibus quæſtionibus, vetera monumenta, cenſus auctoritas ſequenda eſt.

Fini, ablatiuus apud noſtros vſitatus, pro vſque ad finem, aut vſque ad modum & quantitatem. Pap. l.1.D. de pign. Pacto placuit, vt ad diem vſuris non ſolutis, fructus hypothecarium vſuris compenſaret fini legitimæ vſuræ. Sic in l.15. D. ad leg. Falcid. 19. D. de compenſā. l.5. de colla. dot. l.4. §. vlt. de naut. fen.

Finivm regundorum actio: vide, Actio fin. reg.

Fines regi dicuntur, (inquit Boëtius in Topic.) quoties vnuſquiſque ager propriis finibus terminatur.

Fisci, fiſcinæ, fiſcellæ, ſpartea ſunt vtenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiēdas, vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ quàm priuatæ vt pro cenſu priuato loculos & arcam & ſacellos dicimus, ſic pro publico theſauro ærarij, dicitur Fiſcus. Hæc Aſconius: quæ Ciceronis locus confirmat, quem ſubiiciam ex Verrina 5: Quattuor h-s. quos mihi ſenatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciſtam tranferam ex fiſco. Propriè autem dicitur

Fiscvs, principis: Ærarium, populi. Spartianus in Adriano, Damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi vetuit, omni ſumma in ærario publico recepta. Plinius in Panegyrico, At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, qua ærariū cohibes? imò tanto maiore, quāto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Vlpianus l.2.§.2. D. ne quid in loc. publ. Hoc interdictū ad ea loca quæ ſunt in fiſci patrimonio non pertinet. Res enim fiſcales quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt. Poſterioribus autẽ tēporibus Ærariū principis dictū eſt propriè pro priuatis rebus Auguſti vel Auguſtę: Fiſc⁹ autẽ generaliter pro ſacris

A theſauris, vt in l.2. & l.3.C. de quadrien. præſcrip. Tātummodo contra ærarium vſque ad quadriennium tantùm: quo tranſlato neque aduerſus fiſcum vlla remaneat actio. Item: Non a fiſcalibus rebus, ſed ex priuata eorum ſubſtantia. Item: Omnia principis eſſe intelliguntur: ſiue ex ſua ſubſtantia, ſiue ex fiſcali fuerit aliquid alienatum. vide Ærarium.

Fiscvs conſuetudine loquendi interdum vſurpatur pro Principe, aut pro, Procuratore fiſci.

B Fisci, fiſcellæ ianceæ, in quibus incluſæ oleæ torcularis prælo ſubiiciuntur. Vlp. l.19.§.1. D. locati, Fiſcos autem, quib. ad premendam oleam vtimur, colonum ſibi parare debere Neratius ſcribit. Item Columella lib.12. cap. 48. & 49.

Fistvlæ, tubuli per quos aqua ducitur. Vlp. l.15.D. de act. emt. Lines & labra, ſalientes, fiſtulæ quoque quæ ſalientibus iunguntur. Idem l.12.§.14.D. de inſt. vel inſt. Fiſtulæ autem & canales, & crateres, & ſi qua ſunt alia ad aquas ſalientes neceſſaria, &c. Sic

C in l.13.D. ſi ſeruit. vind. l.47. & l.49. & l.78.D. de cont. emt. l.17. de ſeruit. vrb.

Flavissæ ab antiquis Latinis dicebantur, quos theſauros Græco nomine adpellamus: quòd in eos non rudes æs argentúmque, ſed flata ſignatáque pecunia conderetur. Agellius lib.2. cap.10.

Flvmen, inquit Varro, quòd fluat. à quo lege vrbanorum prædiorum ſcribitur, Stillicidia flumináque vt ita fluant, cadántque inter hæc hoc intereſt, quòd ſtillicidiū eo quòd ſtillatim cadat: flumẽ quòd

D fluat continuè. Hæc ille libro De lingua iiii. Itaq; intelligēda eſt ea ſeruitut, quę Fluminis immittēdi adpellatur: de qua in l. ſeruitutes, 20.§. Stillicidiū, de ſeruit. vrb. & Pomp. l. cùm in lege, 33. de cont. emt. l.13.D. ſi ſeruit. vind. l.1.§. ſciendum, D. de aqua & aqu. plu.

Flvminvm, ait Vlpia. quædam ſunt perennia, quædam torrentia. perenne eſt quòd ſemper fluat, ἀένναος: torrens, χειμάῤῥους (id eſt, hyeme fluens) ſi tamen aliqua æſtate exaruerit, quod alioquin perenne fluebat, non ideo minus perenne eſt. Fluminum

E quædam publica ſunt, quædam non. Publicum flumen eſſe Caſſius definit, quòd perenne ſit. hæc ex l.1.§.1.D. de fluminib.

Flvmen, vide Aqua profluens.

Focarii, mediaſtini qui focum curant. l.1.§. caupones, D. naut. caup. ſtab. l. quæſitum, 12.§. Trebatius, & §. ſeq. & l. ſi ita, 15.D. de inſt. & inſt.

Focaria dicitur pro concubina, in l.3.C. de dona. int. vir. & l.3. C. de condic. inſer.

Foedvs (vt Grammatici putant) ex eo dictum

F eſt, quòd in paciſcendo victimæ fœdè & crudeliter necabantur: eiúſque mors optabatur ei, qui à pace reſiliſſet. vnde Virgil. Æneid. ix.

Et cæſa iungebant fœdera porca. Eſt autem

Foedvs pactio quædam ſocietatis populi R. iuſſu ritè per Fecialem certis legib. facta & iureiurando firmata. Frequentiſſimæ tamen pro priuatorum pactione à Cicerone vſurpatur.

Foederis autem duo tantùm facio genera, Proculum ſecutus in l.7.D. de cap. & poſtlimin. qui alte-

G rum adpellat æquum, amicitiæ cauſſa factum: alterū iniquum, ſiue impar, cùm pactio fit, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter tueatur: quod adiicitur (inquit) vt intelligatur, non pari iure vtrumque populum eſſe, ſed hunc altero ſuperiorem. quod etiam Cicero pluribus verbis in Orat. pro Balbo confirmat. Liuius autem lib.34. eadem ponit genera: & illud prius ſcribit eſſe, cū pares bello ęquo fœdere,

in pacem atque amicitiam venirent. tunc enim repeti reddique per conuentionem res alterum verò genus eſſe ait, cùm qui hoſtes numquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere iungendam coëunt: eos neque dicere, neque accipere leges: id enim victoris & victi eſſe. Hæc Liuius: qui tamen præter illa duo genera tertium etiam addit, quo bello victis leges dicuntur. vbi enim omnia ei qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quib. multari eos velit, ipſius ius atque arbitrium eſſe. Sed videamus, ne pinguior Liuij partitio ſit, illa Proculi limatior atque ſubtilior: quippe cùm DeditItij nō propriè in fœdere, ſed in ditione eſſe dicantur. vnde illud Latinorum de Campanis apud Liuium: Campanorū aliam condicionem eſſe, qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent. Item de Apulis: Ita in ſocietatem eos eſſe acceptos, vt non æquo fœdere, ſed vt in ditione populi R. eſſent.

FOEDVS pro Fœditas. Paullus l.3. D. de rit. nupt. Nec enim honos ei ſequatur, quę ſe in tantum fœdus deduxit. Vulgati codices, SCELVS. ſed hoc modo ſcripſiſſe Paullum facilè crederem.

FOLLIS pro marſupio & ſacculo pecuniæ: vnde, in folle offerre, l.82. D. de cond. & demonſtr. de quo ſuo loco diximus. Hinc,

FOLLIS ſenatorius dictus eſt poſterioribus temporibus, tributum quod Senatores imperatoribus pendebāt. quod abrogatur per l.2. C. de Prętorib. lib. XII. Veget. lib. II. cap. XX. Denique decem folles, hoc eſt, decem ſacci, per cohortes ſingulas exprimebantur, in quibus hæc ratio condebatur.

FORENSES actiones, quę alibi ciuiles, ſiue rei familiaris, priuatæ, aut pecuniariæ dicuntur. Vlpia. l.1. D. de incend. nauf. Et quamquam ſint de his facinoribus etiam criminum exſecutiones, attamen rectè Prætor fecit, qui forenſes quoque actiones criminibus iſtis præpoſuit.

FORMA, modus, lex, condicio. Modeſt. l.10. D. de pollici. Quo caſu certaminis editio licita eſt, forma pollicitationi data ſeruanda eſt. Vlp. l.2. §. 2. Ad municip. Is qui vltra commeatum abeſt, vel vltra formā commeatui datā ad munera vocari poteſt. Idem l.52. de verb. oblig. In conuentionalibus ſtipulationibus contractui formam contrahentes dant. Sequitur enim, Prætorię ſtipulationes legem accipiant de mente Prætoris.

FORMA iuriſdictionis, pro modo, ſiue poteſtate qua ius alicui dicere permittitur. Calliſtratus l.31. D. de falſ. Aut ſi plus meruiſſe videatur, quàm ex forma iuriſdictionis pati poſſint, vt Imperatori deſcribatur, æſtimaturo quatenus coërceri debeat.

FORMVLÆ, quæ & Actiones dicebātur, vt ſuo loco demonſtrauimus, erant ſollemnium verborum conceptiones, quibus eadem in re populus R. vti cōſueuerat. Vulgus hodie ſtylum, formulariúmve adpellat. Earum autem Iuriſcōſultos principes & tamquam architectos fuiſſe, nemo neſcit. quare quas ex diuturna obſeruatione veterum ſcriptorum collegimus, in adpendicem referendas putauimus: vnde adſumi poterunt, quæ cuique ad vſum ſuum adcommodata videbuntur.

FORNACARIVS ſeruus, & Fornacator: qui ignis in forno ſiue fornace accendendi curam habet. Nonius, Fornum & Fornaces dicuntur à forno, quod eſt calido. vnde Forcipes, quòd cādēs teneant ferrū. Varro De vita populi R. Cocula, quæ coquebat panem primùm ſub cinere, poſtea in forno: cuius

A vtriuſque vocabulum à Forno ductum, id eſt, à calore. Vlp. l.27. §. 5. D. ad l. Aqu. Si fornacarius ſeruus coloni ad fornacem obdormiſſet, & villa fuerit exuſta. Paullus l.13. & 14. D. de inſt. vel inſtr. Inſtrumento balneario legato continetur & Fornacator. Vtrobique tamen Fornicarius & Fornicator, legitur, non rectè, cùm à Fornice Fornicator, à Fornace Fornacator declinetur.

FORNICARI, pro ſcortari veteres dicebant. Vnde,

B FORNICATRIX, inquit Iſidorus lib. X Etymol. cuius corpus publicum, aut vulgare eſt. quoniam ſub arcuatis fornicibus proſtituebantur. Seneca lib. de vit. beat. voluptas, humile, ſeruile, imbecillum, caducum: cui ſtatio & domicilium fornices & popinæ ſunt. Plaut. Bacchid. Omnes fornices, luſtra, & luſtrales cellucas quæſiui ſedulò.

FORNICARII, venalitij & mercatores qui ſub fornicibus tabernas habent, & merces expoſitas. FORICARII tamen apud Paullum legitur l. 17. §.

C 5. D. de vſur.

FORTVNA, ſingulari numero pro facultatibus & opibus. Scæuola l. 40. §. 5. D. ſtatulib. Argentarius coactor cuum penè totam fortunam in nominibus haberet, ſeruis actoribus libertatem ita dedit.

FORO cedere, vide Cedere foro.

FORVM, inquit Varro, antiqui, quò conferrēt ſuas cōtrouerſias, & q̄ vēdere vellēt, quò ferrēt, adpellarūt

FORVM agere inquit Feſtus, qui prouincię prępeſt dicitur, cuū ciuitates vocat, & de controuerſiis eorū

D cognoſcit. Cicero lib. Fam. III. Maleuoli homines qui te forū Tarſi agere, ſtatuere multa, decernere, iudicare dicerent. Lucas in Actis c.19. εἰ μὲν οὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν. vide ſuprà Indicere forum.

FOSSA eſt, ait Vlpianus, receptaculum aquæ, manu facta, l.1. §.1. D. vt in flū. pub. l. vnica, in fi. D. de rip. mū.

FOSSATVM, pro foſſa qua caſtra cingebantur. Modeſt. l.3. §.2. D. de re milit. Is qui exploratione emanet, hoſtibus inſiſtentibus, aut qui à foſſato recedit, capi-

E te puniendus eſt. id eſt, à caſtris foſſa cinctis.

FRANC. ACCVRSIVS, nobilis Iuriſconſultus, Florentiæ natus, ius ciuile Bononiæ, ann. à Chriſto nato M. CC.XXV. magna cū ingenij atque induſtriæ laude profeſſus eſt. Gloſſas in omnes Iuris ciuilis libros ſcripſit, magnopere adiutus iis, quas ſuperiores Iuriſperiti Irnerius, Bulgarus, Martinus, Placentinus, Ioānes, Azo multifariā adſcripſerant. Præceptorib. vſus eſt Ioanne, qui Gloſſator vulgò nominatur, & Azone. Filium reliquit Franc. Accurſium, qui eodem in loco Ius ci-

F uile interpretatus eſt, patríſque gloſſas locupletauit.

FRATRVM duo genera Iuriſconſulti faciunt: nam alios Conſanguineos adpellant, qui ex eodem patre nati ſunt, quamuis non ex eadem matre: alios Vterinos, qui ex eadem matre tantùm geniti ſunt. l. pen. & vlt. C. de legit. hered. l.27. C. de inoff. l. 21. C. de excuſ. tuto. Cornel. Front. de diff. voc. Frater, inquit, aut ex alia matre, aut ex alio patre poteſt eſſe: Germanus ex iiſdem parentibus ſit neceſſe eſt.

FRATRES patrueles, vide Patrueles.

G FRAVS apud veteres pro pœna ponebatur: ait Vlpia. l.23. §.2. D. de ædil. edict. at in l. aliud, 131. D. de verbo. ſignif. Fraudem genus conſtituit: Pœnam verò, ſpeciem. Fraudis enim verbo & noxam ſiue delictum contineri, & quaſi pœnæ quandam præparationem: id eſt, (vt ego arbitror) noxæ imputationem, & pœnæ periculum.

FRAVDEM igitur pro noxa legimus in edicto Ædilitio l.

litio l.1. SI QVOD mancipium capitalem fraudẽ admiſerit. quod Vlp. interpretans in d. l. 23. Capitalem fraudem admittere, inquit, eſt tale aliquid delinquere propter quod capite puniendus ſit. Itaque vſurpatur à Cic. in ora. pro C. Rabirio, & 1. de Orato.

FRAVDEM autẽ pro imputatione noxæ, & pœnæ periculo legimus in l.1. D. ad leg. Falc. EAM pecuniam ſine fraude ſua capere liceto. & in l.25. D. de adulter. Viro adulterum in vxore ſua deprehenſum retinere horas viginti teſtandæ eius rei cauſſa, ſine fraude ſuo iure liceto. & in l. 8. D. de accuſat. l.23. D. de iniur. Hinc,

FRAVS pro incommodo, damno, periculo. vt in fœdere antiquo apud Liuiũ lib.1. Rex faciſne me tu Regium nuncium popul. R. Quiritium? Quod ſine fraude mea populique R. Q. V. fiat, facio. Et paſſim NE SIT ea res fraudi.

FRAVS legi fit, vbi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: & quod diſtat ῥητὸν καὶ διανοίας, hoc diſtat fraus ab eo quod contra legem fit, l. 30. D. de legib.

FRIBVSCVLVM, deſceſſiuncula coniugum non diuturna. Vlp. l.32. §.8. de don. int. vir. & vxor. Quòd ſi diuortium non interceſſerit, ſed fribuſculum, profectò valebit donatio ſi fribuſculũ quieuit. Cùm autem Iſidorus lib. x. coniunctim de repudio, diuortio, & Friuolo loquatur: & Friuolum interpretetur, cùm eo animo ſeparantur coniuges, vt rurſum ad ſe inuicem reuertãtur: quia Friuolum eſt, velut quaſſæ mentis & fragilis, vt Friuola fictitia vaſa & inutilia ſunt: veriſimile eſt.

FRIVOLVSCVLVM dictum ab initio fuiſſe: deinde per contractionem Friuluſculum: ac tandem ex conſuetudine peruulgati erroris, Fribluſculum. nam B. & V. ſæpe inter ſe commutari, notum eſt.

FRIVOLA, inquit Feſtus, vaſa ſunt propriè fictictilia caſſa. Vlp. l.11. §.4. D. de pigner. act. Non enim credibile eſt hoc conueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem inſulæ friuola mea teneantur. Poſitum videtur pro ſupellectili hominis tenuis & inopis. Seneca lib. Controu. II. Ego illos in Friuola inuitaui noſtra.

FRVCTVS generis nomen eſt, quo ea omnia quæ terra gignuntur, propriè comprehendimus. eius duæ ſunt ſpecies, quarum altera Frugum nomine adpellatur: nimirum quæ minutæ fruges dicuntur, hoc eſt, quæ ariſta aut ſiliqua continentur: l. frugem, 77. D. de verb. ſign. altera verò generis ſui nomen obtinet, & quidquid præterea ex terra natum ad hominum alimẽtum pertinet, complectitur: veluti vinum, oleum, & arborum baccę, item fœnum, arundo, cædua ſylua, l. 48. D. vſufruct. l. 40. de cont. emt. Hæc, vt dixi, propria huius verbi ſedes eſt: poſtea verò longius translatum fuit. nam primũ Fructus nomine adpellata ſunt omnia, quæ non tantùm ex terra, verumetiam ex animalibus naſcuntur: veluti fœtus, lac, pilus lana, l.48. §. vlt. D. de adq. rer. dom. l. 28. D. de vſur. l. vaccæ, 43. D. de euict. & paſſim apud Catonem, Varronem, & alios. Itaque plerũq; in iure noſtro obſeruatur, vt Fructus nomine illa ſola contineantur; ſeparetúrq; à ceteris obuentionibus & emolumentis quæ aliis ex rebus percipiuntur. veluti vſuris, mercedibus, victuris iumentorum, &c. vnde tit. De fructib. & vſur. &c. ſic l.34. illo tit. l.11. D. de donat. l.29. D. de her. petit. l 39. §. fructus, De leg. 1. Tandem verò

FRVCTVS nomen etiam ad hæc omnia translatum eſt, vt eo res omnes ſignificentur, ex quibus emolumentũ aliquod percipitur: quæ tamen non tam fructus eſſe, quàm fructuũ vicẽ obtinere dicuntur. l. 34. D. de vſur. l.62. D. de rei vind. leg. 83. D. de leg. III. l. vſura, 121. D. de verb. ſign l.88. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. vlt. D. de vſur. l.8. §.1. D. de reb. auct. iud. l. vni. §. cum autem, C. de rei vxor. act.

FRVCTVS alij naturales dicuntur, alij elaborati; ſiue induſtriales. Naturales dicuntur, qui ſua ſponte, ſolius naturæ beneficio ac ſine hominis opera naſcuntur: quales ſunt glandes & baccæ arborum; & oleæ, & ſyluæ cæduæ, & fœnum. Elaborati ſiue induſtriales ſunt, qui opera & culturá hominum, proueniunt: vt fruges quæ ſationem requirunt, vites quæ culturam.

FRVCTVS alij pẽdẽtes dicũtur, qui terra adhuc cõtinẽtur: l.27. D. de vſufr. l.44. de rei vindic. alij percepti, qui iã à ſolo ſeparati ſunt. §. is verò, de rer. diuiſ.

FRVCTVS, pro vſufructu crebrò in libris noſtris vſurpatur. & hoc eſt quod ait Iulia. in l. vaccæ, 43. D. de euict. Fructus nomine & ius & corpus ſignificari. Itaque Vſusfructus an vſus legetur, nihil intereſt. nam & fructui vſus ineſt. l. per ſeruum, 14. §.1. D. de vſu & habit. Hinc,

FRVCTVARIVS plerumque pro vſufructuarius. vnde Fructuarius ſerui qui vſumfructum habet in ſeruo. l.63. D. de ſolut. Interdum tamen Fructuarius ſeruus, aut fũdus dicitur, in quo vſumfructũ quis habet. l.22. D. de vſufr. l.27. D. de ſtip. ſer. l. 1. D. ſi vſusfr. pet.

FRVCTVS & vſus hoc differunt, quòd fructui & vſus ineſt: vſui fructus deeſt. & fructus quidem ſine vſu eſſe non poteſt: vſus ſine fructu poteſt. vt ſi tibi fructus deducto vſu legatus ſit; inutile ſit legatum. & ſi vſufructu legato fructus adimatur, totum ademtum ſit. ſed ſi fructus ſine vſu; videatur conſtitutus qui & ab initio conſtitui poteſt. ſed ſi fructu legato vſus adimatur, nulla ſit ademtio. l.14. §.1. D. de vſu & habit. vide VSVS, à fructu.

FRVCTVS in hereditatis petitione intelliguntur, deductis impenſis quæ quærendorum, cogendorum, conſeruandorúmque eorum gratia fiunt. l.36. §. 5. D. de hered. pet.

FRVGES, Varrone, Donato & Seruio auctorib. inde dictæ, quòd his fruamur. Earum autem duo genera prima Plin. facit lib.18. c.7. Frumenta, vt triticum, hordeum, & legumina, vt faba, & cicer. Itaque Paullus lib. Collectaneorum III. Frugibus legatis, inquit, tam legumina, quàm triticum & hordeum continẽtur. Atque hæc quidem antiquiſſima & maximè propria eſt huius vocis ſignificatio: quæ finibus illis ita reſtrictè circumſcripta eſt, vt ab aliis rebus omnibus quæ terra gignuntur, diſtingueretur. nam hæ non Fruges, ſed Fructus adpellati ſunt: veluti vinum, oleum, & baccæ glandéſque arborum. Hinc illud Ciceronis Verrina v: Senatus Conſulibus permiſit, vt vini & olei decumas, & frugum minutarum Romæ vẽderent: legémque his rebus, quæ ipſis videretur, edicerent. Item lib. Offic. II. Neque enim frugũm fructuúmque reliquorum perceptio ſine opera hominũ vlla eſſe potuiſſet. Hinc Paullus ſcribit in l. frugem, 77. D. de verb. ſign. à Iuliano eos reprehẽdi, qui dicerent, Fruges omnes eſſe quibus homo veſcatur: neq; enim poma fruges dici, vt nec carnem, aut aues, feráſve. Poſtea verò conſuetudo loquendi eò progreſſa, vt etiã ad omnes fructus terræ quos in alimoniam vertimus, hoc nomen pertineret: vnde Frugiferæ arbores dictæ, vt Priſcian. ſcribit: vnde Frugũ copia & inopia, pro iis omnib. quæ terra gignuntur. Atq; hæc quidẽ ita ſe habẽt. Quod autẽ Paull. in d. l.77. ſcribit,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Frugem pro reditu adpellari, non ſolùm quod frumentis aut leguminibus, verùm & quod ex vino, ſyluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur: hoc ego, vt verè dicam, nuſquam me alibi legiſſe memini: ac planè cuiuſmodi ſit, ſatis exiſtimare non poſſum.

FRVMENTATIO, labor militum in frumento intra caſtra præſidiáve congerendo. Macer l. 12. §. 2. D. de re milit. Officium Tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, frumentationib. commilitonum intereſſe.

FVCINVM, vide Buccinum.

FVGAM vendere, eſt ſeruum qui in fugâ eſt vendere, l. 2. D. de plagiar. & l. is, C. eo. quod propterea S. C. vetitum videtur, ne ſerui ad fugam inuitentur.

FVGIENS pro Reus: figura dicendi Græca vſurpatur à Iuſti. in l. 2. C. de iuram. propter cal. Non aliter neque actorem, neque fugientem in primo exordio litis, exercere certamina, id eſt φεύγοντα. Item eadem l. §. ſed quia, minimè pati tale ſacramẽtum remitti, ſed omnimodo hoc & ab actore, & à fugiente exigi. Item in l. properandum, 11. C. de iudi.

FVGITIVVS eſt, ait Triphoninus, non is qui ſolùm conſilium fugiendi à domino ſuſcepit, licèt id ſe facturum iactauerit: ſed qui ipſo facto fugæ initium mente deduxerit, l. 225. D. de verb. ſig.

FVGITIVVS pro perfugâ. Saturninus in l. aut facta, 16. D. de pœn. Tempus diſcernit emanſorem à fugitiuo, & effractorem vel furẽ diurnũ à nocturno.

FVGITIVVS, qui definiendus ſit, copioſè diſputat Vlp. in l. 17. D. de Ædil. edi.

FVGITIVARIVS, qui fugitiuum mercede reducturus erat. Vlp. l. 18. D. de præſcri. verb. Non enim ambo pecuniam ego & fugitiuarius depoſuimus.

FVLLO eſt, qui lauanda, polienda, curanda veſtimenta mercede accipit, l. 13. §. fullo, D. locat. l. 12. & l. 82. D. de furt. l. 2. D. de condict. ſin. cauſſ.

FVMVM immittere, vide Caſearia taberna.

FVNCTIO, pro pẽſione debita, & ſolutione. Cicer. Verrina v. Ita decumas lege Hieronica ſemper vendendas cenſuerunt, vt iis iucundior eſſet muneris illius functio, &c. Et apud Paullum l. 2. D. Si cer. pe. Quia in ſuo genere functionem recipiunt, quàm ſpecie, id eſt ſolutionem. Item apud Impp. in l. 6. C. de vectig. & comm. In publicis functionib. æqua debet eſſe inſpectio. Et l. 10. eod. Vectigalia curialium ordinum functionibus profutura.

FVNDVS in iure, dicitur propriè ager cum ædificio. nam omnino fundus integrum aliquid eſt: ait Vlpia. in l. locus, 60. D. de verb. ſig. ſed in vſu, vrbana ædificia, ædes: ruſtica, villæ dicuntur. Locus verò ſine ædificio, in vrbe, area: rure autem, ager adpellatur, l. 211. D. eod. Itaque paſſim legimus Fundum duobus conſtare: agro, & villa, l. 9. D. de ſeruitut. l. 35. D. de vſuf. leg. l. 81. §. qui fundum, D. de legat. 1. & villa fundi pars adpellatur, l. 15. D. de init. vel inſt. l. 8. D. quib. mod. vſufr. amitt.

FVNDVS à poſſeſſione, vel agro, vel prædio ſic diſtat, inquit Iauolenus. Fundus eſt omne, quidquid ſolo tenetur: Ager eſt, ſi ſpecies fundi ad vſum hominis comparatur: Poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat. quidquid enim adprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere, hoc poſſeſſionem adpellamus. poſſeſſio ergo vſus, ager proprietas loci eſt. Prædiũ vtriuſque ſupraſcriptæ generale nomen eſt. nam & Ager, & Poſſeſſio huius adpellationis ſpecies ſunt, l. 115. D. de verb. ſig.

FVNDI adpellatione plena proprietas, id eſt cum A vſufructu, ſignificatur. l. eum qui, 56. §. ſi à te, D. de verb. ſig. eſt enim fundus nomen iuris, l. cogi, 16. §. inde quæritur, D. ad Trebell.

FVNDVS dicitur populus eſſe rei quam alienat: hoc eſt auctor, inquit Feſtus. quibus ex verbis intelligitur, Fundum fieri populum aliquem tum dici, cùm in re quapiam ſua abalienanda eſt auctor, id eſt adprobator. quod genus dicendi crebrò Cicero vſurpat in ora. pro Balbo. Neque verò ad populos dum-
B taxat, verumetiam ad quemuis auctorem referri ſolitum, argumento eſt illud Lyſitelis adoleſcentis apud Plautum, qui cùm Charmidis abſentis filiam à Lesbonico virginis fratre in vxorem ſibi dari pactus eſſet, vbi reuerſum patrem audiuit, ita loquitur: Nũc mihi is properè conueniendus eſt, vt quæ cum eius filio egi, ei rei fundus pater ſit, potior eo. Vide noſtrarum Obſeruat. lib. 2. cap. 5.

FVNDORVM Principis (de quibus tractatur ſub Rub. Cod. de fund. patrim. lib. xi.) alij dicuntur Patri-
C moniales, alij diuinæ domus. Patrimoniales ſunt, qui locari tantùm, & in principis patrimonio conſeruari ſolent: vnde & rei priuatæ adpellantur. Diuinæ domus ſunt, qui ſacrarum largitionum ſunt, hoc eſt in quibus Princeps ſuas largitiones exercet.

FVNDI ſaltuenſes, vide Saltus.

FVNDI Limitanei, & Limitotrophi, vide, Limitanei.

FVNERARIA ſiue Funeratitia actio dicitur, quæ ob impenſas, funeris cauſſa factas conceditur. l. 20. & l. 21. & paſſ. D. de rel. & ſumt. fun.

D FVNERO, pro funeror. funeri operam do, iuſta perſoluo. Vlp. l. 14. §. 12. D. de relig. Si prohibente herede funeraueris teſtatorem. item: Ergo pietatis gratia funeraſti. Item: Ego tamen nihilominus funeraui. Et §. 14. Qui mandatu alterius funerauit.

FVNESTA familia dicebatur tantiſper, dum neque cadaueri iuſta feciſſet, neque ipſum humaſſet: nam his confectis pura dicebatur. Caius l. 28. in fi. D. de ſtip. ſer. Quæ ratio illo argumento commendatur, quòd heredis famila ex mortis tempore fune-
E ſta facta intelligitur, licet poſt aliquod tempus heres exſtiterit.

FVNGI, pro id quod debetur dare. nam propriè fungi ſtipendiarij aut vectigales dicuntur, qui quod debebant pendebant. Cic. Verrina v. Quis non maximo ſe adfectum beneficio putauit, cuum tribus decumis pro vna defungeretur. Et eo. lib. Tamen hoc vobis eſt ſtatuendum, quid aratorem ipſum arationis nomine muneris in Remp. fungi ac ſuſtinere velitis. Hinc alias ad res tranſlatum. vt apud Vlp. in l. 3. D. de
F dot coll. Dotis collatione fungi. Et l. 7. D. de Prætor. ſtip. fungi pignoris, & auri atque argenti depoſitione. Et apud Paullum, fungi omnibus partimonij intributionibus, l. 12. in fi. D. ad munici. Et apud eundem Vlp. in Regul. tit. de dot. Dos quæ ſemel functa eſt, amplius fungi non poteſt. Hinc,

FVNGI, pro ſtatui Paullus l. 63. D. ad leg. Falcid. Precia rerum non adfectu nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur. & l. 33. D. ad le. Aquil. Pedius ait, Precia rerum non ex adfectione nec vtilitate ſin-
G gulorum, ſed communiter fungi: id eſt, ſtatui, æſtimari, definiri. Vſurpatum eſt autem pro pendi: quod qui vectigalibus funguntur, pendunt.

FVR ex eo dictus, vt Varro putat, quòd veteres Romani Furuũ atrum adpellauerint, & fures per noctem quæ atra ſit, facilius furentur. Agellius lib. 1. ca. 18. reprehendit. nam quòd à Græcis, inquit, nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Græca lingua φὼρ eſt dictum:

ctum:hinc per adfinitatem literarum,quæ φῶρ Græcè eſt,Latinè fur.Hæc ille.

FVR ex eo dictus quòd furuum atrum adpellauerint,& fures per obſcuras noctes atque atras facilius furentur.Homerus,κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.Hæc Nonius ex Varronis libro rerum Diuin.XIIII.

FVRIOSVM Iuriſconſulti adpellant, qui mentis ad omnia lumine,id eſt,ſenſu communi caret: quales non modò Athamantē,Alcmeonem,Aiacem,Oreſtē fabulæ memorant:verumetiam Margitē,Melitidem, Corœbum,Beccefelenum, Morychum. Dementem verò,qui non vſquequaque,ſed ex parte tantùm mētis errore ducitur, velut is de quo D.Pius loquitur in l.his qui,12.D.de tut.& curat.dat. Itaque Furioſus à Demente paſſim diſtinguitur: vt l.2. D. de inoff.teſt.l. 25.C.de nupt.l.6. de curat.fur.l.8 §.1.D.de tut.dat.ab his,l.vlt.C.de admin.tut.l.27.§.corā,D de arbit. Sed Cic.Tuſcu.quæſt.III.Dementes,amentes,& furioſos, eoſdem nominat:Stultos verò,quos Iuriſconſulti dementes aut mente captos adpellant:Inſanos verò tāquam vtrorumque genus conſtituit. Sanitatem,inquit,animorum poſitam in tranquillitate quadā,conſtantiáque cenſebant:his rebus mentem vacuam adpellarunt inſaniam. nec minus illud acutè quòd animi adfectionem lumine mentis carentem nominarūt amentiam,eandémque dementiā. Et aliquanto pòſt: Furorem eſſe rati ſunt mentis ad omnia cæcitatē. Ex quibus adparet eandē eſſe furoris quæ dementiæ definitionē:ac propterea eandem vtramq; rem eſſe. At de ſtultitia ſic loquitur: Stultitiam enim cenſuerunt, id eſt inconſtantiam ſanitate vacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum,& vitæ communem cultum atque vſitatum.

FVRIOSORVM duo genera in libris noſtris legūtur:vnum eorum qui in perpetuo furore ſunt, qui (vt ait Macer in l.14.D.de off.præſi.)continua mentis alienatione omni intellectu carent, l.22.§. ſi maritus, D.ſolut.mat.l.12.§.natura, D.de iudi. alterum eorum quorum furor intermiſſus eſt,& (vt noſtri loquūtur) dilucida habet interualla,ſiue inducias,d.§.ſi maritus & l.20.§.nec furioſ.D.de teſt.l.6. C.de curat.furioſ.l. 9.C.qui teſt.fac.poſſ.

FVRNARIVS,qui furno exercendo, & coquendo quæſtum facit,Vlp.l.24.§.6.D.de damn.inf.Si furni nomine damni infecti fuerit cautum,deinde furnarij culpa damnum datum fuerit.

FVRTVM à furuo,id eſt nigro dictum Labeo ait, quòd clàm & obſcurò fiat,& plerumque nocte. vel à fraude,vt Sabinus ait.vel à ferendo,& auferendo:vel à Græco ſermone,qui φῶρας adpellant fures , imò & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

FVRTVM eſt contrectatio rei fraudulosa , lucri faciendi gratia,vel ipſius rei,vel etiam vſus eius,poſſeſſioniſve:quod lege naturali prohibitum eſt admittere,in l.1.D.de fur.

FVRTVM manifeſtum eſt,vt ait Maſſurius,quod deprehenditur dum fit:faciendi finis eſt, cuum perlatùm eſt,quò ferri cœperat.Hæc Agell.lib.11.cap.vlt.

FVRTVM manifeſtum eſt, cùm res in manibus furis antequam deſtinatum in locum perlata ſit,deprehenſa eſt.itaque ſiue ἐπ' αὐτοφώρῳ,id eſt in actione ipſa , ſiue in loco vbi ſurrepta eſt , ſiue antequā res conſtitutum in locum perferatur,deprehendatur,manifeſtum furtum adpellatur,l.3.D.de furt.

FVRTVM nec manifeſtum eſt,cùm fur in faciendo quidem deprehenſus non eſt, ſed eum furtum feciſſe,negari non poteſt.l.8.D.eod.

A FVRTI concepti,oblati,prohibiti,& non exhibiti actiones erant:de quibus cognoſce ex §. 4. de obl. ex delict.& Paulli Collect.lib.11.

FVRTVM per lancem & licium conceptum,vide infrà Lance & licio.

FVRTA domeſtica vocantur , quæ ſerui dominis, vel liberti patronis,vel mercenarij apud quos degūt, ſurripiunt:ait Marcia.l.11.§.1.D de pœn.

FVRTO noxáque ſolutus dicitur,qui nemini furti B obligatus eſt:ait Vlp.l.174.D.de verb.ſignif.

FVSIO legitur apud Vlpianum in l.27.§.3.D.de vſuf.in libris quidem Florentinis:in aliis autem FVNCTIO. & animaduerſum eſt ex l.5. C.Th.de indulgent.debet vtrumque pro eodem , id eſt pro publicis illationibus vſurpari.

FVSTIBVS cædi,pro faſcibus bacillorū:cuiuſmodi olim ciuitate libera Magiſtratib. præferebātur,Iuriſcōſulti,opinor,dixerunt. Itaq; liberorū hæc hominū pœna poſteriorū Imperatorū tēpore fuit:cuū ſerui C flagellis cæderentur.Macer l.10.D.de pœn.Ex quibus cauſſis liber fuſtib' cæditur,ex his ſeruus flagellis cædi,& domino reddi iubetur.Calliſtratus l.28.§.1.D.eo. Nō omnes fuſtib' cędi ſolēt,ſed hi dūtaxat qui liberi ſūt.Quib' ex locis adparet, minus turpe fuiſſe fuſtib', quàm flagellis cædi,l.7.D.de pœn.l.vlt.D.de iniur.

G. LITERA.

D GALLINARVM Iuſtinianus duo facit genera:vt aliæ manſuetæ ſint, aliæ autem naturâ feræ,§.gallinarum,12. de rer.diuiſ.& l.5.in fi. D.de adq.rer.dom.Varro autem tria lib.III. cap.IX.conſtituit,villaticas,ruſticas,& Africanas.Columella lib.VIII.cap.11.cohortales,ruſticas & Africanas. Villaticas vterque & cohortales adpellat,quas ali tum vbique,tum in villa videmus.Ruſticas autem & ſylueſtres eas vocant,quas Iuſtinianus feras nominat:quæ ab aucupibus capiuntur, & in ſeruitute non fœtant.

E GEMMÆ, lapilli,margaritæ ita diſtinguuntur in l. cum aurum,19.in fi.D.de aur.& argen. Gemmæ ſunt pellucidæ materiæ,velut ſmaragdi,chryſolithi,amethyſti. Lapilli autem contrariæ ſuperioribus naturæ: vt Obſiani, Venientaui (fortaſſe Obſiani, Veientani.)Margaritæ autem nec gemmis,nec lapillis continentur, quia concha apud rubrum mare & creſcit & coaleſcit.Ita diſtinguuntur in §.item gemmæ , de rer. diuiſ.l.3.D.eod.l.1.D.de adqui. poſſ.l.argumento,25.§. pen.D.de auro & arg.legat.

F GENEALOGIA. vide quæ de hac voce , itémque de Genarcha diximus in noua noſtra Diſputat.de Caſtis inceſt.nupt.

GENEARCHICA prædia,γενεαρχικὰ & γενεταρχικὰ χωρία dicuntur in Nouell.XXI.quæ princeps atq; auctor generis familiæ ſuæ reliquerat,ea lege,vt in ea perpetuò manerent, neq; ad alios transferri poſſent: vſq; eo vt etiam fœminæ ab iis excluderentur. quod Armeniorum inſtitutum à Feudorum ratione non omnino alienum Iuſtinianus ea Nouella ſuſtulit.

G GENER, eſt filiæ vir:ait Modeſt.in l. 4.§.4. D.de grad. & adfi.

GENER,inquit Seruius,dicitur & qui eſt , & qui eſſe vult:ſicut etiam maritus.vnde eſt:

Quos ego ſim toties iam dedignata maritos. item:
Et gener auxilium Priamo,Phrygibúſque ferebat
Infelix,qui non ſponſæ præcepta furentis
*Audierat.*Et hoc eſt quod dicitur in l.8.D.de gra-

dib. Generi adpellationem etiam ex ſponſalibus cõtrahi. tametſi cùm ad ius diſputatio reuocatur, aliud obſeruatur, l.1.& l.8.D.de his qui not.infam.

GENERI adpellatione & neptis & proneptis, tã ex filio, quàm ex filia editarum ceteràrúmque maritos contineri, manifeſtum eſt, ait, Vlp.l. generi, de verb.ſignif.

GENERA, pro frugibus. Vlp.l.8.§.16.D.de tranſact. Si cui non numus ad alimenta, ſed frumentum atque oleum & cetera, quę ad victum neceſſaria ſunt, fuerint relicta, & paulo pòſt: Et neque diem neque modum permutauit, ſed tantùm genus: vel ex contrario, ſi pactus fuerit vt in generibus alimenta reciperet, quæ in numis ei relicta fuiſſent.

GENERE quodam, obſeruatum eſt vſitatam eſſe noſtris locutionem, pro quodammodo. Ego pro certo genere, non quolibet, dictum à Cicer. video, vt lib. de Fin.III. vt enim hiſtrioni actio, ſaltatori motus, nõ quiuis, ſed certus quidam eſt datus: ſic vita agenda eſt, certo genere quodam, non quolibet. Sic in l. quod ſeruus, 36.D.de ſtip. ſeru. Nam & hæc genere quodam donatio eſt. Item in l. Pompo. 44. D. de adq. rer.dom. Nam genere quodam venandi id erant nacti. Item in l. quorundam, 51. D. de adq. poſſ. Vtrubique animi quodam genere poſſeſſio erit æſtimanda. Sic in l. 10. D. pro emt. l. 29. §. qui quæſtum, D. de adulter.

GENIVS principis, qui eius ſaluti præeſſe credebatur. itaque per eum tamquam per Principis ſalutẽ iurabant: vti patet ex l. 13. §. vlti. D. de iureiur. l. 2. C. de reb. cred. l. ſi quis, 41. C. de tranſact. quaſi dicerent, Ita Principi noſtro ſuus genius ſit propitius. Tertullia. in Apologet. Citius denique apud vos per omnes deos, quàm per vnum genium Cæſaris peieratur. Item: Sacra faciebant pro ſalute Imperatoris, & genium eius deierabant.

GENO pro Gigno. Vlpianus l. 17. §. 1. D. de legat. & fid. primo: Si qua filia mihi genitur, ei heres meus centum dato. Idem l. 13. §. vlti. D. de reb. dub. Si quis mihi filius aut filia genitur, heres mihi eſto. Priſcian° libro x: Gigno, genui, pro quo Geno vetuſtiſſimi protulerunt. Varro in Andabata: Sed quod hæc loca aliquid genunt.

GENS & Genus, ſi vim ac naturam verborum ſpectemus, idem valent, neque quidquam differunt. vtrumque enim ab antiquo verbo Geno ductum videtur. Quod autem in l. 1. D. de probat. ita legitur: Cùm quæritur, gentem vel genus quis haberet, nécne: in eo particulam VEL pro SIVE poſitã arbitror. nam Vlpiani tempore differentiam obſeruatam aliquam fuiſſe, mihi non fit veriſimile. Itaque qua ſententia ſcripſit Liuius lib. 38. P. Scipio Naſica orationem habuit plenam veris decoribus, non communiter Corneliæ gentis, ſed propriè familiæ ſuæ: eadem ſententia Cicero in Bruto ita locutus eſt: Funebres orationes ipſæ familiæ quaſi ornamenta ſeruabant ad vſum, ſi quis eiuſdem generis occidiſſet. Et Sueton. in Galba: Imagines vniuerſi generis exſequi longum eſt: familiæ breuiter adtingam. Item apud Ciceronẽ in Orat. pro domo: Quæ cauſſa ſit adoptionis, quæ ratio generũ ac dignitatis, quæ ſacrorum. Et mox: Ita perturbatis ſacris, contaminatis gentibus, &c. Item: Ita adoptet, vt ne quid aut de dignitate generũ aut de ſacrorũ religione minuatur. Quibus ex locis intelligi poteſt, Gentis & Generis nomina promiſcuè vſurpari. Quòd ſi non verborũ naturam, ſed antiquiſſimum priſcorũ Romanorũ vſum, cuius his in rebus ſumma poteſtas eſt, conſideremus: differentiam fortaſſe aliquam reperiemus: vt Gens ad patricios propriè, Genus autem generaliter quidem & ad illos & ad plebeios, ſpeciatim verò ad hos dumtaxat pertineat. vnde illud P. Decij apud Liuium: Semper iſta audita ſunt eadem, vos ſolos gentem habere. Et illud Ciceronis in 1. de Orat. Cùm Marcelli à liberti filio, ſtirpe, Claudij patricij eiuſdem hominis hereditatem gente ad ſe rediiſſe dicerent. Indidem quoque Patres maiorũ & minorum gentium adpellati ſunt, qui à Romulo, & Tarquinio Priſco è patritiorum numero lecti in ſenatum fuerant: quemadmodum Liuius libro 1. teſtatur. Hinc,

GENTILES dicti, primùm, vt opinor, propriè patricij inter ſe, qui eodem ex genere prognati eſſent: vnde etiam Gentilicia ſacra, & Gentilitia ſepulcra. poſtea tamen Gentiles generaliter ita definiti ſunt, (Scæuola in Ciceronis Topicis auctore:) Qui inter ſe eodem nomine ſunt, ab ingenuis oriundi: quorũ maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit: qui capite non ſunt deminuti. Hinc,

GENTILITAS, dictum ius, quod inter ſe patricij habebant: quod ab agnationum iure diuerſum fuiſſe, & à Centumuiris diſceptari ſolitum, Cicero in 1. de Orat. & Topicis teſtatur. Hoc enim Agnati à Gentilibus differebant, primum quòd Agnati & de patritiis & de plebeiis, & verò etiam de libertorum poſteris dicebantur: Gentiles verò de patritiis tantùm, aut certè numquam de libertorum poſteris. deinde Agnati dicuntur, qui eiuſdem ſunt ſtirpis: Gentiles verò generaliter, qui eodem ex fonte & capite primum manarũt: quamuis ſtirpem, & (vt vulgò loquimur) ramũ diuerſum habeant. vnde illa inter Claudios patritios, & Claudios Marcellos plebeios controuerſia, Cum Marcelli (inquit Cicero) à liberti filio, ſtirpe, Claudij patricij eiuſdem hominis hereditatẽ gente ad ſe rediiſſe dicerent: nónne in ea cauſſa fuit Oratoribus de toto ſtirpis & gentilitatis iure dicendum? Quibus ex verbis patet, idem omnino Stirpem & Agnationẽ eſſe. quippe cum paulo antè, quam nunc ſtirpem adpellant, eam agnationem nominarit. item vt lib. 1. de legib. Quod in ciuitatibus, agnationibus, familiarum diſtinguuntur ſtatus: id in rerum natura tanto eſt magnificentius, vt homines Deorum agnatione & gente teneantur. Illam autem Claudiorum controuerſiã ſic interpretor: quia cum eius, qui Marcelli alicuius libertus erat, filius inteſtatò deceſſiſſet, neque aut filios aut agnatos vllos haberet, agnati patroni demortui vniuerſorum bonorum poſſeſſionem ad ſe pertinere dicebant: Claudij verò patricij in capita eam hereditatem inter omnes qui eiuſdem gentis eſſent, diuidendam eſſe contendebant, vt ipſi quoque in partem venirent: propterea quòd Marcelli nihilomagis quàm ipſi, eius qui mortuus erat, agnati eſſent. Scriptum autem in XII. tab. fuiſſe, Si paterfa. moritur, familia pecuniáque eius agnatorum gentiliúmque eſto. Gentiles enim eos ex illa Scæuolæ definitione interpretabantur, qui eodem nomine eſſent.

GENS & Natio, inquit Cornel. Fronto, ſic differunt. Natio ſolum patrium quærit: Gens ſeriem maiorum. Hinc Cicero in Sextiana: Vnus me abſente defluxit, qui cognomen ſibi ex Æliorum imaginibus arripuit, quò magis nationis eius eſſe, quàm generis videretur. Loquitur de L. Ælio Tribuno pl. qui cùm videret Ælios Ligurum cognomen habere, Ligus dici voluit: quo cognomento magis viſus eſt Liguria patria natus, quàm ex Æliorum familia prognatus.

GENVI-

GENVINVS, genitalis, ab antiquo verbo Geno. Vlp.l.3.§.3. D.de homin. lib.exhib. Si eum quis retineat filium, quem non habet in poteſtate: plerumque ſine dolo malo facere videbitur. pietas enim genuina efficit ſine dolo malo retineri. id eſt Charitas parẽtibus ingenita & inſita natura. Alciatus in Parerg. GEMINA legendum putat: quo modo Cicero dicit: Memoriam literaturæ geminam: id eſt ſimillimam. ſed quo ſenſu, non diſpicio.

GENVS id Iuriſconſulti adpellant, quod Dialectici ſecundã ſubſtantiam, id eſt id quod de ſubiecto dicitur, nec tamen in eo ineſt: vt ait Ariſtoteles. veluti equus, homo. hinc ſtipulatio vel legatum generis.

GENVS ergo eſt, quod communi quadam notione plures res ſingulas complectitur. veluti, Homo, genus eſt hominũ ſingulorum: vt Daui, Stichi, Pamphili. Singulas res adpello, quas Dialectici indiuiduas, Iuriſconſulti ſpecies vocant.l.cum res, D.de lega. primo. Itaque ſinguli homines, ſingulæ ſpecies ſunt, quæ communi hominis notione comprehenduntur. nam Species ſenſu, Genus notione percipitur. Species cerni tangíque poteſt: Genus non poteſt. Species ſunt de quibus contrahi res dicuntur, qu abalienantur, quę præſtãtur: Genera autẽ ſolui & præſtari nõ poſſunt. inutiliter itaq; fundus legatur. l.cum poſt, §.gener, D de iur.dot.l. ita ſtipulatus, 115. D.de verb.obliga. Quod cùm ita ſit, meritò dubitari poteſt, quamobrem Paullus in l.2. D. ſi cert. petat. ſcribat, eas res quibus mutuum conſtat, functionem, id eſt ſolutionem recipere in genere potius quàm in ſpecie. quomodo enim genus, quod intelligentia ſola conſtat, ſolueretur? Quare videamus, ne Paullus impropriè & audaci locutione ſic dixerit, cùm verius dicere potuiſſet, In eiuſdem generis ſpeciebus. quoniam qui numos pro numis, aut oleum pro oleo ſoluit, neque genus ſoluit, neque eaſdem ſpecies reddit, ſed eiuſdem generis ſpecies.

GERERE, facere, agere, ſubtili quadam differentia interdum diſtinguuntur: l.licet, 58. D.de verbor.ſignific.l.2. D.de curat.bon. plerumque autem καταχρηστικῶς confunduntur. d.l.licet.l.Labeo, 19. D.de verb. ſignifi.l.2.§.geſtum, D.ad municip.l.7.D.de minorib.

GERI negocium dicitur, actu quodam ad comparandam obligationem interpoſito. l.1. §. qui mortis, D.de donat.l.17.§.ſicut, D.commod. l.33. D.de cond. indeb.

GERERE pro herede dicitur, quia animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil adtingat hereditarium. l.gerit, D.de adquirend.hered. Exempla autem ſubiiciam. veluti ſi quis res hereditarias vendiderit, creditoribus pecuniam diſſoluerit, prędia coluerit, vel inhabitarit, vel locarit, & dubium ſit vtrum fecerit tãquam heres, an vt extraneus, vel inquilinus, vel animo gerendi negocium alterius heredis. nã hęc omnia argumenta ſunt gerere ſe aliquem pro herede, niſi contrarium probetur. l.Iulianus, §.ſi ſeruum, D.de adquit.hered.l.2.C.de poſtu.hered.inſtit. item ſi quis vnã cum filio heres erat inſtitutus, & filium adire iuſſit. at ſi pater prius adiſſet, neceſſe eſt vt poſtea filium adire iubeat. l.ſi ergo, l.ſeruus, l.ſi ex ſua, D.eo. præterea ſi qui bonis ſe patris abſtinuit, per interpoſitam perſonam patris bona mercatus ſit. videtur enim per ſimulationem repudiaſſe, ob eámque cauſſam à creditoribus conuenitur, non minus quàm ſi bonis ſe paternis immiſcuiſſet. l.ſi is qui bonis, eod.

GERERE nõ pro herede dicitur, qui ea geſſit quę propria heredis nõ ſunt: veluti ſi egit ſepulcri violati, vel pecuniam à ſtatulibero implendæ condicionis cauſſa accepit cùm haberet coheredem. etenim ſi heredem haberet, pro herede geſſiſſe videretur: quoniã aliter hereditas valere non poſſet pro cuius implenda condicione pecuniam accepit. Cùm enim pecuniam acceperit, videtur heres eſſe voluiſſe, l.pro herede, §. Papinianus, & §.vlt.D.de adquir.hered. Eadem ratio eſt, ſi quis è liberis mortuum intulit in ſepulcrum hereditarium, d.l pro herede, & l.ſi quis non quaſi. item ſi à parentis liberto vel alimenta, vel operas petierit, quæ ad heredem extraneum non pertinent: vt quia defunctus operas liberis ſuis ſtipulatus erat. nam eas operas, non tamquam extranei, ſed tamquam ſui heredes poſtulant.

GERITIO, pro Geſtio. Vlp.l.14. D.de relig. Licet ex hoc ipſo neque pro herede geritio, neque aditio præſumitur.

GERMANVS à Fratre hoc diſtat: Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre poteſt eſſe. Germanus ex iiſdem parentibus ſit neceſſe eſt. Hæc Cornelius Fronto de diff.ver.

GERONTOCOMIVM γεροντοκομεῖον, locus curandis ſenibus paratus. γέρων enim ſenex Latinè dicitur, & κομέω curo. Locum oportet fuiſſe, quò tenues homines qui adfecta ætate victum ſibi ſuis operis parare amplius non poterant, recipiebantur, & ad reliquum ætatis tempus alebantur. Vtitur Iuſt.l.illud, 16. & l.ſancimus, 18.C.de ſacr.eccleſ.

GESSISSE tutelam videtur tutor, qui quid omnino pupillare adtingit, etiam ſi modicum, l.ita autem, D.de admin.tut.

GESTA & facta. vide Gerere.

GESTATIONES, loci per quos veteres valetudinis cauſa geſtabantur. Vlp.l.13.§.4.D.de vſufr. Et ſi fortè voluptate fuit prædium, viridaria vel geſtationes, vel deambulationes arboribus infructuoſis opacas atque amœnas habens. Vbi tamen VOLVPTATI, aut, vt aliis in libris, VOLVPTARIVM legendum puto. Vlpian.l.12.§.1.D.de vſu & hab. Præter habitationem quam habet cui vſus datus eſt, deambulandi quoque & geſtandi ius habebit. Et de hac geſtatione locus hic intelligendus eſt apud Imp. §.5. de oblig. quæ ex del. Aut ſi quis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi longius aliquò duxerit. quod veteres ſcripſerunt de eo, qui in aciem equum perduxiſſet.

GESTVM, inquit Labeo ſignificat rem ſine verbis factam, l.19.de verb.ſignific. Itaque quidquid priuatus agit ad rem familiarem pertinens, nec agere, nec contrahere dicitur: ſed gerere. veluti cùm pro herede aliquid facit, aut pro tutore, aut pro domino. Varro libro de lingua Latina quinto, Contrà Imperator qui dicitur res gerere: in eo neque agit, neque facit: ſed gerit, id eſt ſuſtinet. tranſlatum ab his qui onera gerunt, id eſt ſuſtinent. Si gerere negocium dicitur, qui res abſentis curat. Itaque negocia geſſiſſe, pro codicem accepti & expenſi conſcripſiſſe, legimus apud Paullum in l.quædam, 9.D.de edend.

GESTVM in republica municipium accipere debemus, pecuniam publicam tractare, ſiue erogandam decernere, l.2.D.ad municip.

GIBEROSVS, pro gibber, ſiue gibboſus. apud Caium in l.tertia, D.de ædilitio edicto.

GLADII poteſtas dicitur, ius animaduertendi in facinoroſos homines, l.3.D.de iuriſdict.l.6.§.qui vniuerſas, D.de offic. præſid. Lampridius in Alexandro Seuero: Honores iuris gladij numquam vendi paſſus eſt: dicens, Neceſſe eſſe vt qui emit vendat. Aliud autẽ

fuiſſe gladio, aliud ſecuri animaduertere: patet ex l. 7. §. 1. D. de pœn. & ex eo quod Spartianus ſcribit, Antonium ei, qui ſecuri Papinianū percuſſerat, dixiſſe: Gladio te meum iuſſum exſequi oportuit. Hinc,

A

GLADII pœna in l. 1. §. quamquā, D. de obli. Sed

AD GLADIVM damnari, aliud eſt: valet enim idem, quod illud ſuperius AD ferrum: id eſt, ad ludū gladiatorium. l. 6. §. irritum, D. de iniuſt. rupt. l. 25. §. ſi quis, D. de adquir. hered.

GLANDIS adpellatione, inquit Caius, omnis fructus continetur, vt Iaboleuus ait: exemplo Græci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα adpellantur. l. 236. §. 1. D. de verb. ſignific.

B

GLANS caduca eſt, ait Gaius, quæ ex arbore cecidit. l. 30. §. D. de verborum ſignific.

GLAVCINAM Pomponius in l. 21. §. 1. D. de aur. arg. numerat inter ea vnguenta quæ valetudinis cauſſa parata ſunt. Confectum oportet ex Glaucio, herba quam Plin. lib. 20. cap. 19. ſylueſtrem & erraticam adpellat: & in adflatu maris naſci ſolitam tradit. Niſi fortè GLEVCINA potius legendum ſit. nam Gleucini olei factitij Plinius meminit, eiúſque conficiendi rationem Columella lib. 12. cap. 51. demonſtrat. Eſt autem oleum muſtum, vt Græci vocabuli origo declarat, quod prius quàm oliuæ premantur exprimitur, & ſimul odoramenta, miſcentur.

C

GLEBA, & Gleba ſenatoria, & Glebale aurum, in Codice Iuſtiniani, adpellatur genus penſitationis, quod Senatores poſſeſſionum ſuarum cauſſa principi præſtabant, l. 2. C. de prætorib. & hon. præl.

D

GLOS, viri ſoror dicitur. apud Græcos γάλως: ait Modeſt. l. 4. §. 4. D. de grad. & adfin.

GRABATVS, vide Crabatus.

GRADVS cognationis, inquit Paullus. dicti ſunt à ſimilitudine ſcalarum, locorúmque procliuiū, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt in eum qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus, l. vlti. §. gradus, D. de gradibus. Sic Ouid. Metamorph. XIII.

Noſtri quoque ſanguinis autor
Iupiter eſt, totidémque gradus diſtamus ab illo.

E

Item Faſt. II.

Et generis dinumerare gradus. Item,
Sic Venerem gradibus multis in gente receptam.

GRADVS etiam in heredum inſtitutionibus & ſubſtitutionibus vocatur locus ex ordine, quo quæque hereditas defertur. veluti cùm primo, ſecundo, tertióve gradu ſcripti heredes dicuntur, l. 3. §. filius, D. de lib. & poſtu. l. 3. §. vltim. & l. 5. D. de iniuſt. rup. l. 2. §. defertur, D. de bon. poſſ. ſecund. tabu. l. 37. D. de hered. inſtitu. Modeſtinus in l. 1. D. de vulg. & pupill. Heredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti, primo gradu: ſubſtituti, ſecundo, vel tertio. Gradus autem aliud eſt, aliud locus. nam inſtituti omnes primo gradu ſunt, locum autem ſinguli obtinent pro ordine ſcripturæ primum, ſecundum, tertium. Gradus igitur ex ordine ſucceſſionis: locus ex ordine ſcripturæ numeratur, l. ſi is qui, 55. D. de hered. inſtit.

F

GRASSATORES, prædones qui ex inſidiis viatores adoriuntur, ac ſpoliant. hinc graſſaturæ apud Saturninum, l. 16. §. 4. D. de pœn. Qualitate, cùm factū vel atrocius, vel leuius eſt: vt rixæ à graſſaturis, expilationes à furtis. Cicero de Fato: Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus cauſſa graſſatori fuiſſe dicitur, cur ab eo ſpoliaretur.

G

GRATIANVS myſtagogus Canoniſtarum: de quo Ioh. Auentinus lib. hiſtor. VI. Imperante, inquit, Lothario Cæſare, circiter annum M.CXXX. Gratianus ius pontificale dilaniauit, atq; cōfudit. Etenim, vti eſt in noſtris bibliothecis ſincerū, duas cōtinet partes: prima, acta ſunt vniuerſorū conciliorum, quæ quidē recepta eſſe cōſtat: altera, cōſtitutiones, epiſtolas, reſcripta Maximorum pontificum complectitur, vt quæque geſta fuerê cauſſæ adſeſſores, teſtes, adductis locorum, temporúmque momentis, commemorantur.

GRATIOSE expunctæ rationes dicuntur in l. 9. D. de admin. rer. ad ciuit. quæ bona vtriuſque partis gratia, & ſine vlla contentione expunctæ ſunt.

GREMIA, ſurculi aridi & minuti. Vlpia. l. 55. §. 2. de legat. & fid. lib. 32. Sed ſi voluntas non refragatur, & virgulæ, & gremia, & ſarmenta, & ſuperamenta materiarum continebuntur. Hinc,

GREMIALES arbores, quæ ſurculos illos ſuppeditant, & vnde faſciculi componuntur. apud eundem l. 7. §. 9. Sol. mat. Puto autem ſi arbores cæduæ fuerunt, vel gremiales, dici oportet in fructu cedere, Columella lib. XII. cap. XIX: Muſtum in vaſa defrutaria deferemus, leuíque primum igne ex tenuibus admodum lignis, quæ Græmia ruſtici adpellant, fornacem incendemus. Hermolaus legendum putat CREMIA, quaſi à cremando.

GREX eſt quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philip. Fudit apothecas, cæcidit greges armentorum. Vergil. egloga VI: *Aut aliquam in magno ſequitur grege.* vbi Seruius: Notandum, inquit, Gregem eum, de bobus dixiſſe: cùm Armenta dicamus. Eadem ratione Iuriſconſulti gregatim paſci dicunt oues, capras, boues, equos, mulos, aſinos, l. 2. D. ad leg. Aquil. Vlpianus tamen gregem, armenta, & equitia diſtinguit in l. 1. §. per hanc, D. de rei vind. Per hanc, inquit, actionem non ſolùm ſingulæ res vindicabuntur, ſed & grex vindicari poteſt. idē & de armēto, & de equitio, ceteriſq; quæ gregatim habētur dicendū eſt.

GVILLELMVS de Cugnio nobilis Iuriſconſultus, natus in pago Rapiſtagno, prope ab vrbe Tholoſa, magnum in Italia nomen comparauit. itaque Cynus eum ſæpe & Bartholus & Baldus honorificè nominant, eiúſque auctoritatem plurimum ſequuntur.

GVILIELMVS Durandus è Gallia Narbonenſi, ſummam iuris ciuilis & canonici tribus voluminibus complexus eſt, mira felicitate ingenij cùm annos XXX. nondum adtigiſſet. Actionum etiam ciuilium formulas ad vſum ſui temporis adcommodauit. Opus illud Speculum Iuris inſcripſit: qua de cauſſa Speculator adpellatus eſt. Obijt anno MCCLXXII.

GYMNASIARCHIAS Modeſtinus ſub tit. de excuſ. adpellat, gymnaſiorū præfecturas. erant autē gymnaſia ſpacia, in quib⁹ nudi adoleſcētes exercebātur.

GYNÆCIVM, γυναικεῖον, locus in quo veſtes imperiales, & imperialiū miniſteriorū texebātur. Vnde,

GYNÆCIARII in Rub. C. de muri leg. & gynæciariis, lib. XI. qui ei textrinæ in perpetuū addicti erāt.

H. LITERA.

HABENA cædi impuberes ſeruos pro quæſtione, teſtatur Vlpia. in l. 1. §. impuberi, D. ad s.c. Sillan. & Horat. lib. Epiſt. II. de puero ſerunulo ad Iulium Florum ſcribens: *In ſcalis*, inquit, *latuit, metuens pendentis habenæ.*

HABERE, inquit Vlp. dupliciter accipitur, nam & eum habere dicimus, qui rei dominus eſt: & eum qui dominus quidem non eſt, ſed tenet. denique habere rem apud nos depoſitam ſolemus dicere, l. 38. §. 6. D. de verb. oblig.

HABERE, inquit Paullus, duobus modis dicitur: altero,

altero,iure dominij: altero, obtinere ſine interpellatione id quod quis emerit,l.188.D.de verb.ſig.

HABERE,tenere,poſſidere: diſtinguuntur in Aquiliana formula: l.18. D.de acceptil. Habere igitur propriè ad ius pertinet: Tenere ad factum: Poſſidere ad vtrumque,argu.l.poſſeſſio,49.§.1.D. de adqu.poſſ. Nam Habere eſt,iure dominij poſſidere, l.ſtipulatio, 38.§.habere, D. de verb.oblig.l.188.de verb.ſign.qua de cauſſa ſeruus ibi tenere poſſe dicitur: habere & poſſidere,non poſſe.Hinc SIBI HABETO,ſollemne verbum fuit in legatis per vindicationem. Itaque ſi ſeruus ſtipuletur, ſibi habere licere, quia ius his verbis ſignificatur, ſtipulatio in ſerui perſona non conſiſtet:ſed domino ſtipulatus videbitur, l.quod dicitur,130.D.de verb.oblig.§.ſed cùm factum, Inſt.de ſtipul.ſer. Item,

HABERE ad res incorporales, Tenere ad corporales,Poſſidere ad vtraque pertinet.quapropter,

HABERE & poſſidere ciuilis poſſeſſionis ſunt:tenere,naturalis.vnde SIBI habere poſſidere,ſæpe coniunctè legimus:vt l.patet,38.§.quindecim,D.de leg.3.

HABERE licere ſtipulatio,eſt hæc:Per te non fieri,quo minus mihi fundum habere liceat:qua quis obligatur,ne res euincatur & auferatur, vel æſtimatio eius,l.ſi ſeruus,21.l.habere,57.D.de euict.l.ſtipulatio, 38.D.de verb.oblig.

HABERE & poſſidere, inquit Cornel. Frontò, ſic differunt:Habere poteſt etiam fur,nequam. Poſſidet nemo, niſi qui aut relictæ aut donatæ rei, aut emtæ dominus eſt. Ita, in habente onus: in poſſidente vſus eſt.

HABERI dicitur quod iure quocumque poſſidetur:vti docet Vlp.l.38.§.6.D.de verb.oblig.

HABILITER, aptè.commodè. Paullus l.20.D.de aur.arg.mund. Si vt habiliter gemmæ geri poſſint,incluſæ auro fuerint, tum aurum gemmis dicimus cedere.

HABITATIO, eſt facultas ædes alienas inhabitandi,quæ tamen non in iure,ſed in facto conſiſtit:id eſt,non tam videtur eſſe ius,quam aut ipſa domus,aut inhabitatio.

HABITATIO genus eſt ſeruitutis,ab vſu & vſufructu differens primùm quia vſus in iure, habitatio in facto conſiſtit,l.pen.D.de cap.min.deinde quia ille commodari non poteſt,habitatio poteſt,l.1.D.comm. ille ex perſona æſtimatur,habitatio non tam ex perſona,quàm ex re ipſa quæ habetur.vſus non vtendo, & capitis minutione exſtinguitur:habitatio verò nequaquam,d.l.pe.& l.ſi habitatio, 10.D.de vſu & hab. vbi tamen Vlp.ait effectu eadem eſſe.

HABITATOR & Hoſpes tantum inter ſe differunt,quantum intereſt inter domicilium habentem, &peregrinantem,l.1.§.7.D.de his qui effud.vel deiec. Ergo habitator eſt qui reſidendi animo ſiue in ſuo,ſiue in conducto,ſiue in gratuito conſiſtit:hoſpes verò qui tẽporis cauſſa tantiſper dum in viam redeat, aut quieſcendi,aut negocij expediendi gratia diuertit & commoratur.Cic.de Senect. Commorandi enim natura diuerſorium nobis,non habitandi dedit.

HAMA, ἄμη,ferramentum aduncum,coërcendis incendiis paratum.Paullus l.3.§.3. D.de offic.præf.vigil. Sciendum eſt autem,præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare calciatũ cũ hamis & dolabris. Vbi tamen corrigendum putarem FALCIATVM, id eſt falcibus muralibus inſtructũ: quarum Cæſar & alij meminêre.Falciatum enim,opinor, non minus Latinè dicimus, quàm Falcatum,vt A ſit ſenſus, præfectum vigilum debere comitatum per vrbis vias oberrare, cum falcibus muralibus, hamis & dolabris:quæ omnia inſtrumenta ſunt diruendis ędificiis quæ fortè inflãmata eſſent,parata. Vlp.quoq; in l.12.D.de fund.inſt. hamas inter incendiorum remedia bis adnumerat. Adrianus tamen Turnebus lib. aduerſ.xix.cap.xxiii.Haman. apud Paullum interpretari mauult vas aquarium,quod ad exſtinguenda incendia paratum eſſet. Verùm quàm aptè Paullus haB mas cum dolabris coniunxiſſet. Vlpianus quoque cũ harpagonibus eas coniungit. Locus autem Plinij ambiguus eſt:Nullus,inquit,vſquam in publico ſipo,nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda.

HARENARII, qui in harena cum beſtiis gladiatoribúſve pugnant,l.39.D.de op.li.l.5.D.ad Treb.l.21. §.ſi ea,D.de teſtib.

HARPAGONES,adunca ferramenta quibus quid extrahitur:vt ſi quid in puteum deciderit. Vlp.l.12.§. C 12.D.de inſt.vel inſt.Canales autem & harpagones,& hamas inſtrumento contineri conſtat.

HARVNDINETVM, vnde harundo vitibus fulciendis,ſumitur.nam aliorum pedamentorum inopia, ſubſidio harundo capitur:vt ait Varro lib. De re ruſt. 1.cap.8.Eius fit mentio apud Vlp.l.9.§.6. D.de vſufr. & l.12.§.7.D.de inſtruct.vel inſtr.

HASTÆ (vt ait Feſtus) ſubiiciebant,ea quæ publicè venundabant, quia ſignum præcipuum eſt haſta. nam & Carthaginienſes cuum bellum vellent,Romã D haſtam miſerunt, & Romani fortes viros ſæpe haſta donarunt.Hinc,SVB HASTA diſtrahere in l.vltim. C.ſi propi.pub.penſit.& SVBHASTATÆ res in l.3. C.de exſecut.rei iud.Item SVBHASTATIO, l.16.C. de reſcin.vendit.Cic.11.de Offic. Sic par eſt agere cum ciuibus,non (vt bis iam vidimus) haſtam in foro ponere,& bona ciuium voci ſubiicere præconis.

HELIOCAMINVS, ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ καμίνου,id eſt ſole & camino:quaſi dicas ſolatis caminus,quo veteres hyeme ſolis excipiendi cauſſa vtebantur. Vlpia.l. E 17.D.de ſeruit.vrb.præd.Sin verò heliocamino vel ſolario, dicendum erit quia vmbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri.

HERCISCI,vide Erciſci.

HERES,inquit Feſtus,apud antiquos pro domino ponebatur. Sic Inſti.§.vlt.de Here.qualit.& diff. Pro herede,inquit,gerere eſt,pro domino gerere. veteres enim heredes pro dominis adpellabant. Vtriuſque Plautus auctoritatem comprobat in Menahemis, cũ F Menahemum peregrinum de palla loquentem facit: Prandi, potaui: atque abſtuli hanc cuius heres nunquam erit poſt hunc diem. Vnde autem hoc verbum manarit,non facilè dixerim.nam eos qui ab Herus ductum putant, ſyllabæ prioris ratio refellit. Ego potius ab Era quod terram ſignificat, dictum putarem: vnde Heredium apud Varronem, agellus qui heredem ſequebatur.vel cum diphthongo ab Hęreo:quia proprium hoc nomen eſt,non extraneorum,ſed ſuorum.quod vel hinc licet intelligatur, quia hi ſoli exG heredantur.optima ratione: cùm filiusf.eadem in familia & domo hereat. itaque non Heredare dicimus, quia ſuo iuri filius adhereſcit: ſed exheredare, quaſi conuellere; & dimouere.heres autem ipſo iure filius eſt,& plurium relinqui ſolet. vnde ſuus heres in iure adpellatur,quia non alienam, ſed iam quodammodo ſuam hereditatem accipit, l. in ſuis, 11. D. de lib. & poſt.vbi Paullus multa in hanc ſententiam præclarè

item vt in l.vlt.D.de bon.damnat.quibus ex locis perſpicuum eſt,legem XII. tabularum filiisfa.etiam viuis patribus paternam hereditatem addixiſſe, ſic vt heredes deſignati meritò nominari poſſint. ac proinde mortuis parentibus non alienam,ſed propriam ſuámque hereditatem adipiſcantur.nam Vlpianus quoque ſic loquitur in l.1.§.largius,D.de ſucceſſ.ed.vbi ait, & liberos parentibus, & parentes liberis ſuccedentes penè ad propria bona venire. Itaque Iuſtinianus domeſticos eo quod antè diximus capite adpellat,quaſi Vernas heredes,qui non aliunde acciti,ſed domi ſint nati. Et Plinius in Panegyr. domeſticos heredes extraneis opponit : illóſque ait bona, non vt aliena & ſperanda,ſed vt ſua ſempérque poſſeſſa capere. quapropter non adire, ſed retinere hereditatem dicuntur,vt l.ſi patronus,12,in fin.D. de bon. libert. quippe qui ſine aditione vlla,ipſo iure heredes ſint, verumetiam eos quorum in poteſtate ſunt,ſine aditione heredes faciant:vt l.qui in aliena,6.§.3.D.de adquirend. hered.

HEREDVM autem tria ſunt genera:nam alij dicuntur ſui & neceſſarij,alij neceſſarij; alij voluntarij ſiue extranei.

HEREDES ſui & neceſſarij dicuntur liberi, qui in familia proximum à patrefam. gradum obtinent: ſui,quia hereditatem tamquam ſuam:neceſſarij,quia iure antiquo retinere cogebantur, l.11. D.de lib.& poſt.l.57.D.de adqui.her.vide Sui & neceſſarij.

HERES neceſſarius dicitur is ſeruus,qui hereditatem quidem cum libertate accipere, non tamen quod ſibi adquiret,creditoribus cedere cogitur,l.1.C. de neceſſ.ſer. Is autem propter præmium libertatis, hereditatem adire cogitur.

HEREDES extranei dicuntur, quicumque teſtatoris iuris ſubiecti non ſunt.Itaque liberi quoque noſtri qui in poteſtate noſtra non ſunt, heredes à nobis inſtituti extranei heredes nobis videntur. ait Imp. §. 3.de hered.qualit. Vel ſic,

HEREDES extranei dicuntur, qui in poteſtate teſtatoris non ſunt:quo in numero patribus quidem, emancipati liberi: matribus verò, quilibet: patronis autem, ſerui poſt inſtitutionem manumiſſi. §. ceteri, de hered.qualit.& diff.Dicuntur autem hi etiam Heredes voluntarij: nam cùm teſtatoris iuri ſubiecti nõ ſint, arbitrio eorum adeundi repudiandíve poteſtas permittitur.

HERES primus dicitur, qui primo gradu inſtitutus eſt:ſecundus,qui ſubſtitutus, l.8.D.de lib.& poſt. l.1.is qui,25.D.de teſta.

PRO HEREDE gerere,vide ſuo loco Pro herede.

HEREDITAS eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit,l.62.de reg.iur.l.24.de verbo. ſigni.nam Hereditatis adpellatio vniuerſitatẽ quandam ac ius ſucceſſionis, non ſingulares res demonſtrat,l.bonorum,208.D.de verb.ſignif. Itaque Vlpia. Hereditatem iuris nomen eſſe, ſcribit in l.pecuniæ, 178.D.eod.l.3.D.de bon.poſſ. ac propterea & abſque vllo corpore,iuris intellectum habere,l.hereditas,50. D.de hered.petit. & non minus damna atque onera, quàm emolumenta continere,l.hereditatis,119.D.de verbor.ſignif. Quod cùm ita ſit, non rectè Cicero videri poteſt Hereditatem ita in Topicis definiſſe.

HEREDITAS eſt pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit.nam(vt ait Iuſtin.ſub tit.de rebus corporal.)aliud eſt hereditas,aliud res quę per eã adquiruntur. Hæ corpora ſunt,illa verò ius: hæ certæ ſunt, illa incerta eſt : hæ per ſe ſemper vtiles

A ſunt,illa nonnumquam damnoſa. Quod Seneca non animaduertens lib de benef.VI.Iuriſconſultorum,inquit, iſtæ argutæ ineptiæ ſunt, qui hereditatem negant vſucapi poſſe: ſed ea quæ in hereditate ſunt. tamquam quidquam aliud ſit hereditas,quàm ea quę in hereditate ſunt.

HEREDITAS alia Teſtamentaria eſt, alia Legitima:id eſt,quæ ſine teſtamento lege XII.tabul.alicui defertur,l.quod autem,6. D. quæ in fraud.cred. Interdũ tamen etiam teſtamentaria hereditas lege

B deferri dicitur:vt l.1.D.her.pet.l.lege,130.D.de verb.ſig.

HEREDITAS iacens dicitur,quæ nondum adita eſt,l.1.D.de ſucceſſ.edict.l. denique,13.§ quæſitum, D.quod vi aut clàm.l.5.D.vt in poſſ.legat.

HEREDITAS aditur, cùm heres eam ſe accipere vel dicto,vel facto teſtatur, §.6.Inſtit.de hered.qual. vide,Adire.

HEREDITAS omittitur,cùm heres excludi ſe ab ea tempore paſſus eſt.

C HEREDITAS repudiatur,cùm is ad quem delata eſt, adire recuſat. repudiantur enim ea tantùm quæ iam delata ſunt,l.1.§.decretalis,D.de ſucceſſ.edict.

HEREDITAS adimitur,cùm heres inſtitutus exheres poſtea ſcribitur:quod non modò in alio, ſed & eodem in teſtamento fieri poteſt, l. 1. §.pen.D.de his quæ in teſt.del.veluti,Titius heres eſto, Titius quem ſuprà ſcripſi,exheres eſto.l.paterfam.D.de hered.inſtit.l. Seius, D.ad leg. Falcid.l. vxorem,§.heres,D.de legat.3.

D HEREDITARIÆ actiones dicuntur, quæ cùm defuncto competerent,ad ſucceſſorem vnà cum hereditate deuolutæ ſunt, l.1. §. hæc actio, D. ſi quid in fraud.pat.l.item veniunt,20.§.4.D.de her.petit.

HEREDITARIVS creditor: aut debitor etiam dicitur, cui hereditas obſtricta eſt, quíve hereditati debet,quamuis defuncto obligatus non fuerit, l.14.l. 15.l 16.D.de her.petit.

HEREDITARIVM æs alienum intelligitur (inquit Caius)etiam id de quo cum defuncto agi non po

E tuit:veluti quod is cùm moreretur, daturum ſe promiſiſſet:item quod is qui pro defuncto fideiuſſit,poſt mortem eius ſoluit,l.7.D.de rebus auct.ind.

HEREDITARIA ſepulcra dicuntur,quæ quis ſibi heredibúſque ſuis conſtituit: vel quod paterf.iure hereditario adquiſiuit,l.5.& 6.de relig.& ſumt.

HEREDIVM prædium paruulum, inquit Feſtus. Varro in 1.de re ruſtic. ſcribit Romulum bina iugera viritim diuiſiſſe,quæ quòd heredem ſequerentur,Heredium adpellarunt.

F HERI ſeruus, hodie liber, ſpeciem habet prouerbij:in eo liberto qui aduerſus patronum arrogantiùs & inſolentiùs ſeſe gerit. Vlp.l.7,§.2.D.de iniur. Nec enim ferre Prætor debet heri ſeruum,hodie liberum conquerentem quòd dominus ei conuicium dixerit, vel quòd leuiter pulſauerit.

HERMAPHRODITVS, ἑρμαφρόδιτος, Mercurij & Veneris filius, particeps vtriuſque ſexus. Ex quo qui tales natura editi ſunt, hoc nomine adpellantur. Vlp.l.10. de ſtat.hom. Quæritur Hermaphroditũ cui

G comparamus: & magis puto eius ſexus æſtimandum, qui in eo præualet. Paullus l.15.de teſtibus. Hermaphroditus an ad teſtamentum adhiberi poſſit qualitas ſexus incaleſcentis oſtendit.

HERMONIBVS,vide Pero.

HIEROPHYLAX,ἱεροφύλαξ,ſacrorum cuſtos,æditus.Scæuola l.20.§.1. D.de ann.leg. Quiſquis mihi heres erit,fidei eius cõmitto vti det ſacerdoti & hierophy-

20.phylaci,qui in illo templo erunt, denaria decem. In Florentino lib. HIEROPHYLACO.

HIPPOCOMI, curſualium equorum adminiſtri in l.non patimur,13.C.de curſ.pub.Poſtillones vulgò adpellantur: mutandis iumentis, & curſoribus ducendis adcommodati.

HOC amplius, locutio eſt, ea etiam quæ ſuperiùs dicta ſunt,complectens:vti docet Pomp.l. 54. D. de legat.& fid.tertio.Si purè,inquit,tibi legauero,deinde ſcripſero ita,Hoc amplius ſi nauis ex Aſia venerit, heres meus ei fundũ dato: verius eſt eo verbo Amplius ſuperiora repeti. Quod quidem ita eſt:ſed condicionem ad ſuperiora referri,exempla ſubiecta non probant.

HOLOGRAPHVM vide Teſtamentum holographum.

HOMINIS adpellatione tam fœminam, quàm maſculam cõtineri,non dubitatur: ait Gaius in l.152. D.de verb.ſign.

HOMINES in Codicis libris nonnumquam adpellantur,quorum opera & miniſterio vtimur.veluti procuratores, aut actores. itémque conductores, emphyteuticarij, cuſtodes,l. 2. C. de epiſc.& cleric. l.1. C.de cond.& proc.præd.l.4.C.de dignit.l.1.C. de commerc.

Ab HOMINIBVS eripi, & *inter homines eſſe deſinere*, locutio eſt, Principum mortẽ ſignificans quaſi Dij facti,non mortui fuiſſent.l.quod principi.56.D. de legat.2.Quod Principi relictum eſt,qui antequam dies legati cedat,ab hominibus ereptus eſt,ſucceſſori eius debetur. Et l. ſeq. ſi Auguſtæ legaueris, & ea inter homines eſſe deſierit.Tacitus in fi.lib. x v.Nam Deûm honor Principi non antè habetur, quàm inter homines agere deſierit.

HONESTOS vetuſtè dici interdum pro diuitibus,Aſconius in Verrin. tertiæ commentariis teſtatur.Vlp.l.52.§.15. D.de furt.Cuum Titio honeſto viro pecuniam credere vellem, ſubieciſti mihi alium Titium egenum,quaſi ille eſſet locuples.

HONOS, inquit Varro,ab honeſto onere. itaque Honeſtus dicitur, quòd oneratus. & dictum onus eſt vt honos, qui ſuſtinet Remp. hæc ille. Honos igitur, magiſtratus eſt:quod idem Iuſtin.in §.7. de iure natur. demonſtrat.Hoc etiam ius honorarium ſolemus adpellare inquit:quòd qui honores geruut,id eſt magiſtratus auctoritatem huic iuri dederunt. Cicero Verri. VI. Vt iſta præclara nobilitas deſinat quæri, populum R. hominibus nouis atque induſtriis honores mandare,ſempérque mandaſſe.

HONOR municipalis, eſt adminiſtratio Reipublic. cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumtu,ſiue ſine erogatione contingens : ait Calliſtratus l.14. D. de mun.& hon.

HONOR pro honorarium apud Vlp.in l.6.D.mãdati. Si remunerandi gratia honor interuenerit, erit mãdati actio:id eſt, etſi honorarium aliquod datum fuerit, aut promiſſum, tamen non locatio erit, ſed mandatum:& ex eo mandati actio naſcetur. Cic. pro Roſcio Amerino: Si nihil, inquit,aliud fecerunt,niſi rem detulerunt, nónne ſatisfacit, iis gratias agi? denique vt perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? Cur tria prædia tantæ pecuniæ ſtatim Capitoni dantur? Hinc,

HONORARIVM dicitur, quod mercedis nomine Iuriſconſultis, medicis, liberalium artium profeſſoribus, menſoribus datur : quaſi cum iis loca-

A tio & conductio contraheretur, l. 1. D. de extraor. cognit. l. 5. C. de poſtul. l. 1. D. ſi menſ. fal. l. 13. C. de iudic.

HONORARIVM ius adpellamus,quod à Prætoribus conſtitutum eſt:quòd (inquit Iuſtinianus) qui honores gerũt,id eſt magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederunt,§.Prætorum,Inſtit.de iur. nat.l.7.D.de inſt.& iur.l.2.§.5.D.de orig.iur. Hinc,

HONORARIÆ actiones dicuntur, quæ Prætoris edicto conſtitutæ ſunt, l.39. D.de nox.act.l.11.D. de fideiuſſ.

B

HONORARIÆ obligationes, quas Prætor edicto ſuo inſtituit,l.obligamur, 52. D.de oblig.vbi Modeſtinus ait,iure honorario nos obligari, ex his quæ edicto perpetuo vel magiſtratu fieri præcipiuntur, vel vetantur.

HONORARII ſucceſſores dicuntur, qui & bonorum poſſeſſores.Iuſtin.§.1.de bonor.poſſ.Quos autem ſolus vocat Prætor ad hereditatem,heredes quidem iure non fiunt: nam præter heredem facere non poteſt.per legem enim tantùm, vel ſimilem iuris cõſtitutionem heredes fiunt,veluti per Senatuſc.& cõſtitutiones Principales. ſed cuum eis Prætor dat bonorum poſſeſſionem,loco heredum conſtituuntur,& vocantur bonorum poſſeſſores. Vlpi.l.9.§.5. D.de interr.act. Quæ obtinere debent non ſolùm in heredibus,ſed etiam in honorariis ſucceſſoribus. Sic in l.1. §.non ſolùm,D. vt legat.nom.l.10. D. ad Velleia. l.7. D.de public.

C

D HONORARIVS tutor curatórve dicitur,quem teſtator adminiſtratione aliis delata,tutorem honoris tantùm cauſſa,vel curatorem eſſe voluit, Vlp.l.3.§. 1.D.de adminiſt. tut. Si parens declarauit quem velit tutelam adminiſtrare, ille ſolus adminiſtret.ceteri igitur tutores non adminiſtrabunt,ſed erunt hi quos vulgò Honorarios adpellamus. nec quiſquam putet ad hos periculum nullum redundare. conſtat enim hos quoq; excuſſis priùs facultatibus eius qui geſſerit,conueniri oportere. Dati ſunt enim quaſi obſeruatores actus eius,& cuſtodes.imputabitur eis quandoque cur ſi malè eum conuerſari videbant, ſuſpectum non fecerunt, Papin. leg. 26. §.1. D.de teſt. tut.

E

HONORIS cauſſa tutor datus non videtur,quem pater à ceteris tutoribus quibus negocia gerenda mandauit,rationes accipere voluit. Vlpia.l.14.§.1.D. de ſolut.Sunt quidam tutores qui honorarij adpellãtur:ſunt qui rei notitiæ gratia dantur:ſunt qui ad hoc dantur, vt gerant. & hoc vel pater adiicit vt vnus, putà,gerat : vel voluntate tutorum vni committitur geſtus : vel Prætor ita decernit.Et de his intelligenda l.3. §.2. D. iud. ſolu. & l. ſi quis tutor, 60. D.de rit.nup.

F

HONORARIVS arbiter dicitur, qui à Prætore datur : quòd ab eo qui honorem, id eſt magiſtratum gerit,detur.nam vt Proculus ſcribit leg 76.D.pro ſocio, Arbitrorum genera duo ſunt. vnum eiuſmodi vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum, parére debeamus. quod obſeruatur, cuum ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt,&c.

G

HONORARIA pœna, id eſt, quam Prætor introduxit atque conſtituit. Iuſt. §.6. de iniur.Sed pœna quidem iniuriæ, quæ à lege XII. tabul.introducta eſt, in deſuetudinem abiit:quam autem Prætores introduxerunt, quæ etiam Honoraria adpellatur, in iudiciis frequentatur.

H o s p i t i a olim publicè dari ſolebant: erantque quibus hoſpites recipiendi munus à Rep*ubl.* imponebatur, l.5.§. eos milites, l. vltim.§.pen. & vlt. D. de mun. & hon. l. 10. §. angariarum, D. de vacat. mun.

H o s t e s quos nos adpellamus, eos, inquit Caius, veteres perduelles adpellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet, l.234. D. de verb. ſign.

H o s t e s hi ſunt, ait Pompon. qui nobis aut quibus nos publicè bellum decreuimus. ceteri latrones, aut prædones ſunt. l.118. D. de verb. ſign.

H o s t e s ſunt, ait Vlp. quib. bellum publicè populus R. decreuit, vel ipſi populo R. ceteri latrunculi vel prædones adpellantur. l.24. D. de cap. & poſtli.

H o s t i c o l o in libris Florentinis reperio pro Hoſtico, id eſt (vt Varro ait) hoſtili agro. Vlpi. l. vn. D. de bon. poſſ. ex teſt. milit. non dubium eſt, quin debeant ratæ voluntates eſſe eorum, qui in hoſticolo ſuprema iudicia ſua quoquo modo ordinaſſent. Item ſi in hoſticolo deprehendantur, & illic decedēt. Videndum tamen an ſatius eſſet h o s t i c o retineri.

H o s t i e n s i s Iuriſconſultus nobilis, nomen habuit Henrici Seguſiani: ſed cùm iuris ſcientia floreret, & Bononiæ circiter annum M.C C.LV. profeſſus complures de ea re libros ſcripſiſſet, tandem Cardinalis Hoſtienſis factus, nomen hoc retinuit.

H o s t i s apud antiquos peregrinus dicebatur: & qui nunc hoſtis, perduellis. Feſt.

H o s t i v m potitus, in hoſtium poteſtatem redactus. Vlp. l.15. D. Ex quib. cau. maior. Ego autem etiam nomine eius qui hoſtium potitus eſt, ſi curator bonis fuerit conſtitutus, &c. Vide infra, p o t i t v s hoſtium.

H v g o l i n v s Iuriſconſultus nobilis homo Italus, inter antiquiſſimos iuris interpretes floruit circiter annum M.C.XC. gloſſuláſque ad librorum iuris marginem adiecit, quibus magnopere Accurſius, qui plerumque honorificam eius mentionem facit, adiutus fuiſſe creditur.

H v m a n i t a s, pro imbecillitas, & naturæ cōmunis fragilitas. Vlp. l.38.§ 1. D. ex cau. maior. Planè ſi infirmitate impeditus continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis.

H y a c i n t h v s, lapillus precioſus, Plinio lib. 37. cap. 9. Hinc legatum apud Marcellū l. 6. D. de aur. argent. Vnionem cum hyacinthis: & deinceps aliquoties.

H y d r o m e l i, ὑδρόμελι, aqua mellita, vt verbi notatio declarat. Vlpian. l. 9. D. de tritic. vin. & ol. Hydromeli legato vini contineri negat.

H y p e r o c h a ὑπεροχὴ, exſuperantia. ſuperfluū, id quod redundat. Scæuola l. pen. D. Qui pot. in pig. Si poſt primum contractum tuum, antequam aliam pecuniam tū crederes, eidē debitori Seius crediſſet quinquaginta, & hyperocham huius rei quæ tibi pignori data eſſet, debitor obligaſſet. Et infrà, Verū tibi cederet pignoris hyperocha. id eſt, Quanti pluris eſt pignus, quàm debiti ſumma: quatenus pignoris precium debiti ſummam exſuperat.

H y p æ t h r a, ὕπαιθρα, verbum è verbo, ſubdialia. de quibus cognoſce ex Vitruuij libr. 3. cap. 1. Loci aperti, & ſub dio, aëris fruendi cauſa ornati. Vlpianus l.12.§. 12. de inſti. vel inſt. De velis qui in hypæthris extenduntur, magis ſupellectili adnumeranda. Vitruuius lib. 6. cap. 10. Noſtri autem hypæthras

A ambulationes, Xyſtos, adpellant: quas Græci περιδρόμιδας dicunt.

H y p o c a v s t v m, ὑπόκαυστον: propriè locus ſub cuius pauimento ignis ſuccenditur: παρὰ τὸ ὑποκαίειν, id eſt ſuccendere. Vlp. l.16. D. mandati: Quietus hoſpiti ſuo medico mandaſſe diceretur, vt in hortis eius ſphæriſterium & hypocauſta, & quædam ipſius valetudini apta, ſua impenſa faceret. Idem l.55.§.2. D. de legat. & fid. lib. 32. Lignis legatis, quod comburen-
B di cauſſa paratum eſt continetur: ſiue ad balnei calefactionem, ſiue diætarum hypocauſtarum ſolebat vti. Hinc conclauia & cellæ in quibus ſunt opera fornacata, vbi frigoris vitandi cauſa ignis accenditur, Hypocauſta nominantur.

H y p o t h e c a, ὑποθήκη, à verbo ὑποτίθεσθαι: quaſi dicas ſuppoſita, ſubiecta obligationi, & obſtricta. nā (vt ait Marcianus) inter pignus & hypothecā tantùm nominis ſonus differt. l. 5. in fi. D. de pignoribus. quippe, cùm alterum Græcum, alterum Latinum
C ſit. Iuriſcōſulti autem docendi cauſſa, & vt ſuis quæque res vocabulis demonſtretur, pignoris adpellationem ad res mobiles, & apud creditorem depoſitas: hypothecæ verò ad immobiles & creditori ſuppoſitas referunt. l. ſi rē, 9.§.2. D. de pign. act. §. item Seruiana, 7. Inſt. de actionib. l. 4 D. de pignoribus. vbi traditur Hypothecam propriè dici eius rei, quæ nuda conuentione obligatur. Reperio etiam hanc alteram inter Pignus & Hypothecam differentiam: quòd illud & pro rebus obligatis, & pro ipſo obligationis
D contractu ſæpe vſurpatur: hæc verò tantùm pro rebus ſuppoſitis. Cicero Epiſt. lib. XIII. Præterea Philotes Alabandenſis ὑποθήκας Cluuio dedit: hæ commiſſæ ſunt. Velim cures, vt aut de hypothecis decedat, eáſque procuratoribus Cluuij tradat, aut pecuniam ſoluat.

H y p o t h e c a r i a actio, eadem quæ Quaſi ſeruiana, dicitur quæ cuiuis creditori ſui pignoris perſequendi cauſſa conceditur. l. 3. D. ad exhibendum, dict. §. 7. de actionibus.

E H y p o t h e c a r i a formula, formula eius pacti, quo de pignore nuda conuentione obligando, agebatur. leg. 3. leg. 4. leg. 11. & alibi perſæpe, D. de pignorib.

H y p o t h e c a r i v s creditor, qui ſub hypotheca pecuniam credidit. l. 1. §. ſciendum, D. de ſeparat. l. 1. C. de his qui in prior.

H y s g i n v m, Hermolaus Barb. exiſtimat idem eſſe quod vacinium: id eſt rubi humilis morum. Paullus l.78.§.5. D. de legat. & fid. lib. 32. Quin minus por-
F rò coracinum, aut hyſginum, aut melinum ſuo nomine, quàm coccum, purpuráve deſignatur? Florentinus liber i s g i n v m.

I. L i t e r a.

I a c e n s hereditas dicitur, antequam adita ſit. leg. 1. D. de ſucceſſ. edict. l. denique, 13. §. quæſitum, D. quod vi aut clàm. leg. 5 D. vt in poſſ. leg. l. 1. D. de bon. poſſ. fur.

I a c e n s dicitur ea res cuius dominus ignoratur.
G Vlp. l.43. §.4. D. de furt. Qui alienum quid iacens lucri faciendi cauſſa ſuſtulit, furti obſtringitur.

I a c t v s paſſim pro iactura, quæ nauium exonerandarum cauſſa fit. vnde Rubrica, Ad legem Rhodiam de iactu. dicitur verò etiam Iactura in l. 2. & l. 4. eod. tit.

I a n t h i n v s, ἰάνθινος, violaceus. nam ἴον violam, ἄνθος florem ſignificat. Vide Plin. lib. 21. cap. 6. & 8.

Vlp. l.70.

Vlp.l.70.§ 5. D.de legat. & fid.lib.32 Purpuræ autem adpellatione omnis generis purpuram contineri puto.ſed coccum non contrinebitur.fucinum,& ianthinum continebitur.

IASON Maynus Iuriſcon. nobilis, Mediolani natus, Catonis Saccipapienſis auditor fuit. Papiæ ius ciuile annos amplius viginti publicè interpretatus eſt:magnóſque in eo iure ſcriptis ſuis copioſè illuſtrãdo labores ſuſtulit.Obiit ibidem anno M. D. X I X. menſe Aprili.

IDEST, pro veluti. Vlp. l. iuriſgentium,7. §. ait Prætor, 3.D. de pact. Pacta in perſonã ſunt, quoties paciſcor ne à perſona petam, id eſt, ne à L. Titio petam. Idem l. ſi ex cauſſa,9. D. de minoribus. Et puto interdum permittendum, id eſt, ſi grande damnum ſit minoris. Idem l. qui liberis, 8. D. de vulg.& pup. Sub. condicione autem inſtitutum ſi ſubſtituat, id eſt, Si mihi heres erit:non aliàs,&c.

Ἰδιόχειρα, Græcè adpellantur (inquit Imp. Leo) ſcripturæ qui ſolẽt à quibuſdã ſecretò fieri interuenientibus amicis rerum contrahendarum cauſſa. l. ſcripturæ,11.C.qui pot. in pig.hab.Et,vt opinor,ἰδιόχειρα & ἀγοραῖα opponuntur quæ Tabellionum publica inſtrumenta ſunt: Nouell. 49. & 142. item 73. quæ etiam Forenſia adpellantur l.comparationes,19. C.de fid.inſt.qua de cauſſa in d.l.ſcripturas,ἰδιόχειρα iis quæ publice à tabulariis conſcripta ſunt, opponuntur.

IDONEVS paſſim dicitur is,qui ſoluendo eſt: vnde Idoneus debitor, fideiuſſor, tutor: & Idonea nomina,quæ Latinè Bona dicuntur, l.89.D.ad leg.Falc. l.19.§. denique,D.ad Velleian.

IDONEA cautio non videtur,ſi neque fideiuſſor, neque pignora interceſſerint.l. ſi mandatu, 59. in fi. D. mandat.

IDONEVS alienæ litis defenſor, alienæ've rei expromiſſor nemo ſine ſatiſdatione intelligitur.l.qui proprio,46.D.de procur. l. in eo,101. D. de reg.iur.

IDONEI promiſſores plerumque non tam patrimonio, quàm fide quoque æſtimantur, l. ſi quis, 112.D.de verb. obligat.

IDONIOR, aptior, adcommodatior. Calliſtratus l. 18. de teſt.tut. Quòd ſi plures ſatiſdare parati ſint,tunc idonior præferẽdus erit.Paullus l.2.de pop. act.Si plures ſimul agant populi actione. Prætor eliget idoniorem.

IGNI & aqua, interdici ſolebat damnatis.quã de re Lactantius lib. De orig. error. 2.ca.20. Subſtantia ignis,calor eſt,inquit:aquę,humor.Rectè igitur Ouid.

Quippe, vbi temperiem ſumſere humórque calórque,
Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus:
Cúmque ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat: & diſcors concordia fœtibus apta eſt.

Alterum enim quaſi maſculinum elementum eſt, alterum quaſi fœminum: alterum actiuum, alterum paſſibile.ideóque à veteribus inſtitutum eſt,vt ſacramento ignis, & aquæ nuptiarum fœdera ſanciantur: quòd fœtus animantium calore, & humore corporentur,atque animentur ad vitam. Cùm enim conſtet omne animal ex anima & corpore, materia corporis in humore eſt,animæ in calore. quod ex ouium fœtibus datur ſcire: quos craſſi humoris plenos, niſi opifex calor fouerit, nec humor poteſt corporare, nec corpus animare.Exſulibus quoque ignis & aqua interdici ſolebat.adhuc enim videbatur nefas quamuis malos, tamen homines ſupplicio capitis adficere. Interdicto igitur vſu earum rerum, quibus vita conſtat hominum, perinde habebatur,ac ſi eſſet,qui eam ſententiam exceperat,morte mulctatus:adeò iſta duo elementa prima ſunt habita, vt nec ortus hominis, nec ſine his vitam crediderint poſſe conſtare. Hæc Lactantius.

IGNOMINIA eſt, inquit Nonius, nominis nota. M. Tullius de Rep.lib.4.Cenſoris iudicium nihil ferè damnato adfert, niſi ruborem.Itaque quòd omnis ea iudicatio verſatur tantummodo in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt.vide Infamia.

IGNOMINIOSA miſſio eſt, quoties is qui militem è caſtris mittit, addit nominatim ignominiæ cauſſa ſe mittere.l.2. D.qui not.infam.

IGNORANTIA facti,aut iuris:vide ERROR facti.

ILICET, per ἐγκοτλῶ dicitur.Sic Iudices de conſilio dimittebantur,ſuprema dicta,cum præco pronunciaſſẽt, Ilicet:quod ſignificat Ire licet.Hæc Don. in Adel. Ter. Dicebatur etiam in funeribus,conſumto cadauere, & collectis cineribus. vnde Vergilius lib. 6. *Dixítque nouiſſima verba*: id eſt Ilicet: inquit Seruius. nam Vale dicebatur poſt tumuli quoque peracta ſollemnia. Idem: Varro dicit pyras ideo cupreſſo circundari propter grauem vſtrinæ odorem: ne offendatur populi circumſtãtis corona, quæ tamdiu ſtabat reſpondens fletibus præficæ, id eſt principi planctuum, quamdiu conſumto cadauere,& collectis cineribus diceretur nouiſſimum verbum Ilicet, quod Ire licet ſignificat.

ILLOTIS manibus negocium adgredi, eſt imparatum ac non ſatis inſtructum accedere. deducta locutione ex Deorum ſacris, ad quæ ſine præparatione (cuius pars erat manuum ablutio) nefas fuiſſet accedere. Heſiod. in lib. cui tit. eſt ἔργα καὶ ἡμέραι, Μηδέποτ᾽ ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ᾽ ἄλλοις ἀθανάτοισιν. Caius l.1.D.de orig.iur. Deinde ſi in foro cauſſas dicentibus nefas, vt ita dixerim, videtur eſſe,nulla præfatione facta iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentib. inconueniens erit omiſſis initiis atque origine non repetita,atque illotis,vt ita dixerim, manib. protinus materiam interpretationis tractare. id eſt, ſine præparatione, & præmunitione,atque anticipata quadã earum rerum cognitione,quæ aditum ad iuris cognitionem patefaciunt,viámque muniunt.

ILLVSTRES, vide Dignitatum.

IMAGINARIA dicuntur in iure, quæ non verè,ſed ſimulatò & dicis cauſſa fiunt, Hinc Vlpian.in l.16.de reg.iur. Imaginaria,inquit, venditio non eſt precio accedente. Idem l.4.§.1.D.de manum. Si ſeruus ab ignoto emtus ſit, poſtea autem precium ſuum obtulerit,dicendum erit non eſſe audiendum.ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria fieret venditio,& per fidem contractus inter emtorem & ſeruum agatur.Hinc Modeſt.l.contractus, 54.D.de oblig.& act. Contractus imaginarij etiã in emtionibus iuris vinculum non obtinet,cùm fides facti ſimulatur, nõ intercedente veritate. Sic l.55. D.de cont. emt.l.1. D.de quæſtion.l. 46.D.locat.l.19.in fi.D.de adquir.poſſ.l.4. D.de manumiſſ. l.49.de actio. emt.

IMMISCERE, verbum eſt proprium eorum heredum,qui ſui ſunt: cùm hereditatem ſuam amplectuntur. Cùm enim non aliunde accedant,ſed in familia ſint, Adire non dicuntur:ſed Immiſcere. l. impuberibus, 11.& l. cum bonis, 87.D.de adqui.hered. l.3.§.ſuo,l.7.§. non ſolùm,D.de minorib.l.8.& l.10.C. de iure delib.

IMMISCERE igitur ſuorum heredum eſt. Adire

extraneorum: eaque ſententia diſtinguuntur in l.6.§. ſi filius, D. de bon. lib. l. 7. §. reſtitutus, D. de minoribus.

IMMITTI dicuntur ea quæ in alienum immittuntur. Itaque,

IMMITTVNTVR tigna, quæ in alienũ ſic prouehuntur, vt aliquo loco requieſcant: id eſt imponantur. l. malum, 242. D. de verb. ſignifi. vnde

IMMITTENDI tigni ſeruitus, & præciſè immittendi: l. 1. & l. 2. D. ſeru. vrb. l. 8. §. 1. D. ſi ſeruit. vindic.

IMMITTVNTVR etiam quæ non imponuntur: vt cloaca, ſtillicidium, aqua, flumen, l. 1. D. de cloac. l. 1. §. item ſciendum, D. de aq. & aq. pl. l. 8. D. quemad. ſeruit. amitt.

IMMISSVM. vide Proiectum.

IMMITTERE fumum, vide Caſearia taberna.

IMMOLITVS, inædificatus. Verbum hoc vſurpatur in lege Peducæa de Limitibus: Ne quis eos limites decumanos obſepito, néve quid in eis immolitum, néve quid ibi poſitum habeto. Item apud Liuium lib. 39: Aquam publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt, & quæ in loca publica inædificata, immolitáve priuati habebant, intra dies triginta demoliri ſunt.

IMMVNITAS, vide Munus. Munem, inquit Feſtus, ſignificat certum & officioſum. vnde ex contrario Immunis dicitur, qui nullo fungitur officio.

IMOLENSIS, vide Ioannes Imolenſis.

IMPENDIVM, Varro de lingua IV. ſic exponit. Compendium, quòd cùm compenditur, vnà fit. à quo vſura quòd in ſortem accedebat, impendium adpellatum: quæ cùm accederet ad ſortem, ex vſu vſura dicta, vt ſors quod ſuum fit ſorte. Et lib. 5. Ad hoc pecunia, quæ in fœnore, ſors eſt, impendium quod inter ſe iungat. Adparet ex his, impendium eſſe pecuniam quæ impenditur alicui vt fructum adferat. Cicero ad Attic. VI. Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, vt pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recuſare. Sic impendium dicitur quod in agro ſeritur. Idem in Bruto: Seremus igitur aliquid, tamquam in inculto & derelicto ſolo: quòd ita diligenter colemus, vt impendiis etiam augere poſſimus largitatem tui muneris: modò idem noſter animus efficere poſſit quòd ager, qui cùm multos annos quieuit, vberiores adferre fruges ſolet. Quæ cùm ita ſint, videndum in illo loco libri De ſenectute, ecquid aptiùs legeretur IMPENDIVM, quàm IMPERIVM. Habent enim rationem cum terra, quæ numquam recuſat imperium: nec vnquam ſine vſura reddit quod accepit. Quem locum Ambroſius imitatus libr. off. 1. cap. 31. Vnde, inquit, imitanda nobis eſt in hoc quoque natura terrarum: quæ ſuſceptum ſemen multiplicatiori ſolet numero reddere, quàm acceperit. Quo in loco pro Impendium, dixit Suſceptam ſemen.

IMPENSÆ neceſſariæ ſunt, inquit Paullus, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit. Vtiles impenſas eſſe Fulcinius ait quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem eſſe non ſinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur. Voluptuariæ ſunt, quæ ſpeciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent: vt ſunt viridia, & aquæ ſalientes, l. 79. D. de verb. ſignific. l. 1. & l. 14. D. de impen. in res dot.

IMPENSÆ neceſſariæ ſunt, quibus non factis dos A deterior futura eſt: veluti ſi quis ruinoſas ædes refecerit. Vtiles ſunt, quibus non factis quidem, deterior dos non fuerit: factis autem, fructuoſior dos effecta eſt: veluti ſi vineta & olioeta fecerit. Voluptuoſæ ſunt quibus neque omiſſis deterior dos fieret, neq; factis fructuoſior effecta eſt: quod euenit in viridariis, & picturiis, ſimilibúſque rebus. Vlpianus titulo Regularum VI.

IMPERANTES pro parentes, paſſiua ſignificatione B Alfenum dixiſſe Alciatus putat in l. 26. D. de oper. lib. Medicus libertus, quòd putaret, ſi liberti ſui medicinam non facerent, multo plures imperantes ſibi habiturum, poſtulabat vt ſequerentur ſe, neque opus facerent. Sed non eſt nouum medicis ægrotos imperaſſe: cuum ſerui plerique (vt ſatis conſtat) medicinam facerent: Seneca lib. de benef. 3. cap. 24. Imperauit Medico, eidémque ſeruo ſuo vt ſibi venenum daret: & Facere medicinam propriè Pharmacopolæ dicantur, quorum etiam tabernæ Romæ Medicinæ C (vt ex Plauto conſtat) adpellabantur. Itaque plures imperantes ſic interpretor, Plures ægrotos qui mandarent, vt potiones pararet. Vulgus noſtrum dicit, Habere maiorem practicam, id eſt quæſtum. Imperare tamen & Iubere proprium eſt medicorum. Terent. in And. *Poſt deinde, quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui, date.* Et mox: *Non imperabat coram quid opus facto eſſet puerperæ.*

IMPERATORIS nomen ſtante Repub. iis ſolis tribuebatur, qui, cùm ſuis auſpiciis exer- D citum ducerent, aliquot hoſtium millia in acie ceciderant. tum enim repentè adclamatione militum eo nomine decorabantur, laureámque tum in faſcibus, tum in literis quas Romam mittebant, vſurpabant. Vt autem perpetuum Imperatoris nomen alicui tribueretur, primùm Iulij Cæſaris exemplo factum eſt, quem Suetonius ſcribit Imperatoris prænomen perpetuum, & cognomen Patris patriæ à Senatu accepiſſe. Ex quo intelligi poteſt, veterum conſuetudinem eo immutatam fuiſſe, quòd cum illi E cognominis loco Imperatoris titulum adſcriberent, veluti Cn. Pompeius Imper. C. Cæſar primo loco, tamquam prænomen illud ſic vſurpauit: IMP. C. IVLIVS CÆSAR. Qua de re ſcripſi copioſè initio Inſtitut.

IMPERIVM, eſt poteſtas à populo, ſtante Repub. pòſt vero ab Imperatore, nominatim alicui ſic data, vt ipſe pro ſuo iure, ſi commiſſum quid ſit, animaduertat. Itaque Imperium habere magiſtratus dicuntur, qui & coërcere aliquem poſſunt, & iubere in F carcerem duci: quales ſunt Conſules, Præfecti, Prætores, Proconſules: l. 2. D. de in ius voc. minores enim magiſtratus dicuntur, qui nec imperium nec poteſtatem habent. l. nec magiſtratib. 32. D. de iniur. vide PRIVATVS.

IMPERIVM autem aut merum eſt, aut mixtum, Merum eſt imperium: habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam Poteſtas adpellatur, Mixtum eſt imperium, cui etiam Iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum G poſſeſſione conſiſtit. Iuriſdictio eſt etiam iudicis dãdi licentia. l. 3. D. de Iuriſd. quem locum ſic interpretor:

IMPERIVM aliud merum dicitur, aliud mixtum. Merum Vlp. adpellat, quod ad publica iudicia pertinet, ac proinde proprium eorum eſt, qui ea iudicia exercere poſſunt, ſiue in vrbe, ſiue in prouincia: vt Quæſitorum, in vrbe, & Præfecti vrbi, ac Præfecti prætorio: in prouinciis Præſidum, Proconſulum, Pro prætorum.

prætorum. Merum autem idcirco nominatur, quod à iuriſdictione ſecretum, purum, & vacuum ſit: non quo nemo qui merum imperium habeat, iuris etiam dicendi poteſtatem habere poſſit. nam in prouinciis quicumque merum habet imperium, is etiam iurisdictionem habet: in vrbe verò Quæſitores rerum capitalium merum habent dumtaxat omniſque iuriſdictionis expers. Sed cùm de imperio diſputatur, ſiue de vno aliquo magiſtratu agatur. ſiue de diuerſis, id quod ad capitalium rerum adminiſtrationem pertinet, ab eo quod rerum priuatarum proprium eſt, ſecernendum eſt. Mixtum autem dicitur, quod ad vtraſque res & capitales ſcilicet, & priuatas pertinet. hinc Vlp. Mixtum eſt, inquit, cui etiam iuriſdictio ineſt: quæ, vt in l.1. dixerat, ad bonorũ poſſeſſiones dandas, tutores pupillis, iudices litigatoribus conſtituendos pertinet. Quapropter intelligitur vſque adeò aliud eſſe Imperium, aliud Iuriſdictionẽ, vt neque quicumque imperium habet, Iuriſdictionem habeat, neq; rurſus quicumque iuriſdictionem habet, imperium habeat: nam Quæſitores qui merum in vrbe imperium habent, id eſt rerum capitalium quæſtiones exercent, ius de priuatis rebus non dicunt. Quæſtores autem Magiſtratuum in prouinciis comites (de quorum officio Vlpian. in l. imperium diſputat, vt ex inſcriptione licet intelligere) item legati Proconſulum, iuriſdictionem rerum priuatarum habent, imperium autem propriè non habent. cùm enim quid imperant, veluti cùm poſſideri iubent, aut pignora capi, alieni potius, quàm ſui imperij vi ac poteſtate hoc faciunt: nimirum eius cui ſummum imperium in prouincia tributum eſt. Atque hæc quidem ita ſe habent. Verùm illud ſimul intelligendum eſt, Iuriſdictionis verbum ab Vlpiano in d.l. imperium, ſtrictè & anguſtè vſurpari, pro ea quæ ad priuatas res dumtaxat pertinet: cùm ſatis conſtet, etiam ad rerum capitalium iudicia, & omnia denique Magiſtratuum acta ac decreta pertinere, quod ex vno Aſconij loco licebit intelligi. nam vbi de Scauri iudicio repetundarum loquitur, ita ſcribit: Cato Prætor iudicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus, in forum quoque ſic deſcenderat, iúſque dicebat. Item Colum. lib.12: Quod nunc ſcilicet faciunt magiſtratus, adſidua iuriſdictione vim legum cuſtodientes.

IMPETIGINES, puſtulæ prurits corpus infeſtantes: quarum genera quattuor Cornel. Celſ. lib.5. deſcribit. Hinc,

IMPETIGINOSVS, impetigine adfectus. Vlp. l. 6. §.1. D. de Ædil. edict. Trebat. ait, impetiginoſum morbum non eſſe, ſi eo membro vbi impetigo eſſet, æquè rectè vtatur.

IMPILIA leguntur apud Vlp. in l.25. §. 1. D. de aur. arg. opinor, pro faſciolis quibus mulierum crines alligantur, quaſi ad pilos pertinentes. Faſciæ, inquit, crurales, pedaléſque, & impilia veſtis loco ſunt: quia partem corporis veſtiunt. Varro Teſtam hanc faſciolam adpellat.

IMPLERE intentionem ſiue petitionem Iuriſconſulti dicuntur, pro id quod intenditur, probare, ac planum facere. itémque Implere exceptionem. l. penulti. §.1. D. de except. rei iudic. l. 19. D. de except. l. 21. C. de rei vindic. Dicitur & Implere, præcisè pro id quod poſitum eſt, probare l. 1. l. 25. C. de probat. l. 3. C. de non num. pec.

IMPOSSIBILIS verbũ Labeo & Iulianus vitaſſe videntur, cuum Græcum vſurparunt. hic quidem

A in l.104. §.1. D. de leg. & fideic. lib.30. ἀδύνατοι condicio pro non ſcripta habetur. ille in l.20. D. de cond. Inſtit. ἀδύνατος condicio inquit, pro non ſcripta accipienda eſt.

IMPOSSIBILIS condicio habetur, ait Imp. cui natura impedimento eſt, quo minus exſiſtat. veluti ſi quis ita dixerit, Si digito cœlum adtigero, dare ſpondes? §.14. de inutil. ſtip.

IMPVBES dicitur mas minor annis XIIII. fœmina verò minor XII. l. vlt. C. quand. tut. eſſe deſin. §.1.
B Quib. mod. tut. fin. Macrob. lib. Satur. 1. cap. VI. Poſt annos bis ſeptem, ipſa ætas neceſſitate pubeſcit. tunc enim moueri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio fœminarum. Tertul. lib. De virgin. veland. Tempus etiam Ethnici obſeruant. vt ex lege naturæ iura ſua ætatibus reddant. nam fœminas quidem à XII. annis: maſculum verò à duobus amplius ad negocia mittunt: pubertatem in annis, non ſponſalibus aut nuptiis decernentes.

C IN acceptum ferre opus publicum faciendum, apud Macrum in l. 7. D. de leg. Iul. repet. eſt perſcribere in codice operum locatorum, opus illud eſſe ex lege, id eſt ex pactione redemtionis locationiſque perfectum. Id quod lex Iulia fieri prius vetabat, quàm opus perfectum ac probatum eſſet.

IN aſſem vendere, idem quod in ſolidum vendere. Modeſt. l. 9. D. quib. mod. pig. Titius Semptonio fundum pignori dedit, & eundem fundum poſtea C. Seio pignori dedit: atque ita idem Titius Semptonio &
D Seio fundum eundem in aſſem vendidit, quibus pignori antè dederat in ſolidum ſingulis. Sic rem ſoli ex aſſe poſſidere, cui opponitur Pro parte, apud Macrum in l. pen. D. qui ſatiſd. cog. Et in aſſem creditoribus ſatisfacere, cui opponitur In aliquid, leg. 1. D. de ſeparat.

IN bonis eſſe dicebantur ea propriè, quæ Quiritium iure aliquo quæſita non erant. Itáque inter ſe illa duo opponebantur. vti docet Iuſtin. in l. vni. C. de
E nudo iur. Quit. toll. & Vlpianus tit. Reg. l. his verbis: In bonis tantum alicuius ſeruus eſt, velut hoc modo, Si ciuis Romanus à ciue R. ſeruum emerit, iſque traditus ei ſit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit. nam quamdiu horum quid fiat, is ſeruus in bonis quidem emtoris eſt, ex iure Quiritium autem venditoris eſt.

IN bonis, vide Ex bonis.

IN capita, aut In ſtirpes diuiſionem fieri plerumq; in iure legimus. vt in l. 2. & l. 3. C. de ſuis & legit. l. Papinia. 8. D. de inoffic. teſt. In capita autem diuidi
F dicitur hereditas, quæ tot in partes quot ſuccedentium capita ſunt (id eſt, perſonæ) diuiditur: vt ſingulis perſonis ſingulæ partes adtribuantur. In ſtirpes verò cùm tot in partes diuiditur, quot ſuorum naturalium, ex quibus ſuccedanei exſtant, capita fuere.

IN Capitolium adſcendere, formula eſt condicionis apud Iuris noſtri conſultos peruulgata, quam ex triumphantium more deductam arbitror: quaſi quis dicat, Si triumphans in Capitolium adſcenderit. Cicero Verrina 7: At etiam qui triumphant, eóque diu-
G tius viuos hoſtium duces ſeruant vt his per triumphum ductis pulcerrimum ſpectaculum fructúmque victoriæ populus R. percipere poſſit: tamen cuum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idémque dies & victoribus imperij, & victis vitæ finem facit. Atque hæc quidem olim ſic ſcripſeram. Nunc audio me à quibuſdam bonis viris hac de re accuſari, quaſi

condicionem illam quæ libera & poteſtatiua eſt, A fortuitam faciam. Lepidos homines: quaſi verò qua quidque ſententia primùm dictum ſit, eadem ſemper vſurpetur, neque alias ad res transferri poſſit: vt quod de Capitolio, triumphi reſpectu quondam dictum ſit, id poſtea ad quotidianam Capitolij adſcenſionem traduci nequeat. Origo, inquam, locutionis à me expoſita eſt non vſus.

In caput alterius torqueri, eſt in alterius diſcrimen, vel alterius periculo torqueri. Vlpianus in l.1. B D.de quæſtionibus. Neque ſerui in dominorum, neque liberti in patronorum caput torqueri debent. quod idem ſcribit in l.2.l.3. & l.10. §. poteſt. Cicero autem planè In dominum dixit & in Miloniana, & Cæliana, & in Partit. De noſtrorum, inquit maiorum inſtitutis: qui cùm de ſeruis in dominos quæri noluiſſent, &c.

In continenti, locutio eſt Iuriſconſultis familiaris: idem ſignificans, quòd ſine vlla temporis intermiſſione, è veſtigio, extemplò, continuò. Vlp. l.23.§. C 2. Quod ait lex, In continenti filiam occidat. ſic erit accipiendum, &c. Scæuola l.135.§.2.D. de verb.oblig. Deinde in continenti inter vtrumque conuenit, vt intra Calend. &c.

In creditum ire, quid à Credere differat, vide Credendi adpellatio.

In duplum ire, Cicero in ea pro Flacco dixit, opinor, pro ſponſionem facere alterius tanti, quanti lis eſſet: Frater meus, inquit, decreuit, vt, ſi iudicatū negaret, in duplum iret. D

In facili, & In difficili eſſe, pro facile vel difficile cognitu atque explicatu. Triphon.l. in confirmando, 8. D.de conf.tut. Quod in facili eſt, ſi pater proximo mortis tempore nōn iure tutores ſcripſerit. Scæuola l. Gallus, 29.§.vlt.D. de lib. & poſt. Ille caſus in difficili eſt, ſi filium habeas & nepotem, &c.

In familiam nubere dicebatur mulier, opinor, cùm id matrimonij genus contrahebat, quo materfamiliàs fiebat: hoc eſt, quo in viri manum conueniebat. l.cui fuerit, 15. D. de cond. & demonſt. & l.ſi E dies, 21.D.quando dies legat. l. qui filium, 4. D. vbi pupill.educ.deb.l.vxorem, 41.§.teſtamento, D.de legat.tert. Cicero in ea pro Cælio: Cui cùm ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſes, cur tibi Cælius tam coniunctus fuit?

In folle offerri pecunia dicitur, quæ ſine numeratione & vlla ratiocinatione tamquā in marſupio incluſa offertur. Calliſtratus l.82.D.de cond.& demōſt. Qui ſi reliqua reddiderit, liber eſſe iuſſus eſt, non vtique ſi in folle reliqua obtulerit, liber erit. non e- F nim teſtator hoc ſenſit: ſed illud, vt rationes reddat quomodo ſeruus reddere ſolet.

In fraudem legis facit, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit. l.28.D.de leg.ſenat.

In Iulij, pro In ædib. Iulij: figura è Græci ſermonis conſuetudine deriuata. Vlp. l. 8. in fi. D. ſi ſeruit. vind. Cuum Quinctilla cuniculum pergentem in Vrſi Iulij inſtruxiſſet, id eſt, in hortos Iulij. vt aliis in libris legitur.

In ivs vocare. vide vocare in ius. itémque G ea quæ diximus ad tit. D.de in ius voc.

In libertate eſſe, & liberum eſſe differunt: item vt, In ſeruitute, & ſeruum eſſe. Nam In libertate aut ſeruitute eſſe dicitur, qui ſe pro libero ſeruóve gerit, putà quia ſe liberum ſeruúmve eſſe credit: cùm aliter ſe res habeat. l. 7. & l.10. & l.12. & paſſ.D.de liber.cauſ.

In poſſeſſionem mitti, vide Poſſidere iuberi.

In poteſtate habere, & Alienare, tamquam aduerſa opponuntur. Liuius lib. VIII: Minutia Veſtalis cùm decreto Pontificum iuſſa eſſet ſacris abſtinere, familiámque in poteſtate habere: facto indicio viua defoſſa eſt.

In poteſtate, manu, mancipióve. Vlp. titulo Regularum XXIV. Ei qui in poteſtate, manu, mancipióve eſt ſcripti heredis, ſub condicione legari poteſt. Item: Ei cuius in poteſtate, manu, mancipióve eſt heres ſcriptus, legari non poteſt. Poteſtatem de filiofa. Manum de matrefa. quæ in manum conuenit, Mancipium de ſeruo intelligit.

In procinctu factum teſtamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat præſentibus commilitonibus. Feſtus. vide Endo procinctu.

In re præſenti, pro In præſentia. Vlpian. l.1.D.de ſolut. Sed conſtituere in re præſenti, hoc eſt, ſtatim atque ſolutum eſt.

In rem & in perſonam, locutiones ſunt Iuriſconſultis familiares, quarum illa tum vtuntur, cuum indefinitè ac ſine perſonæ vllius notatione aliquid factum eſſe ſignificant: hac verò, cuum certa perſona definita. veluti in l.5.§.2.D.de conſtitut.pec. Quod exigimus, vt ſit debitum quod conſtituitur, in rem exactum eſt: non vtique vt is cui conſtituitur, creditor ſit. Item cuum Vlpianus ait, actionem metus cauſſa in rem eſſe ſcriptam, nec perſonam vim facientis coërcere, ſed aduerſus omnes reſtitui, leg.9. in fin.D. quod met. cauſ. & alibi, hoc eſt in l.7.§.3.D.de pact. Pactorum quædam in rem eſſe, quædam in perſonā: illa, quoties quis generaliter paciſcitur ne petat: hæc, quoties ne à perſona petat. Item in leg.10. D.de op. nou. nunc. Operis noui nunciationem in rem fieri, non in perſonam. Cicero libr. de Inuent. II: Sin autem non in hominem certum, ſed in rem aliquam cauſſa dimouebitur, vt in hac eadem re, &c. Item apud Vlp. in l.4.§.29.D.de dol.excep.l.1.§.vlt.D.de interdic. Seneca in Ludo: Ne videar in perſonam, non in rem dicere ſententiam.

In solvtvm dare, pro ſoluere, apud Paullum in l.60.D.de ſolut.

In stirpes ſucceditur, cuum hereditas non in ſuccedentium ſingula capita & perſonas, ſed in cognationis latera & partes diuiditur. In capita verò, cuum in tot partes ſecatur, quot ſuccedentium capita & perſonæ reperiuntur: qua de re vide Imp.§.6.de hered.quæ ab inteſt. Vide In capita.

In tvtelam ſuam venire mas dicitur, qui ephebus, id eſt pubes eſſe incipit, anno ſcilicet ætatis decimoquarto: fœmina verò viripotens adpellatur. hoc enim in fœmina, illud in mare ponitur ab Vlpiano in l.5.§.2.D.quib.ex cau.in poſſ. Ait Prætor, Si is pupillus in ſuam tutelam venerit, eáve pupilla viripotens fuerit, & rectè defendetur, &c. Item l.50.D. de leg.& fid.lib.32. Cuum filiofam.ita legatur, cvvm is in tutelam ſuam peruenerit, pubertatis tempus ſignificatur. Cic.lib.de Orat.1. Negarétque niſi poſtumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniſſet, mortuus eſſet, heredem eum eſſe poſſe. Idem in Bruto: Cuum is hoc probare vellet M.Curium, cuum ita heres inſtitutus eſſet, ſi pupillus antè mortuus eſſet, quàm in ſuam tutelam veniſſet, pupillo non nato heredem eſſe non poſſe.

Inanis actio dicitur, quæ per aduerſarij inopiā, aut firmam exceptionem eliditur, l.6.D.de dolo mal. l.24.D.mandat.l.24.D.de lib.cauſ.

Inanes tabulæ, quarum iam pecunia in illis perſcripta diſſoluta eſt. Vlp. l. 27. D. de furt. Quòd ſi iam erant inanes, quia ſolutum proponebatur: numquid ſuarum tantùm tabularum precij videatur eſſe æſtimatio facienda? Sic in l. vlti. D. ad exhib.

Inanis reus, qui ſoluendo non eſt. Paullus lib. Collect. 2. cap. 15. Ob ſubitam valetudinem & inanis rei actiones integra adhuc cauſſa, mandati negocium renunciari poteſt.

Inauditus, non auditus, qui cauſſam non dixit: cuius audita non eſt defenſio. Vlp. l. 2. D. ad l. Cornel. de ſicar. Inauditum filium pater occidere non poteſt. Sueton. Galba: Quoſdam claros ex vtroque ordine viros ſuſpicione criminis inauditos condemnauit.

Inaures, aurium ornamenta è gemmis & margaritis, quibus vſas olim mulieres Vlp. in l. 25. §. 4. & Paullus in l. 32. §. vlti. D. de aur. arg. leg. teſtantur. Pollux quoque in mundo muliebri ἐνώτια recenſet.

Incerta in iure adpellantur, in quibus non adparet quid, quale, quantum, l. vbi autẽ, 75. D. de verb. oblig. Item,

Incerta dicuntur, quæ non in ſpecie, ſed in genere proferuntur: veluti, Fundus, Homo, Triticum, l. heredes, 25. §. ſi incerto, D. famil. erciſc. l. cùm incertus, 13. D. de leg. j. l. in ratione, 30. §. incertæ, D. ad leg. Falcidiam.

Incerta actio ſiue (quod vſitatius eſt)

Incerti actio dicitur, per quam nulla certa ſumma petitur. veluti ex ſtipulatione incerta: Quod mihi ex ſtipulatu dari fieri oportet, l. 4. D. de vſur. l. 3. C. de inutil. ſtip. l. diem proferre, 27. in fin. D. de arbi. Ex omnibus bonæ fidei actionibus. Quod te mihi ex bona fide dare facere oportet. Sic l. 1. D. de vſuf. leg. l. 3. D. de condict. ſin. cauſ. l. 2. §. aliud, D. de donat. l. vltima, ſi quis in ius voc.

Incerti actio dicitur quæ & Perſcriptis verbis actio, l. 6. & l. 16. D. de præſcript. ver. l. 6. C. de re perm. l. 7. D. de pact.

Incertus contractus, qui certum ac proprium nomen non habet, l. 9. D. ſi cert. pet. l. 1. §. debitum, D. de conſtit. pecun.

Incerta perſona videtur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubijcit: veluti ſi quis ita dicit, Quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato. ait Imp. §. 27. de legat.

Inceſtum committere dicitur, qui aliquam ex iis quas moribus vxores ducere prohibemur, duxerit, l. ſororis, 39. D. de rit. nupt. l. 38. §. 1. D. de adult.

Inceſtum iure gentium committit, qui ex gradu adſcendentium vel deſcendentium vxorem duxerit: iure ciuili, qui ex latere eam duxerit, quam vetatur: vel adfinem, quam impeditur, l. vlt. D. de rit. nupt. & dict. l. ſi adulteriũ, 38. l. vlt. D. de condict. ſin. cauſſ.

Inciens, vide Grauida.

Incile, ait Vlpia. eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus quòd incidatur. inciditur enim vel lapis vel terra, vnde primùm aqua ex flumine agi poſſit. l. 1. D. de riuis. Hinc,

Incile ducere: l. 1. §. 2. Ne quid in flumi. pub. Et Incilia vel principia foſſarum, l. 1. §. 5. D. de aqu. quot.

Incola eſt, ait Pompon. qui aliquam in regionem domicilium ſuum contulit; quem Græci πάροικον adpellant. nec tantùm hi qui in oppido morantur, incolæ ſunt: ſed etiam qui alicuius in oppidi

A finibus, ita agrum habent, vt in eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant, l. 239. §. 2. D. de verb. ſig. Incolam autem non domus, aut poſſeſſio facit: ſed domicilium, l. 7. & paſſ. de incol lib. x. C.

Incolatus, vrbs cuius quis non ciuis, ſed incola eſt. Modeſt. l. 34. D. de mu. & hon. Incola iam muneribus publicis deſtinatus, niſi perfecto munere. incolatui renunciare non poteſt.

Inconditum, abſurdum, abſonum. Pap. l. 95. §.
B 1. D. de ſol. Etenim inconditum eſt, ſubuenire ſexui mulieris quæ ſuo nomine periclitetur.

Incorporales res ſunt, quæ tangi demonſtrarive non poſſunt cerni tamen animo atque intelligi poſſunt: quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus: eſt quædam tamen conformatio inſignita & impreſſa in intelligentia, quam notionem voco, inquit Cicero in Top. Et in eandem ſententiam Caius l. 1. D. de rer. diuiſ. Eiuſmodi ſunt: Hereditas, vſusfructus, vſus, obligationes, &c.

C Incorporatio, in Rub. C. de bon. vac. & incorporat. vſurpatur, pro confiſcatione, ſiue in fiſcum relatione: cùm damnati alicuius bona in fiſcum rediguntur. quod quemadmodum fiat, declarat l. ſi quis, 7. C. de bon. damnat.

Incumbere, pro incubare, id eſt, obtinere, poſſidere, conſeruare, ſolidè (vt ij qui rei alicui incubant) tenere. Hinc creditor dicitur

Incumbere ſuo pignori, qui acriter illud conſeruat: vt apud Vlp. l. 55. D. de furt. Hinc,

D Incumbere poſſeſſioni apud Impp. l. 8. C. quom. & quan. iud.

Incruſtare, illinimentum, & quaſi pauimentum quoddam inducere. hinc Incruſtatio, tectorium, & pauimentum illud Proculus l. 13. §. 1. D. de ſeru. vrb. præd. Parietem communem incruſtare licet, ſicut licet mihi precioſiſſimas picturas habere in pariete communi. Et paulo pòſt: Quod obſeruari & in incruſtatione oportet. Item apud Vlp. l. 79. de verb. ſig.

Indago, venatio quæ fit plagis circum ſaltum
E extenſis. Vlp. l. 11. §. 11. de actio. emt. Veluti cuum futurum iactum retis à piſcatore emimus: aut indaginem plagis poſitis à venatore, vel pantheram ab aucupe.

Indebitum aliud eſt natura, aliud iure gentiũ, aliud iure ciuili, aliud iure honorario, l. 1. & l. 3. D. de conſt. pecu. l. 47. de cond. indeb.

Indebitum accipimus, non ſolùm ſi omnino non debeatur ſed etſi per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat. l. 26. §. 3. D. de cond. ind.

Indebitum eſt, non tantùm quod omnino non
F debetur, ſed & quod alij debetur, ſi alij ſoluatur: aut ſi id quod alius ſoluebat, alius quaſi ipſe debeat ſoluat. l. in ſumma, 65. D. de cond. indeb.

Indemnitatem alicui repromittere, eſt cauere indemnem eum ex eo negocio de quo agitur, futurũ, l. 14. & l. 16. D. ad Trebel. l. 8. §. 1. ad Velleian.

Indicatio, promiſſio, addictio. Vlpianus l. 13. §. de act. emt. Hic non debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem. Loquitur de eo qui ſeruum vendebat, quem furem eſſe ignorabat. Nonius: Indica-
G re, promittere. M. Tullius Offic. 3. Scæuola cùm poſtulaſſet, vt ſibi fundus cuius emtor erat, ſemel indicaretur. Hæc Nonius. Indicare igitur venditoris eſt, Liceri emtoris.

Indicere forum dicitur Magiſtratus in prouinciis, cùm & locum & tempus deſignat, quo cauſſæ in conuentu agantur. Virgil. Æneid. 5.

Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.

vbi Seruius. Id eſt tempus & locum deſignat agendorum negociorum, qui Conuentus vocatur. Indicit autem verbum iuris eſt, & per hoc potentem vult ſignificare ciuitatem. vide ſuprà, Forum agere. item ſuprà Conuentus.

Indictiones, tributa, ſiue functiones quæ nõ perſonis ſed prædiis indicuntur: id eſt imponuntur, l. Iulianus, 13. §. 5. D. de act. emt. l. quæro, 28. D. de vſufr. legat. Plinius ad Traianum: Nec nouis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt. Prædiis autem (vt dixi) non perſonis imponebantur: qua de cauſſa eorum nomine quæ non poſſidentur non agnoſcuntur. Nouel. 128. vide l. 3. & paſſ. C. de annon. & trib. lib. 10. Hinc,

Indictiones (vt videtur) adpellatæ ſunt, ex quibus annorum ratio conſtitui cœpta eſt, Conſtantino imperante: anno Chriſti CCCXIII. ante diem VIII. Calend. Octo. quo die victus Maxentius, religióque Chriſtiana in libertatem vindicata eſt. Ergo quaſi à primordiis Chriſtianę libertatis, Niceni cõuentus auctoritate inſtitutũ eſt, vt ſublatis Olympiadibus annorum ratio ab eo tẽpore iniretur: ſic, vt decimoquinto quoq; anno noua eſſet Indictio: anni autẽ ſinguli cuiuſq; Indictionis computarentur. quemadmodum ex Codice Theodoſiano multis locis intelligitur.

Indiuiduum quod Dialectici adpellant, id eſt, quod nec de ſubiecto vllo dicitur, nec in ſubiecto vllo ineſt, veluti Stichus, aut Pamphilus: id Iuriſconſulti vitandæ ambiguitatis cauſſa ſpeciẽ adpellant. quo nomine ferè ſpeciem infimam intelligunt. nam indiuiduum nomen in iis rebus ponunt, quæ neq; naturales, neq; intellectas partes recipiunt: veluti ſeruitutes, vti conſtat ex l. 4. & l. 72. D. de verb. obl. Stichum igitur indiuidui nomine non intelligemus: quia diuidi in partes intellectas poteſt: at viam, iter, aquæductum, nauem, equum, indiuidua dicimus. ex quo illud Caſcelianum, Nauem ſi diuidis, nec tu nec ſocius habebitis: apud Macrob. lib. Satur. 2.

Indvciæ ſunt, inquit Paullus, cuum in breue & in præſens tempus conuenit, ne inuicem ſe laceſſant, l. 19. §. 1. D. de cap. & poſtli.

Indvciæ ſunt, inquit Varro, pax caſtrenſis paucorum dierum. Item, Induciæ ſunt belli feriæ. Hęc A. gellius lib. 1. cap. 25. Vbi hoc quoque adſcribit, Inducias ſic dictas arbitramur, quaſi tu dicas, inde vti iam. Pactum induciarum eiuſmodi eſt, vt in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur: ſed ex eo die poſtea vti iam omnia belli iure agantur. Quòd dicitur dies certus præfinitus, pactúmq; fit, vt ante eũ diẽ ne pugnetur, atque is dies vbi venit, inde vti iam pugnetur: idcircò ex iis quibus dixi vocibus, quaſi per quendam coitum & copulam, nomen Induciarũ connexum eſt. Aurelius autem Opilius in primo librorum, quos Muſarum inſcripſit, Induciæ, inquit, dicuntur, cuum hoſtes inter ſeſe vtrimque alteri ad alteros impunè, & ſine pugna ineũt. Inde ab eo, inquit, nomẽ eſſe factum videtur, quaſi initus atq; introitus.

Infamia & ignominia, inquit Cornel. Front. ſic differunt: Ignominia, imponitur ab eo, qui poteſt animaduerſione notare. Infamia ex multorum ſermone naſcitur.

Infames qui dicantur, cognoſce ex l. 1. D. qui not. infa.

Infans dicitur, qui ſeptem non compleuit annos. Impp. l. 18. C. de iur. delib. Si infanti, id eſt minori ſeptẽ annis, in poteſtate patris cõſtituto, &c. Vlpia. l. 1. §. 2. D. de admin. tut. Licẽtia igitur erit, vtrum maluerint ipſi ſuſcipere iudicium an pupillum exhibere vt ipſis auctoribus iudicium ſuſcipiatur. ita tamen vt, pro his qui fari non poſſunt, vel abſint, ipſi tutores iudicium ſuſcipiant: pro his autem qui ſupra ſeptimum annum ætatis ſunt, & præſtò fuerint, auctoritatem præſtent.

Infinitvm, pro indefinitum, nullo certo termino circumſcriptum. Cic. in Partit. Quid, quæſtio quáſnam habet partes? Infinitam, quam Conſultationem adpello: & definitam, quam Controuerſiam nomino. Item alibi locis innumeris. Celſus l. 9. D. de ſeruit. Si cui ſimplicius via per fundum cuiuſpiam cedatur, vel relinquatur, in infinito, videlicet per quamlibet eius partem ire agere licebit. Vlp. l. 13. in fin. D. de dam. inf. Neque enim in infinitum obligatus eſſe debet ſtipulatione. Mæcianus l. 91. D. de cond. & demonſt. Tempus autem vel certũ vel infin. cum comprehendatur.

Ingenvi ſunt, qui ex matre libera nati ſunt, l. 5. §. 2. D. de ſtatu hom. verùm,

Ingenvi dicebantur antiquitùs, qui patrem ciere poſſent, hoc eſt ex legitimo matrimonio ſuſcepti, qui iidem & Patricij dicebantur. Liuius lib. x. An Romæ vmquam fando audiſtis, Patricios primò eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, id eſt, nihil vltrà quàm ingenuos. Hæc Liuius, qui nõ obſcurè ingenuos iis opponit, quos poſterior ætas Spurios, recentior vulgò Conceptos adpellauit, l. vulgò, 24. D. de ſtatu ho. Liberi ergo non Ingenui dicebantur. Cic. lib. De natur. Deorum III. Vt enim in iure ciuili, qui eſt de matre libera, liber eſt: itẽ iure naturæ, qui de Dea matre eſt, Deus ſit neceſſe eſt. Feſtus autem ſub voce Patricios, locum illum Liuij dilucidè confirmat: Patricios, inquit. Cincius ait in lib. De comitiis, eos adpellari ſolitos, qui nunc ingenui vocantur.

Ingenvvs eſt is, ait Imp. qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt: ſiue ex duobus liberis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino, & altero ingenuo. de ingen. in prin. Vel ſic,

Ingenvi ſunt, qui ex matre aliquo grauiditatis tempore libera, ſiue illa ex marito, ſiue ex alio conceperit, procreari ſunt. nam libertas vno tantùm iſtorum trium temporum ſufficit.

Ingratvs libertus eſt, qui patrono obſequium non præſtat, vel res eius, filiorúmve tutelam adminiſtrare detrectat, l. 19. D. de iur. pat. l. 6. §. vlt. D. de lib. agnoſ. Moris autem erat, vt domini ſeruos manumittentes iis gratiæ alicuius exigendæ cauſſa imponerent donum, munus, operas, l. pen. D. de obſeq. par. præſ. & alibi perſæpe.

Ingredi Conſulatum, pro Inire, Marcellus in l. 36. D. de cond. & demonſt.

Inicere manum: vide infrà Manus iniectio.

Inivria ex eo dicta eſt, quòd non iure fiat. omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. hoc generaliter: ſpecialiter autem iniuria dicitur contumelia. Interdum iniuriæ adpellatione damnum culpa datũ ſignificatur: vt in lege Aquilia dicere ſolemus. interdum iniquitatem iniuriam dicemus. nam cuum quis iniquè vel iniuſtè ſententiam dixit, iniuriam ex eo dictam, quod iure & iuſticia caret, quaſi non iuriam. Hæc Vlp. l. 1. D. de iniur.

Inivria minus eſt quàm contumelia, inquit Nonius. Pacuuius Peribœa: Patior facilè iniuriam, ſi eſt vacua à contumelia.

Inivriæ ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut cõuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuſpiã violant.

violant. ait auctor Rhet. ad Her. lib. IIII.

INIVRIAM in lege Aquilia damnum accipimus culpa datum, etiam ab eo qui nocere noluit, l. 5. §. 1. D. ad leg. Aquil.

INOFFICIOSVM hominem conſtat eum dici, qui quod alteri officium debebat, prætermittit. quare Inofficioſum teſtamentum eſſe illud oportet, in quo teſtator contra officium ſuum, quod alteri debebat, fecit. ſed quamquam hoc modo multa inofficioſa teſtamenta futura ſunt, veluti quib. amicis & benemerentibus nihil relinquitur, quod olim inhoneſtum putabatur: (vt ex Philippicis & Suetonio conſtat) tamen per excellentiam ea demum inofficioſa dicta ſunt, quibus officium in liberos, parentes, & fratres neglectum eſt. nam qui erga eos inofficioſus eſt, in ſemetipſum quodammodo inofficioſus & inhumanus videtur. quapropter iis ſolis poteſtas permiſſa eſt petendi à Centumuiris, vt ſi officium violatum cognoſcant, illud reſciſſum & irritum factum velint. quod cùm impetrant, tum illud ſimul impetrant, vt ſibi hereditas adiudicetur: cùm huius iudicij exitus hic ſit, vt ab inſtituto in exheredatū hereditas trāsferatur. qua de cauſſa hereditatis petitio adpellatur in l. ſi quis, 34. C. de inoff. teſt. l. qui repudiantis, 17. l. mater, 19. D. eod. l. pen. §. ſed quemadmodum, D. de bon. poſſ. cont. tab. Vel ſic,

INOFFICIOSVM dicitur teſtamentum, quod liberis fruſtra exheredatis non ex officio pietatis videtur eſſe conſcriptum. lib. Paul. Collectaneorum, 4. ca. 5. Vel ſic,

INOFFICIOSVM teſtamentum dicitur, in quo officij religio violata eſt: veluti pietas erga parentes, aut charitas erga liberos. non enim liberis tantū permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficioſum accuſare, verumetiam liberorum parentibus ait Iuſtin. tit. de inoff. teſt. in prin. Vel ſic,

INOFFICIOSVM teſtamentum dicere, hoc eſt, allegare quare exheredari vel preteriri non debuerit, l. 3. D. de inof. teſt. item docere immerentem ſe, & ideo indignè præteritum vel etiam exheredatione ſummotum, l. 5. eod. tit.

INOFFICIOSA donatio ad exemplum inofficioſi teſtamenti dicta eſt, quæ contra rationem officij facta eſt: cùm ſcilicet liberi debito bonorū ſubſidio, id eſt legitima ſua excluduntur, l. 1. & paſſ. C. de inoffi. donat. Itaque actio aduerſus eam inſtituta eſt, quæ Querela inofficioſæ donationis adpellatur: quæ à Querela teſtamenti inofficioſi hoc differt, quòd hæc non niſi aduerſus teſtamentum factum, & iure factum conceditur: illa verò & ex teſtati & exinteſtati cauſa permittitur, l. precibus, 3. C. eod.

INOFFICIOSA dos dicitur, cùm mater in fraudem liberorum, id eſt vt eos debitis emolumentis ſpoliet, omnia ſua bona, vel magnam eorum partem ſecundo marito dono dat: pactum cum eo de dote lucranda faciens, l. 1. C. de inof. dotib.

INQVILINVS dicitur, qui in vrbe domum alienam mercede incolit, l. vlt. D de migran. l. 4. §. Prætor ait, D. de damn. infec. l. 37. D. de adquir. poſſ. Appianus lib. ἐμφυλ. β. ἰγκοιλῖνας οἱ ῥωμαῖοι καλοῦσι τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. Colonus autem is eſt qui rure prædium alienum incolit.

INQVILINVS dicitur qui ſolus in ædibus conductitiis habitat, non autem cum domino, vel eo qui habitandi ius habet. Itaque cùm Labeo dixiſſet, vſuarium ædium, qui modò ipſe habitaret, poſſe inquilinum quoque recipere, Proculus eum notauit, quòd

A non bellè Inquilinus dicatur, qui cum eo habitat: ait Vlp. l. 2. & l. 4. D. de vſu & ha.

INSCRIPTI maleficij frequens mentio eſt apud Rhetores, vt apud Quinctilianum, & Senecam: Inſcripti maleficij ne ſit actio. Videtur autem ex Quinctiliani declamationibus, Inſcriptum maleficiū dici, quod nulla lege publicorum iudiciorum notatum eſt: cui nulla pœna conſtituta eſt, ac proinde de quo conſtitui quæſtio legitima non poteſt. Sed ecce apud Ci-

B ceronem in Orat. pro domo: vbi Inſcriptum, contrariam habere ſententiam videtur, L. Cotta dixit nihil de meo capite potuiſſe ferri, nihil eſſe inſcriptum, aut poſſe valere. omnia contra leges, moréмque maiorum temere, turbulente, per vim, per furorem eſſe geſta. Locus difficilis videtur & fortaſſe mendoſus eſt: vt IVRE SCRIPTVM potius legendum ſit, de quo tamen nihil adfirmo.

INSIDIARE, pro Inſidiari. Calliſtratus l. 28. §. 9. D. de pœn. Igni cremantur plerumque ſerui, qui ſaluti

C dominorum ſuorum inſidiauerint.

INSINVARE, in acta referre ſiue in tabulis publicis perſcribere. quod verbum ita vſu communi vulgatum eſt, vt explicatione non indigeat.

INSITÆ picturæ, quas Vlp. in l. 23. §. 1. D. de aur. & argen. veſtis legato contineri ait. effigies eſſe videntur certarum rerum, vt florum, veſtibus inrertextæ: Vnde Pictæ togæ, quibus triumphantes amicti vrbē inibant. Acu facere id Phryges inuenerunt, ideóque Phrygiones adpellati ſunt: ait Plin. lib. 8. cap. 48.

D INSCRIBERE, pro ſubſcribere accuſationi, id eſt, ſuum nomen accuſationis libello adſcribere. vnde libelli Inſcriptionum. l. 3. §. 1. D. de accuſat. l. 2. §. vlt. D. de accuſ. l. 3. C. qui accuſ. poſſ.

INSPECTIO, diſputatio, diſquiſitio, conſideratio, viſio, vt alibi adpellatur. Paullus l. 91. §. 3. D. de verb. oblig. Nunc videamus in quibus perſonis hæc conſtitutio locum habeat, quæ inſpectio duplex eſt. Idem l. 44. D. de oblig. & act. Circa diem duplex inſpectio eſt. Sic in l. 63. §. quod ſi, D. de adq. rer. dom. l. 3. §. 1.

E D. de poſ.

INSTITOR & Procurator hoc differunt, quòd is qui quæſtuariæ negociationi præfectus eſt, Inſtitor dicitur: qui verò negocio cuipiam nō quæſtuario præficitur, Procurator potius adpellatur, l. 5. §. 3. D. de inſtit. act.

INSTITORIA actio, vide Actio Inſtitoria.

INSTITVERE propriè non eſt ponere & collocare, vt quidam tradunt: ſed parare. vnde Inſtituere adoleſcentem, eſt fingere & parare ad eruditionem

F & virtutem: hinc Inſtituere filium, pro adoptare in Orat. pro domo ſua, & Inſtituere tutorem liberis, in libr. de Orat. 1. Cicero dixit, & in Verrinis Inſtituere amicos, pro conciliare & comparare. Cæſar bell. Gall. 3. Remiges ex prouincia inſtitui, nautas gubernatoréſque comparari iubet. Itē com. 5. Labieno ſcribit, vt quamplurimas poſſet, naues inſtituat. Cicero Verrin. 6. Prædones cum communes ſint hoſtes omnium, aliquos ſibi inſtituant amicos, quibus non modò parcāt &c. vt facilè adpareat, Inſtituere hoc differre à Po-

G nere & collocare, quòd in illo iter eſt, in his meta. nā cùm teſtamento nobis heredem inſtituimus, non tamen eum continuò in ſede noſtra collocamus. non enim ſemper, olim certè perrarò teſtamenta à moribundis fiebant. paramus ergo & reſeruamus, vt cùm vſus venerit, nobis ſucceſſor ne deſit. quocirca qui ſubſtituti à nobis dicuntur, veriùs Inſtituti, hoc eſt ad omnes caſus parati & deſignati dicerentur. his enim

ſubſtitutionibus nobis in longinquum proſpicimus. Accedit eò quòd Subſtituere, propriè eſt, in eius qui iam certum locum obtinet, alterū ſupponere, vt cùm Verrem Cicero ſcribit in Marcellorum locum patronum Siculis ſubſtitutum eſſe: & in piratarum locum ciues R. ad ſupplicium ſubſtituiſſe: & ciuitati Verrem alterum ſubſtituiſſe, cùm de filio loqueretur: de iis loquitur, qui eorum in locum ſufficiuntur, qui prius erant. Veluti ſi in filij mei, ſi heres erit, & heres exſiſtens impubes moriatur, alterum inſtituā: ſubſtituere propriè dici poſſum: quia non in meum, ſed filij locum ſuccedit. At cùm, ſi Titius heres non erit, heredem inſtituo, mihi eum non Titio inſtituo: &, ſi ſubſtitutus dicendus eſt, meum in locum ſubſtitutus dicendus eſt, non autem in illum Titij. Vnde intelligi poteſt, hoc inter Inſtitutum & Subſtitutum intereſſe, non quòd ille primo, hic ſecūdo gradu ſcriptus ſit: ſed quòd inſtitutus paratus & deſignatus eſt ad locum obtinendum: ſubſtitutus autem iam eum occupauit. vt omnis inſtitutus cùm hereditatem adit, ſubſtitutus propriè dicendus ſit: & Inſtitutus, qui teſtamento nuncupatus aut ſcriptus eſt: ſubſtitutus, qui ſucceſſit. ita inſtitutus, in ſpe: ſubſtitutus, in re ac poſſeſſione eſt. Hæc cùm ita ſe habeant, Subſtituti tamē vocabulo ſic abutimur, vt eum qui ſecundo tertióve gradu in aliorum defectum deſignatus & inſtitutus eſt, Subſtitutus dicatur.

INSTITVERE & ſubſtituere hoc differunt. Heredes enim aut inſtituti, aut ſubſtituti dicuntur. inſtituitur primo gradu, ſubſtituitur ſecundo vel tertio ſcriptus. Paullus lib. Collectaneorum, 3. cap. 6. & l. 1. D. de vulga. & pup.

INSTITVTVM heredem eum quoque dicimus, qui ſcriptus non eſt, ſed ſolummodo nuncupatus, l. 1. §. 1. D. de hered. inſtit.

INSTRVCTVM ab Inſtrumento ſic differre arbitror, vt totum à parte. nam Inſtructi nomine, nō modò quæ fundo neceſſaria ſunt, continentur: verumetiam quæ præterea teſtator habuit, quibus ſuum fundum inſtruxit. Inſtrumenti verò, ea dumtaxat ſine quibus fundus dici inſtructus non poteſt. Vlpianus l. 12. §. 15. D. de inſtit. vel inſt. Sed ſi fundus non ſit cū inſtrumento legatus, ſed ita vt inſtructus ſit: quæſitum eſt an plus contineatur, quàm ſi cum inſtrumento legatus eſſet. & Sabinus ſcribit, fatendum eſſe plus eſſe cuum inſtructus fundus legetur, quàm ſi cum inſtrumento. Item: Omnia quæ eo collocata ſunt, vt inſtructior eſſet paterfamiliâs, inſtructo continebuntur. id eſt, quæ ibi habuit, vt inſtructior eſſet. Hoc ergo legato nō agri inſtrumentum, ſed proprium ſuum inſtrumentum reliquiſſe videtur. Vide cetera, & ſimul coniunge l. 1. & l. 2. C. de verb. ſign.

INSTRVCTAM tabernam ſic accipiemus, inquit Vlpianus, quæ & rebus & hominibus ad negociationem paratis conſtat, l. 185. D. de verb. ſignific. l. 13. D. de inſt. vel inſt.

INSTRVMENTORVM nomine ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſſa inſtrui poteſt. & ideo tam teſtimonia, quàm perſonæ inſtrumentorum loco habentur, l. 1. D. de fid. inſtru.

INSTRVMENTA Iuſtinianus à literis ſeparat in l. 1. C. de iuram. propt. cal. In omnibus cauſſis, ſiue propter literas fuerit certatum, ſiue propter inſtrumenta, ſiue propter quidquam aliud, &c. Inſtrumenta ergo ſunt quas Cicero literas publicas adpellat: hæc eſt, quæ vel à perſona publica, veluti ſcriba magiſtratus, vel tabellione ſcripta ſunt. Literæ verò hic adpellantur, priuatæ: veluti Rationes, breuiaria, codex accepti & expenſi, ſyngraphæ, & cautiones à patrefam. conſcriptæ.

A

INSTRVMENTI cauponij nomine ſerui & ancillæ continentur. Vlp. l. 43. §. 3. D. de ritu nupt. Multæ adſolent ſub prætextu inſtrumenti cauponij, proſtitutas mulieres habere.

INSVLÆ, inquit Feſtus, dictæ propriè, quæ non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, ſed

B

circuitu publico aut priuato cinguntur: à ſimilitudine videlicet earum terrarum quæ fluminibus ac mari imminent, ſúntque in ſalo. Atque hac ſignificatione paſſim hoc nomen in libris noſtris vſurpatur. Hinc,

INSVLARIVS ſeruus, inſulæ, id eſt, ſeparatæ domus, cuſtos. Pompo. l. 16. §. 1. de vſu & hab. Dominus proprietatis etiam inuito vſufructuario, vel vſuario fundum vel ædes per ſaltuarium vel inſularium cuſtodire poteſt. Vlpia. l. vlt. D. de off. præf. vigil. Inſularios & eos qui negligenter ignem habuerunt apud

C

ſe, potes fuſtibus & flagellis cædi iubere.

INSVPER habere, pro ſúſque déque ferre, negligere. Papin. l. 17. D. de his quæ vt ind. Heredem qui ſciens defuncti vindictam inſuper habuit, fructus omnes reſtituere cogendum exiſtimaui. Sic idem in l. ſunt perſonæ, 43. D. de relig.

INTEGRI reſtitutio eſt, redintegrandæ rei vel cauſſæ actio, inquit Paullus lib. Collect. 1. cap. VII. vel ſic, Integri reſtitutio eſt actio Prætoria, qua rem certam, aut ius, aliámve quamlibet cauſſam redintegrari

D

poſtulamus: cùm quid per metū, vel dolum, vel ſtatus permutationem, vel iuſtum errorem, vel abſentiam neceſſariam, vel ætatis infirmitatem geſtum eſſe dicitur, l. 1. & l. 2. D. de in integ. reſtitut.

INTENDERE præcisè, pro Actionem intendere, l. 8. D. ſi ſeruit. vind. l. 5. D. ſi vſuf. petat. l. 139. D. de verb. oblig. Sic Cicero in Quinctiana: Sibi eum nuper edidit ſocium, quem, quomodo nunc intendit, ne in viuorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe. Hinc,

E

INTENTIO paſſim, pro Actione, vt l. 9. §. proinde, D. ad exhib. l. 66. D. de iudic. §. ſi quis agens, Inſt. de actionib.

INTER ceteros exheredare, & Nominatim exheredare, de quo ſuo loco diximus, contraria ſunt. Ceterorū adpellatio in hac formula inde fluxit, quòd iure antiquo filij præteritio teſtamentum faciebat nullum: filia autē ceteriſque liberis, id eſt nepotibus, neptibus, &c. præteritis, teſtamentum valebat. Item filij ſi non inſtituebantur, nominatim exheredandi e-

F

rant: filiæ, cæteríque liberi etiam inter ceteros exheredari poterant, his verbis: CETERI exheredes ſunto. qua vulgari formula non tantùm liberi, ſed & parentes, conſanguinei, agnati, cognati, adfines, amici exheredari poterant, l. Lucius, 53. D. de hered. inſtit. Hæc ex Vlp. Reg. tit. 22. & l. vlt. C. de lib. præt. §. nominatim, §. poſtumorum, Inſt. de exhered. lib.

INTERCALARE, interſerere. Quarto quoque anno C. Cæſar, vt anni ratio cum Solis curſu congrueret, inſtituit, vt dies vnus inſititius eſſet, qui Intercalaris

G

adpellatus eſt. Hic Biſſextus dictus, quòd bis ſextus dies ante Calen. Martias numeraretur. Vlpianus l. 3. §. 3. D. de minorib. Proinde & ſi biſſexto natus eſt, ſiue priore, ſiue poſteriore die, Celſus ſcripſit nihil referre: nam id biduum pro vno die habetur, & poſterior dies Calendarum intercalatur. vide Macrob. lib. 1. cap. 13. & 14. & l. 98. D. de verb. ſig. & Plin. libr. II cap. VIII. vide ſuprà BISSEXTVS.

INTERCEDERE, fideiubere. fidem ſuam pro aliquo interponere vt in S.C. Velleiano, l.2.D.ad S.C. Velle. De ea re ita cenſuerunt. Quod ad fideiuſſiones & mutuationes pro aliis quibus interceſſerint fœminæ, pertinet. Sic enim legendum eſſe, non autem CONSVLVERVNT, & MVTVI DATIONES in Obſeruationibus noſtris oſtēdimus. Ciceronē quoq; hoc verbum in hac re poſuiſſe reperio, Epiſt.14 lib. ad Att.1. Accerſiuit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Et in Philipp.2. Orabat, vt te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertiûm ſexagies peteret, defenderem. tantùm enim ſe pro te interceſſiſſe dicebat. Cicero pro S. Roſcio: Si hanc ei rem priuatim Sex. Roſcius mandauiſſet, vt cum Chryſogono tranſigeret, atque decideret, inque eam rem fidem ſuam, ſi quid opus eſſe putaret, interponeret. Hinc, *

INTERCESSORES pro fideiuſſorib. l.3.§.ſi filius, D.de pecul. l.23.D.de hered.vend.

INTERDICERE præciſa locutione dicimus, pro Per Prætorem interdicere, vel Interdicto agere. Iulianus l.6. D.ne quid in loco publ. Et qui hoc interdicto experitur, ne quid in loco publico interdicat, nihilominus procuratoris dandi facultas eſt. Vlpianus l.3.§.5.D. Vti poſſid. Labeo quoque ſcribit, Ex ædibus meis in ædes tuas proiectum habeo. interdicis mecum, ſi eum locum poſſideamus qui proiecto tegetur. an quò faciliùs poſſim retinere poſſeſſionem eius poſſeſſionis interdico tecum, Sicuti nunc poſſidetis ædes eas, &c. Item in l.1.§.22.D. de aqu.quot. & æſti. Item l.3.§.4.D.quod vi aut clàm. & aliis locis innumeris. Fab.lib.3.cap.6. Non debuiſti interdicere, ſed petere: an rectè interdictum ſit ambigitur. id eſt, Non debuiſti interdicto vti, ſed actione: an rectè actum ſit interdicto, ambigitur.

INTERDICERE aqua & igni, vide Igni & aqua interdici. & illud Seruij adiunge ex lib. Æneid.12. Ad facienda fœdera, inquit, aqua & ignis adhibentur. vnde econtrà, quos arcere volumus à noſtro conſortio, eis aqua & igni interdicimus, id eſt rebus quibus conſortia copulantur.

INTERDICTI, vide Exilium.

INTERDICTA erant formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. quod tunc maximè fiebat, cùm de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur: ait Imp. tit. De interd. in prin.

INTERDICTVM, eſt decretum Prætoris, certis ſollēnibúſq; verbis vel de rebus diuinis aut publicis, vel de vi coërcenda interpoſitum. Vnde autem dictū ſit, copioſè diſputauimus in Inſtit. Commentariis: Interdicere ſcilicet antiquè dici pro vehementiùs & imperioſiùs decernere. nam vox INTER nonnunquam (vt Donatus & alij Grammatici ſcribunt) augendi vim obtinet: vt cùm dicimus Interficere, Interimere, Interuenire, Interturbare. Prætor enim his in rebus vel maximè ac diligentiſſimè decernebat. Iſidorus lib. v. Præpoſitionem Inter, præponebant, &c. * Neuius, Mare interbibere: Plautus, Interluere mare: id eſt, ebibere, & eluere. Sic Donatus in illud Andriæ, Interminatus ſum: Plauti locum hunc ex Aulularia adcommodat: Præterea tibicinā, Quę mihi interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem & Pyrenæū poteſt. Et in eandē ſententiā vetus illud M. Catonis accipio: Interdixi tibi de medicis. id eſt, Seriò ac diligenter præcepi, ac monui. Filium alloquitur, quem obteſtatur, non vt à medicina ſed vt à Græcis medicinis caueat. Exſtat in-

A terdictum apud Plin. lib.29. cap.1. Item illud Cæſaris com. de bello Gall. v. extremo: ſubitò Labienus duab9 portis omnem equitatum emittit, præcipit atque interdicit, omnes vnum peterent Induciomarum: neu quis quémque prius vulneret, quàm illum interfectū viderit. Sic Plautus in Amph. Intertrahere dixit, pro penitus exhaurire: *Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.* Terent. Phorm. *interdico ne extuliſſe extrà ædes puerum vſquam velis. Ibo in-* B *tro, atque edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſinant:* Plura ex Comm. Inſt. cognoſces: quæ verò mea quondam ſententia fuerit, quia hunc in locum olim retuleram, propterea relinquendum putaui.

INTERDICTVM eſt decretum Prætoris, ad tēpus, hoc eſt interea dum principalis cauſſa diſceptetur, interpoſitum: ex quo intelligi debet, inter Decretum & Interdictum tantumdem intereſſe, quantum inter genus & ſpeciem. nam decreta alia perpetuæ, alia temporalis iuriſdictionis cauſſa interponuntur. il- C la ſuum nomen retinent, hæc Interdicta nominantur: quia inter illa duo temporà interiiciuntur. neque diſplicet, vt quo modo alluſionis cauſſa Veteres in Teſtamento mentis teſtationem, in Sacello ſacram cellam notabant: ſic in interdicto, interim & dictum (verbi vim potius, quàm etymologiam adtendentes) notemus. Simul & illud conſtat, quemadmodum Interdicere eſt plerumque prohibere, vt interdicere bonis, interdicere aqua & igni: ſic illa decreta eo magis interdicta nominata eſſe, quia magna D ex parte prohibitoria ſunt: ſi minus, verbis & formula: vi quidem ipſa & effectu ac facultate. Tribus autē de cauſſis inſtituta reperio. Prima eſt, ad vim vlciſcendam & coërcendam. nam qui vi quid fecit, vſque eò coërcetur, vt quamuis id iure fecerit, tamen interdictum aduerſus eum detur: vt l.1.§.2.D. de itin. actúque pri. l.1. D. de fonte, l.1. de cloac. & alibi perſæpe. item qui vi de ſuo deiectus eſt, vel prohibitus ad ſuum accedere, ſi in rem actionem inſtituerit, tametſi ea ratione aduerſarium poſſeſſorem conſtituat, tamen in- E terdicto vti, & per illud poſſeſſionem perſequi non prohibetur. quod ſanè ius quoddam ſingulare eſſe cōſtat, in odium vis illatæ comparatum, l. cùm fundum, 18.§.vlt. D. vnde vi, & de vi ar. & l. naturaliter, §.1.D. de adq. poſſeſ. vbi is qui egit in rem, poteſt tamen interdicto Vti poſſidetis vti. quia non videtur VTI POSSID. renunciaſſe, qui in rem egit. quomodo exiſtimaui aliquando illo in loco legendum eſſe. Altera cauſſa eſt, propter commodum poſſeſſionis. veluti vt is cui colonus res ſuas obligauit, poſſeſſionem adipiſ- F catur: quamuis Seruiana vel certi condictione agere poſſet. ſic ſuperficiarius ciuiles habet actiones. ſed quia melius eſt poſſidere potius, quàm in perſonam experiri, propterea interdictum proponitur, l.1.§.1.D. de ſuperfic. Tertia cauſſa eſt, propter proprietatem. vti docet Paullus in l.2.§. quædam, D. de interd. vbi ait ea interdicta quæ rei perſecutionem continent, proprietatis cauſſam continere, & ea quæ ad rem familiarem pertinent, proprietatis, non poſſeſſionis cauſſam habere.

G INTERDICTVM eſt decretum Prætoris, quo quid, præſertim in poſſeſſionum controuerſiis fieri iubet, aut vetat. Alia autem exhibitoria ſunt, per quæ Prætor iubet exhiberi: ait Imp. §.1.D. de interd. alia noxalia ſunt, quibus noxæ ſeruum dedere permittitur, l.5.D. de interd. alia prohibitoria ſunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri, ait Imp. §.1.D. de interd. alia reſtitutoria ſunt, quibus Prætor reſtitui aliquid iubet:

ait Imp. §. 1. de interd. alia ſimplicia ſunt, in quibus vter actor aut reus ſit conſtat: duplicia verò, vbi non conſtat.l.2.D.de interdict.

INTERDICTVM fraudatorium dicitur, quo Prætor ea quæ in fraudem cuiuſpiam geſta erant reſcindit, veluti pupilli, aut creditorum Papinia.l.96.D. de ſolut. Sed & interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenebitur. Valens l.67.D.ad S.C. Trebell. Etiam eo tempore, quo creditorum fraudandorum conſilium inibis, citra periculum interdicti fraudatorij hereditatem ſuſpectam adibis. Item, Vix fraudatorio interdicto locus erit.

INTERDICTVM de aqua quotidiana & æſtiua ei datur, qui aquam quam anno proximo duxit, ducere prohibetur; dummodo iure vti ſe putet, aut ſine vicio eodem anno duxerit. pertinétque ad aquam non modò quę agris, verumetiam quæ nobis, vrbaniſque prędiis vſui ſit.l.1.& paſſ.D.de aqua quot.& æſtiu.

INTERDICTVM de arboribus cædendis, eſt quo is tenetur qui vicinum, ſiue is in ſolidum aut ex parte dominus, ſiue fructuarius ſit, arborem in ædes ſuas impendentem quam ipſe non excidit, ſuccidere prohibet.l.1.D.de arb.cæd. Vel ſic,

INTERDICTVM de arboribus cædẽdis eò conceditur, vt liceat ei cuius arbor aliena in ædes ſuas impendet, ſi per dominum ſtat quo minus eam adimat: pedéſve quindecim à terra eam altius coërceat, adimere, coërcere, ſibíque habere liceat.l.1.D.de arb. cæd.

INTERDICTVM de cloacis ei datur, qui cloacam ſuam ab eo cuius in fundum permeat, purgare reficeréve prohibetur, quamuis eam viciosè poſſederit, dum tamen infecti damni caueat.l.1.D.de cloac.

INTERDICTVM de fluminibus aduerſus eum, competit qui quid in flumine publico, ripáve eius facit, aut immittit, quo ſtatio itérve nauigio deterior ſit.l.1.D.de fluminib.

INTERDICTVM de fonte, eſt quo is qui fonte, alióve loco vnde aqua viua naſcitur, quo anno proximo ſine vicio vſus eſt, vti prohibetur, adiuuatur.l.1. D.de fonte.

INTERDICTVM de glande legenda competit ei cuius ex agro glans, id eſt fructus cuiuſuis arboris, in alienum decidit, vt ei tertio quoque die legere auferre glandem ſuam liceat.l.prima D.de gland.leg.

INTERDICTVM de in poſſeſſionem miſſo, datur ei qui dolo malo fecerit, quo minus quis permiſſu Prætoris, eiúſve cuius ea iuriſdictio fuit in poſſeſſionem bonorum ſit, l.1.D.ne vis fiat ei.

INTERDICTVM de itinere actúque priuato ei redditur, qui proximo anno itinere, actúve, ſiue iure, ſiue iniuria, dies non minus triginta nec vi, nec clàm, nec precariò eſt vſus, ſi eo vſu nunc prohibeatur: item, ei qui iter actúmve, quo anno proximo eſt vſus, reficere prohibetur: ſi ſe vſum hoc anno & iure ſeruitutem illam habere doceat.l.1.& l.3.D.de itin.act.

INTERDICTVM de liberis exhibendis eſt, quo is qui filiumfa. apud ſe quauis ex cauſſa retinet, eum patris vnius poſtulatu exhibere cogitur: niſi ſi honeſti matrimonij dirimendi cauſſa pater filiam nuptam deſideret.l.1.D.de lib.exhib.

INTERDICTVM de liberis ducendis ei datur, cuius filiusfam. apud alium eſt, vt eum ducat, ſeu ius ductionis habeat. ſuperius autem De liberis exhibendis huius preparatorium eſt: vt enim duci quis poſſit, exhibendus eſt.l.tertia, D.de lib.exhib.

INTERDICTVM de libero homine exhibendo tunc locum habet, cùm quis dolo malo liberum hominem retinet, maſculum, fœminam, puberem, impuberem, ſui iuris, filiumf. datur autem omnibus, vt cuiuis liceat libertati oppreſſæ opem ferre. l.1. & paſſ.de lib.hom.exhib.

INTERDICTVM de loco publico fruendo ei datur, qui ab eo qui ius loci publici locandi habebat, fruendum conduxit, ſi vel ipſe, vel ſocius eius frui prohibeatur, l.1.D.de loco pub.

INTERDICTVM de loco ſacro aduerſum eum datur, qui in ſacro loco aliquid fecit, immiſit, vt id reſtituat, l.1.D.ne quid in loc.ſacr.

INTERDICTVM de migrando competit inquilino qui rem ſuam, domino prædij pro mercede non obligatam, auferre vult: vel obligatam quidem, ſed cùm aut mercedem ſoluiſſet, aut eo nomine ſatisfactum eſſet, aut per dominum ſtaret, quominus ſolueretur, l.1.D.de migr.

INTERDICTVM ne quid in loco publico vel itinere fiat, aduerſus eum redditur, qui quid in loco publico fecit, inve eum locum immiſit, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, ſenatuſconſulto, edicto, decretóve principum ei conceſſum erit, l. 1, D.ne quid in loc.pub.

INTERDICTVM ne quid in flumine publico fiat, quo aliter, &c. aduerſus eum datur qui in flumine publico inve ripa eius facere, aut in id flumen ripámve eius immittere, quò aliter fluat, quàm priore æſtate fluxerit, inſtituit, l.1.D.ne quid in flumin.

INTERDICTVM de precario datur ei qui quod precariò conceſſit, reuocare vult, aduerſus eum qui precariò quid impetrauit, ſiue ipſe ſibi impetrauit, ſiue procurator, aut negociorum geſtor, aut ſeruus: dominus autem rogationem ratam habuerit. veniúntque in hoc interdictum res, partus, dolus, lata culpa: & poſt litem conteſtatam, leuis: quanti actoris intereſt rem interdicti tempore non reſtitui, l.1. & paſſ. D.& C.de precario.

INTERDICTVM quod vi aut clàm, aduerſus eum datur, qui vi aut clàm opus in alieno ſiue iure ſiue iniuria fecerit, cuiúſve iuſſu aut nomine cauſſáque factum erit. Vi autem facit qui prohibitus facit, ſiue à domino, ſiue ab alio ipſius nomine prohibeatur. Clã verò facere id dicimur, quod eo inſciente facimus, quem id prohibiturum eſſe ſuſpicabamur, l.1.& paſſ. D.quod vi aut clàm.

INTERDICTVM quorum bonorum datur ei qui bonorum poſſeſſor eſt, aduerſus eum qui pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet: cauſſa adipiſcendæ poſſeſſionis omnium corporalium rerum, l.1. & paſſ.D.quor. bon.

INTERDICTVM quorum legatorum datur heredi bonorum poſſeſſori, & cuilibet vniuerſali ſucceſſori, aduerſus legatarios, qui non ex heredis voluntate legata occuparunt: nec enim ſibi debent ius dicere occupandis legatis, ſed ab herede petere, l.1. & paſſ.D. eodem.

INTERDICTVM de remiſſionibus tunc valet, cùm operis noui nunciandi ius nullum fuit. nam operis nunciatio eatenus dumtaxat valet, quatenus nunciandi ius fuit. Prætor enim vbi ius non fuit, nunciationem ipſo iure miſſam facit, l.1.D.de remiſſ.

INTERDICTVM de ripa munienda datur ei qui in flumine publico, ripáve eius opus facere, ripæ agríve qui circa ripam eſt tuendi cauſſa, dum ne ob id nauigatio deterior fiat: ſiquidem damni infecti in annos decem viri boni arbitratu, vel cautum vel ſatiſdatum eſt: aut

eſt:aut per illum non ſtat, quo minus hoc fiat, l. prima, D.de rip.mun.

INTERDICTVM de riuis ei conceditur, qui ea quibus aquarum ductiones continentur, reficere purgaréve prohibetur, ſi modò eodem anno ſine vicio aquam,etiã ſine ſeruitute,duxerit, l.1 D.de riuis.

INTERDICTVM Saluianum, eſt quod domino fundi aduerſus colonum redditur, vt rerum ſibi mercedis nomine oppigneratarũ poſſeſſionem adipiſcatur,his verbis:Quod tu illi mercedis cauſſa oppigneraſti, qua de re agitur, id illi reſtituas. Differt autem ab actione Seruiana: quòd illud aduerſus colonum poſſeſſorem, hæc aduerſus alios qui rem adquiſierunt, datur.illud de ſola poſſeſſione interponitur: in hac etiam de rei proprietate agitur. illud ad rerum vniuerſatem: hæc etiam ad ſingularum poſſeſſionem attinet.l. prima,D de Saluian.l. prima, C. de precar. l.ſi quis,36.D. de nox.act.

INTERDICTVM de ſuperficiebus ei redditur, qui ſuperficiem alieno in ſolo poſſidet, ſi frui ſuo iure prohibeatur. quamuis enim ciuiles habeat actiones,tamen propter poſſeſſionis commodum hoc interdictum vtile eſt,l.1.D.de ſuperfic.

INTERDICTVM de tabulis exhibendis ei datur, cui aliquid in tabulis teſtamenti adſcriptum eſt, vel purè, vel in diem, vel ſub condicione, ſiue heres ſit, ſiue legatarius, ſiue fideicommiſſarius: aduerſus eum qui tabulas dolóue fecit quominus haberet: ſiquidem neget ſe poſſe, vel oportere exhibere, l.1.& paſſ.D. & C.de tabul. exhibend.

INTERDICTVM de via publica,& itinere publico ei datur, qui viam publicam itérve publicum aperire reficere vi prohibebatur, dum tamen ne ea via ídve iter deterius fiat,l.1.D.de via publ.& itin.

INTERDICTVM vnde vi,datur ei qui vi de poſſeſſione ſoli deiectus eſt,ſiue ciuiliter & naturaliter poſſideat,ſiue ciuiliter tantùm, aut naturaliter tantùm:aduerſus eum qui deiecit, mandauit iuſſit vt is deiiceretur,ratámve habuit factam ſuo nomine deiectionem: item aduerſus eum cuius familia vel mercenarij deiecerunt,in id quod ad eum perueni. Finis eſt,vt tum ipſa res,tum ea quæ inerant, tũ etiam fructus aut percept.,aut percipiẽdi, damnúmque omne deiecti reſtituatur, l.1.& paſſ.D.vnde vi. Vel ſic,

INTERDICTVM vnde vi, eſt quod ei qui de fundi,aut rei ſolo cohærentis poſſeſſione vi atroci deiectus eſt,recuperandæ poſſeſſionis cauſſa conceditur, l.1. D.de vi & vi armata.

INTERDICTVM vt in flumine publico nauigare liceat, ei datur qui prohibetur in flumine publico,nauem,ratem agere, per ripam onerare,exonerare,per lacum, foſſam, ſtagnúmque publicum nauigare. l. 1. D. vt in flum. pub.

INTERDICTVM Vti poſſidetis, locum habet, quoties inter litigatores contentio eſt vter poſſideat & plerumque propter rei vindicationem proponitur. datur autem ei qui vel ciuiliter & naturaliter, vel naturaliter tantùm poſſidet.vincítque is qui poſſeſſionẽ nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduerſario litis conteſtatæ tempore poſſidet. & competit ob res immobiles, quæ quidem poſſideri poſſint, item ad res incorporales. l. 1. & paſſ. D. vti poſſid. Vel ſic,

INTERDICTVM vti poſſideris, eſt quo Prætor cum de rei poſſeſſione immobilis controuerſia eſt,eũ qui litis conteſtatæ tempore ſine vicio poſſidet, retinere poſſeſſionem iubet. l. 1. D. vti poſſid. Hinc

A Feſtus: Itaque,inquit,in legitimis actionibus nemo ex iis qui litigant poſſeſſionem vocare audet, ſed ad interdictum venit vt Prætor his verbis vtatur, Vti nunc poſſidetis eum fundum, q.d.a. (id eſt,quo de agitur) quod nec vi,nec clam,nec precariò alter ab altero poſſidetis ita poſſideatis: aduerſus ea vim fieri veto.

INTERDICTVM Vtrubi, eſt quo is qui rem quamcumque maiore anni parte ſine vicio poſſede- B rit,rem illam obtinere iubetur.l.1.D.Vtrubi.Vel ſic,

INTERDICTVM Vtrubi olim ad res mobiles tantùm pertinebat,eóque vincebat,qui maiore parte eius anni nec vi,nec clàm, nec precariò ab aduerſario poſſidebat. Verùm quantum ad poſſeſſionem,hęc interdicta duo exæquata ſunt,vt is vtroque vincat,qui non viciosè litis conteſtatæ tempore poſſedit. l. 1. D. vtrubi,& §.ſed interdicto,D.de interdict.

INTEGRA terra, vide Noualis.

INTERESSE,ſiue id quod intereſt.genere ſum- C mo ſic definiri poteſt: Æſtimatio eius damni, quod in re alicuius familiari per alterius culpam contigit. Eius duæ ſunt ſpecies,quarum vna in generis ſui nomine conſiſtit, quæ ſcilicet omnibus in rebus,præterquam ſpeciebus ſiue frugibus verſatur: altera verò in pecunia numerata,quæ propriè Vſura dicitur.

INTERESSE igitur ſpecialiter ſumtum,eſt diſcrimen, quod inter eam condicionem quæ in re familiari alicuius, vel antea fuit,vel omnino futura erat, & eam quæ nunc eſt, per alterius culpam contigit. D Huius autem Intereſſe duæ ſunt partes: nam interdum in ſola re principali conſiſtit: interdum & multo frequentius in eius acceſſione. l. 1. D. de act.emt. Atque hæc quidem ſummatim,ex tractatu noſtro DE eo quod intereſt.

INTERLOQVI dicitur Prætor vel Iudex, cùm quid interea dum principalis cauſſa plenè diſceptetur,pronunciat.l.1.§.hunc conſequenter,D.de adpell. l.15 §.in venditione, D.de re iudic.l.1.§.quæro, D.ad Turpill.Hinc,

E INTERLOCVTORIA ſententia quæ non principalem cauſſam definit, ſed intermedium aliquod negocium dirimit.vide infrà,Sententia.

INTERNECIVVM teſtamentum eſt,inquit Feſtus,propter quod dominus interemtus eſt.

INTERNECIO,inquit idem,vitæ priuatio adpellatur.

INTERNECIEI ſignificatio,inquit Iſidorus,eſt quaſi quædã hominis enecatio. Nã præpoſitionem INTER præponebant. Neuius,Mare interbibere.Plautus,In- F terluere mare:id eſt,ebibere & eluere.Hinc,Internecici iudicium in eum dabatur,qui falſum teſtamentũ fecerat.& ob id hominem occiderat.accuſatorem eius poſſeſſio bonorum ſequebatur.

INTERNVNDINIVM,inquit Victorinus Afer, ſcribendum,vt Interlunium,& Trinoctium. Ita Internundinium, quòd nouem dies inter ſe continuos habeat, non quòd nono die fit. Hæc ille in lib.de ortograph.

INTERPOLVM,poliendo propemodum renoua- G tum,in alteram formam è vetere mutatum.Marcian. l.45.D de cont.emt.Si veſtimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebario placere,ita emtori præſtandum quod intereſt,ſi ignorans interpola emerit.

INTERROGARE legibus, eſt legis alicuius auctoritate aliquem interrogare, numquid facinus aliquod admiſerit. Aſconius: Quid:eſt.inquit,reum fieri,niſi apud Prætorem legibus interrogari? Cuum enim in

ius ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reo, Aio te Siculos ſpoliaſſe. ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur vt victo: ſi negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum eius criminum, & inſtituebatur accuſatio. Cicero pro Domo ſua, Eſto: non fuit in me pœna vlla peccati, at fuit iudicij. cuius? quis me vnquam vlla lege interrogauit? quis poſtulauit? quis diem dixit? Liuius libro VIII. belli Maced. Neminem vnum ratùm eminere ciuem debere, vt legibus interrogari non poſſit.

INTERROGATIONES in iure (de quibus tractatus eſt libr. Pand. XI.) ad rei pecuniariæ cauſſas pertinebant: eránque olim inſtitutæ, vt ne malè agendo cauſſa perderetur, liceret apud eum qui ius dicebat, aduerſarium certis de rebus antequã actio inſtitueretur, interrogare. Sed hoc tempore (inquit lex) interrogatoriis actionibus non vtimur: quia nemo cogitur ante iudiciũ de ſuo iure aliquid reſpondere, l.1.D.de interrogat.& interr.actionibus.

INTERTRIMENTVM, Varro ſic explicat: Detrimentum, inquit, à detritu: quòd ea quæ trita, minoris ſunt precij. ab eadem mente Intertrimentum, ab eo quòd duo quæ inter ſe trita, etiam deminuta ſunt. Aſconius autem ſic: Detrimentum, inquit, vel vnius partis dici poteſt: Intertrimentum non ad vnius partis ſpectat, ſed dantis & accipientis. Scæuola l.vlt.§.11 D.de pignor.act. Quęro intertrituram quę ex operis culleorum facta eſt. vtrum Titius debitor, an Seius creditor agnoſcere debeat reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, ob id quod eo nomine intertrimenti accidiſſet, non teneri.

INTERVERTERE, auertere, furari. Vlpianus l.18.D.de ſolut. Vtroque autem caſu manumiſſus, ſi interuertẽdi cauſſa id fecerit, furtum domino fecit.

INTERVSVRIVM, vſus medij temporis. Paullus l.debitor, 82. D. de legat.2. Alioquin ſecundum illam ſententiam ſi interuſurium tantùm eſt in legato, quid dicemus ſi fundus legatus ſit ex die debitus? Vlpianus l.circa, 66.D.ad leg.Falci. Interuallum temporis & interuſuriũ huius ſpacij minorẽ facit quantitatem decem, id eſt, vſus & emolumentum eius pecuniæ, quod interea percipit heres, legatarius autem amittit. Vlp.l.9.§.7. D. de pecul. Vt medij temporis interuſurium magis creditor conſequatur.

INTESTABILIS propriè dicitur, cui ius teſtimonij dicendi non eſt. nam Teſtabilis eſt, cui ius hoc datum eſt: vt ex lege Horatia Agellius lib. 6. cap. 7. demonſtrat. Eſt autem XII. tabularum verbum, vt idem eodem capite teſtatur, & lib. 15. capit. 13. IMPROBVS INTESTABILISQVE ESTO. Poſtea autem Inteſtabiles etiam in patiendi ſignificatione dicti ſunt quibus teſtimonium non dicitur. Caius l 26. D. de teſtam. Cuum lege quis inteſtabilis iubetur eſſe, eò pertinet, ne eius teſtimoniũ recipiatur, & eo amplius, vt quidam putant, néve ipſi dicatur teſtimonium. Hinc Plautus in Curcul. Inteſtabilem dixit, pro eo cui teſtes non adſunt. *Semper curato, ne ſis inteſtabilis. Quod amas, ama teſtibus præſentibus.* Vlpianus l.is cui, 18.§.1.D.de teſtamentis: Si quis ob carmen famoſum damnetur, Senatuſconſulto expreſſum eſt, vt inteſtabilis ſit. ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi. Sic lex 5. §. pen. D. de iniur. l. ob carmen, 21. D. de teſti.

INTESTATVS decedit, qui aut omnino teſtamentũ non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat, ruptum irritúmve factũ eſt: aut ſi ex eo nemo heres extiterit. ait Imper. tit. D. hered. quę ab inteſt. in princ.

A INTESTATVS eſt, ait Paullus, non tantùm qui teſtamentum non fecit, ſed etiam cuius ex teſtamento hereditas adita non eſt. l.64.D.de verbo ſignif.

INTESTATI (inquit Vlpia.) propriè adpellantur, qui cuum poſſent teſtamentum facere, teſtati nõ ſunt. ſed & is qui teſtamentum fecit, ſi eius hereditas adita non eſt, vel ruptum vel irritum eſt teſtamẽtum: inteſtatus non propriè dicetur deceſſiſſe. vide cetera, l.1. D.de ſuis & legit.

B INTRICARE peculium dicitur ſeruus, qui in ære alieno eſt, & res quaſdam pignori oppoſuit. Vlp. l.1.§.4. de ſer corrupt. Is quoque deteriorem facit, qui perſuadet, vt peculium intricaret. Idem l 21.D. de pecu. Sed & ſi eum intricare peculium in necem creditorum paſſus eſt, &c. Intricationem eiuſmodi Cicero in Sextiana implicationem adpellat: Magna, inquit, multitudo eſt eorum, qui aut propter metum pœnæ, &c. aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malunt, quàm ſuo defla-
C grare.

INVECTA illata coniunctim dicuntur ea, quæ ab inquilinis in ædes conductas, vt ea ſecum habeant, importata ſunt. l.1. D.de mig. leg.4.D.de pact. l.2. l.3. l.4. l.7. D. in quibus cauſ. pignor.

INVENTARII beneficium heredibus à Iuſtiniano datum eſt in locum ſpacij ad deliberandum petendi. l.vlt. C.de iur.delib. Eſt autem huiuſmodi: vt heres inſtitutus intra nonaginta dies, quibus ſe inſtitutum ſcierit, ſi res propinquæ ſint, vel intra annum,
D ſi longe abſint, inuentarium omnium hereditariarum rerum, tabellariis teſtibúſque præſentibus conficiat: ipſe manu ſua id ſubſcribat: vel à certo tabellario adhibitis teſtibus ſubſcribendum curet, atque hoc modo pro earum rerum ratione tantùm creditoribus teneatur: quartámque Falcidiam retinere poſſit.

INVENTARIVM inſtrumentorum debitoris faciunt creditores in poſſeſſionem miſſi. l. cum plures, 15.D. de reb.aucto.iud.poſſid. Ne corrumpantur, in-
E quit rationes, vni hoc negocium à creditoribus dandum eſt, quem maior pars creditorum elegerit: vt inſtrumentorum ἀναγραφὴν faciat.

INVENTARIVM rerum pupilli, quod tutor: rerum adulti, quod curator facit: vt adminiſtrationis ratio conſtet. l. tutor qui repertorium, D.de admini. tut. l.tutores, Cod.eodem.

INVENTARIVM confiſcationis, quod in bonis proſcriptorum fieri ſolet, vt fiſco ſua ratio conſtet. l. ſi quis poſthac, l. ſi quis intra, C.de bon.proſcript. l.
F vlt.C.de bon.vacant.

INVENTARIVM rerum quarum in poſſeſſionem venter miſſus eſt, quod à ventris curatore fieri ſolet. l. 1. §. penult. D. de vent.in poſſ. mit. l.1.de cur. bon.dand.

INVITVM in ſeruitutibus accipimus non eum qui contradicit, ſed eum qui non conſentit. l.5.D.de ſer. præd.vrb.

INVITVM accipere in procuratore dando debemus, non eum tantùm qui contradicit: verùm
G eum quoque qui conſenſiſſe non probatur. l. 8. D. de procur.

INVOLARE, eripere, & ſecum auferre, Calliſt. l.6. D. de incend. nauf. Aut vela conſcinduntur, aut anchoræ inuolantur de mari.

INVMBRATA quies, falſa, opinata tantùm, ſed falsò credita. Celſus l. 18. §.1.de adquir.poſſeſſ. Si furioſo quẽ ſuæ mẽtis eſſe exiſtimas, eo quòd fortè in con-

in conſpectu inumbratæ quietis fuit cōſtitutus,rem tradideris: id eſt, quia tum erat eo ſtatu & figura, vt menre conſtare videretur, ſed falſō.

INVTILE, pro perniciosum,& ab vtilitate communi alienum. Vlpianus l.1. §.3. D. depoſ. Eſt enim inutile in cauſſis huiuſmodi fidem frangere. Loquitur de iis quæ incendij & ruinæ cauſſa deponuntur. Paullus l.12. §.1. D. de admin. tut. uam & inutile eſt pupillis,ſi adminiſtratio eorum nō ſeruatur:nemine ſcilicet emente.

IOANNES Andreas Iuriſconſultus nobilis, Bononiæ natus, ibidem ius ciuile publicè docuit gloſſáſque ad Iuris Pontificij libros, multóſque prætérea de iure commentarios conſcripſit. tandem peſte oppreſſus anno M.CCCXLVIII.vita exceſſit.

IOANNES Blenaſcus Iuriſcōſultus nobilis, Burgundus, Bononiæ circiter annum M.CCL. ius ciuile profeſſus eſt. ſcripsítque De actionibus, & alia nonnulla, quæ ad ius ciuile omnia pertinent.

IOANNES Imolenſis Iuriſconſultus, nobilis Patauij iura publicè interpretatus eſt: compluribúſque de ea diſciplina editis commētariis, Anno M.CCCC.XXXV. vita eſt functus.

IOANNES Odofredus Iuriſconſultus nobilis, Azonis & Accurſij preceptor, circiter annum M.CIX. in Italia docuit, ſummámque Pandectarum ſcripſit. Eius perſæpe Accurſius in gloſſis mentionem facit.

IPSI, pro integri, antiqua conſuetudine. Paullus l.66.D.de verb.obliga. Sed ſi ipſorum viginti annorum erit, nō impedietur manumiſſio. Cicero ad Att. lib.5.Ep.21.Triginta dies erant ipſi,cuum has dabam literas, per quos nullas à vobis acceperam.

IPSO iure conſiſtere dicitur id, quod ex ſola legum auctoritate, ſine magiſtratus opera conſiſtit. Vlpian.l.9.§.1.D.de vſufr.quem cau.Illud ſciendum eſt,ſiue iure ipſo quis vſumfructū habet, ſiue etiam per tuitiōnem Prætoris,&c. Paullus l.9.§.1 D.de diſtract. pign. Quod in pignoribus dandis adiici ſolet, vt quo minus pignus venîſſet, reliquum debitor redderet, ſuperuacuum eſt: quia ipſo iure ita ſe res habet, etiā non adiecto eo.Caius l.29.D. de vſu & vſuf. Licet iure ciuili morte, & capitis diminutione ex perſona legatarij pereat vſusfructus, quòd huic ipſo iure adquiſitus eſt: tamen Prætor iuriſdictione ſua id agere debet,&c. Vlpia.l.1.in fin.D. Quod falſ.tut. auct.Tunc enim valebit per Prætoris tuitionem, nō ipſo iure.Item apud eundem in l.1.in fi.D.de exercit. act.& l.17.in fin.D.pro ſocio,l.1.§.vlt.D.de ſuperfic. Papinianus l.49 §.1.D.de fideiuſſ. Habeat quidē decem,quæ ipſo iure non debuit,condictionem.

IRE agere coniunctim in libris noſtris crebrò legimus,pro diſiunctim. aliud enim eſt Ire, aliud Agere.Ire,hominis eſt:Agere iumenti.Qui actum habet, iter habet:at non contrà. Ergo Ire Agere,paſſim cōiunguntur, vt tres ſeruitutes compendio ſermonis comprehendantur,Iter,Via& Actus.nam ſub verbo AGERE, tacitè quoque VEHERE comprehēditur. cuius rei ratio hæc eſt: quia qui vehiculum ducit, iumētum,id eſt vel equum vel bouem qui vehem trahit, agit. vnde lex in XII: Si via ſit immunita, quà volet iumentum agito.quare cui agendi ius abſolutè conceſſum eſt,ei non modò armētum aut gregem verumetiam vehiculum agendi facultas permiſſa intelligitur.vide Actus & Iter.

IRE in bona alterius dicitur,qui à Prætore in eius bonorum poſſeſſionem miſſus eſt.l.3.§. vltim.& l.vlt. in fin.D.de lib. hom.exhib.

A IRENACHÆ, εἰρηνάρχαι, præfecti pacis:ſic dicebantur Curatores ocij, tranquillitatíſque publicæ: qui tum vrbem,rū ſuburbana loca obibant, vti quos in crimine deprehenderent cum elogio ad Magiſtratus mitterent,aut ipſimet accuſarent. Arcadius l.vlt. §.1.D.de mun.& honor.Eirenarchæ quoque,qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur. Marcianus l.6.D.de cuſt. reor. Irenarchæ cuum adprehenderint latrones, interrogant eos de ſociis

B & receptaroribus, vt interrogationes literis incluſas & obſignatas ad cognitionem magiſtratus mittant. Vlpianus Stationarios milites adpellare hos videtur in l.1.§.ſexto,de offic.præfec.vrb.Et ſanè,inquit, debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid vbi agatur.

IRNERIVS Iuriſconſultus nobilis Bononiæ Anno à Chriſto nato Milleſimo octogeſimo floruit. Cùm ibi primùm bonas artes publicè profiteretur,

C & eo tempore Pandectarum libri ex Malfitanæ vrbis direptione à Piſanis victoribus Piſas deportati eſſent, captus eorum lectione, iuris ſtudio nauare operam, tamdémque illos libros publicè interpretari cœpit. Gloſſas etiam multis in locis eorum librorum adſcripſit: & ex Nouellis Iuſtiniani quæ ad Codicis conſtitutionum quarundam argumentum pertinerent,decerpſit,ſuóque loco adpendiculam quamque adtexuit. De eo abbas Vrſpergenſis ita ſcribit: Eiſdem quoque temporibus dominus Vuernerius li-

D bros legum,qui dudum neglecti fuerant,nec quiſquā in eis ſtuduerat, ad petitionem Mathildæ Comitiſſæ renouauit,& ſecundum quod olim à diu recordationis Imperatore Iuſtiniano compilati fuerant, paucis fortè verbis interpoſitis eos diſiunxit.in quibus continentur inſtituta præfati imperatoris, quaſi principium & introductio iuris ciuilis.Edicta quoque Prætorum & Ædilium curulium, videlicet in digeſtis continentur. Additur quoque his liber Codicis, in quo Imperatorum ſtatuta deſcribuntur. Quartus

E quoque liber eſt Autenticorum, quem præfatus Iuſtinianus, ad ſuppletionem & correctionem legum imperalium ſuperaddidit. Hæc Vrſpergenſis.Auentinus autem lib. VII. Annal. Boiorum: Vvernherus quoque inquit,Iureconſultus,rogante atque iubente hoc Mathylda, Vvelphonis ſecundi ducis Boiorum vxore,leges populi Romani, à Iuſtino Imperatore inuulgatas, hactenúſque neglectas, ſitu & carie obſoletas, cum tineis & blattis depugnantes,recognouit,atque publicauit,continenti ſcriptura expo-

F ſitas, in libro capitáque diuiſit, ſententiam paucis ſummatim præſcripſit, legendo, commentando,interpretando, eaſdem etiam ceteris notas fecit, parum adhuc diuulgatas diligentiùs retractauit.

IRRITVM fieri teſtamentum dicitur, quoties ſtatu teſtatoris mutato ipſo iure teſtamenttum concidit. l.ſi quis, 6 D.de iniuſt.rupr.veluti ſi capite deminutus fuerit.Itaque Rumpi & Irritum fieri ſic differunt, quòd irritum ſtatus teſtatoris immutatus facit: rumpit autem caſus extrinſecus contingens, vt

G agnationis,adoptionis,teſtamenti noui.Rurſus inter Irritum eſſe & Irritum fieri hoc intereſt, quòd irrita fieri ea demum dicuntur quæ cùm antea iure conſtarent,euerſa ſunt.Irrita verò vel iniuſta eſſe dicuntur, quæ numquam conſtiterunt, ſed infirma ſemper ſua ſponte fuerunt.l.1. D.eod.

IRRITVM fieri teſtamētū dicitur,cuū id quod iure factū erat,infirmatur:ait Imp.§.3.Quib.mod.teſt.inf.

ISAZON, paritas, par vtriuſque ratio. Vlpianus l.13.D.de ſtipul.ſer. At hic τὸ ἰσάζον corrumpit ſtipulationem. Loquitur de duobus dominis, quorum ſeruus ſub diſiunctione iis ſtipulatus erat: quos pares eſſe ait inter ſe, quia vterque capax erat obligationis: cuum vnus dominus & extraneus adiectus pares non ſint.

ISAVRI, de quibus mẽtio fit in l. vlti. C. de feriis, l. vltim. C. ad leg. Iul. de vi pub. Latrocinio nobiles, vt ex Dionis lib. LV. & Marcellini lib. XIIII. intelligitur.

ISGINVS, vide Hyſginus.

ISTHMVS, ἴσθμος, terra anguſta inter duo maria, oblonga, ceruicis inſtar obtinens. Paullus l. 37. D. de ſeruit. ruſt. εἰς τὴν οἰκίαν σοῦ τὴν ἐν τῷ ἴσθμῳ. In domum tuam quæ eſt in Iſthmo.

ITER, eſt ius eundi ambulandi homini, non etiã iumentum agendi. l.1.D.de ſeruit.præd. ruſt.

ITER, eſt ius eundi, ambulãdi, non etiam iumentum agendi vel vehiculum: ait Imperator, tit. de ſeruit. præd. in principio.

Iter & actus quid differant, vide Actus & iter.

ITERVM, duas res ſignificat: alteram, qua demonſtraretur tempus ſecundum, quod Græci δεύτερον dicunt: alteram, quæ ad inſequentia quoque tempora pertinet, quæ Græcè dicitur πάλιν. l. ſeptima, D. de edendo.

IVBERE, nonnumquam decernere, inquit Feſtus. hinc illud apud Imper. §. 2. dè teſtam. Neque ij quos leges iubent improbos inteſtabileſque eſſe, poſſunt in numerum teſtium adhiberi: id eſt quos ſtatuunt ac decernunt. Caius l. 26. de teſtam. Cúum lege quis inteſtabilis iubetur eſſe, eo pertinet, &c.

IVBERI poſſidere, vide poſſidere iuberi.

IVDEX, generali verbo adpellatur, qui ex lege ius dicit, ſiue in priuatis ſiue in publicis rebus. itaque Prætor ipſe ab antiquis Iudex adpellabatur: vt Liuius lib. 3. teſtatur. Hinc Rub. de iuriſdictione omn. iudi. item, De rebus auct. iud. poſſid. Hinc illud Vlp. in l.1. D de iudic. Inter conſentientes cuiuſuis iudicis qui tribunali præeſt, vel aliam iuriſdictionem habet, eſt iuriſdictio. Plerumque tamen

IVDEX dicitur, qui priuatus vel in conſilio publico, vel in priuata controuerſia ſententiam dicit. nam qui cum imperio aut poteſtate eſt, regulariter iudex eſſe non poteſt: vt ex Verrina II. intelligitur. Hinc illud Varronis:

IVDEX à Dico, quòd iudicat accepta poteſtate, id eſt quibuſdam verbis dicendo finit. Denique,

IVDEX in priuatis cauſſis dicitur, ciuis aliquis priuatus, cui Prætor ex reorum conſenſu de lite cognoſcendi, ſententiámque ex formulæ præſcripto pronunciandi poteſtatem dedit. Agellius lib.14. cap. 2. Quo primum tempore à Prætoribus lectus in Iudices ſum, vt iudicia quæ adpellantur Priuata ſuſciperem: libros vtriúſque linguæ de officiis ſcriptos conquiſiui. Sic Prætor à Iudice diſtinguitur, in l. cũ Prætor, 12. D. de iud. Vt autem magiſtratus dat Iudicem, ſic datũ exauctorare poteſt, l. iudicium, 58. D. de Iud. Cic. in Cluentiana: Neminem voluerũt maiores noſtri non modò de exiſtimatione cuiuſquã, ſed ne pecuniaria quidẽ de re minima eſſe iudicẽ, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet. vbi fortaſſe QVEM pro QVI ſcribendum fuit. Quod autem de conſenſu diximus, non eſt cõtrarium ei quod ſcribit Põponius in l. ſi in iudicis, 80. D. de iud. ibi enim cõuentio intelligitur, cuum ipſi rei antequam in ius ventum eſſet, certum

A iudicem elegiſſent. Vtriuſque autem conſenſum requiri, dixi propter l. obſeruandum, 47. D. de iudic. Vbi Calliſtratus ſcribit, obſeruandum eſſe, ne is iudex detur, quem altera pars nominatim petat. Dixi De lite cognoſcendi: quoniam iudex alia de re quam quæ nominatim in iudicium à Prætore deducta eſt, cognoſcere non poteſt. l. vt fundus, 18. D. comm. diuid. vbi Iauolen. ait, vltra id quod in iudicium deductum eſt, excedere poteſtatem iudicis non poſſe. Itaque B neque ea quæ ante, neque ea quæ poſt acceptum iudicium, id eſt, poſt litem conteſtatam, euenerunt, ad eius officium pertinẽt. l. Ædiles, 25. §. ſciendum, 4. D. de ædil. edic. l. non poteſt, 23. de iudic. ſi reus, 73. D. de procurat. Poſtquam autem ſemel ſententiam dixit, iudex eſſe definit. nam ſeu bene ſeu malè dixerit, officio ſuo functus eſt. l. iudex, 55. de re iudic. quid enim pertinet ad officium iudicis, futuri temporis tractatus? ait Paullus, in l.1. D. de vſur. Eius porrò ſententiam exſequebatur is magiſtratus qui eum dederat. l. C à diuo Pio, 55. D. de re iudic.

IVDEX & arbiter inter ſe multis in rebus & ſimiles, & diſſimiles ſunt. nam vt ex vtriuſque conſenſu iudex dandus eſt, ſic etiam arbiter. l. litigatores, 11. §. 3. D. de arbitr. Vterque minor annis XX. eſſe non poteſt. l. cũm leg. 4. eod. Vterque præterea de re ſola de qua lis conteſtata erat, cognoſcebar. l. vt fundus, 18. Comm. diuid. l. non diſtinguemus, 32. in fin. l. de his rebus, 46. de arbit. vterque ſententia dicta vel iudex, vel arbiter eſſe deſinebat, l. qualem, 19. D D. de arbit. vtriuſque ſententiam Prætores exſequebantur. l. à diuo Pio, 15. de re iudic. ſi tres dati ſint, duorum conſenſus abſente tertio non valet. l. item ſi 17. in fin. & l. ſeq. de arbit. Vterque incertam ſententiam inutiliter pronunciat. l. quid tamen, 21. eo. Differunt autem in eo, quòd is qui propriè iudex adpellatur, ad certam Prætoris formulã adſtrictus eſt: in cáque ipſa verba quibus Prætor vſus eſt, proferre ſententiam debet. Arbiter autem eſt, qui totius rei habet arbitrium & facultatem : vt Feſtus & Donatus E ſcribunt. itaque qualem ſententiam ferat, Prætoris nihil intereſt. dicta l. qualem, de arbitr. Iudex, ſi conuenerit inter litigatores quid pronuncietur, eiuſmodi ſententiam proferre poteſt. l. ſi conuenerit, 26. de re iudic. at ſi ſic fuit in arbitrum compromiſſum vt certam ſententiam dicat. nullum eſt arbitrium. d. l. qualem, de arbit. Iudex, vt antea dicebamus, priuatus eſſe debet : arbiter autem etiam qui cum imperio eſt dari poteſt. l. 2. & 3. de arbit. Ignominioſus iudex eſſe non poteſt. l. cùm Prætor, 12. de iudic. arbiter poteſt. F l. Pedius, 7. de arbitr. Iudicis ſententiæ propter Prætoris imperium parendum eſt: arbitri verò, propter compromiſſum. leg. 1. & paſſ. eod. Atque hæc quidem hactenus de iis arbitris, qui Compromiſſarij adpellantur, de quibus pleni ſunt Pandectarum & Codicis libri. Intelligendum eſt autem aliud præterea Arbitrorum genus eſſe, qui vſque eo iudicum ſimiles ſunt, vt internoſci vix, ac ne vix quidem poſſint. Hinc in formulis illud vſitatum, Iudicem ſiue arbitrum dicere oportet. Cicero in Muræn. Tot G homines per tot ætates conſtituere nondum potuiſſe, vtrum iudicem an arbitrum dici oporteret. Ii verò erant qui bonæ fidei & arbitrariis iudiciis adhibebantur. nam qui ſtricti iuris iudicium exercebant, quoniam ad certam formulam adſtringebantur, arbitri dici poterant. Quibus verò liberam atque infinitam poteſtatem Prætor permittebat de re controuerſa ex æquo & bono arbitratu ſuo diſceptandi,

ptandi,ij Arbitrorum erant ſimillimi,eóque nomine adpellabantur:quemadmodum in Quinctianæ comment.expoſuimus.

IVDICEM quæſtionis alium fuiſſe à Quæſitore qui capitali iudicio præerat,locus in extrema Verr.3. perſpicuè declarat. Eum autem Aſconius eodem loco Principem iudicum adpellat. nunc quærendum eſt,quænam inter vtrumque differentia fuerit.Quæſitor igitur magiſtratus erat, & (vt ait Cornificius) accuſatorem,defenſorem,teſtem in officio continebat.vim ac poteſtatem iudicum coërcendorum, hoc eſt ſub pignoribus cogendorum,habebat.in ſella curuli eburnea, pro tribunali ſedebat. ipſe nec iuratus erat, nec ſententiam ferebat, ſed vrnæ in quam & cauſſarum ſortes coniiciebantur, & iudices ſententiam ferebant,præerat.iudices in conſilium vocabat. videri feciſſe reum, vel non feciſſe pronunciabat. Hinc Virgil.

Quæſitor Minos, vrnam mouet:ille ſilentum
Conſiliúmque vocat. Quod Seruius eodem modo explanat. Atque hæc quidem Prætor. Iudex autem quæſtionis priuatus erat,vt patet ex l.1.D.de ſicariis. & vt ex Bruto coniecturam capio, poſt Ædilitatem interea dum Præturam petiturus erat,ſeſe in iudiciis tractandis exercebat.ea namque quæ Prætoris præſentiam atque imperium non requirebant,ipſe quaſi eius vicarius, in tribunali, non tamen in ſella curuli ſedens,adminiſtrabat. quod ex Vatiniana interrogatione cognoſcitur. Præcone namque Iudices teſtéſve citante,ipſe reſpondentes obſeruabat,corúmque quaſi cuſtos erat.iuratus ſententiam vnà cum aliis ferebat.&, ex eo coniicere libet, quòd iudicum princeps vocabatur,primus omnium ferebat. Quæri autem poteſt,cùm Prætor vrbanus iudices rerum capitalium ſortiretur ac ſubſortiretur,quemadmodum Cic.in Cluent.& Pedian. Verr. III. teſtantur, quid ſit, quod idem Aſconius ſcribit, iudicem quæſtionis Iunium ſubſortitum fuiſſe in locum non reiectorum. ſic enim apud Aſconium legendum Cluentiana oratio demonſtrat. ſed, vt opinor, ita non incommodè reſpondebitur, Aſconium ſubſortiri dixiſſe pro ſubſortitorum citationi & reſponſioni præeſſe. nam paulo ſuperiùs ſic loquitur: Princeps illorum iudicum damnatus eſt Iunius, quòd diceretur alios ſuppoſuiſſe,qui reum damnarent,non eos quos Prætor fuerat ſubſortitus. Hæc cùm ita ſe habeant, video tamen & Quæſitorem ipſum Iudicem quæſtionis.nam Cicero in Cluent.de Prætore Q. Voconio Naſone loquens: Iubet, inquit, ea lex qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt iudicem quæſtionis,hoc eſt Q. Voconium, cum iis iudicibus qui ei obuenerant,quærere de veneno. Pedianus autē Verrina II. Iunius,inquit,Quæſitor fuit in Cluentij cauſſa Verre Prætore.Quod autem idem his verbis ſcribit: Q. Curtius iudex quæſtionis ſubſortiebatur: impropriè locutus eſt,pro ſedere, quaſi ſubſortitò ductum, patiebatur.Atque hæc quidem mea de iudice quæſtionis ſententia eſt: quam ſine aliorum reprehenſione, quemadmodū & natura & cōſuetudo mea fert,breuiter expoſui.Marcia.l.prima, §.primo, D.ad l.Corn. de ſicar. Quíve magiſtratus, iudéxve quæſtionis ob capitalem cauſſam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret. Nā paulo antè dixerat: Quívè cuum magiſtratus eſſet, publicóve iudicio præeſſet.

IVDEX compromiſſarius, id eſt arbiter, in l.41. D. de recept. qui arb.

IVDICATIO, pro Propria iuriſdictio. Vlpianus A l.aliud fraus eſt, 131. D. de verbo ſignific.Multam is dicere poteſt, cui iudicatio data eſt. Magiſtratus ſolos & præſides prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt. Similiter in l.ſ. in fin. D. de iudic. His datur multæ dicendæ ius, quibus publicè iudicium eſt: id eſt, qui iure magiſtratus ſui, quem à principe vel populo acceperunt, iudicium exercent: non autem qui ab ipſo magiſtratu iudicādi poteſtatem acceperunt,

B IVDICATVM facere, eſt iudicis ſententiæ parere, ac ſatisfacere. vt in XII.tab.Ni iudicatum faxit, &c. vide facere iudicatum.

IVDICATVS, addictus. Plautus Menahemis;

Nam ego ad Menahemum nunc eo:quoi iamdiu
Sum iudicatus:vltrò eo vt me vinciat.

IVDICATVM eſt, de quo iam antè ſententia alicuius vel aliquorum conſtitutum eſt, ait Cicero lib.de Inuent.2.Ius illud ſignificans,de quo Caliſtratus C in l.38.D.de leg.& ſent.

IVDICIVM priuatum, pro iudicio ex contractu & obligatione pecuniaria nato, apud Vlpian.l.3. D.de crimin.ſtellio. Quod enim,ait,in priuatis iudiciis eſt de dolo actio, hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio. Crimen à priuato iudicio ſeparat:cuum tamen hoc publicum non ſit iudicium.

IVDICIVM, inquit Aſconius,dicitur res,quæ cauſſam litémque determinat. Vel ſic,

IVDICIVM,eſt ſententia eorum qui pro poteſtate, D quam à lege acceperunt, cauſſa cognita de re ad ſe delata ſententiam pronunciarunt.

IVDICIVM autem duplex eſt: aut Priuatum, aut Publicum. Priuatum eſt, quod rei priuatæ cauſſa inſtitutum eſt, neque ad Rempub. directò pertinet: veluti cùm de re pecuniaria, aut priuati hominis iniuria quæritur. Publicum eſt,quod eius iniuriæ cauſſa ſuſceptum eſt, quam Reſpublica lege aliqua lata ad ſe pertinere ſtatuit, & ſemper in crimine aliquo cognoſcendo verſatur. Vel ſic:

E IVDICIA priuata & publica differunt.Priuata ſunt, in quibus iniuria quæ homini priuato illata eſt, vindicatur:Publica,in quibus quæ Reipublicæ. Plato lib.de leg.VI.Ceterarum rerum duo iudicia ſunto. alterum cuum quis priuatus à priuato quopiam iniuria ſe adfectum queritur, eúmque in ius educens, de ea diſceptari poſtulat. alterum cuum Rempub.à quopiam ciuium læſam eſſe aliquis exiſtimat, & vult Reip.perſequi iniuriam.Itaque illa Rei priuatæ à Cicerone nominantur: hæc autem,Reipub. Quæ verò F ſint iniuriæ,quibus Reſpublica,ſiue populus vniuerſus lædatur, in ipſius arbitrio ac voluntate poſitū eſt. Itaque non modò peculatus,aut Repetundarum aut ſimilia crimina,ſi populus volet, publica nominabūtur, eorúmque quæſtiones cauſſæ publicæ: verum etiam furti, rapinæ,damni iniuria dati,iniuriæ: & omnia denique quæ non ſua ſponte,ſed prudentium interpretatione maleficia nominantur. quod ex lege Lætoria planiſſimè intelligitur, quæ aduerſus eos lata eſt, qui minorem circumueniſſent. ſiquidem G lege lata: ea cauſſa quæ priuata ſemper antea fuerat, publica facta eſt. Cicero de nat.Deor. III. Inde,inquit,iudicium publicum rei priuatæ,lege Lætoria. Rei priuatæ,id eſt,quæ ſemper antea priuata fuerat. Quæ cuum ita ſint,falſam certè eſſe adparet Iuſtiniani ſententiam, qui Iudicia publica ex eo dicta putauit, quòd cuiuis de populo agere liceat. non enim publica ſunt, aut dicuntur, quòd cui-

uis de populo liceat agere:ſed cōtrà, quia cauſſæ publicæ ſunt,id eſt quia quiuis de populo læſus eſt,quia cuilibet de populo iniuria facta eſt, quia denique cūcta Reſpub.læſa eſt:propterea licet cuiuis de populo,quaſi pro ſua virili parte, ſuam Reique publicæ perſequi iniuriam. etenim ob eam cauſſam vnicuique accuſandi poteſtas permiſſa eſt, quòd ad vniuſcuiuſque ſingulatim, & publicè ad vniuerſum populū ea pertinet iniuria. Et huc pertinet illud Theodoſij in l. 4. C. de hæret. Ac primum quidem volumus hæreſin eſſe publicum crimen: quia in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. Sic Ariſt. lib. Rhetor. 1. cap. 38. criminib. quibuſdam violari ait Remp. quibuſdam ſingulos. Sed exemplum adfert à noſtro ciuili iure diſſentaneum. Qui adulterium, inquit, cōmiſit, aut verberibus cecidit,certum quempiam offendit.Qui verò militiam detrectat,aut locum in acie deſerit, vniuerſam Rēp. lædit.

IVDICIA populi, & iudicia publica differunt. nam illa dicuntur, quæ populus in foro per tribus, in campo per centurias diſtributus exercebat: hæc verò, quibus Prætores qui & Quæſitores dicuntur, ſella in foro poſita cum conſilio iudicum præerant. de quibus ſuo loco explicauimus. Illiuſmodi fuerunt illa,quibus quis ius ciuitatis ac libertatis imminuiſſe dicebatur, vt ex Verrina III. cognoſcitur. Erant autem hæc vehementiſſima grauiſſimáque iudicia. Solus enim populus in ciuem R. verberibus & ſecuri animaduertendi poteſtatem habebat. Repetundarum verò & aliorum criminum quæſtionem ad populum non pertinuiſſe,idem Verrina V. his demonſtrat verbis: Quò confugient ſocij? quem implorabunt? ad Senatum deuenient, quî de Verre ſuppliciū ſumat? non eſt vſitatum, non Senatorium. ad populum R.confugient? facilis eſt cauſſa populi. Legem enim ſociorum cauſſa iuſſiſſe, & ei legi cuſtodes ac vindices præpoſuiſſe dicet. hæc ille. Præter hæc autem populi iudicia lege lata conſtituta, illud ſcire oportet licuiſſe Tribunis pl. Ædilib. Quæſtorib. iudicium populi omnibus de rebus conſtituere,& cuiuis ciui diem ad populū dicere,vt de eo quæſtio exerceretur. cuius rei cùm alibi pleraque exempla ſuppeditēt,tum verò apud Val. Max. lib. 4. c. De pudicit. & apud Cic. in Verrinis, vbi ſæpe populi iudicium Verri minitatur. Quæ ſanè populi iudicia, ſi quis publica quoq; nominanda cōtendat,dumtaxat ob eam cauſſam, quia non intra domeſticos parietes, ſed palàm ac ſub dio,(item vt alia) exercerentur, non magnopere luctabor,præſertim cuum ita Liuius quoq; lib. II. ea nominet. Nā de Caſſio damnato & necato cōmemorans, quem nonnullus à patre domi cauſſa cognita verberatum necatúmque dixerat: Inuenio, inquit, apud quoſdam à Quæſtoribus Cæſone Fabio, & L.Valerio diem dictā perduellionis: damnatúmque populi iudicio, dirutas publicè ædes. Cæterùm ſiue illud domeſticum, ſiue publicum fuit iudicium, damnatur S.Cornelio, Q. Facio Coſſ. Horum autem populi iudiciorum quadripartitam ratione̅ fuiſſe Cicero in Orat. pro domo, demonſtrat. primum, vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur: deinde, ne niſi producta die quis accuſetur: tertiò, vt ter ante magiſtratus accuſet, intermiſſa die, quam multam irroget: quartò,vt ſit accuſatio trinum nundinum, producta die,qua die iudicium ſit futurum. hoc eſt,vt ea iudicia tribus actionibus cōſtent,per trinundini ſpacium producantur.

A IVDICIORVM publicorum quædam, inquit Paullus, capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia ſunt in quibus pœna mors, aut auxilium eſt, hoc eſt aquæ & ignis interdictio. per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. nam cetera non exſilia, ſed relegationes propriè dicuntur. tunc enim ciuitas retinetur. Non capitalia ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt. leg. 2. D. de pub. iud.

B IVDICIORVM alia criminalia dicuntur, alia ciuilia. Criminalia ſunt quibus iniuriam Reip. factam vlciſcimur. Ciuilia, quibus ſuam quiſque ciuis priuatam ac propriam iniuriam perſequitur. nam ex eo Ciuilia dicuntur, quòd ciuibus priuatiſque hominibus vlciſcendis dantur. l. 9. D. de public. & vect. Itaque cuum hæc De re familiari adpellentur à Paullo, l. 4. D. de pub. iudic. illa fortaſſe non malè De re publica nominarentur. Vnde criminaliter & pecuniariter agere opponuntur. l. vlti. D. de priuat. delict. & l. 1. D. C de reſtib. quod ciuiliter alibi dicitur in l. vnd. Cod. Quand ciuil. act. crim. præt. l. vlt. D. de furt. Nihílne igitur inter publica & criminalia iudicia intereſt? imò verò intereſt. Criminalia namque iudicia generaliter dicuntur, tum quæ lege lata exercentur (quæ publica Macer nominat, l. 1. D. de public. iudi.) tum quæ nulla lege, ſed extra ordinem dicuntur. qualia furti, rapinæ & ſimilia. Vlpianus l. vlti. D. de furt. Meminiſſe oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi,;& eum qui agit in crimen ſubſcribere: non D quaſi publicum ſit iudicium, ſed quia viſum eſt temeritatem agentium etiam extraordinaria animaduerſione coërcendam. Paullus l. 9. §. 5. D. de public. & vectig. Per vim verò extortum cum pœna tripli reſtituitur, amplius extra ordinem plectuntur. alterum enim vtilitas priuatorum, alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat. Impp. autem in l. vn. C. Quando ciuil. act. iudicia publica legibus conſtituta manifeſtò criminalium adpellatione complectuntur. Ex quibus omnibus illud conſtat, Criminalia ſpecialiter ac pro- E priè ea dici, quæ non lege aliqua publicorum iudiciorum, ſed extra ordinem magiſtratus imperio ac poteſtate exercentur. Macer in l. prima, D. de pub. iud. Non omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, publica ſunt: ſed ea tantùm quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt.

IVDICIA omnia ſunt abſolutoria: id eſt, Iudicio Prætore dato tacitè permittitur reum qui ante ſente̅tiam actori ſatisfacere paratus eſt, liberatum ab actione dimittere: ne in infamiam quæ ex quibuſdam F iudiciis contrahitur, incurrat. vti docet Impp. §. vlt. de perpet. & temp. & patet ex l. 73. D. de procurat.

IVDICIVM dare, reddere, conſtituere, Prætor dicebatur, cùm certum litigatoribus iudicem adtribuebat, apud quem ſua iuſta exponerent, quíque cauſſa cognita, réque vtrimque perorata ſententiam pronunciaret. Hinc,

IVDICIVM accipere, ſumere, ſuſcipere dicebantur litigatores, cùm poteſtatem cauſſæ ſuæ apud illum diſceptatorem agendæ à Prætore impetrarant. l. G 3. & l. penul. D. de iudic. l. 1. §. 1. D. de vſur. l. 1. C. de in lit. iur. & alibi paſſim.

IVDICIVM de moribus dicebatur, quod diuortio facto inter coniuges exercebatur, vt cuius culpa factum diuortium iudicaretur, is legitimam multam ſubiret. nam Mores, honeſtiore vocabulo, coniugum vicia nominabant: vt teſtatur Vlpian. tit. Regul. VI. vbi adſcribit. maritum propter maiores mores, præſentem

ſentem dotem reddere: propter minores, ſenum mē- A ſum die. Eæque pœnæ diſſidij adpellantur à Paullo in l.non vtà parte, 8. D. de captiu. de quibus exſtat eiuſdē Paulli auctoritas apud Boeth. in Topic. Papin. in l.viro, 39. D. ſol. mat. Viro, inquit, atque vxore mores inuicem accuſantibus, cauſſam repudij dediſſe vtrumque pronunciatum eſt. Ea lege quam ambo contemſerunt, neuter vindicatur. Conſtantinus l. 4. C.Th. de inceſt. nupt. De moribus actio vltra perſonam extendi non poteſt, nec in heredem habetur, B nec tribuetur heredi. Paulus l.5. D. de pact. dotal. Illud conuenire non poteſt, ne de moribus agatur, vel plus vel minus exigatur: ne publica coërcitio priuata pactione tollatur. Hoc autē de moribus iudiciū à Iuſtiniano ſublatum eſt: Rubric. C. de repud. & iudic. de morib. ſublato. & l. vn. §. taceat, C. de rei vxor. act.

IVDICIVM turpe, quo damnatus infamia & turpitudine adficitur. Cicer. pro Flacco: Iratus Flacco dixit M.Lurco, quòd (vt ipſe aiebat) libertus erat eius turpi iudicio condemnatus, &c. Pro Sex. Roſcio: C Itaque mandati conſtitutum eſt iudicium non minus turpe, quàm furti. Item: In minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpiſſimo iudicio condemnetur neceſſe eſt. Pro Cæcin. Eſt enim turpe iudicium, & facto quidem turpe.

IVRA prædiorum quid aliud ſunt, inquit Celſus, quam prædia qualiter ſe habentia? vt bonitas, ſalubritas, amplitudo, l.81. D. de verbor. ſignif.

IVRAMENTVM, vide Iuſiurandum.

IVRARE corporaliter Impp. in Codicis pleriſque D conſtitutionibus dicunt, opinor, Ethnici quidem de iis qui aras in iurando tenebant: Chriſtiani verò de iis qui Euangelij codicem adtingebant. Veluti Diocletianus l 3. C. ſi minor ſe maior. dix. Huiuſmodi autem ſacramento corporaliter præſtito, nullum tibi ſupereſſe auxilium perſpicui iuris eſt. Iuſtin. l. 1. C. de iureiur. propt. cal. Non aliter concedimus, qui quæſtiones ſeruorum expoſcunt, ad hoc venire, niſi prius tactis ſacroſanctis ſcripturis deponant, &c. Item in l.1. C. ſi aduerſ. vend. & l. properandum, 2. C. de iud. E Cic pro Flacco: Ergo is qui ſi aram tenens iuraret, crederet nemo, per epiſtolam, quod volet iniuriatus probabit? Liuius lib.21. Fama etiam eſt, Annibalem annorum fermè nouem pueriliter blandientem patri Amilcari, vt duceretur in Hiſpaniam, cùm ſacrificaret, altaribus admotum tactis ſacris, iureiurando adactum ſe, cum primum poſſet, hoſtē fore populo R.

IVRARE per genium Principis, vide Genius.

IVRAMENTVM calumniæ dicebatur olim, quod litigatoribus ita deferebatur, vt actores quidem iu- F rarent ſe non calumniæ cauſſa litem intendere: rei verò, non calumniæ cauſſa ad inficias ire, l. inter, 44. §. 4 D. fam. erciſc. idque Cicer. Iurare in litem dixit in ea pro Q. Roſcio: Proh dij immortales, eſſéne quēquam tanta audacia præditum, qui quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? quod in codicem iniuriatus referre noluit, id iurare in litem nō dubitet? Iuſtiniani autem inſtituto & rei, & actores, & aduocati iurare coguntur, ſe non calumniandi animo, ſed bona fide & ex animi ſui ſententia litigare, l. G 2. C. de iureiur. propt. cal. dand §. 2. de pœn. tem. litig. l. rem non nouam, 12. §. patroni, C. de iudic. Præterea qui iuſiurandum defert, iurare prius de calumnia cogitur, l. iuſiurandum, 34 §. 3. & l. ſi cum fuerit, 37. D. de iureiur. l. vlt. C. de fideic. l. Marcellus, 11. §. 2. D. rer. amot l. delata, C. de reb cred.

IVRAMENTVM in litē: vide Iuſiurandum in litem.

IVRE, pro ipſo iure. Papin. l.95. §.1. D. de ſolut. Aditio hereditatis nonnumquam iure confundit obligationem.

IVRGIVM & Lis. Cice. de Repu.4. Admiror nec rerum ſolùm. ſed verborum elegantiam. Si iurgant, Beneuolorum concertatio non Lis, ſed Iurgium: Inimicorum, Lis dicitur. Et in ſequenti: Iurgare igitur lex putat, inter ſe vicinos non litigare.

IVRIS alia dicuntur, alia facti: vide Facti.

IVRIS alia quæſtio eſt, alia facti: vide Quæſtio.

IVRISCONSVLTVS dici debet, non Iureconſultus: licet Cicero pro Muræna ita dixerit, & Lucilius ſecundo, Et iure peritus. Hæc Chariſius lib.1.

IVRISCONSVLTVS eſt (inquit Antonius apud Ciceronem lib. de Orat.1.) qui legum & conſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vtūtur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus eſt. Sed videamus ne quid huic abſit definitioni: cuum Pragmaticis, vt alibi diximus, hæc eadem quadret definitio. Iuriſconſulti enim ius in ciuitate conſtituunt, de iis negociis de quibus ius certum eſt nullum, conſulti. Itaque eorum reſponſa, iuris ciuilis in parte numerantur. Conſulebantur autem (vt Fab. ait) aut de verborum proprietate, veluti ſi de teſtamenti ſtipulationiſve verbis eſſet controuerſia, vel de æqui diſputatione, vt in Sergij & Oratæ cauſſa illa nobili: aut de voluntatis coniectura, vt cuum teſtatorem aliquid ampliùs voluiſſe, quàm dixiſſe contenditur. Cice. pro Plancio: Quæris num Iuriſconſultus? quaſi quiſquam ſit, qui ſibi hunc falſum de iure reſpondiſſe dicat. Omnes enim iſtiuſmodi artes in iis reprehenduntur, qui cùm profeſſi fuerint, ſatisfacere non poſſunt: non in iis, qui abfuiſſe ab iſtis ſtudiis confitentur. Quare videamus ne verior hæc ſit definitio: Iuriſconſultus eſt, qui tum iuris ciuilis, tum æqui boníque peritus, populo ſe ad reſpondendum, interpretandum, cauendum, atque agendum dedit: nam his omnibus in rebus Iuriſconſulti officium verſari, nos in Iuriſconſulto noſtro copioſè oſtendimus.

IVRISDICTIO, pro Iuris ratio, æquitas, recta ſententiæ ferendæ ratio. Vlpianus l.20. D. fam. erciſc. Nam imperitia, inquit, coheredum iuriſdictionis formam mutare non potuit.

IVRISDICTIO, pro iudiciali cognitione, ſed quam exercet magiſtratus. Scæuola l.88. D. de ſolut. Claudius, ſubeſt enim illa ex iuriſdictione pendens quæſtio, an precia rerum quæ ſciebant eſſe pupillæ, bona fide matri ſoluerint.

IVRISDICTIO, pro vniuerſo Prætoris officio & munere. Agellius: Verba Prætoris ex edicto perpetuo adſcripſi. Sacerdotem Veſtalem, & Flaminem Dialem in omni mea iuriſdictione iurare nō cogam. Hæc lib.10 cap.15.

IVRISDICTIONIS forma, pro Iudiciorum ordo. Imp. l.1. C. Vbi in rem actio ex. Nec enim iuriſdictionis forma in eadem prouincia conſtitutis, tam petitore, quàm poſſeſſore, vt auctoris perſonam, quem in alia prouincia dicis conſiſtere, debet commutari.

IVRISPRVDENTIA eſt diuinarum atque humanarum rerum noticia, iuſti atque iniuſti ſcientia. l. 10. D. de iuſt. & iur.

IVS variis modis dicitur. Plerumque autem

IVS eſt æquitas inter eos conſtituta, inter quos aliqua communio eſt. neque enim aut communio ſine iure, aut ſine communione ius eſſe poteſt.

Ius, modò eſt æquum ac bonum: vt ius naturale. modò quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt: vt ius ciuile. modò quod Prætor edicit, aut decernit, etiam ſi iniquè decernat: vt ius honorariũ. modò locus in quo redditur: adpellatione collata ab eo quod fit, in eo vbi fit. modò neceſſitudo: veluti eſt mixi ius cognationis, vel adfinitatis. l. 11. & 12. D. de iuſt. & iur.

Ius pro loco, eſt vbicumque Prætor ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluóque more maiorum ius dicere conſtituit. l. 11. D. de iuſt. & iur.

Ius, is ſolus eſt, vbi iuris dicendi, vel iudicandi gratia magiſtratus conſiſtit: vel ſi domi, vel in itinere hoc agat, l. 4 §. 1. D. de inter. act.

Ius à iudicio diſtinguitur à Paullo manifeſtiſſimè in l. amplius, 15 D. rat. rem hab. illud enim ad Prætorem, hoc ad iudicem ab ipſo datũ pertinet. Amplius, inquit, non peti verbum Labeo ita accipiebat, ſi iudicio petitum eſſet: ſin autem in ius cum vocauerit, & ſatis iudicio ſiſtendi cauſſa acceperit, iudicium tamẽ cœptum non fuerit, ego puto non committi ſtipulationem amplius non peti. hic enim non petit, ſed petere vult. Cicero lib. de Inuent. 2. Tranſlationes, inquit, in iure plerumque verſantur. ibi enim & exceptiones poſtulantur, & quodãmodo agendi poteſtas datur. In ipſis autem iudiciis rarius incidunt.

Ius Ælianum, liber erat in quo Sex. Ælius noua quædam actionum genera præter legis actiones perſcripſerat: quẽ librum populo tradidit, l. 2. §. 3. D. de orig. iur.

Ius ciuile, eſt quod in legibus, ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtit. Cic. in Top.

Ius ciuile, eſt quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei ſeruit. itaque cuum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id eſt, ciuile efficimus, l. 6. D. de iuſt. & iur.

Ius ciuile, eſt quod populus quiſque ſibi ſuæque ciuitatis proprium conſtituit, l. 9. D. de iuſt. & iur.

Ius ciuile, eſt æquitas conſtituta iis qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas: ait Cicero in Topic.

Ius ciuile, eſt quod ex legib. plebiſcitis, ſenatuſconſultis, decretis principum, auctoritate prudentiũ venit, l. 7. D. de iuſt. & iur.

Ius ciuile nomen generale eſt, & commune legibus, plebiſcitis, &c. eo tamen nomine indefinitè vſurpato intelligitur diſputatio fori, & ius quod ſine ſcripto à prudentibus eſt compoſitum, l. 2. § . 2. & § . 6. D. de orig. iur.

Ius ciuile Flauianum, liber erat in quo Appius Claudius legis actiones compoſuerat, & ad formam redegerat: inde dictum quòd Cn. Flauius eius ſcriba ſurreptũ librũ populo tradidit, l. 2. §. 3. D. de orig. iur.

Ius ciuile Papirianum, liber erat in quo Sex. Papirius leges omnes curiatas à Regibus latas conſcripſerat: non quia Papirius de ſuo quidquam ibi adiecit: ſed quòd leges ſine ordine latas in vnum compoſuit, l. 2. D. de orig. iur.

Ius ciuile, pro iuriſdictione Prętoris. Cicero Verrina 111. Petere auxilium à Chelidone, quæ iſto Prętore non modò in iure ciuili, priuatorúmque omniũ controuerſiis populo R. præfuit, &c.

Ius ciuile, ius à Iuriſconſultis inſtitutum, & opponitur legibus. Cice. de Offic. 111. Ac de iure quidẽ prædiorum ſancitum eſt apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vicia etiam dicerentur, quæ nota eſſent venditori. nam cùm ex x11. tab. ſatis eſſet cautũ, ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: à Iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Paullus lib. Collectaneorum 4. cap. 8. Fœminæ ad hereditates legitimas vltra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur: idque iure ciuili vel Voconia rogatione videtur effectum. ceterùm lex x11. tab. nulla diſcretione ſecus cognatos admittit.

Ius conſuetudinis eſſe putatur id, quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobarit. quo in genere & alia ſunt multa, & eorum multo maxima pars, quæ Prętores edicere conſueuerunt. ait Cicer. lib. de Inuent. 11. quibus verbis edicta tranſlatiria ſignificat.

Ius commenticium moribus inductum. Paullus l. 20. D de pœn. Si pœna alicui irrogatur, receptum eſt commenticio iure, ne ad hęredes tranſeat.

Ius dicere tranſlatè, pro Prætoris Imperium ſibi vſurpare. Vlp. l. 1. D. quod legator. Æquiſſimum Prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi ipſum ius dicere occupatis legatis, ſed ab herede petere. Calliſt. l. pe. D. ne vi prin. Quiſquis probatus fuerit, rem vllam debitoris temerè poſſidere, ſibique ius in eam rem dixiſſe, ius crediti non habebit.

Ius gentium, eſt quo gentes humanæ vtuntur, quod ſolis hominibus commune eſt. l. 1. §. 3. D. de iuſt. & iur. Vel ſic,

Ius gentiũ, eſt quod ſocietatis humanæ cõſeruandæ cauſſa excogitatum pleræque gentes communi conſenſu receperunt. l. 4. & l. 5. D. eod. Vel ſic,

Ius gẽtium, eſt quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit: dictum, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur. l. 9. D. eod. Vel ſic,

Ius gentiũ, eſt id quod pleræque gentes communi quadam ratione & intelligentia, ſocietatis humanæ tuendæ & conſeruandæ cauſſa, comparatunt: veluti pondus, numerus, menſura: item artes ac diſciplinę omnes: item vt legatorum corpora vt ſacroſancta, vt bello capti ſerui fiant victorum, vt fides in rebus contrahendis data ſeruetur.

Ius honorarium, id eſt, prætorium, ait Iuſtin. idcirco quòd qui honores gerunt, id eſt magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederunt. §. 6. de iur. nat.

Ius honorarium, idẽ quod Prętorium: ab honore Prętorum ſic nominatũ. l. 7. D. de iuſt. & iur. vel, quod ab honore Prętoris venerat. l. 2. §. 5. D. de orig. iur.

Ius merum pro communi & vſitato, ſiue quod nullo ſingulari ac pręcipuo iure mixtum eſt. Vlpia. l. 16. D. de minorib. Nam ſi minor communi auxilio & mero iure munitus ſit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium.

Ius naturale, eſt quod homines vnà cum ceteris animantibus à natura didicerunt. l. 1. §. 2. D. de iuſt. & iur. Vel ſic,

Ius naturale, eſt quod non hominum ingeniis excogitatum, ſed vi quadam innata cuiuſque hominis menti inſitum atque ingeneratum eſt: vt religio, pietas, vindicatio, mattimonium, liberorum procreatio, & educatio.

Ius naturæ, eſt quod nobis non opinio, ſed quædam innata vis adferat, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruantiam, veritatem: ait Cicero lib. de Inuẽt. 2. vbi quę Iuriſcõſulti, iuri naturali & iuri

& iuri gentium diſtinctè ac propriè adtribuunt, permiſcet.

Ivs prædij, eſt poteſtas in alieno prædio aliquid agendi, quod alteri agere non licet. ab ipſius domino data & permiſſa. hinc Iura prędiorum vrbanorum & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes adpellantur: inquit Imp. §. vlt. de reb. corpor.

Ivs prætorium eſt, quod Prætores introduxerunt adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam. quod & honorarium dicitur, ad honorem Prætorum ſic nominatum. l. 7. D. de iuſt. & iur.

Ivs priuatum, eſt quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat. l. 1. §. 1. D. de iuſt. & iur.

Ivs publicum, eſt quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, quod in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit. l. 1. §. 1. D. de iuſt. & iur.

Ivs Quiritium, vide QVIRITIVM ius, infrà.

Ivs ſingulare, eſt quod contra tenorem rationis, propter aliquam vtilitatem, auctoritate conſtituentium introductum eſt. l. 16. D. de legib. ſenat.

Ivs ſingulare, pro iure ex reſponſis prudentum conſtituto. Papinia. l. 44. §. 3. D. de vſurpat. Nondum aditæ hereditati tempus vſucapioni datum eſt, ſiue ſeruus hereditarius aliquid comparat, ſiue defunctus vſucapere cœperat. ſed hæc iure ſingulari recepta ſunt.

Ivs ſollemne, ius legum populi R. Pomp. l. 27. D. de reg. iur. Nec ex prætorio nec ex ſollemni iure priuatorum conuentione quidquam immutandum eſt.

Ivs ſtrictum, id eſt ius ſummum. Paullus l. 30. D. de pecun. conſtit. Si quis duobus pecuniam conſtituerit, Tibi aut Titio, & ſi ſtricto iure propria actione pecuniæ conſtitutæ manet obligatus, etiam ſi Titio ſoluerit, tamen per exceptionem adiuuabitur.

Ivs adcreſcendi eſt, cùm inter eos qui à teſtatore coniuncti ſunt, vnius pars alteri accedit. Coniuncti autem alij ſunt re, inter quos ius adcreſcendi eſt: alij verbis tantùm, inter quos non eſt: alij re & verbis, inter quos adcretio locum obtinet. l. re coniuncti, 89. D. de leg. iij. l. triplici, 142. D. de verb. ſignifi. vide Accreſcere.

Ivs ſui, pro eo quod vulgus Suitatem adpellat. Vlpia. l. 1. §. vlti. D. de lib. agnoſc. Nihil præiudicare filio, non tantùm in iure ſui, verùm ne in alimentis quidem. Idem in l. 9. §. ſi filiũ. D. de lib & poſt. Rumpit enim his caſibus nepos teſtamentum, quòd moriente auo ſui ius pependerit. vbi tamen FILII IVS legitur: ſed mendosè vt in comment. docuimus.

Ivs aureorum annulorum erat quod libertis hominibus concedebatur à Principe, vt ſcilicet eodem iure eſſent quo equites ij, quibus aureum annulum geſtare licebat. Aureus autem annulus inſigne ordinis equeſtris erat, vt Plinius teſtatur: Sed aliud eſt ius annulorum, aliud annulos habere: item vt ius liberorum & liberos. Non enim quibus ius annulorum dabatur, ij continuò equites erant. Nam, vt ait Vlp. in l. 4. D. de iure aur. annul. etiam fœminæ ius illud impetrare poterant. At quibus annulus dabatur, ij continuò equites fiebant, & in quattuordecim conſidebant. vt de Q. Roſcio Comœdo memoriæ proditum eſt, qui annulo aureo à victore Sylla donatus, eques factus eſt. In eo igitur poſitum hoc ius eſt: vt idem liceat ei qui hoc impetrauit, quod ei licet qui reuera aureo annulo donatus eſt, id eſt, vt pro ingenuo habeatur, neque patrono vllum officium (excepta reuerentia) obſequium, operámve debeat: dumtaxat,

A quamdiu in vita manebit. Nam (vt ait Vlpianus) quaſi ingenuus viuit, tamquam libertus moritur. l. 3. D. de hon. lib. l. 4. de iure aur. annul. id eſt, aduerſus cuius tabulas patronus præteritus bonorum poſſeſſionem obtinet. Item Vlp. l. 10 §. 2. D. de in ius voc. Sed ſi ius annulorum accepit, puto eum reuerentiam patrono exhibere debere, quamuis omnia ingenuitatis munia habeat. Similiter Tranquillus Menam Sex. Pompeij libertum quem poſt claſſem patroni ſui

B prodi⟨tam⟩ aureorum annulorum iure ab eodem adſertum teſtatur. Sed de Mena Dio apertius elocutus eſſet, ſi aureo eum annulo, non iure aureorum, ab Auguſto donatum dixiſſet: cuum Horatius id perſpicuè oſtendat. Zonaras autem lib. 11. ſic ſcribi, Ἀντώνιος δέ τις Μοῦσας οὕτω κακῶς αὐτὸν διακείμενον ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις ἀνέῤῥωσε. διὸ καὶ χρήματα παρ' αὐτοῦ τε καὶ παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς ἀπελεύθερος ὤν, ἐπετράπη κεχρῆσθαι. ἀτέλειάν τε αὐτῷ καὶ τοῖς ἐμοῖ ἔχουσι τοῖς οὖσι καὶ τοῖς ἐσομένοις παρέσχοντο. id eſt,

C quidem Antonius Muſa Auguſtum ita malè adfectũ frigidis lotionibus & potionibus curauit qua de cauſſa pecuniam tum ab ipſo, tum à Senatu accepit: iúſque illi, quamuis libertino homini, aureorum annulorum datum eſt: vacationem præterea tum ipſi, tum aliis medicis non modò qui tum erant, ſed & qui pòſt futuri eſſent, conceſſerunt.

Ivs togæ dicebatur, quod Principes peregrinis dabant, vt iis veſtitu ciuium Ro. proprio vti liceret: Plinius lib. Epiſt. 111. Idem cùm Gręco pallio amictus

D intraſſet, (carent enim iure togæ quibus aqua & igni interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit, &c. Marcianus l. diuus, 31. D. de iur. fiſc. Obſidum bona in fiſcum cogenda ſunt. ſed ſi accepto vſu togæ Romanæ vt ciues Romani ſemper egerint, &c. vide infrà, TOGA.

Ivs trium liberorum inſtitutum eſt, vt qui quæve tres liberos ex iuſto matrimonio ſuſcepiſſent, iis plurima, præcipuo quodam & ſingulari iure præter ceteros concederentur. veluti, vt mulieres viuo patre te-

E ſtamentum condere, & rem ſuam ſine tutorum auctoritate adminiſtrare poſſent: quod Plutarch. in vita Numæ teſtatur. Vt viri excuſarentur ab omnibus ciuilibus muneribus, quæ patrimonij non eſſent. l. 2. D. de vacat. mun. Vt qui Romę tres liberos ſuperſtites haberet, à tutelis & curationibus excuſaretur. §. 1. de excuſ. tut. Id autem ius etiam iis qui tres liberos non habebant, conceditur. aliud enim eſt Tres liberos habere: aliud Ius trium liberorum. Exſtátque Plinij Iun. ad Traianum epiſtola, qua Suetonio ſuo ius illud pe-

F tens: Hinc, inquit, ius trium liberorum neceſſarium faciunt duæ cauſſæ. nam & iudicia amicorum promeretur, & parum felix matrimonium expertus eſt: impetrandúmque à bonitate tua per nos habet quod illi fortunæ malignitas denegauit. De hoc iure Imp. tit. De S.C. Tertyll. in prin. & l. prima, C. de legat.

IVSIVRANDVM. Huius definitionem ac diuiſiones omnes expoſuimus in Scholis noſtris ad l. 1. C. de reb. cred. & iureiur.

IVSIVRANDVM calumniæ, vide Iuramentum calumniæ.

IVSIVRANDVM in litem eſt, quod actor iudice deferente præſtat, ſe litem aduerſario ſuo ex æquo & bono æſtimaturum: neque enim res æſtimatur: vti patet ex l. 1. D. de in lit. iurand. cùm interdum rerum certa & nota ęſtimatio ſit: veluti numorum apud Vlp. l. 3. eod. Id autem per ſolum iudicem defertur: & niſi iudex certam quantitatem definiat, in infini-

infinitum iurare licet, l.4.§.2.D.eod. Huius autem iuriſiurandi rationem Marcellus in l. 8. hanc adfert: quòd cùm dominus rem ſuam vendere cogatur, hæc tamen ei poteſtas relinquenda eſt, vt rem non precio, id eſt quanti eſt, ſed quanti eius intereſt ea carere, arbitrio ſuo definiat.

IVSTA, ſacra & ceremoniæ quæ placandis manibus fiebant. Vlpianus l.2. D.de in ius voc. Iuſtáve mortuo facientem in ius vocare non oportet. Vlpianus l.20.D.de adq.vel amitt. Vtputa patrem ſepeliuit, vel iuſta ei fecit. Fictum inde vocabulum, quaſi manibus debeantur. itaque τὰ νομιζόμενα Græci adpellāt. Demoſt. περὶ στεφάνου: Ἐπειδὴ τελευτήσειέ τις αὐτῶν, καὶ τὰ νομιζόμενα αὐτῷ φέροιτο, ἀκολουθῶν ἐπὶ τὸ μνῆμα. Pòſt verò, quàm eorum aliquis eſt mortuus, iuſtáque ei fiunt, ipſe medius ad ſepulcrum ſequens, &c. Cic. pro Sext. Roſcio: Hunc miſerum luctu perditum, qui nondum etiam paterno funeri iuſta ſoluiſſet, nudum eiicit domo. Feſtus: Membrum abſcindi, inquit, mortuo dicebatur, cum digitus eius decidebatur, ad quod ſeruatum iuſta fierent, reliquo corpore combuſto. Idem: Præcidanea agna vocabatur, quæ ante alia cædebatur. Item, Porca quæ Cereri mactabatur, ab eo qui mortuo iuſta non feciſſet. id eſt glebam non obieciſſet, quia mos erat eis id facere prius quàm nouas fruges geſtarent.

IVSTA, operæ debitæ. Cic. Offi.1. Eſt autem infima condicio & fortuna ſeruorum: quibus, non malè præcipiunt, qui ita iubent vti, vt mercenariis ad operam exigendam & iuſta præbenda.

IVSTA hereditas ea propriè dicitur, quæ iure legitimo, id eſt agnato proximo obuenit: ait Paul.l.3.§.2. D.pro ſocio. Varro autem libr.11.de re ruſt. latiùs accepit pro ea quæ iure, & quouis modo alicui obuenit.

IVSTA ætas dicitur pro cuiuſque quæſtionis ratione, ea quam leges in ea cauſſa exquirunt: veluti, in nuptiis duodecim & quattuordecim annorum. vt apud Neratiū in l.quod Seruius, 8.D.de cōd.cau.dat. Sic

IVSTA ætas, cui pupillaris opponitur: pro pubertate apud Vlp.l.16.D. de iur. fiſ. Necnon illud æquè non intererit, cuius ætatis ſit is qui ſe defert, vtrum iuſtæ an pupillaris. nā pupillis etiā pmittitur deferre.

IVSTA poſſeſſio, poſſeſſio bonæ fidei. Iauolen.l. quod ſeruus, 24.D.de adq.poſſ. Is qui in tua poteſtate eſt, ignoranti tibi non corporalem poſſeſſionem, ſed iuſtam poteſt adquirere. Iuſtin. §. pen. per quas perſ. cuique adqu. Item per alienos ſeruos in quibus neque vſumfructum habetis, neque poſſeſſionem iuſtam.

IVSTA ſepultura dicitur, cuum terra corpus eſt conditum, l.39. D.de relig.

IVSTA ſeruitus, pro ſeruitus bona fide vſurpata. Africanus l.& generaliter, 28.D.de nox.act. Et generaliter ſi alieni ſerui nomine qui tibi iuſtam ſeruitutem ſeruiret, noxali tecum egerim.

IVSTA vxor, legitima. Vlp.l.ſi ſenatori, 31.D.de ritu nupt. Si ſenatori indulgētia principis fuerit permiſſum libertinam iuſtam vxorem habere, poteſt iuſta vxor eſſe. Cicer. Tuſc.1. Metellus ille honoratus quattuor filiis. at quinquaginta Priamus: è quibus decem & ſeptem iuſta vxore nati. Sueto in Calig. Mox L. Caſſio Longino Conſulari collocatam abduxit, & in modum iuſtæ vxoris propalam habuit. Et in Veſpaſ. Antoniam libertam quondam dilectam reuocauit in contubernium, habuítque etiam Imperator penè iuſtæ vxoris loco. vide, Vxor alia iuſta, infrà.

IVSTVM matrimonium eſt, ſi inter eos qui nuptias

A contrahunt, connubium ſit, & tam maſculus pubes quàm fœmina potens ſit: & vterique conſentiant, ſi ſui iuris ſunt: aut etiam parentes eorum, ſi in poteſtate ſunt Vlp. titulo Reg.v.

IVSTVS pater, & iuſtus filius dicitur qui ex legitimis nuptiis pater filiúſve eſt. l.25 D.de capt. l.44.D.de rit. nupt. l.11.& l.12.D.de ſtatu hom.

IVSTA, pro iura, & firmamenta cauſſæ. Vt apud Auctores noſtros perſæpè: & apud Cicer. in epiſt. ad
B Att.li.9.ep.14. Etſi multa adfero iuſta ad impetrandum.

IVSTINIANVS Imperator. Vide illius vitam initio noſtrorum Comment. in Inſtit.

IVSTINIANI noui, primum nomen fuit iuris ciuilis ſtudioſorum, quo anno ſuorum ſtudiorum primò decorabantur. vide Dupondij.

IVSTITIA eſt habitus animi, communi vtilitate conſeruata, ſuam cuique tribuens dignitatē: ait Cic. lib. De inuent. 2. Quò ſanè pertinet illa Tryphonini
C diſputatio nobilis in l.31.D.depoſ. Et probo, inquit, hanc eſſe iuſtitiam, quæ ſuū cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore repetitione.

IVSTITIA eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi. l.10. D.de iuſt.& iur. Vbi non Tribuendi, ſed Tribuens legendum eſſe, vel hinc licet intelligatur, quòd in iuſtitia non eſt voluntas adimendi, ſed adimens. Hanc autem veram eſſe virtutis definitionem, ipſa verbi notatio declarat. nam Iuſtitia ex eo dicta eſt, quòd cuique ius ſiſtat. Itaque ne-
D gat Cotta lib. De nat. deorum 1. ibi Iuſtitiam eſſe, vbi ius eſt nullum. Eſt enim, inquit, pietas, iuſtitia aduerſus deos: cum quibus quid poteſt nobis eſſe iuris, cùm homini nulla cum Deo ſit communitas? Vlpianum autem illo in loco arbitror non virtutem habitúmque humanum, ſed eam quam veteres Deam, Iouiſq; filiam faciebant, definiſſe: primùm quoniam eodem in loco ſcribit Iuriſconſultos eſſe ſacerdotes Iuſtitię. ſic enim locum illum interpretor, vt verba hæc (nam vt eleganter Celſus definit, Ius eſt ars æqui & boni)
E parentheſi concludantur: & relatiuum CVIVS non ad ius, ſed ad Iuſtitiam referatur. non enim artis iuris, quæ illic definitur, vlli ſunt ſacerdotes, ſed illius Deę Iouis filiæ. Quare cùm Iuriſconſulti Iuſtitiæ ſint ſacerdotes, ſacerdotes autem non virtutum humanarū dicantur, ſed deorum: eo loco Deam illam deſcribi eſt veriſimile. præterea Ius quod conſtat æqui & boni præceptionibus, à Iuſtitia deſcendere, atque adpellari ſcribit ibidem Vlpianus: de iuris diſciplina, libriſque his noſtris intelligens. Sicuti Scipio quoque
F apud Ciceronem in lib. de Rep. diſputauit, auctore Augu. lib. de Ciuit. Dei 19. cap.21. Cùm illud etiam, inquit, ius eſſe dicant, quod de iuſtitiæ fonte manauerit. quod ſi ita eſt, aut ab humana, aut à diuina Iuſtitia deſcendat neceſſe eſt. ab humana autem non poteſt, quia numquam in hac vita perfecta eſt. Voluntas enim illa quæ ſi perficeretur, habitus, ac proinde virtus adpellaretur, ſemper manet in ſua, vt ita dicam, adoleſcentia, neque vnquam perficitur. Regula autem iuſti & iniuſti tradi ab illa imperfecta & imbecilla
G natura non poteſt. quod etiam Horatius his verſibus ſignificat:

Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum,
Diuidat vt bona diuerſis, fugienda petendis.

Sequitur ergo vt à diuina Iuſtitia quæ perfecta & abſoluta eſt, ius hoc noſtrum deſcēdat, quo præceptiones ſuū cuiq; tribuēdi, & regulæ iuſti atque iniuſti cōtinentur. Eò accedit quòd iuſtitia, quæ humana virtus eſt,

tus eſt, non præceptio, ſed obſeruatio iuris eſt: Cic. lib. de Leg. 1. declarat: vbi ait Iuſtitiam eſſe obtemperationẽ ſcriptis legibus, inſtitutiſq; populorum: qua de cauſſa Fabricius & Ariſtides iuſti nominati ſunt.

K Litera.

KALENDÆ, inquit Varro, primi dies menſium nominati, ab eo, quòd his diebus Kalentur dies mẽſis: Nonæ à Põtificibus, quinctanæúe, an ſeptimanæ ſint futuræ. Quinque Kalo Iuno Nouella. Septem Kalo Iuno Nouella. Hæc ille in v. De lin. Latin. Macrob. autem in 1. Saturn. ſic: Priſcis temporibus antequam faſti à Cn. Flauio ſcriba inuitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegebatur, vt nouę lunæ primum obſeruaret adſpectum: viſúmque Regi ſacrificulo nunciaret. Itaque ſacrificio à Rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex, kalata, id eſt vocata in Capitolium plebe, quot numero dies à Kalendis ad Nonas ſupereſſent, pronunciabat: & quintanas quidem, quinquies dicto verbo Kalo: ſeptimanas, repetito ſepties prædicebat. Et hunc diem qui ex his diebus qui Kalarentur primus eſſet, placuit Kalendas vocari.

KALENDÆ primæ, ſecundæ, tertiæ, quinctæ, dici putantur à Iuriſconſultis pro vno, duobus, tribus, & quinque menſibus. Celſus, l. liber, 59. §. ſi ita, de here. inſt Titius ſi intra tertias Kalen. nauis ex Aſia venerit, heres eſto. Vlp. l. 1. §. ſi qui. de verb. oblig. Si ita interrogatus, intra Kalend. quintas, reſponderit Dabo idibus: non obligatur. Martia. lib. 1.

Atque intra, puto, ſeptimas Kalendas
Mores hæc tibi quattuor dederunt.

Video tamen Catonem in re ruſtica primas Kalend. dicere, pro Primo die cuiuſque menſis.

KALENDARIVM dictus codex pecuniarium occupatarum, id eſt fœnori collocatarum: quia Kalendis fœnori dabantur: & partes ſa. Kalendarum nomine præſcripto, debitorum nomina perſcribebant. Seneca lib. xiii. epiſt. Diuitem illum putas, quia in omnibus prouinciis erat, quia magnus ei Kalendarij liber voluitur. Horat. Epo. ii.

Omnem relegit Idibus pecuniam:
Quærit Kalendis ponere. Mart. viii. Epig.
Superba denſis arca palleat nummus,
Centum explicetur paginæ Kalendarum.

Quemadmodum autem collocabantur Kalendis pecuniæ, ſic etiam exigebantur. qua de cauſa triſtes & celeres adpellantur. Horat. Sat. iii. lib. 1.

Qui niſi cum triſtes miſero venẽre Kalendæ.

Ouid. lib. ii. de remed. amor.

Qui puteal, Ianúmque timent, celeréſque Kalendas;
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.

Plutarch. in lib. περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. Οὐδ' ἀναμένουσι τῶν Καλενδῶν, καὶ τὰς νεομηνίας, ἣν ἱερωτάτην ἡμερῶν οὖσαν, ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταί, καὶ στύγιον. Hinc,

KALENDARIO præpoſitus ſeruus, in l. pen. D. de reb. credit. pro fœnerãdis exigendiſq; pecuniis. Et

KALENDARIVM exercere. l. vxorem, 41. §. legauerat. D. de legat. tertio. Hinc,

KALENDARIO deſtinatæ pecuniæ, id eſt fœnerationi. l. 62. D. de leg. tertio. In Kalendarium conuerſa pecunia, id eſt, fœnerationi. l. 39. §. negligentiæ, D. de admin. tut. Sic accipitur Kalendarij nomen in l. vlt. D de pecul. l. 6. D. de inſt. vel inſt. l. 3. C. de compenſat. l. vlt. D. de munerib. & honorib. & alibi perſæpe.

KAL. IANVAR. primum anni diem factum Plu-
A tarchus ſcribit in Problẽ. quòd eo die primi Conſules exactis Regibus creati ſunt. Vnde etiam inſtitutum conſtat, vt is dies Conſulibus ac Prætoribus magiſtratus ineundi ſollemnis eſſet. l. Publius, 56. D. de cond. & dem. l. pridie, 5. D. de fer. Eundem Kal. diem feſtum ac religioſum fuiſſe, ſollemnémque ſtrenis dandis, Sueton. in Auguſto his verbis ſignificat: Item Kalen. Ian. ſtrenam in Capitolio etiam abſenti mittebant. Et in Tiberio: Item ſtrenarum commercium
B prohibuit edicto, ne vltra Kalen. Ian. exerceretur. Conſueuerat quadruplam ſtrenam, & de manu reddere: ſed offenſus interpellari ſe toto menſe ab iis qui poteſtatem ſui die feſto non habuiſſent, vltrà nõ reddidit. Item: Nullus à pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſus quidem ac ſacer: animaduerſum in quoſdã ineunte anno nouo. Zonaras lib. ii. Καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτῷ ἐκείνῳ προσιόντες, οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἔλαττον ἐδίδοσαν, καὶ ὃς προστιθεὶς ἕτερον τοσοῦτον καὶ πλεῖον ἀντεδίδου, οὐ μόνοις τοῖς βουλευταῖς, ἀλλὰ καὶ
C τοῖς ἄλλοις. id eſt, Primo anni die accedentes ad Auguſtum munera illi adferebant, alij maiora, alij minora: ipſe autem viciſſim illis aut tantumdem, aut etiam amplius dabat, neque ſolum Senatoribus, ſed etiam aliis. Scribit etiam Dio lib. LVII. moris fuiſſe inde ab Auguſti tẽporib. vt Kal. Ian. in acta Imperatoris iuraretur. Plutarchus autẽ in Galba: συναγαγόντος αὐτοὺς ἐπὶ τὸν ὅρκον, ὃν ἔθος ἐστὶν ὀμνύειν ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος. Tacitus lib. XVI. Inferioris Germaniæ legiones ſollemni Kal Ian. Sacramento pro Galba adactę. Poſt
D Kal. autem Ian. die tertio, pro ſalute Principis vota ſuſcipi ſolita, ſcribit Caius in l. ſi caluitur, 233. D. de verb. ſig. & Plutarch. qui Ciceronem ſcribit natum eſſe, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλενδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος. id eſt, Tertio die nouarum Kalendarum, qua die nunc magiſtratus vota faciunt, & ſacrificant pro ſalute Principis.

KALENDÆ, Martij primus olim dies anni fuit. Itaque ignem nouum Veſtæ aris incendebant, vt incipiente anno cura denuò ſeruandi nonati ignis
E inciperet Eodem menſe mercedes exſoluebant magiſtris, quas completus annus deberi fecit. Comitia auſpicabantur, vectigalia locabant. Hæc Macrobius primo Saturnal. cap. 12. Conſtat etiam munera, quæ ſtrenæ dicebantur, olim eo die mitti ſolita. Vnde illud apud Pompon. l. ſed ſi, 31. §. ſi vir, D. de donat. inter virum & vxorem. Si vir vxori munus immodicum Kalendis Martiis, aut natali die dediſſet, donatio eſt. Tibull. lib. iii.

Martis Romani feſtæ venẽre Kalendæ,
F *Exoriens noſtris hic fuit annus auis:*
Et vaga tunc certa diſcurrunt vndique pompa:
Pérque vias vrbis munera, pérque domos.

Plaut. in Milit. glorioſ. *Da mihi vir kalendis quã mittam cùm Martiæ venerint.* Martias Kalendas, inquit Feſtus, celebrabant, quòd eo die Iunonis Lucinæ ædes coli cœpta eſt. Vnde Tibull. lib. 4.

Sulpitia eſt tibi culta tuis Mars magne Kalendis.
Spectatum è cœlo, ſi ſapis, ipſe veni.

Seruius autem in viii. Æn. Martiæ, inquit, Kalendę,
G fœminis dicatæ ſunt. Horat.

Martijs cœlebs quid agam Kalendis? Iuuenal.
Munera fœmineis tractat ſecreta Kalendis.

Hæc Seruius. Iiſdem etiam Kalendis penſiones agrorum præſtari ſolitas, patet ex l. defuncta, 58. D. de vſufr. & l. tertiam, 19. C. Th. de exactionib. quippe cùm anni initium apud antiquos fuiſſet.

KALENDÆ Quinctiles, ſiue Iuliæ conductionibus prædiorum ſollemnes fuerunt. l. qui balneum, 9.

D. Qui pot. in pig. hab. Qui balneum ex Kal. proximis conduxerat, pactus erat, vt homo Eros pignori locatori eſſet, donec mercedes ſoluerentur. Idem ante Kal. Iulias eundem Erotem alij ob pecuniam creditam pignori dedit. & paulo pòſt: Licet in tempore homo pignori datus eſſet, quo nōdum quidquã pro conductione deberetur. Item in l. cùm in plures, 60. D. locati. & l. cum ab eo, 41. D. de cont. emt. l. cum precario, 12. D. de preca. Martial. XII. epigram.

O Iuliarum dedecus kalendarum.
Vidi Vacerra, ſarcinas tuas vidi,
Quas non retentas penſione pro bina
Portabat uxor. Cic. II. epiſt. ad Qu. Frat. Domus tibi ad lucum Piſonis Luciniana conducta eſt: ſed vt ſpero paucis menſibus poſt Kal. Quinctiles in tuam commigrabis. Sueton. in Tranquill. Senatori latum clauum ademit, quem cognouiſſet ſub kal. Iunij demigraſſe in hortos, quò vilius poſt diem ædes in vrbe conduceret.

L. Litera.

Labarum, ſiue Laborum (de quo Rubrica exſtat lib. C. XII. De præpoſitis Laborum) verbum putatur eſſe circiter Adriani tempora vſurpari cœptũ: pro ſummo totius exercitus vexillo, Imperatori præferri, & à militibus adorari ſolebat. Et ſigno præpoſiti aliquot equites in acie fuēre, qui qua ex parte laborare exercitũ animaduertebant, in eam illud ſubſidij cauſſa inferebãt. Iubet autem l. vn. d. tit. Cod. eos præpoſitos inter clariſſimos & Conſulares haberi.

Labara in plurali nominat Tertullianus in Apologet. Et Prudentius in carmine, de Conſtantino, qui crucis ſigno Labarum ornauit:

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat Labarum.

Quo verſu refutari videtur Græcorum quorumdã opinio qui Laborum præciſe dici putabant, pro ſolutio Laborum καμάτων λυτήριον. Formã eius copioſe deſcribit Euſebius lib. I. de vita Conſtant. vim autem & effectus, eiúſque cuſtodes libro II.

I. Labes, terræ hiatus, chaſma: à labendo dicta. Vlp. l. 15. §. 1. D. locati, Sed etſi labes facta ſit, omnem fructum tulerit, damnum coloni non eſſe. Cic. lib. De diuin. I. Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet, Apuliáque maximis terræ motibus conquaſſata eſſet.

Lacus eſt, inquit Vlp. quod perpetuam habet aquam. l. I. §. I. D. vt in flum. pub.

Lacus, pro vaſe torculario, in quod muſtum expreſſum influit. Vlp. l. 27. §. 22. D. ad leg. Aquil. Itẽ ſi tectori locaueris lacum vino plenum curandum, & ille eũ pertudit vt vinum ſit effuſum. Columella lib. 12. cap. 29. & Varro lib. De ruſt. I. ca. 54.

Lance & licio inquit Feſtus, dicebatur apud antiquos: quia qui furatum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancémque ante oculos tenebat propter matrumfamiliæ aut virginum præſentiam. Hæc Feſtus. Aliquando ſuſpicatus ſum id fuiſſe, quod per ſimulationem religionis amicti licio ſacerdotes deprehendere ſolebant: cum panem aëtite lapide conditum, & in lance ceremoniæ cauſſa delatum, eum qui furti ſuſpectus erat deuorare iubebant. Qua de re Dioſcoridis verba ſubſcribemus.

A ἔστι δὲ κλεπτέλεγχος, εἰ ἐπιτεθείη τις εἰς τὸν προσφερόμενον ἄρτον. ὁ γὰρ κλέψας οὐκ ἂν δυνηθείη καταπιεῖν τὰ μασσηθέντα. φασὶ δὲ ὅτι καὶ συνεψόμενος ὁ ἀετίτης τοῖς ἐδέσμασι, κλεπτέλεγχος γίνεται. οὐ γὰρ δυνήσεται ὁ κλέψας καταπιεῖν τὰ συνεψόμενα αὐτῷ. id eſt, Furem quoque Aëtites deprehendit, ſi quis in pane conditum offerat: fur enim manſum deuorare non poterit: quin etiã concoctus furem coarguit, quippe decocta cum eo deuorare non poterit. Eius autem rei rationem opi-

B nor eſſe, quòd cum metu adfectis fauces anguſtarentur, tum etiam puluis aëtitis deuorandi difficultatem adfert. Iam verò quo maior adhiberetur terror, religionem quoque interpoſitam eſt veriſimi e: vt ſacerdos licio amictus, panem aëtite lapide conditum in lance ceremoniæ cauſſa deferens, ei qui furti ſuſpectus erat, deuorandum offerret. Atque hæc quidem mea fuit olim ſententia: pòſt verò ex Platonis lib. de leg. XII. didici in conquirendis furtis iuberi, vt dominus rei furtiuæ in ædes alienas ingrederetur, ἢ γυμνὸς

C ἢ χιτωνίσκον ἔχων, ἄζωστος. ædium autem dominus omnia ei ſua patefaceret. Conſtat autem multa è Platonis legibus in XII. tab. tranſlata eſſe: in quibus hoc ipſum numerandum putarem. vt χιτωνίσκον, licium interpretaremur, quo pudenda conquiſitor tegeret. Lãcem autem ante oculos propterea fuiſſe adhibitam, ne matrisfa. aut virginum ſpectandarum cauſſa introiſſe putaretur. quod multis in locis prope pro flagitio numeratur. Feſti ſanè auctoritas apud me magna eſt: neq; illa eſſe Paulli neſcio cuius verba, ſtylus ar-

D guit. Sed exoritur dubitatio propter locum Petronij Arbitri, vbi ſeruus publicus amictus veſte diſcoloria, atque in lance indicium & fidem præferens, furtum quærentem ſequebatur. Primum omnium conſtat ex libr. Agellij XV. cap. X. multis ante Petronij ætatem ſæculis veteres illos Lancis & Licij ritus Arbutia lege abrogatos fuiſſe: Vlpiani autem ætate furta quidẽ adhibitis teſtibus quæri & concipi ſolita, ſed ſine Lance & Licio. deinde Feſtus non ſeruo publico, ſed ipſi rei furtiuæ domino licium adtribuit. quid verbis

E opus eſt? Si ſemper adhibebatur lanx, & ſemper in lance indicium, hoc eſt μήνυτρον, præferri oportuit, relinquitur nunquam licuiſſe domino ſine præmio indicij propoſito rem ſuam quærere. quod quàm abſurdum ſit, quis non videt? Verumtamen, vt in re leui, ſuo cuique ſenſu per me frui liceat. Illud ſanè nemo negauerit, abſurdum loquendi genus hoc eſſe, Quærere per licium, aut Quærere cum licio: pro, Quærere adhibito ſeruo publico, qui licio inſignitus erat. Alioqui omnia quę illorum opera & miniſterio gere-

F bantur, Per licium, aut Cum licio geſta dici potuiſſent. quod quàm abſurdum ſit, nemo non videt. Vide infrà Licivm.

Lanipendia, quæ lanearum veſtium textorib. lanam pendit ac diſtribuit. Pompon. l. 31. D. de donat. int. vir. Neque impedire quòd in ea re vxor tamquam lanipendia fuerit, & viri negocium procuraret.

Lapidicinæ, aut lapicædinæ, loca cæſis lapidibus exacta. Græci λατομίας, & λιθοτομίας adpellant: vnde vocabulũ fictum adparet. vt corruptè legi vul-

G gò videatur Lapidicinæ: cùm apud alios auctores, tũ apud Iuriſconſultos in l. 9. §. 2. & l. 13. §. 5. D. de vſufr. l. 32. D. de iur. dot.

Lapilli à gemmis quid differant, vide Gemma.

Lares, dij erant quos pater quiſque familiâs cum familia ſua priuatim aliqua in domus ſuæ parte colebat. His ara & focus cõſecratus erat. ex quo illud, Pro aris & focis pugnare. itẽ illud Celſi l. 38. D. de rei vin.

Finge

Finge pauperem, qui ſi reddere id cogatur, laribus, ſepulcris auitis carendum habeat.

LASCIVIA, incontinentia, petulantia quædam hominis alacritate nimia intemperantis. Vlp. l. 4. § 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar. Cuum quidam per laſciuiam cauſſam mortis præbuiſſet, veluti ſi quis cantharidas alicui Veneris excitandæ cauſſa dederit. Idē l. 15. § 1. D. locati. Idémque dicendum ſi exercitus præteriens per laſciuiam aliquid abſtulit.

LASER, cuius Paullus meminit in l. 5. D. de pen. legat. ſuccus eſt virgulti eius, quod Latini laſerpitium, Græci σίλφιον vocant: magnificus in vſu medicamentiſque, & ad pondus argentei denarij penſum: vt Plin. ſcribit lib. 19. ca. 3. Laſeris meminit etiam Marcian. in l. 16. § 6. D. de publican.

LATA culpa eſt, inquit Vlpian. nimia negligentia: id eſt non intelligere quod omnes intelligunt. l. 213. D. de verb. ſig. vide Culpa.

LATÆ culpæ finis eſt, non intelligere id quod omnes intelligunt: ait Paullus in l. 223. D. de verb. ſig.

LATERALIA viatoria, capſulæ videntur eſſe in quibus ad ephippium vtrimque loro ſuſpēſis ea quæ nobis in itinere neceſſaria ſunt, recondimus. Scæuola l. 102. D. de legat. & fid. 32. Vxori meæ lateralia mea viatoria, & quidquid in his conditū erit, quę mēbranulis mea manu ſcriptis continebantur. Itē: Hic chirographa debitorum & pecuniam cuū eſſet profecturus in vrbem, in lateralibus condidit. Item: Alia chirographa prædiorum & pecuniam in lateralia condidit.

LATERCVLVM, codex in quo ciuilium & militarium dignitatum adminiſtrationúmque ratio perſcripta eſt: opinor, quod inter ea quæ occultiora erāt, Latere. Duplex autem memoratur: Maius, quod apud Principem ſeruabatur: l. 1. C. de off. præfe. præt. Afric. Minus, quod ſub cura & ſollicitudine Quæſtoris erat. l. 1. & l. 2. C. de off. quæſt. vbi Theodoſius: Totius minoris laterculi dignitates, hoc eſt, inquit, præfecturæ, tribunatus omnes, & præpoſituræ caſtrorum. Laterculi ſcrinium ſacrum memoratur in l. vlt. C. de off. magiſt. offic.

LATERE hoc, & Latere contrario Iuriſconſulti vſurpant, cuum duæ contrariæ ſunt certi generis ſpecies, quarum contraria ratio eſt: veluti in l. 118. D. de verb. obli. vbi de contractu ſtipulationis agitur, cuius duæ eſſe poſſunt in eodem homine ſpecies: ſi promittat ſcilicet, & ſi ſtipuletur. Papinianus autem hoc ſignificans, quod ad ſtipulationem hominis liberi pertinet, ſic loquitur: Hoc itaque latere, fructuario ſeruo comparabitur. nam vterque à poſſeſſore ſtipulans, nō obligat: ex contrario verò latere, id eſt ſi promittat, non comparabitur. hic enim obligatur: ille non obligat. Similiter. Vlpia. in l. 11. D. de damn. infe. vbi de pigneratitio creditore diſputat, vtrum ipſe cauere, an ei caueri debeat. nam cuum de illo dixiſſet, Quæ ſpecies, inquit, eſt in contrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pigneratitio caueri debeat. Ergo duo contraria accidentia, actionis ſcilicet & perpeſſionis: vt obligare aut obligari, cautionem dare aut accipere, duo latera contraria Iuriſconſulti adpellant. Eandem vſurpat locutionem Papin. leg. 49. § 2. de fideiuſſ. & mand.

LATINÆ feriæ. Pompon. l. 2. § 17. D. de orig. iur. Quoties autem magiſtratus extra vrbem proficiſcuntur, vnus relinquitur, qui ius dicat. is vocatur Præfectus vrbi. qui præfectus olim conſtituebatur; poſtea ferè Latinarum feriarū cauſſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur. hæc ille. Celebrantur hæ fe-

A riæ à Latinis ciuitatib. ſeptem & quadraginta, quæ cum populo R. in Albanum montem quotannis conueniebant ad taurum Ioui Latiali ſacrificandum: ex Tarquinij Superbi inſtituto, vt Dionyſ. Hal. tradit lib. 4.

LATINI Iuliani liberti dicebantur olim, qui medium libertatis gradum erant adepti: vt ait Iuſtin. ſub tit. De libert. quod vt intelligamus, illud ſcire oportet, olim in Latium deduci ſolitas colonias, par-

B tim eorum qui nomina dabant, partim eorum quibus aqua & igni interdicebatur: auctore Cicerone in ea pro Cæcina, & pro domo ſua: vbi hoc adſcribit, eos qui ducebantur, cùm eſſent in eas ciuitates recepti, Romanam ciuitatem amiſiſſe. Et hoc eſt quod ait Boëtius in Topica Ciceronis, iſta in Latinas colonias profectione mediam capitis deminutionem contingere. Quæ cùm ita ſint, adparet eos neque connubij, neque teſtamenti, aut mancipij, aut nexus, aut patriæ poteſtatis ius, quod proprium erat ciuium R. habuiſ-

C ſe. Cùm enim Romana ciuitas eis adimeretur, ea quæ ciuitatis illius erant propria (vt hæc quæ diximus) amittebant. Hi dicebantur Latini colonatij. itáque ab Vlpiano cap. XIX. adpellabantur. Auguſtus autem cùm ciuitatem Romanam ſeruis contaminari videret (quod etiam Dionyſ. Halicarnaſſæus lib. 4. conqueritur) eos multis difficultatibus à libertate iuſta remouit. nam & de numero, & de condicione, & differentia eorum qui manumitterētur, curioſè cauit: vt Suetonius in eius vita teſtatur. Hinc nata lex Ælia

D Sentia; hinc Furia Caninia, de quibus ſuo loco diximus. hinc Iunia Norbana quattuor poſt eius mortem annis, imperante Tiberio, à M. Iunio Silano, L. Norbano Balbo COSS. lata: quos æuo ſuo Conſules fuiſſe Plinius libro II. cap. LXXXVII. teſtatur. qua lege conſtitutum eſt, vt ij ſerui qui neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento, ſed aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione liberi fierent, non ciues Romani, ſed eodem iure quo Latini coloni eſſent. Vlpianus autem in Regulis diſ-

E persè variis in locis declarat eos neque teſtamenti faciendi, neque connubij, neque patriæ poteſtatis, neque tutelæ recipiendæ, ius habuiſſe: eóſque Latinos Iunianos ad Colonorum ſimilitudinem adpellat. nam & Iuſtin. in l. 1. C. de Lat. lib. Latinos libertos ad ſimilitudinem antiquæ Latinitatis, quæ in Colonias miſſa eſt, inductos ſcribit.

LATITARE eſt, ait Vlpianus, non vt Cicero definit, turpis occultatio ſui. poteſt enim quis latitare non turpi de cauſſa: veluti qui tyranni crudelita-

F tem timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones. l. 7. § 3. D. Quib. ex cau. in poſſ. & § 4. Latitare autem eſt, cum tractu aliquo latere: quemadmodum factitare, frequenter facere. Verùm hac de re diximus in comment. Orat. pro Quinctio.

LATOMIÆ, inquit Aſconius, lingua Siculorum Lapidicinæ dicuntur, id eſt loca cæſis lapidibus exſecta. Id etiam verbi notatio demonſtrat: vnde & Latomi vocabulum. In Pandectis tamen Florentinis, & compluribus vetuſtis libris legitur LAVTVMIÆ.

G Calliſtratus l. 9. D. ex quib. cau. maior. Nam etiam incluſos veluti Lautumiis vinctorum numero haberi placet: quia nihil intereſt, parietibus an compedibus teneatur. Vlp. l. 1. D. de aleator. Hæc clauſula pertinet ad animaduerſionem eius qui compulit ludere, vt aut multa multetur, aut in Lautumias vel in vincula publica ducatur.

LATRONES, ſiue Latrunculi dicebantur, inui-

dioſo verbo, quibus publicè decretum indictúmque bellum non fuerat, cum tamen hoſtiliter graſſaretur. Hoſtes enim dicebantur, quibus bellum indictum fuerat. l.118. D. de verb. ſign. l.6. & l.24. D. de captiu. l. 3. §.2. D. de incend. nauf. qua de cauſſa qui ciues R. ab iis capiebantur, neque in hoſtium poteſtatem veniſſe, neque libertatem amiſiſſe dicebantur. l.19. §. à piratis, D. de captiu. l.13. D. qui teſt. fac. poſſ. Cic. lib. de Offic. III. Si prædonibus captum pro capite precium non adtuleris, nulla fraus eſt: niſi iuratus quidem id non feceris. nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. cum hoc non fides eſſe debet, nec iuſiurandum commune.

LATRVNCVLATOR, qui latronibus conquirendis & ſupplicio adficiẽdis præeſt. Vlpia. l.61. D. de iudic. Latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt. Quos enim Iuſtinianus λῃστοδιώκτας adpellat Nouell. VIII. eos Iulianus Latinè Latrunculatores dixit.

LATVSCLAVVS, tunica Latis clauis intexta, Senatorum propria. Caius l.42. D. de donat. int. vir. & vx. Vt ecce, ſi vxor viro Laticlaui petendi gratia donet, vel vt equeſtris ordinis fiat, vel ludorum gratia. Vlpianus tit. Regul. VII. Principalibus conſtitutionibus conceſſum eſt mulieri in hoc donare viro ſuo, vt is ab imperatore Lato clauo, vel equo publico honoretur. Quibus ex locis intelligitur, Latum clauum, inſigne Senatorij ordinis fuiſſe: equum publicum, Equeſtris. quod idem apertè traditur à Plinio li. XXXIII. cap. 1. & Lamprid. in Alexand. Obſeruatum eſt autem, vt Senatores, Latum: ſic Equites, Anguſtum clauum habuiſſe. Paterculus de Mæcen. Non minus Agrippa Cæſari carus, ſed minus honoratus: quippe vixit anguſto clauo pene contentus. Vide Clauus, & quæ nos prætereà libro Obſeruat. X. Hac de re & de veſte ciuium Ro. diximus.

LAVATIONEM Vlpianus in l.25. §. 4. D. de aur. arg. recenſet inter ea quæ mundi ſunt muliebris, quibúſque mulieres mundiores fiunt: veluti, inquit, lauatio, riſcus. Arculam fuiſſe ſuſpicor lauandæ faciei, aut alteri corporis parti paratam: in qua ſpongia, aut tale quippiam immergeretur, quam λουτρίδα non diſſimili ratione Græci nonnumquam adpellant. Alciatus autem, Bayfius & alij aut Alabaſter, aut Alabaſtriſcus, aut Alabaſtrites reponunt. à quibus diſſentio: tũ quòd vaſa vnguentaria Vlpianus proximè nominarat: tum quòd Alabaſtriſcus ὑποκοριστικῶς non diceretur, ſed Alabaſtellus potius.

LAVDARE, vt Nonius, Macrobius & Agellius ſcribunt, ſignificat priſca lingua nominare, adpellaréq;, vnde in actionibus ciuilibus auctor laudari dicitur, id eſt nominari. Pompo. l.6. §.4. D. de act. emt. Si tibi iter vend. dero, ita demum auctorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus. Modeſt. l.63. §.1. D. de euict. C. Seia fundum à L. Titio emerat: & quæſtione mota fiſci nomine auctorem laudauerat, &c.

LAVTVMIÆ, vide Latomiæ.

LECTICARII, ſerui qui lecticam ferunt. Pompon. l.8. §.2. D. de legat. 1. Si ita legatum ſit Lecticarios octo, aut pro his in homines ſingulos certam pecuniam. Vlp. l.49. de legat. 3. Legato continentur mancipia, putà lecticarij qui ſolam matremfam. portabãt. Sic in l.14. de aur. & argen. leg. l.65. D. de legat. 2.

LEGARE ab aliquo, vide Ab.

LEGATI, inquit Varro, qui lecti publicè mittũtur: & alibi: Legati quòd vt publicè mittantur, leguntur,

A quorum opera conſilióque vteretur peregrè magiſtratus, quive nuncij Senatus aut populi eſſent. Hæc Varro lib. De ling. 4. Cicero in Vatiniana: Adeóne tibi ſordidum conſilium publicum viſum eſt, adeò adflictus Senatus, vt non nuncios pacis ac belli, non curatorès, non interpretes, non bellici conſilij auctores, non miniſtros conſilij prouincialis Senatus more maiorum deligere poſſet? De legatis quorum opera conſilióque in exercitu Imperatoris vtebantur: ſcitũ B eſt illud Cæſaris cõment. de bell. ciu. III. Aliæ ſunt Legati partes, atque Imperatoris. Alter omnia agere ad præſcriptum, alter libere ad ſummam rerum conſulere debet. Item lib. II. Neque ſe ignorare, quod eſſet officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret. Plura vide in Comment. Verrinæ III.

LEGATORVM tria genera in libris noſtris reperiuntur. Legati enim plerumque dicuntur ij, qui à Senatu lecti in prouinciam vnà cum Proconſule negociorum publicorum adminiſtri mittuntur: qui tamen C iuriſdictionem, niſi à Proconſule mandatam, non habent. Iis autem Proconſul etiam criminum cognitionem, non tamen gladij poteſtatem mandare poteſt. denique Legati qui mandatam iuriſdictionem ſuſceperunt, proprium nihil habent, ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtuntur. l.4. & l.6. D. de offic. Proconſ. l. 1. de offic. eius cui. Legati verò etiam alij dicuntur, qui ad Principem cum mandatis publicè mittuntur. l. 2. §.1. l.8. & l.24. D. de iudic. l.8. ex quib. cauſ. maior. poſtremò legati Cæſaris dicuntur ipſi præſides vel D correctores prouinciæ, qui à Cæſare cum imperio & poteſtate miſſi ſunt. l. penul. D. de off. præſid. l.4. D. de offi. adſeſ. l.12. D. de accuſat.

LEGATIVVM, eſt viaticum quod iis adtribuebatur à Decurionibus, qui legati ad Imperatorem mittebantur. Arcadius l.18. §.1. D. de muner. & honor. Legati quoque qui ad ſacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod legatiuum dicitur, interdum ſolent accipere. Vlpia. l.2. D. de legat. His qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuum ex forma E reſtituatur. De hoc ipſo viatico Modeſtinus loquitur in l.36. D. ad municip.

LEGATIONES liberæ dicebantur, quas Senatores priuati negocij cauſſa à Senatu ad aliquod tempus impetrabant. Cicero eas annuas lege ſua fecerat: ſed poſtea (vt ſcribit libro ad Attic. XV.) lege Iulia quinquennium iis præfinitum fuit. Vlpianus l.14. D. de legat. Qui libera legatione abeſt, non videtur Reipublicæ cauſſa abeſſe. hic enim nõ publici cõmodi cauſſa, ſed ſui abeſt. Duabus autem ferè de cauſſis poſtu- F lari liberas legationes reperio. Voti ſoluendi, vnde etiam Votiuæ plerumque adpellantur: hereditatis nominúmve perſequendorum. Voti ſoluendi exemplum Cicer. libr. ad Attic. II. ſuppeditat, vbi cùm Clodiani periculi tempeſtatem vitare cuperet, votiuæ legationis ſpecie ac nomine vti voluit. A Cæſare valde liberaliter inuitor in legationem illam, ſibi vt ſim legatus: atque etiam libera legatio voti cauſſa datur. Item libr. III. Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus, vt nulla re impedirer, quin ſi vellẽ, voti cauſſa G legationem ſuſcipere poſſem. Periculi vitandi exemplum Plutarchus in Gracchis prodit, vbi ait Senatum Scipioni Naſicæ liberam legationem in Aſia decreuiſſe, cùm ob mortem Tiberij Gracchi, cuius autor Naſica fuerat, videret plebem malè in illum animatam, & publicum ei iudicium molientem. Cicero etiam in prima Philippica propter Antonium ſcribit ſe ius liberæ legationis habuiſſe. Et libro

libro Epiſtolarum fam. XIIII. Meum fuit officium vel legatione vitare periculum, vel diligentia & copiis reſiſtere, vel cadere fortiter. Hereditatum & ſyngrapharum idem meminit in Rullum, vbi ſic loquitur: Hereditatum obeundarum cauſſa quibus vos legationes dediſtis, qui & priuati & priuatum ad negociũ exierunt, non maximis opibus, neque ſumma auctoritate prædit: tamen auditis profectò quàm graues eorum aduentus ſociis veſtris eſſe ſoleant. Idem in tertio de Legibus. Iam illud apertum profectò eſt, nihil eſſe turpius, quàm quemquam legari, niſi Reipub. cauſſa. omitto quemadmodum iſti ſe gerant atque geſſerint, qui legatione hereditates aut ſyngraphas ſuas perſequũtur. Memorabile eſt autem, quod ex ipſius ad Cornificium epiſt. XXI. libri XII. obſeruauimus: eos qui cum libera legatione mittebantur, lictores à prouincialibus magiſtratibus & inſignia ceterorum legatorum accepiſſe.

LEGATVM, eſt donatio teſtamento relicto. l. 36. D. de legat. & fid. lib. 31. Vel ſic,

LEGATVM, eſt delibatio hereditatis, qua teſtator ex eo quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum velit. l. 116. D. de leg. & fid. lib. 30. Qui locus ſignificare videtur, Florentinum hoc legati nomen à legendo, id eſt deligendo ductum putaſſe: quemadmodum Varro Legatos adpellatos tradit, quòd publicè lecti mitterentur, nam quæ delibantur & decerpuntur, leguntur. Vlpia. autem titulo Regularum XXIV. ex eo deducere videtur, quod legis modo, id eſt imperatiuè relinquatur. Legatũ eſt, inquit, quod legis modo, id eſt imperatiuè, teſtamento relinquitur. nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur.

LEGE agere, eſt quod lege aliqua inſtitutum eſt ritè & ſollemniter peragere. Itaque legis actiones ſunt formulæ agendi in iure apud eum qui iure dicundo præeſt. veluti: Emancipatio, adoptio, manumiſſio per vindictam, in iure ceſſio, tutoris in iure datio, poſtulatio iudicij recuperatorij, poſtulatio bonorum ex edicto, ſtipulationes & ſatiſdationes quæ in iure fiũt. Vopiſcus in Aureliano: Iube igitur vt lege agatur, ſitque Aurelianus heres ſacrorum, nominis, & bonorum, totiúſque iuris. LEGE agatur, dixit, pro Adoptio ex lege celebretur. Cice. lib. de Orat. I. Agerent enim tecum lege, primum Pythagorei omnes, atque Democritici, &c. vindicarēntque ornati homines &c. Hinc Magiſtratus apud quem legis actio eſt, dicitur is apud quem aliquid eorũ agere ius eſt. Modeſ. l. 4. D. de adop. Magiſtratus apud quem legis actio eſt, & emancipare filios ſuos, & in adoptionem dare poteſt. Marcia. l. 2. D. de off. Proconſ. Apud legatum verò Proconſulis nemo manumittere poteſt, quia non habet iuriſdictionem talem. Vlpian. Nec adoptare poteſt. omnino enim non eſt apud eum legis actio. Idem l. 1. D. de off. iurid. Adoptare quis apud iuridicum poteſt: quia data eſt ei legis actio. Paullus Collectaneorum lib. 2. Apud magiſtratus municipales, ſi habent legis actionem, emancipari & manumitti poteſt. Sed de legato quæſitum eſt, propter l. apud Proconſulem, D. de manu. vind. Ego rem ſic diſtinguerem, vt ciuis R. ciuem Romanum facere apud legatum non poſſet: peregrinus verò liberum è ſeruo facere etiam apud Proconſulis legatum poſſet. Legati enim Proconſulum ius dicebant, vt ex Pandectis patet, & ex Epiſt. Ciceronis lib. XIII. & Oratione pro Flacco. Legis autem actionem ciuium Romanorum propriam fuiſſe, locus ex eadem Oratione quem ſubiiciam demon-

A ſtrat: Qu. Naſo iudex ſumitur, qui cùm ſententiam ſecundum Plotium ſe dicturum oſtenderet, & ab eo iudice abiit, &, quòd iudicium lege non erat, cauſſam totam reliquit. Sic enim vetus codex legit, cum in vulgatis ABIRET nullo ſenſu ſcriptum ſit. loquitur autem de Heraclide peregrino qui cum ciue, ſenatore, C. Plotio agebat. Patet etiam ex Fabij lib. III. cap. VI. infames lege agere non potuiſſe. Non habes ius abdicandi: quia ignominioſo non eſt actio. habeo
B ius, quia abdicato actio non eſt. quæritur quid ſit actio: id eſt, quid ſit legis actio.

LEGITIMA generaliter dicuntur omnia quæ ex lege aliqua inſtituta ſunt, plerumque tamen de lege XII. tab. intelliguntur. Hinc,

LEGITIMI heredes paſſim adpellantur: quos lex XII. tab. inteſtatis adtribuit, hoc eſt proximos agnatos. quamquam eius legis exemplo etiam nouæ leges & Senatuſconſulta ſignificentur. l. 2. §. vlt. D. vnd. legit. Sic,

C LEGITIMA hereditas eodem modo: in l. 1. l. 2 & l. 3. D. de hered. petit. l. 7. D. de cap. minut. Item,

LEGITIMA tutela dicitur, quæ lege defertur. Legem autem excellentiæ cauſſa, legem XII. tab. intelligimus. Vlpian. l. 1. D. de legi tut. Legitimæ tutelæ lege XII tab. agnatis delatæ ſunt, & conſanguineis: item patronis, id eſt his, qui ad legitimam hereditatem admitti poſſint, hoc ſumma prouidentia, vt qui ſperarent hanc ſucceſſionem, iidem tuerentur bona ne dilapidarentur. hæc ille. Legitimam tamen Patro-
D norum tutelã dici tradit in l. 3. non quòd nominatim id lex cauerit, ſed quòd legis id ratio flagitare viſa eſt: vt vbi hereditas, ibi tutela eſſet. Itẽ legitima tutela dicitur parentũ, qui filiorũ quos impuberes emanciparunt, tutores fiũt: qui verè legitimi non ſunt, ſed legitimorum vicem obtinent: vt ait Vlp. d. l. 3. §. vlt. D. eod. legitimæ, inquam, illæ tutelæ præſtantia quadam legis veteris dicuntur: quod hinc licet intelligatur, quia tutelæ quæ lege Atilia, Iulia & Titia mandantur, legitimarum nomine non intelliguntur. vt
E adparet ex l. 7. D. de cap. minut.

LEGITIMA liberorum dicebatur olim pars hereditatis quarta: quam conſuetudinem ex legis Falcidiæ ratione manaſſe, Paullus, lib. Collectan. 4. cap. 5. non obſcurè demonſtrat. Cùm enim inſtituti partem numquam minorem quarta iuſſiſſet eſſe, ſi filius minus ex patris teſtamento conſecutus erat, quod ei deerat ſupplebatur. Hinc pars illa, quia non ex teſtamẽto, ſed ex lege manebat, Legitima dicta eſt: quo modo Legitima hereditas dicitur, quam lex, non teſta-
F mentum, defert. Atque hæc quidem olim. pòſt verò Iuſtinianus duas Conſtitutiones edidit quarũ priorẽ ſtatuit, vt idem in exheredatis iuris eſſet, quod in inſtitutis nimirũ vt ſi exheredato filio vel minima res, veluti ſolidus vnus legatus eſſet, inofficioſi agere nõ poſſet. ſed quod legitimæ parti, hoc eſt quartæ deeſſet, ſuppleretur, idque etiam ſi teſtamento cautum non eſſet. l. omnimodo, 30. C. de inoffi. teſtam. ex quo intelligi poteſt, quàm falſa ſit eorum opinio, qui ius hoc ſupplectionis tam in inſtitutis, quàm in exhere-
G datis à Iuſtiniano inductum exiſtimant. Poſteriore autem Conſtitutione, quæ Nouellarum eſt XVIII. modum hunc legitimæ adauxit, vt ſi vnus, duo, tres, quattuórve liberi eſſent, triens illis relinqueretur: ſin plures quattuor, ſemis. Plura vide in noſtra De tribus quartis diſputatione.

LEGITIMA vxor, quæ ritè ex præſcripto legum in matrimonium conuenit. l. 4. D. de rit nupt.

Legitimæ nuptiæ, quæ ſecundum Romanæ ciuitatis iura contractæ ſunt. §.1. Inſt. de nupr.

Legitima crimina, de quibus lege aliqua quæſtio conſtituta eſt. l.3. §. pœna, D. de crim. ſtellion.

Legitima ætas, quæ lege aliqua præſcripta & præſtituta eſt: veluti in maribus annorum XIIII. in fœminis XII. nuptiarum cauſſa: item ad res adminiſtrannas XXV. l. vlt. §. Diuus, D. de public. l. vlti. in fin. D. de adpella. l. 1. C. de cur. fur. l. 4. C. de tranſact.

Legitima verba dicuntur, quæ formularum ſunt, quæ & concepta, & directa, & ciuilia & ſollemnia quoque adpellantur. Cicero Philip. 1. Cedo illa legitima. CONSVLES populum iure rogauerunt populúſque iure ſciuit.

Legvli, qui oleas aut vuas legunt: ait Varro. Vlpianus l. 13. §. 6. D. de vſufr. Si tamen quæ inſtituit fructuarius magnum adparatum ſint deſideratura, opificum fortè vel legulorum, quæ non poteſt ſuſtinere proprietarius, &c.

Lenas eas dicimus, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt. Lenam accipimus & eam, quæ alterius nomine hoc vitæ gen⁹ exercet. l. 43. §. 3. D. de ritu nup.

Lenocinivm facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit. l. 4. §. 1. D. de his qui not.

Levir (ait Modeſtin.) viri frater apud Latinos: apud Græcos δαὴρ adpellatur, vt eſt apud Homerum relatum. ſic enim Helena ad Hectorem dicit, δᾶερ ἐμοῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης: id eſt, Leuiri mei canis, omnis mali cauſſatricis, horridæ. l. 4. D. de grad. & adfin.

Levis culpa, vide Culpa.

Lex eſt generale iuſſum populi, aut plebis rogante magiſtratu: ait Capito apud Agell. lib. 10. cap. 20. Vel ſic,

Lex eſt, quod populus Rom. ſenatorio magiſtratu interrogante, veluti Conſule, conſtituebat: ait Iuſtin. §. 4. de iur. natu. Vel ſic,

Lex eſt ius, quod populus R. comitiis vel centuriatis, vel tributis, vel curiatis, vno aliquo è magiſtratibus maioribus rogante, nimirum Prætore, Conſule, Dictatore, Interrege, conſtituebatur.

Lex eſt commune præceptum, virorum prudentium conſultum, delictorum quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio, communis Reip. ſponſio. l. 1. D. de legib. ſenat.

Lex publica, vide Publica lex.

Lex aut Rogatur, id eſt fertur: aut Abrogatur, id eſt tollitur: aut Derogatur, id eſt pars primæ tollitur: aut Subrogatur, id eſt adiicitur aliquid primæ legi: aut Obrogatur, id eſt mutatur aliquid ex prima lege: Vlpianus tit. Regularum 1. Vel ſic,

Lex Rogatur, cùm populus rogatur vt nouam legem accipiat. Derogatur legi, cùm rogatur, vt capita quædam è lege vetere detrahat. Abrogatur, cùm rogatur vt legem veterem omnino tollat. Prorogatur, cùm differtur. Irrogatur, cùm in aliquem propriè fertur: vt cùm multa alicui à magiſtratu dicebatur.

Lex pro forma contractus frequenter vſurpatur: hoc eſt, pro pactionibus, & condicionibus quæ contractui formam dant. Vnde illud vſitatum, Ea lege & condicione. Hinc lex contractus dicitur in l. ſi dominus, 8. D. de præſcript. verb. Hinc, Legem Locationis Paulus dicit in l. ſi in lege, 24. D. locat. Vlpianus autem formam locationis in l. fructus, 8. item ſi, D. ſol. mat. & Varro libro De re ruſt. II. cap. III. Ob hoc in lege locationis fundi excipi ſolet, &c. Et cap. III. In emtionibus iure vtimur eo, quod lex præſcripſit. in

A ea enim alij plura, alij pauciora excipiunt. Hinc apud Catonem, Lex oleę legendæ, Lex oleæ faciundæ: Lex vini pendentis, &c. Et ſic in edicto De ſuperficieb. l. 1. Vti ex lege locationis ſiue conductionis ſuperficie qua de agitur, &c. Hinc lex venditionis. paſſ. ſub. tit. de contr. emt. l. 29. de ſeruit. ruſticor. l. 6. Cõmun. præd. Iuſtin. §. vlt. de locat. & cond. Conductor, inquit, omnia ſecundum legem conductionis facere debet: & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo

B præſtare. Propterea autem Legis nomine Conuentiones adpellantur, quoniam ad legum exemplum imperandi modo concipiebantur. vt Verrina III. Operæ precium eſt ipſam legem cognoſcere. Qui de Cenſoribus redemerit, eum ſocium ne admittito, néve ei partem dato, néve ei redimito. Et in marmore antiquo: Qui redemerit, prædes dato prædiáque ſubſignato: &c. Hinc,

Lex commiſſoria, quæ in venditionibus, & oppignerationibus vſurpatur qua de vtraque ſpecie diſ-

C ſeruimus in Epitom. noſtris ad Digeſt. ſub his titulis: itémque in Scholis noſtris ad tit. Cod. de pact. pig. & leg. commiſſ. Vtramque autem legem Conſtantinus ſuſtulerat: l. vn. C. Th. de commiſſ. reſcind. ſed cùm Iuſtinianus eam in venditionibus retinuiſſet, & Cõſtantini conſtitutionẽ referret in l. vlt. C. de pact. pig. vocem PIGNORVM interpoſuit. In pignoribus certè ob eam cauſſam prohibita videtur, ne quod principis auctoritate fieri debebat l. 1. & paſſ. C. de iur domin. impetr. priuatorum pactionibus permiſſum videatur.

D Liber ſingulari numero, pro nato. Cicero de nat. Deorum II. Hinc Hercules, hinc Caſtor & Pollux, hinc Æſculapius, hinc Liber etiam: hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem noſtri maiores auguſtè ſanctéque Liberum cum Cerere & libera conſecrauerant. ſed quòd ex nobis natos liberos adpellamus, idcirco Cerere nati nominati ſunt liber & libera: quòd in libero ſeruant, in libera non item. Iuſtinianus libero pro vni ex liberis dixit in l. ſi quis ſuo, 33. C. de inoffic. teſta. Vide infra LIBERI.

E Liber dicitur is, cui ius eſt arbitrio ſuo viuere, quatenus lege aut inſtituto permiſſum eſt. nam, vt in Cluentiana Cicero teſtatur, idcirco omnes legum ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus.

Liber pro ingenuo dicitur ab Imp. in l. diui, 5. & l. cùm quis, 10. C. de nat. lib. Cùm quis à muliere libera, & cuius matrimoniũ non eſt legibus interdictũ, &c.

Liber populus is eſt, ait Proculus, qui nullius alterius poteſtati eſt ſubiectus, ſiue is fœderatus eſt: item ſiue æquo fœdere in amicitiam venit, ſiue fœdere

F comprehenſum eſt, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter conſeruaret. leg. 7. D. de capt. & poſtlim.

Libera Legatio, vide Legationes liberæ: & quæ nos in Obſeruationib. de re diximus.

Liberali cauſſa manu adſerere dicebantur, qui liberum hominem iniuſtà ſeruitute oppreſſum in libertatem vindicabant. vnde & Adſertores, & Liberalis cauſſa dicebatur. Terent. Adel.

Neque vendendam cenſeo

G *Quæ libera eſt, nam ego illam liberali adſero*

Cauſſa manu. Plautus Pœnulo,

Manu eas adſerat

Suas populares liberali cauſſa.

Itémque paulo pòſt: Sed & præciſa locutione in Curcul.

Si quiſquam hanc liberali adſeruiſſet manu.

& paulo pòſt.

Promiſi-

Promiſiſti ſi quiſquam hanc liberali adſereret Manu.
Nam Donatus auctor eſt ordinem eſſe hunc, Adſerere manu aliquem in cauſſa liberali.

LIBERATIONIS verbum (ait Paullus) eãdem vim habet, quam ſolutionis. l. 47. D. de ſolut. In rubrica tamen De ſolut. & liberat. diſtinguitur, ac tamquam generis loco ponitur: vt Solutio, pecuniaria ſit: Liberatio, quæuis altera diſſoluendæ obligationis forma: vt confuſio, & compenſatio.

LIBERALIA ſtudia, inquit Vlpianus, accipiemus, quæ Græci ἐλευθέρια adpellant. Rhetores continebuntur, Grammatici, Geometræ. l. 1. D. de extraord. cognit.

LIBERALIS cauſſa dicitur, quæ actionẽ in ſe continet libertatis, ait Donatus in illud Teren. *Ego illam liberali adſero cauſſa manu.* Hinc Rubrica de liber. cauſſ. D. & paſſim Liberalis cauſſa, & Liberale iudicium, l. 3. §. ſi ſeruus, D. de adqui. poſſ. l. 23. §. de liberali, D. de arbit. l. 42. §. 1. D. ſolut. matr. l. 7. §. 1. D. de petit. hered.

LIBERI, ait Paullus, vſque ad trinepotem dicũtur: vltra hos, Poſteriores vocantur. l. 10. §. 2. D. de grad. & adfin.

LIBERORVM adpellatione, inquit Calliſtratus, nepotes, & pronepotes, ceterique qui ex his deſcẽdunt, continentur, l. 220. D. de verbo. ſignifi. l. 6. D. de teſtam. tut. l. 3. in fin. D. de adſig. lib. nec intereſt vtrum virilis, an fœminei ſexus ſint, etiam ſi ex fœmineo ſexu deſcendant. l. 55. D. de verb. ſignif. l. 2. §. quod ait D. qui ſatiſd. cog. qua de cauſſa etiam nepos ex filia inter liberos numeratur, l. 9. & l. vlt. D. de pollicit. quinetiam poſtumi liberorum adpellatione complectuntur, l. 5. D. de oper. liber.

LIBEROS in multitudinis numero etiam vnum filium filiámve veteres dixiſſe, docet Agellius lib. 2. capite 13. Itaque non eſſe ſine liberis dicimus eum cui vel vnus filius, vel vna filia eſt. liberorum enim nomen multitudinis numero tantùm ponitur, l. 147. D. de verbo. ſignif.

LIBERTAS, ait Iuſtin. ex qua etiam liberi vocantur, eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: niſi ſi quid vi aut iure prohibetur. de iur. perſon. in princip.

LIBERTAS, pro Ingenuitas. Hermogen. l. cum pacto, 40. D. de lib. cau. Cum pacto partitionis precii maior viginti annis venalem ſe præbuit, nec poſt manumiſſionem ad libertatem proclamare poteſt. nam vt ait Modeſtinus l. 21. D. de ſtat. hom. Homo liber qui ſe vendiderit, manumiſſus, non ad ſuũ ſtatum reuertitur, ſed efficitur libertinæ condicionis.

LIBERTI ſunt qui deſierunt eſſe ſerui. l. 4. de iuſt. & iur. Vel ſic:

LIBERTI ſunt, quos domini ex iuſta ſeruitute ſoluerunt, ac manumiſerunt. vnde etiam illorum patroni, quaſi patres, qui à morte in vitam illos reuocarunt, adpellabantur. Eorum autem tria genera fuere. Nam alij ciues Romani, alij Latini Iuniani, alij Dedititiorum numero erant: de quibus vide Vlpianum in Regul.

LIBERTINI ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. l. 6. D. de ſtatu hom. olim verò, id eſt Appij Cæci temporibus, & deinceps aliquamdiu libertini dicebantur, non ipſi qui manumittebantur, ſed ingenui ex his procreati: vt ſcribit Suetonius in Clodio. quã differentiã obſeruare Modeſtinus videtur in l. 1. D. de excuſa. inter ἀπελευθέρους, & ἀπελευθερικούς hoc modo: ἀπελευθερικοῖς γὰρ ἀπελευθέρους μόνους δεῖν

A δεδόσθαι. Et paulò antè, ἀπελευθερικοῖς ὀρφανοῖς ἐὰν ἐτέους οὐ δώσουσιν οἱ ἄρχοντες ἐπιτρόπους. id eſt, Libertinis n. libertos ſolos dare tutores oportet. Itẽ, Libertinis pupillis magiſtratus tutores ingenuos non dabunt.

LIBERTORVM alij ſunt ciues Romani, qui vindicta, cenſu, aut teſtamento, nullo iure impediente manumiſſi ſunt. alij Latini Iuniani, qui ex lege Iunia inter amicos manumiſſi ſunt. alij Deditiorum numero: qui pœnæ cauſſa vincti ſunt à domino: quibus ve-
B ſtigia ſcripta fuerunt: qui propter noxam torti, nocentéſque inuenti ſunt: quive traditi ſunt vt ferro, aut cum beſtiis depugnarent: vel in cuſtodiam coniecti fuerunt: deinde quoquo modo manumiſſi ſunt. Vlpian. titulo Regularum 1.

LIBITINARII, qui funerum curam mercede pacta recipiebant: à Libitina Dea cuius in æde (vt ſcribit Acron) conſtituti, qui efferenda corpora cõducebant, & funeribus neceſſaria præbenda. Vlpian. l. 5. §. 1. D. de inſtitut. act. Idem ait: Si Libitinarius,
C quos Græcè νεκροθάπτας vocant, ſeruum pollinctorem habuerit, iſque mortuum ſpoliauerit. De Libitina Dea vide Plut. in Probl.

LIBRA quæ & pondo dicitur, in duodecim vncias diuiditur. Eius partes ſunt, Vncia 1. Sextans 2. Quadrans 3. Triens 4. Quincunx 5. Semis quæ & ſelibra 6. Septunx 7. Bes 8. Dodrans 9. Dextans 10. Deunx 11. As 12. vide ſuprà AS.

LIBRA auri, LXXII. ſolidis ſiue aureis æſtimatur: l. 5. C. de ſuſceptoribus, libro x.

D LIBRA argenti, aureis quinis. l. vn. C. de argent. pret. eod. lib. argenteis verò, LX. l. 1. C. Th. de exp. lud.

LIBRARII depoſitorum apud Tarruntinum in l. vlt. D. de iur. immunit. ij erant, inquit Budæus, qui præſcribebant quid quiſque apud ſigna depoſuiſſet. Antiquitùs enim (inquit Vegetius) inſtitutũ eſt, vt ex donatiuo quod milites conſequũtur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, ibidémq; militibus ſeruaretur, ne à contubernalibus per luxum abſumi poſſet, inaniúmque rerum comparationem. Sepoſitio
E autem ipſa pecuniæ primum ipſis contubernalibus docebatur adcommodata. nam cùm publica ſuſtententur annona, ex omnibus donatiuis augetur eorũ pro media caſtrenſe peculium. Miles deinde qui ſumtus ſuos ſcit apud ſigna ſua depoſitos, de deſerendo nihil cogitat: magis diligit ſigna: pro illis acie fortius dimicat, more humani ingenij, vt pro illis habeat maximam curam in quibus ſuam videt eſſe poſitam ſubſtantiam. Denique decem folles per cohortes ſingulas exponebantur, in quibus hæc ratio condeba-
F tur. Addebatur etiam ſaccus vndecimus, in quo tota legio particulam aliquam conferebat, ſepulturæ ſcilicet cauſſa. Et ideo ſigniferi, non ſolum fideles, ſed etiam literati homines eligebantur, qui & ſeruarent depoſita, & ſcirent ſingulis reddere rationem.

LIBRARIVS, librorum & contractuum pactionúmque ſcriptor. Scæuola l. 92. D. de regu. iur. Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis errasſet, &c. Vlp. l. 6. §. 2. D. de op. lib. Nam huius quoque eſt miniſterium, ſi fortè vel librarius, vel nomenculator, vel
G calculator ſit. vide Notarius.

LIBRORVM adpellatione continentur omnia volumina, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint, ſiue in quauis alia materia. l. 52. D. de leg. tertio.

LICENTIATI vulgò in ſcholis dicuntur, qui annis quattuor in legum ſtudio conſumtis, ab illa præſcripta & definita ſtudiorum lege quam Iuſtinianus ſtatuit, ſoluuntur: quaſi qui licentiam ac miſſionem

à magiſtrorum caſtris impettarunt. Vide Prolytæ.

LICERE id dicimus, quod legibus, quod more maiorum, inſtitutiſque conceditur. neq; enim quod quiſque poteſt, id ei licet: nec, ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur: ait Cicero Philipp. 13. In eámque ſententiam Vlpianus clauſulam illam edicti, QVOD eius licebit, ſic interpretatur: Quæ clauſula non illud pollicetur, reſtituturum ſi leges permittant: ſed ſi leges non prohibeant, l. necnon, 28. D. ex quib. cauſ. maior.

LICTOR, ſeruus publicus, vnus è viatoribus, qui magiſtratui parebant: ligandorum crurium ac manuum munus habebat, cum magiſtratus virgis quépiam damnaſſet. Vnde illud Ciceronis in ea pro C. Rabirio: I Lictor, colliga manus. alij tamen à Licio vel Limo dictum putarunt. Licio enim tranſuerſo, quod Limum adpellatur, qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant. Vide Agell. lib. 12. cap. 3. Limum autem Iſidorus ex antiquis auctoribus ita deſcribit: Limus eſt veſtis, quæ ab vmbilico vſque ad pedes producitur. Item: Limus cingulum quo ſerui publici cingebantur, obliqua purpura. Item: Limus eſt cinctus quem publici habent ſerui, dictus quòd tranſuerſas habet purpuras. Item: Hæc autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt, flexuoſam.

LIGNA cocta dicuntur, quibus ignis vi humiditas exemta eſt, vt fumare nequeant. Vlpian. l. 55. §. 4. D. de lega. 3. Sed & titiones, inquit, & alia ligna cocta ne fumum faciant, vtrum ligno, an carboni, an ſuo generi adnumerabimus? item in l. 167. D. de verbo ſignif. vbi hæc ipſa verba inculcantur. Martialis epigramma quod inſcribitur Ligna acapna, in Xeniis ad hæc ipſa ligna pertinens, hoc eſt:

Si vicina tibi momento rura coluntur,
Ad villam moneo ruſtice, ligna feras.

LIGNVM tabulæ ligneæ. Triphon. l. 19. D. de bon. poſſ. cont. tab. Quod vulgò dicitur, liberis datam bonorum poſſeſſionem contra lignum eſſe, ſic intelligendum eſt, &c. Paulo pòſt dixit, Contra tabulas. Nam ligneas quoque fieri tabulas Vlpi. l. 1. de bon. poſſ. ſec. tab. teſtatur.

LIGNVM & materia hoc differunt: quòd materia eſt, quæ ad ædificandum, fulciendum neceſſaria eſt: lignum, quidquid comburendi cauſſa paratum eſt, quamuis nondum conciſum, l. 55. D. de leg. 3.

LIGVSTICVM apud Paullum in l. 5. D. de pen. leg. herba hortenſis: de qua Plin. lib. 19. cap. 8. Liguſticum ſyueſtre eſt, in Liguriæ ſuæ montibus, ſeritur vbique. ſuauius ſatiuum, ſed ſine viribus: Panacem aliqui vocant.

LIMENARCHÆ λιμενάρχαι, qui portuum præſidiis præfecti ſunt: λιμὴν, portus: ἄρχος princeps. Paullus l. 4. D. de fugit. Limenarchæ & ſtationarij fugitiuos deprehenſos rectè in cuſtodia retinent. Et Arcadius l. vlt. §. 1. D. de mun. & honoribus.

LIMITATVS ager dicitur, qui ab hoſtibus captus vel coloniæ alicui totus, vel ciuibus ipſis ac militibus per partes adſignatus eſt. Iulius Frontinus: Agrorum qualitates ſunt tres. vna agri diuiſi & adſignati: altera menſura per extremitates comprehenſi: tertia Arcifinij, qui nulla menſura continetur. Ager ergo diuiſus adſignatus, eſt coloniarum. hic habet conditiones duas: vnam, qua plerumque limitibus continetur: alteram qua per proximos poſſeſſionum rigores adſignatus eſt. Ager eſt menſura comprehēſus cuius modus vniuerſus ciuitati eſt adſigna-

A tus. Tributarius ſolus per vniuerſitatem populis eſt definitus, eadem ratione & priuatorum agrorum menſuræ aguntur. Hunc agrum multis modis menſores, quamuis extremum menſura comprehenderint, in formam in modū limitum condiderunt. Hæc ille. Vtrumque igitur horum agrorum genus limitatum eſt. De quibus illud intelligendum eſt quod ſcribit Florentinus l. 16. D. de adquir. rer. do. In agris limitatis ius alluuionis locum non habere conſtat. Item in l. 1. B §. ſi inſula, D. de fluminib.

LIMITES ab liminibus vocabula acceperunt: quomodo Limina introitus exitúſque locis præſtant, limites agris ſimiliter introitus exitúſque. Flaccus.

LIMITANEI & Limitotrophi fundi ſub Rub. C. de fund. limit. lib. 11. ſic diſtinguuntur: vt illi dicantur, quorum milites limitanei domini & proprietarij ſunt: hi verò, quorum ex fructibus Limitanei milites aluntur. qua de cauſſa Limitotrophi, vt opinor, adulterino verbo adpellati ſunt.

C LINEA, funiculus. Vlpia. l. 27. §. 19. D. ad leg. Aquil. Si cum maritus vxori margaritas extricatas dediſſet in vſu, eáque inuito vel inſcio viro perforaſſet, vt pertuſis in linea vteretur. Plin. lib. 32. capi. 2. Murenæ amplius deuorant quàm hamum, admouéntque dentibus lineas, atque ita erodunt. Columella lib. 3. cap. 15. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur: quippe linea per toridē pedes inſuitur. Et lib. 8. c. 11. Et emiſſa ligato pede lōga linea gallina cuſtoditur. Sic & Scæuola l. 26. D. ad leg. D Falcid. Et Vlpian. de linea margaritarum l. 52. § 18. de furtis. Hoc eſt, funiculo qui per margaritas pertuſas traiiciebatur: quod mulierum ornamentum eſt.

LINEA ſanguinis dicitur qua cognati inter ſe cohærent. Paul. l. ſtemmata, 9. D. de gradib. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas ſeparantur. Item in l. iuriſconſultus, §. ſed & ex lateribus, eod. l. vacantia, C. de bon. vacant. l. ſi quis, §. in illo, C. de ſecund. nupt. Statius lib. Syl. 111.

Non tibi clara quidem, ſenior placidiſſime gentis
E *Linea, nec proauis demiſſum ſtemma, &c.*

LINES, vaſa fuiſſe videntur ad fontes pertinentia. Vlpian. l. 15. D. de actio. emt. Lines, & labra, ſalientes fiſtulæ quæ ſalientibus iunguntur, &c. Quo tamē loco Lenes corrigendum putarem. nam apud Nonium LENIS vaſis eſt genus. vbi tamen LENAS corruptè legi ex duobus auctorum quos citat locis intelligitur. Ληνὸς quoque Græci adpellant lacus, ſiue vaſa quibus aqua recipitur. Id quod meam coniecturam perſpicuè confirmat. nam V literam non vt I. F Latinum, ſed vt E pronuntiamus. Eodémque modo legendum apud Alfenum putarem in l. 17. §. 1. D. ſi ſeruit vind. Et Seius in eos ſiluam ſeuiſſet, in qua Labra, & Tenes cucumellas poſitas haberet. Corrigendum enim putarem LENES. Quin & Tinas vaſis genus fuiſſe, idem Nonius teſtatur. ſed ſuperius verbum proprius ad veſtigia veteris lectionis accedit.

LIQVIDO iurare, eſt de re liquida & perſpicua iurare. Hinc Liquidò iurare apud Vlpian. in l. 18. D. de iureiur. pro verè iurare. Siue enim dominus petat, G inquit, cogetur docere reus liquido ſe iuraſſe, poſita ſcilicet exceptione. Sic apud Terent. in Andria: *D. Quia ſi forte opus ad herum iurandum mihi non adpoſuiſſe, vt liquidò poſſim. M. Intelligo. Noua nunc religio in te iſtæc inceſſit.*

Λείψανα reliquiæ, ſuperamenta, vt loquitur Vlpian. Si animal legatum occiderit puto teneri, non vt carnem præſtet, vel cetera λείψανα: id eſt cornua, corium,

cotium,&c. Locus eſt apud Vlp.l.53.§.2.de leg.& fi. lib.30.

Lis,eſt iurgium,de re quapiam inter aliquos apud iudicem inſtitutum. non enim omne iurgium lis eſt: ſed illud demum,quod apud iudicem exercetur:quo verbo & magiſtratus & arbitros pinguiore Minerua complectimur. vel ſic ex Varrone: Quibus res erat in controuerſia,ea vocabatur Lis.Ideo in actionibus videmus dici, Quam rem ſiue litem dicere oportet. Hæc Varro.quib.ex verbis intelligimus quod ait Cicero in Muræniana. Tot homines,tam ingenioſos, ſtatuere non potuiſſe vtrum dic tertium,an perendinum iudicem, an arbitrū: rem an litem dici oporteret. Hinc coniunctim legimus in l.ſi defunctus, 9. C.de ſuis & legit. Res vel Lis.Et quæ lis inofficioſi vocatur in l.pater,D.de collat.dot.eadem dicitur Res officioſi in l. Papinianus,8.§.1.D.de inoffic. Si quis,inquit, poſt rem inofficioſi ordinatam, litem dereliquerit,poſtea non audietur. Hinc,

Litem petere,pro rem.apud Plautum in Rudent.

Qui falſas lites falſis teſtimoniis,Petunt;
Quique in iure abiurant pecuniam.

Et mox:

Qui hic litem adipiſci poſtulant periurio.
Mali res falſas qui impetrant apud iudicem:
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.
Maiore multa mutat,quàm litem auferunt.

Hinc,

Litis æſtimatio,propriè rei æſtimatio,ſiue quanti quæque res eſt, quæ in controuerſiam deducta eſt. Itaque Litis æſtimationem ſoluere,eſt tantum ſoluere quanti controuerſia res eſt. Caius l. vlti. D. de cond.tritic. Si merx aliqua quæ certo die dari debebat, petita ſit: veluti vinum, oleum, frumentum, tanti litem æſtimandam Caſſius ait, quanti fuiſſet eo die quo dari debuit.Vlpian.l.21. D.de euict.Si emtor hominis mota ſibi controuerſia venditorem dederit procuratorem, iſque victus litis æſtimationem ſuſtulerit,ſtipulationem duplæ non committi.Paullus l.2.§.vlti.D.pro emt. Si rem alienam emero,& cuum vſuca erem, eandem rem dominus à me petierit: non interpellari vſucapionem meam litis conteſtatione. ſed ſi litis æſtimationem ſufferre maluerim,ait Iulianus cauſſam poſſeſſionis mutari ei qui litis æſtimationem ſuſtulerit. Vlpianus l.3.§.2.D. de reb.eor. Si fundus à tutore petitus ſit pupillaris, nec reſtituatur, an litis æſtimatio oblata, alienationē pariat.Seruius Sulpit.apud Agell.lib.4.cap. 4. Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur,Iudex quamobrem data acceptáve non eſſet vxor,quærebat.ſi nihil iuſtæ cauſſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat, quantíque interfuerat eam vxorem accipi aut dari,eum qui ſpoponderat aut qui ſtipulatus erat condemnabat.

Litis æſtimatio, pecuniæ cuius quis damnatus eſt,in ſummam certam redactio. Lis enim æſtimari dicebatur,cuum reo Repetundarum damnato,inibatur furtorum eius omnium ratio atque æſtimatio: ex qua ſumma quædam pecuniæ conficiebatur,vt ſociis ereptę pecuniæ reſtituerentur. nam continuò damnati bona ſectoribus auctione venduntur, qui eam ſummam Quæſtoribus ærarij repræſentent. Macer l. 7.D.de lege Iul.repet. Néve ob litem æſtimandam, iudiciúmve capitis,pecuniæ'vc faciendum,&c.

Litis æſtimatio, eſt rei quæ in controuerſiam adducta eſt vnà cum eo quod propter eam actoris A intereſt,incertam pecuniæ ſummam redactio. Eius autem duę ſunt partes:ęſtimatur enim primum quanti res eſt, deinde quanti actoris intereſt. l.vlt. D. de condi tritic. Quanti autem res eſt,ſic æſtimatur, vt verum rei precium exquiratur. l.inter,179.D.de verbo.ſignif.l.4.§.hęc autem,D.vi bon.rapt.l.arbitro,D. de dol.mal. Id autem quod intereſt,duabus conſtat rebus:nam & damni propter rei culpam. dolúmve accepti,& lucri amiſſi ratio ducitur. l.1.C.de ſentent. B quę pro eod.l.ſi commiſſa,13.D.rem rat.hab.l. ſi fundus,33.D.locat.

Litis nomen,inquit Vlpianus,omnem actionem ſignificat:ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit. l.36.D.de verb.ſigni.

Litigiosa dicuntur ſub Rubrica de litigioſis, de quibus lis conteſtata, iudiciúmque acceptum eſt. nam (vt ait Vlpianus) Litigioſam rem non facit,quę impediendæ venditionis cauſſa fit.l.1.D.illo tit.

Lis,inquit Corne.Front.naſcitur:Controuerſiam C pertinacia efficit:& litigant homines.Res in controuerſiam deducitur ita Controuerſia partis eſt, Lis ſummæ.

Lis conteſtata, formulis ordinariiſque iudiciis ſublatis, dicta eſt, quæ apud iudicem agi cœpta erat, Impp Seuerus & Anton.l.1.C.de litis conteſt.Res in iudicium deducta non videtur, ſi tantum poſtulatio ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante iudicium reo cognita. Inter litem enim conteſtatam & editam actionem permultum intereſt. lis enim tunc D conteſtata videtur, cùm iudex per narrationem negocij cauſſam audire cœperit.hoc eſt, nec flagitatio, nec actionis editio,niſi cauſſa in iure agi cœperit,litis conteſtationem efficit.

Lite cecidiſſe dicitur, qui eius rei de qua agebat, cauſſam amiſit.Feſtus.vide Cadere cauſſa.

Litem ſuam facere iudex malè iudicando propterea dicitur, quia partes eius quem iniuria abſoluit, ſuſcipere, ipſiúſque cauſſam pro ſua defendere cogitur. Vlpianus l.filiusfa. 15.D.de iudic.Iudex,in- E quit, tunc litem ſuam facere intelligitur, cùm dolo malo in fraudem legis ſententiam dixit.Cicero libro De orat.II. Quid ſi cùm pro altero dicas, litem tuam facias,aut læſus efferare iracundia,cauſſam relinquas, nihilne noceas? Sic l.vlt.D.de var.& extraord.& l.5. §.ſi iudex,D.de oblig.& action. Eius autem locutionis origo ab iis fortaſſe nata eſt, qui ſibi controuerſioſam rem (vt Liuij verbis vtar)adiudicabant.vnde illud eiuſdem in fine lib.III.Cum his circumire Tribunos, orare, ne peſſimum facinus peiore exemplo F admitterent,iudices in ſuam rem litem vertendo.Litem enim pro re religioſa veteres dixiſſe,ſuperiùs docuimus. Obſeruatum eſt etiam Litem ſuam facere dici iudices rerum priuatarum,cùm ad rem iudicandam conſtituta die non veniunt. vt apud Agellium lib.I x.Varro, inquit, ſatis apertè quid dici oporteat, animaduertit. Et ego aduerſus eum qui doctus eſſe dicebatur,litem meam facere abſens nolui. Itē apud Macrob.libro Saturnaliorum III. Vbi horæ decem ſunt,iubent puerum vocarit,vt in Comitium eat per- G contatum quid in foro geſtum ſit.inde ad comitium vadunt,ne litem ſuam faciant.

Litania, λιτανεία, in l.3.C.de hæretic.ſollemnis precatio,ſupplicatio: Prohibentur enim hęretici cōuentus & litanias facere.vnde λιτανεύω εὔχομαι, ſupplico,precationem adhibeo. Iuſtinianus etiam λιτὰς adpellat Nouell.de eccleſ.diu.capit.§.πᾶσι δὲ τοῖς.vbi vetat litanias fieri ſine epiſcopo & clericis, & ſine

ſacris crucibus:quas dum in pompa inceditur,deferri iuber.

Literas neſcire aliud eſt, aliud verò literarum imperitum eſſe.ille nullo ingenio eſt, hic literis non inſtitutus.Iuſtin.§.9.de excuſ.tut.Similiter eos qui literas neſciunt, eſſe excuſandos D. Pius reſcripſit: quamuis & imperiti literarum poſſint ad adminiſtrationem negociorum ſufficere. Modeſtinus l.6.in fin. D.de excuſat.tutor.Eius qui ſe neget literas ſcire,excuſatio accipi non debet: ſi modò non ſit expers negociorum.

Literas neſcire, pro legere ac ſcribere neſcire. Paullus l.3.§.2.D.de accuſar. Item ſubſcribere debebit is,qui dat libellos,ſe profeſſum eſſe: vel alius pro eo,ſi literas neſciat.

Litvs eſt quà fluctus eludit:ait Aquilius apud Cicer.in Top.& Quinct.libr.v.capi.vltim.

Litvs maris eſt,quatenus hybernus fluctus maximus excurrit:ait Impe.§.2.de rerum diuiſ.

Litvs eſt,inquit Celſus, quouſque maximus fluctus à mari peruenit. idque Marcum Tullium aiunt, cuum arbiter eſſet primum conſtituiſſe.l.96.D.de verborum ſignificatione.

Locatio & conductio eſt contractus bonæ fidei, de re aliqua certa mercede vel faciunda,vel ad tempus vtenda,inter quos iure ciuili licet,factus.Emtioni autem & venditioni iis in rebus eſt ſimilis.nam vt venditor & emtor rei commercium habere debet,ſic locator & conductor:vt res certa certúmque preciũ, ſic res opúſve certum, item certa merces hic exquiritur:quemadmodum conſenſum vtriuſque in emendo, ſic in conducendo certam vtriuſque voluntatem interuenire oportet:vt illic,ſimiliter etiam hic,ex bona fide omnia exigũtur. denique tanta inter vtrumq; contractum ſimilitudo eſt, vt interdum internoſci alter ab altero non poſſit.l.2.D.locati.

Locationis & conductionis verba bifariam vſurpantur: in rebus vtendis, & operibus faciundis. Locare namque eſt, vtendum vel faciundum aliquid dare: Conducere,rem vtendam,opúſve faciendum mercede accipere. Sic Inquilinus qui domum vtendam accepit, conductor dicitur: dominus qui dedit, Locator.Sed in opere faciundo communis vtriuſque huius verbi vis & ſignificatio eſt.nam quatenus ſuam operam vendunt,Locatores dicuntur:(vnde Locare operas vulgò dicimus,) quatenus opus faciundum ſuſcipiunt conductores. l.22.§.1.& §.cum inſulam,l.36.l.51.D.locat.l.37. D. de aur. & arg.l.2.C.locat.l.27. in fin.D.ad legem Aquil. Hinc Vlpianus in l.1.D.de æſtimat.ſcribit,dubitatũ fuiſſe, cùm res æſtimata vẽdenda datur, vtrùm ex locato eſſet actio, quaſi rem vendendam locaſſe videar: an ex conducto, quaſi operas conduxiſſem. Hinc Paullus in l.2. D. ad legem Rhodiam, ita Locati & Conducti actionum adpellationes permiſcet,vt nullam ſtatuere inter eas differentiam videatur.Cicero Tuſc.1.Metellus ille honoratus quattuor filiis.At quinquaginta Priamus:è quibus decem & ſeptem iuſta vxore nati.

Locvples eſt:ait Caius, qui ſatis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor reſtituendam eſſe petit.l.234. D. de verbor. ſignific. l. vltim.§.vlti.D.ſi cert.pet.l.3.D.de man. miſſ.

Locvples fideiuſſor in iudicio ſiſtendi cauſſa videtur dari non tantum ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate.l.2.D.Qui ſatiſd.cog.

Locvpletem lex Papia definiit. qui centum millia ſeſtertiûm poſſideret.§.2.de ſucc.libert.

Locvs eſt non fundus.ait Vlpianus, ſed portio aliqua fundi: fundus autem integrùm aliquid fundi eſt. & plerumq; ſine villa locum accipimus.ceterùm adeò opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat,vt & modicus locus poſſit fundus dici,ſi fundi animo eum habuimus.Non etiam magnitudo locum à fundo ſeparat,ſed noſtra adfectio: & quælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc conſtituerimus,necnon & fundus locus conſtitui poteſt. nam ſi eum alij adiunxerimus fundo,locus fundi adiicietur. Loci adpellationem non ſolum ad ruſtica, verùm ad vrbana quoque prædia pertinere,Labeo ſcribit. Sed fundus quidem ſuos habet fines, locus verò latere poteſt,quatenus determinetur & definiatur. l.60.D. de verb.ſigni.

Locvs eſt, ait Varro, vbi quid collocatum eſſe poteſt, vbi quidquam conſiſtit. ab eo præco dicitur locare, quoaduſque id emitur, quoad in aliquo conſiſtit precium.Loquitur de redemtionibus.

Locvs, vide Fundi adpellatione.

Logarivm λογάριον,deminutum verbum ex λόγος, quod rationem ſignificat. quare rationes eas ſignificari puto, quas Scæuola in l. vlt. D. de pecul. leg.breuiarias adpellat. Vlpianus l.3.§.6. D.de penu leg.Sed chartas,inquit,ad ratiunculam, vel ad logarium paratas contineri.

Logographi, rationarij qui rationes publicas,hoc eſt,tributorum perſcribunt.Arcad.l.vltim.§.1.D.de mun.& hon. Hi quoque qui cuſtodes ædium, vel archiotæ,vel logographi,vel tabularij.Sic in Rubric.Cod.lib.x.De tabulariis,ſcribis,logographis.

Longvm tempus eſt decennij inter præſentes, vicennij inter abſentes:ait Paullus lib. Collect.v.ca.11.& v.Atque ita in omnibus propè iuris articulis lõgum tempus accipiendum eſt.

Longissimvm autem tempus eſt xxx.vel xl. annorum.C.de longi temp.præſcript.

Loricatio,incruſtatio parietis.Varro lib.De re ruſt.1.cap.57.Parietes & ſolum opere tectorio marmoreo loricandi,ſi minus ex argilla, &c.id eſt,regẽdi,incruſtandi.Paullus l.79.de verb.ſig. Aquæ ſalientes,incruſtationes,loricationes,picturæ.

Lvbricvm ætatis, id eſt,leuitas,mobilitas,incõſiderata ratio,temeritas.Vlpia.l.11.§.4.D.de minorib. Neque enim ætatis lubrico captus eſt adeundo locupletem hereditatem.

Lvcrativa cauſſa,vide Cauſſa lucratiua.

Lvcrativa poſſeſſio dicitur in l.2. D.ſi quis omiſſ. cauſſ. quam ex lucratiua cauſſa quis adeptus eſt.

Lvcrosvm, fructuoſum,quæſtuoſum,vtile. Caius in l.obligari,9.§.2.D.de auct.tuto. Hereditatem adire pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt, quamuis lucroſa ſit.Idem l.ſi quis,17.D.ſi quis omiſſa. Liberum cuique eſſe debet etiam lucroſam hereditatem omittere.

Lvcrvm à luendo,ſi amplius emtor quàm quanti res eſſet exſoluerit.Terent.Varro.

Lvdovicvs Romanus Iuriſconſultus nobilis nomen habuit Pontani:ſed quia Senis ius ciuile profeſſus, Romam commigrarat, cognomen ex eo deportauit.Baſileæ mortuus eſt,cùm eò publicè ad comitia eccleſiaſtica veniſſet,Anno m.cccc.xxxix. Æneas Syluius eum tanta memoria fuiſſe tradit, vt nulli veterum ceſſiſſe putetur:quippe qui memor eſſet omnium quæ ipſe vnquam aut legiſſet,aut audiſſet:nec oblitus eſſet eorũ aliquid,quæ vnquã vidiſſet.

Lvdvs,

Lvdvs, pœnæ genus mediocre numeratur à Paullo lib.Collect.v.ca.xvii. Duplex autem fuit: Venatorius,& Gladiatorius. Venatorius erat, cùm ludicra beſtiarum venatio exhiberetur: qua pœna iuniores adfici ſolere, ſcribit Vlpia.in l.aut damnum,8.§.9. & 10.D.de pœn. Gladiatorius autem fuit, cùm ſerui inter ſe populo inſpectante pugnarent: quæ pœna à Conſtantino ſublata eſt.l.1. C.de gladiat. Tertullian. lib.de ſpectac.Etiam qui damnantur in ludum, quale eſt, vt leuiore delicti in homicidas emendatione proficiant.

Lvdi Circenſes (de quibus mentio fit in l.12.§.equitij, D.de vſu & habit.l.1.D.de mun.& hon.l.122.D. de lega.primo) iidem erant, qui & Magni dicebãtur: quòd (vt ſcribit Pedianus) magnis impẽſis dati ſunt. Inſtituti autem ſunt à Tarquinio Priſco,& propterea Circenſes dicti ſunt, quòd primi in circo qui Maximus dictus eſt, dati ſunt. ſollẽnes deinde annui manſerunt:& Ioui, Iunoni ac Mineruæ ab Ædilibus curabantur.vti patet ex libro primo Liuij,& Verrina vii.

Lvere, ſoluta pecunia liberare. Impe.§.6.de lega. Sed etſi rem obligatam creditori aliquis legauerit, neceſſe habet heres eam luere. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere,& hoc expreſſerit, non debet heres eam luere. Sic l.6.C. de fideicommiſſ.l.25. D.de pign.act.l.7.§.inter, D.comm. diuid.l.52.§.1. D. de action.emt.Seruius in lib.Æneid.x. Lui pœna, ſed melius Lui peccatum dicitur.nam peccatum ſoluitur pœna:qui enim crimine tenetur obnoxius, pœna eum liberat à priſtina obligatione. Contrà, Luo pœnam ſi dixeris, non procedit quare pœna ſoluatur:tamen auctoritas iſta licenter confunditur more, quo ſolet poni, vel à ſequenti quod præcedit, vel à præcedenti quod ſequitur.

Lvmen id eſt, vt cœlum videretur:& intereſt inter lumen & proſpectum. nam proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt: lumen ex inferiore loco eſſe nõ poteſt.l.16.D.de ſeruit.præd.vrb.

Lvmen vnicum *σωματικῶς σχολικῶς*, pro exiguo cubiculo quod vnica feneſtra tenuiter illuſtratur, quale tenues & inopes homines habẽre conſueuerunt. Vlp.l. 6.§.5.D.de offic.præſ. Ne tenuis vitæ homines ſub prætextu aduentus officiorum vel militum, lumine vnico vel breui ſupellectili ad aliorum vſus tranſlatis, iniuriis vexentur, Præſes prouinciæ prouidebit. Haud ſcio tamen an homine vnico verius legeretur.

Lvminvm ſeruitute conſtituta, id adquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat. Cùm autem ſeruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum.l.4.D.de ſer.vrb.

Lvpanaria dicuntur loca vbi meretrices corpore quæſtum faciunt. Lactant. lib. Inſtit.1. Fuit, inquit, Acca Laurentia Fauſtuli vxor,& propter vulgati corporis vilitatem, lupa inter paſtores, id eſt meretrix nuncupata eſt: vnde etiam Lupanar dicitur. Et Hieron. in Chronic. Euſeb. Paruulos prope ripam Tyberis expoſitos Fauſtulus regij paſtor armenti ad Accam Laurentiam vxorem ſuam detulit, quæ propter pulcritudinem & rapacitatem corporis quæſtuoſi, Lupa à vicinis adpellatur. Vnde ad noſtram vſque memoriam meretricum cellulæ, Lupanaria dicuntur. Vlpian.l.palam, 43.D.de rit.nupt. Palam quæſtum facere dicemus, non tantùm eam quæ in lupanario ſe proſtituit, verùm etiam ſi qua, vt adſolet, in taberna cauponij pudori ſuo non parcit.

Lvsorivm edictum, inane, ludibrio habitum, omnium irriſione deluſum.l.75.D.de iudic. Alioquin luſoria erunt huiuſmodi edicta & decreta Prætorum. Sic l.vltima, D.ne quid in loc.pub.& l.50.§.1. de leg.1.

Lvstramentvm, intemperans & effrenata rei Venereæ cupiditas. Luſtrari enim ſcortari ſignificat, & in luſtris meretricum ac lupanaribus verſari Marcian.l.3.§.1.D.ad legem Corneliam, de ſicar. Si pigmentarij cui temerè cicutam,&c. & id quod luſtramenti cauſſa, dederint cantharidas. nam Cantharidum hæc vis eſt, vt ſumtæ ad rem Veneream incendant.vide Cantharides.

Lvstrvm, nominatum tempus quinquennale, à luendo, id eſt ſoluendo: quòd quinto quoque annò vectigalia per Cenſores locata perſoluebantur. hæc Varro. Feſtus tradit in tot annos prædia olim locari ſolita. quod Vlpianus l.4.D.de rebus cred.ſignificat. Nam etſi colonus, inquit, poſt lucrum completum fructus perceperit, condici eos conſtat. Labeo l.qui quattuor, 30.D.de lega.tertio: Qui hortos publicos à Republi.conductos habebant, eorum hortorum fructus vſque ad luſtrum quo conducti eſſent, Aufidio legauerat. Celſus l.67.§.vltim.D. de furt. Si colonus poſt luſtrum conductionis anno amplius fructus inuito domino perceperit.

Lvxvria propriè profuſio ſumtuum. Imper.§.9. Quod cum eo,&c. Quia ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuria m conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur. Hinc Luxurioſus apud Iulianum idem qui & Nepos dicitur, in l.8.D.pro emt. Quomodo enim mala fide emiſſe videtur, qui à domino emit? niſi fortè & is qui à luxurioſo & protinus ſcorto daturo pecuniam, ſeruos emit non vſucapiet.

Lvxvria, pro petulantia, incontinentia, effuſa quadam & intemperanti inſolentia. Vlpianus l. 1.in fin.D.de ædil.edict. Cæterùm ſi nihilominus permaneret in eo vicio, vt circa fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret, etiamſi per luxuriam id factũ eſt, vicium tamen eſſe, ſed vicium animi, non corporis. Liuius lib.1. Vt nudi iuuenes Lycæum Pana venerantes per luxum atque laſciuiã curterent. Marcian.l.penult.D.de incend.nauf. Si fortuitò incẽdium factum ſit, venia indiget: niſi tam lata culpa fuit, vt luxuria aut dolo ſit proxima. Vbi tamen vt pro avt legendum videtur.

Lytæ dicebantur, qui triennium in legum ſtudio verſati, quartum etiam adiungebant. Imperat. ad Antecceſſores.§.5. Sed quia ſolitum eſt anni quarti ſtudioſos Græco & conſueto quodam vocabulo *λύτας* adpellari: habeant quidem, ſi maluerint, hoc cognomen,&c. *Λύται* autem dicti videntur, vt *λύτοι*, id eſt ſolubiles: quaſi iamiam è certa illa & præſcripta ſtudiorum ratione ſoluendi, & legendi libertate, ac licentia donandi: quaſiq; miſſionẽ à magiſtrorũ ſuorũ caſtris.i.ſcholis impetraturi. nam cum ad finem libri Pandectarum trigeſimiſexti peruentum eſſet, qui poſtremus anni quarti liber erat, ſtatuit Imperator, vt reliquos quattuordecim libros ſtudioſè per ſe domi legerent, neque ex præceptoribus interpretantibus eos audirent. Ex libris autem quinquaginta, inquit, noſtrorum Digeſtorũ ſex & triginta tantũmodo ſufficere tam ad veſtram expoſitionem (Antecceſſores,i. Doctores alloquitur) quàm ad iuuentutis eruditionẽ iudicamus.& §.5. Vt ex triginta ſex librorum recitatione fiãt iuuenes perfecti,& ad omne opus legitimũ

inſtructi. Duabus aliis partibus,id eſt, ſexta & ſeptima noſtrorum Digeſtorum quę in quattuordecim libros compoſitæ ſunt, eiſdem poſitis, vt poſſint poſtea eos & legere,& in iudiciis oſtendere.Sunt tamē, qui λύτας interpretari malint,quaſi Solutores, & interpretes quæſtionū iuris.de quib⁹ Iuuenalis dixerit:

Qui iuris nodos,legúmque ænigmata ſoluat.

Quaſi verò eiuſdem honoris nomen tyronibus præbeatur,qui ſummis Iuriſconſultis ſolet. Sed qui hæc dicunt videntur quantum in modis noſtris diſſoluendis difficultatis ſit,non ſatis intelligere.

M Litera.

M. P. NOTÆ ſunt apud Paullum Diaconum,pro manu,mancipio,poteſtate. Vlpi. tit.Regul.24. Ei cuius in poteſtate, manu, mancipióve eſt heres ſcriptus,legari non poteſt. Idē autem ca.9.& 10.oſtenderat in manu eſſe vxores matresf. in poteſtate liberos filiosf.in mancipio ſeruos. Ergo apud Paullum Diaconum Malo mancipio poteſtate,corruptè legitur.

MACERIAM M. Varro docet in fundo eſſe facile fabrile ſepimētum,cuius ſpecies ſunt quattuor:quod fit è lapide,quod è lateribus coctilibus,quod è lateribus crudis,quod ex terra & lapillis compoſitis informe.libro De re ruſt.1.cap.14. Hinc Maceriam ducere apud Caium l.17.D.com.præd.Si precariò vicinus in tuo maceriam duxerit,&c.id eſt,impoſuerit, vt paulo pòſt loquitur.Virg.Æneid.lib.1.

-pars ducere muros, Moliríque arcem.

MACHINARIVS, faber qui tractoria machina onera in altitudinem ſublata collocat. Paullus l.31.ad leg.Aquil. Si putator ex arbore ramum cùm deiiceret, vel machinarius hominem prætereuntem occidit,Alfenus autem Aſinum machinari m in l.60.§.3. D.de leg.& fid.lib.32. generaliter eum adpellat, quo ad omnis generis machinas vti poſſumus,ſiue tractorias:vt molæ frumentariæ,ſiue vectorias:vt plauſtrorum,& ſarracorum. Item vt Vlpia.l.12.§.7.de inſt.& inſtr.Et molas,& machinas,fœnum,ſtipulas, aſinum machinarium, machinam frumentariam, vas æneum,&c.

MACHINARIVS menſor,qui norma in metiendo vtitur,vt ij qui probant operaà fabris materiariis facta.Vlp.l.7.D.Si menſor falſ mod. Et ſi menſor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. nam μηχανῆς verbo hanc normam nominauit,vt artificioſam à decempedali diſtingueret. Illius formam cognoſce ex Vitruuij li.9.ca.2.

MACHINATIO, dolus, techna. Vlpia.l.36.D.de verb.oblig.Si quis,cùm aliter eum conueniſſet obligari,aliter per machinationem obligatus,&c. Nam paulo pòſt infert, Quia enim per dolum obligatus eſt,&c.

MÆNIANA,vide Meniana.

MAGIS, μαγίς. Iul.Pollux lib.10.capite de menſæ inſtrumentis,quæ tripodibus imponuntur,ea τραπέζας & μαγίδας adpellari ſcribit. & hoc nomen propriè adcommodatum ad mactras, id eſt, vaſa in quibus farina pinſitur, & ad ſacras epulas, itémque ad ea quæ ad ſacrificia deferuntur. Paullus l.36.D.de condict.indeb. Seruus cuiuſdam inſciente domino magidem commendauit,&c.

MAGIS, aduerbium interdum ſubauditur. Vlp.l. 7.D.de poſ. Cum poſſet non ſuſcipere talem cauſſam,quàm decipere.Idem in l.2.§.6.D.de iudic.Alioquin compelletur iudicium accipere, quam inuenire

A eos qui ſatis pro eo dent.Paullus in l.2.§.1.D.de rebus cred. Quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem,quàm ſpecie.

MAGISTER populi,Dictator. Hinc Magiſtratus à Magiſtro dictus,vt ab albo albatus. Magiſter autem populi Dictator adpellatus, quòd ſumma eius poteſtas in populum: vnde reliqui quidem minores quàm hi magiſtri dicti magiſtratus.Hæc Varro.Sic Paullus, Magiſtratus,inquit,per deriuationem à magiſtris co-
B gnominantur.l.57.D.de verbo.ſignif.

MAGISTER cenſus is dicebatur in Imperatorum conſtitutionibus,qui Cenſorum veterum officio fungebatur: & facultates ciuis cuiuſque æſtimatas in cenſum referebat: hi Cenſitores etiam adpellabantur. C.de cenſib.lib.Cod.xi.&l.forma, D.eod.& l. cenſualis,C.de donat.

MAGISTER in auctionibus dicebatur vnus aliquis è creditoribus, qui debitoris bonis auctione diuendendis ita præeſſet,vt ei qui plurimo liceretur, rem
C addiceret.Cicero epiſt.ad Att.1.Vnà,inquit,agebant ceteri creditores, in quibus erat Lucullus & P. Scipio,& is quem putabant magiſtrum fore,ſi bona venirent,L.Pontius. Hunc Magiſtrum video in libris noſtris Curatorem bonorum adpellari. vt in l.cuius, 9.D.de cur.fur.vbi Neratius ita ſcribit: Cuius bonis diſtrahendis curatores facere Senatus permiſit, eius bona creditoribus vendere non permiſit: quamuis creditores poſt id beneficium bona vendere mallent. Et in l.vltima,D.de curato.bon.dan. Si debitor foro ceſſerit,& creditores elegerint vnum per quem bona
D diſtrahantur, mox exſtiterit alius qui ſe credit rem dicat,bona debitoris vnà cum curatore vendere poterit. Cicero in Quinctiana: Cui magiſtri fiunt,& domini conſtituuntur,qui qua lege, & qua condicione pereat.pronuncient,&c. Magiſtrum enim auctionis ſignificat, qui cùm bona proſcripta eſſent, rerum omnium vendendarum curationem ſuſciperet.

MAGISTER nauis accipitur,cui totius nauis cura mandata eſt.l.1.D.de exercit.act.Item §.3.Magiſtrum accipimus,non ſolùm quem exercitor præpoſuit, ſed
E & eum quem magiſter.

MAGISTER vniuerſitatis ab Vlpiano dicitur in l. 9.D.rat.rem hab. pro eo quem magiſtrum ſocietatis in l.14.D.de pact.idem adpellat.

MAGISTER ſocietatis, vnus aliquis è ſociis dicebatur,qui Romæ ſocietati alicui,id eſt,aut ſcripturæ,aut portorij,aut vectigalium, ita præerat, vt & Decumanos quaſi ſenatum cogendi, & ad eos de ſocietatis negociis referendi poteſtatem haberet: curámque omnem gereret tabularum,& rationum quę
F vndique ab iis qui operas dabant,Romam mitterentur. Hic Promagiſtrū in prouincia habebat,ſui quaſi muneris vicarium,& ſocietati præfectum, qui etiam Magiſter interdum adpellatur. Vlpianus l.14.D.de pact.Item magiſtri ſocietatum pactum & prodeſſe & obeſſe conſtat.

MAGISTRI.Paullus l.57. D.de verb.ſignif. Cui præcipua cura rerum incūbit,& qui magis quàm ceteri diligentiam & ſolicitudinem rebus quibus præſunt,debent,hi Magiſtri adpellantur.quin etiam ipſi
G Magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur. vnde etiam cuiuſlibet diſciplinæ præceptores magiſtros adpellari à monendo,vel monſtrando.

MAGISTRI ſcriniorum dicebantur, qui capſulis in quibus Principum reſcripta conſeruabantur,præfecti erant:quo in honore Vlpianum Iuriſconſ. apud Imp. Alexandrum fuiſſe, Lampridius teſtatur. Vt autem

autem Scriniorum (quemadmodum ſuo loco dictum eſt) ſic magiſtrorum Varia genera fuerũt: Comitúmque & Spectabilium nomine dignabantur: Imperatoriæ maieſtatis adſeſſores erant: eóque honore defuncti, ciuilium munerum omnium vacationem obtinebant. l. vn. C. de magiſt. ſacr. ſcrin. l. eos qui, 11. C. de excuſat. mun. qua in lege, item vt alibi perſæpe tres lii memorantur.

MAGISTRI memoriæ, qui reſcripta quæ ad preces dabantur, concipiebant, id eſt perſcribebant. l. vltim. C. de diuerſ. reſcript. vnde in l. vltim. C. de perit. bon. Memoriales verò, inquit, qui excipienda reſcripta vel implenda curauerint, &c.

MAGISTRI epiſtolarum qui ciuitatum legationibus & poſtulatis audiendis & ad principem referendis præerant.

MAGISTRI libellorum qui ſupplices libellos à priuatis oblatos tractabant: quo in honore fuiſſe Papinianum apud Imper. Seuerum licet cognoſcere ex l. reſcriptum, 12. D. de diſtr. pign. Libellos, inquit Tryphoninus, agẽte Papiniano. Præter hos reperiũtur &

MAGISTRI officiorum, qui aulicorum officialium cauſſas diſceptabant, & inter eos ius dicebant. l. 4. C. de ſilent. l. 5. C. de prępoſ. ſacr. cub. l. vlti. C. de caſtr. & miniſt. l. in ſacris, 12. C. de prox. ſacr. ſcrin. l. 2. & l. 3. C. vbi ſenat. Hinc,

MAGISTRIANI, qui ei magiſtro officiorum adtribuuntur ex ſchola agentium in rebus. Nouel. de præcept. præſid. 17.

MAGISTRI cenſus, apud quos profeſſiones, teſtamenta, & tabellionum inſtrumenta edi ac publicari ſolebant. Nouell. de tabell. 44. l. teſtamenta, 18. l. conſulta, 23. C. de teſtament. l. orphanotrophos, 30. C. de epiſco. & cleri. l. ſecundum, 32. C. de donat. l. vlt. C. de iur. emphyt. Hinc,

MAGISTERIA poteſtas, pro magiſtratuũ dignitate in l. vlt. C. de fid inſt. l. 3. C. vbi ſenat. l. vlt. C. de offic. milit. Iud.

MAGISTRATVS, inquit Varro, à magiſtro dicitur: ſicut Albatus, ab albo. Eſt enim Magiſter populi, Dictator: cui ſummum & vniuerſum imperium commiſſum eſt: cuius ceteri omnes magiſtratus partem obtinent. Dicebatur autem olim quidem Magiſtratus, is qui iudicium auſpiciúmque haberet: quemadmodum Cicero in Legibus ſcribit, Magiſtratus omnes iudicium auſpicúmque habento. Poſtea verò dicti ſunt Magiſtratus, quibus Reſpublic. vel omnino, vel ex parte à Populo vel Principe commiſſa eſſet. Omnino, vt Dictatores: item primis temporibus Conſules, qui regio imperio erant, aut cùm S. C. extremæ neceſſitatis factũ eſſet. Ex parte verò, vt Conſules, poſteaquàm alij magiſtratus creati ſunt, qui partem iis ſuæ poteſtatis ademerunt: item Prætores, aliíque inferiores omnes.

MAGISTRATVVM multiplex diuiſio eſt. Alij erant maiores, alij minores. Maiores dicebantur, qui imperium poteſtatémque habebant: quod ſic interpretor, qui nec obedientes & noxios ciues multa & vinculis coërcendi poteſtatem habebant. vt Cic. lib. de legib. III. declarat. & intelligitur ex l. 2. D. de in ius vocand. l. 32. D. de iniur. l. 131. D. de verb. ſignif. quales ſunt in vrbe Conſul, & Prætor, & Præfectus vrbi: in Prouinciis Proconſules, aut Proprætores, item Præſides. Minores dicebantur, quibus neq; imperium neque poteſtas data erat, ſed minor aliqua Reip. procuratio. itaque apertè deſcribũtur in d. l. 32. D. de iniur. qua de cauſſa de ſe Cicero Ædile (qui minor magi-
A ſtratus eſt) Verrina II. loquens: Erit, inquit, tum Conſul Hortenſius cum ſummo imperio ác poteſtate: ego autem Ædilis, hoc eſt paulo amplius quàm priuatus. Itaq; in ius Ædiles vocari potuiſſe, conſtat ex Agell. lib. 13. cap. 13. & l. cúmque, 13. D. de peric. & cõmod. In his numerantur à Cicerone Tribuni ærarij, Quæſtores, Triumuiri capitales, item Procurator Cæſaris, ex l. non licet, 46. D. de contrahẽ. empt. Ruſus.

MAGISTRATVS alij Vrbani ſunt, alij Prouin-
B ciales, alij Municipales. Prouinciales propriè poteſtates dicũtur. l. eũ qui, 13. D. de iuriſd. vbi pro PRÆTOR legendũ putarem vel PRÆSES vel PROPRÆTOR. Itaq; ſæpe Imperium à poteſtate diſtinguitur. vt l. 3. C. de arbit. l. 1. D. quod quiſq. iur. l. 8. D. de accuſat. Municipales autem ſunt veluti Duumuiri, magiſtratuúmq; nomine ſæpe municipales intelliguntur: vt in Rubric. De magiſtrat conueniend. & l. 27. l. 31. D. de negoc. geſt. l. 11. & l. 13. D. ad municip. Municipalium autem nomine Coloniarũ quoque magiſtratus intelligo. De
C ſummis autem magiſtratibus dumtaxat diſſeremus: quorum varia nomina fuerunt. nam in pleriſque, vt dixi, fuerunt Duũuiri. in aliis, veluti Fregellis, Quattuoruiri. vt apud Cicer. lib. Fam. XIII. CICERO S. D. QVATTVORVIRIS & decurionibus. item Larini, vt apud eũdem in Cluentiana. aliis etiam in locis vt patet ex l. 1. de ſolut. & lib. deb. lib. Cod. XI. In aliis, vt Arpini, Ædiles erant. Cicero lib. Fam. XIII: Ædilem filium meum fieri volui & M. Cæſium. is enim magiſtratus in noſtro municipio, nec alius vllus creari ſo-
D let. Et in l. qui inſulam, 30. § Ædilis. D. locat. In aliis, veluti Lanuuij, Dictator. Cicero in Milon. Cùm ſciret Clodius iter ſollemne Miloni eſſe Lanuuium, ad Flaminem prodendum, quòd erat dictator Lanuuij Milo, &c. Pedianus quoque: Milo Lanuuium, ex quo erat municipio, & ibi tum Dictator, profectus eſt ad Flaminem prodendum. Capuæ autem quo primum tempore colonia facta eſt, Prætores vocati ſunt. Cicero II. in Rullum: Nam primum cùm ceteris in coloniis Duumuiri adpellentur, hi ſe Prætores adpella-
E ri volebant. Pòſt autem cùm C. Cæſar in conſulatu ſuo iterũ eam coloniam feciſſet, Duumuiri dicti ſunt. itaque L. Piſo, & Cn. Pompeius, quibus Cæſar Capuę magiſtratum illum mandauit, ſæpe & in Sextiana, in Piſoniana & in ea poſt red. in ſenatu adpellantur. De hiſce autem ſummis coloniarum municipiorúmque magiſtratibus illud ſingulare ac notandum eſt prætextis eis vti ius fuiſſe: quemadmodum multis ex Liuij locis intelligitur. Item:

MAGISTRATVM alij ordinarij ſunt, alij extra-
F ordinarij. Ordinarij dicuntur, qui ordine legibus inſtituto ſollemni more creantur, & perpetuò vſurpantur: vt Conſul, Prætor, Ædilis, Quęſtor: Extraordinarij verò, qui, cùm vſus Reip. poſtulat, pręter vſitatum ordinẽ conſtituuntur: quales erant Dictatores, item Præfecti annonę, & pręfecti vigilum: vt ait Pomp. l. 2. D. de orig. iur. Item qui in Prouincias Procõſulari aut Proprætorio imperio, aut antequã Conſules Prætoréſve fuiſſent, aut non ſtatim poſtquam vrbanum illum magiſtratũ in vrbe geſſiſſent, mittebãtur. Quod
G enim nonnulli tradũt, Prouinciarũ adminiſtrationes omnes extraordinarias fuiſſe, falſũ eſt: eáq; de re copioſè in commentariis Manilianę Orationis diſputauimus: quo ex fonte alij poſtea, ſine vlla verecundia ſuos hortulos irrigarunt.

MAGISTRATVS populi Rom. poſt prouinciarum diuiſionem ab Auguſto factam, dicti ſunt, qui tum in vrbe, tum in populi prouinciis, quò Proconſules

mittebantur, ius dicebant. ob eámq; cauſſam à Præſidibus prouinciarum diſtinguuntur in Pandectis. nã hoc nomen ad prouinciarum Cæſaris rectores conſtringitur. Vlp. l. 4. §. 1. D. de inter. in iur. Quod ait Prætor IN IVRE, ſic accipiendum eſt, apud magiſtratus populi Ro. vel præſides prouinciarum vel alios iudices. Sic in l. vlt. D. quis & à quo. l. vlt. D. de iudic. l. à diuo pro, 15. de re. iudic. l. hos accuſare, 12. de accuſat. l. ventri, 20. de tut. & curat. l. 3. quod met. cauſſ.

MAGISTRATVS qui maiores, item qui minores dicerentur, Agellius ex his M. Meſſalæ verbis docuit lib. 13. cap. 14. Patriciorum auſpicia in duas ſunt poteſtates diuiſa. Maxima ſunt Conſulum, Prætorum, Cenſorum. Neque tamen eorum omnium inter ſe eadem, aut eiuſdem poteſtatis: ideo quòd collegæ non ſunt Cenſores Conſulum, aut Prætorum: Prætores Conſulum ſunt. Ideo neque Conſules aut Prætores Cenſoribus, neque Cenſores Conſulibus aut Prætoribus turbant, aut retinent auſpicia. At Cenſores inter ſe, rurſus Prætores Conſuléſque inter ſe & viciant & obtinent. Prætor etſi collega Conſulis eſt, neque Prætorem neque Cõſulem iure rogare poteſt: vt quidem nos à ſuperioribus accepimus, aut ante hæc tempora ſeruatum eſt. Et vt in cõmentario XIII. C. Tudicani patet, quia imperium minus Prætor, maius habet Cõſul: & à minore imperio maius, aut à maiore collega rogare iure non poteſt. Nos his temporibus Prætores Prætore creante veterum auctoritatẽ ſumus ſecuti: neque his comitiis in auſpicio fuimus. Cenſores æquè non eodem rogantur auſpicio atque Conſules & Prætores. Reliquorũ magiſtratuum minora ſunt auſpicia. Ideo illi minores, hi maiores magiſtratus adpellantur. Minorib. creandis magiſtratibus, Tributis comitiis magiſtratus, ſed iuſtius curiata datur lege: Maiores Centuriatis comitiis fiunt.

MAGISTRATVS apud quem legis actio eſt, vide Legis actio.

MAIESTAS, eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis: ait Cic. lib. de Orat. II. Item in Partit.

MAIESTAS, eſt in imperij atque in omni populi Rom. dignitate, quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad ſeditionem vocauit.

MAIESTATEM minuere, eſt de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum quib. populus poteſtatem dedit, aliquid derogare: inquit idem lib. de Inuen. II. Maieſtatis crimẽ illud eſt, quod aduerſus populũ Ro. eiúsve ſecuritatem cõmittitur. l. 1. D. ad legem Iul. maieſt. Quid autem à Perduellionatu differat, vide infrà ſub voce PERDVELLIS.

MAIOR patruus, aui & auiæ patruus.

MAIOR amita, aui & auiæ amita.

MAIOR auunculus, aui & auiæ auunculus. Hæc Feſtus: cui conſentit l. vlt. D. de gradib.

MAIOR ſocer, vxoris meæ proauus.

MAIOR ſocrus, vxoris meæ proauia. Feſt.

MAIORES generaliter adpellantur omnes, ex quibus orti ſumus: propriè autem ij, qui ſunt ſupra Tritauum. neque aliud nomen habent. l. 4. D. de in ius voc. & l. vlt. §. parentes, D. de gradib. Cic. in I. de Off. propriè eſt vſus: Quorum parentes aut maiores in aliqua gloria præſtiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis ſtudent excellere.

MAIORE parte anni poſſediſſe quis intelligitur, etiam ſi duobus menſibus poſſederit: ſi modò aduerſarius eius paucioribus aut nullis poſſederit. l. maiore, 156. D. de ver. ſig.

A MAIVMAM Ludi genus fuiſſe quoddam, ſatis patet ex l. 1 C. de Maiuma. Suidas ſcribit à Maio menſe fictum vocabulum, quòd ciues R. certo eius menſis die, Hoſtiam maritimam vrbem ludibundi oppugnarent, ſeſeque in aquas marinas deiicerent. Quod ſi verum eſt, permirum videatur nullam eius ludi in Ouidij Faſtis mentionem fieri: vt omittam quod Arcadius & Honorius Impp. non ſe ciuibus R. ſed prouincialibus eius ludi licentiã reddere ſcripſerũt. Ma-
B iumam verò nobilem Gazæorum portum dici video apud Nicephorum, lib. XXXIII. lib. X. cap. IV. lib. XII. cap. XLVII. ſed cùm Chriſtianam religionem recepiſſet, Conſtantina ab Imp. Conſtantino ex filij ipſius nomine adpellatum eſſe. Itaque non improbabilis coniectura videtur doctiſſimi viri Enimundi Bonefidij, qui cùm in lib. Sozomen. II. cap. V. Maiman eũ portum adpellari, Gazeos autem in Syria collocari animaduertiſſet, Syriacum vocabulum eſſe credidit: מים Maiim, quod aquam nobis ſignificat. Landul-
C phus lib. hiſtoriæ Miſcellæ 23. Præterea μαϊουμα facta Imperator in Sophianis ſedit in ſolio cùm filio ſuo.

MALA manſio genus videtur fuiſſe tormenti. Vlpian. l. 7. D. depoſ. Si hominem apud ſe depoſitum, vt quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam manſionem extenſum ſequeſter ſoluerit. Idem in l. 15 §. 3. D. de iniur. Quæſtionis verbo etiam ea, quam malam manſionem dicunt, continebitur.

MALABATHRVM, vel (vt eſt apud Horatium) Malobathrum, vnguentum Syrium, in l. vlt. §. ſpe-
D cies, D. de public. Vide Plin. lib. XII. cap. XXVI.

MALEFICI, ob magnitudinem facinorum dicti ſunt, qui magicis artibus vtebantur. l. 5. & l. 7. C. de malefic.

MALEFICIVM à Crimine quid differat: vide Crimen à Delicto.

MALITATIS legitur apud Vlpia. in l. 5. D. quod met. cauſ. eodem modo vt Bonitatis dicimus. In vulgatis tamen, Mali. Scriptum fortaſſe fuit Calamitatis. Legimus tamen Sceleritatis in l. 3. D. de bon. eo-
E rum qui ant. ſen.

MALLEATV, malleis contuſus. Vlpianus l. 52. §. 5. D. de leg. & fid. lib. 32. Sed perſcripti libri nondum malleati vel ornati continebuntur.

MANCEPS, inquit Feſtus, dicitur qui manu capit: qui quid à populo emit, conducitve, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emtionis eſſe. qui idẽ præs dicitur, quia tam debet præſtare populo quod promiſit, quàm qui pro eo præs factus eſt.

MANCIPES ſunt, inquit Aſconius, publicanorum
F principes, Romani homines: qui quæſtus ſui cauſſa ſi decumas redimunt, Decumani adpellantur: ſi portũ, aut paſcua publica, Portitores, aut Pecuarij: quorum ratio Scriptura dicitur.

MANCIPES, publicani qui à Cenſoribus quinto quoque anno publica, id eſt populi vectigalia redimebant: ij ſi vectigales agros, vt Decumani, redimebant, eos poſtea colonis & aratoribus elocabant. Papinianus l. 53. D. locati: Qui fideiuſſor exſtitit apud mancipem pro colono publicorum prædiorum quæ
G manceps ei colono locauit, Reipub. non tenetur. Cicero Verrina V. publicanorum principes ſimiliter Mancipes adpellat.

MANCIPI res ſunt prædia in Italico ſolo, tam ruſtica qualis eſt fũdus: quàm vrbana, qualis domus. item iura prædiorum ruſticorum: velut via, iter, actus, & aquæductus. item ſerui & quadrupedes quæ dorſo, collóve domantur, velut boues, muli,

muli, equi, aſini: ceteræ res nec mancipi ſunt. Elephanti & cameli, quamuis collo dorſóve domentur, nec mancipi ſunt, quoniam beſtiarum numero ſunt. Vlpian.tit.Regular.

MANCIPIA dicta ſunt quòd ab hoſtibus manucapiantur.l.4 D.de ſtatu.hom.

MANCIPIA veteres adpellabant, quæ poſteriores mobilia: prædia verò, quæ iidem immobilia. Modeſtinus l.3 D.de diuerſ.temp.præſcript.Longæ poſſeſſionis præſcriptionem tam in prædiis, quam in mancipiis locum habere, manifeſtum eſt.Cic.lib.de Offic. III.Nec verò in prædiis ſolum ius ciuile ductū à natura, malitiam fraudémque vindicat: ſed & in mancipiorum venditione venditorum fraus omnis excluditur. Idem in oratione in Rullum ad populum: Qui agri, quæ loca, ædificia. Quid eſt præterea? multa in mancipiis, in pecore, auro, ebore, veſte, ſupellectili, ceteris rebus.

MANCIPATIO propria ſpecies alienationis eſt, & rerum mancipi: eáque fit certis verbis, libripēde, & quinque teſtibus præſentibus. Hæc Vlpia.tit. Regular. XIX. Caius autem (vt Boetius auctor eſt) ita ſcribit: Mancipatio eſt imaginaria quædam venditio, quod ipſum ius Romanorū eſt ciuium: eáque res ita agitur. Adhibitis nō minus quinque teſtibus, ciuibus Rom. puberibus. & præterea alio eiuſdem condicionis, qui libram æneam teneat, qui adpellatur. Libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio. íſque mihi emptus eſt hoc ære, æneáque libra. deinde ære percutit libram. ídque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi precij loco.

MANCIPIO vendere, eſt eas res quæ mancipi ſunt, ita vendere libra & ære adhibitis, vt euictionis periculum præſtetur. nam Auctor, id eſt venditor nexu ſe dicis cauſſa obligat, ad rem mancipi, hoc eſt emtori perpetuò præſtandam. Cic. pro Muræna, Quòd ſi in iis rebus repetendis quæ mancipi ſunt, is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit: profectò etiam rectius, &c. Hinc Mancipio & nexu coniungi videmus. Varro lib. De ling. 6. Manilius ſcribit omne quod per libram & æs geritur, in quo ſint mancipi, nexum eſſe. Mutius Scęuola, quæ per æs & libram fiant, vt obligentur, prærerquam quæ mācipio dentur. Hoc verius eſſe ipſum verbum oſtendit, de quo quæritur. nam idem quod obligatur per libram, neque ſuum fit, inde Nexum ductum. Hæc ille: quæ ſic intelligo, vt ex Mutij ſententia ea Nexa dicantur, non tantùm quæ abalienata ſunt, ſed etiam quæ oppignerata. Cice. 7. Famil. Attici proprium te eſſe ſcribis, mancipio & nexu: meū autem, vſu & fructu. Et de Reſp. haruſ. Multæ ſunt domus iure mancipij, & iure nexi, In Topic. Abalienatio eſt eius rei quę mācipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio. quo ex loco coniuncto cum altero libri III. de Legib. animaduerti eum qui mancipabat, nexu obligatum rem mancipi tradidiſſe. Idem in Paradox. Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, vt mancipia quæ ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili: id eſt, in iure ceſſione & vſucapione. Verùm hæc hactenus. Deinceps eum qui mancipio vendebat, euictionis periculum in ſe recepiſſe, ex Plauto demonſtrabimus. Is igitur in Perſo ſic loquitur,

Ac ſuo periculo is emat, qui eam mercabitur.
Mancipio neque promittet, neque quiſquam dabit.
Et paulò poſt,
Nihil mihi opus eſt litibus.
Niſi mancipio accipio, quid eo mihi opus
Mercimonio? TOX. *nihil pericli videtur, ne metuas*
Ne quis verò ex Arabia penitiſſima perſequatur eā.
Item, Dorpalus,
Age, indica propugnariter.
Segar. *Prius dico, hanc mancupio nemo tibi dabit. iam ſcis?*
Item,
Tuo periculo ſexaginta hæc datur argenti minis.
Item,
Ille quidem iam ſcit quid negocij geſſerit,
Qui mihi furtiuam meo periculo vendidit,
Argentum accepit: abiit: qui nunc ego ſcio,
An iam adſeratur hæc manu? quò illum ſequar?

In Perſa: nugas. His ex locis facile perſpicitur, cùm res mancipio non dabatur, periculo emtoris eā fuiſſe: neq; euictionem à venditore pręſtari ſolitam. Quod ſi mancipatio adhiberetur, & res poſtea euinceretur, Paullus lib. Sent. II. cap. XVII. ſcribit, venditorem auctoritatis nomine duplo tenus obligari. Ex quo conſuetudo illa fluxit, iure poſtea confirmata, vt etiā in aliis emtionibus eſt ſtipulatio duplæ interponeretur. ſiquidem precij alicuius res eſſet. Sin minus, ſimplæ. l. ex emto, 37. D de euict. Quæ conſuetudo ita quotidiana & vſitata fuit, atque, vt Vlpianus ait, adſidua, vt etiam ſi forte amiſſa fuiſſet, nihilominus in actionem ex emto, propter bonæ fidei naturam, tacitè veniret. ea enim, inquit, quæ ſunt moris & conſuetudinis in bonæ fidei iudiciis debent venire. l. quod ſi, 31. §. quia adſidua, D. de ædil. ædict. l. 2. D. de euict. l. ex emto, 11. §. Caſſius, D. de actio. emt. Mancipationis igitur & vulgaris Emtionis illa fuit differentia: quòd in illa euictionis periculum præſtabatur: in hac, non præſtabatur. in illa dupla ipſo iure auctoritatis nomine debebatur: in hac primum non niſi ſtipulata fuiſſet: poſtea tamen propter cōſuetudinis adſiduitatem, in emti venditi iudicium etiam tacitè & vi bonæ fidei actionis veniebat.

MANDATOR dicitur, qui alicui auctor eſt vt ſuam pecuniam alteri credat: qui & fideiuſſor dicitur. tametſi hoc plerumque differunt, quòd illud ferè in eo ponitur, qui ſuaſu ſuo nihil tale cogitantem induxit vt crederet: hoc verò in eo qui ad creditionem acceſſit, & obligationem ſua ſponſione confirmauit. vti intelligitur ex tit. De fideiuſſ. & mand. lib. Pandect. 46.

MANDATOR cauſſæ dicitur, qui mandat alicui, & inſtruit eum ad accuſationem dando probationes, allegando accuſationes. l. ſecunda. § diuus, & §. ſequen. l. 22. l. 23. l 24. D. de iur. fiſc. l. prima, D. ad Turpil. Tranquill. in Tito: Inter aduerſa temporum delatores mādatoréſque erant ex licentia veteri.

MANDATVM eſt cōtractus bonæ fidei, de eo quod fieri ſine mercede vlla conuenit, periculo mandatoris exſequendo: inter quos iure ciuili licet, factus. Mandare namque eſt negocium dare. ſed cùm SINE MERCEDE addidimus, à locatione illum diſtinximus. Conueniſſe autem: hoc eſt, non modò datum, verumetiam ab eo cui datur, receptum eſſe oportet. prius enim non naſcitur obligatio. l. 1. & paſſ. D. mandati. Differt autem à Conſilio, primùm quòd Mandatum pars quædam imperij eſt, aut potius voluntatis, vt quid fiat. Conſilium ab imperio prorſus alienūm eſt, nec vllam voluntatis ipſius ſignificationem habet: itaque rem conſultoris arbitrio permittit: nec vtrum fiat, nécne, laborat. eóque non eſt

libris noſtris mentio eſt. Itaque Solini de iis verba ſubſcribemus: Conchæ ſunt, inquit, quibus hoc genus lapidum requiritur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptu, ſitiunt rorem velut maritum, cuius deſiderio hiant: & cùm lunares maximè liquuntur aſpergines, oſcitatione quadam hauriunt humorem concupitum. Sic concipiunt, grauidæque fiunt: & de saginæ qualitate reddunt halitus vnionum.

MARITI, pro coniuges. Papin. l. 52. in fin. D. de donat. inter vir. nam quo caſu inter exteros conditio naſcitur, inter maritos nihil agitur.

MARTE ſuo litem decurrere, Tribonianus dicit, pro ad exitum ſine vllo impedimento perduci. Si neque per alterutram litigantium partem, nec per iudicem ſteterit, quo minus lis ſuo Marte decurrat, &c. in l. properandum, 2. §. Illud proculdubio, 5. Cod. de iudic.

MARTINVS Iuriſconſultus nobilis, Italus, æqualis eorum ætatis qui primi gloſſulas ad ius ciuile ſcripſerunt, circiter annum MCXC. iuriſque diſciplinam magna cum laude exercuit. Eius perſæpe Accurſius mentionem in gloſſis interpoſuit.

MARTYRIVM, templum martyribus dicatum, apud Impp. l. generali, 13. C. de ſacroſ. eccleſ. & l. decernimus, 15. eod.

MASTIGOPHORI, lictores qui virgas in ſacris certaminibus ferebant, quibus turbam ſummouerent. Arcadius l. vlt. §. 1. D. de muneri. Maſtigophori quoque qui Agonothetas in certaminibus comitantur, & ſcribæ magiſtratus perſonali muneri ſeruiunt. Iulius Pollux μαςιγονόμυς ferè: à Xenophonte quodam loco μαςιγοφόρυς adpellari tradit.

MATERFAMILIAS, vide Vxor.

MATERFAMILIAS olim quid à matrona differret, infrà ſub voce Vxor explicauimus. nunc autem admoneri illud opus eſt, in Pandectis Matremfamil. & Matronam pro eadem vſurpari, hoc eſt pro muliere pudica & honeſta, ſiue ea vidua eſſet, ſiue nupta. placet etiam vt illud Feſti ad idem tempus pertineat: Matronas adpellabāt eas ferè, quibus habendi ſtolas ius erat. Cicero Phil. 2. Citò curio interuenit: qui te à meritricio quæſtu abducit: & tāquam ſtolam vidiſſet, in matri ſtabili & certo locauit. Sed quod de Matrefamil. idem ſcribit, ad antiquorū cōſuetudinem referendum eſſe, poſterius eodem loco docebimus. nūc promiſcuè verbū vtrumque vſurpare, demonſtrandum eſt. Cicero pro Cælio: Petulanter facimus, ſi matremfamil. ſecus, quàm matronarū dignitas poſtulet, nominemus. Quo in loco matronam omnem adpellari Cicero ſignificat, quæ bona & honeſta exiſtimatione eſt. Marcellus in l. probrū, 41. D. de rit. nupt. Si qua ſe in concubinatu alterius, quàm patroni tradidiſſet, matrisfamiliâs honeſtatē non habuiſſet. Vlpianus autē in l. ſic vxor, 13. D. de adult. Si modò ea ſit, quæ in concubinatu ſe dādo, matronæ nomen nō amiſit, vt puta quæ patroni cōcubina fuit. Plautus Ciſtellaria: Matronæ magis conducibile eſt iſtuc: mea Silenium, Vnum amare, & ætatē cum illo exigere, cui nupta eſt ſemel. Verùm enim meretrix fortunati eſt oppidi ſimillima. Non poteſt ſuā rē obtinere ſola, ſine multis viris. Idem in l. item apud, 15. §. Si quis virgines, D. de iniur. Multo minus, ſi meretricia veſte fœminæ, non matrumfamiliarum veſtitæ fuiſſent. ſi igitur nō matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam adpellauit, vel ei comitem abduxit: iniuriarum tenetur. Vlp. l. pronunciatum, 47. D. de verb. ſig. Matremfa. accipere debemus eam, quæ nō inhoneſtè vixit, matrem enim familiâs à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant. proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua: ingenua ſit, an libertina. nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfam. ſed boni mores. Idem l. 3. in fi. D. de lib. exhib. Cùm audis, inquit, Matremfamiliâs, accipe notæ auctoritatis fœminam.

MATERIÆ infectæ, pondus: ſignatæ, numerus: factæ, ſpecies adpellatur. l. 6. D. de rei vind.

MATERIA ſic à ligno diſtinguitur, vt hoc ad eā quæ comburendi cauſſa parata ſunt, pertineat: illa verò quæ ædificandi fulciendíve cauſſa. l. 1. 2. D. de vſufr. l. 47. D. de act. emt. l. 55. D. de lega. 1. l. 167. D. de verb. ſignif.

MATERTERA eſt matris ſoror: ait Paullus l. 10. §. 7. D. de gradib.

MATERTERA magna eſt auiæ ſoror ait Paullus l. 10. §. 8. D. eod.

MATERTERA maior, ait Paullus eſt ſoror proauiæ: patris & matris matertera magna. l. 10. §. 9. D. de gradib.

MATERTERA maxima eſt, ait Paullus abauiæ ſoror: patris vel matris matertera maior. l. 10. §. 10. D. de gradibus.

MATRIMVS ac patrimus dicuntur, quibus patres & matres adhuc viuunt: ait Feſtus.

MATRIMONIVM, eſt maris atque fœminæ coniunctio. l. prima, §. 2. D de iuſt. & iur.

MATRIMONIVM à matris nomine, non adepto iā, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi. Agellius libro 18. cap. 6.

MATRIMONIVM & Nuptiæ ſæpe promiſcuè vſurpantur: propriè tamen differentia repetitur: vt in l. pen. D. de dona. int. vir. & vxo. vbi Scæuola matrimonium eſſe oſtendit, conuentionem inter virum & vxorem: eámque conuentionem ſolo conſenſu contrahi: hoc eſt, neque rei interuentum neque certa & concepta verba, neque literas. l. licet, 8. C. de inceſt. nupt. l. nuptias, de reg. iur. l. 3. D. de ſponſal. l. neque ſine, 13. C. de nupt. Nuptias autem ibidem Scæuola eſſe oſtendit, ritum illum qui pro cuiuſque gentis inſtitutis palam & publicè adhiberi ſolet. veluti apud Romanos, deductione in mariti domum. item, aquæ & ignis interuentu. Similiter Paullus matrimonium à nuptiis diſtinguit in l. ſi ita, 10. & Iulianus in l. ſeq. D. de ritu nuptiarum, & Iuſtinianus in §. ſi aduerſus ea; de nupt. & in l. inter eos, 27. D. de donationib. inter vir. & vxo. l. 13. C. de nupt.

MATRONA, vide Vxor: vide item materfamil.

MATRVELIS, ex matris meæ fratre natus. Marcianus l. 1. D. de leg. Pomp. de parricid. Si quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, ſororem, patruelem, matruelem occiderit, &c.

MEDIASTINVS, mancipium viliſſimum, quod mediis in ædibus ſtat, vt ad cuiuſuis iuſſa atque imperata præſtò ſit. Vlpianus l. 15. §. 31. D. de iniur. Etenim multum intereſt, qualis ſeruus ſit: bonæ frugi, ordinarius, diſpenſator: an verò vulgaris, vel mediaſtinus, aut qualis qualis. Idem l. 1. §. 4. D. naut. caup. ſtab. Si qui opera mediaſtini fungitur, non continetur: vtputa atriarij, & focarij, & his ſimiles. item in l. 6. D. de op. ſer. Columell. lib. 1. cap. 9. mediaſtinus qualiſcumq; ſtatus poteſt eſſe, dummodo perpetiendo labori ſit idoneus.

MEDIANVM, pro medium. Verbum architectonicum. Vlpianus l. 5. §. 2. D. de his qui deiec. Quòd ſi ex mediano cœnaculi quid deiectum ſit, verius

domicilium haberent, interdum tamen exportandarum vel importandarum mercium cauſſa in prouincias ad aliquod tẽpus excurrebant. Sabinus autem in l.4.D.de penu leg. tempus illud vt longiſſimum definit eſſe non plus annuum. Negociatores verò ciues quidem erant Romani, ſed in prouinciis ſedem fortunarum ſuarum conſtituerant, ſic, vt rarò in vrbem nec ferè niſi cenſendi cauſſa redirent. quales erant aratores, pecuarij, argentarij, &c. Locum autem in Verrina III. hunc notaui: Ciues, inquit, habent propinquam fructuoſámque prouinciam, quò facilè excurrant, vbi libenter negocium gerant: quos illa partim mercibus ſuppeditandis, cum quæſtu compendióque dimittit: partim retinet, vt arare, vt paſcere, vt negociari libeat, vt denique ſedes ac domicilium collocare. vide Negociatores.

MERCES ferè dicitur pecunia quæ ex prædiorum rusticorum locatione percipitur: quæ verò ex vrbanorum, Penſio. vide l.27.& l.29 D.de hered.petit.

MERCIS adpellatio, inquit Vlpian. ad res mobiles tantùm pertinet. l.66.D.de verb.ſig.

MERCIS adpellatione, inquit Africanus, homines non contineri Mela ait, & ob eam rem mangones non mercatores, ſed venalitiarios adpellari ait, & rectè. l.207.D.de verb.ſig.

MERITORIA, ſunt loca quæ merced locantur: à merendo dicta. Vlp.l.13.§.8. D.de vſuſt. Quòd autem dicit meritoria non facturum, ita accipe quæ vulgò diuerſoria vel fullonica adpellant. Sic in l. vrbana, 198.D.de verb.ſig. l.52.§.ſi quis, D.pro ſoc.

MERVM, inquit Feſtus, antiqui dicebant ſolùm. at nunc Merum purum adpellamus. Hinc,

MERVM factum, quod ab omni datione ſeiunctum eſt. in l 98.§.mihi, D.de ſolut.

MERVM officium Prætoris, quòd à iudicis officio ſecretum eſt. l.5.D.de verb.oblig.

MERA pœna, quæ à rei perſecutione ſeiuncta eſt. l.1.D.de eo per quem fact. l.1.D.ſi quis ius dic.

MERVM imperium, quod in rerum capitalium quæſtionibus verſatur, & à priuatarum rerum iuriſdictione purum eſt. l.3.D.de iuriſd. l.1.§.vlt.D.de offi. eius cui mand.

MERVM ius gentium, quod à ciuilibus inſtitutis ſeiunctum eſt. l.31.D depoſ.

MERVM ius, ſtricta iuris ratio. l.16.D.de minorib. l. pen.§.vlti. D.de contr.tab. l.4.§.ſi viam, D. de vſucap. l.37. D.de adminiſt.tut.

MERAM actionem negociorum geſtorum ſequi, in l. etſi, 14.§.idem Labeo, D.de relig. pro ſtrictam eius actionis naturam & condicionem.

MESONAVTA, qui medium inter nautas, id eſt remiges locum obtinens, reliquis remigandi ſignum præbet: eodem, opinor, modo dictus, vt μεσόχορος. Vlpianus l.1.§.1.D.de naut.caup.ſtab. Sed de exercitore ſolummodo Prætor ſentit. nec enim debet, inquit Pomponius, per remigem aut meſonautam obligari: ſed per ſe, vel per nauis magiſtrum.

META, eſt inferior pars molæ: ait Paullus in l. 18.§. 3.D.de inſtruct.& inſt.

METALLVM, genus pœnæ mediocris numeratur à Paullo lib. Collect.v.c.XVII. cùm nocentes ad eruendas metallorum venas damnabantur. Inter eos autem qui in metallum, & eos qui in opus metalli damnãtur, differentia in vinculis tãtùm eſt: quòd qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur: qui in opus metalli, leuioribus. quódque refugæ ex opere metalli in metallum dantur, ex metal-

A lo grauius coërcentur. l.8.§.4.D.de pœn. Hinc,

METALLICI, qui ea pœna damnati ſunt: apud Macrum in l.in ſeruorum, 10.§.1.& l.in metallum, 36. D.de pœn.

METALLARII, qui metallum effodiunt: quorum tamen alij ſponte ſua, alij condicione tales ſunt: vt ſub Rub.C.de metallar.& metall.

METATORES, deſignatores hoſpitiorum qui notandi diuerſorij cauſſa antecedunt. Μετάτωρ, inquit
B Suidas, ὁ προαποστελλόμενος ἄγγελος πρὸς τοῦ ἄρχοντος. Adpellantur & menſores in l.1.C.de metat. Si quis menſorum noſtrorum manum, qua deputatas ſingulis quibuſque domus notant, & poſtibus hoſpitaturi nomen adſcribunt: &c. Hinc,

METATA, diuerſoria quæ prouinciales præbere ſolebant, & onera recipiendorum hoſpitum: ſub eadem Rub.C.de metatis & epidemet & l.vlt.in fin.D. de mun.& hon. l.6.C.de profeſſ.& medic.

METRETES, ὁ μετρητής, vaſis genus, quod Cadus
C Latinè dicitur: decem congiorum capax Caius l.35.§. 5.D.de contrahen.emt. Quòd ſi vinum ita venierit, vt in ſingulas amphoras: item oleum, vt in ſingulos metretas. Item: Quia venditio quaſi ſub hac condicione videtur fieri, vt in ſingulos metretas, &c. Et Scæuola l.pen.§.1.D.locati.de naue loquitur, in quam olei metretum tria millia, frumenti modiùm octo millia imponebantur.

METROPOLIS, μητρόπολις, ex μήτρα & πόλις, id eſt, matrix & vrbs iuncto nomine, dicitur ea ciuitas
D vnde colonia deducta eſt. Thucydides lib.4. ἀποικία εὖ μὲν πάσχουσα, τιμᾷ τὴν μητρόπολιν· ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριοῦται: id eſt, Colonia beneficio adfecta, honorem vrbi matrici tribuit: iniuria verò adfecta, abalienatur. Itaque Vlp.l.4.§.4. D.de offic.Proconſ. Epheſ. metropolim adpellat: Proconſuli, inquit, neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam adplicare. καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον primam adtingere. id eſt, Epheſum prius quàm alias metropoles accedere. Modeſt.l.6.D.de excuſa.tut. εἰκὸς δὲ τῷ μὲν μεγίστῳ ἀριθμῷ χρῆσθαι τὰς μη-
E τροπόλεις τῶν ἐθνῶν, τῷ δευτέρῳ τὰς ἐχούσας ἀγορὰς δικῶν, τῷ δὲ τρίτῳ, τὰς λοιπάς: i. Decet maximo quidem numero vti nationum metropoles: ſecũdo, eas quæ forũ iudiciorum habent: tertio verò, ceteras. Deniq; Metropoles ad extremum dictæ ſunt, matres vrbium, ſiue capita prouinciæ. vt l.1.C.de metrop.beryt. Propter multas iuſtáſq; cauſſas metropolitano nomine ac dignitate Berytum decernimus exornandam, iam ſuis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropolitanã habeat dignitatem. Florus lib.3.ca.7. Eritreã &
F (vt Græci dicere ſolẽt) vrbiũ matrẽ Cydonã. Hinc,

METROPOLITANI epiſcopi, qui in illis ciuitatibus Epiſcopatum gerebant: quorũ hæc fuit ratio, vt vnus illorum aliquis de Collegarum ſententia, quaſi Magiſter collegij conſtitueretur, qui quoties res poſtularet collegas quaſi ſenatum cogendi, & ad eos de Eccleſiarum negociis referendi poteſtatem haberet: ita plane, vt neque illi ſine huius, neque hic ſine illorum cõſenſu atque auctoritate grauius quidquam gereret. item vt ſi creãdus eſſet aliquis epiſco-
G pus, eo preſente atque auctore crearetur: ſin ipſe creãdus, ab ipſa Synodo dumtaxat: ſin abdicandus de cõmuni totius ſenatus ſentẽtia remoueretur. vide Antiocheni Concilij κεφάλ.θ. κεφ.ιϛ. Niceni κεφ.ζ. Conſtantinopolitani β. Epheſienſis vltimum: quibus in locis Metropolitani modò ἀρχιεπίσκοποι adpellantur, modò πρῶτοι, modò, προέχοντες, modò προεστῶτες, modò, πατριάρχαι. Vide infrà PATRIARCHÆ.

Metrocomiae μητροκωμίαι, ad metropoleῶν inſtar adpellatæ ſunt, vicorum matres & capita. in l.ſi Diuina, §.C de exact.tribut.

Metvs, eſt inſtantis vel futuri periculi cauſſa mentis trepidatio, l.1.§.1.D.quod met.cauſ. Periculum autem non cuiuſlibet vexationis, ſed maioris mali accipere oportet: nec hominis vani, ſed iuſtum, & qui vel in conſtantem cadat, l.5.l.6.l.7.& paſſ.D.eo.

Metvs cauſſa abeſſe videtur, qui iuſto timore mortis vel cruciatus corporis conterritus abeſt. l. tertia, D.ex quib.cauſſis maior.

Migrare inquilini dicuntur, cùm exacto locationis tempore ex habitatione cùm ſuis rebus illatis inductis, diſcedunt. vnde Rubrica D.de migrando. Notauimus tamen in Comment.Vertinæ IIII. Ciceronis & Plauti locos, in quibus Migrare vſurpatur pro vaſis relictis ad tempus diſcedere. Exire verò pro vaſa efferre. Itaque (ait Cicero) iſte hoſpiti infenſus, hoſpitium ei renuntiat, domo eius emigrat, atque adeò exit. nam iam ante migrarat.

Miliarivm, columna aurea in capite Romani fori ſtatuta: de qua Plinius libro tertio, ſic ſcribit: Roma diuiditur in regiones quattuordecim, compita earum CCLXV. Paſſ. eiuſdem ſpacij menſura currente à miliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero trigintaſeptem. Cornelius tacitus libro decimoſeptimo: Otho innixus liberto per Tiberianam domum in velabrum, inde ad miliarium aureum ſub ædem Saturni pergit. Macer l.centeſima quinquageſima quarta, D.de verborum ſignific. Mille paſſus non à miliario vrbis, ſed à continentibus ædificiis numerandi ſunt.

Miliarivm, vas aquæ calfaciendæ paratum. vti docet Athenæus libro tertio, τὸ μιλιάριον, inquit, καλούμενον ὑπὸ ῥωμαίων τὸ εἰς θερμοῦ ὕδατος κατεργασίαν κατισκευαζόμενον. De miliario argenteo meminit Vlpia.l.19.§.5.D.de aur.arg.& mund.

Miles adpellatur vel à militia, id eſt duritia quam pro nobis ſuſtinent: aut à multitudine: aut à malo, quod arcere milites ſolent: aut à numero mille hominum: ductum à Græco verbo, tractum à tagmate. nam Græci mille hominum multitudinem τάγμα adpellant: quaſi milleſimum quemque dictum: vnde ipſum ducem χιλίαρχον adpellant. l. prima, §. primo, D.de teſtamento militari.

Milites dicebantur, qui ſacramento militiæ obſtricti, cincti & in numeros relati eſſent. l. milites, §. miſſionum, & l.vltima, D.de re militari, l.miles, D.de adult.l. 2. D. de veter.l.filiusfamiliâs, l.Titius, D.de militari teſtamento.

Militiam vrbanam Cicero, patronorum, qui pòſt Aduocati dicti ſunt, labores & adſiduitatem adpellat: non adfirmans, vt quidam putant, ſed eos eludens potius, cuum ita res & tempus poſtularet. In Murænianа enim ſic loquitur: Seruius hic, inquit, nobiſcum hanc vrbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cauendi, plenam ſolicitudinis & ſtomachi ſecutus eſt, ius ciuile didicit, multum laborauit, præſtò multis fuit. Sed Imperatores quidam poſtea nihil ſimulantes, in l.decimaquarta, C.de aduocatis diuerſorum iud. ſic locuti ſunt: Nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam aduocatos. militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt.

Militia duplex in libris noſtris reperitur: vna A Armata, quæ belli cauſſa ſuſcipitur: de qua mentio fit in l.1.C. de iuris & facti ignorantia.l. decimaoctaua, D.de re iudic.l.4.C. qui dar.tut. altera verò Ciuilis, quam ſic deſcribere poſſumus: Miniſterium in obeundis Principis negociis, cuius cauſſa ſalaria & cõmoda ab ipſo tribuuntur. Hinc,

Militvm adpellatio poſtremis temporibus quaſi pro ſingulari Imperatorum beneficio ad eos tranſlata eſt, qui in pace & ocio, procuratione aliqua Rei- B pu.fungerentur. quod tamen non omnibus, ſed certis dumtaxat honoribus tribuebatur. vnde Iuſtin.l.tertia, De numerariis, libro Codicis duodecimo: Numerarios, inquit, ampliſſimæ tuæ ſedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus. Idem eodem. Nemini licere deinceps iubemus in quacumque militia connumerato, ſolicitudinem actuarij ſubire, vel poſt eandem depoſitam eandem curam ad militiã adſpirare: quatenus inter priuatos agẽs, omníque militari priuilegio denudatus, nihil nundinationis vel C fraudis circa commendata ratiocinia, quibus obnoxius eſt, adtentare valeat. Harum autem militiarum aliæ Palatinæ dicũtur, eorum ſcilicet qui in Principis palatio muneri alicui præfecti erant: aliæ Comitatenſes, eorum qui in eiuſdem erant comitatu: aliæ Prouinciales, eorum qui prouinciarum magiſtratibus adparebãt. quibus omnibus aditus etiam mercatoribus atque negociatoribus patebat: dũtaxat, qui ſordidorum opificum numero non eſſent: quales ſunt fabri, & alij omnes qui in ergaſteriis, id eſt, officinis D operariis exercentur, aut merces venales quotidiani quæſtus cauſſa proſtituunt. vti patet ex l.antepen. C. De cohortal.

Milites, inquit Iuſtinianus, adpellamus tam eos, qui ſub excelſis magiſtris militum tolerare noſcuntur militiã, quàm qui in vndecim deuotiſſimis ſcholis taxati ſunt, necnon eos, qui ſub diuerſis optionibus fœderatorum nomine ſunt decorati. l. vltima, C. de loc.& conducto.

Militiam ex caſu qui dici putarunt, & ſe & a- E lios in errorem induxerunt. neque enim militia ex caſu, ſed Militiæ caſus dicitur: in Nouella LIII. Dicitur autem

Militiæ caſus, cùm alicuius militia, hoc eſt munus alicuius eorum qui publica Principis negocia gerunt, per eius mortem cecidit: quaſi dicas Caducã militiam. Conſtitutum igitur fuit, vt milite aliquo mortuo, liberi, vel vxor, vel heredes eius, de commilitonum ſententia (vel, vt vſitatis verbis vtamur, ex cõmuni eorum qui in eadem ſchola, id eſt, ordine ſtatu- F ti ſunt, placito) beneficium aliquod à principe impetrarent. Hoc beneficium ſiue commodum Caſus militiæ dicebatur præciſe, pro Commodum caducæ militiæ: quod non hereditatis iure, ſed priuilegio & beneficio Principis tribuebatur. Iuſtinianus autem in d. Nouell.LIII. conſtituit, ne creditores defuncti militis cuius bona ſoluendo non ſunt, caſum illum militię pignori capiant, extrà quàm ſi eorum pecunia eam militiam defunctus emerit. vide legem ſi quis, vndecimam, C.de proximis ſacrorum ſcriniorum, ceteriſ- G que qui in ſacris ſcrin, militant. lib.12. l.vlt. C. de pignorib.l.omnimodo, 30.§.vlt.C.de inoffi.teſt.

Minores annorum, vetus locutio, ſæpe à Iuriſcõſultis vſurpata. Varro libri De re ruſtica primi, capite 17. Operarios parandos eſſe, qui laborem ferre poſſint, ne minores annorum XXII.

Minor annis XXV. dicitur in lege Iulia de adult. & in edicto de minorib. is qui agit annum ætatis vigeſi-

vigeſimum quintum, vel eius anni extremum diem, momentis quoque temporum ſubductis.l. ſi maritus, 15.§.3.D.de adulte.l.3.§.minorem, D. de minoribus. At in honoribus fauoris cauſſa inductum eſt, vt minor non ſit XXV.annis, qui vigeſimumquintum annum agit. l. ad Rempub. 8.D.de mun.& honorib.l. non tantùm,D.de decur.

MINOR XX. annis in lege Ælia Sentia non dicitur, qui ſupremum diem anni vigeſimi agit.l.1.D. de manumiſſ.

MISSILIA, munera quæ principes & magiſtratus largitionis & munificentiæ cauſſa populo ſpargebãt. Imp.§.39.de rerum diuiſ. Vt ecce, Prætores & Conſules, cum miſſilia iactant in vulgus, ignorant quod eorum quiſque ſit excepturus.. & l.8.D.de contrahen. emt.l.9.§.penul.D.de adqui.rer.dom.

MISSIONVM, inquit Macer, generales cauſſæ ſunt tres: honeſta, cauſſaria, ignominioſa. Honeſta eſt, quæ tempore militiæ impleto datur. Cauſſaria, cùm quis vicio animi vel corporis minus idoneus militiæ renunciatur. Ignominioſa, cum quis propter delictum ſacramento ſoluitur.l.13.§.2.D.de re milit. Vel ſic,

MISSIO honeſta eſt, quæ emeritis ſtipendiis, vel antè ab Imperatore indulgetur. Miſſio cauſſaria eſt, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſoluit. Miſſio ignominioſa totiens eſt, quotiens is qui mittit, addit nominatim ignominiæ cauſſa ſe mittere. ſemper enim debet addere cur miles mittatur.l.2.§.2. D.de his qui not.

MISCERE contractum, pro facere contractum, & contractu cum aliquo implicari. Paullus l.nona, D. de confir. tut. Vel cum fiſco aliquem contractum damnoſum miſcuiſſent.

ΜΙΣΘΩΤΟΣ, qui aliquid conductum habet. Modeſt. in l.49. D. locat. οἱ ἐπίτροποι γινόμενοι μισθωταὶ καίσαρος γίνεσθαι κωλύονται: id eſt, Curatores creari prohibentur aliquid à Cæſare conductum habere Et paulo pòſt, εἰσὶν κεκωλυμένοι μισθοῦσθαι καὶ παρὰ τοῦ ταμείου χωρία. Suut prohibiti fiſci poſſeſſiones conducere.

MITRA, muliebre capitis tegumentum. nam Vlpianus mitras magis capitis tegendi quàm ornandi cauſſa comparatas ſcribit, l.23.§.1.D.de aur.arg. ſed eiuſmodi tamen tegmen erat, vt ornatum quoque adferret. nam idem Vlpia.in l.25.§.4.eiuſd.tit. inter ornamenta muliebria mitram & ſemimitram recenſet.

MITTERE in poſſeſſionem Prætor dicitur, cùm ſeruandi crediti cauſſa, vel ventris, vel dotis, legatorúmve nomine, damníve infecti cauſſa rerum cuſtodiam alicui mandat: non vt poſſideant, ſed vt in poſſeſſione ſint.l.1.D.quibus ex cauſ.in poſſeſſ.l.3. §.vltim.& l. 10.D. de adquirend. hered. l. vigeſimaſexta & vigeſimaſeptima, D. de iudic. l. 1. D. de fund. dotal.

MIXTÆ actiones duorum ſunt generum. nam aliæ tam in rem quàm in perſonam ſunt, veluti familiæ erciſcundæ: aliæ verò partim rem, partim pœnam perſequuntur:§.quædam,18.§.ſequens,16.Inſtit. De action.

MIXTVM imperium, vide Imperium.

MOBILES res, propriè ac præcipuè adpellantur, quæ anima carent, vt vaſa: Mouentes verò, quæ per ſe mouentur, nimirum animalia, ſerui, quadrupedes, pecudes.l.prima, D.de ædil.edict.l.quarta, C.famil. erciſc. l. penultima, C. de iure dot.l.ſecunda, & l. tertia, C.de quadr. præſcript. interdum tamen promiſcuè vſurpantur, & Mobilium nomine animalia

A intelliguntur:l.prima,D.de rei vindic.l.tertia,§.Nerua,D.de adquirend.poſſeſſ.

MODICAM ſummam Paullus in actione de dolo danda interpretatur vſque ad duos aureos,l.10.D.de dol.mal.

MODVLI, menſuræ operis admetiendi cauſſa paratæ. Paullus l. non ſolum, 8.§. penult. D. de op. nunt. Sed vt probari poſſit quid poſtea ædificatum ſit, modulos ſumere debet is qui nunciat.

B MODVLI, menſuræ ad quas aquæ ducebantur: apud Vlpi.l. damni, 30. §.1. D. de dam. infect. Frontinus li.1.de aquæduct. Aquarum moduli aut ad digitorum, aut ad vnciarum menſuram inſtituti ſunt.

MOMENTVM propriè eſt punctum, ſiue indiuidua pars temporis: vt cùm dicimus hereditatem ne momẽto quidem ſubſiſtere in perſona eius per quem adquiritur,l.placet,79.D.de adquir.hered. Obſeruatum eſt autem plerumque

MOMENTVM pro hora vſurpari, l.3. §. mino-
C rem,D.de minoribus.

MOMENTI beneficium in libris noſtris dicitur reſtitutio poſſeſſionis, per vim, aut alio iniquo modo ablatę, quia confeſtim & ipſo momẽto facienda eſt, l.vn,C.ſi de mom.poſſ.l.1. C. ſi per vim vel al. mod.l. momentaneæ, 8. C.vnde vi. Itaque Celerem reformationem adpellant, l.ſi coloni, 14.Cod.de agric.& cenſ.qua de cauſſa ne adpellationi quidem retardari poteſt.d.l.1.C.ſi de mom. poſſeſ. Iſidorus lib. 5. Momentum, inquit, dictum eſt à temporis breuitate, vt
D tam citò quàm ſtatim ſaluo negocio reformetur, nec in vllam partem produci debeat quod repetitur.

MONACHIO, ſodalitas & conuentus monachorum, apud Impp.l.generali,13.C.de ſacroſ.eccleſ.

MONETARII, qui in moneta publica operantur,l.ſexta, §. primo, D.ad legem pecul.& libro Codicis vndecimo, De murilegulis & gynæciariis, & procuratoribus gynæcij: & de monetariis & de baſtagiariis. Vbi monetarij in ſua ſemper condicione durare iubentur, nec dignitatis cuiuſcumque priui-
E legio ab huiuſmodi condicione liberari.

MONITORES, ſerui à colono præfecti vt operariorum, veluti vinitorum, & aratorum turbam obeuntes, vnumquemque moneant, & ſegniores caſtigent. Vlpia.l. 8. D.de inſt. vel inſt.leg. Quærendi, veluti homines qui agrum colunt, & qui eos exercent, præpoſitive ſunt his. quorum in numero ſunt vilici, & monitores. Columella lib.1.cap. vlti Et in turba, inquit, & ſub monitore vinitor opus facere debet. Item, Decurias adpellauerunt antiqui, & ma-
F ximè probauerunt, quòd is numeri modus in opere commodiſſimè cuſtodiretur, nec præeuntis monitoris diligentiam multitudo confunderet.

MONVMENTVM generaliter res eſt memoriæ cauſſa in poſterum prodita: in qua ſi corpus vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulcrum: ſi verò nihil eorum inferatur, efit monumentum memoriæ cauſſa factũ, quod Græci κενοτάφιον adpellant. l. 42. D. de religio.

MONVMENTVM, eſt quod memoriæ ſeruandæ gratia exſiſtit.l.1.§.2. D. de reli.

G MONVMENTVM ſepulcri eſt id quod monumenti, id eſt cauſſa muniẽdi eius loci factũ ſit, in quo corpus impoſitum ſit. l. 37. §. 1. D. de relig.

MORA, eſt culpa prætermittendi officij in ſoluendo recipiendóve debito, quæ alteri damnoſa eſt. Eius enim duæ ſunt ſpecies: quarum vna in debito, non præſtando, altera in non recipiendo quod oblatum eſt verſatur.

Mora non præſtandi debiti, eſt culpa debitoris prætermittentis ſoluere, quod ſoluere & debuit & potuit: cum aliquo creditoris incommodo coniuncta.

Mora non recipiendi debiti, eſt culpa creditoris non recipientis ſolutionem quę à debitore idoneè oblata eſt, vnde aliquid incommodi ad debitorem peruenit.

Mora ex perſona æſtimari dicitur, cùm debitor opportuno loco ac tempore à creditore adpellatus, ſoluere tamen prætermiſit. l. mora, 32. D. de vſur.

Mora ex re fieri dicitur, cùm ipſo iure ac ſolo temporis decurſu ſine vlla creditoris adpellatione, prætermiſſio illius officij reprehenditur, l. ſed etſi, 23. D. de vſur.

Moram purgare, eſt re integra contractam ex mora culpam ſic eluere, vt eius omnis pœna vitetur. nam oblatione ſolutionis omne periculum futurorum caſuum à debitore in creditorem transfertur, l. interdum, 73. §. 1. D. de verb. oblig. l. cum decem, 72. §. 1. D. de ſolut. Quod idem etiam creditori conceſſum eſt, vt ei moræ purgandæ facultas, vt agere poſſit, permittatur, l. ſi ita quis, 135. §. 1. D. de verbo. oblig. Atque hæc ſummatim ex noſtro tract. De mora.

Morbvm Sabinus ſic definit, Habitum cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum eius ad id facit deteriorem, cuius cauſſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. hæc Vlpianus l. 1. §. 4. D. de ædil. edict. vbi vicium à morbo multum differre ait: quod ex Ciceronis verbis conſtabit, quæ de lib. Tuſcul. diſput. 4. ſubſcribemus. Morbum adpellant totius corporis corruptionem: Ægrotationem, morbum cum imbecillitate: Vicium, cùm partes corporis inter ſe diſſident. ex quo prauitas membrorũ, diſtortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur: vicium autem integra valetudine ipſum ex ſe cernitur. ſed in animo tantummodo cogitatione poſſumus morbum ab ægrotatione ſeiungere. Hactenus Cicero. Agellius quoque libro 4. capi. 2. locum Sabini, ſed non integrum, retulit.

Morbvm, inquit Modeſt. verum eſt eſſe temporalem corporis imbecillitatem: vicium verò perpetuum corporis impedimentum: veluti ſi talum excuſſit. nam & luſcus vtique vicioſus eſt, l. 101. §. 2. D. de verb. ſignif. vbi tamen oculum excuſſit, legendum putarem.

Morbvs Sonticus, vide Sonticus morbus.

Morbosi qui dicantur, cognoſce ex tract. D. de ædil. edict.

More maiorum quod fit, rectè ac decenter fit. nam populus R. maiorum inſtituta atque exempla pro legibus ducebat. Cicero de Legib. 11. Ergo adeò expectatæ leges, quæ genus illud optimum Reip. cõtineant: & ſi quæ fortè à me hodie rogabuntur, quæ non ſint in noſtra Rep. nec fuerint, tamen erant ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat. Paullus l. 11. D. de iuſt. & iur. Vbicumque Prætor ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluóque more maiorum ius dicere conſtituit, is locus rectè ius adpellatur. Iulian. l. 5. D. de iuriſd. More maiorum ita comparatum eſt, vt is demum iuriſdictionem mandare poſſit, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio haberet. Vlpian. l. 11. D. de his qui not. infam. Si talis ſit maritus, quem more maiorum lugeri non oportet, &c.

More maiorum puniri, quid ſit explicat Sueton. in Nerone his verbis: Legitque ſe hoſtem à Senatu iudicatum, & quæri vt puniatur more maiorum. interrogauitque quale eſſet id genus pœnæ, & cùm comperiſſet, nudi hominis ceruicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus, duos pugiones quos ſecum extulerat, arripuit.

Mores honeſto vocabulo Iuriſconſulti coniugum vicia, & minus honeſtas actiones adpellant. Vlpia. tit. Reg. 6. Mores grauiores ſunt, adulteria tantùm: leuiores, omnes reliqui. Maritus propter maiores mores, præſentem dotem reddit: propter minores, ſenum menſium die. Vide ſuprà, Iudicium de moribus.

Morganatica, barbarum vocabulum, fictum ex verbo Morgen: quod etiam nunc Germanis Manè ſignificat. vnde vulgaris apud illos matutina ſalutatio, Gut morgen. Bonum manè. Vſurpatur autem in lib. Feud. 11. De filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. Hodie certè apud Germanos Morgengeba tritũ eſt verbũ, pro ſpõſalitia largitione, ſiue ἀντιφέρνῃ, quã ſpõſus ſponſæ dat manè de thalamo ſurgenti: vnde fictum vocabulum Gregor. Turonenſ. libr. 1 x. De ciuitatibus verò, inquit, quas Gaileſuindam germanam dominę Bruneſchildis tam in dote, quàm in morganegiba (ita corruptè legitur) hoc eſt matutinali dono in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe. Eſt & in Longobardorum legib. tit. De morgengeb. vbi ſtatuitur, ne marito amplius quarta ſuorum bonorum parte morgengebæ nomine dare liceat.

Moribvs conſtitutum ius: vide Conſuetudo.

Mors alia Naturalis dicitur, animę ſcilicet à corpore diſceſſus: alia Ciuilis, hoc eſt, cum iuris ciuilis ratione aliquis pro mortuo numeratur. Intereunt enim homines media & maxima capitis deminutione, æquè vt morte. l. 64. §. vltim. D. pro ſoc. qua de cauſſa & aqua & igni Interdicti, & Deportati mortuorum loco habentur. l. 4. D. de bon. libert. l. 1. §. vlt. D. de cont. tab.

Mortis tamen nomine, in re dubia, ſola naturalis intelligitur. l. 48. §. vlti. D. de iur. fiſc. l. 121. §. vlt. D. de verb. oblig.

Mortis cauſſa capio, generis nomen eſt, quod omnes ſpecies complectitur, quibus quid propter alicuius mortem capitur. veluti hereditatis, legati, fideicommiſſi, mortis cauſſa donationis. ſed cùm illarum quæque proprium nomen haberet, factum eſt, vt quæ ſpeciale nomen non habebat, ea ſcilicer, de qua nunc dicemus, communi nomine adpellaretur. l. mortis cauſſa, 31. D. de mort. cauſſ. donat. Eſt autem hæc, Cùm quid propter mortis alicuius cauſſam, ſed non ex patrimonio ipſius accipitur. veluti cùm quid inſtituto heredi vt adeat aut non adeat, datur. quod à ſtatulibero condictionis implendæ cauſſa capitur, vel à legatario l. qui precio, 8. l. ſi mulier, 12. l. mortis cauſſa, 18. l. mortis cauſſa, 31. in princip. & §. 2. l. inter mortis, 38. D. eod. quibus locis ſpecies enumeratæ omnes aliunde quàm ex defuncti patrimonio proficiſcuntur: hoc eſt extra donationis cauſſa mortis, & teſtamenti cauſſam. vt l. Mæuius, 55. D. de condit. & demonſtr. l. ſi quis, 8. D. Si quis omiſſ. cauſſ. teſt. & l. id autem, 76. D. ad leg. Falcid. vbi Mortis cauſſa capere, & Hereditario iure capere opponuntur. Mortis autem cauſſa donatio à Capione hoc differt, quòd illa ſemper à defuncto proficiſcitur, hæc ab aliis. illa ſemper de patrimonio defuncti, hæc ſemper

ſemper aliũde. Azonis autem definitio eſt hęc: Quod à defuncti liberalitate proficiſcitur, nec vt debitum peti poteſt. ſic enim legitur in eius ſumma in tit. Cod. ad le. Falc. cùm apud Accur. l. ſi mortis, 5. C. ad leg. Falci. legatur cum negatione: Non proficiſcitur. Neutra autem ſatis idonea videtur: quia neque ſemper, neque vnquam ex eius liberalitate proficiſcitur. cùm interdum alter ſine ipſius voluntate det: interdum autem ipſe dari iubeat, & dandi condicionem imponat.

Mortva lis. vide lis mortua.

Moventivm, inquit Celſus, item mobilium adpellatione idem ſignificamus: ſi non adparet defunctum animalia dumtaxat, quia ſe ipſa mouerent, mouentia vocaſſe. quod verum eſt. l. 93. D. de verbo. ſign. Liuius lib. v. Enimuero illud ſe tacere, ſuam conſciẽtiam non pati, quòd ex ea tantum præda quę rerum mouentium ſit, decima deſignetur: atque agri capti, quæ & ipſa voto contineatur mentionem nullam fieri.

Mvlieres dicuntur omnes quæcumque ſexus fœminini ſunt, cuiuſcumque ſint ętatis. l. argumento, 25. §. 2. D. de aur. & argen. itaque mulieris adpellatione virgo viripotens continetur. l. mulieris, 13. D. de verbo. ſignif. & mulieribus legatis etiam virgines debentur. l. ſeruis, 81. D. de legat. 3. Conſuetudo tamen tulit, vt nuptæ, mulieres: innuptæ, virgines adpellentur. Itaque Cic. Verrin. iii. Negocium, inquit, dat illis ſuis comitibus, vt videant & inueſtigent, ecquę virgo ſit, aut mulier digna, quamobrem iſte Lampſaci diutius commoretur. Et paulo pòſt: Eius eſſe filiam, quæ cum patre habitaret, propterea quòd virum non haberet, mulierem eximia pulcritudine. Significat enim illam à viro ſuo diuertiſſe. Item aliquanto pòſt: Qui lege ſua hereditatem ademit nulli neque virgini, neque mulieri. Sanxit in poſterum, ne quis heredem virginem, néve mulierem faceret.

Mvlier, pro vxor: apud Scæuolam in l. 93. §. 1. de legat. & fid. lib. 32. Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo ab heredibus, &c. De Græcis fontibus deriuata locutio videtur.

Mvlta, pecunia quæ à magiſtratu dicta, vt exigi poſſit ob peccatum. quòd ſingulæ dicuntur, adpellatæ eſſe multæ: quod olim vnum dicebant, Multa. Itaque cùm in dolium aut culleum vnum addunt ruſtici, prima vrna addita, dicunt etiam nunc, Multa. Hæc Varro lib De ling. v. Feſtus autem ſic: Multam eſſe dici putant pœnam quandam: M. Varro ait, pœnam eſſe, ſed pecuniariam. Et alibi, Ouibus duabus multabantur apud antiquos in minoribus criminibus: in maioribus autem, triginta bubus: nec vltra hunc numerum excedebat multatio. quæ, poſteaquam ære ſignato vti ciuitas cœpit, pecotáque multatitia, incuria corrumpebantur (vnde etiam Peculatus crimen vſurpari cœptum eſt) facta eſt æſtimatio pecoralis multæ, & boues centenis aſſibus, oues denis æſtimatæ. Inde ſuprema multa, ideſt maxima, adpellatur tria millia æris. item viceſis minoribus delictis.

Mvltam quæ adpellatur ſuprema, Agel. ſcribit inſtitutam in ſingulos dies duarum ouium, triginta boum, pro copia ſcilicet boum, próque ouium penuria. Sed cùm eiuſmodi Multa pecoris armentique à magiſtratibus dicta erat, adigebantur boues ouéſq; aliàs precij parui, aliàs maioris: eáque res faciebat inæqualem multæ punitionem. Idcircò poſtea lege Aterina conſtituti ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues æris centeni. Minima autem multa eſt ouis v-

A nius. Suprema multa eſt eius numeri cuius diximus: vltra quam multam dicere in dies ſingulos, ius non eſt: & propterea ſuprema adpellatur, id eſt, ſumma, & maxima. Quando igitur nunc à magiſtratibus Pop. Rom. more maiorum multa dicitur vel minima vel ſuprema, obſeruari ſolet, vt oues genere viri adpellentur. Atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima multa diceretur, concepit: M. Terentio quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus
B eſt, ego ei vnum ouem multam dico: ac niſi eo genere diceretur, negauerunt iuſtam videri multam.

Mvlta, ſpecies pœnæ eſt, pecuniaria dumtaxat, quæ arbitrio eius qui multam, pro ſuo iure dicit, cùm ſpecialis pœna conſtituta non eſſet, imponitur. nec antè debetur, quàm ſi aut non eſt prouocatum, aut prouocator victus eſt. nec aliter, quàm ſi is dixit, cui dicere licet. l. aliud, 131. & l. ſi qua, 244. D. de verb. ſig. vide Pœna.

Mvltam dicere, pro multare Iuriſconſulti noſtri
C vbique vſurpant. Vlpian. l. 2. §. 8. D. de iudic. His datur multæ dicendæ ius, quibus publicum iudicium eſt, & non aliis: niſi hoc ſpecialiter eis permiſſum eſt. In P. Flor. legitur pvblice. nulla, aut certè abſurda ſententia. Nam qvibvs p. i. est, Vlpianus dixit, pro qui publici iudicij habent exercitionem, vt Papinianus l. 1. D. de offi. eius cui mand. Venuleius l. 10. D. de cuſt. reor. Si quos ex his qui in ciuitatibus ſunt, celeriter & ſine cauſſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris, vinciri iubebis, & his qui ſoluerint, multam dices. id eſt, multam ſtatues, multabis. Sic enim Vlpian. l. 1.
D D. de ſer. fug. Senatus cenſuit ne fugitiui admittantur in ſaltus: neque protegantur à villicis, vel procuratoribus poſſeſſorum: & multam ſtatuit. Venul. l. 2. D. quis & à quo adp. Adpellari à legatis Proconſul poteſt: & ſi multam dixerit, poteſt Proconſul cognoſcere.

Mvltam irrogare, eſt rogare populum vt multam alicui velit imponere. Irrogabant autem ſoli magiſtratus. Cicero lib. 3. de Legib. Cùm magiſtratus iudi-
E caſſit, irrogaſsítve, per populũ multæ pœnæ certatio eſto. Idem in Orat. pro domo, rationem harum irrogationum fuiſſe tradit, vt ter antè magiſtratus accuſaret intermiſſa die, quàm multam irroget aut iudicet, quarta ſit accuſatio trinundinum prodicta die qua iudicium ſit futurum.

Mvndvs muliebris, eſt quo mulier mũdior fit: inquit Vlpian. l. 25. §. 4 D. de aur. argent. Cato apud Liuium. Munditiæ, ornatus & cultus fœminarũ indicia ſunt: his gaudent & gloriantur. Hinc Mundum mu-
F liebrem adpellarunt noſtri maiores. Sic Varro lib. De ling. 4. Mundus muliebris, dictus à mundicia. Hinc enim maximè ſumitur, quòd eam deceat. Poſtea Ornatum à Mundo diſtinguit. quod idem Iuriſconſulti faciunt. nam in mundo muliebri hæc numerant: ſpeculum, vnguenta, vaſa vnguentaria, argentum balneare: non etiam ornamenta, veſtes, monilia, annulos. l. 27. §. mundus, & l. 34. §. Titia, D. de aur. & arg. Sic Paullus lib Collect. 3. cap. 6. Mundo, inquit, muliebri legato ea cedunt, per quæ mundior mulier, lautiórq;
G efficitur: velut ſpeculum, conchæ, ſituli, item buxides, vnguenta, & vaſa in quibus ea ſunt. Ornamentis legatis ea cedunt, per quæ ornatior efficitur mulier: veluti annuli, catenæ, reticuli, & cetera quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur. Sic Tertullian. in libro De habitu muliebr. Habitus, inquit, fœminæ duplicem ſpeciem circumfert, cultum & ornatum. Cul-

tum dicimus, quem mundum muliebrem vocant. Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Iſte in auro, & argento, & gemmis, & veſtibus deputatur: ille in cura capilli, & cutis, & earũ partium corporis quæ oculos trahunt.

MVNEM ſignificare certum eſt officioſum. vnde è contrario Immunis dicitur. qui nullo fungitur officio: inquit Feſtus.

MVNERA, ſunt procurationes quædam Reipu. quæ ſine imperio poteſtatéve alicui mandãtur: quarum aliæ induſtria & opera, aliæ ſumtibus faciendis adminiſtrantur, aliæ communiter. vide l.1. & vlti. D. de munerib. & honorib.

MVNERA ciuilia, inquit Arcadius, aut perſonalia ſunt, quædam patrimoniorum dicuntur, alia mixta. Perſonalia ſunt, quæ animi prouiſione & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimẽto perpetrantur. veluti tutela, vel cura. Patrimoniorũ ſunt munera, quę ſumtibus patrimonij, & dãnis adminiſtrandis expediuntur. l.18. D. de mun. & honorib.

MVNERARI, pro munus gerere ac ſuſtinere. Vl. l.1. §.2. D. de vacat. & excuſ. Qui in fraudem ordinis in honoribus gerendis, cùm inter eos, ad primos honores creari poſſint, qui in ciuitate munerabantur, euitandorum maiorum onerum gratia, &c.

MVNICEPS, vt ait Ælius Gallus, qui in municipio liber natus eſt. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tãtùm muneris partem. At Seruij filius aiebat initiò fuiſſe qui ea condicione ciues Rom. fuiſſent, vt ſemper Rempu. ſeparatim à populo Rom. haberent, Comanos videlicet, Acerranos, Arellanos, qui æquè ciues R. erant, & in legione merebant, ſed dignitates non capiebant. Hæc Feſtus.

MVNICIPES ſunt ciues Romani ex municipiis, ſuo iure & legibus ſuis vtentes, muneris tantùm cum populo Romano honorarij participes: à quo munere capeſſendo adpellati videntur, nullis neceſſitatibus, neque vlla populi Rom. lege adſtricti: cuum numquam populi Ro. eorum fundus factus eſſet. Agellius lib.16. cap.13.

MVNICIPES dicuntur ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues: ex eo quòd munera ciuilia capiant, l.1. D. ad municip. l. munus, 18. D. de verb. ſignif.

MVNICIPES intelligendi ſunt, & qui in eodem municipio nati ſunt, l. municipes, 228. D. de verbor. ſignific.

MVNICIPALIS lex dicitur, in Rubrica ad municip. quæ cuiuſq; municipij propria eſt, l.3. D. de ſepul. viol. 3. §. planè, D. quod vi aut.

MVNICIPIVM id genus hominum dicitur, qui cuum Romam veniſſent, neque ciues Rom. eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vnà cum Romanis ciuibus, præterquam de ſuffragio ferẽdo, aut magiſtratu capiẽdo: ſicut fuerunt quondam Fondani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos ciues Rom. effecti ſunt. Alio modo cuum id genus hominum definirur, quorum ciuitas vniuerſa in ciuitatem Roman. venerunt: vt Aricini, Cerites, Anagnini. Tertiò definitur, cuum id genus hominum, qui ad ciuitatem Roma. ita venerunt, ſic vt municipia eſſent ſua cuiuſque ciuitatis & coloniæ: vt Tiburtes, Prænestini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, Sutrini, Lucrenſes. Hæc Feſtus.

MVNICIPIA, coloniæ, oppida, præfecturæ, vici, A caſtella, conciliabula, fora, baſilicæ. Hæc in legibus coniungi & ſingulatim enumerari conſueuiſſe duobus ex locis intelligitur. primus eſt apud Paullum libro Collect. quarto, cap. ſexto: alter eſt in lege Fabia de terminis, quam ſuo loco in Indice legum R. deſcribimus.

MVNIFICES milites dicuntur, ait Paullus, qui militaria ſubeunt. l.18 D. de verbo. ſignific. Feſtus: Munifices, qui non vacabant, ſed principi munus faciebant. contrà Beneficiarij dicebantur, qui vacabant muneris officio. B

MVNVS, inquit Vlpianus, propriè eſt, quod neceſſariò obimus, lege, more, imperióve eius qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, officij, ſed ſponte præſtãtur, quæ ſi non præſtẽtur, nulla reprehenſio eſt: & ſi præſtentur, plerũque laus ineſt. ſed in ſumma in hoc ventum eſt, vt non quodcumque munus, id & donũ accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur. l.214. D. de verbo. Vide hac de re quæ dixi ſub voce. Donum. C

MVNVS, ſpectaculum gladiatorum. Cicero Varroni: Etſi munus flagitare, quamuis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi cõcitus. Paullus l.122. D. de leg. & fid. libro 30. Ciuitatibus ad honorem legari poteſt. puta, quod ad munus edendum, venationémve, ludos ſcenicos, ludos Circenſes relictum fuerit. Quibus verbis Paullus ludorum genera manifeſtò diſtinguit. Marcellus l.56. D. de condit. & demonſt. Viuo Mæuio Seius Conſul deſignatus eſt, & munus edidit. Paullus l.49. in fi. D. de lega. & fid. Si teſtator dari quid iuſſiſſet, aut opus fieri, aut munus dari: pro portione ſua, &c. Quibus õmibus ex locis adparet D

MVNVS generale nomen eſſe, quo genera omnia ludorũ cõplectuntur. tametſi Lactantius lib. De vero cultu vi. ca. xx. ſcribat, Muneris nomine propriè venationes intelligi. qua de cauſſa homines carpẽdi cupidi ſcripſerunt in Sextianæ commentariis, non ſatis intelligenter feciſſe, qui illud in Verrem, Vllum munus Ædilitatis, de ludis dictum exiſtimarũt, ſuáq; in ſcripta retulerunt. Sed videamus ne Cicero manifeſtiſſimè Muneris nomine quoſvis ludos ſignificet: cùm in lib. De offic. 11. ita ſcribit: Craſſus functus eſt Ædilitio maximo munere. non enim ſolam, vt opinor, venationẽ Craſſus præbuit. Quinetiam Paullus in d. l.122. apertiſſimè munus à venatione diſtinguit. Seneca autem lib. De benefic. 1. & gladiatores & venationes eo verbo comprehendit: Nemo, inquit, tã ſtultus eſt, vt monendus ſit, ne cui gladiatores aut venationem iam munere edito mittat. Suetonius autem in Nerone, Veſpaſiano, Domitiano, & alibi perſæpe, munus perſpicuè dixit, cùm de gladiatoribus ſcriberet. Hinc illud Senecæ initio libri Declamat. IIII: Quod Munerarij ſolent facere ad expectationẽ populi detinendam, noua paria per omnes dies diſpenſant, vt ſit quod populum & delectet, & reuocet: hoc ego facio, &c. E F

MVNVS publicum eſt, ait Pomponius, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſóſque ciues, rémq; eorum imperio magiſtratus extraordinarium peruenit. l. 239. §.3. D. de verbo. ſignifi. G

MVNVS perſonale, inquit Hermogenianus, illud eſt, quod corporibus, labore, cum ſolicitudine animi ac vigilantia ſollemniter exſtitit: patrimonij verò in quo ſumtus maximè poſtulatur. l.1. D. de mun. & honor.

MVNVS, inquit Calliſtratus, aut publicum, aut pri-

priuatum eſt. publicum munus dicitur, quod in adminiſtranda re publica cum ſumtu ſine titulo dignitatis ſubimus.l.14.D.de muncrib. A

Mvnvs, inquit Paullus, tribus modis dicitur: vno donum,& inde munera dici dari, mittive: altero onus,quod cuum remittatur, vacationẽ militiæ muneriſque præſtat: inde immunitatem adpellari. tertiò officium:vnde munera militaria,& quoſdam milites munifices vocari,l.18.D.de verbor.ſignif.

Mvnvs & Donum, inquit Cornelius Fronto,ſic differunt. Munus eſt, quod amicus vel cliens vel libertus officij cauſſa mittunt, vel munus gladiatorium. Donum quod diis datur. Inde vbi dona ponuntur,Donarium adpellatur. Poſſunt & illa nihilominus Dona dici, quæ donant pauperibus diuites vel potentes. Illud quoque Donum putandum eſt, quod militibus donatur in caſtris. B

Mvra,pro Myrrha, apud Pomponium in l. 21.§. primo,D.de aur.argent.itẽ vt μύρα, Ionicè pro μύῤῥα. Pomponius recenſet inter ea vnguenta quæ valetudinis cauſſa parata ſunt. Ergo ſignificat vnguentum ex eo liquore confectum,qui ex myrrhæ arboris cortice inciſo defluit,qui etiam Myrrha vocatus: vt auctor eſt Plini.lib.12.capi.15.& 16. C

Mvrex, genus conchæ,cuius ſanguine lanæ ad Imperiales veſtes paratæ inficiebantur: de quo Plin. lib.ix.ca.xxv. Vnde

Mvrilegvli, ſub Rub. Cod.De murileg & gynæc. muricum piſcatores, qui ei operæ in perpetuum addicti erant, ſic vt ad munus aliud adſpirare non poſſent,l.murileguli,11.illo tit. D

Mvrrha, lapillus ſplendidus & in precio habitus.inde Murrhina vaſa, vaſa è murrha apud Paullum in l.3 §.2.D.de ſupp.legat. Vlpian. autem in l.19. in fin.D.de aur.arg. Murrhina autem vaſa,inquit,in gemmis non eſſe Caſſius ſcribit.

Mvtiana cautio,vide Cautio Muriana.

Mvtvatio, ſumtio mutuæ pecuniæ. Cicero pro Flacco: Cuum multos minutis mutuationibus fraudauiſſet. Et ſic in S.C.Vell.apud Vlpianum l.prima,D.ad S.C.Vell. Quod ad fideiuſſiones & mutuationes pro aliis quibus interceſſerint fœminæ pertinet. Sic enim legendum eſſe in Obſeruationibus noſtris iampridem docuimus: non autem mvtvidationes. Prohibet enim S.C.ne mulieres pro aliis mutuam pecuniam accipiant:nõ autẽ vt nedent. E

Mvtvvm, eſt contractus quo rerum quæ pondere,numero,menſura conſtant,vſus ita conceditur, vt poſtea non eædem, ſed aliæ potius generis eiuſdẽ reddantur,l.2.ſi cert.pet.indéq; adpellatum eſt, quia ita à me tibi datur,vt ex meo tuum fiat:& ideo ſi nõ fiat tuum,non naſcitur obligatio, l. 1.§.2.D.de reb. cred. Quamquam ita ludere Iuriſconſultis placuit, in quorundam verborum notatione:vt in Teſtamentum, Sacellum,& aliis non paucis. Varro autem libro De ling.Lat.IIII. Si datur,inquit,quod reddatur, Mutuum. Verè autem ſic ſe res habet,vt Mutuum in eius perſona propriè ſit,qui reddit.Plaut.Trinum. F

Lesbon quid agit filius?

P. Bene vult tibi.L.Ædepol mutuum mecum facit. G

Idem in Curcul.

Eam volt meretricem facere,ea me deperit

Ego autem cum illa facere volo mutuum.

pa. *quid ita?*

ph. *Quia proprium facio,amo pariter ſimul.*

Cicero Q. Metello: Quod autem ita ſcribis: Pro mutuo inter nos animo: quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum,neſcio.equidem hoc arbitror,cùm par voluntas accipitur & redditur.

mvtvvm ergo, non eius eſt qui credit, ſed eius qui reddit.vt mutuo dare non ſit, ex meo tuum facere: ſed credere rem vt mutuum ab eo cui creditur fiat.

mvtvvm à credito quid differat,vide Crediti adpellatio.

ΜΥΟΡΣ,μύωψ,Luſcitioſus:vt ait Agellius lib. 4. ca.2.Vlpia.l.10.§.3.D.de ædil.edict. De myope quæritur,an ſanus eſſet.& puto eum redhiberi poſſe.Ariſt. in Proble.ſect.31.μυωπάζειν δὲ λέγονται,οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες. τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες. ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ τέροντες τοῖς μυωπάζουσιν. τὰ γὰρ ἐγγὺς μὴ ὁρῶντες,τὰ πόῤῥωθεν βλέπουσι: Luſcitioſi, inquit, adpellantur, qui natura quæ prope ſunt cernunt:quæ verò procul,non vident. Senes verò contrà ac luſcitioſi adfecti ſunt. nam quæ proxima ſunt non videntes,quæ procul ſunt perſpiciunt.

N Litera.

N.L.non etat,non liquere ſignificans, qua iudices in amplianda cauſſa vtebantur vide A.litera.Et ad eam alludi videtur in l.36.D. de re iudic.& l.13.§.vltim.D.de arbitr.

Nam, pro ſed, apud veteres vſurpari ſolitum, in Verrinarum commentariis expoſuimus.itáque Paullus locutus eſt l.inter ſtipulantem, 83.§. ſacram. de verb.obli.& Papinianus in l.Stichum, 95.§.vſumfructum,D.de ſolut.

Nardvm,Pomponius in l.21.§.1.D.de aur.argen. numerat inter ea vnguenta, quæ valetudinis cauſſa parata ſunt. Ex nardo igitur confectum vnguentum ſignificat:quod Plinius lib.3.ca.1.Nardinum adpellat. ſed pvrvm addidit, vt ab illo Pliniano diſtingueret, quod aliis permixtis conſtat,& voluptatis ac ſuauitatis cauſſa tantummodo paratur. tametſi hoc quoque puro elegantiores vngi mulieres ſuauitatis tantùm cauſſa ſubiungat.quod etiam Tibullus libro ſecundo, Eleg.2.perſpicuè ſignificat,

Illius puro diſtillent tempora nardo.

Natalibvs reſtitui dicebantur liberti, qui beneficio Principis ingenuitatis ius ac dignitatem adipiſcebantur.Natalia enim ſunt,ius libertatis quod natura principiò generi humano æquabiliter tribuit, vt alter alterius ne pareret imperio: quemadmodum docet Marcianus l.2.D.de natal.reſtit.Plinius ad Traianum: Poſtulantibus quibuſdam,vt de agnoſcendis liberis reſtituendíſque natalibus, ſecundum epiſtolam Domitiani ſcriptam minutio Ruffo, & ſecũdum exempla Proconſulum ipſa cognoſcerem, reſpexi ad S.C.pertinens ad genera cauſſarum.Qui ergo natalibus reſtituti erant, eo loco habebantur, quaſi ſerui numquam fuiſſent.l.3.D.de bon.lib.l.4.D.de iur.aur. annul.

Nati accipiuntur etiam ij,qui exſecto ventre editi ſunt: quin etſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen,natum dicimus,l.quod dicitur,12.D.de liber.& poſtum.præterea qui ſtatim poſteaquam editi fuerunt,mortui ſunt,nati dicuntur. l.tertia, C.de poſtum.heredi.at qui mortui,aut monſtroſi, aut prodigioſi editi ſunt, pro natis non habentur. d.l.3.& l. qui mortui,129.D.de verbor.ſignific. Natum tamen ab eo qui exſecto matris vẽtre extractus eſt,diſtingui videmus in l.6.§.ſecundo, D.de inoffic. teſtament.

Vbi ait, Firmamẽtum quo ſolo nititur naturalis obli-
gatio, eſſe vnicam æquitatẽ. facit l. eas obligationes,
8. D. de capit. minut. vbi Caius ſcribit, actionẽ de do-
te in bonum & æquũ conceptã eſſe, eiúſque obliga-
tionem habere naturalem præſtationẽ. facit l. ſi no-
xali, 11. D. de pecul. l. nam hoc, de condict. indebit.
quapropter vbicumq; æquum eſt, ibi naturalis obli-
gatio eſt: tamquã eius obligationis cauſſa efficiẽs, aut
certè cauſſa ſine qua non, ſola ſit æquitas. Hinc illud
apud Salluſt. in Catil. Ius bonúmq; apud maiores no-
ſtros non legibus magis quàm natura valebat. Quo
ex præcepto triplex effectus naturalis obligationis
naſcitur: primùm, vt ſolutum ab imprudente, non re-
petatur. d. l. fideiuſſor, d. l. ſi quod dominus, item l. na-
turales, de obligat. & act. ſecundum, vt compenſan-
di ius præbeat. l. etiam, D. de compenſat. tertium vt
ad conſtitutũ valeat. l. 1. D. de cõſt. pecun. Ciuilis autẽ
obligatio eſt, quę vel nunquã reuera cõtracta eſt, vel
cũ reuera cõtracta eſſet, facto tamẽ aliquo, ſed ad iu-
ris Ciuilis rationẽ nõ adcõmodato, diſſoluta eſt. Quæ
nũquã cõtracta eſt, veluti ex inani chirographo. nã ſi
ſcripſi me cẽtũ abs te mutuo accepiſſe, quæ tamẽ nũ-
quam credideris, tamen chirographum atque cau-
tionem meam habeas, re quidem vera tibi obligatus
non ſum: at ciuiliter obligatus ſum. §. idem iuris eſt,
de except. lib. Inſt. 4. Item obligatio vi, metu, dolóve
malo contracta propterea naturalis non eſt, quia æ-
quitati contraria eſt. Dicebamus autem paulo antè
obligationis naturalis robur & firmamentum eſſe ſo-
lam æquitatem. l. Stichum, de ſolut. attamen obliga-
tio hæc ciuilis cõtracta eſt: vt §. 3. & §. 4. de exception.
l. 1. & paſſ. D. de doli except. vnde cõſtat propter iſtas
obligationes actionẽ dari. pacto verò aliquo natura-
liter quidem diſſoluta obligatio, ciuiliter autem ma-
nere dicitur, veluti cùm pactum eſt ne peteretur. nã
pactum nudum, id eſt, ſine ſtipulatione factum, ciues
R. neque obligabat, neq; ab obligatione diſſoluebat.
l. iuriſgentium, D. de pact. & tamen propter iſtud fa-
ctum, naturaliter & ex æquo & bono diſſoluta erat.
Nihil enim magis æquum & naturale eſt, quàm pa-
cta ſeruari. l. 1. de pact. l. 1. D. de conſt. pec. Item ſi iudi-
catum eſt, & verè quidem iudicatum, pecuniam non
deberi. nam etſi æquum eſt omnẽ obligationem diſ-
ſolui, manet tamen ciuilis. l. 3. D. de except. l. 1. & paſſ.
D. de except. rei iudic. Mixta autẽ obligatio eſt, quæ
cùm reuera & æquiſſimè contracta ſit, tũ etiam à iu-
re Ciuili comprobatur, & confirmatur. Poſtremũ exẽ-
plum ſequitur de ſolutionibus. Naturalis ſolutio eſt,
quæ cùm reuera facta ſit, rata tamen à iure ciuili non
habetur. veluti cùm pactum de non petendo factum
eſt, aut iuſtum iuſiurandum datum. l. Stichum, 95. §.
naturalis, de ſolut. Solutio ciuilis eſt, quæ cùm reuera
facta non ſit, tamen pro facta numeratur. veluti cùm
dies actionis præteriit. l. 2. & paſſim, D. de diuerſ. &
temp. actio item cùm falsò iudicatum eſt non debe-
ri. l. iudex, l. Iulianus, D. de condict. indebi. item cùm
falsò iuratum eſt rem petitoris non eſſe, vel nihil ei
deberi. l. vlti. de iureiur. Itẽ cùm debitori maxima &
media capitis diminutio contigit. l. ſi debitori, 47. D.
de fideiuſſ. l. ſeruus, 30. D. de oblig. & act. l. vlti. D. de
duobus reis. Mixta ſolutio eſt, quæ cùm verè facta ſit,
tum à iure ciuili rata habetur: veluti ſolutio pecuniæ,
vel acceptilatio, quæ ideo iuriſgentium adpellatur. l.
an inutilis, 8. in fine, D. de acceptil. cùm tamen per
ſtipulationem (quæ ciuilis eſt) fiat: & à C. Aquilio Iu-
riſcõſult. primùm excogitata ſit. Secũdus modus quo
Iuriſconſulti de naturali & ciuili iure diſputãt, nõ ad

A res omnes, ſed ad paucas, & certas dumtaxat perti-
net: eas nimirum quæ vtriuſque iuris ſunt participes.
In iis igitur duo conſiderantur, ortus & materia, quæ
naturæ adtribuuntur: deinde incrementum & forma,
quæ à iure ciuili profecta ſunt. Cuius rei aliquot e-
xempla ſubiiciemus. Matrimonium dicitur eſſe iuris
naturalis in l. 1. D. de iuſt. & iur. conſtat enim viri &
vxoris ſocietatem à natura inſtitutam, & à gentibus
omnibus comprobatam atque vſurpatam fuiſſe. itaq;
B naturale ius & pudor in matrimoniis contrahendis
dominari dicitur in l. adoptiuus, 14. §. 1. de rit. nup. ve-
rùm vt matrimonia fierent per confarreationem,
coemtionem, vſum: vt aliæ matresfam. eſſent, aliæ
matronæ tantùm: vt per coëmtionem cõtractum ma-
trimonium ius ſui & viro & vxori tribueret, per v-
ſum contractum non tribueret: vt nuptiæ ſint cõſor-
tium omnis vitę, diuini & humani iuris communica-
tio, ſicut ait Modeſt. l. 1. D. de rit. nup. vt ſenatores,
eorúmque liberi libertinam vxorem ne ducant: l. 23.
C eod. hęc, inquam, omnia quæ formam quandam ma-
trimoniis adferunt, nequaquam à natura ſunt, aut gẽ-
tium plurimarum communia, ſed ab iis qui Reip. Ro-
manę formam inſtituerunt, excogitata, & ſuorum ci-
uium cauſſa propriè introducta ſunt. Sequitur alte-
rum exemplum. Patria poteſtas à natura ſine dubio
inſtituta eſt, & ab omnibus gentibus vſurpata: cuius
rei præclara diſputatio eſt apud Ariſt. lib. Politic. 1. ca.
3. Iuſtinianus tamen ſub tit. De patria pot. & Diony-
ſius Halic. lib. 2. & Caius ſub ti. De his qui ſunt ſui vel
D al. nominatim adfirmãt, eam eſſe Iuris ciuilis. etenim
vt pater in filium vitę necíſque poteſtatem haberet,
l. vlt. C. de pat. pot. l. in ſuis, 11. D. de lib. & poſt. vt pa-
ter poſſet filium vendere, eundem poſſet noxæ dede-
re, emancipare, nunquam à natura inſtitutum, ſed à
Romulo (vt ait Dionyſ.) excogitatum & in ſuę ciui-
tatis vſum introductum eſt. Eodem pertinet patris
cõſenſus in filiisfa. nuptiis, quæ poteſtatis illius pars
eſt. Iuſtinianus autem ait eum & naturalis & ciuilis iu-
ris eſſe. §. 1. de nupt. Nam hoc fieri debere, inquit, &
E ciuilis & naturalis ratio ſuadet. Ac de naturali quidẽ
& gentiũ iure inter omnes conſtat. Verùm vt in filii-
fam. nuptiis conſenſus ille deſideretur, in emancipati
verò, nequaquam. l. filius, de rit. nupt: vt patris capti-
ui aut in peregrinitatem redacti conſenſus nõ ſit ne-
ceſſarius. l. in bello, 2. §. medio, D. de cap. & poſtli. hęc,
inquam, omnia ex iure Quiritium manaſſe, nemo nõ
videt. Sequitur exemplum de tutela. Tutelam naturę
maximè conſentaneam eſſe, & ab omnibus gentibus
vſurpatam, nemo ignorat. itaque iuris naturalis dici-
F tur à Iuſtin. §. vlti. de legit. agnat. tut. Quid igitur eſt
quod in l. 1. D. de tut. dicimus tutelam eſſe iure ciuili
datam ac permiſſam? Reſpondetur, hoc ad formam à
Romanis Iuriſcon. excogitatam referendum eſſe: ve-
luti ne quis peregrinus ciuis Romani tutor ſit: vt cer-
tæ tutelæ ſint legitimæ, fiduciarię, quaſi legitimę, At-
tilianę, tutor ſuam pupillam vxorem ducere, aut filio
vxorem accipere non poſſit. l. tutor, 15. de ſponſal. tu-
toris vnius auctoritas vel ſatis ſit, vel non ſatis ſit. l.
vlt. C. de auct. tut. vt capitis diminutione nonnullæ
G pereant, nonnullę verò amittantur: hæc, inquam,
omnia aliáque innumera Iuriſcon. Romanorum in-
uenta eſſe conſtat. Iam verò agnatio iuris ciuilis di-
citur eſſe ab Imp. §. vlt. de legit. agna. tut. Atqui
dubium nemini eſt, quin communio ſanguinis,
quæ verbo ipſo ſignificatur, à Iuriſconſ. Rom. exco-
gitata non ſit. quinetiam certum eſt ante fundamen-
ta vrbis Romæ iacta, nomen illud agnationis in

Latio vſurpatum fuiſſe pro ſanguinis communione. verùm vt agnatis remotioribus. potius quàm cognatis propinquioribus hereditates & tutelæ deferãtur, vt agnationes per omnem capitis deminutionem intercidant, non à gentium aut naturæ iure, ſed à pop. R. inſtitutis profectum eſt. Eiuſdem generis eſt Suitas, hoc eſt ius illud quod habent filijfa. in parentum ſuorum inteſtatorum hereditatibus. hoc enim ita naturæ cõgruit, vt nihil magis. patet ex l. vlt. D. de bon. damnat. & Ariſt. in Eth. verùm vt ea per adoptionem & per coëmtionem adquiratur, vt per emãcipationẽ & peregrinitatẽ amittatur, ab ingeniis Iuriſconſ. Ro. excogitatum eſt. Cognatio quoq; cùm ſanguinis cõmunionem ſignificat, naturalis eſt. §. vlti. de leg. agna. tut. Itaque naturale eſt, vt filius inteſtatus matri ſuccedat. quoniam tamen per leges xii. tabul. neque mater filio, neque filius matri ſuccedebat, idque poſtremis temporib. per S.C. Orficianum & Tertyllianum introductum eſt: propterea dicimus, cognationem iſtam materiam & ortum à natura, incrementũ autẽ à iure ciuili accepiſſe. Nemo enim hæc quæ ſcribit. Vlp. initio legis 2. D. de S.C. Tertyl. dicet ex naturæ inſtituto fluxiſſe. Si filius, inquit, vel filia libertini ſint effecti, mater legitimam hereditatem vindicare non poterit: quoniam mater eſſe huiuſmodi filiorum deſiit. Item illud ex eadem l. §. ſi mater: Si mater non petierit tutores idoneos filiis ſuis, vel prioribus excuſatis reiectiſve non confeſtim altera nomina ediderit: ius non habet vindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum. Tertius modus quo Iuriſconſulti de naturali & ciuili Iure diſputant, eò pertinet, vt Naturalia dicantur ea, quæ gentium omnium communia ſunt: Ciuilia verò, quæ ciuium R. propria. Communia gentium omnium in libris noſtris commemorantur hæc: Legatorum ſanctitas, l. vlt. D. de legation. Et apud Cic. multis locis. Emtio, venditio, l. ex hoc iure, de iuſt. & iur. Locatio & conductio, ibid. Precarium. l. 1. D. de precar. Societas, Mãdatum, Mutuum, Commodatum, Depoſitum, Pignus, Traditio nuda, Poſſeſſio naturalis, Donatio, Pactum, l. iuriſgentium, l. ſi vnus, de pact. Tranſactio, Dominium in bonis, Cognatio. Ciuilium autem tria genera repetio: Legis actiones, priuatas ſiue extraiudiciales ciuium actiones, & iura ciuilia. Legis actiones ſunt formulæ agendi iure apud eum qui iuri dicundo præeſt: veluti Emancipatio, leg. 4. de adopt. leg. 2. & l. 3. de offic. Proconſ. Adoptio, l. 4. de adopt. l. 2. & l. 3. de offic. Proconſ. Manumiſſio per vindictam. l. 4. C. de vindic. lib. In iure ceſſio, apud Vlp. in Regul. tit. 26. & Boëtium in Topic. Cicer. vbi nominatim ait, hanc fuiſſe legis actionem. Tutoris in iure datio. nam primum magiſtratuum maiorum fuit propria: pòſt in pupillorum fauorem etiam omnibus magiſtratibus municipalibus permiſſa eſt, l. 1. & l. 3. de tut. dand. Poſtulatio iudicij recuperatorij: quæ propterea legis actio ſæpe nominatur proprie, vt Verr. III. & apud Valerium, Pliniũ, & alios. Cicero pro Cæcina: Iam verò vt omnes qui in eadẽ cauſſa ſunt, & lege agant, & ſuum ius perſequantur, & omnes iure ciuili ſine cuiuſquã aut magiſtratus, aut iudicis, aut periti hominis, aut imperiti dubitatione vtantur, quid ego commemorẽ? Itẽ, Poſtulatio bonorum ex edicto, ſtipulationes & ſatiſdationes tum prætoriæ, tũ etiã iudiciales: quoniã quod apud Iudicẽ fit, fieri apud Prætorẽ videtur: cuius imperio & auctoritate iudex ſedet. nã de Prętoriis quidẽ Vlp. ſic loquitur in l. actionis, 37. D. de obligat. & act.

A Actionis verbo, inquit, continentur etiam ſtipulationes quæ Prætoriæ ſunt, quia actionum inſtar obtinẽt. Priuatæ autem ciuium actiones à nobis dicuntur, quę extra iudicium fiunt, veluti ſtipulatio vulgaris, id eſt neque prætoria, neque iudicialis. nam in ſolos ciues R. conuenit ea obligatio, l. vlt. de duob. reis, l. ſi debitori, 47. de fideiuſſ. Item mancipatio & nexus, auctore Cic. in Top. in Orat. pro Cæc. Var. lib. De re ruſt. II. In manum conuentio, teſtamenti factio, vſurpatio, id B eſt, vſucapionis interruptio, cùm ſurculus defringeretur. Teſtamenti factio per æs & libram, Cretio, Acceptilatio Aquiliana, Manumiſſio per cenſum, & Teſtamentum. l. 2. de interd. & releg. Adquiſitio per legem, auctore Vlp. in Regul. Operis noui nunciatio, & remiſſio, Bonorum omnium emtio, & Sectio: Var. auctore li. De re ruſt. II. Iura autem ciuilia nunc dicimus, non actiones, ſed vim quandam ciuium R. propriam, cuius peregrini omnes expertes ſunt. huius generis ſunt Agnatio, & Gentilitas, Patria poteC ſtas, Suitas, ſiue ius ſui, Vſucap. id eſt, ius per vſum capiendi, Dominium iure Quiritium, Teſtamenti factio, id eſt capiendi ex teſta. ius, Adquiſitio lege, de qua Vlp. in Regul. loquitur, Poſtliminium. Atque hęc quidem hactenus. Nunc illud animaduertendum eſt, eorum quæ ciuilia ſunt, quædam magis, quædam verò minus ciuilia dici poſſe. Minus ciuilia ſunt, quæ per ſolam ciuitatis amiſſionem intereunt, quę media capitis diminutio adpellatur: veluti cognatio quatenus ciuilis eſt, hoc eſt ex nouis Legibus ſiue SenatuD ſconſ. inſtituta: mater enim filij in peregrinitatem redacti, mater eſſe deſinit. l. 2. & l. 1. §. capitis, D. ad Tertyll. l. 7. D. de cap. min. item Teſtamenti factio, l. 8. D. de teſtamen. Tutela prętoria & teſtamentaria, l. 7. de cap. min. Vſucapio, auctore in Offic. Cic. Obligationes ciuiles, l. vlti. de duob. reis. l. ſi debitor, 47. de fideiuſſ. Item Societas, l. verum eſt, 63. in fine, D. pro ſocio. nam illa emancipatione non tollitur, l. actione, 65. §. ſocietas, D. eodem. Item Matrimonium, quatenus eſt iuris ciuilis, l. in bello, 12. §. 3. l. §. & l. 14. D. de E capt. & poſtlim. l. ſi quis, 56. D. ſolut. mat. nam quatenus naturale eſt, per ciuitatis amiſſionem non tollitur, l. 1. C. de repud. l. res vxoris, 24. C. de dona. int. vir. l. 5. D. de bon. damnat. Atque hoc eſt quod ait Paullus in l. ſunt quidam, 15. D. de pœn. Ciuitate ſpoliatos ea quæ iuris gentium ſunt, retinere: quæ verò Ciuilis iuris ſunt, amittere. Magis verò ciuilia dicuntur, quæ non tantùm ciuitatis, verùm etiam familiæ amiſſione, id eſt emancipatione (quæ minima capitis diminutio vocatur) intereunt: cuiuſmodi ſunt Agnatio. §. F vlti. de legit. agnat. tut. Patria poteſtas, l. 12. D. de cap. & poſtlim. §. cùm autẽ, Quibus mod. ius. Suitas. l. ſed eum, 6. §. 1. D. de bon. poſſ. Teſtandi faculta, §. 1. Quibus non eſt permiſſ. Tutelæ legitimæ & fiduciariæ, Vſusfructus olim auctore Paullo, lib. Collect. tertio, cap. 6. Poſtremò quaſi corollarij nomine illud adiiciemus: In hoc diſputationis genere contraria contrariis tolli, quæ modò eiuſdem generis ſunt. Nam, exẽpli cauſſa, contractus iuriſgentium per diſtractum, id eſt, per ſolam contrariam conuẽtionem exſtinguitur. G l. ab emtione, 58. D. de pact. Item pactum per pactũ contrarium, l. ſi vnus, §. pactus, D. de pact. l. Stichum, 95. §. naturalis, D. de ſolut. Item obligatio naturalis per iuſtum iuſiurandum, d. l. Stichũ, & l. vlt. D. de iureiur. Itémq; per acceptilationẽ, quatenus nõ formulam, ſed materiam ſpectamus: i. remiſſionem. l. 8. in fi. de acceptilat. Eodem modo etiam Nuptiæ per diuortium, quod verbis certis, & ſeptem teſtibus adhibitis,

bitis fiat,dirimuntur.l.1.& l.7.D.de diuor.& apud Ciceronem lib. de Oratore 1. Item ciuilia per contraria ciuilia diſſoluuntur: veluti, obligationes ciuiles per acceptilationem & nouationem, l.1.& paſ.D.de accep.til. & de nouat. At neque ciuilia naturalibus. neque naturalia ciuilibus extinguuntur. §.vlti.de legit. agn.tut.l.8.D.de cap.minut.

NAVALIA vaſa, in quibus onera recondita in naues imponuntur. Vlpianus l.19. §.5. D.de aur.argen. Vaſorum adpellatio generalis eſt: dicimus vaſa vinaria, & naualia. Nonnulli reponebant NIVALIA; pro colo niuatio: quod & Vlpiani ſententia repudiat, & loquendi conſuetudo. NIVARIA enim per R. legendum eſſet.

NAVCELLA, vide Nauicella.

NAVES actuariæ, naues quæ præter vela remis etiam aguntur. ſed propriè ſic dicuntur quæ voluptatis cauſſa paratæ ſunt. Marcellus l. 2. D. de capt. & poſtlim. Nauibus longis atque onerariis propter belli vſum poſtliminium eſt: non piſcatoriis, aut ſi quas actuarias voluptatis cauſſa parauerunt.

NAVIS oneraria, quæ oneri ferendo parata eſt, quæ non remis, ſed velis vehebatur. Vlpianus l. 1.§ 5. D.de exerc.act. Quædam enim naues onerariæ, quædam, vt ipſi dicunt, ἐπιβατηγοί. Marcell.l.2.D.de capt. & poſtlim Nauib. longis atque onerariis propter belli vſum poſtliminium eſt.

NAVES piſcatoriæ, naues piſcibus capiendis adcommodatæ. Marcellus l,2. D.de capt.& poſtlim. reuerſ. Nauibus longis atque onerariis, propter belli vſum poſtliminium eſt:non piſcatoriis. Liuius lib.33. Ni mare propinquum, & haud procul littore naues piſcatoriæ pleræque conſpectæ petitis nandi dediſſent effugium.

NAVICELLA, diminutum à naui. Marcell.l. 17.§.1.D.de inſt.vel inſt Inſtrumento piſcatorio contineri Ariſto. ait nauicellas, quæ piſcium capiendorum cauſſa comparatæ ſunt. Legitur tamen Naucella.

NAVICVLARII, nauium exercitores, naucleri. vnde Rubr.lib XI Cod.De nauiculariis ſeu naucleris: quo ſcilicet publicam annonam vehendam ſuſcipiebant: quorum in vrbe certum corpus erat.l. 1.§. 1.D.quod cuiuſque vniuerſ.

NAVLVM, merces quam vector nautæ diſſoluit. Vlpianus l.6.D.Qui pot.in pign. Si quis in merces ſibi obligatas crediderit, vel vt ſaluæ fiant, vel vt naulum exſoluatur. Vlpianus l.39.D.de legat.& fid.libro 30. Et id in operis ſeruorum, vel vecturis iumentorum, vel naulis nauium dicendum.

NAVPEGVS, ναύπηγος, nauium architectus: apud Tarruntenum in l. vlti. D. de iur.immunit.

NAVTA propriè eſt, qui nauis nauigandæ cauſſa in naui eſt: inquit. Vlp. at in edicto Naut caup.ſtab. pro nauiculario, ſiue nauarcho, vſurpatur: hoc eſt, pro eo qui nauem exercet.l.1.§.1.D.illo tit.

NAVTICA pecunia quæ & Traiectitia dicitur, eſt, quam creditor vſque ad certum locum, vel in omne itionis & reditionis tempus ſuo periculo præſtat qua de cauſſa permiſſum eſt, vt eius nomine & ex pacto vſuram petat, & vſuram grauiſſimam petat. l.1. & paſſ. D. de nau.fœn. Dicitur & Nauticum fœnus, & vſura maritima.l.6.D.illo tit.

NEC raró, pro Et raró, poſitum videtur à Celſo geminata negatione ex Græcorum conſuetudine, pro ſimplici. Si tibi nupſero, inquit, decẽdari ſpõdes? cauſſa cognita denegandã actionem puto. nec raró probabilis cauſſa huiuſmodi ſtipulationis eſt, l.87.§.2.D. de verb. oblig. vbi optimus Accurſius inſolentia locutionis offenſus, Nec raró, inquit, id eſt numquam: ſed & NEC RARA legi quibuſdam in libris teſtatur: quod abſurdius multo eſt.

NECESSARII ſunt, vt Gallus Ælius ait, qui aut cognati, aut adfines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur, præter ceteros. Hæc Feſtus. in eáque ſignificatione paſſim in libris noſtris vſurpantur, vt l.congruit, D.de off.præſid.l.benignius, D.de lib.cauſ. l.1.§.vlti.D.de eo qui pro tut.l.adfectionis, D.de donat. Hinc,

NECESSITVDO, pro Cognatorum propinquitate, l.vlti. D.de iuſt.& iur.l.ſi tutor, D. de ſuſp. tut. l. in fideicommiſſi, §.cum polidius, D.de vſur.

NECESSARIVS heres, vide Heres neceſſarius.

ΝΕΚΡΟΘΑΠΤΗΣ, ὁ τοὺς νεκροὺς θάπτων, id eſt qui mortuos ſepelit. Vlpianus Libitinarium Latinè dici teſtatur: Si Libitinarius, inquit, quos Græcè νεκροθάπτας vocant, ſeruum Pollinctorem habuerit, &c. l.5. § 1.D.de inſt.act.

NEGATIVA, ſiue Negatoria actio dicitur, actio in rem negantibus verbis concepta, per quam aut libertatem aut ſeruitutem vindicamus, l.5.D.ſi vſusfr. petat.l.2.& l.4.D.ſi ſeruit.vindic. formula enim illius hæc erat: Nego tibi ius eſſe vti frui, inuito me: Ni ius tibi non ſit, vti frui. Si pateret Titio ius non eſſe vtẽdi fruendi: Nego tibi ius eſſe altiùs tuas ædes tollẽdi.

NEGLIGENTIA, magna culpa eſt: magna culpa, dolus eſt ait Paullus l.226.D.de verbor. ſignific. vide CVLPA.

NEGOCIVM propriè eſt, cùm quid rerum contrahendarum cauſſa vltrò citróque geritur: hoc eſt cùm quid datur, viciſſimque accipitur. cùm enim ſuum tantùm accipitur, non dicitur negocium, l. ſi in area, 33.D.de condict.indeb. Sic in l.15.l.19.l.22.D. de præſcript.verb.

NEGOCIVM autem generaliter pro eo omni quod ad rem alicuius familiarem adtinet vſurpatur, l.1.& paſſ.D de nego.geſt. Hinc,

NEGOCIATIO dicitur in mercaturis faciendis, veluti Negociatio Sagaria, l. 52. §.quidam, D.pro ſocio. Hinc,

NEGOCIATORES ſerui, qui negocij exercendi cauſſa, veluti ad emendum, locandum, conducendum præpoſiti eſſent, l.legatis, 65. D.de legat.3.& l. ſi hoc, 49.D.pro ſoc.

NEGOCIATORES non iidem ſunt, qui Mercatores: vt vulgò creditur. Negociatores enim dicuntur ciues R. qui in prouinciis ſedem ac domicilium fortunarum ſuarum habent: neque Romam ferè niſi cenſus tempore, hoc eſt quinto quoque anno veniebant. At Mercatores ſunt qui cùm Romæ domicilium familiámque ſuam habeant, interdum ad aliquot menſes in prouincias excurrunt, mercium exportandarum aut importandarum cauſſa. Ex negociatoribus autem in prouinciis conuentus conſtabant, hoc eſt, Proprætores ac Proconſules cùm forum haberent, ac ius dicebant, in priuatis quidem cauſſis, Recuperatores ex eo numero dare ſolebant: in capitaliũ verò rerum quæſtionibus, eos in conſilium adhibebant, ſi cui patronus dandus eſſet, ex eodẽ numero rogatũ aliquẽ dabant. Hæc ex longa obſeruatione Verrinæ quartæ: in qua rerum iſtarum vſus perſpicitur. Nunc quærendum eſt Negociatorum nomine, an etiam Publicani & Argentarij, qui in prouinciis domicilium habebant, contineantur. Sed de publica-

nis facilis & expedita ratio eſt. nam & in epiſt.1.ad Qu. Fratrem apertiſſimè diſtinguitur, vbi ſic ſcribit: Conſtat Aſia ex eo genere ciuium, qui aut quòd publicani ſunt, nos ſumma neceſſitudine adringunt: aut quòd ita negociantur, vt locupletes ſint, &c. Item in Maniliana: Nam & publicani ſuas rationes & copias in illam prouinciam contulerunt: deinde ceteris ex ordinibus homines naui & induſtrij partim in Aſia negociantur, partim ſuas & ſuorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habent. Denique tū ex illa oratione, tū ex ea pro Fonteio planè conſtat, Negociatores dici Aratores præſertim, & pecuarios: Publicanos verò eos fuiſſe, qui ab Aratoribus decimas, à pecuariis ſcripturam, à mercatorib. autem portorium exigebant. Nunc de Argentariis & Fœneratoribus, videamus. nam hic ſanè locus, quem modò ex Maniliana protulim⁹, Argētarios à Negociatorib. diſtinguere videtur. Sed hoc reſtricta & anguſta ratione intelligendum eſt. nam in ea pro Fonteio Fœneratores & Argentarii perſpicuè Negociatorū nomine ſignificantur. A quibus verſuras rantarū pecuniarum factas eſſe dicunt? Referta Gallia negociatorum eſt. plena ciuium R. nemo Gallorum ſine ciue Ro. quidquàm negocij gerit. numus in Gallia nullus ſine ciuium R. tabulis commouetur. vnæ tabulæ proferantur, in quibus veſtigium ſit aliquod, quod ſignificet pecuniam Fonteio datam. vnum ex toto negociatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero teſtem producant.

NEPOS ex fratre, idem eſt qui nepos fratris: neque vnquā aliter obſeruare potui, tametſi vulgata opinio ſit, Nepotē ex fratre aut ſorore eſſe, qui filius fratris aut ſororis ſemper ab antiquis adpellatur. Paull. in l. vlt. D. de gradib. Illud notādum eſt, non quemadmodū patris matriſque fratres & ſorores, patrui, amitæ, auunculi, materteræ dicūtur, ita fratris ſororiſque filios filias nomen ſpeciale cognationis habere: ſed ita demonſtrari, fratris ſororiſque filios filias. Nepotem autem ex fratre poſt fratris filium conſtitui, docet apertè Caius in l. 7. D. de legit. tut. Velut, inquit, frater eodem patre natus, fratris filius, nepóſve ex eo. itē Imp. §. 1. de legit. agna. tut. totidem verbis. Itē in l. nemini, 17. C. de nupt. Nemini liceat contrahere matrimonium cum ſorore, ſororis filia, & ex ea nepte: præterea fratris tui filia, & ex eo nepte. vt facilè adpareat Nepotem ex fratre eundem omnino eſſe, qui Nepos fratris dicitur. Neq; ſatis intelligere poſſum, quid eruditis quibuſdam hominibus in mentem venerit, cùm in teſtamento C. Cæſaris, quod ita ſcriptū eſt, Sororū nepotes heredes inſtituit C. Octauiū, &c. ita interpretantur, Nepotes ex ſororibus, id eſt, ſororum filios: cùm ſatis conſtet Octauium ex Accia Iuliæ C. Cæſaris ſororis filia natum eſſe. qua de cauſſa paulo ſuprà Suetonius Octauiam ſororis eius neptē adpellarat. Hæc cùm ita ſint, video tamen deprauata linguæ Latinæ conſuetudine, Neptem ab Ambroſio, q̃ ſororis filia erat, adpellari. Nā ad Paternum ſcribēs Epiſt. 66. Tu copulare paras filium tuum & neptē ex filia: hoc eſt, vt accipiat ſororis ſuæ filiam. Interroga nominum religionem. Nēpe auunculus iſte illius: illa huius neptis vocatur. Nec ipſe te reuocat ſonus nominum: cum hic auum reſonet, illa hoc nomen ad auunculum, quod ad auū referat. Et paulò poſt: Quid tam ſollemne, quam oſculum inter auunculum & neptem: quod iſte quaſi filius debet, hæc quaſi parenti.

NEQVITIA in prodigis dicitur: vt in formula Prætoris: Quando tu bona patria auitáque nequitia tua diſperdis, &c. Cicero Tuſcul. III. frugalitatis videtur eſſe propriū motus animi adpetentis regere, & ſe dare: ſemperque aduerſantem libidini, moderatā in omni re ſeruare conſtantiam: cui contrarium vicium Nequitia dicitur. frugalitas, vt opinor, à fruge: qua nihil melius è terra oritur. Nequitia ab eo, quod ne quidquam eſt in tali homine: ex quo idē nihili dicitur.

NEXVM, inquit Varro, Manilius ſcribit, omne quod per æs & libram geritur, in quo ſint mancipi. Fortaſſe, Res mancipi, legendum. Feſtus autem:

NEXVM eſt, inquit, vt Ælius Gallus ait, quodcūq; per æs & librā geritur: idq́, Necti dicitur. quo in genere ſunt hæc, Teſtamēti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexū æs apud antiquos dicebatur, pecunia quæ per nexum obligatur. Cic. autem in Topic. Abalienatio, inquit, eſt traditio alteri nexu, &c. Quibus ex locis veni in ſuſpicionem, moris fuiſſe, vt māceps, id eſt is cui res abalienabatur, dicis cauſſa alterum alligaret ac necteret (vnde Obligationis verbum apud Iuriſconſultos.) nam qui non ſatisfaciebant, nexi ad, dicebantur, abducebantúrque. Liuius lib. 2. Nexu vincti ſolutique ſe vndique in publicum proripiunt. Cùm autem rem Manceps accepiſſet, debitorem ſoluebat. Hoc patet ex lib. Cicer. De leg. 2. vbi legatarius qui non vult accipere quaſi ex teſtamento, ſtipulatur ab herede & per æs & libram ab eo accipit. Ita legatarius, inquit, heredem ſoluit. Qui verò abalienabat, æs à libripende, vt Caius oſtendit, accipiebat. Plura diximus in Comm. de legibus XII. tab. ſub capite De emtione.

NEXA res, & Nexa pignori dicitur, quæ pignoris nomine obligata eſt. l. 1. §. ſi qs, D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſ. l. 22. §. 1. D. de iur. fiſc. l. 2. & l. 7. C. de diſt. pign.

NEXVS, pro vinculum obligationis. Vlp. l. 26. §. 7. D. de cond. in deb. Si emtor fundi damnauerit heredem ſuum vt venditorem nexu vendit liberaret.

NOBILES Romæ dicebantur, quorum patres aut maiores, magiſtratum curulem geſſerant: & Nouis hominibus opponebantur. Cicero Verrina VII. Videmus quanta ſit in inuidia apud quoſdam homines nobiles, nouorum hominum virtus & induſtria. Item: vt iſta præclara nobilitas deſinat queri populum Ro. hominibus nouis atque induſtriis honores mandare. Et Fami. V. Adeptus es, quod non multi homines noui: amiſiſti, quæ plurimi homines nobiliſſimi. Fuit autem nomen hoc generale, & commune omnium quorū maiores magiſtratū (vt dixi) curulē geſſerāt: ſiue ij patritij eſſēt, ſiue plebeij: ſed cùm duas haſce ſubiectas ſpecies haberet, accidit quod in aliis pleriſque vt altera ſpecies generis ſui nomē retineret: & ſpeciali ac proprio nomine nobiles dicerentur, qui plebeiæ gētis cùm eſſēt, maiores tamē curulibus magiſtratibus honoratos habuerāt. Itaq; Pedianus perſpicuè ac dilucidè Patritios à Nobilibus diſtinguit. Sex, inquit, cōpetitores Cicero habuit: duos patritios, Galbā & Catilinam: quattuor plebeios, ex quibus duo nobiles &c. Nō quòd Patritij nobiles non ſint. quis enim tā ſine mēte vmquā fuit, qui hoc diceret? ſed quia è generali Nobiliū nomine, alij Patritiorū honorabile nomen ſibi retinebant, factū vt alij generis nomen ſibi adtribuerent. Sic Liuius lib. 39. Omnes patritios, plebeióſq; nobiliſſimarū familiarū M. Porcius longè anteibat. Sic Fuluiorum familia, quam plebeiam fuiſſe conſtat, Nobilioris cognomentum ſumſit. Sic in Sextiana: vóſque adoleſcentes, & qui nobiles eſtis ad maiorum veſtrorum imitationem excitabo: &

& qui ingenio & virtute nobilitatem poteſtis conſequi, ad eam rationem in qua multi homines noui & honore & gloria floruerunt, cohortab. r. Nemo enim patritius vt eſſet, ſua virtute conſequi poterat. Salluſtius præterea in Iugurthino, videtur vt illam differentiæ ſubtilitatem indicaret, ita locutus eſſe: Igitur Syllaba patriciæ gentis nobilis fuit, familia propè iam exſtincta, maiorum ignauia. Niſi fortè vox NOBILIS gloſſam hominis, & quidē imperiti ſuboleat. Cicero autem in Miloniana P. Clodium, quem patricium fuiſſe conſtat, nobilem adpellat. Homo enim nobilis in ſuis monumentis equitem R. occiderat. Hanc autem meam ſententiam quam infrà ſub voce PATRICIVS expoſueram, cùm quidam eruditus vir non ſatis adtendiſſet, voluit in ſuis nouis in Philippicas ſcholiis reprehendere. ſed, vt opinor, abunde ei ſatisfactum eſt. Huc pertinet l. mortis cauſſa capimus, 31. D. de mortis cauſ. don.

NOCERE noxam. Paul. l. 63. D. ad leg. Falcid. Eadem cauſſa eſt eius ſerui, qui noxam nocuit. nec enim delinquendo quiſque precioſior fit.

NOMEN generalis adpellatio eſt, quæ & prænomen, & nomen familiæ, & cognomen complectitur. Seneca lib. De benef. IIII. Si quod à Seneca accepiſſes, Annæo te diceres debere, vel Lucio, non creditorem mutares, ſed nomen. Quoniam ſiue prænomen eius, ſiue nomen dixiſſes, ſiue cognomen, idem tamen ille eſſet. Propriè tamen Nomen à prænomine, cognomine, agnomine diſtinguitur: vti patet ex leg. 4. Cod. de teſtam. & §. ſiquidem, 27. Iuſt. de legat. itémque ex Chariſij verbis: Propria nomina, inquit, in quattuor ſpecies diuiduntur: prænomen, nomen, cognomen, agnomen. vt Publius, Cornelius, Scipio, Africanus. Prænomen eſt quod nomini præponitur, vt Publius: Nomen, quod familiæ originem declarat, vt Cornelius: Cognomen, quod nomini ſubiungitur, vt Scipio: Agnomen, quod extrinſecus adiici ſolet, vt Africanus.

NOMENCLATOR, qui ciuium nomina omnium tenebat, & cùm opus eſſet pronunciabat. Iis veteres dum ambitioni ſeruiebant, vtebantur. Cicero in Muræniana Monitores eos adpellabat. Vlpian. leg. 7. §. 2. D. de op. lib. Nam huius quoque eſt miniſterium, ſi fortè vel librarius, vel nomenculator, vel calculator ſit. Venuleius l. vlt. in fi. de lib. caut. Poteſt tamen & impubes operas dare: veluti ſi nomenculator ſit, vel hiſtrio. Cicero in illa quam antè nominaui: Quid? quod habes nomenclatorem? in eo quidem fallis, & decipis: nam ſi nomine adpellari abs te ciues tuos honeſtum eſt, turpe eſt eos notiores eſſe ſeruo tuo, quàm tibi: ſi etiam noris, tamen per monitorem adpellandi ſunt? cur non antè petis, quàm inſuſurrauit, aut quid, cùm admoneris, tamen quaſi tute noris, ita ſalutas?

NOMEN eſſe capitis, pro delatum eſſe & receptum in reos capitis. Plaut. Aſinar.

Nam iam ex hoc loco
Ibo ego ad Treſuiros, veſtráque ibi nomina
Faxo erunt capitis.

NOMINIBVS obligatio, ſcriptura fiebat: vt ait Iuſtinia. ſub tit. De liter. obligat. Eam vt intelligamus, illud ſcire oportet, Romæ moris fuiſſe, vt vnuſquiſque paterfam. tabulas domi haberet, in quibus quidquid per ſingulos dies aut acciperet, aut expenderet, perſcribebat: vt Cicero in ea pro Cluen-

A tio demonſtrat. De earum tabularum fide Cenſores quinto quoque anno ciues ad Iuſiurandum adigebant: vti Dionyſ. Halic. lib. 4. teſtatur. Hinc fidem in iudiciis facere ſolebant: vt in Orat. pro Qu. Roſcio demonſtrauimus. Vlpianus in l. 4. D. de pecul. Si verò nomina ita fecerit dominus, vt quaſi debitorem ſe ſeruo faceret, cùm reuera debitor non eſſet, non obligatur. re enim, non verbis peculium augendum eſt. Pomponius l. 1. D. de annuis leg. Cùm in annos ſingu-
B los quid legatum ſit, neque ad ſcriptum quo loco detur, quócumque loco petetur, dari debet: ſicuti ſi ex ſtipulatu, aut nomine facto petatur. Exſtat etiam faciendi nominis mentio in l. Thais, 41. in fin. D. de fideicom. libert. & l. vxori, 24. D. de vſuf. legat. & alibi nonnullis locis. In quibus Tribonianum hallucinatum, nec ſatis ſpecularibus ſuis vſum fuiſſe, veriſimile eſt: cùm aliis in locis eam vocem expunxerit. vt in l. 1. D. de nouat. l. Græcè, D. de fideiuſſ. l. 1 D. de obliga. & act. Nomina autem in tabulis dicebantur tituli de-
C bitorum (vt ait Aſconius) præſertim in iis debitis, in quibus hominum nomina ſcripta ſunt, quibus pecuniæ commodatæ ſunt. Plautus in Curcul. *Noui edepol nomen. nam mihi iſtoc nomine Dum ſcribo, expleui totas ceras quattuor.* Paul. in l. Lucius, 46. §. tutelæ, D. de adm. & peric. Cum à Debitoribus paternis, quorum nomina libro rationum non inerant exigere vellet pupillus, &c. Ergo Nominibus obligatio contrahebatur, cùm expenſum quid alicui in tabulas referebatur. Referri autem ſolebat, vel ab reis ipſis,
D vel ab argentariis, vel ab amicis. De reis, exemplum oratio pro Comœdo ſuppeditat: & loci ex Pomponio & Vlpiano ſuperius adſcripti. De argentariis, patet ex his Donati verbis in Terentium: Tunc, inquit, in foro, & de menſæ ſcriptura magis, quam ex arca, domóque vel ciſta, pecunia numerabatur. Veteres enim ferè ſuam pecuniam apud argentarios habebant: eiúſque rei veſtigium ſupereſt in l. 7. §. quoties, D. depoſ. De amicis exemplum habemus initio eiuſdem Orationis pro Comœdo, & in epiſtola vlti-
E ma lib. ad Attic. 4. item apud Senecam libro De benefic. 3. Ille, inquit, per plurium tabulas nomina interpoſitis parariis facit. Ex hac nominum obligatione nata ſunt hæc loquendi genera, quæ deinceps ſubiiciam. Nomina diſſoluere. Cicero pro Plancio, Hoc nomen quod vrget, nunc cùm petitur, diſſoluere. Catilina apud Salluſt. Non quin æs alienum meis nominibus ex poſſeſſionibus ſoluere poſſem: cùm & alienis nominibus liberalitas Aureliæ Oreſtiliæ, ſuis filiæ'que copiis perſolueret.

F NOMINA exigere. Cicero Verrina 3. Cùm per eos ipſos dies, per quos cauſſam Dio diceret, reperiretur pecunias ſumſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe.

NOMINA, articuli rationum. Cic. V. 3. Poſtremò ipſius Rabonij tabulæ prædam illam ipſius fuiſſe clamant. recita Rabonij.

NOMINIBVS certis grandem pecuniam debere.

NOMINIBVS certis pecuniam Romæ curari oportere.

NOMINIS eius quod quis inficiatus eſt diem pe-
G tere. in Orat. pro Quinctio.

NOMINIBVS certis, vel Incertis dicebant veteres pro certis de cauſſis, vel incertis, ac potius tacitis. Cicero in Frument. Certis nominibus deductiones fieri ſolebant. Primùm pro ſpectatione & collybo: deinde pro neſcio quo cerario. Idem in Quinctiana: Moritur C. Quinctius,

qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam A debuit. Credi antem pecunia incertis nominibus, dicitur, cum credendi cauſſæ in cautione celatæ ſunt. vt in S. C. Macedon. Qui pecuniam, ne quid amplius dicatur, incertis nominibus crederet. Niſi fortè Incertis nominibus credere idem ſit, quod tacitis creditorum nominibus.

Nomen bonum, debitor bonæ fidei, potius quàm qui ſoluendo eſt. Cice. Seſtio, ep. 6. lib. 5. Ego autem meis rebus geſtis hoc ſum adſecutus, vt bonum nomen exiſtimer. Interdum tamen, debitor bonus. Paullus l. inter cauſſas, 26. §. 2. D. mandat. Abeſſe intelligitur B pecunia fideiuſſori, etiam ſi debitor ab eo delegatus ſit creditori: licet is ſoluendo non fuerit, quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. vide Bonum nomen.

Nomen facere, vide Facere nomen.

Nomine, ſubauditur apud Iuriſconſultos plerumque, vt in conſuetudine ſermonis Græci. velut cuum dicimus, Noxæ dedere: Damnari repetundarum, &c. C Pomp. l. 2. D. de naut. fœn. Si nemo ſit, qui à parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſſit. Alfenus l. 60. §. 3. de leg. & fid. lib. 30. Topiariū enim ornādi, ſaltuarium autem tuendi & cuſtodiendi fundi magis quàm colendi paratum eſſe. Item l. 2. D. de proxenet. & l. 30. §. 2. D. de iureiurand. l. 28. D. de pignor. in fine, l. 73. D. quib. mod. pignus, vel hypotheca ſoluitur. & l. 1. C. de iudic.

Nominatim exheredari dicitur, cuius vel nomen, vel prænomen exprimitur: dum tamen conſtet D de quo teſtator ſenſerit.

Nominatim exheredatus filius & ita videtur, Filivs meus exheres eſto: ſi nec nomen eius expreſſum ſit, ſi modo vnicus ſit. l. 1. & l. 2. D. de libe. & poſtum. Quin etſi plures filios habeat, ac ita loquatur, Ceteri omnes filij exheredes ſunto, omnes nominatim exheredati videntur. l. Titius, 25. D. illo tit.

Nominatim exheredatus poſtumus videtur, ſiue ita dictum ſit, Quicumque mihi naſcetur: ſiue ita, Ex Seia: ſiue ita, Venter exheres eſto. l. 3. §. 3. D. de E iniuſt. rupt. Huic opponitur, Inter ceteros exheredare, de quo ſub voce Inter, ſuperiùs dictum eſt.

Nominatim alicui legetur ita, Lucio Titio, an per demonſtrationem corporis, vel artificij vel officij, vel neceſſitudinis, vel adfinitatis, nihil intereſt. nam demonſtratio plerumque vice nominis fungitur. l. nominatim, 34. D. de cond. & demonſtr.

Nominatim ab aliquo herede legatum intelligitur, cùm à quo legatum ſit, conſtat: quamuis nomen pronunciatum non ſit. l. nominatim, 90. F de legat. 3.

Nominatim manumitti ſeruus ex lege Fuſia Caninia ſic videtur: Stichus liber eſto: vel ſic, Obſonatorem, vel qui ex ancilla illa naſcetur, liberum eſſe volo. Paull. lib. Collect. 4. cap. 14. & l. nominatim, 24. & l. 37. D. de manum. teſt.

Nominati in criminibus non dicuntur ij, quorum nomen delatum eſt, quíque rei facti ſunt: ſed ij quorum nomen ab altero reo adpellatum eſt. Sic Papia. l. 17. §. 10. D. ad munic. In quæſtionib. nominatos G capitalium criminū, &c. & l. 2. D. de bon. dot. qui ant. ſenten. Cicero pro Poſtumio: Neminem vnquā, quo ea pecunia perueniſſet, cauſam dixiſſe, qui in æſtimādis litibus adpellatus non eſſet. in litibus autem nemo adpellatur, niſi ex teſtium dictis aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuitatum. Itaque in ferendis litibus adeſſe ſolebāt, qui aliquid de ſe verebātur: &, cùm erāt adpellati, ſi videbatur, ſtatim contradicere ſolebant. Tranquill. in Colig. Quæſtorem ſuum in coniuratione nominatum flagellauit, veſte detracta: id eſt, ab vno ex coniuratis indicatum.

Nominatores, in libris noſtris dicuntur, qui cùm aliqui ad munus quoddam eligendi ſunt, certorum hominum tamquam idoneorum nomen edunt: & quaſi eorum creandorum auctores ſunt. Hinc,

Nominatores tutorum, ſub Rub. Dig. de fideiuſſoribus & nominat. tut. vbi in l. 4. ad finem, Adfirmatores adpellati videntur: qui cùm idoneos, inquit, eſſe tutores adfirmauerint, fideiuſſorum vicem ſuſtinent. De nominatione tutorum exſtat mentio in l. 1. §. 3. & §. 5 D. de magiſt. conuen. Hinc,

Nominatores dicuntur ſub Rub. C. de pericul. nominat. qui cùm Duumuiri eſſent, ſucceſſores ſibi deſignabant, quorum fidem Reipublicæ ſuo periculo præſtabant. Et ſic accipienda eſt l. 1. in princ. D. de magiſt. conueniend. l. 3. C. de conuen. fiſc. debit. l. vnic. C. de ſumt. recup.

Non minvs, quibuſdam locis poſitum videtur, pro Non magis, aut Non tam. vt in l. ſolidum, 85. D. de ſolu. Solidum non ſoluitur, non minus quantitate, quàm die. Sic in l. 7. §. pactorum, D. de pact. §. iniuria, ad leg. Aquil. l. 3. §. Labeo, D. de incen. naufr. l. ab hoſtibus, 15. §. non minus, D. ex quib. cauſ. maior. Haloander autem in quibuſdam repoſuit non nimis. quod mihi certè multo magis arridet.

Non ſoli Atridæ vxores amant: Achillis dictum, qui Vlyſſis orationi reſpondens, à quo vt in caſtra reuerti vellet (vnde propter Bryſeida ſibi ab Agamemnone ademtam diſceſſerat) rogabatur: ſic inquit,

τί δὲ λαὸν, ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας
ἀτρείδης; ἢ οὐχ' ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο,
ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
ἀτρεΐδαι, ἐπεὶ ὅστις ἀγαθὸς, καὶ ἐχέφρων
τὴν αὐτοῦ φιλέει, καὶ κήδεται. ὡς καὶ ἐγὼ τὴν
ἐκ θυμοῦ φίλεον, δουρικλητὴν περ ἐοῦσαν. Id eſt,

Cur autem populum adduxit huc congregans
Atrides? an non Helenæ gratia pulcricomæ?
An ſoli amant vxores diuerſiuocorum hominum
Atridæ? quippe qui bonus & prudens eſt,
Suam amat, & curat. vt ego quoque hanc
Ex animo amabam, quamuis captiuam.

Sextus Cæcilius hoc dictum venuſtè tranſtulit ad eos qui vxores quamuis iniuſtas habent: vt adulterij accuſatio non minus ipſis, quàm iis qui iuſtas vxores habent, permittatur. Vlp. l. 13. D. de adulter. Planè ſiue iuſta vxor fuit, ſiue iniuſta: accuſationem inſtituere vir poterit. nam (vt Sex. Cæcilius ait) hæc lex ad omnia matrimonia pertinet. & illud Homericum adfert, Nec enim ſoli, inquit, Atridæ vxores ſuas amant. οὐ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων ἀτρεΐδαι. Non ſoli amant vxores Atridæ. Quod enim cum interrogatione pronunciauit Achilles, hic negatiuè retulit. Locum autem illum Vergilius lib. Æneid. 8. ſic imitatus eſt:

Coniuge prærepta nec ſolos tangit Atridas
Iſte dolor.

Non vtique, non reſtrictè, non præcisè. Vlp. l. 21. D. mand. Sed ſi non vtique vnius, ſed vtriuſque mandatum intuitus id fecerim. Sic Pompo. l. 43. D. ad leg. Aquil. Dominum enim lex Aquilia adpellat, nō vtique eum qui tunc fuerit, cùm damnum daretur.

Nosocomivm, νοσοκομεῖον, locus vbi ægroti curantur, quem Valetudinariū Latinè dici ſuo loco docuimus. Vtitur Iuſt. l. illud, 16. & l. ſancimus, 18. C. de ſacroſ.

ſacroſ.eccleſ. νόσος autem morbum, κομίω verò curare ſignificat: vnde vocabulum confictum.

NOTÆ, ſcripturæ compendium: & à literis diſtinguuntur. Paullus l.40.D.de teſt.milit. L.Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit, & antequam literis perſcriberetur, vita defunctus eſt. Idem l.6.in fin. D.de bon.poſſ. Notas literas non eſſe, Pedius ad edictum ſcribit. Hinc,

NOTARIVS, idem qui Librarius, ſi modò notis ſcribat: vt in d.l.40. D.de teſt. milit. & l.26.C.de pignorib.l.41.§.Seio, D.de fideic.liberr. Seneca in ludo: Is multa diſertè (quod in foro iuuat) dixit, quæ notarius perſequi non potuit, & ideo non refero, ne aliis verbis ponam, quàm quę ab illo dicta ſunt. Vide etiã quæ nos in Diſputatione noſtra de Perſcriptis verbis hac ipſa de re copioſè diximus. At in libr. Cod.xii tit. De primicerio & notar. verbum hoc pro Secretariis principis vſurpatur. Lampridius in Alexandro: Eum notarium qui falſum cauſſæ breuem in conſilio imperatorio retuliſſet, inciſis digitorum neruis, ita vt numquam poſſet ſcribere, deportauit. Spartianus in Diadum. Iſtæ literæ per notarium, proditæ illi puero multum obfuiſſe dicuntur. Plinius in epiſt. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus.

NOTÆ pro adpendiculis, quas Iuriſconſulti ad veterum ſcripta reprehendendi explicandive cauſſa adtexebant, l.2.C.de ver.iur.enucl.l.ex nota, 10.D.de caſt. pecul. vnde EX NOTIS Paulli ad Neratium, Marcelli ad Iulianum, ſæpe legimus in inſcriptionibus legum noſtrarum.

NOTHI, νόθοι, à Græcis dicuntur, qui à Latinis Spurij, vulgo quæſiti, naturales liberi. Vnde quæ Rubrica eſt in Cod. De naturalib. lib. eadem eſt in Nouell. LXXXIX. περὶ τῶν νόθων. de quibus Quinctil.lib.III. cap.VI. Nothum, inquit, qui non eſt legitimus, Græci vocant. Latinum rei nomen, vt Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus: ideóque vtimur peregrino. Nothi autem ex Iuſtiniani conſtitutionibus hi ſoli adpellantur, qui ex concubina nati ſunt: hoc eſt, ex muliere libera, innupta, quam vir cœlebs domi concubinatus nomine, ſolam habuit. d. Nouel. LXXXIX. item Nouel.LXXIIII. item Nouel. XVIII.

NOTIONIS verbum latiſſimum eſt: nam & in ciuilibus, & in criminalibus cauſſis vſurpatur. itaque Notio dicitur Prætoris, qui verum actio danda, an deneganda ſit, cognoſcit, l.vltim.in fin.D.de oblig.& act. Sic in l.8.D de tranſact. Prætoris dicitur eſſe notio, cùm de habitatione aut veſtiario, aut alimento relicto tranſigendum eſt. & in l.6. C. quomod. & quãdo iud. At in l.1.§.1. D.de offic.præf.vrb. Notio ad cauſſas & animaduerſiones capitales refertur. vbi Vlpianus ſcribit, ea quæ vltra centeſimum lapidem fiunt, egreſſa eſſe Præfecti vrbi notionem. itémque in l.penult. D. de calumniat. Propriè tamen Notio videtur eſſe rerum quæ neque criminales ſunt, & in facto, non in iure conſiſtunt: veluti cùm Cicero in Orat.pro domo ſcribit, omnem eſſe notionem Pontificum cùm quis adoptatur, quæ cauſſa cuique ſit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quæ ſacrorum. Item cùm diſceptatur apud Prætorem, vtrum qui filius eſſe dicitur in poteſtate ſit, an non ſit: Prætoris notio eſſe debebit: inquit Vlpianus l.3.§.1.D.de lib. exhib. aut cùm de illius ætate qui manumittit, vel de manumittendi cauſſa quæritur. Atque hæc quidem ita ſe habent, cùm propria verbi cuiuſq; ſignificatio exquiritur. Vlpianus autem in l. notio-

A nem, 99.D.de verb.ſignif. Notionem ſic poſſe accipi ſcribit, vt & Iuriſdictio & Cognitio intelligatur. Itaque idem in l.ait Prætor, 5.D.de re iudic. cùm Prætor dixiſſet, CVIVS de ea re iuriſdictio eſt: Melius, inquit, dixiſſet: CVIVS de ea re notio eſt. etenim Notionis nomen etiam ad eos pertinet, qui iuriſdictionem nõ habent, ſed habent de quauis alia cauſſa notionem.

NOTORIA dicuntur denunciationes criminum, elogia quibus crimina ad magiſtratus deferuntur. B Paullus l.6.D.ad S.C. Turpil. Nunciatores qui per notoria indicia produnt, notoriis ſuis adſiſtere iubentur. Imp.l.7.C.de accuſat. Ea quidem quæ per officiũ Præſidibus denunciantur, & citra ſollemnia accuſationum poſſe perpendi incognitum non eſt. verùm ſi falſis nécne notoriis inſimulatus ſit, perpenſo iudicio diſpici debet.

NOVALIS, inquit Paullus, eſt terra præciſa, quę anno ceſſauit, l.ſilua, 30.D.de verb.ſign. vbi PROSCISSA fortaſſe legendum eſt: cùm in libro Varior.auctor. C De limitibus ſcriptũ ita ſit: Noualis ager eſt primùm proſciſſus, ſiue qui alternis annis vacat, nouandarum ſibi virium cauſſa. Et apud Seruium Georgicorum primo, Propriè Nouales ſunt primùm arua proſciſſa, & primùm ſegetem ferentia. Plinius autem lib. 18. cap.19. Nouale eſt, inquit, quod alternis annis ſeritur. Duæ ergo huius vocis ſignificationes ſunt: quarum altera notatur in d. l. ſilua: altera in l.vlti.D.de term. mot. l.8. D. de fund. dot.l.vtiles, 39.D.de petit. hered.

D NOVATIO eſt, ait Vlpianus, prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem vel naturalem, transfuſio atque tranſlatio: hoc eſt, cùm ex præcedenti cauſſa ita noua conſtituitur, vt prior perimatur. Nouatio enim à Nouo nomen accepit, & à noua obligatione, l.1.D.de nouat. Triplex autem nouatio eſt: prima, cùm vnius perſonæ obligatio in alterius perſonæ obligationem nouatur: altera, cùm alterius generis obligatio in verborum obligationem nouatur: tertia, cùm verborum obligatio in alteram formam E commutatur: id eſt cùm ei vel adiicitur, vel detrahitur, l.1.& l.2.D.illo tit.

NOVERCA dicitur vxor, liberis ex alia vxore natis: ait Modeſt.l.4.§.4.D.de gradibus.

NOVI operis nunciatio, vide Nunciatio noui operis.

NOVITII ſerui propriè dicuntur, recentes: Veteratores verò, ſiue Veterani, Inueterati. Vlpian.l.37. D.de ædil.edict. Præcipiunt Ædiles, veterator pro nouitio veneat. Item: Quia venaliciarij ſciunt facilè F decurri ad nouitiorum emtionem, idcirco interpolãt veteratores, & pro nouitiis vendunt. Item: Trita verò mancipia & veterana difficile eſt reformare. Sed Venuleius in l.vlti.ſubtilius rem explicat. nam veteratorem ſeruum eſſe ait turpi alicui ac ſordido miniſterio, quamuis recens, addictum: Nouitium verò, qui vel nulli adhuc, vel nobili alicui & liberali homine dignæ arti, quamuis multo antè, deditus fuit: veluti picturę, medicinæ, muſicę. quod Valla, opinor, non viderat.

G NOXA, inquit Iuſtinianus, eſt ipſum corpus quod nocuit, id eſt ſeruus: Noxia ipſum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria: inquit Imp. titu. De nox. act. in princ. Hoc ſine dubio Tribonianus eſt ſuſpicatus, ex eo quod Caius ſcribit, l.1.D.hoc tit. Liceat nobis deditione ipſius corporis quod deliquerit euitare litis æſtimationem. Et cuum alibi dicitur Noxæ deditio, interpretatus eſt argutè homo ſagax,

id eſt, corporis deditio.

NOXA, damnum, vicium ex re aliqua contractū. Hinc Capere noxam, & concipere & contrahere apud Columellam dicuntur ſerui ex nimio labore. Hinc Noxam nocere apud Liuium in antiqua formula:& Noxius ſeruus qui noxam nocuit, id eſt damnū intulit,& ob eam cauſſam obnoxius eſt. Columella libro 3. Operam vinitoris quem vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium poſſe comparari putat. Hinc eundem ſeruum Noxę dedere præciſa locutione dicimur, pro Noxæ nomine dedere:id eſt ob damnum & noxā quam intulit. Sic Verrina 5. Lucri & acceſſionis dare frequentiſſimè, pro lucri & acceſſionis nomine. Et in Topicis, At ſi quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit. Et Liuius eleganter hoc tranſtulit, Obrui Ætnæ ignibus aut mergi freto ſatius illi inſulę eſſe, quàm velut dedi noxæ inimico Conſuli. Hinc magis adeò conciſa locutione, Noxis ſolutus dicitur ſeruus, Noxio contrarius ob cuius noxam nihil debetur, vel qui nemini eſt obnoxius (nam hinc quoque fictum obnoxij vocabulum videtur) quaſi liber ac ſolutus omni obligatione, quę ex noxa contrahitur:ſiue quòd nullam admiſerit, ſiue quòd eo nomine ſatisfactum ſit. Vlpianus ex Ædilium edicto in l. 1. Certiores faciant emtores, quis fugitiuus erróve ſit, noxáve ſolutus nō ſit. Et in ſtipulationibus apud Varronem libro de re ruſtic. 2. Illoſce boues ſanos eſſe noxíſque ſ. præſtari, id eſt ſolutos:& ſuprà:Illaſce ſues ſanas eſſe, haberéque rectè licere, noxiſque ſ. præſtare ſpondes? Vbi tamen S litera deſideratur:hæc enim ſtipulationis erat formula, vt conſtat ex l. 3. & l. 30. D. de euict. Hinc,

NOXA CAPVT SEQVITVR, id eſt obligatio ex noxa contracta facti auctorem ſequitur. nam ſiue alienetur ſeruus, in nouum dominum transfertur actio: ſiue ipſe manumittatur, in ipſum demigrat. vti docet Imp. §. 3. de nox. act. & Vlpianus l. 1. §. 6. D. ſi quad. paup. & l. 1. §. 14. D. depoſ. item Caius l. 20. & vlti. D. de nox. act. & alibi perſæpe. Noxia autem à noxa hoc differt, quo ſpecies à genere. Nam cuum vtraque pro ipſo peccato ſeu potius actione peccandi ponatur, tum verò noxa pro effectu qui ex peccato redundat, id eſt obligatione & culpa plerumque vſurpatur. Vnde noxæ eximere, & noxalis actio, & noxis ſolutus, & noxa caput ſequitur:non autem noxia, aut noxialis dicitur. vide, Caput noxa ſequitur.

NOXA apud poëtas & oratores ponitur pro culpa:at noxa peccatum, aut pro peccato pœna. vt Accius Menalippe: Te eſſe huic noxæ obnoxium. Item cuum lex iubet noxæ dedere, pro peccato dedi iubet. Feſtus.

NOXÆ verbum in hac ſtipulatione Noxis ſolutum præſtari, non exſtimatur (inquit Iulianus) ad eas noxas pertinere, quę publicam exercitionem & coërcitionem capitalem habent, l. 200. D. de verborum ſignific.

NOXÆ dedere, eſt animal tradere viuum, l. 1. §. 6. D. ſi quad. paup.

NOXA ſolutus dicitur, non qui nullam noxam commiſit, ſed qui noxali iudicio ſubiectus non eſt, l. 17. §. 16. D. de Ædil. edict.

NOXAM Vlpianus & fraudem ita diſtinguit, vt illam ad priuatum delictum, hanc ad crimen publicum referre videatur. Noxas, inquit, accipere debemus priuatas:hoc eſt eas quæcumque committuntur ex delictis, non publicis criminibus:ex quibus agitur iudiciis noxalibus. denique ſpecialiter cauetur infrà A de capitalibus fraudibus. hæc ille l. 17. §. 16. D. de Ædil. edict.

NOXALES actiones adpellantur quæ ex noxa atque maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur: quarum vis & poteſtas hæc eſt, vt ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis quod deliquerit euitare litis æſtimationem, l. 1. D. de nox. act.

NOXIÆ adpellatione omne delictum continetur:ait Caius l. 238. §. 2. D. de verb. ſignifica.

B NVBERE in familiam, vide ſuprà, In familiam nubere.

NVDA dicuntur in iure, quæ ſimplicia ſunt, neque id quo de agitur, adiunctum habent. veluti,

NVDA proprietas dicitur, cui vſusfructus deeſt, l. 29. D. de vſuf. l. 8. D. de vſuf. legat. l. 34. D. de rei vindic.

NVDA poſſeſſio, quæ ſine proprietate obtinetur, l. 66. D. de euict. l. 21. §. 1. D. quod met. cauſ.

NVDA conuentio quæ ſine traditione eſt, l. 1. D. C de pig. act. l. 4. D. de pignoribus.

NVDA pacta, quibus cauſſa nulla ſubeſt præter conuentionem, l. 7. D. de pact. l. 5. C. de cont. ſtipul.

NVDA conuentio quæ in ſe negocium, id eſt συνάλλαγμα non habet, l. 1. D. de præſcript. verb.

NVDVS conſenſus, ſine rei traditione, aut literis, aut ſtipulatione, l. 52. D. de oblig. & act. l. 14. D. locat.

NVDA promiſſio, quæ ſine vllo fideiuſſore aut iureiurando pręſtita eſt:apud Imp. §. 1. de ſatiſd. l. 2. §. D ſed vtrum, D. de iudic.

NVDA ratio, dicitur à Pomponio nomen æris alieni, in codicem accepti ſic relatum, vt qua de cauſſa debeatur adſcriptum non ſit. Si dominus, inquit, in rationes ſuas referat ſe debere ſeruo ſuo, cuum omnino neque mutuum acceperit, neque vlla cauſſa præceſſerat debendi, nuda ratio non facit eum debitorem, l. 49. D. de pecul. Idem in l. 26. D. de donat. Nuda ratio non facit aliquem debitorem. vtpote quod donare libero homini volumus, licet referamus E in rationes noſtras, debere nos:tamen nulla donatio intelligitur.

NVMERI pro albo, in quo lecti milites conſcribuntur:quem Græci κατάλογον adpellant. Vlpianus l. ex eo, 42. D. de teſt. milit. Ex eo tempore quis iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt, antè non: proinde qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti tyrones ſint, & in publicis expenſis iter faciant, nondum milites ſunt. debent enim in numeros referri. Sic in l. 4. l. 39. §. 1. D. eod. F l. 16. C. illo tit.

NVMO addicere, aut mancipio dare, eſt ita dare, aut adtribuere, vt quamuis vendita res non ſit, vendita tamen eſſe videatur. nam dicis cauſſa, & (vt vulgò loquimur) pro forma numus vnus dabatur. Vitruuius lib. 1. cap. 4. in fin. Secundum mare mercatus eſt poſſeſſionem loco ſalubri, (de M. Hoſtilio loquitur) ab Senatu populóque Rom. petiit, vt liceret transferre oppidum, conſtituítque mœnia, & areas diuiſit, numóque ſeſtertio ſingulis municip. mancipio dedit. G Cic. pro Poſtum. Ecquis eſt ex tanto populo qui bona C. Rabirij Poſtumi numo ſeſtertio ſibi addici velit? Vlpianus l. 46. D. locar. Si quis conduxerit numo vno, conductio nulla eſt: quia & hoc donationis inſtar inducit:id eſt, quia non eſt vera conductio, quippe quæ mercedem dumtaxat dicis cauſſa conſtitutam habet. Pompon. l. 66. D. de iur. dot. Quidam ergo remedij loco rectè putauerunt introducendum, vt reme-

vel locet hunc vſumfructum mulieri maritus,vel vẽdat numo vno.

Nvmvlarii,à numulis dicti:collybiſtæ,permutatores numorum: qui maioris precij nnmis acceptis, numulos,id eſt,minuſculam monetam per partes red debant: aut certæ regionis acceptam pecuniam, regionis alterius pecunia permutabant: item vt Collybiſtæ.Paullus l.9.§.2. D.de edend.Numularios quoque non eſſe iniquum cogi rationes edere Pomponius ſcribit: quia & hi numularij ſicut argentarij rationes conficiunt:quia & accipiunt pecuniam & erogant per partes, quarum probatio ſcriptura codicibúſque eorum maximè continetur:& frequentiſſimè ad fidem eorum decurritur. Vlpianus autem in l.7.§.2.numularios pro argentariis ponere videtur.Numularios præterea pecuniam ſpectaſſe ac probaſſe,patet ex l.39.D.de ſolut.

Nvncvpata pecunia eſt (vt ait Cincius in lib.2. De offic. Iuriſconſulti) nominata, certa,nominibus propriis pronunciata. Feſtus.

Nvncvpatvr teſtamentum in hunc modum: tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit, Hæc vti in his tabulis ceriſve ſcripta ſunt,ita do, ita lego, ita teſtor. itaque vos Quirites teſtimoniũ perhibetote: quæ nuncupatio,& Teſtatio vocatur. Vlpianus tit. Reg.xx.Iulian.l.8.§.3.D.de bon.poſſ.ſec.tab.Quidam teſtamẽtum in tabulis ſibi fecit,filio autem impuberi per nuncupationem ſubſtituit. Item: Nam quemadmodum ſcripto filij heredi, ſeparatim ab heredibus patris, ita nuncupato poteſt videri ſeparatim,&c.

Nvndinæ primùm à populo R. inſtitutæ ſunt, inquit Rutilius, vt octo quidem diebus ruſtici opus facerent:nono autem die,intermiſſo rure,ad mercatum,legéſque accipiendas Romã venirent.Hæc Macrob.lib.Saturn.1.cap.xvi. Columella autem libro de re ruſt.1.Nundinarum,inquit,conuentus manifeſtum eſt propterea vſurpatos,vt nonis tãtummodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſtice.illis enim temporibus proceres ciuitatis in agris morabãtur:&, cùm conſilium publicum deſiderabatur,à villis arceſſebantur in Senatum. ex quo qui eos euocabant.Viatores nominati ſunt.

Nvndinæ verò de quibus Rubrica exſtat lib.Pãd. L.& Cod.vii.abuſiuè dictæ ſunt mutata re,nomine autem retento, cùm propriè Mercatus adpellandæ ſint. Vnde Rubr. Codicis, De nundinis & mercatibus:non,vt vulgò, Mercationibus.id quod vel ex legis vnicæ lectione poteſt intelligi. nam à poſterioribus Cæſaribus inſtitutum fuit,vt ex certo eorum beneficio ac munere, certis in oppidis, ſtatis temporibus,mercatus celebrarentur,cum omnium portoriorum & vectigalium immunitate, quinetiam Impp. Valens & Valent.in l.1.C.de nund immunitates illas vſque eò amplificarunt,vt etiam eos quibus Nundinarum ius conceſſum eſſet,vetuerint mercatus tempore nundinatoribus vllis aut propter merces, aut propter portorium, aut propter priuatum aliquod debitum negocium faceſſere.Obſeruatum eſt etiam, Nundinarum ius à Senatu impetrari ſolitum. Plin. li. Epiſt.v.Solers, inquit, vir Prætorius à Senatu petiit, vt ſibi inſtituere in agris ſuis nũdinas permitteretur.

Nvntiatio noui operis in Pandectis, ſic accipienda eſt. Prætor edixit vt ſi quis putet vicinum nouum aliquod opus molientem, non habere ius id faciendi,liceat ei denunciare vicino,ne id faciat,itáq; eum prohibere:vetátque ei cui denunciatum eſt,ſiue

A ius habeat,ſiue non,tamen ne quid inſtituat: quod ſi edictum neglexerit,Prætor aditus interdicit,vt opus factum reſtituat, id eſt, interim id decernit, dum apud iudicem à Prætore datum planum faciat ſibi ius eſſe ſic ædificare: omnino autem diruere id cogitur, propter edictum Prætoris,ſiue iure,ſiue iniuria ædificarit. quòd ſi nunciator velit remittere nunciationem,licebit ædificare,licebit etiam nouatori ſatiſdare ſe opus demoliturum,ſi nunciator actione ſua ne-
B gatoria (quam continuò poſt nunciationem debet intendere) probarit apud iudicem id illi non licuiſſe. Hæc ex tract.de noui op.nunciat.ſummatim.

Nvntiatores, dicuntur delatores criminũ: ex quo eorum indicia,notoria dicuntur. Paullus l.6. D.ad s.c.Turpill. Nunciatores qui per notoria indicia produnt, notoriis ſuis adſiſtere iubentur. Iidem ab Impp.denunciare dicuntur in l.7.C.de accuſationibus.

Nvntivm mittere dicuntur coniuges facto di-
C uortio, cùm vt ſuas res ſibi habeant, denunciant.l.5. & l.7.D.de iur.dot.Cicero in Top.Si mulier cùm fuiſſet nupta cum eo,cui connubij ius non eſſet,nuncium remiſit.

Nvptalitivs, nuptialis. Vlpian. l.194.D.de verb.ſign.nam Munus eſſe donum cum cauſſa, vt puta natalitium,nuptalitium.

Nvptiæ, ſiue matrimonium, eſt viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens:ait Imp. de nupt.in princ. vide ſuprà Matri-
D monivm.

Nvptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ: diuini & humani iuris communicatio.l.prima,D.de ritu nupt.

Nvptiæ iuſtæ,vide Vxor iuſta infrà.

Nvrvs eſt filij vxor,ait Modeſt. in l.4.§.4.D.de grad.& adfin.

Nvtricia,merces nutricis,τὰ τροφεῖα. Vlpia.l.1. D.de extraor.cognit. Ad nutricia quoque officium præſidis vel Prętoris deuenit namque & nutrices ob
E alimoniam infantium apud Præſides quod ſibi debetur petunt.Sed nutricia eouſque producemus,quoad infantes vberibus aluntur.

Nyctalops:νυκτάλωψ,qui occaſo ſole oculis eſt hebetioribus. Plin.lib.8.cap.15. Caprinum iecur veſcentibus reſtituit veſpertinam aciem his quos Nyctalopas vocant. Vlpia.l.10.§.3.D. de ædil. edict. Sed & νυκτάλωπα morboſum eſſe conſtat: id eſt, vbi homo neque matutino tempore videt, neque veſpertino,quod genus morbi Græci vocant νυκτάλωπα. Ari-
F ſto.problem.ſect.31.Νυκτάλωπας λέγουσι,ὅταν μὲν συμβῇ τὴν ἡμέραν βλέπειν, δυομένου δὲ ἡλίου ἀμαυρότερον, νυκτὸς δὲ γινομένης οὐδ' ὅλως. Nyctalopas adpellant cuum accidit vt interdiu quidem cernant:occidente verò ſole,hebetius:nocte verò,neutiquam.

O Litera.

O.C.Ope Conſilio,quam locutionem exponit Paullus in l.ſæpe, 53.D.de verbor.ſign.apud
G Paullum Diaconum igitur mendum eſſe cõſtat:O.C.ore concilio,vel ore concilij.

O. d. m. Operæ, donum,munus. nam apud Paullum Diaconum corruptè legitur Domus. Hæc tria (vt ait Paullus noſter in l.ſæpe,53.D.de verb.ſig.) ſine disiunctione ita pronunciabantur.Erant autẽ ea quæ Patroni ſuis libertis cuum eos libertate donabant,

imponere conſueuerant: vt ex tractatu De operis libertorum facilè intellectu eſt, in quo mendum harum notarum ignoratione natum eſt apud Paullum in l.qui libertinus,37.vbi legem Papiam edit, NE QVIS EORVM operas, doni, muneris, aliúdve: pro operas, donum, munus, aliúdve.

O. L. O. CON. Opere,locato,opere conducto. Adſcribi autem ſolebat EFFECTO PROBATOQVE, cum perfectum eſſet. Et hoc eſt quod Paullus ſignificat in l.5.D.de verb.ſig.Opere locato,conducto: his verbis ἀποτέλεσμα ſignificatur. Nam conciſè Paullus loquitur, pro Opere locato effecto, opere conducto effecto. Quare apud Val.Probum pro Operas conduxit, Operas locauit, reponerem, Opere conducto, Opere locato. In lapide autem vetuſto quem legi, Operis faciundi adſcriptum eſt: Altera pecuniæ pars dimidia ſoluetur opere effecto probatóque. vt apud Macrum in l.7.§.1.D.Reperund. Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumẽtum publicè dandum, præbendum, adprobandũ, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita, lege erunt.

OBLATVM furtum dicitur, ait Imper. cuum res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eáque apud te cõcepta ſit: vtique ſi ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quàm apud eum qui dedit, conciperetur. nam tibi apud quem concepta ſit, propria aduerſus eum qui obtulit quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quæ adpellatur oblati. §.4.de oblig.quæ ex delict.

OBLIGATIO, eſt iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur rei alicuius ſoluendæ ſecundum noſtiæ ciuitatis iura. ait Imp.tit.de oblig.in princ.

OBLIGATIONVM autem aliæ naturales dicuntur, aliæ ciuiles, aliæ mixtæ. Naturales ſunt, quæ cùm reuera contractæ ſint, à iure tamen Quiritium non adprobantur: veluti ſi ſeruus ciui Ro. pecuniam credidetit: iure quidem naturæ, quæ parem omnium hominum condicionem eſſe voluit, obligatio nata eſt: ſed Prætor de ea ius non dicit. Ciuiles ſunt, quæ vel numquam reuera contractæ ſunt, vel cùm reuera cõtractæ eſſent, facto tamen aliquo, ſed ad iuris ciuilis rationem non adcommodato, diſſolutæ ſunt. Mixtæ ſunt, quæ cùm reuera & æquiſſimè contractæ ſint, tũ etiam à iure ciuili comprobatæ & confirmatæ ſunt: cuiuſmodi ſunt, ex muruo, commodato, depoſito emto, conducto, & ceteris ſimilibus.

OBLIGATIONVM rurſus aliæ ſunt ciuiles, aliæ honorariæ. Ciuiles ſunt, quæ (vt Iuſtinian.ſcribit) aut legibus conſtitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ ſunt. Prætoriæ ſunt, quas Prætor ex ſua Iuriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ vocantur: ait Imp.§.1.de oblig.

OBLIGATIO inanis, inefficax. Papinian.l.95.§.1.D.de ſolut. Aliquando euenit, vt inanis obligatio aditione hereditatis confirmetur.

OBROGARE, vide Lex, aut Rogatur.

OBRYZVM aurum rectè meo iudicio Hermolaus Barb.dici putat, quaſi ὄβρυζον: quod purum & merum ſit. Itaque cùm libra ballucæ, quæ modò ex aurifodinâ effoſſa eſt, quattuordecim ſit vnciatum: obryza duodecim eſt dumtaxat. l.5.C.de ſuſceptoribus.l.2. C.de meta[illegible]. Plin. lib.XXXIII.ca.III. Aurique experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat quo ignis: atque ipſum obryzum vocant. Sueton.in Nerone, Aurum ad obryzam dixit. Impp.l.vlti. C. Th. de ponderat. Diu multúmque flammæ edacis examine ea obryza detinetur quemadmodum pura videatur. Hinc,

OBRYZATI ſolidi, qui ex auro cocto & puro conflati ſunt. l.vltim. C. de vet.numiſm.poteſt.l.2 C. vt nem.lic.in coëmt. qui & Obryziaci dicuntur in l.1.C.de oblat.vol. Exſtat etiam Iuſtiniani edictum ne Monetarij quidquam Obryzæ nomine capiant. In edict.libro,cap.XI.

OBSCVRARE luminibus legitur in l.30. D.de vſufruct.mendoſe, vt opinor: pro Obſtruere.

OBSIDIANI lapilli ab Vlpiano commemorantur in l.19.§.6.D.de aur.& arg.vbi tamen OBSIANI legitur. Plinius libr.36.cap.26. In genere vitri & obſidiana numerantur ad ſimilitudinem lapidis, quem in Æthiopia inuenit Obſidius, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddente.

OBSONATORES ſerui, qui coëmendis obſoniis ſunt præfecti. Marcia.l.65 de legar.& fid.lib.32. Cubicularios autem vel obſonatores, vel eos qui piſcatoribus præpoſiti ſunt, &c. Eſt autem Obſonium ὀψώνιον, quidquid præter panem & vinum cibi cauſa in menſam infertur.

OBTEMPERARE ius dicenti non dicitur, niſi qui quod extremum in iuriſdictione eſt fecit. l.1.§.1.D.Si quis ius dic.

OBTINERE, pro iudicio vincere. Vlpianus l.5.§5. D.iudic.ſol.

OBVENIRE hereditas, vide Deferri hereditas.

OBVENTIONES, dicuntur emolumenta omnia, quæ tum ex corpore ipſo rei, tum ex hominum opera & induſtriâ obueniunt: veluti penſiones vrbanorum prædiorum, vecturæ iumentorum, &c. l.1.§.exercitorem, D. de exercit. l.34. D.de vſur.l.7.D.de vſufr.

OCCIDISSE dicitur vulgò is qui mortis cauſſam quolibet modo præbuit. ſed lege Aquilia is demum teneri viſus eſt, qui adhibita vi & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet: tracta videlicet interpretatione vocis à cædendo, & à cæde. l.51.D.ad leg. Aquil. Itaq; Vlpia.in l.7.§.1 eo.tit. Occiſum, inquit, accipere debemus, ſiue gladio, ſiue fuſte, vel alio telo, vel manibus, ſi fortè ſtrangulauit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter qualiter.

OCCIPERE magiſtratum, inire. Liuius lib.23. Creatur Marcellus qui extemplò magiſtratum occiperet. Item lib.41. Collegam, qui extemplò magiſtratum occiperet, creauit.

OCCVPARE pecuniam, exercere, ocioſam non relinquere. Columella lib. 2.cap.8. de villico loquens: Néve negocietur ſibi, pecuniámque domini, aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus occupare. Quæ eadem verba ipſe idem iterat lib.11. cap.1. Hinc Occupare pecuniam, pro locare fœnori. Cicero pro Flacco: Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauiſti. Idem Verrin.III. Præterea pecunias occuparat apud populos & ſyngraphas fecerat.

OCIOSA pecunia, vide Otioſa.

ODOFREDVS. vide Ioannes Odofredus.

ODONVM Vlpianus meminit in l.25.§.17.D.de aur. argen. Alia, inquit, cauſſa eſt odonum: quia vſum calceamentorum præſtant. Significare videtur ſoleas laneas aut lineas, quarum alteras calotis, alteras mundiciei cauſſa induimus. Vdones tamen apud Martialem legimus. nam de Vdone cilicio hoc eſt Epigramma:

Non

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti,
Cinyphio poterit planta latere ſinu.

De calceo loquitur, vt adparet, non de veſte. vt qui de veſtibus Vndulatis Vlpiani locum intelligunt, vehementer errare videantur, cuum Vlpian. de calceis loquatur, non de veſtibus. Hæc cùm ante annos decem ſic ſcripſiſſem, poſtea Turnebus vir ſummus ex illo verſu diſputauit, Vdones eſſe calceamenta ex hircinis pilis texta: quaſi verò Martialis non apertè ſignificet, vdones ex lana confici plerumque ſolitos.

OENOMELI, οἰνόμελι, mellitum vinum, vt origo verbi declarat, Latinè mulſum. Vlpia. l. 9. D. de tri. vin. ol. Oenomeli planè, id eſt dulciſſimum vinum, vini legato continetur.

OFFERRE ſe liti dicitur, qui ſine mandato in aliena lite iudicium accipit, l. 4. D. de re iudic. l. Plautius, 61. D. de procur. Item

OFFERRE ſe liti dicitur, qui rei ad ſe non pertinentis actionem excipit, l. qui ſe, 45. D. de hered. petit. l. is qui, 25. D. de rei vindica.

OFFICIALES, miniſtri magiſtratuum. Paullus lib. Collect. 5. cap. de fiſci aduoc. Quoties ſine auctoritate iudicati officiales alicuius bona occupant, vel deſcribunt, vel ſub obſeruatione eſſe faciunt, adito procuratore iniuria ſubmouetur. Vlpian. l. 1. § ſi quis vltrò, 19. D. de quæſt. Potes itaque decreti gratiam facere, & eam per officium diſtrahi iubere.

OFFICIVM, pro Irenarchis. Imp. l. 7. C. de accuſat. Ea quidem quæ per officium præſidibus denunciatur, & citra ſolemnia accuſationem poſſe perpendi, incognitum non eſt.

OFFICIVM, pro cuſtodia liberiore. Paullus l. 4. de fugit. Magiſtratus municipales ad officium præſidis prouinciæ vel Proconſulis comprehenſos fugitiuos rectè tranſmittunt.

OFFICIVM Prætoris, pro eius imperio & poteſtate in iure dicundo. vt in l. veluti, 27. D. de verbor. obligat. Officio Prætoris continetur, ex huiuſmodi obligationibus actionem denegari. Id autem Imperium adpellatur in l. obligationes, 27. D. de oblig. & actio.

OFFICIVM Prætoris, cellula, opinor, erat, in qua ſcripta quædam ad ea quæ pro tribunali agenda erant pertinentia reponebantur. Aſcon. in Verrin. 11. Moris erat, celebrata iudicum reiectione, & haberi in officio Prætoris, & in arca reponi nomina iudicum ſelectorum. Modeſti. l. 72. D. de furt. Sempronia libellos compoſuit, quaſi datura centurioni vt ad officium tranſmitterentur: ſed non dedit. Lucius pro tribunali eos recitauit, quaſi officio traditos: quæro, non ſunt inuenti in officio, neque centurioni traditi. Paullus l. 17. D. de in ius voc. Eum pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Item eum qui apud acta exhibiturum ſe eſſe quem promiſit, & ſi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur.

OFFICIVM, pro eo qui gerit officium ſiue magiſtratum, ſiue quam aliam poteſtatem. vnde deponere apud officium, l. ſi fideiuſ. 7. §. vlt. D. Qui ſatiſd. cog. Sic cauere officio & apud officium cauere, id eſt apud eum qui poteſtatem exercet. Differunt autem promittere apud acta, & officio cauere. qui promittit apud acta, is obligatur quidem, ſed non tam ſollemniter atque is qui apud officium cauet. Hæc differentia notatur in l. Eum pro quo, 17. ſi quis in ius voc. non ierit.

OFFICIVM & Artificium in ſeruis diſtinguuntur, apud Marcianū in l. legatis, 65. D. de legat. tertio.

A OFFICIVM eorum dicitur, qui ad corporis dominici cultum deſtinati ſunt: quales ſunt tonſores, vnctores, cubicularij, miniſtratores: de quibus in l. 103. D. de verb. ſign. Artificium autem eorum, qui artem aliquam exercent: quales ſunt textores, fullones, lecticarij pictores, medici. d. l. 65. & l. penult. D. de reb. dub.

OFFICIO iudicis contineri dicitur, quod ei tacitè pro ſuo iure permiſſum eſt, quamuis nullam Prætor B in formula mentionem eius fecerit. Imp. §. vlt. de perper. & temp. Si ante rem iudicatam is cum quo actum eſt, ſatisfaciat actori: officio iudicis conuenit eū abſoluere. Pompo. l. 9. D. de furt. Sed ſi eam a fure vindicaſſem, condictio mihi manebit. ſed poteſt dici officio iudicis qui de proprietate cognoſcit, contineri, vt non aliter iubeat reſtitui, quam ſi condictionem petitor remitteret. Sic in l. plane, 38. D. de petit. hered vbi quæ perſpicuam æquitatem habent, officio iudicis contineri dicuntur. Sic in l. cum is, 44 D eod. C l. qui per colluſionem, 42. §. vlt. D. de actio. em. l. ſi vulneraueris, 43. D. locat. Sic in l. 7. D. de negoc. geſt. Tantumdem ait Paullus, in bonæ fidei iudiciis officium iudicis valet, quantum in ſtipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. Et in l. Lucius, 17. D. depoſit. Eſt conſtitutum in bonæ fidei iudiciis, vt tantumdem poſſit officium arbitri, quantum ſtipulatio. Et l. ſi reus paratus, 73. D. de procurat. Si reus paratus ſit, pecuniam ſoluere, procuratore agente quid fieri oportet? Si lis conteſtata eſt, hoc omne officio iudi- D cis dirimendum eſt.

ONERIS ferendi ſeruitus dicitur, quæ vt vicini onera ſuſtinere quis cogatur, imponitur l. 1. & l. 33. D. de ſeruit. vrb. Alia autem eſt ſeruitus Oneris ferēdi alia Tigni immittendi. nam cui prior debetur, agere cum vicino poteſt, vt ruinoſum parietem reficiat, eúmq; oneri ferendo idoneum præſtet. at qui tigni immittendi ius habet, cogere vicinum vt parietem reficiat, non poteſt. l. etſi fortè, 6. §. 2. l. 8. §. cōpetit, D. ſi ſeruit. vindi. l. eum debere 33. D. de ſerui. vrb.

E ONERIS nomine, quæcumque in nauem vehendi cauſſa imponuntur, intelliguntur, l. 6. D. ad leg. Rhod. l. 31. & l. pen. § pen. D. locati. vnde

ONERANDÆ libertatis cauſſa facta, ita definiuntur, quæ ita imponuntur, vt ſi patronum libertus offenderit, petantur ab eo, ſemperque ſit metu exactionis ei ſubiectus, propter quem metum quiduis ſuſtineat, patrono præcipiente, l. 1. § 5. D. quar. rer. actio non det.

ONERIS auerſi actio, vide Actio oneris auerſi.

F OPE, conſilio furtum factum dicitur, non coniūctim, ſed ſeparatim: quia aliud factū eſt eius qui ope, aliud eius qui conſilio furtum facit. l. ſæpe, 53. D. de verbo. ſignific. Conſilium autem dare videtur, qui perſuadet & impellit, atque inſtruit conſilio ad furtum faciendum. Sed.

OPEM fert, qui miniſterium atque adiutorium ad ſurripiendas res præbet. l. in furti, 50. D. de furt.

OPERÆ libertorum, officia ſunt quæ liberti patronis in gratiæ & remunerationis loco præſtant. nā G (vt ait Caius in l. cùm patronus, 22. D. de oper. libert.) operarum editio nihil aliud eſt, quàm officij præſtatio. Earum autem duo genera ſunt ſumma, Officialium & Artificialium. Officiales dicuntur, quæ non in arte vlla certa, ſed in patrono quibuſcumque officiis adiuuando verſantur: & perſonam eius potiſſimum adtingunt: veluti, cum nullo ſuo detrimento negocia eius gerendi, peregrè cum eo pro-

ficiſcendi,l.hæ demum,38.D.de oper.liber. Tironem
enim erga Ciceronẽ officioſum eſſe, ſemper ei præ-
ſtò eſſe, ab eo dum ægro vel corpore,vel animo eſt,
non diſcedere, doctiſſimis eum ſermonibus & col-
loquiis oblectare: Dionyſiũ porrò Attico idem præ-
ſtare. Ciceronem liberos erudire, humanitatis eſt
potius,quàm vllius artificij munus.atq; hoc eſt quod
Vlp.ait in l. operæ, 9. D. eo proprietatem officialiũ
& in dantis, & in accipientis perſona conſiſtere.Ar-
tificiales autem adpello generaliter omnes, quæ ar-
tis alicuius propriæ ſunt, neque ſine illa præſtari poſ-
ſunt: veluti ſi libertus pictor, medicus, faber, archi-
tectúſve ſit, & patroni ſui iuſſu pingat, medeatur,fa-
bricet, architectetúrve, hoc officium non tamquã
libertus patrono,ſed vt quiuis alius cuiuis alij pręſta-
bit. Quid enim illum libertum, aut hunc patronum
eſſe neceſſe eſt, vt ille nauim domúmve huic ædifi-
cet,. Hinc Vlpian. eas operas quæ hoc in genere ſũt,
ſcribit quaſi in pecuniæ præſtatione conſiſtere. l. fa-
briles,6. D. eo. nam fabriles, pictorias, ceteráſq; ge-
neris eiuſdem artificialium nomine conplector: atq;
vt omnes complectar, Latinæ linguæ ratio poſtulat.
Hinc idẽ Vlpianus in l. operæ, 9.eo. ſcribit fabriles,
aliáſve generis eiuſdẽ,vt à quocũq; & cuicũq; ſolui
poſſe: & iubente patrono etiam aliis edi poſſe. Hinc
idem in l.6.D.eod. illam inter vtraſque differentiã
exponit: quòd fabriles,ceteræq; ad heredem trãſeũt:
officiales verò, nequaquam. Cuius rei non obſcura
cauſſa eſt. nam hæ, vt antè dixi, perſonales ſunt, nec
ab altero facilè præſtari poſſunt: illæ verò, & à quo-
uis, & cuiuis.

OPERAM dare iudiciis dicebantur, qui cùm ex
ordine & decuria eſſent ad iudicia exercenda conſti-
tuta munere illo ſuo Fungebantur. Cicero in Bruto:
Vacationem Augures, quo minus iudiciis operam
darent, non habere. Hinc poſtremis temporibus
eadem locutio ad iudices à Prætore datos tranſlata
eſt. vt in l. ſi longius, 18.D. de Iudic. Si longius, ſpa-
cium interceſſurum erit,quominus iudex datus ope-
ram poſſit dare &c.

OPERIS noui nũciatio, vide Nũciatio noui operis.

OPERE locato, cõducto.His verbis Labo ſignifi-
cari ait id opus quod Græci ἀποτέλεσμα vocant: non
ἔργον: id eſt ex opere facto corpus aliquod perfectum.
hæc Paullus. l. 5. D. de verb. ſigni.

OPINATORES dicuntur in poſter.lib.C. qui an-
nonas hoc eſt commeatum exercitus cauſſa ex Imp.
pręſcripto exigebant.l.11.C.de erogat.milit.ann.Imp.
l. 7.C. de exact. trib. Miſſi opinatores cum iudicibus
inſiſtant, vt id quod debetur accipiant. nihil iudici-
bus ſit cum poſſeſſore commune: cui non militẽ, ſed
exactorem, ſi ſit obnoxius, conuenit imminere. No-
men ex eo repertum eſt, quòd

OPINIO in iiſdem libris pro prædij cuiuſq; cen-
ſu & profeſſione vſurpatur. l. vltim. C. de collat.
fundi. fiſcal.

OPINIO plena dicitur in l. inter, 6. §. 1. D. de
interdict. pro, Exiſtimatione præſidis ſiue ſententia
nondum pronunciata, cui acta & defenſio rei, ſup-
plemẽta partiũ adiuncta ſunt. l. ſciendum, 6. D. de
adpell.recip.l.1.C.de relat.l.eos,§.ſuper his, l. à Pro-
conſ. C. de adpellat.

OPISTHOGRAPHVM, ὀπισθόγραφον, opinor
eſſe chartam non vtraque ex parte ſcriptam, vti
doctiſſimo cuique placere video,ſed quæ vna ex par-
te deleta, ὄπισθεν, id eſt ponè ſcripta eſt. quam opi-
nionem meam Vlpiani verba confirmant, quæ ſub-
A iiciam ex l. 4. D. de bon. poſſ. ſec. tab. Chartæ ad-
pellatio, inquit, & ad nouam chartam refertur, &
ad deletitiã: proinde & ſi in opiſthographo quis te-
ſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio, Vete-
res plerumque vna tantùm in parte ſcribebant, quia
ſcriptas chartas poſtea inuoluebant: vnde volumina
dicta ſunt.

OPORTERE verbum, ait Paullus,non ad facul-
tatem iudicis pertinet, qui poteſt vel pluris vel mi-
B noris condemnare: ſed ad veritatem refertur. l. 37.
D. de veb. ſign.

OPORTET, in ſtipulatione Quod te mihi dare
facere oportet, quod præſenti die dumtaxat debe-
tur complectitur: & ideo adiicitur verbum Oporte-
bit, vel ita, Præſens in diémve, l. ſi ſtipulatus, 36. l.
cum ſtipulamur, 125. D. de verbo. obliga.

OPPIDVM, inquit Pompo. ab ope dicitur, quòd
eius rei cauſſa mœnia ſint conſtitura. l. 239. §. 7. D.
de verb. ſig.

C OPTIMA lex cuum nominabatur in magiſtro po-
puli faciendo, qui vulgo Dictator adpellatur. quàm
pleniſſimum poſſet ius eſſe ſignificabatur. vt fuit M.
Valerij Marci filij Voluſi nepotis: qui primus magi-
ſter populi creatus eſt. poſtquam verò prouocatio ab
eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non
erat, deſitum eſt dici, vt optima lege vtpote immi-
nuto iure poſteriorũ magiſtratuũ. Hæc Feſtus. Ver-
ba etiam quibus Pontifex Max. virginem Veſtalem
capiebat. hæc Agellius lib.1.ca.12. recenſet. ſacerdo-
D tem Veſtalem, quæ ſacra faciat, quę ius ſiet ſacerdo-
tẽ Veſtalẽ facere pro populo Quiritibus, vti quod
optima lege fiat, ita te Amata capio.

OPTIMVS maximúſque fundus dicitur, qui ſer-
uitute omni, & obligatione pignoris ac tributo im-
munis eſt. Paul. l.196. de verb.ſignif. Non tantùm in
traditionibus,ſed in emtionibus,& ſtipulationibus,&
teſtamẽtis adiectio hæc VTI optimus maximúſq; eſt,
hoc ſignificat,vt liberum præſtetur prædium, non vt
etiam ſeruitutes ei debeantur. Quod idem tradit Vl-
E pianus l. 90. & 126. eiuſd. tit. & l.pen. D.de euict.&
l.59. de cont.emt. Cicero de lege Agr. Optimo enim
iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima condicio-
ne ſunt: libera meliore ſunt quàm ſerua. Capite hoc
omnia quæ ſeruiebant, non ſeruient: ſoluta meliore
in cauſſa ſunt, quàm obligata. Eodem capite legis
tuæ ſubſignata omnia, ſi modò Syllana ſunt, liberan-
tur: immunia meliore condicione ſunt, quàm illa quę
penſitant.

OPTIO, cuiuſuis muneris adminiſter dicitur (mea
F quidem ſententia) Paterno in l. vlt.D.de iur. immu-
nit. Menſores, optio, valetudinarij. & infrà: Vena-
tores, victimarij,& optio fabricæ. nam vt ſcribit Ve-
getius,Optiones ab optando adpellati ſunt: quòd an-
tecedentibus ægritudine præpeditis, ij tamquã ado-
ptati eorum atque vicarij ſolẽt vniuerſa curare. Var-
ro in primo De lingua Latina: Primi, inquit, ſingu-
larum decuriarum decuriones dicti: quos ij primos
adminiſtros ſibi adoptabant, Optiones vocari cœpti
quos nunc propter ambitiones Tribuni faciunt. Fe-
G ſtus: Optio, inquit, eſt optatio: ſed in re militari is
adpellatur, quem decurio aut centurio optat ſibi re-
rum priuatarum miniſtrum, quo facilius obeat offi-
cia publica. Idem: Optio, inquit, qui nunc adpella-
tur, antea adpellabatur accenſus. Is adiutor dabatur
Centurioni à Tribuno militũ: qui quia cooptare quẽ
velint Centurionibus permiſſum eſt, ex facto nomẽ
ſortitus eſt. Nonius: Optiones, inquit, in cohortibus
dicun-

dicuntur qui ſunt honeſti gradus, vt optatos, hoc eſt electos: & adoptatos, hoc eſt adſcitos. Varro De vita patrum lib. II. exiſtimat adpellatos, qui referentibus Centurionibus adoptati in cohortes ſubibant, vt ſemper plenæ eſſent legiones. à quo optiones Decutionum in turmis & in cohortibus centurionum adpellati.

Optiones, poni videntur pro Lictoribus, & adparitoribus eius magiſtratus qui damnatum ad ſuppliciũ deducit. Paullus l. penul. D. de bon. dãnat. Ita neq; ſpiculatores vltrò ſibi vindicent (loquitur de dãnati ſpoliis) neq; optiones ea deſiderent, quibus ſpoliatur quo momento quis punitus eſt, hanc rationem non compendio ſuo debent Præſides vetare: ſed nec pati optiones, ſiue Commentarienſes ea pecunia abuti.

Optiones etiam dicuntur in lib. Cod. qui annonas militibus erogant. l. ſuper, 9. C. de iure fiſc. l. 3. C. de apoch. publ. nam Procopius lib. III. de bell. Vandal. ὃς ἐπεμελεῖτο τὸ τῆς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης, ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι.

Optionis legatum eſt, cùm teſtator ex ſeruis ſuis, vel aliis rebus optare legatarium iuſſit. Vnde Rub. De optione legata. Eius autem hæc vis eſt, vt cui optio legata eſt, etiam eius heredibus ſi viuus ipſe non optarit, optio debeatur. l. vlti. C. commun. de legat. §. optionis, 22. Inſtit. de legat.

Orationes principum in iure dicuntur, quibus illi Senatum aut coràm oratione, aut abſentes per epiſtolam conſulebant. l. 3. C. de leg. & conſtit. Huiuſmodi pleræque extant D. Marci, vt de tranſactione alimentorũ, de bonis maternis, de fugitiuorũ requiſitione: D. Antonini, de donationibus inter virum & vxorem: Seueri, de rebus eorũ qui ſub tutela ſunt non alienãdis: Adriani, de petitione hereditatis: quę ob eã cauſſam Senatuſconſultum adpellatur. l. item veniũt, 20. §. 6. in fin. D. de hered. petit. Tacitus libro XI. Orationem Principis ſecuto patrum conſulto, primi Hedui ſenatorum in vrbe ius adepti ſunt.

Oracvlvm Imperatores in Codice adpellant, iuſſum principis ipſius ore, ſine vllo reſcripto & adnotatione pronunciatum. l. iubemus, 10. C. De ſacroſ. eccleſ. l. vlti. C. de diuin. reſcrip.

Orbi dicuntur in iure, qui cœlibes quidem non ſunt, ſed ſine liberis ſunt. de quibus apud Vlpianum tit. Regul. XIII. De cœlibe, orbo, & ſolitario patre. vbi fortaſſe melius legeretur: Id eſt ſolitario patre. Quinctil. lib. VII. cap. V. In paupere gratior, quàm in diuite: dante beneficium, quàm reddente: patre, quàm orbo. Cicero in paradox. Quem nutum locupletis orbi ſenis non obſeruat? Obſeruandum eſt autem, cùm Lex Iulia Papia vetuiſſet, ne orbi plus quàm dimidiã eorum quæ ſibi legata eſſent, partem acciperẽt, duo extare de orbis capita ſub Rubri. de verb. ſigni. quorum vtriuſque inſcriptio demonſtrat, ea ad legem illam pertinere. nam illic ita eſt: capi. 148. Caius lib. VIII. ad legem Iuliam & Papiam: Non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia eſt. Idem lib. X. ad eandem: Nã quem ſine liberis eſſe, dicere non poſſumus: hunc neceſſe eſt dicamus liberos habere.

Orcinvs libertus dicitur, qui directam ex teſtamento libertatem accepit: nec vnquam patronum viuum habuit. Orcum enim Latini Ditem patrem adpellarunt. quare cùm libertus ille nullius libertus ſit, vt ſcribit Paullus l. 4. D. de bõ. liber. Diris ſiue Orci libertus nominatur. Vlpia. l. 4. § 7. D. de fideicõm. libert. Hi qui ad libertatem peruenerunt, quorum liberti fiant, inſtitutio oſtẽdit: vt qui directam libertatem, Orcini erunt liberti, quod idem Iuſt. ſub Tit. De ſingul. reb. adfirmat. Impp. l. directis, 10. C. de teſtam. manum. Directis verbis iure data libertate, non ſolum impoſitione pilei, ſed & adita hereditate, ſi nulla iuris impediat conſtitutio, liberti conſtituũtur Orcini. Marcian. l. 5. D. qui ſine man. ad lib. Qui ob necem domini detectam præmium libertatis conſequitur, Orcinus fit libertus. Sic apud Agellium lib. I. ca. XXIIII. in epigrãmate Næuij poëtæ, Orcius theſaurus pro ſepulcro.

Itaque poſtquam eſt Orcio traditus theſauro;
Obliti ſunt Romæ, lingua Latina loqui.

Theophil. autem Orcinum Gręcè χαρωνιτὸν adpellat: Hinc à Iuliano Orcinus: heres adpellatur in l. duo ſocij, 8. D. de hered. inſtit. ſeruus qui ex dominorum ſuorum ruina ſimul oppreſſorum teſtamento, heres & liber eſſe iuſſus erat. De Orcino liberto mentio quoque apud Vlp. l. 3. D. de legit. tutor. apud Labeonem in l. dominus, 22. D. de pecul. legat.

Ordinaria iudicia priuata quæ ſint, diximus ſub voce extraordinaria: cùm ſcilicet vſitatus & legitimus ordo, formulæq; agendi & litigandi obſeruantur. veluti cùm ordine prius ad Magiſtratum in ius adibatur, ac formula ab eo conceptioque actionis poſtulabatur: deinde ad iudicem diſceptabatur. Extraordinaria verò, cùm apud magiſtratum res diſceptabatur, nec iudex Recuperatorésve dabantur. Vlpianus l. 1. §. 8. D. de exercit. act. Solent, inquit, in prouinciis Præſides prouinciarum extra ordinem exercitores iuuare ex contractu magiſtrorum: id eſt, ipſimet Præſides rem cognoſcunt, neque ad iudices reiiciunt. Itaque Vlpia. l. pecuniæ, 178. §. 2. D. de verbo. ſigni. actionis nomine & formulas intelligi ſcribit, quæ in ordinariis iudiciis in vſu erant: Perſecutionis autem verbo, extraordinarias perſecutiones: vt puta Fideicommiſſorum, et ſi quæ ſunt aliæ quæ non habent iuris ordinarij exſecutionem. Quem locum hæc eiuſdem verba in Inſtitutiunculis c. 25. explicabunt: Fideicommiſſa non per formulam petuntur, vt legata: ſed cognitio Romæ quidem Conſulum, aut Prętoris qui Fideicommiſſarius vocatur: in prouinciis verò, Præſidum prouinciarum. Paullus in l. actio, 47. D. de negoc. geſt. Nec refert, ait, directa quis, an vtili actione agat, vel conueniatur: planè in extraordinariis iudiciis vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt. Hinc, Ordinarium hominem Feſtus dicit tradi, ſolutum ſcurram & improbum, qui adſiduè in litibus moraretur, ob eã cauſſam quòd in ordine ſtaret adeũtiũ Prętorũ.

Ordinaria iudicia dicũtur, in quibus eo ordine, qui ab ãtiquis inſtitutus eſt, lis exercetur. Front. de limit. agror. De poſſeſſione cõtrouerſia eſt, de qua ad interdictum, hoc eſt iure ordinario litigatur. Et Aggenus aliquanto pòſt: De poſſeſſione fit controuerſia, quoties de totius fundi ſtatu per interdictum, id eſt iure ordinario litigatur.

Ordinaria iudicia, quæ ex ſorte in ordinem certum digeſta erant. Virgil. Æneid, VI:

Nec verò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes.

Vbi Seruius: Sine ſorte, inquit, ſine iudicio: traxit autẽ hoc ex more Rom. non enim audiebantur cauſſæ, niſi per ſortem ordinatæ. nam tempore quo cauſſæ agebantur, conueniebant omnes (vnde & Concilium ait) & ex ſorte dierum ordinem accipiebant, quo poſt diem trigeſimum has cauſſas exſequerentur. vnde eſt,

Quæſitor Minos vrnam mouet.

Iuuenalis,

Gratia fallaci qui Prætoris viceris vrnam.

Velleius lib. 2. Velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, iuriſdictionibus, agendóque pro tribunali ordine, trahebat æſtiua.

Ordinarivs ſeruus, vide Vicarius.

Ordo ampliſſimus, Senatus. Paullus l. 21. §. 2. D. de legat. tertio: Columnis ædium vel tignis per fideicômiſſum relictis, ea tantummodo ampliſſimus ordo præſtari voluit, &c. Sic accipitur in l. 1. D. de colluſ. deteg. l. 2. §. 1. & l. 30. D. ad Velleia. l. 5. C. de excuſ. tut. vnde, Ordinis ampliſſimi decreta, id eſt Senatuſconſulta. l. 2. C. ad Maced. l. 2. D. de his quæ vt ind. l. 4. C. de excuſ. tut.

Orichalcvm. vide Aurichalcum.

Originales ſiue Originarij opponuntur Incolis in l. 4. & l. 6. C. de incolis: quaſi municipes omnes originarij ſint. Ego καταχρηστικῶς & generaliter ſic adpellantur: cùm municipes alij ſint origine, alij manumiſſione, alij adoptione, alij allectione. l. ciues, 7. eodem.

Ornamenta muliebria ſunt, quibus mulier ornatur: veluti inaures, armillæ, viriolæ, anuli, præter ſignatorios, & omnia quæ ad aliam rem nullam patâtur, niſi corporis ornandi cauſſa. vide l. argumento, 25. §. 3. D. de aur. & arg. leg. & ſuprà ſub voce Mundus muliebris.

Orphanotrophivm, ὀρφανοτροφεῖον: Locus alendis pupillis paratus. ab ὀρφανός, & τρέφω. apud Iuſt. l. illud, 16. & l. ſancimus, 18. C. de ſacroſ. eccleſ.

Orphanotrophos, ὀρφανότροφος, cui pueros parentibus orbatos alendi procuratio commiſſa eſt. Hinc apud Imp. l. 30. C. de epiſc. & cler. Orphanotrophi adpellantur pupillorum quaſi tutores, adoleſcentium verò quaſi curatores.

Ὁσίας χάριν, dicis cauſſa, perfunctoriè, Modeſtin. l. 2. D. Qui pet. tut. καὶ οὐ μόνον ἐὰν μὴ αἰτήσῃ, ἀλλὰ καὶ ὃν ἂν αἰτήσῃ, ὁσίας χάριν αἰτήσῃ: id eſt, Et non ſolùm ſi non petierit, ſed & ſi quem petierit, dicis cauſſa petierit. Et Dio lib. hiſtor. 37. vbi morê illû habêdi exercitus in Ianiculo dû comitia in Câpo Martio haberêtur expoſuiſſet (de quo Agellius lib. 15. c. 27.) καὶ ὅτι τε καὶ νῦν ὁσίας ἕνεκα ποιεῖται, inquit: hoc eſt, idq; etiam nunc dicis cauſſa, & moris veteris vſurpandi fieri ſolet.

Ospratvra vocabulum fictum ex Græco ὄσπρα, quod varias fruges minutas, & legumina ſignificat, vt auctor eſt Heſychius. Arcad. l. vlti. §. 2. D. de mun. & hon. Elemporia & Oſpratura apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimatur. id eſt minutarum frugum publicè coëmendarum cura.

Ostentvm, ait Vlp. Labeo definit, omne contra naturam cuiuſque rei genitum, factúmque. Duo genera autem ſunt oſtentorum: vnum, quoties quid contra naturam naſcitur tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte corporis quæ naturæ contraria eſt: alterum, cuum quid prodigioſum videtur, quæ Græci φαντάσματα vocant. leg. 38. D. de verb. ſigni.

Ossvariæ, ciſtæ in quibus defunctorum oſſa recondebantur. Vlpianus l. 2. D. de ſep. viol. Et Celſus ſcribit ſic eſſe monuméti, vt oſſuariam: & ideo quod vi aut clàm interdicto locum fore.

Otiosa pecunia dicitur à Iuriſconſultis quæ in in arca iacet, nullum ſuo domino fructum adferens: eiq; tamquam è regione reſpôdet, Occupata. nam occupare pecuniam alicui, eſt fœnori apud eum collocare, & quaſi exercere ne ocio & inertia langueſcat.

A Scæuola l. 13. §. 1. D. de vſur. Quæſitum eſt, an iudicio negociorum geſtorum, vel mandati pro pecuniaocioſa vſuras præſtare debeat. Vlpianus in l. 3. §. vſuras, D. de cont. tut. Sterilem pecuniam adpellat. Plin. lib. epiſt. x. Pecuniæ publicæ & exactæ ſunt, & exiguntur: quæ vereor, ne ocioſæ iaceant.

Otofredvs Iuriſconſultus nobilis Bercenonti natus, ius ciuile Bononiæ publicè magna cum laude interpretatus eſt: ibidémque relictis compluribus de

B iure ciuili commentariis diem ſuum obiit anno M. CC. LXV.

Οὔτι πάντα, οὔτι πάντοτε, οὔτι παρὰ πάντων: Neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus. Vlpianus in l. 6. §. 3. D. de offic. Proconſ. ex Imp. epiſtola. Quantum ad xenia pertinet, inquit, audi quid ſentimus. vetus prouerbium eſt, οὔτι πάντα, &c. nam valde inhumanum eſt, à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum eſt, & omnium auariſſimum.

C

P Litera.

P. propositvm ſignificant in Codicis conſtitutionibus. Leges enim & edicta & conſtitutiones palam publico in loco promulgabantur, vt eas legere quiſque poſſet.

Pp. Avg. Perpetuò Auguſtus: in fin. procemij Inſtitu. vbi ſic legendum eſſe docet vetus inſcriptio, quam in Iuſtiniani vita poſuimus.

Παχυμερῶς, ἀδρῶς, παχέως, inquit Heſychius: id eſt

D craſſè, pinguiter. Hinc,

Παχυμερέστερον in comparatiuo, pinguius, per maiores partes. Vlpianus l. 7. D. de pecul. Scire autem nô vtique ſingulas res debet, ſed παχυμερέστερον. Paullus in l. 14. D. de except. rei iud. pinguius Latinè dixit, Idem corpus in hac exceptione non vtique omni priſtina qualitate vel quantitate ſeruata, nulla adiectione deminutionéve facta: ſed pinguius pro communi vtilitate accipitur. Item in l. 49. D. de re iudic. Pinguius enim donatori ſuccurrere debem⁹, quàm ei qui

E verum debitum perſoluere compellitur. Agellius libri XIII. capite primo: Sed coniectari pauca quædam, vt verbo ipſius vtar, παχυμερέστερον nullo ſcientiarum fundo côcepta. In quibuſdâ libris, παχύτερον legitur.

Pacisci & tranſigere hoc differunt, quòd is qui tranſigit, quaſi de re dubia & lite incerta neque finita tranſigit: qui verò paciſcitur, donationis cauſſa rem certam & indubitatam liberalitate remittit, l. 1. D. de tranſact.

Pactio, eſt duorum pluriúmve in idem placi-

F tum conſenſus, l. prima, D. de pactis. Cicero pro Cæcina: Quod fœdus, aut pactio, quod (vt ad priuatas res redeam) teſtamentum, &c.

Pactvm à pactione dicitur. inde etiam pacis nomen adpellatum eſt, l. 1. D. de pact.

Pactvm, eſt quod inter aliquos conuenit: ait Cicer. lib. de inuent. 2.

Pactvm, inquit Vlpianus, eſt duorum conſenſus atque conuentio: Pollicitatio verò offerentis ſolius promiſſum, l. 3. D. de pollicit.

G Pacta quæ modò nuda, modò conuenta, modò pacta ſimpliciter in iure ciuili adpellantur, ea ſunt, quæ neque nomen certum, neque præſentem & ſubiectam negocij gerendi cauſſam habent. nam quę nomen habent certum ac proprium, ea contractus nominati adpellantur: veluti emtio, venditio, locatio, conductio, depoſitum, commodatum, pignus. nam etſi pignus pacto conuento contrahatur, l. 1. D. de pig.

de pig. act l.4.13.§. in ſuperficiariis,& l.vlti.D.de pignorib. tamen quoniam ex iure ciuili nomen habet, contractus adpellatur. Cauſſam autem cùm dicimus, eam intelligimus, quæ ex alterius datione, factóve naſcitur: hoc eſt, quoniam alter vel dedit, vel fecit. veluti ſi conuenerat inter me & Titium, vt ſuum annulum cum meo mutaret. contractus iſte non eſt vſque eò à iure comprobatus, vt ex ſola illa cõuentione obligationem pariat: quemadmodum in emtione & locatione vſuuenit. ſed tum demum obligationem parit, cùm ab alterutro tradita res fuerit. nam ſi ego annulum meum Titio tradidi, & ab eo ſuum poſtulem, quærátq; ex me apud Prætorem, quo iure id poſtulem, reſpondebo, hanc cauſſam eſſe, quia dedi vt dares. quæ omnia Vlpia. in l.1.D.de rer.permut. demõſtrat. Eiuſdem generis illæ ſunt conuentiones, Do vt facias, Facio vt des, Facio vt facias, quæ idcirco in iure ciuili contractus innominati adpellantur: & hoc à nominatis differunt, quòd horum cauſſa certæ formulæ Prætorio edicto conſtitutæ ſunt, quibus agi poſſit: illorum verò nomine præſcribenda quædam & concipienda verba ſunt, data opera, quibus ea conuentio qua de agitur, apud Prætorem exponatur. præterea nominati contractus & cauſſam & nomen habent: illi non nomen, ſed cauſſam habent. Huius rei exemplum nobis apud Vlpianum ſuppeditat in l. ſolent, 15.D.de præſcript.verb. vbi ait, eum qui pactus eſt ob certam pecuniam ſe ſeruum Titij fugitiuum ei indicaturum, cùm illum indicarit, poſſe agere: Non enim, inquit, nuda conuentio iſta eſt, vt quis dicat ex pacto actionem non naſci: ſed habet in ſe negocium aliquod. Perſpicuè pactum Vlpi. definit conuentionem nudam: quam ipſam conuentionem ei opponit, quæ negocium in ſe aliquod complectitur. negociũ enim iudicandi ſerui actor habuit. At ſi Titius antequam & ſeruus indicaretur, & pecuniam numeraſſet, agere cùm eo voluiſſet, vt indicaret, nulla id actione potuiſſet: quoniam (vt Paullus ſcribit) ex pacto nudo ciues Romani non obligantur. nudũ autem illud pactum fuit, id eſt nihil aliud quàm conuentio ſimplex. non enim fuit contractus nominatus, neque rurſus cauſſam habens, cur id ab illo poſtularet, cùm ei pecuniam nullam dediſſet. cùm autẽ nulla ſubeſt cauſſa præter conuentionem, hic conſtat non poſſe conſtitui obligationem: inquit Vlpianus in l. Iuriſgentium, D. de pact. ſimiliter olim cùm per ſtipulationem ſpõſalia contrahebantur, nudum pactum non ſatis fuiſſet, ad patrem obligandum vt vel filiam ſuam vxorẽ daret, vel litis æſtimationem perſolueret. Itaque Agoraſtocles in Pœnulo ſtipulationem poſt pactum adhibere voluit.

A. Audin' tu patrue, dico, ne dictum neges:
Tuam mihi maiorem filiam deſpondes.
P. Pactam rem habeto. A. ſpondéſne igitur:
P. Spondeo.

Sic intelligendum eſt illud Imp. in l. legem, 10. C.de pact. Nec obeſſe tibi poterit, quod dici ſolet, ex pacto actionem non naſci. tũc enim hoc iure vtimur, cùm pactũ nudũ eſt. alioqui cùm pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis eſt condictio. Sic etiã illud ſub eodem tit. Traditionibus & vſucapionibus, non nudis pactis dominia rerum transferuntur. quẽ locum qui arbitratu meo interpretatus ſit, reperi adhuc neminem. nam qui ad conuentionem in emendo factam id referunt, quaſi dominium rei venditæ non ante traditionem mutetur, tametſi conſenſu perficiatur emtio, errant longè mea quidem ſententia. non enim emtionis conuentio nudum

A pactum adpellatur: ſed rem omnem vno verbo demonſtrare ſatis eſt. nam Traditionis verbum generaliter Imperator accipi voluit: vt ſi quidem res eſſent nec mancipi, traditione: ſi mancipi, mancipatione, aut in iure ceſſione, aut adiudicatione dominium earum transferretur. Cùm enim quinque ſint transferendi dominij rationes, mancipatio, in iure ceſſio, adiudicatio, traditio, & vſucapio: tres autem priores traditionis ſpecies quædam ſint, duas poſtremas enu-
B merare ſatis habuit. Nuda autem pacta non ſatis ad dominiorum tranſlationem valuiſſe, nemini mirum videbitur, qui populi R. ritus & formulas in omnibus propè rebus vſitatas cognouerit.

PAGANVS in libris noſtris dicitur, qui miles nõ eſt: hoc eſt, non tantùm qui in caſtris & militia non eſt, ſed qui omnino ſacramento militiæ non tenetur: Nam aliud eſt in caſtris eſſe, aliud militare. Imper. §. 4. de teſtam.milit. Poſt miſſionem, inquit, veterani, vel extra caſtra alij, ſi faciant adhuc militantes teſta-
C mentum, communi omnium ciuium R. iure id facere debent. Sic in l.penult.C.eod.tit. Hinc,

PAGANVM peculium Caſtrenſi opponitur: in l.vlt. C de inoffi.teſt.

PAGANORVM autem adpellatio inde ducta videtur, quòd (vt Dionyſ. Halic. lib. I V. ſcribit) Propè ab vrbe Roma caſtella quædam ac munitiones in tumulis ab Rege Tullo conſtitutæ eſſent, quò ſe plebis ruſtica recipere ſolebat, cum hoſtium excurſiones metueret. atque etiam diem feſtum ab eodem in-
D ſtitutum, qui Paganalia dicebatur.

PALATINI generali nomine dicuntur omnes, qui in ſacro palatio militant: hoc eſt, quibus aliqua ad principis miniſterium pertinens procuratio commiſſa eſt: quorum alij rebus gerendis, alij chartis principis tractandis præfecti erant. Imper. in l.1. C.de priuileg.eor.qui in ſacr.pal. A Palatinis tam his qui obſequiis noſtris inculpata officia præbuerunt, quàm illis qui in ſcriniis noſtris. i. memoriæ, epiſtolarum, libellorúmque verſati ſunt, procul calumnias iube-
E mus eſſe ſubmotas. Illi paſſim Miniſteriales, hi Memoriales in lib. Cod. adpellantur.

PALMARIVM, victoria. Vlpianus ex Imperatoris Reſcripto in l.1.§.5.D. de extra cognit. Si verò poſt cauſſam actum eſt, honoraria ſumma peti poterit vſque ad probabilem quantitatem: etſi nomine palmarij cautum ſit.

PALVS, pedamenti genus, quo vites innixæ ſuſtinentur. Varro de re ruſt. 1. ca. 8. è pertica hoc genus eſſe tradit. Eius apud Vlpia. eſt mentio in l.9.§.6.D.de
F vſufr. & l.12.§.7. D. de inſtruct.leg. & apud Paullum in l.168.D.de verb.ſigni. Hinc,

PALARIS ſylua, ex qua palus ſumitur: apud Vlp. d. l.9.§.7.D.de vſufr.

PANCRATIVM, παγκράτιον Agellius lib. XII. cap. 26. ex Panætij libro: Oportet animo ſemper eſſe prompto, atque intento, vt ſunt athletarum qui Pancratiaſtæ vocantur. nam ſicuti illi ad certandum vocati, proiectis altè brachiis conſiſtunt, capútque & os ſuum manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt:
G membráque eorum omnia priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendos parata, ita animus, &c. Ergo Pãcratiaſtæ dici videtur, nõ qui, vt Budæo placet, omnib' corporis aduocatis virib' (omnibus. n. id certatorib' cõmune eſt) ſed qui ratione õni decertãt, cuũ alij & certa ratione & certis dũtaxat mẽbris depugnẽt. Vlp. l.7.§.3.D.ad leg. Aqu. Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter ſe exercentur alius aliũ occiderit, &c. Meã

ſententiam Iulij Pollucis verba confirmant, quæ ſubiiciam. Ἐπὶ δὲ τούτων ἀπειρ ἂν, ὡς εἰσὶ πάμμαχοι, καθάπερ Πλάτων τὸν περὶ τὸν Εὐθύδημον τοῦτο ἄριστον κωμῳδεῖ παμμάχον, καὶ τοὺς ἀκαριαίους τοὺς παγκρατιαστάς. Hos, inquit, omni certaminis genere vtētes poſſis dicere, ſicuti Plato Eutydemū: Hoc admodū placet omni certamine vtenti, ſecundum Acarnenſes pancratiaſtas.

Panes ciuiles ſiue palatini dicuntur in lib. Codicis, qui palatinis (hoc eſt, iis qui munere aliquo quod ad principis palatium ac miniſterium pertineret, fungebantur) largitione annua diſtribui ſolebant. cuius inſtituti Conſtantinus auctor nominatur in l. 1. C. de frum. vrb. conſt. & l. 1. C. de annon. ciuilib. & apud Socra. lib. 2. cap. 13. qui ei largitioni LXXX prope modiorum millia adtributa teſtatur. Eorum mentio fit in l. vlti. C. de quadr. præſcript. & d. l. 1. de frumen. vbi iubentur panes cocti dari, non autem frumentum. item in l. vlt. §. vlt. C. de iur. dot.

Pannvs, quod ſciam, à Iuriſconſultis non dicitur: ſed veſtimentum. vide VESTIMENTVM.

Panniculalia, à panniculis dicta, ea ſunt, quæ in cuſtodiam receptus ſecum adtulit, ſpolia quibus quis indutus eſt cuum ad ſupplicium ducitur. de quibus copioſè Vlpian. in l. 6. D. de bon. damnat.

Panormitanvs Iuriſconſ. nobilis nomen habuit Nicolai, natione Siculus fuit, vir acutus & ſagax vt Siculus: ſed cùm Senis iura perdiu profeſſus eſſet, tamdem Archiepiſc. Panormitanus factus, circiter annum M. CCCC. L. è vita migrauit.

Panthera, πάνθηρα, pro vniuerſo aucupio & eo quidquid auceps capit. Vlpian. l. 11. §. 11. de actio. emt. Veluti cuum futurum iactum retis à piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis à venatore, vel pantheram ab aucupe.

Pantomimvs παντόμιμος, hiſtrio, qui quamuis perſonam effingit atque imitatur. Iulianus l. 27. D. de op. lib. Si libertus autem pantomimi exerceat, verum eſt debere eum, non ſolùm ipſi patrono, ſed etiā amicorum ludis gratuitam operam præbere. Item in l. 25. D. eod. Item Vlp. l. 43. in fi. de act. emt. Planè ſi in tantum precium exceſſiſſe proponas, veluti ſi ponas agitatorem poſtea factum vel pantomimum.

Papinianistæ dicebantur, qui biennium in legum ſtudio verſati, tertium etiam adiungebant. Impe. ad Anteceſſ. Ne autem tertij anni auditores, quos Papinianiſtas vocant, nomen & feſtiuitatem eius amittere videantur, &c.

Par, eſt quod inter omnes æquabile eſt: ait Cice. lib. de Inuent. 2. ſimiles cauſſa ſignificans, de quibus agitur in l. 12. & l. 13. D. de legib. & ſent.

Parabolanos dici eos qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, teſtis eſt l. parabolanos, 18. C. de epiſco. cler. Nomen autem confictū puto ex eo, quòd ſeſe audacter periculis omnibus obiicerent, neque vllius quamuis peſtiferi morbi contagionem timerent. nā παράβολα dicuntur à Græcis quę ſummis periculis obiecta ſunt. vt cuum Plutarchus ait de Cæſare, τῶν τολμημάτων τὰ παράβολα καὶ μεγάλα πράττειν ἔφη δεῖν. Hæc ſic ſcripſeram & edideram anno 1557. Nuper autem, hoc ipſo anno 1565. Adriani Turnebi viri ſumi Aduerſaria prodierunt, quorum in lib. XIII. cap. XXIII. coniecturam hanc noſtram, tacito tamen noſtro nomine, confirmari animaduerti. & tamen dubitari, an à parabola Euangelica viatoris Samaritani vocabulum fictum ſit. Iulius Firmianus: Nati ſub ſydere caniculæ erunt venatores, arenarij, parabolarij & qui ſub conſpectu populi in caueis cum
A feris pugnent.

Paragavdæ veſtes definiuntur auratæ, aut ſericæ auro intextæ, in l. 1. C. de veſtib. holobar. vbi priuatis hominibus earum vſu interdicitur: & in l. 2. vbi ſoli Principi earum vſus relinquitur. Vopiſcus in Aureliano: Paragaudas veſtes ipſe primus militibus dedit, cùm ante non niſi purpureas rectas accepiſſent. Vocabuli autem notatio mihi quidem obſcura eſt: niſi fortè peragādas per N legamus: à verbo γανδᾶν,
B quod Heſychius λάμπειν interpretatur. quaſi qui iis ornarentur, παραγανδᾶν, & ſplendidè ſeſe oſtentare ſolerent. deprauari enim hoc modo vocabula, per ea tempora quibus Valentinianus & Gratianus imperarunt, nemini ignotum eſt. Verumtamen modeſta hæc coniectura ſit, & doctiorum iudicio permiſſa. Videtur ex eodem eſſe genere quo Oſpratura, de qua ſuprà ſuo loco dictum eſt.

Paragraphvs id propriè dicitur, quidquid ſub vna ſententia clauditur: ait Marcianus Coſſias antiquus Pandectarum interpres in illum locum, verſuū
C tricies centena millia: Verſuum, inquit, id eſt, paragraphorum: Paragraphus, id eſt, &c.

Parangariæ, ſumtus aut labores agēdi ferēdive alicuius cauſſa à principe impoſiti, cùm nō per viā cur ſūm ve publicū, ſed alio verſū iter ſuſcipitur. ſub Rub. C. de curſu pub. angar. & parangar. Vnde, Angariæ.

Παρατατικῶς, ἐκτεταμένως, vt ait Heſychius: id eſt, extenſiuè, vt ita loquar: non preſſe, non anguſtè, ſed laxè, & ſolutè: denique id ipſum quod alibi Iuriſcon-
D ſulti dicunt ἐν πλάτει. Iulia. l. 1. D. vnde legit. Hæc verba edicti, Tum quem ei heredem eſſe oporteret, ſi inteſtatus mortuus eſſet, παραδιαλειπτικῶς & cum quodam temporis ſpacio accipiuntur. Vlp. l. 2. D. quibus ex cauſ. in poſſ. Hæc verba, defenderetur, παρατατικῶς ſcripta ſunt, vt neque ſufficiat vnquam defendiſſe, ſi non duret defenſio: neque obſit, ſi nunc offeratur.

Paraveredi ſub Rub. Cod. de curſ. publ. dicuntur equi militares, ſiue agminales. nam Veredi minores equi ſunt, curſui publico apti.

E Paraphernа, παράφερνα, iuncto ex παρὰ & φερνὴ nomine, dicuntur ea quæ præter dotis cauſſā ad viros deferūtur. Vpl. l. 9. §. 2. D. de iur. dot. Dotis autē cauſſa accipere debemus ea, quæ in dotem dantur. Ceterùm ſi res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli peculium adpellant, videamus an ſtatim efficiantur mariti. Exemplum apud Liuium extat in lib. 26. de Scipione Africano, qui capta Carthagine virginem nobilem Allucio adoleſcenti Celtiberorum principi deſponſatam ita reddidit, vt pe-
F cuniam ad illam redimendam à parentibus allatam adiiceret: Super dotem, inquiens, quam accepturus à ſocero es, hæc tibi à me dotalia dona accedāt. aurúmque tollere, ac ſibi habere iuſſit. Cic. Philip. XII. His quaſi præter dotem quam in ciuilibus malis acceperunt, agrum Campanum eſt largitus Antonius.

Parasynaxes, παρασυνάξεις, conuentus, coitiones, conuenticula hæreticorum, in l. quicumque, 8. C. de hæret. & Manich.

Παράτιτλα, argumenta & quaſi ſummę tractatuū,
G ad quęque titulum ſeu rubricam adpoſitę, vnde fieri de toto tractatu coniectura poſſit: quaſi cauſę quędā coniectio. Imp. de concepr. Dig. §. 9. Sed ſufficiat per iudices tantùmodo & titulorum ſubtilitatem, quę παράτιτλα nuncupātur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vicio oriundo.

Paratvm ab emto quid differat, vide Emtum & paratum.

PA-

PARHIPPI, dicuntur in l.4.C.de curſ.pub. qui equos publicos plures quàm ei liceat, vtendos ſūſit.

PARENTEM quidam vſque ad Tritauum adpellari aiunt: ſuperiores Maiores dici. ſed C.Caſſius omnes in infinitum Parentes dicit. quod & honeſtius eſt, & meritò obtinuit. l. 4. D.de in ius voc. Parentes (ait Paullus) vſque ad Tritauum aqud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores qui non habent ſpeciale nomen, Maiores adpellantur. l.10.§.1. D.de grad.& adfin.

PARENTVM tamen nomine abſurdè quidam poſt Latinæ linguæ interitum abuſi ſunt. ſed in toto iuris noſtri corpore nuſquam eam corruptelam reperi. quod enim neſcio qui de l.1.D. ſi per vim vel al.mod. putarunt, plane ineptum eſt.

PARENTIA, pro obſequio. Impp.l.1.C.Qui pro ſua iuriſd. Quòd ſi quis alienæ iuriſdictionis cauſſam crediderit delegandam: nec præcepto cognitorem datum, parentiam adcomodare cenſemus.

PARIA facere eſt, tantumdem in expenſi paginam referre, quantum in illam accepti relatum erat: quod cuum fit, quadrare rationes Ciceroni dicuntur Verrina III. Quomodo, inquit, D.C. eodem modo quadrarint, vt illa Cn.Carbonis ſexcenta facta, &c. QVADRARINT, inquit Aſconius, ſolida facta ſint, vt neq; plus quidquam neque minus inueniatur in ſumma. Scæuola leg. 40. §. 5. D.de ſtatu libe. Si Dama ſeruus meus actus ſui rationes reddiderit, pariáque fecerit, &c. Item apud Calliſt. l.5.§.10. D.de iur.immunit. Niſi ſi paria fiſco feciſſe dicantur. Columella lib.1.cap.8. de villico loquens: Néve negocietur ſibi, pecuniámque domini aut animalibus aut rebus aliis promercalibus occupet. hæc enim negociatio curam villici auocat, nec vnquam patitur eum cum rationibus domini paria facere. Sed vbi numeratio exigetur, rem pro numis oſtendit.

PARIARE, paria facere: quod tum fit, cuum expenſi rationes cum accepti rationibus quadrant, paréſque ſunt. Vlpian. l.4.§.1. D.de manum. Proinde etſi ei numos prorogauit emtor, cuum ei pariauerit, poterit ad libertatem peruenire. Hinc,

PARIATIO, ſcriptura qua quadrare rationes cauetur. Scæuola l.vlt.§.3. D.de condi.ind. Idem quæſiit, an pactum quod in pariationibus adſcribi ſolet in hunc modum, Ex hoc contractu, &c. Hinc,

PARIATOR, qui ſic rationes retulit, vt expenſa paria ſint acceptis. nam ei Reliquator opponitur. Paullus leg.81. D.de condicio.& demonſt. An Sticho mortuo antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente libera eſſet mulier,

PARIES eſt, ſiue murus, ſiue maceria eſt: ait Gallus l.157. D.de verb.ſig.

PARIES directus dicitur, cuius extremitas parietem alterū adtingit. Cic. in Top. Omnibus eſt ius parietem directum ad parietem communem adiungere, vel ſolidum, vel fornicatum. Cuius loci ſenſus eſt apertiſſimus: ſi directum parietem eū eſſe intelligamus, qui exempli cauſſa ſic adtingit communem, vt in littera T pendens in imum linea tranſuerſam ſuperiorem adtingat: quare ſi vicinus fornicatum parietē ad communem adiunxerit, alter qui in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit, non debebit præſtare quod fornix vicij fecerit. Quam meam interpretationem alij nunc cum Boëtij & aliorum commentationibus conferant, licebit. Vide Obſeruat. mearum lib.1.cap.24.

PARVM eſt vt non, locutio eſt idem ſignificans quòd parum abeſt quin. Iauolenus l.202.de reg. iur. Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt: parum eſt enim vt non ſubuerti poſſit. Quod Harmenop. ſic expreſſit, πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστι. εὐχερῶς γὰρ ἀνατρέπεται. Similiter Demoſth. περὶ στεφάνου: τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκειν, μικροῦ δεῖν ὅμοιόν ἐστι τῶν ὀνειδίζειν: Sua verò commemorare beneficia propè exprobare eſt. quā ſententiā vſurpat & Terentius.

PARTIARIA pecora, id eſt vt fœtus eorum certis portionibus inter dominum & paſtorem diuidantur: inquit Imp. l.ſi paſcenda, 8.C.de pactis.

PARTIARIVS colonus, à partiendo dictus: qui non pacta pecunia, ſed certa fructuum parte agrum colit. Caius l. 25. §. 5. D. locat. Adparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit: alioquin Partiarius colonus quaſi ſocietatis iure & damnum & lucrum cum domino fundi partitur. Cato De re ruſt. capi. 137. Vineam curandam partiario, bene curet fundum, arbuſtum, agrum frumentarium. Partiario fœnum & pabulum, quod bubus ſatis ſiet, qui illic ſient: cetera omnia pro indiuiſo. Item l.26.D.de furt.

PARTIARIVS legatarius, is erat cui pars bonorum legabatur. quæ ſpecies legati Partitio vocabatur: quia cum herede legatarius partiebatur hereditatem: ait Imp §.3.de fideic.hered.

PARTIVM Iuriſconſulti duo genera conſtituunt. aliæ namque naturales ſunt, aliæ intellectæ. Naturales adpello, quæ pondere, numero, menſura conſtant, quæ oculis cerni tangíque poſſunt: veluti ſi quis corpus aliquod ſecare velit, duas partes conſtituet, quas nemo ſenſus cōmunis cōpos, nō facilè cognoſcet. Intellectas dico quæ tangi demonſtrarive nō poſſunt, cerni tamē animo atque intelligi poſſunt: veluti ſi ſeruum aut nauem duo communē habeant, partē quiſq; ſuā in his rebus obtinet, quam oculis cernere nō poteſt, animo & intelligentia poteſt. Quod ſignificans Caſſilius noſter apud Macrobium, mercatori, quemadmodum cum ſocio nauem diuideret, interroganti reſpondet, Nauem ſi diuidis, nec tu nec ſocius habebitis. Vlp. l.5.D.de ſtipu.ſeru. Seruus communis ſic omnium eſt, non quaſi ſingulorum totus: ſed pro partibus vtique indiuiſis, vt intellectu magis partes habeant, quàm corpore. Ergo partes intellectu Vlpianus eas adpellat, quæ animo & intelligentia tantùm cernuntur & earū rerum ſunt quas Pomponius naturaliter indiuiſas adpellat in l.non amplius, 26. §.vlt. D.de lega.1. Alias autem partes idem alibi numero fieri dicit: hoc eſt in l.29.D.de ſolut. Cuum Stichus, ait, & Pamphilus communi ſeruo promiſſi ſunt, non alteri Sticus, alteri Pamphilus ſolui poteſt: ſed dimidiæ ſingulorum partes debentur: atque vtriuſque rei dominium duobus modis intelligi poteſt. Sed in numis, & oleo, & frumento, & ſimilibus quæ communi ſpecie continentur, adparet hoc actū vt numero diuidatur obligatio. Eandem diuiſionem duplicē Papinian. notat in l.94 eiuſdem tit. & l. 66. §1. D.de lega. & fideicō. libro 30. vbi ait plures in vno fundo dominiū iuris intellectu, non diuiſione corporis obtinere. Notat & Paullus in l.25.§.1.D.de verbor.ſign. vbi Seruio adſentitur, qui partes alias eſſe dixit pro diuiſo, alias pro indiuiſo: cuum Mutius putaret partis adpellatione rem pro indiuiſo ſignificari. nā quod pro diuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe: cui cōſentit Vlpianus in l.6.§1.D.commun.præd. Ariſtoteles autē in lib. De ſenſu, hanc quoque diuiſionem adtingit: ſed in Categoriis planius rem omnē exponit. ait enim Quantitatem aliam continuam, aliā ſeiunctā eſſe. Continuam cuius partium terminus aliquis

communis eſt: veluti corporis,cuius partes communem habent terminum lineam:aut lineæ, in qua partes finem quo inter ſe cohæreant, communem habent, punctum ſcilicet. Itaque poculum cum anſa quantitatis eſt continuæ: vti conſtat ex l. 21. §.4.D. de furt.& pars lancis priuſquam eraſa ſit,l.22. eo. tit. Ex quib. intelligitur fundum qui inter duos diuiſus eſt, quia terminum habet communem, quo inter ſe partes adaptantur, in quantitate continua numerandum eſſe. qua de cauſſa non tam in partes diuidi fundus à Iuriſconſultis dicitur, quàm in regiones, vt in tract. D. fin.regund.Seiunctā verò Ariſtoteles eā adpellat quantitatem, cuius partes communem terminum non habent:vt in numero. Nam ſi bis quinque, inquit, ſunt partes decem, quinque & quinq; nullo communi termino coniuncta ſunt, ſed ſecreta & ſeparata: cui ea omnia adiungamus licet,quæ communi ſpecie contineri dicuntur ab Vlpiano d.l.29. de ſolut.veluti vinum,oleum,frumentum. Nam ſi duobus gamphora vini leata eſt, ſeiuncta vtrique quantitas legata eſt.Nam vrnæ duæ finem in amphora quo inter ſe cohæreant, communem non habent, neq; duo ſemimodij in modio,neque bis quinquaginta,in centum.quod eodem modo de ponderibus quoque iudicandum eſt. Nam in vncia duæ ſemunciæ communē terminum non habent. Quantum hoc deiunctum in teſſeris & numis quoque intelligitur,quæ ſi pluribus legata ſint, tot habebunt deiunctas & ſecretas inter ſe partes,quot erunt legatarij. Qua ex diſputatione intelligimus quamobrē Vlpianus ab Offilio & Trebatio diſſentiens,neget eū qui ex frumēti aceruo modium, aut ex vini dolio ſextariū abſtulerit,totius nomine furti teneri. l. 21.D.de furt.nec magis intereſſe adfirmet inter hāc ſpeciem, quàm ſi quis ex armario rem vnam auerterit:vtramque enim quantitatem ſeiunctam eſſe. Quod verò Trebatius dicebat,ſi quis aurem adtingat,eum totum corpus adtingere,Vlpianum non m. uit: perſpicientē ſine dubio,quātitatem illam eſſe continuā,hanc verò deiunctā.Qua quidem ex diſputatione quàm neceſſaria iuris ſtudioſo Dialecticæ cognitio ſit,cuius ignoratione tanti viri,& in iure ciuili tantopere exercitati parùa in re peccarunt, facilè intellectu eſt.

Partium autem aliam quoque tradere oportet diuiſionem: nam aliæ principales dicuntur, quibus ſublatis totū interit:aliæ minus principales, quibus ademtis totum tamen manet. vt caput in corpore humano, & pectus,& brachia,partes ſunt principales: crines autem,& vngues, & ſupercilia minus principales. Ita intelligendum eſt quod ait Vlpianus l.13.§.2.D.de acceptilation.vbi ait nec cementa, nec feneſtras,nec parietem,nec diætā domus eſſe partes: cuùm tamen Ariſtoteles tam frequenter domum ex partibus ſic definiat, operculum quod ex lapidibus, lateribus,cemento,trabibúſque conſtat. Sed Vlpianus illam partium diuiſionem ſpectans, ita diſputat, quaſi eæ demum veræ partes eſſent, quibus ſublatis totum interit, vt in fundo vſuſfructus perpetuus,& via perpetua.d.l.13.& l.58.D.de verb. obli. vbi & in via iter aut actus:in fructu, fructus&vſus:in decem, bis quinque numerantur.Eas verò quibus ademtis totum nihilominus manet integrum,non eſſe partes:vt in ſcypho,emblemata:& in domo, colūnæ marmoreæ: in fundo,vſuſfructus non perpetuus. l.25.D.de verb.ſig.in vſufructu,vſus:cuum poſſit vſus ſine vſufructu conſtitui,inquit Vlp.d.l.13.§.de accecepti. in grege, aliquot capita,quib.ſublatis & grex

A manet,& poteſt vſucapi,cuum illa nec poſſideantur, nec capiantur,ait Pomp.l.30.D.de vſurpat.& vſucap.

Passvm Varro de vita P.R. apud Nonium:Paſſum nominabant,ſi in vindemia vuam diutius coctā legerent, eámque paſſi eſſent in ſole aduri. Paſſum ergo vinum eſt,quod ex vua paſſa exprimitur.Vlp.in l.9.D.de trit.vin.& ol.leg. Vini legato paſſum quoque, niſi mens alia teſtatoris fuit contineri ſcribit. Proculus l.vlt.eo. Cui dulcia vina legata eſſent,omnia hæc eſſe legata, mulſum, paſſum,defrutum,& ſi-
B miles potiones.

Pastinare verbum ad culturam agrorum pertinens:ſignificat fodere. à Paſtino, quod ferramentum eſt bifurcum,quo ſemina panguntur.Vlpianus l.15.§. 1. D. Quod vi aut clàm: Is cui fundum paſtinandum locaueras,lapides ſuſtulit, & in vicini proiecit prædium.Paullus l.79.D.de verb.ſign. Vtiles impenſas, ex quibus reditus mulieri adquiratur: ſicuti arbuſti paſtinatione,vltrà quàm neceſſe fuerat.

C Pater ciuitatis in Rub. C.de ratiocin.op.pub. dicitur, qui ſummam pecuniæ publicæ procurationem gerit:idem (vt opinor,) qui & Curator Reipub. Imp.in l.3.C.de his qui ſpont.mun.iubet eos,qui cùm in municipio nati non eſſent, omnibus tamen decurionum honoribus perfuncti ſunt,pro ſua liberalitate fieri conſtituíque poſſint Patres ciuitatis. Sic in l. 1.C de alear.luſ.& l.vlt.C.de inf.expoſ.

Paterfa. ciuis qui honeſtè & moderatè familiæ ſuæ præeſt. Cicero in Quinct.vetus eſt,De ſcurra
D facilius diuitem quam paterfam.fieri poſſe.

Paterfam. adpellatur,inquit Vlpianus, qui in domo dominium habet: rectéque hoc nomine adpellatur,quamuis filium nō habeat: non enim ſolam perſonam eius,ſed & ius demonſtramus. denique & pupillum patremfa. adpellamus: & cuum paterfam. moritur,quotquot capita ei ſubiecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere.ſinguli enim patrumfa. nomen ſubeunt:idémque eueniet & in eo,qui emancipatus eſt:nam & hic ſui iuris effectus propriam fa-
E miliam habet,l.195.D.de verb.ſign. Tertull.in Apolog. Gratius eſt nomen pietatis, quam poteſtatis.etiam familiæ magis patres,quam domini vocantur.

Patresfam. ſunt,qui ſunt ſuæ poteſtatis:ſiue puberes;ſiue impuberes,l.4.D.de his qui ſunt.

Patres conſcripti, vide in libello de Senatu,in Adpendice antiquit.Rom.

Patriarchæ, primis temporibus iídem qui & Metropolitæ,& Archiepiſcopi & primates: vt ex primis ſex veteris Eccleſiæ conciliis intelligitur.
F Deinde ratio hæc mutata eſt, de qua non eſt hîc diſſerendi locus.vide vocem metropolis:& libellum noſtrum De ſtatu eccleſiæ primitiuæ.

Patriciatvs, honos fuit Iuſtiniani tempore. cuius vis non ſatis adhuc, quòd ſciam, intellecta eſt: niſi quòd Suidas ſcribit, eos legationes ex Senatu mittere couſueſſe. Caſſiodorus autem lib. Variarum vi. perpetuum eum fuiſſe honorem ſignificat,& cingulo ornatum,cùm iuriſdictionē tamen exerceret nullam.Quod à Zenode ſignificari arbitror in l. 3. C.
G de conſul. vbi Patritiatum honorarium Conſulatum adpellat. Quod niſi me animus fallit, Caſſiodorus hunc Epiſcopis honorem tribui ſolitum ſignificat:iis, opinor, qui Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præfecti, Patriarchæ dicebantur. Videtur enim hæc illius fuiſſe ſententia, vt quando in populi R. religione Patricij ſoli ſacrorum procurationem Romuli inſtituto gerebant,& rex quidam ſacrorum eſſet: non incommodum

modū videretur, ſi in religione Chriſtiana, qui ſacris præeſt, idem etiam magiſtratus ſummi ornamentis atque inſignibus decoraretur. Obſeruo etiam hoc ex eodem auctore, Patriciatum non magiſtratus, ſed ordinis nomen fuiſſe: neque enim vnus erat patritius, ſed complures, quaſi Senatus principes, qui certis anteà magiſtratibus perfuncti erant. denique quales Romæ florente Rep. Conſulares, Prætorij & Ædilitij fuerunt: quibus in Senatu curuli ſella vti, primíſque ſententias dicere ius erat. Quare quod in l.3.C.de conſul.legimus, Patriciatus honorem ceteris omnibus anteponi, non ita accipiendum eſt, quaſi ſummus eſſet aliquis magiſtratus: primùm quia magiſtratus (vt docui) non erat: deinde quia Caſſiodorus in formula patriciatus ſcribit, conſulatum patriciatu ſuperiorem fuiſſe. Præfectorios, inquit, & aliarum dignitatum viros præcedit, vni tantum cædens fulgori, quem interdum etiam à nobis conſtat adſumi: hoc eſt, vt ego interpretor, Conſulatui: tametſi verba hęc apud Caſſiodorum corruptè legantur. nam VNITATVM pro VNI TANTVM vulgò legitur. præterea præfectum vrbis ſummum omnium magiſtratum geſſiſſe, conſtat ex l.1.& l.3.C.de offic.præf.vrb. Et quod Caſſiodorus de præfectoriis ſcribit, conſtat de iis qui iam præfectura functi ſunt, intelligendum eſſe. Nomen autem à Ro. patriciorum ſplendore ductum eſſe, res indicat. nam cùm ij propter familiæ antiquitatem ceteris antecellerent, & plerumque iis honores mandarentur: tranſlato Conſtantinopolim imperio eos ſenatores qui curulibus magiſtratibus erant functi patricios dici placuit. Quibus ius patrumfam. conceſſum fuiſſe, Caſſiodorus quoque eodem loco teſtatur.

PATRICII non iidem ſunt qui nobiles: vt vulgò creditur. Nobiles enim ſpeciatim ſumto nomine, omnes ſunt ex plebeiis: vt ſuo loco demonſtrauimus. Nam populus Romanus ita diſtinguitur, vt alij patricij eſſent, alij plebeij. Patricij, qui eorum Senatorum progenies erant, quos Romulus crearat. hac tamen ætate, inquit Liuius, antiquiſſimæ cuiuſque ſenatoriæ familiæ liberi, patricij adpellantur. tales erant Clodius, Piſo, Catilina. Plebeij verò qui ex populo à Romuleis Senatoribus reliquo dimanarunt: vt C. Antonius, C. Caſſius, M. Cicero, T. Pomp. Atticus. Horum plebeiorum alij Nobiles, alij verò Noui homines dicebantur. Nobiles, quorum parentes curuli aliquo magiſtratu erant functi. Noui, qui primi ex ſua ſtirpe magiſtratum curulem erant adepti. Quod Aſconij auctoritate verum eſſe docebimus. Is enim in argumento Orat. in toga cand. Sex, inquit, competitores in Conſulatus petitione Cicero habuit: duos patricios, P. Sulpitium Galbam, L. Sergium Catilinam: quattuor plebeios, ex quibus duo nobiles, C. Antonium Marci Oratoris filium, L. Caſſium Longinum: duos qui tantùm non primi ex familiis ſuis magiſtratum adepti erant, Qu. Cornificium, & C. Licinium Sacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus equeſtri erat loco natus, atque in petitione patrem amiſit. Apertè Aſconius nobiles in plebeiis numerat: & nobiles à nouis hominibus diſtinguit, qualis erat Cicero, vt illi perſæpe obiectum eſt. Itaque Verrem & Hortenſium ſignificans Verrina ſexta, ſic loquitur: Ne iſta præclara nobilitas deſinat queri, populum Rom. hominibus nouis atque induſtriis honores mandare, ſempérque mandaſſe. Neque, vt opinor, reperietur, quemquam è patricia familia hominem Nouum adpellari. Itaque nec M. Scaurum, cuius parentes ignoti Romæ & contempti iacuerant, Aſconius Nouum adpellat, ſed ei non minus quàm nouo homini laborandum fuiſſe. Scaurus, inquit, ita fuit patritius, vt tribus ſupra eum ætatibus iacuerit domus eius fortuna. nam neque pater, neque auus, neque etiam proauus, vt puto, propter tenues opes, & nullius vitæ induſtriam honores adepti ſunt: itaque Scauro æquè ac nouo homini laborandum fuit. Vide ſuprà NOBILES.

PATRIMONIVM propriè eſt pecunia quam liberi ex paterna hereditate accipiunt Cicero pro Poſtum. Qui verò duo lauta & copioſa patrimonia accepiſſet, rémque præterea bonis & honeſtis rationibus auxiſſet. duo patrimonia Poſtumus acceperat, alterum à naturali, alterum ab adoptiuo patre. Cic. de nat. deor. III. Etiam patrimoniis multos malè vti: nec ob eam cauſſam eos beneficium à patribus nullum habere. Hoc enim ab hereditate differt, quòd illo verbo, res ipſæ: hoc ius à patre relictum intelligitur. Cic. libro de Offic. I. Optima autem hereditas à patribus traditur liberis, omníque patrimonio præſtantior, gloria virtutis rerúmque geſtarum: cui dedecori eſſe, nefas & vicium iudicandum eſt. Sed conſuetudine loquendi res eò deducta eſt, vt iam plerumque cuiuſuis generis bona, ſiue à patre relicta, & aduenticia, ſiue patris ſa. opera ac diligentia parta eo nomine intelligantur. Sic Vlpian. l. bona, de bon poſſ. Bonorum poſſeſſio, inquit, eſt ius perſequendi retinendíque patrimonij. Iuuenalis:

Non propter vitam faciunt patrimonia quidam:
Sed vicio cæci propter patrimonia viuunt.

Pompon. l. 112. §. 1. D. de verb. oblig. Plerumque idonei non tam patrimonio, quàm fide æſtimantur. Ita generaliter etiam pro partis & quæſitis bonis vſurpatur in l. cogi, & l. Titius, D. ad Trebell. l. 1. D. de vſufr. ear. rer. l. 1. §. item ſoluent, D. de off. præf. vrb. l. 3. §. ſed vtrum, D. de minoribus, l. ſed & ſi, §. 1. D. de petit. hered.

PATRIMONIALES fundi, vide Fundi patrimoniales.

PATRONVS, eſt qui ex ſeruitute manumiſit. l. 8. D. de in ius voc.

PATRONVS, quaſi pater dictus: eodem modo quo Matrona. Seruius in illud Virgilij, *Et fraus innexa clienti.* Ex lege, inquit, duodecim tabularum venit, in quibus ſcriptum eſt, Patronus ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto. Si enim clientes, quaſi colentes ſunt, Patroni quaſi patres: tantumdem eſt clientem, quantum filium fallere. Hoc autem ex Romuli inſtituto, qui ex patrum numero plebi quos ei commodum eſſet, deligendi poteſtatem fecit, qui ipſius cauſſas ſuſciperent: ex quo illi quidem Patroni, hi verò Clientes dicebantur. vide Clientes.

PATRONVS, vide Aduocatus.

PATRONVS fiſci primùm ab Adriano Imp. inſtitutus eſt: vt Ælius Spartianus in eius vita teſtatur. Eius autem munus præcipuè in iis bonis quæ fiſco commiſſa eſſent, exhibito delatore perſequendis, verſabatur. l. vlt. C. de aduocat. fiſc. l. 5. C. de delatorib. adeò vt delatoris quodammodo patronus eſſet. l. 5. §. aduocatum. D. de his quæ vt indig. Solebat autem vnus aut alterè numero aduocatorum cuiuſque fori ad id munus deligi, quod annum vnum aut alterum gerebatur: quemadmodum ex cap. Cod. intelligitur, quod eſt, de aduocat. diuerſ. iud.

PATRVELES à conſobrinis hoc differunt, quòd Conſobrini propriè dicuntur, ex auunculo aut ma-

tertera prognati: Patrueles verò ex patruo Titij prognati: Amitini ex amita. vnde Cic. in Ligariana filiũ Titi Brocchi auunculi Ligarij conſobrinum adpellat. indéque intelligi facilè poteſt illuſtris differentia: Patrueles quippe pauciores quàm duo eſſe nõ poſſunt, ex fratribus ſcilicet duobus nati: amitini autem inter ſe duo eſſe nequeunt: quem enim amitinum Titius adpellat, ab eo conſobrinus nominatur. §. 4. de grad. Ita ergo poterit Titius adpellari conſobrinus, patruelis debebit, amitinus non poterit. quamquam confundi plerumque ſoleat diſcrimen: ac generaliter Conſobrini pro quibuſlibet fratrum ac ſororum liberis, ſicut apud Græcos ἀνέψιοι vſurpari. l. 19. C. de nupt.

Patrveles fratres, vel ſorores ſunt, ait Caius, qui quæ've ex duobus fratribus progenerantur, l. 1. §. 1. D. de grad. & adfi.

Patrvvs, eſt patris frater: ait Paul. l. 10. §. 7. D. de gradibus.

Patrvvs magnus eſt frater aui: inquit Paul. l. 10. §. 8. D. de gradib.

Patrvvs maximus eſt (vt ait Paul.) abaui frater, ataui & atauiæ filius, patris vel matris patruus maior. l. 10. §. 10. D. de grad.

Patrvvm Plautus adpellat patrui magni filium, id eſt propiorem ſobrino. nam in Pœnulo cum Pœnus Aograſtocli dixiſſet patrem eius ſibi patruelem fuiſſe, continuò reſpondens Agoraſtocles,

Mi patrue, ſalue. & ſcena inſequenti,

Patruo aduenienti cœna curetur volo.

itémque deinceps.

Pavlvs Caſtrenſis Iuriſc. nobilis Patauij, Florentiæ, & Bononiæ iura interpretatus eſt: editiſque libris quamplurimis, Patauij tãdem anno M. CCCC. XXXVII. prid. Calend. Mart. vitæ ſupremum diem confecit.

Pavperies, eſt damnum ſine iniuria facientis datum: nec enim poteſt animal iniuria feciſſe, quod ſenſu caret. l. 1. §. 1. D. Si quad. paup.

Pecvarii, vide Mancipes.

Pecvdes eas intelligimus quadrupedes quæ gregatim paſcuntur. l. 2. §. 1. D. ad leg. Aquil.

Pecvliaræ res, pro peculiares dicuntur ab Vlp. l. 4. in fi. D. de doli excep. & viciſſim, credo, peculiares pro Peculiariæ: vt apud Plaut. Aſinar.

Etiam opilio qui paſcit, mater, alienus oues,
Aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam,

Pecvlatvs, inquit Feſtus, furtum publicum dici cœptum eſt à pecore, quia ab eo initium eius fraudis eſſe cœpit: ſiquidem ante æs aut argentum ſignatum ob delicta, pœna grauiſſima erat duarum ouium, & triginta boum.

Pecvlatvs definitur in l. 9. §. 1. D. ad leg. Iul. de pecul. pecuniæ publicæ aut ſacræ furtum, non ab eo factum, cuius periculo fuit. & ideo æditituum peculatum, non admittere. Qui ergo ex pecunia ſacra, religioſa, publicáve quid abſtulerit, aut interceperit, aut in rem ſuam verterit, quíve in aurum, argentum, æs publicum quid indiderit, aut immiſcuerit, peculatus tenetur. l. 1. D. eod.

Pecvliatvs ſeruus, qui peculium habet. Caius l. 18. in fin. D. de Ædil. edict. Æquè ſi quis ſimpliciter dixerit, peculiatum eſſe ſeruum, ſufficit ſi is vel minimum habeat peculiũ. Plautus in Rud. Peculioſum vocat. In Perſa etiam verbo Peculiandi eſt vſus.

Atque iſtanc ob rem, ego aliquid te peculiabo.

Pecvlivm dictum eſt, quaſi puſilla pecunia,

A ſiue patrimonium puſillum. Peculium autem Tubero ſic definit, quod ſeruus domini permiſſũ ſeparatũ à rationibus dominicis habet, deducto inde ſi quid domino debetur. l. 5. §. 2. D. de pecul.

Pecvlivm eſt non tantùm quod dominus ſeruo conceſſit: verùm id quoque quod ignorante quidem eo adquiſitum ſit, tamen ſi reſciſſet, paſſurus erat eſſe in peculio. l. 49. D. de pecul.

Pecvlivm erat priſcis temporibus particula quæ-
B dam gregis (vnde etiam nomen inuenit) quod patres ſuis filiis, domini ſuis ſeruis induſtriæ ſuæ exercendæ cauſſa concedebant: nunc verò ſumma quædam eſt pecuniæ eadem de cauſſa conceſſa, & à paternis dominicíſque rationibus ſeiuncta. l. depoſiti, 5. & ſequ. D. de pecul. Dignum etiam obſeruatu eſt, quod ex Plauto notauimus, filiosfa. quibus patres vendendas merces tradebant, peculium ex iis pluris venditis quam quanti pater eas æſtimaſſet, locupletaſſe. nam in Mercatore ſic loquitur:

C *Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater*
Dedit æſtimatas merces, ita peculium
Conficio grande.

Pecvlii autem quattuor ſunt ſpecies. eſt enim aliud Caſtrenſe, aliud Quaſi caſtrenſe, aliud Profectitium, aliud Aduentitium. Caſtrenſe eſt, quod per militiæ cauſſam tum in caſtris, tum etiam alibi adeptus eſt l. caſtrenſe, 2. D. de caſtren. pecul. l. 1. C. eod. lib. XII. ſtipendia enim Romani adoleſcentes omnes faciebant. Quaſi caſtrenſe eſt, quod in togata militia
D parauit: veluti in forenſi opera, vel profeſſione artium. l. vlt. C. de inoff. teſt. Profectitium, quod à patre accepit, neque induſtria operáve ſua parauit. l. 5. D. de iure dot. Aduentitium verò quod ab extraneis cognatiſve accepit, quo in genere ſunt maternæ materníve generis hereditates: amicorum item, & legata, & hereditates: item lucra nuptialia: ſed & quæ liberalitate fortunæ vel laboribus ſuis filiusfa. adeptus eſt: ait Iuſtin. l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib. Sciendum eſt autem, iure quidem antiquo & floren-
E te Rep. nullum peculium non ipſius patris pleno iure fuiſſe. Nam (vt ait Diony. lib. 8.) ῥωμαίοις οὐδὲν ἴδιον ἔστι κτῆμα, ζώντων ἔτι τῶν πατέρων, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ σώματα τῶν παίδων ὅ,τι βούλονται τοῖς πατράσιν ἀποδέδοται. Romani proprium nihil poſſident, quãdiu patres eorum in vita manent: ſed & pecuniæ & corpora filiorum, parentum poteſtati arbitrióque permiſſa ſunt. Verùm Imperatores vt præmio aliquo adoleſcentes ad militiæ labores inuitarent, Caſtrenſe peculium iis pleno iure conceſſerunt. quod Iuue-
F nalis XVI. Sat. vbi militiæ præmia enumerat, his verſibus declarat:

Solis præterea teſtandi militibus ius
Viuo patre datur: nam quæ ſunt parta labore
Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus,
Omne tenet, cuius regimen pater. ergo Coranum
Signorum comitem, caſtrorúmque æra merentem
Quamuis iam tremulus captat pater.

Itaque Vlp. in l. 2. D. de s. c. Maced. ſcribit filiosfamiliâs in Caſtrenſi peculio ius ac vicem Patrumfa. ob-
G tinere.

Pecvlivm caſtrenſe eſt, ait Macer, quod à parentibus vel cognatis in militia agenti donatum eſt: vel quod ipſe filiusfa. in militia adquiſiit. quod niſi militaret, adquiſiturus non fuiſſet. l. 11. D. de caſtren. pecul.

Pecvlivm caſtrenſe eſt, quod in caſtris adquiritur, & quod proficiſcenti ad militiam datur. Paullus lib.

lib.Collect.5.cap.3.

Pecvlivm nuptæ, Iuriſconſulti adpellāt, quæ præter dotem ei dantur, & marito tradunrur. Papinianus l.31.§.1.D.de donation. Species extra dotem à matre, filiæ nomine, vito traditas, filiæ quæ præſens fuit, donatas, & ab eo viuo traditas videri reſpondi. & paulo pòſt, Sed peculium à dote puellæ diſtingueretur. Item Vlp.l.9.§.2.D.de iur.dot. Dotis autem cauſſa data accipere debemus, ea quæ in dotem dantur. Ceterùm ſi res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα dicūt, quæ'que Galli peculium adpellant, videamus an ſtatim efficiantur mariti.

Pecvnia à pecu: à paſtoribus enim horum vocabulorum origo, quod in pecore pecunia tum conſiſtebat paſtoribus.

Pecvniaris damnatio, pro Pecuniaria, apud Macrum in l.10.in fin.D.de pœn.

Pecvniariter agere, pro ciuiliter & priuato iudicio cuius pœna pecuniaria ſit. Vlpian.l.vlti.D.de priu.delict. Si quis actionem quæ ex maleficiis oritur, velit exſequi: ſiquidem pecuniariter agere velit, &c.

Pecvniæ verbum, inquit Vlpianus, non ſolùm numeratam pecuniam complectitur, verùm omnem omnino pecuniam, hoc eſt omnia corpora. nam corpora quoque pecuniæ adpellatione contineri, nemo eſt qui ambiget, l.178.D.de verb.ſignif.

Pecvniæ nomine, inquit Hermogenianus, non ſolùm numerata pecunia: ſed omnes res tā ſoli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur, l. 222.D.de verb.ſign.

Pedamentvm, palus quo vinea innitens recta conſiſtit. Pomponius l.10.D.de vſufruct. Ex ſilua cædua pedamenta & ramos ex arbore vſufructuarium ſumturum.

Pedanei iudices dicti ſunt, iidem qui dati, & delegati, vt de controuerſia cognoſcant, l.1.D.de poſtul.l.ſi quis, 38.§.iudices, D.de pœn.l.4.D.de tut.dat. ab. Dicti etiam ſunt ab Impp. qui humiliora negocia diſceptabant, l.vlt.& paſſ.C.de pedan iudicib.l.penu. C.de pact.l.ſancimus, 13.C.de iudic. Nomen reperiſſe videntur item vt Pedarij ſenatores, à pedibus: quòd magiſtratus cùm iudicarent, in tribunali, edito & ſuperiore loco conſidebant: hi verò in imo loco, vbi magiſtratus ſubſellia pedum habebant.

Pedarii ſenatores, auctore C. Baſſo dicebantur, qui quia magiſtratum curulem nondum ceperant, pedibus in curiam itabant. nam Senatores qui curulem magiſtratum geſſerant, veterum ætate curru ſolebant honoris gratia in curiam vehi: in quo curru ſella eſſet, ſupra quàm conſiderent, quæ ob eam cauſſam curulis adpellaretur. Agell.lib.3.cap.18.

Pedarivm ſenatorem, Feſtus adpellatum ſcribit, quia tacitus tranſeundo ad eum cuius ſententiā probat, quid ſentiat, indicat.

Pedestre iter quod vulgò Terreſtre: Vlp.l.1.§.9 D.de flaminib. Si pedeſtre iter impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fit. Similiter Cic.ad Attic.lib.iv.

Pedicvlos Paul. in l.32. D.de aur.arg.vocat. quib.ſigna ſuſtinentur, baſes, ſed tenues. Et ſic plerumque Pediculi à Columella dicuntur, quibus arborum rami baccis onuſti ſuſtinentur: quaſi parui pedes.

Pedvles faſciæ apud Vlp.in l.25.§.1.D.de aur. & argen. dici videntur eæ quibus pedes vinciuntur. M.Tull.in Clod.apud Non. Tunc cuum vincirentur pedes faſciis, cuum calanticam capiti adcommodares. Haud ſcio tamen an verius legeretur pedales.

Pegmata, πήγματα, ornamenta quædam quib. ſtatuæ & ſigna voluptatis cauſſa imponuntur. Vlp.l.12.§.14.D.de inſt.vel inſt. Nam & in emtione domus & ſpecularia, & pegmata cedere, ſiue in ædificio ſint poſita, ſiue ad tempus detracta.

Peiorare, pro deteriorem reddere. Paul.lib. Collect.2.cap.19. Homo liber, qui ſtatum ſuum in poteſtate haber, & peiorare eum, & meliorem facere poteſt.

Pellicem Ser Sulpitius ait adpellatam, proboſámque habitam, quę iuncta conſuetáque eſſet cum eo in cuius manu mancipióq; alia matrimonij cauſſa foret: quod hac antiquiſſima lege oſtenditur, quá Numæ regis fuiſſe accepimus: Pellex ædem Iunonis ne tangito: ſi tangit, Iunoni crinibus dimiſſis agnam fœminam cædito. Pellex autem quaſi πάλλαξ.id eſt, quaſi παλλακίς, vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum eſt. Hæc Agellius lib.4. cap.3.

Pellex apud antiquos habebatur ea, quæ cùm vxor non eſſet, cum aliquo tamen viuebat: quam nūc vero nomine Amicam, paulo honeſtiore Concubinam adpellant. nunc verò vulgò Pellex vocatur, quæ cum eo cui vxor ſit, corpus miſcet: vel quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo ſit: quam Græci παλλακὴν vocant l.144.D.de verb.ſignif. Feſtus autem ſic:

Pellicem eam ant.qui propriè nominabant, quæ vxorem habenti nubebat. cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt à Numa Pompilio.

Penvs ea omnia continet, quæ eſui potuíque ſunt, l.3.D.de pe.leg. Cicero lib. De nat.deorum 1. Penus, inquit, eſt omne quo homines veſcuntur. Noſtri in l.3.D.illo titu. penori adtribuunt omnia eſculenta & poculenta quæ paterfam.vſus ſui cauſſa, eiúſque familiæ, quam circa ſe & ſuos habet, parauit.

Pelliones, à pellibus conficiendis dicti ſub quibus milites hyemabant, apud Paternum in l.vlti. D.de iur. immunit. vbi tamen Polliones legitur. Cicero in Academ. In quo magna rei militaris eſſe occupatio ſolet: vt non multum Imperatori ſub ipſis pellibus ocij relinquatur: id eſt, in ſtatiuis.

Pendere pœnas propriè dicitur, qui ob delictum pecuniā ſoluit, quia penſo ære vtebātur. Feſtus.

Pendere pœnas ſoluere ſignificat: ab eo quòd ære graui cuum vterentur Romani, penſo eo non numerato debitum ſoluebant. vnde & penſiones dictæ. Feſtus.

Penes te, inquit Vlpianus amplius eſt, quàm apud te. nam apud te eſt, quod qualiter qualiter à te tenetur: penes te eſt, quod quodammodo poſſidetur, l.63.D.de verb.ſign. Plerumque tamen ea non ſeruatur proprietas, ſed alterum pro altero promiſcuè vſurpatur, vt l.1.& l.3.§.ſi penes, D.de tab.exhib.l.eum qui, 23.in fi.D.de vſurpatl. & habet, 15.§.eum qui, D. de precar.

Pensio, ſolutio. Varro, Ab ære impendendo, Diſpenſator: & in tabulis ſcribimus Expenſum: & prima penſio, & ſic aut ſecunda, aut quæ alia. Paullus l.40.D.de rebus cred. Igitur finito primo menſe primæ penſionis vſuras currere. Item: Et ideo non ſoluta pecunia ſtatutis penſionibus, ex die ſtipulationis vſuras deberi. Cicero pro Qu. Roſcio: Falſum ſubornauit teſtem Roſcius Clunium: cur tam ſerò? cur, cuum altera penſio ſoluenda eſſet, non tum cuum prima?

Pensio, ferè dicitur pecunia quæ ex prædiorum A vrbanorum locatione percipitur: quæ verò ex ruſticorum, Merces. vide l. 27. & l. 29. D. de hered. pet.

ΠΕΝΘΕΡΟΣ, vide Socer.

Penvs, auctore Qu. Mutio, eſt quod eſculentum aut poculentum eſt: quod enim ipſius patrisfa. aut liberorũ patrisfa. eiúſque familiæ quæ circum eos, aut liberos eius eſt, & opus non facit, cauſſa paratum eſt, vt Mutius ait, penus videri debet. nam quæ ad edendum bibẽdúmque in dies ſingulos prandij aut cœnæ B cauſſa parantur, penus nõ ſunt: ſed ea potius quæ huiuſce generis lõgè vſionis gratia cõtrahuntur, & recõduntur, ex eo quòd non in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur Penus dicta ſunt. Agel. lib. 4. ca. 1.

Per fideicommiſſum, prouerbiali ſermone vſurpari ſolitum, pro Per obliquũ, per anfractum, & non directò: ſignificare videtur Arnobius lib. cont. gent. vi. Deos, inquitis, per ſimulacra veneramur. Per tramites ergo quoſdam, & per quædam fideicommiſſa (vt dicitur) veſtras ſumunt atque accipiunt cultio- C nes. Iuſtinianus §. 1. de fideicommiſſ. In primis opus eſt vt aliquis rectò iure, teſtamento heres inſtituatur: eiúſque fidei committatur, vt eam hereditatem alij reſtituat. Hinc directò & Per fideicommiſſum paſſim à noſtris opponuntur: vt l. 16. D. de fideicom. lib. l. 2. C. quand. & quib. quart. l. 2. §. 1. D. de iur. codicil. 2.

Per genium principis iurare: vide Genius,

Per indicem, prouerbium eſt apud Iuſtinianum in extremo Inſtitut. pro ſummatim, ſtrictim curſimq́; obiter & quaſi per tranſenam: Vt vobis, inquit, poſ- D ſibile ſit, ſummo digito & quaſi per indicem ea tetigiſſe. quaſi libros Inſtitutionum pro παρατίτλοις (quę adpellat) id eſt argumentis Pandectarum eſſe velit. nam Indicem pro eo quòd Titulũ vulgò adpellamus Latini vſurpant: quinetiam idem Imp. l. 1. §. pen. C. de veter. iur. enucl. hoc in paratitlorũ mentione ſignificat. Sed ſufficiat, inquit, per indicem tantùmodò & titulorum ſubtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur, quædam admonitoria eius facere. Aſconius in Verrin. 3. Quò cum eſſet ventum, antequam cauſſa E ageretur, quaſi per indicem rem exponebant: quod ipſum dicebatur Cauſſæ coniectio, quaſi cauſſæ ſuæ in breue coactio.

Per lincem & licium furtum quærere: vide Lance & licio, ſuprà.

Per principis iurare, Græca defectione dicitur, pro, Per principis genium iurare. l. 2. C. de reb. cred. l. 13. §. vlti. D. de iureiur. vide, Genius,

Per Salutem Principis iurare, item vt per geniũ ſolebant, qui ſic adfirmabant, vt Augſtum ſaluũ atq; F incolumem cupiebant, §. 1. Inſt. de fideic. her. Tertull. in Apolog. contra gent. ſcribit Chriſtianos eam iurandi Formulam non recuſaſſe. ſed & iuramus, inquit, ſicut non per genios Cæſarum, ita per ſalutem eorum quæ eſt auguſtior omnibus geniis.

Peræqvatores ſub Rubr. Cod. De Cenſib. & peræquat. dicuntur, qui cenſus à Cenſitoribus nõ rectè deſcriptos & taxatos ad æquitatem reuocant. adpellantur & Inſpectores, ead. Rub.

Per te non fieri ſtipulatio, non hoc ſignificat, ni- G hil te facturum, quo minus facere poſſis. l. in illa, 50. D. de verb. oblig.

Per Satyram, vide Lex Satyra.

Peragere reum, eſt vſque ad cõdenationem illum perſequi, & vt condemnetur efficere. l. 2. D. de adulter. l. pen. D. de de public. iudic. l. 6. §. deſtitiſſe, D. ad Turpill.

Percipere & Legere Fructus differunt. nam legi Fructus dicuntur, quia à terra ſeparantur veluti cum Fœnum aut ſpicæ deſectæ ſūt: vuæ exciſæ, oleæ excuſſæ. Percipi verò dicuntur propriè, cum aut tritum Frumentum, aut oleum factum, aut vinum expreſſum eſt. Sed hoc aliter atque aliter vſurpatur. nã Fructuarius tum demum percepiſſe Fructus dicitur, cum eos expreſſit: l. ſi Fructuarius, 13. D. quib. mod. vſusf. amitt. l. arboribus, 12. §. Iulianus, D. de vſuf. at in dominio, & bonæ fidei poſſeſſore, & emphyteuta aliud iuris eſt. nam hi percepiſſe Fructus dicuntur, ſimulatque terra ſeparati ſunt l. qui ſcit, 25. §. 1. in fi. D. de vſur. l. ſi eius, 78. D. de rei vindic.

Perdvcta, pro perinducta, ſiue omnino inducta, ac delata. Vlp. l. 1. D. de his quæ in teſt. del. Sed nolentibus inducta accipiendum eſt, & ſi perducta ſint.

Perdvelles ab antiquis dicebantur, quos nos hoſtes adpellamus, inquit Caius in l. quos nos, de verb. ſignif. Varro lib. De lingua vi: Apud Ennium eſt, Quin inde inuicteis ſumſerunt perduellibus. Perduelles ſunt hoſtes. vt perficit, ſic Perduellũ Duellũ: id poſtea bellũ. ab eadẽ cauſſa facta Duellona, Bellona. Hinc factum vt qui hoſtili animo in Rempublicã aut Imperatorem eſſet, Perduellionis iudicio teneretur. vt ait Vlpianus in l. vlt. D. ad Iul. maieſt. Aliud eſt enim maieſtatis, aliud perduellionis crimẽ: hoc enim ſub illo, tamquam ſpecies ſub genere ita comprehẽditur, vt crimen ſit imminutæ maieſtatis & grauiſſimum & atrociſſimũ, quippe quod ad vniuerſæ Reipublicæ ſtatum labefactandum pertineat: veluti ſi quis aut regnum adfectaſſet, vt Spurius Caſſius Viſcellinus: aut magiſtratum populi Romani ſacroſanctum violaſſet, vt C. Rabirius, pro quo exſtat Ciceronis oratio: ac proinde qui poſtremis tẽporibus hoſtile aliquid in perſonam Imperatoris molitus eſſet, vti Iuriſconſulti ſignificant. Tribunitiam enim poteſtatem Imperatores totam in ſe transtuliſſe, nemo neſcit. Item qui ciuis Romani libertatẽ violaſſet, veluti qui eum ſecuri percuſſiſſet, aut in crucem ſuſtuliſſet: qua de re Cicero Verrina III. ſic ſcribit: Hoc in in illo maieſtatis iudicio ſi licuiſſe ſibi oſtẽderit, ego oportuiſſe concedam. Ex hoc quoque euaſerit: proficiſcar eò quò me iampridem vocat populus Romanus. iure enim libertatis & ciuitatis ſuum putat eſſe iudicium: & rectè putat. Confringat iſte ſanè vi ſua conſilia ſenatoria, quæſtiones omnium perrumpat, euolet ex veſtra ſeueritate. mihi credite, artioribus apud pop. Rom. laqueis tenebitur. Credent iis equitib. R. populus Rom. qui ad vos antea producti teſtes ipſis inſpectantibus, ab iſto ciuẽ R. qui cognitores homines honeſtos daret, ſublatũ eſſe in crucẽ dixerunt. Credent omnes quinque & triginta tribui, homini gratiſſimo atque ornatiſſimo, M. Annio, qui ſe præſente ciuem R. ſecuri percuſſum eſſe dixit. Audietur à pop. Rom. vir primarius eques L. Flauius, qui ſuum familiarem Herennium negociatorem ex Africa, cum eum Syracuſis amplius centum ciues R. cognoſcerent, lacrimanteſque defenderent, pro teſtimonio dixit, ſecuri eſſe percuſſum. Probabit fidẽ & auctoritatẽ, & religionem ſuam L. Suetius, homo omnibus ornamentis præditus: qui iuratus apud vos dixit multos ciues Rom. in latumiis iſtius imperio crudeliſſimo per vim morte eſſe multatos. Hanc ego cauſſam cùm agam beneficio populi Rom. de loco ſuperiore, non vereor, ne aut iſtum vis vlla ex populi Romani ſuffragiis eripere, aut à me vllum munus Ædilitatis amplius aut gratius populo Romano eſſe

no eſſe poſſit. Quadruplicem igitur inter maieſtatis & perduellionis crimina, differentiam reperio. prima eſt, quòd maieſtatis crimine tenentur ij, qui vel partem aliquam Reipublicæ læſerunt: veluti ſi quis duces hoſtium accepta pecunia liberauit, aut priuatus domi ſuæ hoſtium duces tenuit: quod Verres feciſſe dicitur in illa eadem Oratione: aut ſi magiſtratui quippiam pro ſua poteſtate agenti aliquis officiat, veluti C. Cornelius quem Cicero defendit. Perduellionis autem crimen in eos cadit, qui ſummam Reipubl. labefactare conati ſunt. vti ſuperiùs docuimus. Altera differentia eſt, quòd maieſtatis crimen in foro apud ſuum Prætorem, pro tribunali, iudicio certa lege conſtituto, agebatur: vt ex Verrina 3. & 7. cognoſcitur. Perduellio verò primis quidem temporibus à Duumuiris data opera creatis, pòſt autem à populo Rom. comitiis centuriatis in campo Martio cognoſcebatur: quemadmodum ex Oratione Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo, in campo Martio habita, itémque ex Valerij libro ſexto, cap. 5. ſatis planè conſtat. Tertia differentia eſt, quòd maieſtatis crimen non morte, ſed exſilio multabatur: Perduellionis verò damnatum carnifex in vrbem euocatus in crucem Martio in campo fixam tollebat. quod ex eadem Oratione cognoſcitur, in qua crucis mentio fit, & ex Dionis lib. 37. vbi de hoc iudicio commemorat. Quartam differentiam Vlpianus oſtendit in d. l. vlt. de crim. maieſt. vbi ait, maieſtatis imminutæ crimen rei morte obliterari: perduellionis autem memoriam etiam poſt mortem damnari. quomodo intelligendus eſt Imperator in §. 2. de public. iudic. Is qui in reatu decedit (inquit Vlpian.) integri ſtatus decedit. extinguitur enim crimen mortalitate. niſi fortè quis maieſtatis reus fuit. nam hoc crimine niſi à ſucceſſoribus purgetur, hereditas fiſco vindicatur. Planè non quiſque legis Iuliæ maieſtatis reus eſt, in eadem cõdictione eſt: ſed qui perduellionis reus eſt, hoſtili animo aduerſus Rempublicam vel principẽ animatus. Ceterùm ſi quis ex alia cauſſa legis Iuliæ maieſtatis reus ſit, morte crimine liberatur.

PEREGRINVS dicitur, qui ciuis Romanus non eſt, ad quem ius Quiritium non pertinet. Imp. l. 1. C. de here. inſt. Qui deportantur, ſi heredes ſcribantur, tãquam Peregrini capere non poſſunt. quod idem traditur in l. ſed etſi, §. ſolemus, D. de hered. inſt. Hinc,

PEREGRINITAS, peregrinorum condicio. Vlp. l. 10. §. 4. D. de in ius voc. Sed ſi per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus, putat Pompon. eum amiſiſſe honorem. Quibus ex locis adparet eos etiam Peregrinos dici, quibus ciuitas adempta eſt: quos Vlpianus ἀπόλιδας adpellat in l. 1. §. 2. de legat. 3. Suetonius in Claudio: Splendidum virum, Græciæque prouinciæ principem, verùm Latini ſermonis ignarum, non modò albo iudicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit.

PEREMTORIVM edictum inde hoc nomen ſumſit, quòd perimeret diſceptationem, hoc eſt vltrà non pateretur aduerſarium tergiuerſari. Ad illud autem hoc ordine venitur, vt primò quis petat per abſentiã aduerſarij edictum primum, mox alterum, per interuallum non minus decem dierum, & tertium. quibus propoſitis, tum peremtorium impetratur. l. 68. l. 69. l. 70. D. de iud. vide CONTVMAX.

PEREMTORIÆ exceptiones, vide Exceptiones.

PERFECISSE ædificium is videtur, inquit Vlp. qui ita conſummauit, vt iam in vſu eſſe poſſit. l. 139. D. de verb. ſig.

A PERFECTISSIMI & perfectiſſimatus, vide DIGNITATVM.

PERFECTVM omnibus in rebus eſt, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. l. 1. D. de orig. iur.

PERFVSORIE, ſubobſcurè, diſſimulanter, non diſertè, planéque aliquid dicere. Vlpianus l. 5. §. 1. D. Quod vi aut clàm. Debebit enim & diem & horam denunciatione complecti, & vbi, & quod opus futurum ſit: neque perfuſoriè, aut obſcurè dicere, aut de- B nunciare, id eſt, non ab aliis ſermonibus diſcretè, vt notari & exaudiri poſſit: ſed fuſè per alios ſermones, & permiſtè. Scæuola l. 69. §. 2. D. de euictio. Sed etſi quis in venditione ſtatuliberum perfuſoriè dixerit, condicionem autem libertatis celauerit. Item: Sicuti qui fundum tradit, & cùm ſciat certam ſeruitutem deberi, perfuſoriè dixerit, Itinera, actus, &c.

PERICVLVM, pro libello in quo ſententiæ ſcriptæ ſunt: ſub Rubric. Cod. De ſenten. ex periculo recitandis. Et obſeruatum eſt ab aliis locum illum Cice- C ronis in Frumentaria huc pertinere: Ordo ſcribarum eſt honeſtus. quis negat? Eſt verò honeſtus, quòd eorum hominum fidei tabulæ publicę, periculáque magiſtratuum committuntur. Item illum Val. Probi in Epaminonda: Sed vnum à iudicibus petiit, vt in periculo ſuo inſcriberent: &c.

PERISSE verbo & ſciſſum & fractum & vi raptum continetur: ait Vlpianus l. 9. D. de verb. ſig.

PERLVSORIVM iudicium, id eſt colluſorium, colluſionis cauſſa inſtitutum, cùm aliud agitur, aliud ſi- D mulatur. Vlpia. l. 14. D. de adpellat. Si perluſorio iudicio actum ſit aduerſus teſtamentum, an ius faciat iudex videndum. Exheredatus filius querelam inofficioſi aduerſus inſtitutum per colluſionem mouerat, vt cùm inofficioſum eſſe teſtamentum per inſtituti conniuentiam ac diſſimulationem probaſſet, & legata & libertates intercideren. Budæus tamen PROLVSORIVM corrigendum putat, & de proluſione multa tractat. ſed nihil ad mentem Vlpiani, vt mea fert opinio.

E PERMVTATIO, eſt conuentio iuriſgentium à populo Ro. ita recepta & comprobata, vt ei tamen neque ſuum nomen dederit (ſunt enim emtio & locatio quædam permutationis formæ) neque certam actionis formulam conſtituerit: adeò vt ſeſe inter ſe contrahentes cogere rem mutuò præſtare non poſſint. ſed cùm alter rei acceptione obligatus eſt, vel quanti alterius intereſt, Perſcriptis verbis actione præſtare cogitur: vel rem acceptam, quaſi cauſſa non ſecuta, reddere: aut ſi eam dederit quæ euincatur, in F factum actione quanti interfuerit, exſoluere. vti conſtat ex. l. 1. D. de rer. permu. Tacit. de morib. German. Simpliciùs & antiquiùs permutatiõe merciũ vtũtur.

PERNOCTARE intra vrbem intelligendus eſt, inquit Pomponius, qui nulla parte noctis in vrbe eſt. PER enim totam noctem ſignificat. l. 166. §. 1. D. de verb. ſig.

PERO, propriè ruſticum calciamentum: vt Seruius Gramm. teſtatur. hinc capſæ ex vlna paluſtri, aut alia ſimili materia confectæ; quòd peronis ad formam G accedant, Perones dictæ. Alfenus l. 31. D. loca. Quòd ſi ſeparatim tabulis, aut peronibus, aut in alia culpa cluſum vniuſcuiuſque triticum fuiſſet, &c. Locũ Budæus reſtituit, cũ antea HERONIBVS legeretur. Peronis verbo vſus eſt Plinius hac in re, li. 36. cap. 14. & Vitruuius li. 5. ca. 12. Adrian⁹ autẽ Turnebus vir ſummus lib. Aduerſ. XXIIII. veterem lectionẽ defendit: & Erones interpretatur texta quædam ſtorearum more, in

quibus interdum pauperes dormiebant,& fruges reponebant.item vaſa viminea, tegetibus ſimilia & cophinis: quæ à Græcis φορμοὶ adpellantur. Interpres Terentianus: Phormio, inquit, non à formula, ſed phormione dicitur ſparteo, quem nos Eronem dicimus, triualiter & pro conſuetudine.

Perpetvarivm ius dicitur pro Emphyteuſi, in l. 1. l. 2. & l. 3. C. de locat. præd. ciuil. l. 1. C. de off. com. ſacr. palat. quia ſcilicet ager ea lege fruendus datur, vt quamdiu merces ſoluatur, numquam ad dominum redeat. Sed &

Perpetva conductio pro Emphyteuſi. l. viam, 10. C. locat.

Perpetvvm edictum, vide Edictum.

Perpetvæ actiones erant olim ciuiles omnes, quia nullo temporis ſpacio terminabantur. cùm enim perpetua & legum, & s. c. & conſtitutionum vis eſſet, conſentaneum erat, vt natæ ex iis actiones ius quoque perpetuum obtinerent, at Imp. conſtitutiones tã in rem quàm in perſonam actiones certo temporis ſpacio terminarunt: ne ſcilicet amplius xxx. aut quadraginta annis durent. l. 3. C. de præſcript. 30. ann. l. 5. C. ad Macedon. l. 6. §. vlt. D. de re iudic.

Perpetvæ exceptiones, vide Exceptiones.

Persecvtionis verbum longè ab actione ſeparatur. eſt enim Perſecutio genus: cuius altera ſpecies Actio, altera generis ſui nomine Perſecutio adpellatur. Actio eſt, in qua legitima formularum conceptio obſeruatur: qua de cauſſa iuris ordinarij eſſe dicitur. Perſecutio verò eſt, cum prætermiſſo legitimo agendi ordine ac formularum ritu apud magiſtratũ experimur: qua de cauſſa Extraordinaria nominatur in l. pecuniæ, 178. D. de ver. ſig. vbi Vlpianus exemplum fideicommiſſorum profert. Et ſi quæ, inquit, aliæ ſunt, quæ non habent iuris ordinarij exſecutionem. Quem locum idem Vlpianus tit. Regul. 25. ſic explicat: Fideicommiſſa non per formulam petuntur, vt legata: ſed cognitio eſt Romæ quidem conſulum, aut Prætoris, qui fideicommiſſarius vocatur: in prouinciis verò Præſidum prouinciarum.

Personales actiones, vide Actiones.

Personales ſeruitutes, vide ſeruitutes. Et ſic in ceteris.

Persvadere τῶν μέσων ἐστίν. nam & bonum conſilium quis dando poteſt ſuadere, & malum. l. 1. §. 2. D. de ſer. corr.

Pertinere verbum & eis rebus petendis aptum eſt, quæ dominij noſtri ſunt: & eis quas iure aliquo poſſidemus, quamuis non ſint noſtri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſſa ſint, ſed eſſe poſſint. l. verbũ, 181. D. de ver. ſig.

Pervenisse propriè illud dicitur, quod eſt remanſurum: ait Vlp. in l. 71. D. de verb. ſign. l. 164. D. eod. cum effectu enim accipiendum eſt.

Petitio, vide actio.

Petitio interdum idem quod actio perſonalis. Cic. Bruto: Non ſoluam niſi prius antè cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturũ. Sic in l. 2. D. ad ſen. Vell. & perſæpe in lib. noſtris. Actio petitióve dicitur disiunctè pro coniunctè.

Petitorivm iudicium, eſt quo res vindicatur. Caius l. 36. D. de rei vind. Qui petitorio iudicio vtitur, ne fruſtra experiatur requirere debet, an is cum quo inſtituat actionem poſſeſſor ſit.

Petrvs Ancharanus Iuriſconſultus nobilis, Bononiæ natus, Baldi diſcipulus, patria in vrbe ius ciuile profeſſus eſt circiter annum m. cccc. lxxx. quo tempore Bartholomæus Salicetus eodem in gymnaſio florebat.

Petrvs Belliperticus Iuriſconſultus nobilis, patria Burgundus, Bononiæ ius ciuile profeſſus eſt circiter annum m. ccc. cúmque non pauca de iure volumina reliquiſſet, ibidem eſt mortuus.

Philanthropivm Vlp. vſurpat in l. 2. D. de proxenet. pro φιλανθρωπία, vel φιλανθρώπευμα, id eſt liberalitas, munificentia. Idem dico, inquit, & ſi aliquid philanthropij nomine acceperit: De proxeneta loquitur; qui ſi mercedis aliquid pro opera ſua receperit, ex conducto non tenetur.

Philippvs Corneus Iuriſconſultus nobilis, Peruſij natus, Peruſij, Ferrariæ, & Piſis publicè iura annos propè quinquaginta profeſſus eſt: nonnulliſque confectis de iure commentariis ferè octogenarius, anno m. cccc. lx. in vrbe patria vita ceſſit.

Philippvs Decius Iuriſconſultus nobilis, Mediolani natus, cùm annos triginta iura in Italia publicè interpretatus eſſet, certis de cauſſis in Galliam profugit: & Valentiæ Cauarum, quæ in Delphinatu eſt, aliquamdiu docuit. vnde à Florentinis reuocatus, iterum Piſis, deinde Senis docuit: accepto mille quingentorum aureorum ſtipendio annuo. mortuus Senis anno m.d.xxv. quamplurima de iure volumina reliquit.

Philyra, membrana pertenuis inter lignum & corticem tiliæ interiecta, in qua veteres ſcripſiſſe Plinius libr. 13. cap. 11. teſtatur. Vlpia. l. 52. de legat. 3. Librorum adpellatione continentur omnia volumina, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint, ſed & ſi in philyra, aut in tilia, vt nonnulli conficiunt, &c.

Phormiones, φορμίονες tegetes ex iuncis aut ſtraminibus contextæ. apud Vlp. l. 12. §. 12. D. de inſt. vel inſt. Legitur tamen Formiones, errore peruulgato. Interpres Terentianus: Phormio, inquit, non à formula, ſed à phormione dicitur ſparteo, quem nos Eronem dicimus: triualiter & pro conſuetudine.

Pigmentarivs, poni videtur pro pharmacopola, id eſt medicamentorum venditore. Marcian. l. 3. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicar. Alio S.C. effectum eſt, vt pigmentarij ſi cui temerè cicutam, ſalamandram, &c. Opinor quòd pharmacopolarum muneris hæc pars quædam eſt, vt ea quæ ad pigmenta pertinent, diuendant.

Pignvs eſt cõtractus quo res aliqua creditori ea lege obligatur & traditur, vt in illa ipſa cùm primum ei ſatisfactũ erit, reddẽda, dolũ & leuem culpã præſtet.

Pignvs, inquit Caius, adpellatum à pugno: quia res quę pignori dantur, manu traduntur. Nam pugnus eſt, non tantùm, cum artè digitos omnes in palam comprimimus, verùm etiam cum in pala manus aliquid geſtamus. Ad Herenn. 4. Aut ſi aceruos ſe dicant tritici habere, & eorum exemplum pugno non habeant, quod oſtendant. vnde etiam videri poteſt verum eſſe, quod quidam putant, pignus propriè rei mobilis conſtitui. l. 238. §. 2. D. de ver. ſig. Eóque pertinere videtur illud Ciceronis Philipp. xiiii. Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimũ quẽque pignerari ſolet.

Pignvs propriè dicimus, quod ad creditorem tranſit: hypothecam, cuum non tranſit nec poſſeſſio ad creditorem. l. 9. §. 2. D. de pignor. act. Re igitur pignus contrahitur: Hypotheca, nuda conuentione. vide Hypotheca.

Pignoris adpellatione eã propriẽ rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit. at eam quę ſine traditione, nuda conuentione tenetur: propriè hypothecæ adpellatione contineri dicimus. ait Imp. §. 7. de act.

Pignvs & hypotheca tantum nominis ſono differunt: ait Marcianus in l.5.§.1.D.de pignor.

Pignvs aliud eſt priuatum, aliud publicum. Priuatum dicitur, cùm ius pignoris priuato, & rei priuatæ cauſſa quæſitum eſt. id autem eſt triplex, Conuentionale, Prætorium, & Legitimum.

Pignvs conuentionale eſt, in quod ius ex contrahentium conuentione vel expreſſa, vel tacita quęſitū eſt. l.2.C.de præt.pign.l.1.D.de pign. act. nam hypothecha tacita propterea inducta eſt, quoniam id inter partes tacitè cōueniſſe videtur: veluti cùm inducta illata in prædiū vrbanū pignori ſunt locatori. l.14. D.in quib.cauſ.pign. Itē vt ſecūdi cōductoris res tacitè domino obligatæ ſint. l.11.§. ſolutā, D.de plg.act. quo in genere etiam ea numero pignora, quæ teſtamēto cōſtitui poſſe, traditur in l.nō eſt, 26.D.de pign. act. quippe, cùm vbi de debitoris voluntate conſtet, de creditoris animo & conſenſu dubitari non poſſit.

Pignvs prætorium eſt, in quod ius ex miſſione in poſſeſſionem, quæ ex Prætoris edicto fit, ei qui miſſus eſt adquiritur. d. l.2.C.de præ.pign.l.miſſio,12.D.pro emt. l.3.§.1.D.de reb.eorum, &c.d.l.26. D.de pig. act. Tum enim miſſus pignus occupat. l.2. & l.cum rempub.C.qui pot.in pig.qua de cauſſa Priuatum adpellamus: quod ſcilicet & priuato traditur, & rei priuatæ cauſſa conſtituitur. Prætorium autem adpellatur, propterea quòd non tantùm Prætoris iuſſu, (vt quod rei iudicatæ exſequēdæ cauſſa fit) ſed etiam ex ipſius edicto conſtituitur. l.3.C.vt in poſſ.legat.

Pignvs legitimum, eſt quod neque ex pacto conuento, neque ex Prætoris edicto, ſed legibus & ipſo iure conſtitutum eſt. veluti dotis cauſſa vel dandæ, ſi promiſſa eſt: vel reſtituendæ, ſi matrimonium ſolutū eſt. l.vni.§.& vt plenius, C.de rei vxo.act. item in tutorum bonis, l.pro officio, C.de admin.tut.

Pignvs publicum eſt, quod non priuatim, ſed publicè conſtituitur: id eſt vt non à priuato, ſed publicè occupetur: quamuis & priuatæ & publicæ rei cauſſa conſtituatur. Eius duæ ſunt ſpecies: aut enim rei iudicatæ, aut coërcendæ contumaciæ cauſſa conſtituitur.

Pignvs rei iudicatæ cauſſa eſt, quod rei iudicatæ exſequendæ cauſſa in priuatorum quidem gratiam, ſed tamen publicè & ex officio capitur, atque diſtrahitur, l.tertia, D.de rebus auct.tut.l.1.& paſſ.C.ſi in cauſſ.iudic.l.9.D.de minorib. Publicum enim idcirco pignus hoc adpellamus, quia quamuis rei priuatæ cauſſa, id eſt vt priuatis ſatisfiat, conſtituitur, tamen neque priuato, id eſt ei qui iudicio vicit, quæritur: neque ab illo occupatur: ſed (vt dixi) prætoris officio capitur ac diſtrahitur, l.ſecunda, C.ſi id cauſſ.iudic.

Pignvs contumaciæ coërcendæ cauſſa, per ſe intelligitur, & ab eo cuius de ea re poteſtas eſt conſtitui ſolet. veluti cùm is qui in ius venire & reſpondere contemnit, pignoribus capitis coërcetur, l.1.§.poſt edictum, D. de vent. inſp.aut tutores, curatoréſve qui iuſſi non cauent. §. pen. Inſtit. de ſatiſd. tut. aut ij qui miſſos in poſſeſſionem damni infecti nomine non admittunt. leg. quarta, §.primo, D.de damn. infec. De hoc eodem intelligendum eſt, quod Philip. 1. Cicero ſcribit: Senatores qui ſine cauſſa à Senatu aberant: pignoribus & multa coërceri. Et libro de Orat. tertio: Non tulit ille & grauiter exarſit, pignoribúſque ablatis Craſſum incipit coërcere. Item apud Sueton. in Iulio: Vectium pignorib. capitis, & direpta ſupellectile male multatum coniecit in carcerem.

A Pigneratitia actio, vide Actio Pignetatitia.

Pigneratitivs creditor is dicitur cui pignus datum eſt. Vlpianus l.ſecunda, D.de dam.infect. Quæ ſpecies eſt in contrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pigneratitio damni infecti caueri debeat. & l.15.§.12. Item quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris perſecutio denegetur aduerſus eum, &c.

Pigneratitivs fundus, id eſt pignori oppoſitus.
B Pomponius l.26. D. de ſolut. Si creditor fundum pigneratitium vendiderit, & quantum ei debebatur, receperit.

Pileatos ſeruos venum ſolitos iri, quorum nomine venditor nihil præſtaret, Cælius Sabinus iuriſperitus ſcriptum reliquit. Cuius rei cauſſam eſſe ait, quòd eiuſmodi condicionis mancipia inſignia eſſe in vendundo deberent, vt emtores errare, & capi non poſſent: neque lex vendundi opperienda eſſet, ſed oculis iam perciperent, quodnam eſſet mancipiorum
C genus: Sicuti, inquit, antiquitùs mancipia iure belli capta coronis induta veniebant, & idcirco dicebantur Sub coronis venire. Namque vt ea corona ſignum erat captiuorum venalium, ita pileus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos venundari, quorum nomine emtori venditor nihil præſtaret. Hæc Agellius libro ſeptimo, capite quarto.

Pingvivs, vberius, liberalius, prolixius. Paullus l. 49.D.de re iudic. Pinguius enim donaturi ſuccurrere debemus, quàm ei qui verum debitum perſoluere
D impellitur.

Piper, arbor cuius fructus Piper quoque nominatur, condimentis aptus: cuius tria genera celebrantur, album, nigrum, & longum, de quibus Plinius lib.12. ca.7. De pipere Paullus in l.5. D.de pen.leg.de longo & albo. Marcianus in l.vlt.§.6.D.de publican.

Pityocampae, vermiculi a pinu arbore naſcētes, venenato ac peſtifero morſu. de quibus Plin.lib.23. cap.2. Itaque inter venena connumeratur à Marciano in l.3.§.1.D.ad leg.Corn.de ſicar.

E Placentinvs Iuriſconſultus nobilis, Italus, Monſpeſſuli ius ciuile publicè profeſſus eſt, circiter annum M.CC. argumentáque in ſingulos tum Inſtitutionum, tum Codicis tractatus ſcripſit: quibus Azo poſtea in ſuis componendis magnopere eſt vſus, vt librorum collatio demonſtrat.

Plagae grande lineum tegmen, quarum diminutiuum eſt plagulæ. Varro: Chlamydes, plagæ, vela aurea. Vlpian.l.23.D.de aur.argen. inter muliebres veſtes plagulas recenſet.

F Plagivm, eſt cùm quis hominem ingenuum, vel libertinum inuitum celat, vinctúmque habet, emítve ſciens dolo malo, in earúmve qua re ſocius eſt: aut cùm ſeruo alieno ſeruæ've perſuaſit, vt à domino dominâve fugiat, vel eum eámve inuito vel inſciente domino dominâve celauit, vinctum habuit, emit ſciens dolo malo, quíve in ea re ſocius fuit. l.pen.D. de plagiar. Suidas ex eo dictum putat, quòd πλαγίως, id eſt, δολίως fiat. Hinc,

Plagiarivs, qui plagij crimen commiſit. in Rub.
G D.& C.ad leg.Fab.de plagiariis.

Planaria interpellatio, pro compellatione magiſtratus quę fit de plano, id eſt antequam in tribunal adſcenderit. Conſtantin.l.4.C.de dilatio. Et cognitio cauſſæ non interpellatione planaria, ſed conſidente magis iudice colligatur. vide de plano.

Plebs, ait Iuſtin. à populo eo differt, quo ſpecies à genere. nam adpellatione populi, vniuerſi ciues ſigni-

ficantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. Plebis autem adpellatione, ſine patriciis & ſenatoribus ceteri ciues ſic ſignificantur. §. 4 de iur. nat.

Plebs à populo eo differt, quòd in populo omnis pars ciuitatis, omnéſque eius ordines contineantur: plebs verò ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciæ non inſunt. vt ſcribit Atteius Capito apud Agelli. 10. cap. 20.

Plebiscitvm, eſt eius quod plebs R. Tribuno pl. rogante, Tributis tantùm comitiis conſtituebat. Triplex autem inter Legem & Plebiſcitum differentia eſt. Lex à maioribus magiſtratibus ferebatur: Plebiſcitum à minore & ſolo Tribuno pl. Illa ab vniuerſo populo: hoc à plebe tantùm iubebatur. illa comitiis omnibus ſiue centuriatis, ſiue curiatis, ſiue tributis: hoc verò tributis tantùm.

Plebiscitvm (vt ſcribit Atteius Capito) eſt lex quam plebes, non populus accipit. ſed totius huius rei iuriſque, ſiue cùm populus, ſiue cùm plebs rogatur, ſiue quod ad vniuerſos pertinet, caput ipſum & origo, & quaſi fons Rogatio eſt. iſta enim omnia vocabula, cenſentur continentúrque rogationis principali genere ac nomine. nam niſi populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iuſſum fieri poteſt. Hæc Agellius lib. 10. cap. 20.

Plebiscita primùm vocata ſunt ea iura, quæ plebs ſibi tum conſtituit, cuum in diſcordiam cum patribus deducta, ſeceſſit. l. 2. §. 4. D. de orig. iur.

Plebiscita, vide Scita pleb.

Plebiscitvm, eſt lex quam Trib. pleb. à plebe rogauit. l. 1. D. ad leg. Aquil.

Plena dicuntur in libris noſtris ſolida & integra, & à quibus nihil deeſt: ſed pro cuiuſque partis relatione, alio atque alio modo. Veluti

Plenvm dominium interdum dicitur, item vt Plenà proprietas à qua vſusfructus non abeſt: l. 2. D. quibus mod. vſusfr. l. qui vſumfructum: 36. D. de vſufr. Interdum autem à quo proprietas non abeſt. vt l. 4. D. de alim. legat.

Plenvm ius rei interdum quę oppignerata non eſt: vt l. ſuos autem, 73. D. de lega. tertio: l. generaliter, 29. Qui & à quib. interdum autem à qua vſusfructus non abeſt. vt l. ſi ita ſup. 126. §. 1. de verbor. obliga. interdum etiam quæ vendita quidem, nondum tamen tradita eſt. l. ſi ancillam, 11. D. de act. emt.

Plenvs fundus in l. Sempronius, 26. D. de vſuf. lega. à quo vſusfructus non abeſt.

Plenvm compromiſſum in l. litigatores, 11. §. 2. D. de recep. in quo pecunia promiſſa eſt. at in l. Pompon. 13. §. 1. in quo ab vtroque compromiſſa eſt. Rurſus in l. quid tamen, 21. §. 6. plenum compromiſſum definitur, quod de rebus omnibus, ſed præſentibus tantùm, non etiam futuris factum eſt.

Plena pubertas, id eſt integra & abſoluta. Imp. §. 5. De adopt. Debet itaque is qui ſibi filium per adoptionem vel adrogationem facit, plena pubertate, id eſt decem & octo annis præcedere. l. 40. §. 1. D. de adoption.

Plvmbarii, apud Tarruntinum in l. vlt. D. de iur. immunit. artifices qui opera ex plumbo faciũt. Vitruuius libro octauo, capit. ſeptimo, de opere plumbario loquens: Non eſt dubium, inquit, quin ipſum quoque non ſit ſalubre. exemplar autem ab artificibus plumbariis poſſumus accipere, quòd palloribus occupatos habent corporis colores.

Plvmbatæ in l. 2. C. de exact. tribut. verberum ex plũbo factorum genus, quo certis criminibus dã- A nati, cædebantur. Ambroſ. De paſsione Geruaſij & Protaſij: Iuſsit eum tamdiu de plumbatis contundi quamdiu exhalaret ſpiritum. Ammianus lib. xxix. Expediuntur pondera plumbea cum fidiculis & verberibus. Itaque in d. l. 2. Nemo, inquit Imp. carcerem plumbatarúmque verbera aut pondera, aliáque ſupplicia, &c.

Plvmbatvra eſt conglutinatio quarumuis materiarum, quę ſolo fit plumbo. Paullus l. 23. §. 4. D. de rei B vind. Si ſtatuę ſuæ ferruminatione iũctum brachium ſit, vnitate maioris partis conſumi. Non idem in eo quod adplumbatum ſit: quia ferruminatio per eandẽ materiam facit confuſionem: plumbatura non idem efficit. Pompon. l. 27. D. de adquir. rer. dom. Quidquid in facto argento alieni argenti addideris, non eſſe tuum totum argentum fatendum eſt. at contrà ſi tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, alienóve argento ferruminaueris: non dubitatur fundum tuum eſſe.

C Plvris petitio in re, tempore, loco & cauſſa verſatur. §. plus autem, 29. Inſtit. de actionibus. aut enim res aliter petitur quàm quæ debetur: aut eadem, ſed alio vel tempore, vel loco, vel modo: vt etiam tradit Paullus 1. Collect. cap. x.

Plvtei, quę tabulæ adfixæ & parietibus adiunctæ dicuntur in l. 41. §. 7. de legat. 1. Vlpia. l. 17. §. 2. de act. emt. Reticuli circa columnas: plutei circa parietes, item cilicia vela ædium non ſunt.

Podivm locus extra ædes, inſtar meniani, ſpe- D ctandi cauſſa proiectus. Vlpi. l. 12. §. 12. de inſti. vel inſt. item ſpongiæ, quibus columnæ, pauimenta, podia extergantur.

Poena à puniendo, vel à ponendo, aut quòd peccatum ſequitur pòſt. Varro.

Poena & Multa multum differunt: ait Vlp. cuum pœna generale ſit nomen, omnium delictorum coërcitio: multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt. pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis & exiſtimationis irrogari ſolet. & E multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit: pœna non irrogatur, niſi quæ quaque lege, vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. quinimò multa ibi dicitur, vbi ſpecialis pœna non eſt impoſita. Item multam is dicere poteſt, cui iudicatio data eſt. magiſtratus ſolos & præſides prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt. pœnã autem vnuſquiſque irrogare poteſt, cui huius criminis ſiue delicti exſecutio competit. l. 131. §. 1. D. de verb. ſign.

F Poena, pro eo quod intereſt. Paullus l. vlt. D. de eo quod cert. Centum ſolutis ex vniuerſitate, tam ex ſorte quàm ex pœna ſolutum videri. Item apud Veul. l. 29. D. iudic. ſol. vide Damnum.

Poena, pro vſura. Paull. l. 40. D. de reb. cred. Si die ſuprà ſcripta, ſumma data non erit, tunc eo amplius quo pòſt ſoluam pœnę nomine in dies triginta, inquẽ denarios centenos denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt, &c. Idem l. 11. de vſuris: Fuit conſuetudo, vt intra certa tempora non illatis vſuris. grauiores infligeG rentur. Et paulo pòſt: Quæſitum eſt, an illud quod amplius ex conſuetudine pœnæ nomine à quibuſdam exactum eſt, &c. Item Pompon. l. 23. §. 2. D. de hered. inſtit.

Poena tamen ſic differt ab vſura, quòd cuum vſura ex vſu pendeat, ſiue vt planius loquamur, vſus diuturnitas eã pariat, pœnã cõtra ſucceſſus temporis non parit, ſed cõtumacia debitoris ſola. Itaque vſura quidem

quidem pro rata tempori exigitur, & ſimul cum eo creſcit, atque augetur, l.75. §. 6.de verbo.obliga.at pœna non creſcit ex temporis productione, ſiquidem vti conuenta eſt ita ſoluitur, neque adaugetur. l.68.D.eod.Meritò ergo inter ſe tamquam diuerſa diſtinguuntur: vt in l.44.D.de vſur.l.13.D.de pignor.

Poena, vide Fraus.

Poenæ nomine legari videtur, quod coërcendi heredis cauſſa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat.ait Imp.§.41.de legat.

Poenæ ſeruitus & Rom. ciuitatis & agnationis ius exſtinguit.l. qui vltimo, 29.D.de pœn.pœnæ autem ſeruus ideo dicitur is qui ad beſtias vel metallũ damnatus eſt, quia nullius planè niſi ſupplicij ſui ſeruus eſt: quippe cui in perpetuum eſt addictus, adeò vt ſi quid ei legatum fuerit, pro non ſcripto habeatur: quaſi, ait Marcianus:non Cæſaris ſeruo datum, ſed pœnæ.l.ſunt quidam,17.D.de pœn.Et vt rem paucis abſoluam, Serui pœnæ olim dicebantur,qui ſummo ſupplicio ſic addicebantur, vt ſi liberi eſſent, libertatem: ſi ſerui, domini familiam quaſi abalienati amitterent:adeò vt ne à pœna quidem liberati,in veteris domini poteſtatem redirent. l.8. §.3. & l.20.& l.29.D.de pœn.l.8.C.de ſent.paſſ.l.24.§.5. D.de fideicomm.libert.

Poenæ ſummæ, mediocres,minimæ,vide Supplicia.

Poenales actiones, vide actiones pœnales.

Polia, πωλεία, quæ & πώλωσις, armentum equorum. Varro Equariam adpellat.Vlpia.l.38.in fi. D.de ædil.edict.Et ſi polia venierit, dicemus vnum equum qui vicioſus eſt,non nomen poliam redhiberi oportere.

Politor, artifex agri diligenter excolendi & quodammodo poliẽdi.Nonius Marcellus:Politores, agrorum cultus diligentes,vt polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta.Ennius Satyra.lib.3.

Teſtes ſunt lati cãpi, quos gerit Africa terra politos.

Et Annali IX.

Raſtros dentefabres carpſit cauſſa poliendi agri.

Varro: Quid mirum ex agri ne politionibus eiiciuntur, hic in cœnaculo polito recipiuntur. Vlpianus l. 52.§.1.D.pro ſoc. Si in cõeunda ſocietate artem operámve pollicitus eſt alter,veluti cuum pecus in communi paſcendum,aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus, nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt.

Pollicitatio dicitur offerentis ſolius promiſſum. l.3.D.de pollicit. In libris noſtris plerumque eſt,cùm quis ludos,opúſve aliquod publicum Reipu. promiſit. l. prima, & paſſ.D.eodem,l.6.§.debitores, D.de mund.& hon.l.5.D.ad leg.Falcid.

Pollinctor, qui mortui corpus pollincit,id eſt vngit. Erant ex libitinarij familia.Vlpian.l.5.§.1.D. de inſtit.act. Idem ait, Si libitinarius, quos Græcè νεκροθάπτας vocant, ſeruum pollinctorem habuerit, íſque mortuum ſepeliuerit, &c.

Polypus, πολύπους,eſt caruncula,modò alba,modò ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret,& modò ad labra pendens, narem implet,modò retrò per id foramen quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit. ait Corn. Celſus lib.6.cap. 8. vnde

Polyposvs, qui eo vicio adfectus eſt: apud Vlp.l.12.D.de ædil.edict.

Pomoerivm, locus poſt mœnia.Plura cognoſce ex Liuio lib.1.Papinia.l.5.de ſeru.export. Cui pacto venditoris pomœrio cuiuſlibet ciuitatis interdictum

A eſt,vrbe etiam interdictum eſſe videtur.

Pondvs, infectæ materiæ, Numerus, ſignatæ, Species,factæ dicitur.l.6.D de rei vind.

Pontifex max. quòd maximus rerum quæ ad ſacra & religiones pertinent, iudex ſit, vindéxque contumaciæ priuatorum, magiſtratuúmque. Minorum Pontificum Maximus dicitur, qui primus in id collegium venit: item Minimus, qui Nouiſſimus. Feſtus.

B Pontifices (vt Q. Scæuola Pontifex Max. dicebat) à poſſe & facere. At Pontifices ego à ponte arbitror: nam ab iis Sublicius eſt factus primum, & reſtitutus ſæpe, cuum ideo ſacra & vls & cis Tiberim non mediocri ritu fiant. Hæc Varro. Facete autẽ Scæuola dixit, pro ſacrificare. Apud Varronem Ius turpiter pro Vls legitur. Pontificem in ius vocare dũ ſacra facit,non licet:ait Vlpi. l.2.D. de in ius vocand. Sine decreto Pontificum oſſa quæ ab alio illata ſunt, vel corpus, domino loci effodere vel eruere non li-

C cet:ait idem Vlpian.l.8.D.de relig.& ſumt.

Pontificis auctoritate compelluntur heredes ad monumentum faciendum, l.hereditas, D.de petit. hered. Pontifex à quibuſdam muneribus non excuſatur,l.vlt.De mun.& hon. Pontifex de religioſis locis eſt conſulendus,l.vlt.D.de mort.inf.

Pontificem vnum dumtaxat à Numa inſtitutum legimus apud T. Liuium: Marcum-ſcilicet M.F. cui ſacra omnia exſcripta, exſignatáque adtribuit.quibus hoſtiis, quibus diebus,ad quæ templa

D ſacra fierent: atque vnde in eos ſumtus pecunia erogaretur.cetera quoque omnia publica priuatáque ſacra Pontificis ſcitis ſubiecit. nec cœleſtes modò ceremonias,ſed iuſta quoque funebria, placandóſque manes vt idem Pontifex edoceret. Hæc Liuius. Hunc autem ſolùm à Numa Pontificem creatum Liuius teſtatur, quem Maximum etiam non nominat, quòd alij ſcilicet Minores non eſſent. & initio libri 2.cuum de Rege ſacrificulo commemorat, non dicit eum Pontificibus, aut Pontifici Maximo ſubiectum

E eſſe, ſed tantùm Pontifici, qui tamen Maximus (vt dixi) ſacerdotum omnium habebatur. non multo pòſt tamen quattuor ſunt creati Pontifices, qui numerus ad M. Valerium, Q. Apuleium Coſſ.id eſt annos amplius quadringentos permanſit. quo tempore octo primùm lege Ogulnia Pontifices creati ſunt: de quibus cuum poſtea Liuius loquitur, alios minores Pontifices adpellat, vnum maximum. Cicero etiam in Orat.de Haruſp.reſp.tres minores nominauit.Pontificis verò Maximi tanta poteſtas,in reliquos ſacer-

F dotes fuiſſe dicitur,vt L.Metellus eum honorem adeptus, Poſtumium Conſulem, eundémque Flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne à ſacris diſcederet, multa indicta, vrbem ingredi vetuerit. quemadmodum Cicero & Valerius teſtantur. Idem Pontifex de violatis ſacris cum collegio cognoſcebat. Liuius narrat L. Cantilium ſcribam Pontificum, qui cum Veſtali virgine ſtuprum fecerat,à Pontifice Maxim. eouſque virgis in comitio cęſum fuiſſe,vt inter verbera exſpi-

G raret. Idem res omnes ſingulorum annorum mandabat literis,efferebátque in album,& proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi: vt Cicero lib.de Orat.2. commemorat. Creati autem poſtea plures ſunt à victore Sylla, eorúmque numerus ampliatus,vt eſſent quindecim.

Pontones, naues pontis vſum in traiiciendis amnibus præſtantes. Paullus l.vltim.de ſeruit. ruſtic.

Flamine interueniente via conſtitui poteſt, ſi aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habeat diuerſum, ſi pontonibus traiiciatur. Et paulo pòſt: Qui à via conſummari ſolet vel ciuitate tenus, vel vſque ad viam publicam, vel vſque ad flumen in quo pontonibus traiiciatur.

POPVLARES actiones, vide Actiones populares.

POPVLITARI, populari, diripi. Papirius l.21. in fi. D. de adpel. Tamen cuum fructus populitarentur ab aduerſario, æquum ſibi videri fructus apud ſequeſtres deponi.

POPVLVS, vide Plebs.

PORCÆ adpellantur rari ſulci, qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia: dictæ quòd proceant, id eſt prohibeant aquã frumentis nocere. nam crebriores ſulci limi vocantur. Porcas quæ inter duos ſulcos fiũt, ait Varro dici, quòd porrigant frumentum. Hæc Feſtus. Alfenus l.24 D. de aqua & aquæ arc. Vicinus loci ſuperioris pratum ita arabat, vt per ſulcos, itémq; porcas aqua ad inferiorem veniret. Ἔλικες Græcè adpellantur in l. 1. §. Sabinus, D. de aq. pluu.

PORRECTVM, Varro interpretatur directum: vide ANFRACTVS.

PORRINA, idem quod porrus. Scæuola l.58. §. 1. de vſufruct. Sempronio do lego ex redactu fructuum holeris & porrinæ partem.

PORTARI, vide Ferri.

PORTICATIO, porticus. Macer l.36. §.1. de relig. & ſumt. Si amplum quid ædificari teſtator iuſſerit, veluti in circum porticationes, eos ſumtus funeris cauſſa non eſſe.

PORTITORES, vide Mancipes.

PORTORIVM, vectigal quod pro exportandis mercibus ſoluitur. vnde qui hoc vectigal publicani redemerunt, Portitores dicuntur. Labeo l.60. §. VIII. D. locat. Vehiculum conduxiſti, vt onus tuum portaret, & ſecum iter faceret: id cuum pontem tranſiret; redemtor eius pontis portorium ab eo exigebat. quærebatur an etiam pro ipſa ſola rheda portorium daturus fuerit.

PORTVS, inquit Vlpianus, adpellatus eſt concluſus locus, quò importantur merces, & inde exportantur. eáque nihilominus ſtatu eſt concluſa atque munita. inde Angiportum dictum eſt l.59. D. de verb. ſignificatio.

POSITIONES, ſitus, regiones. Vlp. l.1. §.1. D. de iuſt. & iur. Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones: quaſi diceret partes, ſiue regiones. hoc eſt, Hoc ſtudium, ſiue hæc diſciplina poſita eſt duabus in rebus: nempe in ediſcendo iure publico & priuato. minus enim planè & explicatè hoc dictum eſt: neque verò de iure loquitur Vlpi. ſed de ſtudio ac diſciplina.

POSITIO, fundus, ſors. Vlpian. l.3. D. de annu. legat. Hoc ſequemur, vt pro poſitione patrimonij ſine vexatione & incommodo heredis fiat. id eſt pro viribus, pro facultatibus. Idem l.2. §.1. D. de pecu. Si verò eandem poſitionem peculij reliquit, debere eum deducere.

POSSESSIO, inquit Paullus, adpellata eſt à ſedibus, quaſi poſitio: quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit. quam Græci κατοχὴν dicunt. l.1. D. de adq. vel am. poſſ.

POSSESSIO eſt, vt definit Gallus Ælius, vſus poſſidendi agri aut ædificij: non ipſe fundus aut ager. non enim poſſeſſio è rebus quæ tangi poſſunt: ſed qui dicit poſſideri res, is verè poteſt dicere. itaque in legitimis actionibus nemo ex iis qui litigant poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit, vt Prætor his verbis vtatur, Vti nunc poſſidetis eum fundum q.d.a. (id eſt, quo de agitur) quod nec vi, nec clàm, nec precariò alter ab altero poſſidetis. ita poſſideatis: aduerſus ea vim fieri veto. Hæc Feſtus. quem locum ita correctum ſic interpretor, vt actio nulla ſit his concepta verbis, Hanc poſſeſſionem meam eſſe aio, (

POSSESSIO Interdum ait Paullus, proprietatẽ quoque verbũ Poſſeſſionis ſignificat: ſicut in eo qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt. l. 78. D. de verbor. ſignific.

POSSESSIO & quaſi poſſeſſio differunt. nam illa cum dicitur, cùm aliqua res corporalis naturaliter tenetur: hæc verò, cuum incorporalibus rebus vtimur, quæ naturaliter teneri non poſſunt, vt ſeruitutibus.

POSSESSIONES adpellantur agri latè patentes publici priuatique: quia non mancipatione, ſed vſu tenebantur, & vt quiſque occupauerat, colebat. Alibi poſſeſſio eſt vſus agri, aut ædificij, non ipſe fundus, aut ager. Feſtus.

POSSESSIO, vide Fundus.

POSSESSIONE capere, pro vſucapere: Iulianus l. non ſolùm, 33. §. Si docuimus, D. de vſurpat. Lex Plautia & Iulia ea demum vetuit longa poſſeſſione capi. &c. Iauolen. Lemtor, 4. D. pro emt. Nihil eum ex eo fundo longa poſſeſſione capturum. Item Iulianus l. qui fundum, 7. §. ſeruus, eod.

POSSESSIO bonorum, & Bonorum poſſeſſio quid differant, vide BONORVM POSSESSIO.

POSSIDERE verbũ eſſe à ſedibus deductũ, coniugata verba declarant: vt Adſidere, Obſidere, Deſidere. Sedes autem dicuntur, in quibus quis habitat. vt apud Vergilium, *ſedes vbi fata quietas Oſtendunt.* Varro autem Pos vetus verbum eſſe ait, pro quo nunc dicimus Potens: cui contrarium eſt Impos. vnde Poſſum: quaſi coniunctis verbis Pos, Sum. vnde Poſſidere dicitur, qui poteſt ſedere: id eſt ſedem atque habitationem ſuam aliquo in loco collocare. Atque hæc quidem etymologia eſt, ex qua verbum hoc in prædiis primùm poſitum fuiſſe conſtat. ſed poſtea mobiles etiam ad res & mancipia tranſlatum eſt. Cùm igitur poſſidere dicatur is, qui poteſt ſedere: ſequitur poſſeſſionem ita non incommodè definiri poſſe, vt dicatur, Ius eſſe vtendi re corporea pro domino: id eſt pro imperio ac poteſtate domini. ſic enim veteres loquebantur. nam ſi ſoli ei ſedes licet in prædio conſtituere qui dominus eſt, aut certè pro domino ſe gerit, poſſeſſionẽ in alium cadere dici non poteſt. Ius autẽ idcircò etiam dixi, quia (vt verbi notatio demonſtrat) Poſſidere, non eſt omnino ac ſimpliciter ſedere, ſed ſedendi vim ac poteſtatem habere. Itaque per alios, vt colonos, ſeruos cõmodatarios, depoſitarios poſſidere rectè dicimur. l. 3. §. 7. & l. 6. §. vlti. D. de adqu. vel amitt. poſſeſ. & aliis locis innumeris. Pro domino autẽ ob eam cauſſam adieci, vt eas rerum detentiones exciperem, quæ pro domini poteſtate non habentur: veluti cuũ tutor pupilli res poſſidet. Liuius lib. 24. Cũ clauſis Andronodorus inſulæ portis hereditatem regni creuerit: quæque procurator tenuerat, pro domino poſſederit. Item cùm creditor rei ſeruandæ cauſſa mittitur in poſſeſſionẽ. Is enim poſſidere non dicitur, ſed cuſtodire. l. tertia, in fin. cod. tit. Itẽ qui rogauit, vt precariò in fundo moretur, non poſſidet, ſed poſſeſſio apud eũ qui cõceſſit, remanet ait Vlp. l.6. §.1. D. de

D. de precar. nam & fructuarius, inquit, & colonus, & inquilinus ſunt in prædio, & tamen non poſſidẽt. Et Alexand. l.1. C. commun. de vſucap. Qui ex conducto poſſidet, quamuis corporaliter teneat, non tamen ſibi, ſed domino rei creditur poſſidere. Item l.2. Cod. de præſcript. 30. annor. Eos poſſeſſores non conuenit adpellari, qui ita tenent, vt ob hoc ipſum ſolitam debeant præſtare mercedem. Aliud ergo Tenere eſt, aliud Poſſidere. Tenere dicitur, qui corporaliter quidem obtinet, ſed non animo ac poteſtate domini: veluti ſeruus, in quem domini vocabulum non cadit, ne peculium quidem ſuum poſſidere dicitur: ſed tenere. Iauolenus l.24 de adquirend. poſſ. Et peculium quod ſeruus ciuiliter quidem poſſidere non poſſet, ſed naturaliter tenet, dominus creditur poſſidere. At enim Pomponius in leg.15. §. 4. D. de precar. adfirmat eũ quoq; qui precariò rogauit, poſſidere. Placet, inquit, penes vtrumque eſſe hominem, qui precariò datus eſſet. penes eum qui rogaſſet, quia poſſideat corpore: penes dominum, quia non diſceſſerit animo à poſſeſſione. Reſpondeo, Poſſidere hoc loco dictum eſſe pro Tenere: quemadmodum poſſeſſio pro vſu ſæpe vſurpatur. & ſi maximè poſſideret, non ſibi tamen, ſed domino eum poſſidere. quod vel hinc licet intelligatur, quia re commodata, non pro ſua, ſed pro aliena vtitur: verùm quia commodum poſſeſſionis ei conceſſum eſt, ob eam cauſſam poſſidere videtur: quemadmodum fructuarius, qui in d.l.6. ab Vlpian. poſſidere negatur, ab eodem tamen in l.12. de adquiren. poſſeſſ. naturaliter videri poſſidere dicitur. quid ita? nimirum quia quidquid emolumenti verus dominus ex poſſeſſione ſua poſſet percipere, id omne fructuarius percipit. vt non malè in aliena re ac poſſeſſione poſſidere dici poſſit. Similiter Iauol. l.16. de vſurp. Qui pignori dedit, ad vſucapionem tantùm poſſidet. quod ad reliquas omnes cauſſas pertinet, qui accepit, poſſidet. Quo modo? quia emolumenta omnia, quæ percipi ex poſſeſſione poſſunt, aliena in poſſeſſione conſequitur, ſic vt poſſidere ipſe videatur. verùm hæc inter illum & hunc poſſeſſorem differentia eſt, quòd ille pro ſuo iure, hic pro alieno: ille tamquam dominus, hic tamquam procurator ac vicarius: ille pro ſua poteſtate & in omne tempus, hic fiduciaria opera & ad tempus poſſidet. Quod ſi cui dubium id etiam videatur, is Celſum audiat, qui in l.18. D. de adqui. poſ. ſic loquitur: Quod meo nomine poſſideo, poſſum alieno nomine poſſidere. nec enim muto mihi cauſſam poſſeſſionis, ſed deſino poſſidere: & alium poſſeſſorem miniſterio meo facio. nec idem eſt poſſidere, & alieno nomine poſſidere. nam poſſidet, cuius nomine poſſidetur. procurator alienæ poſſeſſioni pręſtat miniſterium. Hæc Celſus. Quæ cum ita ſint, facilis, opinor, eius diſputationis explicatio eſt, quam Paul. in l.3. §.4. de adquir. poſſeſ. his verbis tractat: Ex contrario plures eandem rem in ſolidum poſſidere non poſſunt. contra naturam quippe eſt, vt cùm ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris. Sabinus tamen ſcribit, eum qui precariò dederit, & ipſum poſſidere: & eum qui precariò acceperit. Idem Trebatius probabat, exiſtimans poſſe alium iuſtè, alium iniuſtè poſſidere: duos iniuſtè, vel duos iuſtè non poſſe: quem Labeo reprehendit, quoniam in ſumma poſſeſſionis non multũ inter eſt, iuſtè quis an iniuſtè poſſideat. quod eſt verius. non magis enim eadem poſſeſſio apud duos eſſe poteſt, quàm vt tu ſtare videaris in eo loco in quo ego ſto, vel in

A quo ego ſedeo tu ſedere videaris. Sabinum & Trebatium Labeo reprehendit. Rectè, inquit Paullus. quid ita? quia vt non plures in iiſdem poſſunt veſtigiis cõſiſtere, ſic non plures idem poſſidere poſſunt, optimè. Poſſeſſio namque ab eorum conſuetudine manauit, qui primi ſedes in locis vacuis collocabant; vt idem inquit in l.1. eod. Verùm quòd hominum auaritia ſede vna contenta non fuit, pluribus in locis eas collocare cœperunt: & quia pluribus in locis v- B num eſſe corpus non potuit, idcirco vicarios habuerunt, colonos ſcilicet & inquilinos, qui quòd corpore in iis locis inſiſtebant, corporaliter tenere, & interdũ poſſidere dicti ſunt: cum ipſi domini animo ac mẽte poſſeſſionem retinerent. Papin. l.44 §.2. D. de adquirend. poſſeſ. Multum intereſt per noſmetipſos, an per alios poſſideamus. nam eius quidem quod corpore noſtro teneremus, poſſeſſionem amitti vel animo, vel corpore: ſi modò eo animo inde digreſſi fuiſſemus, ne poſſideremus. eius verò quod ſerui vel etiam C coloni corpore poſſidetur, non aliter amitti poſſeſſionem, quàm eam alius ingreſſus fuiſſet. Vlp. l.29. D. eod. Poſſeſſionem pupillum ſine tutoris auctoritate amittere poſſe conſtat: non vt animo, ſed corpore deſinat poſſidere. quod eſt enim facti, poteſt amittere: alia cauſſa eſt ſi fortè animo poſſeſſionem velit amittere. hoc enim non poteſt. Paullus in l.41. Qui iure familiaritatis amici fundum ingreditur, non videtur poſſidere: quia non eo animo ingreſſus eſt, vt poſſideat, licet corpore in fundo ſit. Hactenus cur PRO D DOMINO in definitione ſit adiectum, expoſuimus. Supereſt ea pars in qua diximus, Re corporea: quæ quidem adiecta propterea eſt, quia iura non propriè poſſidentur, ſed quaſi poſſidentur. d.l.3. & quamuis interdum poſſideri dicantur, abuſione tamen id fit vocabuli. Ex his igitur illud conſtat, quicumque poteſtatem habet vtendi re pro iure domini, eum poſſeſſorem dici: ſiue iure, ſiue iniuria eam poteſtatem habeat. Cum enim ius in definitione diximus, non legis permiſſum, ſed vim illam, qua natura potentio- E res (vt ſcribit Heſiod.) vtuntur, intelligimus. vt cũ Alexander vi Thraciam aut Aſiam occupauit, quãuis id iniuria feciſſet, eius tamen poſſeſſor dicebatur. Neque ratio vlla eſſet dicere, ius illud ipſi a belli victoria tributum eſſe: cum ſatis conſtet, ius illud quod æquitas definitur, non minus in Alexandrum Magnũ ſuis copiis inſtructum, quàm in quemuis tenuem ac ſolitarium hominem valuiſſe. Poſſeſſio ergo ius eſt, ſiue ea legibus permiſſa ſit, ſiue non ſit. quapropter & fur & ereptor res ablatas poſſident. Si rem, inquit F Paullus, apud te depoſitam furti faciendi cauſſa contrectaueris, deſinis poſſidere. l.3. §.13. eod. & qui vi dominum deiecit, ſi in poſſeſſione turbetur, interdictũ recuperatorium habebit, l.1. D. de vi arm. & vxor cui maritus donationis cauſſa poſſeſſionem iniuſtè ceſſit, poſſidet. l.1. §.2. D. de adquir. poſſ. deinde vt ait Paul. l.3. §. 4. eo. In ſumma poſſeſſionis non multum intereſt, iuſtè quis an iniuſtè poſſideat. Diſtingui ergo poſſeſſiones oportet, vt aliæ iuſtę ſint ac legitimę; aliæ iniuſtæ ac illegitimæ: vt cognatio alia iuſta dici- G tur quæ ex matrimonio legitimo contracta eſt: alia iniuſta, quæ ex ſtupro, vel illegitimo matrimonio. & quemadmodũ cognatio, ſiue proles ex meretrice quę ſita natura tamẽ valet. i. reuera cognatio eſt, ſed Romę vim eã nõ habet: eóque Naturalis cognatio à Iuriſc. vocatur. l.4. §.2. D. de grad. ea verò quæ ex iuſto legitimóque matrimonio ſuſcepta eſt, ciuilis, aut potius mixta dicitur: ſimiliter poſſeſſio quæ natu-

ra,id eſt reuera poſſeſſio eſt,& occupatio pro poteſtate domini,ſi iuſta eſt,Ciuilis dicitur:ſin minus,Naturalis.nō quòd ciuilis,naturalis etiam nō ſit,ſed quòd non omnis naturalis, continuò etiam ciuilis ſit.vt ſi ciuilem eam cognationem adpellaremus, quam Modeſt.mixtam adpellat(pinguius enim hoc verbū Modeſt. vſurpauit: vt initio libelli De gradib.obiter admonuimus) eámque intelligamus quę ex iuſto matrimonio contracta eſt,omnis ciuilis cognatio etiam naturalis erit:at nō omnis naturalis ctinuò ciuilis.Vlp. l.1.§.5.D. de vi arma. Deiicitur is qui poſſidet,ſiue ciuiliter,ſiue naturaliter poſſideat (id eſt,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè poſſideat:) nam & naturalis poſſeſſio ad hoc interdictum pertinet.denique etſi maritus vxori donauit,eáque deiecta ſit,poterit interdicto vti.Apertè igitur iniuſta vxoris poſſeſſio, naturalis poſſeſſio adpellatur. apertè quoque eadem à Paullo in l.26.D. de do.in.vir.& vxor.adpellatur non ciuilis.at in l.23. §.2.de adquir.poſſ.is qui liberum hominum vinxerit, ſic vt eum in poteſtate haberet,eum poſſidere diſertè dicitur, ſed non ciuiliter, verùm naturaliter. quæ cuum ita ſe habeant,ſcire tamen illud oportet,Iuriſconſultos nonnūquam abuſione & tranſlatione quadam vocabuli, eos dicere naturaliter poſſidere, qui corporaliter dumtaxat tenent. vt cuum Vlpianus ait in l.7.§.6.D.com.diuid.Neque colonis,neque iis qui depoſitum ſuſceperunt,hoc iudicium competit:quāuis naturaliter poſſideant. Nam in l.1.§.5.de vi arma. Vlpianus apertiſſimè negat eum etiam naturaliter poſſidere. Hoc interdictum:inquit,ei competit qui deiectus eſt,ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter poſſideat. vt violento poſſeſſori, & vxori cui vir donauit:at nō colono, quia nullo modo poſſidet. Similiter cuum Theophilus ait, ſub titu. Quib. mod. toll. oblig. Κρατεῖν ἐςὶ φυσικῶς κατέχειν, Tenere eſt naturaliter detinere: φυσικῶς dixit, pro σωματικῶς:id eſt, corporaliter. item vt Iulianus l.24.de adquir.poſſ.cuum ſeruos naturaliter tenere dixit ſuum peculium. Et Papin.in l. 49.de adquir.poſſ.naturaliter à fructuario teneri. Similiter ergo abuſus eſt Iulianus in l. 2. D. pro hered. cuum ait Colonum,depoſitarium,commodatarium, naturalem habere poſſeſſionem. Naturalem enim dixit, pro Corporalem:cuum ipſum dominum reuera poſſeſſorem eſſe conſtet.Reuera autem nihil aliud eſt, quàm naturaliter. quamobrem ὄντως, apud Platonem ita crebrò pro ἀληθῶς vſurpatur,vt nihil magis: & conſtat Ciceronem pro Eſſentia, & Subſtantia, Naturæ verbum vſurpare.præterea corporaliter plures ſimul eandem rem poſſidere non poſſunt,quēadmodum antè dictum eſt, duos neque iuſtè neque iniuſtè ſimul poſſidere poſſe, d.l.3. §.4. de adqui.poſſ. Sed quemadmodum ſuperiùs dicebamus, Colonus, depoſitarius, commodatarius, in alterius naturali poſſeſſione naturaliter alieno nomine poſſident, item vt filiusfam.quem Papin.d.l.49.naturaliter poſſidere dicebat ea quæ viuus pater ei donarat: nimirum in patris poſſeſſione naturali: ob eámque cauſſam ſeruos qui dominum ſuum animo domini detinent,non malè diceremus naturaliter poſſidere: niſi poſſeſſio non minus eſſet iuris quàm facti, inquit Paullus:id eſt,ſi verbum illud in ſeruum poſſet cadere. Reuera enim ſeruus poſſidet, & animo domini poſſidet,ſed naturaliter tantùm tenere dicitur:id eſt, tamquam domini inſtrumentum: vt verius dominus adminiculo ſerui, quaſi inſtrumenti, poſſideat.

Possidere animo aut corpore: id eſt voluntate, aut re ipſa. Similiter apud Ciceronem Philip.

A 12.ſcimúſne igitur Panſa,quibus in locis nunc ſit Lentonis auctoritas? nobiſcum nec animo certè eſt, nec corpore.

Possidere,iuberi, & in poſſeſſionem mitti ſic differunt: nam Prætor in poſſeſſionem mittit primo decreto, poſſidere autem iubet ſecundo. l. 7. D.de damn.infect. ob eum qui in poſſeſſionem miſſus eſt, dominus decedere non cogitur:at cùm poſſidere quis iuſſus eſt,decedere cogitur. Vlpianus l.ſi finita,15.§. B ſi quis autem,eodem. Si quis in poſſeſſionem miſſus nondum poſſidere iuſſus ſit, an dominus decedere poſſeſſione iubeat, videamus. & ait Labeo,non decedere: ſicuti nec cùm creditores, vel legatarij mittūtur.idque eſt verius Et paulo pòſt:Vbi autem quis poſſidere iuſſus eſt, dominus deiiciendus erit poſſeſſione.Sic in l.1.D.de fund.doral.

Posterorum nomine generaliter liberi omnes continentur.l.quod his,83.in fine, D.de legat. tertio:id eſt filij,nepotes,pronepotes,vſque ad trine C potem.Sic Vlpianus in l.10. D.de relig. & ſumt. Si venditor fundi receperit locum ſepulcri ad hoc,vt ipſe poſteríque eius illò inferrentur. ſic in l.1.§.1.& l. 4.D.de iur.immunit. Cicero 1.in Rull. Et vt vos de veſtris maioribus prædicatis,Hunc agrum nobis maiores noſtri reliquerunt: ſic veſtri poſteri de vobis prædicabunt,Hunc agrum patres noſtri acceptum à patribus ſuis perdiderunt. Itaque quod apud Suetonium Caligula negat intelligi debere poſteros vltra gradum filij, id ex tyranni voluntate dictum exiſti- D mandum eſt. Propriè autem Poſteri dicuntur, qui ſunt vltra trinepotem.l.vltim.D.de gradibus. Itaque Iauol.l.13.D.de mun.& hon. Vacatio,inquit,itémque immunitas, quæ liberis & poſteris alicuius data eſt. Cicer.Phil.9. Conſul locum ſepulcro adſignat. quò Ser.Sulpit.inferatur. quòd ſepulcrum ipſius liberorum,poſterorúmque eius ſit.

Postica,idem quod poſticum:quo verbo vſum quoque Varronem Nonius teſtatur. Vlpian.l.13.§.7. D.de vſufr. Sed neque diætas transformare ei per- E mittetur,vel aditus poſticáſve vertere.

Postliminivm eſt,ait Paullus,ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ,inter nos ac liberos populos Regéque, moribus,legibus conſtitutum.l.19.D.de capt. & poſtlim.

Postliminivm, ait Imper.dictum eſt à limine & poſt.Vnde eum qui ab hoſtibus captus,& in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum rectè dicimus. nam Liminia ſicuti in domo finem quendam faciunt, ſic & Imperij finem eſſe limen veteres vo- F luerunt. Hinc & Limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus.ab eo poſtliminium dictum eſt,quia ad idem limē reuertebatur,quod amiſerat.§.4. Quibus mod.ius pat. Cicer. autem in Top. Seruius, inquit,nihil putat eſſe notandum,niſi Post: & Liminium illud productionem eſſe verbi vult:vt in Finitimo Legitimo, non plus ineſſe Timum, quàm in Meditullio Tullium. Scæuola autem iunctum eſſe putabat verbum vt ſit in eo & poſt,& Limen:vt quę à nobis alienata ſunt, cùm ad hoſtem peruenerint, & ex G ſuo tāquam limine exierint, dein cùm redierint poſt ad idem limen,poſtliminio videantur rediiſſe.

Postliminio receptum Gallus Ælio libro primo ſignificationum quæ ad ius pertinerent, ait eſſe eum, qui liber ex qua ciuitate in aliam ciuitatem abierat, in eandem ciuitatem redit eo iure, quod conſtitutum eſt de poſtliminiis. Item qui ſeruus à nobis in hoſtium poteſtatem peruenit, poſtea

ad nos

ad nos redit, in eius poteſtatem cuius antea fuit, redit. In iure poſtliminium equi, & muli, & nauis, eadem ratione. Hæc Feſtus.

POSTLIMINIVM in rebus inanimatis & immobilibus. Pompon. in l. 36. D. de relig. Loca capta ab hoſtibus, deſinunt eſſe religioſa. quòd ſi liberata ſint, quaſi quodam poſtliminio reuerſa priſtino ſtatui reſtituuntur.

POSTVLARE, eſt deſiderium ſuum vel amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere: vel alterius deſiderio contradicere, l. decima tertia, §. primo, D. de poſtulando.

POSTVLARE capitis, pro reum facere criminis capitalis. Papin. l. 53. D. de fideiuſſoribus. Capitis poſtulari fideiuſſores ex contractu citra vllam præſcriptionem à creditore qui reum poſtulabit, rectè conueniuntur.

POSTVLARE neque accuſare, neque nomen deferre: mirarique hominum eruditorum argutias in huius verbi interpretatione cogimur. nam Poſtulare cùm ad publica iudicia refertur, propriè ſignificat, petere à Prætore vt ſibi liceat lege aliqua publicorum iudiciorum quempiam interrogare, vtrum in eã legem commiſerit, néc ne: vt ſi fateatur, ei lis æſtimetur: ſi neget, eius nomen in reos referatur. Cicero ad Q. Fratrem, libro 1. Quod cum de ambitu Gabinium vellet poſtulare, neque Prætores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerẽt, in concionem adſcẽdit. Cælius Ciceroni: Inſolentiſſimi homines Circenſibus ludis poſtulandum me lege Scantinia curarunt. Idem: Illud mihi occurrit, quòd inter poſtulationem & nominis delationem vxor à Dolabella diſceſſit. Item in Diuinat. Nuper cùm in P. Gabinium L. Piſo delationem nominis poſtularet.

POSTVLATIO, inquit Donatus, propriè eſt querela de eo qui peccauit, apud alterum: Expoſtulatio apud illum ipſum qui peccauit. Terent. Hecyra: Neq; lites vllæ inter eas, poſtulatio nunquam. Idem in Andr. Expoſtulatio eſt aduerſus eum quem incuſamus. nam Expoſtulare eſt querelam apud eum ipſum deponere, de eo ipſo qui fecit iniuriam Poſtulare autem, querelam dicere de altero apud alterum.

POSTVMVS, inquit Feſtus, cognominatus poſt mortem patris natus. Plautus Aulularia.

Poſt mediam ætatem qui duxit vxorem domum,
Si eam ſenex prægnantem perpetuò fecerit,
Quid dubitas quin ſiet paratum nomen puero Poſtumus.

POSTVMVM non eum ſignificare tantùm, qui patre mortuo, ſed & qui poſtremo loco natus eſt, Ceſelius Vindex ex verſibus Vergilianis diſputat apud Agell. lib. 2. cap. 16. quo argumento & ſimilibus confirmatur eorum librorum ſcriptura, in quibus verbum hoc ſine adſpiratione legitur.

POSTVMOS, inquit Vlpianus, dicimus eos dumtaxat, qui poſt mortem parentis naſcuntur, l. 3. §. 1. D. de iniuſt. rupt.

POSTVMVS alius dicitur ſuus, alius verò alienus. Poſtumus ſuus dicitur, qui ſi viuo patre fa. natus fuiſſet, in ipſius poteſtate fuiſſet, proximúmque ab eo locum in familia tenuiſſet. §. 3. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. veluti filius: aut, filio de familia ſublato, nepos, & qui deinceps. Poſtumus alienus dicitur, qui ſi teſtamenti tempore natus fuiſſet, ſuus heres non fuiſſet. Horum autem alij ſunt Agnati, vt frater qui in matris vtero eſt, fratríſue poſtumus. §. 1. de legit. agnat. ſucceſſ. l. fratres, C. de inoffic. teſta. l. penult. D. de legatis primo: alij Cognati, de quibus in l. poſtumus, 6. D. de inoffic. teſt. vt is qui ex emancipato filio conceptus & natus eſt, l. ſi emancipatus, 6. D. cont. tab. Item ſororis vel naturalis vel adoptiuæ filius: de quo in l. ſi quis, 9. in fin. D. de libe. & poſtum. item qui ex filio in adoptionem dato conceptus eſt, l. 1. §. ſi filius in adopt. D. de vent. in poſſ. mitt. item qui cæſo vtero extrahitur matri cognatus eſt poſtumus. d. l. poſtumus, D. de inoffic. teſt. aut qui eſt in vtero nepris ex filia. de quo in l. Titius, §. Lucius, D. de lib. & poſtu. alij quoque ſunt poſtumi plane extranei: de quibus in l. extraneo, 6. D. de vent. in poſſeſ. mitt. & aliis nonnullis locis.

POTESTATIS verbo, inquit Paullus, plura ſignificantur. in perſona magiſtratuum, imperium: in perſona liberorum, patria poteſtas: in perſona ſerui, dominium. at cum agimus de noxæ deditione cum eo qui ſeruum non defendit, præſentis corporis copiam facultatémque ſignificamus. In lege Atinia. in poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videri, & ſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſſius aiunt. l. 215. de verbor. ſignificatio.

POTITVS hoſtiũ, in hoſtiũ poteſtatem redactus. Papin. l. 11. D. de cap. & poſtlimin. Exinde ſui iuris videtur fuiſſe, ex quo pater hoſtium potitus eſt. Plautus in Epidico, MVL. *Tum filiam quam ex te ſuſcepi.* PER. *Quid eam? M. Eductam perdidi: atque hoſtium eſt potita.* Sic enim paulo pòſt, *Nam poſtquam audiui illicò, ex meo ſeruo illam eſſe captam: continuò argentum dedi vt emeret.* Sic in l. 15. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 10. D. de mil. teſta. l. 12. & l. 22. D. de capt.

POTIVS nonnumquam apud Iuriſconſultos ſubauditur, pro conſuetudine Hebraici ſermonis. Paul. l. 2. D. de reb. cred. Eorum datione poſſumus in creditum ire, quia in genere ſuo functionem recipiũt per ſolutionem, quàm ſpecie. Vlpian. l. 2. §. 6. in fin. D. de iudi. Alioqui compelletur iudicium accipere, quàm inuenire eos qui ſatis pro eo dent. Idem l. 7. D. depoſ. Cuum poſſet non ſuſcipere talem cauſſam, quàm decipere. Item in l. 20. in fin. D. de adquir. vel omitt. & l. 49. §. 3. D. de legat. & fideiuſ. libro trigeſimo.

PR. nota eſt non interiecto puncto Prætorem ſignificans: puncto interiecto, Populũ Romanum. qua de re, Victorinus Afer in lib. de Orthograph. PR. inquit, quoties Prætorem ſignificare vultis, nolite interpungere: ne fiat populus Romanus.

PRAGMATICÆ ſanctiones dicuntur Principum reſcripta, non de priuatorum negociis, ſed corporũ, ordinum, & collegiorum cauſſis de conſilij ſententia emiſſa: inde, opinor, deducto verbo, quòd pragmaticis & peritis viris in conſilium adhibitis interponũtur. Zeno in l. vltim. C. de diuerſ. reſcript. & pragmat. ſanct. Pragmaticas præterea ſanctiones non ad ſingulorum preces ſuper priuatis negociis proferri, ſed ſi quando corpus, aut ſchola, vel officium, vel curia, vel ciuitas, vel prouincia, vel quædam vniuerſitas hominum ob cauſſam publicam fuderit preces, manare decernimus: vt in his etiam veritatis quæſtio reſeruetur.

PRAGMATICA ſanctio & Adnotatio tamquam aduerſæ opponuntur in l. iubemus, 10. C. de ſacroſ. eccleſ. l. vlti. C. de diuerſ. reſcript. Illa dicitur, cùm Imperator re cum conſilio cognita & agitata quippiam decernit. Hæc cùm ad oblatas preces nomen ſuum ſimpliciter adnotat atque adſcribit. Iuſt. l. vlt. C. de prox. ſact. ſcrin. Certæ ſunt diſpoſitiones noſtri numinis, quarum prima quidem ad ſupplicationem ad-

iutorum emiſſa eſt.altera verò per ſacram pragmaticam facta eſt,&c.

Pragmatici à Iuriſconſultis hoc differunt, quo ſpecies à genere. Itaque Pragmaticos Græci iuris interpretes adpellant : vt ait Fab. lib. 3. cap.6.vt Pragmaticus ſit iuris eius quod in ordine iudiciorum, cautionibus,& formulis verſatur , peritus. cuum Iuriſconſultus etiam de negociis de quibus certum ius erat nullum,conſuleretur: veluti,vt ſcribit Quinctilianus,de verborum proprietate, aut æqui diſceptatione,aut voluntatis coniectura. Vlpianus l.9 §.1.D. de pœnis.Solet autem ita vel iuris ſtudioſis interdici, vel aduocatis,vel tabellionibus,ſiue pragmaticis.Cicero libro de Orat. primo : Itaque non vt apud Græcos,infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in iudiciis Oratoribus: ij qui ab illis Pragmatici vocantur. Fabius lib.12.capite tertio: Neque ego ſum noſtri moris ignarus , oblitúſve eorum qui velut ad arculas ſedent , & tela agentibus ſubminiſtrant:neque idem Græcos quoque neſcio factitaſſe: vnde nomen his Pragmaticorum datum eſt.

Prata, inquit Varro, ab eo quòd ſine opere parata. Et ſic Vlpianus.

Pratvm, ait, in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus eſt:ex eo dictum,quòd parata ſit ad fructum capiendum,l.31.D.de verb.ſigni.

Præ manu,ad manum, in promptu. Vlpianus l. 27.D.de pigno.action. Petenti mutuam pecuniam creditori,cuum præ manu debitor non haberet, ſpecies auri dedit.

Præcipvvm dicitur , quod heredibus per præceptionem legatum eſt : id eſt,quod iiſdem quibus hereditas relicta eſt,ita eſt legatum,vt in iudicio familiæ erciſcundæ id antè quàm partes diſtribuantur,capiant,l.90.D.ad legem Falcid. l. 35. §. 1.l.vltim. D.de legat.2.l.27.§. ſi præcep. D. ad Trebellian. Eius autem legati hanc formulam Vlpianus titu. Regul. 24.prodit:L.TITIVS ILLAM REM PRAECIPITO.Item TITI fili,hoc amplius de medio ſumito, &c.l. vxorem,41.§.tertio,D.de legatis tertio.Denique per præceptionem legare,& Prælegare idem ſunt,l.Sextiam, 32.D.de legatis tertio.vide Prælegatum.

Præcones in comitiis legum,ſubiiciente ſcriba leges pronunciabant : in comitiis magiſtratuum, tribus citabant, qui deſignati eſſent, renunciabant: in iudiciis,iudices,reos,& teſtes citabant, audientiã faciebant,Oratores dixiſſe pronunciabant:in auctionibus rei precium indicabant, addictam à Magiſtro rem venditam pollicebantur.

Prædes generaliter dicebantur ſponſores,id eſt qui pro aliis fideiubebant. Plerumque autem ij,qui pro mancipibus ſpondebant: hoc eſt,pro iis publicanorum principibus,qui vectigalia à Cenſoribus conſtituta auctione redimebant.Hinc Varro lib.de ling. v.Præs,inquit,dicitur,qui à magiſtratu interrogatus, in publicum vt præſtet,à quo & cùm reſpondet dicitur Præs. Et lib. IIII. Prædia dicta,item vt Prædes,à prœſtando:quòd ea pignori data publicentur,in mancupes fidem præſtent. Hinc illud Ciceronis in Orat. pro domo: Poſtremò ne in prædæ quidem ſocietate mancipem,aut prędem ſocium reperire potuiſti.nam alludit ad publicanorum ſocietates,quorum alij mãcipes alij eorum prædes erant , ceteri communi nomine Publicani dicebantur.

Prædes quoque vt Aſconius ſcribit , dicebantur,ſatiſdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis eſt:ne interea qui tenet,diffidens cauſſæ,poſſeſſionem deteriorem faciat. Hinc prædibus & prædiis caueri pro datis fideiuſſoribus & hypothecis. apud Cicer. Verr. III.& Liu.lib. XXII. Tacitus lib.VI. Factáque mutuandi copia ſine vſuris per triennium, ſi debitor populo in duplum cauiſſet.

Prædiatores , de quibus Caium ſcripſiſſe conſtat ex indice l.54.D.de iur.dot.dici putantur,qui iuris ad prædia & prædes pertinentis periti ſunt. Cicero pro Balbo:Etenim Q. Scæuola ille Augur cuum de iure prædiatorio conſuleretur, homo iuriſperitiſſimus conſultores ſuos nonnumquam ad Furium & Caſſelium prædiatores reiiciebat. Quod idem ſcribit etiam Valer.Maxim.apud quem tamen PRÆTORIO corruptè legitur,pro PRÆDIATORIO: quod me aliquando in errorem induxit.

Prædivm, vide Fundus.

Prædones propriè ſunt,qui cùm bellum non indixerint, hoſtiliter tamen graſſantur. qui & latrones, ſiue latrunculi adpellantur , l. hoſtes, 24. D. de captiu. Eiuſmodi ſunt quos Cicer. in 2. de Inuentione deſcribit:Craſſus Conſul, inquit,quoſdam in citeriore Gallia nullo illuſtri,neque certo duce, neque eo nomine neque numero præditos , vt digni eſſent qui hoſtes populi R. dicerentur.quòd tamen excurſionibus & latrociniis infeſtam prouinciam redderent,conſectatus eſt,&c.Tranſlatè autem & abuſiuè,

Prædones poſtea dicti ſunt, iniuſti & malæ fidei poſſeſſores,l.22.§.ſi prædo, D. de pigner.actio.l.5. l.13.§.ex facto.D.de adquirend.poſſeſſ.l.55.D.de condicio.indeb.itaque omnes etiam bonę fidei poſſeſſores poſt litem conteſt.prædonum loco ac numero habentur,l.27.§.ſi ante,& l.33.§.ſicut,D.de her.pet.

Prædonivs,a,um,qui prædonis eſt, Vlpianus l.25.§.3.D.de hered.petit.Si verò poſtea conſcius hereditatem nihil ad ſe pertinere, prædonio more verſari cœpit.

Præesse , verbum eſt proprium Iuriſconſultorum, cùm litigatori auctores erant vt iure ageret. Hinc illud P. Mutij Scæuolæ in lib.de Orat.1. Id,niſi hic in tuo regno eſſemus,non tuliſſem, multíſq; præeſſem qui aut interdicto tecum contenderent,aut te ex iure manu conſertum vocarent. Hinc illud Ciceron.de Chelidone,amica Verris:Statuunt petere auxilium à Chelidone , quæ iſto Prætore non modò in iure ciuili,priuatorúmque omnium controuerſiis populo Rom.præfuit, verumetiam in his rattis tectíſq; dominata eſt. Superiùs enim ſic dixerat : Redite in memoriam quàm inanes domus eorum qui conſulebantur , quàm plena atque referta Chelidonis. Sic Pomponius in l. 2. de orig. iur. Augeſcente ciuitate & qui præerant,agendi genera compoſuerunt.

Præfectvræ eæ adpellantur in Italia,in quibus & ius dicebatur,& nundinæ agebantur, & erat quædam earum reſp. (neque tamen magiſtratus ſuos habebant) in quas legib. præfecti mittebantur quotannis,qui ius dicerent.quarum genera fuêre duo:alterum,in quas ſolebant ire præfecti quattuor ſex virûm,pro populi ſuffragio creati : in hæc oppida Capuam,Cumas,Caſilinum,Vulturnum,Liternum,Puteolos, Acerras, Sueſſulam,Atellam, Calatiam. Alterum quas Prætor vrb. quotannis in quæque loca miſerat legibus:vt Fundos,Formias,Cere,Venafrum,Allicas,Priuernum,Anagniam, Fruſinonem, Reate,Saturniam,Nurſiam,Arpinum,aliáque complura. Hæc Feſtus.

Præfectvræ dicebantur oppida quædam Italiæ,quorum incolæ ciues Rom. erant:hoc tamen à muni-

municipiis differebant, quòd non ſuis legibus vtebantur,nec vllos è ſuo corpore magiſtratus, vt coloni, creare poterant : ſed à magiſtratibus qui Roma quot annis mittebantur, Romanis legibus regebantur.ij magiſtratus Præfecti dicebantur, vnde nomen Præfecturæ. Liuius lib.36. De vrbe agróque (de Capua loquitur) reliqua conſultatio fuit:quibuſdam delendam cenſentibus vrbem prænalidā,propinquam, inimicam.Ceterùm præſens vtilitas vicit. Nam propter agrum,quem omni fertilitate terræ ſatis conſtabat primum in Italia eſſe,vrbs ſeruata eſt,vt eſſet aliqua aratorum ſedes. Vrbi frequẽtandæ multitudo incolarum libertinorúmque, & inſtitorum opificúmq; retenta. Ager omnis & tecta publica populi R.facta. Ceterùm habitari tantùm tãquam vrbē Capuā, frequẽtariq; placuit:nullum corpus ciuitatis,nec Senatus,nec plebis conciliū,nec magiſtratus eſſe.Sine cōſilio publico,ſine imperio,multitudinē nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore.Præfectū ad iura reddenda Roma quotannis miſſuros.

Præfecti vrbi,prætorio, vigilum, annonæ, &c. vide in Adpendice de magiſtratibus.

Præfectiani ab Impp. dicebantur poſtremis temporibus,qui præfecti pretorio adparitores erant. l.2. & l.3. C.de adparit.præf.præt.l.8.C. de offic.rect. prouinc.

Præfixum,præcluſū.Caius l.6.D.de ſeruit.vrb. præd. Si ego per ſtatutū tēpus feneſtras meas præfixas habuero,vel obſtruxero. In Florent. libris Perfixas legitur:corruptè,meo iudicio.Virg.Georg.3.

Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos,
Primáque ferratis præfigunt ora capiſtris.

Prægnans,vide Grauida.

Præiudicium, inquit Aſconius dicitur res, quæ cuum ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exemplū quod ſequantur:Vel ſic:

Præiudicium propriè eſt ſuperius iudicium, quo ſequens aliqua controuerſia iam tum quodammodo iudicata & terminata ſit.l.pen.D.de re iudic.l. 5.§.meminiſſe, D. de lib. agnoſc.l.penul. D.qui ſunt ſui vel alien. Hinc,

Præiudicium in controuerſiis de ſtatu hominum dictum eſt,iudicium cuius ex euentu altera quędam cognitio, quæ tantiſper interea ſuſtinenda eſt, diſceptari debeat. Vnde etiam

Præiudiciales actiones nomen inuenerunt. §. præiudiciales,13.Inſti.de actionib. Quoties ergo de hoc contenditur, an libertus quis ſit,ſiue operæ,ſiue alimenta quaſi à liberto petantur,ſiue obſequium deſideretur,ſiue in ius vocetur, qui ſe patronum dicit, præiudicium redditur.l.vlt.D.ſi lib.ingen. eſſe dicat. l.3.D.de agnoſc.lib.l.circa,14.l.quoties,18.D.de probat.l.1.D.de rei vindic.l.adoptiuū,8.D.de in ius voc.

Prælatus dies dicitur in l.1.§.1.de edend. l. ſi à debitore,28.D.de falſis, pro anticipato, & cùm nondum veniſſet,tamen quaſi iam veniſſet,ſcripto.quòd vulgus dicit,Antidato. Contrarium eſt Repetitus in l.3.D.de fid.inſtr.Liuius 39.Triumphare menſe Ianuario ſtatuerat. ſed cùm audiſſet Conſulem Æmilium ad impediendum triumphum Romam venire, prætulit triumphi diem.triumphauit ad x.Kal.Ian.

Prælegare, eſt vni alicui ex heredibus præter partem hereditariam legare, vt id ſibi præcipuum haberet.vnde illa prælegati verba ſollemnia fuerunt: Haeres meus præcipito:præcipuum habeto.Differt autem Prælegatum à Legato:primùm quòd illud ſolis heredibus, hoc verò iis tantùm qui heredes non
A ſunt,adtribuitur.deinde quòd illius in hereditatis reſtitutione nulla portio reſtituitur: huius reſtituitur.l. in fideicommiſſaria,18.D.ad Trebell.denique Prælegare ferè eſt,alicui rem quæ iam quodammodo ipſius erat,legare:vnde Prælegari filiæ dos dicitur,in l.Bæbius,30.D.de pact.dotal.& peculium filio ſeruóve,in l.1.§ ſi ſeruus,D.de except.rei vend.l.10.& l.vlt.D.de pecul.leg.l.3.§.cùm igitur,D.de ſtatu lib.Et obligatio debitori.l.non ſolum,§.pen.D.de lib.legat.Eſt tamen
B intelligendum,non quidquid heredi legatur, prælegatum adpellari: quoniam heredi legari aliter quàm per præceptionem poteſt:veluti, Titio heredi fundū lego.l.prima.§.ſi quis ex,D.quod legat.

Prælegare dotem maritus dicitur, cùm eam purè legat, propterea quòd eam antè ſolui iubet, quàm ab herede debeatur.dos enim olim annua,bima, trima die debebatur tantùm.l.prima ; D.de dot. præleg.

Præpoſiti dicuntur ſub Rubr.C.de ſuſcept.&
C præpoſ.qui horreis pagiſve præfecti ſunt: l.2.eo.horreis ſcilicet in quæ ſpecies fiſco debitæ importantur: pagis autem,vnde exportantur.

Præpoſteræ ſtipulationes dicuntur, quæ obligationem ante condicionis euentum conſtituunt: veluti, Si cras nauis venerit, hodie dare ſpondes? nam poſteriore parte obligationem & præſentem & certam eſſe vult:priore verò incertam, & in futurū tempus collatam.itaque qui ex hac formula naſci obligationem vellet, filiam ante ſuam matrem naſci
D poſtularet.

Præpoſtera ſtipulatio in dotibus eſt: veluti, Si ſine liberis deceſſeto,dotem mihi cùm moriar dare ſpondes?l.præpoſteri,25.C.de teſtam.§.item ſi,1 1. Inſtit.de inutil.ſtipul.

Præs, vide Prædes.

Præſcriptio, vox eſt à Græcis hominibus in Latinæ linguæ conſuetudinem inducta. παραγραφὴ enim à Græcis dicitur, quæ à Latinis præſcriptio: & παραγράφειν, præſcribere. id eſt, excipere.
E vnde Præſcriptio paſſim pro Exceptione vſurpatur: veluti ſub Rubr. de except.& præſcript. l.5.D.de accuſat.l.12.§.1.D. de inoffic. teſtam. l.9. D.de tranſact. Fortunatianus Rhetor.lib.1.Quid intereſt,inquit,inter Præſcriptionem & Tranſlationem? quòd Præſcriptio excludit actionem: Tranſlatio autem differt. Hinc,

Præſcriptio paſſim in libris noſtris pro vſucapione. Cùm enim vindicanti rem ſuam domino poſſeſſio longi temporis obiicitur, præſcribi ei di-
F citur: eáque præſcriptio longi temporis adpellatur: præciſa & imperfecta locutione, pro præſcriptio ex poſſeſſione longi temporis. Sed Iuſtinianus Romani imperij, Latiique dominus vſucapionis verbum ferè ad res mobiles,præſcriptionis ad immobiles reuocare atque contrahere conſueuit. Obſequatum eſt etiam præſcriptionis verbum ferè ad longi temporis adquiſitionem, vſucapionis autem ad alteram referri.l.quinque,C.fin.regund.l.ei à quo,D.de vſurpat.l. qui alienam,D.de euict.

G Præſcriptis verbis actiones quæ dicantur, ſic intelligemus.Olim iuriſconſultorum opera certæ communium litium & cauſſarum actiones ac formulæ conſtitutę fuerant,quas proponere Prætores in edictis ſuis conſueuerant: veluti emti, locati, pro ſocio. quòd ſi qua fortè naſceretur inuſitata controuerſia, tum litigatores vel ſuo marte, vel Iuriſconſulti alicuius opera ſuæ actionis formulam certis

renti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui
conceſſit patitur,l.1.D de precario. Inter precarium
autem & commodatum has reperio differentias.Pre-
carium primùm rerum immobilium ac iurium cauſ-
ſa inſtitutum videtur,l.2.& l.3.D.eod.Commodatum
autem ad res mobiles propriè pertinet.Qui precariò
concedit,dare ad tempus videtur. itaque donationis
& liberalitatis genus adpellatur in l. prima,& l.quæ-
ſitum,8.§.3.& l.interdictum, 14. D. eod. eóque cùm
quis de re ſibi reſtituenda cautum habet, precarium
interdictum ei non competit,l.& habet, 15. §. 3.eod.
Qui verò commodat,longè ab omni donationis ſpe-
cie abeſt, ſibíque cauere de reſtituendo conſueuit.
Cui precariò conceſſum eſt poſſeſſionem habet, l.4.
§.1.d.l.& habet,§.4.eod. Commodararius verò non
poſſidet. Precariò vtens, dolum tantùm & latã cul-
pam præſtat,l.quæſitum,8.§.3.eod. Commodatarius
verò, etiam leuiſſimam. Precarium magis ad dona-
tionis & beneficij, quàm ad negocij contracti cauſ-
ſam ſpectat.eóque nulla eo nomine iuris ciuilis actio
eſt, d l.interdictum. Commodatum autem contra-
ctus eſt,ſuámque iure ciuili actionem habet.Ex pre-
cario, cum interdictum, tum incerti condictio præ-
ſcriptis verbis,quæ bonæ fidei eſt, conceditur,l.2.&
l.duo, 19.eod. ex commodato verò ciuilis actio tan-
tùm. Commodatum vſus certi cauſſa fit,nec niſi eo
expleto reuocatur. Precarium nec vſus certi cauſſa
fit,& quouis tempore reuocatur. Hæc ex tit.De pre-
cario,ſummatim.

PRECARIA, ſiue Precatiua verba dicuntur in
teſtamentis, cùm teſtator non pro ſuo iure ac legum
auctoritate quid heredibus ſuis mandat: ſed aliquid
ab iis precariò poſtulat: veluti peto,rogo,volo,man-
do.§.vlt.Inſt.de ſing.reb.per fideic. relic.l.2.C.com-
mun.de legat. Deprecor, cupio, iniungo,cupio des,
opto des,credo te daturum, exigo, deſidero vti des,
l.etiam,115.l.& eo modo,118. D.de legat. primo,l.pe-
to, 69. de legat. 2. & apud Paullum lib. Collectaneo-
rum 4 cap.1.l.2.& l.4.C de codicill. l.24. C.fam.ercіſ.

PRECES paſſim in Conſtitut. Impp. pro libellis
ſupplicibus,ſiue poſtulatis,l.2.C.de vſuf.l.5.C.de im-
pub.l.9.C.de lib.cauſſ.l.10.& 17. C.de rei vindic.

PRECIVM, quod æſtimationis emtioníſve
cauſſa conſtituitur. dictum à Peritis, quòd hi ſolum
poſſint facere rectè. Hæc Varro,quaſi dicas Peritiũ.

PRIMICERIVS, qui à Latinis Princeps, id eſt
primus: vt Secundicerius, qui ſecundum: Tertioce-
rius, qui tertium in ordine & collegio aliquo locum
obtinet. Hinc,

PRIMICERIVS notariorum, ſub Rubr.C.de pri-
micer.& notar.

PRIMICERIVS fabricenſium, palatinorum, do-
meſticorum, cubiculariorum: paſſim in lib. Cod.
poſteriorib.

PRIMIPILVS olim primus centurio,ſiue primi or-
dinis centurio dicebatur, qui & Aquilæ,& quadrin-
gentis in prima acie militibus præerat: vt ex Liuij
vii.& Dioniſ.ix.intelligitur.

PRIMIPILVS poſtea & PRIMIPILVM in libris
noſtris vſurpari cœpit, pro adminiſtratione militaris
annonæ,quę primipili centurionibus mandabatur,vt
eam annonam ſuis militibus præberent:eóſque bene
curatos Reipublicæ,cùm vſus foret,præſtarent, l. 3.l.
7.& l.8.C.de cohort.princip.qua de cauſſa tam multa
ſingularia & præter iuris ordinarij rationem in Pri-
mipilari cauſſa paſſim conſtituta legimus, vt l. 3.& l.
4.C.de primipil.l.4.C.in quib.cauſ.pign.

A PRIMVS curiæ dicebatur in curiis ciuitatum,qui
ceteris omnibus perfunctus officiis primum in curia
ſua locum obtinebat: qua de cauſſa comitiuæ tertij
ordinis obtinebat dignitatem,l.quicumq;, 127.C.de
decur.at biennio exacto comitiua primi ordinis di-
gnitate ornatus,primatu illo abibat. l.Alexandrinis,
56.C.de decurionib.

PRINCEPS delicti,id eſt inuentor,auctor,exco-
gitator. Paullus l.10.D.de ſer.cor. Iuſtius eſt enim te-
B neri qui princeps fuit delicti, quàm eum quæri ad
quem res perlatæ ſunt. Loquitur de eo qui ſeruum
corruperat,cuum ad alium perlatæ res eſſent.

PRINCIPALES ciuitatum dicuntur,decurionũ
principes, hoc eſt, quorum in curiis ſumma dignitas
atque auctoritas eſt. eſſe autem ſolebant in aliis de-
cem,in aliis viginti.vnde decemprimi, in municipio
Amerino:de quibus diximus in Comment. Orat. pro
Sext. Roſc. qui à noſtris ſæpe Δεκάπρωτοι & εἰκοσά-
πρωτοι adpellantur: quorum adminiſtratio non tam
C in Reip.gubernatione,quàm in ſumtibus eius cauſſa
faciendis verſabatur: qua de cauſſa ante annum æta-
tis xxv. munus illud mandari poterat: quippe patri-
monij, non perſonæ munus. l. 2. §. decaprotos, & in
l. vlt. dicuntur tributa exigere, corporale miniſteri-
um gerere, & pro omnibus defunctorum fiſcalia de-
trimenta reſarcire. Principalium mentio fit in l.di-
ui, 27.§.1.& 2.D. de pœn.l.omnes iudices,33.& l.qui-
libet, 40. C. de decurionib. & paſſ. lib. x.

PRIVATVS,verbum eſt, ἐκ τῶν πρός τι, ſem-
D pérque rationem habet cum altero. itaque generali-
ter is priuatus à Latinis dicitur, qui munus illud non
gerit, quo alter fungitur. Hinc vetus inlicij vocandi
formula, ex lib. Varronis De lingua 5. Omnes Qui-
rites, pedites, armatos, priuatóſque, curatores om-
nium tribuum,&c. Vbi Priuatos adparet dici, quos
nunc Iuriſconſulti Paganos vocant. Priuati ergo mi-
litibus eo loco opponuntur. Opponuntur etiam iis
qui cum poteſtate ſunt.Cicero De arte Rhet.1.In for-
tuna quæritur, ſeruus ſit an liber: pecunioſus, an te-
E nuis:priuatus,an cum poteſtate. Quinetiam Cæſar
Comment.De bello Gall.6.ſic locutus eſt: ſi quis aut
priuatus,inquit,aut publicus eorum decreto non ſte-
terit,ſacrificiis interdicunt. Loquitur de Druidum
decretis. In quibuſdam libris legitur, POPVLVS.
Quòd ſi cum poteſtate eſſe, minus eſt multo quàm
cum imperio eſſe, vt cuique vel ex Feſto licet intelli-
gere: non malè, meo iudicio, in Verrinam 11.ſcripſi,
Priuatum à Latinis ei qui cum imperio eſt, opponi,
quaſi publico, & iam in re publica, non priuata ver-
F ſanti. Quapropter Magiſtratus à Græcis πολιτικοὶ &
πολιτεῦται,quaſi dicas Publici,adpellantur.Cæſar Ci-
uil.2.Sacramento quidem vos tenere,qui potuit,cum
proiectis faſcibus, & depoſito imperio, priuatus &
captus ipſe in alienam veniſſet poteſtatem. Nonnul-
li autem extiterunt, qui nominatim meam illam ad-
notationem idcirco reprehenderent,quòd Cn.Pom-
peius,quo tempore contra Sertorium miſſus eſt,pri-
uatus fuiſſe dicatur à Cicerone Philipp. 11. & tamen
cum imperio conſulari. Quid audio? Sertorianum
G bellum à Senatu priuato datum eſt, inquit Cicero:
quia Conſules recuſabant:cùm L.Philippus pro Con-
ſulibus ſe eum mittere dixit,non pro conſule. Item:
Clariſſimo viro atque innocentiſſimo decreuit im-
perium, priuato tamen. Quid eſt hoc? an cùm belli
tanti adminiſtratio, cùm faſces, cùm ſecures, cùm
imperium Procõſulare Pompeio delatum eſt, man-
ſiſſe priuatus Pompeius videtur? An igitur cùm Pro-

conſul Cicero extra ordinem & aliqu_t poſt conſulatum annis in Ciciliam miſſus eſt, priuatus erat? at priuato tamen illud imperium, illud bellum mandatum eſt. Cenſores, inquit vir eruditus, priuati non erant, & tamen imperium non habebant. Primùm hoc nihil ad nos. non enim quærimus an qui imperium non haberent, omnes priuati eſſent. ſed tamen caruiſſe imperio Cenſores videntur, cùm ſenatu mouebant, cùm equo publico multabant, cùm ciuitatem denique adimebāt? Tribuni autem plebis, quia magiſtratum habebant, priuati dici non poterant. Verum autem imperium habuerint, nihil ad nos: cùm eos priuatos non fuiſſe conſtet. qui tamen Conſules cum ſummo imperio triumphantes de curru triumphali obtorto collo trahi in carcerem iubere poterāt, dici ſine omni imperio fuiſſe non poſſunt. Quid opus eſt verbis? Cicero noſtrā controuerſiā verbo vno diſceptat. nam Verrina VII. ſic ſcribit: Verum eſto: ſit tibi illud liberum omne tempus, quod cum imperio fuiſti. etiámne priuatus? etiámne reus? Loquitur de C. Verre, qui & in prouincia Prætor ſummo cū imperio, & in vrbe reuerſus, nulla cum poteſtate, priuatus domi ſuæ piratas retinuerat. Eodem illud ex Orat. pro Ligatio pertinet: Atque ille non medi ocricupiditate arripuit imperium. ſi illud imperium eſſe potuit, quod ad priuatum, clamore multitudinis imperitæ, nullo publico conſilio deferebatur. Itē illud in Epiſt. I. ad Qu. Fratr. Eáque ſi ſic coluit ille, qui priuatus futurus numquam fuit: quonam modo retinenda ſūt iis: quibus imperiū ita datum eſt, vt redderent? Item in epiſt. prima ad Lentulum: Craſſus tres legatos decernit, nec excludit Pompeium: cenſet enim etiam ex iis, qui cum imperio ſunt. Bibulus tres legatos ex iis, qui priuati ſunt. Plautus in Captiuis: Hic qualis Imperator: nunc priuatus eſt.

PRIVIGNOS priuignáſque aliunde natos Vitricus & nouerca vocant: ait Modeſt. l. 4. §. 4. D. de grad. & adfi. & paulo pòſt: Priuignus eſt vxoris meę filius ex alio viro natus, egò illius vitricus.

PRIVIGNVS dictus, quòd antè quàm mater ſecūdò nuberet, eſt progenitus. Pri enim antiqui dixerūt pro Præ. Feſtus.

PRIVIGNA non ſolùm ea mihi intelligitur, quæ vxoris meæ filia eſt, ſed & neptis & proneptis. l. adoptiuus, 14. §. vlti. D. de rit. nupt.

PRIVILEGIA iuſſa populi aut plebis rogante magiſtratu, non generalia, neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta: vt de imperio Cn. Pompeij, de reditu Ciceronis. nam veteres Priua dixerūt quæ nos ſingula dicimus. Hęc Agellius lib. 10. cap. 20.

PRIVILEGIARIVS, cui priuilegium, id eſt, ius quoddam præcipuum ac ſingulare conceſſum eſt. Vlpianus l. 10. D. de pact. Sed an & priuilegiariis abſētibus hæc pactio noceat? Idem l. 24. D. de reb. auct. iud. Eorum ratio potior eſt creditorum, quorum pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit.

PRO cum ablatiuo Iuriſconſulti coniungunt, cū ſignificant non eſſe verè id de quo agitur, ſed haberi pro eo ac ſi eſſet. veluti Pro herede, Pro bonorū poſſeſſore, Pro emtore. ac tum propriè ſic loquuntur, cū de vſucapione diſputant. hæ namque ſpecies ſunt poſſeſſionis, quæ ad vſucapionem valet.

PRO herede igitur poſſidere dicitur, qui vel heres non eſt, ſed pro eo ac ſi eſſet, habetur: vel reuera heres eſt, ſed rem non hereditariam pro eo ac ſi hereditaria eſſet, poſſidet. l. pro herede, 11. D. de hered. petit.

PRO emtore poſſidet, qui rem alienam à non domino ignorans emit: nam pro eo quaſi emta eſſet, habetur. Intelligendū eſt autem has poſſeſſionū cauſſas eò pertinere, quia nullo iſtorum omnium modorum ius Quiritium adquirebatur: ſed viam dumtaxat & aditum ad vſucapionem patefaciebāt. non enim emtio, donatio, ſolutio, iudicatum, noxæ deditio, alluuio, occupatio, partus, ac ne hereditas quidem, niſi teſtamento per æs & libram facto, ius Quiritiū transferebant. Itaque lib. Cod. 7. de iure Quiritium, antè quàm de iſtis titulis poſſeſſionum tractetur, explicandum fuit.

PRO adiudicato poſſidet is, cui per errorem, accepto communi diuidūdo iudicio, res adiudicata eſt. l. ſi per errorem, 17. D. de vſurpat. quinetiam eodem titulo ad vſucapionis finem poſſidet is, cui rectè adiudicata res eſt, vt ius Quiritium adipiſcatur.

PRO ceſſo poſſidet is, cui dominus à quo ſuā rem non mala fide, ſed iuſto errore iudicio petebat, rem illam ceſſit. l. non ſolùm, 33. §. ſi mihi, D. de vſurpat.

PRO derelicto poſſidet qui rem à domino ea mente abiectam vt eam in numero rerum ſuarum eſſe nolit, poſſidet. l. 2. D. eod. & l. nemo: vbi Iulianus ait, neminem poſſe pro derelicto vſucapere, qui falsò exiſtimauerit rem pro derelicto habitam eſſe. vnde aliorum titulorum cum hoc adparet differentia: cùm in aliis vſucapio interdum ex opinione valeat, in hac non valeat.

PRO diuiſo, diuiſione facta: pro indiuiſo, infecta. Paullus l. 2. 5. §. 1. D. de verb. ſigni. Partis adpellatione rem pro indiuiſo ſignificari. nam quod pro diuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe. Vlp. l. 6. §. 1. D. commun. præd. Planè ſi diuiſit fundum regionibus, & ſic partem tradidit pro diuiſo, poteſt, alterutri ſeruitutem imponere.

PRO domino, iure domini, pro eo ac ſi dominus quis eſſet. Marcellus l. Titia, 48. D. de ſolut. Titia cùm propter dotem bona mariti poſſideret, omnia pro domina egit. Liuius libro 24. Palàm primò, cùm clauſis Andronodorus inſulæ portis, hereditatē regni creuerit: quæque procurator tenuerat, pro domino poſſederit. De tutore loquitur.

PRO donato poſſidet is, cui reuera donationis cauſſa res tradita eſt. nec enim ſufficit opinari: ſed verè donatum eſſe oportet. l. 1. D. pro donat. l. 1. & l. 2. C. eod.

PRO dote poſſidet, cui res aliena inæſtimata, dotis nomine poſt iuſtas nuptias tradita eſt. l. 1. & paſſ. D. eod. Inæſtimatam autem dixi, quoniam æſtimata res pro emtore vſucapitur. l. plerumque, §. ſi ante: & l. quoties, D. de iure dot. & l. 1. C. pro dote.

PRO emtore poſſidere dicitur, qui iure ac nomine emtionis poſſidet. Paullus l. 2. D. eod. Pro emtore poſſidet: qui reuera emit. nec ſufficit: tantùm in ea opinione eſſe eum, vt putet ſe pro emtore poſſidere: ſed debet etiam ſubeſſe cauſſa emtionis.

PRO herede gerere, eſt deſtinatione futuri dominij aliquid ex hereditariis rebus vſurpare. Et ideo pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorū culturas rationéſque diſponit, & qui ſeruis hereditariis, iumentis, rebúſve aliis vtitur. Paullus lib. Collect. 4. cap. 8.

PRO herede gerere quis videtur, ſi rebus hereditariis tamquam heres vtatur, vel vendendo res hereditarias, vel prędia colēdo locādóve: & quoquo modo voluntatem ſuam declaret vel re, vel verbo de adeunda hereditate: dummodo ſciat eum in cuius bonis pro herede gerit, teſtatum inteſtatúmve obiiſſe, & ſe

& ſe ei heredem eſſe. Pro herede enim genere eſt, pro domino gerere. Veteres enim heredes pro dominis adpellabant. ait Imp. §. 2. de hered. qual. & diff.

Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tamquam dominus vtitur: velut qui actionem rerum hereditariarum facit, aut ſeruis hereditariis cibaria mandat. Vlp. Regul. tit. 22.

Pro herede gerere videtur is, qui aliquid facit quaſi heres: & generaliter Iulianus ſcribit eum demum pro herede gerere, qui aliquid quaſi heres gerit. l. 20. D. de adq. vel amir.

Pro herede poſſidet, qui cum verè heres non ſit, iuſtam tamen & probabilem cauſſam habuit exiſtimandi ſe heredem eſſe: ſi modò teſtamenti factionem habuerit. l. pro herede, 11. D. de heredit. petit. l. non ſolùm, 33. §. 1. D. de vſurpat. l. 4. & paſſ. D. pro hered. l. 1. & paſſ. C. eod.

Pro fideicommiſſo poſſidet, qui fideicommiſſi nomine poſſidet: hoc eſt, cui fideicommiſſum relictũ eſt, ſed vſucapiendo ius Quiritium adipiſci conatur. Pomponius, 13 §. ſeder, de adqu. poſſ. non enim per fideicommiſſum dominium, ſed ſola poſſeſſio tranſfertur. l. 3. D. ſi vſufr. petat.

Pro indiuiſo, promiſcuè, ſine vlla diuiſione. Cicero in Rulliana, dixit promiſcuè. Equidem exiſtimo, ſi iam campus Martius diuidatur, & vnicuique veſtrûm vbi conſiſtat, bini pedes adſignentur: tamen promiſcuè toto, quàm propriè parua frui parte malletis. Hinc,

Pro indiuiſo & Certa pars opponuntur, l. placet, 25. D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 1. D. de euict. l. 1. §. hoc interd. D. vti poſſid. l. ſeruus, 5. D. de ſtip. ſeru. l. 5. §. vlt. D. comm.

Pro legato poſſidet, qui legati nomine poſſidet: id eſt, cui verè aliquid legatum eſt, ſiue teſtatoris res eſſet, ſiue non eſſet, aut teſtatoris quidem eſſet, ſed adempta codicillis ignotaretur, l. 1. & paſſ. D. pro legato.

Pro noxæ dedito poſſidet, qui cùm ſeruus ei noxæ deditus ſit, iuſtam vſucapiendi cauſſam ex ea poſſeſſione nactus eſt. l. 3. §. genera, D. de adq. poſſ. l. 5. D. de publ.

Pro poſſeſſore bona fide, ac iuſto titulo poſſidet, qui pro bonorum poſſeſſore poſſidet: id eſt, qui vel iuſtam cauſſam habuit exiſtimandi ſe bonorum poſſeſſorem eſſe, vel cùm reuera bonorum poſſeſſor eſſet, exiſtimauit res quaſdam ex iis bonis eſſe, quæ alienæ tamen erant. l. non ſolum, 33. §. 1. D. de vſurpat. & ſub tit. Pro herede, & l. pro herede, 11. D. de hered. petit. vbi tamen bonorum poſſeſſor etiam pro herede poſſidere dicitur.

Pro poſſeſſore mala fide poſſidet prædo, qui interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo: nec vllam adferre cauſſam poſſeſſionis poteſt. l. pro herede, 11. cum ſeq. D. de petit. hered.

Pro poſſeſſore is poſſidet, qui nullo iure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem ſciens ad ſe non pertinere, poſſidet. ait Imp. §. 2. de inter.

Pro ſoluto poſſidet, qui rem vel debitam vel indebitam quaſi debitam, ab eo qui ſoluit bona fide accepit. l. non ſolum, 33. §. ſi mihi, l. pro ſoluto, 46. & l. pe. D. de vſurp.

Pro ſuo poſſidere propriè dicitur is, qui falsò, ſed probabili tamen harum cauſſarum errore poſſidet: nimirum occupationis, alluuionis, partus emtæ vel hereditariæ ancillæ, fructus rei emtæ, aut donatæ, aut in hereditate repertæ, l. 2. l. 3. & l. 4. §. vlti. &

A l. vlt. D. eod. At hic quidem propriè, vt dixi, Pro ſuo titulus adpellatur: quippe qui ad vſucapionem valet. alioqui pro ſuo etiam poſſidet is qui per emtionem, aliámve iuſtam cauſſam poſſidet: verùm is non vſucapit.

Pro tranſacto poſſidet is, cui iudicio per errorẽ accepto res aliqua per tranſactionem conceſſa eſt, vt eam vſucapere, & iure Quiritium facere ſuam poſſit, l. cùm ſolus, 20. D. de vſurpa. l. ex cauſſa, 8. D.
B pro emt.

Pro rata parte, vel, Pro rata portione, vel, præciſe, Pro rata: verus locutio eſt, idem ſignificans, quòd Pro cuiuſque partis ratione & modo: vel, Secundum cuiuſque portionis modum & quantitatẽ. Cicero Tuſcul. 1. Sed quia vltra nihil habemus, hoc longũ dicimus. nam iſta perinde vt cuique data ſunt, pro rata parte aut longa aut breuia dicuntur. Idem prope duobus modis extulit: Vitam videri cuique animanti aut longam aut breuem prout cuique aut longum
C aut breue vitæ tempus datum eſt. Vocis origo mihi obſcura eſt: niſi fortè ratam cuiuſque partem intelligamus, quæ certa & explorata & extra dubitationem omnem poſita eſt. Propriè autem

Pro rata & Æqualiter tamquam aduerſa opponuntur. vt in l. in his, 5. §. imperator. D. de ſolut. Si ſumma vſurarum non eadem ſit, æqualiter ad vtramque cauſſam proficit quod ſolutum eſt, non pro rata. Sic in l. interdum, 13. §. 1. D. de hered. inſti. l. vlt. §. & in tali, C. de dot. promiſſ. l. ſi verò, 18. D. de teſt. milit. A-
D buſiuè tamen interdum.

Pro rata vſurpatur pro Æqualiter, & pro Virili parte. vt in l. 1. C. vnde lib. l. ſi pro parte, 10. §. idem quærit, D. de in rem verſ.

Pro rata patrimonij, præcisè, cùm ſubaudiendum ſit, Pro rata portione patrimonij. in l. ſed etſi lege, 25. §. quod autem quis, D. de hered. peti. & l. Titius, 54. D. ad Trebellian.

Pro rata pecuniæ, in d. l. Titius.

Pro rata regionis. in l. ex mille, 64. §. quæſitum,
E D. de euict.

Pro rata ponderis. in l. 3. §. vlt. D. de rei vindic.

Pro rata debiti, l. procuratoris, §. in tributum, & §. vlt. D. de trib. act.

Pro rata quantitatis, l. in imponenda, C. ad leg. Falcid.

Pro rata temporis, l. ſi quis domum, 9. §. 1. D. locat. l. cùm in fundo, 78. §. diuortio, D. de iur. dot.

Pro tutore negocia gerit, inquit Vlp. qui munere tutoris fungitur, in re impuberis, ſiue ſe putet tuto-
F rem, ſiue ſcit non eſſe, fingit tamen eſſe, l. 1. D. de eo qui pro tut. Hinc,

Protutelæ actio d. l. 1. §. 3. & vlt. quæ aduerſus eum de rationibus reddendis datur.

Proavvs, Proauia, aui pater, mater.

Proavvncvlvs, Promatertera, proauiæ frater & ſoror.

Propatrvvs, Proamita, proaui frater & ſoror.

Pronepos, Proneptis, nepotis filius, filia, l. 1. §.
G vlt. D. de gradib.

Prosocer, Proſocrus, vxoris meæ auus, auia.

Progener, neptis meæ maritus.

Pronvrvs, nepotis mei vxor, l. 4. §. 4. D. de gradib.

Probata ſarta tecta dicuntur, cuum ex lege, id eſt pactione redemtionis facta eſſe iudicata ſunt. Ma

cer l. 7. § 1. D. de leg. Iul. repet. Ne in acceptum ferantur ſarta recta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita, lege fuerint. Lege, id eſt ex lege, ſiue ſecundum legem ac pactionem. Cicero Verrina tertia, Locator opus id quod ex mea pecunia reficiatur. ego me refecturum eſſe dico. probatio futura eſt tua, qui locas. Sic in l. opus, 36. l. vlti. D. locat. vide ſuprà, Opere probato.

Probatio apud Iuriſconſultos dicitur, quod ex teſtium dictis, aut inſtrumentorum ſcriptura ſumitur ad fidem neceſſariò faciendam. vti patet ex tit. De proba. li. Dig. 22. Itaque neque præſumtio, probationis nomine intelligitur, neq; iuſiurandum eo nomine propriè continetur. neutrum enim probat neceſſariò, tametſi vim vtrumq; probationis interdum obtineat. vt l. 16. C. de probat. & l. 12. §. 2. & l. 30. D. de iureiur. Inſtrumentorũ autem nomine cenſus & monumenta publica complectimur ex l. 10. D. de probat.

Probrum Feſtus propriè dici putat, de ſtupris & flagitiis, cùm Attius in Helenibus ſic ſcribat: Qui niſi probrum, omnia alia indelicta æſtimant. Iuriſconſulti pro omni infamia vſurpant. Vlp. in l. probrum, 42. D. de verb. ſign. Probra quædam natura turpia ſunt, vt furtum, adulterium: quædam ciuiliter & more ciuitatis, vt tutelæ damnari. Marcellus l. probrum, 41. D. de ritu nupt. Probrum intelligitur etiam in his mulieribus eſſe, quæ turpiter viuerent, vulgóque quæſtum facerent, etiam ſi non palàm.

Procedit, verbum eſt Iuriſconſultis vſitatum: pro valet, locum habet. Vlp. l. 7. §. 3. D. ad leg. Aquil. Hoc autem in ſeruo non procedit: in filiofam. vulnerato procedit.

Processvs, tranſuectiones equitum, de quibus in l. 2. D. de in ius vocan. Licinius l. 43. de donat. inter vir. Nam & Imperator Antoninus conſtituit, vt ad proceſſus viri vxor ei donare poſſit. vide transvectio.

Procitvm dicebatur teſtamentum, quaſi velut procatum, id eſt, prouocatum, id eſt irritum ac ruptum. Feſtus.

Procinctvm teſtamentum adpellatur à Iuſtiniano in §. 1. Inſtit. De teſtam. quod veteres In vel Endo procinctu nominabant, vt apud Cice. in 1. De nat. deor. & 1. De orat. item apud Vlpian. tit. Regul. xx. & Agell. libr. 15. cap. 25. Id autem militiæ tantùm fiebat, cùm viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur: auctore Agell. lib. 15. cap. 27. Plutarchus autem in Coriolani vita rem ſic explicat, ἦν τότε ῥωμαίοις ἔθος εἰς τάξιν καθισταμένοις καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν ἀναζώννυσθαι τὴν τήβεννον, ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων ὀνομάζοντες τὸν κληρονόμον. Eo tempore, inquit, mos erat Romanis prælium inituris, ſcutáque ſumturis, togam præcingere, ſimúlque teſtamenta ſine ſcripto facere, heredémque tribus aut quattuor audientibus, nuncupare. Feſtus autem ſic: Endo procinctu, in procinctu: ſignificat autem cùm ex caſtris in prælium exitum eſt. Procinctos, quaſi præcinctos atque expeditos. nam apud antiquos togis incincti pugnaſſe dicũtur. Idẽ: Procincta claſſis dicebatur, cùm exercitus cinct⁹ erat Gabino cinctu cõfeſtim pugnaturus. vetuſtius enim fuit multitudinem hominum, quàm nauium, Claſſem vocari.

In procinctu verſari dicuntur, qui pro patria in hoſtico ſunt, quamuis milites non ſint. l. vn. D. de bon. poſſ. ex teſt. mil.

Procvrator Reipub. vide Curator Reipub.

Procvrator, eſt qui aliena negocia mandatu domini adminiſtrat, l. 1. D. de procur.

Procvratorvm quattuor genera Paullus facit lib. Collect. 1. cap. 3. aut ad litem, aut ad omne negocium, aut ad partem negocij, aut ad res adminiſtrandas.

Procvrator ad litem, ſiue litis dicitur, cui inſtituendæ ſuſtinendæ've litis negocium datum eſt, §. 1 Inſt. de iis per quos cog. poſſ.

Procvrator ad omne negocium is eſt, quem Cicero in Orat. pro Cæcina ſic deſcribit: omnium rerum eius qui in Italia non ſit, absítve Reip. cauſſa quaſi quidam penè dominus, hoc eſt alieni iuris vicarius. Sic l. 12. D. de ſolut. l. 13. D. de pact. l. 7. D. de calum. l. 63. D. de procur. vbi eiuſmodi procurator rerum omnium, & totorum atque vniuerſorum bonorum procurator adpellatur.

Procvrator ad partem negocij, eſt cui propriè ac ſpecialiter certa res mandata eſt, l. 3. §. 1. D. iud. ſol. l. 17. §. vlti. D. de iniur.

Procvrator ad res adminiſtrandas is dicitur, quem propriè Negociorum geſtorem adpellamus: hoc eſt, qui non quæſtuario negocio præficitur. ſiue autem eius rei mandatum habeat, ſiue non habeat, procurator dicitur. l. ſi quis, 58. D. de ſolut. l. 9. §. ſi heres, D. de lib. legat. l. vlt. D. rem rat. hab. l. 15. §. ſi quis, D. de here. petit. Et hoc ab Inſtitore differt, quòd hic quæſtuariæ negociationi præfectus eſt. l. 5. §. 3. D. de inſt. act.

Procvrator verus dicitur, qui vel eius rei quam gerit mandatum, vel omnium negociorum adminiſtrationem habet, l. 1. in fin. D. quod iuſſ. l. 12. D. de ſolut. l. 40. §. 1. D. de procurat.

Procvrator, vide Cognitor.

Procvrator, vide Aduocatus.

Procvliani, vide Caſſiani.

Procvratio, adminiſtratio. Cicero Acad. 1. Dum me ambitio, dum honores, dum cauſſæ, dum Reip. nõ ſolùm cura, ſed etiam procuratio multis officiis implicatum & conſtrictum tenebat. Idem lib. 3. de Legibus: Sed quæro, quid reapſe ſit turpius, quàm ſine procuratione Senator? Loquitur de legationibus liberis, quæ ſine vlla publici negocij, aut Reip. adminiſtratione obibantur.

Procvrator Cæſaris dicebatur, qui mittebatur in prouincias, vt fiſcalium rerum procurationẽ gereret, l. qui mittuntur, 31. D. Ex quib. cauſ. maior. veluti vt vectigalia & alia debita fiſcalia exigeret, l. moſchis, 47. §. 1. D. de iur. fiſc. l. vlti. D. de interrog. in iur. fac. & ſi quæ ob res fiſcales controuerſiæ naſcerentur, de iis ius diceret. l. 2. C. ſi aduerſ. fiſc. Interdum autem Præſidis prouinciæ partibus fungebatur: ac tum de rebus omnibus quaſi Præſes ipſe cognoſcebat, l. 4. C. ad leg. Fal. de plag. l. 3. C. vbi cauſ. fiſc. l. ex conſenſu, 23. §. 1. D. de adpellat. Sed hac de re plura poſterius, in Indice magiſtratuum Romanorum.

Prodere, pro emittere, dimittere. Modeſt. l. 14. D. de cuſt. & exhib. reor. Non eſt facilè tironi cuſtodia credenda, nam ea prodita, is culpæ reus eſt, qui eam ei commiſit. Item: Quòd ſi fugitiuum domino reddendum prodiderit, &c.

Prodere legem dicitur, qui præuaricatur, & accuſatione inſtituta deſiſtit. Vlpianus l. 2. §. 1. D. de adult. Marito iure mariti accuſanti, illa præſcriptio obiicitur, ſi legem prodidiſſe dicatur ob hoc, quòd adgreſſus accuſationem adulteri deſtitit.

Prodigvs deſcribitur ab Vlpiano, qui neque

tempus

tempus neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundit. l. 1. D. de curat. furioſ.

PRODVCERE aduerſarium ad album, Vlpian⁹ dixit pro deducere eum cum quo lis inſtituitur ad Prætoris album, & formulam actionis demonſtrare, qua vti velit quis ex earum numero, quas Prætor ſe daturum in albo edictóque ſuo denunciauit. Eum quoque, inquit, edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuũ ad album, & demonſtret quod dictaturus eſt, vel id dicendo quo vti velit. id eſt, qua edicti parte. l. 1. D. de edendo.

PRODVCERE obligationem, diuturniorem reddere. Paul. l. 91. §. 3. D. de verb. oblig. primò quæramus quæ perſonæ efficiant perpetuam obligationem: deinde quib. eam producant. Item: An filiusfa. qui iuſſu patris promiſit, occidendo ſeruum producat patris obligationem.

PROFARI, propriè dicuntur fatidici, qui futura prædiuinando ſolent fari: qui iidem & Vaticinari dicuntur, quod veſana mente faciunt: inquit Varro. Itaque cùm Vlpianus l. 1. §. 6. D. de ædil. edict. ſic ſcripſiſſet: Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactaret, & aliqua profatus eſſet: ſic infert, Quamuis aliquãdo quis circa fana bacchatus ſit, & reſpõſa reddiderit. Item: Ceterùm ſi nihilominus permaneret in eo vicio, vt circa fana bacchari ſoleret, & qua demens reſponſa daret.

PROFITERI cenſum dicebantur, qui apud Cenſores Romæ precium ſuarum omnium fortunarum edebant: aut apud Cenſitores in prouinciis, qui agros ea ratione declarabant quæ præſcripta eſt in l. 4. D. de cenſib. vnde Cenſuales profeſſiones dicuntur ab Arcadio l. vltima, §. 1. in fine, D. de mun. & hon. l. cenſualis, C. de donat.

PROFITERI natales dicebantur parentes, qui diem quo ſibi nati eſſent liberi, apud Præfectos ærarij edebant. Terentius l. etiam, 16. D. de probat. Etiam matris profeſſio liberorum recipitur. Scæuola l. Imperatores, 29. §. 1. D. eod. Mulier grauida repudiata, filium enixa abſente marito, vt ſpurium in actis profeſſa eſt. Iul. Capitolinus harum profeſſionum primum auctorem fuiſſe M. Antoninum Pium auctor eſt, intra diem trigeſimum nomine impoſito. per prouincias autem tabulariorum vſum inſtituiſſe. apud quos de originibus idem fieret, quod Romæ apud Præfectos ærarij, vt ſi fortè aliquis in prouincia natus cauſſam liberalem diceret, teſtationes intus ferret. Celſus l. cùm de ætate, 13. D. eod. Iniquum eſt, cuũ de ſtatu ætatis alicuius quæreretur, & diuerſæ profeſſiones proferrentur, ea potiſſimum ſtare, quæ nocet. Eiuſdem profeſſionis mentio fit in l. nec omiſſa, 15. l. parentes, 21. C. de lib. con.

PROFECTITIA dos, vide Dos.

PROFECTITIVM peculium, vide Peculium.

PROFLVENS aqua, vide Aqua profluens.

PROGENERVM adpellat anus neptis ſuæ virum: ait Feſtus.

PROGENER, vide Socer magnus, & Proſocrus.

PROGRAMMA, πρόγραμμα, proſcriptio, ſcriptura publico in loco, vt ab omnibus legi poſſit, propoſita, quemadmodum edicta proponebantur, aut principum reſcripta: vt l. 3. C. de legib. & conſtit princip. Itaque propriè quæ Græci προγράμματα, eadem Latini Edicta adpellant: vt ſuo loco docuimus.

PROIECTVM & immiſſum hoc differunt, ait Iauolenus, quòd proiectum eſt id quod ita prouehe-A retur, vt nuſquam requieſceret: qualia Mœniana & ſuggrundæ ſunt. Immiſſum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret: veluti tigna, trabes quæ immitterentur. l. 242. §. 1 D. de verb. ſign.

PROLETARIVS in duodecim tabulis pro inope & nullis facultatibus prædito. Adſiduo, inquit lex, vindex adſiduus eſto: proletario ciui quiuis volet, vindex eſto. nam qui in plebe Rom. tenuiſſimi pauperrimíque erant, neque amplius quàm mille quingen-B rum æris in cenſum deferebant. Proletarij adpellati ſunt. qui verò nullo aut perquàm paruo ære cenſebantur, Capite cenſi vocabantur. Agellius lib. 16. capite 10.

PROLYTÆ, προλύται dicebantur, qui quattuor annorum ſpacio in legum ſtudiis decurſo, quintum & poſtremum adiiciebant. Imperator in præfat. ad Anteceſſ. §. 6. Quibus, inquit, ſi bene ſeſe imbuerint, & in quinti anni quo prolytæ nuncupantur, meras conſtitutionum, &c. Heſychius προλυθένους interpretaC tur, παρειμένους, παραλελυμένους, vt ij ſint, qui ab illa præſcripta & præfinita ſtudiorum lege ſunt ſoluti, & tamquam emeritis ſtipendiis honeſtam à magiſtrorum ſcholis miſſionem impetrarunt. vnde hodie quoque Licentiati adpellantur. vide Lytæ.

PROMERCIVM, mercimonium, quodcumque vendendi cauſſa ſeponitur. Paullus l. 4. §. 1. D. de pen. leg. Si quis ſolitus fructus ſuos vendere, penum legauerit: non omnia quæ & promercij cauſſa habuit legaſſe videtur. Vlpian. l. 41. §. 4. D. de legat. & fid. eos qui D Reipu. ad opus promiſerint, poſſe detrahere, & ad id opus vti: quia hi quoque non promercij cauſſa id haberent. Hinc,

PROMERCALES res, quæ venales exponuntur. Paul. l. 10. D. de imp. in res dot. Quòd ſi heres in quibus impenſæ factæ ſunt, promercales fuerint: tales impenſæ vtiles ſunt. Columell. lib. 1. Néve negocietur ſibi, pecuniámque domini aut animalibus aut aliis rebus promercalibus occupet.

PROMISSVM à dicto quid differat, vide Dictum à E promiſſo.

PROMVLSIDARIA vaſa, dicuntur Vlp. in quibus promulſis, id eſt, condimentum ex mulſo confectum ponitur. l. 19. §. 3. D. de aur. arg. Et ideo, inquit, ſcutellas & promulſaria contineri.

PROMVTVVM dicitur à noſtris, pro Repræſentata pecunia, & prærogata, ſiue prænumerata. quod Gallicè dicimus, *Auancé*. Vlp. l. ex conducto, 15. §. item, D. locat. Cùm quidam naue amiſſa, pecuniam quam promutuam acceperat, repoſceretur, reſponſum eſt F meritò vecturam ab eo repeti, cùm munere vehendi functus non ſit. Scæuola l. Sticho, 40. §. 3. D. de ſtatu lib. Quod neque à conductoribus prædiorum, neque à villicis penſiones exegerit, & inſuper etiam promutuum eis dederit. Item l. nomen, 34. §. vlt. D. de legat. 3. Sic qui eam ſumit Præcipere dicitur. Cæſar bell. Ciuil. III. Item à publicanis ſuæ prouinciæ debitam biennij pecuniam exegerat, & ab iiſdem inſequentis anni mutuam præceperat. Et paulo pòſt: Publicanis vti in ſorte fecerant, inſequentis anni veG ctigal promutuo, &c.

PRONVNCIARE, quod eſt in XII. tab. idẽ eſt, quòd lingua nuncupare, id eſt, nominatim ac diſertè proferre. Vlp. ex edicto in l. 1. D. de ædil. edict. Eadémque omnia, cuum ea mancipia venibunt, palàm rectè pronuncianto. Item, Ea omnia in venditione pronunciãto. Idem in l. 31. eiuſdem tit. Si venditor pronunciauerit, vel promiſerit furem non eſſe, tenetur ex ſua

promiſſione,&c.Cic.lib.de Offic.III.Itaque Cato ita pronunciauit: Cuum in vendendo eam rem ſciſſet, & non pronunciaſſet, emtori damnum præſtati oportere.

PRONVNCIARE paſſim præciſè dicitur, pro, Sententiam pronunciare. Hinc Vlp.

PRONVNCIATVM, inquit, & ſtatutum idem poteſt. promiſcuè enim & pronunciaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos, qui ius habent cognoſcendi. l. 49. D.de verb. ſignif.

PROPATRVVS, proamita, id eſt, proaui frater & ſoror: ait Caius l.1.§.1.D.de grad.& adfin.

PROPE eſt vt, genus eſt loquendi pudorem adfirmantis, & modeſtiã ſignificans. Papin.l.95.§.9.D. de ſolut. Si creditor à debitore petens culpa ſua cauſſa ceciderit, propè eſt vt actione mandati nihil à mãdatore conſequi poſſit. Idem l.41. D. de mort.caut. donat. Et quod ab alio nomine ipſius eo præſente datur, propè eſt vt ab ipſo datũ intelligatur. Arrius l.5.§.6.D. de re milit. Si bonus miles antea æſtimatus fuit, propè eſt vt adfirmationi eius credatur. Idem, Propè adfirmitarem ei credi oportere.

ΠΡΟΠΗΛΑΚΙΖΕΣΘΑΙ apud Demoſthenem in l.16.§ 4.D.de pœn. adfici contumelia. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὑτῶν ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. Hæc mouent, inquit, hæc de ſtatu mentis homines deiiciunt, contumeliæ non adſuetos.

PROPINQVI, pro Cognatis, præciſè dicuntur, pro, Sanguine vel genere propinqui. Vnde

PROPINQVITAS, pro Cognatione. in l.1.C. de imp.lucr.deſcript.& l.2.C.quand.& quib.quarr.

PROPIOR ſobrino. proprior ſobrina ſunt, inquit Caius, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia. l.1.D.de grad.& adfin. hoc eſt, infert Vlpia. patris eius cuius de cognatione quæritur, conſobrinus conſobrina, ſiue frater patruelis.

PROPIVS ſobrinis. Paul.l.10.§.9.D.de gradib. perſonæ quas enumerauimus à patrui magni filio, ei de cuius cognatione quæritur, proprius ſobrinis vocantur. nam, vt Maſſurius ait, quem quis adpellat propiorem ſobrino, qui eſt patris matriſve conſobrinus aut conſobrina, ab eo conſobrini conſobrinæ've filius filia nominatur. Et paulo pòſt: His omnibus quod à patrui nepote propoſuimus, is de cuius cognatione quæritur, propius ſobrino eſt: nám patris vel matris eorum conſobrinus eſt.

PROPIVS ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & conſobrinæ meæ filia, & patris mei conſobrinus, & matris meæ conſobrinus. Feſtus.

PROPORTIO geometrica, cuius ſummus in iure ciuili vſus eſt, ita deſcribi poteſt, vt ſit, variarum quantitatum inter ſe comparatio. quæ (vt Ariſtoteles lib.Ethic.v. ſcribit) minimum in quattuor poſita eſt. veluti, Ponatur in A. gemma precioſiſſima: in B. ſilex. tum ducatur altera linea: & in C. ponantur mille aurei: D. obolus. poſt ſumatur illa ratio, vt eſt A. ad B. ſic C. ad D. Tum enim illa comparatio ſequetur. Si vt A. eſt ad B. ita C. ad D. neceſſariò A. eſt ad C. ſicut B. ad D. poſtremò vt eſt totum ad totum, ita altera pars totius, ad alteram alterius. veluti vt eſt A.C. ad B. D. ita & A. ad B. & C. ad D. plura vide in ſcholis noſtris ad l. ſi ita ſcriptum, 13.D.de lib.& poſtum.

PROPOSITVM, & Proſcriptum, promiſcuè vſurpantur. l. ſed ſi, 11. §. pro ſcribere, D.de inſtit. act. Itáque intelligendum quod Paullus ſcribit in l.cum in plures, 60.§. locator, D. locat. Loca-

A tor, horrei propoſitum habuit, ſe aurum, argentum, margaritam non recipere ſuo periculo. nam in l.quoties, 47.D. de pecul. ſimilis inſcriptionis genus profertur. Sic in l.& tertium, 70.D.de iudic. Edictum proponere. Et Phil.v. Edicto allato atque propoſito factum eius collaudauiſtis. Et Agrar.II. Aliquando tandem me deſignato lex in publicum proponitur: concurrunt iuſſu meo plures librarij. & l.4.§. toties, de damn.infect. Libellum ad ipſas ædes proponere.
B Cicero de Orat.I. Referebátque in album, & proponebat tabulam.

PROPRAETORES, vide in Adpendice de Magiſtratibus.

PROPRIETAS vocabulum eſt à Iuriſconſultis diſtinguendorum definiendorúmque dominiorũ cauſſa confictum. nam Dominij nomine ſolidum dominium ferè intelligitur: id eſt, in quo vſusfructus ineſt. vnde vſusfructus pars dominij adpellatur. l.3. D.de vſufr. cuum igitur dominium vſufructu demi-
C nurum ſignificare vellent, Proprietatem dixerunt. vt paret ex cap.de vſufruct. locis innumeris, in quibus vſusfructus proprietati opponitur. Itaque Neratius in l.13.D.de adquir.rer.domin. cuum dominium dixiſſet, & illud quod vſusfructus expers eſt ſignificaret, continuò proprietatis nomine hoc interpretatus eſt. Si procurator rem mihi emerit ex mandato meo, eique ſit tradita meo nomine, dominium mihi, id eſt proprietas adquiritur, etiam ignoranti. poſtea tamen cuum ſuo more ſubtiliter omnia perſequeren-
D tur, vti Proprietatis vocabulo non contenti, Proprietatem nudam dixerunt, quæ vſufructu deminuta eſt: plenam verò, quæ vſumfructum in ſe haberet. Papinianus l.2.D.quibus mod. vſusfr. amitt. Si duobus ſeparatim alternis annis vſusfructus relinquatur, continuis annis proprietas nuda eſt: cuum ſi legatarium vnum ſubſtituas, cui alternis annis legatus ſit vſusfructus, plena ſit apud heredem proprietas eo tempore quo ius fruendi legatario non eſt.

E PRORETA, πρωράτης, πρωρεύς, qui proram regit: vt Gubernator. Puppim Plautus in Rud. *Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator ero.* Paullus l.11.§.2.D.de public. Quòd ſi abſente domino id à magiſtro, vel gubernatore, aut proreta, nautáve aliquo id factum ſit, &c. Xenoph. ἀναβαίνει χαλεπαίνει μὲν πρωρεὺς τοῖς ἐν πρώρᾳ, χαλεπαίνει δὲ ὁ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ. Succenſet proreta qui in prora ſunt: ſuccenſet gubernator iis qui in puppi.

PROROGARE, propriè eſt populi rogati lege ac iuſ-
F ſu proferre atque producere, vt Prorogare magiſtratum, aut prouinciam. Hinc,

PROROGARI vulgò dicitur quod producitur. Vlpianus l.ſecunda, §.tertio, D.de iudic. Si & iudex ad tempus datus & omnes litigatores conſentiant, niſi ſpecialiter principali iuſſione prorogatio fuerit inhibita. poſſunt tempora intra quæ iuſſus eſt litem dirimere, prorogari. Sic l.24.D.locat. l.19.& l.30. de legat.primo.

PROROGARE, ante diem erogare, repræſentare.
G Vlpianus l.53.D. de pact. Sumtus quidem prorogare, litiganti honeſtum eſt: paſci autem vt non quantitas eo nomine expenſa cum vſuris licitis reſtituatur, ſed pars dimidia eius quod ex ea lite datum erit, non licet: id eſt, Honeſtum eſt litigatori pecuniam ad futuros ſumtus litis neceſſariam procuratori vel aduocato ſuo numerare. Hinc apud Vlpianum in l.4. D.de manum. pro præſentem pecuniam ſoluere. proinde,

inde, inquit, ſiue ex peculio quod ad venditorem pertinet, ſiue ex aduentitio lucro, ſiue etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogãte eo, vel repromittente, &c. Vlpian. l. ſed addes, 19. §. ſi quis, 6. D. locat. nam inter eum qui per errorem ſoluit, & eum qui penſionem integram prorogauit, multum intereſt.

ΠΡΟΣ ἔπος, ad propoſitum. Vlp. l. 11. §. 4. D. de interrog. Quod autem ait Prætor, Omnino non reſpondiſſe: poſteriores ſic exceperunt, vt omnino non reſpondiſſe videatur qui ad interrogatum non reſpondit, id eſt, πρὸς ἔπος. Hæc ille. Hinc οὐδὲν πρὸς ἔπος, nihil ad propoſitum. nam vt ait Heſychius, ἔπος ῥῆμα, λόγος φωνή. Lucian. in Philopſeude, οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα φασιν, οὐδὲ περὶ τούτων εἰρόμενος. Hæc nihil ad propoſitum, vt aiunt neque de his percontabar. Sunt tamen qui Nihil aduerſum interpretentur, & originem locutionis longius exquirant. Cicero pro Flacco: Nũquam nobis ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus quàm ad rogatum.

Proscenivm, locus ante ſcenam: vt ſcribit Diomedes. in eo pulpitum erat, quò hiſtriones prodibãt. Paullus l. 8. D. de pollicit. Probè faciet Statius Rufinus, ſi opus proſcenij, quod ſe Gabinis exſtructurum promiſit, perficiat.

Proscribere, eſt publicè fixo libello aliquid edicere & denunciare. l. 11. §. 1. D. de inſtit. l. 4. Cod. de diſt. pig. l. 34. §. vlt. D. de ſtatu lib. nam, vt ait Vlpian.

Proscribere palam, ſic accipimus, claris literis, vnde de plano rectè legi poſſit. l. 11. §. 2. D. de inſtit. act. Hinc,

Proscribi leges dicuntur, quæ promulgantur: cùm palam proponuntur, vt eas cuiuis legendi & cognoſcendi poteſtas ſit. Cicero Verr. VII. Nempe ea lege nobis promulgata, quam non is promulgauit, cuius nomine proſcriptam videtis: ſed hic reus. hic, inquam, ſua ſpe atque opinione quam de vobis habet, legem illam ſcribendam, promulgandámque curauit.

Proscribi bona dicuntur, cuum fixis publicè libellis, venditio eorum bonorum in diem certam edicitur, ac ſignificatur. Hinc,

Proscripti, quorum nomina palam in foro ſcripta exſtabant, vt ad necem quærerentur: & præmio percuſſori, & ſupplicio occultatori propoſito. Appianus ſcribit L. Syllam harum proſcriptionum principem atque inuentorem fuiſſe. indéque eſt Lex Cornelia, quæ proſcriptum iuuari vetabat: Verrin. III ſeu potius Valeria, vt in libello legum R. docuimus. Hinc,

Proscriptorvm bona, ſub Rub. C. de bonis proſcript. ſeu damnat. Et

Proscriptionis ſtylum incurrere. l. 7. & l. 9. eod.

Prosecvtores, qui quæ tranſmittuntur, publico nomine ac mandatu proſequuntur. Vnde

Prosecvtores reorum. l. ſolent, D. de cuſt. reor.

Prosecvtores auri publici: ſub rub. C. de auri pub. proſecut. qui aurum fiſci rationibus illatum, dum tranſmittitur proſequuntur.

Prosecvtores publicarum functionum. l. 9. C. de curſ. pub.

Prosocrvs mihi vxoris meæ auia eſt, ego illius ſũ progener: ait Modeſt. in l. 4. §. 4. D. de grad. & adf.

Prospectvs & luminis ſeruitus ſic differunt: quòd in proſpectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum. In luminibus autem, ne lumina cuiuſquam obſcuriora fiant. Item proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt: lumẽ ex inferiore loco eſſe non poteſt. l. 15. & l. 16. D. de ſeruit. vrb.

ΠΡΩΤΑ. τὰ πρῶτα Iuſtinianus adpellat primã Pandectarum partem, à principio aduſque tractatum De iudiciis. Ipſe ad Anteceſſ. In reliquam verò, inquit, anni partem, primam legum partem, eis tradi ſancimus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, quia nihil anterius: quia quod primum eſt, aliud ante ſe habere non poteſt. Idem De confir. digeſt. §. 2. Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupantur, in quattuor libros ſepoſita eſt.

Prothyrvm πρόθυρον, quod ante fores eſt: vt origo vocabuli declarat. Vlpianus in l. 12. §. 13. D. de inſtruct. poſuiſſe videtur, pro tegillo conſimili eorũ quibus mercatores vti in tabernis ſolẽt, quibus velamen quoddam adpendunt. Sicut prothyrum domus, inquit, velamen eſt, inſtrumento domus continetur. Pomponius l. pen. D. de verb. ſig. Idem Labeo ait, prothyrum quod in ædibus interdum fieri ſolet, ædium eſt. Vitruuius autem libro 6. cap. 10. Prothyra, inquit, Græcè dicuntur, quæ ſunt ante in ianuis veſtibula. nos autem adpellemus πρόθυρα, quæ Græcè dicuntur διάθυρα. Significare videtur ea repagula, quæ curribus ab ædium aditu arcendis ante fores tranſuerſaria duobus arrectariis imponuntur.

Προτίμησις, prælatio. vnde ius προτιμήσεως Friderici conſtitutione inſtitutũ, quo abalienatos fundos redimere certis perſonis permittitur: vnde Retractvs, de quo ſuo loco diximus. Romano enim iure ius illud non niſi ex cõuẽtione dabatur. l. qui Romæ §. coheredes, D. de verb. oblig.

Protocollvm, πρωτόκολλον, Nouella XLIIII. dicitur codex, quem Tabelliones ſuo nomine inſignitũ domi habere atque adſeruare iubẽtur, vt in eũ priuatorum hominum teſtationes, hoc eſt cõtractus, teſtamenta, ceteráque inſtrumẽta referãt, quæ poſtea diligentius exſcripta iis ad quos ea pertinebunt tradant. Compoſitũ nomẽ ex prima colla, qua glunari codices ſolebant.

Provinciales, inquit Vlpianus, eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent: non eos qui ex prouincia oriundi ſunt, l. 190. D. de verbor. ſignific.

Provincia generali nomine dicitur negocium omne quod alteri vel publicè vel etiam priuatim mandatum eſt. Cicero pro Cælio: Deinde qui eam prouinciam ſuſceperint, vt in balneas contruderentur, id eſt eas partes. Et in eadem: Hoc totum fuit conſilium mulieris, hæc iſtorum prouincia qui togati ſunt. Item Verrin. V. Ferebat grauiter illam ſibi ab iſto prouinciam datam. Quinetiam magiſtratus Intramuranus, velut vrbanę prętură, hoc nomine adpellatur. Cicero pro Muræna: Egregia & ad conſulatum apta prætura. Item Verrina 4. Neque illud rationis habuiſti, ſi fortè expergefacere te poſſes, eam prouinciam, quam tueri ſingulari prudentia atque integritate difficile eſſet.

Provinciæ dicebantur regiones extra Italiam, quæ populi R. imperio parebant, & ad quas adminiſtrandas magiſtratus cum imperio ac poteſtate mittebantur, qui in iis ius dicerent. Alię in quibus ius dicere Magiſtratibus populi R. non licebat, quæ ſcilicet populi R. Imperio nõ parebant, ſed comiter eius

maieſtatem tuebantur, Liberæ adpellabantur. Vnde A

PROVINCIÆ liberari dicebantur, cùm ſtatuebatur, vt ſuo iuri, ſuiſque legibus relinquerentur, neque Romani magiſtratus amplius in iis ius dicerent.

PROVINCIARVM duplex diuiſio eſt. nã ſtante Repub. aliç Conſulares, aliç Prætoriæ fuerunt: Imperio conſtituto aliæ populi R. aliæ Cæſaris factæ ſunt.

PROVINCIÆ Conſulares erant, quæ ab iis qui in vrbe Conſulatum geſſerant, conſulari imperio obtinebantur. vnde etiam Proconſule, & Proconſules B dicebantur.

PROVINCIÆ Prætoriæ, quas qui Prætores in vrbe proximo anno fuerant, prętorio imperio obtinebant: vnde Proprætore, & Proprætores adpellabantur. Neque enim certæ erant prouinciæ, in quas ſemper viri Conſulares, & aliæ in quas ſemper Prætorij mitterentur: ſed ex magiſtratuum qui eas obtinebant, nomine, nomen ſumebãt. Atque hæc quidem nota propè omnibus, atque à multis tradita ſunt. Illud verò quod ex Orat. Ciceronis De prouinciis conſul. animaduertimus, haud ſcio an ab vllo adhuc traditum C ſit. Vtraſque prouincias in Senatus quidem poteſtate fuiſſe, ſed longè diſſimilem illius poteſtatis rationẽ in illis decernandis fuiſſe. nam lege Sempronia vtręque à Senatu decernebantur: ſed Conſulares & Conſulibus anno proximo futuris ante comitia mandabantur, vt eas poſt menſes demum ſeptendecim obtinerent: & in Senatus poteſtate ſic erant, vt Tribuni pl. intercedere decretis quę de iis Senatus fecerat, nõ poſſent: D & in incertum tẽpus, quamdiu ſcilicet Senatus non alios ſummitteret, obtinerẽtur. Prætoriæ verò Prætoribus annis præſentis mandabantur, vt eos proximis Kalendis Ianuarij depoſita Prætura ſtatim obtinerent: in populi autem poteſtate idcirco erant, quia Tribuni pl. decreto à Senatu de iis facto intercedere poterant: & annuo tantùm imperio obtinebantur. Quinetiam de Senatus poteſtate hoc animaduertimus: ius fuiſſe Senatui, quæ prouinciæ Conſulares erant, eas Prætorias facere: hoc eſt, anni præſentis Prætoribus mandare: qua mutatione ſimul eæ E prouinciæ è poteſtate Senatus in populi poteſtatem tranſibant.

PROVINCIARVM altera diuiſio, Republica (vt ſuperiùs dixi) ad vnum tranſlata, facta eſt. de qua Strabonis verba in calce operis ſui hæc ſunt: Prouinciæ ſæpenumero aliter atque aliter diuiſæ ſunt: nunc autem ex Auguſti Cæſaris inſtituto ita ſunt partitæ. Nã cùm ei patria totius imperij ſummam permiſerit, paciſque ac belli poteſtatem habeat, vniuerſum imperium bipartitò ſic diuiſit, vt partem ſibi ſumeret, eam F ſcilicet, quæ militum præſidio indigeret: partem verò populo adtribueret, eam quæ pacata eſt, & ſine armis facilè retinetur. Complures igitur prouincias fecit, quarum aliç Cæſaris, aliç populi adpellantur. Ipſe in ſuas præſides cum imperio mittit: populus in ſuas proconſules & proprætores. Hæc Strabo: cui Suetonius in eius vita conſentiens, ita ſcribit: prouincias validiores, & quas annuis magiſtratuum imperiis regi nec facilè, nec tutum erat, ipſe ſuſcepit. ceteras proconſulib. ſortitò permiſit: & tamen nonnullas commutauit interdum, G atque ex vtroque genere pleraſque ſæpius adiit. Hæc ille: quibus conſentanea ſunt, quæ tum apud Dionem lib. LIII. tum in pandectarum lib. I. de prouinciarum Rectoribus legimus, quorum qui Cæſaris erant, præſides: qui populi, proconſules adpellantur. l. 1. & paſſ. D. de offic. præſ. & ſub Rubri. de officio proconſulis.

PRO-

PROXENETA, interpres, ſiue conciliator rerum contrahendarum: qui operam ſuam nauat iis, qui negocium aliquod gerere cupiunt. Vlpia. l. 2. D. de proxener. Si proxeneta interuenerit faciendi nominis, vt multi ſolent, videamus an poſſit quaſi mandator teneri. Hinc,

PROXENETICVM, merces quæ pro opera proxenetis datur: quæ iure licito peti poteſt. vt idem ait in l. 1. & l. 3. illo tit. Hinc,

PROXENETÆ nuptiarum, quorum opera nuptiæ contractæ ſunt: ſub rubr. Codi. lib. 5. De ſponſalibus & arris ſponſalitiis, & proxeneticis: hoc eſt, honorario illius operæ: quod ita conſtitutum fuiſſe, Harmenopulus ſcribit, vt non ſupra viceſimam dotis, & ante nuptias donationis eſſet.

PROXIMI dicuntur iidem qui Propinqui: hoc eſt, qui cognatione inter ſe coniuncti ſunt. in l. Diuus, D. de offic. præſ. l. quamuis, Cod. de adult. l. 1. C. de mul. quæ prop. ſer. Hinc,

PROXIMITAS, verbum eſt quo propriè cognatio, id eſt communio ſanguinis per muliebrem ſexum contracta, ſignificatur. vti patet ex titu. de ſucceſ. cogna. multis locis, ſed præſertim in fine. vbi Iuſtinian. ait, agnationis iure admitti aliquem etiam ex decimo gradu: proximitatis verò nomine, vſque ad ſextũ gradum. Ratio autem eſt, quia in agnatorum ſucceſſionibus non proximitas, ſed agnatio ſpectatur. itaque qui agnatus erit gradu decimo, ei qui multo proximiore gradu cognatus erit, anteponetur. §. repetitis, & §. vlt. de ſeruil. cognat. Vlpian. l. 4. D. vnde cogn. Si Spurius deceſſerit, iure conſanguinitatis aut agnationis hereditas eius ad nullum pertinet: proximitatis autem nomine mater eius, aut frater eadem matre natus bonorum poſſeſſionem petere poteſt. Sic in l. 5. C. de legit. hered. Interdum tamen Proximitatis verbum generaliter pro cognatione & propinquitate ſanguinis vſurpatur, vt l. 1. & l. item Prætor, D. de ſuis & legit. l. 1. de iur. & fact. ign. l. capitis, l. ſpurius, D vnd. cogn. l. 1. C. ſecund. tab.

PROXIMVS, verbum eſt ex iis quæ cum aliquo conferuntur.

PROXIMVS agnatus dicitur, qui teſtatori ſic coniunctus eſt, vt eum nemo antecedat. l. 92. D. de verbo. ſignific. l. 2. §. 3. D. de ſuis & legit. l. 1. §. proximus, D. vnde cognat. Et ſi nullum teſtamentum factum eſt, proximus intelligitur qui morienti eſt proximus: ſi factum eſt, tum demum cùm deſtitutum eſſe teſtamentum conſtiterit, l. 2. §. 4. & 5. D. de ſuis & legit. Quamuis autem proximus propriè de pluribus dicatur, tamen quo magis valeat id quod actum eſt, Proximus accipitur non ſolùm qui ante aliquem eſt ſed etiam is ante quem nemo eſt, quamuis ipſe ſolus ſit, l. ex duobus, 34. D. de vulg. & pupil. l. proximus, 92. l. in vulgari, 162. l. proximi, 155. D. de verb. ſignif.

PROXIMVS pubertati dicitur, qui rei intellectũ capere poteſt, l. excipiuntur, 14. in fin. D. de ſen. Syllania. §. in ſumma, Inſtit. de oblig. ex delict. Itaque capax dicitur & furandi, & iniuriæ faciendæ, l. pupillum, 111. D. de regulis iur. l. 23. & l. 24. D. de furt.

PROXIMVS autem pubertati videtur eſſe is, qui à pubertate ſex menſium interuallo abeſt. Calliſtrat. l. non tantum, 17. D. de excuſat. Nam ſi pupillorum ætas prope pubertatem ſit, ita vt tanrummodo ſemeſtre tempus reliquum fuerit, &c. Quod cùm ita ſit, videndum eſt, an Proximus infantiæ dici poſſit, qui ſex menſibus infantiam ſuperarit. ſed cùm Proximus infantiæ, vbi de illius agitur commodo, proximo pubertati

bertati

bertati comparetur, nulla ratio eſt ita rem ad viuum reſecare. Itaque commodius, opinor, eſſet, ſeptem annos qui inter Infantiam & Puberratem interſunt, ſic diuidere, vt tres proximos & dimidiatum, Infantiæ proximitati: reliquos, pubertati adtribueremus: & qui intra decimum annum ac ſex menſes viueret, is proximus infantiæ: qui ſuperaſſet, pubertati vicinus iudicaretur. Sic accipio l.1. D. de oblig.& acti.§.pupillus,7.Inſt.De inutil.ſtipul.

Proximi ſacrorum ſcriniorum in lib.Cod.xii.Dici putantur, quaſi magiſtris ſcriniorum proximi: hoc eſt, qui ſecundum ab iis locum ac dignitatem in principis ſcriniis obtinent: ſicut & Melloproximi, qui ſecundum gradum tenent. Hinc,

Proximatvs ſæpe ſub illa C.Rubr. dignitas proximorum, quam annuam fuiſſe ex l.6.intelligitur.

Psevdomenos, ψευδόμενος, Latinè mentiens à Cicerone dicitur lib. de diuin.ii. & eſt, cuum quidquid conſtituitur verum eſſe, ſtatim reperitur falſum. vti docet Africanus in l. 88. D. ad legem Falcid. vbi huius rei exemplum adfert. Ex eo genere illud eſt apud Marcianum: Si Titius heres erit, Seius heres eſto. Si Seius heres erit, Titius heres erit. l.ſi Titius,16. D.de cond.Inſt. Alia ſuppeditat epiſtola Agell.lib.5. cap.10.& lib.9.ca.16.& nos in Dialectica noſtra plura protulimus.

Ptochia, πτωχεῖα, domus alendis pauperibus deſtinata. idem quod πτωχοδοχεῖον, l. vlti.C.de ſacroſ. eccleſ.

Ptochotrophivm, πτωχοτροφεῖον, locus alendis pauperibus paratus. πτωχὸς enim pauper, & τρέφω alo ſignificat. Memoratur in l.illud, 16.l.ſancimus,18.C. de ſacroſanctis eccleſ.

Pvberem Caſſiani quidem eum eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes adparet, id eſt, qui generare poteſt: Proculeij autem, eum qui quattuordecim annos expleuit. verùm Priſcus eum puberem eſſe, in quem vtrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. Vlpianus titulo Regularum 2.

Pvbertatem, inquit Iuſtin. veteres quidem non ſolùm ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant. noſtra autem conſtitutione promulgata, pubertatem in maſculis decimumquartum annum completum illicò initium accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœminis bene poſitam in ſuo ordine relinquentes, vt poſt duodecim annos completos viripotentes eſſe credantur. hæc ille tit. Quib. mod. ius patr. in princ. Sic in l.vlt.C. quand.tut. eſſe deſin. l.5.D.de teſta.l.2.D.de vulg.& pupil.§.1.Inſti.de nupt.Macrob.lib.in Somnium 5.ca. 6.Poſt annos bis ſeptem ipſa ætas neceſſitate pubeſcit: tunc enim moueri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio fœminarum. Tertull.lib.de virginibus vel. Tempus, inquit, etiam Ethnici obſeruant, vt ex lege natura iura ſua ætatibus reddant. nam fœminas quidem à duodecim annis, maſculum verò à duobus amplius ad negocia mittunt: pubertatem in annis, non ſponſalibus aut nuptiis decernentes.

Pvbertas plena in maſculis anno ętatis 18.in fœminis anno 14.l. adrogator. 49.§.1.D.de adopt.§.4. Inſt.eod.§.vlt.Inſt. Quib. manumit.lic.l.Mela,14.D. de alim.& cibar.l.quidam, D.de re iudic.l.1.§.pueritiam, D.de poſtul.

Pvblica. Vlp.l.15.D.de verb.ſignif. Bona ciuitatis abuſiuè Publica dicta ſunt: ſola enim ea Publica ſunt, quæ populi R. ſunt.& Caius, l.ſeq.Nam publica adpellatio in compluribus cauſſis ad populum R. re-

A ſpicit. ciuitates enim priuatorum loco habentur.

Pvblica ergo propriè ſunt vectigalia. vt l.34.D.ex quibus.cauſ.maior.Cicer.ad Qu.frat. Vt & publicanis ſatisfacias, præſertim publicis malè redemtis. Hinc,

Pvblicani dicuntur populo R.qui Coloni priuatis: nimirum qui publica, id eſt, populi R vectigalia conducunt. vnde Vlpi. publicani ſunt, ait, qui publico fruuntur. nam inde nomen habent, ſiue fiſco ve-

B ctigal pendant, vel tributum conſequantur.& omnes qui quid à fiſco conducunt, rectè adpellantur Publicani. l.1 D.de publ & vectig. Caius l.16.D.de verb.ſignifi. Eum qui vectigal popu. Ro.conductum habet, Publicanum adpellamus.

Pvblica vectigalia intelligere debemus ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, venalium rerum, item ſalinarum, & metallorum & picariarum. l.17.D.de verbo.ſig.

Pvblica dicuntur, propriè quorum vſus populi to-

C tius communis eſt: quaſi Populica. l.5.D.de rer.diuiſ. veluti forum, campus Martius, theatrum, baſilicæ.

Pvblica iudicia, vide ivdicia.

Pvblica actio eſt, qua cuiuis experiri licet: ad quam exercendam cuiuis aditus patet. Vlpia.l.1.§.4. D.de ſuſpect.tut. Conſequens eſt, vt videamus qui poſſint ſuſpectos poſtulare.& ſciendum eſt, quaſi publicam eſſe hanc actionem, hoc eſt omnibus patere. Ergo vt publicus locus dicitur, ad quem cuiuis licet

D accedere: ſic actio ſuſpecti eſt tamquam publicæ illæ actiones, ſiue iudicia, quorum aditus vnicuique patet. Hinc popularis actio, publica nominatur in l.30.§. 3.D.de iureiur. In popularibus actionibus, inquit Paullus, iuſiurandum exactum ita demum aduerſus alios proderit, ſi bona fide exactum fuerit. nam etſi quis egerit, ita demum conſueuit publicam actionē, ſi non per colluſionem actum ſit.

Pvblica lex, conciſa locutione dicitur, lex publici iudicij. vt cuum dicimus, Iudicia bonæ fidei, in qui-

E bus iudici poteſtas eſt ex bona fide iudicandi. Marcian.l.1.§.1.D.ad leg.Corn. de ſica. Quíve magiſtratus, iudéxve quæſtionis ob capitalem cauſſam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret. Imper.l.1. C.Vbi ſenat.vel clar. Intra prouinciam in qua facinus perpetrauit, publicis legibus ſubiugetur.

Pvblicare bona, idem quod confiſcare. Marcianus l.3.in fin.D.de bon.eor.qui ant. An non prius bona in fiſcum cogenda ſint, quàm ſi de crimine fuerit probatum: an verò omnimodo publicanda ſunt. ſed

F D. Pius reſcripſit: ſi parati ſint heredes defenſiones ſuſcipere, non eſſe bona publicanda. Sic l.23.§.ſi fundus, D.de ſeruit.ruſtic.l.27.D.de adulter.

Pvblicvm crimen Impp.in l.4.C.de hæret. id interpretantur, quod ad omnium pertinet iniuriam. Ac primum quidem, inquiunt, hęreſim volumus eſſe publicum crimen: quia quod in religionem diuinam cōmittitur, in omnium fertur iniuriam. Vide ivdicivm pvblicvm.

Pvella, pro muliere quæ iam duobus nupſerat,

G & tertio nuptura erat. in l.vxorem, 41.§.teſtamento, D.de legat.ter. nimirum, quia in poteſtate patris tamdiu erat: pòſt vero, ſui iuris facta fuerat. Quæſitum eſt, inquit, cùm puella non ex cauſſa legati pecuniam in dotem ab heredibus patris acceperat, ſed mortuo ſecundo marito mareifa. facta dotem recuperarat, &c.

Pvbliciana actio, vide Actio publiciana.

PVERI adpellatione, inquit Paullus, etiam puella ſignificatur: nam & fœminas Puerperas adpellant recentes ex partu, & Græcè παιδίον communiter adpellatur. l.163. D. de verb. ſigni.

PVERI adpellatio, inquit Paullus, tres ſignificationes habet: vnam, cuum omnes ſeruos pueros adpellaremus: alteram, cuum puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam, cuum ætatem puerilem demonſtraremus. l.204. D. de verb. ſigni.

PVGILLARES tabellæ, in quibus quid ſcribitur. Paullus l.17. D. commod. Si pugillares mihi commodaſti, vt debitor mihi caueres, non rectè facies importunè repetendo. Alfen. l.6. D. de ſupp. leg. Sed nec pugillares & codices in ſuppellectili ſunt.

PVLMENTARIVM, cibus pulris inſtar factus: apud Paullum in l.18. § 2. D. de inſti. vel inſt. Plin. lib.18. cap. 8. Pulte autem non pane vixiſſe longo tempore Romanos, manifeſtum: quoniam inde & pulmentaria hodiéque dicuntur.

PVLSARE & Verberare Ofilius ſic diſtinguit, vt hoc ſit cum dolore cædere, illud verò ſine dolore. l.5. §.1. D. de iniur. Quod tamen non frequenter obſeruatur. Cic. Verrin. VII. Videtis pendere alios ex arbore, pulſari autem alios & verberari. Et in ead. Sex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos verberandóſque homines exercitatiſſimi. Itaque videndum ne hæc verior ſit differentia: vt Verberare proprium ſit virgarum, & flagrorum: Pulſare autem generalius ſit, & ad quoduis teli genus pertineat. ſiue gladiis, ſiue lapidibus quis vſus eſſe dicetur, ſiue ſcipionibus & baculis, ſiue etiam pugnis.

PVLSARI, pro conueniri, in iudicium vocari. Vlp. l.11. §.10. D. de inter. in iur. Qui interrogatus reſponderit, ſic tenetur quaſi ex contractu obligatus, pro quo pulſabitur. Cic. Verrin. V. Pro decuma cùm pulſatus à Venerio eſſet, dedit HS. ſexdecim millia. Sic l. 2 §. & quoque, D. de iudic.

PVPILLVS eſt, ait Pomponius, qui cuum impubes eſt, deſiit in patris poteſtate eſſe, aut morte aut emancipatione. l.239. D. de verb. ſign.

PVPILLVS, pro impubere qui in patris poteſtate eſt: nam à Pupus deminutum nomen eſt. Caius l.141. §.1. D. de verb. obli. Pupillus licet ex quo fari cœperit, rectè ſtipulari poteſt: tamen ſi in parentis poteſtate eſt, ne auctore quidem patre obligatur. Indidem etiam ſubſtitutio Pupillaris nomen ſumſit. Cic. de inuent. 2. Quidam pupillum heredem fecit: pupillus autem antè mortuus eſt, quàm in ſuam tutelam veniret. Item: Parer enim & ſibi & filio dum is pupillus eſſet teſtamentum ſcripſit. & multa deinceps.

PVPILLARIS ſubſtitutio, vide Subſt.

PVRA lanx opponitur cælatæ in l.6. §.1. D. de rei vind. Similiter Cicer. Verrin. VI. Purum argumentum adpellat, ſine emblematis. Emblemata, inquit, detrahuntur. ſic Saluntini, excuſſis deliciis, cum argento puro domum reuertuntur.

PVRA ſtipulatio dicitur, cui neque dies, neque condicio adiecta eſt: eóque confeſtim ex ea & debetur, & peti poteſt. vt docet Imperator. §.2. de verb. oblig.

PVRGARE moram, vide Moram purgare.

PVRGARE viam, inquit Vlpianus, propriè dicitur ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſuper eam eſſet. l.1. D. de via publ.

PVRVM iudicium, cui adiecta non eſt exceptio. Cice. de inuent. lib.2. Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum. Poſtulat is, qui cum agitur, à Prætore exce-

A ptionem, EXTRA quàm in reum capitis præiudicium fiat. Hic is qui agit, iudicium purum poſtulat: ille qui cum agitur, exceptionem addi ait oportere.

PVRVS locus dicitur, qui neque ſacer, neque ſanctus eſt, neque religioſus: ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus vacare videtur. l.2. §.2. D. de relig. & ſumtibus.

PVRVM putum argentum. vide Argentum purum putum.

B PVRPVRA Tyria, rubea eſt quam Tyrus inſula procreat: vt Vitruuius lib.7. ca 13. & Plinius libr.5. cap.19. declarant: quorum hic quoque nobiliſſimam Tyriam adpellat. Vnde Imp. §.34. de actio. Si quis, ait, generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur.

PVSVLATVM argentum, coctum, igne perpurgatum, ſed infectum, & adhuc in maſſa: vt noſtri loquuntur. ſic dictum à puſulis, quæ in coquendo argento excitari ſolent. Alfenus l.31. D. locati: Veluti

C cuum argentum puſulatum fabro daretur, vt vaſa fierent: aut aurum, vt annuli. PVSTVLATVM Budæo magis placeret. Sueton. Nerone: Exegit ingenti faſtidio & acerbitate numum aſperum, argentum puſtulatum, aurum obryzum, vt pleríque omnem collationem palàm recuſarent. Verùm quid ſi & hìc quoque PVSVLATVM legendum eſt: quare melius erit Amplius pronunciare. Nam quod Alciatus POSTVLATVM vtrobique quaſi expetitum, reponit, id nos vt commentum homine docto indignum adſpernari, quàm

D refellere malumus. video tamen qui Puſulam, & Puſtulam, & Poſtulam promiſcuè pro eodem dici obſeruarint.

PVTEA, apud Vlpian. l.17. §.5. De acti. emt. legi videtur pro PVTEALIA: vt quod ſequitur OPERCVLA PVTEORVM gloſſa ſit ſub illo verbo ſubſcripta. De quo tamen Amplius deliberandum cenſeo.

PVTEAL, id eſt, quo puteum operitur. ait Pomponius in l.14. D. de action. emt. & vend.

E PYRRHICHARII, qui pyrrhicham exercent: id eſt ſaltationem pugnæ ſimilem: armati enim ſaltabant, qua de re cognoſces ex libro Platon. de legibus 7. Vlpianus l.8. §.9. D. de pœn. Inſtituuntur venatores aut pyrrhicharij, aut in aliam quam voluptatem, geſticulandi, vel aliter ſe mouendi gratia.

Q LITERA.

F QVA, pro qua ratione. Celſus l. cui ſeruus, 25. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. reſt. Cui ſeruus ipſius ſubſtitutus eſt, ſeruum ſuum adire iuſſit. ſi idcirco fecit, ne legata præſtaret, vtraque præſtabit, & qua heres eſt, & qua omiſſa cauſſa teſtamenti poſſidet ex ſubſtitutione hereditatem. Paul. l. precia rerum, 63. D. ad legem Falc. Sed nec ille qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt: nec expectandum eſt dum vendat, ſed in præſentia non qua filius

G alicuius, ſed qua homo æſtimatur. Cicero pro partim vſurpat, ad Atticum: Quàm expedita conſilia tua? quàm euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, qua congreſſus ſermoniſque cum Cæſare. Noſtri etiam pro Qua ex parte vſurpant. Vlpian. l.1. §. ſi parer, D. Syllanian. Attamen vbi deceſſit, qua exſtinctum legatum & libertas eſt, ſenatuſconſulto fore locum

cum dicit. Idem l.falſus creditor, 44.in fin. D. de furt. Planè ſi vſusfructus meus in eo ſeruo eſſe cœperit,dicendum eſt furti actionem non exſtingui, qua fructuarius dominus non eſt. Video etiam pro Quatenus poſitum à Iauoleno in l.litus, 112. D.de verbor. ſignifica. Litus publicum eſt eatenus, qua maximè fluctus exæſtuat.

QVA DE RE AGITVR, locutio Iuriſconſultis familiaris, quam bifariam vſurpabant: primùm, pro ſtatu cauſſæ,deinde pro demonſtratione. Cicero in Bruto: Qua de re agitur autem,illud,quod multis locis Iuriſconſultorum includitur formulis,id vbi eſſet,videbat. Idem pro Muræna: Neque tamen quidquam tam auguſtè ſcriptum eſt,quò ego non poſſim, QVA de re agitur,addere. Varro lib. de re Ruſt. 2. Illaſce oues,qua de re agitur,ſanas rectè eſſe, &c. Cicero de Fato: Hæc diſſerens, qua de re agatur, & in quo cauſſa conſiſtat,non videt.

QVADRVPLATORES, delatores erant criminum publicorum: in qua re quartam partem de proſcriptorum bonis,quos detulerant, adſequebantur. Alij dicunt, Quadruplatores eſſe,eorum reorum accuſatores,qui conuicti quadrupli damnari ſoleant: vt aleæ, aut pecuniæ grauioribus vſuris fœneratæ, quàm pro conſuetudine:aut eiuſmodi aliorum criminum. Hæc Pedianus in Diuinat. Item Verrina III. Quadruplatores, inquit, accuſatores ſiue delatores publicorum criminũ,ſub pœna quadrupli: ſiue quòd ipſi ex damnatorum bonis,quos accuſauerant,quartam partem conſequebantur.

QVADRVPLATORES dicebantur, qui eo quæſtu ſe tuebantur, vt eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio. Feſtus. Hinc,

QVADRVPLARI, propriè, pro calumniari. Plaut. Perſa:

Neque quadruplari me volo, neque enim decet,
Sine meo periculo ire aliena ereptum bona.

QVÆRERE verbum eſt proprium rerum capitalium,pro cognoſcere. quòd qui accuſatur, nocens ſit,an innocens,cum conſilio diſquiritur. veteres Anquirere dicebant. Cic.ad Att.in I.Senatus cenſuit,vt de iis qui ob iudicandum pecuniam accepiſſent,quæreretur. Item in Miloniana: Decernebat enim,vt veteribus legibus extra ordinem quæreretur. Hinc,

QVÆSTIONES, publica iudicia. inde ducto nomine,quòd in iis reus in iudicium vocatus,nocens ſit,an innocens conſtituto iudicio quæritur:vt l.2.de orig. iur. vbi Pompo.ſcribit quæſtiones publicas conſtitutas à Sylla de falſis,de ſicariis, de veneficiis, de parricidiis. Hinc,

QVÆSITORES, Prætores rerum capitalium: de quibus cognoſce ex Adpendice De magiſtratibus.

QVÆSTORES, vide in eadem Adpendice.

QVÆSTIO numaria, pro iudicio priuato,in quo non de capite, ſed de pecunia diſceptatur. Calliſtratus l.vltim.D.ne de ſtat.def. D. Claudius reſcripſit,ſi per quæſtionem numariam præiudicium ſtatui videbitur fieri, ceſſare quæſtionem.

QVÆSTIO alia facti dicitur,alia iuris.

QVÆSTIO facti eſt, in qua factum nécne ſit: quæritur; Iuris autem, in qua de iure ambigitur. veluti cùm dicimus, quatenus cuiuſque interſit, in facto, non in iure conſiſtere. l.quatenus, 21. D. de regulis iuris. Similes diſtinctiones reperiuntur in l. 1. D. res pigno. l. vltim D. de iureiuran. l. 16.D.de ſtat.hom.l.2.§. vltim.D.de Donat. & paſſim in iure noſtro: vt intelligatur, ſolas iuris quæſtiones ad Iuriſconſultos pertinere: alteras verò quæ totæ in coniecturali ſtatu poſitæ ſunt, ab iis remotas eſſe.vnde illud Cice. in Topic. Nihil hoc ad ius. Ad Ciceronem inquibat Gallus noſter: ſi quis ad eum tale quid retulerat,vt de facto quæreretur. Neque verò prætermittendum eſt,ad facti quæſtiones eas referri,quæ voluntaris ſunt:id eſt, in quibus de voluntate, putà teſtatoris,ambigitur,l.3.D.de aur.& argen. leg. l.41.l.94.D.de verborum obligationibus, l. 122. D.de verborum ſign.l.8.§.ſi debitori,D.quibus mod.pign.

QVÆSTIO in Rubric. de Quæſtionibus eſt tormentum quod reo ad ſcelerum & ſociorum ſuorum veritatem eruendam adhibetur, l.item apud.§.quæſtionem,D.de iniur.l.1.D.de queſtionibus,l.inde Neratius,§.ſed etſi,D.ad leg.Aquil.

QVÆSTORIVS ager dictus eſt, qui ex hoſtibus captus per quæſtores populo R. limitibus actis diuiſus,eſt venditus. Hæc Flaccus.

QVÆSTORII agri dicuntur, quos populus R. deuictis pulſiſque hoſtibus poſſedit, mandauitque Quæſtoribus,vt eos venundarent. Hæc Hyginus.

QVÆSTVS intelligitur qui ex opera cuiuſque deſcendit,l.7.& l.8.D.pro ſoc.hoc eſt,ſi quod lucrum ex emtione,venditione,locatione, conductione deſcendit.denique quod non per ſe natum,vt hereditas, legatum,donatio: ſed labore & opera cuiuſque quæſitum eſt.Minus tamen eſſe Lucrum quàm Quæſtum patet ex his Ciceronis verbis in Orat in Piſon. Quo quidem in ſpectaculo mira Reipubl.æquitas erat: vter eorum periſſet,tamquam laniſta, in eiuſmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem verò quæſtum, ſi vterque cecidiſſet.

QVALITAS in libris noſtris eſt, quæ ſpeciem ex differentibus declarat. itaque quam Vlpianus in l.heredes,21.§.ſed etſi,D.de teſta. numorum ſpeciem adpellat,eam Papinianus in l.qui non,78.§.primo,D. de hered.inſtitu.ſpeciem vocat. Similiter Caius in l. 74.D.de verborum obligation. qualitatem demonſtrari ait, cùm certam ſpeciem nominamus: veluti fundus Tuſculanus,homo Stichus. & l.ſeq.Cùm vinum Campanum optimum dicimus,ea res,inquit,efficit,vt ea adpellatio certi ſignificatiua ſit.

QVALVS, ſporta viminea: ad calcem portandam adcommodata,l.15.§.1.D. de vſufr.item ad vuas, vel vinum,l.8.D.de inſtit.vel inſtrum.

QVAM pro Magis vel potius quàm, video à Iuriſconſultis vſurpari locis quàm plurimis. Paullus l.2. D.de rebus cred. Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere,numero,menſura conſiſtunt: quoniam earum donatione poſſumus in creditum ire: quia in genere ſuo functionem recipiũt per ſolutionẽ, quàm ſpecie. Vlpian.l. 2. D. de iudic. Alioquin compelletur iudicium accipere, quàm inuenire eos, qui ſatis pro eo dent. Idem l. pro herede, in fin. D. de adquirend. hered. Si ſepulcri violati filius aget, quamuis hereditarij,quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiſcere,hæc enim actio pœnã, quàm rei perſecutionem continet. Idem l.ſi hominem, in prin.D.depoſ. Quia cùm ſciret cui rei pateretur,intempeſtiuè miſericordiam exercuit, cùm poſſet non ſuſcipere talem cauſſam,quàm decipere. Idem l. ſuſpectus,de ſuſp.tut. Expedit enim pupillo rem ſuam ſaluam fore, quàm tabulas Rem ſaluam fore cautionis habere. Idem l.ſi cui,§.ſi Titio, D.de legat.1. Intereſt enim eius ſolui mihi quàm ipſum conuentum mandati actionem intendere. Idem l.Prætor,§.hoc interdictum,D.de oper.noui nunc. Nonnulli putant

in factum eſſe dandam, quàm interdictum, quod verum eſt.

QVANDVQVE, pro quandocumque, l.13.§.1.D. de reb.eor.qui ſub.l.31.D.de vulg. & pup.

QVANDOQVE, id eſt poſt aliquod interuallum. Caius l. 42. D. de iure dot. Res in dotem datæ quæ pondere, numero, menſura conſtant, vt quandoque ſoluto matrimonio aliàs maritus reſtituat. Vlp. l.22. D.de adopt. Ceterùm ſi fidei eius committar, vt quandoque reſtituat: non oportet admitti fideicommiſſum.

QVANTI ea res erit, & Quanti eam rem eſſe adparet, idem valent; in vtraque enim clauſula patet veram rei æſtimationem fieri, ait Vlpian.l.inter, 179. D.de verb.ſig. hoc eſt, non ad id quod extrinſecus intereſt, ſed ad verum rei precium pertinent, vt l.arbitro, D.de dol.mal.l.Prætor, 4.§.hæc autem, D.vi bon. rap. vbi Vlp.ſic ſcribit, Hæc autem actio in factum eſt, & datur in duplum quanti ea res erit, quod ad verum rei precium refertur. Sic in l.ſi fundus, 33 D.locat.l.vn.in fi.D.ſi quis ius dic.l.Stichum, 55.D.ad leg. Aquil.l.4.§.in eum, D.de damn.inf. Interdum tamen hæc verba: QVANTI ea res eſt, etiam id quod extrinſecus intereſt, continent. Itaque cùm lex Aquilia ſcripta ſic eſſet, QVANTI ea res plurimi fuerit, Iuriſconſulti in l.ait lex, 21.& l.ſeq.ſcribunt, non ſolùm corpus æſtimandum eſſe quanti fuerit, ſed etiã quanti noſtra intereſſuit. Similiter Vlp.in l.4.§.in eum, D. de damn.inf. In eum, inquit, quanti ea res eſt, iudiciũ datur: quod non ad quantitatem refertur, ſed ad id quod intereſt. quod eodem modo licet animaduertere in l.9.10.& 11.D.de ſeru.corrup.l.3.in fi. D. vti poſſid.l.quoties, 81.D.de verb.obl. Hinc illæ notæ apud Valerium, Q. E.R.E.T.P.I.R.D.T.Q. D.D.D.P.F. Quãti ea res erit, tantæ pecuniæ iudicium recuperatoriũ dabo. teſtibúſque dumtaxat decem denunciandi poteſtatem faciam.

QVANTI, pro Quot: vide Tanti.

QVANTITATES adpellantur quæ numero, pondere, & menſura conſtant: quæ longè à ſpeciebus differunt. nam Quantitates ſingulæ propriam ſpeciẽ non habent, ſed communi ſpecie continentur: ait Vlpian.l.cùm Stichus, 29.D. de ſolut. Itaque ſi numus pro numo reddatur, & oleum pro oleo, & vinum pro vino: non aliud pro alio, ſed eadem ſpecies reddi videtur. nam quod in eiuſmodi rebus genere idem eſt, etiam ſpecie idem videtur. l. 2. D. ſi cert.petat. Species verò ſingulæ propriam ſpeciem habent, & communi omnes genere continentur: vt Pamphilus & Dauus communi hominis genere comprehenduntur: ſed alius eſt Pamphilus, alius Dauus. Itaque qui illum pro hoc, vel hunc pro illo ſolueret, aliud pro alio ſoluere diceretur. Quantitates numero diuiduntur: d.l.cùm Stichus, 29. quippe in qua non corpus, ſed vis ac momentum ſpectetur, l.ſi is cui, 9. D.de ſolut.l. 87. D. de legat. ſecundo. Species autem partibus diuiduntur.

QVANTITAS in iure ciuili cũ opponitur corpori, ſic definienda videtur: Res cuius vis ac momẽtum vel ſolùm, vel præcipuè ſpectarur: Corpus verò res cuius materia vel ſola, vel præcipuè ſpectarur. Vlpian.l.34.§.2.D.de lega.1. Eadem ſumma volente teſtatore multiplicari poteſt. ſed hoc ita erit accipiendum, ſi non certum corpus numorum ſæpius ſit relictum: vtputa centum quæ in arca habet ſæpius legauit. tunc enim fundo legato comparandum eſſe credo. Paullus l.87. D. de lega. ſecundo: Ei de quo

A quæritur precium teſſeræ ſpectandum: quoniam tale fideicommiſſum magis in quantitate, quàm in corpore conſiſtit. Idem in l.1.D.de cont.emt. Electa eſt materia cuius publica ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationũ æqualitate quantitatis ſubueniret. Papinianus, l.ſi is cui, 94. D. de ſolut. Siue in ſingulis numis communionem pro indiuiſo quis eſſe intelligat: ſiue in pecunia non corpora cogitet, ſed quantitatem. Sic Florent.l.65.§.1. D.de verbo.oblig.

B Vlpi.l.15.§.3.D.de re iudic.l.nam etſi, 13.in fi.& l.ſi ſocius, 16.D.ſi cert.petat.

QVANTITAS pro precio, & valore. Paullus lib. Collect. 2. ca. 32. Seruus qui furtum fecerit, damnúmve dederit, niſi id pro ſui quantitate dominus ſarcire paratus ſit, noxæ dedi poteſt.

QVANTO minoris actiones in iure ciuili duæ reperiũtur, quarũ altera ciuilis, altera ædilitia eſt. Ciuilis eſt, Quanto minoris emturus erat emtor, ſi viciũ ſciſſet, l.Iulianus, D.de act.emt. Ædilitia eſt, Quanto

C minoris res fuit contractus tempore, quàm quanti emta eſt. l. quod ſi nolit, 31. §. ſi plures, D. de ædil. edict. Per ciuilem actionem emtor ſi nihil daturus fuiſſet, omne quod dedit, recuperat: at per Ædilitiã ſi res nullius precij eſt redhibetur. l. bouem, 43. §.aliquando, eod. Illa perpetua eſt: hæc verò annua. l. ædiles, 38. eod.

QVARTA quæ in iure noſtro frequentiſſi mè adpellatur, multiplex eſt: & quadrantem eius aſſis quo de agitur, ſignificat. Præciſe namque Quarta, pro Quar-

D ta pars ferè nominatur. Quartas igitur literarum ordine deſcribemus.

QVARTA agnatorum erat quadrans hereditatis inteſtatò mortui, quam agnati ſi filij nõ exſtabãt, nepotibus ex filia auferebant. l. ſi defunctus, 4. de leg. hered. lib. Codicis Theod. v. at ex lege Iuſtiniani quãdiu poſteri vlli ſunt, quamuis ex fœmina prognati ſint, agnati non admittuntur. l. vlti. C. de ſuis & legit. qua lege Quartã illã agnatotorũ abrogauit.

QVARTA adrogati dicitur quæ à D. Pio introducta eſt: cùm impubes cauſſa cognita adrogatus, ſi-

E ne cauſſa tamẽ emancipatur: tum enim quartam bonorum adrogatoris cum ſuis bonis obtinet. paſſim adpellatur quarta D.Pij.l. Papin.8.§. ſi quis impubes, D.de inoffic.teſta.& l.1.§.ſi impubes, D.de collat.l.ſi adrogator, 22.D.de adopt. Hoc autem, periculi quod vitæ pupillorum ab adrogatoribus impendebat, euitandi cauſſa, inſtitutum eſt. Duo quippe cauenda fuerunt in iſtis adoptionibus: quia duplex ad deprædandum adrogati patrimonium aditus patebat. primùm

F ſi puer è medio tolleretur: deinde ſi emanciparetur. nam vtroque modo illius bona adrogatori quærebantur. conſtitutum ergo eſt, primùm vt ne adrogator impuberis, eius ante pubertatem mortui heres eſſet: deinde vt impubes minimùm quartam adrogatoris ſui bonorum partem lucraretur.

QVARTA curiæ dicitur, quadrans eius hereditatis, quam alienus aliquis (hoc eſt, non ex numero decurionum) qui curiali ſucceſſit, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte ſucceſſit, obtinuit. rum enim conſtitutum eſt,

G vt quadrantem curia poſtulare poſſit, non tamen de ſingulis rebus: ſed ita, vt heres vniuerſum patrimonium in partes quattuor diuidat: & ſors ducatur, vt vel curia quadrãtem, vel heres dodrantem obtineat. l.1.& l.2.C.quando & quibus quart.pars.libro 10.

QVARTA Diui Pij, Vide QVARTA adrogati.

QVARTA epiſcoporum, inſtituta eſt à Iuſtiniano: ſed mira varietate. nam in Nouell.vi. Quomodo oport.

oport.epiſc.ſtatuit,vt qui è curialibus aut cohortalibus Epiſcopus creabitur, quadrantem omnium ſuorum bonorum curiæ largiatur. At Nouell. cxxiii.de eccleſ.diuerſ.cap. ſtatuit, vt bonorum ſuorum quartam dumtaxat ret'neat, reliquum curiæ adtribuatur.

QVARTA ex tribus maribus eſt, quæ per s.c.Sabinianum inducta eſt:vt qui ex tribus maribus in adoptionem datus fuerit, ei quarta pars bonorum adoptiui patris relinquatur.l.penult.C.de adopt.& §.ſed ea omnia,13.vbi Theophil.de hered.ab inteſt. hoc enim iuris ei qui tres liberos mares haberet, tributum eſt.

QVARTA Falcidiæ dicitur in iure, quam heredes beneficio legis Falcidiæ retinent ex legatis, ſi fortè amplius dodrante in iis conſumtũ eſt à teſtatore. Lex autem id ſtatuit non de ſingulis legatariis,ſed de vniuerſis:vt ſcil.legare ita liceret,dummodò pars quarta patrimonij penes heredem remaneret. Itaque tametſi plures legatarij ſint,nõ tamẽ amplius eis quàm dodrantem licet adtribuere. Viciſſim autem nõ vniuerſi heredes, ſed ſinguli quartam ex ſua cuiuſque parte retinere poſſunt. modúſque patrimonij, nõ qui hereditatis adeundæ, ſed qui tempore mortis fuit, ſpectatur.& antequam ea quarta detrahatur,æs alienum, funeris ſumtus, & precia manumiſſorum ſeruorum detrahenda ſunt.l.1.& paſſim, D.& C.de lege Falcidia.

QVARTA fideicommiſſarij dicitur,cùm heres poſt mortem ſuam rogatus eſt hereditatis ſuę partẽ quartam reſtituere. Valet enim fideicommiſſum,perinde ac ſi de hereditate ſua reſtituẽda rogatus eſſet:& eatenus reſtituenda eſt, quatenus hereditas teſtatoris patitur.ſecũdum vulgatam formam iuris. l.filiusfam. 114.§.vt quis, D.de fideic.primo. Exemplum etiam exſtat in l.ita tamen,27.§. Trebellianum, & l.epiſtolam,75.§.1.D.ad Trebel.

QVARTA filiæ maieſtatis damnati ab Imperat. Arcadio & Honorio inſtituta eſt. nam cùm olim ad liberos damnati maieſtatis bona pertinerent, l.eorum,D.ad leg.Iul.maieſtatis conſtituit, vt filiis nihil omnino relinqueretur: filiabus autem quolibet numero eſſent, quarta tantùm ex bonis matris ſiue teſtatò,ſiue inteſtatò deceſſiſſent,adtribueretur.vt haberet mediocrem potius filiæ alimoniam,quàm integrum emolumentum ac nomen heredis.l.quiſquis,5. C.eodem.

QVARTA fiſci quæ ſit,docet Paullus in l.pen.D.de iur.fiſc.Qui tantam fidem adcommodauit,vt non capienti reſtituere hereditatem:ſi deducta parte quarta reſtituit,nihil retinere debet. quadrans autem qui heredi imponitur ipſius,eripiatur,& ad fiſcum transferatur.vnde dodrantis ſemiſſem ſolum capit, qui ſe detulit.

QVARTA liberorum adpellatur, quadrans eius partis hereditariæ,quæ ſi paterfamil.inteſtatò deceſſiſſet, ad eos peruentura erat. qui quadrans liberis, vel inofficioſè exheredatis, vel minorem in partem inſtitutis quàm quantus ille eſt, adtribuitur. veluti ſi duo ſint filij, quia legitima cuiuſque pars ab inteſtato eſt ſemis idcirco ſeſcuncia illis adtribuetur: quæ ſemiſſis pars quarta eſt.l.Papinianus,8.§.ſi quis,& l.ſi non mortis,25.D.de inoffic.teſt.

QVARTA autem hæc Legitima vulgo adpellatur: opinor,quoniam ad Falcidiæ legis inſtar inducta eſt: vt Iulianus apertè oſtendit Nouell.xxxiii. & aliis locis innumeris. Poſtea autem Iuſtinianus Legitimæ iſtius rationem immutauit:Nouell.xviii. qua ſtatuit,

A vt ſi plures non ſint,quàm quattuor, legitima portio cenſeatur triens:ſi vltra quattuor, ſemis. vide ſuprà. LEGITIMA LIBERORVM.

QVARTA matris auiç curialis à Iuſtiniano inſtituta eſt, vt ſi mater mortui vel auia tempore quo filius, nepóſve moritur,in collegio eiuſdem ciuitatis curialis reperta fuerit,quartam partem ipſorum hereditatis obtineant.l.2.C.quando quibus.

QVARTA monachi,inſtituta eſt à Iuſtiniano No-
B uell.v.de monaſteriis.§.ἐκεωτίον.vbi ſtatuit,vt ſi quis liberos habens in monaſterium ſe adſcribi velit,tantum ex eius bonis adtribuatur liberis ipſis, quantum quarta pars bonorum eius, ſi inteſtatus deceſſiſſet, efficeret: quòd ſi quid iam antè aut donationis propter nuptias,aut dotis cauſſa, ſed tamen minus quadrante ipſis erogaſſet, quod ad quadrantem deeſſet suppleretur. reliqua in monaſterij dominium tranſiret.quod idem inculcatur Nouell. cxxiii. de eccleſ. diuerſ.capit.5.εἰ δὲ γυνὴ ἢ ἀνήρ.

C QVARTA ſuperſtitis filij dicitur, cùm paterfamil. vxorem grauidam reliquit: & dubitatur, quot liberos paritura ſit.nam auctores iuris conſtituerunt, vt pars pro tribus in ſuſpenſo maneat, vſque dum mulier pepererit, quarta pars ſuperſtiti filio adtribuatur. quod enim fieri non rarò admodum poteſt, ſpectarunt:id eſt,quia fieri poterat, vt tergemini naſcerentur,quartam partem ſuperſtiti filio adſignauerũt. l.3.D.ſi pars hered.petat.

QVARTA Trebellianica quæ nunc vocatur, Pe-
D gaſiana olim fuit. nam Pegaſiano s.c. inſtitutum eſt, vt qui fideicommiſſum,ſiue vniuerſale, ſiue particulare reſtitueret, quadrantem ſibi retinere poſſet.§. ſed quia,de fideicom.her.vnde intelligi poteſt,quòd lex Falcidia eſt in legatis,id Pegaſianum in fideicommiſſis eſſe.nam quemadmodum heres à quo plus dodrante legatum eſt, vſque ad quadrantem integrum retinere poteſt:eodem modo is qui plus dodrante reſtituere eſt rogatus, ſiue vni,ſiue multis plus dodrãte reddere ſit rogatus,quartam ſibi retinere poterit.ve-
E luti ſi domum quæ ſemiſſem valeat,Titio: ſeruos qui trientem valeant,Seio.tum enim vnam vnciam retinebit: non quo ab vtroque ſemunciam vnam detrahat,ſed vt hæc vncia excedens in partes xii. diuidatur,quarum ſex Titius, quattuor Seius auferet, duæ reliquæ apud heredem remanebunt. Atque hęc quidem inter quartam Falcidiam,& Pegaſianam ſimilitudo eſt:differentia autem illa, quòd in Falcidiam legata non imputantur, in Pegaſianam imputantur. itaque ſi teſtator quadringenta in bonis habens, he-
F redi centum, Mæuio ducenta, Valerio centum leget: heres vltra centum quæ prælegati nomine retinebit, Mæuio quinquaginta, Valerio vigintiquinque quartæ nomine detrahet. at ſi heredem cui centum legarit, roget hereditatem reſtituere, centum quidem illa ſibi legata retinebit heres: quartam autem eo amplius non detrahet. cuius differentiæ rationem animaduerti hanc eſſe, quòd lex Falcidia voluntati præſumtæ teſtatoris ſubſeruiat, eique conſentanea ſit.exiſtimatur enim teſtator legatis hereditatem ex-
G hauriens, errore id facere, & putare plus in hereditate eſſe.quàm reuera ſit: creditúrque voluntas eius ea fuiſſe,vt heres aliquid obtineret. At s.c.Pegaſianum directò voluntati teſtatoris aduerſatur.conſtat enim teſtatoris hanc fuiſſe voluntatem, vt nihil apud heredem niſi nomen ac titulus, maneret: reuera alius heres eſſet. Cum igitur aliquo præmio Senatuſconſultum heredes voluerit aduerſus teſtatorum volun-

tatem, ad hereditates adeundas allicere, credibile eſt ſatis habuiſſe, ſi quadrans iſte quoquo titulo ad heredem perueniret. Itaque Marcianus in l. in quartam, 91. D. ad leg. Falcid. ſiue legatum, ſiue fideicommiſſum datum ſit heredi, ſiue præcipere, vel deducere, vel retinere iuſſus eſt, vel accepta pecunia hereditatem reſtituere rogatus ſit, vel condicionis implendæ cauſſa fideicommiſſum ei ſit, ea omnia in quartam ei imputari ſcribit: in Falcidiam autem, nequaquam. Atque hæc quidem de quarta Pegaſiana. Iuſtiniani verò conſtitutione Pegaſiani vis in Trebellianum ita transfuſa eſt, vt iam quarta Trebellianica vocitetur: quoniam heres vel quartam, vel quod ei deeſt retinere, ſolutúmve repetere poteſt: actiones autem pro rata communicantur. at ſi totam ſponte coactúsve reſtituit, omnium tum commodorum, tum incommodorum fit expers. §. ſed quia, de fideic. libert. Verùm hæc tota de re, hoc eſt, de tribus quartis, Falcidia, Pegaſiana & Trebellianica copioſè diſſeruimus in Diſput. noſtra de Trib. quartis.

Qvasi contractus in iure adpellantur, qui non propriè contractus ſunt, ſed tantùm ad contractuum ſimilitudinem accedunt. nam vt in contractibus, ſic etiam in hiſce actionibus rei priuatæ negocium geritur. verùm hoc intereſt, quòd in contractibus conuentio interuenit, & voluntas vtriuſque non modò concurrit, verùm etiam declaratur: in his, vnius ſolius actione tum ipſe, tum etiam alter tacitè obligatur: vt facilè adpareat, eos ſi minus re ac veritate, at certè tacitè ac præſumtè, id eſt ipſo iure contraxiſſe. præſumitur enim ac iudicatur negociorum geſtor eo animo negocium gerere, vt ex dolo & culpa obligetur: viciſſimque etiam dominus eo animo eſſe iudicatur, vt lubenter ſe negociorum geſtori obligatum velit, ſi quid ſuo nomine impenderit. quare naſci dicitur hæc obligatio, quaſi ex contractu: id eſt, non ex vero & geſto (vt ſic dicam) contractu, ſed ex tacito & præſumto. l. 5. D. de obligat. & actio. l. 2. & l. 6. D. de neg. geſt.

Qvasi delictum dicitur, cùm culpa punitur ita, quaſi vera delictum eſſet. Culpa enim propriè à Delicto ſic diſtinguitur, quòd in hoc dolus eſt, in illa non eſt. veluti cùm iudex malè per imprudentiam iudicando litem ſuam fecit. Imprudentia enim pars culpæ eſt: culpa autem pars quædam delicti. pœna igitur damnato ſic imponitur, ac ſi deliquiſſet: cùm tamen eius factum propriè delictum dici non poſſit. l. 5. §. ſi iudex, D. de oblig. & act. §. 1. Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex delict.

Qvasi vſusfructus dicitur earum rerum quæ in abuſu conſiſtunt: id eſt, quæ vtendo conſumuntur. proprietario enim ſatiſdatur. ſatiſdatio verò in corporum locum apud illum ſuccedit. l. 2. & l. 7. D. de vſufr. ear. rer. & §. 2. Inſt. de vſufruct.

Qvasi Seruiana, vide Seruiana.

Qvasi poſſeſſio, vide Poſſeſſio.

Qvasi caſtrenſe peculium, vide Caſtrenſe peculium.

Qverelæ nomine tres in iure ciuili actiones adpellantur: vna Inofficioſi teſtamenti: altera quæ ad illius ſimilitudinem introducta eſt, Inofficioſæ donationis: tertia, Inofficioſæ dotis.

Qverela inofficioſi teſtamenti eſt, qua poſtulatur vt ſi iudices violatum à teſtatore officium cognoſcant, reſciſſo teſtamento hereditatem iis quibus naturæ iure debetur adiudicent, quaſi non ſanæ mentis teſtator fuiſſet: quia vel in ſuos liberos iniurius, vel in ſuos parentes impius fuerit. l. 1. & paſſ. D. de inoffic. teſt. Eadémque interdum Actio, interdum etiam Accuſatio nominatur. l. 3. l. 8. l. 11. l. 25. l. 27. C. de inoffic. teſt. l. 6. l. 22. l. 27. D. eod.

Qverela inofficioſæ donationis eſt, qua poſtulatur vt quod contra officij rationem donatum eſt, reuocetur. l. 1. & paſſ. C. de inoffic. donat. Vtriuſque autem hoc commune eſt, vt tum demum concedantur, cùm vel alia ratione nulla liberi ius ſuum recuperare poſſunt, vel quadrans hereditatis eius relictus non eſt: quæ pars legitima dicitur. nam ſi minus eis relictum eſt, quod deerit ſupplebitur. l. ſi totas, 5. & l. ſi mater, 7. C. eodem.

Qverela inofficioſæ dotis eſt, per quam liberi quorum mater ſecundo ſuo marito vel omnia bona ſua, vel magnam eorum partem dedit, poſtulant vt debita ſibi emolumenta præſtentur. l. 1 C. de inoffic. dot. Hoc autem duæ priores inter ſe differunt, quòd prima non niſi & iure facto teſtamento, & adita ex eo hereditate, & aduerſus heredem ſcriptum conceditur: l. Papinia. §. ſi condicione, D. de inoffic. l. ſcimus, §. illud, C. eod. Secunda verò plerumque & ab inteſtato, & ei qui ab inteſtato heres eſt competit. l. 3. C. de inoffic. dona. Illa reſcindit teſtamentum, & planè ad inteſtati cauſſam reuocat, vt nihil ex eo valeat. d. l. Papinia. & l. cum mater, D. eod. hæc nunquam reuocat, niſi vſque ad legitimam tantùm. l. 1. & paſſ. C. illo tit.

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita cenſuerunt. Notæ quibus veteres in Senatuſconſultis perſcribendis vtebantur. Vide D. E. R. I. C.

Qvinqve pedum vſucapionem Cic. nominat in lib. De legibus 1. eo loco quem ſubiiciam, &, ſi poſſum, explanabo. Ex hac, inquit, non rerum, ſed verborum diſcordia controuerſia nata eſt de finibus: in qua (quoniam vſucapionem XII. tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt) depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus, nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex his tres arbitri fines regemus. Depaſci Academiæ poſſeſsionem, refert ad vſucapionem ſpacij quinquepedalis. Senſus eſt: Vt in controuerſia vicinorum de finibus, termini requiruntur, quibus repertis quinque quaqua verſus pedes definiuntur, qui quamuis longo tempore ab alterutro poſſeſſi ſint, finibus tamen dirimendis reſeruantur: ſic in controuerſia de finibus bonorum & malorum quæ philoſophos exercet termini Academicæ diſciplinæ à Socrate poſiti peruestigandi ſunt: & Antiochi arrogantia illius gloriam depaſcentis regenda & coërcenda eſt. lex autem Mamilia vnicum adigi arbitrum volebat finibus agrorum regundis, ſed cùm tres tum eſſent, facetè intulit: Nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex his tres arbitri fines regemus. De hac lege Aggenus Vrbicus his verbis: De fine enim lex Mamilia quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit, quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat vel circumactus aratri, quod vſucapi non poteſt. Hac de re dixi præterea quædam in Comment. De legibus duodecim Tabularũ.

Qviritivm ivs dicebatur, quod ciuium Romanor. cauſſa propriè inſtitutum ita erat, vt peregrini omnes eius planè expertes eſſent. Itaque, cùm Cicero Liciniũ Archiã ciuem Romanum probare vellet; Iis temporibus, inquit, quæ tu criminaris, ne ipſius quidẽ iudicio in ciuium Roma. iure eſſe verſatum, & teſtamentũ ſæpe fecit noſtris legibus, & adiit hereditates ciuium R. &c. Hoc autẽ ius quantũ ad dominiũ adquiren-

adquirendum adtinet (de quo ſolo tit. Codicis intelligendus eſt) ab Vlpiano quidem in Regulis tribus in rebus ponitur, Mancipatione, Vſucapione, & in iure Ceſſione: à Varrone autem lib. De re ruſtic. II. ſex. nã præter ſuperiores addit Iuſtam hereditatem, Emtionem è præda ſub corona, & Emtionẽ in bonis ſectionéve alicuius. Verba eius hæc ſunt. In emtionib. (emtionem autem omnem adquirendi modum intellige, vt ſuo loco docuimus) dominium legitimum ſex ferè res perficiunt: ſi hereditatẽ iuſtam adiit, ſi, vt debuit, mancipio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit (mancipationẽ ſignificat, de qua ſuo loco diximus, & quã Quiritium eſſe propriã Cicero & Boëtius in Top. demonſtrant:) aut ſi in iure ceſſit qui potuit cedere (ſic reſtituo vbi legebatur CVI) & id vbi oportuit (id eſt, apud eum apud quem legis actio eſt. hoc ſignificari cognoſces ex formula Ceſſionis in iure:) aut ſi vſucepit (vſucapionem enim Quiritium eſſe propriam indicat Cicero ex XII. tab. in libro Offic. I.) aut ſi è præda ſub corona emit (quo de more AGellius lib. 7. cap. 4.) túmve cùm in bonis ſectionéve cuius publicè venit. qua de re ſuis locis explicauimus. Ius ergo Quiritium hoc erat, vt ſi aliquo illius generis modo adquiſita res eſſet, nihil eſſet periculi a litibus: quemadmodum in Orat. pro Cæcina Cicero declarat. Vt perueniat ad me fundus, inquit, teſtamento alicuius fieri poteſt: vt retineam quod meum factum ſit, ſine iure ciuili non poteſt. id eſt, ſine iure Quiritium, quia heredis inſtitutio ius Quiritium non transfert, ſed iuſta, & legitima hereditas: vt ſuperius dictum eſt. Itẽ: Fundus à patre relinqui poteſt. at vſucapio fundi, hoc eſt finis ſolicitudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, ſed à legibus. aquæductus, hauſtus, iter, actus, à patre: ſed rata auctoritas harum rerum omnium, à iure ciuili ſumitur. Hinc ius euictionis, de quo ſuo loco commemorauimus. Huic autem iuri Quiritium opponebatur ius in bonis: de quo ſub verbo IN BONIS diſſeruimus. idque adparet ex l. vn. C. de nud. iur. Quirit. toll. itémque ex Vlpiani Regul. tit. I.

QVIRITIVM ius, inquit Iuſtinianus, id dicitur, quo Quirites vtuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino adpellantur. §. 3. de iur. natur. Ouidius lib. Faſt. II.

Proxima lux vacua eſt, at tertia dicta Quirino:
Qui tenet hoc nomen Romulus ante fuit.
Siue quòd haſta Quiris, priſcis eſt dicta Latinis:
Bellicus à telo, venit in aſtra Deus.
Siue ſuo regi nomen poſuère Quirites:
Seu quia Romanus vicerat ille Cures.

QVO bonum eſt? locutio Iuriſconſultis vſurpata pro Quam ad rem vtile eſt? Caius l. aliquando, 13. in fin. D. ad Velleian. Quo enim bonum eſt, expectare condicionem vel diem, cùm in ea cauſſa ſit prior iſte debitor, &c. Vlpianus l. 3. §. ſi quis ex liberis, D. de bon. poſſ. cont. tab. Cùm enim poſſit ſecundum tabulas habere poſſeſſionem, quo bonum eſt ei contra tabulas dari? Idem l. ſi poſt mortem, 10. §. liberi, eod. Quo enim bonum eſt eis fauere, vt partem faciant, nihil habituris: Scæuola l. ſi duo, 93. D. de ſolut. Si duo rei ſint ſtipulandi, & alter alterum heredem ſcripſit, videndum an confundatur obligatio. placet non cõfundi: quo bonum eſt hoc dicere.

QVO magis, pro Quo minus. Imper. l. 3. C. de iudi. Nihil prohibet, quo magis apud eum quoque diſceptatio terminetur. Item l. 1. C. Qui dare tut. Non ideo oportuit impediri, quo magis liberali cauſſa ordinata, curator tibi daretur.

A QVOD legatorum Interdictum; vide Interdictum quod legatorum, & ſic de Quorum bonorum, &c.

QVOD iuſſu actio, &c. vide Actio.

QVOT menſibus, & Quot diebus eodem modo vt Quotannis. Vlpianus in l. nec ſemel, 12. §. 2. D. quando dies legat. Nihil intereſt vtrum in annos ſingulos, vel quotannis, an in ſingulos menſes, vel quot menſibus, an in ſingulos dies, vel quot diebus legetur. Idem in l. 8. §. 16. D. de tranſ. Si tamen ita tranſegerit,
B vt in vicem eorum numum quotannis, vel quot mẽſibus acciperet, &c. Sic apud Catonem Varronem, & Vitruuium perſæpe.

R LITERA.

R LITERAM ab Appio Claudio inuentam Pomponius ſcribit in l. 2. de orig. iur. eoque factum, vt qui antea Valeſij, Fuſij, Papiſij,
C Aureſij dicebantur: pòſt Valerij, Furij, Papirij, Aurelij vocitati ſint. Cuius rei teſtes ſunt Cic. lib. Epiſt. IX. Macrob. lib. III. cap. II. Varro lib. De ling. VI. Liuius III. Feſtus R.

RAPHAELES Iuriſconſulti duo celebrantur, alter Fulgoſius, Comenſis alter: quorum vterque Patauij ius ciuile profeſſus eſt circiter annum M.CCCC XX.

RAPINA eſt violenta rei ademtio. differt autem à Furto. I. quòd furtum latenter & clanculum fit: Rapina impudenter & vi. II. Furtum aliud eſt manife-
D ſtum, aliud nec manifeſtum: Rapina non niſi manifeſta. III. Furti pœna non vna eſt, ſed modò quadrupli, modò dupli: Rapinæ pœna vna eſt tripli. IIII. Furti actio ſolam pœnam ſine re ipſa perſequitur: Rapinæ verò, ſimul & rem & pœnam. V. Furti actio manifeſti, prætoria eſt: nec manifeſti, ciuilis: Rapinæ actio tota honoraria eſt. VI. Furti actio perpetua eſt: Rapinę verò, annua. §. 1. Inſti. vi bo. rap. §. ex maleſi. Inſtit. De actionibus.

Ῥαπίσματα Iuſtinianus adpellat colaphos, quibus
E cædi liberi cùm manumitterentur, ſolebant, l. vlti. C. de emancip. & Nouella LXXXI. vbi Imp. ſic loquitur: *εἰ γὰρ ἡ τῆς* emancipationος *πρᾶξις πάλαι μὲν ὑπὸ τὰς καλουμένας* legis actionας *γινομένη, μεθ' ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων ἀπαλλάττειν αὐτοὺς τῶν τοιούτων δεσμῶν, &c.* Hunc autem cædendi morem etiam in ſeruorum manumiſſionibus ſeruari ſolitum, Iſidorus teſtatur, lib. Etymol. IX. cap. IIII. Cornutus in Perſium: Quoties, inquit, manumittebant, eos alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant. Vnde Manu-
F miſſio dicta eſt, eo quòd manus eis immitteretur, Claudianus in libr. de IIII. Conſul. Honorij:

famulúſque iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu:
Triſtis condicio pulſata fronte recedit
In ciuem, rubuere genæ, tergóque remouit
Verbera, promiſſi fœlix iniuria voti.

Quibus ex locis exiſtimare licet, colaphos & alapas illas in liberorum emancipationibus propterea inſtitutas, quòd cùm pro ſeruis mancipati & venditi fuiſ-
G ſent, etiam pro ſeruis eiecti & de poteſtate ac familia dimiſſi fingerentur.

RATAM rem haberi hoc eſt, comprobare agnoſcereque quod actum eſt à falſo procuratore. l. quo enim, 12. D. rat. rem hab. non tantum autem verbis habere poteſt, ſed etiam actu. l. 5. eodem.

RATIARIVS, qui ratem exercet: vt Nauicularius,

qui nauem. Paullus l.30. D.de pign.act.Qui ratiario crediderat, cuum ad diem pecunia non ſolueretur, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit,&c.

RATIO eſt, vltrò citrò dandi,accipiendi,credendi, obligandi, ſoluendi ſui cauſſa negociatio.l.6.§.3. D.de edendo.

RATIONES reddere & edere multum differunt. nam Rationes reddere iuſſus intelligitur ſummam pecuniæ, quæ ex reliquis colligitur,iuſſus dare.l.qui libertatis, 69.§.ſeruus, D.de euict l.32.D.de cond.& demonſt. At edere iuſſus inſpiciendi tantùm poteſtatem facere debet, non etiam reliquum facere cogitur.l.boues,89.D. de verb.ſig.

RATIONES reddere, eſt legendas offerre rationes primùm,deinde computandas vt explorari poſſit,imputationes probè an improbè referantur:accepta rectè relata, an non rectè.ita enim incipit quidem res à facto, peruenit autem ad pecuniam:reliqua enim reddi oportet.l.cùm ſeruus,82.& ſimilib. D.de cond. & demonſt.

RATIONIBVS diſtrahendis actio:vide Actio tutelæ.

RATIONALES in libris noſtris dicuntur,iidem qui Procuratores Cæſaris, de quibus ſuo loco explicauimus. Vnde Rub. lib. Pandect.1 de offic.procur. cæſ. vel rational. Lamprid.in Alexandro:vbi aliquos voluiſſet,vel rectores prouinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores id eſt rationales ordinare, nomina eorum proponebat,&c.Item:Rationales citò mutabat, ita vt nemo niſi annum compleret: eóſque ſi boni eſſent,oderat,malum neceſſarium vocans.Imp.Conſtant.l.5.C.vbi cauſſ.fiſc.Ad fiſcum,inquit, pertinentes cauſſas Rationalis decidat. Sic in l. vlti. C. de aduoc.fiſc.L.vlt.C.ſi aduerſ.fiſc.l.3.C.de bon.vac.

RATIOCINATOR, qui tabernæ rationes tractat.l.5.§.7.D.de trib.act.

RAVCA, vermis radices adrodens. Plin.lib.17. ca.18.Olea vbi quercus effoſſa ſit,malè ponitur:quoniam vermes,qui Raucæ vocantur,in radice quercus naſcuntur & tranſeunt.Vlpia.l.13.§.1.D.locati: Si qua tamen vitia ex ipſa re oriantur,hæc damno coloni eſſe:veluti ſi vinum coacuerit,ſi raucis aut herbis segetes corruptæ ſint.

RECEPTI in libris noſtris adpellantur, Arbitri: ex eo quòd à Prætore ad arbitrandum delecti, recepti atque admiſſi ſunt: ſiue quia ex recepto, id eſt ex compromiſſo cauſſas dirimendas recipiunt.l.1.&paſſ. D.de recept.& l.12.C.de iudic.

RECEPTI in reos, vide Reum facere. Venul.l.12.§. 1.D.de accuſa.Hoc beneficio etiam in reos recepti vti poſſunt. item in fine,Cornelia iniuriarum ſeruum non debere recipi reum, Cornelius Sulla auctor fuit.

RECEPTITIA actio, vide Actio receptitia.

RECEPTITIA dos eſt,quam is qui dedit ſoluto matrimonio ſibi reddi ſtipulatus eſt:ait Vlp.tit.Reg. vi. & l.mortis cauſſa,31.§.2.D.de mort.cauſſ. donat.

RECIPERE,excipere,ſibi reſeruare.Iauol.l.5.D. commun. præd. Seruitutem recipere niſi ſibi, nemo poteſt. adiectio itaque vicini pro ſuperuacuo habenda eſt:ita vt tota ſeruitus ad eum qui receperit,pertineat. Alfen. l.205. Qui fundum vendidit,pomum recepit, nuces & ficos & vuas dumtaxat duracinas receptas videri. Labeo l.30.§.3.D.de lega.& fid. lib. 32. Si fundum mihi vendere certo precio damnatus es, nullum fructum eius rei ea venditione excipere tibi liberum erit.Plaut.in Trinummo,

Poſticulum hoc recepit:cuum ædes venderet.

Cic.de Orat II.Sed dicis te,cuum ædes venderes,ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe.Eodem modo Agell.lib.17. ca.6. hunc Catonis locum interpretatur: Principiò nobis mulier magnã dotem adtulit.tum magnam recipit,quàm in viri poteſtate non committit. Eam pecuniam viro dat mutuam:poſtea vbi ira facta eſt,ſeruum receptitium ſectari atque flagitare virum iubet. Recipit,inquit Agell.id eſt,retinet.Item,Quando mulier dotem marito dabat,tum quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad id virum tranſmittebat,ea recipere dicebatur. Hinc ſeruus Receptitius,id eſt,proprius ſeruus ſuus,quem cum pecunia reliqua receperat, neque dederat doti ſed retinuerat.

RECEPTITIVM ſeruum Nonius inde dici tradit, quem in danda dote, aut donatione quis exceperit, quod eſt receperit. Cato,Mulier & magnam dotem dat,& magnam pecuniam retinet. ex ea igitur re familiare,ex qua ſibi dote data retinuit pecuniam,viro fortè irata repetere inſtituit.adponit ei flagitatorem receptitium: hoc eſt, proprium ſeruum, quem cum reliqua pecunia receperat,nec dederat doti,& exceperat.

RECIPERE in edicto de ſer.corrup.propriè eſt,refugiũ abſcondẽdi cauſa ſeruo præſtare,vel in ſuo agro, vel in alieno loco ædificióve.l.1.§.1.D.de ſer.corrupt.

RECISVM,conciſum,breue. Calliſtratus l.2.D.de term.mot.Et poſſunt in tempus vt cuiuſque patiatur ætas,relegari. id eſt, ſi iuuenior,in longius: ſi ſenior, reciſius.

RECTE atque ordine, id eſt, rectè ac ſapienter. quippe ex ſapientia,conſideratio:ordo autem ex cõſideratione naſcitur.In s.c.Vell.l.2.D.ad s.c.Vell.Arbitrari Senatum, rectè atque ordine facturos ad quos de ea re in iura aditum erit.Cic.in Anton.III. Rectè atque ordine,éque Rep.feciſſe & facere.Vlpian.l.diui, 27.§.1.D.de liber. cauſſ. Rectè atque ordine iudices puto facturos, ſi hanc formam fuerint conſecuti.

RECTE, in ſtipulationibus tantumdem valet, vt Arbitratu boni viri: inquit Vlp. l. hæc verba, 73.de verb.ſign.Hinc Rectè defendere, arbitratu boni viri defendere:apud eundem in l.iam tamen, 5.§.3.D.Iudic.ſol.Ineſt etiam bonæ fidei ſignificatio:vt ſit,Bona fide,ſincere,ſine fraude:Cæſar bell.ciu.l.Deinde Imperatoris fidem quærunt, recténe ſe illi ſint commiſſuri.Hinc illa formula apud Paullum in l.lecta,40.D. Si cert.pet. Et hæc quindecim proba rectè dari Kalendis futuris ſtipulatus eſt Mæuius. Cato de re ruſt. ca.CXLIIII. Oleam cogi rectè,ſatiſdato arbitratu L. Manlij.Idem cap.146.Rectè hæc dari,fieríq;,ſatiſque dari domino,promittito. Varro lib.de re ruſt.2.cap. 4.Illaſce ſues ſanas eſſe,haberéque rectè licere, ſpondes ne? Scæuola. l.qui Romæ,§.15.D.de verb.oblig. Eáque ſic rectè dari fieri promiſit Callimachus. Vlp. l.aliud eſt,71.de verbor.ſignif. His rebus rectè præſtari.

RECTO iure apud Imp.§.1.de fideic.here.ſic interpretor. Rectè atque ordine, è legibus,iure,vt leges permittunt. In primis igitur ſciendum eſt, inquit,opus eſſe vt aliquis recto iure teſtamento heres inſtituatur: id eſt, quem ius legéſque permittant inſtitui.

RECVPERATORES primùm dicti ſunt, qui inter populum R. & ciuitates peregrinas de rebus priuatis reddendis recipiendíſque cognoſcebant. Ea enim,

vt ex

vt ex Feſto conſtat,Recuperatio dicebatur. Hinc,

RECVPERATORES, iudices, qui à Prætore in priuatis controuerſiis quacumque de re ageretur, dabantur:quos à recuperando dictos adparet,quòd per eos ſuum quiſque ius recuperare poſſet.

RECVSARE & Repudiare hereditatem differunt. Recuſare non modò heres poteſt,verumetiam fideicommiſſarius. l. cogi,16. §. 3. & §. ſi ſeruo,D.ad Trebell.Repudiare autem ſolus heres poteſt:quippe cùm alij nulli hereditas deferatur. rurſus, Repudiatio in iure tantùm fieri poteſt.l.3.& l.4.C.de repud.hered. Recuſatio verò quouis loco & modo rectè fit.Itaque recuſare,inquit Vlp.non tantùm præſentes, ſed etiã abſentes, vel per epiſtolam poſſunt. l.recuſare,6.D. ad Trebell. & l.recuſari, 95. de adq. here. Recuſari hereditas non tantùm verbis,ſed etiam re poteſt: & alio quouis indicio voluntatis.

RECVSATIO, exceptio. Cicero. De inuent.lib.1.Iudiciale eſt,quod poſitum in iudicio,habet in ſe accuſationem & defenſionem,aut petitionem & recuſationem. Hinc illud Celſi in l.48. D.mandat. Si quis ſub vſuris creditam pecuniam fideiuſſiſſet, & reus in iudicio conuentus cùm recuſare vellet ſub vſuris creditam eſſe pecuniam, fideiuſſor ſoluendo vſuras poteſtatem recuſandi eas res ſuſtuliſſet, eam pecuniam à reo non petiturum.

REDACTVS, tus,tui:pecunia ex frugib.venditis redacta.Scæuol.l.58 §.1.D.de vſufr.Sempronio do lego ex redactu fructuum holeris & porrinæ, partem ſextam.

REDDERE,rem pro re dare.Seneca lib.de Benef.vi. Cùm dicimus, Beneficium illi reddidi,non hoc dicimus, illud nos quod acceperamus reddidiſſe: ſed aliud pro illo reddere. Eſt enim rem pro re dare.Quidni? cùm omnis ſolutio non idem reddat,ſed tantumdem. nam & pecuniam dicimur reddidiſſe, quamuis numerauimus pro argenteo aureos, quamuis non interuenerint numi,ſed delegatione & verbis perfecta ſolutio ſit. Item lib.vii.Reddere, eſt id quod debeas volenti dare.

REDDENDI verbum, ait Celſus, quamquam ſignificatum habet retrò dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem. l. 94.D.de verb.ſig.l.21. de legat.2.

REDDERE ius dicitur magiſtratus,cùm aliquid decernit:quaſi quod ei à populo commiſſum fuit, vnicuique diſtribuens.l.pen.D.de iuſt.& iur. Sic,

REDDERE actiones, agendi poteſtatem facere.

REDDERE iudicium, idem quod iudicium conſtituere: litigandi facultatem dare.

REDDERE interdictum,ſimili ſignificatione, interdicto agendi poteſtatem permittere. quarum rerum paſſim exempla exſtant.

REDDI rationes, vide RATIONES reddere.

REDDITVIRI, vetuſtè pro redditum iri.Proculus l. 48.in fin. Sed qui petent cauere debebunt,ſi hereditas euicta fuerit, quod legatorum nomine datum ſit,reddituiri. Iulianus l.27. D. ad C. S.Trebell. Et cauit, quod amplius per legem Falcidiam liceret, cepiſſet, reddituiri.

REDEMTOR dicitur, qui certo precio opus aliquod faciendum ſuo periculo conduxit:& qui locat, vetuſtè Venditor:opus verò ipſum, Redemtoris bona: vt in Verrin.III.docuimus.

REDEMTOR eſt, qui opus certo precio faciendum ſuo periculo conduxit. Vlp. l 39.D.de rei vind. redemtores qui ſuis cementis ædificant, ſtatim ce-
A menta faciunt eorum in quorum ſolo ædificant. Cicero Philipp. IX. Vt eam ſtatuam faciendam locent, quantique locarint,tantum pecuniam redemtori ſoluendam adtribuendámque curent.

REDEMTOR litis dicitur, qui certa mercede pacta litis periculum in ſe recepit, eiúſque periculum præſtat. Vlp. l.6.§.6. D.mandat. Videbatur autem mihi iudicatum ſolui fideiuſſiſſe,& quaſi redemtor litis exſtitiſſet, vellet à Daphnide mandata iudi-
B cio conſequi quod erat condemnatus. Prius autem dixerat, Ex euentu litis cauerat ſibi certam quantitatem dari. Item l.ſequenti,An euentum litium maioris pecuniæ præmio redemerit. Quinctil. lib 12 cap. 7.in fin.de patronis eorúmque honorario diſputans: Paciſcendi quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis precia, procul abominanda negociatio,etiam à mediocriter improbis aberit. Impp. l.15. C.de procur. Litem te redemiſſe contra bonos mores precibus manifeſtè profeſſus es. Sic l. 22.C.man-
C dat.l.9.§.1.D.de offic.Proconſ.

REDEMTOR pontis dicitur, qui pontem ſartum tectum pecunia quæ pro mercium exportatione ſoluatur,tuendum conduxit.Labeo l.60. § 8.D.locat. Vehiculum conduxiſti: id cuum pontem tranſiret, redemtor eius pontis portorium ab eo exigebat.

REDEMTORES propriè atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui cuum ad faciendum aut præbendum quid conduxerant, tum demum pecunias accipiebant.nam antiquitùs Emere pro accipere po-
D nebant. At ij nunc dicuntur Redemtores, qui quid conduxêre præbendum,vtendúmque. Feſtus.

REDEMTVRA, redemtio,conductio publicorum. Vlpia.l.5.D.de inſtit.act. Si quis pecuniis fœnerandis,agris colendis,mercaturis, redemturíſque faciendis præpoſuerit,&c. Liuius lib.3.bell. Punic.Exhortandos qui redemturis auxiſſent patrimonia, vt Reipub.ex qua creuiſſent, ad tempus commodarent.

REDHIBERE, eſt facere vt rurſus habeat venditor quod habuerit:& quia reddendo id fiebat, id-
E circo Redhibitio eſt adpellata, quaſi redditio. l. 21. D. de ædil. edict. vide l. facta, 60. Vel ſic:

REDHIBITIO venditionis reſolutio eſt:ait Vlp. l.13. §. D. de adq.poſſ. Vel ſic:

REDHIBERE, dicitur venditor qui rem venditã ſibi ab emtore redditam recipit. Plautus Mercatore:

C. *Quid ſi igitur reddatur illi vnde emta eſt?*

D. *minimè gentiũ.C.dixit ſe redhibere, ſi non placeat.* nam (vt ait Feſtus)

REDHIBITVR tum propriè dicitur, quod reddi-
F tum eſt, improbatúmque: & qui dedit, idémq; rurſus coactus eſt habere id quod antè habuit. Hinc,

REDHIBITORIA actio, vide Actio redhibi-

REDIMERE, pro corrumpere: vt redimere delatorem, pecunia eum à delatione deducere.Vlpian. l.29.D. de iur.fiſci, Sed enim hæc pœna magis eſt vt aduerſus ipſum locum habeat, qui delatorem redemit. Item:Nec enim exinde perit cauſſa, ex quo redemta eſt.

REDIMERE ſententiam,Redimere iudices.Ma-
G cer l.34.eod. Tu qui defenſione omiſſa redimere ſententiam maluiſti. Item,Ad defenſiones cauſſæ bona fide veniant: non aduerſarios aut iudices redimere tentent.

REDITVS, prouentus qui quotannis redit, l. penult.D.de vſu & vſuf.leg.l.ſi reditus, D. de fund. inſtit.l.Titia,D.de ſolut.l.æquiſſimum,§.1.D.de vſuf. vt apud Ouidium Eleg. III.

At reditus iam quiſque ſues amat, & ſibi quid ſit
Vtile ſollicitis computat articulis. Hinc,

Reditvs pecuniæ, id eſt, vſura: inquit Scæ-
uola l.30.D.de admim.vel transf.l. 87. §.vlti. ad leg.
Falcid. l. 6. de præſcript. verb.

Refectvs, reditus, prouentus. Scæuola l.78.
§.10.D.ad S.C.Treb.Interim ex refectu paupertatis,
qui ad vos peruenerit, alatis eum vſuris pro quanti-
tate numorum redactis: id eſt, ex reditu partis tertiæ
B hereditatis.nam paupertatem adpellat exiguæ here-
ditatis partem tertiam. Verbum fructibus agrorum
& prouentibus adcommodatum. Cic. in Paradox.
Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis poſſeſſio-
nibus tantum reficiatur, vt ex eo tueri ſex legiones
poſſis.

Referendarii deſcribuntur in Nouell. xi.
de referend. qui ad principem ſupplicum preces re-
ferebant. Caſſiodorus lib. Variar. vi. ex eorum for-
mula demonſtrat eos cauſſarum ordines principi ex-
C poſuiſſe, interpellantium vota cognouiſſe, & iis reſ-
ponſa reddidiſſe.

Referre iuſiurandum, eſt delatum ſibi ab ad-
uerſario iuſiurandum in eum transferre. Paullus l.38.
D.de iureiur. Manifeſtæ, inquit, turpitudinis & con-
feſſionis eſt, nolle nec iurare, nec iuſiurandum refer-
re. Et ſæpe in l.iuſiurandum, 34.eod.

Referre rem iudicatam, retractare. Cic. pro
Dom. ſ. Si Decemuiri ſacramentum in libertatem in-
iuſtum iudicaſſent, tamen quotieſcumq; vellet quis,
hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe volue-
D runt. Sic Referre myſteria dixit lib. De Orat. iii. pro
Iterare: & Terent. in prol. Hecyr. Referre comœ-
diam, pro denuò agere.

Referre in reos, vide Reum facere. Vlp. l.15.
§.1.D.ad leg.Iul.de adult. Legis Iuliæ de adulteriis ca-
pite ſeptimo ita cauetur, ne quis inter reos refe-
rat eum, qui tum ſine detractatione Reip. cauſſa abe-
rit: neque enim æquum viſum eſt abſentem Reipub.
cauſſa inter reos referri, dum Reipub. operatur.

Refigere, ait, Vlp. eſt quod corruptum eſt,
E in priſtinum ſtatum reſtaurare. l. 1. §.2.D. de riuis, l.1.
D.de via publ.

Regi fines dicuntur, inquit Boëtius, cùm pro-
priis ager quiſque finibus terminatur. Hinc Finium
regundorum, vel Finibus regundis iudicium, quod
inter confines redditur, vt fines agrorum vicinorum
dirigantur. l.1.& paſſ.D.fin.regund. Cic. in Topic. Si in
vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines agrorum
magis eſſe videntur, quàm vrbis, finibus regundis ar-
F bitrum adigere non poſſis,

Regvla eſt, inquit Paullus, quæ rem quæ eſt
breuiter enarrat: non vt ex regula ius ſumatur, ſed ex
iure quod eſt, regula fiat. per regulam igitur breuis
rerum narratio traditur, vt ait Sabinus, quaſi cauſſæ
coniectio eſt, quę ſimul cum in aliquo viciata eſt, per-
dit officium ſuum. l.1.D.de regul.iur. Vel ſic:

Regvla eſt ſententia quædam generalis, quæ
ex plurium legum mente à Iuriſconſultis notata at-
que animaduerſa, paucis verbis ſummam earum con-
G ſenſionem & tamquam harmoniam complectitur.
Differt autem Lex à Regula: quòd illa dicitur, quàm
populus certo & cognito omnibus iure conſtituit:
Regula verò, quàm Iuriſconſulti ex pluribus legum
capitibus notatis interſeque comparatis elicuerunt:
vt non omnino incommodè dicere poſſimus, leges
eſſe tamquam voces, & ſonos ſingulos: Regulam ve-
rò eſſe tamquam harmoniam & cõcentũ. Vide plura

A lib. Obſeruat. ii. cap. iiii.

Regvla, capſa iuncea vel ſcortea, in qua in-
cluſæ oleæ torcularis prælo ſubiiciuntur: apud Vlpi.
l. 19. §. 1.D.locati: & Columell. lib. 12. cap. 52.

Reiectio iudicum quid ſit, Aſconius ſic ex-
ponit: Moris erat celebrata iudicum reiectione, &
haberi in officio Prætoris, & in arca reponi nomina
ſelectorum iudicum. Reiectio autem idcirco dici-
tur, quia cùm multi iudices in conſilio cum Præto-
re ſuo iudicaturi eſſent, qui Quæſitor fuiſſet, in cauſ-
ſa publica, verbi gratia repetundarum, ambitus, ma-
ieſtatis, neceſſe fuerat eos primùm de decuria ſena-
toria conſcribi, cuum ſenatus iudicaret: deinde in vr-
nam ſortitò mitti, vt de pluribus neceſſarius nume-
rus confici poſſet: tertiò, id eſt poſt vrnam, permitti
accuſatori ac reo, vt ex illo numero reiiciant, quos
putauerint ſibi aut iniquos, aut ex aliqua re incom-
modos fore. Reiectione celebrata, in eorum locum
qui reiecti fuerant, ſubſortiebatur Prætor alios, qui-
bus ille iudicum legitimus numerus compleretur:
prima enim Sortitio dicebatur. his perfectis iura-
bant in leges iudices, vt obſtricti religione iudicarẽt.

Relationes dicuntur in Rub. De relationib.
lib. Cod. vii. cùm iudex in diſceptanda lite dubitandi
cauſſam habens ad Principem negocium refert, eum
quid ſtatui velit, conſulens, vnde etiam Conſultatio
adpellatur in l.1. eod. Quoties, inquit, ad noſtram
ſcientiam iudex ſe pollicеatur relaturum, conſulta-
tionis exemplum litigatoribus illicò edi apud acta
iubeat: vt ſi cui fortè relatio minus plena vel contra-
ria videatur, is refutatorias preces ſimiliter apud a-
cta, offerat.

Relegare dotem maritus dicitur, qui quam
accepit, reddi ac reſtitui iubet: quo caſu recepiſſe ma-
gis quàm accepiſſe dotem mulier dicetur: vt ait Vlp.
l.2. in fin. D. de dot. præleg. quoniam reddi potius
quàm dari dos videtur, ait Papinian. l.cum pater, 77.
§.fidei.12.de leg.2.

Relegati, deportati, & exſules quid inter ſe
differant, & qui item Interdicti dicantur: vide Exiliũ.

Religiosa, de quibus ſub Rubrica D.de religioſ.
& ſumtibus fun. quæ fuerint, ſic licebit intelligere.

Religiosvs locus non conſecratione & ver-
bis ſollemnibus, ſed illatione mortuorum efficieba-
tur, l.6.D.de rer.diuiſ.& l.2.§.2.D.de relig. vbi Celſus
ait, non totum locum qui ſepulturę deſtinatus eſt, re-
ligioſum fieri, ſed quatenus corpus humatum eſt. Pa-
tet autem ex Ciceronis ii. de legibus, ea loca in quæ
mortuus illatus fuerat, neque arari, neque coli ius
fuiſſe. vnde Religio à relinquendo dicta putatur à
Ser. Sulpitio, & Maſ. Sabino, nam in arando locus
ille ſepulturæ relinquebatur. Itaque ſi Pontifices
purum eſſe locum aliquem decernebant, exarari iu-
bebant. Cic. ii. De legibus: Sed cùm multa in eo loco
ſepulcra fuiſſent, exarata ſunt. ſtatuit enim collegiũ,
locum publicum non potuiſſe priuata religione obli-
gari. Sic Ælius Gallus apud Feſtum ait, Religioſum
ſepulcrum dici, vbi mortuus ſepultus, aut huma-
tus ſit.

Reliqva, dicuntur pecuniæ quæ initis ſubdu-
ctiſque accepti & expenſi rationibus nobis ſuper-
ſunt. Hinc Reliquari, & Reliquator, & Reliqua tra-
here dicitur is, apud quem ea pecunia ſupereſt. Scæ-
uola l.24.D.ad munici. Humanum eſt reliquorum
vſuras neque ab ipſo qui ex adminiſtratione honoris
reliquatus eſt, exigi. Paullus l. 46. D. de adminiſt.
tut. Debitũ quod ex cõductione reliquatus eſt, agno-
uiſſe

uiſſe, eum videri. & §. ſequenti, Ex quibus quidam cuum reliqua traherent, idonei in ipſo tēpore adminiſtrationis eſſe cœperunt. Scæuola l. 102. §. 2. D. de ſolut. Quæ an hæc ſumma in proximum annum accepto ei ferri debeat, cuum ſuperioris anni ſit reliquator. Hinc,

Reliqvatio, reliquorum debitio. Paullus l. 44. D. admin. tut. Si pupillus poſt pubertatem rationibus à tutore acceptis reliquationem eius ſecutus vſuras acceptauerit, &c.

Reliqvi, vide Ceterorum.

Remancipatam Gallus Ælius eſſe ait, quæ mancipata ſit ab eo cui in manum conuenerit. Feſtus.

Remanſor, pro Emanſor. Arrius l. 4. § 13. D. de re milit. Edicta faciebant, qui diu abfuiſſet, vt is inter remanſores haberetur. Et l. 5. §. 6. Si remanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens, non credetur ei.

Remiſſio ſub Rubr. D. de Remiſſionibus eſt liberatio à nunciatione noui operis facta. Nunciatio enim eatenus dumtaxat valet, quatenus nunciandi ius fuit. Prætor enim vbi nunciandi ius nullum fuit, ibi eam ipſo iure remittit. vnde illa edicti verba in l. 1. D. illo tit. Quod ius ſit illi prohibere, ne ſe inuito fiat, in eo nunciatio teneat: ceterùm nunciationem miſſam facio. Sic l. 1. & paſſ. D. de oper. nou. nunciat.

Remiſſio quibuſdam in locis dicitur mercedis penſioniſve detractio, ſiue demtio de mercede. l. 16. & l. 17. D. loca. Tranquil. Iulio: Publicanos remiſſionē petentes tertia mercedum parte releuarit.

Remittit iuſiurandum qui deferente ſe, cuum paratus eſſet aduerſarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate ſuſcepti iuriſiurandi. l. 6. D. de iureiur.

Renvnciare conductionem, eſt irritam nunciare, inquit Aſconius. & alibi:

Renvnciatio, inquit, dicitur recuſatio eius rei, quæ in pactum & promiſſionem venerat. Hinc,

Renvnciatio ſponſaliorum & nuptiarum, cùm ſponſalia, nuptiæ've dirimuntur. l. 2. D. de diuort. l. 1. C. de ſponſa. l. quæſitum, 17. §. vlt. D. de reb. auct. iudic.

Reparatio adpellationis dicitur, cùm poſt legitimi temporis lapſum ius peragendæ adpellationis reſtituitur. ſub. rubri. C. de reparat. adpellat.

Reparare eſt interdum ex venditarum rerum precio alias parare. l. 122. §. Callimachus, D. de verb. obligat. l. 16. D. de in rem verſ.

Repetvndarvm iudicium inde dictum eſt, quòd eo iudicio ſocij pecunias ſibi contra leges ereptas repetebant, quas ex condemnatorum litibus æſtimatis domum reportarent. Cic. Verr. 7. Itaque res ſuas negligunt: pecunias, quo nomine iudicium hoc adpellatur, non repetunt. & paulo pòſt: Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam, domum, ſed ex tua calamitate cineri atque oſſibus filij ſui ſolatium vult aliquod reportare. Atque hoc quidem ante annos, opinor, nouem ita ſcripſimus in Verrinarum commētariis: poſtea verò exſtitêre Itali quidam homines ingenioſi, qui totidem literis ſuos in libros tranſtulerunt. Intelligendum eſt autem hoc iudicium olim in eos ſolos magiſtratus qui in prouincias mitterentur, inſtitutum fuiſſe: quemadmodum Cicero in Diuinatione demonſtrat. pòſt verò generaliter eo teneri cœperunt, quicumque in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, mu-

A nere, miniſterióve publico, pecuniam ob iudicandū accepiſſent: quíve magiſtratus vrbani à ſorde ſe non abſtinuiſſent. l. 1. & paſſ. D. ad leg. Iul. repetund.

Repetitio in legatis adpellatur per hanc ſcripturam: hoc amplius ei heres dato. l. legata, 19. D. de legat. 1. item, qvæ à filio meo legaui, heres meus dato. l. ſi quis, 32. D. e.. item, qvoties cumque fructuarius capite minutus erit, vel qvoties vſusfruct. amiſſus erit, ei lego. l. 3. D. quib. mod. vſusfr.

B Repeti rei dicuntur, cùm poſt abolitionem factam rurſus eiuſdem criminis poſtulantur. l. ſi interueniente, 12. & l penult. D. ad Turpill.

Repetita die. i. die quæ prærerierat falsò reuocata: Vlpian. l. 9. §. 5. D. ad exhib. Abſolui eum oportet, niſi paratus ſit repetita die inteurionem ſuſcipere: Paullus l. 3. D. de fid. inſt. Repetita quidem die, cautionem interponi non debuiſſe: ſed falſi tamen contractum non videri. id eſt, Die quæ iam præterierat falsò pro præſenti nominata. Vulgus dicit, Antidata. C Vlpia. l. 5. §. 7. D. de op. no. nunc. Et ſi nunciauit poſtea, & quod retrò ædificatum erit, deſtruendum erit, quaſi repetito die nunciatione facta.

Repertorivm (quod vulgò Inuentarium adpellant, ait Vlpianus in l. 7. D. de adm. tut. & cur.) eſt codex in quem tutores ſingula ſuorum pupillorum bona referre ſolent.

Repignorare, eſt pignus luere. i. pecuniam ob quam oppoſitum erat, pignus diſſoluere. Vlp. l. 5. §. 9. D. commod. Rem tibi dedi vt creditori tuo pignori D dares: dediſti, non repignoras vt mihi reddas. item, Si à me culpa abſit repignorandi, creditor autem nolit reddere pignus, &c.

Replicatio vocatur ex eo, quòd per eam replicatur atque reſoluitur ius exceptionis: ait Imp. tit. De replicat. in princip. Ἀντιδιαπλοκὴ à Græcis nominatur. Eiúſque formula erat avt si. quemadmodum intelligitur ex l. 48. D. de proc. Iulianus l. 7. §. 1. de curat. furioſ. Si heredes dementis eaſdem res vindicent quas curator alienauit, & exceptio opponetur, si E non curator vendiderit: replicatio dari debet, avt si ſatiſdatione interpoſita ſecundum decretum vendiderit. Iulian. l. 24. D. de except. rei iudic. Aduerſus exceptionem, Si non eius ſit res, replicatione hac adiuuabitur, Aut ſi res iudicata non ſit. Caius l. 48. D. de procur. Tunc excipiente eo cum quo agitur, ſi non mihi mandatum ſit, vt à debitoribus peterem: actorem ita debere replicare, Aut ſi mihi mandatum eſt, vt à te peterem.

Replicatio dicta videtur, vel quòd implicatam F & quaſi tectam exceptionis iniquitatem replicet ac patefaciat: vel potius quòd æquitatem actionis ab excipiente reo tectam & quaſi complicatam explicet atque aperiat.

Replicationes, ait Vlpian. nihil aliud ſunt quàm exceptiones, & à parte actoris veniunt: quæ quidem ideo neceſſariæ ſunt, vt exceptiones excludant. ſemper enim Replicatio idcirco obiicitur, vt exceptionem oppugnet. lege ſecunda, §. 2. D. de except.

G Repræſentare, eſt ante diem ſoluere. Vlpia. in l. 8. §. 3. D. de tranſact. loquens de iis qui de pecunia alimentorum nomine legata tranſigunt. Eam, inquit, tranſactionem Oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræſentatam pecuniam conſumat: id eſt, antequam debeatur ſolutam. Cic. ad Att. lib. xii: Reliquæ pecuniæ vel vſuram Silio pendemus, dum à Faberio vel aliquo qui Faberio debet, repræſenta-

bimus. Idem Philipp. 2. Ego corpus libenter obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poſſet: id eſt accelerari. Seneca lib. epiſt. 13. epiſt. 1 Petis à me, vt id quod in diem ſuum dixeram debere differri, repræſentem, & ſcribam tibi, an hæc pars philoſophiæ, &c. Hoc quoque ex Marcelli verbis apertè intelligitur in l. 36. §. 1. D. de cond. & demonſt. vbi iuſſerat teſtatrix, vt prędia, ſi filius ſedecim annos non impleret, alteri redderentur. Quæro, inquit, cuum Seia deceſſerit, deinde filius quintumdecimum annum agens, defunctus ſit, an repræſentetur fideicõmiſſum quintodecimo anno impleto. id eſt ante tempus quo decimum ſextum implere potuiſſet, præſtandum ſit. Item: Contra voluntatem teſtatoris repræſentationem fideicom deſiderari. Sic l. 24. §. quoties, D. ſolut. mat. l. 1. l. 2. D. de dot. præleg.

REPRÆSENTARE, pro locum alterius ac numerum obtinere, vel tantumdem valere. Vlpian. l. 1. §. 1. D. Si is qui teſt. Culpa dolo proxima dolum repræſentat.

REPROMITTERE, eſt ei qui nobis ſtipulantibus antea promiſit, nunciam viciſſim à nobis ſtipulanti promittere. Cicero pro Comœdo: Repromittis tu ab hinc triennium Roſcio. Quod à Flauio abſtulero, partem dimidiam inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. Item: Repromiſiſſe Fannium Roſcio, ſi quid à Flauio exegiſſet, eius partem dimidiam, ſed omnium exegiſſe nihil. quid? tu non exitum exactionis, ſed initium repromiſſionis ſpectare debes. Roſcius Fannio ſtipulanti pecuniam certam ſpopondit, pro opera & labore quem in communi iudicio perſequendo ſumſerat: ſed viciſſim Roſcius ſtipulatus ab eo eſt dimidiam eius quod exigeret partem. Promiſſor igitur fuit Roſcius priore loco: repromiſſor Fannius, poſteriore: ſicuti ſtipulator priore loco Fannius, reſtipulator poſteriore Roſcius.

REPROMITTERE porrò & ſatiſdare opponuntur. nam ſatiſdatur adhibito fideiuſſore: repromittitur nuda cautione ac ſine fideiuſſore. vti patet ex l. 1. §. 1. D. de ſtip. Prætor. Sed hi quidem qui ſuo nomine cauent, repromittunt: qui alieno, ſatiſdant. Sic l. vlt. §. ſi legat. D. quod legat. l. 6. vt leg. nom. l. 23. D. de vſufr. legat.

REPVDIVM, vide Diuortium.

REPVDIARE hereditatem, vide Recuſare.

REPVDIVM generale nomen eſt, & tam de coniugibus, quàm de ſponſis dicitur. Diuortium autem de maritis tantùm. vide l. 2. D. de diuort. & l. 191. D. de verb. ſignif.

REPVDIARE, alieni heredis eſt: Abſtinere, neceſſarij. §. 6. De hered. qualit. & diff.

REPVTATIONES ſub Rubric. C. de reputationibus, dicuntur compenſationes quæ contra minores in integrum reſtitutos fiunt. vt enim illis contra venditionem reſtitutis fundus cum fructibus reſtituuntur, ſic illi precium cum vſuris reddunt. l. patri, 27. §. prædium, l. minor, 40. §. 1. l. tutor, 47. §. vlt. D. de minorib.

RES, quantum ego exiſtimare poſſum, quattuor in libris noſtris ſignificat: primum id quod planè ac latinè Rem dicimus, quæ adpellatio infinita eſt: deinde bona omnia, tertiò litem, poſtremò vtilitatem.

RES propria ſignificatione dicitur veluti cùm Re contrahi obligationes dicimus, quæ neque nudo conſenſu, neque verbis, neque literis, ſed tantùm rei traditione contrahuntur. leg. 1. D. de obli. & act. Hinc In rem ſcriptæ actiones, & Pacta in rem: denique

A quoties indefinitè ſine certæ perſonæ notatione aliquid fit. quo de genere dicendi ſcripſimus ſub litera I. Sub eodem genere ſunt, Rubr. de rebus credit. Rerum amot. de rerum diuiſio. &c.

RES pro iis omnibus quæ bona nominantur. vnde

IN REM actiones dictæ, quibus ea omnia quæ bonorum adpellatione continentur, petimus. Item,

REM pupilli ſaluam fore ſatiſdatio eſt, cùm tutores cauent, bona pupilli finita tutela ſalua & integra

B redditum iri. l. 1. & paſſ. D. de rem pupill. ſal. Item,

REI vxoriæ actio, id eſt, actio dotis ſoluto matrimonio repetendæ. l. vn. C. de rei vxo. act.

REI ſeruandæ cauſſa in poſſeſſionem mitti. l. 1. & paſſ. quib. ex cauſ. in poſſ.

RES pro hereditate. vt cùm dicimus bonorum poſſeſſionem aliam eſſe cum re, ſi is qui accepit, cum effectu bona retineat: ſine re, cùm alius iure ciuili euincere hereditatem poteſt: veluti ſi ſuus heres inteſtato ſit. vt ait Vlp. ti. Regul. 28. & ſic accipienda l. 1. §.

C pen. D. ſi tab. teſt. null. l. poſtumus, 12. D. de iniuſt. teſt.

RES, pro lite. vt cùm dicimus Res comperendinata: id eſt, inquit Feſtus, iudicium in tertium diem conſtitutum. vnde illud Ciceronis contra Iuriſconſ. in orat. Muræniana: Tot homines, tam ingenioſos ſtatuere non potuiſſe, vtrum rem an litem dici oporteat. Et in formulis. vt Varro in VI. De lingua ſcribit: QVAM rem ſine litem dicere oportet. Hinc illud Vlpiani in l. 8. §. 1. D. de inoff. teſt. Si quis poſt rem inofficioſi ordinatam litem dereliquerit, poſtea non au-

D dietur. Hinc,

RES iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accipit: quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit. l. 1. D. de re iud.

RES pro vtilitate & emolumento. vnde Actio de in rem verſo: lib. XV. tit. III. Item,

IN REM ſuam procurator, qui alienas actiones ſuo commodo exercet. l. 41. D. de re iudic. Item,

IN REM ſuam fideiuſſor, ad quē emolumentū negocij peruenturum eſt. l. 8. §. 1. D. qui ſatiſd. cogant.

E RESCISSORIA actio: vide Actio reſciſſoria.

RESCRIBERE dicebantur debitores, cùm pecuniā reddebant: Scribere aut Dictare creditores, cùm credebant. Hora. Satyr. lib. II.

Putidius multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli
Dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis.
Et ibi.
Scribe decem Nerio: non eſt ſatis, adde Cicutæ.

Moris fuit vt creditores in argentariorum, apud quos ſuas pecunias collocarant, tabulis expenſum ali-

F cui ferrent, & argentario id nomen dictarent. Debitores autem cùm eam pecuniam reddidiſſent, eidem argentario, vt nomen expungeret, & pecuniam in acceptum referret, dictabant. Donatus in Phormio. Reſcribi, inquit, eſt reddi, ſeu per menſæ ſcripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit ſcriptura, Reſcribere dicebant, pro Renumerare. Per ſcripturam, id eſt, de menſæ ſcriptura dari. Vnde hodie additur chirographis, Domo ex arca ſua: vel, Ex menſæ ſcriptura. Vide Tranſcribi: & Seruij locum in

G VII. Æneid.

RESCRIBERE dicebantur Iuriſconſulti, cùm ſua reſponſa conſulentibus ſcripta reddebant. Sic in l. ex contractu, 44. D. de re iudic. RESCRIPSIT, pro Reſpondit.

RESCRIPTA principum dicuntur, quibus illi vel ad libellos præſentium, vel ad magiſtratuum abſentium conſultationes quid ſibi de ea re fieri placeret,

ret, reſpondent. vt l. ſed ad. 19. §. 9. D. loc. l. diui fratres, 17. D. de iur. patron.

Resıdvæ pecuniæ dicebantur, quæ apud eum qui publicam pecuniam adminiſtrarat, ſupererant: cùm vel in vſum publicum erogari, vel in ærariú referri deberent. Paullus l. 22. D. ad leg. Iul. de pecul. Lege Iulia de reſiduis tenetur, qui publicam pecuniam delegatam in vſum aliquem retinuit, neque in eum comſumſit. Et l. 4. §. 1. eod. Lege Iulia de reſiduis tenetur is, apud quē ex locatione, emtione, alimētaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliáve qua cauſſa pecunia publica reſedit.

Resıdvvm aliquando totum ſignificat. Antonius l. 2. C. de hered. inſtit. Pater tuus ſi ex reſidua parte inſtitutus eſt quam alter heres ſcriptus capere non poterat, iſque ad nullam partem hereditatis per condicionem ſuam admitti potuit, ex aſſe heres exſtitit: nam reſidui commemoratio etiā totum admittit.

Resticvlvs, paruus reſtis. Vlpianus l. 5. §. vlti. D. de his qui deiec. vel effud. Si amphora ex reſticulo ſuſpenſa decidiſſe. Legitur tamē reticvlo.

Restipvlari, eſt ab eo cui quid antè à nobis ſtipulanti promiſimus, viciſſim aliquid ſtipulari. Cic. pro Comœdo: Cur igitur decidit, & non reſtipulatur neminē amplius petiturum? Loquitur de Flauio, à quo Roſcius tranſactionis nomine fundum ſtipulatus erat. quærit igitur ſi totius ſocietatis nomine fundum Roſcius ſtipulatus eſt, quid ita Flauius reſtipulatus non eſt, amplius eo nomine neminem peciturum? Item: Recita iſtam reſtipulationem clarius. quid enim ſtipulatio clamat? Quid hic porrò nunc reſtipulatur, quod iampridem ipſe exegit? Loquitur de Roſcio, qui ſtipulatur iam à Fannio partem exactionis futuræ dimidiam, cùm antea eidem ſtipulanti certā pecuniæ ſummam pro ſuſcepta in Flauio perſequendo moleſtia & opera, ſpopondiſſet. Stipulator igitur antea fuerat Fannius, reſtipulator poſtea Roſcius: quemadmodum promiſſor antea Roſcius, nunc promiſſor Fannius. vt facilè adpareat aliud à Cicerone repromiſſionem, aliud Reſtipulationem adpellari. quod vix adſcribendū huic operi putaſſem, niſi Franciſc. Connani viri doctiſſimi miram in ea re hallucinationem animaduertiſſem; cùm tamen in l. damni, 43. §. 1. D. de damn. infect. Alfenus apertiſſimè Reſtipulandi verbo in ea re ſit vſus.

Restitvere is intelligitur, inquit Paullus, qui ſimul & cauſſam actori reddit, quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti tempore res ei reddita fuiſſet: id eſt, & vſucapionis cauſſam & fructum, l. 35. D. de verb. ſign.

Restitvit, ait Pomponius, non ſolùm qui ſolum corpus, ſed etiam qui omnem rem condiciōnémve reddita cauſſa præſtat: & tota reſtitutio iuris eſt interpretatio. l. 246. §. 1. D. de verb. ſig.

Restitvere tutelam pro rationem & reliqua tutelæ: apud Africanū in l. 10. D. rem pup. ſal.

Restitvere in interdicto, Ne quid in loco publico, &c. videtur (inquit Vlp.) qui in priſtinum ſtatum reducit. quod fit, ſiue quis tollit id quod factū eſt, vel reponit quod ſublatum eſt, l. 2. §. 27. D. ne quid in loco pub. Vide Exhibere.

Restitvere is videtur, inquit Paullus, qui id reſtituit quod habiturus eſſet actor ſi controuerſia ei facta non eſſet, l. 75. D. de verb. ſign.

Restitvtoria actio, vide Actio reſtitutoria.

Restitvtoria inter. ſunt, per quæ Prætor aliquid reſtitui iubet, l. 1. & l. 2. D. de inter. qua de

A cauſſa ita ſemper concepta ſunt, vt verbum restitvas addatur. veluti, Quod precariò ab illo habes, id illi reſtituas. Reſtituēdi autem verbum duas ad res pertinet. aut enim res reſtitui iubetur: vt in Quorum bonorum, & Vnde vi: aut opus, vt De fluminib. De cloacis, &c.

Restitviti, vel, quod verius eſt, Reſtitutuiri, vetuſtè pro Reſtitutum iri. Iulian. l. 23. D. de act. emt. Et præterea cauere debet, quidquid ex hereB ditate liberti ad eum peruenerit reſtituiri. Paullus l. 52. in fi. D. de pecul. Vel interpoſita cautione, ſi priores agant qui priuilegiū non habent, reſtituiri quod acceperūt. Item apud Vlp. l. 5. §. 1. D. de cond. cauſ. dat.

Restitvtio ab exſilio duplex eſt, generalis & ſpecialis. hæc cùm indefinitè concepta eſt, veluti, In integrum te reſtituo, iura omnia complectitur. l. prima, l. vltima, §. vltimo, C. de ſent. paſſ. l. 1. D. eo. veluti patriam poteſtatem, ius agnationis, aliáque geC neris einſdem. cùm autem intra quædam nominatim continet, vltrà non valet. l. 2. in inſulam, C. eod. l. 2. D. eodem. Generalis verò reſtitutio dicitur, quæ veniā dumtaxat, & reditum in patriam indulget: itaque neque bona confiſcata reſtituit. l. 4. C. de bon. damnat. neque vllas actiones ſiue pro illo, ſiue contra illum conceptæ ſint. l. 4. & l. 5. C. de ſent. paſſ.

Retare flumina, pro purgare. nam Retæ, arbores ſunt quæ aut ex ripis fluminum eminent, aut in alueis eorum exſtant: à retibus, quòd prætereuntes naues impediant, quaſiq́; irretiant. Hinc edictum veD tus, Qui flumina retanda publicè redemta habent, ſi quis eorum ad me adductus fuerit, qui dicatur, quod eum ex lege locationis facere oportuerit, non feciſſe. Hæc ex Agellio lib. 2. cap. 17.

Reticvli, cancelli è funiculis tenuibus, aut è neruis: quibus beſtiæ ab loci alicuius aditu arcentur. Vlpian. l. 17. §. 2. De act. emt. Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia vela ædiū non ſunt. Varro li. De re ruſt. 3. cap. 5. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è neruis ſunt, vt perſpiE ci in ſilua poſſit, & quæ ibi ſunt, neque auis eas tranſire. In l. 41. §. 7. D. leg. 1. ſimpliciter Cācelli adpellātur.

Reticvlvm à reti, dictum, inquit Varro, quòd capillum retineret. Vlpian. in l. 25. §. 4. D. de aur. arg. inter mulierum ornamenta Reticula recenſet.

Retractvs vſitata vox in ſcholis noſtris, pro redemtione prædiorum, lege aut pacto contrahentium introducta. Vt autem à contrahendo Contractum, à diſtrahendo Diſtractum Iuriſconſulti declinarunt: ſic à retrahendo Retractum recipere poſſuF mus, præſertim cùm Retrahendi verbum pro recuperatione prædiorum alienatorum vſurpetur ab Vlpiano in l. imperatores, 9. §. 2. D. de admin. rer. ad ciuit.

Retractvs autem duplex eſt: Legitimus quem & Gentilitium adpellare poſſumus: & Conuētionalis. Legitimus ſiue Gentilitius eſt, qui propinquis conceditur, vt alienata à propinquis prædia oblato intra legitimum tempus precio recuperare poſſint, qua de cauſſa ius προτιμήσεως à Græcis adpellatū eſt. vnde quandam quaſi Prædiorum gentilitatē naſG ci adparet: qualem ſe Cicero vidiſſe negabat. Ad hanc autem προτίμησιν abſurdum eſt referre l. dudū, C. de contr. emt. quemadmodum alio loco demonſtrauimus. Conuentionalis autem retractus eſt, cùm in venditione prædij pactum eſt, vt venditori quandoque liceat illud reſtituto precio redimere ac recuperare: ſiue dies ei redemtioni præſtituta ſit, ſiue non ſit. cuiuſmodi conuentiones in iure noſtro vſitatæ

ſunt:vt l.2.&ſimilib.C.de pact.int.emt.

R e v s antiquis dictus eſt à Re, id eſt lite: vt ſub voce Res docuimus. itaque Cicero in II. de Orat. Reos,inquit,adpello, non eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur. ſic enim olim loquebantur. Et Gall. Ælius apud Feſt. Reus eſt, inquit, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is egit, ſiue cū eo actum eſt. Quibus ex verbis adparet, Reos antiquis eoſdem fuiſſe, qui nunc Litigatores adpellantur. Poſtea verò diſtinguendarum adpellationum cauſſâ, & ne nomina confunderentur, Rei dici cœpti ſunt(vt Feſtus inquit) à re quam promiſerunt, ac debent:hoc eſt,ij vnde quid iudicio petitur. Reus, inquit Feſtus, nunc dicitur, qui cauſſam dicit & idem qui quid promiſit, ac debet. Hinc,

R e v s ſtipulandi dicitur, qui ſtipulatus eſt.

R e v s promittendi,qui promiſit. l.1.& paſſ.D.de duob.reis. & apud Gallum Ælium auctore Feſto.

R e v s ſtipulando eſt idem,qui ſtipulator dicitur. quippe ſuo nomine ab altero ſtipulatus eſt, non is, qui alteri adſtipulatus eſt.

R e v s promittendo, eſt qui ſuo nomine alteri quid promiſit. Sic à Paullo in l. ſi duo, 34. D.de recept.arb.

R e v s credendi dicitur,qui credidit.

R e v s debendi qui debet. Item,

R e v s ſatiſdandi,qui fideiuſſorem dedit.

R e v s ſatiſaccipiendi, qui accepit,l.qui hominē, 34.§.quidam,D.de ſolut. Hinc,

R e i promittendi plures fieri dicuntur,qui coniunctim interrogati ſeparatim reſpondent, l.1.& l.4. D.de duob.reis. Item,

R e i eiuſdem pecuniæ, qui eandem pecuniam promiſerunt,l.non quocumque, 82. §.qui Caium,D. de leg.1.l.heres.21.§ pen.D.de fideiuſſ.

R e v m facere in publicis iudiciis,eſt eius nomen ad magiſtratum cuius de ea re notio eſt, deferre, vt ei dies audiendæ accuſationi dicatur,l.3. D.de accuſation.Hinc Aſconius: Quid eſt, inquit,Reum fieri, niſi apud Prætorem legibus interrogari: Cuum enim in ius ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reo, Aio te Siculos ſpoliaſſe,ſi tacuiſſet,lis ei æſtimabatur,vt victo:ſi negaſſet,petebatur à magiſtratu dies inquirendorum eius criminum,& inſtituebatur accuſatio.hæc ille. Interea autem eius nomen in reorum album referebatur, vt cauſſa ex ordine ageretur:dicebarúrque in reos receptus vel relatus. Libellorum autem conceptio qualis fuerit, Paullus in d.l.3.D.de accuſat.demonſtrat.

R e a t v s, eorum condicio qui rei facti ſunt, quamdiu pendet accuſatio,l.ſi diurino,25.D.de pœn. l.aufertur,46.§.in reatu,D.de iur.fiſc.

R i d i c a, pedamentum vitium. Vlp.l.11.§.3.D. quod vi aut clam. Si quis in vineas meas venerit,& inde ridicas abſtulerit, hoc interdicto tenebitur. Varro de re ruſt.li.1. cap. 8. Pedamentum ferè quattuor generum.vnum robuſtum,quod optimum ſolet adferri in vineam è quercu ac iunipero, & vocatur Ridica.

R i p a ita rectè definietur, inquit Vlp. id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens,l.1. de flumin.item in l.3. Ripa ea putatur, quæ pleniſſimum flumen continet, l.3.eod.

R i p a, fluminis dicitur:Litus verò, maris.Itaque inſulæ in flumine natæ extremitas, ripa:in mari, litus à Proculo adpellatur. Si qua,inquit,in flumine tua eſt,nihil in ea publici eſt. Paullus: In eo genere

A inſularum,ripæ,flumini: & litorā,mari,proxima publica ſunt. Hæc Paullus l.65.§.1. D.de adq.rer.dom.

R i s c v s in mundo muliebri ponitur ab Vlpiano in l.25.§.4.D.de aur.arg. Pollux ῥίσκον inter arculas memorat vnde ſuſpicor eam ſignificari capſulam in qua linteola munda mulieres reponūt, quibus lotam corporis partem abſtergunt. Riſcus enim cum lauatione coniungitur.

R i v a l e s Vlpian.in l.1.§.20.D.de aqua quot.&

B æſti.interpretatur,qui per eundem riuū aquā ducunt.

R i v v s inquit Vlpi. eſt locus per longitudinem depreſſus,quo aqua decurrat, cui nomen eſt ἀπὸ τοῦ ῥεῖν l.1.D.de riuis.

R i x a, vide t v r b a.

R o f f r e d v s Iuriſconſult.nobilis,Beneuentanus,ius ciuile publicè Bononiæ,dein Aretij profeſſus eſt circiter annum M.CC.

R o s a m Pompon.in l.21.§.1.D.de aur.& arg.numerat inter ea vnguenta,quæ valetudinis cauſſa ſunt

C parata. Ergo Roſam pro oleo roſaceo poſuit: vti Celſus lib.8.ca.4. Quòd ſi membrana per inflammationem intumuerit,infundenda erit roſa tepida.

R v b r i c a, terra rubra: qua veteres interdum, interdum etiam minio, librorum indices, id eſt titulos,& capita notabant. vnde Paullus in l. 2. §. recup. D.de interd. Recuperandæ,inquit,poſſeſſionis cauſſa interdicta proponuntur ſub rubrica Vnde vi.Hinc illud Iuuenal. Sat. XIIII.

Perlege rubras Maiorum leges. Hinc Perſij Sat.v.

D *Si quid Maſuri rubrica vetauit.*

Hinc Fab.lib. 12. cap. 3. Alij ſe ad album & rubricas tranſtulerunt: & formularij vel leguleij eſſe maluerunt.Ouid.lib.1.de Triſtib.

Nec titulus minio,nec cedro charta notetur.

Quod autem eruditus vir ſcripſit in ſuis Aduerſariis, Rubrica leges ſolas ſcriptas fuiſſe, ad Prætoris Albū non pertinuiſſe,haud ſcio an ſatis cum illo vel Perſij, vel Paulli Iuriſcon.loco,quem modo protuli, conueniat. Nihilo fortaſſe probabilior altera eius conie-

E ctura eſt, Rubrica Iuriſconſultorum commentarios notari non ſolitos.quaſi verò, cùm eum ornatum ad ſua ſcripta quiuis adhiberet, ſolis Iuriſconſultis eius vſus interdictus fuiſſet. Cornuti autem in illum Perſij locum verba hæc ſunt:Hic Maſurius Sabinus legis conſultus fuit, cuius Rubricam vocat minium, quo tituli legum adnotabantur. Perſij autem verſus hi ſunt:

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi,

Cur mihi non liceat,iuſſit quodcúmque voluntas,

F *Excepto,ſi quid Maſuri rubrica vetauit.*

Hoc eſt, exceptis iis quæ à legibus vel diſertè ac nominatim, vel per Iuriſconſultorum receptam interpretationem vetantur.

R v d v s, ruderis,lapides rudes, vt in dirutis ædificiis. Vlpianus l.3.de ſeruit.ruſt. Poſſe te cedere ius ei eſſe terram,rudus,ſaxa iacere,poſita habere.

R v m p i teſtamentum dicitur,cùm permanente ſuo in ſtatu teſtatore caſu aliquo euertitur,l.3.§.2.D. de iniuſt.rupt.veluti agnatione poſtumi, adoptione

G vel adrogatione filij filiæ've,alterius teſtamēti factione,dūmodo heres ex eo eſſe potuerit.vide Irritū fieri.

R v m p i t v r teſtamentum,cùm in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti ius viciatur: ait Imp.tit.quibus mod.teſt.in princ.

R v p i s s e verbum in Aquilia lege ferè omnes veteres ſic intellexerunt,pro corrupiſſe, l. 27. §.9.D. ad leg.Aquil.

R v-

Rvptvm intelligitur quod quoquo modo corruptum eſt: ait Imp. §. 8. ad l. Aquil.

Rvra veteres incultos agros dicebant, id eſt, ſyluas & paſcua. Ex lib. varior. auctor. de limitibus.

Rvta cæſa, quæ in prædiorum legibus excipiebantur, Vlpian. ſic interpretatur in l. fundi, 17. §. 3. D. de action. emt. vt Ruta ſint, quæ eruta ſunt: vt arena, creta & ſimilia: Cæſa verò, vt arbores cæſæ, carbones, & his ſimilia. Quinctus verò Mutius: Ruta cæſa, inquit, ea ſunt, quæ neque ædium, neque fundi ſunt. l. in vendendo, 66. in fin. D. de contr. emt. Et in l. 241. D. de verb. ſign. In rutis cæſis, inquit, ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili tectoriòve non continentur. Itaque Iauolenus in l. granaria, 18. D. de action. emt. ſcribit granaria quæ ex tabulis fieri ſolent, & ſupra terram ſunt, ſic vt ſtipites eorũ in terrã defoſſi non ſint, itémque tegulas quę nondum ædificiis impoſitæ ſunt, in rutis & cæſis haberi. Cicer. II. de Orat. Te, cùm ædes venderes ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe. vbi Solium, Iuriſconſulti ſellam ſignificat. Idem in Partit. Cùm ex teſtamentis quæritur quid ſit penus, aut cùm ex lege prædij quæritur, quæ ſint ruta cæſa. Idem in Topic. Fecique quòd ſæpe liberales venditores ſolent: vt cùm ædes fundúmve vendiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi cauſſa aptè & loco poſitum eſſe videatur.

S Litera.

SF.s. Sine fraude ſua. vt in lege Iulia de adulteriis: Retinere adulterum horas viginti ſine fraude ſua iure liceat. vt ait Vlp. in l. capite, 25. D. de adul. Valerius Probus inter notas refert.

Sabiniani, vide Caſſiani.

Saccarivs, operarius, qui ſaccis geſtandis quæſtum facit. Paullus l. 40. §. 3. D. de cont. emt. Non Magis quàm ſi quid ex ſacco ſaccarij cecidiſſet, aut ex eo quod auibus ex aëre cecidiſſet.

Saccvlarii qui vetitas in ſacculo artes exercentes partem ſubducunt, partem ſubtrahunt: nominantur in l. 7. D. de effractor.

Sacerdotes, curatores ſacrorum. Paullus l. 32. §. 3. D. de recept. arbit. Sacerdote obueniente videbimus, an cogatur arbiter ſententiam dicere: id enim non tantùm honori perſonarum, ſed & maieſtati Dei indulgetur, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet.

Sacra priuata gentis cuiuſque fuiſſe quæ Diis penatibus paterfamiliâs faceret, conſtat ex Ciceronis lib. de legib. 2. Emancipati autem liberi arbitratu ſuo ſacra ſibi conſtituebant. Hinc filiifamiliâs in ſacris paternis eſſe dicuntur. l. 2. C. de bon. quæ lib. in ſacris manere. l. filiæ, 12. C. de collation. l. pen. C. de adopt. in ſacris parentum conſtituti. l. vlt. C. de inoffic. teſta. l. vlti. C. ad Tertull. l. vlti C. de cur. fur. in ſacris poſiti. l. in coniunctione, 20. C. de nupt. in ſacris retineri. l. 3. C. de bo. mater. Hinc adoptati qui in alterius gentem tranſibant, in eius gentis ſacra tranſire dicebantur: vt apud Val. Max. lib. 7. c. 7. Et qui per emancipationem de familia demigrabant, à ſacris paternis dimitti, & abſolui. l. quidam, 31. C. de fideic. l. 1. C. de annal. excep. l. de emancipatis, 13. C. de legit. hered.

Sacra loca ea ſunt, quæ publicè ſunt dedicata, ſiue in ciuitate ſint, ſiue in agro. l. 9. D. de rer. diuiſ.

A Sacræ res ſunt, quæ publicè conſecratæ ſunt, nõ priuatè. ſi quis ergo priuatim ſibi ſacrum conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. l. 6. §. 2. D. de diuiſ. rerum.

Sacræ res ſunt, quę ritè per Pontifices Deo cõſecratæ ſunt, veluti ędes ſacræ, & Donaria quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: ait Impp. §. 6. de rer. diuiſ. Sic Trebatius: Sacrum eſt, inquit, quiqduid eſt quod deorum habetur. apud Macrob. Satur. lib. 3.
B capi. 3. Et Gallus Ælius apud Feſtum: Sacrum eſt, inquit, quodcumque modo & inſtituto ciuitatis conſecratum ſit, ſiue ædes, ſiue ara, ſiue ſignum, ſiue locus, ſiue pecunia, ſiue quid aliud quod aliis dedicatum & conſecratum ſit.

Sacramentvm dicitur ea pecunia quæ in iudicium venit, in litibus: à ſacro Qui petebat & qui infitiabatur, de aliis rebus vterque quinquaginta ęris ad Pontificem deponebant: de aliis rebus item, certo alio legitimo numero aſſium. Qui iudicio vicerat, ſuũ
C ſacramentum à ſacro auferebat: victi, ad ærarium redibat. Varro lib. De lingua IIII.

Sacramentvm, inquit Feſtus, æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur, ſiue contendit. Id in aliis quinquaginta aſſium eſt, in aliis quingentorum inter eos qui iudicio inter ſe contenderent. qua de re lege L. Papirij Tribuni pl. ſancitum eſt his verbis: Quicumque Prætor poſthac factus erit, qui inter ciues ius dicet, Treſuiros capitales populum rogato: iique Treſuiri * quicumque * ciere ſacramento * exigun-
D to, iudicantoque: eodémque iure ſunto, vt quos ex legibus, plebiſve ſcitis exigere, iudicatéve oportet. Sacramenti autem nomine id æs dici cœptum eſt, quod & propter ærarij rationem, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus diuinis. Sic enim optimi ſcriptoris diuulſos inter ſe locos reconciliarem: quibus quod adferre medicinæ potuimus, ſtudioſè adtulimus. Videndum etiam an pro Capitales, Monetales legendum ſit: cùm ſatis conſtet à Capitalium Treuirorum procuratione alienũ hoc
E negocium fuiſſe. Pedianus autem Verrin. III. Comperendinatio, inquit, eſt ab vtriſque litigatoribus inuicem ſibi denunciatio in perendinum diem. namque cùm in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem, &c. Quibus ex Varronis, Pompeij, & Aſconij locis quantum inter Sacramentum & Sponſionem interſit, ita demonſtrari poſſe arbitror: vt sacramentvm ſit, certa & legitima pecuniæ ſumma quæ ab actore & reo deponebatur in ſacro, vt qui victus & damnatus
F eſſet, is pecunia ſua multaretur: qui viciſſet, ſuam, reciperaret. sponsio autem dicebatur, mutua litigatorum promiſſio, cùm alter ab altero certam ſummam ſtipulabatur ni bonam cauſſam haberet. In hac igitur ſtipulatio adhibebatur, & alter alterius fidem ſequebatur, neuter deponebat. in illo neuter alterius fidem ſequebatur, neuter ſtipulabatur, ſed vterque deponebat. In hac, victor actionem ex ſponſo habebat, id eſt certi condictionem, vt ſibi eam pecuniam exigere & habere liceret. In illo, victi pecu-
G nia ſacro committebatur, & in res diuinas conſumebatur. Iſidorus autem lib. Etymol. v. Sacramentum, inquit, eſt pignus ſponſionis: quia violare quod quiſque promiſit, perfidiæ eſt. Quod quàm ineptum ſit, id eſt plane Iſidoricum, nemo non videt. nam Sacramentum pignus quidem eſt, at non ſponſionis: verum bonę fidei litigatoris. In ſponſione namque pignus non datur. Sacramentum autem in rerum ca-

pitalium iudiciis vſurpari ſolitum putare, planè abſurdum eſt: idque ſuperior ille Pediani locus adtentè conſideratus, ſatis oſtendet. Vide, SPONSIO.

SACRARIVM & ſacer locus differunt nam ſacer locus, eſt locus conſecratus: ſacrarium eſt locus in quo ſacra reponuntur: quod etiam in ædificio priuato eſſe poteſt. l.9.D. de diuiſ. rerum.

SACRATÆ leges ſunt, quibus ſancitum erat, vt ſi quis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui deorum eſſet. Sunt, qui eſſe dicant ſacratas quas plebes iurata in monte ſacro ſciuerit. Feſtus.

SACROSANCTVM quid ſit, vide SANCTA.

SALAMANDRA, venenatum animal ac peſtiferum, vt ſcribit Plin. lib.10. cap.67. Itaque à Marciano inter venena connumeratur l.3.§.1.D. ad legem Cor. de ſicar.

SALARIARIVS, cui ſalarium ſoluitur. Vlpian. l.10.§.8.D. mandat. Niſi ſi ſalarius fuit, & hoc conuenit vt ſumtus de ſuo faceret ad hæc itinera, hoc eſt de ſalario.

SALIENTES, fontes tubulis fiſtulisve aquam fundentes: nomine ex eo deducto, quòd aqua ex tubuli capite in labrum fluens, ſalire videatur. Vlp. l.15.D. de actio. emt. Lines, & labra, ſalientes, fiſtulæ quoque quæ ſalientibus iunguntur. Vlpian. l.12 §.14.D. de inſtitut. & inſtit. Fiſtulæ autem & canales, & crateres, & ſi qua ſunt alia ad aquas ſalientes neceſſaria, &c.

SALTVM Gallus Ælius lib.2. ſignificationum quæ ad ius ciuile pertinent, ita definit, Saltus eſt vbi ſyluæ & paſtiones ſunt: quarum cauſſa caſæ quoque & ſi qua particula in eo ſaltu paſtorum aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non peremit nomen ſaltui: non magis quàm fundi, qui in agro culto, & eius cauſſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſyluam. Feſtus. Hinc,

SALTVARII, à ſaltu. eorum duo genera fuêre, quemadmodum ſcribit Vlpianus l.12.§.4 D. de inſtit. vel inſti. alij enim fructuum ſeruandorum gratia parati erant: alij finium cuſtodiendorum cauſſa. De illis mentio fit apud eundem in l.8. in fi. D. eo. de his apud Pompo l.16.§.1. de vſu & habit. & apud Alfenum l.60.§.3.D. de leg. & fid. lib.32. Hinc,

SALTVENSES fundi Principis dicuntur ſub ruc. C. de fund. patrim & ſalt. qui pecoris paſcendi cauſſa elocari ſolebant, cùm in Principis patrimonio conſeruarentur.

SALVIANVM interdictum, vide Interdictum Saluianum.

SANATES dicti ſunt, qui ſupra infráque Romam habitauerunt. quod nomen iis fuit, quia cuum defeciſſent à Romanis, breui pòſt rediere in amicitiam, quaſi ſanata mente. Itaque in XII. cautum eſt, vt idem iuris eſſet Sanatibus quod fortibus: id eſt, bonis, & qui numquam defecerant à pop Roma. Hæc feſtus.

SANCTA propriè dicimus, quæ neque ſacra, neque profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata: vt leges ſanctæ ſunt: ſanctione enim quadam ſunt ſubnixæ. quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi Deo non ſit conſecratum. & interdum in ſanctionibus adiicitur, vt qui ibi aliquid commiſit, capite puniatur. l.9.§.2.D. de diuiſ. rer.

SANCTIO legum triplex eſt: ſumma, media & infima. Summa eſt, quæ id quod aduerſus legem commiſſum eſt, ipſa per ſe ac vi ſua, id eſt, ſine magiſtratus opera reſcindit: veluti Sanctio legis Æliæ Sentiæ, quæ libertatem eius qui in fraudem creditoris manumiſ- A ſus eſt, irritam eſſe iubet. §.2. Qui & quibus ex cauſſis. Media eſt, quæ nõ per ſe, ſed magiſtratus opera quod cõmiſſum eſt reſcindit: veluti ſi res vendita nõ valet dimidium precij, vel precium non valet dimidium rei. l.2.C. de reſcind. vẽd. Itẽ cũ ea quę in fraudem minorũ aut creditorũ facta ſunt, reſtituuntur. Infima eſt, cùm quod commiſſum eſt non reſcinditur, ſed is qui commiſit multatur: velut in lege Furia teſtamentaria, quæ plus mille aſſium legatũ, mortiſve cauſſa capere B vetat, & aduerſus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituit.

SANCTIONES vocamus eas legum partes, quibus pœnas conſtituimus aduerſus eos qui contra leges fecerint: ait Imp. §.8. de rer. diuiſ. Pap. l.41.D. de pœn. Sãctio legũ quæ nouiſſimè certam pœnã irrogat, iis qui præceptis legis non obtemperauerint, ad eas ſpecies pertinere nõ videtur quibus ipſa lege pœna ſpecialiter addita eſt. Eius ſanctionis exemplũ pulcerrimũ libet ex reliquiis legis regiæ quam ſuo loco deſcri- C pſi, propter ſummam elegantiam & vetuſtatem adſcribere.

SI QVIS HVIVSCE LEGIS ERGÔ ADVERSVS LEGES, ROGATIONES, PLEBI'SVE SCITA, SENATV'SVE CONSVLTA FECIT, FECERIT, SIVE QVOD CVM EX LEGE, ROGATIONE, PLEBI'SVE SCITO S. VE C. FACERE OPORTEBIT, NON FECERIT, HVIVS LEGIS ERGÔ ID EI NE FRAVDI ESTO, NE'VE QVID OB EAM REM POPVLO DARE DEBETO, NE'- D VE CVI DE EA RE ACTIO, NE'VE IVDICATIO ESTO: NE'VE QVIS DE EA RE APVD * CI SINITO. Cicero ad Att. lib.3. Epiſt.23. Scis enim Clodium ſanxiſſe, vt vix aut omnino non poſſet nec per Senatum, nec per populum infirmari ſua lex. ſed vides nunquam eſſe obſeruatas ſanctiones earum legum, quę abrogarentur. nam ſi id eſſet, nulla fere abrogari poſſet: neque enim vlla eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis. Idem Verrina VI. Quid multa? niſi vehementius homini minatus eſ- E ſem, niſi legum ſanctionem pœnámque recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet.

SANCTIO pragmatica, vide PRAGMATICA.

SANCTVARIVM Cæſaris adpellat Siculus Flaccus, ſanctius tabularium principis, in quo agrorum omnium & diuiſorum & adſignatorum formas & diuiſionem commentarius, & principatus habet.

SANCTVM eſt, ait Trebat. interdum idem quod ſacrum, idémque quod religioſum: interdum aliud, F id eſt, nec ſacrum, nec religioſum: nimirum incorruptum & inuiolatum. Hæc Macrob. libro 3. capi.3. Feſt. autem libro 16: Inter ſacrum & Sanctum & religioſum differentias Ælius Gallus belliſſimè refert. ſacrum, ædificium conſecratum Deo. ſanctum, murum qui ſit circa oppidum. religioſum, ſepulcrum vbi mortuus ſepultus, aut humatus ſit. Sed illa portione quadam & temporibus eadem videri poſſe. Siquidem quod ſacrum eſt, id lege aut inſtituto maiorum ſanctum eſſe putant, quòd vio- G lari id ſine pœna non poſſit. idem religioſum quoque eſſe, quòd iam ſit aliquid, quod ibi homini facere non liceat, & quod ſi faciat, aduerſus deorum voluntatem videatur facere. Similiter de muro aut ſepulcro debere obſeruari, vt eadem & ſacra & ſancta religioſa fiant. Hæc Feſtus. Propriè autem ſancta dicuntur, quæ ab iniuria hominum defenſa atque munita ſunt: inquit Marcianus. l.8. D. de

D. de rer. diuiſ. Munita autem propter pœnam propoſitam ſignificat. Nam ſancire eſt ſanguine fuſo cõfirmare: vt Seruius Grãmaticus teſtatur. neque Marciano adſentior, qui à ſagminibus hoc verbum eo loco deducit. quin Feſto potius adſtipularer, qui ſagmina à ſanciendo, id eſt confirmando deducit. A ſanguine autem confictum eſſe, vel ex conſuetudine ſacrorum ſollemnium, quam Saluſtius in Catilinaria cõmemorat, intelligi poteſt. Fuêre, inquit, qui dicerent, Catilinam cùm ad iuſiurandum populares ſceleris ſui adigeret (ſic enim legendum, non Addiceret) humani corporis ſanguinem vino permiſtum in pateris circumtuliſſe: inde cùm poſt exſecrationem omnes deguſtaſſent, ſicuti in communibus ſacris fieri conſueuit, aperuiſſe conſilium ſuum, &c. Sancta ergo prima ea ſunt, quæ cæſa victima, & exſecratione interpoſita, confirmata ſunt. Et ſacroſancta, iudicio meo, illa eadem propriè, quaſi quæ ſacro facto ſancita ſunt. Sed Liuius lib. III. cuum idem propè ſibi videri ſignificaſſet, Iuriſconſultis tamen aliud placere oſtendit: Cùm inuiolatos Tribunos plebis, inquit, religione, tum lege etiam fecerunt, ſanciendo, vt qui eis nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet: familia ad ædem Cereris, Liberi, liberæq; venum iret. Hac lege Iuris interpretes negant quẽquam ſacroſanctum eſſe: ſed caput eius qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum eſſe, id ſanciri. Hæc Liuius. Eámque Iuriſconſultorum etymologiam Feſtus lib. 17. ſecutus: Sacroſancti, inquit, dicuntur, qui ſanciuntur vt ſint ſacri, ſi ſacrum violent. Itaque ſacroſancta duobus modis fiunt: Religione, ſiue Iureiurando, & Lege. quorum vtrumque Liuius eodem loco ſignificat, his verbis: Et cum religione inuiolatos eos, tum lege etiam fecerunt. Paulo autem pòſt religionem Iuſiurãdum interpretatur. Dionyſius autem libro ſexto Iurarunt, inquit, per ſacra omnia, ſe poſteróſque ſuos hanc perpetuò legem obſeruaturos: addita exſecratione, vt qui legi parêrent, ita deos ſuperos atque inferos propitios haberent: qui non parerent, infeſtos. Hunc vtrumque modum exponit Cicero in ea pro Corn. Balbo, eo loco quem corruptum ſubſcribam, pòſt emendabo. Quid fuit in ea rogatione, quod ſacroſanctum videretur? Primùm enim ſacroſanctũ eſſe nihil poteſt. niſi quod populus plébſve ſanxiſſet. Deinde ſanxiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis, aut pœnæ: cùm caput eius, qui contrà facit conſecratur. Sic igitur locum emendo: Aut genere ipſo, vt obteſtatione & conſecratione Legis: aut pœna, cùm caput eius, &c. Duos .n. tantùm hos fuiſſe modos, locus, inſequens vbi ex enumeratione partium argumẽtatur, perſpicuè oſtendit. Quid habes igitur dicere, inquit, de fœdere eiuſmodi? Vtrum à capitis conſecratione, an obteſtatione Legis ſacroſanctum eſſe confirmas? Ex quibus copioſè diſputatis perſpicuum eſſe arbitror, hoc inter Sanctum & Sacroſanctum intereſſe, quòd inter genus & ſpeciem. Sacroſancta enim dicuntur ea, quæ ſub capitis pœna ſancita ſunt, vt inuiolata & incorrupta eſſent. Quæcumque verò pœnam aliquã continent paulo grauiorem, Sancta nominantur. Planum eſt præterea & ſancta & ſacroſancta ea plurimùm dici, quæ inuiolata ſunt. Hinc Cicero in ea pro domo ſua, de cuiuſque domo verba faciens: Hoc, inquit, perfugium eſt ita ſanctum omnibus, vt inde abripi neminem fas ſit. Hinc ſacroſanctæ eccleſiæ dicuntur à Iuſtiniano, quæ aſylum præbent. Hinc illud Ciceronis in Catilinam: Quid enim expectas? bellum? quid ergo? in vaſtitate omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? Hinc ſacroſancta fœdera ſemper adpellantur, quia gentibus omnibus moris fuit, vt ea ſanguine ſancirẽt. Cuius rei exemplum inſigne teneri non poſſum, quin hoc loco ex Corn. Tacit. li. 12. ſubſcribam. Mos eſt, inquit, Regibus (de Armenia loquitur) quoties in ſocietatem coëant, implicare dextras, pollicéſque inter ſe vincire, nodóque perſtringere. Móxque vbi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.

SANGVINEÆ virgæ quibus cædi parricidæ iubẽtur in l. 9. D. ad leg. Pomp. de parricid. ex virgultis ſunt, quæ ſalignearum virgarum non diſſimiles ſunt: niſi quòd & grauiores ſunt, & propius ad ſanguinis colorem accedunt. De iis meminit Plinius lib. XIX. capi. X. & libr. XXIIII. capi. XI. Cùm autem hoc ipſum in prima editione mei libelli de legibus, hoc eſt, anno 1559. indicaſſem, & primus omnium veram hanc eſſe lectionem, docuiſſem: eiúſque ſententiam demonſtraſſem: ſeptem pòſt annis, hoc eſt 1564. editus eſt doctiſſimi viri Adriani Turnebi theſaurus Aduerſariorũ, in quo meã hanc ſententiam recognoui.

SANGVINOLENTI adpellabantur infantes expoſiti, quòd recens nati efferrentur. ſub Rubr. C. de infantib. expoſit. & de iis qui ſanguinolentos nutr. accepe. & in l. vlt. C. de patribus qui fil. diſt. Hos Iuuenalis Rubentes adpellat. Sat. VII.

Modo primos incipientes
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentes.

Græci ἀρτιγενεῖς & ἀρτιβλαστεῖς vocant.

SARCITO in XII. Seruius Sulpitius ait ſignificare Damnum ſoluito, præſtato. Feſtus.

SARCOPHAGVS σαρκόφαγος: ſepulcrum, quaſi carnes excedens, dictum. Macer l. 37. de relig. & ſumt. fun. Et precium loci in quo defunctus humatus eſt, & ſi qua vectigalia ſunt, vel ſarcophagi, & vectura. Item l. 18. §. 4. D. de alim. & cib. Vt per abſentiam filiarum mearum ad ſarcophagum meum memoriam meam quotannis celebrent.

SARDONIX, gemma. Plinius libr. 37. capi. 6. nomen compoſitum ſcribit ex ſarda, lapide in Sardinia reperto, coloris rubri: & Onix, quæ gemma eſt ad vnguis humani ſimilitudinem accedens. Vlpianus Sardonyca numerat inter gemmas magni precij, l. 6. D. de bon. dam. vbi tamen SARDONYCHICA legitur.

SARTA tecta Feſtus ſic interpretatur: Sartè ponebant pro integrè. ob quam cauſſam opera publica quæ locantur, vt integra tecta præſtentur, ſarta recta vocantur. Etenim ſarcire eſt integrum facere. Hæc Feſtus. Sed videamus ne non de tectis locutio intelligatur: verùm hoc coniunctim pronuncietur, item vt alia complura, in quib. & coniunctio ſubauditur. vt Ire agere, Vti frui, & quæ ſunt generis eiuſdem: vt ſit Sarcta & tecta. nam C. literam interponendam puto, quod à Sarcio declinatum ſit, non à Sarrio. Vnde Chariſius libro ſecundo, Sarctè, inquit, pro integrè. Sarcire enim eſt integrum facere. Hinc Sarcta tecta vti ſint, opera publica publicè locãtur. Vlpianus l. 7. D. de offic. Proconſ. Ædes ſacras & opera publica circumire inſpiciendi gratia, an ſarta tecta quæ ſint, vel an aliqua refectione indigeant. Idem l. 7. §. 1. D. de vſufr. Hactenus tamen vt ſarta tecta habeant. item: Vnde Celſus de modo ſarta tecta habendi quęrit, ſi quæ vetuſtate corruerunt, reficere non cogitur. Item apud Mactum in l. 7. §. 1. D. de leg. Iul. Repetũd.

Satis Acceptio, inquit Pompon. eſt ſtipulatio quæ ita obligat promiſſorem, vt adpromiſſores quoque ab eo accipiantur: id eſt qui idem promittût. Satis autem accipere dictum eſt eodem modo, quo ſatisfacere. nã quia id quo quis contentus erat, ei præſtabatur, ſatisfieri dictũ eſt. l. 5. §. 2. D. de ver. oblig.

Satisdare propriè eſt ei ſponſores dare, qui ſibi à debitore cauet. nam ſatiſdamus alteri, cauemus nobis. Cauet enim qui ſatiſaccipit Cicero in Bruto: At verò tibi ego Brute no ſoluam, niſi prius a te cauero, amplius eo nomine neminem petiturum. Sed Iuriſconſulti Cauere poſtea dixerunt pro cautionem dare. & Cauere ſic diſtinguunt à Satiſdare, vt qui ſponſorem, id eſt fideiuſſorem det, Satiſdare dicatur: qui vero chirographum dumtaxat, Cauere.

Satisagere, pro ſatagere, curare. Vlp. l. hæc condicio, 10. D. de condic. & demonſtr. Hæc condicio, Filiæ meæ cùm nupſerit, talis eſt, vt qui teſtatus eſt, impleri ſolummodo condicionem voluerit: non ſatiſegerit, quando

Satisdare damni infecti eſt, cauere datis fideiuſſoribus ſe damnum, ſi quod accidat, ei cuius intererit, præſtaturum.

Sitisdatio eodem modo adpellata eſt, quo ſatisfactio. nam vt ſatisfacere dicimur ei cuius deſiderium implemus: ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, qui pro eo quod à nobis petiit, ita cauit, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus. l. 1. D. qui ſatiſd. cog.

Satisdatio iudicatum ſolui, eſt cuum quis ſtipulanti vt ſolueretur ſibi quod fuiſſet iudicatum, datis fideiuſſoribus promittit. air Imper. titul. de ſatiſdat. in principi. nam Iudicatum ſolui, antiquè dictum eſt, pro Solutum iri: & Satiſdare iudicatum ſolui, dare fideiuſſores locupletes, qui ſtipulanti actori promittant, quantum iudicio facto ſolui oporteret, ſi reus domnaretur, tantum ſuo periculo ſolutum iri, l. rettia, & paſſ. D. iudic. ſolui.

Satisdatio rem ratam dominum habiturum, eſt cùm quis ſtipulanti à procuratore curatore alterius vt dominus eius procurationem ratam habeat, datis fideiuſſoribus promittit. vti docet Imp. tit. de ſatiſd. in princ. & l. 1. & paſſim, D. rem ratam haberi.

Satisdato debere, eſt datis ſponſoribus ſiue fideiuſſorib. debere, Cice. lib. XVI. Ep. ad Att. Poſſumus.n. vt ſponſores adpellentur, procuratorẽ introducere: neque enim illi litem conteſtabuntur: quo facto non ſum neſcius ſponſores liberari. ſed & illi turpe arbitror, eo nomine, quòd ſatiſdato debeat, procuratores eius non diſſoluere: & noſtræ grauitatis ius noſtrum ſine ſumma illius ignominia perſequi.

Satisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus, inquit Vlpian. l. 1. D. qui ſatiſd. cog. Hinc,

Satisfactum accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum: ſiue aliis pignorib. ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſoribus, ſiue reo dato, ſiue precio aliquo, vel nuda conuentione. l. ſi rem, 9. §. 3. D. de pign. act. Hinc,

Satisfacere & ſoluere tamquam differentia ſeparantur: vt apud Pomp. l. quod vendidi, 19. D. de contr. emt. Quod vendidi non aliter fit accipientis, quàm ſit aut preciũ nobis ſolutũ ſit, aut ſatis eo nomine factum. ſic in l. Stichum, 38. §. 1. D. de ſtatulib. l. ſi ita, 41. §. primo, D. de manumiſ. teſt. l. Paullus, 39. §. 2. D. de lib. cauſſ. Soluit enim propriè qui precium numerat: ſatisfacit, qui pignus, vel expromiſſorem, vel fideiuſſorem prebet, l. ſolutiones, D. de verb. ſignif.

A l. 4. §. 1. D. de re iudic. l. 6. D. Quibus mod. pign. vel hypoth. l. promiſſor, 21. §. 2. D. de conſt. pecun.

Satisfacere, eſt tantum facere quantum ſatis ſit irato ad vindictam: inquit Aſcon. in illum tertiæ Verrinæ locum: Video enim, & ex iis quæ legi & audiui intelligo, in qua ciuitate legatus populi R. aliqua ex parte violatus ſit, niſi publicè ſatisfactũ ſit, ei ciuitati bellum indici atque inferri ſolere, Itaque qui verbis iniuriam fecerat, ſatisfaciebat, cùm ea

B quæ dixerat palã dicebat ſe ea nolle dicta eſſe. Plaut. Amphyt.

Quin ego illum aut deſeram
Aut ſatiſfaciat mihi, atque adiuret inſuper
Nolle eſſe dicta quæ in me inſontem protulit.

Et hoc idem ex Adelph. Terentij intelligitur: vbi Sannio ſic loquitur:

Non ſi ego veſtra hæc: nollem factum &c.

Satyra lex, vide Per ſatyram.

Scandularii, qui ædes ſcandulis tegunt.

C Sunt autem Scandulæ ſectiles aſſeculi, quibus contectam annis quadrigentis & ſeptuaginta fuiſſe Romam Plinius lib. 16. capit. 10. teſtatur, Scandulariorum mentionem facit Tarrunt. in l. vltim. D. de iur. immun.

Sceleritas, pro Scelus: apud Marcianum in l. 3. D. de bon. eorum qui aut. ſent.

Scena, eſt quæ ludorum faciendorum cauſſa quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moueaturq́; ſpectaculum ſui præbiturus poſita ſit in publico, priuatóve,

D vel in vico: quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſſa admittantur. l. 2. §. 4. D. de his qui not.

Scæva dicitur, qui ſiniſtra ſic vtitur, vt alij homines dextra, & viciſſim dextra, pro ſiniſtra. nam ſi imbecillitate dextræ validius ſiniſtra vteretur, non ſcæua, ſed mancus diceretur: vti docet Vlpia. l. 12. §. 1. D. de ædil. edict. Liuius lib. 2. ſcribit, Mutio apud Romanos inditum fuiſſe nomen Scæuolæ, propter dexteram exuſtam.

Schedia, genus nauigij inconditum, id eſt trabibus tantùm inter ſe nexis factum, Vlp. l. 1. §. 4. D.

E de exercit. act. Nauem accipere debemus ſiue marinã. ſiue fluuiatilem: ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſchedia ſit.

Scholæ adpellantur in lib. Cod. corpora ſiue ordines officialium: hoc eſt eorum qui munere & officio aliquo, quod ad principis miniſterium pertineret, fungebantur. Eas Iuſtinianus in l. vlt. C. de locat. vndecim fuiſſe teſtatur: omnes autem ſub Magiſtri officiorum imperio fuiſſe, conſtat ex l. 1. & paſſ. C. de

F offic. Memorantur autem hæ: Scutariorum prima, item ſecunda, & tertia: Agentium in rebus: Armatorum ſeniorum, item iuniorum: Gentilium ſeniorũ, item iuniorum: Scutariorum ſagittariorum, item clibanariorum: Fabricenſium. Hinc,

Scholares & Scholaſtici paſſim in lib. Cod pro officialibus, hoc eſt, iis qui in aliqua illarum ſcholarum locum obtinent.

Scientiam in Aquilia lege pro patientia accipimus: vt qui prohibere potuit, teneatur ſi non fecerit.

G l. 45. D. ad legem Aquiliam.

Scire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem, l. 17. D. de legib. ſenat.

Scita plebeia adpellantur ea quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit, plebeio magiſtratu interrogante. Feſtus. Vide Plebiſcita.

Scortatio dicitur propriè quæ cũ meretricibus cõmittitur: hoc eſt, cum ancillis aut libertis quæ palam

palàm corpore quæſtum in lupanaribus, aliiſve locis faciunt.l.verum eſt,39.D.de furt.l.palàm,43.D.de rit. nupt. Et à Stupro ita diſtinguitur: quòd illa cum meretricibus,hoc cum virginibus aut viduis honeſtæ exiſtimationis committitur.l.6.§.1.& l.ſtuprum,trigeſimaquarta,D. de adulte. Abuſiuè tamen & improprie Stuprum etiam in meretrice vſurpatur in l.ſi ea, C.de adulte.

Scribarvm officium apud populum Rom. quale fuerit,Cicero in Verrina quinta,his docet verbis: Quæ pars operæ aut opportunitatis in ſcriba eſt, cur ei non modò merces tanta detur, ſed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo eſt honeſtus. quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? eſt verò honeſtus: quòd eorum hominum fidei tabulæ publicæ periculáque magiſtratuum committuntur. Diſtributi erant in aliquot decurias, quarum in aliqua locum ſibi emere conſueuerant, qui ſcribæ fieri volebant. Idem in Oratione pro domo ſua: Scribæ,qui nobiſcum in rationibus, monimentiſque publicis verſantur,nō obſcurū de meis in Rempub.beneficiis ſuum iudicium decretúmq; eſſe voluerunt. Æmilius Probus in vita Eumenis ait, ſcribæ munus multo eſſe apud Graios honorificentius, quàm apud Romanos. nam apud nos, inquit, reuera, ſicut ſunt,mercenarij ſcribæ exiſtimantur: at apud illos contrà,nemo ad id officium admittitur,niſi honeſto loco,& fide & induſtria cognita: quòd neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem.

Scribere veteres dicebant,pro pecuniam credere: quoniam, vt Dona.in Terent.ſcribit,in foro & de menſæ ſcriptura, magis quàm ex arca domóque pecunias numerabant.Horat.Sat.lib.2.

Scribe decem Nerio, non eſt ſatis,&c.

Vide Reſcribere,& Tranſcribere.

Scribere, prō teſtari chirographo ſe debere, apud Scæuolam in l.vlt. D.de dol.excep.Homo ruſticanus genero ſcripſit,quaſi vſuras præteritas ex dotis promiſſione.

Scribere etiam præciſe de Iuriſconſultis dicitur, quòd cùm ſuis conſultoribus cauerent, ſcribendis eorum & pactionibus, & teſtamentis præeſſent. Cice.11.de Orat.Nam ſi Scæuola,nullum erit teſtamentum rectè factum,niſi quod tu ſcripſeris,omnes ad te ciues cum tabulis veniemus: omnium teſtamenta tu ſcribes vnus. Idem in epiſt. ad Treba. Valde iam lautus es, qui graueris ad nos literas dare: homini præſertim propè domeſtico. quòd ſi ſcribere oblitus es,minùs multi iam te aduocato cauſſa cadent.

Scrinia dicuntur in lib.Cod.capſæ,& loculi, in quibus Principis acta quæ ad ius pertinent, adſeruantur. qua de cauſſa in l.omnium,19.C.de teſtam. totum ius in ſcriniis principis conſtitutum dicitur. Eorum genera hæc quattuor enumerantur in l.vlti. C.de decurionib.l.1.C.de prox.ſacr.ſcrin.

Scrinivm memoriæ,in quo adnotationes Principis adſeruabantur.l.vlti.C.de diu.reſcript.

Scrinivm epiſtolarum,in quo ciuitatum poſtulata & legationes recondebantur.

Scrinivm libellorum qui Principi ſupplices oblati erant.

Scrinivm diſpoſitionum, in quo cognitones & decreta principis conſeruari ſolebant.Memoratur &

Scrinivm largitionum tum ſacrarum, tum priuatarum, ſub quo varia ſcriniorum genera recenſentur ſub d. Rubr. C. De palat.ſacr.largit.Lampridius in Alexandro:Poſt meridianas horas ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita vt ab epiſtolis & libellis & à memoria ſemper adſiſterent: nonnumquam etiam ſi ſtare per valetudinem nō poſſent, ſederent, relegentibus cūcta librariis, & iis, qui ſcrinium gerebant. Hinc,

Scrinarivs, σκρινιάριος, id eſt (vt Suidas definit) ὁ χαρτουλάριος τοῦ ὑπάρχου ὁ αἴρων τὸ σκρίνιον ἤτοι τὸ κιβώτιον de quo multa in l.nulli,10. C. de numerar. Sed alius Scriniarius fuit, alius Scrinij magiſter: vt in voce Magiſter dictum eſt.

Scriptvra, ratio pecuariorū: vide Mancipes.

Secessvs, rus amœnum & ſuburbanum, quò animi relaxandi cauſſa ſecedimus, Vlpianus l.21.§.9. de recept.qui arb. Quid tamen (de arbitro loquitur) ſi in eo loco qui ſit circa vrbem adeſſe iuſſerit? Pegaſus admittit valere iuſſum. Quod puto ita verùm eſſe, ſi & eius ſit auctoritatis arbiter, vt in ſeceſſibus ſoleat agere, & litigatores facilè eò loci venire poſſint. Idem l.16.D.mandati, vt in hortis quos Rauennæ habebat. in quos omnibus annis ſecedere ſolebat, ſphæriſterium faceret. Plinius libr. 2. epiſt.17. Iuſtíne de cauſſis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere ſeceſſum, quem tu nimis vrbanus es, niſi concupiſcis.

Secretarivm, locus in quo iudices cauſſas audiunt, & cognoſcunt. Zeno in l. vlt. C. vbi ſenat.vel clariſ. Sedendi, inquit, cùm celebratur cognitio, in ſecretariis iudicantium ius conſequantur. Et paulo ſuprà: Sedendi quoque in aliqua Secretarij parte, quæ iudicibus inferior, altercantibus verò ſuperior eſſe videatur. Sic in l. vlt. C.de offic. diuerſ. iud. l.12. C. de proxim. ſac. ſcrin.

Sectores dicti ſunt, inquit Aſconius, qui ſpē lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur. próque iis pecunias penſitabant ſingulis: ac poſtea pro compendio ſuo ſingulas quaſque res pecunia populo venditabant. Hæc ille. quibus ex verbis Sectores à Sequendo dictos coniicimus, arbitror ab antiquo verbo Seco,ſecas: quod idem ſignificat vt ſequor. vt in illo: Quam quiſque ſecat ſpem. vnde Sector,ſectaris:& Secta,ſectæ.nam & accuſatores & iudicia ſectabantur,quoniam damnatorū bona ipſi æſtimare,& vna ſumma coëmere ſolebant. Idem alio loco:

Sector eſt, inquit, æſtimator ac redemtor bonorum damnati, atque proſcripti, qui ſpem ſectans lucri ſui,id eſt ſecutus ſpem æſtimationis ſuæ, bona omnia auctione vendit, & ſemel infert pecuniam vel ærario, vel ſociis. Hinc,

Sectio dicta pro venditione vniuerſorum bonorum,quæ auctione fiebat. Varro de re ruſt.11. In emtionibus ſex ferè res dominum legitimum efficiunt, & paulo pòſt: Aut ſi è præda ſub corona emit,túmve cum bonis ſectionéve cuius publicè venit.Corn.Tacitus, Reliquias ſectionum Neronianarum nondum in fiſcum conuerſas reuocatis ab exſilio cōceſſit.Neque tamen eorum diſplicet ſententia, qui diſputant Sectionis nomen cōfictū propter legem XII.Tab quæ debitoris corpus ſecari ac diuidi inter creditores permittebat:vt eum ea lex à corpore ad bona tranſlata eſſet,nomen re mutata permanſerit:vt in l.inſula,59. de adq. rer. dom. Poſt verò videtur ad militares auctiones & prædas hoc vocabulum redactum,cùm oppidi capti præda vniuerſa vendebatur ab Imperatore vni aut paucis emtoribus qui eam poſtea ſuo commodo per partes diuenderent. Cæſar bell.Gall.2.Poſtridie eius diei refractis portis cum iā defenderet nemo,

atque intromiſſis militibus noſtris ſectionem eius A oppidi Cæſar vniuerſam vendidit. Ab his qui emerant capitum numerus ad eum relatus eſt millium quinquaginta trium. Cicero de Inuent. 2. Hoc commodè reprehenditur, ſi dici poſſit ex hoſtibus reus eſſe captus, cuius prædæ ſectione venierit. Vſurpatur etiam pro priuata auctione vt Philipp. 2. Haſta poſita bona Cn. Pompeij voci acerbiſſimæ ſubiecta Præconis. Et mox: Expectantibus omnibus qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, &c. Et mox: B Primum cùm ſector ſis iſto loco natus, &c.

Secvndi fructus, vberes, copioſi. Paullus l. 65. in fi. D. ad leg. Falc.

Secvndvs heres dicitur, qui ſecundo gradu inſtitutus eſt: vt Primus, qui primo. l. 8. D. de lib. & poſt. l. ſi is qui, 25. D. de teſtam. is vulgò Subſtitutus adpellatur. Cicero Verri. tertia, Adpellat L. Annium, qui erat inſtitutus ſecundum filiam. Et aliquanto pòſt: Nunc eſt eiuſmodi edictum, vt quamuis intelligat, C non populo eſſe ſcriptum, ſed P. Annij ſecundis heredibus.

Secvndæ tabulæ dicuntur, quibus pupillaris ſubſtitutio ſcripta eſt. leg. 2. §. interdum, l. 12. D. de vulg. ſubſtit. l. vlti. D. ad Trebell. l. pen. D. teſt. quemad. aper. quia ſubſtitutio hæc paterni teſtamenti quædam adpendicula & ſequela eſt. l. qui plures, in fin. D. de pupil. ſubſt. & (vt ait Iuſtin.) in inferioribus partibus ſcribebatur, eáque pars proprio lino, propriáque cera conſignabatur: & in priore parte teſtamenti cauebatur, ne inferiores tabulæ viuo D filio, & adhuc impubere aperirentur. §. ſin autem, 4. Inſtit. De pupil. ſubſt.

Sedeo, ſedes, vulgarem habet ſignificationem: cui contraria eſt illa verbi Sto. Sed præterea ſignificat Sedet, imperſonaliter idem quod videtur, vel placet. Vlpianus l. ſi fideiuſſor, 7. §. vltim. Si ſatiſdatum pro re mobili non ſit, & perſona ſuſpecta ſit, ex qua ſatiſdatio deſideratur, apud officium deponi debebit, ſi hoc iudici ſederit, donec vel ſatiſdetur, vel E lis finem accipiat. Sederit, id eſt ſi iudici viſum fuerit, ſi ita arbitratus ſit.

Sedvlaria, Paullus in l. 4. D. de ſuppell. leg. pro ſedibus poſuit, in quibus geſtamur. vnde Geſtationes, de quibus ſuo loco diximus.

Semestria conſilia principum dicebantur, in quibus cum aliquot ſenatoribus ad ſemeſtre tempus aduocatis, de iis quæ ad Senatum referendo erant, deliberabant: inde, opinor, ducto nomine, quòd hybernis æſtiuíſque menſibus ſibi F conſiliarios mutabant. Sueto. Auguſto: Sibíque inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negociis ad frequentem Senatum referendis antè tractaret. Et in Claudio: Rerum actum diuiſum antea in hybernos æſtiuóſque menſes, coniunxit. Semeſtria autem à Iuriſconſultis præciſè dicuntur. vt leg. 46. D. de pact. & l. 12. D. de adquir. hered. & apud Iuſtin. §. 2. de excuſat. tut. Xiphilinus autem ab Auguſto tradit ſenatores quindecim ſorte ductos eſſe, cum quibus iudicabat. καὶ πεντεκαίδεκα, inquit, G τῶν βουλευτῶν, τοὺς κλήρῳ λαχόντας συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανε, καί ἐστιν ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν. Aduocabat quindecim Senatores ſorte ductos, qui ſibi ad ſex menſes in conſilio eſſent interdúmque cum iis ius dicebat. Zonaras etiam libro 2. ita ſcribit: καὶ τοὺς ὑπάτους, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, καὶ ἐκ τοῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ πᾶσι κοινοῦσθαι τὰ βουλευόμενα. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν, id eſt, Conſules etiam, ex aliis item magiſtratibus ſingulos, & ex ſenatorum copia conſiliarios quindecim ad ſex mẽſes adſciuit: vt eorum opera cum vniuerſo ſenatu ea quæ deliberanda eſſent cõmunicaret: nonnumquã etiam ius vnà cum ipſis dicebat. Obſeruatus eſt etiã idẽ locus apud Dionem libro quinquageſimotertio.

Seminarivm, locus in quo vinum arborúmque ſemina conſeruntur atque adoleſcunt: vt aliò poſtea, quaſi ex nutriculæ gremio transferantur. Vlpianus l. nona, §. quinto, D. de vſufruc. Seminarij autem fructum puto ad fructuarium pertinere: ita tamen vt vendere ei & ſeminare liceat. Debet tamen conſerendi agri cauſſa ſeminarium paratum ſemper renouare, quaſi inſtrumentum agri. Quale ſit eligẽdum parandúmque ſeminarium, docet Columella libr. 3. & Plinius libro decimoſexto, Vlpianus l. 4. §. 1. D. arb. furt. Quòd ſi quis ex ſeminatio, id eſt ſtirpitus arborem tranſtulerit, &c.

Semissales vſuræ pro ſemiſſes, id eſt cùm ſeni aurei quotannis in centenos penduntur. Modeſtin. l. 10. D. de pollicit. Ita pollicita eſt, vti ſors apud eã remaneat, & ipſa vſuras ſemiſſales in præmia certantium reſoluat.

Semissarivs heres, heres ex ſemiſſe. Florentinus l. 116. §. 1. D. de leg. & fideic. 30. A coherede verò ſemiſſario, duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte.

Semvncia, vnciæ pars dimidia. vt apud Scæuolam l. 21. §. 2. D. de annuis leg. vbi ex aſſe hereditatis vxor prius quadrantem, deinde ex fideicommiſſo dodrantem, detracto quadrante Falcidico, id eſt vnciis duabus & ſicilico conſecuta, defendebat partem hereditatis dimidiam, quam adulto priuigno reſtituere iuſſ erat, ex illo quadrante Falcidio in aſſem reuocato computandam eſſe: quod Scæuola comprobauit.

Senatvs Romani, & Senatuſconſultorum memorabilium deſcriptionem cognoſce ex Adpendice, ſub titu. De Senatu.

Senatvs alius maximus, alius minor adpellatur. Maximus dicitur Romanus, in l. vlti. C. de decurionibus. vbi de iure eius qui tres filios habet, agitur: vt ſi vnum ex iis qui decurio eſſet, Senatui maximo ſociaſſet, ei curiæ liberationem pareret. Minor dicitur, aliarum ciuitatũ, qui propriè Decuriones ſunt. Caſſiodorus libro IX. Non inaniter adpellauit minorem ſenatum, neruos quoque vocitans ac viſcera ciuitatum. Hinc Impp. in l. omnes, 33. C. de decurionibus. Quod ſi quis audeat decurionem & ſuæ curiæ (ſi ſic dici oportet) ſenatorem tormẽtis ſubdere, &c.

Sensvm eſt, imperſonaliter, pro Cogitatum eſt, ſententia ſtetit, placuit. Vlpian. l. octaua, D. de acceptil. An inutilis acceptilatio vtile habeat Pactum quæritur: & niſi in hoc quoque contrà ſenſum eſt, habet pactum, id eſt, niſi qui accepto tulit, contrà ſenſit, ſiue mentem ac voluntatem contrariam habuit. nam plus eſt contrà ſentire, quam non conſentire: & Imprudens non conſentit, at non contrà ſentit. Locum autem ſic legendum, ea quæ conſequuntur oſtendunt.

Sensvs, pro Ratio. Vlpianus l. prima, §. primo, D. ſi quadrup. paup. Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe, quod ſenſu caret. de quadrupedibus loquitur. Sic furioſus dicitur ſenſum nõ habere, in l. ſi cùm dotem, vigeſimaſecunda, §. ſi maritus, D. ſoluto matri-

matrimonio. Sic Infantis ſenſus nullus eſſe dicitur in l.quamuis, trigeſimaſecunda, §.ſecundo, D.de adquirend.poſſeſſione.

Sententia iudicis dicitur, pronunciatum eius ad diſceptandam controuerſiam pertinens.

Sententia, definitiua eſt, quæ ſummæ controuerſiæ per condemnationem aut abſolutionem finem imponit. l.1.D.de re iudic.l.qualem, 19. §.1.D.de recept.arb.l.3.C.de ſentent.& Interloc.

Sententia interlocutoria eſt, quæ non de ſumma controuerſia, ſed de rebus ad eam definiendam pertinentibus pronunciatur. l. poſt ſententiam, 9. C. de ſent.& interloc. d.l.qualem, §. vnde: Veluti, de cognitione differenda, de teſtibus producendis.& l.2.D.de adpella.recip.de quæſtionibus ſiue tormentis.l.à diuo Pio, 15.§.in venditione, D.de re iudi.l.1.§. huic conſequenter, D.de adpellat.l.1.§ quæro, D.ad Turpil.l.in teſtamento, 38.D.de fideicom.liber.l.metu, 9.§.ſed ex facto, D quod metus cauſ. Differentiæ autem hæ ferè ſunt. Illa non niſi à iudice ſedente, & ex libello (quod Periculum adpellatur) recitante pronunciatur. l.1.& paſſ. C.de ſenten.ex peric. Hæc & à ſtante & à procedente iudice etiam ſine ſcripto pronunciari poteſt. l.4.C.de dilat. Ab illa ſemper adpellari licet: exceptis iis de quibus ſub Rub. A quibus adpell. non lic. ab hac, aut nũquam: l.præſcriptiones, 63. C. Th.de adpellat. aut rariſſimè. velut in l.2.D.de adpell. recip. l. ait Prætor, 7. § permittitur. D.de minoribus. Illa non niſi cauſſa cognita pronunciatur. hæc verò etiam extra cauſſæ cognitionem. l.quid ergo, 13.§.quarto, D.de his qui notantur infamia.

Sententiam dicere exiſtimatur is, qui ea mente quid pronunciat, vt ſecundum id diſcedere eos à tota controuerſia velit. l.qualem, 19. §. 1. D. de arbitr.

Septa ſunt, ait Vlpianus, quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine cauſſa: ſiue ea lignea ſint, ſiue lapidea, ſiue qualibet alia materia ſint, ad continendam tranſmittendámve aquam excogitata. l.1.D.de riuis.

Septemvirale iudicium, quod à Septemuiris, qui è Centumuirorum erant ordine, exercebatur. Hinc Paulli liber ſingularis de Septemuiralibus iudiciis notatus in titu.legis 13.& l.28.& l.31.D.de inoffic.teſtam. vide Centumuiri.

Sepulcrum eſt vbi corpus, oſſave hominis condita ſunt. l.1.§.2.D.de relig.

Sepulcra familiaria dicuntur, quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit. l 5.D.de relig.

Sepulcra hereditaria ſunt, quæ quis ſibi heredibúſque ſuis conſtituit: vel quod paterfa.iure hereditario adquiſiuit. l.5.& 6. D. eodem.

Sequester dicitur, inquit Modeſtinus, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur, l.110.D. de verbor. ſignificatio. Paullus l.6. D.depoſ. Propriè autem in ſequeſtre eſt depoſitum, quod à pluribus in ſolidum certa condicione cuſtodiendum reddendúmque traditur. Agellius Sequeſtrum dictum ſcribit, quòd eius qui electus ſit, vtraque pars fidem ſequatur: libro vigeſimo, cap.10.

Sequestropositum à depoſito hoc differt, quòd rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet: ſed & poſſeſſio. at ſequeſtro poſitæ poſſeſſio ad ſequeſtrum tranſit. id enim agitur ea depoſitione, vt neutrius poſſeſſioni id tempus procedat. l.17. §.1.D. depoſ. Intereſt tamen qua mente apud ſequeſtrum deponatur. nam & omittendæ poſſeſſionis cauſſa interdum deponitur: interdum verò cuſtodiæ cauſſa dumtaxat. l.intereſſe, 39. D.de adquir, poſſeſ.

Sequestraria actio, vide Actio ſequeſtraria.

Sequella, pro acceſſione. Scæuola l.93. D.de ſolu. Et quaſi generale quid retinendum, eſt vt vbi ei obligationi quæ ſequellæ locum obtinet, principalis accedit, &c.

Seria, inquit Donat. in Terent. vas fictile de limo, oblongum. Terent.

Relevi dolia omnia, omnes ſerias.

Seriarum, quæ vinaria vaſa ſunt meminit Vlpianus l. 15. §. de vſufruct. Paullus l.206. de verb. ſignif.

Serica veſtimenta quorum meminit Vlpianus l.25. §.1. D.de aur.arg. leg. dicuntur quæ ex Serum lana conficiuntur. ſunt autem Seres, id eſt, σῆρες, vermiculi, apud Seres Indiæ populos, apud quos (vt Ammianus li.23. teſtatur) abundè ſyluæ ſublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum aſperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore admixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nentéſque ſubtegmina, conficiunt ſericum.

Servaculum, ab Vlpiano dictum ſuſpicor pro anchora, quaſi σωτήριον. Vlpianus l.29.§.1.D.ad leg. Aquil. Parui refert, inquit, nauem immittendo, aut ſeruaculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. nam anchora tollenda ſcaphæ proximæ noceri poterit.

Servi dicuntur, quibus libertas arbitrio ſuo viuendi adempta eſt. itaque liberis opponuntur. & ex eo adpellati ſunt, quòd Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent. §.1.de iur. perſon. l.quarta, de ſtat.hom. l.239. de verb. ſignifi. Quinctilianus libro ſeptimo, capite tertio: Circa propria ac differentia magna ſubtilitas: vt cùm quæritur, an addictus quem lex ſeruire donec ſoluerit, iubet, ſeruus ſit: altera pars fuit ita, Seruus eſt qui eſt iure in ſeruitute: altera, Qui in ſeruitute eſt, eo iure quo ſeruus: aut, vt antiqui dicebant, qui ſeruitutem ſeruit. vide Addictus.

Servi agricolæ duorum generum fuerunt: nam alij verè ſerui erant, in dominorum mancipio vſquequaque poſiti. l.3.C.de agric.& cenſ. alij autem liberi quidem erant, ſed tamen ita addicti vt quaſi ſerui numerarentur: quorum de condicione diximus ſub voce, Cenſiti: & patet in l.19.& 21.C. illo titulo.

Servi pœnæ dicebantur, qui ſummo ſupplicio ſic addicebantur, vt ſi liberi eſſent, libertatem: ſin ſerui, domini familiam quaſi abalienati amitterent: adeò vt ne à pœna quidem liberati, in illius domini poteſtatem redirent: vti conſtat ex l.octaua, §.tertio, & §.10. & l.29.D.de pœn. l.8.C.de ſenten.paſſ. l.24.§.5.D. de fid.libert. quòd enim nullius niſi pœnę ſerui eſſent, ita dicebantur. Marcianus l.17.D.de pœn. Sunt quidam ſerui pœnæ vt ſunt in metallum dati, & in opus metalli. & ſi quid ei teſtamẽto datum fuerit, pro nõ ſcriptis eſt, quaſi non Cæſaris ſeruo datum ſed pœnæ. Iuſtin.§.2. Quibus mod. ius pot. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, aut beſtiis ſubiiciuntur. Vlpian.l.25.§.2.D.de adquir.hered. Si quis planè ſeruus pœnæ fuerit effectus, ad gladium, vel ad beſtias, vel in metallum damnatus, ſi fuerit heres ſcriptus, pro non ſcripto hoc habetur. Vide Plinium Secundum lib. epiſt. x. epiſt. Salua magnitudine.

Servi publici dicebantur & in vrbe & in prouin-

ciis,homines libertini generis,quorum miniſterio & opera magiſtrat⁹ vtebátur. Varro lib.de ling.Lat.vii. ſignificare videtur moris fuiſſe,vt ſerui quidam à populo manumitterentur,eorúmque vel magiſtratuum Romanorum,vel municipiorum nomina haberent, à quibus libertate donati eſſent. Vlpianus titul.Regul.xx. Seruus publicus parte dimidia teſtamenti faciendi habet ius.De vrbanis,qui Cenſoribus operam dabant,Liuius libr. XLIIII. Cenſores, inquit,extemplo in atrium libertatis adſcenderunt, & ibi ſignatis tabellis (lego, Obſignatis tabulis) publicis,clauſóque tabulario,& dimiſſis ſeruis publicis,negarunt ſe prius quidquam negocij publici geſturos, quàm iudicium populi de ſe factum eſſet. Plinius autem lib.Epiſt.x.epiſt.Salua magnitudine,ſcribit eos,de publico ali ſolitos & annua à Repub.accepiſſe. Agellius libro XII. capit.III.Licio tranſuerſo,inquit,qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant. Cicero Verrin.v. Cur hoc auctore non Romæ ſerui publici ad vectigalia accedant. Idem Philip.XIII. Quos Antonius deliciarum cauſſa loris in conuiuio cædi iubebat à ſeruis publicis.Tacitus lib.Annal. II. Mancipari ſingulos actori publico iubet, ſcilicet vt in Libonem ex ſeruis ſaluo S.C.quæreretur.vide infrà, SERVVS PVBLICVS.

SERVIANA actio, vide Actio Seruiana.

SERVIRE ſeruitutem.Iauolenus l.34.D.de ſtip. ſer. Non poteſt videri iuſtam ſeruitutem ſeruiſſe iis qui illum liberum eſſe non ignorabant.

SERVITVS tum de hominibus dicitur, tum de rebus. Quæ de hominibus dicitur, eſt condicio eorum qui in ſeruitute ſunt:ſiue Conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur.l.quarta,D.de ſtatu hominum. Quæ de rebus dicitur, eſt ius quod quis vel in re,vel ex re ſua alteri conſtituit.eáque eſt duplex.vna Perſonalis,veluti Vſusfructus, Vſus, Habitatio:altera Realis,vt ſeruitutes prædiorum vrbanorum & ruſticorum.l.prima,D. de ſeruit. hoc eſt, ius in alieno prædio aliquid agendi,quod alteri agere non licet,ab ipſius domino permiſſum.l.1.

SERVITVTES perſonales propterea dicuntur,quia & hominib.debentur,& cū iis pereūt atq; exſtinguūtur. l.octaua, § .rale,D.de ſeruit.legat.l decimaquinta,D.de ſeruit.l.20.in fine,D.de ſeruit.ruſtic.

SERVITVTES reales dicuntur, quæ prædiorum ſunt, ideo quòd ſine prædiis conſtitui non poſſunt. Nemo enim poteſt ſeruitutem adquirere vrbani vel ruſtici prædij,niſi qui habet prædium:nec quiſquam debere, niſi qui prædium habet. §. 3. Inſtit.de ſeruitut. l. 1. D.commun.præd.l.quoties,15.D.de ſeruitut. Denique Seruitutes Perſonales dicuntur, cùm res perſonæ:Reales verò,cùm res rei ſeruit.

SERVITVTES vrbanorum prædiorum dicuntur, quarum vſus eſt tantùm in ædibus, ſiue illæ in vrbe, ſiue in agro ſint. l.prima, D.commu.præd.veluti altius tollendi, & officiendi luminibus vicini,aut non extollendi. item ſtillicidium auertendi in tectum vel aream vicini, aut non auertendi,l.2.D.de ſeruit.vrb. præd.

SERVITVTES ruſticorum prædiorum dicuntur, quarum vſus eſt in rebus ruſticis dumtaxat: veluti Iter, actus, via,aquæ ductus,hauſtus aquæ,pecoris ad aquam adpulſus, pecoris paſcendi,cretæ eximendæ, calcis coquendæ.l.1.& ſeqq.D.de ſeruit.ruſtic.

SERVVS actor, idem opinor qui diſpenſator:id eſt cui pecuniæ domini curatio mandata eſt. Papinia.

A l.24.D.depoſiti. Centum numos,quos hac die commendaſti mihi, adnumerante ſeruo Sticho actore,&c.

SERVVS fundus,qui ſeruitutem debet: liber, qui ab ea eſt immunis. Vlp.l.20.§.1.D.de adquir.rer.dom. Si ſeruus fuit fundus, cum ſeruitutibus tranſit: ſi liber,vti fuit.Item,Si quis igitur fundum dixerit liberum,cuum traderet eum qui ſeruus ſit:nihil iuris ſeruitutis fundi detrahit.Cic.pro l. Agr. Optimo iure ea

B ſunt profectò prædia, quæ optima condicione ſunt: libera meliore ſunt,quàm ſerua.

SERVVS publicus in municipiis dicebatur, quem ciuitas publicè emerat, hoc eſt pecunia de publico ſumta: vt eius miniſterio vteretur. quemadmodum intelligitur ex l. 6.D. de rer.diuiſ.l.1.§.ſeruum,D. de quæſtionibus,l.3.§.3 D.de ſuis & legitim. Et ita Libertus Reip.dicitur,in l.ſed ſi hac, 10.§.3.D.de in ius vocan.qui à corpore aliquo, vel collegio vel ciuitate manumiſſus eſt.vt & in d.l.§.3.& l.1.D.de liberr. vni-

C uerſit. Serui autem illi publici olim quidem tabulis publicis præficiebantur: vnde Serui ciuitatis adpellantur in l.vltima,D.Quod cuiuſque vniuerſ.Publici autem in l.nec ei,18.D.de adopt.l.ſecunda, C.eodē titul.4.C.de arbitr.l.1.§.exigere,D.de magiſtr.conueniend. Pòſt verò ab Arcadio Imperat. conſtitutum eſt, vt publicis tabulis non amplius ſerui, ſed liberi præficerentur. l. generale, C. de tabular. vide ſuprà Serui publici.

SERVVS peculiaris,pro Vicario. Scæuola l.21.D.de

D pecul.leg. Si Sticho manumiſſum peculium legatum ſit,& Titio ſeruus peculiaris:quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tantùm ei accedere cui vicarius legatus eſt,Iulianus ait.

SESSIONVM dies dicuntur,quibus Prętor pro tribunali ſui copiam facit.quippe cùm iis diebus non de plano & æquo loco ius dicat: ſed de loco edito,& in curuli ſella ſedens decreta ſua interponat.l.2.& paſſ. D.quis ord.in bon.poſſ.

SEXTARIVM,vas ſextarij,id eſt heminarum duarū

E capax:apud Paullum in l.13.D.de inſt.vel inſt.

SI ſciens fallo. formula iuriſiurandi quam Feſtus ſic exponit: Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem hæc verba dicentes, Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe arcéq; bonis eiiciat,vt ego hunc lapidem. Ad hunc morem alluſit Paullus in l.26.D.de iureiur. Qui iuraſſe dicitur, nihil refert cuius ſexus ætatíſve ſit:omni enim modo cuſtodiri debet, iuſiurandum aduerſus eum qui contentus eo cuum deferret fuit,quamuis pupillus non videatur peierare,quia

F ſciens fallere non videatur. Huius eiuſdem formulæ Polyb.lib.2.mentionem facit.ſed & Cic.ad Trebatiū: Quomodo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare,cuum ſcias Iouem iratum eſſe nemini poſſe?

SI eis videatur.Donat.in Adel.Teren. *Facſis Soſtrata*.Sis honorificè additur verbo, ne quod imperatiuo modo pronunciatur, ſuperbum ſit. Deductum eſt autem à Senatuſconſulti formula. vbi enim aliquid ſenatus Conſulibus iniungit, addit, SI EIS VIDEATVR.Hæc Donatus.

G SICARII,adpellantur à ſica,quod ſignificat ferreū cultrum.ait Imp.§.3.de pub.iud. Fabius autem lib.10. Nam per abuſionem ſicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocumque commiſerint.

SICILICVS,vnciæ pars quarta: vti patet ex l.21.§.2. D:de ann.legat.vide As,& eius partes.

SIGLA vel Singlæ notæ ſunt quibus vti librarij in ſcribendo ſolebant.Iuſtin.de compoſit.digeſt.Eandē autem

autem pœnam falſitatis conſtituimus & aduerſus A
eos qui in poſterum leges noſtras per ſingulorum ob-
ſcuritates auſi fuerint conſcribere. omnia enim, id eſt
& nomina prudentium, & titulos, & librorum nume-
ros per conſequentias literarum volumus, non per ſi-
gla manifeſtari. Item in Græca conſtitut. αὐτοῖς ταύτης ἐπικειμένης τῆς ποινῆς καὶ κατὰ τῶν σημείοις τισὶν ἐν τῇ γραφῇ χρωμένων, ἅπερ σίγλας καλοῦσιν. id eſt, Eadem etiam pœna iis imminente, qui certis notis, quas ſinglas vocant, in ſcribendo vtuntur. B

SIGNIFACERE, pro ſignificare. Mæcianus l. 65. §. 3. D. ad S.C. Trebell. Nam ſi auditus capaces ſunt, vel interrogari nutu poſſint ſignifacere, vel e ſe periculo ſuo hereditatem adire.

SIGNINVM riuum lapideum adpellat Vlpianus l. prima, §. vltimo, D. de riuis: cùm tamen teſtaceum & cementitium fuiſſe adpareat ex Vitruuio libr. 8. cap. vlti. & Plin. lib. 35. cap. 12.

SILENTIARII, de quibus exſtat Rub. Cod. De ſilent. & decur. dicebantur, qui apud Principem ſilentium imperabant: & cùm ad fores obſeruarent, propterea excubias agere dicuntur in l. 3. eod. tit. C

SILIGO, frumenti genus optimi, de quo Plinius lib. 18. cap. 8. Iulianus l. 30. D. de neg. geſt. Quendam ad ſiliginem emendam decreto ordinis curatorem conſtitutum. Hinc,

SILIGINARIVS, ſiliginis diſpenſator, ac diſtributor. Vlp. l. 52. §. 5. D. de furt. Si ſiliginario quis dixerit, vt quiſquis nomine eius ſiliginẽ petiſſet, ei daret: & quidā ex trāſeūtibus cū audiſſet, petiit eius nomine. D

SILVA cædua eſt, inquit Caius, quæ in hoc habetur, vt cædatur. Seruius eam eſſe aiebat, quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus aut radicibus enaſcitur. l. ſilua, 30. D. de verb. ſignific.

SIMPLA & Simplum idem ſunt. nam Simpla promitti, & de ſimpla caueri dicebatur, cùm ob euictionem ſimplum rei precium promittebatur. l. 5. §. vlt. & l. 56. D. de euict. Varro lib. De re ruſt. 2. Cauere debet, de euictione ſimpli quanti ea res ſit. Hinc,

SIMPLARIÆ venditiones, ex quib. actio ſimpli ob E euictionem datur. Vlpianus in l. 37. § ſecundo, D. de euict. Pomponius l. 48. in fine, D. de ædil. edict. Simplariarum venditionū cauſſa ne ſit redhibitio, in vſu eſt.

SIMPLICIORES homines, pro imperitis, ruſticulis, quos Græci ἰδιώτας adpellant. Vlp. l. 14. §. 4. D. de relig. Non autem oportet ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud huiuſmodi quod homines ſimpliciores faciunt, id eſt ſuperſtitioſi & creduli.

SIN autem, pro ſin minus. Scæuola l. 38. §. 2. D. de aur. argen. leg. Si mihi per condicionem humanam F contigerit, ipſa faciam: ſin autem, ab heredibus meis fieri volo.

SINGVLARE ius eſt, quod contra tenorem rationis, propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt. l. 16. D. de legib.

SIPHO, σίφων, inquit Heſychius, ὄργανόν τι εἰς ἀφέσιν ὑδάτων ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς. Vlpianus eius mentionem facit in l. quæſitum, 12. §. 12. D. de inſt. vel inſt. Plinius ad Traianum: Nullus vſquam in publico ſipo, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad G incendia compeſcenda.

Σιτώνης, Sitones, curator frumento comparando. Arcad. l. vlti. D. de mun. & hon. Cura quoque emendi frumenti, olei, nam harum ſpecierum curatores quos σιτώνας & ἐλαιώνας adpellant, creari moris eſt. item apud Papirium l. vlt. §. 2. D. de adm. rer. ad ciuit. Hinc,

SITONIA, curatio frumento coëmendo. Vlpian. l. 2. D de vacat. & immunit. Sextumdecimum ætatis annum agentem ad munus ſitoniæ vocari non oportet. Sic in Rub. Cod. de munere ſitoniæ: lib. x.

SMARAGDVS, gemma viridiſſima, omnibus nota. Eam Vlp. pellucidæ materiæ eſſe ſcribit in l. 19. §. 6. D. de aur. arg.

SOBRINVS eſt, vt ait Ælius Gallus, patris mei conſobrini filius, & matris meæ conſobrinæ filius. Fœmina iiſdem de cauſſis adpellat fratrem, & fratrẽ patruelem, & conſobrinum, & propius conſobrino, & ſobrinam. iidem gradus in ſobrina quoque ſunt. Feſtus.

SOBRINI qui ſint, Caius in l. 3. D. de grad. & adfin. ſic demonſtrat. Item patrui magni, amitæ magnę, auunculi magni, materteræ magnæ nepos neptis: qui ex fratrib. patruelibus, aut conſobrinis, aut amitinis vndique propagantur, qui propriè Sobrini vocantur. Sic enim emendandum ac legendum eſſe locum, qui vſque adhuc fœdiſſimè corruptus iacuit, vel hinc licet intelligatur, cum quòd alioquin Caius bis eoſdẽ numeraret: (neque enim alius eſt nepos magni patrui, ac Sobrinus) tum quòd hic ipſe ordo eſt, quem idem Caius in cognatorum gradibus recenſendis perpetuò conſeruat: quemadmodum in obſeruationibus planius exponemus. Legeretur tamen paulò concinnius VNDIQVE PROPAGATI PROPRIE ſobrini vocantur. Itaque Paullus in l. 10. §. 10. D. de gradibus, cum patrui magni nepotes & neptes enumeraſſet, Is, inquit, de cuius cognatione quæritur, his ſobrinus eſt: & inuicem huic illi ſobrini.

SOBRINO natus: Paullus l. 10. ad finem, D. de gradib. His perſonis (id eſt patrui & amitæ maioris nepotibus) auus auia eius de cuius cognatione quæritur, ſobrino natus eſt, hic proximo nomine definitur parentis ſui ſobrini, vt Trebatius ait. rationem quoque nominis hanc reddit, quòd vltimi cognationum gradus ſobrinorum fiunt. itaque Sobrini filius rectè proximum nomẽ ab eo ipſo huius ſobrini dicetur. & ideo eos qui ex ſobrinis nati ſunt, inter ſe proximum nomẽ adpellare. hos enim nullum proprium habere nomen, quo inter ſe vocentur. Sic enim emendo locum, qui vulgò corruptiſſimè legitur: vt in Obſeruationibus explicabimus.

SOCER, ait Modeſt. viri pater vxoriſque: mater autem Socrus adpellatur: cum apud Græcos propriè viri pater ἑκυρός, mater verò ἑκυρά vocitetur. vxoris autem pater πενθερός, & mater πενθερά vocatur. l. 4. §. 4. D. de grad. & adfin.

SOCER magnus dicitur vxoris meæ auus: ego illius ſum progener: ait Modeſt. l. 4. D. de grad. & adfin.

SOCIETAS, eſt contractus bonæ fidei, de alicuius vel rei, vel negociationis communione ſic inſtitutus, vt eius & quæſtus & damnum ad vnumquemque communiter pertineat. Eius autem duo genera ſunt: aut enim partes definitæ ſunt, aut indefinitæ: & rurſus ſi definitæ ſunt, aut bonorum omnium ſocietas contracta eſt, aut certæ vnius vel rei, vel negociationis. l. ſecunda, l. tertia, & inſeq. D. pro ſocio.

SODALES ſunt, inquit Caius, qui eiuſdem collegij ſunt. quam Græci ἑταιρείαν vocant. l. 4. D. de colleg. & corp.

SOLARIVM, apricus locus in ſumma ædium parte ſolis calori fruendo adcommodatus. Vlpia. l. 17. D. de ſeruit. vrb. præd. Sin verò heliocamino, vel ſolario dicendū erit, quia vmbrā facit in loco cui ſol fuit neceſſarius, cōtra ſeruitutẽ impoſitā fieri. Paullus in Mil. Nā certè neq; ſolarium apud nos eſt, neque

hortus vllus, neque feneſtra, niſi clatrata.

Solarivm, eſt vectigal, ait Vlpianus, quod pro ſolo penditur, cuum quis in publico ædificatum habet. l. 2. §. 11. D. ne quid in loc. pub. Vlpia. l. 39 §. 4 de legat. & fid. lib. 30. Heres cogitur legati prædij ſoluere vectigal præteritùm, vel tributum, vel ſolarium, vel cloacarium.

Solativm, pro mercede, & quaſi precio lapidum in alieno fundo pro loci conſuetudine exciſorum. nã conſuetudo quæ ius id omnibus permiſit, fundi domino quaſi pro ſolario aliquid numorum ſolui iubebat. Vlpian. l. 13. §. 1. D. comm. pręd. Niſi talis conſuetudo in illis lapidicinis conſiſtat, vt ſi quis voluerit ex his cædere, non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſolatium pro hoc domino præſtat. Alciatus solarivm legendum putat. à quo me ſignificationum diſſentire cogit differentia. Denique Solatium paſſim pro mercede & ſalario vſurpatur. vt l. 3. & l. 5. & l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 33. in fi. D. de adminiſt. tut. l. decimatertia, in fine, D. commun. præd.

Sollemne ius, vide Ius ſollemne.

Sollemnia propriè dicuntur quæ certis temporibus fiunt. Hinc Sollemnia dicta ſunt, quæ legitima & ordinaria ſunt. veluti

Sollemnia iudiciorum, quæ certis legum inſtitutis obſeruantur. l. 7. D. de in integ. reſtitut.

Sollemnitas adoptionis, id eſt legitimus adoptandi ritus. l. 25. in fine, D. de adopt. l. 5. C. de ſuis & legit.

Sollemnis teſtium numerus, id eſt lege præſcriptus & ordinarius. l. 21. D. qui teſt. fac. poſſ.

Sollemnia verba. l. 23. D. de manumiſſ. teſt.

Sollemnes feriæ. l. 26. D. ex quibus cauſ. maior.

Solidvs, vt ait Voluſius Mæcianus, propriè idem eſt quod Libra: quę & As vocatur. Cùm autem centenarius numerus ferè in pecuniarum ratione As eſſet, atque haberetur, vt in vſuris quæ Centeſimæ dicuntur, intelligitur, conſuetudo tulit, vt Aureus qui centum continet valétque ſeſtertios (vt ſuo loco demonſtraui) frequenter Solidus adpellaretur. Idem enim vtrumque eſſe patet ex locis innumeris: veluti ex l. 5. §. Prætor, D. de his qui deiec. vel effud. cõparata cum §. item is cui, Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex delict. l. 47. D. de manumiſſ. teſt. cum l. 8. & l. 9. D. de inoff. teſt.

Solidvm capere poſſe dicuntur, quibus licet totum quod eis relictũ eſt, capere. l. 7. D. de cond. inſt. l. 6. D. de vulg. & pupill. ſubſt. vnde tit. in inſtit. Vlpia. De ſolidi capacitate.

Solida proprietas dicitur in qua vſusfructus ineſt. l. Sempronius, 26. §. primo, D. de vſufr. legat. l. à liberto, 35. D. de bon. libert.

Solvere vnionem apud Marcellum, l. Seia, 6. D. de auro arg. non præſtare ſignificat, vt Accurſius putauit: ſed de linea detrahere & eximere. nam cuum initiò ſic locutus eſſet: Poſtea vnionem ſoluit: neque vllum mortis tempore inter ornamenta ſua vnionem relinquit: in fine legis ſic inquit, Vt interim omittam, quòd etiam diſſolutione ac permutatione tali voluntas quoque videatur mutata. Hanc tamen locutionem Macrobius lib. 3. cap. 7. pro liquefacere vſurpauit: vbi de Cleopatra loquitur, quæ aceto vnionem impoſitum, itáque liquefactum abſorbuit.

Solvere dicimus eum, qui fecit quod facere promiſit: inquit Vlpian. l. 176. D. de verb. ſignif.

Solvendo eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidũ poteſt ſoluere: inquit Iauol. l. 114. D. de ver. ſignif.

Solvi legibus dicebantur, quibus quid contra leges facere permittebatur. vt cuum Scipio ille Africanus antequam per leges liceret, Ædilis & Conſul factus eſt: legibus eſt ſolutus. Inde Imperatores qui legibus teneri noluerunt, legibus ſoluti ab Vlpiano adpellantur in l. 31. D. de legib. & S. C. Aſconius in Cornelianæ argumento: Cornelius legem promulgauit, qua autoritatem ſenatus minuebat: ne quis niſi per populum legibus ſolueretur. quod antiquo quoq; iure erat cautum. itaque in omnibus S. C. quibus tum aliquem legibus ſolui placebat, adiici erat ſolitum, vt de ea re ad populum ferretur.

Solvisse in tractatu de re iudicata accipere debemus, inquit Vlp. non tantùm eum qui ſoluit: verùm omnem omnino, qui ea obligatione liberatus eſt, quæ ex cauſſa iudicati deſcendit. l. 4. §. 5. D. de re iudic.

Solvtvm propriè dicitur, cuum naturaliter, id eſt verè ac reipſa pecunia numerata eſt: ſatisfactum autem, cuum ciuiliter, id eſt non pecuniæ numeratione, ſed verbis creditoris animus eſt contentus. vti docet Marcianus l. 49. D. de ſolut.

Solvtionis verbo ſatisfactionem quoque omnem accipiendam placet, inquit Vlpian. l. 176. D. de verb. ſign.

Solvtvm ait Gaius, non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur. ac ne eum quidem intelligimus ſolutum, qui in publico ſiue vinculis ſeruatur, l. 48. D. de verb. ſign.

Soli res quæ ſint alibi docuimus: & vulgò notum eſt. Liuius lib. 26. Publicanda nécne bona eſſent, pecua captiua, præter equos & mancipia, præter puberes virilis ſexus, & omnia quæ ſolo non continerentur.

Sonticvm morbum in XII. ſignificare ait Ælius Stilo, certum, cum iuſta cauſſa: quem nonnulli putant eſſe qui noceat, quòd Sontes ſignificat nocentes. Næuius ait, Sonticam eſſe oportet cauſſam, quamobrem perdas mulierem. Feſtus.

Sonticvs morbus quoties nominatur, eum ſignificari Caſſius ait, qui noceat. nocere autem intelligi, qui perpetuus eſt, non qui tempore finiatur. ſed morbum ſonticum eum videri, qui inciderit in hominem, poſtquam is natus ſit. ſontes enim nocentes dici, l. 65. §. 1. D. de ædil. edict.

Sonticvs morbus eſt, qui cuique rei nocet: ait Iauolenus, l. 113. D. de verb. ſign.

Sonticvs morbus exiſtimandus eſt, ait Iulianus, qui cuiuſque rei agendæ impedimento eſt, l. 60. D. de re iud.

Σωρείτης. Vlpianus l. 177. D. de verb. ſignif. Natura cauillationis, quàm Græci σωρείτην adpellauerunt, hæc eſt, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt, perducatur. Sic in l. 65. D. de reg. iur. Sed hac tota de re abundè in Dialect. noſtra docuimus.

Soror, inquit Labeo, adpellata eſt, quòd quaſi ſeorſim naſcitur, ſeparatúrque ab ea domo, in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgreditur. Agellius lib. 13. cap. 10. & Nonius.

Soror pro amica, ſiue ſcorto nonnumquam à clericis flagitioſis adpellabatur: rem turpiſſimam honeſtiſſimo nomine tegentibus. Impp. l. eum qui, 19. C. de epiſc. & cleric. Eum qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ adpellationis non decet. Sorores igitur adpellabant, quas hodie ſcurræ Commatres vocant.

Sor-

Sortiri prouincias dicebantur Prætores, etiam qui in vrbe ius dicturi erant. nam deſignati antequã magiſtratum inirent, ſortiri inter ſe ſolebant, quis de pecuniis repetundis, quis de ambitu, quis de veneficiis, quis aliis denique quæſtionibus præfuturus eſſet. vt in Verrinam 11. explicauimus.

Sortiri filium, pro ſuſcipere. Vlpianus l. tertia, §. 5. D. de bon. poſſ. contr. tab. Si emancipatus filius vxore non ex voluntate patris ducta filium fuerit ſortitus.

Sortitio iudicum, vide Reiectio iudicum.

Spado, σπάδων: generale nomen eſt, ait Vlpianus in l. ſpadonum, 128. D. de verb. ſignif. quo nomine, inquit, tam hi qui natura ſpadones ſunt, item thlibiæ, & thlaſiæ, ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continentur. Idem l. ſi ſerua. 39. §. primo, D. de iur. dot. Si ſpadoni mulier nupſerit, diſtinguendum arbitror, caſtrus fuerit, nécne. vt in caſtrato dicas dotem non eſſe: in eo qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos & dotis actio eſt. Perſpicuè autem in l. 6. D. de lib. & poſtum. tria Impotentium genera conſtituit: Hypoſpadiæorum, & qui coire, & vicio ſublato, generare poſſunt. Spadonum, qui coire quidem poſſunt, generare autem non poſſunt. Caſtratorum, qui neque coire, neque generare poſſunt. Quos omnes ſub generali Spadonum contineri ſignificat in d. l. ſpadonum, de verb. ſign. Hypoſpadiæi ergo ſunt, qui membris quidem ſunt integris, & incorruptis, ſed naturæ tamen vicio quodam adfecti generare prius non poſſunt, quàm id viciũ ſublatũ ſit. Quale autem id viciũ ſit, Galenus libro de vſu part. xv. his verbis explicat, quæ propterea ſubiiciemus, quia ſine huius rei cognitione plurima iuris noſtri capita intelligi nõ poſſunt. λείπεται δὲ πρῶτον μὲν ἐπεξελθεῖν, τοῦ δεῖν ἀκριβῶς τετάσθαι τὸ αἰδοῖον ἐν ταῖς συνουσίαις. οὐ γὰρ ἕνεκα ὡς οἰηθείη τις ἴσως ἕνεκα τῆς συνουσίας μόνης, ἀλλὰ καὶ τοῦ διεστάσθαι καὶ ἀνευρύνεσθαι τὸν πόρον, ἵν' ἐπὶ πλεῖστον ἐξακοντίζηται τὸ σπέρμα, χρήσιμον ἀκριβῶς τετάσθαι τὸ αἰδοῖον: εἰ γὰρ μὴ κατ' εὐθὺ φέροιτο, διὰ τοῦ σκολιουμένου κατά τι καὶ συμπίπτοντος ἐνταῦθα σχεθήσεται. τοῖς γοῦν ὑποσπαδιαίοις ὀνομαζομένοις, ἐπειδὴ διὰ τὸν ἐν τῷ τέλει τοῦ καυλοῦ δεσμὸν ὁ πόρος διέστραπται, γεννᾶν ἀδύνατον, οὐχ ὡς ἔχουσι δήπου τὸ σπέρμα γόνιμον, ἀλλ' ὡς ἰσχόμενον ἐν τῇ διαστροφῇ τοῦ καυλοῦ, πρόσω φέρεσθαι μὴ δυνάμενον. ὁμολογεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ ἡ ἴασις, ἐπειδὴ τμηθέντος τοῦ δεσμοῦ γεννῶσι, τοῦτο τοίνυν τὸ σφάλμα διὰ παντὸς ἂν ἅπασι συνέπιπτε, μὴ προιδομένης τῆς φύσεως, ὅπως εὐρύς τε ἅμα καὶ ἀκριβῶς ὁ πόρος ὀρθὸς ἐν ταῖς συνουσίαις γίνοιτο. Quod ſic conuertimus: Supereſt autem primùm quidem exponere, quemadmodum pudendum in coitionibus, quam maximè intenſum eſſe oportet. neque enim (quod alicui fortaſſe videatur) ſolius congreſſus cauſſa, ſed vt meatus aperiatur ac dilatetur, vti quam lõgiſſimè ſemen emittatur, commodum eſt pudendum intentiſſimum exſiſtere. niſi enim rectà ferretur, ac vſpiã vel obliqua vel ſalebroſà via eius eſſet, ibi tum adhæreſceret. Itaque qui ὑποσπαδιαῖοι nominantur (quaſi dicas ſubductitij) quandoquidem ob vinculum quod extremo in cole habent, meatus iis eſt diſtortus, procreare liberos non poſſunt. non quò non fœcundum ſemen habeant, ſed quòd in colis anfractibus adhæreſcens vibrari procul non poſſit. cuius rei curatio ipſa documento eſt. ſiquidem abſciſſo eo vinculo, generant. Atque hoc quidem incommodum omnibus planè vſuueniſſet, niſi natura proſpexiſſet, vt in coitionibus lata & quam maximè directa via ſeminis exſiſteret. Hæc Galenus: quorum (vt ſpero) cognitionis vtilitas, verborum inuerecundiam obſcurabit. Spadones autem ij propriè dici videntur, qui naturæ vicio perpetuo & inſanabili adfecti ſunt. initio d. l. ſpadonum. quibus tamen & vxores ducere licet, l. ſi ſerua, 39. de iur. dot. quoniam, vt antè dixi, coire poſſunt: quamuis generare non poſſint. & verò etiam adoptare, ſuúmque heredem adſciſſere. l. 2. & l. 40. §. 1. D. de adopt. itaque Pomponius in l. 6. §. 2. D. de ædil. edict. ſeruum ſpadonem ait, neque morboſum, neque vicioſum eſſe: ſed ſanum eſſe. ſin autem quis ita ſpado ſit, vt tam neceſſaria pars corporis ei penitus abſit, morboſum eſſe. Caſtrati autem dicuntur, vel Ectomiæ, qui exſecti ſunt: vel Thlibiæ, qui colliſi ſunt: vel Thlaſiæ, qui adtriti. d. l. ſpadonum: & l. 4. de ſicariis.

Species à Iuriſconſultis dicitur, quòd Dialectici Indiuiduum ſubſtantiæ adpellant: dicitur & certum corpus. Itaque in l. talis, 30. & l. cùm res, 41. §. primo, D. de leg. primo: quod certum corpus vno loco adpellatur, idipſum Species in altero dicitur. itémque in l. in ſtipulationibus, 54. D. de verb. oblig. quibus omnibus in locis Generis nomine adpellantur ea, quę quantitate conſtant, id eſt numero, pondere, & menſura. item vt l. ſexta, D. de rei vindic. l. ſexta, D. ſi cert. petat. Alibi autem hæc ipſa Specie communi contineri dicuntur. l. cùm Stichus, 29. D. de ſolut.

Species, prò controuerſia. Ex eo deducta locutione, quòd finitam quæſtionem Græci hypotheſin vocant. Vlpia. l. 18. D. de minor. Diuus Seuerus & Imperator Antoninus non audierunt incoloratè reſtitui deſiderantem aduerſus fratrem poſt ſpeciem in adiutorio eorum finitam.

Species Iuriſconſulti adpellant, quas veteres Latini Fruges: id eſt, vinum, oleum, frumentum, legumina. Arcad l. vlt. D. de mun. & hon. Curaquoque emendi frumenti, olei: nam harum ſpecierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας adpellant, creari moris eſt. Imp. l. 26. C. de vſur. In traiectitiis autem contractibus, vel ſpecierum fœnori dationibus.

Speciosas perſonas accipere debemus, inquit Vlpianus, clariſſimas perſonas vtriuſque ſexus: item eorum, quæ ornamentis ſenatoriis vtuntur. l. 100. D. de verb. ſignif.

Specvlaria, tectoria ex ſpeculari lapide in tenues cruſtas fiſſo. quibus lumen in cœnacula inferebatur. De lapide ſpeculari vide Plinium lib. 36. ca. 22. Vlpia. l. 12. §. 12. D. de inſtruct. vel inſtr. Pegaſus ait inſtrumentum domus id eſſe, quod tempeſtatis arcendæ, aut incendij cauſſa paratur: non quod voluptatis gratia. itaque neque ſpecularia, neque vela, &c. deberi. Idem l. 15. §. 4. D. de vſuf. Idem & in ſpecularibus, ſi domus vſusfructus legetur. Martialis,

Hybernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & ſine fine diem.

Specvlator Iuriſconſultus nobilis, nomen habuit Gulielmi Durandi: ſed cùm Anno M.CC.LXXI. volumen illud de iure ſcripſiſſet, quod Speculum iuris inſcripſit: Speculator vocitatus eſt. Vita functus traditur florente adhuc ætate, cùm vix annum trigeſimum exceſſiſſet.

Specvs, ait Vlpianus eſt locus, ex quo deſpicitur: inde ſpectacula ſunt dicta. l. 1. D. de riuis.

Sphæristerivm à ſphæra, id eſt rotunditate. locus in Balineis rotunda forma, pilæ ludo adcommodatus. Vlpianus l. 16. D. mand. cuum Aurelius Quietus hoſpiti ſuo medico mandaſſe dice-

retur, vt in hortis eius ſphæriſterium & hypocauſta, A & quædam ipſius valetudini apta,ſua impenſa faceret.Sueton.in Veſpaſ. Valetudine proſpertima vſus eſt: quamuis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces ceteráque membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret.Lampridius de Alexand.Poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut cui ſui dabat.

Spinosvm aliquid in prato, prouerbialiter dixiſſe videtur Imp in conſt.de concept.dig.§.6. Et hoc tamen perrarò, inquit, ne ex continuatione eiuſmodi lapſus oriatur aliquid in tali prato ſpinoſum. Loquitur de legibus inculcatis,in quo tamen ei mos geſtus eſſe non videtur. B

Spolia,quibus indutus eſt qui ad ſupplicium ducitur.l.penultima,D.de bon.damnat.

Spondere, inquit Varro eſt dicere. Spondeo à ſponte,nam id valet,voluntate.Ab eadem ſponte,declinatum ſpondet.Spondet enim,qui dicit ſua ſponte,Spondeo.ſpondet etiam Sponſor, qui vt idem faciat,obligatur.& filia quæ nuptiarum cauſſa adpellabatur, & quæ deſponſa erat,ſponſa:quæ pecunia(patrem) & ſponſum inter ſe contrà rogata erat,ſponſio: cui deſponſata erat, ſponſus: quo die ſponſum erat: ſponſalis: qui ſpoponderat filiam, Deſpondiſſe dicebatur,quòd de ſponte eius, id eſt voluntate exierat. Non enim ſi nolebat (ſubaudi filia) dabat:ſed dabat quod ſponſu erat alligatus (nimirum ſponſionem.) nam in comœdiis vides dici,

Sponden' tuam gnatam filio vxorem meo?

quòd tum & Prætorium ius ad legem, & Cenſorium iudicium ad æquum æſtimabatur. ſic Deſpondiſſe animum quoque dicitur. vt deſpondiſſe filiam: quòd ſuæ ſpontis ſtatuerat finem.Itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non reſpondet. vt non ſpondet ille ſtatim,qui dixit Spondeo,ſi iocandi cauſſa dixit: neque agi poteſt cum eo ex ſponſu. Ita quiſquis dicit in Tragœdia:

Meminiſtine te deſpondere mihi gnatam tuam?

quòd ſine ſponte ſua dixit, cum eo agi non poteſt ex ſponſu.Hactenus Varro: cuius verba olim ex coniectura ſic adiuuimus.

Sponsalia, inquit Modeſtinus, ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. l. 1.D.de ſponſal. quo in loco tamdiu legendum putaui mvtva repromissio, dum in mentem mihi venit Modeſtinum Græcum hominem, Mentionem Latinè dixiſſe, vt apud Græcos dicitur μνῆστις vel μνηστεία. Definiri etiam ſponſalia hoc modo poſſunt, vt ſint mutua repromiſſio futurarum nuptiarum rectè atque ordine inter eos quibus iure ciuili licet facta.Dixi Mutua repromiſſio:quia tam virum mulieri, quàm mulierem viro repromittere oportet vnde Spódere olim puellæ patet dicebatur, adoleſcentis autem Deſpondere. Dixi Rectè atque ordine:quia conſenſum non modò partium, verùm etiam eorum quorum in poteſtate ſunt adhiberi oportet. l.7. D. eod. deinde quia licet neque ſtipu'atio,neque ſcriptura neceſſaria ſit,teſtatione tamen opus eſt; tametſi etiam inter abſentes, per epiſtolam aut nuncium contrahi poſſunt.l.4.eod. Dixi,Inter eos quibus iure ciuili licet: quia ſponſalia inter eos demum contrahi poſſunt, inter quos etiam nuptiæ poſſunt.l.ſi quis tutor,§.quamuis.de rit.nupt. ætate tamen excepta.l.14.D de ſponſ.l.4 de rit.nup. vbi traditur ſponſalia inter impuberes rectè cótrahi, dummodo ſeptem annis minores non ſint. Seruius autem Sulpitius

Sponsalia ſic exponit: Qui vxorem,inquit,ducturus erat,ab eo vnde ducenda erat, ſtipulabatur eã in matrimonium ductum iri:qui daturus erat, itidem ſpódebat. Is cótractus ſtipulationum ſponſionúmque, dicebatur Sponſalia.Tunc quæ promiſſa erat,Sponſa adpellabatur:qui ſpoponderat ducturum,Sponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur,aut nó ducebatur,qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat,iudices cognoſcebant. Iudex quamobrem data, acceptáve non eſſet vxor,quærebat. Si nihil iuſtæ cauſſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat, quantique interfuerat eam vxorem accipi aut dari, cum qui ſpoponderat,aut qui ſtipulatus erat, condemnabat. Hoc ius ſponſaliorum obſeruatum dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas vniuerſo Latio lege Iulia data eſt. Hæc eadem Neratius ſcripſit in libro quem de nuptiis compoſuit Agell.lib.4.cap.4 Sponſaliorum autem formulam Plautus hanc profert in Pœnulo:

Agoraſt.*Audi tu patrue,dico,ne dictum neges*:
Tuam mihi maiorem filiam deſpondeas. C
P.*Pactam rem habeto.* A. *Spondes ne igitur?*
P.*Spondeo.* A.*Mi patrue ſalue.nã nunc es planè meus.*

Item in Trinum.

Lyſimach.*Sponden' ergo*
*Tuã gnatã vxorem mihi?*Char.*Spõdeo, & mille auri Philippum dotis.*Lyſim.*Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi*
*Vxorem dari?*Char. *Spondeo.*L.*Et ego ſpondeo idem hoc.*

D Sponsare,ſponſalia contrahere, ſtipulari ſibi vxorem dari Paullus l.38. D.de ritu nupt. Si quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem ſponſare nó prohibetur.

Sponsio adpellatur,inquit Paullus,non ſolùm quæ per ſponſus interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio,promiſſióque,l.19.§.dictum, D.de ædil.edict.l.7. D.de verb.ſign.Alij libri,Sponſi:corruptè.nam ſponſus dicimus,vnde Actio ex ſponſu.

E Sponsio, pro certatione pignorum ni ita ſe res habeat,vt qui deponit adfirmat.Vlp.l.17.§.5.D. de præſcript.verb. Si quis ſponſionis cauſſa annulos acceperit,nec reddidit victori, &c. Item apud Marcianum.l.3 D.de aleator.

Sponsio,eſt promiſſio certæ pecuniæ, quam is qui litem intédit, daturum ſe,ni veram cauſſam habeat, promittit.Actor enim primùm ſpondebat:id eſt ſpóte atque vltrò ſponſionem deferebat aduerſario, quem ideo ſponſione laceſſere & prouocare dicebatur. ab eo namque poſtea ſummam eandem ſtipulabatur.hic autem aut fateri cogebatur,aut ſi inficiaretur,reſtipulari.tum actor iterum ſtipulanti aduerſario ſpondebat. quod explicatius demonſtratum eſt in Orat.pro Quinctio. F

Sponsio à Sacramento ſic differt (vt in Quinctianam expoſuimus) quòd in ſacramentis deponebãtur in ſacro pecuniæ:& qui cauſſa cadebat,eius pecuniæ referebantur in ærarium. at in ſponſionibus,non deponebantur: ſed tãtùm interpoſita ſtipulatione promittebantur. Aliis omnibus in rebus ſimillima erat vtriuſque ratio. quemadmodũ ex iis locis cognoſcimus,in quibus ſacramentum & in poſſeſſionis, & in proprietatis controuerſiis interpoſitum dicitur:vt in lib.de Orat.1.& in Orat.pro Mil.&apud Aſcon.Ver. III.vbi de ampliatione loquitur. vide ſuprà, Sacramentum. G

Sponsores dicebantur, quos noſtri fideiuſſores

res poſtea nominarunt, id eſt quibus ſpondentibus pecuniæ cuipiam creduntur, aut aliquid denique promittitur. Cicero pro Quinctio: Cur ceteri ſponſores & creditores non conuenerint? Idem ad Att. lib. 1. Tulliola, deliciolæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat, & me vt ſponſorem adpellat. mihi autem abiurare ſatius eſt, quàm dependere.

SPONSVM, actio erat ex ſponſione quæ ab adſatiis in priuatis controuerſiis fiebat, nata. Cicero pro Quinctio: Sponſionem facere maluit, fecit. Te iudicem C. Aquili ſumſit. ex ſponſo egit.

SPONSVS. Seruius in illud Æneid. 10. *Gremijs abducere pactas:* id eſt, ſponſas, inquit. nam ante vſum tabularum matrimonij cautiones ſibi inuicem emittebant, in quibus ſpondebant ſe conſentire in iura matrimonij, & fideiuſſores dabant. vnde & admiſſum eſt, vt dicamus virum à ſpondendo ſponſum. Ceterùm propriè ſponderi puellæ eſt. ergo ſponſus non quia promittitur, ſed quia ſpondet, & ſponſores dat.

SPONSVS, ſus, ſui. idem quod ſponſio. Paullus l. 6. D. de verb. ſignif. Sponſio adpellatur, non ſolùm quæ per ſponſus interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſſióque. Seruius Sulpit. apud Agell. lib. 4. cap. 4. Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, iudices cognoſcebant.

SPORTVLA, propriè eſt capſa pecuniæ condendæ cauſſa parata. ſed conſuetudo tulit, vt pro ipſa pecunia vſurpetur. Hinc,

SPORTVLÆ iudicum, pro honorario ſiue ſalario. ſub Rubr. de ſport. iud. C. & l. 317. §. exſecutorib. C. de epiſc. & cler.

SPORTVLÆ in decuriones erogatæ, l. 5. §. vlt. D. de donat. inter vir. l. 6. § 1. D. de decurion.

SPVRCÁRE, fœdare, corrumpere, impurum reddere. Paullus l. 1. § 1. D. de extraord. crimin. Fit iniuria contra bonos mores, veluti ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, aquas ſpurcauerit. Vbi tamen CORREPTO legendum ſuſpicor. Vlpianus l. 27. §. 11. D. ad leg. Aquil. [illegible] eo planè qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel [illegible] fecit, vel alio modo viciauit. Budæus interpre[illegible]ur, aqua infuſa diluit: vt ſit antiquè poſitum. ſed videamus ne id ſubtilius dicatur, quàm verius.

SPVRII. Plutarchus in Problem. Spurius primum nomen eſt apud Romanos, vt Sextus, & Decimus, & Caius. prima autem nomina non tota ſcribunt: ſed aut vna litera, vt T. Titum: aut duabus, vt Cn. Cneum: aut tribus, vt Sex. Sextum: & Ser. Seruiũ. Sic Spurius Sp. ſcribebatur. eos autẽ qui ſine patre erãt, qui ἀπάτορες Græcè dicũtur S. & P. deſignabant, quaſi ſine patre dicerẽtur. Hactenus Plutarch.

SPVRII adpellantur, qui matre quidem certa, patre autem incerto nati ſunt ait Vlpia. tit. Regular. 4. vide Vulgò concepti.

SPVRIVS generale nomen eſt, quod iis omnibus conuenit qui ſine patre iuſto nati ſunt: qui etiam Vulgo quæſiti adpellantur, l. vulgo, D. de ſtat. hom. §. penul. de nupt. vnde Vlpian. tit. Reg. IIII. Qui matre quidem certa, inquit, patre autem incerto nati ſunt, Spurij adpellantur. Patet id quoque collatione l. 2. & l. 4 D. vnde cogn. & adpellantur etiam Liberi naturales, paſſim ſub Rubr. Cod. de natur. lib. Spuriorum autem quinque ſunt ſpecies: nam alij ex concubinatu naſcuntur, alij ex ſcortatione, alij ex ſtupro, alij ex adulterio, alij ex inceſtu. De natis ex concubina teſtimonium eſt in l. cum tabulis, 16. §. 1. D. de his

A qui vt indig. De natis ex meretrice, in l. palam, 43 D. de rit. nupt. De natis ex virgine vel vidua honeſtæ exiſtimationis, in l. ſi qua illuſtris, §. C. ad orphit. l. priuignus, 7 D. de gradib. De natis ex adultera, in l. imperatores, D. de proba. De inceſta, l. ſpurij, 6. D. de decurionib.

STABVLARIVS eſt qui ſtabulum exercet. l. 1. §. 4. D. naut. caup.

STÁGNVM eſt, ait Vlp. quod temporalem contineat aquam ibidem ſtagnantem, quæ quidem aqua plerumque hyeme cogitur. l. 1. § 1. D. vt in flum. publ.

B STATIO, locus vbi quis ſui muneris obeundi cauſſa ſe ſiſtit, & ab interuentoribus adpellari ſolet. Vlpianus l. item apud, 15. §. conuicium, 5. D. de iniur. Idem, Et ſi ad ſtationem vel tabernam ventum ſit, probari oportere. Agel. lib. 13. cap. 13. Quæſitum eſſe memini, in plerisq; Romæ ſtationibus ius publicè docentium, aut reſpondentium, &c. Idem in l. Fulcinius, 7. §. illud ſciendum, 6. D. quibus ex cauſſ. in

C poſſ. denique eum quoque qui in foro eodem agat, ſi circa columnas aut ſtationes ſe occultet, videri latitare veteres reſponderunt.

STATIO, portus in quo naues tutò conſiſtunt. Vlpia l. 1. §. 8. D. de fluminib. Stationem dicimus à ſtando. Is igitur locus demonſtratur, vbi tutò naues ſtare poſſint. Hinc Stationarij milites apud Paul. in l. 4. D. de fugit. qui id portuum præſidiis locati ſunt. Limenarchæ, inquit, & ſtationarij fugitiuos deprehenſos rectè in cuſtodiam retinent.

D STATIONARII ſub Rub. Cod. de curioſ. & ſtation. quia cum Curioſis coniunguntur, (qui contra publici curſus leges commiſſa curioſe perueſtigabãt) videntur fuiſſe adparitores certis locis per vrbis vias diſpoſiti, qui magiſtratibus ſi quid commiſſum eſſet, renunciarent. Vlp. l. 1. §. quies, D. de offi. præf. vrb. Debet etiã diſpoſitos milites ſtationarios habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendũ ſibi quid vbique agatur. Impp. l. ſi quis, 31. C. T H. de epiſc. & cler. Notoriis adparitorum quos Stationarios adpellant, deferatur in notitiam poteſtatum. Di-

E cuntur etiam ſtationarij, qui portorio exigendo præerant. l. vniuerſi, 5. C. de vectig. & commiſſ.

STATIVA ſub Rubr. Cod. de tract. & ſtat. dicuntur diuerſoria, in quibus qui iuſſu Principis curſu publico vtuntur, & equos publicos ſumere, & cibum capere ſumtu publico ſolent.

STATOR, miniſter magiſtratus: opinor à ſtando dictus, quòd ſemper magiſtratui præſtò ſit: item vt Adparitor, ab adparendo. Vlp. l. 10. D. ex quib. cauſ.

F maior. In eadem cauſſa ſunt, & qui à militib. ſtatoribúſque vel à municipalibus miniſteriis adſeruantur. Idem l. 4. D. de offic. Proconſ. Nemo Procunſulum ſtatores ſuos habere poteſt, ſed vice eorum milites miniſterio in prouinciis funguntur. Cicero epiſt. 19. lib. Fam. 2. Exiſtimaui eſſe faciendum, vt ad te teſtatores meos & lictores cum literis mitterem, Hinc Rubr. De ſtatoribus, ſiue ſtratoribus: lib. Cod. XII. quanquam ſi STRATORES diceremus, ab inſternẽdo equo denominati viderentur, cùm eorum munus

G eſſet, magiſtratui in equum adſcẽdenti præſto eſſe, vt eum ſubleuarent. vnde illud Spartiani in Caracalla: Cùm illum in equum ſtrator eius leuaret, &c. Alios igitur Stratores, alios Statores puto fuiſſe.

STATVLIBER adpellatur, qui ſub condicione teſtamento liber eſſe iuſſus eſt: ait Vlp. tit. Reg. 2. Vel ſic:

STATVLIBER eſt qui teſtamento certa con-

dicione propoſita iubetur eſſe liber. & ſi per here-
dem eſt quo minus ſtatuliber præſtare poſſit, quod
præſtare debet, nihilominus liber eſſe videtur. Feſtus.

Statvere non dicitur qui magiſtratum pote-
ſtatémve habet, niſi rem perfecerit, ac ius ſtatuendi
habuerit. l. prima, D. quod quiſque iur.

Statvs, pro ſtata & firmata ætate: nimirum
annorum xxv. Paullus l. cùm pater, 77. §. curato-
ris, 14. D. de leg. & fid. 2. Quamquam igitur teſtamen-
to cautum eſſet, vt cùm ad ſtatum ſuum frater perue-
niſſet, ei demum ſolueretur, &c.

Statvs dies cum hoſte vocatur, qui iudicij cauſ-
ſa conſtitutus cum peregrino. Eius enim generis ab
antiquis Hoſtes adpellabantur, quòd erant pari iure
cùm populo Rom. atque Hoſtire ponebatur pro Æ-
quare. Plaut. in Curcul.

Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies,
Tamen eſt eundum quo imperant, ingratis.

Feſtus.

Stellionem Plin. eſſe ſcribit animal Lacer-
tæ ſimile, quo nullum fraudulentius homini inuide-
at. Indéque ſtellionum nomen aiunt in maledictum
tranſlatum. Hæc ille lib. 30. cap. 10. Vlp. l. 3. D. de
crim. ſtell. Vbicumque titulus criminis deficit, illic
ſtellionatus obiiciemus. quod enim in priuatis iudi-
ciis eſt de dolo actio, hoc in criminib. Stellionatus
perſecutio. maximè autem in his locum habet, ſi quis
fortè rem alij obligatam diſſimulata obligatione per
calliditatem alij diſtraxerit, vel permutauerit, vel in
ſolutum dederit. Et l. 7. §. 1. D. ad Turpill. l. 16. §. 1. l.
36. D. de pign. act.

Stemmata cognationum Paullus adpellat
picturam & deſcriptionem graduum cognationis, in
l. nona, D. de grad. & adfin. nam ςέμματα proprie de
imaginibus dicũtur, quæ in atrio ſeruabãtur. Martial.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.

Stercvlinvm, quod ſterquilinium vulgò di-
citur apud Vlp. l. 17. §. 1. Si ſeruit. vind. & l. 17. §. 1.
de act. emt.

Sterilis pecunia, eadem quæ Ocioſa, id eſt
quæ nullum ſuo domino fructum adferr. l. tertia, §.
vſuras, D. de contrar. tut. act. l. 7. D. de vſur.

Stillicidivm, inquit Varro, dictum eſt,
quòd aqua ſtillatim cadat. differt autem à Flumine,
quòd hoc, inquit, continuè fluit. A quo in lege vr-
banorum prædiorum ita ſcribitur: Stillicidia flumi-
náque vt ita cadant, fluántque. Hæc Varro. Itaque
alia eſt ſeruitus ſtillicidij, alia fluminis recipiendi. l.
ſeruitutes, 20. §. primo, D. de ſerui. vrban. nam ſtil-
licidium eſt, cùm ex tectis: flumina, cùm ex canalibus
& alueis, plumbeis putà, vel ligneis, aqua pluuia la-
bitur. Itaque ſtillicidij recipiendi ſeruitus dicitur,
qua vicinus pati cogitur, vt aqua pluuia ex tecto meo
in ſuas ædes labatur: Fluminis verò, qua ferre cogi-
tur vt aqua eadem in alueum canalémve recepta, in
ſuas ædes cum impetu feratur. d. l. ſeruitutes. vbi
etiam hoc Paullus adiecit: Si ſtillicidium inferius de-
mittatur, pro ſtillicidio flumen fieri.

Stipendivm, inquit Varro, æs militare eſt: à
ſtipe dictum, quòd æs quoque ſtipem dicebant. nam
quod aſſes libræ pondo erant, qui acceperant maio-
rum numerum non in arca ponebant, ſed in aliqua
cella ſtipabant, id eſt componebant, quo minus loci
occuparet. Similiter Vlpianus

Stipendivm, ait, à ſtipe adpellatum eſſe,
quòd per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur. l. 27.
§. 1. D. de verb. ſig.

A Stipendiaria & tributaria prædia dice-
bantur, quibus Italiæ ius conceſſum non erat, ſed ſti-
pendia & tributa pendebant. Imp. §. 35. de rer. diuiſ.
Vocantur autem ſtipendiaria & tributaria prædia,
quæ in prouinciis ſunt: inter quos nec non & Italica
prædia ex noſtra conſtitutione nulla eſt differentia.

Stipvla illecta eſt, ait Gaius, ſpicæ in meſſe
deiectæ, necdum lectæ: quas ruſtici cùm vacauerint,
colligunt. l. 30. D. de verb. ſign.

B Stipvlatio, inquit Pomp. eſt verborum con-
ceptio, quibus is qui interrogatur daturum facturúm-
ve ſe, quod interrogatus eſt, reſponderit. l. 5. §. 1. D. de
verb. oblig.

Stipvlationem inde dictam Imp. tradit,
quòd ſtipulum apud veteres firmum adpellatur, for-
tè à ſtipite deſcendens. tit. De verb. oblig. in princ.
Varro autem, A ſtipando ſtipem dicere cœperunt.
Stipo ab ςείβω fortaſſe Græco verbo. id adparet quòd
vt aliàs, tum inſtitutum etiam nunc diis cùm theſau-
C ris aſſes dant, ſtipem dicunt: & qui pecuniam alli-
gat, ſtipulari & reſtipulari. Feſtus autem, Stipem eſſe
numum ſignatum, inquit, teſtimonio eſt & id, quod
datur in ſtipendium militi, & cùm ſpondetur pecu-
nia, quod ſtipulari dicitur.

Stipvlari ſtipulationem, pro interponere.
Vlp. l. 3. §. 1. D. iudic. ſol. Stipulationem iudicatum
ſolui & procurator, & tutor, & curator ſtipulari
poſſunt.

Stipvlatio Tribunitia eſt, quæ ex iuriſdictio-
D ne Tribunorum venit: id eſt quæ pro collegio Tribu-
norum, Tribun. ipſis auctoribus interponitur. Eius
meminit Vlp. tit. 7. Si maritus, inquit, pro muliere
ſe obligauerit, vel in rem eius impenderit, diuortio
facto eo nomine cauere ſibi ſolet ſtipulatione Tri-
bunitia.

Stipvlatio Aquilia, ſtipulatio eſt à C. Aqui-
lio Gallo prodita, per quam omnium rerum obligatio
in ſtipularum deducitur, & ea per acceptillationem
tollitur. cuius formulã cognoſce ex l. 18. D. de accep.

E Stipvlatio mor[illegible] cauſſa exiſtimatur fieri, vt
ait Antiſtius Labeo, [illegible]ta fit, vt morte promiſſo-
ris confirmetur: aut, [illegible]uidam dixerunt, cuius ſti-
pulationis mors fuit cauſſa. Feſtus.

Stipvlationes iudiciales ſunt, dumtaxat
quę à mero iudicis officio proficiſcũtur, veluti de do-
lo cautio: Prætoriæ quæ à mero Prætoris officio pro-
ficiſcũtur, veluti damni infecti. Prætorias autẽ ſtipu-
lationes ſic audiri oportet, vt in his contineãtur etiã
Ædilitiæ. nam & hæ ab iuriſdict. veniunt. Conuen-
F tionales ſunt, quæ ex conuentione reorũ fiunt. quarũ
totidem genera ſunt, quot, penè dixerim, rerum cõ-
trahendarum. Communes ſunt ſtipulationes, veluti
rem ſaluam fore pupilli. nam & Prætor iubet rem ſal-
uam fore pupillo caueri, & interdum iudex, ſi aliter
expediri hæres non poteſt. hæc Pomp. in l. 5. D. de
verb. obl.

Stipvlationvm prætoriarum inquit Vlp.
tres videntur eſſe ſpecies. Iudiciales eas dicimus,
quæ propter iudicium interponuntur, vt ratum fiat,
G vt iudicatum ſolui, & ex operis noui nunciatione.
Cautionales ſunt autem, quæ inſtar actionis habẽt,
& vt ſit noua actio intercedunt: vt de legatis ſtipu-
lationes, & de tutela, & ratam rem haberi, & dam-
ni infecti. Communes ſtipulationes ſunt, quæ fiunt
iudicio ſiſtendi cauſſa. l. 1. D. de ſtipul. prætor.

Stipvlatvs, pro ſtipulatio. Imp. l. 3. C. de i-
nutil. ſtip. Super ſtipulatu tuo adi præſidem prouin-
ciæ.

ciæ. Papin. l. pecuniæ, 9. de vſur. Pecuniæ fenebris intra diem certum debito non ſoluto dupli ſtipulatum in altero dando reſpondi non tenere. Scæuola l. vxori, 33. §. vlti. de legat. 3. Quidquid ad eum, in ve ſtipulatum eius conceſſit.

STRATOR, vide ſuprà Stator.

STRATOM. Vlp. l. 45. D. de verb. ſign. In ſtratum omne veſtimentum contineri, quod iniiciatur, Labeo ait. neque enim dubium eſt, quin ſtragula veſtis ſit omne pallium, περίστρωμα. In victum ergo veſtem accipiemus, non ſtragula: in ſtratu, omnem ſtragulam veſtem.

STRICTVM ius noſtri adpellãt, quod Veteres ſummũ dicebant. i. quod reſtrictè ad verborum præſcriptum dirigitur, & tamquam ad viuum reſecatur. Itaque æquitati paſſim opponitur. l. pen. D. de conſtit. pecun. l. 8. C. de iudic. l. pen. §. 1. D. de iur. dot. l. 28. D. de ſtatulib. Hinc,

STRICTI iuris actiones, in quibus Iudices ita ad præſcriptam formulam atque ſummã adſtricti erant, vt neque pluris, neque minoris damnare reũ poſſent. §. actionum, 24. Inſt. de actionibus. vide ſuprà Actiones ſtricti iudicij.

STROBILVS, στρόβιλος, nucleus pineus. Vlp. l. 55. in fi. D. de lega. & fid. li. 32. De pinu autem integri ſtrobili ligni adpellatione continebuntur. De Strobilo arbore Plin. lib. 16. cap. 10.

STRVCTILIS lapis, nõ ille quadratus, atque ad normam cæſus: ſed rudis & informis, quo vel reticulata ſtructura, vel ordinaria fit. Vlpian. l. 6. §. 4 D. Si ſeruit. vind. Forte vt reficiat lapide quadrato, vel lapide ſtructili, vel quouis alio opere, quod in ſeruitute dictum eſt. De reticulata & ordinaria ſtructura lege Vitruuium lib. 2. cap. 8.

STRVCTILES columnæ, quę nõ vno ſaxo perpetuo conſtãt: ſed ex cæſis lapidibus aut coctilibus laterculis conſtructæ ſunt. Vlpia. l. 8. D. ſi ſeruit. vind. Supèrqueeum parietem columnas ſtructiles imponere, quę tectũ porticus ambulatorię ſuſtineant. Colũnas ex eo dictas quòd columen. i. ſummum faſtigij percutrens tignum ſuſtineant, Vitruuius auctor eſt, lib. 4. cap. 2.

STRVCTOR, faber cæmentarius apud Tarrentinũ l. vlt. D. de iur. immun.

STVPRO adulterium hoc intereſſe quidam putãt, inquit Modeſt. quòd adulterium in nuptam, ſtuprum in viduam committitur. ſed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur. l. 101. D. de verb. ſig. l. 6. D. de adult. l. 41. D. de rit. nupt. Denique ſtuprum cum omni muliere libera committitur, quæ neque vxoris, neque concubinæ loco habetur. l. 3. D. de concubin. l. ſtuprum, 34. D. de adulter.

STYPTERIA, στυπτηρία, alumen. Vlp. l. 3. §. 6. de reb. eor. qui ſub tut. Si Lapidicinas vel quæ alia metalla pupillus habuit ſtypteriæ, vel cuius alterius materiæ, &c.

SVÆ poteſtatis eſſe, id eſt, ſui iuris eſſe. Vlp. l. 17. D. de his qui not. Ea notatur quæ cùm ſuæ poteſtatis eſſet, hoc facit.

SVBCVRATOR, adiutor curatori cum minore tamẽ poteſtate datus. Iulian. l. 30. de neg. geſt. Quendam ad ſiliginem emendam curatorem decreto ordinis conſtiturum eſſe: eidem alium ſubcuratorem cõſtitutum ſiliginem miſcendo corrupiſſe, &c.

SVBDITVS dicitur iudex, inquit Feſtus, qui loco mortui datur iis, qui eum habuerãt iudicem in aliqua re vel lite. Et ſic in l. mortuo, 60. D. de iudic.

SVBSCRIPTIONES principũ dicebantur eorum conſtitutiones, quibus reſpondebãt pręſentibus ſeſe per libellos conſulentibus. nam cum abſentibus reſpõdebant Epiſtolæ dicebantur. Vlp. l. 1. D. de conſt. princip. Quodcumque igitur Imperator per epiſtolam & ſuſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, &c. Huius autem libelli & ſubſcriptionis exemplum eſt apud Vlp. l. 19. §. 9. D. locati.

SVBSCRIPTORES dicebantur, qui ſe accuſationi, qui rei nomen detulerat, ſubſcribebant. plura cognoſces ex meis Comment. in Diuinat.

SVBSECIVA ſunt propriè quæ quæſtor de materiã pręcidens, quaſi ſuperuacua abiicit. Inde & ſubſeciui agri, quos in pertica diuiſos recuſant, quaſi ſteriles aut paluſtres. Item ſubſeciua quæ in diuiſura agri non efficiunt centuria, id eſt iugera ducenta. Ex libro varior. auctor. de limitibus.

SVBSIGNARE prędia, legi operisfaciendi adſcribere qui prædes quæque prædia pro redemtore oppignerarentur. vt in lapide antiquo: QVI redemerit prędes dato, prędiáque ſubſignato Duumuitũm arbitratu. Et in extremo: DIES pecun. pars dimidia dabitur, vbi prædia ſatis ſubſignata erunt: altera pars dimidia ſoluetur opere effecto, probatoque. Hoc eſt quod Paul. ait in l. 39. de verb. ſign. Subſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. Nam veteres ſubſignationis voce pro adſcriptione vti ſolebant.

SVBSTITVTIO, eſt quæ poſt inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet, id eſt, ſecundi heredis adpellatio. & duæ ſunt. Vulgaris illa, Heres mihi eſto. (ſiue hoc filio, ſiue extraneo dicatur) quòd ſi hereditatem meam adire nolueris, illum ſubſtituo ad quem hereditas mea debeat pertinere. Pupillaris ſubſtitutio filiis tantummodo impuberibus dari poteſt, quæ ita fit, Ille filius meus ſi intra pubertatem deceſſerit, illum ei ſubſtituo. Hæc Caius libro Inſt. 2. tit. 4.

SVBSTITVTIO, eſt ſecundi heredis in locũ prioris deficientis inſtitutio. Ea autem duplex eſt: vna Pupillaris, quæ pupillari tantùm ætati fit: hoc modo, Filius meus heres eſto: ſi heres erit, & antequam in ſuã tutelam venerit, id eſt pubes factus ſit, moriatur, Titius ei heres eſto. Altera Vulgaris, quæ omni ætati fit: hoc modo, Titius heres eſto: ſi non erit, Mæuius eſto. Illa ſolis filiis famil. hæc cuiuis fieri ſolet, ſiue filius ſit, ſiue extraneus: illa heredem filio deſignat, hæc teſtatori: illa propriè Subſtitutio, hæc propriè Inſtitutio eſt, vt ex voce Inſtituere, cognoſces. l. 1. & paſſim, D. de vulg. & pupill.

SVBTILITAS benignitati opponitur: tãquam ſummum ius æquitati. l. ſi tibi, 20. D. de reb. cred. l. ſi tibi, 25. D. de donat.

SVCCEDANEVS alieni periculi, dicitur in quẽ incommodum periculi alieni, (hoc eſt cuius culpam alter ſuſtinet) redundat. Vlpianus l. tertia, in fine, D. de admin. ſtrat. tut. Planè ſi non conſentiant tutores Prætori, ſed velint omnes gerere, quia fidem nõ habeant, electo, nec patiuntur ſuccedanei eſſe alieni periculi. Plautus Epidic.

Men' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam?
Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum?

Nam Stultitiæ tuæ dixit pro Tergo tuo, cui periculum à ſtultitia imminet. Vlpianus l. quarta, D. de magiſtr. conuen. Nam magiſtratus quidem in omnẽ periculum ſuccedit. heres ipſius dolo proximæ culpæ ſuccedaneus eſt.

SVCCESSIO alia eſt perſonarum, alia rerum.

SVCCESSIO perſonarum, eſt cùm priore gradu

vacuo, is qui inferiorem tenebat eius in locum adſcendit.l.1.§.ſi filius,D.de ſuis & legit.l 3.C.eod.

Svccessio rerum, eſt cùm perſona non tam perſonæ,quàm rebus ſuccedit.ea autem duplex eſt. nam aut in ius vniuerſum eſt · qualis eſt heredum, & eorum qui bonorum poſſeſſores ſunt:aut in res ſingulares.l.prima.§.in locum,D.quod legat.l.ſeptima, & l. octaua,D.de iureiu.l.vlt D.de except.rei vend.

Svccessorivm edictum,eſt id quo Prætor ſucceſſionem permiſit: id eſt ius inter eos quibus bonorum poſſeſſiones deferuntur, vt in locum eorum qui poſtulationem omiſerint, ſequentes ſuccedere ſubiréque poſſint.l.1.D.de ſucceſſ.edict.

Svccessio hæc duplex eſt: vna ordinum, altera graduum.

Svccessio ordinum, eſt cùm ordo perſonarum vniuerſus,cui potiſſimùm poſſeſſio deferebatur, illa omiſit:veluti liberorum,aut legitimorum,aut cognatorum.l.1.D.quis ord.in bon.poſſ. eadémque svccessio de capite in caput adpellatur. l.5. C. qui admitt. ad bon.poſſ.

Svccessio graduum dicitur,cùm primo eorum graduum qui in ordine aliquo ſunt, omittente, inſequẽs admittitur. plures enim in ordine ferè vnoquoque reperiuntur gradus.d.l.1.D.de ſucceſ.edict.§.cùm igitur,7.Inſtit.de bon.poſſeſſ.

Svcvla,machina tractoria. Axis craſſior bipedibus tranſuerſatiis imp[illegible]ur, cuius in vtroque extremo duo ſunt tranſfixi vectes,qui nixu brachiorum, fune ductario medium axem circumplexo, conuertuntur. Vlp.l.ſed addes,19.§.2.D.locat. Quòd ſi regulis olea prematur,& prælum,& ſuculam,& regulas,&c.

Svffragivm, pro impetratione beneficij, quod quis alteri à quo rogatus erat, à Principe apud quem gratia valebat, eſt eblanditus. Impp. l.vn.C.de ſuffrag.Si qui deſideria ſua explere cupientes, ferri ſibi à quoquam ſuffragium poſtulauerint, & ob referendam vicem ſponſione ſe co[illegible]nxerint, &c. Exſtat præterea in Cod. Theodoſiano lib.2.tit.29. lex Imp. Iuliani, qua vetat id quod ſuffragatoribus, id eſt, eblanditoribus illis datum eſt,repeti. Cuius conſtitutionis Ammian. Marcellinus lib.22.mentionem facit.Itaque intelligendum eſt quod Lampridius in Alexandro de Thurino ſcribit, qui ſuffragium ſuum promiſerat. Eam autem nundinationem omnem Iuſtinianus prohibet Nouell.viii. De magiſtratibus nõ vend.οὐδ᾽ ὁτιοῦν διδόντες οὐδὲ προφάσει τῶν καλουμένων ſuffragiων,&c.

Svggillare propriè eſt liuido colore inquinare. vt cuum ictu fuſtis percuſſa cutis ſanie ſeſe ſuffundente nigreſcit. tranſlatè verò dicitur pro contumelia adficere.Vlpia.l.15.§.17.D.de iniur.Si quis ſic fecit iniuriam ſeruo, vt domino faceret : video dominum iniuriarum agere poſſe ſuo nomine ſi verò nõ ad ſuggillationem domini id fecit,&c. Idem l.10.§.8.D.de in ius voc. Permiſſurus enim eſt, ſi famoſa actio non ſit,vel pudorem non ſuggillat.

Svggrvnda, pars tecti vltra ſtructuram ædium proiecta & prominens.Vlpia.l.5.§.6.D.de his qui deiec.vel eff. Prætor ait, Ne quis in ſuggrunda,protectóve ſupra eũ locum quà vulgo iter fiet, &c. Iauol. l.242 D.de verb.ſig.Proiectum eſſet id quod ita proueheretur,vt nuſquam requieſceret,qualia meniana & ſuggrunda eſſent. Vulgò tamen legitur Suggrundia. Varro lib.3.de re ruſt. Apes ſubtus ſuggrundas ab initio villatico vſæ tecto.

Svmma Reip. Locutio eſt idem ſignificans, quod A ſtatus & firmamentum Reipub. Vlp.l.1.§.10. D.de exerc.act.Ideo autem ex voluntate in ſolidum tenentur, qui habent in poteſtate exercitorem, quia ad ſummam Reip.nauium exercitio pertinet.hoc eſt,ea re ſublata Reipublicæ ſtatus euertitur:ſtare Reſp.nõ poteſt.Florentini tamen libri,ſummam Rẽpub.quod ego abiudico.Paullus Collect.5.cap.23. Qui de ſalute Principis, vel de ſumma Reipub. vaticinatores conſulit,cum eo qui reſponderit,capite punitur.

B Svmmo iure agere,cum dicimur, cuum quàm maximè poſſumus duriter & præfactè cum aduerſario contendimus,eúmque quàm aſperrimo & vehementiſſimo iudicio poſſumus perſequimur. quod Cic. in Orat.pro Quinct.ſic extulit:Ad extrema & inimiciſſima iura cupidè decurrere. item, inimiciſſimè & infeſtiſſimè contendere.Cicer.lib.de Offic.1. Exſiſtunt etiam ſæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione. Ex quo illud,Summum ius ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone pro-

C uerbium.Terent.in Heaut.

Verum illud Chreme dicunt,Ius ſummum,ſæpe ſumma malitia eſt.

Columella lib.1. de officio patrif. erga colonum loquens, Summum ius,inquit,antiqui ſummam putabant crucem.

Svmmovere dicebantur magiſtratus,cuum quempiam extrudi iuberent. Conſules quidem & Prætores per lictorem, Tribuni autem per viatorem. at illi quidem ita ſummouebant, vt qui non parêret, pre-

D hendi iuberent.hi verò non pro imperio,ſed comiter verbis ſummouebãt,Si vobis videtur,diſcedite Quirites.Cicero pro Quinctio:Aut ſatiſdare,aut ſponſionem iubet facere. & interea recuſantes noſtros aduocatos acerrimè ſummoueri. De Dolabella Prętore loquitur. Inde deductum ad noſtros vocabulum eſt, vt Summoueri dicantur actores per exceptionem, quos ita rei perpulit exceptio, vt à Tribunali quodammodo ſummoti videantur.

Svperamenta Vlpianus adpellat, quæ in paran-

E da materia reſecantur,ac ſuperſunt. Lignis legatis, inquit,ſi voluntas non refragatur, ſuperamenta materiarum continebuntur. l.55.§.2.D. de leg. & fid. lib.32.

Svperdici,pro Prędicari per præconem. Vlpian. l.ſi duo,13.in fin.D.de iureiur.Fuſtibus eum caſtigandum dimittere,& ita ei ſuperdici.προπετῶς μὴ ὄμνυε: hoc eſt,dum caſtigatur, prędicari præconis voce,Petulanter iuraſti. Sic in l.fuſtibus,C.ex quib.cauſſ.infam.irrog.Fuſtibus cæſum, cui per præconem ita di-

F ctum eſt,ἐσυκοφάντησας.

Svperesse rebus ſuis,pro Conſulere,prouidere, proſpicere. Græca locutio videtur,ἐφεστάναι τοῖς πράγμασι.Paullus l.2.D.de cura.furioſ. Sed & aliis dabit Proconſul curatores, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. Sic Iuſtinián.§.1.de curat.Sic Vlpi.l.his qui in ea,12.D.de tut.& curat.

Svperficies, quod ſuper ſoli faciem eſt: veluti ſi quid ſatum,aut ędificatum eſt.itaque vites,arbores,plantę,ſegetes,ſuperficies adpellãtur.vitis ad-

G pellatur ſuperficies vineę in l.certo,13.D.de ſeruit.ruſti. Domus adpellatur ſuperficies ſoli: l.eum qui,23. D.de vſurpat. vbi ędes dicuntur ex duabus rebus cõſtare,ex ſolo & ſuperficie.

Svperficies autem vſque eo, ſoli pars eſt,eíque natura cohæret, vt non illud ſine hac tradi, neque hęc ſine illo vſucapi poſſit.l.obligationum, 44.D.de oblig.& act.l.numquam,26. de vſurpat. denique ſuperfi-

perficies ſolo cedere dicitur l.qui domum, 50.D.ad leg.Aquil.l.qui res ſuas,98.in fin.D.de ſolut.& arborum quæ fundo continentur, non eſt ſeparatum corpus à fundo: inquit Pompon.l.quintus, D.de actio: emt. Hinc,

SVPERFICIARIVS definitur qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt certam penſionem præſtet:l.in ſpeciali,73.cum l.ſeq. D. de rei vind.& l. damni,18.§.2. D.de dam.infect. qua de cauſſa verè & propriè dominus non eſt,quamuis in alieno ædificaric:ſed potius vt inquilinus. l.3.§.pen.D.de oper.nou. nuncia.tametſi quaſi domini veſtibus actionibus adiuuentur. l 1.§.vlt.& l.vlt. D.de ſuperfic.

SVPERFICIO, ſupero, redundo, ſuperfluo. Vlpian. l.1.§.10.D.de aqua,& aq.plu.Iidem aiunt aquam pluuiam in ſuo retinere, vel ſuperficientem ex vicini in ſuum deriuare omnibus ius eſſe. Haud ſcio tamen an verius vulgatis in libris legatur Superfluentem.

SVPERSTES, duo, vt opinor,ſignificat.video enim & pro teſte & pro præſente vſurpari.Feſtus li. 17. Superſtites, inquit, teſtes præſentes ſignificat.cuius rei teſtimonio eſt, quod ſuperſtitibus præſentibus leges inter quos controuerſia eſt,vindicias ſumere iubent. Plautus in Artemone:

Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adeſt ſuperſtes.

Seruius autem libro Æneid. tertio: Superſtes, inquit, præſentem ſignificat.vt Cicero in Muræniana, Suis vtriſque ſuperſtitibus, id eſt præſentibus.Quod tamen poſtremum verbum apud Ciceronem è gloſſa in contextum irrepſit.

SVPERSTES qui data opera eſt actui adhibitus: vt in teſtamentis: vbi nulli niſi rogati teſtes valer. l. heredes, 21.§.pen.D.de teſtam. Teſtis, qui non euocatus forte ibi adfuit.

SVPERSTITIOSVS, vano & inani metu Dei adfectus: id eſt qui metuit ibi Deum offendere, vbi non offenditur. Nam à Superſtes deductum nomen eſt: & haud ſcio an iis propriè adtributum, qui nimiùm in fanis conſiſtebant, quaſi apud deos ſuos ſuperſtites: quos vernacula lingua Bigottos adpellamus.quod in vicio Vlpianus poſuit l.prima,§.quinto, D.de ædilit.edict.vbi ſuperſtitioſos inter eos numerat, qui animi vicio laborant.Cicero tamen libro De natura Deorum ſecundo ſic ſcribit:Non enim philoſophi ſolùm,verumetiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religione ſeparauerũt. nam qui totos dies precabantur, & immolabant vt ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt adpellati, quod nomen poſtea latiùs patuit. Plautus autem in Rudente hoc verbum in eo poſuit, qui vaticinaretur.

Quid ſi iſta, aut ſuperſtitioſa, aut hariola eſt, atque omnia

Quidquid inſit, vera dicet?

SVPINVS, diſſolutus, negligens, alicui negocio indormiens.Paullus l.15.§.primo, D.de contrah.emt. Ignorantia emtori prodeſt, quæ non in ſupinum hominem cadit.

SVPPLICIORVM alia ſumma ſunt, alia mediocria, alia minima. Summa ſunt, crux, crematio, decollatio. Mediocria, metallum, ludus, deportatio. Minima, relegatio, opus publicum, vincula. Hæc Paullus libro Collectaneorum 5.capite decimoſeptimo.

SVPPLICIVM vltimum, ait Celſus, eſſe mortem ſolam interpretamur, l.21.D.de pœnis.

SVPPRIMERE teſtamentum, dicitur, inquit, Paullus, qui ſciens prudénſque tabulas teſtamenti

A in fraudem heredum, legatariorum, fideicommiſſariorum, aut libertatum non profert. Hæc ille IIII. Collect. tit. De lege Cornel.

SVPPRIMERE & intercipere dicitur, qui domino repoſcenti non reddit: aut l.Pomponius, 44.in fin. D.de adquirend.rerum domi.

SVPPRESSÆ tabulæ teſtamenti, quæ malo animo celantur, & occultantur. l. 3. §. ſi quis dol. D.de tab.exhi.l.9.D.dolo.

B SVPPRESSORES, pro plagiariis, qui ſeruos alienos ſcientes dolo malo retinent. l.pen.D.ad leg.Fab.

SVPREMA ſua ordinare, teſtamentum facere, ſupremam voluntatem exponere. Modeſtinus l.39. D.de pign. acti. Creditor cuum ſuprema ſua ordinaret, teſtamento cauit. Tacit.lib.1. Nihil eo die Senatus agi, niſi de ſupremis Auguſti, cuius teſtamentum illatum eſt per virgines veſtales. Sic in l.3.§.vltim. de mun. & hon.l.25.§.1. de libe. & poſthum.

C SVPREMVS, inquit Africanus, non is demum qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, intelligitur. l. ex duobus, 34. D. de vulg. & pupil.& l. proximus, 92.& l.in vulgari, 162. de verb.ſig. & l. qui duos, 9.D.de rebus dub. quod tamen ſic accipiendum eſt vt non reſtricta Latini ſermonis conſuetudo, ſed æquitatis ratio ſeruata videatur.

SVSCEPTORES dicuntur ſub Rub. C.de ſuſceptorib. qui vulgò Receptores: hoc eſt, qui quæ Principis ærario debebantur recipiebant. Eorum autem munus erat annuum, iubebantúrque modum iu-
D gationis poſſeſſionum, & ſpecies ſingulas quæ fiſco inferebantur, vel earum numerum & quantitatem perſcribere. l.4.& l.10. eod.

SVSCIPERE iudicium dicitur etiam iudex, qui iudicandi munus ſibi à Prætore delatum recipit. Paullus l.13.D.de vacat.& immun. Siquidem priuilegio quod habuit antequam ſuſciperet iudicium, velit ſe excuſare: nec audiendus eſt. ſemel enim agnoſcendo iudicium, renunciat excuſationi.

SVSPECTI crimen, vide Crimen ſuſpecti.

E SVSPECTVS tutor eſt, qui non ex fide tutelam gerit, licet ſoluendo ſit: ait Imp. §.4. de ſuſp. tut.

SVSPENDIOSVS, qui ſuſpenſus eſt, cui vita ſuſpendio ademta eſt. Vlp. l. 11. §.1. D. de his qui not. Non ſolent autem lugeri hoſtes, vel perduellionis damnati, nec ſuſpendioſi, nec qui manus ſibi intulerunt. Plinius lib. 28. cap.2. Laqueum ſuſpendioſi circumdatum temporibus capitis dolorem ſedare.

SVSTINERE, pro Differre, reſeruare, reiicere. Calliſtratus l. 36. D. de iudic. Ex iuſtis cauſſis, & ex
F certis perſonis ſuſtinendæ ſunt cognitiones, ibid. Humanum eſt in ſimilibus cauſſis cognitionem ad aliquem modum ſuſtineri.

SVSTINERE actiones, differre, ſuſpẽdere. Pompon.l.35.D.de iur.fiſc. Verum ius fiſci antè excutiendum ſit, & ſuſtinendæ actiones ceterorum, &c. Vlpian. l.1.§.3.D.ſi fam.furt.fec. Tamdiu aliorum nomine actio ſuſtineri debebit, quamdiu priore iudicio poteſt actor conſequi. Idem l.ſi quis, 6.§.quid tamen, 7.D.de iniuſt.rupt. Pœna tamen ſuſtinenda eſt, quo-
G ad princeps reſcripſerit ad literas Præſidis.

SVVS heres dicitur, qui in morientis familia proximum ab eo gradum obtinet. l.ſcripto, 7.D.ſi tabul. teſt. null. §. 2. de hered. qualit. §.1.& §.3. de hered. quæ ab inteſt. Suus autem idcirco dicitur, quia non tam alienarum, quàm ſuarum quodammodo rerum plenum integrúmque dominium adipiſcitur: quatum etiã patre viuo heres & domin' lege XII.tab.deſigna-

tus erat.l.in ſuis,11.D.de lib.& poſtu.

Svvm heredem animaduerti à Cicerone Heredem familiæ adpellari, in Orat.pro Cluentio, vbi de ſuo poſtumo loquitur: Memoria teneo, inquit, Mileſiam quandam mulierem quòd partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam, neque iniuria. quæ ſpem patentis, ſubſidium generis, heredem familiæ ſuſtuliſſet. Sic Iuſtinianus eos Domeſticos heredes adpellat, §.2.Inſt.de hered. qual.& Plinius in Panegyrico, Domeſticos heredes extraneis opponit: illóſque ait bona non vt aliena & ſperanda, ſed vt ſua, ſempérque poſſeſſa capere. Videtur autem Ouid. ad hanc quoque locutionem alluſiſſe lib.11.de Ponto.

Vſuit enim in nobis facundi lingua parentis,
Et res heredem repperit illa ſuum.

Svorvm autem duo ſunt genera. nam alij natura ſui ſunt, nimirum filij, filiæ've: alij ſucceſſione, nimirum nepotes aut poſteriores, qui in filiorum non etiam filiarum, locum vacuum & deſtitutum ſubeût: veluti ſi vno filio mortuo (nam ex filiabus prognati ſui eſſe non poſſunt) nepotes ex illo eius in gradum ſuccedant. Lex enim eis patris ſui ius ſic adtribuit, vt illi patrem ſuum repræſentent, tametſi non idem omnino ius eis conceſſerit. l.tertia, C.de ſuis & legit. l. prima, §. ſi filius, D.eod.l.2.& l.3. C. de legit.lib.l. Gallus, §. ſequenti. D.de lib.& poſtum.

Svi & neceſſarij heredes ſunt, liberi qui in poteſtate parentis fuerint, quos nemo antecedit. Sic autem ideo adpellantur, quia domeſtici heredes ſunt: & viuo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur. Neceſſarij verò ideo dicuntur, quia omnino ſiue velint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ex lege XII. tab. heredes fiunt. ait Imper. §. 2.de hered.qualit. Vel ſic:

Svi & neceſſarij heredes dicuntur, qui in morientis familia proximum ab eo gradum obtinent: veluti filij, aut iis de familia ſublatis, nepotes, & qui deinceps. item vxor, quæ in manum conuenit: item nurus, quæ in manu filij eſt, quem in poteſtate habemus. Vlpianus titulo Regularum XIII. Sui autem idcirco adpellantur, quoniam patrefamil. mortuo non tam alienarum, quàm ſuarum quodammodo rerum plenũ integrúmque dominiũ adipiſcuntur: quarum etiam illo viuo heredes (quo verbo veteres dominum intelligebant) lege duodecim tabularum deſignati erant. Neceſſarii autem dicuntur, quoniam eadem lege cogebantur hereditatem retinere. l. in ſuis, 11.D.de liber. & poſtum.l. 57.de adquir.hered.

Svi, pro, Noſtri. Paullus l.20. D.de nouat. Nouare poſſumus, aut ipſi, ſi ſui iuris ſumus: aut per alios qui voluntate noſtra ſtipulantur.

Svi ius, vide ivs svi.

Svperindictvm, quod Prætor indictionem ordinariam imponitur: ſub Rubric. C.de ſuperindicto.

Svvs, ſuæ poteſtatis. vt Meus apud Perſium.

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi.

Iuſtinian. §.2.ad S.C.Tertyll. Sed & filiæ ſuæ mortuę filius vel filia præponitur: id eſt quæ ſui iuris eſt, ſuæque poteſtatis. Sic Plautus in Perſa, vbi lenonem inducit, qui ancillam manumiſerat:

Ita ancilla mea quæ fuit hodie, nunc eſt ſua.

Et apud Ciceronem libro De Repub. tertio. Eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, cùm ii ſunt alterius, qui ſui poſſunt eſſe.

Svvs etiam, pro eo qui in ſua poteſtate eſt, alio A modo dicitur vetuſtè: id eſt ſanæ mentis. Vlpianus l. Fulcinius, 7. §. adeò, D.quibus ex cauſſ.in poſſ. Furioſus hanc venditionem pati non poteſt: quia non ſe occultat, qui ſuus non eſt. Cicero Tuſcul. tertio: Itaque nihil melius, quàm quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cùm exiſſe è poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur, aut libidine, aut iracundia. qui igitur exiſſe è poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum toB tius animi à natura tributum eſt.

Symphonia, chorus ſymphoniacorum. Cicero Verrina 6. Cuum in eis conuiuis ſymphonia caneret, maximíſque poculis miniſtraretur. Vlpianus l.15.§.primo, D. de vſufr. Nam ſi librarium rus mittat, vel de ſymphonia atrienſem faciat: id eſt è familia ſymphoniacorum. Paullus l.22. Ad leg. Aquil. Si quis ex comœdis, aut ſymphoniacis vnum occiderit: id eſt è numero ſymphoniacorum.

Sycaminon, morus Ægyptia, qua vti ſolent C in aggeribus Nili per quos incrementa eius diſpenſantur, & coërcentur: ait Vlpianus l. 10. D. de extraor. crimin.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΕΙΝ, calumniari, iniuſtè aliquem iudicio vexare. Imp. l.17.C.quibus ex cauſſ.inf.irrog. Etenim cuum non cauſa cognita dictum eſt ἐσυκοφάντησας, ſed ad poſtulatum patroni, interlocutione iudicis reſponſum ſit, &c. Hinc Sycophantæ adpellati: cuius nominis Feſtus hanc adfert originem. Atticos quondam iuuenes ſolitos aiunt in hortos irD rumpere, ficóſque deligere: quam ob cauſſam lege eſt conſtitutum, vt qui id feciſſet, capite truncaretur, quam pœnam qui perſequerentur, ob paruula detrimenta Sycophantas adpellatos.

ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ, mutua & reciproca ex re contracta obligatio, Vlpianus l. 7. D. de pact. Dedi tibi rem, vt mihi aliam dares: dedi vt aliquid facias: hoc συνάλλαγμα eſſe, & hinc naſci ciuilem obligationem. & paulo pòſt, Eſſe enim contractum, quod Ariſto. συνάλλαγμα dicit, vnde hæc naſcitur actio. E l. Labeo, 19. verb ſignif.

Syndicvs, σύνδικος, qui ab aliquo collegio, vel ciuitate ad cauſſam ipſius agendam delectus eſt. A Latinis Actor dicitur: vt l. 1. §. 1. D. Quod cuiuſque vniu. Permiſſum eſt, inquit, habere actorem, ſiue ſyndicum, per quem tamquam in republic. quod communiter agi fieríque oporteat, agatur fiat. Sic §. ſeq. & l. 2. & paſſ. Cicero in Diuinar. Hæc duo in primis ſpectari oportere: quem maximè velint actorem eſſe ij, quibus factæ eſſe dicantur iniuriæ: & F quem minimè velit is, qui eas iniurias feciſſe arguatur. Item: Adſunt homines ex tota prouincia nobiliſſimi, qui præſentes vos orant atque obſecrant Iudices, vt in actore cauſſæ ſuæ deligendo veſtrum iudicium à ſuo iudicione diſcrepet. Hermogen. l. 1. D. de mun. & hon. Perſonalia ciuilia ſunt munera, defenſio ciuitatis, id eſt vt ſyndicus fiat, legatio ad cenſus accipiendos. Arcad. l. vlt. §. 2. eiuſ. tract. Defenſores quoque, quos Græci ſyndicos adpellant, & qui ad certam cauſſam agendam vel defendendam eliG guntur, &c. Demoſthen. porrò in Orat. περὶ στεφάνου, Ariſtidem dicit ſyndicum eſſe ab Athenienſibus delectum, qui in Amphictionum conſilio pro Delio ſacro diceret.

Syngrapha, vide Chirographum.

Synoditæ, συνοδῖται, in l.6.C.de epiſco.audient. dici videtur, comites monachorum, nam ὁδῖτας viatorem

viatorem ſignificat. Solent autem Monachi ex collegij ſui inferiori ordine quempiam deligere, qui eos comitetur: quos Galli Culopulſos adpellāt: quòd (vt quidā aiunt) à tergo monachorū concionantiū ſedētes, illos horæ præteritæ culi pulſione admoneant.

Synopsis, συνόψις. perſcriptio, recenſio, inuentarium: deducto nomine ex eo, quòd quæ latè patebant in vnum contracta ſimul omnia conſpici cernique poſſint. Vlp. l. 5. §. 7. de reb. eor. qui ſub. Aut ſi nemo inueniatur, aut ſuſpecti ſunt qui inueniuntur, iubere debet edi rationes: itémque ſynopſim bonorum pupillarium, aduocatúmque pupillo dare.

Synthesis, congeſtio, aceruus. Scæuola in l. 38. D. de aur. arg. leg. Quæro an ex vniuerſa veſte, id eſt an ex ſyntheſi tunicas ſingulas & palliola Sempronia eligere poſſit. Adrianus autem Turnebus vir ſummus lib. Aduerſ. xxiii. Syntheſin interpretari mauult elegantiorem veſtem, qua certis diebus feſtis populo Romano, quaſi extra ordinem, vti liceret. Eruditi viri diſputationem eius doctiſſimam, & copioſiſſimam, conſiderent. Nam ego in vetere iſta ſententia mea tamdiu hærebo, dum mihi Turnebus perſuaſerit, Syntheſin, non coaceruationem eſſe veſtium, ſed veſtis genus: & in eam coaceruationem non cuiuſuis generis veſtes adhiberi ſolitas, ſed eas dūtaxat quibus populo Roman. extra ordinem vti certis & paucis diebus licebat. Puto ſanè Scæuolæ verba ſatis planè & perſpicuè oſtendere, Syntheſin de omnibus veſtimentorum generibus quæ aceruatim conſeruabantur, vſurpatam fuiſſe.

T. LITERA.

T. Literam veteribus Senatuſconſultis ſubſcribi ſolitam, Valer. Max. lib. 2. his teſtatur verbis? Illud quoque memoria repetendum eſt, quod Trib pl. intrare curiam nō licebat: ante valuas autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum adtentiſſima cura examinabant: vt ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatuſconſultis T. litera ſubſcribi ſolebat: eáque nota ſignificabatur, illa Tribunos quoque cenſuiſſe: qui quamuis pro commodis plebis excubabant, inque imperiis compeſcendis occupati erant, inſtrui tamen ea argenteis vaſis, & annulis aureis publicè præbitis patiebantur, quò talium rerum vſu auctoritas magiſtratuum eſſet ornatior.

Tabernæ adpellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, nempe ex eo quòd tabulis clauditur, l. tabernæ, 183. de verb. ſig. De tabernis, vide quæ diximus ſuprà ſub voce, Argentarii.

Tabvlæ dicebantur, quibus antiqui pro chartis vtebantur, cùm cera illitæ eſſent. itaque quarum rerum memoriam conſtare oportebat, eas res in tabulas referebant, veluti accepta & expenſa, pactiones, teſtationes, ſtipulationes, cautiones, teſtamenta. Hinc,

Tabvlas teſtamenti accipere debemus, inquit Vlpianus, omnem materiæ figuram. ſiue igitur tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuſcumque alterius materiæ: ſiue chartæ, ſiue membranæ ſint, vel ſi corio alicuius animalis: tabulæ rectè dicentur. l. 1. D. de bono. poſſ. ſecund. tab. Item

Tabvlæ accepti & expenſi. Moris enim erat vt patresfamil. quæcūq; per ſingulos dies aut acciperent, aut expenderent, ea primùm properè ac feſtinanter in codicem memoriæ cauſſa paratum, referrent, quæ Aduerſaria dicebantur: deinde per ocium in aliis

A tabulis ordine & accuratè perſcriberent. eas tabulas accepti & expenſi nominabant. de quibus Cicero in Cluentiana ſic ſcribit: Confecit tabulas diligentiſſimè. hæc autem res habet hoc certè, vt nihil poſſit neque additum, neque detractum de re familiari latere. Hinc,

Tabvlis obſignatis agere: cùm pactio in tabulas relata eſſet. Cicero 1. de Orat. Tu mihi cùm in circulo decipiare aduerſarij ſtipulatiuncula, & cùm obſignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id ſit B ſcriptum, quo ille capiatur: ego tibi vllam cauſſam maiorem committendam putem? Item Tuſcul. v. Tu quidem obſignatis tabellis agis mecum, & teſtificaris quod dixerim aliquando, aut ſcripſerim. Nam de teſtationibus locus hic ex Quinctiana documento eſt: Neuius pueros circum amicos dimittit. ipſe ſuos neceſſarios corrogat. veniunt frequentes. teſtificantur iſti P. Quinctium non ſtitiſſe: & ſe ſtitiſſe. tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignan- C tur. Idem in Piſoniana: Iſte claudus, quomodo aiunt pilam retinere: quod acceperat, teſtificari: tabulas obſignare velle.

Tabvla, libellus proſcriptionis. Vlp. l. 13. §. 5. D. de acti. emt. Cuum venditor ſciret fundum pluribus municipiis legata debere, in tabula quidem conſcripſerit, vni municipio deberi. Cice. in Quinctiana perpetuò libellos adpellat. Hinc,

Tabvlarii dicebantur qui vel in prouinciis ſolidis, vel in ſingulis ciuitatibus tabulas publicas D tractabant. l. 3. C. de tabul. quarum aliæ ad inſtrumenta publica, aliæ ad rationes & computationes pertinebant. De Chartis exemplum exſtat in l. pē. C. eo. l. vlt. §. hi quoque; D. de mun. & hon. l. 3. §. 2. D. de tab. exhib. De rationibus verò in l. vltim. D. ſi menſ. falſ. mod. l. 2. D. de iur. fiſc. l. 1. C. de cenſib. l. 1. & l. miſſi, 7. C. de exact. trib. Ac primum quidem ſerui publici fuerunt: vti cōſtat ex l. vlt. C. de ſer. reipub. man. poſt verò Arcadij & Honorij lege conſtitutū eſt, vt ſolis liberis ea procuratio mandaretur. Condicionales ta- E men erant: vti patet ex l. ſcripturas, 11. C. qui pot in pig. hab. hoc eſt, ea condicione facti erant tabularij, vt ad aliud munus adſpirare non poſſent: quod ſuo loco expoſuimus. Hinc,

Tabvlarivm, pro Archio, de quo alibi diximus: id eſt eo loco in quo literæ tabulǽque publicæ recondebantur. Cice. De nat. deo. lib 3. Sed exeamus è theatro: veniamus in forum. ſeſſum ite precor. quid? vt iudicetur qui tabularium incenderit? Idem pro C. Rabirio, An de peculatu facto, an de tabula- F rio incenſo longa oratio eſt expromenda? Virgil. Georg. 11.

Inſanúmque forum, aut populi tabularia vidit:

Vbi Seruius tabularium in æde Saturni, & ærario fuiſſe ſcribit. cùm tamen Liuius lib. xliii. ita ſcribat. Cenſores extemplo in atrium libertatis adſcēderunt, & ibi ſignatis tabulis publicis, clauſóque tabulario, & dimiſſis ſeruis publicis, negarunt ſe, &c.

Tabvlarivm etiam pro loco in quo priuata cuiuſque patrisfamil. inſtrumenta ſeruantur. l. ſi G mihi, 92. D. de legat. 3.

Tabelliones ad exemplum Tabulariorum dicti ſunt, qui Nouell. xliiii. συμβολαιογράφοι adpellātur; qui priuatorum teſtationibus ſiue inſtrumentis conſcribendis publicè præpoſiti, certas eius muneris obeundi cauſſa ſtationes habebant, in quibus vel ipſi eorum adminiſtri ac præfecti ea inſtrumēta primùm in codicem domeſticum (quod Protocollum dici-

tur)deinde in chartam mundam tanta cum auctoritate referebant, ac perſcribebant, vt eorum inſtrumenta fidem in iudiciis facerent. Hæc enim Iuſtinianus d. Nouell. à Tabellionibus exigit: & eo amplius in l. contractus, 16. C. de fid. inſtr. in contractibus quidem, vt contrahentes ipſi ſubſcribāt. at in l. iubemus, 29 C. de teſtament. vt vel teſtatores, vel teſtes heredum nomina ipſi adſcribant. Olim autem teſtamentorum conficiendorum artifices Teſtamentarij dicebātur: vt ſuo loco docuimus. Vlp. verò in l. moris eſt, 9. §. 1. D de pœn. Tabelliones & pragmaticos eoſdem facere videtur, quibus, inquit, interdum pœnę cauſſa interdici ſolet, ne inſtrumenta omnino forment, néve libellos concipiant, vel teſtationes conſignent, Suidas de Priſco Emeſino loquens: ἅπαντα ἐπετέλει, inquit, τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα. ἕκαστον αὐτῶν ἐπισφραγίζων αὐτὸς οἰκείοις γράμμασι, ὅπερ ταβελλίωνα καλοῦσι ῥωμαῖοι. Item alibi: ταβελλίων, ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια: ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος. ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα ἕκαστον αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι. [C]

Tacita fides eſt, cùm quis non palàm rogatus in fraudem legis promittit, ſe id quod ſibi relinquitur reſtituturum perſonæ, quæ legibus ex teſtamento capere prohibetur: ſiue chirographū eo nomine dederit, ſiue nuda pollicitatione repromiſerit. l. in fraudem, 10. D. de iis quib. vt indig. l. 1. & l. 3. & l. 40. D. de iur. fiſc. Hinc,

Tacita fideicommiſſa quæ quis ei cui capere non licet, reſtituere rogatus eſt. l. tertia, D. de probat. [D] l. decima, l. decimaoctaua, & alibi, D. de iis quib. vt indig. l. 3. C. ad leg. Falcid. Fab. lib. nono, capi. ſecundo: Ream tuebar, quæ ſubieciſſe dicebatur marito teſtamentum, & dicebatur chirographum marito expirante heredibus dediſſe: & verum erat. nam quia per leges inſtitui vxor non poterat heres. id fuerat actū, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommiſſum peruenirent. Et caput quidem veri facile erat, ſi hoc diceremus palàm: ſed peribat hereditas.

Tagma: inquit Vlpianus, Græci mille hominum multitudinem adpellant. l. 1. §. 1. D. de teſtam. mil. [E]

Talio in duodecim tabul. parem vindictam, inquit Feſtus, ſignificat. Si membrum ruperit, ni cum eo pacit, talio eſto.

Tam iure legéque. Vetus locutio, qua lege actum aliquid fuiſſe ſignificabant, quam rogari ius fuiſſet. Procul. l. ſi is qui, 44. D. de adopt. Sed ſi ſic adoptauit, vt tam iure legéque nepos ſuus eſſet, quàm ſi ex Lucio puta filio ſuo natus eſſet. Alludit autem ad adrogationis formulam, quam Agellius libr. 5. ca. 19. exponit, Velitis iubeatis, vti L. Valerius L. Titio tam iure legéque filius ſiet, quàm ſi ex eo patre matréque familiās eius natus eſſet. Hinc Ciceronis locus in Oratione pro domo emedandus eſt: Fueris ſanè Trib. pl. tam iure, quàm lege quàm fuit hic ipſe Rullus. Legendum enim adparet, tam iure ac lege, vel tam iure legéque. [F]

Tanti, pro Tam multi. Gaius l. 65. De legat. & fid. lib. 30. Quòd ſi minus ſunt, in tantos quanti inueniantur. id eſt in tot, quot inueniantur. Iuſtin. l. 23. in fin. C. de legat. Niſi ſpecialiter expreſſerit, & dixerit teſtator tantas quidem partes velle vnum, tantas autem alterum habere. [G]

Taxat verbum, inquit Feſtus, ponitur in iis quæ finiuntur, quoad tangi liceat. In litibus quoque iudici arbitróve cùm præſcribitur, quoad ei ius ſit, ſtatuendi Taxatio dicitur: quæ fit certæ ſummæ, Sic enim locum illum legendum putamus. cui conſentaneum eſt, quod Iuſtin. Nouell. LXIII. & LXXXII. Taxationem eſſe ῥητὴν ποσότητα ὁριζομένην παρὰ τοῦ δικάζοντος. veluti cùm definitur ſumma intra quam in litem iuretur. l. 4. §. 3. D. de in lit. iur. l. 3 §. præterea, D. ad exhib. Hinc verbum dvmtaxat, quod ad illiuſmodi pręſcriptiones adcommodatum eſt. Taxationis mentio fit in l. 18. D. de dol. mal. l. 24. in fi. D. de act. emt. l. 68. D. de rei vind. l. 6. D. vt legat. nom. cauſ.

Tector, refector, artifex, qui quid corruptum reſtituit. Vlpian. l. 27. §. 22. D. ad leg. Aquil. Item ſi tectori locaueris lacum vino plenum curandum, & ille eum pertudit vt vinum ſit effuſum. Budæus tamen vietori corrigendum putat.

Tectorivm erat incruſtatio quædam & quaſi integumentum parietis aut columnarum. Ea cruſta aut calce pura fiebat, aut gypſo, aut calce & arena, aut calce & marmore. De tectoriis Vitruuius libr. 7. cap. 2. & 3. Vlpianus l. 3. §. 4. D. de in rem verſ. Sed ſi mutua pecunia accepta, domum dominicam exornauit tectoriis, &c. & paullo pòſt, Pati debet dominus creditorem hæc auferre. de tectoriis loquens. Celſus l. 38. D. de rei vindic. Neque malitiis indulgendum eſt, ſi tectorium puta quod induxeris, picturáſque corradere velis, nihil laturus niſi vt officias. Loquitur de illinimento, quod auferri non poteſt. Neratius l. 44. D. de vſuf. Vſufructuarius nouum tectorium parietibus qui rudes fuiſſent imponere non poteſt.

Telvm, inquit Caius, vulgò quidem id adpellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu. Ita ſequitur, vt & lapis & lignū, & ferrum hoc nomine contineatur. dictúmque ab eo, quòd in longinquum mittitur, Græca voce figuratum, ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. & hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine: nam quod nos Telum adpellamus, illi βέλος adpellant. eóque nomine vulgò quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittitur: ſed non minus omne ſignificatur, quod cuum mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. admonet nos Xenophon: nam ita ſcribit, καὶ τὰ βέλη ὁμῶς ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. & id quod ab arcu mittitur, apud Græços quidem proprio nomine τόξευμα vocatur: apud nos autem communi nomine telum adpellatur. l. 233. D. de verb. ſign.

Tempore fit iniuria, ſi in ludis & in conſpectu Prætoris, l. Prætor edixit. D. de iniur. & famoſ. libel.

Tempore liberari dicuntur, qui temporali actione tenentur, cuius dies cedit. l. 3. D. quæ in fraud. cred. l. vlt. in fin. D. rem rat. hab.

Tempore perituræ res dicuntur, quarum actionis dies exiturus eſt. l. 3. D. de feriis. l. 12. D. de procurat.

Temporales actiones dicuntur, quæ certo temporis ſpacio terminantur: & perpetuis opponuntur. Inſti. ſub tit. de perpet. & temp. act. Imperatorum tamen conſtitutionibus in perſonam actiones annis triginta: in rem verò decem aut viginti annorum ſpacio circumſcriptæ ſunt. l. 3. C. de præſcript. trig. ann. & ſub tit. de præſcript. dec. vel vig.

Temporales exceptiones atque dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt: qualis eſt pacti conuenti temporalis, l. exceptiones, D. de except. præſcript. & præiud.

Tenere, vide Habere.

Tenes, vide Lines.

Tepidarivm, & balineum Paullus pro eodem poſuit in l. 19. D. de ſeruit. vrb. Non poſſe, inquit, prohiberi vicinum, quo minus balineum habeat ſecundum

dum parietem communem. ſed ſi talis ſit vſus tepidarij, vt adſiduum humorem habeat, poſſe prohiberi. Similiter Vitruuius libro 5. capitul. 10. vbi de balnearum diſpoſitionibus loquitur, principiò Tepidarium pro ipſa balnei cella poſuit: mox, pro vaſe aheno in quo aqua calefit.

TER enixa videtur, etiam quæ tergeminos peperit. l. Ter enixa, D. de verborum ſignifica.

TERGIVERSARI, inquit Marcian. eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. l. 1. D. ad S.C. Turp.

TERRITORIVM, inquit Pompon. eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magiſtratus eius loci intra eos fines terrendi, id eſt ſummouendi ius habet. l. 239. §. 8. D. de verborum ſignifica. Varro autem hoc modo: Terra dicta ab eo (vt Ælius ſcribit) quod teritur. Itaque Tera in Augurum libris ſcripta cum R. vno. Ab eo colonis locus communis qui prope oppidum relinquitur, Territorium, quod maximè teritur. Seruius autem in illud lib. Æneid. 5. *vrbem deſignat aratro*, Quem Cato in originalibus dicit morem fuiſſe. Condituri enim ciuitates, taurum in dextra, vaccam intrinſecus iungebant: & cincti ritu Sabino, id eſt togæ parte caput velati, parte ſuccincti, tenebāt ſtiuam incuruam, vt glebæ omnes intrinſecus caderent. Et ita ſulco ducto loca murorum deſignabant, aratrum ſuſpendentes circa loca portarum. Vnde ei territorium dictum eſt quaſi terribouium, tritum bobus & aratro. Siculus Flaccus: Bellis geſtis, victores populi terras omnes ex quibus victos eiecerunt, publicè atq; vniuerſaliter Territorium dixerunt, intra quos fines ius dicendi eſſet: deinde vt quiſque virtute colendi occupauit arcendo vicinum, Arcifinalem dixit.

TERRITORII iuris adpellant, quidquid ad coloniæ municipive priuilegium pertinet, ſed ſi rationem adpellationis huius tractemus Territorium eſt quidquid hoſtis terrendi cauſſa conſtitutum eſt. Hæc ex Frontino.

TESSERÆ, notæ quibus quid à conſciis dignoſcebatur: vt in caſtris quæ militibus dabantur: quo ab exploratoribus internoſcerentur. Item notæ frumentariæ, quibus prolatis frumentum à Principe dabatur. Vlp. l. 52. §. 1. D. de iudic. Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit, quamuis maior pars hereditatis emi voluerit, &c. Paul. l. 49. D. de lega. & fid. lib 31. §. 1. Si Titio frumentaria teſſera legata ſit, & is deceſſerit, &c. Iuuenal. Satyra 7.

Summula ne pereat, qua vilis teſſera venit,
Frumenti.

Adrianus Turnebus vir ſummus, libr. Aduerſ. XIX. ex Iulio Suetonij obſeruauit, certum fuiſſe Romæ ciuiū numerum, quibus frumentum de publico daretur. Atque (inquit Sueton.) ex viginti trecentíſque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit. Licebat autem iis qui eiuſmodi teſſeras habebant, eas vendere, legare, donare. putatque vir ille doctiſſimus, Teſſeras à Græco τέσσαρα dictas, fuiſſéque fruſtilla lignea quadrata, certis notis inſignita. Has Iuſtinianus χάρτας adpellat No. 88. & Haloand. vertit, Teſſeras frumentarias. quaſi calculos vel breuia ligna in quibus certus frumenti modus erat inſcriptus ei præbendus cui debebatur. De his etiam Dio lib. hiſt. LIX.

TESTABILIS dicitur, cui teſtimonij dicendi ius eſt. idque verbum lex Horatia vſurpat, quæ de Caia Tauratia facta eſt. Contrarium eſt in XII. tabul. ſcriptum. Improbus inteſtabiliſque eſto. Hæc Agell. lib. 6. ca. 6.

TESTAMENTVM facere dicitur, qui aduocatos homines teſtatur, quæ ſua mens ſit de ſucceſſore ſibi cōſtituendo, l. 1. D. de teſtam. Vbi Modeſtinus ſcribit teſtamentum eſſe voluntatis noſtræ iuſtam ſententiam (δικαίωσιν homo Græcus dicere voluit: melius demonſtrationem, vel enunciationem dixiſſet) de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. Melius igitur Vlpianus Regul. tit. 20. Teſtamentum eſt, inquit, mentis noſtræ iuſta conteſtatio, in id ſollemniter facta, vt poſt mortem noſtram valeat. Vera enim hæc teſtamenti definitio eſt. Mentis enim verbo, non animi iudicium hoc tempore intelligimus (vt cùm in l. ſequenti Labeo ſcribit mentis integritatem in teſtatore deſiderari) ſed voluntatem, vt rectè Modeſt. expoſuit. Et quoniam non ſimplex eſt enunciatio ac demonſtratio, ſed teſtata: hoc eſt apud eos expoſita, qui vt teſtes eſſent, rogati ſunt: idcirco Conteſtatio mentis dicitur. non quò duplex verbum hoc ſit, vt Agell. libr. 6. cap. 12. Ser. Sulpitium ſcripſiſſe adfirmat: quod mihi quidem non ſit veriſimile: vel quò teſtamentum ex eo adpellatum ſit, vt Iuſtinianus putat: ſed quòd omne teſtamentum teſtatio eſt: non omnis autem teſtatio, teſtamentum: ſed ea ſola quæ mentis eſt de ſuis bonis poſt mortem ſuam poſſidēdis. Luſit igitur hac in re Seruius, vt cùm alij dicunt Mutuum eſſe de meo tuum, & Donationem eſſe dono datum: neq; enim tā hoſpes fuit in Latino ſermone Sermone, ciuitatis ſuæ florentiſſimus, & in arte ſua doctiſſimus, vt MENTVM productionem vocabuli eſſe ignoraret. qualis eſt in Calceamentum, aut Paludamentum, aut Veſtimentum: vel qualis MONIVM in Patrimonium, Matrimonium, Teſtimonium. Sed cùm ab eodem fonte Teſtimoniū & Teſtamentum deducta eſſent, ea quaſi alluſione differentiam oſtendere voluit. Eſt enim teſtimonium commemoratio rei geſtæ: Teſtamentum autem rei futuræ demonſtratio, non ſimplex, vt dixi, ſed conteſtata.

TESTAMENTVM porrò aliud erat Calatis comitiis, aliud in procinctu, per æs & libram, Prætorium, mixtum.

TESTAMENTVM Calatis comitiis erat, quod pacis tempore Calatis: id eſt euocatis pro collegio Pontificum comitiis, palàm apertéque fiebat. Agell. lib. 15. cap. 27.

TESTAMENTVM in procinctu dicebatur, quod militiæ tantùm fiebat: cùm inſtructo exercitu viri ad prælium faciendum in aciem vocati, togáſque ſuccincti, tribus aut quattuor teſtibus adhibitis heredem nuncupabant. Agell. ibid. & Plut. in Coriolan.

TESTAMENTVM per æs & libram dicebatur, cùm quis alterius familiā, id eſt eius patrisfa. vniuerſum mācipio emebat, & teſtator tabulas tenēs, ita loquebatur: Hæc vti in his tabulis ceríſve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. itaque vos Quirites teſtimoniū perhibetote. Agel. ibid. & Vlpian. tit. Reg. 20.

TESTAMENTVM prætorium eſt, quod ſine vlla mancipatione per ſolam ſeptem teſtium conſignationem etiam hoc tempore magnopere obſeruatur. l. ſi vnus, C. de teſtam. & Imp. §. 1. Inſt. eod.

TESTAMENTVM mixtum eſt, quod ex ciuili, Prætorio, & conſtitutionum iure ita fit, vt à ſeptem teſtibus nullo alio interpoſito actu, vel codē, vel etiā alieno annulo conſignetur, ſubſcribatur ab iis & à teſtatore, herediſque nomen vel ab hoc ſolo, vel ab iis adſcribatur. l. 28. & l. 29 C. de teſtament.

TESTAMENTVM holographum, inquit Iſidorus, eſt manu auctoris totum conſcriptum, atque ſubſcriptum: vnde & nomen accepit.

TESTAMENTVM improbum, contra leges:

Inofficioſum,contra merita:Inhumanum,contra pietatem. Aſconius.

Testamentarivs,teſtamenti ſcriptor.Vlpian. l. quoties,9. D. de hered.inſtit.Sed ſi maiorem adſcripſerit reſtamentarius, vel quod difficilius eſt probatione,ipſe teſtator.Item,Idem tractat, & ſi teſtamentarius contra voluntatem teſtatoris condicionem detraxit. item l.1.C. Si quis aliq.teſt.proh.& l.3. in fi.D.ad Trebell.

Testamenti factio non modò teſtamenti faciendi, ſed etiam capiendi ex teſtamento facultatem ſignificat,l.filiusfa. 16. D. de teſtam. vbi Pomp. ſcribit & filiumf.& ſeruum alienum, & ſurdum,teſtamenti factionem habere. licet enim teſtamentum facere non poſſint, attamen ex teſtamento vel ſibi, vel aliis adquirere poſſunt. Vetus autem eſt locutio hæc,& niſi me animus fallit,ex duodecim tabul. manauit, in quibus tamen ſcriptum fuiſſe opinor de iis quibus cùm teſtamenti factio habeteтur: non qui teſtamenti factionem haberent. Sic l. vltim. D.pro hered.l.31. l.49. D.de heredi inſtit.

Testari, eſt teſtificandi alicuius negocij cauſſa tabulas obſignare. Venul. l.22. D. de teſtib. Curent magiſtratus cuiuſque loci teſtari volentibus & ſeipſos & alios, teſtes vel ſignatores præbere: quò facilius negocia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit. Hinc,

Testatio, & Teſtificatio, actus ille teſtandi conſignandíque. Cicero Verri.7. Ipſe in tabellas refert, obſignat ſignis amicorum prouidens homo: vt contra hoc crimen, ſi quando opus eſſet, hac videlicet teſtificatione vteretur. Vlpianus l. 9. §.1. D. de pœn. Solet & ita interdici, ne inſtrumenta omnino forment, néve libellos concipiant, vel teſtationes conſignent. Sic in l.3.D.de concub.l.7.D.de ſponſal. l. 2. D. de naut. fœn. l. vltim. D. de cuſt. reor. Cic.in Quinct. Ipſe ſuos neceſſarios ab atriis Licinis, & à faucibus macelli corrogat,vt ad tabulam Sextiam ſibi adſint, hora ſecunda poſtridie: veniunt frequentes.teſtificatur iſte P. Quinctium non ſtitiſſe,tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. Moré hunc Ouid.lib.de Pōto IIII. his ſignific. verbis:

Confiteor,teſtere licet,ſignate Quirites:
Nil opus eſt legum viribus,ipſe loquor.

Testatò, teſtibus adhibitis. Scæuola l.122.D. de verbo. obligatio. Qui Romæ mutuam pecuniam acceperat ſoluendam in longinqua prouincia per menſes tres,poſt paucos dies Romæ teſtato creditori dixit,paratum ſe eſſe Romę eam numerare.Itē § 3. Cuum coheres mulier coheredis liberorum tutores ſæpius teſtato conuenerit. Sic in l. vlti. D.pro derel.l. 1.§.licet,D.de peric.& comm.l.1.D.quod.iuſſ.

Testimoniorvm modus duplex eſt:manifeſtus & cæcus.Manifeſtus eſt, qui certos teſtes,& præſentes habet. Cæcus, in quo multitudinem, aut ciuitatem dicimus ſcire. vt Cic. Teſtis eſt tota Sicilia. Eſt etiam in cæco iuſiurandum,tabulæ,abſentéſque perſonæ: ait Donat.in Andr.Teren.

Theriaca,θηριακά,medicamentum aduerſus omnium animantium venena inſtitutum: de quo ex Plinio cognoſces libro 20.ca.24. Vlpianus l.12.§.21.D. de inſti.vel inſt.Idem reſpondit theriacam quoque& cetera medicamēta,quæ ſeceſſus cauſſa dominus ibi habuit.

Thesavrvs eſt quædā vetus depoſitio pecuniæ, cuius non exſtat memoria, vt iam dominum non habeat. l.Nunquam.31. D. de adquiren. rer.dom.

A Thesavrvm autem ſine N litera Latini veteres ſecundum Grçcos pronunciabant: vti Donatus ſcribit in Eunuh. Theſaurum item Caſſiodorus definit li.VI. depoſitiuam pecuniam quę longa vetuſtate competentes dominos amiſit.

Thymelici, ſiue Thumelici, οἱ ἐν ὑποκρίσει τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενοι inquit Suidas:id eſt, qui perſonati artem oſtentant.eſt enim,θυμέλη, locus editor, vbi actores ſaltabant, Iul. Pollux lib.4. καὶ σκηνὴ μὲν, B ὑποκριτῶν ἴδιον, ἡ δὲ ὀρχήστρα, τοῦ χοροῦ. ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα εἴτε βωμός. Scena,inquit, ꝓpria eſt hiſtrionū:Orcheſtra verò,chori.in qua eſt & θυμέλη, quę vel tribunal eſt,vel ara:id eſt locus editior,vt dixi. Vitruuius libro De archit.5.ca.8. Apud Græcos,inquit,tragici &comici actores in ſcena peragunt:reliqui autē artifices ſuas per orcheſtrā prçſtant actiones: itaque ex eo ſcenici & Thymelici Grçcè ſeparatim nominātur. Ex his adparet Thymelicorū nomine intelligi ludios, citharœdos, tibicines, cithariſtas, lyriſtas,& C qui ſunt in eodem genere. Vlpian. l. 4. D. de his qui not. infa. Et generaliter ita omnes opinantur, & vtile videtur;vt neque Thumelici,neque Exuſtici,neque agitatores,nec qui aquam equis ſpargunt, ceteráque eorum miniſteria, qui certaminibus ſacris deſeruiunt, ignominioſi habeantur. De thumelicis efit mentio in l. 10. D. de pollici.

Thynnvs piſcis marinus. de quo lege Plinium lib. 9. ca.15. hinc Thynnaria piſcatio apud Vlp. l.7. D. commun. pręd.

D Tῇ δυνάμει, vi ipſa,non directò,non diſertis verbis, ſed idem valentibus. Vlpia. l. 29. D. de recept. arb.Qui ab arbitro damnatus, à reo, ſed ab eius fideiuſſore petit: τῇ δυνάμει. à reo petit, id eſt,verbo quidem à fideiuſſore petit: re ipſa, à reo. Sic enim Cicero frequentiſſimè hanc effert locutionem.

Tigni adpellatione continetur omnis materia, ex qua ędificium conſtat, vineæque neceſſaria: vnde quidam aiunt, tegulam quoque, & lapidem,& cęmęnta,ceteráque, ſi qua ædificiis ſunt vtilia (tigna E enim à tegendo dicta ſunt) hoc amplius & calcem & arenam adpellatione tignorum contineri. Sed in vineis tigni adpellatione omnia vineis neceſſaria cōtinentur: vt pāla, perticæ, pedamenta. l.1. D.de tigno iniuncto, l. tigni. 62. D. de verbo.ſignif.

Tigni adpellatione omnem materiam in lege XII. tabul.accipimus,vt quibuſdam rectè videtur. l.tigni, D. ad exhibendum.

Tilia, arbor cuius ex cortice interiore membranulæ pertenues ſumuntur, in quibus veteres ſcriF bebant. Vlpian. l. 52. de legat.& fid. lib. 32. Librorū adpellatione continentur omnia volumina, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint: ſed & ſi in philyra, aut in tilia, vt nonnulli conficiunt, &c.

Titivs & Accius, vetera nomina quibus exēmpli cauſſa vti mos erat. Varro in Teſtamento: Quòd ſi quis vndecimo menſe natus eſt, Accio idem quod Titio ius eſto apud me. Per hoc vetus prouerbium Varro ſignificat, ſicuti vulgò dici ſolitum erat, de rebus inter ſe nihil diſtantibus,Idem Accij quod TiG tij: ita pari eodémque iure eſſe in X.menſibus natos, & in XI. Hæc Agel.lib. 3. cap. 16.

Titvlvs, eſt poſſeſſionis cauſſa: veluti, Rogo te, vnde hanc rem poſſides: & dicis, Quoniam mihi donata eſt. & titulus eſt, Pro donato, aut Quoniam emi, & titulus eſt Pro empto: ait Theoph. §. 1. de interdict. vel ſic:

Titvlvs eſt iuſta & æquitati naturali conſentanea

tanea poſſeſſionis cauſſa. veluti Pro emtore, pro donato.l.1.D.pro ſoluto,l.tertia, §.vltimo, D.de adquirenda poſſeſſione. vide PRO.

TITVLVS alius lucratiuus,veluti hereditas,legatum,donatio,dos:alius Oneroſus, vt emtio, & locatio,vide Cauſſa lucratiua.

TITVLI in prædiis dicebantur,opinor,tabulæ, in quibus dominorum nomina inſcripta erant, vt ex iis cuia prædia eſſent,cognoſceretur. hinc Rubrica lib. Codi. II. vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis vel alienis imponat,vel vela regia ſuſpendat.Item: De his qui potentiorum nomine titulos prædiis adfigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt.Adpellantur & Signa in Rubric.inſequent.Moris autem fuit cùm prædium aliquod caducum, id eſt fiſco commiſſum eſſet,vt comes priuatarum rerum ei Principis titulos teſtato,publicis perſonis adhibitis ſolemniter adfigeret.Valent.l.3.C.de bon.vacāt. Tituli verò quorū adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſubſtantiis, non niſi publica teſtificatione proponantur. Quantum autem ex Nouella XXX.De Proconſ. Cappad.exiſtimare licet,tabulæ titulorum erant ligneæ. Cùm enim ita ſcripſiſſet, Σανίδας δὲ ἀνατίθεσθαι προσηγορίαν τινῶν ἐχούσας κωλύσει: mox infert: τοὺς μέντοι τίτλους ὅστις δήποτε τολμήσειεν ἀναθεῖναι κατελθὼν εὐθὺς περιῤῥήξει ταῖς τῶν ἀναθέντων κεφαλαῖς.

TOGA dicta eſt à tegendo, inquit Pompon.l.180.D. de verb.ſig. Eius formam ac figuram Quinctilianus libr.XI.capit.III.his deſignat verbis: Veteribus nulli ſinus:perquàm breues poſt illos fuerunt. Ipſam togā rotundam eſſe,& aptè cæſam velim.aliter enim multis modis fiet enormis. pars eius prior mediis cruribus optimè terminatur,poſterior eadem portione altius quàm cinctura:ſinus decentiſſimus, ſi aliquanto ſupra imam togam fuerit.nunquam certè ſit inferior. Cornutus autem in Perſij Sat.v. Toga, inquit, dicta eſt, quòd velamento ſuo corpus tegat atque operiat. Eſt autem purum pallium, forma rotunda & fuſiore, atque inundante ſinu, & ſub dextro veniens, ſuper humerum ſiniſtrum ponitur. menſura togæ iuſtæ ſenas vlnas habebat.Toga autem ciuium Romanorum fuit propria. Itaque & vbique eam geſtare iubebantur, neque peregrinis ea vti licebat.l. ſed ſi accepto, 32.D.de iur.fiſc.vnde illud Plinij lib.Epiſt.III. Idem cùm Græco pallio amictus intraſſet (carent enim togæ iure quibus igni & aqua interdictum eſt) poſt quam ſe compoſuit: Latinè, inquit, declamaturus ſum.Tranquil.in Claud. Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leni contentione, togatúmne an palliatum dicere cauſſam oporteret, quaſi æquitatem integram oſtentans, mutare habitum prout accuſaretur,defenderetúrve iuſſit. Cicero autem & in Orat.pro Poſtumo.& in Verrinis ſatis oſtendit, crimini datum fuiſſe ciuibus Romanis, ſi qui, in prouinciis cùm eſſent,toga non vterentur.qua de re P.quoque Scipio à Q.Maximo accuſatus fuit. Quibus autem ciuitatis Romanę ius dabatur,iiſdem togæ quoque ius dabatur.vnde nomen Galliæ Togatę:vt apud Martialem:

Gallia Romana nomine dicta toga.

TOGA prætexta,toga cuius oræ purpura intertexta eſt.Ea pueri ad annum ætatis XVI.vtebantur,quo anno puram,quæ & virilis dicebatur,ſumebant.Itaque Vlpianus in l.23.§.2.D.de aur.arg. Puerilia, inquit,veſtimenta ſunt,quę ad nullum alium vſum pertinent,niſi puerilem.veluti togę prætextę.Porrò quæ de Toga, tunica, aliiſque Romani populi veſtibus in

A libro IX.& lib.X.Obſeruationum diximus, huc,ſi lubet, referri poterunt.

TOLLISSE, pro ſuſtuliſſe, apud Vlpin.l.13.§.4. D.de acceptil.

TOXEYMA apud Græcos quidem proprio nomine vocatur id,quod ab arcu mittitur.apud nos autem communi nomine & telum adpellatur.l.ſi caluitur,D.de verborum ſignific.

TOPIARII, artifices fruticum & herbarum in va-
B rias figuras confirmandarum. ἀπὸ τῶν τοπείων, meo iudicio:id eſt,à funiculis: potius quàm ἀπὸ τῶν τόπων, vt quibuſdam placet. Alfen. l.60.§.3.de lega.& fid. lib.30.Prædiis legatis,neque topiarium,neque ſaltuarium legatum videri ait. topiarium enim ornandi fundi paratum eſſe.Item Vlpianus l.8.in fin. & Marcia.l.17.§.2.D.de inſtit.vel inſtit.

TORALIVM duo fuiſſe genera, Paul.ſignificat in l. 5.D.de ſuppell.leg. vnum quod ſtraguli nomine contineretur, alterum quod non contineretur. Hoc au-
C tem Plagam adpellatum Nonius teſtatur:grande ſcilicet linteum tegmen.ob eam,vt coniicio,cauſſam ita dictum,quòd plagis,id eſt, foraminibus peruium ac pellucidum eſſet.vt ſi vera coniectura ſit, planus nūc eiuſdem Paulli locus ſit in l.3.eod.tit.vbi ſcribit culcitras,toralia imperia,&c.ſuppellectili legata contineri:nimirum ſi addita literula legamus Toralia IMPERVIA:vt ea ſignificentur, quæ verè ſtragula ſunt, id eſt,denſa & non rara. Varro tamen lib.De ling.4. & apud Feſt.De vita pop.R.l.παχυμερέστερον vtrūque
D ſtraguli nomine comprehendit.

TRABEA, τήβεννος,palmata tunica, Regum veſtis, & poſterioribus temporibus Conſulum:vti patet ex l.1.C.pub.lætit.& l.1.C.de conſulib.lib.XII.

TRABEA,inquit An.Cornutus,erat togæ ſpecies; ex purpura & cocco,qua operti nobiles Romanorum initio præcedebant.

TRACTORIÆ ſub Rub.Cod.de tractor. & ſtat.dicuntur literæ Principis, quibus alicui poteſtatem facit equis publicis curſualibus vtendi, notatis ſtatio-
E nibus & diuerſoriis vbi ſumtu publico alantur. Tractoriæ (inquit l.1.) cum ſtatiuis ſolitis tantummodo bidui tempus accipiant.

TRADITIO, eſt modus res ſingulas iure gentium adquirendi: cùm cauſſa ſubeſt:id eſt Titulus. veluti cùm venditionis,permutationis,legati, donationiſve cauſſa aliquid traditur.l.qua ratione, 9.§.3. D.de adquirend.rerum dom. olim autem Traditio propriè erat alienatio rerum nec mancipi:vti ſcribit Vlp. tit. Regul.XIX.vbi etiam adſcribit, Nec mancipi rerum
F dominia,ipſa traditione adprehendi: ſcilicet ſi ex iuſta cauſſa tradita ſint nobis. Propriè autem Traditio rerum corporalium eſt. Incorporales enim res traditionem non recipiunt. l. ſeruus, 43.D.de adquirend. rer.dom. quippe cùm in his vſus iuris pro traditione cedat.l.vltim.D.de ſeruit.

TRADITVIRI, vetuſtè pro Traditum iri. Paul.l. 47.D.de rei vindic.Non aliter litem æſtimari à iudice, quàm ſi cauerit actor quod per ſe non fiat poſſeſſionem eius rei non traditum iri.Iulian.l.47.§.3.de fid.
G lib. Cuum ſub condicione legato ſeruo libertas datur, non aliter fideicommiſſario tradi debet, quàm vt caueatur exſiſtente condicione traditum iri.

TRAIECTITIA pecunia eſt,quæ trans mare periculo creditoris vehitur,ſiue illa ipſa exportetur, ſiue etiam merces ex ea comparatæ reportentur: modò creditoris vtræque periculo nauigent.vti patet ex l.1. D.de naut.fœn.& l.122.§.1.D.de verbor. oblig. Iulius

Pollux fœnus ἑτερόπλουν, quod pro commeatu: ἀμφοτερόπλουν, quod etiam pro remeatu ſoluitur, adpellat. A

Transcribere, ius ſuum in alterum transferre: deriuata locutione ex eo, quòd veteres (vt ſcribit Donat.) in foro & de menſæ ſcriptura, magis quàm ex arca domóque pecunias numerabant. nam quod argentarius Titio acceptum tulerat, id ſi Titij voluntate Mæuio acceptum ferret, Titiique nomen expungeret, Transcribere dicebatur. Procul.l.12.D.de præſcr.verb. Conueniſſe inter eos, vt eos fundos, ſi ipſe vellet, eodem precio mulier transcriberet. Caius in l.13.D.ad s.c.Vell. Aut ſi hereditatem emerit, & æs alienum hereditarium in ſe tranſcribat. Impp.l.iubemus, 14.C.de ſacr.eccl. Poſſeſſionem eccleſiaſticam tãquam nullo iure tranſcriptam, in iure ipſius atque dominio permanere. Vlp.l.41.§.9.de leg. & fid.lib.32. Agri plagam quæ eſt in regione illa Mæuiis trãſcribi volo, precio facto viri boni arbitratu. Seruius in illud Æneid.7. B

Et tua Dardaniis tranſcribi ſceptra colonis? C

Tranſcribi, inquit, id eſt, tradi. Sermo autem hic tractus eſt de pecunia. nam Scribi eſt dari. Horat.

Scribe decem Nerio, non eſt ſatis, adde cicutæ.

Reſcribi, reddi. Horat.

Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis.

Transfuga non is ſolus accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit: ſed & qui per induciarum tempus, aut ad eos cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit. l.poſtliminium, 19.§.5 D. de cap.& poſtlim. Feſtus autem ſic: Perfugam Gallus Ælius ait, qui liber aut ſeruus, aut hoſtis ſui voluntate ad hoſtes tranſierit, qui idem dicitur Transfuga. quamquam ſunt qui credant Perfugam eſſe, non tam qui alios fugiat, quàm qui ob ſpem commodorum, ad quempiam perfugiat. D

Transigere verbum & generaliter vſurpatur, & ſpecialiter. Generaliter pro quauis conuentione. idque bifariam: primùm vbi nulla eſt controuerſia, ſed ſponte negocium aliquod contrahitur. veluti in l.1.§ 1.D.de pact. Conuentionis verbum generale eſt ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi tranſigendíque cauſſa conſentiunt, &c. Hinc illud Ciceronis in Orat. pro Cluent. Manilius rem cum Oppianico tranſigit, pecuniam ab eo accipit. itaque Tranſigere & Decidere Cicero pro eodem vſurpat. veluti Verrin.111. Quod vnquam huiuſmodi monſtrum audiuimus? qui cum reo trãſigat, pòſt cum accuſatore decidat? Deinde cùm orta controuerſia deciditur. l.1.D.teſtam.quemad.aper.l.6.D. de tranſact. Sic in ea pro Comœdo: Criminatio tua quæ eſt? Roſcium cum Flauio pro ſocietate decidiſſe. Defenſio mea quæ eſt? Roſcium pro ſua parte cum Flauio tranſegiſſe. Sic iureiurando tranſigi negocium dicitur in l.2.& l.admonendi, 31. D.de iureiur. Sic Paullus l.36. D.de rei vindic. Tranſegiſſe, inquit cum eo, & deciſſe videor, eo precio quod ipſe conſtituit. Hinc, E F

Transacta, inquit Paul. finitáve intelligere debemus, non ſolùm quibus cõtrouerſia fuit, ſed etiam quæ ſine controuerſia ſint poſſeſſa. vt ſunt iudicio terminata, tranſactione compoſita, longioris temporis ſilentio finita. l. 229.& l.300.D.de verbo.ſign.l.1.§. vlt.D.ad s.c.Tertyll. G

Transigere verò ſpeciatim & peculiariter ſub tit.de tranſact. accipitur, pro de lite iam mota vel mouenda aliquo dato, vel retento, vel promiſſo decidere. l.tranſactio, C.illo tit. denique in hac ſignificatione tranſigi gratis non poteſt. eáque eſt inter.

Transigere & Paciſci differentia: quòd is qui tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta neque finita tranſigit: qui verò paciſcitur, donationis cauſſa rem certã & indubitatã liberalitate remittit. l.1.D.de trãſ.

Transiungi iumenta dicũtur, quæ in quadrigis loco mutantur: & in diuerſam partem, vt à dextra in læuam, aut contrà iunguntur. Vlpianus l.38.§.5 D.de ædil.edict. Quæſitum eſt, ſi multa talis ſit, vt tranſiũgi non poſſit, an ſana ſit: & ait Pompon. ſanam eſſe. pleraſque denique carrucarias tales eſſe, vt non poſſint tranſiungi. Idem ait, ſi nata ſit eo ingenio aut corpore, vt alterum iugum non patiatur, ſanã nõ eſſe.

Translatio legati eſt, cùm teſtator id quod alicui legarat, aut à perſona in perſonam transfert: aut ab eo qui dare iuſſus eſt, transfert vt alius det: aut cùm rem pro re dari iubet: aut quod purè datum eſt, ſub condicione transfert. l.5.D. de adim.& transf.

Translatio litis vel iudicij eſt, cùm iudicium ab aliquo ſuſceptum in alterum transfertur. l.25.& l. 27.D.de procur.l.17.§.ſed etſi, D.de iniur.

Translatitia, inquit Aſconius, veteres dixerũt non noua, nec nuper inuenta, ſed aliunde tranſlata. veluti leges ſeu capita legum, & Edicta. Plin.lib.10. cap.50. Quod & inde legis Fanniæ ſumtuariæ caput tranſlatum per omnes leges ambulauit. Hinc etiam, vt dixi,

Translatitia edicta, quæ ex ſuperiorum Prętorum albo tranſcribebantur: Cic. Verrin.111. In re tam vſitata ſatis eſt, oſtẽdere omnes antea ita ius dixiſſe, & hoc vetus edictũ translatitiúmque eſſe. Agell.lib. 3.cap.pen. Hoc ſignificabat edictum quo nunc quoque coss. cùm Senatores in curiam vocant, ſeruandæ conſuetudinis cauſſa tranſlatitio vtuntur. Hinc,

Translatitie, negligenter, defunctoriè: tranſlata locutione ab edictis tranſlatitiis, quæ nullam diligẽtiam requirebant. Marcianus l.1.§.3.D.ad s.c.Turpil. Præuaricatorem eum eſſe oſtendimus, qui colludit cum reo, & tranſlatitiè munere accuſandi defungitur. Vlpianus l.1.D.de iur.patr. Patronorum querelas aduerſus libertos Præſides audire, & non translatitiè exſequi debent. Item Papin. l.55.§.1. ad s.c.Trebell. Sed nec illud tranſlatitiè omittendum eſt. id eſt, prętereundum eſt.

Trapetum, molæ quæ in altum ſublatæ deprimebantur, quibus oleæ confringebantur. Vlpia.l.19. §.2.D.locat. Si quis fundum locauerit, dolia vtique colono præſtanda eſſe, & pręlum & trapetum, inſtructa funibus. Columella lib.12.cap.50. Oleo autem conficiendo molæ vtiliores ſunt, quàm trapetum.

Trapezophora, τραπεζοφόρα, columellæ ſiue pedes quibus impoſitæ ſuſtinentur menſæ. apud Paul. in l.3.D.de ſuppel.legat.

Tribonianus natione Pamphilius, Imp. Iuſtiniani Paredrus fuit: quem magiſtratum Romani Quæſtorem, Latini Iuriſconſultum vocant. Vir fuit moribus & artium omnium diſciplina nulli ſecundus. Iuſtum ſectabatur lucrum: ſingulis diebus leges aliquas aut antiquabat, aut condebat: vt ex vſu eſſe videbat. Ingenio ita miti & manſueto fuit, vt nihil à quoquam ingratum ſit paſſus. iiſque moribus ac doctrina ſingulari vnicum auaritiæ morbum obſcurabat. Hæc Procopius lib.de bello Perſic.1.

Tribunal, locus editior, in quo ſella curuli poſita Magiſtratus ius dicebant. Vlp.l.1.D.de iudic. Si ſe ſubiiciant aliqui iuriſdictioni, & conſentiant, inter conſentiẽtes cuiuſuis iudicis qui tribunali prę eſt, vel aliam iuriſdictionem habet, eſt iuriſdictio.

Tri-

TRIBVNALI autem præerant magiſtratus curulus dumtaxat, quibus curulis ſellæ ius erat: veluti Conſules, Prætores, Ædiles: & in prouinciis, Præſides, ac Proconſules. Minores verò magiſtratus ex ſubſelliis, vt ſcribit Aſconius, ius dicebant. veluti Tribuni, Quæſtores, Triumuiri. Vitruuius lib. 5. cap. 1. de baſilica Iulia loquens: item tribunal eſt in ea æde hemicycli ſchematis, minore curuatura formatum. eius autem hemecycli in fronte eſt interuallum, pedum XLVI. introrſus curuatura pedum XV. vti eos qui apud magiſtratus ſtarent, negociantes in baſilica ne impedirent. De tribunali Conſulis R. qui Macedonibus rectori erat, Liuius libr. 45. ſic loquitur: Adſuetis regio imperio formam terribilem præbuit tribunal: ſummotor aditus, præco, accenſus, inſueta omnia, &c.

TRIBVNI plebis qui fuerint, cognoſce ex adpendice De magiſtratibus Romanis.

TRIBVNI ſcholarum ſub Rubr. Cod. de comitib. & tribun. ſchol. dicuntur, qui ſcholis agentium in rebus, hoc eſt ordinibus eorum qui Rempub. adminiſtrabant, præfecti erant. Hi Comitum honore & nomine dignabantur, Imperatoris epulis adhibebantur, & adorandæ ipſius purpuræ ius habebant. l. 1. eod. Quàm porrò altus honoris gradus hic eſſet, licebit ex his Hieronymi verbis cognoſcere, qui aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum ad Pammachium ſcribens: Finge, inquit, aliquem tribunitiæ poteſtatis ſuo vicio regradatum: per ſingula militiæ equeſtris officia ad tyronis vocabulum deuolutum, nunquid ex tribuno ſtatim fiet tyro? non: ſed ante primicerius, deinde ſenator, ducenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tyro, & quamquam tribunus quondam, miles gregarius fit, tamen ex tribuno non tyro, ſed primicerius factus eſt.

TRIBVTVM, inquit Vlp. ab intributione adpellatur: vel ex eo quòd militib. tribuatur. l. 27. D. de verb. ſign. Duplex autem Tributum fuit: vnum Capitis, ſiue Perſonæ: alterum Rei, ſiue Soli. l. 3. & l. vlt. D. de cenſibus, & alendi exercitus nomine conferebantur. neque eorum ſententiam improbarem, ſi qui eſſent, qui perſonale propriè Stipendium adpellandum putarent: cùm ſcilicet aurum, argentum, æs penderetur: Reale verò ſiue Prædiale, cùm equi, veſtes ceteráque ex eodem genere præſtantur. vnde illud Tertull. in Apologetico obſeruatum eſt: Si agri tributo onuſti, viliores: hominum capita ſtipendio cenſa, ignobiliora.

TRIBVTORIA actio, vide Actio tributoria.

TRIENTES vſuræ dicuntur. cùm quaterni aurei in centenos penduntur. vnde &

TRIENTARIVM fœnus, apud Capitol. in Anton. vide Centeſima vſura.

TRIERARCHVS, triremi præpoſitus, inquit, Aſcon. Iauol. l. 46. D. ad S. C. Treb. & l. 1. D. de bon. poſſ.

TRIPERTITA, liber fuit Sex. Ælij, qui iuris cunabula continebat: inde dictus quòd lege XII. tab. compoſita iungitur interpretatio, dein ſubtexitur legis actio. l. 2. §. 19. D. de orig. iur.

TRIPLICATIO eſt ſecunda actoris defenſio, contra rei duplicationē oppoſita. §. 1. Inſt. De replicat. quaſi enim Replicatio, conduplicatio & geminatio fuiſſet: ſic quod tertio poſt actionem loco referretur, atque in iudicium obiiceretur, Triplicationis nomine ſignificatum eſt. At in l. 2. D. de excep. Triplicatio reo tribuitur. quaſi Replicationi opponatur. vbi vt verè dicam, mendum ſubeſſe arbitror: & ex Imperatoris verbis corrigendum.

A TRITAVVS, inquit Paullus, eſt patris & matris atauus, aui vel auiæ abauus, proaui proauiæ proauus, abaui vel abauiæ auus, ataui vel atauiæ pater: dictus quaſi tertius auus. l. 10. §. 10. D. de gradib.

TROPHIMA, τρόφιμα, nutrimentum, alimentū. Paullus l. 26. §. 2. D. depoſ. Ex quib. debetis mihi decē quos apud Titium depoſuiſtis: item quos trophimati, decem.

B TROCHLEÆ, inſtrumenta cum orbiculis tollēdis ac deprimendis oneribus adcommodata: apud Vlp. l. 15. § 1. D. locati: & Catonem De re ruſt. cap. 156.

TRVLLA, vaſis vinarij genus. vt apud Paul. in l. 13. D. de inſtr. vel inſt. leg. Trullæ, inquit, quæ circa cœnā ſolent traiici. Et apud Vlp. l. 19. § 3. D. de auro argen. mund. Cic. Verr. VI. Erat etiam vas vinarium ex vna gēma prægrādi: trulla excauata cū manubrio aureo.

TRVTINARI vna eadémque lance, pro pari iure eſſe, Iuſtin. prouerbij figura dixit in l. cùm quis, 10. C. de nat. lib. vide Æqua lance.

C TVBVLI, fiſtulæ maiores fictiles, Proculus l. 13 D. de ſeruit. vrb. Non licet autem tubulos habere admotos ad parietem communem: quòd per eos flamma torretur paries.

TVERI, paſſiuè. Iulianus l. conſilio, 7. D. de cur. fur. Conſilio & opera Curatoris tueri debet, non ſolùm patrimonium, ſed & corpus ac ſalus furioſi. Sic l. 5. & l. vlti. D. de legat. præſt.

D TVGVRII adpellatione, inquit Pomponius, omne ædificium quod ruſticæ magis cuſtodiæ conuenit quàm vrbanis ædibus, ſignificatur. O filius ait Tugurium à tecto, tamquam tegularium, eſſe dictum: vt toga, quòd ea tegamur. l. 180 D. de verb. ſignif.

TVNICA veſtis breuior, & interior: ei enim togæ ſuperimpoſita, crura & tibias contegebat. Paullus l. 1. D. de cont. emt. Sed an ſine numis venditio dici hodiéque poſſit, dubitatur: veluti ſi ego togam dedi, vt tunicam acciperem. Hæc Paullus. Plutarchus autem in vita Coriolani & in Problem. Catonem tradit

E ſcriptum reliquiſſe, fuiſſe in more vt candidati ſine tunica venirent ad ſupplicandum populo, ſola toga candida, eáque recincta induti. Aſconius autem in Orat. pro Scauro, & Val. Max. libro 3. cap. 6. aiunt Catonem Prætorem iudicium Scauri, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuiſſe campeſtri ſub toga cinctū. in forum quoque ſic deſcendiſſe, iúſque dixiſſe, idque reperiſſe ex vetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli ætatis ſtatuæ in Capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt, togatæ ſine tunicis.

F TVRBA & rixa multum differunt: ait Vlp. namque turba multitudinis hominum eſt turbatio & cœtus: Rixa, etiam duorum. l. 4. §. 1. D. vi bon. rapt. vbi Turbam adpellatam Labeo ait ex genere tumultus: ídque verbum ex Græco tractum, ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν. Cornel. Fronto de differen. voc. Rixa ſine armis eſt, & habet defenſionem. Pugna legem habet, vel naturalem vel moralem.

TVRBARE rationem, idem quod Conturbare.

G Vlpian. l. 1. in fin. D. de ſer. corrupt. Qui actori perſuadet vt rationem ſibi commiſſam turbaret, vide Conturbare.

TVTELA eſt vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum qui per ætatem ſuam ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa, l. 1. D. de tutelis.

TVTELAM in ſuam venire, vide In ſuam tutelā.

TVTELARIS cauſſa, lis eſt quam tutor pupilli nomine intendit. Vlpianus l. 4. D. de in lit. iur. Videamus in tutelari cauſſa quis iurare, & aduerſus quem poſſit.

TVTORES ſunt qui vim ac poteſtatē in pupillos habent: exque re ipſa nomen ceperunt. itaque adpellantur Tutores, quaſi Tuitores, atque defenſores. ſicut Æditui dicuntur, qui ædes tuentur. l. 1. D. de tutelis. Eorum autem tria ſunt genera. nam alij dicuntur Teſtamentarij, alij Legitimi, alij moribus inducti. Teſtamentarij ſunt, quos paterfam. impuberi filiofam. itémque nepoti, quem tamen non patris, ſed ſuæ poteſtati relicturus eſt, in ſuo teſtamento conſtituit. l. 1. & paſſ. D. de teſt. tut. Legitimi ſunt (vt ait Vlpia. in Regul.) qui ex lege aliqua deſcendunt. per eminentiam autem Legitimi dicuntur, qui ex lege XII. tabularum introducuntur. ſeu propalàm, quales ſunt adgnati: ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni. l. 1. & paſſ. D. de legit. tut. Moribus inducti: vide, Tutor Prætorianus.

TVTOR Ceſſicus adpellatur is, cui in iure tutela ceſſa eſt, qui ſiue mortuus fuerit, ſiue alij tutela ceſſerit, redit ad legitimum tutorem tutela: ſed & ſi legitimus deceſſerit, aut capite minutus fuerit, Ceſſitia quoque tutela exſtinguitur. Vlp. Reg. tit. XI.

TVTORES datiui adpellantur, qui teſtamento nominatim dati ſunt: hos enim lex XII. confirmat, vt ait Vlp. tit. Reg. XI. Datiuum tamen pro Attiliano aut Iuliano Modeſtin. poſuit in l. 7. D. Rem pup. ſal. for. vbi Teſtamentarij, qui propriè Datiui ſunt à Datiuis diſtinguntur. & Iuſtinianus in l. 40. C. de epiſc. & cleric. vbi teſtamentarias tutelas à Datiuis ſeparat.

TVTOR fiduciarius dicitur qui liberū caput mācipatum ſibi, vel à parente, vel à coëmtore manumiſit: idque per ſimilitudinem patroni, Vlpia. d. tit. Reg. XI. vel ſic:

TVTOR fiduciarius is propriè dicitur, qui cùm pater eſſet fiduciarius filium ſibi mancipatum manumiſit, nec remancipauit. hæc Vlpia. in Regul. Ponamus ergo contractam fuiſſe fiduciam, id eſt vltrò citróque factam emancipationem, patrémque fiduciarium vero patri filium remancipaſſe. Pater verus, quoniam alter fidem ſimiliter eius ſequutus eſt, fiduciarius eodem modo dici deberet. at quoniam verus eſt pater, ſuam retinet meliorem adpellationē. Præterea tutor etiam fiduciarius, item vt alter, dici deberet. ſed quoniā qui legitimi ſunt heredes, ij tutores ſunt legitimi, pater quem lex ad manumiſſi filij hereditatem vocat, ſuum hoc à lege nomen retinebit, dicitúrque Legitimus. At quoniam emancipati frater heres non eſt legitimus, quemadmodum docet Caius in Inſtit. & Vlpia. in l. 1. D. Si à patre quis manum. fu. Tutor legitimus, vt patroni filius, adpellari non poteſt. Patroni enim filius vt heres eſt legitimus, ſic tutor legitim⁹ adpellatur. Quod igitur adgnatus ille proximus filij manumiſſi frater, cùm ad tutelam vocabitur, nomen habebit? Pater ſuum nomen fiduciarij tutoris, quo vſus non eſt, in illum transferet, dicetúrque Tutor fiduciarius. Plura in Inſtit. cōmēt.

TVTOR honorarius dicitur, qui non adminiſtrationis & oneris, ſed honoris tantùm cauſſa datur. l. 3. §. 1. D. de admin. tut. vbi Vlp. ait, eos non idcirco extra periculum eſſe, ſi pupillos negligant. Nam prius quidem excuſſis eius qui geſſerit facultatibus, conueniri oportere.

TVTORES Iuliani dicuntur, qui ex lege Iulia & Titia dati ſunt, quæ iubet mulieribus pupilliſve non habentibus tutores dari in prouinciis à Præſidib. earum. Vlpia. tit. Reg. XI.

TVTOR Prætorianus, Vlpian. d. titu. Reg. XI. Moribus tutor datur mulieri pupillóve, qui cum tutore ſuo lege aut legitimo iudicio agere vult; vt auctore eo agat (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui Prætorianus tutor dicitur, quia à Prætore vrbis dari conſueuit.

TYMPANVM, rota maioris ambitus, quæ ab hominib. orbem eius introrſum calcantibus verſatur. Vlpian. l. 19. §. 1. D. locat. Quòd ſi regulis olea prematur; & prælum, & ſuculam, & regulas, & tympanum, & trochleas, quibus teleuatur prælum, &c. Lucret. lib. 4.

Multáque per trochleas, & tympana pondere magno.
Commouet, atque leui ſuſtollit machina niſu.

TYMPANA, margaritæ: de quib. Plin. lib. 9. ca. 35. Craſſeſcūt etiā in ſenecta. cōchiſq; adhęreſcunt, nec iis auelli queunt, niſi lima: quibus vna tantum eſt facies, & ab ea rotunditas: auerſis planicies, ob id Tympana nominantur. Paull. l. 32. §. vlt. D. de aur. arg. Cuum quædam ornamentum mamillarum ex tympanis margaritis trigintaquattuor legaſſet, &c.

V. LITERA.

VACANS mulier, pro vidua. Marcia. l. 5. §. 2. D. de vi pub. Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, vltimo ſupplicio punitur.

VACANTIA bona, vide Bona vacantia.

VACVA pecunia, id eſt ocioſa, inutilis, infructuoſa, nullam patiens vſuram: Scæuola l. 28. D. de poſ. Quibus vt primum proſpiciam, ne vacua tibi ſint: id eſt vt vſuras eorum accipias, curæ habebo.

VACVA poſſeſſio dicitur, vel quam dominus alteri cedit, vel cuius non exſtat poſſeſſor, l. pen. in fin. D. de adq. poſſ. l. in conuentionalibus 52. D. de verb. oblig. l. ſed ſi, 18. D. de cont. emt. Cic. in III. de Orat. Noſtra eſt omnis iſta prudentiæ doctrinæque poſſeſſio: in quam homines quaſi caducam atque vacuam abundantes ocio, nobis occupatis, inuolauerūt. id eſt, cuius nemo exſtabat poſſeſſor.

VACVA poſſeſſio tradi dicitur, cùm ab eo qui illā alteri cedit, cauſſa bonorum, id eſt fructus & partus præſtantur, l. in cōuentionalibus 52. in fin. D. de verb. oblig. l. 4. D. de vſur.

VACVA poſſeſſio emtori tradita non intelligitur, ſi alius in ea legatorum fideive commiſſorum ſeruandorum cauſſa in poſſeſſione eſt, aut creditores bona poſſideant. l. 2. D. de act. emt.

VACVVM miniſterium dicitur eius, qui certam procurationem habet nullam, ſed primum quodque ſibi impoſitum munus obire cogitur. Vlpianus de mediaſtino loquens, l. 27. §. 2. De vſuf. Si ſerui vſusfructus legatus eſt, cuius teſtator quaſi miniſterio vacuo vtebatur, ſi eum diſciplinis vel arte inſtituerit vſufructuarius, arte eius vel peritia vtetur.

VAS, ſponſor erat ſiſtendi aliquem iudicio, ſiue publico, ſiue priuato. Varro de ling. Lat. V. Vas, inquit, adpellatus, qui pro altero vadimonium promittebat. Conſuetudo erat, cùm reus parum eſſet idoneus incœptis rebus, vt pro ſe alterum daret. Acron. in lib Sermon. 1. Sat. 1. vbi verſum hūc interpretatur:

Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt:

Vadibus inquit, id eſt ſponſoribus, à Vadimonio quod

quod promittit is,qui ad iudicium prouocatur,certo die affuturum. Vades ideo dicti,quòd qui eos dederit,vadendi habet poteſtatem.Et Porphyrion:Vades,inquit,ſpõſores dici notum eſt:quòd qui eos dederit, vadere, id eſt diſcedere interim liceat. Quæ quamquam propter diſſimilem ſyllabarum quantitatem, dubitationis aliquid habeant, illud tamen demonſtrant, morem hunc veteribus fuiſſe, vt qui litem vellet intendere,aduerſario denũciaret,vt in ius veniret:ſi nollet vel eum cogeret,vel ſponſorem acciperet,fore,vt conſtituto ſe die ſiſteret.Illa autẽ denunciatio,Vadatio dicebatur.Nam& qui denunciabat,& cui denunciabatur,Vadari dicebatur. Cicero in Quinctiana:Vadari vis?promittit.in ius vocas?ſequitur.Horatius Sermone primo,Satyra nona:

Ventum eſt ad Veſta,quarta iam parte diei
Preterita:& caſu tunc reſpondere vadatos
Debebat.

Ergo qui litem alicui intendere volebant, à Prætore poſtulabant vt eum vadari liceret.Plaut.in Aulul.

Pulmentum pridem ei eripuit miluius,
Homo ad Pretorem plorabundus deuenit:
Infit ibi poſtulare,plorans,eiulans,
Vt liceret miluium vadarier.

de Euclione loquitur.Eſt autem Vadari,vades poſtulare;id eſt locupletes fideiuſſores qui aliquem certæ pecuniæ ſponſione vadimonium obiturum præſtabant. Hinc apud Liuium:Tot vadibus accuſator vadatus eſt reum.Horatius,

Ille datis vadibus,qui rure extractus in vrbem eſt,
Solos felices viuentes clamat in vrbe.

Quòd ſi quis vades dare nollet, & Vadimonium promittere, qui vadabatur, aliquem eorum qui aderant,accepta eius auricula,interrogabat,Licétne anteſtari? Si ille reſponderet,Licet:iniecta manu aduerſarium ad Prætorem trahebat. Vide quæ ſcripſimus in Orat.pro Quinctio.

VALETVDINARIVM, locus in quem ægroti valetudinis curandæ cauſſa diuertunt.hinc vt Columell. lib.2.cap.1.Siue alter languidior eſt,in valetudinariũ confeſtim deducat, & conuenientem ei ceteram curationem adhiberi iubeat.& lib.12.cap.3. Valetudinaria quoque vel ſi vacent ab imbecillis, identidem aperire,& immundiciis liberare,&c. Hinc,

VALETVDINARII, valetudinariorum publicorum præfecti:apud Tarrentenũ.l.vlt.D.de iur.immu.

VARVS dicitur, qui crurib.eſt introrſum obtortis: Vatius,qui extrorſum.Vlpian.l.10.in fin.D.de ædil.edict. Quæſitum eſt an varus & vatius ſanus ſit.& opinor eos ſanos eſſe.

VATIVS, vide Varus.

VBIQVE,pro vbicumque Iauol.l.in lege,77.D.de cont.emt. In lege fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo,vbique eſſent,exceptæ erant.Paul.l.quod niſi, 20 in fin.D.de oper.lib. Non eſſe iniungendam neceſſitatem liberto vbique eum ſequi.

VDONES, vide Odones.

VECTIGAL generaliter dicitur, quidquid fiſco vel Reipub.imperij nomine præſtatur. itaque ſtante Rep. etiam ſtipendium, quod in pecunia numerata pendebatur, vectigalis nomine continebatur. Vectigalium autem tria erant genera:Decumarum,quæ ex frumento,vino,oleo, & frugibus minutis exigebantur:Scripturæ,quæ ex paſcuis:Portorij,quod ex mercibus exportandis vel importandis recipiebatur.Vlpianus l.17.D.de verb.ſign. Publica vectigalia intelligere debemus,ex quibus vectigal fiſcus capit:quale eſt vectigal portus,vel venalium rerum, item ſalinarum,& metallorum,& picariarum. Sic in l.ſed & hi,13.&c. D.de publ.l.ic 3. D.de verb.ſig. Propriè autem & ſpeciatim

A

VECTIGAL dicitur,quod fiſco vel Reip. portorij nomine penditur:id eſt,pro mercibus,quæ vel inuehuntur, vel euehuntur. Veteres autem etiam in priuatorum prouentibus hoc verbo vtebantur.Paullus l.59.D.de vſufr. Cæſæ harundinis vel pali compendium, ſi in eo quoque fundi vectigal eſſe conſueuit, ad fructuarium pertinet. Sic apud Ciceronem in Paradox.Ex meo tenui vectigali (id eſt,agrorum mercedibus,ſiue reditib.) detractis ſumtib.cupiditatis, aliquid etiam redundabit.

B

VECTIGALES agri ſunt qui in perpetuum locantur:id eſt hac lege vt quãdiu pro his vectigal penditur,tamdiu neque ipſis qui cõduxerint, neque his qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eos liceat. Non vectigales ſunt,qui ita colendi dantur vt priuatim agros noſtros dare ſolemus.l.1.D.ſi ager vectig.

C

VELA frigoris arcendi, vmbræ've in ædibus habendæ cauſſa,parari ſolita,indicio eſt l.quæſitum, 12. §.ſi domus,D.de inſt.vel inſtrum. Vbi etiam

VELA cilicia nominantur,de quibus ſuo loco diximus,quæ (vt Caſſius ait) ideo parantur,ne ædificia vento vel pluuia laborent.eorum etiam mentio fit in l.fundi,17.§.2.D.de actio.emt. Seneca in IIII. Natur. quæſt. Itaque quamuis cœnationem velis ac ſpecularibus muniant, & igne multo doment hiemem. Martial.lib.XIIII.

D

Sit licet & ventus, te tua vela tegent,

Foribus etiam obtendebantur vela. Sueton.in Claudio: Prorepſit ad ſolarium proximum: intérque prætenta foribus vela,ſe abdidit. Lamprid.in Heliogab. Qui ſubito militum ſtrepitu exterritus, in angulum ſe condidit:obiectúque veli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi, ſe texit. Suidas: παραπέτασμα, ἀποκάλυμμα, παράπλωμα, τὸ λεγόμενον βῆλον.

VELAMENTVM, eſt artis precium:id eſt, Precium quod artifex accipit, velat atque abſcondit ipſius artem,facit vt nulla eius ratio ducatur. Vlp.l.52. §1 D.pro ſoc. Si in coëunda ſocietate, artem operámve pollicitus eſt alter, veluti cùm agrum politori damus in commune quærendis fructibus,nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt: precium enim operæ artis eſt velamentum. Quòd vt intelligamus, ſciendum eſt eos qui artem quampiam eximiam in alterius vſum conferunt,non culpam,ſed dolum tantummodo præſtare.vt patet ex l. 1. D. ſi menſ. falſ. mod. quamobrem cùm iſte politor ſuam agri poliendi ſolertiam in vſum ſocij conferat, non videbatur cogẽdus culpam etiam præſtare. Verùm quia non honorarium artis ſuæ,vt menſor,ſed verum precium percipit,nimirum fructuum partem: quod precium velat,id eſt ita operit atque abſcondit artis ipſius præſtantiam,vt nulla eius ratio habeatur:propterea quaſi nullam induſtriam in ſocietatem contuliſſet, ita culpæ nomine obligatur. Nam aut Operæ artis,pro operæ & artis ſic poſuit, vt cùm dicimus vſusfructus,ire agere, & quæ ſunt generis eiuſdem: aut Operæ artiſve legendum eſt, vt paulo antè Artem operámve. Leuamentum autem ſi legeremus, vt quibuſdam placere video, primùm, etiam honorarium intelligi poſſet, quod ab hoc loco alienum eſt:deinde non artis,ſed operæ tantùm & laboris leuamentum dici,opinor, poteſt. Per me tamen cuiuis frui ſuo ſenſu licebit.

E

F

G

VENALES propriè pro nouitiis intelliguntur, vt ſcribit Fab. lib. 8. cap. 2. Itaque quod Cicero in Orat. poſt Reditum, dixit, De grege venalium: in Piſoniana diſertè, De grege nouitiorum, dixit. Hinc,

VENALITIA familia, quæ venalis eſt, l. ſed ſi, 31. in fin. D. de donat. int. vir. & vxo. Hinc,

VENALITIARII, qui ſeruos venales habent, eámque negociationem exercent: qui & mangones dicuntur. l. merces, 207. D. de verb. ſignifi. l. 1. D. de tributor.

VENATIONES dicebantur ludi, in quibus feræ magno diſcrimine ab iis qui depugnabant, conficiebantur. l. 1. §. beſtias, D. de poſtul. l. ciuitatibus, 122. D. de legat. 1. Hinc,

VENATORIVS ludus, genus illud pœnæ. l. 8 §. vlt. D. de pœn.

VENENVM qui dicit, ait Caius, adiicere debet vtrum malum, an bonum. nam & medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius cui adhibitum eſſet, mutat: cuum id quod nos venenum adpellamus Græci φάρμακον dicunt. apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent hoc nomine continentur. vnde adiectione alterius nominis diſtinctio fit: admonet nos ſummus apud eos Poëtarum Homerus. nam ſic ait, φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. l. 236. D. de verb. ſig. l. 1. §. perſuadere, D. de ſer. corrupt. l. 3. §. 1. D. de ſicar.

VENERABILES domus adpellantur in lib. Cod. quibus aut veneratio aut miſericordia tribuitur: veluti Ptocotrophia, Noſocomia, Brephotrophia, Gerontocomia, Xenodochia: in quibus pauperes, ægri, infantes, ſenes, peregrini miſericordiæ cauſſa ſuſcipiuntur, aluntur, curantur, item eccleſiæ, ſiue templa in quibus populi Chriſtiani conciones habentur. paſſim ſub. Rub. C. de ſacroſ. eccleſ. & De epiſc. & cleric.

VENTRALE videtur ſacculi genus fuiſſe, pecuniæ ad vſum quotidianum neceſſariæ geſtandæ adcómodatum, & ſub ventrem adpenſum. Vlpian. l. 6. D. de bon. damnat. Zonam à Ventrali ſic diſtinguit: Nec ſi zonam circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi vindicare debebit: ſed veſtem qua is fuerit indutus. aut numulos in ventralem, quos victus ſui cauſſa in promtu habuerit. Legitur tamen VETRALEM.

VETRALE, vide Ventrale.

VENTREM facere paries ab Alfeno dicitur, qui intumeſcit, qui procumbit, qui proiectus eſt. l. 17. D. ſi ſeruit. vind.

VEIENTANI inter lapillos non pellucidæ materiæ numerantur ab Vlp. in l. 19. §. 6. D. de aur. argen. vbi tamen VENIENTANI legitur. Plinius tamen gemmam adpellat lib. 37. ca. 10. Veientana Italica gemma eſt, Veiis reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo.

VERBERARE & Pulſare, quid differant: vide Pulſare.

VERBIS contrahi obligatio dicitur, quæ per ſtipulationem concipitur: quia non quibuſuis verbis contrahebatur, ſed ſollemnibus dumtaxat, & certis: quorum formulæ à Iuriſconſultis conſcribebantur: itaque vt interrogatio concepta erat, ita ſubſequi reſponſionem oportebat. l. obligamur, 52. D. de obligatio. & action. Paullus Collectan. v. cap. VIII. Obligationum firmandarum gratia ſtipulationes inductæ ſunt, quæ quedam verborum ſollemnitate concipiuntur.

VERBORVM autem obligationis tres ſunt ſpecies: Stipulatio, l. cum patrem, C. de iur. dot & de qua iam diximus. Dictio dotis, quæ verbis quoque ſollemnibus fiebat, nulla interrogatione præcedente. nam Caius I I. Inſtit. ſcribit dictione dotis ſine interrogatione tres tantùm perſonas obligari: mulierem quæ nuptura eſt, debitorem mulieris parentem mulieris, virilis ſexus. Tertia ſpecies eſt, Iuſiurandum liberti iurantis ſe domum, munus, operas patrono daturum: nam vt ibidem Caius ſcribit, libertus ſine interrogatione promittens verbis obligatur.

VERBVM, pro Oratio. Modeſt. l. 4. §. 1. D. de vulg. & pupill. Sed ſi alter pubes, alter impubes, hoc cõmuni verbo, EOSQVE INVICEM SVBSTITVO, ſibi fuerint ſubſtituti. Paullus l. 15. D. ratã rẽ hab. Amplius non peto verbum Labeo ita accipiebat, ſi iudicio petitum eſſet. Terent.:

Verum hercle hoc verbum eſt, vulgò quod dici ſolet.

VEREDI, equi publici curſuales: dicti primùm, vt Feſtus ſcribit, quòd rhedas vehant. ſed poſtea etiã ſolis equis vti conſueuerunt: vti patet ex tit. C. de curſ. pub. Hodie ſtationes veredorum, Poſtæ, quaſi poſitæ, id eſt certis locis diſpoſitæ adpellantur. Hinc,

VEREDARII, qui veredis ad nuncia principis perferenda, vel alia de cauſſa permiſſu principis vtuntur. l. non parimur, 13. eod. Scitum eſt quod in l. 1. ſtatuitur, ne veredi fuſtibus cędãtur, ſed tãtùm flagellis.

VERNÆ adpellantur ex ancillis ciuium R. vere nati, quod tempus anni maximè naturalis fœturæ eſt. Feſtus libr. 19. Nonius autem ſic: Vernas veteres adpellabant, qui vere ſacro fuerant nati: & habebatur nomen pro vitabili & maledicto.

VERSVS, vide Paragraphus.

VERSVM in rem dicitur ſub tit. De in rem verſ. quodcumque domini facultates aliqua ex parte amplificauit: dummodo neceſſarius ſumtus ille fuerit, l. 3. D. de in rem verſ. Hinc,

DE IN REM verſo actio, quæ datur in dominum, ſine cuius voluntate dominus contraxit, vt quod in rem ipſius verſum eſt, ſolidum præſtet: reliquum ex peculij viribus diſſoluat.

VERSVRAM facere, mutuam pecuniam ſumere: ex eo dictum, quòd initio qui mutuabantur ab aliis, non vt domum ferrent, ſed vt aliis ſoluerent: velut verterent creditorem. Vel ſic:

VERSVRA fieri propriè dicitur, cuum creditoris conuerſio quædam, & mutatio fit: id eſt cùm quis alij vt ſoluat, ab alio pecuniã mutuatur. nonnumquã tamen verſuram facere ſimpliciter ſignificat æs alienum contrahere. Cicero pro Cælio, Tabulas qui in patris poteſtate eſt, nullas conficit: verſuram nũquã omnino fecit vllam. Donat. im Phormion. Verſurã facere dicitur, qui æs alienum ex ære alieno ſoluit. Dicitur etiam Verſuram facere cùm minore fœnore acceptam quis pecuniam maiore occupat.

VESPILLONES, vide BISPELLIONES.

VESTIARIVM quantum ſatis eſt veſtium, pro cuiuſque perſonæ condicione, Vlp. l. 21. D. de cib. & alim. Diariis vel cibariis relictis, neque habitationẽ, neque veſtiarium, neque calciarium deberi, palàm eſt. In l. 6. Veſtitus adpellatur.

VESTICVLA, vide Veſtiſpica.

VESTIMENTVM à Iuriſconſultis dici video pro panno. vt in l. 4. §. ſi ex lana, D. de vſurpa. Si ex lana furtiua veſtimentũ feceris, verius eſt vt ſubſtantiam ſpectemus. Et in l. adeo, 7. §. cùm quis, & l. ſed ſi ex meis, 25. D. de adq. rer domin. Si ex tabulis tuis.

lis tuis nauem fecero, vel ex lana tua veſtimentum. Et in l.ſeruum filij,44.§.ſi pocula,D.de legat.primo.

VESTIS adpellatione, inquit Calliſtratus, tam virilis quàm muliebris, & ſcenica, etiamſi tragica, aut citharœdica ſit,continetur. l. 127. D. de verb.ſig.

VESTISPICA, ancilla veſtium cuſtos, & inſpe-ctrix, vt ait Nonius. quo verbo vſus in Trinumo eſt Plautus: Paulúſque noſter in l.18.§ 8.De inſt.vel inſt. vt Haloander putauit, à quo diſſentire non poſſum, ſi modò ex Codice hanc habuit ſcripturam. Nam quid ſit VESTICVLA in Florentinis libris,non diſpicio. Paulum autem de mancipio loqui,teſtamenti verba declarant.

VESTICEPS, pubes à Gellio adpellatur lib.5.ca. 19. Sed atrogari,inquit,non poteſt,niſi iam veſticeps. Cui verbo Inueſtis apud Tertullianum reſpondet in lib. De virginib. veland. Si virgo mulier non eſt,nec vir inueſtis eſto. Si non operitur virgo, quia mulier non ſit, operiatur inueſtis, quia vir non ſit. Et aliquanto pòſt, Materfamiliæ vocatur licet virgo: & Paterfamiliæ, licet inueſtis. Feſtus: Veſticeps puer, qui iam veſtitus eſt pubertate. contrà, Inueſticeps, qui nondum pubertate veſtitus. Non. Marcell. Virgines non ſolùm fœminæ, verùm etiã pueri inueſtes.

VETERANI, qui legitima ſtipendia confecerunt. l.1. & paſſ. D. de veteran. l.8.§. veterani,D.de procurator. & alibi perſæpe. Legitima autem ſtipendia, ſiue iuſtum militiæ tempus annorum xx. fuiſſe patet ex l.1.C. de profeſſ. l. veteranis,C.quand.prouoc.nõ eſt.l.3.C.de his qui non impl.ſtip.l.1.C.de excuſ. veter. Tacitus lib.1. Tiberius edixit imparem oneri niſi viceſimo militiæ anno veterani dimitterentur.

VETERATOR ſeruus non ſpacio ſeruiendi, ſed genere & cauſſa æſtimatur. nam quicunque ex venalitio nouitiorum emptus, alicui miniſterio præpoſitus ſit, ſtatim is veteratorum numero eſt.l.vlt.D. de ædil.edict.

VETERINARII, veterinorum medici. ſunt autem Veterina, animalia quorum opera in vehendo conſumitur. Tarruntenus. l. vlti.D.de iur.immunit. Veterinarij architectus,gubernatores.Columel. lib. 6.cap.8. Solent etiam faſtidia cibo adferre vicioſa incrementa linguæ, quas Ranas Veterinarij vocant.

VIA eſt, ſiue ſemita, ſiue iter eſt: ait Gallus l.157. D.de verb.ſig.

VIA, eſt ius eundi,& agendi,& ambulandi.l.1.D. de ſer.præd.ruſt.

VIA totum eſt: eius partes duæ ſunt,iter & actus. vti conſtat ex l.13.§.1.D.de acceptil.

VIA eſt ius eundi, & agendi,& ambulandi.nam & iter & actum via in ſe continet. ait Imp. tit. De ſeruit.in princip.

VIA à vehendo dicta eſt,quaſi veha. Varro 1.De re ruſt. Villicus agri colendi cauſſa conſtitutus,atque adpellatus à villa, quòd ab eo in eam conuehuntur fructus,& euehuntur: à quo ruſtici etiam nunc quoque Viam Veam adpellant,propter vecturas: & Vellam,non villam,quò vehunt. Hæc Varro. Propteré igitur Via, cùm de ſeruitute loquimur, eſt ius vehiculi ducendi per prædium alienum. Eius latitudo lege xii. tab. definita eſt: in porrectum pedes octo, in anfractum ſedecim.l.8.D.de ſeruit.ruſtic.

VIAM apetire, inquit Vlp. eſt ad veterem altitudinem latitudinémque reſtituere.l.1.D. de via pub.

VIARVM ait Vlpia. quædam publicæ ſunt,quædam priuatæ, quædam vicinales. Publicas vias dici-

A mus,quas Græci βασιλικὰς,noſtri prætorias, alij conſulares vias adpellant. Priuatæ ſunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales ſunt viæ,quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt: quæ & publicæ ſunt, ſi non ex collatione priuatorum hoc iter conſtitutum eſt. Priuatę vię dupliciter accipi poſſunt: vel hæ quæ ſunt in agris,quibus impoſita eſt ſeruitus, vt ad agrum alterius ducant: vel hæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare liceat, in quos exitur de via con-

B ſulari: & ſic poſt illam excipit via,vel iter,vel actus ad villam ducens.l.2. §. 13. D.ne quid in loc.public.Sic l.vlt.D.de itin.public.

VIATICVM, eſt pecunia ad profectionis ſumtum deſtinata. l. 18. §. D.de iud.

VIATORES olim dicti ſunt, qui è villa in curiam Senatores accerſebant: vt Cicero in Cat. ma.& Columel. lib.1. cap.1. teſtantur. hinc conſuetudine ſermonis tranſlatum ad eos eſt hoc verbum, qui Magiſtratus iuſſu reos in ius vocarent: qui tum Adparito-

C res, tum Executores litium plerumque adpellantur. vt Imp. docet in §. 22. De actio. Tripli, inquit, agimus, cùm quidam maiorem vera æſtimatione quantitatem in libello conuentionis inſerunt, vt ex hac cauſſa viatores, id eſt executores litium, ampliorem ſummam ſportulatum nomine exigerent. Nam de adparitoribus ſentire Iuſtin. conſtat etiam ex l. 31. §. 5. C. de epiſc. & cler. Vlp l. 5. §. 21. D. vt in poſſ.legar. Miſſus in poſſeſſionem ſi non admittatur, habet interdictum propoſitum: aut per viatorem, aut per

D officialem præfecti, aut per magiſtratum introducendus eſt. Plin. libr.18. cap.3. Aranti quatuor ſua iugera Cincinnato, Viator attulit Dictaturam, & quidẽ nudo plenóque puluetis etiamnum ore. Cui Viator, Vela corpus, inquit, vt proferam Senatus populique Rom.mandata. Tales tum etiam viatores erant, quod ipſum nomen inditum eſt ſubinde & ex agris ſenatum ducéſque accerſentibus. Feſtus autem ſic:

VIATORES adpellantur, qui magiſtratibus adparent: eò quia initio omnium tribuum cùm agri in

E propinquo erant vrbis, atque adſiduè homines ruſticabantur, crebrior opera eorum erat in via, quàm vrbe: quòd ex agris plerumque homines vocabantur à magiſtratibus, & frequens eorum erat ab agris ad vrbem via.

VICARIVS ſub tit.C.de offic. vicar.intelligitur, qui ex Principis mandatu pro Præfecto prætorio Diœceſem aliquã regebat. vt & l.1.C.de proxim.ſacr. ſcrin. Vl. ian.l.1.§.2.D.de legat. tertio. A præfectis, inquit, prætorio, vel eo qui vice præfecti ex manda-

F tis principis cognoſcet, &c.

VICARIVS, & Ordinarius nomina ſunt ſeruorum, inter ſéque conferũtur. Nam ille in huius, quaſi domini, peculio ſeruus eſt. Vlpian.l.17. D. de pecul. Si ſeruus meus ordinarius, vicarios habeat, id quod vicarij mihi debent an deducam ex peculio ſerui ordinarij? Martialis,

Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo vicarius eſſe.

VICESIMA hereditatum, vectigal fuit ab Auguſto, locupletandi ærarij cauſſa inſtitutum: quod

G extraneis heredibus non inopibus imperaretur. auctor Dio libr. LV. eius mentio fit in l.vlti.C.de edict. diu. Had. toll. Paul. IIII. Sentent. cap. VI. & Plin. in Panegyr. & in aliquot inſcript, vnde conſtat Æmiliũ Macrum duos de ea libros ſcripſiſſe. Fuit & alia,

VICESIMA, de qua Pópon. ſcribit A. Ofiliũ primùm ſcripſiſſe, l.2.§.ex his,D.de orig.iur. ſed (vt opinor) illa fuit de qua Liuius lib. VII. ita ſcribit: Cn. Man-

lius Conſul legem de viceſima eorum qui manumitterentur, tulit. Patres quia ea lege haud paruum vectigal inopi ærario additum eſſet, auctores fuerunt.

Vice mutua, pro viciſſim: locurio eſt noſtris familiariſſima: vt in l.penult.D.de præſcript verb.l.6. D.ſi cert. petat. l. qui non militabat, 78.D.hered.inſtit.l.[illegible]us quem, 24.C.famil.erciſc.

Vicini ſunt, quorum prædia non linea, ſed paries communis diſterminat. nam in vrbanis prædiis, Vicini: in ruſticis, Confines adpellantur. Paullus l.4. §.vlti.D.fin.reg. Hoc iudicium locum habet in confinio prædiorum ruſticorum. vrbanorum diſplicuit: neque enim confines hi, ſed magis vicini dicuntur: & ea cõmunibus parietibus plerumque diſterminãtur.

Victimarivs apud Tarruntinum in l.vlti. D. de iur. immun. qui quæ ad victimarum ſacrificia pertinebant, præſtabat.

Victvs verbo continentur, inquit Vlpianus, quæ vſui, potuíque cultuíque corporis, quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt. veſtem quoque victus habere vicem Labeo ait. & cerera, inquit Gaius, quibus tuendi curandive corporis noſtri gratia vtimur, ea adpellatione ſignificantur. l. 43. & l.44.D.de verb.ſign.

Videri feciſſe, formula qua veteres in ſententiis vtebantur. Cicero lib. Acad. quæſt. II. Quam rationem, inquit, maiorum etiam comprobat diligentia, qui primum iurare, &c. quæque iurati iudices cognouiſſent, vt ea non eſſe facta, ſed vt videri pronunciarent. Idem Verrina IIII. Vix ille hoc dixerat, cuum iſte pronunciat, Sthenium literas publicas corrupiſſe videri. Item alibi: Feciſſe videri pronunciant. Idem libr. De finib. I. Réque ex vtraque parte audita, pronunciaret eum non talem videri fuiſſe in imperio, quales eius maiores fuiſſent. Sext. Pompeius lib.14. Parum cauiſſe videri pronunciat magiſtratus, cuum de conſilij ſententia capitis quem condemnaturus eſt.

Vidvam non ſolùm eam quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque mulierem quæ virum non habuiſſet, adpellari ait Labeo. quia vidua ſic dicta eſt, quaſi vecors, veſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet: ſimiliter viduam dictam eſſe ſine duitate. l. 242.§.3.D.de verb.ſig.

Vigilax, pro vigilans, induſtrius, ſolicitus. Caius l.18. D. de ædil. edict. Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, vigilacem eſſe, aut ex frugalitate ſua peculium adquirentem adfirmauerit.

Vi poſſidet, ait Vlp. qui expulſo vetere poſſeſſore adquiſitam per vim poſſeſſionem obtinet: aut qui in hoc ipſum aptatus & præparatus venit, vt contra bonos mores, auxilio ne prohiberi poſſit ingrediens in poſſeſſionem facit.l.1.§.17.D.de vi & vi arm.

Vi ipſa, id eſt, non reuera, & actu ipſo, vt vulgò loquimur: ſed facultate, τῇ δυνάμει, vt alibi loquuntur. veluti cuum quid nominatim dictum non eſt, ſed aut verborum, aut ipſius negocij vis hæc eſt. Marcellus l. 72.D.de ſolut, Vi quidem ipſa & hic ex his dati ſtipulatus eſt, qui eius non erant. id eſt, quamuis id non expreſſerit, ſe ſtipulari hominem ex iis qui ſui non ſunt, tamen ex vi negocij ſatis intelligitur: neminem ſcilicet quod ſuum eſt ſtipulari. nam erant pro erat legendum opinor.

Vi factum id videtur eſſe, ait Mutius, qua de re quis, cuum prohiberetur, fecit: clàm, quod quiſque cuum controuerſiam haberet, habiturúmve ſe putaret, fecit.l.73.§.2.D.de iur.

Vi facit, qui prohibitus facit, ſiue à domino, ſiue ab alio ipſius nomine prohibeatur: vti conſtat ex l.3. D.Quod vi aut clàm.

Villa vrbana. Columella lib.1.cap.6. Villam in tres partes diuidit, Vrbanam, Ruſticam, & Fructuariam. Vrbanã fuiſſe adparet, quam ſibi dominus qui vrbem incolebat, ædificabat: Ruſticam, quam villico, procuratori, inſtrumentíſque rei ruſticæ: Fructuariam, quæ frugibus condendis parabatur. Vlp.l.11.§. 4.D.locat. Inter conductorem & locatorem conuenerat, ne in villa vrbana fœnum componeretur.

Vim facere moribus, Cicero dicit in Orat. pro Cæcina perſæpe. Moris enim erat, vt cuum de agro quopiam controuerſia inſtitueretur, quia propter commoda poſſeſſionis magna iurgia, & pugnæ interdum ac cædes oriebantur, litigatores de amicorum ſententia diem inter ſe ſumerent, qua die in rem præſentem, id eſt, in agrum illum vnà venirent, & in eo agro vim aliquam alter alteri dicis cauſſa faceret: id eſt, non verã & ſolidã, ſed fictã & ſimulatã: quã Cicero in illa Oratione, vim quotidianam adpellat: & Agellius libro viceſimo, cap. 9. ciuilem ac feſtucariam.

Vinariam nauem Vlpianus in l.21.§.5.D.de furt. eam interpretatur, in quam vinum effunditur, & vnde poſtea hauritur.

Vinarivs, pro ebrioſo, & vinolento. Vlp.l.4.§.1. D.de ædil.edict. Item aleatores & vinarios non contineri edicto. & l.25.§.3.eod. Aleator fortè, vel vinarius vel erro euaſit.

Vinacia, grana vuæ compreſſæ. Iulianus l.14. in fin. D. de cond. furt. Idem iuris eſt vuis ſubreptis: nam & muſtum & vinacia iure condici poſſunt. Vlpianus l.52.§.8.D.de furt. Idem eſt & in vuis, & in muſto, & in vinaceis. nam & vuarum & muſti & vinaceorum nomine furti agere poteſt.

Vinaria vaſa, inquit Iulianus, propriè vaſa torcularia eſſe placet. Dolia autem & ſerias, tamdiu in ea cauſſa eſſe, quamdiu vinum haberent: cuum ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe: quoniam ad alium vſum transferri poſſent. veluti ſi frumentũ in his addatur. Eandem cauſſam amphorarum eſſe: vt cuum vinum habeant, tum in vaſis vinariis: cuum inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſint: quia aliud in his addi poſſit.l.206.D.de verb.ſignif.

Vinculorvm adpellatio in maioribus in integr. reſtituendis non ad compedibus vinctos tantùm pertinet, ſed etiam ad parietibus, veluti Latumiis incluſos. In vinculis etiam ij accipiuntur, qui ita alligati ſunt, vt ſine dedecore in publico parere non poſſint: l.10.D.ex quibus cauſ.maior.

Vinculorvm adpellatione, ait Venuleius, vel priuata, vel publica vincula ſignificant: Cuſtodiæ verò, tantùm publicam cuſtodiam.l.224.D.de verbor.ſignific. Subauditur autẽ. Hi de quibus Venuleius loquebatur. Verum eſt autem (vt ait Vlpianus in l.216. D.de verb.ſignif.) eum qui in carcere cluſus eſt, non videri neque vinctum, neque in vinculis eſſe, niſi corpori eius vincula ſint adhibita.

Vindico, concretũ eſſe vocabulũ, cõiugata verba demonſtrãt: Iudico, Prædico, Dedico, Indico. Et: niſi me animus fallit, à vim & dico fictum eſt. quemadmodum Varro, Iudico à Ius & Dico deriuat nam in Vindicationibus manus conſeri, & vim quãdam adhiberi ſolitam, quam Cicero Quotidianam Agellius Feſtucariam adpellat, iampridem in Comment. Orat. pro Cæcina demonſtrauimus: docuimúſq; vim quã Cicero morib. fieri dicit, Feſtuca fieri ſolitam:

ſolitam: quam etiam Vindictam adpellari Boetius in Topica teſtis eſt: vbi Vindictam Feſtucam interpretatur. Idem etiam ex Perſio intelligitur, qui non alio ſenſu dixit,

Vindicta poſtquam meus à Pratore receſſi:

quàm illo loco,

Non in feſtuca lictor, quam geſtat inani.

Itaque

VINDICATIO videtur ex antiquis Vindiciis originem duxiſſe. nam Cicero in Miloniana, cùm actiones calumnioſas ſignificaret, ita ſcribit: Eum denique, qui non calumniis litium, nō iniuſtis vindiciis ac ſacramētis alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat. Sed tamen longè aliud Vindiciæ olim fuerunt, aliud hodie Vindicatio eſt. quod ex his Aſconij verbis in Verrin. III. intelligetur:

VINDICIARVM lis, inquit, eſt, cùm litigatur de ea re apud Prætorem, cuius incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor. Et ideo qui eam tenet, ſatiſdat pro præde litis vindiciarum aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum, de qua iurgium eſſet. Rurſus ſponſione ipſa prouocatur ab aduerſario, certæ pecuniæ aut æſtimationis, quam amittat, ni ſua ſit hereditas de qua contendit. Ex his conſtat

VINDICIAS nihil aliud tum ſignificaſſe, quàm poſſeſſionem rei controuerſæ alicui magiſtratus decreto vſque ad finem iudicij adtributam. Quod etiā pluribus verbis demonſtrauimus ex Liuio, in Comment. Inſtit. De actionibus. vbi has inter Vindicationem & Vindicias differentias eſſe oſtendimus:

VINDICATIO eſt ipſa vindiciarum poſtulatio: Vindiciæ verò ita poſſeſſionem ſignificant, vt etiam interdum rem ipſam poſſeſſam complectantur. nam Feſtus lib. vlt. Vindiciæ, inquit, adpellantur res eæ de quib. controuerſia eſt. de quibus Cincius ſic ait: Vindiciæ olim dicebantur, quæ ex fundo ſumtæ, in ius allatæ erant. Ser. Sulpitius Vindiciam eſſe ait ab eo, quòd vindicantur res ex controuerſia.

VINDICATIO igitur propriè eſt actio in rem, per quam quis rem ſuam ab alterius poſſeſſione in dominium ſuum vindicat. l. actionum, 25. D. de oblig. & act. Impropriè tamen Vindicatio triplex reperitur: vna proprietatis, altera ſeruitutis, tertia pignoris, l. 3. §. eſt autem, & §. Pomponius, D. ad exhib. vnde Hypothecaria actio Vindicatio Pignoris adpellatur in l. ſi fundus, 16. §. 3. D. de pignoribus.

VINDICTA, inquit Boetius in Topica Ciceronis, eſt virgula quædam, quam lictor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba ſollemnia. atque ideo illa virgula Vindicta vocabatur. Plutarchus de iis qui tardius à Deo puniuntur: *ῥωμαῖοι ὡς ἂν εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρῶνται, κάρφος αὐτῶν λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασι.* Romani, inquit, corporibus eorū quos in libertatem efferunt, tenuē feſtucā imponunt. Feſtuca igitur vindicta nominatur à Vindice, vt ſcribit Liuius lib. II. qui ſeruus cùm adoleſcētū nobiliū cōiurationē patefeciſſet, libertate & ciuitate donatus eſt. Quare vindicta idē eſt vt feſtuca: nec alio ſenſu dixit Perſius,

Vindicta poſtquam meus à Pratore receſſi:

quàm alio loco,

Non in feſtuca lictor quam geſtat inani. Hinc,

VINDICTA manumiſſi, ſub tit. D. de manum. vend. & Vindicta liberare, Vindictam imponere, paſſim ſub illo tit. & alibi ſub tit. De manumiſſ.

VINEA, & Vites differunt, quòd Vinea eſt ager **A** ipſe, vites verò quæ fructus ferunt. denique inter vineam & vites hoc intereſt, quòd inter arua, & ſegetes. Iauolen. l. certo, D. de ſeruit. ruſt. Certo generi agrorum adquiri ſeruitus poteſt, veluti vineis: quòd ea ad ſolum magis quàm ad ſuperficiem pertinet. ideo ſublatis vineis ſeruitus manebit. Quibus verbis oſtendit: vineam ſolum ipſum eſſe: vitem verò ſuperficiem. Sic l. 4. D. de cenſib. Vinea quot vites habeat oliuæ, quot arbores.

B VIRGÆ ſanguineæ, vide SANGVINEÆ virgæ.

VINI legato quæ contineantur: cognoſce ex l. 9. D. de trit. vind. legat.

VINVM doliare, vide DOLIARE vinum.

VIRI boni arbitratu: vide BONI viri.

VIRIDIA & Viridiaria, loca gramine & arbuſtis amœnitatis cauſſa conſita. l. 15. D. de ſeruit. l. 79. D. de verb. ſign. l. 26. D. de inſt. vel inſt. legat. in l. 12. D. de ſeruit. vrb. mentio fit eorum quæ ſupra ædificia ha- **C** bebantur.

VIRILES partes dicuntur, cùm in capita, id eſt in viros diuiſio fit. l. 1. §. nunc tractemus, D. de tut. & rat. diſt. l. 43. D. de re iudic. l. 7. D. de fideiuſſ. tut.

VIRIPOTENS virgo, nubilis, matura viro. l. mulieris, 13. D. de verb. ſign. l. pater, 101. D. de cond. & demonſt. Iuſtinian. ſub tit. Quib. mod. ius pat. poſt duodecim annos completos viripotentes adpellat.

VIRILIS vigor poſt ætatem annorum XXV. com- **D** pletur: ait Vlp. l. 1. D. de minorib.

VIRIOLA, muliebre ornamentum ex auro, vel gemmis. aureæ mentio fit apud Vlpian. l. 14. D. de contr. emt. Smaragdinæ apud Scæuolam l. vlti. de auro mund. & arg. Vlpia. l. 14. D. de cont. emt. Coheredes viriolam, quæ aurea dicebatur, precio exquiſitò vni heredi vendiderūt, eáque inuenta eſt magna ex parte ærea.

VIS, verbum eſt anceps: quod etiam accipi bonam in partem poteſt. vt quam Magiſtratus rectè in- **E** fert, ſcilicet iure licito, & iure honoris quem ſuſtinet. l. 3. D. quod met. cau.

VIS eſt maioris rei impetus, qui repelli non poteſt. l. 2 D. quod met. cauſſ.

VIS eſt & tunc, quoties quis id quod deberi ſibi putat, nō per iudicem repoſcit. l. 13. D. quod met. cau.

VIS maior eſt, inquit Caius, quam Græci θεῦ βίαν adpellant. l. 25. §. 5. D. locati. id eſt ea quæ conſilio humano neque prouideri neque vitari poteſt. & eſt animaduerſio Dei in homines, cuius euitandæ ipſe **F** facultatem ademit: veluti fulgura, grandines. Cic. II. De inuen. Defenſoris, inquit, conqueſtio calamitatis eius, quæ non culpa, ſed vi maiore quadam acciderit, &c. Plinius lib. 18. cap. 28. in fin. Ante omnia autem duo genera eſſe cœleſtis iniuriæ meminiſſe debemus. Vnum quod tempeſtates vocamus: in quib. grandines, procellæ, ceteráque ſimilia intelliguntur: quæ cuum acciderint, vis maior adpellatur. Hæc ab horridis ſyderibus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. Alia ſunt illa quæ ſilente cœlo, ſereniſque **G** noctibus fiunt, nullo ſentiente niſi cuum facta ſunt. Publica hæc & magnæ differentiæ à prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis carbunculum adpellantibus, omnibus verò ſterilitatem. Similiter, Vis diuina dicitur, quæ non ab hominibus ſed admirabili quadam Dei potentia infertur. Vlpianus l. 24. §. 3. D. de dam. infect. Ita eū teneri, ſi ædificij vitio id acciderit, nō ſi violentia ventorum, vel quā alia

ratione quæ vim habet diuinam. quod enim tam fir- A mum ædificium eſt vt fluminis, aut maris, aut tempeſtatis, aut ruinæ, incendij, aut terræmotus vim ſuſtinere poſſit?

V I S alia publica dicitur, alia priuata. Publica eſt, quæ armis ſit adhibitis: priuata: quæ ſine armis. Imp. §. 8. de interd. Qui aliquem de poſſeſſione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi priuata, ſi ſine armis vim fecerit: ſin autem cum armis, de vi publica tenetur. Publica autem idcirco adpellari videtur, quòd B armis, niſi publicè, id eſt populi magiſtratúſve iuſſu, vti non licet.

V I S armata, & non armata: vide D E I E C T I O: & quæ nos in Obſeruatione.

V I S P E L L I O, vide B I S P E L L I O.

V I C E R A T I O, largitio carnis, quæ publicis epulis fiebat. Pomponius l. 54. de legat. & fid. lib. 32. L. Titius plebi quina millia dedit, hoc amplius Seius viſcerationem Cicer. lib. De offic. 2. Prodigi qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus C ludorum venationúmque adparatu pecunias profundunt. Paullus in l. 22. de leg. lib. 30. viſcerationem intelligere videtur, cùm ait quod ad diuiſionem ſingulorum ciuium relictum videtur.

V I S I O, conſideratio, quæſtio, prudens cogitatio. Imp. de compoſ. digeſt. Et in his partibus in quibus perfectiſſimæ viſiones expoſitæ veterum fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc ſeparare penitus erat inciuile. In Græca conſtitutione θεωρία nominatur: ἢ δὲ τὸ πολλάκις φυλαχθῆναι τὸ τῆς ὅλης θεωρίας συνεχὲς, &c. ſiue quòd ita plerumque obſeruari totius viſionis continuationem oportebat, &c. Vlp. l. 25. §. 10. D. de hered. petit. Sed in propoſita quæſtione tribus viſionibus relatis, vna prima, deinde alia, poſſe dici totum quod ſupereſt reſtituere eum debere. Idem in l. 8. §. 2. D. ad ſ. c. Velleian. Proinde ſecundum hanc ſuam diſtinctionem in prima viſione vbi quaſi debitrix delegata eſt, exceptionem ei Senatuſconſulti Marcellus non daret, item apud eundem in l. 29. §. 4. D. mand. & l. 25. §. 1. D. de probat. Alio loco Propoſitiones adpellantur, vt in l. ſi tibi pecuniam, 20. D. de reb. cred.

V I T I S, bacillus viteus, quo Centuriones ferire milites cùm quid peccaſſent, ſolebant. Macer l. 13. §. 3. D. de re milit. Eum qui centurioni caſtigare ſe volenti reſtiterit, veteres notauerunt. ſi vitem tenuit, militiam mutat: ſi ex induſtria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur. Plinius lib. 14. ca. 1. in fine. Quid? quòd inſ. ꝛtræ caſtris (de vitibus loquitur) ſummam rerum imperiúmque continent. Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipſam honorat.

V I T I V M facere dicuntur parietes, qui ruinam minantur. Caius l. 30. D. locat. Dominus inſulæ, quia ędificia vicium facere diceret, demolierat eam. Paulo pòſt, viciatum ædificium adpellat. Idem l. 32. D. de damn. infect. Si ædibus meis proximæ ſint ædes meæ & tuæ, quæritur an ſi hæc vicium mihi faciant, cauere mihi debeas. Item, Nam & ſi vnas ædes com- G munes tecum habui, eæque vitium faciant. Cicero in Top. Si ædes eæ ſæ corruerunt, vitiúmve fecerunt.

V I T I V M, vide M O R B V M.

V I T I V M ædium & loci eſſe Labeo ait, quod accidens intrinſecus infirmiores eas facit. l. 24. §. 1. D. de dam. infect.

V I T R E A M I N A, vaſcula vitrea qui ornatus cauſſa parantur. Paullus l. 18. §. 8. D. de inſt. vel inſt. Cuum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & veſticulam habuerit, an eadem, &c.

V I T R I C V S, matris vir ex alio viro natus adpellatur: ait Modeſtin. l. 4. §. 4. D. de gradibus.

V I V A R I A, cubilia pecudum ſylueſtrium, quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur: ait Columella lib. 8. capit. 1. Tryphoninus l. 52. §. 1. D. de vſufr. Si viuariis incluſæ feræ in ea poſſeſſione cuſtodiebātur, &c. De viuariis faciendis, & includendis feris, vide Colum. li. 9. capi. 1. Paullus l. 3. §. 9. D. de adq. poſſ. Item feras beſtias, quas viuariis incluſerimus, & piſces quos in piſcinas, &c.

V I V E R E verbum, inquit Caius, quidem putant ad cibum pertinere ſed Ofilius ad Atticum ait. hæc verbis & veſtimenta, & ſtramenta contineri; ſine his enim viuere neminem poſſe l. 234. §. 2. D. de verb. ſig. Vltimū ſupplicium eſſe mortem ſolam interpretatur: inquit Caius l. 21. D. de pœn. l. pœn. C. Th. de offic. rect. prou. & l. capitalium, 28. D. de pœn. vbi Calliſt. ſic ſcribit: Summum ſupplicium eſſe videtur ad furcam damnatio, viui crematio, capitis amputatio: proxima morti pœna eſt, in metallum damnatio, deinde in inſulam deportatio, &c.

V L T R O, pro prius. Paullus l. ſi in emtione, 34. §. itē ſi, 3. D de cont. emt. Nec tamē ex vendito quidquam conſequitur, niſi vltro quod conuenerit præſtet. Africanus l. ſi priuſquam, 15. D. de op. no. nunc. Cauere iuberet non prius ſe ædificaturum, quàm vltro egiſſet ius ſibi eſſe altius tollere. Nam V L T R O abundat hoc loco, vt l. 1. §. interdictum, D. vti poſſ. Actio numquam vltro poſſeſſori datur, quippe cùm ſufficiat ei quod poſſidet. Sic apud Papinianum l. 1. in fi. D. de vſur. Tutor vltro conuenit pupillum, eique pecuniam offert, id eſt prius quàm à pupillo conueniatur.

V L T R O, pro ipſo iure, & ſine aliquo facto aduentitio. Paullus l. 2. D. de l. Rhod. Imò etſi non retineat merces magiſter, vltro ex locato habiturus eſt actionem. id eſt, etiam ſine retentione. vox tamen N O N in libris Flor. deeſt. Vlpianus l. 5. D. de cond. cauſ. data. Quinimò etſi nihil tibi dedi vt manumitteres, placuerat tamen vt darem, vltro tibi competere actionem quæ ex hoc contractu naſcitur.

V L T R O, ſua ſponte. Scæuola l. cùm quis, 37. §. nuptura, 4. D. de leg. & fid. lib. 32. An maritus doli mali exceptione ſe tueri poſſit: & an vltro ex cauſſa fideicommiſſi actio ei competit. id eſt, ſua ſponte id ab illo poſſit petere, quod per exceptionem retineret. Papinianus l. 1. in fi. D. de vſur. Planè ſi tutelæ iudicio nolentem experiri tutor vltro conuenerit, & pecuniam obtulerit, &c. Item apud Paullum l. Ergo, 22. D. ex quib. cauſ. maior.

V N C I A, duodecima pars aſſis. vnde,

V N C I A R I V S heres in l. plane, 54. §. ſi duobus, D. de legat. primo. item

V N C I A R I A vſura, cùm pars centeſimæ duodecima ſingulis menſibus ſoluitur: hoc eſt, vnus in centenos. l. Titium, 47. §. præfectus, D. de admin. tut.

V O C A R E in ius, eſt iuris experiundi cauſſa vocare l. 1. D. de in ius voc. Vocare autem eſt vel volentem ducere, vel inuitum trahere. vnde illud Horatij.

Rapit in ius: clamor vtrimque:
Vndique concurſus.

Hinc edictum Præt. Ne quis eum qui in ius vocatus eſt, vi eximat. Hinc Caius l. 5. D. qui ſatiſd. cog. Non

quælibet

quælibet, inquit, iniuria eſt, duci in ius eum qui ſatis idoneum fideiuſſorem dat.

VOLVERO & Volam hoc differunt, quòd etſi vtrumque verbum futurum tempus ſignificat, illud tamen præciſè momento ipſo temporis quo quis voluntatem ſuam ſemel elocutus eſt, includitur: hoc longius funditur, & temporis tractum habet. vt docet Pompon. l. 112. D. de verbor. oblig. l. 6. D. ad S.C. Tertyll.

VOLVPTARIÆ impenſæ dicuntur, quæ ad voluptatem fiunt, & ſpecies exornant, non etiam fructum augent. l. 7. D. de impenſ. in res dot. l. impenſæ, 79. D. de verborum ſignific.

VOTVM, pro caritate & indulgentia paterna. Papinia. l. ſcripto, 7. D. ſi tab. teſt. Liberos naturæ ſimul & parentum commune votum ad hereditatem parentum admittit. Et l. nam etſi, 15. D. de inoffic. teſt. Propter votum parentum, & naturalem erga liberos caritatem.

VPILIO, paſtor ouium, opilio qui vulgò dicitur. Alfenus l. 60. in fin. de legat. & fid. libr. 32. Item oues quæ ſtercorandi fundi cauſſa pararentur, item Vpilonem, ſi eius generis oues curaret. Virgil.

Venit & vpilio, tardi venêre bubulci.

VRBANA prædia, inquit Vlpianus omnia ædificia accipimus, non ſolùm ea quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis & in vicis: vel ſi prætoria voluptati tantùm deſeruientia: quia vrbanum prædium non locus facit, ſed materia. proinde hortos quoque, ſi qui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum ſit vrbanorum adpellatione contineri. planè ſi plurimum horti in reditu ſunt, vinearij fortè, vel etiam olitorij, magis hæc non ſunt vrbana. l. 198. D. de verb. ſignif.

VRBANICIANI milites, vel (vt vulgatis in libris legimus) Vrbanici, dicuntur, qui in præſidio vrbis locati ſunt. l. 35. §. 1. D. ex quibus cauſ. maior.

VRBICAM procurationem Vlpianus in l. 11. §. ſecundo, D. de minoribus adpellare videtur eam quę propter certam ciuitatis controuerſiam mandata eſſet.

VRBS, inquit Pompon. ab vrbo adpellata eſt. vrbare eſt aratro definire. & Varus ait, Vrbum adpellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi ſolet. l. 238. §. 6. D. de verbo. ſignif.

VRBS eſt Roma, inquit Marcellus, quæ muro cingitur. Roma eſt etiam, qua continentia ædificia ſunt. nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine quotidiana poteſt intelligi, cuum diceremus Romam nos ire, etiam ſi extra vrbem habitaremus. l. 87. D. de verb. ſignif.

VRBIS adpellatio muris, ait Paullus, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet. l. 2. D. de verb. ſignif.

VRCEOLI, vaſcula parandæ potioni adcommodata, apud Pompon. l. 21. D. de aur. arg.

VRINATORES, qui ſub aqua natant: ab Vrinare, id eſt mergi. Calliſtratus l. 4. §. 1. D. de lege Rhod. Si aliquorum mercatorum merces per vrinatores extractæ ſunt data mercede.

VSVCAPIO, eſt adiectio dominij, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. l. 3. D. de vſurpat. Vel ſic:

VSVCAPIO, eſt adeptio dominij per continuationē poſſeſſionis anni, vel biennij: rerum mobilium anni, immobilium biennij. Vlpian. tit. Reg. xix. Vel ſic:

VSVCAPIO, eſt adquiſitio rei per vſum legitimi temporis iure ciuili inſtituta. ex quo intelligitur, nō vſucapionem dici poſſe, vt Agellius putat libro 7. capi. 10. ſed vſucapionem: quia vſus non capitur, ſed res per vſum, hoc eſt per poſſeſſionem.

VSVCAPIONEM Vlpianus in l. 23. §. 4. D. ex quibus cauſ. maior. per vſum adquiſitionem adpellat. Quid autem à præſcriptione differat. dixi ſub verbo Præſcriptio.

VSIO, vetuſtè, pro vſus: auctore Nonio. Alfenus l. 60. §. 2. de legat. & fid. libro 32. Nam ſi vina diffudiſſet, habiturus vſioni ipſe, & heres eius. Vlpian. l. 27. §. 4. D. de aur. arg. Siue id ſuæ, ſiue alterius vſionis cauſſa paratum eſſet.

VSVRPARE & vſucapere, verba ſunt inter ſe contrariè relata: nam Vſucapere, eſt vtendo adquirere: Vſurpare verò, vtendo retinere. Paullus l. 2. D. de vſurp. & vſur. Vſurpatio, inquit, eſt vſucapionis interruptio. Oratores autem Vſurpationem frequentem vſum vocant. Iuriſconſulti etiam veterem conſuetudinem retinuerunt in l. naturaliter, 5. D. eod. & alibi perſæpe. Liuius lib. 43. Occupatis maioribus ſuis rerum aliarum alia cura, primo quædam ex his Ptolemæum, deinde & Philippum vſurpando aliena poſſediſſe. Idem lib. ſeq. Quas vrbes proauus belli iure habuerit, auus paterque nūquam vſurpauerint, &c. Magnopere autem notatu dignum eſt, quod Cicero lib. de Oratore III. ſignificat, moris fuiſſe in poſſeſſione vſurpanda, vt ſurculus defringeretur. Etiam, inquit, hac inſtituendo diuiſione vtuntur: ſed ita, non vt iure, aut iudicio, vt denique recuperare amiſſam poſſeſſionem, ſed vt ex iure ciuili ſurculo defringendo vſurpare videantur. Quo tamen in loco (vt hoc obiter admoneam) vocem RHETORES omnino deſiderari arbitror: vt ſic legatur, Rhetores etiā hac inſtituendo, &c. locum autem ſic aperiā. Peripatetici & Academici omnē ciuilē quæſtionem aut finitam aut infinitam eſſe dicunt. Rhetores etiā qui ſoli res iſtas olim tractare conſueuerant, nūc verò à philoſophis de poſſeſſione depulſi ſunt, dum ſuos inſtituunt, hac quidem diuiſione vtuntur, docéntque quæſtionē aliā finitam, aliam infinitam eſſe. Sed ita tamē docent, vt nō tāquā in diſputatione artis ſuę propria quaſi ſuo iure verſentur, & apertè profiteantur philoſophos nullum in ea ius habere: litémq; iis intédant, quòd in alienā poſſeſſionē irruerint; verùm quemadmodū ſolent ij, qui ſuos agros ab aliis poſſideri ſciūt ac vidēt: ſic iſti Rhetores, ne lōgo tēpore res ſuæ vſucapiātur, poſſeſſionē interrūpunt, & quod in illa re vſitatum eſt, ſurculum defringunt. Nam finitam quidem quæſtionem obtinēt: verùm lacinia, id eſt, parua aliqua ex parte. Philoſophi enim Academici, qui nūc apud Philonem ſe exercent, præcipuè has cauſſas tractant. Infinitam autem iidem dicendi magiſtri nominant tantùm, & tamquam primoribus digitis leuiter adtingunt.

VSVRPARE honorem, vti honore. Marcianus l. 7. D. de mun. & hon. Eum contra quem propter honores adpellatum eſt, ſi pendente adpellatione honorem vſurpauerit, coërcetur.

VSVRA, propriè vſus: ſed poſtea loquendi conſuetudine vſuræ merces, Vſura nominata eſt. Cicer. Verr. v. Quis hoc fieri poſſe iudicauit, vt cuum Senatus publicanos vſura ſæpe iuuiſſet, magiſtratus à publicanis pecuniam pro vſuris auderet auferre. & libr. Tuſc. 1. Natura dedit vſuram vitæ tamquam

pecuniæ, nulla præſtituta die. quid eſt igitur quod querare, ſi repetit cuum vult? Ergo:

Vsvra eſt (vt conſuetudo loquendi tulit) merces vel æſtimatio vſus pecuniæ. ea verò duplex eſt: nam altera in generis ſui nomine conſiſtit: altera fœnus vocatur. Speciatim autem

Vsvra, eſt compenſatio eius quod creditoris intereſt vſu caruiſſe ſuæ pecuniæ, dum ea debitor vteretur. nam vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur. l. cùm quidam, §. ſi pupillo, D. de vſur. Fœnus autem ſuo loco explicauimus.

Vsvrarvm autem ſpecies ex Aſſis partibus denominãtur. quod vt intelligatur, illud ſcire oportet, ſortem omnem ſemper ad centenarium numerum reuocari: ſummam autem vſuram eſſe, cùm pars ſortis centeſima ſingulis menſibus perſoluitur. Et quoniam iſta ratione ſumma hæc vſura duodecim aureos annuos in centenos efficit, duodenarius numerus Iuriſconſultos monuit, vt Aſſem hunc vſurarium adpellarent. Quemadmodum autem hic As non ex menſtrua, ſed ex annua penſione æſtimandus eſt, ſimiliter omnes eius partes ex anni ratione intelligendæ ſunt. vt ſi vnus in centenos annuatim pendatur, Vnciaria vſura: ſi bini, Sextans: ſi terni, Quadrans: ſi quaterni, Triens: ſi quini: Quincunx: ſi ſeni, Semis: ſi ſepteni, Septunx: ſi octoni, Bes: ſi noucm, Dodrans: ſi deni, Dextans: ſi vndeni, Deunx: ſi duodeni, As. Hinc,

Vsvra centeſima (qui eſt As vſurarius) dicitur, cuum pars ſortis centeſima ſingulis menſibus penditur. Romani enim Græcorum morem imitati, qui facilioris & commodioris doctrinæ cauſſa quamuis ſummam ſortis ad Minam, quæ centum drachmas valebat, perpetuò redegerunt: quantamcumque ſortem ſimiliter ad numerum centenarium reuocarunt. Itaque Vſura centeſima, ex parte ſortis centeſima, ſicuti apud Græcos Drachmalis à drachma, quæ pars eſt ſortis ad minam redactæ centeſima, nomen inuenit. quapropter eam Plutarchus in Lucullo ἑκατοστὴν adpellat. Eius exemplum apud Paullum exſtat in l. 40. D. de rebus cred. Tunc eo amplius quo pòſt ſoluam, pœnæ nomine in dies triginta, inque denarios centenos, denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt P. Mæuius.

Vsvra beſſis, cùm in ſingulos centenos quotannis octoni ſoluuntur. l. pen. C. de vſur.

Vsvra maritima, vide Fœnus nauticum.

Vsvra maxima & grauiſſima, intelligitur centeſima, in l. 7. §. 8. & l. 54. D. de admin. tut. & l. 38. D. de negoc. geſt.

Vsvra quadrans eſt, cuum pars centeſimæ quarta quotannis fungitur. hoc eſt, ex centenis terni: apud Scæuolam l. 21. §. 4. D. de ann. legat.

Vsvræ quincunces, cuum pars centeſimæ quinta quotannis penditur: hoc eſt ex cẽtenis, quini. quarum fit mentio in l. 17. D. de vſur. & l. 15. & l. 16. §. 2. D. de alim. & cibar. l. 7. D. de admi. tut. Perſius Sat 5.

Quid petis vt numi quos hic quincunce modeſto
Nutrieras, peragant auidos ſudare deunces?

Vsvra ſemis eſt, cuum pars centeſimæ dimidia, id eſt, ſeni pro centenis penduntur. nam cuum centeſima ſit as vſuratum, reliquæ vſuræ ex eius aſſis, non autem ex ſortis ratione adpellationem ſumunt. Eius mentio fit in l. 5. D. de operibus pub. l. 102. de ſolut. Semiſſalis autem adpellatur à Modeſtino l. 10. D. de pollicit.

Vsvra triens eſt, cuum pars centeſimæ tertia, hoc eſt quaterni in centenos penduntur. Eius mentio fit in l. 26. §. 1. D. Quando dies leg. & l. 3. §. vlti. D. ad leg. Falci. l. 7. §. 9. D. de admin. tut.

Vsvra vnciaria, cuum pars centeſimæ duodecima ſingulis menſibus ſoluitur, hoc eſt, vnus in centenos. l. 47. §. 4. D. de adminiſtr. tutor. vbi tamen vncias vſuras legitur.

Vsvraria pecunia eſt, quæ vſuris debetur. Vlpian. l. 11. D. de compenſat. Cuum alter alteri pecuniam ſine vſuris, alter vſurariam debet, concurrentis apud vtrumque quantitatis vſuræ præſtandæ non ſunt. & l. 12. Sed ſi inuicem ſit vſuraria pecunia, &c.

Vsvraria vxor, pro vſuaria: id eſt, qua quis pro vxore vtitur. Plaut. Amphi.

Volo deludi illum, dum cum hac vſuraria,
Vxore nunc mihi morigero. Item:
Amphitruo ſubditiuus eccum exit foras.
Cum Alcmena vxore vſuraria. Item:
Nam vxorem vſuariam
Perinde eſt præbere, ac ſi agrum fodiendum loces.
Item:
Primum omnium Alcumenæ vſuram corporis cepi.

Iupiter ſic loquitur de Alcmena, Amphitruonis vxore propria, ipſius vſuraria.

Vsvrarivm debitum, cuius vſuræ debentur. Iulianus l. 6. in fin. D. de negoc. geſt. Etſi fortè non fuerit vſurarium debitum, incipit eſſe vſurarium.

Vsvs ſeruitutis genus, pro itinere. Hoc ex Seruio didici, qui ad illud Æneid. 11.

Limen erat, cæcæque fores & peruius vſus,
Tectorum Priami.

Vſus, inquit, verbum iuris. Via, actus, vſus. Videtur dictum pro Conſuetudine eundi.

Vsvs eſt ius alienis rebus quantum ad vſuarij neceſſitatem ſatis eſt, vtendi, ſalua rerum ſubſtantia l. 1. l. 10. l. 11. l. 12. D. de vſu & habit.

Vsvsfrvctvs eſt ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia, l. 1. D. de vſufr.

Vsvsfrvctvs eſt ius ex ſeruitute quæſitum. l. vti frui, 5. D. Si ſeruit. vindi. atque ita intelligendum eſt quod dicitur, vſufructus eſt ius: nam reuera vſufructus eſt ſeruitus. ſed ius & ſeruitus relatiua ſunt. Cùm igitur vſusfructus ſeruitus rei ſit, ius verò perſonæ, relinquitur vſumfructum eſſe ius in ſeruitute quæſitum. alioqui colonus & commodatarius ius haberent vtendi fruendi rebus alienis, ſalua earum ſubſtantia, non minus quàm vſufructuarius. Verùm inter illos & hunc ea differentia eſt, quòd neque ager colono, neque equus commodatario ſeruitutem debet: fructuario verò debet. Vnde intelligitur, vſum ab vſufructu hoc differre, quòd ille ad neceſſitatem, hic etiam ad vtilitatẽ ac voluptatem refertur. nam cui vſus, eidem omnium generũ fructus dũtaxat quantũ ad ipſius neceſſitatem ſatis erit. debebũtur. veluti ex ſylua, quãtum ad coquẽdum & calfaciendũ opus eſt: ex frumento, vino, & baccis arborũ, quantũ ad ipſius familiam alendam: ex oleo, fœno, & ſtramentis, quanrum ſimiliter alias ad res opus erit, debebitur. qua ex re intelligitur quod Vlpian. ſignificat, in l. per ſeruum, 14. §. 1. D. eod. nimirum vſum ab vſufructu hoc differre, quo pars à toto. itaque cui fructus, eidem quidquid ex agro emolumenti percipi poterit, quãuis exercitui alendo ſatis ſit, debebitur: at cui vſus, dumtaxat quod ad ipſius victũ cultúmq; neceſſe eſt. denique

denique Vſus eſt ius vtendi re quapiam, quatenus ei cui conceditur neceſſe eſt: Vſusfructus, ius vtendi fruendi aliena re, quantùm eius ſalua ſubſtantia ferre poterit. Vlpian. l. per ſeruum, 14. §. 1. D. de vſu & habit. Vſusfructus an fructus legetur, nihil intereſt. nam fructui & vſus ineſt: vſui fructus deeſt. & fructus quidem ſine vſu non eſſe poteſt: vſus ſine fructu poteſt. denique ſi tibi fructus ſine vſu legatus ſit, inutile eſſe legatum, Pomponius ſcribit. ſed ſi fructus ſine vſu, videri conſtitutum qui & ab initio conſtitui poteſt. Hæc ille: ex quibus prima inter Vſufructuariũ & Vſuarium differentia intelligitur. nam cui vſusfructus debetur, eidem quidquid ex agro emolumenti percipi poterit, quamuis exercitui alendo ſatis ſit, debetur: at cui vſus, dumtaxat quãtum ad ipſius victum cultúmque neceſſe eſt. Hinc illud Ciceronis in 1. de Offic. Expetuntur autem diuitię tum ad vſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. Altera differentia eſt, quòd Vſuarius ius ſuum transferre in alium non poteſt: at Fructuarius poteſt, l. vtque eo, 11. & l. plenum, 11. §. operas, D. eod. Cùm enim vſus ex perſonę certę cõditione atque qualitate metiendus ſit, ob eámque cauſſam, & creſcere & decreſcere poſſit: transferri in alteram perſonam non poteſt. quippe cuius quantitas incerta ſit. nam vſuario plus debebitur ſi vxorem ducat, aut liberos habeat, quàm cùm cœlebs erat: & viciſſim minus ſi viduus ſit, liberíſq; careat, quàm cùm & maritus & pater erat. Tertia differentia eſt, quòd vſuarius fundi per ſe colendi ius non habet: id enim ſibi proprietarius retinet: at fructuarius habet, l. ſi habitatio, 10. in fin. cum l. ſeq. D. eod. Iuſtinianus autem in Inſtitutionibus etiam hãc differentiam commemorat, quòd vſuario fundi fructus naturales tantùm, non etiam elaborati debentur: vſufructuario verò vtrique debentur. id eſt, non tantùm ij quos terra ſua ſponte profert, verumetiam ij qui arte & induſtria cultuque adhibita naſcuntur: veluti poma, ceterę que arborum baccæ: item fœnum, ligna, & cetera quę ſunt generis eiuſdem, vſuario pro modo & ratione ſuæ neceſſitatis debentur. at frumentum, oleum, vinum non debentur. Quarta differentia hæc eſt, quòd vſus gregi, in ſolo ſtercore: vſusfructus verò, etiam in fœtu reliquíſque omnibus continetur, l. plenum, 12. § ſed ſi pecoris, D. eod. vbi Vlpianus ait, modico tamen lacte vſuarium vti poſſe: neque ita ſtrictè defunctorum voluntates interpretandas eſſe. Dicet aliquis, Quid ita gregis fructus, item vt agri, pro vſuarij neceſſitate non conceditur? nam in ſtercore ſolo, exiguus eſt vſus. Reſpõdetur, quoniam alioqui non alius pecoris fructus, alius vſus eſſet: deinde quia plerumque in agro ſupereſt aliquid proprietario, in grege verò, nequaquam.

VTENDVM dare, propriè eſt commodare. Plautus in Trinummo:

Nam beneficium hominis proprium quod datum, proprium erit.

Quod datũ vtendũ eſt, id repetẽdi copia eſt, cùm velis.

Sumitur autem etiam pro dare mutuum. vt in l. 2. D. de calumn. Si gratuita pecunia vtenda data ſit, &c. Labeo verò in l. 1. D. commod. Vtendum dare, genus faciebat: & mobilibus æquè atque immobilibus rebus attribuebat: Commodare verò, ſpeciem, & mobilium dumtaxat propriam. Sed, vt adparet, inquit Vlpian. etiam res ſoli commodari dicitur Sic l. 19. & l. 21. §. 1. D. illo tit. Q. Scæuola libro De iure ciuili XVI: Quod cui ſeruandum datum eſt, ſiue quod vtendum acceperit, ad aliam rem atque accepit vſus

A eſt, furti ſe obligauit. Hoc ex Agell. lib 7. cap. 15.

VTI & Abuti. ſic differunt. Vtimur. inquit Boëtius, iis rebus, quæ nobis vtentibus permanent: iis autem abutimur, quæ nobis vtẽtibus pereunt: Cicero in Topic. Non debet ea mulier cui vir vſumfructum bonorum ſuorum legauit, cellis vinariis, & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere: Vſus enim, non abuſus relictus eſt. Itaque quarum rerum vſus ſeparari ab earum corporibus non poteſt,

B earum vſus conſtitui non poteſt, l. 2. D. de vſuf. earum rer. quæ vt. veluti vini, frumenti, olei, pecuniæ &c. Donat. in Andr. Vtimur, inquit, fructibus rei, quæ ab amantibus ſaluo vſu nobis ſubminiſtratur: Abutimur, quando deperdimus & rem & fructum. nam vſui eſt ager, domus: Abuſui vinum, oleum, & cetera huiuſmodi.

VTILES actiones dicuntur, quæ contra iuris ſtricti rationem, vtilitatis, id eſt æquitatis cauſſa conceduntur: indéque nomen inuenerunt. Veluti

C Actio à Prætore conſtituta eſt aduerſus eos, qui ſeruum alienum corruperint, in duplum quanti ea res erit. quærebatur an ſi quis filium filiámve familiãs corruperit, ea actio dari poſſit. Reſpondetur, vtilem dandam eſſe: in qua officio iudicis ęſtimabitur, quanti noſtra interſit, l. vt tantum, 14. D. de ſer. corrupt. Hinc Pomponius l. quia actionum, 11. de præſcript. verb. Supplet Prætor in lege Aquilia, quod ei deeſt, reddendo actiones in factum adcommodatas legi Aquiliæ. idque vtilitas eius legis exigit. Hinc v-

D tilitas ſtricto iuri opponitur à Paullo l. ſeruitutes, 20. D. de ſeruit. vrb. & ab Vlpiano l. ſi longius, 19. in fin. D. de iudic.

VTILIS annus. vide ANNVS.

VTILES dies, vide DIES.

VTIQVE, præſisè tantummodo. Vlpian. l. 13. D. de manum. vind. Præterea & illud exigitur, vt non vtique vnum ſeruum habeat, qui manumittit.

VTIQVE pro omnino, vſquequaque. Vlpi. l. 73. D. de iudic. Poſt peremtorium impetratum, agetur

E cauſſa & pronunciabitur: nõ vtique ſecundum præſentem, ſed interdum vel abſens, ſi bonam cauſſam habuit, vincet.

VTRVBI, vtro in loco. vnde Interdictum, VTRVBI hic homo quo de agitur, maiore parte huiuſce anni fuit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto. l. 1. D. Vtrub. Næuius in Tarentilla:

Vtrubi cœnaturi eſtis: hiccine, an in triclinio?

VVA pro pellicula, quæ vuæ inſtar in extremo palato dependet. vti docet Cornel. Celſ. lib. VI. cap. XIV: & lib. VII. capi. XII. Vlpianus l. 14. §. 2. D. de

F ædil. edict. Si vua alicuius præciſa ſit. tollere magis, quàm pręſtare redhibitione, quòd morbus minuitur.

VVLGO concepti, ſiue vulgò quæſiti dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt: vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet. l. 19. & l. 23. D. de ſtat. hom. l. 4. & l. 5. D. de in ius voc. l. 5. §. 1. D. de lib. agnoſc.

VVLGARIS ſubſtitutio: vide SVBSTITVTIO.

VVLGARES actiones, vſitatæ, ordinariæ, legi-

G timæ. l. 1. D. de præſcript. verb. Hinc,

VVLGARIS formula, pro vſitata actione de peculio, cuius formula eſt cum noxæ adiectione. l. 40. D. de furt.

VVLGARIA verba, vſitata, ſollemnia. l. 3. D. rem rat. hab.

VVLGARE pactum, quod plerumq; in matrimonij contractibus adiicitur. l. 5. D. de diuort. l. Bæbius,

30 D.de pact.dotal.l.pactum, C.de pig.act. nimirum hoc: Si in matrimonio ſine liberis deceſſerit.

Vvlgaris vxor quæ dicatur, Budæus & Alciatus erudiciſſimi viri diſputant Ego nuſquã hoc vxoris genus me legiſſe memini.nam Vlpiani verba in l.ſi vxor,13.§.1. D.de adult. quibus vxor vulgaris adpellari putatur,aliud ſignificant. Sed &,inquit, in ea vxore poteſt maritus adulterium vindicare,quæ vulgaris fuerit, quamuis ſi vidua eſſet,impunè in ea ſtuprum committetur.Non enim relatiuum qvæ ad vxorem, ſed ad verbum Mulierem, quod ſubauditur, referendum eſt. vt ſit ſenſus, Si quis vulgarem mulierem,id eſt quæ vulgò corpore quæſtum facit,vxorem duxerit:poteſt in ea vindicare adulterium: ſi tamẽ eo mortuo rurſus ad ingenium redeat. impunè vt in vulgari ac publica meretrice libido verſabitur. Et hæc ipſa ſpecies refertur apud Scæuolam in l.7.D.de grad. & adfin. vbi ait Priuignum etiam dici,qui vulgò conceptus ex ea natus eſt quæ poſtea mihi nupſit.

Vxor eſt, quæ in matrimonium conuenit. cõuenit autem duobus modis: aut coëmtione, aut vſu. nam confarreationem, quæ propria Pontificum erat, omitto. Coëmtione,cùm vir & fœmina ſe inuicem emebant:vt Seruius ſcribit in illud Virgilij:

Téque ſibi generum Thetys emat omnibus vndis.

Veteri autem Romanorum lege, vt Varro ſcriptum reliquit,nubentes mulieres tres ad virum aſſes ferre ſolebant:atque vnum quidem quem in manu tenebant, tamquam emẽdi cauſſa marito dare.alium quẽ in pede habebant,in foro larium familiarium ponere.tertium in ſacciperio cùm condidiſſent, compito vicinali ſolebant reſignare. Hinc eueniebat,vt mulier quidem in manu mancipióque mariti eſſet,aut eius cuius in manu mancipióque maritus erat,ſuáque illi heres fieret:quemadmodum Vlpi.in Regul.Agellius libr.18 ca.6.& Boëtius in Topicis teſtantur:itémque Dionyſ. hac de re ſcribens lib. Antiq.11. Moris autem erat vt vir mulierem interrogaret,an ſibi materfam.eſſe vellet,viciſſimque hæc virum,an ſibi paterfa.eſſe vellet. nam ſi vterque reſpondebat,velle, mulier materfamiliâs vocabatur:quoniam (vt ait Agellius)non in matrimonium tantùm, ſed in familiã quoque mariti, & in ſui, vt diximus, heredis locum venerat. Atq; hoc nimirum illud eſſe arbitror, quod Iuriſconſulti no ri dicebant, In familiam nubere, l. 15. D. de cond. & demonſtr. l. 21. D.quand.dies lega. Cicero in Topic. Cùm mulier viro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. Seruius etiam in lib. Æneid. vii.Per coëmtionem,inquit,facto matrimonio ſibi inuicem ſuccedebant. Teſtari tamen arbitratu ſuo poterant. nam à tutoris poteſtate liberabatur,quæ materfam.fiebat: tametſi quibuſdam etiam in rebus, tutorum poteſtas,ſed multo leuior,permaneret. quod Cic. in Muræniana exagitat. Vſu verò fieri matrimonium dicebatur,cùm tutoribus auctoribus mulier in matrimonium alicui conueniebat,quo cum ea conſueſcebat, quaſi cum iuſto perfectoque marito: adeò vt ſi vſus ille intra annum non interrumperetur, pro vſucapta iam haberetur:ei tamen intra annum vſurpare, id eſt vſum infringere,ex lege xii.tabularum liceret. quod ni faceret,quoad in eo matrimonio maneret,matrona,inquit Agellius,dicebatur:etſi ſibi liberi nati non forent,à matris ſcilicet nomine,non adepto iam,ſed cum ſpe,& omine mox adipiſcendi. Hæc neque in manu mancipióque mariti, neque ſui iuris erat: ſed

A ſemper in tutorum poteſtate permanebat, quòd ſi inteſtata moreretur, adgnatus proximus familiam habebat. Hæc ex Ciceronis Topic. Orat. pro Flacco,Boëtio in Top.Agellio lib.18. capi.6. Tametſi autem Iuriſconſultorum noſtrorum tempore, quorum ex ſcriptis Pandectarum libri coagmentati ſunt,Matei famil. & Matrona plerumque pro eadem vſurparentur,quemadmodum ſuperiùs à nobis demonſtratum eſt:tamen conſtat eodem ipſo tempore Conuen-

B tionem in manum vſurpari ſolitam fuiſſe, Matrémque familiâs propriè adpellatam eſſe, quæ in viri manum conuenerat. id quod ex Vlpiani Regul. tit. xxii. intelligitur, vbi inter ſuos heredes numerat vxorem quæ in manu eſt,& nurum quę in manu eſt filij,quem in poteſtate habemus.quod etiam tit.xxix. perſpicuè inculcatur:vt mihi dubium non ſit, verba hæc Feſti, quæ ſubſcribam,eodẽ pertinuiſſe:eſſéque, ſi tempus illud ſpectemus,non abſurda,vt quidam exiſtimarũt, ſed & certiſſima & veriſſima. Materfamiliâs, inquit,

C non antè dicebatur, quàm vir eius paterfamiliâs dictus eſſet:nec poſſunt hoc nomine plures in vna familia præter vnam adpellari. Sed nec vidua hoc nomine,nec quæ ſine filiis eſt adpellari poteſt. Quem locum ſic intelligo,vt quæ filiofa.nupta ſit, non antè eo nomine vocatur,quàm is ſui iuris effectus ſit:neque conſentaneum ſit,vt ſi ſocrus viuat,quæ materfa. adpelletur, nurus eandem nominis dignitatem obtineat.& cùm illud nomen *ex mariti familia, inquam* (vt ait Agellius) *adſcita eſt*, conſecuta ſit: profectò

D quæ vidua eſt,materfami.proprie dici non poteſt. Vtrum autem ante liberos ſuſceptos non ita diceretur, equidem adfirmare non auſim:cùm Boëtius ad ſtipulationem coëmtionis illud verbũ adſcribat.niſi fortè dicamus ſtipulationem ad omen, non ad veritatẽ referri oportere: atque adeò contracto matrimonio etiam ante liberos ſuſceptos eodem modo Matremfamil. eſſe dictam, quemadmodum Matronam dici ſuperiùs docuimus: à matris ſcilicet nomine, non adepto iam(vt Agellius ſcribit) ſed cum ſpe & omine

E mox adipiſcendi. Seruius in lib. Æneid. xi. Materfamiliâs,inquit,illa dicitur, quæ in matrimonium conuenit per conuentionem.nam per quandam iuris ſolemnitatem *in familiam migrat mariti*. Quod autem Vlpian.ſcribit in l. 4. D. de his qui ſunt ſui vel alien. matresfamiliarum eodem modo dici quo patresfa. hoc eſt,quæ ſuæ poteſtatis ſunt, ſiue ſint puberes, ſiue impuberes: hoc ad inſtituti ſermonis & Rubricæ rationem reuocandum eſt: vt qui alterius in familia non ſunt,patres & matresfamiliarum adpellentur.

F Vxor alia iuſta dicitur ab Vlpiano, alia iniuſta: in l. ſi vxor,13.§.1. D. de adulter. Patet autem Iuſtam dici eam cum qua matrimonium legibus contractũ eſt.vt in l.ſi ſenatori,31.D.de rit.nupr. Si ſenatori, inquit,indulgentia principis fuerit permiſſum,libertinam iuſtam vxorem habere, poteſt iuſta vxor eſſe. Quod cùm ita ſit,ſequitur vt Iniuſta ea vxor dicatur, cum qua matrimonium non ſecundum leges contractum eſt.veluti ſi tutor pupillam, aut ſi ſine Principis indulgentia ſenator libertinam,aut ſine Patris iuſ-

G ſu filiusf.vxorem duxerit.Itaque Vlpi.in d.l.ſi vxor,§. 1.cùm Iniuſtam vxorem nominaſſet,mox qualecumque matrimonium id adpellat. Et Macer in l. marito,24.in fin. D.eod.. Vxorem contra leges nuptam hanc nominat. Sed non propterea putandum eſt, Vlpianum nouam vxorum diuiſionem tradere: & ita eorum ſpecies partiri, vt aliæ dicantur Iuſtæ, aliæ Iniuſtæ. nam quæ Iniuſta ſunt, perinde ac ſi non eſſent,

eſſent,habentur. Itaque (vt ait Vlpian. in l. 2. D.de teſt.quemadm.aper.) cùm Iniuſtum, aut Falſum, aut Irritum teſtamentum dicimus, abuſiuè & non propriè loquimur: vt cùm iniquum aut falſum modium nominamus, inquit Paullus in l.221. D.de verb.ſignif. aut quoduis aliud falſum inſtrumentum: in l.ſi quis, 6.D.de falſ. Quare abſurdum eſſet exiſtimare, diuiſionem vxorum quam Cicero in Topicis tradidit, vt aliæ matresfam. dicantur, aliæ tantummodo vxores habeantur, ad illam Iuſtæ & Iniuſtæ vxoris partitionem abuſiuam pertinere. Et rectiſſimè veriſſiméque à Boëtio declaratum eſt, generale vxorum nomen iis ſpeciatim adtribũi, quę nondum matresfam. ſunt, ſed intra annum vſucapionis habentur, quæ tamen Interea Iuſtę vxores ſunt: quia legibus ductæ ſunt: tametſi nondum plena vxorum iura conſecutæ ſunt, quę poſt vſucapionem abſolutam, ſunt adeptæ. Quod igitur Vlpianus de Iuſta & Iniuſta vxore dixit, non diuiſioni, ſed abuſioni potius tribuendum eſt: quaſi addidiſſet, vt ita loquar, vel, verbi gratia, vel tale quidpiam. Liuius lib.xxxix. Campani petierunt vt ſibi ciues Romanas ducere vxores liceret: & ſi qui prius duxiſſent, vt habere eas, & ante eam diem nati, vti iuſti ſibi liberi heredéſque eſſent.

Vxoriæ rei actio eſt, quoties poſt diuortium de dote contentio eſt: inquit Boët. in Top.Cic. vbi Cic. huius in actionis formula, verba illa ſollemnia fuiſſe ait, QVANTVM æquius melius. quod idem in III. Offic. commemorat. ciúſque rei veſtigia ſunt in fin.l.penult. D.ſolut.matri.l.ſi cùm Cornelius, 82.D.de ſolut.

Vxoris nomen in clericis & ſacerdotibus honeſtiſſimum adpellatur, in l.eum qui, 19. C.de epiſc. & cler. Neque enim, inquit, clericis incompetenter adiunctæ ſunt, quæ dignos ſacerdotio viros ſua conuerſatione fecerunt.

X. LITERA.

XENIA, ξένια, propriè hoſpitũ munera. Vlpian. pro muneribus quæ prouincialibus magiſtratibus eorúmque comitibus dari ſolent, vſurpat in l.6. §.3. D.de offi.Proconſ. Non verò, inquit in totum xeniis abſtinere debet Proconſul, ſed modum adiicere. vt neque moroſè in totum abſtineat, neque auarè modum xeniorum excedat. Plin. lib. Epiſt. v. Quàm

A me iuuat, quòd in cauſſis agendis, non modò pactione, dono, munere, verumetiã xeniis ſemper abſtinui.

XENODOCHIVM, ξενοδοχεῖον, domus hoſpitibus recipiendis parata. apud Iuſtin.l.illud, 16.C.de ſacroſ.eccl.

XENON, ξενὼν, domus hoſpitibus recipiendis parata. idem quod ξενοδοχεῖον. apud Iuſtinian. l. ſancimus, 18. & l.vlt.C.de ſacr.eccl. & alibi frequenter.

XENOPAROCHI, ξενοπάροχοι, qui peregrinis res ad
B victum neceſſarias præbebant: vt notatio verbi declarat. iidem, opinor, qui Parochi, *qui præbent ligna ſalémque*: vt ait Horat.lib.Serm.1.. Arcad.l.vltim §.1.D. de mun.& hon. Hi quoque qui cuſtodes ædium, vel archiotæ, vel logographi, vel tabularij, vel xenoparochi, vt in quibuſdam ciuitatibus.

XYSTICI, à Xyſto. Xyſtus autem & Xyſtum, cùm apud Græcos idem ſignificent, apud Latinos tamen nonnihil habere diſcriminis, docuit Gulielmus Philander in Anno. in Vitruuium. Nam Xyſtos, inquit,
C Latini vocant porticus tectas, vbi athletæ per hyemem exercebantur: Xyſta autem ſubdiales ambulationes, vbi ſudo cœlo ſuas exercebant palęſtras. Vide Vitruuium. lib.5.cap.11.& lib.6.cap.10. Xyſtici autem dicuntur certatores, qui in Xiſtis exercentur. Vlpian. l.4.D.de his qui not. Et generaliter ita omnes opinantur, & vtile videtur, vt neque thumelici, neque Xyſtici, neque agitatores, cęteráque eorum miniſteria qui certaminibus ſacris deſeruiunt, ignominioſi habeantur.

D

Z. LITERA.

ZONA, cingulum duplex pecunię quam aliquãdiu conſeruare volumus, geſtandæ idoneum. Vlp.l.6.D.de bon.damnat. Nec ſi Zonam circa ſe habuerit, protinus aliquis vindicare debebit. Gracchus apud Agellium lib.15.cap.12. Itaque Quirites, cuum Roma profectus ſum: zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli.

ZYTHVM, auctore Dioſcoride libr.2. potus eſt, qui
E fit ex hordeo in aqua reſoluto. In Ægypto plerumque fieri. Plin.lib.22.teſtatur. Vlp.l.9.D.de trit.vin.ol. Certè Zythum, quod in quibuſdam prouinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, vini legato non continebitur. Et infrà identidem eadem in lege.

FINIS.

FRANC. HOTMANI IVRISC. PARTITIONES IVRIS CIVILIS ELEMENTARIÆ.

***

Sexta editio ab auctore recognita & aucta.

FRANCISCI HOTMANI IVRISCONSVLTI,

Partitiones Iuris ciuilis elementariæ.

AVDITOR.

SÆPENVMERO ex te audiui, cùm diceres, nequaquam ſatis magnam iuuentutis habitam eſſe rationem ab iis, qui libros Iuris, qui nunc exſtant, conſcripſerunt: tibíque vehementer dolere, veterum Iuriſconſultorum Inſtitutiones omnes interiiſſe: in quibus non dubitares, quin ordinem ac partitionem quandam rerum magis ad eorum ingenia, qui veſtro ciuili Iure initiarentur, adcommodatam ſecuti eſſent. Quare peto abs te, vt mihi Iuris elementa ordine, & perſpicua quadam ratione exponas. quod te poſt tam multas Ciceronis orationes explicatas, & mediocrem, Dialecticæ, Græcæ linguæ & antiquitatum Romanarum cognitionem facturum promiſiſti.

IVRISCONSVLTVS.

PROMISI ſanè: mihíque nihil poteſt optatius accidere, quàm iſto ingenio adoleſcentem nancíſci, cui quæ diuturno labore propter confuſam librorum noſtrorum tractationem difficillime ſum conſecutus, ea ſummatim, ordine, ac via quadam certa commonſtrem. Agè ergo, méque quibus de rebus voles, interrogato.

CAPVT I.

De iuris definitione & diuiſione.

QVID eſt ius? Eſt æquitas inter eos conſtituta, inter quos aliqua communio eſt. neque enim aut communio ſine iure, aut ſine communione ius eſſe poteſt. Itaque & Herculẽ Argonautæ, quòd remigare nollet expulerunt: & cùm nulla inter Cyclopes eſſet communio, nullum quoque ius ab iis cultum fuiſſe, poëtæ tradiderunt. Eius autem æquitatis cognitio, quam Iuriſconſulti profitentur, Iuriſprudentia nominatur.

Quis eſt finis iuris? Iuſtitia: ſiue, vt ius cuique ſuum ſiſtatur: id eſt, pariter æquabilitérque tribuatur. ius enim, vt Cicero in Officiis ſcribit, ſemper quæſitum eſt æquabile. neque enim aliter eſſet ius. atque idcirco, ait, leges inuentæ ſunt, quæ cum omnibus ſemper vna atque eadem voce loquerentur.

Quotuplex eſt Ius? Triplex: Naturale, Gentium, & Ciuile.

Quid eſt Ius naturæ? Eſt id quod non hominum ingeniis excogitatum: ſed vi quadam innata cuiuſque hominis menti inſitum atque ingeneratum eſt. vt religio, pietas, matrimonium, liberorum procreatio, & educatio.

Quid eſt Ius gentium? Eſt id quod pleræque gẽtes communi quadam ratione atque intelligentia, ſocietatis humanæ tuendæ & conſeruandæ cauſſa, comparatur. veluti pondus, numerus, menſura: item ius

A belli. vt legatorum corpora ſint ſacroſancta; vt bello capti ſerui fiant victorum, vt induciarum tempore bellum interquieſcat: Item, ius matrimoniorum, ne inter parentes & liberos conuiuium ſit. ius pactorum vt fides in rebus contrahendis data ſeruetur.

Quid eſt Ius Ciuile? Eſt æquitas iis propriè conſtituta, qui eiuſdem ſunt ciuitatis, ad res ſuas obtinendas, vt Cicero in Topicis definit.

Quis eſt eius finis? Legitimæ atque vſitatæ in re-

B bus cauſíſque ciuium æqualitatis conſeruatio: vt idẽ Cicero in lib. de Oratore primo demonſtrat.

Eius autem exemplum ex XII. tabulis ſumi poteſt: quarum ſæpe deinceps mentionem audies.

Quænam illæ XII. tabulæ fuerunt? Anno ab V. C. trecẽteſimo, à Regibus exactis ſexageſimo, conſtituendæ Reipub. cauſſa tres legati miſſi ſunt in Græciã. qui Græcorum leges inſtitutáque cognóſcerent: ex quibus, ſimul aliquot antiquis Romanis, certæ leges delectæ, & in XII. tabulis æneis inciſæ ac promulga-

C tæ fuerãt. Idque ius vulgò ius Quiritium dicebatur.

Quid igitur inter illa tria differentiæ eſt? Ius naturæ non excogitatum eſt, ſed innatum: Ius gentium non innatum, ſed à gentibus excogitatum eſt: Ciuile ſimiliter excogitatum, ſed ab vna dumtaxat ciuitate, à qua eadem ſola receptum & comprobatũ eſt.

Eccuius tandem iuris diſciplina conſtituta eſt? Vniuſcuiuſque: nam cùm ciuitas nulla ſit, quin partim naturæ, partim Gentium, partim etiam ſuo ac proprio iure vtatur, ſæpenumero vſu venit, vt cuiuſque

D ratio ambigua & obſcura ſit.

Quotuplex eſt Ius ciuile? Duplex: Scriptum & Non ſcriptum.

Quid eſt Ius ſcriptum? Quod legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, magiſtratuũ edictis, Iuriſcõſultorũ auctoritate, Imperatorum conſtitutionibus conſtat.

Quid eſt ius ciuile non ſcriptum? Quod in conſuetudine rebúſque iudicatis poſitum eſt. neque enim ei Iuri, quod ſua ſponte populus vtendo comprobauit, minus auctoritatis, quàm ei quod ſuffragio & tabel-

E la, rogatu alterius ſciuit, debetur.

Quid eſt lex? Ius quod populus R. ſtãte Republica comitiis vel Centuriatis, vel Tributis, vel Curiatis, vno aliquo è magiſtratibus maioribus rogante, nimirum Prætore, Conſule, Dictatore, Interrege, conſtituebat.

Quid eſt Plebiſcitum? Ius quod plebs R. eadem ſtante Rep. Tribuno pleb. rogante, Tributis tantùm comitiis conſtituebat. vnde triplex inter legem & plebiſcitum differentia intelligitur.

F Quid eſt Senatuſconſultum? Stante Rep. fuit ius, quod Senat' Romanus legitimo loco ac numero, nullo Tribuno pleb. intercedẽte, aliquo è maioribus magiſtratib. referente, conſtituebat. Euerſa verò Rep.

Imperatores per Senatum ſæpe iura conſtituerunt.

Quæ ſunt edicta magiſtratuū? Quæ tum Prætores vrbani, tum Ædiles curules, antequam magiſtratum inirent, conſcribebant: & in albo, id eſt tabula dealbata palàm proponebant, vt quo modo anno ſuo Ius dicturi eſſent, cuiuis intelligere liceret. poteſtas enim iis dabatur ius eo anno arbitratu ſuo dicendi, quibus de rebus iure ciuili conſtitutum non erat. Id autem ius vulgo Honorarium adpellabatur: quoniã illis temporibus ex iis qui honores, id eſt, magiſtratus gerebant, ij ſoli Ius dicebant.

Quid eſt Iuriſconſultorum auctoritas? Ius quod prudentes viri, quibus vſus forenſis, & legum peritia auctoritatem tribuerat, conſtituebant.

Auguſtus autem Imperator primus ſtatuit, vt ab ſe de iure reſpondendi poteſtatem acciperent. tum autem Iudicibus ad quos ea reſponſa deferebantur, diſcedere ab eorum præſcripto non licebat.

Quæ ſunt Principum conſtitutiones? Ius quod Imperatores Romani occupata Repub. vel reſcriptis, vel decretis, vel edictis conſtituebant.

Quæ ſunt reſcripta? Quibus Principes vel ad libellos præſentium, vel ad magiſtratuum abſentium conſultationes reſpondebant.

Quæ ſunt decreta? Sententiæ quas Principes cauſſa cognita, & vtraque parte audita pronunciabant.

Quæ ſunt edicta Principum? Quib. iidem non de certa quadam controuerſia: ſed de Iure aliquo nouo, bene de Republica ſentientes, quaſi nouam aliquam legem conſtituebant.

Dixiſti, finem Iuris eſſe Iuſtitiam: quanam igitur via & progreſſione ad eum finẽ peruenire poſſumus? Iudiciis: quoniã iis nolentes volentes ciues ad æquabilitatẽ rediguntur. Vim volumus extingui? (inquit Cicero in ea pro Sextio) Ius valeat neceſſe eſt: id eſt, iudicia quibus omne Ius continetur.

Quid adpellas iudicia? Decreta eorum qui pro poteſtate quam à lege acceperunt, cauſſa cognita de re ad ſe delata ſententiam pronunciarunt.

Quot ſunt genera Iudiciorum? Duo: Priuatum & publicum.

Quid eſt iudicium priuatum? Eſt id quod rei priuatæ cauſſa inſtitutum eſt, neque ad rempub. directò pertinet. veluti cùm de re pecuniaria, aut priuati hominis iniuria quæritur.

Quid eſt publicum iudicium? Eſt id quod eius iniuriæ cauſſa ſuſceptum eſt, quam Reſpub. lege aliqua lata, ad ſe pertinere ſtatuit: & ſemper in crimine aliquo cognoſcendo verſatur.

CAPVT II.

Partitio huius operis.

QVONIAM priuata iudicia quotidiana ſunt, & frequentius exercentur, priore loco de iis diſſeramus.

Quot ſunt eorum partes? Tres. Primùm enim eſſe litigatores neceſſe eſt: deinde cauſſas propter quas litigetur: hoc eſt, res & obligationes: poſtremò diſceptatores atque Iudices. Itaque rectè quis dixerit, ius ciuile tripartitum eſſe, poſitúmque in perſonis litigatorum, cauſſis litium, id eſt, rebus & obligationibus: poſtremò in actionibus, id eſt, via & ratione litigandi diſceptandique controuerſias, vt prima ſit cauſſa efficiens, altera, cauſſa ſine qua non: tertia, forma. nam finis (vt paulò antè docuimus) eſt Iuſti-

A tia, ſiue, vt ſuum cuique tribuatur.

CAPVT III.

De iure perſonarum.

QVOTVPLEX perſonarū diuiſio eſt? Multiplex. Sed vna eſt ſumma, & prima, quæ bipartita eſt: vt alij liberi, alij ſerui dicantur.

Qui dicuntur liberi? Quibus ius eſt arbitrio ſuo
B viuere, quatenus lege aut inſtituto permiſſum eſt. nam (vt in Cluentiana Cicero teſtatur) idcirco omnes legum ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus.

Propriè autem liber à noſtris dicitur, qui in nullius patrimonio eſt, quamuis in poteſtate ſit: vt filiusfa. aut pupillus.

Qui dicuntur ſerui? Quibus aut Gentium, aut Ciuili Iure libertas arbitrio ſuo viuendi adempta eſt, vel hoc modo, qui in alterius patrimonio perpetuas illi operas debent. nam Seruitutis duæ partes ſunt,
C dominium, & operæ.

Qui ſunt ſerui iure gentium? Qui vel bello capti ſunt, vel ex bello captis prognati.

Qui ſunt ſerui iure Ciuili? Quibus proprio aliquo ciuitatis inſtituto libertas adempta eſt. veluti ſi quis ciuis in luſtro condendo cenſus non eſſet: vel cùm exercitus conſcriberetur, ad delectum non reſpondiſſet: qui annis viginti quinque maior ad precium participandum vendi ſe paſſus eſſet.

Ecquænam liberorum diuiſio eſt? Ea bipartita eſt.
D alij namque ingenui, alij liberti, ſiue libertini dicuntur.

Qui ſunt ingenui? Qui ex matre aliquo grauiditatis tempore libera, ſiue illa ex marito, ſiue ex alio conceperit, procreati ſunt. nam libertas vno tantùm iſtorum trium temporum ſufficit: conceptionis, grauiditatis, aut partus. Agnoſcebantur autem ingenui tum pueri tum puellæ, ex bulla aurea quæ ex collò iis adpendebatur: & toga purpura prætexta, qua vſque ad annum XVII. ornabantur.

E Qui ſunt liberti? Quos domini ex iuſta ſeruitute ſoluerunt, ac manumiſerunt. vnde etiam illorum patroni, quaſi patres, qui à morte in vitam illos reuocarint, adpellabantur.

Manumiſſio vero eſt actio legis, per quam dominus ſeruum ſuum à manu, id eſt poteſtate ſua dimittit: ſic tamen vt ius patronatus in eum retineat: vt ſuo loco docebimus.

Quot ſunt libertorum genera? Olim tria fuêre. nã alij Quirites, id eſt ciues Romani, alij Latini Iuniani, alij Dedititiorum numero erant.

F Qui liberti ciues Romani erant? Qui vel cenſu, vel vindicta, vel teſtamento manumiſſi erant: Itaque Cicero in Topicis ſic diſputat: Si neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamẽto liberfactus eſt, nõ eſt liber. neque eſt vlla earum rerum. nõ eſt igitur liber.

Sic autem Ius Quiritium adipiſcebantur.

Qui dicuntur manumitti cenſu? Qui eo luſtro quod Cenſores quinto quoq; anno agebant, dominorum iuſſu inter ciues Romanos cenſum, id eſt, faculta-
G tum ſuarum æſtimationem profitebantur.

Qui dicuntur vindicta manumitti? Quorum capiti lictor Prætoris iuſſu vindictam, id eſt, virgam imponebat: cùm dominus manu ſeruum tenens, ſic dicebat: Hunc hominem liberum eſſe volo: & emittebat eum manu.

Qui teſtamento manumitti dicebantur? Quos dominus in teſtamẽto vel directò liberos eſſe iuſſerat,

qua

qua de cauſſa Orcini liberti vocabantur, quaſi nullius viuentis: ſed Orci & inferorum liberti eſſent: vel, vt ab herede manumitterentur, rogarat.

Qui liberti Latini Iuniani dicebantur? Qui alio modo quàm cenſu, vindicta, teſtamento manumiſſi eſſent: veluti in conuiuio, per epiſtolam, inter amicos. nam lex Iunia Norbana eos non ciues Romanos eſſe voluit, ſed eodem iure quo Latinos colonos.

Quinam Latini coloni erant? Qui ex Romana ciuitate in Latium partim ſua ſponte, partim legis multa proficiſcebantur. Nam illi iuris Quiritium expertes erant: veluti connubij, adgnationum, hereditatum, tutelarum, mancipij, nexus. de quibus ſuis locis cognoſces.

Qui liberti dedititiorum numero fuerunt? Lex Ælia Sentia conſtituit, vt qui ſerui pœnę cauſſa vincti, quibúſve ſtigmata inuſta fuiſſent, qui propter noxam torti, nocentéſve inuenti eſſent, quíve traditi fuerant vt ferro, aut cum beſtiis depugnarent, vel in cuſtodiam coniecti fuerant, ij ſi manumitterentur, dedititiorum numero ac iure haberentur.

Quoſnam dedititios adpellas? Qui cum populo Rom. bellum gerentes, ei ſe dediderant: nam & commercio, & connubio, & reliquo iure ſic multabantur, vt non longè à ſeruorum condicione abeſſent: neque vnquam ciuitatem Romanam adipiſci poterant.

Licebátne cuiuis domino ſeruos ſuos, & quos vellet, & quo numero vellet, manumittere? Nequaquam. nam ei qui ſoluendo non erat, manumittere non licebat, niſi ſeruum vnum, quem ſibi heredem, vel cum adiectione, vel ſine mentione libertatis, inſtitueret. Prȩtereà minor annis viginti manumittere, niſi cauſſa Prȩtori, & ipſius cõſilio probata, nõ poterat.

Quid de numero conſtitutum erat? Lex Fuſia Caninia ſtatuit, vt à duobus ſeruis vſq; ad decem teſtamẽto manumittere liceret, partem dimidiam: à decẽ vſque ad triginta, tertiam: à triginta vſque ad centũ, quartam: à centum vſque ad quingentos, quintã: neq; vlli amplius quàm centum manumittere liceret. antea verò nonnulli teſtamento ſuo vniuerſam familiã manumittebãt. Quod Dionyſius Halic. homo Grȩcus libro quarto vehementer improbat. cùm heri ſeruos, hodie liberos, in tantum honorẽ poſitos videret. nam vnà cum libertate ciuitatem R. adipiſcebantur.

CAPVT IIII.

Secunda perſonarum diuiſio.

HACTENVS primam perſonarum diuiſionem explicaſti. quænam eſt ſecunda? Secunda bipartita eſt eodem modo. nam alij ſui, alij alieni iuris eſſe dicuntur.

Quinam ſunt ſui iuris? Romani ciues, familiarum ſuarum principes, qui Patresfamiliás adpellantur, & dominium in ſuos obtinebant. Nam paterfamiliás ſic definitur, qui in domo dominium habet, etiamſi neque liberos habeat. adhuc impubes ſit.

Quinam ſunt alieni iuris? Serui, & filiifam. nam domini in ſeruos iure gentium infinitam poteſtatem habent, nimirum vitæ & necis. Sed iure ciuili, & præſertim Antonini Cæſaris edicto cautum eſt, ne dominis maior in ſeruorum ſuorum quàm in alienorum vitam poteſtas eſſet: & vt qui ſeruum ſuum præter modum vexaret, is per Magiſtratum bonis condicionibus eum vendere cogeretur.

Quænã in filiofam. poteſtas erat? Romulus maio-

A rem in eos quàm in ſeruos poteſtatem conſtituit. nõ enim ius vitæ ac necis tantùm patribus dedit: ſed etiam rer eos vendendi poteſtatem. verùm poſt tertiam venditionem manumiſſi, non amplius in parentum poteſtatem recidebant. in matrum autem poteſtate liberi non erant.

Quos igitur filiosfam. adpellas? Qui vel ex iuſto matrimonio procreati ſunt, (nam alij S.P. id eſt, ſine B patre, & Spurij nominantur) vel pro eo ac ſi nati ſic eſſent, habentur, & in eum locum adoptantur. denique Filiif. vel iuſto matrimonio, vel adoptione quæruntur. Itaque Filiusfa. ſic definitur, qui vel ex iuſtis nuptiis patre viuo natus eſt, vel in filij locum adoptione adſcitus.

CAPVT V.

De nuptiis.

QVOD eſt iuſtum matrimonium? Quod inter eos contractum eſt, qui puberes fuerunt: & C ius connubij, parentúmque conſenſum, ſiquidẽ in eorum erant poteſtate, habuerunt.

Qui puberes dicuntur? Mares quidem anno ætatis XIIII. fœminæ XII. quia natura comparatum eſt, vt eo ferè anno, qui tertius ætatis gradus numeratur, pubeſcant. Itaque antea pueros quaſi putos, & impuberes nominari Varro teſtatur.

Quot in gradus ætatẽ hominis diſtribuis? In quinque, quorum primus eſt Infantia, vſque ad annum VII. alter Pueritia, vſque ad decimumquartum: à quo D Pubertas incipit, quæ in maribus anno demum XVIII. in fœminis anno XXV. plena eſſe dicitur: vnde Adoleſcentiam ordimur; qui tertius gradus eſt, vſque ad tertium ſeptennium; hoc eſt annum XXV. atque illa quidem Firmata ætas nominatur. Quartus eſt Iuuentus, quæ alterum tantùm ætatis ſpacium complectitur, nimirum vſque ad annum quinquageſimum eáque modò Perfecta, modò Robuſta ætas adpellatur. Quintus eſt Senectus, cuius initium illi anno attributum Cicero in Catone Maiore teſtatur: quæ modò E prolixa, modò prouecta ætas dicitur.

Quid eſt connubium? Ius matrimonij inter eos contrahendi, quibus per leges aut mores ciuitatis permiſſum eſt. non enim ius eſt libero ſeruam, eius peregrinam, tutori pupillam, rectori prouinciæ prouincialem ducere: ſed præſertim cognato cognatam, aut adfini adfinem: quæ filiæ aut matris numero ſit. ſed de cognatione, & adfinitate paulò vberius explicandum eſt.

CAPVT VI.

F

De gradibus cognationũ.

QVOTVPLEX eſt cognatio? Recepta duplex eſt tantùm, altera parentum, ſiue liberorum (nam cùm inter ſe referãtur, qui alterutros nominat, vtroſque nominare intelligitur,) altera propinquorum. Sed in figura graduum deſcribenda, triplex nominatur: Parentum, Liberorum, & Propinquorum.

Age quæſo, & mihi graduum cognationis figuram G aliquam deſcribe. Primo loco imaguncula ſumenda eſt, quæ Titius, Titiáve nominatur: & eius perſonam ſuſtinet, de cuius cognatione quæritur.

Quid ita? Quia in omni quæſtione de gradibus ſemper duæ perſonæ proponuntur, de quibus agitur quarum alterutram imaguncula ſuſtinet.

Quid tum poſtea? Tum ſub illa perſona ſcribamus Filius, Filia. ſupra verò Pater, Mater. Ita primum

gradum habebimus, quoniam vnaquæque generaliter facit gradum. Vna autem generatione Titius à patre ſuo differt, atque etiam à filio.

Quomodo gradum ſecundum inibimus? Scribamus ſub filio, Nepos, Neptis: ſupra patrem, Auus, Auia. A latere verò Titij ſcribamus, Frater. Soror.

Quid deinceps? Tum ſic dicamus, Titius genitus eſt à patre: ecce vnam generationem, ac proinde vnum gradum. Pater genitus eſt ab auo: ecce duas generationes, ac proinde duos gradus.

Et fratris gradus, qua ratione inibitur? Titius genitus eſt à patre: ecce vnum gradum. Pater autem illum alterum genuit: ecce duas generationes: ac proinde duos gradus. Hanc enim viã linea ſanguinis quæ animo cogitationéq; nobis effingẽda eſt, demõſtrat.

Quin tu igitur tabulam integram explicas? Quoniam illa lenta progreſſio, (quam Græci *ſynthesin* adpellant,) quæ vnoquoque gradu ſingulatim addendo paulatim figuram omnem abſoluit: te quaſi pedetentim ingredientem faciliùs ad ſummum deducet. Sed tamen quoniam ita vis, explicemus.

Quid primum obſeruandum eſt? Vt eos omnes, quos ſupra Titij caput recto ordine deſcriptos cernis, Parentes adpelles: quos infra, Liberos: quos ad dextram, Adgnatos: quos ad læuã, Cognatos voces.

Quamquam interdum ad læuam conſanguinea ſoror adſcribitur, quoniam ex ea nati cognati ſunt.

Qui ſunt adgnati? Qui per virilis ſexus perſonas Titio coniuncti ſunt: vt patruus, qui per patrem & auum coniunctus eſt.

Qui ſunt cognati? Qui per muliebris ſexus perſonas Titium adtingunt: veluti Auunculus, qui matris eſt frater, & per eam Titio coniunctus eſt. item ſororis liberi.

FIGVRA GRADVVM COGNATIONIS,

4 *Abauus, Abauia.*

3 *Proauus, Proauia.*

4 *Patruus magnus.*	1 *Auus, Auia.*	*Auunculus, magnus.*
Patruus, Amita. 3	2 *pater, mater.*	*Auunculus, Matertera.* 3
4 *Patrueles.*		*Conſobrini.*
TITIVS.		TITIA.
2 *Conſanguinei.* 3 *Fratris filij.*		2. *Vterini.* 3 *Horum filij.*
4 *Nepotes.*		4 *Nepotes.*

1 *Filius, filia.*

2 *Nepos, neptis.*

3 *Pronepos, proneptis.*

4 *Abnepos, abneptis.*

A Quis eſt quem conſanguineum & vterinum hìc nominas? Tria ſunt fratrum genera. Nam alij conſanguinei ſunt, qui ex eodem patre nati ſunt, quamuis non ex eadem matre: atque illi propterea Adgnati ſunt: alij vterini, qui ex eadem tantùm matre geniti ſunt, alij Germani, qui ex eodem patre, eadémque matre nati ſunt. Idémq; de ſororibus intelligendũ eſt.

Quid ſecundum obſeruandum eſt? Linea quædam ſanguinis in gradibus enumerãdis perpetuò tibi co-

B gitanda eſt, quæ Titiũ agnatis cognatiſq; coniungit.

Quid tertium? Vt quot generationes numeraueris, totidem perpetuò gradus numeres: quoniam (vt antè dixi) vnaquæque generatio facit gradum.

Nunc ad noſtras nuptias redeamus. Quę cognatio connubium impedit? Parentum liberorúmque connubium in infinitum nullum eſt. Propinquorum autem ita eſt, ſi procul diſiuncti ſunt.

Quæ cognatio propinquorum nuptias prohibet? Quæ cum fratre, aut ſorore eorúmve liberis ac poſte-

C ris intercedit. nam illi nimia ſanguinis communione ſunt coniuncti: hi liberorum quodammodo locum ac numerum obtinent: & regula hæc obſeruatur: Cuius filiam vxorem ducere non licet, eius nec neptem permittitur.

Quid? nulláſne alias mihi de cognatione leges tradis? Nullas omnino. nam qui de liberis, idem de parentibus: qui de fratris aut ſororis liberis, idem de patruis, amitis, auunculis, materteris, magnis, maioribus, maximis, eadem opera loquitur.

D Ergo quemadmodum illi quaſi liberorum, ſic hi quaſi parentum locum ac numerum obtinent? Rectè accipis. qui enim fratris filiam negat vxorem duci poſſe, idem patruo negat eam licere nubere qui ſororis filiam, auunculo.

Qui dicuntur adfines? Qui vxorem ducit, eius cognatis adfinis eſt propriè: quippe qui ad eorum fines acceſſit. illi tamen viciſſim adfines ei dicuntur. Itaque adfines ſunt, & qui aliorum cognatam habent in matrimonio, & quorum propinquam alter vxorem

E duxit. vt Adfinitatem pingui quadam Minerua dicere poſſimus, alteram accedentem, alteram ſtantem.

Quæ eſt accedens? Semper cognationis figura ob oculos habenda eſt. deinde hæc regula tenenda: Qui quæ've cum Titio Titiáve matrimonium contrahit, is eáve Titij Titiæ've cognatis propriè adfinis eſt: eáque adfinitas accedens dicitur, quippe quæ ad illorum fines acceſſerit.

Quæ eſt adfinitas ſtans? Stare dicũtur ea (vt ait Ma-

F crobius) ad quę acceditur. Quare omnes Titij cognati ad quorum fines acceſſio facta eſt, hoc modo adfines ſunt. vt adfinitas ſtans dicatur eorum eſſe, qui coniugis cognati ſunt.

Cedo exemplum accedentis. Nomina accedentis hæc ſunt, Gener, Nurus, Vitricus, Nouerca, Sororius, Fratria.

Cedo exemplum ſtantis. Eius hæc nomina ſunt: Priuignus, priuigna, Socer, ſocrus, Leuir, glos.

Velim huius quoque rei mihi aliquam deſcriptio-

G nem edas. Primum Caij & Caiæ imagunculam adpingamus, & hanc regulam teneamus: Sub illa perſona vniuerſam adfinitatem accedentem latêre, in eáque ſubintelligendam eſſe.

Quid tum poſteà? Deinde ſuprà Socerum & Socrũ adpingemus: ad quos Caius & Caia ſub Generi nomine referantur: infrà, Priuignum & Priuignam, ad quos iidem ſub Vitrici & Nouercę nomine refe-

referantur: poſtea Leuirum & Glotem, ad quos Sororium & Fratriam referri oportebit.

Quorum adfinium nuptiæ interdictæ ſunt? Eadem adfinitatis quæ cognationis ratio eſt. Itaque qui quaſi parentum & liberorum locum obtinent, coniungi non poſſunt: veluti vitricus cum priuigna, nouerca cum priuigno, ſocer cum nuru, ſocrus cum genero, & infinitè eodem ordine.

Quorum præterea nuptiæ prohibentur? Iure ciuili nulla tradita definitio eſt. ſed exiſtimare licet, quibus in cognationis gradibus connubium non eſt, in iiſdem etiam adfinitatis gradibus non eſſe: proinde quaſi vir & vxor eadem perſona cenſeantur. Matrimonium igitur interdictum eſt, cum fratris, patrui, auunculi vxore: ſororis amitæ, materteræ marito: fratris filij vel nepotis vxore: fratris filiæ vel neptis marito: ſororis filij vel nepotis vxore: ſororis filiæ vel neptis marito.

FIGVRA GRADVVM ADFINITATIS.

2 *Proſocer, Proſocrus.*

1 *Socer, Socrus.*

CAIVS, — CAIA.

Leuir, glos. — *Leuir, glos.*

Horum filij. — *Horum filij.*



1 *Priuignus, Priuigna.*

2 *Propriuignus, Propriuigna.*

Quid de compriuignis cenſes, hoc eſt de iis quorum parentes inter ſe nouo matrimonio coniuncti ſunt? Nuptiæ inter eos etiam poſt natos ex nouo parentum ſuorum matrimonio liberos, rectè contrahuntur: quippe cùm adfines non ſint.

CAPVT VII.

De ſponſalibus.

QVONIAM de nuptiis dixiſti, quamuis extra ordinem, tamen de ſponſalibus aliquid audire cupio. Quæ ſunt ſponſalia? Mutua repromiſſio futurarum nuptiarum, inter quos Iure ciuili licet facta.

Inter quos igitur ea Iure contrahuntur? Inter eos demum, inter quos & nuptiæ: niſi quòd impuberes, modò ſeptem annis maiores ſint, ſponſalia rectè contrahunt.

Quomodo contrahuntur? Interdum nuda pactione: vnde Pactæ puellæ propriè dicebantur. Interdum etiam adhibita inſuper ſtipulatione. nam olim ſtipulanti adoleſcentis patri, puellæ pater filiam ſpondebat, & viciſſim ſtipulanti puellæ patri, alter filium deſpondebat: indéque nomen hoc inuenerunt. poſt verò ſola teſtatio fuit neceſſaria.

Quænam eſt obligatio ſponſaliorum? Nulla. Itaque ſponſalibus renunciare, his permittitur verbis: Conditione tua non vtor: idque Repudium dicebatur. ſed ſi munera quædam data ſint (quæ vulgò Sponſalitiæ largitiones adpellantur) ſiquidem is qui dedit, renunciet, datum amittit: ſin is qui accepit, alterum tantùm præſtare cogitur.

CAPVT VIII.

De iure vxorum.

AGE, quoniam ſponſalia & nuptias celebrauimus, audire cupio de vxorum iure: nam hoc quoque ad iuris perſonarum explicationem pertinet. Quot ſunt vxorum genera? Olim duo fuerunt: aliæ namque matresfa. aliæ matronæ dicebantur.

Quænam erant matresfa. Quæ per coëmtionem in viri manum conueniebant, nam, cùm ſeſe inter ſe dicis cauſſa coëmiſſent, vir mulierem interrogabat, an ſibi materfam. eſſe vellet: viciſſimque hæc virum, an ſibi paterfam. eſſe vellet. ita in manum ac poteſtatem mariti tranſibat, & ſua illi heres fiebat.

Quæ matronæ dicebantur? Quæ tutoribus auctoribus annum vnum cum aliquo conſueſcebant: niſi enim antè finem anni vſurpatum eſſent, id eſt, diſceſſiſſent, pro vſucaptis, id eſt, poſſeſſione quæſitis habebantur. interea neque hæc in mariti manu erat, & ſi inteſtata moreretur, adgnatus eius proximus heres fiebat.

Quid ſequitur nunc? Vt de altero genere filiorumfam. diſſeramus: hoc eſt, eorum, qui per adoptionem in poteſtatem noſtram adſciſcuntur.

CAPVT IX.

De adoptione.

QVID eſt adoptio? Eſt actus legitimus, per quem extraneus in alienam familiam iúſque filiifam. adſciſcitur.

Quod eſt ius adoptionis? Olim poſitum erat in hereditate nominis, patrimonij, & ſacrorum.

Quod fuit ius nominis? Vt adoptatus prænomine, & cognomine adoptantis vteretur: ſuum autem nomen ita retineret, vt illud vna ſyllaba produceret: veluti C. Octauius, poſteaquam à C. Iulio Cæſare adoptatus eſt, vocatus eſt C. Iulius Cæſar Octauianus.

Quod fuit ius patrimonij? Vt adoptatus æquè ac ſi ex adoptatore legitimè natus eſſet, ei vel ſolus, vel cum aliis ſuccederet. naturalis enim familiæ ius omne olim amittebat. atque ab ea extraneus & alienus cenſebatur. Sed Iuſtinianus id demum de hereditate permiſit, cùm aut nepos, aut pronepos ab auo proauóve adoptatur.

Quod fuit ius ſacrorum? Romæ vnaquæque familia ſacra quædam priuata, & ſuæ gentis propria domi apud deos penates faciebat: qui verò pecuniæ, idem ſacrorum heres erat.

Quotuplex eſt adoptio? Duplex, vna quæ per

Prætorem fiebat, quæ propriè adoptatio vocabatur: altera quæ olim per populum, poſtea per Imperatores fieri cœpit, quæ vocabatur Adrogatio.

Quomodo fiebat adoptatio? Pater filiumfa. dicis cauſſa (id eſt ſimulatè) ter adoptatori mancipabat, (id eſt, vendebat) ſed ea lege, vt emtor eum in filiufa. ſui ius adſciſceret. qua de cauſſa Emtor fiduciarius dicebatur.

Quis erat adrogationis modus? Cùm is qui ſui iuris erat, in alienam poteſtatem ſeſe tradebat, eiúſque rei ipſe auctor fiebat.

Vnde adrogatio dicta eſt? Quia comitiis curiatis, populus his rogabatur verbis: Velitis, iubeatis Quirites, vti L. Valerius, L. Titio tam iure legéque filius ſiet, quàm ſi ex eo patre, matréque fam. eius natus eſſet: vtiq; ei vitæ necíſque in eũ poteſtas ſiet, vti patri endo filio eſt. hoc ita vt dixi, ita vos Quirites rogo.

Quotuplex inter vtramque differentia eſt? Triplex. nam illa filiorumfa. erat propria, hæc eorum qui ſui iuris erant: illa apud Prætorẽ in iure, hæc comitiis curiatis fiebat: illa cuiuſuis ſexus & ætatis cõmunis: hæc marium tantùm & puberum propria erat.

Licebátne cuiuis arbitratu ſuo quem vellet adoptare? Cùm adoptio imitatio ſit naturæ, quoad fieri poteſt, ad eius exemplum reuocanda eſt: itaque nec ſpado, nec niſi qui plena pubertate, id eſt, decem & octo annis altero maior eſt, eum adoptare poteſt.

Quid iuris eſt de fœminis? Cùm eæ naturales liberos in poteſtate non habeant, quomodo adoptare poſſent? niſi fortè Principis indulgentia ad ſolatium liberorum amiſſorum id eis permittatur.

At non in alterius quàm in filij locum adoptare licet? Imò, nam auus & nepotem ex emancipato, id eſt, extra familiam eiecto filio, in primum gradum: & extraneum in ſecundum rectè, conſentiente filiofa. adoptat: nepotem verò ex filiofam. etiam ſine patris conſenſu poteſt in adoptionem tradere.

Adhuc docuiſti, quibus modis patria poteſtas adquireretur: nimirum iuſto matrimonio, & adoptione. nunc ſtudeo ex te audire, quot & quibus modis diſſoluatur? Duobus: Morte, & Capitis diminutione.

CAP. X.

De patriæ poteſtatis diſſolutione.

QVOMODO morte patria poteſtas diſſoluitur? Cùm paterfa. moritur, filius quidem ſui iuris efficitur: ſed nepos ex eo filiofam. in patris ſui poteſtatem cadit. quòd ſi filiusfa. mortuus ſit, nepos ſui iuris efficitur.

Quid eſt capitis diminutio? Prioris ſtatus mutatio: ſiue amiſſio iuris eius, quod quis vel ex libertate, vel ex ciuitate, vel ex adgnatione propriũ habebat. Nam Caput eſt ſtatus, ſiue ius quod quis ex libertatis, vel ciuitatis, vel familiæ condicione adeptus eſt. Minutio verò vetuſtè dicebatur, pro ademtione, amiſſione, alienatione. vnde triplex eſſe dicitur, maxima, media, & minima.

Quænam eſt maxima capitis diminutio? Cùm quis ſimul & libertatem & ciuitatem amittit: veluti, ſi vel pater, vel filius ab hoſtibus captus apud eos moriatur: nam ſi redierit, habetur eodem iure, ac ſi ſemper in ciuitate manſiſſet, propter ius quod poſtliminium adpellatur.

Quid eſt poſtliminium? Eſt ius quoddam inter liberos populos, fœderatos & reges conſtitutum, vt qui bello captus certis modis in ciuitatem redierit,
A priſtina omnia ſua iura recuperet.

Quæ eſt media capitis diminutio? Cùm ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur. quod olim per aquæ & ignis interdictionem accidebat, & poſtea per deportationem, quæ in ipſius locum ſucceſſit.

Quæ fuit aquæ & ignis interdictio? Cùm iis qui exſilio damnandi viderentur, non nominatim ciuitas adimebatur, ſed vſu aquæ & ignis (quæ duo degen-
B dæ vitæ ſymbola ſunt) interdicebatur. nam etſi non nominatim, re tamen ipſa tacitè exſilium inferebatur: ademta ope illa, ſine qua viui non poteſt.

Quæ fuit deportatio? Cùm illo more ſublato, damnatus in nauim aliquam imponeretur, & ſeruis publicis vt cum in ſolas terras, id eſt, ſolitudinem aliquam deportarent, traderetur.

Quæ eſt minima capitis diminutio? Cùm & ciuitas & libertas retinetur: ſed ius familiæ, ſiue adgnationis amittitur: id eſt ius illud, quod inter eos qui e-
C iuſdem familiæ ſunt, & per virilem ſexum cognati ſunt, inſtitutum eſt.

Quomodo ius adgnationis amittitur? Per emancipationem: id eſt, imaginariam liberorum venditionẽ, quæ ad ſimilitudinem eius excogitata eſt, quam olim Romulus inſtituerat. Nam is cauerat, vt ſi pater filium ter emancipaſſet, id eſt, vendidiſſet, filiam autem ſemel: ij ſui iuris efficerentur. poſtea verò (ad ſpeciem atque vſurpationem vetuſtatis) inſtitutum eſt, vt pater apud Prætorem alicui cuius fidem ſeque-
D batur, (& qui ob eam cauſſam Fiduciarius dicebatur,) filium ſuum dicis cauſſa ter, filiam ſemel vendens, eos hac ratione de manu ac poteſtate ſua dimitteret. ſed hodie Iuſtiniani inſtituto partes ſola teſtatione apud acta magiſtratus hoc faciunt, & ſolam Græcorum conſuetudinem in abdicando vſurpant.

Quid? An non etiam populus Rom. vti abdicatione ſolebat: cùm eius tam frequens apud Quinctilianum mentio ſit? Non. Quinctilianus enim exempla puerilium exercitationum ex Græcorum ſcholis pro-
E fert. Græci autem per præconem palàm pronunciari iubebant, ſe ſuos liberos è familia ſua eiicere: vnde ἀπειπεῖν & ἀποκηρύττειν, & ἐκκηρύττειν dicebant.

Quomodo igitur Emancipationem definis? Emancipatio eſt actus legitimus, per quem pater filiumfam. è poteſtate ſua dimittit. nam eius vis hæc eſt, vt emancipatus ſui iuris, & pater fam. efficiatur: vt quod deinceps adquiret, ſibi adquirat: eiúſque plenum dominium ac liberam adminiſtrationem habeat: ſimul etiam vt omnia iura,
F quæ in naturalis patris familia habebat, amittat.

CAPVT XI.

De tutelis.

HACTENVS ſecundam perſonarum diuiſionem explicaſti: quænam eſt tertia? Ea bipartita eſt. nam eorum qui ſunt ſui Iuris, alij in curatione ſunt, alij neutro iure tenentur.

Quid eſt tutela? Eſt vis ac poteſtas in capite libe-
G ro, ad tuendum eum, eámve qui quæ've per ætatem conſilíi've infirmitatem ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa. vel ſic: Tutela eſt poteſtas tuendi pupilli legibus data aut permiſſa. quapropter alia datiua eſt, alia legitima.

Et quinam tutelæ ſubiiciuntur? Primùm patresf. impuberes qui propriè pupilli adpellantur. deinde olim fœminæ quoque omnes, quæ quidem matresfam.

treſfam. non eſſent, in perpetua tutela eſſe ſolebant.

Quænam eſt illa vis ac poteſtas tutorum? Vt pupilli nihil ſine ipſorum auctoritate gerere poſſint: ac ne hereditatem quidem quamuis fructuoſam adire: tametſi obligare ſibi alios poſſint, obligari ipſi per ſe non poſſint.

Quid eſt auctoritas? Expreſſa probatio eius negocij quod cum pupillo geritur.

Quomodo illa auctoritas interponenda eſt? Neceſſe eſt eam & à tutore præſente, & in ipſo gerendo negocio interponi: alioqui nec antecedens, nec ſubſequens tutoris auctoritas vllius momenti eſt.

Quid ſi plures ſint tutores? Si adminiſtratio communis eſt, vnius ſufficit auctoritas: ſin autem vel rebus vel regionibus diuiſa eſt, ſingulorum auctoritas in ſua quaque parte, vel regione neceſſaria eſt.

Quæ eſt tutela datiua? Quam lex vel à parente teſtatore, vel à magiſtratu dari permittit. vnde illa Teſtamentaria, hæc Honoraria nominatur. Tutorum autem genera numerantur tria. teſtamentarij, legitimi, & moribus inducti.

Qui ſunt teſtamentarij? Quos paterfam. impuberi filiofam. itémque nepoti, quem tamen non patris, ſed ſuæ poteſtati relicturus eſt, in ſuo teſtamento conſtituit. quòd ſi emancipato dederit, à Prætore confirmandus erit.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt? Non tantùm patresfam. ſed & filiifam. & ſerui tum proprij, tum alieni: ita tamen ſi proprium teſtator liberum eſſe non putet: alienum autem cùm liber erit, tutelam ſuſcipere iubeat.

Qui ſunt tutores legitimi? Legitimarum tutelarum tria ſunt genera. nam aliæ ſunt adgnatorũ, aliæ patronorum, aliæ parentum.

Quæ eſt tutela legitima adgnatorum? Si teſtamento tutor datus nõ eſt. Lex XII. tabularum ad adgnatos proximos, (id eſt eos qui pupillos per virilem ſexum cognatione proxima contingunt) tutelam defert, & ſi plures eodem in gradu ſint, ad omnes pariter defert.

Quid igitur ſi proximus adgnatus capite diminut° eſt: quo caſu antea dicebas eum adgnatũ eſſe deſinere? Tutela tunc ad gradum inſequentem defertur.

Quæ eſt legitima patronorum tutela? Ex ratione XII. tabularum, quæ tutelas adgnatis idcirco defert, quoniam hereditatis ſpes ad illos pertinet, inductum eſt, vt patroni qui libertorum ſuorum inteſtatorum ea lege heredes ſunt, eorum quoq; impuberum tutelam ſuſciperent.

Quę eſt legitima parentum tutela? Quoniam is cui filiusfam. mancipatus eſt (quem ſuperiùs fiduciarium adpellari dicebamus) ſi poſtremus eum manumittat, eius & heres & tutor efficitur, (quippe cùm eius quaſi patronus ſit) inſtitutum eſt, vt is hominem ſibi tertiò venditum non manumittat, ſed patri viciſſim vendat, qui poſtea illum manumittens, ius illud adquirat: qua de cauſſa & pater & tutor fiduciarius (niſi veriùs & honeſtius patris nomen obtineret) adpellari poſſet.

Quid igitur ſi pater antè quàm filius ille pubes factus ſit, pupillarem ætatem excellerit, moriatur: quis huius impuberis tutor erit? Inſtitutum eſt, vt frater in poteſtate retentus, patre mortuo fratris emancipati ſit tutor, & nomen quod patris proprium fuiſſet, habeat: tutórque fiduciarius vocetur.

Quid verò ſi cui neque tutores teſtamento dati ſunt, neque vlli eius cognati exſtent? Lex Attilia iubet ei tutorem à Prætore & maiore parte Tribunorũ plebis dari. Lex verò Iulia & Titia à Præſidibus prouinciarum. verùm id poſtea immutatum eſt.

Quid igitur inſtitutum fuit? Claudius Imperator ſanxit, vt Conſules pupillis extra ordinem tutores darent. Antonius verò Philoſophus Prætorem tutelarum inſtituit, qui tutores & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, & tutelam recipere cogerent. poſtremò hic mos inualuit, vt magiſtratus cum hac inquiſitione tutores darent, ſi moribus honeſtis eſſent, ſi locupletes, ſi tutelam non adfectaſſent.

Qui ſunt tutores moribus inducti? Olim ſi pupillus cum tutore ſuo lege, aut legitimo iudicio agere vellet, Prætor ei tutorem, quo auctore agere vellet, adtribuebat. nam tutor in rem ſuam auctor eſſe non poteſt. nunc verò curator ad eam rem decernitur, qui lite finita curator eſſe deſinit.

Quot modis tutela finitur? Septem: pubertate, quàm capitis diminutione pupilli, tutoris autem media & maxima, &, ſi legitimus ſit, etiam minima: item condicionis euentu, temporis præfiniti decurſu, ſuſpecti crimine, & legitima excuſatione.

CAPVT XII.

De curatoribus.

AGESIS, quoniam de tutela dictum eſt, deinceps de curatione videamus. Quid eſt curatio? Eſt poteſtas adminiſtrandi bona eius, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporiſve vitium præeſſe rebus ſuis non poteſt.

Vel hoc modo: Curator eſt, cui data eſt poteſtas præbendi adſenſus in adminiſtrando eius patrimonio, qui propter conſilij infirmitatem rem ſuam commodè adminiſtrare non poteſt.

Quot ſunt curatorum genera? Duo. nam alij legitimi ſunt, alij honorarij.

Qui dicuntur legitimi? Qui dati ſunt iis, quibus lex XII. Tabularum dari iubet: nimirum furioſis & prodigis. ſic enim in ea ſcriptum eſt: Si furioſus exſiſtet, aut prodigus, cui bonis interdictum ſit, adgnatorum, gentiliúmq; in eo pecuniáque eius poteſtas eſto.

Qui dicuntur honorarij? Qui à Prætore dantur ei, qui nuper pubes factus idoneè ſua negocia gerere nõ poteſt: item ſurdis, mutis, perpetuo morbo adfectis.

Nunquámne igitur impuberi curator datur? Imò. nam pupillo qui tutorem idoneum non habet, vel cùm habet, qui ſe ad tempus excuſat, curator adiungitur. præterea tutor neceſſariò impeditus, actorem petere, dum tamen pupillus abſit, vel infans ſit, poteſt: eúmque magiſtratus confirmant.

Quid? nulline teſtamento curatores dantur? Non, ſed tamen ſi dati ſint, magiſtratus decreto confirmantur.

Et quæ ſunt inter Tutorem & Curatorem communia? Vterque propter conſilij infirmitatem eorum quibus datur, conſtituitur. vterque ab iiſdem magiſtratibus datur. vterque ſatiſdat rem pupilli, vel adulti ſaluam fore. vterque non modò patrimonium, ſed etiam mores, corpus & ſalutem eius qui ipſorum fidei commiſſus eſt curare debet.

Quæ ſunt inter ipſos differentiæ? Tutor datur impuberi: curator puberi. ille præcipuè perſonæ datur, & per conſequentiam ipſius rei. Curator tantum rei & patrimonio adtribuitur. Tutor inuito datur. Curator volenti & petenti, niſi fortè in litem detur. Tutor datur vniuerſo patrimonio: curator etiam rebus aut cauſſis ſingulis. Tutor dari teſtamento poteſt. curator non poteſt. Tutorum alij ſunt teſta-

mentarij, alij legitimi, alij datiui. curatores tantùm datiui ſunt, ſiue honorarij. tametſi furioſis & prodigis ex lege dantur. Reliquas differẽtias aliud in tempus reiiciemus.

Quomodo iis qui in tutela vel curatione ſunt, cauetur? Magiſtratus iubet tutores & curatores ſatiſdare, id eſt, fideiuſſores locupletes dare, rem illorum ſaluam fore: & niſi ſatiſdent, pignoribus captis coërceantur.

Ab omnibúſne igitur illa ſatiſdatio exigitur? Non. qui enim vel teſtamento vel ex inquiſitione dati ſunt, ſatiſdare non coguntur: ſi tamen plures ſint, is qui vel ſolus, ab alio prouocatus ſatiſdat, quíve à Prætore, aut maiore collegarum parte, aut, cùm inter eos nõ cõueniret, à Prætore delectus eſt, ſol⁹ adminiſtrat.

Quid ſi magiſtratus id neglexerit? Tum quod damni reſarciri ex adminiſtratorum bonis non poterit, præſtabit.

Habeo iſta. ſed quæro, cùm alicui tutela defertur, nunquámne illi ſe excuſare licet? Imò, legitimæ excuſationum cauſſæ complures ſunt: ſed præcipuè ſunt quattuordecim.

Quænam illæ ſunt? Morbus ſonticus, id eſt qui ei rei impedimento eſt: ſenectus annorum ſeptuaginta, maior aliquis magiſtratus, abſentia cauſſa Reip. adminiſtratio fiſci, militia, numerus liberorum, Romæ trium, in Italia quattuor, in prouinciis quinq;: inopia ei muneri ſuſtinendo impar, profeſſio Grammaticæ, Rhetoricæ, & Medicinæ, imperitia rerum, tria onera tutelæ non adfectatæ, inimicitiæ capitales cum defuncto, controuerſia ſtatus ab illo inſtituta, & lis cum pupillo, vel de bonis omnibus, vel de ipſa hereditate ſuſcepta.

Quid igitur ſi is qui tutelam eſt adeptus, malè rem gerat? Lex XII. tabularum iubet, vt eum qui doli mali, culpǽve in tutela admiſſæ ſuſpectus erit, apud eum qui ius dicet arguere liceat, dolique damnatus, ſit infamis. nemo tamen in ſuſpicionem ob inopiam, ſed propter mores tantùm vocatur.

Cuinam hæc ſuſpecti actio conceditur? Omnibus, etiam mulieribus, iiſque alienis: quarum tamen Prætor cum conſilio inſtitutũ probarit: item adoleſcenti in curatorem: tametſi pupillo in tutore ſuũ nõ detur.

Quid verò ſi tutor ſatiſdare ſit paratus? Nihilominùs remouetur: ne ſatiſdatio prædandi facultatem ei potiùs præbeat, quàm adimat.

Cap. XIII.

De rebus & earum adquir. modis.

SATIS nunc de perſonis dixiſſe videris: proximum eſt, vt de rebus, earúmque adquirendarum modis diſſeramus. Quotſunt rerum, de quibus in Iure ciuili diſputatur, differentiæ? Tres præcipuæ.

Quænam eſt prima & ſumma? Vt aliæ ſint diuini, aliæ humani iuris.

Quæ ſunt diuini iuris? Res ſacræ, religioſæ, ſanctæ.

Quæ ſunt res ſacræ? Quæ ritè, verbis ſollemnibus, per Pontifices Deo conſecratæ ſunt: vt (veteri populi R. inſtituto) aræ, templa, donaria.

Quæ ſunt religioſæ? Religioſa loca propriè dicebantur, in quæ illati mortui fuerant: quia relinquebantur ea loca, nec exarabantur.

Quæ ſunt res ſanctæ? Quæ vt inuiolatæ eſſent, pœna propoſita cautum erat: veluti muri, & portæ vrbis.

Quæ ſunt humani iuris? Earum quædam publicæ ſunt, quædam vniuerſitatis, quædam nullius, quæ-

A dam priuatæ, ſiue ſingulorum.

Quæ ſunt publicæ? Quæ vel omnium hominum ac gentium communes ſunt, vt aër, mare, littus, flumen, viæ, itinera publica.

Quæ ſunt vniuerſitatis? quę ciuitatis aut collegij alicuius propria ſunt: & omnium vel ciuium, vel collegarum communia: vt fora, theatra, ſtadia, baſilicæ.

Quę ſunt nullius? Veluti gemmæ & lapilli in litore maris, feræ in ſyluis publicis, piſces in mari, aues in

B aëre.

Quæ ſunt priuatæ? Quæ à priuatis hominibus ſic adquiruntur, vt eorum propriæ, hoc eſt in eorum iure, dominio, ac poteſtate ſint.

Quænam eſt altera rerum diuiſio? Vt aliæ ſint corporales, nimirum eæ quæ tangi demonſtraríque poſſunt: alię incorporales, quę nec tangi, nec demonſtrari, cerni tamen animo atque intelligentia poſſunt: veluti hereditas, obligatio, ſeruitus.

Quæ eſt tertia? Ea à ciuibus R. excogitata & inſti-

C tuta eſt: vt alię ſint res mancipi, nimirum prędia in Italico ſolo, iura prædiorum ruſticorum, ſerui, & quadrupedes, quæ dorſo collóve domantur: aliæ omnes nec mancipi dicantur.

Quid ita res illę mancipi dicebantur? Quia certo ritu inter ſolos ciues R. ſic vendebantur, & vt emtor manu eas caperet (vnde & ipſe Manceps, & res Mãcipi dicebantur) & venditor earum euictionem pręſtaret, ſi quis fortè alius ſibi eas vindicare vellet. Is autem ritus Mancipatio vocabatur.

D Quonam ritu mancipatio fiebat? Adhibitis quinque teſtibus, ciuibus R. puberibus, & alio eiuſdem condicionis (qui quòd libram ęneam tenebat, Libripens vocabatur) emtor ęs tenens ita dicebat: Hoc ego mancipium ex iure Quiritium meum eſſe aio: idque mihi emtum eſt hoc ęre. æneáque libra. deinde ęre percutiebat libram, idque æs dabat ei à quo rem accipiebat, quaſi precij loco.

Quibus modis res adquiruntur? Res aut ſingulæ adquiruntur, aut vniuerſę. Et rurſus ſingulæ aut iure

E gentium adquiruntur, modis innumeris: aut iure Quiritium: veluti, mancipatione, vſucapione, in iure ceſſione.

Expone igitur mihi exempli cauſſa modos aliquot iure gentium res ſingulas adquirendi. Primus & antiquiſſimus eſt occupatio. nam id quod nullius eſt, primo occupãti adquiritur. Itaque & ferę omnes quę libertate naturali potiuntur, & ea quę in litore inueniuntur, vt gemmę & lapilli, & ea quę pro derelicto à ſuo domino habita ſunt, primi ſunt occupantis.

F Quid ſi quis theſaurum inuenerit? Qui ſuo ſacróve in loco theſaurum inuenerit, ſuum illum totum efficit: qui verò in alieno, vel publico, partim ſuum, partim domini aut fiſci.

Quis eſt ſecundus? Captiuitas. Nam quę ex hoſtibus cepimus, noſtra fiunt, ſiue homines ſint, ſiue alię res, cuiuſuis generis.

Quis eſt tertius? Adcretio. quod enim rei alicui ſic adcreſcit, vt pars ſit totius, eius eſſe debet, cuius eſt totum, cuius rei exemplum in alluuione, in ædifica-

G tione, ſatione, pictura, ſcriptura, & pętexta oſtendi poteſt.

Quid eſt alluuio? Eſt incrementum latens: veluti ſi ex vicini agro flumen paulatim aliquid lambendo, fundo meo adiecerit, meum id fit:

Quid verò ſi vel illuuio vel circumluuio ſit? Illuuio, hoc eſt inundatio, nihil prorſus immutat: ſed circumluuio, id eſt, flumen agrum alicuius circumluens,

luens, inſulam eius efficit: alueum autem immutās, pristinum finitimis addicit, nouum ita publicum efficit, vt ad pristinū reuertens, illum finitimis addicat.

Quod inædificationis ius eſt? Vt quod in meo ſolo ædificatum eſt, id meum efficiatur, ſiue ab alio ſit exſtructum. Nam ſuperficies ſolo cedit.

Sempérne hoc verum eſt? Non. nam qui ſciens ex materia ſua in alieno ædificat, etiam materiam ipſam donare iudicatur. At qui ignorans, bonâque fide, impendium recuperat.

Quodnam ſationis ius dicis? Vt eius quæque plātæ & ſata ſint, cuius in ſolum radices egerint: dum tamen is qui imprudens alienum agrum conſeuerit, impendium ſeruet.

Quod picturæ & ſcripturæ ius eſt? Vt eodem iure vtraque ſit, quo res aliæ quæ ſuperficiei nomine continentur. hoc eſt, vt illa tabulæ, hæc chartæ membranæ've cedat. quippe ſine quibus eſſe non poſſint. quamuis de pictura nonnulli propter eius precium aliter ſenſerint: & mihi quidem æquius videatur, vt pictor alias tabulas, ſcriptor aliam chartam reddendo, liberetur.

Quod ius eſt in prætexta? Vt aliena purpura veſti cui intexta eſt, quamuis viliori, cedat. Nunquam enim veſtis ex purpura cenſetur: ſed hæc ſemper illius pars & acceſſio eſt.

Quis eſt quartus? Rei effectio. Nā ſpecies ex aliena re confecta, ſi ad priſtinam formam reuocari poſſit, eius eſt cuius res erat, quaſi materia exſtincta non ſit. ſin minus, aut ſi ex vtriuſque materia confecta eſt, eius qui efficit: veluti ſi ex vuis vinum, ſi ex argento ſcyphum confecerit.

Quid verò ſi res plurium ita commixtæ ſint, vt ſecerni nequeant? Duorum materię, ſiue eiuſdem generis ſint: item ſiue fortuito, ſiue voluntate ipſorū commixtæ, dummodo earum mutata ſubſtantia ſit, vt in mulſo ex vino & melle, vtriuſque ſunt communes: at ſi mutata non ſit, communes non ſunt.

Quis eſt quintus? Traditio ex iuſta cauſſa, veluti quæ venditionis, permutationis, legati, donationis cauſſa facta eſt. cùm enim alienandi animo à domino tradita eſt, eius dominium ſic in accipientē transfertur, vt eius in bonis ſit: quemadmodum paulò pòſt dicemus.

Capvt xiiii.

De ſeruitutibus.

QVIS eſt ſextus? Seruitutis conſtitutio. Seruitutem autem intelligo, Ius quod quis vel in re, vel ex re ſua alteri conſtituit.

Quotuplex eſt ſeruitus? Duplex. aut enim eſt perſonarum, vt vſusfructus, vſus, habitatio: aut rerum, vt ſeruitutes prædiorum vrbanorum, & ruſticorum.

Quid eſt vſusfructus? Eſt ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua earum ſubſtantia. Eſt enim ius in re aliena, qua exſtincta, ipſum quoque exſtinguitur.

Quarum rerum vſusfructus conſtituitur? Earum tantum quæ vtendo non conſumuntur, aliarum enim, veluti pecuniæ, quaſi vſusfructus per cautionē conſtituitur. Nam cùm is qui accipit, ſe redditurum cauet, eius cautio apud proprietarium in numorum locum ſuccedit.

Quibus modis vſusfructus amittitur? Amittitur quinque modis. capitis minutione, rei mutatione, nō

A vtendo, in iure ceſſione, dominij comparatione. finitur autem duobus: morte fructuarij: & tempore exacto, in quod conſtitutus fuerat.

Quid eſt vſus? Eſt ius vtendi re aliena, quatenus ei cui conceditur, neceſſe eſt.

Quid intereſt inter vſum & vſumfructum? Quantum inter partem & totum. Nam ille ad neceſſitatem, hic ad vtilitatem & voluptatem refertur. Itaque vſuarius naturales tantùm fundi fructus, non etiam

B elaboratos obtinet: nec fundi per ſe colendi ius habet, nec ius ſuum transferre in alium poteſt.

Quid eſt habitatio? Eſt facultas ædes alienas inhabitandi, quæ tamen non in iure: ſed in facto conſiſtit. Itaque olim commodari quidem poterat, locari verò non poterat. At nunc per Iuſtiniani conſtitutionem poteſt.

Quid adpellas prædiorum ſeruitutem? Ius in alieno prædio iure communi aliquid agendi, quod prædij ſui nomine agere non licet. vel, qualitas quæ alterum

C prædium alteri ſubiicit.

Quamobrem ſic adpellatur? Quia conſtitui niſi inter eos qui prædia poſſident, non poteſt. Nam & prædium eſſe quod ſeruiat, & alterum cui ſeruiat, neceſſe eſt. itaque perſonales ſeruitutes dicuntur, cùm res perſonæ: reales verò, cùm res rei ſeruit.

Quot ſunt prædialium ſeruitutum genera? Duo. vt enim prædiorum alia ruſtica, alia vrbana ſunt, ſic ſeruitutes aliæ ruſticæ vocantur, veluti iter, actus, via: aliæ vrbanæ, quarum ſcilicet vſus tantùm eſt in ædi-

D bus, ſiue illæ in vrbe, ſiue in agro ſint.

De ſingulis igitur videamus. Quid eſt iter? Iter ab eundo dicitur, éſtque ius eundi, ambulandi hominis, per prædium alienum.

Quid eſt actus? Actus ab agendo dicitur, éſtque ius armentum aut gregē agēdi, per prædium alienū.

Quid eſt via? Via à vehendo (vt Varro ſcribit) vocatur, éſtque ius vehiculi ducendi per prædium alienum.

Quidnam inter illas ſeruitutes intereſt? Iter eſt

E proprium hominum, actus pecudum, via vehiculorum. vnde ſequitur, vt itinere actus, actu via latior atque amplior ſit. homo enim tranſire per anguſtiorem aditum, quàm grex poteſt: & rurſus grex per ſpacium anguſtius, quàm vehiculum. quare qui actum habet, habet & iter. qui viam, & actum, & iter. At hoc non reciprocatur. tametſi quoniam is qui vehem ducit, iumentum agit, frequenter agendi verbo via quoque continetur: vt ſi quis eundi agendi ſeruitutem promittat. hæc enim formula & pecoris & iumenti ve-

F hicularis actio complectitur.

Nullæ'ne aliæ ſunt ruſticę ſeruitutes? Imò. Nam & aquæductus & hauſtus & pecoris ad aquam adpulſus, item ius paſcendi, calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, in hunc numerum referuntur.

Cedo nunc mihi vrbanarum ſeruitutum exempla? Oneris ferendi, tigni immittendi, ſtillicidij recipiendi, altius ædes non tollendi, vicini luminibus aut proſpectui non officiendi.

Satis multos Iure gentium adquirendi modos ex-

G poſuiſti: deinceps de Iure Quiritium audire cupio.

Capvt xv.

De iure Quiritium.

QVID eſt Ius Quiritium? Fuit olim Ius quoddam ciuium R. proprium, & à ceteris gentibus omnibus alienum: quod (vt antè dixi)

tribus modis adquirebatur, mancipatione, vſucapionis, in iure ceſſione.

Quid eſt mancipatio? Eſt ea ſpecies abalienationis. de qua ſuperiùs diximus. Locum autem inter ſolos ciues Romanos habebat: & eos, quibus commerciũ datum eſt, id eſt emendi vendendíque inuicem ius. Præterea res mobiles non niſi præſentes mancipari poterant. Immobiles autem etiam plures. ſimul, & quæ diuerſis locis erant, mancipari poterant.

Quid eſt vſucapio? Eſt adoptio dominij per continuationẽ poſſeſſionis, olim rerũ mobilium anni, immobilium biennij. Lex enim XII. tabularum ſic iubet Vſus, auctoritas fundi, biennis eſto. ceterarum rerum annuus eſto.

Quid nunc Iuris eſt? Ex conſtitutione Iuſtiniani res mobiles, triennio: immobiles, inter præſentes decẽ, inter abſentes viginti annis vſucapiuntur.

An igitur cuiuſuis & perſonæ & rei procedit vſucapio? Nequaquam. vicium enim aut in perſona, aut in re vſucapionem impedit.

Quod eſt vicium in perſona? Mala fides vel tradentis vel accipientis. ſi tamen plures rem poſſederint, poſſeſſio defuncti quæ bona fide nitebatur ſucceſſori etiam ſcienti prodeſt: itémque venditoris tempus, emtori.

Quod eſt vicium rei? Vis aut furtum in re aliqua commiſſum. Nam furtiua res ne ab eo quidem, qui eam à fure bona fide accepit, vſucapi poteſt: niſi fortè prius in domini poteſtatem redierit.

Quid eſt in iure ceſſio? Eſt abalienatio quæ fit apud prætorem: cùm is in quem res alienatur, eam tenens ita vindicat, Hanc ego rem ex iure quiritium meam eſſe aio. deinde Prętor illum qui eam cedit, interrogat an contrà vindicet: quo negante, aut tacente, tum ei qui vindicauerit, rem addicit.

Et quid ſi nullo iſtorum trium modorum res adquiſita ſit? Tum res in bonis tantùm dicetur eſſe. veluti ſi ciuis Romanus à ciue R. ſeruum emerit, iſque traditus ei ſit: neque tamen mancipatus ei, neque in iure ceſſus, neque ab ipſo vſucaptus ſit: quamdiu, inquam, horum quid fiat, is ſeruus quidem in bonis emtoris eſt, ex iure verò quiritium venditoris eſt.

Quid igitur ea prodeſt adquiſitio? Omnes Iure gẽtium rerum alienandarum modi, qui vulgò à nobis Tituli vocantur, vſucapiendi cauſſam præbent.

Quos titulos adpellas? Iuſtas & æquitati naturali conſentaneas poſſeſſionis cauſſas, veluti pro emtore, pro donato, pro legato.

Quid eſt pro emtore poſſidere? Eſt rem ſine mancipio emtam iure ac nomine emtionis ita poſſidere, vt eius vſucapio procedat. Nam vt antè dictum eſt, emtio & venditio ſine mancipio facta, ius quiritium non transfert.

CAPVT XVI.

De donationibus.

QVid eſt pro donato poſſidere? Eſt rem quãpiam dono ſibi datam, donationis iure ac nomine ita poſſidere, vt eius vſucapio procedat.

Quid eſt donatio? Liberalis alienatio, quæ communi partium conſenſu tradendo accipiendóque cõficitur: Sed nouo Iuſtiniani iure, eſt conuentio de re liberaliter alienanda.

Quotuplex eſt donatio? Triplex. nam eſt donatio inter viuos, mortis cauſſa, & propter nuptias.

Quid eſt donatio inter viuos? Eſt quæ à viuente A in viuentem ſolius liberalitatis & munificentiæ cauſſa confertur.

Quod eſt ius ipſius? Ex Iuſtiniani conſtitutione, vt ſola voluntatis teſtatione perficiatur, & traditionis neceſſitatem adferat, publicis literis cõſignari (quod vulgò dicunt Inſinuari) niſi quingentos aureos ſuperet, non debeat, ab ingrato tamen repeti certis de cauſſis poſſit.

Quæ eſt donatio mortis cauſſa? Quæ propter perſpicuum aliquod mortis periculum facta eſt: veluti B ſi periculoſa peregrinatio, vt belli, aut nauigationis ſuſcipienda ſit.

Quid inter vtráque intereſt? Hæc fit propter mortis periculum, illa propter munificentiam: hæc fit ab eo qui ſe quàm donatarium habere mallet, illa ab eo qui donatarium quàm ſe: hæc incerta & ſuſpenſa eſt. nam ſi donator periculum euaſerit, ſiue eum pœnituerit, ſiue donatario ſuperuixerit, reuocatur: illa certa & præſens eſt: difficilliméque conuellitur: hæc C quinque teſtibus præſentibus: illa ſola voluntatis teſtatione perficitur.

Quæ eſt donatio propter nuptias? Eſt quæ à ſponſis & coniugibus fieri conſueuit. ſed ſi ſponſorum eſt, vel Ante nuptias, vel Sponſalitia largitio vocatur: ſi conſtante matrimonio fiat, Propter nuptias, vel ἀντίφερν: hoc eſt, quaſi dicas Antidos.

Quamobrem ἀντίφερν adpellatur? Quoniam vxori in gratiam dotis, quàm Græci φέρν adpellant, & pro viciſſitudine liberalitatis datur, mariti D nomine. itaque vt illa vxoris, ſic hæc mariti dos eſt. eius enim vſus duplex eſt: primùm, quia dos mulieris eſt cautior: deinde, quia vt mulier ſine cauſſa diuortium faciens dote, ſic maritus rebus donatis multatur.

Quid igitur dotem adpellas? Dos eſt donatio quæ vxoris nomine in virum propter matrimonij operą confertur.

Vtro iure marito datur, gentiúmne an quiritium? Rectè admones, neutro enim iure mariti eſt, ſed proprietas eius eſt vxoris: at maritus eius quaſi vſum- E fructum habet. non enim aliter ea vti poteſt, quàm vt incolumis vxori permaneat. itaque dotale prædium ne conſentiente quidem vxore vel alienare, vel oppignerare poteſt.

Quibus in rebus dos & antidos pares inter ſe numerantur? Vtraque & ante, & poſt matrimonium cõtractum & fieri & augeri poteſt: vtriuſque eadem quantitas & ſumma eſt: eaſdem vtraque pactiones condicionéſque recipit: denique quibus caſibus illa F marito, iiſdẽ hæc vxori cõmitti atq; adquiri ſolet.

Quid? licétne cuiuis & per quemuis iſtorum modorum, quos ſuperiùs enumeraſti, adquirere? Nequaquam. quomodo enim qui in alterius manu ac poteſtate eſt, ſibi adquireret?

Cuinam igitur adquirit? quod filiusfam. ex re patris adquirit, id totum adquirit patri: quod autem alia ex cauſſa, per Iuſtiniani conſtitutionem eius vſumfructũ pater, ipſe nudam proprietatem adipiſcitur: niſi fortè propter militiæ cauſſam adquiſierit, quod G nos caſtrenſe peculium adpellamus.

CAPVT XVII.

De peculio.

QVID eſt peculium? Erat priſcis temporibus particula quædam gregis vel potius exiguus grex (vnde etiam nomen inuenit) quem patres ſuis filiis, domini ſuis ſeruis induſtriæ

ſuæ exercendæ cauſſa concedebant. Nunc verò ſumma quædam eſt pecuniæ eadem de cauſſa conceſſa, & à paternis dominicíſque rationibus ſeiuncta.

Quotuplex eſt peculium? Quadruplex: aliud enim caſtrenſe dicitur, aliud quaſi caſtrenſe, aliud profectitium, aliud aduentitium.

Quid eſt caſtrenſe? Quod filiusf. per militiæ cauſſam tum in caſtris, tum etiam alibi adeptus eſt.

Quid eſt quaſi caſtrenſe? Quod in togata militia parauit: veluti in opera forenſi, vel profeſſione artium.

Quod eſt profectitium? Quod à patre accepit, neque induſtria operáve ſua parauit.

Quod eſt aduentitium? Quod ab extraneis cognatíſve accepit. quo in genere ſunt maternæ maternive generis hereditates: amicorum etiam & legata, & hereditates: item quæ liberalitate fortunæ vel laboribus ſuis adſecutus eſt.

Quid verò ſi filiusfam. emancipetur? Tum caſtrenſe & quaſi caſtrenſe peculium ſibi retinebit: profectitium ad patrem redibit: aduentitij verò proprietatem & dimidium vſusfructus ſibi ipſe habebit: reliquum pater.

De ſeruis autem quid iuris conſtitutum eſt? Seruus ſiue proprietatem, ſiue poſſeſſionem vllius rei adquirat, non ſibi, ſed domino tum ignoranti, tum inuito adquirit: hereditatem tamen adire ſine ipſius iuſſu non poteſt: at fructuario ea tantùm adquirit, quę ex re ipſius, ſuíſve operis adeptus eſt.

Quid igitur ſi extraneam perſonam, id eſt, procuratorem ad adquirendum adhibeamus? Per extraneas perſonas, id eſt, quarum nihil intereſt, nihil nobis præter poſſeſſionem adquiritur.

CAPVT XVIII.

De rebus per vniuerſitatem adquirendis.

HActenus quibus modis res ſingulæ nobis adquiruntur, expoſuiſti: nunc quod conſequens eſt, quæro ex te.

Quot modis per vniuerſitatem res adquiruntur? Sex: de quibus priuſquam audias, illud te ſcire oportet, modum quendam ſupereſſe, quo res ſingulæ adquiri videntur, cùm re vera non tam earum dominium adquiratur, quàm ius eas perſequendi.

Ecquiſnam ille eſt? Legatum & fideicommiſſum ſingulare: hoc eſt, cùm teſtator iubet, rogátve heredẽ alicui quid ex hereditate ſua impartiri. non enim tam res iſto modo adquiritur, quàm ius eam perſequendi, vt ſuo loco dicemus, cùm teſtamenti partes ſingulas ordine perſequemur.

Quinam igitur ſunt illi ſex vniuerſarum rerum adquirendarum modi? Hereditas, fideicommiſſum, bonorum poſſeſſio, adrogatio, bonorum addictio libertatum conſeruandarum cauſſa, & bonorum emtio.

Quid eſt hereditas? Eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit. Itaque non minus onera quàm emolumenta in heredes transferuntur: & interdum hereditates inanes atque etiam damnoſę reperiuntur.

Quotuplex eſt hereditas? Duplex, teſtamentaria & legitima: id eſt, quæ ſine teſtamento à lege XII. tabul. alicui adtributa eſt.

CAPVT XIX.

De teſtamentis.

PRIMVM igitur de teſtamentis videamus. Quid eſt teſtamentum? Eſt iuſta & ſollemnis teſtatio mentis ac voluntatis noſtræ, de v-
A niuerſo iure noſtro vni alicui, pluribúſve poſt mortem noſtram adtribuendo. Eſt enim & aliud teſtationis genus, qui Codicilli adpellantur, de eo quod poſt mortem noſtram fieri volumus: ſed non vniuerſi iuris alienandi cauſſa inſtitutum eſt: verùm partis dumtaxat, vt poſt teſtamentariam tractationem intelligetur.

Quomodo partiemur? Quinquepartito, primùm enim de perſonis teſtatorum, id eſt, quibus teſtari ius
B ſit, diſſeremus: ſecundò de perſonis eorum, quibus per teſtamentum aliquid relinquitur: tertiò de iis rebus, quæ teſtamentis relinquuntur: quartò de ritu & formulis teſtamentorum: poſtremò de eorum iure & infirmatione.

Quibuſnam ergo teſtamenti faciendi ius eſt? Ciuibus Rom. puberibus, patribusfamil. qui neque furioſi, neque muti, neque ſurdi ſint, neque prodigi, quibus bonis interdictum ſit. Ex quo intelligitur, neque ſeruis, neque iis qui apud hoſtes ſunt, neque im-
C puberibus, neque filiisfamiliarum (niſi quibuſdam de rebus) teſtari ius eſſe.

Quibuſnam de rebus filiofa. teſtari licet? De peculio caſtrenſi. Nam, vt ait Iuuenalis,

Solis præterea teſtandi militibus Ius
Viuo patre datur: nam quæ ſunt parta labore
Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus,
Omne tenet cuius regimen pater.

Habeo qui teſtari poſſunt. quæro iam quibus aliquid per teſtamentum relinquere liceat? Iis ſolis qui-
D buſcum teſtamenti, mortis, & adeundæ hereditatis tempore, teſtamenti factio eſt: id eſt, quibus leges aliquid relinquere permittunt: nimirum ciuibus R. nam teſtamenti tempore, vires ſumit inſtitutio: mortis verò, effectum.

Nihilne igitur ſeruis relinqui licet? Imò ſeruos heredes inſtituere poſſumus: noſtros, cum libertate: alienos ſine libertate quaſi non illorum, ſed dominorum perſonam teſtator ſpectet: quippe qui ipſo iure ſuis dominis adquirant, communes verò, cum liber-
E tate, vel ſine libertate.

Quid ergo ſi heres ſcriptus intermedio tempore teſtamenti factionem amiſerit? Vt puta ciuis Ro. heres ſcriptus viuo teſtatore factus peregrinus, mox ad ciuitatem Ro. peruenit. Medij temporis ratio nõ nocet: quia, cùm eo tempore capi hereditas non poſſit, nemo eius incapax dici poteſt.

Quos præterea heredes facere non licet? Eos, quorum incerta perſona eſt. veluti, Quiſquis primus ad funus meum venerit. quoniam certum conſilium de-
F bet eſſe teſtantis.

Quibuſnam de rebus præcipuè in teſtamentis cauetur? De hereditatibus, legatis & fideicommiſſis, de quibus ordine nobis & adtentè diſſerendum erit. Nam de tutela teſtamentaria ſuperiùs ſatis dictum eſt.

CAPVT XX.

De heredibus inſtituendis.

G QVoniam quid eſſet hereditas expoſuiſti, quæro nunc, quot ſunt heredũm genera? Tria. Sui & neceſſarij, item neceſſarij, & poſtremò voluntarij, ſiue extranei.

Qui ſunt ſui & neceſſarij heredes? Qui in moriẽtis familia proximum ab eo gradum obtinent. veluti filij, aut, iis de familia ſublatis, nepotes, & qui deinceps. quamdiu enim in familia filius vllus eſt, tamdiu

nepos ſuus heres eſſe non poteſt. Item vxor quæ in manum conuenit, quam matremfam. adpellari diximus: item nurus quæ in manu filij eſt, quem in poteſtate habemus.

Quamobrem ſic adpellantur? quoniam patrefam. mortuo non tam alienarum, quàm ſuarum quodammodo rerum plenum integrúmque dominium adipiſcuntur, quarum etiam illo viuo heredes (quo verbo veteres dominum intelligebant) lege XII. tabul. deſignati erant.

Quid? de poſtumis, id eſt, qui patre humato naſcútur, quid iuris? Poſtumi quoque liberi, ſi tales ſunt, vt nati in poteſtate noſtra futuri ſint, ſuorum heredum numero ſunt.

Sed cur ſui & neceſſarij dicuntur? quoniam lege XII. tabularum cogebantur hereditatem retinere. tametſi à Prætoribus poſtea indultum eſt, vt abſtinendi poteſtatem haberent.

Qui ſunt heredes neceſſarij? Serui à dominis heredes inſtituti. tum enim libertatem ſimul cum hereditate adipiſcuntur. Itaque propter prĕmium libertatis accipere hereditatem coguntur: eáque re à ſuis & neceſſariis diſcrepant.

Verùm quid ſi à dominis ſuis poſt teſtamentum, & ante ipſorum mortem manumiſſi aut alienati ſint? Si manumiſſi ſunt, poteſtatem repudiandi habebunt: ſin alienati, dominis ſuis iubentibus hereditatem adquirent, manebúntque ſerui.

Quid ſi alterius ſint ſerui? Alieni ſerui etiam poſt domini mortem inſtitui heredes poſſunt. Plurium autem ſerui, eorum cuique quorum iuſſu alienam hereditatem adierint, pro parte dominij adquirent.

Qui ſunt heredes voluntarij? Extranei omnes: id eſt, qui in teſtatoris familia non ſunt: hoc eſt, omnes extra filiosf. & ſeruos ipſius. nam cùm ipſius iuri ſubiecti non ſint, arbitrio eorum adeundi repudiandíve poteſtas permittitur.

Quid ſi liberi ſint, ſed emancipati? Hi etiã extranei nominãtur, cùm extra teſtatoris familiam ſint. quin etiam liberi à matre inſtituti, quia nunquam eius in poteſtate fuerunt, extraneorum loco numerantur.

Quid ſequitur nunc? Vt de legatis primùm, dein de fideicommiſſis diſſeramus. Sed quoniam ea tractatio tum copioſa, tum etiam ſatis ſalebroſa eſt, melius eſſe arbitror, de ritu ac formulis teſtamentorum priùs exponere: quàm poſtremam huiuſce teſtamentariæ diſputationis partem eſſe dicebamus.

CAP. XXI.

De ritu teſtamentorum.

QVænã igitur teſtamenti faciendi ratio eſt? In primis illud te ſcire oportet, olim teſtamẽtorũ genera quinq; fuiſſe. ſic. n. multa ſimul de formulis intelliges. Erant autem hæc: calatis comitiis, in procinctu, per æs & libram, prætoriũ, mixtũ.

Quid eſt teſtamentum calatis comitiis? Quod olim pacis tempore calatis, id eſt, euocatis pro collegio Pontificum comitiis, palàm apertéque fiebat. Cùm enim ſacra vnà cum pecunia transferrentur, Pontifices ei intereſſe actioni oportebat.

Quid eſt teſtamentum in procinctu? Id militię tantùm fiebat: cùm inſtructo exercitu viri ad prælium faciendum in aciẽ vocati, togáſque ſuccincti, duobus tribúſve teſtibus adhibitis heredem nuncupabant.

Quod eſt teſtamentum per æs & libram? Cùm quis alterius familiã, i. ius patrisfa. vniuerſum mancipio e-

A mebat, & teſtator tabulas tenẽs ita loquebatur: Hæc vti in his tabulis, ceríſve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. itaque vos Quirites teſtimoniũ perhibetote. Quæ omnia ficta erant & adumbrata: alius enim heres in tabulis ſcriptus erat. alius familiã emebat: ne qui heres ſcript9 erat, teſtatoris vitę inſidias pararet.

Quod eſt teſtamentum Prętorium? Quod ſine vlla mancipatione per ſolam ſeptem teſtium conſignationem etiam hoc tempore magnopere vſurpatur.

B Quod eſt teſtamentum mixtum? Quod ex Iure ciuili, Prætorio, & conſtitutionum ita fit, vt à ſeptem teſtibus, nullo alieno interpoſito actu, vel eodem, vel etiam alieno annulo conſignetur, ſubſcribatur ab iis, & à teſtatore, heredíſque nomen vel ab hoc ſolo, vel ab iis adſcribatur.

Quid? tenentúrne omnes legibus iſtis teſtamentariis? Militi quamdiu in militia eſt, dum tamen teſtes, minimùm duo, data opera ſint adhibiti, quouis modo teſtamentum facere permittitur: extra militiam ve-

C rò, communi iure ac legibus tenetur.

CAPVT XXII.

De ordine teſtamentorum.

VIDEAMVS nunc quinam ordo in teſtamentis ſcribendis obſeruandus ſit. Quattuor in teſtamẽtis ſcribendis obſeruanda ſunt. quorum primum eſt de teſtibus, alterum de heredibus inſtituendis, tertium de partienda hereditate, quartum de ſubſtitutione.

Primùm igitur de primo videamus. quibuſnam in

D ſcribendo teſtamento teſtes adeſſe licet? Solis ciuibus R. puberibus, ſana mentis, & qui extra teſtatoris familiam ac poteſtatem ſunt.

Poſſúntne ij de quibus agitur, nimirum heredes, adhiberi teſtes? Nemo in re ſua teſtis eſt idoneus: ſed tamen ij quibus rem aliquam ex hereditate delibatã teſtator relinquit (id autem legatum adpellatur) adhiberi poſſunt: nimirum, quia nihil ab iis creari periculi teſtatori poteſt: cùm incertum ſit, an illud habituri ſint. quoniam in heredis poteſtate eſt, non adire.

E teſtamentis autem ab heredibus deſertis, legata omnia intercidunt.

Agè, in heredibus inſtituendis quid obſeruatur? Olim ordo hic erat, vt primo loco heres inſtitueretur, & ſi filij filiæ vefa. eſſent, ij vel inſtituerentur, vel exheredarentur nominatim. Nam teſtamentum quo ſuus heres præteritus eſt, quamuis viuo patre poſtea deceſſerit, nullius momenti eſt.

Quid: Præteritio filiæ & nepotum qui ſui ſunt, eandémne vim habet? Olim & filia & natus ex filio præ-

F teriti teſtamentum non viciabant, ſed ſcriptis heredibus adcreſcebãt: ſuis quidem heredibus, in partem virilem. i. vt parẽ cum illis partem obtinerent: extraneis autem. in partem dimidiã. prĕterea ſatis erat eos inter ceteros exheredari: nominatim neceſſe nõ erat.

Quid verò ſi teſtator vxorem grauidam eſſe ignoraſſet? Poſtumi quoque, qui, ſi viuo patre nati eſſent, in poteſtate eius futuri eſſent, ſui heredes ſunt: quãuis verùm ſit in poteſtate morientis eas non fuiſſe, atque idcirco pręteriti poſtumi adgnatus cuiuſcumque gra-

G dus ſexúſve eſſet, teſtamentum rumpebat. poſtumi verò exheredari niſi nominatim non poterant: at poſtumæ, ſi modò eis legaretur, etiam inter ceteros poterant.

Erátne eadem emancipatorum ratio? Non: eorum enim præteritio teſtamentum non viciabat: quippe qui iam pro alienis & extraneis numerarentur, neque vlla ex parte ad patris familiam pertinebant.

Prætor

Prætor tamen eis præteritis bonorum defuncti poſſeſſionem contra teſtamenti tabulas dabat:vt ſuo loco intelliges.

Quid ſi liberi adoptiui eſſent? Ij à patre adoptiuo præteriti teſtamentum viciabant: ſed ab eo emancipati contra patris naturalis tabulas tantùm bonorum poſſeſſionem à Prætore impetrabant.

Aliúdne hoc tempore obſeruatur? Iuſtiniani lege nulla prorſus inter liberos differentia eſt, ſed omnes nominatim vel inſtitui vel exheredari debent,cuiuſuis generis,ſexus,gradúſque ſint.adoptatus autem ab alio quàm auo, vel proauo, patri naturali neceſſariò ſuccedit:adoptiuo verò vel neceſſario,vel volenti.ab hiſce autem adoptatus, ſuus illis efficitur: patri autem naturali, planè alienus.

Quid verò ſi mater vel auus maternus teſtetur?Silentium matris auive materni exheredationis vim obtinet: ſed liberi præteriti accuſare teſtamentum quaſi inofficioſè factum poſſunt.

Licétne igitur patribus liberos ſuos quauis de cauſſa,aut etiam nulla de cauſſa exheredare?Iuſtiniani lege exheredationis cauſſæ ſunt XIIII. dumtaxat, quarum aliquam adferri neceſſe eſt: eámque ab herede inſtituto probari veram fuiſſe.

Quænam illæ cauſſæ ſunt?Hæreſis:ars magica:pulſatio parentis:veneficium ei paratum: calumnia in eũ illata:accuſatio eiuſdem de re capitali,extra maieſtatis crimẽ:atrox in eundem contumelia: ſtuprum cum ipſius concubina,aut cum nouerca: contemtio patris furioſi,contemtio eiuſdem captiui:recuſatio fideiuſſionis petitæ à patre in carcerem coniecto: prohibitio ne pater teſtamentum faciat: ars mimica aut inſtitutum: flagitioſa vita, poſt ſpretam matrimonij condicionem à patre oblatam.

Quid?quænam heredis inſtituendi formulæ fuerunt? Heres aut purè inſtitui poteſt,hoc modo:Titius heres eſto:aut ſub condicione, veluti Si Titius vxorem ducat,heres meus eſto.

Quid ſi dies adiecta ſit? Hereditas fruſtra vel ex die, vel ad diem relinquitur, veluti poſt biennium, aut vſque ad biennium. Itaque vicio adiecti temporis ſublato, valet inſtitutio. Differentiæ ratio eſt, quia condicio impleta retrottrahitur: tempus non retrottrahitur.

Quid ſi plures condiciones adiectæ ſint?Veluti ſi & vxorem ducat,& ſenator fiat? Si coniunctim adiectæ ſunt,veluti Si & hoc & illud accidat, omnes expleri oportet: ſi diſiunctim, veluti Si hoc aut illud fiat,ex parte tantùm.

CAPVT XXIII.

De partibus hereditatis.

QVID in teſtamento tertium obſeruandum eſt?Vt ſi plures heredes inſtituantur, cuiuſque partes definiantur.

Quot in partes hereditas diuiditur? Romani cùm alia omnia quæ diuiſionẽ recipiebant,tum hereditatem in aſſis partes diuidebant,Sunt autẽ hæ: Vncia, 1. Sextans, 2. Quadrans, 3. Triens, 4. Quincunx, 5. Semis, 6. Septunx, 7. Bes, 8. Dodrans, 9. Dextans, 10. Deunx, 11. As. 12.

Quid vero ſi teſtatotor id non obſeruauerit, ſed vel plures vel pauciores partes fecerit,vt ſi vni ſemiſſem,alteri quadrantem adtribuerit? Teſtator poteſt aſſis partium nominibus ad arbitrium ſuũ abuti: ſed res neceſſariò ad aſſis rationẽ reuocanda eſt.Nemo enim niſi miles poteſt ex parte teſtatus, ex parte inteA ſtatus decedere. Itaque illo caſu ſextans ſemiſſi adiungetur:vncia verò quadranti.

Eſtne regula quædam à Iuriſconſultis tradita,quã ſequi hac in re poſſimus? Eſt.nam hereditatis partes aut omnes indefinitæ ſunt, aut omnes definitæ: aut partim definitæ,partim indefinitæ.

Quid ſi omnes indefinitæ ſint? Teſtator iudicatur æquas omnium heredum partes eſſe voluiſſe.

Quid ſi omnes definitæ ſint? Tũ ſi quid aſſi deeſt, B vnicuiq; pro rata parte adcreſcit vt in illo caſu diximus,ſi vni ſemis,alteri quadrãs relictus eſt.Si ſuperatus as ſit,cuique pro rata parte decreſcit.veluti ſi vni as,alteri ſemis adtributus eſt, ille beſſem, hic trientem habebit.

Quid ſi partim definitæ, partim indefinitæ ſint? Tunc ſi in partibus definitis aliquid aſſi deſit,id quod deerit,in eos qui indefinitè inſtituti ſunt,æquabiliter diuidetur. Si nihil aſſi deſit, indefinitè inſtituti ſemiſſem aliis detrahent,inter ſeque diuident. Sin as C ſuperatus ſit,indefinitè ſcripti quod dupondio,id eſt, duobus aſſibus deerit,habebunt.

Cedo mihi primi caſus exemplum? Titius ex quadrante,Mæuius ex quincunce heredes ſunto. Cornelius & Lælius heredes ſunto. horum vterque ſextantem obtinebit.

Cedo exemplum ſecundi? Titius ex ſemiſſe,Mæuius ex ſemiſſe heredes ſunto. Cornelius & Lælius heredes ſunto. Vnuſquiſque illorum quattuor heredum quadrantem obtinebit.

D Cedo tertij?Titius ex dextante:Mæuius ex ſemiſſe heredes ſunto. Cornelius & Lælius heredes ſunto. Cornelius quattuor, Lælius totidem auferet.

Licétne igitur in plures quàm duodecim vncias hereditatem diuidere? Licet quidem:ſed res ſemper ad vnius aſſis rationẽ reuocabitur.Itaq; ſi Sextio bes, Septimio ſemis relictus eſt, Octauio indefinita pars: etſi duos aſſes teſtator fecerit:tamen ita res ad vnum reuocabitur,vt Octauius quincuncem,Sextius trientem,Septimius quadrantem accipiat.

E

CAPVT XXIIII.

De ſubſtitutionibus.

QVID in teſtamentis ſcribendis quarto loco obſeruandum eſt?Vt ſi inſtitutus hereditatem non adeat,in defectum eius alter ſufficiatur,quæ res Subſtitutio adpellatur:atq; ita definitur, Subſtitutio eſt poſterior inſtitutio in prioris deficientis ſubſidium comparata.

F Quotuplex eſt ſubſtitutio; Duplex. Pupillaris,quæ pupillari tantùm ætati fit hoc modo, Filius meus heres eſto: ſi heres erit, & antequam in ſuam tutelam venerit (id eſt, pubes factus ſit) moriatur, Titius ei heres eſto. Vulgaris, quæ omni ætati fit:hoc modo, Titius heres eſto:ſi non erit, Mæuius eſto. Sed alia quædam vulgo Subſtitutio dicitur abuſiuè:quę modò precaria, modò Fideicommiſſaria vocatur:de qua in fideicommiſſis tractandis differemus.

Quotuplex inter illas omnes differentia eſt?Qua-G druplex nam Pupillaris huic tantùm ætati, Vulgaris cuiuis fieri ſolet:illa ſolis filiisfam. hæc cuiuis,ſiue filius ſit,ſiue extraneus:illa heredem filio deſignat,hęc teſtatori:illa propriè ſubſtitutio, hæc propriè inſtitutio eſt.

Primùm igitur de vulgari videamus. Licétne quouis numero inſtitutis, quouis etiam numero ſubſtituere?Licet.nam & ſinguli ſingulis, & plures pluri-

bus,& plures vni,& vnus plurib.quin & inſtituti ſubſtitui inter ſe poſſunt.

Cedo mihi cuiuſque exemplum? Singuli ſingulis, ſic: Titius heres eſto: Si Titius non erit, Mæuius eſto. Plures pluribus, ſic: Titius & Mæuius heredes ſunto: ſi non erunt, Seius & Flauius ſunto. Plures vni, ſic: Quinctius heres eſto: ſi non erit, Sextius & Septimius heredes ſunto. Vnus pluribus, ſic: Octauius & Nonius heredes ſunto: ſi non erunt, Decius eſto. Inſtituti inuicem ſic, Octauius, Nonius, Decius heredes ſunto, inuicémque ſubſtituti ſunto.

Teneo iſta: ſed in quarto exemplo quæro, vtrum oporteat vtrumque inſtitutum heredem non eſſe, vt ſubſtituto ſit locus: an ſatis ſit, ſi vnus heres non ſit? Quoniam conſtat inſtitutos primo eſſe apud teſtatorem amoris gradu, eóſque ambos ſubſtituto præferri, quoad vnus illorum heres eſſe poterit, huic locus nullus eſt.

Quid verò, ſi in poſtrema formula teſtator diſpariter inſtitutos inuicem indefinitè ſubſtituat? Tacitè partes eaſdem repetiiſſe intelligitur. veluti, Primus ex ſextante heres eſto, Secundus ex quadrante, Tertius ex triente, Quartus ex quadrante. Nam ſi Quartus repudiet, quadrans eius diuidetur in nouem vncias, quarum duę Primo, Secundo tres, quattuor Tertio adtribuentur.

Quid ſi teſtator ei ſubſtituat, quem ſuo coheredi ſubſtituat? Veluti, Titius & Mæuius mei heredes ſunto. ſi Mæuius heres non erit, Titius eſto, ſi Titius non erit, Sempronius eſto. Sempronius vtrique ſubſtitutus intelligitur: ſic, vt etiam Titio repudiante, heres ſit futurus.

Habeo de vulgari: quid habes nunc de pupillari dicere? Moribus inſtitutum eſt, vt patres ſuis filiusfam. vſque ad pubertatem teſtamentum faciant, heredémque adtribuant: extraneis verò vel puberibus liberis adtribuere non poſſunt. Itaque pubertas ſtatim huius ſubſtitutionis vim omnem exſtinguit.

Quibus verbis rectè cócipitur? Rectè hoc vtroque modo concipi poterit: Si filius meus vel heres non erit, vel impuberes deceſſerit. ſic enim ſubſtitutus priore caſu, patri heres eſt: poſteriore, filio.

Quid ita? Quia teſtamento de duabus hereditatib. hoc modo ſtatuitur: vna patris, altera filij, cui multa intera poſſunt aliunde bona obuenire. itaq; prior caſus vulgarem, poſterior pupillarem ſubſtitutionem continet.

Quid ergo ſi alterutro dumtaxat caſu ſubſtitutio facta ſit? Imperatorum Marci & Veri conſtitutionibus inductum eſt, vt cùm pater impuberi filio in alterum caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligeretur: ſiue filius heres non exſtiterit, ſiue exſtiterit, & impubes deceſſerit.

Quomodo vno teſtamento de duab. hereditatibus ſtatuitur? Quia hæc ſubſtitutio paterni teſtamenti adpendicula quædam eſt, eiuſque ſolius firmamento nititur. Itaque niſi pater ſibi heredem inſtituat, inſtituere filio non poteſt.

Et ſi exheredetur filius? Subſtitutio etiam exheredato facta valet, quia pater non vt heredi: ſed vt filio & iure patriæ poteſtatis ſubſtituir, omnia igitur aduétitia emolumenta, id eſt quæ aliunde quàm à patre pupillo obueniunt, ad ſubſtitutum pertinebunt. Formula autem hæc eſt: Filius exheres eſto. ſi filius ante pubertatem moriatur, Titius heres eſto.

Sed numquid iſtiuſmodi ſubſtitutiones videntur tibi periculoſæ pupillis eſſe: ne ſubſtituti hereditatis A ſpe adducti vitæ ipſorum inſidientur? Hoc periculũ arceri poterit, ſi teſtator in ima tabellarum parte ſubſtitutionem ſcribat, eámque poſtea obuolutam lino traiecto conſtringat atque obſignet. ſic enim ipſo mortuo maxima teſtamenti pars aperietur, poſtrema celabitur.

Quid? poſtumo licétne etiam ſubſtituere? Licet hoc modo: Quicumque mihi poſt mortem meam naſcetur, heres eſto. ſi verò impubes deceſſerit, Titius B heres eſto. Eiúſque rei exemplum nobilis illa Curiana cauſſa ſuppeditat; de qua tam ſæpe Cicero commemorat.

Memini. Coponius poſtumum heredem inſtituerat, eique ſi ante tutelæ ſuæ annos decederet, M. Curium ſubſtituerat. Poſtumus non erat natus. M. Coponius adgnatus ad ſe pertinere hereditatem contédebat: quia Curius non aliter ſubſtitutus erat, quàm ſi pupillus moreretur. mortuus autem non erat, qui natus non fuerat. Ita eſt. Centumuiri tamen ſecun- C dum Curium litem dederunt: quaſi teſtator qui poſtumo, ſi is impubes moreretur, ſubſtituit, hac mente fuiſſet, vt eo etiam non nato, ſubſtitutio valeret.

Quid? Vníne tantùm filio ſubſtituere licet? Imo & ſingulos ſingulis, & vnum ſingulis. ſed & ei tantùm qui poſtremus morietur, licet ſubſtituere. veluti, Primus filius meus heres eſto, ſi impubes moriatur, Mæuius eſto. item Secundus filius meus heres eſto. ſi impubes moriatur, Seius eſto. item Tertius filius meus heres eſto. ſi impubes moriatur, Titius eſto. Vnum D autem ſingulis, ſic ſubſtitueremus: Primus, Secundus, Tertius filij mei heredes ſunto. ſi quis eorum impubes moriatur, ei Titius heres eſto. at poſtremo morituro ſubſtituitur hoc modo: Primus, Secúndus, Tertius filij mei heredes ſunto: ei verò qui poſtremus illorum impubes morietur, Sempronius heres eſto.

Capvt xxv.

De infirmatione teſtamentorum.

Dixiſti de teſtamentis rectè & ordine conficiendis. Nunc, quod poſtremum abs te propoſitum fuit, quæro, quibus modis teſtaméta infirmentur? Teſtamenta iure facta tribus euertuntur modis: cùm aut rumpuntur, aut irrita conſtituuntur, aut tamquam inofficioſa arguuntur.

Quomodo teſtamentum rumpitur? Cùm permanente ſuo in ſtatu teſtatore, id eſt, capite non diminuto, vel adgnaſcitur ei filius, vel alterum ab eo teſtamentum conficitur.

Quid eſt filium adgnaſci? Cùm aut reuera naſcitur filius, cuius in teſtamento mentio nulla facta eſt: (qua de cauſſa Cicero libro de Oratore primo, Nũquis, ait, ex eo teſtamento quod paterfa. ante fecit, quàm ei filius natus eſt, hereditatem petit? Nemo, quia conſtat adgnaſcendo rumpi teſtamentum) aut cùm filius adoptatur. nam adoptatum quoque ſuum heredem effici, ſuperiùs diximus.

Quid, cùm alterum teſtamentum fit? Poſteriore teſtamento, quamuis nullus ex eo heres exſtiterit, tamen ſi & iure factũ eſt, & ex eo heres eſſe potuerit, ſuperius ita rumpitur, vt paterfa. inteſtatò deceſſiſſe iudicetur.

Quid ſi ſecundo teſtamento certis ex rebus ſit inſtitutus? Perinde erit, ac ſi definitæ partes non eſſent: itaque inſtitutus aſſem habebit.

Quid

Quid ſi prius teſtamentum in ſecundo valere iuſſum eſt? Tum heres ſecundi hereditatem ſuperiori ſic reſtituet, vt ſibi tamen quadrantem retineat: quaſi ex lege Falcidia, de qua ſuo loco cognoſces.

Quid ſi teſtator ſimpliciter dixerit, ſe nolle teſtamentum ſuum valere? Teſtamentum non ſola voluntatis mutatione rumpitur, niſi alterum rite & legitimè conficiatur. Itaque à poſteriore non iure perfectò, prius non reſcinditur.

Quomodo irrita teſtamenta fiunt? Cùm teſtator quouis modo capite diminutus eſt: neque enim qui ſub alterius poteſtatem redactus eſt, teſtari poteſt.

Et quid ſi poſtea capitis integritatem recuperet? Si teſtator mortis tempore integro capite ſit, Prætor eius teſtamentum tuetur, & heredi ſcripto bonorum poſſeſſionem decernit.

Hoc igitur inter irritum factum & ruptum teſta- intereſt, quòd irritum ſtatus teſtatoris immutatus facit: rumpit autem caſus extrinſecus contingens. Rectè accipis.

Quomodo teſtamenta tamquam inofficioſa arguuntur? Cùm contra officij rationem facta eſſe dicuntur: hoc eſt, cùm ij qui inſtitui debuerunt, exheredati ſunt, aut præteriti. datur enim tum actio contra heredes, quæ Querela inofficioſi teſtamenti vulgò dicitur.

Quid per eam querelam intenditur? Vt ſi iudices violatum officium cognoſcant, reſciſſo teſtamento, hereditatem iis quibus naturę iure debetur, adiudicent.

Et quo tandem iure iudices teſtamenta reſcinderent, quæ legum auctoritate facta ſunt? quaſi non ſanæ mentis teſtatores fuiſſent: quia vel in ſuos liberos iniurij, vel in ſuos parẽtes impij fuerint. Nam vt liberi parentum, ſic etiam parentes liberorum teſtamenta inofficioſa accuſare poſſunt.

Nulliſne aliis conceditur? Olim adgnatis multis concedebatur: ſed Conſtantini Cæſaris imperio ad ſolos fratres & ſorores reuocata res eſt, idque tum demum cùm perſonæ turpes, veluti lenones, aut meretrices inſtitutæ ſunt.

Sempérne hæc querela exheredatis iſtis perſonis conceditur? Non: ſed tum demum, cùm vel alia ratione nulla ius ſuum recuperare poſſunt, vel quadrans ſuæ portionis hereditariæ eis relictus non eſt: eáque pars Legitima vulgò dicitur: commodius autem Legitimaria portio diceretur. quæ ſic definitur, quarta pars eius portionis hereditariæ quæ perſonis quibuſdam ab inteſtato deferebatur, ad ſummouendam inofficioſi querelam iis adtributa. quòd ſi minus eis relictum eſt, quod deerit, ſupplebitur.

Ecquonam id tandem modo? Vt eis ſuppleatur vſque ad quartam eius portionis partem, quam ſinguli ab inteſtato accepturi erant. Veluti duo ſunt filij: quia legitima cuiuſque pars ab inteſtato eſt ſemis: idcirco ſeſcuncia illis debebitur, quæ ſemiſſis pars quarta eſt.

quid verò ſi plures ſint liberi? Siue vnus ſiue pluresſint, vna tantùm quarta eis, quam æqualiter inter ſe diſtribuant, adtribuetur. veluti ſi vnus eſt, ſolus tres vncias habebit: ſi duo, ſinguli ſeſcunciam, hoc eſt vnciam cum dimidia: ſi tres, ſinguli vnciam: ſi quattuor, ſinguli tres ſicilicos. eſt autem ſicilicus pars vnciæ quarta. Verùm Iuſtinianus totum hoc immutauit.

Quænam Iuſtiniano de legitima liberorum lex fuit? Vt ſi plures non ſint, quàm quattuor, triens illis detur, ſi plures ſint, ſemis.

Capvt xxvi.

De legatis.

Opinor iam tempus eſſe, vt ad legata & fideicommiſſa tranſeamus: quamquam, verè vt loquar, ſpiſſum ſanè opus & laborioſum exorſi ſumus, cùm iſtius diſciplinæ tot ac tam multiplicia præcepta percenſere inſtituimus. quanto iucundior mihi aut Plauti, aut Virgilij lectio fuiſſet! Eſt ita. ſed quę præclara, eadem difficilia ſunt. quanto verò præclarius eſt, quemadmodum Reſp. gubernetur, & quo iure in rebus vel adquirendis vel alienandis vtamur; quàm quid poëta neſcio quis fabuletur, cognoſcere?

Agè ergo. quid eſt legatum? Eſt delibatio hereditatis, qua teſtator ex eo quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum velit.

Quot in partes hanc tractationem diſtribuis? In quattuor. nam primùm de rebus quæ legari poſſunt: deinde de perſonis quibus legare licet: poſtea de modo & forma legandi: poſtremò de vi & iure legatorum diſſeremus.

Quænam igitur res legari poſſunt? Tum corporales, tum incorporales, dummodo res nec legatarij ſint, nec extra commercium ſint.

Quid ſi res nondum in rerum natura ſit? Etiam quod in rerum natura non eſt. ſi modò futurum eſt, legari poteſt. veluti quidquid ancilla pepererit. vel Ex vino, quod in fundo meo natum erit, tantùm dato. legata enim ſpes videtur.

Quid ſi res legata interierit? Heres ſine cuius facto contigit, vt præſtari res legata non poſſit, liberatus eſt. at cuius facto id accidit, nequaquam. Itaque ſi ſeruus heredis legatus eſt, heres eum manumittens, nihilominus tenetur. ſin alienus, eius manumiſſione liberatur.

Quid ſi rem alienam leget? Teſtator non modò ſuas, aut heredis: ſed etiam alienas res, quas tamen alienas eſſe ſcit, legare poteſt. id autem eum ſciſſe legatarius probabit: ac tum vel rem redemtam, vel eius æſtimationem, ab herede accipiet.

Quid ſi rem ſuam, quam alienam legatariſve putabat eſſe, legarit? Tunc benignè rem interpretamur. quoniam vbi plus in veritate quàm in opinione eſt, veritas ſpectatur ſola. hîc autem vtilem exitum res habuit.

Quid ſi legatarius rei legatæ dominus fiat? Qui legatæ ſibi rei dominium precio adeptus eſt, legatum nihilominus conſequitur: qui gratis, nequaquam. cui verò duorum teſtamento legata res eſt, non adepta re, æſtimationem: ſed hanc nactus, illam petere poterit.

Quid ſi proprietatem mercede, vſumfructum gratis adeptus eſt? Tunc ſolius proprietatis æſtimationem conſequetur.

Quomodo res incorporales legari poſſunt? Cùm hereditas etiam iura contineat, non mirum eſt, ſi ius aliquod ſingulare, veluti ſeruitus aliqua, vel perſonalis, vel realis legari poſſit. Itaque libertates vulgò ſeruis in teſtamento legantur. Et qui hoc modo manumittuntur, teſtatoris liberti efficiuntur: qui propterea Orcini, vt ſuperiùs diximus, adpellantur, nam & liberti ſunt defuncti, & defunctus eorum patronus.

Cedo item aliud exemplum? Veluti ſi creditor debitori liberationẽ, vel in perpetuum, vel ad tempus: aut ſi teſtator id quod ſibi aliquis debet, alteri legatum velit.

Profer item aliud? Veluti vt heres alicui domum exſtruat, aut eum ære alieno liberet, aut ei ſub leui vſura mutuam pecuniam det, aut eum arte aliqua inſtituendum curet.

Quoniam de qualitate rerum dixiſti, audire cupio de quantitate. Licétne teſtatori quantum velit de hereditate detrahere, & in legatis conſumere? Licuit primùm ex XII. tabulis, in quibus ſcriptum ſic erat: Vti quiſque ſuæ rei legâſſit, ita ius eſto.

Quid iuris poſtea conſtitutum eſt? Lege Furia cautum fuit, ne cui ſupra mille aſſes legare liceret: ſi quis ſibi plus legatum accepiſſet, quadruplum eius quo plus quàm licebat, accepiſſet, redderet.

Quid poſtea? Lex Voconia lata eſt, ne qui cenſus eſſet, id eſt, ſeſtertiûm centum millia poſſideret, plus vni alicui legatario relinqueret, quàm quantum ad heredem, heredéſve perueniret.

Aliúdne nunc obſeruatur? Lege Falcidia cautum eſt, ne plus dodrante legare liceret. alioqui vt heredibus ius eſſet quadrantem eius ſummæ quæ legata eſſet, detrahere.

Quoſnam heredes intelligis? Vtrum vt omnes ſimul ex vniuerſo patrimonio, an verò vt ſinguli ex ſua cuiuſque parte detrahere quadrantem poſſint? Vnuſquiſque heredum partis eius qua inſtitutus eſt, retinere quadrantem poteſt.

Sed quid ſi poſt teſtatoris mortem, antequam hereditas adeatur, patrimonium vel auctum vel diminutum ſit? In Falcidia deducenda modus patrimonij, qui tempore mortis fuit, ſpectatur: ita tamen, vt æs alienum, funeris ſumtus, & precia manumiſſorum ſeruorum detrahantur.

Ecquonam igitur modo Falcidiæ ratio inibitur? Legata modum hereditatis exſuperantia, pro rata cuiuſque ad hereditatis quantitatem reuocantur: deinde as ita diſtribuitur, vt dodrans legatariis, heredi quadrans adtribuatur.

Velim eius rei mihi exemplum edas? Finge ab eo qui quadragintos aureos habebat, quadringentos legatos eſſe, quarta pars cuiuſque legati ſingulis legatariis ita detrahetur, vt ei cui centum legati fuerint, viginti quinque adimantur: cui quadraginta, decem: cui octoginta, viginti.

Quibuſnam perſonis legari poteſt? Hoc intelliges iis remotis, quibus legari non poteſt: quorum ij primi ſunt, quibuſcum teſtamenti factio non eſt. veluti peregrini: legatum enim teſtamenti pars eſt, quod ciuium Ro. proprium eſt.

Quinam alij ſunt? Heredes inſtituti, ſiue illi extranei, ſiue ſui, ſiue neceſſarij ſint. nam heredi à ſemetipſo legari non poteſt: ac ne vlli quidem alteri à legatario.

Quid ergo ſi teſtatores iis quos in ſua poteſtate habent, quorúmve in poteſtate ſunt, legent? nam iis ipſis legare intelliguntur. Heredis ſeruo legatum, ſi purè factum eſt, non valet: ſi ſub condicione, ita valet, ſi ea exſiſtente ſeruus extra illius poteſtatem eſt: domino verò heredis vtrocumque modo legatum valet: ſed iuſſu ipſius adeunte ſeruo, reſtinguitur, & cum hereditate confunditur.

Quoſnam alios numeras? Incertas perſonas. veluti, Quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonio collocarit. certum enim conſilium teſtantis eſſe oportet: ſub certa tamen demonſtratione incertæ perſonæ legari poteſt. veluti, Ex cognatis meis qui nunc ſunt, qui primus ad funus meum venerit.

Súntne alij præterea, quibus legare non licet? Olim poſtumis alienis, de quibus ſuperiùs diximus, legare non licebat: quippe, cùm iure ciuili nulla cum iis (vt ſuprà dictum eſt) teſtamenti factio eſſet. Sed Iuſtinianus & his, & incertis perſonis legare permiſit.

Quænam legandi forma fuit? Olim erat quadruplex: per vindicationem, damnationem, ſinendi modum, & præceptionem. ſed Iuſtinianus omnium legatorum, quibuſcumque verbis ea concepta eſſent, vnum idémque ius eſſe voluit.

Quod erat legatum per vindicationem? Cùm teſtator his verbis vſus erat: Do, Lego, Capito, Sumito, ſiue Habeto.

Quod erat legatum per damnationem? Cùm teſtator ſic dixerat: Heres meus damnas eſto dare, Dato, Facito, Heredem meum dare iubeo.

Quod erat legatum ſinendi modo? Heres meus damnas eſto ſinere L. Titium ſumere illam rem, ſibique habere.

Quod erat legatum per præceptionem? Cùm vnus ex heredibus rem aliquam ſibi præcipere, id eſt, antecapere iubebatur. nam hoc genus legati proprium erat heredum.

Quoniam hæc abrogata eſſe dicis, quid nunc obſeruandum eſt? Olim legata poſt heredum inſtitutionem fieri debebant. ſed Iuſtiniani lege non modò ante, ſed etiam inter medias heredum inſtitutiones fieri poſſunt.

Quid præterea? Olim poſt heredis, legatariíve mortem inutiliter legabatur: at nunc eiuſdem lege vtiliter legari poteſt.

Quid amplius? Olim pœnæ cauſſa, hoc eſt coërcendi heredis cauſſa, legari non licebat, veluti, Si filiam tuam in matrimonio Titio collocaueris, decem millia Seio dato. At ex Iuſtiniani lege id licet, niſi ſub impoſſibili, turpi, aut iniuſta condicione legatum ſit.

Quid ſi teſtator in legatarij nomine errarit: veluti ſi Luceium pro Lucillio nominarit? Error in alieno nomine, ſi modò de perſona conſtet, nec legatum, nec inſtitutionem viciat: quia verum quis nomine an certa demonſtratione deſignetur, nihil intereſt.

Quid ſi in demonſtratione erratum ſit? veluti ſi equum Hiſpanienſem ſe legare dicat, cùm de Germanico ſentiret. Falſa demonſtratio, ſi modò de teſtatoris voluntate conſtet, legatum non viciat.

Quid ſi falſa cauſſa adiecta ſit? Veluti, Titio, quia me abſente mea negocia curauit, centum lego: & is negocia illa numquam geſſerit? Falſæ cauſſæ adiectio, niſi condicionaliter facta ſit, non nocet: quia legandi cauſſa legato non cohæret, quippe cùm etiam ſine cauſſa legari mos ſit.

Quod eſt Ius legatorum? Vt legatorum quæ purè relicta ſunt, ex mortis teſtatoris tempore, dies cedat: ea verò quæ ſub condicione relicta ſunt, cùm condicio exſtiterit, debeantur.

Quid ſi legatarius ante diem vel condicionem legati exſiſtentem deceſſerit? Legatum exſtinguitur, & in hereditate permanet, nec legatarij heredi debetur.

Quid ſi ante teſtatorem ipſum deceſſerit? Siue legatarius

gatarius ante teſtamentum factum, ſiue poſt illud factum, & ante teſtatorem deceſſerit, legatum pro non ſcripto habetur.

Nunquámne teſtator, legatum ſemel ſcriptum vel adimere, vel in alium transferre poteſt? Imò poteſt: ídque quattuor modis. aut enim illud à perſona in perſonam transfert: aut ab eo qui dare iuſſus eſt, tráſfert, vt alius det: aut rem pro re dari iubet: aut quod purè dedit, ſub condicione dari iubet.

Capvt xvii.

De fideicommiſſis.

Deinceps ad fideicommiſſa tranſeamus: nam & hunc ſecundum eſſe modum dixiſti rerum per vniuerſitatem adquirendarum, & tertium in teſtamentis locum obtinere.

Quid eſt fideicommiſſum? Olim fideicommiſſa erant, quæ non palàm, & proteſtandi iure alicui relinquebantur: ſed fidei heredis vt ea reſtitueret, committebantur: veluti, ſi quid ei teſtator datum vellet cui per leges capere non liceret: itaque non iubebatur heres, ſed rogabatur. ac memorabile eſt illud Hieronymi Bethleemetici: Per fideicommiſſa legibus illudimus.

Quid nunc iuris eſt? Tanta tandem iis tributa vis eſt, vt non modò Conſules ius de iis extra ordinem dicerent, ſed etiam Prætor certus crearetur, qui Fideicommiſſarius vocabatur.

Quot ſunt inter legata & fideicommiſſa differentiæ? Quattuor præcipuæ: nam illa pro iure teſtatoris relinquuntur, hæc pro heredis fide, ac beneuolentia: illa ciuilibus, id eſt ſollemnibus verbis relinquuntur, hæc quibuſuis verbis relinqui poſſunt: per illa hereditas relinqui non poteſt, ac per fideicommiſſa poteſt: in illis ſummum & ſtrictum ius dominatur. in his longè benignius & liberalius agitur. Itaque fideicommiſſum, etiam is qui inteſtatò moriturus eſt, poteſt relinquere, fideicommiſſariúmque rogare, vt eandem rem, vel aliam, reíve partem alteri reſtituat.

Quomodo igitur Fideicommiſſum definis? Beneficentiam, quæ quocumque genere vltimæ voluntatis ita relinquitur, vt ex heredis fide pendeat: qua de cauſſa ſcriptus heres Fiduciarius dicebatur: cùm alter cui hereditas reſtituebatur, Fideicommiſſarius vocaretur.

Quot ſunt fideicommiſſorum genera? Duo. nam alia ſingularia ſunt, quibus res ſingulæ (veluti veſtis, aut fundus) relinquuntur: alia vniuerſalia, quibus vniuerſa hereditas transfertur: veluti, Peto abs te heres, vt meam hereditatem Titio reſtituas.

Dicamus de vniuerſalibus. Quænam fuit illorum forma? Primùm heres directis verbis inſtituendus erat: niſi enim & heres ſit, & adita ex teſtamento hereditas ſit, fideicommiſſum euaneſcit. deinde rogandus, vt alteri, vel hereditatem, vel eius partem reſtitueret: hoc modo, L. Titius heres eſto. Rogo te L. Titi, vt cùm primùm poteris hereditatem meam adire, eam C. Seio reddas, reſtituas. qua de cauſſa hæc propriè Reſtitutio dicenda eſſet: quæ tamen vſitatè ſubſtitutio dicitur: nempe Fideicommiſſaria, ſiue precaria: de qua ſuperiùs nos dicturos pollicebamur.

Et cùm hereditas reſtituta erat, vter erat heres? Primus quidem nomen, alter verò ius heredis habebat. nam Senatuſconſultum Trebellianum Imperatore Nerone factum eſt, vt quæ actiones tum heredi, tum in heredem competerent, eas Prætor tum fideicommiſſario, tum in fideicommiſſarium transferret.

A

Quid verò ſi heres inſtitutus adire hereditatem nollet, quippe ex qua nihil interdum lucri perciperet? Idcirco Senatuſconſultum Pegaſianum Imperatore Veſpaſiano factum eſt, vt fideicommiſſum reſtituere rogatus, quadrantem retinere poſſet: ità tamen, vt hereditatis commoda & incommoda inter eum & fideicommiſſarium pro rata parte communicarentur.

B

Quod igitur Falcidia eſt in legatis, id Pegaſianum eſt in fideicommiſſis? Eſt ita. Verumtamen hoc differunt, quòd in quartam Falcidiam legata non imputantur: in Pegaſianum, imputantur.

Cedo exemplum? Veluti ſi teſtator quadringenta in bonis habens, heredi centum, Mæuio ducenta, Valerio centum leget. Heres vltra centum, quæ prælegati nomine retinebit, Mæuio quinquaginta, Valerio viginti quinque quartæ Falcidiæ nomine detrahet. At ſi heredem cui centum legauerit, roget hereditatem reſtituere, centum quidem illa ſibi legata retinebit heres. quartam autem eo amplius non detrahet.

C

Et quid ſi non amplius dodrante fideicommiſſum ſit? Olim ex Trebelliano S C. onera omnia in fideicommiſſarium tranſibant. At ſi quid amplius, tum heres: (ſi quidem ſua voluntate adiiſſet) communia cum fideicommiſſario habebat onera. ſin à Prætore coactus, omnium erat expers: quippe quæ in alterum transferrentur: ſed hæc à Iuſtiniano commutata ſunt.

D

Quidnam ille conſtituit? Vim omnem Pegaſiani S.C. in Trebellianum ſic tranſtulit, vt heres vel quartam, vel quod ei deeſt retinere, ſolutúmve repetere poſſit: actiones autem pro rata communicentur: at ſi totam ſponte coactúſve reſtituit, omnium tum commodorum, tum incommodorum ſit expers.

E

Quid ſi heres non ex aſſe, ſed ex parte tantùm inſtitutus fuit? Idem etiam in fideicommiſſo de parte partis reſtituenda obſeruari voluit.

Nunquídnam aliud hoc loco immutauit? Imò. Tantum enim fideicommiſſorum ius eſſe voluit, vt heres qui fidem de reddendo fideicommiſſo etiam ſine ſcriptura & teſtibus dedit, tamen poſtquam de calumnia petitor iurauerit, vel iurare cogatur, vel recuſans pro confeſſo habeatur.

F

Nunc de fideicommiſſis ſingularibus ſiue particularibus videamus. Quænam fuit illorum forma? Eadem prorſus quæ vniuerſalium, niſi quod non modò ab herede: ſed etiam à legatario relinqui poſſunt: quamuis ab eo legati non poſſit.

Quarum rerum huiuſmodi fideicommiſſa relinquuntur? Omnium quę in alicuius dominio ſunt, quicumque is ſit, ſiue heres, ſiue legatarius, ſiue fideicommiſſarius, ſiue alius quilibet. nam rei alienæ æſtimationem præſtare ſatis eſt.

G

Licétne etiam libertatem hoc modo relinquere? Licet: ídque etiam alieniſsimo ſeruo. nam aut dominus ſi quid ex teſtamento ceperit, eum vendere cogitur, aut alia emendi facultas expectatur.

Et cuius libertus ſit is, qui ſic manumiſſus eſt? Nó teſtatoris: ſed manumiſſoris ipſius: quippe qui voluntatem ſuam ad teſtatoris rogatum adcommodauit. ideóque hæc fideicommiſſaria libertas opponitur ei, quæ per legata relinquitur: quæ propterea

directa nominatur, quia teſtator ipſe ſuum ſeruū eſſe iubet, nec ab alio dari libertatem mandat.

Quid? quantum iſtis fideicommiſſis complecti licet? Nihilo plus quàm quantum acceptum eſt: de ſuo enim quemque, non de alieno largiri oportet. ita quod quis plus quàm ex teſtamento accepit reſtituere rogatur, præſtare non cogitur.

Et quodnam illorum Ius eſt? Iuſtiniani lege idem prorſus horum fideicommiſſorum, quod legatorum Ius eſt: itaque hodie vna planè, eadémque illorum natura eſt.

Capvt xviii.

De codicillis.

Qvid ſequitur nunc? Vt de codicillis dicamus. Sunt autem codicilli ſcriptura, quâ defunctus ſupremam ſuam voluntatem quinque teſtibus præſentibus ſine vlla ſollemnitate teſtatus eſt.

Quęnam inter teſtamentum & codicillos differentia eſt? Codicilli primis temporibus. hoc eſt Auguſto imperante (is enim primus Ius iſtud introduxit) nihil aliud erant, quàm adpendiculæ teſtamenti ante facti, in quo eos quoque confirmatos fuiſſe oportebat: & peregrè, vbi mutari teſtamentum commodè non poterat, fiebant. ſed res ex paruis orta initiis, tandem ferè ad teſtamentorum magnitudinem excreuit.

Summas igitur differentias enumera. Teſtamentū eſt iuſta & ſollemnis declaratio voluntatis. Codicillus nuda & ſimplex. illud ſeptem teſtes requirit: hic quinq; cōtentus eſt: illud non niſi directis verbis: hic etiam præcariis conficitur, illud heredis inſtitutionem requirit, hic neque inſtitutionem neque exheredationem admittit.

Quot ſunt eorum genera? Duo. ſunt enim alij fideicommiſſarij qui ab inteſtato fiunt: alij directi qui ex teſtamento.

Qui ſunt fideicommiſſarij? In quibus ſcriptor verbis vtens precariis, ſuam de rebus omnibus quæ teſtamentis comprehendi ſolent, heredi ſuo petitionem expoſuit. Itaque precariis verbis heredes in iis tum inſtitui, tum ſubſtitui poſſunt.

Qui dicuntur directi? In quibus directis ciuilibúſque verbis ſcriptoris voluntas de legatis dumtaxat aut libertatibus, aut tutelis expoſita eſt: dummodo teſtamento confirmati ſint.

Quænam eſt illorum forma? Nulla prorſus ſollemnitas deſideratur, niſi vt quinque teſtes adſint: neque refert, vtrum rogati, an fortuitò interuenerint. quinetiam vbi hæc formula teſtamento adſcripta eſt, quæ vulgò clauſula codicillaris adpellatur, Si non valet iure teſtamēti, valeat iure codicillorū: vis omnis teſtamenti in codicillos & fideicōmiſſum conuertitur.

Capvt xix.

De legitimis hereditatibus.

Qvoniam hactenus de teſtamentariis hereditatibus, & omnibus teſtamenti partibus diſſeruiſti, videtur nūc tēpus eſſe, vt ad legitimas hereditates orationem traducas. Quę ſunt hereditates legitimæ? Quas lex xii. Tabularum, & Senatuſconſulta quædam alicui ab inteſtato deferunt.

Quis dicitur inteſtatus? Quattuor modis inteſtatus quis dicitur: Teſtamento non facto, non iure facto, rupto irritóve facto, & ab herede deſtituto: id

A eſt, cùm heres ſcriptus hereditatem repudiauit.

quibuſnam lex ab inteſtato hereditates defert? Primo loco iis defert, quos ſuperiùs ſuos heredes adpellari dicebamus: id eſt, liberis, qui in familia defuncti proximiores gradu ſunt delatæ hereditatis tempore: ſiue illi naturales, ſiue adoptiui ſint.

quot ſunt ſuorum genera? Duo. nam alij natura ſui ſunt, nimirum filij, filiæ've; alij ſucceſſione, nimirum nepotes, aut poſteriores, qui in filiorum, non etiam

B filiarum locum vacuum & deſtitutum ſubeunt, veluti ſi vno filio mortuo, (nam ex filiabus prognati ſui eſſe non poſſunt) nepotes ex illo, eius in gradum ſuccedant. Lex enim his patris ſui Ius ſic adtribuit, vt illi patrem ſuum repræſentent, tametſi non idem omnino ius ei conceſſerit.

quidnam igitur conſtituit? Vt cùm in parentis demortui locum ſuccedirur, non in capita, ſed in ſtirpes hereditas diuidatur.

quomodo hereditas in capita diuiditur? Cùm tot

C in partes, quot ſuccedentium capita ſunt, viritim pro numero ſingulorum ita diuiditur, vt ſingulæ partes ſingulis perſonis adtribuantur. veluti ſi três perſonæ ſint, & ſingulæ trientem auferant.

quomodo in ſtirpes diuiditur? Cùm tot in partes diſtribuitur, quot ſuorum naturalium capita, ex quibus ſuccedanei exſtant, fuêre. Itaque ſi quis duos filios ſuſcepit, quorum alter viuit, alter duobus relictis filiis deceſſit: hereditas ſic diuidetur, vt ille ſemiſſem, hi alterum ſemiſſem auferant: quoniam abſur-

D dum eſt, plus iſtis qui ſucceſſerunt, quàm illi cuius in locum ſucceſſerunt, iuris dari.

quid ſi filius nullus exſtet, ſed ſoli nepotes ex duobus filiis? Hoc idem obſeruatur, vt non pro virilibus partibus, ſed in ſtirpes hereditas diuidatur: quia reuera ius ſui non in ipſis primùm: ſed in ipſorum patribus conſtitit. quapropter abſurdum eſſet, plus ipſis quàm ipſorum patribus iuris tribui.

Et quid ſi ex filia prognatus, in eius locum adſcendiſſet? Num igitur is ſuus non fiebat? Cùm patri

E ſuo ſuus heres eſſet, quippe cuius nomen ac familiam ſequebatur, quomodo in matris familia, cuius nomen amittebat, ſuus fuiſſet? Ex lege tamē Iuſtiniani, poſteri ex ſexu muliebri cum primi gradus liberis admittuntur, & in ſtirpes hereditas inter eos diuiditur.

Agè, cui poſt ſuos lex xii. Tab. inteſtatorum hereditatem deferebat? Si paterfam. (inquit) inteſtatò moritur, cui ſuus nec exſtabit heres, adgnatus proximus familiam (hoc eſt hereditatem) habeto. nam emancipati filij (ſicuti ſuperiùs diximus) capite dimi-

F nuti erant, & ius ſui amiſerant.

Duram profectò legem natras, quæ maiorem gentium & familiarum, quàm naturæ & ſanguinis rationem duxit. Ita Reip. Rom. inſtitutum tulit. in qua patres vitæ & necis poteſtatem in filios habebant, ac multo magis eos emancipare & à ſua familia eiicere poterant. Verùm ex Prætoris edicto bonorum poſſeſſio emancipatis dabatur, vt poſteriùs audies, ſiue ſoli eſſent, ſiue cum aliis concurrerent. Sed Iuſtinianus multo maximam iſtius antiqui iuris partem

G immutauit.

Expone igitur Iuſtiniani leges de ſucceſsionibus ab inteſtato in linea directa? Prima hæc eſt: vt liberi tam emancipati, quàm in poteſtate retenti, & tam ex filia quàm ex filio prognati æqualiter ad patris & matris hereditatem vocentur, defunctíque parentibus præferantur.

Quæ eſt ſecunda? Vt in ordine liberorum is qui gradu

gradu propior eſt, vlteriorem non excludat, ac proinde non modò nepos ex vno filio præmortuo cum altero filio ſuperſtite ſuccedat, verùm etiam nepos, ex emancipato filio natus, & in aui familia retentus cum patre ſuo emancipato coniungatur, & pariter cum eo ſuccedat.

Quæ eſt tertia? Vt in ordine liberorum hereditas diuidatur in ſtirpes, non in capita. quare ſi quis duos filios ſuſcepit, quorum vnus viuit, alter duobus filiis relictis deceſſit, hereditas non in viriles partes diuidetur, vt ſinguli trientem ferant: ſed in duos ſemiſſes: quorum alterum filius, alterum nepotes ferant, quod eodem modo dicendum eſt inter filios & nepotes ex filia, & inter nepotes aut pronepotes qui ex fœminis deſcendunt.

Quæ eſt quarta? Vt poſt liberorum ordinem admittantur parentes, vt quiſque gradu propinquior eſt: tam cognati, velut auus maternus: quàm adgnati, velut auus paternus: præferantur iis qui à latere ſunt, præterquam fratribus & ſororibus germanis, id eſt vtroque parente coniunctis: qui quæ've cum parentibus in capita ſuccedunt, id eſt etiam cum patre & matre, qui tamen primo gradu ſunt. vtque ius idem ſit in reliquis parentibus, vt ſine ſexus aut cognationis diſcrimine, ſeruata gradus prærogatiua, defunctis liberis ſuccedant.

Quæ eſt quinta? vt ſi plures eiuſdem gradus parentes exſtent, quorum alij adgnati, alij cognati ſint, eo caſu hereditas non in capita diuidatur, ſed auus paternus ſemiſſem, auferat: reliqui alterum ſemiſſem. quare ſi ſolus pater exſtet, ex aſſe ſuccedet: ſi pater & mater exſtent, æqualiter ſuccedent. ſi mater & ſorores exſtent, pro virilibus portionibus. ſin mater ſola ſuperſit, diſtinguendum eſt, nam ſiquidem vidua permanſit, ſuccedat cum fratribus vel ſororibus in virilem: idque pleno iure: id eſt, vt & proprietatem & vſumfructum habeat. ſin autem iterum nupſerit, tum in bonis à patre profectis vſumfructum tantùm habeat: proprietatem fratribus & ſororibus defuncti, liberis ſuis relinquat. in ceteris bonis plenam cum defuncti fratribus & ſororibus proprietatem habeat.

Qui ſunt adgnati? qui per virilem ſexum inter ſe vel vera, vel ficta cognatione (nimirum adoptione) iuncti ſunt: veluti fratres ex eodem patre nati, qui conſanguinei vocantur: item ex duobus fratribus prognati, qui patrueles. Itaque quem ſibi Adgnatus meus quocumq; is gradu ſit, adoptauit, mihi adgnatus efficitur.

Omnibúſne igitur adgnatis hereditas defertur? Non omnibus, ſed primùm iis tantùm qui propinquiore gradu ſunt. deinde lex Voconia, fœminas vltra conſanguinitatis, id eſt, ſororum gradum non admittebat. Sed Iuſtinianus, idem iuris fœminis adgnatis, quod maribus, exemplo XII. Tabularum, adtribuit.

Et quid ſi ex duobus qui eodem gradu erant, veluti duobus fratribus, alter relictis liberis moriatur? adſcendúntne illius in locum ipſius liberi, quemadmodum ſuperiùs de ſuis heredibus dicebas: vt cum fratre ſuperſtite patruo ſuo hereditatem partiantur? Nequaquā. Vbi enim de adgnatorum hereditatibus agitur, ſucceſſio non eſt, id eſt, liberi in parentum locum non ſuccedunt. Itaque frater ſolus proximus adgnatus numerabitur, & vniuerſam hereditatem obtinebit.

Quid verò ſi tres fratres fuerint, quorum primus

A relictis duobus liberis mortuus ſit, ſecundus autem quatuor, & nunc tertius inteſtatò decedat: vtrúmne in ſtirpes, an in capita hereditas illa diuidetur? Adgnatorum hereditates, vt modò dixi, in capita diuiduntur: quoniā adgnati qui per patrem ad hereditatē perueniunt, non ſucceſſionis, ſed proprio iure admittuntur. Sed Iuſtinianus hac quoque in re maximam antiquis iuris partem immutauit.

Expone igitur eius leges de ſucceſſionibus ab in-

B teſtato in linea collaterali. Prima hæc eſt: vt hereditas inteſtati ſine liberis & parentibus mortui deferatur primo loco fratri & ſorori germanis, ſiue in poteſtate retentis, ſiue emancipatis: excluſis fratribus, aut ſororibus conſanguineis, aut vterinis tantùm: eáque pro virilibus portionibus diuidatur.

Quæ eſt ſecunda? Vt ſi præter illos exſtent etiam pater & mater defuncti, hi quoque vnà cum illis pro virilibus portionibus pleno iure admittantur: excluſis ſimiliter conſanguineis & vterinis tantùm.

C Quæ eſt tertia? Vt ſi præter germanos fratres & ſorores aliorum etiam præmortuorum germanorum filij filiæ've exſtent, hi quoque vnà cum illis admittantur. & hoc ſolo caſu repræſentatio in linea collaterali conceditur.

Quæ eſt quarta? Vt germani præmortui liberi, & vterinum, & conſanguineum eius de cuius hereditate agitur excludant, itémque patruum, auunculum, amitam, materteram.

Quæ eſt quinta? Vt ſi nulli germani exſtent, ſed tā-

D tùm germanorum filij filiæ, & ſimul pater & mater defuncti, parentes quidem in capita, illi verò in ſtirpes admittantur: excluſis ſimiliter conſanguineis & vterinis.

Quæ eſt ſexta? Vt germanis non exſtantibus inteſtati hereditas deferatur conſanguineis, aut vterinis: & ſi vtrique exſtent, vtrique ſimul admittantur: eóſque qui vlteriore gradu ſunt, excludant. ſed bona à patre profecta, conſanguineo, à matre, vterino tribuentur. in reliquis bonis æqualiter ſuccedent.

E Quæ eſt ſeptima? Vt ſi nulli omnino neque fratres neque ſorores exſtent, proximiores ſine ſexus, itémque ſine adgnationis aut cognationis diſcrimine pariter admittantur, & vlteriorem excludant.

Quę eſt octaua? Vt ſi plures pari gradu ſint, omnes (excepta repræſentationis ſupradictę prærogatiua) ex æquis partibus admittantur.

Quæ eſt nona? Vt defuncto fratris ſororiſve filię patruus & auunculus, amita & matertera in viriles partes ſuccedant: idque ſine diſcrimine germanitatis,

F conſanguinitatis, & vterinitatis.

Quid? inter duorum fratrum, ſororúmve liberos, quomodo patrui auunculíve hereditas diuiditur? Nulla quidem hac de re Iuſtiniani conſtitutio: ſed conſentaneum eſt eam in capita, non in ſtirpes diuidi: vt ſinguli viriles partes auferant.

Caput XX.

De liberorum hereditatibus.

G VIDEO iſta, & iam intelligo quemadmodum hereditates primùm ad liberorum ordinem, deinde ad adgnatos deferantur. Sed de parentibus qui ſuperiorem ordinem obtinent, quid fuit iuris antiqui? Nunquámne ad illos liberorum hereditas transferebatur? Siquidem liberi filiifa. ſint, ſcis & eos, & eorum bona omnia, ſiue viuentium, ſiue morientium, in patris eſſe poteſtate.

Is quem Prætor in edicto ſucceſſorio præſcripſit: id eſt,eo edicto,quo ſucceſſionem permiſit.

Quid adpellas ſucceſſionem? Ius inter eos quibus bonorum poſſeſſiones deferuntur,vt in locum eorum qui petitionem omiſerint,ſequentes ſuccedere,ſubiréque poſſint. Ea autem duplex eſt,ordinum ſcilicet & graduum.

Quæ eſt ordinum ſucceſſio? Cùm ordo perſonarũ vniuerſus, cui potiſſimùm poſſeſſio deferebatur, illã omiſit. veluti liberorum, aut legitimorum, aut cognatorum.eáque ſucceſſio de capite in caput adpellatur.nam liberis omnibus omittentibus, ad adgnatos res redit.

Quæ eſt graduum ſucceſſio? Cùm primo eorum graduum,qui in ordine aliquo ſunt,omittente, inſequens admittitur.plures enim in ordine vnoquoque reperiuntur gradus, præterquam in illo viri & vxoris,veluti in ordine liberorum ſunt filij,nepotes,pronepotes,&c.

Quid igitur obſeruatur? Vt bonorum poſſeſſio nõ modò ſingulis ordinibus,verumetiam ſingulis cuiuſque ordinis gradibus deferatur:nec antè ad inſequentem ordinem deuoluatur, quàm pedetentim per ſingulos gradus decurrerit: quæ ſucceſſio De gradu in gradum vulgo nominatur.

Et quid ſi primi tamdiu cunctentur, vt creditores bonorum defuncti poſſeſſionem poſtulent? Prætor petendis bonorum poſſeſſionibus anni ſpacium párentibus & liberis præſtituit: adgnatis & cognatis, dierum centum:ſic,vt ius petendi omiſſum,continuò vel eiuſdem gradus perſonis adcreſcat,vel inſequentibus adquiratur.

Quis eſt quartus rerum per vniuerſitatem adquirẽdarum modus? Adrogatio:nam olim bona eius qui adrogabatur,omnia præter ea quæ capitis diminutione pereunt,adrogatori pleno iure quærebantur.

Aliúdne hoc tempore iuris obſeruatur? Iuſtiniani inſtituto adrogator ſolum vſumfructum bonorum aduentitiorum,eius quem adrogauit,adipiſcitur.

Quis eſt quintus modus? Addictio bonorum,quæ à Marco Imperatore partim vt libertates conſeruarentur,partim vt famæ defuncti conſuleretur, inſtituta eſt.

Quid eſt bonorum addictio? Cùm herede non exſtante bona defuncti cuiuis, qui ſe æs alienum ſoluturum caueat,libertatum conſeruandarum cauſſa,ſic adtribuuntur, vt etiam ſeruorum manumittendorum,ſi conſentiant,patronus efficiatur. quòd ſi fiſcus vacantem hereditatem occupet,libertates præſtabit.

Quis eſt ſextus modus? Publica bonorum emtio, quæ olim auctione conſtituta fiebat: cùm debitoris alicuius latitantis bonorum poſſeſſio creditoribus, à Prætore conceſſa eſſet, eáque bona triginta dies ab iis poſſeſſa fuiſſent.

Aliúdne nunc obſeruatur? Imperatorum lege inſtitutum eſt,vt hoc tempore ſine bonorum venditione, creditoribus bonorum poſſeſſio Iudicis officio daretur.

CAPVT XXII.

De obligationibus.

VIDERIS nunc poſt copioſam rerum adquirendarum tractationem commodè ad obligationum materiam tranſire poſſe:quam etiam huius inſtitutionis partem ab initio fe-

A ciſti. Quid igitur eſt obligatio? Eſt iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundùm noſtræ ciuitatis iura.

Quæ eſt prima obligationum diuiſio? Ea tripartita eſt.. nam aliæ naturales dicuntur, aliæ ciuiles, aliæ mixtæ.

B Quæ eſt naturalis obligatio? Quæ cùm reuera contracta ſit, à iure tamen Quiritium non adprobatur, veluti, ſi ſeruus ciui Ro. pecuniam crediderit: iure quidem naturæ quæ parem omnium hominum conditionem eſſe voluit, obligatio nata eſt: ſed Prætor de ea ius non dicit.

Cedo aliud exemplum? Veluti ſi duo fratres qui in eiuſdem poteſtate ſint,inter ſe contrahant,vel pater cum filio, vel filius cum patre, vel ſeruus cum herili filio,vel hic cum illo.

C Quæ eſt ciuilis obligatio? Quæ vel nunquam reuera contracta eſt, vel cùm reuera contracta eſſet, facto tamen aliquo, ſed ad iuris ciuilis rationem non adcommodato,diſſoluta eſt.

Profer exemplum prioris? Veluti ex inani chirographo, aut cùm quis vi, metu, dolóve malo quippiam promiſerit:nam ſummo iure obligatus eſt:vnde natum illud vetus, Summum ius, ſumma iniuria eſt. Itaque Prætor (vt aliquanto pòſt cognoſces) iniquitatem illam in iudicio conſtituendo emendabat.

D Quomodo alteram ſpeciem intelligis? Ius ciuile certos inſtituit modos diſſoluendarum obligationũ: quòd ſi alio quodam modo quis eas vellet diſſoluere, naturaliter quidem & ex æquo & bono diſſoluebantur.at ius ciuile ratum id non habebat.

Cedo exemplum? Veluti ſi creditor paciſcatur ſe nunquam petiturum,aut debitor creditoris poſtulatu iurauerit ſe non debere:Sed hęc planius in exceptionum tractatu cognoſces.

E Quæ ſunt obligationes mixtæ? Quæ cùm reuera, & æquiſſimè contractæ ſunt, tum etiam à iure ciuili cõprobatæ & confirmatæ ſunt: cuiuſmodi ſunt ex mutuo,commodato, depoſito, emto, conducto, & ceteris ſimilibus,de quibus mox audies.

Quænam eſt ſecunda obligationum diuiſio? Ea bipartita eſt, vt aliæ ciuiles ſint, aliæ honorariæ, ſiue prætoriæ.

Quæ ſunt ciuiles? Quæ ab aliqua iuris ciuilis parte ſunt inſtitutæ.veluti lege XII.tab.vt heres legatariis ſit obligatus: aut S.C.Pegaſiano, vt is qui quartam accepit,creditoribus hereditariis teneatur.

F Quæ ſunt honorariæ? Quas vel Prætores,vel Ædiles in edictis ſuis inſtituerunt. Veluti cùm Prætor bonorum poſſeſſorem creditoribus omnibus hereditariis obligat.

Quænam eſt tertia obligationum diuiſio? Ea ex quadruplici facti ratione quadripartita eſt.Aut enim ex contractu, aut ex quaſi contractu, aut maleficio, aut quaſi maleficio,obligari ſolemus: de quibus ordine differendum eſt.

CAPVT XXIII.

G

De contractibus.

QVID eſt contractus? Eſt negocium inter duos pluréſve data opera geſtum, vt vel vterque inuicem,vel alter tantùm alteri obligetur.

Quot ſunt contractuum genera? Duo tibi præcipuè notanda ſunt. nam alij Nominati à nobis adpellantur, nimirum quibus certum nomen, qui priſcis

temporibus iuri ciuili præerant, impoſuerunt: veluti emtio, locatio, mutuum: alij verò innominati.

Priùs igitur de nominatis videamus. Quot ſunt illorum ſpecies? Quattuor. Nam alij re parere obligationem dicuntur, alij verbis, alij literis, alij ſolo nudóque conſenſu.

Quid eſt obligationem re contrahi? Cùm ea non niſi re tradita, acceptáque concipitur. veluti in mutuo accidit, ex quo tum demum quis obligatur, cùm rem ſibi traditam accepit.

Quid eſt mutuum? Eſt conuentio qua rerum quæ pondere, numero, menſura conſtant, vſus ea lege cõceditur, vt poſtea non eadem corpora, ſed alia generis & quantitatis eiuſdem reddatur.

Quid ita? Quia & ſolæ illæ res vtendo intereunt, nec illarum alius quàm in conſumendo eſt vſus. Perit enim pecunia & vinum & frumentum vtendò. vnde mutuum quaſi de meo tuum dicere ſolemus.

Profer mihi aliud exemplum? Veluti in commodato, quod ſic definimus: vt ſit contractus, quo gratis alicuius rei vſus ita certum ad tempus, finem modúmque conceditur, vt accipiens ſummam in ea ipſa reddenda diligentiam præſtare debeat.

Quænam eſt inter mutuum & commodatum differentia? Illud proprium eſt rerum quæ pondere, numero, menſura conſtant: hoc aliarum omnium. In illo res fit accipientis: in hoc verò nequaquam. In illo accipiens fortuito rei interitu non liberatur: in hoc liberatur. commodatarius enim non caſum, ſed culpam præſtat, eámque leuiſſimam: id eſt, vt etiam ſummam diligentiam adhibeat.

Cedo item aliud exemplum. Veluti in precario, id eſt, contractu, quo rei alicuius vſus tantiſper precanti conceditur, dum is qui conceſſit patitur. Nam hic tempus certum definiri non poteſt. ex quo quantum à commodato differat, intelligis.

Cedo item aliud. Veluti in depoſito, id eſt, contractu, quo res aliqua gratis alicui cuſtodienda traditur, ea lege, vt is dolum tantùm & nonnullam in ipſa reddenda culpam præſtare debeat.

Adde etiam aliud. Veluti in pignore, hoc eſt, in contractu quo res aliqua creditori cautionis cauſſa traditur ea lege, vt in illa ipſa, cum primùm ei ſatisfactum erit, reddenda, dolum & leuem culpam præſtet. Sed videndum eſt, ne hypothecam cum pignore confundas.

Quid eſt hypotheca? Conuentio nuda qua debitor rem aliquam creditori obligat cautionis cauſſa. Nudam adpello, quia ſine traditione fit. Pignus igitur re, id eſt, traditione contrahitur: & poſſeſſionem transfert. hypotheca pacto nudo, & poſſeſſionem non transfert.

Cap. XXIIII.

De ſtipulationibus.

Qvomodo verbis contrahitur obligatio? Per ſtipulationem. i. interrogatiõnẽ certis ſollẽnibúſq; verbis conceptam: & aptam, cõſentaneámq; reſponſionem. neque enim ſatis erat quibuſuis vti verbis: alioqui nullus ferè contractus non verbis fieri diceretur: ſed certa ſollemnique forma vtendum erat. veluti, Bouem illum, qua de re agitur, dare ſpondes? Spondeo. Dabis? Dabo.

Aliúdne ius nunc obſeruatur? Leonis Imperatoris lege, ſollemnes ſtipulationum formulæ ſublatæ ſunt: cautúmque vt quibuſuis aptis idoneiſque verbis conciperentur.

Vnde ſtipulatió dicta eſt? Varro à ſtipe, id eſt, pecunia nomen hoc deducit. Iuriſconſulti autem ab antiquo verbo ſtipulum, id eſt, firmum: quia nullam aliam ob cauſſam inſtituta fuit, niſi vt pactorum conuentorúmque firmamentum eſſet, & artioribus vinculis contrahentium fides adſtringeretur.

Quot in partes tractationem hanc diuidis? In quattuor. Primùm enim de perſonis, quæ ſtipulatione vel obligare vel obligari poſſunt: deinde de rebus quæ in ſtipulatum deduci poſſunt, diſſeremus: pòſt de forma ſtipulandi: poſtremò de iure ſtipulationum.

Quibuſnam igitur genus hoc obligationis conuenit? Primùm cùm verbis concipiatur, ſatis conſtat, neque mutum, neque ſurdum, neque infantem, neque abſentem eo vti poſſe: tametſi quod ad abſentes adtinet, Iuſtiniani inſtituto ſcriptura quæ præſentes adfuiſſe reos teſtatur, niſi totum illum diem abfuiſſe alterutrum probetur, rata & firma eſt.

Quid Iuris eſt in filiisfam? Filiifam. cùm in patrum poteſtate ſint, nihil cum iis quidem gerere negocij poſſunt: ſed, ſi modò puberes ſint, & alios obligare, & ipſi aliis obligari per ſtipulationem poſſunt.

Quid Iuris eſt in pupillis? Pupillus pubertati infantiæque proximus, obligare ſibi alios etiam ſine tutore auctore poteſt: obligari verò ipſe ſine illo auctore non poteſt.

Quid Iuris eſt in ſeruis? Stipulatio eſt iuris (vt antea diximus) Quiritium, ſiue ciuilis: cuius ſerui planè expertes ſunt. Itaque neque dominis ſuis, neque vlli alteri, ſtipulando obligari poſſunt: obligare autem alios ſuis dominis poſſunt: quia ex perſona dominorum ſtipulandi Ius habent.

Sempérne igitur ſerui ſtipulando ſuis dominis adquirunt? Semper: etiam ſi vel ſibi, vel conſeruis, vel etiam nulla perſona nominata ſtipulati ſint. niſi fortè factum in ſtipulatum deduxerint: veluti vt ſibi ire agere liceat. Nam cùm facta perſonæ cohæreant, & in actu naturali ſingulorum hominum conſiſtant, ſerui ſoli ire agere poterunt: tametſi non tam pro ſuo, quàm pro domini iure: hoc eſt, vt non tam ipſi ius eundi habeant, quàm dominus ius ipſos tranſmittendi.

Quid ſi ſeruus ſit communis? Tum ſingulis dominis pro dominij parte adquirit: niſi fortè vel vnius iuſſu, aut nomine, vel quod vni tantùm adquiri poſſit, ſtipuletur.

Ecquidnam habes prætereà de perſonis dicere? Cùm ſtipulationes inſtitutæ ſint, vt vnuſquiſque ſibi adquirat quod ſua intereſt, & ciues Romani certam quandam formulam haberent, qua quod inter ſe negocij geſſiſſent, voce ac lingua ſua teſtibus audientibus pronunciarent: ſatis conſtat, & ſibi quemque ſtipulari, & de ſe promittere debere. Itaque nec qui alteri quàm ei cuius in manu eſt, ſtipulatur, promiſſorem obligat: nec qui daturum facturúmve alium promittit, ſtipulanti obligatur, niſi fortè pœnæ ſtipulatio ſubiungatur.

Quid ſi ſub diſiunctione ſtipulatio concepta ſit: veluti, Mihi aut Titio dare ſpondes? Qui ſe vel ſtipulãti vel alteri daturũ ſpondet, rectè obligatur. quoniam in hac formula ſoli ſtipulatori obligatio adquiritur, & extranea perſona magno promiſſoris cõmodo adiici-

adiicitur: vt ei etiã inuito ſtipulatore ſoluere liceat.

Quid igitur ſi quis poſt ſuã, vel promiſſoris mortem, ſibi dari ſtipuletur. tum enim vel alteri quàm ſibi vel ab altero quàm à promiſſore dari, ſtipulari videtur? Olim inutilis erat illa ſtipulatio: ſed Iuſtinianus pro ſuo imperio eam valere voluit.

Et quid ſi pridie quàm vel ipſe, vel promiſſor moreretur, ſibi dari ſtipuletur? Hæc quoque olim fuit inutilis. quia cùm in eum diem concepta eſſet, qui numquam niſi poſt mortem alterius certus eſſet, vi ipſa atque effectu in tempus morte poſterius, ac proinde in alienum concepta videbatur: at idem Imperator hanc quoque valere voluit.

Quid ſi cùm alteruter moreretur, ſtipulatus ſit? Valet illa formula: neque enim extranea perſona in ſtipulationem deducitur. quoniam in iure noſtro momentum moriendi non morti, ſed vitæ adtribuitur.

Quarum ſtipulatio contrahi poteſt? Non tantùm rerum, ſed etiam factorum ſtipulatio rectè contrahitur: dummodo & illarum, & horum commercium ſit, & honeſta eorum contrahendorum ratio.

Priùs de reb. videamus. Quid ſi res in rerum natura non ſit: veluti ſi quis mortuum ſeruum imprudens ſtipuletur? Stipulatio earum rerum quæ in rerum natura non ſunt: ſed fore ſperantur, valet: veluti frumenti aut vini naſcituri. Sed earum rerum quæ nec ſunt, nec eſſe poſſunt, nihil valet.

Quid ſi res in hominum quidem commercio ſit, ſed non in eius qui ſtipulatur? veluti ſi quis in prouincia cum poteſtate, aut legatione ſit: cui Cicero ſcribit nihil præter mancipium in demortui locum emere licere? Stipulatio nullius momenti eſt.

Quid ſi ſtipulationis tempore in commercio quidem non fuerit. poſtea eſſe cœperit, veluti ſi quis ſtipuletur hominem liberum cùm ſeruus erit ſibi dari? Rei commercio exemtæ ſtipulatio adeò nulla eſt, vt ne ſublata quidem ea qualitate conualeſcat. de his enim rebus negocium rectè gerimus, quæ ſubiici dominio noſtro ſtatim poſſunt.

Quid ſi ſtipulationis quidem tempore promercalis res fuerit, ſed poſtea eſſe deſierit? Vicium illud ſuperueniẽs ſtipulationẽ quamuis validã exſtinguit.

Quid ſi quis rem ſuam quam alienam eſſe putabat, ſtipuletur? Inutilis ſtipulatio eſt: quia dari nobis quod noſtrum eſt, non poteſt.

Quid ergo ſi rem alienam in eum caſum quo noſtra futura eſt, ſtipulemur? Stipulatio nullius momẽti eſt: quia tũ agere vt nobis illa detur, non poterimus.

Quid ſi de alia re ſtipulator, de alia promiſſor cogitarit? Nihil actum eſt: Stipulatio enim ex vtriuſque conſenſu contrahitur: errantis autem nullus eſt conſenſus.

CAPVT XXV.

De vſuris ex ſtipulatu.

DIXISTI de rerum commercio: nunc de honeſto earum contrahendarum genere videamus. Præclarum nobis huius rei exemplum ea vſura ſuppeditat, quæ ex contractu naſcitur, quam ſtipulatitiam adpellemus licet. nam de ea quæ officio iudicis præſtatur, multò poſterius diſſerendum erit.

Quid eſt vſura? Veteres pro vſu vſuram dicebant: vnde lucis, vitæ, pecuniæ, vſura ei concedi dicitur, cui vti luce, vita, pecunia conceditur. Sed poſtea conſuetudo loquendi aliò deflexit, & ferè pro vſus

A illius æſtimatione vſurpatur.

Quot ſunt vſuræ ſtipulatitiæ ſpecies? Duæ: quarũ altera in generis ſui nomine conſiſtit, & cùm æquitate naturali conſentanea eſt: altera Fœnus vocatur, quod contra naturam inſtitutum exiſtimatur.

Quid eſt vſura ſpeciatim ſumta? Eſt compenſatio eius quod creditoris intereſt caruiſſe ſua pecunia, dum ea debitor vteretur.

Quot ſunt eius ſpecies? Duæ. Interdum enim ob B moram & pœnæ loco ſtipulatur: interdum ſine mora.

Quomodo moræ cauſſa ſtipulatur? Cùm mutua pecunia gratis ad tempus aliquod ita conceditur, vt niſi præſtituta die reddatur, fruſtrator ſummam aliquam pœnæ cauſſa perſoluat.

Quænam eſt vſuræ iſtius æquitas? Quoniam is qui tardius ſoluit, minus ſoluit, quippe cum damno creditorem adficiat: an non æquum eſt eum defectionẽ illam ſupplere, & creditorem indemnem reddere? itaque hæc vſura nihil aliud eſt, quàm æſtimatio e- C ius quod propter illam ceſſationem & tarditatem intereſt. veluti, cùm pater dotem filiæ ſuæ conſtitutam genero matrimonij onera ſuſtinenti non ſoluit.

Quomodo ſine mora vſura ſtipulatur? Cùm quis roganti amico ita ſuos numos credit, vt ſibi intereà eorum vtilitatem, illius tantùm iuuandi cauſſa detrahat. Cùm enim verè ipſius interſit, æquum eſt eum etiam ſine mora vſuram ſtipulari.

Tantúmne igitur ſtipulari licet, quantum intereſt? Nequaquam: non enim æquum eſt, pecuniam nudam D tantum adferre quæſtus, quantum eam, quæ opera induſtriáque hominis exercetur.

Ecquiſnam igitur vſurarum modus iure ciuili conſtitutus eſt? Cùm pro modo eius quod cuiuſque intereſt, vſuræ conſtituendæ ſint, variè autem pro varia & multiplici hominum condicione cuiuſque interſit, varium quoque conſtitui modum neceſſe eſt.

Quis igitur conſtitutus eſt? Iuſtiniani lege perſonis Illuſtribus triens conceditur: negociatoribus, bes: Interiectæ condicioni, ſemis: Maritimis verò traie- E ctionibus, As, ſiue centeſima.

Quid in vſuris eſt As, & quænã illius partes ſunt? Primùm illud te ſcire oportet, ſortem omnem, quantacumque ſit, ad centenarium numerum reuocari. Deinde ſummam vſuram eſſe, cùm pars ſortis centeſima ſingulis menſibus perſoluitur. nimirum cùm è centum aureis, vnus ſingulis menſibus penditur.

Quid tum poſtea? Quoniam iſta ratione ſumma hæc vſura duodecim aureos annuos efficit, duodenarius iſte numerus Iuriſconſultos monuit, vt Aſſem F hunc vſurarium adpellarent: quoniam (vt ſuperiùs audiſti) duodecim in Aſſe ſunt vnciæ: & commoda ratio eſt, aſſis partibus in augendo, minuendóve vtendi.

Perge porrò, & hæc paulò ſubtilius enucleato. Quemadmodum igitur, As, non ex menſtrua, ſed ex annua penſione æſtimandus eſt, ſimiliter omnes eius partes ex anni ratione intelligendæ ſunt.

Quomodo? Vt ſi vnus in centenos numos annuatim pendatur, Vnciariã vſura dicatur: ſi bini, ſextans: G ſi terni, quadrans: ſi quaterni triens: ſi quini, quicunx: ſi ſeni, ſemis: ſi ſepteni, ſeptunx: ſi octoni, bes: ſi noueni, dodrans: ſi deni, dextans: ſi vndeni, deunx: ſi duodeni, As.

Et quo caſu deberi aſſem dicebas? In maritimis pecuniarum traiectionibus, quarum periculum creditores ſuſcipiunt. Nam propter hanc cauſſam plus quiddam illis concedi rectum eſt. Id autem vulgò

Fœnus nauticum adpellatur.

Video iſta: quid igitur Fœnus adpellas? Feſtus propriè naturalem terræ fœtum adpellat, ob quam cauſſam & numorum fœtus, Fœnus eſt vocatum: quòd crediti numi alios pariant: vt apud Græcos eadem res τόκος dicitur, ἀπὸ τοῦ τίκτειν.

Quomodo igitur Fœnerationem definis? Occupationem pecuniæ ad quæſtum ex numis creditis, ſine vllo creditoris vel periculo, vel labore, vel impendio exigendo, inſtitutam.

Quidnam inter Vſuram & Fœnus intereſt? Illa nō ad quæſtum faciendum, ſed ad id quod intereſt compenſandum, inſtituta eſt: hoc verò ad lucrum ex nudis numorum corporibus ſine vllo periculo & impendio faciendum contra naturam excogitatum eſt.

Quid ita, contra naturam? quoniam (vt Plato & Ariſtoteles demonſtrant) fœneratores fructus quærunt ex ea re quæ natura ſua ſterilis eſt. numi enim ſua ſponte & ſine hominis opera numos nō pariūt. Præterea iuris ciuilis axioma eſt, Non alteri quanq; rem quæſtui eſſe debere, quàm cuius periculo eſt.

Quid iam his ita diſputatis concludimus? Vſuram ex mutuo tum demum honeſtè ſtipulari licere, cùm creditoris intereſt: alioqui fructum ex re ſterili in fœneratione contra naturam exigi.

CAPVT XXVI.

Reditur ad tractatum ſtipulationum.

QVONIAM de rebus quæ in ſtipulationem cadunt, dixiſti: quæro deinceps. quid de facto iuris eſt? Non tantùm fieri, ſed etiam non fieri aliquid rectè ſtipulamur. veluti, Nauem ædificare ſpondes? aut, Parietem tuum te altius non ſublaturum ſpondes? Sed hîc quiddam propriè obſeruandum eſt.

Quidnam illud eſt? In ſtipulationibus faciendi vel non faciendi, vt quantum interſit, conſtet, pœna ſemper ſubiicienda eſt. veluti, Si aduerſus eam factum erit, ſiue quid ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?

Quænam eſt ſtipulationis contrahendæ forma? Ea triplex eſt: nam aliæ purè, aliæ in diem, aliæ ſub condicione concipiuntur.

Et quid ſi certo loco nobis dari ſtipulemur, veluti Lugduni, Antuerpiæ: ſub qua ſpecie formulam hanc complecteris? Sub ſecunda. nam hæc ſtipulatio ſpacium ad locum perueniendi complectitur. itaque qui eo loco dari ſtipulatur, quo præfinita die peruenire nō poſſit, inutiliter ſtipulatur. veluti ſi qui Lugduni, erat, ſtipularetur hodie ſibi Antuerpiæ dari.

Et quid ſi quis ſub impoſſibili condicione ſtipuletur: veluti ſi digito cœlum tetigerit? Stipulatio ſub impoſſibili condicione concepta, niſi ad non faciendum pertineat, nullius momenti eſt: veluti, Si intra Calendas: digito cœlum non tetigero.

Quid ita? Quia iſtiuſmodi adiectiones, non vim condicionum habent, ſed figuram tantùm. nam qui ſub condicione quæ omnimodo exſtatura eſt, ſtipulatur, purè ſtipulari videtur. & profectò, ita eſt, vt quæ condiciones adfirmando adiectæ, impoſſibiles ſunt, eæ inficiando adiectæ, neceſſariæ reperiantur.

Quid igitur in forma ſtipulationis cōcipienda obſeruandum eſt? Vt promiſſor ad interrogatum reſpondeat, id eſt eodem planè modo quo interrogatus eſt. Nam ſtipulator verba promiſſori præire quodāmodo videtur. Itaque qui purè ſtipulanti ſub condi-

A cione, vel in diem, aut ex contrario promittit, non obligatur. Qui verò vno hoc verbo Spondeo, reſpōdet, ad omnia reſpondiſſe iudicatur.

Quid igitur ſi ſtipulator plures res vna verborum conceptione complectatur? Siquidem alter ſimpliciter reſpondeat, Dabo: omnium nomine obligatur: ſin certas in reſponſione nominet, veluti Illas & illas dabo, earum tantùm nomine obligatur: quia; quot res in ſtipulationem deducuntur, tot ſtipulatio- B nes numerantur.

Eſt'ne altera ſtipulationum diuiſio ad earum formam pertinens? Eſt altera, eáque quadripartita. Nā aut vnus tantùm ab vno, aut plures à pluribus, aut vnus à pluribus, aut plures ab vno ſtipulantur, Atq; hoc illud eſt quod dici ſolet, & ſtipulandi & promittendi, duos pluréſque reos fieri poſſe.

CAPVT XXVII.

De correis ſtipulandi & promit.

C QVI dicuntur rei ſtipulandi & promittendi? Illi ipſi qui quid vel ſtipulantur vel promittunt. Nam (vt Cicero libro de Oratore ſecundo ſcribit) Veteres reos adpellabant eos quorum de re agebatur.

Quomodo plures rei ſtipulandi fiunt? Cùm poſt plurium interrogationem ſimul omnibus reſpōdetur veluti ſi Titius à me ſic ſtipuletur, Decem dare ſpōdes? deinde Mæuius, Eoſdem decem dare ſpondes? D nam ſi reſpondeam, Spondeo: creditores illos vnius eiuſdémque ſummæ in ſolidum efficio.

Quid igitur ſi priùs Titio ſponderem, deinde Mæuio interroganti iterum ſpōderem? Singulæ reſponſiones ſingulis interrogationibus redditæ, & res & reos ſeparant. Itaque non vna tantùm obligatio, ſed duæ conceptæ dicentur.

Quomodo plures rei promittendi fiunt? Si coniunctim interrogati ſeparatim reſpondeant. veluti Mæui, quinque aureos dare ſpondes? & Semproni, quin- E que aureos dare ſpondes? Nam ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, Spōdeo: duo correi promittendi erūt: Vnica enim ſtipulatio, cui plures reſpondent, vnius eiuſdémque rei obligatos promiſſores efficit.

Agè, quod ſupereſt, videamus. Quodnam ſtipulationum ius eſt? Ius ſtipulationum pro cuiuſque formula & ratione æſtimandum eſt. Itaque de ſingulis ſingulatim percontari oportet.

Quod ius eſt puræ ſtipulationis? Vt pecunia ſtatim quidem debeatur: peti tamen ante tempus, quo F commodè ſatisfieri queat, non poſſit.

Quod ius eſt ſtipulationis in diem? Vt pecunia ſtatim quidem debeatur, ſed peti niſi ſua die præterita non poſſit. Totum enim medium tempus ad ſoluendum liberum promiſſori relinquitur, Itaq; qui anno vel menſe certo dari ſtipulatur, niſi omni eo tempore exacto, non rectè petet.

Quod ius eſt condicionalis ſtipulationis? Vt ante condicionis euentum non debeatur, ſed tantùm ſpes ſit debitum iri. nam hæc formula obligationem in G condicionis euentum differt.

Quoniam condiciones non tantùm futuri de quo locutus es, ſed & præteriti & præſentis temporis eſſe poſſunt, quod erit ius illarum, ſi ſic concipiantur? veluti, Si Titius Conſul fuit, vel Mæuius viuit. Condicio ad præſens præteritúmve tempus relata, ſi quidem vera eſt, præſentem obligationem parit: ſin minus, eam eneruat.

Et

Et quid ſi ante condicionis euentum aut ſtipulator aut promiſſor deceſſerit? Nihilominus durat obligatio,& ad heredes transfertur. nam & illius heres agere,& huius conueniri poterit.

Quid?cùm ſtipulatum eſt certo loco dari,quid iuris? Qui certo loco dari ſtipulatur, adeò ſpacium eò perueniendi dediſſe intelligitur,vt ſi ſpacium præciderit,veluti,ſi qui Lugduni erat, ſtipuletur eo die ſibi Antuerpiæ centum dari,nihil egiſſe iudicetur.

Quid verò ſi quis ſibi ſimul & alteri dari ſtipuletur? Qui ſibi & alteri dari ſtipulatur, dimidiam tantùm partem ſtipulari videtur. Pars enim alterius, quaſi inutiliter adiecta,deducitur.

Quid ſi plures rei ſtipulandi promittendíve facti ſint? Vbi plures ſtipulãdi rei ſunt,ſingulis in ſolidum debetur:& vno accipiente,omnium extinguitur obligatio. Vbi autem plures promittendi rei ſunt, ſinguli in ſolidum tenentur,& vnius ſolutione ceteri omnes liberantur.

Quid ſi ex correis alter purè,alter ſub condicione obligatus ſit? Purè obligatus, ſtatim:alter verò commiſſa condicione conueniri poterit.

Quid ſequitur nunc? Vt de literarum obligationibus dicamus. ſed priùs de fideiuſſionibus, quæ per ſtipulationem fiunt,& vt aliam obligationem confirment,inſtitutæ ſunt,breuiter explicandum eſt.

Quis dicitur fideiuſſor? Qui fide ac periculo ſuo ſuadet,vt id de quo agitur fiat: quoniam eius euentũ præſtat.vel,qui pro alio ſtipulanti daturum ſe aut facturum ſpondet. Itaque adpromiſſor etiã adpellatur.

Quænam eſt fideiuſſionis formula? Centum à me Tirio tua fide credita eſſe iubes? Iubeo. Iubere autem pro velle ac ſuadere veteres dixerunt. Itaque fide ſua iubet, qui auctor ac ſuaſor eſt, vt alteri quid credatur. Vnde fideiuſſio & antecedere & ſubſequi principalem obligationem poteſt.

Et cuinã obligationũ generi fideiuſſio adhibetur? Omni prorſus: ſiue naturalis ſiue ciuilis obligatio ſit: adeò,vt fideiuſſio pro ſeruo facta valeat.Itẽ ſiue re,ſiue verbis,ſiue literis, ſiue conſenſu contracta ſit:dummodo grauior fideiuſſoris quàm rei principalis obligatio non ſit.leuiorem enim eſſe nihil prohibet.

Et quid ſi plures fideiuſſerint?Vbi plures fideiuſſerunt,ſinguli in ſolidum quidem obligantur:ſunt enim correi promittendi.ſed Imperatoris Adriani beneficio, ſi litis conteſtatæ tempore omnes ſoluendo ſint,pro virili tantùm tenentur:ſin minus,onus ipſius confideiuſſores ſuſcipiunt. Ei verò qui ſolidum ſoluerit, non ſuccurritur.

CAPVT XXVIII.

De literarum obligationibus.

DEinceps ad tertium obligationum contrahendarum genus tranſeamus. Quid eſt literarũm obligatio? Conſuetudo Latinè loquentium eſt,vt Literarum verbum ferè pro ſcriptura vſurpent:itaque Literarum obligatio ea eſt quæ per ſcripturam fit.

Omniſne igitur per ſcripturam obligatio facta veluti per ſyngrapham,aut chirographum literarum obligatio dicitur? Dici quidem poſſet.Sed fori Rõ. conſuetudine hæc adpellatio ad nomina quæ in tabulis accepti & expenſis fiebant,contracta eſt.itaque Nominum obligatio ſæpe adpellatur.

Et quonam id fiebat modo? Cùm alicui quid expenſum ferebatur, id eſt, ſcribebatur in tabulis, aliquem alicui certam pecuniam expendiſſe,ſiue adnumeraſſe. Nam cùm tabulæ illæ in iudicium teſtes obligationis proferebantur, fidem faciebant, ac plerumque apud argentarios hæc fiebant. nam & ciuium R. pecunias exercebant, & ita diligenter ſingulorum rationes conficiebant,vt eorum tabulæ publicam auctoritatem obtinerent.

Numquid hodie ius iſtud vſurpatur? Sanè quidem. Nam & nunc tabellionum codices fidem faciũt. Sed tamen moribus populi R. ſublatis, Iuſtinianus inſtituit,vt qui ſe quod non debet debere ſcripſerit,niſi intra biennium apud magiſtratum teſtificetur, falſam & inanem eam eſſe cautionem: poſtea ex eo chirographo conuentus ſoluere cogatur. Nam exceptio non numeratæ pecuniæ,vt ſuo loco cognoſces,ei non dabitur.

CAPVT XXIX.

De obligationibus ex conſenſu.

AGE, quodnam eſt quartum contrahendarũ obligationum genus? Conſenſus. ſunt enim obligationes quædam,quę ſine rei traditione,ſine ſtipulatione,ſine nominibus,nudo conſenſu, ſolâque conuentione contrahuntur. vnde & inter abſentes & inter ſurdos,ac mutos rectè fiũt.Sunt autem quattuor:emtio,locatio, ſocietas & mandatum.

Quid eſt emtio? Emtio & venditio eſt contractus nuda conuentione conſtans de re certa,certo precio in perpetuum domini iure obtinenda.

Quot in partes hæc diſputatio diuiditur? In quinque:de perſonis,de rebus & precio,de forma contrahendi,& contractus iure.

Quid?in perſonis quid requiritur? Vt contrahentes capaces ſint obligationis. nam neque furioſus, neque prodigus,neque item pupillus,ſine tutoris auctoritate obligari,vt ſuperiùs diximus,poteſt.

Quarum rerum emtio conſiſtit? Omnium quæ in commercio ſunt, ſiue corporales, ſiue incorporales ſint.itaque iura & ſeruitutes rectè vendi poſſunt, atque etiam res,quę nondum in rerum natura ſunt,ſed fore ſperantur:veluti fructus fundi, aut ancillæ partus,aut captus piſcium,vel auium. nam etſi nihil inciderit,tamen ſpei emtio facta iudicatur.

Quid ſi quis rem commercio exemtam emat? Tũ, ſi quidem id ſciens ac prudens fecit, nihil egiſſe iudicatur:ſin ignorans, ſcientem venditorem quanti ſua intereſt,adſtringit.

Quid in precio requiritur? Vt definitum ſit & certum:ſi minus nobis,ſaltem reipſa & veritate: veluti quanti emiſti,quanti vendere potero: at illa, quanti voles,quanti æquum putaueris, contractum viciant.

Quid ſi precij conſtitutio in extraneum collata ſit? Tum ex Iuſtiniani imperio vẽditio condicionalis efficitur:vt illo demum arbitrante conſtare poſſit.

Quid prętereà? Vt in pecunia numerata conſiſtat. Nam vt emtio contrahatur, corpus cum quantitate commutari oportet: at ſi corpus cum corpore,veluti monile cum annulo:vel quantitas cum quantitate,vt numus Gallicus cum Italico commutetur, permutatio eſt.

Quænam eſt emtionis contrahendæ forma? Ea duplex eſt.aut enim nudo conſenſu, vt ſuperiùs diximus,contrahitur: quod ſit cùm nominatim non conuenit,vt cõtractus in litteras referretur: ac tum cùm primùm de precio cõuenit, quamuis ne arrã quidem

data ſit,obligatio naſcitur:aut per ſcripturam.

Quomodo per ſcripturam contrahitur? Cùm diſertè conuenit, vt inſtrumentum eius conficiatur. tũ enim perfectus contractus erit, cùm aut à contrahentibus ſcriptus ſubſcriptúſve, aut à tabellione perſcriptus, partibúſque recitatus fuerit. nam emtor poſtea conſilium mutans, datas arras amittit: venditor duplicatas reddit.

Quodnam iſtius contractus ius eſt? Primùm vt contrahentes non tam ex eo quod nominatim lingua nuncupatum eſt, quàm quod bonæ fidei & ęquitatis ratio poſtulat, inuicem obligentur.

Quid poſtea? Vt emtione contracta nihilominus rei dominium penes venditorem maneat, vſque dum & rem tradiderit, & precium acceperit.

Quid præterea? Vt eiuſdem rei tum periculum, quod ſine venditoris dolo, culpáve contingit, tum emolumentum ad emtorem, quamuis nondum rem acceperit, ſpectet. veluti ſi fundus venditus vel eluuione perierit, vel alluuione adcreuerit. At venditor rei cuſtodiam ſuſcipiens, periculum ipſius præſtat.

CAPVT XXX.

De locatione & conduct.

PErge porrò, quid eſt locatio? Eſt contractus nuda conuentione conſtans, de re aliqua certa mercede vel facienda, vel ad tempus vtenda.

Ergo & in rebus vtendis & in operibus faciendis hic contractus vſurpatur? Ita eſt. Locare namque eſt vtendum, vel faciendum aliquid dare. Conducere verò rem vtendam, opúſve faciendum mercede accipere. Sic inquilinus qui domum vtendam accepit, conductor dicitur. Dominus qui dedit, locator. Sed in opere faciundo, communis vtriuſque huius verbi vis & ſignificatio eſt. nam quatenus ſuam operam vendunt, locatores dicuntur: quatenus opus faciundum ſuſcipiunt, conductores.

Quot in partes hæc diſputatio diuiditur? In totidem, quot illa de emtione. Nam emtio & locatio eiuſdem iuris regulis finibúſque continentur: ſed precij loco mercedem hîc, vt in definitione diximus, adpellamus.

Quid igitur in mercede obſeruandum eſt? Vt in pecunia numerata conſiſtat. alioqui ſi vnus ea lege quid faciat, vt alter viciſſim aliud quid faciat: veluti cùm vltro citróque res vtenda fruendáve traditur: vt ſi alternis diebus tu meo, ego tuo boue ad arandum vtar: locatio contracta non dicitur.

Quodnam ergo nomen huius contractus erit? Nullum aliud habet niſi Facio vt facias. itaque nõ ex nudo conſenſu, ſed ex re ab vno præſtita, obligationem parit: eſtque ex eo genere contractuum, quos ſuperiùs Innominatos adpellari dicebamus.

Et quid ſi non certa merces fuerit, ſed in ſempiternum, vel in longiſſimum tempus res fruenda ea lege tradatur, vt quamdiu merces ſoluatur, ad dominum non redeat? Imperator Zeno hunc contractum *emphyteuſin* nominauit: eique ius adtribuit, vt niſi aliud cautum ſit, rei totius interitus ad dominum pertineat, partis verò ad colonum.

Quamobrem ſic adpellatur? Cùm *emphiteuin* cõſerere ſignificet, adparet tum illas pactiones vſurpari cœptas, cùm agri deſerti atque inculti non facile colonum reperiebant, qui cùm impendium magnum in eorum cultura, & conſitione, ac melioratione fe-

A ciſſent, ab iis diſcedere cogerentur. Inſtitutum igitur fuit, vt non ad breue tempus, ſed vel in perpetuum, vel ad longiſſimum illi agri fruendi annua mercede traderentur.

Quod locationis & conductionis ius eſt? Vt conductor ſummam diligentiam in re vtenda operéve faciendo præſtet, & leuiſſimæ culpæ nomine obligetur. Item vt ſi artifex conſtituto precio quid efficiat, ſiquidem ex ſua materia id faciat, venditio: ſin eius
B qui conduxit, conductio contracta intelligatur.

CAPVT XXXI.

De ſocietate.

QVID eſt ſocietas? Eſt contractus de alicuius vel rei vel negociationis communione ſic inſtitutus, vt eius & quæſtus & damnum ad vnumquemque communiter pertineat. Non minus enim damni, quàm lucri ratio ducenda eſt. alioqui ſo-
C cietas ita contracta, vt ad vnum ſolum lucrum ſine damno pertineat, Leonina vocatur.

Quid ita quæſo? An non Æſopi fabulæ meminiſti, qua Leo, aſinus & vulpes ſocietatem prædæ coierãt: & cùm leo iuſſiſſet aſinum diuidere, ille autem ęquabiliter diuiſiſſet, à leone dilaniatus eſt. pòſt cùm vulpem diuidere iuſſiſſet, vulpes illi maximam partẽ, ſibi minimam adtribuit. interrogata igitur à leone, quis eam diuidere docuiſſet: Calamitas aſini, reſpondit. vnde docemur contrahendam cum potentioribus
D ſocietatem non eſſe.

Quot ſunt huius diſputationis partes? Totidem quot ſuperiorum: quia quidquid de perſonis & rebus dictum eſt, hoc idem in hoc quoque contractu valet.

Quænam eſt ſocietatis contrahendæ forma? Ea duplex eſt. aut enim partes definitæ ſunt, aut indefinitę. & rurſus ſi definitæ ſunt, aut bonorum omnium ſocietas contracta eſt, aut certę vnius vel rei, vel negociationis.

Quod ius eſt ſocietatis bonorum omnium? Vt o-
E mnes res quæ coëuntium ſunt, quæque iis adquiruntur, ipſo iure communicentur, veluti hereditas, legatum, donatum, aut quacumque ratione partum.

Quod ius eſt ſocietatis de vna re, vel negociatione contracta? Vt ſolius eius rei quæſtus ſit communis: ac proinde re illa vel perfecta, vel peremta ſocietas diſſoluatur.

Quid? Licétne contrahentibus arbitratu ſuo ſocietis partes definire? Omninò duæ regulæ conſeruãdæ ſunt: quarum prior hęc eſt, In ſocietate par eſſe debet
F fructus, & impẽdij ratio: hoc eſt, vt qui plus minúſve contulerit, plus minúſve auferat. altera, In ſocietate parem eſſe damni & lucri rationem oportet: veluti, vt qui beſſem lucri percipit, idem beſſem dãni percipiat: at viciſſim qui trientem lucri percipit, idẽ lucri tantùm trientem auferat. Nam ſi Titius & Seius inter ſe pacti ſint, vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia, ad hunc duæ partes damni, lucri tertia, pactio iniuſta eſt.

De priore igitur videamus. Quid eſt impendium?
G Non tantùm pecunia aut merces, verumetiam opera atque induſtria. plerumque enim multo pluris eſt induſtria quàm pecunia, vt Cicero in oratione pro Q. Roſcio demonſtrat. Itaque ſocietas ea probatur, quam ille narrat inter Roſcium & Fannium contractam fuiſſe: vt vnus pecuniam, alter ſolam operam induſtriámve conferret. Fannius enim Panurgum ſeruum emerat. Roſcius eum arte hiſtrionica

nica inſtituerat: & communis inter eos erat.

Ergo ſi quis præter æquam pecuniæ partem, inſuper etiam operam inſumat, & plus impendij feciſſe dicetur, & maiorem quæſtus partem ſibi depaciſci poterit? Rectè accipis. veluti ſi vterque quinquaginta impenderit, alter autem inſuper operam quæ viginti æſtimetur: quia ſeptuaginta impendiſſe iudicatur, ſeptuncem ex fructu auferre debebit.

Nunc de altera videamus. Si ſemper parem lucri & damni rationem eſſe oportet, multa incommoda B conſequi videntur: vt is qui maius fecit impendium, maiorem ſibi lucri, minorem verò damni partem paciſci non poſſit. Quid enim ſi qui ſeptuncem in ſocietatem contulerat, ſeptuncem quidem lucri, ſemiſſem verò damni ſibi paciſcatur? Sanè ſi hoc non poſſit, plus illud quod in ſocietatem contulit, quod prodeſſe ſibi oportuit, ipſi magnopere oberit. etenim ſi non plus quàm alter contuliſſet, nihilo plus damni quàm ſemiſſem ſenſiſſet.

Non ſatis id quod dixi, perpendiſti.

C Quid ita? Quia in hac ſpecie, & multis ſimilibus, propter iſtud maius impendium, pactio rem ad ſummam æquitatem reuocat: ne quæ res prodeſſe debuit, ea detrimentum adferat. itaque ne hæc quidem pactio improbatur, vt nullius partem damni alter ſentiat, lucrum verò commune ſit: nimirum cùm tanti eſt opera quæ inſuper impenditur, quanti eſt damnum.

D Dic quæſo iſtud paulo planius? Veluti, ſi ſexaginta vterque noſtrum impenderit, ego verò inſuper operam meam, cuius æſtimatio viginti ſit aureorum: ac proinde octoginta impendiſſe iudicer. Nam ſi damnum acceptum eſt, dummodo non ſit pluris viginti, pactio valebit, vt id damnum ad me non pertineat. Denique hæc ita demum pactio valebit, cùm ego ex lucro non maiorem fructum quàm tu, percipiam, quamuis maius impendium propter operam meam fecerim.

E Video iſta: ſed mihi quæſtio quædam in mentem venit, quæ ad vtranque regulam pertinere videtur: an qui non minus fecit impendium, maius emolumentum, veluti beſſem lucri, paciſci poſſit? Poteſt ex ſecunda regula: nimirum, ſi parem tam damni, quàm lucri partem ſibi paciſcatur.

Dixiſti de partibus definitis: quid ſi partes definitæ non fuerint? Tum ex æquo contracta ſocietas intelligitur.

F Quid ſi alter plus altero impendij fecerit? Ariſtoteles libro Politicorum tertio ſcribit, æquum non eſſe, vt qui minus impendit, æquam fructus partem ferat. ita cùm pro rata parte ſui impendij ſinguli fructum ferent, æquabilitas optimè conſeruabitur.

Quid habes amplius de hoc contractu dicere? Duo generalia præcepta tenenda ſunt, quorum alterum ad tuendam, alterum ad diſſoluendam ſocietatem pertinet.

G Quid in illa tuenda obſeruandum eſt? Vt in communibus rebus ea diligentia adhibeatur, quam quiſque in rebus ſuis præſtat: item vt ſi quis ſocietati malitiosè renunciet, id eſt, cùm ſolus lucrum aduentitium captaret, lucrum illud in commune conferat, & quod interea ſocietati obuenerit, totum ei cui renunciatum eſt, adquiratur.

Quid in diſſoluenda ſocietate iuris eſt? Vt ſocietas vnius morte niſi aliter cautum ſit, diſſoluatur: item negocio cuius ſocietas coierat abſoluta: bono-

A rum præterea vnius vel publicatione, vel ceſſione: id eſt, cùm vnus ex ſociis ære alieno oppreſſus bonis ſuis cedere cogitur.

Capvt xxxii.

De mandato.

DEinceps de mandato diſſeramus.

B Quid eſt mandatum? Eſt contractus de negocio aliquo ſine mercede, periculo mandatoris obeundo. Mandare namque, eſt negocium dare.

Quot ſunt huius diſputationis partes? Quattuor, perſonæ, res mandata, forma mandati, & ius contractus. Neque enim vllum precium aut merces poteſt intercedere. alioqui mercede interpoſita, locatio & conductio contracta dicitur.

Quid in perſonis obſeruandum eſt? Idem quod in ſuperioribus diximus, nimirum vt vterque ſit contractus & obligationis capax.

C Quid de re? Vt ex mandato rei quæ bonis moribus aduerſatur, nulla naſcatur obligatio. veluti vt vulnus vt cædes fiat, aliúdve maleficium committatur.

Quotuplex eſt mandati forma? Quadruplex. tot enim de cauſſis mandatum factum obligationem parit: ſiue mandantis ſolius, ſiue mandantis & mandatarij, ſiue extranei, ſiue coniunctim plurium.

Cedo mihi cuiuſque exemplum? Mandantis: veluti vt ei fundus ematur. Mandatarij, & mandantis: vt D pecuniam credat ei, qui in rem ipſius mutuaretur. Alieni: veluti vt Titij negocia gerantur. Plurium cõiunctim: veluti vt communia negocia ſua & alieni gerantur.

Quid ſi ſolius mandatarij gratia mandatum ſit? quod mandatarij ſolius in rem eſt, quaſi merum eſſet conſilium, nullam obligationem parit. nam qui amico conſilium dat, quia ſua nihil intereſt, obligare illum non poteſt: obligari autem ipſe propterea non poteſt, quia hi contractus (vt ſuperiùs diximus) vltro citróque obligationem pariunt.

E Quod eſt ius iſtius contractus? Vt & is qui mandatum recipit, protinus ad officium præſtandum obligetur: alioqui quanti mandatoris intererit, teneatur: & viciſſim qui mandauit, in id quod alter de ſuo impenderit, obligetur. Cuius rei in mandato fideiuſſioni proximo vel maximus eſt vſus.

Quodnam eſt mandatum fideiuſſioni proximum? Cùm quis alterum alteri credere fide ſua iubet, ſed ſine ſtipulatione. nam vbi ſtipulatio adhibetur, Fideiuſſor dicitur: nuda iuſſio, nudis verbis, atque etiam F per epiſtolam fieri poteſt: ac tũ Mandator adpellatur.

Quodnam eſt reliquum ius iſtius contractus. Vt & reuocatio re integra facta, & mors alterutrius mandatum exſtinguat. itémque vt dolus & leuis culpa præſtetur: item vt qui exſtinctum mandatum ignorans illud perfecerit, alterum obligatum habeat.

Capvt xxxiii.

De quaſi contractu.

G QVid ſequitur nunc? Vt de obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur, diſſeramus: hoc eſt, quæ neque ex contractu, neq; ex delicto propriè naſcuntur: quia neque contractum eſt, neque delictum vllum admiſſum: ſed quia rei priuatæ negocium geſtum eſt, idcirco ſic adpel-

lantur. nam quaſi contractus eſt tacita conuentio, A per quam obligatio iuris præſumtione inter ignorantes aut inuitos contrahitur.

Quidnam inter has & illas ſuperiores intereſt? In contractibus conuentio interuenit, ac voluntas vtriuſque non modò concurrit, verumetiam negocio cauſſam dedit. In his, aut certè pleriſque earum vnius ſolius facto, tum ipſe, tum etiam alter tacitè obligatur: quia eo animo vterque fuiſſe iudicatur.

Cedo mihi aliquot exempla? Veluti, ſi quis nego- B cium abſentis & ignorantis ſua ſponte ac ſine mandato geſſit. præſumitur enim negociorum geſtor eo animo negocium gerere, vt ex dolo & culpa obligetur: viciſſimque etiam dominus eo animo eſſe iudicatur, vt libenter ſe negociorum geſtori obligatum velit, ſi quid ſuo nomine impendat. Itaque quaſi ex contractu, id eſt, ex tacita & præſumta contractione, naſci hæc obligatio dicitur.

Cedo item aliud? Cùm pupilli tutela geſta eſt. nam ex tutelæ adminiſtratione, & tutor pupillo, & viciſ- C ſim hic illi, de eo quod tutor præſtiterit, tenetur: iudiciúmque ſic datur, quaſi geſtum inter eos negocium fuiſſet.

Vis etiam tertium addere? Quidni? Cùm igitur quidam non ſua ſponte, ſed caſu in communionem alicuius rei inciderunt, veluti ſi duobus res eadem legata donatáve ſit, ſi cui eorum quid eius rei cauſſa vel deceſſit vel acceſſit (putà, quia vel impendit de ſuo, vel fructus percepit,) perinde quaſi inter ſe contraxiſſent, ita alter alteri obligatus eſt: eóque nomine D iudicium, quod communi diuidundo adpellatur, inter eos redditur.

Adde etiam, ſi videtur, quartum? Cùm plures coheredes inſtituti ſunt, ſi quis eorum vel fructus percepit, vel neceſſarios ſumtus fecit, familiæ erciſcundæ, id eſt, hereditatis diuidundæ iudicium inter eos redditur: vt & hereditas diuidatur, & quod eo nomine alterum alteri dare facere oportebit, præſtetur.

Quid ſi quid ab herede legatum eſt? Rectè accipis. tum enim legatarius æquè aduerſus heredem a- E git, (quo cum tamen nihil vnquam neque contraxit, neque negocij geſſit) ac ſi contraxiſſet: quoniam heres hereditatem adiens, tacitè cum omnibus legatariis contrahere, ſeſéque iis obligare iudicatur.

Capvt xxxiiii.

De contractibus innominatis.

Qvoniam de contractibus nominatis expoſuiſti, videtur nunc tempus eſſe, vt de in- F nominatis explices.

Quot ſunt eiuſmodi contractuum genera? Quattuor: Do vt des, Do vt facias, Facio vt des, Facio vt facias.

Quamobrem ſic adpellantur? Quoniam nullum ex Latinæ linguæ conſuetudine certum ac proprium nomen habent. tametſi enim prima ſpecie ad nominatorum ſimilitudinem accedere videantur: tamen propter iuris ciuilis ſubtilitatem ab iis magnopere diſcrepant. G

Quid ita? Quia Iuriſconſulti nominatos contractus certis finibus, &, vt ita dicam, proprietatibus definierant, formulámq; litiũ atque actionum, quæ ex iis naſcerentur, certis cóceptíſque verbis ita compoſuerant, vt neque alio modo ex iis, neque ex aliis contractibus illo modo agi liceret: vnde illud vetus, vt qui formula caderet, cauſſa caderet.

Sed ſatius eſt ab exemplis iſta cognoſcere. Quis eſt contractus Do vt des? Cùm id negocium geſtum eſt, quod neque emtionis, neque vllius alterius nominati contractus nomine adpellari poteſt: ſed conuentum eſt, vt res pro re detur. velut in Permutatione & negocio Æſtimatorio.

Quid? Permutatio nunquid proprium & ſingulare nomen habet? Nequaquam, Permutationis namque ſpecies quædam eſt, emtio & venditio. Itaque veteres Mutare pro vendere, vt Græci ἀπαλλάττειν dicebant, & ante numorum obſignationem omnes emtiones permutatione fiebant.

Quidnam igitur inter emtionem & permutationem intereſt? In illa res cum precio, in hac res cum re commutatur: illa ex nudo conſenſu obligationem parit, hæc ex rei vnius traditione.

Quod adpellas negocium æſtimatorium? Cùm alicui res æſtimata ea lege vendenda datur, vt vel rem incorruptam reddat, vel æſtimationem de qua conuenit, referat. quæ conuentio quàm ſit aliarum omnium nominatarum diſſimilis, ipſe tua ſponte animaduertis.

Quis eſt contractus, Do vt facias? Cùm id conuenit fieri, quod locari non poteſt: veluti vt centum aureos Octauio dem, vt ſeruum ſuum manumittat.

Quis eſt contractus, Facio vt des? Is qui cum ſuperiore reciprocatur veluti ſi conuenerit, vt ſeruum meum manumittam, & tu mihi centum ſoluas.

Quis eſt contractus, Facio vt facias? Cùm neque gratis, neque mercede pecuniaria conſtituta quid fieri conuenit: ſed vt factum pro facto reddatur: veluti in illo quod ſuperiùs diximus, vt vicini bobus ſuis alternis diebus vterentur. nam locati & conducti actionis formula, niſi vbi pecuniaria merces fuit, nõ datur.

Et quonam modo omnes iſti contractus obligationem pariunt? Re tantummodo: id eſt, vbi iam ab altero datum factúmve eſt. tum enim alter ad viciſſim dandum, aut faciendum obligatur.

Capvt xxxv.

De diſſoluendis obligationibus.

Adhvc quibus modis obligationes contraherentur, expoſuiſti. nunc quibus illæ diſſoluantur modis, ſcire cupio. Obligationes quattuor potiſſimùm diſtrahũtur modis: ſolutione, acceptilatione, nouatione, & delegatione.

Quomodo ſolutione diſtrahitur obligatio? Cùm vel ea res quæ debetur, vel ſi modò creditor conſentiat, altera præſtatur. nam inuito creditori aliud pro alio ſolui non poteſt. Quinetiam non modò ab alio quàm debitore, ſed etiam ipſo ignorante & inuito, ſolutio fieri poteſt.

Quid verò ſi duplex obligatio eſt, vna rei principalis, altera fideiuſſoris? Tum alterutrius ſolutione vtraque tollitur obligatio. fideiuſſor autem ſoluens actionem creditoris in debitorem, id eſt, ius perſequendi debitoris quod creditor habuit, adquirit.

Quid eſt acceptilatio? Acceptilatio generali nomine, eſt in tabulas acceptæ pecuniæ relatio: ſpeciali verò & proprio bifariam à Iuriſconſultis accipitur, aut enim vulgaris eſt, aut Aquiliana.

Quæ eſt vulgaris? Eſt ea, quæ vna ſtipulatione conſtat: cùm is qui verbis obligatus eſt, à ſuo creditore ſtipulatur ſic. Quod tibi debeo, habéſne acceptum? Cùm enim creditor & illius nomen expunxiſſet, & æs acceptum ei retuliſſet, reſpondebat: Habeo,

acce-

acceptúmque tuli : neque ad aliam, quàm verborum obligationem, adhiberi hæc ſtipulatio poterat.

Quæ eſt Aquiliana? Eſt ea quæ mutua & reciproca ſtipulatione conſtat, & ad omnes omnium generum obligationes diſſoluendas à C. Aquilio Gallo inſtituta eſt.

Quænam eſt illius formula? Quidquid te mihi ex quacumque cauſſa dare facere oportet, oportebitve præſens in diémve: quarúmque rerum mihi tecum actio, quæque aduerſus te petitio, vel aduerſus te perſecutio eſt, eritve: quódve tu meũ habes, tenes, poſſides, dolóve malo feciſti, quominus poſſideres: quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberétne à ſe acceptum, Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit, Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.

Quid eſt Nouatio? Eſt prioris obligationis in aliam mutatio : quæ ita demum fit, ſi hoc agatur vt nouetur.

Quotuplex nouatio eſt? Triplex. nam aut perſona mutatur, aut genus obligationis, aut forma dumtaxat.

Quomodo perſonæ mutatio fit? Cùm aut debitor mutatur tantùm : veluti, ſi quod mihi Titius debet Mæuius, mihi ſtipulanti promittat : ídque diſertè caueatur : aut debitor & creditor ſimul ; quæ propriè Delegatio adpellatur.

Quomodo genus obligationis commutatur? Veluti ſi re aut conſenſu contracta obligatio in verborum obligationem nouetur.

Quando ſola obligationis forma mutatur? Cùm eiuſdem obligationis ſpecie retenta, tamen ei aliquid vel adiicitur, vel detrahitur: veluti, ſi quod mihi in diem aut ſub condicione debetur, purè ſtipuler; vel ex contrario.

Quot modis nouatio fit? Duobus: ſtipulatione eius rei cauſſa interpoſita: & litis conteſtatione. veluti, ſi is cui actionem meam ceſſi litem cum debitore meo conteſtetur: aut ego ipſe litem conteſtans, temporalem obligationem in perpetuam commutem. hæc enim litis conteſtatæ vis ac poteſtas eſt.

Quid eſt delegatio? Eſt alterius debitoris in ſuum locum ſubſtitutio. veluti cùm debitorem meum creditori meo promittere iubeo, ſic enim & à me delegatus liberatur, & ego quaſi ſoluiſſem, creditori meo ſatisfeciſſe iudicor. omnis autem delegatio in ſe nouationem continet. nam & debitor, & creditor mutantur.

CAPVT XXXVI.

De obligationibus ex delicto.

OPINOR nunc tempus eſſe, vt de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur, diſputemus. Sed quidnam delictum adpellas? Nos de priuatis tantùm delictis hoc tempore diſputamus, quæ quattuor numerantur : Furtum, rapina, damnum iniuria datum, & iniuria.

Quid eſt furtum? Eſt contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſioniſve: quod lege naturali prohibitum eſt admittere.

Quotuplex eſt furtum? Duplex, manifeſtum, & nec manifeſtum.

Quid eſt manifeſtum? Cùm res in manibus furis antequam deſtinatum in locum perlata ſit, deprehenſa eſt. Itaque ſiue ἐπ' αὐτοφώρῳ, id eſt, in actione ipſa, ſiue in loco vbi ſurrepta eſt, ſiue antequam res conſtitutum in locum perlata ſit, deprehendatur, manifeſtum furtum adpellatur.

Quod eſt nec manifeſtum? Cùm fur in faciendo quidem deprehenſus non eſt : ſed eum furtum feciſſe, negari non poteſt.

Quamobrem furtum definiebas contrectationẽ, potius quàm auerſionem rei: cùm fur à ferendo, vt apud Græcos φὼρ ἀπὸ τοῦ φέρειν, dictus videatur? Quoniã furtum interdum etiam ſola contrectatione committitur. veluti ſi quis vas quod tollere non potuit, aperuit, & res contrectauit: quamuis partem tantùm earum auerterit, omnium tamen fur eſt.

Cur addidiſti fraudulosa? Quia niſi furtum & fraudandi animo fiat, & euentus conſilio reſpondeat, id eſt, reuera dominus fraudetur, furti obligatio non naſcitur.

Ecquonam id modo? Veluti ſi quis re alterius vtatur, cùm id ſe ipſius voluntate facere putaret, contra ipſius tamen voluntatem id faceret : quia fraudandi animus abeſt, furti non obligatur. Vt neque ex contrario, is qui volente domino id fecit, cùm tamen inuito ipſo id ſe facere crederet : quia reuera dominus non fraudatur. nam fraudulosa contrectatio eſt, non tantùm quæ fraude & dolo malo ſuſcepta eſt, ſed etiam cùm re ac veritate dominus fraudatus eſt.

Cur addidiſti lucri faciendi gratia? Quia quamuis dominus fraudetur, & damno adficiatur: tamen niſi lucri faciendi cauſſa res contrectata ſit, furtum non committitur. veluti ſi aliena ancilla meretrix non lucri, ſed ſtupri faciendi cauſſa contrectata eſt, aut veſtis maculæ imponendæ gratia.

Quid? quorſum illa pertinent, Ipſius rei, vel etiam vſus, poſſeſſioniſve? Quia non tantùm in re, ſed & in ipſius vſu ac poſſeſſione furtum cõmittitur. Veluti, ſi depoſitarius re depoſita vtatur, vel creditor pignore, vel commodatarius re commodata aliter quàm vt pactum conuentum eſt. vt ſi equo quem ei quis ad vſum bidui commodarat, triduò vel quatriduo vtatur.

Sed cur in definitione non addidiſti Alienæ? Quia nonnumquam etiam dominus rei ſuę furtũ facit. veluti ſi debitor rem pignori datam creditori ſurripiat. Cùm enim vtilitatem quam creditor ex ea percipiebat, auferat, id eſt cautionem: furtum admiſiſſe intelligitur.

Video iſta: ſed quęro, quid ſi quis non contrectauerit, ſed opem conſiliúmve ad furtum faciendum dederit. veluti ſi ſcalas feneſtris admouerit, aut nummos de manu alicui excuſſerit, vt eos alter auferret? Eo caſu dici quidem non poterat, Aio te furtum feciſſe: ſed inſtituta hęc erat formula, Ope conſilio tuo furtum aio factum eſſe.

Satis expoſuiſti quis furtum faciat : nunc quęro cuinam fiat, vt intelligam cui perſequendi furis ius concedatur. Furtum ei fieri dicitur, cuius intereſt rem ſurreptam non eſſe. itaque non continuò, ſi cuius res ſurripiatur, ei furtum factum dicitur : ſed ei demum cuius intereſt.

Cedo mihi aliquot exempla? Veluti, ſi creditor pignus ſurreptum ſit. Nam etiam ſi idoneum debitorem habeat, id eſt, qui ſoluendo ſit, tamen quia ſatius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere, & plus cautionis in re eſt quàm in perſona : furis perſequendi ius ei permittitur. quippe cùm eius interſit, non autem debitoris: quia debitori ad pignus

ſoluta pecunia præſtandum obligatus eſt.

Cedo item aliud? Veluti ſi fulloni polienda, vel ſarctori ſarcienda veſtimenta dederim,& apud eum ſurrepta ſint: non mihi, ſed illi furtum factum eſſe dicetur: quoniam non mea, ſed illorum intereſt, qui mihi ex locato & conducto ad culpam præſtandam obligati ſunt. ſed ſi omnino ſoluendo non eſſent, ad dominum perſequendi ius rediret. nam qui non habet quod perdat, eius periculo nihil eſt.

Quid ſi depoſitario ſurrepta res ſit? Audiſti iam ſuperiùs, depoſitarium depoſitæ rei cuſtodiam non debere. Cùm igitur ipſius non interſit, quippe qui non teneatur rem reddere, furtum ei factum dici non poteſt: at ſi cuſtodiam in ſe recepiſſet, aliud iuris eſſet.

Quid ſupereſt nunc? Vt quæ pœna huic delicto propoſita ſit, exponamus. Eſt autem furto manifeſto ex Prætoris edicto propoſita quadrupli: nec manifeſto dupli ex lege XII. Tab.

Ecquæ nam igitur manifeſto furto ex XII. Tabulis pœna conſtituta fuerat? Vt qui noctu furtum faceret aut interdiu furtum faciens telo ſe defenderet, eum domino cum clamore teſtificanti occidere ius eſſet. Si neque noctu, neque ſe telo defendens prehenderetur, virgis cæſus ei cui furtum feciſſet, addiceretur. Seruus verberibus adfectus, de ſaxo deiiceretur: impubes arbitratu Prætoris verberaretur.

Caput XXXVII.

De rapina.

Nunc proximum eſt, vt de rapina videamus. Quid igitur inter furtum & rapinam intereſt? Furtum latenter & clanculum fit. Itaque à furuo, id eſt nigro, dictum nonnulli putant, quòd in tenebris plerumque fiat. Rapina autem impudenter, & vi. Præterea furtum priuatum delictum eſt: Rapina verò, ſemper antea crimen publicum & capitale fuerat: qua de cauſſa lege Iulia de vi, iudicium publicum in ereptores conſtitutum eſt.

Quorſum igitur rapinam in hunc locum refers, vbi de priuatis delictis diſſerimus? Quia cùm olim ſemper aut publicum iudicium propoſitum fuiſſet, ſi quis raptorem tamquam raptorem perſequi voluiſſet: aut priuatum furti, ſi quis tamquam furem dumtaxat: (cùm enim raptor rem auferat: nimirum etiam furti obligatur) tandem cuidam Prætori viſum eſt, certum ac proprium huic delicto iudicium pœnámque conſtituere: quod poſtea in edictum perpetuum receptum fuit.

Quænam illa pœna eſt? Vt bonorum raptorum damnatus triplum ſoluat: hoc eſt, ſi rem ereptam complecti volumus, quadruplum.

Quid? leniúſne ergo raptores puniuntur, quàm fures? Minimè. nam & publico iudicio de vi, & priuato de furto, (ſicuti diximus) tenentur: & hoc amplius iſta quaſi redundanti actione, qua & maiore infamia adficiuntur, & damnati repente ſine alio teſtimonio, ſola iudicis ſententia lege Iulia de vi rei fiunt.

Licétne igitur vim paſſo quouis iſtorum iudiciorum vti? Licet. nam & lege Iulia experiri, & ſi furti nec manifeſti egerit, hac quoque actione vti poterit: dummodo ne tripli pœnam excedat. at ſi manifeſti, non poterit: cùm ſatis pœnæ ſit conſtitutum. ſin autem bonorum raptorum priùs egerit, neutra furti actione vti poterit.

Quibuſnam ex cauſſis hæc actio dari ſolet? Exſtat A vetus regula, quam memoria tenere oportet: Ex quibus cauſſis in re clam ſurrepta furti competit actio, ex iiſdem cauſſis in bonis raptis hæc actio conceditur.

Caput XXXVIII.

De damno iniuria.

Agesis: deinceps de damno iniuria dato diſſeramus. Sed quomodo ſeparatim de eo B diſputas? Annon furtum quoque & rapina damna ſunt, eáque iniuria illata? Sunt. verùm hoc intereſt, quòd illa lucrifaciendi tantùm: hæc culpa tantùm aut damni inferendi animo fiunt. Præterea illa ſuum nomen habent: hæc non habent. denique illa numquam niſi dolo, & malo animo: hæc interdum etiam per imprudentiam, & imperitiam & infirmitatem admittuntur.

Quid eſt iniuria damnum inferre? Iniuria hoc loco eſt, non cauere, quod caueri & debuit, & potuit. Ita- C que & qui eo loco iaculatur, vbi vel nulli, vel ſoli ſe milites exercere ſolent, & qui ramum in via publica ſine proclamatione deiecit, & qui equo mulóve vtitur quem cohibere non poſſit: quinetiam medicus qui imperitè medicinã adhibuit, hoc iudicio tenetur.

Quid igitur de hoc damno cautum eſt? Lex ab Aquilio Tribuno pleb. lata eſt, his verbis: Qui ſeruum, ſeruámve, quadrupedémve pecudem iniuria occiderit: quanti id eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas eſto. Ceterarum rerum, ſi quis alte- D ri damnum faxit, quod animal aliquod præter ſeruũ aut pecudem occiderit, quod vſſerit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas eſto: aduerſus inficiantem in duplum actio eſto.

Cedo mihi exemplum de pœna illa quanti plurimi? Veluti, ſi quis ſeruum tuum qui hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit, qui eo anno integer, ac precioſus fuerit. non enim tanti tenebitur quãti hodie erit, ſed quãti in eo anno plurimi fuerit.

E Quid verò ſi quid præterea damni ex eo damno contigerit: veluti ſi ſeruum tuum, heredem ab aliquo inſtitutum, antè quis occiderit, quàm is iuſſu tuo hereditatem adierit? Hereditatis quoque amiſſæ ratio habenda eſt. quia damnum dare, eſt quocumque modo damni cauſſam adferre, vel efficientem, vel adiuuantem.

Caput XXXIX.

De iniuriis.

F Supereſt vt de iniuriis dicamus. Quid eſt iniuria? Eſt quæ aut pulſatione corpus, aut conuicio aures, aut turpitudine vitã alicuius violat. Itaque triplex numeratur iniuriæ ſpecies, quæ tamen omnes contumeliæ nomine continentur: vna quæ corpori, altera quę auribus, tertia quæ vitæ alicuius infertur: nam de ea quæ bonis alicuius infertur, proximè diximus.

Quid ergo ſi iniuria non nobiſmetipſis, ſed alteri G cuipiam in contumeliam noſtram facta eſt? Iniuriam liberis quos in poteſtate habemus, vxorive, aut nurui noſtræ, cuius vir noſtra in poteſtate eſt, factam, perſequi iudicio poſſumus.

Quid ſi ſeruo facta ſit? Dominus atrocem tantùm iniuriam ſeruo ad contumeliam ſuam impoſitã perſequi poteſt: at communi ſeruo iniuria adfecto, pro dignitate dominorum, eius æſtimatio initur.

Quam

Quam igitur atrocem aut leuem iniuriam adpellas? Atrox iniuria æſtimatur, vel ex perſona, vt ſi quis eum qui in dignitate eſt, pulſarit: vel ex membro, vt ſi in oculo vel mala percuſſerit: vel ex loco, vt ſi in theatro. itaque Demoſthenes cui cùm ſacrorum ludorum curator eſſet, Midias alapam inſpectantibus omnibus inflixerat, mirabiliter (vt ſcis) eam iniuriam exaggerat.

Memini. ſed quænam pœna huic delicto propoſita eſt? Olim XII. Tabulæ iniurias omnes extra membri oſſíve ruptionem viginti quinque aſſibus multabant. Itaque traditur L. Neratium quendam fuiſſe, qui pro delectamento haberet, liberi hominis malam verberare, & ſeruulo qui ſe data opera ſequebatur, imperaſſe, vt viginti quinque aſſes numeraret.

Quid igitur ſi ruptum membrum fuiſſet? Aut paciſcendum erat cum actore, aut talio expectanda, aut mulcta arbitrio iudicis perſoluenda.

Quid ſi fractum os fuiſſet, veluti in ſpina dorſi, aut in capite, aut vſpiam, vbi os membrum non conſtitueret? Multa quoque eadem lege propoſita fuerat: ſed eius quantitas, quia lex interiit, nobis ignota eſt.

Aliáne hoc tempore pœna vſitata eſt? Prætoris edicto iniuriarum pœna prius ei cui facta eſt, dein, ſi ea iniquior videatur, iudicis arbitrio æſtimanda permittitur. Illud autem generatim ſcire oportet actionem hanc diſſimulatione tolli: fortaſſe quia diſſimulatio, condonatio quædam eſt iniuriæ. turpe eſt autem repeti, quod ſemel condonatum eſt, diſſimulationem autem annuam eſſe voluerunt.

Capvt LX.

De oblig. quaſi ex delicto.

Adhvc de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur, diſſeruimus, quid nunc ſequitur? Vt de obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur, explicemus: hoc eſt, cùm quis pœna aliqua multatur, quaſi deliquiſſet: cùm tamen re uera non deliquerit, ſed tantùm in culpa ſit. nam quaſi delictum eſt culpa ſine dolo malo contracta, quæ nulla lege per in factum actionem vindicatur.

Cedo aliquod exemplum? Veluti ſi quis iudex non dolo malo, ſed per imprudentiam malè iudicarit: litémque ſuam fecerit, nam litem ſuam facere malè iudicando dicitur iudex, quia cauſſam eius ſecundum quem malè pronunciauit, ſuſcipere cogitur, eámque quaſi ſuam defendere: & victus tanti damnatur, quanti iudex damnum ab illo factum æſtimarit.

Cedo item aliud? Si cuius ex cœnaculo deiectum effuſúmve aliquid ſit, ſiquidem id damnum dederit tantùm, dupli damnatur, ſi homo liber occiſus ſit, quinquaginta aureis: ſin ei nocitum eſt, quanti iudex arbitrabitur. Item ſi quis in via poſitum ſuſpenſúmve id habet, cuius nocere caſus poſſit, decem aureis multatur.

Vis etiam aliud addere? Si nautæ, caupones, vel ſtabularij operarios habeant, qui damnum alicui dent, obligari quaſi ex delicto dicuntur. quia culpa & quaſi delicti quædam ſpecies eſt, opera malorum hominum vti.

Capvt XLI.

De ritu iudiciorum.

Videris nunc tertiam inſtituti noſtri partem abſoluiſſe: quare tempus eſſe arbitror, vt ad actiones tranſeamus: ſed quidnam actionum verbo intelligis? Litigandi formu-
A las, quæ tum in certis verborum conceptionibus verſabantur: denique quod vulgus impetitum formam procedendi adpellat.

Quot ſunt huiuſce diſputationis partes? Tres. nam prima ad litigatores pertinet, altera ad Prætores, tertia ad iudices.

Quid primum igitur litigatoribus in litibus inſtituendis obſeruandum fuit? Præclarum populi R. inſtitutum fuit, vt prius quàm litigatores in ius venirent, honoraria amici alicuius opera vterentur, qui experiretur, an intra domeſticos parietes controuerſiam illorum placidè ſedare poſſet. B

Quid tum poſtea? Si res peragi intra parietes nequiſſet, tum alter alterum vadabatur: id eſt, vadem ſiue ſponſorem alter ab altero petebat, fore, vt ſe in iure ad Prætorem ſiſterent. Illa autem denunciatio Vadimonium dicebatur. quamquam poſtremis temporibus ſola in ius vocatio vſurpata eſt.

Perge porrò. Atqui prius te illud ſcire oportet, actionum alias ob res diuinas, aut publicas, vel ad vim in pacata ciuitate coërcendam inſtitutas eſſe, quæ propriè interdicta vocantur: & apud Prætorem vrbanum exercentur: alias rei priuatæ & pecuniariæ cauſſa comparatas, quę propriè Actiones adpellantur, & nō à Prætoribus, ſed à priuatis iudicibus exercentur. C

De vtris igitur priore loco diſputandum eſt? De interdictis, ſiue propter rerum dignitatem, ſiue quia de poſſeſſione in iis agitur: & certum eſt, de proprietate agi non poſſe, niſi prius conſtiterit, vter ex litigatoribus poſſidere, & vter petere debeat. D

Capvt XLII.

De interdicto.

Qvid eſt interdictū? Eſt decretum Prætoris certis ſollemnibúſq; verbis, vel de rebus diuinis aut publicis, vel de vi coërcēda interpoſitū. cùm enim illæ tanti momēti ſint, ęquū fuit de iis magiſtratum aliquem cognoſcere, atq; ius dicere.

E Quamobrem huiuſmodi decreta interdicta nominantur? Opinor quia Interdicere vetuſtè eſt ſeuerius, vehementius & imperioſius decernere. nam vox Inter, nonnumquam augendi vim obtinet, vt cùm dicimus Interficere, Interimere, Internecio, Interturbare. Prætor autem his in rebus ſeueriſſimè ac diligentiſſimè decernebat.

Quæ ſunt interdicta de rebus diuinis? Veluti, ne quid in loco ſacro fiat, & quod factum eſt, vt reſtituatur: item de mortuo inferēdo, & ſepulcro ædificando.

F Quæ fuit interdicti de mortuo inferendo formula? Quò quáve illi mortuum inferre inuito te ius eſt, quo minus illi eò eáve mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat, vim fieri veto.

Quæ fuit de ſepulcro ædificando formula? Quò illi ius eſt inuito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco ſepulcrum ſine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto.

Quæ ſunt interdicta de rebus publicis? Hoc verbo etiam eas res complectimur, quæ ſunt nullius: veluti G liberas perſonas: quoniam in populi vniuerſi manu ac poteſtate ciuis quiſque eſt. Itaque huc pertinent interdicta de libero homine exhibendo, de liberis exhibendis, item ducendis, de locis publicis, de viis, de fluminibus publicis.

Quod eſt interdictum de homine libero exhibendo? Quem liberum dolo malo retines, exhibeas.

Quod eſt interdictum de liberis exhibendis? Qui quǽve in poteſtate Lucij Titij eſt, ſi is eáve apud te eſt, dolóve malo tuo factum eſt, quo minus apud te eſſet: ita eum eámve exhibeas. A

Quod eſt interdictum de liberis ducendis? Si Lucius Titius in poteſtate Lucij Titij eſt: quominus eum Lucio Titio ducere liceat, vim fieri veto.

Quod eſt interdictum de loci publicis? Ne quid in loco publico facias, ínve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod B lege, Senatuſconſulto, edicto, decretóve principum tibi conceſſum eſt, de eo quod factum erit, interdictum non dabo.

Quod eſt interdictum de viis? Quominus illi viã publicam, itérve publicum aperire reficere liceat, dúmne ea via, idve iter deterius fiat, vim fieri veto.

Quod eſt interdictum de fluminibus publicis? Ne quid in flumine publico, ripáve eius facias: ne quid in flumine publico, néve in ripa eius immittas, quo ſtatio itérve nauigio deterior ſit, fiat. C

Quæ ſunt interdicta, quæ ad vim coërcendam pertinent? Nullum ferè interdictum non aliqua ex parte ad vim coërcendam pertinet. ſed huius generis ea præcipuè ſunt, quæ ad poſſeſſionem pertinent, quia cùm propter commodum poſſeſſionis, frequentiſſimè iurgia & pugnæ inter ciues oriantur, æquum viſum eſt, Prætorem ſeſe iis in rebus interponere.

Quodnam commodum poſſeſſionis adpellas? Quia etiam ſi eius res non ſit qui poſſidet, ſi modò actor non poterit ſuam eſſe probare, remanet in ſuo D loco poſſeſſio. nam in obſcura cauſſa ſecundum poſſeſſorem lis datur.

Quot ſunt horum interdictorũ genera? Tria. nam alia adipiſcendæ, alia retinendæ, alia recuperandæ poſſeſſionis cauſſa inſtituta ſunt.

Quæ ſunt adipiſcendæ poſſeſſionis cauſſa comparata? Veluti, Quorum bonorum, & Saluianum interdictum.

Quod eſt interdictum quorum bonorum? Quod ei redditur, cui bonorum poſſeſſio à Prætore decreta eſt: his verbis, Quorum bonorum ex edicto meo E illi poſſeſſio data eſt: quod de his bonis pro herede, aut pro poſſeſſore poſſides, poſſideréſve, ſi nihil vſucaptum eſſet: quod quidem dolo malo feciſti, vti deſineres poſſidere: id illi reſtituas.

Quid eſt pro herede poſſidere? Eſt iuſtam & legitimam habere cauſſam exiſtimandi ſe heredem eſſe, eóque animo atque opinione poſſidere.

Quid eſt poſſidere pro poſſeſſore? Eſt nullam aliam poſſidendi cauſſam habere, quàm quia poſſidetur. F

Quid eſt interdictum Saluianum? Quod domino fundi aduerſus colonum redditur, vt rerum ſibi mercedis nomine oppigneratarum poſſeſſionem adipiſcatur: his verbis, Quod tu illi mercedis cauſſa oppigneraſti, qua de re agitur, id illi reſtituas.

Quænam interdicta retinendæ poſſeſſionis cauſſa inſtituta ſunt? Vti poſſidetis & vtrubi: quæ tum vſurpantur, cùm inter eos qui de proprietate litigant, non conuenit vter poſſideat. Itaque ne qua vis G oriatur, Prætor ſe interponit.

Quidnam inter illa duo intereſt? Olim illud ad res immobiles pertinebat, eóque vincebat, qui interdicti tempore ſine vicio, id eſt, nec vi nec clam, nec precariò ab aduerſario poſſidebat: hoc verò ad res mobiles, & eo vincebat, qui maiore anni parte ſine vicio poſſederat. at nunc qui litis conteſtatæ tēpore ſic poſſidet, vtroque vincit.

Quæ fuit formula Vti poſſidetis? Vti eas ædes quibus de agitur, nec vi, nec clàm, nec precariò alter ab altero poſſidetis: quominus ita poſſideatis, vim fieri veto.

Quæ fuit formula Vtrubi? Vtrubi hic homo quo de agitur maiore parte huiuſce anni fuit: quominus is eum ducat, vim fieri veto.

Quænam interdicta recuperãdæ poſſeſſionis cauſſa comparata ſunt? Veluti Vnde vi, quod iis reddebatur, qui vi aliquo ex loco deiecti fuerant. Vis autem aut quotidiana dicebatur, cùm quis ſine coactis armatiſve hominibus de poſſeſſione deiectus eſt, aut armata.

Quæ fuit eius formula? Duplex fuit. nam ſi ob vim quotidianam, ſic concipiebatur: Vnde tu vi illum deieciſti, cùm abs te nec vi, nec clàm, nec precariò poſſideret, eò illum reſtituas. Sin ob vim armatam, ſimpliciter ac ſine exceptione, Vnde tu illum deieciſti, eò illum reſtituas.

CAPVT XLIII.

De actionibus.

QVONIAM de interdictis dixiſti, agè nunc ad actiones tranſeamus. Atqui priùs illud te ſcire oportet, Prætorem qui iuri dicundo præerat, in albo, id eſt, tabula dealbata edictum de ſingulis rebus propoſuiſſe, de quibus iure agi licebat: veluti, Si quadrupedes pauperiem feciſſe dicatur, iudicium dabo.

Quid tum poſtea? Ad ſingula hæc edicti capita, quiſque, prout ſibi opus eſſe videbat, ſuam actionẽ adcommodabat: quæ ob eam cauſſam, iiſdem edicti verbis adpellabatur. veluti, Actio ſi quadrupedes, &c. Actio quod metus cauſſa, & Actio, quod cũ eo qui in aliena poteſtate eſt, &c. Itaq; actionem ſuam edere, id eſt, caput edicti oſtendere cogebantur, ex quo acturi erant. Antiquis autem temporibus: qui formula cadebat, cauſſa cadebat.

Quomodo igitur actiones definis? Formulas conceptionéſve verborum, quibus iudicium à Prætore certa de cauſſa poſtulatur.

Quid ſi petitor è duabus actionibus quæ conuenire videbantur, ambigeret, vtram potius intenderet? Tum ei vtramque dictare licebat: dummodo reſtificaretur, ſe ex alterutra velle conſequi quod ad ſe pertineret.

quid deinceps? Tum inter ſe de iudice vel arbitro deliberabant, quem ſuæ controuerſiæ diſceptatorem eſſe vellent. nam (vt in Cluentiana Cicero ſcribit) neminem voluerunt maiores noſtri, non modò de exiſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniario quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet.

quidnam igitur inter iudicem & arbitrum intereſt? Iudex ad certam verborum formulam ſic adſtrictus eſt, vt neque alia de re, quàm quæ iis perſcripta eſt, neque aliis verbis, quàm quibus illa concepta eſt, pronunciare ſententiam poſſit. Arbiter verò totius negocij arbitrio ſuo diſceptandi poteſtatem habet, tametſi nonnulla eiuſdem modi negocia ſint, vt difficile dictu ſit, verum iudex an arbiter in iis detur, quemadmodum ſuo loco intelliges.

quid? cùm de iudice vel arbitro conuenerat, quid fiebat? Tum aduerſarij vel ſponſione, vel ſacramento, vel compromiſſo inter ſe certabant.

quid

Quid eſt ſponſio? Eſt promiſſio certæ pecuniæ, quã litigatores daturos ſe, ni veram cauſſam habeant, promittunt. Actor enim primùm ſpondebat: id eſt, ſponte atque vltro ſponſionem deferebat aduerſario: quem ideo ſponſione laceſſere & prouocare dicebatur: ab eo namque poſtea ſummam eandem ſtipulabatur. hic autem aut fateri cogebatur, aut ſi inficiaretur, reſtipulari. Tum actor iterũm ſtipulanti aduerſario promittebat.

Quid eſt ſacramentum? Certa pecuniæ ſumma, quã litigatores in ſacro deponebant, vt qui iudicio viciſſet, ſuum ſacramentum auferret, victi ad ærarium rediret.

Quid eſt compromiſſum? Certa pecunia ab vtroque litigatore mutuò promiſſa, ni arbitri ſententiæ pareant.

Agè & me deinceps in ius ducito. Cùm in ius ventum erat, actor à Prætore poſtulabat, vt ſibi iudicem, de quo inter ipſos conuenerat, & quibus verbis conuenerat, daret: qui cauſſa cognita, réque vtrimque perorata ſententiam pronunciaret.

Quid tum Prætor? Is verbis quibuſdam certis iudicium conſtituebat: idque aut purè, aut coniunctè.

Quomodo purè iudicium conſtituitur? Cùm nihil quod ad rei defenſionem pertineat, adiectum eſt: veluti, Si paret intentionem actoris veram eſſe, neque reus ei ſatisfaciat, tum illum damnato. nam olim omnia iudicia erant abſolutoria. Tum autem & iudicium conſtitutum, & lis conteſtata dicebatur.

Quamobrem iudicia dicebantur abſolutoria? Quia reum qui ante ſententiam pronunciatam actori ſatisfaceret, abſolui & liberari ab inſtitura lite oportebat: atque hoc illud eſt, quod dixi, Neque reus ei ſatisfaciat.

Quamobrem lis conteſtata dicebatur? Quoniam accepto iudicio vtraque pars dicere quibuſdam præſentibus ſolebat, Teſtes eſtote.

Quomodo coniunctè iudicium conſtituitur? Cùm quid ad rei defenſionem, interdum etiam ad actionem, defenſionémve confirmandam pertinens adiectum eſt; quemadmodum in Exceptionibus & Replicationibus intelliges.

CAPVT XLIIII.

De ſatiſdationibus.

QVID deinceps obſeruandum erat? Vt ſatiſdationes vel ab ipſis litigatoribus, vel ab iis qui ipſorum nomine agerent, præſtarentur. Quid eſt ſatiſdare? Eſt ſponſores dare qui fideiubeant id, de quo cauetur, ſuo periculo fore. Erant autem ſatiſdationes duæ in primis vſitatæ: Iudicatum ſolui, & Rem ratam haberi.

Quænam illarum vis erat? Diuerſa fuit earum ratio pro inſtitutæ actionis ratione. nam (vt mox dicemus) actionum aliæ rem certam, aliæ perſonam debitoris, eiúſque bona omnia promiſcuè atque infinitè perſequuntur.

Quid ſi in rem certam actio inſtitueretur? Tum is contra quem vel ſuo, vel alieno nomine agebatur, cogebatur iudicatum ſolui ſatiſdare: qui verò agebat, ſi ſuo nomine agebat, non ſatiſdabat: ſin alieno, rem ratam dominum habiturum ſatiſdabat.

Quid ſi in perſonam actio inſtituta eſſet? Tum procuratores ſoli ſatiſdabant, actorum quidem de rato: quia nemo defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione i-

A doneus eſſe creditur: reorum verò iudicatum ſolui.

Quid? quot ſunt actionum genera? Earum video diuiſiones præcipuas eſſe ſex, de quibus in præſentia dicere commodè poſſimus.

CAPVT LXV.

Diuiſio actionum.

QVÆ eſt prima diuiſio? Ea tripartita eſt. nam B aliæ in rem ſunt, quæ vindicationes dicuntur, aliæ in perſonam, quæ condictiones: aliæ mixtæ, quæ vtrarumque naturam participant.

Quid eſt actio in rem? Eſt formula per quam quis rem ſuam ab alterius poſſeſſione in dominium ſuum vindicat: his verbis, Hanc rem ex iure Quiritium meam eſſe aio.

Quamobrem vindicatio hæc adpellatur? Non ſatis conſtat, niſi fortè ab antiquo vindiciarum ritu no- C men hoc fluxerit, in quibus vis quædam indicebatur, quam Cicero quotidianam, Agellius feſtucariam adpellat. quia feſtuca, ſiue ſurculo ex arbore decerpto, aduerſarij dicis cauſſa inter ſe confligebant.

Quid eſt actio in perſonam? Eſt formula per quam quis ab altero poſtulat, quod eum ſibi dare facere oportet ex aliqua obligatione, ſiue illa ex contractu, ſiue ex delicto nata ſit.

Audio: ſed cur hæc ſola in perſonam adpellatur, cùm vtraque certam perſonã perſequatur? Quoniam D illa rem certam, deſignarámque poſtulat: veluti fundum Tuſculanum, aliúdve quid indiuiduum: hęc non corpus aliquod petit; ſed à perſona præſtationem certam poſtulat, neque vnde ſatis fiat, laboratur: atq; vt planiùs loquamur, illa corpus, hæc quantitatem aut factum petit.

Cedo mihi aliquod illius exemplum? Veluti ſi cui centum aureos mutuò dederim. tum enim his vtar verbis: Aio te mihi centum dare oportere. Vel ſi fortè ab eo rem incertam ſtipulatus eſſem, tum enim quid- E quid mihi eo nomine illum dare facere oporteret ex fide bona, poſtularem.

Quæ ſententia illis duobus coniunctis verbis ſubeſt, Dare facere? Prius dominij tranſlationem, poſterius ſimplex factum ſignificat: vt nauem ædificari, rẽ tradi: ita enim coniunguntur, vt ſiue dari, ſiue fieri tantùm oporteat, nihil interſit. hoc enim antiquæ conſuetudini tribuitur. Atque hinc intelligis, eum qui rem ſuam petere inſtituit; ea formula vti non poſſe.

F Quid ita? Quia qui ſibi dari poſtulat, id poſtulat, vt quod ſuum non eſt, ſuum fiat. quod autem alicuius eſt, id eius amplius fieri non poteſt. dominium enim non niſi vna ex cauſſa poteſt contingere.

Quomodo igitur is qui depoſitum, aut commodatum repetet, ea formula vtetur: cùm ſatis conſtet, illum earum rerum dominium retinuiſſe? An non meminiſti quod ſuperiùs diximus, actiones iſtas propterea in perſonam adpellari, quia formula earum non ita concipitur, vt certum rei corpus petatur. neque G enim dicimus illam aut illam rem dari nobis oportere: ſed hoc modo, Quidquid te mihi depoſiti commodatíve nomine dare facere oportet. Denique non corpus ipſum petitur, ſed quantitas: id eſt, quanti ea res eſt.

Quid? quamobrem eandem cõdictionem adpellari dicebas? Condicere olim erat, diem locúmque communi conſenſu indicere, quo in iudicium litigatores

veniſſent. quod etſi omnibus in actionibus fiebat, tamen quia in rem actiones ſuum ac proprium Vindiciarum nomen habebant, cõſuetudo eò prolapſa eſt, vt Condictionis verbum huic actionum generi relinqueretur.

quæ ſunt, quæ mixtæ actiones dicuntur? quæ & certam rem petunt, & ſimul præſtationes quaſdam perſonales ab aduerſario poſtulant. Sunt autem eius generis tres: familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum.

quæ eſt actio familiæ erciſcundæ? quæ inter coheredes, familiæ erciſcundæ, id eſt, rerum hereditariarum diuidendarum cauſſa redditur. neque enim per eam dumtaxat poſtulatur, vt res hereditariæ diuidantur: ſed etiam, vt quod eo nomine alterum alteri dare facere oportet, præſtetur. veluti ſi quis ſolus vel ſumtus fecerit, vel fructus perceperit.

quæ fuit eius formula? L. Aquilius iudex eſto: itáque familiam erciſcitor, vt quod cuique ex heredibus ex bono & æquo adiudicandum eſſe videbitur, quódque alterum alteri ex fide bona dare facere oportebit, arbitretur.

Quod eſt iudicium communi diuidundo? Quod inter eos redditur, qui rem quam alia ex hereditatis cauſſa communem habent, diuidi, ſimúlque quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oporteat, dari fieri poſtulat.

Quæ fuit eius formula? C. Cæcilius iudex eſto: itáque res communes diuidito, vt quod cuique ex æquo & bono adiudicandum eſſe videbitur, quódque alterum alteri ex fide bona dare facere oportebit, arbitretur.

Quæ eſt finium regundorum actio? Quæ inter confines redditur, vt & fines agrorum vicinorum dirigantur, & ſi quid alter ex alterius agro perceperit, reſtituatur.

Quæ fuit formula? L. Octauius iudex eſto: itáque fines agrorum quibus de agitur, regito, vt quod cuique adiudicandum eſſe videbitur, quódque alterum alteri eo nomine dare facere oportebit, arbitretur.

CAPVT XLVI.

Secunda actionum diuiſio.

QVÆ eſt ſecunda actionum diuiſio? Vt aliæ ciuiles dicantur, quippe quæ Iure ciuili proditæ ſunt: aliæ prætoriæ, ſiue honorariæ, quæ Prætoris edicto deficientibus ciuilibus inſtitutæ ſunt. ſed de ciuilibus ſatis multa exempla poſteriùs exſtabunt. itaque Prætoriarum tantùm exempla proferemus.

Quot ſunt earum genera? Duo. nam aliæ itidem in rem ſunt, aliæ in perſonam.

Quænam prima in rem actio Prætoria numeratur? Publiciana, quæ à Publicio Prætore qui primus eam inſtituit, nomen habet. ea autem duplex eſt.

Quæ eſt prior? Eſt vtilis vindicatio quam Prætor ei qui iuſta ex cauſſa rem ab eo qui transferendi dominij ius non habuit, ſibi traditam & bona fide poſſeſſam nõdũ vſuceperat, aduerſus prædonẽ, aut nullo titulo poſſidentẽ eius recuperandæ cauſſa concedit.

Quæ eſt eius formula? Si pateret rem qua de agitur iuſta ex cauſſa traditam, & aliquamdiu poſſeſſam Octauio fuiſſe, poſſeſſorem autem ſine vlla iuſta cauſſa eam poſſidere, neque tamen illam reſtituat, tum poſſeſſor damnetur.

Quæ eſt altera Publiciana actio? Eſt actio in rem
A quæ ei datur, cuius res ab eo qui Reip. cauſſa abfuit, quive apud hoſtes fuit, vſucapta eſt, vt intra annum quam ille redierit, rem ſuam quaſi non vſucaptam vindicet: ſi modò abſente altero defenſorem eius aliquem quæſiuerit, quem in ius vocaret, vt vſucapionem interrumperet, & neminem reperire potuerit.

Quæ fuit eius formula? Si pateret eam rem qua de agitur, à poſſeſſore Reipub. cauſſa abſente, per ſtatutum tempus poſſeſſam eſſe, cùm interea petitor eius
B nomine agere cùm conaretur, non potuerit: tum ſi ea res petitori non reſtituatur, poſſeſſor damnetur.

quænam eſt actio tertia Prætoria? Pauliana à Prætore Paullo inſtituta, qua creditores quorum in fraudem bona ſua debitor alienauit, bonorum poſſeſſione à Prætore impetrata, ea bona perinde ac ſi numquam à debitore tradita fuiſſent, vindicare poſſunt.

quæ fuit eius formula? Si pateret eam rem qua de agitur, à Mæuio cùm in ipſius bonis eſſet, in creditorum ſuorum fraudem traditam fuiſſe, neque eos
C bonorum poſſeſſione à me impetrata, aliunde ſuum ſeruare poſſe: tum niſi eam rem poſſeſſor reſtituat, damnetur.

quænam quarta numeratur? Seruiana, in dominorum gratiam inſtituta, quibus coloni mercedis cauſſa res ſuas oppignerarant, quas tamen aliis poſtea tradiderunt: nam eas res domini hac actione vindicare poſſunt.

quæ fuit eius formula? Si pateret rem qua de agitur, à colono pro mercede oppigneratam eſſe, eiuſ-
D que cùm pignus conuentum eſt, propriam fuiſſe, neque poſſeſſor vel pecuniam debitam creditori ſoluat, vel ei rem cedat: tum poſſeſſor damnetur.

At enim ſuperiùs dixiſti, eius rei cauſſa Saluianum interdictum comparatum fuiſſe. Ita eſt. verùm hoc intereſt, quòd illud aduerſus colonum poſſeſſorem: hæc aduerſus alios qui rem adquiſierunt, datur. illud de ſola poſſeſſione interponitur: in hac etiam de rei proprietate agitur. illud ad rerum vniuerſitatem: hæc etiam ad ſingularum poſſeſſionem adtinet.

E quidnam inter Paullianam & Seruianam intereſt? Illa ob res in fraudem creditorum alienatas datur, hæc etiam ſine fraudatione conceditur: illa poſt impetratam bonorum poſſeſſionem, hæc etiam ſine poſſeſſione conceditur: illa & proprietatem & poſſeſſionem, hæc ſolam poſſeſſionem auocat. in illa reſcinditur traditio, in hac nihil reſcinditur, ſed tantùm poſſeſſio auocatur: illa nunquam niſi aduerſus alienos poſſeſſores datur, hæc etiam aduerſus dominum ipſum ſi poſſidet.

F Quid? ſolíſne agrorum dominis à Prætore proſpectum eſt? annon etiam aliis creditoris quorum debitores oppigneratas illis res alterj tradiderint, cautum fuit? Verba quidem edicti de ſolis colonorum rebus concepta ſunt: ſed valere debet æquitas, quæ in pari cauſſa paria iura deſiderat. Itaque Iuriſconſulti mentem Prætoris ſpectantes, quaſi Seruianam actionem inſtituerunt, quæ creditoribus omnibus ad pignora perſequenda conceditur.

Quæ fuit eius formula? Si pateret eam rem qua de
G agitur, petitori oppigneratam eſſe, debitoríſque fuiſſe, cùm illam oppigneraret, neque poſſeſſor vel pecuniam ſoluat, vel rem ipſam cedat, tum poſſeſſor damnetur.

quid igitur inter vtramque intereſt? Illa propriè propter ſolius coloni res inſtituta eſt, hæc ad cuiuſuis debitoris res perſequendas pertinet: illa ſolas eas res quæ in fundum inductæ illatæq; ſunt perſequitur, ac pro-

propterea rerum tantummodo mobilium eſt, hæc tum ad mobiles, tum ad immobiles pertinet: illa ex conuentione pignoris expreſſa conceditur, cùm iis de rebus agitur, quæ in fundum inuectæ illatæ ſunt, hæc etiam ſi nulla vnquam oppigneratio expreſſa ſit. nam in inquilinis tacitè interceſſiſſe intelligitur.

Hactenus Prætorias in rem actiones enumeraſti: quid habes de perſonalibus dicere? Earum aliæ quaſi ex contractu, aliæ ex delicto naſcuntur.

Quæ eſt prima quæ quaſi ex contractu naſcitur? Conſtitutoria: quæ à conſtituendo adpellatur. Eſt autem conſtituere, creditori ſine ſtipulatione promittere, ſe pecuniam vel à ſe, vel ab altero debitam certa die ſoluturum. veluti ſi tibi Kal. Iuniis debeam, & nudo pacto, id eſt, ſine ſtipulatione promittam, me Kal. Maiis ſoluturum. nam ſi ſtipulatio adhiberetur, ciuilis ex ſtipulatu naſceretur actio. At ciues Ro. pacto nudo non obligantur, eóque Prætor ex equitate actionem hanc inſtituit.

Quæ fuit eius formula? Si paret Mæuium Titio pecuniam conſtituiſſe, eámque pecuniam cùm conſtituebatur, debitam fuiſſe, neque Mæuius aut ſoluat, aut faciat id quod conſtituit, ac per actorem non ſteterit, quominus fieret quod conſtitutum eſt, tum Mæuius damnetur.

Quæ eſt ſecunda perſonalis Prætoria? Olim quædam fuit Receptitia nominata, quæ aduerſus argentarios dabatur, cùm id quod alicui expenſum tulerant, ſine ſtipulatione promittebant, ſe certa die ſoluturos: locúmque in iis tantùm rebus habebat, quæ pondere, numero, menſuráve conſtabant. ſed ea tota Iuſtiniani imperio in Conſtitutoriam tranſlata eſt.

Quæ eſt tertia? De iureiurando, quæ aduerſus eum datur, cuius poſtulatu petitor eam ſummam quam petebat, deberi ſibi iurauit: tum enim non quæritur, an ei pecunia debeatur, ſed an iurauerit. nam Prætor ex iureiurando illum obligari voluit, neque de periurio quæri permiſit.

Quæ fuit eius formula? Si pateret Octauium Septimio deferente, iuraſſe ſibi dari oportere, neque ei ſatisfiat, tum Septimius damnetur.

Quænam actiones Prætoriæ ſunt, quæ quidem ex delicto naſcuntur? Prima numeratur Condictio furtiua: id eſt, actio perſonalis, quæ domino aduerſus furem, eiúſque heredem datur: his verbis, Quidquid te mihi ex furti cauſſa dare facere oportet.

Quamobrem à Prætore inſtituta eſt? Quia iure ciuili rei furtiuæ recuperandæ nomine ſola vindicatio competebat. at ea & in ſolos poſſeſſores datur, neque ſatis rei flagitium notat: hęc autem in furem eiúſque heredem, quamuis non poſſideant, conceditur: & nominatim furti facti mentionem facit.

Quæ fuit eius formula? Si pateret ſcyphum quo de agitur, quémque Sempronius furto abſtuliſſe dicitur, eſſe Mæuij, tum Sempronius illum Mæuio dare damnetur.

Quæ eſt ſecunda? De albo Prætoris: quæ cuiuis de populo aduerſus eum, qui Prętoris album corrupit, in quinquaginta aureos conceditur.

Quæ fuit eius formula? In popularibus actionibus, cuiuſmodi hæc eſt, iudex dari non ſolebat. Prætor enim ipſe propter rei grauitatem, cauſſa cognita ſententiam pronunciabat.

Quæ eſt tertia? De parente, patronóve in ius ſine Prætoris venia vocato, quæ his verbis dabatur: Si pateret Nigidium in ius patrem ſuum ſine męa ve-

A nia vocaſſe, tum Nigidius patri ſuo quinquaginta aureos dare damnetur.

Quæ eſt quarta? De eo qui in ius vocatum vi exemit: & his conſtabat verbis, Si pateret L. Titium cùm in ius à Sempronio vocatus eſſet, vi à C. Seio exemptū ita eſſe, vt in ius non perduceretur, tum quanti ea res à Sempronio æſtimabitur, de qua controuerſia erat, tanti C. Seius damnetur.

B

Capvt XLVII.

Actionum diuiſio tertia.

SAtis de ſecunda diuiſione dictum eſt. quęnam eſt tertia? Ea tripartita eſt. nam quædā rei, quædam pœnæ, quædam vtriuſque perſequendæ cauſſa inſtitutæ ſunt.

Quę ſunt rei perſequendæ cauſſa inſtitutæ? Omnes in rem actiones, itémque omnes ferè ex contractu natę. nam eæ rei cuius gratia contracta obligatio eſt,

C perſequendæ cauſſa conceduntur: veluti ex mutuo, ex ſtipulatu, ex empto, vendito, locato, conducto, pro ſocio, mandati, commodati, depoſiti: item quædam ex maleficiis natæ actiones, veluti condictio furtiua.

Cur ſuperiùs addidiſti *Ferè?* Propter actionem depoſiti miſerabilis: hoc eſt eius quod tumultus, incendij, ruinæ, nauffragij cauſſa factum eſt: nam in eum qui eiuſmodi cauſſa depoſitum inficiatus eſt. actio in duplum datur, ſic tamen vt in duplo ſimplum inſit, ex quo ſequitur, vt hæc actio mixta ſit.

D Quæ fuit eius formula? Si pateret L. Titium cùm propter incendij periculum res ſuas exportaret, eam rem qua de agitur, apud C. Mæuium depoſuiſſe, Mæuium autem inficiatum id eſſe, tum Mæuius in duplum damnetur.

Quæ ſunt pœnæ perſequendæ cauſſa inſtitutæ? Actio furti. ſiue enim de manifeſto quadrupli agatur, ſiue de nec manifeſto dupli, de ſola pœna agitur. nam ipſam rem aut vindicatione, aut condictione furtiua dominus perſequitur.

E Quæ ſunt mixtæ actiones? quæ ſimul & rem & pœnam perſequuntur. In quibus numeratur vi bonorū raptorum actio, quæ rem raptam ſimul cum pœna tripli perſequitur.

Cedo aliud exemplum? Veluti legis Aquilię actio, ſi modò vel aduerſus inficiantem detur, vel quanti plurimi æſtimatio petatur.

Quę fuit formula? Si pateret Lucilium interfeciſſe Stichum Octauij ſeruum, factúmque illud inficiatum eſſe, tum Lucilius in duplum, quanti ea res eo

F anno plurimi fuerit, damnetur.

Capvt XLVIII.

De bonæ fidei actionibus.

QVænam eſt quarta actionum diuiſio? Ea tripartita eſt. nam alię bonæ fidei ſunt, aliæ ſtricti iudicij, aliæ verò arbitrariæ.

Quas dicis actiones bonæ fidei? quarum in formula adſcribi illa aurea verba ſolebant, *Ex fi-*

G *de bona:* qua de cauſſa pręciſa locutione ſic adpellatæ ſunt. Nam per eas petebatur, vt fides data bene atque vt æquitas poſtulabat, ſeruaretur.

Velim mihi aliquod exemplum edas: Velut in illa Calphurnij aduerſus Clodium notiſſima controuerſia ex lib. de Offic. III. his enim ille vtebatur verbis, quidquid te mihi dare facere oportet, ex fide bona.

A Quid? eſt'ne vlla actio in qua non fides bona exquiratur. Nulla. verùm illud ſcire oportet, interdum certam ac definitam ſummam peti poſſe: veluti in actione ex mutuo, Aio te mihi centum dare oportere: interdum peti non poſſe, ſed hoc tantùm, Quidquid bonæ fidei ratio & æquitas poſtulare videbitur.

Quid tum poſtea? Quoniam in illis ſponſio de certa illa ſumma fiebat, & ad illam ſummam ita iudex adſtrictus erat, vt neque pluris, neque minoris damnare reum poſſet: B (adeò vt ſi actor viginti poſtulaſſet, cùm ei vndeuiginti tantùm deberentur, cogeretur iudex reum abſoluere) actiones illæ ſtricti iudicij adpellatæ ſunt: at quia in his nihil certi petebatur, ſed hoc tantùm quod bonæ fidei ratio ſuadebat, bonæ fidei dictæ ſunt.

Quin tu mihi igitur aliquot differentias exponis? Prima hæc eſt, quod in illis ita certa definitáque ſumma petitur, vt ſi plus, teruncio vno petitum ſit, condemnatio parata ſit: in his certa ſumma nulla nominatur, ſed prudentiæ iudicis committitur, C quantum alterum alteri dare facere oporteat.

Quæ eſt ſecunda? In his ſemper iuris quæſtio vertitur, facti verò nunquam: in illis & facti & iuris. nam ſi facti quęſtio in illis eſſet, ſponſio neceſſariò fieret, ac proinde certa ſumma in iudicio verteretur.

Quę eſt tertia? In actionibus bonæ fidei, non tã quid in contrahendo dictum, ac pronunciatum ſit, ſpectatur: quàm quid officij, ſiue bonę fidei ratio ab vtroque poſtulet: in aliis verò id vnum quod lingua nuncupatum eſt exquiritur. D

Quę eſt quarta? In illis licet compenſationis rationem habere, in his nõ licet. nam in illis iudex ſtatuit, quid alterum alteri, id eſt, tam actorem reo, quàm hunc illi dare facere oporteat: in his, quid ſolus reus actori debeat. Itaque ſi plus actor petiiſſet, quantumuis exiguè id fuiſſet, cauſſa cadebat: niſi forte minori ætatis imprudentia, aut maiori iuſto aliquo errore lapſo Prætor actionem reſtitueret.

Quot modis plus petitur? Quattuor: re, tempore, loco, & cauſſa. E Aut enim res alia petitur, quàm quę debetur, aut eadem: ſed alio vel tempore, vel loco, vel modo.

Quomodo plus petitur re? Veluti ſi quis viginti peteret, cui vndeuiginti tantùm deberentur, vel aſſem peteret, cui ſemis deberetur tantùm.

Quomodo plus petitur tempore? Veluti ſi quis id quod ſibi in diem, aut ſub condicione debetur, ante diei aut condicionis euentum petat. Nam dies ſolutionis, ſicuti ſumma, pars eſt obligationis. Itaque qui F tardius quàm debuerat, ſoluit, minus ſoluere intelligitur.

Quomodo plus petitur loco? Cùm quis quod certo loco dari ſtipulatus eſt, id in alio petit. nã vtilitatem quam haberet promiſſor, ſi conſtituto loco ſolueret, ei adimit.

Quomodo cauſſa plus petitur? Cùm quis id quod ſub alternatione, veluti Dauum aut decem: vel in genere, veluti vinum ſtipulatus erat, id poſtea vel purè: vel in ſpecie poſtulet: veluti ſi ille præciſe Dauum, G hic præciſe vinum Campanum petat.

Quid verò ſi in genere vinum ſtipulatus, id quod viliſſimum eſt, petat? Nihilominus plus petere intelligitur: quia plus petere, non tantùm eſt id, quod communi æſtimatione pluris eſt petere: ſed quocumque modo plus exigere, quàm debeatur.

An'ne igitur hoc quoque tempore hæc ſeueritas obſeruatur? Non. qui enim tempore plus petiit, Zenonis Imperatoris lege & ſumtus litis amittit, & inducias debitori duplicare cogitur. At qui re, loco, cauſſa plus petiit, Iuſtiniani lege damnum per ſportulas, id eſt, viatorum mercedem illatum triplo compenſat.

Quid verò ſi quis vel minus, vel aliud per errorem petierit? Zenonis lege poteſt eodem iudicio cognitũ errorem ita corrigere, vt idem iudex non ex actionis verbis, ſed ex eo quod comprobatum fuerit, ſententiam pronunciet.

Video iſta: ſed velim mihi reſpondeas, quamobrem quorundam dumtaxat contractuum vis illa ſit, vt bonæ fidei actionem habeant? Eorum contractuum hæc vis propria eſt, qui vltro citróque obligationem pariunt, qui Græco vocabulo συναλλάγματα dicuntur. Nam cùm in iis alter alteri obligetur, è re vtriuſque eſt, vt bona fides ex vtriuſque parte in illo negocio dominetur: neque tam quid lingua nuncupatum fuerit, quàm quid æqui bonique ratio poſtulet, ſpectetur.

Qui ſunt eiuſmodi contractus? Emtionis, locationis, ſocietatis, mandati, depoſiti, commodati, pignoris. item innominati contractus: præterea, quaſi contractus, negociorum geſtorum, tutelæ, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo.

Quid? in mutuo & ſtipulatione quid iuris eſt? In his, vt vides, vnus ſolus obligat, alter ſolus obligatur: ob eámque cauſſam minus ei qui obligat, fauetur, quàm ſi viciſſim obligaretur: neque quidquam omnino ei pręter id quod nominatim lingua nuncupatur, conceditur. cùm enim ſolus obligaret, ſatis ocij ac facultatis habuit, ad cautionem atque obligationem ſuam adfabrè arbitrio ſuo concipiendam.

CAPVT XLIX.

De arbitrariis actionibus.

AGE, nunc videamus quæ ſint actiones arbitrariæ? Sunt eæ, in quibus non reſtrictè certum quid poſtulatur, ſed id tantùm quod æquius melius iudici videbitur: qui proptera verius Arbiter diceretur: quippe qui totius rei arbitrium ac facultatem habeat. vnde etiam nomen iſtæ actiones inuenerunt.

Quid? nónne eandem bonæ fidei actionum rationem eſſe dicebas? Dicebam equidem: & omnino ſic ſe res habet, vt illæ quoque arbitrariæ dici verè poſſint. Verum diſtinguendi cauſſa, vt ſuo quæque nomine res adpelletur, Iuriſconſulti generale nomen ad alteram hanc ſpeciem adcommodarunt.

Quot ſunt arbitrariarum ſpecies? Ego duas obſeruo: vnam in qua duplex quodammodo ſententia pronunciatur, & ante ſecundam in litem iuratur: alteram in qua & vna ſententia profertur, nec in litem iuratur.

Nunc mihi ſingularum naturam explicato. Quot ſunt prioris ſpeciei proprietates? Tres, quarum prima eſt hæc, quòd non priùs licet iudici reum damnare, quàm eum iuſſerit ex bono & æquo alteri ſatisfacere: his ferè verbis: Arbitror debere te aduerſario hac ratione ſatisfacere. Vnde intelligi debet, duas quodammodo ſententias in iſtis iudiciis pronunciari: quarum altera Iuſſus, ſiue Arbitrium, altera ſuo nomine Sententia adpellatur.

Quæ eſt ſecunda? Quòd earum formulæ à Prætore ita concipiuntur, vt hanc ſententiam addat, *Neque ea res arbitrio iudicis reſtituatur.*

Quæ

Quæ eſt tertia? Vt ſi reus arbitrio iudicis parère noluerit, tum iudex actori iuſiurandum in litem deferat: id eſt, iubeat illum iurare, quanti litem æſtimet, vt reum non modò tanti damnet, quanti ea res eſt, ſed etiam quanti actor æſtimauerit: nimirum puniendæ contumaciæ cauſſa.

Profer aliquod exemplum? Exemplum habes in omnibus rei vindicationibus. Itaque Cicero Verrina IIII. earum hanc formulam edit: Si pateret fundum quo de agitur, actoris eſſe, neque is fundus ei reſtituatur, tum reus damnetur. B

Profer item aliud? Hoc ſumi poterit ex actione de eo quod metus cauſſa geſtū erit, vel de dolo malo, cuius hæc fuit formula: Si pateret Antonium dolo malo falſis ponderibus vſum eſſe, quo Mæuius fraudaretur, neque arbitrio iudicis Mæuius ſatisfaciat, tum quanti Mæuius in litem iurauerit, tanti dānetur.

Redeamus ad alteram arbitrariarum ſpeciem eiúſque mihi exemplum ede? Cōmemoratur vulgò actio de eo quod certo promiſſum, alio loco poſtulatur. C nam in eius formula certa quidem ſumma nominatur, ſed tamen arbitrio, prudentiæque iudicis permittitur, vt tanti litem æſtimet, quantum æquius & melius illi fore videbitur.

Quæ fuit eius formula? Si pateret Nigidium ſtipulanti Numerio ſpopondiſſe ſe centum tritici modios Capuæ daturum, neque is actori ſatisfaciat, tum quanti ea res hoc loco ex bono & æquo eſſe videbitur, tanti damnetur.

Video iſta. ſed ſcire aueo quidnam inter bonæ fidei & arbitrarias actiones, tum ſimilitudinis, tum differentiæ ſit? Ego tribus rebus eas inter ſe ſimillimas reperio, quoniam in vtriſque liberum eſt iudicis arbitrium, in vtriſque in litem iuratur, in neutris ſponſio fieri ſolet. D

Quot ſunt differentiæ? Tres: quorum prima hæc eſt, quòd in illis ea poteſtas idcirco iudici permittitur, quoniam æquè vtriuſque contrahentis intereſt, quippe cùm alter alteri obligatus ſit. At lites arbitrariæ, aut ex poſſeſſione, aut ex obligatione vnius tantùm naſcuntur, vt illa iudicis poteſtas æquè vtrique conducere non poſſit.

Quæ eſt ſecunda? Quod in illarum formula, *Ex bona fide:* in harum, *Neque res*, &c. interponi ſolebat.

Quæ eſt tertia? Illæ in perſonam tantùm repeteriuntur: hæ verò & in rem & in perſonam.

Nūc quidam ſupereſt ſcrupulus, quem mihi velim eximas: quæro enim an omnes actiones quib. incertum quid poſtulatur, nimirum illud tantùm quod æquum & bonum iudici videbitur, arbitrariæ dicendæ ſint? Equidem opinor eas tantùm arbitrarias dici, quę cùm rei perſecutoriæ ſint, cum officio iudicis diſſoluendi iudicij poteſtatem permittunt: ceteras verò, quæ cùm vltionis & perſequendæ pœnæ cauſſa comparatæ ſint, eam poteſtatem iudici non faciunt, hoc nomine adpellari non poſſe.

CAPVT L.

Quinta diuiſio actionum.

QVÆNAM eſt quinta actionum diuiſio? Ea bipartita eſt: nam alię ſolidum ſemper, id eſt, id totum quod debetur, alię non ſemper ſolidum, ſed interdum partem dumtaxat exigunt: verùm ſi has noris, illas noueris.

Profer igitur mihi aliquod exemplum? Eiuſmodi eſt actio de dote; quæ diuortio facto mulieri ad dotē exigendam aduerſus maritum, dabatur, & maritum A in id tantùm quod facere poſſet, damnabat: quippe cùm eius ratio habenda ſit, ne egeat.

Cedo item aliud exemplum? Eiuſdem generis ſunt omnes illæ, quæ aduerſus parentem, patronum, ſocium, & eum qui quid donauit, conceduntur: nam illi in id tantùm quod facere poſſunt, damnantur: item actio in debitorem qui bonis ceſſit, & poſtea mediocres fortunas adeptus eſt.

CAPVT LI.

De perpetuis & temp. act.

QVÆNAM eſt ſexta actionum diuiſio? Ea bipartita eſt: nam aliæ perpetuæ, aliæ temporales dicuntur.

Quæ ſunt perpetuæ? Quæ olim nullo temporis ſpacio terminabantur, cuiuſmodi erant omnes ciuiles actiones, id eſt, quæ ex legibus, Senatuſconſultis aut conſtitutionibus naſcuntur.

Quid nunc iuris eſt? Imperatorum inſtituto in rem actiones decem aut viginti terminantur annis; perſonales verò triginta.

Quid? etiámne poſt actoris reíve mortem & heredibus illius. & in heredes huius dabuntur? Pœnales ex delictis actiones heredibus quidem (excepto tamen iniuriarum iudicio) at non in heredes (niſi fortè conteſtata lis à defuncto fuerit) conceduntur, quin ne ex defuncti quidem fraudulendo contractu: niſi ſi quid ad heredem peruenerit, in eum actio permittitur.

Quæ ſunt temporales? Pleræque actiones Prætoriæ quia cùm Prætoris edictum eſſet annuum, actio à Prætore inſtituta in poſteriorem annum progredi non poterat. furti tamen manifeſti perpetua à Prætore actio inſtituta eſt.

CAPVT LII.

De obligationibus filiorumfa. & ſeruorum.

E HACTENVS de obligationibus eorum qui ſui iuris ſunt, & actionibus quæ ex iis naſcuntur, diſſeruiſti. Nunc quid de filiorumfa. & ſeruorum obligationibus conſtitutum ſit, audire cupio. Ex vtrorumque tum contractibus tum delictis obligationes quidem naſcuntur, ſed ex ſeruorum facto actiones ſemper in dominos: ex filiorum, plerumque in patres dantur.

Quid ita? Quia ſerui ex contractibus non obligantur, cùm obligatio iuris ſit ciuilis. filiifa. autem omnibus ex cauſſis tamquam patresfa. obligantur: & ob F id agi cum iis, tamquam cum patribusfa. poteſt.

Primum igitur de obligationibus, & actionibus quæ ex ſeruorum ac filiorumfa. contractibus naſcuntur, videamus. Rectè admones. Sed ne nimiùm multa permiſceantur, melius erit de ſolis ſeruis agere: & quæ de his dicentur, de filiis quoque familiâs dicta intelligere: modò S. C. Macedonianum excipiamus.

Quod fuit S. C. Macedonianum? Ne de pecunia filiofa. credita, vel in ipſius partem, vel in ipſum, G etiam ſui iuris factum, ius diceretur, magnitudo enim æris alieni parentibus vitę periculum creabat.

Quænam huius loci ſumma diuiſio eſt? Ea bipartita eſt. Aut enim ſerui dominis ſcientibus negociantur, aut ignorantibus: & vtriuſque caſus variæ ac diſſimiles actiones inſtitutæ ſunt.

Quot actiones ex negociis ſeruorum dominorum conſenſu geſtis, naſcuntur? Quattuor, quod iuſſu,

exercitoria, inſtitoria, tributoria.

Quæ eſt actio quod iuſſu? Quæ aduerſus eum datur, cuius ſeruus ipſius iuſſu cum aliquo contraxit, vt ipſe in ſolidum, quanti ea res eſt, damnetur. nam qui cum ſeruo iuſſu domini contrahit, non ſerui, ſed ipſius domini fidem ſequi videtur.

Quæ fuit eius formula? Si pateret Octauium Septimij iuſſu Syro Septimij ipſius ſeruo, centũ aureos credidiſſe, neque Septimius Octauio ſatiſfaciat, tum Septimius damnetur.

Quæ eſt actio exercitoria? Quæ in exercitorem, qui ſeruum naui præpoſuit de eo quod cum eo ſeruo illius rei cauſſa geſtum fuerit, in ſolidum conceditur. Is enim ad quem quotidianus nauis quæſtus redit, Exercitor dicitur: & moris erat, vt ſeruum ei rei præficerent, quem Magiſtrum adpellabant.

Quæ eſt eius formula? Si pateret Valerium Blepharoni, quem Aurelius ei naui quam exercet, magiſtrum præfecerat, centum aureos eius rei cauſſa cui præfectus erat, credidiſſe, neque Aurelius Valerio ſatisfaciat, tum Aurelius damnetur.

Quæ eſt inſtitoria? Quæ in eum, qui ſeruum inſtitorem tabernæ præfecit, ex eo quod cum eo ſeruo eius rei cauſſa geſtum erit, in ſolidum conceditur. Eſt autem inſtitor, qui quæſtuariæ alicui negociationi perficitur: quòd negocio gerendo inſtet.

Quænam eſt formula? Si pateret Mæuium aureos viginti Pamphilo Titij inſtitori, eius rei gratia cui præpoſitus fuerat, credidiſſe: neque Titius Mæuio ſatisfaciat, tum Titius damnetur.

Quæ eſt tributoria? Quæ in dominum datur, quo ſciente vna cum ſeruo in mercede peculiari contractum eſt, niſi res æquabiliter inter creditores partitus ſit: nimirum vt alia tributio fiat.

Quænam merx peculiaris dicitur? In qua ſeruus ſuo nomine domini conſenſu ita negociatur, vt eius quæſtus ad ipſum pertineat.

Quæ eſt eius formula? Si pateret Mæuium peculiares ſerui ſui Daui merces ex edicto non diſtribuiſſe, tum quanto minus tributum ſit quàm debuerit, tanti damnetur.

Quænam actiones ex negociis ſeruorum ſine dominorum conſenſu geſtis, naſcuntur? De in rem verſo, & de peculio.

Quæ eſt actio de in rem verſo? Quæ datur in dominum ſine cuius voluntate ſeruus contraxit, vt quod in rem ipſius verſum eſt, ſolidum præſtet: reliquum ex peculij viribus diſſoluat.

Quid dicitur in rem domini verſum? Quodcumq; domini facultates aliqua ex parte amplificauit, dummodo neceſſarius ille ſumtus fuerit.

Quænam eſt formula? Si pateret Mæuium Eroti Manilij ſeruo, centum credidiſſe, tum Manilius ei quatenus & in rem eius verſum, & in Erotis peculio, eſſe conſtabit, præſtare damnetur.

Quæ eſt actio de peculio? quæ aduerſus patrem domidúmve ex filij ſeruive contractu, quatenus in peculio eſt, conceditur.

Quoniam quid ſit peculium iampridem docuiſti, quæro quatenus in peculio eſſe videatur? In peculio id demum numeratur, quod deductis iis, quæ domino familiæ've debentur, ſupereſt.

Ecquænam iſtius actionis fuit formula? Si pateret Aurelium L. Cælio L. F. centum aureos credidiſſe, tum L. pater quantum ex filij peculio ferre poterit, damnetur.

A CAPVT LIII.

De noxalibus actionibus.

QVONIAM de contractibus ſeruorum & filiorumfa. dixiſti, proximũ eſt vt de illorum delictis explices. Primùm illud ſcire oportet. eorum delicta vetuſto verbo Noxas adpellari: eóque actionem quæ ex iis naſcitur, Noxalem dici.

Et quænam noxalis actionis natura eſt? Vt domi-
B nus ea damnatus, vel litis æſtimationem ſoluat, id eſt, damnum datum præſtet, vel ſi volet, ſeruum ipſum noxę dedat.

Quid eſt noxę dedere? Vetus eſt locutio. & præciſa, pro Noxę nomine dedere. nam ſerui noxę dediti dominium, ſtatim ab ipſo domino in actorem transfertur: tametſi ſi ſeruus ſatisfacere actori poſſit, à Prętore inuito domino manumittitur.

Quę fuit eius formula? Si pateret Erotem Octauij ſeruum noxam Septimio nocuiſſe, tum aut quanti
C ea res erit, tantum Octauium Septimio ſoluere, aut Erotem ei noxę dedere damnato.

Quid verò ſi poſt admiſſam noxam, vel dominus mutetur, vel ſeruus manumittatur? Regula eſt à maioribus tradita, Noxa caput ſequitur: cuius ea vis eſt, vt ſi dominus mutetur, ſemper in nouum: ſi ſeruus manumittatur, in ipſummet actio noxalis detur.

Quid? etiámne ex filiorumfa. noxis hęc actio dabatur? Olim etiam ob filiosf. inſtituta fuit: ſed poſtea conſtitutum eſt, vt ex ipſorum delictis in ipſos ſolos
D actiones darentur.

CAPVT LIIII.

De pauperie quadrupedum.

DIXISTI de damnis quę tum à liberis, tum à ſeruis dantur. Sed quid ſi à beſtiis quę alicuius in dominio ſunt, damnum datum fuerit? Hoc damnum antiquo vocabulo Pauperiem adpellamus. eſt autem diſtinguendum, vtrùm à man-
E ſuetis, an à feris datum ſit.

Quid ſi à manſuetis datum eſt? Veluti ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus petierit? Lege XII. Tab. cautum fuit, vt quadrupedis nomine, quę pauperiem fecerit, actio quoque noxalis eſſet.

Quid ſi ſit à feris datum? Ædilium edicto cautũ eſt, vt ob vulnus homini libero à fera beſtia quam quis apud ſe habuerit, illatum, actio in bonum & æquum detur: ob cetera damna, in duplum.

F Quid ſequitur nunc? Vt exponamus per quas perſonas agere liceat. Olim igitur agi alieno nomine hõ licebat, niſi pro populo, pro libertate, & pro tutela: ſed poſtea inſtitutum eſt, vt agere per procuratores liceret.

Quis eſt procurator? Cicero in ea pro Cæcina ſic definit: Procurator eſt, omniũ rerum eius qui in Italia non ſit, abſitve Reipubl. cauſſà, quaſi quidam penè dominus, id eſt, alieni iuris vicarius.

Quomodo procurator conſtituitur? quibuſvis a-
G ptis & idoneis verbis, ignorante etiam aduerſario, conſtitui procurator poteſt.

CAPVT LV.

De exceptionibus.

HACTENVS de iudiciis purè conſtitutis ſatis explicaſti: nunc tempus eſſe arbitror, vt ad ea quę coniunctè cõcipiãtur, tranſeamus. Iudicia

Iudicia coniunctè conſtituebantur, cùm aliquid vel ad rei defenſionem, vel actionis firmamentum adiungebatur. id quod Cum exceptione, aut Cum replicatione dicere ſolemus.

Quid eſt exceptio? Eſt ea rei defenſio, quæ non totam actoris intentionem excludit, ſed eius partem dumtaxat. Itaque hac formula concipi ſolebat, *Extra quam*, vel *Niſi ſi*, vel *Si non*.

Ecquonam id modo? Intelligendum eſt exceptiones earum dumtaxat rerum dari ſolitas, quæ facti B ſunt, non iuris, id eſt, quæ actionem ipſo iure non extinguerent. quippe quæ non erant à iure ciuili inſtitutæ ad actiones tollendas & perimendas: aliarum verò non dari.

Cedo mihi aliquod exemplum? Veluti ſolutio & acceptilatio, modi ſunt (vt ſuperiùs diximus) à iure ciuili ad actiones obligationéſque perimendas inſtituti. quare ſi actore iudicium poſtulante, reus defenderet, vel ſe ſoluiſſe, vel ſibi accepto latum eſſe: Prætor ipſe cognoſcebat: quoniam illis modis obligatio & actio ipſo iure ac ſine iudicio diſſoluitur.

Quid ſi eius rei defenſio proponeretur, quæ ad extinguendam actionem comparata non eſſet? Tum Prætor iudicium dabat cum exceptione: vt iudex de ea cognoſceret.

Cedo exemplum? Veluti ius ciuile non inſtituit modum tollendæ obligationis per pactum nudum: vt ſi actor pactus eſt, ſe non petiturum. & tamen ſi conſtaret eſſe pactum, Prætor actionem non daret: nunc quia non conſtat, actionem dabit cum exceptione, *Extra quam* ſi pactum fuit ne peteretur.

Quot ſunt exceptionum genera? Duo. nam aliæ perpetuæ & peremtoriæ, aliæ temporales atque dilatoriæ adpellantur.

Quæ ſunt perpetuæ & peremtoriæ? Quæ & obiici ſemper poſſunt, quippe quæ nec vllo temporis ſpacio, nec rei vlli⁹ mutatione amittuntur: & ſemel obiectæ ita exſtinguunt obligationem, vt ea repeti poſtea non poſſit. cuiuſmodi eſt de dolo, de metu, de pacto, de iureiurando.

Quæ ſunt temporales & dilatoriæ? Quæ & ad tempus tantùm obiici poſſunt, & obiectæ actionem tantùm differunt, atque aliud in tempus reiiciunt. Verùm hoc ſine exemplorum appoſitione difficilius intelligetur.

Profer igitur exemplum, ac primum in doli metúſve exceptione. Hæc exceptio propterea inſtituta eſt, quia iure ciuili actio etiam aduerſus eum qui dolo metúve obligatus eſt, conceditur, niſi fortè aut pupillus aut adoleſcens fuerit. vnde illud antiquum dictum, Summum ius, ſumma iniuria eſt. Verùm inuenta à Prætoribus quædam remedia ſunt, quibus illa acerbitas corrigeretur.

Quomodo? Quia ſi arbitrium petebatur (id quod in bonæ fidei contractibus fiebat) Prætor auream illam de qua ſuperiùs diximus, formulam de bona fide adhibens, poteſtatem arbitro permittebat, dolum omnem vindicandi: ſin iudicium, exceptionem addebat, *Extra quam* ſi ita negocium geſtum eſt, vt eo ſtari non oporteat ex fide bona: vel, Si in ea re nihil metus cauſſa factum eſt.

Quæ eſt pacti conuenti exceptio? Cùm actore debitum petente, reus defendit pactum conuentum eſſe ne peteret: & hanc exceptionem poſtulat, *Extra quam* ſi pactum conuentum ſit, ne ea pecunia peteretur.

Quæ eſt iuriſiurandi exceptio? Cùm creditor, po-

A ſtea quam ipſo deferente aduerſarius iurauit ſe non debere, tamen actionem poſtulat: reus poteſt exceptionem petere, *Extra quam* ſi reus actore deferente iurauerit ſe non debere, quia non de petitio quæritur, ſed iureiurando ſtari oportet.

Nunc temporalium actionum exempla expecto. Huiuſmodi eſt exceptio pacti conuenti, ſi conuenerit ne intra certum tempus peteretur. nam finito eo tempore creditor iterum poſtulare actionem poteſt.

B Profer item aliud? Veluti ſi quis neget eum, qui alieno nomine agit, procuratorem eſſe, aut eſſe poſſe, quippe ſi miles ſit, aut mulier.

CAPVT LVI.
De replicationibus.

QVID eſt replicatio? Eſt firmamentum quoddam actionis, aduerſus exceptionem inſtitutum: quod hac formula concipiebatur, *Aut ſi.*

C Cedo exemplum. Veluti ſi pactus ne peteret, poſtea pactus eſſet, vt peteret: tum enim iudicium ſic conſtituetur, *Si pareret* Mæuium Titio ſtipulanti centum ſpopondiſſe, *Si non* Titius pactus ſit ne peteret, *Aut ſi* poſtea pactus ſit vt peteret, tum Mæuium damnato.

An his tantùm adiectionibus coniunctè iudicium conſtituitur? Imò & duplicationes & triplicationes, & aliarum defenſionum multiplicationes quantumuis multas licet adiungere. nam allegationum vltro

D citróque opponendarum modus eſt nullus.

CAPVT LVII.
De officio iudicis.

QVONIAM ſuperiùs tripartitam actionum diſputationem eſſe dixiſti, & hactenus de litigatorum ac Prætorum officio diſſeruiſti, nunc ſupereſt vt de iudicis officio nonnihil exponas.

Primum iudicis officium eſt, cuiuſque actionis naturam & vim in pronuntianda ſententia conſiderare, vt ſententiam ſecundum eam pronunciet.

E Quomodo? Quia ſi ſtricti iudicij actio eſt, ad certam ſummam ac formulam adſtrictus eſt, vt ſuperiùs diximus: ſin verò bonæ fidei, liberam ex æquo & bono iudicandi & quanti cuiuſque interſit, æſtimandi poteſtatem habet.

Cedo aliud exemplum? Veluti in noxalibus iudiciis actionis naturæ adcommodare ſententiam debebit, & ſic pronunciare: P. Mæuium L. Titio in decem aureos condemno, aut noxæ dedere.

F Et in rerum vindicationibus, quid iuris? In vindicationibus, ſi contra petitorem iudicet, debet poſſeſſorem abſoluere: ſin hunc condemnet, iubere eum debet, rem vnà cum fructibus reſtituere, quoniam in hac actione fructus percepti, veniunt tantùm officio iudicis, aut ſi de litis æſtimatione ſatiſdans, ſpacium poſtulet, id illi permittere.

Quid ſi hereditas petita ſit? Iubere debet malæ quidem fidei poſſeſſorem fundum cum fructibus perceptis & percipiendis reſtituere. at poſſeſſorem

G bonæ fidei, à tempore litis conteſtatæ tantùm, quoniam in hac actione fructus tam percepti quàm percipiendi, veniunt ipſius actionis poteſtate.

Quid ſi familiæ erciſcundæ actum ſit? Debebit ſingulis res ſingulas adiudicare, & cui meliorem adtribuerit, quíve ſolus fructus perceperit, aut corruperit, conſumſeritve, eum coheredi certa pecunia condemnare poterit.

Quid ſi communi diuidundo? Tum ſi res plures A diuidendæ ſunt, id quod modò diximus, obſeruatur. Sin vna, partes adiudicandæ ſunt: & qui meliorem abſtulerit, certam in pecuniam alteri damnandus eſt. At ſi diuidi nequeat, tota vni qui ei ſimiliter damnetur, adiudicanda eſt.

Quid ſi finium regundorum? Tum ſi fines melius diſtinguendi ſint, adiudicatione vti, & inuicem certam alteri pecuniam adtribuere debebit, adiudicatione autem rerũ dominia optimo iure adquiruntur.

CAPVT LVIII.

De eo quod intereſt.

QVONIAM paulò antè dixiſti, iudicis officium in eo potiſſimùm verſari, vt quanti cuiuſque interſit, ex bono & æquo æſtimet: velim mihi locum illum Iuris de eo quod intereſt, ſummatim explices. Ego verò & lubens: quoniam quidem id ſemel ſuſcepi, vt te ad Ius ciuile cognoſcendum informem: tametſi ſubdifficilis hæc diſputatio eſt: ſed quo difficilior, hoc præclarior.

Age ergo, Quomodo id quod intereſt, definis? Genus ſummum licebit pingui quadam Minerua ſic informare, vt ſit, Æſtimatio eius damni, quod in re alicuius familiari per alterius culpam contigit.

Quot ſunt eius ſpecies? Duæ: quarum altera in generis ſui nomine conſiſtit: quæ ſcilicet omnibus in rebus præterquam ſpeciebus, ſiue frugibus, verſatur: altera verò in pecunia numerata: quæ propriè Vſura dicitur.

Quomodo id quod intereſt, ſpeciatim ſumtum definis? Diſcrimen quod inter eam condicionem quę in re familiari alicuius, vel antea fuit, vel omnino futura erat, & eam quæ nunc eſt, per alterius culpam contigit.

Cedo mihi aliquod exemplum? Veluti ſi quis ſeruum meum heredem à Titio inſtitutum occiderit. Intereſt enim mea non modò quanti ſerui precium fuit, ſed etiam quanti hereditas.

Quotuplicem eius quod intereſt, diuiſionem facis? Triplicem: de qua ordine diſſerendum eſt.

Quæ eſt prima? Vt eius partes duæ ſint. Nam interdum intereſſe dicitur in ſola re principali: interdum & multo frequentius, in eius acceſſione.

Profer exemplum? Veluti ſi res vendita non tradatur, etiam ſi nihil damni ob eam moram extrinſecus euenerit, tamen in ſimplici rei æſtimatione intereſſe dicitur. At ſi quid inde damni aduentitij proferatur, veluti ſi ſub pœnam eam rem dare promiſeram, & ea pœna commiſſa ſit, intereſſe in acceſſione dicetur.

Quæ eſt altera diuiſio? Vt intereſſe dicatur interdum ob damnum acceptum, interdum ob certum emolumentum impeditum atque interuerſum. Amiſſa enim certa & explorata vtilitas, quaſi pars quædam detrimenti eſt.

Quamobrem certam & exploratam vtilitatem nominas? Vt eam quæ in fortuna & incerto rerum euentu poſita eſt, remoueam: qua de cauſſa in definitione additum fuit, *Vel omnino futura erat.*

Ede aliquid exempli? Veluti ſi venditor equos mihi non tradiderit, quos ſi habuiſſem, ducere fortè in caſtra, & plurimo eos vendere potuiſſem. Nam perire mihi equi vel morte, vel graſſatorum vi potuerũt.

Quæ eſt tertia diuiſio? Vt intereſſe aliud ſit finitum & circumſcriptum, aliud incertum atque indefinitũ.

Quod eſt finitum? Cuius ſumma conuentione certa definita & circumſcripta eſt: quæ quia pœnæ vim obtinet, idcirco Pœna vulgò nominatur. Veluti, Spondes te domum ædificaturum: & ni ædifices, daturum centum? Itaque in bonæ fidei iudiciis pœna partem eius quod intereſt facit: & cùm exacta eſt, reliquum tantùm expetitur. Atque hoc quidem in genere quod extra controuerſiam poſitum eſt, nihil eſt de quo diſputare Iuriſconſulti poſſint.

Quod eſt infinitum? Cuius quantitas incerta & obſcura eſt: quoniam eius omnis quæſtio in facto, id
B eſt, in coniecturis & fallacibus argumentis poſita eſt.

Quot ſunt huius indefiniti ſpecies? Duæ: nam aliud eſt commune, ordinarium, vſitatum, frequens, quotidianum, vulgare: aliud verò inuſitatum, inſolens, inopinatum, improuiſum.

Quod eſt commune? Quod ſine aliquo inſigni & inuſitato damno mediocri aliquo cum incommodo vſuuenit.

Quomodo? Veluti cùm res commodata deterior eſt reddita, quàm accepta: vel cùm menſa non citrea,
C vendita eſt pro citrea.

Quod eſt extraordinarium? Cùm inſigne aliquod damnum præter opinionem & communem rerum humanarum conſuetudinem acceptum eſt, inſigniſve vtilitas amiſſa.

Ecquonam id modo? Veluti ſi pecus morboſa vendita eſt, cuius contagione grex totus interierit: aut tignum vicioſum venditum, cuius vicio domus in illud incumbens corruerit.

Quanam igitur ratione & via indefinitum iſtud
D intereſſe à iudice æſtimari poterit? Cùm hoc ex facto pendeat, id eſt variis caſibus & coniecturis, difficilè eſt in re incerta certi aliquid ſtatuere. Placet tamen quod Iuſtinianus ſanxit, vt ne in communi & vſitato intereſſe duplum exſuperetur.

Quid ita? Quoniam æquum videtur quamque rem domino ſuo non amplius damni, quàm quantum alterum tantum complectitur, adferre.

Quid ſi extraordinarium eſt? Tum ſi quidem reus damni accepti cauſſa efficiens fuerit, eum in ſolidum
E damnandum putarem: ſin verò cauſſa quadantenus adiuuans, ſiquidem dolo damnum dedit, eodem modo: ſin culpa, duplum illud obſeruandum exiſtimarẽ.

Spinoſiora ſanè iſta ſunt quàm putaram, magnóque & ſapiente iudice indigent. Deinceps de vſuris videamus. Sed quidnam inter has & ſuperiores illas ſtipulatitias intereſt? Illæ propter ſtipulationem debebantur: hæ verò ex vi & natura actionis officio iudicis præſtantur.

F

CAPVT LIX.

De vſuris quæ officio iudicis præſtantur.

AGE ergo, quomodo vſuram iudiciariam definis? Compenſationem eius quod actoris interfuit vſu caruiſſe ſuæ pecuniæ, qua reus interea vtebatur.

Quo iure iudex vſurarum de quibus nihil conuenit, rationem habebit?

Quia in bonæ fidei iudiciis tantumdem officium iudicis valet, quantum in ſtipulatione nominatim
G eius rei facta interrogatio. Quare vbi actoris intereſſe cognouerit, vſuras ei pro ſuo iure adiudicabit.

Etiámne igitur, his caſibus intereſſe oportet? Etiã, propter regulam qua dicimus, vſuras, non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infligi: tametſi non tam moræ, quàm eius quod intereſt ratio ducatur: quippe cùm etiam ſine mora vſuræ præſtentur.

Cedo

Cedo exemplum de mora. Veluti ſi emtor accepta re pretium non ſoluat:aut conductor mercedem, aut ſocerdotem.

Quomodo ſine mora vſura ſua ſponte naſcitur? Veluti ſi procurator domini,amicúſve abſentis amici negotia gerens,tutórve in rem pupilli ſuam pecuniam impenderit.

Quid?harum vſuratum modus vtrùm in arbitrio iudicis poſitus eſt,an verò eodem quo ſuperiores pacto eadémque lege definitæ? Prorſus eadem ratione & lege Iuſtiniani,quam ſuperius expoſuimus, cõſtitutæ & definitæ ſunt.

Caput LX.

De publicis iudiciis.

Hactenus de pecuniariis controuerſiis, priuatiſque iudiciis diſſeruiſti:nunc tempus eſt,vt de publicis nonnihil explices.

Quæ dicebas eſſe publica iudicia?Quibus de iis iniuriis quæritur, quas Reſpub. lege lata ad ſe pertinere denuntiauit: veluti perduellione, maieſtate,parricidio,inter ſicarios, peculatu,repetundarum.

Quod eſt perduellionis crimen? Cùm quis ſtatum Reipublicæ labefactare conatus eſt:veluti ſi quis regnum adfectaſſet, vt Sp. Caſſius: aut ſacroſanctum populi Romani magiſtratum violaſſet:vt C.Rabirius, qui Saturninum Tribunum pl.interfecerat:qua de re exſtat Ciceronis oratio: aut qui ciuis Romani libertatem violaſſet,veluti qui eum ſecuri percuſſiſſet,aut in crucem ſuſtuliſſet: vt ex Verrinis Orationibus didiciſti.

Quis dicitur perduellis? Duellum olim bellum dicebatur: & Perduellis hoſtis. Itaque qui ſe hoſtili animo contra Rempublicã gerit, perduellis vocatur.

Quod eſt crimen maieſtatis? Cùm quis aliquid de Republica, cùm poteſtatem non haberet, adminiſtrauit:vel ſic,Cùm quis de dignitate,aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum quibus populus poteſtatem dedit,derogauit.

Quidnam igitur inter illa duo intereſt?Perduellio ad ſummam Reipublicæ hoſtiliter euertendam: Maieſtatis verò crimen ad eius dumtaxat partem labefactandam adtinet. Itaque illud multò grauius atque atrocius exiſtimatur.

Quod eſt crimen parricidij? Cùm quis parentem, aut fratrem,aliúmve arctiore propinquitate coniunctum occidit. Is autem inſutus in culeum cum cane,gallo gallinaceo, vipera & ſimia in profluentem deiiciebatur.

Quod eſt iudicium inter ſicarios? Cùm quis quoquo modo,hoc eſt,ſiue telo,ſiue veneficio,hominem occidit:aut cum telo hominis occidendi cauſſa fuit. Eſt autem ſica gladiolus breuis & inflexus. ſed ſicarios hodie per abuſionem etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocumque commiſerunt: vt ait Quinctilianus.

Quod eſt peculatus crimen? Cùm quis pecuniam publicam furatus eſt: veluti cùm Quæſtores pecuniam ſibi ad ſtipendium militum adtributã,auertũt.

Quod eſt repetundarum crimen? Cùm is qui cum imperio vel cum poteſtate in prouinciam miſſus eſt, pecuniam à prouincialibus contra leges cepit. Tum enim iudicium prouincialibus conſtitutum eſt, quo ſuas pecunias repetant: vnde hoc nomen deriuatum eſt.

A Quamobrem harum rerum iudicia publica dicuntur?Primùm quoniam de iniuriis ad vniuerſam Rempub.pertinentibus, in iis quæritur: deinde quia primis temporibus: hoc eſt per annos amplius quadringentos populus ipſe ea iudicia exercuit.

Quotuplex eorum diuiſio eſt? Duplex: quarum prior hæc eſt,vt alia capitalia dicantur,quorum damnatio vitam aut ciuitatem adimit: alia non capitalia, quę cum multa pecuniaria infamiã tantùm irrogant.

B Quæ eſt altera? Vt aliã populi iudicia propriè dicãtur,quippe quæ ab ipſo populo vel in campo Martio centuriatim,vel in foro tributim diuiſo diſceptabantur:alia Publica, quæ per Prætores (qui Quæſitores parricidij dicebantur) in foro pro tribunali cum conſilio Iudicum exercebantur.

Quibus de rebus centuriata populi iudicia conſtituebantur? de perduellione dumtaxat, de quo lex (vt ait Liuius) horrendi carminis erat: Duumuiri perduellionem iudicent. Si à Duumuiris prouocarit, pro-

C uocatione certato. Si vincent,caput obnubito,infelici arbori reſte ſuſpendito. verberato vel intra pomerium, vel extra pomerium.

Memini. nam in Rabiriana Cicero ait crucem in campo Martio fixam, & carnificem in vrbem euocatum fuiſſe, vt de damnato ſupplicium ſumeret. Eſt ita. Rabirius enim Saturnium tribunum pleb. interfeciſſe arguebatur.

Quibus de rebus tributa populi iudicia fiebant? Si quis pecuniam publicam auertiſſe, malè pugnando

D populi Romani maieſtatem diminuiſſe, ſociósue ſpoliaſſe diceretur.

Quænam illorum forma fuit? Magiſtratus aliquis legem in foro ad populum ferebat, vellentne, iuberéntne Quirites ei multam eo nomine imponi. vnde multarum irrogationes adpellatæ ſunt.

Nunc de quæſitorum iudiciis dicamus. Quinam Quæſitores parricidij dicebantur? Qui conſtituto iudicio,vtrùm reus in iudicium vocatus nocens eſſet, an innocens, inquirebant. Itaque Publica iudicia

E vulgò Quæſtiones adpellabantur.

Quamobrem ſic dicebantur? Parricidam antiqui, eum qui quemuis hominem necaſſet, adpellabant. Primum autem iudicium capitis Romæ factum eſt de parricidio: nimirum de M.Horatio, qui ſororem interfecerat. Vnde ſuſpicor,poſtea Quæſitores cuiuſuis rei capitalis,parricidij Quæſitores dictos eſſe: tametſi alij aliter exiſtiment.

Quot eorum genera fuerunt?Duo.nam alij (vt ita dicam) repentini fuerunt,alij certi,perpetui,ordina-

F rij,& annuo Præturæ magiſtratu præditi.

Quoſnam repentinos adpellas? Qui & olim ante perpetuas quæſtiones conſtitutas, commiſſo aliquo crimine, repentè vt de eo cognoſcerent, data opera creabantur,& poſt quæſtiones perpetuas extra ordinem ex S.C.eadem de cauſſa conſtituebantur.

Quaſnam perpetuas quæſtiones nominas? Quæ poſt annum vrbis ſexcenteſimum lege certa ita conſtitutæ ſunt, vt certi Prætores iis annò ſuo ita præeſſent,vt ratione ac forma iudicij à lege præſtituta per-

G petuò vterentur.

Quaſnam extraordinarias dicis? Quæ certa aliqua de cauſſa omiſſis Prætoribus alicui qui de induſtria Quæſitor creabatur,contra vſitatum iudiciorum ordinem ac rationem mandabantur; vt in Miloniana cauſſa factum eſt.

Memini. nam cùm eſſent leges, eſſent quæſtiones ordinariæ de cæde ac de vi, quibus ſui Quæſito-

res præerant: tamen Cn. Domitius creatus eſt, qui de Clodij cæde quæreret. Rectè tu quidem, ac verè. Itaque nouum iudicium, nouámque iudicij formam illam Cicero adpellat.

Quos igitur Quæſitores ordinarios dicis? Prætores, quibus certi alicuius criminis (veluti maieſtatis, peculatus, inter ſicarios, repetundarum) cognitio quam ſortiri inter ſe ſolebant, lege mandabatur.

Quotuplex hæc tractatio eſt? Quadruplex. Nam primùm de iis qui iudicio præerant, tum de accuſatoribus, pòſt de reis, poſtremò de pronuntianda ſententia & damnatorum pœna differendum eſt.

Quot ſunt eorum genera qui Iudiciis præerant? Tria. Erat enim Prætor ſiue Quæſitor: deinde Iudex quæſtionis, poſtremò delecti Iudices.

Quod erat Prætoris officium? Vt ſella in tribunali poſita, circumdatus lictoribus, omnia quæ lege conſtituta erant, pro imperio ſeruaret, & vnumquemque in officio ſuo contineret.

Sed quænam ſummatim ipſius partes fuerunt? Vt Iudicum ſortitioni ac ſubſortitioni præeſſet, eos ad iuſiurandum adigeret, ſi iurati non aderant, eos pignoribus captis coërceret, tabellas eis daret, in conſilium mitteret, ſententiam pronunciaret.

Quid eſt ſortitio iudicum? Poſtquam Iudices & ab accuſatore, & à reo dati erant, eorum nomina in vrnam mittebantur, vt de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet: id eſt, vt quia plures erant, quàm lex conſtituerat, legitimus numerus conficeretur.

Quid eſt ſubſortitio? Sciendum eſt poſt vnam reiectionem fieri conſueuiſſe, hoc eſt, permiſſum fuiſſe accuſatori, & reo, vt ex illo numero reiicerent quos putabant ſibi aut iniquos, aut ex aliqua re incommodos fore.

Quid tũ poſtea? Reiectione celebrata in eorũ locũ qui reiecti fuerant, ſubſortiebatur Prætor alios per quos Iudicum legitimus numerus compleretur.

Quomodo Iuſiurandum Prætor exigebat? Cùm eos iurare cogebat ſe ex legibus, & animi ſui ſententia, id eſt, (vt vulgus loquitur) ſalua fide & conſcientia iudicaturos.

Ecqualnam datas tabellas dicis? Cùm Iudicium eſſet eiuſmodi, vt non palam ac voce ſententiæ dicerentur, ſed clam ſignificarentur, Prætor ceratas cuiq; tabellas dabat, quarum in vna ſcriptum erat A. id eſt, abſoluo: in altera C. id eſt, condemno: in altera N.L. id eſt, non liquet, vt poſtea Iudices quam vellent in vrnam, quæ ibi poſita erat, iniicerent.

Quomodo poſtea in conſilium mittebat? Cùm cauſſa vtrinque perorata iubebat Iudices capita inter ſe conferre, & tabulas in vrnam mittere.

Pergamus. Quis fuit iudex quæſtionis? Is priuatus erat, & ferè Ædilitius: ea verò quæ Prætoris imperium ac præſentiam non requirebant, quaſi ipſius vicarius pro tribunali adminiſtrabat; Iuratus præterea ſententiã ferebat, & vt ex eo coniicere libet, quod Iudicũ princeps adpellatur, primus omnium ferebat.

Age. quinam conſtitui Iudices ſolebant? Qui à Prætore vrbano iurato de decuriis Iudicum delecti, & Quæſitori adtributi fuerant.

Quas Iudicum decurias adpellas? Decuriam adpellabant quemuis numerum, qui ad centum accederet. cùm igitur ex ordine, puta Senatorio, aliquot eſſent, quibus iudicandi partes incumberent, Prætor certum eorum numerum arbitrio ſuo deligebat, eóſque Quæſitori adſignabat, vt ei operam darent.

Quodnam illorum officium fuit? Vt iurati Prætori ſuo adſiderent, citati à præcone ad nomen reſponderent, adtentè vtrúmque oratorem audirent, & poſtremò tabellas in vrnam ex animi ſui ſententia mitterent.

Sequitur vt de accuſatoribus diſſeramus. Quos igitur accuſatores adpellas? Eorum duo genera fuerũt. nam alij Actores erant, alij Subſcriptores.

Quinam Actores erant? Qui dicendi facultate præditi, ſeſe vel aliorum rogatu, vel ſua ſpõte ad perſequendam Reip. iniuriam comparabant: & ſi competitores fuerant, iudicio ea de re facto, (quã Diuinationem adpellabant) aliis omnibus præponebantur.

Quid eſt diuinatio? Iudicium quo duo pluréſue, qui ſe præponi in accuſando volunt, de accuſatione ſibi deferenda contendunt. nam cùm Iudices non de præterito, ſed de futuro ſtatuant vter ſit rectius accuſaturus, diuinare meritò dicuntur, & eorum iudicium, Diuinatio.

Qui dicebantur ſubſcriptores? Qui in reo faciendo nomen ſuum vnà cum actoribus ſubſcribebant: partim vt ſe aduerſarios profiterentur, & actorem adiuuarent: partim vt actori cuſtodes adhiberentur, ne à reo corruptus præuaricaretur: item vt chartas & inſtrumenta cauſſæ cuſtodirent.

Quodnam erat accuſatoris officium? Vt eum quẽ accuſare vellet, ad Quæſitorem adduceret, & lege interrogaret, ac reum faceret.

Quid eſt lege interrogare? Eſt apud Prætorem interrogare aliquem, numquid in legem commiſerit, qua lege iudicium conſtitutum eſt: vt ſi taceret, lis ei æſtimaretur: ſi negaret, reus fieret.

Quid eſt reum facere? Eſt apud Prætorem profiteri ſe quempiam certo crimine, certáque die accuſaturum. tum enim rei nomen in album referebatur, vt cauſſa ex ordine ageretur.

Quid tum poſtea? Tum accuſator ſpatium inquirendorum criminum, facultatem teſtibus denuntiandi, diémque qua iudicium inſtitueretur, poſtulabat: itémque facultatem omnia clauſa rei obſignandi, literas tum publicas, tum priuatas, quæ ad accuſationem pertinebant, etiam ex prouincia, cùm opus eſſet, deportandi.

Quid deinceps? Primùm Iudices quos ſibi commodos fore arbitrabatur, dabat: deinde cùm ſuos quoq; re⁹ dediſſet, ſuſpectos (vt ſuprà dixi) reiiciebat, & quia iurat⁹ id faciebat, Eiurare Iudices dicebatur.

Quid cùm dies Iudicij venerat? Tum præco primùm actorem, deinde reum citabat. quòd ſi accuſator non adeſſet, tum rei nomen de reis eximebatur, id eſt, delebatur. ſi reſponderet, tum ab eodem Prætore dicere iubebatur, & ſtans cauſſam agere incipiebat: cùm proximè in ſubſelliis ij ad quos ea res potiſſimùm pertinebat, conſiderent. Oratione autem abſoluta, pronunciabat, *Dixi*.

Quid? Rei ecquonam modo ſuas partes agebant? Cùm illi ſuos Iudices dediſſent, & nõnullos ab accuſatore datos eiuraſſent, tum ad Iudicium ſordidati veſtibus obſoletis, promiſſa barba, longóque capillitio, vt eorum adſpectus miſericordiam iudicibus commoueret, vnà cum paruulis liberis, & aduocatis multis veniebant: cúmque ad nomen citati à præcone reſpondiſſent, dicente accuſatore, taciti ac demiſſi in ſubſelliis conſidebant.

Quid tum poſtea? Vbi accuſator pronuntiaſſet, *Dixi*, patronus eorum cauſſam dicere incipiebat, & vſq; eò audiebatur, dum ipſe quoque addidiſſet, *Dixi*, ac tum præco pronunciabat, *Dixerunt*.

Nunc ſupereſt, vt de Prætoris ſententia videamus. Quomodo ſententiæ pronunciabantur? Prius intelligendum eſt cauſſas quaſdam vna actione conſtitiſſe, id eſt, licuiſſe, vt ſemel tantùm audito accuſatore ac reo iudices ſententias ferrent: quaſdam verò pluribus ac tum vel comperendinatione, vel ampliatione vtendum fuiſſe.

Quid eſt comperendinatio? Eſt reiectio Iudicij in perendinum diem: cùm lex nominatim iubet iterum perendiè cauſſam agi, vt planius cognoſcatur.

Quid eſt ampliatio? Eſt reiectio Iudicij in alium diem: cùm Iudices tabellam hanc iniecerant, N.L. qua ſibi non liquere ſignificarant, & Prætor pronunciarat, *Amplius deliberabitur.*

Ecquidnam inter vtramq; intereſt? Hæc libera eſt, & in Iudicum poteſtate poſita: illa neceſſaria, & legis vi atque imperio conſtituta. Illa ſæpius fieri poterat: hæc ſemel tantùm. Illa in tempus quod Iudicibus placebat, alteram actionem differebat: hæc in perendinum diem dumtaxat.

His peractis, quomodo ſententiæ pronunciabantur? Si reus abſoluendus eſſet, Prætor dicebat: Nihil te moror. Sin condemnandus, Videri feciſſe pronuntiabat. Hac enim religione ac modeſtia in iudicando vtebantur.

Et quamnam pœnam conſtituebat? Pœna non à Prætore conſtituebatur. nam ipſa lege iudicij definita fuerat. plerumque autem litis æſtimatio, & aquæ & ignis interdictio, aut relegatio pœna erat.

A Quid eſt litis æſtimatio? Eſt cùm aut de pecunia lis fuit, veluti in crimine peculatus, aut repetundarum: tum enim furtorum ſumma conficitur: aut multa lege irrogata eſt: eáque ſumma ex damnati bonis exigitur.

Quid eſt aquæ & ignis interdictio? Superius diximus moris fuiſſe, vt ſi qui è ciuitate eiiciendi eſſent, iis vſus aquæ & ignis (quæ duo degendæ vitæ ſymbola ſunt) tolleretur: quod in Cicerone damnando factum non ignoras. Poſterioribus verò temporibus

B Deportatio in huius pœnæ locum ſucceſſit.

Quid eſt deportatio? Ea propriè dicitur, cùm quis ciuitate ſua multatus, vinctus neruo aut compedibus in nauim aliquam imponitur, ſeruiſque publicis, vt eum in ſolas terras (vt veteres loquebantur) id eſt, in inſulam ac ſolitudinem aliquam transferrent, tradebatur.

Quid eſt relegatio? Cùm quis ſine ciuitatis amiſſione certum in locum ab hominibus amicis ac notis amādatur: vt cùm Ouidius in Pōtū abire iuſſus eſt.

C Quidnam inter deportationem & relegationem intereſt? Deportati ciuitatē & iura omnia quæcumque ciuis habere poteſt, amittunt: Relegati retinent. Illi perpetuo exſilio damnantur: hi verò ſæpenumero ad tempus.

Quid? cùm ſententia pronunciata eſſet, quid fiebat? Tum Præco magna voce exclamabat, Actum eſt: Ilicet, id eſt, Ire licet. Et ſinguli ſua ſe in tecta relicto foro recipiebant.

INDEX CAPITVM.

ACTIONVM prima diuiſio.	fol.1046
Actionum ſecunda diuiſio.	1047
Actionum tertia diuiſio.	1050
Actionum quinta diuiſio.	1053
De actionibus.	1044
De actionibus noxalibus.	1056
De adoptione.	990
Adfinitatis graduum figura.	989
De arbitrariis actionibus.	1052
De bonæ fidei actione.	1050
De bonorum poſſeſſionibus.	1019
De codicillis.	1015
Cognationis graduum figura.	987
De quaſi contractu.	1034
De contractibus.	1022
De contractibus innominatis.	1035
De correis ſtipulandi & promittendi.	1028
De curatoribus.	994
De damno iniuria dato.	1040
De donationibus.	999
De eo quod intereſt.	1059
De exceptionibus.	1056
De fideicommiſſis.	1013
De forma ſtipulationum.	1027
De gradibus cognationis.	986
De heredibus inſtituendis.	1002
De hereditatibus legitimis.	1015
De hereditatibus liberorum.	1018
De iniuriis.	1040
De infirmatione teſtamentorum.	1008
De interdictis.	1042
De iuris definitione & diuiſione.	981
De iure perſonarum.	984
De iure Quiritium.	998
De iure vxorum.	990
De legatis.	1010
De literarum obligationibus.	1029
De locatione & conductione.	1031
De mandato.	1034
De nuptiis.	986
De obligationibus.	1021
De obligationibus ex conſenſu.	1030
De obligationibus diſſoluendis.	1036
De obligationibus ex delicto.	1037
De obligationibus quaſi ex delicto.	1041
De obligationibus filiorumfa. & ſeruorum.	1054
De officio iudicis.	1058
Operis huius partitio.	983
De ordine teſtamentorum.	1004
De partibus hereditatis.	1005
De patriæ poteſtatis diſſolutione.	991
De pauperie quadrupedum.	1056
De peculio.	1000
De perpetuis actionibus & temp.	1054
Perſonarum prima diuiſio.	984
Perſonarum ſecunda diuiſio.	985
De publicis iudiciis.	1061
De rapina.	1039
De ritu iudiciorum.	1041
De ritu teſtamentorum.	1003
De rebus per vniuerſitatem adquirendis.	1001
De rebus & earum acquir. modis.	995
De replicationibus.	1058
De ſatiſdationibus.	1045
De ſeruitutibus.	997
De ſocietate	1032
De ſponſalibus.	989
De ſtipulationibus.	1023
De ſubſtitutionibus.	1006
De teſtamentis.	1001
De tutelis.	992
De vſuris ex ſtipulatione.	1025
De vſuris quæ officio iudicis præſtantur.	1060

EX INDICE

VNIVERSAE HISTORIAE AB EODEM AVCTORE CONSCRIPTO, PARTICVLA DE STATV IMPERII R. VSQVE AD Iuſtinianum Aug. Iuris ſtudioſis cognitu neceſſaria.

IMP. C. IVLIVS CÆSAR, A clarus rei militaris gloria: quinquies triumphauit, de Gallia, Alexandria, Ponto, Africa & Hiſpania. Galliam decennio debellauit: de qua triumphans Capitolium adſcendit ad lumina, quadraginta elephantis dextra atq; ſiniſtra lychnuchos geſtantibus. Tandem continui Conſulatus, Dictaturæque perpetuæ nomine cùm Rempub. occupaſſet, occulta Senatorum amplius LX. coniuratione oppreſ- B ſus in Senatu, & XXIII. plagis confoſſus eſt: anno ab inita Dictatura prope quarto: ætatis verò propè LVI. Poſt mortem DIVVS adpellatus eſt, quod ſoli antea Romulo contigerat, poſtea in ceteris omnibus vſurpatum eſt.

Anno vrbis 723.

C. OCTAVIVS Cæſaris ex ſorore nepos, teſtamentóque eius adoptatus, dictus eſt C. Iulius Cæſar Octauianus. Is interfecto auunculo magno, Triumuir Reip. conſtituendæ vnà cum M. Lepido & M. An- C tonio creatus: Lepido breui pòſt tempore ſummoto, annos ferè XII. cum Antonio Rempub. geſſit. Multa in eo Triumuiratu crudeliter geſta. In his cædes M. Ciceronis, cui annum ætatis agenti LXIV. caput abſciſſum eſt. Tandem Antonio remoto, qui ab illo circunſeſſus, mortem ſibi annos LVI. natus conſciuerat; ſolus per annos XLIV. Remp. feliciſſimè Imperatorum omnium tenuit. Bella ciuilia quinque geſſit, duo externa. Triumphator orbis totius, pace terra marique parta, imperio gentium omnium conſtitu- D to, Ianum Quirinum, qui bis tantùm clauſus fuerat, tertium clauſit. Eius felicitas poſterioribus Impp. optata eſt.

Anno eius imperij XLII. Ieſus Chriſtus natus eſt. Ab eo die quo Conſul primùm factus eſt, imperauit annos LVI. ſolus autem XLIIII. menſes XI. dies XVIII. Sub illo notandum eſt, quod Pomponius Iuriſconſ. teſtatur, cœpiſſe inſtitutum, vt Iuriſconſulti non arbitratu ſuo artem profiterentur, ſed à Principe publicè reſpondendi poteſtatem pro beneficio acciperent. E

Anno vrbis 789. Chriſti 38.

TIBERIVS CÆSAR AVGVSTVS GERMANICVS Auguſti adoptione imperium adeptus, à lenitate ſumma illud exorſus eſt. pòſt autem cùm in inſulam Capreas ſeceſſiſſet, in omni libidinum genere volutatus, crudeliſſimè dominatus eſt. Itaque cùm ingenio pingui & obſcuro eſſet, Lutum ſanguine maceratum à præceptore adpellatus eſt. Diuturno morbo, & (vt quidam putarunt) lento ac tabifico veneno à Caligula nepote ſuo adfectus, periit, annum agens ætatis LXXVII. menſem IIII. imperij verò XXII. menſem VI. dies XXVI. Eiuſdem imperij anno XV. Chriſtus Ieſus, cùm annum ageret ætatis trigeſimum, nouam mortalibus religionem tradere inſtituit: qua de cauſſa Iudæi eum multis calumniis oppreſſum, tertio poſt anno in crucem ſublatum necarunt.

Anno vrb. 789. Chriſti 38.

C. CÆSAR CALIGVLA AVG. GERM. Tiberij nepos, heréſque ab eo inſtitutus, ſic imperium adminiſtrauit, vt neque melior ab initio Princeps, neque ad extremum deterior fuerit. itaque fex humani generis adpellatus eſt. Voces illius furiales hæ memorantur: Memento omnia mihi, & in omnes licere. Oderint, dum metuant. Vtinam populus R. vnam ceruicem haberet. Dicere etiam ſolebat, nihil eſſe laudabilius inuerecundia. Quoties vxoris collum oſculabatur, addebat: Tam pulchra ceruix, ſimul ac iuſſero, demetur. Religionis omnis contemptor, tamen ad minima tonitrua vel fulgura cohorreſcebat. Coli verò pro Deo voluit, ſuámque ſtatuam Hieroſolymas in templo collocandam atque adorandam miſit. Itaque cùm omnibus odio atque acerbitati eſſet, coniuratione multorum oppreſſus, vulneribus triginta confoſſus eſt.

Imperauit annos III. menſes X. dies IX. vixit annos XXVIII. menſes IIII. dies XXV.

Anno vrbis 793. Chriſti 42.

TIB. CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. annum agens ætatis quinquageſimum, caſu eóque mirabili imperium adeptus eſt. Cùm enim occiſo Caligula ſeſe præ metu exanimatus occultaret, oberrans fortè gregarius miles eum animaduertit, arreptúmque & ad ipſius genua procumbentem ac ſupplicem, Imperatorem ſalutauit: indéque in militum turbam, ac pòſt in caſtra delatus, trepidus ac prope exanimis Imperator factus eſt. T. Liuium hiſtoricum puer præceptorem habuit. ſocordia fuit ſumma: natura tamen ſæuus & ſanguinolentus, tandem veneno à ſuis ſublatus eſt. Imperauit annos XIII. menſes VIII. dies XX. vixit annos LXIII. menſes II. dies XIII. Anno huius imperij octauo cùm incredibilis tota Aſia Chriſtianæ Religionis propagatio eſſet, Antiochiæ, quæ vrbs Piſidiæ eſt, primùm Chriſtianorum adpellatio exorta eſt. Per id tempus prima eccleſiæ Chriſtianæ ſynodus Hieroſolymæ habita eſt: decretúmque ne quis poſt id tempus veteris religionis ceremoniis à Moſe inſtitutis alliga-

ris alligaretur. Chriſtianos enim iis legibus omnibus ſolutos eſſe.

Anno vrbis 807. *Chriſti* 55.

IMP. NERO CLAVDIVS CÆS. AVG. GERMANIC. à Claudio Imp. adoptatus, anno ætatis decimoſeptimo imperium iniit, tantámque annos quinque primos continuos probitatis & præclaræ indolis ſpeciem præ ſe tulit, vt etiam Traianus, Optimus qui dictus eſt, prædicare ſolitus ſit, optimos quoſque principes longè à Neronis quinquennio abeſſe. Pòſt verò tantam in humana ſpecie immanitatem oſtendit, vt habitus ſit pro monſtro. Pudicitiæ bellum ſic indixit, vt non modò puerum Sporum palam ſolemni nuptiarum ritu pro vxore duxerit, verùm etiam Doryphoro liberto ſuo denupſerit. Matris, amitæ, duarum vxorum, & Senecæ præceptoris parricida, Chriſtianos infeſtiſſimè perſecutus, Paulum & Petrum Apoſtolos ſupplicio adfecit. Negauit quęquam ante ſe Principem ſciſſe, quantum ſibi liceret. Vrbem Romam ludibundus incendit, quæ ſex dies ſeptémque noctes illo ſpectante ac ridente deflagrauit. Hoſtis à ſenatu iudicatus, vbi ſe ad necem quæri ſenſit, ferrum iugulo adegit. Imperauit annos XIII. menſes VII. dies XXVIII. vixit annos XXXI. menſes V. dies XXVI.

Anno vrbis 821. *Chriſti* 69.

SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. cùm legatus in Hiſpania eſſet, Nerone occiſo, literis amicorum admonitus, Imperatoris nomen annos natus LXXII. ſumſit. maiore ab initio fauore quàm felici ſucceſſu. Inſigne hoc illius iudicium memoratur, cùm de proprietate iumenti ambigeretur, difficili coniectura veritatis decreuit, vt inuoluto capite ad locum vbi adaquari ſolebat deductum, eius eſſet ad quē ſe ſpōte, detecto capite, reciperet. Occiſus eſt in foro, menſe imperij ſeptimo, impetu equitum aliquot à M. Othone data opera miſſorum: eiúſque caput in caſtra delatum, à lixis & calonibus haſta ſuffixum, cum ludibrio circum caſtra deportatum eſt. Imperauit menſes VII. dies VII. vixit annos LXXIII. dies XXIIII.

Anno vrbis 821. *Chriſti* 70.

Imp. OTHO CÆSAR AVGVST. in caſtris Prætorianis à militib. pollicitatione corruptis Imperator cōſalutatus, dies tantùm quinque & nonaginta in ea poſſeſſione, eáque litigioſa ſemper & controuerſa manſit. Aulum enim Vitellium æmulum habuit, à quo cùm prælio ſuperatus eſſet, deſperatis rebus pugione ſe confixit: annum agens ætatis ferè XXXVII. Imperauit menſes tres & dies V.

Anno vrbis 821. *Chriſti* 70.

IMP. A. VITELLIVS GERM. AVG. Othone occiſo cùm in Germania Imp. legatus eſſet, principatū inuaſit, natura ſæuus, ac truculentus, gulæ atque abdomini deditus. Veſpaſianum acrem & potentem aduerſarium habuit. itaque fruſtra diu tentata cum illo concordia deſperabundus, cùm ſe in latebram proripuiſſet, arreptus à militibus, manúſque à tergo religatus & per vrbis vias, cœno conſperſus eſt: tantémque ad ſcalas Gemonias minutiſſimis ictibus cruciatus, vnco tractus, & in Tyberim deiectus eſt. Turbulentiſſimus Reipu. ſtatus fuit horum trium dominatu: quorum primus, Hiſpanienſis: alter, Prætoriani, tertius Germanici exercitus vi ac ſeditione Imperium inuaſerat. Imperauit menſes VIII. dies V. vixit annos LIIII. menſes IIII.

Anno vrbis 822. *Chriſti* 70.

IMPER. CÆSAR VESPASIANVS AVGVSTVS, cōuulſum ſuperiorum furore imperium, virtute ac vigilantia ſingulari confirmauit: ab exercitu Iudaico, cui tum præerat, Imperator factus. nam rebellantibus Iudæis, in Syriam cum Imperio miſſus, bellum duobus præliis confecit. Hieroſolymámque, miſſo ad eam oppugnādam cum exercitu filio, vi cepit, anno à Chriſto nato LXXII templúmque vrbis illius auguſtiſſimum, vniuerſámque vrbem incendit. Inopia ærarij ſuperioribus bellis exhauſti nullas non conficiendæ pecuniæ rationes perſequi coactus eſt: vſque eò vt etiam vrinæ vectigal excogitarit: de quo cùm à filio argueretur, pecuniam inde coactam ad nares ei admouit: rogans, Ecquid malè oleret: addénſque, lucri bonum odorem eſſe ex re qualibet. Cùm aliquamdiu æger fuiſſet, iámque ex morbi grauitate deficeret, erigi ſe iuſſit, dicens, Imperatorem ſtantem mori oportere. Imperauit annos IX. menſes XI. dies XXIII. vixit annos LXIX. menſes VII. dies VII.

Obſeruatio.

Per hæc tempora Romæ inter Iuris profeſſores partium contentiones exortæ ſunt: quarum duces Caſſius & Proculus fuerunt: vnde Caſſianorum & Proculianorum familiæ. cùm iam antea Tiberio imperante Atteius Capito, & Antiſtius Labeo initium iſtis diſſenſionibus dediſſent: quorum diſcipuli Sabinus & Nerua contentionum materiam auxerant. Nulla prope iuris pars fuit, nullus locus, de quo non inter ſe acerrimè vehementiſſiméque contenderent: ſuíſque argutiis & diſputationibus diſſidium in iuris diſciplinam inueherent.

Anno vrbis 832. *Chriſti* 80.

IMP. TITVS CÆSAR VESPASIANVS AVGVST. amor ac deliciæ generis humani, poſt Hieroſolymam expugnatam, acto cum patre de Iudæa triumpho, Rempublicam cum eo ſimul adminiſtrauit. quo mortuo ita clementer, beneficè ac liberaliter imperium geſſit, vt eius illa vox memorabilis prædicetur: cùm in cœna recordatus nihil ſe cuiquam eo die gratificatum, exclamaſſet: Amici, diem hunc perdidi. Eiuſdem etiam illud memoratur: Non oportere quemquam à ſermone Principis triſtem diſcedere. Obiit ſummo cum omnium luctu ac mœrore: cùm imperaſſet annos II. menſes II. dies XX. vixiſſet annos XL. menſes VIII. dies XV.

Anno vrbis 834.

IMP. CÆSAR DOMITIANVS AVG. GERM. Tito fratri ſucceſſit. imperium à lenitate & manſuetudine exorſus, ſenſim naturæ acerbitatem ac ſæuitiam prodidit. Hoſtis & inſectator Chriſtianorum acerrimus fuit. Auaritia verò ſic exarſit, vt quouis delatore, præſertim ſi quid aduerſus Principis maieſtatem pronunciatum diceretur, & viuorum & mortuorum bona diripi iuberet. Sagittandi artem ita tenuit, vt per digitos pueri procul ſtantis ſagittas dirigeret. Tandem inuiſus omnibus, familiarium atque etiam vxoris coniuratione in cubiculo trucidatus eſt: anno ætatis prope XLV. Imperij verò XV. & die VI.

Obſeruatio XII. *Superiorum.*

Ex his XII. imperium vi & armis quinque adepti ſunt: Iulius, Auguſtus, Otho, Vitellius & Veſpaſianus. Adminiſtratio verò non amplius trium probata eſt: Auguſti, & vtriuſque Veſpaſiani. ceterorum planè tyrannica & crudelis fuit. vitæ autem exitus adminiſtrationi planè reſpondit. ſoli enim ij tres, ſua morte obierunt. ceteri omnes oblata & violenta. in

quibus etiam Neronis & Othonis voluntaria & impia nex, vitæque conſentanea memoratur.

Anno vrbis 849. *Chriſti* 97.

IMP. NERVA CÆSAR AVG. Domitiano interfecto delatum ſibi ſtudio & factione multorum imperium exacta iam ætate ſuſcepit. Princeps ingenio miti & manſueto fuit, neque vllam in Chriſtianos ſæuitiam exercuit. Denique nimiam illius bonitatem & manſuetudinem nonnulli verbo illo notarũt: cùm dicerent, Deterius eſſe ſub eo Principe viuere, per quem omnia liceāt, quàm ſub eo per quem nihil liceat. Itaque cùm annum paulo amplius vnum imperaſſet, neque ſe vllam apud ſuos obtinere auctoritatem videret, Traianum, Hiſpanum hominem, qui tum Germaniæ cum exercitu præerat, quémque propter virtutem omnibus cariſſimum eſſe animaduertebat, palam in Senatu adoptauit: eíque imperij inſignia Coloniam miſit. Imperauit annũ I. menſes IIII. dies IX. Vixit annos LXV. menſes X. dies. X.

Anno vrbis 850. *Chriſti* 99.

IMP. CÆS. NERVA TRAIANVS AVG. annos natus XLII. adoptione Neruæ imperium adſecutus, tanta probitate, innocentia, lenitate, ac temperantia id geſſit, vt cùm omnium conſtanti voce, tum etiam Senatus decreto Optimus adpellatus ſit. Præfecto prætorio cùm gladium de more traderet, addidit: Gladium hunc, ſi iuſtè imperato, pro me habeto: ſin minus, in me ipſum ſtringito. Plutarchum præceptorem adoleſcens habuit. Bella geſſit duo vel maxima: primum in Germania, alterum in Oriente: tertiũ aduerſus Iudæos rebellantes cùm adpararet, morbo oppreſſus, deceſſit. Eo mortuo inſtitutũ eſt, vt in Cæſarum inauguratione Auguſti felicitas, Traiani bonitas iis optaretur. In Chriſtianos tamen ſæuitum eſt, & Ignatius Antiochenus Epiſcopus beſtiis obiectus. Imperauit annos XIX. menſes VI. dies XV. Vixit annos LXIII. menſes IX. dies IIII.

Anno vrbis 870. *Chriſti* 118.

IMPER. CÆSAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. cùm Syriæ præeſſet, à Traiano adoptatus, ei mortuo ſucceſſit. Artibus ingenuis prope omnibus perpolitus, dicitur etiam vno tempore ſcripſiſſe, dictaſſe, audiſſe, & cum amicis collocutus eſſe. Peregrinandi adeò cupidus fuit, vt quæcumque apud Geographos legerat, ea videre ac ſpectare vellet. Romani imperij terminum Euphratem eſſe voluit: Traiani, vt putatur, gloriæ inuidens. Perſiſque tres prouincias nobiles conceſſit, Armeniam, Meſopotamiam, Aſſyriam. Iudæos tumultuantes compeſcuit: cæſis prope quingentis hominum millibus. A Chriſtianis verò manus abſtinuit: imò ne abhorruit quidem. nam & Chriſto templum facere voluit, atque adeò templa paſsim ſine vllis imaginibus ac ſimulacris fieri iuſſit: prohibitus tamen à quibuſdam, adfirmantibus omnes Chriſtianos futuros, & cetera templa deſertum iri: vt Lampridius in Alexandro ſcribit. ex quo intelligitur, nulla eo tempore in Chriſtianorum eccleſiis ſimulacra fuiſſe, & Chriſtianos ab iis abhorruiſſe. Cùm annos ad XXI. imperaſſet, tandem membrorum prope omnium dolore cruciatus cùm morbi vim ferre non poſſet, ſæpe iugulandum ſe ſuis præbuit: nonnumquam etiam manus ſibi ipſe adferre conatus eſt. Imperauit annos XX. menſes X. dies XXIX. Vixit annos LXII. menſes V. dies XVI.

Obſeruatio.

Huius eſt nobilitatum illud in libris noſtris, D. Hadriani beneficium: vt cùm plures fideiuſſores ſunt, ſi litis conteſtatæ tempore omnes ſoluendo ſint, pro virili tantùm teneantur. ſin minus, onus ipſius confideiuſſores ſuſtineant. Eiuſdem illud laudatur, quòd cùm viri quidam prætorij ab eo peterent, vt ſibi de iure publicè reſpondere liceret, reſpondit eis hoc nõ peti, ſed præſtari ſolere. In primis autem illud memorabile eſt, quod hic Edicti perpetui auctor & promulgator fuit. nam cùm antea ſingulis annis ſingula edicta proponerentur à Prætoribus, eáque pro cuiuſque arbitrio mutarentur: vſus Saluij Iuliani Iuriſcõſult. opera ex omnibus edictis ſuperioribus vnum compoſuit, quod perpetuum initio nominauit, quia deinceps in perpetuum valere iuſſum eſt, conſtitutúmque vt ius perpetuò ex eo diceretur.

Anno vrbis 889. *Chriſti* 139.

IMP. CÆSAR ANTONINVS AVG. PIVS, ab Adriano adoptatus, cognomen Pij ex eo adeptus eſt, quòd ſolus omnium Principum ſine ciuili ſanguine imperauit. tanta in eo temperantia, modeſtia, continentiáque viguit. Itaque crebrò verbum illud Scipionis vſurpauit, Malle ſe ciuem vnum ſeruare, quàm mille hoſtes occidere. quin ne externum quidem bellum vllum habuit, cùm orbis terræ imperium tot annos obtineret: qua de cauſſa Numæ Regi ſimilis dictus eſt. Imperauit annos XXII. menſes VII. dies XXVI. Vixit annos LXXIIII. menſes V. dies XVII.

Anno vrbis 913. *Chriſti* 162.

IMP. CÆSAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. ab Antonino Pio adoptatus delatum ſibi à Senatu imperium recepit: vnáque collegam ſibi L. Verum à Pio item adoptatum, ac proinde fratrem adoptiuum adſciuit. eóque primùm tempore Romanum imperium à duobus pari poteſtate, ingenio verò ac moribus longè diſſimillimis adminiſtratum eſt. nam illius iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, omnes probabant: huius contra libidinem ac flagitia deteſtabantur. Cùm imperium R. vndique hoſtilibus armis premeretur, hinc Germanis, illinc Perſis, ab altera item parte Britannis & Hiſpanis tumultuantibus, Marcus ea bella omnia ſummo cõſilio ac virtute ſingulari repreſſit. In bello Germanico legio Chriſtianorum fuit, quæ cùm precatione palam adhibita fulmen aduerſus hoſtes Quados impetraſſet κεραυνόβολος, id eſt, Fulminatrix adpellata eſt. Marcus autẽ propter ſummum ſapientiæ, Stoicæque diſciplinæ ſtudium Philoſophi cognomentum habuit. Platoníſque verbum illud crebro vſurpauit, Beatas tum fore Reſpub. cùm aut philoſophi imperarent, aut imperatores philoſopharentur. Imperauit annos XIX. dies XI. vixit annos LVIII. menſes XI. & dies XX.

Obſeruatio.

Notandum eſt autem, iuris quidem ſtudioſis, hos eſſe, qui in libris noſtris, modò DIVI FRATRES, modò FRATRES IMPERATORES adpellantur. præterea quoties hic ordo adhibetur, IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS AVGVSTI RESCRIPSERVNT: ſignificari fratres. vbi verò DIVVS MARCVS ET COMMODVS, vel ſic, IMP. M. ANTONINVS ET COMMODVS FILIVS RESCRIPSERVNT: ſignificari M. Antoninum, qui aliquanto pòſt Veri deceſſum, Commodum filium Imperij conſortem adſciuit. vbi

vbi autem IMPERATORES SEVERVS ET ANTONINVS RESCRIPSERVNT, vel IMPERATOR NOSTER CVM PATRE, vel IMPERAT. ANTONINVS CVM DIVO PATRE, tum ſignificari Septimium Seuerum, & Caracallam ipſius filium, quem M. Aurelium Antoninum adpellari voluit: vt Spartianus auctor eſt.

Anno vrbis 932. Chriſti 181.

IMP. CÆSAR M. COMMODVS ANTONINVS AVG. Philoſopho natus, Neroni quàm patri ſimilior, hereditate imperium adſecutus, in omni nequitiæ, libidinis, auaritiæ, & crudelitatis genere verſatus eſt. Vrbem Romam, Coloniam Commodianam adpellari, eámque Neronis exemplo ſuis manibus incendere voluit. idque niſi à familiarib. quibuſdam prohibitus fuiſſet, facturus fuiſſe creditur. quinetiam quæcumque turpiter ac flagitioſè gerebat, ea omnia prodendæ poſteris memoriæ cauſſa referri in acta iuſſit. Tãdem opera Ælij Læti præfecti præt. & concubinæ ſuæ ſtrangulatus eſt. Sub hoc principe Romani imperij potentia quæ ab Iulio Cæſare ad hoc vſque tẽpus, hoc eſt annos ad ducentos ſummum gradum obtinuerat, infringi ac debilitari cœpit. Imperauit annos XII. menſes VIII. dies XV. Vixit annos XXXI. menſes IIII.

Anno vrbis 945. Chriſti 194.

IMP. CÆSAR PERTINAX AVG. patre libertino adeo tenui atque inope natus eſt, vt victum ſibi grãmatica docenda quærere cogeretur. Mox tamen militiam ſecutus, ita ſuam virtutem induſtriámque Principib. probauit, vt ſenſim ad ſummos quoſque honoris gradus euectus, permultis prouinciis præfuerit. Tandem annos amplius ſexaginta natus, interfecto Commodo, cùm vrbis præfecturam gereret, delatum ſibi ab illius interfectoribus imperium primùm in caſtris, mox in Senatu accepit: eóque vix tertium menſem functus, à militibus prætorianis, quorum inſolentiam compeſcere conabatur, impetu facto trucidatus eſt. Imperauit menſes II. dies XXV. vixit annos LXVI. menſes VII. dies XXV.

Anno vrbis 946. Chriſti 194.

IMP. CÆS. IVLIANVS AVG. Pertinace interfecto cuius cædis conſcius, conſiliíque particeps fuerat, imperium à militib. Prætorianis mercatus, ac potius licitatus eſt: pactus in ſingulos H-S XXV. millia: eáque ratione Sulpitium vrbis præfectum, qui minus aliquanto promittebat, ſuperauit. ſed cùm & populo, propter Pertinacis cædem inuiſus eſſet, & militibus, propter integrum donatiuum non præſtitum in odium veniſſet, neque cuiquam vitæ ſuæ rationes ſatis probaſſet, inter tot odia deſtitutus altero poſt initum Principatum menſe, Seuero Imp. à cunctis adpellato, militis gregarij manu interfectus eſt. Imperauit menſes II. dies VI. vixit annos LX. menſes IIII.

Anno vrbis 946. Chriſti 194.

IMP. CÆSAR SEVERVS AVG. natione Afer, interfecto Iuliano cùm è Pannonia cui præfuerat, Romam rediret, à Senatu (quod antea nemini contigerat) Romam inuitatus, ac per legatos Imperator adpellatus eſt. Nemini ſuperiorum rei militaris gloria ſecundus, bella geſſit complura, ſanè grauiſſima: ſed in primis duo, cum æmulis duobus, hoſtibus acerrimis: Peſcennio Nigro, in Oriente, & Clodio Albino, in Galliis. victoria autem in omnibus prope orbis terrarum oris potitus, ita crudeliter ſe de aduerſariis vltus eſt, vt eius ſæuitia cum virtute ac fortitudine certaret. qua de cauſſa dici ſolitum fuit, illum aut naſci non debuiſſe, aut non mori: quod & nimis crudelis &

A nimis Reip. ſalutaris fuiſſet. Mortuus eſt Eboraci in Britannia, cùm vallum per XXXII. paſſ. millia à mari ad mare duxiſſet. Imperauit annos XVII. menſes VIII. dies XXI. vixit annos LXV. menſes VII. dies XVIII.

Anno vrbis 963. Chriſti 212.

IMP. CÆS. CARACALLA AVG. Seueri filius, Cæſar à patre adpellatus, ei mortuo ſucceſſit. P. Septimium Getam ex nouerca fratrem, quem pater ei conſortem eſſe voluerat, per inſidias necari iuſſit. Poſtea B nouercam vxorem duxit: quæ cùm eſſet pulcritudine eximia, & coram eo ſinum quaſi per negligentiam nudaſſet, dixiſſetque Antoninus, Vellem, ſi liceret: reſpondit, Si libet, licet. an neſcis te Imperatorem eſſe? Papinianum Iuriſconſultum nobiliſſimum, præfectum prætorio, quòd ei poſtulanti vt Getæ necem apud Senatum excuſaret, liberius reſpondiſſet: Facilius fieri, quàm excuſari parricidium poſſe: interfici iuſſit. Natura ferox ac truculentus, cùm plurimas peregrinationes ſuſcepiſſet, vbique ſæuitiam & crude- C litatem exercuit. Bella cum Parthis & Perſis geſſit: cúmque iterum ad bellum Parthicum proficiſceretur, inſidiis à Macrino præfecto prætorio interfectus eſt. Eius corpus Antiochiam ad vxorem nouercam miſſum eſt: quæ illo conſpecto repẽte arrepto gladio ſeſe in obiectum cadauer procumbens, confodit: dignúmque hunc inceſtæ conſuetudinis exitum habuit. Imperauit annos VI. menſes II. vixit annos XXIX.

Anno vrbis 969. Chriſti 218.

D IMP. CÆS. M. OPELIVS MACRINVS. humili ac libertino genere natus, cùm priuatæ rei procurationem obiiſſet, ſuámque Principibus induſtriam probaſſet, ſenſim per multos honoris gradus euectus, tandem præfectus Prætorio, cùm exercitui apud Carras in Meſopotamia præeſſet, Caracallam interficiendum, ſeſeque à militibus largitione corruptis Imperatorem adpellandum curauit: filiúmque Diadumenum imperij ſui conſortem ac ſocium adſciuit. Flagitioſiſſimè ac libidinoſiſſimè imperauit menſes E XIIII. quo tempore militum animis in Alagabalum Caracallæ filium conuerſis, prælio ab Eutychiano eius duce victus, & occiſus eſt. Imperauit annum I. menſes II. Vixit annos LIIII.

Anno vrbis 971. Chriſti 219.

IMPERATOR ALAGABALVS AVG. Caracallę filius, poſt Macrini cædem auiæ matriſque opera, quæ milites largitione delinierant, Imperator ab exercitu factus eſt, annos vix dum quattuordecim natus. Quo in dominatu ita ſe annos duos & menſes octo F geſſit, vt non homo, ſed monſtrum ex dedecore ac turpitudine concretum in hominis figura immiſſum à Deo videretur: nimirùm ad hominum qui tum Chriſti ſui religionem vel maximè repudiabant, ludibrium. Eius autem prodigioſæ turpitudinis, quæ ſempiterna obliuione obruenda eſt, ſpecimen illud ſit, quòd cùm vix dum per ætatem libidinem ipſe exercere poſſet, aliorum in ſe nefariam cupiditatem palàm, etiam propoſitis præmiis ita procaciter excitarit, vt à militibus Catula indomitæ ac G rabidæ libidinis adpellaretur. Rempublicam verò cùm profuſis ſumtibus, tum verò immanibus iacturis ita vexauit, vt profundendi libidine cum imperij vectigalibus certare videretur. Tandem omnibus inuiſus, facto in eum impetu trucidatus, cùm in latrinam quò confugerat, deiici non poſſet, vnco per vrbem tractus, atque in Tyberim deiectus eſt: eiúſque nomen à Senatu de faſtis actiſque publicis

raſum eſt. Matrem habuit Soæmiadem tali filio dignam, quæ cùm meretriciam illam diſciplinam, domeſticúmque lenocinium exercuiſſet, auctoritatem præterea ſibi ſummam in Senatu ſumſiſſet, ciuium odio oppreſſa atque interfecta eſt. Alagabalus imperauit annos III. menſes IX. vixit annos XVIII. & menſes aliquot.

Anno vrbis 974. Chriſti 223.

IMP. CÆS. ALEXANDER AVG. Alagabali conſobrinus, & ab eo adoptatus, de Senatu ſententia, militúmque Prætorianorum ſtudio ac voluntate Imperator factus, ingenio adeo leni ac manſueto fuit, vt eius imperium ἀναίμακτον adpellatum ſit. Thurinum tamen Vercouium, qui cùm frequens apud illũ eſſet, eius reſponſa ementiri ac venditare ſolebat, fumo cum hoc elogio necari iuſſit: Fumo punitur, qui fumos vendidit. Chriſtianos eſſe paſſus eſt, crebro etiã illorum hoc verbum vſurpans, Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Magiſtratuum mercaturam, ac nundinationem deteſtatus eſt: dicens, Neceſſe eſſe, vt qui emit, vendat. Bellum cum Perſis feliciter geſſit. pòſt verò ad Germanicum bellum profectus, militũ factione & Maximini ducis opera Moguntiæ vnà cum matre interfectus eſt. Imperauit annos XIII. menſes VII. dies XVII. vixit annos XXIX. menſes III. dies VII.

Obſeruatio.

Per hæc tempora floruerunt Iuriſconſulti nobiliſſimi, quorum ex ſcriptis Pandectæ Iuſtiniani magna ex parte compoſitæ ſunt: in his Vlpianus & Paullus, ambo Papiniani diſcipuli & adſeſſores. Neque verò artis illius infelicitas non magnopere notanda eſt, quòd ea ætate ſummè exculta, certatímque literis & ſcriptionibus illuſtrata eſt, cùm Imperium teterrimi Principes obtinerent: Commodus, Caracalla, Elagabalus. Quinetiam Lactantius lib. de Iuſtitia v. ſcribit, Domitium Vlpianum in ſeptem de officio Proconſul. libris reſcripta Principum nefaria collegiſſe, vt doceret quibus pœnis adfici oporteret eos, qui ſe cultores Dei Chriſti profiterentur.

Anno vrbis 988. Chriſti 236.

IMP. CÆS. C. IVLIVS MAXIMINVS AVG. natione Thrax fuit, humili genere natus, terræ filius. Seuero imperante adoleſcens cùm Romam veniſſet, omnibus propter eximiam corporis proceritatem, & vires proceritati conſentaneas, quarum ſpecimen ſæpe in luctationibus oſtentabat, admirationi eſſe cœpit. pauloque pòſt in militiam receptus, cùm induſtriam multis ſuam probaſſet, tandem ordinum ductor ad extremum etiam dux exercitus creatus, Alexandro ſublato, primus ſine Senatus auctoritate à militib. Imp. adpellatus eſt. quo in dominatu ita ſe homo ferox ac barbarus inſolenter ac truculenter geſſit, itáq; cunctis mortalibus propter illam ſuperbiam & crudelitatem odio eſſe cœpit, vt à Senatu hoſtis iudicatus, imperiúmque ei abrogatum fuerit. qua de cauſſa Romam cùm infeſto exercitu proficiſci inſtituit. ſed in ea expeditione cùm in tentorio fortè quieſceret, vnà cum filio, tumultu militari, interfectus eſt. Græci verſus de eo in hanc ſententiam iactati ſunt:

Elephas magnus eſt, & occiditur.
Leo fortis eſt, & occiditur.
Tigris fortis eſt, & occiditur.
Caue multos, ſi ſingulos non times.

Imperauit annos II. vixit annos LXV.

A *Anno vrbis 991. Chriſti 239.*

IMP. CÆSAR M. ANTONIVS GORDIANVS AVG. natus patre auóque nobiliſſimo, & à Senatu ante Maximini cædẽ ambobus Imperatoribus adpellatis, tandem ſeditione oppreſſis, poſt illorum cædem imperium ſibi à Senatu delatum recepit, annos natus ſedecim. Rempublicam integritate continentiáque ſingulari geſſit annos ſex. Perſas etiam maximis copiis Italiæ vrbique ipſi minitantes, ductu & conſilio B Miſithei ſoceri ſui repreſſit. quo mortuo Philippus præfectus prætorio eum per milites aliquot interficiendum curauit. Imperauit annos VI. vixit annos XIX.

Anno vrbis 996. Chriſti 245.

M. IVLIVS PHILIPPVS Voſtris in Arabia ex patre latronum Ducenatus, cùm per militarium dignitatum gradus tandem ad Præfecturam prætorio euectus eſſet, cæſo Gordiano Imperium occupauit. Annus tum actus eſt ab Vrbe condita milleſimus. ita- C que ſæculares ludos edidit magnificentiſſimo adparatu: in quib. magna vrbis Romæ pars nocturnis lychnuchis deflagrauit. Auarè & crudeliter imperauit: tandémque Veronæ orta in exercitu ſeditione, oppreſſus eſt: medio capite ſupra dentium ordines præciſo. Imperauit annos V. quamdiu autem vixerit, incertum eſt.

Anno vrbis 1002. Chriſti 250.

IMPERATOR CÆS. CN. DECIVS AVGVSTVS Bubaliæ in Pannonia nobili genere ortus, cùm D adoleſcens Romam veniſſet, ita ſuam in re militari induſtriam cunctis probauit, vt tandem à Philippo dux exercitus aduerſus Gottos miſſus ſit: neque ita multo pòſt, Philippo, ita vti diximus, occiſo, Imperator à ſuis militibus creatus. Sæuitiam in Chriſtianos atrociſſimè exercuit: ceteroqui vir fortis animi, magníque, & clementiæ non improbatæ. Cum Gottis qui tum primùm arma in Romanum Imperium ceperant, Iſtrúmque tranſierant, fortiſſimè pugnauit. ſecundo tamen prælio cùm in paludes arte ho- E ſtium tractus, filio in prima acie laboranti ſuccurreret, demerſus vnà cum illo periit: anno ætatis L. imperij verò ſecundo.

Anno vrbis 1004. Chriſti 252.

IMPERATOR CÆSAR C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVGVSTVS mortuo Decio Imperator à Senatu factus, Voluſianum filium Imperij conſortem fecit. Fœdam hic populo R. maculam impoſuit: primùm amiſſo Armeniæ regno, deinde fœdere cum Scythis ea conditione pacto, vt annuum iis centum F drachmarum tributum penderet. qua de cauſſa Æmiliano à Senatu Imperatore deſignato, prælio ab eo ſuperatus, & militum concurſu in caſtris ſuis oppreſſus, vnà cum filio trucidatus eſt. Imperauit annum I. menſes VI. vixit XLVII.

Anno vrbis 1006. Chriſti 254.

IMP. CÆSAR P. LICINIVS VALERIANVS AVG. ſummo omnium ſtudio Imperator ita factus eſt. Cùm enim Gallis (vti iam dictum eſt) interfectis Æmilia- G nus natione Maurus Principatum per tres menſes occupaſſet, atque à ſuis ipſius militibus in caſtris oppreſſus fuiſſet, Senatus, Prætoriánique milites Imperium Valeriano ſpectatæ virtutis & Cenſorio viro detulerunt. quo tempore turbulentiſſimus Reipub. ſtatus fuit: omnibus prope qui cum exercitu prouinciis præerant, Imperium ſibi vindicantibus. Ipſe cum Perſis bellum gerens, ab rege il-

ge illorum Sapore prælio in Meſopotamia ſuperatus captúſque, miſera in ſeruitute apud eum vixit. Rex enim quoties in equum adſcendebat, illius ad pedes procumbentis ceruice atque humeris pro ſcabello vtebatur. Per id tempus Nouatiana factio in Chriſtiana religione exorta eſt: diſputantibus nonnullis reditum in gratiam iis non concedendum; qui tyrannorum metu, Chriſti religionem abiuraſſent. Imperauit annos VII. vixit LXXVI.

Anno vrbis 1013. *Chriſti* 261.

IMPERATOR CÆSAR LICINIVS GALLIENVS AVGVSTVS Valeriani filius, capto patre quocum Imperium annos ſeptem adminiſtrarat, ſolus per annos octo Rempub. tenuit. Homo immani atque importuna natura: nequitiæ tantùm ac libidini, monſtroſíſque voluptatibus deditus. Itaque tanto gentium omnium odio flagrauit, vt omnes ferè prouinciæ ab eo deſciuerint. Rectores quidem earum ad triginta numerantur, qui ſibi Imperatorum nomen atque ornamenta ſumſerunt. Tandem aſtu Aureoli, vnius ex triginta, quem bello apud Inſubres perſequebatur, Mediolani interfectus eſt: anno ætatis ſuæ quinquageſimo. Imperauit ſolus annos VIII. vixit annos L.

De XXX. *Tyrannis*.

Anno vrbis 1011. *Chriſti* 259.

In hæc tempora magna incidit Imperij perturbatio. nam & nationes exteræ diuturnis malis vexatæ, nouis ex rebus remedium quærebant. & earum præſides iis ſeruire recuſabant, quos ſcelere Imperium adeptos eſſe intuebantur, iuráque omnia & diuina & humana peruertere. accedebat eodem dominandi cupiditas, quæ in maximis quibúſque animis atque ingeniis ſolet exſiſtere. Itaque cùm ſæpe iam antea multis locis principatum ſibi ſumſiſſent, tum verò hoc tempore Triginta exſtiterunt, qui Imperatoris nomen atque inſignia variis in prouinciis occuparũt. eáque temporum confuſio annos amplius quindecim durauit: hoc eſt ad Imp. Probi principatum, qui deletis tyrannis omnibus Remp. conſtituit. Inter illos autem tyrannos memorabilis fuit Zenobiæ mulieris audacia, quę Odenato viro ſuo, vno ex illis XXX. mortuo, principatum Orientis ſibi virili animo retinuit: eúmque annos amplius ſex ſibi ſuíſque defendit: vſque dum prælio cum Imp. Aureliano commiſſo, fortiter pugnans capta, atque in triumphum ab eodem ducta eſt.

Anno vrbis 1020. *Chriſti* 269.

IMPERATOR CÆSAR M. CLAVDIVS AVGVSTVS in Illyrico, claris parentibus natus, primùm ab exercitu Mediolanenſi Imperarot adpellatus, tum deinde Senatus ſententia confirmatus fuit. Huius in re militari virtus nobilitata eſt internecione Gottorum prope incredibili. qui cùm (triginta illis, quos diximus, Tyrannis de Imperio dimicantibus) in Myſiam & Macedoniam copiis immanibus, longè latéque omnia populantes influxiſſent, celeritate mirabili ab illo fuſi ac profligati ſunt: ſic, vt nulla ferè toto in Imperio niſi Gotthica mancipia haberentur. Claudius ea victoria potitus, paucis poſt menſibus deceſſit: anno Imperij ſecundo. quamdiu autem vixerit, incertum eſt.

Anno vrbis 1022. *Chriſti* 271.

IMP. CÆSAR L. AVRELIANVS interfecto Quintillo Claudij fratre, qui poſt eius mortem principatum ſibi à Senatu delatum, dies decem & ſeptem obtinuerat ab exercitu, Senatu auctore, Imperator adpellatus eſt. Huius vera maior fuerit, in hoſtéſne fortitudo, an in ciues crudelitas, dici vix poteſt. nam & Germanorum copias ingentes in Italiam irrumpentes, tribus præliis repreſſit: & Zenobiam Odenati vnius ex triginta tyrannis vxorem virili ac bellicoſo animo mulierem, quæ Syriam occuparat, præliis aliquot fractam cepit, captiuámque in triumphum vnà cum filiis ac filiabus duxit. Vrbanas autem ſeditiones, ac præſertim Monetariorum motus ita ſedauit, vt ciuium ſanguine vrbs prope tota redundaret. Poſt ad Orientis motus nouos profectus, non procul à Byzantio interfectus eſt, anno Imperij ſui quinto. Per id tempus Manichæorum & Samoſatenicorum factiones latè per Eccleſias Chriſtianorum ſparſæ, infauſtas inter eos contentiones excitarunt. Imperauit annos IIII. menſes XI. dies VII. Quamdiu vixerit, incertum.

Anno vrbis 1028. *Chriſti* 276.

IMPERATOR CÆSAR M. CLAVDIVS TACITVS AVG. poſt interregnum ſeptem menſium, quod in ambigua ſenatus atque exercitus deliberatione de idoneo Principe deligendo conſumtum eſt, cùm alter alteri eam poteſtatem delegaret, tandem de Senatus ſententia Imperator factus eſt: ſextóque poſt menſe vir conſilio, grauitate & conſtantia inſignis, morbo confectus eſt.

FLORIANVS autem eius frater cùm Imperium quaſi hereditarium ſuſcepiſſet, ſexageſimo poſt die, audito de Valerij Probi creatione nuncio, venas ſibi ſua manu incidit: profuſóque ſanguine exſtinctus eſt. Imperauit menſes VI. dies XX. Vixit annos LXXV.

Anno vrbis 1029. *Chriſti* 277.

IMPERATOR CÆSAR M. VALERIVS PROBVS, Syrmij in Pannonia natus, patre Maximo viro agreſti, ſummo ordinum omnium ſtudio Imperator factus, armorum æquè ac pacis artibus floruit. Triginta tyrannos omnes deleuit: in his Bonoſum: qui cùm ſe in Rhetia Alemannorũ auxiliis fretus pro Imperatore geſſiſſet, bello ſuperatus, fuſíſque Alemannis deſperabundus, ſeſe laqueo in collum inſerto ſuſpendit. Et quoniam vini voracior fuerat, iactatum à militibus fuit, Non hominem pendere, ſed amphoram. Repreſſit in Belgico Francos, in Oriente Perſas & Parthos: denique cùm pacem orbi propè vniuerſo ſuis victoriis peperiſſet, profectus ad Gottici & Sarmatici belli reliquias, cùm in Syrmio milites labore paludes exſiccandi fatigaret, concurſu in eum facto trucidatus eſt. Imperauit annos V. menſes IIII.

Anno vrbis 1034. *Chriſti* 282.

IMPER. CÆSAR M. AVRELIVS CARVS AVG. in Illyrico natus, cùm eſſet præfectus prætorio Probi Imp. Syrmij in Pannonia ab exercitu Illyriciano Imperator factus eſt. Sarmatarum ingentes copias factis compluribus præliis deleuit. Poſt ad bellum Perſicum profectus, prope ab amne Tygri, fulgure ictus interiit. Filios duos Cæſares deſignatos habuit, Numerianum, & Carinum: alterum iuſtitia & fortitudine, alterum vitiis flagitiíſque omnibus inſignem. quorum ille ab Arrio Apro ſocero ſuo, hic à Diocletiano oppreſſus, vnà cum Imperij ſpe vitam amiſit. Eorum trium Imperium annos non multo amplius duos durauit.

Magnentius Imperator ab exercitu conſalutatus eſt: inneque ita multo pòſt à Conſtantio fraternæ cædis vltore bello appetitus, factóque ad Murſiam prælio ſuperatus, ſeſe Lugduni ſuapte interfecit manu. Magna vtrimq; clades accepta eſt: cæſis hominum millibus amplius quinquaginta. quæ Imperij Romani calamitas multo maxima memoratur, & barbaris gentibus animos ad Italiam inuadendam adtuliſſe creditur. Deceſſit Conſtantinus anno Imperij ſui XXV. ætatis XLIIII.

Anno vrbis 1113. *Chriſti* 361.

IMP. CÆSAR FL. CLAVDIVS IVLIANVS AVG. apoſtata dictus, propter fœdam à religione Chriſtiana defectionem, fratris Conſtantini Magni filius fuit: & Cæſar à Conſtantio adpellatus, cum eo annos ſex imperauit. Alemannos ad vrbem Argentatorum memorabili prælio fudit. Aliquanto pòſt Lutetiæ Pariſiorum Imperatoris nomen & inſignia ſumſit: militúmque ad eam rem ſtudium & adclamationes ſecundas habuit. qua re Conſtantius cognita repentè inflammato ſtudio expeditionem in illum ſuſcepit. ſed in itinere febri ardentiſſima oppreſſus, interijt. Magnum in Iuliano ingenium, magnúmque cùm optimarum artium, tum etiam rei militaris ſtudium viguit. A Chriſtiana autem religione, quam puer ab Euſebio Nicomediæ Epiſcopo didicerat, partim ambitione & leuitate, partim Libanij ſophiſtæ præſtigiis abductus, magnum ad eam exſtinguendam conatum adhibuit: magis tamen artibus & conſiliis doloſis vtens, quàm ferro & armis. Nam & Chriſtianos liberales literas docere ac diſcere vetuit, & eoſdem ab omnibus honoribus remouit, & blanditiis ac largitione multos ad defectionẽ illexit. libros etiam contra eam religionem conſcripſit. Cùm autem ad bellum contra Perſas profectus eſſet, dolo ab itinerum peritis in auia loca perductus, ab hoſtibus cæſus & interfectus eſt, altero Imperij ſui anno, ætatis verò altero & trigeſimo.

Anno vrbis 1095. *Chriſti* 363.

IMP. CÆSAR FL. IOVIANVS AVG. Tribunus militum in Pannonia, patre Varroniano & ipſo militum Tribuno nobili natus, mortuo Iuliano in iiſdem caſtris Imperator factus eſt. Acclamatio eius nominis errorem militibus obiecit, Iulianum adpellari; ac reuixiſſe putantibus: eique cupidiſſimè principatum reddentibus. Cùm Iuliani leuitate & petulantia turbulentior imperij ſtatus redditus fuiſſet, Perſico bello finem, pace facta, impoſuit: ea lege, vt Tranſtigritanis prouinciis quinque cederet: quo fœdere turpiſſima Romano imperio macula impoſita eſt. Chriſtianam religionem amplexus, vanas Deorum ſuperſtitiones quas Iulianus reſtituerat, vbique ſuſtulit: ſeptimóque pòſt acceptum imperium menſe morbo exſtinctus eſt, annum agens ætatis XXXIII.

Valentinianus & Valens.

Anno vrbis 1115. *Chriſti* 374.

IMP. CÆSAR FL. VALENTINIANVS in Pannonia, Tribunus militum à Iouiano factus, eo mortuo Imperator ab exercitu adpellatus eſt: fratrémque Valentem primum, tum deinde filium Gratianum in imperij ſocietatem adſciuit: traditáque fratri Orientis adminiſtratione, aduerſus Allemannos & Saxones qui cum ingentibus copiis in Galliam contendebant, exercitum duxit: multiſque illos præliis commiſſis, profligauit. pòſt in Pannoniam ad nouos motus ſedandos profectus, cùm petentibus pacem dediſſet, paucis pòſt diebus febri inflammata exſtinctus eſt, anno Imperij ſui duodecimo, ætatis verò quarto & quinquageſimo. Religionem Chriſtianam piè ſanctéque coluit: vanáſque ſuperſtitiones, in his etiam Arianam impietatem, ſummo ſtudio reſtrinxit. Valens autem ipſius frater Arij deliria ſecutus, acerrimum ſe rectè ſentientibus (qui Orthodoxi adpellati ſunt) aduerſarium præbuit. Cùm in Thraciam Alani & Gotti irrupiſſent, totámque illam regionem late vaſtarent, eò cum exercitu profectus, cladem magnam accepit: atque in prælio vulneratus, in proximum tugurium profugit: quod cùm ab equitibus diſcurrentibus incenſum eſſet, in eo ipſe crematus eſt: anno poſt fratris mortem tertio, imperij verò communiter geſti decimoquarto, ætatis autem L.

Anno vrbis 1119. *Chriſti* 367.

GRATIANVS ET VALENTINIANVS ſuperioris Valentiniani filij, ille ex Seuera, hic ex Iuſtina ipſius vxoribus, patre mortuo imperium, iam antè Cæſares deſignati adepti ſunt. Et Gratianus quidem Chriſtianæ pietati deditus, in iis quæ à Nicenis patribus conſtituta fuerunt, conſtantiſſimè permanſit. Bellica etiam laude ab initio floruit. nam patre viuo triginta Alemannorum millia ad vrbem Argentatoratum, Francorum auxiliis inſtructus, vno prælio profligauit. Pòſt cùm amiſſo rei militaris ſtudio quieti ſe & otio dedidiſſet, Lugduni à Maximo Galliæ prouinciæ præſide interfectus eſt: anno imperij ſui XVI. ætatis XXIIII.

Valentinianus autem Mediolani à matre Iuſtina educatus eſt. Erat ea mulier Arianis erroribus implicata: filiúmque eadem diſciplina inſtituerat. Ingenio vſque adeò feroci, vt etiam Ambroſium Mediol. eccleſiæ paſtorem, quòd eius ſe deliriis opponeret, in templo ipſo necare voluerit: cùm vir ſanctus demonſtraret, Deo potius quàm hominibus parendum eſſe: & quæ Cæſaris eſſent, Cæſari: quæ Dei, ea Deo tribuenda eſſe. Cùm autem Valentinianum Maximus bello perſequeretur, ille in Galliam ſe contulit: vbi, cùm annos quinque deſidiæ atque inertiæ deditus vixiſſet, Viennæ quæ ad Rhodanum ſita eſt, Arbogaſti inſidiis oppreſſus, ac ſtrangulatus eſt; anno imperij XVI. ætatis XXVI.

Anno vrbis 1130. *Chriſti* 379.

IMP. CÆSAR THEODOSIVS AVG. in Hiſpania nobili familia natus, à Gratiano in imperij ſocietatem adſcitus, annos ad duodecim cum illo tãta cum laude imperauit, vt vix vtra in illo præſtiterit, reíne militaris virtus, an pietas & religio, diiudicari poſſit. Nam & Gottorum ingentes copias multis factis præliis profligauit: & Maximum qui Gratiano (vt diximus) occiſo Galliam occuparat, acie ſuperatam necari iuſſit: & Eugenium Valentiniani familiarem atque Arbogaſtum Gottici exercitus ductorem, qui imperatore occiſo Italiam inuadere conabantur, ita domuit, vt ille ad pedes ſuos ſupplex trucidatus ſit: hic rebus deſperatis mortem ſibi conſciuerit. Religionem autem ita ſtudioſè amplexus eſt, vt cùm vanas Deorum ſuperſtitiones & hereticorum commenta tolleret: tum etiam veri Dei vultum vbique reſtitueret. Imperauit annos XVI. ſolus annos V. vixit annos LX.

Anno vrbis 1134. *Chriſti* 383.

ARCADIVS ET HONORIVS Theodoſij filij, ab ipſo in imperij ſocietatẽ adſciti, & Auguſti adpellati

ſunt. Moriens autem pater Arcadium Orienti, Honorium autem Occidenti præeſſe iuſſit: ſimúlque tutorem illi Rufinum, huic Stil iconem adtribuit: quorum conſilio & auctoritate Rempub. gererent. Atque Arcadio quidem graue cum duobus certamen fuit. nam & Rufinus per tutelæ occaſionem imperij partem ad ſe rapere conatus eſt. qui tamen, ea cognita militibus perfidia, ante Arcadij tribunal trucidatus eſt: & Caianus dux Gotticus, magnas in eum copias comparauit: ſed nauali prælio ſuperatus, atque ex ea clade profugiens, interfectus eſt. Imperauit annos XIII. vixit XXXI.

Anno vrbis 1144. *Chriſti* 393.

HONORIVS autem primùm cùm Radagiſio duce Gottico negotium habuit: qui cùm ducenta hominum millia in Italiæ fines duxiſſet, fame rerúmque omnium penuria oppreſſus, facilè à Stillicone profligatus eſt: deinde cum Alarico quem exercitus illius reliquiæ Regem crearunt: cúmque Stillico illius conſiliorum particeps eſſe argueretur, Imperatoris iuſſu necatus eſt. Cepit autem Alaricus vrbem Romam, biennium ferè obſeſſam, qua tamen victoria non inſolenter vſus eſt, diéſque ibi non amplius ſex commoratus, Placidiam Honorij ſororem quam in vrbe ceperat, Ataulpho adoleſcenti generoſo, propinquo ſuo, vxorem dedit. qui aliquanto poſt Alarico mortuo Rex creatus, pacem cum Honorio fecit: & in Hiſpaniam profectus, Vandalis qui eam occuparant, repreſſis, paulò poſt à ſuis interfectus eſt. Qua re cognita, confeſtim Honorius Conſtantium Galliæ Narbonenſis præſidem ad recuperandam Hiſpaniam cum exercitu miſit: qui Vandalis expulſis cum Placidiam recepiſſet, ab Honorio & ea vxore donatus eſt, & imperij conſors factus: duobúſque pòſt annis vterque vita functus eſt: cùm Honorius imperaſſet annos XXX. vixiſſet autem XXXIIX. Memorabile autem in horum fratrum hiſtoria illud eſt, quòd eorum imperio omnia fabuloſorum Deorum templa toto orbe Romano euerſa ſunt: cùm annus à Chriſto nato ageretur prope CCCC.

Anno vrbis 1153. *Chriſti* 402.

IMP. CÆSAR. FL. THEODOSIVS IVNIOR AVG. Arcadij filius annos nouem natus, patri ſucceſſit. tutorem habuit Anthemium egregiè cordatum virum, in primíſque ſapientem habitum: cuius optimis inſtitutis, ſimúlque Pulcheriæ ſororis ſuæ ſanctiſſimis conſiliis cùm diu paruiſſet, vir factus pacis bellique artibus inſignis fuit. nam & Perſas in Oriente duobus acerrimis præliis ſubegit: & ab Attila Hunnorum duce, cùm prouinciis quibuſdam diffideret, pacem magna pecunia redemit. Theologorum conuentus Epheſi habitus eſt, damnatúſque Neſtorij error, qui diuinitatem & humanitatem in Chriſto eſſentialiter vnitas eſſe negabat. Vxorem Imperator habuit Eudoxiam, Leontij Athenienſis philoſophi filiam: mulierem cùm ingenio excellenti, tum etiam doctrinæ gloria præſtantem. quæ tamen cum Eutychis ſeditioſi hominis prauis de religione opinionibus imbuta eſſet, Imperatoris animum à ſorore abalienauit: eámque ex aula remouendam curauit. Imperauit annos XL. vixit XLIX.

IMP. CÆS. FL. VALENTINIANVS III. AVG. ex Conſtantio & Placidia (de quibus diximus) natus, à Theodoſio ſecundo, cuius filiam Eudoxiam in matrimonio habebat, imperij conſors factus eſt, ac primo quidem Italiam à Gottis occu-

A patam recuperauit: pòſt autem in omni intemperantiæ ac libidinis genere volutatus labes ac pernicies imperij eſſe cœpit. nam eius inertia nequitiáque adducti Vandali, duce Genſerico Africam occuparunt: Franci Galliam: Angli autem & Scotti Britanniam. Excitatus eſt etiam ex Pannonia dux Attila, qui Hunnorum quingenta millia Tholoſam vſque perduxit: & cum Ætio qui tum Narbonenſi prouinciæ præerat, & Mærouæi Francorum regis Gottorúmque auxiliis inſtructus erat,
B prælium ita crudele, itáque atrox commiſit, vt eo die centum octoginta hominum millia deſiderata ſint: Ætium tamen Imperator poſtea ſuſpicione adductus necandum curauit. neque ita multo pòſt ipſe opera Maximi ciuis Romani, viri dignitate inter ſuos præſtantis, interfectus eſt. qui cùm Eudoxia in vxorem ducta Imperatoris nomen ſumſiſſet, paulo pòſt ipſe quoque vxoris opera necatus eſt. Genſerico tum ex Africa in Italiam aduentante: qui cum exercitu ad vrbem Ro-
C mam adducto, eam anno, poſt ſuperiorem calamitatem XLIIII. cepit: diéſque in ea recipienda quattuordecim conſumpſit. Obiit autem Valentinianus, anno imperij ſui XXX. vitæ XXXVI.

De interregno Occidentis, & Gottorum in Italia dominatu.

Anno vrbis 1207. *Chriſti* 455.

Valentiniano tertio mortuo, Romæ, ac planè in
D Occidente interregnum annorum CCCXXIII. fuit. nam imperij Romani ornamenta & inſignia à Vandalis in Africam ad vrbem Carthaginem tranſlata ſunt: qui eam annos ſex & nonaginta tenuerunt: cùm interea Roma ornamentis omnibus ſpoliata iaceret, in qua tamen inane Imperatoris nomen dicis cauſſa decem infrà ſcripti vſurparunt: Maximus, Auitus, Maiorianus, Seuerus, Anthemius, Olybrius, Elicerius, Iulius, Ambroſius, & Momyllus, qui cùm puer à patre Imperator creatus eſſet, Auguſtulus ad-
E pellatus eſt: decimóque pòſt menſe ab Odouacro Gottorum Rege coactus abdicauit: ac tum primum Gottorum in Italia Reges Romanum in Occidente imperium occuparunt: anno à Iulio Cæſare DXXII. à Chriſto nato CDLXXVI. durauítque hic Gottorum dominatus annos LXXVII. quorum primus Rex Odouacer (vt dixi) adpellatus eſt, cui octo alij ordine ſucceſſerunt: vſque ad annum Chriſti DLXVII. quo anno à Longobardis tota Italia pulſi ſunt.

Imperatores Conſtantinopolitani Orientales.

F IMPERATOR CÆSAR FL. MARTIANVS AVGVSTVS, humili genere in Illyrico natus, cùm ſub Theodoſio ſecundo Tribunus militum fuiſſet, mortuo Valentiniano natu iam grandis Pulcheriæ conſilio Imperator factus eſt: eámque in vxorem duxit, ſed ætate iam prouectam: & ea lege, vt virginitatem ei ſuam retinere liceret. Pietatem ſanctiſſimè coluit: quò magis religionis ſtudium inter Chriſtianos vigeret, pacem cum Perſis & Vandalis facere, quàm bellum ſuſcipere
G maluit. Memorabiles eo imperante Attilæ expeditiones fuerunt: qui cùm Germaniam & Galliam quingentorum hominum millibus comitatus quaſi tempeſtas quædam peruaſiſſet, clade illa quam diximus ad Tholoſam accepta, tamen vires in Pannonia reparauit: multíſque Italiæ vrbibus partim captis, partim euerſis cùm Romã oppugnaturus eſſet, ciuium precibus commotus, in Pannoniam rediit: an-
niſque

niſque prope XII. in illis expeditionibus conſumtis, repentina ſanguinis eruptione exſtinctus eſt. Obiit autem Martianus anno imperij ſui ſexto.

Anno Chriſti 457.

IMP. CÆSAR FL. LEO AVG. in Thracia natus, cùm Tribunus militum ſub Martiano fuiſſet, Imperator creatus eſt Aſparis, Gotti hominis factione, qui inter patritios ad lectus magān in eo ordine auctoritatem adeptus erat. Hac de cauſſa Leo Aſparis filium Ardaburium Cæſarem adpellauit: qui cùm vnà cum ipſo annos XIIII. imperaſſet, maieſtatis accuſatus, ſimul cum patre necatus eſt. Fuit autem Leo pietatis & religonis ſtudioſiſſimus: pacique colendæ, quàm bello gerendo aptior. Itaque cùm Orientem in pace atque ocio aliquamdiu tenuiſſet, à Vandalis Africam occupantibus bello adpetitus, grauiſſimam in prælio Ducis Baſiliſci culpa offenſionem accepit. Imperauit autem annos XVII.

Anno Chriſti 474.

IMP. CÆSAR FL. ZENO AVG. in Iſauria humili genere natus, Leone imperante, ductor exercitus, ita ſuam ei fidem atque induſtriam probauit, vt hic ſuam ei ſororem in matrimonio collocâret. cùm autem idem moriens filium eius Leonem, nepotem ſuum Imperatorem feciſſet, hic anno poſt vita excedens patri ſuo imperium tradidit. quo tempore Baſiliſcus vxoris eius auunculus ſeditione in Cilicia excitata, tyrannidem annum vnum occupauit: ſed poſtea victus atque in exſilium pulſus, inedia mori coactus eſt. Imperauit autem Zenò annos XVII.

Anno Chriſti 491.

IMP. CÆSAR FL. ANASTASIVS AVG. Dicorus à diſcoloribus oculorum pupillis dictus, Epidamni natus, cùm apud Leonem Silentiarij munere functus eſſet, Ariadnes Zenonis vxoris operâ imperium adeptus eſt: duóſque graues & acerbos aduerſarios habuit, Longinum in Iſauria: & Vitalianum in Thracia, quorum vterque cùm aliquamdiu Imperatoris nomen atque inſignia tenuiſſet, occiſus eſt. Religionem autem Anaſtaſius Eurychis opinionibus inquinatam ſecutus eſt, rectéque ſentientibus hoſtis infeſtus fuit. Tandem cùm annos imperaſſet XXVII. fulmine ictus interiit, anno ætatis XXCVIII.

Anno Chriſti 518.

IMP. CÆS. FL. IVSTINVS AVG. in Thracia patre armentario natus, cùm ipſe quoque in pueritia cuſtos pecoris fuiſſet, militiam ſecutus ita ſuam in re bellica induſtriam probauit, vt tandem aulicorum ordinum ac ſatellitum præfectus creatus ſit: cúmque Anaſtaſio mortuo Amantius cubicularius magnam ei pecuniam ad militum ſuffragia pro Theocrito emenda dediſſet, ipſe ea pecunia vſus ſibi imperium parauit, qua re Theocritus incenſus aduerſus eum exercitum collegit: ſed ab illo cum vniuerſa factione oppreſſus, & ſupplicio adfectus eſt. Rempublicam autem Iuſtinus ſapienter ac iuſtè, moderatéque annos nouem rexit, purámque & incorruptam religionem coluit, ſeditioſiſque diſputatoribus infeſtus, Manicheorum etiam ſectam ſingulari felicitate vniuerſam deleuit. Cúmque Iuſtinianum ſororis filium adoptaſſet, quarto pòſt menſe vita functus eſt: anno imperij ſui nono. quamdiu autem vixerit, incertum.

A

B

C

D

E

F

G

Anno Chriſti 527.

IMP. CÆSAR ANICIVS IVSTINIANVS AVG. Salonæ, quæ vrbs Dalmatiæ eſt, natus, Iuſtini ſororis filius ipſius adoptione imperium adeptus eſt. Rempublicam & militiæ & domi feliciter adminiſtrauit, triúmque ad eam rem ſummorum virorum opera vſus eſt. Nam Belliſario duce, Perſas in Oriente tumultuantes vltra Tigrim Euphratémque profligauit. Vandalis qui Africam annos ferè XCVI. obtinuerant, inde multis præliis fractos expulit: Gottos præterea qui Siciliam & Italiam occupabant, fudit ac diſſipauit. Hippatium denique & Pompeium qui ſeditione commota, imperij inſignia ſibi ſumſerant, prælio in vrbe Conſtantinopoli facto oppreſſos, ſupplicio adfecit: cùm in eo prælio ciuium triginta millia interiiſſent. Iam verò duce Narſe Gottos bellum renouantes atque iterum in Italiam irrumpentes compluribus factis præliis domitos ſubegit, cùm annus eius belli Gottici ageretur XVIII. Domi verò Tribonianum habuit, Iuris ſcientiæ gloria in primis clarū, qui Quæſtor apud ipſum & Magiſter officiorum fuit. Is iuris ciuilis libros qui tum in infinitam multitudinem excreuerant, adhibitis ſexdecim aliis Iuriſconſultis, intra triennij ſpacium ita in anguſtum redegit, vt ex librorum duum millium numero quinquaginta tantùm conflati ſint. pòſt Imperatorum quóque conſtitutiones vnum in volumen coëgit, quem præcisè vulgo Codicem adpellamus. Religionem porrò ſtudioſè ſanctéque Iuſtinianus coluit: ſeditioſorúmque factionibus infeſtiſſimum ſe aduerſarium præbuit: obiitque anno imperij ſui XXXVIII. ætatis verò XXCIV.

De libris Iuris à Iuſtiniano compoſitis.

Iuriſprudentiæ ſtudium Romanæ magno in honore & gloria fuiſſe, nemini ignotum eſt. at quo tempore Iuſtinianus in Græcia diſciplinæ illius libros circumcidit, occupata iam antèa Gottis per annos ſexaginta Italia fuerat, & barbaris eorum legibus aſtricta. Eum Gottorum dominatum annos LXXVII. duraſſe, ſuperiùs diximus: quem continuò Longobardorum regnum excepit: qui annos CCIII. Italiam obtinuerunt: hoc eſt, vſque ad annum Chriſti D. CCLXXV. quo tempore Franci duce Carolo Magno pulſis Longobardis Italiam in ſuam poteſtatem ditionémque redegerunt. His tot ſeculis, hoc eſt, annis amplius ſexcentis nullam Iuriſprudentiæ Romanæ & librorum Iuſtiniani auctoritatem toto Occidente fuiſſe, ſed ſolos aduenticiarum gentium mores ac leges viguiſſe, ſatis conſtat. quarum legum monimenta etiam nunc exſtant, paucis hiſce annis in lucem edita. In Græcia verò Iuſtiniani legum auctoritas perpetuò cōnſtitit: & cùm earum in ſcholis diſciplina iuuentuti tradita eſt, tum etiam ciuiles controuerſiæ ex earum præſcripto diſceptatæ ſunt. Tandem igitur circiter annum Chriſti M. C. Imperatore Lothario Saxone, cùm eſſet in Italia vir in Repub. iudiciiſque magna cum laude verſatus, Irnerius, qui Conſtantinopolitanos Iuriſconſultos audierat, Imperatori auctor fuit, vt barbaris legibus remotis Iuriſprudentiæ Romanæ vſus reſtitueretur. Cuius libri in Malfitanæ vrbis bibliotheca diu reconditi atque adſeruati, paulò ante ex eius vrbis direptione Piſas tranſlati, ibiq; reperti fuerant. Ita Iuriſprudentia Romana, quæ annos (vt iam ante poſui) amplius ſexcentos exſtincta toto occidente, atque intermortua fuerat, Lotharij Imp. beneficio in lucem reuocata eſt: eiúſque ſcholæ ſenſim toto terrarū orbe con-

ſtitutæ: quarum exercitatio & doctrina quantam annis hiſce quadragintis artis illius admirationem, quantámque ipſius profeſſoribus dignitatem pepererit, incredibile dictu eſt.

De Longobardis & Exarchis Italiæ.

Longobardi ex Albis ripa progreſſi, primùm in Pannoniam, deinde à Narſe Iuſtiniani duce, qui diuturnum in Italia cum Gottis bellum gerebat, illinc auxilij cauſſa euocati, magnis copiis Alboino duce in Italiam influxerunt: anno Chriſti D. LXVIII. pulsíſque Gottis, & Orientalis Imperatoris præfectis in anguſtam Italiæ oram coactis, Regnum in Italia conſtituerunt: quod annos ſex & ducentos obtinuerunt: hoc eſt, ad annum Chriſti DLC. CXIIII.

A quo ſpacio Reges eorum treis & viginti numerantur. quorum poſtremus Deſiderius à Carolo Magno Francorum Rege Italia pulſus eſt: omnéſque & Gottorum & Longobardorum reliquiæ Francorum armis funditus deletæ ſunt. Porrò anno D. LXIX. cùm Longobardi exiguam Italiæ partem Orientis Imperatoribus reliquiſſent, mittere hi ad eam adminiſtrandam præfectos inſtituerunt: qui Græco verbo Exarchi dicti ſunt: & Rauennæ ſedem præfecturæ imperiíque ſui collocarunt. Horum numerantur ad

B xv. qui eam Italiæ partem annos CXXCIII. tenuerunt: hoc eſt, vſque ad annum Chriſti D. CCLI. quo anno Rauenna à Longobardis capta parere Orientis Imperatoribus deſiit.

IVRISCONSVLTVS, SIVE DE OPTIMO GENERE IVRIS INTERPRETANDI,

Franc. Hotmani Libellus.

MIRIFICA profectò & ſingularis quædam vis atque altitudo ingenij populo Romano, Dei conceſſu ac munere tributa eſt, qui & ad eas ſolas artes, contemtis ceteris, animum adiecit, quæ ſolæ ad rem omnium maximam ac præclariſſimam, Reipublicæ ſcilicet adminiſtrandæ ſcientiam, pertinerent: & in iis ipſis quarum ſtudium ſemel amplexus eſt, ceteras omnes gentes longo interuallo ſuperauit. Artes porrò huiuſce generis tres video fuiſſe: quarum prima in iure conſtituendo, altera in bene dicendi facultate, tertia in rei militaris adminiſtratione poſita eſt. Neque enim aut ſocietas inter ciues ſine iure coiri, aut pacis ornamenta ſine eloquentia retineri, aut belli pericula finitimorúmque iniuriæ ſine rei militaris diſciplina repelli poſſunt. Præter illas tres, totidem alias, in quibus aliæ gentes ſuum ſtudium magnopere poſuerunt reperio fuiſſe, Philoſophiam. Fabrilem quam μηχανικὴν Græci vocant) & quæ vtriuſque particeps quodammodo videtur eſſe, Medecinam, quippe quæ tum in naturæ obſeruatione, tum in agendo, vt miſcendo, ſecando, & vrendo fere poſita eſt. Ac Philoſophia quidem duplex eſt, naturalis, quæ in naturæ obſeruatione: & moralis, quæ in vita (vt ait Cicero) & moribus verſatur. Naturalem porrò, quoniam ea neque ad Reipublicæ gubernationem, neque (vt Socrates docuit) ad bene viuendum quidquam conducebat, & in reconditis ac tenebricoſis quibuſdam diſputationibus quæ magna ex parte vaniſſimæ comperiebantur, poſita erat, populus Romanus quaſi ad ocioſos homines pertinentem, ferè reliquit: eum ipſum quem diximus Socratem, ſapientiſſimum Apollinis oraculo iudicatum, imitatus, qui rerum naturalium inquiſitionem obſcuram, vt Cicero teſtatur) & ad bene viuendum non

A neceſſariam, omiſit: philoſophiámque deuocauit è cælo, & in vrbibus collocauit, & in domos etiam introduxit. Moralem autem, quæ reuera hoc erat digna nomine, hoc eſt, non ad vanas quaſdam & inanes verborum concertationes, ſed ad mores & actionem vſúmque vitæ pertinebat, ſingulari quodam ſtudio a Romanis excultam fuiſſe, vel hinc licet intelligatur, quod in iure ciuili præclarè & ſapienter inſtituendo tantopere elaborarit. Præclarè námque Vlpianus, Iuriſconſultos ait veram, ac non fucatam

B Philoſophiam amplexos eſſe. Siquidem (vt veriſſimè "Cicero in Craſſi perſona ſcripſit) Moralis philoſo-" phia eoſdem habet fontes omnium diſputationum " ſuarum, qui iure ciuili & legibus continentur. Vnde " illud eiuſdem in libro de Oratore primo: Fremant, " inquit, omnes licet: Bibliothecas mehercule om-" nium philoſophorum, vnus mihi videtur XII. Ta-" bularum libellus, ſiquis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ſu-" perare. Eodémque illa Ciceronis diſputatio præcla-

C ra pertinet, in libro de Legibus primo, vbi diſciplinam iuris ſcribit penitus ex intima philoſophia hauriendam eſſe. Fabriles verò, & operoſas artes, credibile eſt populum Romanum, ptopter excelſam atque exaggeratam quandam animi magnitudinem, maieſtate ſua indignas iudicaſſe: eáſque (vt bonus auctor ſcribit Dionyſius) ferè ad ſeruos infimámque plebem relegaſſe. Quod eodem modo de Medecina factum conſtat: quippe cùm aut ſeruis ea diſci-plina inſtitutis, aut hominibus ex Græcia adductis,

D eam ad rem vterentur, nimirum qui ea tractarent & agerent: à quibus his etiam temporibus non modò qui nobili ſunt genere, verumetiam qui paulo illuſtriore ingenio prædíti ſunt, abhorrent. Iam verò populum Romanum iis in artibus, quarum ſtudia digna eſſe ſtatuit in quibus elaboraret, ceteris omnibus gentibus longè antecelluiſſe quis ignorat?

Nam,

Nam, vt à poſtrema primùm ordiar, in re militari quis neſcit illum tantopere præſtitiſſe, vt ſibi gentium terrarúmque omnium imperium, nominique ſuo æternam gloriam, multis ſuis fortiter & præclarè geſtis rebus pepererit? De eloquentiá verò quid adtinet dicere? in qua nemo, mediocriter quidem eruditus, ignorat, populum Romanum à Cicerone, meliore paulo quàm poëta Virgilius fuerit, harum rerum æſtimatore, tam ſæpe & tam valde Græcis hominibus, qui ſoli potuiſſe aliquid hoc in genere exiſtimātur, anteponi? Quòd autem ad ciuile ius, rémq; publicam bonis & inſtitutis & legibus temperādam adtinet, ecquam aliarum gentium commemorare poſſumus, non dico quæ hoc in genere certare cum populo Rom. poſſit: ſed in qua ſtudium illud aliquo in precio habitum, & vel negligenter exultum fuiſſe videatur? vbi tandem aut inſtitutas de iure diſputationes, aut ſcriptos libros fuiſſe legimus? vbi denique nomen ipſum vel Iuriſconſultorum, vel Iuriſperitorum, niſi apud populum Rom. auditum eſt? Facile vt adpareat veriſſimum eſſe quod Cicero non vno loco prædicat: Romanos omnia conſequi potuiſſe, ſimul vt velle cœperant. Præclarè igitur ſapientiſſimus poëta, qui cùm ſuas cuique genti laudes adtribuiſſet, pingendi, ſculpendi, obſeruandi cæli: Romanis Reipublicæ conſtituendæ ſcientiam adiudicauit.

Tu regere, inquit, *imperio populos Romane memento:*
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem.

Cuius rei cauſſa quæ tandem eſſe potuerit, cùm apud me conſidero, hanc ferè reperio præcipuam fuiſſe, quod cùm nulla vnquam in ciuitate ſatis multæ leges omnibus de rebus ſcribi poſſint, magnáque pars litium ac negociorum prudentiæ conſilióque peritorum hominum neceſſariò permittenda ſit: Romani non (vt cæteræ gentes omnes) cuiuis iudici, arbitróve ſumpto, maximarum quarumque rerum arbitrium poteſtatémque permiſerunt: ſed ampliſſimos quoſque, & clariſſimos viros, magnóque rerum vſu præditos; quaſi ciuilis iuris cuſtodes in hoc munere tanquam in præſidio aliquo locauerunt, à quibus iudices atque arbitri reliquique ciues quid æquum bonúmque eſſet, cùm vſus veniret, exquirerent: quíque ciuilibus ac priuatis negociis pro ſua prudentia præeſſent. Eorum namque poſitam quattuor in rebus facultatem fuiſſe reperio: primùm vt legum, ſi quæ fortè obſcuriores viderentur, itémque pactionum & teſtamentorum ſententiam interpretarentur. deinde, vt qua de re neque à legibus, neque à priuatis cautum eſſet, ipſi quid æquum bonúmque videretur, reſponderent: tum præterea vt in priuatorum negociis, veluti pactionibus & teſtamentis ſcribendis, iis à quibus conſulerentur, cauerent: poſtremò, vt litium actiones, id eſt, litigandi formulas & ordinē conſtituerēt: vt non omnino malè (meo iudicio) definiri Iuriſconſultus hac ratione poſſe videatur: Qui tum iuris ciuilis, tum æqui bonique peritus, populo ſe ad reſpondendum, interpretandum, cauendum atque agēdum dedit. Quibus omnibus de rebus operæpretium eſſe arbitror, deſcriptè atque ordine diſſerere: vt primùm quibus in rebus Iuriſconſultorum munus poſitum, deinde quorum illud proprium fuerit, tum quæ auctoritas illorū exſtiterit, poſtremò quæ nobis hodie ratio iuris interpretandi optima eſſe videatur, breuiter quātum facultas feret, exponamus. Quod igitur primo loco poſuimus, reſpondendi muneri Iuriſconſultos præfuiſſe, ſic accipiendum eſt: primùm, vt de iure A certo, id eſt, & ſcriptis legibus & conſuetudine ciuili conſulti ſtatim reſponderent. Qua de cauſſa Iuriſconſultorum memoriam in primis commendari videmus: quippe quos de iure certo interrogatos, ex tempore reſpondere oporteret: deinde vbi ſcripta nulla lex eſſet, tum quid æqui bonique ratio poſtularet, exponerent: quam quidem longè primam ac præſtantiſſimam eſſe muneris iſtius partem, Cicero multis verbis in libro de Legibus primo demonſtrat: vbi B ius ſcribit in mente ſapientis rationéque eſſe poſitum, eámque veriſſimam eſſe iuris atque iniuriæ regulam. Itaque conſtituendi iuris ab illa regula capiendum eſſe exordium, quæ ſeculis omnibus antè nata ſit quàm ſcripta lex vlla, aut quàm omnino conſtituta ciuitas fuiſſet. Hinc Iuriſconſultos Iuſticiæ ſacerdotes adpellari videmus: quippe qui Iuſticiæ deæ oracula & reſponſa conſulentibus enuncient. ſic enim ſenſiſſe Vlpianum, mihi quidem dubium videri non poteſt: tametſi longè aliter verba ipſius C ab eruditiſſimis quibuſque vulgò intelligantur. ſic autem & legendum & interpungendum eum eſſe locum exiſtimo: Ius eſt à Iuſticia adpellatum (nam vt eleganter Celſus definit. Ius eſt ars æqui & boni) cuius meritò nos quis Sacerdotes adpellet. Vt vox CVIVS, non ad IVS, ſed ad Iuſticiæ deæ nomen referatur: cùm ſatis conſtet, nō artis alicuius, ſed deorum ſacerdotes dici conſueuiſſe. Vtcunque ſit, Iuriſconſultos Romæ huic muneri præcipuè præfuiſſe, Cicero quoque lib. de arte Rhethorica ſecundo, D his docet verbis, Status negotialis eſt, inquit, in quo quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit, conſideratur: cui diligentiæ præeſſe apud nos Iuriſconſulti exiſtimantur. Multo verò planius Pomponius noſter in l. 2. de orig. iur. vbi ſic ſcribit, His legibus latis cœpit (vt naturaliter euenire ſolet) vt interpretatio deſideraret prudentium auctoritate neceſſariam eſſe diſputationem fori. Hæc diſputatio & hoc ius, quod ſine ſcripto venit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua non adpellatur, vt ceteræ partes E iuris ſuis nominibus deſignantur, datis propriis nominibus ceteris partibus: ſed communi nomine adpellatur Ius ciuile. Quibus ex verbis intelligimus, quod ſingulari animaduerſione dignum eſt, tantam huiuſce Iuris dignitatem præſtantiámque fuiſſe, vt commune iuris ciuilis nomen ſuum ac proprium effecerit. cuius rei documenta ſunt in oratione Ciceronis pro Cæcina prope innumera: ſed vnum exempli cauſſa ex lib. de Off. 3. proferre ſatis erit, vbi Cicero dilucidè Ius ciuile legi XII. Tabularum oppo- F ſuit: Ac de iure quidem prædiorum ſancitum eſt apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vitia etiam dicerentur quæ nota eſſent venditori. nam cùm ex XII. Tabulis ſatis eſſet cautum, ea præſtari quæ eſſent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: à Iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quòd ſi iura conſtituere, Iuriſconſultorum Romanorum poteſtas fuit, quemadmodum planius aliquanto pòſt intelligetur: quanta illorum dignitas, auctoritas, amplitudóque fuerit, G non difficile intellectu eſt. At verò apud Græcos, ceteráſque gentes, huiuſce præclari muneris (vt antè dixi) mentio nulla eſt prorſus. Quapropter qui apud illos ſeſe priuatorum negociis rebúſque agendis interponebant, ij non Iuriſconſulti, ſed Pragmatici, quaſi dicas negotioſi & formularij, nominabantur: homines (vt ait apud Ciceronem Craſſus) infimi, & mercenarij: qui ſe miniſtros in iudiciis oratoribus

præbebant. Itaque Fabius libro 3.cap.3.teſtatur Græ-
cos, πραγματικοὺς Iuris interpretes vocaſſe. Et lib, 12.
» cap.3. Neque ego ſum(inquit) noſtri moris ignarus,
» oblitúſve eorum qui velut ad arculas ſedent, & tela
» agentibus ſubminiſtrant: neque idem Græcos quoq;
» neſcio factitaſſe, vnde nomen his Pragmaticorum
» factum eſt. Quod idem Antonius libro de oratore
» 1. his confirmat verbis. Itaque Græci, diſertiſſimi
» homines, miniſtros habẽt in cauſſis Iuriſperitos, quũ
» ipſi ſint imperitiſſimi: (ſic enim legendum arbitror)
» & qui (vt abs te paulo ante dictum eſt) pragmatici
» vocantur. in quo noſtri omnino melius multo, quòd
» clariſſimorum hominum auctoritate leges & iura te-
cta eſſe voluerunt. Rectè Antonius. non enim Ro-
mani (item vt Græci) Iuriſconſultorum ſuorum mu-
nus in tam exili ac tenui opera conſumi voluerunt,
vt actionibus tantùm ac formulis, cautionibúſque
præeſſent: ſed in æquo bonóque ciuibus omnibus
reſpondendo. Quocirca præclarè mihi Celſus artem
Iuris definiſſe videtur, artem æqui & boni: meritó-
que Iuriſconſultos olim maximo ſemper in honore
ac pretio habitos fuiſſe. cuius rei etiam illa Cicero-
nis quæ ex lib. de Off. 2. ſubiiciam, documento ſunt:
» Quæ autem opera, inquit, non largitione beneficia
» dantur, hæc tum in vniuerſam Rempublicam, tum
» in ſingulos ciues conferuntur. nam in Iure cauere,
» conſilio iuuare, atque hoc ſcientiæ genere prodeſſe
» quam plurimis vehementer & ad opes augẽdas per-
» tinet, & ad gratiam. Itaque quum multa præclara
» maiorum, tum quam optimè conſtituti Iuris ciuilis
» ſummo ſemper in honore fuit cognitio atque inter-
» pretatio: quam quidem ante hanc confuſionem tem-
» porum in poſſeſſione ſua Principes retinuerunt: nũc,
» vt honores, vt omnis dignitatis gradus ſic huius ſciẽ-
» tiæ ſplendor deletus eſt, idque eo indignius, quod eo
» tempore hoc contigit, quum is eſſet qui omnes ſupe-
» riores, quibus honore par eſſet, ſcientia facilè vicıſ-
» ſet. hæc autem opera grata multis, & ad beneficiis
» adſtringendos homines adcommodata. Hæc Cice-
ro. Craſſus autem apud eundem lib. de Oratore 1. in
eandem ſententiam, quum dixiſſet Romæ ampliſſi-
mum quemque & clariſſimum virum Iuris ſcientiæ
præeſſe, multóſque quum ingenio ſibi auctore digni-
tatem peperiſſent, perfeciſſe vt in reſpondendo iure,
auctoritate plus etiam quàm ipſo ingenio valerent:
» ſic infert, Senectuti verò celebrandæ & ornandæ
» quod honeſtius poteſt eſſe refugium, quàm iuris in-
» terpretatio? Equidem mihi hoc ſubſidium iam inde
» ab adoleſcentia comparaui, non ſolùm ad cauſſarum
» vſum forenſem, ſed etiam ad decus atque ornamen-
» tum ſenectutis: vt quum ne vires, quod ferè iam tem-
» pus aduentat, deficere cœpiſſent, iſta (iuris interpre-
» tatione) ab ſolitudine domum meam vindicarem.
» Quid eſt enim præclarius quàm honoribus perfun-
» ctum ſenem, poſſe ſuo iure dicere idem quod apud
» Ennium dicit ille Pythius Apollo: Se eſſe eum, vnde
» ſibi ſi non populi & reges, at omnes ſui ciues conſi-
» lium expetant?

» *Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex*
» *Incertis certos, compotéſque conſilij*
» *Dimitto, vt ne res temere tractent turbidas.*

» Eſt enim ſine dubio domus Iuriſconſulti, totius O-
raculum ciuitatis. Quinetiam eodem libro Antonius
aliquanto poſt, etſi Iuriſconſultorum gloriæ ſubinui-
» dens, tamen ita loquitur: Etenim ſine controuerſia &
» magna eſt ars illa, & latè patet, & ad multos pertinet,
» & ſummo in honore ſemper fuit, & clariſſimi ciues

A ei ſtudio etiam hodie præſunt. Ad hunc autem mo- »
rem feſtiuè alluſit Tibullus Eleg. 4. libro 1. cùm ita
ſcribit:

——Me, qui ſpernentur, amantes
Conſultent: cunctis ianua noſtra patet.

Hactenus primam Iuriſconſultorum muneris par-
tem, quæ ſcilicet in legibus & æquitate reſpondenda
poſita eſt, ſatis explicaſſe arbitramur. Conſequens eſt
vt ad interpretationem accedamus: quam partem ſe-
B cundam ſuperius eſſe diximus. quamquam ita cum il-
la coniuncta eſt, vt difficile diſcerni poſſit. qua de
cauſſa Cicero Philip. 9. de Ser. Sulpitio diſſerens: Nec »
verò, inquit, ſilebitur admirabilis quædam & incre- »
dibilis & pene diuina eius in legibus interpretandis, »
& æquitate explicanda, ſcientia. neque enim ille ma- »
gis iuris conſultus, quàm iuſtitiæ fuit. itaque quæ »
proficiſcebantur à legibus, & à iure ciuili, ſemper ad »
facilitatem æquitatémque referebant. Quibus ex
verbis patet, legum interpretationem ex æqui & bo-
C ni ratione ſumẽdam eſſe. Qua de cauſſa laudari C.A-
quiliũ à Cicerone videmus in orat. pro Cæcina, quòd
iuris ciuilis rationẽ numquã ab æquitate ſeiungeret,
quodque ita peritus ac prudens eſſe, vt ex iure ciuili,
non ſcientia ſolùm quædam, verumetiam bonitas
nata videretur. Ergo ſi quando vel ius cum æquitate,
vel ſcriptum cum non ſcripto ſententiáve conten-
deret, ſi quid ſcriptum eſſet ambiguè, ſi qua contra-
riè ſcripta, ſi quod verbum obſcurum, vel in legibus,
vel in priuatorum conuentionibus videretur, ad Iu-
D riſconſultorum interpretationem decurrebant. Atq;
hoc nimirum illud eſt quod Seneca lib. de benefic. 5.
ſcribit, Iuriſconſulti officium eſſe mentem ſpectare:
hoc eſt, non tantùm quæ legiſlatorum, ſed etiam
quæ teſtatorum, aut paciſcentium mens & conſilium
fuerit, perſpicere.

Tertiam huius muneris partem in cautionibus po-
ſitam fuiſſe diximus. Cautiones autem intelligo, in
iis rebus gerendis quibus vitæ ſocietas continetur:
vt rerum contrahendarum, ſtipulandi, emendi, ven-
E dendi, locandi, conducendi, ſocietatis coëundæ, &
ſi quæ ſunt in eodem genere: vnde etiam vſuuenit, vt
Cauendi verbum quaſi Iuriſconſultorum proprium
ac peculiare factum ſit. Ex quo illud Plauti in Epidi-
co: Hic poterit cauere rectè, iura qui & leges tenet. »
Et illud Ciceronis ad Trebatium Iuriſc. lib. Epiſt. 7.
Tu qui ceteris cauere didiciſti, in Britannia ne ab »
eſſedario capiaris, caueto. Et in Topic. ad eundem: »
Etenim quum tu mihi meiſque multa ſæpe cauiſſes. »
Et illud Ouid. lib. de art. amand. 1.

F *Ille ſæpe loco capitur conſultus amore:*
Quique aliis cauit, non cauet ipſe ſibi.

Supereſt vt de actionibus, quam poſtremã huius
muneris partem eſſe diximus, nunc diſſeramus. Quod
igitur agendis rebus Iuriſconſultos præfuiſſe dixi-
mus, ſic accipiendum eſt: primùm vt litigandi, dein-
de etiam vt aliarum priuatarum rerum & extraiudi-
cialium actionum formulas ab iis concipi perſcribí-
que ſolitas, intelligamus: veluti emancipationis, ado-
ptionis, in iure ceſſionis, ſponſaliorum, in manum
G conuentionis, teſtamentorum, cretionum, manci-
pationum, & quæ ſunt generis eiuſdem. nam de iu-
diciorum quidem formulis, vel ex Ciceronis ora-
tione pro Murena, cuiuis exiſtimare facile eſt. vbi illa
vetera proferuntur: Fundus Sabinus meus eſt. eum »
ego ex iure Quiritium meum eſſe aio. Item Quando »
te in iure conſpicio, &c. Item ex Philip. 9. vbi de
Ser. Sulpicio loquitur: Neque conſtituere litium »
actio-

» actiones malebat, quàm cõtrouerſias tollere. De pri-
» uatis autem & extraiudicialibus actionibus, vel hic
» vnus locus ex libro Ciceronis de legib. documento
» eſſe poterit. Summos fuiſſe in ciuitate noſtra viros,
» qui ius interpretari populo, & reſponſitare ſoliti
» ſint: ſed eos magna profeſſos, in paruis eſſe verſatos.
» Quid enim eſt tantum, quantum ius ciuitatis? Quid
» autem tam exiguum quàm eſt munus hoc eorum qui
» conſuluntur? Quod tamen eſt populo neceſſarium.
» Nec verò eos qui ei muneri præfuerunt, vniuerſi iu-
» ris expertes fuiſſe exiſtimo. Sed hoc ciuile quod vo-
» cant, eatenus exercuerunt, quoad populo præſtare
» voluerunt. Id autem incognitum eſt, minúſq; in vſu
» neceſſarium. Quamobrem quò me vocas, aut quid
» hortaris vt libellos conficiam de ſtillicidiorum ac pa-
» rietum iure? aut vt ſtipulationum & iudiciorum for-
» mulas componam? quæ & conſcripta ſunt à multis
» diligenter, & ſunt humiliora quàm illa quæ à nobis
expectari puto. Similis præterea locus de teſtamen-
tis in lib. de Orat. 2. vbi Craſſus verba hæc ex qua-
» dam oratione ſua commemorat: Nam ſi, Scæuola,
» nullum erit teſtamentum recte factum, niſi quod tu
» ſcripſeris, omnes ad te ciues cum tabulis veniemus,
» omnium teſtamenta tu ſcribes vnus. Cuius conſue-
tudis etiam veſtigium exſtat apud Seruilium in l.
Lucius Titius, 88. §. vlt. D. de leg. 2. Eodem quo-
que illud Ouidij pertinet ex epiſtola Acontij ad Cy-
dippam.

Te mihi compoſitis, ſi quid tamen egimus arte
Aſtrinxit verbis ingenioſus amor.
Dictatis ab eo feci ſponſalia verbis:
Conſultóque fui iuris amore vafer.

Denique vſque eò ſcribendi verbum in Iuriſcon-
ſultis vſitatum erat, vt iam penè illorum proprium
eſſe videatur. vnde ille Ciceronis ad Trebatium io-
» cus lib. Epiſt. 7. Valde, inquit, iam lautus es: qui
» graueris ad nos literas dare, homini præſertim prope
» domeſtico. quod ſi ſcribere obitus es, minus multi
» iam te aduocato cauſſa cadent. Eóque etiam illud in
» Muræniana pertinet. Iuriſconſultorum vrbanam mi-
litiam reſpondendi, cauendi, ſcribendi. Atque hoc
nimirum illud eſt quod Antonius lib. de Oratore 1.
Iuriſconſultos exagitans, ait eos per ſe nihil niſi le-
guleios quoſdam cautos & acutos eſſe, præcones a-
ctionum, cantores formularum, aucupes ſyllabarũ.
Neque verò prætereundum illud ſilentio eſt, quod
& ad vtrumque hoc poſtremum, de quo iam diximus
pertinet, & ex multis Ciceronis locis, itémque
Pomponio Iuriſconſulto, & Liuio, aliiſque nonnullis
didicimus: veteres illos qui huic ſcientiæ præfue-
runt, obtinendæ atque augendæ ſuæ potentiæ cauſſa,
peruulgare artem ſuam noluiſſe: ſed in Pontificum
penetralibus ciuile ius reconditum habuiſſe: donec
Cn. Flauius, Cn. F. ſcriba illud euulgari, faſtóſque
circa forum in albo propoſuerit: vt & quando &
quomodo lege agi poſſet, ſciretur. cuius exemplum
poſteriores imitati, certatim quiſque formularum
libellos compoſuerunt, qui actiones adpellabantur:
quarum præcipua laus fuit Manilianarũ, & Hoſtilia-
narum, quas Varro in libris De re ruſtica, demon-
ſtrat in omnium etiam ruſticorum manibus verſari
conſueuiſſe. Animaduertendum etiam illud eſt, quod
in Muræniana Cicero de illis ipſis formulis atque a-
ctionibus ſcribit, Iuriſconſultos à Cn. Flauio ſua illa
gloria atque arte ſpoliatos, veritos ne ſine ſua opera
lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuiſſe, vt omni-
bus in rebus ipſi intereſſent. quem locum olim mihi

A ſanè intellectu difficilem, poſteà Manilij in lib. Aſtro-
nom. locus hic perſpicuum, facilémque reddidit, vbi
de notis & compendiis ſcripturæ loquens, ita ſcribit:

Hic etiam legum tabulas, & condita iura
Nouerit, atque notis leuibus pendentia verba,
Et licitum ſciet & vetitum quæ pœna ſequatur,
Perpetuus populi priuato in limine Prætor.

Verùm hæc quidem hactenus: ex quibus, cuiuſmo-
di Iuriſconſultorum munus, quibúſque in rebus poſi-
B tum fuerit ſatis explicatum eſſe arbitramur: intelli-
gíque ſimul ex iis putamus, quamobrem traditam
à Cicerone in lib. de Orat. 1. Iuriſconſulti definitio-
nem ſecutus non ſum, vbi ſcribit, Iuriſconſultum
eſſe qui legum & conſuetudinis eius qua priuati in
ciuitate vtuntur, & ad reſpondendum, & ad agendũ,
& ad cauendum peritus eſſet. Nam hac definitione
is ſolus continetur qui de iure iam certo, & vel ſcri-
pto, vel moribus conſtituto reſpondet. id quod Pra-
gmaticorum munus fuiſſe ſuperiùs dicebamus: qui
C quantum à Iuriſconſultis differant, ex his Quinti-
liani verbis in lib. 12. cap. 3 facilè intellectu eſt: vbi
quæ Iuriſconſultorum reſponſis explicantur, aut in
verborum interpretatione poſita eſſe ſcribit, aut in
recti prauique diſcrimine: quum alij ſe ad album ac
rubricas transferant, & formularij, vel (vt Cicero ait)
leguleij quidam efficiantur. Verùm illud intelligen-
dum eſt, definitionem illam ei perſonæ adcommoda-
tam à Cicerone de induſtria fuiſſe, quam in ea diſpu-
tatione temporis cauſſa M. Antonio affinxerat, vt de
D Iuriſconſultorum dignitate & gloria, quoad poſſet,
detraheret. Deinceps igitur, quorum ea tanta pote-
ſtas auctoritáſque fuerit videamus. Ac primis qui-
dem temporibus Iuriſconſulti à ſemetipſis eam au-
ctoritatem ſumebant, cùm ſcilicet eos ſe eſſe profite-
rentur quos vulgò ab omnibus conſuli liceret. qua
de re Pomponij teſtimonium ſubſcribam ex l 2. D. de
ori. iuris. Ante tempora Auguſti, inquit, publicè re- «
ſpondendi ius non à Principibus dabatur: ſed qui fi- «
duciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus «
E reſpondebant: neque reſponſa vtique ſignata dabãt, «
ſed plerumque iudicibus ipſi ſcribebant, aut teſta- «
bantur qui illos conſulebant. Erat autem duplex
huiuſce ſcientiæ profitendæ ratio: quam à me
diuturna veterum lectione notatam, atque obſer-
uatam operæpretium eſt hoc loco exponere. Nam
qui legum & iuris doctrina præditi, vſúque ma-
gnarum rerum inſtructi, lumen ingenij conſiliíque
ſui liberaliter ſuis ciuibus impartiri volebant, ij aut
tranſuerſo foro ambulantes aut domi in ſolio, hoc
F eſt, honorabili ſella conſidẽtes omnibus conſulendi
ſui poteſtatem ſe facere demonſtrabant. Cuius rei
teſtimonio eſt hic ex lib. de Orat. 3. Ciceronis locus:
Marcum verò Manilium nos etiam vidimus tranſ- «
uerſo ambulantem foro: quod erat inſigne, eũ qui id «
faceret, facere ciuibus omnibus cõſilij ſui copiam: ad «
quos olim & ita ambulantes, & in ſolio ſedentes do- «
mi, ſic adibatur, non ſolùm vt de iure ciuili ad eos, «
verumetiam de filia collocanda, de fundo emendo, «
de agro colendo, de omni denique aut officio aut ne- «
G gocio referretur. Item ille in primo: Erectum & cel- «
ſum, alacri & prompto ore ac vultu huc atque illuc «
intuentem, vagari magna cum caterua toto foro, «
præſidium clientibus atque opem amicis, & prope «
cunctis ciuibus lucem ingenij & conſilij ſui porri- «
gentem atque tendentem. Eodem etiam ille, ex ora- «
tione Craſſi in M. Brutum, Bruti Iuriſconſulti filium
iocus pertinet, qui eſt in libro ſecundo: Brute quid «

ſedes? quid illam anum patri nunciare vis tuo? quid re facere? cui rei, cui gloriæ, cui virtuti ſtudere? an iuri ciuili? eſt paternum. Sed dicet te, cùm ædes venderes, ne in tutis quidem cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe: id eſt, ſellam, in qua tuus ſedens pater ius reſpondebat. Locum autem, Atrium domus fuiſſe, Seneca libro 14. Epiſt. ſignificare videtur, cùm ita ſcribit: Hi (de Solone, Lycurgo, & Zaleuco loquitur) nō in foro nec in conſultorū atrio, ſed in Pythagoræ tacito illo ſanctóq; ſeceſſu iura didicerūt. Quod ſanè præclarum, & plenum dignitatis fuiſſe conſtat: cùm in ea domus parte, vbi maiorum imagines aſſeruabantur, quaſi auguſto aliquo in loco ſella poſita, iuſtitiæ ſacerdos oracula fundebat. Vnde illud Valerij Max. lib. 5. qui cùm Manlij Torquati Iuriſconſulti, ſapientiſſimum de accuſato filio iudicium & ſententiam expoſuiſſet, ſic infert: Cùm filij funus duceretur, conſulere ſe volentibus vacuas aures accōmodauit. Videbat enim ſe in atrio conſediſſe, in quo illius imperioſi Torquati ſeueritate conſpicua imago poſita erat: prudentiſſimóque viro ſuccurrebar effigies maiorum ſuorum, cùm titulis ſuis, idcirco in prima ædium parte poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolùm legerent, ſed etiam imitarentur. Nunquam autem illud de ſolo planius à Cicerone demonſtratur, quàm in libro de legibus 1. his verbis: Ego verò ætatis potius vacationi confidebā, cùm præſertim non recuſarem, quominus more patrio, ſedens in ſolio conſulentibus reſponderem, ſenectutíſque non inertis grato atque honeſto fungerer munere. Quibus omnibus ex locis illud intelligitur, quod antea dicebamus, Iuriſprudentiæ profitendæ rationem duplicem olim fuiſſe, cùm aut trāſuerſo foro ambularetur, aut domi in ſolio conſideretur, Ac momorabile eſt, quod Cicero Tuſculan. V. de L. Druſo Iuriſconſulto, eodémque oculis capto commemorat: L. Druſi domum (inquit) compleri conſultoribus ſolitam accepimus, cùm quorum res eſſet ſua ipſi non videbant, cæcum adhibebant ducem. Memoratu etiam dignum eſt, quod ex Ciceronis oratione pro Muræna obſeruauimus: moris fuiſſe vt qui Iuriſconſultos adirent, hac formula vterentur, LICET CONSVLERE? ſic enim ſcribit: Itaque non modò beneficij collocandi ſpem, ſed etiam illud quod aliquando fuit, LICET CONSVLERE, iam perdidiſtis. Illud ſanè abſurdum eſt, quod nonnulli hac mea obſeruatione non contenti, tradiderunt, verba hæc, LICET CONSVLERE, pro foribus Iuriſconſultorum ſcripta fuiſſe, de quo ſine vllo argumento affirmari non oportuit; præſertim cùm ſimiles illæ formulæ, Licet anteſtari, in teſtimoniis denunciandis: licet adiicere? in auctionibus: & licet rogare? in teſtibus, notæ ſint omnibus mediocriter quidem eruditis. Quod autem de profeſſione paulo antè dicebamus, idem alio eiuſdem orationis loco perſpicuè confirmatur, vbi ſua in poteſtate poſitum eſſe prædicat, ſeſe Iuriſconſultum profiteri. ius enim (vt idem in oratore ſcribit) profitentur etiam qui neſciunt. Itaque, inquit, ſi mihi homini vehementer occupato ſtomachum moueritis, triduo me Iuriſconſultum eſſe profitebor. Eodémque illa perfaceta pertinet eiuſdem epiſtola, in libro earum quæ Familiares appellantur primo, M. Tullius Cicero S. D. L. Valerio Iuriſconſulto: Cur enim tibi hoc non gratificer, neſcio: præſertim quum his temporibus audacia pro ſapientia liceat vti. Et paulo poſt, Quamquam qui

A iſtinc nunc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt quod nihil re ſpondeas: partim contumelioſum, quòd malè reſpondeas. Item de eodem ad Appium, lib. earumdem Epiſtol. 3. L. Valerium iuriſconſultum valde tibi commendo: ſed ita, etiamſi non eſt, Iuriſconſultus. melius enim ei cauere volo, quàm ipſe aliis ſoleat. Eodem etiam locus ille pertinet ex oratione pro Plancio, vnde hoc amplius intelligitur, non ſine reprehenſione eos fuiſſe, qui quum B hanc artem profeſſi fuiſſent, ſuſcepto tamen muneri ſatisfacere non poſſent: Quæris, inquit, num Iuriſconſultus? quaſi quiſquam ſit qui ſibi hunc falſum de iure reſpondiſſe dicat. omnes enim iſtiuſmodi artes in iis reprehenduntur, qui cùm profeſſi fuerint, ſatisfacere non poſſunt: non in iis qui abfuiſſe ab iſtis ſtudiis confitentur. Perſpicuum igitur eſſe arbitror, quod ſuperius dicebamus, Iuriſprudentiam profiteri olim in cuiuſuis, qui modò ingenio ac doctrinæ ſuæ confideret, arbitrio poteſtatéque fuiſſe. At verò po- C ſterioribus temporib. Auguſtus Cæſar totam hanc profitendæ iuriſprudentiæ rationē immutauit. non enim arbitrio cuiuſque poteſtatem illam permiſit: ſed quum (vt credi par eſt) propter multorum indignitatem, eam ſibi temere ſcientiam arrogantium flos ille veteris dignitatis exaruiſſet, conſtituit vt nemo, niſi qui à ſe authoritatem illam accepiſſet, reſpondendi ius haberet, quo ſuo inſtituto non Iuriſconſultorum dignitatem ac ſplēdorem imminuit, imò verò potius auxit, atque amplificauit: ſed nu- D merum dumtaxat eorum qui conſulentibus reſponderent circumſcripſit, vt certis tantùm ac delectis viris ea poteſtas tribueretur. qua de re Pōponius in l. 2. De orig. iur. ita ſcribit, Primus Diuus Auguſtus, vt maior iuris auctoritas haberetur, conſtituit vt eius auctoritate reſponderent. Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Adrianus, quum ab eo viri prætorij peterent vt ſibi liceret reſpondere: reſcripſit eis, hoc non peti, ſed præſtari ſolere. Et ideo ſi quis fiduciam ſui habe- E ret, delectari ſe, populo ad reſpondendum ſe præpararet. Hæc Pomponius: ex quibus intelligi debet, poſt Auguſti imperium morem illum veterem exoleuiſſe, vt cuicumque Iuriſconſultum, ſe profeſſo ſtatim crederetur: eámque licentiam ſolis poſtea medicis relictam fuiſſe. nam Plinius lib. 29. cap. 1. Itaque, inquit, in hac artium ſola euenit, vt cuicumque medicum ſe profeſſo ſtatim credatur: cùm ſit periculum in nullo mendacio maius. Vtcumque ſit, mutatam eſſe poſt Auguſti & aliorum aliquot Cæ- F ſarum imperium illam in atrio iuris docendi ac reſpondendi conſuetudinem, ſatis conſtat. Agellij quidem ætate, hoc eſt, ſub Imperio certas Iuriſconſultorum ſtationes fuiſſe, ex his ipſius verbis intelligitur: lib. 13. c. 13. Cùm in lucem fori prodiiſſem, quæſitum eſſe memini, in pleríſque Romanæ ſtationibus ius publicè docentium aut reſpondentium an quæſtor populi R. ad prætorem in ius vocari poſſet.

Adhuc quorum hominum poteſtas Ius reſpondendi propria fuerit expoſuimus: nunc conſe- G quens eſt vt quanta illorum auctoritas fuerit, quantamq; illorum reſponſa vim ac momentū habuerint, oſtendamus. Nam Iuſtinianus quidem libro Inſtitutionum 1. tantam Iuriſconſultorum auctoritatē fuiſſe ſcribit, vt Iudicibus recedere ab eorum reſponſis nō liceret. Cuius rei teſtimonium præclarum exſtat in oratione pro Cæcina, vbi Cicero C. Aquilij, & alio-

aliorum quorumdam Iuriſconſultorum, qui ſecūdum Cæcinam reſponderant, authoritatem profert. itémque apud Paullum in l. Titius, 45. D. de action. emt. vbi Domitij Vlpiani reſponſum in iudicio lectum, profertur. Quapropter Cicero in Topicis, priuata iudicia maximarum quidem rerum, in Iuriſconſultorum prudentia poſita eſſe ſcribit: Nam & adſunt multum, inquit, & adhibentur in conſilio, & patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus haſtas miniſtrant. In omnibus igitur iis iudiciis, in quibus EX FIDE BONA eſt additum, plurimus eorum vſus eſt. (Sic enim legendum arbitror, non EARVM.) vbi verò etiam VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, in primiſque in arbitrio rei vxoriæ, in quo eſt QVID ÆQVIVS MELIVS, parati eſſe debent. Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonum, illi quid ſocium ſocio, quid eum qui negotia aliena curaſſet, ei cuius ea negotia fuiſſent, quid eum qui mandaſſet, eúmve cui mandatum eſſet, alterum alteri præſtare oporteret, quid virum vxori, quid vxorem viro, tradiderunt. Quibus ex verbis intelligimus, veteris conſuetudinis fuiſſe, vt rerū priuatarum iudicia ferè ex Iuriſconſultorum reſponſis diſceptarentur: alioqui ſi per imperitiam, & inconſultis Iuriſperitis, iudex malè pronunciaſſet, litem ſuam faciebat: vti ſcribit Caius in l. 5. §. ſi iudex, D. de obligat. & act. l. filiusfam, 15. & l. ſeq. D. de iudic. id eſt, cogebatur eius cauſſam, ſecundum quem pronunciarat, ita defendere, quaſi ſua res eſſet, vt ſi male pronunciaſſe iudicaretur, litis æſtimationem perſolueret. quinetiam exemplum exſtat cōſultationis à Prætore vrbis ad Celſum Iuriſc. miſſæ, in l. 3. §. 1. D. de minorib. itémque ad Papinianum in l. 2. D. de pact. dotal. Neque verò altera illa Iuriſconſultorum auctoritas ſilentio prætereunda eſt, cuius non modò in libris noſtris documenta exſtant innumera, verùm etiam apud Senecam & Ciceronem. Nam ille quidem epiſt. 14. Iuriſconſultorum reſponſa valere ſcribit, etiam ſi ratio non reddatur. Hic autem lib. de orat. 1. Qui cùm ingenio ſibi auctore dignitatem peperiſſent, perfecerunt, vt in reſpondendo iure auctoritate plus etiam, quàm ipſo ingenio valerent. Eorum autem reſponſa duobus edebantur modis, quos non alienum erit hoc loco breuiter exponere. Video enim hanc Iuriſconſultorum operam in eo potiſſimū conſumi ſolitam fuiſſe: quum aut conſultores eorum reſponſa perſcripta ad iudices adferrent, aut ipſi in conſilio iudicum adſiderent. Prioris Cicero teſtis eſt lib. de orat. 1. his verbis: Ac ſi iam ſit cauſſa aliqua ad nos delata obſcurior, difficile credo ſit cum hoc Scæuola communicare, quanquam ipſi omnia quorum negotiorum eſt, conſulta ad nos & exquiſita deferūt. Id autem non tantùm ex iis reſponſis quæ coram & à conſultis præſentibus edita fuerant, factitari ſolebat, verùm etiam ex iis quæ per epiſtolam impetrata fuerant. Cuius generis teſtimonia exſtant in libris noſtris innumera, ſed pauca exempli cauſſa proferemus. velut in l. Domitius, 27. D. qui teſt. fac. l. Plotiana, 18. D. de iur. cod. item in l. vlt. D. de min. l. Latinus, 83. D. de legat. 2. & aliis nonnullis locis. Alterius verò exemplum habemus in cauſſa Quinctiana, quam Cicero defendit: vbi non modò C. Aquilius Gallus iudex ſedebat, verùm etiam L. Lucullum, L. Quinctilium, & M. Marcellum, tres Iuriſconſultos, in conſilium adhibuerat. Spartianus etiam auctor eſt, Adrianum Imperatorem, quoties iudicio alicui præeſſet, ſemper Iuriſconſultos aliquot in conſilio habuiſ-

A ſe. Lampridius autem ſcribit, Papiniani præfecti præt. adſeſſores fuiſſe Iulium Paulum, & Domitium Vlpianum Iuriſconſultum cuius rei exemplum exſtat in l. lecta, 40. D. de reb. cred. & item in l. Clodius, 97. de adquiren. heredit. Reſponſorum autem tantam videmus auctoritatem fuiſſe, vt non modò in Iuris ciuilis parte, velut in eo definiendo, numerentur, verùm etiam auctores ipſi Iuris conditores adpellentur. Itaque Iuſtinianus in l. ſi furioſi, 25. C. de nuptiis, B ſic loquitur: Et quidem filiam furioſi marito poſſe copulari, omnes penè Iuris antiqui conditores admiſerunt. Item Imperator Iulianus in l. nulla, 23. C. de procurat. Procuratorem, inquit, poſſe eum inſtituere veteris Iuris voluerunt conditores. Frequenter etiam Iuris auctores in Pandectis adpellantur: vt apud Vlp. ex Diuorum fratrum reſcripto in l. 17. D. de iure patronat. Et Proculum ſanè, non leuem Iuris auctorem, in hac opinione fuiſſe. Item paulo pòſt: Plurium etiam Iuris auctorum, ſed & Saluij Iuliani, C amici noſtri, clariſſimi viri, hanc ſententiam fuiſſe. Martianus item ex reſcripto Diui Pij, an mora facta intelligatur, neque conſtitutione vlla, neque Iuris auctorum quæſtione decidi poſſe. Sic Aggenus Vrbicus: At Caſſius Longinus, vir prudentiſſimus, Iuris auctor hoc ſtatuit, vt quidquid aqua lambendo abſtulerit, id poſſeſſor amittat. Et Pomponius l. verbis legis, 120. de verbor. ſignificat. Sed id interpretatione coanguſtatum eſt, vel legum, vel auctoritate iura conſtituentium. Quibus ex locis facile intellectu eſt, D quamobrem Manilius poëta in primis eruditus, eo quem ſuperius protulimus loco, de Iuriſconſulto loquens, ſic ſcribat, *Perpetuus populi priuato in limine prætor.* Vt enim Prætor ius ciuibus reddebat, ſic etiā Iuriſconſultus: at ille annuam illam dignitatem obtinebat: hic perpetuam: ille pro tribunali, qui locus erat publicus: hic in atrio domus priuato ius reddebat. Intelligimus præterea quamobrem Iuriſconſulti propriè dicerentur præeſſe: quum ſcilicet litigatoribus auctores eſſent, vt iure agerent. Itaque P. E Mutius Scæuola Iuriſconſultus in lib. de orat. 1. ſic loquitur: Id niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, multiſque præeſſem qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum vocarent. Hinc illud Ciceronis de Chelidone, amica Verris: Statuunt petere auxilium à Chelidone, quæ iſto Prætore non modò in iure ciuili, priuatorúmque hominum controuerſiis pop. R. præfuit, verumetiā in his ſartis tectiſque nominata eſt. Superius enim ſic dixerat: Redite in memoriam, quàm inanes do- F mus eorum qui conſulebantur, quàm plena atque referta Chelidonis. Sic Pomponius in l. 2. De orig. iur. Augeſcente ciuitate, ij qui præerant, agendi genera compoſuerunt. Atque hæc quidem hactenus. Nunc enim quod optimum Iuris interpretandi genus eſſe arbitremur, qua de re nos poſtremo loco dicturos pollicebamur, breuiter diſſerendum videtur, ſi prius quæ de veterum Iuriſconſultorum conſuetudine in iure docendo à nobis obſeruata ſunt, breuiter expoſuerimus. Nā Cic. in lib. quē oratorē inſcripſit, G ſemper pulchrum fuiſſe ait, ius docere, hominúmq; clariſſimorum diſcipulis floruiſſe domos: idque & factitatum, & glorioſum fuiſſe. Animaduerti autem mane id facere ſolitos, primis temporibus, inſtituto Romuli eos qui Patroni adpellabantur: ſummos ſcilicet ciuitatis viros, qui tenuium hominum, quos Clientes vocabant, patrocinium ſuſceperant, eóſque ne litium calumniis vexarentur, defendebant.

Horatius enim lib. epiſt.2.ita ſcribit: *Romæ dulce fuit, diu & ſolemne recluſa Mane domo vigilare, clienti promere iura.* Quod quidem Dionyſius Halicarnaſ. lib. 2. his tradit verbis: Τὸ μὲν πατρικίοις ἔδει τοῖς ἑαυτῶν πελάταις ἐξηγεῖσθαι τὰ δίκαια ὧν οὐκ εἶχον ἐκεῖνοι τὴν ἐπιστήμην. Id eſt, officium patriciorum erat, iura quæ ſui clientes ignorarent, iis exponere. Morem autem illum conſultoribus ante lucem adeuntibus reſpondendi, poſteriobus quoque temporibus retentum atque obſeruatum fuiſſe argumento eſſe duo loci poſſunt, quorum alter apud eundem Horat. eſt, lib. ſermonum 1. Agricolam laudat iuris legúmque peritus, Sub galli cantum conſultor vbi hoſtia pulſat. Alter apud Ciceronem in ea pro Muræna: Vigilas de nocte (Ser. Sulpitium alloquitur) vt tuis conſultoribus reſpondeas: ille vt quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinatum cantus excitat. Erat autem hæc docendi iuris inſtituendorúmque ſtudioſorum ac diſcipulorum ratio: non vt in ſcholis, ſicuti philoſophi: vel domi data opera ſepoſitóq; tempore leges interpretarētur: ſed vt eadem opera, qua conſultoribus reſponderent, ſimul audientes adoleſcentes inſtituerent. Cuius rei teſtis eſt Cicero in oratore his verbis: Alteros enim (de Iuriſconſultis loquitur) reſpondentes audire, ſat. erat: vt ij qui docerent, nullum ſibi ad eam rem tempus ipſi ſeponerent, ſed eodem tempore & diſcentibus ſatisfacerent & conſulentibus. Eiúſque rei veſtigium exſtat in l. quæſitum, 12. D. de inſtr. leg. vbi Vlpianus ait, Seruij Sulpitij auditores teſtari, eum in eam de qua loquitur ſententiam reſpondiſſe. Sed iam tempus eſt ad inſtitutum noſtrum accedere. Triplicem omnino iuris interpretādi rationem inuenio: quarum prima Grammaticorum, altera Dialecticorum, tertia Iuriſconſultorum propria eſt. Neque verò cùm Grammatica dicimus, quemquam eorum qui in foro & cauſſis verſantur, offendi oportet: quod nonnullis Rabulis accidiſſe audio, qui ſuperiores huius libelli editiones legerent. Ecquo enim alio nomine tam multas veterum Iuriſconſultorum præceptiones adpellabimus, quibus aut vetera & obſoleta, aut ambigua & obſcura verba interpretantur? cuiuſmodi ſunt Poſtliminiū, Sponſio, Stipulatio, Telum, Munus, Stipula, Noualis, Penus, Pratum, Partus, Locus, Ager, Fundus, Tignum, & alia prope innumerabilia: in quib. interpretandis quis non videt, quantum operæ Iuriſc. noſtri conſumpſerint? tametſi non inficior complures iſtius generis præceptiones non tam ad Grammaticæ rationem, quàm ad vim & vſum verborū iuris demonſtrandum pertinere: veluti, cùm Vſurpationis, aut Capitalis verbum aliter à legibus, quàm à communi & populari loquendi conſuetudine vſurpari oſtendunt. l. 2. D. de vſurp. l. licet. de verb. ſign. aut cùm verba hæc legis XII. tab. Si aqua pluuia nocet, ſic interpretantur, id eſt, nocere poterit. l. Labeo, 21. D. de ſtatul. aut cùm teſtamentum definiunt teſtationem mentis, Donationem doni dationem, Mutuum de meo tuum, & ſi qua ſunt generis eiuſdem. Sed iam ad inſtitutum redeundum eſt.

Iuris interpretationem cùm hoc loco adpello, vulgatem loquendi conſuetudinem retineo, qua Iuris nomen veterum Iuriſconſultorum & Imperatorum ſcriptis in libros noſtros relatis adtribuimus, Grammatica ratio tripartita eſt: aut enim obſcura dicendi genera, vt antiqua (cuiuſmodi in XII. tabulis reperiūtur) & noua, quibus poſteriores Iuriſconſulti, Paulus,
A Africanus, Modeſtinus, Triphoninus, aliíque Græci homines vſi ſunt interpretamur: aut locos corruptos ac deprauatos, cuiuſmodi in libris noſtris innumerabiles ſunt, emendare conamur, aut Reip. Romanæ memoriam, in qua ius noſtrum natum formatúmque eſt, eruimus. hanc enim Grammaticæ quoque diſciplinæ partem eſſe, neque quiſquam ignorat, & Cicero lib. de orat. 1. perſpicere teſtatur. Atque hanc quidem triplicem rationem in librorum noſtrorum in-
B terpretatione adhibere neceſſe eſt. Quod vt rectè atque idoneè poſſimus, primùm in Latinis auctoribus eiúſque linguæ exercitatione adoleſcentiam cōſumpſiſſe omnem oportet. ſine cuius linguæ prope dicam perfecta cognitione, difficile dictu eſt, vel poſteriorum Iuriſconſultorum, qui fere Græci fuerunt, inconditam orationem, vel Imperatorum conſtitutiones in Codice Iuſtinianeo agreſti quodam genere dicendi conſcriptas, ſatis commodè poſſe intelligi. Deinde operæpretium eſt codicum tum manu-
C ſcriptorum, tum etiam impreſſorum, copia mediocriter inſtructum eſſe. quo in genere laudis video noſtra hac ætate complures antecellere. Dialectica autem ratio, ſi iuris diſciplinam vniuersè ſpectemus, triplex eſt: ſin partem hanc de qua modò commemorauimus, nimirum capita Pandectarum aut Codicis, quæ vulgò Leges adpellantur, ſimplex. Commodiſſimum autem fore arbitror, ſi de ſingulis eius partibus breuiter quid cuiuſque proprium eſſe videatur explicemus. Natura tria quidem docendi genera
D videntur eſſe: quorum primum Galenus in lib. qui Ars parua inſcribitur, σύνθεσιν: alterum ἀνάλυσιν, tertium διαίρεσιν adpellat. nos conſtructionem, diſſolutionē, & partitionem dicere non incommodè poſſumus. Dialecticam autem rationem hanc idcirco adpellamus, quoniam ea rei cuiuſque partes omnes explicat: quod eſſe proprium dialectici munus officiúmq; nemo ignorat. Syntheſin adpellamus, quum ex tenuiſſimis quibúſque partibus idoneo loco diſpoſitis, atque coagmentatis, totum conficitur. veluti ſi quis,
E cùm ædificandæ domus rationem commonſtrare vellet, lapides, arenam, cæmenta, calcem, tigna, regulas, aliáque omnia vnum in locum conferat, & quid quoquo loco aptandum ſit demonſtret: vel ad nauim ædificandam, carinam, puppim, proram, malum, antennas, vela, remos, anchoras, gubernaculum, ceteráſque partes omnes comparet: & quæ cuique pars loco adcommodanda ſit, deſignet. vel vt exemplum propius noſtris ex fontibus hauriamus, ſi velit quis Iuris ciuilis priuati ſummam exponere, is perſonarū
F primùm omnes tanquam ordines ac differentias exponat oportet: liberos, ſeruos, ingenuos, libertinos, patresfamiliâs, filiosfam. viros, mulieres, puberes, impuberes, furioſos, conſtantes: ſecundo loco rerum ſpecies ad formas omnes, diuinas, humanas, ſacras, ſanctas, religioſas, publicas, priuatas, liberas, ſeruas, vectigales, immunes: tertio rerum alienandarum & adquirendarum modos omnes, inuentionem, occupationem, abalienationem, vſucapionem, ſtipulationem, in iure ceſſionem, emtionem, conductio-
G nem, cæteráque rerum contrahendarum genera: quartò, iudicia tum publica, tum priuata, quæ ex cōtractu, maleficio, lege aliiſque modis conflata & nata ſunt. Quibus ita diſpoſitis, ordinéque demonſtratis, ſenſim ad ſummam iuris cognitionem, tanquam ad faſtigium peruenitur, & ſi quæratur, exempli cauſſa, an pupillus qui ſine tutoris auctoritate cētum ſtipulanti ſpopondit, in iudicium vocari poſſit: facilè per-

le perſonæ & iudicij ratione perſpecta, reſpondebitur non poſſe. Eiuſdem modi graduū cognationis diſciplina eſt. nec fortaſſe dilucidius exemplum faciē aliquis afferre poſſit. nam ſi primò TITIVM, id eſt, eum de cuius cognatione quæritur, conſtituamus, dein filium infra, ſuprà verò patrem appingamus, gradum vnum efficiemus: tum ſi nepotem infra, auum ſuprà, fratrem verò à latere adiungamus, duos gradus habebimus: atque ita deinceps ſenſim & paulatim ſingulis gradibus adiungendis, integram cognationis imaginem ac figuram efficiemus. Atque hæc quidem de conſtructione dicta ſint. Diæreſis autem ſiue diuiſio eſt, cùm genus in formas primùm dein formatum formas ita diuiditur, vt tandem ad indiuidua perueniatur. quam quidem rationē Iuſtinianus, aliíque ante eū complures, in Iuris ciuilis Inſtitutionibus tradēdis tenuerūt. Ius enim primùm in publicū & priuatū diuiſerūt: & cùm priuatū ſolum explicādū ſuſciperent, tum id in naturale, gentiū, & ciuile partiti ſunt: ſinguláſque deinceps partes ad extremum ſunt perſecuti. Eámque ipſam rationem ſequi ſe in iure tractando velle Craſſus in lib. de orat. primo his confirmat verbis: Sunt, inquit, notanda genera, & ad certum numerum paucitatémque reuocanda, omniáque quæ ſunt vel generum, vel partium nomina, definitionibus quam vim habeant, eſt exprimendum. Et paulo pòſt: Sicui facere licuerit, vt primùm omne ius ciuile in genera digerat, quę perpauca ſunt: deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat: tum propriam cuiuſque vim definitione declaret: perfectam artem Iuris ciuilis habebitis, magis magnam atque vberem, quàm difficilem & obſcuram. Analyſis autē ſiue Partitio eſt, cùm res ad partes ſuas reuocatur atque diſſoluitur: vel, vt planius loquamur, cùm totum in partes ſecatur, deinde in partium partes, ſic vt ordine ad minutiſſimas quaſq; & indiuiduas perueniatur: Ἀνάγκη διαιρεῖν τὸ σύνθετον μέχρι τῶν ἀσυνθέτων. ταῦτα γὰρ ἐλάχιστα μόρια τῶν παντός: ait Ariſt. in Polit. Cuius rei rationem in Phyſicis exponit, quia tum demum res aliqua cognoſcitur, cùm quot quæque ſint eius partes cognoſcuntur. τότε γὰρ εἰδέναι τὸ σύνθετον ὑπολαμβάνομεν, ὅταν εἰδῶμεν ἐκ τίνων καὶ πόσων ἐστίν. veluti ſi quis minuti horologij conficiendi rationem docere velit, vnum aliquod diſcipulo inſpectante ita diſſoluet, vt non modò pręcipua membra, ſed etiam tenuiſſimas quaſque partes oſtendat. Atque hanc quidem Medici rationem in humano corpore cognoſcēdo ſequuti ſunt, ea diſciplina quàm ἀνατομικὴν; quaſi dicas diſſectricem, adpellant. Craſſus etiam in lib. de Orat. 1. his illam eandem rationem demonſtrat verbis: Nam ſi fortè quæreretur: quæ eſſet ars Imperatoris, conſtituendū putarem principiò, quis eſſet Imperator: qui cùm eſſet conſtitutus adminiſtrator quidem belli gerendi, tum adiungeremus de exercitu, de caſtris, de agminibus, de ſignorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu, de inſidiis faciendis atque vitandis, de reliquis reb. quæ eſſent propriæ belli adminiſtrandi: quarum qui eſſent animo & ſcientia compotes, eos eſſe Imperatores dicerem. Sed huius ἀναλύσεως exemplum aliquod ex libris noſtris proferendum eſt. Extat autem inſigne illud Proculi in l. 55. D. de adquir. rer. dom. In laqueum quem venandi cauſſa poſueras, aper incidit. cùm eo hæreret, exemptum eum abſtuli: num tibi videor tuum aprum abſtuliſſe. & ſi tuum putas fuiſſe, ſi ſolutum eum in ſiluam dimiſiſſem, eo caſu tuus eſſe deſiſſet, an mane-

A ret. & qui actionem mecum haberes, ſi deſiiſſet tuus eſſe: nam in factum dari oporteret, quæro. Reſpondit, laqueum, videamus ne interſit, in publico an in priuato poſuerim. &, ſi in priuato poſui, vtrū in meo, an in alieno. &, ſi in alieno, vtrum permiſſu eius cuius fundus erat, an non permiſſu eius poſuerim præterea vtrum in eo hæſerit aper, vt expedire ſe non poſſit ipſe: an diutius luctando expediturus ſe fuerit. Summā tamen hanc puto eſſe, vt ſi in meam poteſtatem peruenit, meus factus ſit. ſin autem aprum meum ferum

B in ſuam naturalem laxitatē dimiſiſſes, eo facto meus eſſe deſiſſet, & actionem mihi in factum dari oportere: velut reſponſum eſt, cùm quidam poculum alterius ex naue eieciſſet. Ex quibus perſpicuum eſſe arbitror, quid inter Diæreſin & Analyſin interſit. quum illa genus in formas, hæc totum in partes diſtribuat. quam ego huius noſtri in iure ciuili interpretando inſtituti propriam ac peculiarem eſſe animaduerto. Nam ſi interpretari nihil aliud eſt, quàm quot quæque ſint cuiuſque partes exponere; adparet neque

C ſynteſin, neque diæreſin inſtituto huic noſtro, legum, ſcilicet aut paragraphorum ſingulorum interpretationi opportunam eſſe. illam, quia opus nullum efficere volumus, ſed quod iam effectum eſt, explicare: hanc, quoniam quum caput aliquod ex Pandectis vel Codice interpretamur, res ſingulares, id eſt eas quæ non generis ſed totius vim obtinent, tractamus: hoc eſt, ea quæ partibus conſtant, nō formis: quales ſunt, domus, nauis, ſphæra. Alio enim modo nauim vt genus conſideramus, alio vt rem ſingularem: illo, cùm alias longas, alias onerarias, alias actuarias, piſcato-

D rias, fluuiatiles, bellicas eſſe dicimus. hoc, quum nauis partes enumeramus: carinam, proram, puppim, gubernaculum, malum, velum, tranſtra & remos. At verò ſi quis locum aliquem, & (vt vulgò loquimur) materiam Iuris ciuilis, veluti tutelarum, donationum, vſurarum, tractare inſtituat, tum illarum rationum alterutra vti debebit. Sed tempus eſt, noſtræ huius, quam ſolam retinemus, analyticæ tractationis exemplum proponere. Nos autem neque obſcurum

E neque (vt ſperamus) infructuoſum hoc initiò exponemus. Iuſtinianus lib. Inſtitutionum 1. ſic ſcribit: In noſtra poteſtate ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptiis procreauimus: Nuptiæ autem, ſiue matrimonium, eſt viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens. Ius autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum. nulli enim alij ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus. Huius legis tres ſunt partes: quarum ſuo

F quamque loco atque ordine demonſtrabimus.

EX IVSTIS NVPTIIS. His ex verbis prima elicitur enunciatio: Nati ex iniuſto concubitu, parentum in poteſtate non ſunt.

INDIVIDVAM VITÆ CONSVETVDINEM.) Enunciatio II. Coniugium ad tempus contractum, non eſt iuſtum coniugium.

PROPRIVM EST CIVIVM R.) Sequitur III. Patria ciuium R. poteſtas, Iuris ciuilis eſt. His tribus pronunciatis propterea locum illum idoneè explicatum

G eſſe opinor, quia quæ, & quot eius partes ſint, hac partitione planiſſimè demonſtratum eſt: neque vel plures, vel pauciores demonſtrari poſſunt. Quòd ſi qua enunciatio difficilis & obſcura eſſe videatur, tum adhiberi breuis explanatio poterit, vel Grammatica ratione, & verbis illuſtrioribus: vel ea arte quam paulo ante Iuriſconſultorum

propriam eſſe dicebamus, & aliquanto poſt exponemus. Nunc enim aliud exemplum rei dilucidandæ cauſſa, eodem ex libro proferamus. Iuſtas autem nuptias inter ſe ciues R. contrahunt qui ſecundum præcepta legum coëunt, maſculi quidem puberes, fœminæ autem viripotentes, ſiue patresfa. ſint, ſiue filiifamiliarum, dum tamen ſi filiifamiliarum ſint, conſenſum habeant parentum, quorum ſunt in poteſtate. Nam hoc fieri debere, & ciuilis & naturalis ratio ſuadet: in tantum vt iuſſus parentis præcedere debeat.

INTER SE CIVES RO.) Enunciatio prima: Iuſtæ nuptiæ, niſi inter eos qui ciues R. ſunt, non contrahuntur.

MASCVLI QVIDEM PVBERES) Sequitur II. Impuberes, iuſtas contrahere nuptias non poſſunt.

CONSENSVM HABEANT PARENTVM). Sequitur III. Filij filiæque fam. iuſtas ſine parentum auctoritate nuptias non contrahunt.

CONSENSVM HABEANT PARENTVM.) Sequitur IIII. Patris auctoritas in filiifam. nuptiis & ciuili & naturali iure requiritur. Hactenus quam Grammaticam, & quam item Dialecticam tractandi iuris rationem adpellaremus, abundè explicatum eſſe arbitramur. Reliquum eſt igitur vt quam Iuriſconſultorum propriam eſſe putemus, breuiter aperiamus. Hæc autem non tam in Iuriſconſultorum ſcriptis, quam in ipſis cauſſis atque controuerſiis explicandis tota conſumitur. Quare quò facilius intelligi perſpicique poſſit, quot quæque controuerſiarum omnium ſumma genera & capita putemus eſſe, breuiter exponendum eſt. Ac mihi quidem in eam cogitationem totũ hoc decennium incumbenti, fontéſque controuerſiarum omnium diligenter exquirenti, tria tantùm vſque adhuc animaduertere licuit. Naſci. n. controuerſias animaduerti vel ex iure, vel ex ſcripto, vel ex verbo. Ex iure, cùm aut æquitas cum iure, aut ius ſcriptum cum non ſcripto contendit. Ex ſcripto, quum aut ſcriptum, i. locutionis genus, ambiguum eſt: aut ſententia cum ſcripto comparatur: aut contrariè ſcripta reperiuntur. quod Antonius lib. de Orat. 1. his verbis eſt complexus: Exiſtere autem controuerſias etiam ex ſcripti interpretatione, in quo aut ambiguè quid ſit ſcriptum, aut contrariè, aut ita vt à ſententia ſcriptum diſſideat. Ex verbo, quũ id propter ipſius ambiguam ancipitémque ſignificationem definitione adperiendum eſt. Aliam enim eſſe controuerſiam quæ ex verbo, aliam quæ ex ſcripto naſcitur. Cicero in Partitionib. his demonſtrat verbis: Hoc genus, inquit, quod ex ſcripto naſcitur, ne in definitionem quidem venit. Nam etiamſi verbum aliquod de ſcripto definiendum eſt quam vim habeat: vt cùm ex teſtamentis quid ſit penus, aut cùm ex lege prædij quæritur quæ ſint ruta cæſa, non ſcripti genus, ſed verbi interpretatio controuerſiam parit. Hæc ille. quæ tamen pinguius interdum obſeruantur: vt paulò poſt intelligemus, ſi prius tripartitam illam deſcriptionem auctoritate Fabij confirmauerimus. Quum. n. in Cornificij & Ciceronis de arte Rhetorica libris diligenter me ab incunte adoleſcentia annis exercuiſſem, animaduerti eos in controuerſiarum capitibus enumerandis atque explicãdis ita eſſe verſatos, vt minimè vererer illud ipſum adfirmare mea ſponte, quod poſtea cognoui à Fabio diſertè traditum confirmatúmque fuiſſe: totam illam diſputationem puerilem eſſe, & à Cicerone in libris poſterioribus abiectam contemtámque fuiſſe. quod

A vel cuiuis mediocri iudicio prudentiáque prædito facile intellectu eſt: quum præſertim tam ſæpe partes pro genere numerentur. Quinetiam Fabium ipſum in libro 3. & 4. vbi tractatum hunc omnem controuerſiarum explicat, pleriſque illorum erroribus implicatum eſſe, facilè cuiuis erit animaduertere. Quod eo magis mihi mirum videtur, quoniam ſuperioribus diebus mihi fortè caput eius ſecundum libri 12. legenti locus hic occurrit, qui noſtram illam tripar-

B titam diuiſionem planiſſimè confirmat. Sic enim ſcribit: Quid? non quæſtio iuris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis coniectura continetur? Quo in loco, voluntatis coniectura controuerſias ex ſcripto contineri, vel hinc licet intelligatur, quod Paul. in l. ille aut ille, 25. de lega. 3. ſcribit, quum in verbis nulla ambiguitas eſt, voluntatis quæſtionem admitti non debere. Quo ex loco perſpicuè intelligimus, voluntatis quæſtionem dici à Paulo ex verbis naſci: & tum demum exiſtere,

C quum in verbis eſt ambiguitas. vbi tamen pinguius (vt paulo antè dixi) Verba pro Scripto poſuit. In ſingulis igitur hiſce capitibus ac fontibus generales quædam regulæ latent, nondum perſcriptæ illæ quidem ac peruulgatæ, ſed in hominum mentibus atque ingeniis quaſi notiones quædam anticipatæ & inſitæ, ad quas ſi reuocare vnamquamque controuerſiã poſſimus, tum facilem & expeditam cuiuſque explicationem habebimus. Danda igitur opera eſt in primis, vt viam ac rationem reliquam, qua id adſequi

D liceat, perueſtigemus. Eam autem animaduerto equidem ab Hermagora Rhetore & Iuriſconſulto antiquiſſimo traditam: pòſt à Cicerone, Cornificio & Quintiliano diligenter ac ſtudioſè obſeruatam, vſurpatámque fuiſſe: à Cicerone autem non modò quum adoleſcens Rhetoricæ artem conſcripſit, ſed etiam quum vſu forenſi multorúmque annorum adſidua exercitatione inſtructus, & iam ſenex Partitiones oratorias edidit. Huius autem artificioſæ tractationis quæ vis ac facultas ſit, non antę commodè

E perſpiciemus, quàm quot, quæque ſint eius partes, cognouerimus. Sunt autem ſex de quibus ſingulis Cicero in Partit. ita ſcribit: In omnibus, inquit, cauſſis tres ſunt gradus: ex quibus vnus aliquis capiendus eſt, ſi plures non queas, ad reſiſtendum. Nam aut ita conſiſtendum eſt, vt quod obiicitur, factum neges: aut illud quod factum fateare, neges eam vim habere, atque id eſſe quod aduerſarius criminetur. Aut ſi neque de facto, neque de facti adpellatione ambigi poteſt, id quod arguere, neges tale eſſe, qua-

F le ille dicat, & rectum eſſe quod feceris, concedendúmve defendas. Ita primus ille ſtatus & quaſi conflictio cum aduerſario, coniectura quadam: ſecundus autem, definitione, atque deſcriptione, aut informatione verbi: tertius æqui, & veri & recti diſputatione tractandus. Et quoniam ſemper is qui defendit non ſolùm reſiſtat oportet aliquo ſtatu aut inficiando, aut definiendo, aut æquitate opponenda: ſed etiam rationem obiiciat recuſationis ſuæ: primus ille ſtatus rationem habet iniqui criminis, ipſam ne-

G gationem inficiationémque facti: ſecundus, quod non ſit in re, quod ab aduerſario ponitur in verbo: tertius, quòd id rectum factum eſſe defendit, quod ſine vlla nominis controuerſia factum fatetur. Deinde vnicuiq; rationi opponẽdum eſt ab accuſatore id, quod ſi non eſſet in accuſatione, cauſſa omnino eſſe non poſſet. Itaque ea quæ ſic referuntur, Continentia cauſſarum vocentur: quanquam non ea magis

quæ

vocentur: quanquam non ea magis quæ contra rationem defenſionis adferuntur, quam ipſæ defenſionis rationes continent cauſſas: ſed diſtinguendi gratia, Rationem adpellamus eam, quæ adfertur à reo ad recuſandum depellendi criminis cauſa: quæ niſi eſſet, quid defenderet non haberet. Firmamentum autem, quod contrà ad labefactandam rationem refertur, ſine quo accuſatio ſtare non poteſt. Ex rationis autem & firmamenti conflictione & quaſi concurſu, quæſtio exoritur quædam, quam Diſceptationem voco: in qua quid deueniat in iudicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet. Nam prima aduerſariorum contentio diffuſam habet quæſtionem: vt in coniectura, ceperítne pecunias Decius: In definitione, minuerítne maieſtatem Norbanus: in æquitate, iuréne occiderit Opimius Gracchum. Hæc quæ primam contentionem habent, ex arguendo & reſiſtendo, lata, vt dixi, & confuſa ſunt. Rationum & firmamentorum contentio adducit in anguſtum diſceptationem. ea in coniectura nulla eſt: nemo enim eius quod negat factum, rationem aut poteſt, aut debet, aut ſolet reddere. Itaque in his cauſſis eadem & prima quæſtio, & diſceptatio eſt extrema. in illis autem vbi ita dicitur, Non minuit maieſtatem quod egit de Cepione turbulentius: populo enim Ro. dolor iuſtus vim tum illam excitauit, non Tribuni actio. Maieſtas autem, quoniam eſt magnitudo quædam populi Ro. in eius poteſtate ac iure retinendo, aucta eſt potius quàm diminuta. Et vbi ita refertur, Maieſtas eſt Imperij atque in omni populi Ro. dignitate, quam minuit is qui per vim multitudinis rem ad ſeditionem vocauit: exiſtit illa diſceptatio: Minueritne maieſtatem, qui voluntate populi R. rem gratam & æquam per vim egerit. in his autem cauſſis, vbi aliquid rectè factum, aut concedendum eſſe factum defenditur, quum eſt facti ſubiecta ratio, ſicut ab Opimio, Iure feci, ſalutis omnium & Reip. conſeruandæ cauſſa: relatúmque eſt à Decio, Ne ſceleratiſſimum quidem ciuem ſine iudicio iure vllo necare potuiſti: oritur illa diſceptatio, potuerítne rectè ſalutis Reip. cauſſa ciuem, euerſorem ciuitatis, indemnatum necare. Ita diſceptationes eæ quæ in his, controuerſiis oriuntur, quæ ſunt certis perſonis & temporibus notatæ, fiunt rurſus infinitæ: detractíſque temporibus & perſonis, rurſum ad conſultationis formam rationémque reuocantur. Ex his Ciceronis verbis illud in primis debet intelligi, vim huius artificioſæ tractationis quam Hermagoream adpellamus, hanc eſſe, vt propoſitam controuerſiam ſemper ab hypotheſi ad theſim, hoc eſt à ſpecie ad genus reuocet. quod exemplo familiari commonſtrabimus ex §. ſi Titius. de rer. diuiſ. Titius ſuam arborem imprudens in Mæuij ſolo conſeuit. antequam ea radices egiſſet, admonitus, id ſuum ſolum non eſſe, euellere illam inſtituit. Mæuius prohibet. Litem igitur Mæuio Titius intendit. Intentio, Hæc arbor mea eſt. Depulſio Mæuij, Imò mea. Quæſtio, vtrius ſit? Ratio Mæuij, ſpeciem hanc ad genus reuocantis, hæc eſt, Quia ſuperficies ſolo cedit: hoc eſt, Quo quidque in ſolo impoſitum eſt, eius id efficitur, cuius eſt ſolum: tanquam pars totius. Aduerſus hanc rationem præſidium hoc ſuum Titius opponit, quo rationem illius infirmare conatur, & cauſſam ſuam ab illi generali capite abducere. Firmamentum igitur eſt: At hæc arbor qua de agitur ſolo non adhæreſcit, quippe, quæ nondum

A radices egit. Vides vt Titius cauſſam hanc ſuam ad generalem illam legem pertinere neget, & ab illo quoad poteſt eam abducat? Ex harum autem altercationum conflictione naſcitur conſultatio, quæ iam non ad Titium, aut Mæuium, nec ad arborem, oleam fortè, aut pirum, ſed cùm ad perſonas omnes, tum ad res quaſuis ſolo adiectas pertinet: An ea demum ſuperficies ſolo cedat, quæ illi adhæreſcit? Qua ex re vim iſtius artis eam quam diximus

B eſſe adparet, nimirum vt quæſtionem certis perſonis Titij & Mæuij, certáque re, oleæ ſcilicet, aut quercus, finitam ac terminatam, ad infinitam, nullis perſonis nullâque re certa circumſcriptam reuocet. Quam vnam veram ac perfectam eſſe Iuris tractandi rationem, Antonius libro de Orat. I. his docet verbis: In quo etiam iſti nos Iuriſconſulti impediunt, à diſcendóque deterrent. Video enim in Catonis & Bruti libris nominatim, ferè referri, quid alicui de iure viro aut mulieri reſponderint.

C Credo, vt putaremus, in hominibus, non in re, conſultationis aut dubitationis cauſſam aliquam fuiſſe: vt quòd homines eſſent innumerabiles, debilitati à Iure cognoſcendo, voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abiiceremus. Item, Huius quidem loci quem modò ſum exorſus, hic eſt finis: Quoniam intelligitur non in hominum innumerabilibus perſonis, neque in infinita temporum varietate, ſed in generum cauſſis atque naturis omnia ſita eſſe, quæ in dubium vocarentur: gene-

D ra autem eſſe definita non ſolùm numero, ſed etiam paucitate. Item alia multa quæ paulo antè in hanc ipſam ſententiam diſputantur. Et huc pertinet inſignis illa Socratis ſententia in Lachete: Quoties quis aliquid alicuius gratia quærit, de illo ipſo conſultatio eſt, cuius gratia aliquid quæritur, non de eo quod quæritur alterius gratia. Sed antequam longius progrediamur, vniuſcuiuſque partium iſtarum definitionem non incommodum erit exponere. Cornificius autem libro ad Herennium

E primo, ſingulas his exponit verbis: Conſtitutione, inquit, reperta, ſtatim quærenda eſt ratio. Ratio eſt, quæ cauſſam facit, & continet defenſionem, hoc modo, vt docendi cauſſa in hac potiſſimùm cauſſa conſiſtamus: Oreſtes, quum confiteatur ſe occidiſſe matrem, niſi adtulerit facti rationem, peruertit defenſionem. Ergo adfert eam, quæ niſi intercederet, ne cauſſa quidem eſſet. Illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Ergo, vt oſtendi, ratio ea eſt, quæ continet defenſionem, ſine qua nec

F parua quidem dubitatio poteſt remorari damnationem. Inuenta ratione, firmamentum quærendum eſt: id eſt, quod accuſationem continet, quódque adfertur contra defenſionis rationem, de qua antè dictum eſt. Id conſtituetur hoc modo: quum vſus fuerit Oreſtes ratione, hoc pacto: Iure occidi, illa enim patrem meum occiderat: vtetur accuſator firmamento, hoc modo: Sed non abs te tamen occidi, neque indemnatam pœnas pendere oportuit. Ex ratione defenſionis, & ex firmamento accuſatio-

G nis, iudicij quæſtio naſcatur oportet: quam nos Iudicationem, Græci κρινόμενον adpellant. Ea conſtituitur ex coniunctione firmamenti, & rationis definitione, hoc modo: quum dicat Oreſtes ſe patris vlciſcendi cauſſa matrē occidiſſe, rectúmne fuerit, à filio ſine iudicio Clytemneſtram occidi. Ergo hac ratione iudicationē inuenire conuenit. Hactenus Cicero. Deinceps cōtrouerſiarū aliquot exēpla ſubiiciem, ſi pri

ſatis illo tum obiectioni fecerimus, qui diſputare poterunt, hanc rationem non Iuriſconſultorum propriam eſſe, ſed totam ex Rhetorum libris, in quibus tradi hæc præcepta conſueuerunt, eſſe depromptam: quod vel vno argumento falſum eſſe conſtabit. Nam ſi ex tribus conſtitutionibus, facti, definitionis, & qualitatis, vna illa tantùm quæ facti eſt, non modò Rhetorum propria, ſed etiam à Iuriſconſultis alieniſſima eſt: in eam autem vnam, artificioſa hæc tractatio non conuenit: in reliquas duas, in quibus ſolis Ius ciuile verſatur, conuenit: apparet, non æquo iure, ſed vel vi, vel clam, vel certè precariò à Rhetoribus aliquamdiu poſſeſſam, occupatámque fuiſſe. Controuerſia quæ in iure poſita eſt, aut propter iuris æquitatíſque contentionem, aut propter ſcripti à non ſcripto iure diſſenſionem naſcitur. Nos vtriuſque inſignia quædam exempla proferemus: quorum ſimilitudine ſtudioſi poſtea, deſumptas ex antiquis ſcriptoribus controuerſias tractare poterunt. Primùm igitur de Iuris æquitatíſque contentione videamus. Lex eſt: In priuato iudicio præiudicium publico iudicio ne fiat. Quum ad vim quotidianam faciendam quidam armati veniſſent, „armati contra præſtò fuerunt, & cuidam equiti „R. quidam ex armatis reſiſtenti gladio manum „præcidit. Agit is, cui manus præciſa eſt, iniuria„rum. Poſtulat is quicum agitur, à Prætore exce„ptionem, extra quam in reum capitis præiudi„cium fiat. Hic is qui agit, iudicium purum in hæc „verba poſtulat: Si paret Titium iniuriam Sempro„nio feciſſe, tum Titius damnetur.

Iuris & æquitatis contentio.

„Ille quicum agitur, nimirum Titius, exceptionem „addi ait oportere, extra quam in reum capitis præiu„dicium fiat. Intentio: Purum iudicium dandum eſt. „Depulſio: Imò cum exceptione. Quæſtio: Excipiendum ſit, nécne. R. Non enim oportet in recuperato„rio iudicio eius maleficij, de quo inter ſicarios quæri„tur, præiudicium fieri. Fieret autem hoc iudicio, quia „ſi reus damnaretur, ſimul eum fuiſſe ſicarium iudica„retur. F. At eiuſmodi ſunt iniuriæ, vt de his indignum „ſit, non primo quoque tempore iudicari. D. Atrocitas iniuriarum ſatiſne cauſſæ ſit, quare dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum ſit, præiudicetur. controuerſiam iuris & æquitatis contentio peperit. Hæc ille. Atque hoc quidem exemplum in libro Ciceronis de arte Rhetorica ſecundo ſumptum eſt. Huius generis illa Sergij Oratæ, & Marij Gratidiani nobilis controuerſia eſt, quam in lib. de Offic. III. & de Orat. I. idem expo„nit: Marius Gratidianus, inquit, propinquus noſter, „C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eo„dem ipſe paucis ante annis emerat. hæ ſeruiebãt (ſic enim legendum Æm. Ranconcetus, vir clariſſimus, „iampridem, vt audio, animaduertit) ſed hoc in man„cipio Marius non dixerat. adducta res in iudicium eſt. „Oratam Craſſus, Gratidianum defendebat Anton. „Ius Craſſus vrgebat: quod vitium venditor non di„xiſſet, ſciens id oportere præſtari. æquitatem Anto„nius: quoniam id vitium ignotum Sergio non fuiſſet, „qui illas ędes vendidiſſet, nihil fuiſſe neceſſe dici: nec „eum eſſe deceptum, qui id quod emerat, quo iure eſſet teneret. Intentio igitur Sergij hæc fuit, Debes mihi vitium, quod in vendendo non dixiſti, præſtare. D. non debeo. Q. an debeat. R. Quia vitium illud ignotum tibi non fuit, qui prius ædes mihi vendideras. F.

A At lex vitium ſine exceptione præſtari iubet, ſiue ſcienti ſiue ignoranti emtori vendita res ſit. quid enim ſi oblitus eſſem, aut extinctam eam ſeruitutem putaſſem? D. An venditor vitium, quod in re vendenda non dixit, quamuis id emtor non ignoraret, præſtare tamen propter Ius ita directò ſcriptum debeat? Qua in controuerſia ius apertè cum æquitate pugnat. Vlpianus autem in l. 1. D. de act. emt. reſpondet venditorem ſi, cùm ſciret deberi ſeruitutem, ce-
B lauit, non euadere ex emto actionem: ſi modò eam rem emtor ignorauit. quia non videtur eſſe celatus, qui ſcit, neque certiorari debet, qui non ignorauit. Sequitur aliud exemplum. Lex eſt: Quoties culpa debitoris interuenit, perpetuatur obligatio. Titius ſeruum Ebutio Kalendis Ianuariis debebat. moram aliquam, menſis fortè vnius, interpoſuit. pòſt, cum ſeruum offert Ebutio. hic ſeruum accipere propter moram factam recuſat. Seruus moritur. Intentio Ebutij: debes mihi ſerui æſtimationem. D. non debeo. Q. an
C debeat. R. quia quum tibi eum nõ ita multo poſt ſuã diem obtulerim, iniquum eſſet me ob leuem culpam tam graui detrimento pœnáque adfici. F. at lex ſine exceptione ſcripta eſt, ſiue parui, ſiue magni temporis mora interpoſita ſit. D. an quum æquum ſit ob leuem culpam non grauem pœnam imponi, tamẽ quia Lex indefinitè ſcripta eſt, directò ſequenda ſit. Hic cum ęquitate ius contendit apertiſſimè. Ius enim petitor, æquitatem reus vrget. Paulus hac de re conſultus in l. ſi ſeruum. 91. §. 1. D. de verborum oblig. Si ve-
D rò moratus ſit tantum, inquit, hæſitatur, an, ſi poſtea in mora nõ fuerit, extinguatur ſuperior mora. Et Celſus adoleſcens ſcribit, eum qui moram fecit in ſoluẽdo Sticho quem promiſerat, poſſe emẽdare eam moram poſtea offerendo: eſſe enim hanc quæſtionem de bono & æquo. in quo genere plerumque ſub auctoritate Iuris ſcientiæ, pernicioſè (inquit) erratur. Sequitur aliud exemplum. Lex eſt: Depoſitum ei qui depoſuit reddatur. Latro ſpolia mea depoſuit apud Mæuium. Vterque noſtrûm ea ſimul repetit. Intentio
E mea: Hæc res mihi reddenda eſt. Depulſio prædonis, Imò mihi. Q. vtri reddenda ſit. R. quia lex iubet depoſitum ei qui depoſuit, reddi: & mihi qui tecum contraxi, iure obligatus es. F. At æquitas poſtulat, vt res quæque domino potius quàm latroni reſtituatur. D. An cùm lex depoſitum ei qui depoſuit reddi iubeat, tamen quia qui depoſuit, prædo eſt: qui repetit, dominus, meliùs ſit domino quàm latroni reddere. Tryphoninus in l. bona fides. 31. D. depo. Et probo, inquit, hanc eſſe iuſticiam, quæ ſuum cuique
F ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore repetitione. Adhuc earum controuerſiarum tractationem expoſuimus, quæ ex iuris æquitatíſque concertatione naſcuntur. Deinceps earum exempla proferemus, quæ ex iuris ſcripti & non ſcripti comparatione promanant: quarum copia in libris noſtris vel maxima reperitur. Quum enim ex argumentatione conſtet hæc tractatio, nullus apud Dialecticos locus eſt argumentandi, cuius hoc in genere vſus non ſit. Exempla autem quia in promptu cuiuis
G eſſe poſſunt, ea tantùm quorum commemoratio nouitatis aliquid habebit, & iucunditatis, proferemus. Quoniam autem illud Ciceronis & Cornificij perobſcurum videtur, neque ſine aliqua attentione adhibita intelligitur, illud potiſſimum exponemus. Ex ratiocinatione naſcitur controuerſia, „ quum ex eo quod vſpiam eſt, ad id quod nuſquã ſcri„ ptum eſt,

Iuris ſcripti & non ſcripti contentio.

» ptum eſt, peruenitur. hoc pacto: Lex, Si furioſus eſt,
» agnatûm gentiliúmque in eo pecuniáque eius pote-
» ſtas eſto. Et lex, Paterfamiliás vti ſuper familia, pecu-
» niáque ſua legaſſit, ita ius eſto. Et lex, Si paterfami-
» lias inteſtato moritur, familia pecuniáque eius agna-
» tûm gentiliúmque eſto. Quidam iudicatus eſt pa-
» rentem occidiſſe, & ſtatim quòd effugiendi poteſtas
» non fuit, ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt: os au-
» tem obuolutum eſt folliculo, & præligatum. Dein-
» de eſt in carcerem deductus, vt ibi eſſet tantiſper
» dum culeus, in quem coniectus in profluentem de-
» ferretur, compararetur. Interea quidam eius fami-
» liares in carcerem tabulas afferunt, & teſtes addu-
» cunt. Hæredes, quos ipſe iubet, ſcribunt. Inter eos
» qui heredes in tabulis ſcripti ſunt, & inter agnatos
» de hereditate controuerſia eſt. Hic certa lex, quæ te-
» ſtamenti faciendi iis qui in eo loco ſint, adimat po-
» teſtatem, nulla profertur. Ex ceteris legibus, & quæ
» hunc ipſum ſupplicio huiuſmodi afficiunt, & quæ
» ad teſtamenti faciendi poteſtatem pertinent, per ra-
» tiocinationem veniendum eſt ad eiuſmodi ratio-
» nem, vt quæratur habueritne teſtamenti faciendi po-
» teſtatem. Intentio agnatorum, noſtra pecunia eſt, de qua is cuius agnati ſumus, teſtatus non eſt. D. Imò mea. Q. Vtrius ſit. R. Non enim inteſtatus Malleolus deceſſit, ſed ritè legitiméque teſtamentum adhibitis teſtibus dictauit. F. At cui damnato, & in carcerem coniecto ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt, is iam ſicut furioſus, extra poteſtatem eſt. Vt igitur furioſi teſtamentum nullum eſt, ſic ne huius quidem, in quo ratio Iuris par ſimiliſque omnino eſt. D. An damnatus, & in vincula coniectus, quia extra poteſtatem ſuam eſt, ſicut furioſus, teſtamenti faciendi poteſtatem nihilomagis quam furioſus habeat. Qua in controuerſia, vt apparet, à ſimilibus ducta argumentatio eſt: quum tota concertatio ex Iuris ſcripti ac non ſcripti comparatione naſcatur: quamquam ex Pandectarum iure nihil iam propter bonorum publicationem ea res dubitationis habear. l. ſi quis. 9. & l. quia latronibus. 13. D. de teſtam. Eiuſdem modi quæſtio illa fuit nobilis, de qua Principes ciuitatis Scæuolam, Manilium & Brutum diſſenſiſſe, Cicero lib. de finib. 2. teſtatur: An partus ancillæ in fructu habendus ſit. A ſimilibus enim, aut paribus potius, atque item differentibus, argumentatio ſumebatur, hoc modo: Lex eſt, Fructum omnem qui percipi ex animalibus poteſt, fructuarius capito. Cùm ex ancilla puer natus eſſet, fructuarius eum retinebat. Intentio proprietarij: Hic puer meus eſt. Depulſio fructuarij: Imò meus. Q. Vtrius ſit. R. Quia ſicut in ceteris omnibus animalibus fœtus in parte fructus numeratur: eodem modo ancillæ partus in fructu numerandus eſt. F. At non vt fœtus pecorum, ſic partus ancillarum in fructu eſt. alius enim eſt pecorum, alius ancillarum fructus, nam pecudum fructus, vt ſuum, plurimùm in ſobole & progenie eſt poſitus: mulierum autem in ratione, hoc eſt, artificio, induſtria, ſolertia operis ac diligentia. nec mulierum exercendarum fructus vnquam in ſobole procreanda conſtitutus eſt. hoc enim cum beſtiis commune habent. ex ea igitur re illatum fructus æſtimatur, ac cenſetur, qui ipſarum eſt proprius, ac ſingularis: & quo cæteris animantibus antecellunt, nimirū ex induſtria & opera. Diſceptatio naſcitur ex conflictione argumentationum: fructuarij qui à paribus & proprietarij qui à differentibus diſputabant; An cùm fœtus pecorum in fructu ſit, ta-

A men quia diſſimilis ratio eſt hominum & pecorum, partus ancillæ in eius fructu numerandus non ſit. Sed hanc quæſtionem ſuſtulit l. vetus, 68. D. de vſuf. Aliud exemplum ex l. 2. C. de reſcind. vendit. Lex eſt, Re minoris vendita, vel verum precium emtor impleat, vel ſua pecunia recepta, rem reſtituat. minoris autem vendita dicitur, ſi nec dimidia pars veri precij ſoluta eſt: hoc eſt, cùm venditor poteſt dicere, Tua pecunia dimidium rei meæ non valet. ve-
B luti, ſi rem quæ decem valebat, vendiderit quatuor. nam dimidium precij erant quinque. Iubet igitur lex vt emtor aut rem reddat, recepta ſua pecunia: aut iuſtum precium abſoluat. His poſitis, quæro viciſſim de emtore hoc modo: Titius equum decem aureorum, emit ſedecim. Re cognita, queritur, ſe vltra dimidium rei precium fraudatum: &, vt venditio reſcindatur, petit. nam venditoris eadem quæ emtoris ratio eſſe debet. At venditor tum erat deceptus, cùm rei precium erat amplius dimi-
C dio diminutum: hoc eſt, quatuor habuerat pro decem. emtor igitur tum deceptus dicitur, quum rei precium dimidio amplius auctum eſt: hoc eſt, cùm ſedecim perſoluta ſunt. Intentio: Deceptus ſum ſupra dimidium veri precij. D. Non es deceptus. Q. An ſit? R. Quia pecunia tua non ſuperat altero tanto rem meam. hoc eſt, vt pinguius loquamur, non valet duplo plus quàm res mea, tum enim deceptus eſſes, ſi res mea non valeret dimidium tuæ pecuniæ. F. At mea pecunia vltra verum rei precium, valet plus
D dimidio precij tuę rei. nam & decem dedi, quanti tua res eſt: & eo amplius, non modò quinque (quę tuæ rei dimidium efficiunt) ſed ſex, quæ illud ſuperant. quod viciſſim in venditore decepto ſpectamus. D. An quẽadmodum in venditore, ſic etiam in emtore rei precium ſpectãdum ſit, vt cognoſcatur an ſupra modum ſit deceptus. Conſtitutio eſt ex argumentatione. Reſpondetur: nequaquam. ſed in ſingulis ſpectãdum, quod à ſingulis profectum ſit: hoc eſt, in venditore, rem ipſam: in emtore, pecuniam. Vt, quem-
E admodum venditor clamitat, Pecunia tua non valet rei meę dimidium, ita dicere emtor poſſit, Res tua nõ valet dimidium meę pecuniæ, quod vt verè poſſit dicere, amplius xx. dederit neceſſe eſt. At illius auctores opinionis ſemper tam in emtore quàm in venditore, rem ſolam conſiderant. quæ cogitatio facilè quemuis non adtentum poſſet in errorem inducere. Ad ſupplendum ergo iuſtum precium, Lex iubet, vẽditore illo decepto, emtorem ſex ad dece: venditorẽ verò, qui vnum & viginti accepit, vndecim reddere.
F Nam quemadmodum lex ait, Minus precium eſt, ſi nec dimidia pars veri precij ſoluta eſt: ſic in emtore dicendum eſt, Maius precium eſt, ſi nec dimidia pars ejus precij in re vendita, tradita eſt. In ſumma fraudatio ſupra dimidiũ veri precij admiſſa dicitur cùm aut pecunia dimidium rei, aut res dimidium pecuniæ non valet. De iure ſatis iam à nobis explicatum videtur. Nunc ad eas controuerſias quæ ex ſcripto pariuntur, tranſeundum eſt: quarum triplicem eſſe rationem ſuperius dicebamus. eas enim aut ex ſcri-
G pti ambiguitate, aut ex ſcripti ſententiæque diſſenſione, aut ex contrariè ſcriptis manare. Scripti ergo ambiguitas controuerſiam efficit, cùm (vt Cornificius ait) ſcriptum duas aut plures res ſignificat, hoc modo: Paterfamilias cùm filium heredem faceret, teſtamento vaſa argentea vxori legauit: Tullius heres meus Terentiæ vxori meæ xxx pondo vaſorum argenteorum dato, quæ volet

Scripti ambiguitas.

AA ij

poſt mortem eius precioſa vaſa & cælata magnificè
illa petit. Tullius ſe, quæ velit ipſe, xxx. pondo ei de-
bere dicit. Conſtitutio eſt ex ambiguo. Cic. autem
lib. de Orat. 2. locum hunc ita tractat: Sed in eo ge-
nere in quo quale ſit quid ambigitur, exiſtit etiam
ex ſcripti interpretatione ſæpe contentio: in quo nul-
la alia eſt niſi ex ambiguo controuerſia. Nam illud
ipſum quum ſcriptum, à ſententia diſcrepat, genus
quoddam habet ambigui, quod tum explicatur, quum
verba quæ deſunt ſuggeſta ſunt: quibus additis defē-
ditur, ſententiam ſcripti perſpicuam fuiſſe. Eiuſmodi
controuerſia illa eſt: An res empta, & tradita, emto-
ris tamen non ſit, antequam precium perſoluerit: de
qua Iuriſconſulti in l. quod vendidi, 19. D. de con-
tra. em. & l. procuratoris. 5. §. ſed ſi dedi. D. de trib.
act. Lex eſt: Res legitimè vendita & tradita emto-
ris eſto. Vendidi domum Sempronio, eidémq; tra-
didi. Quum precium non ſoluiſſet, alius autem quiſ-
piam aliquanto maius offerret, repetere volui. Inten-
tio. Hæc domus mea eſt. D. Imo mea. Q. vtrius ſit. R.
Quia vendita mihi abs te, atque tradita eſt. F. At nec
precium ſoluiſti, nec eo nomine ſatisfeciſti. D. An res
vendita, quamuis tradita, tamen ante precium per-
ſolutum, emtoris non ſit. Reſpondetur, non eſſe. d. l.
quod vendidi. D. de contr. emt. Conſtitutio de ſcri-
pto nata eſt: propter regulam, Legitimè res vendita
& tradita emptoris eſto. Quæſitum eſt enim, legiti-
méne vendita res eſſet: quod negatur. Ex quo intel-
ligi debet, non contractum venditionis, ſed συνάλ-
λαγμα, id eſt, permutationem & æquabilitatem rei
cum precio dominium transferre. Itē Sextianæ cauſ-
ſæ ſtatus definitionis eſt. Lex eſt: Qui vim publicè fe-
cerit, pœnas luito. P. Sextius, vt lex de Cicerone reuo-
cando perferri poſſet, nec vi à Clodianis impedire-
tur, præſidium armatorum hominum habuit: cúm-
que iis etiam pugnauit. Accuſatur à M. Albinouano.
Intentio: Vim feciſti. D. Non feci. Q. An fecerit? R.
Quia vim facere, eſt manum alicuius oppugnandi
cauſſa parare. At ego non necandi cuiuſquam, ſed ſa-
lutis meæ tutandæ cauſſa præſidium habui. F. Imò
vim facere eſt, quacumque de cauſſa homines arma-
tos habere. D. Vimne is fecerit qui ſuæ tantùm ſalu-
tis tuendæ cauſſa, præſidium armatorum hominum
in foro habuerit. Aliud exemplum ex Agellij lib. 5.
cap. 10. Euathlus adoleſcens diues eloquentiæ diſcen-
dæ cauſſatúmque orandi cupidus fuit. Is in diſcipli-
nam ſeſe dedit Protagoræ, daturumque promiſit
mercedem grandem, pecuniam quantam Protagoras
petiuerat: Dimidiumque eius dedit iam tunc, ſtatim
priusquàm diſceret, pepigítque vt reliquum dimi-
dium daret, quo primo die cauſſam apud iudices o-
raſſet, & viciſſet. Poſtea quum diutule auditor aſſe-
ctatórque Protagoræ fuiſſet, & in ſtudio quidem fa-
cundiæ abundè promouiſſet, cauſſas tamen non reci-
peret, tempuſque iam longum tranſcurreret, & fa-
cere id videretur, ne reliquum mercedis daret, cepit
conſilium Protagoras, vt tum exiſtimabat, aſtutum:
Petere inſtitit ex pacto mercedem. Litem cum Eua-
thlo conteſtatur. Et quum ad iudices coniiciendæ
conſiſtendǽque cauſſæ gratia veniſſet: tum Protagò-
ras ſic exorſus eſt: Diſce, inquit, ſtultiſſime adoleſ-
cens, vtroque id modo fore vt reddas quod peto, ſiue
contra te pronunciatum erit, ſiue pro te. Nam ſi con-
tra te lis data erit, merces mihi ex ſententia debebi-
tur, quia ego vicero: ſin verò ſecundum te iudica-
tum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu vi-
ceris. Ad ea reſpondit Euathlus, potui, inquit, huic

A tuæ tam ancipiti captioni iſſe obuiam, ſi verba non
ipſe facerem, ſed alio patrono vterer. ſed magis mi-
hi in iſta victoria proludium eſt, quum te non in
cauſſa tantùm, ſed in argumento quoque iſto vinco.
Diſce igitur tu quoque magiſter ſapientiſſime, vtró-
que modo fieri, vt non reddam quod petis: ſiue con-
tra me pronunciatum fuerit, ſiue pro me. Nam ſi iu-
dices pro cauſſa mea ſenſerint, nihil tibi ex ſenten-
tia debebitur, quia ego vicero: ſin contra me pro-
B nunciarint, nihil tibi ex pacto debebo, quia ego non
vicero. Tum iudices dubioſum hoc inexplicabilé-
que eſſe, quod vtrinque dicebatur, rati, ne ſenten-
tia ſua vtramcunque in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe
reſcinderet, rem iniudicatam reliquerunt, cauſſám-
que in diem longiſſimam diſtulerunt. Sic ab ado-
leſcente diſcipulo, magiſter diſciplina eloquentiæ
inclytus, ſuo ſibi argumento confutatus eſt, & ca-
ptionis verſutè excogitatæ fruſtratus eſt. Hæc Agel-
lius. Nos autem, quid hac de re dici poſſit, videa-
C mus. Intentio rhetoris hæc eſto: Debes mihi reli-
quam mercedem: quippe ſic inſtitutus, vt iampri-
dem cauſſam, ſi velles, obtinere potuiſſes. D. non de-
beo. Q. An debeat? R. Quia ſolutio collata eſt in tem-
pus primæ victoriæ. Nondum autem vllam cauſſam
obtinui. F. At iampridem tempus fuit, quum eam, ſi
conari velles, obtinere potuiſſes. quoniam igitur
per te ſtat quominus obtineas, debes. D. An ſolutio
quæ collata eſt in tempus eius facti, quod in promiſ-
ſoris poteſtate ſitum eſt, mora per eum commiſſa
D debeatur. Reſpondetur, deberi. ex l. ſi ita ſtipulatus,
14. l. ſi inſulam. §4. l. ſi continuus. §. item qui inſulam,
D. de verb. oblig. Conſtitutio eſt ex ambiguo ſcri-
pto: quæritur enim, vtrum hæc locutio, quum id fe-
ceris, hoc ſignificet, quum reuera id factum reddi-
deris: an potius, quum id facere potueris, nec fece-
ris tamen. Aliud exemplum. Lex eſt: Qui maieſta-
tem minuerit, pœnas luito. Q. Cæpionis procon-
ſulis temeritate maxima clades accepta erat: Nor-
banus Tribunus pleb. legem tulit, vt ei imperium ab-
E rogaretur: acceſſitur Maieſtatis. I. Maieſtatem mi-
nuiſti. D. Non minui. Q. An minuerit. R. Quia pop.
R. dolor iuſtus, vim tum illam excitauit, non Tribu-
ni actio. Maieſtas autem, quoniam eſt magnitudo
quædam populi Rom. in eius poteſtate ac iure reti-
nendo, aucta eſt potius quàm diminuta. F. Imò maie-
ſtas eſt Imperij, atq; in omni populi Rom. dignitate,
quam minuit is qui per vim multitudinis rem ad ſe-
ditionem vocauit. D. Minueritne Maieſtatem, qui
voluntate populi R. rem gratam & æquam per vim
F egerit. Hoc autem exemplum ex Ciceronis Partitio-
nibus ſumtum eſt. ſed optimum exemplum profer-
tur ab eodem libro de Inuent. 2. An pupillaris ſub-
ſtitutio, vulgarem tacitè, ac vi ipſa contineat. Mæ-
uius impuberem filium heredem fecit, eíque pupil-
lariter ſubſtituit, hoc modo: Filius meus heres eſto:
ſi filius meus antè moriatur quàm in tutelam ſuam
venerit, Titius heres eſto. Dum pupillus heres eſt,
bona quædam aduentitia, hoc eſt, aliunde quàm à
patre, ei obueniunt: fortè qui hereditates ei ab ami-
G cis vel legata relinquuntur, donationéſve quædam
in eum conferuntur. His auctus opibus, ante puber-
tatis tempus, & dum adhuc pupillus eſt, moritur. ita-
que committitur, i. locum habet ſubſtitutio: verùm
de aduentitiis illis bonis, veluti de hereditate ea quæ
pupillo venit, inter Titium, qui patris pupilli heres
ſecundus eſt, i. ſubſtitutus, & inter adgnatos pupilli
controuerſia eſt. Poſſeſſio ſecundum tabulas Titio
à Prætore

à Prætore data eſt. Intentio eſt adgnatorum: Noſtra pecunia eſt, de qua Mæuius, cuius agnati ſumus, teſtatus non eſt. Depulſio eſt: Imò mea, qui heres ſecundus teſtamento patris ſum factus. Quæſtio eſt, vtrorum ſit? Ratio eſt: Pater enim & ſibi & filio teſtamentum ſcripſit, dum is pupillus eſſet: quare quæ filij fuerunt, teſtamento patris mea fiant neceſſe eſt. Infirmatio eſt rationis: Imò pater ſibi ſcripſit, & ſecundum heredem non filio, ſed ſibi, iuſſit eſſe. Quare præterquàm quòd ipſius fuit in teſtamento, vllius veſtrum eſſe non poteſt. Iudicatio: poſsítne quiſquam de filij pupilli re teſtari: an heredes ſecundi ipſius patrisfamiliàs, non filij quoque eius hæredes pupilli ſint. Atque hoc non alienum eſt, quod ad multa pertineat, ne aut nuſquam, aut vſquequaque dicatur, hîc admonere. ſunt cauſſæ quæ plures habent rationes in ſimplici conſtitutione: quod fit, quum id quod factum eſt, aut quod defenditur, pluribus de cauſſis rectum aut probabile videri poteſt: vt in hac ipſa cauſſa. ſupponatur enim ab heredibus hæc ratio: Vnius enim pecuniæ plures diſſimilibus de cauſſis heredes eſſe non poſſunt: nec vnquam factum eſt vt eiuſdem pecuniæ alius teſtamento, alius lege heres eſſet. Infirmatio hæc erit: Non eſt vna pecunia, propterea quòd altera iam erat pupilli aduentitia: cuius heres non illo in teſtamento quiſquam ſcriptus erat, ſiquid pupillo accidiſſet: & de altera patris etiam nunc mortui voluntas plurimum valebat, quæ eam mortuo pupillo ſuis heredibus concedebat. Iudicatio eſt, vnáne pecunia fuerit. Ac ſi hac vſi erunt infirmatione, poſſe plures eſſe vnius heredes pecuniæ diſſimilibus de cauſſis: de eo ipſo iudicatio naſcitur, poſsíntne eiuſdem pecuniæ plures diſſimilibus generibus heredes eſſe? Eiuſmodi controuerſia illa eſt, de qua Iauolenus ſcribit in l. paterfam. 28. D. de reb. auct. iud. poſſ. vbi pupillus, cui ſubſtitutum à patre fuerat, paterna quidem hereditate ſe abſtinebat, aduentitiam autem amplectebatur. Et cùm eius impuberis mortui ſubſtitutus heres eſſet, quærebatur an idcirco creditoribus paternis actio in iſtum danda eſſet, quòd vnum eſſet teſtamentum. Reſpondetur autem: eò non dari, quia duæ ſunt hereditates inter ſe diſſimillimæ diuerſiſſimíſque ex fontibus promanantes. Huius etiam generis controuerſia fuit Luctatij conſulis, Prætoríſque Valerij, cui iudex Calatinus additus eſt. Luctatius Conſul & Q. Valerius Prætor circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleuerant, quo nomine Luctatio Conſuli triumphum Senatus decreuit. Quum autem Valerius ſibi eum quoque decerni deſideraret, negauit id fieri oportere Luctatius, ne in honore triumphi minor poteſtas maiori æquaretur. pertinaciúſque progreſſa contentione, Valerius ſponſione Luctatium prouocauit, non petiturum triumphum, ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa: nec dubitauit reſtipulari Luctatius. Itaque Iudex inter eos conuenit Attilius Calatinus, apud quē Valerius in hunc modum egit: Conſulem ea pugna in lectica claudum iacuiſſe, ſe autem omnibus Imperatoriis partibus functum. Tunc Calatinus, prius quàm Luctatius cauſſam ordiretur: Quæro, inquit, Valeri à te, ſi dimicandum, nécne eſſet, contrariis inter vos ſententiis diſſediſſetis, vtrum quod Conſul, an quod Prætor imperaſſet, maius habiturum fuit momentum? Reſpondit Valerius: non facere controuerſiam, quin priores partes Conſulis eſſent futuræ. Agè deinde, inquit Calatinus, ſi diuerſa auſpicia ac-

A cepiſſetis, cuius maius auſpicio ſtaretur? Item reſpondit Valerius, Conſulis. Iam mehercule, inquit, quum de imperio & auſpicio inter vos diſceptationem ſuſceperim, & tu vtroque aduerſarium tuum ſuperiorem fuiſſe fatearis, nihil eſt quod vlterius dubitem. Itaque Luctari quamuis adhuc tacueris, ſecundum te litem do. Controuerſia igitur ex Ductus verbo nata eſt. Sponſio eſt enim, Ni ductu ſuo, &c. Intentio, Ductu meo Punica claſſis deuicta eſt. Ego enim ſolus, te claudo in lectica iacente, Imperatoris officio B ſum functus. D. Imò mea. Q. Vtrius ductu geſta res ſit. R. Quia meo imperio atque auſpiciis, non autem tuis, geſta res eſt. Ductu autem eius geri res dicitur, cuius auſpiciis, imperióque geritur. F. Imò eius, qui, quum ſcilicet in Imperio ſit, ducis partes, altero iacente, fortiter ac proſperè adminiſtrat. D. Eiúſne magiſtratus ductu geri res dicatur, qui dum maior magiſtratus, cuius imperio & auſpiciis res gerebatur, iaceret, ſolus Imperatoris partibus eſt functus? Atque hoc quidem exemplum ex Valerio Ma- C ximo deſcripſimus. Sequitur alterum ex Cicerone. Lex: Qui in aduerſa tempeſtate nauim reliquerint, omnia amittunto: eorum nauis & onera ſunto, qui in naui remanſerint. Duo quidam, quum iam in alto nauigarent, & eorum alterius nauis, alterius onus eſſet, naufragum quendam natantem, & manus ad ſe tendentem animaduerterunt: miſericordia commoti nauim ad eum applicauerunt, hominem ad ſe ſuſtulerunt. Poſtea aliquanto ipſos quoque tempeſtas vehementius iactare cœpit, vſ- D que adeò vt dominus nauis, cùm idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret, & inde funiculo, qui à puppi religatus ſcapham annexam trahebat, naui quoad poſſet moderaretur: ille autem cuius merces erant, in gladium in naui ibidem incumberet. Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſſit, & naui, quoad potuit, eſt opitulatus. Sedatis autem fluctibus, & tempeſtate iam commutata, nauis in portum prouehitur. Ille autem qui in gladium incubuerat, leuiter ſaucius, facilè eſt ex vul- E nere recreatus. Nauim cum onere horum trium ſuam quiſque eſſe dicit. Hîc omnes ſcripto ad cauſſam accedunt, & ex nominis vi naſcitur controuerſia. Nam & relinquere nauem, & remanere in naui, denique nauis ipſa quid ſit, definitionibus quæritur. Hæc Cicero lib. De arte Rhetorica ſecundo. Lis autem hæc primùm inter naufragum & nauis dominum conſtituatur. Intentio naufragi: Hæc nauis mea eſt, qui eam oborta tempeſtate nunquam reliqui, ſed ita gubernaui vt eam ad portum perducerem. F D. Imò mea. Vtrius ſit. R. Quia non reliqui nauim, ſed cùm in ſcapha eſſem, ei quoad potui ſum moderatus. Relinquere autem nauim eſt, eius curam prorſus deſerere, eiúſque adiuuandæ facultatem abiicere. F. Imò relinquere nauim dicitur, qui è naui fugit, ne eadem ruina ſimul cum ipſa naui opprimatur. D. Reliqueritne nauim is, qui cùm ex ea in ſcaphā confugiſſet, ei quoad potuit moderatus eſt. Reſponderem, reliquiſſe: cùm finis legis ſit, prouidere vt naui quàm plurimum adiumenti præſtò ſit. Atque hæc G quidem de naufragi, & domini controuerſia. Sequitur altera de naufrago & mercatore. Intētio naufragi eſt eadem quæ ſuperior: Hæc nauis mea eſt. Depulſio mercatoris: Imò mea. Q. Vtrius ſit. R. quia non reliqui nauim, ſed in ea permanſi. nauim autem relinquere eſt, ab ipſa diſcedere. F. Imò nauim relinquere eſt, curam & tutelam eius penitus ex animo

deponere. Quid enim intereſt, vtrum ex naui deſcendas, an eam ſúſque déque feras? tu verò non modò nauis, verùm etiam tuæ ſalutis conſeruandæ animum deſpondiſti. D. Reliqueritne nauim is, qui quũ in ea manſerit, animum tamen non modò nauis, ſed etiam ſuæ ipſius ſalutis tuendæ abiecerit? Reſponderem, reliquiſſe. finem legis fuiſſe, vt naui quàm plurimum præſidij adiumentíque conſeruaretur. Atque hæc quidem de ſcripti ambiguitate dicta ſint. Ex ſcripti autem ſententiæque contentione tum oritur controuerſia, quum, vt Cicero ait, alter verbis ipſis quæ ſcripta ſunt nititur: alter ad id quod ſcriptorem ſenſiſſe dicet, omnem adiungit dictionem. Itaque non ſemper mens & voluntas ſcripto præfertur. Interdum enim plus valet ſcriptura, quàm quod actum eſt, ait Modeſtinus in l. ſi alij, 19. D. de vſufru. leg. vbi quæſtio hæc profertur: Teſtator Titio fundũ, Seio eiuſdem vſumfructum legarat: ea nimirum mente & voluntate, vt nudam proprietatem Titius obtineret. Mortuo teſtatore Titius dimidium vſus fructus communiter nobis legatus eſt. Depulſio Mæuij: Imo mihi ſoli. Q. Vtrum communis vtriuſque, an Mæuij proprius ſit. R. quia cùm teſtator eius fundi vſumfructum mihi legauit, probabile eſt, eum nudam tibi proprietatem dumtaxat reliquiſſe. F. At ſcripturæ & verborum ea vis eſt, vt fundi nomine non nuda proprietas, ſed rei quoque emolumentum contineatur. Diſceptatio, Vtrum in eiuſmodi legato ſcripturæ, an volũtatis potior ratio ſit? Modeſtinus reſpondit, Scripturæ cui congruit. l. ſi filio, 10. D. eo. l. Mæuius, 66. §. fundo, D de leg. 2. l. 4. D. de vſufr. ear. rer. l. 3. §. non ſolũ, D. de vſufr. accreſ. Sumatur alterũ exẽplum è cauſſa Curiana, Cicero protulit: Paterfamiliàs quũ liberorũ nihil haberet, vxorem autem haberet, in teſtamento ita ſcripſit: Si mihi filius genitus fuerit, vnus, pluréſve, is mihi heres eſto. Deinde quæ aſſolent: Poſtea, ſi filius antè moritur, quàm in tutelam ſuam venerit, tu mihi, dicebat, ſecundus heres eſto. Filius non eſt natus. Ambigunt adgnati cum eo qui eſt ſecundus heres, ſi filius antequam in tutelam veniat, mortuus ſit. hæc ille. Nos rem omnẽ inſtituto noſtro explicare conabimur. L. Coponius teſtator poſtumũ heredem inſtituit: eíque, ſi ante tutelæ ſuæ annos decederet, M. Curium ſubſtituit. Poſtumus non eſt natus. M. Coponius heres legitimus ad ſe pertinere hereditatem contendit. Poſſeſſio ſubſtituti eſt. Intentio Coponij: Hæc hereditas mea eſt: quia non aliter ſubſtitutus es, quã ſi pupillus moreretur. mortuus autem non eſt, quippe qui numquam eſt natus. D. Imò mea. Q. Vtrius ſit? R. Quia voluntas teſtatoris non ex verbis ac literis, ſed ex mente ipſius æſtimanda eſt. mens autem hæc fuit, ſi non naſceretur ſibi filius, qui pubertatem attingeret. F. At verba teſtatoris mentem oſtendunt: nimirum, vt natus ſibi filius pupillus, alienáque in tutela poſitus, decederet. D. An qui poſtumo, ſi is impubes moriatur, ſubſtituit, eo etiam nõn nato ſubſtitutionem valere voluiſſe videatur? Controuerſia ex ſcripti ac voluntatis contentione nata eſt. Itaque hac de cauſſa Craſſus lib. de Orat. 1. commemorans Scæuolam quĩ ſubſtitutum defendebat, ſcribit ex ſcripto teſtamentorum iura defendiſſe; negaſſéque, niſi poſtumus & natus, & antequam in ſuam tutelam venerit, mortuus eſſet, heredem eum eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſtumum & natum, & mortuum, heres „ inſtitutus. Ego verò, inquit, defendebam hac eum „ mente fuiſſe qui teſtamentũ feciſſet, vt ſi filius non

Scripti & ſententiæ contentio.

A eſſet qui in tutelam veniret, M. Curius eſſet heres. „ quod Centumuiri defendente Craſſo iudicarũt. Or- „ natè (inquit Cicero in ea pro Cæcina) & copioſè „ L. Craſſus, longè eloquentiſſimus, paulo antequam „ nos in forum venimus, iudicio centumuirali hanc „ ſententiam defendit: & facilè, quum contra eum „ prudentiſſimus homo Q. Mutius diceret, probauit, „ omnibus, M. Curium, qui heres conſtitutus eſſet ita, „ Mortuo poſtumo filio, quum filius non modò non „ B mortuus, ſed ne natuus quidem eſſet, heredem eſſe „ oportere. Atque hanc ipſam controuerſiam Cicero & in Bruto, & in 11. de Oratore, eo quem expoſui modo tractat. Poteſt autẽ etiã hoc tractari modo, & paulò (vt mihi videtur) ad iuris ciuilis diſciplinam adcommodatius: vt quum poſſeſſio Coponij adgnati ſit, petitio M. Curij ſubſtituti, ratio à Coponio ſubiiciatur hæc: Quia qui pupillariter ſubſtituitur, non teſtatori, ſed pupillo heres adtribuitur: cùm autem pupillus nullus fuerit, heres eſſe ei qui poteſt? Fir- C mamentum Curij: At qui ſubſtituit, quocumque modo ſubſtituat, eo ſemper animo eſt, vt quicu q e - uentus ſubſtitutionis futurus ſit, tamen ſubſtitutum malit quàm adgnatum ſuum ſibi heredẽ eſſe. Itaque non formulæ verba, ſed teſtatoris voluntas ſequenda eſt. D. An quum pupillariter ſubſtituens verbo & formula pupillo ſubſtituit, re tamen malit hereditatem ſuam ad ſubſtitutum, quàm ad adgnatum quo poterit modo, peruenire. Quæ controuerſia Veri & Marci conſtitutione ſublata eſt: qua cauetur, vt etiã D pupillari ſubſtitutione vulgaris contineatur, id eſt, vt qui dicit, Si heres ſit & impubes moriatur, dicere etiam videatur, Si heres non ſit. Sequitur alterum exemplum. Lex eſt: Seruus, quem dominus pro libe- „ ro habere voluerit, liber eſto. Venalitij quum Brun- „ duſij gregem venalium è naui educerent, formoſo & „ precioſo puero quòd portitores verebantur, bullum „ & prætextam togam impoſuere. facilè fallaciam ce- „ larunt. Romam venitur, res cognita eſt: petitur „ puer, quod domini volũtate fuerit liber in libertate. „ E Hæc Suet. Tranq. in lib De clar. Rhetoribus. Intentio aſſertoris: Hic puer liber eſt, quippe quem pro libero habuiſti. D. Imò ſeruus meus eſt. Q. Vtrum liber, an ſeruus ſit? R. Quia tempôris tantùm cauſſa id feci, vt portitorum auaritiam vitarem. F. At quacumque ratione feceris, tamẽ eum pro libero habuiſti, haberíque voluiſti. D. An ſeruus, quem dominus temporis tantùm cauſſa pro libero haberi voluit, cui que idcirco libertatis inſignia tradidit, liber ſit. Alterum exemplum. Lex eſt: De reo ſeptem iudices co- „ F gnoſcant, eáque ſententia ſit rata quam plures ex eo „ numero dixerint. Quum ſeptem iudices cognouiſ- „ ſent, duo cenſuerunt reum exſilio multandum: duo „ alij pecunia, tres reliqui capite puniendum. Petitur „ ad ſupplicium ex ſententia trium iudicum, & contradicitur. Hæc Agellius lib. IX. cap. XV. Intentio: Duci hunc ad ſupplicium ex plurium iudicum ſententia oportet. D. Non oportet. Q. An oporteat? R. Quia lex de bipartita tantùm ſententia, duabúſque iudicum partibus ſenſit. nam antiquitùs pœna lege G conſtituta erat. Iudices vel videri, vel non videri feciſſe iudicabant. F. Imò ſcripta lex eſt de pluribus indefinitè. Itaque quotcumque ſententiarum genera fuerint nihil intereſt. ſemper enim maiori parti ſtandum eſt. D Vtrum lex ſcripta de certo iudicum numero, ſi plurium ſententias ratas eſſe iubeat, de duabus tantùm, an etiam de pluribus partibus intelligenda ſit. Alterum exemplum. Lex eſt: Vir fortis „

præ-

præmio,quod optauerit, donetur. Qui fortiter fecerat,petiit alterius vxorem in matrimonium, & accepit:Is deinde cuius ea vxor fuerat,fortiter fecit.repetit eandem.contradicitur. Petitoris intentio: Si placet lex,redde:ſi non placet, redde. Rei defenſio: Si placet lex, non reddo: ſi non placet lex, non reddo. Hæc Agellius lib.xx.cap.xvi. Intentio:Hæc mulier mihi pro præmio debetur. D. Non debetur. Q. An debeatur? R. Quia quod præmium forti viro lex attribuit,id ei perpetuò relinqui voluit, ne incertum & breue præmium eſſet. F. Attamen indefinitè ſcripta eſt:vt quidquid optarim habeam:nec diſtinxit ab ignauo,vel à forti. D. An præmium ſemel forti viro datum, pòſt alteri forti poſtulanti concedi propter præmiorum incertam & inſtabilem rationem non oporteat. Expoſui de ſcripti & voluntatis comparatione: nunc ad contrariè ſcripta diſputationem traducimus, ſi modò Quinctiliani locum inſignem ad hoc caput pertinentem, ex libri 7. cap. 6. ſubiecerimus:

Cõtrariè ſcripta.

Scripti,inquit Fabius, & voluntatis frequentiſſima inter Conſultos quæſtio eſt, & pars magna controuerſiæ iuris hinc pendet: quominus id in ſcholis accidere mirum eſt, vbi etiam ex induſtria fingitur. Eius genus vnum eſt, in quo & de voluntate quæritur. Id tum accidit, quum eſt in lege aliqua obſcuritas,& in ea aut vterque ſuam interpretationem confirmat,aut aduerſarij ſubuertit: vt hic, Fur quadruplum ſoluat.Duo ſubripuerunt pariter decem millia, petuntur,ab vtroque quadragena.illi poſtulant vt vicena conferant: nam & actor dicit hoc eſſe quadruplum quod petat, & rei hoc quod offerant.voluntas quoque vtrimque defenditur. Aut cùm de altero intellectu certum eſt,de altero dubium. Ex meretrice natus,ne concionetur. Quæ filium habebat,proſtare cœpit,prohibetur adoleſcens concione. Nam de filio eius, quæ ante partum meretrix fuit, certum eſt: an eadem huius cauſſa ſit,dubium eſt:quia ex hac natus,& hæc meretrix eſt. Solet & illud quæri,quò referatur quod ſcriptum eſt, Bis de eadem re ne ſit actio:id eſt,hoc Bis ad actorem,aut ad actionem. Hæc ex Iure obſcuro. Alterum genus eſt ex manifeſto. quod qui ſolum videtunt, hunc ſtatum plani & voluntatis adpellauerunt. In hoc altera pars ſcripto nititur,altera voluntate. Ex contrariè ſcriptis controuerſia conſtat,quum (vt Cornificius ait) alia lex iubet,aut permittit,alia vetat quidpiam fieri:vel(vt Cicero ſcribit)quum inter ſe duæ videntur leges,aut plures diſcrepare,hoc modo:Lex, Qui tyrannum occiderit, quam volet ſibi rem à magiſtratu depoſcito, & magiſtratus ei concedito. Et altera lex, Tyranno occiſo quinque eius proximos cognatione magiſtratus necanto. Tyrannum vxor ſua noctu, cùm ſimul cubaret,occidit. hæc filium ſuum, quem ex tyranno habebat, ſibi præmij loco depoſcit. ſunt qui ex lege puerum dicant occidi oportere. Res in iudicio eſt. Intentio matris:Hic filius mihi pro præmio debetur. D.non debetur.Q.An debeatur. R.Quia lex eum iubet interfici. F. At hæc lex ab altera modificatur: quaſi exceptio adiecta ſit, niſi aliquem eorum percuſſor pro præmio popoſcerit. D. An quum duæ leges contrariè ſcriptæ reperiuntur, altera ſi fieri poſſit,per alteram modificanda ſit. Exemplum eiuſdem generis exſtat etiam apud Paulum in l.Neſennius,34. D.de neg.geſt. Auia nepotis ſui negocia gerens,quũ alimenta ei decerni nõ poſtulaſſet, eum tamen aluit. In rationibus reddendis imputari alimenta volebat. Intentio:Alimenta nepoti à me præſtita, in rationes imputari oportet. D. Non oportet. Q. An opo[rteat]. R. Quia quum neque poſtularit vt alimenta decernerentur, neque decreta ſint, veriſimile eſt eam de ſuo præſtitiſſe.Mater autem quæ de ſuo præſtitit,non imputat. F. At illa patrimonium nepotis adminiſtrabat:vnde veriſimile eſt,ex eo potius alimenta illa præſtita fuiſſe. Diſceptatio ex contrariis veriſimilibus naſcitur:quarum altera eſt, quòd nec poſtulauit vt alimenta decernerentur,nec decreta ſunt:altera,quòd nepotis patrimonium adminiſtrans,ex eo quæ nepoti neceſſaria erant,depromere videretur. An auia ſua ſponte ac ſine decreto alimenta nepoti præſtans,quia patrimonium ipſius adminiſtrabat,non de ſuo,ſed de nepotis patrimonio ea præſtitiſſe videatur. Alterum exemplum. Lex eſt, Vt eius quæque ſpecies ſit, qui eam effecit.altera,Quod noſtrum eſt,fieri alterius ſine facto noſtro non poteſt. Septimius ex tabulis Octauij nauem ædificauit. Hanc Octauius ſuam eſſe dicit. Intentio:Hæc nauis mea eſt,quippe ex tabulis, quæ meæ ſunt,confecta.D.imò mea.Q.Vtrius ſit:R. Quia lex eius eſſe ſpeciem quãque vult, qui eam effecit. F. At non alter poteſt eſſe tabularum, alter nauis dominus. Quum autem tabulæ meæ ſint, nec ſine meo facto alterius fieri poſſint, lex ſuperior ex poſteriore intelligenda eſt, quaſi adiecta ſit exceptio,niſi ex aliena materia ſpecies facta ſit. D.An ea demum ſpecies effectoris ſui ſit,qui ſuam ex ſua materia effecit,quòd ſi ex aliena materia facta ſit, eius ſit qui materiæ eſt dominus. Reſpondetur, ſemper ſpeciem effectoris eſſe,ſiue ipſius,ſiue aliena materia fuerit,nec legem alteram obſtare, propterea, quòd exſtincta materia intelligatur,l.Minutius, 6.D.de rei vind.l.7.§.5.D.de adq. rer. dom. Atque hinc nobilis illa Sabinianorum & Proculianorum controuerſia naſcitur,de qua iiſdem in locis diſputatur. Praxiteles ex ære meo ſtatuam Mercurij fecerat. mea Intentio, hæc eſt, Hæc ſtatua mea eſt, quippe ex mea materia confecta. D. Imò mea. Q. Vtrius ſit? Ratio Proculianorum:qui cauſſam efficientem ſpectabant: quia lex ſpeciem eius eſſe vult,qui eam effecit. Firmamentum Sabinianorum, qui cauſſam ſine qua non, vrgebant:At meum æs,ſine meo facto, fieri tuum non potuit:quare lex illa ſic accipienda eſt,niſi ex aliena materia ſit facta. D. An ſpecies ex aliena materia facta eius ſit cuius eſt materia. Caius eò tandem ventum adfirmat,vt diſtingui res debuerint.aut enim rem ad priſtinam materiam reduci poſſe, veluti ſi ex ære,alióve metallo facta ſit:aut non poſſe,veluti ſi ex marmore,vel ebore,vel ſaxo:ſi non poſſit,fore ſtatuarij:ſi poſſit, domini materiæ. Cuius opinionis hanc opinor eſſe rationem,quia ſi reduci poſſet,materia videretur quodammodo à ſpecie ſeparari poſſe,vel(quod planius eſt) prior ſpecies exſtincta eſſe nõ videretur, vt in tabulis, vel marmore, ſed ſopita tantùm. Sed hæc in Inſtitutionibus vberius. Nunc exemplum è Ciceronis Partitionibus ſubiiciemus,vt mox ad verbi controuerſias, quod è tribus propoſitis extremum eſt,peruenire poſſimus. C. Gracchus ſeditioſo Tribunatu acto,quum Auentinum armata quoque multitudine occupauiſſet, à Q.Opimio cõſule ex S.C.vocato ad arma populo pulſus, interemtus eſt. L.Opimius accuſatur maieſtatis apud populum à Q.Decio Trib.pleb.quòd indemnatum ciuem necarit. Oritur ex contrariè ſcriptis controuerſia. Lex enim Porcia ciuem indemnatum necari vetat. Senatuſconſultum autem factum erat, Viderent Coſſ. ne quid Reſp.detrimenti caperet. Intentio:Iniuria, & contra legem

...m Gracchum occidiſti. D. Iure occidi. Quæſtio, Iuréne, an iniuria occiderit? R. Salutis enim omnium & Reipub. conſeruandæ cauſſa feci. F. At ne ſceleratiſſimum quidem ciuem ſine iudicio, iure vllo necare potuiſti. D. Potueritne rectè ſalutis reip. cauſſa ciuem euerſorem ciuitatis indemnatum necare? Reſpondetur, propter S. C. poſſe, lege enim Porciæ per ſenatusconſultum derogari.

Verbi ambiguitas. Ex verbo naſcitur controuerſia, quum obſcurum & ambiguum ſcriptum pronunciatúmve verbum eſt. Quod genus (vt ait Cicero) non argumentando tractatur, ſed tamquam explicando excutiendóque verbo. Veluti quũ quæritur quid ſit penus, quid ruta cæſa, quid inſtrumentum. de quo ipſo exemplum ex Seruio Iuriſc. proferemus. Inſtrumentum quidam omne Titio legauit eo mortuo, frumentũ quod cultorum cibariis paratum erat, Titius petit. Intentio: Debes mihi hoc frumentum. D. Non debeo. R. An debeat. R. Quia inſtrumentum eſt, adparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus exerceri poſſeſſio non poteſt: frumentum autem conſumitur. F. Imò inſtrumentum eſt quodcumque ad colendum agrum pertinet. Cultorum autem ſine cibariis nullus eſt vſus. D. An inſtrumenti legato, cibaria cultoribus parata contineantur. Seruius & Vlpianus contineri reſpondent, in l. quæſitum, 12. de inſt. vel inſt. Ad verbi controuerſiam illa quoque militis cauſſa pertinet, de qua Cicero lib. de Orat. primo his ſcribit verbis: Quæ potuit igitur eſſe cauſſa maior, quã illius militis, de cuius morte quum domum falſus ab exercitu nuncius veniſſet, & pater eius re credita teſtamentum mutaſſet, & quem ei viſum eſſet, feciſſet heredem, eſſétque ipſe mortuus, res delata eſt ad Cẽtumuiros. quum miles domum reueniſſet, egiſſetque in hereditatem paternam? Nempe in ea cauſſa quæſitum eſt de Iure ciuili, poſſétne paternorum bonorum exheres eſſe filius, quem pater teſtamento neque heredem, neque exheredem ſcripſiſſet nominatim. Hæc Cicero, verba autem hæc, quæ paſſim eo in loco adiiciuntur, *Teſtamento exheres filius*, Interpretis eſſe conſtat, & quidem imperiti. Intentio enim militis hæc fuit: Teſtamentum patris iniuſtum eſt, quippe in quo ego filius ſum præteritus. D. Imò valet. Q. An valeat? R. Quia præteritus non dicitur is, quem pater exheredem eſſe voluit, te verò exheredatũm voluiſſe conſtat ex eo, quia quum ſuperius teſtamentum in quo exheredem te fecerat immutauit, nullam tui in poſteriore mentionem interpoſuit: F. At tamen exheredem me nominatim etiam in poſteriore fieri oportuit. Præteritus enim dicitur, qui nominatim inſtitutus, vel exheredatus non eſt. l. 1. 2. & 3. D. de lib. & poſt. D. Poſſétne paternorum bonorũ, &c. vel hæc potius, Præteritúſne dicatur is, qui nominatim exheredatus non eſt, cùm ſuperius teſtamentum in quo exheredatus erat, ſit immutatum. Qua de re Paulus ſcribit in l. Titius. 25. D. de lib. & poſt. Vlpianus verò l. ſi inſtituta, 27. in fi. D. de inoffic. De teſtamento matris, inquit, quæ exiſtimans periiſſe filium, alium heredem inſtituit, de inofficioſo quæri poteſt. Ex eodem genere controuerſia inter Demoſthenem & Midiam nata eſt. Lex enim erat: Impietatis conuictus rei capitalis damnetur. Midias Demoſtheni, curatori ludorum, qui in Bacchi honorem committebantur, palum in occulis conſpectúq; omnium colaphum impegit. accuſatur rei capitalis. Intentio Demoſth. Rei capitalis damnandus es: quippe ἀσελγείας ſiue ἀσεβείας conuictus. D. Non ſum, ſed ὕβρεως, id eſt, contumeliæ dumtaxat. Q. Vtrius ſit damnandus? R. Quia impietas eſt, contumacia in Deum, iuncta cum contumelia. Ego verò non Deo, ſed Demoſtheni contumeliam feci. F. Imo impietas eſt, Diis habitum honorem, & eius honoris miniſtrum, quaſique ſacerdotem violare. D. An impietatis nomine iniuria miniſtro curatoríque diuinorum ludorum facta contineatur? Alterum exemplum: Æſtiuo tempore adoleſcentes vrbani, quum Oſtiam veniſſent, litus ingreſſi, piſcatores trahentes rete adierunt, & pepigerunt, bolum quanti emerent. numos ſoluerũt, diu expectauerũt dum retia extraherẽtur, aliquãdo extractis piſcis nullus infuit, ſed ſporta auri obſuta: tũ emtores bolũ ſuũ aiũt. Hæc Suetonius in libello de claris Rhetoribus. Intentio adoleſcentum: Hæc præda noſtra eſt, qui bolum futurum emimus. Depulſio piſcatorum: Imò noſtra. Q. Vtrorum ſit. R. Quia & vos, & nos, de piſcium præda ſenſimus. Quum autem in materia & qualitate ambo errant, veluti quum ambo & emtor & venditor aurum eſſe putant, quod æs erat, venditio non conſtat. l. qui tamen, 14. D. de contr. emt. F. At tamen de piſcibus nihil dictum eſt: ſed de præda tantùm, ac bolo, quamuis incerta eſſet. Valet autem incertæ rei emtio, vt aleæ. Quod fit (inquit Pomponius) cùm captus piſcium, vel auium, vel miſſilium emitur. l. nec emtio, 8. D. eod. D. An qui de piſcatore bolum futurum emit, quamuis de piſcibus vterque cogitabat, tamen quia nihil nominatim dictum eſt, de quouis bolo contraxiſſe intelligatur.

Quænam igitur tractandarum controuerſiarum certiſſima ratio ſit hactenus explicandum eſſe arbitror: eiúſque diſciplinæ ſummam hanc eſſe, vt quæ iuſta pro ſe quiſque litigatorum adfert ea non ſeparatim & diſiunctè conſiderentur, ſed inter ſe committantur: vt ex illorum concurſu & quaſi conflictu ad quodnam ex ſummis illis ſex diſceptationum generibus cauſſa pertineat, intelligatur. Tum enim quaſi ex duorum pugilum congreſſu, vtrius aduerſarij cauſſa potentior ſit, vter, inquam, aduerſatiorum ſtare aut cadere cauſſa debeat, facilè exiſtimari poterit. Quòd ſi artem hanc meo quidem iudicio pręclaram, & ab Hermagora (vt ſæpe indixi) primùm inuentam, à nobis autem longo multorum ſeculorum interuallo reuocatam, adoleſcentes ſtudioſi hodie aut à nullis, aut à perpaucis tractari animaduertant, ij velim ſic exiſtiment, fieri poſſe, vt nonnulli propter ingenij tarditatem tantam præſtantiam adſequi nequeant: quum (verè vt dicam) artificio iſto nihil aut ſubtilius, aut acutius, aut laborioſius cogitari poſſit: nonnulli verò quibus ingenij acies non deeſt, tamen propter inuidiam, & ne quid à nobis didiciſſe videantur, eam diſſimulandam putent. Vtri autem noſtrûm melius de Iuriſprudentia mereri voluerint, verius (vt ſpero) poſteritas & incorruptius quã quiſquam noſtrûm iudicabit: quamquam triplex illa non videtur omittenda Hermagoreæ artis noſtræ defenſio. primùm quòd illi ipſi qui eam ſe dicunt contemnere, ſequi tamen in diſputando coguntur: deinde, quòd eam Iuriſc. noſtri ſecuti ſunt: poſtremò quòd ſine ea ne rectè quidem explicari vlla controuerſia poteſt. Quid. n. aliud eſt, quod Doctores omnes cauſſam dubitandi & decidendi vulgo adpellant, niſi quod Hermagoras Rationem & Firmamẽtum nominauit? quam eandem rationem veteres quoque Iuriſc. neceſſariò ſecuti ſunt: quippe, cùm vbi dubitandi cauſſa nulla eſt, ibi ne conſultationi

quidem

quidem ſit locus: ſicuti Domitius Celſus, Domitio Labeoni reſcripſit. l. 27. D. qui teſt. fac. Illud tamẽ inter artem Hermagoream & eam quam Iuriſconſulti ſecuti ſunt, interfuit, quòd Hermogoras artificiũ ſuum, quod tam nouum ac recens inducebat, plenè ab ipſis initiis quaſique pingui Minerua explicauit. Iuriſconſulti autem illud anguſtius contraxerunt. Solam enim dubitandi & decidendi cauſſam propoſuerunt. quam viam ac rationem nos quoque, vſu & ætate longius progreſſi, ſecuti ſumus. primùm vt ſummam quæſtionem proponeremus, tum dubitan- A di, poſtremò loco decidendi rationem ſubiiceremus. Eius autem rei exempla paſſim extant: ſed præſertim in iis locis, vbi hac formula vtuntur, *Monet quæſtionem*: vel ſimpliciter, *Monet*. velut in l. 28. D. de reb. auct. iud. *Illud maximè monet*, quod præceptoribus tuis placet &c. l. 29. §. 1. D. de verb. obligat. l. 26. D. de vſufru. leg. item, *Nobis in eo videtur eſſe dubitatio*. l. 70. §. 1. D. de fideiuſſ.

Verùm vtcumque nobis hic labor ſuccedet, illud tamen vetus tenebimus, ſummæ felicitatis eſſe non multis, ſed doctis placere.

EX LIBRO
RHETORICORVM
CHIRII
Fortunatiani Iuriſconſ.

PROPOSITA controuerſia quid primùm conſideramus? An conſiſtat. Hoc quomodo inuenim⁹? Ex intentione & depulſione.

Quid eſt intentio? Quod prima pars proponit, quæ facit litem. Hoc Græci quid vocant? κατάφασιν.

Quid eſt depulſio? Quod ſecunda pars reſpondet. Id Græci quid vocant? ἀπόφασιν.

Cataphaſis vnde formatur? Ex ætio. Quid eſt ætion? Cauſſatiuum litis, propter quod res etiam in B iudicium deuocatur.

Apophaſis vnde formatur? Ex ſynechonte. Quid eſt ſynechon? Quo continetur omnis defenſio.

Ex ætio & ſynechonte quid naſcitur? Crinomenon. Quid eſt crinomenon? Id de quo iudicandum eſt.

Quæ materiæ principaliter non conſiſtunt? quæ aut depulſionem non habent, aut quæ impudentem C aut turpem habent intentionem. Hæc à Græcis quid adpellantur? ἀσύστατα.

Aſyſtata quot modis fiunt? Secundum Hermagoram quattuor, quum eſt aut ἐλλείπουσα, aut ἰσάζουσα, aut μονομερής, aut ἄπορος.

Quæ eſt ellipuſa? Quum aliquid deeſt ex circunſtantiis, quod faciat quæſtionem: vt ſi aliquis abdicatur, nec abdicationis vlla ſit cauſſa: nam ſi ponamus quòd luxurioſus ſit, vel quòd amicos non habeat: aut aliquid huiuſmodi, materia conſiſtit. Elli- D puſa quibus aliis nominibus nuncupatur? κατ' ἔλλειψιν ἐπὶ τὸ μέρος, aut ἐλλεῖπον.

Quæ eſt Iſazuſa? Quum eadem ex vtraque parte dicuntur, & nihil proprium eſt partis alterius: vt duo adoleſcentes vicini ſpecioſas vxores habebant, nocte inuicem ſe conuenerunt, accuſant ſe adulterii: quidquid enim altera pars dixerit, idem & altera dictura eſt. Iſazuſam quibus aliis nominib. vocant? † ἰσομερῆ, κατ' ἰσότητα & † proiſonta.

Monomeres quæ eſt? Quum ex prima parte tan- E tùm conſtat, nec quidquam ex ſecunda adferri po- A teſt: vt ſunt loci communes: verbi gratia: Leno, qua parte venturos ad ſe adoleſcentes ſciebat, nocte foueam fecit occultam: ea iuuenes perierunt: accuſatur quod cauſſam mortis præſtiterit. hic enim lenoni nulla defenſio eſt. Monomeres quid aliud adpellatur? ἑτερομερὴς & καθ' ἑτερομέρειαν.

Quæ eſt aporos? quum iudex non inuenit quam ſententiam dicat: vt Tres ſimul iter agebant, duo ſoli reuerſi ſunt: accuſant ſe inuicẽ cædis: hic enim iudex non inuenit quid ſequatur, quum vterque ab B altero dicat occiſum, & nihil vtroque adprobationis adferri poſſit deficiente circunſtantia.

Hæ ſolæ igitur aſyſtatorum ſpecies? Sunt & aliæ ſpecies, quas apud varios artium ſcriptores inuenimus. Quæ ſunt? hæ, ἀντιστρέφουσα, ἄχρωμος, ἀδύνατος, ἀπίθανος, ἀπρεπής, ἀναίσχυντος, παρ' ἱστορίαν, ἄλογος.

Quæ eſt antiſtrephuſa? Quum actionem ſuam conuertunt litigantes, & neuter vtitur ſua priore ſententia, ſed aduerſarii ſui. Da exemplum: vt, Re- C petebat ab amico ſuo pecuniam cum vſuris quaſi creditam. Ille offerebat ſine vſuris tamquam depoſitam: inter moras iudicii lex lata eſt de nouis tabulis: repetit ille pecuniam tamquam depoſitam, retinet ille quaſi creditam.

Quæ eſt achromos? Quum color facti nõ inuenitur: vt decem milites belli tempore pollices ſibi amputauerunt, rei ſunt læſæ Reipub.

Quid differt monomeres ab achromo? quòd monomeres in omnibus deficit, achromos in ſolo co- D lore.

Quæ eſt adynatos? Quum id in themate ponitur, quod ſit contra rerum naturæ fidem: vt ſi infans accuſetur adulterii quòd cum vxore cubarit aliena.

Quæ eſt apithanos? Quum id inuenimus in themate, quod minus ſit veriſimile: vt cùm oculos cæci recuperaſſe dicuntur, vel cùm obſeſſi aliquò miſiſſe legatos. Quæ materiæ tamen ſolent recipi.

Cur ita? Quoniam, quamuis minus veriſimile E ſit oculos recuperaſſe cæcum, tamen poſſumus credere diuina maieſtate alicui aliquando fuiſſe conceſſum: & obſeſſos aliquò miſiſſe legatos, vel captato

† ἰσάζον ἰσομερές. † προϊσοῦσιν.

obſidentium ſomno, vel per eam partem ciuiuatis, quam negligentius obſederint hoſtes.

Huiuſmodi materias quid vocamus? cacoſyſtatas.

Quæ ſunt cacoſyſtatæ? Quæ non tam firmiter conſiſtunt.

Quot ſunt genera in his? Tria: nam aliæ ſunt cacoſyſtatæ, quæ non tam firmiter conſiſtunt. Aliæ aſyſtatæ, quæ in totum non conſiſtunt. Aliæ quæ ne controuerſiæ quidem dici debeant, ſed plaſmata aloga, id eſt irrationabilia.

Quæ eſt aprepes? Quum aliquid perſonæ incongruens inuenitur, vt, Vir fortis præmium accipiat. Quinam fortiter fecit, petit præmij nomine nuptias filiæ ſuæ.

Quæ eſt anæſchyntos? Quum prima pars impudens inuenitur, vt Luxurioſus pater abdicat filium frugi, ita tamen vt verè abdicet: nam ſi, vt purget, poterit conſilio materia conſiſtere, quamuis actione deficiat. Vnde intelligere debemus eſſe quaſdam controuerſias, quæ poſſint conſilio conſiſtere, quum ipſa actione deficiant.

Quid differt mo.omeres ab anæſchynto? quòd monomeres ex ſecunda deficit parte, at anæſchyntos ex prima.

Quæ eſt pariſtoriam? Quando in controuerſia inuenimus, quod ſit contra hiſtoriæ fidem, vt, Reus eſt Qu. Hortenſius, quòd in conſulatu ſuo de indemnatis ciuibus ſupplicium ſumpſerit, quum ſciamus non Hortenſium fuiſſe, ſed Tullium.

Hic modus num in perſona tantùm inuenitur? Imò in omnibus circunſtantiis, & in re, & in tempore & in loco, & in cauſſa, & in modo, & in materia: ſi aliquid ex his falſum ponatur, quam in hiſtoriis inuenimus.

Quæ eſt alogos? Quæ ſine ratione componitur, quamuis omnia aſyſtata ἀλόγως dici poſſunt, ſi quidem nuſquam in his ratio reperiri poteſt.

Eſt aliud dictũ, quod Græci φάσιν vocant. id ſcinditur in duas partes, & eſt eius altera ἀπόφασις, altera κατάφασις. non ſufficit enim aientiam exprimere κατάφασιν. Intentionem verbo factam poſſumus dicere, id eſt, verbum, quo crimen intenditur. veluti Pulſaſti, prodidiſti, occidiſti. Quòd autem illi ἀπόφασιν, nos abnuentiam criminis eius, quod per verbum accuſator intenderit. veluti, Non pulſaui, non prodidi, nõ occidi. Ex his duobus, dicto & reſponſo, vel intentione & negatione, media naſcitur quæſtio, hoc modo: Intentio eſt, occidiſti: negatio, non occidi: quæſtio eſt, an occiderit. Sed vt iam à coniecturali modo recedamus: intentio eſt, iniuria occidiſti: negatio, non iniuria occidi: quæſtio, an iniuria occiderit. vel in aliquo legali ſtatu. Intentio eſt, non licebat tibi hoc facere per legem: quæſtio eſt, an licuerit hoc facere per legẽ. hanc quidam (vt vſque adhuc diximus) Quæſtionem vocauere, quidam Statum nominauere, ab eo videlicet quòd in ea & exordiũ quæſtionis & ſumma conſiſteret. primò enim quaſi eminus, quũ hinc dicatur factũ eſſe, inde non eſſe factũ, nulla pugna eſt, ſed quaſi futuræ pugnæ meditatio: deinde cùm propius acceſſum eſt, & quaſi ad manus ventum, altercationi & contentioni mutuæ media quæſtio interuenit, ſit necne factum: in eá vterque conſiſtit, omiſſo quod ante dicebat: vnde ei quæſtioni Status nomen impoſitum eſt. Hoc idem Theodorus κεφάλαιον adpellat, tranſlatione vſus videlicet à principali parte corporis, quòd in hoc etiam complexu duorum, quæ vtrimque dicta ſunt, quaſi caput

A quoddam totius controuerſiæ efficitur.

Conſequens huic locus eſt, aut perinde, aut magis etiam neceſſarius, quo demonſtratur quid ſit cauſſa, quid continens, quid de quo contenditur.

Cauſſam Hermagoras αἴτιον vocat, συνέχον, continens, de quo contenditur, κρινόμενον.

Eſt igitur cauſſa quæ niſi præceſſerit, controuerſia fieri non poteſt. quod dico tale eſt, Abdicatur à patre filius, controuerſia adcirco non eſt, quia nulla cur
B abdicetur cauſſa præceſſit à patre: denique addamus cauſſam, & ſtatim controuerſia effecta eſt, Iurauit ſe non ducturum vxorem, & abdicatur quòd iurauit αἴτιον, & non factum eſt, id eſt, cauſſa cur abdicationem mereretur.

Συνέχον vel continens eſt, quòd ad refutandum αἴτιον, id eſt, ad refellendam cauſſam videtur adferri: vt eſt in hac materia: Militem qui iurauerat ſe deſerturum, Imperator occidit, & reus fit cædis. hic enim αἴτιον, id eſt, cauſſa iudicij. quòd occidit: neque e-
C nim fieret reus, niſi occidiſſet. ſynechon, id eſt, continens, eſt id propter quod occidiſſe dixit, iuſiurandum ſcilicet militis, quo deſerturum ſe eſſe iurauerat. Hoc interdum συνέχον Hermagoras, id eſt, continens adpellat, ab eo quòd omnis rei defenſio ab illo contineatur. Interdum verò αἴτιον αἰτίου vocat, quaſi cauſſam cauſſæ: nam quemadmodum reatus cauſſa eſt, quòd militem occidit, ita occidendi cauſſa, quòd miles deſerturum ſe eſſe iurauit.

Nunc quoniam ſcimus quid ſit cauſſa, quid con-
D tinens, videamus etiã quid ſit de quo contenditur, id eſt, quid ſit κρινόμενον. eſt autem nihil aliud, quàm exploratio continentis, id eſt, τοῦ συνέχοντος. quod dico tale eſt: etenim in eadem controuerſia perſeuerandum puto, quò ſint lucidiora quæ tradamus. αἴτιον eſt, quòd occidit militem hic Imperator. συνέχον eſt, quo reus nititur, id eſt, ratio propter quam occidiſſe ſe dicet: eſt autem quòd miles iurauit ſe deſerturum. κρινόμενον eſt examinatio huius ipſius, quòd ad defenſionem reus attulit. in quo ita quæritur, num alia
E cauſſa Imperatori fuerit cur occiderit militem, & hæc prætexatur, vt videatur, non quia iurauerit occiſus, ſed alia quadã vel ſimultatis, vel inuidiæ cauſſa. Poterit etiam hoc modo articulus iſte tractari: An etiam ſi iurauerit, parũ tamen iſta cauſſa fuerit cur debuerit occidi. & tota perſpectio totius συνέχοντος, quòd ad αἴτιον adfertur, κρινόμενον vocatur. Euenit tamen nonnumquam vt in vna controuerſia non ſemel αἴτιον, & συνέχον, & κρινόμενον, ſed ſæpius ipſa omnia per vices reuoluta tractentur: vt in hac controuerſia:
F Reus eſt Vlyſſes læſæ Reipubl. quòd procos occiderit. hic enim αἴτιον eſt quòd occiderit. αἴτιον αἰτίου, vel συνέχον, quòd eos, qui bona ſua depopulabantur, & pudicitiæ vxoris inſidiabantur, occidit. κρινόμενον eſt, numquid, tametſi hæ res præceſſerint, alia tamẽ cauſſa, quam prætexit, occiderit: vel numquit, ne peſſimè quidem de ſe meritos, indemnatos debuerit occidere. Deinde ad hoc κρινόμενον aliud συνέχον adfert Vlyſſes, quòd dicit ſe iuſſu Mineruæ interemiſſe: deinde hoc ipſum ſynechon fit crinomenon,
G quòd quæritur vtrúmne propter iuſſum Mineruæ occiderit: & vtrum in tali re Mineruæ quidem obtẽperare debuerit. Eſt autem ætion proprius accuſatoris locus, ſynechon defenſoris, crinomenon vtriuſque commune.

Dicendum ſubinde puto, quemadmodum, & quot modis controuerſiæ aſyſtatæ fiant, tametſi ne dici quidem controuerſias oportet, quæ ſtatum non habent,

bent, ſed plaſmata irrationabilia, id eſt, ἄλογα. Fiunt igitur aſyſtatæ modis quattuor. Vnus, quum aliquid deeſt ex circunſtantia: quæ autem vis ſit circunſtantiæ, ſuprà diximus: ideſt, quum quæſtionibus, aut cauſſa, aut perſona, aut locus, aut aliquid eorum deeſt, quibus effici circunſtantias diximus. Hoc autem genus aſyſtatæ in ſcholaſticam materiam non poteſt cadere. Idcirco, quia ne fingi quidem poterit vllum thema deficiente circunſtantia, in veritate tamen nonnumquam euenit, vt aliquid horum deſit, & per imprudentiam actoris profligata cauſſa, veniatur ad iudicem.

Alter eſt modus aſyſtatæ quem κατ᾽ ἰσότητα adpellant, nos tametſi nomen Latinum dare non poſſumus, tamen vim intelligere debemus. nam quum eadem vtrimque dicũtur, & nulla re, ne parua quidem, diſcernuntur, tum huiuſmodi plegma propter æqualitatem vtriuſque partis ſtatum implicat, vt vicini adoleſcentuli, qui vxores ſpecioſas habebant, noctu alterutrum ſe obuium habuerunt: accuſant ſe inuicẽ adulterij: nam quidquid altera pars dicit, & altera dicat neceſſe eſt: id eſt, Veriſimile eſt te adulterium voluiſſe committere, quia adoleſcens es: te quoque voluiſſe veriſimile eſt, quia adoleſcens es: veriſimile eſt, quia ſpecioſam vxorem habeo: te quoque veriſimile, quia & ego ſpecioſam vxorem habeo: facultatem tibi vicinitas præbuit, & tibi eadem vicinitas præbuit facultatem. Cur tu nocte in me, cur tu autem in me incidiſti? nihil eſt quod diſtinguatur: Et idcirco vter eorum ſiue accuſet alterum, ſiue criminetur, ſiue ſe purget, defendit eum quem criminari videtur.

Tertium eſt aſyſtatæ genus, quod Græci καθ᾽ ἑτερο-

A μερίαν adpellant, id eſt, quum reo nulla eſt defenſio, & aut color in facto non inuenitur, aut parum probabilis inuenitur color. Vnde etiam Democrates præceptor meus ſolitus erat dicere, eas etiam controuerſias, in quibus color diu quæritur, ſtatum non habere. Verùm ille conſtantius. Nos verò ſi adferatur aliquid ad defenſionem, vel mediocriter probabile admittimus: ſed ſi euidenter cõfeſſa cauſſa eſt, vt oportet, ſecũdum heteromeriam explodemus. Nonnumquam incidunt quædam quæſtiones maximè in
B veritate; quæ ſummam accuſatori, nullam reo largiantur facultatem. verùm eas non controuerſias, ſed communes locos † dicimus: quippe in his non eſt probatio criminis, ſed vt in expreſſum atque euidens facinus expreſſio. † dici.

Quartus eſt modus aſyſtatæ vel caliginoſiſſimus, adeò vt nonnumquam etiam doctis hominibus ſoleat † obrepere: habet enim nonnullam ſpeciem probabilis conſiſtentiſque materiæ. Ea eſt huiuſmodi, in qua iudex ferendæ ſententiæ rationem explorare † fort. obſtrepere.
C non poteſt: hoc Græci ἄπορον vocant. Sed ſubiiciamus exemplum. Petebat quis ab alio vſuram quaſi pecuniæ creditæ, ille accepiſſe ſe pecuniam confitebatur, ſed depoſitam, & idcirco velle reſtituere ſortem ſine vſura. pendente interea iudicio, lex de nouis tabulis eſt lata. repetit ille quaſi depoſitam. ille retinet quaſi creditam. non enim video quid ſit hic quod in ſententia ferenda iudex ſequi poſſit, quum petitor idem interdum crediſſe, interdum depoſuiſſe ſe dicat, & ille alter interdum de-
D poſitam accepiſſe, interdum creditam: & neuter ſua priore, ſed vterque alterius præterita ſententia vtatur.

FINIS.

INDEX CAPITVM DIALECTICÆ.

LIBRI I.

DIALECTICÆ & Logicæ definitio. cap. 1. pag. 1129. a
De materia Dialecticæ, & quatuor quæſtionum generibus. cap. 2. pag. 1130. e
De partibus, cauſſis, & fine Dialecticæ. ca. 3. pa. 1139.
De Notionibus, quibus rerum & verborũ inter ſe comparationes fiunt. cap. 4 pag. 1133. d
Diuiſio adfectionum, ſiue habituum. cap. 5. pa. 1136. a
De Genere, Specie, & Differentia. cap. 6. pa. 1136. f
De Toto & partibus. c. 7. pa. 1139. f
De quatuor cauſſarum generibus. c. 8. pa. 1142. g
De multiplice cauſſarũ efficientium genere. c. 9. pa. 1144. g
De effectis. cap. 10. pa. 1147. b
De proprio ca. 11. pa. 1147. e
De antecedente. cap. 12. pa. 1148. d
De conſequentibus. ca. 13. pa. 1149. a
De adiunctis. ca. 14. pa. 1149. d
De accidenti. ca. 15. pa. 1150. b
De paribus. ca. 16. pa. 1150. g
De ſimilibus. ca. 17. pa. 1151. d
De eodem. ca. 18. pa. 1153. b
De rebus diuerſis. ca. 19. pa. 1154. e
De contrariis, ca. 20. pa. 1155. g
De medio in contrariis. ca 21. pa. 1152. e
De repugnantibus. c. 22. pa. 1159. g
De diſparibus. c. 23. pa. 1160. d
De diſſimilibus. ca. 24. pa. 1161. d
De Dictione, & variis ipſius diuiſionibus. ca. 25. pa. 1162. d
De Synonymis, Homonymis & Paronymis. c. 26. pa. 1163. e
De Adfectionibus verborum. ca. 27. pa. 1165 g
De Categoriis, vnde adtributa dicuntur. ca. 28. pa. 1166. e
De vi & vſu Categoriarum. ca. 29. pa. 1168. c
Reditus ad adfectiones dictionum. ca. 30. pagina 1169. f

LIBRI II.

De Triplici methodo. 1. pa. 1173. b
De Dialogorũ & Dialecticorũ methodo. ca. 2. pag. 1176. b
De artis & libelli huius methodo. ca. 3. pa. 1177. f
De Diuiſione. ca. 4. pa. 1178. f
De multiplici diuiſionum genere. c. 5. pa. 1179. e
De arte & præceptis Diuidendi. ca. 6. pa. 1182. c
De Partitione Totius. ca. 7. pa. 1183. g
De vocabulis Definitionis & Enuntiationis. ca. 8. pag. 1185. c
De ſubiecto & Attributo. ca. 9. pa. 1186. e
Diuiſio Enuntiationum. ca. 10. pa. 1188. a
De Comparatione Enuntiationum per contradictionem. ca. 11. pag. 1192. e
De pariatione. c. 12. pa. 1194. a
De Conuerſione. ca. 13. pa. 1195. f
De vera & propria Definitione. ca. 14. pa. 1197. g
De Definitione adũbrata, ſiue minus propria. ca. 15. 1200. f
De reliquis generibus definitionum. ca. 16. pa. 1202. c
De præceptis Definitionis. ca. 17. pa. 1203. g
De materia Dialectica. ca. 18. pa. 1206. b

LIBRI III.

De argumento, & argumentatione. ca. 1. pa. 1206. a
De Materia, fine & partibus argumentationis. cap. 2 pa. 1208. a.
De Medio & eius præſtantia. ca. 3. pa 1209. a
De Arcernali Stoicorum concluſione. ca. 4. pa. 1210. a
In quibus argumentationibus medium adhibeatur. c. 5. pag. 1211. b
De locis ſiue ſedibus Medij Dialectici. ca. 6. pag. 1211. f
De firmamentis, quæ vulgò Maxima adpellantur. ca. 7. pag. 1211. g
De quadruplici locorum quæſtione. cap. 8. pa. 1212. g
De proportione. ca. 9. pa. 1213. a
De Reciprocatione. ca. 10. pa. 1215. g
De loco generis. ca. 11. pa. 1216. c
De loco Speciei. ca. 12. pa. 1218. e
De loco Totius. ca. 13. pa 1220. d
De loco Partium. ca. 14. pa. 1221. e
De loco Cauſſarum. ca. 15. pa. 1225. a
De loco effectorum. ca. 16. pa. 1224. a
De loco Relationis. ca. 17. pa. 1225. d
De loco Proprij ca. 18. pa. 1226. c
De loco Antecedentis. ca. 19. pa. 1226. f
De loco Conſequentis. ca. 20. pa. 1227. c
De loco Adiunctorum. ca. 21. pa. 1228. f
De loco accidentis. ca. 22. pa. 1228 g
De loco Parium. ca. 23. pa. 1229. e
De loco Similium. ca. 24. pa. 1230. e
De loco Aduerſorum. ca. 25. pa. 1231. c
De loco Priuantium. ca. 26. pa. 1232. g
De loco Aientium & Negantium. ca. 27. pa 1234. a
De eadem Contrariorum diſciplina. ca. 28. pa. 1234. f
De loco repugnantium. ca. 29. pa. 1236. d
De loco Diſparium. ca. 30. pa. 1237. a
De Comparatione maioris & minoris. ca. 31. pagina 1237. e
De loco Diſſimilium. ca. 32. pa. 1238. g
De loco Definitionis. ca. 33. pa. 1239. c
De loco Notationis. ca. 34. pa. 1241. c
De Coniugatis. ca. 35. pa. 1242. a

LIBRI IIII.

De Analytice, ſiue arte iudicandi. ca. 1. pa. 1243. a
De ſyllogiſmo & variis ſyllogiſmi generibus. ca. 2. pa. 1244. e
De partibus Syllogiſmi, & vi concluſionis. ca. 3. pa. 1246. b
De tribus Syllogiſmorum figuris. ca. 4. pa. 1246. b
De modis primæ figuræ. cap 5. pa. 1247. d
De quatuor ſecundæ figuræ modis. ca. 4. pa. 1248. f
De ſex tertiæ figuræ modis. ca. 7. pa. 1249. e
De Syllogiſmo copulato, & primùm de figuris conditionalis. ca. 8. pa. 1250. e
De Syllogiſmo disiunctiuo. cap. 9. pa. 1251. d
De figuris ſyllogiſmi coniunctiui, ca. 10. pa. 1252. b
De Dilemmate. ca. 11. pa. 1252. e
De partium enumeratione. ca. 12. pa. 1254. d
De Enthymemate. ca. 13 pa. 1255. g
De Sorite Dialectico. ca. 14. pa. 1257. e
De inductione & exemplo. ca. 15 pa. 1259. b
De captionibus Sophiſticis. ca. 16. pa. 1262. b
De Sorite Sophiſtico. ca. 17. pa. 1264. e
De diuiſione captionum Sophiſticarum. cap. 18. pa. 1265. c
De captionibus extra dictionem. ca. 19. pa. 1269. a

FINIS.

FRANC.

FRANC. HOTMANI IVRISC.

INSTITVTIONIS DIALECTICÆ ex fontibus Philoſophorum, libri IIII. exemplis pleriſque è Iure ciuili depromtis.

Editio tertia, auctior & melior.

Dialectica & Logica definitio.

CAP. I.

QVID eſt Dialectica? Eſt ars, quæ ex cuiuſque rei & verbi affectione diuidendi, definiendi, & argumentandi rationem commonſtrat; quæ eadem & Logica vulgò nominatur.

Quid eſt Rei & verbi adfectio? Eſt ratio, quam quæque res & dictio habet ad alteram. vt Homo eſt ſpecies animalis: Membrum eſt pars corporis. Græci λόγον appellant. Itaque commodius Rationem appellare poſſemus. Sed vitandæ ambiguitatis cauſſa nomen Adſectionis delegimus, quo eodem Cicero & in Topicis & in Partitionibus hac eadē in re eſt vſus. Rationis autem verbum à Mathematicis ſumtum eſt, qui λόγον definiunt duarum eiuſdem generis quantitatum comparationem. Interpretes Proportionem Latine nominarunt: quidam Habitudinem: nonnulli Habitum: qui commodius, Reſpectum. Barbari fortaſſe Correſpondentiam appellarent.

Quænā illius λόγου, ſiue reſpectus vis ac facultas eſt? Declarat videlicet, quænam rei cuiuſque, aut dictionis cum altera ratio ſit: quemadmodum inuicem adfectæ ſint: quomodo ſe inter ſe habeant, qualis inter ipſas comparatio atque adfectio ſit. veluti, ſíntne pares, vt in quantitatibus duo cubiti, & duo binarij: an impares, vt cubitus cum pede, & quaternarius cum binario collatus. Nam res omnis & dictio quæ in Dialecticam diſputationem cadit, idcircò cum altera comparatur, vt quemadmodum inter ſe adfectæ ſint, id eſt, ſíntne verbi gratia, pars an totum, genus an ſpecies, conſentaneæ an diſſentaneæ, eædem diuerſæ, congruentes an contrariæ: intelligatur.

Cur in definitione addidiſti Et verbi: cùm verborū ars vel Grammaticæ, vel Rhetoricæ propria eſſe videatur? Quia nihil ambigi poteſt (ait Cicero) in quo non aut res controuerſiam faciat, aut verbum. Et alio loco: Cùm omnis controuerſia aut de re ſoleat, aut de nomine eſſe, vtraque earum naſcitur, ſi aut res ignoratur, aut erratur in nomine. In dictionib. igitur æquè atque in rebus. Dialectica verſatur, τυγχάνει γὰρ (vt Chryſippus, auctore Laertio, dicebat) περὶ σημαίνοντα καὶ σημαινόμενα. Idque eo magis, quia etiam ſi de rebus nudis inſtituta eſſet diſputatio, tamē verbis, quaſi notis, vti cogeremur, quemadmodum ratiocinatores calculis. Hac enim ſimilitudine Ariſtoteles vtitur.

Vnde Dialectica & Logica dictæ ſunt? Vtranque à ſermone, ſiue oratione dictam apparet, ſed illa proprie ab eo genere ſermonis, qui cū altero interrogando & reſpondendo committetur. Fictum enim verbum eſt παρὰ τὸ διαλέγεσθαι: quod eſt, verba cū altero commutare, colloqui, diſputare, ſermocinari, ſermones cædere. Nam cùm Philoſophorum conſuetudo hæc eſſet, vt de rebus ad artes ſuas pertinentibus ſæpe inter ſe commentarentur, eruditas illas collocutiones διαλόγους (vt idem Laertius in Platone ſcribit) appellarunt; earúmque habēdarum, artem, Dialecticam. Qua de cauſſa eandem Laertius eodem loco definit artem ſermonis, per quam ex eorum quibuſcum ſermo eſt interrogatione & reſponſione, aliquid vel confirmatur, vel refellitur. Quod cùm ita ſit, difficile dictu eſt, Dialecticæ nomen non eius ſermonis eſſe proprium, qui in Dialogis habetur: cùm perpetua non cōtinuatur oratio, ſed in rebus ſingulis inſiſtitur, & intelligitur, quid quiſque concedat, aut abnuat: vt ex conceſſis diſputatio concludatur. Et quinam iſtorum inuentores laudantur? Laertius eodem loco Platonis inuētum eſſe ſcribit, vocabulum Dialecticæ: Logicę autem nomen Ariſtoteli tribuitur. Vtranque autem Cicero diſſerendi rationem multis locis Latinè interpretatur: id eſt, (vt Græci dicunt) ἐπιστήμην τοῦ ὀρθῶς διαλέγεσθαι. Sic enim, eodem auctore Laertio, Stoici definiebant. Ex quo intelligi poteſt, cùm & Græcorum & Latinorum conſuetudine nihil quidquam inter Dialecticæ & Logicæ verbum præter vocis ſonum interſit, videri tamen Logicæ vocabulum ad eam differendi rationem quę perpetua oratione conſtat, & qua hodie plurimum vtimur, ac multo magis ad eas diſputationes quæ literis mādatur, accommodatum eſſe. Verùm vtcunque ſit, nos eam Dialecticæ definitionem, quæ ad noſtri temporis vſum & conſuetudinem accommodata videbatur, delegimus.

De materia Dialectica, & quatuor quæſtionum generibus.

CAP. II.

QVÆ eſt materia Dialecticæ? Dialectico nullum habet certum ac proprium materiæ genus, in quo ſolo verſetur: eóque à ceteris artibus ferè omnibus diſcrepat, quib. ſua certa & definita materia ſubiecta eſt: vt Arithmeticæ, numeri: Geometriæ, magnitudines: Muſicæ, ſoni: Iuriſ-

prudentiæ, lites, Medicinæ, morbi. At Dialectica per A omnes artes ac diſciplinas fuſa eſt. Omnibus enim vſus ſui præſtandi munerísque fungendi facultaté præſtat: ac planè tanquam inſtrumentum quoddam eſt, quo reliquæ artes vſum ſui hominum generi pręſtant. Itaque ſine illa ceteræ artes omnes non minus mancæ eſſent, quã aut Pictura ſine Penicillo, aut Geometria ſine radio, aut Architectura ſine ſecurib. atque aſciis, ceteríſque cuiuſque generis inſtrumentis. Quod igitur opificibus omnibus inſtrumentum eſt, id eruditis diſ- B putationibus eſt Dialectica.

Quænam in ſingulis artibus materia eſt, in qua inſtrumentum iſtud Dialecticæ adhibetur, atque, vt ita dicam, operatur? Genus omne quæſtionis: hoc eſt, quę cunque in diſputationem & humani ingenij diſquiſitionem cadere poſſunt. Eſt autem Quæſtio (vt Cicero definit) cognitionis appetitio.

Quotuplex eſt quæſtio? Quadruplex: An ſit, quid ſit, quale ſit, & quæ cauſſa ſit. Ariſtoteles enim quatuor illa poſuit: εἰ ἔστι, τί ἐστι, τὸ ὅτι, & τὸ διότι: hoc eſt, C An ſit, quid ſit, an ita ſit, & cur ita ſit. Quamuis autem multis verbis idem oſtendat, quæſtionem quid ſit, vi ipſa eandem eſſe cum quæſtione quæ cauſſa ſit: quia noſſe quid ſit, & quæ cauſſa ſit, vi ipſa idem eſt: tamen perſpicuitatis cauſſa, nequid confundatur, ſatius viſum eſt, vtranque diſtinguere. Idque eo magis, quia reliquæ omnes à prima vim inter ſe quodammodo implicatam atque permiſtam obtinent.

Qualis illa implicatio eſt? Primùm quia neque quid res ſit (vt modò dicebamus) ſciri poteſt, vt non ſimul, D quænam eius cauſſa ſit, noſcatur. qua de cauſſa definitio (vt ſcribit Ariſtoteles) quæ docet quid res ſit, & cauſſam cur res ſit, eadem eſt. veluti, Quid eſt defectio Lunæ? Eſt obſcuratio Lunæ, quæ interpoſitu terræ efficitur. Quamobrem deficit Luna? quia lumen eius terræ interpoſitu obſcuratur. denique cui reſponſum eſt ad quæſtionem quid ſit, ſuperuacanea eſt quæſtio, quæ illius cauſſa ſit.

Quænam altera quæſtionum implicatio eſt? Quia ſciri quid res ſit, planè & commodè non poteſt, niſi E ſimul an ita ſit, hoc eſt, qualis ſit, intelligatur. nam cui reſpondetur ad quæſtionem quid ſit, vi ipſa reſponderi videtur ad quæſtionem an ita ſit. vt iam propè ſuperuacanea hæc poſterior videatur: veluti, Quid eſt Rhetorica? eſt ars copioſè loquendi. qua reſponſione illi alteri ſatisfactum eſt: Qualis eſt Rhetorica? vel, An Rhetorica eſt ars copioſè loquendi? qua formulã quæſtio An ita ſit, continetur.

Quid? quæſtionis An ſit, quænam natura eſt? Hæc ſola vim habet propriam, & præcipuam, neque cum F aliis implicata eſt. nam cui interroganti, verbi gratia, Súntne Pygmæi, an non? reſpondetur, Sunt Pygmæi, certè non eſt ſuperuacanea quæſtio, quid ſunt. aut an ita ſunt, aut cur ita ſunt? hoc eſt, ſúntne homines, an non ita ſunt ſtatura bipedali, vt feruntur: & cur ita ſunt breues, cur gruibus infeſti, cum quibus belligerantur. Quanquam harum duarum poſtremarum quæſtionũ formula veteribus propriè dialectica non erat.

Quid? Ecquamnam Dialecticarum quæſtionum formulam appellas? Intelligendum eſt, in illis Philo- G ſophorum dialogis, de quibus paulò antè diximus, inſtitutum eorum hoc fuiſſe, vt quauis quæſtione propoſita paratos ſe profiterentur, vtram aduerſarius vellet partem vel defendere, vel euertere. Itaque quæſtionis formulam ad illud inſtitutum accommodabant. δεῖ γὰρ δεδόσθαι (inquit Ariſtoteles) ἐκ τῆς ἐρωτήσεως, ἑλέσθαι ὁπότερον βούλεται τἀντιφάσεως μόριον ἀποφήνασθαι. Oportebat (inquit) per interrogationem dari optionem aduerſario, vtram vellet contradictionis partem explicari. veluti, Súntne Centauri an non? Eſtne voluptas ſummum bonum, an non? Súntne expetendi honores, an non? vt quæſtionis formula & conceptio anceps eſſet, atque apta & parata vel Etiam vel Non recipere. quæ ſolæ (vt Ariſtoteles & Gellius ſcribunt) Dialecticarum reſponſionum erant legitimæ formulæ. Qua de cauſſa quæſtionem Dialecticã Ariſtoteles definit petitionem reſponſionis, vt alterutra contradictionis pars accipiatur. Simplicem autem interrogationis formulam, veluti, Eſtne in hominum genere ſapientia? cui additum non eſſet, An nõ: Propoſitioné Ariſtoteles multis locis appellat: eámque inter Quæſtionem & Propoſitionem differentiam conſtituit.

Quótnã igitur quæſtionum genera conſtituemus? Quoniam vis artis Dialecticæ per omnia (vt modò diximus) cognitionum genera fuſa eſt, neque hoc tempore veteres illas diſputandi formulas obſeruamus: quamuis quæſtionis concipiendæ formula veterum inſtituto Dialectica non ſit: tamen vim & materiam potius, quàm verborum conceptionem ponderabimus: & quatuor illa ſiue quæſtionum, ſiue propoſitionum genera retinebimus: An ſit, quid ſit, quale ſit, & quæ cauſſa ſit.

Quoniam ſuperius dixiſti Dialecticam verſari in rebus & dictionibus, quæro nũquid illæ ad Phyſicos potiùs, hæ verò ad Grammaticos pertinent: aut quid inter horũ trium ſtudia interſit? Phyſicus res per ſe, ac ſeparatim conſiderat. Dialecticus & Grãmaticus, rerũ & dictionũ aptam vel ineptam conſecutionem: Id eſt, earum inter ſe conuenientiam in oratione, vel diſcrepantiam. verùm illud inter hos intereſt, quòd ille inſitam earum inter ſe rationem, habitum, reſpectũ, affectionem: hic verò tantùm accidentia, & popularis ſermonis in iis iungendis conſuetudinem exquirit.

Cedo harum rerum familiare aliquod exemplum. Sumatur illud penè puerile: Phyſici notio eſt, qua ex materie confici commodè nauis malus poſſit. Dialectici, conueniántne hæc inter ſe ex affectuum ratione, an non. Malus eſt arbor: Arbor eſt Malus: Malus nõ eſt arbor: Arbor non eſt malus. Affectus autem in eo eſt, quòd malus frugifera eundem habet reſpectũ ad arborem, quem ſpecies ad genus: malus nauis eundem habet reſpectũ ad nauẽ, quem pars ad totum: & quod ſuperiora de inferioribus dici poſſunt, inferiora de ſuperioribus non poſſunt. Grammatici verò iudicium eſt, conueniántne hæc inter ſe ex accidentibus, id eſt genere, numero, caſu: Malus naualis eſt infructuoſus. Malus hortenſis eſt fructuoſa. Hic ex ſermonis cõſuetudine iudicandi regulam exquirit: ille ex affectuum ratione: & vt barbari loquuntur, ex correſpondẽtia.

De partibus, cauſſis, & fine Dialectica.

Cap. III.

Quot ſunt partes Dialecticæ? Quatuor. Notio affectionum, diuiſio, definitio, & argumentatio. Sic enim Cicero Tuſc. 5. Diſſerendi ratio & ſcientia (inquit) quæ per omnes partes ſapientię manat & funditur, rem definit, genera diſpartit, ſequentia adiungit, perfecta concludit, vera & falſa diiudicat. Harum autem partium quatuor argumentatio principatum obtinet. ſuperiores enim omnes nõ modò ei vini ſeruiũt, eiúſq; ſũt quodãmodo miniſtrę: verùm etiã ab ea ſola probatur, ac iudicatur.

Quibus rebus Dialectica comparatur? Natura, arte & exer-

& exercitatione. Nam in artifice futuro primum acumen exquiritur ingenij: quod naturæ bonum eſt: tum artis & doctrinæ perceptio: poſtremò vſus, qui cùm rerum omnium Magiſter eſt ſummus, tũ etiam Magiſtrorum omnium præcepta ſuperat.

Eſtne igitur Dialectica quædam naturalis, quædam artificioſa? Nequaquã: ſed eius initia & ſemina quędã in hominum mentibus natura ingenerauit, quæ cùm præceptis ac diſciplina, tum vſu & aſſiduitate excoluntur: eadémque cùm aliarum artium omnium, tum præcipuè Muſicæ ratio eſt: nam omnibus à natura rudis quædam canendi facultas data eſt ab arte verò, quam naturæ notatio atque animaduerſio peperit, certa ratio traditur. non enim ars naturam imitatur tantummodo: verumetiam (vt veteres docuerunt) emẽdat, confirmat & amplificat, cauſámque cur quidque vel hoc, vel illo modo fieri debeat, reddit. quod præſtare natura non poteſt, eáque ſola re artifex ab inſcio diſcernitur.

Quis eſt finis Dialecticæ? Satis conſtat, nullam in ſeſe artem verſari: ſed eſſe aliud artem ipſam, aliud quod propoſitum ſit arti. Itaque cuiuſque artis finis extra ipſam artem quærendus eſt. Vt igitur medicinæ finis propoſitus eſt, valetudo: arti militari, victoria: architecturæ, opus: ſic Dialecticę finis propoſitus eſt Demonſtratio, id eſt, veri & falſi diiudicatio: ſiue facultas iudicandi, quemadmodum verũ à falſo internoſcatur: quidnam in oratione conſentaneum ſit, aut diſſentaneum: quę ſit apta aut inepta verborum conſecutio: & quamobrẽ ea vel apta vel inepta eſſe pronuntianda ſit.

De Notionibus, quibus rerum & verborum inter ſe comparationes fiunt.

Cap. IIII.

AGesis, deinceps ſingulas Dialecticæ partes eo quo propoſuiſti ordine perſequamur. Et quoniam ſuperius quid eſſet adfectio, ſiue λόγος cuiuſque rei & dictionis, expoſuiſti: quæro primùm vnde illa adfectionum ac reſpectuum ſcientia naſcatur? Non ex ſenſibus certè, ſed ex notionibus. Notionem autem appellamus, inſitam à natura animis noſtris & antè perceptam cuiuſque formæ non ſatis explicatam, ideóque enodationis indigentem cognitionem. Sic enim eam variis locis Cicer. definit: atque à Græcis tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν appellari ſcribit. Notitiam quoqueidem appellat, in hominis mẽte informatã & anteceptam, ſine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec diſputari poteſt.

Vnde notiones illæ naſcuntur? Ex iis quas Plato Ideas, hoc eſt formas & ſpecies appellauit: quas tanquã cœleſtis animæ particulas, in animis hominum, (quos ex Diuinitate delibatos credidit) inſitas putabat: ac proinde ab iis quæ ſenſibus ſubiecta ſunt auulſas, per ſe ac ſeorſim conſtare. Alij verò naſci eas putarunt ex imaginibus & ſimulacris corporum: cùm impulſione oblata extrinſecus, ſpecies rerum ſic in animis imprimuntur, tanquam imagines in ſpeculis: aut potius quaſi annulorum ſigna in cera. veluti cùm ex Oloris aut Pauonis adſpectu imago quædam omnium illiuſmodi auiũ in animo imprimitur, quæ pòſt in memoria ita perpetuò circunfertur, vt vbiuis ea ſpecies agnoſci poſſit. Verùm hæc eadem planius ex rei definitione intelligentur.

Quid eſt Res? Quod vel animo & ratione intelligi, vel ſenſu, qui rationis expers eſt, percipi poteſt. Nos illam Intellectã, hanc verò Corporatã appellabimus,

A Intellectam Plato verè ac propriè eſſe dicebat, Ideámque appellabat, quæ neque gigneretur, & ſemper eſſet vniuſmodi, ac ratione & intelligentia contineretur. veluti apud Philoſophos, Virtus, ſapientia, iuſtitia: apud Iuriſconſultos, Seruitus, obligatio, hereditas. Corporatam alij οὐσίαν propriè dici diſputarunt, quam Latini modò Naturam, vt Varr. & Cic. modò Eſſentiam, modò Subſtantiam appellarunt: quæ per ſe tangi ac videri poteſt: vt Fundus, Stichus. Atque vt hæc minus B controuerſia poſſet, duplicem ſubſtantiam induxerũt, primam & ſecundam.

Quæ eſt prima Subſtãtia? τὸ ὑφιστικὸς, corpus, quod ſenſibus ſubiectum, cerni ac tangi poteſt: vel quod neque in aliquo ineſt, neque de aliquo dicitur: ſed cùm alia omnia in ipſo inſunt, tum de ipſo dicuntur. Hoc idem Indiuiduum Dialectici appellant: Græci ἄτομον, vel καθ᾽ ἕκαστον: vt Plato, Socrates, Stichus, aut Pamphilus: hic homo, hæc nauis, hic fundus, hoc prædium.

Quare dicitur indiuiduum? Quia diuidi in partes C corporatas ſine interitu non poteſt. Nam ſi Totum in partes diſtrahatur, nulla pars erit Totum, neque Totius nomine appellari poterit. Itaque neque truncus, neque ramus, neque radix arbor dici poterit. Nauem duorũ communem ſi diuidas (inquibat iocans Caſcelius Iuriſconſultus) neque tu, neque ſocius habebitis. Sic Stichus debitus ſolui ac præſtari per partes corporatas ſine certiſſimo interitu nõ poteſt. Et quamuis fundi diuiſi partes omnes quantumuis multæ, fundus dicantur, tamẽ nullã illarum dici poterit fundus ille qui D antea fuerat.

Quæ eſt ſecunda Subſtantia? Quæ non ſenſu illa quidem, ſed tamen ſenſuum opera & miniſterio, ac tanquam inſtrumento, à ratione & intelligentia percipitur: qua de cauſſa illam Secundæ nomine appellarunt. vt cùm Leone conſpecto, imago quędam omniũ illius formæ belluarum in mente & memoria ita imprimitur, vt poſtea Leones vbique omnes agnoſci poſſint. Notiones igitur indiuiduis cohærere putarunt, ſicuti rerum obiectarum imagines, oculis, aut ſpecu- E lis inhærent.

Expone iſtud, ſi potes planius. Plato ea demum eſſe verè ac propriè dicebat, quæ à ſenſibus remota tantùm ratione & animo perciperentur: propterea quòd ſemper vniuſmodi eſſent, neque ortum, neque interitu haberent, cùm indiuidua infinita, fluxa & caduca eſſent, orirentúrque & occiderent, nec diutius vno & eodem ſtatu eſſent. Ariſtoteles verò nullas putabat eſſe extrinſecus ſubſtantias: ſed intellectam plurimorum inter ſe differentium ſimilitudinem, vel genus, vel ſpe- F ciem appellabat. Primus Ariſtoteles (ait Cicero) ſpecies labefactauit, quas mirificè Plato fuerat amplexatus, vt in iis diuinum quiddã eſſe diceret. Ac de vtriſq; iſtiuſmodi ſubſtantiis, idem Cicero in lib. de Vniuerſitate ex Platonis Timęo ita ſcribit: Quid eſt quod ſemper ſit (hæc idea eſt) neq. vllum habet ortum: & quod gignatur (hoc indiuiduũ eſt) nec vnquam ſit. quorum alterum intelligẽtia & ratione comprehenditur, quod vnum ſemper atq. idem eſt: alterum quod adfert opinionem per ſenſus, rationis expers, quod totũ opinabi- G le eſt, id gignitur & interiit, nec vnquã eſſe verè poteſt.

Vtrius igitur illorum probabilior ſententia videtur? Non eſt humilitatis noſtræ tantam inter ſummos omnium Philoſophos controuerſiam diſceptare. Magis tamen aliquanto ad notionum noſtrarum rationẽ accommodata Platonis ſententia videtur: quippe, cùm ſatis conſtet, non omnes notiones ex oblata extrinſecus indiuiduorum corporũ impulſione exiſtere

ſed quaſdam per ſe conſtare, neque vel aliunde originem habere, vel alio quàm ſuo ac proprio fundamento niti. quo in genere ſunt intellectę res omnes: vt quãtitates, & qualitates. veluti, Longitudo, Latitudo, & Altitudo. Item, Iuſtitia, Temperantia, Eloquentia. Item Morbus, Valetudo, Imbecillitas. Quæ ſi in ſubiecto aliquo inſunt, per ſe tamen, & tanquam auulſæ & abſtractæ conſiderantur.

Cedo familiare aliquod exemplum. Nos verò etiã è pinguiore Minerua perſpicuitatis cauſſa ſumemus. Vidéſne quam ſutores & calceolarij formam calceorum appellent? nimirum lignum oblongum, calcei inſtar proportione aptum, atque inciſum. At iidem formam calcei aliam in mente atque intelligentia impreſſam atque inſignitam habent: quæ vna verè propriéq. tum Idea, tum Forma & eſt, & dici debet: ad quam, tãquam pictores ad exemplar ſuam picturam, ita illi opus ſuum dirigunt. Forma igitur calcei lignea ſubiectum eſt: ſpecies in menſe inſita, auulſa atque abſtracta eſt.

Quæ eſt altera rerum diuiſio? Secunda rei diuiſio, quę quidem ad Dialecticæ artis rationem atque vſum accommodata, ſit ſimiliter bipertita eſt. Nam aliæ dicuntur, Eædem, quarum ſcilicet vna eáque anguſtiſſima notio eſt, quamuis nomine fortaſſe diſcrepent: vt veſtis & veſtimentum: enſis, & gladius: dialectica, & logica: homo & animal rationis particeps. Aliæ diuerſæ, quæ non eadem notione continentur, ſed alia atque alia intelligentia comprehenduntur. vt Animal, Elementum, Arbor, Sydus. Item, Leo, Aquila, Muræna, Platanus. Sed hanc diuiſionem poſterius vbi rerum affectiones cognoueris, paulo ſubtilius explicabimus. Tantùm illud hoc loco intelligendũ eſt, earũ rerũ quę ſunt eædem, nullam in Dialectica naſci quæſtionem poſſe: propterea quod omnis quæſtio Dialectica in rerum affectionibus, & comparationibus, & proportionibus verſatur, quæ niſi in diuerſas & differentes res cadere non poſſunt.

Quæ eſt tertia rerum diuiſio? Hæc tripartita eſt. nã aliæ dicuntur eſſe prius, aliæ poſterius, alię ſimul. Prius autem aliquid eſt, aut tempore, aut ordine, aut non reciprocante conſecutione eſſentiæ. His enim tribus modis ad huius inſtitutionis vſum contenti eſſe poſſumus. Prius autem ex non reciprocante eſſentiæ conſecutione, ἀφ' οὗ μὴ ἀντιστρέφει ἡ τοῦ εἶναι ἀκολούθησις ſic æſtimatur: veluti cùm dicimus vnum eſſe prius duobus, quia ſi duo ſunt, etiam eſt vnum: at non, ſi vnum eſt, continuò ſunt duo. Itémque animal prius equo: quia ſi equus eſt, etiam animal ſit neceſſe eſt. at non ex contrario. Quid ſit autem Eſſe poſterius, hoc ipſo intelligitur: nam contrariorum eadem ſcientia eſt.

Quot modis ſimul res eſſe dicitur? Duobus: tempore, & natura. Tempore, cùm ſingulorum ortus eodem tempore eſt: veluti cùm in diuidendo res eodem ex genere & capite diducũtur, vt Belluarum alię ſunt volatiles, alię terrenæ, aliæ aquatiles. Natura autem, cùm in eſſentiæ conſecutione reciprocatio eſt, quãuis neutrum alteri ortus & eſſentiæ cauſſam attulerit. vt ſi duplum ſit, etiam eſt ſimplum: & ſi ſimplum ſit, certè eſt duplum. Si ſol lucet, dies eſt. Si dies eſt, ſol lucet. Atq; hæc ἀντιστροφή, ſiue reciprocatio, diligenter notãda eſt: quoniam eius vſus in hac arte longè eſt maximus.

Altè verò Dialecticæ principia repetis. Sed difficillimum eſt (vt Plato ſcribit) in omni conquiſitione rationis exordiũ. Deinceps de dictione diſſeremus. Quid eſt dictio? Nota qua quæque res ſignificatur. Nã quod Ariſtot. σύμβολον dicit, notam Cic. conuertit: & verba rerum notas defininuit. vt enim forma publica nota eſt numorũ: ſic dictiones, nomina, vocabula, & appellationes, rerum notæ ſunt. iiſque notis ſimiliter in rebus enuntiandis vtimur, quomodo in ratiocinationibus vtimur calculis.

Diuiſio adfectionum, ſiue habituum.

CAP. V.

QVONIAM prius eſt (vt ait Quintilianus) concipere animo res, quàm enuntiare, prius de rei adfectionibus diſſeramus. Sed primùm omnium quotuplex huius doctrinæ de ratione eſt vſus? Quadruplex. nam primùm mutuã (vt ſæpe iam dixi) rerum ac dictionum omnium adfectionem oſtendit: id eſt, vel conuenientiam, vel repugnantiam. Deinde materiam diuidendi, definiendi, & argumentandi ſuppeditat. Qua de cauſſa Peripatetici, cùm ad argumẽtorum tractationem peruenerũt, quoniam ex iis argumenta depromunt, τόπους illos appellant. Cicero Latine locos, ſedes, fontes nominat. Nos eorum in diuidendo, definiendo, & argumentando vſum atque opportunitatem oſtendemus.

Quæ eſt adfectionum diuiſio? Rerum (vt modò dictum eſt) aliæ ſunt eædem, quæ in dialecticam quæſtionem non cadunt: aliæ diuerſæ, quarum ab arte dialectica comparatio fit. Earum igitur aliæ conſentaneæ ſunt, quarum inter ſe rationes conſentiunt: vt in muſica numeri, & voces, & modi: itaque ex iis argumenta de conuenientia ſumuntur: aliæ diſſentaneæ, quæ inter ſe diſcrepant.

Quod ſunt rationes conſentaneæ? Quindecim, Genus, Species, Totũ, Partes, Cauſſa, Adfectus, Propriũ, Relatio, Antecedens, Conſequens, Adiunctum, Accidens, Comparatio parium, Comparatio minorum, & Similitudo.

Quot ſunt Rationes diſſentaneæ? Septem, Aduerſa, Priuantia, Negantia, Repugnantia, Diſparia, Comparata ex maioribus, & Diſſimilia.

Ecquemnam igitur in iis exponendis ordinem ſequemur? Eum nimirum, qui naturæ accommodatus eſt maximè: vt quo quiſque rei propoſitæ adiunctior eſt, eum potiſſimum explicem⁹: quo remotior eſt, poſtremum. Primùm igitur de iis dicemus, qui in re ipſa inſiti ſunt, hoc eſt de Genere, Specie, Toto & Partib⁹. Tum deinde de externis: è quibus eos primùm qui cõſentanei ſunt, tum eos qui diſſentanei, perſequemur, & quoniam contrarij inter diſſentaneos ſummum locum obtinent, ab iis exordiemur.

De genere, Specie, & Differentia.

CAP VI.

QVID eſt Genus? Notio, quæ ſui ſimiles cõmunione quadam, ſpecie autem differentes, duas aut plures amplectitur partes. quæ definitio Ciceronis eſt. Illa autem Ariſtotelis: γένος ἐστὶ τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον, id eſt, Genus eſt, quod de pluribus ſpecie differentibus, in quæſtione quid ſint, dicitur. Sic enim conuertendum arbitror, non QVID SIT. niſi fortè hoc potius interpretemur modo: in quęſtione quid eorum quidque ſit. Vt plura dici ab Ariſtotele intelligãtur ea, quorũ aliqua cõmunio, & quaſi cognatio eſt. veluti cùm quæritur ſimpliciter, quid ſit homo, quid auis, quid piſcis, quid quadrupes: aptè de vniuerſis ſemel reſpondebitur, animal.

Quæ ſunt igitur quæ generis eiuſdem dicuntur? Quæ ſupe-

Quæ ſuperioris alicuius communione inter ſe conti- A nentur: ac de quibus omnibus vnum reſpondetur. Nam (vt Zeno apud Laertium definit) γένος ἐστὶ, πλειόνων ἐννοημάτων σύλληψις. Itaque plures cognati qui ſanguinis eiuſdem communione inter ſe cohærent, quàm ab vno eodémque capite duxerunt, idcircò à Græcis appellantur ὁμογενεῖς vel συγγενεῖς: cùm alij qui gentis ac ſtirpis alterius ſunt, ἑτερογενεῖς vel ἀλλότριοι, id eſt alieni, & extranei nominentur. quocirca plures res de quarum ſingulis non vnum idémque reſponde- B tur, diuerſi generis ſunt: appellantúrque Diuerſæ, Diſparatæ, Variæ, Differentes, Diſſimiles: nullo tamen certo & proprio vocabulo. veluti, Homo, Ignis, Arbor, Lapis, Linea, Candor: de quibus ſi quæratur, quid eorum quidque ſit, reſponderi vnum atque idem nomen non poteſt.

Quid eſt Species? Notio anguſtior, quæ cum altera pluribúſve alij generis eiuſdé communione continetur. veluti, Platanus, notio eſt quæ cum Lauro, Piro, Pomo, Quercu, & Ceraſo arboris communione C comprehenditur. Nonnulli tamen Species etiam appellant notiones anguſtiſſimas quarum proprietates in nullum aliud conueniunt: quæ vulgò ἄτομοι, ſiue indiuidua nominantur. Nam Iuriſconſulti ex Stoicorum (vt opinor) ſententia Stichum & Pamphilum & certum quoduis aliud corpus Speciem appellant. l. talis, 30, l. cùm res, 4. §. 1. D. de legat. 1. l. in ſtipulationib⁹, 54, D. de verb. obligat. Genus contrà plerunq; appellant, quam Speciem nominauimus: veluti Fundum, aut Seruũ, ſiue Hominem, cuius notione ſerui omnes D cõprehẽduntur. Quinetiam Speciẽ interdũ pro parte, Genus pro toto vſurpãt. vt cùm in §. lex eſt, de iur. nat. Plebs à populo eo differre dicitur, quo ſpecies à genere. Item Speciem pro re ſingulari: & Genus, pro Vniuerſitate. vt in Regula iuris, Generi per ſpeciẽ derogatur. veluti ſi Peculium legatũ ſit, & vicarius liber eſſe iuſſus ſit. l. ſi peculium, 10. D. de manu. teſtam.

Quid ſi plures ſint eiuſmodi notionum gradus? Tũ verò ancipiti vti nomine cogemur, & reſpectu ſuperiorum, Speciem: inferiorum, Genus appellare. hoc E Grçci ſolẽt ὑπάλληλον nominare, nos interiectum, vel intermediũ, vel (vt vulgò) ſubalternũ dicere poſſum⁹: cuius rei exemplũ vſitatũ ex ſũmis & infimis ſubſtantiis apponemus. nã id quoq; Senec. vſurpat lib. Epiſt. 8.

1. Genus ſummum ab Indiuiduis remotiſſimum.	1. Subſtantia. — Corporea, Incorporea
2. Genus intermedium.	2. Corpus. — Animatum, Inanimatum
3. Genus & ſpecies intermedia.	3. Corpus animatum — Sentiens, Non ſentiens
4. Genus & ſpecies intermedia.	4. Animal — Rationis particeps, Rationis expers
5. Species infima & proxima.	5. Homo.
6. Indiuiduum.	6. Socrates, Ariſtides.

Sed profer exemplum aliquod ad Iuris ciuilis, & vitæ communis vſum pertinens. Exemplum ex libris noſtris hoc eſto.

Res quarum commercium eſt aliæ

Corporales, Incorporales.

Corporalium

Animatæ, Inanimatæ.

Animatarum

Rationes, Irrationales

Rationalium

Seruus, Ancilla

Seruorum

Stichus, Dauus, Pamphilus.

Quotuplex eſt Genus? Diſciplinæ cauſſa triplex fingitur: Summum, quod Græci γενικώτατον, id eſt latiſſimum ac fuſiſſimum nominant. medium quod (vt diximus) ὑπάλληλον, & ſubalternum appellant: ac poſtremò infimum, quod iidem εἰδικώτατον vocant.

Quod eſt Summũ Genus? Quo nullũ neq; antiquitate, neq; amplitudine maius eſt, lõgiſſiméq; omniũ à ſenſibus abeſt. Itaq; cùm ſpecies eſſe non poſſit, de omnibus ſub ſe ſubiectis enuntiatur. veluti apud Philoſophos Subſtantia: apud Iuriſconſultos, Res quæ in ſuperioribus figuris ſupremum locum obtinent.

Quod eſt Medium? Quod inter ſuperius atque inferius interiectum, huic genus, illi ſpecies eſt. veluti, Corpus. itaque cum Re collatum, ſpecies eſt: cum animatis, genus. Sic Pater inter auum & filium ita interiectus eſt, vt illi ſit filius, huic pater.

Quod eſt infimum? Quod anguſtiſſimum eſt, neq; vllum in ſe aliud complectitur. vt Animal reſpectu Hominis eſt infimum: at reſpectu Auis eſt medium: Nam Auis genus eſt inferius, cui diuerſæ ſpecies ſubſunt: vt Aquila, Columba, Coruus.

Quoniam quid eſſet ſpecies ſuprà demonſtratũ eſt, quçro quotuplex eſt Species? Vulgò in ſcholis ex Porphyrij ſentẽtia duplex numeratur: quarũ prior infima dicitur, quç de multis numero tãtùm differentibus, id eſt indiuiduis ac ſingularibus rebus enunciatur: quæq; verè ac propriè Species eſt: vtpote nullã ſub ſe ſpeciẽ habens, ſed indiuiduis proxima: vt apud Philoſophos Homo. Altera dicitur Media, quæ cum ſuperioribus collata, ſpecies eſt: cũ inferioribus, generis gradũ obtinet: quod modò Genus ſubalternum appellauimus. Nã ſæpenumero id accidit, vt vna res alteri ſit genus, alteri ſpecies, veluti, Animal reſpectu corporis (vt modò diximus) ſpecies eſt: reſpectu piſcis, genus. Homo reſpectu animalis ſpecies eſt: reſpectu liberorũ & ſeruorũ eſt genus. Piſcis reſpectu animalis ſpecies eſt: reſpectu Murænarũ, genus. Itẽ Homo reſpectu animalis, ſpecies eſt: reſpectu Gallorum, Germanorũ, Italorũ, F genus. Item vt reſpectu Pygmæorũ, aut Gigantũ. Itaque quoniã ſpecies duas haſce partes in animi notione ſuſtinet, idcirco notionem ipſius, non vnã, ſed duplicè eſſe oportet. nam cùm genus eſt, latior ac fuſior notio eſt: cùm ſpecies, arctior atq; anguſtior. Sed Stoicorũ ſententia triplex Species cõſtituitur. nã (vt Diogenes Laertius in Zenonis vita teſtatur) εἶδος εἰδικώτατον Zeno appellabat, quæ cùm ſit ſpecies, ſpeciem nõ habet; hoc eſt, quod Ariſtoteles indiuiduum appellat: veluti Socratem, aut Pamphilum. quam rationem Iuriſconſulti (vt dixi) ſecuti ſunt.

G Vtrorũ igitur verior ſentẽtia eſt? Nõ noſtrum inter vos (dicebat ille) tantas cõponere lites. Sed inter Speciem & Indiuiduũ notari hoc diſcrimen poteſt: quòd illa, notione & intelligentia comprehenditur: hoc, percipitur ſenſu, qui rationis expers eſt. Denique Speciei proprietates pluribus conueniunt: Indiuidui proprietates in nullum aliud conueniunt. nam Rationis particeps dicitur de pluribus. Hic fundus, vel So-

crates de vno tantùm.ac nullā quidem indiuiduorum notionem ac ſcientiam in animis noſtris à natura impreſſam,Plato cenſebat. Itaque diſputationem quæ à Generibus ad imas ſpecies perducta erat,ſiſti atque inhiberi iubebat:neque ad indiuidua progredi:quoniam & erant infinita, & ſcientia nulla comprehendi poterant.quam ob rem ne definiri quidem poſſunt, vt poſterius intelliges. Sed cùm Iuriſcōſulti corpora omnia in partes nō modò corporatas,quib⁹ totū interit, verū etiā in intellectas, per quas totū nō interit,diuiderent, ꝑpterea indiuidua hęc nō nominarūt,ſed Species,quę plures notiones habere poſsēt.nā cū Dauus aut Buceph.l⁹ pluriū dominorū eſſe poſſint, neceſſe eſt pluriū dominorū plures notiones in vna eadēq.re notari.veluti ſi ſeru⁹ duorū cōmunis aliquid acquirat,ſingulis,ꝓ qua parte domini sūt,acquirit.l.5. D.de ſtip.ſer.qua de cauſſa duorum ſeruorum perſonam ſuſtinere dicitur. L.1.§.communis,eod.

Quomodo ex genere cōſtituitur ſpecies? Per differētiam,quę eſt forma rei,& cauſſa propter quā quęque res eſt id quod eſt. Verùm perpetuū non eſt tanta enim differentiarū ignoratio eſt, vt ſæpe ſpecies ſui generis nomine appellentur.veluti apud Cæſarem,initio lib.1. Gallorū alij ſunt Belgę, alij Aquitani,alij Galli.interdū per particulā NON alteri ſpecie cōtradicētem deſignētur:veluti, Animalium aliud eſt rationale,aliud nō rationale. Ius aliud eſt Scriptū,aliud nō ſcriptum. Furtum aliud eſt manifeſtum,aliud nec manifeſtum.

Quid?differētia qualis notio eſt?Quę ſui adiunctione rem vniuerſalē in ſpecies contrarias notata cuiuſq. qualitate diſtinguit. Itaq.in quęſtione Quale quídque ſit vſurpatur.veluti,Rationis particeps.nam &,ſi quæratur,Homo quale ſit animal,reſpondebitur,Rationis compos: & rurſus,ſi quęratur,quid à brutis differat,idē reſpōdebitur. Denique differētia eſt forma rei,& cauſſa propter quā res eſt id quod eſt.Sed de differētiis poſtea cùm ad diuiſionē vētū erit,& vberius exponemus.

Poteſne hunc notionum & intelligentiarū ordinem aliquādo dilucidius exponere?Ex Platonis certè & Ariſtotelis doctrina,planiſſimè id poſſumus. Iubēt enim poni Calliam procul ad nos longo interuallo venientem.Ea ſpecies extrinſecus oblata ſenſibus continuò generis vniuerſi notitiam in animo informat.primùm enim corpus eſſe intelligimus. mox, vbi propius acceſſit,animal.tum hominē:ad extremū Calliā. Sic,qui in ſtatione ſunt,& procul aliquem venientem intuentur,primùm corpus eſſe animaduertūt ſecūdò ex curſu animal eſſe iudicant. Tertiò, equitē.quartò ex colore, amicum vel hoſtem.poſtremò, Titium, vel Sempronium. Atque hi ſunt nimirum, de quibus ſuperius diximus,notionum & intelligentiarum gradus.

Supereſt vna quæſtio.Genus & ſpecies vtrū prius ac poſterius ſunt ánne ſimul?Genus propterea ſpecie pri⁹ eſt,quoniam(vt ſuperius diximus)conſecutio eſſentiæ reciprocationem nō admittit.nam ſi eſt equus,eſt animal:at non continuò ſi eſt animal,etiam eſt equus. Sic qui magnificus,idem continuò liberalis:qui autem liberalis,idem non continuò magnificus.

De Toto & partibus. CAP. VII.

QVID eſt Totum? Notio, quæ rei cuiuſque partes inter ſe compactas & compoſitas cōplectitur. Nō enim ſeparatæ partes quāuis omnes totum efficiunt, ſed compactæ & ſua forma conſtantes.Phyſicorum autem ratione Totum eſt,cui nulla pars deeſt.

Quotuplex eſt Totū?Philoſophorum diſputatione multiplex. ſed ad huius inſtitutionis vſum quintuplici A eius partitione cōtenti eſſe poſſumus:quarum hęc prima eſt, vt aliud ſit integrum, ὅλον, quod corporatum eſt,ſenſúq.percipitur,& cerni tāgíq. poteſt:veluti corpus hominis,aut domus, aut nauis: aliud Vniuerſale, τὸ καθόλου, quod quaſi genus animo & intelligētia cōprehēditur:vt Reſpublica,familia,hereditas,dos,peculium,mūdus muliebris.Itēq.artes omnes,vt medicina, Arithmetica,Rhetorica:quam ipſam propterea Cicero partitione,non diuiſione explicauit.

B Quæ eſt altera? Totum, aliud eſt continuum,quod vel vnius naturę eſt,vt homo,fundus,equus,ſtatua: vel ex pluribus compactum:vt domus,nauis,ſphæra: aliud deiunctum, veluti,Populus, grex,armentum,exercitus,familia.l.rerum mixtura.30.D.de vſurpat.

Quæ eſt tertia?Totum aliud eſt perfectū, quod per ſe conſtat,neque alterius pars eſſe debet:veluti domus, arbor,nauis.aliud imperfectū,quod per ſe non cōſtat, ſed alterius pars eſſe debet:veluti fundamentum per ſe & quatenus fundamentū eſt,totum eſt: attamē non ita C natura ſua comparatum eſt,vt ſi totū,& per ſe conſtet: ſed vt domus pars ſit.Sic Ramus,quatenus ramus eſt, totū eſt:at natura ſua pars eſſe arboris debet. Itē vt puppis:vt prora,vt ſentina,partes eſſe nauis debēt.eodemque modo & man⁹,& oculus,& auris,corporis humani ſunt partes,neque per ſe conſtant.Scitum eſt autem quod Ariſtoteles libro Politicorū primo ſcribit, πάντα τῷ ἔργῳ ὥρισται καὶ τῇ δυνάμει. partes omnes ex ſui muneris functione & efficientia æſtimari, ac definiri. Itaq.partem eam demū verè ac propriè dicendam eſſe,quę in Toto eſt,ſuóq.munere fūgitur. D Auulſam autē ac ſeparatā, dici tātùm abuſione & cōmunione vocabuli,quam ὁμωνυμίαν appellat.Itaq.manum & pedē tum demum verè dici,cùm ſuo munere funguntur. Vbi autem ſeparata ſunt,nihilo magis eſſe partes Toti⁹, quàm cùm lapidea manus aut ęnea,manus dicitur.Pars enim Totius pars dicitur,non totum partis totum.Itaque fundamentum dicitur domus fundamentum: & Tectum, domus tectum:non contrà.quod idem ſcribit lib.4.Methcorōn.

E Quę eſt quarta?Rerū alię ſunt,vi ipſa tantùm:quod Græci τῇ δυνάμει dicunt:aliæ re ipſa,quod illi τῇ ἐνεργείᾳ.nos illas abſolutas appellare poſſumus:has informes,ſiue informatas, ſiue etiam inchoatas. Vulgus dicit aliud eſſe actu,aliud poteſtate.

Quę ſunt abſolutæ?Quæ naturæ ſuę perfectionē,& quaſi maturitatē quandā adeptę ſunt:quoniā in iis forma iam & finis ineſt,ſuiſq.omnibus numeris & partibus expletæ ſunt.vt vinum, frumentum,oleum.

Quæ ſunt informes?Quę vim in ſe naſcendi & exi- F ſtendi continent,verùm in ſpe tantùm atque expectatione ſunt. In iis enim efficiens tantùm & materia eſt. veluti, Ouum quod à Gallina fouetur,vi & ſpe pullus eſt.Iuglās lactea,quę arboris ſucco alitur,ex ſpectatione nux eſt:ſeges,frumētum: vuę pendentes,vinum:oliuæ, oleum partus nondum editus,homo non rectè dicitur: ait Papinianus in l.in Falcidia,9.D.ad leg.Falcid.

Quæ eſt quinta diuiſio ? Totum aliud eſt naturale, quod natura non manu conſtat:vt Animal,Fūdus,Arbor.aliud artificioſum, quod hominis ſolertia atque G arte confectum eſt.vt domus, nauis,currus,ſtatua. Eiúſque diuiſionis vſus proximè intelligetur.

Quę eſt Partium diſtributio?Multiplex.ſed illa primaria,vt aliæ ſint principales, ſine quibus conſtare res non poteſt:velut in humano corpore,Caput,Humeri, Thorax.Alię minus principales,ſine quibus res cōſtat: vt auriculæ,crines,vngues, ſupercilia. Sic in Arbore, radix,trūcus,rami,principales ſunt partes,at folia,flores,bac-

res, baccæ, minus principales. Itẽ in naue, prora, puppis, & ſentina, partes ſunt principales. at de malo & artemone diſputatur. malũ nauis eſſe partem, artemonẽ autẽ nõ eſſe, Labeo ait: quia pleræq; naues ſine malo inutiles ſunt. artemo autẽ magis additamẽtũ, quã pars nauis eſt. Sic multæ naues ſine gubernaculo ſunt: ac præſertim exiguæ: vt ſcaphæ, & ſcapharum ſimiles.

Quæ eſt altera diuiſio? Vt aliæ ſint cognatæ, quas Græci ὁμογενεῖς, ſiue ὁμοιομερεῖς appellant: aliæ verò extraneæ, quas iidem ἀνομοιομερεῖς, & ἑτερογενεῖς, id‑eſt, alienigenas nominant.

Quæ ſunt Cognatæ? Quę ex eodẽ quaſi genere ortæ, totius nomẽ retinẽt: veluti lapidis partes omnes lapidis nomẽ retinẽt: Itẽ fundi partes omnes fũd⁹ dicũtur. l. planè, 34. §. vlt. D. de leg. 1. quoniã fũd⁹ Varro vocat, quẽ poſſis mittere funda: vt eſt in vetere ꝓuerbio.

Quę ſunt extraneæ? Quę vel ex eodẽ capite ductæ, vel ei cohærẽtes, tamẽ quaſi alienigenę, variis nominibus appellantur. veluti, Arboris partes nullę nomen Totius retinent, non magis quàm domus, aut nauis, aut corporis humani. Sic apud Iuriſcõſultos ſuperficies omnis ſubiecti corporis pars eſt. vt vitis, vineæ: arbor, fundi: ſeges, arui: pictura, tabulæ: ſcriptura, membranæ: purpura, veſtis. l. adeo, 7. §. cùm in ſuo, & ſeq. & l. qua ratione, 9. D. de acq. rer. dom.

Quæ eſt tertia partiũ diuiſio? Vt aliæ ſint corporales, quæ põdere, numero, menſura fiunt: & quæ oculis cerni tangiq; poſſunt. aliæ verò intellectæ, quæ animo tantùm cerni atq; intelligi poſſunt. Corporaliũ exemplũ eſt primùm in vulgatis diuiſionibus, cũ ex vna re plures fiunt. nã quod ꝓ diuiſo noſtrũ eſt, id per ſe cõſideratũ, iam non pars, ſed totũ eſt. l. rectè dicimus, 25. D. de ver. ſignif. deinde exẽplum eſt in generib⁹, & operis. nã genus numero tãtũ diuiditur. veluti ſi qui ſeruos duos ſtipulatus, duos heredes reliquerit, ſingulis heredibus ſinguli ſerui debebũtur. & ſi viginti, ſingulis deni: & ſi centũ, ſingulis quinquageni. l. in ſtipulationibus 54. l. ſi centũ, 117, D. de ver. oblig. Sic ſi decẽ operas ſtipulatus, duos heredes reliquerit, numero diuidẽtur operæ, & ſingulis quinũ dierũ operæ debebuntur. l. ſtipulationes nõ diuidũtur, 72, & l. in ſtipulationibus 54. §. 1. eod. l. libertus, 15, D. de oper. lib. Quod eodem modo de quãtitatibus dicetur, id eſt iis rebus quæ numero, põdere, & mẽſura conſtant. l. cùm Stichus: 29, D. de ſolut. & liber. Intellectarũ autẽ partiũ exemplũ eſt, veluti cum apud Mathematicos orbis diuiditur in partẽ concauã & conuexã: aut apud Iuriſconſultos, cũ aliæ dicuntur partes pro Indiuiſo, aliæ pro diuiſo vt cũ duo vnius eiuſdẽmq; rei domini dicũtur. nã partes ꝓ indiuiſo intellectu cõſtant, & incertæ ſunt, partes pro diuiſo corporales ſunt, id eſt corpore & facto conſtãt, ac certæ ſunt. l. placet, 25. D. quib. mod. vſusfr. amitt. Seru⁹ cõmunis ſic omniũ eſt (inquit Vlpianus) nõ quaſi ſingulorũ totus: ſed ꝓ partib⁹ vtiq; indiuiſis: vt intellectu magis partes habeat, q̃ corpore. l. 5. D. de ſtip. ſer.

Quid intereſt inter totũ & Genus? Genus, vniuerſale eſt, & (vt ait Ariſtoteles) ὅλως ὅλον. Itaq; & ſingulis ſuis formis ineſt, & de iiſdẽ ſingulis dicitur. Totũ vniuerſale nõ eſt: nã neq; in ſingulis partib⁹ ineſt, neq; ipſius nomẽ partib⁹ ſingulis cõuenit. Genus ex ſuis formis nõ cõſtat. Totũ ſuis partib⁹ conſtat. Genus natura prius eſt formis, tẽpore poſterius. Totũ autẽ (vt mox dicemus) populari ratione ſuis partib⁹ eſt poſterius. Itaq; generis interitu ſpecies intereũt. Toto peremto, partes tamen populari ratione non perimuntur. At contrà, ſpecie peremta, genus non interit: partis principalis interitu, Totum interit.

A Quid intereſt inter Species & Partes? Species quidẽ ſubſunt generi, iiſque genus cõſtat: & partes toti, iiſque Totũ conſiſtit. Verùm illarũ numerus certus eſt; partiũ quandoque incertus. Species diuidendo non interit, ſed in quoque indiuiduo permanet: partes autẽ ſecando intereunt. Illæ generis nomẽ recipiũt, hæ totius nomen nõ recipiunt. nã hominis pars homo non eſt: ait Paul. l. ſi dictum. 56. §. in ſtipulat. D. de euict.

Cedo mihi exemplũ aliqđ in quo harũ differentia- B rũ vſus appareat. Sumamus ab eorũ errore, qui Dialecticã aliã faciunt naturalẽ, aliã artificioſam: Ciceronis fortaſſe adducti exẽplo, qui cùm adoleſcentulus Rhetoricã artẽ ſcriberet, poſuit memoriã aliã eſſe naturalẽ, aliã artificioſam. Nã in eo error eſt, quòd Memoriã aut Dialecticã Genus eſſe putarũt, cũ reuera ſit Totũ cuius hæ tres ſunt partes, Natura, Ars, Exercitatio: quibus tanquã partib⁹ omnis ea virtus conſtat. Quòd ſi Dialectica aut Memoria, genus eſſent, primùm arti ſoli, tanquã ſpeciei ſuæ ineſſent: deinde arte poſteriores C eſſent, quorũ vtrunq; abſurdũ eſt. Præterea non duas tantùm, ſed tres ſpecies cõſtitui oporteret: Naturalem Artificioſam, & Exercitatoriam. Quod eodem modo de Architectura poſterius in diuiſione oſtendemus.

Supereſt illa quæſtio: Totũ & Partes, vtrũ prius aut poſterius ſint, ánne ſimul? Rectè admones: neque leuis momẽti quæſtio illa eſt. Nã Ariſtoteles initio Politicorũ ſcribit, ciuitatẽ quæ ex domib⁹ cõſtat, naturę ordine prius eſſe quã domũ. τὸ γὰρ ὅλον πρότερον (inquit) ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ μέρους. ἀναιρουμένου γὰρ τοῦ ὅλου, οὐκ D ἔσται πούς, οὐδὲ χείρ, εἰ μὴ ὁμωνύμως. Totum neceſſe eſt prius eſſe, quã partẽ. ſublato enim toto neq; pes, neq; manus eſt, niſi nominis cõmunione. vt cũ lapidea manus dicitur in ſtatua. Idẽ tamen libro Topicorũ ſexto ſcribit, Totum & partes non eſſe idem: &, ſi ſint partes, nihil prohibere non eſſe Totum: atque interemtus partibus totũ interire: interẽto verò toto, nõ neceſſe eſſe partes interire. τῶν μερῶν φθαρέντων, φθείρεσθαι τὸ ὅλον: τοῦ δὲ ὅλου φθαρέντος, οὐκ ἀνάγκη καὶ τὰ μέρη ἐφθάρθαι.

Quidnã igitur in hac ambiguitate certi definiem⁹? E Primùm diſtinctio ſuperior adhibẽda eſt: vt aliud ſit Totũ naturale, veluti arbor, fundus, auis, equus: aliud artificioſum: veluti domus, nauis, currus. ſi naturale totũ eſt, veriſſimũ eſt quod Ariſtoteles libro de Natura octauo ſcribit. Prius eſſe & naturæ, & tẽporis, & rationis ordine id quod perfectũ eſt, eo quòd eſt inchoatũ. Sin autẽ artificioſum eſt, tũ eiuſdẽ Ariſtotelis monitu altera diſtinctio adhibẽda eſt: vtrũ ſubtiliter ex artis ratione, an populariter ex ſermonis cõſuetudine diſ‑F feratur. Nã quia ſubtili ratione ea demũ pars verè ꝓpriéq; dicitur, quæ ſuo munere fungitur: fungi autem ſuo munere niſi ſuo toti cohærẽs nõ poteſt: certè Totũ & Pars naturæ ac tẽporis ordine ſimul ſint neceſſe eſt. nã vbi eſt domus ibi neceſſe eſt eſſe tectum: & vbi tectũ reuera tegẽs, ibi neceſſe eſt eſſe domũ. vbi currus: ibi rota: & vbi rota reuera & actu voluẽs, ibi currus. Sin autẽ populariter loquamur, & homonymia, id eſt communione nominis abutamur, tũ verò pars dicetur eſſe prior: Totum verò poſterius. vt area, quàm Iuriſconſulti potiſſimam domus partem appellant, G prior eſt ædificio: & fundus prior vitibus, aut arboribus, aut fruticibus.

De quatuor cauſſarum generibus.

CAP. VIII.

DEINCEPS de quinta notione ſiue Adfectione videamus. Quid eſt cauſſa? Eſt id cuius vi rei cuiuſque aut actionis euentus exitum habuit. Simul enim eodẽmq; tẽpore vtriuſq;

que ratio habenda eſt, Euentus & Cauſſę. Rem autem appello, veluti nauigium, aut rhedam quam faber efficit. Actionem verò, veluti nauigationẽ, aut vectionem.

Quæ ſunt in cauſſis tractandis conſideranda? Primùm vt Cauſſa & Euentus tanquam inter ſe relata & reſpondentia perpetuò conferantur. Deinde vt in euentu & rerum & actionum ratio habeatur: poſtremò vt hæc eadem tum in iis quæ natura, tum ex iis quæ ex arte eueniunt, obſeruentur.

Quotuplex eſt cauſſa? Quadruplex, Sine qua non, Efficiens, Forma, & (quæ omnium principatum obtinet) Finis. ſic Græci τῶν αἰτίων, alia ποιητικὰ faciunt alia ὧν οὐκ ἄνευ, alia μορφὰς, ſiue εἴδη, alia τελικά. Nam hæc Ariſtotelis ſententia eſt, quã Seneca li. Epiſt. 8. ſic exponit, Prima (inquit Ariſt.) cauſſa eſt ipſa materia. ſecunda opifex: tertia forma quæ vnicuiq. operi imponitur. quarta, propoſitum totius operis. Æs prima ſtatuæ cauſſa eſt, nunquã enim facta eſſet, niſi fuiſſet id ex quo funderetur, duceretúrve. ſecunda cauſſa eſt artifex. non potuiſſet n. æs illud in habitũ ſtatuæ figurari, niſi acceſſiſſent peritæ manus: Tertia cauſa eſt forma. quarta faciendi propoſitum: id eſt, quod inuitauit artificem, quod ille ſecutus fecit. At Plato (ait paulò poſt) quinque cauſſas fecit: id ex quo: vt æs: id à quo, vt artifex: id in quo vt forma: id ad quod, vt exẽplar id propter quod, vt facientis propoſitum.

Quæ eſt Cauſſa efficiẽs? Quæ motus eius principiũ attulit, per quẽ euentus exitũ habuit. velut in re naturali, Sol cauſſa eſt diei: Corpus in lumine, cauſſa eſt vmbræ. qua de cauſſa lunæ interpoſitus cauſſa eſt defectionis ſolis: & terræ interpoſitus, cauſſa defectionis lunæ. In artificio ſutor cauſſa eſt calcei, ſcultor numi. In actione naturali, ignis cauſſa eſt ardoris, cruditas morbi: in artificioſa, Auriga cauſſa eſt vectionis efficiens. & Gubernator nauigationis.

Quæ eſt cauſſa ſine qua non? Quæ naturam efficiendi non habet, ſed ſine qua id quod faciendũ eſt effici non poteſt. Hanc Latini vulgò materiam appellãt, Græci ὕλην, ad naturarũ quidẽ cognitionẽ, aptiſſimè: ſed ad vſum Dialecticum, & actionum notationem, imperitiſſimè. Nam (vt Cicero in primo Academico ſcribit) de natura, inquit, ita dicebant, vt eam diuiderent in res duas: vt altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe præbens, ex qua efficeretur aliquid. In eo quod efficeret, vim eſſe cenſebant: in eo autem quod efficeretur, materiam quandam. At vbi de actionibus quæritur, longè alia ratio eſt.

Cedo vtrarumque exemplum. Primùm omnium ponatur, (vt antè monuimus) euentus, tũ deinde cauſſa quęratur. nam hæc natura quidem prior eſt: at ille cõſideratione. In reb⁹ igitur naturalib⁹, Ouũ materia eſt pulli: aqua eſt materia glaciei. In artificioſi, ęs materia eſt ſtatuę: coriũ calcei. In actionibus verò naturalibus, cauſſa incendij ſine qua nõ, eſt fomes: in artificialibus, inſtrumentũ cauſſa eſt ſine qua nõ: vt nauigãdi, nauis, vehendi, rheda: ambulandi, locus: accuſandi, oratio.

Quæ eſt forma? Eſt naturalis cuiuſq. rei nota, per q̃ quæque vel res, vel actio, eſt id ꝙ eſt, atq. ab altera diſcrepat. velut in rebus naturalibus, Ratio in homine, cauſſa eſt & ꝙ homo eſt, & ꝙ differt à bellua. vita in arbore, cauſſa eſt ꝙ & arbor eſt, & differt à trunco. In artificioſis, volubilitas in cylindro: at in actionib⁹ naturæ, veluti incẽdii forma eſt, ardor. In artificioſis, motus mediocris forma eſt deãbulationis: motus velox, forma eſt curſus: nã quæ ſub eodẽ genere ſunt, forma diſcrepãt. Vſque adeo autẽ verũ eſt, formam eſſe per quã quæque res eſt id quod eſt, vt quãuis corpus ma-

A neat, tamẽ ſi forma mutata ſit, nõ eadẽ eſſe res videatur, veluti ſi ex ſcypho maſſa facta ſit. Itaque qui ad exhibendum ſcyphum tenetur, maſſam exhibendo non liberatur. l. Iul. 9. §. ſi quis. D. ad exhib.

Quę eſt finis? Propter quam quęque res & actio vel inſtituta, vel impedita eſt. Horũ enim vtrunque in fine cõſiderandũ eſt: ac propterea vnũ quodque eorũ ſuam habet notã, VT, & NE. In rebus naturæ, veluti, Homo erectus eſt, vt cœlũ potius q̃ terrã cõtẽpletur: vel, ne pecudũ ritu perpetuò terram intueatur. In artificioſis,
B Nauis inſtituitur, vt trãſmarinæ cõmoditates parẽtur: & ne iis carere homines cogãtur. Deãbulatur à cœna, vt cib⁹ in imũ ſtomachũ deprimatur: & ne cib⁹ fluitet in ore vẽtriculi. Dom⁹ finis eſt, ne tẽpeſtatib. lędamur & vt ſeruati ſupellex poſſit. Iã in actionib⁹ naturę: veluti, Sol terrã ambit, vt mortalib⁹ luceat: néve mortales ꝑpetuò ſint in tenebris. in artificioſis exercitatio ſuſcipitur, vt valetudo cõſeruetur, néve morbi cõtrahãtur.

Quis eſt cauſſarum ordo? Duplex omnino eſt, naturæ & cõſiderationis. naturæ, is quẽ ſecuti ſumus, nam
C cùm efficiẽs mouẽdi principiũ ſit, atq; in eo vis inſit efficiẽdi primaria, princeps ei debetur locus. Hunc ſequitur cauſſa ſine qua nõ: mox ſpecies, qua quęque res ad exẽplar in animo informatũ fingitur. Poſtremò finis, quẽ conſtat eſſe bonum aliquod, cuius adipiſcẽdi gratia res omnis efficitur. At ordo cõſiderationis huic plane cõtrarius eſt: nã rei cuiuſque contemplatio ex eo bono quod in fine ineſt, principium ducit: gradatímque ad ea quæ minus bona ſunt, regreditur.

D Quid? Materia corporis effecti, nónne prior eſt opifice? veluti, aurũ annuli nónne prius eſt aurifice? & materia domus, quæ ex trabibus, calce & lateribus cõſtat: nónne prius eſt naturæ ordine, quàm Architectus? Nequaquã. Idque facile tũ ex naturalibus, tũ ex artificialibus rebus, & nouatis materiis intelligi poteſt. nã & vitriarius prior eſt, quàm vitrum: & piſtor prior eſt farina: architectus nauis prior eſt, quàm tabulæ: neque
E enim ita natæ tabulæ ſunt. Atque ad hunc locum iocularis illa quæſtio pertinet, de qua eſt apud Macrobium: Ouúmne prius fuerit, quàm Gallina. nam ſi natura perfecta creauit animalia, vt Philoſophi quoque ipſi ſtatuunt, & Religio nos noſtra docuit: prius certè Gallinam fuiſſe, quàm ouum neceſſe eſt.

Cedo aliud exemplũ. Materia domus ſunt trabes, calx, lateres, aut lapides exciſi, ánnon igitur materiarius, prior fuit quàm trabes? aut coctor, quàm lateres? aut cementarius, quàm calx? aut faber, quàm lapis ex-
F ciſus, aptus & quadratus?

De multiplici cauſſarum efficientium genere.

CAP. IX.

QVæ eſt cauſarum diuiſio? Prima efficientiũ diuiſio eſt, vt aliæ ſint abſolutæ, perfectæ, & principales aliæ adiuuantes, adiũctæ, & quaſi ſociæ. illas Græci vocant αἰτία προηγούμενα καθ' αὑτά: has verò συναίτια, vel ὑπουργοῦντα.

Quæ eſt abſoluta? Quę per ſe ac ſua ſpõte vim habet efficiẽdi: velut, ignis per ſe ac vi ſua incẽdit. Sol vi ſua lucet, colorat, incẽdit. hęc aũt rurſus bipartita eſt.
G
Quomodo? Vt alia ſola in rerũ natura efficiẽdi vim habeat: ideóque cum euẽtu reciprocetur. alia verò nõ ſola in eo genere ſit, veluti, Vbicũque ignis eſt, incendium eſt: & viciſſim vbicunque incendium, ibidem ignis eſt. Item: Vbicũque corpus in lumine eſt, ibi vmbra eſt, viciſsímque vbicunque vmbra eſt, ibidem corpus in lumine eſt. Nihil eſt enim quod vel incendium efficiat, præter ignem: vel vmbram, præter corpus. At ſi aliud cauſſæ genus eſt, non reciprocantur: veluti, Si calet,

calet,ad ignem ſeſe calefecit.Poteſt enim ex febri calere. Sol vi ſua coloratſed non quicunque coloratus eſt,continuò à Sole eſt. Sol capitis dolorem vi ſua facit:at non vtique qui ex capite laborat, à Sole cauſſam habuit.Aliæ enim præter Solem eã vim & efficentiam habent.ſic,Non ſi mulier non peperit,idcirco cum viro non concubuit.

Quæ eſt adiuuans? Quæ non per ſe ac vi ſua efficit.ſed officiendi ſocia eſt.veluti,Exercitatio cauſſa eſt eloquentiæ, non efficiens per ſe,ſed adiuuans. Vinum febricanti mortis cauſſam adfert: labor in corpore impuro morbi cauſſam præbet. hæc verò vel propinqua eſt,vel remota.

Quæ eſt adiuuans propinqua?Quæ efficienter antecedit:vt illa,quã modò poſui,labor in corpore vitioſo.

Quæ eſt Remota? Hæc duplex eſt. Nam aut conſentanea eſt,aut aliena.Conſentanea eſt,quæ naturam habet cum effectu ita congruentem, vt tamen hic & ſequi,& non ſequi potuerit: veluti iurgium aut inimicitia ſæpe cauſſa eſt cædis antecedens,non tamen neceſſaria. Collocutio ſæpe cauſſa eſt coniugij antecedens,ſed non neceſſaria.

Quæ eſt Aliena? Quæ cùm naturam habeat ab effectu diſſentaneam,tamen propinquam cauſſam commouit.Itaq; imperitè & abuſiuè ex vulgi errore Cauſſa nominatur: cum verius Opinata vel Pſeudocauſſa dici poſſit:velut in illo, Veritas odium parit. Veritas enim ab odio alieniſſima, improbitatem quæ cauſſa eſt adiuuans,& propinqua,commouit, irritauit,exciuit.quòd idem de Familiaritate quam contemtu,&de Felicitate quæ inuidiã parere dicitur, intelligendum eſt.Sic negligẽtia patrisfam. vulgò dicitur cauſſa fuiſſe furi rem neglectam auferendi: & viator benè veſtitus (inquit Cicero) cauſſa graſſatori fuiſſe dicitur,cur ab eo ſpoliaretur. Ex eodem genere illud Prouerbiũ eſt,Bonæ leges ex malis moribus procreantur. Itémq; illa poetarum iocularia & ab arte noſtra longè abhorrentia, quæ Cicero in libro de Fato verius ad antecedentia retulit.veluti Hecuba Troianis cauſſa interitus fuit,quòd Alexandrum genuit.

Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Caſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes,&c.

Quæ eſt altera Cauſſarum efficientium diuiſio? Vt aliæ ſint Procreatrices, quæ eſſentiam & ortum ſignificant:veluti ſuperiores:aliç Peremtrices,quç interitum adferunt.Illæ γεννητικαὶ à Græcis,hæ φθαρτικαὶ dicuntur. Et rurſus aliæ per ſe, vt Aqua ignem exſtinguit, aliæ cum adiunctione, vt vinum febricitanti mortis cauſſam affert.

Quæ eſt tertia Efficientium cauſſarum diuiſio? Vt aliæ in voluntate poſitæ ſint,aliæ in fortunç aliæ in neceſſitate,aliæ in imprudentia.

Quæ eſt voluntaria? Ea duplex eſt, aut Impulſiua, aut Ratiocinatiua. Impulſiuã Fortunatianus Rhetor & Iuriſconſultus eam eſſe dicit, quam Græci ὁρμητικὴν appellant,vt iram,odium.Ratiocinatiuam, quam iidẽ λογικὴν vocant,vt lucrũ,hereditatẽ. Quibus verbis ſignificat,impulſiuã eſſe,quæ in impetu & perturbatione animi poſita rationis expers eſt: qualis eſt ægritudo,iracũdia,vinolentia,deſperatio. Vt cùm Aiax, vbi reſciuit quæ per inſaniam fecerat,gladio incubuit: aut cùm Annibal, Themiſtocles, Cato Vticenſis, odio vitæ adducti,necem ſibi conſciuerunt.

Quam appellas Ratiocinatiuã? Quæ in ratione, cõſilio,& deliberatione poſita, bonum aliquod tanquã finem propoſitũ habet.Ita cùm animus noſter in duas diſtributus ſit partes, quarum altera rationis eſt particeps,altera expers:ad hanc impulſiua, ad illam ratiocinatiua referenda eſt:in eáque differentia, momentum plerunque maximũ eſt.Atq; hoc eodem modo Cicero libro de Inuẽt. II. vtranq; hanc cauſſam explicauit.

Cedo exemplũ. Ponatur lex, vt Tyrannicidæ præmium detur. Comprehenſus in adulterio à Tyranno, eum occidit. Quia Tyrannicida propriè eſt, qui liberandæ Reip. cauſſa Tyrannum interfecit, prçmium nõ debebitur.cauſſa enim occidẽdi non ratiocinatio fuit,

B ſed impulſio. Ponatur altera lex: Parricida in culeum inſuatur:Cùm Tyrannus regno pulſus arma in Remp. ferret,prælio commiſſo filius qui pro Repub.pugnabat,patrem qui à Tyranno ſtabat,interfecit. Hic parricida nõ eſt.Rationẽ enim habuit patriæ liberationem.

Quæ eſt fortuita? Cuius cauſſa humanitus ignota eſt: veluti Piſcatio cauſſa fuit fortuita Mileſiis aurei tripodis reperiendi. Et foſſio ſcrobis fuit cauſſa Timoni Miſanthropo,theſauri inueniendi: & apud Iuriſcõſultos pila à luſore percuſſa, & in nouaculam tonſoris

C adacta,cauſſa fuit hominis iugulandi.

Quæ eſt cauſſa ex neceſſitate efficiens? Cũ quid alterius coactu,& vi aut metu factum eſt. vt ſi quis Potẽtioris imperio quempiã interfecerit.quod de genere illud eſt Laberij qui Cæſaris coactu in ſcœnã prodiit.

Neceſſitas cuius aduerſa impetum
Voluerunt multi effugere pauci potuerunt:
Quò me detruſit penè extremis ſenſibus?

Quæ eſt cauſſa ex imprudentia? Cùm quid neque conſultò,neq; caſu,ſed per errorem factũ eſt.veluti:Si

D quis publico in ludo iaculans prætereuntẽ transfixerit: aut putator,ramum arboris in tranſeuntem deiecerit: aut qui amphoram inſtituerat, currente rota vrceũ effecerit:aut aliquis per ebrietatem flagitiũ admiſerit.

Quæ eſt quarta efficientium diuiſio? Vt alia adeſſe, alia verò abeſſe dicatur: cuius vtriuſque par eademq; in contrarium vis atque efficientia eſt.quod enim præſens cauſſa,quoniam adeſt,efficit:eius contrarium abſens,eo ipſo quod abeſt,efficit.

Cedo exemplum. Vt Gubernator cùm adeſt, recti

E curſus tenendi,cauſſa eſt: ſic idẽ cùm abeſt, naufragij cauſſa eſſe dicitur.Quod idem in medico,in cuſtode, & ſimilibus dici poteſt. Mors Hectoris cauſſa fuit amittendæ Troiæ: cùm eã viuus conſeruaret. Sic fuga ducis ex prælio cauſſa eſt offenſionis: cùm eiuſdẽ præſentia victoriæ cauſſã fuiſſet. Item,Negligentia præceptoris, cauſſa eſt inſcitiæ puerorum: cùm eius diligentia eruditionis cauſſa eſſe potuiſſet.Sic acceſſus Solis,cauſſa eſt æſtatis receſſus cauſſa hyemis.

Quotuplex eſt Cauſſa ſine qua non?Duplex. altera

F quieta,& tanquam ſolida:altera verò adiuuans.

Quæ eſt quieta? In rebus,materia:vt coriũ calceolario in actionibus,facultas,ſiue inſtrumentũ. vt viatori,nauis,equus,rheda. Inſtrumenti autẽ nomine ferramenta,locũ tempus,& cetera generis eiuſdẽ comprehẽdimus.Sic in Dialectica perdiſcenda cauſſa ſine qua non,eſt acumen ingenij: in Iuriſprudentia, memoria fidelis. Sic Mathematicæ ſcientiæ cognitio cauſſa eſt, ſine qua non Ariſtotelis logica planè intelligitur.Itaq; in ipſius veſtibulo, rectè vetus illud inſcribi poſſet.

G οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω. Ex eodẽ genere illud eſt Ciceronis,Tuſcul.1. Si Numa Pompilius auditor fuit Pythagoræ, neceſſe eſt eodem tempore vtrunque vixiſſe. Et alibi: Si Sex. Roſcius Romæ patrem occidit, neceſſe eſt eum Romæ fuiſſe.

Quæ eſt adiuuans? Quæ cùm anteceſſit, facultatẽ & opportunitatẽ negotio præbuit. vt collocutio cũ hoſte, proditionis cauſſa eſt.cohortatio Imperatoris

cauſſa eſt virtutis in militibus, monitio Præceptoris, cauſſa eruditionis in adoleſcentibus. item diligentia, & exercitatio in arte Dialectica, ceteriſque diſciplinis percipiendis.

De Effectis.

CAP. X.

QVÆ ſunt Effecta? Quæ ex cauſſarum concurſu & quaſi conſpiratione eueniunt. Itaque à Græcis αἰτιατὰ, à noſtris Euenta nominantur. De quibus eſt illud Ciceronis: Cauſſarum cognitio cognitionem euentorum facit. Nonnulli autem ἐκβάσεις, id eſt exitus appellant: quod nihil in iis tractetur, niſi quid ex quoque euenerit.

Quotuplex eſt Effectus? Quoniam effecta reſpondent cauſſis, eáque inter ſe referuntur, adæquantur, & parem rationem habent, ſequitur vt Adfectorum eadem planè quæ cauſſarum diuiſio ſit. Alia enim Effecta ſunt cauſſarum efficientium: alia cauſſæ ſine qua non: alia formæ: alia finis.

Quæ eſt altera diuiſio? Vt effectorum alia ſint procreātia, alia interimentia. Illa γενέσεις, hęc φθοραί nominantur. Prioris exempla ſunt, velut in natura, flores, frondes, fruges. In artibus opera effecta. Poſterioris, velut in natura, defloreſcere, areſcere, defrondeſcere. in artibus, cædes, vaſtitates.

Quæ eſt alia? Vt euentorum alia naturalia ſint, quę naturalem cauſſam arguunt, vt defectio Lunæ, arguit terræ interuentum: Tonitru arguit ignis reſtinctionem in nube: frondium lapſus, arguit humoris concretionem. alia voluntaria quæ hominum iudicio & voluntate effecta ſunt, vt opificum & artificum opera, alia fortuita, vt cùm hoſtis vomicam Phærei Iaſonis aperuit, quam ſanare medici non potuerunt.

Quę ſunt Relata? Loco tu quidem quęris. ſed quia Relata ſunt ex oppoſitorum, ſiue contrariorum genere (ſitu enim & poſitione aduerſantur: tametſi re & natura maximè conſentanea ſint) propterea ſatius videtur eorum explicationem ad contrariorum locum reſeruare.

De proprio.

CAP. XI.

DE Proprio igitur dicamus. Quid eſt Proprium? Vis & facultas rei cuipiam naturaliter, peculiariter, & inſeparabiliter adhæreſcens. Græci τὸ ἴδιον appellant. veluti, Proprium hominis eſt, vt ſit rationis, ſermonis, ordinis & diſciplinæ capax. Hoc ſolum animal natum eſt, (inquit Cicero) pudoris & verecundiæ particeps. Proprium piſcium eſt, vt aquarum ſint incolę: volucrium, vt cœlo libero fruantur: quadrupedum, vt gradiantur. Sic Animantium quarundam proprium eſt, vt ſint cicures: aliarum, vt ſint immanes: quarundam, vt ſint ſoliuagæ: aliarum, vt congregatæ. Ridendi facultas homini à natura peculiariter attributa eſt, ſic vt neque alij vlli ſit communis, neque adimi ei poſſit. Frugalitatis proprium eſt (inquit Cicero) motus animi appetentis regere & ſedare. Proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. Proprium ſapientis, nihil quod pœnitere poſſit facere. Sic proprietatis quæſtionem idem eſſe dicit, In hominémne ſolum cadat, an etiam in belluas ægritudo. Plura autem interdum eiuſdem rei propria ſunt: vt hominis, ratio, ſermo, riſus, verecundia, medicina, docilitas. Ignis lu-

A cere, calefacere, in ſublime ferri.

Quotuplex eſt Proprium? Duplex. alterum verè proprium, quod ſpeciei ſoli conuenit: vt homini ratione vti, loqui, mederi: cani, latratus: piſcibus, aquatio. alterũ quaſi proprium. quod vtique perpetuũ eſt, ſed non ſoli. vt cicurem eſſe, homini conuenit, ſed nō ſoli. Ignis calefacit: at non ſolus. Illud reciprocatur cum ſubiecto: hoc non reciprocatur. nam ſi quid ridet, homo eſt: & ſi homo eſt, ridet. ſi quid latrat, canis B eſt: & ſi canis eſt, latrat. At, non vt ſi eſt ignis, calefacit: idcircò ſi calefacit, continuò ignis eſt. Sol enim etiam calefacit. Si eſt piſcis, natat. At non ſi natat, continuò piſcis eſt. nam & homo & bos & canis natare poſſunt. ſi eſt auis, volat. ſed non ſi volat, continuò auis eſt: quidam enim piſces volant.

Quæ eſt altera Proprij diuiſio? Ariſtoteles fecit quadripartitam, vt primum ſit illud verè proprium, κυρίως ἴδιον, quod vni ſpeciei ſoli & toti, hoc eſt omnibus eius indiuiduis & ſemper conuenit: vt ridere alterum, C quod vni ſpeciei tantum conuenit, ſed non toti. veluti iuſtum eſſe, & Ariſtidis ſimilem, ſoli conuenit homini, ſed non omnibus: tertium, quod vniuerſæ ſpeciei conuenit, at non ſoli: vt bipedem eſſe. quartum, quod ſoli ſpeciei conuenit, ſed non ſemper: vt in ſenectute caneſcere. nam equi quoque caneſcunt.

De Antecedente.

CAP. XII.

D QVID eſt Antecedens? Quo vel poſito, aliud quod ei cohæret, ſubſequitur: vel negato, non ſubſequitur. Græci προηγούμενον appellant. veluti: Si eſt ver, æſtas ſubſequitur: ſi eſt aurora dies. Ex contrario, Quod quis non habuit, non perdidit. Si non vixit poſtumus (inquiebat Craſſus) non eſt mortuus. Si amabat, non læſit ſciens. Ex hoc genere ſunt naturales adfectiones, quæ à Græcis στοργαὶ nominantur. Si eſt mater, diligit filium. quod argumentum Salomon in illo nobili iudicio ſequutus E eſt. Item: Si filius eſt, parentem verebitur. Nam hæc conſecutio naturæ ordine inſtituta eſt: & quia cauſſam habet naturalem, non vitioſam, neceſſaria eſt. Sic Parentes ſuos liberos incolumes & beatos eſſe cupiunt: viciſsimque liberi ſuos parentes.

Quotuplex eſt antecedens? Duplex. Alterum proprium, quod neceſſariò cohæret: alterũ improprium, quod vel probabiliter tantùm, vel fortuitò cohæret. Illa reciprocantur inter ſe, ac viciſſim retróque commeant. hæc non reciprocantur.

F Quæ ſunt propria? Quæ inter ſe pariter & neceſſariò cohærent. veluti, Si viuit, morietur. &, ſi mortuus eſt, vixit. Si eſt aurora, lucebit Sol. &, ſi Sol lucet, aurora anteceſſit. Si eſt ver, fuit hyems, &, ſi eſt hyems, ver conſequetur.

Quæ ſunt impropria? Quorum alterum neceſſariò cohęret, alterum probabiliter, aut fortuitò. Itaque hęc inter ſe non reciprocantur. veluti: Satio arguit arationem neceſſariò, aratio verò ſationẽ probabiliter tantùm. Exitum anteceſſit ingreſſus neceſſariò. At non G ſiquis ingreſſus eſt, ſequitur vt ſit egreſſurus. Propterea autem Antecedentia aut conſequentia hæc dicuntur, non adiuncta, aut accidentia, quoniam eorum alterum proprium eſt. quòd ſi neutrũ eſt proprium, ad illum adfectionum locum hoc totum referendum eſt.

Quid intereſt inter antecedens & cauſſam? Cauſſa & neceſſariò & efficienter antecedit. Antecedens verò interdũ neceſſariò tantùm, interdum aut probabiliter,

liter, aut fortuitò tantùm. non enim vis efficiendi in A illo eſt. Itaque ſi Sol exortus eſt, dies eſt. quod ex cauſſis ſumitur. At ſi lucifer exortus eſt, dies orietur, quod ex Antecedentibus ducitur.

De conſequentibus. CAP. XIII.

QVID eſt Conſequẽs? Quod cũ eo quod anteceſſit neceſſariò cohæret. Græci ἀκόλουθον appellãt: velut in cauſſa Curiana, Si Poſtumus mortuus eſt, vixit. Quo in genere io B cus eſt ille Pariſienſium, ſi mulierculę vitæ ſunt è monachorũ clauſtris egredi, prius introierant. Item priuãtia omnia: Si amiſit, habuerat. Si recuperauit, amiſerat: ſi conualuit, ægrotarat. Ex quo illud eſt Fabij Maximi qui Liuio Salinatori, qui Tarento amiſſo fugerat in arce, multáque ex ea prælia præclara fecerat, gloriam atque dicenti: Mea opera Q. Fabi Tarentum recepiſti. Certè (inquit) ridens: nam niſi tu amiſiſſes, ego nũquam recepiſſem.

Quid intereſt inter cauſſam, Principium, & Antece- C dens? Locus eſt inſignis apud Polybium lib. III. in quo ſapienter admonet, per magni omnibus in vitæ partibus intereſſe, notum eſſe diſcrimen inter Cauſſam & Principium. Sed illa cõſideratio ad actiones, veluti ad rei militaris officia, de quibus eo loco agebat, tota pertinet. Cauſſas igitur ait eſſe, in rebus omnibus primas: Principia verò vltima cauſſarum. Denique cauſſas eſſe quæ deliberationem antecedunt, vt conſilia & ratiocinationes. Principia verò idẽ appellat primas hominum actiones in rebus, quæ decretæ & deliberatæ sũt. D Sed Antecedentium & Conſequentium ratio nihil adhoc genus pertinet, quod totum conſilij eſt, cùm illa ſint neceſſitatis.

De Adiunctis. CAP. XIV.

QVÆ ſunt Adiũcta? Quę probabiliter communi hominum opinione rei attribuũtur. Gręci τὰ κοινῶς συμβεβηκότα, τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὰ μὴ ἀεὶ ἑπόμενα nominãt: Id eſt plerũq. & communiter contingentia: veluti, Adiunctum eſt E viris, vt ſint barbatę quamuis id non omnibus contingat. Item Agricola cùm florem oleæ videt, baccam quoque ſe viſurum putat. Item, Tyrannis adiunctum eſt, vt violenta morte intereant.

Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte Tyranni.

Item: Is qui facilè mentiuntur, adiunctum eſt, vt facilè peierent Has Iuriſconſulti præſumtiones appellant. veluti cùm Vlyſſes inuentus eſt in ſylua cruentum telum tenẽs, quod ex Aiacis inimici corpore ex- F traxerat, quo ſe ille interfecerat.

Quænam Adiunctorũ diuiſio eſt? Multiplex. nam alia ex naturę habitu attribuuntur: veluti: attributũ eſt iracundis, vt accepta contumelia commoueãtur: quod in Aiace animaduerſum eſt. Item, mulieribus adiunctum eſt, vt ſint auarę: Ingenioſis adiunctum eſt, vt ſint iracundi (vt ait Plato) & melancholici. Auaris, vt iuſiurandum negligant. Alia ex vitæ inſtituto: vt Philoſophis adiunctum eſt, vt pecuniam negligant: liberali- G bus, vt ſint hoſpitales: Aulicis, vt ſint vafri, palpatores, perfidioſi: militibus, vt ſint glorioſi, rapaces, impij.

Quid? nunquid etiam ex naturæ ordine Adiuncta attribuuntur, Veluti, Si mater eſt, diligit filium. Si filius eſt, veretur patrẽ? Hoc plerĩq. certè omnibus video placuiſſe: ſed, vt opinor, nõ ſatis conſiderantibus illũ eſſe naturæ ordinẽ neceſſariũ: ac proinde ad Antecedẽtia & Conſequentia referendum eſſe: quæ non

A cõmuni opinione, ſed naturæ lege atq. ordine neceſſariò eueniũt. In quibus autẽ naturæ ordo non valet, ea pro mõſtris habẽda ſunt. Sed quod de naturæ lege atq. ordine dictũ eſt, id ad vitia & deprauationẽ transferri nõ oportet. quippe quæ diſciplina emendari poſſit. vt de Socrate, Stylpone, & aliis traditũ eſt, qui cùm mulieroſi natura eſsẽt, ſtudio tamẽ, & diſciplina naturę vitiũ edomuerãt. Pręſtat igitur naturæ ꝓpẽſiones, ad antecedẽtia: deprauationes autẽ, ad adiũcta referri.

B *De Accidenti.* CAP. XV.

QVID eſt Accidens? Quod per ſe cõſtare nõ poteſt, ſed ita ſubiecto adhæreſcit, vt cùm accidẽs ſine hoc eſſe non poſſit, tamẽ hoc ſine illo eſſe poſſit. veluti, Glacies, nix, grãdo: per ſe eſſe nõ poſſunt. Ita autem in aqua inſunt, vt neque ſine aqua eſſe poſſint, & ſoluto gelu aqua nihilominus permaneat. poteſt igitur glacies & accedere & recedere, cùm aquæ natura ſemper maneat. Sic di- C uitiæ & paupertas, ceteráque omnia quæ fortuita dicuntur, accidentia ſunt. Eodémque in numero habenda cenſeo quæ rei principali ſic adiuncta ſunt, vt tamen pars eius non ſint. veluti dos in matrimonio: pignus in mutuo: fideiuſſor in obligatione: Seruitus tũ realis, tum perſonalis. nam omnia hæc neque per ſe, ac ſine principali negotio conſtare poſſunt; & ſine principalis interitu abeſſe poſſunt.

Quotuplex eſt Accidens? Triplex. nam aliud eſt naturale, vt adoleſcentia, ſenectus, aduncitas naſi, aut ſi- D mitas: aliud voluntarium, vt legere, ambulare, currere. aliud fortuitum, vt paupertas, diuitiæ, ſecunda vel aduerſa nauigatio.

Quæ eſt altera diuiſio Accidentis? Vt aliud ſit ſeparabile, quod & plerunq. & facilè aut accedit, aut recedit. vt morbus in homine, frigus in aqua. aliud inſeparabile: quod vbi acceſſit, vix ac ne vix quidem diuelli poteſt: vt nigror à veſte tincta: lepra à corpore: cæcitas, ſurditas, claudicatio, canities. Quod autẽ plerique omnes Dialectici accidens inſeparabile defi- E niunt, quod non re ipſa ſed cogitatione tantùm diuelli poteſt: veluti candorem ab olore: & nigrorem, à coruo: id ego, quia natura inſitum eſt, ad quaſi proprium potius, quàm ad accidens referendum arbitror.

Quid intereſt inter Proprium & Accidens? Illud inſitum & naturale eſt: hoc fortuitum & aduentitium: illud vni tantùm ſpeciei conuenit: accidens, multis. Illud ſemper, hoc non ſemper. vt riſus vni homini ſemper conuenit. morbus multis aliis præter hominem conuenit. Sic ator Indo & Æthiopi conuenit. Itém- F que coruo, & carboni, & ebeno. ſed cui ſic conuenit, ab eo non auellitur.

Quid intereſt inter Proprium, Antecedens, Adiunctum, & Accidens? Proprium inſitum eſt. Antecedẽs adhæreſcit neceſſariò. Adiũctum attributum eſt probabiliter. Accidens verò planè alienum & aduentitiũ eſt. Itaque illa tria perpetua ſunt, hoc verò fortuitum. & quo quidque illorum ordine poſterius eſt, eo eſt à re ipſa diſiunctius. Rurſus neque Adiuncta, neque Ac- G cidentia, vnquam neceſſariò cohærent. At verò Antecedentium & Conſequentium ſi minus vtrunque neceſſariò cohæret, certè alterutrum cohæret.

De Paribus. CAP. XVI.

QVÆ ſunt Paria? Hæc Græci modò τὰ ἴσα, modò, τὰ ὁμοίως ὑπάρχοντα nominant. ſunt autem (meo quidem iudicio) alia propriè paria, alia impropriè.

Quæ ſunt propriè Paria? Quorum æqualitas pon-

dere, numero & menſura percipitur, qua de cauſſa Pariatores & paria feciſſe olim dicebantur qui tantundem impenderant, quãtum acceperant. Parum autem comparatio, nec elationem habet (vt ait Cicero) nec ſubmiſsionem: id eſt, nec magis, nec minus recipit, eſt enim æqualis.

Quibus modis paritas iudicatur? Senſu & ratione. Senſu enim iudicatur paritas ex duorum collatione: vt duo bacilli inter ſe collati æqualitatem oſtẽdunt. Hinc pares ſoni, pares ſapores, & odores, & colores, & frigora, & calores, ſenſibus & collatione iudicantur. Ratione autem iudicantur paria per tertij alicuius extrinſecus adſumti conuenientiam & proportionem. Geometrarum enim hoc axioma eſt. Quæ in tertio aliquo paria ſunt, etiam inter ſe paria ſunt.

Quæ ſunt impropriè Paria? Quæ à quantitate ad qualitatem transferuntur, quaſi mente & ratione appẽſa, numerata & dimenſa eſſent. hanc autem comparationem quæ translationibus & abuſionibus vocabulorum conſtat, meo iudicio Rhethoricam appellare non incommodè poſſumus. veluti: noxiæ pœna par eſto: id eſt æquè grauis: quaſi eadem in vtraque momenta ſint. Item ſi virtutes pares ſunt inter ſe, paria eſſe etiam vitia neceſſe eſt. Item: Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri. Numerata: veluti cùm homines ætate pares dicuntur. Vnde illud vetus: Pares cũ paribus facilè congregantur. Dimenſa: veluti, mutuus animus in amicitia eſt, cùm par voluntas accipitur & redditur: id eſt æquè magna. Atque hoc modo parua magnis adhibita proportionibus, ſæpè rectiſſimè conferuntur.

De Similibus. CAP. XVII.

QVÆ ſunt Similia? Similia dicuntur quæ in eodem genere aut ſpecie, eiuſdem ferè qualitatis ſunt. Proprium enim qualitatis eſt, vt ex ea ſimile aliquid, aut diſſimile dicatur. Similitudo autem iiſdem quibus paritas iudicatur modis: collatione, & conuenientia. Collatio ſenſu iudicatur. Conuenientia verò, ratione: hoc eſt, tertij alicuius proportione. veluti, Sicut aſpectus in oculo, ſic mens in animo. nam vtrumque in hoc tertio conuenit, quòd prouidet. Sicut in mari tranquillitas, ita ſerenitas in aere. nam vtrumque eſt quies vacuitáſque vẽtorum. Varro autem ſimile ſic definit: Simile eſt, quod res pleraſque videtur habere eaſdem, quas illud cuius eſt ſimile. Itaque qui plura habent eadem, dicuntur ſimiliores: vt vir viro ſimilior eſt, quàm vir mulieri, quod plures habent eaſdem partes: & ſic, Senex ſeni ſimilior, quàm puero. qui verò proximè accedunt ad id, vt omnia habeant eadem, vocantur gemini, ſimillimi. Hæc Varro.

Quamobrem in definitione addidiſti Ferè? Quia mira huius adfectionis ratio eſt. nam ceteræ omnes vſquequaque ſunt id quod ſunt. Similia verò, ex parte tantum: eadémque diſſimilium ratio eſt. nam qua ex parte ſimile imperfectum eſt, diſſimile eſt: viciſſimq́; qua ex parte diſſimile imperfectum eſt, ſimile eſt. vnde natum in ſcholis prouerbium, Similia & diſſimilia perpetuò claudicant. Quinetiam animaduerto eandem vtrique definitionem conuenire. cùm tamen poſterius demonſtraturi ſimus, quæ eadem definitione continentur, eadem à Dialecticis nominari. Vitioſa igitur ſimilitudo eſt, cùm qua ex parte aliquid ſimile eſſe dicitur, ea ipſa in parte diſſimile eſt: tametſi vtique aliqua ex parte diſſimile ſit. Ac notandum illud eſt Ciceronis libro ad Heren. 4. Non res tota toti rei

A neceſſe eſt ſimilis ſit, ſed ad ipſum ad quod conferetur ſimilitudinem habeat oportet.

Quotuplex eſt Similitudo? Quemadmodum qualitas alia inſita eſt, alia externa: ſic ſimilitudo alia externa eſt, quæ oculis & aſpectu iudicatur: alia verò inſita, quæ ex vi & poteſtate ei innata æſtimatur. Ex vtriuſque autem concurſu tertia ſpecies conflatur, quæ mixta nominabitur.

Cedo exemplum Similitudinis externæ, & in rebus quæ in eodem genere ſunt? Simia quàm ſimilis tur- B piſſima beſtia nobis? inquit Ennius. Homo igitur, & ſimia cùm genere, tum etiam exteriore aliqua ſpecie quadantenus inter ſe conueniunt. Interiore verò quæ cuiuſque rei naturalis nota eſt, hoc eſt mente, longiſſimè diſſident. Sic numus probus & adulterinus, ſpecie exteriores ſimiles ſunt: interiore verò, longè diſſimiles. Sic Æſopus Therſiti corpore fuit ſimillimus animo diſſimillimus.

Cedo alterum de ſpecie. Vidéſne (inquit Cicero) vt in prouerbio ſit ouorum inter ſe ſimilitudo? tamen C hoc accepimus, Deli fuiſſe complures ſaluis rebus illis, qui gallinas alere permultas quæſtus cauſſa ſolerẽt. hi cùm ouum inſpexerant, quæ id gallina peperiſſet, dicere ſolebant. ſic mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum ſic duo Seruilij gemini P. & Q. qui (vt idem ait) non cognoſcebantur foris, at domi: non ab alienis, at à ſuis. ſic illi apud Plautum gemini Menæchmi, qui ne ab vxore quidem internoſcebãtur.

Cedo item aliud. Hercules & eius ſtatua, non modò ſubſtantia conueniunt, corpora enim ſunt: ſed etiã D eodem nomine continentur. qua de cauſſa ὁμώνυμα (vt poſterius cognoſces) appellantur. Forma verò interiore, remotiſſimè diſcrepant.

Nunc de inſita dicamus. Quod habes exemplum inſitæ? Veluti: ſi gemina poma aut pira eiuſdem ſint ſucci, tametſi non eiuſdem ſint aut formæ, aut coloris. Sæpè gemina facie mala (inquit Varro) negant eſſe ſimilia ſi ſapore ſunt alio. ſic equos eadem facie, negamus eſſe ſimiles, ſi natione, aut ætate diſſimiles E ſint. Item alio loco: Neque enim forma collata (inquit) quærendum ſolum, quid habeat in figura ſimile: ſed etiam nonnunquam in eo, quem habeat effectũ: Sic enim lana Gallicana & Appula videtur imperito ſimilis propter ſpeciem, cùm peritus Appulam emat pluris, quod in vſu firmior ſit.

Cedo exemplum mixtæ? Duo lapides magnetes (inquit Varro) vtrum inter ſe ſimiles ſint néc ne perſpicere poteris, ſi minutum propè appoſueris ferrum, quòd ſimiles lapides ſimiliter attrahant. Eodem mo- F do duo poma, aut pira ſimilia dicuntur, cùm eiuſdem & coloris & ſucci ſint: eodémque modo duo numi auri æquè probi, ſintne, vſquequaque inter ſe ſimiles adhibita lydia coticula perſpici poterit.

Quæ eſt altera Similium diuiſio? Vt alia propriè, alia impropriè ſimilia ſint. Propriè autem ſic dicuntur, quæ (vt antè dixi) ſub eodem genere aut ſpecie, qualitatis eiuſdem ſunt.

Quæ ſunt impropriè ſimilia? Quæ cum diuerſi generis & qualitatis ſint, tamen Rhetorica translatione G concinnè inter ſe conferuntur: quale illud eſt Ciceronis: Memoria eſt germana literaturæ quodammodò, & in diſſimili genere perſimilis. Nam vt illa conſtat ex notis literarum, & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ: ſic confectio memoriæ tanquam cera locis vtitur, & in his imagines, vt literas collocat. Item illud: Vt ager quamuis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt: ſic ſine doctrina animus. Vt agri non omnes

nes frugiferi ſunt qui coluntur, ſic animi non omnes culti fructum ferunt. Vt aurum igne, ſic beneuolentia fidelis, periculo aliquo perſpicitur. Eleganter (inquit Marcianus) Papyrius dicebat peculium ſimile eſſe homini: quoniam ſicut homo, ita peculium naſcitur, creſcit, decreſcit, moritur. l. peculium. 11. D. de pecul. Nam hæc omnia feſtinè & figuratè potius quàm verè Similia dicuntur. Itaque hanc Similitudinem Rhetoricam appellare poſſumus.

De Eodem. Cap. XVIII.

QVID? Idem & Simile qua in re inter ſe vel conueniunt vel differũt? Ariſtoteles Idem tripartitò diſtribuit. Nã Eadẽ aliqua dici ſtatuit, aut numero, aut ſpecie, aut genere. Numero, quæ etiã ſi fortè nominibus differant tamen re & indiuiduo idẽ ſunt. veluti Pallas, & Minerua. nam ſi materia & indiuiduo diuerſa ſunt, quamuis eadem nomine ſint, tamen diuerſa numerantur. vt ſiquis pro ſcypho, ſcyphum redderet, non idem, ſed aliud pro alio redderet. Specie, quę cum numero diuerſa ſunt, tamen vna ſpecie continentur: vt in grege, oues: in familia, ſerui: in armento, boues. Genere, quæ cùm ſpeciei diuerſæ ſint, tamen vno genere continentur: vt ſeruus, bos, equus, aquila. Quanquam, vt ſuperius diximus Iuriſconſultos Speciem plerunque pro indiuiduo & certo corpore, Genus, pro ſpecie ima & poſtrema vſurpare: ita plerumque Genere diuerſa eſſe dicunt, quæ Dialectici Specie diuerſa facerent. veluti Dauus & Pamphilus apud Dialecticos ſpecie idem ſunt: numero tantum differunt. nam Hominum ſiue Seruorum communi ſpecie continentur. At Iuriſconſulti eoſdem genere illos faciunt: ſpecie, diuerſos. Sic ea res quæ pondere, numero, menſura conſtant, dicunt in ſuo genere potius ſolutionem recipere, quàm ſpecie: pro, quàm ipſo corpore mutuo dato, ſiue indiuiduo. l. 2. D. ſi cert. petat. Sed quod vnum numero eſt, (inquit Ariſtoteles) id demum verè ac propriè Idem appellatur. Superiora enim duo ſimilia potius, quàm eadem dicenda ſunt. Quanquam ſi ad Platonis rationem hęc reuocetur quæſtio, ne annulus quidem qui heri fuit, idem hodie dicetur: quoniam eo temporis ſpatio vetuſtior eſt. quinetiam nullum eſſe aiunt pilum (inquit Cicero) omnibus rebus talem qualis eſt pilus alius.

Quid? Plato quidnã igitur propriè Idem appellat? quod ſemper eſt ſimplex, & vniuſmodi, & vno ac perpetuo ſtatu continetur. Hanc (inquit Cicero) Ideã Plato appellat: nos rectè Speciem dicere poſſumus. Senſus autẽ omnes hebetes & tardos eſſe arbitratur, nec percipere vllo modo res eas quæ ſubiectæ ſenſibus viderentur. quæ eſſent aut ita paruæ, vt ſub ſenſum cadere non poſſent: aut ita mobiles & concitatæ, vt nihil vnquam vnum eſſet conſtans, ne idem quidem: quia continenter laberentur & fluerent omnia. Item alio loco: Nihil Plato putabat eſſe verè, quod oriatur & intereat idque ſolum eſſe, quod ſemper tale ſit, qualem Ideam appellat ille, nos Speciem.

Sed omiſſa idearũ ſubtilitate, quidnam ad vſum vitę cõmunis. Idẽ ꝓpriè appellabimus? Dupliciter reſpondeo. primùm (vt modò dixiſti) ex cõmuni vitę conſuetudine: deinde ex arte Dialectica. Ergo ex vſu vitæ cõmunis Idẽ propriè vereq; dicitur, cuius & ſubſtantia & accidentia eadẽ manent: vel in rebus corporalibus, quorũ eadem & materia & forma eſt, quæ prius fuit. nã alterius mutatio rẽ aliã ac diuerſam efficit. De materia exemplũ eſt in eo qui pro frumento, quod mutuũ ſumpſit, vinum reddit. Nã hic non idem, ſed aliud pro

A alio reddere intelligitur. l. 2. D. ſi cert. pet. De forma exemplum eſt in eo, qui pro ſcypho commodato maſſam ex eo fuſo redderet. nam mutata forma, res mutatur. l. Iulianus, 9. §. 2. D. ad exhibend. Quinetiam qui rem deteriorem, & deprauatã offert, quam integram acceperat, non eandem rem reddere dicitur, l. 3. §. 3. D. commod.

Quid igitur ſi quis pro ſcypho, ſcyphum æquè bonum, & materia, & forma reddat, idémne reddere in- B telligitur? Nequaquã. non magis quàm ſi pro frumẽto, vino, vel oleo, tantundẽ ęquè boni vini, olei, frumẽti redderet: aut ſi pro numis aureis, alios eiuſdẽ bonitatis vel aureos, vel argenteos. Itaq; cùm Regula iuris eſſet, ne aliud pro alio inuito creditori redderetur, contrà iſtius artis ſubtilitatem communis vtilitatis cauſſa inſtitutum eſt, vt in iis quæ pondere, numero, menſura cõſtant, non tam corpus, quàm genus ipſum ſpectaretur. l. ſi is cui, 94. D. de ſolut. l. Titia. 87, D. de legat. 2. ac proinde vt quæ genere eadem eſſent, etiam C ſi in ſpecie atque indiuiduo differrent, tamen pro iiſdẽ haberentur. l. cùm Stichus, 29, D. de ſolut. vbi Vlpian. ſcribit, res iſtas vna & cõmuni ſpecie contineri cùm tamen ſtricta ratione Paulus ſcribat, ſpecie non eaſdẽ eſſe: & magis genere quàm ſpecie functionem recipere. l. 2. de reb. cred.

Et ex arte Dialectica, quid propriè Idem appellabimus? Quod vna eadémque definitione continetur. Nam quæ definitione differũt, ſpecie certè differunt Itaq; Cicero lib. de legib. 1. diſputat, homines omnes D vnam atque eandem rem eſſe: quòd ſi qua in hominibus differentia ſit, eam in numero eſſe, non in ſpecie. Nihil (inquit) eſt vnum vni tam ſimile, tam par, quàm omnes inter noſmetipſos ſumus. Quòd ſi deprauatio conſuetudinum, ſi opinionum varietas, non imbecillitatem animorum torqueret & flecteret, quocunque cœpiſſet: ſui nemo ipſe tam ſimilis eſſet, quam omnes ſunt omnium. Itaque quæcunque eſt hominis definitio, vna in omnes valet. quod argumenti ſatis eſt, nullam diſſimilitudinem eſſe in genere: quæ ſi eſſet, non E vna omnes definitio contineret.

De Rebus diuerſis. Cap. XIX.

VIDEO iſta: redeóque in memoriam eius diuiſionis quàm ſuperiùs attigiſti, cùm alias diceres eſſe res eaſdem, alias diuerſas, ſiue differentes: pollicitúſq; es, ſubtilius te deinceps, de ea dicturum. Quænam igitur diuerſę res ſunt? Quemadmodum eædem res dicuntur, vel genere, vel F ſpecie, vel numero: ſimiliter diuerſæ modis iiſdem dicuntur: & rurſus quemadmodum idem dicitur, cuius & materia & forma manet, ſic aliud dicitur cùm vel vtrunque vel alterutrum mutatum eſt.

Quæ ſunt genere differentes? Res de quib. cùm quæritur quid ſint, tot generum nominibus, quot ipſæ numeratæ ſunt, reſpondetur. veluti quid ſunt, homo, ferrum, aqua, platanus? Reſpondetur animal, metallum, elementum, arbor. quod contrà in eiuſdem generis rebus fieri diximus. Atque hęc quidem definitio cùm G definitione generis Ariſtotelica reciprocatur.

Quæ ſunt ſpecie differentes? Res quæ ſub vno genere eóque infimo, proprietate tamen inter ſe diſcrepant. nam proprietas quęque ſpeciem efficit. Cùm autem prima hominum ætate ſingulæ proprietates ſingulis hominibus deſignatæ eſſent: nũc tamẽ in tãta humanæ mentis caligine vt multarũ proprietarũ, ſic nominũ longè plurimorũ ignoratio conſecuta eſt. Exẽ-

pli cauſſa, Platanus, laurus, pinus, cupreſſus, quercus: non genere, ſed proprietate, ac nomine inter ſe diſiūcta ſunt. Itē vt Leo, ceruus, equus, aſinus, elephas, camelus. Propterea autem genus infimum diximus, vt verā & intimam ſpeciem intelligeremus, quæ genus eſſe non poteſt. nam auis, piſcis, quadrupedes inferiorum reſpectu genus ſunt: animalis reſpectu, ſpecies. quod iam ſuperius dictum ac demonſtratum eſt.

Quæ ſunt numero differentes? Res ſingulares, quæ ſub eodem & genere & ſpecie tamen inter numerandum diſcernuntur. velut in grege: prima, ſecunda, tertia ouis: in armento, primus, ſecundus, tertius bos. Sed in hominum genere comparatum eſt, vt in quoque numero ac multitudine ſinguli nota quadam propria & peculiari deſignarentur: veluti nomine: vt C. Iulius. aut ſi commune cum aliis nomen eſſet, cognomine: vt C. Iulius Cæſar. aut ſi hoc quoque commune eſſet, tribus. C. Iulius Cæſar Quirina. item, Q. Seruius Sulpitius Rufus, Lemonia quod ex populi R. inſtituto ſumptum exemplum eſt, vnde fingere ſibi quiſque ſimile aliquod poterit.

Et de materiæ aut formæ mutatione, quodnam exemplum adfers? De vtroque exemplū eſto in eo qui pro frumento vinū reddit. l. 2. D. de reb. cred. de qualitate, velut in eo qui pro vino vetere nouum reddit. l. 3. eod. itē in eo qui e ciue peregrinus: è libero, ſeruus: aut contrà è ſeruo liber factus eſt. nā hi alij omnes appellantur, l. quoties, 4, D. de nouat. l. ſeruus, 27. D. de acquir. leg. itē ſi res depoſita deterior reddatur. l. 1, §. ſi res, D. depoſ. aut res debita deminuta iure aliquo ſoluatur. l. etiā, 27, D. de ſolut. aut ex domo factus ſit hortus, aut ex loco domus, aut vinea. l. ſi fundus, 16. §. 2. D. de pign.

Sed quidnā intereſt inter Diuerſa & Contraria? Quātum inter Genus & Speciem: nam quæ contraria ſunt, quia ſpecie differunt, certè diuerſa ſunt. Triplex autē ceteroqui differentia eſt. primùm enim verè & propriè cōtraria diſſentanea ſunt: diuerſa autem omnia dicuntur, etiam quæ conſentanea ſunt, & quæ quoquomodo inter ſe adfecta, ac nō eadē ſunt. Deinde contraria omnia ſub eodē genere continētur. Diuerſa verò varij generis eſſe poſſunt. Tertiò cōtraria ſunt propriè quæ ſub eodem genere longiſſimè & remotiſſimè diſiuncta ſunt. Diuerſa, verò ſi ſub eodem genere ſunt, intermedia & interiecta ſunt. veluti, Candidum & atrum contraria ſunt: at Candidum & purpureum: rubrum aut cerulcum, diuerſa ſunt. Atque hæc quidem de contrariis generatim. De ſingulis autem ſic habendum eſt. Relata non contraria ſunt natura (vt ſuperius diximus) ſed ſitu & poſitione duntaxat. Itaque diuerſa ſunt propriè. Negantia verò & priuantia, diuerſa dici non poſſunt. quia diuerſa eodem tempore ſunt. Illa ſimul eſſe non poſſunt. alterum enim ab altero pellitur. Quare ſola aduerſa diuerſorum genere continentur: quorum vtrunque vno eodémque tempore in rerum natura eſt. Verùm hæc ſine contrariorum cognitione, qui locus iam proximè ſequitur, intelligi nō poſſunt. deinceps enim de adfectionibus diſſentaneis. diſſerendum eſt, in quibus Contraria primum locum obtinent.

De Contrarijs. Cap. xx.

QVæ ſunt Contraria? Quæ ſub eodem genere ita inter ſe adfecta ſunt, vt in vnum idémque ſubiectum eadem ratione, eodémque tempore concurrere non poſſint. veluti, Virtus, vitium: ator & candor: totum & nihil. Ac veteres quidem Dialectici, atque in his Ariſtoteles, contraria intra duorum numerūm paucitatemque reuocarunt: vt vnum vni duntaxat opponeretur. Quorum ſententiam quidam mirificè amplexati ſunt. Cōtrariáque ita definierunt: Oppoſita ſunt quæ repugnāt vnum vni, ſic vt neque alterum de altero, neque ambo de tertio dici poſſint. Quòd ſi ita eſt, certè contraria omnia paria ſunt, neque alterum altero magis contrarium dici poteſt. Quod tamen Ariſtot. ipſe lib. Ethicorū II. cap. VIII. falſum eſſe oſtendit, vbi hāc regulam tradit: Quo quæque ſub eodem genere lōgius inter ſe remota ſunt, eò magis inter ſe contraria ſunt. veluti, Auaritiæ liberalitas, contraria eſt. magis autē Prodigalitas. Ignauię contraria eſt fortitudo. magis autem Audacia. Tantum autem ea quæ longiſſimè remota ſunt, inter ſe diſtant, quantum defectio diſtat ab exuperantia. Sic donare & non donare contraria ſunt. Sed donare, & eripere longè magis contraria ſunt. Sic amare, non amare, odiſſe. in eodémque genere illa ſunt, Naſci, viuere, mori. Ortus, eſſentia, interitus.

Quæ eſt Contrariorum diuiſio? Re & natura tripertita eſt. Eorum enim alia ſunt aduerſa alia priuantia, alia negantia. At ſi figurā, ſitum, & oppoſitionem ſpectemus, in hunc numerū ea quoq; adſcribentur, quæ cū alio conſeruntur. vt Duplū, Simplum: Pater & Filius: quæ vulgò Relata nominantur. Itaque Ariſtoteles non dixit τῶν ἐναντίων alia eſſe, ἀντικείμενα, alia τὰ πρός τι, alia στερητικά, alia ἀποφατικά: quod nonnulli falſò reddiderunt: ſed hoc modo: λέγεται δὲ ἕτερον ἑτέρῳ ἀντικεῖσθαι τετραχῶς. ἢ ὡς τὰ πρός τι, ἢ ὡς τὰ ἐναντία, ἢ ὡς στέρησις, καὶ ἕξις, ἢ ὡς κατάφασις, καὶ ἀπόφασις.

Quomodo igitur Relata in contrariis numerātur? Quia ſunt inter ſe ſitu quidē & figura oppoſita: vt Pater Filius, Dominus, Seruus: Donare, Recipere, ſed notione & vi ipſa tanta inter ea neceſſitudo atq; amicitia eſt, vt alterū ab altero ſuſtineatur: alterū alterius reſpectu ſit id quod eſt: neutrū altero prius ſit, ſed vtrunque natura ſimul. Ac propterea verè in conſentaneorum numerum referri poſſunt. Et ſi autem in idem ſubiectum ſimul eodémque tempore cadere poſſunt, non tamen eadem ratione conueniunt. nam Æneas (verbi gratia) pater & filius verè dicitur, eodémque tempore: ſed non eodem reſpectu & ratione. nam Aſcanij reſpectu, pater eſt: Anchiſæ verò, filius.

Quæ ſunt Aduerſa? Quæ in eodem genere plurimū inter ſe differunt. vel hoc modo, Quæ ita inter ſe infeſta ſunt, vt pariter alterum ab altero abhorreat: veluti, donare, eripere: defectio, exuperantia: graue, leue: atrū, candidū: rectum, inflexum: virtus, vitiū. Par enim vtriuſq; in vtrunque vis atque poteſtas eſt: pariter alterum ab altero abhorret: pariter inter ſe naturali odio diſpellunt. quinetiam quo propius admouentur, eò magis pugnantiam declarant: vt Ariſtoteles ſcribit in Rhetoricis, παράλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα φαίνεται. Aduerſa proximè oppoſita maximè apparent. Quo propius quæ aduerſa ſunt, opponuntur, eo magis apparent. veluti cùm Æſopus (vt in eius vita ſcribitur) inter duos formoſos pueros venalis ab hero expoſitus eſt.

Quæ ſunt Relata? Græci τὰ πρός τι hæc appellant: quorū ea vis atque adfectio eſt, vt mutuò reſpondeāt, ſeſéque inuicem tueantur. vt dominus, ſeruus: paterfa. filiusfa. donare, recipere: locare, conducere. Quamuis enim ſitu & poſitione (vt modò dixi) aduerſa ſint, notione tamen par vtriuſque in vtrunque naturalis amicitia ac neceſſitudo eſt. Itaq; ſemper inter ſe reciprocantur: neque alterum altero natura prius eſt: ſed vtrūque ſimul ſunt naturæ ordine. Quapropter non priùs donatio

donatio intelligitur quàm acceptio ſit:neque prius locatio,quàm conductio.

Quid?Nónne plures ſerui vni domino,plures liberi vni parenti,pater item & mater,qui duo numero ſunt, filio & filiæ qui totidẽ numero ſunt, opponi poſſunt? Quid igitur eſt,quòd ſuperiùs dixiſti, contraria bina eſſe tantummodo,& vnum vni duntaxat opponi ? Facilis ſolutio eſt.vnum enim ſpecie,non numero intelligitur:hoc eſt, vna notio alteri de eodem genere diſtractæ,vel potius contractæ opponitur. Itaque quantumvis multi ſint liberi:vt in fabulis Priami,vel Danai quinquaginta:tamen vna omnes liberorum notione continentur.Pater autem & mater, cùm filio & filiæ opponuntur(veluti cùm Varro ſic ſcribit: Vt eſt filius ad patrem,ſic filia ad matrem)non bina, ſed quaterna contraria ſunt:ac proinde non vna oppoſitio,ſed duæ, non duo reſpectus & adfectiones:ſed quatuor.Qua de cauſſa non rationem,ſed proportionem illam Varro nominatim appellat.

Quæ ſunt Priuantia?Quæ ita inter ſe adfecta ſunt, vt vnum tantùm alterius pellendi vim habeat. veluti, viſus & cæcitas:dies & nox: lux,tenebræ: vita, mors: honor & infamia:habere & carere : veſtitus, nuditas: valetudo & morbus.Quorum poſterius duntaxat tollendi atque exſtinguendi prioris facultatem habet, illud cedendi tantummodo. Itaque niſi ſit,quod cedendi vim habeat,non eſt quod habeat priuandi. Priuatio enim eſt,eius rei defectio in ſubiecto,quæ natura ineſſe in illo debuit.qua de cauſſa neq; infantes muti,calui,aut edentuli dicuntur,antequam per ætatem aut loqui,aut crines,& dẽtes habere poſſint:neque cæci catuli,ante diem nonũ:neque talpa cæca: neque cornua perdidiſſe(vt in prouerbio eſt)qui nõ habuit. priuatio verò non modò in habitus ademtione & detractione, verùm etiam in eiuſdẽ inductione & reſtitutione intelligitur. veluti,nudus,tectus:amiſſio,recuperatio : exilium,reſtitutio:morbus,valetudo,rudis,edoctus.

Quæ ſunt Aiẽtia & negãtia? Quæ ita inter ſe adfecta atque infeſta ſunt,vt tamen alterum alterius viciſſitudinem ferre poſſit.denique quorum alterum ſubiecto habitum non detrahit,ſed denegat.Eorum autem alia ſimplicia dicuntur,quæ nomine conſtant : vt Doctus, non doctus,indoctus:gratus,non gratus, ingratus : teſtatus,non teſtatus,inteſtatus. alia Copulata, quæ ex verbo conſtant:vt legere,non legere.ambulare, non ambulare. quæ propterea vulgò Contradicentia nominantur.vt,Illo tempore factum eſt:non illo tempore factum eſt.Illo loco,non illo loco.

Quid intereſt inter Priuationem & Negationem? Priuatio habitum fatetur,arguit,indicat,cúmque ſubiecto detrahit. negatio verò habitum infitiatur, non adimit.quod qui non animaduertunt,imperitè duo illa genera confundunt.Seneca lib.13.Epiſt.2. Paupertas non per poſitionem ſed per detractionem dicitur.vel vt antiqui dixerunt,per orbationem.

Cedo exemplum.Indoctus,imò doctus , in eo homine priuantia ſunt,qui antea rudis,nunc eruditus eſt. nam doctrina ignorantiæ priuatio eſt.At doctus,imò indoctus,in eo negantia ſunt , qui nihil vnquã didicit. ſic impolitum argentum,imò politũ,ad priuantia, refertur.Politum,imò impolitum ad negantia. Sic nitidus,maculoſus,priuantia ſunt.Nitidus non nitidus,negãtia.Sic formoſus,deformatus,priuantia ſunt. At formoſus,deformis,negantia ſunt:veſtitus , imò nudus, negantia ſunt:veſtitus,nudatus,priuantia. Eadem inſequentium ratio eſt:Armatus,inermis , dearmatus. creſcere,non creſcere,decreſcere.floreſcere,non flo-

A reſcere,defloreſcere.ſæuire,non ſæuire,deſæuire.frondeſcere,non frondeſcere,defrondeſcere.

Cedo alia exempla.Habere & non habere, negantia ſunt;At habere & carere priuantia.Triſte enim eſt, (ait Cicero)nomen ipſum carendi , quia ſubiicitur hæc vis:habuit,non habet.deſiderat,requirit, indiget. Sic Pater & Orbus negantia ſunt,ſi liberos nunquam habuit.Priuantia,ſi iis orbatus eſt.

Cedo ex iure ciuili.Do,lego:Non do,non lego : in B eo priuantia ſunt,qui quod legarat , contrariis verbis ademit.§.1.de ademt.legat.

Ecquanam igitur nota quatuor hæc inter ſe oppoſitorum genera internoſcuntur? In aduerſis & relatis, par contrarij vtriuſque in vtrunque vis ac natura eſt. verùm aduerſa inter ſe infeſta ſunt : priuantia verò amica & neceſſaria. Rurſus in priuantibus & negantibus vna tantùm ex parte pugna eſt, ſed in priuantibus ſubiectum depellitur:in his negatur. præterea quæ aduerſa ſunt,eodem tempore in rerum natura ſunt, mu- C tuóque idipſum de ſeſe profitentur.at neque priuantia,neque negantia eodem tempore ſunt.

Cedo exemplum. Annon plerique omnes Dialectici referunt in numerum aduerſorum,valetudinẽ & morbum:diem & noctẽ?Atqui inter Philoſophos cõſtat,morbum nihil aliud eſſe , quàm priuationem valetudinis,& noctem diei.nam corpus terræ ſoli oppoſitum vmbrã efficit.Cicero ipſe in Topicis Sapientiã & ſtultitiam, bonitatem & malitiam inter aduerſorũ exempla poſuit.At Boetius homo acutiſſimus , & in D hoc diſciplinæ genere omnium iudicio ſingularis,rectè admonuit , ſtultitiam eſſe priuationem ſapientiæ: malitiam bonitatis.ſic multi inter aduerſorum exempla referunt calorem & frigus:humorem & ſiccitatem cùm tamen à Phyſicis,diſputetur frigus priuationem eſſe caloris,& ſiccitatem humoris.

De Medio in contrariis.

Cap. xxi.

QVæ eſt altera Cõtrariorum ſumma diuiſio? Vulgaris diuiſio eſt huiuſmodi. vt quædam E tertium,ſiue medium,recipiant,quędam nõ recipiant.nã id Aduerſis,Relatis & Priuantibus, ſunt quæ recipiant,ſunt & quæ non recipiant. In aientibus autem & negantibus,nulla medium recipiunt.

Cedo exemplũ de aduerſis. In Aduerſis hæc medium recipiunt:Candidum & atrum recipiũt fuſcum, purpureum,viride,& alia nonnulla.Pulcher & deformis ſtatam formã.Diuitię & Paupertas mediocritatẽ. At illa non recipiunt.Rectum & inflexum : Grauitas & leuitas:Status,motus:Vigilare & dormire. Omnis F enuntiatio(inquiunt Dialectici) vel vera eſt, vel falſa. Omnis linea vel recta eſt,vel inflexa.Mulier aut amat, aut odit.nihil eſt tertiũ. In eodem genere ſunt, Sacrũ, profanum. Publicũ,priuatũ. Ciuis,Peregrinus. Maritus,cœlebs.Pater,orbus. Inter bellum & pacem medium nihil eſt:ait Cicero.nam induciarum , ita breue tempus eſt,vt earum ratio non ducatur.Imperium cupientibus,nihil medium inter ſumma, aut præcipitia inquit Tacitus lib. xviii.

Cedo exemplum de Relatis. Inter pauca & multa, G longum & breue,eſt mediocritas.inter velocitatem & tarditatem.lenta feſtinatio.Inter ſeruum & dominum eſt addictus.At inter patrem & filium.ſocerum,& generum,nihil interiectum eſt.

Cedo exemplum de Priuantibus.Inter diem & noctem,diluculum & crepuſculũ interiectum eſt , vt inter calidum & frigidũ,eſt tepidum.Inter viſum & cæcitatem,lippitudo.Inter ſanitatem & morbum Medi-

corum ſententia aliquis ſtatus eſt interiectus. Inter vitam & mortem, Platonis ſententia eſt, ἡ ἐξαίφνης φύσις vt in Parmenide loquitur: id eſt, momentū diſſolutionis: quod tamen Iuriſconſulti, vitæ attribuunt. At inter par & impar, humidū & ſiccū nihil interiectū eſt.

Quid? Aientia & Negantia cur tertium non recipiunt? Quoniam cùm ceterorum contrariorum ea natura ſit, vt alterum alterius habitum & eſſentiam fateatur: hæc ſola contrarij ſui habitum non fatentur. Itaq; ex omnibus contrariis, hæc ſummè contraria nominãtur. non quo aduerſa non magis inter ſe infeſta ſint, magiſque inuicem abhorreant. nam hæc quoque Negantia ſæpe aduerſorum intermedia ſunt. ſed quia nihil inter Aientia & Negantia poteſt medium intercedere. veluti, donare & eripere aduerſa ſunt, magiſque inter ſe abhorrent, quàm donare & non donare. cùm hoc poſterius inter illa interiectum ſit. Amicus & hoſtis aduerſa ſunt. inter quæ non amicus aut Non hoſtis poſſet intercedere.

Quæ eſt altera Contrariorū diuiſio? Eorū animaduerto eſſe quędā eiuſmodi, vt aut vtrunque eſſe poſſit, aut alterutrum eſſe neceſſe ſit, aut neutrum eſſe poſſit, aut denique vtrunque ſimul & neutrum eſſe poſſit.

Cedo exemplum eorum quorū vtrunque ſimul nō autem neutrum verum eſſe poteſt. Nullum animal eſt (inquit Proculus Iuriſconſultus) quod nec faciat, nec patiatur. At poteſt ſimul & facere & pati. Sic Pater & filius idem diuerſo reſpectu eſſe poteſt: Gener & Socer: duplum & dimidium Eiúſque doctrinæ vſus poſterius in coniunctiuis ſyllogiſmis apparebit. Vitioſa enim hæc concluſio eſt: Non & patitur animal & agit Salamandra non & flammam alit, & reſtinguit.

Cedo exemplum eorum, quorum eſſe alterutrum neceſſe eſt. Status, Motus: Actio, perpeſſio: Leuis, grauis: Par, impar: Cœlebs, maritus. Hinc illa ſunt: Aut amat, aut odit mulier. nihil eſt tertiū. Militi inſitū eſt, aut vincere, aut emori. nihil eſt tertiū. huius autē doctrinæ vſus cùm alias ad res magnus eſt, tùm verò ad illud, quòd ſyllogiſmi diſiunctiui, de quibus poſterius diſſeremus, ex huius generis contrariis conficiuntur. veluti, Aut vigilat, aut dormit. Vigilat autem, non dormit igitur.

Cedo exemplū eorum quorum neutrum eſſe poteſt? Vt nemo & ſedere & ambulare ſimul poteſt (inquit idem Iuriſconſultus) ita poteſt aliquis neutrum: velut is qui accumbit. Item Planities neque mons, neque vallis eſt. Tepidum neque calidum, neque frigidū eſt. Mediocris neque diues, neque pauper eſt. Vxor ſtata forma, neque pulchra, neque deformis eſt. Sic habitus eſt mediocris inter Sanitatem & Morbum. Mediocritas inter multum & parum.

Cedo exemplum eorum quorum & vtrunque & neutrum ſimul eſſe poteſt. Lippitudo inter viſum & cæcitatem ita interiecta eſt, vt & vtrunque & neutrum ſit. Diluculum & creſpuſculū ita inter diem & noctē, vt & vtrunque & neutrum ſint. Induciæ inter bellum & pacem. Amb. dexter inter dextra & ſiniſtra rectè vtentem. Animantes ancipites inter terrenas & aquatiles. Hermaphroditus inter marem & fœminam.

De Repugnantibus.

CAP. XII.

QVONIAM de Contrariis dixiſti, deinceps de Repugnantib. videamus. Quæ ſunt Repugnantia? Quæ non ex aduerſo, ſed quaſi ex tranſuerſo inter ſe opponuntur. Itaque diſparata non incōmodè à nonnullis appellantur, quaſi

A comparata ſint, quæ directò inter ſe opponuntur. Repugnantium enim alterū vnum eſt è duobus contrariis: alterum verò non aliud contrarium, ſed alterius contrarij conſequens. quaſi ſi duo gladiatores antagoniſtæ inter ſe commiſſi eſſent: quorum vterque auxiliariū ſiue συμμαχὸν haberet: & alter è gladiatoribus alterius auxiliatorem ferıret. Denique Repugnans dicitur, quod contrarij eſt conſequens. veluti Valetudo & morbus. Bonitas coloris & pallor.

B Ecquænam Repugnantium inueniendorum ratio eſt? Cùm inter Antecedens & Conſequens negatio interiicitur, continuò ex conſecutione Repugnantia efficitur. Ponantur primùm duo contraria: Amicus, Hoſtis. tum ſubiiciantur eorundem conſequentia: Iuuandus, Lædendus: quæ inter ſe quoq; contraria ſunt. Contrariorū enim (vt ait Cic.) contraria ſunt conſequentia. deinde amicus cum verbo lædendus committatur: aut inimicus cum verbo iuuandus: Repugnantia exiſtet, hoc modo: Non & amicus eſt, & malè ineretur: Non & inimicus eſt: & benè meretur.

C

Amicus		Hoſtis
	✕	
Iuuandus		Lædendus

De Diſparibus.

CAP. XXIII.

QVÆ ſunt diſparia? Quæ cùm eiuſdem naturæ ſint, tamen propter elationē aut ſub-
D miſſionem, id eſt, propter magis aut minus inæqualia ſunt. Maius enim & minus in iis demū quæ generis eiuſdem ſunt, propriè vereq; quæruntur. veluti Homo homine, & Bos boue, maior minórve dicitur: non Homo maior boue, vel camelo. μεῖζον (inquit Cedrenus) καὶ ἔλαττον ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων ζητεῖται καὶ κρίνεται. ἑτερούσια δὲ ἀλλήλοις συγκρίνεσθαι οὐ δύναται. quod tamen propriè ſtrictéq; intelligendū eſt. cùm impropriè atque abuſiuè Cōparatio etiā inter
E alterius generis res vſurpetur. vt cùm quæritur an omnis ſtella maior ſit terra: an vrſus maior ſit boue, & lupus cane. Vt autem Pariū duæ ſunt ſpecies: ita diſparium quædā propriè ſic dicuntur, quæ ſenſibus percipiuntur. veluti impares in libra lances: quædam impropriè, quæ ad animum & rationem tranſlata ſunt: veluti Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur.

Quid appellas Elationem & Submiſſionem? Cum ex comparatis alterum maius, alterum minus eſt. propriè quidem quantitate, vt modò dictum eſt. impro-
F priè verò, qualitate, vt ex pondere hoc modo: Grauior pœna eſt, quam noxia. Præſtabilior eſt gloria, quàm pecunia. Ex numero: veluti, Varro doctior eſt Cicerone, quia plura didicit. Ex menſura: veluti, Maior eſt victoria C. Cæſaris, quàm C. Marij Ex hoc genere illæ ſunt Rhetorū contentiones: velut apud Ciceronē Verrina III. Non enim furem, ſed ereptorem: non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religionúmque: non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium ſociorúmque in ve
G ſtrum iudicium adduximus.

Quid intereſt inter Contraria & Diſparia? Contraria ſunt, quorum vnū vni tantùm: Diſparia quorum vnum pluribus opponitur. Itē Contraria ex toto inter ſe pugnant: diſparia verò ex parte tantùm: id eſt (vt modò dicebamus ex elatione & ſummiſſione. cuius rei exempla ſunt in virtutibus & vitiis ſanè inſignia.

Quomodo inter virtutes & vitia diſparitas oſtēditur?

tur? Philoſophi veteres animaduerterunt, virtutem inter elationem & ſummiſſionem conſiſtere: hoc eſt, inter nimium & parum: quaſi cùm libra pari vtrinque pondere examinatur. Itaque cùm duo virtutis extrema vitioſa eſſent, rectè Horatius ſcripſiſſe creditur, Virtus eſt medium vitiorum vtrinque redactum. Horum autem extremorum alterum virtuti contrarium eſt, eáque pugnantia per ſe elucet: alterum diſpar, quæ diſparitas obſcura eſt, quia virtutem fallaciter imitans eam adulterat.

Cedo exemplum. Plutarchus in Camillo hæc inter ſe opponit, δεισιδαιμονίαν & ὀλιγωρίαν τῶν θεῶν. ἡ δὲ εὐλάβεια (inquit) καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄριστον. Sic auaritia & prodigalitas vitia ſunt aduerſiſſima. Interponatur liberalitas, contraria erit auaritiæ: diſpar prodigalitati. Rurſus interponatur frugalitas, ſiue parſimonia: contraria erit prodigalitati, diſpar auaritiæ. Sic audacia & metus, duo vitia contraria ſunt. his interiecta fortitudo eſt, quæ metui contraria eſt, audaciæ diſpar. Rurſus interponatur cautio: audaciæ cõtraria eſt, metui diſpar. Ex eodẽ genere illa ſunt, quæ ex Ciceronis Partitionibus proferemus. Nã & prudentiam (inquit) malitia, & temperantiã immanitas in voluptatibus aſpernandis, & magnitudinem animi ſuperbia in animis extollendis, & deſpicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatẽ effuſio, & fortitudinẽ audacia imitatur. & patientiã duritia immanis, & iuſtitiam acerbitas, & religionẽ ſuperſtitio. & lenitatẽ mollitia animi, & verecundiã timiditas, & illam diſputandi prudentiã concertatio captatióque verborũ, & hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi.

De Diſſimilibus.

CAP. XXIIII.

QVÆ ſunt Diſſimilia? Superiùs dictum eſt, eandem eſſe ſimilium & diſſimilium definitionem: propterea quòd ſimilia & diſſimilia non ex toto dicũtur, ſed ex parte tantùm. nihil enim ſimile eſt quod idem ex parte non ſit diſſimile: viciſſimque nihil diſſimile eſt, quod idem non aliqua ex parte ſit ſimile.

Quomodo diſſimilitudo rerum internoſcitur? Ex qualitatis aut inſitæ aut externæ differentia: de qua ſuperiùs in ſimilium tractatione diſſeruimus. Itémque ex diuerſorum generum aut formarum demonſtratione. nam vt aquarum varietas ex diuerſis fontibus cognoſcitur, ſic rerum differentia ex variorum generum & formarum demonſtratione.

Cedo exemplum de genere. Sumamus hoc familiare: Duo equi ſpecie ſimiles ſunt, at natione diſſimiles: quæ plerunque (vt ait Varro) pretium efficit. ſic hinnulus diſſimilis eſt mulo: quia mulus ex aſino & equa eſt: hinnulus ex equo & aſina. Formarum autem diſſimilitudo in eo medio exiſtit, quod ſuperiùs dicebamus interiectum eſſe inter duo aduerſa. veluti, inter ignem & aquam, quæ propriè aduerſa ſunt, interiectus eſt aer, qui neutri extremo contrarius eſt, ſed diſſimilis.

Cedo aliud exemplum. Candor & atror aduerſa ſunt. at quinque colores intermedij, croceus, puniceus purpureus, viridis, ceruleus, neutri è duobus extremis aduerſi ſunt: ſed diuerſi, & (vt de coloribus propriè veréque dicitur) varij. Item dulcis & amarus, duo ſapores contrarij ſunt: quorum illi quinque (eodem auctore) ſunt intermedij: auſterus, acerbus, aridus, acutus, ſalſus: qui neutri extremorũ cõtrarij ſũt, ſed diſſimiles.

Quomodo tractatur ea demonſtratio? Non vt ſacrificij, ſic conſilij dies expectandus eſt. Alia eſt enim ſacrificij cauſſa, quòd exſpectari poteſt: alia conſilij, quod interdũ ex re & tempore ſumi oportet. Non quemadmodum in palæſtra qui tædas cãdentes accipit, celerior eſt in curſu continuò, quàm ille qui tradit: ita melior Imperator nouus qui accipit exercitum, quàm ille qui decedit: propterea quòd defatigatus curſor integro facem: hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Non vt equis veteribus, teneros anteponere ſolemus, ſic amici noui veteribus ſunt anteponendi: non enim amicitiarum eſſe debent, ſicut aliarum rerum, ſatietates: veterrima quæque eſſe ſuauiſſima debent: nouitates tamen non repudiandæ: vetuſtas autem ſuo loco conſeruetur.

Quid intereſt inter Diſparia & diſſimilia? Superius dictum eſt, Paria aut diſparia, quantitate: Similia aut diſſimilia, qualitate æſtimari: Quapropter in quibus ponderis, numeri, aut menſuræ ratio habetur (diximus autem hæc ad mentem & animum transferri) in iis eſt diſparitas. in quibus autem forma ſpectatur, diſſimilitudo.

De Dictione, & variis ipſius diuiſionibus.

CAP. XXV.

AGESIS, deinceps ad verba & dictiones accedamus. Sed primum omnium velim, niſi moleſtum eſt iterum mihi planius explices, an non tota de dictionibus, verbis, vocibus, nominibus, vocabulis, aduerbiis, participiis, tractatio Grammaticorum potius, quàm Dialecticorum propria ſit? Grammatici artis ſuæ principia ferè à Dialecticis ſumpſerunt. quemadmodũ Diogenes Laertius cùm aliis multis locis, tum verò in Zenone dilucidè oſtẽdit. Grammaticorum enim opera tum demũ vſui eſſe cœpit, cùm corrũpi ſermo cœptus eſt, quapropter & Quintilianus & idem Laertius à philoſophis, ac maxime Stoicis, plurimas orationis partes conſtitutas ſcribunt. quinetiam Plato in Cratylo perſpicuè ſtatuit, Dialectici opus eſſe, aptè & commodè nomina rebus imponere eáque impoſita interpretari. Vbi enim diuiſa in partes quæſtio eſt, tum ſingulæ partes ſuis nominibus primùm deſignandæ, poſt definitione explicandæ ſunt. πάντα γὰρ τὰ πράγματα διὰ τῆς ἐν λόγοις θεωρίας ὁρᾶται. vt Stoici (auctore Laertio) dicere ſolebant: Iam verò longè alia Dialecticorum, alia Grammaticorum de verbis & oratione diſputatio eſt: quemadmodum ſuperiùs dictum eſt: & deinceps ex huius inſtitutionis progreſſu intelliges.

Quotuplex eſt Dictio Dialectica? Dialectica dictio eſt aut nomẽ, aut verbum, aut aduerbium, ex quo quãtum à Grammatica differat, cuius ſeptem numerantur ſpecies, facilè intellectu eſt. Nam neq; præpoſitio aut interiectio vim in illa vllam habent: & participiũ ac pronomen nominis locum obtinent. Quamuis autem omnis oratio dialectica minimùm ex duobus nominibus & verbo EST conſtet, tamen interdum aduerbium loci vel temporis alterum in ea momentum obtinet. vt Homines olim erant meliores: Homines nunc ſunt deteriores, quàm olim.

Quæ eſt altera diuiſio? Hæc bipartita eſt, vt alia propria dictio ſit, alia communis. Propria eſt, certa & rata cuiuſque rei nota, quæ alteri non conuenit. videlicet, cùm ſingulæ res ſingulis nominibus appellãtur. veluti: aer, ignis, aqua, terra. Cõmunis eſt, quæ pluribus conuenit, vt concio, fraus, palma, familia. at-

que ex hac communitate ambiguitas naſcitur, quam Poetæ Græci ἀμφιλογίαν nominarunt, & noſtis ſiliã, dixerunt, eandem Græci philoſophi modò ἀμφιβολίαν, modò ἀμφιβολογίαν appellant. Iuris communionem explicant noſtri in l.pen.& vlt.D.de iuſtit. & iur.

Quid? Ambiguitatis verborum tractatio cur potius ad Dialecticos, quàm ad Grammaticos pertinet? Quia ſoli Dialectici vitandæ ambiguitatis artem tradunt,& Sophiſtis opponuntur, quorum inſtrumentũ omne in ambiguitate & amphibolia poſitum eſt. Nã & multæ ſimiles res diſſimilibus verbis,& multę rurſus diſſimiles ſimilibus notatæ ſunt. Itaque Cicero lib.de Orat.II. Ambiguorum(inquit) verborum complura genera ſunt, quę mihi videntur melius noſſe, qui dialectici appellantur.

Velim igitur aliquanto dilucidius bipartitam illam dictionis diuiſionem explices. Rerum omnium aliæ ratione & nomine inter ſe conueniunt: (Rationem autem appello quam Ariſtoteles λόγον τῆς οὐσίας nominat, id eſt definitionem qua quid res ſit tantùm, nõ etiam qualis res ſit exponitur) vt bos & equus: quorũ vterq. & definitur & appellatur animal. hæc Dialectici συνώνυμα nominant. aliæ & ratione & nomine inter ſe differunt, vt equus, argentum. quorum aliud animal eſt, aliud non animal eſt, ſed metallum. Aliæ ratione conueniunt, nomine diſcrepant. de quibus hoc Ciceronis exemplum ex Tuſc.III. exponemus. Sed ratio(inquit) vna omnium eſt ægritudinum, plura nomina. Nam & inuidere ægritudinis eſt,& æmulari,& obtrectare,& miſereri, angi, lugere. hæc omnia definiunt Stoici, eáque verba quæ dixi ſingularum rerum ſunt: non(vt videntur) eaſdem res ſignificant: ſed aliquid differunt. Poſtremò aliæ nomine conueniunt, non ratione: vt Fraus fallaciam ſignificat:& delictum & pœnam. Palma commune nomen eſt manus, arboris, baccæ, victoriæ. Hæc Dialectici ὁμώνυμα nominant. ſed de ſynonymis & homonymis paulo vberius diſſerendum eſt.

De Synonymis, Homonymis & Paronymis.

CAP. XXVI.

DVPLEX igitur eſt dictionum communitas? Duplex. quarum altera eſt in vniuerſa dictione, quæ à Dialecticis nominatur Synonymia & Homonymia: altera in parte, quæ ab iiſdem Paronymia dicitur.

Quæ ſunt Synonyma? Synonymorum ſunt alia Dialectica, alia Grammatica. Dialectica ſunt, quæ generis alicuius ſuperioris & nomen & rationem communem habent: vt Bos & equus ex ſui generis communione & nomen & rationem & definitionem eſſentialem (de qua poſterius intelliges) communem obtinent. Nam vtrunque dicitur animal: ſed tamen in qualitate differunt.

Quæ ſunt Synonyma Grammatica? Plura vnius eiuſdémque rei vocabula: vel, quæ re inter ſe conueniunt, ſono tantùm diſcrepant. quia ſæpe (vt modò dixi) cùm vna res pluribus nominibus, tum etiam ſimiles diſſimilibus appellantur. veluti veſtis, veſtimentũ: enſis, gladius: dialectica, logica: Proſtrauit, afflixit, perculit, euertit. Sic apud Iuriſconſultos, Pactum pactio, conuentũ, conuentio, pactum conuentum. Grãmatici hæc eadem & πολυώνυμα & ἰσοδυναμοῦντα nominant.

Quid? Dialectici ecquonam igitur nomine appellant, quæ ratione conueniunt, nomine diſcrepant, quam ſuperius tertiam ambiguorum ſpeciẽ faciebas? Hanc ſpeciem Dialectici negligunt. qui vbi de notio-

A ne conuenit, de voce naſci quæſtio non poteſt. nam ſi cui ius eſt enſem geſtare dubium nemini eſt, quin eidem gladium geſtare liceat.

Quæ ſunt homonyma? Homonyma dialectica dicuntur, quorum idem nomen, ſed diuerſa vel ſpecies eſt, vel genus. Speciem autem modò ſpecialiſſimam, hoc eſt primam ſubſtantiam intelligo. Specie igitur & Subſtantia differunt, quæ tamen nomen vnum & com-

B mune habent, vt Alexander Magnus,& Alexander Cęſar:& duo Gracchi,& duo Cicerones,& omnes denique vel agnati, vel ceteri, qui eodem nomine ſunt. vt duo Sempronij: in l.ſi fuerit,10.D.de reb.dub. aut duo Titij: in l.quoties.54.D.de vſuf. Si duo(inquit Iulian⁹) eiuſdem nominis fuerint,& ita ſcriptum fuerit, Titiis vſumfructum alternis annis do lego: niſi conſenſerint vter eorum prior vtatur, inuicem ſibi impedient. Genere autem differunt, cùm eodem nomine ſunt. veluti Hercules,& eius ſignum, ſiue imago. Nam Hercules animal eſt, ſignum inanimatum. Hinc nota conſuetu-

C do, vt Deorum ſigna, dij appellarentur. Vt Verrina IIII. Deum denique nullum Siculis, qui ei paulo magis affabre atq; antiquo artificio factus videretur, reliquit. Sic equus Agamẽnonis, & equus Troianus. Equuleus pro equo tenello,& pro tormenti genere. Scriptor hiſtoriæ, pro Thucydide & pro librario. Teſtamentum falſum, teſtamentum tamen dicitur(inquit Paulus) & modius iniquus, modius. l.Paulus 221.D.de ver.ſignif. l.2.D.quemad.teſt.aper. Ex eodem genere eſt, quod Valerius ſcribit de Daphita, qui cùm Apollinis illu-

D dẽdi cauſſa quæſiſſet, an equũ inuenire poſſet, cùm tamẽ nullũ amiſiſſet: reſponſũ tulit, equum inuenturũ, ſed quo deiectus periret. aliquanto pòſt in Regẽ Attalum incidit, qui eum de ſaxo, cui nomen erat Equus, præcipitari iuſſit. Sic Philippus Macedo admonitus oraculo, vt quadrigas caueret, toto regno diſiungi currus iuſſit: ſed Pauſaniæ gladio cuius capulus quadrigas cælatas habebat, interfectus eſt. Ad hoc autem genus pertinent,& verborũ ambiguitas, & metonymia.

Quæ ſunt verba ambigua? Quæ in vtranque partẽ

E ſignificatione ambigua dicuntur. veluti formidoloſus, qui formidat,& formidatur: inuidioſus, qui inuidet,& cui inuidetur. infeſtus, qui malum infert, & cui infertur. ceteráque generis eiuſdem, quæ Gellius cõmemorat lib.IX.ca.XII.& lib.XV.cap.XIII. Sic cùm in iure ciuili prouerbiũ eſſet Filiofa. credi nõ licere: Scæuola monuit, nõ ad verba referendũ eſſe, ſed ad numerationem. nam Credendi verbum erat ambiguum.

Quæ eſt metonymia? Eſt nominis pro nomine poſitio: id eſt, mutuatio alieni verbi, quod proprij loco

F ſubiicitur. verbũ enim pro verbo ſummutatur: eóque nomine generatim cõplectimur quã Rhetores modò μεταφοράν, modò ὑπαλλαγήν, modò κατάχρησιν, modò ἀλληγορίαν appellant: vt bene morata ciuitas, orba Reſp. parricida pro eo qui matrẽ aut fratrẽ interfecit. ſic gẽma quæ propriè de lapillo dicitur, trãſlatè de vitibus vſurpatur. Sic fratris nomine ſoror appellatur in l.tres fratr.35. D.de pact. l.Lucius,93.§.quæſitũ. D.de lega.3. Sic qui chirographum legat, actionẽ ipſã legaſſe intelligitur. l.qui chirographum.59.D.de legat.3.

G Quæ ſunt homonyma Grammatica? Quę res plures vno complectuntur nomine: quapropter & πολύσημα dicuntur. Cùm enim plures ſint res quàm dictiones, propter verborũ penuriã ea cõmunitas inducta eſt, vt Concio(inquit Gellius) dicitur pro loco, vnde verba fiunt, pro cœtu populi audientis, & pro ipſa oratione. Ciuitas(inquit idem) pro oppido, pro multitudine hominum,& pro iure ciuium. Fraus pro delicto, pœna, deceptio-

deceptione. Ex eadẽ ratione Varro de Analogia ſcribens,homonymiam eſſe ait nominis communionem, vt in voce Argus,quæ Latinè hominem, Græcè oppidum ſignificat. Item in voce Meto, quæ & meto,metonis,& meto metis efficit.

Quæ ſunt Paronyma? Hæc cognominata propriè dicere poſſumus, quæ ab eadem inflexa voce rationem inter ſe communem habent. veluti anima. vnde ſunt (vt ait Cicero) animus,animare,animans,animal, animatus,animoſus. Item honos,honeſtus, honeſtas, honoratus,honorabilis,honorificus. Equus,eques,equeſtris,equitare,equitatus,equitatio.Hæc Græci σύστοιχα quoque nominãt, quæ orta ab vno variè commutãtur:vt rectè Cicero definit,melius fortaſſe quàm appellauit. nam latinè Coniugata nominat, quæ propriè ſunt σύζυγα & ὁμόζυγα.

Quæ eſt altera Dictionum diuiſio? Vt aliæ ſint ſimplices,aliæ multiplices aliæ dubiæ.& rurſus ſimpliciũ aliæ ſint voce & notione ſimul ſimplices, aliæ voce tantùm ſimplices,at notione multiplices.

Quæ ſunt verè & perfectè ſimplices? Eæ quas ſuperius Proprias appellauimus, quæ vna tantùm voce & notione conſtant:vt ignis,aer,aqua,terra.Hic enim & vna vox eſt,& vna tantùm res ſignificatur.

Quę ſunt voce ſimplices,notione multiplices?Quę vel genere,vel toto conſtant:genere,vt quæ ſuprà homonyma, & ſynonyma diximus. Totũ autem vel diuiduum eſt, vel indiuiduum.Diuiduũ, veluti Ciuitas, Senatus. Exercitus, Grex. nam vna voce multæ res ſignificantur.Indiuiduum, veluti quæ mediæ & ancipites appellantur. hoc eſt, quæ duas contrarias recipere notiones poſſunt. veluti dolus:nam & bonus & malus dolus eſt. Item,Tempeſtas, valetudo, facinus, gratia, induſtria,venenum. quæ omnia cõtrariam notionem recipiunt. Item quæ ſimul & indiuiduè plures res ſignificant:vt Eques cuius notione homo, & Equus indiuiduè intelliguntur. Sic Nautæ verbo,homo & nauis indiuiduè concipiuntur. Item vt Latomi vocabulo,homo,lapis,& inciſio. quod eodem modo in Cerdone,fabro,ſartore,fullone, ſutore & tinctore, ceteriſq; opificibus intelligendum eſt.

Quæ ſunt multiplices? Quæ ex pluribus cõpoſitæ, & quaſi conflatæ ſunt. veluti ex duobus integris, ſubterfugere, & ſuperſedere. ex integro & corrupto, beneuolus, Tyrannicida, ſacrilegus. ex corrupto & integro,noctiuagus,armipotens. ex duobus corruptis,veneficus,parricida,pediſequus.

Quæ ſunt dubiæ? Quæ vtrius generis ſint, ſimplicéſne an multiplices,ambigitur:veluti,Poſtliminium, an ex Pòſt & Limen: Teſtamentũ ex teſtatio & mens: Aeditimus,ex æde & tuendo. Sacellum vtrum à ſacro deminutum,an ex ſacro & ſella iunctũ.Auarus vtrum ſimplex,vt Amarus:an iunctum ex auidus & ære.

De Adfectionibus verborum.

Cap. XXVII.

QVot ſunt adfectiones, ſiue λόγοι, & comparationes verborum? Totidem quot ſuperius rei ad diſputandum propoſitæ eſſe diximus.Itaq; ordinem prorſus eũdem in iis exponendis,ſequemur:ac primùm de genere & ſpecie.

Quod eſt cuiuſque dictionis genus? Quod in quæſtione quid eſt de quaq; reſpondetur. ſemper autem ſuperior de inferiore dicitur, ac pronuntiatur. veluti, Quid eſt gladius?eſt telum. quid platanus? eſt arbor. Quid? Nónne hoc idem & eodem modo ſuperiùs

A de rebus ipſis dixiſti? Rectè interrogas.Sed ſic habendum eſt. de re loqui & agere inter nos, niſi nominis ipſius pronuntiato,non poſſumus:non magis quàm ſine calculis ratiocinari. ex quo intelligitur, inter rem & ipſius vocabulum quandam quaſi concretionem exiſtere. Hanc concretionem Dialectica dirimit,ac diducit:vt ſeparatim & res & dictiones quaſi auulſæ atque abſtractæ conſiderentur. Liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ (inquit in Miloniana Cicero) & quæ B volunt ſic intuentur,vt ea cernimus quæ videmus. veluti, ſiquis annuli ſignũ in cera impreſſum per ſe & quaſi abſtractũ conſideraret: aut in orbe partem conuexam à concaua diſtingueret.Hanc autem animi notio ſeparatã conſiderationem efficit, de qua ſuperius dictum eſt. Itaque vocabuli ſignificationem Cicero multis locis notionem appellat.

Cedo exemplum. Subſtantiam ſuperiùs appellauimus, non corpus (quod tamen ſenſuum iudicio verè & propriè ſubſiſtit) ſed notam, qua genus rerum omnium,quæ per ſe ſubſiſtunt,demonſtratur. C

Quot ſunt dictionum omnium genera? Ariſtoteles eadem acie mentis, qua (vt Cicero ſcribit) rerum omnium vim naturámque viderat,decem eſſe dictionum omnium animaduertit prima ac ſumma genera, & veluti capita, quibus tanquam notis atque indicibus dictionum omnium naturę,vires,ſignificationes, & differentiæ demõſtrantur: qua de cauſſa categorias illas nominauit,quaſi dicamus attributiones.quoniam quidquid alicui attribuitur, quidquid de quopiam dicitur,enuntiatur, prædicatur, id ex earum categoriarum D aliqua ſumitur. nam (vt ait Ariſtoteles lib. Analyt.prior.1. cap.21.) cùm dicimus aliquid de alio dici, id ex aliqua categoriarum dici intelligendum eſt.

De Categoriis,vnde attributa dicuntur.

Cap. XXVIII.

QVæ ſunt illæ decem attributionum notæ? Subſtantia,quãtitas,qualitas,relatio,actio, paſſio,locus,tempus,ſitus,habitus.Etſi autem vna eadémque res duarum eſſe Categoriarum E non poteſt, interdum tamen accidit, vt vario reſpectu, id eſt ſecũdum aliud atque aliud vna eadémq; ſpecies duarum ac plurium eſſe poſſit.

Cur hæ notæ Categoriæ nominantur? Quia de omnibus aliis dicuntur, cùm de illis nihil aliud dici ac pronunciari poſſit. quidquid enim (vt modò ex Ariſtotele diximus) de altero dicitur, quidquid alteri in oratione attribuitur, id ex alicuius categoriæ ordini- F bus ſumatur neceſſe eſt. veluti, quid eſt Platanus? eſt arbor, quæ ſubſtantiæ ſubiecta eſt. quid eſt linea? eſt longitudo. Decem quid ſunt? ſunt numerus quæ ex quantitate ſumpta ſunt. Item quid eſt cãdor,aut atror? eſt color:ex qualitate. Vt autẽ προσηγορία, quã Quintilianus appellationem interpretatur: ſic κατηγορία, παρὰ τὸ κατηγορεῖν ficta videtur:quaſi ſũma & prima dictio, cui ceteræ omnes ſubiectæ ac ſubſtratæ ſunt.

Quid eſt Subſtantia? Eſt nota quæ voces earum rerum omnium, quæ ſubſtãtiæ nomine cõtinentur, cõ- G prehendit.Nunc enim Subſtantiã (vt modò dixi) non tanquã οὐσίαν id eſt rem, corpus, naturam, eſſentiam, quærimus:ſed tanquã earum rerum omnium quę ſunt eius generis iudicem & appellationem ſummam.

Expone iſtud,ſi potes,planius. Ad hãc Categoriam nõ tã corpora ipſa pertinent (quorũ in cognitione & natura perueſtigãda omnis Phyſicorũ ars cõſumitur) quàm dictiones, quib. vel ipſa corpora appellãtur,vel

eorum qualitates deſignãtur. veluti Pygmæus homo, non tam pertinet ad hanc Dialecticam Categoriam, quàm hominis vocabulũ: cùm quæritur an Pygmæo hominis nomen conueniat. De qualitate, veluti, Sapiens, eloquẽs, medicus, orator. quanquã ipſæ qualitates per ſe & quaſi abſtractę cõſideratę, alterius Categorię ſunt. neq; enim aut res aut ſubſtantiæ aut corpora ſunt: neq; dictiones, corpora aut ſubſtantias declarãtes, ſed eorũ qualitatem ſignificantes: quas tamen ad Subſtantiæ Categoriam pertinere, Cicero in Oratore ad Brutum planiſſimè oſtendit, Eius enim vſus hic eſt verus, an Sapientis aut Eloquentis nomen Socrati conueniat. Similiter autem omnes corporum qualitates in hoc genere reponendæ ſunt: veluti Aeger, claudus, cæcus, luſcus, improbus, ſceleratus. Itemque artificum nomina, vt medicus, faber, pictor, ſculptor, ſcriptor, arator: ceteráque qualitatem corporis aliquam ſignificantia. Denique, vt rem vno verbo complectar, omnia nomina, quæ Grammatici tum ſubſtantiua, tum adiectiua nominant, ad hanc Categoriam pertinent.

Quæ eſt ſubſtantiæ proprietas? Primùm, vt contraria recipere in ſe poſſit. Homo enim ex indocto, doctus: ex calido frigid⁹ fieri poteſt. deinde vt nec elationem nec ſummiſſionem recipiat. Homo enim magis aut minus eſſe homo non poteſt. Itaq. nanus tam homo eſt, quã gigas. ſcapha tam nauis eſt, quàm triremis. l. vlt. D. de inſt. vel inſt.

Quid eſt quantitas? Eſt nota earum dictionum quibus vel numerus, vel magnitudo pronuntiatur. Quantitas autem aut deiuncta eſt, quę vel multitudo vel numerus appellatur: aut continua, quæ magnitudo dicitur. Quãtitatis autem hoc proprium eſt, vt ex ea æquale aliquid aut inæquale nominetur.

Quid eſt qualitas? Nota earum dictionum quibus qualis quæque res ſit, declaratur: veluti Candor, ater, valetudo, imbecillitas: Sapientia, ſtultitia: quæ omnia per ſe conſiderantur. At Candidus, ater, ſapiens, eloquens, quæ de ſubiecto (puta) Socrate dicuntur, nec tamẽ in eo inſunt, neq; per ſe cõſiderari poſſunt, ad ſubſtantiã pertinent. Huius autem Categorię hoc propriũ eſt, vt ex ea quædã vel ſimilia, vel diſſimilia dicantur.

Quid eſt relatio? Notã earum dictionum quæ inter ſe conferuntur, atque inuicem adfectæ ſunt: quarum hoc proprium eſt, vt ſemper inter ſe reciprocentur, neutra ſit prior altera, ſed vtraque ſimul ſit naturæ ordine. veluti Pater, filius: maritus, vxor: ſocer, gener.

Quid eſt actio? Nota earum dictionũ, quibus quæcunque geruntur, aguntur, aut fiunt, ſignificantur: veluti Secare, vrere, currere. In quo notandum eſt, quoniam contraria in eodem genere reponenda ſunt, in hunc eundem ordinem referenda eſſe quę ad quietem & ceſſationem pertinent. veluti negotium, otium: Bellum, pax: currere, conſiſtere, turbare, ſedare: mouere, ſiſtere, quieſcere.

Quid eſt Paſſio? Nota earum dictionum, quibus quæcunque patiendo accidunt, deſignantur. veluti Secari, vri, calefieri.

Quid eſt Locus? Nota earum dictionum, quibus vbi quidque ſit, demonſtratur. veluti intra, extra, ſupra, infra, ante, poſt, domi, foris, ruri, peregri. At vbi de dictionibus non agitur, Locus eſt (inquit Varro) vbi quid locatum eſſe poteſt, vbi quidquam conſiſtit.

Quid eſt Tempus? Nota earum dictionum, quibus pars temporis aliqua demonſtratur. veluti annus, menſis, dies, hora, momentum: vt heri, cras, hodie, poſtridie, mane, veſperi.

Quid eſt Situs? Nota earum dictionum, quibus

A quemadmodum quodque corpus poſitum eſt, demonſtratur. veluti ſedere, ſtare, iacere, rectum, pronum, curuum, ſupinum eſſe.

Quid eſt Habitus? Nota earum dictionum, quibus genus veſtitus indicatur. veluti togatus, ſagatus, palliatus, prætextatus, paludatus, tunicatus, penulatus.

Cedo mihi familiare aliquod exemplum, quo Categoriæ omnes vna enuntiatione comprehenſæ ſint. Goliathus gigas ingens, robuſtus, hoſtis irruens in Dauidem, interfectus inter duas acies ſub meridiem iacuit armatus. Horum enim decem nominũ quæ Goliatho attributa ſunt, nullum eſt quod non ab reliquis omnibus categoria & genere diſcrepet. vt nec in illo: Hector, vir magnus, fortis, bellator, pugnans, interfectus ad Troiam æſtate occubuit chlamydatus.

De vi & vſu Categoriarum.

CAP. XXIX.

C QVID? Nónne Categoriæ ſunt ordo rerum omnium per genera, ſpecies & differentias compoſitus? Categoriarum diſciplina, neque ad res, neque ad rerum ordinem deſcribendum pertinet: quemadmodum vulgò in ſcholis traditur. ſed ad dictiones tantùm, & attributiones, & vocabula: vt eorum ſumma genera illis tanquam certis notis cognoſci poſſint. quoniam (vt ſuperius ex Ariſtotele docuimus) quidquid de alio dicitur id ex aliqua Categoria ſumi, eique attribui oportet. τὸ ὑπάρχειν τόδε τῷδε, καὶ τὸ ἀληθεύεσθαι τόδε κατὰ τοῦδε, τοσαυταχῶς ληπτέον, ὁσαχῶς αἱ κατηγορίαι διῄρηνται. lib prior. Analyt. 1. cap. 26. Caput autem Dialecticæ artis eſt, vt qua ratione aliud de alio dici & pronuntiari poſſit, demonſtret. Itaque dictionum declinatione Categorias immutari conſtat: cùm tamen ob inflexionem verbi res nõ immutetur. veluti Iuſt⁹, eſt ſubſtãtia. Iuſtitia, eſt qualitas. Eques ſubſtãtia eſt, Equitatus, qualitas: Equitatio, actio. Scribere, actio eſt: Scriptor ſubſtantia: Scriptura qualitas: Scriptor actio. Longus eſt ſubſtantia lõgitudo, quantitas.

Quinam igitur præcipuus Categoriarum eſt vſus? Omnis de verbis quæſtio in eo verſatur, an aliud de alio dici, aut non dici poſſit. Quod autem de altero dicitur, id aut ſuperi⁹ eſt, aut par ei, de quo quæritur. quia de ſuperiore certè dici inferius non poteſt. Ad hunc vſum Categoriæ pertinẽt verborũ enim genera demõſtrãt, ex quibus quodnam attributum ſumi poſſit, hoc eſt, quodnã altero vel ſuperius vel inferius, vel par ſit: quid itẽ ſummũ, infimũ, aut ſubalternũ ſit, intelligitur.

F Quæſtiones de attributis vniúſne Categoriæ ſunt, an plurium? Quęſtiones quædam ad vnam tantùm Categoriam pertinent: veluti, An Gigas ſit homo, ſolius ſubſtantię eſt. An bellum gerendum ſit, ſolius actionis. Quædam ad plures: vt, An infans dum in vtero eſt, ſit homo: ſubſtantiæ eſt, & temporis. An bellum in Britannia ſit gerendum, & hyeme? actionis, loci & temporis. Vtrum terra ſtet, an moueatur, ſubſtantiæ, actionis & perpeſſionis.

G Sed vbi de verbis & vocabulis tantùm agebatur quid erat opus tam altè iſta è Philoſophorum diſciplinis eruere, quaſi de natura rerum, & mundo, atque vniuerſitatis opificio inſtituta eſſet diſputatio? Primũ quia niſi cognitis attributionũ generibus, atque ordinibus, perſpici non poteſt, quid de quoque dici aut nõ dici poſſit. deinde auctorem huius rei habem⁹ Ariſtotelem, atque omnes qui ab eo ſunt, Peripateticos, qui ſuas ętates in hiſce diſciplinis exercẽdis contriuerunt.

Quid

Quòd ſi Græcorũ nihil nos mouet auctoritas, audiamus M. Varronem, Latinorum omnium facilè doctiſſimũ, qui de latinis vocibus diſputare ingreſſus, lib. de Lingua lat. I I I. ita ſcribit: Pythagoras Samius ait, omnium rerum initia eſſe bina: vt ſtatus & motus: quod ſtat aut agitur, corpus vbi agitatur, locus: dum agitatur, tempus: quod eſt in agitatu, actio. Quadripartitò magis ſic apparebit: corpus eſt, vt curſor: locus, ſtadiũ quà currit: tempus, hora quà currit actio, curſio. Quare fit, vt ideo omnia ferè ſint quadripartita, & ea externa, quòd neq; vnquã tempus, quin fuerit motus, eius enim interuallũ, tempus: neq; motus, vbi non locus & corpus, quod alterũ eſt, quod mouetur: alterum vbi; neq; vbi ſit agitatus, non actio ibi. Igitur initiorũ quadrigæ locus, & corpus, tẽpus, & actio. Quare quatuor genera prima rerum, totidem verborum. de his locis, & his rebus quæ in his videntur, in hoc libro ſummatim ponam. Totidem igitur Varro verbis vtitur.

Supereſt vna de Categoriis quæſtio. Cùm Varro inſtitutã de vocabulis diſputationem tam altè ex naturæ principiis ad Phyſicorum exemplum repetat, cur tu igitur ſuperiùs vbi de Rebus dixiſti. nõ tamen iſtas rerum notas & genera ſumma expoſuiſti? Ratio in promptu eſt. quia tractatio de generibus. vt & natura rerum, Phyſicorum (vt antè dixi) propria eſt. At Dialectica in ea re vna occupata eſt, vt ex cuiuſq; rei dictioniſve adfectu & ratione doceat quemadmodum alterum de altero aptè dici & enunciari poſſit: hoc eſt, quod cuiq; verbum conueniat aut non cõueniat. Itaque propoſita quæſtione, ſi quid ambiguum eſt, continuò vtriuſq; verbi quod in quæſtione poſitum eſt, definitio adhibenda eſt. Adhiberi autem definitio nõ poteſt, niſi vtriuſque genere perſpecto. Itaque Cicero Tuſc. 5. cùm hanc quæſtionem poſuiſſet, An omnes boni ſemper beati ſint: continuò ſic infert: Quos dicam bonos, perſpicuum eſt. Omnibus enim virtutibus inſtructos, & ornatos, tum ſapientes, tum viros bonos dicimus. Videamus qui dicẽdi ſunt beati. Equidem hos exiſtimo, qui ſunt in bonis: nullo adiuncto malo. nec vlla alia huic verbo, cum beatum dicimus, ſubiecta notio eſt. Sic lib. de Finib. 2. Quærimus (inquit) finẽ bonorum. Poſſumúſne ſcire hoc quale ſit, niſi contulerimus inter nos quid finis, quid etiam ſit ipſum bonum?

Reditus ad adfectiones dictionum.

CAP. XXX.

QVOD eſt Genus dictionis? Quod de multis ſubiectis dictionib' in quęſtione quid ſint, reſponderi poteſt? veluti Animal de rebus omnibus animatis, Corpus de Corporeis, Sentiens de ſentientibus. vt Genus de ſuis formis aptè reſpõdetur. Item vt Aqua de aqueis, & Terra de terrenis, & Lignum de ligneis.

Quid eſt Totum dictionis? Quod partibus, id eſt pluribus vocibus conſtat, aut pronuntiatis: veluti Subterfugere, Beneuolus, Tyrannicida: aut intellectis: veluti, Eques aut Nauta: quibus verbis homo & equus, homo & nauis intelligũtur. Nam vtrarunque partium ea natura eſt, vt totum partiendo intereat. neque enim homo per ſe eques eſt, neque nauta.

Et cauſſam in dictionib. quamnam appellas? Vetus eſt Philoſophorum quæſtio quæ à Platone in Cratilo luculenter explicatur, vtrùm vocabula ſint natura, an inſtituto ἢ φύσει ἢ θέσει. Quarum igitur dictionum materia ignota eſt, earum etiam cauſſa ignota eſt: cuiuſmodi multo maximam partem vocabulorum eſſe, A Socrates in eo dialogo demonſtrat. tametſi Stoici, artis dialecticę profeſſores ſummi, omnium prope verborum origines perueſtigare ſoleant.

Cedo exemplũ de cognitis. Audeamus (inquit Cic.) imitari Stoicos, qui ſtudioſè exquirũt, vnde verba ſint ducta: credamuſq; quia fiat, quod dictũ eſt, appellatã fidem. Sic Manius dictus putatur, qui mane natus eſt; Lucius, qui Luce: Poſtumus qui poſt patris mortem: Proculus, qui patre procul abſente. Item ex ſono: Strepere, B murmurare, boare, rugire, hinnire. Item ex habitu, Frontones, Claudij, Capitones, Rufi.

Qua diſciplina dictionũ cauſſæ & origines perueſtigiantur? Ea (inquit Varro) quã Philoſophi ἐτυμολογίαν, id eſt, notationem appellãt quæ (vt idem ait) demonſtrat à qua re, & in qua re vocabulum ſit impoſitum. Itaq; à qua re ſit pertinacia cùm quæritur, oſtenditur eſſe à pertendendo. in qua re ſit impoſitũ, dicitur, cùm demõſtratur in quo nõ debet pertendi & pertenditur, pertinaciã eſſe: quod in quo oporteat manere, C ſi eo perſtat, perſeuerãtia ſit. Item alio loco: Docet (inquit) Etymologia nõ omnium verborũ poſſe dici cauſſas. vt quare ad medendũ, medicina. Itaq; Cicero in Academicis: Verborũ (inquit) explicatio probabitur: id eſt, qua de cauſſa quæq; eſſent, & nominarẽtur, quod Etymologiam appellarũt. Sed tamen video veteres omnes Etymologiam non modò in cauſſis, verũ etiã in proprietate vocabulorũ collocare, & notare.

Quis eſt Effectus verborũ? Qui ex cauſſarum concurſu naſcitur. hic autem in vita cõmuni, longè maxi-D mus eſt. Nã vnico verbulo maximis de rebus obligamur, vt in ſtipulationibus, ſiquis Spondeo dixerit, maximis ſe interdũ de pecuniis obligat. Sic in teſtamento ſiquis Heres eſto, vel Lego dixerit, maximas pecunias alienat. Sic cùm Augures obnunciãtes dicere ſolerent ALIO DIE. Cicero Philipp. 2. ita loquitur: Sin eſt aliqua vis in iſtis verbis, ea quæ ſit, augur à collega requiro. Sic verborũ ſuorũ Effecta Magi prædicant, cùm ex carminum ſuorũ euentis de vi verborum arguunt. Neque ab hoc loco aliena ſunt bona nomina E quæ veteres notabant. Et Cicero in primo de Diuinat. Cùm Imperator (inquit) exercitum. Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus, qui hoſtias ducerent, eligebantur: quod item in delectu Conſules obſeruant, vt primus miles fiat bono nomine.

Quid appellas propriũ dictionis? Proprium dictionis, eſt vis vocabuli certa & natiua, & penè (vt ait Cicero) cum ipſa re nata: veluti Vagire proprium eſt infantium: plãgere fœminarum: vlulare canũ: hinnire equorũ: rudere, aſinorũ: rugire leonum. Sic Orbus pro-F priè dicitur, qui caret oculis. tranſlatè qui liberis, aut qui parentibus, aut qui alia re clara priuatus eſt. Oracula (inquit Cicero) ex eo ipſo appellata ſunt, quia ineſt in his deorũ oratio. Sic de Finib. II. Varietas in diſparibus coloribus propriè dicitur, ſed transfertur in plura diſparia. Morbus propriè dicitur in corpore; morboſos tamen veteres dicebant iracundos. Propriè (inquit Cicero) vt Ægrotatio in corpore, ſic Ægritudo in animo nomen habet, non ſecundũ à dolore. Et alibi: Vnde iſtud tam ἄκυρον. valetudini fideliter inſer-G uiendo? cui verbo domicilium eſt proprium in officio: migrationes in alienum multæ. Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici poteſt: vt ſit, quomodo Theophraſto placet, verecunda tranſlatio. Proprietati enim opponitur tranſlatio, quæ eſt tanquam mutuatio. cùm quod nõ habeas, aliunde ſumis: vt cùm gemmare vites, & lætæ ſegetes dicuntur.

Quid eſt antecedens aut cõſequens dictionis? Quod

Grammatici primitiuum & deriuatiuum, Dialectici παρώνυμα, id eſt, cognominata nominant. Vt homo, humanus, homuncio, homunculus, humanè, humaniter, humanitas, humanitus. Aeger, ægrotus ægritudo, ægrotatio. Hinc illud Terentij: Homo ſum, humani à me nihil alienum puto. Et illa vulgata: Si Conſul eſt, cōſulat Reip. Si Rex eſt, regat, non euertat Rép. Quoniam verbum confidendi laudis eſt (inquit Cicero) ſit etiam confidens: quod tamen mala conſuetudine loquendi, in vitio ponitur. Item: Inuidia (inquit idē) tum eſt, cùm inuidetur: ab inuidendo autem inuidētia rectè dici poteſt, vt fugiamus ambiguū nomē inuidiæ: quod verbū ductū eſt à nimis intuendo fortunā alterius. Ex eodē genere illud eſt eiuſdem: Nō enim pudendo, ſed nō faciendo id quod nō decet (id eſt impudenter) impudentiæ nomen effugere debemus. Item illa queſtio: An ſicarius dicatur tantū qui ſica percuſſit, non etiam qui gladio. Eſt autem regula hoc loco ſeruanda, vt antecedentia & conſequentia verborum non tam ex ſono vocis, quàm ex notione æſtimentur. Nulla enim coniugationis vis eſt, inter fortem & fortunam, neque inter legem, legatum teſtamentarium, & legationem: neque inter liberum & librū: inter hominem bellum, & bellatorem, inter iuſtitiam & iuſtitium. Sic non ſi equus eſt, cōtinuò erit equitatio. at ſi eques ſit, hæc erit: & viciſſim ſi hæc, etiam illa.

Quid eſt adiunctum vocabuli? Quod alicui propter nominis rationem probabiliter attribuitur: veluti, quia Ciceronis nomen eſt Tullius, probabile videri putauit ſe à Tullo Rege originem duxiſſe. Sic Plato idcircò Theagis nomen laudat in puero, ac parētibus ſuadet vt præclara nomina ſuis liberis imponant. Sic Orator Iulius lib. de Orat. II. Numium diuiſorem illudens facetè dicebat, vt Neoptolemum ad Troiam, ſic illum in cāpo Martio nomen inueniſſe: quaſi qui numos diuideret. Sic Ariſtoteles ſcribit in Rhetoricis, Thraſybulū audaci conſilio hominem appellatum: & Draconis leges quòd duriores videbantur, non hominis leges fuiſſe, ſed Draconis. & iure Venerē Aphroditem nominatā, quòd Aphroſynes, id eſt, dementiæ dea eſſet. Sic in Phœniſſis Euripidis, nomen Polinicis vt argumentum morum frater inceſſit, inquit Fabius. Nam, vt in prouerbio eſt, Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis. Cicero Philip. XI. Caninium Cimbrum, Lyſidici filium, Lyſidicum ipſum, quia omnia iura diſſoluit. Et in Oratore, Theophraſtus, inquit, diuinitate loquendi nomen inuenit.

Quod eſt accidens dictionis? Cùm caſu factū eſt, vt nomen alicui impoſitū ei conueniat. vt ſi quis equorū ſtudioſus Philippꝰ dicatur. veluti in athleta Nicoſtrato viuuenit, qui certādo & luctando quotidie coronabatur. Itē in Verre qui Siciliam euertit. Huc.n. alluſiones atq; etiā omnia pertinent. Cicero Verrina IIII: O præclarè coniectū à vulgo in illum prouinciam omen communis famæ, atq; ſermonis: cùm ex iſtius nomine, quid in prouincia facturus eſſet, perridiculi homines augurabantur. Item in eadem: O Verrea præclara! quò enim acceſſiſti, quò nō attuleris tecū iſtum diem? Etenim quā tu domū, quam vrbē adiiſti, quod fanū denique, qđ non euerſū atq; exterſum reliqueris? Quare appelletur ſane iſta Verrea, quę non ex nomine, ſed ex morib. naturaq; tua cōſtituta eſſe videātur. Ex eodem genere illa eſt Liuij diſputatio lib. III: Fuere qui interpretarētur eadē hac Horatia lege, Cōſulibus quoq; & Prętoribꝰ, q.a eiuſdē auſpiciis quibus Cōſules crearētur, cautū eſſe. Iudicem enim Cōſulem appellari. quæ refellitur interpretatio: quod his temporibus nondū Con-

A ſulem, Iudicem: ſed Prætorem appellari mos fuerit.

Quæ dicuntur pares dictiones? Quæ rem vnā pluribus vocabulis declarant. vt Enſis, gladius, Logica, Dialectica: Pactio, cōuentio, quę (vt ſuperiùs dictū eſt) Dialectici πολυώνυμα, Grammatici συνώνυμα & ἰσοδυναμοῦντα nominant, vt ſæpe, crebro, ſubinde, plerunque, identidem: olim, pridem, dudum, antiquitus.

Quę dicuntur ſimiles? Quod rogāt (inquit Varro) ex qua parte oporteat ſimile eſſe verbū à voce, an à ſi-
B gnificatione: reſpondemus; à voce. Sed hæc Varro de Analogia ſcribens. Nam in Dialectica ſimiles ſunt dictiones quæ notione & voce inter ſe cōueniunt, vt tamen ex parte diſſident, veluti Vallis & Vallus: Aeſtus, æſtas: inuidia, & inuidentia. Seruitus, & Seruitiū. Prohibere & inhibere. Demus operā Quirites, ne Patres Conſcripti, circūſcripti putētur. In quo illud animaduertendū eſt, ne dictionū ſimilitudo tā ex ſono & voce, quàm ex notione æſtimentur. velut Lepus, lepos, & lupus. Itē Suis & Suis (inquit alio loco Varro) ſimilia
C indiligenti videri poſſunt: cùm alterum ſuē alterum ſuere ſignificet. Sciendū eſt autē quod Varro Grāmaticè hæc tractans, Similia (inquit) eſſe vocibus & ſyllabis cōfitemur: Diſſimilia eſſe partibus orationis videmus. Nam Dialecticus non partibus orationis dixiſſet, ſed qualitate, notione, vi & poteſtate. quoniam (vt ſuperiùs ex Ariſtotele diximus) ex qualitate omnis vel ſimilitudo vel diſſimilitudo æſtimatur.

Quę ſunt quę dicūtur dictiones aduerſę? Quas Grę ci ἀντίθετα nomināt, quę vim habēt inter ſe infeſtam
D atq; cōtrariam: vt infra ſuprà: ſurſum, deorſum: totū, nihil: vterque, neuter: Omnis, nemo. Item Beneficiū, maleficiū: Beneuolētia, maleuolentia. Quoniā miſericordia (inquit Cic.) ægritudo eſt ex alteriꝰ rebus aduerſis: ſic inuidētia ægritudo ex alterius rebus ſecūdis.

Quæ ſunt Relatæ? Quæ inter ſe cōferuntur, & ſub eande rationē cadunt: veluti duplū, ſimplū: cras, heri: hodie, pridie, poſtridie, perēdie. Itē cetera omnia rerū relatarū vocabula dūmodo meminerimus, quod iam ſæpe diximus, ea ſeorſum ab ipſis rebus, & tanquam
E auulſa & abſtracta conſiderari oportere. Nā in his vocabulis, Pater, filius, Dominus, ſeruus, Patronus, cliēs, ſi rem & (vt Dialectici loquuntur) ſubiectum conſideremus, neque ad rerum, neque ad dictionum relationem pertinebunt: ſed ad Subſtantiam.

Quæ ſunt Priuantes? Quæ qđ altera rei attribuit, id altera ei detrahit. vt ſemper, nūquā: vbique, nuſquam. Cōſul, cōſularis, vel excōſul: Prætor, prætorius, vel exprætor. heres, exheres: ciuis, exul: cōiux, vidua. Diuortiū (inquiunt Iuriſcōſulti) propterea nō dicitur in ſpō-
F ſa, quia diuertere dicitur quæ à cōmuni habitatione diſceſſit: ſpōſa aūt nondū cōmunē habitationē habuit. Vt frugalitas (inquit Cicero) dicitur è fruge: quia nihil melius è terra oritur: ita nequitia ab eo, quod nec quidquā eſt in tali homine: ex quo idem nihili dicitur.

Quæ ſunt Aientes & Negantes? Quarum quod ait altera, id altera inficiatur: veluti, furtum manifeſtum, furtum nec manifeſtum. ſcire, neſcire. legere, negligere. otium, negotium. gnarus, ignarus. ſanitas, inſania.

Quæ ſunt Repugnantes? Quarum altera aduerſa
G eſt. altera aduerſæ alterius conſequens. vt Beneuolentia, maleficium. Amicum eſſe & malè mereri. Non & deorſum ſuo pondere atomi feruntur, & paululum declinant.

Quæ ſunt Diſpares? Propriè quæ ponderis, numeri, aut menſuræ inæqualitatē ſignificāt. vt As: ſemis: pondo, dupondius medimnus, modius: bini, terni: quartarius, ſextarius: Non enim hic vaſa (quæ ad ſubſtantiam perti-

pertinent)neque eorum menſuram, quæ ad Geometras, ſed menſurarum vocabula perſe,& tanquam abſtracta conſideramus.

Quæ ſunt diſſimiles? Quæ ex eodem ducta genere, qualitate inter ſe partim conueniunt,partim diſſident. vt Gallus natione:Gallicus ex Gallia:Athenienſis,Atticus:Hiſpanus,Hiſpanienſis. Corinthium æs,Corinthiaca vaſa. Sic apud Iuriſconſultos aliud eſt Seruum eſſe, aliud ſeruire: aliud in libertate, aliud liberum eſſe. aliud Prætorem eſſe, aliud Prætura fungi. aliud eſt mentiri, aliud mendacium dicere, inquit Gellius lib.11.cap.11.

INSTITVTIONIS DIALECTICÆ LIBER II.

De Triplici Methodo. Cap. I.

Hactenvs primam Dialecticæ artis partem videmur abſoluiſſe.deinceps ad diuiſionem accedamus. ſed vtri prior debetur locus,diuiſioni,an definitioni? Huic quæſtioni reſponderi commodè antequam de Methodo, & docendi ratione diſſeruerimus,ſatis non poteſt. Nam ad huius artis cognitionem ea præmunitione eſt opus.

Quid eſt Methodus? Ars quæ quemadmodum diſciplina omnis redigi in artem & certam rationem poſſit,demonſtrat. hoc eſt, quemadmodum ex iis rebus, quarum ars nondum eſt,effici ars poſſit.

Quid eſt Ars? Antonius apud Ciceronem lib.Orat. II.ſic definit:Ars eſt,quæ cognitis penitúſque perſpectis,& in vnum exitum ſpectantibus, & nunquam fallentibus rebus continetur.Ariſtoteles autem, Artem dicit eſſe rei per ſuas cauſſas cognitionem, quæ aliter ſe habere non poſſunt. Apud Lucianum verò ſic definitur. σύςημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηςον τῷ ἐν βίῳ. Eſt coaceruatio multarum de vna re perceptionum vſu & exercitatione collectarũ ad finem aliquem vitæ vtilem accõmodata. Ars enim (vt ait Cicero lib. Acad.III.) quæ poteſt eſſe,niſi quę non ex vna aut ex duabus,ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? quam ſi ſubſtraxeris, qui diſtingues artificem ab inſcio?

Quis eſt huius diſciplinæ vſus? Vt qua de cauſſa, quóque ordine quidque in præcipiendo tradatur, notari atque animaduerti poſſit.

Quodnam Methodi fundamentum eſt? Finis eius diſciplinæ, cuius ars inſtituitur. Suus enim cuique arti finis eſt propoſitus:vt medicinæ,valetudo: architecturæ,domus:rei militari,victoria: Rhetoricæ,perſuaſio. Quare primùm omnium conſtituendum eſt, quis ſit eius quam tractes diſciplinæ finis: hoc eſt, quod bonũ,quò ſpectare ac referri omnia oporteat: vt ad eum quaſi viæ & progreſſiones omnes dirigantur.

Quotuplex eſt Methodus? Triplex. Analyſis, Syntheſis & Diæreſis.id eſt diſſolutio,compoſitio,& diuiſio.Sed analyſis ad inuentionem, ſyntheſis & diæreſis ad explicationem pertinent.

Quid eſt Analyſis? Eſt Methodus quæ finem in ſua principia per ea quæ intermedia ſunt,reſoluit:hoc eſt, via & ratio quæ à fine retexẽdo ad media,à mediis ad indiuidua quę cuiuſq;rei minutiſſimę partes ſunt,progreditur. Hæc autem(vt dixi) ad artium inuentionem pertinet.nam vbi finis artis conſtitutus eſt,tum quibus ad eam modis perueniri poſſit,excogitatur.

Quid eſt Syntheſis? Eſt methodus,quæ à principiis per media paulatim ad finem progreditur vel hoc modo:Syntheſis eſt, multarum ſingularum rerum conſimilium in vnam aliquam notionem, & rurſus huius & aliarũ generis eiuſdẽ in aliã cõmunem notionẽ tantiſper cõtinuata coaceruatio,dũ ad ſummũ genus perueniatur. Itaq; ratio hæc ſuperiori planè contraria eſt. B quod enim in delibetãdo primũ fuerat,id in agẽdo eſt poſtremũ.Siue autem Totũ integrũ ſit,à partibus progreſſio fit: ſiue vniuerſum,à formis & ſpeciebus.Atq; Ariſtoteles quidem lib.Ethicorum primo ſcribit,Platonẽ ſtudioſe quęſiſſe,ac dubitaſſe vtra methodus pręſtaret,eáne quę à principiis ad finem progrederetur:an quæ ad principia perduceret:veluti cùm in curriculo prẽmia proponũtur iis q̃ à carcerib° ad calces,& cõtrà à calce ad carceres decurrerint.In Politicis autẽ poſtea quam oſtendit ex familiis vicinitatem,ex vicinitatibus
C ciuitatem conſtare,ordinẽ de ſingulis explicat.

Cedo familiare aliquod exemplum. Nónne qui ædificandi autem inuenerunt, primùm de tecto cogitarunt, quod tempeſtatis vitandæ cauſſa ſubirent: tum deinde quia per ſe ſtare tectum non poterat,de parietibus:ac poſtremò de fundamentis,quibus parietes niterentur.At in agendo,primùm omnium fundamẽta iaciuntur tum parietes extruuntur:ad extremum tectum imponitur. Ita ex fundamento,pariete,&tecto domus componi dicitur:cùm ex inuẽtione tecti: paries:ex pa-
D rietis,fundamentum ortum ſit.

Cedo item aliud. Quoniam Grammaticæ finis eſt propoſitus, rectè loqui: prima deliberatio eſt,de orationis probitate: ſecunda,de verbis quibus conſtat oratio:tertia de ſyllabis, earúmque pronuntiatione. At in arte tradenda prima de literis præcepta ſunt:ſecũdà, de ſyllabis:tertia,de dictionib°:poſtrema,de oratione.

Quid eſt diæreſis? Method° diſtributionis quę à primo & ſummo genere inſtituta,eouſq.per genera interme
E dia producitur,dum ad ſpecies infimas peruenitur. Itaq.primo loco,qua de re agatur proponit,ac definit: tum deinde partes ipſius ſingulas diuidendo, nominãdo, definiẽdo,& notãdis cuiuſq. proprietatibus exponit. Partiũ enim ſingularũ nomina ſingulis definitionibus & proprietatibus aperiẽda ſunt:quandoquidem omnis,(vt ait Ariſtoteles) ſciẽtia per definitionẽ aperitur.propterea quòd idem eſt ſcire, & per definitionẽ intelligere. Itaq.diæreſis partes ſunt quatuor:propoſitio,diuiſio, nominatio,& definitio. Sic Grãmatica in arte tradenda primùm proponitur eſſe ars rectè loquẽ-
F di,& ſcribendi:tũ deinde diuiditur in literã,ſyllabam, dictionem,& orationẽ.Nã diuidẽdo ſimul nominãtur partes.Rurſus literę diuidũtur in vocales & cõſonãtes: hę rurſus in mutas,& ſemiuocales.Syllabę poſtea diuidũtur in longas,& breues:dictiones in nomina, verba, ceteráſque orationis partes.Oratio verò in planam & figuratam. Singulis autem partibus ſua definitio, & proprietatis cuiuſque declaratio adhibetur.

Cedo aliquod huius tertię Methodi exemplum, ab
G antiquo aliquo ſcriptore vſurpatum. Extat lõgè apertiſſimum in eo libello quem ex hac methodo Cicero Partitiones inſcripſit, vbi Rhetoricã artẽ à ſummo ad minutiſſimas quaſq. partes paulatim partiendo expoſuit.Sed nuſquàm hæc methodus luculentius explicatur, quàm apud eũdẽ lib.de Orat.I. vbi Craſſus ita lo-

quitur: Omnia ferè quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt, vt in Muſicis numeri & voces & modi. in Geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. in Aſtrologia, cœli conuerſio, ortus, obitus, motúſque ſyderum. In Grammaticis, poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam ſonus, in hac denique ipſa ratione dicendi excogitare, ornare, diſponere, meminiſſe, agere, ignota quondam omnibus & diffuſa latè videbantur. Adhibita igitur eſt ars B quædam extrinſecus, ex alio genere quodam, quod ſibi totum Philoſophi aſſumunt, quæ rem diſſolutam diuulſámque conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret. Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ atque vſitatæ in rebus cauſiſque ciuium æqualitatis cōſeruatio. Tum notāda genera, & ad certum numerum paucitatémque reuocanda. Genus autem eſt, id quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. Partes autem ſunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, ſubii- C ciuntur: omniaque quæ ſunt vel generum, vel partium nomina, definitionibus, quam vim habeant, eſt exprimendum. Eſt enim definitio earum rerum, quæ ſunt eius rei propriæ quam definire volumus, breuis & circumſcripta quædam explicatio. Hiſce ergo rebus exēpla adiungerem, niſi apud quos hæc haberetur oratio, cernerem. nunc complectar, quod propoſui, breui. Si enim aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quiſpiam, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, vt primùm omne ius ciuile in genera digerat, D quæ perpauca ſunt: deinde eorum generum quaſi quędam membra diſpartiat, tum propriam cuiuſque vim definitione declaret, perfectam artem iuris ciuilis habebitis: magis magnam atque vberem, quàm difficilem & obſcuram.

Cedo item aliud exemplum. Sumatur ex eiuſdem libro de Finib. II. Omnis in quærendo, quæ via quadam, & ratione habetur, oratio, præſcribere primùm debet (vt quibuſdam in formulis ea res agatur) vt inter quos diſſeritur conueniat, quid ſit id, de quo diſſe- E ratur. hoc poſitum in Phædro à Platone, probauit Epicurus, ſenſitque in omni diſputatione, id fieri oportere. ſed quod proximum fuit, non vidit: negat enim definiri rem placere: ſine quo fieri interdum non poteſt, vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid ſit, id de quo agatur. velut in hoc ipſo de quo nunc diſputamus. quærimus enim finem bonorum poſſimú ne ſcire hoc quale ſit, niſi contulerimus inter nos, cùm finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiam ſit ipſum bonum? Eodémque inſignis ille locus pertinet, F ex lib. de Orat. I. vbi Craſſus ita loquitur: Sin autem ea quæ obſeruata ſunt in vſu ac ratione dicendi, hæc ab hominibus callidis animaduerſa ac notata, verbis deſignata, generibus illuſtrata, partibus diſtributa ſunt, non intelligo, &c. Itémque ille alter ex lib. de Orat. II. vbi Antonius ita loquitur: Ego verò (inquit) pergam, & id faciam quod in principio fieri in omnibus diſputationibus oportere cenſeo: vt quid illud ſit, de quo diſputetur, explanetur. ne vagari & errare cogatur oratio, ſi ij qui inter ſe diſſenſerint, non idem eſſe illud G de quo agitur, intelligent. Nam ſi fortè quæreretur, quæ eſſet ars Imperatoris: conſtituendum putarē, principio quis eſſet Imperator. qui cùm eſſet conſtitutus adminiſtrator quidam belli gerendi: tum adiungeremus de exercitu, de caſtris, de agminibus, de ſignorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu, de inſidiis faciendis, atque vitandis, de A reliquis rebus, quæ eſſent propriæ belli adminiſtrandi. quarum qui eſſent animo & ſcientia compotes, eos eſſe Imperatores dicerem, vteréque exemplis Africanorum, & Maximorum: Epaminondam atque Annibalem atque eius generis homines nominarem.

De Dialogorum & Dialecticorum Methodo.

CAP. II.

TENEO iſta. Sed quæro ecquemnam harum methodorum trium veteres illi Dialectici ſuis in dialogis tenerent. nam eorum inſtitutum noſſe, per magni (vt video) ad Dialecticę cognitionem intereſt. Cicero li. de Finib. II. ſcribit, primum Sophiſtarum omnium Gorgiam Leontinum, auſum eſſe in conuentu quæſtionem poſcere, id eſt iubere dicere qua de re quis audire vellet. Tum deinde Academicos inſtituiſſe, vt qui Philoſophum audire vellent, primùm dicerent quid ſentirent. veluti, Malum mihi videtur eſſe mors. Voluptas mihi videtur eſſe ſummum bonum. Quod cùm dixiſſent, ille contrà, ſic tamen, vt qui audiebant, quoad poſſent, defenderent ſententiam ſuam. Apud Stoicos verò, & Peripateticos, atque etiam ad extremum apud Academicos, eum qui quæſiuit aliquid tacere ſolitum. vbi enim qui audire vult, ita dixit, Voluptas mihi videtur eſſe ſummum bonum: perpetua oratione contrà diſputabatur. At lib. Tuſc. I. ſcribit veterem & Socraticam rationem diſſerendi hanc fuiſſe. vt cùm is qui audire vellet dixiſſet quid ſibi videretur, tum Philoſophus contradiceret. At lib. de Fin. vt ſcribit, ab Ariſtotele principe de ſingulis rebus in vtranque partem dicendi exercitationem eſſe inſtitutam, vt non contra omnia ſemper diceret: & tamen vt in omnibus rebus quicquid ex vtraque parte dici poſſet, exprimeret.

Quid? ipſe Ariſtoteles de ſuo inſtituto & docendi ratione quid ſcribit? Multis in Logicæ ſuæ locis profitetur, ſe ita ſuos diſcipulos inſtituiſſe, vt in vtranque partem parati eſſent: vt ſiue Etiam, ſiue Non aduerſarius reſponderet, tum cui, ETIAM reſponſum eſſet, refelleret: cui verò, NON, confirmaret: contráque aduerſarius ipſe quoque pro ſua parte diſputaret, eámque tueretur. Itaq. libro de Captionibus ſophiſticis extremo teſtatur ſuum hoc inuētum eſſe, vt facultatem traderet diſſerendi de quaque re poſita, ex iis quæ eſſent in re propoſita quàm maximè probabilia. vnde ſine dubio illa Dialecticę definitio ſumpta eſt: vt ſi ars probabiliter in vtranque partem de quaque re propoſita diſſerendi.

Sed definitionis & diuiſionis quodnam apud diſputationes illos veteres inſtitutum fuit? Omniū quidem commune fuiſſe video, vt primùm inter ſe cōſtituerent quid eſſet illud de quod diſputandum eſſet. tum deinde vt illud vel definirent, vel diuiderent. (neque enim magnopere vtrum prius, an poſterius facerent, laborabant) vt illa dialogorum ratio magis ad methodū diuiſionis, quàm ad alias duas accedere videretur. Sed definiendi verbo video Ciceronem dupliciter eſſe vſum. primùm pro eo quod modò dicebam, conſtituere & ponere, qua de re diſputandum eſſet. veluti, Malum mihi videtur eſſe mors. deinde pro breui & dilucida controuerſæ rei explicatione. Nam in lib. de Off. I. ſic ſcribit. Omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci: vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur. At in lib. de Finib. II. perſpicuè demonſtrat, definitionem, eo loco vſurpatam, pro enuntiato ad diſputandū propoſito. O-

poſito.Omnis(inquit)in quærendo, quæ via quadam & ratione habetur oratio,præſcribere primùm debet, vt inter quos diſſeritur,conueniat quid ſit id, de quo diſſeratur.Hoc poſitum in Phædro à Platone, probauit Epicurus ſenſitque in omni diſputatione id fieri oportere:ſed quod proximũ fuit,non vidit:negat enim definiri rem placere:ſine quo fieri interdum non poteſt,vt inter eos,qui ambigunt conueniat, quid ſit id de quo agatur. Locus autem Platonis quem Cicero protulit,perſpicuè hoc ipſum oſtendit. περὶ παντός, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύσεσθαι, εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή: ἢ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη.

Et de Ariſtotele quid habes dicere?Primum in lib. de interpretatione ita ſcribit: Τί ἐστι; οὐκ ἐρώτησίς ἐστι διαλεκτική· δεῖ γὰρ δεδόσθαι ἐκ τῆς ἐρωτήσεως ἑλέσθαι, ὁπότερον βούλεται τῆς ἀντιφάσεως μόριον ἀποφήνασθαι. ἀλλὰ δεῖ τὸν ἐρωτῶντα προσδιορίσαι πότερον τόδε ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, ἢ οὐ τόδε. id eſt: Quid eſt,non eſt quæſtio Dialectica. oportet enim dari ex interrogatione optionem, vtram velit contradictionis partem declarare. Sed oportet interrogantem definire,vtrum homo ſit hoc, an illud. Deinde lib.Analyt.priorum primo: Δεῖ δὲ τὰς προτάσεις περὶ ἑκάστου τούτου οὕτως ἐκλαμβάνειν, ὑποτιθέμενον αὐτὸ πρῶτον καὶ τοὺς ὁρισμοὺς, καὶ ὅσα ἴδια τοῦ πράγματος. Id eſt: Oportet propoſitiones de horum vnoquoque ita ſumere:ſubiiciente primùm id de quo agitur,deinde definitiones,tum omnes rei proprietates. Poſt lib. Topic. VIII. cùm dixiſſet facilem diſſerendi rationẽ non eſſe,niſi prius intelligatur, quid ſit id de quo diſputatio inſtituitur: maximéque id principiis artium contingere,quibus cetera probantur, tum ita infert: ἀλλ' ἀναγκαῖον ὁρισμῷ τῶν τοιούτων ἕκαστον γνωρίζειν. id eſt,definitione vnumquodque eorum neceſſariò aperiendum eſt.quoniam autem formula,quid eſt,non eſt anceps, propterea paucis antè verſibus monuit quæſtionem definitionis ita proponendam eſſe. Homo éſtne animal rationis particeps, an non? Quod eodem modo in libro de interpretatione admonuerat,eo loco quem ſuperiùs protulimus.

Potéſne harum rerum omnium exemplum aliquod ex veterum libris proferre? Sumatur Ciceronis illa diſputatio quæ eſt ſub initium lib. Tuſcul.quarti: vbi & quæſtio ponitur, & poſt quæſtionem diuiſio ſingularum partium definitur. planiſſiméque vetus iſtud de quo iam diximus inſtitutum obſeruatur.

De artis & libelli huius Methodo.

CAP. III.

Ecquamnam igitur Methodum in hac Dialecticæ artis inſtitutione ſequemur? Analyticam. cuius in meditando hic ordo eſt primùm vt finem nobis Dialecticæ proponamus eum,quem ſuperiùs diximus, Demonſtrationem:id eſt veri & falſi diiudicationem: tum vt è ſex conſequentibus quod fini proximum eſt, proximè conſideremus: hoc eſt,primo loco rationis concluſionem,ſiue argumentationum formulas:ſecundò vim & firmamentum argumentorum,ex quibus quid quodque valeat,intelligitur:tertiò enuntiationes, quibus argumenta conſtant: quartò partis cuiuſque nomen, & definitionem:quintò eiuſdem materiæ confuſæ diſtributionem: poſtremò adfectionem rerum & vocabulorum,ex quibus Enuntiationes conſtant.Et quoniam longius à fine regredi non poſſumus, ab eo artem noſtram componere inſtituemus.Id autem operis noſtri fundamentum iam antè iactum eſt, cùm ab eo quod vltimum inuenimus,exorſi ſumus: nimirum ab

A adfectionibus. Deinceps igitur de diuiſione,tum de definitione,de argumento, & de argumentatione diſſeremus.Nam etſi in omni methodo,primùm(vt modò diximus)locum obtinet definitio,tamen in hac arte tradenda,priora ſunt diuiſionis præcepta,quàm definitionis. quia definitio eo inſtrumento conficitur, quod in diuiſionis arte traditur:nimirum genere, partitione,& differentia.deinde chaos cuiuſque quæſtionis iſto modo,certiſſimè diſtingui, atque in ordinem
B redigi poteſt. Idémque video Ciceronem & in Officiis & in Tuſc.quarta feciſſe.

Quodnam appellas chaos quæſtionum?Quia propoſita quæſtione protinus vniuerſi generis confuſio, & quaſi chaos quoddam animo & menti obiicitur. Quare vt in opificio mundi, cùm eſſet confuſa naturarum moles, primum lux eſt adhibita: tum ſingulæ materiæ ſecretæ ac definitæ ſunt:dein vnaquæque ſuũ in locum ac tãquam ſedem ordine collocata:pòſt earum omnium vſus atque fructus hominibus cõceſſus
C eſt:ſimiliter propoſita quæſtione principio rationum notitia tanquam lucerna in tenebris adhibenda eſt,atque ita diſperſæ ac diſſipatæ quæſtionis partes(de quibus ſuperiùs ex Cicerone dicebamus)ſub oculos ſubiiciendæ ſuntie:arúmque certa genera notanda: id eſt, nominibus ſuis appellanda,atque ad anguſtum numerum paucitatémque reuocanda ſunt.Tũ ſingulæ quæſtionis partes diſtinguendæ, atque in ordinem diſtribuendæ.poſt ſingulæ partes definitionibus, & argumentatione tractandæ, ex quibus operis totius fru-
D ctus,vtilitáſque percipitur. At quoniam finis omnis Dialecticæ in ratiocinatione & ſyllogiſmo poſitus eſt,quod verbũ à ratiocinatoribus ſumptum eſſe conſtat,venit mihi in mentem totam huius artis ſtructurã ratiocinationibus calculatorum ſimilem facere.

Quomodo? Quoniam qui ſocietatem aliquot annos exercuerunt,cùm de ea dirimenda cogitant, primùm omnium finem ſibi rationum diſtractionẽ proponunt,deinde numerationem,quam ego argumentationibus comparo.pòſt numerandi artẽ, vt quid quiſque numerus valeat,intelligatur. tum calculos, qui
E enuntiationibus aptiſſimè conferuntur. Inde temporũ quibus ſocietas fuit,aut negotiationum diuiſarum titulum ſiue definitionem:poſt eiuſdem temporis,earũdémque rerum partitionem.Et quoniam regredi vlterius non poſſunt,ab eo incipiunt,quod vltimum inuenerant:ac tum deinde ab hoc poſtremo gradatim progredientes ad id quod ſibi finem ſtatuerant, hoc eſt, rationum diſtractionem,perueniunt.

F

De Diuiſione. CAP. IIII.

Deinceps igitur de Diuiſione diſſeramus. Quid eſt Diuiſio? Diuiſio ſummo genere eſt,partium quæſtionis ad diſputandum propoſitæ diſtributio.ſed eius ſpecies duę ſunt, quarum prior propriè diſpoſitio dicitur, altera generis ſui nomine diuiſio appellatur.

Quid eſt diſpoſitio? Prima maiorum partium diſtributio, per quam ſumma quæſtionis genera, non
G ſolum ordine,ſed etiam momento quodam, perexiguo numero notatur.Eſt enim quaſi operis futuri deſignatio,atque(vt pictores loquuntur) rudis quædam informatio,vt cũ in Officiis Cicero ita ſcribit,Omnis de officio duplex eſt quæſtio:vnum genus eſt, quod pertinet ad finem bonorum, alterum ad inſtitutionẽ vitæ communis. Atque etiam alia diuiſio eſt officij: nam & medium quoddã officium dicitur & perfectũ

Sed nullum eius rei vel dilucidius vel luculentius exẽplum ſtatui poteſt: quàm ex initio Partionum Ciceronis: vbi ſummatim omnem dicendi doctrinam tripartitò diſtribuit, in vim orationis, orationem, & quęſtionem: quarum ſingulas poſterius ſubtiliter explicat.

Quid eſt diuiſio? Notio quę rem vniuerſam in cognatas partes ſingulas adhibita cuiuſque differentia diſtinguit. Nam omnis res vniuerſalis per adiunctionem differentiæ in ſingularem contrahitur.

Quod eſt officium diuiſionis? Vt & ſpecies à ſuo genere diſtrahat, & eas diſtractas adhibita differentia inter ſe opponat. Eius autem artis cum maximus in diſciplinis omnibus eſt vſus: tum verò laus planè ſingularis. Nam Socrates in Phædro Platonis profitetur, ſi quem nactus eſſet diuidendi peritum, eius ſe quaſi Dei alicuius veſtigia ſecuturum. Τοῦτον διώκω (inquit) κατόπισθε μετ' ἴχνιον, ὥστε θεοῖο. Atq; ad eum locum alluſiſſe Ciceronẽ arbitror in lib. 1. & 2. de Oratore, cùm in illo Antonius ait, Craſſum ſemper in dicendo ſibi videri Deum, cuius veſtigia Cæſar & Catulus adoleſcentes perſequi cupiant: in hoc autem, Qui ordo (inquit Antonio Catulus) tibi placet, & quæ diſpoſitio argumentorum: in qua tu mihi ſemper Deus videri ſoles.

Quid intereſt inter differentiam & diuiſionem? Superius dictum eſt, differentia ſpecies inſigniri, vt ſecernantur. Hoc igitur inter diuiſionem & differentiam intereſt, quòd in rebus inſignitis intereſt inter inſtrumentum & ſignum, nam exempli cauſſa, quod in cudendis numis materia eſt: id in hac re eſt ſpecies: quod illic inſtrumentum: hîc, diuiſio: quod illic ſignum, ſiue nota publica: hîc, differentia.

Quotuplex differentia eſt? Quoniam diuiſio & differentia ita inter ſe adfectæ ſunt, vt inſtrumentum & ſignum, ſequitur, vt diuiſionum ac differentiarum eadem planè diſtributio ſit: & quod de illis, idem de his dicatur.

De multiplici Diuiſionum genere.

Cap. v.

Quotuplex igitur Diuiſionum ac differentiarum diſtributio eſt? Earum tot ferè genera ſunt, quot ſuperiùs adfectionum locos expoſuim⁹. Nam (vt ante monuimus) ex iis locis tãquam theſauris Diuiſionum & definionum materia omnis eruitur. Itaque remotis genere, ſpecie toto & partibus: reliquos omnes locos ordine, ſi voles, perſequi poſſum⁹. Quatuor autem illos propterea remouemus quia Gen⁹ cõmunis omnium diuiſionum materia eſt. Species autẽ, quæ quidem infima eſt, idcircò non diuiditur, quia indiuidua tantùm cõplectitur: quæ (vt iam perſępe diximus) infinita, caduca, & fluxa ſunt. quæ verò infinita ſunt, percurri animo non poſſunt. ad totum autem & partes, non diuiſio (vt paulo ante diximus) ſed partitio adhibetur.

Quæ eſt diuiſio generis? Hæc vniuerſalis eſt, & fuſa per omnes locos. Itaque reliquæ omnes ſumi ex locis dicuntur: at hæc ſumi ex generis loco dici non poteſt. Generis igitur diuiſio eſt, quæ Genus aliquod in certas & finitas ſpecies diſtribuit, quarum ſingulæ generis nomen retinẽt: ſiue illud ſummũ ſit, ſiue mediũ, ſiue infimum. Summum: veluti, Corpus aliud eſt animatũ, aliud inanimatum. Mediũ: veluti, Animal aliud eſt rationale, aliud irrationale. Infimum: veluti, Homo alius eſt Gallus, alius Germanus, alius Italus. Hæc autem diſtributio duplex, dicitur à Græcis διαίρεσις, A & ὑποδιαίρεσις: à Latinis, Diuiſio & Subdiuiſio. Omnes autem illæ ſpecies diſtributæ, ſummi ſui generis, quod eſt corpus, nomen retinent.

Quotuplex generis diuiſio eſt? Duplex. Nam altera certam cuique ſpeciei ex ſua differentia notam attribuit: altera propter differẽtiæ ignorationem & nominum penuriam non attribuit: ſed vel contrariam ſpeciem ex contradictionis particula notat, vel ſui generis nomine appellat.

B Cedo exemplum contradictionis. Superiùs vbi de differentia diſſeruimus, hæc vulgata protulimus: Animal aliud eſt rationale, aliud irrationale. Rerum aliæ ſunt corporales, aliæ incorporales. Ius aliud ſcriptum, aliud non ſcriptum. Furtum aliud manifeſtum, aliud nec manifeſtum.

Cedo exemplum ſpeciei, quæ pro differentia generis nomen obtinet. Fruges commune nomen eſt & terrę & arborum. Baccæ tamen de arboribus propriè: de terra fruges dicuntur. vt apud Ciceronem in Catone C Maiore. Tanquam in arborum baccis, terræque frugibus. Sic apud Cæſarem: Gallorum alij dicuntur Belgæ, alij Aquitani, alij propriè Galli. Sic apud Iuriſconſultos Cognatio quædam propriè dicitur Agnatio, eorum videlicet qui per patrem coniunguntur: quædam tantummodo Cognatio, eorum qui per matrem. Solétque hæc ſpecies voce & nota illa Tantummodo plerunque deſignari. Vt apud Ciceronem in Topicis. Genus eſt vxor. Eius ſunt duæ formæ: vna matrumfa. hæ ſunt quæ in manum conuenerunt. altera D earùm quæ tantummodo vxores habentur. Scitum eſt autem illud eiuſdem eodémque loco: Species à genere, quoad ſuum, id eſt ipſius, nomẽ retinet, nunquam ſeiungitur. Sic Ariſtoteles initio Topicorum Proprij duas dicit eſſe ſpecies: vnam, quæ rei vim & naturam declarat. quæ Definitio dicitur: alteram, quæ non declarat, & communi nomine Proprium vocatur. Et lib. Politicorum III. cùm Reip. tres eſſe ſpecies dixiſſet, vnam quæ vnius dominatu regeretur, quæ Monarchia diceretur: alteram, quæ paucorum, quæ Ariſto- E cratia: tum verò tertiam ſubiunxit, quę populi imperio ac poteſtate cõtineretur: quę communi nomine Reip. Græcè πολιτεία dicitur. Eodémque modo Iuriſconſulti doni duas ſpecies conſtituunt: vnam, quæ cum cauſſa fit, quæ propriè Munus appellatur: alteram quę ſine cauſſa, quæ generis nomine Donum vocatur. Sed vſum huius differentiæ poſterius ex locis argumentorum cognoſces.

Quæ eſt diuiſio ex cauſſa Efficiente? Quæ genus in ſpecies ex cauſſarum efficientium varietate diuidit. ve- F luti, Arborum aliæ ſponte naſcuntur (ait Plinius) aliæ ex ſemine, aliæ ex traduce. Animalium aliud ex parente, aliud à ſole, aliud ex putredine naſcitur.

Quæ eſt ex Materia? Quæ genus in ſpecies pro cuiuſque materiæ varietate diſtribuit: veluti, Metallorum aliud eſt aurum, aliud argentum, aliud æs, aliud ferrum. Prædium aliud eſt vrbanum, aliud ruſticum. nam vrbanum (inquiunt Iuriſconſulti) non locus facit, ſed materia. Vaſorum quædam ſunt ærea, quædam lignea, quædam vitrea, quædam fictilia.

Quæ eſt ex Forma? Quæ genus in ſpecies ex formarum varietate diſtribuit: veluti, nauium aliæ ſunt conſtratæ, aliæ apertæ, aliæ turritæ, aliæ roſtratæ, aliæ biremes, aliæ triremes, aliæ quadriremes. Linearum alia recta eſt, alia obliqua.

Cedo exemplum ex fine. Nauium aliæ ſunt actuariæ, aliæ piſcatoriæ, aliæ onerariæ, aliæ ſpeculatoriæ. Seruorũ alij ſunt atrienſes, alij diſpẽſatores, alij topiarij, alij am-

alij amanuenſes, alij ſcriptores. Vaſorum alia ſunt vinaria, quædam eſcaria, quædam aquaria, quædam vnguentaria.

Quæ eſt diuiſio ex effectis? Quæ genus in ſpecies pro effectorum varietate diſpertit. veluti herbarum quædam calefaciendi vim habent, quædam refrigerādi aer alius eſt ſalubris, alius peſtilens.

Quæ eſt diuiſio ex Proprio? Quæ genus in ſpecies pro cuiuſque proprietate partitur. veluti, Beluarum aliæ ſunt volatiles. aliæ terrenæ, aliæ natatiles. Item aliæ cantant, aliæ latrant, aliꝯ hinniunt, aliæ vlulant, aliꝯ rugiunt. Item aliæ ſunt cicures, aliæ feræ.

Quę eſt diuiſio ex Antecedente? Locus ex antecedente neceſſariò cùm illo ex conſequente coniungēdus eſt. Nam diuiſio hęc alias ſpecies antecedentes cōſtituit, alias conſequente. veluti, Ætas hominis diuiditur in pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem, & ſenectutem. Illa autem anni partitio eſt potius quàm diuiſio. Annus diuiditur in ver, æſtatem, autumnum, & hyemen.

Quæ eſt diuiſio ex Adiunctis? Quæ genus pro adiunctorum varietate diſtribuit. vt, Senum alij ſunt creduli, alij ſuſpicioſi, alij iracundi, alij inertes, alij loquaces. vel hoc modo: Senum alij facile lippitudinem cōtrahunt, alij podagram, alij in ſurditatem facilius incidunt, alij in delirium.

Quæ eſt diuiſio ex Accidenti? Quæ genus in ſpecies pro accidētium varietate diſtinguit. veluti Equorū alij ſunt gradarij, alij aſturcones, alij veredi, alij ſucuſſatores. Flores alij ſunt hyberni, alij verni, alij æſtiui, alij autumnales.

Quæ eſt diuiſio ex Comparatione? Quæ genus ex formarum aut paritate aut imparitate diſtribuit. veluti, Magiſtratuum alij ſunt maiores, alij minores. Item alij ſunt maiorum, alij minorum gentium. Militum alij ſunt præpoſiti, alij gregarij.

Quæ eſt diuiſio ex Similitudine? Quæ in diſtribuēdo varias ſimilitudines aucupatur: veluti apud Ciceronem in ea pro Sex. Roſcio: Simillima eſt accuſatorum ratio. Alij veſtrûm anſeres ſunt, qui tantummodo clamant, nocere non poſſunt: alij canes, qui & latrare & mordere poſſunt. Et Tuſc. v. Vt in ludis Olympicis alij corporibus exercitatis gloriam nobilitatem coronæ petunt, alij emendi aut vendendi quæſtu ducuntur, alij viſendi cauſſa veniunt: ſic in vita quadam gloriæ ſeruiunt, alij pecuniis, alij rerum naturam ſtudioſè intuentur. Item, Hominum alij ſunt tanquam apes, vt patresfam. naui atque induſtrij: alij tanquam fuci, qui alieno labore victitant.

Quæ eſt diuiſio ex Aduerſis? Quæ genus in maximè diſſidentes atque infeſtas ſpecies diſtribuit. veluti Elementorum aliud eſt calidum, aliud frigidum, aliud leue, aliud graue, aliud humidum, aliud ſiccum, Enuntiationum aliæ ſunt veræ, aliæ falſæ.

Quæ eſt diuiſio ex Relatis? Quæ ſpecies inter ſe relatas exponit. vt, Hominum alij ſunt patresfa. alij filiifam. alij tutores, alij pupilli: alij domini, alij ſerui.

Quæ eſt diuiſio ex Priuantibus? Quæ genus in eas ſpecies diſtribuit, quarum aliæ habitum, aliæ priuationem ſignificent. veluti, Hominum alij ſunt ſapientes, alij ſtulti, alij valentes, alij imbecilli. Inſtrumentorum (inquit Ariſtoteles in Politicis) alia ſunt animata, vt ſerui: alia inanimata, vt ſecuris, aut dolabra.

Quæ eſt diuiſio ex Aientibus & Negantibus? Quæ genus in eas ſpecies diuidit, quarum aliæ affirment, aliæ negent: veluti, Furtum aliud eſt manifeſtum, aliud nec manifeſtum. Animal aliud eſt rationale, aliud irA rationale. Ius aliud ſcriptum, aliud non ſcriptum. Res aliæ corporeæ, aliæ incorporeæ.

Quæ eſt diuiſio ex Repugnantibus? Quæ ſpecies ita diſtribuit, vt vna contrarium oſtendat, altera alterius contrarij conſequens. veluti, Rerum quædam bonæ ſunt, quędam fugiendæ. Ciuium alij ſunt vtiles Reip. at ij ciuitate exterminandi. Nam fugiendum conſequens eſt mali: & Eiiciendum inutilis.

Quæ eſt diuiſio ex Diſparibus? Quæ diſpares ſpe- B cies conſtituit. veluti, Genus aliud eſt ſummum, aliud medium, aliud infimum. Capitis diminutio alia eſt maxima, alia media, alia minima. Elementorum aliud eſt graue, aliud leue. Ætas apud Romanos alia erat iuniorum, vſque annum XLV. alio ſeniorum. Officium (inquit Cicero) aliud medium, eſt aliud perfectum.

Quæ eſt diuiſio ex Diſſimilibus? Quæ in quaque ſpecie diſſimilitudinem aliquam conſtituit. veluti, Vitiorum quædam fortitudini diſſimilia ſunt, quædam iuſtitiæ, quædam temperantiæ, quædam prudentiæ.

C

De arte & præceptis Diuidendi.

Cap. VI.

Qvot ſunt Diuiſionum præcepta? Vnum & ſummum diuiſionis præceptum eſt, quo cætera omnia continentur; vt vis vniuerſi generis in ſpecies cognatas diducatur. Sed perſpicuitatis cauſſa quatuor exponenda ſunt. primum, vt cognatæ ſpecies ab vno eodemque genere diſtrahan- D tur. alterum, vt inter ſe ex aduerſo & tanquam è regione reſpondeant: id eſt ſemper ex aliquo contrariorum genere ſint. tertium, vt ne vel ſpecies generi, vel genus ſpeciei exæquetur. quartum, ne qua ſpecies vel redundet, vel prætermittatur: ſed paria ſpecierum & generis vniuerſi momenta ſint.

Quid eſt cognatas ſpecies diduci? Eſt non modò ex eodem adfectuum loco, ſed etiam ex eodem genere omnes partes inter ſe cognatas, ac non aliunde aſcitas proponi. Sic enim Zeno (vt Laertius teſtatur) διαί- E ρεσιν definiebat: γένους εἰς τὰ προσεχῆ εἴδη τομήν. vt ſiquis Herculeorum genus, verbi gratia, diuideret in eos demum, qui eundem ſanguine prognati eſſent, neque alienos vllos admiſceret. nam genus eſt id demum, quod de pluribus communione quadam inter ſe coniunctis, & continentibus, dicitur: vt ſuperius docuimus. veluti, Quidquid in deliberationem cadit, id vel honeſtum eſt, vel turpe. Nam ſi quis ita diuideret, id vel honeſtum eſt, vel vtile, ex altero genere ſpeciem ſumeret. Caput igitur diuiſionis eſt, vt cognatæ ſpecies ex eo- F dem genere ducantur: quaſi cùm riuuli ex eodem fonte & capite deriuantur.

Quid eſt ſpecies ex aliquo genere contrariorum eſſe? Non eſt id quidem dubium, quin ſpecies ex eadem animi notione diſtractæ inter ſe contrariæ ſint. nam vna poſita, continuò altera è regione occurrit. Itaque quæ ex eodem genere, quaſi ex altera parte, diuidendo reſpōdent, ſimul natura eſſe dicuntur: neutrum autem prius, aut poſterius. ex quo accidit (quemadmodū poſterius intelliges) vt quod vni ſpeciei propriè concedi- G tur, id alteri denegetur. Atque hæc nimirum illa eſt διχοτομία, ſiue bipartita ſectio, quam veteres tantopere commendarunt, atque in primis Plato: qui in dialogo de Regno ſtatuit, diuiſionem aut ad eam paucitatem, aut certè ad quam proximum licebit numerum accōmodandam eſſe. tametſi Ariſtoteles ſæpenumero teſtetur, rei naturam ferre id non ſemper poſſe. nam (vt ſuperiùs dictum eſt) in contrariis ſæpe intermedia re-

periuntur: vt neceſſe ſit, multo plures ſpecies duabus exponere. A

Cedo exemplum. Elementorum aliud eſt ignis, aliud aqua, aliud aer, aliud terra. nam duæ priores qualitates è regione inter ſe aduerſantur. Ignis enim eſt calidus & ſiccus: aqua frigida & humida. at cetera duo ab vtraque participant. Sed tamen nullum eorum vel natura, vel tempore prius eſt: ſed omnia natura ſimul ſunt & ortu, & tempore. Philoſophia (inquit Cicero) in tres partes eſt diſtributa, in naturæ obſcuritatem, in B differendi ſubtilitatem, in vitam atque mores. Bonorum (inquit Ariſtoteles) alia ſunt animi, alia corporis, alia externa. Item Metallorum aliud eſt ferrum, aliud aurum, aliud argētum, aliud æs. Beſtiarū aliæ ſunt volucres, aliæ terrenæ, aliæ natatiles. Nullum horum altero prius eſt: ſed ſimul natura ſunt. Sic hominem alij ſunt magni, vt gigantes: alij breues, vt nani: alij mediocres. Item alij ſunt Indi, alij Britanni, quàm plurimi interiecti. Colorum alius eſt albus, alius niger, alius ceruleus, alius ruber, alius viridis, alius purpureus: qui ab vtroque C aduerſo participant, & ex aliis permixtis conſtant.

Quid eſt ſpeciem generi exęquare? Eſt partem ſpeciei pro ſpecie, id eſt partem ſubdiuiſionis in diuiſione ponere. veluti, Gallorum alij ſunt Aquitani, alij Celtæ, alij Belgę, alij Hedui. nam Hedui ſub Celtarum ſpecie cōtinentur. Item, ſi quis dicat, Hominū alij ſunt liberi, alij ſerui, alij liberti. Nam liberti ſpecies eſt eius generis, quod eſt liberi. Ita ſpecies ſuo generi adæquatur. Tria ſunt (ait Cicero lib. de Orat. II.) genera, quæ in controuerſiam cadere poſſunt: quid ſit, quale D ſit, & quomodo nominetur. Nam illud quod quidam Græci adiungunt, rectène factum ſit, totum in eo eſt, quod quale ſit, quæritur. Simile vitium eſt, cùm apud Iuriſcōſultos Res ita diuiditur, vt aliæ dicātur corporales, aliæ incorporales, aliæ immobiles. vel aliæ mobiles, aliæ immobiles, aliæ incorporales. l. 1. §. cum autem, C. de rei vx. act. l. 2. & l. 3. C. de quad. præſcript. quāquā id breuitatis cauſſa fieri intelligitur: vt cum Vlp. ait Conuentionum tres eſſe ſpecies: publicas, priuatas, legitimas, & iuris gentium l. 5. D. de pact. E

Quid eſt Genus ſpeciei exæquare? Eſt genus pro ſpecie ponere: id eſt, in diuidendo genere verbum aliquod æquè latum vt genus ipſum, aut etiam latius vſurpare. veluti Liberorum alij ſunt ingenui, alij liberti, alij patresfa. vel ſic. Hominū alij ſunt docti, alij indocti, alij philoſophi.

Quomodo paria ſpecierum & generis momenta efficiuntur? Cum neque ſpecies vlla præter generis vniuerſitatē additur, neque vlla prætermittitur. Nam vt diuiſio generis vniuerſi vim omnem explicare debet, F ſic etiam nullam omittere. Abeſſe autem poterit hoc modo: Bonorum alia ſunt animi: alia corporis. deeſt enim tertia ſpecies, quæ eſt fortunæ. Redundabit autem ſi quis addiderit, Alia externa: vel, Alia naturæ.

De Partitione Totius.

CAP. VII.

QVONIAM de Diuiſione dixiſti, deinceps de Partitione diſſeramus. Quid eſt Partitio? G Eſt Totius in partes vel ſingulas, vel pleraſque diſtributio. Nam ſi certæ ac finitæ ſunt, omnes enumerandæ ſunt. At non eſt vitioſum (ait Cicero) in re infinita nonnihil prætermittere. Scitum eſt autem illud Platonis in Phædro, cauēdum eſſe in partiendo, ne coquorum imperitorum ritu oſſa frangantur: cùm artus & membra prius diuidenda ſint: ac tum deinde ſingulorū membrorū articulos ſciūgi oporteat.

Quænā eſt ars Partitionis? Eadem ferè quæ diuiſionis: dummodo partium (vt antè dixi) finitus ſit numerus. Itaque quę notio diuiſionem, eadem quoque Partitionem efficit: nimirum differentia qua quæque pars tanquam certa & propria nota inſignitur.

Vnde Partium differentiæ ſumuntur? aliæ ex forma, aliæ ex materia. Ex forma veluti, domus apud Philoſophos partitur in fundamētum, parietes, contignationem & tectum. apud Iuriſconſultos, tantum in ſolum & ſuperficiem. l. ſolum, 49. D. de rei vindic. l. domo, 21. D. de pignora. act. l. Sabin⁹, 20. D. de cont. empt. Ex materia ſic: domus partitur in lapides, trabes, cæmēta, & tegulas. Item, Corpus hominis partitur in caput, pectus, ventrem, & tibias: aut partitur in oſſa, carnem, ſanguinem & neruos.

Quid intereſt inter Diuiſionē & Partitionem? Diuiſio adhibetur ad genus. Partitio ad totum. Illius differentiæ ſemper generis nomen retinent. Partes verò totius nomen non retinent. Eorum tamen hoc commune eſt, quòd & partes diuiduntur in ſpecies, & ſpecies viciſſim in partes: cùm aut illæ generis vim obtinent, aut hæ totius.

Cedo exemplum. Sumatur ex eo libello quem hoc ipſo Partitionum nomine Cicero appellauit. Nā primo loco Rhetoricam tanquam totum propoſuit. tum eius tres fecit partes: vim oratoris, orationem, & quæſtionem. deinde vbi ad quæſtionem ventum eſt, eius non partes, ſed ſpecies diſtribuit. Quæſtio (inquit) alia finita eſt, alia infinita.

Cedo aliud exemplū. Domus partitur in fundamentum, parietes contignationem, tectum. tectum autem aliud eſt planum, aliud faſtigiatum.

Sed quæ cautio eſt de vel diuiſionem pro partitione, vel hanc pro illa vſurpemus? Si diſtractæ partes vniuerſi nomen retinent, diuiſio eſt: ſin minus, partitio, eiuſque rei exemplum ſuperiùs in adfectione partium ex Dialecticæ & Memoriæ partitione oſtendimus, in naturalem & artificioſam. nunc etiam ex Architecturæ partitione à Vitruuio tradita ſumere poſſumus. non enim dixit aliam eſſe naturalem, aliam artificioſam. Sed hoc modo: Naſcitur ex fabrica & ratiocinatione. Fabrica eſt continuata vſus meditatio, quæ manibus perficitur. Ratiocinatio quæ res fabricatas ratione proportionis demonſtrat. Sic Ariſtoteles in Politicis ſcribit, Mercaturæ tres eſſe partes, non ſpecies: nauigationem, inuectionem, & negotiationem.

Quoniā diuiſionis & partitionis præcepta expoſuiſti, velim eius diſtributionis rationem exponas, qua principio huius artis in Dialectica partienda es vſus. Id verò ſuperiùs in Methodo exponenda præſtitimus, cùm artis huius Analyſin, & quaſi operis totius formam, & deſignationem propoſuimus: & ratiocinatorum ſimilitudine vſi ſumus. Sed quoniam plerique diuiſionem & definitionem non ſummas Dialecticæ artis partes conſtituunt, ſed quaſi Partium ſubdiuiſionem faciunt, neque de iis niſi cum ad argumentorum locos ventum eſt diſputant: quaſi argumentationis tantum partes eſſent (quod non immerito quiſpiam à Cicerone in Topicis factum exiſtimaret) confirmandum eſt, diuiſionem & definitionem argumentationis partes propterea dici non poſſe, quoniam & per hanc, illæ duæ probantur: & per illas duas, hæc tractatur. Totum autem neque ad partes confirmandas adhibetur, neque partes ad Totum tractandum, ſed tertium quippiam extrinſecus adſumptum. Quod cùm ita ſit, perſpicuum eſt, tres illas eſſe pari ferè momento Dia-

to Dialecticæ artis partes: ac falſò duas illas huius tertiæ partes numerari. Sed quod de illarum mutua probatione & tractatione breuiter attigi, deinceps cùm eò ventum erit planius dabitur exponendi locus.

Quid verò? Cuiuſmodi peruulgatam illam Dialecticæ partitionem eſſe cenſes, cum ita diſtribuitur: Dialecticæ partes duæ ſunt, inuentio & diſpoſitio? Vitium huius partitionis perſpicuũ eſt in eo, quod pars ſubpartitionis in partitione ponitur. nam cum veteres (in his Cicero) hanc diſtributionem poſuerunt, nequaquam ſummã artis totius partitionem eſſe voluerũt: ſed quartæ partis, quæ Argumentatio eſt, ſubpartitionem: quod poſtea dilucidius intelliges.

De vocabulis Definitionis & Enuntiationis.

Cap. VIII.

QVID ſequitur nunc? Vt de Enuntiatione & Definitione dicamus: quarum, ſi vocabuli notionem ſpectemus, par eadémque vis, natura, & ratio eſt. Quanquam enim omnis definitio enuntiatio eſt, tamen ea demum enũtiatio hoc proprio definitionis nomine ſignata eſt, quæ inter Enuntiationes principatum obtinet. propterea autem princeps & Regina Enuntiationum omniũ definitio eſt, quia ſola verám propriámque reciprocationem & conuerſionem recipit, cum ceteræ aut non recipiant omnino, aut impropriam & abuſiuam recipiant. quemadmodum poſterius ex conuerſionum diſciplina cognoſces. Itaque vt iuſtitia eſt virtus, quæ ſuum cuique tribuit, eſt iuſtitia.

Quid eſt Enuntiatio? Enuntiatio generali nomine eſt oratio, quæ aliud de alio quoquomodo pronũtiat: ſiue indicandi modo: veluti, Titius eſt heres meus: ſiue imperandi, Titius heres meus eſto: ſiue optandi, Vtinam Titius heres meus eſſet: ſiue coniungendi, ſi Titius heres meus ſit. Itaque nullæ in hominum vita verius hoc nomine appellandæ ſunt, quam quæ legum ſcita & ſanctiones continent. veluti, Salus populi ſuprema lex eſto. Periurij pœna diuina, exitium: humana, dedecus eſto. Quod eodem modo de regulis & præceptis artium intelligendum eſt, quæ Græci ἀξιώματα nominant. veluti, Omnes anguli recti inter ſe ſunt æquales. Quæ tertio alicui paria ſunt, etiam inter ſe paria ſunt. Si æqualibus detrahantur æqualia, reliqua erunt æqualia, ſed alia eſt Enuntiatio communis, alia dialectica.

Quæ eſt Enuntiatio Dialectica? Eſt oratio quæ aliud de alio pronuntians, verum falſúmve aliquid complectitur. nam (vt Cicero in Lucullo ſcribit) fundamentum omnis Dialecticæ eſt, quidquid enuntietur aut verum eſſe, aut falſum. veluti, Voluptas eſt bonum, Voluptas eſt malum. Virtus ſola expetenda eſt. Dolor eſt ſummum malum. Itaque ex multis Enuntiationum modis nulla eſt ad diſputandum & concluſiones componendas apta, niſi quæ indicandi modo concepta eſt. Hæc enim ſola verùm falſúmve aliquid pronuntiat. Idque intelligi licet primùm ex illa Dialecticorum conſuetudine, de qua ſuperius diximus: vt in circulis & conuentu ponerent, qua de re diſputari vellent. veluti, Malum mihi videtur eſſe mors. Voluptas mihi videtur eſſe ſummum bonum. deinde ex eo quòd Syllogiſmi quibus concludendæ rationis artificium continetur, nullis aliis Enuntiationibus confici & exponi poſſunt, niſi quæ indicandi modo conceptæ ſunt. Poſitiones autem illas, hoc eſt ſententias quæ ad diſpu-

A tandum poſitæ θέσεις appellantur à Græcis, definitionis nomine appellari ſuperiùs ex aliquot Ciceronis locis probauimus.

Et de regulis, quodnam habes teſtimonium? Extat in Cluentiana Ciceronis apertiſſimum, vbi quam vulgo Regulam dicimus, Definitionis nomine perſpicuè appellat. Denique (inquit) illa definitio iudiciorum quæ nobis à maioribus tradita eſt, retineatur. vt in iudiciis & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. Item in Lucullo, cùm ita ſcripB ſiſſet. Fundamentum Dialecticæ eſt, quidquid enuntiatur aut verum eſſe, aut falſum: paucis verſibus interiectis ſic infert: Vbi eſt illa definitio, Effatum eſſe id, quod aut verum, aut falſum eſt? Hinc illud vulgatum apud Iuriſconſultos: Omnis in iure definitio periculoſa eſt: quod iidem Græcè ſic conuertunt πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστιν. Eodémque pertinet, quod ἀφορισμοὺς Græci artium ſumma præcepta & regulas appellant: cùm Galenus ἀφορισμὸν definiat, ὅπερ διὰ βραχυτάτων ἅπαντα τὰ τοῦ πράγμα-
C τος ἴδια περιορίζει.

De Subiecto & Attributo.

Cap. IX.

EX quibus conſtat Enuntiatio? Ex iiſdem partibus, ex quibus à Grammaticis dicitur oratio conſtare: ſed quæ minima eſt, aut ex nomine & verbo, vt Socrates ambulat: aut ex duobus nominibus, & verbo inter ea interiecto,
D vt Homo eſt beatus. Homo eſt miſer. Mors eſt terribilis. Mors eſt expetenda. Enuntiationem autem Peripatetici ἀπόφανσιν, Stoici ἀξίωμα, nonnulli ἐπαγγελίαν appellarunt: propterea quòd mentis interpres & quaſi internutia quædam eſt oratio.

Quomodo definitur ἀξίωμα? Græci (inquit Gellius) ita definiunt: λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ: id eſt, dictum per ſe conſtans, & quantum in ipſo eſt, enuntians. Quam definitionem Chryſippo Laertius in vita Zenonis attribuit. Cicero modò
E Effatum, modò Enuntiationem, modò Pronuntiatum, modò etiam Pronuntiationem appellat. M. Varro modò profatum, modò proloquium: atque ita definit: Proloquium eſt ſententia in qua nihil deſideratur. vt Cæſar Tyrannidem occupauit. Scipio Numantiam deleuit. Ariſtoteles autem hoc modo: Quæ aliquid vel ait, vel negat, pro ratione & varietate temporũ id eſt, prout tempora diſtincta ſunt. Affirmat enim aut negat, aliquid vel eſſe, vel fuiſſe, vel futurum eſſe.

De vtra igitur definitione prius dicemus? De Enun-
F tiatione: idque duabus de cauſſis. primùm quoniam (vt paulò antè poſui) Dialecticorum ratio ita ferebat, vt primo loco ſententia diſputabilis proponeretur: tum vt eius ſententiæ vtraque pars definiendo aperiretur: deinde quia definitio Enuntiatione, id eſt oratione perfecta conficitur.

Quot ſunt partes Enuntiationis? Duæ. Inferior, de qua aliquid dicitur, & ſuperior, quæ de alio dicitur. Illam Græci ὑποκείμενον, Latini ſubiectum appellant hanc κατηγορούμενον, id eſt attributum. neq; vlla Enun-
G tiatio eſt, quæ pluribus conſtet partibus. qua de cauſſa, ὅροι, id eſt termini, vel extrema dicuntur: quorũ illud minus appellatur, hoc maius. Subiectũ eſt dictio, cui altera impoſita cõuenire aut non cõuenire dicitur. Attributũ, dictio quæ alteri impoſita cõuenire, vel non cõuenire dicitur. Κατηγορούμενον autẽ hoc appellatur, quoniam (vt ſuperiùs diximus) quidquid de altero di-

eſſe non poteſt,niſi homines nulli ſint ſapientes.

Quæ eſt Indefinita? Quæ nulla vel totius,vel partis adiuncta nota,de ſubiecto aliquid vel affirmat,vel negat.vt,Voluptas eſt bonum.Dolor eſt malum. Pecunia ſoluta non eſt.Hæc autem in neceſſariis idē quod vniuerſalis valet:vt,Homo eſt doctrinæ capax. Idem enim valet acſi additum eſſet,Omnis. At in fortuitis idem valet,quod particularis: quoniam vt ea vera ſit, ſatis eſt verā eſſe particularem,veluti,Homo deambulat.Satis eſt enim ſi Socrates deambulet. Vnde ioculare illud Æſopi,qui iuſſus ab hero lentem coquere,granum lentis vnicum coxit. Notam autem appellamus etiam circumſtantiam aut loci, aut perſonæ aut temporis.nam (vt ait Ariſtoteles libro Topicorum ſecundo extremo) τὸ ἁπλῶς ἐστιν, ὃ μηδενὸς προστεθέντος ἐρεῖς id eſſe indefinitè & omnino dicitur,quod ſine circunſtantiæ adiectione dicitur, veluti, Colere regionem, honeſtum eſt,etiam loco nullo deſignato. At parentem immolare, honeſtum eſſe,indefinitè non dicitur: quamuis apud Triballos laudi & gloriæ ducatur.

Cedo mihi coniunctum aliquod indefinitæ & particularis exemplum:vt illarum vſum diſpiciam. Veluti, ſi conuenerit vt ſors annua bima trima die ſoluatur. deinde adiecta pactio ſit, vt niſi pecunia ſua quaque die ſoluatur,pignus vendere liceat. vel, ſi qua pecunia ſua die non ſoluatur. Nam inter illas hoc intereſt, quòd in illa vox Pecunia,indefinitè poſita enuntiationem efficit vniuerſalem:vt de ſumma vniuerſa intelligatur.in hac pronomen QVA definitè propriéque poſitum enuntiationem efficit particularem:vt de partibus ſingulis intelligatur. l. ſi neceſſarias, 8.§.ſi annua, C.de pignerat.act.

Quodnam huius eſt firmamentum? vt vera ſit indefinita,ſatis eſt veram eſſe particularem. Vt eadem falſa ſit, neceſſe eſt ſingulas eſſe falſas. veluti, Heres meus damnas eſto dare aureos quinque Plures inſtituti ſunt.ſi vnus dederit,ſatisfiet teſtatori.neque illi non ſatisfiet,niſi nemo omnium dederit. l. ſi pluribus,44, D de legat.2.l.ſi plures,98.de leg.3.

Quæ eſt ſingularis? Quæ de ſingulari, ſiue indiuiduo aut quid,aut negat.vt,Ariſtides eſt iuſtus.Phalaris fuit Tyrannus. Quantum vnus heres habebit, tantum Tithaſo dari volo.

Quod eſt huius firmamentum? Vt ſingularis vera aut falſa ſit, ſatis eſt indiuiduum ipſum quo de agitur verū aut falſum eſſe. in quo dubitandi cauſſa nulla eſt.

Quæ eſt Tertia diuiſio? Vt alia ſit Enuntiatio neceſſaria, alia contingens, alia impoſſibilis. vel hoc modo,Alia neceſſariò vera, quædam neceſſariò falſa, quædam fortuita.

Quæ eſt Neceſſaria? Cuius ſubiectum & attributū ita inter ſe neceſſariò cohærent, vt diſiungi non poſſint.veluti,Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui totus aptus eſt ex ſeſe. Neceſſe eſt ligneam materiā vri flamma. neceſſe eſt hominem aliquo tēpore interire.

Quæ eſt Impoſſibilis? Cuius extrema ita inter ſe abhorrent,vt cōiungi niſi abſurdè non poſſint:veluti, Arbor eſt Platanus:Paries eſt domus. Homo digito cœlū attigit.Ignis eſt frigidus.nā cùm aut inferiora de ſuperioribus,aut diſſentanea de diſſentaneis dicuntur, tum abſurda & impoſſibilis enuntiatio naſcitur.

Quæ eſt Contingens? Cuius extrema ita inter ſe adfecta ſunt,vt caſu & cōiungi,& diſiungi poſſint.itaque à Græcis ἐνδεχόμενα nominantur:veluti, Figulus inuidet figulo. Iracūdus accepta cōtumelia cōmouetur.Maior pars vincit meliorē.Mulier prægnās tres pariet.nā in ventre,incerta re,terni concepti numerantur

A l.ſed & ſi,28.§.vlt.D.de iudic. Sed in argumentorum tractatione planius hæc intelligentur.

Quæ eſt quarta diuiſio? Hæc modificatoria eſt,& vulgò modalis appellatur: cùm illius generis Enuntiationes non ſimpliciter & abſolutè, ſed adiuncta modi ſiue generis illius nota proferuntur.Modi autem ſunt, Neceſſe eſt,oportet,fortaſſe,fieri poteſt, poſſibile eſt, impoſſibile eſt. Enuntiationum igitur aliæ hoc modo,aliæ illo,vel illo modo proferuntur. Earúmque hęc B vis eſt,vt quid neceſſariò fortuitóve accidat, demonſtret & ſemper de futuro pronuntiatur.veluti,Fieri poteſt,vt tergemini naſcantur.l.3.D. ſi pars heredi.Fieri non poteſt, vt mortuus conditionem impleat. Non prius certum eſt non dediſſe, quàm ſit mortuus. l.ita ſtipulatus,115.D.de verb.oblig. Ac de hoc genere mirificæ Philoſophorum contentiones fuerunt. nam Academici Enuntiationes omnes quæ de futuro aliquid dicebant, veras eſſe aut falſas putabant. Stoici nec veras, nec falſas, ſed veras & falſas eſſe poſſe. Non C enim rerum naturam intuendam, in qua omnia certa eſſent, cùm futura vtique fierent: ſed noſtram inſciētiam aſpici debere. d. l. ſed etſi, De iudic. Nonnulli diſputabant id demum fieri poſſe, quod verum futurum eſſet: quod non eſſet, fieri non poſſe. veluti, Cras moriere. Si verum eſt,eueniet. Sin falſum,non eueniet. Quinetiam negationis adiectæ tranſlatio momentum diſcriminis oſtendit.veluti, Non impoſſibile eſt Troiam à Græcis capi Impoſſibile eſt Troiam à Græcis non capi.

D Quæ eſt quinta diuiſio? Alia directa eſt,quæ fuſo & naturali verborum ordine concepta eſt. veluti, Deus conſulit rebus humanis. Formæ dignitas aut morbo, defloreſcit,aut vetuſtate:alia conuerſa,alia traiectu.

Quæ eſt conuerſa? Quæ id quod directè, ſicuti natura fert dictum erat,idem quaſi ſurſum verſus retróque pronuntiat: velut in Læbio: Cùm iudicaueris, diligere oportet: non cùm dilexeris, iudicare. Et alibi: Eſſe oportet, vt viuas: non viuere,vt edas. Magiſtratus eſt lex loquens:lex, magiſtratus mutus. Si pœma, E loquens pictura eſt:pictura,tacitum pœma debet eſſe. Seruus (inquit Ariſtoteles) eſt inſtrumentum animatum: inſtrumentum, ſeruus inanimus. Quia ſtultus es, ea re taces: non quia taces, ea re ſtultus es. Sic, homo non eſt conditus vt cœlum & ſolem contempletur: ſed cœlum & ſol & aſtra condita ſunt, vt homini luceant.Ex eodem genere illud fuit Paſquilli ioculare reciprocum & retrocommeans, quod animi cauſſa ſubſcribemus.

Pauperibus ſua dat gratis,nec munera curat
F *Curia Papalis,quod modo percipimus.*
Laus tua,non tua fraus,virtus non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Hic Deus omnipotens faciat te viuere longo.
Tempore,nec labilis ſit tua conditio.

Quæ eſt Traiecta? Quæ præpoſtero vel dictionum, vel ſententiæ ordine concepta eſt. Hanc Cicero permiſtam & interciſam appellat in Partitionibus. veluti, Humanis Deus rebus conſulit. Defloreſcit formæ dignitas aut morbo,aut vetuſtate. Aut G morbo aut vetuſtate formæ dignitas defloreſcit.Item illud: Creſcentem ſequitur cura pecuniam. Inſtabilis in omnes plurimum fortuna valet. Nam in oratione non modò verba, ſed etiam eorum notio ita inuerſa eſt, vt quod ſubiectum videatur, ſit attributum: & contra, quod attributum,id ſubiectum ſit. Sic,Nihil eſt præſtabilius virtute, pro Virtus eſt præſtabilior rebus omnibus.

Quorſum hæc diuiſio? Quia cùm in propoſita quęſtione naturalis & verborum & ſententiæ ordo eſt, nomina quæ verbum antecedunt, ſubiecti locum obtinent: quæ verò ſequuntur, attributi. At ſi conuerſus ordo eſt, ad naturalem ita reuocādus eſt, vt hoc ipſum appareat: quamuis res naturæ ordine prior ſit.

Cedo exemplum. In hac Enuntiatione, Vmbra ſequitur corpus, quamuis Corpus notione prius ſit, vt Cauſſa notione & intelligentia prior eſt effectu: tamē vmbra in quæſtione prius eſt extremum, poſterius eſt quod ſubiecto attribuitur. Itaque ſic inuertenda eſt: Corpus in luce eſt cauſſa efficiens vmbræ. Sic in illa: Creſcentem ſequitur cura pecuniam: Pecunia, etſi natura prior eſt, tamen non eſt ſubiectum, vt quibuſdam placuiſſe video. Reuocanda enim eſt oratio ad ordinem naturalem, & ponenda quæſtio, An curæ conueniat, quod ei attribuitur. Pecunia creſcens eſt cauſſa curarum & ſolicitudinum.

Deinceps de copulata videamus. Quid eſt Copulata Enuntiatio? Quæ neque de vno, neque purè & abſolutè, ſed de pluribus vel ſub conditione, vel diſiunctiuè, vel coniunctiuè affirmat aut negat. veluti, Si ſol lucet, dies eſt. Aut dies eſt, aut nox eſt. Et ſol lucet, & dies eſt. Si mihi filius naſcatur, heres eſto. Aut Titius heres eſto, aut Mæuius. quæ inſtitutionis & ſubſtitutionis vis eſt. Et Titius & Mæuius heredes ſunto.

Quæ eſt Conditionalis? Quæ per notam conditionis elata, de neutra parte purè affirmat, ſed vel antecedens ex conſequenti, vel conſequens ex antecedenti pollicetur. Notæ autem conditionis ſunt Si, vel Niſi. veluti: Si dies eſt, ſol lucet. Si ſol lucet, dies eſt. Niſi dies eſt, ſol non lucet. Niſi ſol lucet, dies non eſt.

Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul.

Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor. Sed conditionalis alia rurſus eſt ſimplex, quæ ſimplicem adiunctionem habet, vt ea quam modò expoſuimus, altera mixta.

Quod eſt firmamentum iſtius enuntiationis? Vt verum ſit antecedens, neceſſe eſt conſequens verum eſſe: viciſſimque vt hoc ſit, illud eſſe neceſſe eſt.

Quæ eſt Conditionalis mixta? Quæ adiunctionem habet, aut ex coniunctiua, aut ex diſiunctiua. veluti: Si ſtetit, & cubat, & dormit. Si ciuis eſt, aut natus eſt, aut factus. Si filiusfa. eſt, aut natura, aut adoptione eſt.

Quæ eſt Enuntiatio diſiunctiua? Quæ per diſiunctionis notam concepta de incerta parte affirmat. Notæ autem diſiunctionis ſunt, Aut & Vel. veluti, Aut dies eſt, aut nox eſt. Aut amat, aut odit mulier. nam diſiunctiua dicuntur, quorum poſito vno neceſſe eſt tolli alterum: item ſublato altero poni alterum. l. hęc verba, 124. D. de verb. ſignif. Gellius διεζευγμένον ἀξίωμα Græcè, Latinè diſiunctum proloquium appellat.

Quid eſt Diſiunctio? Quæ vel per diuiſionem, genus in ſpecies, vel per partitionem, totum in partes diſtribuit. Duplex autem diſiunctio eſt: vna duarum partium: veluti, Aut vigilat, aut dormit: altera plurium: veluti, Beluæ ſunt aut aeriæ, aut terrenæ, aut aquatiles.

Quæ eſt natura diſiuncti pronuntiati? Vt vna pars vera, vniuerſam orationem veram efficiat. nam cùm diſiunctiua ſit particularis (vt Iulianus docet in l. ſi is qui, 13. §. vtrum, D. de rebus dub.) ſatis conſtat ſubcontrarias ſimul veras eſſe poſſe. veluti, Aliquis homo eſt albus. Non omnis homo eſt niger. Quamuis igitur quidam ſint nigri, vera tamen erit, enuntiatio, Homines aut ſunt albi, aut nigri. Itaque iuſſus illud aut illud

A dare, alterutrum dando liberatur. l. cùm pupillus, 78. D. de cond. & demonſt. l. 5. D. de cond. inſtit. Gellius autem copioſius rem ſic explicat: Omnia (inquit) quæ diſiunguntur, pugnantia eſſe inter ſeſe oportet: eorúmque oppoſita, ἀντικείμενα Græci dicunt, ea quoque ipſa inter ſeſe aduerſa eſſe. Ex omnibus quæ diſiunguntur. vnum eſſe verum debet: falſa cetera. Quòd ſi aut nihil omnium verum, aut omnia, plurá ve quam vnū, vera erunt: aut quæ diſiuncta ſunt, non pugnabunt: aut B quæ oppoſita eorum ſunt, contraria inter ſe non erunt: tunc id diſiunctum mendacium eſt, & appellatur παραδιεζευγμένον: ſicuti hoc eſt, in quo quæ oppoſita, non ſunt contraria: aut curris, aut ſtas, aut ambulas. Nam ipſa quidem inter ſe aduerſa ſunt, ſed oppoſita eorum non repugnant. Non ambulare enim, & non ſtare, & non currere, contraria inter ſeſe non ſunt: quoniam contraria ea dicuntur quæ ſimul vera eſſe non queunt. Poſſis enim ſimul eodémque tempore, neque ambulare, neque ſtare, neque currere.

C Quæ eſt Coniunctiua? Quæ per coniunctionis notam concepta, de partibus omnibus aliquid aut adfirmat, aut negat. Notæ autem coniunctionis ſunt, Et, Nec. veluti, Cicero & eloquens fuit, & bonus ciuis. Cicero nec bellicoſus fuit, nec magnanimus.

Quod eſt firmamentum iſtius? Vt coniunctiua vera ſit, ſingulas partes veras eſſe oportet. vt eadē falſa ſit, vnicam falſam eſſe ſatis eſt. Hæc enim vniuerſalis eſt: vt Iulianus ſcribit in l. ſi is qui, 13. §. vtrū. D. de reb. du. Quare cui legatum eſt ſi & illud & illud fecerit, vtrū- D que facere cogitur. l. ſi quis ita, 129. D. de verb. ſig. Gellius hanc enuntiationem ſcribit à Græcis nominari συμπεπλεγμένον ἀξίωμα id eſt, coniunctum vel copulatum. veluti, Scipio bis Conſul fuit, & triumphauit, & Cenſura functus eſt, & collega in Cenſura Mummij fuit. Eius autem hoc eſſe proprium, vt ſi vnū eſt mendaciū, etiam ſi cetera vera ſint, totū eſſe mendaciū dicatur. nā ſi ad ea omnia quæ de Scipione illo vera dixi (inquit) addidero, Et Annibalem in Africa ſuperauit, quod eſt falſum: vniuerſa quoque illa quæ coniunctè E dicta ſunt, propter hoc vnum quod falſum acceſſerit, vera non erunt.

De Comparatione Enuntiationum per contradictionem.

CAP. XI.

HACTENVS de Enuntiationibus per ſe conſideratis ſatis videtur dictum. deinceps de ipſarum inter ſe ratione & adfectione diſſe- F ramus.

Quot modis Enuntiationes inter ſe comparantur? Tribus. per contradictionem, per parationem, & per conuerſionem: ex quibus vtrum inter ſe conueniant, an diſſideant intelligitur. Has Græci vocant ἀντίθεσιν, ἰσοδυναμίαν, & ἀντιστροφήν.

Quid eſt Contradictio? Vnius eiuſdémque rei adfirmatio & negatio. vel, Oratio quæ idem de eodem & adfirmat, & negat.

Quotuplex eſt Contradictio? Quadruplex. aut G enim contrariæ ſunt enuntiationes, aut ſubcontrariæ, aut ſubalternæ, aut diſparatæ. Græcè ſic: ἐναντίαι, ὑπεναντίαι, ὑπάλληλαι, ἀποφατικαί. quarum figuram Græci in quadrato ſic conſtituunt.

Omne

Omne verbum eſt ambiguum. — Contrariæ ἐναντίαι. — Nullum verbum eſt ambiguum.

Subalternæ ὑπάλληλαι. — Contradicentes ἀντιφατικαί — per diametrum — Subalternæ ὑπάλληλαι.

Aliquod verbum eſt ambiguum. — Subcontrariæ ὑπεναντίαι. — Non omne verbum eſt ambiguum.

Quæ ſunt Contrariæ? Duæ vniuerſales, quarum quod affirmat altera, idem ipſum de eodem altera negat. Itaque veræ ſimul eſſe non poſſunt: at falſæ poſſunt. veluti, Omnis homo eſt beatus. Nullus homo eſt beatus. Vtraque falſa eſt.

Quæ ſunt Subcontrariæ? Duæ particulares, quarũ quod altera affirmat, id altera de eodem negat. Hæ falſæ ſimul eſſe non poſſunt: at veræ poſſunt. Aliquis homo eſt beatus. Non omnis homo eſt beatus.

Quæ ſunt Subalternæ? Duæ de eodem Enuntiationes, quarũ vna vniuerſalis eſt, altera particularis. cùm tamen vtraque vel adfirmatiua ſit, vel negatiua. veluti, Omnis homo eſt miſer. Quidã homo eſt miſer. Nullus homo eſt beatus. Non omnis homo eſt beatus. Itaque ſi vera vniuerſalis eſt, erit & particularis vera: at non continuò, ſi hęc vera eſt, illa erit: veluti, Quidam homines ſunt cæci. Omnes homines ſunt cæci. Subalternæ autem dicuntur, quia ſunt ὑπάλληλαι, id eſt, quoniam altera alteri ſubiecta eſt.

Quæ ſunt Contradicentes? Quarum vna vniuerſalis adfirmatiua eſt, altera particularis negatiua. vel cõtrà, quarum vna vniuerſalis negatiua, & altera particularis adfirmatiua eſt. hæ autem adeo inter ſe pugnant, vt ſimul neque veræ, neque falſæ eſſe poſſint. veluti, Omnes homines ſunt miſeri: Quidam homines non ſunt miſeri. vel contrà: Nulli homines ſunt atri: Quidam homines ſunt atri. ac ſcitum eſt quod in quadrato ſuperiore Dialectici notant, in ſolis diagonicis enunciationibus contradictionem eſſe. Eſt autem διαγώνιος, quæ & Diameter dicitur, linea quæ in quadrato ab angulis ad angulos ea parte ducitur, qua longiſſimè quadratum patet.

Quid? Oppoſitionis, quænam præcepta ſunt? Vt in re, vocabulo & tempore eodem, oppoſitio committatur. Nam ſi in iis varietas eſt, committi non poteſt. In re, veluti: Cato ſibi mortem conſciuit. Cato ſibi mortem non conſciuit. Prius de Vticenſi verum eſt: alterum autem de Cenſorino. Item Æthiops eſt niger: Æthiops non eſt niger. Non cõmittuntur, ſi alterum de cute, alterum de dentibus enuntietur. In vocabulo, veluti, Scriptor huius hiſtoriæ eſt eloquentiſſimus: idem ſcriptor eſt infantiſſimus. Non committuntur ſi prius de auctore, alterum de librario pronũcietur. In tempore, veluti Clodius illo die viſus eſt Romæ. Clodius illo die viſus eſt Interamnæ. non committuntur ſi diei fiat partitio? non magis quàm in illo Cæſar interfectus eſt Idibus Martiis. Cæſar Idibus Martiis non eſt interfectus. Nam manè nondum interfectus erat.

A *De Pariatione.*

Cap. XII.

QVæ eſt Pariatio? Eſt duarum enuntiationum quæ inter ſe diſſident, conciliatio. Hanc (vt dixi) ἰσοδυναμίαν Græci vocãt, vulgus Æquipollentiam: nos Pariationem ex accepti & expenſi rationibus non incommodè appellari poſſe putauimus: quoniam tum in quan-
B titate, tum in qualitate ea comparatio fit. Quantitas autẽ de vniuerſalibus, & particularibus dicitur: Qualitas de adfirmatiuis & negatiuis.

Quot modis Pariatio conficitur? Duobus: adiunctione negationis, & verborum conuerſione. Sed negatio interdum vna eſt, interdum gemina. Itaque de vtriuſque vi ſeparatim exponendum eſt.

Quotuplex eſt vis vnius Negantiæ? Quadruplex. Nam aut totum partémve ponit: aut totum partémve tollit. Itaque modos omnes Enuntiationum con-
C turbat, quia ex varietate ſitus & poſitionis poteſtas eius variatur.

Cedo exemplum de Parte per negantiam poſita. Sumamus huiuſmodi: Homo eſt bipes: Non homo eſt bipes: hic negantia partem ponit: quia declarat aliud quippiam eſſe bipes, præter hominem, vt aues. Ergo ad illam indefinitam enuntiationem: Homo eſt bipes, partem addit: Etiam quod non homo eſt, bipes eſt. Sic Homines natant, Non homines natant: id eſt, etiam non homines. Item: Ciuis eſt liber: non ciuis
D eſt etiam liber. Reges ſunt beati. Non Reges ſunt etiam beati. hoſtis eſt peregrinus. non hoſtis eſt etiam peregrinus.

Cedo exemplum de Toto per negantiam poſito. Sumatur huiuſmodi: Homo eſt animal docile: Homo eſt animal non docile. Canis eſt cicur: Canis eſt non cicur. Omnes Elephãti ſunt feroces. Omnes Elephãti ſunt nõ feroces. Hîc negãtia propterea Totũ ponere dicitur, quia nouũ attributũ & ſuperioris cõtrarium inducit: id eſt, nouã qualitatẽ ſubiecto attribuit.

E Cedo exemplũ de Negantia quæ partem tollit. Ponatur huiuſmodi: Omnis homo eſt albus: Non omnis homo eſt albus: vel, Omnis homo non eſt albus. Hîc negãtia partem propterea detrahere dicitur, quoniam ex vniuerſali enunciatione particularem efficit.

Cedo exemplũ de Negantia, quæ Totum tollit. Ponatur huiuſmodi: Homo eſt animal docile Homo nõ eſt animal docile. Balbus eſt muſicus. Balbus non eſt muſicus. Leo eſt ferox. Leo non eſt ferox. Hîc negantia perſpicuè eſt ἀπόφανσις τινὸς ἀπό τινος (vt Ariſtote-
F les loquitur) ac propriè vim ſuam exerit. Totũ enim attributum remouet atque auertit à ſubiecto.

Quomodo Negantia modos Enuntiationis variat? Quoniam ex affirmatiuis negatiuas, ex negatiuis affirmatiuas, & ex vniuerſalibus particulares efficit: veluti, Homo eſt animal ſociale. Homo non eſt animal ſociale. Ex aiente & negante effecta eſt. At cùm dicimus, Nulli homines ſunt atri: Nonnulli homines ſunt atri: ex negãte conficimus affirmantem. Quòd ſi dicamus, Omnis homo eſt albus: Non omnis homo eſt albus:
G ex vniuerſali particularem efficimus.

Quo pacto varius negantiæ ſitus vim ipſius variat? Quia cùm vis eius propria & naturalis hęc ſic, vt auertat & remoueat, ſæpe tamen ex ratione poſitionis & ſitus ponendi atque inducẽdi vim obtinet. veluti, Homo eſt bipes, Non homo eſt bipes. Homo natat, Non homo natat. Hæc negantiæ præpoſitio vim affirmationis quandam ei attribuit, ac facit vt aliquid ab ea

ponatur atq; inducatur, quod pręter hominē bipes ſit, aut natet. vt canis, equus, Itē, negātiæ poſt verbū EST collocatio vim affirmationis ei tribuit: vt Græci loquuntur ἐκ μεταθέσεως. veluti, Cōcubina eſt non iuſta vxor. Spurius eſt nō iuſtus filius. Crudelitas eſt nō virtus. Prudētia eſt nihil temerè credere. Ex eodē genere illa ſunt: Agricola nō plātat, pro, Eſt non plātans: cùm arat. Studioſus nō legit: pro, Eſt nō legens: cùm ſcribit. Sic Cato in otio eſt, nō otioſus, Chriſtiani locupletes (inquit Paulus) debent eſſe vt nō locupletes: qđ valet, inopes. Ex eodem quoq; genere illa ſunt: Nulli homines ſunt nigri: nōnulli homines ſunt nigri. Genus enim hominū inducitur, quod nigrū eſſe adfirmatur. Item: Quidā homines ſunt claudi: Quidā homines non ſunt claudi. Nihil ſuperiori poſterior adimit: ſed cùm ex toto cum illa congruat, adfirmationis locum obtinet.

Quotuplex eſt vis geminæ negationis? Triplex. nā aut totum tollit, quippe quæ totum inficiatur, aut totum partémve ponit, cùm aut totū aut partem duntaxat adfirmat. Partis enim tollendæ vim nō habet: quia particularem negatiuam efficere non poteſt.

Cedo exēplū de Toto per geminā negātia ſublato. Per geminā negantiam Totū tollitur, cùm vniuerſalis negatiua cōcipitur: veluti, Nō homo nō ridet. Nō miles, nō belligeratur. Nō liber, nō eſt ciuis. Nō ciuis, nō agit lege. Nō Senator, nō admittitur in curiam. Valet enim idem quod vniuerſalis negatiua huiuſmodi: Nullus non ſenator in curiam admittitur.

Cedo exemplum de Toto per geminam negātiam inducto. Cùm geminata negatione vniuerſalis adfirmatiua conficitur, veluti, Nemo non eſt improbus. Nemo eſt non improbus. Nullus ciuis non eſt liber. Nullus ciuis eſt non liber. Nullus leo non eſt ferox. nullus leo eſt non ferox. Nulla gemma non eſt lucida. nulla gemma eſt non lucida. Nam hæc idem valet atque illa, Omnis gemma eſt lucida.

Cedo exemplum de parte per geminam negantiam poſita. Cùm geminata negatione vniuerſalis in adfirmationē particularem conuertitur. veluti, Nulli ſunt Centauri. Nōnulli ſunt Centauri. Nuſquam ſunt Pygmæi: Non nuſquam ſunt Pygmæi. Nemo ſenator eſt maculoſus. Non nemo Senator eſt maculoſus.

Quamobrem gemina negantia partis tollendę vim non obtinet? Quia ſecunda negatio particulari negatiuæ adhibita, vniuerſalem adfirmatiuam efficit. veluti, Quidam Senatores non ſunt diuites, non quidā Senatores non ſunt diuites. Quidam Tyranni non ſunt interficiendi. Nam idem valet atque illa, Omnes Tyranni ſunt interficiendi.

De Conuerſione. Cap. XIII.

QVID eſt Conuerſio? Eſt attributi in ſubiectum, & viciſſim ſubiecti in attributum commutatio. Itaque ſingularis eius vis ac præſtantia in eo cernitur, quòd cùm ars dialectica in eo potiſſimum verſetur, vt oſtendat qua ratione aliud de alio dici atque enuntiari poſſit, tum verò Cōuerſionis diſciplina demonſtrat, quemadmodum duo diuerſa de vno, id eſt ſubiectum de attributo, & attributum de ſubiecto prædicari poſſit: ſimúlque de duobus in Enuntiatione poſitis vtrum ſit ſubiectum, aut attributum. Hæc à Græcis ἀντιστροφὴ nominatur: quaſi quis dicat viciſſitudinem, aut reciprocationem: cùm id quod directè dictum eſt, inuertitur, & idem quaſi ſurſum verſus retróque dicitur. veluti, nulla voluptas eſt bona. nihil quod bonum ſit, eſt voluptas. Hoc enim ex Ariſtotele vulgò traditur exemplum. Deinde, quoniam ſuperiùs diximus, ſubiectum numquam eſſe priuationem, ſi negatiua concepta enuntiatio ſit, demonſtrat quomodo ita commutari poſſit, vt aliquid in ſubiecto inſit. veluti, Nihil eſt præſtabilius virtute. Virtus eſt præſtabilior omni re. Nullum honeſtum eſt non vtile. Omne honeſtum eſt vtile. Nulla crudelitas eſt virtus. Omnis crudelitas eſt vitium. Nulla voluptas eſt bonum. Omnis voluptas eſt malum. Nihil eſt inſipiente fortunato intolerabilius. Inſipiens fortunatus omnibus hominibus eſt intolerabilior.

Quotuplex conuerſio eſt? Duplex. Propria & impropria. Propria eſt, cùm & ſubiectum de attributo, & attributum de ſubiecto, quaſi idem de eodem pronuntiatur. Itaque vnius tantum generis Enuntiationum propria hæc cōuerſio videtur: eius videlicet, quæ idem de eodem enuntiat. vt ſuperiùs diximus, Contradictionem eſſe, cùm idem de eodem & adfirmatur & negatur. Nam quæ ſunt eadem, neceſſariò inter ſe reciprocantur, viciſſímque commeant: veluti, Vt bis bina ſunt quatuor, ſic quatuor ſunt bis bina: & vt quater quinq; ſunt viginti, ſic viginti ſunt quinquies quater. Quo argumento Genus & ſpecies cunctæ, Totum item & partes coniunctæ inter ſe reciprocantur: ac proinde etiam definitum & definitio: quia definitio (vt paulo poſt intelliges) nihil aliud eſt, quàm ſingularum partium inuolutarum euolutio. Itaque vt Rhetorica eſt facultas copioſè loquendi, ita facultas copioſè loquendi, eſt Rhetorica. Dolor, ægritudo crucians. Aegritudo crucians, dolor.

Quænam eius diſciplinæ præceptio & formula tradi poteſt? Vt omnis enuntiatio vniuerſalis quæ de paribus pronuntiat, ſiue adfirmatiua, ſiue negatiua ſit, reciprocationem recipiat. hoc modo: Quicunque habet bis bina, idem habet quatuor: & viciſſim qui quatuor, idem habet bis bina. In quo eſt mœror, in eo eſt ægritudo flebilis: in quo eſt ęgritudo flebilis, in eo eſt mœror. Et ex contrario: in quo non eſt angor, in eo non eſt ægritudo premens: & in quo non eſt ægritudo premens, in eo non eſt angor. In his exemplis idem de eodem dicitur: quemadmodum in contradictione factum eſt. Definitum enim & definitio re ſunt paria: verborum ſolo numero differunt.

Quæ eſt impropria Conuerſio? Quæ non idem de eodem enuntiat, ſed alterum alterius æquè vel conſentaneum vel diſſentaneum eſſe declarat. veluti: Omne honeſtum eſt vtile. & viciſsim, Omne vtile eſt honeſtum. Nihil honeſtū, quod non vtile. Nihil vtile, quod nō honeſtū. Item: Omnis ſapiens eſt diues: Omnis diues eſt ſapiens. Nemo diues niſi ſapiēs: & nemo ſapiens, niſi diues. Vtraq; eſt, vt paulò poſt intelliges, argumentatio ex antecedentibus & conſequentibus. Nam vt honeſtas antecedens vtilitatis eſt, ſic ſapientia diuitiarum. Eiuſdémque generis illud eſt: Magiſtratus eſt Lex loquens: Lex eſt magiſtratus mutus.

Quænam eius rei præcepta Ariſtoteles tradidit? Omnis quæ de hoc genere eſt Ariſtotelis diſputatio, ad improprias pertinet. Itaque non eodem libro hāc, quo contradictionem tractauit, vt cùm eò perueneris, intelliges. Primum autem eius præceptum eſt huiuſmodi: Omnis enūtiatio quæ vniuerſalis negatiua eſt, neceſſariam conuerſionem efficit: veluti, Nulla voluptas eſt bona. Nihil quod bonum ſit, eſt voluptas. Sed nihil mirum eſt, ſi hæc non reciprocentur, cum ex repugnantium numero ſunt. Æquè autem abſurdum eſt de Repugnantium conuerſione diſputare, ac de Contrariorum. veluti, Vt nulla virtus vitium eſt, ſic

ſic nullũ vitiũ eſt virtus. de quo ſanus nemo dubitarit. A

Cedo aliud exemplũ. Simillima ratio eſt eorũ quæ paſſim in ſcholis proferuntur. Nulla crudelitas eſt virtus. Nulla virtus eſt crudelitas. Nullum iuſtum malũ eſt. Nullum malum iuſtum eſt. Nã hæc omnia ex Repugnantium habitu & adfectione ſumta ſunt. ſic, Nullum animal eſt cordis expers: Nullum cordis expers eſt animal. Apertiſſima eſt argumentatio ex Toto ad Partem adfirmatiuè: & viciſſim à Partibus ad Totum negatiuè. Nam Cor præcipua pars eſt Animalis, vt Rota vehiculi: de quo ſi ſic dicerem, Vt nullum vehiculũ rota vacuum eſt, ſic nullum rota vacuum eſt vehiculũ abſurdiſſimè argumentationem ex Toto & Partibus ad Enuntiationis naturam & habitum transferrem. B

Quod eſt alterum Ariſtotelis præceptum? Vt Enũtiatio vniuerſalis adfirmatiua reciprocetur illa quidẽ, ſed in parte tantùm, non vniuersè. veluti: Si voluptas omnis eſt bona, quoddam bonum eſt voluptas. Sed ex generis & ſpeciei habitu hæc conuerſio ducitur: & perſpicuè, non ad Enuntiationem naturam, ſed ad locos argumentorum pertinet: in quibus traditur, Cui conuenit genus, eidem conuenire ſpeciem. ſed cui conuenit ſpecies, eidem genus ex parte tantùm conuenire. Eadem ratio eſt illius, Si omne iuſtum bonum eſt, quoddam bonum, iuſtum eſt. Si omnis homo eſt animal, quoddam animal eſt homo. C

Quod eſt Tertium? Vt Enuntiatio particularis adfirmatiua neceſſariò reciprocetur. veluti, Si quædam voluptas eſt bona, quoddam bonum eſt voluptas. Eſt enim hæc non Enuntiationis natura, ſed Argumentatio ex genere & ſpecie ſuperiori ſimillima. non ſecus atque illæ in ſcholis vſitatæ: Si quædam fortitudo virtus eſt, quædã virtus eſt fortitudo. Si quoddam iuſtum bonum eſt, quoddam bonum iuſtum eſt. Si quidam amor eſt obſcœnus, quiddam obſcœnum eſt amor. quaſi verò alterum de altero eodem modo prædicetur, quomodo Attributũ de ſubiecto prędicari dicitur. D

Quid? Nonne ſuperiùs dixiſti, Adfectiones quaſdã reciprocationem admittere? Dixi. ſed hoc nihil ad hãc noſtram ſubiecti in attributum aut attributi in ſubiectum viciſſitudinem. quæ eſt eiuſmodi, vt cùm quæritur, quid ſit Subiectum, aptè reſpõdeatur Attributum: & viciſſim hoc de illo. At in illis reciprocatio nihil aliud eſt quàm vnius ad alterã adfectio, relatio, habitus. veluti, Vt pater dicitur pater filij: ſic filius dicitur filius patris. At neq; qui pater eſt, dicitur filius, neq; hic, ille. Si dicendi facultas eſt hominis proprium. ſed neque homo præcisè definitur doctrinæ capax: neque doctrinæ capax homo. Proprium enim non eſt totum, ſed pars duntaxat. Itaque doctrinæ capax non adæquat vocabulum homo: ſed coniunctè definitur Animal doctrinæ capax. Sic rectè dicetur: Si ſol lucet, dies eſt. Si dies eſt, ſol lucet. Sed non natura Enuntiationis reciprocantis illa eſt, verum argumentatio ex cauſſis & effectis. Et quamuis vrgeri poſſit, hæc inter ſe conuerti: Vt lux ſolis, eſt dies: ſic dies eſt lux ſolis: tamen perſpicuum eſt, hanc eſſe definitionem, & definitum: ſed eã non veram & ſolidam, ſed ex cauſſis & effectis adumbratam: de quarum vtraque nunc eſt diſſerendi locus. E F

De vera & propria Definitione.

CAP. XIIII.

QVONIAM igitur de priore Enuntiationum genere ſatis dixiſti, deinceps de ea dicamus, quam principem & Reginam omnium ſuperiùs appellaſti. G

Quid eſt Definitio? Oratio (inquit Cicero) quæ id quod definitur explicat quid ſit. Et alibi, Oratio quæ quid ſit id de quo agitur explicat quàm breuiſſimè. Item, Oratio, quæ complicatam animi notionem euoluit. Item, quæ inuolutæ rei notionem aperit. Item, quę quaſi inuolutum euoluit, id de quo quæritur. Item, quæ inuolutam animi notionem explicat. Item, eſt quaſi patefactio rerum opertarum. cùm quid quidque ſit, aperitur. Item, quæ aperit notionem noſtram quam habemus, de re definienda tectam atque inuolutam. Itaque ſæpe ab Ariſtotele dicuntur omnes ſciẽtiæ ex definitione oriri. πᾶσαι αἱ ἐπιστῆμαι (inquit) δι᾽ ὁρισμοῦ γίνονται.

Quæ eſt materia Definitionis? Quoniam definitio mentis & rationis opus eſt, ratio autem & ſcientia in rebus ſingulis non verſatur, in quibus ſenſus occupatĩ ſunt: ſequitur vt definitio ad ſpecies tantùm aut certè ad ea genera quæ intermedia ſunt, adhiberi poſſit: ἀεὶ γὰρ ἐστὶ πᾶς ὅρος καθόλου, inquit Ariſtoteles. Indiuiduorum verò & ſingularum rerum nulla definitio eſt. quippe cùm earum (vt modò dixi) ſcientia nulla ſit. nulla autem idcircò ſcientia eſt, quia & infinitæ & fluxæ atque caducæ ſunt. Itaque quæ de Socrate fingi definitio poteſt, eadem etiam in omnes homines valet. Summa autem genera idcircò definiri non poſſunt, quia quæque res (vt mox intelliges) ex ſuo genere definitur.

Quotuplex definitio eſt? Prima diuiſio hæc eſt, vt alia ſit rei, alia dictionis. nam cùm definitio ſit oratio, quæ declarat τί ἐστι, ſequitur (inquit Ariſtoteles) vt etiam ſit oratio demonſtrans, quid nomen ſignificet: aut λόγος ἕτερος ὀνοματώδης: id eſt altera oratio nomẽ explicans eiuſmodi eſt qua docetur quæ ſit vis & ſignificatio verbi Triangulum: quam tamen ad notationem propius quàm ad definitionem pertinere, ſatis alio loco demonſtratum eſt.

Quæ eſt altera definitionis diuiſio? Hæc bipartita quoque eſt: vt altera ſit ſolida (quæ à Græcis οὐσιώδης, vulgò Eſſentialis dicitur: qua de cauſſa ſola ſubſtantia, nullum accidens definiri poteſt) altera adũbrata, quæ ab illis κατὰ συμβεβηκὸς dicitur, à noſtris accidentalis.

Quæ eſt ſolida definitio? Ariſtoteles ſic explicat, ἐστὶ δ᾽ ὅρος μὲν λόγος ὁ τὸ, τί ἦν εἶναι σημαίνων, quod Boetius ita conuertit. Eſt oratio quid ſit, eſſe ſignificans. fortaſſe planius ita poterit. Oratio quæ demonſtrat, quid ſit eſſe hoc. Quod ab illo acutiſſimè dictũ ſic accipiendũ eſt, quaſi dixiſſet. Oratio reſpondens ad quæſtionẽ quid ſit eſſe hoc. Nã qui quærit quid ſit, vi ipſa quærere videtur, quid ſit eſſe hoc. Quærere autẽ quid ſit eſſe hoc, nihil aliud eſt, quàm quęrere cur ita res ſit. Itaque (vt idem alio loco docuit) definitio quæ docet quid res ſit, & ea quæ docet cauſſam cur res ſit, eadem eſt. noſſe enim quid ſit, & cur res ſit, idem ſunt.

Cedo exemplum. Sumatur illud ipſum quo Ariſtoteles vtitur: Quid eſt Eclypſis lunæ? Defectio luminis ex terræ interpoſitu. Quamobrem luna deficit? quia lumen eius terræ interiectu obſcuratur. Item, Quid eſt Tonitru? Eſt reſtrinctio ignis in nube. Cur tonat? quoniam ignis in nube oppreſſus extinguitur.

Quin tu igitur planius Ariſtotelis definitione explicas? Definitio eſt oratio, quæ quid ſit, & qualis ſit id de quo ambigitur, propriè, apertè, ac breuiter enuntiat. Neque enim ex ſola eſſentia ſatis intelligitur, quid ſit eſſe hoc, vel cur ita ſit: ſed qualitas inſuper exponẽda eſt. Itaque veteres eam veram eſſe definitionem dixerunt, quæ ex genere & differentia conſtaret: quoniã genus reſpondetur ad quæſtionem quid eſt: differẽtia

verò ad quæſtionem quale eſt. Ea verò demum differentia ſunt, quę definitione differunt. Scitum eſt enim illud Ariſtotelis, neque diuerſarum rerum vnam definitionem, neque vnius rei diuerſitas definitiones, eſſe poſſe. οὔτε γὰρ ἕνα δυοῖν, οὔτε δύο τοῦ αὐτοῦ ὅρους δυνατὸν εἶναι. Denique genus non eſt tota ſpeciei ſubſtantia. non enim ſolum genus ſine differentia ſpeciem format, vt neque ſola differentia ſine genere: ſed tamen interdum accidit, vt qualitates aliunde quàm ex differentiis exponendæ ſint: cùm aut vera qualitas ignota eſt, aut non ſufficit. tum igitur aut proprietates aut accidentia, aut cauſſas, pro ſupplemento adhibemus.

Quid? Definitionis quæ ratio eſt, & quæ via? Non dubium eſt (inquit Cicero) quin definitio genere declaretur, & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia (id eſt, multitudine) ex quibus proprium quid ſit, eluceat. Genus igitur primùm quærendum eſt, dein quæ in eo genere aliorum erunt cõmunia definitione circunſcribenda ſunt, vt quaſi definita regio ſit, quæ terminis ſepta teneatur. Nam quæ definitione conueniunt, id eſt quorũ eadem definitio eſt, eadem omnino ſunt. Itaq; quia Cicero in libro de Fato Logicam definit artẽ diſſerẽdi, aliis autem locis Dialecticã totidẽ verbis definit: rectè concludetur. Dialecticã & Logicã idẽ eſſe, ac ſolo vocis ſono differre.

Vnde dicitur definitio? Quoniam id de quo ambigitur certis finibus, & quaſi cancellis circunſcribit, vt à reliquarum communitate diſiungatur, & proprium efficiatur. Itaque à Gręcis ὅρος & ὁρισμὸς dicitur: quia definitio in diſputationibus ſic adhibetur, vt in agris & regionibus limites ſiue termini, aut ſepes vndique circumſcriptæ. Nanque definitio, Geographorum & Agrimenſorum propria eſt.

Cedo exemplum. In Geographia peruulgatum eſt huiuſmodi. Italia eſt regio quæ terminatur & à ſeptẽtrione & ab occaſu, Alpium iugis: ab ortu Adriatico mari: à meridie, mari Siculo. Sicilia eſt inſula, cincta à ſeptentrione & occaſu mari Thyrreno, à meridie Afro, ab ortu Adriatico. Sardinia, quæ ab ortu Thyrreno, à meridie Africo ab occaſu & ſeptentrione Sardo cingitur.

Cedo exemplum definitionis Dialecticę. Homo eſt animal rationis particeps, mortale. Nam animal, genus: mortale, differentia eſt hominem ab Angelis ſeparans. Rationale, item altera, eundem à belluis diſtinguens. Quod ſi ad ſepimentum abſoluendum ſubſtãtialis differentia non ſufficit, tum ſupplementum (vt antè dixi) vel ex proprio, vel ex accidenti, vel ex vtroque ſumendum eſt.

Cedo item aliud exemplum. Equus eſt animal quadrupes, quod collo & dorſo domatur. Hæc Enuntiatio in aſinos & mulos conuenit. Itaque quod ſæpimento deeſt, ex proprietate ſumendum erit: Hinniendi vim habens.

Cedo exemplum ex Accidenti. Pygmæus eſt homo per exiguæ ſtaturæ. Hęc Enuntiatio etiam in Nanos & Pumiliones valet. Itaque ex accidenti ſupplementum quærendum eſt: Qui in vltimis Indiæ finibus naſcitur: vel, Qui dorſis hircorum inſidens, cum gruibus belligeratur. Item ex contrario: Gigas eſt homo ingenti corporis magnitudine. Hoc idem Germanis Cæſar tribuit. ſupplementum ergo ex Accidenti petendum eſt: præter vſitatam naturæ conſuetudinem.

Cedo exemplum ex vtroque. Aſinus eſt animal quadrupes, quod collo & dorſo domatur, rudendi vim habens. Hæc definitio etiam in mulos conuenit. Quo-

A rum autem eadem definitio eſt, eadem iudicantur.

Quid igitur ſi ex accidenti ſupplementũ addatur: Quadrupes vegrandibus auriculis? At hoc ipſum in mulos quoque conueniet. Addatur igitur illud; Fœcũdum à communione receſſum erit. illa autem quæ à nonnullis traditur: Animal ſolidis pedibus auritum & fœcũdum: ſi quidem auriti equi non ſunt, propria forſaſſe iudicabitur.

Quomodo ex Cauſſis ſupplemẽtum quæritur? Tyrannicida eſt percuſſor, qui Tyrannum interfecit: hoc

B idẽ in carnificem conuenit, qui traditum ſibi Tyrannum interfecerit: aut in eum qui deprehenſus ab eo in adulterio ipſum interfecerit. Ergo præter genus & imperfectam differentiam: cauſſa adhibenda eſt, Qui cõſultò Tyrannum occidit, vt Remp. liberaret.

Quid? In genere aſciſcendo, ecquanam vti arte debebimus? Illa notionum diſciplina ac ſerie, quam ſuperiùs demonſtrauimus: quæ cùm naturalem gradationem habeat, ſatis erit primam aſciſcere, neque altius à capite, repetere oportebit. Nam (vt Ariſtoteles

C in Topicis admonuit) qui proximum genus poſuit, is etiam ſuperiora omnia poſuiſſe intelligitur. quandoquidem (inquit) in inferioribus ea quæ ſupra ſunt, intelliguntur. vis autem & natura cuiuſque rei cum proximo genere coniuncta eſt.

Et in qualitate reperienda quanam vtemur arte? Sicuti ſurſum ad Categoriam aſcendendo, eſſentia reperitur, ſic viciſſim deorſum deſcendendo reperitur qualitas. veluti, ſiquis de Muręna quęrat, qualis hęc ſubſtã-

D tia ſit, reſpondebitur corporata. tum quale eſt corpus? animatum. quale animal? piſcis. qualis piſcis? muræna.

Quis eſt definiendi modus? Cùm ea ſumuntur quæ ſunt ei rei, quam definire volumus, cum aliis communia: idque vſque eò perſequimur, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poſſit. ſic enim Ariſtotelis præceptum, Latinè Cicero expreſſit: quod etiam Plato in Theęteto tradiderat. Exemplum

E autem ſuperiùs expoſuimus.

Quid? Nunquámne genus prætermitti poteſt? Tum demũ omitti genus poteſt, cùm ex definitionis verbis ſatis intelligitur. Sed ea non exacta & limata definitio eſt. veluti, Orator eſt qui quacũque de re copioſe diſſerit. Subauditur enim, homo. Procurator eſt, qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrat: pro, Eſt adminiſtrator negotiorum alienorum.

De Definitione adumbrata, ſiue minus propria.

Cap. xv.

F

QVæ eſt Definitio adumbrata? Quæ non ſolidã rei naturã ex genere & differentiis, ſed extrinſecus notas ipſius quaſdam demonſtrat: quaſi cùm pictores imaginẽ informant. Itaq; σκιαγραφίαν Plato in Theæteto appellat. alij etiã τύπον, περίφρασιν, ὑπογραφίαν. Latini autem Deſcriptionem nominant. Sed Boetius omnes eiuſmodi deſcriptiones aptè Alluſiones appellat.

Quænã illæ externæ notæ ſunt? Quæ ex aliis adfe-

G ctionibus, quàm ex genere ſumptæ ſunt. Nam quæ per tranſlationem & aliis ludicris modis fiunt, vt cùm Adoleſcentia definitur flos ætatis: Induciæ, feriæ belli: Peccare tranſire lineas: nos eas Alluſiones potius quam Definitiones appellamus.

Quæ eſt Definitio ex formis? In qua ſpecies omnes cõtinentur, quæ ſub eo genere ſunt, quod definitur. velut apud Ciceronẽ: Iniuria eſt quæ aut pulſatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudinę vitam alicuius violat. Item, Gloria eſt illuſtris ac peruagata multo-

multorum & magnorum vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Item, Ineptus dicitur, qui aut tempus quid poſtulet, nõ videt: aut plura loquitur: aut ſe oſtentat, aut eorùm quibuscum eſt vel dignitatis, vel cõmodi rationem non habet: aut deniquc in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt. Item, Nothus eſt, qui vel ex concubina, vel ex meretrice, vel ex virgine; vel ex vidua honeſtæ exiſtimationis, vel ex adultera, vel ex cognata ſuſceptus eſt. Item, Sacrilegium eſt ſurripere aliquid ſacri, aut ex ſacro.

Quæ eſt definitio ex Toto & Partibus? Definitio per Partitionem fit (inquit Cicero) cùm res propoſita quaſi in membra diſcerpitur: id eſt cùm Totius partes enumerantur, ex quibus res definita conſtat. veluti: Domus eſt, quæ fundamento, parietibus, contignatione, & tecto cõſtat. Orator eſt (inquit Cicero) qui quæcunque res inciderit, quæ ſit dictione explicanda, prudenter, & compoſitè & ornatè & memoriter dicat, cũ quadam etiam actionis dignitate. Senator eſt, qui quibus rebus Reipu. vtilitas paretur, augeatúrque, teneat iiſque vtitur. Dialectica eſt, quæ ex cuiuſque rei & vocabuli adfectione diuidendi, definiendi & argumentandi rationem commonſtrat. Hic enim genus omiſſum eſt. Eodem pertinent definitiones quæ partium enumeratione & remotione fiunt. veluti: Plebs eſt (inquiunt Iuriſconſulti) cæteri ciues ſine ſenatoribus. Argentum factum (inquit Vlpianus) rectè quis ita definierit, quod neque in maſſa, neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis ſit.

Quæ eſt definitio ex Cauſſis? In qua pro genere & differentia cauſſa vna pluréſve ponuntur. veluti ex Efficiente: Sonus eſt colliſio duorũ corporum. Itẽ, Dies eſt ſol ſuper terram. Lex eſt mens à cupiditatib. libera. Ex materia: Ira eſt ebullitio ſanguinis. Vox eſt ictus ſenſibilis qui auditur quantum in ipſo eſt. Dialectica eſt ars eius ſermonis qui in interrogando & reſpondendo verſatur, vt Stoici definiebant. Ex forma: Homo eſt, quod animo præditum, ratione vtitur. Ex fine: Homo eſt, quod ad colendum in Terris Deum, natum eſt. Domus eſt tectum, quo & frigorum vis pellitur, & calorum moleſtiæ ſedantur. Dialectica eſt ars vera & falſa diiudicandi, vt Zeno definiebat.

Quid? Definitio ex materia & forma ſimul nònne ſolida & eſſentialis eſt: cùm & illæ formæ ſine controuerſia rei ſubſtantiam attingant: & quemadmodum ſuperiùs ex Ariſtotele dixiſti, definitio quid res ſit, & cur res ſit, idem ſint? Ita vulgò traditur. ſed non ſi Eſſentia demonſtratur, continuò etiam qualitas exponitur. deinde plerunque aut genus aut differentia prætermittitur, aut certè non proximum genus.

Cedo exemplum. Glacies eſt aqua gelu concreta. hæc definitio eſt ex materia, forma & efficiẽte: in qua tamen genus non demonſtratur: cùm aqua ſubſtantia ſit, glacies accidens: glacies igitur eſt concretio aquæ congelatæ. ſic Homo eſt corpus animatũ. Hæc deſcriptio materiam quidem & formam demonſtrat: ſed & remotius genus aſciuit, & differentiam prætermiſit. Item vt illa Ciceronis in Academicis: Dialectica eſt oratio ratione concluſa. Et illa Ariſtotelis: Tonitru eſt reſtinctio ignis in nube. cùm paulò pòſt plenius ita definiat: Eſt ſtrepitus oppreſſi & extincti ignis in nube. Item illa, Nix eſt aqua congelata & concreta. Cœnum terra humore temperata. nam neque cœnum terra eſt (inquit) idem nix aqua.

Cedo aliud exemplum. Panis eſt farina aquæ mixta, A & à piſtore veſcendi cauſſa cocta. Hæc deſcriptio & materiam & formam, & efficientem, & finem complectitur: at non genus neque differentiam. Vera enim hæc definitio eſt, Panis eſt cibus ex farina & aqua coctus. Item: Ceruiſia eſt aqua cum hordeo & lupulo decocta: cùm ſit potus ex iis rebus confectus.

Cedo item aliud. Eloquentia (inquit Cicero) nihil aliud eſt, niſi copioſè loquens ſapientia. Ex efficiente, materia & forma hæc definitio eſt. At illa ex genere: Eſt facultas ſapienter & copioſè loquendi.

B Quæ eſt definitio ex Effectis? Quæ ex euentu rem arguit. veluti: Pater eſt, qui filium procreauit. Rhetorica eſt, vis perſuadendi & animos auditorum in quã velis partem contorquendi. Homicida eſt, qui fecit quid ſciens, per quod perire homini neceſſe eſſet: ait Fabius. Honeſtum eſt, ait Cicero, quod per ſeipſum poſſit iure laudari. Dialectica eſt (inquit idem) quæ efficit, ne cui falsò aſſentiamur, néve vnquam captioſa probabilitate fallamur.

C *De reliquis generibus definitionum.*

CAP. XVI.

Quæ eſt Definitio ex Proprio? Hæc duplex eſt, quarum prior ad rem pertinet, altera ad notationem. Ad rem, veluti: Magnes eſt lapis, qui ferrum ad ſe allicit. Hæmatites lapis, qui ſanguinem ſiſtit. Homo, eſt animal pudoris ac verecundiæ particeps. Adamas eſt gemma, quæ neque ferro, neque igne, neque vetuſtate conſumitur. nam in D his omnibus abeſt differentia. Atque ex hoc genere omnes propriè ſunt definitiones apud Medicos, arborum, herbarum, & fruticum.

Quænam ex Notatione definitio eſt? Quæ vocabuli originem exponit per ἐτυμολογίαν, quam Cicero veriloquium appellat: veluti, Seruus eſt qui ſeruitutem ſeruit. Sic enim veteres definiebant. Item, Præuaricator eſt (inquit Cicero) qui in contrariis cauſſis, quaſi E variè poſitus eſſe videtur, quoniam à varicibus nomẽ deductum eſt. Item, Philoſophia eſt ſtudium ſapientiæ. Aſſiduus dicitur ab ære dando, is qui locuples eſt. Quid eſt aliud tumultus (inquit Cicero) niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum eſt Tumultus. Pratum eſt (inquit Vlpian.) in quo ad fructum percipiendum, falce duntaxat opus eſt, quaſi paratum.

Cedo exemplum ex antecedenti. Seruus eſt qui vel ex hoſtibus captus, vel pretio emptus eſt. Lata culpa F eſt, non intelligere id quod omnes intelligunt. Poſtliminio reuerſus dicitur, qui in bello ab hoſtibus captus fuerat. Bonum eſt (inquiebat Cicero) quod natura eſt abſolutum.

Cedo exemplum ex conſequenti. Cicero in Partitionibus hoc exemplum profert: Præuaricator dicitur, qui cùm accuſator eſſet, ab reo corruptus eſt. nam ea litera de accuſatore dari ſolet iudici hoc eſt notæ in tabella A.P. Accuſator præuaricatus eſt. Ex eodem genere illa definitio eſt, Hereditas eſt ſucceſſio in v- G niuerſum ius defuncti. Prius enim ius eſt ſuccedendi, quàm ipſa ſucceſſio. Seruus eſt, qui ſi manumittatur, fiet libertinus. Addictus eſt, qui ſi libertatem accipiat, erit ingenuus.

Cedo exemplum ex Adiunctis. Pirata (inquit Cicero) non eſt ex perduellium numero definitus: ſed communis hoſtis omnium. Tyrannus eſt, cuius manus contra omnes, & contra quem manus omnium.

Cedo exemplum ex Accidenti. Homo eſt animal bipes, implume, quod erectũ ingreditur. Itaque cùm

hanc Plato definitionem protuliſſet: poſtridie Diogenes, gallum gallinaceum implumem in conuentum attulit. Item illud: Homo eſt in quo pietas & impietas, probitas & improbitas ineſſe poſſunt.

Cedo exemplum ex paribus. Cicero ad Herenniũ hoc protulit: Modeſtia eſt in animo continens moderatio cupiditatum. At alibi: Iuſtitia eſt æquitas, ius vnicuique tribuens. Item alibi: Amare nihil aliud eſt niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla vtilitate quæſita. Item: Par eſt quod in omnes æquabile eſt: Itẽ: Pax eſt tranquilla libertas. Atque quidem omnia Ciceronis ſunt. Illa autem Iuriſconſultorum: Inteſtatus eſt nõ tantùm qui teſtamentum non fecit, ſed etiam cuius ex teſtamento hereditas adita non eſt. Paria enim ſunt teſtamentum non feciſſe, & irritum atque inane feciſſe.

Cedo exemplum ex Simili. Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? inquit Ouidius. Magiſtratus eſt lex loquens. Lex magiſtratus mutus. Ira furor breuis eſt. Tyrannus eſt, lupus rabioſè ouiculas dilanians. Amicus eſt alter idem.

Cedo exemplum de Contrariis. Cicero in Partitionibus hoc profert: Quoniam Accuſator is dicitur verus, quia ab reo corruptus non eſt præuaricator quoque dicatur is accuſator, qui ab reo corruptus eſt. Itẽ, Nothus eſt, qui iuſtus filius non eſt. Concubina eſt, quæ iuſta vxor non eſt. Virtus eſt vitium fugere: & Sapientia prima ſtultitia caruiſſe. Purus locus eſt (inquit Vlpianus) qui neque ſacer neque ſanctus, neque religioſus eſt.

Cedo exemplum ex Relatis. Pater eſt, cui eſt filius. Dominus eſt, cui ſerui ſubſunt. Imperator, cui exercitus paret.

Cedo exemplum ex Priuantibus. Securitas eſt vacuitas ægritudinis. Nox eſt defectio lucis. Voluptas eſt vacuitas doloris. Quoniam miſericordia eſt (inquit Cicero) ægritudo ex alterius rebus aduerſis: ſit inuidentia ægritudo ex alterius rebus ſecundis.

Cedo exemplum ex Aientibus & Negantibus. Virtus eſt quod in vitio non eſt. Laudabile eſt, quod vituperari non poteſt. Ciuis eſt, qui peregrinus non eſt.

Cedo exemplum ex Repugnantibus. Natus eſt qui non mortuus editus eſt: inquit Iuriſconſultus. nam vt viuens mortui contrarium eſt, ſic viuentis natus eſt conſequens. Amicus eſt, qui non malè de quopiam meretur. Hoſtis eſt, qui non bene de quopiam meretur. Peregrinus eſt, cui honorum capiendorum ius nõ eſt. nam honores capere, ciuis eſt conſequens.

Cedo exemplum ex diſparibus. Virtus eſt medium vitiorum vtrinque reductum: quod in habitu diſpariũ expoſuimus. Liberalitas eſt quæ inter auaritiam & prodigalitatem interiecta eſt.

Cedo exemplum ex Diſſimili. Induciæ ſunt (inquit Varro) pax caſtrenſis paucorum dierum. Bellum eum manet, pugna ceſſat.

De præceptis Definitionis.

Cap. XVII.

QVOT ſunt præcepta Definitionis? Tria, Vt ſit propria, breuis & aperta. Nam (vt Cicero ſcribit) Definitio eſt earum rerum quę ſunt eius rei propriæ quam definire volumus, breuis & circumſcripta quædam explicatio. ac ſæpe commemorandum eſt axioma illud Ariſtotelis in hoc genere præſtantiſſimum: neque vnam duarum rerũ, neque vnius rei duas definitiones eſſe poſſe. οὔτε γὰρ ἕνα δυοῖν, οὔτε δύο τοῦ αὐτοῦ ὅρους δυνατὸν εἶναι. Nam cùm vnius rei vna natura ſit, quæ definitione explicatur, rectiſſimè à Galeno ſcriptum eſt: ὅτι ἔστι παμπόλλους ὁρισμοὺς ποιεῖν ἑνὸς πράγματος ἐν ταῖς φωναῖς μόνον οὐκ ἐν τοῖς νοήμασι διαφέροντας licet plures vnius rei definitiones conficere vocibus tantùm differentes, non notionibus.

Quomodo propria efficitur Definitio? Cùm ei ſoli quod definitur, peculiariter conuenit, neque in aliud vllum transferri poteſt. Quorum enim eadem definitio eſt, hæc nimirum eadem ſunt. Veteres hoc appellarunt Definitum & definitionem inter ſe conuerti, & reciprocari: cùm de quo vnum dicitur, de eodem quoque alterum dici poteſt, quia neque definitio aliud eſt quàm definitum: neque definitum, aliud quàm definitio. Itaque quod Zeno de Dialectica & Rhetorica dixit, cùm illam pugno, hanc palmæ ſimilem eſſe demõſtrabat, idem de definito & definitione ſtatuere poſſumus. Res namque ſunt eædem, ſed alterum inuolutum, alterum euolutum eſt, veluti: Quatuor ſunt bis bina: & viciſſim, Bis bina ſunt quatuor: Quatuor ſunt tanquam pugnus: Bis bina ſunt tanquam manus diducta & dilatata.

Cedo itẽ aliud. Æmulatio eſt ægritudo, ex eo quod potiatur eo, quod ille ipſe concupierit. Hæc Enuntiatio etiam alterius ſpeciei communis eſt, quæ eſt Obtrectatio. Itaque non reciprocantur inter ſe. Nõ enim quicquid eſt ægritudo, id continuò eſt æmulatio. Addendum eſt igitur, Cum eo ipſe careat. Sic Equus eſt quadrupes, qui dorſo & collo domatur. cõmune mulorum, aſinorum, elephantorum & Camelorum. Adde, Et hinniendi vim habet: reciprocabitur. quia quidquid erit quadrupes eiuſmodi, erit equus. & viciſſim quidquid erit equus, erit huiuſmodi quadrupes. Sic illa definitio, Diuinatio eſt earum rerum prædictio & præſenſio quæ ſunt fortuitæ: reprehenditur apud Ciceronem lib. de Diuinat. quia & medici & imperatoris & gubernatoris eſt præſenſio rerum fortuitarum. Sic definitio illa generis ex ſchola Stoicorũ à Laertio tradita, Genus eſt plurium notionum collectio: minus plena videtur. Deeſt enim Communium, aut Cognatarum: vt ſuperiùs in Generis definitione diximus.

Quomodo breuis efficitur definitio? Cùm ita preſſa & anguſta eſt, vt nullum in ea verbum otioſum, aut redundans appareat. Stulta eſt tamen breuitatis adfectatio (vt Ariſtoteles in Rhetoricis monuit) niſi quantum ſatis eſt adhibeatur. nam & breuitas eſt (ait Cicero) cùm tantum verborum eſt, quantum neceſſe eſt. Id autem fiet ſi & è proximo finitimum genus petatur (nam proximo ſumto, inquit Ariſtoteles, ſatis conſtat, ſuperiora antecedere) & vbi ſatis proceſſum erit, ibi conſiſtatur, neque vlterius prodeatur.

Cedo exemplum ex Genere. Vt ſi Equus non definiatur, corpus animatum, ſed animal. Iuſtitia non habitus animi, ſed virtus.

Cedo exemplũ ex Productione. Homo eſt animal rationis particeps, natum ad diſciplinam. Nam hoc Proprio ſublato, plena erit definitio, reſque naturam omnem complectetur. Equus eſt (inquit Quintilianus) animal, mortale, irrationale, hinniens. Nam Quadrupes quæ dorſo & collo domatur, erat preſſius. Sic idẽ ita Dialecticam definit: Eſt rei propoſitæ propria, dilucida, & breuiter comprehenſa verbis Enuntiatio. Nam cùm Enuntiatio nihil aliud ſit, quàm verborum comprehenſio, duo illa verba ſuperuacanea ſunt. Sic Equus eſt (inquit idem) animal mortale, irrationale, hinniens: nam & altius genus repetitum eſt, & quadrupedum prætermiſſa differentia.

Quo-

Quomodo aperta efficitur Definitio? Cum inuoluta rei notio ſic euoluitur, vt nihil non apertum atque explicatum remaneat. Nam cùm definitio cognoſcendæ rei cauſſa tradatur, vt ad breuitatem nihil redundare oportet, ſic ad perſpicuitatem nihil deeſſe. Itaque dilucida & illuſtris definitio tum efficitur, cùm definitio & definitum pariter inter ſe reſpondent, & alterum alteri ſic adæquatur, vt paria in vtranque partem momenta ſint. Vitium autem admittitur, cum aut obſcura interpretatio ponitur, aut minus quàm neceſſe eſt, adhibetur. quod tum fit, cùm pro totius definitione partis definitio ponitur.

Cedo exemplum obſcuritatis in definiendo vitandæ. Sumatur illud Pacuuij, apud quem cùm quæſitum eſſet, quid eſſet Teſtudo, reſpondetur, Quadrupes, tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera, capite breui, ceruice anguina, aſpectu truci, Euiſcerata, inanima, cum animali ſono. vel illud: Quid eſt Cochlea? eſt beſtia terrigena, herbigrada domiporta, & ſanguine caſſa.

Cedo exemplum Partis pro Toto definitæ. Ariſtoteles hoc profert: Grammatica eſt ars bene ſcribendi: addendum eſt enim (inquit ille) & legendi: Ex hoc genere illa vulgata eſt: Dialectica eſt ars bene diſſerendi, & vera ac falſa diiudicandi. Sic enim Cicero de Oratore II. definit. At hæc definitio eius eſt ſolius partis propria, quæ ad componendam argumenti concluſionem pertinet, id eſt ad iudicium & diſpoſitionem: quod Cicero libro de Finib. IIII. his oſtendit verbis: Cúmque duæ ſint artes, quibus perfectè ratio & oratio compleatur, vna inueniendi, altera diſſerendi, &c. Diſſerendi autem verbum Stoicorum Dialecticę proprium fuiſſe videtur: qui (vt poſterius intelliges) longa verborum ſerie & continuatione argumentationes ſuas texebant ac retexebant: quam formam Soritem, id eſt aceruum appellabant. quanquam rectè diſſerendi artem Cicero dixiſſe Latinè videtur, pro eo quod Græci dicere ſolebant τὴν ἐπιστήμην τοῦ ὀρθῶς διαλέγεσθαι. Sed rurſus idem in Topicis Artem diligenter diſſerendi generatim ad vtranque Argumentationis partem retulit. Cùm omnis ratio diligens diſſerendi (inquit) duas habeat partes: vnam inueniendi, alteram iudicandi.

Cedo aliud exemplum. Æmulatio eſt ægritudo ex eo quod alter potiatur eo quod ille ipſe concupierit: Nam hæc in obtrectationem conuenit definitio. Itaque nondum ſatis explicatum eſt quod erat inuolutũ. Addendum igitur, Cùm ipſo careat. Sacrilegium eſt ſurripere aliquid ſacri. Nondum ſatis explicatum eſt. deeſt enim, Aut ex ſacro. Ex eodem genere illa Ciceronis in Partitionibus: Argumentum eſt probabile inuentum ad faciendam fidem. Nam in lib. de Inuent. II. plenius definierat, inuentum aliquam in rem probabile, aut neceſſarium.

De materia Dialectica.

CAP. XVIII.

MVLTAS verò & varias definitionum formas expoſuiſti: ſed tamen ad certum adfectuum numerum accommodaras. Quid deinceps ſequitur? Supereſt vt de Argumentatione diſſeramus. Sed antequàm longius abeamus, monendus mihi videris, vitandam eorum eſſe opinionem. qui ſcripſerunt definitionem & diuiſionem eſſe opus Phyſici, & eius ſcientiæ proprium, quæ prima rerum principia tradit. à quo definiendi & diuidendi artem Dialectica mutuatur. Quaſi verò Theologi aut Iuriſconſulti artis ſuæ diuiſiones ac definitiones ex Phyſicorum diſciplinis hauriant. Intelligendum eſt igitur, Dialecticam non aut materiam vllam eſſe, aut certum aliquod habere ac definitum genus, in quo ſolo verſetur, atque occupata ſit: ſed inſtrumentum eſſe, quo artium omnium materiæ ordine ac ratione certa tractentur. qua de cauſſa ὄργανον à Græcis appellantur. quoniam neque Theologi, neq; Phyſici, neque Medici, neque Iuriſconſulti, neque aliarum artium profeſſores ſuas diſciplinas ſine illius adiumento tractare poſſunt. Quod ex Grammaticæ artis ſimilitudine intelliges. Nam vt illa nullam ſibi propriam habet ſubiectam materiam, ſed ceteris diſciplinis omnibus orationem atque aptam verborum conſecutionem ſuppeditat, ſine qua mutæ omnino eſſent: ita Dialectica nõ in vna aliqua re verſatur, ſed artibus reliquis omnibus inſtrumenta ſuppeditat, quibus vel confuſa diuidere, vel infinita definire, vel ambigua diiudicare poſſint.

Teneo iſta: viderí ſque eandem fere materiæ infinitatem Dialecticæ tribuere, quam L. Craſſus Rhetoricæ tribuit apud Ciceronem in lib. de Orat. I. vbi diſputat. Oratoris opus eſſe omni de re quæcunque ſit propoſita, ornatè copioſéque dicere. vt ſiue Phyſicus de natura, ſiue Architectus de ædificando, ſiue Medicus de curandis morbis, ſiue Aſtrologus de ſyderibus, ſiue Iuriſconſultus de ciuili iure diſputet, ſi modò id ornatè copioſéque faciat, verborum quidem proprietatem à Grammatica, ornatum verò & ſplendorem orationis à Rhetorica mutuentur. Atq; vt de noſtra hac dicamus, ordinem ac certam rationem à Dialectica rectè accipies: quare licet iam ad cetera quæ conſequuntur, pergamus.

INSTITVTIONIS DIALECTICÆ LIBER III.

De Argumento & Argumentatione. CAP. I.

QVID eſt Argumentatio? Regula qua vera & falſa diiudicantur. Eſt enim ratio qua vtrum vera an falſa enuntiatio ſit, id eſt vtrum attributum in enuntiatione ſubiecto conueniat, an non conueniat, oſtenditur: quaſi cùm adhibita lydia coticula aurũ ab ære, probus numus ab adulterino diſcernitur.

Quotuplex eſt Argumentatio? Prima & ſumma diuiſio eſt huiuſmodi: Argumentatio altera eſt ſimplex, quæ vna ratiocinatiua enuntiatione conſtat. Ratiocinatiuam appello, quæ implicatam in ſe rationem cõplectitur. veluti. Quia ſpiritũ ducit, viuit. Si lac habet, peperit. altera cõpoſita, quæ ex pluribus Enũtiatis euidenté rationé demonſtrantibus cõiuncta eſt. veluti: Qui ſpiritũ ducit, viuit. Hic ſpiritũ ducit: viuit igitur. Sic enim Cicero libro de Inuétione primo ſcribit. Argumentatio nomine vno duas res ſignificat: ideo quod & inuentũ aliquã in rem probabile aut neceſſariũ, Argumétatio vocatur. & eius inuẽti artificioſa expolitio quando igitur proferent aliquid huiuſmodi:

Quoniam peperit,cum viro concubuit:inuentum pro ferent,non expoſitionē.Et aliquātò poſt, Simplex autem concluſio reprehenditur,ſi id quod ſequitur,non videatur neceſſariò cū eo quod anteceſſit, cohærere. nā hoc quidem,Si ſpiritū ducit,viuit:Si dies eſt,lucet, eiuſmodi eſt,vt cū priore neceſſariò poſterius cohærere videatur,&c.Sic Antonius lib.de Orat.II.Nam& omne quod eloquimur,ſic,vt aut eſſe dicamus,id,aut nō eſſe:& ſi ſimpliciter dictū ſit, ſuſcipiunt Dialectici,vt iudicēt.verúmne ſit an falſum. &, ſi coniunctè ſit elatū , & adiuncta ſint alia , iudicent rectène adiuncta ſint,& veráne ſit ſumma vniuſcuiuſque rationis. Sed diſtinguendi & vitandę ambiguitatis cauſſa placuit illā priorē Argumentū,hāc Argumentationē appellari.

Quomodo? Quoniam idem in Topicis & Partitionibus ſcribit: Argumentum eſſe probabile inuentum ad faciendam fidem:vel rationem, quæ rei dubiæ facit fidem. Argumentationem autem eſſe argumenti expoſitionem,tractationem,concluſionem,expolitionem. Ariſtoteles ἀπόδειξιν,hoc eſt demonſtrationem, appellat:opinor,quia ſupreſſam & inuolutam:in argumento rationem demonſtrat, patefecit, & in lucem profert,vt euidenter eluceat.Itaque quoties aliqua earum particularum quibus ratio exponitur, in oratione ſumitur: veluti, Quia,quoniam,cùm,quando,quādoquidem:toties argumentum vſurpatum intelligitur. item,cùm particula Si,apponitur. nam in veris Enuntiationibus,Si pro Quia (vt in prouerbio eſt)poſitum intelligitur.

Velim hæc aliquanto planius adhibita definitione & certa aliqua regula exponas. Eſto igitur argumentum omnis enuntiatio, quæ rationis vnius firmamento nititur. Argumentatio verò enuntiatio duplex:quę non modò ratione, ſed etiam rationis ratione conſtat. meminiſti enim illud Ciceronis: Cuius rationis ratio reddi non poteſt, ei rationi ratio non eſt fidem habere. Vnius autem rationis in vnica& ſimplici enūtiatione quinque notæ ſunt : Quia,Cùm,Si,Aut,non Aut,Non, & Non. veluti: Quia Callicles homo eſt, neceſſariò animal eſt. Hæc autem nota omnes eiuſdē generis rationales particulæ comprehenduntur.veluti,Quando,quandoquidem,quoniam & ſimiles.Item. Cùm Callicles ſit homo,neceſſe eſt eſſe animal.Si Callicles eſt homo,neceſſariò animal eſt, Aut Callicles homo non eſt, aut certè eſt animal. Non & Callicles homo eſt,& animal non eſt.

Cedo exemplum Argumentationis. Quia Callicles homo eſt,neceſſariò animal eſt.quicquid enim homo eſt,neceſſariò animal eſt. Si Callicles ratione vtitur, animal eſt.quicquid enim ratione vtitur,Idem eſt homo.Cicero autem argumentationem ita definit, Rationem quæ ex rebus perceptis id quod non percipiebatur adducit.Multis autem locis concluſionis componendæ rationem appellat: vel orationem ratione concluſam:vel neceſſariam aut probabilem conſecutionem.

Quæ eſt ſecunda diuiſio Argumentationis? Hæc, Ariſtotelis ſententia,quadruplex eſt.διδασκαλικὴ,quæ ad docendum & demonſtrandum accommodata eſt, & conſtat ex propriis cuiuſque diſciplinæ principiis. διαλεκτικὴ, quæ vtranque contradictionis partem ex probabilibus concludit, πειραστικὴ, quæ ad alterum tentandum inſtituta eſt, & ex iis quæ aduerſario probantur concludit.& ἐριστικὴ,id eſt contentioſa, quæ ex iis quæ probabilia videntur, nec ſunt,concludit:quæ tota Sophiſtarum & impoſtorum propria eſt. Trium autem ſuperiorum eadem prope modum ars atq; diſ- A ciplina eſt,quæ in Dialectica traditur.quare de Dialectica & ſophiſtica tantum diſſeremus.

De Materia,Fine & partibus Argumentationis.

CAP. II.

QVOTVPLEX eſt Argumētatio Dialectica? Duplex.Altera neceſſaria,quæ id quod vult efficit neceſſariò:altera probabilis,quæ nihil neceſſariò , ſed probabiliter tantùm B concludit.Sed quæ neceſſaria eſt, ea vel Ratiocinatio eſt,quæ à Græcis συλλογισμὸς appellatur:vel inductio, quæ ab iiſdem ἐπαγωγὴ.quæ verò nihil neceſſariò concludit,totáque eſt (meo quidem iudicio) Rhetorica, ea vel exemplo, vel ſententia conſtat: quorum illud à Græcis παράδειγμα,hoc ἐνθύμημα nominantur.

Quæ eſt materia Argumentationis? Quadruplex. illud quæſtionis genus de quo ſuperiùs commemorauimus an ſit, quid ſit, quale ſit,& quæ eius cauſſa ſit. Iam verò (eodem auctore Ariſtotele) quicquid in C diſputationem cadit, in eo vel generis, vel definitionis,vel proprij,vel accidentis quæſtio verſatur. Speciei apud Dialecticos quæſtio nulla eſt,quia Species de indiuiduis dicitur ; quorum idcircò nulla ſcientia eſt, quia (vt ſuperiùs diximus) infinita fluxa & caduca ſunt. Differentia autem, quia generis naturam imitatur,ad generis quæſtionem accommodanda eſt.Ergo ſi quæſtio eſt,An ſit,aut an ita ſit, generis ac differentiæ quæſtio eſt:ac prior ad reſolutionem, id eſt,Analyſim,poſterior ad diuiſionem pertinet: ſiquid ſit,de- D finitionis:ſi cur ita ſit,proprij. Accidentis autem quæſtiones ad res externas & fortuitas pertinent,quæ & accidere & decedere poſſunt,vt ſuo loco dictum eſt.

Quamobrem quatuor tantùm quæſtionum genera conſtituuntur? quia quidquid de alio quæritur, id eſt quæritur an alteri conueniat, id vel ſuperius eſt, ac magis vniuerſum eo de quo quæritur: vel certe par eidem.dici enim ſuperius de inferiore non poteſt. Si ſuperius atque amplius eſt,generis quæſtio eſt, cùm de rei natura ambigitur:ſin minus,accidentis. ſin par eſt, E tunc vel proprij eſt,vel definitionis. Nam ſi conuenire rei nulli alteri poteſt, vel definitio eſt,vel propriū ſi poteſt,vel genus eſt,vel accidens.

Quæ eſt altera quæſtionum diuiſio? Vt alia ſit infinita, quæ generatim aliquid ſine vlla circunſtantia interrogat.veluti:An Dialectica ſit vtilis:An eloquentia ſit expetenda:alia finita, quæ de negotio certa aliqua circunſtantia definito proponitur.veluti,An Dialectica hiſtorico ſit vtilis. An Bellum hyeme ſit gerendum,& in Britannia.

F Quis eſt finis Argumentationis? Quæſtionis explicatio,inſtrumentum autem explicandæ quæſtionis eſt (vt ſæpe iam dixi) ratio cur attributum ſubiecto conuenire vel affirmetur,vel negetur.Hęc enim ratio duo quæſtionis extrema neceſſariò inter ſe vel connectit, vel diſparat. Itaque quoniam ad vtriuſque vel conuenientiam vel diſcrepantiam diiudicandam, quaſi Arbiter honorarius adhibetur, Medium appellatur. vt Argumentatio vera ea ſit, quæ ea de quibus ambigitur, vtrum inter ſe conueniat an diſſideant,ne- G ceſſariò vel conuenire vel diſſidere oſtendit ex eo, quod illa in tertio aliquo, vel conueniunt, vel diſſident. Denique illud tenendum eſt, quod multis locis Ariſtoteles admonuit, in quæſtionibus omnibus nihil aliud quæri,quam ſit necne medium,aut quodnam ſit medium.Cauſſa enim per quam quæſtio explicatur,& mediu m,idem omnino ſunt.

De

De Medio & eius Preſtantia.

CAP. III.

QVOMODO Medij tanta vis eſt? Quia notio quædam à natura in hominum mentibus inſita eſt, quam Geometræ Axioma nominant, vt quæ in tertio aliquo conueniunt, eadem etiam inter ſe neceſſariò conueniant: quæ verò in illo tertio non cõueniunt, eadẽ nec inter ſe conueniant. Sic Plato ſcribit earum rerũ quæ põdere, numero, & menſura conſtant, nullam diu dubitationem eſſe poſſe: propterea quòd adhibita libra, aut menſura, aut calculis protinus diiudicari poſſunt. Similiter ſi quæratur, An lapis aliquis ſit Magnes, adhibito minuto ferro perfacilis erit cognitio. Ita cùm omnis enuntiatio aliquid de alio vel adfirmet, vel neget: ſi medium cum iis ambobus de quibus quæritur, conueniat, veram eſſe adfirmationem oſtendit: ſi cum vno tantùm, veram eſſe negationem. Itaque medium eſt tanquam lumen, quo ea omnia quæ in quæſtionibus obſcura ſunt, illuſtrantur. qua de cauſſa paſſim argumentatio definitur ratio, quæ ex perſpicuis dubia illuſtrat.

Ecquænam igitur de Medio axiomata & ſummæ leges ac regulæ tradi poſſunt? Nos ad illius Mathematici axiomatis normam has quatuor direximus. I. Cui conuenit medium, eidem, quo medio cohæret, neceſſariò conuenit. II. Quod medio cohæret, ei cui medium conuenit, neceſſariò conuenit. III. Quod medio non conuenit, ei cui medium conuenit, non conueniet. IV. Cui medium non conuenit, ei quod medio conuenit. non conueniet.

Cedo iſtarũ regularũ familiare aliquod exemplum. Eſto hoc familiariſſimũ, ac penè puerile: ſed tamen aptiſſimũ. Ponãtur in tabula gemini annuli inter ſe cõſerti & catenati. proximè alterutrum, magnes. nũquid verũ erit, quod modò dicebamus: Cui magneti is annulus qui iam medius eſt cõueniet, eidẽ is qui illi cohæret neceſſariò conueniet. Simillima eſt argumentationis ratio. ponatur enim quæſtio an Callicles ſit animal. Tũ quia Callicles eſt ſubiectũ, animal attributũ: Callicles in imo, animal in ſummo ſcribatur. Medium interponatur, Homo. Tum ratio ita ineatur. Si Medium, quod homo eſt, Callicli conuenit, etiam id quod medio cohæret, nimirum animal, conueniet.

Cedo aliud exemplum. Retineatur eadem & quæſtio, & verborum trium collocatio directa. malè nanque alij duos terminos in plano collocant, vt medium inter eos interponant. Nã ſubiectum à Græcis dicitur *ὑποκείμενον*, non autem *ἀντικείμενον*. Scribantur ergo, Callicles, homo, animal. nónne tria hæc eandem inter ſe rationem habent, quã habent illi numeri 1.2.3? ſunt enim indiuiduum, ſpecies & genus. Quod igitur notio communis valet in illis numeris, vt in maiore ſumma minor inſit, & pars in toto: idem quoque in illa valeat. vt ſi vnum eſt in duobus, duo in tribus, neceſſariò vnum erit in tribus. eodem modo, ſi Callicles in homine, homo in animali ſit, Calliclem quoque in animali eſſe concludatur. Atque hoc nimirum eſt quod ſuperiùs diximus, quæcunque de aliquo dicũtur, ea vel ſuperiora eſſe, vel paria.

Cedo exemplum de Pari. Ponatur quæſtio, An Pygmæus ſit homo. Medium interponatur hominis proprium, vt Rationis particeps. Tum ratio ita ineatur: Si Pygmæus rationis eſt particeps, quidquid autem rationis eſt particeps, idem eſt homo, certè Pygmæus homo eſt. Cui enim proprium conuenit, ei etiam ilA lud cuius id erat proprium neceſſariò conuenit.

De Aceruali Stoicorum Concluſione.

CAP. IIII.

QVID igitur ſi longior illa verborum catena ſit, hoc eſt longa verborum ſeries & continuatio, quaſi catena ex multis annulis inter ſe conſertis & contextis? Eadem omnino B ratio futura eſt. Ac nimirum illa ipſa eſt Stoicorum propria diſſerendi ratio conſectaria, de qua pleni ſunt Philoſophi Ciceronis libri: quam illi propterea Soritem (vt poſteriùs dicemus) id eſt quaſi verborũ conſequentium aceruum ac ſtruem appellabant. Syntheſim quoq; nominare poſſumus. Cicero quidem Conſectarium appellat. quod etſi Ariſtoteles ſecutus non eſt, eius tamen hanc magneti & catenæ noſtræ regulã conſentaneam initio artis ſuæ Logicæ tradidit: Quoties alterum de altero vt de ſubiecto dicitur, quæcun- C que de prędicato dicuntur, ea omnia de ſubiecto quoque dicuntur. ac paulò pòſt breuius: *ὅσα κατὰ τοῦ κατηγορουμένου λέγεται, ταῦτα καὶ τοῦ ὑποκειμένου ῥηθήσεται.*

Cedo aliquod longæ iſtius catenæ ac syntheſis exẽplum. Sumatur illa Ciceronis ex Tuſc. 5. Omne bonũ lætabile eſt: quod lætabile, id prædicandum: quod prædicandum, id glorioſum: quod glorioſum, id laudabile: quod laudabile, id honeſtum: Ergo quod bonum, honeſtum. Nam iſta ratiocinatione firmamentum illud noſtrum comprobatur: Cui magneti annu- D lus vnus cohæret, ei etiam omnes alij qui vnà cum illo conſerti ſunt, cohærebunt: id eſt, Cui medium conuenit, eidem omnia quæ medio cohærent, ſiue genus, ſiue ſpecies, ſiue totum, ſiue pars, ſiue proprium, ſiue alius adfectus aliquis conſentaneus conueniet.

Quidnam igitur inter Ariſtotelicã & Stoicam argumentandi formam interfuit? Hoc nimirum, quòd Stoici in diſputando, ſyntheſin: Peripatetici verò, analyſin obſeruarunt. Nã Stoici ſemper ab imo incipientes, quã quaſi ædificationis totius baſim conſtituebãt, E quaſi gradibus ſurſum verſus progrediebantur. vnde illud Ciceronis: Iam argumenti ratione concluſi caput eſſe faciunt ea, quę perſpicua dicunt. deinde ordinem ſequuntur: tum quod verum ſit in ſingulis: extrema concluſio eſt. Ariſtoteles verò maiorem Medij rationem ducebat, & ſemper ab eo in quo momentum omne poſitum eſt, initium faciebat.

Cedo exemplum. Sumatur ex Cicerone, cuius animaduerto longè plures pluréſq; Stoicas eſſe argumentationes, quàm Ariſtotelicas. Is igitur lib. de Finib. III. F ita concludit: Quod eſt bonum, omne laudabile eſt. quod autem laudabile eſt, omne honeſtum eſt. bonũ igitur quod eſt, honeſtum eſt. hæc vera eſt Syntheſis, ab imo, & tanquam baſi ad ſummum faſtigium progrediens. At illa propriè Analyſis, cuius à medio tanquam momento, initium naſcitur: Quod eſt laudabile, eſt honeſtum. Quod bonum, eſt laudabile. Ergo quod bonum eſt, honeſtum eſt. Sed de Medij collocatione plus ſatis. Poſterius enim proprius nobis conſtitutus eſt de ea diſſerendi locus. Tantùm harum pro- G greſſionum figuram hic deſcribemus, vt earum imaginem animo conceptam memoria tenere poſſis.

Stoica ſyntheſis: quæ eſt progreſſio ab imo:	Ariſtotelica analyſis à ſummo progrediens.
Honeſtum 4 }	{ 2 Honeſtum
{ 2 Laudabile 3 }	{ 1 Laudabile 4 }
{ 1 Bonum	Bonum 3 }

Item:

Animal 4 }	{ 2 Animal
{ 2 Homo 3 }	{ 1 Homo 4 }
{ 1 Callicles	Callicles 3 }

In quibus argumentationibus Medium adhibeatur.

CAP. V.

QVID? Medium in omnibúſne quæſtionibus & argumentationibus adhibetur? Nequaquam. ſed in iis demum quæſtionibus, quæ mente & ratione explicantur: non iis quæ ſenſibus diiudicantur. Medium enim (vt modò dixi) nihil aliud eſt, quàm rationis & notionis quæ in hominis mente inſita, & mente percepta eſt, expoſitio. Itaque Medium natura prius & notius eſt eo, quod in quæſtione ponitur. At quæſtiones quæ ſenſibus iudicātur, nullam in mente notionem, & quaſi regulam ante perceptam habent. Quarum autem rerum poſitum in ſenſibus iudicium eſt, ad eas argumentatio non adhibetur: ſed ex poſterioribus omnes iudicantur.

Cedo exemplum. Sumatur aliquod facillimum, & penè puerile. Eſto poſita quæſtio: An vbicunque eſt arbor, ibi ſit radix. Medium eſt in hac queſtione regula, quæ animi notione comprehenditur: Toto conceſſo partes conceduntur. Si eſt arbor, etiam radix ſubeſt. Item, Poſito proprio etiam id cuius proprium eſt, poni intelligitur. Si ſermo hic auditur, neceſſariò hîc ſunt homines. Si lapis iſte ferrum allicit, neceſſariò eſt magnes.

Cedo exemplum de quæſtione ſine Medio. Ponatur quæſtio, An imperium aliquod ſit ſempiternum. Aſſyriorum imperium concidit. Perſarum imperium concidit. Medorum item. Græcorum item. Romanorum item. Nullum igitur imperium eſt ſempiternum. Sic Religionem Chriſtianam extinguere non potuerunt ſuperſtitiones commentitiæ: non vllæ Imperatorũ & Regum opes: non Philoſophorũ doctiſſimorum diſputationes & argutiæ: non tyrannorũ ſæua crudelitas. nullæ igitur humanæ vires delere Religionem Chriſtianam potuerunt.

Quænam argumentationes Medio adhibito tractantur? Syllogiſmus & Enthymema. Sorites verò, inductio & exemplum medio non concluduntur.

De locis ſiue ſedibus Medij Dialectici.

CAP. VI.

MIRAM profectò Medij iſtius vim prædicas. Sed vnde tandem, cùm vſus venerit, eius ſumendi nobis facultas erit? Ex iiſdem Adfectuum theſauris, ex quibus diuiſionis & enuntiationis materiam ſumpſimus. Iis enim adhibitis intelligitur, quemadmodũ quæſtionis cuiuſq; ſubiectum & attributum inter ſe adfecta ſint: & conueniántne inter ſe, an diſſideāt. nam quæcunq; & quacunque de re poni quæſtio poteſt, eam neceſſe eſt per Regulas ex illis locis ſumtas diiudicari. & quæcunque & quacunque de re concipi Enuntiatio poteſt, eam neceſſe eſt per illas Regulas vel confirmari vel refutari. Atque ob eam cauſſam τόποι, ſiue loci, à Dialecticis appellantur, quaſi ſedes, ex quibus omnium quæſtionum argumēta promuntur. Qua eadem de cauſſa Argumentorum fontes à Cicerone appellantur: adeo vt vna eadémque enuntiatio per illos duos & viginti locos vel confirmari vel infirmari poſſit.

Quæ eſt diuiſio locorum? Ariſtotelis partitio illa eſt (inquit Quintilianus) vt alij ſint inſiti in eo, de

A quo ambigitur, qui artificiales ſunt: nimirum habitus illi, de quibus diſſerendum eſt: alij aſſumti, qui extrinſecus, & non ex arte depromuntur. veluti, Tabulæ, teſtimonia, pacta, conuenta, quæſtiones, leges, ſenatuſcōſulta. Sed hæc nihil ad Dialecticam. Senſibus enim iudicantur, qui rationis ſunt expertes. Itaque diuiſionem hanc nuſquam in logicis libris tradidit Ariſtoteles, ſed in Rhetoricis duntaxat: vnde, ſi vſus venerit, depromentur.

B Quot in partes tota hæc de Argumentatione doctrina diſtribuitur? Duas: in artem inueniendi & concludendi: quarum illam Græci Τοπικὴν, vel εὑρετικὴν: hanc κριτικὴν, vel ἀναλυτικὴν appellant. Earũ autem qui auctores fuerint, Cicero in Topicis, ſed præcipuè in lib. de Finib. 4. demōſtrat: Cúmq; duę ſint artes (inquit) quibus perfectè ratio & oratio cōpleatur, vna inueniendi, altera diſſerendi: hāc poſteriorē & Stoici & Peripatetici: priorem autem illi egregiè tradiderunt: hi omninò ne attigerunt quidem. Nam è quibus locis

C quaſi theſauris argumēta depromerentur, veſtri ne ſuſpicati quidem ſunt: ſuperiores autem artificio & via tradiderunt. Sic Antonius lib. de Orat. II. In hac (inquit) Stoici Diogenis arte Dialectica nullum eſt præceptũ, quomodo verũ inueniatur, ſed tantùm eſt quomodo iudicetur. Hîc nos igitur Stoicus iſte nihil adiuuat: quoniā quemadmodũ inueniā quid dicā, nō docet. Quare iſtā artē totā dimittam⁹, quę in excogitādis argumētis muta nimiũ eſt: in iudicādis, nimiũ loquax. Critolaum puto plus huic ſtudio prodeſſe. Erat enim

D ab Ariſtotele. ac paulò ante eodem libro Catulus locorum inuentionem Ariſtoteli apertiſſimè tribuit.

Quid eſt ars Inueniendi? Quæ quid quiſque adfectus ad diſputandum valeat, aut non valeat, oſtendit. Non enim ſatis eſt locos adfectuum digito commōſtraſſe, niſi quæ cuiuſque vis & facultas ſit, quam in partem valeant, & qualis eorum ſit vſus, demonſtretur. vt medico non ſatis eſt magnam aliquam bonorum ſimplicium (vt vulgò loquuntur) copiam indicaſſe, niſi quæ cuiuſque vis & proprietas ſit, & quem-

E admodum iis vti cōueniat, demonſtret.

Quid eſt ars Iudicandi? Quæ quemadmodum quęque adfectio in argumentatione accommodanda ſit, declarat.

Quænam igitur Medij inueniendi ars eſt? Notatio proprietatis cuiuſque loci atque argumenti, quæ longo vſu & exercitatione percepta certis regulis comprehenſa eſt. vt cùm ex obſeruatione proprietatis cuiuſque ſtirpis longa experientia notatæ & perceptæ, certæ regulæ colliguntur, quę literis mandatæ facilem

F ad cōdiſcendum viam præbent. Nam quę multis eiuſdem generis morbis profuiſſe ſtirps animaduerſa eſt, eam omnibus conſimilibus profuturam inducitur.

De Firmamentis, quæ vulgò Maxima appellantur.

CAP. VII.

QVID Simile in locis Dialecticis? Ex multis eiuſdē generis, id eſt eodem ex loco ductis argumentis animaduerſum eſt, vim & pro-

G prietatem eo loco quādam ineſſe, quæ certis regulis, & quaſi legibus comprehenſæ ſunt. has nōnulli Maximas propoſitiones, alij Elementa, quidam Locos cōmunes appellarunt. nos vitādæ ambiguitatis cauſſa Firmamenta nominare voluimus, quòd iis ſolis quaſi fundamentis argumentatio ſuſtineatur, quæ iis ſubductis corrueret. qua de cauſſa Cicero in libris Oratoriis eam rationem qua ſola cauſſa nititur, &

ſinę

ſine qua ſtare non poteſt, paſſim eodem Firmamenti nomine appellauit.

Cedo aliquod exemplum. Superiùs dictum eſt, ex innumerabilibus indiuiduis quæ ſenſu percipiuntur, generis notionē animo concipi: quam ἰδέαν Græci appellant: vt cùm ex multis natantibus animalibus generalis piſcis notio concipitur. Eadem harum notionum, & regularum generalium ratio eſt. Nam ſiquis totius puta gregis aut armenti dominus eſt, eum ſingulorum quoque capitum eſſe dominum: & qui nauem totam conduxit, cum nauis malum, & trāſtra & remos, & gubernaculum conduxiſſe: & cui totus fundus eſt venditus, ei arbores quoque eſſe venditas. cui totius frumenti aceruus donatus eſt, eidem ſingulos modios eſſe donatos. Ex infinitis eiuſdem modi particularibus, ſingularibus, indiuiduis, tādem ſimilium inductione (quæ ſpecies quædam argumentationis eſt) generalis hæc regula concepta eſt: Quod toti conuenit, id parti cuique conuenit. Cuique totum conuenit, ei pars quæque cōuenit. Itaque cùm quæreretur, An ei cui domus oppignerata eſſet, incenſa domo, penitúſque ſublata ſuperficie, area tamen oppignerata maneret: eo firmamento adhibito reſpondebitur, manere. Eius autem notionis (vt ita dicam) igniculus in hominis mēte propemodum ſopitus hoc præceptorum genere acceditur vt ad Dialecticæ artis vſum luceat: nimirū vt cur quidque hoc vel illo modo concludatur, intelligatur. Cōtinet enim, (vt Ariſtoteles loquitur) τὸ διότι.

Súntne certa & rata hæc firmamenta omnia? Non tam profectò quàm communes notiones, aut Mathematicorum theoremata, ſiue præcepta. Sed tamen non idcirco prætermittenda ſunt. non enim regulæ vllæ tam vniuerſales ſunt quin exceptione aliqua vitientur: vt Iuriſconſulti longo vſu periti tradiderunt. ſed vt Anaxagoras dicere ſolebat nomina rebus imponi, non vt vſquequaque, ſed vt maxima ex parte valeant: ſic Regulæ non omni ex parte, ſed ex maiore & potiore ęſtimādę ſunt. Itaque haud ſcio maiórne ſit eorū amētia, qui regulas illas propterea omittendas cenſent, an in prudentia, qui ſcribere auſi ſunt, nullam earum ab Ariſtotele mentionem eſſe factam: cuius in Topicis tā ſæpe inculcatæ & decantatæ ſunt, vt facilè appareat, damnatum ab iis Ariſtotelem, qui eius libros nunquam aſpexerant.

Quotuplex ſingulorum locorum firmamētum eſt? Omnium ferè locorum triplex eſt. primum eſt eſſentiæ, quàm οὐσίαν Græci dicunt, qua reſpōdetur ad quęſtionē an ſit. ſic enim eſſe in rerum natura, quod quæritur, ex alterius comparatione confirmatur, binorum quippe inter ſe collatio vtriuſque eſſentiam oſtendit: Alterum eſt conuenientiæ, quam Græci ἀναλογίαν, Latini proportionem nominant: qua reſpondetur vel ad quæſtionem, quale ſit: vel quæ eius cauſſa ſit. Tertium eſt reciprocationis, quam iidem ἀντιστροφὴν dicunt. Primum in binis tantùm adfectionibus verſatur, alterum in ternis aut quaternis: tertium in vtriſque.

De quadruplici locorum quæſtione.

CAP. VIII.

VIdeo iſta; ſed quæro nónne quæſtio an ſit, potius ad Phyſicos, & naturæ indagotores, quàm ad Dialectico pertinet, qui ſolam verborum conſecutionem inquirunt? Dialectici non nudam verborum conſecutionem exquirunt: ſed conſecutionem rerum & verborum in eloquendo. Itaque quidquid tota philoſophia quæri & du-

A bitari poteſt, quidquid denique vllo in genere cadere in diſquiſitionem poteſt, id omne à Dialecticæ artis inſtrumento diiudicatur. quod vel ex eo licet intelligi, quia quidquid vllo in genere demonſtratur, id Medio demonſtratur: neque vlla alia eſt certa probandi ratio. Medium autem ſolius artis Dialecticæ proprium inſtrumentum eſt: quo ſi qua alia ars vti valet, id ab illa mutuetur, oportet.

Cedo aliquod exemplum quæſtione An ſit. Pona-
B tur quęſtio inter Philoſophos peruulgata, An ſit Deus. Tum ſi quis hoc concludat modo: Quia hæc rerum vniuerſitas, hic aſtrorum curſus, cœli temperatio, terrarum fœcunditas, hæc rerum viciſſitudo, tot iam ſeculorum ætatibus rata permanet: apparet eſſe Deum, qui hæc regat & gubernet: an non perſpicuum eſt, medium ex loco ab effectis ſumptum eſſe, vt cauſſa tanta iſta opera efficiens arguatur. non ſecus atque illud argumentum, quod ex fulminibus, tempeſtatibus, vaſtitate, & peſtilentia, bellis aut externis aut ciuilibus, &
C manifeſtis irati Dei effectis depromitur. Rurſus cùm Plinius ex eo arguat eſſe hippocētauros, quia in principatu Claudij Cæſaris vnum vidit in melle ex Ægypto allatum: nunquid perſpicuè medium demonſtrationis ſumit ex ſimilibus. nam ſi vnus allatus eſt, alij erant conſimiles. quemadmodum noſtris temporibus cùm ex orbis noui regionibus Reges adducti ſunt, ex Relatis concludebamus, quia Reges ſunt, ciues etiam eorum ditioni, atque imperio ſubiectos fuiſſe. Si cùm Auguſtinus diſputat
D fuiſſe Gigantes, ex eo quòd dentem vidit quatuordecim librarum pondere: nónne & ex partis proportione ad Totum, & ex ſimilium comparatione concludit?

Sed cùm omnis Dialectica quæſtio poſita in eo ſit, vt intelligatur an attributum ſubiecto in oratione conueniat, quidnam hîc vel ſubiectum vel attributum eſt? Natura rerum Subiectum eſt, id quod eſſe vel dicitur, vel negatur attributum. Itaque ad eam quæſtionem Cicero lib. de Orat. 3. exemplum
E hoc accommodat: Sitne in humano genere ſapientia: id eſt conueniátne humano generi. Similiter cùm quęritur, An ſint Centauri, aut Blemiæ, aut Pygmæi: vi ipſa quæri videtur, Conueniátne iſtud naturæ rerum, an non.

Cedo exemplum de quæſtione quid ſit. Dictum eſt ſuperius, definitionem non modò demonſtrationis miniſtram eſſe, atque ad eius perſpicuitatem adhiberi: verùm etiam à demonſtratione probari ac iudicari. Definitionis autem medium eſt vel genus &
F differentia, in pleriſque: vel, in nonnullis cauſſa. quoniam noſſe quid ſit, & quæ cauſſa ſit (vt ex Ariſtotele ſuperiùs dictum eſt) idem omnino eſt. Sic igitur cùm dicimus Rhetoricam eſſe artem copioſè loquendi, attributum ſubiecto nomini ex medij conuenientia concludimus, quia genus & ſpecies aptiſſimè conueniūt. Sic Tonitru eſt ſtrepitus ignis in nube reſtincti, quia cauſſa effectui reſpondet.

Cedo exemplum de quæſtione quale ſit? Veluti, ſi quæratur an hic lapis ſit Magnes, adhibito minuto
G ferro argumentatio ab effectis ſumetur. itémque in lapide Aethite, qui κλεπτίλογχος dicitur, ſi furem deprehendat. & remora ſi nauem remoretur: ceteriſque generis eiuſdem innumerabilibus.

Cedo exemplum de quæſtione, Cur ita ſit? Huius tot ſunt exempla quot poſterius in loco ex effectis enumerabimus. veluti, Cur ſit tonitru? Quia ignis in nube oppreſſus extinguitur.

De Proportione.

CAP. IX.

QVID eſt Proportio? Superiùs dictum eſt, primum opus Dialecticę eſſe notationem λόγου,& rationis,quam bina quæque generis eiuſdem habent inter ſe:qua de cauſſa ſeparatim dicuntur analoga.vt quatuor & quatuor pares ſunt numeri. quatuor & duo ſunt impares.duo cubiti pares: cubitus & pes,impares. At plurium pro cuiuſque portione comparatio, analogia dicitur: & à Latinis proportio:quæ(vt ait Varro)in omnibus eiuſdem generis rebus locum habet: & ab Euclide definitur rationum ſimilitudo. Magnitudines autem eandem habentes rationem, proportionales. hanc vulgo in ſcholis Proportionalitate appellant. Eius etiam in Architectura & operibus omnibus vis permagna eſt: vt partes inter ſe & cum toto reſpondeant.Itaque Vitruuius:Proportio,inquit,eſt ratæ partis membrorum in omni opere totiúſque commodulatio:id eſt,partiũ cum toto pro rata parte conſenſio vt in corpore humano, proportio eſt apta compoſitio membrorum, quæ tum interit, cum pes trium eſt cubitorum, reliquum corpus duorum palmorum.

Cedo exemplum.Vt octo ſe habent ad quatuor,ſic quatuor ad duo:& duo ad vnum. Quam rationem(inquit Varro)in ære habet as ad ſemiſſem, eandem habet in argento libella ad ſembellam.Sicut eſt ad vnum victoriatum denarius:ſic ad alterum victoriatum alter denarius.Vt eſt filius ad patrem,ſic filia ad matrem.Vt eſt in temporibus meridies ad diem, ſic media nox ad noctem.his enim Varro exemplis vtitur.

Quid intereſt inter Rationem & Proportionem? Ratio eſt duarum inter ſe quantitatum comparatio. Proportio verò minimum eſt trium:quarum quæ media eſt,quanto vnam ſuperat,tanto ab altera ſuperatur. veluti.I. II.III.quorum medius vt primum vno ſuperat,ſic à poſtremo ſuperatur.Item III. V. VII. quorũ medius vt binario primum exſuperat, ſic à poſtremo ſuperatur. Ac ſcitum eſt illud Ariſtotelis in Ethicis: Æquale id eſſe,quod medium eſt inter id quod ſuperat, & id quod ſuperatur. vt ſi decem nimium multa ſint:quatuor verò non ſatis:tum ſex capiantur pro rei medio.quia medium hoc ſicut quaternario vnum extremum ſuperat, ſic eodem quaternario ab altero ſuperatur.

Cedo aliquod Geometricæ proportionis exemplũ. Ponatur in A.gemina.in B.ſilex. Pòſt ducatur altera linea, & in C. ponantur centum aurei. in D.obolus. Tum ita ratio ineatur. Vt eſt A.ad B.ſic C. ad D. Deinde ſi vt A.eſt ad B.ita C. ad D. neceſſariò A. eſt ad C.ſicut B.ad D.poſtremò vt eſt Totum ad Totum,ita altera pars totius ad alteram alterius.veluti,vt eſt A C. ad B D,ita A ad B & C ad D. Nam (vt ait in Ethicis Ariſtoteles)Geometrica proportio eſt,in qua ſicut tota cum totis,ſic vtraque cum vtriſque conferuntur.

De Reciprocatione.

CAP. X.

QVID eſt Reciprocatio? Adfectio locorũ eiuſmodi, vt ſi cõſentanei ſint,vno conceſſo vel negato, alterũ concedatur, vel negetur: ſi diſſentanei,cõtrà vno poſito, vel ſublato,alterum ponatur,vel tollatur.Nam in eos demum locos reciprocatio conuenit, quorum paria in vtranque partem momenta ſunt.quorum naturæ ordine neutrum altero prius aut poſterius eſt,ſed vtrunque ſimul veluti,Proprium & ſpecies:cauſſa & effectus.At

A genus cum ſpecie non reciprocatur: nec totum cum parte.quoniam illa priora ſunt naturæ ordine, vt ſuo loco diximus.Huius autem diſciplinæ maximus contra Sophiſtas eſt vſus,quemadmodum in Elenchis ſophiſticis Ariſtoteles docuit.

Cedo exemplum.Reciprocantur hęc inter ſe:Si ſol lucet,dies eſt:& ſi dies eſt,ſol lucet. Si quid ridet, homo eſt:&ſi homo eſt,ridet.At illa non reciprocantur: Si quis habet febrem,calet.At non,ſi quis calet, con-

B tinuò habet febrem.Si pluit,madefacta terra eſt.At nõ ſi madefacta terra eſt,pluit. Si peperit, cum viro concubuit.At non ſi concubuit, continuò verum eſt parituram. Ex hoc genere illud eſt feſtiuum Iphicratis, quod ab Ariſtotele commemoratur lib. Rhetor.2.nã cùm filium haberet ſtatura magnum: ætate verò puerum Ædiles autem propter magnitudinem eum ad onera ciuitatis compellerent:Si magnos,inquit,pueros exiſtimatis viros eſſe:neceſſe eſt vt viros paruos, pueros eſſe decernatis.

C *De loco generis.*

CAP. XI.

DEINCEPS igitur de ſingulis locis videamus. Quod eſt firmamentum loci à genere,cùm quæritur an ſit ſpecies? Primum eſt huiuſmodi:Poſito genere vniuerſo,quæuis continuò ponitur ſpecies.Nam qui omne dicit(vt in prouerbio eſt)nihil excipit.Locus igitur ex genere vniuerſo ad quamuis ſpeciem probandam valet. nam ſemper in generalibus ſpecialia inſunt: vt eſt in regula iu-

D ris ciuilis: veluti: Si omnis arbor in illo fundo eſt, eſt etiam platanus.Si omnes ciues in vrbe ſunt, ſunt etiam ſenatores.Sequitur II.Sublato genere vniuerſo, quæuis continuò ſpecies tollitur: Nam hic quoque locus ad ſpeciem refellendam valet.Si nulla in hoc fundo arbor eſt,ne laurus quidem.Si telum in armamentario nullum eſt,ne fuſtis quidem. Sequitur III. Conceſſo genere indefinito, non continuò certa ſpecies conceditur.Locus enim ex genere indefinito ad probandam certam ſpeciem non valet:quoniam(vt in E-

E nuntiationibus dictum eſt) vt indefinita Enuntiatio vera ſit, ſatis eſt veram eſſe vel particularem,vel ſingularem. Indefinitè autem,ſiue ἀπλῶς,id eſt ſimpliciter & omnino enuntiari ea diximus,quæ ſine circunſtantia vlla,hoc eſt,ſine temporis,loci, aut perſonæ adiectione pronuntiantur. Non valebit igitur hoc modo. Si eſt arbor, eſt laurus.Si eſt animal,eſt homo. Si eſt telum,eſt gladius.Sequitur IV.Negato genere indefinito,quæuis ſpecies negatur.quaſi indefinita negatio vniuerſalis negationem efficiat.itaque locus hic ad re-

F futandum valet. nam à quo genus abeſt, neceſſe eſt formam abeſſe.veluti.Quod non eſt arbor,vtique nõ eſt laurus. Quod non eſt animal, non homo. Quod omnino non eſt,id nec ex parte,nec interdum,nec vſpiam eſt:inquit Ariſtoteles.Sequitur V.Poſito genere indefinito,ſpecies incerta ponitur.Nam idcircò locus hic ad confirmandum valet:quoniam vt vera indefinita ſit, ſatis eſt particularem aut ſingularem eſſe verã. Tractatur autem hic locus per diuiſionem ſpecierum hoc modo:Si ſunt Centauri, aut ſunt expertes ratio-

G nis,aut participes.Si eſt Phœnix,aut eſt mas,aut fœmina.Quod indefinitè & omnino eſt,id aut ex parte eſt, aut interdum,aut vſpiam.

Quod eſt firmamentum loci à genere,cùm de ſpeciei conuenientia quæritur? Quod generi vniuerſo conuenit,omni ſpeciei quæ ſuum ac proprium nomẽ non habeat,conuenit: viciſsímque cui genus omne conuenit,ei ſpecies omnes quæ proprium ac ſeparatũ nomen

nomen non habent, non conueniunt. Magna enim cautio adhibēda hoc loco eſt, de qua in ſpeciei Adfectu dictum eſt: quaſdam eſſe ſpecies, quæ generis nomen retinent, quaſdam quæ ſuum proprium & à genere ſeparatum nomen adeptæ ſunt. Cuius diſtinctionis ac differentiæ cùm tantum in vſu momentum ſit, mirum eſt nullam in ſcholis mentionem fieri. Priùs autem vulgaris firmamenti exempla proponemus. Id eſt huiuſmodi: Quod omni generi cōuenit, omni ſpeciei conuenit. Locus enim ex conuenientia generis vniuerſi propter vim proportionis ad cuiuſuis ſpeciei conuenientiam probandam valet. Nam (vt ait Cicero lib. de Orat. III.) Quod in genere vniuerſo probatū eſt, id in parte probetur neceſſe eſt. Veluti, Si omnis arbor vere floreſcit, etiam platanus floreſcit. Etenim quam habet rationem omnis arbor ad ver, eandem habet platanus pro ſua portione. Sic omnium rerum ſatietas vitæ facit ſatietatem: ait idem in Catone maiore. Ex illo genere iocus eſt ille Cateellij Iuriſconſulti, qui cùm Ædiles edixiſſent, nequis præbente ludos Vatinio aliquid præter pomum mitteret, conſultus per eos dies, an nux pinea pomum eſſet, reſpondit: Si in Vatinium miſſurus es, pomum eſt. Si omnia quæ ſunt (inquit Cicero) mutabilia ſunt, nullū corpus eſſe non mutabile. mutabilia autē ſunt illa ex quibus omnia conſtant omne igitur corpus mutabile eſt: Et huc pertinet Regula Iuriſconſultorum: Cui genus debetur, eidem ſpecies debetur. de qua in l. ſiquid, 47. §. 1. D. de legat. 3.

Cedo planius aliquod exemplum de proportione. Sumantur illa quę tamen Ariſtoteles ad locum ex maiore retulit. Si voluptas bonum eſt, maior voluptas eſt maius bonum. Si iniuriam facere malum eſt, maiorem iniuriam facere maius malum eſt. Nam certè maius & minus generis ſpecies ſunt. Ex eodem genere illud eſt Ciceronis: In quos fallit eo quod audierunt, dicendo homines vt dicāt efficere ſolere. verè enim illud dicitur, Peruersè vt dicant homnes, peruersè dicēdo facillimè conſequi. Sic enim locum illum corrigendum arbitror.

Age: quis eſt nouæ illius diſtinctionis vſus? Species à genere (inquit Cicero in Topicis) quoad ſuum nomen retinet non ſeiūgitur. Quod ſic interpretor: quaſi dixiſſet, Quoad ipſius generis nomen retinet. Sic enim aliis quoq; locis Suum pro Ipſius vſurpauit. Hoc cùm ita ſit, illud quoque ſequitur, ſpeciem quæ proprium & ſeparatum à genere nomen habet, à ſuo genere ſeiungi: cuius præceptionis vis ex eo ipſo quod à Cicerone tractatur exemplo intelligetur. Quoniam (inquit) argentum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ei pecunia quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. numerata enim pecunia (inquit) nomē argēti retinet. hoc Cicero ex ſui temporis conſuetudine & ſermone vſitato conſtituit. Itaque & apud Plautum, & apud Terentium, Argēti nomine pecuniam quoq; numeratam appellari videmus. Multis autem pòſt annis Vlpian. Iuriſconſultus ita locutus eſt, An cui argentum omne legatum eſt, ei numi quoque legati eſſe videantur, quæritur: & ego puto non contineri. non facilè enim quiſquam argenti numero numos computat.

Cedo aliud exemplum. Supellectilis legato, eas res contineri puto (inquit Alphenus) quæ ad vſum communem patrisfam. paratæ eſſent, quæ nomen ſui generis ſeparatum non haberēt. (vulgo enim corruptè legitur Separatim) quare quæ ad artificij genus aliquod pertinebunt, neque ad communem vſum patrisfa. accommodatæ eſſent, ſupellectis non eſſe: ſed nec pugillares, & codices in ſuppellectili ſunt.

Cedo aliquod planius & familiarius. Ponatur legatum eſſe omnibus cognatis: nō dubium eſt, quin agnatis nihil debeatur. Forma enim à genere, ſi propriū nomen habet, ſeiungitur. Sic lex Pompeij, vt qui Pontica matre natus eſt, ciuis ſit Pōticus: ad ſpurios (inquit Vlpianus) qui ſeparatum nomen habent, & iam materna origine cenſetur, nihil pertinet. Sequitur II. Quod generi vniuerſo non cōuenit, nulli ſpeciei conuenit. vel potius iſto modo: Quod generi vniuerſo repugnat, id ab vnaquaque ſpeciei diſſidet. valet enim hic locus ad refellendam ſpeciei conuenientiam. veluti, Si homo eſt animal, quod non eſt animal, id non eſt homo. Si nulli homines ante mortem beati ſunt, ne Reges quidem. Si malum in ſapientem non cadit, dolor autem cadit, dolor non eſt malum. vt in lib. de Finib. II. Qui in ſomno malo eſt, iſte cùm in eo eſt, non eſt beatus. Sapiens autem ſemper beatus eſt: & eſt aliquādo in dolore. Non eſt igitur ſummum malum dolor. Sequitur III. Quod generi indefinito conuenit, nō continuò certę ſpeciei cōuenit. Itaque nihil ad confirmādum valet. cuius rei cauſſam ſuperiùs expoſuimus. veluti Non ſi arbor frugifera eſt, cōtinuò etiam tamarix frugifera eſt, Non ſi homo indefinitè legatus eſt, continuò optimus debetur, ait Caſſius. Sequitur IV. Quod generi indefinito non cōuenit, nulli ſpeciei cōuenit. Itaque locus hic ad refutādam ſpeciei cōuenientiam valebit. veluti, Si piſces non ſunt cicures, ne muræna quidem. Si homines non ſunt ante mortem beati, ne Reges quidem. Sequitur V. Quod generi indefinito conuenit, continuò etiam ſpeciei incertę conuenit. Cuius rei cauſſa ſuperiùs explicata eſt. Tractatur autem hic locus per diſiunctionem ſpecierū: hoc modo: Si Philoſophi ſapientes ſunt, neceſſe eſt aut Stoicos, aut Academicos, aut Peripateticos, aut Epicureos fuiſſe. Si ciuis eſt, aut natus, aut factus eſt.

De loco Speciei.

Cap. XII.

QVæ ſunt firmamenta ex Specie, cùm quæritur, An ſit genus? Primum eſt huiuſmodi: Poſita vna ſpecie, non continuò ponitur genus vniuerſum. Plus enim in genere vniuerſo eſt, quàm in ſpecie. Itaque locus ex ſpecie ad genus vniuerſum probandum non valet. veluti: Si in illo agro cupreſſus eſt, eſt omnis arbor, Sequitur II. Poſita vna ſpecie, continuò ponitur genus indefinitum: quoniam vt vera indefinita ſit, ſatis veram eſſe particularem. Itaque locus ex ſpecie ad genus indefinitum probādū valet: veluti, Si Platanus eſt, eſt arbor. Si muræna eſt, piſcis eſt, Si gladius eſt, telum eſt. Sequitur III. Sublata vna ſpecie, neutrum genus idcircò tollitur, plus enim in genere vniuerſo remanet. Itaque locus ex vna ſpecie refellendum genus non valet. Non enim quadrat: Si non eſt cupreſſus, non eſt arbor, aut nulla eſt arbor. Si non eſt iuſtitia, non eſt virtus. Poteſt enim eſſe fortitudo, conſtantia, continentia. Sequitur IV. Poſitis formis omnibus continuò ſuccedit genus, non tantùm indefinitum, ſed etiam vniuerſum. Valet enim hic locus & ad confirmādum & ad refutandum. Tractatur autē hic locus per coniūctionem: veluti, Si & aues ſunt, & piſces, & quadrupedes, omnis generis belluę ſunt. Si ſunt Senatores, equites, & plebeij, ſunt omnes ciues. Sequitur V. Remotis formis ſingulis, cōtinuò vtrūq; remouetur genus. valet enim ad refutādū: & per remotionē tractatur, ſi ſpecies omnes quę generi ſubiectæ ſunt, remouentur. Si in eo loco neq; mortale eſt,

neque immortale,animal non eſt. Si neque natus eſt, neque factus ciuis,nullus eſt ciuis.

Quæ ſunt firmaméta loci ex ſpecie, cùm de generis conuenientia quæritur? Primum eſt huiuſmodi: Quod vni ſpeciei conuenit,non continuò generi vniuerſo conuenit. veluti: Si homo doctrinæ capax eſt, non cõtinuò animal omne diſciplinę capax eſt.Quod legatum eſt Fabiæ matriſa. ſi ea ſimpliciter vxor eſt, neque in manum conuenit,nihil debetur.Sequitur II. Quod vni ſpeciei conuenit, etiam indefinito generi conuenit. Si ſmaragdus eſt viridis, gemma eſt viridis. Si Platanus floreſcit verè,arbor vere floreſcit. Nam particularis verè efficit indefinitã verã. in quo videndum eſt diligenter,nę indefinita dicantur. quæ neceſſariam circunſtantiæ adiectionem habent. veluti, Apud Triballos laudi & gloriæ ducitur, patrem immolare. Ergo patrem immolare honeſtum eſt. non valet. Nam & ſi quod aliqua ex parte eſt, aut alicubi,aut interdum,id certè omnino eſt:viciſſimq; quod omnino non eſt, id nec aliqua ex parte, nec interdum, nec vſquam eſt: tamen id demum eſſe omnino & abſolutè, & infinitè, & ſimpliciter dicitur,quod ſine vlla circunſtantiæ adiectione neceſſaria pronuntiatur. Nam (vt ait Ariſtoteles ſecundo Topico extremo) τὸ ἁπλῶς ἐστὶν ὃ μηδενὸς προστεθέντος ἐρεῖς. Sequitur III. Quod vni ſpeciei non conuenit, non continuò generi indefinito non conuenit.Non enim reciprocatio eſt veluti: Si homo eſt animal, quod nõ eſt animal,id non eſt homo.Sed nõ ſiquid non ſit homo,id continuò ſequitur non eſſe animal.Ex eo quod prohibet lex Iulia dãnatam adulterij mulierem teſtimonium dicere, colligitur etiam mulieres teſtimonij in iudicio dicendi ius habere. Sic, Si ſalix non eſt frugifera, non continuò arbores ſunt infrugiferæ. Et ſi autem diſputari poſſet, videri hæc inter ſe pugnantia, quia contrariorum (vt poſtea dicemus) contrariæ ſunt conſequentia: tamen intelligendum eſt, differentiæ cauſſam in negatione eſſe poſitam,quæ cùm priuatio ſit, adfirmatione, quæ habitus eſt,ſemper eſt deterior: neque parem cum illa vim habet.Sequitur IIII. Quod vnicuique ſpeciei conuenit,vtrique generi conuenit. qui locus per enumerationem & adfirmationem formarum tractatur: de qua poſterius diſſeremus. Si & rationis particeps & rationis expers mortale eſt, omne animal mortale eſt. Sequitur V. Quod nulli ſpeciei conuenit, generi non conuenit. Qui locus per Enumerationem formarum tractatur. Si Archias neque natus, neque factus eſt ciuis,non eſt ciuis.

Reſtat vt de Reciprocatione videamus. Quæ ſunt regulæ Reciprocationis inter genus & ſpeciem? Omnes ex ſuperiore diſputatione & colligi & cõfirmari poſſunt. Itaque regulis enumerare contenti ab earum exemplis ſuperſedebimus. Prima eſt huiuſmodi: Vt poſito genere vniuerſo quæuis ſuccedit ſpecies: ita poſitis formis omnibus continuò ſuccedit genus. Sequitur II. Vt ſublato genere vniuerſo, quæuis continuò ſpecies tollitur: ſic remotis formis omnibus,continuò remouetur genus.Sequitur III. Vt quod generi vniuerſo poſito conuenit, omni ſpeciei conuenit:ita quod ſingulis formis conuenit,generi conuenit. Sequitur IIII. Vt quod generi vniuerſo non conuenit, nulli ſpeciei conuenit: ita quod nulli ſpeciei cõuenit generi non conuenit.Sequitur V.Non vt poſito genere vniuerſo,quæuis ſuccedit ſpecies: ita quauis poſita ſpecie,continuò ſuccedit genus.Sequitur VI. Non vt ſublato genere vniuerſo quæuis continuò ſpecies tollitur:ita ſublata vna ſpecie, continuò genus tollitur.

A Sequitur VII. Non vt quod generi vniuersè poſito conuenit, omni ſpeciei conuenit, ita quod vni formæ conuenit,continuò generi conuenit. Sequitur VIII. Non vt quod generi vniuerſo non conuenit,nulli ſpeciei conuenit: ita quod vni alicui ſpeciei non conuenit,continuò generi non conuenit.

Quid ſequitur nunc? Vt de ſpecie & de indiuiduo diſſeramus. Sed quoniam eadem ſpeciei ad indiuiduum ratio eſt,quæ generis ad ſpeciem: viciſſimque eadem indiuidui ad ſpeciem, quæ ſpeciei ad genus: propterea ſubtilior horum diſputatio ſuperuacanea videtur. Itaque in quæſtionibus de Specie & indiuiduo iiſdem vti firmamentis licebit, quæ ſuperiùs expoſita ſunt. Veluti: Si quæratur an Callicles ſit animal, Firmamentum hoc adhibebitur:Quia quod ſpeciei conuenit,indiuiduo conuenit:ſi animal homini conuenit, etiam Callicli, qui homo eſt, conueniet. Contrà ſi quæratur an Callicles ſit lapis,eodem adhibito firmamento concluditur:quia quod ſpeciei repugnat, etiam indiuiduo repugnat: ſi lapis homini non conuenit,etiam Callicli,qui homo eſt,non cõueniet. Quare proximum eſt,vt ad locum de Toto tranſeamus.

De loco Totius.

Cap. XIII.

QVOD eſt firmamentum loci ex Toto,cùm quæritur an ſint partes? Ponatur hoc I. Toto conceſſo conceduntur partes principales. Totum enim ſine principalibus partibus non conſiſtit:ſiue illud naturale ſit, ſiue artificioſum.Itaque locus ex Toto ad probãdas principales partes valet. veluti: Si eſt arbor,eſt etiam truncus, & radix,& rami. Si eſt currus, etiam rota eſt. Si nauis eſt,etiam puppis eſt, & prora,& ſentina. Eiuſdémque loci eſt illud: Poſito toto, nihil extrinſecus relinquitur. nam qui omne dicit,nihil excipit. vt in illo Æſopi ridiculo,qui cùm venalis conſeruus interrogatus quid ſciret, reſpondiſſet ſe ſcire omnia: poſt eadem de re interrogatus, reſpondit ſe nihil ſcire: quòd alter omnia ſe ſcire dixiſſet.Sequitur II.Poſito toto non continuò partes minus principales ponuntur. quia totum ſine iis poteſt conſiſtere. Itaque locus ex toto non valet ad probandam partem minus principalem. veluti: Si eſt,arbor,ſunt etiam folia,aut flores. Si eſt nauis eſt & artemo Nam (vt ſuperiùs ex Labeone diximus) artemo pars nauis non numeratur, niſi non neceſſaria. l.malum.242.D.de verb. ſign. Sequitur III. Sublato toto, ſubtili ratione partes continuò tolluntur: populari verò ratione, propter homonymiam non tolluntur. Sic enim ſuperiùs in adfectionum tractatu diſtinguendũ eſſe oſtendimus ex Ariſtotele,qui libro, Politicorum primo ſtatuit, eas demũ verè ac propriè partes dici,quæ munere ſuo funguntur,& ſunt in actu. ſeparatas verò, abuſiuè & impropriè tantum ſic appellari. Quare cùm id demum fundamentũ dicatur, quo ſuſtinetur domus, euerſa domo fundamentum ſubtili & limata ratione nullum eſt:vt nec tectum,quod non tegit: nec rota,quæ non voluitur: nec remus, qui non impellitur.Sed vitę cõmunis ratio neceſſariam homonymiam induxit: vt etiam ſublata ſuperficie area pars domus dicatur: & rota nominetur,quę non voluitur: & remus, qui non impellitur. Amiculum apud mercatorem,quamuis non amiciat: & toga quamuis non tegat:& ramus,quamuis ex arbore exciſus.

Quod eſt firmamentum loci ex Toto,cùm de conuenientia quæritur? Primũ eſt huiuſmodi:Quod Toti conuenit,

cõuenit, partibus cõiunctis pro rata conuenit: diſiunctis non conuenit. Itaque ad probandam partium concretarum conuenientiam valet. veluti: Si nauis nauigat, & prora & puppis, & malus, & gubernaculum, & tranſtra, & remi, & anchora pro rata parte nauigant. At diſiunctæ nullo modo: vnde illa Iuriſconſultorum regula. Cuius eſt totum, eius ſunt partes. Si domus oppignerata eſt, eſt etiam area. Cui legatus eſt annulus, eidem gemma quoque legata eſt. Qui fur eſt totius, fur eſt ſingularũ partium. Quæ de tota re vindicanda dicta ſunt, eadem & de tota parte intelligẽda ſunt. Cui pater ſe in adoptionem dedit, eidem quoque filius datus intelligitur. Totius enim nomine non modò continuum corpus, ſed etiam deiunctum intelligimus: veluti familia: vt ſuperius in Totius adfectu dictum eſt. Ex hoc eodem fonte ducta eſt vera illa & Chriſtiano digna homine, Ciceronis argumentatio in lib. de nat. deor. II. extremo: Si Deus conſulit omnibus hominibus, qui in orbe terrarum ſunt, etiam iis conſulit, qui eius partes tenent, Aſiam, Africam, Europam. Si iis, etiam vniuerſis qui Romæ ſunt, & Athenis & Rhodi. Si vniuerſis etiam ſingulis. Sequitur II. Non ſi cui totum non conuenit, idcirco pars non conuenit. Itaque nihil ad refellendam partem, totius refutatio valet. veluti, Non ſi totus fundus meus non eſt, idcircò nulla eius pars mea eſt. Non ſi quis integrum bouem geſtare, vt Milo Crotoniates, non poterit, cõtinuò partem eius non poterit. Non ſi quis vniuerſum exercitum regere non poterit, idcirco partem eius non poterit. Non ſi vas aliquod totum illud frumentum capere non potuit, idcirco partem eius aliquam non poterit.

De loco Partium.

Cap. XIIII.

QVod eſt firmamentum loci ex Partibus, cùm quæritur An ſit Totum? Locus hic bipartitò tractatur. Aut enim ex parte vna, aut ex pluribus, & rurſus ex omnibus aut coniunctis, aut diſiunctis, argumentamur. Primum eſt huiuſmodi: Poſita parte, ſiue neceſſaria ſit, ſiue redundans, non continuò ponitur Totum. Itaque locus ex partibus nullo modo valet ad probandum Totum. Nam ſiue vna pars eſt, ſiue plures tantùm, ſiue omnes diſiunctæ nihil prohibet non eſſe totúm. Totum enim & partes non idem ſunt, vt ait Ariſtoteles in Topicis. Non igitur ſi eſt truncus, continuò eſt arbor: non ſi eſt truncus, & ramus, continuò eſt arbor. Sic, Non ſi eſt & truncus & radix, & hæc inter ſe diſiuncta ſint, continuò eſt arbor. Non ſi trabes ſunt, & cementa, & lapides, & tegulæ, continuò domus eſt: niſi forma coniunctæ ſint. Separatis enim corporibus ex quibus ædes conſtant, vniuerſitas ædium intelligi non poteſt l. cum qui 23. D. de vſurpat. Sequitur II. Poſitis partibus omnibus compoſitis, totum conceditur. Diſertè autem addendum fuit Compoſitis. Non enim partibus omnibus poſitis (vt modò diximus) ſi compoſitio, id eſt forma deſit, Totum continuò ſequitur. Itaque, bona venia quorundam hominum eruditorum dictum ſit, non valet hoc argumentum: Si & radix eſt, & caudex, & cortex, & frondes, & rami, arbor eſt. Poſſunt enim eſſe omnia euulſa & ruta cæſa, cùm tamen arbor non ſit. Hoc autem argumentum partium enumeratione tractatur, de qua poſterius diſſeremus. veluti: Si & inuenire & diſponere, & memoria tenere, & eloqui poteſt, orator eſt. Si & leges, & edicta, & ſenatuſ-

A conſulta, & conſtitutiones, & reſponſa prudentum, & conſuetudinem ciuitatis tenet, ius ciuile vniuerſum tenet. Sequitur III. Sublata parte, ſi ea principalis eſt, Totum tollitur: ſi minus principalis, non continuò tollitur. nam locus ex parte principali ad refellendum Totum valet: ex minus principali, non valet, veluti: Si rota non eſt, non eſt currus. At non ſi non eſt artemo, continuò non eſt nauis.

Quod eſt firmamentum loci ex partibus, cùm de

B Totius conuenientia quæritur? Primum eſt huiuſmodi: Quod parti coniunctæ conuenit, vbi proportio ſeruatur, etiam toti conuenit. Itaque ex partis ratione de totius ratione argumentum ſumitur. hoc eſt, de quantitate & qualitate: cuius argumenti vis omnis in proportione ſita eſt: vt cùm ex vngue, leonis magnitudo æſtimatur: quo argumento Phidias vſus dicitur, cùm inſpecto vngue leonem integrum effinxit. Itémque Pythagoras, qui Herculis magnitudinem ex eo ſtadio, quod Hercules ſuis pedibus admenſus erat, æſti-

C mauit. veluti, Si rota eſt volubilis, totus currus pro rata eſt volubilis. Si velum vento pellitur, tota nauis pro rata pellitur. Ex hoc genere illud eſt ex lib. Ciceronis de nat. deo. 2. Nullius ſenſu carentis pars aliqua poteſt eſſe ſentiens. Mundi autem partes ſentientes ſunt. non igitur caret ſenſu mundus. Et lib. 3. Si ea intereunt, ex quibus conſtat omne animal, nullum eſt animal ſempiternum. Et lib de Orat. 1. Mirari deſinamus, quę cauſſa ſit eloquentium paucitatis: cùm ex illis rebus vniuerſis eloquentia conſtet, quibus in ſingulis

D elaborare permagnum eſt. At ſi proportio nulla eſt, nulla conuenientia. Itaque non ſi Æthiopis dentes ſunt candidi, idcircò Æthiops eſt candidus. non ſi contignatio domus lignea eſt, idcircò domus eſt lignea. Sequitur II. Quod parti diſiunctæ conuenit, non idcircò toti pro rata conuenit. Non ſi ſeparatim quiſque horum puerorum bene canit, idcircò coniuncti ſymphonia canere poterunt. nam plerunque voces coniunctæ diſcrepant. non ſi ſeparatim quiſque horum equorum velox eſt ad curſum, idcirco ad bigas

E aut quadrigas apti ſunt. Non ſi rota ſeparata volui poteſt, idcircò reliqua pars currus voluetur. Sequitur III. Quod parti coniunctæ non conuenit, vbi proportio eſt, toti pro rata non conuenit. Si tunicæ virilis manica puero non conuenit, nec tota tunica conueniet. Sequitur IIII. Quod parti diſiunctæ non conuenit vbi proportio nulla eſt, non idcircò toti non conuenit. veluti: non ſi prora aut trãſtrum ſeparatum non fluctuat, idcircò coniunctum non fluctuabit. non ſi ſolus equitatus vincere non potuit, idcircò cum exercitu con-

F iunctus vincere non poterit. Sed in his omnibus (vt antè dixi) magna proportionis ratio adhibenda eſt.

Quæ ſunt firmamenta Reciprocationis? Primum eſt huiuſmodi, Vt toto conceſſo partes principales conceduntur, ſic conceſſis partibus omnibus compoſitis, totum conceditur. Sequitur II. Vt poſito toto non continuò partes redundantes ponuntur: ſic poſita parte aliqua non continuò totum conceditur. Sequitur III. Neque ſublato toto, continuò partes tolluntur neque ſublata redundante parte, totum tollitur. nam

G neceſſaria quidẽ certè tollitur. Sequitur IIII. Vt quod toti conuenit, compoſitis partibus pro rata conuenit: ita quod parti coniunctæ conuenit, vbi proportioni locus eſt, etiam toti conuenit. Sequitur V. Vt cui Totum non conuenit, vbi proportio eſt, partes non conueniunt: ita cui pars non conuenit, totum ſimiliter non conueniet.

De loco Cauſſarum.

CAP. XV.

QVOD eſt firmamentum loci ex Cauſſis, cum quæritur an ſint Effecta? Quoniam effectus is demum dicitur, qui ex cauſſarum concurſu naſcitur, de eo tantum breuitatis cauſſa præcipiemus, neque ſingulas perſequemur. Cauſſarum autem concurſum intelligimus, cùm cauſſæ ſunt abſolutè vi ſua efficientes. Primum igitur firmamentum ſit huiuſmodi I. Poſita cauſſa, ponitur Effectus. Secundum illud: II. Sublata cauſſa, tollitur Effectus. Cauſſa enim à ſuis effectis (vt ait Cicero) non ſeiungitur. Et, vt ait Ariſtoteles lib. Rhetor. 2. cap. 42. Si cauſſa eſt, etiam eſt id, cuius ea cauſſa eſt: & ſi hoc non ſit, ne illud quidem. Simul enim & cauſſa & euenta ſunt. ἐάν τε ὑπάρχῃ, ὅτι ἔστι, κἂν μὴ ὑπάρχῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν. ἅμα γὰρ τὸ αἴτιον καὶ οὗ αἴτιον. καὶ ἄνευ αἰτίου οὐδὲν ἔστιν. Valet igitur locus ex cauſſis, tum ad confirmandum, tum ad refellendum effectum. veluti: Si ſol lucet, dies eſt: ſi non lucet, dies non eſt. Cùm conciliatrix amicitiæ virtutis opinio ſit, difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defeceris ait in Lælio Cicero. Eodémque pertinet regula, cuius magnus in diſciplinis eſt vſus: Cui cauſſa ſine qua non adimitur, ei res principalis adimitur. veluti, Quoniam illi acumen defuit, Dialecticus eſſe non potuit. nam in Dialecticæ ſtudioſo cauſſa ſine qua non, eſt acumen ingenij. vnde illud Ciceronis in Academicis: Faciunt pueriliter. quo enim omnia iudicantur, ſublato, reliqua ſe negant tollere. vt ſiquis quem oculis priuauerit, dicat, ea quæ cerni poſſent, non ſe ei ademiſſe. Hinc illud populi Rom. inſtitutum, vt aqua & igni interdicerent iis, quibus ciuitatem verbo adimere nolebant. Hinc Iulianus Apoſtata cognominatus non ſe Chriſtianæ religionis miniſtris conuentuum habendorũ poteſtatem eripere dicebat, ſed vſum rhedarũ & vehiculorũ adimebat. Huc illud Iuriſconſultorũ pertinet: Quod per ſe eſſe non poteſt, rapit ſecum in acceſſionis locum id, ſine quo eſſe non poteſt.

Quod eſt firmamentũ loci ex cauſſis, cùm cõuenientit quæritur? Hæc ſunt huiuſmodi. I. Cui conuenit cauſſa, eidem etiã effectus cõuenit: viciſſimque, Quod cauſſæ cõuenit, effectui conuenit. veluti: Si bona ſapientia eſt bonos ſapiẽtes efficit. Item, Libidinoſa, & intemperãs adoleſcẽtia effœtũ corpus tradit ſenectuti. Si quod generauit bonũ eſt, etiam quod generatur, bonũ. Si quod corrumpit, bonũ: malũ, quod corrũpitur. Item de nat. deor. 3. Vt ſi omnis cera cõmutabilis eſſet, nihil eſſet cereũ quod cõmutari nõ poſſet: item, nihil argentũ, nihil æneum, ſi cõmutabilis eſſet natura argenti & æris: ſimiliter ſi omnia quæ ſunt, ex quibus cuncta conſtant, mutabilia ſunt, nullum corpus eſſe poteſt nõ mutabile. Sequitur II. Cui nõ cõuenit cauſſa vnica efficiens, eidẽ nec effect⁹ cõuenit viciſſimq; qđ cauſſę non cõuenit, nec effectui cõuenit. veluti, Poteſt bonũ cuiquam malo eſſe? Poteſtne quiſquã in abundantia bonorũ ipſe eſſe non bonus? Item: Quidquam bonum eſt, quod non eum qui poſſidet, meliorem faciat? Huius autem generis eſt argumentatio ex cauſſa ſine qua non: quæ cùm abeſt, poni effectus non poteſt, vnde illud Anacharſis ioculare. Quia vites apud Scytas nullæ ſunt, nullas eſſe tibicines. à quo illud Ciceronis non abhorret: quia ebrioſus Muræna non ſit, ſaltatorem non eſſe. Intempeſtiui conuiuij, amœni loci multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Videndum autem erit diligenter quæ cauſſæ ponentur,

A aut negabuntur. qua de re quoniam in adfectuum explicatione diſſeruimus, illinc adſumentur, quæ ad hunc locum pertinebunt.

De loco Effectorum.

CAP. XVII.

QVOD eſt Firmamẽtum loci ex effectis, cùm quæritur an cauſſæ ſubſint? Primum eſt huiuſmodi: B Poſitò effectu ea cauſſa ponitur, quæ ſola & abſolutè efficiens eſt. Itaque hic locus ad confirmandam cauſſam valet. veluti: Si eſt incendium, eſt ignis. Si dies eſt, ſol lucet. Si peperit, cum viro cõcubuit. Si cinis eſt, fuit incendium. Sequitur II. Sublato effectu ea demum cauſſa tollitur, quæ ſola & abſolutè efficiens eſt. Itaque ad refellendam cauſſam valet. Veluti, Si dies non eſt, ſol non lucet. Nihil enim eſt quod diem efficiat, præter ſolis lumen. Si eſt vmbra, corpus eſt in ſole. At ſi aliud cauſſarum genus ſit, C nihil valebit. veluti: Si non peperit, cum viro non concubuit. Si non eſt Dialecticus, nõ ſtuduit, aut non præceptorẽ bonũ habuit. Poteſt enim vtrumq; habuiſſe, cùm in illo vel acumẽ ingenij, vel diligentia deeſſet.

Quod eſt Firmamentum de conuenientia? Eſto hoc I. Cui conuenit effectus, ei cauſſa conuenit: viciſſimque quod effectui cõgruit, etiã cauſſę congruit, ἀεὶ γὰρ δι᾽ ὃ ὑπάρχει ἕκαστον, ἐκεῖνο μᾶλλον ὑπάρχει: inquit Ariſtoteles: quod vulgò ſic effertur, Propter quod aliquid tale eſt, id quoq; magis tale eſt. Velut ex lib. Cicer. de D Fin. 2. Qui probari poteſt, vt is qui propter me aliquid gaudeat, plus, quàm ego ipſe, gaudeat? Item lib. de nat. Deor. 2. Nihil quod animi & rationis eſt expers, generare ex ſe poteſt animantem compotémque rationis. mundus autem generat animantes, compotéſque rationis. Animans eſt igitur mundus, compóſque rationis. Item: Si ex oliua modulatè canentes tibiæ naſcerentur, non dubitares quin eſſet in oliua tibicinis quædam ſcientia. quid ſi platani tibias ferrent numeroſè ſonantes? Idem etiam cenſeres in platanis E ineſſe muſicam? Cur igitur mundus non animans, ſapiénſque iudicetur, cùm ex ſe procreet animãtes atq; ſapientes? Sequitur II. ſuperiori cõſentaneum. Qualis effectus eſt, talis cauſſa eſt. Eóq; illud pertinet peruulgatum, Ex baccis arborem agnoſci. Item illud: Magiſtratus virum oſtendit. Quod eſt maius argumentum nihil prodeſſe philoſophiam (inquit Cicero Tuſcul. 2.) quàm quoſdam perfectos philoſophos turpiter viuere? Atque huc, meo iudicio, locus ex adiectione pertinet, quem Ariſtoteles appellat ἐκ τῆς προσθέσεως: F veluti: Siquidem alteri adiectũ, id bonum efficit: etiã illud bonũ eſſe neceſſe eſt. Valet etiam ad proportionem hic locus: vt cuius maior & præſtantior eſt effectus, ea cauſſa maior & præſtãtior habeatur. Vnde illud Ciceronis in lib. de nat. Deor. 3. Si aliquid eſt, quod homo efficere non poſſit: qui id efficit, melior eſt homine. Homo autem hæc quæ in mundo ſunt efficere nõ poteſt. qui potuit igitur, is præſtat homini. Homini autem præſtare quis poſſit, niſi Deus? Item illud in Philip. XI. Vt maior eſt vis animi quàm corporis, ſic G ſunt grauiora quæ concipiuntur animo quàm illa quę corpore. Seq. III. Cui effectus non conuenit, ei cauſſa non conuenit: viciſſimq; quod effectui non conuenit, id cauſſæ non conuenit. Si fruges ex eo agro non naſcuntur bonæ, nec bonus fundus eſt. Verùm (vt ſuperiùs monui) videndum eſt diligenter vt vel cauſſarum omnium ſit concurſus, vel certè cauſſa neceſſariò & abſolutè efficiens: non autem ſocia & adiutrix. Vt illa

πρόσθεσις

πρόσθεσις, de qua loquitur Ariſtoteles: Non enim, inquit, ſi id quod additur, non facit id cui adiunctum eſt, bonum, propterea id non bonum eſt. veluti: Nō ſi diſcipulus indoctus abiit, idcircò præceptor fuit indoctus non enim præceptor eruditionis cauſſa fuit abſolutè efficiens. Ex eodem genere lubricum illud eſt argumentandi genus vulgò vſurpatum: Vt res ſecundæ Imperatori auctoritatem conciliant, ſic res aduerſæ minuunt. Item illud Lucani:

—Quis iuſtius induat arma,
Scire nefas: magno ſe iudice quiſque tuetur.
Victrix cauſſa diis placuit, ſed victa Catoni.

Non enim conſilia ex euentis iudicanda ſunt. Et quod Cæſar, Cicero veteréſque omnes rerum euentis coacti toties inculcant, multùm cùm in omnibus rebus, tum in re militari fortunam valere: id nos de moderatore rerum omnium Deo verè adfirmare poſſumus: vt non tam euenta, quàm auctorem ſpectemus.

Quæ ſunt firmamenta Reciprocationis? Primum eſt huiuſmodi: Vt poſita cauſſa effectus ſequitur: ſic poſito effectu cauſſa abſolutè efficiēs ponitur. Sequitur II. Vt ſublata cauſſa, effectus tollitur: ſic ſublato effectu, cauſſa abſolutè efficiens tollitur. Sequitur III. Vt cui cauſſa conuenit, effectus conuenit: ſic cui conuenit effectus, ei cauſſa conuenit. Sequitur IV. Vt cui non conuenit cauſſa abſolutè efficiens, ei effectus non conuenit: ſic cui non cōuenit effectus, nec cauſſa conuenit. Quorum omnium exempla quiuis mediocriter eruditus excogitare poterit.

De loco Relationis.

Cap. XVII.

QVod eſt Firmamentum ex Relatione, cùm quæritur, an alterum relatum ſit? Vnū hoc erit: Vt poſito vno Relatorum, alterum neceſſariò ponitur: ita negato vno, alterū neceſſariò negatur. Tanta enim inter hæc neceſſitudo à natura eſt, vt alterum eſſe ſine altero non poſſit, atque adeo naturæ ordine alterum altero prius non ſit. Itaq; locus hic ad probandum & refellendum valet. Reciprocationem enim admittit veluti in illa Socratis: qui cùm à Melito accuſaretur, quaſi Deos eſſe negaret: primùm ex illo percōtatus eſt, an etiam Dæmonas eſſe inficiaretur: deinde negante Melito, ſic intulit: Nónne dæmones ex diis nati ſunt? Annuente illo: Si ſunt deorum liberi, ſunt dij, & ſi non ſunt dij, non ſunt deorum liberi. Ex eodem genere illa ſunt. Si eſt Imperator, eſt exercitus: Et ſi exercitus, eſt Imperator. viciſſimq́ue ſi non eſt Imperator, non eſt exercitus: ſi non eſt exercitus, non eſt Imperator. Si tu illi cognatus es, viciſſim ille tibi, ſi non ille tibi, nec tu illi. Hinc illud Craſſi in Philippum: Si tibi ego Senator non ſum, nec tu mihi Conſul. Et libr. de nat. deor. 3. Age porro: Iouem & Neptunum Deum numeras: ergo etiam Orcus frater eorum Deus. Si non eſt Orcus Deus, quid dicitis ergo de fratribus? Et ſi ij fratres ſunt in numero Deorum, num de patre eorum Saturno negari poteſt? quid ſi eſt Deus, patrem quoque eius cœlum eſſe Deum cōfitendum eſt. Ex eodem genere illud eſt vetus, quia ſine acceptione donatio nulla eſt: Mancinus qui à Numantinis acceptus non eſt, non fuit deditus. Vnde illa iuris regula, Non videntur data quę eo tempore quo dantur accipientis non fiunt.

Quod eſt Firmamentum de conuenientia? Sæpenumero dictū eſt, Relata nequaquam eſſe vi & natura contraria: ſed figura tantùm, & ſitu, & poſitione inter A ſe opponi. Itaque longè alia relatorum, quàm contrariorum ratio & facultas eſt. Non enim ſi vnum contrarium vni ex relatis conuenit, eius contrarium alteri relato conueniet. vt, Non ſi pater eſt doctus, idcircò filius doctus non eſt. Aut non ſi dominus eſt robuſtus, idcircò ſeruus robuſtus non eſt. Firmamentum igitur hoc eſt, Quod vni relatorum conuenit, alteri etiam neceſſariò conuenit: & viciſſim, quod vni non conuenit, nec alteri conuenit. Si diſcere Dialecticam ho- B neſtum eſt, docere honeſtum eſt. Etſi hoc non eſt, ne illud quidem. Si portorium locare honeſtum eſt, conducere, quoque honeſtum eſt. Si non hoc, ne illud quidem. Ex hoc genere illud eſt Ariſtotelis libr. Rhetor. 2. Si tu iuſtè & honeſtè ſupplicio affectus es, ego iuſtè & honeſtè ſupplicio te affeci. Quod ad carnificum exiſtimationem defendendam valet.

Quæ ſunt firmamenta Reciprocationis? Relationis effectus naturalem reciprocationem habet: quę in ſuperioribus firmamentis neceſſario expoſita eſt. Ita- C que ad affectum locúmque Proprij tranſeundum eſt.

De loco Proprij.

Cap. XVIII.

QVod eſt firmamentū ex Proprio, ad id cuius proprium eſt? Locus hic tātùm ad conuenientiam & reciprocationē pertinet. nā poſito proprio dubitari de ſubiectæ ſpeciei eſſentia non poteſt. Vnum autem hoc Firmamentum D eſt: Vt poſito proprio, ſpecies ponitur: ſic ſublato proprio, tollitur ſpecies: ſi modo verum illud proprium eſt, de quo in Adfectuum præceptione diſſeruimus. Itaque locus ex Proprio ad ſpeciem & confirmandam & refellendam valet. veluti: Si lapis hic ferrum allicit, eſt magnes. Si non allicit, non eſt magnes. Si à natura volandi vim habet, eſt auis. Si non habet, non eſt auis. Si hinniendi vim habet, eſt equus. Si non habet, non eſt equus. Si ratione vtitur, eſt homo: Si nō vtitur, non eſt homo. Si eſt olor, eſt candidus. Si non eſt candidus, E non eſt olor. Si eſt coruus, eſt niger. Si non eſt niger, non eſt coruus.

Quod eſt firmamentum reciprocationis? In verè propriis, vt ſpecie conceſſa proprium conceditur: ſic proprio cōceſſo, ſpecies ſequitur. Itémque, Vt ſublata ſpecie tollitur propriū, ſic ſublato proprio, ſpecies tollitur. At in eo quod verè proprium non eſt, nulla reciprocatio eſt: quod quia in adfectibus explicatum eſt, actum (quod prouerbio vetamur) non agemus.

F

De loco Antecedentis.

Cap. XIX.

QVod eſt Firmamentum ex antecedente? Primum & ſecūdum ſunt huiuſmodi: Vt neceſſariò antecedente cōceſſo, quod cōſequens eſt, ſubſequitur: ſic negato antecedente, conſequens tollitur. Sed videndum eſt diligenter, vt neceſſaria conſecutio ſit. Valet enim hic locus ad neceſſarium conſequens & confirmandum & G refellendum. Veluti: Si veſperi cœlum rubet, poſtridie ſudum erit. Si Lucifer exortus eſt, mox ſolis ortus ſubſequetur. Si nondum ortus eſt, ſol nondū propinquat. Si pleuritide correptus eſt, febri vexabitur. Si non eſt natus poſtumus (inquibat Orator Antonius) non eſt mortuus. Ex quo illud eſt in oratione pro Sylla: Neq; enim princeps ad ſalutem eſſe potuiſſem, ſi eſſe alij comites noluiſsēt. At ſi nulla neceſſaria inter Antece-

dens & Conſequens cohærentia eſt, neutram in partē argumentum valet. veluti: Si aratio facta eſt, ſementis fiet. Si arbores floreſcunt, ver propinquat. Interdum enim præmaturè arbores floreſcunt. Eadémque conuenientiæ ratio eſt. Nam ſi cui conuenit Antecedens, eidem neceſſarium conſequens conueniet: & ſi cui illud non conueniet, ne hoc quidem. Vt in illo peruulgato: Qualē ſementem feceris, ita & metes. Et pro Muræna: Nemo fere ſaltat ſobrius, niſi fortè inſanit: neque in ſolitudine, neque in conuiuio moderato atque honeſto. Intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum delitiarum comes eſt extrema ſaltatio. tu mihi arripis id quod neceſſe eſt omnium vitiorum eſſe poſtremum. relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino eſſe non poteſt. Itaque huc illa Iuris regula pertinet: Cùm principalis cauſſa non conſiſtit, ne ea quidem quæ ſequuntur locum habent. Ex eodem genere illud eſt: Quò quiſque eſt ingenioſior, eò magis acutis diſputationibus delectatur: quò quiſque tardior eò minus. Ex quo intelligi poteſt, quamobrem nonnullis Ariſtotelis lectione magis aut minus delectentur. Indidem illud eſt Ciceronis lib. de nat. Deor. 3. Si nullum corpus immortale eſt, nullum eſt corpus ſempiternum. corpus autem immortale nullum eſt, ne indiuiduum quidem. nullum igitur ſempiternum eſt. Item: Si omne animal dolorem capit, id accipiat etiam interitum neceſſe eſt. Atque hic quidem argumenti ex antecedentibus locus eſt, eáque firmamentorum formula. Cicero autem in Topicis ſeptuplicem formam ac ratione horum trium locorum tractandorum exponit: Antecedentium, Conſequentium, & Repugnantium: quæ ad locorum præceptionem nihil omnino pertinet: ſed ad formas argumentationum, & de quibus poſterius diſſeremus.

De loco Conſequentis.

CAP. XX.

QVOD eſt firmamentum ex conſequente ad antecedens? Ponatur hoc I. Conceſſo neceſſario conſequente, antecedens conceditur. Itaque locus ex conſequente valet ad neceſſarium antecedens confirmandum. Veluti: Si ſatio eſt, fuit aratio. Si reuertit, abierat. Sequitur II. Sublato conſequente, neceſſarium antecedens tollitur. nā (vt Cicero de Finib. 4. ſcribit) cum conſequēs aliquod falſum eſt, illud cuius id conſequens eſt non poteſt eſſe verum. Si nondum dies eſt, nondum Lucifer exortus eſt. Si excuſſo ſacco patera non excidit, non fuerat impoſita. Eodem illud pertinet ex oratione pro Sylla: Cuius vicarius qui velit eſſe, inueniri nemo poteſt: longè ab eo abeſt regni ſuſpicio. Item illud ex lib. de nat. deor. 3. Si dij ſunt, ſunt etiam Nymphæ deæ. Si nymphæ, panici etiam, & ſatyri. hi autē non ſunt: ne nymphæ quidem deæ igitur. Item in lib. de Amicitia: Si curam fugimus, virtus fugienda eſt: quæ neceſſe eſt, vt cū aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur, atque oderit. Ex eodem genere ſunt, quæ ex tempore ſumuntur. velut illud Ciceronis: Si Numa fuit auditor Pythagoræ, neceſſe eſt eo tempore illum fuiſſe, quod Pythagoras docuit: At aliquando ante Pythagoram fuit, auditor igitur ipſius eſſe non potuit. Item quę ex loco: Si Sextus Roſcius Romæ illo die patrem interfecit, Romæ certè illo die fuit. At illo die Ameriæ viſus eſt. Si Clodius eo die Romę in opertum Bonæ deę ingreſſus eſt, illo die Romæ fuit. At illo die Interamnæ viſus eſt. Ex eodem genere ſunt illa Iuriſconſultorum: Cui quid propter aliud conceditur, eidem illud ipſum concedatur neceſſe eſt. Quod vulgò ſic effertur:

A Conceſſo fine, omnia quæ ad eum neceſſaria ſunt, conceduntur. Veluti: Cui iuriſdictio data eſt, ei quoque conceſſa eſſe videntur, ſine quibus explicari iuriſdictio non poteſt. Item, Quod per ſe eſſe non poteſt, rapit ſecum in acceſſionis locum id ſine quo eſſe non poteſt. Nam (vt ait Ariſtoteles in libro de cœlo) Propoſitis duobus extremis, ſi poſterius ſine priore conuenire non poteſt, prius autem conuenire non poteſt, certe nec poſterius poterit. At ſi neceſſarium non B eſt, non valebit. veluti: Si ſatio non eſt, non fuit aratio. Si non rediit, non abierat. Potuit enim ibi manere, aut mori. Quod eodem modo de Conuenientia iudicandum eſt.

Quod eſt firmamentum reciprocationis? Primum eſt huiuſmodi: Vt conceſſo antecedente, neceſſariò conſequens ſuccedit: ita conceſſo conſequente, neceſſariò antecedens conceditur. Sequitur II. Vt ſublato neceſſario antecedente, conſequens tollitur: ita ſublato conſequente neceſſario antecedens tollitur. Se- C quitur III. Vt cui antecedens conuenit, ei conuenit, conſequens neceſſarium: ita cui hoc cōuenit, etiam illud conuenit. Sequitur IIII. Vt à quo neceſſarium antecedens diſſidet, etiam conſequens diſſidet: ſic à quo conſequens diſſidet, etiam antecedens diſſidet. Quod cùm ita ſit, non dubito quin ad hunc locum aptiſſimè conueniant, quæ Ariſtoteles ſecundo Topico extremo ad aientia & negantia retulit, hoc modo: Si quod honeſtum eſt, id iucundum eſt: etiam ſi quid non ſit iucundum, id honeſtum non eſt. At ſi quod iucun- D dum non eſt, id non eſt honeſtum: certè quod honeſtum eſt, etiam iucundum eſt. Eodémque ex fonte ducta illa Ciceronis acerrimo diſputatio eſt in Officiis. Si quod honeſtum eſt, idem eſt vtile: quo vtile non eſt, id honeſtum non eſt. Et ſi quod vtile nō eſt, id honeſtum non eſt: etiam quod honeſtum eſt, vtile eſt.

De loco Adiunctorum.

CAP. XXI.

E QVOD eſt firmamentum ex adiūctis? Locus hic ad Rhetores potius, quàm ad Dialecticos pertinet. Adiuncta enim eſſe oſtendimus, quæ plerunque quidem eueniunt, ſed tamen nulla neceſſitate rem comitante. Itaque cùm ad confirmandum hic locus infirmus eſt, tum verò ad refellendum infirmiſſimus: ſiue eſſentiam, ſiue conuenientiam, ſiue reciprocationem ſpectemus. veluti: Si eſt auarus, iuſiurandum negligit. Si non eſt auarus, non negligit. Si negligit iuſiurandum, eſt auarus. Si non F negligit, non eſt auarus. Si Tyrannus eſt, interficietur. Si non eſt Tyrannus, non interficietur. Si interficietur, eſt Tyrannus. Si non interficietur, non eſt Tyrannus. Quæ omnia leuia & infirma ſunt. Ex hoc genere ſunt, quas Præſumptiones Iuriſconſulti appellant: velut illa Cic. ex lib. de Ora. 3. Si & ferro interfectus ille, & tu inimicus eius cum gladio cruento deprehenſus es in illo ipſo loco, & nemo præter te ibi viſus eſt, & cauſſa nemini, & tu ſemper audax quid eſt quod de facinore dubitare poſſimus?

G

De loco Accidentis.

CAP. XXII.

QVOD eſt firmamentū ex Accidēte? Eſto primum huiuſmodi: Poſito quocunque accidente, ponitur ſubſtantia. Poſito verò accidente inſeparabili, ſequitur perpetuitas. Itaque vt locus de

locus de quocunque accidenti ad ſubſtantiam probandam valet: ita locus ex accidente inſeparabili ad perpetuitatem probandam valet. Prioris exempla hęc ſunt: Si dos eſt, etiam matrimonium eſt. Si eſt pignus, eſt principalis obligatio. Si glacies eſt, etiam aqua eſt. Quod pertinet ad quæſtionem, an vſusfruct. legatus alicui quoad filius teſtatoris pubeſcat mortuo ante pubertatem puero extinguatur quia ſi pupillus non eſt, pubertas intelligi non poteſt. l. ambiguitatem, 12. C. de vſufr. Item ad illam, Cùm Titius annorum triginta erit, illi dato centum. l. ſi ita ſcriptum, 16. D. de manumiſſ. teſt. Sic nemo poſt mortem liberari intelligitur. l. qui libertinus, 37. §. vlt. D. de oper. libert. Poſterioris exemplum eſt hoc: Si lepra aut podagra correptus eſt, nunquam curabitur. Si pannus atrore tinctus eſt, nũquam albeſcet. Ex ſeparabili verò non valet: vt, Si ægrotat non conualeſcet. Si conualuit, non ægrotabit. Sequitur II. Negato accidenti, non continuò ſubſtantia negatur. Itaque locus ex accidente ad refellendam ſubſtantiam non valet, ne ſi inſeparabilis quidem ſit. Nam argumentum illud, Si non eſt albus, non eſt olor: Si non eſt niger, non eſt coruus: quia non fortuita & aduentitia ſunt, ad Proprij locum referenda ſunt.

Quod eſt firmamentum conuenientiæ? Quoniam accidens, nihil aliud eſt, quàm id quod fortuitò conuenit, nullus hic diſputationi de conuenientia locus eſt. Reciprocationis autem hoc primum firmamentum eſt: Non vt poſito antecedente, ponitur ſubſtantia: ita poſita ſubſtantia, continuò ſuccedit accidens. Poteſt enim & matrimonium ſine dote, & mutuum ſine pignore conſiſtere. Sequitur II. Non vt negato accidente ſubſtantia non tollitur, ita negata ſubſtantia, non tollitur accidens. Sublata enim ſubſtantia (vt iam pridẽ ſuperiùs dictum eſt) continuò tollitur accidens.

De loco Parium.

CAP. XXIII.

QVod eſt firmamentum de Paribus Primũ hoc eſto: Vt poſito vno pari, alterum conceditur: ita negato vno, alterum negatur. Paritas enim ex Relatorum numero eſt: quorum eam eſſe naturam diximus, vt alterum ſine altero eſſe non poſſit, ſed vtrunque ſimul eſſe & incipiat & deſinat. Itaque Reciprocationis nulla omninò dubitatio eſt. Quæ igitur duo in tertio aliquo pariter cõueniunt, etiam inter ſe paria ſunt. omnis enim huius loci vis proportione cõtinetur. veluti: Si drachma decem aſſibus Romanis valuit: pares fuerunt drachma & denarius. Eáque ratione exterarum gentium menſuræ & pondera omnia inter ſe conferentur. Si duo nummi vni momento pares ſunt, etiam inter ſe ſunt pares. Si duæ magnitudines tertiæ alicui, puta perticæ, ſunt pares, etiam inter ſe ſunt pares. Sequitur II. Quorum alterum tertio alicui par non eſt, ea inter ſe non ſunt paria. Quod ex alterius collatione facilè intelligitur.

Quod eſt Firmamentum de conuenientia? Primum eſt hoc. I. Quod vni pari conuenit, etiam alteri conuenit. valeat æquitas (inquit Cicero) quæ in pari cauſſa paria iura deſiderat. Si parricida in culeum inſuendus eſt, etiam matricida. par enim ſceleribus paribus ſupplicium debetur. Si liberto impuberi patronus tutor eſſe debet, etiã filio impuberi pater tutor ſit oportet. Si finem edicto Prætoris adferunt Kalendæ Ianuarij, cur non initium quoque naſcitur à Kalendis Ianuarij? Nam Kalendæ Ianuarij vtrique extremo anni impe-

A rij conueniunt. Sequitur II. Quod vni pari non conuenit, alteri non conuenit. Veluti: Si hæc forma illi calceo non conuenit, huic qui par illi eſt, non conueniet. Sequitur III. Vt paria paribus, ſic imparibus imparia conueniũt. Vnde illud præclarum Ariſtotelis, qui lib. Ethic. 5. ſcribit, contentiones, bella, inimicitias ex eo naſci, quòd vel æqualibus non æqualia: vel non æqualibus æqualia tribuuntur. Ex eodem genere illud eſt Quintiliani: Quemadmodum vaſcula oris anguſti ſu-
B perfuſam humoris reſpuunt copiam, ſenſim autem inſtillantibus replentur: ſic tenera puerorũ ingenia grandia non percipiunt: modica & viribus ſuis apta commodius addiſcunt. Atque hæc quidem hactenus de proportione, quæ in tribus verſatur. deinceps de quadruplici videamus.

Quod eſt Firmamentum Reciprocationis? Quod in ceteris omnibus paribus conuenit, etiam in vnum conueniat neceſſe eſt. Quo firmamento vis eius argumentationis, quæ inductio appellatur, tota conſiſtit.
C veluti: Summum imperium fuit apud Aſſyrios. Aſſyriorum potiti ſunt Medi. Medos ſuperauere Perſæ. Perſis Græci dominati ſunt. Græcos Spartiatæ ſub imperium ſuum redegerunt. Spartiatas ſuperauere Thebani. Thebanorum potiti ſunt Macedones. Macedonas Romani ſubegerunt. Romanos Gotti non dubium eſt igitur, quin Gottorum imperium non ſit perpetuum futurum.

Quid ſequitur nunc? Ordo quidem conſentaneorum habituum poſtulabat, vt de comparatione mino-
D ris hoc loco diceremus: ſed quia diuelli maioris & minoris comparationes niſi difficillimè non poſſunt, propterea ſatius eſt eam ad locum de diſparibus reſeruare: ac iam de Similitudine differere.

De loco Similium.

CAP. XXIV.

QVod eſt Firmamentum de Similibus? Vt paritas, ſic etiam ſimilitudo rerum, ex ter-
E tio aliquo foris aſcito, cognoſcitur. Itaque huius quoque loci vis omnis proportione conſiſtit. Primum igitur hoc eſto: Quatenus duo in tertio aliquo conueniunt, eatenus inter ſe ſimilia ſunt. Nã poſito vno ſimili, alterum ponitur. veluti, Si lapis ille qui ferrum allicit: eſt Magnes, hic qui ferrum ſimiliter attrahit, eodem nomine eſt. Huc illud pertinet ridiculum de Nerone qui matrem Agrippinam interficiendam curarat.

Quis negat Æneæ magna de ſtirpe Neronem?
F *Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.*

Tertium in quo Æneas & Nero conueniunt eſt ſublatio parentum. Cuius ex verbi ambiguitate luditur. Locatio & conductio ea re emptioni & venditioni ſimilis eſt, quia vt hæc ſine pretio, ſic illa ſine mercede cõſtare non poteſt. In quo perſpicua proportionis ratio eſt. Sequitur II. Quatenus duo in tertio aliquo non conueniunt, eatenus inter ſe ſimilia non ſunt. Nam vt in Adfectuum doctrina diximus: Simile & diſſimile non vſquequaque, ſed tantum ex parte dicuntur. Sed
G de diſſimilibus inferiùs ſuo loco differemus.

Quod eſt Firmamentum de conuenientia? Primum eſt huiuſmodi: Quod in vna re ſimili valet, etiam in ceteris valebit. veluti: Vt tutela, ſic procuratio Reip. ad vtilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus cõmiſſa eſt, gerẽda eſt: ait in Offic. Cicero. Vt remiges ſine gubernatore, ita milites ſine imperatore nihil valent: inquit idẽ apud Quint. lib. 5. c. 11. Vt ager

quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt: ſic ſine doctrina animus. apud eundem Tuſc. 2. Item lib. de Nat. Deor. 3. Vt in iure ciuili, qui eſt de matre libera liber eſt, item iure naturæ qui de dea matre eſt, Deus ſit neceſſe eſt, Sequitur II. Quod in ſimili non valet, nec in ceteris valebit. veluti: Si quod medicamẽtum nihil in vnius morbo depellendo valuit, ne in alterius quidem conſimili morbo valebit.

Quod eſt Firmamentum reciprocationis? Quod in ceteris rebus ſimilibus valet, etiam in vna valeat neceſſe eſt. Nam ex hoc fonte ea naſcitur argumentatio, quam inductionem appellant: quæ ſimilitudini reciprocatur. Nam ſimilitudo illa eſt, ſi ſocius fidem debet, debet etiam mandatarius, depoſitarius, tutor, & procurator. Illa autem inductio: Si ſocius, mãdatarius, & depoſitarius fidem præſtant, etiam procurator præſtat. Sequitur II. Quod ceteris ſimilibus non conuenit, etiam vni alicui non conuenit. veluti: Si quod medicamentum nihil in multorum morbis conſimilibus depellendis valuit, nihil in huius conſimili morbo valebit.

De loco Aduerſum.

CAP. XXV.

QVod eſt Firmamentum ex aduerſis, cùm de eſſentia quæritur? Eſto hoc I. Poſito vno contrario, ſiue quod medium habeat, ſiue quod non habeat, alterum tollitur. Tantùm enim ad refellendum hic locus valet. Veluti: Si ſtat, nõ mouetur. ſi mouetur, non ſtat. Si par eſt numerus, non eſt impar. Si impar, non eſt par. Mediati autem contrarij hoc exemplũ eſt: Si pulchra mulier eſt, nõ eſt deformis. Si diues eſt, non eſt pauper. quorum vtrunque reciprocatur. Sequitur II. Sublato contrario, quod medium non habeat, continuò alterum ponitur. Veluti: Si lenis non eſt, eſt grauis: & viciſſim. Item. Si paritas non eſt, eſt imparitas: & viciſſim. Item, Aut, amat, aut odit mulier: nihil eſt tertium. Ergo, ſi non amat, odit: ſi non odit, amat. Sequitur III. Sublato contrario, quod medium habeat, non cõtinuò alterũ ponitur. Poteſt enim intermedium aliquod ſuccedere. non ſi non eſt dies, continuò nox eſt: aut ex cõtrario. Poteſt enim eſſe vel dilucidum, vel crepuſculum. Non ſi eſt atror, continuò eſt candor: aut viciſſim. Poteſt enim eſſe color aliquis intermedius, vt fuſcus, aut ceruleus.

Quod eſt Firmamentum de conuenientia? Huius loci præcepta de conuenientia & reciprocatione communia ſunt. Aduerſa enim ſimul ſunt natura. Itaque ſimul ea duo tractabuntur. Primum igitur hoc eſto. I. Quod vni contrario conuenit, alteri non conuenit, ſed potius eius contrarium. Nam contraria de contrariis dicta probabilia ſunt: vt ait Ariſtoteles: & (vt Cicero ſcribit) Contrariis contraria conueniunt. Itémque alio loco: Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iiſdem ſuppeditatur locis. veluti: Si bonum liberi, miſera orbitas. Si bonum patria, miſerum exilium. Si bonum valetudo, miſerum morbus. Si bonum integritas corporis, miſera debilitas. Si bonum, incolumis acies, miſera cæcitas: ait Cicero, de Finib. 5. Ex eodem genere illud eſt in Miloniana: Non fuiſſet juſta cauſſa reſtituendi mei, niſi fuiſſet iniuſta eiiciendi. Item illud Ariſtotelis in Rhetoricis, quod Quintilianus protulit: Si malorum cauſſa bellum fuit, erit emendatio pax. Si qui imprudẽs nocuit. nullam pœnam meretur: qui imprudens profuit (vt qui Phæreo Iaſoni vomicam aperuit) præmiũ nullum meretur. Si mulieri adulterij dãnatæ teſtimonij dictio adimitur, honeſtæ matriſa. conceditur. Si quem ex iudicum numero Prætor iudicare vetat, ceteris id concedit. Cicero pro Sylla: Neque verò quid mihi iraſcare, intelligere poſſum, ſi quòd eum defendo, quem tu accuſas: cur tibi quoque ipſe non ſuccenſeam, qui accuſes eum, quem ego defendo? Inimicum (inquis) accuſo meum. Et amicũ ego defendo meum. Sequitur II. Quod vni cõtrario non conuenit, eius contrarium alteri contrario non conuenit. Contrariorum enim contrario ſunt conſequentia: inquit Cicero: id eſt, Conſequentia contrariorum æquè ſunt inter ſe contraria, vt ipſa contraria. veluti: Si ebrietas turpis non eſt, ſobrietas non eſt honeſta, Si vitium non eſt fugiendum, virtus, non eſt expetenda. Si præmium bene meritis ciuibus non debetur, neque pœna malè meritis debetur. Ac præclara hæc conuenientiæ ratio eſt, quæ proportionem & analogiam oſtendit. Nam poſitis binis aduerſis, quam rationem habet prima pars primi ad primam ſecundi, eandem habet ſecunda pars primi ad ſecundam partem ſecundi. Itaq; locus hic ex Contrariorum conuenientia & ad confirmandum & ad refellendum valet, veluti: Ponatur in A ſobrietas. in B temulentia. Subter alter ducatur linea: & in C ponatur honeſta. in D turpis. Tum ita ratio ineatur: Si vt A eſt ad B, ita C ad C: neceſſariò vt eſt A ad C: ita B ad D. Ex eodem genere illud eſt Stoicorum: Si virtutes pares ſunt inter ſe, pari etiam eſſe vitia neceſſe eſt quòd ſi hęc paria non ſunt, ne illæ quidem. Et ex hac eadem proportione quæſtio illa explicabitur: An præmium Tyrannicidæ propoſitum ei debeatur, qui Tyrannum imprudẽs necarit. Si veniam meretur, qui imprudens nocuit: etiam meretur præmium qui imprudens profuit. At nulla inter Veniam & Præmiũ proportio eſt. ſunt enim diſparia. Sic igitur ad proportionem reuocanda res eſt: Vt veniam, id eſt nullam pœnam meretur, quid imprudens nocuit: ſic nullum præmium meretur, qui profuit imprudens. Nam poſitis binis aduerſis quam rationẽ habet prima pars primi ad partem primam ſecundi, eandem habet ſecunda par primi ad ſecundam partem ſecundi. Itaque locus & confirmandi & refellendi vim habet.

Cedo planiꝰ aliquod exemplum de Reciprocatione Ponatur in A virtus: in B vitium. Subter altera ducatur linea, & in C ponantur expetenda, in D fugienda. Tum ita ratio ineatur. Si vt eſt A ad B, ita eſt C ad D: neceſſariò vt eſt A ad C: ita B. ad D. Itaque ſi hoc fugiendum non eſt, ne illa quidem expetenda. Et ſi illa non expetenda, ne hoc quidem fugiendum. Si qui imprudens nocuit, nullam pœnam meretur (id eſt veniam) is qui profuit imprudens, nullum præmium meretur. Item, ſi qui imprudens nocuit, veniam meretur: idcirco qui imprudens profuit, præmium meretur. Nam pręmium non eſt contrarium venię, ſed nulla pœna, nullum præmium. Si virtutes pares ſunt inter ſe, paria eſſe etiam vitia neceſſe eſt. Quòd ſi hæc paria non ſunt, ne illa quidem.

De loco Priuantium.

CAP. XXVI.

QVod eſt Firmamẽtum ex Priuantibus, cùm de habitus eſſentia quæritur? Primum eſt huiuſmodi: Poſita priuatione vt habitus tollitur, ita aliquando adfuiſſe arguitur. Nam locus hic ad habitum & confirmandum & refellẽdum valet. veluti, Si eſt nox, dies non eſt, nũc quidẽ, ad prius fuit. Si eſt morbus, valetudo non eſt, nunc quidẽ, ſed prius

prius fuit.Sequitur II.Sublato priuante quod medium
non recipit,habitus conceditur. ſublato eo quod reci-
pit,non conceditur.veluti:Si non eſt mors,eſt vita. At
non ſequitur,ſi non eſt calidum , eſt frigidum. poteſt
enim eſſe tepidum.neque rurſus. Si nō eſt morbus,eſt
valetudo.nam medicorum ſententia quidam habitus
interiectus eſt.Sequitur III. Negato habitu poni pri-
uatio non poteſt.Itaque non poteſt videri deſiiſſe ha-
bere,qui nunquam habuit:inquit Paulus Iuriſconſul-
tus.neque ſponſa diuortium feciſſe, quæ nunquam ſi-
mul cum viro habitauit,neque quiſquam plus iuris in
alterum transferre,quàm ipſe habuit.neque rem amit
tere,quorum propria non fuit. Seruus capite non mi-
nuitur:qui nunquam caput habuit. In hoc genere illa
Curiana cauſſa eſt apud Ciceronem de poſtumo, qui
cùm natus non eſſet,mortuus dici non poterat. Sic in
Paradox.Itaque pulſus ego è ciuitate non ſum| , quæ
tum nulla erat. accerſitus in ciuitatem ſum , cùm eſſet
in Rep. Conſul , qui tum nullus fuerat eſſet Senatus,
qui tum occiderat.

Quod eſt Firmamentum de Conuenientia?Hic vi-
dendum eſt diligenter, vt præceptum de Conuenien-
tia ad hunc locum accommodemus, quatenus priua-
tio ſpectatur,non quatenus eſt oppoſitio & ἀντίθεσις.
Nam firmamentum de oppoſitorum conuenientia
propriè non pertinet,niſi ad locum aduerſorum. Non
enim vt contrariorum contraria ſunt conſequentia,
ſic priuantium conſequentia ſunt contraria.Nā in pri-
uantibus non eſt æqua proportio.veluti, Viſus & cæ-
citas & priuantia ſunt & oppoſita.At locus de conue-
nientia non eſt accōmodandus tanquam ad oppoſita,
ſed tanquam ad priuantia.Nam ſi dicamus,vt Cæcitas
eſt malum,ſic aſpectus eſt bonum:rectè quidem argu-
mentabimus:ſed non ex priuantibus verùm ex contra
riis.Idq; ex altero exemplo apparebit.Virgo & nupta
priuantia ſunt:At non ſi virgo caſta eſt, idcirco nupta
erit non caſta.non ſi illa honeſta,idcircò hæc inhone-
ſta.Nō ſi cœlibatus honeſtus eſt , idcirco coniugium
inhoneſtum eſt. Priuantium enim conſequentia non
ſunt inter ſe contraria: ſed interdum conſentanea. Et
quamvis prima ſpecie videantur, tamen illa pugnan-
tia non eſt priuantium,ſed contrariorum.Itaque locus
ex Priuantibus nunquam ad contrariorum conueni-
entiam probandam valet.non enim in illo æqua pro-
portio eſt. Veluti, Vita & Mors priuantia ſunt. Non
autem ſi vita beata eſt,idcirco mors miſera eſt. nec ex
contrario, ſi mors miſera eſt, idcirco vita eſt beata.
multi enim & in vita & poſt vitam ſunt miſerrimi.Fir
mamentum igitur eſt huiuſmodi.I. Cui priuatio con-
uenit eidem habitus non conuenit,nunc quidem , ſed
antea conueniſſe arguitur,veluti:Si quid amiſiſti,id nō
habes:nunc quidem:ſed antea certè habuiſti. Si in ci-
uitatem reſtitutus eſt , nunc quidem exul non eſt, ſed
certè priùs fuit.Si conualuit,ægrotauit. Ex hoc gene-
re illud eſt Ciceronis in lib.de nat.Deor.3.Temperan-
tia conſtat ex prætermittendis voluptatibus corporis,
cui ſi locus in cœlo eſt,eſt etiam voluptatibus.Sequi-
tur II.Cui priuatio non conuenit, eidem contrarium
conuenire arguitur.veluti:Si non ægrotat, valet.Si nō
eſt cæcus,videt.Si non eſt ſurdus,audit.

Quod eſt Firmamentum de Reciprocatione?
Eſto hoc I. Non vt poſita priuatione affuiſſe habi-
tus arguitur, ita poſito habitu adfutura priuatio ar-
guitur. Sequitur II. Vt negato priuante immediato,
habitus conceditur:ita negato habito, locus priuatio-
ni nullus eſt.Sequitur III. Non vt cui priuatio con-
uenit, eidem habitus antea conueniſſe arguitur : ita
A cui habitus conuenit , in idem caſura priuatio ar-
guitur.

De loco Aientium & Negantium.

Cap. XXVII.

Quod eſt firmamentum de Aientibus &
Negantibus? Argumentum hoc ſimul &
eſſentiam & conuenientiam, & recipro-
cationem complectitur. Itaque primum
B erit huiuſmodi:Vt poſito aiente negans,ſic poſito ne-
gante aiens tollitur:Omnium enim contrariorum hęc
ſummè contraria ſunt.Itaque medium non recipiunt:
vt in adfectuum præceptione diximus.veluti : Siquis
legit,non poteſt dici non legere. viciſsímque, ſiquis
non legit.dici non poteſt legere. Siquis diues eſt,non
poteſt dici non diues:viciſsimque,ſiquis non eſt diues
dici diues non poteſt.non enim medium,quod eſt me
diocritas,recipit.Sequitur II. Vt ſublato negante:aiēs
conceditur:ſic aiente ſublato,negans conceditur. Er-
C go ſiquis non eſt indoctus,ſequitur vt idem ſit doctus:
viciſsimque ſi doctus non eſt,etiam indoctus eſt. Si-
quis non eſt ingratus,ſequitur vt ſit gratus : viciſsim-
que ſiquis gratus non eſt,idem eſt ingratus. In hoc ge
nere illud eſt Iuriſconſultorum:Quem ſine liberis eſ-
ſe dicere non poſſumus , hunc neceſſe eſt dicamus li-
beros habere:quamuis vnum tantum habeat. Ariſto-
teles autem reciprocationis exemplum profert acutiſ-
ſimum : quod tamen ad antecedentis & conſequentis
locum pertinere ſuperiùs diximus.Si quod honeſtum
D eſt,id laudabile eſt : etiam quod laudabile non eſt , id
honeſtum non eſt.Et ſi quod laudabile non eſt,id ho-
neſtum non eſt:etiam quod honeſtum eſt, id laudabi-
le eſt.Si quod homo eſt,id animal eſt: etiam quod ani
mal non eſt,homo non erit.Et ſi quod animal non eſt,
homo non eſt,etiam quod homo eſt, neceſſariò ani-
mal eſt.Eodem modo : Si virtus eſt expetenda, etiam
quod expetendum non eſt,virtus non eſt:viciſsímque
quod virtus eſt,expetendum eſt.

E *De eadem Contrariorum diſciplina.*

Cap. XXVIII.

Quid ſequitur nunc? Vt de repugnantium
loco diſſeramus. ſed prius peruulgatum il-
lud axioma explicandum eſt quo traditur,
Contrariorum artem ac diſciplinam ean-
dem eſſe. τῶν ἐναντίων εἶναι τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην. Et
alio loco, Contrariorū eandem vim ac poteſtatē eſſe.

Quotuplex contrariorum facultas eſt? Duplex.Ef-
F ficiens,&(vt ita dicam)patiens.

Quæ eſt efficiens?Quæ parem in vtroque contra-
rio efficiendi cauſſam oſtendit. Itaque firmamentum
ipſius non ſic exponendum eſt,quaſi contrariorum ea
dem poteſtas eſſet:ſed hoc modo : Contrariorum par
poteſtas atque efficientia eſt. non enim eadem illorū
vis eſt,ſed contraria.veluti:Si calor laxat,frigus aſtrin-
git.ſi ignis exſiccat,aqua madefacit,ſi bellum exitiale
eſt,pax eſt ſalutaris. Vt creditor aliud pro alio incom-
modo ſuo accipere : ſic debitor aliud pro alio ſolue-
G re non cogitur. Contrariorum enim contraria vis
atque poteſtas eſt. Vt quod teſtator legato adiecit, le-
gatario accreſcit:ſic quod detraxit , legatario decreſ-
cit.Et hoc eſt quod dici ſolet: Quod operatur propo-
ſitum in propoſito: idem operatur oppoſitum in op-
poſito.l.ſi ex toto,8.D.de legat.prim.l.vlt.in fin. D.de
legat.tert.l.7.D.de peric.& commod.rei vend.Ex eo-
dem genere illa eſt regula : Secundum naturam eſt

commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. A

Quę eſt Contrariorum facultas patiens? In qua hominum artes contrarios effectus pariunt. non enim in ipſis rebus vis illa ineſt, ſed potius in hominibus qui eas res tractant, & in quibus elaborant. Artes autem aliæ ſunt cognitionis, aliæ actionis: quarum ambarum vnum idemque axioma illud eſt, Contrariorum eadem vis atque poteſtas eſt.

B Cedo exemplum de cognitione. Ariſtoteles initio lib. Ethic. 5. ſcribit, quoniam eadem contrariorum eſt δύναμις: eum qui bonam corporis conſtitutionem norit, eadem facultate malam quoque cogniturum. Sic cuius muſici eſt noſſe fidium conſonantiam: eiuſdem eſt earundem diſſonantiam intelligere. Cuius medici eſt noſſe ex arteriæ pulſu, aut vrinæ colore bonam valetudinem, eiuſdem eſt noſſe morbum. Quæ igitur ars vnius contrarij cognoſcendi, eadem alterius quoque intelligendi facultatem præbet. Cognoſcendi enim C contraria vna eadémque ars, ſcientia, & facultas eſt. Ex eodem genere illud quoque firmamentum eſt: Contrarij vnius qualitate cognita, ſimul alterius qualitas contraria eſſe intelligitur. Nam (vt ſuperiùs dictum eſt) cōtraria contrariis cōueniūt. Itaque cùm vel è genere duæ ſpecies vel è toto duæ partes diuiſæ atque inter ſe oppoſitæ ſunt, ſi vni certa qualitas vel attribuatur, vel denegetur, ſimul alteri contraria qualitas conuenire intelligitur. vnde illud Iuriſconſultorum: Qui accuſare poſſunt, intelligemus, ſi ſcierimus, qui nō D poſſunt. Item illud: Si cognouerimus quæ perſonæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, ſimul intelligemus, quæ ſui iuris ſunt. Cùm iudicatur, mea res eſſe, ſimul iudicatur aduerſarij non eſſe. l. Pompon. 11. §. 2. D. de procur. Cùm quæritur, an alicui procuratorem habere liceat, inſpiciendum eſt an non prohibeatur procuratorem dare. Sed non idcircò firmamentum ita concipiēdum eſt: Vno contrario cognito, ſimul alterum cognoſcitur. non enim contrarium ſimul cognoſcitur: ſed eius qualitas alteri contraria. Ex eodem genere illa regula E eſt, Quod ſub conditione legatur, deficiente conditione non legatum intelligitur. veluti: Si mater mea moritur, dato: Niſi moritur, ne dato. l. quibus, 11. § 2. D. de cond. & demonſt. Sic qui ſic legat: Pamphilus ſi rationes reddiderit, liber eſto: ita ſtatuiſſe intelligitur: Si nō reddiderit, ne eſto. Sic qui ſic paciſcitur, Si filia in matrimonio ſine liberis moriatur, dotem reddi: paciſci intelligitur, ſi ſuperſtitibus liberis moriatur, non reddi. l. inter ſocerum, 26. § 1. D. de pact. dotal.

Quod ſub conditione permittitur deficiente conditione prohibitum intelligitur. l. 1. D. de off. eius F cui mand. l. 86. De hered. inſt. & vide l. 1. D. de reg. Caton. Atque huc pertinet vis omnis exceptionum.

Ecquamnam Exceptionum vim appellas? Effectus exceptionis hic eſt, vt cùm ex vniuerſo partem exemit, contrarias in ſeiuncta parte conditiones demonſtret. Si exceptio facit ne liceat (inquit Cicero in ea pro Balbo) ibi neceſſe eſt licere, vbi non eſt exceptum. quam enim relictis conditionem attribuit, eius contrariam in exemtis oſtendit: viciſſimque quam iſtis, eius contrariā illis. ideo vt etiam in partibus non exemtis ſuam G conditionem illuſtrare & confirmare videatur. Et hoc eſt quod dici ſolet, Exceptio in caſibus non exceptis regulam confirmat. l. Tribunus. 20. §. 1. D. de milit. teſt. l. 12. §. 23 D. de inſtr. leg.

Cedo exemplum. Cùm miles factus in teſtamento quod ante militiam fecerit, quædam delet, ius eorum quæ non deleuit militari priuilegio cōfirmat. Eodémque illud pertinet, cùm prætor vnum ex pluribus iudicare vetat ceteris id permittit. l. cùm prætor, 12. D. de iudic. Ex eo quod prohibet lex Iulia teſtimonium dicere mulierem adulterij condemnatam, colligitur etiam mulieres teſtimonij etiam in iudicio dicendi ius habere. Lex eo, 18. D. de teſtib. Eodémque præterea regula illa referenda eſt, In toto iure generi per ſpeciem derogatur. l. in toto, 80. D. de reg. iur. quæ tamen planius & fortaſſe veriùs ita conciperetur: Et pars toti derogat: & res ſingularis Vniuerſitati. veluti, ſi cùm Titio penum omne legatum eſſet, Mæuio poſtea vinum legetur: Mæuio vinum debebitur. l. 2. D. de tritic. vin. & ſi Titio fundi inſtrumentum vniuerſum legatum ſit, poſt mancipium quoddam Mæuio legetur, huic mancipium illud: illi reliquum omne debebitur. l. legatum, 24. §. 1. D. de adim. legat.

Cedo iam exemplum de Actione. Sumatur illud peruulgatum: Qui condemnare poteſt, is abſoluendi quoque poteſtatem habet. Item, Eius eſt nolle, qui poteſt & velle. Viciſſim autem, Qui adire hereditatem nō poteſt, repudiare non poteſt. Item, Pater captiuus qui cōſentire filij nuptiis non poteſt, nec diſſentire poteſt. Item, Eiuſdem eſt artificis ex arte diſſoluere, cuius eſt ex arte conſtruere. Sic, Faber, qui domum aut nauem ædificauit, eandem ex arte diſſoluet: & artifex qui horologium confecit, idem arte diſſoluet: quod artis imperitus non poterit.

De loco Repugnantium.

Cap. XXIX.

Quod eſt Firmamentum de Repugnantibus? Locus hic & eſſentiam & conuenientiam, & Reciprocationem ſimul complectitur. Primū autem eſt huiuſmodi. I. Poſito vno ex Repugnātibus, alterum tollitur. Valet enim idem quod illud, Cui vnum è Repugnantibus conuenit, ei repugnat conuenire alterum. Repugnans enim aliud nihil eſt, niſi aduerſi vel conſequens, vel antecedens. Itaque ad refellendum hic locus valebit. Si amicus eſt, non eſt lædendus. Si hoſtis eſt, non iuuandus. Si mortuus editus eſt, non eſt natus. Si proba vxor eſt, non eſt exigenda. Si improba, non retinenda. Lædendum enim eſt conſequens aduerſi, quod eſt Hoſtis: vt Exigendum, improbæ. Conſequentia autem Contrariorum ſunt etiam ipſa per ſe contraria. Sequitur II. Negato vno ex repugnantibus, alterum ſuccedit. Valet enim idem quod illud: Cui vnum è Repugnantibus non conuenit, eidem alterum quod quidem in eodem genere ſit, neceſſariò conuenit. Itaque ad confirmandum & refellendum hic locus valet: Si non eſt ſocius, lædendus eſt. Si eſt hoſtis, non eſt iuuandus. Sic Cicero in Parad. Potes autem eſſe tu ciuis, propter quem aliquando ciuitas non fuit? Repugnant enim Ciuem eſſe, & Ciuitatem opprimere. hoc modo: Non & ciuitatem oppreſſiſti, & idem es ciuis. Si honeſtum eſt, non eſt inutile. Si turpe, non eſt vtile. Reciprocationis autem exemplum eſt huiuſmodi: Vt non imaginaria vēditio eſt, pretio accedente. ſic non vera venditio eſt, pretio non accedente. Vt tyrannus non eſt, qui ciuium commodis conſulit: ſic Rex non eſt, qui non conſulit. Vt impius non eſt, qui toto pectore Deum colit: ita pius non eſt, qui eum non colit.

De loco Diſparium.

CAP. XXX.

QVOD eſt Firmamentum ex diſparibus, cùm de eorum eſſentia quæritur? Vt paritas rerum, ſic etiam diſparitas ex aliquo tertio intelligitur. Itaque primum Firmamentum hoc erit: Quæ in tertio aliquo diſparia ſunt, quorúmque alterutrum duntaxat diſpar eſt, eadem inter ſe diſparia ſunt. veluti: Si è duobus frumentis acervis alterum medimno, alterum modio conveniat, etiã inter ſe ſunt diſpares. Id quod ex illo Mathematicorũ præcepto ſumtum eſt: Si æqualium alterum tertio inęquale fuerit, etiam erit alterum. Sed de imparium eſſentia facilis ex Parium loco diiudicatio eſt.

Quod eſt firmamentum de convenientia? Locus de convenientia implicitam reciprocationem habet. Itaque vno firmamento vtranque complectemur: Quod vni diſparium convenit, alteri non convenit. veluti: Si Giganti toga quædam convenit, pumilioni non conveniet. Si pro fruméti medimno tot aſſes debentur, pro modio non tot debentur. Si Gigas & pumilio vinciendi ſunt, illi catenis opus eſt: huic funiculus ſatis erit. Et eò pertinet regula Iuris, vt quemadmodum valere debet æquitas quæ in pari cauſſa paria iura deſiderat: ſic ea valeat, quæ in cauſſa diſpari: diſparia iura conſtituit. Sequitur II. Quod vni diſpari non cõvenit, non continuò alteri eius diſpari non convenit: veluti: Non ſi toga paruula Giganti non conveniet, idcircò pumilioni non convenit. Sequitur III. Neque paria diſparibus, neque diſparia paribus conveniunt. Eóque illud Geometrarum præceptum pertinet, Si inæqualibus æqualia vel addantur, vel detrahantur, omnia erunt inæqualia. veluti. Si pari pœna furem & ſacrilegum adficere iniquũ eſt, diſpari pœna duos eiuſdem furti ſocios adficere iniquum eſt. Si par præmium forti & ignauo tribuere iniuſtum eſt, diſpar eiuſdem præclari facinoris ſociis tribuere iniuſtum eſt. Locus autem de convenientia duplex eſt. Nã quæ diſparia ſunt, aut maiora ſunt, aut minora. Itaque duplex Comparatio naſcitur: quarum altera ex maiore, altera ex minore, appellatur.

De Comparatione Maioris & Minoris.

CAP. XXXI.

QVID appellas Maius & Minus? Maius eſt, nõ quod Cicero, Quintilianus, & alii innumeri crediderunt, id quod præſtãtius, aut quod difficilius eſt: neque Minus id verè eſt, quod facilius & expeditius eſt: ſed (quemadmodum Ariſtoteles & in Topicis & in Rhetoricis ad Theodectem docuit) Maius hîc appellatur, quod maiorem rationem habet ad aliquid quod magis probabile eſt, quod verò propius eſt, quod maiore ratione convenire poſſe videbatur. Minus autem, quod à vero & probabili diſiunctius eſt, quódque minorem rationem habet ad aliquid: quod minore ratione alicui cõvenire videbatur. Alioqui vis argumenti nulla prorſus exiſteret: vt ex firmamẽtis conſtabit: quorum hoc prius eſt, I. Quod in re maiore non valet, etiam in minore non valet εἰ ᾧ μᾶλλον εἰκὸς ὑπάρχειν, μὴ ὑπάρχει, οὐδ᾽ ᾧ ἧττον. Nam ſi quæ (inquit Ariſtoteles) multo maiore ratione res aliqua convenire poteſt, ei non convenit, ne ei quidem conveniet, cui multo minus videtur poſſe cõvenire. Itaq; locus ex maiore tantùm ad refellendum valet. vt rectè ſine dubio ſentiant, qui

A regulam in Topicis Ciceronis ſic emendant: Quod in re maiore non valet, non valeat in minore. Plerunq; autem per has notas Nedum, vel Tantum abeſt, hoc argumentum tractatur. velut apud Terentium: Satrapes ſi ſiet, nunquam ſufferre eius ſumtus queat: nedum tu poſſis. In eodem genere illud eſt: Tantum abes à perfectione maximorum operum, vt fundamenta quæ cogitas nondum ieceris. Item illud: Familiam regere nõ potuit: tantùm abeſt, vt Remp. poſſit. Quo argumen-
B to Paulus Apoſtolus vtitur in eo qui familiæ ſuæ pręeſſe non poterat, tantùm abeſt vt Eccleſię præeſſe poſſet. quod tamen ex minore ſumtum nonnulli falsò exiſtimarunt. nam maiorem habet rationem paterfam. ad ſuam familiam, quam ad Eccleſiam aut Rempubl. Ex hoc genere illud eſt Ciceronis libr. de Orat. I. Illa verò deridenda arrogantia eſt, in minoribus nauigiis rudem eſſe ſe conſiteri: quinqueremes autem, aut etiam maiores gubernare didiciſſe. Item: Citius is qui duorum ſcalmorũ nauiculam in portu euerterit,
C in Euxino ponto Argonautarum nauem gubernarit.

Quod eſt firmamentum ex comparatione minoris? Quod in minore valet, valeat in maiore. nam ſicui minus convenire videbatur, convenit tamen: etiam ei conveniet, cui magis convenire videbatur. εἰ τὸ ἧττον ὑπάρχει, καὶ τὸ μᾶλλον ὑπάρχει. Itaque locus hic tantum ad confirmandum valet. veluti: Si feræ partus ſuos diligunt, qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus? Nam minorem habet rationem fera rationis expers ad ſuos partus, quàm homo qui
D & rationis & doctrinæ eſt particeps ad ſuos liberos. Si ſingulas diſciplinas percipere magnum eſt, quanto maius omnes? Si bellum pro patria ſuſceptum pium & iuſtum eſt, quantò magis illud quod pro religione ſuſcipitur? Qui mentiri aut fallere inſuerit patrem, aut audebit, tanto magis audebit ceteros. Itaque rectè Cicero in lib. de Orat. 2. ex minore exemplum hoc profert:

-hic parua conſuetudinis
Cauſſa huius mortem fert tam familiariter.
E *Quid ſi ipſe amaſſet? quid mihi hic faciet patri?*

Sed ex maiore non rectè: Si bona exiſtimatio diuitiis præſtat, & pecunia tantoperè expetitur, quanto gloria magis eſt expetenda? Nam ex minore hoc quoque exemplum eſſe ex eo intelligitur, quòd minorem habet rationem pecunia ad hominem, quàm gloria. Quod autem ibidem ſimilitudini locum illum attribuit, Si feræ partus ſuos diligunt: perſpicuè falſum & abſurdum eſt. Idque eſt totidem propè verbis in Lælio. Quod ſi hoc (inquit) apparet in beſtiis, vt requirant
F atque appetant ad quas ſe applicent, eiuſdem generis animantes, quanto magis in homine fit natura, vt alterum acquirat, cuius animum ita cum ſuo commiſceat, vt efficiat penè vnum ex duobus?

Quid? Regula illa peruulgata, vtro ex loco ſumta eſt? Non debet cui plus licet, quod minus eſt non licere. Ex comparatione minoris. Minus enim dicitur, quod minus convenire & licere poſſe videbatur. At illud, Qui fidem, in re parua non præſtitit, is in magna non præſtabit: ex maioris comparatione ſumtum
G eſt: id eſt eius quod magnis convenire videbatur.

De loco Diſſimilium.

CAP. XXXII.

QVOD eſt firmamentum de Diſſimilibus? Vt rerum diſparitas, ſic etiam diſſimilitudo ex tertio aliquo exquiritur. Itaque primum firmamentum eſt huiuſmodi. I. Quæ in

tertio aliquo diſſimilia ſunt, quorúmque item alterũ duntaxat ſimile eſt, etiam inter ſe diſſimilia ſunt. Itaque locus hic ad probandam diſſimilitudinem valet. veluti cùm quæritur, An aſinus & mulus diſſimiles ſint: ſic concludetur: Si aſinus ex aſino & aſina, mulus ex aſino & equa genitus eſt, ſunt diſſimiles. Itémque ſi quæratur, An mulus & hinnulus ſint diſſimiles: ſic licebit concludere. Si mulus & hinnulus genitores habent diſſimiles, etiam inter ſe ſunt diſſimiles. mulus autem ex aſino & equa, hinnulus ex equo & aſina generatur.

Quod eſt firmamentum de Conuenientia? Idem quod de reciprocatione. Itaque vna eadem regula vtrunque concludemus. Quod vni diſſimili conuenit, alteri non conuenit. veluti: Si lachrymæ mulieribus conueniunt, viris non conueniunt. Si viris arma cõueniunt, mulieribus non cõueniunt. Sequitur III. Quod vni diſſimili non conueniunt, non continuò alteri eius diſſimili non conuenit. veluti: Non ſi luſiones ſenibus non conueniunt, idcircò pueris non conueniunt. Non vt ex improbo patre probus filius naſcitur, ſic ab indocto præceptore doctus diſcipulus efficitur. Sequitur IIII: Neque ſimilia diſſimilibus, neque diſſimilia ſimilibus conueniunt. Si Similem priuato & Conſuli togam permitti iniquum eſt, etiam diſſimilem duobus Conſulibus attribuere iniquum eſt.

De loco Definitionis.

Cap. XXXIII.

Perge porro: ac deinceps de dictionum ratione & mutuis adfectionibus diſſeramus. Nihil verò attinet eum laborem ſuſcipere, cùm ex rerum locis quiuis mediocri ingenio prę ditus facilè de dictionum locis exiſtimare poſſit. Quatuor tantùm locorum ſpecimen edemus, Generis, Totius, Cauſſæ, & Antecedentis: quorum primus & ſecundus per definitionem, tertius per notationem, quartus per coniugationem tractatur.

Quid? non igitur ſeparatos facis tres locos ex definitione, notatione, & coniugatis? Fieri quidem id vulgo in libris & ſcholis dialecticorum ſolet. Sed, vt opinor, ab iis qui non ſatis videntur animaduertiſſe, neq; adfectiones eſſe illas tres, neque argumenta, neque argumentationes: ſed argumenti tantùm tractandi formas, vt cùm diximus argumenta ex partibus & formis per Partium enumerationem tractari: aut ea quæ ex Antecedentibus, conſequentibus, & repugnãtibus, iis tribus tractari modis, quos Cicero in Topicis expoſuit. Abſurdum enim eſſet, locos ex partibus & ex partium enumeratione, quaſi diuerſos ſeparare: quemadmodum poſterius intelliges. Harum verò triũ rationem in præſentia ſatis erit ex ſola definitione cognoſcere.

Quomodo? Quia definitionem non eſſe adfectum, vel hinc licet intelligatur, quòd ea ex adfectionum locis vel omnibus, vel pleriſque (vt ſuperius demonſtratum eſt) conficitur. Iam argumentum non eſſe ex eo conſtat, primum quòd cùm definitio per argumentũ probetur, perſpicuum eſt, aliud eſſe quod probatur, aliud medium per quod probatur. Deinde quod ſinguli adfectus argumenta ſingula ſuppeditant: neque vllum vnum ex pluribus ſumitur. At definitio neceſſariò ex pluribus coniunctis conficitur. veluti ex genere & ſpecie per differentiam diſtracta, aut, ſi per diuiſionem fit, ex genere & formis omnibus: ſi per Partitionem ex Toto & Partibus. Poſtremò definitionem

A dici argumentationem nõ poſſe, hinc perſpicuum eſt, quòd vnica enuntiatione definitio conſtat, cùm argumentatio minimum ex tribus componatur.

Quænam igitur erroris peruulgati cauſſa eſt? Creditum eſt Ciceronis eam fuiſſe ſententiam, cùm tamẽ & in Topicis & in Partitionibus & in lib. de Oratore 3. non dicat argumenta ſumi ex definitione, neque definitionem in locis numeret: ſed ad id totum de quo diſſeritur, adhiberi. Si res tota (inquit) quæritur, definitione

B vniuerſa vis explicanda eſt: quippe, cum vniuerſa vis & notio vel ſubiecti, vel attributi, definiendo explicetur. Ex quo perſpicuum eſt, locum qui vulgo. Ex definitione appellatur, eſſe, ſi ſubtilior definitio ſit, vel ex genere & formis, vel ex toto & partibus: ſin rudius expoſita eſt, ex aliquo reliquorum adfectuũ ſumptum eſſe.

Cedo aliquod exemplum. Ponatur illa quæſtio, An Rhetorica ſit laudabilis: de in ratiocinatio, Ars copioſè dicendi eſt laudabilis: Rhetorica eſt ars copioſè di-

C cendi: Ergo Rhetorica eſt laudabilis. Mediũ perſpicuè ſumitur ex genere & ſpecie per differentiam diſtracta id eſt ex genere & differentia. At ſi ſic concludatur: Rhetorica eſt ars inueniendi, quæ ad perſuadendum, valet, eáque diſponendi loquendi & memoriter pronuntiandi. horum autem vnumquodque laudabile eſt Rhetorica igitur laudabilis: ſi ſic, inquam, concludamus, ex Toto & Partibus erit argumentatio. Definitio igitur non argumenti locus eſt, ſed argumenti tractatio, vel argumenti tractandi forma.

D Nulláne igitur de Definitione firmamenta traduntur? Tradi certè poſſunt, ſed non tanquam loci alicuius proprij, verùm tanquam generis, aut totius. Veluti I: Cui conuenit definitio, eidem nomen conuenit: viciſsimque quod definitioni conuenit, id nomini cõuenit. Hoc enim perinde eſt, ac ſi dictum eſſet: Cui genus totúmve conuenit, ei ſpecies pártve cõuenit: viciſsímque quod generi totius conuenit, id ſpeciei partíve cõuenit. Valet autẽ ad confirmandum. veluti: Si iuſtitia eſt habitus rationi cõſentaneus, rectè virtus ap-

E pellabitur. Si Dauus ſeruitutẽ ſeruit, eſt ſeruus. Quoniã (inquit Cicero de Finib. I.) cùm priuamur dolore, ipſa liberatione ac vacuitate omnis moleſtiæ gaudemus: omne autem id quo gaudemus, voluptas eſt: vt omne quo offendimur dolor: doloris omnis priuatio rectè nominata eſt voluptas. De cõuerſa autem conuenientia exemplũ extat eiuſdẽ in Topicis: Si Ius ciuile eſt ęquitas conſtituta iis qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas, eius autem æquitatis notitia eſt vtilis: certè Iuris ciuilis cognitio eſt vtilis.

F Quod eſt ſecundum? Cui non conuenit definitio, eidẽ nec nomen conuenit. Valet enim ad refellendum. Cicero in Parad. Si nemo diues eſt, niſi qui exercitum alere poteſt ſuis fructibus, hoc propoſito nunquam eris diues, antequam ex tuis poſſeſſionibus tantum reficias, vt ex eo tueri ſex legiones poſſis. Iam fateris igitur non eſſe te diuitem, cui tantum deſit, vt expleas id quod exoptas? In eodem genere illud eſt: Si neque ſacrum, neque de ſacro quidquam ſurripuit, nõ eſt ſacrilegus. itémque illud Iuriſconſultorum: Si ſti-

G pulatio eſt verborum conceptio, quia qui interrogatus eſt, daturum ſe reſpondet: neque mutus, neque ſurdus ſtipulari poſſunt.

Quæ eſt Regula de Reciprocatione? Vt cui nomẽ conuenit, eidem definitio conuenit: ſic cui definitio conuenit, eidem nomen conuenit. Et contrà, cui vnum non conuenit, nec alterum conuenit. veluti: vt qui in vniuerſum defuncti ius ſucceſſit, heres eſt: ita qui

qui heres eſt, in defunctis ius omne ſucceſſit.

Quoniam paulo antè dixiſti definitionem Argumentatione & Syllogiſmo probari: quæro quænam definitionis probandæ ars eſt? Ariſtoteles duobus locis hinc tradit, vt non tota oratio pro extremis collocetur, ſed eius ea pars duntaxat, ad quam probatio pertinet. Nã cùm definitio rei naturam explicet, ſiquis ea ſola ſumat, quæ de natura rei dici debent, definitionẽ conficiet. veluti: Si quis (inquit) probare velit, Aquam eſſe humorem potabilem, Aqua & potabilis pro extremis collocanda ſunt: humor autem pro medio. Quod eodẽ modo in illis Ciceronis definitionibus oſtendi poteſt. Odium eſt ira inueterata: Inimicitia eſt ira vlciſcendi tempus obſeruans: Diſcordia eſt ira acerbior, intimo odio & corde concepta: Indigentia libido inexplebilis. Nam cùm intermedium nomen vtrique extremo cõueniat, neceſſariò ambo extrema inter ſe conuenient.

De loco Notationis.

Cap. xxxiv.

QVONIAM ſuperiùs quid Notatio eſſet definiſti, quæro nunc quotuplex notatio eſt? Triplex: alia enim verborum eſt ſimplicium, alia iunctorum: & rurſus ſimplicium, alia natiuorum, alia factorum. Itaque ad tres adfectuum locos natio pertinet, Cauſſarum, Proprij, & Totius. Natiuorum, veluti: cùm propria cuique vocabuli notio exquiritur. vt cùm quęritur cur Vultus nullo in animãte ponatur præter hominem: cur Morbus in corpore, Vitium in animo ponatur: cur Rapiendi verbo vis inſit: Furandi non inſit. Factorum, vt, Fides dicitur, quia quod promiſſum eſt, fiat. Nequitia ab eo quod nequidquam eſt in tali homine. Coniunctorum verò: vt An Tumultus non dicitur, niſi cùm timor multus eſt. Benè (inquit Cicero) maiores noſtri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt. meliùs quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem tum concœnationem vocant..

Quænam de Notatione firmamenta ponemus? Eadem quæ de cauſſæ aut proprij conuenientia poſuimus. Itaque primum erit huiuſmodi: Cui conuenit notatio, eidem nomen conuenit. Valet enim ad confirmandum. Si Reip. conſulit, eſt Conſul. Si ædes tuetur, eſt æditus. Quoniam vidua dicta eſt ſine duitate (ait Labeo) quemadmodũ vecors & veſanus ſine corde & ſanitate: ſequitur vt ea quoque mulier quæ virũ nunquam habuit, vidua dici poſſit. Sequitur II: Cui notatio non conuenit, eidem nomen non conuenit. Valet enim ad refellendum. veluti: Si non eſt timor multus, non eſt tumultus: niſi conſilium, ratio & ſententia eſſent in ſenibus (ait Cato apud Ciceronem) non ſummum conſilium maiores noſtri appellaſſent Senatum. Eiuſmodi argumentum fuit Friderici Imperatoris aduerſus Adrianum Papam de quo eſt in Radeuici hiſtoria. Si vrbis Romæ dominus non ſum, Romanus Imperator nõ ſum. Cùm diuina (inquit) ordinatione, ego Imperator Romanus & dicar, & ſim, ſpeciẽ tantũ dominantis effingo, & inane vtiq; porto nomẽ ac ſine re, ſi vrbis noſtræ è manu noſtra poteſtas fuerit excuſſa. Sic Nõ fuit rex Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit: inquit Cicero. Itẽ in Bruto: Cùm honos ſit præmium virtutis, iudicio ſtudióque ciuium delatum ad aliquem, qui eum ſententiis, qui ſuffragiis adeptus eſt, is mihi & honeſtus & honoratus videtur. qui autẽ ma-

A lis artibus imperiũ nactus eſt, hunc nomen honoris adeptum, non honorem puto. Qui locus nobis propter magiſtratuum nundinationes ſummè notandus eſt.

De Coniugatis.

Cap. xxxv.

QVID? de Coniugatis quænam firmamenta ponimus, cùm de eorum eſſentia quæritur? B Superiùs dictum eſt, quoniam Coniugata ſunt, quæ à Grammaticis primitiua & deriuatiua dicuntur, locum hunc ad Antecedentium & Conſequentium adfectionem pertinere. Itaque vt inter illa interdum reciprocatio eſt, interdum nõ eſt, ſic inter coniugata. Deinde dictum eſt Coniugata non tam ex ſono vocis, quàm ex notione æſtimanda eſſe. veluti: Viola & violentus: Funda, & fundus: Calcar, & calcaria fodina. Fortis, fortuna. Primum igitur eſt huiuſmodi. I. Poſito vno ex coniugatis neceſſariis, alterum C conceditur. veluti. Si dij ſunt, eſt diuinatio. &, ſi diuinatio eſt, dij ſunt. Si eſt ſocius, eſt ſocietas. & ſi eſt ſocietas, eſt ſocius. Si ſunt conuiuæ, eſt conuiuium. & ſi conuiuium, conuiuæ. Si ſunt lites. ſunt litigatores. Si ſunt litigatores, ſunt lites. Quid ego mirer (inquit Cicero in ea pro Sylla) ſiquid ab improbis de me improbè dicitur? Et in Parad. Si ſeruitus eſt obedientia fracti animi & abiecti, quis neget omnes leues & improbos eſſe ſeruos? Sequitur II. Poſito vno ex non neceſſariis, non continuò alterum conceditur. veluti: D Si ſunt equites, ſunt equi. At non ſi equi ſunt, cõtinuò ſunt equites. Si ſunt funditores & ſagittarij, ſunt fundæ & ſagittæ. Sed non ſi aut fundæ ſunt, aut ſagittæ, continuò funditores ſunt aut ſagittarij. Sequitur III. Vt negato vno ex neceſſariis alterum negatur, ita negato vno ex non neceſſariis alterum non continuò negatur. veluti: Si Dialectica eſt ars dialogorum (vt Laertius in Platone teſtatur) vbi non interciſa, ſed perpetua oratio eſt, non eſt propriè Dialectica. Si ſerui merces non ſunt, nec ij qui ſeruos vendunt, mercato- E res dicuntur, inquiunt Iuriſconſulti: ſed potius mangones. Si non ſunt ſocij, non eſt ſocietas. Si non ſunt libri, neque librarij ſunt. Sed hæc non reciprocantur. Si non ſunt equites, non ſunt equi. Si non ſunt ſagittarij, non ſunt ſagittæ. Si non ſunt tubicines, non ſunt tubæ. ad ſuperiùs illud Ciceronis pertinet ex Paradoxis: Laudetur verò hic Imperator, aut hoc nomine dignus putetur? cui tandem hic libero Imperabit, qui non poteſt ſuis cupiditatibus imperare: cùm ipſe improbiſſimis dominis dedecori & turpitudini parere deſierit. I- F tẽ, Præclarè dictum eſt, niſi ſapientẽ liberum eſſe neminẽ. Quid eſt enim libertas? Poteſtas viuẽdi vt velis. quis igitur viuit, vt vult, niſi perfectò, qui recta ſequitur?

Quod eſt firmamentum de conuenientia? Eſto hoc I. Quod vni ex neceſſariis coniugatis conuenit, alteri conuenit. veluti: Si ſapientia laudanda eſt, Socrates, qui ſapiens eſt & ſapienter viuit, laudandus eſt. Si ebrietas vituperanda eſt, etiã ebrio ſi vituperandi ſunt. & ſi ebrij, etiam ebrietas. Si Regulus Tyrannidem in ſuos exercet, Tyrannus eſt. Si Reges Tyrannorum no- G men oderũt, oderint Tyrannidẽ. Si quod rectè fit (inquit Cicero) & honeſtè, & cũ virtute, id benefieri verè dicitur: & quod rectũ, & honeſtum, & cum virtute eſt, id ſolùm opinor bonum. Sequitur II. Quod vni ex neceſſariis coniugatis non cõuenit, alteri non cõuenit. veluti: Si non continenter viuit, non eſt continens. Si non eſt cõtinens, non cõtinenter viuit. Si nõ eſt laudanda crudelitas, nec crudeles laudandi ſunt. At hoc

non reciprocatur. Si fuit inteſtabilis, teſtamentum non fecit. Non ſi teſtamentum non fecit, fuit inteſtabilis.

Quid ſequitur nunc? Vulgò exponi ſolent loci probationum inartificialium ex locis adſumptis: vt ex teſtimonio, auctoritate, iureiurando, præiudiciis, rumoribus, tabulis. Sed hæc (vt ſuperiùs monui) quæ nõ A in ratiocinatione, ſed in ſenſibus poſita ſunt & facti ſunt non artis, nihil ad Dialecticam pertinent. Itaque ex Rhetorum diſciplina, in qua ſola hæc Ariſtoteles tradidit, eruenda ſunt. Fides enim diſputando non ex teſtibus, ſed ex argumentis eruitur. non enim tam auctores in diſputando, quàm rationis momenta quærẽda ſunt: ait Cicero lib. de nat. Deor.

INSTITVTIONIS DIALECTICÆ LIBER IIII.

De Analytice, ſiue arte iudicandi. Cap. I.

QVONIAM de inuentione Medij Syllogiſtici ſatis dixiſti, deinceps de ipſius collocatione videamus: quam iudicandi artem ſuperiùs Analyticen appellabas. Sed primum quæro, quid eſt Analytice? Eſt ars quæ medij ad vtrunque quæſtionis extremum adhibendi rationem commonſtrat.

Quiſnam eius artis eſt vſus? Probatio conſecutionis, qua pronuntiata omnia vel vt vera recipiuntur, vel vt falſa repudiantur. Nam vt in ædificiis, alius eſt faber, qui lapides lapidibus adiungit: alius peritus, cuius arbitrio effectum opus probatur: ſic oratio verba verbis adiungit: ſed Analyticæ artis probatio eſt, vtrũ ea inter ſe rectè coniuncta ſint, an ſecus.

De Syllogiſmo, & variis Syllogiſmi generibus. Cap. II.

QVONIAM ſuperiùs diuiſionem argumentationis expoſuiſti, deinceps ſingulas eius ſpecies videamus: ac primùm de ſyllogiſmo. Quid eſt Syllogiſmus? Ariſtoteles duobus locis ita definit, συλλογισμός ἐστι λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, διὰ τῶν κειμένων. Gellius autẽ Latinè ita cõuertit: Oratio in qua cõceſſis quibuſdã atq; cõceſſis, aliud quid, atque ea quæ conceſſa ſunt, per ea quæ conceſſa ſunt, neceſſariò conficitur. Sed Ariſtoteles initio priorum Analyticorum pro clauſula διὰ τῶν κειμένων: hanc poſuit τῷ ταῦτα εἶναι, λέγω δὲ (ſubiungens) τῷ ταῦτα εἶναι, τὸ διὰ ταῦτα συμβαίνειν. quoniam nullo externo eget extremo, vt neceſſaria fiat conſecutio. Itaque planius hæc definitio conuerti ſic poterit: Eſt oratio, in qua quædam ita ponuntur, vt aliud quippiã diuerſum ab iis quæ poſita ſunt idcircò efficiatur neceſſariò, quoniam ea ita ſunt. quanquam eandem vtriuſque vim eſſe, verbum ἐξ ἀνάγκης oſtendit.

Quomodo? Quoniam non ad concluſionem ea verba pertinent, ſed ad neceſſariam medij & extremorum coniunctionem. nam (vt idem alio loco declarat) quando medium neceſſariò cohæret, etiam concluſio neceſſariò ſequitur. ὅταν τὸ μέσον ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ συμπέρασμα ἐξ ἀνάγκης. Non enim (vt alio item loco docuit) ex omnibus proportionibus veris Syllogiſmus efficitur: ſed ex duabus neceſſariò conſequentibus, & inter ſe non minus cohærentibus, quàm annuli in cathena conſerti inter ſe cohærent. Oportet enim concluſionem ex ſuperiorum propoſitionum conſecutione exprimi: quemadmodum paulò pòſt intelliges.

Vnde dicitur Syllogiſmus? Idem Ariſtoteles trãſlatum eſſe verbum oſtendit, ex calculatorum ratiocinationibus: cùm hi eſſe tanquam συλλογλῶ καὶ ὑπαείθμαιον, hoc eſt collectionem ſummæ, quæ initis ſubductiſque rationibus conficitur: qua de cauſſa ratiocinatio Latinè à Cicerone appellatur. veluti, Callicli data ſunt primùm quinque: poſt eidem ſeptem data ſunt duodecim igitur ad ſummam data ſunt. Quanquam in tam exiguis numeris frigidius exemplum eſt.

Quotuplex eſt Syllogiſmus? Duplex. Eſt enim (vt idem ſcribit) aut κατηγορικὸς, aut ὑποθετικὸς: id eſt, aut ſimplex, aut copulatus. Simplex eſt, qui ex puris enuntiatis conſtans, purè concluditur. veluti, Omnis arbor verè floreſcit. Platanus eſt arbor. Ergo verè floreſcit. Copulatus autem, qui non purè, ſed vel per conditionem, vel per diſiunctionem, vel per coniunctionem concluditur. veluti: Si dies eſt, ſol lucet. Item, aut dies eſt, aut nox eſt. Non & dies eſt, & nox eſt. Simplicem ſolum Ariſtoteles tractauit, quoniam ad demonſtrationem omnem ſuam artem dirigit. Copulatũ, Theophraſtus, Eudemus, & Stoici complures, quemadmodum Boetius teſtatur.

Quibus in rebus omne Syllogiſmi artificium verſatur? In ratiocinationis figura & modo. Eſt autem figura medij collocandi forma. Modus autem, qui in enuntiatorum qualitate & quantitate cernitur.

Quot ſunt huius artificij regulæ? Vulgò hæ quinque traduntur: quarum hæc I. eſt: Quod de omni dicitur, de ſingulis ei ſubiectis dicitur. vnde illud Ciceronis libr. de nat. deor. 3. Si omne animal mortale eſt, nullum eſt animal immortale. Et ſi omne animal ſecari ac diuidi poteſt, nullum eſt eorum indiuiduum. Et, ſi eſſet corpus aliquod immortale, non eſſet omne mutabile. Sequitur II. Quod dicitur de nullo, à ſingulis ei ſubiectis remouetur. Sequitur III. Ex ſolis negatiuis nihil concluditur: qua de cauſſa propoſitionum alterutram adfirmatiuam eſſe oportet. IIII. autem eſt hæc. Ex ſolis particularibus nihil conficitur quapropter propoſitionum alterutram vniuerſalem eſſe oportet. Supereſt V. Concluſio ſemper ad deteriorem ſe partem applicat. nam ſi propoſitionum alterutra negatiua eſt, ipſa erit negatiua: ſi particularis erit particularis.

De partibus Syllogiſmi, & vi concluſionis. Cap. III.

QVOT ſunt Syllogiſmi partes? Superiùs dictum eſt, ratiocinationem aliam fuiſſe Stoicorum propriam, aliam Peripateticorum. ac Stoici quidem ſyllogiſmi partes infinitæ ſunt. tandiu enim verborum ſeries texitur, dũ is qui diſſerit, quod intendit, efficiat. Ariſtoteles autem primùm acutiſſimè perſpexit, nullam in iis verám medij vim apparere. nam id demum medium dici, quòd æquè ab vtroque extremo abeſt. deinde vím & neceſſitatem concluſionis nequaquam in illis longis verborum continuationibus ita eſſe perſpicuam, vt in pau-

in paucis. Quapropter Ariſtoteles ad eam quam potuit paucitatem ac breuitatem Syllogiſmi partes redegit: tréſque tantummodo effecit. quarum prima Propoſitio, altera Adſumptio, tertia Concluſio Latinè appellatur. Græci verò πρότασιν λῆμμα & συμπέρασμα nominant. A

Quid eſt propoſitio? Superiùs dictum eſt, Analyſin Ariſtoteli in argumentando placuiſſe, contrariam ei ſyntheſi, quam Stoici ſequuti ſunt. Itaque quod illi poſtremum collocabant, Ariſtoteles primum ſumſit. B veluti (vt in peruulgato exemplo conſiſtamus) ſi ponatur quæſtio, an Callicles ſit animal: medium adhibebitur ex ſpecie, homo, ac tum ita ratio inibitur, non vt ab imo ad ſummum adſcendimus: quemadmodum Stoici faciebant: Callicles eſt homo: homo eſt animal: ergo Callicles eſt animal. Sed primo loco medium ſumetur. De homine verò pronuntiatur animal, quippe genus de ſpecie. hæc propoſitio eſt. deinde hoc modo: De Callicle verè pronũtiatur homo. quippe ſpecies de indiuiduo. vnde neceſſaria concluſio ſe- C quitur: Ergo animal verè de Callicle pronuntiabitur. Superiùs enim legem illam poſuimus: Quod medio conuenit, ei quoque cui medium conuenit, neceſſariò conuenit: Conuenire autem dicuntur, quæ ſubiectorum attributa ſunt.

Quamobrem ſecunda Enuntiatio dicitur adſumptio? Quoniam in argumento pro iam conceſſo ſumitur: vt cùm dicimus: Si homo eſt animal, Callicles eſt animal. Illud pro conceſſo ſumitur: Calliclem eſſe hominem. In quo illud obſeruandum eſt, hoc inter D Stoicum & Ariſtotelicũ argumentum intereſſe, quòd quã partem Stoici propoſitionem faciunt eã Ariſtoteles aſſũptionem facit: viciſſimq; quã illi aſſũptionẽ, hic propoſitionem. Nã in quæſtione, An Callicles ſit animal, Stoici ſic diſputant: Si Callicles homo eſt, Callicles eſt animal. vbi illud pro conceſſo ſumunt: Omnis homo eſt animal. Ariſtoteles verò hoc modo: Si homo eſt animal: Callicles eſt animal. quaſi iam conceſſum illud fuiſſet, Callicles eſt animal.

Quænam igitur eſt Concluſionis iſtius neceſſitas? E Quia neceſſe eſt ex antecedentibus neceſſariis conſecutionem effici neceſſariam. Quod Ariſtoteles in definitione dixerat ἐξ ἀνάγκης. Neceſſitatem enim ad non ad concluſionem duntaxat (vt ſuperiùs diximus) ſed communiter ad propoſitionem & adſumptionem retulit. vt planè demirer eſſe, qui contra definitionem Ariſtotelis illud obiiciunt: Venti incubuere mari: Crebris micat ignibus æther: Denſi funduntur ab æthere nimbi: Ergo tẽpeſtas eſt. Hic enim & veras eſſe propoſitiones, & neceſſariam conſecutionem: neque ta- F men ſyllogiſmũ exiſtere ac proinde falſum eſſe quod dictum eſt, Syllogiſmum eſſe; qui ex pluribus veris propoſitionibus efficitur. quaſi verò Virgilianæ iſtæ propoſitiones eiuſmodi ſint, cuiuſmodi Ariſtoteles poſuit: nimirũ neceſſitate ita inter ſe connexas, & cohæreſcentes, vt annuli in cathena cõſerti adhæreſcunt. ὅταν τὸ μέσον ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ συμπέρασμα ἐξ ἀνάγκης: & (vt alibi ſcribit) ἀεὶ γὰρ ἢ ὅλη, ἢ μέρος αἱ προτάσεις ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός. Sẽper propoſitiones debent ita eſſe inter ſe adfectæ, quaſi aut totum, aut pars. Argumentũ G autẽ illud Virgilianum eſt ex cauſſis efficientibus ſumtum: ſed non inter ſe cõſequentibus, ac neceſſariò cohærentibus. nam vt venti mari incubuerint, tempeſtas effecta erit: quamvis neque nimbi, neque fulgura coniuncta ſint.

Eequonam igitur pacto Syllogiſmus ex illo Virgiliano exemplo cõcludi poteſt: Æſtus maris nauem impellit. Ventorum impetus æſtum efficit. Ergo ventorum impetus nauis iactationem efficit. Nam poſita quæſtione, An ventorum impetus nauis iactationem efficiat, medióque interpoſito, Æſtus maris: facilè concludetur, quod medio adhæreſcit, ei quoque cui medium conuenit, neceſſariò conuenire.

De tribus Syllogiſmorum Figuris.

CAP. IV.

QVOT ſunt Medij collocandi formæ? Tres. Nam aut inter duos quæſtionis terminos interponitur, qui locus Medio maximè conuenit: aut ſupra vtrunque, aut ſub vtroque. vnde tres Syllogiſmi figuræ ab Ariſtotele factæ ſunt: prima ex loco Medij digniſſimo: ſecunda ex eo qui minus dignus eſt: tertia ex infimo.

Quomodo medium inter vtrunque extremum interiicitur? Cum primo loco maius extremum de ipſo dicitur: pòſt ipſum de minore. Nam propoſitio fit ex medio & attributo: Adſumptio ex ſubiecto & medio, vnde ſubiecti & attributi conuenientia perſpicitur. Scitum eſt autem, quod Ariſtoteles ſcribit, ex figuris omnibus hãc eſſe ad docendum accommodatiſſimã, & mathematicas omnes ſcientias, veluti Arithmeticam, & Geometriam, ſuas in hac figura demonſtrationes concludere: propterea quòd omnes quæ cauſſa rei ſit, declarant. certiſſimum autem & exquiſitiſſimum ſciendi genus eſſe, per quod rei cuiuſque cauſſa intelligitur.

Cedo exemplum primæ figuræ. Eſto poſita quæſtio. An ſobrietas ſit laudabilis, Sobrietas minus extremum eſt. laudabilis, maius. Adhibeatur medium ex genere minoris, Virtus. Tum ita diſſeratur.

Virtus eſt laudabilis	2 laudabilis	A
Sobrietas eſt virtus	1 virtus 4	B
Ergo ſobrietas eſt laudabilis	Sobrietas 3	C

Nam genus Subiecti quæſitum eſt, Virtus: quæ inter duo quæſtionis extrema ita interiicitur, vt in propoſitione ſit ſubiectum attributi, & in adſumptione attributum ſubiecti. Quod autem generi conuenit, etiam ſpeciei conueniat neceſſe eſt. Itaque ad hunc locum illud quoque pertinet: Quæ mulier lac habet, ea peperit.

Quomodo Medium ſupra vtrumque extremum collocatur? Cum de ambobus extremis pronuntiatur: id eſt, cum & in propoſitione & in adſumptione vtriuſque extremi attributum eſt. veluti, Ponatur quæſtio, an aliqua ebrietas ſit laudabilis. Deinde ſumatur Medium, ex repugnantibus attributi, nimirum Turpe.

Nihil quod dementat eſt laudabile	1 Laudabilis	B
Omnis ebrietas eſt dementans	2 Dementans 4	A
Nulla igitur ebrietas eſt laudabilis.	Ebrietas 3	C

In hac autem figura hoc perpetuum eſt, vt nulla ex ea colligi adfirmatio poſſit.

Quomodo medium ſub vtroque extremo collocatur? Cùm de Medio vtrunque extremum pronuntiatur. Cùm & in propoſitione & in adſumptione Medium vtriuſque extremi ſubiectum eſt. veluti, Ponatur quæſtio, An aliqui homines ſint atri. deinde ſumatur Medium ex ſpecie: nimirum, Aethiopes.

Æthiopes ſunt atri	2 Atri		A
Aliqui homines ſunt Æthiopes	1 Æthiopes	3	C
Ergo aliqui homines ſunt atri.	Aliqui homines	4	B

Huius autem figuræ hoc proprium eſt, vt concluſio ſemper ſit particularis. veluti,

Socrates eſt probus
Socrates eſt Philoſophus
Ergo aliqui Philoſophi ſunt probi.

Poſſumúſne, quoniam hæ Figuræ appellantur, & ex mathematicorum conſuetudine ſumtæ ſunt, deſcriptionem earum aliquam ob oculos ponere? Licet verò, idque Ariſtotelis exemplo, qui cùm adoleſcentibus in mathematicis artibus eruditis Logicam traderet, accuratè iſtam figurarum & deſcriptionum cõſuetudinem ſeruauit.

Prima igitur figura hæc eſto.	Secunda hæc.	Tertia huiuſmodi.
Si de B dicitur A. B autem d C. Certè de C dicitur A.	Si de A non dicitur B. De C autem dicitur A. Certè de C non dicitur B.	Si de C dicitur A De B autem dicitur C. Certè A dicitur de B.

Ita B, quæ medij nota eſt, in prima ſuum locum obtinent: in ſecunda ſummum, in tertia infimum.

A.	B.	A.
B.	A.	C.
C.	C.	B.

De Modis primæ figuræ.

CAP. V.

QVot ſunt modi primæ figuræ? Quatuor tantùm modis variari prima figura poteſt. qua de cauſſa quatuor eiuſmodi numerantur. quoniam autem eorum modorum fluxa memoria eſt, idcirco adiuuandæ memoriæ cauſſa, vulgò in ſcholis receptum eſt, vt quatuor primis vocalibus hi quatuor deſignentur modi. nam A vniuerſalis adfirmatiuæ nota eſt. E vniuerſalis negatiuæ. I particularis adfirmatiuæ. O particularis negatiuæ. vnde ficta vocabula, γράμματα, ἔγραψε, γραφίδι, τεχνικός. ἔγραψε, κάτεχε, μέτριον, ἄχολον: ἅπασι, σίναρος: ἰσάκις, ἀσπίδι, ὁμαλὸς, φέρισος. Et latini verſiculi:

Barbara, celarent, primæ. darij, ferióque,
Ceſare, cameſtres, feſtino, baroco, ſecundæ:
Tertia grande ſonans dedit, darapti. felapton.
Adiungens, diſamis, datiſi, bocardo, ferizon.

Primæ autem figuræ hæc ratio eſt, vt Barbara valeat ad rem ex toto confirmandam: Celarent ad rem ex toto refellendam: Darij ad rem ex parte confirmandam: Ferio ad rem ex parte refellendam.

Age, quis eſt primus primæ figuræ modus? Cùm è propoſitione & adſumptione vtraque & vniuerſali, & adfirmatiua, vniuerſalis & adfirmatiua concluſio cogitur. atque hoc quidem primo modo genus omne quæſtionis tractari poteſt: ſed cautio adhibenda eſt, vt propoſitio ſit vniuerſalis, & adſumptio adfirmatiua.

Bar	*Omne animal eſt mortale*	2	
ba	*Omnis homo eſt animal*	1	4
ra	*Ergo omnis homo eſt mortalis.*		3

Quodnam huius ſyllogiſmi firmamentum eſt?

A Medium eſt ex genere ad ſpeciem, cuius hoc firmamentum eſt: Quod generis proprium eſt, idem ſpeciei quoque proprium eſt. Nam propoſitio proprij adfectione continetur. Proprium enim animalium eſt mori. quod cùm de inanimatis dicitur, veluti de ſtirpibus, tranſlatè dicitur. aſſumptionem verò generis adfectio ſuſtinet.

Quis eſt ſecundus? Cùm è propoſitione vniuerſali negatiua & adſumtione vniuerſali adfirmatiua

B concluſio vniuerſalis negatiua cogitur. Semper enim (vt antè diximus) ad deteriorem ſe partem applicat concluſio veluti.

Ce	*Nullus ſapiens eſt auarus*	2	
la	*Omnis Philoſophus eſt ſapiens*	1	4
rent	*Ergo nullus Philoſophus eſt auarus.*		3

Quod eſt huius Syllogiſmi firmamentum? Locus eſt ex genere ad ſpeciem, cuius hoc firmamentum eſt. Quod generi repugnat, idem ſpeciei quoque

C repugnat. Nam propoſitio repugnantium adfectione continetur. adſumptio generis.

Quis eſt tertius? Cùm è propoſitione vniuerſali adfirmatiua, & adſumptione particulari adfirmatiua concluſio particularis adfirmatiua cogitur. Semper enim (vt dixi) deteriorem partem concluſio ſequitur. veluti,

Da	*Omne inutile eſt fugiendum*	2	
ri	*Quædam artes ſunt inutiles*	1	4
j	*Ergo quædam artes ſunt fugiendæ.*		3

D Quodnam huius firmamentum eſt? Locus eſt ex genere ad ſpeciem, cuius hoc firmamẽtum eſt: Quod generis eſt conſequens, idem quoque ſpeciei eſt conſequens. Nã propoſitio conſequentium ratione continetur: aſſumtio, generis.

Quis eſt quartus? Cùm ex proportione vniuerſali negatiua, aſſumtione particulari affirmatiua, concluſio particularis negatiua cogitur. veluti:

Fe	*Nullus ſapiens mærore conficitur*	2	
ri	*Quidam Philoſophi ſunt ſapientes*	1	4
o	*Quidam igitur Philoſophi mærore non conficiuntur.*		3

E Locus eſt ex genere ad ſpeciem, cuius hoc firmamentum eſt: Quod generi repugnat, idem ſpeciei repugnat. Nam propoſitio repugnantium ratione ſuſtinetur: aſſumtio generis.

De quatuor ſecundæ figuræ modis.

F CAP. VI.

QVOT ſunt Modi ſecũdæ figuræ? Quatuor: quorum primus eſt cùm ex propoſitione vniuerſali negatiua, & aſſumtione vniuerſali adfirmatiua, ſequitur concluſio vniuerſalis negatiua. veluti,

Cæ	*Nullus perturbatus ratione bene vtitur*	2	
ſa	*Omnis ſapiens ratione bene vtitur*	1	4
re	*Nullus ergo ſapiens eſt perturbatus.*		3

G Locus eſt ex proprio: cuius hoc firmamentum eſt, Quod proprio non conuenit, ſpeciei non conuenit. Nam propoſitio repugnantium ratione animatur: adſumtio proprij. Repugnant autem ſapientem eſſe, & non bene ratione vti.

Quis eſt ſecundus? Cùm ex conuerſis ſuperioribus propoſitionibus cõuerſa cõcluſio efficitur. Sola enim propoſitionũ inuerſione è ſuperiore diſcrepat. veluti,

Ca

Ca *Omnis Tyrannus eſt crudelis* 1
meſ *Nullus vir bonus eſt crudelis* 2 } 4
tres *Nullus vir bonus eſt Tyrannus.* 3

Locus eſt ex Repugnantibus, cuius hoc firmamentum eſt: Quod vni Repugnantium conuenit, alteri nõ conuenit. Nam propoſitionem proprij adfectio continet: adſumtionem repugnantia.

Quis eſt Tertius? Cùm ex propoſitione vniuerſali negatiua, & adſumtione particularis negatiua: veluti,

Fe *Nulli ſapientes ſecum ipſi diſſident* 1 }
ſti *Quidam Philoſophi ſecum ipſi diſſident* 2 } 4
no *Quidam igitur Philoſophi non ſunt ſapientes.* 3

Locus eſt ex genere. cuius hoc firmamentum eſt. Quod generi repugnat, id ſpeciei quoq; repugnat. Nã propoſitio eſt ex repugnantibus: adſumtio ex genere.

Quis eſt Quartus? Cùm ex propoſitione vniuerſali adfirmatiua, & adſumtione particulari negatiua, particularis negatiua concluſio ſequitur. veluti,

Ba *Omnis ſapiens virtute contentus eſt* 1
ro *Quidã Philoſophi virtute contenti nõ ſunt* 2 } 4
co *Quidam igitur Philoſophi ſapientes non ſunt.* 3

Locus eſt ex Repugnantibus, cuius hoc firmamentum eſt. Quod vni conuenit, alteri non conuenit. propoſitio eſt ex proprio, adſumtio ex repugnantibus.

De ſex tertiæ figuræ Modis.

Cap. VII.

Qvot ſunt modi tertiæ figuræ? Sex. quorum primus eſt cùm ex propoſitione & adſumtione vniuerſalibus adfirmatiuis, particularis adfirmatiuis, particularis adfirmatiua concluſio conficitur.

Da *Omnes fœneratores ſunt auari* 2
rap *Omnes fœneratores ſunt pecunioſi* 1 } 3
ti *Aliquis igitur pecunioſus eſt auarus.* 4

Locus eſt ex cauſſa ſine qua non, cuius hoc firmamentum eſt: A quo abeſt cauſſa ſine qua non, ab eo abſit effectus neceſſe eſt. Propoſitio eſt ex proprio, adſumtio ex cauſſa.

Quis eſt Secundus? Cùm ex propoſitione vniuerſali negatiua, & adſumtione vniuerſali adfirmatiua, particularis & negatiua concluſio ſequitur. veluti,

Fe *Nullus filiusfa. eſt ſui iuris* 2 }
lap *Omnis filiusfa. eſt liber* 1 } 3
ton *Ergo non omnis liber eſt ſui iuris.* 4

Locus eſt ex ſpecie ad genus, cuius hoc firmamentum eſt: Quod ſpeciei conuenit, generi conuenit. Propoſitio eſt ex conſequentibus: adſumptio ex ſpecie.

Quis eſt Tertius? Cum ex propoſitione particulari adfirmatiua, adſumtione vniuerſali adfirmatiua particularis adfirmatiua concluſio ſequitur. veluti,

Di *Aliquis fœnerator eſt improbus* 2 }
ſa *Omnis fœnerator eſt pecunioſus* 1 } 3
mis *Aliquis ergo pecunioſus eſt improbus.* 4

Locus eſt ex cauſſa ſine qua non: cuius idem firmamentum, eſt quod paulo antè cõmemorauimus. Propoſitio ſumitur ex adiunctis: adſumtio ex cauſſa.

Quis eſt quartus? Cùm ex propoſitione vniuerſali adfirmatiua, aſſũtione particulari adfirmatiua, particularis adfirmatiua cõcluſio cõficitur. qui modus à tertio ſola propoſitionũ diſpoſitione diſcrepat. veluti,

Da *Omnis fœnerator eſt improbus* 2 }
ti *Aliquis fœnerator eſt pecunioſus* 1 } 3
ſi *Ergo aliquis pecunioſus eſt improbus.* 4

A Locus & firmamentum eiuſdem modi quem proximè expoſuimus.

Quis eſt quintus? Cùm ex propoſitione particulari negatiua, adſumtione vniuerſali adfirmatiua, particularis negatiua concluſio colligitur. veluti,

Bo *Aliquis mercator non eſt improbus* 2 }
car *Omnis mercator eſt pecunioſus* 1 } 3
do *Aliquis igitur pecunioſus non eſt improbus.* 4

Locus eſt ex cauſſa ſine qua non. Propoſitio verò

B ex accidenti.

Quis eſt ſextus? Cùm ex propoſitione vniuerſali negatiua, adſumtione particulari adfirmatiua, particularis negatiua concluſio efficitur. veluti:

Fe *Nullus ſapiens eſt improbus* 2
ri *Aliquis ſapiens eſt pecunioſus* 1 } 3
ſon *Non omnis igitur pecunioſus eſt improbus.* 4

Locus eſt ex Accidenti firmamentum propoſitionis ex Repugnantibus.

C

De Syllogiſmo copulato, & primùm de figuris conditionalis.

Cap. VIII.

Qvid ſequitur nunc? Quoniam ad mediocrem Dialecticæ cognitionem ſatis de puro & ſimplici Syllogiſmo dictum eſt, vt deinceps de hypothetico ſiue copulato diſſeramus. Eſt autẽ Syllogiſmus copulatus, Oratio quę ex hypotheticæ propoſitionis,

D parte altera, eive oppoſita, partem alteram eive oppoſitam concludit. Quoniam autem vis omnis huius ſyllogiſmi in ſuperiore ineſt, neque tantus ipſius eſt vſus, vt eum Ariſtoteles tractatione ſit dignatus (omnes enim ſuos ſyllogiſmos Ariſtoteles ex ſimplicibus pronuntiatis cõfecit, nullos ex diſiunctionibus & coniunctionibus) modicè nos quoque genus hoc diſputationis attingemus.

Quotuplex eſt Syllogiſmus copulatus? Triplex: ex conditione, diſiunctione & coniunctione. Atque hic

E nimirum eſt, de quo tam valde & tam ſæpe Cicero commemorat: cuius longè plurimæ (vt ſuperiùs diximus) argumentationes magis Stoicæ ſunt, quàm Ariſtotelicæ.

Quot ſunt figuræ Syllogiſmi conditionalis? Tres: quarum prima eſt cùm propoſitionis conditionalis adfirmatiuæ vel ponitur antecedens, vt cõſequens ponatur: vel negatur antecedens, vt conſequens negetur. Appellant autem Dialectici (inquit Cicero) eam concluſionem argumenti, in qua cùm primum ſumſeris,

F conſequitur id quod connexum eſt, primum concluſionis modum. veluti: Si ſol lucet, dies eſt. ſol autem lucet. dies eſt igitur. Ipſa enim ratio connexi (vt ait alio loco Cicero) cùm conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. Poſterioris autem hoc exemplum eſt. Si ſol non lucet, dies non eſt. ſol autem non lucet. dies igitur non eſt.

Quæ eſt ſecunda? Cùm propoſitionis conditionalis vel adfirmatiuæ negatur conſequens, vt antecedens negetur: vel negatiuæ conſequens adfirmatiuæ pro-

G nuntiatur, vt antecedens ponatur. veluti: Si ſol lucet, dies eſt. non eſt autem dies: ſol igitur non lucet. Item: Si ſol non lucet, dies non eſt. Eſt autem dies. ſol igitur lucet. Vtranq; figuram Cicero lib. de Diuinatione 2. coniunxit: Si dij ſunt, eſt diuinatio. ſunt autem dij. eſt ergo diuinatio. Multo eſt probabilius: Non eſt autem diuinatio: non ſunt ergo dij. Nam cùm id quod annexum eſt negaris, vt id quoque cui fuerit annexum

negetur, ſecundus appellatur concludendi modus: inquit Cicero in Topicis. In lib. autem de Finib. 4. Huius concluſionis firmamentum hoc profert: Docent (inquit) Dialectici, ſi ea quæ rem aliquam conſequantur, falſa ſint, falſam illã ipſam eſſe quã ſequantur. Ita fit illa concluſio non ſolùm vera, ſed ita perſpicua, vt Dialectici ne rationem quidem reddi putent oportere. Si illud, hoc: non autem hoc: ne illud quidem. Et paulo poſt: Teneamus enim illud neceſſe eſt, cum cõſequens aliquod falſum eſt, illud cuius id conſequens ſit, non poſſe eſſe verum. Ex eodem genere illa Ciceronis concluſio eſt: Si pares ſunt omnes virtutes, paria etiam omnia vitia ſunt. Non ſunt autem vitia paria, nec virtutes igitur.

Quæ eſt tertia? Cùm propoſitionis conditionalis negatiuæ ſumitur antecedens, vt tollatur conſequens. veluti: Non & ſol lucet, & dies non eſt. Sol autem lucet. Non igitur dies non eſt. Nam cùm aliqua coniuncta negaris, & his alia negatio rurſus adiungitur: & ex his primum ſumpſeris, vt quod relinquitur tollendũ ſit: is tertius appellatur concluſionis modus, inquit Cicero in Topicis. vbi meminiſſe illud te oportet, quòd ſuperiùs monuimus, quo loco Cicero hæc tractat, quamuis Antecedentia, Conſequentia, & Repugnantia nominet, tamen non quaſi argumentorum locos, ſed tanquam eorum tractandorum formam & rationem exponi. quod ipſe quoque diſputationis illius initio his profitetur verbis: Cum tripartitò diſtribuatur locus hic, reperiendi argumenti locus ſimplex eſt, tractandi triplex.

De ſyllogiſmo diſiunctiuo.

Cap. IX.

Deinceps de diſiunctione videamus. Quotuplex eſt ſyllogiſmus diſiunctiuus? duplex. Nam aut duabus tantùm partibus conſtat, aut pluribus. verùm ille propriè dicitur per diſiunctionem tractari, hic verò per partium enumerationem. Rurſus ſyllogiſmus diſiunctiuus duplex eſt. nam aut ad partem alterutram vel confirmandam, vel refellendam adhibetur: aut ad vtranque. Atque hic poſterior propriè Dilemma nominatur.

Quot ſunt figuræ ſyllogiſmi diſiunctiui? Duæ: quarum prior eſt, cùm propoſitionis diſiunctiuæ altera pars ſumitur, vt altera tollatur. Nam in diſiunctione, plus vno verum eſſe non poteſt. Atque hic quartus connexæ concluſionis modus appellatur. veluti, Aut ſtat, aut mouetur. Stat autem, non mouetur igitur. Sic enim (vt Cicero ſcribit) Dialectici ſtatuũt, omne quod ita diſiunctum ſit, quaſi aut etiam, aut non, non modò verum eſſe, ſed etiam neceſſarium. & lib. de Nat. deor. 1. In omnibus diſiunctionibus, in quibus, aut etiam, aut non poneretur, alterum verum eſſe.

Quæ eſt ſecunda? Cùm propoſitionis diſiunctiuæ altera pars tollitur, vt altera ponatur: qui copulatæ cõcluſionis quintus eſt modus. veluti: Numerus aut par eſt, aut impar. Impar autem hic non eſt. Par eſt igitur.

Quodnam huius eſt axioma? In ſyllogiſmo diſiunctiuo neceſſe eſt alterum ex duobus quæ diſiunguntur verum, alterum falſum eſſe. Nam eæ demum diſiunctiones ad has concluſiones valent, quæ ex iis contrariis ſumuntur, quæ neque medium habent, & quotum alterutrum eſſe neceſſe eſt: de quibus ſuo loco diſſeruimus. veluti illa quæ modò poſuimus. Item illud: Aut dormit, aut vigilat. Aut cœlebs eſt, aut maritus. Omne animal aut agit, aut patitur. Itaque ſi inter diem & noctem eſt diluculum, vulgata concluſio non valeret: Aut dies eſt, aut nox eſt. Illa autem perſpicuè vitioſa eſt, Aut ſtat, aut ſedet. poteſt enim cubare, quod neutrum eſt. Aut albus eſt, aut niger. poteſt enim fuſcus eſſe: qui eſt vtriuſque particeps. Aut mas eſt, aut fœmina. Poteſt enim eſſe hermaphroditus. Item, mulier eſt aut pulchra, aut deformis. Poteſt enim ſtata eſſe forma.

B

De figuris Syllogiſmi coniunctiui.

Cap. X.

Antequam de aliis diſiũctiuis diſſeramus, locum hunc de Copulato ſyllogiſmo abſolui oportet. Quot ſunt figuræ coniunctiui ſyllogiſmi? Duæ: quarum prior eſt cùm propoſitionis connexæ negatiuæ altera pars ſumitur, vt altera tollatur: qui ſextus numeratur modus. veluti, Non & dies & nox eſt. at nox non eſt. dies eſt igitur. C

Quæ eſt ſecunda? Cùm propoſitionis connexæ negatiuæ altera pars tollitur, vt altera ponatur. qui ſeptimus cenſetur modus. veluti,

Terra non & grauis eſt, & leuis.
At non eſt leuis. grauis eſt ignis.

Nam hic ſyllogiſmus ex coniunctionum negantia conficitur.

In quibus cõtrariis cõiunctiuus ſyllogiſmus valet? D In iis quæ neque medium habent, & quorum vtrunque verum eſſe non poteſt: ſed quorum vno ſumto vel negato, alterum vel tollitur, vel ſequitur. veluti: Non & vigilat, & dormit. At quæ ſunt huiuſmodi, vt vel eorum vtrunque verum eſſe poſſit, vel vtrunque ſimul & neutrum, non valet. Itaque longè diſſimilis diſiunctiui & coniunctiui ſyllogiſmi ratio eſt.

Cedo exemplum. Vera illa diſiunctiua eſt: Omne animal aut facit, aut patitur. At hæc coniunctiua non valet: Non & agit, & patitur. Poteſt enim facere & pati ſimul: vt ait Proculus Iuriſconſultus. Similiter illa vitioſa eſt, Non & adſpectus eſt, & cæcitas. Lippitudo enim interiecta eſt. Item illa: Non & mas & fœmina eſt. Poteſt enim hermaphroditus eſſe. Non & terrenum animal eſt, & aquatile. poteſt enim eſſe anceps. E

De Dilemmate.

Cap. XI.

Deinceps de Dilemmate videamus. Quid eſt dilemma? Concluſio, per quam ex duobus propoſitis, vtrum aduerſarius vel conceſſerit, tollitur, vel negarit, confirmatur. Itaque & ad confirmandum & ad refellendum valet. Atque ex neceſſariarum concluſionum numero eſt. nam ſi vera eſt, reprehendi non poteſt: & ea demum vera eſt, quæ neque conuerſione, neque partis infirmatione reprehendi poteſt. Verbum ex δὶς & λαμβάνειν fictum eſt: quoniam ambæ ſpecies vtrinque ſic collocantur, vt elabi aduerſarius quaſi circumuentus non poſſit. qua de cauſſa Cicero Complexionẽ illã appellat. nã quocunque ſe aduerſarius verterit, tenetur. Itaque ad hanc concluſionem illud Ciceronis in Verrina Diuinatione pertinet, vbi de Q. Hortenſio loquitur: Quoties ille tibi poteſtatẽ optionẽmque facturus ſit, vt eligas vtrum velis: factum eſſe, necne: verum eſſe, an falſum: vtrum dixeris, id contra te futurum. F G

Cedo exemplum veri dilemmatis. Si quis Cæſari infi-

inſidiatur,eſt aut ex amicis,aut ex inimicis. At neque ex amicis,neque ex inimicis quiſquam inſidiatur, nullus igitur inſidiatur.quo argumento Cicero in. ea pro Marcello eſt vſus.Sic,Si ciuis eſt,aut natus eſt, aut factus.at neque factus,neque natus eſt.non eſt igitur ciuis.Simile illud eſt in Academicis: Quodcunque videtur,id aut falſum eſt,aut verum.at neque verum,neque falſum poteſt percipi. nullum igitur eſt viſum, quod percipi poſſit. Item illud in lib.de Diuin.2. Si prouideri nihil poteſt futurum eſſe eorum quæ caſu fiunt, quia eſſe certè non poſſunt, diuinatio nulla eſt. Sin autem idcirco poſſunt prouideri, quia certa ſunt & fatalia:rurſus diuinatio nulla eſt. eam enim tu fortuitarum rerum eſſe dicebas.

Quod eſt dilemma vitioſum? Vitium dilemmatis eſt triplex:in vtraque parte,in alterutra duntaxat, aut in pluribus.In vtraque vitium eſt,cùm per conuerſionem retorqueri poteſt:hoc eſt, cùm eadem diſiūctione id adfirmatur,quod erat eadem diſiunctione negatum.quod reprehenſionis genus eſt acutiſſimum. In alterutra verò,cum alterutra pars infirmatur. In pluribus,cùm pro plurium partium diſiunctione duæ tantummodo expoſitæ ſunt.

Cedo exemplum conuerſionis. Sumatur illud Ennij ex Herennianæ Rhetoric.lib.11.

Iniuria abs te adficior indigna,pater.
Nam ſi improbum Treſphontem exiſtimaueras,
Cur me huic locabas nuptiis?ſin eſt probus,
Cur talem inuitam inuitum cogis linquere?

Huic dilemmati vitioſo Pater ita ex contrario reſpondet,

Nulla te indigna nata adficio iniuria.
Si probus eſt,benè locaui:ſin eſt improbus,
Diuortio te liberabo incommodis.

Cedo exemplum partis infirmatæ. Sumatur ex eodem:Nam illud vitioſum:

Nam ſi improbum Treſphontem exiſtimaras.
Cur me huic locabas nuptiis? poſt ita reſpondetur.
Duxi probum. valet autem (credidi)
Erraui,poſt cognoui,& fugio cognitum.

Cedo aliud exemplum de conuerſione.Non eſt ducenda vxor:quoniam vxore mortua,in luctum: liberis mortuis, in orbitatem incidimus. imo eſt ducenda: quia vxore mortua, ex liberis ſolatium capitur: mortuis liberis,ex coniuge. Extat etiam apud Agellium lib.9.cap.vlt.vbi lex hæc proponitur : Vir fortis præmio quod optauerat donetur.Qui fortiter fecerat.petiit alterius vxorem in matrimonium , & accepit. Is deinde cuius ea vxor fuerat, fortiter fecit. repetit eandem.Dilemma eſt actoris.Si placet lex,redde : ſi non placet,reddo.Conuerſio defenſoris:Si placet lex,non reddo:ſi non placet non reddo. Cùm autem hoc ſit acutiſſimum argumentum, falli certè abſurdiſſimè videntur,qui hanc conuerſionem ad Sophiſmata retulerunt.

Cedo item aliud.Sumatur illud ex eodem Agelli lib.5.cap.10. Quod etiam vulgò inter Sophiſmata referri ſolet.Euathlus adoleſcens,diues,eloquentiæ diſcendæ,cauſarúmque orandi cupiens fuit. Is in diſciplinam Protagoræ ſeſe dedit : daturúmque promiſit mercedem,grandem pecuniam,quantam Protagoras petiuerat. dimidiúmque eius dedit iam tunc ſtatim prius,quàm diſceret. Pepigítque vt reliquum dimidium daret,quo primo die cauſſam apud iudices oraſſet & viciſſet. Poſtea , quum diutius auditor adſectatórque Protagoræ fuiſſet:& in ſtudio quidem facundiæ abundè promouiſſet : cauſſas tamen non reciperet,tempúſque iam longum tranſcurreret, & facere id videretur,ne reliquum mercedis daret:conſilium cepit Protagoras, vt tum exiſtimabat,aſtutum. Petere inſtitit ex pacto mercedem. litem cum Euathlo conteſtatur. Et cum ad iudices coniiciendæ conſiſtendæque cauſſæ gratia veniſſet, tum Protagoras ſic exorſus eſt:Diſce,inquit,ſtultiſſime adoleſcens vtroque id modo fore,vti reddas quod peto, ſiue contra te pronuntiatum erit,ſiue pro te. Nam ſi contra te lis data erit,merces mihi ex ſententia debebitur, quia ego vicero.Sin verò ſecundùm te iudicatum erit,merces mihi ex pacto debebitur,quia tu viceris. Ad ea reſpondit Euathlus : Potui,inquit,huic tuæ tam ancipiti captioni eſſe obuiam,ſi verba non ipſe facerem : ſed alio patrono vterer. Sed maius mihi in iſta victoria proludium eſt:cùm te non in cauſſa tantùm,ſed in argumento quoque iſto vinco. Diſce igitur, tu quoque magiſter ſapientiſſime,vtroque modo fieri,vti non reddam quod petis : ſiue contra me pronuntiatum fuerit, ſiue pro me.Nam ſi iudices pro cauſſa mea ſenſerint,nihil tibi ex ſententia debebitur:quia ego vicero.ſin contra me pronuntiauerint,nihil tibi ex pacto debebo : quia ego non vicero.Tum iudices dubioſum hoc, inexplicabiléque eſſe,quod vtrinque dicebatur, rati : ne ſententia ſua vtrancunque in partem dicta eſſet ipſa ſeſe reſcinderet : rem iniudicatam reliquerunt, cauſſámque in diem longiſſimam diſtulerunt , Sic ab adoleſcente diſcipulo magiſter diſciplina eloquentiæ inclytus ſuo ſibi argumento confutatus eſt,& captionis verſutè excogitatæ fruſtratus fuit.

Cedo exemplum de vitio in numero partium.Extat apud eundem Agellium lib.5, cap.11. quo Bias concludebat vxorem non eſſe ducendam: quia qui habet pulchram,habet κοινὴν : qui deformem,ποινήν. At rectè Phauorin⁹ docuit,vitiū eſſe in eo,quod pars omiſſa eſt. Poteſt enim ſtata & mediocri forma vxor duci,

De partium enumeratione.

CAP. XII.

SEQVITVR,opinor , vt de multiplici diſiunctione quæ Partium enumeratio appellatur, diſſeramus. Quid eſt Partium enumeratio? Eſt formula tractandi loci vel ex ſpeciebus vel ex partibus : cùm aut de genere totóve aut de vna ſpecie,partéve cocluditur.id eſt,vel affirmatur,vel negatur.In quo vitium maximum eſt,ſpeciem vllam partemve principalem prætermittere.

Quæ ſunt Enumerationis regulæ? Eædem prorſus, quas ſuperiùs in loco ex ſpecieb⁹ ad genus, aut ex partibus ad totum expoſuimus.ſed illa primaria , quam modò dixi, ne qua vel ſpecies vel pars idonea prætermittatur.Itaque illinc adſumentur,quę ad hunc locum pertinebunt.Tantùm illud adſcribemus,cauſſarū coniunctionem & concurſum videri ad locum pertinere.

Quotuplex huius loci vis eſt?Triplex.nam aut vniuerſum confirmat,aut vniuerſum refellit,aut vnam de omnibus partem remotis ceteris adfirmat.Vniuerſum autem adfirmatur , cùm ex coniunctis vel formis genus, vel partibus totum concluditur. Quinetiam ex cauſſis eodem modo concludi euentus poteſt. Idem refellitur cùm ex iiſdem diſiunctis & remotis totum remouetur. Pars autem adfirmatur, cùm ſingulis diſiunctis & reliquis remotis , vna quæ ſupereſt, concuditur.

Cedo exemplum de adfirmatione generis. Sumatur illud ex lib.de diuinat.1.Si ſunt dij,neque ante declarāt

hominibus quę futura ſunt,aut non diligunt homines: aut quid euenturum ſit,ignorant: aut exiſtimant nihil intereſſe hominum ſcire,quid futurum ſit aut non cēſent eſſe ſuæ maieſtatis,præſignificare hominibus quę ſunt futura: aut ea ne ipſi quidem dij ſignificare poſſunt. At neque non diligunt nos: ſunt enim benefici, generiſque hominum amici neque ignorant ea quę ab ipſis cōſtituta,& deſignata ſunt, neque noſtra nihil intereſt,ſcire ea quæ euentura ſunt.erimus enim cautiores, ſi ſciemus: neque hoc alienum ducunt maieſtate ſua:nihil eſt enim beneficentia præſtantius.neque non poſſunt futura prænoſcere. non igitur ſunt dij:nec ſignificant futura.Sunt autem dij.ſignificant ergo.

Cedo exemplum de refutatione generis vniuerſi. Sumatur illud ex lib. de nat.deorum 3. Omne corpus, aut aer,aut aqua, aut ignis, aut terra eſt: aut id quod eſt concretum ex his, aut ex aliqua parte eorum. horum autem nihil eſt quod non intereat. Nihil igitur ſempiternum eſt.

Cedo exemplum de adfirmatione Totius. Dixi ſuperiùs in loco ex partibus regulam huius adfectionis hanc eſſe:Poſitis partibus compoſitis,totum concedi. quare videndum, vt forma & compoſitio ſimul adſit: veluti:Si fundamentum eſt,& parietes,contignatio,& tectum,& omnia compoſita:certè eſt domus. Si & radix eſt & truncus, & rami, & folia, & omnia forma cōſtent: id eſt nō auulſa,aut exciſa ſint:certè eſt arbor.

Cedo exemplum de adfirmatione ex cauſſarum concurſu. Superiùs dictum eſt,ex cauſſarum omnium concurſu & enumeratione effectum concludi. veluti: Si eſt aqua cum hordeo & lupulo ad potum cocta, eſt ceruiſia. Si & acuto ingenio eſt, & diſputandi arte inſtitutus,& in eadem exercitatus, eſt Dialecticus. Atque hoc loco ſæpe Oratores in coniecturalibus conſtitutionibus vtūtur. Iuriſconſulti in pręſumtionibus. veluti in illo Herennij: Aiax in ſylua poſtquàm reſciuit,quæ feciſſet per inſaniam,gladio incubuit. Vlyſſes interuenit.occiſum conſpicatur. E corpore cruentum telum educit. Teucer interuenit. cùm fratrem occiſum, & inimicum fratris cum gladio cruento videt, capitis arceſſit.

Cedo exemplum de partis vnius adfirmatione. Locus hic aut duarum partium eſt, aut plurium. de duabus ſumatur exemplum illud ex Cluentiana: Sed cùm eſſet hęc illi propoſita conditio,vt aut iuſtè piéque accuſaret, aut acerbè indignéque moreretur: accuſare quoquomodo poſſet, quam illo modo emori maluit. Item: Si conſtat corruptum illud eſſe iudicium,aut ab Habito, aut ab Oppianico corruptum eſt.ſi doceo nō ab Habito,vinco nō ab Oppianico:ſi oſtendo ab Oppianico,purgo Habitum.

Cedo exemplum de pluribus.Sumatur illud ex Rabiriana:Atqui videmus hęc in rerum natura tria fuiſſe: vt aut cum Saturnino eſſet,aut cum bonis, aut lateret. Latere mortis erat inſtar turpiſſimæ: cum Saturnino eſſe furoris & ſceleris:virtus & honeſtas & pudor eum cum Conſulibus eſſe cogebat. Item illud ex lib. de Orat.2. Aut Senatui parendum de ſalute Reip.fuit,aut aliud conſilium conſtituendum,aut ſua ſponte faciendum. Aliud conſilium ſuperbum,ſuum arrogans:vtēdum igitur fuit conſilio Senatus.

De Enthymemate.

Cap. XIII.

Quoniam de Syllogiſmo ſatis videtur dictū, deinceps ad Enthymema veniam in quo locū eſſe medio ſuperiùs dixiſti. Quid eſt Enthymema? Argumētatio quæ ex ſola ꝓpoſi-

A tione,vel adſumtione conſtat. Itaque συλλογισμὸς ἀτελής, id eſt trunca, mutila,imminuta ratiocinatio ab Ariſtotele appellatur. Nam in eo medium quidem vi ipſa ineſt, ſed tamen diſertè nō apponitur. Dicitur autem παρὰ τὸ ἐνθυμεῖσθαι id eſt cogitare & commentari: vnde Commentum à Quintiliano & Commentatio: Latinè nominatur.

Quotuplex eſt Enthymema? Ego triplex facio. Vulgare, Ariſtotelicum,& Ciceronianum. Vulgare autem
B dico ex vulgi opinione, qua Enthymemata nominantur omnes ſyllogiſmi trunci:id eſt, in quibus vel propoſitio, vel adſumtio deeſt:quæ nos ſuperiùs argumēta nominari diximus. veluti, Virtus ſola res eſt,qua vti nemo malè poteſt. Ergo ſola virtus eſt bonum. Addatur propoſitio:fiet Syllogiſmus. Id demum bonum eſt, quo nemo vti malè poteſt. Item, Pecunia quiſque vti malè poteſt. Ergo non eſt bonum. Addita propoſitione, fiet Syllogiſmus. Nihil bonum eſt, quo quiſque male vti poteſt. Item: Sapiens eſt: ergo eſt beatus: id
C eſt ex loco generis Medium. Omnes ſapiētes ſunt beati. quo adhibito plenus & perfectus exiſtet ſyllogiſmus.

Quod eſt Enthymema Ariſtotelicum? Quod conſtat ἐκ τῶν εἰκότων καὶ σημείων: id eſt,cōſentaneis & ſignis. Cōſentaneum eſt,quod adiunctum probabile,aut veriſimile, in locorum tractatione appellari diximus. Itaque ex loco adiunctorum tota hæc ſumitur argumentatio. veluti: Cui quis inuidet, eum odit. Quoniam hic miles eſt,glorioſus eſt. Quoniam auarus eſt, etiam
D contemtor eſt iuriſiurandi. Quoniam ſtudioſus eſt, à bello alienus eſt. Cauſſa tum dubia (inquit in Ligariana Cicero) quòd erat aliquid in vtraque parte quæ probari poſſet: nunc melior ea certè iudicanda eſt, quam etiam dij adiuuerunt. Et in Lælio: Quàm charus ciuitati Scipio fuerit, mœrore funeris indicatū eſt.

Quid eſt,conſtare ἐκ τῶν σημείων? Signum eſt, quod ex eo quod eſt, aliud quid eſſe arguit. Eſt autem aut nō neceſſariū,aut neceſſarium. quod Græci τεκμήριον vocant. Non neceſſarium eſt, veluti, Si cui celeriter
E arteria mouetur,febricitat. Si pallet, ægrotat. Si corpus eſt luridum,veneno interiit. Si puluerulētis eſt pedibus, redit ex itinere. Si Ægyſtus eſt deſidioſus, eſt adulter. Neceſſarium autem, ſiue τεκμήριον eſt: veluti: Si cicatrix eſt, fuit vulnus. Si lac habet, peperit. Si vmbra eſt,corpus eſt in ſole.

Quid appellas Enthymema Ciceronianum? Quod conſtat ex ſola propoſitione argumenti ex repugnātibus, quæ detracta negatione cum interrogatione pronunciatur. At quoniam acutiſſimæ & grauiſſimæ hu-
F iuſmodi ſententiæ ſunt,propter commune Enthymematum nomen ſuum effecerunt. Sed in Topicis Ciceronis,vbi exempla proponuntur,nota interrogationis omiſſa eſt. Hunc metuere,alterum in metu non ponere? Sic enim Dialecticus protuliſſet: Non & hunc imbecillum metuere debebas,& illum valentem in metu nō ponere. Item: Eam quam nihil accuſas,dānas: bene quam meritam eſſe autumas,dicis malè mereri? Quod ex repugnantium loco ita concluderetur: Non & quæ non accuſata eſt,damnāda eſt: & quæ bene merita eſt,
G malè merita dicenda eſt. Item: Id quod ſcis,prodeſt: nihil id quod neſcis,obeſt? pro, Nō & quod ſcis,prodeſt: & quod neſcis,non obeſt. Contrariorum enim cōtraria ſunt conſequentia. Omnes autem illi ſunt verſus ex vetere Poeta, vt ipſe in Oratore oſtendit. Vbi poſtremum hunc oratorio more ſic inuertit: Quod ſcis, nihil prodeſt: quod neſcis, multum obeſt. Et à Græcis ἀντίθετα hæc omnia nominari dicit, cùm contrariis

contraria opponuntur: quam Latino vocabulo Relationem contrariorum appellat.

Quibus ex locis eruitur Enthymema? Ex iiſdē omnibus, ex quibus & perfectus ſyllogiſmus. Sed tum demum grauiſſimum & vehementiſſimum eſt, cùm ex contrariis & repugnantibus & minoris comparatione componitur. veluti: Alienum & valētem aliis: Parentem ſenio cōfectum negligis. Item in Catone maiore: Quod adoleſcentes, & ij quidem non ſolùm indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcent? Et Philippica 2. Quid indignius, quàm viuere eum qui impoſuit diadema: cùm omnes fateantur eum iure interfectum, qui impoſuerit. Item in Miloniana: Eius mortis ſedetis auctores, cuius vitam ſi puteti s per vos reſtitui poſſe nolitis. Item in eadem: Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco, quem tempore, quem impunè non accuſas: hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis nō dubitauit occidere? In eodem genere illa ſunt: Filium obſequentem exheredas: alienum heredem inſtituis. Alienos iuuas, cognatos deſeris. Hoſtibus opitularis, amicos lædis. Peregrinos iuuas: ciues negligis. Item illa ex Rhetorum antithetis: Inimicis te placabilem: amicis te inexorabilem præbes. In otio tumultuaris, in tumultu ſolus es otioſus. Tacito cùm opus eſt, clamas: cùm loqui conuenit, obtumeſcis. in pace bellum quæris: in bello pacem deſyderas.

De Sorite Dialectico.

Cap. XIIII.

Hactenus de Argumētationibus quæ medium haben. diſſeruimus. Deinceps de iis quæ non habent, videamus. Quæ ſunt Argumentationes quæ medium non habent? Sorites, Inductio, & Exemplum.

Quid eſt Sorites? Argumentatio quæ pluribus attributis ordine ſuperimpoſitis, vel ex primi conueniētia, etiam vltimùm conuenire, vel ex poſtremi diſcrepantia, etiam primum diſſidere concludit. Duplex enim gradatio eſt: vna in adſcenſu adfirmans: altera in deſcenſu, negans: ob eámque cauſſam à Cicerone Tela Penelopes appellatur: quippe quæ & texatur, & retexatur: hoc eſt viciſſim retróque commeet, & reciprocetur.

Cedo aliquod exemplum. Lactantius hoc ſuppeditat: Si duo ſunt ſexus deorum, ſequitur concubitus. ſi coeunt, habent domos & cubilia: ſi domos, etiam vrbes: ſi vrbes etiam agros. Si agros non habent, ne vrbes quidem. Si vrbes non habent, ne domos quidem: ſi domibus carent, & concubitu carent: ſi concubitus ab his abeſt: & ſexus igitur fœmineus. In diis autem videmus & fœminas eſſe. ergo dij non ſunt.

Quod eſt huius argumentationis firmamentum? Illud quod ſuperiùs ex Ariſtotele propoſuimus: Quoties alterum de altero vt de ſubiecto dicitur, quæcunque deinceps de attributo dicuntur, eadem omnia de ſubiecto quoque dicuntur. qua regula Soritis vim omnem Ariſtoteles complexus eſt: tametſi nuſquam in ipſius Logicæ libris nominatim eius fiat mentio, Fuit enim hæc argumētationis forma Stoicorum propria: vt multis ex locis apud Ciceronem intelligitur, quo lubentius fortaſſe diſſerendi artem Dialecticam interpretatur, quod in Soritis longa verborum ſeries continuatur: ſic, vt aliud ex alio nexum & omnia inter ſuapta colligatáque videantur.

A Quotuplex eſt Sorites? Duplex: Dialecticus, qui & propoſitionum veritate & legitimo artificio conſtat: & ſophiſticus, qui aut à falſitate propoſitionis, aut ab artificij prætermiſſione vitioſus eſt.

Vnde dicitur Sorites? σωρὸς, Græcis eſt aceruus. Itaque vt ex multis granis ſuperadditis fit aceruus, ſic ex multis ſubiectis & attributis inter ſe conſertis & connexis fit Sorites. Eſt enim argumentatio ex pluribus ſyllogiſmis conſtans: vt non abſurdè Catenata dici

B poſſe videatur. quoniam vt catena annulis inter ſe cōnexis & conſertis continetur, ſic Sorites propoſitionibus ſyllogiſmorum inter ſe aptis & connexis conficitur.

Cedo aliquod exemplū in contexendo. Sumatur ille ſextuplex ex Ciceronis libro de Finib. 3. Illud perabſurdum eſt, bonum eſſe aliquid, quod non expetēdum ſit, aut expetendum, quod non placens, aut ſi id, non etiam diligendum. Ergo & probandum. Ita etiam laudabile. Id autem honeſtum. Ita fit vt quod bonum

C ſit, id etiam honeſtum ſit. Item illud ex lib. Tuſcul. 5. Anima ex ſe mouetur. quod ex ſe mouetur, principium motus eſt. quod principium motus eſt, natum non eſt. quod natum non eſt, eſt immortale. Igitur anima immortalis eſt. Ex eodem genere illud Themiſtoclis peruulgatum: qui filiolum ſuum Græcis totius potentiſſimū eſſe hoc modo concludebat: Athenienſes (inquibat) reliquis Græcis imperant. ego Athenienſibus. vxor mihi. ille vxori.

Cedo item aliud. Sumatur illud Ciceronis præcla-

D rum, & Chriſtiana philoſophia dignum, ex ſecundo de nat. deor. extremo: Nec verò vniuerſo generi hominum ſolùm, ſed etiam ſingulis à diis immortalibus cōſuli & prouideri ſolet. licet enim contrahere vniuerſitatem generis humani, eámque gradatim ad pauciores, poſtremò deducere ad ſingulos, nam ſi omnibus hominibus qui vbique ſunt, Deos conſulere cenſemus, his quoque conſulunt, qui has nobiſcum terras ab Oriente ad Occidentem colunt: ſin autem his cōſulunt, qui quandam quaſi magnam inſulam colunt:

E quam nos orbem terræ vocamus, etiam iis conſulunt, qui partes eius inſulæ tenent: Europam, Aſiam, Africam. Ergo & earum partes diligunt, vt Romam, Athenas, Spartam, Rhodum: & earum vrbium ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligunt.

Cedo aliud in retexendo exemplum. Sumatur ex lib. de Diuinat. 2. Si Deus ſcit, quid caſu & fortuitò futurum ſit, certè illud eueniet. ſi certè eueniet, nulla fortuna eſt. Eſt autem fortuna. rerum igitur fortuitarum nulla eſt præſentio. Sic in lib. de Fato: Si

F omnia fato fiunt, appetitus in poteſtate noſtra non eſt. ſi non appetitus, non adſenſio. ſi non adſenſio, nec actio: ſi non actio, nec laudatio, aut vituperatio iuſta eſt. Ergo nec honores, nec ſupplicia. Hoc autem extremum vitioſum eſt. Ergo fato fieri omnia non poſſunt. Quod cùm ita ſit, vides genus hoc argumenti non ſatis plenè vulgo appellari A primo ad vltimum: cùm viciſſim addendum quoque ſit, Ab vltimo ad primum.

Quid? Ariſtoteles nihilne prorſus de Sorite tradi-

G dit? Soritas quidem nuſquam, quod meminerim nominat: ſed eos ſanè diligenter tractat, lib. 1. poſteriorum Analy. cap. 15. & aliquot in ſequentibus: vbi hoc primum ſtatuit, Soritas in iis locum habere, quæ ſine vllius medij opera atque interuentu, propter ſe attribuuntur. Deinde in iis ſubiectis quæ de nullo dicuntur, & in iis attributis ſummis, de quibus nihil dici atque enuntiari poteſt: quales ſunt omnes categoriæ,

Tertio quoniam infinita non poſſunt hominum mente & cogitatione percurri, propterea Soritarum aceruos infinitos non eſſe, ſed ſiue ſurſum progrediamur, ſiue rurſum deſcendamus: tamen exitum & finem aliquem reperiri, & gradationes certo & finito numero contineri.

Quid eſt Sorites ſophiſticus? Loco tu quidem quęris ſed tamen quia certus nobis de ſophiſticis captionibus locus diſſerendi conſtitutus eſt, commodius videtur hanc quoque tractationem eum in locum diſferre.

De Inductione & Exemplo.

Cap. XV.

Qvid ſequitur nunc? Vt de Inductione & Exemplo diſſeramus: quæ vulgò ſeparatis nominibus appellātur: cùm tamen Exemplum Inductionis ſpeciem eſſe conſtet. Exemplum enim imperfecta inductio eſt.

Quid eſt inductio? Ariſtoteles ita definit: Inductio eſt à rebus ſingulis ad vniuerſas progreſſio. Poteſt etiam hoc definiri modo: Argumētatio quæ vel ex omnibus ſingulis, vniuerſum: vel ex pluribus ſimilibus, ſimile aliquod vel adfirmando, vel negando concludit. Eáque argumentatio Socratica vulgò nominatur: quę ex pluribus collationibus id de quo ambigitur, propter ſimilitudinem concludit.

Quamobrem Inductio medio adhibito non tractatur? Quia vera inductio iis demum quæſtionibus adhibetur, quæ ſenſibus diiudicantur, & medio carent, eáque re differt à ratiocinatione, quòd illa mētis & rationis cōcluſio eſt: hæc verò ſenſuum, qui rationis expertes ſunt. Quamvis enim ſyllogiſmi inſtar tribus propoſitionibus componi poſſit, ſemper tamen inductio manebit: aut certè ſyllogiſmus epagogicus dicetur: quaſi quis dicat, inductionalis.

Quamobrem Inductio argumentatio Socratica nominatur? Quoniam (vt Cicero & Quintilianus ſcribunt) ea plurimum eſt vſus in ſermonibus Socrates, propterea quòd nihil ipſe adferrere ad perſuadendum volebat: ſed ex eo quod ſibi ille dederat, quicum diſputabat, aliquid conficere malebat. quod ille ex eo quod iam conceſſiſſet, neceſſariò approbare deberet. Itaque cùm plura interrogaſſet, quæ fateri aduerſario neceſſe eſſet, nouiſſimè id de quo quærebatur inferebat, cui ſimile conceſſiſſet. hoc in ratiocinatione fieri non poteſt: ſed quod illic interrogatur, hîc fere ſumitur.

Cedo exemplum. Sunt (inquit Cicero) ſimilitudines, quę ex pluribus collationibus perueniunt, quò volunt. hoc modo: Si tutor fidem præſtare debet, ſi ſocius, ſi cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Ex eodem genere illud eſt Vlpiani Iuriſconſulti: Si filiusfa. tenetur actionibus empti, venditi, locati, conducti, commodati, mandati: certè & depoſiti tenebitur. Hoc ex pluribus (inquit Cicero) perueniens quò vult, appellatur Inductio quę Græcè ἐπαγωγὴ nominatur, qua plurimum eſt vſus in ſermonibus Socrates.

Cedo aliud exemplum. Sumatur illud ex Quintiliano: Quod eſt pomum generoſiſſimum? nónne quod optimum? concederetur. quid equus? qui generoſiſſimus? nónne qui optimus? Et plura in eundem modum. deinde cuius rei gratia rogatum eſt. Quid homo? nónne is generoſiſſimus, qui optimus? Eiuſdem generis illa ſunt, quæ ſuperius expoſuimus, quibus probatum eſt nullum imperium eſſe ſempiternum: & religionem Chriſtianam nullis hominum opibus extingui poſſe.

Quotuplex inter Syllogiſmum & Inductionē differentia eſt? Ariſtoteles triplicem hanc ſtatuit. Syllogiſmus in iis quæ medium habent, conſumitur. Inductio verò in iis quæ non habent, & ſenſibus artis & rationis expertibus iudicantur. Itaque quoniam medium natura notius eſt eo de quo quæritur, notior quoque natura eſt ea ratiocinatio quæ per medium efficitur: at inductio apertior ac dilucidior eſt, ſenſuúmque iudicio familiarior: ac propterea in ore vulgi frequentior. Alterum diſcrimen eſt huiuſmodi: Inductio à rebus ſingulis ad vniuerſales progreditur. veluti: Adami vita fuit ærumnoſa, fuit & Enochi, fuit & Nohæ: fuit item Abrahami, fuit Iſaaci, Iacobi, ceterorúmque piorum. Ergo piorum omnium vita infeſta & ærumnoſa eſt. Ratiocinatio verò ab vniuerſalibus ad ſingulares perducit. veluti: Piorum omniū vita infeſta & calamitoſa eſt. Timotheus pietatē colit. Quare Timothei vita erit ærumnoſa. Tertium diſcrimen Ariſtoteles ſubtiliter hoc ſtatuit, quòd ſyllogiſmus ex medio probat extremum in tertio: inductio verò ab extremo probat tertium in medio.

Cedo aliquod exemplum. Eſto ſyllogiſmus huiuſmodi: Quæ bile vacant, longæua & viuacia ſunt. homo, equus, bos elephas: aſinus, bile vacant. ergo animalia hæc longæua & viuacia ſunt. Hic ratiocinatio ex medio, quod eſt Bile vacant, probat maius extremum, quod eſt Longæuum, in minore: quod eſt ſubiectum. At ſi hoc concludamus modo: Homo, equus, bos, elephas, aſinus, ceteráque bile vacant hæc autem longęua ſunt. quare quæ bile vacant, longæua ſunt. tum verò concluſio hæc ex minore extremo, quod eſt ſubiectum, probat maius extremum conuenire medio. Atque hoc quidē ſyllogiſmi inductionalis exemplū eſt.

Quid? quomodo ab eodem exemplo inductionem conſtituis? Hoc modo: Homo bilis expers eſt: & eſt lōgæuus, Equus item, elephas item, bos item, aſinus item, ceteráque item quæ bile vacant. ergo quæ bile vacant, longæua ſunt.

Quis eſt inductionis vſus? Ariſtoteles multis locis ſcribit, doctrinam omnem aut inductione, aut ratiocinatione parari. nam inductione principia & vniuerſa cognoſci, quoniam à rerum ſingularum cognitione vniuerſarum cognitio ducitur. Itaque cognitionis principium rectè appellatur ratiocinatio verò principiis generalibus atque vniuerſis conficitur, ac progreditur, quæ principia per inductionem probantur. Itaq; inductionis maior eſt vſus apud imperitos & multitudinē. ſyllogiſmi verò apud peritos & Dialecticos.

Quid eſt inductio Rhetorica quam exemplum appellari dicebas? Id Quintilianus ita definit: Exemplum eſt rei geſtæ, aut vt geſtæ, vtilis ad perſuadendum id quod intenderis, commemoratio. Ariſtoteles autem hoc modo, Exemplum eſt, cùm extremum in medio ineſſe oſtenditur per aliquid, quod ſimile ſit tertio. παράδειγμα δέ ἐστιν ὅταν τῷ μέσῳ τὸ ἄκρον ὑπάρχον δειχθῇ διὰ τοῦ ὁμοίου τῷ τρίτῳ: id eſt, Exemplum eſt, cùm in medio maius extremum ineſſe oſtēditur ex aliquo quod ſit ſimile tertio: ſiue ſubiecto. veluti: Ponatur quæſtio, An bellum Atheniēſium in Thebanos (quod Subiectum eſt) futurum ſit calamitoſum: (quod Attributum eſt) Sumatur medium: Bellū cum finitimis. tum ita ratio ineatur: Bellum cum finitimis ſuſcipere pernicioſum eſt. Bellum Atheniēſium cum Thebanis eſt bellum cum finitimis. Ergo futurū eſt calamitoſum. propoſitio verò probetur ab eo quod eſt ſimile.

Subiecto

A Subiecto. Nam Phocenſibus cum Thebanis bellige-rari exitioſum fuit.

Quid? nonne Syllogiſmus hic argumentatio, eſt ſolida,& firma: ſumta ex genere ad ſpeciem? Ariſtoteles oſtendit Exemplum non habere eam rationem, quam habet Totum ad partem, aut pars ad Totum: ſed quam pars vna habet ad alteram: cùm ambæ quidem in eodem Toto continentur: ſed altera notior eſt. Itaque Rhetores dicere ſolent, Exemplum ex v-

B nius ſingularis collatione alterum ſingulare confirmare.& Laertius in Platone ſcribit, Rhetoricam in particularibus verſari. quia quod in parte quæritur, per id quod eſt in parte demonſtratur. Dialecticam autem verſari in vniuerſalibus, quia vniuerſalia per ea quæ in parte ſunt, concludit.

Semperne argumentatio ab exemplo per ſyllogiſmum tractatur? Nihil minus, quin potius, vbi ratiocinatio conficitur, vocatur ſyllogiſmus: ſed paradigmaticus: id eſt, (vt ita loquar) exemplaris. Formula

C igitur huius argumentationis propria eſt hæc: vt eius momentum ſit in ſimilitudine. veluti: Phocenſibus calamitoſum cum Thebanis bellum fuit: quia bella cum finitimis pernicioſa ſunt. Athenienſibus igitur bellum cum Thebanis erit pernicioſum. vt Exemplũ & Quæſtio ex medio, pari vtraque momento, pendeant. Denique vt momentum propoſitionis ſit in exemplo, non in loco argumenti. alioqui Dialectica erit argumentatio, & ſolida, non fucata & Rhetorica.

D Cedo aliud exemplum. Græcis glorioſum fuit Phalarim interficere, quia præclarum eſt tyrãnide ciuitatem liberare. Romanis igitur laudi ducatur, quòd Cæſarem interfecerint. Ex eodem genere illud eſt ioculare Paſquilli: Tandem Maxime Pontifex galerum: Paſquillo tribuas tuo roganti. Si ſenſu ſine ſum, rude atque marmor, Complures quoque Epiſcopos creari, Ipſo me mage ſaxeos videmus.

Quid intereſt inter Argumentationem à ſimili: & Inductionem? Illa per Medium tractatur, & in iis de-

E mum quæ medium habent, verſatur. hæc in iis quæ medium non habent. Præterea in forma hoc intereſt, quod argumentum à ſimili ex vna re ſimili de ceteris omnibus concludit. Inductio contrà ex ceteris omnibus ad vnam. Firmamentum enim Similium eſt huiuſmodi: Quod in vna re ſimili valet, valeat in ceteris. veluti: Vt tutori pupilli rem emere non licet, ita nec curatori, nec procuratori, nec negotiorum geſtori. At inductionis eſt illud: Quod in pluribus rebus ſimilibus valet, etiam in hac valeat. veluti, Vt neque tutori, neque curatori, neque procuratori emere rem ad-

F miniſtratam licet, ita neque negotiorum geſtori.

Quid intereſt inter argumentationem ab Exemplo & eam quæ eſt ex Paribus vel Similibus? Argumentum ex pari aut ſimili, ex vno concludit omnia. Exemplum verò ex vno vnum tantùm concludit. Præterea argumentum à ſimili proportione (vt ſuperiùs dictũ eſt) nititur. cauſſam enim rei penitus intuetur. At exemplum, ſi modò Rhetoricum eſt, rem geſtam exſtrinſecus nulla exquiſita cauſſa conſiderat. Nam

G Rhetores, quorum præcipuus huius generis vſus eſt, quibúſque vnus hic finis propoſitus eſt, vt iudicibus tenebras offundant, exemplo tractando argumentationes illas explicant. Quod enim exemplo fit, id etiã iure fieri vulgus putat: vt ait Cicero in Epiſtolis.

Cedo aliquod exemplum. Eliſeus petiit à Deo vt impios conuiciatores fulgure perderet. Ergo idem Apoſtolis facere ius eſt. Hæc Rhetorica inductio eſt, quæ ſolam rei geſtæ ſimilitudinem exſtrinſecus conſiderat. At Chriſtus cauſſam eſſe diſſimilem demonſtrat. Ehudius Tyrannum Eglonem interfecit. Moſes ſeditioſum ſua manu occidit. Ergo idem cuiuis Chriſtiano facere ius eſt. diſſimilis cauſſa eſt. nam vterque Magiſtratus ſui iure id fecit. Quare ad vitandas harum argumentationum captiones eò reuocandus eſt aduerſarius, vt eadem ratio & cauſſa ſubſit.

Quid intereſt inter Inductionem & Exemplum? Ariſtoteles diſcrimen hoc ſtatuit, quòd inductio ex ſingulis vniuerſis extremum in medio eſſe confirmat: nec ſyllogiſmum ad extrema connectit. Exemplum verò coniungit quidem: ex omnibus autem non probat. nam, vt modò diximus; vnum ex vno tantummodo per exemplum confirmatur.

De captionibus Sophiſticis.
Cap. XVI.

QVONIAM de Argumentatione Dialectica ſatis dictum eſt, ſupereſt vt de ſophiſtica diſſeramus. Ac primum omnium quid eſt Sophiſtice? Falſa doctrinæ ſimulatio. nam Sophiſtæ dicebantur (inquit Ariſtoteles) qui ex ea quam præ ſe ferebant fucata & ſimulata ſapientia quæſtum faciebant. quales noſtris temporibus Rabulas forenſes numerare poſſumus. Cicero autem lib. de Finib. 2. ita definit: Sophiſtæ (inquit) dicebantur, qui oſtentationis & quæſtus cauſſa philoſophabantur. Itaque Sophiſtice definiri ſic poteſt, Captatio verborum quæ diſputandi prudentiam fallaciter imitando adulterat. Nam eodem modo Sophiſticæ argumentationes à Dialecticis differunt, quo adulterini numi à probis. Sophiſmata autem Seneca in Epiſtolis ſcribit, Cauillationes à Cicerone Latinè appellari.

Quiſnam huius doctrinæ eſt vſus? Idem planè, qui in mercatorum & argentariorum vita percipitur ex facultate probos numos, ab adulterinis internoſcendi: aut aurum ab orichalco: vel argentum à Lytargyrina. Cauendum (inquit Cicero) diligenter ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari: vt fortitudinem audacia, iuſtitiam acerbitas, religionem ſuperſtitio, & illam diſputandi prudentiam, concertatio captatióq; verborum: & oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi. Item in lib. Academ. 2. Multi fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti atque decepti eùm eas diſſoluere non poſſunt, deſciſcunt à veritate. Oportet igitur & ea quæ pro vero reſponderi poſſunt, in promptu habere: & eſſe armatos, vt occurrere poſſimus interrogationibus eorum, captionéſque diſcutere.

Quis eſt finis Sophiſtarum? Finis quidem Sophiſtarum (vt ex Ariſtotele docuimus) eſt quæſtus: ſed opus in quo occupati ſunt, eſt captio, ſiue vitioſa concluſio argumenti: qua eius quo cum diſputat adſenſionem captat. quæ captio modò τὸ ἄπορον, modò παραλογισμὸς, modò ἔλεγχος appellatur: quo ipſo nomine Captionem ſignificari ex eo conſtat, quòd ἐλέγχειν eſt capere, tenere, deprehenſum conuincere. & ἐλεγχθεὶς, qui ſic captus eſt, vt elabi non poſſit. Itaque librum Ariſtotelis περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων Latinè ſic interpretari poſſumus, De ſophiſticis captionibus quanquam ſunt qui de Reprehenſionibus interpretari, malint, pro de vitioſis argumentationibus. Sed frequentius ἄποροι λόγοι, genus hoc diſputationis appellatur: quoniam ita perplexum & inexplicabile eſt, vt exitiũ interrogato nullum præbeat. quanquam alij αὐτὸ ἄπορον, genus. alij (vt Hermagoras) ſpeciem fecerunt.

. Quomodo tanta vis erat ſophiſticæ? Quoniam (vt Agellius ſcribit) lex eſt Dialecticæ diſciplinæ, ſi de quapiam re quæratur, diſputetúrque, atque ibi quid rogere, tum ne amplius quid dicas, quàm id ſolùm, quod es rogatus, aut aias, aut neges: eámque legem qui non ſeruant, & aut aliter quàm ſunt rogati reſpondent, exiſtimantur rudes indoctique eſſe, neq; diſputandi morem & conſuetudinem tenere.

Quotuplex iſtius ἀπόρου ſiue perplexitatis vitium eſt? Multiplex omnino. nam varia Stoici genera confinxerunt. Cicero quidem in veteri Rhetorico quadruplicem Reprehenſionis modum exponit: ſed qui ad hunc duplicem reuocari debeat. Verba illius hæc ſunt: Omnis argumentatio reprehenditur, ſi aut ex iis quæ ſumta ſunt nō cōceditur, (id eſt negatur) aliquod vnum pluráve: aut his conceſſis, complexio confici ex his negatur: aut ſi genus ipſum argumentationis vitioſum oſtenditur, aut ſi contra firmam argumentationem alia æquè firma, aut firmior ponitur. Nam tertius modus in primo continetur perſpicuè. Quartus autē ad deliberationes tantūmodo pertinet. Sed tamē tota illa Ciceronis diſputatio, q̄ eſt in capite de Reprehenſione lib. de Inuent. 1. diligenter obſeruanda eſt.

Quomodo captiones vitantur? Suprema lex (inquit Agellius) in omnibus captionibus à Dialecticis hæc conſtituta eſt: Non eſſe captioſis interrogationibus reſpondendum. Sed tamen in hac captione ſi reſpondere placet, vitabitur ſophiſma per negationem, id eſt repudiationem falſæ propoſitionis, qua probationis impoſſibilis neceſſitas in Sophiſtam transfertur. velut in illo Zenonis: Quod ratione vtitur, melius eſt eo quod ratione non vtitur. nihil autem mundo melius. Ratione igitur mundus vtitur. Adſumtio neganda eſt, quia hominis cauſſa mundus creatus eſt. melior igitur homo eſt quàm mundus.

Quoniam ita multa ſunt captionum genera, neque pretium operæ eſt certum earum numerum definire, cedo mihi vſitatas aliquot earum ſpecies. Sumamus ψευδόμενον, ἀσύστατον & σωρείτην. id eſt, Mentientem, inſtabilem & acerualem.

Quid eſt ψευδόμενος? Hūc Cicero in Lucullo mētientem appellat. eiúſque hoc exemplum profert: Si te mentiri dicis, idque verum dicis, mentiri verum dicis. Item, ſi dicis te mentiri verúmque dicis, mentiris. Dicis autem te mentiri, verúmque dicis. mentiris igitur.

Cedo aliud exemplum. Iuriſconſulti hoc proferūt: Lex Falcidia vetat teſtatorem amplius quarta bonorum parte in legatis conſumere. nam eam integram heredi relinqui iubet. Qui quadringentos aureos habebat. trecentos legauit hac conditione, ſi legi Falcidiæ in ſuo teſtamento locus non eſſet, hîc ſi legi Falcidię locus eſt, Titio nihil debetur. at ſi ei nihil debetur, locus Falcidiæ non erit. ac proinde legatum Titio debebitur. l. qui quadringenta. 88. D. ad leg. Falcid.

Cedo exemplum inſtabilis. Sumatur ex Lactant. lib. 3. Somniauit quidam ne ſomniis crederet. Si credat, ſequitur vt credendum non ſit. Si non credat, ſequitur vt credendum ſit. Item: Si verum eſt quod dicunt Academici, nihil ſciri poſſe, neceſſe eſt idipſum ſciri quod nihil ſciatur. Si autem ſcitur poſſe nihil ſciri, falſum eſt quod dicitur nihil poſſe ſciri. Ex eodem genere illud eſt: Epimenides dixit, omnes Cretenſes eſſe mendaces. At ipſe Cretenſis fuit: Si verum dixit, illi non credendum. Si mentitus eſt, nihilomagis. Item illud apud Iuriſconſ. ſi Titius heres erit, Seius heres eſto. Si Seius heres erit Titius he- A res eſto. Iulianus inutilem eſſe inſtitutionem ſcribit, cùm conditio exiſtere non poſſit. l. ſi Titius, 16. D. de cond. inſtit.

Quomodo hæc verborum concertatio vitatur? Reuocando aduerſario ad rectam & legitimam concluſionis componendæ formulam. δεῖ γὰρ ἐκ τῶν κειμένων συμβαίνειν τὸ συμπέρασμα, καὶ ἐξ ἀνάγκης: inquit Ariſtoteles. Id eſt: Oportet enim ex iis quæ poſita ſunt concluſionem exiſtere, idque neceſſario. Nam (vt Cice- B ro ſcribit in Academ.) concludi argumentum non poteſt, niſi his quæ ad concludendum ſumta erant, ita probatis, vt falſa eiuſdem modi nulla poſſint eſſe. veluti in illo quo ibidem ſubiicit: Si rebus comprehenſis & præceptis niſa & progreſſa ratio efficit nihil poſſe comprehendi: quid poteſt reperiri, quod ipſum ſibi repugnet magis? Nam alter diſputabat ſenſibus certa quædam percipi. at cùm ad rationem perducta eſſent, incerta omnia efficit. Sed huius quoque captionis in Sorite quam maxima Sophiſtis facultas datur. Ita- C que iam tempus eſt, vt de Sorite ſophiſtico diſſeramus.

De Sorite Sophiſtico.

Cap. XVII.

QVID eſt Sorites Sophiſticus? Multiplex ſyllogiſmus, qui minutis additionibus & detractationibus ab eo quod perſpicuè verum eſt, ad id quod perſpicuè falſum D eſt, vltro citróque perducit. Nam (vt Iulianus Iuriſcōſultus ſcribit) ea eſt natura cauillationis, quam Græci σωρείτην appellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt, perducatur. Itaque Cicero in Lucullo captioſiſſimum interrogationis genus hoc appellat, cùm aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur.

Cur addidiſti Vltro citróque? Quoniam hoc artificium tanquam Penelope telam retexens (quemadmodum ſuperiùs ex Cicerone diximus) tollit ad ex- E tremum ſuperiora.

Cedo exemplum. Ponatur quæſtio: Decem verum pauca ſunt, an ne multa? Si pauca reſpondeas: infertur, quid ſi vnum addidero? quid ſi alterum, tertium, quartum? Et viciſſim retro: Si multa, reſponderis. quid ſi vnum exemero? quid ſi alterum, tertium, quartum? Quod in aceruo frumenti vſurpatur: vt nec decem, nec vndecim, nec ſingula ſingulatim ad quēuis numerum addita aceruum efficiant. Atque hoc illud eſt, quod Cicero in Lucullo ſcribit: Quod in nu- F mero conticuiſti: ſi ad eum numerum vnum addidero, multáne erunt? progredere rurſus, quoad videbitur. Cuius generis error ita manat, vt non videā quò nō poſſit accedere. Atq; hoc exēplum Cicero Verrina v. ſed rectè, ac non ſophiſticè imitatus eſt. Deinde (inquit) iudices, videtis, quàm infinitā ſitis hominibus licentiam pecuniarum eripiendarum daturi. Si ternos denarios qui coegit, erit abſolutus: quaternos denos denique, aut vicenos coget alius. quæ erit reprehenſio? In quo primùm iniuriæ gradu reſiſtere G incipiet ſeueritas iudicis? quotus erit iſte denarius qui non ſit ferendus? Et in quo primùm æſtimationis iniquitas atque improbitas reprehendetur?

Quomodo hæc vitabitur captio? Cicero his in Lucullo verbis demōſtrat: At vitioſi ſunt ſoritæ. Frāgite igitur eos ſi poteſtis, ne moleſti ſint. placet enim Chryſippo, cùm gradatim interrogetur, verbi cauſſa, Tria pauca ſunt, ánne multa? aliquanto prius quàm ad multa

multa perueniat, quieſcere, nec diutius captioſè interroganti reſpondere. Inſiſtendum eſt igitur in ſingulis, vt quã cuiuſque in parte vitium lateat, facilius demõſtretur. Nam vt vitiato vno annulo cathena omnis diſſoluitur, ita vna interiecta propoſitione falſa tota coaceruatio concidit.

Cedo exemplum. Sumatur ex libr. de Nat. Deor. 1. vbi cùm Velleius Epicureus ſic diſputaſſet, Si ſunt dij, ſunt beati. ſi beati, virtute præditi: ſi virtute præditi, etiam ratione vtuntur. At ratio niſi in hominis figura eſſe nõ poteſt. Ergo deorum forma humana eſt. B Cùm igitur illò ventum eſſet, Ratio niſi in hominis figura eſſe non poteſt. Tum Cotta: A beatis (inquit) ad virtutem, à virtute ad rationem video te perueniſſe gradibus: à ratione ad humanam figuram quomodo accedis? præcipitare iſtuc quidem eſt, non deſcendere. Præterea in progrediendo videndum eſt, ne nimium longè res producatur. Nam vt ex annulis ferreis qui magnete continentur, quo quiſque magneti propior eſt, eò hæret tenacius, & quo quiſque longinquior, eò laxior: ita ſæpe in iſtiuſmodi coaceruationibus C quo quidquẽ attributum primo ſubiecto remotius eſt, eò minus illi conuenit.

De diuiſione captionum Sophiſticarum.

CAP. XXVIII.

DEinceps de diuiſione captionum videamus. Quotuplex eſt captio ſophiſtica? Duplex: vna in verbis, altera in rebus. Quæ autem captio ex verbis oritur, verſatur in ho- D monymia: id eſt multiplicitate vocabuli: ἀμφιβολίᾳ, ambiguitate: συνθέσει, coniunctione, διαιρέσει, diuiſione: προσῳδίᾳ, accentu: & σχήματι λέξεως, forma dictionis.

Quæ eſt captio per homonymiam? Cùm propter nominis ſimilitudinem, quod vnius proprium eſt alteri tribuitur. veluti: Hercules eſt fortiſſimus. Ergo Hercules dictus eſt fortiſſimus. Ex hoc genere illud eſt Ciceronis ridiculum in Verrina vi: Nunquam tam malè eſt Siculis, quin aliquid commodè & facetè dicant. E velut in hac re. Aiebant in labores Herculis non minus hunc immaniſſimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthium referri oportere. Nam Verres Herculis Agrigentini ſtatuam magno labore demoliri & auferre conatus erat: neq; tame ille vlla laborat ex parte.

Cedo aliud exemplum. Scriptor belli Gallici fuit doctiſſimus. Librarius ſua manu ſcripſit bellum Gallicum. Ergo fuit doctiſſimus. Nam in propoſitione homonymia eſt inter Cæſarem & librarium. Item: Qui equuleos habet, poteſt equitare. Verres equu- F leos argenteos à Cn. Calidio abſtulit. Ergo Verres (inquit Cicero) iactabit ſe, & in his equitabit equuleis. Sic Dionyſius (inquit idem) cùm in fanum Iouis Olympij veniſſet, aureum ei detraxit amiculum, grãdi pondere: atque in eo cauillatus eſt, æſtate graue eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum: eíque laneum pallium iniecit: cùm id eſſe aptum ad omne anni tẽpus diceret. Syllogiſmus erat huiuſmodi: Humano corpori laneum pallium omni tempore aptum eſt. Iſtud eſt corpus humanum, aut quaſi humanum. Ergo G laneum pallium aptum eſt. Homonymia eſt propoſitionis & adſumptionis. nam in illa corpus de animato dicitur, in hac de inanimato.

Quomodo hæc vitabitur captio? Diſtinctione homonymiæ: cùm vocabulum in propoſitione indefinitè poſitum ex parte conceditur, ex parte negatur. veluti: Corpori humano conuenit, duntaxat animato. Item qui habet equuleos, duntaxat animatos. Item Scriptor belli Gallici, qui idem & auctor, & ſcriptor eſt.

Quæ eſt captio per amphiboliam? Cùm propter ancipitem aut dictionis aut ſententiæ ſignificationẽ, quod vni conueniebat, alteri tribuatur. Dictionis autem hæc exempla ſunt: Gemmæ ſunt lapilli pretioſi. Gemmæ ſunt in vitibus. Ergo lapilli pretioſi ſunt in vitibus. Omnis canis latrandi vim habet. Sydus quoddam eſt canis, Ergo Sydus quoddam latrandi vim habet. Eodémque illius pertinebat calumnia, qui cùm triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quòd dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ. Quoniam dies & nox contraria ſunt: quod vnius proprium eſt, alteri non cõuenit. Triginta dierum induciæ pacem dierum triginta faciunt. Noctibus igitur non pax, ſed bellum conuenit Sed Dei verbum interdum lucem ſignificat. verùm, more Romano dies (inquiunt Iuriſconſulti) à media nocte ad mediam inſequentem durat. l. more, 8. D. de feriis. Ex eodem genere illud eſt apud Vlpianum de teſtamento militis: quod tamen factum à nondum milite fuerat. Nam captio erat in his verbis: Teſtamentum militis non rite factum, tamen propter militare priuilegium valet. Sed Vlp. reſpondet aliud eſſe teſtamentum militis. aliud teſtamentum à milite factum. l. Titius, 25. D. de teſtam. milit.

Cedo item aliud. Sumatur illud Stoicorum. Nihil mundo melius eſt. quod ratione vtitur, melius eſt eo quod non vtitur ratione igitur mundus vtitur. Similiter (inquit Cic. de nat. deor. 3.) effici poteſt ſapiẽtem eſſe mundũ, ſimiliter beatũ, ſimiliter æternũ. Similiter librũ optimè legere, nam quod literatũ eſt, melius eſt eo quod non eſt. Iſto modo etiam diſertus, & quidem Mathematicus, Muſicus, denique doctrina eruditus, poſtremo philoſophus erit mundus. Captio eſt igitur ex ambiguo. Nam melius intelligitur reſpectu ſui cuiuſque generis. Ergo in hac propoſitione, Mundus eſt omnium optimus: Negatio ita conuertenda eſt: Bonitas intelligitur reſpectu naturarum & partium omnium, quibus conſtat mundus. At in adſumtione Melius cum ſui generis rebus rationem habet. tametſi longè maius huius ſyllogiſmi vitium eſſe ſuperiùs docuimus. Nam ſi hominis cauſſa mundus creatus eſt melior homo eſt quàm mundus. In eodem genere illa captio eſt: Nemo eſt Ariſtide melior. hic ſutor optimus eſt ſutor. Ergo Ariſtides ſutor eſt illo melior. Bonitas enim dicitur reſpectu ſui cuiuſque generis.

Quomodo hæc ambiguitatis captio vitatur? Per diſtinctionem ambiguitatis, cùm vocabulum ambiguè poſitum in propoſitione ex parte tantùm conceditur. veluti: Gemmæ ſunt lapilli, nomine quidem verè propriéque intellecto. Canis latrat: duntaxat qui eſt quadrupes.

Cedo exemplum de ſententia. Veluti: Cùm Apollo conſulente Pyrrho an bellũ Romanis inferret, ſic reſpondit: Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. Item illud: Iubeo poni ſtatuam auream haſtam tenentem. Itẽ: Heres meus dato vxori meæ argenti quod elegerit, põdo centũ. Eiuſdémodi eſt etiã illud apud Iuriſcõſultos: Lego pocula oleaginea paria duo. nã quatuor legatarius petebat: quaſi ſcriptũ fuiſſet bina paria, vel poculorum paria duo. l. qui quatuor, 30. D. de legat.

Cedo exemplũ ambiguitatis in Syllogiſmo. Quiſquis arat littus, littus proſcindit aratro: Aſt operã perdẽs littus ꝓhibetur arare. Ergo operam perdens littus ꝓſcindit aratro. Item ex Ariſtotele: Quod quis videt,

illud ipſum videt. Aliquis videt columnam. Columna igitur videt. Vitabitur autem captio hæc per diſtinctionem ambigui verbi, Arare littus: aut Videre, quod in propoſitione eſt aliud quàm in adſumptione ſignificat.

Cedo item aliud. Extat apud Ciceronem in libro de Finibus 4. eiuſmodi: Vt in fidibus plurimis, ſi nulla earum incontenta numeris ſit, vt concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ ſint. Sic peccata, quia diſcrepant, æquè diſcrepant. paria ſunt igitur. Hîc ambiguo luditur. Aequè enim contingit omnibus fidibus, vt incontentæ ſint: illud non continuò, vt æquè incontentæ. Collatio igitur iſta te nihil iuuat. Nec enim omnes auaritias, ſi æquè auaritias eſſe dixerimus, ſequitur etiam vt æquas eſſe dicamus. Aliud eſt igitur, Fides æquè omnes incontentæ ſunt. Aliud, Fides omnes æquè incontentæ ſunt. In priore, aduerbiũ æquè pars eſt ſubiecti: in poſteriore, pars attributi.

Quæ eſt captio per Syntheſin? Cùm verba quæ ſeparanda erant alieno loco coniunguntur. veluti: Qui ſtat, poteſt currere: Dauus ſtat: Dauus igitur ſtans poteſt currere. Item: Qui non currit, poteſt currere. Dauus dormiens non currit: Ergo Dauus dormiens poteſt currere. Item: Quod eſt in meis ædibus, eſt in oppido. Vnicus fons eſt in meis ædibus: Ergo vnicus fons eſt in oppido. Ariſtoteles libr. Rhetor. II. ad hunc locum illud refert: Eum qui elementa nouit, verba etiã ſcire. quoniam eadem ſunt.

Quomodo vitabitur hæc captio? Per deiunctionem: cùm ea quæ in concluſione coniuncta ſunt, ſeparantur. Nam in concluſione participium Stans coniungit Dauum, qui ſtat, & quandiu ſtat: qui non currit, & quandiu non currit: quod eſt in ædibus ſeparatim, & quod eſt in vrbe vniuerſa. Poteſt etiam huc illud Æſopi ridiculum referri, qui cùm pedes quatuor porcinos in ollam coquendi cauſſa impoſuiſſet: herus autẽ eius verberandi occaſionem quęrens vnum exemiſſet: ad haram profectus vnum è ſaginato porco abſcidit, atque in ollam impoſuit. pòſt cùm herus, ne ille diffugeret, veritus, pedem repoſuiſſet, vbi autem ad cœnã ventum eſt, Æſopus quinque pedes in patinam effudiſſet, admiranti hero, ita reſpondit: Duo porci pedes habent octo, qui de octo quinque detrahit, tres habet reliquos. hîc ſunt quinque: Saginatus porcus qui in ara eſt, tres habet. Quadrat igitur numerus. Nam iſto modo feſtiue quæ ſeparanda erant, coniunxit.

Quæ eſt captio per Diæreſin? Cùm verba quæ coniungenda erant, ſeparantur. veluti: Quinque ſunt duo & tria. Duo & tria ſunt par & impar. Ergo quinque ſunt numerus par & impar. Sic omnes Græciæ ſapientes erant ſeptem. Thales & Socrates erant ſapientes Græciæ. Ergo Thales & Socrates erant ſeptẽ. In eodem genere illud eſt Laertij, in Platonis vita: Pater meus aut alius eſt, quàm pater tuus, aut idem. Si pater meus alius eſt ac pater tuus cùm ſit alius quàm pater, non erit pater, ſi idem eſt, qui pater meus, idẽ cùm ſit qui pater meus, meus erit pater. Atque in hunc numerum referri poſſunt, quæ in pronuntiatis ſeparantur, cùm ſeparanda non ſunt: ſiue ſcripto ſiue ſententia coniungantur. Scripto, veluti: Nocturnum furem ius eſt occidere. Non enim ſeparandum illud eſt, ſi ſe telo defendat. Sententia, veluti: Qui nihil agunt, ne alantur. Qui non laborat, ne manducet. Ægroti nihil agunt. Ergo ne alantur. Non enim ſeparandum fuit, Cùm id poſſent. Ex eodem genere illud eſt quod Bulgarus Iuriſconſultus falsò credit eſſe Soritẽ: Quod in nullius bonis eſt, occupanti conceditur. Res diuinæ

A in nullius bonis ſunt. Ergo res diuinæ occupãti conceditur. Nam in propoſitione coniungendũ fuit, Cùm eius conditionis eſſet, vt alicuius eſſe poſſet.

Cedò aliud exemplum. Sumatur ex Agellij lib. 16. cap. 11. Si quis iis verbis interroget, Poſtulo vt reſpondeas, deſieriſne facere adulterium, an non? Vtcunque Dialectica lege reſponderis, ſiue aias, ſiue neges, hærebis in captione: tam ſi te dicas adulterum, quàm ſi neges. Si igitur alter ex Syllogiſmis huiuſmodi. ſi B neget ſe deſiiſſe: Quod non deſiiſti facere, id pergis facere. Non deſiiſti facere adulterium. Ergo pergis facere adulterium. Reſpondendum eſt, captionem eſſe ex diſiunctione connexorum. Quod non deſij facere, cùm id facere cœpiſſem.

Profert etiam aliud. Sumatur ex eodem capite: Quidquid non perdidiſti, habéſne, an non habes? poſtulo vt aias, aut neges. Vtcunque reſponderit, capietur. Si non habere ſe negauerit quod non perdiderit, colligetur oculos eum non habere, quos non C perdidit. Sin verò habere ſe dixerit, colligetur eum habere cornua, quæ non perdidit. Reſpondendum igitur captionem eſſe ex diſiunctione connexorum. Quod non perdidi, cùm eius naturæ eſſet, vt perdi poſſet. In eodem genere videtur illud Æſopi ridiculum fuiſſe, qui, cùm herus ipſius in poculis dixiſſet, ſe poſſe mare totum ebibere, eiúſque rei ſponſionem feciſſet: poſtridie conſilium ei dedit, vt in iudicio ſpõſionis diceret, ſe paratum eſſe mare interbibere, ſi modò flumina omnia quæ in illud influebant D arcerentur.

Quomodo vitatur hæc captio? Per coniunctionem. Nam duo & tria, Thales & Socrates, in adſumtione & concluſione ſeparata ſunt: quæ in propoſitione coniuncta fuerant. Reſpondendum igitur, duo aut tria cõiuncta eſſe numerum imparem: Thalem & Socratem, cum reliquis quinque eſſe ſeptem.

Quæ eſt captio ex Accentu? Cùm ex praua pronunciatione vnius dictionis, aut plurium, error obiicitur. veluti, Omnia mala vitanda ſunt. Poma ſunt mala. E Poma igitur vitanda ſunt. Item populus eſt arbor. multitudo ciuium eſt populus. Ergo multitudo ciuium eſt arbor. Huc etiam illa iocularia referuntur.

Filia ſub tilia mea net ſubtilia fila.

Item:

Mala mali malo mala contulit omnia mundo.

cùm prius Mala maxillam ſignificet.

Quomodo captio hæc vitabitur? Diſtinctione accentuum & pronuntiationis, quàm tamen antiquis F faciliorem quàm nobis fuiſſe, ſatis planè conſtat.

Quæ eſt captio ex forma dictionis? Cùm id quod non eiuſdem naturæ eſt, quaſi eiuſdem naturæ eſſet, accipitur. vt illud in epiſt. Senecæ: Mus eſt ſyllaba. mus autem caſeum rodit. Ergo ſyllaba caſeum rodit. Item: Mus eſt ſyllaba. Syllaba non rodit caſeum. Mus ergo caſeum non rodit. Item illud: Homo eſt duarum ſyllabarũ. Conſtãtinopolitanus eſt homo. Ergo Conſtãtinopolitanus eſt duarum ſyllabarũ. Item illud Diogeni à Sophiſta obiectum: Quod ego ſum, tu non es. G Ego ſum homo. Non igitur homo es. Nam hîc quorum non eadem ratio & natura eſt, pro eo quaſi eadẽ ratio eſſet, accipiuntur.

Quomodo hæc captio vitabitur? Diſiunctione naturæ & rationis. Nam in propoſitione, Mus eſt animal. in adſumtione, vox. Homo in propoſitione dictio eſt: in adſumtione ſubſtantia. Sophiſta in propoſitione indiuiduum: in adſumtione ſpecies.

De Captio-

De Captionibus extra dictionem.

CAP. XIX.

AGeſis deinceps de Captionibus quæ extra dictionem fiunt, videamus. Quot ſunt captiones ex rebus? Septem: ex vario accidente, ex parte ad infinitum, ex conſequentibus, ex petitione principij, ex falſa cauſſa, ex multiplici interrogatione, & ex non animaduerſis inſidiis.

Quæ eſt captio ex Accidente? Cùm in adſumtione accidens ponitur diſſentaneum ab eo, quod erat in propoſitione. veluti: Quam carnem emiſti: eam comediſti. crudam emiſti. crudã igitur comediſti. Quod nix eſt, hoc grando non eſt. nix alba eſt. grando igitur alba non eſt.

Quomodo vitabitur hæc captio? Demonſtratione diſſentanei accidentis. nam de carne, in propoſitione, nullum erat carnis accidens poſitum, quod in adſumtione adiunctum eſt. In altero: Nix quidem & grando, & glacies accidentia ſunt, non ſubſtantię: nam aqua ſubſtantia eſt. materia quoque idem ſunt. At verò diſſimile in adſumtione quàm in propoſitione accidens eſt poſitum.

Cedo aliud exemplum. Sumatur illud Anaxagorę: Omnis aqua eſt atra. Nix eſt aqua. Ergo nix eſt atra. Hic quod in propoſitione de ſubſtantia dictum erat, in concluſione dicitur de accidenti. Atque ex eodem genere ſunt, quæcunque dicuntur forma mutata non eadem permanere. veluti, cùm ex vuis, oliuis, ſpicis, vinum, oleum, frumentum factum eſt. ex auro, vel argento, vel ære, vas aliquod. ex lana: veſtis: ex tabulis, nauis: ex arbore, trabes. vnde illæ apud Iuriſconſultos quæſtiones, ſpecies ex aliena materia facta cuius ſit.

Cedo item aliud. Sumatur illud peruulgatum: Hic canis eſt pater. hic canis eſt tuus. Ergo hic canis eſt pater tuus. In adſumtione accidens poſitum eſt, diſſimile ab eo quod erat in propoſitione. Sic, Dauid eſt ſanctus Dauid eſt adulter. Ergo Dauid eſt ſanctus adulter.

Quæ eſt captio ex parte ad infinitum? Hæc eſt quæ vulgò dicitur A dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter: cùm id quod aliquatenus & quodammodo verè dictum eſt, quaſi omnino & in totum pronunciatum accipitur. veluti, Æthiops eſt albus dentes: ergo Æthiops eſt albus. Vinum febricitãti noxium eſt. ergo vinum omnino eſt noxium. Dauid fuit adulter & homicida ergo fuit improbus. Hoc vitioſo argumento ſæpe nationes malè audiunt. Quidam Cretenſes ſunt mendaces. ergo Cretenſes omnes. Sic Pœni dicti ſunt perfidi. Græci leues. Ex eodem genere illud eſt feſtiuum propter quod Plutarchus ſcribit argutatorem ab Antonij filio multo argento donatum fuiſſe. Quodammodo febricitanti frigida præbenda eſt. Omnis qui febricitat, quodammodo febricitat. Omni ergo febricitanti frigida præbenda eſt. Obſeruatum eſt autem cùm vitium hoc à parte ad infinitũ admittitur, tum adfirmatiuam eſſe concluſionem: contrà cùm ab infinito ad partem, tum eſſe negatiuã.

Cedo aliud exemplum. Sumatur illud quod Cicero lib. de Inuentione 2. exiſtimauit eſſe ex ambiguo: Si pecunia indigetis, pecuniam non habetis. indigetis autem pecunia: mercaturæ enim, niſi ita eſſet, operam non daretis. Pauperes igitur eſtis. vel potius: Pecuniã igitur nullam habetis. Nam propoſitio finita erat: Si pecunia indigetis, ad rem amplificandam: pecuniam ad eam ipſam rem non habetis.

Quomodo vitatur hæc captio? Notatione partis,

A cùm illa regula profertur, quam ſuperiùs tradidimus: Concluſionem ſemper ad deteriorem ſe partem applicare: neque vnquam aut ex particulari vniuerſalem, aut ex indefinita indefinitam ſequi: ſimúlque oſtendatur, quantum interſit inter Eſſe quandantenus, & Eſſe omnino, infinitè, ſimpliciter.

Quæ eſt captio ex conſequentibus? Cùm ex conſecutione reciprocatio infertur: id eſt ex eo quod quid conſecutum eſt, idem ex contrario conuerti concluB ditur. qua de re in Locorum præceptione accuratè diſſeruimus. veluti: Si eſt piſcis, natat. At non continuò ſi natat, piſcis eſt. Si quis habet febrem, calet: at non cõtinuò ſi quis calet, habet febrem. Si eſt ignis, calefacit, at non continuò ſi calefacit, eſt ignis.

Quæ eſt captio ex poſtulatu principij? Geometræ (inquit Cicero) non omnia docere ſolent, ſed poſtulare, vt quædam ſibi concedantur, quo facilius quæ volunt, explicent: hæc αἰτήματα Græci nominant. Videtúrque facetè Ariſtoteles hanc captionem ſic apC pellaſſe, quaſi Sophiſtæ Geometrarum more ac modo principium ſibi concedi poſtularent, tãquam certum, quod tamen eſſet incertiſſimum. Itaque Græci hoc dicunt ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου τιθέναι: ſumere pro certo, quod dubium controuerſúmque eſt: ſumere pro argumento quod in diſquiſitione poſitum eſt: aliquid ad probandum aſſumere, quod ipſum eſt ambiguum: quoniam iſto modo incertum per incertum concluditur. veluti: Vtilis eſt philoſophia: quia certum de rebus omnibus ſcientiam adD fert. At cùm tam variæ ſint philoſophorum ſectæ, illud ipſum ambiguum eſt an aliquid in Philoſophia ſit certi. Huius generis eſt illa quæ dicitur à Cicerone Repetitio ab vltimos Vtinam ne in nemore Pelio, &c.

Cedo aliud exemplum. Extat præclarum apud Ciceronem lib. de Finib. 4. Quarum (inquiunt) artium ſumma creſcere poteſt, earum etiam contrariarum ſumma poterit augeri, ad virtutis autem ſummam acE cedere nihil poteſt: ne vitia quidem igitur creſcere poterunt, quæ ſunt virtutum contraria. Vtrum igitur tandem, perſpicuíſne dubia aperiuntur, an dubiis perſpicua tolluntur? Atqui hoc perſpicuum eſt, vitia alia in aliis eſſe maiora: illud dubium, ad id quod ſummũ bonum dicitis, ecquænam fieri poſſit acceſſio? Vos autem cùm perſpicuis dubia debeatis illuſtrare, dubiis perſpicua conamini tollere.

Quomodo vitatur hæc captio? Cum id quod pro certo ſumebatur dubium & controuerſum eſſe oſtẽditur. Veluti: cùm apud Ciceronem ſic concluditur: F Si diuinatio eſt, dij ſunt. eſt autem diuinatio, ergo etiam dij ſunt. Nam diuinationem eſſe, id verò incertum, atque ambiguum eſt. In eodem genere illud eſt: Pium eſt orare pro mortuis. Nam Iudas Machabæus magnam in illum vſum pecuniam attribuit. Eodémque illud Paſquilli pertinet de Alexandro Pontifice.

Vendit Alexander cruces, altaria, Chriſtum,
Emerat ille prius, vendere iure poteſt.

Nam ſi rectè non emerat, rectè non vẽdidit. Quod etiam ad magiſtratuum & dignitatum mercatores G transferri poteſt.

Quæ eſt captio ex falſa cauſſa? Cùm id pro cauſſa ponitur, quod cauſſa non eſt. Veluti: Multi oratores abutuntur eloquentia ad perniciem reip. ergo eloquẽtia eſt pernicioſa. Ebrietas eſt mala. ergo vinum malũ. Multi religionis aut philoſophiæ nomine abutuntur. Ergo aut religionis aut philoſophiæ ſtudio abſtinendum eſt. Multi ſcripturæ ſacræ lectione

abutuntur. Ergo interdicenda eſt. Sic Cotta libro de A Nat.deor.3.quia ratio peſtifera ſit multis melius fuiſſe diſputat,non dari hominibus rationem à diis, quàm tam magnificè & largè dari. Sic Anaxagoras,quia ſciret aquam nigram eſſe, vnde illa concreta eſſet: idcircò illam eſſe diſputabat nigram.

Quomodo vitatur hæc captio? Demonſtratione veræ cauſſæ, qualis eſt in ſuperioribus omnibus abuſus rerum ſalutarium. Huic loco (inquit Cotta) ſi ſoletis occurrere. non idcirco non optimè nobis à diis B eſſe prouiſum, quòd multi eorum beneficio peruerſè vterentur: etiam patrimoniis multos malè vti: nec ob eam cauſſam beneficium à patribus nullum habere. Extat illud præclarum exemplum Tuſc. 2. his verbis: Quod eſt (inquit auditor) maius argumentũ nihil prodeſſe philoſophiam, quàm quoſdam perfectos philoſophos turpiter viuere? Nullum verò id quidem argumentum eſt reſpondet Cicero. nam vt agri, non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur: ſic animi non omnes culti fructum ferunt. Cauſſa igitur non in philoſophia C eſt, ſed in animi vitio.

Quæ eſt captio ex multiplici interrogatione? Cùm aut de vno plura, aut de pluribus vnum, aut de pluribus plura interrogantur: vt quaſi ad vnam interrogationem reſpondeatur. De vno plura: veluti: Eſtne hic canis & pater & tuus? Nix éſtne aqua, & alba? Item ſi dimidium totius cuiuſdam eſt album, alterum dimidium eſt nigrum: & quæratur ſítne illud album, an nigrum? De pluribus vnum: veluti, poſitis duobus quorum alterum nigrum, alterũ album ſit, ſi quæratur an D iſta ſint alba, aut nigra? Plura de pluribus: veluti: Nónne ſobrietas & ebrietas ſunt bonum & malum?

Cedo aliquod exemplum ad vſum vitæ accommodatum. Extát in Iure ciuili huius generis innumera, vbi de ſtipulationibus agitur. nam aut plures ab vno, vel à pluribus, aut vnam rem, pluréſve ſtipulari poſſunt: earúmque ſtipulationum variæ captiones ſunt. ſingulas enim res ſingulis ſtipulationibus comprehendi oportet: qua de cauſſa ad vſum vitæ placuit, vt quoties plures res in ſtipulationem deducuntur, tot ſint ſtipulatio- E nes quot res. veluti: Deditíſne vos, populum Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtẽſilia, diuina humanáque omnia in meam populique R. ditionem? Dedimus.

Quomodo vitabitur hæc captio? Rerum coniunctarum ſeparatione: vnde à Iuriſconſultis conſtitutum eſt, vt qui plures res ſtipulanti certas ſe daturum ſpondet, de iis tantùm obligetur. veluti, Spondes te Dauum & Stichum daturum? Stichum ſpondeo. Sic in illis ſuperioribus: Canis hic pater eſt ſuorum catulorum, F meus dominio. Nix eſt aqua reſpectu materiæ, alba reſpectu formæ. Hoc ſeparatim album eſt. Illud ſeparatim nigrum. Sobrietas ſeparatim bonum eſt. Ebrietas ſeparatim malum.

A Quæ eſt captio ex non animaduerſis inſidiis? Cùm id quod diuerſo reſpectu eſt multiplex, pro ſimplici poſitum contradictionem efficit. Nam quod Ariſtoteles τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν appellat, ego captionem non animaduerſam interpretor: non, vt eruditi multi, reprehenſionis ignorantiam. Captio verò, ſiue inſidiæ, ſunt huiuſmodi: duo reſpectu vnius ſunt duplum, reſpectu quatuor, ſunt dimidiatũ. Ergo duo eſt numerus duplus, & non duplus. Cõtradictio enim eſt cùm idem de eodem & dicitur & negatur. Item: Aethiops B à dentibus eſt albus: à cute niger. Ergo idem & albus eſt, & non albus. Dauid à pietate eſt probus: ab adulterio improbus. Ergo idem eſt & probus, & non probus.

Quænam huius appellationis cauſſa eſt? Quia ἐλέγχειν (vt ſuperius diximus) eſt capere, coarguere, & prehenſum tenere. Itaque qui poſitas in interrogationibus inſidias non animaduerterit, facilè ſe in laqueum induit veluti qui ad illa rogata: Duo nónne ſunt du- C plum vnius? Duo nónne ſunt dimidium quatuor? ſimpliciter & incautè reſponderit: prius ſe deprehenſum ſentiet, quàm ſibi tendi laqueũ animaduerterit. Protinus enim Sophiſta ſic inferet: Duo ſunt duplum. Duo ſunt dimidium. Ergo duo eſt numerus duplus, & non duplus.

Quomodo vitabitur hæc captio? Tota hęc argutia, (inquit Ariſtoteles) παρὰ τὸ μὴ διωρίσθαι, τί ἐστι συλλογισμὸς, ἢ τί ἔλεγχος, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ λόγου γίνεται. quod ſic interpretor: Naſcitur ex eo, quod non D diſcernitur ratiocinatio à captione: non prius conſtituitur quid ſit ſyllogiſmus, & quid elenchus: ſed ratio, id eſt inductio multiplicis, reſpectus, omittitur. Debuit enim ita reſponderi, Duo cùm habent rationem ad vnum, ſunt duplum, at cùm habent rationem ad quatuor, ſunt dimidiatum. Vitabitur ergo hæc argutia diſtinctione reſpectus.

Cedo aliud exemplum. Nónne qui oculos habet, videt? Nónne qui dormit, oculos habet, & tamen non videt? Ergo qui oculos habet, idem videt, ſimul non E videt. Diſtinguenda fuit ratio reſpectuum. Qui oculos habet, ſi vtatur, videt: ſi non vtatur, non videt.

Quid? Nónne imprudẽtia hęc non animaduerſi laquei cõmune omnium captionũ nomẽ eſt? Sanè verò. Itaq. multis verbis Ariſtoteles demõſtrat ad hoc vnum principiũ fallaces & captioſas concluſiones omnes reuocari poſſe. qua de cauſſa definitionem Elenchi prodidit longam & copioſam: & (vt opinor) in libris noſtris vitiatam: cuius hæc ſentẽtia eſt: Elẽchus eſt cõtradictio quę ex ambiguitate & nominũ & rerum cõfici- F tur, cùm quæ aut modo, aut tempore, diuerſam rationem habẽt, quaſi vnũ & idem perpetuò eſſent, ſumuntur. huius autem captionis vſus eſt in Soritis vel maximus: cùm is qui interrogatur, imprudens ab eo quod conceſſit, ad id quod non vult concedere, deducitur.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVÆ IN OBSERVATIONUM libri XIII. continentur.

A

Abſens donare mortis cauſa poteſt. 256.g
Abſenti an rectè donetur. 270.e
Abſtentionis ius quale. 279.e
Acceptilatio an ſit actus legitimus. 394.g
Acceptilationis vera definitio. 91.b
Acceptilatio per procuratorem. 292.a
Acceſſio ex eo, quod principale eſt, cenſetur. 15.c
Adcreſcendi iuris explicatio. 184.c
Adcreſcendi ius à Iuriſc. inuentum. 242.g
Adcreſcendi ius in cauſa vſusfr. 96.e
Adcreſcendi ius in communi ſeruo manumiſſo. 255.d
Accuſare per procuratorum non licet. 432.e
Adquiſitio non perimit ius pignoris. 228.a
Acronis mendum. 16.f
Actio directa vel vtilis quibus caſibus competat. 113.g
Actio directa vel vtilis quibus procuratoribus competat. 191.c
Actio ex ſtipulatu competit etiam vbi nihil intereſt. 122.d
Actio ex ſtipulatu concipitur verbis ſtipulationis. 226.d
Actio ingrati ſoli patrono conceſſa. 366.f
Actione conducti comparata ad contractum tuēdum agitur ad eundem reſcindendum. 127.a
Actionis vulgata definitio, propria eſt perſonalis. 89.f
Actionem accipere in verba aduerſarij. 13.g
Actionem conſumi, quid ſit. 240.b
Actiones pœnales mixtæ quando conſumantur. 166.a
Actionem reformari quid ſit. 226.c
Actiones quænam cum cauſæ cognitione dabantur. 212.b
Actio redhibitoria an ad locationes produci poſſit. 126.c
Actio vbi nihil intereſt, non competit. 127.f
Actio venditi concurrit cum actione perſcriptis verbis. 189.b
Actio vni quæſita exerceri ab altero ſine ceſſione non poteſt. 395.g
Actus ciuiles ex præſenti tempore ſtatum capiunt. 51.f
Actus, viæ itineris, differentia duplex. 62.d
Actus legitimus & legis actio differunt. 394.a
Actus legitimi & pure & ſub condicione fiunt. 393.a
Actus viuentium & morientium differunt. 210.a
Addictio in diem eſt actus legitimus. 395.d
Ad finem, vetus locutio. 155.b
Aditialis cœna. 307.d
Aditio æri alieno heredem obligat. 12.d
Aditio hereditatis eſt quaſi contractus. 156.f
Aditio hereditatis præſentiam requirit. 433.e
Aditio hereditatis quaſi contractus. 115.d
Aditio nuda voluntate contenta eſt. 217.c
Adiudicatio quomodo ius faciat. 201.b
Adoptio bonor. poſſeſſ. non impedit. 348.f
Adoptatus quibus non fit agnatus, nec fit cognatus. 363.a
Adoptiui patris cum vxore nuptiæ prohibitæ. 363.c
Ædificia vbicumque ſunt, vrbana prædia ſunt. 250.c.
Ædilium edictum an ad locationes pertineat. 126.c
Aequitas cum æquitate compenſanda. 327.g
Æquitas ſola naturalem obligationem animat. 329.a
Æquitatis vis duplex. 300.f
Ære libram percutere. 298.f
Æs alienum vtrum mobil. an immobil. 72.g
Æſtimatio prædiorum vnde ſtatuenda. 48.a
Adfinitatis nomine nulla ſucceſſio. 179.a
Agellij locus. 59.b
Agere lege dicitur etiam carnifex. 400.d
Agnaſci & quaſi agnaſci differunt. 22.g
Agnata & Enata differunt. 22.f
Aleæ ſpecies in conuentionibus. 148.a
Alfenus omnium puriſſimè ſcripſit. 169.e
Alienandi poteſtas mulieribus teſtamento virorum data. 89.a
Allodia quæ dicantur. 50.d
Allodium quid ſit. 143.c
Alluuionis & eluuionis differentia. 171.a
Alueus à flumine relictus, cuius eſſe incipiat. 169.c
Ambigua & obſcura differunt. 468.e
Ambitus ædium. 36.c 363.f 403.d
Ambitus ædium ſpacium immutatum. 430.b
Ambulatio, locus in quo ambulatur. 98.a
Amitini, quid à patruelib. differunt. 181.c
Amitinus, Conſobrinus, & patruelis. 164.b
Ampliatio & comperendinatio. 19.b
Ancillæ pars eſt ipſius partus. 229.c
Animaduerſio pro cognitione. 212.a
Annuli obſignatorij. 27.b
Annulus ferreus in ſponſalibus dari ſolitas 297.c
Annulus pronubus. ibid.d.
Annulus cur à ſponſo ſponſæ in primis nuptiis detur. ibid.c
Anteſtationis ritus apud veteres Germanos. 87.d

Antichreſis. alia tacita,alia expreſſa. 6.g
Antichreſis definitio. 7.g
Antichreſis legitimo vſurarum modo non ſubiitur. 7.f
Adpellatio eſt actus legitimus. 396.b
Aquæductus mei partem an cedere alteri poſſim. 251.c.
Aquæ hauriendæ ſeruitus ex ipſo capite conſtituenda eſt. 370.a
Aquæ iter nondum inuentæ concedi non poteſt. 250.f
Aquæ per rotam tollendæ ſeruitus. 369.g
Aquam ex flumine publico licet in prædium deducere. 369.e
Arbitrij alieni duplex conditio eſt. 158.f
Arbitrorum duo genera. 198.f
Arbor ſucciſſa deſinit eſſe arbor. 152. & fit mobilis, quæ fuerat immobilis. 152.d
de Arbore vicina diſſenſio Iuriſconſultorum. 15.a
Arboris vicinę radices controuerſiam de proprietatę pariunt. 15.e
Argumentum à differentia. 31.e
Argumentum à ſpecie ad genus,quale ſit. 30.e
Arrarum ſponſalitiarum inuentum quo tempore. 410.f
Arrarum ſponſalit.ius quale. 411.f
Aruſpices. 181.d
Aſconio non in omnibus fidendum. 146.b
Aſſem in aſſum venire. 237.e
Aſſis hereditarij diſtributio varia. 236.g
Auctoritas tutoris ante negotium geſtum anne valeat. 353.a
Auctoritas tutoris quando interponenda. 352.e
Auctoritas vetuſtatis. 106.a
Auctor quis dicatur. 396.d
Auguriorum diſciplina. 181.f
Auguriorum varia genera. 181.e
Augurium coactum. 182.e
Augurum poteſtas ſumma. 182.d
Aurei æſtimatio. 64.d
Auri & æris mixtorum ſeparatio. 222.b
Auri flammula. 425.a
Auſpicia maiora & minora. 145.e
Auſpicium ex acuminibus. 182.g
Auſpicium ex diris. 183.a
Auſpicium Peremne. 182.f
Auſpicium quid & quàm latè pateat. 181.f
Auth.ex cauſſa,de lib.præter.explicata. 218.g.

B

BArones. 50.b
Bartholus reprehenſus. 336.e
Baſilij Amerbachij doctrina & humanitas. 183.d
Bis eadem de re actio non eſt. 201.b
Bis idem exigi non poteſt. 165.f
Boetij opinio improbata. 30.e
Bona ex edicto poſſidere. 14.e
Bona fides per litis conteſt. efficitur mala fides. 110.b
Boni viri arbitrium. 159.e
Bonorum poſſeſſio acquiritur per procuratorem. 434.c
Bon. poſſ. datur, ſi tabulæ extant,quamuis non proferantur. 4.b
Buchani opinio in dubium vocata. 59.d
Budæi emendatio in dubium vocata. 354.b
Byzantium cur noua Roma appellatum. 288.e

C

CAduca legionis quæ dicantur. 246.c
Caduca quæ dicantur. 115.f
Caducariæ leges. 52.d
Caducarij. 246.e
Caducorum origo & progeſſus. 115.g
Caducum receptitium. 116.b
Caij Inſtitut.emend. 242.a
Calami in ſcribendo vſus. 104.c
Canon frumentarius. 434.d
Canoniſtarum ſtultus error. 296.f
Capitis minutio media & maxima. 393.a
Capitis minutio cuius tutelæ ius adimat. 79.f
Captiuitas quæ iura tollat. 279.g
Carboniani edicti ſententia. 177.a
Caſſianorum& Proculianorum diſſenſio. 91.g
Caſtellum,quid ſit. 370.d
Caſus expreſſus ad non expreſſum producitur. 197.g
Caſſus fatales qui. 125.a
Catonianæ regulæ ſententia. 51.e
Cauſſæ cõiectio quid ſit.55.d quid differat à regula iuris. 56.57.
Cauſſæ pignoris & dominij ſeparatæ ſunt. 228.d
Cauſſa in ſeruitutibus perpetua. 105.a
Cedere actionem. 191.b
Cedere actionem & delegare differunt. 192.b
Cedere diem. 116.e
Cedere diem ad tranſmiſſionem, item ad obligationem. 115.b
Cedere diem legati. 116.g
Cedere operæ dicuntur. 116.f
Ceræ primæ,ſecundæ,imæ. 101.b
Cedere tempus. 116.e
Cedi actionem quid ſit. 396.a
Cedit dies legato quando. 422.g
Cenſi mulieres facere heredes non poterant. 1.a
Centumuiri de cauſſis capitis non iudicabant. 161.g
Centumuirorum iudicia ius faciebant. 201.e
Centuriata comitia. 144.a
Ceræ pro tabulis. 100.d
Cera ima & extrema. 101.e
Cernendi tempus teſtatoris in arbitrio poſitum. 266.g
Cernere,quid ſit. 289.e
Certare cum vſuris fructibus prædiorum. 49.b
Certarum rerum valet inſtitutio. 128.d
Ceſſio inutilis an per inſequentem confirmatur. 207.a
Ceſſionis & legati differentia. 210.a
Ceſſionis & traditionis differentia. 191.b
Ceſſionis diei præcipuus effectus. 117.b
Ceſſionis dies idem qui adquiſitionis in quibus cauſſis. 118.b
Ceſſiones diuerſis temporibus factæ finguntur vno factæ tempore. 208.d
Ceterarum rerum vetus locutio. 120.a
Chirographi vtilitas apud debitorem. 220.a
Chirographum neque obligatio eſt, neque continet obligationem. 219.g
Chirographum non facit debitorem, ſed cauſſa chirographi. 195.c
Cicero emendatus de legib. 3.245.d in ea pro Marcello.

cello 187.g in Piſoniana 245.e in Lælio 167.a de orat. 1. 379.c alij loci emendati 38.c & 39.e
Ciceronis locorum emendatio de orat.2.239.d, item 3 g, item 8.a, item 9.b, item 10.d, item ex agraria 2.144.d, in ep. ad Att. 154.c, item alter 161.b, item lib. de legib. 1.177.f, item Tuſc. 2.166.f, item Verrin.7. alter de orat.1.79.a, item Verrin.5.187.f item in Rabiriana 178.d, item in Topic.33.e, item in Topic.35.e, item pro S.Roſcio 281.f, item in Verrinis 280.f
Ciceronis locus emendatus 18.f item de legibus 1.94.d item in Muræn. in Quinctian. Sextian. Verrin. 45.d & 46.b item in Muræn.44.g de officiis 63.a pro Balbo 59.f pro Marcello 100.g item in Verr.11.306.c d e, Off.111.308.g, Epiſt.vi.302.f
Ciuilium obligationum cauſſa 329.b
Claues adimere in diuortio 440.f
Coactum augurium. 182.e
Codices qui & vnde nomen 102.d
Codicillaris clauſulæ vis magna 233.c
Codicilli & pugillares 103.d
Codicillis ſcripta pro teſtamento valent: 164.f
Codicillos ab inteſtato facere poteſt, qui teſtam. fecit 233.c
Coemtio & emtio 434.e
Coemtionis ritus apud Germanos 86.e
Cognitiones prætoriæ quales 211.f
Cognoſcere pronuntiandi cauſſa: & ſummariè differunt 176.f
Columnæ ad latitandum accommodatæ 412.d
Coloniæ militares 49.f
Colonus ſupra ſeminis dominum mercedes non debet 129.g
Comitatenſes qui 424.e
Comitia curiata 143.g
Comitia tributa 145.d
Comitiorum ius ademptum populo per Impp. 173.f
Commeatus 435.a
Commendare & deponere differunt 122.g
Commendare, non ſemper eſt deponere 380.a
Commercium cui non eſt, an ſtipulari poſſit 386.e
Commodati actio interdum ad rem ſuam intenditur interdum ad id quod ſibi debetur. 91.b
Commodati lex & conditio 380.e
Cummuni in re vni altero inuito nihil licet facere 431.b
Compenſationis & retentionis differentia 381.a
Comperendinatio & ampliatio 19.b
Compromiſſarij iudices 200.a
Concubinæ & vxoris communia 140.g
Concurſu partes fieri 185.e
Condictio furtiua furis odio inducta 90.d
Condicionis euentus retrotrahitur 12.c item 150.e
Condicio in heredes tranſit 189.d
Condicio poteſtatiua & caſualia 340.b.e
Condicio faciendi extremo vitæ tempore an impleri poſſit. ibid.d
Condicio dandi per alium impleri poteſt ibid.e
Condiciones inhumanæ pro nihilo habentur. 161.f
Condicio non faciendi ſola morte impletur 13.a, & 341.d
Condicionum coniunctim aut disiunctim datarum differentia 70.d
Condicionum reciprocatio 52.e
Condicio pro pacto 160.d
Conductor abutens re conducta locati actione depellitur 127.b
Confines fundi pro diuiſo, & pro indiuiſo 151.e
Coniectores qui dicuntur 410.b
Coniectura vnde dicitur 410.a
Coniunctio in ſtipul. communionem inducit 385.e
Coniunctionis & diſiunctionis differentia 68.f
Coniunctio, re, verbis & mixta 185.d
Coniuncti ab aliis dicuntur, qui ab aliis diſiuncti 186.a
Coniuncti re, qui dicantur 185.d
Coniuncti verbis, qui dicantur 185.a
Coniunctim aut diſiunctim legare 184.b
Coniunctorum re aut verbis ius quale 242.g
Conſanguinei ab agnatis ſeparantur 23.e
Conſentire in iudicem 432.a
Conſobrini, qui 17.b
Conſobrinorum duo genera 164.a
Conſul emancipari apud ſe poteſt 194.b
Conſumi actionem quid ſit 240.b
Conſtitutio ciuilis, id eſt regulæ 56.g
Conſtitutiones Impp. à quo initium ceperint 288.d
Conteſtatæ litis effectus multiplex 109.f
Contractus mutui claudicare non poſſunt 91.a
Contractus quibus de reb. fiat 177.b
Contractus, quid ſit 351.d
Contractus definitio 331.b
Creditor non debet eſſe curioſus 172.c
Cretio 177.g
Cretio inepte dicitur otioſa 267.a
Cretio libera, inepte 267.a
Cretionis formula vetus 289.e
Cuius perſona vtimur pars quædam noſtri eſſe cenſetur 114.g
Culpa in depoſito qualis præſtetur 72.c
Culpa quid ſit 147.a
Curatio prodigorum quaſi legitima 243.d
Curator non admittitur in ſolemnibus 433.g
Curiæ quaſi Parœciæ 145.b
Curiata comitia. 143.g
Cuſtodes tyronum 284.a
Cuſtodia in horreis 426.f
Cuſtodia libera 266.b

D

Damnum facere, quid ſit 54.d
Dari quod ſuum eſt, domino non poteſt 90.a
Debiti naturalis ſoluti repetitio nulla 323.c
Debitor debitoris mei meus debitor non eſt 191.g
Debitum aliud gratuitum, aliud vſurarium 7.c
Decernere vindicias ſecundum libertatem 42.d
Decipere & fallere differunt 26.d
Definitiones iuris, id eſt regulæ 56.d
Delegare actionem & cedere differunt 192.b
Delegationis effectus 192.e
Delegatio per litis conteſtationem 110.d
Delinquendi conſilium an pro delicto habeatur 308.f
Deminuere pro alienare 88.d
Deminutio eſt detractio 66.e
Dena, male Bartholus pro viginti 385.g
De plano, & pro tribunali 212.f
Deponere & commendare differunt 123.b
Deportatus dici obligatus non poteſt 12.d
Depoſitarius qualem culpam præſtet 72.a
Depoſitæ pecuniæ vſuræ quo caſu debeantur 118.f
Depoſiti actio interdum ad rem ſuam intenditur, interdum ad id quod ſibi debetur 90.f
Detractiones ex teſtamentis non plures vna 65.e
Dextræ tollendæ formula 281.e
Dicere legem rei ſuæ licet 362.d

Dei adiectio vitium actionis purgat 240.f
Dies cedere 116.e
Dies cedit 116.e
Dies incertus pro conditione eſt 12.c
Dies naturalis & ciuilis 387.c
Digitum tollebant licitatores 281.c
Digitum tollere in auctionibus, quid 299.a
Dignitatem furioſus habere poteſt 111.c
Diræ, id eſt, execrationes 183.a
Directa vel vtilis actio quibus caſibus competat 114.a
Directa vel vtilis actio quibus procuratorib. competat 191.c
Disiuncti ab aliis dicuntur, qui ab aliis cõiuncti 187.a
Diſiunctim aut coniunctim legare 184.a
Diſiunctionis & coniunctionis differentia 67.f
Diſiunctiua oratio, qualis 67.f
Diſtrahentium æque vt contrahentium nota debet eſſe conditio 157.a
Diui Pij conſtitutio 339.b
Diuinationum varia genera 183.b
Diuortia qua lege permiſſa 439.g
Diuortij culpam ſuſtinere 32.e
Doctorum opinio de clauſula codicillari 171.c
Doli actio & exceptio multos ad caſus productæ 109.c
Doli actioni quando ſit locus 108.d
Doli mali definitio 107.e
Doli mali definitio examinata 25.g
Dolus, iniuria conſulto facta 107.f
Dolus opponitur caſui fortuito, errori, imperitiæ. 107.f
Dolus ſummo genere eſt conſilium 107.g
Dolus vindicatur lege & ſine lege 108.b
Dominij & pignoris cauſæ ſeparatæ 228.d
Dominium aliud plenum, aliud non plenum 97.a
Dominium plenum vſucapio tribuit 106.c
Dominus & paterfa. 357.f
Dominus vnus nihil poteſt in re communi altero inuito facere 431.b
Domus vocabulum quomodo accipiendum 357.e
Donata filio vniuerſali fideic. non continentur 167.c
Donata res abſentis non fit, niſi ab eo recepta 133.b
Donatio coniugum morte confirmatur 359.g
Donare extraneo non creditur, qui liberos ſperat 365.d
Donatio propter nuptias in Pegaſianam imputatur 295.f
Donatio ex certa die an valeat 361.c
Donatio filiæ fa. patris morte confirmatur 139.b
Donatio inofficioſa quatenus reſcinditur 365.e
Donatio inter coniuges vſucapionem impedit. 359.f
Donatio mortis cauſſa in abſentem collata, iure fidei commiſſi valet 136.b
Donationem perfici quid ſit 360.e
Donatio non perficiebatur olim niſi traditione 257.d
Donatio præſumitur fieri ob benemerita 365.f
Donationes inter viuos cur in legitimam non imputentur 295.f
Donationis inter viuos & mortis cauſſa differentia 256.f
Donatio mortis alienæ cauſa rectè fit. 360.f
Donationis natura & proprietas 136.d
Donatio non confertur in nondum natos 135.f
Donatio rei alienæ inter coniuges, ad quid valeat 360.b
Donatoris fauorabilior cauſſa quam mariti 255.a
Dos in legitimam imputatur 295.f. 139.d
Dos non fictione ſed naturali ratione cõſtat 293.d
Dotalis fundi alienatio nulla 369.a
Dotem filiæ dare patris officium eſt 161.g
Dotis cauſſa an præcipua ſit 254.g
Dotis profectitiæ dominium duorum commune 263.d
Dotis profectitiæ vis explicatur 263.f

E

Edictum perpetuum 288.c
Edictum ædilium an ad locationes pertineat 126.b
Eius quod intereſt dubitationes variæ 346.c
Electio fit per procuratorem recte 392.d
Emancipatio ficta liberorum venditio 87.d
Emendicata ſuffragia 433.a
Emptio & coemptio 434.d
Emptio noua, ſublata priore, contracta intelligitur 334.g
Emptionis ſubſtantia ex precio conſiſtit ibid.
Emptionis natura indiuidua 385.e
Emptionis perfectæ ius quale 189.b
Emptio redituum, eſt contractus vſurarius 46.g
Emptio generis 14.b
Emptor cum pacto reſtituendi etiam fructus reſtituit 188.f
Epiſtola & nuncius æquiparantur 307.a
Equitum tranſuectio, probatio, recognitio 95.b
Eraſmi εὐςοχία in cuiuſdam legis emendatione 384.f
Erit, verbum quo ſenſu accipiatur 2.d
Erit, verbum duplicis temporis 53.e
Erogandi verbum 148.g
Eſt tanti, vetus locutio 42.g
Ex animi ſententia & ſcientia iurare 419.g
Exceptio, cuius pecuniæ dies fuiſſet 240.c
Exceptio, pro adiectio 240.e
Exceptio, pro pactio 352.a
Exceptionum vis & effectus 55.g
Exceptionum vſitata formula 241.a
Exceptiones regulam confirmant non vitiant 56.c
Exemplar, Exemplum, Exemplarium 103.b
Exheredatio fit duob. modis 219.e
Exheredatio ius petendæ b.p. adimit 439.a
Exheredatio non eſt, niſi ritè facta 132.c
Exheredatio nulla ante hered. aditionem 174.g
Exheredatio quam vim habeat 278.f
Exheredationes odioſæ ſunt 162.a
Exheredatio ſui ius extinguit 174.f
Exheredatus manet tamen legitimus 279.d
Exheredatus multa iura retinet 279.a
Exhibere actionem 191.b
Exilium ciuiles obligationis diſſoluit 328.f
Exoſtarum & proiectorum differentia 429.c
Expreſſi ad omiſſum non producendi exempla 197.b
Expreſſi ad omiſſum producti exempla 197.f
Expreſſi & non expreſſi differentia 355.e
Ἐξῶσαι 428.g
Extra bona ſunt, quæ alienari non poſſunt 203.f
Extraneus extraneo non acquirit 130.d
Extraordinariæ cognitiones 212.d
Extremum vitæ tempus quid apud Iuriſc. 340.d

F

Acta fictionem non recipiunt 382.a
Facti cauſæ iudicis religioni permittendæ 198.c

Factum

Factum perſonæ cohæret 381.g
Falcidiæ nomen generale 335.b
Falcidianæ & Pegaſianæ differentia 339.g
Falcidicus heres onera ſolus hereditaria ſuſtinet 336.b
Falcidicus heres fiduciario fauorabilior 336.f
Falcidicus heres fauorabilis 138.c
Fallaciæ & doli differentia 26.b
Fallere & decipere differunt 26.d
Familiares,id eſt ſerui 357.f
Fecit,fecerit,vſitata in legibus formula 1.a
Feſtucaria vis 213.f
Feudi dominus an vaſallo inconſulto alienare poſſit 142.g
Feudi proprietas cuius ſit 142.d
Feudi vocabulum quale, ipſius definitio, feudorum origo 49.d
Feudorum tres gradus 49.d
Feudum committi,ſiue aperiri 51.a
Feudum non eſſe contractum 177.b
Fictio nihil debet abſurdi,continere 208.c
Fideicommiſſa precariis verbis relinquenda 344.g
Fideicommiſſariæ ſubſtitutionis in infinitum productæ 296.c
Fideicommiſſario debentur fructus in heredit. inuenti 377.b
Fideicommiſſorum & legatorum differentia 382.c
Fideicommiſſorum & legatorum differentia 386.g
Fideicommiſſorum fauor ſummus 361.d
Fideicommiſſo grauari nemo vltra quantitatem à defuncto acceptam poteſt 296.b
Fideicommiſſo non continentur, quæ non ex teſtamento veniunt 161.d
Fideicommiſſo quæ aliunde quàm ex teſtamento veniunt,non continentur 139.b
Fideicommiſſum ab inteſtato relinquitur 233.c
Fideicommiſſum & donatio differunt 361.g
Fideicommiſſum fieri debet de bonis fideicommittentis 361.d
Fideicommiſſum rectè ab omni debitore relinquitur 368.f
Fides publica 41.a
Fiduciarius pater nullus 142.b
Figura literarum,quid ſit 194.f
Filia & nepotes præteriti quo iure inſtitutis accreſcant 242.d
Filiifam.an plena libertate fruantur 41.f
Filiifamilias quomodo obligentur 12.a
Filio præterito pater non ſubſtituit 133.g
Filio quæſitum patri ſtatim acquiritur 149.c
Filius fideicommiſſo grauatus non plus ſua legitima retinet 296.f
Filius an patri agnatus ſit 21.g
Filius latiore ſignificatione patri agnatus dicitur 22.f
Filius præteritus ius ſuum tranſmittit 136.d
Fluminum quædam publica,quædam priuata 241.g
Fœnori mutuum opponitur 6.b
Fœtus pars corporis & viſcerum matris 230.c
Fœtus pecudum ad b.f.poſſeſſ.pertinent 202.a
Forma iudicij vindiciarum 214.a
Forma mutata ſpecies interit 170.c
Frater conſanguineus & vterinus 180.b
Frater vterinus mei conſanguinei mihi cognatus non eſt 180.c
Fructuor ius alterum fructuariũ facere poteſt 142.d
Fructuarius vindicat ſeruitutes: idem opus nouum nuntiat 415.b
Fructus heredi inſtituto in ſuam quartam imputantur 295.a
Fructus percepti an in quartam imputentur 343.b
Fructus medio tempore perceptos liberi primi gradus in Pegaſianam non imputant 295.b
Fructus à creditore percepti ſolutionis vicem obtinent 6.e
Fructus creditori in ſortem imputantur 6.e
Fructus fundi tacitè domino cenſentur obligati 7.e
Fructus in fideicõmiſſ. hereditatẽ non veniunt 375.c
Fructus in hereditate inuenti fideicommiſſario reſtituuntur 377.b
Fructus in legitimam imputantur 128.e
Fufidius Iuriſc. 408.a
Fundi diuiduntur & regionibus & via 377.f
Fundi nomine ius continetur 95.d
Fundorum æſtimatio non tantum ex prouentu 36.a
Fundorum pretia vnde æſtimentur. 372.a
Fundus & vſusfructus res 97.d
Fundus populus quis dicatur 58.a
Fundus pro auctor 58.b
Fundus prælegatus filio in ſuam falcidiam imputatur 346.a
Furioſi & prodigi differentia 110.g
Furioſorum duo genera 111.a
Furtum diligenti non accidit 125.a

G

Generis eadem ratio,quæ diſiunctionis 269.b
Gentis enuptio 89.a
Geri negocium quomodo dicatur 331.b
Graphium pro ſtylo 100.d
Gratuita pecunia 5.g
Gratuita,quæ dicantur 6.b

H

Habendi verbum commune eſt natur. & ciuil. poſſ. 261.f
Habere pro derelicto,eſt quaſi donare 255.e
Habitatio eſt facti 98.b
Habitatio gratuita & mercenaria 98.d
Habitationis definitio & explicatio 97.f
Habitationis & precarij differentia 99.b
Habitationis & vſus differentia 100.a
Habitatio,quatenus eſt iuris 95.e
Heliocamini 429.e
Heredi non licet,quod defuncto non licuit 366.g
Heredi potius fauetur quam legatario 371.d
Heredis & familiæ emptoris differentia 282.a
Heredis inſtitutio conditionem recipit 393.b
Heredis inſtitutio,anima teſtamenti 348.d
Hereditas non adita non transmittitur 117.d
Hereditas non aditur per procuratorem 433.d
Hereditatem agnoſcens non reuocat factum defuncti 369.a
Hereditarius ſeruus, iacente hereditate, eſt nullius 92.d
Hereditariam portionem rogatus reſtituere, quartam eius partem retinere poteſt 344.g
Hereditarius aditio,actus legitimus 290.g
Hereditati quæſitę actiones heredi acquiruntur 92.a
Hereditatis ius an per omnem capitis diminutionẽ amittatur 80.g
Hereditatis petitio ſatiſdationem exigit 9.g
Hereditatis quando tranſmittitur 53.b
Hereditas vtrum defuncti an heredis perſonam ſu-

ſtineat. 91.f
Heredum primorum & ſecundorum loci in ſcriptura. 101.c
Heres an propter omiſſionem inuentarij ſua quarta priuetur. 131.d
Heres an rectè legatum filiof.ſoluat. 157.c
Heres an teneatur ex contractu, ſi dolus defuncti arguatur. 383.b
Heres defuncti factum præſtat. 156.a item 190.b
Heres deteriorem fructuarij conditionem facere nō poteſt. 405.g
Heres ex doloſo defuncti contractu tenetur. 338.g
Heres ex eo teſtamento,quod falſi arguantur, an hereditatem rectè adeat. 289.d
Heres falcidicus fauorabilis. 138.c
Heres,id eſt dominus. 356.d
Heres nudo nomine. 279.f
Heres proprie quis dicatur. 381.f
Heres tutoris,cuius culpæ teneatur. 383.e
Heres vitiorum defuncti ſucceſſor. 229.a
Hippocratis præcepta de partus tempore. 274.d
Hominis ſtatus indiuiduus. 205.b
Hominis ſtatus indiuiduus. 255.e
Horreorum cuſtodia. 426.f
in Hortis ciues quidam habitabant. 270.a
Humanior ſententia ſequenda. 410.b
Hygenus emendatus. 100.e
Hypæthra. 429.d
Hypotheca nudo conſenſu & contrahitur & diſſoluitur. 186.g
Hypotheca,nuda conuentio. 303.c
Hypothecaria an concedatur domino qui debitori ſucceſſit. 155.e

I

IActus retis emitur rectè. 149.a
Ianuam in publico aperire. 363.e
Ianuam in publico quatenus producere liceat. 363.f
Imæ ceræ. 101.b
Immobilia,quæ dicantur. 73.f
Impenſæ in lapidicinis fundi totalis an refundendæ. 368.c
Impenſæ vtiles in fundum dotalem. 367.g
Imperandi verbum ambiguum. 404.g
Imperantes à medicis qui dicantur. 404.f
Imperium à lege,iuriſdictio à magiſtratu. 83.b
Imperium lege curiata mandabatur. 144.b
Imperium ineſt iuriſdictioni. 226.g
Impetrire aues. 181.g
Impetriri,quid ſit. 106.d
Imponere riuum,columnas,tignum. 435.f
Imputari quid propriè dicatur. 335.b
Imputationes in Trebellianam. 294.f
In Falcidianam quartam imputantur ea quæ heres iure hereditario capit. 335.a
In bello amiſſum quid dicatur. 218.b
In bonis & ex bonis,idem ſunt. 203.b
In bonis quid ſit. 202.g
Incidens quæſtio. 176.d
In confinio,prope confinium,idem ſunt. 151.c
Indefinitæ inſtitutionis effectus. 236.b
Index legis,quid ſit. 94.e
Inſtitutionum loci emendati: 383.d item 280.c item 18.b
Ingrati actio ſoli patrono conceſſa. 366.f
In iure & in iudicio differunt. 212.e
In iure quæ res peragerentur. 212.f
In re præſenti,quid ſit? 353.f
In ſcientia nullum habet conſenſum. 432.a
Inſtitutione per querelam euerſa, legata nouo iure debentur. 219.d
Inſtitutione euerſa teſtamentum corruit. 134.a
Inſtitutio non eſt niſi ritè facta. 132.c
Inſtructi fundi legato quæ contineantur. 425.e
Inſulæ in flumine natæ ius quale. 82.f
Inſula in flumine nata quo iure ſit. 29.e
Intercedere mulierem,quid ſit. 172.b
Interceſſiones virorum ſunt non mulierum. 124.e
Interdictum momentariæ poſſeſſionis. 216.e
Intereſt nullius, quid in meo faciam,aut non faciam. 267.g
Intereſſe in frugib.quale ſit. 319.b
Intereſſe alicuius quando dicitur. 141.g
Internecida. 401.b
Internecidium. 400.f
Internecinum teſtamentum. 400.f
Inter,particulæ,vis quanta. 401.e
Interpretatio §.Agerius.l.122.D.de verb.oblig. 11.g
Interrogare in iure,quid ſit. 28.e
Interualla furioſorum dilucida. 111.e
Inteſtatus quis dicatur. 244.e
Inuentarij confectio qualis & quod ius ipſius. 168.d
Inuentarij neceſſitas. 131.g
Inuentarium cur in fideic. ſingulare, non vniuerſale. 168.a
Itineris,actus,viæ,differentia duplex. 61.d
Iudicandi poteſtas non facit magiſtratum. 199.e
Iudices ex compromiſſo. 200.a
Iudices Pedanei de cauſa ſtatus non iudicabunt. 175.f
Iudicibus dari tabellæ ſolebant. 16.b
Iudiciorum ordin.& extraordin.differentia. 269.d
Iudicis dandi poteſtas penes quos. 199.f
Iudicum duo genera. 198.f
Iumentum quid ſit. 62.f
Iudicum quinque genera. 199.a
Iuris definitio. 300.e g
Iuris Iuſtinianici origo & progreſſus. 287.a
Iuriſconſult. diſſenſio de partu ancillæ furtiuæ. 229.f
Iuriſconſultis interpretari non ſupplere licet. 230.b
Iuriſconſultorum alius ſermo,alius vulgi. 250.b
Iuriſc.diſſenſio.268.d & 169.c & 355.d & 15.a & 183.d & 118.f & 151.b & 120.f & 155.d & 118.f. & 108.e
Iuriſconſultorum fictiones in formulis. 282.b
Iuriſconſulti formularum inuentores. 440.g
Iuriſconſultorum mos in aliis allegandis. 230.f
Iuriſconſ. officium æquitatem potius quam ſummum ius ſequi. 81.c
Iuriſconſultorum quorundam mores acerbe notati. 20.d
Iuriſc. ſequuntur ea quæ plerunque non quæ raro contingunt. 274.g
Iuriſdictio mandata. 74.d
Iuriſdictionis & notionis differentia. 199.b
Iuriſdictio non ineſt imperio. 226.f
Iuriſdctio quid ſit. 227.a
Ius abrogatum multis in Pandectarum locis relictū. 231.d
Ius an omnis locus vbi eſt prætor. 28.c
Iuſiurandum iudiciale actus legitimus. 396.e
Ius neceſſitate introductum. 173.e
Ius prædij & prædium differunt. 96.a

Ius ſingulare propter quotidianum rerum creditarum vſum. 114.e
Iuſtiniani conſtitutio de caducis. 117.e
Iuſtinianus quando inter homines morari deſiit. 289.c

L

LAcinia in togis. 284.b
Lambini facinora quædam notata. 46.e
Lambini incogitantia 357.g
Lambini opinio improbata 59.d
Lapidicinæ an in fructu numerentur 367.e
Latitare circa columnas 412.d
Laudæ & vendæ Gallici iuris 142.f
Laudimia recipere 142.d
Legare ab aliquo 30.b
Legati dominium non ante aditam hereditatem cedit 115.e
Legata expreſſè relicta tacitè tamen voluntate adimuntur 355.b
Legata pendent ex aditione 150.e
Legata quæ debentur, augentur ex iis, quæ non debentur 65.e
Legati diem cedere 116.g
Legati dignitas in prouincia 399.d
Legati ius in manumiſſione 399.c
Legatio libera 177.f
Legatio libera 265.d
Legati Proconſulis qualis iuriſdictio 74.c
Legati puri dies cedit ex mortis tempore 117.e
Legatis lictores dabantur. 76.a
Legatorum & fideicommiſſor. differentia. 382.c
Legatorum & ſtipulationum conditionalium differentia. 150.a
Legatum an alienum arbitrium conferri poſſit. 355.d
Legatum purum ſtatim cedit. 422.e
Legatum ſpeciei & generis. 112.e
Lege agere. 215.d
Lege agere in hereditatem. 9.b
Lege agere quis dicatur. 400.b
Legem rei ſuæ dicere cuique licet 362.d
Leges Caducariæ. 52.d
Leges non in præteritum, ſed in futurum tempus valent. 1.e
Leges xij. tabularum in Regiarum locum ſubrogatæ. 287.b
Leges Romanæ nunquam ex latorum cognomine appellatæ. 395.f
Legiones & vexillationes differunt. 424.d
Legionis caduca. 246.c
Legionis & numerorum differentia. 424.e
Legis actio & legitimus actus differunt. 394.a
Legis & regulæ differentia. 54.d
Legis Voconiæ ſententia. 11.e
Legitimæ actio an præſcribatur. 159.f
Legitimæ fauores plurimi. 128.f
Legitimæ fructus imputantur. 129.a
Legitimæ iura per Iuſtin. mutata. 128.b
Legitimæ nomine quinque competunt actiones. 159.d
Legitimæ quæ dicuntur. 243.f
Legitimæ ſupplementum. 129.a item 160.a
Legitima hereditatis titulo nominatim relinquenda. 128.g
Legitimam in dotis cauſam alienare teſtator prohibere non poteſt. 162.a
Legitima nullum grauamen admittit. 129.b
Legitima, quibus in reb. patri commodum eſt, attribuitur. 128.d
Legitima vtrum in corporalibus an in æſtimatione ſoluenda. 127.g
Legum xij. Tab. tripartita diuiſio. 287.c
Le mort ſaiſit le vif. 358.b
Lex Acilia iudiciaria. 19.a
Lex Cincia de donationibus 136.d
Lex xii. tab. reſtituta. 35.e item 280.e
Lex Scribonia. 248.d
Lex Seruilia. 19.a
Libera cretio. 266.d
Libera cuſtodia. 266.b
Libera legatio. 265.g
Liberalis cauſæ initium quale. 42.a
Liberalis cauſa quem habeat iudicem. 175.f
Liberari per pactum quid ſit. 391.b
Libera teſtamenti factio. 267.b
Liber ex parte nemo. 255.e
Liberorum cauſſa fauorabilis in donationibus. 365.e
Librariorum menda multa ex vicinarum vocum ſimilitudine. 44.e
Librorum appellatio. 104.a
Lictores legatis attributi. 76.a
Lignum pro tabulis. 99.e
Lis vindiciarum. 9.b
Lis vindiciarum. 42.d
Litis conteſtationis effectus multiplex. 109.f
Litis redemptio. 158.a
Liuij locus emendatus. 82.e
Liuij locus obſcurus illuſtratus. 41.b
Locatoris obligatio, qualis. 126.d
Loci adiectio vitium actionis purgat. 240.f
Ludorum Romanorum tempus 21.c
Lumina immittere Feneſtras aperire idem ſunt. 403.g
Luminum ſeruitus. 403.b
Lycurgus cauſſarum diſceptationem iudicib. permiſit: paucis ſcriptis legibus. 198.d

M

MAgiſtratus vbi olim ius redderent. 309.a
Magiſtratus maiores & minores Romæ. 182.b
Magiſtratus qui non erant, iudicationem tamen habebant. 199.d
Mancipari abſenti per ſeruum ſolebat. 154.e
Mandare actionem. 191.b
Mandati duo genera. 437.e
Mandatum vnde dictum. 299.f
Mandatum Iuriſdictionis. 74.d
Mandatum mors extinguit. 436.f
Mandatum poſt mortis tempus collatum. 437.d
Manu conſertum vocare. 87.b
Manum conſerere quid. 298.d
Manumiſſio morti comparatur. 293.b
Manumittere prætor omnibus locis poteſt. 28.c
Manumitti quando apud Proconſulem poſſit. 399.c
Manum tollere. 281.e
Mariti cauſſa minus fauorabilis quam donatoris. 255.a
Maritus dotalem ſeruum manumittit. 358.g
Maritus quatenus damnetur. 193.a
Marmor ex fundo an ſit in fructu. 367.f
Maſculinus ſextus continet fœmininum. 136.f

Materfam. fingitur filio conſanguinea: agnatis agnata. 80.e
Materiæ & ſpeciei differentia. 112.f item. 119.e
Mæniana. 429.b
Mediator cur non ſit idoneus teſtis. 306.f
Membranarum vſus in ſcribendo. 103.f
Menſes non ad ſolis, ſed ad lunæ curſum. 273.a
Menſis quotus ad pariendum legitimus. 272.a
Metallorum ſeparatio. 222.b
Migratio de familia non naturalem obligationem exſtinguat. 328.c
Militis bona quo iure ad patrem perueniunt. 382.a
Militis quælibet ſignificatio voluntatis pro iuſto teſtamento valet. 302.b
Mixtum imperium. 226.g
Mobilia, quæ dicantur. 72.g
Molinæi incogitantia. 209.a
Molinæi extricatio inextricabilis. 205.a
Momentariæ poſſeſſionis interdictum. 216.e
Momentum in iure quid ſignificet. 387.c
Mora per litis conteſtationem commiſſa fructus debentur. 77.c
Mora ſua cuique nocet. 264.g
Moræ effectus. 189.c
Moribus inducitur ius contra ſtrictā rationē. 207.d
Moribus vim facere. 214.a
Moriendi momentum in vita deputatur. 341.c
Moriens tradit poſſeſſionem viuenti. 358.b
Mortis caſus ad deportationem productus. 197.d
Mortuus dici obligatus non poteſt. 12.d
Mos maiorum legibus opponitur. 76.d
Mulieres inſtitui heredes à cenſis non poterant. 1.a
Mulieres Romanæ in perpetua tutela. 88.b
Mulieres Rom. in virorum manu ac poteſtate. 186.b
Mulieribus an ſit teſtimonij dictio. 30.d
Mulieribus quibus ius patronatus conceſſum. 359.c
Mulierum quædam priuilegia ex Liuio. 89.a
Multarum taxatio iudici permiſſa. 254.d
Mutuandi verbum. 124.a
Mutuatio aliud eſt quam mutui datio. 20.d
Mutuatio à mutui datione differt. 123.f
Mutui natura & proprietas. 389.f
Mutuum opponitur fœnori. 6.c
Mutuum natura ſua gratuitum. 6.c

N

Naturalis obligatio per emancipationem non tollitur. 328.c
Naturalis poſſeſſio duplex. 262.e
Naturaliter non obligatur furioſus. 111.d
Naturalium obligationum cauſſa. 329.b
Natus ex ſerua prægnante quo ſtatu habendus. 120.f
Neceſſitate ius introductum. 173.c
Negligentia ſua cuique imputanda. 132.a
Negotio alterius geſto vtrum directa an vtilis actio competat. 113.d
Nepos auo agnatus non eſt. 21.a
Neratij diſſenſio ab aliis Iuriſc. 249.e
Nilus Ægypti agros operit. 170.g
Nomina quædam naturalia, quædam ciuilia. 80.c
Nomina vtrum mobil. an immobil. 73.d
Nominibus certis vel incertis pecuniam deberi. 195.g
Nominum datio in ſolutum liberationem parit. 192.f
Nominum obligatio. 195.e
Non faciendi conditio morte impletur. 13.a
Notarius an abſenti ſtipulari poſſit. 133.d
Notionis & iuriſd. differentia. 199.b
Notoria & Notaria. 433.c
Nouatio duplex. 110.a
Noui operis nuntiandi forma. 417.c
Nuda poſſeſſio. 262.c
Nuda ratio non facit debitorem. 195.d
Numerorum & legionis differentia. 424.d
Nuncupatum teſt. duobus dicebatur modis. 282.g
Nuntiatio noui operis. 38.b
Nuntiatio noui operis fiebat duobus modis. 37.g
Nuntiatio quibus in ſeruitutibus locum habeat. 416.f
Nuntiatio quibus competat. 416.d
Nuptiæ propter affinitatem prohibitæ. 363.c
Nuptias non concubitus ſed conſenſus facit: periculoſa definitio. 139.f

O

Obligatio naturalis quomodo diſſoluatur. 322.b
Obligatio literar. ſiue nominum. 195.f
Obligatio naturalis ciuilem actionem non parit. 326.f
Obligationem euaneſcere, extingui, corrumpi. 205.d
Obligatione principali ſublata, corruit acceſſio. 188.b
Obligationes mutuæ claudicare non poſſunt. 90.g
Obligationis conditio ex perſona heredum non mutatur. 206.d
Obligationis in diem & ſub conditione collatæ ius quale. 419.d
Obligationis naturalis vis mirabilis. 325.b
Obligatio non ex chirographo, ſed ex cauſa chirographi. 195.b
Obnuntiare quid ſit. 182.c
Obſcura & ambigua differunt. 408.e
Officia virilia. 124.d
Omnia fauſta & infauſta. 182.g
Omiſſa pro omiſſis habentur. 197.f
Operis noui nuntiandi forma. 417.c
Operis noui nuntiatio. 414.f
Operis noui nuntiatio duobus fit modis. 37.g
Opinio vitiat ſi veritatem vincat. 253.f
Optio tutoris mulieribus permiſſa. 89.d
Orationis pro Quintio difficultas explicata. 13.e
Offe arare campum cereum. 99.f

P

Pacta an æque ſtrictis vt b. f. iudiciis inſint. 225.c
Pacta incontinenti facta actionem informant. 188.g
Pacta inſita pariunt actionem. 351.c
Pacti adiicientis & detrahentis differentia. 398.a
Pacti & ſtipulationis differentia. 264.c
Pacti in rem & in perſonam differentia. 390.d
Pacti nudi diuiſio. 331.f
Pacti definitio. 301.b. 331.c
Pactio nuda quid. 331.c
Pactum continenter ſtipulationi adiectum ei ineſſe fingitur. 315.b
Pactum à iure communi remotum. 423.g
Pactum conuentum pro contractu. 351.a
Pactum de ſeruo manumittendo in eius alienatione. 427.c
Pactū de ſubſtātia & de adminiculis differūt. 398.b

Pactum

Pactum etiam tacitum exceptionem parit. 188.a
Pactum ex interuallo non actionem ſed exceptionem parit. 397.e
Pactum ex interuallo nulli contractui ineſt. 397.e
Pactum ex parte actoris ineſt ſtipulationi. 396.g
Pactum liberationem parere, quid ſit. 391.c
Pactum, ne emptor alienet: quam vim habeat. 267.d
Pactum, ne in mari piſcari liceat. 267.f
Pactum nudum addit incrementum obligationi. 147.b
Pactum nudum quid ſit. 351.e
Pactum obſcurum vtri noceat. 408.g
Paginæ pro tabulis. 102.e
Palatini qui. 424.c
Papiniani variatio in iure. 119.c
Parentia non parientia. 404.d
Parentum de voluntate begnigne præſumitur. 235.b
Paries cæcus. 431.a
Paries communis, directus, ſolidus, fornicatus. 26.a
Parentes, pro ſubiecti. 404.d
Pars ſecundum id quod principale eſt, cenſetur. 15.e
Pars ſerui non manumiſſa parti manumiſſæ cedit. 255.f
Partes concurſu fieri. 185.e
Partes non definitæ intelliguntur æquales. 236.f
Partes proprie ſunt, quæ ſuo toti adhærent. 97.c
Partus ancillæ an ſit pars ipſius. 228.g
Partus tempus legitimum. 271.f
Pater an viuo filio recte caſtrenſem ipſius ſeruum manumittat. 356.e
Pater eſt quem nuptiæ demonſtrant. 121.c
Πάτηρ pro φράτηρ 241.c
Paterf. quis. 357.d
Patet inſtituti onerari fideicommiſſo poteſt. 382.c
Pater viuo filio futuram dominationem occupat. 357.c
Patria poteſtas in liberis exheredandis. 366.b
Patria poteſtas quomodo tollatur. 328.g
Patriæ poteſtatis ius Romulo inſtitutum. 322.c
Patrimonij quantitas ex mortis tempore æſtimatur. 366.a
Patronatus ius. 65.f
Patronatus ius. 414.a
Patroni donatio in libertum agnatis liberis reuocatur. 365.b
Patrono debita pars onerari non poteſt. 67.e
Pauli locus emendatus. 164.d. item 199.c
Pauli variatio quodam loco. 152.g
Pecunia fœneratitia vtrum mobilis an immobilis. 72.g
Pecunia gratuita vſurariæ opponitur. 5.g
Pecuniam deberi certis vel incertis nominibus. 195.g
Pecunia plerunque cenſetur incorporalis. 241.e
Pecunia variè conſideratur apud Iuriſconſultos. 73.a
Pediani periculoſa præcepta non pauca. 146.a
Penſitationum genera. 434.g
Perduellio quis dicatur. 40.e
Periculi emptio. 146.a
Periculi nomine iudicij diſcrimen intelligitur. 93.b
Periculi pretium. 148.b
Perpetua cauſa in ſeruitutibus. 104.e
Perſonæ plures vnius loco. 243.b
Pertinere, & diem cedere, differunt. 116.d
Pes ſeſtertius. 36.c.b item 403.d
Pigneratitia actio. 155.e
Pignore remiſſo manet tamen principalis obligatio. 188.d
Pignoris corpus retineri pro vſuris ſine pacto non poteſt. 7.d
Pignoris ius non perimit vſucapio. 227.g
Pignus alienæ rei non pure conſtituitur. 155.f
Pignus non coniungitur cum dominio. 228.c
Pignus rei mobilis propriè conſtituitur. 299.d
Pignus vnde dictum. ibid.
Pileus ſeruis raſis dabatur in manumiſſionibus. 24.f
Plures vnius interdum perſonam ſuſtinent. 193.g
Plus petitionis periculum. 239.d
Plus petitur, vbi formula non ſeruatur. 269.a
Pœnæ & vſuræ differentia. 147.d
Pœna quibus de cauſ. debetur. 146.g
Pontifices R. emptionem redituum approbant. 46.g
Populus quis dicatur fundus. 58.b
Populi Romani in gerendis negociis mirifica cautio. 297.b
Porphyrionis erratum. 16.f
Poſſeſſio alia bonæ alia malæ fidei. 262.g
Poſſeſſio vnde dicta. 299.a
Poſſeſſio alia iuris alia facti. 263.a
Poſſeſſio corporalis. 262.a
Poſſeſſio corporalium quaſi poſſeſſ. incorporalium. 261.c
Poſſeſſio corpore ſolo nulla. 261.b
Poſſeſſio facti & animi eſt. 93.a
Poſſeſſionem hereditatis dare, pro bonorũ poſſ. dare. 9.e
Poſſeſſionis diffinitio difficilis. 260.f
Poſſeſſio naturalis & ciuilis. 261.d
Poſſeſſio nuda. 262.e
Poſſeſſioni sturbatæ remedium momentaneũ. 216.d
Poſſeſſio ſucceſſoris an coniungitur. 224.e
Poſſeſſor non prouocat ſponſione, ſed ipſe prouocatur. 4.g
Poſſidere, & in poſſ. eſſe differunt. 261.d
Poſterius geſta prioribus derogant. 354.e
Poſtliminij fictionem cauſſæ facti non recipiunt. 389.b
Poſtliminio reuerſus an id quod ſeruus poſſedit, vſucceperit. 388.b
Poſtumorum duo genera. 197.b
Poteſtatis patriæ & maritalis differentia. 232.g
Præcepta καθολικά. 57.e
Precarij & habitationis differentia. 99.b
Prædia gentilitia Ciceroni ignota. 50.e
Prædia prouincialia. 105.e
Prædia quomodo æſtimentur. 48.b
Prædiorum prætia vnde æſtimentur. 372.a
Prædiorum ruſticorum & vrbanorum differentia. 249.e
Prædium & ius prædij differunt. 96.a
Præfecti annonæ iuriſdictio. 199.d
Præfecti ærarij iuriſdictio. 199.e
Præfecti vrbi Iuriſdictio. 131.a
Prærogatiuæ tribus. 145.f
Præſcriptio & vſucapio differunt. 105.e
Præſcriptio longi temporis ſine titulo nulla. 247.e
Præſentia quædam corporis quædam animi. 141.a
Præſentia tertij tacentis quibus caſib. illi præiudicet. 141.b
Præſes an deportandi ius habeat. 83.a
Præſes habet notionem de cauſſa liberali. 175.f
Præſes prouinciæ non fuit magiſtratus. 199.d. eiuſd.

dem iuriſdictio. ibid.d
Præſidis Prouinciæ poteſtas. 83.a
Præteritio admodum odioſa. 134.d
Præteritio matris tacita exheredatio eſt. 134.g
Pretia fundorum vnde æſtimentur. 372.a
Prætor an domi ſuæ ius dicere poſſit. 28.b
Prætor emendat & ſupplet ius ciuile. 207.d
Prætoriæ cognitiones quales. 211.f
Prætoris auxilium vbi ius ciuile non deficit, ſuperuacaneum. 67.e
Prætor non iudicabat ſed iudices dabat. 211.d, quibus in cauſis iudicabat. 211.e
Prætorum vrbanorum iuriſdictio tribus verbis continebatur. 288.b
Pragmaticorum error vulgaris. 216.f
Principali obligatione ſublata corruit acceſſio. 188.c
Principes an alienandi ius habeant. 142.g
Prioribus geſtis per poſteriora derogatur. 254.e
Priuati opponuntur iis qui cum imperio ſunt. 44.a
Priuilegij & iuris communis differentia. 374.b
Probatio equitum. 94.f
Proculianorum & Caſſianor. diſſenſio. 91.g
Proculianor. & Sabin. diſſenſio. 99.a
Procuratores vtilibus actionibus vtuntur. 191.e
Procuratoris Cæſaris iuriſdictio. 199.f
Procuratoris datio eſt actus legitimus. 396.b
Procurator mutari lite conteſtata non poteſt. 110.f
Procurator qua teneat & teneatur actione. 113.e
Procurator quo caſu litis dominus fiat. 110.c
Procuratorum vſus iure antiquiſſimo nullus. 392.g
Prodigi & furioſi differentia. 100.g
Prodigis interdicuntur multa. 111.g
Prodigorum curatio, quo iure inducta. 244.b
Prodigorum curatores. 111.f
Profectitia dos. 264.d
Profiteor te non teneri quale pactum ſit. 390.g
Profiteri & confiteri differunt. 391.d
Pro herede aut pro domino gerere differunt. 356.d
Proiecta quæ dicantur. 429.c
Pugillares & Codicil. 103.e

Q

QVærelæ inoffic. ius quale. 219.a
Quæſita per filium ipſo momento adquiruntur patri. 322.b
Quæſtiones lege Cornelia perpetuæ inſtitutæ. 10.f
Quæſtoribus lictores attributi. 76.b
Quæſtorum iuriſdictio. 74.f
Quarta de ſingulis rebus debetur. 138.d
Quarta Pegaſiana oneribus hereditariis obnoxia. 338.d
Quartæ Pegaſianæ condicio. ibid.
Quartæ detractio ſoli inſtituto conceditur. 382.e
Querela inſtitutionem euertens legata relinquit. 219.d
Quid cenſes? antiquum dicendi genus. 23.e

R

RAbirianæ cauſæ de perduellione conſtitutio. 46.b
Radices arboris vicinæ, proprietatis controuerſiam mouent. 15.a
Radices in alienum fundum porrectæ, cuius ſunt. 151.b
Radi ſeruos ſolitos, in manumiſſionibus. 24.e
Radi veteres ſolebant. 23.g
Radix potiſſima pars arboris. 152.a
Ratihabitio retrotrahitur. 208.d
Receptitium caducum. 116.a
Recipere cōditionem, diuiſionem, partis præſtationem, dolum, culpam. 393.f
Reconciliari mutuum, quid ſit. 207.e
Recognitio equitum. 95.b
Re contrahitur obligatio quatenus datum eſt. 398.a
Re mutuo data, altera eiuſdem generis reddenda. 316.c
Rectè loqui non eſt inuſitatè loqui. 18.d
Rectoris prouinciæ iuriſdictio in delictis. 418.f
Redditio pignoris ab illa Chirographi quid differat, 219.e
Redemptio litis & iudicij. 157.f
Redhibere quid ſit. 126.c
Redigi ad boni viri arbitrium. 159.a
Redire hereditas quæ dicitur. 174.a
Regalia feuda, regalium ius. 50.a
Regionis conſuetudo quibuſdam caſibus ſequenda. 136.g
Regulæ & legis differentia. 54.f
Regulæ iuris variis modis ſignificantur. 56.d
Regula iuris quæ dicatur. 54.a
Regularum & reſponſorum differentia. 55.a
Reis petere honores licebat. 406.c
Rei ſuæ liberum cuique arbitrium eſt. 268.a
Relegationis ius quale. 37.c
Religio populi R. in auguriis poſita. 181.d
Religio ſeruitutem extinguit. 267.e
Rem duobus oppignerare, an crimen ſit. 153.d
Remiſſio nunciationis quomodo fiat. 415.g
Res cum ſua cauſa tranſit. 203.g
Res iudicata pro veritate habetur. 290.f
Res integra quouſque dicatur. 188.f
Res iudicata ius facit quadantenus. 200.f
Res iudicata quando propriè dicatur. 37.b
Reſcribere, quid ſit. 310.b
Reſponſa Iuriſc. quid à regulis differant. 54.g
Res ſua nemini ſeruit. 204.f
Reſtituere rogatus quod mortis tempore ſupererit, quantum debeat. 168.c
Reſtitutionum omnium cognitio prætoria. 212.b
Retentionis & compenſationis differentia. 380.f
Retentionis ius quib. concedatur. 380.b
Riui nomine quid intelligatur. 435.d
Rogandi & ſpondēdi verba non ſunt pactorum verba. 210.f
Romani iuris ſtatus Iuſtiniano imperante. 288.e
Romanorum impudicitia effrenis. 283.f
Rota aquæ hauriendæ. 340.f

S.

SAbinor. & Proculian. diſſenſio. 99.a
Sacra per virgines & mulieres confici ſolita. 306.e
Sacramentalis curatores. 290.e
Scæuola peruenit ad Marci imperium. 121.f
Scribendi mos apud veteres. 101.a
Scribis commiſſa pericula, id eſt acta. 93.e
Scribonia lex. 104.f
Scripti ad non ſcriptum non producendi exempla. 197.
Scripti & voluntatis quæſtio frequentiſſima. 196.g
Scripturæ ad teſtamentum paratæ vis nulla, 234.e
Scriptura non facit debitorem ſed res. 194.f

Seceſſio

Seceſſio ſeceſſus. 178.b
Seculum & ſeculares ludi. 248.b
Secundus heres tum ex loco tum ex ordine intelligendus. 101.c
Segnis quis dicatur. 402.d
Semita fundum diuidi quid ſit. 378.e
S.C. Silanianum quo tempore factum. 417.f
Sententia an ius faciat. 194.f
Sententiæ iuris quando increſcant. 390.c
Seruare de cœlo. 182.a
Serui nullam iuris ciuilis communionem habent. 292.a
Serui ea tantum quæ facti ſunt, adquirunt. 291.e
Serui communis manumiſſi accretio. 255.d
Seruij, Labeonis Aquilij diſſenſio. 108.g
Serui manumittendi pactum in eo alienando. 428.b
Seruitus ab vno ex dominis imponi non poteſt. 207.f
Seruitus amœnitatis cauſſa. 260.a
Seruitus an tempore acquiratur. 247.e
Seruitus an vſucapiatur. 247.e
Seruitus an vſucapiatur vel præſcribatur. 104.d
Seruitus communi fundo quomodo acquiratur. 207.a
Seruitus fundi debetur aut certo aut indefinito loco. 378.d
Seruitus fundo debita omnibus eius partibus debetur. 251.e
Seruitus in re ſacra vindicari non poteſt. 267.e
Seruitus inutilis ſua natura, & per accidens. 249.c
Seruitus neque bonis, neque extra bona. 202.e
Seruitus non per partes ſed ad partem acquiritur. 205.e
Seruitus nulla eſt, niſi quæ vtilis eſt. 248.f
Seruitus oneris ferendi, abnormis. 417.a
Seruitus prædialis prædium comitatur. 203.f
Seruitus recta via tranſit in legatarium. 209.d
Seruitus ſolis non adimendi. 260.c
Seruitus venti non impediendi. 260.d
Seruitus vt in tuo cœnare liceat, an conſtituatur recte. 259.c
Seruitutem communi fundo vnus non acquirit. 422.c
Seruitutem inutilitas ſola non impedit. 370.b
Seruitutes luminum & ne luminibus officiatur, differunt. 403.a
Seruitutes non poſſidentur. 104.f
Seruitutis obligatio indiuidua, ſicut ipſa ſeruitus. 206.c
Seruitutis prædialis ius indiuiduum. 205.a
Seruitutis ſeruitus non eſt. 203.e
Seruitutis definitio. 300.e
Seruitutum duplex natura. 416.f
Seruitutum perſonalium & prædialium differentia. 204.c
Seruitutum quarundam vſus perpetuus, quarundam intermiſſus. 105.b
Seruitutum realium & perſon. differentia. 259.d
Seruitutum vrban. & ruſticarum appellatio. 250.d
Seruo alieno an legari poſſit. 291.e
Seruus an poſſeſſionem acquirat. 92.g
Seruus cum manumittendi pacto venditus, an ipſo iure liber ſit. 122.b
Seruus hereditarius, iacente hereditate, nullius eſt. 92.d
Seruus pro parte nemo eſt. 255.c
Seruus teſt. manumiſſ. à ſemetipſo libertatem accipit. 256.b
Seſtertiorum æſtimatio. 65.b
Seſtertius pes. 36.c
Seuerini Boetij mendum inſigne. 36.f
Signum, pro ſimulacrum. 130.g
Silicernium. 357.g
Singularia quædam in reb. inducta. 114.e
Sinus in togis. 284.b
Si pro quia. 13.a
Σιτώνης. 435.b
Sobrini qui dicantur. 17.c
Solaria. 429.d
Soluere in fundo, quid. 343.a
Soluere & ſatisfacere quomodo differant. 311.a
Sors in prærogatiua ducenda. 146.a
Sortem Græci ad numerum centenarium redigebãt. 64.f
Spacium decem pedum in mænianis. 430.a
Speciei cum quantitate compenſatio. 221.e
Species generalibus ſubiecta verbis quam vim habeat. 112.d
Species interit forma mutata. 170.e
Species pro pecunia ſoluta, quando liberationem pariat. 221.d
Spectio in auguriis. 182.a
Sponſio in cauſa Quintiana qualis. 14.c
Stationes, vbi homines conueniunt. 412.f
Statio Iuriſconſultorum. 412.g
Statu liberi conditio in delictis. 436.c
Status cauſæ apud quos iudices. 175.f
Stellionatus, crimen inſcriptum. 153.f
Stellionatus quid. 108.b
Stilus oſſeus. 99.f
Stipulatio ex præſenti tempore ſtatum capit. 205.e
Stipulationem euaneſcere quid. 226.a
Stipulationes hodie quibuſuis verbis contrahuntur. 211.a ſolo conſenſu valent. ibid.a
Stipulationibus tempus ſpectatur. 150.d
Stipulationi pactum appoſitum ei dicitur ineſſe. 225.g
Stipulationis & teſtamenti nõ vna interpretatio. 84.d
Stipulationis adiecto factæ quæ vis ſit. 384.g
Stipulationis conditionalis effectus. 150.d
Stipulationis & pacti, differentia. 264.e
Stipulationis & teſtam. ius diſſimile in conditionalibus. 118.a
Stipulatio non eſt actus legimus. 394.f
Stipulatio non obligat, ſed cauſa ſtipulationis. 196.b
Stipulatio quomodo tollitur. 328.g
Stipulationum & legatorum conditionalium differentia. 150.e
Stipulationum verba hodie obſoleta. 211.c
Stipulatio parit actionem etiamſi nihil interſit. 122.d
Stipulatio per notarium. 133.e
Stipulatio ſine cauſa inutilis. 199.d
Stringere nummos. 164.c
Subſtitutio directa trahitur interdum ad fideicommiſſariam. 361.e
Subſtitutionis à milite factæ quod ius ſit. 373.b
Subſtitutionis modus primus & ſecundus. 375.g
Subſtitutio pupillaris duo teſtamenta continet. 167.e
Subſtitutio pupillaris per verba fideicommiſſa produci poteſt. 374.e
Subſtitutio pupillaris poſt pubertatem euaneſcit. 373.c
Subſtitutio pupillaris vltra pubertatem non producitur. 375.a

Subſtitutio vulgaris ad pupillarem producta. 197.b
Subſtitutionis vulgaris & pupillaris differentia. 132.g
Subſtitutiones cur inſtitutas. 350.f
Suetonij locus emendatus. 101.g
Suffragia emendicata. 433.a
Sui heredes, qui. 23.b
Suitas viuo patre quam habeat. 135.c
Suitate ademta ius hereditatis ademptum. 278.f
Supplemementum legitimæ. 129.a item 160.a
Suſpecti accuſatio. 75.b
Suſpenſionem recipere quid ſit. 207.c
Suum eſſe, & ſibi deberi, differunt. 90.a
Suum non eſt, quod alicui debetur. 89.f
Suus an ſit agnatus. 22.b
Suus heres quis dicatur: & illius verbi tractatio copioſa. 275.b
Syndici, qui. 133.f

T

Tabellæ iudicibus dari ſolebant. 16.b
Tabelliones, qui. 133.f
Tabulæ poſt contractum matrimonium recte conficiuntur. 140.c
Tabulæ pro ſpatijs ſcribendi. 100.f
Tabulæ ſcriptoriæ ligneæ. 99.d
Tabulæ ſuperiores & inferiores. 102.a
Tanti eſſe, tanti habere. 43.a
Tempeſtates quæ dicantur. 125.c
Tempora ceſſionum diuerſa pro vno numerantur. 208.a
Temporum continuatio in vſucapione. 225.a
Templum in Auguriis. 182.b.
Tempus definiendis cauſſis capitalibus præſtitutum. 406.c
Tempus hodie obligationem parit. 196.a
Tempus partus legitimum. 272.a
Tenendi verbo ſimplex factum continetur. 261.d
Teſtamenta & ſtipulationes non vno modo interpretantur. 84.d
Teſtamenta ne ex alieno arbitrio pendeant. 356.b
Teſtamenti & donationis differentia. 365.g
Teſtamenti partes omnes ex vitio inſtitutionis corrumpuntur. 347.f
Teſtamenti definitio. 301.b
Teſtamenti & ſtipul. ius diſſimile in conditionalib. 117.g
Teſtamento reſciſſo, nihil in eo ſcriptum valet. 2.e
Teſtamento ſcripta contra bonos mores. 165.a
Teſtamentorum inualidorum ſpecies. 234.g
Teſtamentum cur dicatur ſuprema voluntas. 1.d
Teſtamentum per clauſ. codicill. fideicommiſſum euadit. 233.e
Teſtamentum vires accipit. ex heredis inſtitutione 348.d
Teſtamentum quo tempore vires ſumat. 52.g
Teſtari de tutela & pecunia. 174.a
Teſtari niſi de re ſua non licet. 373.g
Teſtatoris imprudentia nemini nocet. 426.b
Teſtatoris intentio vim ſummam obtinet. 233.c
Teſtes mulieres quibus in rebus admittantur. 85.d
Teſtes ante litem conteſtatam an auderi poſſint. 304.b.
Teſtes an ſint idonei, qui ſe credere non a ſcire dicunt. 303.e
Teſtimonij dictio actus legitimus. 346.g
Teſtium numerus in teſtamentis, vnde. 282.f
Theophili incogitantiæ. 18.e
Tirones non ſunt iuſti milites. 424.c
Toga ciuium R. propria. 283.d
Togæ menſura. 284.d
Togæ R. forma. 283.d
Togati, pro aduocatis. 283.c
Traditio fit & de manu in manum, & per manus. 389.g
Traditionis & Ceſſionis differentia. 191.b
Traiectiones quibuſdam locis notatæ. 48.e
Tranquilli locus emendatus. 101.g
Transferre actionem. 191.b
Tranſmiſſionis dies. 209.f
Tranſmiſſionis ius olim in legatis per vindicationem. 118.e
Tranſmitti hereditatem. 53.a
Tranſmitti legatum, heredit. bonor. poſſeſſionem. quid ſit. 117.c
Tranſuectio equitum. 94.f
Trebellianæ beneficio ſolus heres vtitur. 223.e
Trebelliana in liberis primi gradus legitimæ locum obtinet. 224.e
Trebellianica an de piis fideicommiſſis detrahatur. 138.b
Trebelliani. an detrahi poſſit in vna re. 138.d
Trebelliani. detractio an prohiberi poſſit. 222.g
Treſſis & tripondius idem ſunt. 235.g
Treſſis verbo quid ſignificetur. 239.a
Triboniani emblemata notata. 80.g 254.c
Triboniani emblema. 254.c & 354.c & 367.c. & 381.b & 410.g
Triboniani error inſignis. 90.g
Triboniani & ſociorum ſtupiditas. 122.f
Triboniani falſitas. 432.c
Tribonianus interdictorum iura confudit. 215.b
Triboniani incogitantia. 267.d
Triboniani imperitia notatur. 288.f
Triboniani negligentia in tradendo iure abrogato. 251.a
Triboniani ſocordia. 181.215.d.121.d
Tribonianus tradit nobis ius abrogatum. 415.a
Tribuni contra Prætoris decretum appellabantur. 14.b
Tributa Comitia. 145.c
Tripudium auium. 182.e
Tuitione Prætoris valet ſæpe quod mero iure non valet. 208.f
Tum ſubiungebatur ſub ſi. 421.a
Turnebi emendationes improbatæ. 245.f
Turnebi opinio improbata. 24.e
Tuſci videntur ex Germania in Italiam producti. 87.g
Tutelæ cognationis iure delatæ. 79.e
Tutelæ ius per quam capitis minutionem amittatur. 79.f
Tutelæ onus propter commodum ſucceſſionis. 244.c
Tutelæ teſtamentariæ pars patriæ poteſtatis. 174.c
Tutor contrarias interdum perſonas ſuſtinet. 194.b
Tutoris auctoritas actus legitimus. 353.d & 396.d
Tutoris auctoritas quo tempore interponenda. 353.c
Tutoris datio conditionem recipit. 393.d
Tutoris præſentia in pupilli negotio an neceſſaria. 352.e

Tutoribus

à Tutoribus teſtamento datis cautio non exigitur 304.d

V

Vadimonium & comperendinatio actus legitimi 396.e
Valentis & Iuliani diſputatio 291.d
Valuaſores 49.e
Varronis locus explicatus 307.f
Vaſalli 49.e
Vaſallus an abſque remotis permiſſa feudum hypothecæ obligare poſſit 308.a
Vbi plus eſt in opinione quàm veritate, error vitiat 253.g
Vela in Solaris 429.g
Velleiano fraus quomodo fiat 171.g
Velum in Mæuiano 429.b
Venditionis perfectæ iura 189.b
Venire in alium aſſem 154.a
Verba ciuilia 132.d
Verborũ multiplicatio ſuperuacanea toleratur 113.a
Veritas opinione valentior 253.g
Vetuſtas definitur tempus infinitum 106.a
Vetuſtatis auctoritas ibi.d
Vexilla & vexillationes 424.g
Via communi fundo qualiter debeatur 421.f
Via duobus communem fundum habentibus legatur 423.b
Viæ, actus, itineris, differentia duplex 61.d
Viæ partes nullæ ſunt 422.d
Viæ priuatæ ad finitiones agrorum non pertinent 377.f
Viæ vſus eſt indiuiduus 328.b
Vicinum qualem habeas magni intereſt 268.b
Vicus Ciprius 367.g
Vim fieri moribus 87.b
Vindicare, pro poſſeſſionem petere 42.d
Vindicationum & vindiciarum apud Romanos ritus 87.a
Vindiciæ ſecundum libertatem 41.d
Vindiciarum & vindicationis ritus, qualis 41.d
Vindiciarum lis 42.d
Vindiciarum lis cum legis actione coniungitur 9.g
Vindiciarum ritus apud veteres Germanos qualis 86.d
Virilia officiá 124.d
Vis armatæ perſequendæ forma 214.f
Vis beſtialis 125.f
Vis diuina 125.d
Vis feſtucaria 213.f
Vis fluuialis 125.g
Vis humana 125.f
Vis naturalis 125.e
Vis publicæ & priuatæ differentia 217.b
Vis quotidiana 213.f vis armata, Vis ſine armis ib.
Vis turbatiua & expulſiua, pragmaticorum nominã 217.a
Vitia regularũ quædã inſita, quædam aduentitia. 57.d
Vitiari regulam, quid ſit 57.d
Vmbilicus in libris, quid ſit. 102.f
Vlpiani argutiæ quædam non laudandæ. 26.f
Vlpiani locus emendat. in regulis 115.g alter in Collectaneis. 122.g, & 183.f
Vlpianus Pedio potius quam Seruio aſſentiens leui de cauſa 109.b
Vniuerſalis enuntiationis vis qualis. 69.f
Vnus homo facilè duorum vicem ſuſtinet. 143.d
Vnus legatarius plurium loco 144.d
Vocatio in ius eſt legis actio 395.e
Voconiæ legis ſententia 11.b
Voconia lex de mulierum hereditatibus 11.a
Voconia lex quando lata 3.e
Volumen interdum pro pluribus libris 104.a
Volumina, vnde dicta 102.e
Vſucap. & præſcript. differunt 105.e
Vſucapio non perimit ius pignoris 227.g
Vſucapio cur in ſeruilem perſonam non cadat 291.e
Vſucapio plenum dominium tribuit 106.c
Vſucapio quarum rerum propria 104.e
Vſucapio ſeruitutis quam diuturna 248.a
Vſucapio ſine poſſeſſ. non procedit 104.f
Vſura centeſima 311.d
Vſuræ & pœnæ differentia. 147.d
Vſuræ ex pacto interdum debentur 390.b
Vſuræ ex pacto niſi in b. f. contractibus debentur 118.g
Vſuræ rusticanæ modus 63.g
Vſurarum modum per ſtipulationem pœnæ non licet excedere 154.f
Vſurpatio eſt actus legitimus 396.e
Vſus & abuſus differunt 84.b
Vſus & habitationis differentia 100.a
Vſusfr. an ſit pars dominij 95.g
Vſusfr. eſt anima prædij 97.c
Vſusfr. meri & mixti differentia 96.g
Vſusfructus omnium quæ in bonis ſunt conſtitui poteſt 202.g
Vſusfr. ſine perſona fructus percipiente non conſtat 93.a
Vſusfructus quibus legari & adquiri poſſit 291.a
Vſusfructus perimendi ſeptem modi 291.d
Vſusfructus per filium aut ſeruum quęſit' quomodo finiatur 291.a
Vſus, ſeruitus quid complectatur 100.a
Vtilis vel directa quibus caſibus competat 113.g
Vulgaris ſubſtituendi formula tacitè pupillarem cõtinet 350.e
Vxorem non ducturum, iuſiurandum improbaturum 413.e
Vxoris & concubinæ communia 140.g

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE